BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 L
19

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

TRACTATVS ILLVSTRIVM IN VTRAQVE TVM PONTIFICII, TVM CÆSAREI iuris facultate Iuriſconſultorum,

De Poteſtate Eccleſiaſtica.

EX MVLTIS IN HOC VOLVMEN CONGESTI,
additis plurimis, etiam nunquam editis, hac * nota deſignatis;
& multò, quàm antea, emendatiores redditi;

Summarijs ſingulorum Tractatuum locupletiſſimis illuſtrati.

INDICES ACCESSERE ITA LOCVPLETES,
vt omnes materiæ, quæ ſparſim leguntur, facillimè diſtinctæ Lectoribus appareant.

TOMI XIII. Pars II.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV



VENETIIS, MDLXXXIIII.

INDEX AVTHORVM
huius Voluminis.

* De Romanæ Sedis origine,& auctoritate, Lælij Iordani. 2
* De immunitate eccleſiarum, Hieronymi Altani. 18
* De vnitate ouilis,& paſtoris, Michaelis de Atinyon. 23
* De adoratione pedum, Ioſeph Steuano. 50
De origine, ac dignitate,& poteſtate S.Rom. Eccl. Cardin. Gundiſſalui Villadiego. 57
De Cardinalibus, Martini Laudenſis. 59
De præſtantia Cardinalium, Andreæ Barbatiæ. 63
* De Cardinalibus, Hieronymo Manfredo. 86
* De ſacroſancto collegio, eiuſdem Authoris. 96
* De Cardinalatu, Hieronymi Albani. 105
De Cardinalibus legatis à latere, Andreæ Barbatia. 131
De poteſtate legati à latere, Nicolai Boerij. 142
De officio, atque auctoritate legati à latere, Petri Andreæ Gambari. 150
* De dignitate, & poteſtate legati, Ioannis Brunelli. 230
De legato, Gundiſſaluo Villadiego. 258
* De præſtantia patriarchali, Matthiæ Vgonij 282
De officio quatuor prælatorum, Vgonis Seletad. 289
* De epiſcopis conſummaris, Ioannis Bertachni. 301
De iuriſdictione epiſcoporum, Antonij de Pratis. 361
Argumentum in clypeum paſtoralem, eiuſdem. 362
* De reſidentia Epiſcoporum, Hieronymi Gigantis. 369
De ſynodo Epiſcopi, Henrici Bottæi. 378
* De officio,& poteſtate capituli ſede vacante, Ioannis Franciſci de Pauinis. 407
* De ſtatu,& vita Eremitarum, Nicolai Boerij. 432
* Deciſiones Aegidij magiſtri Equitis. 433
* De mortizationibus, eiuſdem. 434
* De feudis hominijs, & vaſallibus, eiuſdem. 436
* De regaliis, eiuſdem. 437

TRACTATVVM CELEBERRIMORVM IN VTRAQVE TVM PONTIFICII, TVM CÆSAREI IVRIS facultate Iuriſconſ.

Tomi XIII. Pars ij.

De Romanæ Sedis origine, atque authoritate, & in quo omnia, *Quæ ad hanc materiam pertinent tractantur.*

Et de maiorib. rerumq́. capitalium Epiſcoporum cauſis ad Papam deferendis, authore LAELIO Iordano Rom. Ecpiſcopo Acernenſi Præfatio.

CVm multæ res in motali, & Chriſtiana philoſophia, nequaquam ſatis adhuc explicata videntur, tum per difficilis, & obſcura, minimeque omnibus obuia iudicatur, diſcreptatio. De maioribus, quas uocant, cauſis, & capitalium rerum epiſcoporum ad Romanum pontificem deferendis, & origene atque authoritate Sanctę Romanæ Sedis Apoſtolicæ. Quę ſane quæſtiones ad pontificiam dignitatem, ac maieſtatem conſeruandam, & ad moderandam Religionem ſunt admodũ neceſſariæ. quia vero de eis tam varię ſunt Doctiſsimorũ hominum, ac præſertim recentiorum etiam Iurecõſultorũ, atque Interpretum rationes, atque inter ſe diſcrepãtes ſententiæ, ut non minori omnino negotio multis rem procul intuentibus videatur poſſe veteres iam vſq; a Moyſis ductas tẽporibus, easq; & apoſtolorum, & piorum omnium hominũ, atque adeo Etnicorum quorundam, nedum ſummorum pontificum, & conciliorum firmatas conſenſu ſententias defendi, quo facilius id, quod inſtitui, ac demonſtrandum ſuſcepi a quoq; probetur, quod cuiq; maxime exiſtimetur probabile. Dicam primo propriam naturam criminalium & capitalium cauſarum, ne cum relaturus ſim ad eas primam noſtri huius laboris ac pręcipuam fere partem ſermonis eius quo cæteræ definiendæ quæſtiones ſunt, vis ignoretur, præterquam quod id fieri debere, & rectam hanc eſſe diſſerendi viam, ſapientiſſimorum video ſcriptis conſtitutum. Deinde vero oſtendam vnde id ueluti axioma maiores ſcilicet, & alias capitales ſeu criminales cauſas epiſcoporum ad Rom. Pont. deferri omnino oportere, ſit deprompum. Tertio antiquorum pontificum, & Martyrum authoritate confirmatum notabo. Quarto loco ſacris canonibus & conciliis comprobatum demõſtrabo. Quinto aliquorum etiam ueterum, licet Religionis a pio Chriſti cultu, inſtitutisque & puræ, ac ſincerę fidei ſplendore abhorrentis, colentium hominũ ſcriptis notatum, atque animaduerſum referam. Sexto noſtrorum quoque interpretum, ac Doctorum ſententiis receptũ narrabo. Tum inde rationem quoque addam cur Sic dicendum Iudicem: Iam vero Rom. eccleſiæ iure diuino inſtitutam iuriſdictionem perſequar. Præterea Petrum non modo a ſpiritu Sancto recepto, ſed ante etiam primi poteſtatem, tum pro ſe tum etiam pro omnibus futuris quibuſque illis; vſque ad ſæculi conſummationem ſucceſſoribus ſibi a Chriſto condonatam, & tributam accepiſſe, poſteaque deinceps nonnulla addam Romæ ſcilicet fundatam eſſe Eccleſiam a Sanctiſſimis Petro & Paulo Apoſtolis, & Petrum 25 annis cathedram tenuiſſe oſtendam, vndecimo quæ in contrariã partem nominatim dicta hactenus dici ad ſanctæ ſedis Apo: iuriſdictionem ac notionem huiuſmodi interuertendam poſſint, breuiter refellam, & quod intendam ac potiſſimum etiam in hac re cauendum putẽ, iudicabo. Poſtremo concludam grauiores res etiã Epiſcopi, aut Archiepiſcopi, aut patriarchæ, cuiuſque, capitaleſque omnes eorum cauſas ad papam deferendas, & vel hic Romæ vel alibi, idque pontificis Maximi ſemper authoritate iudicãdas, ſimulque vbi ciuiles etiam cauſas epiſcoporum agi & definiri oporteat innuam. Vt hæc planę controuerſia, & diſceptatio veritatis eſſe cognitio intelligatur, nec imprudenter tractata nec temere definita re ipſa dignoſcatur, atque adeo noſtrę ſententię grauiſsimis communitæ, teſtimoniis, Iureque & canonibus confirmatæ, ſumma cum dignitate Regnum vbique obtineant omniumque aſſenſionem conſequantur.

SVMMARIVM.

1 *In ſumma author promittit criminalis, & ciuilis, & mixtæ vim, & differentiam narrare.*
2 *Criminalem cauſam eſſe, qua fiſco pœna applicatur.*
3 *Rationem affert author ne delictum maneat impunitum.*
4 *Eandem eſſe communem opi. probat.*
5 *Cauſam criminalem ſiue corporalis ſiue pecuniaria pęna ſit, dummodo fiſco applicanda monet author, & declarat. nu. 30.*
6 *De crimine ſex modis cognoſci poſſe.*
7 *Cauſam infamia criminalem eſſe, & infamiam grauiorem morte.*
8 *Ampliat etiam ſi ex crimine infamante ciuiliter agaretur.*
9 *Criminalem eſſe cauſam vbi agitur de tutore ſuſpecto.*
10 *Intantum vt in ea non admittatur procurator, ſi agitur ad puniendum tutorem, & de criminalibus cauſis remiſſiue.*
11 *Notat author præceptorem ſuum Auguſtinum Beroium, & docet criminalem etiam eſſe cauſam vbi pœna venit imponenda arbitrio iudicis.*
12 *Cataldinus. 70. exercuit magiſtratus criminales.*
13 *Criminalem eſſe cauſam pœna etiam æris fiſco applicanda, tunc verum eſſe quando agitur ob delictum, non autem ob contractum illicitum.*
14 *Ciuilẽ eſſe cauſam pęna quantulibet applicãda fiſco ex contractu illicito.*
15 *Crimi. cauſam cognoſcendi eſt modus ex conſiderata aptitudine ſumendus.*
16 *Ciuilem cauſam ſiue ex contractu, ſiue ex delicto eſſe, vbi in iudicio agitur ob commodum priuatum.*
17 *Reprehenſum Abbatem aliter ſentientem, & contra eum eſſe com. opin.*
18 *Mixtã cãm eſſe, vbi pęnã partim fiſco, partim offenſo applicandã agitur.*
19 *Siue edatur actio ciuilis de crimine.*
20 *Ex concluſione petitionis debere ſpectari quid intendatur in iudicio ad agnoſcendam cauſam iſtam.*
21 *Concluſionem debere eſſe totam pœnam fiſco applicari, & a fiſco poſtea diuidi, non autem peti partem in ſententia agenti, & partem fiſco adiudicari.*
22 *Differentiam inter criminalem ciuilem & mixtam præter dictam remiſſiue, & an criminalis ſit ubi pœna partim fiſco partim parti datur.*
23 *Capitales ſeu criminales Epiſcoporum cauſas eſſe maiores, de quibus papa aut eius delegatus cognoſcit.*
24 *Tria genera capitalium eſſe cauſarum apud noſtros.*
25 *Summi ſupplicij cauſam capitalem eſſe in primo gradu.*
26 *Capitalem cauſam eſſe pœna mortis proximam, & damnationem ad triremes ſucceſſiſſe in coercitionis locum.*
27 *Pœna damnationis in metallum olim tres fuiſſe gradus.*
28 *Differentiã narrat inter coercitionẽ metalli & dãnationẽ ad opus metalli.*

29 Perpetuæ dationis in opus publicum fuiſſe tertium gradum pœnæ capitalis, & tertium genus capitalium cauſarum eſſe in inſulam deportationem.
30 Capitales epiſcoporum cauſas & aliquas ex illis eſſe, quæ pro non capitalibus a iureconſultis tenentur.
31 Pœnam relegationis etiam ad tempus, & amiſſionis dignitatis, & interdictam aſpirationem ad eam, & fuſtium ictum, capitales epiſcoporum cauſas eſſe.
32 Criminales cauſas etiam inferiorum diligentius quam ciuiles tractandas.
33 Cauſas capitales epiſcoporum indelegabiles.
34 Relatio cauſarum criminalium epiſcoporum debet fieri ex natura cauſæ, & quotuplex ſit relatio, remiſſio.

CAP. PRIMVM.

1 PRimo igitur, ne vagari atque errare noſter cogat
ſermo, licet hæc res lõgiorem particulatim
deſideraret narrationẽ, ſummatim narrabo,
quę nam in uniuerſum criminalis ſit cauſa
propriamque eius uim, & a ciuili & mixta-
quę dicitur, differentiam ſignificabo. inde-
que etiam nominatim attingam, quę dicantur capitales cri
2 minales ue epiſcoporum cauſæ. Hanc ſane noſtrorum ſuiſſe
ſapientiorum omnium ſententiam notaui, criminalem cau
ſam eſſe, qua fiſci pœnæ adiudicandæ, ſeu, vt noſtri loquun-
tur, applicandæ nomine reos damnati potiſſimum agitur.
l. graria, in fin. princ. ff. de termin. mot. cuius quidem legis au
3 thoritate id oſtendit Angel. in conſil. 257. Inter capitula. nu.
2. colum. 3. verſic. x. propter naturam eius, quod petitur, & eſt
glo. in §. in ſumma, in verb. agere, in inſtitut. de iniur. & in l.
prætor, in princ. vbi etiam Bart. ff. de ſepul. uiolat. qui Barto.
idem notat in ca. l. agraria. & Alex. in ſuis annotation. quas
apoſtillas vocat in Bart. commentaria in l. 1. eodem tit. de ſe
pul. viol. Abb. in rub. extra. de iudic. Quia in criminali cauſa
præcipue agitur, vt delictum puniatur, quaſi id Reipub. inter
ſit, ubi tamen eo caſu de quo ipſe conſultus reſpondit, mix-
tam probat cauſam. l. ita vulneratus, in fin. ff. ad l. Aquilia. &
Ita receptiſſimam, & communem eſſe hanc opinionem te-
ſtatur Iaſ. in rub. C. de iud. colum. 2. num. 2. verſ. vera conclu
ſio. notans poſt alios, quos refert, criminalem cauſam eſſe
5 in qua tractetur pœnam, ſiue corporalem, ſiue pecuniariam
ut noſtri dicunt, fiſco applicari l. licitatio. §. quod illicite. ff.
de publican. & not. etiam Barbat. d. rub. extra. de iud. vbi etiã
dixit Abb. in verſic. Tertio quæro de ntil q. Aret. in princ. in-
ſti. de act. & eſt. glo. in verb. centum aureorum in l. prætor. in
princ. ff. de ſepul. viol. quã dixit ſingularem, Imo in rub. ff. de
publ. iud. & in d. rub. de iud. præclare poſt Felin. inter cæteros
recentiores perſequitur præceptor meus ſummę Vir doctri-
næ & eruditionis Auguſti. Beroius ſubtiliter & grauiter di-
ſputans & multorum authoritates declarans a num. 62. vſque
6 ad num. 73. Inter cætera illud animaduertens, ſex modis de
crimine diſceptari, & cognoſci poſſe, ſiue actionis ciuilis, iu-
re, ſiue accuſationis via, ſiue inquiſitionis forma, ſiue, vt dici-
tur, per modum notorii a principio, ut ordinaria & ſeuerior
infligatur pœna, ſeu denunciatione, ut reus ſe corrigat, & re-
cuſans correctionem alias puniatur, ſeu exceptionis auxilio.
probans quidẽ illic ipſe author vel exceptionis vel inquiſitio
nis, vt tamen leuior quam capitalis pœna in iudicium dedu
catur, vel denunciationis via & ratione deductam cauſam
non eſſe criminalem, ſed potius ciuilem, notãs etiam in nu.
7 67. cauſam infamiæ criminalem omnino eſſe cum maior &
grauior exiſtimetur uiris probis infamia quã mors. l. iſti qui-
dem, in fin. de eo quod met. cauſ. l. ſi quis forte, in fin & l. ſeq.
8 de pœn. Quæ potior opinio uera eſt, in tantum etiam. vt ſit re
ceptum criminalem cauſam eſſe ubi ageretur etiam ciuili-
ter ex crimine infamiam inferente. Bart. in l. 1. in princ. col.
4. verſic. item eſt aduertendum. ff. de eden. & in l. prætor, in
princ. de iniur. & in l. inde Neratius, ad l. Aquil. Bald. in l. edi
ta, in fin. C. eodem. tit. de eden. Abb. in cap. teſtimonium, de
teſte. ac propterea criminalem non ciuilem eſſe cauſam vo
9 luere noſtri interpretes eam quę agitur de tutore ſuſpecto
10 ob pœnam infamiæ. l. id plane. ubi Bart. ff. de excuſat. tut. ita
vt crediderint non admittendum in ea procuratorem. quod
tamen eſt accipiendum, vt declarat Bart. in l. 1. §. ſciendum.
ff. de ſuſpect. tut. & in l. non ſolum. §. ult. in x. not. ff. de procu
rat. ubi explicat, criminalem tunc dici cauſam ſuſpitionis tu
toris quando ad puniendum tutorem, non quando ad eum
ſolum remouendum agatur & etiam tex. eſt in cap. ex parte.
extra. de teſtibus. & apte atque accommodate facit tex. in c.
tuæ. de procurat. Et quoniam de criminalibus cauſis recẽtio
res etiam iuſtos commentarios expoſuerunt, quos hodie,
hæc ſunt tempora ij mores, nefas videtur præterire, dicam
præter ſupra ſcriptos tractaſſe recentiorem illum non me-
diocris doctrinæ uirum Rob. Marantam de ord. iudic. in 4.
parte, diſtinc. 1. num. 1. & ſequentibus, atque elegantius mul
to Doctiſ. Iodoc. Damhouderium in tit. ſuæ pulcherrimæ,
prax. Crimi. rerum inſcript. enchiridion cap. 2. & eruditiſ. cla
riſ. Iul. Clarum in docto lib. ſenten. inſcripto prax crim. q. 1.
ſatisque, arbitror, fuit hoc loco admonere lectorem, cætera
quæ de illis forſan dicenda eſſent de induſtria in alium com
11 modiorem locum ac tempus reiiciam. Vnum uero eſt ani-
maduertendũ non ſatis verum videri, aut certe minus tutũ
Pręceptoris mei Aug Beroi dictũ in ea rub. ext. de iud. nu. 71.
uer. ſi vero per uiam inquiſitionis ageretur ad leuiorẽ, ibi, uel
ad pęnam arbitrariam. dicẽtis eſſe cãm ciuilem & nõ criãlẽ
ubi pęna arbitrio iudicis imponi poſſet. cum porro hanc po-
tius deceat criminalem quam ciuilem appellare, ut proprie
dixit Bald. in l. eos. §. ſuper his. C. de appel. Cataldin. in tracta.
de ſyndicat. 144. in q. 211. verſ. & ut cauſa dicatur capitalia
ſufficit vt poſſit arb. Iudicis &c. Quem ſane Cataldinum ſe-
12 ptuagiota magiſtratus execuiſſe notat Soci. in conſil. 24. co-
lum. 3. in fin. volumine 1. ſummopere eum commendans. &
præter ſupra ſcriptos criminalis cauſæ uim & naturam not.
13 etiam Corn. in conſ. 19. videtur, in litera e. volu. 3. Quorum
omnium authoritates & ſententias veras quidem eſſe noſtri
probant, ſi pœna ſiue æris, ſiue corporis fiſco applicanda eſ-
ſet ob delictum, non autem ſimpliciter ſi ob contractum il-
licitum. gloſ. & Bal. & Alex. in l. 1. C. de ll. ex delicto enim de
ſcendentem pœnam ſeu reo in corpus inferendam, ſeu ære
fiſco applicandam efficere, ut cauſa dicatur criminalis, no.
etiam Bar. in l. ult. ver. vl. quęro quo cognoſcam. ff. de priua.
14 delict. Eoque ſi ex aliquo illicito contractu pœnam quantũ
libet fiſco applicãdam deſcendere appareat, vtique cauſam
ciuilem, non criminalem dici noſtri tradidere, Bal. in l. vlti.
in verſic. quæro quando pœna. C. de litigioſ. Alexan. in anno
tat. in Bart. verſic. adde quod dominus, prope finem, in d. l.
15 prętor. ff. de ſepulc. violat. Recte igitur, & ſubtiliter vt cætera
dixit Bal. in ea l. eos. d. §. ſuper his. verſic. extra quæro. C. de
appell. eam eſſe rationem dignoſcendi vim criminalis cau-
ſæ ſcilicet vt conſideretur, ſola, ſi loquitur, aptitudo, uideli-
cet ſi cauſa talis ſit in qua pœna irrogari poſſit etiam arb. Iu
dicis &c. ut ſupra ſignificaui. Nec prætermittam, crimina in
iudicium deferri, vel ex ordine, ſeu, ut noſtri dicũt, ordinarie,
ſcilicet per accuſationem, vel extra ordinem, ſeu ut noſtri lo
quuntur. extraordinarie, videlicet per denuntiationem, ex-
ceptionem, inquiſitionem, de quibus breuiter, & erudite diſſe
rit ille ipſe Iodocus in eo enchiridio. cap 2. & quatuor ſequẽ
tibus. Illud etiam præterea monebo, criminales cauſas in to-
ta Piceni prouincia, quam Marchiam vocant Anchonitanã
& aliis locis, ubi ipſas ſeruant conſtitutiones Marchiæ rece-
ptum ſit, dici vere, ac ſimpliciter omnes, in quibus agitur, vel
accuſationis, uel querelæ, aut denunciationis, aut inquiſi-
tionis via, ut pœna fiſco, vel cameræ, ſiue pecuniaria, ſiue per
ſonalis principaliter, ſeu quia pecuniaria ſolui non poſſit, &
ut dicitur in defectum præſtandæ applicetur, niſi vero princi
paliter, vel incidenter de reſtituenda re, vel pecunia, aut alio
quopiam quod verti in pecuniam poſſit, partis interſit, his
enim caſibus decretum excitanda conſtitutione reperitur
cauſas mere, ac dũtaxat ciuiles eſſe, quoniam commodum
parti ſit obuenturum, ut plene conſtat ſancitum in lib. 4. cõ-
ſtit. Marchiæ 93. cuius eſt initium Conſtitutioni, ſub rubri.
Quod acta in titulo, Quomodo intelligatur cauſa crimina-
lis, cuius exemplum ab Amico rogatus inſerendum non po
tui negare ad uerbum hic deſcriptum, videlicet lib 6 cõſtit.
Quæ intelligatur cauſa criminalis, cap. 93. Conſtitutioni ſub
Rubrica, quod acta exhibeantur. quæ incipit quia iure teſtan
te. Cum ſępe numero apud cauſidicos, & Aduocatos d. curię
generalis pro tempore, & in ipſa curia reſidentes exclamia-
tum, & diſceptatum fuiſſe reperimus, quæ dicatur dumta-
xat, & intelligatur cauſa criminalis ſubmouendo hęſitatio-
nem ipſam, quæ non parum ad incommodum prouincialiũ
immortalitatem licitum ſuſtinere, & experientia docuit vi-
debatur, declarando ipſam conſtitutionem, & reliquas quo
ad cauſas appellationum, volumus cauſam criminalẽ quo
ad appellationes ſubſcriptas, intelligi vbicunque procedi in
cauſa principali contigerit per Iudicem, ꝑ inquiſitionem, de
nunciationem, vel accuſationem, ſiue querelam intentan-
do pœnam fiſco, vel cameræ applicandam, ſiue fuerit pœ-
na pecuniaria, ſiue perſonalis, principaliter, vel in defectũ,
excepto, quod reſtitutio rei uel aliud intereſſe pecuniarium
vel ad pecuniam reducibile deduceretur principaliter, uel
incidenter, nam tunc quoniam in dictum euentum commo
dum uenit parti applicandum, cauſa dicetur ciuilis tantum.
Illudque præterea annotabo Ferdinandi Regis olim Catho
lici vocati ſanctione pragmatica iam anno ab hinc quinqua
geſimoquarto edita, cuius eſt initium. Grauiter coram Ma-
ieſtate noſtra, &c. & exemplar in montis Oliueti Neapoli

con-

conſeruatur, deciſam in regno eſſe quæſtionem aliam ta-
men abſimili fere illi quidem aliqui, quam Marchiæ,
conſtitutione traditam modo ſignificaui, uidelicet crimi-
nales etiam cauſas, in quibus id potiſſimum agitur, ut pæ-
na mortis naturalis, aut ciuilis, membriue, puta manus am-
putatio infligatur, e contra uero ciuiles eſſe, ubi non id princi
paliter intenditur, ut in pulchra admodum facti ſpecie, quæ
ſæpe in foro diſceptari illis in locis ſolet, diligens, & lepidus
Doctor Ioan. Arnonus, ſcilicet Angel. notat in ſua centuria
ſoliloquiorum, in cap. 24. Pono caſum, quod quotidie ea fa-
cto, & c. quo in loco pragmaticam hanc non impreſſam re-
16 fert. † Ciuilem vero cauſam noſtri affirmant communi ſen
tentia eſſe ubi potiſſimum in iudicio priuati commodi gra-
tia agitur ſiue ex contractu, ſiue ex delicto. Bart. in d. § quod
illicite. l. licitatio. ff. de publican, & poſt gl. idem Bart. in d. l.
17 prætor. in princ. de ſepul. uiolat. ubi Alex. in addit. Abbatem
aliter ſentientem in d. rubr. de iud. reprehendit. & in eadem
rub. de iud. Aret. in col. ult. dicit hanc eſſe communem opi-
nionem. & ibi etiam Fel. & eſt gl. in d. l. vltima, de priuat. de-
lict. & ibi not. Bart. & Bald. in d. rub. de iud. colum. prima, in
2. commentatio, ſeu, ut uocat, lectura, & tex. expreſſus in d.
§. in ſumma, in inſtit. de iniuriis. & declarat Bart. in dicta l. 1.
C. quando ciuil. actio. crimin. præiud. Bal. in conſ. 192. colu.
pen. uol. 3. Abb. & cæteri in c. tua, extra, de procur. & Specu.
in tit. de contum. §. ſequitur uidere. uerſ. alia ciuilis, & uerſ. ſi
uero agitur ciuiliter. Corn. in d. conſ. 19. in ea litera E, vol. 3.
18 Mixtam autem cauſam eſſe notant omnes, vbi pœnam par-
tim fiſco, partim offenſo applicandam in iudicio deductam
conſtat, Spec. in d. §. ſequitur videre, circa princ. verſic. actio
mixta, & c. Alex. conſ. 60. in prin. & conſ. 66. col. 1. verſ. verius.
& conſ. 82. columna vltima, lib. primo. Ant. Burr. in dicta ru
brica, extra, de iud. Aret. in d. c. teſtimonium. in 2. not. de teſ.
vbi aſſerit, ſi ciuilis de crimine actio edatur, mixtam eſſe cau
ſam. Bald. in dicta l. prima. C. de leg. Imol. in dicto capit. tua,
de procura. vbi etiam not. Alexandrinus. Abb. in capi. ſeries,
de teſtibus, affirmantes quidem omnes, mixtam eſſe cauſam
quæ mota ſit, vt inde partim fiſco, partim agenti pœna appli
20 canda petatur. idque ex concluſione petitionis dignoſci dixe
re Alexandrinus & Abb. paulo ante citati, & Bart. in l. ſena-
tus. §. ſenatus. ff. de iur. fiſci. Afflic. in conſtit. varietates, col. 3.
num. 7. in tertia conſt. libro ſub rubr. 32. de iniur. cur. perſon.
21 poſt Bald. in l. etiam. C. de furt. in quo ſane mixto iudicio de
bet agens concludere totam debere fiſco pœnam applicari,
& a fiſco poſt diuidi oportere, non autem partem ſibi agen-
ti, partem fiſco in ſententia adiudicari. hoc enim modo con
ceptum libellum petentis ſibi partem, & aliam partem fiſco
decerni, ac præſtitui, ineptum omnino atque inutilem eſſe,
not. Ang. Aret. in §. pœnales. colum. 4. in fi. verſiculo vnum
tamen, & c. in inſtitutionibus. de act. vnde vel facile eſt intel
22 ligere, quæ inter tria hæc iudicia ſit differentia, ſatis certe ex-
plicata ab Innocent. in cap. qualiter & quando. §. ad corrigē-
dum. & ibi etiam a Fel. colum. prima & ſecunda. de accuſ. &
breuius, atque expreſſius multo a gl. in inſtit. de publ. iud. in
princ, & a Bart. in l. abſentem. ff. de pœn. & ibidem ab Alex. in
annota. ſeu quæ dicitur apoſtilla, cuius eſt initium. Eſt diffe-
rentia & c. & in l. cum mulier. colu. 2. ff. ſoluto matrimonio.
Quas porro authoritates ſignificaſſe ſatis ſit, vt ſaltem ex hoc
noſtro libello, veluti quodam ex indice, liceat, quæ huius rei
videantur, nedum, re vera, ſint argumenta depromere. Ne-
que vero prætermittendum eſt, mixtam non eſſe cauſam,
ſimpliciter ac ſecundum ius commune loquendo, illam, in
qua ex decreto agitur, vt pœnæ fiſco adiudicandæ, portio de
tur accuſatori, at criminalem, ita, vt in ea non poſſit cogi
reus fiſco edere, licet in ciuili, aut non crimali reus edere ar-
ma de domo ſua teneatur, Alexand. conſil. 132. viſa facti nar
24 ratione, colum. vltima, verſic. contrariam, uolum. primo. Ca
pitales autem, ſiue criminales epiſcoporum cauſas non mo-
do illas, quæ pœnam capitis ex legibus, ſiue deportationis ex
canonum diſpoſitione irrogant, vt etiam nota. Turrecrem.
Cardin. ſummæ doctrinæ in c. ſi quando, inſtit. 2. quæſt. 6. ſed
etiam eas hic ego accipio, ſcilicet maiores, de quibus nemo
poteſt ſtatuere, niſi papa, aut eius delegatus, iuxta trad. in ca-
pit. maiores. de baptiſm. & in cap. ſicut, de exceſſ. prælat. illas
quidem ad ſummum ipſum pontificem etiam extra appel-
lationem deferendas, ut poſt Card. & Abb. nota. Barbat. in c.
primo, num. 83. verſic datur quarta ſolutio & c. ibi dominus
cardinalis pictius etiam perſecutus eſt Præceptor meus do-
ctrina & fama inſignis Auguſtinus Beroius in eo ipſo. ca-
pit. primo & alij infra citandi, & c. Atqui illud etiam indica-
24 bo tria eſſe capitalium cauſarum genera, noſtris iureconſul
tis cognita, vt animaduertit Innocen. in d. c. qualiter & quā-
25 do. num. 6. col. 3. ver. & ſunt ſecundum leges, extra, de accu-
ſat. Anchara. in cap. præterea. num. 33. de dilat. primum ſane
ſummi ſupplicij, puta ad furcas, vel etiam ad beſtias damna-
tio, uiui concrematio, capitis amputatio, l. aut damnū. §. vl-
ta. l. qui vltimo ſupplicio. & apertius multo. l. capitalium, in
26 princ. & in §. famoſo, & in §. famoſos. ff. de pœnis. Alterum
genus capitalis pœnæ proximæ morti, videlicet metalli coer
ctio, ut in dd. ll. aut damnum. §. etiam capitalium, in cuius
ſane pœnæ locum hodie eſt damnatio ad triremes, ut poſt
Imol. & Bōniface. quos refert no. Capitius in non. deciſ. Nea-
pol. deciſ. 153. Notarius. nu. 7. ver. bene uerum eſt. Quæ porro
27 pœna damnatiōnis in metallum tres gradus olim habebat,
ſumma enim pœna coercitionis metalli erat ad ipſum me-
tallum damnatio, grauiſſima quidem, quia in metallum
28 damnati grauioribus uinculis præmebantur. Alter non mul
tum ſane diſtans gradus pœnæ erat damnationis ad opus me
talli, eo tantum ab illo coercitionis metalli differens, quod
leuioribus uinculis præmebantur in opus metalli, damna-
ti, quia ſolebant Refugæ ex opere metalli ad metallum gra
uius coerceri. Cum tamen tam ij, quam illi libertatem amit
terent, dicta. l. aut damnum. §. eſt pœna. l. inter eos, de pœn.
Tertium autem genus capitalium cauſarum erat ad inſulā
deportatio. dict. l. capitalium. Deinde erat gradus pœnæ ca
pitalis in opus publicum perpetuæ dationis, quæ ciuitatem
non libertatem adimebat. l. quidam ſunt, eodem titu. Illud
autem notandum eſt, capitale iudicium eſſe in quo irroga-
tur pœna capitis, ſiue naturaliter ſiue ciuiliter diminutionis,
ſeu ciuitatis amiſſionis. Bald. in l. reos. col. 2. C. de accuſat. Io.
Ana. in c. qualiter & quādo. §. ad corrigēdos. col. 6. in prin. ex
eo. non capitale uero iudicium dici omne aliud licet crimi
nale, in quo non infligat pœna capitis diminutionis aliquo
modo & ſi illud iudicium eſſet criminale, nam criminale a
capitali eo differt, quo ſpecies a genere. omne enim iudiciū
capitale eſt criminale, non autem e conuerſo omne iudi-
cium criminale eſt capitale. argumentum enim hoc conuer
ſum non concludit, ideoque generalius, ut loquūtur Dia
lectici ex Ariſto. ab eo non conuertitur ſubſiſtendi conſe-
quentia, & generalius eſſe criminale, quam capitale, not. &
Marant. in d. 4. part. diſtinctione ſecunda. num. quarto in fin.
& diffuſius aliquando ego poſt alios explicani in mea inter-
pretatione, in l. imperium. ff. de iuriſd. omnium iudicum. vbi
pleraque huc ſpectantia aliquando erit perlegere, Sed quod
30 ad noſtram hanc materiam pertinet, ſciendum eſt capitales
Epiſcoporum cauſas eſſe nonnullas ex illis, quas iura ciuilia
non capitales haberi ſanxerunt. l. ſi quis forte. §. ulti. & duab.
legibus. ſequentibus. ff. de pœn. videlicet relegationis ad tem
pus, uel in perpetuū, quæ non adimit bona, ſeu infamiæ, ſeu
dignitatis amiſſio, ſiue ad dignitatem vel officium ſeu forū
31 interdicta aſpiratio, ſiue verberum ictus, ſeu, ut dicitur, ex-
perimentum, aut, ut iuriſconſulti loquuntur, fuſtium admo
nitio. flagellorum caſtigatio, uinculorum verberatio, dam-
numue cum infamia, uel dignitatis alicuius aliqua depoſi-
tio, vel alicuius actus prohibitio. Has enim cauſas epiſcopo-
rum capitales, ſeu ſaltim criminales maiores eſſe; & ad pa-
pam deferendas infra demonſtrabo, & uel facile ex iis, quæ
Innocen. & alii no. in capitulo graue nimis, de præbend. &
aliis pleriſque paulo poſt allegandis locis apparet, & probat
expreſſim concilium Calcedonen. celebratum anno a Chri-
ſto nato. 442. illis verbis eni ſoli competit decernendi. epiſco
porum infamiam. & c. ut infra cap. 9. num. 51. referam. Quo
32 vero etiam primo ipſo in limine atque aditu veſtibuloque
noſtri huiuſce opuſculi dignoſcatur, cauſas Epiſcoporum
capitales merito ad Rom. pontificem omnino referendas, il
lud minime prætermittam, criminales cauſas inferiorum &
nedum Epiſcoporum diligentius quam ciuiles, agendas &
exequendas, ac veluti Aurificis ſtatera, potius quam popu-
lari quadam trutina æſtimandas atque examinandas, vtpote
quas maiores dictas conſtat. iuxta no. a Card. Zabarella in
clementina prima, de off. Vic. quæſt. 18. & Bald. in l. addictos
colum. prima. in 4. not. C. de epiſcop. audient. Eoque magis
criminum epiſcoporum accuſationes diligentiori admodū
34 ponderandas examine, cum eas ne delegati quidem poſſe, li
cet a concilio cognoſci receptum ſit, ob epiſcopalem ipſam
dignitatem. cap. inquiſitores, in verb. Apoſtolicæ, ubi glo. &
Ioan. Monachus, & alii infra citandi Doct. de hæretic. lib. 6.
Felin. in capitulo primo. in fin. extra. de iud. Huiuſmodi au-
35 tem relatio eſt facienda ex natura cauſę, utpote de qua infe
riores, non poſſint ſtatuere, eoque ad ſuperiorem referre
debent. c. maiores. de baptiſ. c. vt debitus cap. intimaſti, ubi
Philippus. colum. 3. Card. colum. 1. Abb. & cæteri doct. extra,
de appel. declarantes, quot modis relatio accipiatur. vt Bart.
Bald. & alii faciunt in l. prima. & l. vltima. C. de relation. Spe
cu. eodem. titu. in princip.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſas maiores, & capitales epiſcoporum ex Deuteron. Moyſis exemplo ad papam deferendas.*

2 *Moyſen ex tribubus elegiſſe peritos & ſapientes, qui docerent populum, & difficiliora ad ipſum Moyſen referret, minora tantum iudicantes.*

3 *Princeps debet eligere Iudices in omnibus locis, qui recte iudicent, nec in alteram declinet partem.*

4 *A delegatis papę grauiores epiſcoporum quęſtiones. Exodi teſtimonio etiã ipſius Moyſi exemplo, qui ad Horeb monte receſſurus decem tabulas Aaron. & Hur reliquit, ad quos iuſſit referri quęſtiones.*

5 *Aequum fuit Chriſtum aſſumere carnem, ut vitem eſſe, nos vero palmites cuncti agnoſcerent, ęquumque ad cęlum aſcendentem nobis ſui loco alterum dimittere.*

Authoritates ueteris legis, vnde de promptum ſit, cauſas epiſcoporum & alias omnes, quæ dicuntur maiores, ad Papam deferendas. CAP. II.

Ad veteris ipſius legis authoritates hoc pronũria tum, ſcilicet, & maiores & alias capitales epiſcoporum cauſas ad papam deferendas, & quandoque etiam ab ipſo papa aliquibus nominatim ſtatuendas demandari, minimeque abſque eius mandato ab aliis decidi poſſe, præclare comprobantes, referendas iam
1 accedam. Neinini certe, vt arbitror, latet capitales Epiſcoporum quæſtiones, quas etiam maiores appellamus, ad ſedẽ Apoſtolicam deferendas; ductum videri poſſe ex primo capit. Deuteronom. ubi Moyſes in hæc verba locutus refertur. Non ualeo ſolus negocia veſtra ſuſtinere &c. & paulo poſt. Tulique de tribubus veſtris viros ſapientes, & nobiles, hoc eſt, peritos, vt ſentiunt ſeptuaginta interpretes ita uertentes locũ hunc. Et probant Caſtellius, atque Eugubinus, aliter licet conuerterit Franciſcus Georgius de Harmonia mundi, cant. 1. tono. 4 cap. 7. in pallma, ut dicitur ſignificatione, accipiens verbum illud hębraicum . . . . ideſt cognitos & cõſtitui eos Principes, Tribunos, ac Centuriones, & Quinquagenarios, & decanos, qui docerent vos ſingula. Quod ſi difficile uobis aliquid uiſum fuerit referte ad me, & ego au-
2 diam. Id uero Domini ipſius præcepto feciſſe Moyſen, & diuini ſpiritus aflatu, atque inſtinctu mandaſſe conſtat ex cap. 18. Exod. ubi in fine ſic ſcriptum. Prouide autem de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, qui iudicent populum omni tempore; Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantummodo iudicent, leuiuſque ſit tibi, partito in alios onere, ſi hoc feceris implebis imperium Dei &c. Et poſtea in fin. Quicquid autem grauius erat, referebant ad eũ
3 faciliora tantummodo iudicantes. Nec certe iniuria hoc ſancitum ueteri etiam lege reperitur, cum illud quoque cautũ inueniatur inter cætera præpotentis Dei præcepta, Conſtitui a principe iudices, & magiſtros oportere, qui recte iudicent, nec in alteram declinent partem, ut grauiorum dumtaxat rerum princeps curam gerat, nec reſpondere omnibus cogatur, vti facile eſt elicere ex ipſius Deuteronomi. capit. 16. prope finem in ea parte vbi ſcriptum eſt, iudices, & magiſtros cõſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per ſingulas tribus tuas, ut iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent. Ab aliis autem
4 quam ab ijs, qui nominatim a papa ad eas ſint cauſas delegati, non poſſe, nec debere grauiores epiſcoporum quæſtiones decidi facile oſtendunt in Exod. capit. 24. conſcripta verba eius ipſius Moyſis, qui a Deo euocatus, ac in Synai, ſiue Horeb Montem aſceuſurus, moxque decem illas lapideas veteris legis tabulas, ac præcepta populo indicanda, & probanda recepturus, Ioſue ſibi miniſtro, & comite adſcito ad radicem montis Synai Aaron, & Nadab, aliiſque ſeptuaginta Iſraelitici popoli, Dei quoque iuſſu ſecum ductis ſenioribus relictis, ait, expectate hic donec reuertamur ad vos, haberis Aaron, & Hur vobiſcum ſi quid natum fuerit quæſtionis, referatis ad eos &c. Quas ob res arbitror ſenſiſſe diuũ Auguſtinum in illud Ioan. 15. ego ſum uitis &c. dicentem,
5 ui a quum fuit Dei filium humanam aſſumere carnem, vt eſſet ipſe vitis, cuius nos palmites eſſe poſſemus. ſic etiam decuiſſe alio properantem, & ad patrem reuertentem Chriſtũ Ieſum aliquem ſui loco victurum dimittere, & notaſſe etiã Innocen. in capitulo quod ſuper his. de uot. in hæc verba, Nõ fuiſſet Chriſtus diligens pater familias, ſi nõ dimiſiſſet in terra aliquem, qui vice ſua poſſet obuenire neceſſitaribus eccleſię, &c. qui etiam ſibi habet conſentientem D. Thom. lib. 4. contra Gentiles cap. 74. Hęc in lege veterique hiſtoria deſcripta facile indicant maiores cauſas, quales ſunt epiſcoporum ad papam deferri oportere, & ab alio quam a Roma. pontifice, ſeu nominatim ab ipſo ad cauſas delegato, ſtatui minime poſſe.

SVMMARIVM.

1 *Anacletus papa, diſcipulus Petri, probans epiſcoporum cauſas ad ſedem apoſtolicam deferendas, & omnem oppreſſum ſacerdotem ad eam libere appellare.*

2 *Idque iuſſione Saluatoris, qui ſuper ſede apoſtolica vniuerſalem eccleſiam fundauit.*

3 *Euariſtus papa, & martyr, Neruę, & Troiani imperatorum temporibus laudat epiſcopos Africanos, qui retulerunt ad ſedem apoſtolicam, quaſi ad caput, quid ſtatuendum eſſet de rebus dubijs, nec voluerunt ſibi aliorum aſſumere.*

4 *Idem Euariſtus probat epiſcoporum iniuriam ad Chriſtum pertinere, & ſanctæ ſedis authoritate terminandam.*

5 *Alexander I. eiſdem temporibus papa, & martyr dicit ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & omnium negocia eccleſiarum per illa verba, Tu es Petrus, &c. ad ſanctam ſedem ſpectare.*

6 *Aemulos Chriſti, eiusque eccleſiæ inſidiatores eſſe, & in Deum præuaricantes, qui ſacerdotes Dei ad publicos præſumunt iudices accuſare.*

7 *Anicetus papa, & martyr imperatorum Veri, & Marci temporibus incorrigibiles, & inobedientes ad ſanctam ſedem referendos, & ad eam omnia epiſcoporum iudicia terminanda pertinere monet.*

8 *Limitat tamen, niſi eſſet nimium locorum interuallum, temporisve, aut itineris difficultas, & periculum, dicens tunc ſedis tamen apoſtolicæ auctoritate primatem adeundum.*

9 *Idemque dicendum de appellatione, ſeu aditu ad primatem in caſu ſuſpitionis Metropolitani, intelligendo tamen vt ibi remiſſiue.*

10 *Eleuterius ſub imperio Antonini Comodi, non omnium clericorum accuſationes, ſed tantum finitiua epiſcoporum iudicia ad ſanctam ſedem referenda eſſe probat ab apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus conſtitutum.*

11 *Victor I. Helij Pertinacis, & Seueri imperatorem temporibus docet, epiſcoporum cauſas a tempore apoſtolorum, & deinceps conſtitutum ſemper placuiſſe epiſcopos Roman. pontificem adiri, qui pontifex aut per ſe, aut per Vicarios eius negocium faciat retractari.*

12 *Pendente iudicio epiſcopi coram papa, non debet epiſcopus de loco ſuo amoueri, nec a. ius illi ſubrogari.*

13 *Licet cauſam Epiſcopi accuſati poſſint comprouinciales ſcrutari, non tamen poſſunt inconſulto. Rom. Pontifice definire.*

14 *A Domino Saluatore noſtro dictum fuit Petro, Quodcunque ligaueris, &cet.*

15 *Grauatos a ſuo proprio Metropolitano, a patriarcha, ſeu Primate, ſeu vniuerſalis Eccleſiæ ſede iudicari oportet.*

16 *Culpari eos qui præſumunt circa epiſcopos iudicare aliter quam placuerit papæ, cui Dominus reſeruauit eorum iudicium.*

17 *Zepherinus papa temporibus Antonini, & Seueri cauſarum epiſcoporũ finem ad ſedem referri apoſtolicam, & ibi terminari opertere, nec antea finiri monet olim ab apoſtolis, & ſucceſſoribus ſtatutum.*

18 *Ad ſedem apoſtolicam ab oppreſſis recurrendum, quaſi ad matrem eius vberibus nutriendis, & authoritate defendendis, & releuandis.*

19 *Matrem non deeſſe filio ſuo.*

20 *Cauſas epiſcoporum, vt maiores a Sede apoſtolica non ab alio terminaudas.*

21 *Licet verba Euangelij, quæcunque ligaueris, &c. transferantur ad alios epiſcopos, Petro tamen dicta fuerunt, & ſoli ſanctæ ſedi conceſſa ſunt hæc, & alia priuilegia.*

22 *Fabianus papa Maximini, & Africani temporibus creatus ſpiritus ſancti imagine ſuper Ieſum alias deſcendentis columbæ in eius capite inſidentis ſub Decio Imperatore Martyr mortuus.*

23 *Idem affirmat de accuſato Epiſcopo appellante ad Sedem Apoſtolicam id ſtatuendum, quod ſummus Pontifex ſtatuerit.*

24 *Stephanus Primus papa, & Martyr dixit Patriarchas vel primates epiſcoporum negocia, ſalua authoritate ſedis apoſtolicæ cognoſcere.*

25 *Omnis accuſatio epiſcoporum intra prouinciam audiri, & a comprouincialibus terminari poteſt, niſi manus appoſuerit ſedes apoſtolica.*

26 *Sixtus ſecundus fuit philoſophus Athenienſis, & factus optimus Sacerdos, & diui Laurentij Dominus triduo ante Martyrium ipſius Laurentij martyr mortuus ſub Valeriano, & Decio Imperatoribus.*

27 *Erronei ſunt qui conſentiunt epiſcopos infeſtare & coepiſcopos prouinciales ad epiſcoporum trahunt infamationem.*

28 *Omnes epiſcopi in grauioribus pulſati cauſis ad matrem eccleſiam confugiunt, cui eorum iudicia ſunt reſeruata apoſtolorum ſucceſſorumque & canonum authoritate.*

29 *Licet epiſcopo & comprouincialibus iudicato ad ſedem apoſtolicam appellare, quæ procurabit negocium retractari per ſe, vel per ſuos Vicarios.*

30 *Pendente cauſa coram papa nullus alius in locum epiſcopi ponatur.*

31 *Comprouinciales epiſcopi ſcrutari epiſcoporum accuſatorum cauſas, non tamen poſſunt diffinire inconſulto Ro. pontifice, cui ſoli eſt permiſſum finis per verba Petri quæcunque ligaueris, &c.*

32 *Melciades papa hortatur epiſcopos Hiſpaniæ, ne iudicent, nec condemnent epiſcopum inconſulto papa, & aliter facientes irritam prolaturos ſententiam.*

33 *Priuilegium eſt ſedis apoſtolicæ ab apoſtolis ſtatutum, illęſum conſeruatum de iudicandis epiſcopis.*

34 *Licet omnium apoſtolorum par eſſet electio, tamen Petro ſoli conceſſa eſt præeminentia, & diſpoſitio querelarum.*

Cauſa

35 *Cauſæ maiores epiſcoporum ad Sedem apoſtolicam debent confluere.*

36 *A Sedo apoſtolica epiſcopi initium inſtitutionum ſumpſere, & inde finem accipere, nec a ſuo diſcrepare capite.*

37 *Marcellinus primus papa teſtatur ad Antiochenos ſcribens, notat Antiochena in Rom. ceſſiſſe ſedi, & illam ſubiici.*

38 *Epiſcopi ad Sedem Rom. confugiunt, & ab ea tuitionem accippiunt, a qua informationem, & conſecrationem acceperunt.*

39 *Synodus uniuerſalis authoritate ſedis apoſtolicæ congregata, poteſt epiſcopi graui ores cauſas iudicare.*

40 *Epiſcoporum cauſę, & ſumma negocia ſunt facienda, & tractanda iudicio ſedis Apoſtolicæ.*

41 *Comprouinciales ſine authoritate ſedis Apoſtolicæ non poſſunt iudicare epiſcopos.*

42 *Sinodus abſque Sanctæ Sedis authoritate non poteſt epiſcopum damnare finitiua ſententia.*

43 *Iulius primus notat etiam Nicena ſynodo ſtatutum non poſſo epiſcopum a ſynodo abſque papa authoritate conuocata damnare.*

44 *Ex præceptis euangelicis, & apoſtolicis, & canonicis inſtitutis cauſas epiſcoporum maiores referri ad ſedem apoſtolicam.*

45 *Concilia abſque ſedis Apoſtolicæ authoritate vniuerſalia non poſſe celebrari, neque epiſcopos damnare.*

46 *Sancta ſedes Ro. eccleſiæ primatum omnium Eccleſiarum tenet, et ſine ea maiores cauſas tractari, nec damnari epiſcopos poſſe.*

47 *Nihil extra Ro. potificem decerni de maioribus eccleſiarum negotiis.*

48 *Idem Iulius papa reprehendit Orientales epiſcopos tanquam audaces, & inuaſores iurium beati Petri Apoſtoli.*

49 *Nullus debet aut concilia celebrare, aut Epiſcopos conuocare, aut damnare, aut propria pellere ſede, aut alium in eius locum ordinare ſine authoritate ſedis apoſtolicæ.*

50 *Epiſcoporum, & eccleſiarum cauſæ authoritati Roman. pontificis ſunt ſeruatæ.*

51 *Comprouinciales epiſcopi non poſſunt finire cauſam accuſati Coepiſcopi, ſed tantum tractare.*

52 *Fælix papa ſecundus & martyr condemnauit de hæreſi Conſtantinum filium Conſtantini Auguſti.*

53 *Cauſas Epiſcoporum in ſynodo Alexandrina non poſſe a coepiſcopis cum metropolitano, abſque authoritate papæ, definiri, & ibidem Epiſcopos a comprouincialibus, vel metropolitano prægrauatos ad ſedem apoſtolicam recurrere.*

54 *Nullus audeat excommunicare epiſcopos, aut eorum ſurripere ſedes, aut inferre iniuriam antequam eorum cauſa finiatur papæ iudicio, aliter factum non ualet.*

55 *Damaſus papa dicit, epiſcoporum cauſas non poſſe definiri abſque authoritate papæ, ſed tantum tractari a comprouincialibus.*

56 *Idem teſtatur Zoſimus papa.*

57 *Higmarus fuit Archiepiſcopus Remen. de quo fit mentio in c. excellentiſſimus. 11. quæſt. 3.*

58 *Sixtus tertius probat epiſcopos accuſatos recurrere ad ſedem apoſtolicam.*

59 *Leo primus papa magnus nuncupatus, quærit a Theodoſio Auguſto, cur epiſcopum ſeparauerit a communione, & iubet ad ſe referri.*

60 *Idem reprehendit Alexandrinum de auſu priuandi Flauianum. & Flauianum auditum, & reſtitutum, & etiam Chriſoſtomum alias probat author.*

61 *Flauianus appellauit, & auditus, & reſtitutus fuit, & etiam Ioannes Chryſoſtomus Conſtantinopolitani epiſcopi.*

62 *Gelaſius papa teſtatur plures epiſcopos a ſede apoſtolica deiectos.*

63 *Idem conqueritur Alexandrinum Ioannem de Eccleſia expulſum incompetenti iudicio.*

64 *Idem reprehendit qui dicunt imperatoris authoritate deiectum epiſcopum Probans non eſſe imperatoris.*

65 *Epiſcopi a Deo ſunt iudicandi tanquam ſibi electi oculi.*

66 *Epiſcopi ordinatione Chriſti ortum habent, intelligendo vt ibidem remiſſiue.*

67 *Epiſcopi non poſſunt ab alijs iudicari, quã ab ijs a quibus ordinari poſſunt.*

68 *Imperatoris, aut papæ de re propria teſtimonium, nimis familiaris probatio dicitur a pleriſque.*

69 *Papæ teſtimonium non ſpiritum huius mundi, ſed ſpiritum Dei ſapit.*

70 *Sancti iudicant, & teſtantur non ad gratiam atque amicitiam, ſed libere.*

71 *Papæ decretis reſiſtere, aut detrahere, non licet.*

72 *Pontificum decreta dictantur a Spirituſancto pro bono vniuerſali.*

73 *Papæ decretis etiam alias iuri communi contrarijs ſtandum vſque dum papa conſulatur.*

74 *Baſilides epiſcopatu depoſitus poſt ſua detecta crimina non potuit a papa Stephano obtinere reſtitui.*

75 *Eccleſia Rom. eſt cathedra Petri, & Eccleſia principalis, & ab ea vnitas ſacerdotalis ſit exorta.*

76 *Ad Rom. præſertim pontifices perfidia non poteſt acceſſum habere.*

77 *Depoſitio, & ſubſtitutio epiſcopi ad Rom. pontificem ſpectat, etiam Cypriani authoritate.*

78 *Martianus ſuſpenſus ab epiſcopatu Arelatæ, & conſultus Stephanus papa quis eſſet ei ſubſtituendus.*

79 *Cicilianus Carthaginen. epiſcopus a Melciade papa reſtitutus, qui ab hæreticis erat eiectus.*

Teſtimonia Martyrum, ac ſummorum Pontificum, & Eccleſiæ Doctorum probantia maiores quaſque, & etiam capitales Epiſcoporum cauſas ad Papam deferre oportere.

CAP. III.

Hinc autem ab antiquioribus Rom. pontificibus, ſanctiſſimiſque hominibus, qui etiam naſcentis ipſius eccleſiæ initijs floruerunt, huius rei teſtimonia complura literis conſignata, originem duxiſſe, non eſt dubitandum. Ad quæ ſane teſtimonia recen
1 ſenda pergam. Anacletus papa Petri diſcipulus in epiſtola prima infraſcripta, de oppreſſione epiſcoporum, & de accuſatione eorum &c. ad omnes epiſcopos miſſa, quæ etiam reperitur inſerta in primo conciliorum tomo, fol. 54. ex diligentiſſimi Ioannis Quintel Colonien. impreſſione prope finem ipſius epiſtolæ, uerſic. omnis enim oppreſſus libere ſacerdotem appellet, &c. ita ſcripſit, Si aut difficiles cauſæ, aut maiora negocia orta fuerint, ad maiorem ſedem referãtur, & ibidem. Quod ſi difficiliores ortæ fuerint quæſtiones, aut epiſcoporum aut maiorum iudicia, maiores cauſę fuerint ad
2 ſedem apoſtolicam, ſi appellatum fuerit, referantur, quoniã apoſtoli hoc ſtatuerunt iuſſione ſaluatoris, ut maiores, & difficiliores quæſtiones ſemper ad ſedem deferantur Apoſtolicam, ſuper quam Chriſtus uniuerſam conſtituit eccleſiam, quæ etiam uerba adnotauit doctiſſimus ac maxime laudandus Burcardus epiſcopus Vuormacien. Chriſtianæ religionis acerrimus defenſor li. 1. de primat. ecl. decre. c. 178. cuius
3 eſt initium, ſi quæ uero cauſæ. Euariſtus Domitiani, & Neruæ Traiani temporibus papa, & martyr in prima epiſtola ad omnes Africanos epiſcopos, quæ epiſtola eſt in eodem primo tomo conciliorum, fol 66. in principio, reſpondens quidem Africanis epiſcopis conſulentibus ait, conſulentibus uobis fratres chariſſimi, quid ſuper his, quæ in ueſtris continebantur ſcriptis uiſum nobis eſſet, uel quid docilis ratio perſuadeat, aut quid a beatis apoſtolis nobis traditum, aut cuſtoditum remaneret optantibus, ut retuliſtis noſtris inſtitui documentis, & cætera. Hæc uero reſcribimus, ſi quidem dilectio ueſtra normam ſecuta prudentium, ad ſedem apoſtolicam referre maluit, quaſi ad caput quid deberet de rebus dubiis cuſtodire potius quam uſurpatione præſumere.
4 Et dilucidius idem Euariſtus in ſecunda epiſt. omnibus per Aegyptum conglutinatis fratribus infraſcripta, in eo. primo tomo, fol. 68. in 2. col. in prin. inquit, in verſ. ideo hæc vobis omnibus &c. Quoniam iniuria epiſcoporum ad Chriſtum pertinet &c. Si autem aduerſus eos aliquam querelam habueritis, his peractis inquirendum erit, & authoritate huius Sanctæ ſedis terminandum. Alexander I. Traiani etiam tẽ
5 poribus, vſque ad Helianum, & Veterem Conſules, papa, & martyr in prima epiſtola ad omnes orthoxos de ſacerdotib. non vexandis &c. quæ etiam extat in eod. primo tom. concil. fol. 71. circa principium ſecundæ col. ait relatum inſuper eſt ad huius ſanctæ, & apoſtolicæ ſedis apicem cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & omnium negocia eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt quaſi ad caput ipſo dicente principi Apoſtolorum Petro. Tu es Petrus, & ſuper hanc
6 petram eccleſiam ædificabo, quod quidam æmuli Chriſti, eiusque Sanctæ eccleſiæ inſidiatores ſacerdotes Dei ad iudices publicos accuſare præſumant, cum magis apoſt. chriſtianorũ cauſas ad eccleſias deferri, & ibidẽ terminari pręcipiat,
7 taliter præuaricantes. præuaricati ſunt in Deum ſuum, & nõ obediunt præceptis eius & reliqua. Anicetus papa, & martyr Veri, & Marci imperatorum temporibus in epiſtola ad Galliæ epiſcopos de ordinatione Archiepiſc. ſcripta, quæ etiam extant in eod. primo tomo concil. fol. 88. in 2. col. epiſtolæ, in fi. inquit, Si uero incorrigibilis, eiſque inobediens apparuerit, ad hanc apoſtolicam ſedem, cui omnia epiſcoporum iudicia terminare præcepta ſunt, eius contumacia referaĩ &c.
8 Declarans tamen, ſi forte, vel nimio locorum interuallo, vel temporis uel itineris difficultate, ac periculo, graue eſſet ad ſanctam ſedem referre, tũc ſedis apoſtolicæ authoritate primatem adeundum, & eandem rationem, modumque tenẽ
9 dum ubi ſuſpectum Metropolitanum, aliquis epiſcopus habeat, quod tamen quo ad primatum appellandum, ut infra,
10 circa finem, eſt intelligendum. Eleuterius papa Antonino Comodo imperatore in epiſtola ad Galliæ prouincias inſerta, in eodem primo tomo, fol. 92. circa principium ait, De accuſationibus ergo clericorum ſuper quibus conſulti ſumus, quia omnes eorum accuſationes difficile eſt ad ſedem apoſtolicam deferre, finitiua tantum epiſcoporum iudicia huc referantur, vt huius ſanctæ ſedis authoritate finiantur, ab apoſtolis eorumque ſucceſſoribus multorum conſenſu epi
11 ſcoporum iam definitum eſt &c. Victor primus temporibus Helij Pertinacis, & Seueri imperatorum a conſulatu Como-

modi Quinto, & Glabrionis uſque ad Lateranum, & Ruffi-
num papa & martyr in epiſtola prima ad Theophilum Ale-
xandriæ epiſcopum, ſolio 93. in eodem primo tomo concil.
columna prima, verſiculo ſimiliter vos, &c. inquit, Simili-
ter ea uos iudicare ad apoſtolicam ſedem delatum, quæ præ
ter noſtram uobis non licet definire authoritatem, id eſt epi
ſcoporum cauſas. vnde ita conſtitutum liquet a tempore
epiſcoporum, & deinceps placuit, ut accuſatus, vel iudica-
tus a Comprouincialibus in aliqua cauſa epiſcopus licenter
appellet, & adeat apoſtolicæ ſedis pontificem, qui aut per ſe,
aut per vicarios eius retractari negocium procuret, & dum
iterato iudicio pontifex cauſam ſuã agit, nullus alius in eius
12 loco ponatur, aut ordinetur epiſcopus, quoniam quãquam
a Comprouincialibus epiſcopis accuſati, cauſam pontificis
13 ſcrutari liceat, non tamen definiri inconſulto Rom. pontifi
ce permiſſum eſt, cum beato Petro Apoſtolo non ab alio
14 alio quam ab ipſo dictum ſit Domino, quæcunque ligaue-
ris &c. & ibidem, & alibi in inſtitutis legitur apoſtolicis. Si
15 quis putauerit ſe a proprio Metropolitano grauari apud Pa-
triarcham, vel primatem diœceſanos, aut penes vniuerſalis
eccleſiæ iudicetur ſedem &c. paulopoſt, culpantur enim ut
16 ſcriptum eſt, fratres, qui aliter circa epiſcopos iudicare præ-
ſumunt, quam apoſtolicæ ſedis papæ fieri placuerit, & quis
eſt, qui iudicat eum, quem Dominus ſibi & huic ſanctæ ſedi
reſeruari uoluit iudicandum. Quam etiam ſententiam, pau
cis admodũ immutatis uerbis, refert, ac probat ille ipſe pau-
lo ante citatus Burcardus in d. lib. primo, cap. 176. quod inci-
17 pit. Placuit, ut accuſatus &c. Zepherinus temporibus Anto-
nini, & Seueri imperatorum papa in epiſtola ad Epiſcopos
omnes Sicilienſes, quæ etiam in eodem primo tomo con-
cil. inuenitur, pagina 97. circa medium epiſtolæ inquit, finis
uero huius cauſæ ad Sedem apoſtolicam deferatur, ut ibidẽ
terminetur, nec antea finiatur ſicut ab apoſtolis, & ſucceſſo
ribus eorum olim ſtatutum eſt, quam eius authoritate ful-
18 ciatur, ad eam quoq; ab omnib. maxime tñ oppreſſionis ap-
pellandum eſt concurrendum, quaſi ad matrem, ut eius ube
ribus nutriantur, & authoritate defendantur, & a ſuis oppreſ
19 ſionib. releuentur, quia nõ poteſt, nec debet mater obliuiſci
filium ſuum. Iudicia enim Epiſcoporum, maioreſque cauſę
20 Eccleſiæ a ſede apoſtolica, non ab alio, ſicut Apoſtoli, & ſan
cti ſucceſſores eorum ſtatuerunt, cum aliis epiſcopis ſunt ter
minandæ, quia licet in alios transferantur Epiſcopos, beato
tamen Petro dictum eſt, Quęcunque ligaueris ſuper terram
erunt ligata, & in cœlis, & quæcunque ſolueris ſuper terram
21 erunt ſoluta, & in cœlis, & reliqua priuilegia, quæ ſoli huic
Sanctæ ſedi conceſſa ſunt, & in conſtitutis Apoſtolorum, eo
rumque ſucceſſorum, aliiſque quam pluribus eum eis conti
22 nentibus habentur inſerta. Fabianus Papa, Maximini, & Afri
cani temporibus diuina prouidentia celitus lapſa, & inſiden
te in eius capite, ea ipſa quidem columba, quæ ſancti ſpiritus
imagine ſuper Ieſum deſcenderat apud Iordanem, Deique
optimi maximi, ac ſancti ſpiritus iudicio cæteri omnes, licet
non ita ſenſu perſpiciatur oculorum, papa electus, & Decio
Imperatore, vt refert Euſebius lib. ſexto Eccleſia. hiſtoriæ ca-
pit. 12. Martyr mortuus, In epiſtola tertia ad Hilarium Epiſco
pum, cuius etiam extat exemplum in eod. primo tomo con
concil. fol. 118. circa med. ſecundę colum. uerſic. omnis ergo
qui crimen abijcit &c. inquit, Placuit etiam, vt ſi epiſcopus
23 accuſatus appellauerit ad Apoſtolicam ſedem, id ſtatuendũ
quod eiuſdẽ ſedis pontifex ſtatuerit. Stephanus papa primus
24 & Martyr Valeriani, & Gallicani, & Maximi temporibus vſ
que ad Valerianum quarto, & Gallicanum tertio Conſules
in epiſtola ſecunda de accuſationibus ſacerdotum omnibus
per diuerſas prouincias conſtitutis Epiſcopis conſcripta, cu-
ius etiam extat exemplum deſcriptum in eodem. primo. to-
mo conciliorum fol. 157. circa medium ipſius epiſtolæ in 3.
colum. verſic. in ipſis vero vrbibus poſt Chriſti aduẽtum ait.
Apoſtoli & ſucceſſores eorum patriarchas, vel primates po-
25 ſuerũt ad quos epiſcoporum negocia, ſalua in omnibus apo-
ſtolica authoritate, & maiores cauſæ poſt Apoſtolicam ſedẽ
ſunt referendę, & reliqua & ibidem. Omnis accuſatio intra
prouinciam audiatur & a comprouincialiqus terminetur, niſi
ad apoſtolicam ſedem fuerit tantum appellatum & quæ ſe-
26 quuntur. Sixtus papa ſecundus patria ille quidem Athenien
ſis ex Philoſopho, Chriſti diſcipulus factus, & optimus ſacer
dos, Laurentij quoque præceptor & dominus, vel triduo an-
te quam ipſe Laurentius Martij laudem adeptus, Valeriano
& Decio Imperatoribus in epiſtola prima ad Gratum, Epi-
ſcopum, quæ etiam inſerta in dicto primo Concil. fol. 160. co
lum. tertia. in princip. verſiculo audiuimus etiam quod qui-
dam erronei, &c. ait Audiuimus ẽt quod quidam erronei, &
27 conſentientes eis, te & reliquos infeſtent epiſcopos aliquos
prouinciales ad veſtram infamationem, atque damnationẽ
ſecum trahant. Quapropter in hac ſancta ſede dudum a mul
28 tis epiſcopis Inſtitutum erat, & modo ad ueſtrum & cætero-
rum fratrum auxilium eſt denuo laboratum, ut omnes epi-
ſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſantur, vel criminã
tur cauſis, quoties neceſſe fuerit libere Apoſtolicam appellẽt
ſedem, atque ad eam, quaſi ad matrem confugiant, ut ab ea
ſicut ſemper fuit pie fulciantur, ac defendantur, & liberen-
tur, cuius diſpoſitioni omnes maiores Eccleſiaſticas cauſas
& epiſcoporum iudicia antiqua apoſtolorum, eorumque
ſucceſſorum, atque canonum authoritas conſeruauit, quan-
do culpa Epiſcopi, qui aliter erga fratres egerint, quam eiuſ-
dem ſedis papę fieri placuerit. Vnde placuit, ut accuſatus, vel
iudicatus a comprouincialibus in aliqua cauſa Epiſcopus li-
29 center appellet, & adeat Apoſtolicæ ſedis Põtificem, qui aut
per ſe, aut per Vicarios ſuos eiuſdem retractari negocium
30 pcuret, & dum iterato Iudicio pontifex cauſam ſuam agit,
nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur epiſcopus,
31 quoniam quanquam a comprouincialibus epiſcopis accu-
ſati, cauſam pontificis ſcrutari liceat, non tamen definire
in conſulto Roman. pontice permiſſum eſt, cum beato Pe-
tro Apoſtolo non ab alio quam ab ipſo dictum Domino.
Quæcunque ligaueris ſuper terram erunt ligata & in cœlis,
quæcunque ſolueris ſuper terram erunt ſoluta & in cœlo. Et
ſi quis putauerit ſe a proprio Metropolitano grauari, apud
32 Primatem diœceſeos, aut penes vniuerſalis eccleſiæ papam
iudicetur. Melciades papa Maximo nono & Maxentio ſe-
cundo conſulibus anno a Chriſto nato circiter 319. in epiſto
la ad quoſdam, omneſque Hiſpaniæ epiſcopos ſcripſit, quæ
etiam legitur in ipſo tomo primo conciliorum ſoli. 218. in
prima ipſius epiſtolę colum. circa fin. ait. Epiſcopos nolite iu
dicare, nolite condemnare abſque ſedis huius authoritate.
Quod ſi feceritis irrita erunt ueſtra iudicia. hoc enim priuile
33 gium huic Sanctæ ſedi a temporibus apoſtolorum ſtatutum
eſt ſeruari, quod illæſum manet uſque in hodiernum diem
&c. Et in eadem Epiſtola ca. 2. idem ait de Petro, cæteriſque
34 Apoſtolis in hęc verba. Et licet cunctorum par electio foret,
beato tamen Petro conceſſum eſt, vt alijs præmineret, &
eorum quæ ad querelam venirent, cauſas & interrogatio-
35 nes prudenter diſponeret. Quod de ordinatione taliter or-
dinatum credimus, ne omnes poſteri eorum cuncta ſibi vin
dicarent, ſed ſemper cauſæ maiores ſicut ſunt epiſcoporum,
36 & potiorum curæ negociorum ad vnam beati Petri princi-
pis apoſtolorum ſedem confluerent, vt inde ſuſcipiãt finem
iudiciorum, vnde acceperant initium inſtitutionũ, ne quan
do a ſuo diſcreparent capite &c. Idque etiam notauit Iuo. in
5. parte ſui decretalis cap. 46. quo nihil certe dici apertius po
37 tuit. &c. Marcellus Papa primus temporibus Conſtantij, &
Galerii vſque ad Maxentium quarto, & Maximum Conſu-
lem initio fere epiſtolę primę ſcriptę ad Antiochenę pro-
uinciæ epiſcopos, de qua in eo. 1. tomo conciliorum fol. 205.
in ver. ſi ueſtra vero Antiochena, inquit, ſi uero ueſtra Antio
cheno, quæ olim prima erat, ceſſit Ro. Sedi, nulla eſt q̃ eius
38 non ſubiecta ſit ditioni, ad quam omnes quaſi ad caput iux-
ta apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum ſanctiones epiſco-
pi, qui voluerint, vel quibus neceſſe fuerit ſuffugere, eamque
appellare debent, ut inde accipiant tuitionem & liberatio-
nes. Vnde acceperunt informationem atque conſecratio-
nem, quod omnibus minime conuenit denegare epiſcopis,
39 & ibi paulo poſt. Nec nullus epiſcopus niſi legitima ſinodo
ſuo tempore apoſtolica authoritate, conuocata, ſuper qui-
buſlibet criminibus pulſatus, audiatur, uel iudicetur, quia,
vt paulo ſuperius probatum eſt, epiſcoporum iudicia, & ſum
40 marum cauſarum negocia, ſiue cuncta dubia apoſtolicæ ſe-
dis authoritate ſunt agenda, & ſinienda, & omnia compro-
uincialia negocia, huius Sanctæ uniuerſalis, ac apoſtolicæ
eccleſiæ ſunt retractanda iudicio, ſi huius eccleſiæ pontifex
41 præceperit. Nec cui liceat ſine pręiudicio Roman. eccleſię,
cui omnibus cauſis debetur reuerentia cuſtodiri, relictis
his ſacerdotibus, qui in eadem prouincia nutu diuino Dei
eccleſias gubernant, ad alias conuocare prouincias,
vel aliarum prouinciarum epiſcoporum iudicium experi-
ri vel pati. Sed omnibus eiuſdem prouinciæ epiſcopis
congregatis, iudicium authoritate huius ſedis termine-
tur. Quod tamen, vt præfatum eſt, per eius Vicarios ſi libue-
rit tractandum, & quicquid actum reformandum, &c. Idem
etiam Marcellus in epiſtola ſecunda ad Maxentium tiran-
num ſcripta, quæ in eodem primo tomo eſt concil. fol. 207.
circa medium epiſtolę, in verſiculo vos licet corpora noſtra
poſsitis occidere ait, ſinodum ergo abſque huius Sanctę Se-
dis authoritate epiſcoporum, quanquam quoſdam epiſco-
42 pos poſsitis congregare, non regulariter poteſtis facere, ne-
que vllum epiſcopum qui hanc appellauerit apoſtolicam
ſedem damnare, antequam hinc finitiua ſententia proce-
43 dat. &c. Iulius papa primus Conſtantii hæretici filii Conſtan
tini a conſulatu Feliciani, & Maximini temporibus in epi-
ſtola

ſtola prima increpatoria ad orientales epiſcopos inſcripta in
eodem primo tomo concil.fol.303. paulo poſt medium epi-
ſtolę, colum.quarta circa principium, verſiculo. Audite in-
quam, &c.tradit, vnanimiter in prędicta Nicęna ſtatueruot
ſinodo, ut nullos epiſcopus niſi in legitima ſinodo, & ſuo
tempore, apoſtolica authoritate conuocata, ſuper quibuſdã
criminationibus pulſatur, audiatur, ideſt iudicetur, uel dam
44 netur,&c.Et ibidem, ipſi vero primæ ſedis eccleſię conuocã
darum generalium ſinodorum, iuraque & iudicia epiſcopo-
rum ſingulari priuilegiis euangelicis atque apoſtolicis atq;
canonicis conceſſa ſunt inſtitutis, quia ſemper maiores cau-
ſę ad ſedem apoſtolicam multis authoritatibus referri pręce
45 pię ſunt,&c.& paulo poſt, Porro, dum a Sanctis apoſtolis,
ſucceſſoribuſque eorum in prefatis antiquis decretum fue-
rat ſtatutis, quę hactenus Sancta, & uniuerſalis tenet eccle-
ſia, non oportere prætet ſententiam Roman. pontificis con-
cilia celebrare, neque epiſcopum damnari, quoniam San-
46 ctam Romanam eccleſiam primatem omnium eccleſiarũ
eſſe uoluerunt & cæt. & ibi ad eam, quaſi ad matrem, & api-
cem recurrant, eiusque iuxta ſententiam, & terminum
ſumant, nec extra Romanum quicquam ex his debere de-
cerni pontificem, quatenus non ita propterue, & pro libito
cuiuſpiam, ſuo proprio arbitrio cuiuſque Metropolitanis ſi-
cut agere ſolebant, liceat inconſulto Roman.pontifice, aut
maiores eccleſię cauſas deturbare, aut epiſcopos damna-
re.&c. Idẽ Iulius Papa primus in decretis cõtra oriẽtales pro
Athanaſio,& ceteris in eo. tomo 1.concil.fol.309. Sępius id
ipſum affirmat,& probat tum in primo capite epiſtolę ipſius
ad dictos orientales epiſcopos col.3.uer.quibus ita geſtis ſcri
47 pſi uobis inquiens. Canonibus ſcilicet præcipientibus nihil
extra Romanũ decerni pontificem, cum hæc & maiora Ec-
cleſiarum negocia, tam ab ipſo Domino quam ab omnibus
vniuerſalibus conciliorum fratribus, ſpeciali vt iam dictum
48 eſt priuilegio contradicta ſunt,&c.Et col. 4.ver.quare miror
vos tam audaces eſſe, dicens, Quare miror vos tam audaces
eſſe,& tã imprudenter egiſſe,& terminos ac iura beati Petri
Apoſtolorum principis inuaſiſſe, cui enim vt Paulo ſuperius
cõprobatum eſt, iuris erat, vt abſq; eius Sanctæ ſedis autho-
49 ritate nullus deberet, aut concilia celebrare, aut Epiſcopos
ad Synodum conuocare, vel damnare eos, aut proprijs pelle
re ſedibus, aut alios in eorũ loco ordinare, quæ omnia vos
temerarie non timuiſtis &c. Tum in c. 2. tranſlato illo qui
50 dem in lib.decretorum 2 q.6.c.omnes Epiſcopi, vbi Epiſco-
porum, & Eccleſiarum cauſas antiqua Apoſtolorum, eorũ-
que ſucceſſorum atq; canonum authoritate Romano ponti
fici reſeruatas, & in ca.3.incipien. Placuit, ut accuſatus affir
mans Epiſcopum a comprouincialibus accuſatum, vel iudi
catum ad Ro.pontificem appellare,& ſi comprouincialibus
51 accuſati cauſam ſcrutari licet, non tamen inconſulto Ro.
pontifice definire permiſſum eſt,& appellationem ad Rom.
pontificem in huiuſmodi cauſis accuſato, vel damnato Epi
ſcopo reſeruatam, ipſiusque Rom. pontificis ſententiam ſe-
quendam, ibidem in decimo capitulo, quod incipit. Placuit
52 quod ſi accuſatus. Felix papa ſecundus,& martyrio affectus
a Conſtantino, Conſtantini Auguſti filio, quem ipſe Fœlix
hæreticum declarauerat in decretis in ea. epiſtola prima ad
Athanaſium, & alios Epiſcopos in Alexandrina Synodo cõ
gregatos, quæ extat in eo ipſo conciliorum tomo fol.358.c.
præſertim. 18.inquit, Quanquam comprouincialibus Epi-
ſcopis vna cum eorum Metropolitano ſuæ prouinciæ cau-
ſas epiſcoporum liceat charitatiue, & concorditer agitare,
53 ſicut in predicta te præſente conſtitutum eſt Synodo, non li
cet definire abſque Romani pontificis authoritate. Et ibidẽ
ait in cap.19.ſeq. Quoties epiſcopi ſe a ſuis Comprouinciali-
bus, vel a Metropolitano putauerit pręgrauari, aut eos ſuſpe
ctos habuerint, mox Romanam appellent ſedẽ, ad eos abſ-
que vlla detentione, aut ſuarum rerum oblatione libere ire
liceat, & dum prædictam Romanã appellauerint Eccleſiã,
54 aut ab ea ſe audiri expoſcerint, nullus eos, aut excommuni-
care aut eorum Sedes ſubripere, aut eorum auferre, aut ali-
quam eis vim inferre præſumat antequam eorũ cauſa Ro-
ma.pontificis iudicio finiatur. Quod ſi aliter a quoquã præ-
ſumptum fuerit nihil erit, ſed viribus carebit. Nam, nec hoc
perperam præſumimus, ſed & ipſum in Nicæna Synodo cõ-
ſtitutum, & anteceſſores noſtros egiſſe bene Athanaſi noſti
55 &c. Damaſus papa Iuliani imperatoris tempore ad Stepha-
ni Archiepiſcopi, & trium Aphticæ conciliorum reſcribẽs
Epiſtolam, vt eſt videre in eod.primo tomo. Concil.fol.384.
col.2.ipſius epiſtolæ verſi.diſcutere nanq; &c.ait, Diſcutere
nanq; Epiſcopos, & ſummas Eccleſiaſticorum negociorum
cauſas Metropolitano vna cum omnibus comprouinciali-
bus, ita vt nemo ex eis deſit, & omnes in ſingulorum cõcor-
det negocijs licet, ſed definire eorum atque Eccleſiaſticarũ
ſummas querelas cauſarum, uel damnare epiſcopos abſq;
huius Sanctæ ſedis authoritate minime licet, quam omnes
appellare, ſi neceſſe fuerit, & eius fulciri auxilio oportet Zo-
56 ſimus papa poſt Petrum quadrageſimus, Honorio duodeci-
mo,& Theodoſio octies conſulibus, ſeu Imperatoribus an-
no circiter 437.in commonitorio, quod legatis ſuis ad Afri-
57 canum cõcilium direxit, vt teſtatur Hygmarus archiepiſco-
pus Remenſis, de quo in 11.q.3.cap.excellentiſſimus. Qui au
thor in põtificia bibliotecha manu ſcriptus inuenitur inter
varia capita, quorum eſt initium, quid liceat Epiſcopis, cap.
9 De Niceno concilio mentionem faciens id quoq; cautũ
58 notat. Sixtus tertius papa Valentiano Auguſto cum eius ma
tre Placidia Auguſta regnante, vel vt alij dicunt Theodoſio
iuniore, anno circiter 353. alias 355.ſedebat. In epiſtola 3.ad
Epiſcopos Orientales in eod.tomo fol.199.cap. 3.Peregrina
&c.ait, Si quis vero Iudicem aduerſum ſibi ſenſerit, vocem
appellationis exhibeat. Appellantem autem non debet affli
ctio vlla,& detentionis iniuriare cuſtodia, & in ca.5.in prin.
inquit. Placuit etiam, vt ſi epiſcopus accuſatus appellauerit
apoſtolicam Sedem, id ſtatuendum, quod eiuſdem Sedis põ
59 tifex cẽſuerit. Leo etiam primus papa Magnus nuncupatus,
anno circiter 460. teſtatur tum in epiſtola 7. Theodoſio Au
guſto circa fi. inquiens. Ea quæ in tanta cauſa geſta fuerant,
etiam nimio ſilentio reticeret, cum ſtudere debuerit primi-
tus cũcta nobis referre, ſeu reſeruare. Tum in epiſtola 8 Fla-
niano epiſcopo Conſtantinopol. vt in primo Concil. tomo
ſol. 639.ſcripta cauſam quærit cur Euthicem a communio-
ne Eccleſiæ ſeperauerit,& ad ſuam notitiam cuncta deferri.
Et in epiſtola ad Anatholium data, quę reperitur in primo
tomo conciliorum pag. 668. vt in eadẽ prima parte Concil.
60 fol.668. repræhendit Alexandrinum Antiſtitem, & auſum
priuandi Flauianum,& Flauiano ſuperſtite Sacerdotium, id
eſt Flauiani Epiſcopatum non habere inuadere, & occupan
tem numero Epiſcoporum non habendum. Et Flauianum
appellaſſe, ut etiam inter acta Epheſini Concilii in cap.12.in
61 eo primo tomo Concil.fol.823. colum.ſecunda in fin.& au-
ditum & reſtitutum Conſtantinopoli, vti etiam eſt videre in
primo Concil.tomo fo.639.nemo dubitat, ut etiam ad Inno
centium primum, qui fuit anno circiter 423 papam appellaſ
ſe, ab eoq; ad eandẽ Cõſtantinopolitanã eccleſiam reſtitutũ
Io.Chryſoſtomum legimus, & 19.epiſtola eiuſdem Inno.21.
cuius eſt initiũ. Ad gaudere apparet, in eo ipſo primo tomo
62 pag.464.Gelaſius papa temporibus Theodorici Regis,& Ze-
nonis Auguſti in Epiſtola ad Fauſtum magiſtrum fungentẽ
legationis officio Conſtantinopoli, quæ reperitur in eo.1.to-
mo Concil.fol.974.col.3 .in prin. verſ.in hac ipſa cauſa Thi-
moteus &c.Inquit, in hac ipſa cauſa Thimoteus, Alexandri
nus, Petrus, Antiochenus, Petrus Paulus, Ioannes, & cæteri
non ſolum vnus, ſed plures nomẽ Sacerdotij, hoc eſt, Epiſco
patum præſerentes, ſola Sedis Apoſtolicæ ſunt authoritate
deiecti, cuius rei teſtis etiam docetur ipſe Achatius, qui præ-
ceptionis huius extitit executor, quod vtique ſicut Apo-
ſtolicam Sedem iuxta formam Synodicam feciſſe manife-
ſtum eſt,& ſic neminem reſultare potuiſſe certiſſimum,&c.
63 Et ibi paulo poſt, Qua in Synodo vel ſecundum cuius Syno-
di formam, Alexandrinum Ioannem de Eccleſia, qui ordi-
natus fuerat expulerũt, qui nullis cauſis euidentibus, nec a no-
te conuictus, nec ante prouocatus, etiam in iudicio cõpeten
ti potuit accuſari, quod ſi dicunt Imperator hoc fecit, hoc ip
ſum quibus canonibus, quibus regulis eſt pręceptum,& ibi-
64 dem. Quibus canonibus, quibus regulis Calendion excluſus
eſt, vel primi Vrbium diuerſarum catholici Sacerdotes, in fi.
Epiſtolæ inquit. Quapropter nõ veremur ne Apoſtolica ſen
tentia reſoluatur, quam & vox Chriſti,& maiorum traditio,
& canonum fulcita authoritas, vt totam potius Eccleſiam
65 deijudicet. Pius etiam papa in eod.c.oues.6.q.1.id ipſum con
firmat inquiens. Epiſcopi a Deo ſunt Iudicandi, qui eos ſibi
oculos elegit. ſunt enim epiſcopi apoſtolorum ſucceſſores.
c.in nouo.21.diſt.c.quorum vices.68.diſt. c.firmiter.de ſum-
ma trin. & fid.cath.& legitur in Concil.Florentino in mate-
ria ſacramentorum,& omnino grauiter,& accurate D.Au-
guſt.in expoſitione pſal.44.ibi, Pro patribus tuis nati ſunt ti-
66 bi filij, ex Chriſti quidem conſtitutione, & vt dicitur ordina
tione epiſcopi ipſi ortum, & originem ducunt, vti omnes
Theologi ſenten. 4.etiam tradunt,& no. Turecrem.in li.pri-
mo.cap.79.ſum.de eccleſia, ac Pighius in ſua hierarchia li.2.
c.10. atq; ego etiam diffuſius aliquanto oſtendam in libello
de vita monaſt.& regul.eiusq; reform. quod tamẽ ſic velim
accipi, vt infra cap.7 diſ. declarabo. Atque inter capitula p
67 Adrianũ papam,& Synodis, & canonibus diuerſis collecta
in canon. Sunt nonnulli qui indiſcuſſos &c.traditur congre
gatis omnibus prouinciæ accuſati epiſcopi cauſam eiuſdem
audiri tantum, ut non occulto iudicatum eſſe, vel damnatũ
epiſcopum dici poſſit, quia ab alijs epiſcopis iudicari non po
ſſet, niſi ab iis, a quibus ordinari potuit,&c. Vt in ſecundo to
mo

mo Concil.ſol.612.col.1.cum tamen ibidem In fol.præcedē
ti in Canon. Nullus epiſcopus extra ſuam,&c. Dictum ſit iu
dicandum epiſcopum apud primatem, vel Roman. ſedis pō
tificem appellatum. Hi plane ſunt Rom. pontifices ſancti illi
68 quidem uiri, qui noſtram hāc comprobant ſententiam pro-
batæ fidei, ac tametſi propria de re teſtimonium dicunt eo-
que fortaſſe nonnullis minus pijs hominibus ſuſpecti viderē-
tur temere abutentibus illa Oldradi ſententia de impera-
tore, eiusque legibus loquentis in conſil.69. Conuenit dubi-
tari,&c.col.2.relata a Decio in c.nouit.extra.de Iudi. colum.
5. qui ſane quodammodo ad papam etiam viſus eſt voluiſſe
transferre, & præter eos de papa loquentes ſunt gloſæ Ioan-
nis in c.pater.9.q.3.& Io.And.in clem.vnica in verb.Bonifa-
cio, de iureiuran. affirmantes nimis familiarem eſſe proba-
69 tionem cum papa alium papam adducit in teſtem. Tamen
præterquam quod non ambitione, aut humano conſilio il-
los ad ſic pronunciandum credi decet, ſed ueritatis ipſius, rei
que honoris iudicandi cauſa motos, ueritatem ipſam teſta-
tos, uere quidem, vt dixit Paulus 1.ad Corinth.c.2. Non ſpiri-
tum huius mundi accipientes, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt,
vt ſciamus quæ a Deo donata ſunt nobis,& ext.ac uel ex eo
70 ſunt ij ſummi pontifices digni quibus omnino fides adhi-
beatur, quoniam & martyrio coronati, & inter ſanctos re-
lati ſint, ac certe conſtet ſanctorum iudicia non ad gratiam
atque ad amicitiam fieri, ſed ab omni eſſe dubitatione libe-
ra, ut dixit Diuus Chryſoſtomus Homel. 80. tomo 5. Atque
71 adeo, quæ pia magisque eſt recepta apud bonos probatos au
thores opinio, perfidiæ atque erroris eſſent nomine merito
ſuſpecti ij, qui ſanctiſſimorum pontificum decretis audeant
reſiſtere, aut quoquomodo conētur detrahere, teſte locuple
tiſſimo illo Innocentino in c.licet ex ſuſcepto.de for. comp.
72 & Alc.no.in c.1.col.3.diſ.10. dicente poſt Archidiacon. pon
tificum decretis pro bono uniuerſali editis, utpote a Spiritu-
ſancto dictatis. c.quæ ad perpetuam, & c. uiolatores. 25.q.1.
omnino ſtandum eſſe, quod etiam repetitum ab eo eſt in c.
cum ad uerum.colum.2.96.diſt. quo ſane prudenter in loco
Dantem Poetam merito oſtenditur damnandum, qui puta-
ret decretis de imperatore loquentibus non eſſe creden-
dum,& idē plane tradidere,& ipſe Alexandrinus,& Archid.
73 in gl.in d.c.pater.9.q.3. Nec porro aliter pijs hominibus cre-
dere fas eſt, etiam ſi pontificium eſſet aliud decretum iuri
communi quoque contrarium. Superior enim eo caſu eſſet
conſulendus.c.paſtoralis, ubi gl.de fide inſtr. & not.in cap.ſi
quando.de reſcr. animaduertit Pighius lib.5. hierarch. c.14.
Sed ne hac de re nunc contendam, ſatis eſt alios eſſe grauiſſi
mos huius rei teſtes. Nam præter pontifices ſummos, & ple-
roſque ſupra citatos authores de pontificia hac præcipua au
thoritate, epiſcoporum cauſas ſtatuendi, pluribus etiam epi
ſcopis depoſitis ac reſtitutis, ijsque appellantib. ad Sanctam
74 ſedem receptis, auditis,& iudicatis. Varii ſcriptores Sanctiq;
uiri teſtantur Baſilidem epiſcopatu depoſitum poſt ſua dete
cta crimina, propriaque confeſſione nudatam cōſcientiam
profectum Romam, petentemque ſe a Stephano Papa in epi
ſcopatum reſtitui, non obtinuiſſe conſtat, ut Cyprianus in
epiſtola.3.contra Nouatianos inquit, poſt iſta adhuc inſuper
pſeudo epiſcopi ſibi ab hęreticis conſtituti, nauigare audent
75 ad Petri cathedralem atque eccleſiam principalem. Vnde
unitas ſacerdotalis exorta eſt a ſchiſmaticis,& profanis lite-
76 ras ferre, nec cogitare eos eſſe Romanos, quorum fides apo-
ſtolo prædicante laudata, ad quos perfidia non poſsit habe-
77 re acceſſum,&c. Atque, uel ex ipſo Cypriano in epiſtola ad
Stephanum ſcripta, quæ eſt 13.lib.3. Incipiens, Fauſtinus &c.
eſt dignoſcere, depoſitionem, & ſubſtitutionem epiſcoporū
ad Rom.pontificem pertinere, cum ſic ibi de Martiano, qui
ſe Nouatiano coniunxerat loquente, ſcriptum reperiatur.
Proinde ſi reſipiſcere,& ad ſanę mentis conſilium redire uel
let, ageret pęnitentiam,& ad eccleſiam ſupplex rediret, &c.
& ibidem. Dirigantur in prouinciam, & ad plebem Arelatæ
conſiſtentē a te literę, quibus abſtenſo Marciano alius in eius
locum ſubſtituatur,&c. Et in fi. Epiſtolę, ubi rogatur Stepha-
78 nus, ut reſcribat, quis erit Arelatæ in Marciani locum ſubſti-
tuendus,& alibi lib.4 in Epiſt. 5. Antoniano miſſa, cuius eſt
initium accepi,&c. Ad Roman. ſedem cauſas grauiores de-
ferendas eſt intelligere, dum ſic legitur paulo poſt principiū
in uerſ. De eo tamen quid ſtatuendum eſſet circa cauſam la-
pſorum diſtuli,&c. ibi, Quod etiam Romam ad clerum tūc
adhuc ſine epiſcopo agētem, & ad Maximum presbyterum
& cęteros in cuſtodia cōſtitutos, nunc in eccleſia cum Cor-
nelio coniunctos pleniſsime ſcripſi,&c. & paulo poſt in uer,
ac ſi minus, ubi ita ſcribitur. Ac ſi minus ſufficiens in Afri-
ca numerus uidebatur, etiam Romam ſuper hac re ſcripſi-
mus ad Cornelium collegam noſtrum, qui & ipſe cum plu-
ribus Coepiſcopis habito concilio in eadem nobiſcum ſen-
tentia pari grauitate,& ſalubri moderatione conſenſit. &c.

79 Legimus etiam quandoq; apud D. Auguſtinum in Epiſtola
ad Glorium, & Felicem Melchiadem Rom. Eccleſiæ pontifi
cem ſcripta, ab hæreticis eiectum Sycilianum Carthaginē-
ſem. epiſcopum reſtitutum. Sed de his ſatis iam vel nimium
multa. ad Sacrorum conciliorum, canonumq; teſtimonia
inquirenda accedamus,& ſi multa ſacris canonibus,& con
cilijs conſtituta ſupra quoque notata inueniri poſſint.

SUMMARIUM.

1 Concilium Nicænum Sanxit capitales Epiſcoporum cauſas oportere ad papam deferri.

2 Controuerſia temporibus D. Auguſtini inter Africanos Epiſcopos, & Rom. Pontificem in concilio Carthaginenſi ſub Bonifacio ſecundo finem cœpit & conſenſum pertinere ad papam capitales Epiſcoporum cauſas.

3 Carthaginenſe ſecundo concilio confirmatum conſuli papam de cauſis Epiſcoporum.

4 Sardicenſe concilio comprobatum debere Epiſcopum a papa iudicari, aliorumque in eum ſententiam, vel confirmari, vel infirmari.

5 Epiſcopi comprouinciales ſi deijciunt Coepiſcopum de gradu, poteſt deiectus confugere ad papam ſi velit audiri.

6 Concilio Tridentino confirmatur cauſas criminum Epiſcoporum ad papā deferendas, & ipſius papæ manu ſignato reſcripto delegandas ad referendum, vel ad ſumendum proceſſum, reſeruata diffinitiua ſententia papæ.

7 Summus pontifex totum orbem pro territorio habet, vt epiſcopus diœceſim, Rex Regnum, & ideo de epiſcoporum cauſis capitalibus cognoſcit.

8 Canones quibus idem probatur maiores cauſas ad papam deferendas.

9 Sanctæ Religionis cauſa omnis referri ad Sedem Apoſtolicam tanquam ad eccleſiarum caput, debet.

10 Priuari poteſt epiſcopus a Sinodo generali ligitime congregata, quia ibi eſt authoritas papæ.

11 In prouinciali concilio priuari non poteſt epiſcopus, remiſſiue.

Conciliorum, canonumque authoritates, quibus confirmātur, maiores, & alias cauſas Epiſcoporum criminales ad Papam deferendas. CAP. IIII.

1 Quod autem Nicęna Synodus conſtituerit capi-
tales quæſtiones epiſcoporum ad
Rom. pontificem referri oportere, etiam ſupra Felicis ſecun
di papæ Martyris,& Zoſimi teſtimonijs cōprobaui, licet hæc
2 res controuerſa inter papā,& Africanos epiſcopos Diui Au-
guſtini temporibus reperiatur, & qui minus pii, aut religioſi
ſunt, negent, authoritatibus ſummorum pontificum de hu-
iuſmodi conſtitutione ſtandum, & ego quidem de rerū in-
uentione, modo vt ſancte, ac pie, ſiue hoc, ſiue illo tempore
a poteſtatem habentibus ſpiritu diuino afflante, decreta,&
ſancita reperiantur, non multum laborandum putarem, cū
ſciam, vt paulò ante oſtendi, ſummis pōtificibus credendū,
etiam in cauſa vniuerſalis eccleſiæ, præſertim cæterorū ac-
cedente teſtimonio, & negari a perfidis quoque non poſſe
hanc quæſtionem in illo grauiſſimorum hominum, ac San-
ctorum Patrum Bonifacio ſecundo pontifice, inito cōcilio
Carthaginenſi 208. epiſcopis interuenientibus omnino fidē
ſortitam Eulalio Carthaginenſi epiſcopo, & cæteris Africa-
narum eccleſiarum Patribus conſentientibus, ut in epiſto-
la ipſius Bonifacij ſecundi de reconciliatione Africanorum
patet, & legitur in eo. primo tomo Concil. fol. 1057. vbi illos
epiſcopos tanquam iam cum Rom. pontifice, & Sancta Se-
de Apoſtolica cōueniſſe apparet.& plenius docet Staniſlaus
Oſius Varmienſis epiſcopus vir ampliſſimi ipſius Cardinaliū
ordinis, vnuſq; etiam ex Tridētini concilij Lgatis in pulcher
rimo ſuo opere de traditionibus, inſcripto, in quarto li. Car-
3 thaginenſi quoque ſecundo concilio circa tempora Syricij
papæ, anno circiter 456. reperitur inter decreta, vt in eo. pri-
mo tomo Concil. fol.425.cap.10. Fęlix epiſcopus &c. ſignifi-
catur conſulendum Ro.pontificem in epiſcoporum cauſis.
4 Expreſsius multo in Sardicenſi concilio legitur multis in lo
cis tum in ca.3.de epiſcopo adiudicato, quod eſt tranſlatum
in 6.q.4 c.Oſius. Si qs epiſcopus adiudicatus fuerit in aliqua
cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, vt iterum conciliū
renouetur, ſi vobis placet Sancti Petri Apoſtoli memoriam
honoremus, vt ſcribatur ab his, qui cauſam examinarunt, Iu
5 lio Ro.epiſcopo. Et ſi iudicauerit renouādum eſſe iudicium,
renouetur & dentur Iudices, ſi autem probauerit talē cau-
ſam eſſe, vt non refricentur ea, quæ acta ſunt, quæ decretaue
rit confirmata erunt, ſi hoc omnibus placet. Synodus reſpō-
dit, Placet. Vnde etiam patet capitalem epiſcopi cauſam ad
Rom. epiſcopum deferendā, eiuſque arbitrio, uel ſententia
confirmandam, uel reuocandam cauſam, tum in c.7. in hæc
verba, Placuit autem ſi epiſcopus accuſatus fuerit,& iudica
uerint congregari epiſcopi Regionis de gradu ſuo cum deie-
cerint, ſi appellauerit q deiectus eſt, & confugerit ad Epiſco-
pum Ro. Eccl.&c. quod ſi quis rogat cām ſuam iterum audi
ri, moneat epiſcopū Rom.&c. Faciet quod ſapientiſsimo cō-
ſilio

ſilio ſuo iudicauerit. Cætera, quæ referri poſſent concilia, nõ
eſt neceſſarium pſequi amplius, tum quoniã infra in c. 9. nu.
48. & ſeq. nonnulla etiam alia notabo, tum quia hæc narra-
ta ſatis oſtendunt quod dixi, & omnium inſtar eſſe debet po-
ſtrema Tridentina ſinodus. conciliorum enim authoritatib.
hanc confirmatam ſentenatim conſtat etiam ea vltimo ca-
6 none tertiæ ſeſsionis concilij ipſius Tridentini ſub Iulio ter-
tio celebrati, vt etiam eſt decretum in 8. ſeſsione eiuſdem tri
dentini concilii ſub Opt. Maximoque pontifice Pio quarto
inter decreta de reſurmatione generali in canon. v. cauſæ
criminales grauiores, ubi ego etiã nonnulla breuius licet, ut
dicitur remiſsiue, attigi ad hanc potiſsimum quæſtionem
reijciens lectorem. In eo enim canone ſtatuitur, ſummum
pontificem per ſe ipſum oportere cauſas ad ſe delatas crimi
num epiſcoporum cognoſcere, & ſtatuere, aut Metropolita-
nis, aut epiſcopis papæ ipſius manu ſignato reſcripto eligen-
dis, cognituris tãtum, & facti inſtructionem ſumpturis, pro-
ceſſumque confecturis, ac ſtatim ad Roman. pontificem trãſ
miſſuris, delegare, ſeruata eidem diffinitiua ſententia. Cano
7 num quoque decreta plura paulo ante ſint allegata hanc ip-
ſam ſententiam confirmatia, cauſas epiſcoporum a Roma.
pontifice, Sedeque apoſtolica, & non ab alio finiri oportere,
iamque ratio addenda eſſet eum teſtimoniis coniuncta, quę
tamen diffuſius infra referetur in cap. 7. etiam alia, quam hic
modo narratur, ſcilicet, quia quemadmodum epiſcopo diœ
ceſis, Regi regnum, ſic propemodum ſummo pontifici uni-
uerſus Orbis eſt territorium, ut not. Abb. in conſ. 15. uol. 2. in
prima ſua queſtione, ſeu diſputatione in primo dub. ex nouiſ
ſ. impreſſ. Ideoque niſi a ſede apoſtolica ſtatui epiſcoporum
cauſas poſſe, aut debere, aut ab aliis apoſtolicæ Sedis autho-
ritate conſtitutis iudicibus, vel ab ipſis primis eccleſiæ initiis
8 eſt dignoſcere, vt traditur in c. inquiſitores de hæretic. in 6. &
ita ab omnibus pontificibus Romanis ſancitum reperitur.
nullam 2. q. 5. c. omnis. c. ad Romanam. c. ſi quis putauerit. c.
ſi quis epiſcopus. 2. q. 6. c. dudum. 3. q. 6. c. 1. & ſeq. 6. q. 4. c. ma-
iores. de baptiſm. c. ultra prouinciæ. 3. q. 6. c. ſinodum. 17. diſt.
c. ipſi canones. 9. q. 3. c. cuncta per mundum. eadem cauſa. &
q. & c. multis. 17. diſ. in quibus dicitur, difficiliores & maiores
cauſas ad apoſtolicam ſedem referre oportere. & c. præce-
ptis. 12. diſtinctione ubi Gregorius ſtatuit in hæc uerba. Nul-
li dubium eſſe non ſolum pontificalem accuſationem, ſed
9 etiam omnem Sacræ Religionis relationem ad ſedem Apo-
ſtolicam quaſi caput eccleſiarum debere referri, & inde nor
mam accipere, unde ſumpſit exordium. Licet in ſinodo ge-
10 nerali legitime cõgregata priuari epiſcopum poſſe cautum
reperiatur, quia ibi eſt pontificia authoritas ipſo ſummo
pontifice & indicente & comprobante tributa, capitulo nul
lus. quinta quæſtione quinta. In concilio uero prouinciali
minime, capitulo graue, ubi Innocent. & alii de præben.
& plenius ego oſtendam in meo libello de prouinciali con-
cilio in capitulo decimoquarto. ubi hac de re diffuſius ali-
quanto agam.

S V M M A R I V M.

1 *Nullus Epiſcopus inconſulto papa proprio eijcitur gradu Stephani archie-piſcopi, & trium Africa conciliorum ad papam teſtimonium.*
2 *Epiſcoporum. & ſummorum negociorum eccleſiaſticorum iudicia vertici Apoſtolica ſeruata honore Petri.*
3 *Aegyptij epiſcopi teſtantur Nicena traditum ſinodo, non debere abſque Rom. pont. ſententia celebrari concilia, nec epiſcopos damnari.*
4 *Haretici nos quotidie infeſtant, ac perdere nituntur, & ſubſtulerunt, et incenderunt ſinodica Nicena plurima capitula.*
5 *Rom. Sedi a domino data eſt ligandi, & ſoluendi ex ſpeciali priuilegio ſuper alios poteſtas.*
6 *Preces porrecta Sedi apoſtolica, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis, non ſunt deſpicienda.*
7 *Epiſcopi ſunt canonice conuocandi, & ante papam canonice plena purgatione in communi auditorio audiendi.*
8 *Antiquis cautum regulis, vt acta de accuſationibus epiſcoporum in longinquis prouincijs non accipiantur, quam ſint ad notitiam papa deducta infirmanda, vel firmanda ab eo.*
9 *Nicana ſinodo ita ſancitum Aegyptiorum teſtimonium probat.*
10 *Fotius vir laycus intruſus fuit in ſedem beati Ignatij a Michaele Conſtantinopolitano Imperatore, dicto Ebrioſo.*
11 *Beatus Ignatius a Baſilio ſucceſſore illius ebrioſi interfecti fuit reſtitutus.*
12 *Idem Baſilius ad Nicolaum ſcripſit cauſam Focij a papa iudicandam.*
13 *Adrianus ſecundus miſit Conſtantinopolim tres card. legatos ad iudicandam cauſam Focij.*
14 *Card. illi legati Focium repertum culpabilem, congregata ſinodo damnarunt tanquam membrum putridum.*
15 *Eccleſia Orientalis remanſit vnica ſub obedientia papa ab eo tempore Adriani ſecundi vſque ad Leonem Papam nonum, & Conſtantinum monomachum dictum Imperatorem.*
16 *Conſtantinus Monomachus turbatus propter rebellionem Sicilia, quam defendebat papa.*
17 *Regnum Sicilia etiam tempore Eugenij quarti pertinebat ab Romanam Eccleſiam.*
18 *Ammianus Marcellinus vir Etnichus etiam probat Athanaſium epiſcopũ Alexandrinum à Liberio papa reſtitutum, & ſummam Rom. eccleſia authoritatem.*

Authoritates Ethnicorum probantes eſſe cauſas Epiſcoporum criminales ad ſummum Pontificem deferendas, & alia quædam addita piorum hominum teſtimonia.

C A P. V.

Quintum vero propoſitum caput iam aggre-
diar, nõ ſolum ſcilicet Sancto-
rum Patrum, ſed a noſtra Religione, & pietate alienorum
quoque nonnullorum hominum authoritate, id ipſum ve-
luti axioma comprobatũ. Quod antequam perſequar, alia
quoque piorum hominum præter ſummorum pont. autho
ritates, & conciliorum, canonũq; nonnulla teſtimonia reſe
rã, deinde Ethnici viri authoris probati nõ aſpernendum di
1 ctum adijciam. Quo vero ad id, quod ſpectat ad authoritates
piorum, non eſt prętermittenda illa Stephani archiepiſcopi,
& trium conciliorum Africæ ad Damaſum papam de priui
legijs Rom. Sedis aſſenſio, quæ legitur etiam in illo primo
tomo Concil. fol. 384. vbi ſcribitur in hanc ferme ſententiã,
ſignificari papę eo inconſulto nonnullos epiſcopos proprio
deijci gradu, cum tamen Sedis Apoſtolicę Epiſcoporum iu
2 dicia, & ſummorum finem eccleſiaſticorum negociorum
vertici Apoſtolico reſeruata honore beatiſsimi Petri, Patrũ
omnium decretis, antiquiſque regulis, vt quicquid authori-
tate Apoſtolica fuerit pronunciatum, illud ratum, firmum-
3 que de cauſis epiſcoporum habeatur. Legitur etiam conſen
ſiſſe Aegyptios epiſcopos in epiſtola ad Fęlicem papã ſecun
dum ſupra nominatum ſcripta, quæ extat in eod primo to-
mo Concil. 355. hanc ſententiam veriſtimam eſſe, & a Ni-
cænæ Synodi Patribus definitam in hæc verba circa princi-
pium ipſius epiſtolæ deſcripta. Nam ſcimus in Nicęna ma-
gna ſinodo 318. Epiſcoporum ab omnibus concorditer eſſe
roboratum, non debere abſque Rom. pontificis ſententia
4 concilia celebrari, nec epiſcopos damnari, licet hæc, & alia
quamplura neceſſaria ab hæreticis, qui nos quotidie infeſtãt
& perdere nituntur, vt facilius nos capere poſſit, ſint Synodi
ea capitula incenſa nobis ſublata, &c. Et ibidem in 2. colu.
dictæ epiſtolæ circa fin. verſicu. ſimiliter & a ſupradictis &c.
Ita ſcribitur. Similiter & a ſupradictis patribus eſt diffinitũ
conſonanter, vt ſi quiſpiam Epiſcoporum, aut Metropoli-
5 tanum, aut Comprouinciales iudices habuerit, veſtram Sã-
ctam Romanam interpellet Sedem, cui ab ipſo Domino po
teſtas ligandi, & ſoluendi ſpeciali ex priuilegio ſuper alios
conceſſa eſt, & paulo poſt in col. 3. verſ. nam fuit ſemper ve-
ſtrę Sanctę &c. poſtquam conſtitutos quoſdam Primates in
eadem Nicæna Synodo dinumeratos, vt ipſi ſcribentes lo-
6 quuntur, ne in poſterum contentio ex eo orietur, inquiunt
in ver. Nec enim fas eſt ſupplicum Apoſtolicæ Sedis ſcripto,
aut ſine ſcripto preces oblatas deſpicere, ſed, vt condecet, &
priuilegiũ veſtræ Sedis eſt, & nos & illi canonicaliter conuo
7 cemur, & ante vos de noſtris obiectionibus canonice cum
omni probitate conuertemus, ſicut prædeceſſores noſtri pę-
nes ueſtros fecerunt anteceſſores, & ſicut canonica in prædi
cta Synodo docent inſtituta, & veluti paliati verbi per venti
labrum canonicę examinationis plenam purgationem in
communi conſiſtentes auditorio, de maturis & nutrientib.
Catholicę eccleſię dogmatibus, quę confirmant cor homi-
nis per participationem conſequamur inſtitutionem. Anti-
8 quis enim regulis cenſitum eſt, vt quicquid in remotis, aut
longinquis poſitis prouincijs ſuper Epiſcoporum querelis,
aut accuſationibus ageretur, non prius tractandum, vel acci
piẽdum eſſet, quam ad notitiam almę Sedis veſtrę fuiſſet de
ductum, ut huius authoritate iuxta quę fuiſſet pronuncia-
tio facta infirmaretur, aut firmaretur, indeque ſumerẽt nor-
mam vnde Eccleſię ſumpſerũt prędicationis exordium, ne
paſſim ab inſidiatoribus columnę euerterentur eccleſię. Vn
9 de apparet, vel ex hoc ampliſsimo teſtimonio conſtare Ni-
cęnam Synodum ſanxiſſe epiſcoporum cauſas ad Rom. põ-
10 tificem ſine eius authoritate cognoſcendas. Accedat Focij
cuiuſdam viri laycei a Michaele Conſtantinopolitano impe-
ratore, cognomento Amoriano, ſeu Ebrioſo in beati Ignatij
Conſtantinopolitani Patriarchę vi, atque iniuria depulſi an-
no circiter 868. locum ac Sedem illati, atque intruſi, ac per-
diti hominis memorabile exemplum Baſilij interfecto Mi-
chaele in imperium ſucceſſoris ad Nicolaum papam primũ
ſcripta epiſtola comprobatum, quo plane oſtenditur crimi-
nales epiſcoporũ cauſas ad ſummũ pontificem deferendas.

Verba

Verba autem ab illo ipſo paulo ante citato, graui quidem au
thore Fantino Valareſio Cretenſi epiſcopo relata in eod. li.
de ordine generalium, ſeu œcumenicorum conciliorũ, &c.
ad Eugenium Papam Quartum capit. 18. cuius eſt initium,
tempore Michaelis, &c. Deſcribam ut ſanctius, ueriuſque te
ſtimonium poſsit ab omnibus, etiam qui nondum impreſſo
hoc Valariſii opere carent dignoſci. Quę ſane uerba ſunt
hęc. Mortuo uero Michaele occiſo a collega ſuo, Baſilius ſuc
ceſsit eidem in imperio & iſte uir fuit catholicus & obediẽs
21 Rom. eccleſiæ. Vnde ſecundum ſententias atque mandata
Papæ Nicolai expulit dictum Focium de Sede Patriarchali,
& Sanctum Ignatium in propria Sedę reſtituit, atque remi-
22 ſit, ſcribens ad Nicolaum Papam dicens. Quod meum erat,
feci, quæ autem reſtant, ad uos pertinet iudicare, ſcilicet cau
ſam Focii. Cum autem Nuntii imperiales Romam applicuiſ
ſent Nicolaum Papam non inuenerunt, cui ſucceſsit Adria
nus ſecundus, de quo ſupra dictum eſt. Qui audiens de reſtitu
tione Sancti Ignatii in ſede Patriarchali gauiſus eſt, & tres
23 legatos Conſtantinopolim tranſmittit Donatum ſcilicet,
Stephanum, & Martinum Cardinales, ut ſupra dictum eſt. cũ
que iuxta Adriani Papæ mãdatum ſinodum congregaſſent,
examinata prædicti Focii cauſa, inuenerunt ipſum in omni-
bus ſupradictis culpabilem & obſtinatum penitere nolentẽ.
24 Vnde annullantes & reprobantes iniqua eius facta & dicta,
ſnĩam excõicationis de conſenſu, & uoluntate totius ſinodi
in ipſum dãnatũ hominẽ protulerũt & a ſinodo expulerunt
tanq̃ membrum putridũ, ita ut ne Chriſtiani nomine uterc-
25 tur. Reſtitutoque Sancto Ignatio in ſede Patriarchali, reman
ſit eccleſia Orientalis unita ſub obedientia Roman. pontifi-
cis vſque ad Leonem Papam nonum, & Conſtantinum di-
ctum Monomachum Imperatorem Cõſtantinopolitanum
currentibus annis Domini. 965. Qui Conſtantinus turbatus
26 propter regni Siciliæ rebellionem, quam defendebat ipſe
Romanus pontifex, quoniam ipſum regnum ad Roma-
27 nam eccleſiam pertinebat, ſicut pertinet etiam de pręſen-
ti, indignat uſque adeo Romanum pontificem ab eius
obedientia ſe ſubtraxit, &c. hæc Fantinus. Ethnici autem
28 eruditiſsimi Authoris poteſtatem hanc pontificiam palam
profeſsi aut literis conſignatam relinquẽtes, Ammiani Mar-
cellini grauiſsimi teſtis, & omnino impiis quoque hominib.
indubitatæ fidei in hiſtoria teſtimonio ea quoque ſententia
confirmatur. Ille enim in li. xv. oſtendit Athanaſium epiſco-
pum eo tempore apud Alexandriam a ſummo pontifice Li
berio in ſuam ſedem repoſitum, ſummamque Sanctæ ſedis
apoſtolicæ authoritatem eiuſmodi profitetur in hæc uerba.
Athanaſium epiſcopum eo tempore apud Alexandriam ul
tra profeſsionem altius ſe efferentem, ſuſcitari conatum ex-
terna, ut prodidere rumores cętus in unum quæſiti eiuſdem
loci multorum ſinodus, ut appellant, remouit a ſacramento
quod obtinebat, dicebatur enim fatidicarum ſortium fidem
quæ uel augurales portenderent Alites ſcientiſsime callens
aliquotiens prędixiſſe futura, ſuper his intendebantur ei alia
quoque a propoſito legis abhorrentia cui præſidebat, hanc
per ſubſcriptionẽ abiicere ſede ſacerdotali, paria ſentire cæ
teris, iubẽte pontifice, qui Chriſtianæ legis Antiſtes, & a Cõ-
ſtantio ad comitatum mitti pręceptus erat tanquam impe-
ratoris iuſſui, & plurimorum ſectis per conſortium decretis
obſiſtens, ut inquit Ammianus eodem in loco paulo ut ante
Liberius ipſe Papa monitus perſeueranter renitebatur, nec
viſum hominem, nec auditum damnare nephas, vltimum
ſæpe exclamans aperte ſcilicet recalcitrans Imperatoris ar-
bitrio, id. n. ille ſemper Athanaſio infenſius licet ſciret imple
tum, tamen authoritate qua potiuntur æternæ urbis Epi-
ſcopi firmare deſiderio nitebantur ardenti. Hæc Am-
mianus Marcellinus hiſtoriarum ſcriptor non contemnen-
dus, ſed fidedignus memoriæ prodidit, ex quibus facile
etiam eſt intelligere, Epiſcopos non iudicandos aut con-
demnandos ab aliis quam a Roman. pontificib. aut eorum
delegatis, & ſummam etiam apud Ethnicos Rom. ſedis au-
thoritatem iudicatam.

S U M M A R I V M.

1 *Speculator, & cæteri Doctores confirmant non poſſe epiſcoporum cauſas ſine authroitate papæ decidi.*
2 *Concilium prouinciale non poteſt deponere, nec deponendum pronunciare epiſcopum ſecundum tutiorem opinionem.*
3 *Iura, quibus reperitur quandoque ab inferiorib. papa damnatos epiſcopos ſunt abolita, aut intelligenda accedente papę authoritate.*
4 *Patriarcha, & legatus de latere non poſſunt deponere epiſcopum abſque ſpeciali papæ mandato.*
5 *Cauſę criminales epiſcoporum non ſunt delegabiles.*
6 *Et quomodo intelligantur.*
7 *Criminationes epiſcopi non debent referri, niſi ſaltim conſtito de illis per coniecturas.*
8 *Maiores cauſæ ad papam pertinent, licet Primates poſſint deponendũ pronunciare, dummodo tamen ad papam referant.*
9 *Auguſtinus Beroius authoris præceptor, & clariſſimus, & maximus interpres.*
10 *papa iudicat deponendos epiſcopos, & ad eum tantum tales cauſæ ſunt referendę, ſuaque authoritate decidendæ.*
11 *Ioannes Hieronymus Albanus vir eruditus ad idem citatur.*
12 *Ioannes Monachus, & Ioannes Turrecremata, ille Vicecancellarius, hic Sabinenſis epiſcopus, ambo cardinales extitere, non ſatis cogniti noſtris Doctoribus.*
13 *Cauſa epiſcoporum in quibus deponendi, aut priuandi ab ordine agitur, ſoli papæ eſt reſeruata cognitio, præſertim hodie.*
14 *In iudicio talium cauſarum adhibendum a papa conſilium cardinalium.*
15 *Licet Primas non deferret appellationi interpoſitæ ab epiſcopo ad Sedem Apoſtolicam, non propterea impediretur epiſcopus, imo Primas eſſet puniendus.*
16 *Sine papæ ſpeciali mandato epiſcopus non iudicatur, nec damnatur.*

Recentis noſtrorum interpretum nationis authoritates cõprobantes neceſſe eſſe ad Ro. Pont. maiores, & alias capitales Epiſcoporum cauſas referre. CAP. VI.

Ad illam autem partem ſuſcepti laboris deue-
niã, ut Doctores noſtros, quos
legerim omnes hac de re tractantes, quodam veluti compẽ
dio, & quaſi typo referam, eo ſane conſilio, ut qui uelit inſpi
cere ex paupere noſtro penore quendam tãquam iudicem
locorum poſſint omnino elicere, atq; adeo illud etiam for-
taſſe hinc amplius conſequi, ut ſcilicet qua in re Doctores
ipſi in hac quæſtione conſentiant, in qua diſſideant, facile di
1 gnoſcant, Speculator in tit. de legato. c. nunc oſtendendum
verſ. decimo ſeptimo, authoritate pontificis, uel a ſe, vel a
ſuo delegato cauſas maiores decidi epiſcoporum probauit,
& a cæteris abſq; Sedis Apoſtolicæ authoritate non poſſe de
illis ſtatui, & idem Doct. in c. primo, de tranſla. Epiſcop. vbi
Ant. But. in ſecundo. in quarto not. & Abb. nu. 3. & ipſe Ab.
poſt Butrium in d. c. & in d. cap. non poteſt. de re iudic. Affir-
2 mantes quidem omnes concilium prouinciale non poſſe
epiſcopum deponere, imo nec deponendum pronuntiare,
cuius Abb. & Butr. opinio tutior eſt, ac ſequenda, quicquid
nonnulli crediderint, quoniam, licet differant condemna-
nare, uel condemnandum dicere, tamen qui condemnan-
dum pronuntiat, huiuſmodi poteſtatem decidendi habeat
neceſſe eſt. facultatem autem concilium prouinciale nõ ha
bet, quia dicti canones inferiori definitionem hanc prohi-
bent, vt etiam not. Abb. in c. 2. de accuſat. cuius ſententiam
amplectendam not. Fel. in eo. c. non poteſt. de re iud. colu. 2.
verſ. tamen non eſſet tutum recedere ab opinione Butrij &
3 Abbatis, in nu. 2. & col. 3. nu. 4. inquiens, Iura, in quibus repe
ritur epiſcopos fuiſſe quandoque damnatos ab inferioribus
papa, antiquata & abolita eſſe, aut mandato papæ intelligi
ita factum. Geminiani etiam authoritate in ca. quorum. 23.
diſt. & cap. Primates 2. q. 1. ubi ita declaratur c. tua, extra. de
4 cler. non reſid. & ſubdit Feli. in d. c. non poteſt, in ead. colu. 3.
d. nu. 4. Nec patriarcham, nec legatum de latere poſſe epiſco
pum deponere abſque ſpeciali papæ mandato. Gem. in d. c.
Primates, & in c. renouantur, 22. diſt. vbi ita declarat ca. quia
ſuſpecti. 3. q. 5. & addit etiam Fel. in eod. nu. 4. criminales Epi
5 ſcoporum cauſas non poſſe delegari, vel ut ipſe loquitur nõ
eſſe delegabiles, authoritate gl. mag. in c. inquiſitores, de hæ
6 reti. li. 6. quod tñ ſic eſt accipiendum, vt papæ Legatus, vel Vi
carius, Iudexue in hiſce caſibus conſtitutus non poſſit alteri
delegare, non autem quin poſsit papa delegare, vt loquuntur
Doctores relati a Fel. in eo, nu. 4. d. c. nõ poteſt. de re iud. & ẽt
7 in d. capit. inquiſitores, omnes notant. Cum autem in hunc
inciderim ſermonem, non inutiliter, quoque proferam ſtu-
dioſius cauendum oblatas ab aliquo in Epiſcopos criminati-
ones non varias penitus, nec falſas prorſus, ſed quodammo
do ſaltem coniecturis probatas, & non alias referri, ac ſigni-
ficari papæ oportere, Nam porro conſtare aliqua ex parte de
lictum ſuperiori etiam referendum debet, ut per l. 1. §. item
ff. ad Syllan. ſenatuſconſ. not. Oldr. in conſ. 124. Quod remiſ-
ſio, &c. Car. in clę. paſtoralis. §. deniq; . de re iud. eruditè Vero
nen. Cæpolla appellatus in conſi. criminal. 59. Paulus Faber,
& Gregorius, col. 6. verſ. iſtam partem alias ego tenui, &c. di
cens ita fuiſſe iudicatum, & ante iſtos & ab illis relatos nota
uit ipſe Ioannes Monach. Card. in c. Romana. §. contrahen-
tes, in fin. de iud. eodem libro 6. Bald. in addit. ad Specul. de
compet. Iud. ad verſ. malefactor, & Aret. in l. ſi quis poſt, col.
8 2. ff. de teſtam. Præterea haſce cauſas epiſcoporum tãquam
maiores ad Rom. pontificem ſpectare, not. idem Ab. in cap.
maiores. de baptiſm. nu. 1. & nu. 3. & in c. vt debitus. de appel.
nu. 9. & nu. 37. & in d. ca. 2. de accuſat. ubi tamen not. ab ipſo
Fel. in nu. 2. vlti. not. Primates poſſe cognoſcere de crimine

Epi-

Epiſcopi,& licet non poſſe deponere credatur, tamen depo
nendum epiſcopum pronunciare, & ad papam ſententiam
depoſitionis referre,& ibi Marian. Soc. Senior. not. Nouiſſi-
9 mus autem. Dom. & præceptor meus Doctor ſane clariſſi-
mus & pontificij iuris maximus interpres Auguſtinus Bero-
ius in capit.1.de iudic.poſt alios,quos refert in num. 4. a pro-
uinciali concilio non poſſe epiſcopum priuari, probat,
& ibidem num.69. poſt Decium, & alios in vtrãque partem
diffuſius aliquanto tractans quęſtionem cum num. ſeq. de-
10 monſtrat ad ſolum papam ſpectare, & ab alio deponi non
poſſe.Ideoque cauſas Epiſcoporum in quibus deponẽdi,nec
non an eſſent Epi quæreretur ad ſolum papam referendas,
& ab illo,aut ſua authoritate decidendas, poſſent etiam ad-
11 di ea, quę notantur ab erudito Ioann. Hieronymo Albano
in 2.parte de poteſtate papæ & concilij. num. 212.& ſeq. fol.
173.verſ.diſputatum,& fol.174.verſ.quid plura. vbi etiã in Ni
ceno ſtatutum conc.defendit. Omnes ſane ij Doctores, qui
iſtam tractarunt quæſtionem, aut ex multis partibus plures
noſtrum id axioma comprobaſſe omnino videntur, ſcilicet
ciminales Epiſcoporum,aliaſque cauſas grauiores ſolũ ſum-
mos pontifices ſtatuere,& ad eos neceſſario referendas.Qui
12 bus ſane Doctoribus addo ſapiẽtiſſimos & grauiſſimos duos
Cardinales noſtris interpretibus non ſatis cognitos,alterum
Vicecancellarium paulo ante nominatum Ioann. Monach.
in d.c.inquiſitores.nu.2.verſ.Sed remittere negotium,de hæ
re. in 6. affirmantem ſic vidiſſe obſeruatum ibi,ſed remitte-
re negocium papæ inſtructum,vt de facto vidi &c.Alterum
13 autem Sabinen.epiſcopum Ioannem Turræcrematam in c.
vbique.15.q.7.nu.5.6.& 7. dicentem,Epiſcopi cauſam crimi
nalem,in qua aut deponendi, aut priuandi ab ordine agitur
ſolum papam cognoſcere, idque decere ſummum pontifi-
14 cem facere, adhibito ampliſsimorum Cardinalium conſilio
ſicut in cæteris arduis apud eundẽ Turre.ibi in fin.d.nu.6.eſt
15 animaduertere. Et alibi apud eum ipſum Turrecrematam
in c. decreto.2. q.6. ſtatuẽtem epiſcopum accuſatum coram
ſuo primate appellare ad papam,& primatem non deferen-
tem appellationi puniendum,atque adeo neminem de cau-
ſa epĩ,qui ad papam appellauerit quicquam ſtatuere ex bea-
16 to Gregorio,tum ẽt in c.nullus.5.q.4.nu.2. nõ licere ſine ſpe
ciali mandato Epiſcopum iudicare,vel damnare,& in c.ſeq.
§.quod vero &c. ſolum papam, vel eius delegatum abſque
epõrum numero etiam in cæteris requiſito epiſcopum pri-
uare.&c. Sed authoritatibus ac iuribus nimis iam pugnaui
mus, ad rationem ipſam altius aliquanto repetendam acce-
damus,oportet,in qua ſane narratione explicanda hiſtorico
ordine, & quotidiano ſermone dilucide probabiliter, & apet
te exponenda illa quidem ad hanc ęternę vrbis Sanctam ſe-
dem, & fundamentum fidei Chriſtianę conſeruandę, tuen-
dęque magnum momentum habente, quanto potero bre-
uius ſummas quaſdam res,maximeque neceſſarias referam.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi, iuriſdictione, ordine, gradu præſtant cęteris Sacerdotibus, remiſſiue.*
2 *Epiſcopi ſunt ſubrogati Apoſtolis,& nu.8.*
3 *Epiſcopis nihil ſublimius reperitur.*
4 *Epiſcopi nomini, & dignitati actio,& e conuerſo reſpondere debeat.*
5 *Epiſcopi non debent habere mentem caninam ſimulatam locutione columbina,nec intus ferocitatem lupinam, extra profeſſionem ouinam.*
6 *Epiſcopum ſicut Senatorem clamis, agricultura ruſticum arma Barbarum,nautam peritia nauigationis,ſic epiſcopalia deſignant opera.*
7 *Vt epiſcopo nihil eſt excellentius bono,ita nihil miſerbilius ſi de Sancta epiſcopus ipſe periclitetur vita.*
8 *Epiſcopi ſucceſſere apoſtolis, vt alijs authoribus probatur præter notata in numero 2.*
9 *Epiſcopi tamen non ſucceſſerunt apoſtolis in iuriſdictionem externam eccleſiaſtica hierarchiæ moderandæ,& nu.13.& nu.21.*
10 *Epiſcopis iuriſdictionem reſpectu, ſuppoſiti, non reſpectu virtutis immediate habent a papa per ſubalternam emanationem.*
11 *A papa,vt Petri ſucceſſore,& Chriſti Vicario,tamquam a capite omnia ſua dona Chriſtus in omnes veluti corporis partes voluit transfundi.*
12 *Omnium ouium curam voluit Chriſtus eſſe apud Petrum,& Petri ſucceſſores vſque ad ſęculi conſummationem.*
13 *Epiſcoporum externa iuriſdictio non ab apoſtolis,ſed ab ordinatione pontificum poſitiuo iure proceſſit.*
14 *Epiſcopi non ſunt aſſecuti naturam apoſtolorum quo ad cauſam efficientem.*
15 *Artaphaxes receſſurus conſtituit vniuerſalem vicarium cum poteſtate ſibi eligendi ſocios in partem ſolicitudinis.*
16 *Sic Chriſtus Petrum Vicarium, & eius ſucceſſores elegit, cum poteſtate in partem ſollicitudinis ſibi epiſcopos adiungendi.*
17 *Epiſcopi vocantur columnę eccleſia, & cur, remiſſiue.*
18 *Epiſcopi tenentur papæ,ut paſtorum ſummo paſtori.Epiſcoporum maximo epiſcopo obedire.*
19 *Epiſcopi non habent vniuerſarum ouium curam, ſed particularem, & ſolus papa vniuerſalem.*
20 *Papa quis ſit, quam perſonam gerat,& inconcuſſum priuilegium tam in datis clauibus, quam in ouibus commendatis oſtenditur.*
21 *Authoritate diui Thomæ, Bonauenturæ, Alberti, Riccardi, Durandi, Ernei, Turræcremati, Sotti, Gabrielis Biel, Antonini, Gaetani probatur externam iuriſdictionem a papa procedere.*
22 *Epiſcoporum iuriſdictio externa poteſt dici diuino iure reſpectu pręcepti Dominici facti Petro, & ſucceſſoribus, Paſce &c.*
23 *Epiſcoporum inſtitutio, in genereq; electio iure diuino eſt, particularis vero poſitiuo, pluribus probatur authoritatibus.*
24 *Connexio totius corporis vnanimitatem requirit, pręcipue Sacerdotum.*
25 *Inter Apoſtolos, licet par eſſet electio, vnius tantum fuit pręeminentia, & inde orta Epiſcoporum diſtinctio.*
26 *Iuriſdictio externa a papa in alios epiſcopos profluit, ſicut a Rege in Iudices, à capite in ſingula membra.*
27 *Dominica traditione Rom. eccleſia ſuper vniuerſas authoritatem habuit.*
28 *Per Rom. eccleſiam diſtributio fit dignitatum, & conſtituuntur per vniuerſa loca epiſcopi.*
29 *Nihil papa poteſtate ſuperius, nec authoritate maius.*

Ratio, cur Papa, ſeu eius Delegatus ſolum maiores omnes, & ẽt Epſcoporum has criminales cauſas ſtatuere debeat.

CAP. VII.

Alia quidem præter ſupraſcriptam in ca.4.
nu.7.ratione, noſtram
hanc probatam omnino eſſe ſentẽtiam, vt oſtendam,altius
aliquanto rem ipſam repetam, & grauiora quædam recenſe
bo Eccleſiæ Romanæ authoritatem demonſtrantia, ex qui-
bus non iniuria receptũ cauſas criminales epiſcoporum ad
papam deferri oportere, ſimulque cur ego quoque ſit dicen
1 dum putem, dilucidius etiam apparebit. Satis iam conſtat
quanta ſit epiſcoporum dignitas, ut pote quos cæteris Sacer
dotibus gradu, iuriſdictione,ordine præſtare,&, vt ſupra at-
tigi, diffuſiuſq; multo perſequar in libello, de Vita Monaſti-
cha & regulari, eaque reforman. in eo cap. vbi de prærogati-
ua cuiuſque gradus hominum agam, ſubrogatos Apoſtolis
non dubitetur.& not. etiam ab Alexand.in can nouo.21.diſ.
& a Io.An.in c.accedentib.nu.2.de exceſ. Prælat.& grauiter
probatur a diuo Ambroſio in lib.de dignita.Sacer.c 3.cuius
2 dictũ ego quidem omnino reuerens,epiſcopis aſſentandi ſu
ſpitionem eo libentius hic deſcribam, ꝙ vel facili ex hoc ſo
lo Ambroſij loco, poſt illum quaſi ſermone tritum factum
prouerbium,& pueris notum, licet alioqui graue Pauli Apo
ſtoli receptum in 1.ad Thimoteum epiſtola cap.3. ſcriptum.
ipſos Epiſcopos quid ſequi, qd fugere oporteat, admonitos
intelligo, cuius Ambroſij hæc ſunt verba. Nihil epiſcopis ſu
3 blimius reperiri, vt cum dignitatem epiſcopatus oculis de-
monſtremus, & digne noſcamus quid ſumus, & quid ſumus
profeſsionis, actione potius quam nomine demonſtremus,
vt nomen congruat actioni, & actio reſpondeat nomini, ne
4 ſit nomen inane, & crimen immane, ne ſit honor ſublimis,
& vita deformis, ne ſit Deifica profeſsio, & illicita actio, ne
ſit Religioſus amictus, & irreligioſus prouectus, ne ſit gradus
excelſus, & deformis exceſſus, ne habeatur in eccleſia cathe
dra ſublimior, & conſcientia ſit humilior, ne locutionem ſi-
5 mulemus columbinam, & mentem habeamus caninã, ne
profeſsionẽ monſtremus ouinam, & ferocitatem habeamus
lupinam, ne digne nobis per Prophetam reſpondeatur a Do
6 mino, Populus hic labijs me honorat, cor eorum longe eſt
a me. Ergo fratres ſicut Senatorem clamis ornat, ſicut agri-
cultura ruſticum, ſicut Barbarum arma, ſicut Nautam naui
gationis peritia, & ſingulos quoque opifices operis ſui quali
tas ipſos demonſtrat authores, ſic epiſcopum non aliud niſi
epiſcopalia opera deſignat, vt ex bono opere magis quam
profeſsione noſcatur, plus eſſe Epiſcopus quam nomine vo-
7 citetur. Quia, ſicut nihil eſſe diximus epiſcopo excellentius,
ſic nihil eſt miſerabilius, ſi de Sancta vita epiſcopus periclite
tur, &c. Hæc ille conſtans, egregiuſq; doctor ac lumen Eccle
8 ſiæ Romanæ Ambroſius, quibus addi poteſt illud Pauli di-
ctum in ſecunda ad Thimoteum epiſtola capit. 3. probans,
re ipſa potius quam fuco, & fallacijs virtutem præſtandam
in hæc verba. Habentes quidem ſpiritum pietatis, uirtutem
autem eius abnegantes, epiſcopos uero ſucceſsiue apoſtolis
præter ſupraſcriptos authores traditur in c. videntes 12. q. 1.
& ex Aug. in c. quorum.68.diſt. Dilucide etiam apud Diuũ
Hieronymũ in epiſtola ad Marcellum aduerſus Montanũ,
dicentem, Apud nos Apoſtolorum vicem epiſcopi tenent,
& in epiſtola ad Eugenium, & Nicolaum Liceum in anno-
9 tationibus in Io.c.13.& act.Apoſt.c.1. Neque uero epiſcopos
ita Apoſtolorum eſſe ſucceſſores credendum eſt, vt, quod
pleroſque nõ ſatis probos audere videmus, etiam Apoſtolis
iure veluti hæreditario in iuriſdictionem externam, eccle-
ſiaſticæ

ſiaſticæ ſcilicet hierarchiæ moderandæ illos ſucceſſiſſe epi-
ſcopos exiſtimari oporteat; nam porro talem iuriſdictionem
10 epiſcoporum a ſummo pontifice mer, &, ut dicitur, imme-
diate reſpectu, ut loquuntur, ſuppoſiti, non reſpectu uirtutis
oriri, docent Turrecrema. lib. 2. de eccleſia. c. 1. Alexand. in c.
omnes 22. diſtin. ſeu, ut dicit Oldrad. conſi. 180. Quæſtio. col.
penu. immediate per ſubalternam emanationem accepiſſe.
11 ab eo. n. põtifice maximo, ut Petri ſucceſſore, & Chriſti vica
rio, & veluti a capite ſua omnia dona ille ipſe Chriſtus ſerua
tor noſter tanquam in omnes corporis partes tranſmitti, ac
transfundi uoluit, uti Leo quoque Papa oſtendit, in c. ita dici
mus. 19. diſtin. quem ſane ad id probandum notat etiam Gae
tan. de poteſtate papæ, capitulo 19. Chriſtus enim. ipſe per ſe
tanquam optimus paterfamilias ex Apoſtolis, ſoli quidem
Petro, & per Petrum cæteris, uſq; ad ſeculi conſumationem
ſucceſſuris, in terrarum orbem contulit exercendam pote-
ſtatem atque authoritatem, ut diuus Thomas 4. contra Gen
tiles, capitulo 76. diffuſius confirmat, & Innocentius etiam
12 probat in capitulo ad Apoſtolicæ, de re iudic. Nam certe
hoc priuilegium, ut apud Ioann. capitulo ult. & Matt. 16. Vo-
luit Chriſtus eſſe Petri tamquam eccleſiæ fundamẽti, cui re-
gendarum omnium in uniuerſum, quod dixit Diu. Bernar-
dus, ouium curam, cogitationem, laborem delegauit, quam
uis alioqui epiſcopos Apoſtolorum loco ſucceſſuros, ut etiã
72. diſcipulis ſurrogandos presbyteros dignouerit, quod etiã
colligitur ex d. c. in nouo. 21. diſt. & ex beato Beda libro 3. in
13 Luc. c. 15. Quo igitur ad iuriſdictionem externam eccleſiaſti
cæ hierarchiæ moderandæ epiſcopos non ſucceſsiſſe apoſto-
lis conſtat, ſed ab ipſo ſummo pontifice ordinatus, ut dicitur
& inſtitutos, eorumque inſtitutionem poſitiuo, quod uoca-
tur, iure eſſe cenſuerunt noſtri adiecere & not. Dec. in c. vlt.
in fi. uerſi. ſecus uidetur in ſummo pontifice, a quo ordinati
fuerint epiſcopi, quorum inſtitutio eſt de iure poſitiuo, &c.
14 ex. de confirm. vtil. vel inutil. Addens quidem Decius ſubro
gatos licet apoſtolorum loco epiſcopos, non propterea eo-
rum naturam quoad cauſam efficiẽtem nactos eſſe arg. no.
a Bar. in l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fuer. Quẽad
15 modum enim Artaxerxes, quod 1. Eſdr. 7. ſcriptum reperi-
tur, receſſurus vniuerſalem conſtituit Vicarium atque cæte
ros ſibi obtemperaturos iudices, ac Præſides eligendi, &, ut di
citur, in partem ſolicitudinis, quaſi ſocios adſciſcendi pote-
ſtatem omnem tribuit illis verbis. Tu autem Eſdra ſecundũ
ſapientiam Dei tui, quæ eſt in manu tua, conſtitue iudices, &
præſides, ut iudicent omni populo, qui eſt transflumen, his vi
delicet qui nouerunt nomen Dei &c. Sic propemodum Rex
16 ac ſeruator noſter Chriſtus in cœlum aſcenſurus conſtituit
ſuum Vicarium uniuerſalem Petrum, eique, laborum velu-
ti ſocios adiungendi alios ſuis quoque diœceſibus præfutu-
ros epiſcopos poteſtatem dediſſe a noſtris pijs Doctoribus,
ac ſanctis viris creditur, licet enim ipſi epiſcopi, & Dei le-
gati. c. ſicut ult. ubi Turrecrem. 7. q. 1. in fin. ex 2. Pauli epiſto-
la ad Corinth. c. 5. ibi pro Chriſto legatione fungimur. &c. &
17 ex clement. 1. de pen. ubi glo. verb. epiſcopi & alibi uocentur
columnæ eccleſiæ capitulo accuſatores. 3. quæſtio. 8. quo in
loco Turrecremat. numero 1. pulchre exponens cur columnæ
dicantur, tamen ab ipſa eccleſia eliguntur, atque inſtituũ
tur, & propterea filij quoque eccleſiæ nuncupatur. dicto capi
tulo quorum uices 68. diſtinctio. & ibi Turrecremat. quomo
do, & patres, & filij eccleſiæ dicantur epiſcopi, declarat. Vn-
18 de merito epiſcopi tenentur papæ, ut paſtorum omniũ ſum-
mi paſtori, epiſcoporum maximo epiſcopo parere. capitulo
ſi qui ſunt. 81. diſt & ibidem Turrecrem. numero 4. cum, uel
ſolem meridie nõ lucere inficietur is, qui audeat negare Ro-
manum pontificem hæredem verum, atque uniuerſalem
Apoſtolorum, & principem, unumque paſtorum omnium
paſtorem, & maximum cæterorum eſſe epiſcopum, quiue cõ
tendat affirmare alios cœli ianitores, & gregum paſtores epi
19 ſcopos uniuerſarum creditam habere ouium curam. Nam
porro, vt de induſtria cæteros præteream, vel vnum D. Ber-
nardi in 2. lib. de conſid. ad Eugenium papam ſcribentis inſtar
omnium putaui eſſe dictum ueritatem ipſam dilucidiorem
multo reddens. Is enim Sanctus, & diuino afflatus ſpiritu uir
ſic teſtatum reliquit. Age indagemus adhuc diligentius quis
ſis, quam geras uidelicet pro tempore perſonam in eccleſia
Dei. Quis es? Sacerdos magnus, ſummus põtifex. Tu princeps
Epiſcoporum, Tu hæres Apoſtolorum, Tu primatu Abel,
Gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſa-
dech, dignitate Aaron, Authoritate Moyſes, iudicatu Sa-
muel, poteſtate Petrus, unctione Chriſtus, Tu es cui cla
ues creditæ, cui oues creditæ ſunt. Sunt quidem & alij Cœ
li ianitores, & gregum paſtores, Tu tanto glorioſius, quan
to & differentius vtrumque præ cæteris nomen hæredita-
ſti. Habent illi ſibi aſſignatos greges ſinguli ſingulos, Tibi
vniuerſi crediti ſunt, vni vnus, nec modo ouium, ſed & Paſto
rum Tu vnus omnium Paſtor, &c. Et in eodem loco. Ergo
20 iuxta canones tuos alij in partem ſolicitudinis, Tu in pleni-
tudinem poteſtatis vocatus es. aliorum poteſtas cæteris ar-
ctatur limitibus, tua extenditur etiam in ipſos, qui poteſtatẽ
ſuper alios acceperunt. Non ne ſi cauſa extiterit, Tu epiſco-
po cœlum claudere, Tu ipſum ab epiſcopatu depellere, etiã
Sathanæ tradere potes? ſtat ergo inconcuſſum priuilegium
tuum tam in datis clauibus, quam in ouibus commendatis.
Ac præter ſupraſcriptos docet etiam Angelicus Doctor D.
21 Thomas cui ſatis nec contradicentium cateruã poſſe obſi-
ſtere, iſte enim eruditione, & Sanctitate inſignis vir id ipſum
qđ dixi. videlicet externæ iſtius iuriſdictionis riuulos a ſum-
mi pontificis fonte emanare, vt dr, immediate, docet tum in
2. ſent. diſt vlt. q. item vltima, tum in 4. li. contra Gentiles, c.
76. tum in 4. diſt. 20. q. 4. art. verſ. ad tertium. Sanctus Bonauẽ
tura in 4. diſt. 18. & in ead. diſt. 18. art. 11. Albertus Magnus in
eiuſdem lib. diſ. 24. Richardus Mediauilla, & ibidem q. 5. Du
randus, & Eruues in ſuo pulchro libello de præſtat papæ, in-
ter cætera narrans, errare eos, qui credant hanc iuriſdictionẽ
externam epiſcoporum ab ipſo Deo, ut loquunt, immedia-
te, non ſecus atque illam papæ tributam profluere, cum ea
non niſi a papa, ut ipſe ait, immediate ſuſcipiatur. & Domin.
Sotus in 4. diſt. 2. q. 1. arti 2. & 3. & 4. Ecchius de Sacramento
ordinis Humel. 52 & ante eos Turræcrem. de Eccleſia, lib. 2.
c. 54. vſque ad 64 Gaietan. de authoritate papæ, c. 19. erudito
admodum Gabriel. Biel. in can. miſſ. lect. 3. Antonin. in ſum-
22 ma Theologiæ, tit. 25. in 3. parte cap. 4. Vnde non ſine ratio-
ne dixi, papam ſolum habere illam iuriſdictionem ex diuino
iure inſtitutam, eaque de cauſa poſſe dici epiſcoporum iuriſ
dictionem eſſe iuris diuini, habito ſcilicet reſpectu ad præce
ptum Domini Petro & ſucceſſoribus traditum. Paſce oues
meas, &c. Quaſi Chriſtus etiam iuſſerit Petro & ſucceſſorib.
ſibi aſſiſcere in partem ſolicitudinis, epiſcopos laborum ſo
cios, ita vt iuriſdictio epiſcoporum demandata papæ a Do-
23 mino poſſit vocari iuris diuini. Neque vero credat quis diui-
nam non eſſe epiſcoporum gradus & dignitatis, de qua no
ſter non eſt ſermo, inſtitutionem, cum & dignitas & electio
quoque eorum, generaliter loquendo, ſeu vt dicitur in gene
re, valet. quod ſingulis eccleſijs ſecundum eccleſiaſticam di-
uiſionem ſui præficiantur epiſcopi, ſit diuino quidem inſti-
tuta iure, at particulariter quod huic Eccleſiæ præponatur
Titius, illi Sempronius, non diuinis, ſed humanis conſilijs ſit
inuenta. Hanceq; particularem electionem humani nõ diui
ni eſſe iuris erudite, & diffusè oſtendit Domin. Sot. de iuſt. &
iur. li. 10. q. 1. art. 4. fol. 663 Ita, vt liqueat epiſcopos alicui par
ticulari Sedi Præfectos, eccleſiaſtico potius iure habere iuriſ
dictionem, tãquam a papa veluti ab ipſo fonte, quaſi riuulos
emanantes accerſitos, vt etiam ipſe Domin. Sotus 4. di. 18. q.
4. art. 4. verſ. aut hæc ſenſit, &c. Et probatur in c. decreto, de
auth. & vſu palij. & in c. qui ſe ſcit. 2. q. 6. c. qualiter, de elec.
Iuo. in 5. parte c. 148. & 349. & teſtatur etiã Leo papa in epiſtola
24 84. can. 11. inquiens. Hæc connexio totius quidem corporis
vnanimitatem requirit, ſed præcipue exigit concordiam Sa
cerdotum, quibus cum ſit dignitas, communis tamen nõ eſt
ordo generalis, quoniam inter Beatiſſimos Apoſtolos in ſi-
25 militudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cũ
omnium par eſſet electio vni tantum datum eſt vt cæteris
præemineret, de qua forma epiſcoporũ orta eſt diſtinctio &
magna diſpoſitione prouiſum, ne omnes ſibi omnia vendica-
rent, ſed eſſent in ſingulis prouincijs ſinguli, quorum inter fra-
tres haberetur prima ſententia, &c. Et rurſus quidam in ma
ioribus Vrbibus cõſtituti ſolicitudinem ſuſciperent amplio-
rem, per quos ad unam Petri Sedem vniuerſalis eccleſiæ cu-
ra confluerent, & nihil vſquam a capite diſſideret. Quod do
26 cet etiã Leo IX. in epiſtola ad Michaelem patriarcham Cõ-
ſtantinopolitanum, probans, externam iuriſdictionẽ a ſum-
mo pontifice in alios profluere epiſcopos ſicut in Iudices a
Rege, ſeu principe apud quem omnis eſt iuriſdictio. Bal. in
tit. de pace Conſtant. in princ. col. 6. & veluti a capite in ſin-
gula quæque membra virtus deriuatur. Idemque Leo epi-
ſtola 89. ad epiſcopos Viennen. & in tertio ſermone ſuæ aſ-
ſumptionis, inquiens. De toto mundo vnus Petrus eligitur,
qui vniuerſarum gentium vocationi, & omnib. Apoſtolis,
cunctiſque eccleſiæ patribus præponatur. & quamuis in po-
pulo Dei multi ſint Sacerdotes, multiq; Paſtores, omnes tñ
proprie regit Petrus quos principaliter regit & Chriſtus. Ma-
gnum, & mirabile dilectiſsimi huic viro conſortium poten-
tiæ ſuæ tribuit diuina dignatio, ut ſi quid cum eo commune
cæteris voluit eſſe principibus, nunquam niſi per ipſum de-
dit, quicquid alijs non negauit. Idem etiam præter alios qui
referuntur authores in decret. diſt. 63. c. quanto. 16. q. 1. c. tem
porum qualitas. & c. quoſdam, & de conſecrat. diſt. 1. c. eccle
ſia, & 24. q. 1. c. audiuimus. expreſſim etiam oſtendit Innocẽ
tius in epiſtola ad Gulielmum primum Archiepiſcopum

Mogũtin

27 Montis regalis ſic ſcribens. Ex hac vtiq; poteſtate quæ ad beatũ Petrum ex Dominica traditione peruenit Sacroſancta Rom. Eccleſia, quæ per Dominum Ieſum Chriſtum ab eodem Petro inſtituta eſt & fundata ſuper vniuerſas Eccleſias authoritatem obtinuit, vt vbique ratum eſſet, ac ſolidum quod ipſius prouidentia ſtatuiſſet. quod etiam ab vniuerſis Eccleſijs per orbem
28 terrarum vſq; diffuſis, & receptum eſt & ſeruatum ita vt per eũ & diſtributio facta ſit dignitatum, & indictum Chriſti fidelibus & diligentius ordinatum, quod ad cultum pertinere viſum eſt pietatis. Ex hac ſiquidem data Beato Petro a Domino poteſtate, ipſe ac ſucceſſores ipſius per diuerſa mundi loca conſtituerunt Epiſcopos, & dignitates per prouincias diuiſerunt, &c.

Quid igitur ijs relatis Illuſtrium ſcriptorum teſtimonijs clarius, aut manifeſtius ad Epiſcoporum iuriſdictionem a ſummo Pontifice veluti fonte duci oſtendendum.

29 Nec ſanè iniuria dixi, Papæ debere Epiſcopos omnino obedire, & licèt alioqui dignitate Epiſcopos diuino iure inſtituta ornatos, tamen Apoſtolicæ Sedis iudicio ſolt eſſe ſubſecutos, nullum enim maius authoritate, nullũ poteſtate eſt ſuperius, vt præter ea quæ ſupra attigi & in c. ſeq. perſequar forſan diffuſius, patet etiã ex illis apud Lucam. cap. 5. annotatis verbis Seruatoris noſtri dicentis Apoſtolis, Laxate retia, &c. & ibi ſoli Petro inquientis: Duc in altum, & eidem ſoli Petro iubentis Matthæ. cap. 17. vt hamo piſcaretur. Ex quibus ſuprema ipſa iuriſdictio ſignificatur. c. non turbatur. c. eſt & aliud. 24. q. 1. & pluribus demonſtrans perſequitur Turrecrem. in c. patet profectò, vbi etiam eſt tex. apertus. 9. q. 3.

S V M M A R I V M.

1 *Negantes licere Epiſcopis familiam habere armatam, conantur reddere imperium Eccleſiæ paralyticum, & ſimiliter dicentes brachium ſæculare neceſſariò inuocandum.*
2 *Abbas Panor. male ſæpe ſenſit de Eccleſiaſtica poteſtate.*
3 *Author contra Panormi. & alios male ſentientes pollicere ſe demonſtraturum licere Epiſcopis familiam armatam habere, & brachium ſeculare non eſſe neceſſarium, ſed quomodo opus erit implorandum.*
4 *Veritatis tuenda gratia, & ſalute curandi cauſa ſua quoque tollere decreta oportet.*
5 *Author promittit ſe veram opinionem animis hominum inſerere, & falſam euellere.*
6 *Ordo tenendus in diſputatione huius quæſtionis in hoc capite propoſitæ.*
7 *Vnde originem duxerit opinio Abb.*
8 *Delegatus ſecundum ſtylum curiæ non debet, immo non poteſt inuocare brachium ſeculare, niſi habeat in reſcripto expreſſam hanc facultatem.*
9 *A delegato Principis ad ordinarium non valet argumentum.*
Delegatus non poteſt mulctare, ordinarius autem ſic, ibi.
10 *Delegatus non poteſt exequi ſuam ſententiam, ordinarius autem ſic de iuris rigore.*
11 *Fundamentum opinionis Panormitani eſt poſitum ſuper aqua.*
12 *Opinio Panormitani nõ probatur ab antiquis, ſed ab ipſo potius inſinuata.*
Doct. qui Panor. ſequuntur narrati ibi.
13 *Gemin. & Archidiac. nõ dicunt id ad quod pro Abbatis opinione citantur.*
Antonij Maſſa Galleſii animaduerſio, & laus, ibi.
Hoſtien. probat potius contra Abb. videlicet Iudicem eccleſiaſticum poſſe manu militari exequi, ibi.
Abbas antiquus, & Henric. Boic. idem videntur tenere, ibi.
14 *Ordinarij verbum indiſtinctè de Eccleſiaſtico, & ſeculari intelligendum.*
15 *Tres gradus quæſtionis, primus delegatum per ſe non poſſe; ſecundus, per ordinarium Eccleſiaſticum poſſe; tertius, per ordinarium ſecularem eius inuocato brachio poſſe ſententiam exequi.*
16 *Intellectus ſing. 770 Guid. Pap. quod loquatur de Epiſcopo iudicante, vt arbitro ex iuriſdictione prorogata, non vt Eccleſiaſtico, & iuriſdictione ordinaria.*
Epiſcopus tanquàm habens merum imperium, habet cognitionem cauſæ delationis armorum, ibi.
17 *Epiſcopus, ſeu ordinarius Eccleſiaſticus poteſt, immo cenſetur delegato committere facultatem exequendi ſententiam, niſi ſpecialiter ſibi ordinarius reſeruauerit.*
18 *Authores pro op. contra Abb. grauiſſimi, & plurimi, & nu. 21.*
Baldi maxima authoritas, ibi.
19 *Oldrad. firmat brachium ſeculare implorari in ſubſidium.*
Eccleſia poteſt etiam contra laicos ad capturam pro criminibus Eccleſiaſticis procedere, ex eodem Oldrado, ibi.
Eccleſia ex concedentia, ſolet brachium ſeculare inuocare, & poteſt laicos pro Eccleſiaſticis criminibus capere ex Mari. Soci ſen. & Io. Vanquel. ibi.
20 *Non valet conſequentia, laici debent communicari, ergo non poteſt capi, & num. 27.*
21 *Epiſcopus poteſt habere familiam armatam ex Aufrerio, & alijs præter relatos, ſupra num. 18.*
22 *Defenditur Bald. a contrarietate, & declaratur eius locus in l. 1 de ſerui. & aqua. ſub nu. 68. & 69. conuenire cum loco eiuſdem Bal. in l. nam ſalute. ff. de offi. Præfect. vigil.*
23 *Epiſcopus poteſt pro iuriſdictione ſui Epiſcopatus, ac iure, armis etiam materialibus vti. & nu. 57.*
24 *Argumenta opinionis Abb. quinque referuntur.*
25 *Epiſcopus habet proprium imperium in ſua diœceſi.*
26 *Epiſcopus poteſt punire delinquentes ſuæ diœceſis, quia habet imperium.*
27 *Epiſcopus poteſt excommunicare, & propria etiam authoritate delinquentes capere.*
28 *Epiſcopus poteſt per eccleſiæ miniſtros fuſtigare, & torquere, & nu. 55.*
29 *Epiſcopus poteſt habere proprios carceres, & in illos conijcere delinquentes.*
30 *Ad Eccleſiam pertinet diſpoſitio authoritatiuè gladij materialis ex D. Thoma.*
31 *Cui conceditur aliquid, cenſentur omnia conceſſa neceſſaria, ſeu opportuna pro conceſſi executione.*
32 *Beroius notatur putans Epiſcopos tranſire fines ſuæ iuriſdictionis vtendo familia armata.*
33 *Si poteſt Poteſtas, multò magis poteſt Epiſcopus habere familiam armatã.*
34 *Qui poteſt ſuam exequi ſententiam, poteſt etiam executori per violentiam committere.*
35 *Inferiores pro executione recurrunt ad Epiſcopum, igitur poteſt Epiſcopus habere familiam armatam.*
36 *Concilij quoque Tridentini authoritate probatur, Epiſcopum habere propriam poſſe familiam.*
Qui negat Eccleſiam vtrunque habere gladium, eſt hæreticus, ibi.
37 *Materialem gladium eſſe Eccleſiæ Chriſti Ieſu in Euangelio Ioannis teſtimonio probatur.*
38 *Intellectus verbi D. Bernardi, nutu Eccleſiæ, pro diſpoſitione, & imperio, non pro ſimplici cohortatione ex Turrecrem.*
39 *Epiſcopi iuriſdictio eluderetur ſi familiam ille armatam habere non poſſet. & num. 53.*
40 *Conſuetudine ſuadente loci nulli dubium Epiſcopos poſſe familiam habere armatam.*
41 *Conſuetudine etiam circumſcripta Epiſcopi poſſunt de iure habere familiã armatam.*
Intellectus clem. volentes. § porrò. verſi. ſpectat, de hæret. vt procedat etiam in Epiſcopis, ne dum in inquiſitoribus, ibi.
42 *Argumentum debet quis inuocare brachium ſeculare, igitur non poteſt habere familiam armatam, non valet, ex Decio.*
43 *Brachium ſeculare non debet neceſſario Epiſcopus inuocare, ſed poteſt, ſi vult, poſtquã ſuo vtroque gladio. ſ. ſpirituali, & materiali eſt uſus.*
44 *Non eſt alius quærendus quomodo poteſt executio fieri a ſeruientibus Iudici, qui ſententiam tulit.*
45 *Non cogitus Epiſcopus, ſed volens exigente ſubditorum rebellione poteſt inuocare brachium ſeculare, etiam ex Abb.*
46 *Delegatus prius requirit ordinarij Eccleſiaſtici, quàm ſæcularis brachiũ.*
47 *Sæcularis eſt ſi eius auxiliũ teneretur delegatus implorare, non propterea põt iuriſdictionẽ prætendere ſecundum cõem opinionem ex Alciato.*
48 *Epiſcopis habentibus ſuam propriam familiam armatam non perturbantur Prælatorum, ac ſecularium inuicem poteſtates.*
49 *Vbi eſt diſtinctio, ibi non cadit confuſio.*
50 *Si concederetur epiſcopus nõ poſſe familiam habere armatam, ſequeretur ſæculares fungi duplici munere, & poteſtate.*
51 *Si adire neceſſe eſt ad ſæculares, cõfunderetur eccleſiaſtica iuriſdictio, quæ debet per ſæculares cuſtodiri.*
52 *Epiſcopi debẽt neceſſariò hẽre fidelẽ miniſtrũ cũ cõpetẽti familia armata.*
53 *Abſurdum eſſet, Epiſcopos non poſſe familiam, & debere ſæcularem magiſtratũ requirere: quia interim poſſet delinquentes fugere, & nu. 39.*
54 *Sæcularis requiſitus de brachio ſæculari diffugiendo ſæpe dicit ſe velle cauſam ſcire, cur ordinarius Eccleſiaſticus nollet uti ſæculari brachio.*
55 *Regij Iudices caperent temporalitate Iudicis eccleſiaſtici manu Regia, ſi requiſiti nollent dare brachium ſæculare, ibi.*
56 *Epiſcopus poteſt per alios carcerare, torquere, percutere, & nu. 28.*
57 *Clericis ratione adminiſtrationis armorum eſt permiſſus vſus.*
58 *Epiſcopus poteſt pro defenſione iuſtitiæ arma capere, & num. 23.*
59 *Manus militaris non ſolum in temporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus Epiſcopo eſt neceſſaria.*
Intellectus c. 2. ne. ut lit. non conteſt. quòd loquatur de Epiſcopo, ibi.
60 *Intellectus doctrinæ Angeli in l. qui reſtituere. ff. de rei uendic.*
61 *Concluſio quòd Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis competit ius habẽdi familiam armatam.*
62 *Immo quòd ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinet cogere Iudicem ſæcularẽ, ut liberet quemcunque captiuum, quem iniuſtè in carcere detinet.*

CAP. VIII.

CVM verò eò deuenerimus, vt Epiſcoporum cauſas capitales ad ſummum Pontificem deferendas, & canonum, ac Sanctorum Patrum, & Conciliorum, grauiſſimorumque etiam plurium authoritatibus confirmaſſe videamur, & planè veluti præſaga mente ſentiamus tentare pleroſque, nauiter verecundiæ fines tranſeuntes, clariſſimis quibuſque rebus tenebras effundere, conſtanſque illud, ac perpetuum Eccleſiæ imperium quadam veluti neruorum reſolutione affectum, ac paralyticum (vt dixit

Hoſtienſ.

Hoſtienſ.in c.1.de offic.ord.Et Bertran.in conſil.138. rem non nouam.num.4.vol.3.in antiq.) reddere, ac præciſè etiam negare Epiſcopis licere proprios apparitores,lictoresq́;,& viatores, quos vocant executores,& miniſtros,habere armatos iuſtitię exercendæ,atq; exequendæ cauſa, atq; adeò affirmare ſæcularis brachij auxilium,non ſolum eſſe opportunum & ipſius Eccleſiæ tantum authoritate, propriaq; diſpoſitione implorandum,ſed etiam neceſſariò, ac ſemper inuocandum prætexere.

2 † Panor.ſæpe,vt de Concilio Baſilien. ſic de hac ſæculari poteſtate malè ſentiente erroris authore,ac duce ſibi propoſito,probante illo quidem,laicis nimium indulgente,Epiſcopis ditione temporali carentibus,non eſſe liberum magiſtratus, atque imperij Epiſcopalis comites,& apparitores,ſbirruarios,ſeu exequutores,armatamve familiam dicunt, ſuas veluti ipſorū manus,ſibi præſto futuros deligere,quaſi Epiſcoporum poteſtas quædam in animos tantum, non autem in corpora etiam imperium exiſteret,nec ſontes accerſiri,ligari,virgis cędi,in carceres coniici vlla eis iubendi facultas relicta eſſet. Nos verò arbitrati quidem,ſummiq; authoritatibus planè edocti cōtra,
3 ac iſti dicant,† eſſe ſtatuendum, atq; Epiſcopus etiam Imperatores ſua debere capita ſubmittere, eorumq; monita neceſſariò recipere.c.Valentinianus.63.diſtinct.illoſque volentes quidem inuocare,non autem cogi implorare brachium ſæculare, proprioſque ſibi præſto futuros apparitores habere, a quoque prohiberi, minimè poſſe,nec omnino a propoſita hac materia alienum putauimus, hoc etiam inſerere quæſtionis caput, cùm prę ceteris omnibus veritatem ſoleamus pluris ęſtimare,
4 non ignorantes eius retinendæ gratia, vt dixit Philoſophus 1. Ethicorum.c.6.in princ.ſua etiam decreta tollere, nedum, ab alijs temerè inducta delenda irrita,& iniuſta pronūciare, Chriſtianæ religionis præſertim,puræq;,ac veræ fidei Catholicæ, vt decet,ſtudioſos, atq; acerrimos defenſores, ſummumq; illud bonum,ſ.ſalutem,ad quam omnes referendæ ſunt actiones,
5 curare æquum eſſe. † Dabimus igitur operam,vt qui hanc ſñiam inuexerunt,non ſolùm improbandi,ſed deteſtandi etiam hac in re dignoſcatur,inſitaq́; hæc nonnullorum animis ſententia penitus euellatur, illaq́; antiquior de ſanctiore, veluti ærario deprompta,eadem quidem verior,& iure, ac rationibus, non argumentis expoſitionum vitijs (ut Quintiliani lib.2. cap.10. mutuemur verba) temerè, & nimis inconſideratè ductis comprobata fidentius infigatur,atque inſeratur opinio.

6 † Quo verò rem totam ordine perſequemur, quod propoſuimus perfectè explicaſſe intelligamur,ac primo quidem oſtendemus rationem, & quæ ab aduerſarijs dicitur illationem a delegato Principis ad ordinarium Eccleſiaſticum ductam minimè concludere,ſimulque cum Panormitano facientes referemus, vt facilius dignoſcatur eorum opinionem non eſſe apud Doctores crebriorem,immo potius noſtram receptiorē exiſtimandum.

Inde probandæ ſententiæ authores verius, ac ſincerius ſentientes recenſebimus,vt multis etiam partibus plures nedum grauiores veritati fauere demonſtremus.

Tertio loco,quæ ab aduerſarijs diſſentientibus allata ſunt, aut excogitata narrabimus.

Iam verò noſtrorum rationes ſignificabimus, nonnullaſq; etiam paupere è noſtro penore depromptas adde, vt ratione, & ſententia hanc noſtram opinionem veriorem, ac meliorē oportere meritò iudicari perſpicuum eſſe poſſit.

Poſtremò omnia in cōtrariam partem dicta cōfutabimus, & noſtram ſententiam ſincerè, & ex animo proferemus. Pa-
7 nor.quidem opinio † deducta fuit ex argumento Innoc.Hoſt. & aliorum exiſtimantium in c.ſignificaſti.de offic.deleg.Principis delegatum non poſſe ſuam per ſe exequi ſententiam,ſed debere brachium ſęculare inuocare:ideoq; ēt ordinarium Eccleſiaſticum, tanquam armis vti prohibitum excommunicationis mucrone vtendo, non poſſe armatam habere familiā, ſed debere ad brachium ſęculare confugere.

8 Nemo autē ex illis qui Panor.aſſentiuntur,eſt atteſtatus hāc eſſe communem opinionem, nec teſtari poterat hac in re, licèt communem plerīq; teſtentur,delegatum debere inuocare bracgium ſęculare,qua de re nunc non uertit controuerſia, licèt re uera antiquiores, & recentiores fateantur poſt Abb.in antiq.in eodem c.ſignificaſti.in fin. Curiam Romanam ſequi contrarium,videlicet delegatum non ſolùm non debere, immo nec poſſe brachium ſęculare inuocare,niſi expreſſim contingat eos in facultatibus habere: uti etiam Felyn.ipſe aſſentiretur in eo.c.ſignificaſti.num.3. & Summ.Tabien. in verb.delegatus.num.2.§.ſeu.verſicu. Vtrum delegatus poſſit &c. vbi tamen in quæſtione de qua quæritur, licet conſentiat pro Eccleſia, perperam allegat Felin. contrarium dicentem, & in eodem cap.ſignificaſti,notant etiam de hoc ſtilo curiæ loquētes Henric.Boic.Cardin.Zabarel.& alij ab ipſis relati, & Prob. in addit.in Ioan.Monac.in cap.vnic.a num.14.vſque in fin.de ſtat.regul.lib.6.

9 † Ad quæſtionem verò accedendo, & primum caput explicando,arbitror malè Panor.inferre a delegato Principis ad ordinarium Eccleſiaſticum, qa detur licèt delegatum Principis teneri inuocare brachium ſęculare, & nō poſſe armatos habere homines,proprioſque exequutores, tamen non infertur ꝙ Eccleſiaſticus debeat neceſſariò implorare brachiū ſęculare,& per ſe non poſſit,qa delegatus non poteſt per ſe mulctare, cū tñ ordinarius poſſit. Hoſt.in ſumm.de ſentent.& mulct.§.quis poſſit,refert,& ſequitur Bouerius in ſing.in verb. Cōtumacia, & mulcta,num.8.verſ.Delegatus ab Eccle.Iudice,ēt a Papa,vt
10 poſſit Epiſcopus ſuam exequi ſnīam ēt in bonis laicorum ſi exequi per ſe velit, licèt vrbanitate quadam abſtinere ſoleat: delegatus autem minimè poteſt,etiam ſi velit,& hæc eſt communis opinio,& diſtinctio videlicet (ut noſtri loquuntur) Epiſcopum de rigore poſſe ſuam exequi ſententiam, quamuis vrbanitate quadam abſtinentem, uti etiam fatentur contrariam ſequentes opinionem Fel.in d.c.ſignificaſti.in fin.& alij notati apud Io.Lupum vocatum Doct.Palatios Rubeos in repet.c.p noſtras.de donat.inter vir.& vxor.in 1.notab. verſi. ſed eſt pulchra dubitatio.nu.5. uerſ.ſed cōmunis opinio procedit de vrbanitate,hæc verò de rigore,vbi de Epiſcopo,& nu.10. ver.vbi dicit.ibi,iſta eſt cōis ſnīa.vbi de delegato Papæ.fol.80.colū.3.&
11 4 ſic vt vel primo ipſo in limine appareat Sedē, & fundamentum conſtituendæ iſtius opinionis a Panor.iactum inferēdo a Delegato ad Ordinarium Eccleſiaſticum in aqua poſitum.

12 Sed licèt concedat̄,illationem ſubſtineri animaduertēdum eſt Panormit.opinionem ab antiquis Doctorib. Innocē. Hoſtien.& alijs in contrariam partem allegatis,non probatam,& potius ab ipſo Panor. inſinuatione quadā deductam, & a nōnullis poſtea receptam.

Nam Doct.hac de re loquentes, & Panorm. ſequuti ſunt in eodem c.ſignificaſti.de offic.deleg.Felyn.num.4. Capra paulò ante fi.Beroius num.32.Afflict.in conſt.1.nu.7.in 1.lib.conſti. Regn.ſub Rubr.9 de illicit. port.armo. Ante iſtos etiam Palatius Rube.viſus eſt dixiſſe in allegatione ſol.80.& ſeq.

13 † Quamuis autem addātur Gemi.Anch.& alij in c.Dilecto, de ſenten.excom.in 6.tamen hoc non dicunt, ſed tantùm clericis habentibus temporalem iuriſdictionem, non licere per ſe,ſeu,vt loquuntur in propria perſona arma, niſi defenſionis gratia hoſtando ſumere, vt ibi expreſſim dicit Ancha.num.8. in 9.notab.& ideo iſti Doct.potius innuunt contrarium.ſ.defendendę iuriſdictionis cauſa per ſe poſſe etiam non habentes temporalem mouere arma, & per ſe ſine contentione poſſe exequi ſuam ſententiam,& corporalem dare poſſeſſionem: & ita platte animaduertit eruditiſſimus,maximuſque patronus, & iure conſultorum, conſultiſſimus, & humaniorum hominum humaniſſimus Anton Maſſa Galleſius in ſuo pulcherrimo illo libro ſcripto Ad formulam Cameralis obligationis, in eo.cap quod eſt ſcriptū: Reliqua de proceſſu. nu.præſertim 48.uerſ.ex quibus colligi poteſt, ꝙ vbi Iudex Eccleſiaſticus habet facultatem exequendi de facto per ſeipſum.& nume.54. verſi.ex quibus redeundo illuc vnde digreſſi ſumus,vbi Iudex eccleſiaſticus poteſt.fol.188.& 189.ex Doricorum Romæ impreſſorum æditione.

Immo ipſe Hoſtienſ.in dicto cap.ſignificaſti, ibi, Alioquin non aſſumet arma,& videtur id,quod nos ipſi defendimus cōcludere, inquiens, ꝙ licèt per ſe arma ſumere, & bellum mouere delegatus non poſſit,tamen recurrere debet ad brachiū ſæculare, vel Iudicem ordinarium Eccleſiaſticum. qui hoc militari manu exequatur,& ita etiam ibi dicit Innocen.

Viſus eſt etiam Abb.antiq.dicere ibidem in verſic.nunquid. eum affirmans tex.in l.qui reſtituere. ff.de rei vendic. loqui in ordinario qui poteſt manu eijcere militari,& ibi Henric. Boic ſequutus Abb.antiq.idem comprobat.

14 † Quorum ſanè omnium verba de ordinario ſunt intelligēda,tam de ordinario Eccleſiaſtico,quàm ſæculare indiſtinctè, ut inquit in eod.cap.ſignificaſti.in fi.Cardin.in q.4. verſi.quod ibi dicit de ordinario intelligam indiſtinctè tam de ordinario eccleſiaſtico quàm ſæculare.

15 † Sunt autem in hac quæſt. de delegato diſtinguendi tres gradus.

Primus.Delegatum per ſe non poſſe.

Secundus ordinarij Eccleſiaſtici auxilio, vel vt loqmur per ordinarium Eccleſiaſticum poſſe.

Tertius,ſi non poſſint ambo per brachium ſæculare.

Atque ita declarat etiam Fely.in eodem c.ſignificaſti. nu.7. verſ.ſi verò. de rebus Eccleſiaſticis,& tunc ſi non pōt inuocet Eccleſiaſticum ordinarium &c.& not.ſumm. Tabien.in d.nu. 10.in eodem verb.delegare,verſ.& ſic ſunt tres gradus, ac dixit etiam Henric.Boic.in d.c.ſignificaſti.in verſ.& tunc per ordinem requirendus eſt primo &c.

16 Nec Guid.Pap.in ſing.770.aliud ſentit,tū quia nihil hac de re,tum quoniam tribus verbis narraſſe ipſe videtur,non poſſe Epiſcopum exequi ſententiam ſuam, citādo tex. in l.Epiſcopale.C.de Epiſcop.audien.vbi contrarium probatur,ut p Odofr. Salyce.& alios dicentes,illum tex.loqui de Epiſcopo iudicāte,

vt

vt arbitrio ex iuriſdictione prorogata, non autem ordinaria
eccleſiaſtica, tum quia paſci eundem Guid. papa in deciſio-
ne 417. num. 6. verſic. an cognitio portationis armorum ita
tueri, epiſcopum; tanquam habentem merum imperium ha
bere cognitionem in cauſa declarationis armorum, quam
17 etiam haberet rex. vt ibi: Tum etiam quia apparet eundem
Guid. pa. in ſing. 369. Delegatum a principe contrarium affir
mare, in fi. ibi, ſed ordinarius committendo uices ſuas, vide-
licet ordinarium poſſe committere, imo cenſeri committe-
re exequendæ ſententiæ facultatẽ ipſi delegato, niſi liqueat
ordinarium ſpecialiter ſibi reſeruaſſe, ſi enim conſtat Guid.
pap. ibi fateri, ordinarium poſſe delegare hanc facultatem,
& ſibi reſeruare, apparet cum habere, cum vulgare ſit, nemi-
nem dare quod non habet, l. ſi ſilius. C. de dona. l. vniuerſæ, vbi
Bal. C. de leg. l. manumiſſiones, ubi idem Bal. in fi. ff. de iuſti,
18 & iu. cum vulg. Quod ſi vt ad 2. propoſitæ quæſtionis caput
accedam, interpretum potius numero quam iure, & cano-
nibus diſputandum eſſet, non deeſſent plures noſtram cau-
ſam iuuantes grauiſſimi authores, videlicet Bald. qui ſolus
ſufficeret maximæ præ cæteris doctoribus authoritatis; vt
no. Iaſ. in l. ſi quis in fundi vocabulo, colum. 3. de leg. primo.
Dec. conſ. 283. colum. 2. plene Neuiz. in ſil. nuptial. 5. eſt nu-
ben. fol. 113. col. 4. & fol. ſeq. Bald. enim in l. nam ſalutem §.
ait. ff. de offi. præfec. uigil. expreſſim dicit ſe putare epiſcopos
poſſe familiam habere armatam, reddẽs rationem, quia epi-
ſcopus habet imperium in tota diœceſi. Bald. tanquam ve-
rius ſententem ſequuntur. & probant Brai. in ſuo reperto.
uerbo, arma, verſ. officialis communis, & ibidem dicit Bald.
ſubdens, quod bene notandum eſt. Dec. in d. c. ſignificaſti 2
num. 10. verſ. ſed contrarium in terminis. Barb in ca. cũ non
ab homine. de iudic. num. 34. & 40. dicens in hæc verba, mi-
ror Panormit. non vidiſſe Bal. & quoſdam epiſcopos non te
nere familiam armatam pro executione gladii eccleſiaſtici,
quia opporteret dare eis ſtipendia, & tempore noſtro contin
git epiſcopos eſſe tenaces, & habere manus aduncas & re ve
ta epiſcopos tenentes familiam armatam maiori eſſe in ho-
nore, & reuerentia, & idem Barbar. in tract. de præſtan. Car-
din. fol. vlt. in princip. in 5. par. 2. par. nu. 18. dicens, brachium
ſeculare ab eccleſia vocari in ſubſidium, & epiſcopum poſ-
19 ſe familiam habere armatam. Ac præteritos, & Oldrad. qui
ſatis videtur hanc ſententiam confirmare, tum in conſil. 89.
in fine dicentem, brachium ſeculare ab eccleſiaſtico implo
rari in ſubſidium, tum in conſil. 86. notantes non ſolum per
cenſuram eccleſiaſticam, ſed per capturam non modo con
tra clericos, ſed etiam contra laicos delinquentes in crimi-
nibus eccleſiaſticis poſſe eccleſiam procedere licet pietatis,
& cuiuſdam quæ vocatur condecentiæ cauſa in pœnam
ſanguinis brachium ſeculare inuocet, vt etiam præter eos,
quos in 1. capite retuli, not. ſapientiſſimus ille Mar. Soc ma-
ior. in c. cum ſit generale, in fi. verſ. utrum autem eccleſia in
criminib. eccleſiaſticis poſſit capere laicos & punire, de for.
compet. & etiam Io. Vanquel. Colonienſ. in ſuis gl. in c cum
epiſcopus, in vlt. concluſ. uerſi. ultima concluſio. de off. ord.
lib. 6. aſſerentes illi quidem epiſcopos poſſe per aliorum ma
20 nus capere & carceri mancipare delinquentes etiam laicos.
Neque ex eo quod aliqua iura dicant, debere laicos excõmu
nicari, inferendum eſt nõ poſſe capi, imo id permiſſum repe
riri, & ibidem ante eum Gemin. in quæſt. 5. verſic ſed quæro
an epiſcopus poſſit laicum &c. Et plenius multo Steph. Au-
fret. in clement. 1. in 5. quæſtio. princ. de offi. ordin. verſic. Do
21 minicus, in cap. præalleg. Accedit etiam expreſſim quæſtio-
nem noſtram decidens ille Aufrer. in tract. de poteſt. eccleſ.
ſuper laicis, & rebus eorum, colum. 5. in caſu 24. verſi. epiſco
pus poteſt habere familiares, aut ſeruientes armatos, vbi Bal.
in d. l. nam ſalutem, & Oldrad. d. conſ. 89. allegat, referens Pa
normitan. opinionem libenter ſequi velle magiſtratus, ſeu,
vt loquitur, officiarios Regios, at opinionem Bal. obſeruari,
& caueri in illis concordatis. Additur etiam Bal. opinionem
ſequens Gundiſalu. 12. vtr. ordinis, quod ſacrum Rotæ audi-
torũ vocatur, in trac. de hæret. in q. 11. in fi. nu. 17. dicẽs, Bal.
hãc opin. cõi viu receptam. Adiungitur eandem Bal. & Bar.
probans opinionem Neuiz. in conſ. 83. Materiam ſaluæ guar
diæ. nu. 7. verſ. quod contrarium. &c. Hanc eandem opinionẽ
ſequitur, & probat expreſſim Marſ. in prax. crimi. in §. pro cõ
plemento, in princ. num. 5. verſic item vſus. Et Diaz in prax.
canon. infra citandus in cap. 114. Neque verum eſt Bal. ſibi eſ
ſe contrarium, quaſi aliter dicentem in l. 1. C. de ſeruitu. &
aqua. num. 68. & 69 quia licet alij non animaduerterint eo
in loco Bald. nihil hac de re, ſed tantum quærendo an arma
mouere epiſcopi poſſint, dicit regulariter eos non poſſe qua
ſi interdicto vſu armorum a principe, & in ſpiritualib. arma-
ri ſine cauſa nõ licere. ſubdens armari tamen poſſe quotiens
ſine armis iuſtitia, ſeu, vt ipſe loquitur, ratio tuta eſſe
22 non poſſit, ſic, vt Bald. non modo ſibi ipſi non diſſentiat,
ſed imo optime conueniat, dicens armari poſſe epiſcopo, vt
tuta ſit iuſtitia, & nõ ſine cauſa, quæ non eſt quæſtio noſtra,
ſed cum cauſa pro tuenda iuriſdictione, & pro exequenda
iuſtitia, ac iure eccleſiaſtico defendendo, etiam probatur in
clem. vnic. de homicid. cum notatis etiam plene a D Soto
in tract. de iuſti. & iur. num. 5. ar. 8. q. 1. præſertim paulo ante
23 fi. verſ. ad tertium, ibi, poſtmodum. Et proprie licere epiſco-
pis pro ſui epiſcopatus iuriſdictione, & iure nõ ſolum armis
eccleſiaſticis, ſed enſe, & alijs armis materialibus vti. poſt
Innoc. in c. venerabilem. de ſenten. excommu not Angel. in
l. vnic. C. ne quis in ſua cauſa. num. 3 uerſ. plus dico, ibi, & ẽt
armis corporalibus, & infra etiam nonnulla alia allegabun
tur. Quo uero tertium quæſtionis caput aggrediar antequã
24 rationibus. & iuribus quoque noſtram ſententiam firmiorẽ
eſſe oſtendam, breuiter reſciam argumenta eorum, qui con
trariam fabricati ſunt opinionem. Quæ porro tria eſſe vidẽ-
tur, Primum, quia iure pontificio cauetur, debere epiſcopos
brachium ſæculare implorare. c. adminiſtratores. c. princeps
23. q. 5. præcipue, quia ut ſæculares confugiunt ad eccleſias
pro ſpiritualibus, ita Prælatis conuenit ad ſæculares debere
in temporalibus recurrere. c. cum ad verum. c. ſi Imperator.
96. diſtinct Secundum, quoniam officium Prælatorum, & ſæ
cularium Principum non deberet ſe inuicem perturbare. l.
conſulta diualia. C. de teſtamentis. Tertium, quia vſus armo
rũ prohibitus eſt eccleſiaſticis. ca. clerici, de vit. & hon. cler.
nam eorum arma ſunt orationes, & lachrimę. c. conuenior.
23. q. 8. Addi poteſt & 4. argum. epiſcopi nõ poſſunt bellum
per ſe mouere, vt tradunt omnes Innoc. & Hoſtien. in d. c. ſi-
gnificaſti, de off. deleg. & c. dilecto, de ſenten. excomm. in 6.
Belli autem ſpecies eſt captura. Ang. in l. qui reſtituere. ff. de
rei vendic. igitur epiſcopi non poſſunt exercere capturam.
Poſſet etiam adiici illud ſpeciale dictũ, videlicet, inquiſito-
ribus hæreſis datur priuilegium habendi familiam armatã.
clem. nolentes. in fin. de hæreticis. ergo alijs eccleſiaſticis or-
dinarijs denegatur. l. ius ſingulare. ff. de leg. At certe vt quar-
25 tum quęſtionis caput perſequar pro noſtræ ſententia adſunt
meliora iura, & rationes, quarum prima ſit illa Bald. cui ego
non video reſponderi recte poſſe, videlicet ordinarij Prælati
epiſcopi habent imperium in ſua dięceſi, ergo poſſunt ſuos
proprios miniſtros & exequutores armatamue familiam, &
(vt vocant) birruarios habere, & licet Bald. non probet epi-
ſcopum habere imperium in ſua dięceſi, pręter eundẽ Bald.
ita dicentem epiſcopos habere meru imperium in Authen.
ea quæ. C. de epiſcop. & electic. num. 6. & Firman in tract. de
Epiſ. in c. 1. quod incipit, Videamus tertio loco de poteſtate
& authoritate epiſcopi, circa 1. verſ ſecundo quæro verũ epi
ſcopus poſſit, in 3. par. ic li. 4. notauit Gemin. in c. cum epiſco-
pus, de offic. ord in 6 Io Anan. in c. 2. de adulter. & in c. quali
ter. 2. §. ad corrigendos. col. 8. de accuſat. probat tex. in c. cõ
tra idolorum. c. prope vias. 26. q. 5. & in c. attendẽdum. 17. q.
4. & in c. 1. de hære. in 6. ibi, carcere vel muro ręcluſi. & in cle.
26 1. ibi, ducto caueri, eod. tit. de hæretic. Hanc vero conſequen
tiam, ſcilicet habet merum imperium, ergo habere poteſt
propriam familiam armatam, concludere, ſatis probat text.
in l. illicitas. §. qui vniuerſas. ubi Odofred. & Alber. de offic.
Præſid. Ac proprie quidem dicens, epiſcopum habere impe-
riũ in ſua dięceſi, pbat glo. in verb. quia alibi. 2 q. 7. ideoque
poſſe oẽs intra ipſam diœceſim delinquentes punire not.
Hoſtien. in capitulo cum contingat, in princi. verſ. epiſcopus
autem habet forum ſiue territorium per totam dięceſim, &
ideo omnes delinquẽtes intra ipſam punire poteſt, extra. de
for. compet. Et ſatis etiam oſtẽdit Guid. Pap. d. deciſ. 437. nu-
mero ſexto ibi, Vel prelatus qui habet merum imperium,
& not. in capitu. 1. de off. ordin. ubi traditur, epiſcopos in ſuis
dięceſibus iuriſdictionem liberam, & quę ſunt meri impe-
rij habere, & poſſe ex officio procedere ſuper criminalibus,
& in facinoroſos homines etiã laicos animaduertere, & ubi
res exigit, non ſemper autem coactum inuocare brachium
ſęculare, & neceſſitate exigente ſæcularem requiſitum poſ-
ſe compelli ad dandum auxilium, ut etiam not. Innocen &
alij in c. venerabili. de cenſib. Brixien in repert. in uerb. epi-
ſcopus in tota dięceſi, ibi, habet etiam merum imperium;
27 ſicut etiam ſi epiſcopus poſſit aqua & igni interdicere, ſeu vt
loquimur, excommunicare, non tamen propterea negatur
quin poſſit etiam authoritate propria capere, quia in crimi-
nibus eccleſiaſticis puta hæreſis, ſacrilegij, ſtupri, & ſimilib.
licet poſſit excommunicare, tamen poteſt etiam capere, &
capit laicos, vt etiam erudite probat Stephan. Aufrer. in d.
clem. 1. col. 33 in ea. q. 5. uerſ. item habemus textum, & ver.
28 Nec uidetur bona reſponſio, de off. Ordin. Addenda eſt alia
ratio, epiſcopus habet iuriſdictionem fuſtigandi, & torquen
di, per proprios eccleſiæ miniſtros. c. Nemini. 49. diſtin. capit.
in archiepiſcopatu. c. cum voluntate. extra. de ſenten excõ.
capitulo his, & cap. proiectatur. & cap. illo qui. 5. q. 5. ubi poſt

Hugon.not.Cardin.Turrecrem.num.3.& probat etiam Ber-
nard. Diaz in prax.crim.cauſ.in verb.verberari,in c.723.pœ-
næ verberum,verſic.ſed debet per miniſtrum eccleſiæ, & nu
mero 6.verſic.ſed aduerte quod iudex eccleſiaſticus habet
iuriſdictionem fuſtigandi,& uerberandi,& ſenteñtiam ſuam
ſuper his poteſt mandare exequutioni. Atqui certe carceres
29 habere,& in eos conijcere reos,poſſe epiſcopos,dicit text.in
c.cum epiſcopus,de off.ordin.c.nouimus.de verb.ſig.clem.1.
de hęr.ibi, capi ſeu arreſtari,qđ ſanc canonis caput nō loquit
tur ſolum de caſu ſpeciali,not.Dec.in c.ſignificaſti.de off.de
30 leg.num.8.verſ.Non obſtat clem.Quod etiam oſtenditur ex
illo D.Thomæ.ſecunda ſecundæ.q.40.ar.2.dicētis,omnis po
tentia vel ars veluti virtus ad quam pertinet finis, habet di-
ſponere de ijs, quæ ſunt ad finem. at quos vocant birruarios
ac ſattellites pro iuſtitiæ exequutione, vt ad finem videlicet
& bonum ſpirituale diuinum referendos in populo fideli
certum eſt, & de illis dicit Diuus Thom. ergo ad eccleſiam
pertinet diſpoſitio,quę vocatur authoritatiua gladij materia
lis aduerſus delinquentes,& not. etiam Cardin. Turræcrem.
in capitulo cum ſit verum.96.diſtinct.colum.6.uerſic. quod
31 autem huiuſmodi gladio. Atque iccirco non iniuria dixere
noſtri,Epiſcopos poſſe familiam habere armatam, quia con-
ſtat eos capere, & in proprios carceres coniijcere delinquen-
tes poſſe,ex illa ratione.quam innuit tex.in l.2. ff.de off.eius,
cui mand.eſt iuriſd. & c. præterea,de off. deleg videlicet cui
32 conceſſum eſt aliquid,cenſentur conceſſa omnia,ſine quib.
explicari commode illud non poteſt,cui ſane rationi non re
cte reſpondet Bern.in c.ſignificaſti.num.34.non procedere ſi
excedat fines iuriſdictionis ille,cui eſt mandata iuriſdictio.&
ideo ſpiritualibus debere armis eſſe contentos epiſcopos,cū
ſint diſtinctę poteſtates.d.c.cum ad verbum.Nam certe non
tranſeunt epiſcopi iuriſdictionis fines vtendo armata pro-
pria familia, cum hoc faciant eccleſiæ diſpoſitione, & iure
33 proprio, ut ſupra oſtendi. Accedat etiam ratio a minori ad
maius,ex vulg.Authent.multo magis. C.de ſacro.eccl.hunc
in modum concepta,videlicet,magiſtratus ſæcularis,qui po
teſtas dicitur,poteſt familiam habere armatam,ut omnes fa
teotur, & notorium eſt, ergo epiſcopus poteſt, conſequen-
tiam habere vim,patet,quia maior eſt eiſcopus magiſtratu,
qui dicitur poteſtas,gloſ.in verb.ſententiam.in l. ex cauſa.ff.
de poſtul.Bald.in Margar.in verb.epiſcopus.num.1.Bald.d.
34 conſilio 276.Nulla dubitatio. Præterea noſtræ ſententię In
nocent. atque adeo etiam Felin. ſubſcriptores adduci poſ-
ſunt, fortiſſimum huius rei argumentum afferentes.Innno-
cent.in capitulo cum noſtris.num.3.colum. penult. uerſic.ſi
autem talia ſunt incorporalia,vbi aliquid corporale, attin
git,vt in præben.ibi,per officialem expelletur,de conceſ.pręben.ait,iudicē qui ſuam ſententiam exequi poſſit,poſſe exe-
quutori per violentiam committere,& Innocen.refert, & ſe
quitur Fel.in c de cætero.de ſent.& re iud. colum. 2.in fine,
num 8.verſ.exequutor.ibi,& ſic limitatur,& ibi,ſed bene or
dinarium, dicendo, exequutorem vel delegatum papæ, vel
principis non exequi per violentiam, ſed bene ordinarius,&
generaliter eum, qui poteſt ſuam exequi ſententiam poſſe
etiam cum violentia exequi,& violentiam exequutori com
35 mittere.Imo in eodem c de cætero,idem fatetur Panormit.
columna tertia, verſiculo ſecundo membro principali, vbi
quod quandoque exequutio committitur alicui in defectū
iuriſdictionis,& ibi idem videtur quando inferior tulit ſen-
tentiam pura archidiaconus in iuriſdictione ſua recurrit ad
epiſcopum tanquam ſuperiorem, affirmat, non habentem
iuriſdictionem exequendi ſententiam ſuā,recurrere ad epi-
ſcopum pro exequutione,& pro iuriſdictione maiori.& ideo
iſti etiam Doctores concedant oportet epiſcopum habere
familiam poſſe armatam,ex quo concedunt eum poſſe exe-
qui,imo ad ipſum pro executione, maiorique iuriſdictione
ab alijs inferiorib. ordinarijs recurri, ita vt Panormitani opi-
nionem ſecuti ſuis ipſorum rationibus conuicti intelligan-
36 tur. Præterea omiſſis de induſtria alijs rationibus inſtat om-
nium ſatis eſſet ſic decretum inueniri in concil. Triden. ſeſ-
ſione vigeſimaquinta,capitulo tertio.verſiculo per ſuos pro
prios,vel alienos exequutores. cuius decreti authoritas cæ-
teris præcellit.præſertim, quoniam ita quoque Sanctorum,
ac piorum hominum Sacræ Theologiæ profeſſorum teſti-
monio cautum reperitur,videlicet Sancti Bonauenturæ, &
aliorum in 4.diſt. 37. dicentium, eccleſiam vtrumq; habere
gladiū,quod ſanc negātes,hereticos eſſe liquet.c.uiolatores.
25.q.1.extrauag.Boniſ.viij Vnam Sanctam.de ma.& obe.io-
37 ter extrauag.cōes, & ibi ego fuſius demonſtraui. Nequis aūt
nunc poſſit tergiuerſari, gladium illum materialem propriū
eſſe eccleſiæ, ipſaque eccleſia diſponente, & iubente,quate-
nus opus ſit, illi uolenti præſtandum, monebo interim, ut ſi
quis fortaſſe, ſit, qui etiam num dubitet, veriſſimum illud,
atque ampliſſimum teſtimonium ſpectet Seruatoris noſtri
Chriſti apud Ioan.cap.18. D.Petro Vicario ſuo,eiuſque ſuc-
ceſſoribus dictum, Conuerte gladium tuum in vagina.& af
firmantibus Apoſtolis,ecce hic gladij duo, eiuſdem reſpon-
ſum,ſatis vt conſiderat Beatus ille contemplator Bernard.
ad Eugen.quartum,notans vtrumque eſſe gladium eccleſię,
propriumque alterum, ſcilicet ſpirituale ab eccleſia per ſe
ipſam, alterum pro eccleſia manu militis exercēdum eccle-
ſiæ nutu, & patiētia, vt etiam traditur in ea extrauag. Boniſ.
2.Vnam Sanctam. §.in hac, eiuſque poteſtate duos &c. Qui
38 plane nutus,& patientia non ſimplicem cohortationem, &
permiſſionem, ſed diſpoſitionem,imperiumq; & arbitrium
liberum eccleſiæ ſignificat, ita vt materialis etiam gladij di-
ſpoſitio ſit eccleſiæ, vt not. Turræcrem.in d.c. cum ad uerſi.
col.6.num.4. verſ.nutus uero dicitur nō tantum exhortatio,
39 ſed etiam diſpoſitio.96.diſtinc. Non eſt autem mittendum
illud maxime abſurdum, quod negando eccleſiæ familiam
armatam,omnino conſequeretur,videlicet inutile eſſe ſpiri
tualem epiſcoporum poteſtatem, ſi enim oporteret epiſco-
pum requirere magiſtratum ſæcularē loci, vt ipſe magiſtra-
tus capiendos delinquentes curaret, facile poſſet magiſtra-
tus,vel cauſam prætexere, vel interim delinquentib. aufugi
endi occaſionem præbere,eoque delicta, deluſa epiſcoporū
iuriſdictione,remanerent impunita, contra tex.in l.licitatio
§.quod illicite.ff. de publicā.& vectig.& in l.ita vulneratus.
40 ff.ad l.Aquil. l.ſi a reo. §.fi.ff.de fideiuſſ. Idque multo magis
locum haberet in ijs locis,vbi vſu receptum eſſet,epiſcopis,
aut Archiepiſcopis licere apparitores proprios habere. tunc
enim nullus eſſet controuerſiæ locus,cum hac præſertim in
re conſuetudini ſtari oporteat, vt poſt Bal.in d. c.ſignificaſti.
vbi alij de off deleg.not. Fel.prope fi.nu.5.& ſumm.Tabien.
in d verb.delegare. in eodem nu.ſeu §.10.in d.uer.vtrum de
41 legatus,ibi.ſed Rector ſcholarium.Qua tamen conſuetudi-
ne circumſcripta,non eſſet negandum eccleſiaſticum Præ-
latum poſſe familiam habere armatam,uti paulo ante pluri
bus oſtendi rationibus.Quibus & pōt addi illa poſtrema ex-
preſſa in clem.nolentes.§ porro.prope finem.de hæreti. ubi
cauetur officium Sāctiſſimę inquiſitionis contra hæreticos
armorum uſum,& apparitores armatos habere, quo quidē
tex.nedum non prohibitum armorum exercitium.ſed per-
miſſum eſſe liquido conſtat.& licet is tex.loquatur in inqui-
ſitoribus,tamen merito etiam de epiſcopis, & Archiepiſco-
pis loqui cenſetur, tum quia ad eos inquiſitionis contra hæ-
reticos omnes etiam immunes, & ut dicitur exemptos offi-
cium iure communi ſpectat.c.ad abolendam. in fi.extra.de
hæretic.& c.vergentis,& c. inquiſitionis.§ prohibemus.eo-
dem tit.in 6.& arguunt etiam Doct.præſertim Cardi.Zaba-
rel.in d.clem.nolentes.§.porro.prope fin. uerſic. ſpectat au-
tem hoc caſu ad eccleſiaſticum Iudicem,ſicut & crimen hę
reſis.& ibidem Anchara. etiam in fin.uerſ.cum enim extir-
pate hęreſes.Tum etiam quia in omni caſu nedum hæreſis
poſſe archiepiſcopos, ſeu epiſcopos eorum baiulis,quos vo-
cant,de armis gerendis,& iuſtitia exequenda in criminoſos
in locis ſubditis præcipere,not.Vital.in d.clem.nolentes.nu.
124.in fi.uerſ.& inducunt familiares.& nu.ſeq.arguendo ab
Inquiſitoribus ad epiſcopos generaliter,& proprie de epiſco
pis,nō autem ſpecialiter de Inquiſitoribus hęreſis.not. Dec.
in d. c. ſignificaſti.in fi. uerſiculo non obſt.quod ſit ſpeciale
de offi.deleg.

Quinta, & vltima pars quæſtionis.

42 Ex his autem,poſtremam quæſtionis partem abſoluā,
facile patet in cōtrariam partem adducta uide-
ri omnino confutata, quæ, ut ſigillatim diluta etiam appa-
reat,illud ſingulis reſpondetur. Primo uidelicet quod de iu-
re pontificio dicitur caueri epiſcopos debere brachium ſæ-
culare inuocare, præter ſupradicta tollitur a Dec. in dicto
capitulo ſignificaſti paulo ante finem.uerſiculo non obſtant
alia in contrarium allegata, diluente, quia non ualet argu-
mentum, poteſt inuocare brachium ſæculare, ergo non po-
teſt habere familiam armatam,cum inquiſitores poſſint in-
uocare, & habeant, & tamen brachium inuocent. Vel ut
reſpondet poſt Gemin. Ioann. Vanquel.in ſuo breuiario iu-
ris canonici in eo.capitulo cum epiſcopus. in fina.uerſiculo
43 nec obeſt.de offic.Ordi.libro ſexto. Vel quia non eſt uerum
debere inuocare ipſum epiſcopum, ſed poſſe, ubi aliter per
ſe ipſum facere non poſſet. Oldrad. in conſilio 89.in fine.&
ideo cum conſtet epiſcopos habere utrumq; gladium prius
utroque gladio debet uti quam inuocare brachium ſæcula
re,& ita reſpondet etiam Barb. in d.capit.cum non ab homi
ne.nu.3 a.uerſ.ſed pro certo retorquendo argumentum, nō
inuocabit Ordinarius eccleſiaſticus brachium ſæculare, cū
ipſe fecerit quicquid potuit tam in perſonam quam in res,
ita,ut nihil amplius facere poſſit, ut etiam not. Martin.de Fa
no.in tract.de brach.ſecular.nu.22.uer.unum &c. Et D. Ant.

blaſ.

Maſſ. Galleſ.in d.lib.in cameral. oblig. loco ſupra citato, fo.
44 159.cum non ſit alius quærendus vbi executio a ſeruientib.
illi Iudici,qui protulit ſententiam,fieri poteſt.l.1.C.de ſpor.
tul.& ibi Doct.Rebuff.in tract.de precon.licit.in prędicto ar
45 tic.10.glo.1.ſciendum.num.2.ver.& ſic hac pręconia. Et cer
te nemo eſt qui dicat, neceſſe eſſe etiam epiſcopum inuoca-
re,ſed poſſe volentem , cum per ſe non poſſit actum exequi
puta exigente rebellione ſubditorum,vt etiam dicit Abb. in
c.1.de off.ordin. colum.2.in vltim.notab. Felin.in c.1.col.5.
verſ.Aduerte,de ſponſal.& proprie etiam non teneri epiſco
pum inuocare, ſed volentem poſſe, licet abſtinere de vrba-
nitate ſupra monui notatum apud Doct. Palatinos Rubeos.
d.fol.180.in c.per veſtras, de donat.int.vir. & vxor. Vel etiã
46 reſponderi recte poteſt, delegatum prius requirere eccleſia-
ſtici ordinarij quam ſecularis auxilium, & ſi fortaſſe ſolum
nõ ſufficeret eccleſiaſticum, tunc poſſe ad ſæcularis auxiliũ
confugere. Cardin.in clem.1.q.10.de off. Deleg.& no.etiam
Caſalēſis ille recētior doctus Roland.a Vall.Senator Montis
ferrati in conſ.37. Omiſſo multiloquio. num.6.volum.1.il-
47 lud ſimpliciter etiam reſpondendum eſt, ex hoc, quod dici-
tur delegatũ implorare brachium ſæculare, non propterea
aliquam iuriſdictionem poſſe, nec debere ſæcularem iudicē
prætendere; vt oſtendit etiam recentis iureconſultorum na
tionis princeps Andr.Alciat.in ca. pernicioſam.num.17.de
iudic. vbi hanc apud Doctores crebriorem eſſe opinionem
48 notat. Secundum argumentum,quia ſcilicet officia prælato
rum,& ſęcularium principium non debent inuicem pertur
bari,& impediri.d.l. conſulta diualia. tollitur. quoniam hic
nulla perturbatio iuriſdictionis cadit,epiſcopi enim vtentur
familia armata pro exequenda iuſtitia contra delinquen-
tes notatos criminibus ad cognitionem eccleſię ſpectantib.
ſęculares vero de criminibus ad eorum forum pertinentib.
quæ crimina ſunt inuicem iuribus diſtincta, ut in c. cum ſit
generale,ubi Maria.Soc. maior, & alij de foro compet.& in
c.nouit.de iudic.cum ſimil.plene Aufrer, in d.tract.de poteſ.
49 eccleſiaſtica ſuper laicis, in princ. & per plures colum.& ubi
eſt diſtinctio non cadit confuſio, quia alter alterius non im-
pedit iuriſdictionem.l.ſolemnis. in fin.verſ.calumnia. ff.de iu
dic.& in terminis.d.l.conſulta diualia,non perturbari iuriſ-
dictionem in materia peccati,quia ſęculares ſubſunt eccle-
ſiaſticis ratione peccati ibi Caſtren.Imo vero ſi permittere-
50 tur ſęcularibus tantum habere familiam armatam utrique p
mixtio,confuſio,& perturbatio iuriſdictionis naſceretur,cũ
ſęculares duobus officiis ſuo proprio arbitrio vterentur,alte
ro quidem in delictorum materia, reſeruata eccleſiæ exer-
centes,in carceres coniiciendo &c. quæ imperii meri ſunt,ſi
bi ſuo veluti iure arrogando, altero autem etiam in materia
reſeruata eccleſiæ ſe immiſcentes, ſic, ut utriuſque iudicis
executionem haberent, quod nõ eſt concedendum l. vltim.
verſic nec ſit conceſſum cuique. C.de aſſeſſor. quam legem
allegat glo.in d.l. conſulta diualia. Et magna etiam euitãdæ
51 illa eſt confuſio,quæ oriretur,ſi ſua unicuique epiſcopo iuriſ
dictio non ſeruaretur, ſi enim permitteretur nõ poſſe per ap
paritores proprios exercere epiſcopos iuriſdictionem, & im
perii epiſcopalis munus, & neceſſario ſemper adire ad ſæcu-
lares Magiſtratus oporteret, eorum implorãdo auxilium qd
aliud eſſet quam per ſęculares quibus ordo eccleſiaſticus de
bet cuſtodiri,eccleſiaſticam confundi iuriſdictionem, contra
52 text.in c.peruenit.7.q.3. Et propterea habere prælati omnes
ac eorum vicarii ad capiendos delinquentes ſufficiētem mi-
niſtrum debent,cum familia competenti.cui ſemper neceſ-
ſaria tribuant, ut not.etiam noſtræ opinionis ſubſcriptor al-
legatus Io.Bernard.Diaz in ſua prax.crim.cauſ.in cap.114.in
verb.cap.quod eſt ca.ut clericus propter delicta num.1.& 2.
vbi in hæc verba is Author teſtatum reliquit,videlicet. Ha-
beant inſuper prælati omnes ac eorum vicarii ad prædictas
capturas faciendas fidelem, ac prudentem miniſtrum, cum
competenti familia. Et vel ex eo ſaltim quod ſi opus eſset
neceſſario ſemper laicum magiſtratum requirere, ut ſupra
dixi, magiſtratus ipſe recuſaret fortaſse conniuentibus ocu-
lis anſam,& occaſionem delinquentibus aufugiendi præbe
ret, differēdo reos quidem deprehendendos, et in carceres
detrudēdos curare,facile induceretur fraus, atque illuſio ne-
dum confuſio,monere enim reos capiendos interim poſset,
& ideo prouidēdum huic abſurdo erat, ut ſuam quiſque iu-
dex propriam exerceret, & exequeretur iuriſdictionem cau
tius, ac tutius ſi capi priuſque citari procuret reos, ne illi fu-
giant ut ait Salic.in l.abſentem. C.de accuſat. Maxime, quia
53 magiſtratus ciuilis, ut ſæpe ſolet infeſtus clericali poſset re-
quiſitus recuſando, et differendo dicere ſe velle cauſam cur
capi mandetur cognoſcere, ut Doct.de inuocatione brachii
ſęcularis in d.c.ſignificaſti.de off.deleg.not.et recurrendũ eſ-
ſet ad excõmunicationē, et ideirco per ſuos quiſq; executo-
res debet poſse exequi.arg.l.gñaliter.C.de decurio.lib.10.et

de debitore ſuſpecto in l.ait Prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in
fraud.credit.& facile diceret ſecularis ſe habere iuſtam cau
ſam recuſandi, ad Bald.in conſil.98. Caſus,vol.3.& Regij p̃-
ſertim ipſi Imperium ac iuriſdictionem eccleſiæ vſurparēt,
& vt dicitur, caperent temporalitatem ſpectantem ad Iudi-
cem eccleſiaſticum ſua manu Regia,donec faceret eccleſia
ſticus,quæ madent ſæculares, vt in Regno Francię,etiam qñ
que factum not.Rebuff.in tract. de liter.requiſitor.ſeu roga-
tor.in glo.3.Habes hic practicam.nu.8.ubi etiam in nu. 3.&
70.de repet.iu.& de prætext.iuſt.cau. contradicen. Tertium
55 argumētum,vſum videlicet armorum prohibitum eſſe cle-
ricis,ſatis ſuperque ſupra eſt ſublatum,quia non ſimpliciter
clericis eſt prohibitus armorum vſus,ſed imo pro eorum,&
eccleſiæ iuriſdictionis defenſione, & exequutione cõceſſus,
& permiſſus eſt, præſertim per alium exercendum, vt in d.
c.dilecto. de ſenten.excomm.& de epiſcopo per alium nedũ
in carceres mancipante,& capiente,& torquente, ſed etiam
verberante, aut percutiente tanquam habente iuriſdictio-
nem,& authoritatem,& ideo potius correctore quam pcuſ-
ſore vocando tanquã non ad læſionem proximi, nec ad vin
dictam,ſed ad executionem Iuſtitiæ faciente, not.Alexãdri.
in gl.ſum.45.diſtin.verſ. in eo autem quod dixit gloſa quod
epiſcopus debet clericum verberare per alium, eſt uerum
quando habet alium, & uerſ.& hoc non eſt contra,non er-
go prohibetur corrigere peccantes,& col.ſeq.verſ.vbi dicit,
quod epiſcopus poteſt capere, & caueri deputare.& capien
di,& carcerandi poteſtatem propriam eſſe epiſcoporum,p-
bat tex.in c.in memoriam.19.diſtinc. ver.penes epiſcopum
ſit poteſtas, vtrum eum in carcerem, aut in aliam eum detru
56 dat cuſtodiam. Et ratione adminiſtrationis permiſſum cleri
cis vſum armorum,ut not. Vital.in clem. ne in agro.§.quia
uero nonnulli.verſ.aduerte tamen.ibi,ſecus ſi poſſent ratio-
ne ſuarum adminiſtrationum,tunc poſſunt arma tenere,de
57 ſtat.monac. Quartum argumentum eſt ſupra ſublatum,qa
vt eſt dictum licet regulariter loquendo clerici, per ſe non
poſſint mouere arma, tamē poſſunt ad ſuam defenſionem,
vel hortando,& generaliter in executione iuſtitiæ non repe
riuntur prohibiti, imo expreſſum conceſſum eis videtur.ca.
vlt.36.diſt.glo.vlt,in c.vlt. in fin.in d.c.dilecto.de ſent.excõ.
cui non recte reſpondit D.Bero.in d.c.ſignificaſti.in fi.dicen
do intelligi de Iudice temporali, nõ de Iudice eccleſiaſtico
per d.cap.cum ad verum.96. diſtinct. quia ille text. ut ſupra
dixi,loquitur de vtroque gladio.& quod diſpoſitio materia-
lis etiam gladij pertineat ad eccleſiam, vt per Turræcrema.
in eod.capitulo cum ad verum. colum. 6. cum ſupracitatis.
58 Nec Angel.in l.qui reſtituere. ff.de rei vendic.dicit capturã
ſpeciem eſſe belli,ſed imo contrarium,ſ.executionem, quæ
fit manu militari poſſe appellari bellum,& non congruere,
niſi Ordinario habenti imperium, ſm Inno.in c.tuæ. vt lite
non conteſt. & hanc manum militarem non ſolum in tem-
poralibus exerceri,ſed etiam in ſpiritualibus per c. 1.de dol.
& contum. & Spec.in tit.de libel. §. nunc dicendum.ver.23.
& in d.l.qui reſtituere.in prin.uerſ.in tex.ibi,manu militari
eijci.c.illud.c.tuæ.quod ſane conſtitutionis caput.ab Innoc.
3.ſcriptum eſt epiſcopo Brixien.& ideo cum dicat in eo tex.
non ſolum per cenſuram eccleſiaſticam cõtumacem com-
pellendum, ſed etiam manu militari eijci poſſe, neceſſario
intelligendum eſt,quod loquatur de epiſcopo,iuxta text.il-
lius terminos,ut etiam ante Innoc.not. glo.ibi in uerb.indu
cen.paulo ante fin.verſic.quia manu militari eijci poteſt.Et
59 ita Angel.loquutum, & ſic intelligendum facile eſt etiam di
gnoſcere ex Feli.in c.de cætero.col.2.nu.8. verſi.exequutor.
de ſent.& re iudic.dicente exequutionem manu militari cõ
petere ſoli Ordinario habenti merum imperium, & ita limi
tandum dictum Innoc.& Panor.& ideo conſtat, epiſcopum
poſse manu militari, propriaque vti familia,cum liqueat,ut
ſupra dixi, Ordinarium eſse,& imperium in ſua diœceſi ha-
bere. Vltimum vero illud argumentum a ſpeciali ductum
iam eſt omnino in poſtrema noſtræ opinionis ratione ſubla
60 tum.Quas ob res putarem cõcludendum licere patriarchis,
& Archiepiſcopis,et epiſcopis,quibus etiam temporale de-
ſit dominium ſuam propriam poſse familiam armatam ha
bere.& noſtram hanc ſententiam eſse eo magis amplectẽ
dam,quod tot ſapientiſſimorum hominum, qui in ſacram
œcumenicam, & generalem Triden.Synodum conuenere,
& Diuini Spiritus afflati inſtinctu, non humano iudicio sũt
moti,decreto cõfirmatam in eo.c.3.de reform. ſeſs. 25. ſatis
liquet,familiamque competentem debere delinquentes ca-
piendi cauſa,nedum poſse epiſcopos habere, his præſertim
temporibus notat,& monet, vt ſignificauit Diaz in ea praxi
crim.canon.dicto capitulo 114. & Baldum tot grauiſſimos
habere ſibi conſentientes authores, & rationes conſtat,niſi
omnino velimus cum paucioribus,illiſque imprudentibus
potius errare, quam cum pluribus, ac ſapientioribus bene

ſentire, iam plane agnoſcentes verius eſſe, ac receptius dictũ ordinariis prælatis eccleſiaſticis, quibus iuriſdictio competat, etiam proprio vtrique foro conuenienti territorio, & ut dicitur, temporali dominio carentibus, liberam eſſe poteſtatem proprios apparitores, atque viatores, lictoreſque, &, ut dicitur, executores, armatamq; familiam pratam, ac promptam ſibi ſemper futuram, habendi, vt dixi, ſic receptum multis partibus plures, & grauiores, atque adeo etiam. Gundiſal. Hiſpa. ſapientiſſimi illius 12. vir. quos Rotæ Auditores vocant, ordinis hominem doctum, & eruditum, in eo tract. de hæretic. q. 11. teſtatum reliquiſſe, ac porro ſic omnino ſtatuendum, fortiſsimis, quoque rei ipſius argumentis, & rationibus demonſtratum iam eſſe, ſic ut negari a bonis amplius
61 non poſſit. Nam porro, ſi cætera huius rei fortiſſima argumēta vix poſſe veritatem ipſam demonſtrare valde obſtinatis ac litigioſis uidentur, vel hoc vnum credo illis facile a concertationibus in diſputando pertinacibus diſcedendi, & inſenſam belli aſsiduo alendi cupiditatem, ac pertinaciam deſerendi viam præbebit, atque adeo iuris, pudoris, atque officij ripagula, quę perfugere, aut conuellere amplius nō liceat, firmabit. Notiſsimum ſane eſt iuris ciuilis principium, pontificio quoque iure comprobatum, puerorum ſæpe ore ſolitum decantare ſemper debet, cui quod plus eſt licet, qđ minus eſt etiam licere. l. non debet cui quod plus. ff. de regu. iur. cap. cui licet quod plus. eo. ti. li. 6. ubi Dy. Ioann. And. & alij, epiſcopis autem, aut ſimilibus eccleſiaſticis iudicibus, licet quod plus eſt, quam apparitores, ſeu, vt vocant, birruarios, familiam ve armatam, propriosq. carceres habere, qm̃ iis quidē eccleſiaſticis iudicibus, licet cogere ſæculares omnes iudices, vt comprehenſos quoſque iniuſte, & in vinculis deuinctos, publicaque cuſtodia incluſos emittant, quod nō modo e noſtris pontificij iuris apprime periti, ac ſtudioſi, plures notarunt, ſcilicet Innocen. & plenius Hoſtien. ac Ioann. And. in c. expoſita. extra, de arbitris. ſed etiam ciuilis ſcientiæ facultate admodum eruditus, & ſecularibus, ac præſertim regibus maxime cupiens, ſæpe fauens Lucas de Penna in l. nemo carcerem. col. pen. ſub nu. 16. verſ. illud autem nota, quod ad iudicem eccleſiaſticum &c. C. de exact. trib. lib. decimo. Igitur debet etiam licere id, quod minus eſt, videlicet apparitores, quos birruarios vocant, familiamue armatam, proprios carceres habere. Plus vero eſſe comprehēſos, & in carcerem miſſos, iniuſteque detentos emittendi, ac liberandi ſecularib. iudicibus neceſſitatē afferre, & poſſe reos ſuæ ipſorum ditioni ſubiectos propria manu, ac familia cōprehendi, & in proprios carceres conijci iubere, planum q̃dem eſt, quia non ſolum plus eſt in alienam, vt dicitur, meſſem, apponere falcem. Deut. cap. 23. c. ſcriptum. 6. q. 2. & no. in c. venerabilem. de elec. vbi etiam citantur ſimilia, ſed inde etiam deducitur, quod planę oſtendit. Hunc autem cogēdi ſæculares Iudices ad liberandos iniuria deprehenſos, & in carcere deuinctos, longe maiorem eſſe, quam proprios habere miniſtros, ſcilicet quia latius patet officium iudicis, in abſoluendo, ſeu abſolui iubendo, quam in condemnando. c. veniens. vbi Io. And. & Ant. Bur. de accuſ. l. quotiens. C. ubi Senat. vel Clariſ. ubi Bal. & no. in l. qui condemnare, ff. de re iudic. & in l. nemo qui condemnare, ubi poſt alios Decius. ff. de reg. iur. ſed etiam quia cogendi ſæculares iudices ad liberandum quoſcunque iniuſte in publica cuſtodia concluſos eſt cum maiori imperio, cogere enim ſine imperio nemo poteſt. l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. l. vlt. ff. de off. eius in ſi. Ac plane ſi poſsũt eccleſiaſtici iudices cogere ſęculares iudices ad emittendum, liberandumq; in carcerem coniectos vtique, vel miniſtros manu, vel actione ciuilius faciendo, per interdictũ remittendo ad eorũ Ordinarios. l. placet §. neceſſario prætor adiecit, ut qui per dolũ. ff. ut ventr. nom. mul. in poſſ. miſſa, authen ut differen. iudic. §. ſi vero a Sanctiſsimo Archiepō ibi & coactus a ſanctiſsimo Archiepō non iudicauerit, ſed nō poterũt propria iudicum ſęcularium ptāte, aut miniſtrorum manu, nec per interdictum ad ſe ipſos remittēdo, quia nemo cōtra ſe ipſum ius dicet, nec inuitus parebit, niſi ab aliis maioribus compellatur iudicibus, l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdictione omnium iudic. l. vna, C. ne quis in ſua cauſ. iudicet.

SVMMARIVM.

1 *Scriptores qui de poteſtate ſeu authoritate, ſeu primatu Ro. eccleſiæ, ſiue papæ ſcripſere.*
2 *Quo Ro. eccleſia diuino iure cæteris imperet, quod Petrus pro ſe, & ſucceſſoribus a Chriſto etiam ante Spiritumſanctum recepit principatum, & Rom. eccleſia a Petro, & Paulo fuit fundata, & cathedra 25. annis a Petro Romę recta.*
3 *Author tempore Pii quarti in ſchiſmaticos inuehens oſtendit unitatem Eccleſię conſeruari, maxime conſenſu, & obedientia in Roman. ſedem Apoſtolicam.*
4 *Refertur temeritas negantium conſequentiam, Particulares eccleſię debent omnes vni eſſe concordes, & ſubditæ, ergo eccleſiæ Rom. vt ſuperiori debent obedire.*
5 *Taxantur etiam obloquentes probari omnes Apoſtolos fuiſſe poteſtate pares, & eorum refertur argumentum.*
6 *Reprębenduntur ijdem pertinaces dicentes quemlibet epiſcopum Iure Diuino in ſua diœceſi ſupremum eſſe.*
7 *Refertur fallax eorundem argumentum, ex Cypriano locũ deturpantiũ.*
8 *Dicitur ea argumenta eſſe diabolico ſpiritu inuenta, & declaratur Petrũ eccleſiæ vniuerſali præpoſuiſſe Chriſtum ad ſchiſmatis tollendam occaſionem ex Hieronymo.*
9 *Petrus poſt octauam Reſurrectionis, per illa verba, petre amas me? Paſce &c. re ipſa promiſſas ſibi ante claues recepit.*
10 *Chriſtus parem dedit Apoſtolis poteſtatem prius, ſed poſtea Petro maiorem, & ſuperintendentiam.*
11 *Cypriani deturpatus ab infidelibus locus reſtituitur, & ſincere lectus declaratur.*
12 *Epiſcopatus vnus eſt, cuius a ſingulis pars tenetur, & nō inſolidum totus, vt falſo credunt perfidi.*
13 *Cephas Petrus, ſeu petra interpretatur.*
14 *Cephas maſculini generis, & ſingularis numeri Petri nomini concordat.*
15 *Cephas ſignificat ingentem petram immenſo ædificio idoneam.*
16 *Ex Simonis in Cephas nominis mutatio facta a Chriſto arguit quod Simon a Chriſto ſpiritualem peculiarem nomini gratiam eſt conſecutus nominis & primi.*
17 *Ex ordine ſcripturæ & nomenclatura arguitur quod Petrus fuit primus inter Apoſtolos dignitate.*
Et ibi quod Andreas ſecutus eſt Chriſtum prior quam Petrus.
18 *Non valet conſequentia, quis primus nominatur, ergo dignior, niſi primo nominatus ſit titulo inſignitus.*
19 *Super Petrum tanquam petram ſe ædificaturum Chriſtus eccleſiam ſuã promiſit ante reſurrectionem.*
20 *Chriſtus poſt reſurrectionem ſoli Petro dixit, Paſce oues meas, præſentibus aliis pluribus diſcipulis, generaliter ipſi ſoli Petro.*
21 *Ouium curam committens Chriſtus Petro, intellexit etiam de coapoſtolis paſcendis a Petro per illa verba. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Cirilli quoque declaratione.*
22 *Hæreticorum conſuetudo eſt, reprobo eorum ſenſu ſcripturas interpretari, quæ ſunt interpretandæ iuxta Sanctorum Patrum conſenſum.*
23 *Per petram Petrum, & non ſe Chriſtus intellexit, & dato quod ſe intellexiſſet, Petrum tamen ſuperiorem fecit per illa verba, Tibi dabo, &c.*
24 *Doctores Sancti petram pro Petro interpretantur.*
25 *Chriſtus eſt caput, & fundamentum Eccleſiæ principale, Petrus eſt fundamentum, & caput vt Vicarius Chriſti.*
26 *Petrus vertex, & ſummitas omnium Theologorum dicitur a Dioniſio Areopagita.*
27 *Chriſtus ſecundum patres ſuper Petrum ædificauit eccleſiam, & Petrum fecit caput.*
28 *Chriſtus ſolus mediator ſolus paſcit intus, & alit, & incrementum dat.*
29 *Chriſto per eſſentiam Petro, cæteriſq; Apoſtolis per participationem velut quibuſdam minoribus Diis officia facta ſunt communia, maiora Petro tanquam minorum Deorum principi.*
30 *Chriſtus promiſit Petro ſummam excellentiam remittendi peccata & inter fluctus perſecutionum eccleſiam facere immobilem, ex Chryſoſtomo.*
31 *Chriſtus dixit omnibus diſcipulis, Vos eſtis lux mundi, &c. Et Paulus, vt Architectus poſuiſſe fundamentum teſtatur.*
32 *Non derogatur poteſtati Diuinæ fatendo, vt fatendum eſt, Chriſtum, eccleſiam ædificaſſe per Petrum.*
33 *Chriſtus dicendo, Tu es Petrus, & ſuper petram, &c. de Petro, quē demonſtrabat, intellexit, ponens diſcrimen inter fundatorem, & fundamentum.*
34 *Chriſtus quaſi in compenſationem confeſſionis Petri. Tu es Chriſtus, &c. dixit, caro & Sanguis, &c. Et ego dico tibi, Tu es Petrus, &c.*
35 *Verba illa Hebraice, ſiue Siriace, Tu petra & ſuper hanc petram, ad verbum conuerſa Latine ſonant, & faciunt ceſſare dubium.*
39 *Cephas Hebræis maſculini generis, & ideo a Latinis conuerſus Petrus, & non petra, & Petrus pro petra intelligitur.*
37 *Eccleſiam Chriſtus ædificauit ſuper ſe ipſum manentem immobilem ſupra Petrum, vt Vicarium ad occaſionem ſchiſmatis vitandum.*
38 *Ex Petri, & ſucceſſorum diſpoſitione in cæteros Paſtores deriuantur dona chariſmatum.*
39 *Petræ nomine Chriſtum quoque poſſumus intelligere, & qui ſit ſenſus.*
40 *Deus Pater eccleſiam ſuper Chriſtum Deum, & hominem verum fundaſſe, dici etiam recte poteſt.*
41 *Chriſtus receſſurus ad Patrem viſibile fundamentum pro nobis reliquit.*
42 *Per petram Chriſtus, & Petrus intelligi poteſt ex Auguſtino.*
43 *Chriſtus eſt fundatorum fundamentum maximum, Petrus vero ſecundariũ reſpectu Chriſti, & inter alios Apoſtolos principale, ex Turrecremata.*
44 *Error Lutheri, & ptinacia taxatur, & eius obiectioni remiſſiue reſpōdet.*
45 *Alia reſponſio per deductionem ad abſurdum, & inconueniens.*
46 *Solutio argumenti impiorum ducti ex Auguſtino, quod videlicet Chriſtus duplex poſuit fundamentum, alterum fundamentale, alterum fundatum.*
47 *Deus ſolus remittit peccata, & Sacerdotes etiam remittunt peccata, ſed tanquam illius miniſtri, & in eius virtute.*

Chri-

48 *Chriſtus ſolus eſt eccleſiæ fundamentum, Petrus autem primus in Chriſti confeſſione fundatum fundamentum.*
49 *Chriſtus fundator architectus, lapis angularis, hoſtium, porta, baſis, vertex paſtor lux illuminans omnem hominem.*
50 *Pertinax, & damnandus qui ſeiungit ſe a doctrina eccleſiæ, & damnat patres ſchola eccleſiaſtica.*
51 *Patres Sancti ſenſerunt aliter Petrum, aliter Chriſtum eſſe fundamentum eccleſiæ.*
52 *Patres licet variantes in vno, eodemque loco ſcripturæ, ſi conueniant permanentes in vna catholica fide, non damnantur.*
53 *Catholicorum libri licet in aliquibus contrarij ueritati, cur non repudiandi, remiſſiue.*

De Romanę Eccleſię, vſque ad ſęculi conſummationem, iuriſdictione, imperioque conſeruando, & tributa Petro, ac ſucceſſoribus poteſtate defendenda. CAP. IX.

1 Conſequens autem eſt huic ſermoni in quē iam incidit, & traducta
conuerſaque noſtra eſt oratio, demonſtrare originem, atq;
authoritatem, ac dignitatem pontificiæ Rom. Sedis, quo tan
to magis vera eſſe noſtra credatur ſentētia Roman. ſcilicet
pontificem ſolum, & non alium quam ipſum, ſeu eius dele-
gatum poſſe maiores, & alias epiſcoporum cauſas capitales
ſtatuere, cuiuſque Sanctæ Sedis ſumma authoritate patriar-
chis, & archiepiſcopis atque epiſcopis, etiam dictione, & im-
perio, quod dicitur temporale carentib. liberum, ac ſolutum
eſſe, familiam, quæ vocatur armata, proprioſque apparitores
habere, nonnulla etiam admodum neceſſaria referre. illa
quidem omnia, quæ ad huius ipſius ſacræ ſedis maieſtatem
oſtendendam maxime pertinent, Ego vero interim præter-
mittam, quę reperiuntur notata in varijs locis apud Sanctos
pioſque ſcriptores, qui iuſtos etiam libros de poteſtate papæ,
ſeu primatu Petri, ſiue primatu Rom. Eccleſiæ, ſiue de autho
ritate Papæ, & concilij, ſiue de eccleſia, & eius authoritate, ſi-
ue de primatu ſedis apoſtolicæ, & Petri, inſcriptos, edidere,
præſertim recentiores Cataldinus Boncompagnus, Tho-
2 mas de Vio Gaietan. Cardinalis tituli. Sancti Sixti, Ioannes
Echius, Thomas Campegius, Chriſtophorus Marcellus Ve-
netus, Io. Hieronymus Albanus, Franciſcus Turrenſis, Petrus
Paludes, F. Andreas Bautia, & alij plerique ac porro enitar
quo potero breuius, primum oſtendere eccleſiam Roman.
Diuino iure cæteris omnibus imperare, deinde Petrū ipſum
Apoſtolum principis poteſtatē a Chriſto Ieſu recepiſſe, hūc
que ipſum Dominatum, ac primas partes non modo pro ſe-
ſed etiam pro cæteris uſque ad ſęculi conſummationem fu-
turis ſucceſſoribus conſecutum, ac Romę eccleſiam funda-
tam a Petro, & Paulo. Petrumque, hic cathedram 25. annis
tenuiſſe, eamque decentem, & Chriſto ipſi maxime acceptā
eſſe, ea certe hic quoque perſecuturus, quæ & vſui, & dele-
ctationi eſſe poſſint, alias licet ab ipſo Pio iiij pontifice maxi
3 mo iuſſus nonnulla huc ſpectantia ſcripſerim, quo ſane tem
pore ego quidem ſumma ope ſum enixus in ſchiſmaticorū
obſtinatorumque, & pertinacium hominum, mortales alios
pleroſque in fraudem ſæpe inducentium, veræque, & Catho
licæ Religionis contrarias ſententias ſequentium, animis in-
ueteratam opinionem euellere, piamq; & integram inſere-
re, atque adeo demonſtrare ad eccleſię unitatem conſeruan
dam, maxime neceſſarium eſſe uni omnes aſſentiri, atque
obedire apoſtolicę ſcilicet Rom. Eccleſię, illius quidem acer
rimum hac etiam in re defenſorem me præbens, quippe qui
4 non queo, nec habeo perferre, quos perfractis veluti repagu
lis audio adhuc obloqui, & obſtrepere, minimeque veritos
aſſeuerare etiam ſi concederetur particulares eccleſias om-
nes vni debere concordes, ac ſubditas eſſe, & ſchiſmaticos
habendos, qui minime de ſucceſſionis ordine epiſcopalem
gradum conferente, ſe ipſos propria, ut dr̄, authoritate cōſti-
tuunt epōs, conſequentiam tn̄ nō trahi, nec neceſſariam du-
ci concluſionem, cathedram, ſ. Petri, in qua hucuſq; ſucceſ-
ſionis ordine ſedent Romani pontifices cathedris illis po-
5 teſtate ſuperiorem aut præferendam eſſe Quin facilius vide
ri illis poſſe probari omnes apoſtolos fuiſſe poteſtate pares,
& a Chriſto remittendi, retinendique peccata, poteſtatem
parem, & æqualem prædicandi ſalutis Euangelium faculta-
tem recepiſſe Ioannis 20. Nam Chriſtus, aiunt, ęqualiter om
nibus dixit, Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis
& cæt. euntes in vniuerſum mundum prædicare euange-
lium omni creaturę, baptizantes eos in nomine Patris &c. &
6 quęcumque ligaueritis, ſuper terram, & cęt. Matth. decimo-
ſexto. Quapropter pertinaciter affirmantes exiſtimant
quemlibet epiſcopum iure diuino in ſua diœceſi ſupre-
mum eſſe, nec unum alio poteſtate ſuperiorem, quaſi ſingu-
lis quibuſq; poteſtatem Chriſtus dederit in unūquum uniuer
ſum, ut ſatis intelligeretur factum illi prophetię, pro patri-
bus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſup oēm
terram, &c. pſal. 44. Addentes miſeri iſti homines, quē nunc
7 gradatim in eccleſiam videmus ordinem hierarchicum,
tūc ex humana politia profectum eſſe, vſurpantes etiam ſic
Cypriano viſum quandoque narranti, Chriſtum Apoſtolis
omnibus parem dediſſe poteſtatē illis uerbis. Sicut miſit me
pater, & ego mitto vos, &c. Ex his igitur, ac ſimilibus ſcriptu
ræ locis ipſi veritatis hoſtes, quorum ſane conſilijs nihil eſt
diſſolutius, nihil perditius, nihil omnino fœdius maledicen
di occaſionem arripuere, dicentes, inter Presbyteros, Paſto-
res, atque epiſcopos nullum eſſe alio poteſtate ſuperiorem.
Adijcientes etiam, vel, vt verius dicam, detorquentes præte
rea alia uerba eiuſdem Cypriani, de quibus 24. q. 5. c. loquit.
ſicque legentes, aut potius inuertentes videlicet, vt vnus eſt
Dominus, vna fides, vnum Baptiſma, vnus Deus, ita epiſco-
patum quoque, ideſt dignitatem, & poteſtatem epiſcopalē,
vnum ac indiuiſum penes ſingulos epiſcopos in ſolidum eſ-
ſe oportere, &c. Inde arguentes ſub vno ſummo epiſcopo
Chriſto vnico capite, & ſponſo vnicæ eccleſiæ poteſtatem
8 eſſe in ſolidum penes quemque, epiſcopum. Quibus ſane dia
bolico potius quam Diuino ſpiritu interpretatis locis, in vni
uerſum eſt in primis reſpondendum, quamuis omnes Apo-
ſtoli parem cum Petro a ſuſcitato Chriſto poteſtatem docē-
di Euangelium, æqualemque baptizandi ac remittendi pec
cata facultatem acceperint. Ioan. 20. Ipſum tamē Chriſtum
poſtea Ioan. 21. Cœlum breui petiturum, ut eccleſiæ ad quā
omnino animo intendebat, ac perfecit, vnitatem common
ſtraret, atque etiā, quod Hieronymus inquit, ut omnis ſchiſ-
matis tolleret occaſionem, Petrum vniuerſali eccleſiæ præ
poſuit, volens, vt alij poteſtate quidem ſibi tradita vterent̄,
ſed veluti membra corporis eius in totius eccleſiaſticæ ger-
manitatis coniunctione, ſeu ut alij loquuntur, fraternitatis
vnione permanerēt, nec ſcinderent vnitatem, quia, vt oues,
& filij ſub cathedra Petri Chriſto miniſtrarent. Porro dum
9 dixit, ſicut miſit me pater, ita ego mitto vos, &c. nondū crea
uerat totius eccleſiæ Prælatum Petrū, nec ei præcęteris am-
plius quicquam præſtiterat, ſed cum poſt reſurrectionis octa
uam Dominus ad mare Tiberiadis Petro, & alijs quibuſdā
diſcipulis apparuit, illiq; tertio ſingulariter dixit petre amaſ
me. Paſce oues meas. Tunc certe primum vniuerſalis eccle-
ſiæ Paſtorem conſtituit, & alijs Prælatum Apoſtolis Petrum
ipſum voluit, ac præfecit. Ioan. 21. Tuncq; claues illi Domi-
nus re ipſa contulit ac exhibuit, quas prius quam pateretur,
10 Matth. 16. dicens, tibi dabo claues Regni, Cœlorum, fuerat
pollicitus, quibus certe animaduerſis facile eſt dignoſcere
Chriſtum prius quidem ſingulis quibuſq; Apoſtolis parem
dediſſe poteſtatem d. c. 20. Ioan. Deinde Petrum alijs prætu-
liſſe d. c. 21. eiuſdem Ioan. vt omnis ſchiſmatis, ac diuiſionis
occaſio tolleretur, & propterea patres omnes ipſis naſcentis
eccleſiæ in cunabulis intellexiſſe, & etiam num bonos quoſ
que recte affirmare, Petrum ſuper omnes oues Chriſti impe
rium quoq; ac prærogatiuam, &, ut dicitur, ſuperintenden-
tiam accepiſſe, & vniuerſalis eccleſiæ epiſcopum fuiſſe, ca-
thedramque Petri ut matrem, & vniuerſalis eccleſiæ caput
præ cęteris uenerādam, quod paulo poſt oſtendemus quam
plurimis ſcripturæ locis, ex quibus dilucidius etiam appare-
bit, Patres ſemper ita ſenſiſſe, Petrum ſcilicet vniuerſali Ec-
cleſiæ præpoſitum epiſcopum. atque alijs omnibus, ipſiſque
11 etiam Apoſtolis Pręlatum. Neque vero moueri quis debet
ex eo deturpato ab impijs loco Cypriani, de quo in d. c. loqui
tur, quia nō ita ſane legendum ibi, eſt, ut perditis ijs homini-
bus viſum eſt, ſed hunc plane in modum, ut emendata ha-
bet lectio, & vulgati etiam quicunque Codices, Vnus Do-
minus, una fides, unum baptiſma, unus Deus, quam nostra
tatem firmiter tenere, & iudicare debemus. maxime nos epi
ſcopi, qui in eccleſia præſidemus, epiſcopatum ipſum unū,
& indiuiſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fal
12 lat. nemo fidei ueritatē perfida præuaricatione corrumpat,
Epiſcopatus unus eſt, cuius a ſingulis in ſolidum pars tenet̄.
Sic dicit Cyprianus, uel ut Gratianus poſuit, cuius ſingularis
in ſolidū, &c. Ex hoc igitur recte & ſincere accepto Cypriani
dicto patet non eſſe in ſolidum apud oēs epiſcopos poteſta
tem, ſed pro parte tm̄, quod certe uel ex illa cōi noſtra regu-
la patet, Duos in ſolidum dominos eſſe non poſſe. l. ſi ut cer-
to. §. duobus uehiculum. ff. commod. Sed agite excutiamus
13 quoque illud Ioann. capitulo 1. dictum, ex quo etiam agno-
ſcimus, Ieſum Simoni dixiſſe, Tu es Simon filius Iona, Tu
uocaberis Cephas, qd̄ interpretatur Petrus, Cephas. n. uox eſt
Hebraica Syriacę pnunciata, cuius . . radix eſt. Vñ . . Pe
trā ſignificat. . . & in petris aſcēderūt, Tergū, p . . Hebrai
14 co qd̄ eſt petra hēt. . . . Eſt aūt maſculini generis ut patet
ex ſingolari numero, & terminatione, quadrat. igitur Petrus
Latinis Maſculinū eiuſdē ſignificationis, qd̄ Cephas ēt ma-
15 ſculinum, & certe Cephas ſaxum quoddam ingens ingentē

petram rupem aut ſcopulum ſignificat, immenſo alicui fe-
rendo ædificio idoneum, vt elicitur etiam ex Ioſepho in Hie
roſolymitano bello, dicente, ſcopuloſum quendam collem
vnde Hieroſolima liberè conſpicua grauetur ab obſidenti-
bus Romanis vrgebatur, cæpham fuiſſe nuncupatum. Ad-
dit autem Chriſtus, ſuper hanc petram ſe ędificaturum ſuã
eccleſiam aduerſus quam Inferorum portæ præualituræ nõ
16 eſſent, ex hac itaque nominis mutatione ſic rationem ineo,
omnis a Deo facta nominis mutatio ex aliqua ſpeciali gra-
tia & nouo indito conſona nomini vt Abraham, ex Abraã,
vbi ex ſuo promiſſum eſſe ſemine Benedictionem, patet
Geneſis. 17. & Iſrael ex Iacob vocat, cum datum illi fuiſſe
Dominum videndi poteſtatem narrat Geneſ. 32. exemplo
docetur, quoniam fundamentum, quo aliquod nititur ædifi
cium capiti quodammodo ſimile eſt, eoque, caput pro fun-
damento accipitur, & e contrario Paul. ad Coloſſen. 1. ſed a
Chriſto Simon, Cephas nomen eſt conſecutus, vt apud Ioan
nem cap. 1. & Marcum, cap. 3. Igitur a Chriſto in Cephas ex
Simone facta nominis mutatio ex aliqua ſpeciali gratia eſt,
nouo indito conſona nomini, ac porro Simon a Chriſto con
ſecutus eſt illam ſpiritualem gratiam, quę eſt ipſi peculiaris
nomini. Cephas autem, vt diximus, idem eſt, quod Petrus ſi-
ue petra, Chriſtus vero vocatur petra, primæ Corinth. 10. &
petra ſumitur pro fundamento, & fundamentum rationem
habet capitis, & primi. ergo Petrus a Chriſto eſt inſtitutus pri
mus, caput, & fundamentum in eccleſia, & pro capite a no-
ſtris quoque accipitur Cephas in c. olim, ubi Archid. in rub.
17 Cephes. 96. diſt. Hinc Matth. x. Apoſtolos enumerans nomi
na inquit duodecim Apoſtolorum ſunt hęc primus Simon
qui dicitur Petrus & Andreas frater eius &c. Qua nomencla
tione, ſeu, vt dicitur, nomenclatura non poteſt colligi Petrũ
fuiſſe primum aut tempore aut vocationis ordine. Andreas
enim prius ſecutus eſt Chriſtum quam Petrus, qui ab illo fuit
ad Chriſtum adductus. Ioan. 1. Oportet igitur Petrum a Mat-
thęo dictum fuiſſe primum dignitatis, & prælationis aliorũ
poteſtate, cui conuenit Ambroſij ſententia in cap. 12. epiſt. 2.
ad Cor. Andreas inquit prius ſecutus eſt Saluatorem, quam
Petrus, & tamen Andreas primatum nõ accepit, ſed Petrus.
18 Quamuis autem Paulus ad Galat. Iacobum priuſquam Pe-
trum nominauerit, non ſequitur tamen Iacobum fuiſſe Pe
tro poteſtate ſuperiorem. Non enim dicimus Petrum pri-
matum habuiſſe ex eo quod primo loco nominatum eſſe in
ter Apoſtolos reperiatur, ſed quia primi cõſtat fuiſſe inſigni-
tum titulo, quem Iacobo Paulus nõ tribuit. Nam, ſi primus
illi nomenclatione fuiſſet nomen, Euangelij quidẽ ſcriptor
ex ordine, ſecundum Andream, Philippum, indeque alios
19 poſteriores narraſſet. Sed quid amplius dubitandum, cum
Chriſtus coram alijs apoſtolis pręcipue. Matth. 16. Petro dixe
rit ſoli, Beatus es Simon Bariona, & cęt. Tu es Petrus & ſuper
hanc petram ędificabo eccleſiam meam, & tibi dabo claues
Regni cœlorum, quodcunque ligaueris ſuper terram, & cęt.
In hoc igitur ſcripturę loco, ut diffuſius mox oſtendam iam
ab initio patres intellexerunt promiſſum Petro primatum
per petram ſemper intelligentes Petrum Apoſtolum, ſuper
quem Dominus authoritate ſua fundauit ſuam eccleſiam.
20 poſt reſurrectionem, vt monui, Dominus a nobis ſui ipſius
præſentiam, quæ in conſpectum cadebat, ſeu, vt alii loquun
tur, uiſibilem ſubtrahere volens, Ioanne, Iacobo, Thoma,
Nathanaele, & aliis duobus diſcipulis teſtibus Petro ſoli di-
xit, paſce oues meas. Quod certe verbum paſce, ſignificat ẽt,
ut infra cap. 9. num. 88. monebo, rege, ut apud Iſaiam cap. 43.
ibi Qui dico Cyro paſce oues meas, & expreſsius apud Eze-
chielem cap. 34. circa fin. ibi, & ſuſcitabo ſuper eos paſtorem
vnum, qui paſcat eos, ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet eos,
& ipſe erit eis in paſtorem, ego autem dominus ero eis in
Deum, & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum; &c.
& etiam apud Homerum, & Platonem ſæpe paſtoris Græce
ποιμένος nomen Regum eſſe notatur. Nec de paſcendis ouib.
ſuis quicquam Ioanni, Thomæ, nec aliis, quibus tamẽ poſtea
particulares quidam ſunt greges crediti, at Petro ſoli uerbo
vno generali, ac ſine ulla exceptione ſiue limitatione, oues
Chriſtus commiſit, clauesque cœlorum contulit, quo diluci
de apparet Petrum uniuerſi gregis eſſe paſtorem, quia illi ip
ſi Petro quoque ſoli ex omnibus fratribus ſuis prælato Chri-
21 ſtus oues paſcẽdas, & cõfirmãdos ẽt fratres mãdauit inquiẽs,
Et tu aliqñ cõuerſus cõfirma fratres tuos, & c. Id quod Cyril
lus exponens in perſona Chriſti, dicit. Cum te primũ Apoſto
lorũ deputauerim hoc. n. te decet, q̃ mecũ robur & petra es
eccleſię. At ſi dicãt aduerſarii locos hos aliter, vt ſibi uſ. poſ-
ſe intelligi, aut ex eis minime ſeq, vt ipſi loquũtur Petrũ ſup
22 alios Apoſtolos prælaturã accepiſſe, patiantur. uelint, nolint
nos id r̃ndere, hæreticorum omniũ conſuetudinem eſſe ſcri
pturas eaſdem, quas nobiſcum communes habent, aliter in-
terpretari, q̃ veritas, & ut dicitur, traditio ferat eccleſiaſti-
ca, ſuo quidem ſenſu, & arbitrio. Ideoque ſatis eſſet hanc eſ-
ſe, quam ſequimur eccleſiæ Sanctæ vetam interpretationẽ,
& Catholicam traditionem, & illam, quæ expugnari nõ po-
teſt, chriſtianæ ciuitatis machinã, quæ ſemel omnes, vt Au-
guſtinus ait, hæreſes aboleuit. Hunc eſſe Sanctorum omniũ
conſenſum, & profeſſionem Patrum, qui veluti per manus
traditum a Seruatore noſtro Chriſto Ieſu id veritatis teſti-
monium, naſcentis etiam eccleſię conſuetudine probatum,
23 & religioſe ſemper obſeruatum confirmarunt. Quod ſi Pa-
tres obijciant quoſdam dicentes Chriſtum Ieſum per petrã
non intellexiſſe Petrum, ſed ſe ipſum ſignificaſſe. huic ego
primum reſpõdebo, neminem, qui ſic dicat de ſe Chriſtum
eſſe locutum, vt affirmauerit eum locum non aliter accipi,
ſed per petram Petrum quoque poſſe recte intelligi. Secun-
do dicam, etiam, ſi detur Chriſtum per petram, nec alium in
telligi, nihilominus hoc ipſo Matthæi loco, Petri primatum
omnino aperte commoſtrare. Nam alia verba, quibus Chri-
ſtus Ieſus vſus eſt dicens, Tibi dabo claues regni cœlorem,
& quodcunque ligaueris ſuper terram &c. Satis oſtendunt
24 Petro totius Eccleſiæ principatum, &, vt dicitur, præſidentiã
fuiſſe promiſſam. Vnde Patres in hunc ſane ſenſum interpre
tati ſunt eum locum, vti etiam teſtatur Origentes Homil. 6.
ſuper Matth. & Cyprianus epiſtolarum li. 4. epiſt. 9. ad Pupia-
num, & lib. 1. epiſ. 3. ad Cornel. Hylar. ſuper Matth. Hieron. li.
1. contra Pelagianos, & ſuper Matth. 16. Ambr. ſermone 47.
Auguſtinus contra epiſtolam Donati, Chryſoſtomus ſuper
Matth. Cyril. lib. 2. ſuper Ioannem, Gregorius in moralibus,
& in regiſtro ad Mauritium Auguſtum, & alij omnes confir
mantes Petrum fuiſſe petram, ſuper quam ædificauit Chri-
ſtus eccleſiam ſuam. Ecquis igitur erit, q audeat aſſeuerare,
25 Sanctos iſtos Patres ignoraſſe Chriſtum ſolum, & fundamẽ
tum, quod vocatur fundamentale, & caput eſſe, fundamen-
tum quidem quod ſua vi propria totum ſuſtentat ædificiũ,
& eccleſiam coagmentatam, connexamque ſua proportio
tione, ac temperatione diuinitus adiuncta in ipſis veluti cõ
miſſuris, & compagibus corporis incluſam conſeruat, eam-
que per ſe ipſum firmam, immotam ſtabilemque reddit, ca-
put quod in eccleſiæ membra uirtutem, uitamq; diffundit,
Nullus enim ponere poteſt aliud par, aut ſimile caput, & fun
damentum, quale Chriſtum credimus, & confitemur. Neq;
vero huic ſententiæ repugnat, Petrum quoque Vicarium a
Chriſto poſitum fuiſſe fundamentum, quod authoritate, po
teſtateque confirmandi a Chriſto ſuſcepta, ſtabilem, atq; im
mobilem, altiſſimiſque Chriſti, ſ. infixam radicibus tenuerit
vniuerſalem eccleſiam. & per quod ligandi, ſoluendique po
teſtas in orbem totũ fuerit tranſlata. Nam, ita Cyprianus,
Hieronymus, Gregorius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, & cęte
ri Patres tradiderunt, Chriſtum uerum eccleſiæ Paſtorem,
& petram firmiſſimam, manenſque firmamentum, authori
tate ſua vnitatis originem diſpoſuiſſe, volentem quidem ab
uno Petro id ortum eſſe principium. Illud quoque Petri prę
cipuam quandam dignitatem ſignificans, notatu dignũ eſt,
quod in Euangelio Dominus longe plures ad Petrũ ſermo-
nes dirigit, quam ad alium quemlibet ex Diſcipulis, ex quib.
Sancti, ac prudentiſſimi viri Petro ſummam datam eſſe po-
26 teſtatẽ dixere. Vnde Dionyſius Areopagita in Diuinis nomi
nibus cap. 3. de tranſitu Virginis loquens. Aderat, inquit, &
Dei frater Iacob. & Petrus vertex, & honorabiliſſima Theo-
27 logorum ſummitas. Cum igitur eccleſiaſtici Patres ex petra
faciunt Petrum fundamentum, & caput eccleſiæ dicentes,
Chriſtum eccleſiam ſuam ſuper ipſum Petrum ædificaſſe,
eundemque Petrum fuiſſe caput & paſtorem illius nõ adeo
rudis, atque hebetis putandi ſunt ingenij, qui cogitarent Pe
trum talem paſtorem, tale caput, & tale fundamentũ, qua-
le Criſtum p̃dicamus, qui ſua virtute totam ſpiritualis ædi-
ficij molem ſuſtinens, intuſque alens, ac virtutem inſpiras,
ſuamque eccleſiã nulla vi vnquam labefactari permittens,
& vt alij loquuntur, efficiẽs inter aduerſa proſperaque ſtabi-
28 lem atq; immobilem. Quis hoc neſcit officium ad Chriſtũ
pertinere, qui ſolus ſequeſter, & confirmator eſt gratiæ atq;
ut vocatur, mediator, qui ſolus paſcit intus, & alit, vt Paulus
1. Corinth ſcribit. Dicens, neque qui plantat eſt aliquid, ne
que qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Quamobrem
29 Patres ſcripturas exquiſite, & accurate perſcrutari, ani-
maduerterunt liquere, ut vtar Theologorum proprijs ver-
bis, quod officia per eſſentiam Chriſto propria, per par-
ticipationem Petro, cæteriſque Apoſtolis, velut Dijs qui-
buſdam minoribus, in terra facta ſunt communia, ſed tan-
30 quam Deorum minorum principi maiora. Hinc Chryſoſto
mus in Matth. dicit, Vide quonam pacto Chriſtus Petrum
ad excellentiam euexit, promittens illi dare, quæ ad Deum
ſolum pertinent, nempe remittere peccata, & inter tot, & tã
tos tentationũ, perſecutionumq; fluctus eccleſiã facere im-
mobilem. Nam ſicut legitur ꝙ Chriſto data eſt oĩs poteſtas
in

in Cœlo, & in terra, qui ſolus aperit, & nemo claudit, & qui
ſolus cum patre, & Spiritu ſancto Deus vnus remittit pecca-
ta, a quo etiam fluunt in ſingula eccleſiæ membra omnia
chariſmatum dona, ita Petro legitur datam fuiſſe remittẽdi
retinendique peccata, claudendi, & aperiendi, continendi, at
que confirmandi, paſcendique poteſtatem, cum Chriſtus il-
li dixit. Tibi dabo claues regni Cœlorum, &c. quodcumque
ligaueris, &c. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres
31 tuos. Paſce oues meas. & diſcipulis omnibus, Vos eſtis lux
mundi, Vos eſtis ſal terræ. Hinc etiam Paulus de ſe teſtatus,
poſuiſſe fundamentum, vt ſapiens, inquit, Architectus fun-
32 damentum poſui. 1. ad Corinth. cap. 3. Nihil autem putandũ
eſt hac in re Diuinæ poteſtati, nec illi ſummæ dignitati Chri
ſti veri fundamenti, & capitis atque paſtoris detogatum iri
ſi dicatur eum ſuam eccleſiam ædificaſſe, ſuper Petrum, cũ
ſane conſtet Chriſtum ipſum, poteſtate a ſe deriuata pruden
tem architectum eccleſiæ ſuæ feciſſe fundamentum. Nec q͡e
33 quam obeſt quod Chriſtus Ieſus non dixerit. Tu es Petrus, &
ſuper te Petrum ædificabo, nam ponderari e cõtrario debet
quod non dixit Chriſtus Ieſus ſuper me petram ædificabo,
nec petram illam, ſed ſe ædificaturum ſuper eam, nempe
quam demonſtrabat & nominabat petram, ego, inquit, ſup
hanc petram ædificabo, quaſi diſcrimen inter ſe ipſum fun-
datorem extruentemque, ac petram fundatam, & extructã,
notans. Alius eſt. n. qui ædificat, & aliud id, ſuper quo ædifi-
catur. Quare verus, & qui dicitur genuinus verborum Chri
ſti ſenſus, vnicuique, ſtatim obuius, ac prima ſe ſe offerens
fronte eſt, Dominum vocaſſe Simonem Petrum illis uerbis.
Tu es Cefas, ut ſuper eundem Petrum ędificaturum ſe ec-
cleſiam, ſimplices quoque qui aderant homines intelligerẽt.
34 Cum enim Petrus interrogãte Domino, uos autem quẽ me
eſſe dicitis, ſi non Hebraice pute ſaltem Syriace reſpondiſſe.
. . . .
hoc eſt, Tu es Chriſtus filius Dei, Dominus illi viciſſim, qua
ſi pro tam magnifice, ſplendideque prolata de ſe confeſſio-
35 ne mercedem proponens dixit. Quod ſane dictum ſi Latinis
vocibus reddatur, ad uerbum erit, Tu petra, & ſuper hãc pe
tram ædificabo eccleſiam meam, licet interpres immutans
genus, & ex petra Petrum uertens, dubios reddit animos eo-
rum, qui Hebraicas non callent literas, Hebręi enim cephas
maſculini generis proferunt. . . . . cuius pluralem.
. . . . . ex Hieremiæ 4. indicauimus. Seruator igitur
noſter dixit Simoni Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędifi-
cabo eccleſiam meam, promittens ſuper eum, quem iam pe
trę nomine uocatum uolebat, ſe eccleſiam ædificaturum.
Quorſum enim Chriſti ſpectat oratio ſi a Petro cuius eulo-
gium uiciſſim pro tam magnifica confeſſione reddere, ut
etiam animaduertit Hieronymus in com. Matth. 16. vix incę
perat ſubdito deſiſtere, atque clam in ſe ipſum reflectere ſer-
monem, & ambiguum relinquere promiſſum uoluiſſet, ac
planc efficere, vt inde etiam acriter homines diſceptarent.
36 In hanc ego ſententiam libentius, uel a puero ſum adductus
ex illis etiam uerbis, tu uocaberis Cephas, quę ſi ex Hebraica
in Latinam cõuertas linguam, dices, tu vocaberis petra. Sed
cum cephas Hebręis ſit maſculinum, & ad marem ſermo fie
ret, bene latinis ẽt maſculina terminatio reddita fuit. Tu uo
caberis Petrus, & clara eſſet tranſlatio. Tu es Petrus, & ſuper
hanc petrã ædificabo eccleſiã meã, dummodo Petrus pro ce
pha, hoc eſt, petra caperetur, & portę inferi nõ ꝑualebũt ad-
uerſus eã, p inferi portas intelligens hęreſes, ſchiſmata, ſum
mas tirannorũ diſtractiones, & carnis, & mundi voluptates,
quibus de uia, rectaq; religione in aliũ curſum contortos, &
deflexos pleroſq; quotidie, ſẽſimq; eo deduci oĩno uidemus,
vt uix ab inferorum ſedib. ualeant declinare. Nihil ergo por
tę inferi poterunt aduerſus eccleſiã, altiſsimis quidẽ, illiſq; di
uinis radicibus defixam, quam porro ſtantem nec nouis qui
buſq; machinis cõquaſſare, nec uariis cõſiliis proſternere ho
ſtes, vniuerſæque gentes vincere, neque expugnare, neque a
ſolidæ fidei, quam Petrus pro toto ſuo collegio primus con-
37 feſſus eſt, abalienare, & abſtrahere vnquam potuerunt, ſic
plane voluit Chriſtus eam ædificatam, & ſuper ſe, & ſupra
Petrum, ſuper ſe quidem ipſe ſolus eſt, cuius virtute eccle-
ſia iuſtorum inter tot, tantaſque perturbationes, & (vt dici-
tur) perſecutiones manet, & perpetuo immutabilis, & ſem-
piterna, ſtabiliſque, Diuina prouidentia, conſtituta per-
manebit. Super Petrum vero, quando volens Dominus
redire ad patrem illum, vt omnem ſchiſmatis occaſionem,
quamque paulo ante inter Apoſtolos contẽtionẽ, Quis nã
eorum videretur eſſe maior, tolleret. Petrum quoad ſui ip-
ſius aſpectabile, itemque tractabile, quod Theologi viſibile
vocant, miſterium, atque officium explendum, locumque
in terris primum, ac Diuinam illam poteſtatem obtentu-
rum Vicarium in vniuerſum, ac generalẽ conſtituit, cuius
ſane diſtributione, ac certarum rerum annotatione, atque

38 (vt dr. diſpenſatatione profluerent, & in cæteros eccleſiæ
paſtores omnia chariſmatum dona deriuarent. Hunc eccle-
ſiaſtici patres iam ab Eccleſiæ incunabulis, &, vt dicitur, ere
pudiis intellexerunt abſurdum non eſſe, ſi per petram Pe-
39 trus intelligatur, ſuper quem Chriſtus ipſe ædificauit Eccle-
ſiam ſuam. Quamuis nec abſonum quoque ſit per petram
Chriſtum ita intelligere, & ita ſenſus erit, Tu es Petrus a
me, qui πρωτονομένος hoc eſt, vt noſtri loquuntur, principali-
ter petra ſum, ut dixit electionis vas Paulus ad Corinth. epi-
ſtola prima, capit. 10. in princ. ibi, Petra autem erat Chriſtus,
vbi D. Thomas in prima prælectiori prope finem. verſic. Pe-
tra autem erat Chriſtus. exponit, non per ſubſtantiam. ſed p
ſignificationem. & ſuper hanc petram, hoc eſt, ſuper me ip-
ſum ædificabo eccleſiam meam. iuxta quem ſenſum, Chri-
40 ſtus ipſe fundans eſt, ac fundamentum. Nec alienum turſus
a vero crediderim intelligere Deum Patrem fundaſſe eccle
ſiam ſuam ſuper Chriſtum Deum, & hominem, eum quidẽ
in hunc quem oculis cernimus Mundum mittens, & quod
uidemus fundamentum, & caput, & caput cõſtituens, Chri-
ſtus autem ſuo ſpectabili, quod viſibile dicunt expleto mini
41 ſterio ad patrem rediturus, ſeq; a conſpectu eccleſiæ, quam
omnib. ob oculos poſitam relinquebat, & oculorum acie
abſtracturus, & inuiſibilẽ, ut dicit, facturus, quę magna eius
erga nos munificentia fuit, conſtituere dignatus eſt in ea ip-
ſa eccleſia Petrum præponens ſuum nobis Vicarium, qui li-
cet longe quidem diſpar, tamen quod cerni poſſet fundamẽ
tum dimittere, ſuique loco principem non effugientib. Sa-
cramentis clauderet, atque aperiret, ſolueret, & ligaret. vt cõ
42 ſiderauit Auguſtinus Retractat. li. 1. cap. 21. inquiens, Quam
uis in quibuſdam meis opuſculis intellexerim per petram
Chriſtum, de qua ſcriptum eſt, petra autem erat Chriſtus, in
aliquo tamen loco etiam de Apoſtolo Petro dixi, quod in ip
ſo tanquam in petra fuit ædificata eccleſia, & harum duarũ
ſententiarum lector eligat magis probabilem. Hic uides Au
43 guſt. nec hanc, nec illam quaſi ſcripturis contrariam reiice-
re, & pro Chriſto, & Petro accipi petram recte poſſe, & Chri-
ſtum eccleſiæ maximum, ac præcipuum eſſe fundamẽtum,
& Petrum ẽt eſſe eccleſiæ fundamentum, at Chriſto inhæ-
rens. & q͞d dicitur, ſecundarium licet relatione facta ad Apo
ſtolos conſtet, Petrum eſſe etiam primum, vt notat plenius,
& eruditius Turrecre. in lib. de Eccleſ. 2. c. 17. & 18. & ſeq. quã,
44 vt plurib. ſit laborãdum, Hinc apparet Luterianorum teme
ritas, & pertinacia aſſentientium ſuo corypheo, atque idolo
Martino illi imprudentiſſimo, qui dicebat. Si Auguſtinus
ac Patres, omnes in uerbo Saluatoris per petram intellexe-
runt Petrum, ego illis obiiciam vnius ſolius Apoſtoli autho
ritatem in Corinth. 3. ſcribens, Fundamentum aliud nemo,
ponere poteſt, præter id, quod poſitum eſt Chriſtus Ieſus, cui
certe argumento ſatis eſſet reſpondere, quod dixit Turræ-
45 crem. d. li. 2. de Eccleſ. cap. 19. Vel nihil plane id argumentũ
concludere, nam ſimili ratione dici poteſt, Apoſtolos nõ ha-
buiſſe poteſtatẽ remittendi peccata, nec aperiendi, nec clau
dendi, quia ſcriptum eſt, quod ſolus Deus remittit peccata,
& quod ſolus Deus aperit, & nemo claudit, quæ tamen om-
46 nia legimus etiam apoſtolis conceſſa. At dicent aduerſarii,
Homil. 13. Auguſt. in perſonam Chriſti loquentis ad Petrum
dicit, Super me ædificabo te, non me ſũp te. ergo Petrus ædi
ficatur ſuper Chriſtum, non Chriſtus ſuper Petrum, ex cõſe-
quenti non eſt Petrus Petra. Reſpondendum tamen eſt Ca-
tholicæ religionis ſtudioſos non dicere Chriſtum fundaſſe
Petrum, ſed eccleſiam, quia Petrus ſua cõfeſſione, vt loquũ-
tur, fundamentum iactum firmiſſimum, ſciebat in Chriſto
poſitũ; & ideo fundatus erat ſuper principalem, ac q̃ vocãt
fundamentalem petram, ſ. Chriſtum. Vnde Auguſt. in pſal.
86. duplex poſuit fundamentum, alterum quod appellatur
fundamentũ fundamentorum, videlicet Chriſtum, alterũ
vero fundamẽtum fundatum, ſ. Petrum, cui conſentit Am-
broſ. in ſermone 4. inquiens, Recte conſortium meretur no
minis, qui conſortium meretur, & operis, petra ergo pro de-
notione Petrus dr̃, & petra, p virtute Dominus nuncupatur.
Et Auguſ. contra epiſtolam Donati, & de ipe, ſermone 16.
Auditis, dicens Petrum frequenter a Domino petram nun-
cupatum. ac Hieron. in Matth. 16. ſcribens ſm metaphoram
petrę, Recte dr̃ Petro ædificabo eccleſiam meam ſuper te &
Greg. li. 6 epiſtolarum, epiſtola 37 ad Eulogium narrans in
hæc verba, Quis neſciat Sanctam Dei eccleſiam in Principis
Apoſtolorum eſſe fundatam ſoliditate, qui firmitatem mẽ-
tis traxit in nomine, vt Petrus a petra vocatur. Hæc ille, Euſe
47 bius Gręcus eccleſiaſticæ hiſtorię 1. capitulo 17. Ad id uero
vnde digreſſus ſum, vt redeam, verum porro cẽſendum eſt,
Deum ſolum remittere peccata. & nihilominus Sacerdo-
tes etiã peccata remittere, ſed hos tanquam miniſtros, & il
lius uirtute remittentes, licet quandoque etiam ex merito
vitæ. & congrui nõ ex vi clauius, ut notat D. Thomas in 4. di-

ſtinct. 19. Turrecrem. in c. remiſſionem. 1. q. 1. num. 2. & ſeq.
48 vbi declarat, an mali ſacerdotes remittendi peccata autho-
ritatem habeãt, ſic etiam Chriſtus ſolus eſt eccleſiæ funda-
mentum, Petrus autem primus in Chriſti confeſſione funda
49 tus. Nam eo quoque modo interpretati ſunt magni, proba-
tiſsimiq; Doctores, quia nec potuit Petrus eſſe petra, vel fun
damentum, quod dicitur fundamentale, ſed fundator, archi
tectus, inhabitator, lapis angularis, hoſtium, porta, baſis, ac
uertex, paſtor bonus, atque lux. quæ illuminat omnem ho-
minem uenientem in hunc mundum Chriſtus ipſe ſeruator
50 noſter. Cui rei conſequens eſt, quam valde ſit ille pertinax,
qui ſe a ueteris eccleſiæ doctrina abalienari, atque abſtrahi
paſſus reliquos eccleſiaſticæ ſcholæ Patres damnat, & tam
multis quotidie impuris, cum factis, deriſiſque iugulat, eoſq;
ab eccleſia putat reiiciendos, quaſi falſos profeſſores, cũ por
51 ro patribus ipſis perſpectum, exploratumque fuerit, plerum-
que Deo ſoli ꝓpria Diuini Spiritus inſtinctu, & participi qua
dam ueluti ſocietate. quam participationem uocant, con-
nexa, & communis Chriſti ſacerdotibus merito iudicari, pu
ta habere claues, aperire, claudere, remittere, lucere mundo.
Petram eſſe ac fundamentum, aliter Petrum, atque eccleſiæ
fundatorem Chriſtum, aliter fundatores Apoſtolos, qui do-
cendi. atque diſpenſandi miniſteria Dei poteſtatem accepe
runt. Alia ratione Chriſtum eſſe lucem, alia apoſtolos, qui-
bus dictum eſt, Vos eſtis lux mundi. Quod ſi aliquando pa-
52 tres uiderentur inter ſe diſſentire, tamen cum in idem ſem-
per principium, & ueritatem conueniant, nec re ipſa pugnẽt
nec ab eccleſia abſtrahi aliquo modo patiantur, non ſunt om
nino damnandi, qui fortaſse aliqua ex parte decerrent, ſed
probandi, quaſi in uniuerſum ad fidem ſpectantia pie cõſcri
pſerint, quæ ad hæreticorum exterminandas opiniones, &
Religionem catholicam defendendam, maximum ſemper
momentum habuerunt, Nam & ſi quandoque inter ſe diſce
ptaſse noterentur, tamen ſatis eſt de fide Catholica illis quoq;
in locis nõ diſſentire, ſed omnes idem ipſum pium. & catho-
licum inſtitutum. ac præceptum ſecutos tueri, alios quidem
alijs rationibus, ut in c. ego ſolus. 9. diſt. not. Turrecrem. & idẽ
diffuſius de locis inter ſe Doctorum contrarijs in cap. Sancta
Romana eccleſia. diſt. 15. num. 11. uerſi. reſpondeo & nu. 12.
uer. diſcordat, & nu. 20. uer. cum tamen catholicorum opu-
53 ſcula, ibi. In libris autem Sanctorum uera principaliter in-
tenduntur, & pauca inueniuntur contraria ueritati, &c. &
ibi, & ideo propter pauca inutilia, non ſunt tam utilia, & quę
ex propoſito ſunt aſſerta, repudianda, &c.

SVMMARIVM.

1 *Petrus Apoſtolus ante penteceſten, præſentibus Apoſtolis & Matre Ieſu, nouum elegit Apoſtolum loco Iudæ.*
2 *Petrus die pentecoſtes ad vniuerſos Iudæos primus ſuo ſermone circiter tria millia ad fidem Chriſti conuertit.*
3 *Petrus poſt Spiritumſanctum receptum, primus fecit miraculum claudi ad ſpecioſam portam, & princeps apoſtolorum reſpondit Iudæis, & quinque millia hominum conuertit.*
4 *Petrus cum alijs Diſcipulis ad iudicium notatis, reſpondit præſente Ioanne Euangeliſta, & eius vmbra ſanabat, & tulit ſententiam contra Ananiam, & Zaphiram.*
5 *Petrus in ioppe ex euentu in familia Cornelij decreuit per fidem omnes ſaluare.*
6 *Iacobus Petri iuſſu renunciauit decretum, velut ex ambone.*
7 *Iacobus fuit coaſſumptus primus Hieroſolymitanus epiſcopus ordinatus.*
8 *Omnes Martyres Sancti, concilia omnia, Roman. eccleſiæ, & papæ obedientiam præſtiterunt.*
9 *Epiſcopi etiam initio per Petrum diſtributi, & diſpoſiti obedientiam cathedræ Petri præſtabant.*
10 *Paulus deſiderabat ob fidei ſinceritatem videre eccleſiam Romanam.*
11 *Eccleſia Romana eſt, ad quam propter potentiorem principalitatem omnes habent recurſum.*
12 *Petrus inſtituit per orbem multos epiſcopos, & Paulus authoritate eccleſiæ ad epiſcopale miniſterium fuit aggregatus.*
13 *Ad papam, ſedemque apoſtolicam in maioribus cauſis mandato ſaluatoris recurritur.*
14 *Eccleſia Romana habet primatum non ab apoſtolis, ſed ab ipſo Domino.*
15 *A Petro poſt Chriſtum cępit Sacerdotalis ordo, & eccleſia Rom. cardo caputque eſt.*
16 *Diacones cũ epiſcopo ſeptẽ eſſe debent tamquam ipſius oculi, ex Euariſto.*
17 *Sedi apoſtolicæ ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & negocia eccleſiarum ſunt a Domino, vt capiti tradita.*
18 *Antiochena q̃ olim prima erat, ceſſit Romanæ ſedi, cui omnis eſt ſubiecta.*
19 *Cyprianus, Auguſtinus, & alij epiſcopi anno ab hinc. 1200. acta ſuorum conciliorum ad papam referebant.*
20 *Hæretici, et Schiſmatici etiam ab eccleſia Africana eiecti ad papam per appellationem recurrebant.*
21 *Vnio membrorum eccleſiæ in v tate fidei, & charitatis ſacramentorum, & euangeliorum ſub Chriſto Paſtore conſiſtit, ex Cypriano.*
22 *Hæretici putant ſe congregari in nomine Ieſu, & tamen ſunt cæci, & ſibi prælatos eligunt ſine lege ordinationis.*
23 *Chriſtus depoſuit originem vnitatis poteſtatis Apoſtolicæ, incipiens ab vno ſcilicet Petro.*
24 *Eccleſia Catholica Romana mater, princepſque ex qua vnitas Sacerdotalis proceſſit.*
25 *Eccleſiæ Romanæ fides ore Apoſtolico commendata, ad quam perfidia & infidelitas aditum non habet.*
26 *Eccleſia non poteſt eſſe apud eũ, qui ſe ipſum ordinatione contempta Apoſtolica, ordinat.*
27 *Vnus eſt epiſcopus vniuerſalis in Catholica eccleſia, videlicet Romanus.*
28 *Et ideo abiurantes alias ſchiſmatici papam eccleſiæ, vniuerſalis epiſcopum fatentur.*
29 *Romanus pontifex legitima ordinatione Petro ſuccedens primatum obtinet, & qui ei non paret, non ſeruat vnitatem eccleſiæ.*
30 *Vnitas eccleſiæ a multis probatur Sanctis Doctoribus.*
31 *Papæ vniuerſalis eccleſia a Chriſto eſt cõmiſſa, pro omnibus papa laborãt*
32 *Flauianus ad Leonem magnum appellauit.*
33 *Hieronymus in cauſa fidei ex Aſia Damaſum papam cõſuluit tanquam ſupremum.*
34 *Petrus vnus eſt inſtitutus caput, vt tollatur ſchiſmatis occaſio.*
35 *Ioannes licet celebs, & præ cæteris dilectus, cur nõ caput eccleſiæ ſed Petrus electus fuit.*
36 *Paulus Apoſtolus iuit Hieroſolymam ad viſendum Petrum.*
37 *Paulus non habuiſſet ſecuritatem prædicandi Euangelium, niſi Petri roboratus authoritate.*
38 *Dignum fuit quod Paulus deſideraret videre Petrum, cui Dominus Eccleſiæ curam delegauerat.*
39 *Andreas primus ſecutus eſt Chriſtum, & tamen non recepit primatum, ſed Petrus.*
40 *Petrus ſuper alios Apoſtolos primus conſtitutus, notatur ex verbis Euangelij, petre vade ad mare.*
41 *Fidei cauſa ad Sedem referri debet ſecundum regulam per vniuerſum Orbem ſemper ſeruatam.*
42 *Romana eccleſia dignior domus Apoſtolico prædicationis ingreſſu principatum tenet nationum.*
43 *Cecilianus Carthaginen. epiſcopus eiectus ab hæreticis, per Melciadem papam reſtitutus fuit.*
44 *Eccleſia ea eſt, quæ eſt conſtituta in radice Sedis Apoſtolicæ.*
45 *Ioannes Chryſoſt. ab eloquentia nuncupatus fuit reſtitutus ab Innocentio.*
46 *Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſien. probat obedientiam præſtari eccleſię Romanæ eſſe præceptum negatiuum.*
47 *Negatiuum præceptum magis quam affirmatiuum ligat, quia ſemper & ad ſemper.*
48 *Nicęnum concilium primam Sedem Romanam probat, quæ conuocet concilia, & iudicet epiſcopos.*
49 *Conſtantinopolitanum concilium fatetur Romanum pontificem primum, & maximum epiſcoporum.*
50 *Florentinum concilium ex Latinis, Græcis, atque Armenis congregatum, papam Vicarium Chriſti, ſucceſſorem Petri principatum in totum orbẽ habere definiuit.*
51 *Chalcedonen. concilium, Romanum pontificem declarauit petram refugij, ad quem ſolum ſpectat decernere infamiam epiſcoporum.*
52 *Idem Calcedonen. concilium faſſum eſt, Leonem papam vniuerſalis eccleſiæ caput dotatum dignitate Petri Apoſtoli.*
53 *Pelagius, & Ceſtus damnati anno Domini 419. à Romano pontifice apud Carthaginenſe concilium.*
54 *Religio tenenda quam Petrus Apoſtolus tradidit Romanis lege Ciuili cautum ſub pęna.*
55 *Honorem Sanctæ Sedi, & papæ reddendum ab imperatoribus ipſa lege ciuili etiam ſancitum.*
56 *Vnitas Apoſtolicæ Sedis Romanæ, quę caput eſt omnium eccleſiarum, eſt procuranda.*
57 *Romanus papa oĩum ſacerdotum princeps, imperatoris quoq; teſtimonio.*
58 *Falſo aſſeuerant phocam ad preces Bonifacij conſtituiſſe Rom. Eccleſiam Caput.*
59 *Phocas imperator decretum concilij Calcedonen. de primatu Rom. per orbem obſeruari mandauit.*
60 *Concilium Conſtantienſe Diuo etiã Thoma referente ſanxit, Romanum Epiſcopum primum eſſe, & maximum epiſcoporum.*
61 *Cyrillus hortatus manendum in capite Apoſtolico Throno. Romanorum pontificum.*
62 *Chriſtus ſanguinem fudit, ut oues acquireret, quarum curam Petro, & ſucceſſoribus commiſit.*
63 *Petrus quaſi omnem curam gerens interrogat Chriſtum an ſibi, an omnibus parabolam ipſe diceret.*
64 *Gregorius ſemper pro indubitato tenuit, Petrum, & ſucceſſores eſſe vniuerſalis eccleſię ſummos epiſcopos, & Petrum cæteris Apoſtolis prælatum.*
65 *Petrus a Chriſto electus Apoſtolorum caput vſus primatu eccleſię Romanæ, cui epiſcopi quicunque venerationem pręſtant.*
66 *Bernardus docet Romanum pontificem ſupremum eſſe epiſcoporum, & Paſtorem omnium Paſtorum.*
67 *Apoſtolica Sedes habet prærogatiuam poteſtatis in vniuerſi Orbis Eccleſias, cui qui reſiſtit, Deo reſiſtit. & de papa poteſtate plura ex Bernardo.*

Error

68 *Error maximus notatur dicentiũ licere plures eſſe papas, & vnumquen- que Epiſcopum in diœceſi papam eſſe, & Romano parem Epiſcopo, & de unitate eccleſiæ dubitantium, ex Bonifacio octauo.*

69 *Abiurans promittit in unitate eccleſiæ catholicæ & communione Roma. pontificis ſe perpetuo manſurum.*

70 *Sophiſtarum argumenta iactantia plures authoritate pares papæ oporte- re eſſe epiſcopos referuntur.*

71 *Argumentorum ſolutio eo primo fundamento, quod papę vniuerſaliter eſt mundum paſcere prouidentia, non corporali præſentia, & quæ ſunt papæ munia.*

72 *Eccleſiæ membra fidei, & charitati vnione coherent debito ordine.*

73 *Author ſorte habuit in iure canonico in ſuo doctoratu vna cum ciuili lege tex. in c. omnis anima. de cenſibus.*

74 *Conſtitutio ignorantes quo ad pęnam non ligat, ſed tantum quo ad nulli- tatem actus.*

75 *Ignorantia excuſat modo a toto, modo a tanto, remiſſiue.*

76 *Filij licet diſtantes a parentibus, illis obediunt.*

77 *Populi etiam ſi eſſent ignari Sedis Apoſtolicę Romanæ dummodo pręce- ptum eccleſiæ cognoſcerent, tenerentur obedire.*

Chriſtiani primi dicti in Antiochia ibi.

78 *Conuerſio, & remiſſio peccatorum, poteſt eſſe ſine baptiſmo, ſed non eo contempto.*

79 *Primatus Romanæ eccleſiæ cæteris membris non nocet, & Sacerdotalis vnitas a Chriſto deriuata eſt.*

80 *Populo cui ignota eſt eccleſia Romana laycis conceſſum Baptiſma, pro non baptizatis, pro baptizatis ſacrificium contriti cordis per fi- dem Chriſti.*

81 *Deus ſua miſericordia illuminat etiam imperfectos in fide, qui bonis ope- ribus ad eum confugiunt.*

82 *Pluralitas principum mala eſt, unus ergo princeps.*

83 *vnitas eccleſiæ tenenda, ut ſacramentum, intelligendo tamen, vt ibi remiſſiue.*

84 *Vnitas eccleſiæ duplex, interior & exterior.*

85 *Neceſſaria concluſio eſt, papam eſſe uniuerſalis eccleſiæ epiſcopum, vica- rium Chriſti, & Petri ſucceſſorem, & non Vicarium.*

86 *Eccleſiæ teſtimonium deberet ſufficere ad probandum, quod papa ta- lis ſit.*

87 *Errant, qui putant eccleſiæ Romanæ primatum a quadringentis annis a Syluestro papa ortum, & ante non probari, niſi pontificum decretis.*

88 *Error confutatur etiam Euangelij teſtimonio, & ueteris teſtamenti acce pto uerbo, paſce pro rege.*

89 *Chriſtus pro Petro rogauit, ut non deficeret fides eius, & ipſe conuerſus confirmaret ratres ſuos.*

Petrum non ſolum a Spirituſancto recepto, ſed ante, pri- mi, poteſtatem recepiſſe pro ſe, & alijs ſucceſſoribus, & omnino ad Rom. ponti. grauiora eſſe referenda negotia, idque Conciliorum, ac legum quoque decretis firmari.

C A P. X.

Petrum ante Spiritum ſanctum receptum pro ſe.
& cæteris quibusque omnibus ſuc-
1 ceſſoribus, primi, poteſtatem accepiſſe, & principi ipſi Petro
ſummos quoſque pontifices ſucceſſores, & authoritate, &
iuriſdictione plane eadem eſſe cēſendos, ipſa quoque res do
cet, quoniam, quod in capit. decimo dicam, Petri morte, &
2 Chriſti mandato, hæc Rom. eccleſiæ eſt confirmata authori-
tas, ut præter alios quos infra referam, not. D. Ambroſius lib.
5. epiſt. 32. Erant eccum dixit Egeſippus de excid. Hieroſoli-
mit. lib. 3. cap. 2. Hic ille ipſe eſt Petrus, qui ante pentecoſten
cęteris præſentibus Apoſtolis, & Maria matre Ieſu in medio
fratrum ſurgens, ac ueluti prærogatiuæ, & principatus atq;
vt dicitur, præſidentiæ ſuæ munus exercens, nouum Apoſto
lum, qui in Iudæ proditoris locum, & Apoſtolatum, eligen-
dum alium adſciuit, quo numerum duodecim Apoſtolo-
rum compleret, ut legitur Act. Apoſt. capitulo primo. Inde
die quoque Pētecoſtes cum vndecim primus ad Iudæos om
nes qui Hieroſoroſolymis habitabant de fide Chriſti oratio-
nem tanto quidem Diuini ſpiritus inſtinctu, atq; afflatu ha-
buit, ut tria circiter milia vinco ſermone in ſuam ſententiā,
3 Chriſtique fidem adduxerit, Ab ipſo autem Spiritu recepto
miraculum, illud quidem differentibus, vix perſuaſum ha-
ctenus Philoſophis dū primus fecit claudum ad ſpecioſam
quæ vocabatur portam, nullo læſum indecentem pede, re
ſtituit, & velut Apoſtolorum Rex ac Princeps Iudæis ſolus
reſpondit, Actuum. Apoſtolorum, tertio. Rurſusque vti pau-
lo ante tria millia, ſic tunc quinq; fere millia conuertit. Hic-
cine eſt ille Petrus, qui cum alijs diſcipulis & Sacerdotibus
4 in iudicium vocatis coram Euangeliſta Ioanne ſolus Spiritu
ſancto afflatus dixit, oportere magis obedire Deo quam ho-
minibus. & qui ſua præterea vmbra ſanabat omnes, & con-
tra Ananiam Zaphiramq; ſententiam mortis pronunciauit.
5 Item Hieroſolymis quoque de cæremonijs obſeruandis Pe-
trus in concilio ſurgens, ſicq; ſibi enunciatum, prolatumq;,
& patefactum ſignificans in Ioppe ſoluit quæſtionem ex cuē
tu in familia Cornelij decernēs, omnes ſalutem ex fide Chri
6 ſti Ieſu conſecuturos. act. Apoſt. cap. 10. & 15. Iacobus decre-
tum ſecutus Petri, eiq; obtemperatus ipſum decretum pro-
nunciauit, quod ſi, vt debemus, Hieronymo credimus, factū
fuit, quia Petrus Iacobo in eccleſia propria reſidenti deferre
voluit, vt in concilijs fieri ſolet vbi intereſſe papam contin-
gat. Delegatus enim Cardinalis aliqs ex Ambone, qui dicit,
7 papæ decretum promulgat, quod ſane receptum Sancta Sy-
nodus illo verbo placet, approbat. Iacobus hic fuit a Petro
cooptatus ſeu, vt loquuntur, coaſſumptus primus Hieroſoly
mis inſtitutus, atque, vt dicitur, ordinatus epiſcopus, cuius
rei teſtes ſunt Anacletus papa ac martir, & Euſebius hiſtorię
eccleſiaſticæ lib. 2. cap. 2. Hieronymus, de viris illuſtribus, &
Chryſoſtom. in Ioan. homil. 87. Id vero ita plane ſe habere,
vt facilius omnes intelligant, tum ex ſacræ ſcripturæ, pleriſ-
que grauiſſimis authoritatibus, tum Petri geſtis, factisq. vni-
uerſalem crediſſe eccleſiam, Petrum non pro ſe tantum,
verum etiam pro ſuis ſucceſſoribus a Chriſto primatum ac-
8 cepiſſe, & verba quibus Chriſtus claues promiſit. Item quib.
eccleſiæ paſtorem conſtituit, dicens, Paſce oues meas &c.
non ſolum dicta ſingulari perſonæ Petri, ſed omnibus qui le
gitima, vt loquimur, ordinatione Petro ſuccedunt, omnino
conſtabit ijs ſane, qui conſiderent omnes omnino patres epi
ſcopos, Martyres, Sanctos, & generalia concilia eṗorum Ec-
cleſiæ Romanæ tanquam ſummo vniuerſalis Eccl. pręfecto,
& vigilum maximo, & vt dicitur, Speculatori obſeruantiā,
& obedientiam præſtitiſſe, ad quem in rebus dubijs, quoties
aliqua fidei cauſa controuertitur, confugi, & concurri, ſeu,
vt aliorum vſurpem verba, recurſus haberi debeat quod ſu-
pra monui, in 2. & 3. præſertim, cap. ubi plura ex his, quæ hic
repetenda ſunt, nō modo ad oſtendendum epiſcoporum ca
pitales, & maiores quaſque cauſas eſſe ad ſedem apoſtolicā
referendas, ſed in vniuerſum ipſam Rom. Sedem merito prę
cæteris præferri oportere. & Petri authoritatem in omnes,
quotquot legitimi fuerunt, eruntque vſque ad ſæculi conſu
mationem ſucceſſores, ſummos pontifices tranſiſſe, & perpe
tuo tranſituram, a Chriſto ipſo ſeruatore noſtro futuris etiā
poſt Petrum, æque ac Petro attributam, ideoque bis forſan
9 repetita quædam loca non cenſenda ſuperuacanea. Hoc au-
tem vel facile dignoſcitur, quod ab initio poſtquam Petrus
diœceſes aliquot ſuis epiſcopis diſtribuiſſet, & diſpoſuiſſet
iuſſuque Dei cathedram ſuam Romæ conſtituiſſet, omnes,
ubi vis gentium degerent, epiſcopi viuentibus adhuc qui-
buſdam apoſtolis eccleſiæ Rom. cathedram venerati ſunt,
quaſi primam, & ideo Paulus ad Romanos cap. primo. Petri
10 iam prædicatione conuerſos ſcribens, Gratias agit qđ eorū
fides nunciata vniuerſo ſit Orbi, ſignificans ſe huius rei ſtu-
dio, ac fidei ſinceritate ductum auere Romanam videre ec-
cleſiam, inquiens. Deſidero videre uos, & ita Paulus ex proui
dentia diuina ad Petri ſedem venit, quam ſuo etiam ſangui-
ne confirmauit. Item, Ireneus, de quo infra in cap. ſequen. in
princ. Martyr. & epiſcopus Lugdunen. & Policarpi diſcipu-
lus in huius Sanctę Rom. eccleſiæ dignitatem inſerens lib. 3.
11 cap. 3. operis aduerſus Valentinum, & alios ſui temporis hę
reticos inquit. Ad hanc eccleſiam Ro. videlicet, de qua erat
ſermo, propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt om
nem conuenire eccleſiam, hoc eſt omnes qui ſunt vndique
12 fideles, &c. Clemens papa, quem nominat Platina quartum
pontificem, a Chriſto poſt Linum, & Cletum, & Euſeb. in li-
bro tertio, de eccleſiaſt. hiſt. cap. 14. tertium numerat, & obijſ
ſe Martyrem anno Traiani imperatoris 3. no. Io. papa tertius
in epiſtola decretali ad epiſcopos prouinciæ Germaniæ, &
etiam Alexander primus in epiſtola prima decret. ad Orto-
doxos. Is igitur Clemens ſiue tertius ſiue quartus plane teſtifi
catur, Petrum multos per orbem epiſcopos inſtituiſſe, & au-
thoritate eccleſię Paulum ad epiſcopale miniſterium fuiſſe
13 aggregatum, ut act. ſcripturæ ſatis clare demonſtrant. Ana-
cletus Domitiani temporibus papa Tertius, de quo Euſeb.
lib. 3. d. c. 14. Eccleſiaſt. hiſt. in epiſt. quam cunctis ſcripſit Ec
cleſijs, docet, in maioribus cauſis ad apoſtolicam ſedem ap-
pellari poſſe. Hoc enim mandato Saluatoris inquit, quod, ſ.
maiores, atque difficiliores cauſæ ſemper omnes ad apoſto-
licam ſedem referantur, ſuper quam Chriſtus vniuerſam ec
cleſiam conſtruxit, quando beato principi Apoſtolorum Pe
14 tro dixit, tu es Petrus, & ibidem, Sacroſancta igitur, & apo-
ſtolica Romana eccleſia primatum non habet ab Apoſto-
lis, ſed ab ipſo Domino noſtro, & Saluatore Ieſu Chriſto, vt
eſt videre primo tomo conciliorum fol. ſeptimo, verſiculo
Anacletus ſeruus ſeruorum, &c. Idem epiſt. 1. in nouo inquit
15 teſtamento poſt Chriſtum dominum a Petro Sacerdotalis
ordo cœpit, quia ipſi primo pontificatus in eccleſia Chriſti
datus eſt, dicente Domino ad eū, tu es Petrus, &c. hic ergo li
gandi,

gandi, atque ſoluendi poteſtatem primus accepit a Domino
primus ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis addu-
xit, cæteri vero Apoſtoli cum eodem pari conſortio hono-
rem, & poteſtatem acceperunt, ipſumque principem ſuum
eſſe uoluerunt. Idem epiſtola 3. multa de patriarchis, Prima
tibus, Epiſcopis, minoribuſque presbyteris diſſerit, & Eccle-
ſiam Rom. cardinem, caputque eſſe in omnes eccleſias com
16 probat. Euariſtus a Petro quintus Rom. eccleſiæ pontifex,
& in pontificatu, & martirio Anacleti ſucceſſor, cuius anno
ſecundo Ioannes Euangeliſta deceſſit, Africanis præcipie-
bat, vt cum epiſcopo ſeptem Diacones eſſent tanquam illius
oculi, & ideo imperium ac ſupremam in cæteros epiſcopos
Romanum pontificem habere iuriſdictionem, & poteſtatē,
Hinc etiam apparet, quia ſtatuere, quid perpetuo obſeruan-
dum iuriſditionis eſſe, nemo dubitat, per tex. in l. nulli. C.
de ſent. & interloc. om. iudic. quem ſingul. dicit ibi Bal. num.
3. in fin. & not. Bart. in l. omnes populi prima quæſt. princip.
ff. de iuſt. & iur. & Angel. in l. imperium. ff. de iuriſdictio. om-
nium iudicum. dicens etiam meri eſſe Imperij legem con-
dere. Alexander quoque Martyr qui Euariſto ſucceſſit ſub
Traiano orthodoxis etiam per diuerſas prouincias Chriſto
Domino famulantibus, hoc ipſum probat, inquiens, Rela-
tum eſt ad huius Sanctæ, & apoſtolicæ Sedis, cui ſummarum
17 diſpoſitiones cauſarum, & omnium negotia Eccleſiarum ab
ipſo Domino tradita ſunt quaſi ad caput ipſo dicente princi
pi Apoſtolorum, Tu es Petrus &c. Item Marcellus qui 1272.
ab hinc circiter anno fuit Diocletiano Imperatore ſcri-
bens ad Epiſcopos Antiochenæ prouinciæ, Beatus Petrus,
ait, caput eſt totius Eccleſiæ cui Dominus ait, Tu es Petrus,
eius enim Sedes primitus apud vos fuit, quæ poſtea iubente
Domino Romam translata eſt, cui gratia fauente diuina bo
18 dierna præſidemus die. Et paulo poſt, Si veſtra Antiochena,
quę olim prima erat. Romanæ cellit, Sedi, nulla eſt, quę eius
non ſubiecta ſit ditioni, ad quam omnes quaſi ad caput ma-
ta Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum ſanctiones epiſco-
pi, qui voluerint, vel quibus neceſſe fuerit inuocare, eamque
appellare debent, ut inde accipiant tuitionem, ac liberatio
nem, vnde acceperunt informationem, atque conſecratio-
nem. Deinde paucis interiectis inquit. Simul inſpirante do-
mino conſtituerunt, ut nulla Synodus fieret præter eiuſdem
Sedis authoritatem. Deinde Paulo mox, iudicia, & ſumma
negocia, ſiue cūcta dubia Apoſtolicæ Sedis authoritate ſunt
agenda, & definienda, & omnia comprouincialia negocia
huius Sanctæ vniuerſalis, & Apoſtolicæ Eccleſię ſunt tra-
19 ctanda iudicia. Cyprianus in Africa ſub Valeriano, & Augu
ſtinus ſub Honorio, eccleſiæ Romanæ pontificem, quaſi ſuū
& aliorum omnium prælatum venerati ſunt. nam ab hinc
anno circiter 1325. Cyprianus, & alii epiſcopi acta ſuorum
20 conciliorum ad Apoſtolicam ſedem retulere, ut ſecunda epi
ſtola lib. primo. & alibi ſæpe &c. Ipſi quoque hęretici, atque
ſchiſmatici ab eccleſia Africana reiecti Cypriano teſte per ap
pellationem ad epiſcopum Romanum, ueluti Petri ſucceſ-
ſorem transfretabant. nam Baſilides poſtquam ſua crimina
deteſtatus fuiſſet, & propter confeſſionem, ſuam detexiſſet
conſcientiam, & Cyprianus ait, Romam appulſus ambiuit,
apud Stephanum eccleſię Rom epiſcopum, ut iniuſte reſti-
tueretur in epiſcopatu, a quo iuſte fuerat expulſus. Idem Cy
21 prianus ante mille, & ducētos annos loquēs de hac materia
multis in locis uniuerſalis eccleſiæ ſui temporis ſtatum de-
clarat. At quoniam Cypriani dicta videntur eo tendere, ut
vnionem membrorum Eccleſiæ in vnitate fidei, & charita-
tis ſacramentorum, & Euangeliorum, ſub vno Paſtore Chri
ſto demonſtrent, hoſtes cathedrę Petri dicent, quod ea hoc
non ſequitur omnes epiſcopos, & Paſtores a cathedra Petri
inſtituendos, aut illi ſubiectos eſſe, quibus, & doctrina eiuſdē
Cypriani in paulo ante tracta, reſpōdemus verum eſſe vnio
nem fidei, atque charitatis ſufficere, at unionem talem non
ſeruare hæreticos, quamuis ſe congregari putarent in nomi
22 ne Chriſti, & habere vnam eandemque ſymboli legem, ea-
dem Euangelia, & eadem ſacramenta, & quia etiam voluot
ſe hęreticos illi confiteri, ideo Cyprianus ipſe declarat, qui
ſint hæreticorum mores, inquiēs. Tales ſunt qui ſane diſpo
ſitione Diuina ſe ipſos authoritate propria congregatis qui-
buſdā temerariis proponunt, qui ſibi Sedes alias conſtituunt
& originem veritatis, qui ſine aliqua ordinationis lege ſibi
prælatos eligunt, qui nullo illis epiſcopatum donante epiſco
pi ſibi nomen tribuunt, nec ſunt in unitate pacis epiſcopis
eccleſiæ Apoſtolicæ coniuncti. Hæc eſt Cypriani doctri-
na, ex qua planius etiam conſtat quam probatione allia
egeret, vnitatem eccleſiæ quęrendam ex ſcripturis San-
ctis, in quibus authoritate ſua Chriſtus conſtituit originem
atque initium vnitatis eccleſiæ ſuæ, & ab ipſo Petro, cui
Cœlorum regni claues dedit, initium faciendum iudicauit.
Et quamuis omnib. apoſtolis parem dederit poteſtatē prius

quam Petrum præferret, poſtea tamen ſtatuis originem vni-
tatis ab vno inchoans Petro, ſimul atque eum primum ex
duodecim poteſtate paribus vnum elegit ac præpoſuit, vi-
delicet Chriſtus Ieſus parem ſingulis dederit apoſtolis pote-
ſtatem, tamen ſancitum reliquit authoritate, vt vnitas ab
24 vno uidelicet Petro inciperet. 24. q. 1. c. loquitur. Hæc eſt ma
nifeſta venerabilis Hieronymi ſententia contra Iouinianū,
quæ eadem Cypriani extitit, vti etiam colligitur ex multis
eius epiſtolis, in quibus dilucide docetur, epiſcopalem pote-
ſtatem ſublimem quidem ac diuinam eſſe, at omnino agno
ſcendam, & retinendam eccleſiam Romanam, velut catho
licam matrem principemque eccleſiam, ex qua ſacerdota-
lis vnitas duxit originem, quarum ſane epiſtolarum ſatis erit
25 aliquas hic ſignificare, ſcilicet ad Cornelium primam, ubi
probatur eccleſiæ Rom. fidem ore Apoſtolico commenda-
tam, & ad illam nullam perfidiam, aut quæ dici tur, infideli-
tatem habere aditum poſſe, ſuoque tempore eccleſiæ catho
licæ apud Cornelium epiſcopum eccleſiæ Romanæ, qui per
legitimam ordinationem Fabiano ſucceſſerat, fuiſſe tum ip
ſam alteri debitam eccleſiam apud Nouatianum, qui contē
26 pta ordinatione apoſtolica nulli ſuccedens ſe ipſum ordina
27 uerat, eſſe minime potuiſſe. unum epiſcopum eccleſiæ Roma-
næ epiſcopum Eccleſiæ catholicæ, hoc eſt, vniuerſalis eſſe,
qui canones tradit uniuerſales, quos omnes ſeruare debent
epiſcopi, & in eccleſia catholica vnum eſſe debuiſſe epiſco-
28 pum. Atque idcirco omnes, qui tunc ad eccleſiam reuertebā
tur, quondam ſchiſmatici, confiteri Cornelium eſſe ſanctiſ-
ſimæ ac Catholicæ eccleſiæ epiſcopum. Et qui credebant ſi-
bi iniuriam aut negotium fieri hoc ex Aphrica ad eccleſiā
29 Romanam prouocabant. Petrum enim eccleſiæ Romanæ fuiſ
ſe epiſcopum, ſuper quo Chriſtus fundauit eccleſiam, cuius
ſane verus eſt epiſcopus, qui ſecundum ſucceſſionem per le-
gitimam, vt dicitur, ordinationem Petro ſuccedit, principē
eum quidem inter epiſcopos. Et qui obuiam contra hunc pri-
matum, eccleſiamque Rom. capita quaſſant, cornuaque al-
ta erigunt, eos plane unitatem non ſeruare eccleſiæ. Hacte-
30 nus Cypriani dogmata, quæ ad unitatem eccleſię ſpectant,
ſæpius quidem a Cypriano repetita etiam in epiſt. 10. lib. 2 in
fi. & in trac. de ſimpl. prælat. ſiue unitate eccleſiæ, & epiſt. 3.
in fi. lib. 4. & lib. 5. in epiſtola ad Quintum. Hanc ipſam vnita
tem probat exemplum Athanaſii quoque ex Alexandrina
Aegypti ſede deiecti, & a Rom. pontif. reſtituti ac plane pro-
feſſi multis in locis vniuerſalis eſſe eccleſię epiſcopum in epi
ſto. ad Rom. pontificem Marcum ſcribens in hæc verba, do-
mino Sancto, & apoſtolici culminis venerando Marco San
ctæ Rom. apoſtolicæ ſedis, atque vniuerſalis eccleſiæ papæ
31 Athanaſius, & vniuerſi Aegyptiorum epiſcopi. Idem Atha-
naſius Liberio Rom. pontifici aduerſus hæreticos dicens, Mu
tauerunt gloriam catholicæ eccleſiæ propria nouitate, &c.
& ibi, huius rei gratia vniuerſalis vobis a Chriſto Ieſu com-
miſſa eſt eccleſia, vt pro omnibus laboretis, &c. Accedat exē
32 plum Flauiani etiam Conſtantinopolitani epiſcopi, qui ad
Leonem Magnū appellauit, ab eoque in ſuam repoſitus eſt
33 ſedem. Nec prætermittendus eſt Hierony. in cauſa fidei ex
Aſia ſcribens, qui Damaſum papam tanquam in eccleſia ſu
prema conſuluit inquiens. Hæc eſt fides, papa beatiſſime,
quam in catholica didicimus eccleſia, quamque ſemper te-
nuimus, in qua ſi minus perite, aut parum caute forte aliqd
poſitum eſt, emendari cupimus a te, qui Petri ſedem, & fidē
tenes. Si autem hæc noſtra confeſſio apoſtolatus, cui iudicio
comprobatur, quicūque me culpare voluerit ſe imperitum,
vel etiam non catholicum, ſed hæreticum comprobabitur.
34 Idemque contra Iouinianum ſuper Petrum, inquit, fundata
eſt eccleſia, quamuis autem alio in loco id factum ſit ſuper
apoſtolos, qui omnes receperunt claues cœlorum, vnde tūs
eccleſię ſuper eos ſit ſolidatū, inter tamen duodecim vnus
eſt electus, vt vno inſtituto capite omnis ſchiſmatis occaſio
tolleretur. Hæc Hieronymus intelligens quidem inter duo-
35 decim vnum electum, non ab aliis, ſed a Chriſto nam eodē
in loco Hieronymus ſoluens quæſtionem quare Ioannes nō
fuerit electus, qui in cælibato uitā ſemper egit, & præ cæteris
magis dilectus. ætati, inquit, delaturus, quia Petrus erat na-
tu maior, ne igitur adoleſcens adhuc, ac fere puer maiorib.
ætate viris præferatur, & ne magiſter optimus qui debuit a
diſcipulis occaſionē litis auferre, videretur inuidiæ cauſam
contra eum, quem diligebat, adoleſcentem præbuiſſe, Pe-
trus electus eſt, &c. Atque ille ipſe Hieronymus Theophilo
Epiſcopo de ſeueritate in hęreticos exercenda ſcribit, diſt. 2.
36 epiſt. 18. Et in epiſto. 2a. ad Auguſtinum dicit, denique tantæ
authoritatis Petrus fuit. vt Paulus in epiſt. ſua ſcribat, deinde
poſt annos tres veniſſe Hieroſolymā uidere Petrum, & man
37 ſiſſe apud eum dies quindecim. Rurſus poſt annos quatuor-
decim aſcendiſſe iterum Hieruſalem cum Barnaba aſſum-
pto, & tito, aſcendiſſe autem, ut loquitur, ſecundum reuela-
tionem,

tionem,& expoſuiſſet Euangelium,quod prædicabat in gen
tibus. oſtendens Paulus ſe non habuiſſe ſecuritatem prædi-
candi euangelij,ni Petri fuiſſet authoritate roboratum. Hæc
ille, Ambroſius Mediolanen.vt alij per Italiam epiſcopi, qui
Romanum pontificem tanquam ſibi præpoſitum, & vniuer
ſalis eccleſiæ primatem agnoſcebat, tractans verbum hoc
Galatarum 1.poſt annos tres aſcendi Hieruſalem videre Pe
38 trum,dignum erat,inquit,vt deſideraret videre Petrum, qñ
quidem Petrus erat apoſtolorum primus, cui Dominus Ec-
cleſiarum curam delegauerat. Item de ſermone de fide, &
pœnitentia Petri,quid iam prius ex commentarijs in epiſto-
lam ad Cornel.primum dictum eſt,Petrus, inquit,apoſtolo-
39 rum primus vocatus eſt,quia aliis omnibus prælatus fuit,An
dreas primus ſecutus eſt Dominum quam Petrus, & tamen
Andreas primatum non accepit, ſed Petrus. Item in illud
Matth.17. Petre vade ad mare, & mitte hamum, & eum pi-
ſcem qui prius aſcenderit,tolle,inuenies ſtaterem, illum ſu-
mens da pro me,& pro te, ait. petra autem didrachmæ erat
40 capitis, Vnde dabatur intelligi, quod Petrus poſt Chriſtum
ſuper alios apoſtolos caput,& primus ꝯſtituendus erat. Hæc
ille. Innocentius primus anno ab hinc 1165.ad Auguſtinũ,
41 & Africanos epiſcopos ſcribens, docet, ſecundum antiquæ
cathedræ regulam per vniuerſum orbem ſemper obſeruatã
cauſam fidei ad ſedem Petri referri debere. Ambroſius, vt ẽt
refertur in c.quæ dignior.24.quæſt. prima ait. Quæ dignior
domus Apoſtolico prædicationis ingreſſu, quam Sancta Ro.
42 eccleſia? & alibi,vt in c.omnes.22.diſt.& in c.beatus Petrus.
2.q.7.inquit.Et in quo loco ijdem tandem martirium pertu
lerunt?in Vrbe Roma, quæ principatum, & caput tenet na-
tionum,ſcilicet ubi erat caput ſuperſtitionis, illic caput qe-
ſceret ſanctitatis, & vbi Gentilium principes habitabant,il-
lic eccleſiæ principes morarentur. Auguſtini tempore Cici-
43 lianus Carthaginen.Epiſcopus ab hæreticis eiectus,illius Ro
mæ cognita cauſa per Melchiadem eccleſiæ Romanæ Epi-
ſcopum fuit reſtitutus, cuius rei teſtis eſt beatus Auguſtinus
in epiſtola ad Glorium, & Felicem, vti etiam ſupra monui.
Idem Auguſt.ad Donatum Donati patrem ſcribens, presby
terum, ait, fons ab eccleſia conſtitutus, & a compage vni-
tatis, & uinculo charitatis ſeparatus æterno ſupplicio puniẽ
dum, etiam ſi pro Chriſti nomine viuus incendereris. Hoc
eſt enim quod dicit Apoſtolus,ſi tradidero corpus meum ita
vt ardeam, & charitatem non habeam, nihil mihi prodeſt
Et idem Auguſtinus in epiſtola 102.libro.ſecundo aduerſus
44 Donatiſtas.in Rom. ſemper eccleſia principatum cathedræ
viguiſſe Apoſtolicæ oſtendens.ait. Quod ſi nullo modo re-
ctè dici poteſt, eccleſia in qua ſchiſma eſt, reſtat, ut quoniã
eccleſia nulla eſſe non poteſt,ea ſit quam in Sedis apoſtolicæ
per ſucceſſores epiſcoporum radice conſtituta. &c.vt etiam
refertur in capitulo pudenda.in fin. 24.quæſt.prima. Ioannes
45 Conſtantinopolitanus, cui ab eloquentia Chriſoſtomo no-
men eſt,ad Innocentium papam appellauit, a quo fuit cau-
ſa cognita reſtitutus. Idem ſuper illo, Paſce oues meas, id-
eſt, inquit, loco mei præpoſitus eſto, & caput fratrum tuo-
rum. Sed Ioannis quoque Gerſonis Sancti certe uiri pariſiẽ.
46 Cancellarij id ipſum teſtimonio confirmatur,dicentis,affir-
matiuũ eſſe præceptum recipi oportere Sanctæ Romanę ec-
cleſiæ obedientiam, acceptam autem non relinquere, ne-
gatiuum eſſe pręceptum,& propterea patet arctius quodam
modo omnes aſtrictos ad conſeruandam ſuſceptam Sanctæ
Romanę eccleſiæ debitam obſeruantiam, quam illam ini-
tio ſuſcipere ex natura ipſa pręceptorum. Negatiuum enim
47 præceptum magis quam affirmatiuum,vt loquuntur, ligat
ſemper, & ad ſemper,ut etiam oſtendit diuus Thom.in 2.2ar
ticulo primo quæſt.140.& artic.2.& not.noſtri in c.ſi pecca-
uerit.ubi Turrecrem.num.13. verſi. & ideo præcepta negati
ua obligant ſemper, & ad ſemper.ſecunda quæſt.prima.cum
ſimilibus. Neque vero Conciliorum quoque uniuerſalium
deſunt authoritates,quorum nonnullas retuli ſupra in capit.
48 quarto in eodem loco ubi oſtendi, Epiſcoporum crimina-
les cauſas ad papam deferendas, etiam Conciliorum teſti-
monijs probari in capitu.4. & hic deſcribam aliquas ad hãc
rem pertinentes. Nicenum quidem concilium 318.epiſco-
porum in hæc verba ad ipſum de quo quærimus ſtatuit, in-
quiens, ipſa vero prima Sedes,hoc eſt, Romana conuocan-
dorum generalium Synodum iura detinet,& iudicia epiſco
porum ſingulari priuilegio illi ſedi euangelicis, & apoſtoli-
cis,atque canocis conceſſa ſunt miniſtris, ita,vt ſemper ma-
iores cauſæ ad ſedem apoſtolicam referuntur, nec vllo mo-
do poteſt maior a minori, iudicari, ipſa nanque omnib. ma
49 ior,& prælata eſt eccleſiis. quod decretum conc.eſſe Niceni
ſupra oſtendi.Conſtantinopolitanum quoque concilium id
ipſum probat dicens, veneramur ſecundum ſcripturas ca-
nonicas definitiones Sanctiſſimum Romanum epiſcopum,
primum eſſe, & maximum epiſcoporum. Item Florentinæ
50 vniuerſalis Synodi ex Latinis.Grecis.atque Armenis congre
gatæ teſtimonio idem confirmatur in hæc verba, Definimus
Sanctam apoſtolicam ſedem,& Rom.pontificem in uniuer
ſum orbem tenere principatum, & ipſum Romanum pon-
tificem ſucceſſorem eſſe Beati Petri Apoſtoli principis Apo
ſtolorum,& verum vicarium Ieſu Chriſti, totiuſque eccle-
51 ſiæ caput. In Chalcedonenſi concilio anno Chriſti 442. ce-
lebrato, Romanus epiſcopus declaratur petra refugij, ad
quam cęteri Epiſcopi liberam habent poteſtatem appellan-
di,cui ſoli iure competit decernendi epiſcoporum infamiã,
ſecundũ canones antiquæ Romę Deo amantiſſimo Archi-
epiſcopo conſeruari. In eo ipſo Calcedonenſi concilio dam
nantes Dioſcorum Alexandrinum cæteri congregati epiſco
52 pi Paſchaſius, Lilibetanus, Lucentius, Eſculanus, ac Bonifa-
cius presbiter eccleſiæ maxime ciuitatis Romæ illius papæ
Leonis, hoc ipſum ꝯfirmarunt. in hæc verba pronunciãtes.
Dioſcorus Epiſcopus ciuitatis Alexandrię contra diſciplinã
canonũ &c.& ibi, Quapropter Sanctiſſimus, ac Beatiſſimus
Papa Leo caput eccleſiæ uniuerſalis per nos tanquam per
ſuos Legatos, & Sancta Synodo cõſentiente præ cæteris om
nibus dignitate Petri Apoſtoli, qui dicitur fundamentum
Eccleſię, & petra fidei & ianitor Regni cœlorum dotatus,ip
ſum Dioſcorum omni Epiſcopali dignitate ſpoliauit, & om
ni Sacerdotali priuauit officio,quare venerabilis Synodus ſu
per hoc congregata iuſtitia ſuadente contra dictum Dioſco
rum canonicam ſententiam pronũciet. Anno Domini 419.
53 ſinodalia decreta a Roman. pontifice apud Carthaginenſe
concilium ducentorum decem & ſeptem epiſcoporum,in-
ter quos Auguſtinus erat, prolata ſunt, in quo Pelagius, &
54 Celſtus damnati ſunt. Item una trium Auguſtorum, Gratia-
ni, Valentiniani, & Theodoſij idem probat conſtitutio inſer
ta ſub titul. C.de ſumma trinit.in l.prima, inquiens.cunctos
populos,quos clementiæ noſtræ regit imperium,in ea volu-
mus religione verſari, quam Diuinum Petrum Apoſtolum
tradidiſſe Romanis religio vſque adhuc ab ipſo inſinuata de
clarat.quamque pontificem Damaſum ſequi claret. Et infra
Hanc legem ſequentes chriſtianorum catholicorum nomẽ
iubemus amplecti, reliquos uero deuiantes,veſanoſque iu-
dicantes hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere Diuina pri-
mum uindicta,poſt etiam motus animi noſtri, quem ex cę-
leſti arbitrio ſumpſerimus vltione plectẽdos. Hi autem tres
Auguſti Valentinianus anno domini 367. Gratianus 389.&
Theodoſius maior 388.imperarunt. Iuſtinianus autem anno
55 525.idem plane teſtatus ſanxit in titulo ſcribens C. de ſum.
trin.l.nos reddentes honorem Apoſtolicę Sedi,& veſtrę Sã-
ctitati,quod ſemper nobis in uoto fuit,& eſt ut, decet patrẽ
honorãtes veſtram Beatitudinem,omnia quæ ad Eccleſiarũ
ſtatum pertinent, feſtinauimus ad notitiam deferre veſtræ
Sanctitatis,quoniam ſemper nobis fuit magnum ſtudium,
vnitatem veſtrę apoſtolicę Sedis, & ſtatum Sanctarum Dei
eccleſiarum cuſtodire, qui hactenus obtinet, & incommo-
tus permanet nulla interdicente contrarietate. Ideoque om
56 nes ſacerdotes uniuerſi orientalis tractus,& ſubiicere,& vni
re Sedi veſtræ Sanctitatis properauimus, quę caput eſt om-
57 nium Sanctarum eccleſiarum. Hęc Iuſtinianus. Et idem Iu-
ſtinianus in authen.de priuilegiis Eccleſiarum.§.ideoque.col
la 9.inquiens, ideoque ſancimus Sanctiſſimum ſenioris Ro
mę papam omnium eſſe Sacerdotum &c. Et Conſtantinus
Imperator, vt colligitur ex capi. Conſtantinus.96.diſt.idem
confirmat,quod Iuſtinianus fuit teſtatus. qui plane Iuſtinia-
nus Imperator fuit ante Phocam annis.77. Ex quo patet mẽ
dacium quorundam,qui ſchiſmatico ſpiritu ſcripſerũt.Pho
58 cam Bonifacii precibus ſeductum Eccleſiæ Romanæ. caput
eſſe omnium Eccleſiarum conſtituiſſe.Cui etiam anno 602.
Phocas imperator,cuius anno tertio Gregorius Magnus mi-
59 grauit ad Dominum Calcedonenſis concilii decretum de
60 primatu eccleſiæ Romanæ declarauerit, & per Orbem
contra ſchiſmaticos obſeruari mandauerit. Thomas 3.par-
te.quæſt.40.art.6.refert, quod in concilio Conſtantinopolita-
no legitur. Veneramur ſecundum ſcripturas, & ſecundum
canonum ſtatuta, & definitiones Sãctiſſimum antiquæ Ro-
mę epiſcopum primum eſſe, & maximum epiſcoporũ, &
61 poſt ipſum Conſtantinopolitanum epiſcopum, ibidem ſcri-
bit Thomas Beatum Cyrillum epiſcopum Alexandrinum
hortatum in hęc uerba, Maneamus in capite noſtro Apoſto
lico Throno Romanorum pontificum, a quo noſtrum eſt
quęrere quid credere,& quid tenere debemus, ipſum vene-
rantes, ipſum rogantes pręomnibus,quoniam ipſius ſolius
eſt repręhendere, corripere, ſtatuere, diſponere, ſoluere, &
ligare loco illius,qui ipſum ędificauit, & nulli alii, quod ſuũ
eſt plenum,ſed ipſe dedit, cui omnes Iure Diuino inclinant
caput, & primates mundi tanquam ipſi Domino Ieſu Chri
ſto obediunt,quæ Cyrillus ipſe ſcripſit in lib. ſuo Theſauro-
rum. Vnde facile colligitur, quod Imperatore s, Reges, ac
pri-

principes de rebus eccleſiæ tam ſpiritualibus, quam tempo-
62 ralibus diſponere non poſſint. Chryſoſtomus in lib. 2. de Sa-
cerdotio inquit. Qua nam item de cauſa ille ſanguinem effu
dit ſuum, certe vt pecudes eas acquireret, quarum cura tum
Petro, tum Petri ſucceſſoribus committebar, Theophilactus
declarans illud Luc. 12. Domine ad nos dicis hanc parabolā,
63 an ad omnes, Petrus air, cui committēda erat eccleſia, quaſi
omnem curam gerens interrogat. Hac in re Gregotius nihil
dubitauit, qui multis ſcriptorum ſuorum locis ſemper id uo
64 luit poſitum. in primis veriſſimum axioma, Petrum ſcilicet
fuiſſe, & cæteros ſucceſſores uniuerſalis eccleſiæ ſummos
epiſcopos, & Petrum ipſum cæteris omnibus Apoſtolis, vel
authoritate Dei prælatum, & ideo 16. moralium dicit, Pe-
trum anthoritate Dei tenuiſſe principatum Eccleſiæ, cui po
tentiæ firmiter adhæſit. Bernardus Venerab. Abb. ut mox li-
quido conſtabit, & quotquot etiam poſt illum Catholici Do
ctores fuere, & Socrates quoq; epiſcopus in hiſtoria, Caſsiod.
lib. 4. cap. 9. & lib. 9. cap. 13. Ex quibus ſane pater iuxta doctri-
65 nam Sanctorum Pauli, Cipriani, Ambroſij, Hieronimi, Au-
guſtini, Gregorij, & cæterorum omnium, Petrum Apoſtolū
tum fuiſſe a Chriſto electum vt Apoſtolorum caput, tū Epiſ-
copum eccleſiæ Romanæ iam ipſa poteſtate primatus vſum
fuiſſe, & in Aſia, in Aegipto, & in Græcia Epiſcopos ſub Ro-
mano papa fuiſſe, tum etiam Antiochenos, Athenienſes,
Alexandrinos, Conſtantinopolitanos, Dardanos, Carthagi-
nenſes, Corinthios, & Africanos epiſcopum Romanum tan
quam primum, ac Epiſcoporum maximum veneratos eſſe,
& diligenter ac religioſe ſemper obſeruaſſe. Item Cyprianū,
Hieronymum, Auguſtinum, & omnes tā Aſiæ, quam Aphri
cæ, & Europæ Sinodos eccleſię Romanæ iudicio ſuas ſentē
tias ſubmiſsiſſe. Quibus porro animaduerſis in lib. 2. de con-
66 ſideratione ad Eugenium clare docet Bernardus iis fere ver
bis, epiſcopum Eccleſię Rom. ſupremum eſſe pontificem, ac
epiſcoporum primum poteſtate Petrum, Vnctione epiſco-
pum vnum, ſolumque Paſtorem omnium paſtorum, cui tra
ditæ ſunt claues, cuique commiſſę ſunt oues, paſtores alii
greges habent ſibi deputatos, vnuſquiſque ſuum peculiare,
ſed epiſcopo eccleſię Ro. greges commiſsi ſunt omnes, nec
oues tantum, ſed etiam paſtores, & ideo paſtor eſt omnium,
Petri locum tenens, qui poteſt, inquit, peremptoriam ferre
ſententiam. Manifeſtum eſt enim quod epiſcopos deponere
ad Romani ſolius epiſcopi pertineat authoritatem, quod ſi
vocati ſunt alij in partem ſolicitudinis epiſcopi multi, ille
tamen ſolus plenitudinem poteſtatis habet. In illa rurſus ad
67 Mediolanen. epiſtola num. 131. plenitudo, inquit, poteſtatis
ſuper vniuerſas Orbis eccleſias ſingulari prærogatiua Sedi
apoſtolicæ donata eſt. itaque qui huic poteſtati reſiſtit, ordi-
nationi Dei reſiſtit. poteſt ille, ſi videtur vtile, nonos, epiſco-
pos ordinare, ubi nunquā fuerunt hactenus, poteſt ex illis, qui
ſunt hos deprimere, & illos eleuare, prout illi ſuadebit ratio.
poteſt ab extremis terræ finibus quaſcunque ſublimes perſo
nas eccleſiaſticas euocare, & eas ad aſsiſtendum ſibi compel
lere, non ſemel neque bis modo, ſed toties, quoties illi vide-
bitur expedire. poteſt etiam omnium vindicare inobedien-
tiam, ſi forte quis conetur rebellare. hanc Bernardus ſenten-
tiam annis ab hinc circiter quadringentis vigintiquinque
de Romani epiſcopi poteſtate tenuit, docuit, & prædicauit.
quā certę Bernardus ipſe ſuo tempore tenebat, non ſui ipſius
tantum ſecutus opinionem, Sed eccleſiaſticam traditionem
a tenetis annis edoctus, vti eccleſiam prius inuenerat, docuiſ
ſe, ac prædicaſſe ſexcentis ante ſe circiter annis, Auguſtini,
ſcilicet, Hieronimique temporibus. & multo etiam ante
notatum a Sanctis viris animaduetterat. Rurſusque didice-
rat eccleſiam, Auguſtini ſæculo hac in cauſa docuiſſe, prædi-
caſſeque, ut ante ſe inuenerat prædicatum per manus, ętates
que, & ab Apoſtolorum vſque temporibus, ut ſupra etiam
demonſtrauimus. Errat igitur qui ponit plures eſſe ſummos
pontifices, & ſingulos quoſque epiſcopos in ſua diœceſi ſu-
premos paſtores, atque epiſcopo Romano pares, vel qui de
vnitate eccleſię dubitet, committens ille quidem in fidei ar-
ticulum, quo credimus vna Sanctam Catholicam eccleſiam
eſſe cæterarum matrem, & principem. Atque hic ſane error
68 notatus a Bonifacio VIII. reperitur publico decreto in ex-
trauaganti, Vnam Sanctam, inter extrauagan. commun. in
hæc plane verba. Nos declaramus, diffinimus, & pronuncia
mus, omnino de neceſsitate ſalutis eſſe omni humanæ crea
turæ epiſcopo Romano ſubiici, Petro enim dictum eſt, Pa-
ſce oues meas, quando generaliter aut infinite Chriſtus di-
cit, non ſingulariter, has autem intelligitur omnes uniuerſa
liter illi commiſſas, Quare, ſi Græci, aut alii dicūt ſe non eſſe
oues a Chriſto Petro commiſſas, & ſucceſſoribus eius, opor-
tet, vt confiteantur illi ſe Chriſti oues non eſſe, cum di-
69 xerit non eſſe niſi unum ouile, & ideo Beatus Gregorius
in regiſtro formulam abiurandi ſchiſmata recitans, tradit,
vt abiurans papæ promittat in unitate eccleſiæ Catholicę,
& communione epiſcopi Romani ſe manſurum perpetuo.
70 Quod ſi quis dicat, vtile non eſſe, epiſcopum Romanum ca-
tholicæ, atque vniuerſali eccleſię, prętidere, vel quia eccleſiā
in omnes gentes per vniuerſum terrarum orbem longe la-
teque, diffuſam, vix ſolus poteſt paſcere, ſeque omnibus ex-
hibere, vel quoniam quæ vocantur dona gratiarum veluti
epiſcopatus, & diſpenſationes miniſteriorum Dei, congruē
tius, celerius, ac facilius Chriſtianis hominibus per omnes
epiſcopos poteſtate pares, quam per vnum eccleſiæ Roma-
næ epiſcopum diſtributæ diffluerent, ſi prouinciæ ſingulę
ſingulos ſummos haberent epiſcopos, nec tot menſium at-
que adeo annorum itinere procul diſtantibus locis ad Vrbē
Romam eſſet confugiendum, vel quod eius decreta genera
liā de ordinandis, inſtituendis, & conſeruandis presbyteris
de contractibus, de cenſuris, cæteriſq; pœnis, & aliis rębus
eccleſiaſticis non facile nota erunt omnibus populis, eoque
ſaltim, aiunt iſti Sophiſtæ, plures authoritate pares eſſe opor-
tere, alioqui fatendum eſſe, populum in aliquo totius Orbis
angulo, Romanorum pontificum conſtitutiones ignoran-
tem, eoque inter conſanguineos aut affines contrahere nu-
ptias ſolitum, facile animarum periculum, ac iacturam poſ-
ſe pati. Hæc, & ſimilia euomere quotidie improbi ſolēt. Qui
71 vero illis velit, vt omnino debet reſiſtere, omnique non mo
do cōtentione, ſed etiam dimicatione pugnare, nec pati ali-
quo pacto doctrinis varijs, & peregrinis, vt dixit Paulus ad
Hebr. cap. 13. abduci, is poſitum in primis defendat eccleſiæ
Romanæ epiſcopi vnius in vniuerſum eſſe mundum, paſce-
re, non præſentia quidem, vt dicitur corporali, ſed prouiden-
tia ſtudioque curare, vt omnes chriſtiani homines congrua
animorum percipiant alimenta, & cæteri ad veram fidē ſu-
ſcipiendam incitentur. Quod potiſſimum Paulo curæ fuit,
non ſolum ſibi ipſi ac muſis, vt eſt in prouerbio, canere, ac tā
tum quid ſequendum, quid fugiendum monere, ſed etiam
ipſos lupos arcere, peccantes corrigere, in viam ſalutis diri-
gere, & ab aduerſariorum inſidiis manibusque eripere ac ꝓ-
uidere, vt religio in dies magis diffunderetur Chriſti Ieſu,
qui iudeæ licet limine pedem non extulerit, tamen ſuam fi-
dem prædicaturos apoſtolos in vniuerſum orbem delega-
72 uit. Denique illud quoque teneat oportet, eccleſiæ membra
non coniunctione vicinitatis locorum, ſed conſentiente fi-
dei, atque chriſtianæ charitatis cohærere concordia, chriſtia
namque charitatem ſuum cuique ſeruare, ac reddere, & or-
dinem non interuertere, & quos patres poſuerunt fines, non
pertranſire, nec ambitione, nec cupiditate, aut amore, neq;
odio, a recto, Sanctoque propoſito diuertere, neque imperiū
ac poteſtatem recuſare. Scitum eſt enim eiuſdem Pauli apo
ſtoli dictum, Qui poteſtati reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit, in
73 epiſtola ad Rom. cap. 13. Et apud noſtros in c. omnis anima,
de cenſib. quod ſane ego canonis caput forte interpretandū
datum, non iudicio electum explicaui eo die quo fui publi-
ce omniū ꝯſenſu I.V.D. renunciatus anno ab hinc decimo
74 quinto. Præterea non obliuiſcatur, qui veritatem eſt defen-
ſurus, conſtitutiones pontificias quoad pœnam non ligare
eos, qui ignorent, & actum omnino reddere nullum. c. ſi eo
tempore, de elect. li. 6. Fel. in c. cæterum, extra, de reſcr. nu. 19.
verſ. prima reſtrictio, cum alis a Philippo probo in annota-
tion. ad Io. Monach. in c. tibi. eo. ti. de reſcr. in 6. nu. 18. & in c.
75 quoddam. de præben. & dig. eo. li. 6. & plenius multo de igno
rantia excuſante, vel non excuſante, aut a toto, aut a tanto,
vt loquuntur, declarat Turrecrem. in c. turbatur. num. 10. &
ſeq. 1. q. 5. dicens, etiam ignorantiam eſſe, uel rei, quam ſcire
oportet, & non excuſare, vel rei, quā ſcire non omnino opus
76 ſit, noſſe, & tunc excuſare. Nouerit poſtremo vti ſecundum
carnem, qui dicuntur, filij longiori licet locorum interuallo
diſtent a parentibus, tamen eis quam debent obedientiam
præſtant, quæ viderint ab ipſis parentibus eſſe profecta am-
plectentes, ſic quo vis loco chriſtiani, degant, etiam ſi qui eſ-
77 ſent, qui ne fama quidem Romanam eccleſiam nouerint, in
telligentes præceptum aliquod eccleſiæ Romanæ, ut filij, q
merito in Chriſto vocantur, obtemperantes eſſe debent, cū
tamen re uera non ſit credendum tales ęſſe chriſtianos, ullo
in orbis angulo populos, cum ab incunabulis naſcentiſque
Chriſtianæ Romanorum religionis vbique diuulgatam, ac
nuntiatam fuiſſe fidem teſtatur etiam Paulus apoſtolus ad
Rom. 10. ex propheta in illo verſu exiuit ſonus eorum, & in
fines orbis terræ verba eorum. & expreſſius, ac ſignificātius
multo ex ſeruatoris noſtri Chriſti Ieſu teſtimonio apud Mar
cum. ca. 16. ibi, & dixit eis, euntes in vniuerſum mundum prę
dicate Euangelium omni creaturæ &c. quod eſt etiam inue
nire apud Matth. cap. 28. cum tamen, vt illud etiam interim
moneam, chriſtiani primi in Antiochia dicti ſint vti facile
eſt inuenire apud acta apoſtolor. in c. 11. At ſi qs ēt atq; ēt in-
78 ſtet, vrgeat, inſectetur aſſeuerans eiuſmodi reperiri populos

poſſe,

poſſe, is ſaltim acqueſcat,non ignorans poſſe etiam veram
cordis conuerſionem, ac peccatorum remiſſionem eſſe,ſine
ſuſcepto baptiſmate,non tamen baptiſmo contempto,vt fa
cile eſt dignoſcere ex iis, quæ not. D. Thoma in 4. parte, &
D. Ambroſius de valentiniano illis verbis. Quem rege neratu
rus eram,amiſi, verumtamen ille gratiam, quam popoſcit
non amiſit,&c. Et plenius multo perſequitur Turræcrema.
in capit. quiſquis,num.primo & ſecundo & tertio.de conſe-
crat. diſt. 4,nam quo pacto poſſet eſſe vera cordis in Deum
conuerſio,vbi præceptum eius, aut ſacramentum contem-
neretur,contra illud Ioel.cap.ſecundo. Conuertimini ad me
in toto corde veſtro in ieiunio,&c.& illud Ezechiel.cap.18.
In quacunque die peccator conuerſus fuerit,& ingemuerit,
vita viuet. Item cōuertimini ad me,& ego cōuertar ad vos.
&c. quod etiam eſt expreſſim relatum in cap.porr.§.hoc idē.
de pœniten.diſt.prima.& ibi Turræcrem. num. 1.& 2.& nu.
6. vbi etiam notat,contritionem cordis abſque ſatisfactione
prodeſſe ſæpe poſſe,ac ſine contritione ſatisfactionem nun-
quam.& ideo Chriſtum Ieſum id poſtulaſſe,ac mandaſſe le-
gitur apud Matth.cap.22. in fi. quod etiam traditum reperie
batur Deuteronom. cap. 6. Leuit. 19. quaſi maximum ac præ
cipuum legis pręceptum, ſcilicet Dominum Deum ex toto
corde, toto animo,totaque mente.& vt ſcripſit Marc. capit.
22.ex tota uirtute,atque intellectu diligēdū Deum enim dili
gens ex toto animo eius diligēter mandata curat,atque agit
Deteronomij cap.decimo,& qui contemnit,& non perſequi
tur,is omnino perit, nedum non diligere vt eod.in lib. dici-
tur cap. 8. & ſatis iam conſtat, Dei nomen confitentium la-
biorum eſſe laudem ipſi quaſi hoſtiam offerre in præſtanda
Pręfectis ac prępoſitis obedientia,illiſque ſe obſequentes,&
ſubiectos præbendo,& communicando, ut dixit Paulus ad
Hæbros cap.13.ibi,Beneficientiæ autem, & communicatio-
nis nolite obliuiſci,talibus enim hoſtiis promeretur, bonis
obedite præpoſitis veſtris. Nemini igitur mirum, aut abſur-
dum videri debet dictum, non poſſe Chriſtianos reperiri po
pulos,qui Petri Cathedram, Romanamque eccleſiam,cuius
præcepta contemnant, cum omnes præceptis eius Sanctæ
ſedis Apoſtolicę teneantur parere, & non obediētes grauius
peccent.cap.ſi qui ſunt.81.diſt. vbi Turræcrem in princip. &
num.4.eoque merito Cyprianus in ea epiſtola.3.lib.1.dixit in
hęc verba, Neque enim aliunde hæreſes obortæ ſunt aut na-
ta ſunt ſchiſmata. quam inde quod Sacerdoti Dei non ob-
temperatur, nec unus in eccleſia ad tempus Sacerdos vice
Chriſti cogitatur, cui ſi ſecundū magiſteria Diuina obtem-
petaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſum Sacerdotū col
legium quicquam moueret,nemo poſt Diuinum iudicium,
poſt populi ſuffragium,poſt coepiſcoporum conſenſum,iu-
dicem ſe non iam epiſcopi, ſed Dei faceret.& paulo poſt,Sa-
crilegæ temeritatis ac perditæ mentis eſt, qui putet ſine Dei
iudicio fieri Sacerdotem,cum Dominus in euangelio ſuo di
cat, Matthæ.10. Non ne duo paſſares aſſe veneunt, & neuter
eorum cadit in terram ſine patris veſtri uoluntate, cum ille
nec minima fieri ſine voluntate Dei dicat, exiſtimat aliquis
ſumma,& magna,aut nō ſciente, aut non permittente Deo
in eccleſia Dei fieri,& Sacerdores, id eſt diſpenſatores eius,
non de eius ſententia ordinari, hoc eſt fidem habere, qua
viuimus,hoc eſt, Deo honorem non dare,cuius nutu,& arbi
trio regi,& gubernari omnia ſcimus. Hæc Cyprianus. Prima
79 tum vero Petri nullis eccleſiæ membris obeſſe inde etiam
apparet,quod Sacerdotalis vnitas a Chriſto deriuata per Pe-
trum procerius toto terrarū orbe proiectis brachijs produ-
ctior excurrat,ſic,ut ſi Chriſtianus aliquis populus in finibus
Orbis ſine Sacerdotio, & epatu cōſtituat, qui nec p līas nec
p nunciū,aliamue rationem ad Rom.epiſcopum,aut alium
80 forſan ab ipſo præfectum poſſit accedere,populus ille, quo
ad non baptizatos,baptiſmatis,habebit remedium, quod ēt
laicis conceditur in neceſſitate miniſtrare, ut conſtat d.4.
diſt. de conſecrat. vbi num. 1. & ſequen. idem Turręcrema.
Quo vero ad baptizatos,& relapſos ſacrificium contriti cor-
dis ex fide Chriſti Ieſu cum deſiderio coniuncta poterit,quę
per Euangelium nouerit ad ſalutem eſſe neceſſaria explere.
81 præterea Deus qui tali populo rectā fidē, qua purgare ſe poſ
ſit,&, vt dicitur,iuſtificare,inſpirabit ſua miſericordia,ac lu-
mine diuini ſpiritus illuminabit, vt ſciat quid agere debeat
& cum ex imperfecta etiam recepta quidem fide cum Cor
nelio Centurione ad ſe precibus, atque eleemoſinis confu-
giētem recipiet,ac fouebit.quemadmodum etiam in eccle-
ſiaſtica hiſt.lib.10.cap.1.narratum eſt de iudæis in Tyrris, &
eiuſdem lib. 10.c.2. de Hiberis eodem tempore ſub axe pon-
tico per captiuam mulierem conuerſis. Ac porro, vel unum
82 eſſe oportere principem,& non plures, probatur etiam Phi
loſophi teſtimonio in 12. Metaphiſices ex quo vulgare iam
83 factum ſermone prouerbium recenſur, pluralitas principū
mala eſt,vnus ergo Princeps, &c.eoque tanto magis vnita-
tem eccleſiæ tenendum, etiam veluti ſacramentum, quod
ſic uelim acceptum, vt ex ſententia diui Thomæ,Turre-
crem in c.denique.nu.1.verſ.reſpondeo.7.qō.1. declarat, vt
84 interim taceam duplicem eſſe vnitatem eccleſiæ, alteram
interiorem ac ſecretam ex fidei potiſſimum,ſpeique, & cha
ritats integritate conſtantem, alteram exteriorem, lateque
patentem uidelicet ſocietatem,& communionem ſacramē
torum,ut idem Turrecrem.notans in d.4.diſt.de conſecrat.
85 c.eſt vnitas.nu.2.explicat. Vnde neceſſaria omnino deduci-
tur concluſio,pontificem. Eccleſiæ Romanę uniuerſalis ec-
cleſiæ epiſcopum Chriſti Ieſu Vicarium,& apoſtoli Petri ſuc
ceſſorem,non autem Petri ipſius Vicarium.idque ſane tenē
dum eſſe,& minime dubitandum, non ſolum quia Bernar-
dus,Cyprianus,Hieronymus,Auguſtinus,& cæteri patres ita
docuerint,ſed etiam, quia iam initio creſcentis ipſius eccle-
ſiæ in omni cuiuſq; temporis ſtatu,ueluti per manus,a Chri-
ſto ipſo traditum,& ſacris confirmatum literis creditū, ſan-
86 citumque,& pręedicatum liquet. Atqui nullum licet de reb.
his extaret teſtimonium,eccleſiæ tamē authoritas, quæ ſem
per apud bonos maximum pōdus habuit, ſatis eſſe deberet.
Annis enim ab hinc mille ducentis in Nicena ſinodo patrū
omnium conſenſu approbatum eſt atque confirmatum, cō
cilia celebrari non poſſe abſque Rom. epiſcopi conſenſu, &
qui ſuſpectos habebunt aut Metropolitanū, aut iudices ſuos
comprouinciales,poſſe ad Rom. ſedem prouocare ut ſupra
87 retuli, cuius rei conſequens eſt, falſo impieque aſſeuerare
quoſdam primatum eccleſiæ Rom. a quadringentis annis,
aut a Silueſtro papa initium, ducere,aut probari non poſſe,
niſi quibuſdam frigidis paparum.ut ipſi loquuntur,decretis.
88 Nā ab incunabulis, & rudimentis Sanctæ veteris,naſcentiſ-
que eccleſię conſtat omnes conſenſiſſe Rom. huic eccleſiæ
concedi omnino debere primatum ex verbis Chriſti paſce
& cæt.in Euangelio Petro dictis Matth.16.Ioan.21.verbum
enim illud,paſce,ſignificat rege. Ezechiel.34.Eſdr.44.& 56.
Hierem.1.& 22.pſal.22.& ſapientia attigl.c.8.nu.20. Sed q̄d
magis expreſſe conſcriptum poni exemplum poteſt, quam
illud apud Luc.22.Simon ecce Sathanas expetiuit vos ut cri
braret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te Petre, ut non
deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus cōfirma fratres
tuos, &c. ut omittam quod cōſiderauit beatus Bernardus in
libello de conſideratione ad Eugenium ex illo Ioan.21. loco
in quo narratur ſolum Petrum ſuper aquas maris deambu-
laſſe,& ad ſeruatorem noſtrum perueniſſe. Ex his igitur om
nibus diligenter animaduerſis dilucidius, planiusque appa-
ret, quam ut amplius ſit laborandum, quod omnes omniū
eccleſiarum chriſtiani debent illud omnino affirmare,& in
hanc etiam conuenire ſententiam, ut ſub cathedra ſcilicet
Petri cunctis eccleſiis præferenda vnitatem ipſam eccleſiæ
omnino profiteantur.

SVMMARIVM.

1 *Ireneus vir apoſtolicus auditor Policarpi, qui fuit diſcipulus Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtę.*

2 *Petrus & Paulus Romæ Euangelium prædicarunt, & fundarunt Eccleſiam.*

3 *Petrus,& Paulus fundantes,& inſtituentes Eccleſiam lino eius adminiſtrandæ tradiderunt epiſcopatum.*

4 *Tertulianus presbiter,& author vetuſtate, & eruditione inſignis.*

5 *Romæ Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur, Paulus Ioannis exitu coronatur.*

6 *Ioannes in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt, & in inſulam relegatus.*

7 *Optatus Afer epiſcopus Maleuitan. ſcr ptor illuſtris.*

8 *Petrus in vrbe primus Cathedram collocauit, & caput Apoſtolorum ſedit.*

9 *Schiſmaticus eſt, qui contra ſingularem Cathedram, alteram collocaret.*

10 *Cyprianus martyr inſignis.*

11 *Epiphanius cypri Salaminæ epiſcopus,eruditione,& ſanctitate,& totius orbis teſtimonio illuſtris.*

12 *Nero Chriſtianum nomen tollere aggreſſus eſt, Petro Epiſcopatum tenente.*

13 *Petrus xxv. annnis cathedram Romæ tenuit vſque ad vltimum Neronis annum.*

14 *Petrus cruci affixus capite ad terram verſo, aſſeuerans ſe indignum,vt Chriſtum crucifigi.*

15 *Hieronymum de Petro ſic ſcripſiſſe multis probatur authoribus.*

16 *Aurelius Caſſiodorus Senator, & poſtea Monachus probatæ fidei ſcriptor.*

17 *Petrus poſtquam fundauit Antiochenam eccleſiam, Romam venit contra Simonem Magum.*

18 *Petrus in Vaticano fuit cruci affixus ex Hieronimo,caſſiodoro, Euſebio, & alijs.*

19 *Euſebij Cęſarienſis hiſtoria eccleſiaſtica,multiplici rerum cognitione referta,ob idque legenda iudicio Gelaſij papæ.*

Sedes

20 *Sedes nulla alia eſt decentior, aut magis Chriſto accepta, quam Rom.*
21 *Athanaſius Alexandrinus Patriarcha, vir egregiæ Sanctitatis, & doctrinæ nobilem de fuga ſua apologiam ſcripſit.*
22 *Ambroſius Mediolani epiſcopus Doctor Illuſtris, & Sanctus.*
23 *Petrus uicto Simone Mago populi precibus inflexus nocte muro egredi cœpit, & Chriſtum vidit occurrentem. vrbemque ingredi, & illis verbis, Domine quo vadis, reſpondentem, venio iterum crucifigi.*
24 *Petrus illis uerbis Chriſtum in ſe Petro, & non in Chriſto ſemel crucifixo iterum crucifigendum intellexit, & per ſuam Crucem honorificauit Dominum.*
25 *Petri corpus Sancti clam ſuſtulerunt, & ſub therebinto in Vaticano poſuerunt.*
26 *Petrus Diuina inſpiratione Romam reuerſus, ibi martirium eſt adeptus.*
27 *Petri, & Pauli corpora multi conati ſunt ex Vrbe auferre, & ibi miraculum de fidelibus ex oriente, qui ea uolebant corpora tollere.*
28 *Romani exeuntes ea corpora in locis in quibus nunc ſunt condita, poſuerunt.*
29 *Petri, & Pauli corpora miraculis tot coruſcant, vt vix ad ea adoranda ſine magno timore poſſit accedi.*
30 *Cornelius papa a Lucina rogatus noctu primum a catheeumbis leuauit corpus Pauli, poſuitque Lucina in ſuo prædio in uia Hoſtienſi, Petri vero ubi eſt crucifixus in Vaticano.*
31 *Petri corpus inter corpora Sanctorum epiſcoporum in vaticano poſitum oſtendit plurium ibi Sanctorum corpora ſepulta.*
32 *Dioniſius Corintiorum epiſcopus anno Domini. 50. Romæ extitit.*
33 *Egeſippus Anieeto papa anno Domini 160. Romam venit.*
34 *Ignatius fuit diſcipulus Ioannis Euagelistæ, Petrum crucifixum, Paulum gladio obtruncatum, Ioannem in Panthmum religatum teſtatur.*
35 *Petrus, & Paulus vna die paſſi ſunt, & Romæ, quia Roma principatum tenet nationum ex Ambroſio.*
36 *Petrus, Romam venit initio imperij Neronis, & tunc Romę eſſe cęperunt Chriſtiani.*
37 *Nero primum Romæ Chriſtianos ſupplicijs affecit, & per prouincias eſt perſecutus.*
38 *Ex cathedra Petri, & eccleſia principali vnitas eſt orta Sacerdotalis.*
38 *Concluſio rationum probantium, merito maiores cauſas deferri ad papam debere.*

Romę fundatam eccleſiam Dei a Petro, & Paulo Apoſtolis, & Cathedram Epiſcopalem a Petro conſtitutam, & viginti quinque annis rectam. C A P. XL.

Quo vero facilius quiſque intelligat, iamque accipiat, & Romę ab Apo
ſtolis Petro, & Paulo Eccleſiæ fundamentum conſtitutum,
& Romę Petrum plures annos Cathedram, ac Primatum te
nuiſſe, quibus noſtra comprobatur ſententia, ad hanc ſci-
licet principem, & Reginam Sedem confugiendum in gra-
uioribus quibuſque negocijs pauca hæc prelegat. Romæ qui
1 dem fundatam eſſe eccleſiam a Sanctimis Apoſtolis Petro.
& Paulo, teſtis eſt Ireneus vir Apoſtolicus Auditor Policar-
pi, qui Ioannis Apoſtoli, & euangeliſtæ fuit diſcipulus, ait.n.
2 in lib. 3. contra hæreſes, cap. primo Petrus, & Paulus Romæ
Euangelium prędicarunt, & fundauerunt eccleſiam. Idem
in eiuſdem lib. cap. 3. Maximæ, inquit, & antiquiſſimæ, om-
nibus cognitę & glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro, &
Paulo Romæ fundatę, & conſtitutę eccleſiæ, eam, quam ha-
bent ab Apoſtolis traditionem per ſucceſſiones epiſcoporū
3 peruenientem uſque ad nos iudicātes, confundimus omnes
illos, qui per cęcitatem, & prauam ſententiam, pręterquam
oportet colligunt &c. idem paulo poſt, Fundantes, & inſtituē
tes Beati Apoſtoli eccleſiam Lino Epiſcopatum admini-
ſtrādæ eccleſiæ tradiderunt. Idem teſtatur Tertullianus pre-
sbiter & author vetuſtate, & eruditione inſignis in libro. de
4 pręſcriptionibus aduerſus hæreticos, his verbis. Habes Ro-
manam eccleſiam vnde nobis authoritas preſto eſt ſtatuta,
fœlix Eccleſiæ, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſangui-
5 ne ſuo fuderunt. Vbi Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur,
ubi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Ioannes poſtea quā
6 in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt, & in inſulam re-
legatur &c. Et Idem in lib. 3. aduerſus Marſionem dicēs, Ro-
manis euangelium Petrus, & Paulus ſanguine ſuo ſignatū re
liquerunt, & De Ioanne etiam Apoſtolo, & Euangeliſta in
oleum igneum demerſo ſcripſit ex Græcis Gregorius Niſſe-
nus, & Beatus Hieronimus, qui citat teſtem huius rei Tertul
lianum. Atque ipſum Beatum Petrum Apoſtolum in Vrbe
7 Roma Cathedram epiſcopalem conſtituiſſe teſtatur etiam
Optatus Aphet epiſcopus Meleuitan. quem Beatus Hieron.
mus enumerat inter eccleſiaſticos Illuſtres ſcriptores. Ille.n.
Optatus in ſecundo aduerſus ſchiſma Donatiſtarū ponens
8 ſeriem Romanorum pontificum ignorātiæ inquit, tibi aſcri
bi non poteſt ſcienti in urbe Roma Petro primo Catedram
epiſcopalem eſſe collatus in qua ſederet omnium Apoſto
lorum caput Petrus, in quo uno Cathedræ vnitas ab omnib.
9 ſeruaretur. Nec cæteri Apoſtoli ſingula ſibi quiſque defende
rent. ſchiſmaticus, & peccator eſſet, qui contra ſingularem
cathedram alterā collocauerit. Ergo cathedra vnica eſt in
qua ſedit prior Petrus, cui ſucceſſit Linus, & cæteri ſuo quiſ
que tempore, &c. Hæc ſcripſit optatus Meleuitan. de Cathe-
dra Petri in Vrbe Roma. Sed multis annis ante illū huius ca
10 thedræ mentionem multis in locis facit inſignis Martyr Cy
prianus, qui etiam anumerauit ſeriem Romanorū pontificū
11 a Beato Petro Apoſtolo uſque ad Anicetum. Epiphanius &
Cypri Salaminæ epiſcopus eruditione, Sanctitate, & totius
orbis teſtimonio Illuſtris, ut de illo teſtatur Beatus Hierony
mus in his, quæ conſcripſit aduerſus hæreſes Ioannis Hiero-
ſolymitani. ſcripſit de epiſcopatu Petri Apoſtoli in vrbe Ro-
ma, p̄ter alios. Seuerus Sulpitius in ſecundo lib. ſacrę Theo-
logię, his verbis. Eo tempore, quo Nero Chriſtianum no-
men tollere aggreſſus eſt, Diuina apud Vrbem religio inua-
12 luerat, Petro ibi epiſcopatum gerente, & poſtea quam ab in-
iuſto præſulis iudicio Ceſarem Appellauerat Romam dedu
cto, ad quem tum audiendum plures conueniebant, qui ve
ritate intellecta, virtutibuſque Apoſtolorum, quas tum cre-
bro ediderant, permoti ad cultum Dei ſe ſe conferebant. Et
13 eundem Petrum Apoſtolum Romæ 25. annis Cathedram ſa
cerdotalem tenuiſſe, teſtis eſt Beatus Hieronimus in lib. ſeu
Cathalogo virorum illuſtrium, vbi de Petro Apoſtolo ſcri-
pſit his verbis. Simō Petrus filius Ioannis prouinciæ Galileæ
Vico Bethſaida frater Andreæ Apoſtoli, & princeps Apoſto
lorum, poſt ep̄atum Antiochenę eccl. & prædicationem di-
ſperſionis eorum, qui de circūciſione crediderant in ponto,
Galatia, Capadocia. Aſia, Bithinia, ſecundo Claudii anno ad
expugnandum Simonem Magum Romam pergit, ibique
viginti quinque annis Cathedram Sacerdotalem tenuit, vſ-
que ad ultimum annum Neronis, ideſt 14. a quo etiam affi-
xus cruci martyrio coronatus eſt, capite ad terram verſo, &
in ſublime pedibus eleuatus, aſſerens ſe indignum, vt ſic cru
14 cifigeretur, vt Dominus ſuus ſepultus Romæ in Vaticano
iuxta viam triumphalem, totius orbis veneratione celebran
tur. Hæc Beatus Hieronymus ſcripſit de beato Petro Apoſto
15 lo. quæ vere ab eo ſcripta fuiſſe multis rationibus probare
poſſumus, ſi qui ſunt, qui dubitent. Conuenit cum beato Hie
ronymo Aurelius Caſſidorus Senator, & poſtea Monachus
probatę fidei ſcriptor, qui pręterquam quod in chronicis me
moriæ prodidit, Syluano, & Othone Coſ. 5. Apoſtolos Petrū
16 & Paulum Romę trucidatos fuiſſe a Nerone ſcripſit de Bea-
to Petro Apoſtolorum principe in lib. de inſtitutione Diui-
narum literarum, & de viris Illuſtribus Sic enim etiam in-
ſcriptus eſt liber ille his verbis. Hic poſtquam Antiochenā
17 fundauit eccleſiam ſub Claudio Cæſare contra Simonem
Magum Romam pergit, ibique prædicans Euangelium.
25. eiuſdem Vrbis tenuit pōtificatum, ſexto aut, & xxx. anno
poſt paſſionē Dn̄i a Nerone Cęſare in vrbe Roma capite deor
ſum verſo, ut ipſe uoluit, crucifixus eſt, ſicque poſt Apoſtoli-
cum meritū & martirio coronatus, ſepultus eſt in Vaticano
ſecus viā triūphalem tertio lapide ab vrbe ad oriētalē plagā.
Hęc Caſſiodorus ex ſenatore Monachus ſcripſit de principe
Apoſtolorum, quæ totidem verbis ſcripſit etiam Iſidorus Hi
18 polen. in lib. de vita, & morte quorundam Sanctorum, Pe-
trum autem apoſtolum in Vaticano fuiſſe cruci affixum, nō
ſolum teſtis eſt Beatus Hieronymus, Caſsiodorus, & alij La-
tini Scriptores, ſed etiam Euſebius Cęſariēſis rerum antiqua
rum peritiſsimus, qui in lib. ſecundo Eccleſiaſticæ hiſt. citat
Caii ſcriptoris vetuſtiſsimi, qui fuit ſub Zephiro Romanæ,
Vrbis Epicopo, & Dioniſij corinthiorum epiſcopi teſtimo-
nium de Beatiſsimorum apoſtolorum Petri, & Pauli marty
rio, q̄ſ. vtriuſq; apoſtoli, illius quidē in vaticano, alterius ve-
ro in via Hoſtienſi conſtituta ſunt Trophea. Q̄dq; eodem tē
pore in eadem vrbe Roma martiriū perpeſsi fuerint. hæc ſcri
bit Euſebius Cęſarienſis in hiſto. Eccleſiaſtica, quā Græce ſcri
pſit multiplici rerum cognitione refertam, ob idque legen-
dam cenſet Gelaſius papa. & idem Euſebius in lib. de temp.
dicens, Petrus natione Galileus Chriſtianorum pontifex l.
cum primum Antiochenam fundaſſet eccleſiam, Romam
proficiſcitur, vbi euangelium prædicans. 25. annis eiuſdem
20 vrbis epiſcopus perſeuerat, & nullam decentiorē, aut Chri-
ſto ipſi magis acceptam ſedem fuiſſe cenſemus, quam quæ
ſanctiſs. apoſtolorū Petri, & Pauli ſanguine cōſecrata, æter-
niſque tropheis illuſtrata, Romam ipſam ad eam gloriā pro
uexit, vt eſſet gens Sancta, populus electus, Ciuitas ſacerdo-
talis, & regia, vt caput orbis effecta latius præſideret religio-
ne diuina, quam dominatione terrena, vt præclare dictum
eſt a Leone illo magno Rom. pontifice in ſermone de die
21 natali Apoſtolorum ſcribit Athanaſius Alexandrinus Pa-
triarcha vir egregiæ Sanctitatis, & doctrinæ in Apologia il-
la nobili de fuga ſua, Petrum apoſtolum audiſſe a Domino,
quod

quod oporteret ſe Romam conferre.itaque profectionem il
lam non recuſaſſe,ſed prompto,atque alacri animo ad eam
vrbem profectum libenter, ac fortiter pro Chriſti confeſſio-
22 ne martyrium pertuliſſet.Cõuenit enim Athanaſio Ambro-
ſius Mediolani epiſcopus Doctor illuſtris, & ſanctus in ora-
tione, quam ſanctiſſimus ille vir habuit in Auxentium his
23 verbis ſcriptam. Petrus victo Simone cum præcepta Dei po
pulo ſeminaret,doceretque caſtimoniam excitauit animos
Gentilium,quibus eum quærentibus,Chriſtianæ animæ de-
precatæ ſunt, vt paulisper cederet,ille quamuis eſſet cupidus
paſſionis, tamen contemplatione populi precantis inflexus
eſt.Rogabatur enim,vt ad inſtituendum, & confirmandum
populum ſe reſeruaret.Quid multa nocte egredi cœpit,& vi
dens ſibi in porta Chriſtum occurrere,vrbemq; ingredi, ait,
24 Domine quo venis? Reſpondit Chriſtus , venio iterum cru-
cifigi.Intellexit Petrus ad ſuam crucem Diuinum pertinere
reſponſum.Chriſtus enim non poterat iterum crucifigi, qui
carnem paſſionis ſuſceptæ mortis exuerat, quod enim mor-
tuum eſt, mortuum eſt ſemel, quod autem uiuit, viuit Deo.
intellexit ergo Petrus, quod iterum Chriſtus crucifigendus
eſſet in ſeruulo, itaque ſponte remeauit. interrogantibus
Chriſtianis reſponſum reddidit, ſtatimque correptus per cru
cem ſuam honorificauit Dominum Ieſum.Hæc ſcripſit bea
tus Ambroſius,quæ porro multis annis antea memoriæ pro-
diderat Egeſippus uicinus, ac proximus Apoſtolorum tem-
poribus, ut eſt legere in lib.3. eorum quos ſcripſit de Hiero-
ſolymitano excidio. Hæc eadem notata inueniuntur in lib.
de martirio apoſtolorum græce ſcripto mihi commodato,
ac legendo dato ab illis diui Baſilij Magni ordinis patribus,
ac religioſis uiris,Sanctitate quidem ac bonitate præſtantib.
ad Tuſculanum,eo ſane in loco,qui vulgo a noſtris,Grotta-
ferrata vocatur degentibus,ex quo plane libro vix paucio-
ribus cognito hęc Græce ſcripta decerpſi. . . .
. . . .
. . . . Id eſt, ante pau-
cos dies rogatus a fratribus ſecedebam,&ecce uidi Dominũ
meum Ieſum Chriſtum,quem adoraui, & his uerbis affatus
ſum, Domine quo vadis? Venio,inquit ille,Romam iterum
crucifigi,ſequens igitur illum reuerſus ſum Romam &c. &
paulo poſt in eadem martirij hiſtoria ſcriptum eſt,oſtendẽs
quod dixi apoſtolorum , ſcilicet, principis Petri corpus hic
Romæ conditum in hæc uerba, ...
. . . . :
25 . . hoc eſt, Suſtulerunt corpus Sancti Petri clam, &
poſuerunt illud ſub Terebintho,prope Naumachiam in lo-
co,qui dicitur Vaticanus.Hæc ex hiſtoria illa martirii beatiſ
ſimorum Apoſtolorum Græcis literis, iisque uetuſtiſſimis
26 ſcripta huc tranſtuli,ut multis probatis teſtimonijs oſtende-
rem Diuina quadã diſpoſitione factum fuiſſe, vt Petrus Apo
ſtolus ad hanc vrbem Romam reuerſus, martirium hic pa-
teretur, quemadmodum etiam Innocentius tertius Roma.
pontifex recte his verbis annotauit, Locus quem elegit Do-
minus Apoſtolica ſedes eſſe cognoſcitur,ſi quod eam Domi
nus in ſe ipſo lapide angulari fundauerit, attendatur, cum
inquit ad Petrum , Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędi-
ficabo eccleſiam meam . Vnde cum ipſe Petrus Vrbem fu-
giens exiuiſſet. volens Dominus eum ad locum,quem ele-
gerat,reuocare,interrogatus ab eo, Domine quo vadis , Ve-
nio Romam iterũ crucifigi. Quod intelligens Petrus ꝓ ſe di
ctum,ad locum ipſum protinus eſt reuerſus.Idem Innocen-
tius in alio ſermone,traditur,inquit,Dominus Ieſus occurriſ
ſe beato petro,& tam ipſi,quam ꝓ ipſo dixiſſe, Venio Romã
iterum crucifigi.Hæc Innocentius tertius Roman. pontifex
ſcripſit. Quib. aſſerit Romanam Vrbem locum eſſe, quem
elegit Dominus, ad eumque reuocatum Sacerdorem Pe-
trum Apoſtolum, vt illic apoſtolicæ Sedis figeret principatũ
Non autem factum temere, aut caſu aliquo putandum eſt,
vt in eo potiſsimum vrbis loco cruci affigeretur, ſed diuina
diſpenſatione illud quoque factum fuiſſe exiſtimandum, vt
qui vrbem ab Idolorum ſuperſtitione ad Chriſti fidem con-
uerterat, is etiam locum illum ſcelerum ſordibus coinqui-
natum , ſanguine ſuo purgaret, Sanctũque faceret & diuinæ
diſpoſitionis opus magis dignoſceretur. Quemadmodũ au-
tem Apoſtolum ipſum Roma ſecedentem ad eandem Vr-
bem Domini voce reuocatum fuiſſe,ex probaturum autho
rum teſtimoniis cognouimus, Ita etiam conſideremus Bea-
tiſſimorum Apoſtolorum, beatiſſima corpora conatos qui-
27 dem fuiſſe nonnullos ex his locis auferre,in quibus primum
poſita ſunt,& in alienas regiones transferre. Sed diuina vir-
tute perterritos id minus facere potuiſſe.cuius rei teſtem lo-
cupletiſſimum habemus beatum Gregorium Rom. pontif.
qui in ea epiſtola ad Conſtantiam Auguſtam ſcripta,ait, De
corporibus beatorum Apoſtolorum quid ego dicturus ſum
dum conſtet,quia eo tempore quo paſſi ſunt,ex Oriente fide
les venerunt,qui eorum corpora,ſicut ciuium ſuorum repe
terent,quæ ducta ad ſecundum Vrbis miliarum,in loco,qui
dicitur Cathecumbas, collocata ſunt,ſed dum ea ex inde le-
uare omnis multitudo eorum conueniens niteretur, ita eos
uis tonitrui,atque fulguris nimio metu terruit,atque diſper-
28 ſit, vt talia denuo nullatenus attentare præſumerent. Tunc
autem exeuntes Romani,eorum corpora, qui hoc ex Domi
ni pietate meruerunt, leuauerũt, & in locis,quibus nũc ſunt
condita,poſuerunt. Qui ergo nunc Sereniſsima Domina tã
temerarius poſſet exiſtere, vt hęc ſciens eorum corpora , nõ
dico tangere,ſed aliquantenus præſumat inſpicere, Idẽ San-
29 ctus Gregorius in eadem epiſtola, Corpora, inquit, Sancto-
rum Petri,& Pauli Apoſtolorum,tantis in eccleſiis ſuis coru
ſcãt miraculis atque terroribus, vt neq; ad adorandum ſine
magno illuc timore poſſit accedi . Hæc Gregorius Magnus
Aliud quoque oſtendens Apoſtolorum Petri, & Pauli corpo
ra Romæ eſſe, legitur , in pontificali libro Damaſi his verbis
ſcriptum, Cornelius epiſcopus rogatus a quadam matrona
Lucina corpora Apoſtolorum Petri, & Pauli a cathecumbis
30 leuauit noctu, primum quidem corpus beati Pauli Beata Lu
cina poſuit in prædio ſuo, via Hoſtienſi, iuxta locum vbi de-
collatus eſt , Beati vero Petri corpus accepit Beatus Corne-
lius epiſcopus, & poſuit iuxta locum, vbi crucifixus eſt, inter
corpora Sanctorum Epiſcoporum in templo Apollinis, in
Vaticano palatii, Neroniani . Hæc ex pontificali lib. Dama-
ſi deſcripſi.quæ ſunt iiſdem plane verbis in epiſtola prima
Cornelii Rom. pontificis,de translatione corporum Apoſto
lorũ Petri, & Pauli inſerta, ſic enim ille ſcripſit de beati Petri
corpore, Beati Apoſtolorum principis Petri accepimus cor-
pus, & decenter poſuimus illud iuxta locum. vbi crucifixus
eſt inter corpora Sanctorum epiſcoporum in templo Apol-
linis in Vaticano palatii Neroniani. Ex eo vero quod ſcri-
31 bunt Cornelius, & Damaſus Beati Petri corpus decenter po
ſitum fuiſſe inter corpora Sanctorum epiſcoporum in Vati-
cano, aperte intelligimus fuiſſe multorum Sãctorum Rom.
pontificum, qui Petro Apoſtolo ſucceſſerant, corpora in Va
ticano ſepulta . conſtructum enim locum vbi epiſcopi Ro-
mani ſepulturæ tradi poſſent, legere eſt libro pontificis Da-
maſi, ubi ſic ſcriptum reperitur. Anacletus memoriam Pe-
tri conſtruait, & compoſuit , dum presbiter factus fuiſſet a
Beato Petro vbi epiſcopi reconderentur ſepulturæ. Conſtat
igitur teſtimoniis vetuſtiſsimorum authorum, non modo
quod hoc ipſo ſum capite perſecutus, Romę ſcilicet fundaſ-
ſe,& conſtituiſſe eccleſiam Beatiſsimos Apoſtolos Petrum,
& Paulum , & 25. annis Cathedram Sacerdotalem tenuiſ-
ſe Romæ Petrum, ibique adminiſtrandę Eccleſiæ epiſcopa-
tum Lino tradidiſſe , atque in ea Cathedra , in qua ſedit
princeps Apoſtolorum ſediſſe reliques, qui ſuo quiſque tem
pore legitime ſucceſſerunt , & in poſterum vſque ad ſæculi
conſummationem ſuccedent, ſed quod ſupra notaui, epiſco
pos apoſtolis quidem ſucceſsiſſe, atque eaternam iuriſdictio
nem Hierarchiæ moderandæ ab ipſo papa habere, ratione ,
vt dicitur, ſuppoſiti, & Romanam eccleſiam Petri ipſius fun
damento cæteris pręceſſe.& petro pro ſe, omnibuſque futu-
ris ſummis pontificibus tributam poteſtatem, ut ſupra cap.
6 & 7.& 8.& 9.demõſtraui. Quibus addo Dionyſium Corin
thiorum epiſcopum anno Domini 50. Romę degentem ſic
32 teſtatum, vos habentes commonitionem a Petro , & Paulo
plantationem Rom. eccleſiæ coniunxiſtis . ambo etiam ad-
uentantes atque in hac vrbe ſimul docentes, etiam marty-
rio pariter vno, eodemque tempore coronati ſunt &c. ut ẽt
patet Caium illum paulo ante citatum ſub ſeuerino papa
33 dixiſſe. Egeſippum præterea. qui Aniceto papa Cathedram
regente Romam uenit, anno circiter 160. ſcribentem in ſu-
pra etiam citato quandoque lib. tertio de excidio Hieruſalẽ
quæſiuiſſe Neronem cauſas Apoſtolos occidendi, & compre-
hendẽdos mãdaſſe, & Petrũ rogatum a multis, ut ſecederet
facile eſt notare. Nec prætermittendum cenſeo. Io. Euangel.
Diſcipulum illum Beatum Ignatiũ ad Tharſen. ſcribentem
34 in hęc verba . Quid , quod Petrus crucifixus eſt . Paulus , &
35 Iacobus gladio obtruncati ſunt, Ioannes in Pathmum re-
legatus. Itemque Ambroſium in ſermone 67. inquientem,
Non ſine cauſa factum putemus, quod vna die, uno loco, vni
us tyranni tolerauere ſententiam , vna die paſsi ſunt , vt ad
Chriſtum pariter peruenirent , uno loco ne alteri Roma de-
eſſet, &c. & ibi palo infra probantem paſſos Petrum, & Pau-
lum in hac vrbe Roma, quæ principatum , & caput obtinet
nationum. Quo ſane teſtimonio Henrici illius, quem ſolita-
rium Speculator mox citandus uocat opinio conuincitur,
exiſtimantes, Paulum anno a Petri morte paſſum, ut ex Pe
lagio, Nicolao, & Ambroſio, docet etiam Speculator in ſuo
pulcherrimo tractatu in ſcripto rationale Diuinorum offi-
ciorum, lib.7. capitulo 15. cuius eſt initium, De Petro, & Pau-
36 lo quæſtio eſt, in principio . Sed quo pacto præterire potero
Pau-

Paulum Oroſium lib. 6. hiſt. cap.6. dicentem in hæc verba.
Anno ab urbe cōdita octingēteſimo quinto Tiberius Clau
dius ab Auguſto quartus Regnum adeptus eſt, manſitque in
eo annis 14. exordio regni eius Petrus Apoſtolus Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, Romam venit & ſaluarorem cūctos creden
tes fidem fideli verbo docuit, potentiſſimiſque virtutibus ap
probauit, atque exinde Chriſtiani Romę eſſe ceperunt, &c.
eundemque ſubdentem in cap. ſequen. Nero primus Romæ
37 Chriſtianos ſuppliciis, & mortibus affecit, ac per omnes pro
uincias pari perſecutione exeruciari imperauit, ipſumq; no-
men extirpare conatus, Beatiſſimos Apoſtolos Petrum cru-
ce, Paulum gladio occidit. Et illud omnino patet ex Cathe-
dra Petri Apoſtoli, & eccleſia principali vnitatem Sacerdo-
38 talem exortam eſſe, ut aſſerit Beatus ille martyr Cyprianus
in epiſtola 4. quam ſcripſit ad Cornelium Rom. pontificem,
& Optatus Maleuitan. Hieronymus presbiter, & Auguſtinus
viri doctrina, & Sanctitate inſignes affirmant. Cui plane rei
conſequens eſt, non iniuria a piis omnibus ſemper eſſe ob-
ſeruatum, quaſi Diuina lege ſancitum, ad hanc ipſam Petri
Cathedram primas perpetuo apud omnes gentes obtinentē
39 maiores epiſcoporum capitales cauſas deferri oportere. Si
enim hæc Sancta Sedes primatum, qui vocatur, inter cæte-
ras habere dignoſcitur, vt certe fateri omnes debent, Si Pe-
tri eſt hęc Cathedra, ut porro eſt, ſi Petro authoritas, & iuriſ-
dictio pro ſe, aliiſque omnibus, qui poſt eum fuerint, eiuſq;
legitimis ſucceſſoribus, ſummis pontificibus a Chriſto Ieſu
eſt tributa, ut tributam eſſe conſtat, ſi epiſcopalis quidem
ſūma dignitas, Catholicæ Sedis, & papæ authoritate eſt infe
rior, vt ſane eſt, ſi ſuper petram conſtituit Chriſtus eccleſiam
ut fundatam quidem eam, & matrem, & principem eccleſia
rum omnium eſſe voluit, mirum certe nemini videri debet,
quod ſæpius dictum eſt, ratione quoque comprobatum om
nino apparere, ſcilicet epiſcoporum in partem, ut loquūtur,
ſollicitudinis Papę adſcitorum, & laboris ſociorum, cauſas
criminales quas maiores vocant ad papam, Sedemque Apo-
ſtolicam, veluti caput, & fundamentum neceſſario eſſe refe
rendas, ipſoſque epiſcopos omnes minores maiori epiſco-
po Romano oportere obedientes eſſe, ut etiam Bonifacius
ſecūdus, qui fuit quinquageſimus quintus in illa ad Eulaliū
epiſtola de reconciliatione Carthaginen. Eccleſiæ vnde de
promptum fuit decretum illud inſcriptum in canone. Ad
hoc diſpenſationis. 89. diſt. & confirmat epiſtola precedens
ipſius Eulalij, & Iuſtini pro ipſa reconciliatione inſcripta.

SVMMARIVM.

1 *L. quicunque. C. de epiſc. & cleric. dubitandi rationis gratia adducitur ab alijs non allegata.*
2 *Solutio prima ad illam legem ſecundum opinionem Feliny, & aliorum generaliter dicentium, iura contraria eſſe antiquata.*
3 *Secunda ſolutio ſecundum authorem.*
4 *Tumultus & ſeditio non patitur moram, & propter illum ſedandum multa permittuntur illicita.*
5 *Intellectus verus ſecundum authorem ad d. l. quicunque.*
6 *Princeps ſæcularis uſurpans ſibi authoritatem expellendi Epiſcopos, & etiam lege cauens abſque papæ authoritate, oppugnat libertatem Eccleſiaſticam, & eſt excommunicatus, & cum eo cæteri, qui vtuntur lege.*
7 *Solutio vniuerſalis ad iura, & authoritates contrarias.*
8 *Hęreſis accuſatus non habet locum certum, ſed vbi reperitur, conueniri, & condemnari poteſt, & non remittitur.*
9 *Non remittendi rei, plures cauſæ, & Impedimenta, remiſſiue.*
10 *Aegidius Boſſius Mediolanen. eruditus, magnoque uſu, & exercitatione criminalium cauſarum præditus, & ibi alij, qui remitti hæreticum non debere notant, & reprehenditur Couarruuias.*
11 *Inquiſitores prouinciarum, ſeu Regnorum negantes remittendos epiſcopos accuſatos de hæreſi, vituperationem, atque improbitatem incurrerent.*
12 *Epiſcopi etiam de hæreſi accuſati ad papam ſunt remittendi.*
13 *Papa ad ſe appellantes epiſcopos etiam in crimine hæreſis, imo & alios audit, & cauſas ad ſe auocat, ex iuſta præſertim cauſa.*
14 *Iuriſdictionem Sancti officii Inquiſitionis papa ad Inquiſitores Prouinciarum, ſeu Regnorum tranſlatam priuatiue quidam male iactant.*
15 *Iuriſdictionem ex priuilegio concedens ſuperior non exercet, niſi ex priuilegio habens, eſſet negligens.*
16 *Inquiſitores prouinciarum, & Regnorum putantes a ſe iudicandos epiſcopos notatos hæreſi, eſſent ſimiles Seiano deſignato conſuli, & ſocio Tiberij vocato, & ibi hiſtoria Seiani Ex Dione.*
17 *Prouerbium Græcum de his, qui ſibi inutilia quærunt, & Fabella a Metanio Agrippa ad plebem a patribus miſſo oratore relata.*
18 *Non licet ex æquo cum ſummo pontifice, imperatore, & quod peius eſt, tentare ſuperiores eſſe.*
19 *Qui id tentant Luciferani appellantur.*
20 *Papa pater patrum cum omnibus prælatis in iuriſdictione concurrit.*
21 *Papa Iudex eſt ſupremus omnium etiam ſuperiorem non recognoſcentium Regum & imperatorum.*
22 *Papa omnium iuſtitię fons, tenebras fugat bona uoluntate, poteſtate, & facilitate agendi præditus.*
23 *Poteſtati non reſiſtendum, & de dignitate eccleſiaſtica non iudicandum.*
24 *Ab exordio eccleſiæ ſemper ab omnibus epiſcopis præſtita eſt obedientia Romanæ eccleſiæ, & pontifici maxime eſt ſemper ab omnibus exhibenda.*
25 *Conceſſa iuriſdictio alteri, non impedit poteſtatem principis concedentis ſemper reſeruatam illæſam.*
26 *Inferior concedens iuriſdictionem amittit, & ita intelligi authoritates, in contrarium allegatas ſecundum aliquos.*
27 *Iuriſdictio tunc ceſſat in principe concedente, quando in primis cauſis eſt conceſſa iuriſdictio alteri cum caſtro ſeu ciuitate, & tamen remanet ſemper maior iuriſdictio penes principem illæſa.*
28 *Iuriſdictio Papæ ſemper remanet illęſa reſeruata, nec abdicatur ex conceſſione facta alteri.*
29 *Maxime non facta expreſſa mentione in conceſſione quod cenſeatur abdicata.*
30 *Imo etiam ſi priuatiue a ſe concederet Papa, poſſet ipſe uel ſucceſſor reuocare.*
31 *Authoris quaſi præſagium de nonnullis Inquiſitoribus prouinciarum ſeu Regnorum, qui Legato, ac Iudicibus deputandis ſe pares profitebantur.*
32 *Solus papa, ſeu ab eo particulariter deputati, Epiſcoporum criminales etiam hæreſis cauſas decidunt.*

Quæ in contrariam partem a negantibus capitales epiſcoporum cauſas ad papam deferri oportere, dicta reperiuntur, partim ſpecialiter, partim generaliter confutantur, & authoris ſententia concluditur, & quid prouidendum ſit, monetur. CAP. XII.

Quoniam vero noſtram hactenus ſententiam quam hic potiſſimum intenderemus, non ſolum argumentis, rationibus, ſed iure, & legi
bus, & uariis Canonum, conciliorumque decretis atque exē
plis confirmauimus, iam contraria quę a negantibus capita
les epiſcoporum cauſas papam deferendas, dici poſſent refu
temus ac refellamus oportet, ne qd prętermiſiſſe videamur,
1 quod noſtri ſit huius argumenti. dicemus igitur neminem
nos inueniſſe hactenus ex noſtris Doctorem, qui attigerit dif
ficile admodum huius rei argumentum continens caput
legis. quicunque reſidentibus. C. de epiſcopis & clericis. vbi
aperte videtur ſtatui, epiſcopos ab alijs coepiſcopis epiſcopa
li poſſe loco, & nomine detrudi, & detruſum, expulſumque
minime poſſe rurſus petere ſe reſtitui, & ſic non videtur eſſe
verum, quod ſupra eſt confirmatum, nō poſſe ab alio quam
a papa Epiſcopū priuari, cum in d. l. quicunque, ab epiſcopis
priuatum epiſcopū, & ab Imperatore ipſo prohibitum, poſ-
ſe principis reſcriptum ad redeundum impetrare, niſi ex cer
ta, vt dicitur, ſcientia Imperator reſcripſerit, plane conſtet
ſecundum commu. opinionem, quam ibi teſtatur Salycet.
2 Verum enimuero ſublatum eſſe uidetur illius tex. argumen
tum, tum ex ijs quæ dixi notari pręcipue a Felino affirmante.
iura quęcūque dicentia epiſcopum ab alio quam a ſummo
pontifice quandoq; damnatum, eſſe antiquata, tum, vt ego
arbitror, quia tex. ille in l. quicunque. ab Archadio, & Hono-
rio Auguſtis fuit promulgatus, quo tempore Imperium Cæ
3 ſarum nimium ſibi tribuebat, & arrogabat. Vel certe, quod
magis probo, detruſum, & expulſum epiſcopum a Sacerdo-
tibus, id eſt epiſcopis fuiſſe, & ab alio, quam Imperatore non
poſſe reſcriptum reuertendi impetrare, cum cōtra quietem
publicam conturbauerit epiſcopus ipſe vrbem, & ideo recte
vrbe expulſum ab epiſcopis fuiſſe, quia res ipſa ſeditionis, &
4 tumultus dilationem ac moram, & cunctationem prorſus
omnem obiiciendam, ſtatimque eiiciendum ſeditioſum, ac
turbulentum epiſcopum ſuadebat, ne tanta perturbatione
maior timor oriretur. Vnde, vt in Anton. dixit Cicero, nomē
ductum eſt tumultus, eiuſque reſtringendi ac ſedandi gra-
tia multa fieri permittuntur, iuxta trad. per Specul. in tit. de
ſequen. poſſ. & fruct. verſ. ſed nunquid de ſeditioſis, & a Doc.
in l. 1. & 2. C. de ſedit. & a Diuo Thoma. 2. 2. qō. 43. & in ſum-
ma Concil. lib. 3. tit. 34. de pœnit. & remiſ. queſt. 128. Et ppea
ſeditioni illico occurrendum fuit, & expellendus vrbe epi-
ſcopus ſeditioſus, qui centum milibus paſſuum diſtare ab vr
be deberet, in qua ſeditionem concitauit, non autem ab epi
ſcopatu, ordineque Epiſcopali depoſitus fuit epiſcopus, licet
quaſi in exilium miſſus, quia priuari, & deponi a nemine niſi
a papa poteſt, ut ſupra oſtendi, & tradit Innocen. in capitu-
lo graue. extra. de præben. Atque hic ſane verus eſt ſenſus il-
lius. l. quicunque C. de epiſcopis & clericis. vt ſcilicet non ſit
depoſitus, nec priuatus ordine, epiſcopus ab aliis epiſcopis,

ſed tantum expulſus ab Vrbe, quam conturbauerat, & ita ſe
ipſum tex. declarat, ibi, a quo videtur expulſus procul ab ea
6 Vrbe, quam conturbauit centum milibus vitam agat, &c.
Immo vero dicam, quod licet imperator hanc ſibi expellen
di epiſcopum vſurpauerit iuriſdictionem, & ita fieri lege ca-
uerit abſque papę authoritate, non propterea uel ipſe, vel q
ea veterentur lege ſęculari, libertatem Eccleſiaſticam oppu
gnante poſſent effugere excommunicationem, ut no. Felin.
in cap. Eccleſia Sanctę, Mariæ, culum. vlti. verſic. tt. extra. de
conſtitutio. cum Princeps ſæcularis non poſsit bannire epi-
ſcopum a ſuo epiſcopatu, vt notat expreſsim etiã poſt alios
eruditus, ſummæque in criminalibus tractandis cauſis verſa
tus Aegid. Boſsius in ſuis variis tractatibus criminal. in titu.
de principe, & priuilegiis eius. num. 219. & certe. expreſsius
multo conſtat ex iis quæ Gelaſius papa protulit illis verbis;
Quod ſi dicunt Imperator hoc dicit, hoc ipſum quibus cano
nibus, &c. vt ſupra notaui in cap. 3. nu. 61. idque alibi etiam
legitur cautum in Nutiſconenſi. ſecundo Conci. prouinciali
his verbis. Statuimus etiam ut epiſcopus per ſęcularem pote
ſtatem non iudicetur, &c. & paulo poſt. Hoc enim decretũ
a nobis præfixum, qui fuerit audacter tranſgreſſus tam ipſe,
quam qui ei conſenſerint, &c. Cętera autem decretorum in
libris contenta iura quæ fortaſſe uidebantur aduerſari intel
ligenda accedente Papę mandato, uel omnino antiquata
cenſenda demonſtraui ſupra, ex Felin. in cap. non poteſt. de
re iud. colum. 3. num. & aliis paulo ante relatis in cap. 5. cir-
ca fin. & probat etiam Alexandri. in cap. multorum. 17. diſt.
in fin. uerſicu. nota ex iſta gloſſa. &c. ibi ex conceſsione pa-
pæ, &c. Nec quicquam eodem conſcripti initio ſi quis epiſco
pus ex Antiochena deprompti Synodo canones relati. 6. q.
4. noſtrę huic ſententię refragantur, licet dicant, ſi quis Epi-
ſcopus accuſetur. & contingat comprouinciales diſsidere,
aliquos quidem innocentem epiſcopum, aliquos uero no-
centem, putantes Metropolitanũ debere ex uicina prouin-
cia alios conuocare, & epiſcopum iudicaturos, quod ſi com
prouinciales conuenire in eadem ſententia conſtet, tũc epi-
ſcopum ab illis conſentientibus iudicatus haberi pro iudica
to, & firmam prouincialius epiſcoporum ſententiam ꝑman
ſuram. Nam certe ii canones, uel intelligẽdi ſunt, ut ibi poſt
Hug. & Archid. declarat Turrecremat. in fin. in uerb. cõdem
nare, ideſt, condemnandum pronunciare, quia nec prouin-
cialis nec uicini conuocari poſsunt condemnare abſque pa
pæ voluntate, &c. licet re vera vix facile videatur is ſenſus
conuenire priori poſſe, ſaltim canoni eiuſdem initij, ſi quis
epiſcopus, ubi dicitur. epiſcopũ per iudices Coepiſcopos pro-
uinciæ conſentientibus iudicatum apud alium nullo modo
iudicari, ſed firmam concordantium epiſcoporum prouin-
7 ciæ manere ſententiam. Vnde difficile eſt aſſentiri exponen
tibus condemnare, id eſt, condemnandum pronunciare. prę
ſertim, quia vti eo, cap. 6. nu. 2. notaui ex Abbate, & Fel. in c.
non poteſt. de re iudi. Coepiſcopi non poſſunt pronunciare
epiſcopos deponendos, aut priuãdos, eoq; ſane ſunt ij cano-
nes declarandi, ut loquuntur, videlicet in certis criminib. ci
tra priuationem ordinis, aut depoſitionem ut ſupra monui
in cap. 6. nu. præſertim 12. & 13. & ſeq. Non enim abſque ra-
tione adiecerunt illi canones. Si quis epiſcopus, verbum, ali-
quibus, nec ſimpliciter de omnibus criminibus ſunt loquu-
ti, cum aliquæ ſint criminum accuſationes, quę etiam a cõ-
prouicialibus definiri poſſunt, ut in eo cap. 6. dixi, ita, ut non
obſint ij canones, quia poſſunt epiſcopi citra depoſitionem,
& priuationẽ iudicari a Coepiſcopis, & tunc firma erit coe-
piſcoporum ſententia, quando non ſit ad maiorem appella-
tum, ut dicit expreſſim tex. in eo. cap. ſi quis epiſcopus tertio.
in verſiculo ſubintelligendum vero, eadem ſexta quæſtione
quarta, vbi etiam Archidiacon. & Turrecremata. Ac porro
8 licet hæreticæ prauitatis inquiſitores ubique conſtituti iudi
ces, viri alioquin eruditione, prudentia, probitate, authorita
te præſtantes a multis putarentur, non omnino temere for-
ſan recuſare, & poſtulanti apoſtolicæ ſedi pręciſe negare ac-
cuſatum epiſcopum, archiepiſcopũ, ſeu patriarcham ad vr-
bem tranſportandum, imo ibi iudicandum, & quaſi hæreſis
nomine ſuſpectum a detinente magiſtratu condemnandũ,
aut liberandum, nec alio remittẽdum, vt pote quem in Chri
ſtianam Rempublicam, magno etiam noſtro malo peſtife-
feram, & pernicioſam Luterianam ſectam multis ab hinc
annis introductam, atque inſertam, & plures iam ſtultos in
dies magis infatuantem, & venenatis configentem telis ſecu
tũ, ac propterea non eſſe ſic accuſato locum certum, ac pro
prium, in quo ſolo conueniri oporteat, ſed vbique conueni-
ri, & condemnari poſſe cautum dicant, vti etiam per l.
Arriani. C. de hæretic. notat ibi Burrigar. in principio cuius
ſane authoritate, addita quoque illa Bartol. in l. ſi domum.
ff. de furt. nos. Guie. Pap. 2. deciſ. quæſt. 202. In remiſſione. nu.
primo. verſi. 4. ꝙ ipſe delatus non ſit accuſatus de hæreſi, &c.

9 Vbi hæreſis nomine accuſatos, & deprehẽſos non remittẽn-
dos ait. tradens crimen id inter cætera impedire, ſeu excuſa-
re remiſſionem, quæ dicitur, reorum, de quibus impedimen
tis ſeu excuſationibus eorum, qui non remittunt. Doct. poſt
10 Bar. in l. 1. C. vbi de crim. agi oportet. Aret. Felin. & cæteri in
c. vlt. de fo. comp. cum aliis relatis ab erudito, magnoque vſu
atque exercitatione criminales agendi cã prędito. Aegi. Boſ
ſio Mediolanenſi in pulchro illo paulo ante citato libro va-
riorum tractatuum crim. tit. de foro comp. num. 48. cum plu
ribus ſeq. & plures alios referendo notat. Caterius in paxi cri
minali. in §. circa itaque, nu. 61. & ſeq. in pagina 247. ex Gui-
lielmi Rouilii Lugdunenſis impreſſione. & ex illis pleroſque
refert Felin. in dicto capitulo vltimo. de foro competen. in
quarta columna. Capel. Toloſan. deciſ. quæſtione 319. item
fuit quæſitum, quidam de Narbo. vbi add. Afreri, & Boerius
deciſ. quæſtione vigeſimanona. Habita fuit alia quæſtio in
curia, an remiſſione, &c. & præter Guid. atque alios paulo an
te relatos affirmantes hæreticum quocunque in loco reper-
tum puniri poſſe, & non remittendũ, notauit poſt alios, quos
refert Caſſaneus in conſuetud. Burgund. Rubri. 12. num. 17.
vnde etiam ſumpſit eruditiſſimus, & ſapientiſſimus Didacus
Couarruuias Arch. Sancti Dominici in ſuo pulcho libro Pra
cti. quæſt. cap. xj. num. xij. declarans eam communem opi. in
telligendam eo caſu, quo nulla petatur remiſſio, ſecus vero
vbi remiſſio peteretur, inquiens, ſe non videre rationem effi
cacem, quæ huic obſtet remiſſioni, ſi ea petita ſit, atque, etiã
addens remiſſionis iuſtitiam ſic comprobari. Sed certe dicã
tanti viri pace, hanc declarationem eſſe potius acutam in-
terpretationem quam planam, veramque, aut reprehenſio-
nem indignam notationem, cum porro liqueat hæreticum
vbique delinquere. quoniam non momento tantum aliquo
ſed omni etiam tempore id genus delicti idem eſſe cẽſetur
delictum, cuius ratione vbicunque, repertum, puniri poſſe;
nec remitti eſt recte receptũ niſi uero publice magis in uno
quam alio loco deliquiſſe conſtaret, tũc enim ad locum vbi
magis publicum eſſet delictum remitti deceret, & ita ꝓprie
notant. Doct. in cap. ut commiſſi. vbi poſt Domin. Franc. col.
2. in glo. in verb. proceden. verſic. & hoc vltimum procedit.
de hæret. lib. 6. Atque ideo ſimpliciter loquendo circunſcri-
pto eo quod ſcilicet conſtet peccaſſe, publice puta concio-
nes, aut ſermones palam ad populum habuiſſe, hæreticum
non remittendum etiam petitum, eſſet dicendum, quia cri-
men hæreſis in Deum ſolum præcipue committitur, & inde
in omnium fertur iniuriam, vt dixit Ioan. Monach. eoq; vbi
que inuentum merito puniendum, nec remittendum, cum
vbicunque ſit Tribunal cauſæ Dei, iuxta illud pſalmi. Domi-
ni eſt terra. & plenitudo eius, nec dari poteſt locus, vbi ma-
gis hęreticum deliquiſſe dici poſsit, quoniam æque vbiq; pec
caſſe conſtat. d. l. Arriani. C. de hęret. & notat Philip. Prob. in
addit. in Ioan. Monach. in c. inquiſitores. num. 4. eo. tit. de hæ-
ret. in 6. & ſuperuacua eſſet quęſtio an remiſsio fiat non peti-
11 ta, cum niſi petita non fiat. Tamen iidem ipſi quicunque eſ-
ſent Inquiſitores a prudentibus, doctis, piiſque, & Chriſtianę
religionis ac veritatis ipſius ſtudioſis hominibus minime ex
cuſandi, nec laudandi eſſent, ſed potius in hiſce cauſis, eas ſi
forte ſibi vindicarent ſuo ueluti iure, quin vituperarentur,
atque improbi notarentur, non poſſent effugere, & quo-
quo ſe uerterent in ſuſpitioſiſsimo hoc negocio offenſionẽ
temeritatis, ac probri, & maledicti, atque adeo Diuinę maie
ſtatis iram læſique imperii Sanctæ ſedis perturbationem vix
12 certe vitarent, cum non ignorent in pontificali gradu digni
tatis locatos, ſcilicet epiſcopos. Archiepiſcopos, & patriar-
chas etiam crimine hæreſis notatos, non poſſe nec debere
alibi, nec ab alio quam apud ſummum pontificem, aut eum
cui ipſum Chriſti Vicarium nominatim demandaſſe cõſtet
damnari, ſed omnino ad papam eorum cauſas, licet de hære
ſis crimine, deferendas, ut in dicto cap. Inquiſitores, de hære
ti. lib 6. not. Ioan. Monach. & prudenter etiam animaduertit
probus in ſuis addit. ibi. num. 4. verſicu. iſtud habes modifica
re, per thema Ioan. Monachi hic, quod procedit ratione pon
tificalis dignitatis &c. præterquam quod non dubitatur ſupe
riorem, puta papam ſupplici ſibi exibito libello rogatum, ſeu
13 appellatum poſſe, & debere, & præſertim recognita, iuſtaq;
aliqua ratione, cæteris Iudicibus inhibere, & hæreſis cauſas,
etiam Ordinarii cuiuſque hominis, ne dum epiſcoporum ad
ſe auocare, iuxta tradita a Panormit. in cap. paſtoralis. in fin.
principii. extra. de appellat. & Felyn. poſt alios in capitulo ad
14 abolendam. extra eodem titulo. de hæret. Neque uero feren
di eſſent iidem Inquiſitores forſan minime tranſmittẽdum
accuſatum, capitiſque reum epiſcopum, ſeu Archiepiſco-
pum aliquem credentes ad Romanam ſedem, nec per alium
Papæ Legatum; aut iudicem conſtituendum, quam per ip-
ſos met inquiſitores iudicandum, quaſi iuriſdictio omnis
cauſarũ Sancti inquiſitionis officij apud inquiſitores transla

ta ſit, & a Roma. ſede prorſus fere abdicata, iuxta ea, quæ no.
Rom. in conſil. 393. Præſens conſultatio, & in ſingulari 21. vi
get pactum. Ang. in l. teſtamenta. C. de teſtam. Fel. in c. paſto-
15 ralis. col. 22. de of. ord. ubi erenim conceſſit ſuperior iuriſdi-
ctionem, retinet eo tantum caſu, quo iuriſdictionem ex pri-
uilegio habens eſſet negligens. Curt. ſenior inter conſilia feu
dalia conſ. a Vaſallus habens. col. 1. allegans text. in c. Roma-
na. de of. ordi. in 6. & Albertus Brunus in eiſdem feudalibus.
cōſ. 57. viſis dubijs. col. 1. Iacobin. de Sancto Georgio in trac.
feud. circa fin. Fel. in d. c. paſtoralis. in colum. tertia. limitatio
ne 6. & in capitulo irrefragabili. colum. prima. & ibidem car
din. Zabarella, eo. tit. de of. ord. Nam porro ſi quod vix cogi-
16 tandum eſſet, aliqui inquiſitores, ſui ipſius obliti id aſſerere,
aut tentare auderent, notam temeritatis, turpiſque erroris
minime quidem effugerent, & parere recuſantes putarētur,
uel ſuperbi, vel certe minime aſſueti imperata facere, & ve-
luti Seianus ille deſignatus conſul, uocatusq. ſocius, & parti
ceps conſiliorum Tiberii, ac plane non minori honore quā
Tiberius a populo Romano aliquandiu affectus, & obſerua
tus, de quo Dion Niceus in epitomæ rerum Romanarum a
Pompeio Magno ad Alexandrum Mameæ filium in Tibe-
rio paulo ante finem meminit, contemni, manifeſteque de-
ſeri, ac ludibrio lędi inciperent. & ſane addiſcerent non de-
cere vnquam ſe homines vllo pacto extollere, principiſque
17 authoritatem ac ſupremum ipſum gradum deludere, atque
omnino in illud merito incident vulgare, factum ſermone
prouerbium, de ijs qui ſibi inutilia quærunt, vt idem Dion.
in Othone in princ. notat, inquiens, *τί γὰρ αὐτοὺς ἔδει μακραῖς αὐλοῖς αὐλεῖν*. hoc eſt, cur oportuit eos longis tibiis canere? ita,
vt uel ſubito eorum ſe authoritatis, vel potius ineptiarum,
atque impetus, ac furoris pœniteret. Membra enim capiti,
ut eſt in prouerbio, debent obedire, neque vero expectabūt
ij quaſi in concordia eccleſiæ manere incertum miſſum illum
ad plebem a patribus Romanis olim oratorem Meneuium
Agrippam fabellam illam recantaturum, videlicet conſpi-
raſſe quandoque membra in ventrem, ne minus ſcilicet ad
os cibum ferrent, ne os datum acciperet, ne dentes conſpice
rent, & hac ira ventrem fame dum domare vellēt, membra,
ipſa quidem vna, totumque corpus ad extremam tabem ve
niſſe, indeque apparuiſſe uentris præcipuum miniſterium eſ
ſe, & alere magis, quam ali, reddentem illum in omnes cor-
poris partes hunc, quo homines viuunt, vigentque diuiſum
pariter in venas maturum confecto cibo ſanguinem, vt re-
fert Liuius lib. 2. decad. 1. quam enim inteſtina illa eſſet ſedi
tio membrorum iſti ſimilis inquiſitorum. aut principum irę
atque inconſiderariſſimæ temeritatis in ſummum pontifi-
cem facile poſſunt cognoſcere, ac ſibi perſuadere nullam eſ-
ſe excuſationem idoneam, cum, vt ſignificātius multo ille
altiſonus Chriſti ſatelles, ſummusque preco Paulus Apoſto-
lus in 1. ad Corinth. epiſtola cap. 12. expreſſit, aptiusque ad rē
noſtram protulit, caput quidē cæteris licet præſtantius, mē-
brorum tamen vſu indigere, ac propterea non debere ſchiſ-
ma eſſe membrorum, quæ ſimul quidem iuncta, vnum eſſe
corpus conſtat. itemque ipſum Chriſtum in eccleſia primū
apoſtolos conſtituiſſe, ſed tamen non omnes poſſe apoſtolos
eſſe, omnes vero certatim oportere in fidei, & Dei admirabi-
lis filij cognitionis contemplationisque, atq; eccleſiæ ipſius
vnitatem conuenire, tanquam membra, ſuo quæque deſti-
nata officio ab ipſo Chriſto, qui extat caput ipſum primum,
ac ſuſtentaculum potiſſimum eccleſiæ, ut etiam Paulus no-
tat in epiſtola ad Epheſios cap. 4. Satis igitur conſtat, vt mem
18 bra, quæ capiti natura ipſa finxit obedientia, parere omnino
19 oportet. ſic propemodum veluti membra debere alios papæ
20 ut capiti obtemperare, cum minime liceat ex æquo cū ſum
21 mo pontifice imperare, & quod multo deterius eſt, ipſo vel-
22 le ſuperiores eſſe, nec iniuria Luciferanos, vt hoc vſurpē ver-
23 bum Iſidori lib. 8. ethymolog. c. 5. redactum in canone. Qui-
dam. §. Luciferani. 24. q. 3. poſſe appellari aliud tentantes,
quaſi cœlum conſcendere, & ſuper aſtra Dei ſuum ipſorum
exaltare ſolium, & ad infinitam veluti nubium altitudinem
conſidere, ſimileſque ac pares altiſſimo fieri, uti facile eſt no
tare ex d. §. Luciferani. & ex c. 14. Iſaię. nam papā quidē patrē
patrū cū oībus prælatis in iuriſdictione concurrere dñs no-
ſtri Io. Monac. in c. ſi eo tpe. de ele. in 6. Bal. in c. 1. in princ. col.
2. qui feud. dat. poſſ. in vſ. feu. eiuſq; papæ, & Dei idē eſſe cōci
ſtoriū pferūt Hoſt. in c. q̄to. de tranſla. Prel. Abb. in c. venera-
bilē, de ele. & ppea iudicē eſſe ſupremū oīum & ſuperiorē, vt
loquunt, nō recognoſcētiū, & Regū atq; imperatoris. gl. in c.
ex trāſmiſſa, de fo. cōp. Inn. in c. licet. eo. tit. Doc. in c. nouit. de
iud. Frā. in c. ſi duob. §. deniq; de appel. Abb. ī c. cū Ioānes de
fid. iſt. eūq; oīū iuſtitię fōtē tenebras fugātē. nā ū illis q̄ ī actio
ne hoīs ſunt ſpectāda, bonæ, ſ. volūtatis, ptāte, & agendi fa-
cilitatis ornamentis, atque habilitatibus, & opportunitatibus
præditum cenſeri papam, not. Bart. Soc. in conſ. 144. Viſa bul

la, paulo poſt principium, verſic. 3. loco, vel. 4. Ac ſane diui
illius Pauli ad Rom. cap. 14. & 23. & expreſſius multo autho-
ritate diui Cypriani in epiſtola 13. ad Steph. lib. 3. Deterrendi
eſſent omnes qui audere vellent iubenti Roma. pontifici ob
ſiſtere, cū ut ſupra, dixi, & ait Paulus omnis poteſtas ſit a Deo
ut qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, &c. Scriptum
eſt principi non maledices, &c. Et ut Cyprianus dicit, Quam
vanum eſt patri illudi, & de maieſtate ac dignitate eccleſia-
ſtica iudicari, & propterea a papa ſcribendas literas ad Arela
tenſes quibus ſignificet abſtento, ut ipſe loquitur, Marciano
24 quis ſit in eius locum alius ſubſtituendus. Atque adeo vel ab
exordio naſcentis eccleſiæ reperitur obſeruatum Rom. pon-
tifici debitam obſeruantiam atque obedientiam præſtari ſo
litam ab omnibus epiſcopis, vti ſupra Aegiptios etiam teſta
tos, & feciſſe Epiſcopos notaui ex illorum ad Felicem ſcripta
epiſtola, & facile colligitur ex epiſtola Leonis ad Anaſtaſiū
Teſſalonicenſem ſcripta 28. ibi uices mei moderaminis de-
legaui. & Iuſtor. Tripartitæ lib. 4. cap. 7. & cap. 15. & Euſebio
Cæſarien. li. ſeptimo. Eccleſiaſticę hiſt. c. 27. & ex Hier. in 4.
tomo poſt princ. pag. 34. ubi de Tarſis dicente Retium Au-
guſtanen. epiſcopum a Conſtātinopolitano imperatore ſub
Sylueſtro Romam miſſum ob cauſam Montanceſium, aliſ
que plurib. ſupra relatis authoritatib. & infra etiam dicetur
neque vero excuſandi eſſent negantes parere, & ſuo quaſi
25 iure uſurpātes iuriſdictionem quam ſibi ab apoſtolica ſede
datam ſciunt, eoque ab eodem ſuo ipſius arbitrio eripi atq;
auferri poſſe palam eſſe, tanquam ab ipſa Sede Apoſtolica
minime abdicatam, cum hoc caſu non dubitetur cōceſſam
iuriſdictionem alteri non impedire aliquo pacto ius ac pote
ſtatem principis concedentis, ſed eius ſemper authoritatem
integram conſeruatam intelligi, ut proprie notat de papa lo
cutus Bald. in conſ. 326. Rex. Roma. in fin. uolumine primo
licet quando non eſſet princeps concedens, ſed aliquis infe-
rior Magiſtratus, qui haberet etiam poteſtatem, tunc iu-
26 riſdictio inferioris magiſtratus impedita admittatur, ut di-
cunt aliqui ſupra citatas in contrariam partem intelligēdas
27 authoritates. Vel verius ubi conceſſum eſſet a principe ca-
ſtrum cum iuriſdictione primarum cauſarum, ut proprie de
clarans locos allegatos notat poſt alios Grammaticus in de-
ciſ. 30. in cauſa excellentis Comitis. nu. 3. & nu. 7. verſ. nec ſuf
ficiunt. &c. dicens, non eſſe dubium penes concedētem prin-
cipem remanere illæſam iuriſdictionem. & num. 10. verſ. nam
eadem eſt rātio de qua ſupra, quod imperator non concur-
rit in iuriſdictione cum præfato Comite, ſed magna Curia
dumtaxat, & nihilominus ſpecialiter in inueſtitura, & num.
21. & ſequent. Atque ideirco cum non ſit hæc quæſtio, ſeu
cauſa ad inferiores ſpectans, ſed ad papam ut ſupra oſtendi
28 facultate data a ſede apoſtolica, non debent inquiſitores qui
cunque abuti, quia certe hac de re, ſcilicet papam aliquibus
iuriſdictionem etiam ſpecialiter concedentem, non prote-
rea cenſeri a ſemet ipſo præſertim abdicaſſe, at maiorem
iuriſdictionem ſibi ſemper reſeruatam intelligi, eſt videre
in cap. dudum de præben. in 6. & notatur dicto capit. per hoc
de hæret. eodem. lib. & l. 1. C. de off. præfect. Vrb. Anchar. in
conſil. 28. Rationes, & conſil. 164. colum. 4. Bald. in l. qui ſe pa
tris. C. vnde lib. Præcipue, quia papa concedens inquiſitori
29 bus non expreſſit a ſe velle abdicare talem poteſtatem, eo-
que tanto minus cenſetur ſibi præiudicaſſe. Ant. But. in cap.
30 cum dilectus. de appel. Alexan. conſil. 86. in fin. volum. 1. at-
que adeo etiam ſi conceſſiſſet alius quiſpiam qui ante fuerit
pontifex, vel etiam ipſe forſan papa, poteſt ſuo arbitratu re-
uocare. cap. propoſuit. de conceſ. præben. Ioan. Sylua. in trac.
de benef. in 4. parte q. 8. nu. 17. Io. Landin. in tract. de calib. in
quibus ſummus pontifex non poteſt, aut non debet diſpen-
ſare cū papa ſit caput omīum, quaſi ipſius ſit Orbis, & pleni-
tudo eius. c. tua nobis, de decimis. c. ſolitæ, de maior. & obed.
c. ſignificaſti. de ele. in fi. diuus Thom. 2. q. 19. di. 4. c. cuncta per
Mundum, 8. q. 3. cui ſane pontifici max. non eſſe contradicen-
dum, nec aliquo pacto reſiſtendum, ſaltim Chriſti Ieſu exē-
plo doceri omnes debent. ille enim Seruator noſter cū repre
henſus a perito eo homine eſſet cur ſic rñdiſſet pontifici, ho
norem pontifici præſtandum docens, ſuamque ipſius innocē
tiā defendens, dixit apud Io. 18. Si male locutus ſum, &c. Quæ
verba honoris pontificij conſeruandi gratia eſſe ab ipſo Chri
ſto Ieſu prolata, no. Cyprianus in illa epiſtola. 9. li. 4. ad Florē-
tium alias propianum ſcripta, & alibi in primo. lib. epiſto-
la tertia ad Corocl. Addens, etiam illud Pauli dictum, Act.
Apoſt. 23. Neſciebam fratres, quia pontifex eſt, &c. Minime
autem poſſent illi ijdē inquiſitores notam arrogantię, ac ſu-
perbię uitare, ſi, quod licet non eſſet credendum, tamen
31 valde ſuſpicor, & quaſi neſcio quid præſagiens in animo ha-
beam præcauendum, & maxime & prouidendum, omniq;
proſpiciendum conſilio, & pontificia declinandum autho-
ritate moneo, prædico, & antenuntio, ampliſſimo Legato ip
ſiae

ſi ac Iudicibus hinc ſecum receſſuris, aut con ſtituendis for-
23 taſſe pares, ac ſocios ſe haberi contenderint, cũ certe liqueat
ſolum papam, ſeu ab eo nominatim prçſtitutos ac delegatos
iudices tantum, & non alios poſſe, & debere has epiſcoporũ
criminales, etiam hæreſis cauſas ſtatuere, & decidere, ut in
dicto capitulo inquiſitores, de hæret. in 6. notauit Ioan. Mo-
nach. & probus, & cæteri atque ex iis, quæ attuli probatum, &
confirmatum omnino videtur. & ſatis eſſet ita caueri etiam
Tridentio Conc. in ſeſſ. 13. de reform. cap. 6. & ante etiam in
cap. quo iure. 8. diſtin. & cap. ad abolendam. §. damnat. vero.
extra. de hæret.

S V M M A R I V M.

1 *Concluſio authoris quod cauſæ epiſcoporum capitales, & aliæ quæ dicuntur maiores, ob Sanctæ Romanæ Sedis authoritatem ad papam deferuntur.*
2 *Cardinalium collegij, & conciſtorii eſt facere, ut tales cauſę ad Papam veniant, aut cardinalis ad partes deputetur.*
3 *Legatus de latere papę locum, & perſonam ſuſtinet.*
4 *Author non curaret vt veniret ad Vrbem epiſcopus capitis accuſatus, an ad eum iudicandum, mitteretur legatus papę.*
5 *Non curatur de modo, dummodo habeatur effectus,*
6 *Sępe a Romanis pontificibus deſtinati ſunt Legati ad cauſas maiores & capitales epiſcoporum iudicandas.*
7 *Ciuiles cauſæ epiſcoporum apud Metropolitanum adibitis coepiſcopis iudicantur.*
8 *A Metropolitano in cauſis ciuilibus ad patriarcham appellatur, & eius ſententiæ ſtatur.*
9 *Ciuiles tamen epiſcopi communes ſibi, & ſuffraganeis, vel ſtatus generalis, non cognoſcuntur a metropolitano, nec in eis ab illo ad Patriarcham appellatur.*
10 *An & quando ciuilis actio in eodem libello poſſit ſimul cumulari.*
11 *Actio ciuilis, & criminalis ad diuerſa tendentes, & uel inter diuerſas perſonas inuicem ſe non impediunt.*
12 *Author ſincere de materia ſe tractaſſe affirmat.*
13 *Author plura quam deſiderabantur, eſt complexus, ornamenta quadam addens.*
14 *Author ſe non melius quam alios ſcire, ſed vt omni ratione perficere opus diligenter ſcripſit.*
15 *Author quod videtur taxandum in ſuo opere poſtulat ſibi ſignificari.*
16 *Author obedientia ductus ſcripſit.*
17 *Author opus in publicum exire ſtimulis plurium affirmantium eſſe utile, & papæ & cardinalibus charum dicit.*
18 *Amore, & obtemperantia, non ambitione opus editur, conſtans ex multis reuocatis in lucem antea incognitis.*
19 *Opus ideo editum, vt experiretur iudicia hominum, & publice probatum authori quoque probandum perſuadeatur.*
20 *Author initio non ſcripſit, vt ederet, ſed ut morem gereret cardinali vitellio, & ſibi, & amicis quando opus eſſet vteretur.*
21 *Author ſe habiturum gratiam, ei qui eruditus improbabit vel comprobabit ſuum opus*
22 *Author veritatem præ cęteris maximi facit.*
23 *Non ferendos detractores, ambitioſos, & impudentes, & ſuis ſe latratibus conficere,*
24 *Obtrectatores ſua debent edere ſi meliora poſſint, & cum alicuis conferre & iudicia plurium ſubire.*
25 *Perſuadet ſibi nimium, qui ſe nemini comparat.*
26 *Author voluit magis vinci verecundia negandi quam praſtandi fiducia.*

Concludum cauſas Epiſcoporum capitales, vel Romę, vel alibi Papæ eſſe Legato definiendas. Ciuiles autem Metropolitano, & coepiſcopis iudicandas.

C A P. XIII. & vlt.

Ex his igitur facile eſt intelligere, quę nam ſit mea ſententia, illa qdem
apud probatiſſimos quoſque authores receptior, cauſas ſcili
cet maiores, & alias capitales epiſcoporum ad Sanctæ Roma
nę eccleſię epiſcopum, maximumque Chriſti Seruatoris no
ſtri Vicarium deferendas. ab eoque aut per ſe, aut certe per
alium delegata pontificia iuriſdictione iudicandas, & ſtatuẽ
das ob Sanctæ Romanæ Sedis Apoſtolicæ authoritatem, nec
condemnari a cæteris inferioribus epiſcopis poſſe nec debe
re, ut tot vetuſtiſſimorum, ac omnium etiam recentiorum
Authorum teſtimonio comprobauimus, & not. etiam in d.
cap. 1. de iudic. relat. etiam a Bero. num. 4. & quinto. de præ-
bend. aliiſque in locis recenſendis in meo illo opuſculo de
prouinciali Concilio conſcribendo, vbi agetur inter cętera.
de Synodi ipſius prouincialis iuriſdiction e. capitu. forſan. 14.
quod porro opus, & rogatus, & iuſſus, atque ad promittendũ
lucubrandumque omnino ductus quo maiori potero ſtudio
abſoluam, vt ampliſſimo, optimoque cardinali Borromeo
morem geram, atque hac etiam re gratificari voluiſſe in-
2 telligat. Putarem autem ego quidem ſapientię. S. tuæ, & ſa-
croſancti cardinalium ſenatus eſſe acerrimum ſe iuriſdictio
nis ſuæ defenſorem oſtendere, & accuſatos quoſque epiſco-
pos, aut archiepiſcopos, capitaliſque pœnæ nomine ſuſpe-
ctos ad vrbem, quod volenti beatitudini tuæ haud difficile
erit iudicandos, vel condemnandos, uel abſoluendos tranſ-
portari, aut certe eius ipſius ampliſſimi cardinalium colle-
gij probum, conſtantem, prudentem pontificia authoritate,
etiam Cardinalem de latere, ut dicitur, legatum mitti om-
nino curare. Qui ſane legatus liberandos aut condemnan-
3 dos fore iudicaturus ipſius papæ locum, & perſonam hac in
re ſuſtinebit, vt not. in l. ideo, & in l. 4. ff. de off. præſid. & in c.
2. de of. leg. in 6. a Fel. in c. mandata. circa medium, verſic. in
tex. ibi, dicens, extra. de reſcrip. a Boerio de authoritate mag.
conſ. nu. 6. a Specul. in tit. de legat. §. 3. quot ſunt genera Le-
gatorum, uerſ. item quod Legatus de latere, &c. Et §. 4. uerſi.
Legatus quoque &c. Et in §. nunc oſtendendum, ver. præmiſ
4 ſa, & verſ. Legatus &c. Quod porro vltimum, tanquam faci-
lius, quæ præſertim horum eſt temporum conditio, ample-
ctendum multi putabunt, & ego, & ſcilicet libentius quidẽ
uellem Romam ad Sanctam ipſam Sedem capitis reos epi-
ſcopus iudicandos tranſmittendos iuberi, tamen, modo, vt
aliqua ſaltim ex parte authoritas ac maieſtas Sacroſanctæ R.
eccleſiæ hac quoq; inteconſeruata intelligatur, atq; omni
no ipſius ſummi pontificis iudicio, & iuriſdictione de cau-
ſis epiſcoporum capitalibus penitus deciſum ab omnib. co-
gnoſcatur, non improbarem, cum apud noſtros quaſi ada-
5 gium ſit receptum, non eſſe modi, aut vię rationem haben-
dam, dummodo rei ipſius finem, & quod ſtudes, ac ſaluum
curas, conſequaris. l. 3. ubi Bal. & alii. C. de inſtitu. & ſubſtitu.
6 ſub mod. fact. neque vero alienum id omnino erit, niſi aliter
commodo, ſcilicet ſedis fieri poſſet a dignitate, & maieſtate
ſummi pontificis, unum ſcilicet ſui loco, veluti vicarium ad
epiſcoporum criminales cauſas grauiores iudicandas deſti-
nare, cum & antea ſæpe ab alijs Rom. Vniuerſalis eccleſiæ
moderatoribus, nec ſane iniuria, factum legatur, & ſic nõ fa
ciendum ratio ipſa, locuſque, ac tempus poſtulare forſan vi-
deantur, quod ſane maximorum pontificum, martyrumq;
ac Sacrorum plurium cõciliorum authoritates minime im
probent, affirmantes illæ quidem apoſtolicæ ſedis pontifi-
cem, aut per ſe, aut per ſuos ipſius Vicarios, ſi libuerit, debe-
re ac poſſe eiuſmodi cauſas tractare, & ſtatuere, ut plenius
iam oſtendi, breuiterque uel duorum pontificum Rom. Six-
ti, ſcilicet etiam papæ, & martyris, & Marcelli primi teſtimo
niis ſupra in 2 cap. & in cap. 3. in fi. & aliis pleriſque authori-
tatibus iam diffuſius relatis, quam ut repetere eas oporteat.
cum pręſertim, uel unum ſatis eſſe poſſit exemplum Adria-
ni papę ſecundi, qui Focii in ſedem Sancti Ignatii patriarchę
Conſtantinopolitani a Michaele Ebrioſo imperatore expul
ſi cauſam iudicaturos, Conſtantinopolim miſit tres cardina
les Legatos, ut ſupra recenſui in c. 5. licet, ut uerũ fateamq;
fatear, ac more Romano loquar, magis probarẽ literas, ſeu
nuntium mitti ad potentiſſimum Hiſpaniarum regem chri
ſtianę religionis, ac Sanctæ ſedis apoſtolicæ honoris ſtudio-
ſiſſimum, & de eccleſia optime meritum, cumque hortari,
ut F. Bartholomęum Caranzam Miranden. Toletanum Ar
chiepiſcopum nunc ibi comprehenſum, & in cuſtodiã tra-
ditum in hanc urbem Romam iudicandum transferri ſedu
lo curet. Nam porro iis literis, aut nuncio, ni ego fallor, ut
plane vix hac in re fallerer, tum ille ipſe catholicus rex aeque
fecet, tum nullus in legatum ſumptus fuit, uel certe omni di-
ſceptandi, & controuertendi occaſioni occurreretur, ac ma
iori ſaltim cum dignitate ſedis apoſtolicę authoritas conſer
7 uabitur. Ciuiles uero quas dicimus ſanctiſſimorum cauſas
epiſcoporum ſiue de iuriſdictione, ſiue de iure Eccleſię, ſiue
de aliis rebus ortas, Metropolitanũ adhibitis ſuæ ſinodi epi-
ſcopis, cognoſcere ac iudicare, & a Metropolitano ad beatiſ
8 ſimum patriarcham diœceſis appellari, illiusque ſententiæ
ſtari oportere. docuit Iuſtinianus imperator, niſi omnino
nos quoque analphauiton, vt putauit Suidas, atque abeceda
rium eum fuiſſe credamus, in authẽ. de ſanctiſſimis epiſ. col.
9. §. ſi quis vero. & no. etiam gl. in verſ. cauſas. in c. ſaluo. 9. q.
3. affirmans inter epm, & ſuum ſubditum cauſas ciuiles poſ-
9 ſe Metropolitanũ per ſe cognoſcere, adhibitis ſuis clericis.
Quod tamen eſt intelligendum, primo quidem non ſimpli-
citer, ſed vt poſſint epiſcopi etiam omiſſo, quod dicitur, me-
dio Pap. Sanctamque Romanam eccleſiam etiam in mere
ciuilibus appellare. capitulo omnes epiſcopi. 6. qõ. ſecunda.
ubi Turrecrem. nume. 1. Item ac ſecundo eſt illud dictum
accipiendum ſi cauſæ ſint ciuiles epiſcopi ſolius, non au-
tem ciuiles communes, ideſt ad omnes ſuffraganeos, vel ad
ſtatum generalem ſpectantes, ut in eo cap. ſaluo, animaduer
tit poſt Hug. Turrecrem. tum in verſ. ciuiles communes, &c.

rum in fin. verſic. nota quod ſicut, &c. Sed, & illud fortaſſe ali
quis etiam quæret, an deſcendens ex eodem facto ſcilicet ci-
10 uilis, & criminalis cauſa mixta quandam naturam habens,
quæ certe ſi ut ſupra oſtendi etiam quoquo modo poſſet in-
famiam irrogare, a papa eſſet ſtatuenda uno eodemque libel
lo concepta in iudicium poſſet deduci. cui ſic quærenti ego
id reſponderem. Aut ſimul in iudicium deducitur ciuilis, &
criminalis, ex eodem facto vtraque orta, aut altera ita prius
oblata, & vt dicitur, intentata, adiicitur altera. primo quidem
caſu poſſe uno eodem libello cumulari, ſecundo autem mi
nime putarem. & conſtitutum fuiſſe refert Aegid. deciſ. 400.
11 Ciuilis, &c. Nam porro vbi ſimul eodem concipiuntur libel
lo tanquam ad diuerſa tendentes, ſe non impediunt. l. 3. C. de
ord. cognit. Ideoque ſi criminalis eſſet cauſa inter diuerſas
perſonas, criminalis non præiudicaret ciuili l. rerum amota-
rum actio, ſecundum primum intellectum, vbi Bald & Saly
cet. in l. prima colum. 2. C. quomodo ciuilis actio. & ſtatuit
etiam quoque Clariſſimus 12. Virorum. qui Rotę Auditores
vocantur. ordo in illa cauſa Toletan. matrimonii, Calendis
Aprilis 1547. Fabio Acorambono Iudice referente, vt extat
etiam licet non impreſſa, tamen quæ circumfertur vna cum
cæteris Peregr. Fabii Veſtani epiſcopi deciſio 25. alia 740. cu-
ius eſt initium, proponentic. R. D. Fabio. &c. Quæ de re nihil
12 eſt quod ego nunc laborem, cum de maioribus & capitalib.
vt declarani. epiſcoporum cauſis, atque origine, & authorita
te Sanctæ Romanæ Sedis Apoſtolicę propoſitas quæſtiones
eſſe intelligam. de quibus, ni fallor, vere ac ſincere reſpondi
& certe cumulate ſatisfactum eſſe debet uolũtati omnium,
cum nec prętermiſſum quid videatur, quod ad maiorum
cauſarum, capitalium rerum quæſtiones ad papam deferen-
das, earumque argumenta ac rationes in omni prorſus diſci
plina repetiendas pertineret, niſi plura forſan, quam deſide-
rata erant, ſim cõplexus, ac plane fecerim, ut ad id quod qua
ſi mancipio dare debebam, quædam uelut ornamenta, cum
13 non debita, accederent. Neque vero omnia putaui melius
quidem ſcire me quam alios, ſed collegi vnum in locum,
14 diligentiuſque perſcripſi eo plane conſilio, cum uelim meũ
hoc commentariolum quoad fieri poterit, omni ratione per
15 fectum, ſi quid mancum, ineptum, mutandumve eſſe cuiq̃
16 videbitur, aut omnino tollendum, aut ſi quid erit prætcritũ,
hoc mihi ſignificari cupiam. id enim quicquid attigi, feci qui
dem obtemperandi, meæque obſeruantiæ teſtificandæ exu-
ſa. Ac plane, vel ex hoc meus iſte labor omnibus gratior, iu-
cundiorque erit, quod emittitur deſideratus. & aſſidue poſtu
17 latus, atque efflagitatus a multis iudicantibus illis quidem,
quod ego nec agnoſco nec probo, ita me hanc materiam a
nemine hactenus diſpoſitam, aut illuſtratam, pertractaſſe, vt
non mediocrem ex ea omnes poſſint fructum, & delectatio
nem conſequi, & quod certe me magis impulit, & inuitauit
ſummo ipſi optimoque pontifici noſtro, ac ſapientiſſimorũ
Cardinalium ſacroſancto Senatui non diſplicere, & charum
omnino eſſe. eoque qui maior re vera quam a me antea exi-
18 ſtimaretur ille ipſe labor, opuſque ſurrexit, nõ affectato qui
dem ambitionis ſtudio, ſed potius amoris, & obedientiæ ſti-
mulis, nunc foras datur. magna certe ex parte conſtans ex
his rebus quas adhuc alii non attigerunt, aut neglexerũt, aut
penitus deturparunt, in lucem eas fere e tenebris reuocatas,
19 nec diutius intra priuatos parietes a me comprimendas, ſed
hominum iudicii periculum facturas, ut, ſi quas vel fortaſſe
etiam omnes publice probatas comperiam, tunc demum
non perperam ſcriptas mihi poſſim tuto perſuadere, quippe
qui diuerſo ſane conſilio hoc opus initio ſum aggreſſus, quã
20 vt illud vllo unquam tempore inuulgãdum putarem, Nem-
pe, vt potius ampliſſimi, & excellẽtis ingenii ac ſolertiæ ma
gnitudine Cardinalis Amulij ſtudio, & cupiditate morem
gererem, atque omnia in hoc ipſo annotata opere ad memo
riam meam mecum haberem, quæ velut quodam in penu
re cuſtodita, in eo atque amicorum quoque viui præſto eſſe
poſſent. Quod ſi quis fortaſſe eruditus, ac literatus noſtras ha
ſce ſententias certis duxerit rationibus confutandas, vel ſoli
21 dioribus quibuſdam argumentis, nouiſque aliis alterius for-
ſan repetendis teſtimoniis probandas, maximam ei gratiam
habebo. quod intelligam non indigna leuia hæc noſtratia
dicta eum putaſſe, in quibus, vel improbandis, vel forte con
22 firmandis operam ipſe ſuam poneret, vt tandẽ veritas, q̃ ego
præ ceteris maximi facio, deprehẽdi, & amplecti facilius poſ
ſit. Niſi vero, quod vix credo aut opinor, illũ ipſum, qui noſtrum
23 id Sintagma contrariis aliquando ſcriptis redargoendũ for-
taſſe ſuſceperit, carpendi potius, & obtrectandi ſtudio motũ
ſentiam. eius enim, ſi quis erit, ambitioſi homines inanes
voces, ut nihil ego quidem morabor, quas ſciam tum a nul-
lo penitus eleganti proboque uiro aliqua prorſus dignari
24 poſſe æſtimatione, tum ſuis ſe ipſas latratibus conficere. ſic
propemodum illum ipſum monitũ uelim, ut ſi meliora his
nactus fuerit, ſi nove ualeat magno ex penore depromere, ea
in publicum proferat, quo cum noſtris collata, momentoq;
25 ſuo ponderata, atque acerrima quæque iudicia Doctiſſimo-
rum hominum experta, debitum, meritumque locum aſſe-
quant. non ignorans ille quidem ſibi nimium, ut dixit Quin-
tilianus, eum perſuadere, qui ſe nemini comparat. Atqui
26 certe, utcunque res cedat, nullam me ſubiturum uitupera-
tionem confido, quamuis aliqua etiam ex his, quæ elucubra-
ui, non admodum placerẽt, quod dictum negandi uerecun-
dia potius quam præſtandi quod exigebatur fiducia, id to-
tum inuulgari me paſſum eſſe boni fere omnes agnoſcant.
Summo ac præpotenti Deo, quæ opere ex hoc fortaſſe da-
bitur gloria, acceptam illam referam. FINIS.

TRACTATVS DE Immunitate Eccleſ.

HIERONYMI ALBANI S. Rom. Eccl. Card.

AD IVLIVM III. PONT. MAX. DISPVTATIO.

SI quid eſt, in quo diuinã opẽ implorare, in veri-
tatis inueſtigatione, cum Deus ipſe ve
ritas ſit, id vel imprimis fieri oportere
exiſtimo. Itaque vt inde ordiar, vnde
bona omnia oriuntur, & optatos exi-
tus ſortiuntur, a Deo immortali prin-
cipium eſto diſputationis noſtrę, vt ea
randem & diuino afflante ſpiritu in-
uenta, & eodem fauente diſcuſſa neminem mortalium læ-
dat, ſed omnibus grata contingat. Te vero Pont. Max. poſt
eum, cuius vices geris in terris, adeſſe ac fauere huic labori
noſtro æquiſſimum eſt. Vt enim Deum opt. max. in his colẽ-
dis, qui apud ipſum ſancti ſunt, honorari nemo iure dubita-
uerit, ita ne nos quidem veremur, quin facile tu quoque in-
telligas, te ab iis maxime obſeruari & coli, qui miniſtris tuis
honorem iure debitum & ipſi libenter deferunt, & ab aliis
deferri deſiderãt. Ego igitur, cum & diuino beneficio ita fue
rim ſemper animatus, & honeſtis diſciplinis ab ineunte ætа-
te, ita inſtitutus, vt eccleſiam Dei ab omnibus defendẽdam
atque ornandam iudicarem, id pro viribus meis aduerſus il
lius obtrectatores ſcribens iampridem præſtiti. Proxime ve
ro, cum viderem eam ad tributa laicis principibus præſtan-
da compelli, nec in tanta rei indignitate, mihi reluctante cõ
ſcientia, diutius ſilendum exiſtimarem, theſin illam, vel, ut
vulgo loquimur, poſitionẽ, & caſum, in quo Iuriſperiti pro-
pe omnes aduerſus clericos ſentiunt, impugnandum, & de-
fendendam cleri cauſam ſuſcepi. Qua in re ſi forte ſuccum-
bam, non erit mirum a tot fortiſſimis athletis vnum fuiſſe
ſuperatum, ſin autem, vt ſpero atque confido, in ea re, quam
illi ne dubiam quidem putarunt, rationum vi ſuperior fue-
ro, lætabor immunitatem eccleſiæ, quam vnice veneror, tũ
in hac re, quæ prope iam deſperata putabatur, tum multo
magis in aliis, in quibus minus impugnabatur, illęſam atque
inuiolatam noſtra quoque opera & laborẽ ſub põtificiæ ma
ieſtatis tuæ numine permanere. ſed iam ad rem ipſam aggre
diamur. Quæritur, an laicorum prædia, certum aliquod tri-
butum laico principi pendere conſueta, etiam cum ad eccle
ſiam fuerint tranſlata, illud ipſum adhuc laico principi pen-
dere teneantur? Iuriſconſulti fere omnes teneri ſentiunt,
nos conſtanter id negamus, nouis, & vt ſpero, efficacibus ad-
ducti argumentis. Itaq; vt & laicorum animos ab iſtis auaræ
impietatis ſordibus auocaremus, & eccleſiam Dei a mole-
ſtia, ſi id aſſequi potero, liberaremus, hanc noſtram ſenten-
tiam in vulgus edendam putauimus. Neque vero hoc nouũ
1 aut inuſitatũ videri cuiq̃ debet, cum † hoies, pp inſitam ſibi
celerẽ mentis agilitatẽ proni ſint ad diſſentiẽdũ. l. itẽ ſi vnus
§. principaliter. ff. de arbit. nec me numeroſæ illę, quæ citantũ
partium autoritates ab hoc tam pio propoſito deterrere po-
2 tuerunt, cum ſcirem non ex autorum † numero, ſed ex ratio-
num viribus eſſe conſtituendum. l. prima, §. ſed neque. C. de ve
te. iur. enucl. Neque vero aut potui, aut volui obliuiſci diuini
illius oraculi, Exod. 23. quo monemur, ne ita acquieſcamus
multorum ſententiæ, vt a veritatis via declinemus. Huc il-
lud

lud quoque accedit, quod ſola veritas tantum poteſt, vt illi
cædere vniuerſa cogantur. c.conſuetudo.8.diſt. Quamobrē
in tantum tanque arduum certamen ſine vlla trepidatione
deſcendam, tum veritatis viribus fretus, tum multo ma-
gis Dei auxilio confiſus. Ille enim eſt, qui me in pietatis cau-
ſa nec labi, nec errare patietur. Verum vt facilius poſſit res
tota dignoſci, quam fieri poterit dilucide explicabimus, pri-
mum, quibus argumentis, qui contra ſentiunt, ad probatio-
nem ſuæ opinionis vtantur, deinde, quibus reſponſionibus a
nobis refellantur, denique, quibus maximè rebus noſtra hæc
ſententia confirmetur. Quod igitur ad eos attinet, qui nimis
pertinaciter affirmant, eccleſiam ad ſoluendum laico prin-
cipi tributum poſſe iure compelli, hæc ferme ſunt, quæ pro
ſe facere illi putant. Primum omnium aiunt eſſe tex. qui ne-
mini non clarus videri debeat, & expreſſus in c.ſi tributum.
11.q.1.& in c.tributum.23.q.8. ubi allato Chriſti ſoluentis tri
butum exemplo, hoc aperte contra eccleſiam videtur eſſe
ſancitum. eodem aiunt accedere tex.in c.ea enim.§.itē præ-
dium.10.q.2. ex quo colligitur prædium, quod propter one-
ra fiſcalia inutile redditur, eſſe ab eccleſia alienandum, qua-
re, ut inquiunt, patet, de prædio eccleſiæ a fiſco tributum exi
gi poſſe, alioqui non alienaretur, quod ea ratione inutile ſit.
Tertio non ab re eſt tex.in c.ſi quis laicus. 16.q.1.quo cautū
3 eſt, rem,† cui onus aliquod eſt annexum, obligatam perma-
nere, tametſi in alium transferatur. Quarto hæc eadem ſen-
tentia legibus ciuilibus eſt confirmata, vt habetur in l. pla-
cet.§.poſtremo. C.de ſacroſan.eccl. quo in loco traditū eſt
4 eccleſias ab onerib.ordinariis haud eſſe immunes.† Tributū,
aūt onus eſt ordinarium, ut ibi a maiorib.noſtris accepimus,
ſequitur ergo ut teneatur eccleſia Huc accedit l. 1. C.de in-
dict.li.x. ubi fuit apertiſſime conſtitutum, bona ita, ut prædi
ximus, obligata, cum annexo onere etiam in fiſcum, qui infi
nitis propemodū priuilegiis eſt ſuffultus, pertranſire. Id qđ
longe facilius in aliis priuilegiatis eſt concedendum. Quini-
mo hoc de eccleſia ipſe ſenſit l.fi.C.de exact.trib.lib.10.ſecū
dum quandam gl.interpretationem, ad quam Bart. acceſſit.
facit l.ad inſtructionem.C.de ſacr.eccle. cum aliis quibuſdā
iuris ciuilis ſanctionibus, quas, ut breuior fiam, prætermitte-
re ſatius eſſe exiſtimaui. Neque id mirum alicui uideri debet
cum illarum legum conditores hæc onera ſacerdotibus im-
ponere conſueuerint, ut docuit iuriſconſ.in eleg.tex.l.fin.§.
patrimoniorum.ff.de mun.& hon.ibi, nec pontifex excuſa-
tur. Et huiuſmodi conſtitutiones uidentur canonicis legib.
approbatæ, ut colligitur in c.generaliter. ſ.placet. 16.q.1.ubi
tota l. placet. C.de ſacroſ.eccl.eſt relata.& conſequenter in-
ter canones vř aſcita. Huic ſententiæ, quę tā multiplici iure
vř eſſe munita, ne rationes quidem deeſſe prædicant. In pri-
mis aūt obijciunt rationem illam, quā putāt in iure ualidiſs.
neminem poſſe plus iuris in alium transferre, quam ipſe ha-
beat. l.traditio.ff.de acquir.rer.dom.cap. nemo poteſt plus iu
ris.de regul.iur.in 6.cum ſimilibus. Et hoc maxime verum
eſt, ne iuri alterius derogetur.l.id quod noſtrum. ff.de regul.
iur. Idem ipſum alia quoque ratione ſuadere conantur. Nam
cum illa bona iam pridem ſint affecta, & huic oneri obliga-
ta, tempore, quo laicorum imperio ſubiacebant, æquitati ac
iuri conſentaneum eſt, ut ſine annexo onere in alium tran-
ſire non poſſint. cap. Ex literis, de pignor. & dicto cap. ſi quis
laicus. cum concord. Alioqui vere dici non poſſet, vnūquen
que rei ſuæ moderatorem eſſe, & arbitrū, contra l.in re mā-
data. C.mand. Tertio hoc ipſum a ueriſimili illius, qui rem
transfert, voluntate conijcitur, cum nemo, niſi ius quod ha-
bet in re, in alium velle transferre, iuris interpretatione exi-
ſtimetur. l.qui Tabernas.ff.de contra.empt. l. vxor mariti.C.
de legat.l.ſerui electione.§.cum fundus, & ibi Doct. ff. de le.
primo. Ergo non ſolum quia non potuit, ſed ēt quia noluit
transferens, eſt dicendum plus iuris eum eccleſiæ non tradi-
diſſe, quam ipſe haberet. & ideo conſequens eſt, ut non mi-
nus eccleſia ad tributum ſoluendum teneatur, quam eius
author tenebatur, quoniam intelligitur illud onus exceptū,
quod alteri, hoc eſt laico principi, debebatur. Quarto ſic ne-
5 ctunt, & colligunt argumentum. lex† & pactum æquiparan-
tur, & omne id, quod pacto fieri conceditur, a lege quoque
ſeu a principe, qui eſt lex uiua. §.fi.in auth. de conſul. fieri nō
prohibetur. cap. quæ contra mores. 8.diſt. ſed ſic eſt, ꝙ unuſ-
quiſque pacto ſe ipſum ad onus reale, ac perpetuum poſſet
aſtringere, quod proculdubio ſemper rei ſuæ eſſet annexum
etiam eccleſia ſuccedente. l.ſi quis ita. C.de pact. inter emp.
& uend. capitulo utrum, de condi.appoſ. capitulo cum dile-
ctus. de donat. tradit. Soci. de hac ipſa re loquens in conſi.12.
in 4.volum. Ergo hoc idem & lege, & principe, rebus illius
ditioni ſubiectis perpetuo poteſt iniungi, nullo habito diſcri
mine in quem deinceps bona illa ſint tranſitura. Quinto, pręe
6 dicta confirmantur. Nam ſi ſtatutum† laicæ perſonæ uincu-
lum aliquod inieciſſet, quæ poſtea ordines clericales aſſume
ret, profecto is cum illo vinculo clericus efficeretur, ſecūdū
Ioan. Andr. in regula, ſine culpa, de regul.iur.in 6. in Mercu-
rialibus, ergo longe facilius hoc eſt admittendū, ſi forte vin-
culum rebus ipſius annexum fuit, antequam eccleſia earum
dominium nanciſceretur, quoniam † fortius poteſt affici res
7 quam perſona, ut late perſequitur Soci. in d. conſil. 12. in 4.
uolum. prædicta porro uel propterea roborari aiunt. quod ſi
aliter fieret, in magnum inconueniens incideremus. Nam vt
docet experientia, quæ rerum omnium eſt magiſtra c.quam
ſit. de electi. cum bona prope infinita ab eccleſiis acquirātur
facile cōtingeret, quod laici omnia ſuorum principum one
ra ſuſtinentes, ad inopiam redigerentur, quod ob publicam
utilitatem non uidetur eſſe ferendum, ſecundum Bart. in l.
Reſcripto. ff. de mun. & honor. Sexto alia urgens ratio huc ac
cedit, vbi etenim de communi & laicorū & clericorum uti-
litate agit̄, debent ab illis pariformiter onera ſuſtineri, ut ha-
betur in cap. peruenit. de immunit. eccle. ubi traditum eſt,
clericos in ſummis neceſſitatibus eſſe ad ciuitatis cuſtodiā
compellendos, ut cunctis uigilantibus, ciuitas melius cuſto-
diatur, Si igitur clerici iure poſſunt ad onera perſonalia coar
ctari, quanto magis eorum bona grauari poſſunt, cum perſo
na, ut res nobiliſſima, ſit aliis omnibus rebus præferenda, &
ita colligit Barb. in conſ. 1. in 3. uolum. pro cuius rei documē
to facit text. not. in l. in pecudum. de uſur. ubi legimus, natu-
8 ra† omnes res eſſe gratia hominum comparatas. Sed ita res
ſe habet, ut tributa quoque ad communem omnium utilita
tem ſoleant imperari, atque ideo ſine ullo diſcrimine om-
nes ad ea perſoluenda teneantur, ut per Barb. in d. conſilio.
Ex quib. omnibus, tum legibus, tum rationibus uidetur con-
trarie leſiam eſſe concludendum. Et in hanc ſententiam fe-
re ab omnibus utriuſque iuris commentatoribus ac theologis
itum eſt, quos enumerare ut longum atque ambitioſum eſt,
ita etiam ſuperfluum. cum præſertim quotquot ſunt, non
aliis fere quam his, quæ prædiximus, argumētis utantur. Qui
bus nos Deo annuente ita accommodate reſponſuros ſpe-
ramus, ut ipſi ſi reuiuiſcant, Dei eccleſiam impugnare ultro
deſinant. Sed iam quę contrariam ſententiā adiuuent, quā
nos non modo ut magis piam, ſed ueriorem etiam proba-
mus, pro labore & cura diligenter ſeruiemur. in qua quidem
re adeo ſolida fundamenta, preſpicio, ut ueritate ac religio-
ne illæſa nullo pacto uideantur poſſe conuelli. Sunt. enim,
& diuini & humani iuris robore ſubnixa, & ualidiſſimis con
firmata rationibus. quæ† omnia cum religioni faueant, per q̄
9 libenter ſunt ab omnibus approbanda. l. ſunt perſonæ. ff. de
relig. & ſump. fu ner. cum ſimilibus. primum igitur dicimus,
& conſtanter affirmamus, clericorum immunitatem indi
ſtincte in ſpecie pure fuiſſe a Deo Dño omnium inſtitutam.
Legimus enim Eſdræ. 1. cap. 7. Regem Artaxerxem hæc uer
ba diuino afflante ſpiritu protuliſſe. Vobis quoque notum
facimus de uniuerſis ſacerdotibus, & leuitis, cantoribus, &
ianitoribus, & miniſtris domus Dei, vt uectigal, & tributum
& annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos.
Ecce quam clare, quamque dilucide a Deo ipſo per os illius
Regis fuerit promulgatum, bona ſacerdotum ad onera ali-
qua, & pręcipue ad tributum cogi non poſſe. Quid igit̄ aiunt
iſti. qui neſcio quo ſpiritu ducti, inter onus ordinarium extra
ordinariumque, reale & perſonale diſtinguunt. affirmantes
ob id, eccleſias in propoſito caſu ab exactionibus tributorū
haud eſſe immunes. Cum nullo habito diſcrimine expreſſa
ipſius Dei in contrarium ſanctio afferatur, Hoc idē & Pha-
rao ꝯfirmauit, q eū Aegipti regiones emeret caſq; imperio
ſuo ſubiiceret terram ſacerdotum excepit, eamque liberam
eſſe religioſſime iuſſit. ut uidere eſt Geneſ. 27. Quæ quidē ſa-
cerdotum exceptio nihil aliud indicauit, quam ſacerdotes
cum eorum bonis in omni gente liberos eſſe oportere, ut de
10 clarat tex. in cap. tributum. § Quamuis 28. quæſt. 8. At ſi quis
dicat, hæc tum demum locum habere, ſi quando principes
uellent, bonis quæ ad ſacerdotes iam tranſierunt, nouum ali
quod onus imponere, atq; ita diui nas illas traditiones, quas
citauimus, eſſe intelligendas, quod etiā aduerſantes non re-
ſpuunt, aliter ſentientes, vbicunque priuſquam in eccleſiā
tranſirent tributorum oneri eſſent ſubiecta. Reſpondeas li-
cet, hanc interpretationem repugnare proprietati illius uo-
cis, liberi, ſi enim ſacerdotes a ſubiectione laici principis om
nino liberos eſſe concedimus, ut diuinis illis ſanctionibus du-
bio procul eſt conſtitutū, fateamur neceſſe eſt, eos ad onera
aliqua nullo iure poſſe compelli, ſiue præcedat obligatio ſi
ue ſequatur. Ea enim huius vocis, liberi, eſt vis ac poteſtas, vt
11 omne prorſus impedimentum reiiciatur, not. in ca. 1. in prin.
in uerbo. Libere, & ibi Io. And. & Dom. de S. Gem. de regul.
iur. in 6. ad idem eſt tex. in cap. epiſcopus in uerbo, libere, de
offic. ordinar. in 6. vbi Archidiacon. & Ioan. And. expoſue-
runt. libere, hoc eſt, ſine alicuius contradictione Et late de
12 huius vocis propria ſignificatione docuit Alex. in conſ. 154.

ſu 1. vol. Præterea, velle inter bona eccleſiæ iam acquiſita. &
acquirenda diſtinguere, eſt contra tex. in c. ea enim. 10. q. 2.
vbi aperte colligitur, nullum inter iſta hæc eſſe diſcrimen.
Imo ibi præcipitur, tam acquiſita, quam acquirenda, perin-
de intacta eſſe cuſtodienda, ac ſi de domo ipſius eccleſiæ age
retur. Sed nemo eſt, qui non facile concedat ab eccleſia ipſa
tributum exigere non licere, quinimo quodcunque onus rei
13 annexum, in qua ædificatur eccleſia, intelligitur iuris inter-
pretatione ſublatum, vt traditum eſt in c. 1. de cenſi. & in c.
comperimus. 14. q. 6. & nemo, quod adhuc legerim, ab hac opi-
nione diſſenſit. Quare per illum tex. hoc idem etiam de ac-
quirendis eccleſiæ bonis eſt admittendum. Et propterea di-
uina illa, quæ paulo ante citauimus, documenta, nullo habi
to diſcrimine ſunt intelligenda. quod etiam alio in loco fuit
apertiſſime confirmatum, Leuit. 27. vbi ait Dominus. Quic-
quid ſemel fuerit Deo ſacratum, ſanctum ſanctorū erit Do-
mino, hoc eſt, ſanctiſſimum, & amplius ad prophanos vſus
quoquomodo non reuocandum. Ecce ſic ſine dubio de bo-
nis, quæ in eccleſiam transferuntur, eſt ſermo, & tamen ea
omnia vſque adeo ſacra efficiuntur, vt ab omni prorſus lai-
corum poteſtate ſeiungantur. Et ratio eſt in promptu, ſi qui-
dem iſta clericorum immunitas a Deo eſt, & in fauorem mi
niſtrorum ei ſeruientium inſtituta. Quod cum publice inter
ſit, & ad omnium hominum pietatem atque vtilitatem per
tineat, ſequitur vt nulla ſit habenda diſtinctio, tametſi ma-
ior in vno caſu ratio, quam in alio militaret. l. 2. §. exercitū.
ff. de his, qui not. infamia. Vbi ob fauorem publicum etiam
odia ampliantur, & ad caſum in quo non ſubeſt eadem rō,
porriguntur. quod ſi illud ſtatutum eſt ob fauorem humanū
multo magis eſt concedendum, vbi de fauore diuino agere-
tur, vt hic, arg. auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccle. facit ad
rem. l. prima. §. quod autem. ff. de aleat, Quare iam ſatis lique
re arbitror, iure diuino clericorum immunitatem eſſe pro-
batam, quæ cum ſimpliciter & indiſtincte a Deo fuerit inſti-
tuta, vt ſupra oſtendimus, illud ſequitur, vt etiam ſimplici-
ter abſque aliqua diſtinctione ſit intelligenda, & clericis in-
uiolabiliter obſeruanda. l. 3. ff. de off. præſid. Idque latius ex
iis, quæ iam ſubijciemus aperietur. & ſi aliquis exciperet, di-
cens, iſtorum regum. ſ. Pharaonis, & Artaxerxis exempla, le-
gem non conſtituere, tum quod erant gentiles, tum etiam
quod gratis ea omnia eccleſiæ concedebant, quapropter no
uimus, ea quæ ſunt conſilij, non eſſe neceſſario obſeruanda.
Reſpō. quod tunc noſtrum argumentum a fortiori procederet.
Nam ſi gentiles id tam pie, ac religioſe egerunt, multo ma-
gis conuenit, vt hoc ipſum a chriſtianis principibus obſerue
tur, ſecundum memorabile illud Euangelij documentum,
niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam phariſeorum, & c.
Non enim eſt vllo pacto credendum, diuinas illas traditio-
nes hęc memorare voluiſſe, niſi vt diligenter cuſtodiantur,
alioqui viderentur inania, contra ea quæ docuit Bar. in ſimi
li caſu, in l. ſi quando. ff. de leg. 1. & habetur in cap. ſi papa, de
priuil. in 6. Quare non eſt ambigēdum, quin iſta eccleſiæ im-
14 munitas diuinis legibus pręcipiatur. Quid? nonne iure quo
que naturæ huic immunitati eſt maxime deferendum? Cu-
ius quidem iuris ignorantia neminem excuſat, cum natura-
lia ſint aut eſſe debeant omnibus nota. Hoc autem haud ma
15 gno conatu ſic poſſe oſtendi exiſtimamus. Quæ inſunt om-
nibus, ea non caſu aliquo contingere, ſed naturalia eſſe intel
liguntur, vt videre, & hominem bipedem eſſe, & vt ait Tul.
in 3. Tuſcul. conſenſus omnium, vox eſt naturæ. Cum itaque
exploratum ſit, nullam vnquam fere ita immanem, & bar-
baram fuiſſe nationem, quæ aut Deum ſibi non finxerit, aut
ab aliis traditum non ſuſceperit, ut ex omnium gentium hi-
ſtoria colligi facile poteſt. Et rurſus, cum natura nihil agat
fruſtra, ſequatur neceſſe eſt, Deum eſſe, & ſi is, ut certe eſt,
oportere aliquem eſſe cultorem, & bona locaque huic tam
pio vſui deſtinata, quæ ſummo honore ſunt veneranda pro-
pter ipſum Deum, ad quem hæc omnia referuntur. Vtinam
tempus & ſuſceptæ diſputationis ratio pateretur, ut comme
morare poſſim, quo cultu, quo honore, qua denique venera
tione ſacerdotes digni ſunt exiſtimati ab iis, qui ſolo naturæ
ducebantur inſtinctu, quam multa, quæ chriſtianis princip-
bus ruborem incuterent, recitaremus, qui ſpretis iis, quæ per
Chriſtum eſſe veriſſima cognouerunt, & neglectis iis, quæ a
cuiuslibet iuris traditionibus acceperunt, ſacerdotum priui
legia lędere non uerentur. In quos Deus inuehitur, dicens,
Veh paſtoribus, qui dilacerant oues paſcuę meæ. Hiere. 23.
Reges. n. in antiqua lege paſtores nuncupabantur, ut late do
cui in li. de pot. pa. & concilij, quem ſuperioribus annis edidi
& profecto hęc ratio, quæ valde naturalis, & iuri cōſona eſt,
debet nobis perinde magno eſſe argō, ac ſi lex aliqua ipſius
naturæ adduceretur, vt pulchre docuit And. de Iſer. in proę.
feud. quem retulit & ſecutus eſt Iaſ. in l. quotiens. n. 25. C. de
16 rei uend. quibus in locis aiunt, rationem debere apud iudi-
cantem eiuſdem eſſe potentiæ, ac ſi lex ſcripta exhiberetur:
quoniam legem quęrere, ubi ratio ſubeſt, nihil aliud eſt, quā
infirmitas intellectus, vt ſatis colligi poteſt ex iis quę docuit
Ariſt. in 8. phy. textu. 9. nu. 22. Ad quod accedunt ea quę ple-
ne habentur per Feli. in cap. tua nos. de iureiur. Sed iam ipſas
leges tum pontificias, tum ciuiles audiamus, quibus hæc no-
ſtra opinio cōfirmatur. Iure igitur pontificio conſtanter af
17 firmamus, in propoſita quęſtione clericorum immunitatem
eſſe ſubnixam, Vt videre eſt in cap. non minus. & in cap. Ad-
uerſus. de immunit. eccl. Ex quibus colligitur, etiam ſi ma-
18 gna neceſſitas urgeat, uel publica utilitas id ſuadeat, laico-
rumque facultates ferendis onerib. non ſufficiant, propterea
tamen haud fas eſſe onera imponere bonis eccleſiarum, ad
id pontificis maximi non præcedente conſenſu. Ergo papa
non conſentiente, nullo in caſu grauari non poſſunt, cum ibi
quæcunque exactiones prohibeantur, Qui enim dixit, quæ-
cunque, nullam prorſus exactionem excepit. cap. ſolitæ. de
maio. & obe. pręterea, exceptiones ex eſt iis, ut pręter caſum
exceptum omnia excludātur, in eiſque regula firma perma-
neat. l. quæſitum. §. Denique cum glo. ff. de fund. inſtr. ſed ibi
ſolus caſus papæ cōſentientis a rā eſt exceptus, in quo immu
nitas eccleſiæ non uiolatur, ut paulo poſt declarabo, ergo in
hac materia onerum ferendorum, nulla eſt alia facienda di-
ſtinctio, niſi, conſentiat ne pontifex, an non. Ad quam ſentē-
tiam accedit tex. apertus in cap. ſancitum. in fin. 23. q. 8. vbi
19 habetur, tributa, quę exigi ſolebant, exigenda non eſſe, poſt
quam prædia illa in eccleſiam ſunt tranſlata, niſi papæ licen
tia accedente. Ecce quam dilucide in illo tex. fuerit conſtitu
tum, de prædiis tributariis, antequam eccleſia eorum domi-
nium adipiſceretur, tributum exigi non debere, niſi papæ
authoritas intercedat. Dubitare uero non licet, quin Decre-
torum liber fidem faciat, per ea quæ docuit Felin. in ca. 1. de
Reſcript. Neque obiiciatur, hoc quod ibi de papę conſenſu
traditum eſt, ad caſum illum duntaxat eſſe referendū, in quo
ſacerdotes ad exercitum ducerentur. Qui cū ibi coniunctim
de tributis quoque ſoluendis a ſacerdotibus ageretur, condi
tio illa pontificis conſentientis, debet pariformiter ea duo
coniuncta determinare, cum fuerint ſub una uerborum con
ceptione prolata. l. unic. §. ſin autem. C. de caduc. toll. & l. iam
hoc iure & ibi Docto. ff. de vulg. & pupil. Vbi autem papę au
thoritas intercedit, tunc uiolata clericorum immunitas iu-
re dici non poteſt, cum notiſſimi iuris ſit, pontificem Max. in
20 iis quæ ad eccleſiam ſpectant, fungi pleniſſima poteſtate, &
beneficiorum patronum ac dominum appellari. clemen. pri
ma vt lit. penden. cum multis aliis, quę inferius enarrabuntur.
Quare noſtra iam ſatis probatur intentio, cum docuerimus
etiam urgente neceſſitate ullum onus eccleſiarum bonis a
laico principe imponi non poſſe. Hoc idem probatur in cap.
quanquam. de cenſi. in 6. ubi hęc habentur, Eccleſiæ eccleſia
ſticęque perſonę, ac earum bona, a ſecularium exactionibus
ſint immunia, ecce quam indefinite, ſimpliciter, & pure om
nes laicorum exactiones prohibeantur. indefinitum porro
21 uniuerſali æquipollere, notiſſimum eſt l. ſi pluribus. ff. de leg.
primo quod maxime uerum eſt, vbi publica utilitas, hoc eſt
religionis fauor id poſtulat, argumēto l. ſecunda §. exercitū.
ff. de his qui not. infam. Ad prædictam concluſionem acce-
dit tex. memoratu dignus in capitulo primo de immuni. ec-
cleſ. in 6. ubi ſi uerba illius conſtitutionis non uiolantur, hoc
fuit clare ſancitum, ibi enim de bonis tam acquiſitis quam
acquirendis eccleſię agitur. Et tamē in ſpecie & taleæ & col
lectę, ac demum generaliter. & exactiones, qualeſcunque il-
læ ſint, excluduntur, & uetantur. Exploratum autem iuris eſt,
22 quod ubi poſt nonnulla ſpecificata ſubiungitur clauſula ge-
neralis, tunc uerba illa indiſtincte, ampliſſimeque, & omni
prorſus reſtrinctione ſeiuncta intelliguntur, & quoſcunque
caſus, nullo prorſus excepto, comprehendunt, ut docuit, Ale
xan. in conſilio. 35. in 6. uolumine Soci. in conſilio tertio, co-
lum. fin. in 3. uolum. & in conſil. 31. column. quinta. in primo
uolum. & not. in conſil. 125. in 4. uolum. column. fin. facit ad
rem tex. in dicto cap. ſolitę. de maiorit. & obedien. ibi, Qui
dixit quodcunque. Sed in text. præmemorato ſpecialiter ta-
leę, & collectæ enarrantur, deinde clauſula illa, de quibuſ-
cunque exactionibus, ſubiungitur, ergo nulla exactio eſt ex-
cepta. Poſtremo, poſſent multæ quoque aliæ iuris pontificii
ſanctiones afferri, ut eſt text. in clementina prima de iur. im-
mun. & in capitulo ſecundum canonicam 23. quæſtione. 2.
& text. in capitulo prædia. 12. q. 2. quæ iura pro hac immuni-
tate videntur expreſſa, quicquid ibi Gloſæ dixerint. nam ubi
lex non diſtinguit, neque nos debemus diſtinguere l. tertia. ff
de off. præſi. maxime cum ſumus in iis quæ religioni fauēt, vt
paulo ante dictum eſt. Et pro ampliſſima iſta clericorum im
munitate, eſt tex. qui lacerari non poteſt, in cap. ea enim. in
princ. 10. q. 2. quem ſupra enucleauimus. Vbi idem ius de ac
quirendis, quod de iam acquiſitis eccleſiæ bonis eſſe cenſuit,

Di-

Diſponens inſuper, bona quæcunque eccleſiarum non mi-
nus illæſa eſſe cuſtodienda, quam ſit ipſa eccleſia. quæ, vt præ
diximus, non modo grauari vllo pacto non poteſt, ſed etiam
onus quod rei prius erat annexum, in qua domus eccleſiæ cõ
ſtrueretur, ſtatim diſſoluitur, & res libera fit. Hinc ſumpta oc
caſione, non poſſum ſilentio præterire, mihi valde abſurdũ
atque irrationabile id videri, quod nonnulli aduerſantes ali
quando tradiderunt, innixi verbis duntaxat, ſed non rationi
bus quorundam canonum, & præſertim. c. ſecundum cano-
nicam. & c. ſancitum. 23. q. 8 Aiunt enim† & vno ore omnes
23 fatentur, eccleſiam ad tributi ſolutionem non teneri pro bo
nis quibuſdam, vt eſt hortus, manſus, & id genus alia, quan-
uis res iſtæ eſſent prius certo tributorum oneri obligatæ, alio
qui autem pro alijs prædijs ſentiunt. Nam conſtat hoc eorũ
documentum omni prorſus veritate, ac ratione carere, cum
eadem ratio immunitatis, quæ eſt in horto & manſo, vigeat
pariter in alijs prædijs omnibus, quæ eccleſiæ acquiruntur.
Quippe cum nulla alia ratio adduci poſſit, niſi hortum ideo
eſſe a tributo immunem, quod Deo dicatus eſt. c. ſemel Deo
24 dicatum. de reg. iur. in 6. & c. nulli liceat. 12. q. 2. Et cum† nul
la alia ratio, ſaltem æque principalis, poſſit adduci, perinde
eſt, ac ſi iſta foret expreſſa. ſecundum glo. comm. approb. in
l. Quamuis. C. de fideicom. Quod ſi hæc eadem ratio militat
etiam in alijs prædijs, ergo idem ius in utroque caſu eſt con-
ſtituendum. l. illud. ff. Ad leg. Aquil. cum concor. ibi per glo.
adductis. Sunt enim omnia hæc bona pariter Deo dicata, at
que ad vſum miniſtrorum ei miniſtrantium deſtinata, ſiue
ſit hortus vnius iugeri, ſiue ſit prædium multorum iugerum.
Nam plus & minus, vbi ſubeſt eadem ratio differre non ſo-
lent. l. quæ de tota. ff. de rei vend. & l. qui ſcit. & ibi glo. not. ff.
de vſur. idque docuit Iaſ. in l. ſerui electione. § cum fundus.
25 ff. de leg. 1. Quinimo,† dico a legis æquitate longe diſtare, quod
vna eademque eccleſiæ ſubſtantia, quamuis in pluribus ac
diuerſis rebus conſiſtat, diuerſo iure cenſeatur, vt eſt tex. ual-
de not. & ibi gloſ. in c. cognouimus. 12. q. 2. conſtat igitur, in
vtroque caſu eandem ſubeſſe rationem, ergo idem ius, vt
prædiximus. liquet pariter, & exceptiones quæ aduerſus præ
dia poſſunt afferri, contra hortum & manſum etiam milita
re. Nam ſi dicimus, rem affectam tranſire cum onere ſuo, at-
que iuri alicuius perſonæ derogandum non eſſe, vt late iam
in præcedentibus fuit adductum, hæc omnia etiam contra
hortum eccleſiæ vehementer vrgebunt, cum l. id quod no-
ſtrum eſt. ff. de reg. iur. vnde hæc regula ſumitur, non diſtin-
guat inter ius tertij, quod in maiori ſeu minori quantitate
conſiſtit, ſed indifferenter loquatur. Verum ſi ea fauore ec-
cleſiæ rejciuntur, vt videre eſt in d. c. ſecundum canonicã,
& in d. c. ſancitum. cur diuerſa in alijs eccleſiæ bonis ſenten-
tia proferatur, non video, idque præſertim, cum leges quoq;
Cæſareæ, nedum canones. non modo non obſtent, ſed imo
potiſſimum faueant ampliſſimæ quantitati bonorum, quæ
donantur eccleſijs. § ſinimus. in auth. de non alien. bon. eccl.
26 ubi habetur, optimam† eſſe menſuram in ijs quæ donantur
eccleſiæ, rerum donatarum immenſitatem. Quare iam ſatis
patet, hanc inter plus & minus differentiam, non modo a ra-
tione ipſa, verum etiam a legibus omnibus abhorrere. quod
ſi dicatur, ille hortus. ſiue manſus, tanquam dos eccleſiæ, ad
alimenta vnius ſacerdotis neceſſarius eſt, illa uero tot iuge-
rum multitudo uidetur eſſe ſuperflua, atque hanc eſſe diſcri
minis rationem, reſpondeas licet, eum, qui ita diceret, nihil
aliud agere, quam, ut Dei coarctet eccleſiam, ne vltra quam
unum, aut duos poſſit habere ſacerdotes, vel miniſtros, qui
viuant in pondere & menſura, tametſi rectores illius eccle-
27 ſiæ ſint epiſcopi, vt nihilominus† neq; hoſpitales eſſe valeãt,
neque elemoſinas pauperibus erogare, neque eccleſiam ruẽ
tem reſtaurare, & id genus alia, quæ omnia a legibus pontifi
ciis non modo permittuntur, ſed etiam exactiſſime præcipiũ
tur epiſcopis, & aliis eccleſiarum miniſtris, ut legitur in cap.
nos eſt. in c. de redditibus. in c. quatuor, & in multis aliis ca-
pit. poſitis. 12. q. 2. Quapropter, vt aliquando concludam, con
ſtanter affirmare auſim tex. in d. c. ſecundum canonicam. &
tex. in d. c. ſancitum. irrefragabiles eſſe, ad probandam hanc
bonorum omnium eccleſiæ immunitatem abſolutam eſſe,
ac nullo limite coarctatam. Quia quod ibi de horto & man
ſo diſpoſitum eſt, debet ad alia quoq; eccleſiarum bona pro-
pter rationis identitatem, dilatari. Et ſic illa duo iura hunc
in modum expoſita, & ventilata, vehementer huic fauent
immunitati. Quamobrem, ea his omnib. pollicitationẽ no-
ſtram explicuimus, quæ ea fuit, ut planã faceremus, opi. hanc
28 eſſe iure pontificio confirmatam. Nunc† ſupereſt, vt ius quo-
que ci. huic immunitati conſentiat. Id q̃d non obſcure colli
ca auth. item nulla cõitas. C. de epiſ. & cle. ibi etenim ſcriptũ
eſt, ſuper eccl. bonis exactiones vllas imponi nõ poſſe. q qdẽ
ſermo ita indefinite prolatus, tam de ordinariis, quam de ex
traordinarijs oneribus eſt intelligẽdus. Tum quod dixit, quaſ
cunque exactiones, atque ideo nullam excepit, argumento.
cap. ſolitæ, de maio. & obed. Tum etiam quod iſta Aut. corri
git. l. placet. C. de ſacroſanct. eccl. vt ibi in dict. l. in §. poſtre-
mo, & gl. & Cy. docuerũt qui. §. poſtremo. de ordinariis one
ribus loquebatur, qui ſi ab hac Aut. corrigitur, conſequens
eſt, ut tributorum vetetur exactio. Poſſent aliæ quoque iuris
ciuilis conſtitutiones afferri, ſed quia hæc inueſtigatio ma-
gis ad ius pontificium quam ciuile pertinet, longius nõ pro
29 grediar, Nunc rerum† ordo poſtulat. vt aperiamus immuni-
tatem hanc, quæ oĩ iuris auxilio eſt ſubnixa, rationum quo-
que vi, contrariæ ſuperiorem eſſe ſententiæ. Imprimis ita-
que dico, validæ huic rationi hanc noſtram concluſionem
inniti. Quod ubicunque res aliq̃ua in eum qui ſit inſignis ali
quo priuilegio, transfertur, pro tempore futuro iſte priuile-
giatus ſucceſſor ſuo vti priuilegio iure non prohibetur, etiã
ſi ob id alteri præiudicetur. Neque iſto in caſu vera eſt com-
munis illa legiſlatorum ſententia, in qua dictum eſt, rem iã
prius affectam, abſque onere annexo ad alium tranſire non
poſſe cap. ex literis, de pignor. cap. ſi quis laicus. 16. q. 1 nemi-
nemque plus iuris alteri poſſe tribuere, quam ipſe habeat, vt
ſupra fuit oſtenſum. Ea enim communiter eſſe uera conce-
dimus, aliud ſentientes, vbi res ad priuilegiatum migraret.
Quia etiamſi ſola poteſtate transferẽtis inſpecta hoc ipſum
contingere non poſsit, tamen ea priuilegio ſuccedentis au-
geri ius a legibus non abhorret. & hoc ius dici tranſlatum
non poteſt, ſed magis a ſeipſo, & a proprio priuilegio acqui-
30 ſitum. ad hoc affero textum†, vt opinor, memoratu dignum
in l. cum quidam. §. ſi debitores. ff. de uſur. vbi debitores, quo
rum bona ad ſoluendas vſuras minores ſemiſsibus erant ob
noxia, & ad iſtud duntaxat onus, & non amplius, tenebantur,
cogi poſſunt pro tempore, quo fiſcus ſucceſsit, ad ſoluen
das vſuras ſemiſſes, cum ſpeciale hoc fiſci priuilegium ſit, vt
ſemiſſes pro vſuris a debitoribus exigat. Ecce, ſi hoc ſemper
verum eſſet, ſcilicet, rem cum ſuo onere transferri, & ſucceſ
ſorem plus iuris adipiſci nõ poſſe, quam eius autor habebat,
procul dubio fiſcus vſuras minores ſemiſsibus duntaxat exige
re potuiſſet. Verior tamen eſt diuerſa ſententia, cum iuriſcõ
ſultus ibi priuilegium ſucceſſoris, non ius authoris, intuens,
contrarium ſanxerit, tametſi debitoribus, qui fortaſſe nun-
quam tale aliquid cogitarunt, non leue ob id præiudicium
afferatur. Et per iſtum tex. ita docuit Bal. in Aut. Quas actio
nes. C. de ſacroſanct. eccl. Quapropter exiſtimo hoc, quod in
illis legibus ad fauorem fiſci eſt cõſtitutum, optimo iure ad
fauorem eccleſiæ in propoſito caſu accommodari poſſe, ut
ſcilicet pro tẽpore futuro. poſtquam res illas adepta eſt, ſuo
immunitatis priuilegio uti non vetetur, quãuis antea ad ſol-
uendum certum tributum laico principi tenerentur, idque
argumento earum legum quas ſupra citauimus, & maxime
per tex. in d. § ſi debitores. in quo iſte caſus deciditur a fortio
ri. Quoniam ſi priuilegiatus ſucceſſor ſuo utitur priuilegio
contra debitorem agendo, & ab eo ſemiſſes exigit, qui ſcae
bona ſua duntaxat ad vſuras minores ſemiſsibus obligauerat,
in caſu ꝓpoſito eccleſia multo magis excipere poterit,
principem laicum agentem ad tributum excludendo, cum
exploratum ſit, quod cui datur actio, multo magis datur ex-
ceptio. l. inuitis §. cui damus ff. de regul. iur. in hac etenim re
fiſcus & eccleſia a ſcriptoribus æquiparãtur, vt per Imo. poſt
Bart. in d. l. ſi eum hominem. ff. de fideiuſſ. Ad quæ accedit,
31 quod vbicunq;† res q̃ nullo priuilegio fulcita eſt ad priuile-
giatum tranſit, atque deuoluitur, illius priuilegium adipiſci
tur. c. dilectus. el 3. de præbendis cum glo. cap. vno. de iur. pa-
tronatus. in ſex cum aliis quæ in hanc rem affatim & cumu
late per Iaſon. afferuntur in prædict. auth. Quas actiones. co
lum. penult. facit notabile illud & egregium Barto. documẽ
tum in l. Paulus in fin. ff. de acquiren. hæredita, vbi ait, muta
tione perſonæ priuilegium quoque mutari. Et per iſtum tex.
32 † in dicto §. ſi debitores, ad hunc, quem prædiximus, modum
enucleatum, atque diſcuſſum, confunditur, planeque euerti
tur illa diſtinctio quam fecerat Angel. in conſilio 24. ubi ex
mente fere ſcriptorum omnium, diſtinxerat inter onus cer-
tum declaratumque, & id quod poſtea declarandum veni-
ret, ſentiens ideo eccleſiam ad certum iam, limitatum, atq;
præſcriptum onus poſſe compelli, quod nemo plus iuris tri-
buere potuit, quam ipſe haberet, iuribus uulgatis. Quandoq-
dem ſi huiuſmodi ratio ita ſimpliciter, & abſolute vera eſſet
atque indiſtincte intelligeretur, neque in d. § ſi debitores, po
tuiſſent vlla ratione ſemiſſes vſuræ a fiſco exigi, cum illud
onus certum ac declaratum eſſet nominatimque & diſerte
cautum fuiſſet, ut vſuræ minores ſemiſsibus tantummodo
exigerentur. Et tamen contrarium omnino fuit ibi maniſe-
ſte & expreſſe ſancitum, propter priuilegium quod ſucceſ-
ſor habebat. ergo tantundem hoc loco quoque eccleſiæ per
mittendum & concedendum eſſe recte negari non poteſt.
Qñ iſta hæc amplioris iuris adeptio, & additamentum quod

ibi fiſcus nanciſcitur,& hic eccleſia,non a iure transferentis,
33 ſed a iure ipſius ſuccedentis proficiſcitur. Ita quoque† in ſi-
mili caſu videmus, quod tametſi cardinalium cœtus pontifi
ciam non habeat poteſtatem, tamen illi ſtatim acquiritur,
34 qui ab eis electus eſt pontifex. Similiter,& imperator quam-
primum eligitur,a lege,& a ſe ipſo imperatoriā nanciſcitur
autoritatem, non autem ab electoribus,qui iam ampla non
funguntur poteſtate,& propterea iuriſdictio non dicitur eſ-
ſe tranſlata, vt late tradidi in libro, de cardinalatu,quem iā-
pridem edidi. Et ideo additamentum illud non a iure auto-
ris,ſed ſucceſſoris eſt metiendum, caſus eſt ibi in d. §. Et iſta
eſt potiſſima ratio,quæ niſi fallor,aduerſantes fefellit, qui ni
hil aliud vlterius conſiderarunt, quam iura illa communia
& vulgata. Quæ omnia nos quoque eſſe communiter vera
concedimus, niſi ſuccedens illuſtri alicui priuilegio innita-
tur,per prædicta,& per glo. valde no. in c. renouantes. 22. di-
35 ſtinct. Vbi docuit, † fauore ſacerdotij ſeu religionis non eſſe
incōueniens,quod iuri alicuius derogetur. Et præſertim hoc
debet locum habere, cum iuri fiſci, hoc eſt ipſius principis,
36 derogetur,vt eccleſia aliquod faciat incrementum. Quippe
cum valde expediat, vt populus in ea ſit ſui principis opinio
ne,quod Deum timeat,ſecundum Ariſt. 5 Polit. facit ad rem
elegans tex. in l. liberto. ff. de obſe. a liber. & libert. cuius hæc
ſunt verba, Liberto & filio ſemper honeſta & ſancta perſo-
na patris ac patroni videri debet. verum enimuero ſi aliquis
forte aduerſus prædicta inſurgeret,dicēs, quod & ſi iſte tex.
in d. §. ſi debitores. hunc in modum expoſitus aperte ſentiat
id,quod de priuilegio ſucceſſoris prædiximus,hoc nihilomi-
nus in propoſito caſu locum habere non poſſe, quia alioqui
fiſcus tributum exigens excluderetur, quod profecto licere
non debet,cum fiſci & eccleſiæ priuilegia æquiparentur. l. fi.
37 de ſacroſ. eccl. Bal. in l. prima. C. de vſur. & fruct. legat. Sed ſic
eſt,quod qui priuilegiatus contra eum qui pari priuilegio muni-
tus ſit, ſuo priuilegio vtendi poteſtatem non habet. l. ſed &
milites. §. coæqualitas. ff. de excuſ. tut. Ergo fiſcus ab eccleſia
alioqui priuilegiata non eſt excludendus. Reſpondeo,primū
quod eccleſiæ non vſque adeo exæquandus eſt fiſcus, vt ſim
pliciter uerum ſit hæc duo paribus ſemper paſſibus ambula-
38 re,quoniam†data inſtantia omnis æquiparatio corruit, ſecū
dum glo. in c. ſi quid vrgeri. 1. quæſtio. 1. & glo. in l. creditori.
39 ff. de noui operis nunciatione. Sed multi ſunt † caſus, in
quibus a fiſco longe diſtat eccleſia,quos retulit Curt. in cōſ.
40 10. Ad quos ille quoque accedit, quod in dubio† contra fiſcū
& in dubio pro eccleſia eſt reſpondendum. l. non puto. ff. de
iur. fiſc. & l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. fun. ergo &c. Et
quamuis nos ſuperius de fiſco ad eccleſiam arguamus,illud
eſt in caſu in quo id in ſpecie a maioribus noſtris accepimus
vt per Imo. habetur in d. l. ſi cum hominem. Imo, vt ſtatim
oſtendetur, maior eſt ratio in eccleſia q̄ in fiſco. Præterea eſt
41 aduertendum†, omnia fiſci priuilegia duntaxat locum ha-
bere in ijs,quæ principi ſeculari ſunt ſubiecta, in ijs vero, quę
iuriſdictioni eccleſiaſticę ſuppoſita ſunt,fiſcus laicorum nul
lo penitus gaudet priuilegio. c. ſemel Deo dicatum. de regu.
iu. in 6. cap. nulli liceat. 12. q. 2. idque in ſequentibus ratiōni-
bus clarius aperietur. Cum itaque in propoſito caſu ſimus in
prædiis ipſi eccleſię acquiſitis,conſtanter affirmo, huic fiſco,
vt pote priuatæ perſonæ, eccleſiam eſſe præferendam, argu-
mento. d. §. ſi debitores. & d. l. fiſcus. quæ iura inuiolata per-
manent & illæſa. Neque illis etiam obſtat ſi opponeretur, le-
ges illas de obligatione principaliter eſſe intelligendas, quæ
42 in ſucceſſorem tranſire non conſueuit, quod mutata† perſo
næ qualitate,etiam rei ſtatus mutari ſolet, arg. l. penul. C. de
impo. lucr. deſcrip. lib. 10. a qua a contrario ſenſu ita colligit
Specul. in tit. de cleri. coniug. columna ſecunda. verſicu. ad
huius. Et quamuis dici poſſet, in illis legibus debitores fuiſ-
ſe etiam re ipſa obſtrictos,cum frequentius contingat, vt bo
na debitorum obligentur, non autem perſona duntaxat, a
quo vſu frequentiore validum in iure eſt argumentum. l. ne
que natales. C. de probat. tamen reſponderi poſſet, quod cū
actio hypothecaria ad perſonalem accedat. l. non intellige-
re. C. de luit. pigno. icirco mirum non eſſe, ſi tanquam ac-
ceſſoria, naturam perſonalis obligationis ſequeretur, vt in c.
acceſſorium. de reg. iu. in 6. Reſpōdeo enim in primis, quod
hæc eſt diuinatio quædam, ſi volumus intelligere, quod in il
lis legibus de debitoribus principaliter perſonali tantū obli-
gatione aſtrictis agatur. proinde cum de obligatis indifferen
ter loquantur, ſunt ita ſimpliciter interpretādæ, iuribus vul-
43 garibus. Præterea, dico† quod etiam ſi a principio hypotheca
ria ſine perſonali ſtare non poſſit, tamen aliter eſt ex poſtfa-
cto. dicta l. non intelligere. tradit Pau. de Caſt. in l. finali. C. de
44 fideiuſ. mino. Quid? communis† eſt regula, hypothecariam
ſublata perſonali obligatione haud extingui, ſed in ſuo ro-
bore permanere. l. ſecunda. C. de luit. pignori. quam late pro
ſequitur multos caſus enarrans Anton. de Fano in tracta. de
pignoribus & hypothecis in 6 par. 2. membri num. 9, cum ſe
ſequentibus. Quare inanis redditur iſta diſtinctio, quod d. §.
ſi debitores, & d. l. fiſcus, a caſu propoſito differant, cum ibi
de reali obligatione ad perſonalem accedente, hic vero de
ea quę realis principaliter eſt, agatur. Nulla enim inter hæc
duo eſt differentia, quoniam in utroque caſu, cum ſimus ex
poſt facto, hypothecaria ſuam naturam retinet, ſecundum
prædicta. Firma igitur iſta ratio eſt. ius augeri in præiudicium
quoque alterius ob priuilegium ſuccedentis. Secundo prin-
cipaliter ad tenendam hanc opinionem alia quoque vrgen
ti ratione, atque nouo cogimur argumento. Sed priuſquam
ad rationem hāc aſſerendam noſtra oratio traducatur, quæ-
ſo lector, tria hęc pro eius illuſtriori intellectu, diligenter ac
45 cipias, primum eſt, quod bona† omnia, quæ a principe quo-
quomodo grauantur, ſunt ęſtimanda, vt æqua lance onera
ab uno quoque ſuſtineantur. Secundum eſt, quod ęſtiman-
46 di† modus, qui a iure traditur, hic eſt, vt ſecundū fructuū ac
redditum quantitatem, non autem ſecundum rei, & ipſius
47 proprietatis† qualitatem, ęſtimetur. Et ideo bona ſterilia de
libro æſtimationum delētur. Tertium illud eſt, quod iſte mo
48 dus† æſtimandi, in quo principaliter fructus, non autem res
ipſa conſideratur, potiſſimum eſt obſeruandus, vbicunque
de imponendis tributis ageretur. Redeundo ad primum di-
cimus id probari in l. forma. ff. de cēſi. in l. pe. C. de immu. ne
min. conc. lib. 10. tradit Innocen. in cap. Grauem. de ſentent.
excommun. & Petrus. de Peruſio in tract. de collectis. num.
8. Idque docuit experientia rerum magiſtra. cap. quam ſit de
elect. in 6. ſecundum vero, ſcilicet, vt una quæque res ſecun-
dum quantitatem fructuum, ac redituum ſit ęſtimanda, p-
batur per tex. cum glo. in l. ſi fundus. ff. de impen. in reb. dot.
fact. facit tex. in l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarii. ff. de vſufr.
leg. Bal. in l. Ad inſtructionem. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in
authen. Defuncto. C. ad Tertul. Imol. in l. apud Iulianum. §.
hæres. ff. de leg. primo. Et a ſimili eſt tex. in l. Qui bonis, & ibi
Barto. ff. de ceſſ. bono. Illud autem, quod iſte ęſtimandi mo
dus, eſt in tributis potiſſimum obſeruandus, ex eo liquet,
quod cum hæc ſint onera prorſus realia, conſequens eſt, vt
in illis exigendis, principaliter ad quantitatem fructuum ha
beatur intentio, magis quam in collectis, quæ principaliter
perſonis pro reb. imponi ſolēt. Ita ex mente Bar. docuit Alc.
conſil 4. in 5. volum. & Bald. in l. Prędia. C. de fideicom. vbi
49 ait, quod ille† qui fructus percipit, eſt ad onera obligatus. Si
enim fructus percipiens etiam ad collectas aſtringitur, quan
uis perſonis pro rebus iniungantur, ſecundum Bart. & Alex.
in l. His verbis. §. Idem teſtator. ff. de lega 3. Et ideo vſufru-
ctuarius tenetur, non ſic proprietarius. l. hactenus. & l. vſufru
ctu relicto. ff. de uſufru. Alexan. in conſil. 101. colum pen. in
primo volum. Iaſ. in l. prima. num. 20. & in l. 2. nu. 2. C. de iu.
Emphit. Multo magis ad tributa tenebitur, cum pure & ſim
pliciter rebus ipſis imponantur, vt ponit Alexan. in d. conſi.
4. in 5. volum, Hinc perhibent doctores, bona ſterilia de lib.
æſtimationum eſſe delenda. Cum abſonum valde atque irra
tionabile videatur, ut inde onera ſoluantur, vnde nulla vti-
litas proficiſcitur. ita tradidit Bal. in d. l. ad inſtructionem, &
Pet. de Peruſio in d. loco. Iis igitur hunc in modum expoſi-
tis ac pręfixis, iam æquum eſt, ut ratio, quam polliciti ſumus
in medium afferatur. proinde affirmamus quod cum onera
quæcunque, & præcipue tributa, non rebus ipſis ſimpliciter
ſed potiſſimum ob fructus ex illis percipiendos iniungātur,
illud ſequitur, vt clerici non teneantur, patet, quoniam fru-
ctus ſingulo quoque anno ſunt noui, vſusfructusque vnius
anni, ab alterius vſufructu, tanquam neſcio quid nuper pro-
ductum, ſeiungitur, ac ſeparatus eſſe perhibetur l. ſi vſusfru-
ctus mihi. ff. de vſufruct. legat. l. 1. ff. de vſufr. accreſc. Cum igi
tur pro tempore futuro, hoc eſt, poſtquam prędia ad eccle-
ſiam peruenerunt, fructus ex eis naſcētes, eſſe quid nouum
intelligantur, & ſint, conſequens eſt, vt grauari non poſſint,
quod ſub dominio ac iuriſdictione eccleſiaſtica pducūtur.
Quanuis etenim hæc onera a pręterito tempore cauſam tra
hant, tamen formam non habent, niſi tempore quo fructus
colliguntur. proinde cum tunc extra iuriſdictionem laici
principis ſint, impoſsibile eſt de iure, quod reſpectu illorum
a laico vlla fiat exactio, cum res ipſa ſtatum mutauerit, idq;
argumento. l. Stichus ſeruus meus. ff. de manum. teſtat. &
argumento. l. penult. C. de imp. luc. deſcrip. lib. 10. Et ita hac
eadem ratione motus ſimilem quæſtionem decidit Bal. in l.
fin. C. ſin. cenſ. Cuius dicta recte conſiderantur, magno huic
noſtræ rationi ſunt adiumento. ceſſat enim in ꝓpoſito caſu
ratio eorum, qui contrarium perhibuerunt, affirmātes, hæc
prędia eſſe affecta, ideoque cū onere annexo trāſferri. Quo
niam id uerum non eſt, tum vi priuilegij ſucceſſoris, vt late
in pręcedenti ratione tetigimus & infra latius aperietur, tū
etiam ipſius rei intuitu, cui tributa potiſsimum imponun-
tur. Nam poſſet forte procedere diuerſa ſententia, vbicun-
que

que proprietati magis prædiorum, quæ ſemper eadem eſt, quam eorum fructibus tributa iniungerentur. Sed cum ſupra contrarium probauerimus, ſimulque ipſos fructus qui noui ſemper ſunt, nunquam fuiſſe ſub laicorum poteſtate
50 docuerimus, conſequens eſt, vt deſtructo † eorum, qui contra nos ſunt, fundamento, ſuperædificata quoque ab illis opinio deſtruatur. capitulo. Paulus 1. quæſtione 1. Eſto enim quod
51 illa prædia ſemper illa, atque eadem ſint, tamen fructus † ipſi, qui potiſſimum in ferendis oneribus conſiderantur, diuerſi ſunt, nõ modo a proprietate prædiorum, ſed etiam ab alijs fructibus quotannis a d. proprietate naſcentibus. De vno ergo ad aliud nulla fieri debet illatio, cum hæc diſſimilia ſint. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbor. oblig. & l. Papinianus exuli. ff. de minorib. Neque obſtat ſi huic nouę a me allatæ rationi duo obiicerentur. Alterum, quod etiam ſi principalis intentio tributa exigẽtium ad fructus dirigatur, ut iure negari haud poteſt, tamen cum fructus illi, a re prius affecta & obligata, naſcantur, æquum eſt, ut res ipſa, & eius quoque proprietas in his omnibus conſideretur, ſine qua fructus oriri non poſſent. Reſpondeo, diligenter eſſe animaduertendũ,
52 quod cum acceperimus † a iure pontificio abhorrere plures ac diuerſas res ab eccleſia diuerſis quoque temporibus acquiſitas, poſteaquam ſimul fuerint conſolidatæ, atque vna ſubſtantia, & idem eccleſiæ patrimonium factæ, diuerſo iure cenſeri, ut de hac ipſa re text. eſt not. in c. cognouimus. in fi. 12. q. 2. & in c. cũ in tua. de decim. & in terminis noſtris eſt glo. in c. dilectus. 3. de præben. Ergo longe magis ab eodem iure abhorrere credendum eſt, & unam & eandem eccleſiæ rem, atque idem prędium duplici iure cenſeri, cum iſta ſit maior connexio quam prædicta, propterea hoc ipſum clare fuit legibus quoque ciuilibus conſtitutum l. Eum qui ædes, ff. de vſucap. cum concord. Cum igitur a iure ipſo cogamur ad conſiderandum diiudicandumque, quo iure cenſendum ſit prædium, ita vt vno, non autem duplici iure cenſeatur, uideamus, vtrum illud vel totum laicum, vel totum eccleſiaſticum debeat exiſtimari, & vtra iſtarum veriſimilior ſit coniectura. Quo caſu dicimus, id totum eſſe a fructibus iudicandum, qui cum iuriſdictioni eccleſiſticæ ſint ſubiecti, ut ſupra fuit iure concluſum, conſequens eſt, ut tota res eccleſiaſtica iudicetur, non autem a proprietate normam accipiat, tum, quod explorati iuris eſſe cognouimus, vbicumque ad duo
53 † ſimul diſpoſitio aliqua trahi poteſt, ſemp illud potius eſſe, cui principalis intentio diſponẽtis magis innititur, & ab hoc tota illa regitur diſpoſitio. l. Qui exceptionem, & ibi Docto. omnes. ff. de condi. cr. indebit. & eſt gloſ. ad quam Bald. & alii acceſſerunt, in l. Venia. C. de in ius uoc. Tum etiam quod to-
54 tum † aliquid a ſua potentiori parte denominari ſolet, argumento. l. Quæritur. ff. de ſtatu. hom. Quod quidem locum habet etiã in iis, quæ diuiſibilia ſunt, ut a parte quoque potẽtiori gubernenetur, ut eleganter ait iuriſconſultus in l. pediculis. §. 1. uerſic. Margaritæ. ff. de aur. & arg. leg. Sed in propoſita re eſt vel facillime concedendum, & principalem onera exigentium intentionem ad fructus dirigi, & eam eſſe partem potentiorem onerum exigẽdorum, ut ſupra fuit oſtenſum. Quare iſta res tota a fructibus, & conſequenter tota eccleſiaſtica eſt iudicanda. Quæ concluſio confirmatur, quoniam a legiſlatoribus accepimus, partem illam, quæ minus digna eſt, a digniori ſemper trahi, ac eius naturam nãciſci. c. quod in dubiis, de conſecrat. eccle. uel alta. c. ſi duo, & ibi Domin. de ſanto Gem. de off. delegat. in 6. tradunt gloſ. & doc. in l. 1. ff. de uerbo. oblig. & Bal. in l. 2. C. comm. de le. proinde maio-
55 res noſtri tradiderunt, quod ſi multi † ſimul, quorum aliquis clericus ſit, deliquerunt, totam eorum omnium cauſam eſſe ab eccleſiaſtico iudice terminandam, reſpectu ſolius clerici, quod dignior eſt c. 1. & ibi Mar. Soc. de fo. compet. Bart. in l. ſolent, cum ibi addit. in ſecunda columna. ff. de alim. leg. Socin. in l. cum ſenatus, in fin. ff. de reb. dub. Vbi teſtatur ita in facti contingentia fuiſſe deciſum, atque idem docuit Io. Crot. in l. 1. nu. 19. de uerb. oblig. Pariter quoque, hac eadẽ ratione maioris dignitatis, traditum eſt, ſi duo iudices, quorũ alter ſit clericus, ſimul ſententiam aliquam protulerunt, appellationis cauſam iure eſſe a ſuperiore eccleſiaſtico decidẽdam, ſecundum Alex. in conſ. 183. in 2. vol. vbi multos retulit quos nihil attinet recenſere. Sed in propoſito caſu, fructus, q prorſus ſunt clericorum, & ſub eorum poteſtate producti, debent illius fundi pars dignior nuncupari, habito reſpectu ad ius, quod in eo ad laicos pertineret. Quamobrem totus ille fundus, ab iſtis fructibus eccleſiaſticæ ditioni ſubiectis, tãquam a ſua parte digniori eſt moderãdus, ac regendus, cum ius ipſum poſtulet, ut totus aut laicus, aut eccleſiaſticus iudicetur, ne eadem res duplici iure cenſeatur. Ab omni etenim iure & æquitate abhorreret ſi eiuſdem rei pars, laicæ iuriſdictioni, & altera pars eccleſiaſticæ ſubijceretur, per ea quæ paulo ante probauimus. Altera principalis obiectio, quę poſſet contra prædictam concluſionem afferri, ea eſt. Quod etiam ſi uſusfructus quotannis & nouus, & diuerſus eſſe intelligatur, tamẽ negari haud fas eſt, quin tributi exactio cauſetur ab obligatione iã ante cõtracta, tpe quo res erat ſub laicorum dominio conſtituta, qua pp iuri conſentaneum uideatur, ut ad tempus illius obligationis retrotrahatur, Re-
56 ſpondeo, eam † eſſe huius fictionis translatiuæ naturam, ut duo extrema habilia exigat, extremum ſcilicet a quo, & extremum ad quod, ut utar ipſis iuris interpretum uerbis. Ita Bar. & alii docuerunt in l. Si is qui pro emptore. ff. de vſuca. Sed hic, extremum a quo, inhabile reperitur, quoniam tempore, quo fructus naſcuntur, res in eccleſiam translata nouũ ſtatum aſſumpſit, fructusque a laicorum exactionibus ſuapte natura in lucem mittuntur immunes, quare ceſſat fictio translatiua, conſequenterque iſta exactio retrotrahi non poteſt. Huc accedit, quod quemadmodum ſi hæc prædia ſterilia efficerentur, non deberent amplius tributorũ onerib. ſubiacere, ad quæ iam antea tenebantur, imo eſſent de libro æſtimationum vel cenſus detrahenda, ſecundum Bal. in l. Ad inſtructionem. C. de ſacroſ. eccleſi. & Petr. de Peru. in trac. de collectis, utque latius in præcedentibus eſt declaratum, ita hoc idem eſt concedendum, poſtquam res in eccleſiam trãſlata & nouum ſtatum ac priuilegium eſt adepta. Nam ita quodammodo ſterilis effecta eſt, quadam, ut ita dixerim, ſupuenientis iuris ſterilitate, cum ad laicorum vtilitatem fructum amplius non producat. Idq; ita lege permittente, cuius autoritate omnia licent. l. Graecus. C. de adulte. Verum ſi diceretur, quod hoc modo falſa eſſet vulgata illa regula iuris, qua cautum eſt, vnumquenque rei ſuæ eſſe moderatorem, & arbitrum, cum nos negemus eum onera reb. ſuis ita poſſe iniungere, vt eccleſia ſi in eius manum uſque peruenerit, ad ea perferenda teneatur, contra l. In re mandata, C. mand. cum vulg. & præſertim contra elegantem tex. in l. Non vſque adeo. ff. ſi a par. quis manu. fu. vbi Iuriſconſultus ait, iniquum eſſe, ingenuis hominibus non eſſe liberam rerũ ſuarum alienationem. Reſpondeo, vnumquenque rerũ ſuarum dominum ac moderatorẽ eſſe, ac de illis arbitratu ſuo poſſe diſponere, dum id fiat ſeruata forma a legum conditoribus tradita, & non aliter. d. l. Nemo poteſt. ff. de leg. 1. Idq;, quoniam nemo, principe excepto, legibus eſt ſolutus. l. Digna vox. C. de legi. cum concor. Proinde legiſlatorib. æquiſſimum viſum eſt, parentem, in præiudicium legitimæ filiorum, teſtari non poſſe. l. Quoniam in prioribus C. de in offic. teſta. cũ multis aliis caſibus, qui breuitatis cauſa prætermittuntur, in quibus lex voluntati dominorum reſiſtit, ne libere de ſuis bonis diſponant, vt notiſſimum eſt. Quare & hic eſt concedendum, bona a domino obligari poſſe, ita tamen, vt priuilegium immunitatis quod eccleſiæ a iure ipſo cõceſſum eſt, non lædatur. Præterea eſt animaduertendum, quod dominus rei non eſt is, qui bona ſua ad tributum obligat, ſed huiuſcemodi onera a lege ſeu a principe imponuntur. Cæterum, neque princeps, neque lex ipſa, aut poſſunt, aut debent effectum porrigere in illud tempus, quo hæc erunt eccleſiarum, cum tunc immunia ſint, & in illa principes laici nullam prorſus habeant poteſtatem. c. ſemel Deo dicatum, de regul. iur. in 6. Id quod latius ex infra dicendis rationibus aperietur. Quare illud ſequitur, ut hoc fieri ullo pacto non liceat, ne alioqui eccleſiarum priuilegia euertantur, quæ ad illas omni iure pertinent. Quod inconueniens ceſſat, ubi dominus uel pacto, uel alia ui contractus, bona ſua, vtcunque ſibi libitum eſt, obligaret. Nam tunc nullum propterea eccleſiæ priuilegium læderetur, ut conſiderat Abb. in conſilio 26. in fi. in 1. vol. Nemo enim a contractibus reperitur immu-
57 nis, cum etiam † ipſe Deus obligetur ex pacto, teſte Bal. in l. 1. ff. de pact. Et ex iis, ratio iſta de fructibus, quam non inutiliter nouo quodam modo excogitauimus, firma ramanet, & illæſa. Præterea nego, quod iſti fructus a proprietate affecta naſcantur, cum ipſa quoque proprietas tranſeundo in eccleſiam liberetur, vt ſtatim in ſequenti ratione probabimus. Nunc iam tertia ratio ſeſe offert, quę ea eſt quod tributa non alio, quam iure ſubiectionis, a laico principe exiguntur. ita colligitur ex epiſtola Paul. ad Rom. capit. 13. Subditi eſtote. ideo enim & tributa præſtatis & c. Et propterea tri-
58 butũ † a principe exigi non poteſt, niſi de bonis ſubiectis eius imperio, ut docuit Bart. in l. 1. colu. pen. C. de mul. & in quo loc. lib. 11. Oldrad. in quodam tract. circa materiam munerum, in 4. par. quem ſecutus eſt Soc. in conſi. 119. Sed iſti fructus quibus, vt diximus, hæc onera potiſſimum innituntur, neque ſunt neque vnquam fuerunt, etiam eorum origine inſpecta, laicorum poteſtati ſuppoſiti, quamobrem, ceſſante ratione ſubiectionis, ceſſare debet etiam tributi pręſtatio, argumento. l. fin. ff. de Iuriſd. omn. iud. facir. l. Adigere. ff. de iur. patr. & cap. cum ceſſante de appell. Cum enim tempore quo fructus colliguntur, ſubſit defectus, tum reſpectu cauſæ effi-

efficientis, hoc eſt, ipſius laici principis tributum exigentis,
qui rerum eccleſiaſticarum incapax eſt, nedum princeps, tũ
etiam ſublit defectus reſpectu cauſæ materialis, hoc eſt, ipſo-
rum fructuum, qui extra laicam iuriſdictionem ſunt poſiti,
conſequens eſt, tributum ei aliquod exigere non licere, per
ea quæ habentur, maxime per Iaſ. in l. Exiſtimo. ff. de verbo,
oblig. Et ex iſtis contraria illa ratio cõfutatur, ſcilicet, quod
onera rei annexa etiam in priuilegium tranſeant ſucceſſo-
rum. l. prima. C. de indict. libro 10. cum alijs ſupra in contra-
rium adductis. Quoniã ea procedunt, in priuilegiatis dunta-
xat ſuppoſitis laici principis poteſtati, quo caſu, cum ſem-
per vigeat potiſſima illa ratio ſubiectionis æquũ eſt, ut eius
quoq; duret effectus, hoc eſt, ipſa tributorum exactio. aliud
autem in propoſito caſu, in quo ſubiectionis ius quoad laicos
tollitur, & ſolutum eſt. Et ratio rationis ea eſt. Quoniam pri-
59 uilegiati † laici, cum ſua fuerint a laico principe adepti priui-
legia, non poſſunt contra eum, qui cõceſſit, illa afferre, ac re
torquere, argum. l. Amiciſſimos, in fi. ff. de excuſa. tut. tradũt
Doct. in l. poſthumo. C. de bon. poſſ. contra tab. ſed eccleſia
priuilegium habet immunitatis a Deo, ut ſupra cumulate
fuit oſtenſum, quod a mortalium nemine eſt violandum, cũ
apertiſſimi iuris ſit, inferiorem haud poſſe ſuperioris legem
infringere. l. nam magiſtratus. ff. de arbit. & c. cum inferior.
de maior. & obed. Et ideo cum dicimus, rem eſſe affectam &
perpetuo oneri alligatã, illud intelligas licet, donec res ſub-
eſt illius principis poteſtati. & non vltra. Dico etiam ſi nõ de
fructibus duntaxat, verum etiam ſi de ipſa proprietate age-
remus. Quoniam res tota, ſoluto iure ſubiectionis, per tranſi
60 tum in eccleſiam liberatur. Neque † hæc uox, oneri perpetuo
refragatur, non enim ſemper eſt vſque adeo late accipienda
ut quandam æternitatem ſignificet, cui nullus unquam euẽ
tus, aut nulla ætas finem ſit allatura, ſed diuerſimode, prout
ſubiecta materia exigit, eſt intelligẽda, ut plene docuit Ale-
xand. in conſil. 6. in 1. uolum. atque alii multi hoc idem ſæpiſ
ſime tradiderunt, ut per Alber. in ſuo dictio. in uerbo, per-
petuo, cum ibi additis. Et hoc communiter in quacumque
re ab omnibus dici ſolet. Nam verborum interpretatio, ſem
per a ſubiecta materia ſumitur, vt tradit Bart. in l. omnes po
puli. in 2. q. lex. q. principalis, & Bal. in l. conuenticulam. C. de
epiſ. & cler. proinde vt ad vocem hanc, perpetuo, redeamus,
habetur in l. 1. cum ibi notat. ff. pro ſoc. ſocietatem, quæ inter
duos perpetuo initia eſt, alterius morte diſſolui pariter quo-
que dici ſolet, quod quamuis dos perpetua ſit, & ea detur in-
tentione, vt ſemper apud maritum ſit permanſura. l. 1. ff. de
iu. do. eam tamẽ ſoluto matrimonio, a quo dos ipſa cauſatur
& pendet, repeti poſſe l. poſt dotem. & toto fere titu. ff. ſoluto
matr. l. dos a patre, C. eo. tit. Quare, ita quoque & in propoſi-
to caſu eſt vel facile concedendum, quod bona dicãtur affe-
cta. & perpetuę tributorum exactioni ſubiecta, hoc eſt, donec
ab authoritate maiori ius ſubiectionis diſſoluatur, quo extin
cto, æquiſſimum eſt. ut etiam tributi exactio, quæ ab eo cau
ſatur & pendet, extinguatur, vt videre eſt in dote, quæ ſuper-
ueniente matrimonii ſolutione repetitur, & nomen dotis
amittit. Sed hoc ſubiectionis ius, quod laico principi debeba
tur, ab authoritate maiori, hoc eſt, a iure diuino, & a quali-
bet alia lege diſſoluitur cũ per tranſitũ in eccleſiam, iſta bo-
na e laicorum poteſtate penitus eximuntur, ut late iam an-
tea demonſtrauimus. Ergo etiam tributi exactio debet ex-
tingui, cum remota cauſa, ipſi quoque remoueãtur effectus.
d. l. adigere. ff. de ius. patr. & capit. cum ceſſante de appellat.
61 cum vulgat. Vbi n. actus † aliquis ſubſequens, ab actu præce-
dente conſequentiam trahit, idem iudicium de illo, quod
de actu quoque præcedente fieri ſolet. l. tertia. §. ſcio. ff. de
minor. tradit late Soc. in conſilio 70. in 3. volum. facit. cap. ac
ceſſorium. de regul. iuris, in 6. ſed hæc tributi exactio a iure
ſubiectionis proculdubio conſequentiam trahit vt prædixi-
mus, idque ex ſe patet, cum nemini, principe excepto, tribu-
ta exigere liceat, ergo eius conſequens eſt, vt ſublata laici
principis iuriſdictione etiam ius tributa exigẽdi, in ipſius prę
iudicium extinguatur & corruat, vt in ſimili quęſtione aiunt
Inn. Anto. de Butr. & Abb. in cap. 2. de voto, idque latius pro-
ſequitur Felin. c. Quæ in eccleſiarum numero ſexto de. con-
62 ſtitut. Quibus in locis perhibent, ſublato † voto reuocari ius
quoque alteri ex ea ratione acquiſitum. Quare ita & hic tandẽ
fateamur neceſſe eſt, ut ſublato laici principis imperio, con-
ſequenter etiam iſtud exigendi ius ruat, & pereat, quod ad ſi-
63 ſcum earuntum ratione ſpectabat, in iis, † enim quæ de laici
principis iuriſdictione excunt, ille non amplius habetur vt
princeps, ſed magis iure priuatę perſonæ vtitur, vt arguen-
do de re ad perſonam eſt tex. & ibi doc. in l. fi. ff. de iuriſdi. om
nium iud. Quarto principaliter, hęc eadem concluſio ſuade
64 tur. Nam quemadmodum † collectę, quæ perſonis pro rebus
iniunguntur, rebus, quæ in eccleſiam tranſierunt, imperari
non poſſunt, ut late habetur in d. l. placet. C. de ſacroſ. eccle.

& omnes ubique cõſentiunt, vt docuit. Barb. in conſ. 1. in 1.
vol. eorumque illa eſt ratio, quod cum perſonæ clericorum
laici principis non ſubiaceant poteſtati, conſentaneum eis
videtur, ut perſonę immunitas, etiam res ipſas ab exactioni-
bus collectarum excipiat. Ita in ꝓpoſita re uideretur pari ra
tione concedendum, quod cum tributa rebus principaliter
reſpectu fructuum imponantur, ut docuit Alex. in conſ 4. in
5. vol. & late ſuperius fuit oſtẽſum, rurſuſque cum iſ fructus
tanquam res noua eccleſiaſticæ prorſus ſubiaceant iuriſdi-
ctioni, concedendum, inquam, videretur, eorum intuitu rẽ
totam fieri immunem, & ius proprietatis fructibus ipſis an-
nexum ab eccleſiaſtico fructuũ iure moderari, ac regi opor-
tere, per ea quæ de collectis a maioribus noſtris accepimus,
qui voluerunt, atque vnanimiter conſenſerunt, reſpectu per
ſonarum totam rem pure ac ſimpliciter a collectarum exa-
ctionibus eximi. quapropter etiam ratione fructuum hoc
idem negare non liceat, cum de re ad perſonam validum in
iure ſit argumentũ. l. 2. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt vi
exim. Et ideo de fructibus, qui clericorum ſunt, ad eorum
perſonas licita fiat illatio. Quinimo, dico hoc argumentum
a fortiori procedere. Nã in collectis potior eſt illa intentio,
quę ad res, quam quæ ad perſonas haberi ſolet, quamuis etiã
mixta adſit conſideratio perſonarum, vt uidere eſt per om-
nes, qui hanc materiam tractarunt, maxime per Bal. in l. præ
dia. C. de fideicom. ubi ait, in collectis, res ad perſonas, tan-
quam digniores, accedere. Et ſic illa, ut ita dixerim, principa
litas perſonarum a dignitate prouenit, non quod ipſæ in pri
mis ad huiuſmodi onera teneantur. Contra vero, hæc tribu-
ta, de quibus agitur, potiſſimum ratione fructuum vt iam ſæ
pe diximus, imponuntur. Si itaque ibi, perſonæ, quæ ſũt pars
debilior onerum ferendorum, ac etiam eſt pars a rebus ipſis
ſeiuncta, & clericos & eorum bona a collectarum ſolutioni
bus eximunt, multo magis dicendum eſt, fructus, qui ſunt
tributorũ exactionis potior pars, atque illius & eiuſdem rei
pars, clericos poſſe omnino ab huiuſmodi exactionibus libe
rare, argumento. l. quæritur. ff. de ſtat hom. & l. pediculis. §. 1.
ff. de aur. & argẽ. leg. ubi de ea parte potentiori agitur, quod
etiam ſupra enucleauimus. Quinto prædicta confirmantur,
propterea quod ſatis exploratum eſſe arbitramur, horum
bonorum fructus ab eccleſiaſtico principe grauari poſſe, cũ
ipſi nunquam fuerint alterius imperio ſubiecti. Quis enim
affirmare audeat, pontificem Maximũ, vel decimas, uel alia
quæcunque onera ſuper dictis fructibus imponere non poſ-
ſe, cum ipſe ſolus ſit, qui in bonis eccleſiarum pleniſſima
fungitur poteſtate. c. propoſuit, de conceſſ. præb. ea. licet. de
præbendis in 6. & melius quam alibi habetur in clem. 1. vt
lit. pend. Tanta enim in rebus eccleſiarum eſt pontificiæ po-
65 teſtatis amplitudo, quod papa † cum omnibus prælatis in eo-
rum iuriſdictione, ac poteſtate concurrit, teſte Abb. in conſi.
84. in 1. vol. ita ut in feudum cõcedere valeat non modo ea
quę ſui ſunt apoſtolatus, verum etiam quaſcũq; res, quę alia
rum omnium ſunt eccleſiarum, ſecundum Doc. poſt Io. Mo
nac. in c. ſi eo tempore de elect. in 6. & per. Bal. in c. 1. in prin
cipio. Qui feud. dat. poſſ. Et per Albert. bruo in conſ. 1. & 2. &
per Soc. in conſi. 10. colum. 5. verſ. circa tertium. inter conſ.
Albe. Brun. Quapropter dubitare non licet quin iſti fructus,
qui prorſus ſunt clericorum ac ẽt tota res, quæ iam in eccl.
ſit tranſlata, a Pont. Max. vtcunq; ei libuerit grauari poſſint,
66 cum † in materia beneficiorum voluntas papæ pro ratione
accipiatur, teſte Dec. in conſi. 141. vbi multa de pontificia do
cuit poteſtate, & Soc. in conſ. 13. in 1. vol. Hoc igitur poſito ac
præmiſſo, quod fructus illi a papa grauari poſſint, illud ſequitũ
67 ut a laico principe grauari nequeant, ne alioqui † poſſit con-
tingere, bona eadẽ duplici onere a diuerſis principibus gra-
uari, id quod a iure ipſo, & ab omni prorſus æquitate abhor-
ret. l. honorem ſuſtinentr. cũ gl. ff. de muner. & honor. gl. in l.
1. C. de mulier. & in quo loc lib. 10. & Bal. in ca. capitulum. ſ.
crucis, de reſcrip. idq; ab oĩbus ꝯfirmatũ eſt. Sexto dicimus,
68 ꝙ quemadmodum res † eccl. ſi profana fieret, ad ſolutionẽ
exactionũ laici principis indiſtincte cõpelleretur, ea rõne ꝙ
mutatione pſonæ, priuilegiũ quoq; mutari ſolet, Bart. in l.
Paulus, in fin. ff. de acquit. hæred. & Doct. in l. licitatio. 10 fi. ff.
de public. & clare habetur per Firmanum in tract. de gabel-
lis. 7. par. principali nu. 23. ita ꝓfana cũ ad eccl. tranſierit põt
indiſtincte ab eccl. principe grauari, & a nullo pręterea, ea
nimirum ratione. quod mutatione perſonæ priuilegiũ quo-
que mutari ſolet. Immo multo magis hoc eſt admittẽdum,
cum longe maiorem fauorem piæ cauſæ quam profanæ
legum omnium deferant conſtitutiones. l. ſunt, perſonæ. ff.
de relig. & ſump. funer. idque latius ex infradicendis rationi
bus aperietur. Alioqui ſequeretur, Dei eccle. deterioris fore
conditionis quam res profanas. quod, religione non uiolata,
dici a quoquam non poſſet, vt omnibus, qui iuris non ſunt
ignari, notiſſimum eſſe exiſtimamus. Septimo, hęc alia ratio

ne

ne confirmantur. Nam bona eccleſ. publico ſunt ſpirituali
vſui deſtinata. capitulo videntes 12. quæſtione 1. & capitulo
quoniam. 16. quæſtio. 1. Hinc traditum eſt in cap. Nulli liceat
12. q. 2. qđ omne id qđ eccleſię cõſecratur, ſiue fuerit animal,
ſiue ager, ſiue aliud quodcumque ſanctum ſanctorum effici
tur Domini, & ad ius pertinet ſacerdotum, atq; ideo ad pro-
fanum vſum non debet amplius reuocari, quia quod ſemel
Deo dicatum eſt, ad humanos vſus nõ debet amplius trãsfer
69 ri. c. ſemel Deo dicatum de regu. iur. in 6. Quare concluditur
res quæ iam in eccl. tranſierunt, amplius vllo pacto non poſ
ſe exactionibus ſæcularium ſubiacere. Quod cõfirmatur ex
iis, quæ de horto & manſo iam antea diximus. Ex quibus pa-
tet, inter paruam ſeu magnam bonorum eccl. quantitatem
nullum eſſe diſcrimen. Et profecto valde indecorum ac re-
prehenſibile videretur, ſi concederemus, de rebus eccleſiæ
ac Deo dicatis iure tributa a laico principe exigi poſſe, cum
multoties in inferendo contra Chriſtianos bello, ac etiam
contra ipſam eccleſiam, fœdum dii immortales facinus, im-
pendatur. Hoc autem mali eſſe exempli nemo iure dubita-
uerit, & propterea merito eſt reſpuendum. argum. l. ſi quis
aliquid. §. qui abortionis. ff. de pæn. ibi, quia mali exempli
res eſt. &c. Ad prædictam opinionem tenendam alia ratione
vrgemur. Nec ſane mirari oportet, tot rationes de vnam eã-
demque rem probãdam adduci, cum veritati rationes vltro
famulentur, & vltro ita plerumque ſe offerant, vt aliam vel
ducere, vel ſecum trahere, quadam quaſi neceſſitate videan
tur. Nam † verum vero concordat. 1. Ethicorum. A legum igi
70 tur conditoribus eſt acceptum, paria eſſe aliquid fieri tem-
pore vetito, vel fieri tempore licito, ſed in prohibitum tem-
pus differri. l. in tempus. ff. de hæredi. inſtitu. l. quod ſponſæ &
ibi Barto C. de donat. ante nupt. & eſt elegans text. in l. Sticus
ſeruus meus ff. de manu. teſta. ſed ſic eſt, quod res iam eccleſ.
huic tributo ſubiici non poteſt, ergo neque id antea fieri li-
cet pro eo tempore, quo futura eſt aliquando in eccleſ. pote-
ſtate, ac mancipio, per prædicta. Et ſi diceretur, ea duntaxat
locum habere quando aliquid differtur in tempus expreſſe
prohibitum, ſed hic nulla eccl. fit mentio, ergo &c. Rñdeo, ꝙ
cum ſæpiſſime contingat, bona laicorum diuerſimode in ec
cle. transferri, hoc perinde eſſe conſiderandum, ac ſi expreſ-
ſe memoraretur, per tradita per doct. in l. fiſtulas. §. frumen-
ta. ff. de contrah. empt. facit. l. & ſi ſine. §. quæſitum. ff. de mi-
nor. ibi, & quotidie prętores reſtituunt, arg. n. ab uſitatis va-
lidum eſt. l. ſi quis donaturus. ff. de vſufru. Quare hoc quod
in eccl. tranſire valeant, euenire poſſe proſpiciẽdum eſt, arg.
l. ſi quis domum. §. idem quæritur. ff. loca. ibi, euenire poſſe ꝓ
ſpicere debuit. Quare noſtra hæc ratio iam tandem firma re
manet. Ad quam alia quoq; rõ in iure potens accedit. Nam
71 † vbicumque diſpoſitio aliqua, ad eũ caſum venit, a quo inci
pere nõ potuiſſet, tota hæc diſpoſitio redditur irrita & inanis
quis actus ſit ꝑfectus, ſed nondũ cõſummatus, neq; aliqđ ſeq
poteſt abſurdũ, vt per Imol. in l. pen. §. & ſi placeat. col. 2. ff. de
verb. oblig. Cæterũ, in propoſita re, quamuis dici poſſet actũ
impoſitionis tributi illo tempore fuiſſe perfectum, quo præ
dia, laici principis ſuberant poteſtati, tamen quo ad futuras
annuas exactiones nondum dici poterat cõſummatus, quo
tempore ſi tributum exigeretur, in multa, vt prædixi, incon-
uenientia incideremus, ideo vetus illa tributi exactio irrita-
tur, cum prędia in eccl. translata, ſi forte a laicis grauarẽtur,
ad eum caſum perueniſſe dicerentur, a quo incipere non po-
tuiſſent, cum ab eis noua tributa huiuſmodi reb. iam ecc. ac-
quiſitis vllo pacto imponi non poſſent, ergo &c. poſtremo,
ſubtiliter ac vere ſic poſſumus colligere argumentum, & di
cere, quod ẽt ſi cõiter verum eſſet id quod perhibent aduer-
ſantes, ſ. per tranſlationem rei prius affectę quæ in aliquẽ ſit,
ꝑpea, tamẽ ius, quod alieri erat iam antea acquiſitum, aufer-
ri non poſſe, vulg. l. id quod noſtrũ eſt. ff. de reg. iu. tamen di-
cere auſim, hoc nõ ꝓcedere, vbicumq; res illas prius affectas
eccleſia nanciſceretur, intelligo tamen in iure alteri acquiſi
to ratione ſubiectionis, vt loquimur, qm̃ quicquid eccleſia
adipiſcatur, vere & proprie non dicitur alienatũ, neq; in aliũ
ſimpliciter eſſe trãſlatũ, ſed iure dr̃ ad priorem naturã ſuam
rediſſe, ac primũ ſtatum aſſumpſiſſe, conſtat. n. iam inde ab
initio Domini eſſe terram, & omnem plenitudinẽ eius, pſal.
23. eique datam fuiſſe quamcumque poteſtatem in cœlo &
in terra, Matth. vltimo. ideo de neceſſitate ſalutis credẽdum
eſt, qui vtriuſque gladij poteſtatem fuiſſe ab initio tributam
eccleſię, vt crebrioribus ſententiis traditum eſt in c. nouit. de
72 iudic. & propterea † recte aiunt illi patres, qui conſtanter affir
marunt, Conſtantinum reſtituiſſe potius quam donaſſe, ut
hoc ipſum docuit glo. not. in c. ego Ludouicus. 63. diſ. idem
ex mente Iac. But. docuit Alex. in conſ. 129. incipit. uiſis codi
cillis, in 1. uol. & Ioan. de Ligna. in clem. Romani. de iureiur.
& Abb. in conſilio 82. in 1. vol. cui poſſent multa aggregari,
quæ attulimus in libro a nobis edito, in quo donationem

Conſtantini defendendam ſuſcepimus. ubi hac ratione, ex
multis virorũ magni nominis autoritatibus fuit cumulate
oſtenſum, donationẽ illã magis ꝓprie reſtitutionẽ quandã ꝙ
donationẽ iure nuncupari poſſe. Sed tũc iuris ſeſe offert cõ-
ſequẽtia, qđ vbicunq; res in alium transfertur, & ꝑ huiuſmo
di tranſlationem, ad primum ſtatum redit, prioremque ip-
ſius naturam adipiſcitur, tunc ius alteri acquiſitum vel facil
lime reuocatur, neque ob id aliqua ei dicitur illata fuiſſe in-
iuria, quoniam res quæcunque haud magno conatu ad prio
rem naturam ac ſtatum reuertitur. l. ſi vnus. §. pactus. cum
glo. ff. de pact. Iſta memoratu digna deciſio probatur in l. ꝙ-
res. ff. de natal. reſtit. & in c. ab. exordio. cum glo. 35. diſt. cum
multis alijs, quæ late aſſeruntur per Alber. Brun. in conſilio
1. col. 7. ver. tertio pro prædicta. vbi teſtatur, hanc eſſe veram
& indubitatam ſcriptorum ſententiam. Ad quam acceſſit
Io. Campezius in conſ. 2. inter conſ. Alber. Brun. & Soc. in cõ-
ſilio 10. inter conſ. eiuſdem Bruni, col. 8. ubi citat glo. in c. ſta
tutum de pręben in 6. & hoc confirmari poteſt ex ijs, quæ la
te docuit Felin. in c. cum omnes nu. 6. de conſtit. vbi multis
73 exemplis confirmat, ſolennitatem, † quæ alioqui ad validita
tem alicuius actus exigeretur, non exigi vbicunque ad pri-
mum ſtatum fit reditus. Cum itaque quicquid acquirit ec-
cleſia, dicatur, quod attinet ad ius imperii, priorem ſtatum
ſuum aſſumpſiſſe, vt ſupra fuit iure concluſum, conſequens
eſt, ut ius illud quod ea in re ad laicũ principem pertinebat,
facillime, & abſq; vlla ipſius iniuria reuocetur. Huic noſtræ
opinioni quæ tot vrgentiſſimis rationibus eſt ſubnixa ne au
toritates quidem defuerunt. eam. n. & glo. & Cy. approbaue
runt in l. placet. uer. poſtremo. C. de ſacroſ. eccl. cum ibi tra-
diderint, legem illam, in qua de ordinarijs oneribus ageba-
tur, fuiſſe correctam per authen. Item nulla communitas.
C. de epiſc. & cleric. quę fuit ad fauorem eccle. promul-
gata. Et hoc idem uidetur ſenſiſſe gl. in l. de his. C. eo. titu. de
epiſ. & cleri. Nũc illud ſupereſt, ut quo hæc ſententia firmior
& certior oſtendatur, ea quæ nobis opponuntur, omnia diſ-
74 ſoluantur. Primum igitur † dicimus non obſtare tex. in cap. ſi
tributum. 11. q. 1. quoniam ſi recte conſideretur illud. ca. ma-
gno potius nobis eſt adiumento. Ibi. n. Ambro. ait ſi impera-
tor ab eccl. tributum peteret, ei eſſe ſoluendum. Ego hoc
Amb. documentum intelligo, ut moneat, imperatori non
reſiſtendum, quod potentior ſit, non autem quod iure id fie
ri concedat. Et hanc fuiſſe Ambro. mentem duobus argu-
mentis oſtẽdimus. Primum. n. ut nouimus, vna pars iuris ab
altera declaratur, teſte Ang. in l. utrum. ff. de petit. hæred. fa-
cit ad rem. l. ſi ſeruus plurium, & l. qui filiabus. ff. de leg. 3. ſed
ita ſe res habet, vt idem Ambro. in c. magnum. ibi immedia
te ſequenti, in quo ea continuantur, quæ tradita ſunt in d. c.
ſi tributum. affirmet hoc fieri debere exemplo Chriſti, ꝙ tri-
butum Cæſari non negauit, conſtat autem Chriſtum ipſum
non ſoluiſſe quod teneretur, imo ante omnia ſe non teneri
apertiſſime declarauit, attamen ne ſcandalum fieret, tribu-
tum ſoluere uoluit, ut habetur Matth. 17. & in c. iam nunc,
28. q. 1. & per glo. in d. c. Magnum. quare ſequitur, vt eodem
modo pręcedentia Ambro. verba ſint intelligenda, cũ mẽs
75 † referentis ſemper ſecundum ea, quæ aſſeruntur, ſit accipiẽ
da, vt per Bar. in l. non ſolum. §. liberationis. ff. de liber. leg. ſe
cundo animaduertendum eſt, in eodẽ loco Ambro. voluiſ-
ſe, etiam ipſa eccleſiarum prædia, quando ab imperatore
vendicarentur, ei eſſe concedenda. Certo autem certius eſt,
imperatores nullam in vendicandis eccleſiarum prædijs ha
bere poteſtatem, ut ibi in d. c. ſi tributum. glo. apertiſſime cõ
ſenſit, dicens, hoc ipſum non iure permittente, ſed de facto
tantum fieri poſſe. id quod etiam tex. ibi in fine innuit. Non
dono, ſed non nego, quaſi dicat, ſponte non do ea quę iuris
ſunt eccleſiarum, ſed ne ſcandalum fiat, non nego. Quapro
pter cum ibidem in eodem loco, ac fere ſub eadem conce-
ptione verborum, illud idem ſentiat Ambroſius de ſoluen
du Cæſari tributis, quod & de dimittendis ei prædijs ſenſe-
rat, (quod, ut prædiximus, iure fieri non poteſt, conſequens
eſt, vt eodem modo ſit illius mens de ſoluendis tributis intel
76 ligenda, vt hoc pariter iure fieri nequeat. quoniã vbi † ſimul
plura iunguntur, ſolent vniformiter definiri. l. iam hoc iure.
ff. de vulg. & pupill. l. vnic. §. ſin autem. C. de caduc. toll. Præ-
terea, volui Ambro. uidere in fonte, & eſt tomo. 2. lib. 5. epi.
32. vbi Ambro. non recta via, ſed quaſi per cuniculos vadẽs
reſpondet Arrianis interrogantibus, num ceſſurus eſſet vnã
eccleſiam imperatori, quam, ut opinor, ipſi mox ſe ſperabãt
inuaſuros. Ambroſius ita reſpondet, ut neque ſe id facturũ
affirmet, neque item obſtaturum, ſed tamen longe maiori
ſtudio pro eccleſia quam pro tributis, aut pro agris luctaru-
rum. Comparatione igitur eccleſiarum ait ſe non vetiturũ
quin prædia auferantur, non tamen ita permiſſurum, ut cõ-
ſentiat. Quoniam reſponſio, quæ ex Ambroſio elicitur, ea
denique eſt, ut nihil horum, quæ ab Arrianis petebantur, ſe
ſpon-

ſponte eſſe daturum intelligeretur. Vbi vero neceſſaria eſſet
electio, ſe malle dare agros & tributa, quam ipſas eccleſias.
Et ita nihil contra nos eſt. Nam & Loth. malebat ſtuprum fi
liarum, quam hoſpitum angelorum. Quare, ex his liquere
arbitror, textum illum hoc modo expoſitum in dicto capitu
lo ſi tributum, opinionem noſtram non modo non deſtrue-
re, ſed magis ac magis ædificare, cum ibi colligatur expreſſe,
tributa non iure, ſed de facto Cæſari eſſe ſoluenda. Qua ra-
77 tione† nobis ne ille quidem refragatur text. qui eſt in cap. tri
butum. 23. q. 8. quoniam ibi quoque exemplum Chriſti ſol-
uentis aſſertur. Quod cum non vi alicuius obligationis, ſed
ſponte, vt ſcandalum vitaretur, factum fuiſſe ſuperius docue
rimus, illud ſequitur, vt ita illius quoque capituli conſtitu-
tio ſit interpretanda. ſecundum Bartol. documentum in d. l.
non ſolum. § liberationes. ff. de liber. leg. vel ille tex. ita eſt ex
ponendus, ut ſponte ibi tributum a clericis perſoluatur, idq;
quo pax & quies ab imperatoribus conſeruetur, vt videre eſt
in d. tex. ibi, pro pace & quiete defendenda, &c. ſed iure obliga-
tionis nequaquam, vt liquet ex hijs quę immediate in d. cap.
ſubiunguntur, vbi allato Pharaonis exemplo, traditum eſt,
Domino ita pronunciante, ſacerdotes in omni gente liberos
eſſe oportere. Si enim liberi ſunt, ergo nullo ſubiectionis iu-
re coguntur, vt de hac voce, liberi, docuit Alexand. in conſi-
lio 154. in primo volum. & late ſupra deduximus. Et profecto
niſi iura iam allegata, ita, vt prædiximus intelligerentur, to-
tam eccleſiarum immunitatem euerterent, quoniam de ſo-
lis prędijs, quæ tributaria erant, priuſquam ad eccleſiam trã-
ſirent, non loquuntur, vt noſtra diſputatio exigit ſed indiſtin
cte ac ſimpliciter de prædijs eccleſiarum, & tamen idem iſti
aduerſus manifeſtam veritatem nimis pertinaces cõſentiũt
ſuper prędiis, quę iã ſunt eccleſiarũ, nulla onera a laicis princi
pibus imponi poſſe, quod ſane falſum eſſet, ſi iura prædicta
ad literam, vt iacent, exponerentur, cum indefinite, atque
ideo vniuerſaliter loquantur, vulg. l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. c.
ſolitæ. de maiori. & obed. ſimiliter quoque hoc ipſius Chriſti
exemplum, quod contra aſſertur, totum hoc ſacerdotũ priui
legium radicitus euelleret, atque confringeret, quoniam di-
ci non poteſt, Chriſtum pro prędiis iam antea tributariis, ut
nos agimus, perſoluiſſe, cum ipſe nulla penitus prædia poſſi-
deret, ſed in maxima conſtitutus eſſet paupertate. Quare ſi
hoc Chriſti exemplum cõtra nos faceret, ſacerdotes omnes,
etiam nulla prædia poſſidentes, ad tributi ſolutionem poſſet
iure compelli, conſequens eſt falſum & impium, ut etiam
ab aduerſantibus non negatur, qui inter bona prius affecta,
& alia diſtinxerunt, ideo falſum eſt etiam antecedens. Qua-
mobrem fateamur neceſſe eſt, prędicta omnia, quæ in con-
trarium adducuntur, ad vitandum, ut diximus, ſcandalum,
non autem ad ſoluendum tributum ſacerdotes vrgere, præ-
terea, Chriſtus, vt ſacerdos tributum non ſoluit, ſed vt qui
libet de populo. Item, ſi etiam vt ſacerdos ſoluiſſet, tamen il
la fuit non lex, ſed permiſſio quædam, ne ſcandalum puſillis
gigneret, vt erant exactores illi, qui veram fidem nondum
intelligebant. Sed non ita ſunt principes noſtri temporis, qui
non ſunt amplius puſilli, cum debeant eſſe inſtructi, & pro-
terea ob non ſolutionem tributi, ſcandalum oriri nõ poſſet,
quæ omnia noſtræ ſeruiunt intentioni, vt eccleſię, & clerici,
78 pure ac ſimpliciter liberi ſint & immunes. Ad tex.† in capitu
lo ea. n. §. item prædium. 10. q. 2. ubi habetur, prędium quod
propter onera fiſcalia inutile redditur, alienari debere. Reſp.
text. illum eſſe intelligendum de oneribus a fiſco de facto,
vel alio quæſito colore impoſitis, quoniam non eſt vllo pa-
cto dicendum, quod legiſlator ſe ipſum continuo velit corri
gere. l. Non ad ea. ff. de cond. & demonſtrat. & ideo huiuſce-
modi interpretationem nunquam eſſe ſumendam fuit ſępiſ
ſime conſtitutum. Sed ita ſe res habet, quod in d. cap. ea. n. in
principio, fuit ſancitum, vt ita omnia eccleſiarum tam acqui
ſita, quam acquirenda, perinde inuiolabiliter eſſe cuſtodien-
da, ac ſi de ipſa domo eccleſiæ ageretur, quæ dubio procul li-
bera eſt, & immunis, vt iam inde a principio late probaui-
mus. Quapropter dict. §. item prædium, ita eſt exponendus,
ne refragetur huic eccleſię immunitati, quæ nullo habito di
ſcrimine fuerat in principio eiuſdem c. declarata, alioqui il-
lius canonis conditor ſe ipſum ſtatim correxiſſet, contra d. l.
Non ad ea, & contra id quod frequenter aiunt doctores. Qua
mobrem eſt vel facillime concedendum, ibi ſtatutum fuiſſe
prædium alienari debere, cui a fiſcalibus tributa de facto im
ponebantur, ut eccleſia, ſicut de iure, ita etiam de facto ad ſo
lutionem aliquam non compellatur, prout in principio eiuſ
dem c. Ea enim, fuerat conſtitutum, a quo & ſequentia decla
rantur. l. ſi ſeruus plurium. l. qui filiabus. & l. Quæſitum. §. 1. ff.
de legat. 3. & ex iis etiam ille text. ita expoſitus noſtræ fauet
79 opinioni. Ad capitulũ† ſi quis laicus. 16. q. 1. Reſpondeo quod
ibi neque laicus neque clericus alienare poteſt bona ad de
cimas ſoluendas eccleſię obligata. Idque nullo nobis eſtim

pedimento, enim ibi agatur de decimis quæ ſoli Deo & ec-
cleſiæ debentur, hic autem de tributo, quod hominib. ratio-
ne ſubiectionis perſoluitur. Et rurſus, ibi de nulla principum
laicorum exactione tractatur, de qua noſtra eſt quęſtio. Qua
re cum hæc diſſimilia ſint, non recte fit illatio. l. inter ſtipu
lantem §. ſacram ff. de verb. oblig. cum vulg. Præterea cum
ibi traditum ſit, bona in aliquem alienari non poſſe in præiu
dicium decimarum, quæ eccleſiæ debebantur. Quid inde, et
ſi in aliam eccleſiam bona illa cum dicto onere pertranſi-
rent? cum explorati iuris ſit, priuilegiatum vti priuilegio ſuo
nõ poſſe contra coęqualem in priuilegio l. ſed & milites. §.
coęqualitas. ff. de excuſ. tut. Nos vero loquimur de bonis nõ
priuilegiatis, quæ ad eccleſiam transferuntur. Ergo &c. Non
obſt. d. l. placet. & l. ad inſtructionem C. de ſacroſ. eccl. cum
multis alijs conſtitutionibus iuris Ciuilis, quæ in contrariũ
poſſent aſſerri. Quoniam dicimus in primis leges illas, quo
ad hoc fuiſſe correctas per auth. item nulla communitas. C.
de epiſc. & cleric. vt docuit glo. & Cy. in d. l. placet. & ibi hoc
80 idem retulit Iaſ. licet ipſe contrarium ſenſerit† Præterea di-
cimus, laicorum principum conſtitutiones omnes in bona
clericorum ſtatuere quicquam non poſſe, quod eorum pri-
uilegio, iuris diuini atque humani authoritate ſubnixo, præ-
iudicet. quippe cum notiſſimi iuris ſit, inferiorem ſuperioris
legi derogare non poſſe. l. nam magiſtratus. ff. de arb. c. cum
inferior de maior. & obed. expreſſe etenim ſcriptum eſt, cle-
ricorum immunitatem a Deo ipſo fuiſſe iam inde ab initio
inſtitutam, eundemque principibus præcepiſſe, ne a clericis
tributum exigerent, ut habetur Eſdræ 1. c. 7. ibi, vobis quo-
que notum facimus de vniuerſis ſacerdotibus, & leuitis, ac
miniſtris domus Dei, vt vectigal, & tributum, & annonas nõ
habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. Hoc idem priui-
legium alio quoque multiplici iure fuit ſuperius confirma-
tum. Quapropter ex defectu poteſtatis affirmamus ſecula-
res conſtitutiones contrariũ diſponentes non valere, ut tra-
dit glo. in c. generaliter. §. Nouatam. 16. q. 1. dicens hac ra-
tione prædictam. l. ad inſtructionem, nullius eſſe roboris &
momenti. Facit tex. in auth. Caſſa. C. de ſacroſ. eccl. & late de
hac ipſa re Iuris ciuilis interpretes docuerunt in l. 1. C. eod.
tit. & in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & canoniſtæ in c. ec-
cleſia ſanctæ Mariæ & in cap. quæ in eccleſiarum de conſtit.
81 proinde dici ſolet, Imperatorem filium eſſe† eccleſiæ, & nõ
præſulem. c. ſi imperator. 96. diſt. atque ideo Conſtantinum
illum nunquam ſatis laudatum imperatorem reſpondiſſe
aiunt, cum ad eum ſacerdotes iudicij ſuſcipiendi cauſa tra-
herẽtur, ite, & inter vos cauſas veſtras diſponite. quia dignũ
non eſt, vt nos iudicemus Deos, ut relatum eſt in c. ſacerdoti
bus. 11. q. 1. prædicta confirmantur per tex. in c. non licet im-
peratori, in c. lege imperatorum. in c. conſtitutiones. in c. im
perium, & in c. ſuſcipitis. 10. diſt. & in c. nulli fas. & in c. viola
tores. 25. q. 1. preterea, hoc idem in multis alijs pontificij iuris
ſanctionibus eſt cõſtitutum, quæ breuitatis cauſa prætermit
tuntur. Illud vnum enim ſatis eſt oſtendiſſe, leges Cæſareas
nullum prorſus in eccleſias & earum bona habere imperiũ.
Hac eadem ratione ſoluitur obiectio. l. 1. C. de indict. lib. 10.
82 qua cautum eſt, prædia† tributaria etiam ad priuilegiatos,
quinimo & ad auguſtam domum cum ſuo onere pertranſi
re. Quoniam, ut ex prędictis colligitur, reſpõdemus, hoc poſ
ſe procedere in priuilegiatis, qui ipſius Cæſaris imperio ſunt
ſubiecti. Aliud autem eſt in eccleſia, quæ non modo priui-
legium habet immunitatis, ſed etiam a iure ſubiectionis ſe-
cularium eſt ſoluta, quo iure ſubiectionis ſublato, pariter et
ius exigendi tributum, extinguitur, per ea, quæ in rationib.
ſupra adductis attulimus. Pari ſermone illa quoque cõſide-
ratio confutatur, iura Ciuilia ſacerdotibus hæc onera iniun-
gere conſueuiſſe. Nam ex præcedentibus liquet, id iure fieri
haud poſſe ob iuriſdictionis defectum, qui non patitur ab in
feriore ſuperioris legem infringi. c. cum inferior de maior. &
83 obed. Sed ne illa quidem ratio quicquam obſtat, quod l.† Pla
cet. C. de ſacroſ. eccle. inter canones videatur aſcita, enim de
uerbo ad verbum relata, ſit in c. generaliter. §. placet. 16. q. 1.
Cum non ad finem legis condendæ, ſed ad hoc tantum refe-
ratur, ut paſſim intelligerent etiam ipſos Cæſares clericorũ
immunitatibus fauere aliquando voluiſſe. Quare quod ibi
ad clericorum fauorẽ eſt commemoratum, non debet in
eorum odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legi. Verba. n.
ut nouimus, narratiua diſponere nõ conſueuerunt. l. cũ hac
84 ſcriptura, & ibi Doct. ff. de donat. Præterea, dico† legem ca-
nonizatam, quæ canonibus contraria ſit, vt iſta foret, nõ eſ-
ſe in foro canonico obſeruandam, ſecundum gl. not. in c. 1.
in uerbo, tractatus de reb. eccle. non alie. in 6. & Io. Andr. &
alios in c. 2. de reſcrip. idque late docuit Feli. poſt Ab. in cap.
ſuper eo de reſt. Denique, eſto etiam quod lex illa diſpone-
ret, ea tamen non amplius laica, ſed eccleſiaſtica nuncupa-
retur, ſecundum glo. in c. in primis in uerbo, lex Cornelia. 2.

quæſt.

quæſt.prima quam citat Abb.In capit.oouit.in 15. colum.de
iudic.& Imol.in capit.primo.de conſtitut. & Felin in d.c.ſup
cod. de cit. ead. n. omnia noſtra ſiunt, quibus noſtram im-
pertimur authoritatem.l prima.§.omnia.C.de ve.iur.enucl.
tradit gloſ.in capitulo primo. de tranſact. Quapropter tunc
eſſet de tributo ſoluendo principi eccleſiaſtico intelligēda,
atque ideo nihil nobis refragaretur, cum agamus de laico,
ſed præcedētibus ſolutionibus magis innitimur. Proinde,cū
multi ſint ſcriptores qui illius, capituli generaliter. mentio-
nem fecerint, nemo tamen auſus vnquam fuit illum text.
contra clericorum immunitatem adducere, quod ad rem
facere non videbatur. Ad rationem illam,quæ potiſſima exi
ſtimatur,neminem plus iuris in alium poſſe trāsferre, quam
ipſe habeat, & rem prius affectam cum annexis migrare one
ribus,ſatis in præcedentibus arbitror eſſe reſponſum,cum ſu
pra late docuerimus, id verum eſſe, inſpecta duntaxat tranſ
ferentis poteſtate, ac iure, ſed inſpecto illius priuilegio, in
quem bona transferuntur, dicimus iura etiam in præiudiciū
alterius augeri ex priuilegio ſuccedentis, & hunc ius non dici
tur eſſe translatum, ſed nuper productum, & in lucem edi-
tum,vt eſt tex.in l.cum quidam.§.ſi debitores. ff.de vſur.quē
latiſſime ſupra excuſſimus, & in l. fiſcus. ff.de iur.fiſc.in qui-
bus tollitur etiam regula.l.id quod noſtrum eſt.ff.de reg.iur.
cum ibi pariter ſit quoque ſancitum, ius in præiudicium al-
terius augeri,quando id poſtulat priuilegium ſucceſſoris. pa
ri quoque ratione & authoritate illa quo que ratio confuta-
tur,neminem, ſcilicet, iuris interpretatione,exiſtimari plus
iuris tradere voluiſſe,quam ipſe haberet in re translata. Quo
niam id, inſpecta ipſius tradentis intentione,verum eſſe con
cedimus,aliud ſentientes, vbi priuilegium ſuccedentis,con-
trarium exigit,noſque in diuerſam ſententiam trahit,per ea
85 quæ prædiximus. Nunc rationem illam diluamus, qua ſuade
re cōnantur,quod quemadmodum pacto poteſt dominus re
bus ſuis eiuſmodi onus iniungere, quod rebus ipſis in eccle-
ſiam quoque translatis, non minuetur, nedum extingue-
tur, idem etiam a lege ſeu a principe fieri poſſit,cum pactum
& lex æquiparentur. Reſpondeo, fallax eſſe hoc argumen-
tum,& procul a veritate diſtare. Quoniam vbi dominus pa-
ciſcens perpetuum rebus ſuis onus imponit, quamuis dein-
ceps eccleſia rem illam cum annexo onere adipiſcatur,pro-
pterea,tamen dici non poteſt,læſam eſſe clericorum immu-
nitatem,nec libertatem eccleſiæ coarctatam quæ a contra-
ctibus non eſt immunis. Quod ſecus eſt, quando bona eccle-
ſiarum a iure ciuile ſeu a laico principe ad tributi ſolutionē
cogerētur. Quia cum ita quocumque iure diſponente,eccle
ſia ab huiuſcemodi exactionib. ſit immunis,de vno ad aliud
cum adeo diſſimilia ſint, non eſt arguendum, iuribus vulga.
Et hanc ſolutionem ſentit Abb.quamuis non ita clare in cō
ſilio 26.in 1.volum. Quicquid in aliis conclusionibus ibi tra-
diderit. Et ex hoc multa refellnntur quæ in contrarium fue-
runt adducta per Bart.in conſil.t.io 3.volum.vbi more ſoli-
to latiſſime loquitur. Ad rationem quæ ſubſequitur, quod ſi-
cut perſona ante clericatum ita affici poteſt, vt cum illo one
re etiam clericatum aſſumat, ita & res, quę multo magis af-
fici poteſt,ut per Socin.in conſi.12.volumine.4.Reſpondeo,
quod perſona ſemper illa & eadem eſt, res vero in hac mate
ria ſemper eadem dici non poteſt, quod fructus in ea naſcen
tes.ſuper quibus potiſſimum,hæc onera imponūtur,ſunt di-
uerſi, & propterea grauari non poteſt pro eo tempore quo
eccleſia poſſidebit, vt late in ſecunda ratione fuit oſtenſum
atque ideo totum hoc argumentum corruit. Ad ſextam il-
lam rationem, ſcilicet quod niſi ita fateamur, poſſet adeo
magna bonorum ſecularium quantitas in eccleſiam tranſ-
ferri, vt laici attenta clericorum immunitate inopes fierent,
atque ad ſuſtinenda onera principum impotentes. Reſpon-
deo, quod cum ſupra docuerimus laicos principes in iis quæ
Deo ſacrata ſunt, nullum protſus habere imperium, ſed ea
pleno iure ad ſacerdotum ditionem pertinere.capitulo nul-
li liceat. 12.quęſtione 2. & capitulo ſemel Deo dicatum, de
regul.iur.in ſexto, non licet inter plus & minus diſtinguere,
cum in vtroque caſu eadem ratio deficientis vigeat poteſta-
tis,capitulo cum inferior, de maiorit.& obedient. præterea,
dico a legibus Cæſareis non abhorrere magnam bonorum
ſecularium quantitatem etiam donationis iure in eccleſias
transferri. Vt apertiſſime eſt conſtitutum in §.ſinimus.in au
thent. de non alien.reb.eccl. Vbi habetur.optimam eſſe men
ſuram in iis quę donantur eccleſiæ,rerum donatarū immen
ſitatem. Nouimus quoque donationibus, quæ fiunt in eccle-
ſijs,leges Cæſareas multa & ampla priuilegia conceſsiſſe, vt
videre eſt in l.illud l.ſancimus,& l.fi. C. de ſacroſan.eccl. Id
quod nunquam factum fuiſſet, ſi hæc bonorum incremen-
ta,quę e laicorum manu eccl.acquiruntur,ſecularibus prin-
cipibus diſplicuiſſent. Cęterum id ratione optima eſt conſti
tutū. Nam domini eſt terra & plenitudo eius, & cęt. pſal.23.

& propterea ex huiuſmodi immunitatibus,iura laicorū prin
cipum non læduntur, cum res ad priorem ſtatum reuertat,
teſte glo.nor.in c.ego Ludouicus.63.diſt. Idque late ſupra in
86 rationibus noſtris adduximus. Cum †itaque a legibus Cæſa-
reis non modo non abhoreat, vt multa ſecularium bona ec
cleſijs acquirantur, ac donentur, verum etiam principes ipſi
ac leges huiuſmodi donationibus faueant, hinc ſequitur, vt
magis ſint hęc eccleſiæ priuilegia amplianda,vbi bona in eā
iure non lucratiuo pertranſeunt, vt ait Abb.in conſ.13.in fi.
in 2.vol. Ad ſeptimam & vltimam rationem, quod quēad-
modum clerici a cuſtodia ciuitatis nō excuſantur,quod eſt
onus annexum perſonæ, ita longe minus ſunt a tributorum
exactionibus excuſandi,cum facilius res quam perſonæ gra-
uari poſſunt,illud autem probatur in c.peruenit,de immun.
eccl. ubi in neceſſitate communi etiam clerici compellun-
tur. Sed tributa ad communem omnium vtilitatem ſolent
imponi,ergo communis eſſe debet eorum exactio. Reſpon-
deo,& quo hæc noſtra reſpōſio dilucidior exiſtat, dico quod
87 †quemadmodū humani corporis compages ex diuerſis mē
bris teſte Paulo Rom.12.compoſita eſt, & diuerſa membra
nō idem exercent officium, vt ex ſe euidens eſt, ita reſp.chri-
ſtiana,quę corpus eſt miſticum,in duo hominum genera eſt
diuiſa, alterum eſt eorum qui clerici appellantur, alterū eſt
laicorum, vt legitur in c.duo ſunt. 12.q.1.& eſt tex.not.in c.
cū ad verū.96.diſt. ibi,Chriſtus actibus proprijs diſtinctis &c.
Porro clericorum officium eſt pugnare lachrimis & oratio
nibus, atque ita eſſe vniuerſo huic corpori adiumento.c.nō
pila.& c.conuenior 23.q.8.Hinc legimus, Moſen in populo
Hebræorum quamuis gladio materiali non pugnaret con-
tra Amalech, tamen cum orabat in mente manus ad cęlū
protendens, nō modo fortiter gladio ſpirituali pugnaſſe, ve-
tum etiam victoriæ gloriam retuliſſe,ut videre eſt Exod.17.
& in c.fi.36.diſt. Et ideo cum hoc hominum genus omnipo
tens Deus in ſuam ſibi partem, & quaſi ſortem delegerit,cō
ſentaneum eſt,clericos ab huiuſmodi curis,& oneribus eſſe
ſolutos, vt magis liberè orationib. poſſint incumbere. quod
declarat tex.in d. c.duo ſunt. ubi hęc ſunt verba. Eſt autem
vnum genus, quod mancipatum diuino officio, & deditum
contemplationi, & orationi ab omni ſtrepitu temporaliū
ceſſare conuenit, vt ſunt clerici.& eſt tex.not.in c.repræhen-
ſibile.23.q.8.Vbi hæc habentur. Repræhenſibile valde con-
ſtat eſſe, quod ſubintuliſti, dicendo, maiorem partem epiſco
porum die noctuque cum omnibus fidelibus contra pyratas
maritimos inuigilare cum militum Chriſti, ſit Deo ſeruire,
militans ſæculo, ſeruiat ſæculo. Ecce quam aperte ibi cōſtat
clericos etiam cōtra pyratas,omnium hominum peſſimos,
ad cuſtodiam ciuitatis haud poſſe compelli. Quamobrem
longe minus contra alios chriſtianos hoſtes poterunt coar-
ctari. Alterum genus eſt laicorum, q etiam ipſi ad commu-
nem totius huius corporis vtilitatem debent tributa perſol-
uere, gladio materiali pugnare, & alia huiuſmodi agere,
principes vero debent eſſe duces eorum ac defenſores, ſecu
eo etenim regna poſſident, tributa exigunt, & id genus alia,
ut non modo laicos ſoluentes, ſed etiam clericos eccleſiam
que aſſidue orantem protegant & defendant. c. cum ad ve-
88 rum.96.di. atque ideo †principes qui eccleſiam indefenſam
deſerunt, Deo ſunt rationem reddituri, cum eccleſiā ſuſce-
pto imperio defendendam ipſo iure ſuſceperint.c.principes
23.q.5. Sicut.n. venter, ut hoc interim vtamur exemplo, ci-
bum recipit pro manibus, pro pedibus, ac denique pro alijs
omnibus membris, ut totum corpus nutriat, ita principes a
laicis tributa exigunt,& alia onera eorum ſubditis imperāt,
ut tota reſpublica chriſtiana, ad cuius communem vtilitatē
89 etiam clerici orant, defendatur. mutuum †enim auxiliū ſibi
debere eccleſiam & imperantem, alterumque ope alterius
indigere, docuit glo.in c.conuenior. in verbo, auxilium. 23.
q.8. Quod ſi quis forte quęrat, veri iuſtius tributum deberet
Hebræorum populus, Moſe ne, cuius precibus vincebat exer
citus, an Ioſue duci ſuo, qui viribus tantum pugnabat? Cum
deficientibus Moſis precibus exercitus ſtatim ſuccumberet,
nemo, opinor, ſit, qui non Moſi iuſtius ſolui debuiſſe fateat.
ab orante enim multo maius beneficium accipiebat, quam
a pugnante. Cæterum ſi nos hoc tempore eccleſiæ ſemp orā
ti tributa non pendimus, ab ea ſaltem non eſſe exigenda, tot
ac tantis rationibus ducti libenter ſentiamus.& obiectionē
90 †dicti.c.peruenit. reſpuamus. cum ibi clericis pro cuſtodia ci
uitatis vigilare contra Agarenos permitteretur, propter eui
dens illud periculum, quod imminebat, ne ipſi quoque in-
terficerentur. Naturæ etenim ratione ducti legiſlatores om-
nes vnicuique conceſſerunt, vt ei uim ui repellere liceat. l.ut
vim, ff. de iuſt.& iur. ubi vno ore iuris interpretes tradiderūt,
id clericis quoque permitti. Præterea aliis etiam reſponſis
tollitur obiectio d. c.peruenit. vt per Abb.in conſ.3.in 1.vol.
& quod ibi dicitur, Compelluntur, intelligendum eſt a ſupe
riori·

rioribus, qui præſunt eccleſiæ, non autem a laicis principib:
vt latiſſime docuit quidam Ioann. Lupi in tract. de libertate
eccleſiaſtica, in quarta quæſtio. vbi multis iuribus & rationi-
bus oſtendit, clericos ad aliqua onera perſonalia, minime
poſſe compelli, vt ibi videre eſt. Præterea cum illud, c. perue-
nit, varios intellectus patiatur contra nos non debet afferri. l.
in ambiguo, & ibi Bart. ff. de reb. dub. Quod enim maxima
etiam vrgente neceſſitate, clerici ad huiuſmodi exactiones
non teneantur, eſt. text. in capitulo aduerſus. de immun. ec-
cleſ. & alius text. apertus in capitulo ſancitum, in fin. 23. quæ
ſtione octaua quibus in locis traditum eſt, clericos vllo pa-
cto ad iſta onera cogi non poſſe, niſi conſenſu pont. Max. ac-
cedente. Quo caſu dubitandum nõ eſt, cum vt prædiximus,
papa in rebus eccleſ. pleniſſima poteſtate fungatur, ſed laici s
hoc eſſe prohibitum, ibi clare decernitur, & ab illis conſtitu-
tionibus prædicta obiectio confutatur. Huc accedit clemen.
quia contingit. de relig. domib. Vbi ſcriptum eſt, bona † ad
91 aliquem pium vſum deſtinata, non poſſe in aliũ vſum æque
pium ſine papæ licentia cõuerti. Quare multo minus fas eſt,
bona, quę ad publicum vſum ſpiritualem ſunt deſtinata, poſ
ſe ad vſus profanos, in conſulto Pont. reuocari, & hoc opti-
ma ratione ſuadetur. Nam laici ſoli ſunt, qui honoribus vti-
litatibus, ac iuriſdictionibus ciuitatum, & prouinciarum per
fruuntur, quamobrem etiam ſoli debent his oneribus ſubia-
cere vt in capitulo qui ſentit. de regul. iur. in 6. & ita aiunt
Abb. & alij in c. non minus, de immunit. eccleſ. & propterea
ex ijs diſſoluitur illa ratio, qua conantur oſtendere, onera de
bere eſſe communia, vbi vtilitas eſt communis. Præterea, ut
paulo ante diximus, etiam clerici orantes onus ferunt ad
communem omnium vtilitatem. Denique ſi iſta ratio ita in-
diſtincte procederet, illud ſequeretur, vt nullum eſſet haben
dum diſcrimen, onera tributaria, forent ne ipſis rebus anne
xa, antequam res ad eccl. tranſirent. an non. Quoniam vtro-
que modo dici poſſet, onera hæc a principibus ad communẽ
omnium vtilitatem imperari, atque ideo communiter ab
omnibus eſſe ſoluenda, ſed conſequens eſt falſum cum om-
nes iuris interpretes hæc duo tempora diſtinguere conſueue
rint, vt ſupra fuit oſtenſum, ergo falſum eſt antecedens. Re-
fellitur illa quoque ratio Barb. in d. conſ. 1. in 3. vol. Quod ex
quo bona iſta antequam ad eccl. migrarent, erant iam deſti-
nata ad ſoluendum laico prin. tributum, propterea in alium
vſum conuerti non potuerunt, quia reſpondeas licet, hoc
poſſe locum habere, vbicumque bona illa de laicorum im-
92 perio nõ exirent. Cæterum † ſoluto iure ſubiectionis, ęquum
eſt, ut etiam tributi exactio, vt res ei acceſſoria ceſſat. cap. ac
ceſſorium, de regul. iur. in 6. facit. l. adigere. ff. de iur. patr. & c.
cum ceſſante de appella. pręterea ualde animaduertendum
eſt, quæ in eccle. transferuntur, proprie alienata dici non poſ
ſe, ſed in priorem ſtatũ ac ſuam naturam reuerſa, quo caſu
facillime ius alteri quæſitũ aufertur, ut late in ea ratione do-
cuimus, quæ ſuperius vltimo loco a nobis fuit adducta. Qua
mobrem ex pręd ictis omnibus. iam ſatis ſuperque conſtare
arbitror, clericorum immunitatem pure, & ſimpliciter eſſe
intelligendam, nullumque diſcrimen inter bona prius affe-
cta, & onus certum, aut poſtea declarãdum fieri debere, cum
hæc opinio tot legiſlatorum firmiſſimis conſtitutionib. tot
validiſſimis naturæ rationibus ſit confirmata, vt graue piacũ
lum committere videatur quicumque contrarium ſentiat.
Verum, ſi etiam cõceſſerimus hanc opinionem noſtram, eo-
rum qui contra diſputant, vel authoritate, vel pertinacia in
dubium iure aliquo vocari poſſe, nouimus tamen in dubio
pro eccleſia ferendam eſſe ſententiam; l. ſunt perſonæ. ff. de
relig. & ſumpt. fun. cum vero in re propoſita de periculo cõ-
ſcientiæ atque animæ agatur, ſi repugnante diuino atque hu
mano iure immunitatem eccl. lædi permitteremus, tutiorẽ
viam eſſe proculdubio eligendã cenſeo. c. iuuenis, de ſpon-
ſal. Idque eo libẽtius etiam principes ipſi audire atque obſer-
uare debẽt, quod de fiſci præiudicio tractatur, contra quem
in dubio ſemper eſſe proferendum nouimus. l. non puto. ff.
de iure fiſc. Cum igitur hæc noſtra opinio. ad euitandum ma
læ conſcientiæ atque animę periculum ſit longe tutior. & ad
uerſus fiſcum in re dubia lex iubeat pronunciari, & rurſus ſi
93 hęc † etiam diſiuncta ſatis aduerſus fiſcum valent, quanto
magis debent valere coniuncta. §. affinitatis, inſt. de grad. &
præſertim pro eccl. cuius cum religione coniuncta eſt cauſa
ut pro ea ſententiam intrepidem proferre non vereamur. d.
l. ſunt perſonæ. Neq; vero reges ac principes hoc iniquo ani-
94 mo ferre debent cum optime intelligatur, ex auctis † religio-
nis honoribus, imperiorum facta fuiſſe ſemper incrementa.
Quin ego arbitror illos & hęc, & longe maiora ei, a quo ipſi
omnia acceperunt, libenter conceſſuros, argum. §. finimus.
in auth. de reb. eccl. non alien. Nam ſi tam antiquę & pię im-
munitatis priuilegium lęderetur, & tributorum oneribus a
laico principe ſubijceretur eccle. verendum profecto, ne in
95 Dei indignationem incideremus. Nam † ſi neglecto ac vio-
lato qualicumque Deorum cultu, legimus imperia eſſe di-
minuta, & interdum etiam abolita, Valer. de neglecta reli-
gione, quanto magis ſi veri Dei religio contemnetur, diuina
exſcandeſcet ira? Hinc legimus, Balthaſſarem Aſyriæ regẽ
graues pœnas dediſſe, ppea ꝙ valibus ſacris uti non ꝑ horre-
ſcebat, qua pp & nos Hieruſalẽ, hoc eſt, Dei eccl. intuẽtes, &
cũ Hieremya lachrimãtes dicere iure poterimus, Quõ ſedet
ſola ciuitatis Hieruſalem. Princeps ciuitatum facta eſt ſub
tributo. Caueant, quæſo. principes iram Dei. Nam cum ipſi
tanquam Dei terreſtres a mortalibus honorentur, & paſſim
gentibus iura dicant, & leges ipſas quaſi magiſtri æquitatis
promulgent, caueant ne inde iniuria oriatur, vnde iura na-
ſci creduntur. l. meminerint. C. vnd. vi. Cum igitur vt aliquã
do paucis concludam, hæc ita ſint, vt etiam prædia ad certũ
tributum deſtinata, ſi transferantur in eccl. ſiant immunia,
ut iam ſatis eſt iure concluſum, illud ſequitur, ut multo mi-
nus ad alia vlla laicorum onera, in quibus maiores noſtri ni
hil fere dubitarunt, ipſa eccl. teneatur. Hæc autem omnia
Pont. Max. prope diuino tuę beatitudinis iudicio ſubijcimus;
a cuius tum doctrina, tum authoritate vllo pacto diſcedere
nefas exiſtimamus. Laus Deo Opt. Max.

TRAC. DE VNITATE Ouilis & Paſtoris.

EDITVS PER MICHAELEM DE ANINYON,

Decretorum Doctorem Cæſarauguſtanum, & ſancti officii conſultorem.

SCopus & ſumma libelli huius eſt per ſuadere omnibus qui Chriſtiani ouilis oues eſſe voluerint, vt firmiter credãt & ſimpliciter confiteantur quicquid credit & cõfitetur ſancta Romana eccleſia, in qua præſidet Chriſti vicarius, Petri ſucceſſor, ac paſtor viſibilis huius ouilis, qui in pertinentibus ad directionẽ fidelium nec falli. nec fallere poteſt ut publica perſona, & ſedens in cathedra Petri, cum in his diffiniendis Spiritusſancti magiſterio gubernetur. Hoc eſt thema & ſummarium opuſculi huius ad confirmandos ſimplices animos in fide catholica. Qui literis & ingenio magis ualent aperiant & legant librum, cuius authoritates, & fundamenta legiſſe fortaſſe non pœnitebit ad deteſtandas tot cathedras peſtilentiæ acephalas ab eccleſia Romana quales hæretici ꝓ ſuo libito ſeu libidine imaginantur.

SVMMARIVM.

1 *Ad vnitatem Ouilis & Paſtoris facilius perſuadendam plurimum valet recordatio beneficiorum quæ Deus contulit humano generi.*
2 *Chriſtus commendaturus hanc vnitatem a commemoratione iſtorum beneficiorum exorditur.*
3 *Deus qui bonorum noſtrorum, non indiget fecit nos ad imaginem ſuam in magnum ſuæ in nos dilectionis argumentum.*
4 *Simile ſimili ſemper amicum, quia ſinguli ſemper feruntur ad ſibi ſimile.*
5 *Ethnici & infideles cognouerunt hanc hominis ad Deum ſimilitudinem.*
6 *Hominis cauſa creauit Deus reliquas creaturas quibus præeſſet, nomina eiſdem imponens homo.*
7 *Homo faciem ad cęlum quo tendit, erectam habet, cætera vero animalia verſus terram.*
8 *Deus eſt per quem viuimus mouemur & ſumus.*
9 *Deus habet magnam de homine ſollicitudinem, & prouidentiam.*
10 *Anima licet vna ſit in eſſentia tres tamen habet potentias diſtinctas ad ſimilitudinem trinitatis diuinæ quæ in eſſentia vnitate & perſonarum trinitate conſiſtit.*
11 *Animam capacem Dei quicquid Deo minus eſt non implebit ſicut nec ſigillati vacua implentur donec ſigillatum ſigillo vniatur.*
12 *Homo libero arbitrio decoratus eſt, ut ſi ſuſcepto baptiſmate nullum primæ gratiæ obicem pareт maioris meriti efficia quam ſi impeccabilis creatus fuiſſet.*
13 *Homini priori datum fuit adiutorium ſibi ſimile & permiſſum quod de omni ligno paradiſi comederet, excepto ligno ſcientiæ boni & mali.*
14 *Peccato priori perpetrato & natura humana corrupta mirabile dictu eſt quot remedia præparauit Deus homini, vt ab originali & actualibus peccatis reſurgat.*

Homo

15 *Homo ſi conuertatur ex toto corde ad Deum cum contritione cordis oris*
confeſſione, & operis ſatisfactione Deus pllicetur ſe non recordaturum
iniquitatum eius.
16 *Deus, vt conuertatur peccator emittit occultas inſpirationes ſtat ad oſtiū*
hominis pulſans, dat propria conſcientia teſtimonium ſignans lumen vul-
tus ſui ſuper eum.
17 *Angelis mandauit Deus vt cuſtodiant nos in omnibus vijs noſtris faciens*
eos adminiſtratorios ſpiritus, ſanctorum exempla proponit qui nunquam a
ſeculo Abel iuſti vſque in praeſens defuerunt in eccleſia.
18 *Apoſtolos dedit quoſdam, alios euangeliſtas alios paſtores, et Doctores, ut*
eorum doctrina et exemplis inſtrueremur.
19 *Chriſtum dominum quamuis verum Deum quia tamen, & verum homi-*
nem poſſumus cum ipſius adiutorio imitari in actibus noſtris.
20 *Sanctorum interceſſiones nos adiuuant quas negare eſt negare ſacram ſcri*
pturam.
21 *Aduocatum habemus apud Deum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &*
eius vigirnem matrem.
22 *Teſtimonium amoris, quod nobis Chriſtus oſtendit in paſſione ſua ſacramen*
torum inſtitutione, & miſſione Spiritusſancti in Apoſtolos pimos euan
gelicæ legis prædicatores, contemplandum eſt.
23 *Vnici ouilis & paſtoris beneficium nobis donatum non minori deuotione*
quam cætera beneficia Dei conſiderari debet pro fidei tuitione, & catho
lici gregis conſeruatione.

CAP. PRIMVM.

In quo ad vnitatem hanc facilius perſuadēdam, comme
morantur aliqua ex pluribus, & immenſis beneficiis, quæ
Deus optimus contulit hominus præſertim Chriſtianis.

1 EXplicaturus, Chriſtianæ lector, quam grata ſit, &
accepta Deo ſanctiſſima huius vnici ouilis,
& paſtoris vnitas, de qua nobis agēdum eſt
in hoc opuſculo, & quam Deus fidelib. ſuis
ſub præcepto reliquit. Operæpretium exiſti
maui, noſtri tractatus initio recenſere ali-
qua ex iis, quę Deus optimus humano generi contulit, bene
ficia, quando multa, nedū omnia quæ infinita ſunt, nequeāt
hominum ingenijs comprehendi, vt eorū ſaltim quæ enar-
rare debemus magnitudine pie conſiderata, conſideremus,
etiam, quam obnoxios ſibi nos habeat diuina clemētia, quā
raque opera, ſtudio & ſollicitudine debeamus inniti, vt intra
huius vnici ouilis ſepta, & ſub vnici huius paſtoris præſidio
maneamus immobiles, non ſapientes vltra quā ſapere opor
teat, poſtquam illi in ea re grauiſſimum noſtræ ſeruitutis ob-
2 ſequium impendemus. Sic Chriſtus dominus noſter, cuius
actio, noſtra eſt inſtructio, commendaturus hanc vnitatem
Ioannis. 10. ante illa verba, alias oues habeo, quæ non ſunt ex
hoc ouili, & illas oporret me adducere, & fiet vnum ouile. &
vnus paſtor, a quibus verbis tractatus iſte nomen aſſumpſit,
& titulū, præmiſit aliqua beneficia, quæ generi humano con
ferre volebar dicens, Ego veni, vt vitam habeant, & abundā
tius habeant, & ego ſum paſtor bonus, bonus paſtor animam
ſuam ponit pro ouibus ſuis, ego cognoſco oues meas, & co-
gnoſcunt me meæ, vt commemoratis ſimilibus beneficijs,
nemo ſit tam expers rationis, qui nō deſideret eſſe de ouib.
tam benefici paſtoris. Vnde no erit extra propoſitum, ſi Chri
ſti ordinem, & doctrinam ſequentes, & quaſi pro præludio
operis bñficia iſta recenſeamus. principio ergo meditari nos
3 oportet. Deū ipſum. qui bonorū noſtrorū non eget Pſal. 15.
ipſum eſſe, qui fecit nos, & cuius manus nos plaſmauerunt.
Iob. 10. & pſal. 94. ploremus coram domino, qui fecit nos, qa
ipſe eſt dñs Deus noſter, nos autem populus eius & oues pa-
ſcuæ, eius qui non vtcumque. nec ad imaginent cuiuſcunq;,
ſed faciamus, inquit, hominē ad imaginē & ſimilitudinē no
ſtra Geneſeos. 1. & eccleſiaſtici. 17. & Sapien. 2. & Aug. li. qōnū
4 veteris teſta. q. 45. in c. hęc Imago. 33. q. 6. In magnū ꝑfecto
ſuæ in nos. dilectionis argm̄, ſolent. n. ſimilia ſimilib gaudere
iuxta illud Plat. in Lyſide ſimile ſimili neceſſario ſemꝑ ami
cū, & 6. de legib. ſinguli ſemꝑ ferunt ad ſibi ſimile, quā ēt hoīs
5 ad Deū ſimilitudinē plures Ethnici cognouerūt, vt ex Cicero
ne colligitur li. 1. de nat. Deor. in diſputatione quā cotte. &
velleio inſcripſit, & vt ait Poeta, igneus eſt illis uigor & cœ
leſtis origo, relatus a Gloſa in l. iuſtiſſime. ff. de ędilitio edicto
& in §. fin. inſtit. de iure naturali, & imperator in l. ſi quis in
metallum. C. de pœnis, ait hominem eſſe figuratum ad ima-
ginem pulchritudinis cęleſtis, & Trimegiſtus, miraculum, in
6 quit, eſt homo ad ſimilitudinē Dei factus. Huius hominis cā
creauit, & reliquas creaturas, quib. præeſſet. Geneſe. 1. §. par-
tus. Inſtit. de rerum diuiſione, & Plinius c. 1. lib. 6. natural. Hi-
ſtoriæ, ait quod cā hoīs cuncta vr̄ genuiſſe natura, & eſt finis
omniū teſte Ariſtotele Ethicorum. 2. & dedit ei ptātem eo-
rum quæ. ſunt ſuper terram. eccl. 17. & pſal. 8. gloria & hono
re coronaſti eum & conſtituiſti eum ſuper opera manuum
tuarum, oīa ſubieciſti ſub pedib. eius, & ſuper vniuerſas crea
turas homini contulit principatum. Clemen. ſi dominū. de
reliq. & venera. ſanct. & Plinius cap. 1. lib. 7. natural. hiſtoriæ
ait, Homo eſt animal cunctis imperans, & cæteris animanti
bus excellens, & Ariſtoteles lib. 1. & 2. de anima lib. ait, nobi
liſſimum & altiſſimum animal eſt homo, & 1. Politicorum,
Animal hoc prouidum, ſagax, tutunt, memor, plenum ratio
nis & conſilij, præclara quadam conditione generatum eſt,
propter iſtud imperium ſupra cæteras creaturas factum eſt,
vt primus homo nomina rebus imponeret tanquam domi-
nus earum Geneſeos. 2. quam hominis dignitatem infideles
etiam confitentur. l. iuſtiſſime. ff. de ędilitio edicto. l. in pecu-
dum. ff. de. de vſuris. l. 2. ff. de ſtatu hominum. hanc etiā crea-
turam oſſibus & neruis compegit membra eidem fabricās,
ſenſus & organa corpori neceſſaria Iob. 10. de quorum mem
brorum excellentia & proprietate videndus eſt Cellius libr.
1. & 2. ſuarum antiquarum lectionum, & teſtante Ouidio li.
1. Metamorphoſeos, quem refert glo. in §. partus. Inſt. de rer
diuiſi. & in §. fin. Inſti. de iure natura. in l. iuſtiſſime. ff. de ędil.
edict. & in ſignum cæleſtis habitationis & æternæ manſio-
nis ad quam tendimus & creati ſumus.

7 *Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram,*
Os homini ſublime dedit, cælumque videre
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus,
Et Sillius Italicus dicebat,
Nonne vides hominem celſos ad ſidera vultus
Suſtulerit Deus, ac ſublimia finxerit ora?
Cum pecudes, volucrumque genus, formaque ferarum
Segnem atque obſcenam paſſim ſtrauiſſet in aluum,

8 Per eum etiam viuimus, mouemur, & ſumus, ſicut quidam
poetarum dixerunt, authore Beato Paulo in oratione quā
ad Athenienſes habuit, Actuum. 17. & Auguſtino in capit.
non obſeruetis. 2. quæſtio. 7. Meditanda eſt etiam prouiden-
9 tia & ſollicitudo quam de homine Deus profitetꝰ habere,
Matth. vi. dico vobis ne ſolliciti ſitis quid manducetis, neq;
quid induamini. reſpicite volatilia cœli quoniā non ſerunt,
neq; metunt, neque cōgregant in horrea, & pater veſter cę-
leſtis paſcit illa, nonne vos magis pluris eſtis illis, & de veſti-
mentis quid ſolliciti eſtis, conſiderate lilia agri, quomodo
creſcunt & non laborant, neque nent. Nolite ergo ſolliciti
eſſe dicentes, quid mandacabimus, aut quid bibemus, aut
quo operiemur. Hæc enim omnia gentes inquirunt, ſcit pa-
ter veſter, quia his omnib. indigetis. & c. 10. eiuſdem Matth.
veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt, & ideo Dauid,
Pſalmo. 39. ego autem, Mendicus ſum & pauper, dominus
ſollicitus eſt mei. & Pſal. 33. cuſtodit dominus omnia oſſa eo
10 rum, vnum ex his non cōteretur. Hanc ſibi ſimilem crea-
turam, ultra pulchritudinem & corporis elegantiam dota
uit anima rationali, & tribus illis potētiis, intellectu, Memo-
ria, & voluntate, quæ quamuis in ratione potentiæ tres ſint
diſtinctæ, vnum tamen ſunt in eſſentia, videlicet anima, ad
ſimilitudinem trinitatis diuinæ, quæ in perſonarum trinita-
11 te & eſſentiæ vnitate conſiſtit. Ex qua cum Deo ſimilitudi-
ne collegi poteſt, quod homo non ſatiabitur, donec ei appa
reat gloria Dei Pſalmo. 16. ſicut uidemus, quod ſigillati va-
cua nunquam implentur. donec ſigillatum ſigilo vniatur,
vnde eleganter Bernardus ſuper Euangelio, Ecce nos reliq-
mus omnia &c. dicebat, ad imaginem Dei facta anima ratio
nalis cæteris omnibus occupari poteſt, repleri omnino non
12 poteſt, capacem enim Dei quicquid Deo minus eſt non im-
plebit. Hanc prætерea libero arbitrio decorauit relinquens
eam in manu conſilij ſui, & apponens ei ignem & aquam
Eccleſ. 15. vt ſi bonum eligamus, nullum primę gratiæ poſt
baptiſma ſuſceptum parantes obicem, meritum noſtrum au
geatur, & poſtea in cœlo gloriæ gradus conferatur maiorib.
13 cumulis, quam ſi creati impeccabiles bonum operaremur.
Hunc hominem ſtatim quo eum creauit Deus poſuit, & col
locauit in paradiſo voluptatis, dans ei adiutorium ſibi ſi-
mile, & permittens ei ex omni ligno quod erat pulchrum
quidem viſu, & ſuaue aduescendum comedere. excepto ſo-
lo ligno ſcientiæ boni & mali. Geneſ. 2. Poſt tranſgreſſionē
autem præcepti huius, in quo primus homo miſere lapſus
eſt calliditate ſerpentis, & fragilitate mulieris ſibi dilectæ, &
14 in nihillo metuentis ſerpentem, quam omnis fœmineus
ſexus abhorret, mirabile dictu eſt, quot remedia, & medica-
mentorum genera nobis Deus præparauit, ut tam ab origi-
nali peccato, quod natura ipſa contrahimus, quam etiam
a delictis actualibus emundaremur. Nam vt de originalis
peccati reparatione, & medicina taceantus, quæ omnib. no-
ta eſt, & loquitur tex. Ioannis 3. & in capitulo quod autem.
& capitulo ex quo. de conſecra. diſtinc. 4. contemplanda eſt
miſericordia eius, qui iuſtificandi peccatoris gratia, &
ad delenda crimina actualia pollicetur, ſe non recorda-
turum

turum amplius peccatorum & iniquitatum hominis, quam
15 uis multæ ſint, ſi ex toto corde conuertatur ad dominum,
contritione cordis, oris confeſsione, & ſatisfactione operis cõ
currentibus, quarum vna deficiente non poteſt dici ex toto
corde conuerſio, cuius gratia emittit quotidie occultas in-
16 ſpirationes & Spiritusſancti vocationes internas, ut per Au-
guſti. ad donatiſtas Epiſto. 166. in Can. quod errauerat 23. q.
ſexta. Stat ad oſtium & pulſat, vt dicitur Apocalypſis. 3. Si-
gnauit ſuper nos lumen vultus ſui. Pſal. 4. Dedit propriæ con
17 ſcientiæ teſtimonium, de quo Paulus. 2. ad Corinthios. 1. &
Auguſtinus ad ſecundinum Manichæum in cap. ſenti. 11. q.
3. & Gregor. Epiſt. 14. in capit. In cunctis, ad corproprium eſſe
recurrendum dixit. 11. q. 3. fecit Angelos ſuos adminiſtrato-
rios ſpiritus teſte Paulo ad Hebræos. 1. ut cuſtodiant nos in
omnibus viis noſtris &c. Pſal. 90. & Matth. 4. & eſt glo. in l. co
gnitionum. uerbo, dignitatis. ff. de varijs & extra. ordi. cogni.
proponit imitanda ſanctorum exempla, capit. de quibus. 12.
18 diſtinct. qui nunquam a ſeculo Abel iuſti uſque in præſens
ſeculum defuerunt, ut per Gregorium, Homil. 19. ſuper Mat
thæum, cõtemplemur etiam fructiferos palmites, quos in vi-
nea ſuæ eccleſiæ plantauit, alios enim dedit Apoſtolos, alios
Euangeliſtas, alios paſtores & Doctores, ad Epheſios quarto
& primæ ad Corinthios. 12. Et ad Romanos. 12. & c. 1. 80. diſt.
19 vt eorum quamuis iam in cœleſti gloria collocatorũ doctri-
na, ſanctitate, & exẽplis inſtrueremur. Et quia ſi ipſum Chri-
ſtum caput noſtrum, quamuis verum hominem, quia tamẽ,
& verum Deum confitemur, imitari videretur difficile, ſan-
ctorum tamen, qui fuerunt homines duntaxat, & ex eadem
20 corruptibili materia compoſiti, ſicut & nos, veſtigia ſequere-
mur. His adde interceſſiones ſanctorum, qui pro nobis Domi
num deprecantur. quicquid garrulent hæretici huius tempo
ris, cum contra eos adſint variæ auctoritates ex teſtamento
veteri & nouo, nam Hieremiæ. 15. Dicit Dominus. Si ſtete-
rint coram me Moyſes. & Samuel, non eſt anima mea ad po
pulum iſtum, & Iacob. Geneſeos. 48. dixit, & Inuocetur no-
men meum ſuper eos, & nomina patrum meorum Abrahã
& Iſaac, & pſalm. 31. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in
tempore opportuno. Et Apocalyp. 5. quod ſeniores illi habe-
bãt phialas aureas plenas odoramentorum, quę ſunt oratio-
nes ſanctorum, & Apocalypſis. 8. dicitur, quod data ſint illi
Angelo incenſa multa, vt daret de orationibus ſactorum, &
ita negare interceſſiones ſanctorum eſſet negare ſacram ſcri
21 pturam, ſed quid in hoc immoror. non ne pinguius nobis
conſuluit beneficium teſte Ioann. cap. 2. primę ſuæ canonicæ,
vbi aduocatum, inquit, habemus apud patrem dominũ no-
ſtrum Ieſum Chriſtum, ſi quis peccauerit. & ad Rom. 8. Chri
ſtus interpellat pro nobis, & ad Hebræos. 7. Virginem etiam
matrem nobis conſtituit aduocatam, vt canit eccleſia, Eia er-
go aduocata noſtra. &c. accedit etiam. quod nec tentari nos
patitur vltra quam reſiſtere valeamus teſte Paulo, & ſic in
magnam noſtri confuſionem vincimur, quando vincimur,
22 & peccamus. Contemplemur præterea ſtupendum illud diui
ni in nos amoris teſtimonium. Pro ſalute enim noſtra miſit
Deus filium ſuum ſactum ſub lege, ut noſtram naturam aſ-
ſumeret, triginta, & tribus annis videretur in terris, et cũ ho-
minibus conuerſaretur. Ex quibus tres ultimos prędicando,
docendo, infirmitates etiam inimicorum ſuorum curando,
& animas a peccatis conuertendo tranſegit, et tãdem pro re-
demptione mundi mortem ſubiit acerbiſſimam, diuina illa
in remiſſionem peccatorum inſtituit ſacramenta promittẽs
ſe nobiſcum futurum uſque ad conſummationem ſeculi
Matt. ultim. Et de cęlo ad fideles ſuos paracletum Spiritum
ſanctum emiſit, ut eius gratia confirmati primi legis euãgeli-
cę prędicatores et patres noſtri annunciarent nobis beatam
ſpem, et uitam ſalutis æternæ, quam præparauit Deus diligẽ-
tibus ſe, et de qua non poſſunt fragiles homines loqui per-
fecte natura tantum frati, nec ſentire, ſed tantum per fidem,
et bona opera fruitionem eius negotiati fauente gratia Dei.
Poſtremo uero ultra beneficia relata, et alia innumera quę
per nos miſeros peccatores, tanta eſt illorum copia et immẽ
ſitas, nequeunt explicari non minori deuotione conſideran
dum eſt donum hoc inæſtimabile unici ouilis, et paſtoris, a
quo miſeri hæretici, eorum ſuperbia intumeſcente receſſe-
runt. Voluit enim Chriſtus Ieſus Dominus noſter rediturus
ad patrem pro ſalute omnium, pro Chriſtianæ fidei propaga
tione, pro uera Euangelicę ueritatis intelligentia, pro ſpe
tutiſſimo ſuę uineę, pro uallo, et aggere ſuę Dauidicæ turris,
pro muro ſuæ ciuitatis, et cuſtodia, pro ſecuriſſima huius ſa-
cræ nauis anchora, pro petra firma et ſolido fundamẽto ſan-
cti huius ędificii, pro ſui denique gregis cõſeruatione, uoluit
inquam, ut fieret unum ouile et unus paſtor Ioannis. 10. unũ
inquam, intra quod oues eius ſe reciperent, et per paſto-
rem iſtum unicum a truculenta luporum rabie defen-
derentur

SVMMARIVM.

1 *Calicem ſalutaris accipere, & nomen Domini inuocare ad retribuendum Deo pro omnibus quæ retribuit nobis nemo poteſt niſi hanc vnitatem obſeruet.*

2 *Calix iſte vnus de quo omnes teſte Paulo participamus omnem prorſus indicat vnitatem ſicut vinum quod antea erat in multis racemis, & modo vnum eſt.*

3 *Homo non eſt particeps corporis, & ſanguinis Chriſti niſi prius efficiatur in baptiſmate membrum Chriſti, & viuat in vnitate corporis Chriſti.*

4 *Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti ſignum eſt pietatis & vnitatis quia tanta eſt eccleſiæ vnitas in Chriſto, vt vnus vbique ſit calix ſanguinis & corporis eius.*

5 *Calix iſte vnitatis nos debet inebriare, vt inhabitemus in domo domini in longitudinem dierum.*

6 *Vnitatem eccleſię qui non tenet hoſtis eſt & prophanus, nec proſunt ei orationes ſuæ nec paſſio etiam pro Chriſti nomine ſuſcepta vide hic multa ſanctorum elegantia teſtimonia contra eos qui ab hac vnita ſegregantur.*

7 *Exordium noſtrę retributionis ad Deum eſt vnitas eccleſię, & permanſio conſtans ſubiecta Chriſto paſtori primitiuo & Romano Pontifici vicario eius.*

CAP. II. In quo oſtenditur nihil gratum & acceptum poſſe hominem retribuere Deo, a quo tot beneficia ſuſcepit, ſi extra hanc vnitatem diuagetur.

Ex his & pluribus alijs diuinę bonitatis bene
ficiis, quorum numerus in
finitus tacere nos cogit, apertiſſime conſtat, quam ſibi obno
xios nos habeat diuina clementia. Oportet ergo ſi ingratitu
dinis omnium aliarum ingratitudinum iniquiſſime notam
euitare, voluerimus, vt alternatim nos ipſos interrogemus
dicentes cum Regio propheta pſal. 115. Quid ergo retribuam
dño ꝓ oĩb. quæ retribuit mihi? Retributiones. n. eius immẽſæ
ſunt, & inæſtimabiles, de quibus dicitur Pſalm. 102. Benedic.
anima mea domino, & noli obliuiſci omnes retributiones
eius, quæ ergo poterit eſſe retributio noſtra, qui nulla ꝓpria
virtute ſubſiſtimus, q nihil ex nobis ipſis præſtare poſſumus,
nec cogitare quaſi ex nobis. ſed ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt,
Pauli. 2. ad Corin. 3. & ſi aliqd ei pſtare nos pmiſit. ipſe eſt qui
dedit nobis iſtud poſſe præſtare. Quid ergo retribuẽ dño pro
oĩb. quæ retribuit mihi? Ad hoc Regius Propheta eodẽ Pſal-
mo 115. & Incontinenti reſpondet, calicem ſalutaris acci-
1 piam, & nomen domini inuocabo. Qui enim hanc vnitatẽ
obſeruat, non qui extra eam eſt poterit dicere, calicem ſalu-
2 taris accipiam, & nomen domini inuocabo, dicente Paulo.
1. ad Corint. 10. omnes quidem de vno calice participiamus,
& Auguſtino ad cathecumenos in cap. quia paſſus. de conſe
cra. diſ. 2. ubi ait eleganter, Calix iſte indicat vnitatem, ſicut
vinum, quod in multis racemis fuit, & modo vnum eſt in
ſua natiuitate, calix poſt preſſuram torcularis. & vos in no-
mine Chriſti iam tanquam ad calicem veniſtis, & ibi in mẽ
ſa & in calice nobiſcum eſtis, ſimul enim hoc ſumimus, ſi-
mul bibimus, quia ſimul viuimus, & in ſermone de Infanti-
bus ibidem relatus dicit ita Dominus noſter Ieſus Chriſtus.
Nos ad ſe pertinere voluit, myſterium pacis, & vnitatis no-
ſtræ in menſa conſecrauit, qui accipit myſterium vnitatis, &
non tenet vinculum pacis, nõ myſterium accipit pro ſe, ſed
3 contra ſe. Nulli eſt aliquatenus dubitandum vnum quemqꝫ
fidelium corporis. & ſanguinis Domini tunc eſſe participẽ,
quando in baptiſmate membrum efficitur Chriſti, nec alie-
nari ab illius panis caliciſque conſortio, etiam ſi antequam
panem illum comedat, calicemque bibat de hoc ſeculo mi
grauerit in vnitate corporis Chriſti conſtitutus. Sacramenti
quippe illius participatione, ac beneficio non priuabitur, qñ
in ſe hoc, quod illud ſacramentum ſignificat, inuenitur, &
idem Auguſtinus loquendo de ſacramento corporis & ſan-
4 guinis Domini in hoſtia & calice exiſtenti dicit in ca. hoc ſa
cramentum de conſecra. diſ. 2 tracta. 26 ad caput v. Ioan. pie
tatis ſignum eſt & vnitatis. & Auguſt. in cap. ipſa pietas. 34.
quæſtio. 4. ait conuiuium Chriſti eſt vnitas corporis Chriſti
non ſolum in ſacramẽto altaris, ſed in vinculo pacis, & Leo
Papa in homilia ad 12. caput Ioannis, ait omnes differentias
hoſtiarum vna corporis & ſanguinis Chriſti implet oblatio.
ut ſicut vnum eſt pro omni victima ſacrificiũ, ita vnum de
omni gente ſit regnum. & B. Greg. papa in homil. paſchali,
alias. 22. Euangel. c. quid ſit ſanguis. de conſec. diſt. 2. inquit
tanta eſt eccleſiæ vnitas in Chriſto, vt vnus ubique ſit panis,
& vnus ſit calix ſanguinis eius. Iſte calix. Domini, qui omnẽ
protſus indicat vnitatẽ, nos debet inebriare iuxta illud Pſal.
22. Calix domini inebrians quam præclarus eſt, & miſericor
5 dia tua ſub ſequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Et vt in
habitem in domo domo Domini in longitudinem dierum.
Fundamentum ergo & ianua eorum quæ Deo retribui poſ-
ſunt,

ſunt,& offerri,eſt vnitas calicis iſtius & ouilis autore Cipria-
6 no in c.alienus eſt.24.q.1.tracta.3. de ſimplicitate prælatorū.
hoſtis eſt,prophanus eſt,qui non tenet vnitatem vniuerſalis
eccleſiæ,& non tribuit Deus multudini,ſed vnitati deprecā-
tium,nec pōt cum aliquo conuenire,qui cum corpore eccle
ſiæ & vniuerſa fraternitate non conuenit, & ſicut ab arbore
fractus ramus germinare fructus non poterit. Et ſicut riuus a
fonte præſciſſus areſcit,ſic etiam erit,qui ab eccleſiæ vnitate
diuiſus fuerit,vt per eundem Ciprianum in c. loquitur. 24 q.
1.eodem tracta. & teſtante Auguſtino in c. nihil.11.quæſt.3.
tracta.27. ad caput 6.Ioannis.nihil ſic debet formidare Chri
ſtianus,quam ſeparari a corpore Chriſti,quod eſt eccleſia, ſi
enim ſeparatur a corpore Chriſti,non eſt membrum eius,&
ſi non eſt membrum eius,nō vegetatur ſpiritu eius. Et idem
Aug.in c.teneamus. 1.q.1.tracta.13.ſu p Io.teneamus inquit
fratres mei eccleſiæ vnitatē, præter vnitatem ēt qui facit mi
raculum nihil eſt,præter vnitatem erant magi Pharaonis,&
faciebāt ſimilia Moyſi, & Simon Magus ēt fecit multa,& tā
nō erat in vnitate. Et idē Aug.ad Petrū diaconum c,27.dice
bat in c.firmiſſime.1.q.1.firmiter tene, & nullatenus dubites,
extra eccleſiā baptizatos, ſi ad ecclīā nō redierint baptiſmo
cumulare perniciem, tūn.n. valet eccleſiaſticæ ſocietatis cōio
ad ſalutē,vt baptiſmo nō ſaluetur,cū ibi nō datur,ubi opor-
tet vt detur,& Pelagius papa in c.pudenda.24.q.1.ait,q eſt ab
vnitate diuiſus epſ,nec conſecrat,nec cōſecratur dicēte hoc
ipſomet noīe cōſecrare, qđ tñ intellige,vt declarat Archid.
in c.ſchiſma.24 q.1.quantum ad ſeipſum non cōſecrat,quia
ſibi nō prodeſt, ſed quantū ad ſacrm verum, eſt ibi ſacrm. &
ita intelligenda ſunt verba illius text.in c.pudenda non con-
ſecrat quoad ſe ſcilicet, dicente nomine conſecrare, quod
eſt ſimul ſacrare , & ab eccleſiæ viſceribus diuiſus ſibi exe-
crat ponus,& non conſecrat, & iure execratus poterit, dici,
quem ſimul ſacrare in vnitate nō agnoſcit eccleſia,& Greg.
in c.quia li 6.moralium c.35. Et Hier.in c.qm.24.q.1.ad Da-
maſum dicebant, quod ſicut inuenti extra archam Noe pe
rūt regnāte diluuio ſic peribūt q fuerint extra eccleſiam, un-
de Aug.in c.multæ. 1.q.1.li.3.de bapti.c,18.declarando illud
Pauli primæ ad Corinthios.12.Oīa aūt hæc operatur vnus &
idem ſpiritus dicebat,charitas, quę operit multitudinē pec-
catorum , donum proprium eſt catholicæ vnitatis & pacis,
nec eſt in omnibus donū eius,quia nec oēs ſunt eius,& idem
in c.remiſſionē.1.q.1.li.3 de bapt. c.18.dicebat,foris id eſt ex
tra vnitatē eccleſię, vt ibi gl. exponit nec ligari, nec abſolui
quis pōt, ad quod facit illud Pauli primæ ad Corint. 5.de his
qui foris ſunt nihil ad nos,trāſumptiue in c.gaudemus.de di
uortijs,& in c.multi.2.q.1.adeo quod nec cum iſtis, qui fo-
ris ſunt,permittit Paulus in illo c.vel cibum ſumere,quia ec
cleſiam nō audiēs habendus eſt , vt Ethnicus & publicanus
Matthæi.18.& Beda ſup Matth.in c.quicunq;.24.q.1.ait qui-
cunq; ab vnitate fidei ſe ſegregauerint,tales nec pētā vincu
lis peccatorū abſolui,nec ianuam ingredi regni cęleſtis,qui-
bus nec proderit dicere,quod eūdem Patrem,Filium.& Spi-
ritumſanctum,quem nos veneramur ,adorāt,qm choræ Da
tan,& Abiron eundem nouerant Deū,quē Moyſes, ſed quia
diuiſi fuerunt ab vnitate,viui etiā fuerunt in terra deglutiti,
& Ciprianus in c.neq; ad Cayn.90.di.trac.3.de ſimpl.præla-
to. dixit. Hi qui extra Chriſti eccleſiam colligūtur,tales ēt ſi
occiſi in cōfeſſione noīs Chriſti fuerint, macula iſta nec ſan-
guine abluitur, neq; paſſione purgatur. Illū ergo calicē prę-
clarū,& inebriantem nos ad hanc vnitatem accipere dēmus
vt ſic offeratur dño aliquid , quod poſſit retribui pro omnib.
quę retribuit nobis,poſtquā autore Cipriano, unitati depre-
cātium potius quam multitudini tribuit Deus, iſte eſt calix
vnitatis in manu domini vini meri plenus mixto pſalmo
74. quia , vt infra dicemus , quantum ad dominum, qui
ſcrutator eſt cordium, & in manu eius, cui ſoli reſeruatū eſt
ſcire qs amore dignus ſit aut quis gratiam conſeruet. vinum
merum eſt in iſto calice vnitatis, ſed tñ quo ad noſtrā fragili
tatē calix iſte plenus eſt mixto , & de quo bibunt peccatores
terræ, donec in die iudicii fex eius ſit exinanita . Eccleſia.n.
iſta cōſtat ex iuſtis ſimul & iniuſtis dummodo fidem catho-
licam Chriſtianorum credant & venerētur,quia peccatores
7 rite baptizati ſi fidē nō perdiderūt,vt hęretici intra eccleſiā
conſtituti ſunt,ut ī.latius explicabimus,exordiū ergo & no
ſtrę gratitudinis,& retributionis ad Deū,dēt eſſe vnitas cali-
cis huius,& permanſio conſtans in hoc ouili, quam conſer-
uabimus ſubiicientes nos Chriſto Ieſu paſtori principali hu-
ius ouilis & capiti primitiuo eccleſię noſtrę,necnon,& vica
rio eius ſanctiſſimo Romano pōtifici & ſucceſſori legitimo
beati Petri Apoſtolorū princip is,recipientes,quod in eccle-
ſia receptū inuenimus & omnes nouitatū inuentores,vt pe-
ſtem fugientes,qui noua ſibi confingunt capita. ſectas perdi
tionis imaginātes dominationē & obediētiā cōtēnētes ſacrę
ſcripturæ ſententias a ſanctis patrib. interpretas, & receptas
per mille annos,& ultra nunc peruertentes,magiſtros erro
rū ſuis auribus prurientes, & ad ſua deſideria coaceruantes,
carnalib.deſideriis pro ſua libidine ſeruientes, cupidi,elati,
ſuperbi, blaſphemi,parentibus nō obedientes,ingrati, ſcele
ſti,ſine affectione,ſine pace,criminatores,incontinentes, im
mites,proditores,proterui,tumidi, voluptatū amatores ma
gis quam Dei,habentes denique ſpeciem pietatis, uirtutem
autem eius abnegantes,ſemper diſcentes,& nunquā ad ſciē
tiam veritatis peruenientes. Non ſic qui intra huius vnici
ouilis,& paſtoris unitatem conſtituimur. Capituamus.n.in-
tellectum,in obſequium fidei,& ſanctæ Romanæ eccleſiæ,
nolentes ſapere pluſquam oporteat ſapere, humilitatem,&
obedientiam profitentes, ſublimioribus poteſtatibus corda
noſtra ſubijcientes,& deniq; obſeruātes,quod ſancta Roma
na eccleſia ut genitrix noſtra præceperit obſeruandum.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtus frequentiſſime vſus eſt parabola hac de ouibus paſtore,& ouili.*
2 *Ouile ouium ſignificat eccleſiam Dei Nam quemadmodum oues ſe habent in ouili ſic parabolice fideles ſe debent habere in eccleſia Dei.*
3 *Epiſcopi baculus,qui in pontificalibus habetur ad normam baculi paſtoralis eſt confectus uide ibi cauſam.*
4 *Epiſcopi paſtoris officium in quo conſiſtat.*
5 *Chriſtus quare ſub parabola ouium eccleſiam Petro commendauerit, in vltimis verbis quibus cum diſcipulis loquutus fuit magis quam ſub alia.*
6 *Petrus quare fuit de amore erga Chriſtū examinatus priuſquam paſturā ouium Chriſti ſibi decerneretur.*
7 *Paſtor eccleſiæ quando eligitur licet debeat examinari de amore ergā Chriſtum non tamen propterea,quod paſtor deficiat debemus ei obedientiam denegare.*
8 *Oues ſicut paſtori ſuo quicunque ille ſit debent obedire ita,& nos paſtorib. noſtris obedientiam ouilem exhibere debemus non curantes quid illi faciant ſi male faciunt.*

CAP. III. In quo explicatur p ouile ouiū ſignificari ec-
cleſiam Dei, & vnde parabola hæc ad eccleſiam relata ſit.

Inter cæteras parabolas, in quibus Chriſtus Domi
nus noſter aperuit os ſuum loquens
1 propoſitiones ab initio pſal.78.frequētiſſima eſt hæc de oui-
bus,paſtore, & ouili præſertim Io.c.10.intelligendo per oues
Chriſti fideles,per paſtorem præpoſitum,& pontificem eo-
rum, & per ouile,quod ſignificat locum,in quo oues morari
2 ſolent,ſeu ad quem ſe recipiunt, eccleſiam Dei, Nam in illo
cap.10 Ioan.in tribus partibus nominatur ouile, Primo dñ
dicitur Amen amen dico uobis,qui non intrat per oſtium,in
ouile ouium,ſed aſcendit aliunde fur eſt, & latro, & Paulo
inferius,alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas
me oportet adducere,& fiet unum ouile,& unus paſtor, Nā
de ouibus, & paſtore,quaſi tertio quoque uerbo fit mētio in
toto illo cap.10.Ioan.& pſal.94.& nos populus Paſcuæ eius,
& oues manus eius,& Matth. 26.de ſeipſo dicit, Percutiam
paſtorē,& diſpergentur oues , & Matth. 15. Non ſum miſſus
niſi ad oues,quæ perierunt domus Iſrael, & Matthei 25.&ſta
tuat oues a dextris, &c. vide Hieremiæ.23.& Ezechielis 34.
vbi ad finem dicit Dominus. vos autem greges paſcuæ meę
homines eſtis,& ego Dominus Deus veſter, plena eſt ſacra
ſcriptura authoritatib. de hac ouium & paſtoris parabola lo
quentib. quod autem per ouile Eccleſiam uniuerſalem do-
minus intellexit in illo capite Ioan.10. declarat Auguſt. in c.
q errauerat.23.quæſtio.4.vbi ad donatum ſic ait,& uos oues
Chriſti eſtis, ſed erratis,& peritis,nō ideo vobis diſp liceamus
quia reuocamus errantes,& quęrimus perditos, Melius.n.vo
luntatem domini facimus. Si vos ad ouile Dominicū redire
cogamus.& Micheæ.2.dicitur, pariter ponam illū quaſi gre
gē in ouili,& quaſi pecus in medio caularum, & Abachuch
3.abſcindetur,de ouili pecus,& non erit armentum in præſe
pibus, & Cyprianus ad Quintinum , de hæreticis dicebat,
ſi hæreticus poſt modum peccato ſuo cognito,& errore dige
ſto, ad veritatem redeat, ſatis fit in pænitentiam manum im
ponere,ut quia ouis iam fuerat,hanc ouem abalienatam,&
errabundā in ouile ſuum paſtor recipiat , & in hymno Petri
dicitur cuſtos ouilis,doctor orbis pariter, &c. Et noia termi-
num hunc ouile, nam dicitur proprie locus, ad quem oues,
ſe recipiunt, ut per Liuium lib.6 de bello punico, ibi datum
ſecreto tempus cum his alloquendi in ouile , oues enim ibi
pariunt fętus ſuos, ibi tondentur, curant a morbis p paſtores
ibidē a truculēta Luporū rabie defendunt, errātes p diuerſa
loca illuc redeūt,in vnū ꝯgregatæ ſeruant,inde exeūt ad pra
ta ſibi ꝯſtituta & a paſtore ſignata,& ſi trāſgrediant prata il-
la & terminos ꝯſtitutos,baculo curuo a paſtorib. retrahunt
3 & qñq; cuſpide baculi pūgunt,ad cuius normā & ſimilitudi-
nē videmus factos eſſe baculos,qb. Epi in pontificalib. vtun
tur,& de quibus dicebat ille, curua trāhit, quos recta regit,
pars vltima pungit. Epiſcopus enim, qui paſtoris typum te-
net,tegit oues parte recta,curua autem ad caulas, et ouile

reducit errantes, & delinquẽtes, ac obſtinate reſiſtentes par-
4 te vltima, hoc eſt cuſpide pungit, & paſtor qui aliter paſcit
gregem ſuum reprehenditur a domino per Ezechielem c.
34. dicentem, Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebãt ſemetipſos,
nonne greges a paſtoribus paſcuntur, lac comedebatis, & la
nis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis. Gregẽ
aũt meum non paſcebatis. quod infirmum fuit non conſo-
lidaſtis, & quod ęgrotum non ſanaſtis, quod confractum eſt
non alligaſtis, quod perierat non quæſiſtis, ſed cum auſterita
te imperabatis & cum potentia. Vide obſecro, totum illud
caput 34. Ezechielis, vbi de paſtorib. ouib. & locis in quib. pa
ſcere & accubare debent greges copioſe tractatur in figurã
eccleſiæ noſtræ. Et etiam Hieremiæ 34. quamuis non tam la-
te, vide Greg. paſtorẽ Sãctũ eccleſię in ſuo paſtorali, & in Ho
milia ſup. Euãgelio Ego ſum paſtor bonus, vbi elegãter põde
rat qđ qui non ex accidenti dono, ſed eſſentialiter bonus eſt,
dicit, Ego ſum paſtor bonus, bonus paſtor animam ſuam po-
nit pro ouibus ſuis, quibus verbis oſtenſa nobis eſt de cõtem
ptu mortis via, quam ſequamur, appoſita eſt forma cui im-
primamur, primum nobis eſt exteriora noſtra miſericordi-
ter ouibus eius impendere, poſtremum vero, ſi neceſſe eſt ẽt
pro eiſdem ouib. miniſtrare vitam noſtram, a primo aũt hoc
minimo peruenitur ad poſtremum maius. Et Paulo inferius
non paſtor, ſed mercenarius vocatur, qui non pro amore in-
timo oues dominicas, ſed ad tpales mercedes paſcit, merce
narius quippe eſt, qui locum paſtoris tenet, ſed lucra anima-
rum non quærit, terrenis commodis inhiat, honore prærla-
tionis gaudet, temporalibus lucris paſcitur, impenſa ſibi ab
omnibus reuerentia lætatur. vide obſecro Homiliam illam,
neque enim tantos mente furores concipio, vt paſtoribus &
epis ſanctis homo peccator, & ſubditus illorum audeã præ
dicare, ſed vt ad inſtitutum redeamus, põderemus obſecro,
quam pleno ore Chriſtus ſe paſtorem ouium appellauerit di
cens, ego ſum paſtor bonus, & Paulo inferius alias oues ha-
beo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas quaſi laborãdo opor-
tet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor. ex quib.
omnibus intelligemus, quod Chriſtus Seruator noſter profe
cturus ad patrem vltima verba quæ protulit in ſuorum fide
lium, & eccleſię ſanctę commendationem ad hanc parabo-
lam de ouibus, qua nulla eſt proprior eccleſię militanti, uo-
luit referre, non vineę appellatione vſus eſt ſicut antea, non
5 ſagenę miſſę in mare ex omni genere piſcium congregãtis,
non cœnę, aut conuiuij, nec alterius cuiuſcumque parabolę
ſignificationem accepit, non ẽt regnum cęlorum vocabulũ
ſane dulciſſimum, & quod multoties ad eccleſiam hãc mi
litãtem retulerat dixit, Sed Simon Ioannis, paſce oues meas,
paſce agnos meos, idque non ſemel aut bis, ſed ter & trina
prius interrogatione præmiſſa, & trina etiam Petri reſpõſio-
ne expectata. num diligeret Chriſtũ Petrus plus cœteris apo
ſtolis, in quibus verbis contemplari debemus cum Auguſti-
no ibi quod redditur negationi trinę trina cõfeſſio, ne minus
amori lingua ſeruiat quam timori, & ſit amoris officium pa
ſcęre gregem, ſi fuit timoris negare paſtorem, & Chriſoſto-
mus ibidem dicit, quod per illa verba Chriſtus Petro contu
lit pręfecturam dicẽs loco mei pręfectus eſto & caput fra
trum tuorum omnium, licet enim non dixerit omnes oues
tñ vt ait Bernardus lib. 2. ad Eugenium, nõ deſignaſſe aliquas
eſt deſignaſſe omnes. Contemplari etiam oportet, ut ſataga
mus magis eſſe de ouibus quam de hedis illis collocandis a
ſiniſtris. Meditari, inquam, nos oportet, quanta ſollicitudine
ſtudio & repetitione, ille qui omnia nouerat, & qui amorẽ
de quo interrogauit melius intelligebat, quam is, cuius rñſio
nem expectabat. Sic enim & Petrus replicabat, Domine tu
omnia noſti, tu ſcis quia amo te. ille denique uoluit de amo-
re erga eũ, propter amorẽ, quem ipſe ad oues habebat prius
Petrum, quem pro ſe relinquebat paſtorem iſtarum ouium,
examinare, & tã enixe, ac intẽſe, vt ipſemet, qui de iſto amo-
re examinabatur Petrus contriſtaretur, quaſi dicens, Dñe nõ
eſt meũ, qui corda aliorũ ignoro, iudicare, ſi te amo plus his,
quod meum eſt hoc tibi rñdeo, & tu melius ſcis quam ego,
nempe quia amo te, & hoc iam ſemel & bis rñdi, & ppea cõ
triſtor de tertia interrogatione, & nihil aliud reſpondebo, ſi
de hoc ſeptuagies ſepties interroges me, tu omnia, noſti, tu
6 ſcis quia amo te. Hę duę propoſitiones pręmiſſę veriſſimę
ſunt, & quod tu oia noſti, & quod tu ſcis q̃a amo te, qđ am-
plius a me petis, ſi te amo, plus his, tu ſolus & nõ alius ſcire in
terre, & ↄcludere dẽs, ſcrutãs Deus corda & renes oĩum. ma
gnũ ergo pfecto & rigoroſũ examẽ Petrus, cui eccłia cõmẽ
dabat, ſubijt, ſed in magnũ & euidẽs teſtimoniũ amoris Xp̃i
ad oues, quas nõ vt oues cuiusvis, ſed paſce inq̃t oues meas,
paſce agnos meos, & nõ cuicũq; cõmiſit, ſed ei q̃ Chriſtũ di
ligeret plus cęteris oĩb. nec q̃ñq; nec vtcũq; ſed in poſtrema
hora, qđ ultimũ uale appellare ſolemus, qñ amicus lõge pfe
cturus amico grauiora negocia, & rem ſibi dilectiſſimã mul

ta verborũ exaggeratione cõmẽdat, nec reliq̃t oues ſuas pa
ſtori crudeli, & auſtero, ſed ei q̃ ad vocẽ ancillæ defecerat, vt
in ſua culpa diſceret, qualiter aliorũ miſereri debuiſſet, & ex
ppria ĩfirmitate cognoſceret, quã miſericorditer alienas in
firmitates tolerare dẽret, ut eleganter aduertit B. Gregorius
in capit. conſiderandum, quinquageſima diſtl. Homilia 21.
7 Euangeliorũ. Et iſto † exẽplo ẽt intelligimus & nos, qđ q̃uis
oporteat in electione paſtoris de ſanctitate, vita moribus, &
deniq; de amore eius ad Chriſtũ inquirere, ſicut & Chriſtus
Petrũ ad eligẽdi, & eligere debẽtiũ ĩſtructionẽ examinauit,
q̃a tñ nullũ hoĩem, fecit impeccabilem, de ſolo. n. Chriſto
dictũ eſt, qui peccatum non fecit, nec inuentus, eſt dolus, in
ore eius Iſaiæ 53. non propterea, quod deficiant, & peccent
miniſtri Chriſti, & præpoſiti noſtri, debemus eis obedientiã
denegare, ſed ut oues manſuetæ, & benignæ eiſdem obtem-
peremus, facientes quæcunq; nobis dixerint, non facientes,
quæ faciunt, ſi male faciunt, vt infra latius explicabitur. ſicut
oues, quę paſtori ſuo, quicunq; ille ſit, ſe ſubijciunt. Neque. n.
8 eſt noſtrum inquirere, an paſtor nobis cõſtitutus ſit in gratia
necne, cum id ſoli Deo reſeruetur etiam de vno quoque no-
ſtrum, nec cenſuram paſtoris noſtri, ſed obedientiam ei pra-
ſtandam nobis dominus commendauit, unde Paul. ad He-
bræos vlt. dicebat, obedite præpoſitis veſtris, ſubiacete eis, ip
ſi. n. peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddi
turi, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc. n. nõ
expedit vobis, & Chriſtus Math. 23. loquens ad populum de
Phariſæis, qui ſedebant ſup. cathedram Moyſi dixit. Omnia
quæcunque uobis dixerint facite ſecundum opera eorũ no
lite facere. Ad commendandam ergo hanc ouilem obediẽ
tiam quæ nobis tam neceſſaria eſt, uſus fuit parabola ouium
in ultima hora potiuſquam alia. Vnde Baſilius cap. 23. de cõ
ſtitutionibus monaſticis, dicebat Monachis ſuper illis ver-
bis Chriſti ad Petrum; paſce oues meas paſce agnos. meos
quẽmadmodum paſtori ſuo oues obtemperãt, & viam, quã-
cũq; ille vult, ingrediũtur, ſic q̃ ex Deo pietatis cultores ſunt
moderatoribus ſuis obſequi debent, nihil curioſius eorũ iuſ-
ſa perſcrutantes. Et ſumma obedientia, ac mãſuetudo Chri
ſti per ouium, & agnorum parabolam, ſeu obedientiam de-
claratur. Iſaiæ 53. tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, &
tanquam agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Merito er
go fidelium conuocatio, & obedientia per ouiũ parabolam
explicatur de quib. dicebat Aelianus lib. 6. cap. 35. de Hiſto.
animal. quod oues omnium quadrupedum mitiſsimæ ſunt
& faciliores ad parendum. etenim ad verba paſtoribus obe-
diunt, & canib. obtemperãt, & luporum inſidiis minus oues
patent, quod non ita ſeparatim ab aliis ſegregantur, & teſte
Alberto ibi relato per Aelianum, oues ſe inuicem amant &
una condolet alteri. nam ſana ſi alteram uidet imbecillam
pro ea ſoli ſe obijcit, & umbram ei obtendit, quæ omnia rõ-
nales homines præſertim Chriſtiani, ſi attenderemus, chari-
tas fraternitatis manſuetudo, & debita paſtoribus obedien-
tia firmius in nobis conſeruarentur.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia varijs modis accipi ſolet.*
2 *Eccleſia gręca vox eſt quę latine ſonat conuocatio, ſeu multitudo, in unam ſocietatem conuocata.*
3 *Eccleſia & in malam et in bonam partem ſecundum genericam ſignificationem accipi poteſt.*
4 *Eccleſia, in bonam partem aſſumpta duplex eſt triumphans, & militans.*
5 *Eccleſia militans, quæ eſt fidelium collectio, ſemper fuit in mundo, ſed in lege ueteri ſinagoga vocabatur ſuorum fidelium congregatio.*
6 *Chriſtus ſuorum fidelium collectionem quare eccleſiam, & non ſinagogam prout in lege veteri voluit appellari.*
7 *Conuocari eſt hominum congregari vero eſt pecorum terrenorum.*
8 *Deus in lege veteri hominibus terrena, vt plurimum promittebat.*
9 *Chriſtus in lege gratiæ cæleſtia pollicetur ſuæ legis obſeruatoribus, in cuius ſignum tribus apoſtolis, in transfiguratione gloriam ſuam manifeſtauit.*
10 *Hebræi, vt plurimum rudes literam, & non ſpiritum ſequuntur.*
11 *Sacramenta legis Euangelicæ, in ſanguine mediatoris Dei, & hominum Chriſti Ieſu veri Dei & veri hominis offeruntur.*
12 *Sacrificia legis veteris in ſanguine hircorum, & aliorum animalium offerebantur.*
13 *Eccleſia iſta miſerans nunquam claudit gremium redeunti, ad ſe, eſt enim plena miſericordiæ ſicut ſponſus eius, & in miſerationibus Domini, ſpẽ habet, & qui intra eam ſunt alter alterius commiſereri debent ſi ſaluari cupiunt.*

CAP. IIII. De proprietate vocabuli huius Eccleſiæ per ouile ſignificatæ;

1 Cum igitur per ouile, ouium parabolice ſignificetur ec
cleſia, & cętus fidelium, vt in præcedenti capite
dictum fuit, operæpretium erit nunc diligentius inue-
ſtigare, quid vocabulum, hoc eccleſia denotet, quo fre-

quen

quentiſſime vtimur Chriſtiani in lege noua, cum in veteri le
ge id quod nos eccleſiam vocamus, ſynagoga dicebatur.
Præmittendum eſt ergo, ꝙ licet terminus iſte eccleſia variis
modis accipi ſoleat, quos refert Gl. notab. in c. querelam. ver
bo, eccleſiam ne prælati vices ſuas. & Ioannes de Silua in tra
2 cta. de beneficio, in 2. q. 1. partis, tñ quoad propoſitum noſtrũ
eccleſia græca vox eſt, quæ vt dicebat Hugo relatus a Sylue-
ſtro in ſumma ſua, verb. eccleſia. i. latine ſonat conuocatio,
ſeu miſerans, eſt ergo ſecundum primam acceptionẽ & ge-
nericam, multitudo conueniens & conciliata in vnam ali-
3 quam ſocietatem, & ita iuxta gñalem iſtam acceptionẽ põt
dari mala eccleſia, & bona eccleſia, de mala eccleſia dicebat
Dauid Pſalm. 25. Odiui eccleſiam malignantiũ, id eſt in qua
ſoli malignantes reperiuntur, vt infideles, qui numquã Deũ
verum cognouerũt, & hęretici qui a fide apoſtatarunt. De
hac tanquam maligna & peſtifera nihil ad titulũ, nec ad oui
4 le noſtrũ. eccleſia autem in bonam partem relata põt conſi-
derari dupliciter, vno modo prout eſt Deo coniuncta ꝑ glo-
riam, quam triumphantem appellamus, quia ibi exiſtentes
coronas triumphales de manu Domini hẽre meruerũt, nem-
pe reportato triumpho, & victoria conſequuta de inimicis
ſuis. de hac etiam non eſt nobis agendum in hoc opuſculo,
ſed tñ ſuper ea orandus eſt Deus, vt per gratiam ipſius ad il-
lam aſcendere mereamur, ſatagentes facere certam vocatio
nem noſtram per fidẽ, & bona opera. Altero modo ſumitur,
& cõius, pro eccleſia militante, & cętu fidelium, qa in ea exi
ſtentes, & conſeruantes fidem, & ſacramentorum cõionem
militamus aduerſus carnem & ſanguinem principatus, po-
teſtates, mũdi rectores, & aduerſus ſpirituales aſtutias, qa te-
ſte Iob. 7. militia eſt vita hoĩs ſup terrã. & regnũ cęlorũ vim
patitur, & violenti rapiũt illud. eccleſia igitur prout hic ac-
cipitur, eſt nomen gręcum, & ſm primam acceptationẽ in-
terpretatur conuocatio, quia in ea oẽs conuocamur ad Dei
5 cultum iuxta leges & ſacra nobis tradita. Et ꝓpea dr̃ eccle-
ſia fidelium collectio in c. eccleſia. de conſec. diſt. 1. Et licet
iſta fideliũ collectio, ſic in genere conſiderata ſemper in mũ
do fuerit ab initio primi hoĩs, vt dicetur capite ſequenti, & li
cet apud Hebræos ſynagoga, i. cõgregatio diceretur frequẽ
tius ſuorũ fideliũ collectio, Chriſtus tñ dñs noſter cętũ hunc
6 ſuorũ Chriſtianorũ voluit appellare dictione gręca eccleſiã
quæ interpretatur conuocatio, abolito termino illo, ſ. ſina-
goga, quæ latine ſonat congregatio. Et quamuis parũ differ-
re videantur termini iſti, conuocatio per eccleſiam deſigna
ta & congregatio per ſynagogam ſignificata, voluit tñ Chri-
ſtus dñs, vt in ipſis vocabulis & eorum proprietate legis no-
uæ excelletia & fidelium ſuorum denotaretur ſupra legem
veterem & eius profeſſores, Nam vt dicit Hugo relatus a Sil
7 ueſtro in dicto verbo, eccleſia, conuocari eſt hominum, con
gregari aũt eſt pecorum, Vnde Auguſtinus Pſalmo 81. dicit,
populi Iſraelitici ſynagoga dici ſolet, quamuis, & eccleſia ali
quando dicta ſit. noſtram vero Apoſtoli nunquam ſynago-
gam dixerunt ſiue diſcernendi cauſa, ſiue quod inter con-
gregationem, & conuocationem, unde eccleſia nomen ac-
cepit. diſtat aliquid. quod pecora congregari ſolent conuo-
carri autem magis eſt vtentium ratione ſicut homines, &
8 Hieronimus ac Beda, idem dicunt quinto c. prouerbiorum.
Et ideo populo illi tamquam terreno terrena ut plurimum
promittebantur in remunerationem obſeruationis præce-
ptorum illius legis antiquæ, vt eris longæuus ſuper terram,
& terram hanc dabo tibi, & ſemini tuo, &c. in l. autem noua
Chriſtus, qui cęlos venerat aperire, cęleſtia pollicitus eſt fi-
9 delibus ſuis dicens, quoniam ipſorum eſt regnũ cælorum, &
merces veſtra copioſa eſt in cęlis Mathęi. 5. & ita fideles ſuos
modo filios, modo fratres, modo iam non ſeruos. ſed amicos
vocabat, tanquam genus electum, gentem ſanctam. & popu
lum acquiſitionis, primę Petri. 2. in cuius rei manifeſtiſſimũ
teſtimonium tempore transfigurationis tribus dilectiſſimis
Apoſtolis pignus gloriæ ſuæ reuelauit, & Stephano protho-
martyri eccleſiæ. cęlos apertos oſtendit, & Paulum ex præci
puis legis euangelicæ prædicatoribus vnum, vſque ad ter-
tium cœlum arripuit, vbi vidit arcana Dei, quæ non licet
10 homini loqui. Populus † etiam ille tamquam rudis, vt plu-
rimum literæ ſenſum occidentem, & non ſpiritum viuifi-
cantem ſequebatur, vt in illo Ioannis. 8. Quinquaginta an-
nos nondum habes & Abraham vidiſti, & Matthæi. 5. Au-
diſtis, quia dictum eſt antiquis, Diliges proximum tuum,
& odio habebis inimicum tuum, & in intellectu illorum
uerborum Ioannis ſecundo. Soluite templum hoc, & in
tribus diebus reædificaſio illud, vt in multis aliis ſacræ ſcri-
pturæ authoritatibus legi poterit, & lex Moyſi data fuit
in tabulis lapideis, nobis autem in uiſceribus cordis no-
ſtri. Hieremiæ 3. Dabo legem meam in uiſceribus co-
rum in cordibus eorum ſcribam eam, quę uerba non ad le-
gem Moyſi iam datam, ſed ad noſtram quæ nondum data,
erat, referuntur, et in lege veteri uocabatur Deus vltionum
Pſalm. 93. at ĩ lege noua, Benedictus Deus et pater miſericor-
diarũ, Deus totius conſolationis. 2. Pauli ad Corinth. 1. et lex
illa neminem duxit ad perfectum in ſanguine hircorum
11 & taurorum, ſicut noſtra, cuius ſacramenta cõferunt gratiã
in ſanguine mediatoris Dei & hominum Chriſti Ieſu. Et ꝓꝑ
ꝑfectionẽ ſacramentorũ noſtræ legis, qui in ſanguine Chri-
ſti veri Dei & veri hominis offeruntur, præcipue Euchari-
ſtiæ, in qua uerus Deus, & verus homo continetur & ſumiť,
cum in lege veteri quaſi oĩa ſacrificia immolabantur in ſan
12 guine hircorum † taurorum, & aliorũ animalium, quo me-
diãte erat impoſſibile auferri peccata, vt dicit Paulus ad He-
bræos. 10. Ideo fortaſſis fidelium collectio in lege veteri, no-
mine congregationis, quæ ad pecora proprie refertur, quæ-
que ipſi eo tempore immolabant dicebatur ſynagoga. No-
ſtra aũt fidelium collectio nomen conuocationis accepit,
qđ hominib. rationalibus, & Sacramentis eius magis erat
cõueniens. Et quia eccleſia iſta plena eſt miſericordiarum
potiſſime exhibitarum, & largitarum nobis in paſſione Chri
ſti domini noſtri, & tanquã mater miſerans filiorum ſuorũ
os maternũ præbet paruulis ſuis, ut per Auguſtinũ in c. ma-
ter eccleſia. de conſecra. diſt. 4. de remiſſ. peccatorum. c. 25. li.
1. & nemini redeunti ad ſe claudit gremium. Epiſtola inter
claras. de ſum. tri. & c. ſuꝑ eo. de hæret. li. 6 Ideo ſm alteram
acceptionẽ dr̃ eccleſia nõ ſolũ populus cõuocatus, ſed ẽt mi
ſerãs, & plena miſericordiæ, ſicut ſponſus eius & caput Chri
ſtus, ut militãtes in ea ꝑ arma miſericordiæ, & in cõtempla-
tione ꝓpriæ vniuſcuiuſque miſeriæ, & in miſerationib. dñi
noſtri Ieſu Chriſti ſpem reponentes ſtudeamus certã facere
vocationẽ noſtrã ꝑ fidẽ & bona opera & de inimicis trium-
phum obtinere, Deo miſerante, noſtri, ac altero alterius cõ-
miſerãte, & onera ſupportãte. Qui igiť intra hoc ouile ouiũ
manere voluerit ſciat & intelligat ſe ut ſpiritũ rõnis, & in-
telligentiæ ad eccleſiã hanc conuocatũ, & nõ tanquã pecus
congregarũ, & catholicam fidẽ quã S.R.E. tenet profiteri de
bere. Et vt iſte introitus & manſio in hoc ouili ſanctiſſimo
ſibi redundet ad gratiam, qua mediante vitam conſequatur
æternam, debere etiã ibi per bona opera uirtutum omnium
præcipue miſericordiæ, pacis, manſuetudinis, ſimplicitatis,
& obedientiæ, quam plus cæteris animalibus oues repræſen
tant, gratiam domini noſtri negotiari et conſeruare.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia noſtra chreſtianorum in paſſione Chriſti & in ea hora qua latus domini lancea perforatum eſt ſumpſit exordium.*

2 *Aqua vera & non flegma exiuit de latere domini lancea perforato, & ita in aqua baptiſmi regeneramur.*

3 *Sacramentorum ianua eſt baptiſmus, & remittit omnia peccata originalia & actualia etiam ſine pœnitentia exteriori.*

4 *Eccleſia in genere conſiderata ab initio creati hominis exorta eſt & cœpit filios fideles domino procreare.*

5 *Fides eſt glutinũ eccleſiæ quã cõſeruarũt primi parẽtes licet peccauerint.*

6 *Abel fuit appellatus iuſtus a Chriſto domino qui de gregibus ſuis obtulit in ſacrificium agnum in figuram agni pro peccatis omnium immolandi.*

7 *Eccleſiæ ætates commemorantur, infantia ab Adam vſque ad Noe pueritia a Noe vſque ad Abraham adoleſcentia ab Abraham vſque ad Moyſem iuuentus a Moyſe vſque ad Chriſtum virilitas vero & ætas perfecta a Chriſto vſque ad finem mundi & ſenectam illius.*

8 *Eccleſia ſemper fuit vna & in fide Chriſti fundata licet tempore antiquo in fide Chriſti paſſuri & tempore legis gratiæ in fide Chriſti iam paſſi, & exinde fuit differentia ſacramentorum veteris & nouæ legis.*

9 *Vna & eadem res propter magis & minus non recipit diuerſitatem in ſubſtantia generis.*

10 *Ciuitas non propterea quod vno anno regatur modo diſtincto ab alio amittit nomen ciuitatis nec genericam vnitatem.*

11 *Homo idem eſt licet diuerſis veſtibus induatur hodie quam heri.*

12 *Acies exercitus populus & nauis eadem eſt licet ex alijs militib. & carinis hodie conſtet quam antea.*

13 *Grex ſimiliter idem eſt licet aliæ oues in locum aliarum de mortuarum ſubſtitutæ reperiantur.*

14 *Vinea ſimiliter eadem eſt licet alii noui palmites inſerantur veteribus & areſcentibus amputatis.*

15 *Filius repræſentat perſonam patris mortui quoad genericam familiæ conſeruationem.*

16 *Lex vetus euangelio eſt coniungenda non dilanianda.*

17 *Euangelium eſt apud nos pro lege veteri pro Hieruſalem cęlum pro circũciſione baptiſmus pro manna corpus Chriſti pro aqua petræ ſanguis domini, pro baculo Moyſi crux Chriſti pro agno filius Dei.*

18 *Sacramentalia legis veteris licet ceſſauerint tamen moralia remanſerunt.*

19 *Adam & Noe tẽpore, non erant tot ſacrificia & ritus quot tẽpore Abraham, nec apud Abraham tot quot tempore Moyſi, & tempore legis Euãgelicæ nobiliora ſacramenta chriſtiani celebramus.*

20 *Deus pater familias apellari dignatus ad excolendam vineam hanc omni tempore, & miſit & mittit operarios ſuos.*

21 *Petro & Apoſtolis poteſtas ligandi atque ſoluendi peccata quę ſoli Deo
reſeruata erant ſuit collata, & opitulandi animabus purgatorii.*

CAP. V. De antiquitate, ortu, & progreſſibus hu-
ius almæ eccleſię per ouile ouium ſignificatæ.

Conſiderando Eccleſiam hanc duntaxat pro
fideliũ Chriſtianorũ collectio-
ne in ſpecie iuxta ritus & ſacramenta nouæ legis, exordium
1 eius fuit, & initium in paſſione Chriſti, & ab ea hora forma-
ta eſt virgo hæc & ſancta mater eccleſia coniux Chriſti, qua
emiſſo ſpiritu latus domini lancea perforatum eſt profluen-
tibus vndis aquæ & ſanguinis, ſicut de latere primi hominis
ſoporati Eua ſibi in coniugium eſt formata, vt ſic certe figu-
ræ primi & veteris Adæ, qui eſt forma futuri in noſtro nouiſ
ſimo Adam Chriſto, veritas reſponderet, verba ſunt, Clemẽ
tis.v.in clem.i.de ſumma trin. & fide cathol. Et ſicut ſanguis
2 fuit verus & ſpiritus verus, ita proculdubio vera fuit aqua,
cum Chriſtus ſit veritas, & a veritate omnis fallacia ſit peni
tus aliena, nam ſi non fuiſſet aqua, ſed flegma quod de late-
re Saluatoris exiuit, ille qui vidit & teſtimonium veritati per-
hibuit, profecto non aquam, ſed flegma dixiſſet, nec in hoc
verum ſacramentum regenerationis fuiſſet oſtenſum, cum
per ſacramentum baptiſmi nõ regeneremur in flegmate, ſed
in aqua, vt dicit text. in c. in quadam. de celebra. miſſar. im.
quia vt dicebat dominus, Ioannis 3. Niſi quis renatus fuerit
ex aqua & Spirituſancto, non intrabit in regnum cœlorum in
c. firmiſſime. de conſecrat. diſt. 4. & c. maiores. de baptiſmo.
3 & propterea baptiſmus dicitur fundamentum, & ianua alio
rum ſacramentorum, & eccleſiæ noſtrę, c. cum itaque, de cõ
ſecrat. diſ. 4. & remittit omnia peccata tam originalia quam
uoluntaria cap. regnante, & capit. ſine pœnitentia. de conſe
crat. diſtinct. 4 etiam ſine pęnit. exteriori, vt in d. c. ſine, licet
interior pænitetia in adultis requiri videatur, iuxta illud Pe-
tri Actuum. 2. Pęnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque
veſtrum, & ita Chriſtianorũ eccleſia in paſſione Chriſti ſum
pſit exordium, & oſtium introitus eius eſt baptiſmus & qui
non intrat per illud oſtium in ouile ouium fur eſt & latro Io.
10. vbi optime Auguſt. ait dominus de grege ſuo, & de oſtio
quo intratur ad ouile ſimilitudinem propoſuit. non enim eſt
cuiquam ſpes vera niſi agnoſcat vitam & per ianuam intret
in ouile. Sed conſiderando eccleſiam in genere pro fidelium
collectione ſociata ad Dei cultũ iuxta legem. & ritus, quos
homines ab ipſo Deo diuerſis temporibus acceperunt. Eccle
4 ſia hæc generice aſſumpta ab initio creati hominis Adã ſeu,
ut alii volunt iuſto Abel exorta eſt, & cæpit filios fideles do-
mino procreare, & primi parẽtes quamuis peccato illo mor
tali & originali naturam corruperint. & a paradiſo proiecti
5 fuerint fidem tamen conſeruarunt, quæ eſt glutinum eccle-
ſiæ, ut infra dicemus, & ſpem veniæ acceperunt a mi ſericor
dioſiſſimo Deo in ſanguine mediatoris Dei, & hominũ Chri
ſti Ieſu agni immaculati pro peccatis hominum offerẽdi. Et
6 ipſi quidem poſtea genuerũt filios quorum vnus Abel iuſtus
a Chriſto domino appellatus Matthæi. 23. de adipibus & pri-
mogenitis Gregis ſui Deo obtulit ſacrificium, agnum videli
cet, vt multi volunt, in figuram agni pro redemptione hu-
mani generis immolãdi. Huius eccleſiæ ætates & progreſſus
7 commemorat Albertus Pighius in ſua eccleſ. Hierarchia. li.
1. c. 2. Infantiam videlicet ab Adam vſq; ad Noe, Pueritiam
a Noe vſque ad Abraham, adoleſcentiã ab Abraham vſque
ad Moyſen, iuuentutẽ a Moiſe vſque ad Chriſtum, virilitatẽ
vero, & ætatem perfectam a Chriſto vſque in ſeculi cõſum
mationem & ſenectam illius. Hæc enim eccleſia in ratione
2 fidelitatis Deo prę ſtandæ ſic in genere conſideratæ, & iuſtifi-
cationis conſequendę per Chriſtum Ieſum, ſemper fuit vna
licet diuerſos ritus, cęremonias, & ſacramenta diuerſis tem
poribus habuerit, tempore antiquo Chriſtum paſſurum cre
dendo. & tempore legis gratię Chriſtum iam paſſum confi-
tendo, ex inde enim diuerſitas rituum exorta eſt, nam in le-
ge veteri omnia in figura contingebant, & quicquid ibi co-
lebatur vmbra erat futurorum bonorum, & ſacramentorũ
quibus fruimur in lege Euangelica, vnde eleganter Ambro.
in c. re vera de conſec. diſt. 2. c. 9. in lib. de his qui miſteriis ini
tiatur, potior eſt lux quam vmbra, veritas quam figura, cor-
pus Chriſti quam manna de cœlo, nec tamen diuerſitas iſta
rituum, & ſacramentorum habentium ſe ut figura & figura
tum, poſt quam illa omnia ab vno Deo inſtituta & ordinata
fuerunt, diuerſitatem in ſubſtantia fidelitatis Deo pręſtandę
cõſtituit, nec alterat vnitatẽ iſtã genericã, de qua loq mur, in
obſequio vniuſmet Dei fundatã. Oẽs.n.q ſalui p. Chriſtũ ſũt
et ex illa lege veteri, et ex noſtra ſunt ciues ſanctorũ ſup ędi-
ficati ſ. fundũ apoſtolorũ, et prophetarũ ipſo ſummo angu-
lari lapide Chriſto Ieſu, quem prophetę pnunciauerũt vẽtu
rũ, patriarchę expectauerũt paſſurũ quẽ Ioãnes Baptiſta digi
to demõſtrauit, et apoſtoli iã paſſũ, et crucifixũ pdicauerũt,

& ideo dr̃ facere vtraque unũ ad Epheſios. 2. Vnde licet ſm
priorem conſiderationem & in ſpecie, noſtra Chriſtianorũ
eccleſia dici poſſit noua Hieruſalem deſcendens de cœlo,
parata a Deo, ſicut ſponſa ornata viro ſuo Apocal. 21. & diſtin
cta a ſynagoga legis ueteris in ratione Chriſti tunc paſſuri, &
nunc iam paſſi, & propter diuerſitatem ſacramentorum, q̃
apud nos ſunt multo nobiliora, & perfectiora, & denią; ex-
cedentia, ſicut lux tenebras, & veritas figuram antecellit. Se
cundum tñ genericam conſiderationem fidelitatis vni, &
9 eidem Deo præſtandæ vna poterit eſſe eccleſia, quæ propter
magis & minus non recipit diuerſitatem in ſubſtantia gene-
ris. l. fina. ff. de fundo inſtructo. Sicut in qualibet ciuitate &
10 republica poſſumus contemplari, quæ licet diuerſis morib.
& legibus, & per diſtinctos principes gubernetur hodie, quã
anno præterito, non propterea genericam vnitatem eiuſdẽ
ciuitatis amittit, vt in l. ſicut. §. fina. ff. quod cuiuſque vni-
11 uer. nomine. Et vna & eadem perſona, licet diuerſis omni-
no veſtibus amicta ſit hodie quam heri, non ppt crea gene-
rica eius vnitas alteratur, ad quod alludebat Dauid Pſal. 44.
de noſtra eccleſia legis Euangelicæ dicens, Aſtitit regina a
dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. Audi
12 filia, & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populũ
tuũ & domũ patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum.
ſic et acies, exercitus & legio eadẽ eſt, licet ex ea multi receſ
ſerint, in quorũ locũ alii ſubiecti fuerunt, & populus idẽ eſt,
q ab hinc centũ annis fuit. Et nauis quãuis in tñ refecta ſit,
ut nulla tabula eadem permaneat, quę noua non ſit, eadem
tñ exiſtimatur, verba ſunt tex. in l. proponebatur. ff. de iudi-
13 ciis, quem textum ad propoſitum hoc allegat glo. in c. recur-
rat uerbo, ſocietate. 32. q. 4. & ne ab ouilis parabola receda-
mus idẽ grex dñ pmanere, ſicut antea, licet priores oues mor
tuæ ſint, & ĩ earũ locũ aliæ ſubſtitutæ reperiant, vt dicit text.
in l. ſi grege. & in l. gregelegato. ff. de leg. 1. & in l. rerũ mixtu
ra. ff. de vſucapio. Et vinea, quæ paſſim in ſacra ſcriptura typũ
14 & figurã tenet eccleſiæ, non deſinit eſſe una vinea, & eadem
in genere, ppea q palmitib veterib. illius areſcentib. & am-
putatis, noui & fęcundiores palmites inſerant eidẽ trunco,
de quo Dauid Pſal. 79 dicebat, Dñe Deus virtutũ cõuertere,
& reſpice, vide, ac uiſita vineã iſtam, & perfice eãquã planta
uit dextera tua, nõ dixit in totũ eradica, cõbure, ſed perfice
ac renoua vineã iſtã rorantib. cęlis de ſup, & nubibus pluen-
tib. iuſtũ aperiente ſe terra & germinante Saluatorẽ, in quo
nouiſſime dieb illis loquutus eſt Deus nobis, ſicut olim in p-
phetis Et deniq; ſicut videmus de iure filiũ repſentare perſonã
15 patris, ita qđ pater quãuis mortuus per filiũ viuere uideatur
quoad genericã familiæ cõſeruationem. l. fi. C. de impub. &
aliis ſubſti l. cum ſcimus. §. fi C. de agricolis & cenſitis. & Ari
ſtoteles li. 5. Ethicorum & Hieronymus in epiſtolam Pauli
ad Philemonem, ſuper illis uerbis, tu aũt ſuſcipe illum, id eſt
mea uiſcera, & illud Ecçleſiaſtici 30. Mortuus eſt pater eius
& quaſi nõ eſt mortuus, ſimilẽ enim reliquit ſibi poſt ſe, ſic in
noſtra eccleſia poſſumus dicere illud Pſal. 44. Pro patrib. tuis
nati ſunt tibi filii conſtitues eos principes ſuper omnem ter
ram memores erunt nominis tui in generatione & genera
tionem, ppea populi confitebuntur tibi in ſeculum & in ſe-
16 culum ſeculi, & prout dicit eleganter Ioan. Faber tractat. 42.
ar. 1. §. 3. lex uetus Euangelio eſt coniungenda non dilanian
da in totum ut Marcio, et Manicheus hæretici garrulabant,
ſolum Euangelium ſuſcipiendo, et dicentes uetera tranſie-
runt, ecce noua facta ſunt oĩa nã, ut dicit Hieronymus c. 11.
in Eccleſiaſtem pro lege eſt Euangeliũ, pro Hieruſalẽ cœlũ,
p circunciſione baptiſmus, p manna corpus Chriſti puriſſi-
mũ, p aqua petræ ſanguis dñi, pro baculo Moyſi, ſeu Aaron
17 crux dñi, pro agno filius Dei. et ad hoc Hieronymus ponde-
rabat ibi illud. Dabo uobis pluuiam temporaneam, et ſeroti
nam teſtamentum, ſ. uetus et nouum et utroque uos imbre
rigabo. Et ut declarat idem Hieronymus in Ezechielem ca.
1. qui uidit rotam in rota, iuncturam. ſ. duorum teſtamento
rum, et ſcalam Iacob, forcipem Eſaiæ, et gladium bis acutũ,
et apud nos eſt Gloſſa notabi. in can. non eſt peccatum. § his
itaque. 6. diſt. ubi dicit q licet ſacramentalia, et cæremonia-
18 lia ceſſauerint, moralia tamen remanſerunt, nec quantum
ad hæc mutationem accepit lex ueteris teſtamenti, et hoc
glutinamentum moralitatis, et compactio unius legis cum
alia ſufficit ad contiguitatem genericam huius ouilis & ec-
cleſiæ conſeruandã, quã dicimus habuiſſe exordiũ iuxta hãc
conſiderationẽ ab initio mundi, et fuiſſe continuatam & cõ-
tinuari debere uſq; ad ſeculi conſummationem ratione fi-
delitatis Deo præſtandæ á fidelibus pro, lege, cultu ſacramẽ-
tis, et ceremoniis, quas pro ſuo tempore illi habebãt, et nos
habemus. Neque enim tempore Adam et Noe habebant
homines tot pręcepta et ritus quot Abraham et ſui poſteri
19 receperunt, et ei Moyſi plura data fuerunt. Et poſt paſſionẽ
Chriſti meliora, et nobiliora ſacramenta veneramur quam

in

in ſeculis anterioribus tradita fuerint. Et nihilominus qui an
tea in lymbo expectabant redemptionē a Chriſto conſum-
mandā, nunc autem iam conſummatā ſalui facti fuerūt per
Chriſti paſſionem, vt homines ſuorum ſui temporis rituum,
& præceptorum Dei obſeruatores. Eccleſia igitur ſic in ge-
nere aſſumpta ab initio mundi aſſumpſit originem, prout &
Dauit Pſalm. 73. ſub parabola ouium ſimiliter recenſebat di
cens, vt quid repuliſti in finem Deus, iratus eſt furor tuus ſu
per oues paſcuę tuæ, Memor eſto congregationis tuæ, quam
poſſediſti ab initio, ab initio inquam mūdi, licet ritus et præ
cepta diuerſis temporibus variata addita vel renouata fue-
rint a domino. Et licet lex noſtra euangelica, ceſſantibus le-
galibus vmbris teſtamenti veteris & figuris per aduenientem
veritatem abſorptis perfectius, ſacerdotium, & nobiliora ſa-
cramenta contineat, Deus tamen omnipotēs pater familias
20. appellatus ad excolēdam vineā ha nc ideſt vniuerſalē eccle-
ſiam ſic in genere conſiderandam conduxit & cōducit ſem
per operarios, mane, hora tertia, ſexta, nona, & vndecima.
Matthæi xx. vbi teſtante Gregorio, mane ſignificat tempus
ab Adā vſq; ad Noe, hora vero tertia a Noe vſq; ad Abrahā,
ſexta quoque ab Abraham vſque ad Moyſen, nona autem a
Moyſe vſq; ad aduentum Do mini, vndecima vero ab aduē
tu Domini vſque ad finem mundi, & quaſi ad excollendam
vineā ſuam nullo tpe deſtitit operarios mittere. qa & prius p
patres, & poſtmodum per legis doctores, & prophetas, ad ex-
tremum vero per Apoſtolos dū plebis ſuæ mores excoluit,
quaſi per operarios in vineæ cultura magnopere laborauit,
& operator mane, hora tertia, ſexta, & nona, antiquus illæ
hebraicus populus deſignatur, q in electis ſuis ab ipſo mundi
exordio, dum recta fide Deum ſtuduit colore, quaſi nō deſti
tit in vineæ cultura laborare. Ad vndecimam vero gentiles
vocantur, quibus & dicitur quid hic ſtatis tota die otioſi? Ma
gna eſt ergo antiquitas eccleſiæ huius ſic in genere conſide-
ratę, licet maiorē authoritatē adepta fuerit poſt Chriſti paſ-
ſionem pp caput & ſponſum eius Chriſtum Ieſum iam paſ-
ſum, pp redemptionē humani generis conſummatā iuxta il
la vltima verba Chriſti in paſſione qn dixit, conſummatum
eſt, pp nobiliſſima ſacra formata in perforato latere Chriſti,
propter cœlorum aditus veris Chriſtianæ legis obſeruatori-
bus reſeratos, & denique propter miniſtros & primos euan-
gelicæ doctrinæ prædicatores Spiritusancto in die Penteco-
ſtes repletos, quibus antea Chriſtus in ſufflando dixerat Io.
20. Accipite Spiritumſanctum, quorum remiſeritis peccata
remittuntur eis, & quorū retinueritis retēta ſunt, & Matth.
18. Quæcumque ſolueritis ſuper terram erūt ſoluta & in cę-
lo &c. & Petro tamquam capiti, vt infra dicetur, tibi dabo
claues regni cœlorū quodcunq; ligaueris ſuper terrā erit li-
21 gatū & in cœlis &c. Matthæi 16. quibus per illa verba et re-
miſſio peccatorum, quæ ſoli Deo reſeruata erat, et poteſtas
ligandi atque ſoluendi quaſi in cœleſtib. iuriſdictio collata
fuit, quique et ſacrificiis, et ſuffragiis ſuis opitulantur anima
bus purgatorii, vt celerius purgationem compleant pecca-
torum, quicquid hæretici noſtri temporis inſaniant negan-
tes librum Machabeorū et eius athoritatē pp illud piiſſimū
Iudæ Machabæi exemplum quod legitur 2. Machabęorum
12. de animabus purgatorii, nam pręter hoc, qđ eſt liber authē
ticus, ſicut alia ſacræ ſcripturæ volumina adeſt illa authori-
tas Tobiæ. 4. ad filiū dicentis inter cętera. panem et uinū ſup
ſepulturam iuſti conſtitue, iuſti inquam, cui aliquid purgan
dum reſtat, et illud Lucæ 12. Ne forte iudex mittat te in car-
cerem, amen dico tibi non exies donec reddas nouiſſimum
quadrantē, quæ uerba Ambroſius ad purgatorium referēda
concludit, cum in inferno nulla ſit redemptio, ſed confuta-
tionem hæreticorum ſuper hoc articulo, quem firmiter cū
eccleſia Romana credimus, Theologis dimittamus, eccleſię
noſtræ vnitatem proſequentes.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia varijs titulis decorata reperitur in ſacraſcriptura videlicet malo granati vinea meridiei luna virginis & matris ſororis, & ſponſa, eſt terra lacte, & melle manans archa Noe columba domus magna ſagena miſſa in mare magna familia nauis rubus ardens petra firma & ciuitas.*
2 *Eccleſia eſt corpus Chriſti, & ipſe caput eius & membra de membro, & regnum cęlorum.*
3 *Eccleſia regitur magiſterio Spiritusſancti, & cum ea promiſit Chriſtus eſſe vſque an conſummationem ſeculi.*
4 *Chriſtus pro eccleſia rogauit patrem & eſt aduocatus eius.*
5 *Eccleſia quæ eſt Dei viui columna, & firmamentum veritatis errare non poteſt.*
6 *Eccleſia militans ad exemplar triumphantis condita eſt.*
7 *Eccleſię militatis conuenientia cum triumphanti multum adiuuat opinionem canoniſtarum dicentium nouem ordines clericorum eſſe in eccleſia ſicut ſunt nouem ordines angelorum contra eos qui di cunt non eſſe niſi ſeptem ordines clericorum.*
8 *Eccleſia militans tunc conſiſtit decentiſſimo ordine cum illi triumphanti ſupernæ comparatur ex Dionyſio.*
9 *Angeli quamuis omnes cuſtodiant nos Michael tamen cuſtodit eccleſiam qui princeps eius appellatur ſicut olim ſynagogæ.*
10 *Apoſtoli ſunt protectores eccleſiæ, & vide multas figuras ſuper numero duodenario illorum.*
11 *Apoſtolis non virgini matri fuit conceſſa facultas remittendi peccata licet ipſa dignior fuerit Apoſtolis vniuerſis.*
12 *Eccleſia, edocta fuit per quatuor Euangeliſtas pręfiguratos in quatuor animalibus Ezechiel, & per quatuor doctores eccleſiæ inter alios, & per tot martyres, virgines, pueros, & puellas, vt non poſſit dubitari de vijs eius:*
13 *Eccleſia nec falli nec fallere poteſt, & durabit vſque ad finem mundi.*

CAP. VI. De laudibus, excellentia & titulis, quib. noſtra hæc ſancta mater eccleſia dicta ouile ouium reperitur decorata in ſacra ſcriptura.

Non me latet Ioannem Fabrum virum Catholi
cum & doctiſſimum plures titulos
congeſſiſſe in vnum, quibus hæc ſancta fidelium collectio
in ſacraſcriptura fuerit honorata, vt per eum videre licet in
1 titulo de clauium eccleſiæ collatione. §. ſexto. quos ego, ne
uidear alieni laboris vſurpator breuiter pcurram nonnul-
lis additis. Cōparatur itaque, dicit Faber malo granato Can-
ticorum 8. vt per Ambroſium lib. 3. Hexameron c. 13. quia
bonum fidei fulgorem cōfeſſioniſque oſtendit Chriſti cruo-
re dotata, & matyrum ſanguine ſpecioſa, plurimoſque fru-
ctus ſub pomi munitione cōſeruat ad vſum, & exercitia vir-
tutum, comparatur vineæ Eſaię. 5. & Pſalm. 79. & Hieremię.
2. dr ēt meridies per Ambroſium Pſal. 118. quæ in primordijs
mundi deſpōſata, in paradiſo præfigurata, in diluuio annun
ciata, per legem vocata, per prophetas dicitur redemptionē
hominum & Euangelij decorem ac dilecti expectaſſe aduē
tum, impatiens amoris in oſcula ruit dicens, oſculetur me
oſculo oris ſui Canticor. 1. vocatur & luna, Pſalm. 88. Luna
teſtis in cœlo fidelis, ut per Hieronymum 4. c. ſup Amos Pro
pheta, quia ſolis iuſtitiæ Chriſti Ieſu illuſtrat radijs ab ea par-
te, qua ei vicina eſt, uel plus uel minus lucis pro uari etate tē-
porū accipiens, & eſt ſpecioſa ſicut luna, fulget. n. non ſui, ſed
Chriſti lumine, & ſplendorē ſibi accerſit de ſole iuſtitiæ, ut
p Ambroſiū lib. 4. Hexameron c. 8. dr Virgo & mater, ut per
Ambro. li. 1. de uirginitate dicentē, uirgo eſt caſtitate mater
eſt prole, parturit itaque nos uirgo, nō uiro plena, ſed ſpiritu,
parit nos uirgo non cum dolore membrorum, ſed cum gau
dio Angelorū, nutrit nos uirgo non corporis lacte, ſed Apo-
ſtoli, quo infirmam adhuc creſcentis populi lactauit ætatē,
quę igitur nupta plures habet liberos, quam ſancta eccleſia,
quę uirgo eſt, & ſacris mater eſt populis, ut Eſaiæ quarto. quā
plures filij deſertæ quam eius q habuit uirum, appellatur ēt
ſoror & ſponſa, ut per Hieronymum aduerſus Iouinianum,
ſponſa ſoror & mater, & quæcunque alia putaueris uocabu
la unius eccleſia congregatio eſt, quæ nunquam eſt ſine ſpō-
ſo fratre & filio, unam habet fidem, nec conſtupratur do-
gmatum verietate, nec hęreſibus ſcinditur, virgo permanet,
quocunque vadit agnus, illum ſequitur vide Fabrum vbi
ſupra, & eſt terra lacte & melle manans, archa Noe co-
lumba; domus magna, ſagena miſſa in mare magna fami
lia, nauis, rubus ardens, & non comburens, petra firma, & ci-
uitas, hactenus Faber, & appellatur ouile ouium Ioannis. 10.
vt ſupra latius fuit explicatum. Apoſtolus etiam nominauit
2 eam corpus Chriſti ad Epheſios quarto. Omnia ſubiecit ſub
pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam
quæ eſt corpus ipſius & plenitudo eius. Et primæ Corinthio-
rum. 11. Vos eſtis corpus Chriſti & membra de membro. Si-
militer nominatur regnum cœlorum Matthæi 20. & 22. &
25. Simile eſt regnum cœlorum homini patri familias, qui
exijt primo mane conducere operarios, &c. Et ſimile eſt re-
gnum cęlorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo, &c. Si
mile eſt regnum cœlorum Decem virginibus &c. cum illa
promiſit ſe futurum vſque ad conſummationem ſeculi Mat
3 thæi vltimo. Regitur præterea eccleſia magiſterio Spiritus-
ſancti Ioannis decimoquarto. Ego rogabo patrem, & alium
paracletum dabit vobis, & Ioannis decimotertio. adhuc
multa habeo vobis dicere; ſed non poteſtis portare modo,
cum autem venerit ille ſpiritus ueritatis, docebit vos omnē
4 veritatem, Rogauit pro ea Chriſtus Ioan. decimoſeptimo.
Pater ſancte ſerua eos in nomine meo quos dediſti mihi, nō
autem pro his tantum rogo, ſed pro eis qui credituri ſunt p
verbum eorum in me, & Ioan. capit. 2. primæ ſuæ canonicæ
legitur, Aduocatum habemus apud patrem dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum, & ad Romanos 8. Chriſtus interpel-
lat pro nobis, & ad Hæbræos. 7. accedens per ſemetipſum ad
Deum viuum ad interpellandum pro nobis, & propterea
5 confitemur quod errare non poteſt eccleſia, quæ eſt Dei vi-
ui columna & firmamentum veritatis, primæ ad Timoth. 3.

Formata eſt etiam ad ſimilitudinem eccleſiæ triumphantis,
6 iuxta illud Apocalypſis 21.vidi ſanctam Hieruſalē nouā de
ſcēdentē de cęlo paratā a Deo ſicut ſponſam ornatam uiro
ſuo,et Exodi 25.et Pauli ad Hebr.7. Inſpice,et fac ſm exem-
plar,quod tibi monſtratum eſt in monte, et in oratione Do-
minica quotidie dicimus,Fiat voluntas tua ſicut in cœlo et
in terra,et Dauid Pſalm.86.Fundamenta eius in montib.ſan
ctis tranſumptiue.in c.fundamenta. de elec.li.6.et in can.ad
hæc.88.di.dī.cæleſtium militiarū exemplar nos inſtruit.Vn-
de Bernardus ſermone 27.dicebat, ſicut de diuerſis omū gre
gib.vnū facere voluit,vt ſit vnū ouile,& vnus paſtor ita eum
hēr ſponſam inhærentem ſibi a principio multitudinem an
gelorum placuit ei, et de hominibus conuocare eccleſiam,
atq; vnire illi quæ de cœlo eſt,vt ſit vna ſponſa, et ſponſus
vnus,& vnam facit nūc conformitas in deuotione poſtea ve
ro et in pari gloria. Et ideo dicebat elegāter Hoſtieſis in rub.
de ordinatis ab epiſcopo qui renunciauit epatui §.1.quod ſi-
cut in eccleſia triumphanti ſunt nouem chori angelorū, ſic
in noſtra eccleſia militanti ſunt nouem ordines clericorum,
annumerando epatum, et pſalmiſtatum inter ordines vltra
7 Theologos,de quo etiam per Glo.in proœmio lib.ſexti, uer-
bo,epſ,et certe hęc conuenientia militantis eccleſiæ cu triū
phanti multum confirmat Canoniſtarum ſniam, præcipue
cum teſte Dionyſio in lib.de eccleſiaſtica hierarchia, quē re-
8 fert Clictoueus in ſuo Antilutero lib.2. cap.2. Sancta eccle-
ſia militans tunc conſiſtit decentiſſimo ordine,et habet con
gruentiſſimum ſui ſtatus tenorem, cum illi triumphanti in
ſuprema ciuitate Hieruſalem cęleſtium ſpirituum principa-
tui conformatur,ac euadit per ſimilis ſuis functionib.et ope
9 rib. Cuſtoditur ēt per angelos q oēs ſunt teſte Paulo ad He-
bræos.primo. Adminiſtratorii Spiritus in miniſterium miſſi,
et Pſal.90.Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiāt te in oīb.
vijs tuis,præcipuæ tamen per B. Michaelem Archangelum,
qui princeps ſynagogæ erat antea,nunc vero eccleſię noſtrę,
iuxta illud Danielis primo.in fi.Nemo eſt adiutor meus in oī
bus his,niſi Michael princeps veſter.Et Danielis 10. Ecce Mi-
chael vnus de primis principib. primus venit in adiutorium
meum,habuit ēt et hēt eccleſia protectores. et rectores ſuos
10 duodecim Apoſtolos in die Penthecoſtes repletos ſpiritu-
ſancto,et miſſos a Chriſto prædicare Euangelium omni crea
turæ, de quibus dicitur Apocalipſ. 21. poſtquam actum fue-
rat de noua Hieruſalem deſcendente de cœlo, & murus ciui
tatis habens fundamenta duodecim,& in ipſis duodecim no
mina duodecim apoſtolorum & agni. & Pſalm. 44. Conſti-
tues eos principes ſuper omnem terrā,qui præfigurati fuerūt
per duodecim filios Iacob vno patre genitos oēs Geneſeos.
35.& per duodecim fontes aquarū, quos in deſerto elim in
uenerunt filii Iſrael. Exodi.15.& numeri.33.Et p duodecim
lapides pręcioſos,quos pręcipit Dñs ponere in veſtib.ſummi
ſacerdotis Aaron, Exodi 28. Et per duodecim principes ele-
ctos ſingulos de ſingulis trib.Iſrael, Ioſuę 3.Et per duodecim
duriſſimos lapides, quos Ioſuæ præcepit poni in loco caſtro-
rum, vbi fixit tentoria,Ioſuæ.4.Et p duodecim panes propo-
ſitionis, qui ponebantur ſup menſam in conſpectu dñi, Le-
uitici 24. & Exodi.25.Et p duodecim exploratores, quos mi
ſit Moyſes ad conſiderādam terram, quam daturus erat dñs
filiis Iſrael. Nu.13.Et per duodecim plectos quos poſuit Sa-
lomon ſup oēm populū Iſrael, 3.Regū 4.capite.Et p duode-
cim lapides quos tulit Helias iuxta numerū filiorū Iſrael ad
ædificādū altare de lapidib.dño 3. Regū.18. Et p duodecim
ſtellas fulgentes in corona ſponſæ, Apocalypſis.12.Et p duo
decim portas ciuitatis Hieruſalē, quas vidit Io. Apocalipſis.
21.Quibus ēt fuit conceſſa ptās remittendi peccata hoīb.iux
11 ta illud Io.20.Accipite Spiritū ſanctū,quorū remiſeritis pec-
cata remittunt eis & claues regni cęlorū, hoc eſt ptās ligādi
& ſoluēdi ſup terrā fuerūt eis cōmiſſe, Matthęi 18.Et Petro
vt principi aliorū Matthęi 16.et Io. vlt.vt diximus capite pce
dēti,de qb.pōderat tex in c.noua qdā,de pęn.et remiſ.quod
licet Beatiſſima uirgo Maria dignior, & excellentior fuerit
apoſtolis vniuerſis nō tū illi,ſed iſtis dñs claues regni cęlorū
12 cōmiſit, edocta ēt fuit eccleſia p quatuor Euangeliſtas Mat-
theū,Marcū,Lucā,et Ioannē,quorū euāgeliis nutritur & re-
creat,q ſimul inter Apoſtolos cōnumerant c. unico.de reli-
quiis et uener.ſanc.li.6. Et pfigurati fuerūt p illa quatuor ani
malia hominem, Leonem. vitulum,et aquilam, Ezechielis.
1.Erudierūt ei illam et cōdecorarūt inter alios illi quatuor
eccleſiæ Doct.Gregorius,Hieronymus Ambroſius,et Augu
ſtinus quo ſi per lucida et ſalutaria pcepta,ut dicit text.in c.
vnico.de reliquiis & veneratione ſanctorum, li.6.eccleſiā il-
luſtrarunt, & uirtutibus informarunt,& qui in eccleſia Dei
tanquam ſplendor fulgent in firmamento, & uelut ſtellę p-
manſuri ſunt in perpetuas ęternitates c.ſuper ſpecula de ma
giſtris, & quorum ordinem quaſi præcipuum in eccleſia di-
xit tex in c.cum ex iniuncto.de hæret.Habet ēt martyres,uir
gines, cōfeſſores, & Sanctos quorum patrocinijs defenditur,
triumphis gloriatur, ueſtigijs denique & exemplis prouoca-
tur,quod Auguſtinus in libris de doctrina chriſtiana cōſide-
rans dicebat eleganter, O anima chriſtiana euigila,domini
tui imitare ueſtigia, cōſidera quot millia martyrum tritam
tibi fecerunt uiam,tranſierunt pueri & puellæ & times? ſed
in iſtis amplius immorari eſſet a propoſito noſtræ unitatis
13 euagari.Fateamur ergo eccleſiam noſtram tot præſidijs & ti
tulis decoratam,nec falli, nec fallere poſſe,& uſq; ad ſecu-
li conſummationem duraturam,qm̄ de ea legitur Zacharię
13.ſedebit Hieruſalem ſecura,& Eſaiæ 33.Hoc eſt tabernacu-
lum quod nequaquam transferri poterit,nec auferent cla-
ui eius in ſempiternū,& oēs funiculi eius non rumpentur,&
poterit cū pſalmiſta dicere Pſalm.128.ſæpe expugnauerunt
me a iuuentute mea,etenim non potuerunt mihi quia pro-
ut dicit Chryſoſtomus in ſermone de Pentecoſte, eccleſia
impugnari pōt,expugnari non poterit, tela mittuntur ꝯ eā,
ſed eius machina non perforatur, Machinæ præparant, ſed
turris dauidica non eliditur, et Hilarius libro ſeptimo.de tri
nitate. Proprium eſt eccleſiæ, ut tunc uincat,cum læditur,
tunc ſecura ſit, cum deſeritur, tunc obtineat,cum ſuperata
ſit,& teſte Auguſtino ꝯ murum inexpugnabilem eccleſiæ
quiſquis arietauerit,ipſe potius confringetur,& Ambroſius
in li.15.de Salomone inquit,eccleſia crebris uentorum flu
ctibus, id eſt tentationū plagis & uerberibus fatigatur, quā
turbidi fluctus, hoc eſt poteſtas huius ſeculi conant ad ſaxa
perducere,et quamuis undarum fluctibus,aut procellis ſępe
uexatur, tū nunquam pōt ſuſtinere naufragium, quia in ar-
bore eius id eſt in cruce Chriſtus erigitur, in puppi reſidet
pater gubernator, proram paracletus ſeruat ſpiritus, hanc
per anguſta huius mundi freta duodeni in portu remiges
ducunt, id eſt duodecim Apoſtoli, & ſimilis numerus pro-
phetarum,& Hieronymus in li.de 42.manſionibus ad fabio-
lam ardenti rubo,& non comburenti comparat, inflamma
tur.n.perſecutionibus,ſed loquente domino non deſeritur,
& Hieronymus in Eſaiam c.37.dicit de eccleſia, ego ciuitas
firma,ego ciuitas quæ oppugnatur,Magna eſt ergo gloria ec
cleſiæ huius, gloriam & magnum decorem impoſuit domi
nus ſuper eam,ꝯ quā legimus inſurrexiſſe tyrannos, Impera
tores, vt Neronem, decium, & id genus alios, Arrium, Neſto
rium, & ſimiles hæreticos, & tū illa firma perſeuerat tantis
de cœlo radiata fulgoribus, Vnde elegāter Ricardus li.1. de
trinitate,utinam attenderent Iudæi vtinam attenderent pa
gani cum quanta conſcientiæ ſecuritate pro hac parte ad di
uinum iudicium poterimus accedere,nonne cum oī fiducia
poterimus Deo dicere, Domine ſi error fuiſſet prout non eſt
a te ipſo decepti eſſemus,nam iſta tantis ſignis, & prodigijs
confirmata ſunt, & talibus,quæ non niſi per te fieri poſſunt,
& certe a ſummæ ſanctitatis viris ſunt nobiſcum ſumma,
& authentica atteſtatione probata,te ipſo cooperante,& ſer
monem confirmante ſequentibus ſignis. Et Leo Papa in ſer
mone de Apoſtolis,ait, Pręcioſa in conſpectu Domini mors
ſanctorum eius, nec vllo crudelitatis genere deſtrui poteſt
ſacramento crucis Chriſti fundata religio,nec minuitur per
ſequutionibus eccleſia, ſed augetur, & ſemper dominicus
ager ſegete ditiore veſtitur, dum grana,quę ſingula cadunt,
multiplicata naſcuntur, vnde duo iſta præclara diuinæ ger-
minis ſemina quantam ſobolem germinarint, beatorum
milia exempla poteſtantur qui apoſtolicorum æmuli trium
phorum vrbem noſtram purpuratis,& longe lateque rutilā
tibus populis ambierunt,& quaſi ex multarum honore gem
marum,cōſerto vno diademate coronarunt,hactenus Leo.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia conſtat ex bonis & malis iuſtis & peccatorib. modo non ſint hæ retici aut ſciſmatici.*
2 *Fides ad manendum in hoc ouili eſt neceſſaria.*
3 *Eccleſia eſt ſicut corpus humanum quod conſtat ex bonis, & malis humo ribus, & ſicut meſſis quę paleas cum granis per mixtas tenet.*
4 *Archa Noe q̄ figura fuit eccleſię animalia munda, & immunda cōtinebat.*
5 *Eccleſia dicta eſt area quæ paleas & grana continebit donec dominus in die iudicij ueniat cum ventilabro ad mundandam illam.*
6 *Peccatores dicuntur palea, quia leuiter cadunt vento cuiuſlibet tentatio- nis expoſiti.*
7 *Eccleſia comparatur decem virginibus quarum quinque erant prudentes, & quinque fatuæ & conuiuio illi in quo vnus ſedebat non habens veſtem nuptialem & domui in qua ſunt vaſa aurea & fictilia, & quędam in or- natum quædam vero in contumeliam.*
8 *Eccleſia habet bonos & malos ſicut in cælo Angeli boni cū malis admixti fuerunt donec Michael fecit victoriam cum Angelis eius.*
9 *Sicut ex coniugio Adę & Eua nati fuerunt Caym malus & Abel iuſtus et in vtero Rebeccæ fuerunt Iacob electus & Eſau reprobatus, ſic in eccle- ſia ſunt boni & mali.*
10 *Peccatores publici per cenſuras prælatorum repelluntur ab eccleſia quoad ſuffragia non quo ad fidem ſicut ſcabioſa.*

Vnitas

11 *Vnitas triplex reperitur in eccleſia, ſ. corporalis habitationis communionis ſacramentorum & gratiæ.*
Iuſti & per gratiam Deo coniuncti habitant in penetralibus eccleſiæ et in terioribus atriis domus domini & ſunt magis ſecuri.
Triplex funiculus difficile rumpitur.
Excommunicati ſi fidem conſeruant pertinent ratione ſolius fidei ad eccleſiam, licet quo ad ſacramentorum communionem et ſuffragia non ſunt de eccleſia hæretici autem, nec ſciſmatici nullo modo.
12 *Eccleſia erit glorioſa & non habebit maculam aut rugam in futuro et in cœleſtibus non autem in hoc mundo.*
13 *Verba quæ ad vnum, & idem tempus referuntur vnica determinatione reguntur.*
14 *Qualitas adiecta alicui termino debet intelligi ſecundum tempus illius termini cui adiungitur.*
15 *Peccatores presbyteri baptizant & conſecrant ſicut et cayphas qui erat pontifex anni illius prophetauit.*
16 *Peccatores ſi fidem conſeruat licet quoad gratiam non recipiant influxus a Chriſto capite, quia quoad illam mortui ſunt tamen quoad conſeruandum glutinum fidei quo eccleſiæ colligantur non ſunt mortui.*
17 *Eccleſia ſimilis ſagenæ miſſæ in mare & ex omni genere piſcium congreganti in omnes nationes. & gentes extendit vela & retia ſua.*
18 *Deus non eſt acceptor perſonarum.*

CAP. VII. De perſonis, quæ intra hanc ſanctam eccleſiam, ſeu ouile ouium continentur.

1 Catholica hęc & vniuerſalis eccleſia, quam profite
mur, conſtat ex bonis, & malis Chriſtia-
nis, & iuſtis, & peccatoribus, modo non ſint hæretici, aut ſciſ-
ſmatici, ab hoc ſancto conſortio, proiecti, quia iſti extra ec-
cleſiam ſunt. Non ergo ad conſeruandum nos in hoc ouile
2 neceſſarius eſt ſtatus gratiæ & charitatis, quia etiam peccato
res modo ſint fideles, dicuntur eſſe membra huius eccleſiæ,
ſicut videmus in corpore humano quod conſtat ex bonis &
malis humoribus ſimul, & meſsis paleas cum granis mixtas
3 complectitur, vt per Augu. in lib. de baptiſmo, & in can. eſt
vnitas. de conſecrat. diſt 4. vbi dicit eſt vnitas eccleſię, quę la
te patet in ſacramentorum ſocietate & communione, q̃ cõ-
plectitur cum granis etiam paleas, qñ eas corporaliter mix-
tas ita patitur, vt neque illas iuſti vitent neque ab illis iuſti ui
tentur. Sic ſunt in eccleſia homines mali, vt in corpore hu-
mano humores mali, qui interdum exeunt ex corpore, & idẽ
Aug. eo. li. in c. quõ §. induunt, ead diſt. Induunt aũt hoĩes ip
ſum Chriſtum aliquando vſq; ad ſacri perceptionem, aliqñ
vſq; ad vitæ ſanctificationẽ, atq; illud primũ, & bonis & ma
lis põt eſſe cõe. hoc aũt proprium eſt bonorum & piorum,
quod etiam comprobatur ex parabola illa Matthæi 13 de ſa
gena miſſa in mare & ex omni genere piſcium congregan-
ti, quã cũ impleta eſſet educẽtes & ſecus littus ſedẽtes, elege
rũt bonos in vaſa ſua, malos autẽ foras miſerunt. Sagena. n.
iſta typum, & figuram habet eccleſiæ vt in capite præceden-
ti diximus, & hæc bonos et malos continet intra ſe. & conti-
nebit, donec veniat dies electionis, diſcretionis, & iudicii, in
qua, vt ipſemet Chriſtus dñs parabolam interpretatur, Ange
li ſeparabunt malos de medio iuſtorum. ſagenam in cõſum
4 matione ſeculi euacuando, vt per Aug. in lib contra donan-
ſtas poſt collationem c. 10. Sic etiam in archa. Noe, quæ figu
ra fuit eccleſiæ huius, animalia non ſolum munda, ſed ẽt im
munda fuerunt, habuit. n. homines, & habuit ſerpentes, ut ꝑ
Hieronymũ ad Gerontiam et idem Hieronymus aduerſus
luciferianos, ait. In archa Noe paucæ id eſt octo animæ ſaluæ
factæ ſunt per aquam, quæ et nos, nunc ſimilis formæ ſaluos
fecit per baptiſmum, & vt in illa omnium animalium gene
ra, ita & in hac vniuerſarum gẽtium, & morum hoĩes ſunt,
et ut ibi pardus & hedi, lupus et agni, ita et hic iuſti, et pec-
catores, id eſt vaſa aurea, et argẽtea cũ ligneis, et fictilib. cõ-
morant, et ꝑ Aug de fide ad Petrũ c 43. vbi ait, Firmiſſime te
ne et nullatenus dubites archã Dei eſſe catholicã eccleſiã, et
5 intra eã uſq; in finẽ ſeculi frumẽto mixtas paleas contineri,
hoc eſt bonos et malos ſacrorum cõione miſceri, et in oĩum
ꝓfeſſione, ſiue monachorũ, ſiue laicorũ bonos eſſe ſimul et
malos, nec pro malis bonos eſſe diſcernẽdos. ſed ꝓ bonis ma
los tolerandos, et Hieronimus li. 1. aduerſus Iouinianũ, ait, ar-
cha Noe, iuxta Apoſtolũ Petrũ typus fuit eccłię. in qua octo
aię, ſaluatę ſunt, et archa hęc plures habuit mãſiones et nidu
los et bicamerata et diuerſas beſtias, et ꝓ qualitate aĩaliũ ha
bitationes quoq; maiores et minores. Et iñ, qa oĩa aĩalia mũ
da, et immũda erãt intra arch. ĩ, et obediẽtiã exhibebãt Noe
rectori illius archę fuerunt a diluuio liberata, vt ꝑ Greg. in c.
qa ex ſola 24. q. 1. dicẽtẽ, vnde et aqua diluuij archã quidẽ ad
ſublimiora ſubſtulit, oẽs aũt quos extra archã inuenit extin-
xit, et Hiero. in c. qm̃ vetus. 24. q. 1. ſi qs in archa Noe nõ fue-
rit peribit regnante diluuio, & Augu. li. 2. ꝯ Greſconiũ gram
maticum in ſcriptura ſancta, quæ neminem fallit, Arca di-
cta eſt eccleſia Dei dominumque ipſum cum ventilabro eſ-
ſe venturum & mundaturũ aream ſuam, vt frumenta recõ-
6 dat in horreo, paleas autem comburat igne inextinguibili.
Dicuntur aũt mali, & peccatores paleæ, quia leuiter cadunt
vento tentationis, ut per gloſſ. in can. eſt vnitas. de conſecra-
tio. diſtinct. quarta. & ibidem Auguſtinus laborandum no-
bis eſt, vt frumentum eſſe poſſimus, & cum cœperit impor-
tari frumentũ dominicis horreis, tandẽ fructũ pro opere no-
ſtro, & labore capiamus. donec ergo veniat ventilabrum do
7 mini, & importatio frumenti in horrea dominica, paleæ cũ
granis in area permixtę tolerãtur, iſtud ipſum dici videmus
de regno cęlorum, quod eſt eccleſia, aſſimilato decem virgi
nib. Matth. 25. Quarũ quinq; erant prudentes quinque aũt
fatuæ quæ omnes expectabant ſponſum cum lampadibus
ſuis ſed aduenientе ſponſo in die iudicij non intrauerunt
cum eo quinque fatuæ, quæ non habebant oleum ſed a pru
dentibus expoſcebant. Ante diem ergo iudij fatui, & prudẽ-
tes admiſcentur, & Matthæi 22. de eodem regno cœlorum
id eſt militanti eccleſia per illud conuiuium ſignificata om-
nes quidem inuitati ſedebant in nuptijs ad menſam, ẽt is qui
non habebat veſtem nuptialem, & ibi remanebat accum-
bens donec intrauit rex præfigurans, vel diẽ vlis iudicij vel
particularis, quod tpe mortis vniuſcuiuſque ſumitur. Et qa
uidit eum non habere veſtem nuptialem, imperauit mini-
ſtris, vt ligatis manibus & pedibus mitterent eum in tene-
bras exteriores, & teſte Apoſtolo ſecundę ad Timotheum. 2.
in domo magna quæ ẽt typum gerit eccleſiæ, ut capite præ-
cedenti diximus, non ſolum vaſa ſunt aurea & argentea, ſed
et lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorẽ, quædã
8 aũt in contumeliam. Et ſicut in cœlo antequã Michael face
ret victoriam, & imperſcrutabile Dei iudicium aduenisset,
Angeli boni cũ malis admiſcebantur, & ſicut ex coniug. o
9 Adæ & Euæ priorũ parentũ nati ſũt Abel iuſtus & Cayn fra
tricida malus, Geneſeos 4 Et ſicut ex vtero Rebeccæ, duo
filij prodierunt ſimul Iacob electus, & Eſau reprobatus, ſic
ẽt in utero eccleſiæ noſtræ boni & mali, iuſti & peccatores,
mõ fidẽ conſeruent reperiuntur, & intra eam exiſtunt ẽt ſi
fuiſſent excommunicati, ſi tñ fidem catholicã profiteantur
& conſeruent, quia ratione fidei pertinebunt ad eccleſiã, li-
cet quoad ſuffragiorũ participationem ab eccleſia ſit ſegre-
gatus excõicatus, & ideo in eum facilius demon ſeuit, quia
10 inuenit illum deſtitutum ſuffragijs, & orationibus ꝯfideliũ.
vt per Echium in tit. de excommunicatione in Enchiridio-
ne, & Couarruuiam in c. Alma mater. de ſnĩa excommuni-
catio. in princip. libri ſexti. Vnde apud uos dicebat Archidia
conus noſter in c. recurrat. 32. q. 4. quod eſt triplex vnitas ec-
cleſiæ. ſ. vnitas corporalis habitationis vnitas communio-
nis ſacramentorum, & unitas gratiæ & charitatis. in prima
& ſecunda ſunt boni & mali permixti in tertia uero tantum
boni. Omnes ergo qui per ianuam ſacramentorum id eſt ba
ptiſmum ſemel eccleſiã introierunt, ſi non agnoſcamus hæ-
reticos, aut ſciſmaticos, debemus inter fratres, & mẽbra ec-
cleſiæ reputare, quoad reliqua remittẽtes eos ad dominum,
qui ſcrutatur corda & renes hominum. Hoc ſolum diſcri-
11 men reperiẽ quod iuſti, & per gratiam Deo coniuncti, quorũ
ſtatum ſolus Deus agnoſcit, non vtcunque ſunt in eccleſia,
ſed habitant in penetralibus, & atrijs interioribus eccleſiæ
de quibus dicebat Paulus, qui adhæret Deo unus ſpiritus eſt
cum eo, & ubi dominus eſt, illic, & miniſter eius erit qui fa-
cit voluntatẽ domini ſui, & eſt ſit in eccleſia per fidẽ opera
& gratiã, ac triplex funiculus difficile rumpatur, eccleſiaſtes
4 & cap. 1. de treuga & pace difficiliter ẽt ab eccleſia ſepa-
rabitur. guſtauit. n. quã ſuauis eſt dominus his q̃ recto ſũt cor
de, & quã dilecta ſint tabernacula virtutũ, q̃ uero ꝑ ſolã fidẽ,
& fideliſt cõionem conſeruant in eccleſia, licet peccatis mur
talib. irretiti, ſunt quidẽ intra eccleſiam & domũ iſtã, ſed ha-
bitãt inferiores partes iſtius domus cũ viliſſimis famulis ex
poſiti ꝑiculo naufragandi in fide, & cuilibet vento tentatio
nis, q̃ eos ꝑcipue obſtinatos aliqñ ab eccleſia exire inducat,
& in hæreſes trahat ſi non reſipiſcant a peccatis reſurgẽtes.
Excommunicati aũt licet fidẽ conſeruent & ꝓpea pertinere
dicantur ad eccleſiam, ſunt tñ per excommunicationẽ tra-
diti in ampliorẽ ſathanæ poteſtatẽ, uide Couarruuiã in dict.
c. Alma mater. & Roſtenſem aduerſus Lutherũ ar. 33. & Ca
ſtrum de hæreſibus capit. 7. de excommuni. Nec eo͂ eccleſiã
ex bonis, & malis conſtare aſſeueramus repugnat auctorita-
ti beati Pauli ad Epheſios. 5. dicentis, Tradidit ſe Chriſtus ꝓ
eccleſia, ut illã ſanctificaret mundans eam lauacro aquæ in
verbo uitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiã non ha-
12 bentẽ maculã neq; rugam. aut aliquid huiuſmodi, ſed ut eſ-
ſet ſancta & immaculata, qa uerba illa intelliguntur de fu-
turo ſtatu, quãdo. ſ. exibunt Angeli & ſeparabunt malos de
medio iuſtorum in littore maris, tunc enim erit ſine macula
non autem inſpecto ſtatu præſenti quando decolorata eſt u
tenet fideles ſuos in acie & militia, vt elegãter Hieronymus
intelligit ſuper Hieremiam c 31. dicẽs, Vide quomodo illud

Apoſtolicum, vt ſit ſine macula & ruga in futuro & in cęle-
ſtib. ſeruetur, & Auguſtinus ad Valentinianum. c. 34. inquit
non ſolum omnia peccata, ſed omnia hominum mala prorſ-
ſus Chriſtiani lauacri ſanctitate tolluntur quo mundat eccle
ſiam ſuam Chriſtus, vt exhibeat eam ſibi non in iſto ſeculo,
ſed in futuro non habentem maculam. aut rugam, aut ali-
quid huiuſmodi. Et profecto ſatis apoſtolus iudicio meo,
ſeipſum expoſuit dum dixit, vt exhiberet ſibi glorioſam ec-
13 cleſiā nō hñtem maculā, aut rugā. verba. n. ibi ad vnū, & idē
tp̄s referuntur, & vnica determinatione reguntur, ergo eo-
dem tempore & modo debent æqualiter determinari. l. iam
14 hoc iure. ff. de vulgat. quando ergo. erit glorioſa, tunc erit ſi-
ne macula & ruga. & quia qualitas adiecta alicui termino de
bet ſecundum tempus illius termini cui adiungitur determi
nari. l. 3. § hæc verba. ff. quod quiſque iuris, §. proæmius. Inſtit.
de legit. agnato. ſucceſſione. Glorioſa autem in hoc mundo
eſſe non poteſt, ſed gratioſa, & placēs Deo pp̄ electos q intra
eam ſunt conſtituti, quamuis rugas & maculas peccatorum
hominū hēat intra ſe cū bonis ad mixtas, vt corpus huma-
num humores bonos & malos continens intra ſe. Nec etiam
altera hæreticorum cauillatio catholicam hanc veritatem
15 offendit. Dicūt enim ſi eccleſia corpus Chriſti eſt, & Chriſtus
caput eius, quomodo peccatores, qui vitæ ſpiritualis exper-
tes ſunt, & pro mortuis reputantur, poterunt eſſe membra
corporis huius. Nam reſpondetur, quod glutinum, & colli-
gatio horum membrorum eſt identitas fidei per quam boni
& mali ſi catholici alias ſint intra eccleſiam conſeruantur, li
cet quoad gratiam & charitatem mortuus ſit peccator, vt de
clarat eleganter Albertus Pighius lib. 2. eccleſiaſticæ hierar
16 chię c. 1. ſicut in ſimili videmus, quod preſbiteri peccatores
baptizant & conſecrant ſicut & Cayphas pontifex quamuis
iniquorum iniquiſſimus prophetauit Ioann. 11. & per Augu
ſtinum in c. prohetauit. 1. q. 1. Sic fideles de eccleſia ſunt, quam
uis peccauerint, ſi fidem non amiſerunt, quæ licet ſine operi-
bus mortua ſit, teſte Iacobo quo ad gratiam et vitam ſpiri-
tualem, tamen quoad conſeruandum glutinum illud fidei
quo ligatus erat peccator eccleſię non eſt omnino mortua, ſi
cut non eſt mortua quoad miniſterium baptiſmi, & conſe-
crationis, quod exercet ſacerdos peccator, qui vere cōſecrat
et baptizat, et ſicut videmus in corpore humano quod mem
brum licet ſit aridum tamen interim quo non a corpore ſe-
paratur, ſpem habemus quod ex compaſſione aliorum mē
brorum conſolidabitur, et palmes in vite manēs antequam
ab ea pręſcindatur, facilius recuperabit virtutem fructum fa
ciendi quam ſi iam præciſus ſit. Sic etiam Math. 9. et Marci.
2. qui paralyticum offerebant nudauerunt tectum, vt in do-
mo in qua erat Ieſus mitteretur, qui uidēs fidem illorum di-
xit paralytico remittuntur tibi peccata tua, vide quō pp̄ alio
rū fidē hoīem paralyticum in domo Ieſu poſitum hoc eſt in
eccleſia ſanauit Chriſtus dn̄s, et deniq; vt dixi ſupra ſunt ma-
li cū bonis in eccleſia ſicut paleæ, et zizania inter grana meſ
ſis, ſicut humores mali in corpore humano, et ſicut folia va-
17 na arboris permixta cum fructib. ſciēdum eſt præterea eccle
ſiam hāc comparatam ſagenæ miſſæ in mari, et ea omni ge-
nere piſcium congregant i non eſſe reſtrictam ad hanc uel il
lam prouinciam tantum, ſed in omnes nationes, quæ ſub cę
lo ſunt extēdere vela et retia ſua, ſicut dicebat Petrus actuū.
18 10. In veritate comperi quia non eſt Deus acceptor perſona
rum, ſed in omni gente, qui timet Deum et operatur iuſtitiā
acceptus eſt illi. Et ad Rom. 2. ad Ephes. 6. et ad Colloſſenſes
3. Ita q̄ ex quacunq; natione veniant homines, ſi voluerint,
poterunt hanc Sanctam Eccleſiæ vnitatem introire, et Mar
et vltimo præceptum fuit Apoſtolis ire in uniuerſum mun-
dum et prædicare Euangelium omni creaturæ et ſenes iuue
nes, paruuli, qui lacte potantur infantiæ, ſi baptiſmatis laua-
cro fuerint purificati, omnes de quacumque natione vene-
rint in hac magna eccleſiæ domo et ouili recipientur etiam
hæretici qui ab ea receſſerunt c. ſuper eo. de hær. li. 6. Si uere
conuerſi hæreſes abiurauerint.

SVMMARIVM.

1 *Vnitas fidelium omni tempore fuit ſub præcepta, & ſciſſura ac diuiſio condemnata.*
2 *Vnica Eua formata in coniugium Adæ & de latere eius ſoporati deſignauit vnitatem eccleſię.*
3 *Vnica etiam archa Noe.*
4 *Vnica domus ad agni commeſtionem deſignata.*
5 *Vnica etiam columba.*
6 *Vnica & terribilis caſtrorum acies ordinata.*
7 *Vnitas hæc vltra figuras relatas varijs Pſalmorum, & Prophetarum authoritatibus comprobatur.*
Chriſtus orauit pro vnitate eccleſia, quam vnicam ſuam appellauit.
8 *Vnitas iſta repræſentat in nobis Dei ſimilitudinem, vt ſicut ab vno Deo omnes per creationem ſic ab vno Adam per propagationem in carne deriuamur.*
9 *Diuiſiones dominus puniuit in teſtamento veteri.*
10 *Vnitas linguarum per ſpiritum ſuperbia ſciſſa eſt in conſtructione Babilonis, ſed Hieroſolymis per gratiam ſancti ſpiritus linguarum varietas fuit in humilibus Apoſtolis adunata.*
11 *Diaboli & inferni eſt diuidere inter fratres quia dominus ædificans Hieruſalem diſperſiones Iſraelis congregauit.*

CAP. VIII. De vnitate huius ouilis, & de varijs authoritatib. veteris Teſtamenti ad eam confirmandam.

Antea quam ſigillarum declaremus, in quibus
conſiſtat vnitas iſtius ouilis oporte
bit prius in genere probare quantum Deus dilexerit vnitatē
fidelium in teſtamento veteri & nouo quantumq; diuiſio-
nes & ſciſſuras opinionum fuerit deteſtatus ac nouitatum in
uentores. Concluſum ergo fuit in præcedentibus vnicā fuiſ-
ſe eccleſiam hanc & futuram ab initio creati hominis vſq;
ad ſeculi conſummationem, quamuis in lege veteri alia prę
cepta, ritus & ſacramenta habuerunt fideles in fide Chriſti,
quem expectabant, & alia longe meliora & perfectiora in le
ge euangelica teneamus in fide Chriſti qui iam aduenit quę
præceptorum diuerſitas, cum ad vnum Chriſtum referantur
& in vnico fidelitatis Deo præſtandæ glutino & fundamen-
to conſiſtat nullam eccleſiæ ſciſſuram inducit nec genericā
1 diuidit vnitatem Deo dilectiſſimam, ſed & tam in cuſtodiē-
da lege veteri & præceptis, quæ pro ſuo tempore habebant
illi, quam in obſeruāda lege noſtra fuit vnitas ſub præcepto
relicta, & ſciſſura, ac diuiſio condemnata, vt varijs vtriuſque
teſtamenti authoritatibus comprobatur, quarum plures cō
gerere & referre decreui, vt cognito quantum Deo ſemper
placuerit hæc vnitas ex locis ſcripturæ citandis, cognoſca-
mus, & nos quantum ēt vnitatem diligere debeamus, ſi ad
Deum noſtrum volumus pertinere. Et licet vnitas in genere
conſiderata in duas ſpecies poſſit diuidi, vt per Bernardum
ſermone. 5. de Aſſumptione, quædam eſt vnitas ſanctorū
alia vero facinoroſorum, de qua intelligitur illud Pſalmi. 2.
Aſtiterunt Reges terræ & principes conuenerunt in vnum
aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius, de hac tamē
vnitate malorum nihil ad titulum noſtrum, & licet vnitas
bonorum dupliciter, etiam cōtemplatur ab eodem Bernar-
do ibidem, vna quæ glorificat altera quæ iuſtificat, & licet
idem Bernardus in ſermo. 44. in paruis, octo ſpecies vnitatis
recenſeat, videlicet naturalem, carnalem, virtualem, mora-
lem, ſpiritualem ſocialem, & principalem, ut ibi per eum, et
licet Archidiaconus noſter in c. recurrat. 32. quæſt. 4. recen-
ſeat triplicem vnitatem eccleſiæ, nos tamen hic de vnitate
fidei principaliter agere intendimus, p̄ quam intra hoc oui-
le conſeruamur, non quod illa ſufficiat ad iuſtificationem
conſequendam, quia ad hoc neceſſaria eſt vnitas gratiæ cha
ritatis cum unitate fidei, ſed quia unitas fidei catholicæ in-
tra hoc ouile nos conſeruabit iuxta inſtitutum quod in hoc
libello prętendimus. Hanc igitur vnitatem eccleſiæ deſigna
uit in primis, teſte Clemente quinto. in Clement. prima. de
2 ſumma trinita. hiſtoria illa Geneſeos. 2. Sicut n. de latere pri
mi hominis ſoporati formata eſt unica Eua ſibi in coniugiū,
ſic dicit Clemens de Chriſti latere profluentibus aqua et ſan
guine formata eſt unica, et immaculata ſancta mater eccle-
ſia coniux Chriſti, et Auguſtinus de ciuitate Dei, li. 12. ca. 21.
dicebat qđ ideo Deus formauerat Euam ex coſta Adæ, ut in
telligerent debere ambos uiuere in uno, et amare ſe ut unū,
et Theodoretus ſuper Geneſim dicit, quod ideo ab uno Adā
fuit noſtra generatio, et principium, ut unitas facilius nobis
perſuaderetur, et in tantum Deo placuit unitas hæc qđ Moy
ſes, qū Geneſeus primo recenſet opera quæ dominus fecerat
primo, tertio, quarto, quinto, et ſexto diebus, de ſingulis dixit
et addidit, et uidit Deus quod eſſet bonum, de opere autem
in ſecundo die confecto non repetijt uerbum illud, et uidit
Deus qđ eſſet bonū, q̄a opus illud duplicē numerū contine
bat ut eleganter ponder. t Hieronymus li. 1. ꝯ Iouinianum,
et apud nos in ca. nuptiæ. 32. q. 1. Hanc ēt unitatem ſignifica-
3 uit unica archa Noe per aquam diluuij ad ſublimiora ſubla
ta Geneſeos 6 et 8. ut ſicut regnante diluuio perierunt oēs q
extra illam archam inuenti fuerunt, credamus, et perituros
eos qui extra ſanctam eccleſiam et catholicam fidelium col
lectionem reperientur, et qū Deus de agni hoſtia comeden-
da præcepit Iſraelitis Exod. 12. In una, inquit, domo come-
tis, et non afferetis de carnibus eius extra fores, ut per beatū
4 Gregorium in c. quia ex ſola. 14. q. 1. has duas hiſtorias ad ec-
cleſiæ unitatem ponderantē, et p̄ beatum Hieronymū ſimi
liter in capitulo. quoniam uetus. 24. q. 1. ſic unitatem eccleſię
unica Eua, unica archa Noe, et unica domus ad agni come-
ſtionem, deſignata deſignauit autoritate iſtorū patrū et Sa-
lomon. 6. Canticorū dicebat de eccleſia una eſt colūba mea
5 una eſt pfecta mea, una eſt Matri ſuæ electa genetrici ſuę, de

qua

quaa eodem capite paulo antea dixerat terribilis, ut caſtrorũ
acies ordinata, qa ſi vnũ ducẽ nõ agnoſcat, & ĩ vnitate nõ p
maneat, inordinata profectò ſemper erit, & confuſa dicetur
6 quam Canticorum auctoritatem ad eccleſiam applicatam
inuenies per Cyprianum in capit. loquitur. 24. quæſt. 1. & per
Hierony. in cap. omnib. & per Pelagium papam in ca. puden
da. eadem cauſa. & q. & per Auguſt. in cap. aliud. de conſec.
diſt. 4. vbi dicit, per hanc ſtat unitas eccleſiæ quę ſignificatur
in columba, de qua dictum eſt Canticor. vi. Vna eſt colum-
ba mea, & merito eccleſia comparatur columbę, ſicut, &
oui, quia fideles intra eam exiſtentes debent totis uiribus la-
borare, ut ſint innocentes & miſericordes ſicut columba in
fellita & immaculata, quæ & nobis ſimplicitatem oſtendit.
cap. ex merito. 6. quæſt. prima. & capit. ſi cupis. 16. quęſt. prima
& gemendo a moleſtijs quærit volare, ut iuſtus diſcat velle
eſſe cum Chriſto capit. aduerſitas. 7. quæſtione prima. propte
rea Dauid poſtulabat pennas colũbę dicens Pſalm. 54. Quis
dabit mihi pennas ſicut columbę, & uolabo & requieſcam.
Et ideo legimus Spiritum ſanctum in figura columbæ appa-
ruiſſe. Ioan primo. & dicto cap. aliud, & regius propheta, ad
7 hanc unitatem alludens dicebat Pſalm. 131. Ecce quam bo-
num & quam iucundum habitare fratres in vnum, & pſalm.
67. Deus qui habitare facit unanimes in domo, & Pſalm. 125.
Hieruſalem quę ædificatur, ut ciuitas ideſt ciuium vnitas,
cuius participatio eius in id idſum. & pſalm. 105. Saluos nos
fac domine & congrega nos de nationibus, & pſalm. 106. di-
cant, qui redempti ſunt a Domino, quos redemit de manu
inimici, & de regionibus congregauit eos. & pſalm. 73. Vt
quid Deus repuliſti in finem iratus eſt furor tuus ſuper oues
paſcuæ tuæ, memor eſto congregationis tuæ quam poſſedi-
ſti ab initio quæ verba põderãda ſunt pro antiquitate iſtius
ſanctæ unitatis, ut capite pręcedenti dicebam, & pſalm. 77.
Et ædificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum ſeper ter-
ram, quam fundauit in ſecula, ſed inter alias pſalmorum au
ctoritates pondera quid Regius propheta in perſona Chriſti
oret pſalm. 21. Erue a framea Deus animam meam. & de ma
nu canis vnicam meam, quem verſum eleganter Bonifa, pa
pa ad hanc eccleſiæ vnitatem retulit in extrauag. vnam ſan-
ctam de maio. & obed. dicens. Orauit enim Chriſtus in illis
uerbis pro anima ſua ideſt pro ſeipſo capite ſimul, & corpo-
re, quod corpus vnicam meam nominauit, ideſt eccleſiam
vide etiam quid Eſa. 45. dicat, Dicit Dominus cõgregamini
venite & accedite ſimul qui ſaluati eſtis, & cap. 52. Et pręce-
dit Deus & congregabit vos, & cap. 55. Deus qui congregat
diſperſos Iſrael, & primo Eſdræ 3. & 2. Eſdræ 8. Ad audiendã
legem et ſacrificandum Deo ponderat ſcriptura, quod con-
gregatus eſt omnis populus quaſi vir vnus deſignando vni-
tatem in obſeruatione legis & ſacrificii neceſſariam & Iudi,
20. Cõgregatus fuit populus quaſi vir unus & vnius ſermone
reſpondit, & Neemias 2. Machabeorum primo. Orabat Do-
minum dicens, congrega diſperſionem noſtram, & eccleſia
ſtici. 25. dicebat Sapientia, in tribus beneplacitum eſt ſpiri-
tui meo quæ ſunt probata coram Deo & hominibus concor
dia, ſcilicet, fratrum amor proximorum, & vir et mulier ſibi
bene conſentientes, & ſi vltra auctoritates relatas volueri-
mus hanc vnitatem, & eius vtilitatem in principiis iuris na
turalis & experiẽtiæ fundare uideatur, obſecro. Albertus Pi
ghius lib. ſecundo ſuæ eccleſiaſticæ hierarchię capit. ſecun-
do, ubi rationibus naturalis & diuini iuris comprobat quaſi
8 per omnes naturæ partes diſcurrens quantum omnia mun-
di entia ad ſui conſeruationem appetant vnitatem, & ultra
cũ nota, quod teſte Auguſtino in c. hęc imago trigeſima ter
tia quęſtione ſexta. Vnitas iſta repræſentat in nobis Dei ſimi
litudinem, ut ſicut adeo omnes per creationem ſic ab vno
homine Adam per propagationem in carne deriuemur, ex
quibus authoritatibus ſupra citatis intelliges quantũ Deus
dilexerit ſemper vnitatem, & ſatis aperte demõſtrat proprie
tas vocabuli, quo in lege veteri vtebantur ſynagogam enim
quæ latinæ ſonat congregatio, appellabant ſuorum fideliũ
collectionem. congregatio autem nihil eſt niſi multorum
in aliquid vnum vnitas & conuentus. Ex eo igitur vocabulo
lo comprehendemus vnitatem Deo dilectiſſimam per fide-
les in lege veteri & iuxta eius præcepta fuiſſe obſeruatam
9 in iis quæ ad Deum, & ritum colendi pertinebant, & ſciſſu-
ras, ac diuiſiones vehementer puniuit dominus in teſtamen
to veteri, vt eſt uidere. 3. Regum 12. & 13. quemadmodum
ponderat Cyprianus in cap. denique. 7. q. 1. epiſt. 6. ad magnũ
dicens, denique, quam ſit inſeparabile vnitatis ſacramen-
tum, & quam ſine ſpe ſint, & perditionem ſibi maximam de
indignatione Dei acquirant, qui ſciſma faciunt declarat ſcri
ptura diuina in libris Regum, vbi attribui Iuda & Benia-
min decem tribus ſciſſę ſunt & indignatus eſt, inquit, domi-
nus omni ſemini Iſrael, & demoliuit eos, & dedit eos in dire
ptionem donec abiiceret eos a facie ſua, quia diſſipatus eſt
Iſrael a domo Dauid, & conſtituerunt regem ſibi Hiero-
boam indignatum eſſe dixit Dominum, quia ab unitate an-
tiqua diſſipati fuiſſent & non obſtante quod Roboam Rex
fecit malum coram domino. ſecundo Paralipomenon duo-
decimo indignatus eſt dominus contra decem tribus, quia
ſe ab eius obedientia ſubtraxerant & pondera, catholicę le
ctor quod plures fuerunt diſſipati quam in vnione permanẽ
tes. Decem enim tribus ſepararunt ſe & duę vnitatem cõſer
uarunt, vt non turberis etiam ſi videas plures eſſe diuiſos &
hæreticos quam catholicos, ſemper enim fuerũt plures ma-
li quam boni in mundo, ſicut in arbore plura ſunt folia quã
fructus, & plures ſunt vocati pauci vero electi, & ut ad inſti-
tutum redeamus tanta indignatio domini fuit & eſt aduer-
ſus eos, qui ſe ab vnitate ſeparant, vt etiam homo Dei. 3. Re-
gum 13. qui miſſus erat ad exprobrãdum hoc peccatũ prohi
beretur in terra illa comedere panem & aquam bibere. Et
quia hoc non cuſtodiuit, diuina cenſura percuſſus eſt morſu
leonis, & in itinere occiſus. Refert etiam Cyprianus ibidem
hiſtoriam, Numer. 16. de chore Dathan & Abyron, quos pro
pter ſimilem ſciſſuram ab vnitate, quæ erat ſub Aaron, terra
viuos abſorpſit, quo genere mortis nullum crudelius fuiſſe
refert Plutarchus apud Romanos, qui ſic veſtales virgines
pro delictis puniebant, vt refert viues in additionib. ad Au-
guſtinum libro 3. de ciuitate Dei, cap. 5. cõſideremus etiam
hiſtoriam Geneſeos 11. quia quando terra erat labij vnius &
ſermonum eorundem, placebat Deo, ſed in pœnam ſuperbi
ædificij quod moliebantur gigantes, deſcendit dominus, vt
confunderet linguam eorum, ita vt vnuſquiſque non audi-
ret vocem proximi ſui, vt ibi põderat ſcriptura, & ideo Beda
10 Marci 5. eleganter dicebat bene in Babylonis conſtructione
linguarum vnitas per ſpiritum ſuperbiæ ſciſſa eſt, & in Hiero
ſolyma per gratiam ſancti ſpiritus linguarũ varietas eſt adu
nata, & bene illa confuſio hæc viſio pacis interpretatur, quia
videlicet electos in pluribus linguis & gentibus vna fides, ac
pietas toto orbe pacificandos confirmat, reprobos autẽ plu-
res ſectæ quam linguæ diſſociando confundunt, & Oſeæ 13.
legitur quod diaboli & inferni eſt inter fratres diuidere, do-
11 minus autem ædificans Hieruſalem, id eſt iſtam ciuium vni
tatem, & viſionem pacis, diſperſiones Iſraelis congregabit
pſal. 146. & pſal. 101. dicitur, vt annuncient in Sion nomen
Domini, & laudem eius in Hieruſalem, in conueniendo po
pulos in vnum, & reges vt ſeruiant Domino. Paueat ergo, qui
in eccleſia Dei, quæ ſemper vna fuit, ſciſſuram tentat indu-
cere, & diſpergere congregatos in Domino.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtus intenſe & enixe pro hac vnitate patrem orauit, & cum magna verborum repetitione vt ſint vnum dicendo.*
2 *Chriſtus quaſi dolens lamentabatur de hac vnitate non ſeruata, dicens, Hieruſalem, Hieruſalem quòties volui congregare &c.*
3 *Chriſtus ſeipſum in premium promittit ſeruantibus hanc vnitatem, dicens ibi, ego ſum in medio eorum.*
4 *Liberalitas ſingularis eſt vbi donator venit in domum, & datum eſt idẽ penitus cum datore.*
5 *Pacem vnitatis germanam ſæpius Chriſtus in euangelio commendauit.*
6 *Chriſtus laborauit vſque ad mortem pro hac vnitate.*
7 *Vnitatem hanc deſignauit tunica Chriſti inconſutilis deſuper contexta per totum.*
8 *Chriſtus congregatis in vnum apparuit poſt reſurrectionem, & Spiritusſanctus ſuper congregatos in vnum deſcendit.*
9 *Apoſtoli docuerunt nos hanc vnitatem varijs exemplis.*
10 *Paulus in epiſtolis ſuis deprecans nos humilibus verbis, & quaſi inferiorem ſe nobis conſtituens poſtulat a nobis pro nobis hanc unitatem docens nos eam conſeruare.*
11 *Vnitatem nihil eſt quod magis offendat quam obliuiſci prælatorum noſtrorum per inobedientiam & audire nouas, & peregrinas doctrinas.*
12 *Vnitas hæc tanquam articulus fidei fuit explicata in ſimbolo & ex quatuor ſignis eccleſiæ poſiſſimum eſt eſſe vnam.*
13 *Ordo literę & ſcripturæ facit primo nominatum præſumi magis dilectũ.*
14 *Vnitas eſt præcipua dos eccleſiæ.*

CAP. IX. De varijs noui Teſtamenti auctoritatibus hanc ouilis vnitatem comprobantibus.

Quantum in lege noua Chriſtus dñs no-
ſter commenda-
uerit hanc vnitatem facile intelliget, qui legerit Ioan. 17. ubi
1 patrem orans pro hac vnitate, ſic ait, pater ſanctæ ſerua in no
mine tuo eos quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos, &
paulo inferius, Non pro eis tantum rogo, ſed & pro eis qui
credituri ſunt per verbum eorum in me, ut omnes vnũ ſint
ſicut & tu pater in me, & ego in te, & vt ipſi in nobis unum
ſint, & credat mundus quia tu me miſiſti, & ego charitatem
quam

quam tu dediſti mihi dedi eis, vt ſint vnum ſicut & nos unũ
ſum mus ego, in eis, & tu in me ut ſint conſummati in unum
pondera obſecro, catholice lector quam intenſe & enixe
Chriſtus patrem orauerit pro hac unitate & quotiens in præ
dicta oratione repetierit verba illa vt ſint vnum ſicut & nos
& cum illa dictione ſicut, quæ eſt teſte albetico in dictiona-
rio aliquando pluſquam ſimilitudinaria, & licet hic non poſ
ſit denotare omnimodam ſimilitudinem ſicut nec in illis,
verbis Matth. 5. eſtote perfecti ſicut & pater veſter qui in cę-
lis eſt, iuxta gl. in l. cuſtodiam. ff. de periculo rei venditę. vbi
allegat illud Matthæi, tamen ex tanta repetitione illorum
verborum ut ſint vnum & toties geminando dictionem, ſi-
cut, denotatur quam vnice Chriſtus diligat hanc unitatem
ouium ſuarum, neq; enim ob aliam cauſam credere debes
repetita toties illa verba, niſi quia ſalus noſtra ab hac vnita-
te ſumit exordium ſuper hac vnitate etiam ſi pie vis contē-
3 plari quaſi dolens lamentabatur. Matth. 23. dicens Hieruſa-
lem, Hieruſalem quoties volui congregare filios tuos quem
admodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas, &
noluiſti. Inſuper qui patrem orabat pro hac unitate, & qui
quaſi ſuper ea non ſeruata dolebat, vide quid ſeruantibus eã
promittat in premium. ait enim Matthæ. 18. ſi duo ex vobis
conſenſerint ſuper terram de omni re quã petierint fiet vo-
bis, vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo
ibi ego ſum in medio eorum. O unitas inæſtimabilis pro qua
non ſolum Chriſtus orat & lamentatur ſed & ſeipſum pro-
mittit in præmium ſeruantibus illam, non vtcunque nec
vbicunq; ſed in medio ipſorum, inquit, ſum. O ſingularis, &
admiranda liberalitas vbi donator venit in donum, & datũ,
eſt idem penitus cum datore, quam larga & prodiga largitas
4 cum tribuit quis ſeipſum, vt verbis Vrbani Papæ vtar in cle-
men ſi dominum de reliquiis & veneratione ſanctorum. li-
cet ad propoſitum ſacramenti eucharistiæ dicta fuerint. con
fundantur ergo & auertantur retrorſum, qui nouos errores
ſuſcitant diſtinctos & diſſonantes ab illa vnitate. quam ſem
per ſequuta eſt uniuerſalis eccleſia cernentes quantum Chri
ſtus dilexerit vnitatem. Aduertamus etiam quãdo Chriſtus
ad cælos parabat aſcenſum, quomodo pacē unitatis noſtræ
germanam diſcipulis commendauerit dicens multoties,
5 pax vobis, pacem meam do vobis pacem meam relinquo
vobis. Ioan. duodecimo. tranſumptique in capitulo nili bel-
la. 23. quæſtione. prima. vide etiam Ioann. decimo. quantum
ſuper hac vnitate laborauerit dicens. Et ego animam meam
6 pono pro ouibus meis, & alias oues habeo, quæ non ſunt ex
hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, &
unus paſtor. a quibus ultimis verbis tractatus iſte titulum &
nomen aſſumpſit. Hoc etiam prophetauit & Cayphas quam
uis malus, quia tamen erat pontifex anni illius teſtante Ioã-
ne cap. 11. euangelii quando dixit, expedit vobis ut unus ho-
mo moriatur pro populo dicit enim euangeliſta. Hoc añ ex
ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet pontifex anni illius ꝓphe
7 tauit quia Ieſus erat moriturus pro gēte & non tantum pro
gente ſed vt filios Dei. qui erant diſperſi congregaret in unũ.
Hanc etiam vnitatem deſignauit tunica illa Chriſti in con-
ſutilis de ſuper contexta per totum Ioannis decimo nono vt
ponderat Hieronymus in capitulo quoniam vigeſimaquar-
ta quæſtione prima. & paſcalis papa in capit. ſicut. 16. quæſt.
7. dicens ſicut domini veſtimentum ſciſſum non eſt ita nec
eccleſia ſcindi debet, & per Bonifacium papam in extraua
gan. vnam ſanctam de maioritia. & obedien. & Auguſtinũ.
Ioann. 19. & in epiſtola ad ſeuerinum & Cyprianum in epi-
8 ſtola de unitate eccleſiæ. Hanc etiam vnitatis dilectionem
oſtendit quando poſt reſurrectionem, Ioannis. 20. apparuit
diſcipulis congregatis in unum dicens, pax uobis, & accipite
Spiritumſanctum &c. Nec Thomæ Apoſtolo ab eis ſepara-
to voluit apparere donec cum aliis eum congregatum inue
nit, & in die pentecoſtes, actuum 9. non deſcendit Spiritus
ſanctus ſupra diſcipulos niſi quando erant omnes pariter in
eodem loco, vnde Alexander papa eleganter dicebat in ca.
audiuimus. 24. quæſt. prima. non niſi congregatis in unum
dictum eſt accipite Spiritumſanctum, nec niſi ſuper congre
gatos in unum deſcendit Spiritusſanctus in die pentecoſtes.
9 Hanc etiam vnitatis dictionem docuerunt nos apoſtoli, de-
quibus dicitur actuum 4. multitudinis autem credentium
erat cor unum & anima vna, & actuum. 5. Et erant omnes
vnanimiter in eodem loco, & Actuum primo Hi omnes erãt
perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, vn-
de Auguſtinus ſuper Ioannem, ſermone 24 & in libro de ve
ra penitentia, Spiritusſanctus multas animas facit unam ani
mam & plura corda unum cor ſuper hac ſimiliter vnitate
audi vas illud electionis Beatũ Paulũ in diuerſis epiſtolis lo
10 quentē, & eã ſ. q̃ dici pōt cōmendantē qui ad Ephæſ. 4 ſic de-
precatur nos. Obſecro itaque vos, vt digne ambuletis ſolli-
citi ſeruare vnitatē in uinculo pacis unũ corpus & unus Spi
ritus, ſicut uocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtrę unus Do-
minus, una fides, unum baptiſma, unus Deus, & pater om-
nium. Pondera hic terque quaterque repetitam & commen
datam unitatem & ad Phil. 2. uide quib. uerbis tã humilibus
poſtulat a nobis pro nobis hanc unitatem, dicēs, ſi qua ergo
conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatiũ charitatis, ſi qua ſocie
tas ſpūs ſi q; uiſcera miſericordię, ſeu miſerationis, īplete gau
dium meum, ut idem ſapiatis, eandem charitatem habentes
unanimes idipſum ſentientes, pondera, obſecro, ſingula iſta
deprecatoria uerba & uim illorum, ut intelligas quibus pre
cibus, qua humiliare quaſi ſe nobis inferiorem conſtituēs,
qua denique uerborum exaggeratione poſtulet a nobis, ut
intra unitatem maneamus inmobiles, & pri. ad Corint. 12.
Etenim in uno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati
ſumus, & paulo inferius non ſit ſciſma in corpore, ſed in ip-
ſum pro inuicem ſollicita ſint mēbra. Et idem uos eſtis cor-
pus Chriſti & membra de membro & ad Roman. 12. multi
unum corpus in Chriſto ſumus, & ſtatim addit, idipſum in-
uicem ſentientes. Et ad Philippenſes 1. euangelio inquit, di-
gne conuerſamini ut ſiue cum uenero & uidero uos ſiue ab-
ſens audiam de uobis quia ſtatis in uno ſpiritu unanimes, &
ad Philippenſes tertio. Idem ſapiamus & in eadem perma-
neamus regula & primæ ad Corinth. primo deprecatur nos
pro eadem vnitate, ſic dicens, obſecro autem vos fratres per
nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes
& non ſint in vobis ſciſmata, ſitis autem perfecti in eodem
ſenſu, & in eadem ſcientia, & ſecũdæ ad Corinth 13. Idipſum
ſapite & pacem habere & Deus dilectionis & pacis erit vo-
biſcum. Vide etiam quibus quaſi præſidiis & muris doceat
nos conſeruare hanc vnitatem, qui ad Hebræos. 13. poſtquã
dixerat charitas fraternitatis maneat uobiſcum, paulo infe-
rius dicit mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis
loquuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum cōuer-
ſationis imitamini fidem, doctrinis variis & peregrinis noli-
11 te abduci. Nam profecto ſi recte conſideramus, nihil eſt qđ
magis hanc vnitatem offendat quam præpoſitorum noſtro-
rum, qui nobis loquuntur verbum Dei obliuiſci, per inobe-
dientiam & contemptũ, & audire nouas varias & peregrinas
doctrinas pro vnius cuiuſque libito & libidine imaginatas
abſque approbatione ſedis apoſtolicæ. & eorum qui vices ip
ſius gerunt in vnaquaque prouincia. Et ad Timotheum pri-
mæ vltimo. o Timothee depoſitum cuſtodi deuitãs propha
nas vocum nouitates & appoſitiones falſi nominis ſcientiæ,
quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. & 2. ad
Timotheum. tertio. Tu uero permane in his quæ didiciſti, &
ad Titum cap. 3. ad mone illos principibus & poteſtatib. ſub
ditos eſſe, ſtultas autem quæſtiones & pugnas legis deuita, hę
reticum hominem poſt unam & ſecundam correctionem
deuita. Et beatus Iudas apoſtolus in ſua canonica, neceſſe ha
bui ſcribere uobis deprecans ſuper certari ſemel traditæ ſan
ctæ fidei, & propterea in nicena ſinodo fuit additum ſimbo-
12 lo apoſtolorum uerbum illud. Et unam ſanctam catholicã,
& apoſtolicam eccleſiam ut tanquam verum articulum fi-
dei credamus & cōfiteamur unitatem eccleſiæ & huius oui
lis quorum uerborum authoritate dicebat eleganter Petrus
A ſoto quem refert Hoſius cardinalis in titu. de catholica ec-
cleſia in 2. tomo fol. 481. quod unitas eſt ſignum magis cerũ
eccleſiæ, quia ex quatuor ſignis & attributis, quæ ibi dantur
primum eſt unitas in ordine ſcripturæ. Ita enim dicitur &
unam ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiam. Pro
qua conſideratione facit apud nos, quod dicitur ut de pluri-
13 bus nominatis in eadem ſcriptura primo loco nominatus
præferendum ſit. l. quoties. ff. de uſufructu quem allegat gl.
in c. loquitur. 24. quæſt. prima, & eſt tex. in l. generaliter. §. ſi
quidem. ff. de fidei com. liber. ubi ſi teſtator legat certũ pre-
tium pro redimendis duobus ſeruis ab eo nominatis ſi pre-
cium non ſufficiat omnibus, redimendus erit primo nomi-
natus tanquam magis dilectus. uide Dominicum, in c. fin. de
offic. deleg. in 6. Bal. in l. 2. ff. de uulga. & fœlinum in c. cum
dilecta num. quarto de reſcriptis. per illa etiam uerba ſim-
boli dicebat hoſius in eodem titu. folio. 473. quod unitas eſt
pręcipua dos eccleſię, nam ut ait Auguſtinus epiſtola 151.
qui ab unitate eccleſię diſiungitur quamuis laudabiliter
uiuat hoc ſolo ſcelere quo ab unitate ſe ſegregat non habe
bit uitam.

SVMMARIVM.

1 Vnitatis perturbatores variis pęnis & crudeliſſimo interitu a domino per
cuſſi fuerunt etiam qui panem in terra ſciſmatica comederunt.
2 Vnitatem eccleſiæ qui non tenet quiſquis ille ſit prophanus et hoſtis eſt
nec poteſt habere Deum patrem.
3 Diuiſio ab hac unitate ſceleratior eſt quam idolatria & prophetici libri
exuſtio quia grauius fuit a domino punita.
4 Vnus Petrus pro pluribus reſpondit Matthe. 17. vbi Chriſto ut unitas in
am-

omnibus obſeruaretur.

5 *Vnitas ſocialis eſt forma conuerſationis angelicæ & in rebus creatis nihil gratioſiꝰ audiri nec delectabilius concupiſci nec vtilius poſſideri ſolet.*
Vnum præponitur multis quia multa ab uno non vnum a multis procedunt ibidem.

6 *Vnitas & pax tam firmiſſimo colligatę ſunt uinculo vt una ſine altera nec diſſolui nec ſeruari poſſit.*

7 *De unitate eſſentię Dei etiam apud philoſophos fuit habita fides trinitate penitus ignorata.*

8 *Vnitatis gloria magna eſt quæ ab æterno in eſſentia deitatis collocata eſt.*

9 *Vnus de uno naſcitur & ſplendor lucis unus eſt & unum eſt verbum cordis nec in numerum pluralem defluit in corporea generatione comparationem aliquam poteſt habere quod vnicum eſt.*

10 *Chriſtus ſicut vno patre in æterna generatione genitus eſt, ita, & in temporali ſecundum carnem vnica matre natus eſt ſine alterius coniunctione.*

11 *Naturæ ratio edocet omnem multitudinem ab vno proficiſci & natura agit in omnibus quod optimum eſt & perfectum ſecundum ſpeciem ſingulorum.*

12 *Vnitas principium eſt omnium rerum & ei dualitas ſubiecta eſt & vnitas exordium eſt bonorum dualitas vero malorum.*

13 *Vnitas in boni portione conſtituitur. Dualitas in parte malorum, & in omnium rerum genere id optimum eſt quod vnicum, vitioſa vero plurima ſunt & eſt fons & origo numerorum.*

14 *Pacis laudes multæ.*

15 *Vnitatem ſi habent decem unus illorum non unus dicitur ſed decuplus & eodem modo vnitas de uno facit millenum.*

16 *Mundus eſt maximus omnium viſibilium ſicut inuiſibilium maximus eſt Deus.*

17 *Mundus ſicut unus eſt in quo omnes continentur ſic eccleſia una in qua omnes fideles comprehendantur.*

18 *Unicam appellamus rem quam plurimi æſtimamus & propterea Romanæ delitię nominarunt ab unitate vnionem gemmam precioſam raram & ſingularem, quarum nulli duo in chonchis reperiuntur.*

19 *Sapientia cum ſit vna omnia poteſt.*

20 *Vnum aliquid ſatius eſt inſigniter facere, quam plura mediocriter.*

21 *Vnum omnium naturam uolens conſtituere Deus ab vno creaturæ principio incœpit & ideo non duo viri nec vir & mulier a principio ſed vnus tantum vir creatus fuit.*

22 *Chriſtus initium ſignorum quæ fecit ad unitatis miraculum retulit.*

C A P. X. De diuerſis ſanctorum patrem doctrinis in commendationem huius tam neceſſarię vnitatis & de proprietatibus eius.

Quamquam vnitas hęc tot ſacrę Sripturæ
auctoritatibus compro
bata vlteriori confirmatione non indigeat, tamen ad conſo
lationem Chriſtiani & catholici lectoris viſum eſt mihi hoc
capite aliquas ſanctorum patrum auctoritates referre, ut co
gnito quantum ſancti iſti martyres & confeſſores huic vni
tati detulerint, perſeueremus in ea credẽtes magis doctrinæ
vitæ & ſanctitati eorum, quam ſuperbię, temeritati, & libidi
ni reproborũ & diſcolarum, qui vt ſuis uoluptatibus ſubſer
uirent nudius tertius nouas ſciſſuras, & noua phantaſmata
in populo fabricarunt. In primis, vt de beato Cypriano loqua
1 mur, uide canonem eius, qui incipit denique 7. queſt. prima
cuius verba retuli ſupra cap. 6. ad finem, vbi ponderat pœ
nas populi Iſraelitici eo ꝙ ſe ab unitate ſeparauerit, & mor
tem illius prophetę qui panem manducauerat in terra illa
ſciſmatica & antiqua vnitate diuiſa, refert etiam crudeliſſi
mum interitũ chore, Datham, & Abyron eo quod ſe ab uni
tate ſacerdotis Aaron diuiſerant tranſgredientes officium
2 vide etiam eundem beatum Martyrem in cap. nouatianus
& in cap. factus eadem ca. & quę ubi dicit, qui ergo nec uni
tatem ſpiritus nec coniunctionem pacis obſeruat, & ſe ab ec
cleſię uinculo ſeparat, nec vnitatem vult habere, nec pacẽ.
Et qui eccl. nõ tenet vnitatem, quiſquis ille fuerit de ſe mul
tum iactans & plurimum ſibi uendicans, prophanus eſt alie
nus eſt, foris eſt, & adulter eſt, cum ſit a Chriſto una eccleſia,
per totum mundum in multa membra diuiſa. Et idem ſan
ctus in c. alienus eſt, vigeſimaquarta quæſtione prima. dixit
& addidit alienus eſt prophanus eſt, hoſtis eſt habere non po
teſt Deum patrem, qui vniuerſalis eccleſię non tenet vnita
tem. Et cum Dominus unanimitatem diſcipulis ſuaderet in
illis uerbis quia ſi duo ex uobis conſenſerint &c. Oſtendit nõ
multitudini, ſed vnanimitati deprecantium plurimum tri
bui, quomodo enim poteſt ipſe cum aliquo conuenire, qui
cum corpore ipſius eccleſię & cum vniuerſa fraternitate nõ
conuenit. Et idem ſanctus in cap. loquitur. 24. queſt. prima. ſic
ait, loquitur dominus ad Petrum. Ego dico tibi quia tu es Pe
trus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & Su
per vnum, inquit Cyprianus ędificat eccleſiam vt vnitatem
manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab uno incipiẽtem
auctoritate ſua diſpoſuit, & exordium ab unitate proficiſci
tur, vt eccleſia Chriſti una eſſe monſtretur, & Paulo inſetius
quã unitatẽ tenere firmiter & uẽdicare dẽmus maxime nos
ipſi, qui in eccleſia Dei præſidemus, vt epiſcopatum quoque
ipſum vnum & indiuiſum eſſe probemus nemo fraternitatẽ
fallat, epiſcopatus vnus eſt in eccleſia vna eſt quæ in multi
tudine latius incremento fęcũditatis extenditur, quomodo
multi radij ſunt, ſed vnum lumẽ, & rami arboris multi ſunt
ſed vnũ robur tenaci radice fundatum. Et quomodo de fon
te vno riui plurimi defluunt, Et numeroſitas licet diffuſa vi
deatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamẽ integra ſer
uatur in origine, auelle radium ſolis a corpore, diuiſionẽ vni
tas non capit, ab arbore frange ramum, fructus germinare
non poterit, a fonte præſcinde riuum, præſciſſus areſcet. Sic
& eccleſia per totum orbẽ diffuſa Domini luce radios ſuos
porrigit, unum tamen eſt quod vbique diffunditur, nec uni
tas corporis ſeparatur, vnum caput eſt, & vna origo, & vna
mater copioſæ fœcunditatis, adulterari non poteſt ſponſa
Chriſti, incorrupta eſt & pudica, vnam domum nouit, vnius
cubiculi ſanctitatem in caſto pudore cuſtodit, hæc nos Deo
ſeruat, hæc filios regno quos generarit aſſignat, quiſquis ab
eccleſia ſegregatur adulterę iungitur, a promiſſis eccleſię ſe
paratur, nec pertinet ad Chriſti præmia, qui relinquit eccle
ſiam Chriſti, alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt, habere non
poteſt Deum patrem, qui nõ habet eccleſiam matrem, ſi po
tuit euadere, qui extra archam Noe fuit, & qui extra eccleſiã
foris fuerit euadet, mouet dominus & dicit, qui non eſt me
cum aduerſus me eſt & qui non mecum colligit, ſpargit, qui
pacem Chriſti & concordiam rumpit, aduerſus Chriſtum fa
cit, qui alios præter eccleſiam colligit, Chriſti eccleſiam ſpar
git, dixit Dominus, Ego & pater vnum ſumus, & iterum de
patre & filio & ſpiritu ſancto hi tres vnum ſunt, & quiſquis
credit hanc vnitatem de diuina firmitate venientem ſacra
mentis cœleſtibus cohærẽtem ſcindi in eccleſia poſſe, & vo
luntatẽ colligentiũ diuortio ſeparari, hanc vnitatẽ nõ tenet
Dei legẽ nõ tenet patris & filij vitã nõ tenet, nec ſalutẽ, hæc
Cyprianus martyr cuius verba nõ potui nõ tranſcribere, qa
eleganter in eis noſtram comprobat vnitatem. vide etiã eun
dem Cyprianum in c. neque ad Cayn. 90. diſt. ubi ait. Neq; ad
Cayn neque ad munera eius reſpexit Deus neque enim pla
catum Deum habere poterat qui cum fratre pacem non ha
bebat, ſic hi qui extra eccleſiam colliguntur, opinantur ſecũ
eſſe Chriſtum, cum collecti fuerit tales etiam ſi occiſi in con
feſſione nominis Chriſti fuerint, macula iſta nec ſanguine
abluitur, nec paſſione purgatur. Põderemus ergo verba ſan
cti martiris & paueamus pœnas quas nobis minatur, fugien
tes nouitates & illuſiones iſtorum, quia tam ſancta & anti
qua unitate recedunt. Patres etiam concilii Toletani in c. ni
hil. prima quæſtio. prima, dicebant cum ſimus omnes unum
in Chriſto nihil contrarium perſonarum diuerſitas format.
vbi efficaciam proſperitatis vnitas fidei repreſentat, & Au
guſt. in capitulo quia paſſus, de conſecra. diſtinctio. ſecunda,
dicebat ad cathecumenos. Ecce ꝙ accepiſtis quomodo ergo
vnum eſt quod factum eſt ſic, & uos unum eſtote diligen
tes uos, tenentes unam fidem, unam ſpem & indiuiduã cha
ritatem, quia hęretici quando hoc accipiunt teſtimonium
contra ſe accipiunt, quęrũt enim diuiſionem cum panis iſte
indicet unitatẽ, uide ea quę ſupra capite ſecundo retulimus
Beatus etiam Hierony. in cap. non afferramus. 24. quæſt. pri
ma. ait tempore quo dominus priora delicta recentibus pœ
3 narum exemplis. cauenda monſtrauit idolum fabricatum
atque adoratum eſt propheticus liber ira regis contempto
ris incenſus & ſciſma tentatum ſed idolatria gladio punita
eſt exuſtio libri bellica cede & peregrina captiuitate, ſciſma
autem hiatu terrę ſepultis auctoribus uiuis. & cæteris celeſti
igne conſumpns, quis iam dubitauerit hoc eſſe ſceleratius
commiſſum quod eſt grauius uindicatum hæc Hieronymus
qua doctrina inſtruimur ſceleratiorem eſſę ſciſſuram ab hac
ſancta unitate quam ſit idolatria & propheticı libri combu
ſtio. uide etiam eundem Hieronymum in ca. quoniam Am
broſium. cap. aduocauit. Gregorium in cap. quia ex ſola. Be
dam in cap. omnis & alios ſanctos patres in diuerſis canoni
bus. 24. quæſt. prima. quorum uerba tranſcribere timor proli
4 xitatis & moleſtiæ lectori futuræ perturbat. ſed gloſſam ordi
nariam Matthæi. 16. tacere non poſſum, quæ ſuper illis uerbis
reſpondens Simon Petrus &c. ſic ait unus reſpondet & uni
reſpondetur, ut in omnib. unitas obſeruetur. & Caſſiadorus
ſuper pſalmos dicebat habeatis unitatem in uinculo pacis.
5 Nec enim inueniri poteſt forma expreſſior conuerſationis
angelicę quam unitas ſocialis, & Auguſtinus de ciuitate Dei
libro decimnono. in cap. 11. quem refert Guillermus Benedi
ctus in capitulo raynuntius uerbo mortuo itaque teſtatore
el primo numero 21 8. de teſtamentis. Tale bonum eſt bonũ
vnitatis & pacis, ut in rebus creatis nihil gratioſius ſoleat au
diri

diri nihil delectabilius concupiſci & nihil utilius poſſideri.
Sicut enim ſpiritus humanus nunquam viuificat niſi mem
bra ſimul vnita, ſic Spiritusſanctus nunquam uiuificat eccle
ſiæ membra, niſi fuerint in pace vnita. Sed ſuper omnia hæc
quamuis optime & multum eleganter fuerint a ſanctis patri
bus iſtis conſiderata, audi ſanctam temeritatem beati Hila-
rij libro ſexto de trinitate loquentis, de iſta unitate ad Deum
& deis, quæ a ſanctis apoſtolis & eorum ſucceſſorib. ab anti-
quo tempore edoctus fuerat, qui dicebat. His immedicabili-
ter imbutus ſum, ignoſce omnipotens Deus, quia in his com
mori poſſum, emendari non poſſum. O diuinam & humilē
audaciam. O propoſitionem ſuperbam & obedientem, Dei
poteſtati quaſi reſiſtentem, & ipſi Deo ſimul obedientiſſimā,
Deo enim & miniſtris Dei ſe obedire promittit, & ſimul Deo
ideſt qui falſo nomine Dei contraria imperet, uſque ad mor
tem reſiſtere profitetur, tam ſanctis præceptis & doctrinis
immedicabiliter imbutus, & vnitatis amore inebriatus, cu-
ius vnitatis ardore vtinā omnes inebriaremur. pondera etiā
verba Richardi quę ſupra retuli capite ſexto ad finem, ibi, do
mine ſi error eſt a te ipſo decepti ſumus, & reliqua quę ad hoc
propoſitum ibi adducit. Conſeruemus ergo hanc ſanctā vni
tatem Deo placentem & quam patres noſtri annunciaue-
runt nobis ex utriuſque diuini teſtamēti auctoritatibus col
lectam de qua dicebat Auguſtinus ſup illis verbis Lucæ 10.
porro unum eſt neceſſarium & Maria optimam partem ele-
git, vnde meliorem, quia Marta circa multa, Maria vero cir-
ca unum, & præponitur unum multis, non enim a multis
unum, ſed multa ab uno, & Paulo inferius tranſit labor mul
titudinis & remanet charitas vnitatis, uide etiam incommē
dationem vnitatis orationem habitam in concilio Latera-
nenſi ſeſſione, 5. ſub Iulio Papa. II. in 4. tomo conciliorum:
vbi inter cętera dicitur. neque enim ſeruari iuſtitia poteſt niſi
& iuſtitiæ vnitas & unitati concordia copuletur, vbi elegan-
ter probat, nullum regnum, ciuitatem, domum, nauim, con
gregationem, & cætum poſſe ſtare atque permanere diu abſ
6 que hac vnitate, tanta eſt † enim inquit inter pacem & vnita
tem neceſſitudo & ſocietas, ut cum arctiſsimo & firmiſsi-
mo colligatę ſint vinculo nullo modo vna earum ſine alte-
ra diſſolui valeat, aut ſeruari. Sed attende obſecro ad alias di
uinę noſtræ vnitatis proprietates & excellentias, ex quibus et
intelliges quantum Deus illam amauerit, quantoque ſtu-
dio & ſollicitudine eam nos conſeruare teneamur. Imprimis
enim vt ab ipſo ſummo Deo & eius æternitate incipiamus.
Contemplari nos oportet Deum ipſum in eſſentia unum eſ
ſe, quod apud Chriſtianos & legis euangelicę profeſſores pro
bare non oportet, cum Chriſtus Ioannis 17 vt dixi capite prę
cedenti orauerit patrem pro fidelibus ſuis dicens, vt ſint vnū
ſicut & nos & Ioannes in ſua canonica dixerit tres ſunt qui
teſtimonium dant in cęlo pater, verbum, & ſpiritus ſanctus
& hi tres vnum ſunt, & Geneſeos 18. Abraham tres vidit &
vnum adorauit quæ omnia citari ſolent ad trinitatem per-
ſonarum & diuinæ eſſentiæ vnitatem comprobandam. Sed
7 & ex † gentilib. philoſophis qui doct. habebantur, teſte Aug.
li. 4. de ciuit. Dei cap. 11. & ibi Lud. viues in addit. ad eum di
xerunt, Deum vnum eſſe, q licet trinitatem pſonarū nō cre
debāt unitate tamen eſſentiæ pleno ore fatebantur, vt Ari
ſtoteles qui dixit Deus eſt, ens vnum & maxime bonum, &
Plato vnum Deum principem aliorum credidit vt per eun-
dem Ludouicum in additionibus ſuis ad diuum Auguſtinū
de ciuitate Dei cap primo li. 5. Machrobius etiam de ſomnio
Scipionis relatus a Tiraquello de iure primigeniorū q. 24. di
cebat quod monas id eſt vnitas ad ſummum Deum refertur
eiuſque intellectum & ſequentium rerum & poteſtatē nu-
mero ſequeſtrat nec in inferiori gradu fruſtra eam poſt Deū
deſideraueris. Et teſte Trimegiſto quem idem Tiraquellus
refert ibi. hæc illa eſt mens quæ e ſummo nata Deo vices tē-
porum neſciens in uno ſemper æuo conſiſtit & ad animam
refertur quę aliena a contagione materię tantum ſe autori
ſuo ac ſibi dedens, ſimplicem ſortita naturam cum ſe animā
dæ immēſitati uniuerſitatis infundat, nullum inijt cum ſua
8 unitate diuortium. Magna † eſt ergo gloria unitatis quæ ab
æterno in eſſentia deitatis collocata eſt, quam bene ipſa de
ſeipſa dicere poſſet quod de ſapientia inquit Salomon Pro-
uerbiorum 8. Dominus poſſedit me in initio uiarum ſuarū,
antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ordina-
ta ſum, & ex antiquis antequam terra fieret, non dum erant
abiſſi & ego iam concepta eram, & reliqua, O admiranda &
ineffabilis unitas quæ ut proprietas eſſentię Dei a multis gen
tilibus cognita fuit trinitate diuinarum perſonarum ab eiſ-
dem penitus ignorata. Contemplare etiam verba ſimboli
Apoſtolici & in Ieſum Chriſtum filium eius unicum domi-
num noſtrum, de quo etiam Paulus ad Epheſ. 4. vnus domi-
nus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & pater omniū.
9 Vnus † enim Deus pater unicum filium Deum generat, & a
patre & filio unicus Spiritus ſanctus procedit. Super quo bea
tus Cyprianus in expoſitione illius ſimboli, & articuli, huius
aiebat, p hoc docemur, quod ipſe Chriſtus unicus filius Dei
ſit, & dominus noſter, unus enim de uno naſcitur, quia ſplen
dor unus eſt lucis, & unum verbum cordis, nec in numerum
pluralem defluit in corporea, generatio, nec in diuiſionem
cadit, ubi qui generatur, a generante, non ſeparatur, vnicus
eſt ut menti ſenſus, ut ſapientia ſapienti cordi uerbum, ut
forti uirtus. Et Paulo inferius, & ideo recte vnicus dicit, uni-
cus enim eo ſolus eſt, quia ſolus natus ſit, nec comparationē
aliquam poteſt habere, quod unicum eſt. Vide obſecro Cy-
prianum ibi. Vnitas ergo incredibilem autoritatem ſibi ac-
quiſiuit ab eſſentia, generatione, & proceſſione diuina. Qđ
ſi ab ea uolueris ad temporalem in carne generationē Chri
ſti Domini noſtri deſcendere, contemplare unitatem illius
qui vnicum ſingularem naſcendi modum ex utero virginis
prodiens & unitatis amator elegit, vnam matrem in terris
aſſumens, ſine patre terreno ſicut uno patre in ęterna gene-
ratione genitus eſt ſine commixtione, uſque adeo diligens
vnitatem, ut in ſeipſo vnico Chriſto & in unica ſua hipoſtaſi
copulauerit diuinam naturam omnium rerum creatricem
10 cum natura humana creata, qui iuſtitiam & miſericordiam
fecit deoſculari. pacem & vnitatem inter eas componens,
qui factus eſt pax noſtra, & fecit vtraque vnum, ut duos con
dat in ſemetipſo in uno homine nouo, fouens pacem, ut re-
conciliaret ambos Deo per crucem, interficiens inimicitias
in ſemetipſo qui pacem euangelizauit his qui longe. & his
qui prope, quoniam per ipſum habemus acceſſum in uno
Spiritu ad patrem. Paulus ad Epheſios. II. qui denique virgi-
nitatem & maternitatem in ſola vna Maria ſupra naturæ or
dinem vniuit in orbe terrarum. Sed ut iam ad terrena & na
turalia ipſa conuertamur vnitatis excellentia per ea quæ fa
cta ſunt viſibilia cōprobat. Nam vt dicebat patricius relatus
11 a Tiraquello vbi ſupra numero decimoſexto naturæ † tario
edocet omnem multitudinem ab uno proficiſci, agit. n.
natura in omnibus quod optimum eſt perfectumque, ſecun-
dum ſpeciem ſingulorum, vt philoſophi omnes tradunt, reſ
que ipſa ſatis comprobat. Sed vnitas ipſa quæ a grecis monas
dicitur eiuſmodi eſt ut ex ea omnia fieri omniaque iterum
in eam reſolui ueteres putauerint. Cuius ſententiæ aucto-
rem laertius circa initia librorum quos de vitis ſententiiſque
philoſophorum conſcripſit, fuiſſe tradit Muſeum athenien-
ſem eumolpi filium, qui longo interuallo præceſsit Home
12 rum. Pithagoras etiam † ſamius principium omnium rerum
monadem id eſt vnitatem dicit & ei dualitatem ſubiectam
eſſe, quemadmodum & Plutarchus in libro de dogmate Phi
loſophorum & Alexander in libro de ſucceſsionibus Philo-
ſophorum, & alterius in libro de vitis & ſententiis Philoſo-
13 phorum dicunt, vbi unitatem † bonorum exordium appellat
dualitatem vero malorum principium unitatis enim natu-
ra inſcia circumferentiæ, cęlo temperiem, animis virtutem
corporibus ſanitatem, domibus & ciuitatibus pacem, & ani
morum gignit concordiam. At dualitas diuerſa omnia, aeri
enim tempeſtatem tribuit, animis malitiam, egritudines cor
poribus, ciuitatib. & domibus ſeditiones & diſsidia inducit,
omne ſi quidem malum ex diſpari moritur voluntate, & pro
inde homerus vnitatis naturam in boni portione conſtituit,
in mali vero dualitatem. Et Pithagoras ultra Tiraquellum
in ſuis relationibus ex parte boni ponebat vnum, & ex parte
mali pluralitatem. Galenus etiam libro ſecundo de ſanitatē
tuenda, licet falſo a Tiraquello allēgetur lib 6. ſcriptum reli
quit in omnium rerum genere quod optimum eſt id vnicū
eſſe, uitioſa uero plurima eſſe. Et ideo plato in timæo omnia
producit ab uno, in philebo omnia vno metitur, in epinomi
de omnia reducit ad unum vſque a Deo philoſophi etiam
gentiles & in ſolo lumine naturali ratiocinantes dilexerunt
vnitatem. Vide etiam Tiraquellum ibidem ubi & a mathe-
14 maticis mutuat dignitatem unitatis quam † fontem & origi-
nem numerorum appellarunt & initium ac finem omnium
ut apud nos gloſſa ſenſit in §. Affinitatis inſti. de nuptijs & in
l. ſi quis ante. ff. de acquirenda poſſeſ. & ibi Barto. & Baldus
in c. cum in iure. de electione & Angelus conſil. 56. q incipit
quæ reformatio & beatus Bernardus libro. 2. de conſiderat.
ad Eugēnium inquit, vbi unitas ibi perfectio reliqui numeri
perfectionē nō habēt ſed diuiſionē, recedētes ab unitate. Boe
tius etiam dicebat in libris de conſolatione quod vnitas per-
tinet ad rationem boni & quod omne quod eſt tam diu erit
quamdiu vnum erit, & tunc deſinet quando vnum eſſe de-
ſierit & Origenes homil. 9. ſuper Ezechielē aiebat quod prin
cipium malorum eſt multitudo ac diuiſio, principium vero
bonorum vnitas & a multitudine in vnitatem reductio. &
prout dicebat Gregorius in moralibus relatus apud nos a
Guillermo benedicto in repetitione cap. Rainutius, de teſta
mentis, verbo mortuoque teſtatore. 1. nu. 236. ſicut nomi
cū

eſt ſi vnitas deſit in bonis, ita pernicioſum eſt ſi non deſit in malis, peruerſos quippe vnitas corroborat dum concordat. Et hoc eſt quod dicebat Dominus Lucæ. 12. non veni pacem mittere in terram ſed ſeparationem a malis, videlicet. & Eſa. 58. diſſolue colligationes impietatis & faſciculos deprimentis. & inter hoſtes procurare diſcordias ſapientis eſt ducis, ſecundum Vegetium de re militari cap. 10. & Saluſtius in Iugurtino inter bonos amicitia cui fauendum eſt inter malos factio eſt quæ poſſeremus diſſolui debet, Vnitas hæc pacem procreat animorum & concordiam inter homines, de qua dicebat Dominus Zachariæ 8. & tranſumptiue in capitulo ieiunium. 76. diſtinctione dies planctus & ieiuniorum quas hactenus habuiſtis in lutus ſciatis quia ego cogitaui ut benefaciam Iſrael domui Iuda, & uobis conuertam in lętitiam & gaudium ita dumtaxat ſi veritatem diligatis & pacē quam Dominus in teſtamento ſuo reliquit, dicens, pacem meam do uobis, pacem meam relinquo vobis Ioannis. cap. niſi bella. 23. qō 1. quæ pax Chriſto naſcente fuit per angelos decantata quando dixerunt gloria in altiſſimis Deo & in terra pax hominibus bonę uoluntatis Lucæ 2. c. de hymnis. cap. hi duo, de conſecra. diſtin. 2. de qua Chriſtus Marci 9. dicebat ad diſcipulos ſal & pacem habete inter uos. c. ſit rector. 43. diſtin. & Paulus ad Rom. 12. ſi fieri poteſt quod ex vobis eſt pacem habere cum omnibus hominibus, quæ verba declarat optime beatus Gregorius in cap. inter verba. 11. qō. 3. dicens hoc difficile eſſe perſpiciens præmiſit Paulus ſi fieri poteſt & ſubiūxit quod fieri pōt, cū dicit quod ex uobis eſt, quia ſi nos in mente charitatem erga odientes ſeruare cupimus & ſi illi non habeant, nos ſine dubio habemus & Saluſtius in Iugurtino, concordia paruę res creſcunt diſcordia autem maxime dilabuntur & Valerius Maximus dicebat, ſicut placidū mare ex aſpero cœlumque ex nubilo ſerenum Hilari aſpectu ſentitur ſic bellum pace mutatum plurimum gaudij affert. Et teſte Catone relato a Benedicto ubi ſupra ira odium generat, concordia nutrit amorem, unde Dominus appellatur Deus pacis primæ ad Corinth. 14. & pax roganda eſt iuxta illud Pſal. 121. rogare quæ ad pacem ſunt Hieruſalem. uide multa alia per Ludouicum Rom. conſi. fin. & Guillermū Benedictum in repet. cap. Raynutius, verbo mortuo itaq; teſtatore, el primo, nu. 227. cum ſequentibus. Ex iſta etiam unitate & pace proficiſcuntur quaſi omnia uirtutum genera vt charitatis exercitia pacientia in tribulationibus, & alia multa quæ chriſtiano lectori contemplanda relinquo quia teſte Bernardo ſermone 5. de aſſumptione ſuper illis uerbis porro vnum eſt neceſſarium niſi opus tuum in unitate feceris Deo qui vnus eſt acceptum profecto nō erit. & paulo inferius omnis quippe creatura & maxime rationalis debet ſuum principium imitari, ſi ergo Deus unus eſt dicente Moyſe audi Iſrael Dominus Deus tuus unus eſt, debemus & nos quiſque unus eſſe ſibi per integritatem uirtutis & unum cum proximis per vinculum dilectionis. vide multa in laudem unitatis ibi per Bernardum. de hac unitate dicebat eleganter pro more ſuo beatus Chriſoſtomus homilia licet eum Zaſius in conſilio primo num. 7. in 2. tomo corrupte alleget homil.
15 c. 110. quod ſi In†unitate ſint decem unus iam non eſt unus, ſed decuplus quiſque eorum fit & offendens unum illorum tanquam decem offendeas reputatur & horum quiſque uiginti manus habet. Et totidem pedes ac oculos, & eodem modo ſi ſint centum aut mille, & ſic eſt mirabile dicit ipſe quod unum facit mille unum, quid referam amplius de unitate niſi quod quælibet res quanto eſt magis una tāto in maiori precio, & æſtimatione reputatur ut Sol unus una Luna
16 una auis phœnix. Vnus†mundus de quo mundo dicebat eleganter beatus Auguſt. cap. 4. lib. 11. de ciuitate Dei quod uiſibilium omnium maximus eſt mundus & inuiſibilium omnium maximus eſt Deus, ſed mundum eſſe conſpicimus, Deum eſſe credimus & ibi uiues refert uarios philoſophos
17 uaria in ornatum mundi philoſophatos & propterea †quod unicus eſt mundus, & ornatiſſimus dictus eſt mundus ab ornatu abſolutaque elegantia eius ut ex Plinio lib. 2. c. 1. & 4. & ex Cic. in lib. de finib. bonorum & malorū colligit, quēadmodum ergo Deus unus eſt & mūdus ab eo factus ſub quo continetur quicqd ſub toto cęli ambitu factū eſt ſic una eccl.
18 dēt eſſe ī qua fideles omnes uniantur. Si uis etiā unitatis†excellentiam intelligere conſidera quod qn̄ rem pretioſam & nobis dilectiſſimā volumus ſignificare ſtatim hoc per nomen unitatis exponimus dicentes vnicā res eſt vnice diligo te, vnde plautus in Bachide aiebat immo vnice unum plurim pendit hinc dicebat apud nos eleganter Budeus in annotationibus ad pendectas in l. ſi ſeruus ſeruum §. fin. ff. ad legem aquiliam quod quibuſdam margaritis & gemmis delitię Romanę impoſuerunt nomē vnitatis, appellando eas uniones propter earum raritatem & ſingularitatem & quia etiam teſte Plinio libro nono ca. 34. nullæ duæ in chonchis reperiuntur Vide obſecro quanti fuerit ſemper unitas ęſtimata ut ab ea res precioſiſsimę nomen acceperint. Et de ſapientia dicebat
19 Salomon † & cum ſit una omnia poteſt quaſi iſtam potentiā unitati attribuens. Et teſte Platone quem refert Pariſius conſilio. 6. numero. 22. uolumine primo eſt in diuiſibilis & virtute dicunt philoſophi quod eſt fortior ſeipſa diſperſa capitulo primo. de treuga & pace & teſte plinio iuniore lib. 9. epiſto
20 larum ad Ruſticū ſatius †eſt unum aliquid inſigniter facere quam plura mediocriter & unum magnum præualet pluribus paruis. l. ſi is qui. §. ſi. ff. de excuſatio. tutorum, & ut dicit Mod. Paril. de primo genitis Hiſpanorum li. primo. c. 11. allegando Tiraquellum ubi ſupra omnis dualitas ad deſtructionem ſubiecti & unitas ad conſeruationem eiuſdem ordinatur & ante eum Lucas de penna in leg. quicunque. C. de exactoribus libro duodecimo. licet eum non alleget dicebat quod vnitas conſeruat res quas dualitas annihilat ex quibus omnibus & aliis multis quę doctiſsimus lector conſiderare uoluerit facile deprehenditur unitatis excellentia & quod Deus elegit eam & pręelegit eam & habitare fecit eam in tabernaculo ſuo dilectiſſimo tanquam medium Deo ipſi omnium auctori conformius & rebus precioſiſſimis ab eo creatis in quibus lampas hęc unitatis reſplendet conuenientiſſimum. Vnde apud Platonem ciuitas illa iuſtiſſime ordinata uocatur, in qua proprios quiſque neſcit affectus, ſed communes & unitos, ut refert Gratianus in capitulo primo 8. diſtinctione, & ut dicit Ambroſius in capitulo nec illud. 33. quæſt. quinta. ideo Eua ex coſta Adę formata eſt, vt ſciremus in viro & muliere, unam eſſe naturam vnum fontem generis humani, ideo non duo a principio facti vir & mulier, nec duo uiri nec duę mulieres, ſed primum vir & deinde ex eo mulier vnam enim hominum naturam uolens conſtituere Deus ab uno principio creaturę hoc incipiens multarum & diſparilū naturarum eripuit facultatem. Et eleganter Auguſtinus de hæreticis & ab hac vnitate ſeparatis loquens ait in capitulo odit. prima quæſtione prima. odit Deus ſacrificia eorum & a ſe proijcit de teſtatur enim fetorem eorum & claudit nares
21 ſuas. Et inter cętera†, ꝓpter quę Chriſtus inuitatus ad nuptias uenit Ioan. ſecundo crederem fuiſſe vt unitatem diuerſorū corporum & animorum quā nuptiæ denotant ut ſupra capitulo octauo diximus confirmaret & ſua corporali præſentia decoraret, etiam operando in eis initium ſignorum eius quaſi quoddam miraculum unitatis aquam ſcilicet in vinū conuertendo & duas diuerſas ac diſtinctas naturas in unam coniungendo. Quod etiam unitatis miraculum tempore Theodoſij imperatoris factum legimus de duobus cathenis Beati Petri Hieroſolimitana & Romana quæ ſic inter ſe vnitæ fuerunt, Vt non duæ ſed vna ab eodem artifice confecta reputetur.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticorum controuerſia hæc eſt, utrum eccleſia ſit penes illos an penes nos.*
2 *Chriſtus eſt paſtor primarius huius Ouilis.*
3 *Chriſtus cœlos aſcendens uoluit paſtorem viſibilem & quem fideles agnoſcerent relinquere proſe.*
4 *Eccleſia quæ ab initio creati hominis ſemper fuit vna ſemper gubernata fuit per vnum pręſidem viſibilem vices Dei gerentem.*
5 *Pontifex ſummus ſemper fuit vnus in lege ueteri quem alij reuerebantur.*
6 *Chriſtus magis debuit prouidere ſuæ eccleſiæ de pontifice quam Moyſes ſinagogæ.*
7 *Argumentum de figura ad figuratum & de vmbra ad veritatem & de lege minus perfecta ad legem perfectiorem, ut quæ illic tanquam nobilia tenebantur a fortiori teneantur in lege perfectiori, validum eſt.*
8 *Vno ouili dato, neceſſario dandus & preſupponendus eſt vnus paſtor ſupremus quem alij reuereantur, & ex unitate regni infertur ad unitatem regis, & e diuerſo.*
9 *Chriſto ad cœlos aſcendente & cum hominibus amplius facie ad faciem in hoc mundo non debente conuerſari, relinquendus erat ouibus paſtor pro eo viſibilis ſicut in l. veteri, quia Deus non poterat ab hominibus viderí datus fuerat alios paſtor pro Deo viſibilis.*
10 *Argumentum ab identitate rationis validum eſt.*
11 *Pontifice ſummo mortuo in lege ueteri ſtatim eligebatur alter in locum eius qui dicebatur ſedere ſuper cathedram Moyſi.*
12 *Pontificis conſtitutio in lege veteri non ad uitam Moyſi tantum reſtricta fuit, ſed ad durationem illius legis & ſinagogæ.*
13 *Sacerdotes licet multi fuerint in lege veteri unus tamen præſidebat ſupra alios qui reſponderet iudicii ueritatem.*
14 *Hæreſes, ſchiſmata & omnes confuſiones naſcuntur ex inobedientia & contemptu huius ſupremi ſacerdotis.*
15 *Nouitates quaſi uipera & Baſiliſcus in negociis fidei ſunt uitandæ.*

CAP.

C A P. XI. De unitate paſtoris gubernantis hoc Sanctum Ouile.

Cognito iam quod unum eſt ouile & una eccle-
ſia uniuerſalis, ſupereſt ut etiã uni-
tatem paſtoris, & quis iſte paſtor ſit, cognoſcamus, nam ut di-
cit Auguſtinus contra donatiſtas, cõtrouerſia hæreticorum
1 hæc eſt, utrum eccleſia Chriſti ſit penes illos, an penes nos &
propterea oportet intelligere quis ſit paſtor huius eccleſiæ,
& unici ouilis & breuiter notoria, quę nec hæretici negant,
percurrendo, omnes confitemur paſtorem primarium hu-
ius ouilis & præcipuum caput eccleſiæ eſſe Chriſtum Ieſum
Dominum noſtrum. Nam ultra auctoritates ſupra allegatas
2 ipſemet de ipſo dixit Ioan. 10. Ego ſum Paſtor bonus, bonus
paſtor animã ſuã ponit pro ouibus ſuis, & illud percutiã pa-
ſtorem & diſpergentur oues Matthei. 26. & Lucæ. decimoſe
cundo, dixit ad diſcipulos. Nolite timere puſillus grex. Et
ad Hebręos ultimo dicitur, Deus autem noſter qui eduxit
de mortuis paſtorẽ magnum ouium in ſanguine teſtamenti
æterni Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum aptet uos in
omni bono. Sexcentas potuiſſem in ea re auctoritates ad-
ducere, quas conſultus omitto, ut communes & manifeſtas.
3 Sed quando † iſte bonus paſtor poſt conſummatam redẽptio
nem humani generis ad cęlos parabat aſcenſum, licet Mat-
thæi vltimo promiſerit diſcipulis dicens ego vobiſcum ſum
vſque ad conſummationem ſeculi, & licet Ioannis. 14. dixe-
rit. Non uos relinquam orphanos, vado & venio ad vos, &c.
nihilominus quia cœlos aſcendebat & cum hominibus in
hoc mundo corporaliter & facie viſibili ad faciem conuer-
ſari non debebat, ſicut quando in terris viſus eſt triginta &
tribus annis. Ideo paulo ante eius aſcenſionem voluit relin-
quere loco ſui uniuerſalem vicarium. Cui totius Dominici
gregis pręcipua cura demandaretur, & quem ut uices eius te
nentem fideles agnoſcerẽt, quemque facie ad faciem & cor-
poraliter alloquerentur, conſulentes eum tanquam pręſidẽ
ſuper omnibus dubiis, quę pro tempore ipſis fidelibus occur
rere potuiſſent. Ad comprobandam ergo huius vnici pa-
ſtoris & pro Chriſto vicarij vnitatem ponderanda ſunt funda
menta & conſiderationes ſequentes. Imprimis quod Sancta
4 hęc fidelium collectio quę, ut ſupra diximus, ab initio creati
hominis ſemper fuit vna ſemper etiam fuit gubernata per
unum præſidem viſibilem & hominem, Dei vices gerentem
vt eſt videre in lege veteri quæ figura eſt legis noſtræ, quam-
uis enim Deus, cui nihil eſt impoſſibile nec difficile, poterat
liberare a diluuio multis aliis viis octo animas & cætera ani
malia, noluit tamen, vt iſtud fieret mediante vna archa, quę
typũ eccleſiæ uniuerſalis gerebat, & quod in illa archa vnus
Noe eſſet dux & rector, & cum ipſo tanquam illorum præſi
de loquebatur Deus, & mandato ſolius Noe dimiſſus eſt cor
uus, & poſtea Columba, & ſic Deus omnia pertinentia ad ſa
lutem animarum intra archam exiſtentium operatus eſt me
diante organo & imperio vnici Noe. ad eum enim ſolum di-
xit Deus Geneſis. 6. finis uniuerſę carnis venit ad me, fac tibi
archam de lignis leuigatis & poſtea finito diluuio cap. octa-
uo recordatus eſt Dominus noe & dixit ei egredere de archa
tu & filii tui &c. Et a ſimili quãdo populum Iſraeliticum de
Egypto uoluit educere, poterat quidẽ Deus cui omnia ſunt
facilia, momento populum in terram promiſſionis transfer-
re vel capillo capitis, ſicut Danielis vltimo, fecit. cum Aba-
cuc propheta miniſterio tamen unius hominis. Moyſe vſus
eſt ad hoc, & vnus Moyſes ingrediebatur ad Pharaonem, &
ad unios Moyſi vocem operatus eſt tot prodigia, & mortuo
Moyſe vnius Ioſuæ ducatu & præſidẽtia vſus eſt ad expugnã-
dum terram illam quã promiſerat filiis Iſrael, ſic Reges, ſic
duces, ſic principes ſacerdotum elegit, ita quod unus ſemper
præeſſet aliis, quemque cęteri reuererẽtur ut ſuperiorem, &
eos qui ab eius obedientia ſe ſubtrahebãt vel etiam contra
eum murmurabant ſuppliciis caſtigauit horrẽdis, ut eſt uide
re de Chore, Dathan, & Abyron, & de Maria ſorore Moyſi nu-
merorum duodecimo, & decimoſexto. lege etiam teſtamẽ-
tum vetus, & videbis quod licet multi ſacerdotes fuerint,
5 vnus † tamen fuit ſemper ſummus pontifex & princeps ſacer
dotum, ut legitur Iudith. 15. Ioachim autem ſummus Ponti-
fex venit de Hieruſalem in Bethuliam cum vniuerſis preſ-
byteris ſuis vt videret Iudith. & Marci decimoquarto dici-
tur, & adduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem, & Pau-
lo inferius exurgens autem ſummus ſacerdos ſcidit veſtimẽ
ta ſua, &c. & Act. 23. Princeps Sacerdotũ Ananias iuſſit per-
cutere os Pauli, & reſpondente Paulo, percuciat te Deus pa-
ries dealbate, dictum eſt ei, ſummum ſacerdotem Dei male-
dicis, & Paulus, neſciebam fratres quia princeps eſt ſacerdo-
tum, ſcriptum eſt enim, Principem populi tui non maledi-
ces. Semper ergo fuit in lege veteri & Synagoga unius ſum-
mi ſacerdotis dignitas cõtinuata qui in dubiis conſuleretur,
6 & reſponderet. Deute. 17. cuius verba † ſtatim exponẽda. re-
feram, ſi ergo ut eleganter Nazianzenus ponderat, Moyſes
Synagogæ prouidit de uno Sacerdote Principe aliorum, cur
Chriſtus eccleſiæ ſuæ magis dilectæ non prouideret. Nazian
zenum allegat æchius in enchiridione titulo de Primatu Pe
tri, concludens. eſt hoc argumentum quod de figura ad ſigu
7 ratum, de umbra ad ueritatem, & de lege veteri minus perfe
cta ad legem euangelicam, multo perfectiorem aſſumitur,
ut per Ambroſium in c. re uera, de conſe. diſt. 2. Et illo utitur
frequentiſſime beatus Paulus præcipue in epiſt. ad Hebręos,
cap. 9. & 10. vide etiam regium prophetam, Pſal. 77. ne ab oui
lis parabola recedamus, qui poſtquam dixerat, & ædificauit
ſicut vnicornium ſanctificium ſuum in terra quam funda-
uit in ſecula, dicit & elegit Dauid ſeruum ſuum de gregib.
ouium de poſt fetantes accepit eum paſcere Iacob ſeruum
ſuum, & Iſrael hęreditatem ſuam, & pauit eos in innocentia
8 cordis ſui. Et profecto ſi vnum ouile confitendum eſt, vt ſu-
pra probauimus, probatum remanet quod vnus pro Chriſto
paſtor & vicarius illud regere debet, ut Ezechielis. 34. poſtq̃
de ouili iſto facta fuerat mentio & de ouib. Iſrael dixit Deus.
Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcat ea ſeruũ
meum Dauid, ipſe paſcet, & ipſe erit eis in paſtorem, ego au-
tem dominus ero eis in Deum, & ſeruus meus Dauid prin-
ceps in medio eorum & Ezechielis 37. & erit rex vnus om-
nibus imperans, & non erunt vltra duæ gentes, nec diuiden-
tur in duo regna, ex quibus verbis facile colligitur quod ex
vnitate regis infert Deus ad unitatem regni, & ex remotione
dualitatis regnorum, infertur etiam unitas regis, ſi ergo unũ
eſt ouile ut ſupra concluſimus, neceſſe eſt quod unus † ſit viſi
9 bilis paſtor eius & pro Chriſto a nobis in mũdo vicarius. poſtq̃
Chriſtus viſibiliter & corporaliter iã uideri nõ poterat in terris,
neq; n. uidebit me homo & uiuet, dicebat Dominus ad Moy
ſen exodi. 33. & Ioannis. 16. modicum, & uidebitis me, & ite
rum modicum & non uidebitis me quia uado ad patrem,
& interpretando uerba hæc dixit Paulo inferius, iterum au-
tem uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrum & gaudium ueſtrũ
nemo tollet a uobis, quæ uerba de uiſione beatifica in gloria
intelliguntur. Neceſſario ergo relinquendus erat Chriſto ad
cœlo aſcendente & amplius conuerſari non debente uiſibi-
liter cum fidelibus ſuis in hoc mundo paſtor & uicarius uni
uerſalis pro eo, ad ſuorum conſolationem, & confirmatio-
nem in dubiis, quæ potuiſſent occurrere. Si enim in lege ue-
teri, eo quia Deus in mundo a ſuis uideri non poterat, ut &
ipſemet aduerterat Moyſi cõteſtare populum ne forte uelit
tranſcendere terminos ad uidendum Dominum & pereat
Exodi 19. & 20. ubi ad ſolas uoces et lampades & montem fu
mantem dicebat populus Moiſi, loquere tu nobis, & non lo-
quatur Dominus, ne forte moriamur, ſi propterea inquam
voluit Dñs in lege veteri gubernari populum ſuum per vnũ
Moyſen, & per vnum ſuccedaneum paſtorem uiſibilem lo-
coſui. Militante hac eadem ratione in Chriſto Ieſu Domi-
noſtro, qui cœlorum excelſa tranſcendit, & ſedet a dex-
tris Dei, cur obſecro, in ouili hoc tam dilecto non debuit
unus paſtor & vicarius uiſibilis pro eo relinqui, qui conſo-
laretur nos in omni anguſtia, & dubitationibus noſtris cer-
tiſſimum præberet oraculum, ſicut erat in Synagoga illa. va-
let enim argumentum ab identitate rationis. l. ſi ſocer. ff. ſo-
10 lu. mat. & in auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccleſ. & ſi forte
hæreticus replicet. Noe & Moiſen & Dauid tenuiſſe figuram
ſolius Chriſti Ieſu, & in eo conſummatas fuiſſe figuras illas,
replicamus & nos ad hoc, nonne Moyſe, Dauide, Aarone, &
11 denique vno quoque illorum mortuo voluit Deus quod al-
ter uiuus & uiſibilis in locum demortui regeret Synagogã?
qui ſummus ſacerdos erat, & ut Mat. 18. dicebat Chriſtus, ſu-
per cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & cæt. Nonne etiam
Oſeæ primo legitur congregabuntur filij Iuda & filij Iſrael
pariter, & ponent ſibimet caput unum. Quem textũ ad hoc
propoſitum citat gl. in c. ad noſtram verbo eccleſię, de hære
ti. licet ſub nomine Iohelis cum ſit Oſeæ. nonne denique ex
his probatur in lege ueteri fuiſſe unius capitis conſtitutionẽ
& unius ducis præſidentiam in orbe terrarum, ſic ergo Chri
ſto in cœlum aſcendente debebat unus pro eo uicarius con
ſtitui, qui regimen dilectiſſimæ eccleſię ſuſciperet. Quando
enim Chriſtus & pro tẽpore quo Chriſtus in terris uiſus eſt,
& cum hominibus conuerſatus eſt, tunc nullus alius rege-
bat puſillum illum & Apoſto. gregem, quia licet Petro pro-
miſſus erat Mathæ. 16. non tamen collatus fuit niſi paulo
ante Aſcenſionem Ioann. ultimo. vnde Deuteronom. 17.
12 non ad † ſolam vitam Moyſi & Aaron, ſed vſq; ad durationẽ
eccleſię ſuę dictum fuit ſi difficile & ambiguum iudicium
apud te eſſe perſpexeris & iudicium intra portas tuas videris
variari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit dominus

Deus

Deus tuus, venieſque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad
iudicem qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui iudica
bit tibi veritatem iudicii, facieſque quodcunque dixerint, q
præſint loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta le
gem eius, ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad
dexteram neque ad ſiniſtram, qui autem ſuperbierit nolens
obedire ſacerdotis imperio, qui eo tẽpore miniſtrabit domi-
no tuo, ex decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes ma
lum de Iſrael, cunctuſque populus audiẽs timebit, ut nullus
deinceps intumeſcat ſuperbia. Pondera obſecro, catholice
lector uerba illa ad tuam cõfirmationem, & in ſancte huius
vnitatis perſeuerantiam. Imprimis enim ſicut ſupra dicebã,
Deus omnipotens, cui omnia ſunt poſſibilia, potuiſſet facil-
lime omnibus dubiis populi ſui multis aliis modis ſatisface
re, & tamen hoc medium tanquam magis conſonum ratio-
ni naturali, elegit, ſcilicet ſacerdotum reſponſa, qui in con-
tinuo Dei miniſterio aſſiſtunt, & noſtram obedientiam præ
fatis ſacerdotibus præſtandam, vt populi ſit obedire, & ſacer
dotum diffinire, iuxta id quód pie, & catholice reſpondens
vniuerſo populo Iſrael, dixit Sechemias ad Eſdr. 1. ſurge, tuũ
eſt diſcernere, nos erimus tecum. Pondera etiam quod etſi
verba illa pluralitatem ſacerdotũ præmittant, tamen vnius
iudicis vnitatem, & vnius ſacerdotis imperium ſupra alios,
præſupponitur. Inquit enim, uenies ad ſacerdotes leuitici
generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore. Ecce iudicis
vnitatem cum pluralitate ſacerdotum admixtam, & ad oſtẽ
dendum magis iſtam vnitatem, dicit quęreſque ab eis in plu
rali, & ſtatim in ſingulari, qui iudicabit tibi iudicii veritatẽ.
13 Quare enim ei qui a multis quærebat, reſpondet vnus, qui iu
dicabit, inquit, tibi iudicij veritatem, niſi vt iſtius unici pon-
tificis ſupra alios unitas & authoritas deſignetur, vt & poſtea
in ſingulari dicit, qui autem ſuperbierit nolẽs obedire ſacer-
14 dotis imperio, ex decreto iudicis morietur. Nota pęnam ino
bedientię huius & vnici ſacerdotis contemptum, morte, in-
quit, morietur & æterna & temporali. Et ſtatim addit, & au-
ferret malum de Iſrael, malum, inquam, a quo cætera mala
deriuantur, quia ex ſolo contemptu iſtius ſupremi ſacerdo-
tis hæreſes, ſchiſmata, cõfuſiones, bella & id genus alia mul
ta reſultant. Si enim huic vnico pontifici debitam obedien-
tiam præſtaremus, omnia iſta mala ceſſarent, quia ut proſe-
quitur autoritas illa, cũctus populus audiens timeret, & nul-
lus intumeſceret ſuperbia, delirans ſe quoque habere inge-
nium ad intelligendas ſcripturas pro ſenſu ſuo, & hinc fit,
vt trahatur vnuſquiſq; ad deſideria ſua, & ad ea inuenit ma
giſtros prurientes auribus ſuis, & ſic incidit in malum, quod
eſt ſuper omne malum. Tu autem Catholice lector depoſi-
tum cuſtodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & appo-
ſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes
circa fidem exciderunt, primę ad Timothæum ultimo, quã
autoritatem vide catholice & elegãter declaratam a Pighio
li. 1. c. 5. ſuæ eccleſiaſticæ Hierarchiæ, ait enim. O Timothee,
imprimis exclamatio iſta magni aliquid, prætendit, & legen
tem excitat ad grande aliquid, magnique momenti, depoſi-
tum cuſtodi, id quod tibi creditum eſt, non a te inuentum,
quod accepiſti, non quod excogitaſti, rem nõ ingenii, ſed do
ctrinæ nõ uſurpationis priuatæ, ſed publicæ traditionis, rem
a te perductam non a te prolatam. In qua non autor eſſe de-
bes, ſed cuſtos, non inſtitutor, ſed ſectator, non ducens, ſed ſe
quens, deuitans quaſi uiperam, aut Baſiliſcum prophanas vo
cum nouitates, i. dogmatũ, & opinionum nouitates q̃ ſunt
vetuſtati, & vnitati contrariæ, lege obſecro pighium ibi, ut &
permaneas in iis quæ didiciſti & credita ſunt tibi. Et nota qd
de ſapientia Salomon dixerit, Sapientiæ 7. & cum ſit una,
omnia poteſt, & in ſe permanens omnia innouat, & per na-
tiones in animas ſanctas ſe transfert, pondera obſecro ratio-
nem cauſalem, nempe quod ab unitate eius deriuetur, & qđ
omnia poſſit, & animas ſanctas in ſe transferat per nationes,
authoritas enim iſta ad unitatem paſtoris etiam pertinet ſi-
cut & ad unitatem ouilis ſupra retulimus.

SVMMARIVM.

1 Eccleſia militans quanto magis aſſimilatur triumphanti tanto perfectior erit in his in quibus ſimilitudo dari poteſt.

2 Primo perfectiſſimo principio quanto aliquid magis adhæret tanto perfectius & nobilius erit.

3 In Eccleſia triumphanti ſicut omnes Spiritus vnum Deum reuerentur, ita in militanti omnes debemus reuereri vnum pro Deo paſtorem.

4 In unitate bonitas conſiſtit & tanto aliquid magis de unitate participat quanto magis in unitate fundatur.

5 Vnum eſt ex parte boni & plura ex parte mali.

6 Vnus princeps ſupremus dandus in ſpiritualibus quia principatuum multitudo mala eſt.

Vnitas pertinet ad rationem boni.

Vnio & a multitudine in unum reductio eſt principium bonorum, ſed diuiſio principium malorum.

7 Vnus princeps eſt in apibus & Grues unam ſequuntur.

8 Roma condita duos fratres habere non potuit, & ſic fratricidio dedicatur.

9 Regnum omne ab unius principis unitate diuiſum, fuit deſolatum.

Vnus etiam præſidens inter Spiritus Angelicos eſt.

10 Michaelem eccleſia paradiſi præpoſitum & primatem cæleſtis exercitus appellat.

Lucifer propter diuiſionem incidit in ſcandalum ſcandalorum.

11 Michaeli vt præſidi tribuit victoriam ſcriptura in illa auctoritate. Michael pugnauit et fecit victoriam, licet ipſe & angeli eius cum Dracone pugnaſſent.

12 Sol inter ſeptem ſiderum orbes conſtitutus eſt tanquam imperator omnium a quo ſidera lumen accipiunt.

13 Hominis membra ab uno capite pendent pro cuius ſalute non dubitant alia membra proprio periculo ſe exponere.

14 Regni ſocietas nunquam aut cum fide cæpit aut ſine cruore deſit.

15 Ciuitas una non epiſcopos plures quaſi monſtra debet habere.

16 pontifices plures eligere eſt contra illum articulum fidei vnam ſanctam catholicam eccleſiam.

17 Argumentum de parte quo ad partem valet ſicut de toto quo ad totum.

18 Romani poſt varios modos regiminum, inuenerunt, rebus dictantibus, eſſe neceſſarium reipublicæ, per unum conſuli.

19 AEquales multi de facili diſſentiunt.

20 Tutela per unum facilius exercetur, & ſegnius expediunt commiſſa negotia plures.

21 Miraculum eſt quod raro accidit.

22 Deus communiter operatur per cauſas ſecundas, & media ordinaria ab eo conſtituta.

23 Vnitas hæc paſtoris, & Monarchica gubernatio magis neceſſaria erat in Spirituali & eccleſiaſtica republica.

24 Reſpublica eccleſiaſtica excellit temporalem ſicut Sol Lunam.

25 Præſcriptio nulla etiam immemorialiſſima, currit contra obedientiã papę.

CAP. XII. De multis alijs fundamentis quibus hæc vnici paſtoris vnitas comprobatur.

Quam conformis & cõſentanea eccleſię triũ
phanti & cœleſti Hieruſa-
lem ſit unica hæc unici paſtoris & pro Chriſto uicarii guber-
natio, facile intelliget, qui mente & Spiritu contemplari uo
luerit Hieruſalem illam celeſtem Regi unius ueri Dei, & ſu
premi domini diſpoſitione, ut ad eundem modum intelliga
mus eccleſiam hanc in unius rectoris adminiſtratione fun-
1 datam, quia quanto gubernatio militantis eccleſiæ magis
aſſimilatur triumphanti in ordine ſui regiminis, & in his in
quibus ſimilitudo & conuenientia cadere poteſt, tanto ma-
gis perfecta erit & ſecura. Et quanto aliquid plus adhęret pri
2 mo et perfectiſſimo principi tanto nobilius erit ut dixit gloſ.
nor. in §. cunque ante, uerbo. altiori. Inſt. de bono. poſſ. ubi di
cit quod altior eſt qui proximior domino eſt, & iuxta eum
ſedet, quam, gloſſam ſequitur Baldus in l. obſeruare. §. ante-
quam. ff. de officio proconſu. Ioannes de Imola in l. qui ſol-
uendo la ſecunda ff. de hæredibus inſtitu. Felinus in rubr. de
maior. et obed. et alibi ſæpe doctores pro qua gloſſa facit ꝙ
Darius rex promiſit. 3. Eſdræ capitulo quarto. Zorobabel &
proximus mihi ſedebis, et Geneſis. 41. Pharao ad Ioſeph ad
tui oris imperium cunctus populus obediet uno tantum re-
gni ſolio te præcedam, &. ne mendicata ſuffragia quæramus
facit illud quod de ſancto Dioniſio retulimus ſupra ca. 6. ad
finem. ſcilicet quod eccleſia militans tunc conſiſtit decentiſ
ſimo ordine & habet congruentiſſimum ſui ſtatus tenorem
cum illi triumphanti in ſuperna ciuitate Hieruſalem cœle-
ſtium ſpirituum principatui conformatur. Quod autem ec-
cleſia iſta militans facta ſit ad ſimilitudinem triumphantis
aperte demonſtrat auctoritas illa Apocalipſis 21. Ecce ego
Ioãnes uidi ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de
cœlo, &c. & Pauli ad Hebr. 7. dictum eſt ad Moyſen. Inſpice
& fac ſecundum exemplar quod tibi monſtratum eſt in mõ
3 te, & alia multa quæ ſupra diximus c. 6. ex quo † ſequitur qđ
ſicut ibi vnum Deum, & dominum omnes ſpiritus reueren-
tur, cuius beatifica viſione confruuntur, ita etiam in hac mi
litanti eccleſia vnum pro Deo paſtorem viſibilem & Chri
ſti vicarium conuerſabilem habeamus, & veneremur, ut
quantum fieri poſſit Hieruſalem noſtra militãs, aſſimiletur
in his in quibus ſimilitudo cadere poteſt, illi cœleſti Hieruſa
lem triumphanti, vnde deſcendit, teſte Ioanne. & ſicut Deus
per quem omnia facta ſunt vnus eſt, teſte etiam Philoſopho
qui dixit. Deus eſt ens maxime vnum, & maxime bonum, &
Ioannes cap. 5. ſuæ primæ canonicæ, tres ſunt qui teſtimoniũ
dant in cœlo pater verbum, & ſpiritus ſanctus, & hi tres vnũ
ſunt,

ſunt, & Ioann. 11. vt ſint vnum ſicut & nos unum ſumus, ſi-
cut ſupra retuli. Ita etiam qui nos in terris regere debeat pro
Deo, & ut Chriſti vicarius uiſibilis ſit unus, quem ſubditi ui-
4 deant, tractent, & alloquantur. Gubernatio † enim tanto erit
magis bona, quanto ſit magis vna, quia appropinquat ad id
quod eſt ſumme vnum, ſumme bonum, & ſumme perfectū,
& ſic optima bonitas in vnitate conſiſtit, & tanto magis ali-
quid de bonitate participat, quanto magis in vnitate ſunda
5 tur, & Pithagoras in ſuis relationibus ex † parte boni pone-
bat vnum, & ex parte mali ponebat plura, & Ariſtot. 12. Me
thaphiſicæ, dicebat prope finem. Entia nolunt male diſpo-
ni, & principatuū multitudo mala eſt, & ſic vnus princeps.
Et ethicorum 3. & 8. concludit monarchiam, quæ eſt princi
patus vnius, iuxta gl. in c. ſundamenta. §. ne autem, verbo,
monarchiam, de electio. li. 6. meliorem eſſe. & Boetius de cō
ſolatione dicebat quod vnitas pertinet ad rationem boni, &
Origenes homilia. 9. ſuper Ezechielem principium malorū
6 † multitudo, & diuiſio, principium vero bonorum vnio, & a
multitudine in vnitatem reductio. quibus fundamentis ne-
ceſſe eſt confiteamur vnicum debere eſſe ſupremum pro
Chriſto vicarium & paſtorem huius ouilis, licet iſte ſanctiſ-
ſimus paſtor habeat & habere debeat ſub ſe alios paſtores &
miniſtros in partem ſollicitudinis paſtoralis, vt infra ſuo lo-
co dicemus. Nam pernicioſa fuiſſet & peſtifera Dyomachia
hoc eſt multitudo principum & paſtorū unius ouilis, haben
tium æqualem inter ſe poteſtatem pro eodem tēpore. hanc
etiam vnici & ſupremi pro Chriſto paſtoris uiſibilis vnitatē
7 comprobat Hieronymus ex apum † congregatione, dicens
in c. in apibus. 7. q. prima. in apibus princeps vnus eſt Grues
8 vnam ſequuntur, & Roma condita † duos fratres habere nō
potuit, & ſic fratricidio dedicatur. In vtero Rebeccę Eſau, &
Iacob exiſtentes bella geſſerunt hæc Hieronymus. Et certe
ſi legas hiſtorias & antiquas & nouiſſimas eccleſiaſticas &
ſeculares intelliges varias ſeditiones confuſiones & ſcanda
la proueniſſe ex principum multitudine pro eodem tēpore
9 æqualem poteſtatē hñtium, & qñ † oē regnū ab unius prin-
cipis unitate diuiſum ac ſegregatū fuerit deſolatū, ꝙ ēt ſedi
tionis genus & in cœlo ante Angelos in gratia confirmatos
lucifero illi qui erat Angelorum nobiliſsimus, contingiſ-
ſe videmus, factum eſt enim ſilentium magnum in cœlo
dum Draco committeret bellum dicēs ero ſimilis altiſſimo
10 &c. Michael † autem quod interpretatur quis ſicut Deus, &
Angeli eius pugnabant cum eo & fecit victoriā, Apocalipſis
5. propter quam ſeditionem incidit lucifer in ſempiternum
ſcandalum ſcandalorum, & hunc triumphum & victoriam
Michaeli duci & principi exercitus Angelici attribuit ſcrip-
11 tura Sacra. Sic enim dicitur. Et Michael fecit † victoriam, cū
ipſe & Angeli eius cū Dracone pugnauerint. voluit. n. Deus
miniſterio Michaelis Angelorum præſidis uti ad hanc uicto
riam obtinendam, ſicut de Moyſe dicebamus capite ſuperio
ri. Et ſic etiam inter Spiritus Angelicos vnum pro Deo præſi
dem & ducē Michaelē Deus cōſtituit. Sic enim de illo canit
eccleſia. Michael præpoſitus paradiſi quem honorificant ci-
ues Angelorum, & in hymno illius dicitur, ſed pręcipue pri-
matem cęleſtis exercitus Michaelem in uirtute contineren
tur Zabulon. Quod ſi ultra Deū unū optimū & maximum,
& ultra vnum præpoſitum ſpirituum Angelicorum ad ipſa
12 cæleſtia corpora te cōuertas, inuenies etiam ibi ſolē † ipſum
inter ſeptem illos errantium ſyderum orbes, medium conſti
tutum, tanquam ducem & imperatorem illorum, a quo &
ipſa ſidera Lucem accipiunt & quaſi motuum & progreſ-
ſuum ſuorum ordinationem, ut eleganter hoc ponderat
pighius, libro ſecundo capitulo ſecundo. ſuæ eccleſiaſticæ
Hierarchiæ, ubi etiam aduertit. Et in uno homine reperiri
quandam dualitatem & eam ab vnitate vnius hominis gu-
13 bernari & rurſum † omnia corporis membra ab uno capite
pendent pro cuius ſalute & cōſeruatione non dubitant cęte
ra membra proprio periculo ſe exponere. Etiam in animali-
bus brutis, ductis quodam inſtinctu naturę in amorem & cō
ſeruationem capitis proprii vniuſcuiuſque. Vnde eleganter
Baſilius ad religioſos dicebat, Planetæ inferiores ſubſunt ſu-
perioribus, & animalia bruta ducem ſequuntur, auis itē una
cunctas ducit, apes in miniſterio regi obediunt, in corporali
bus quoque animantium cętera membra tuentur & uenerā
tur caput, & in partibus animæ, rationi appetitus ſubiicitur,
quod ſi ab eo deſciſcat in præceps non ſolum animam ſed
& corpus trahit, & Cyprianus de idolorum uanitate dicebat
quando regni ſocietas, aut cum fide cœpit aut ſine cruore
deſiit, ſed Thebanorum germanitas rupta & permanens re-
14 gibus diſſidentibus etiam in morte diſcordia fuit, & Roma-
nos geminos vnum non cæpit regnum, quos unum vteri cæ
pit hoſpitium, pompegius & Cęſar affines fuerunt, nec tamē
neceſſitudinis Fœdus in ęmula poteſtate renuerunt. & idē
Baſilius in Gordium martyrem, naturę lex innata apibus eſt,
ut niſi rex prius agmen pręcedat ab aluearibus nunquam di
ſcedant. uide obſecro Pighiuin ubi ſupra quaſi per omnes na
turę & mundi partes philoſophantem & probantem omnia
acclamare & dicere, in quocunque regimine vnius principis
unitatem eſſe neceſſariam, & Homerus in 2. Iliados dicebat
non bona multorū ditio, Rex imperet vnus, & quintus cur-
tius de geſtis Alexandri magni aiebat, imperium quod ſub
uno ſtare poteſt dum a pluribus ſuſtinetur ruit, & Lucanus
nulla fides regni ſociis omniſque poteſtas impatiens conſor
tis erit, vt refert Archid. in capitulo in apibus. ſeptima quæ-
ſtione prima, & ideo Innocentius 3. in capitulo quoniam. qui
15 eſt textus conci. Lateranen. de offic. ordinarii dicebat † pro-
hibemus ne una & eadem ciuitas, vel diœceſis diuerſos pon
tifices habeat ueluti corpus diuerſa capita. quaſi monſtrum,
& glo. in capitulo non autem. ſeptima quæſtione prima. di-
cebat quod eligere duos ſummos pōtifices pro eodem tem-
16 pore eſſet contra illum articulum fidei, unam ſanctam Ca-
tholicam eccleſiam quam ſingularem appellauit Panor. in
capitulo quoniam & Archid. in d. can. non autem, in princi-
pio dicit quod Beatus Auguſtinus qui uiuente Valerio Hipo
nenſi epiſcopo, coepiſcopus cum eo fuit creatus dicebat de
ſe ipſo adhuc in corpore poſito patre meo ſene Valerio, epi-
ſcopus ordinatus ſum & ſedi cum illo, quod cōcilio Niceno
prohibitum eſſe neſciebam, nec ipſe ſciebat, ſed ſpeciale ibi
fuit, propter eximiam beati Auguſtini probitatem & ſcien-
tiam, ut ibi per Archidia. ſimiliter & beatus Clemens papa
in capitulo in illis. 70. diſtin. refert quod beatus Petrus in ſin-
gulis ciuitatib. ſingulos epōs, & non plures ꝯſtitui præcepit.
Ex quo ēt infertur quod ſicut in qualibet particulari diœceſi
reputatur monſtrum pluralitas epōrū, ita & in hoc uñ ouili.
17 Qđ enim † iuris eſt de parte quo ad partē dēr eſſe de toto quo
ad totum. l. quæ de tota. ff. de rei uendica. l. an pars. ff. pro de-
relicto. l. qui ſcit. ff. de vſur. & apud noſtros iuris conſultos
habetur. in l. ſecunda §. nouiſſime. ff. de origine iuris ubi Pon-
18 ponius † poſt recitatos varios modos regiminum quos Roma
ni experti fuerant, dicit. nouiſſime rebus dictantibus euenit
ut eſſet neceſſarium reipublicę per unum conſuli. nam mul
ti æquales de facili diſſentiunt ut per Oldradum in conſil. 6.
19 quæſt. prima, & textum in l. 1. ff. quod cuiuſque uniuerſita. no
mine præſertim. cum humana natura de ſeipſa prona ſit ad
diſſentiendum l. quia poterat. ff. ad Trebellia. l. item ſi unus.
§. fina. ff. de arbi. capitulo quia diuerſitatem de conceſſio. prę
bendę. & de adminiſtratione tutelæ dicebat iuris conſultus
in l. 1. §. apparet. ff. de adminiſtratio. tutorum. Apparet igitur
20 prętori † curę fuiſſe ne tutela per plures adminiſtretur, ſane
enim unus facilius exercet, & expedit ne per multos tutela
ſpargatur, & facit uerſum quem ibi allegat glo. Segnius ex-
pediunt commiſſa negocia plures, quę omnia neceſſario de
bent intelligi quando eſſent plures qui non recognoſcerent
unum in ſuperiorem, ſed uellent eſſe inter ſe ęquales et pa-
ris poteſtatis. quia ad iſtos referuntur ſupradicta, & illud euā
gelii omne regnū in ſe diuiſum deſolabitur. Et Lucas de pē
na in l. fin. C. de delatoribus li. decimo. dicebat quod Domi-
nus dicitur quaſi domi unus & caput unius corporis, ſi enim
plures eſſe uellent Domini, gubernatio œconomica periret,
ſicut cum plures magiſtri nauis eſſe uellent, & Tullius lib. 1.
de officiis dicebat ſic facere eos qui inter ſe cōtendunt uter
eorum rempublicam gubernent vt ſi nautę certarent in me
dio maris, & periculi, quis eorū nauim potiſſimum regeret,
& Ariſtoteles. 2. Politicorum ait. Politia unius optima eſt,
ſed multorum difficile eſt ut ſit bona. Vnitatem ergo ponti-
ficis & paſtoris pro Chriſto uicarij confiteri neceſſe eſt, &
hanc tanquam gubernationem communem ordinariam &
iuri diuino conformem elegit Deus & pręelegit eam, & fecit
illam habitare in tabernaculo ſuo, qui dignatus eſt populum
ſuum regere & conſeruare per media, & ordinaria rationi
naturali conſentanea. Neque enim miraculis agendum erat
ſemper quæ Deus non operatus eſt niſi urgente cauſa, quam
imperſcrutabilis diuini cōſilii diſpoſitio ſola ſciebat, & ideo
a petentibus miracula tentari dicitur ut refert gloſa ordina-
ria Mat. 4. & ipſemet Chriſtus tentatori reſpōdit, quando pe
tiit, ut deorſum ſe mitteret, quia angelis ſuis Deus mādauit,
&c, Non tentabis. inquit dominum tuum unde dicebat gl.
21 in capit. legimus. 93. diſtinctione. quod miraculum dicitur,
quia raro accidit, quod certe ratione naturali fundatur. non
enim eſt petendum remedium extraordinarium quando
adeſt ordinarium. l. in prouinciali. ff. de noui ope. nuntia. & l.
in cauſæ. ff. de minorib. ſi igitur prima cauſa cauſarum hoc
22 eſt Deus communiter operatur per cauſas ſecundas, & mi-
niſterio illarum quæ ſunt magis communes & ordinariæ,
& ad gubernationem cuiuſcunque reipublicæ videmus de
iure naturali & diuino Monarchiam, id eſt principatū unius
magis conuenire, propter confuſiones, & ſcandala quæ ex
multitudine etiam dualitate, ut ita dixerim, duorum princi-
pum

pum pro eodem tempore æqualem poteſtatem habentium
prouenire ſolet, profecto in eccleſiaſtica Hierarchia, & Chri
ſtiana republica vnitas † hæc paſtoris unici magis neceſſa-
23 ria erat, quia ubi maius vertitur periculum ibi cautius pro-
uidendum erat capitulo vbi periculum de electione lib. ſex-
to. & hic agitur de gubernio animarum, & directione ſpi-
rituum ad Deum, quæ eſt ars artium teſte Gregorio capit. 1.
ſui paſtoralis & capitulo cum ſit ars artium regimen anima
rum de præben. lib. ſexto. præſertim cum tanta ſit differen-
tia inter ſpiritualia in temporalia, quanta inter Solem & Lu
nam reperitur. capitulo ſolitæ. de maiori. & obed. & pontifi-
24 catus eſt luminare maius quod præeſt diei, & poteſtas ſecu-
laris eſt luminare minus, vt ibi dicitur. Monarchia ergo iſta
in ſpirituali republica magis conueniens erat quam in tem-
porali dominatione, & propterea optimo iure fuit ſtatutum
quod contra obedientiam iſtius, ſanctiſſimi vicarij nulla
25 † etiam immemorabiliſſima præſcriptio currat c. cum non li-
ceat a capite membra recedere de præſcript. quia in his ne-
mo poteſt eſſe accephalus, & tamen ut ibi notatur, uidemus
contra Imperatoris & Principis ſecularis obedientiam cur-
rere præſcriptionem, ut de multis ciuitatibus intelligimus
iuxta notata. in l. hoſtes. de captiuis & poſtliminio reuerſ. cũ
uulga. quæ ab obediẽtia Imperatoris ſe ſubtraxerunt titulo
præſcriptionis, quod aſſerere in ſpiritualibus & reſpectu obe
dientiæ debitę huic vnico Chriſti vicario, eſſet hæreticum
& omnino deteſtabile, quia ut dicit Cyprianus in capitulo
loquitur. 24. quæſt. prima nemo fraternitatem fallat, epiſco-
patus unus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Catholicum gregem varia inimicorum & perſequutorum genera quotidie circundant.*
2 *Chriſtum ſicut tentatum per omnia oportuit pati & ita intrare in gloriam ſuam ita & nos tentari oportet, ut in gloriam ipſius intremus.*
3 *Homo licet rectus creatus fuerit a Deo ipſe tamen multis ſe implicat quæſtionibus.*
4 *Chriſtus indicens bellum fidelibus ſuis arma eis neceſſaria ad bellum reliquit quibus pugnarent & ſic ad exemplum eius Paulus Ephæſiis quibus pugnandum dixit arma miniſtrauit.*
5 *Duces & principes exercitus erant deſignandi, quorum exemplo & doctrina firmarentur infirmiores.*
6 *Acies bene ordinata tunc dicitur quando habet vnum ſupremum ducem quem cęteri inferiores reuereantur.*
7 *Hęreſum perſequutio & ſchiſmatum contentio deteſtabilior eſt eccleſia quam reliqua.*
8 *Chriſtus veritas ipſa & Paulus prędicator veritatis mirabile dictu eſt quoties & quanta uerborum exaggeratione de hæreticis futuris & fugiendis nos admonuerint.*
9 *Hæretici ſuo ventri ſeruiunt & per dulces ſermones & falſas benedictiones teſte Paulo ſeducunt corda Innocentium.*
10 *Vnitate iſtius paſtoris ſuccurri debuit malo tam peſtifero & a Deo in hęreſum & ſchiſmatum remedium vnus fuit præpoſitus ne unuſquiſque ad ſe trahens, Chriſti eccleſiam rumperet.*
11 *Vnitatis uincula rumperentur ſi diuerſa capita eſſent in eccleſia Dei non recognoſcentia unum caput viſibile ſupremum.*
12 *In vnitate & vnanimitate populi conſiſtit pax, ſalus, & bonum ipſius populi, ad quam conſeruãdam neceſſarius eſt vnus gubernator, multis enim exiſtentibus paribus rectoribus in vna vniuerſitate & quolibet prænidente quod ſibi foret delectabile, uniuerſitas deſtrueretur.*
13 *Hęreſes & ſchiſmata exorta, ſunt licita quia vni ſacerdoti Dei non obtemperatur. & dum ille ſuperba quorundam præſumptione contemnitur.*
14 *Magiſtri plures nec debemus nec poſſumus eſſe.*
15 *Hæretici propter Vnius ſacerdotis Dei obedientiam denegatam experiuntur diuerſos errores & prauas Sacrę ſcripturæ interpretationes.*
16 *Pontifex ſupremus & unus in lege veteri datus fuit propter hoc malum euitandum.*
17 *Intrinſeca ab vno quem illuminet gratia, Sancti Spiritus reuelanda ſunt.*
18 *Paſtor iſte in his quæ ad fidelium directionem pertinent errare non poteſt.*
19 *Vnitate hac unici paſtoris nihil tranquillius & melius poterat inueniri ad ſedanda hæc mala & ideo fuit donum & inuentio Dei.*

CAP. XIII. De neceſſitate huius unici paſtoris, & pro Chriſto uicarii quo in particulari egebamus ad ueram Euangelicæ legis intelligentiam & ad reuincẽdos hęreticos quos Chriſtus futuros eſſe prædixerat.

Quam neceſſarius erat iſte unicus paſtor, & pro Chriſto vicarius viſi-
bilis ad ueram ſacræ ſcripturæ interpretationem & confun
dendos hæreticos, qui in veſtimentis ouium tanquam lupi
rapaces catholicum gregem perſequuturi erãt, facile intel-
liget, qui ſpiritu & experientia ipſa cõſiderare voluerit quot
inimicorum exercitus nos circundant, quot perſequutionũ
1 & tẽtationũ genera experimur quotidie † colluctatio enim
eſt nobis aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi
rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in
cœleſtibus, ad Epheſios vltimo, vt quemadmodũ caput no-
2 ſtrum Chriſtum † tentatum per omnia oportuit pati & ita in
trare in gloriam ſuam, ſic & nos pati & tẽtari oportet, ut in
gloriã ipſius intremus. Ipſe enim hoc dixit, Si me perſequu-
ti ſunt & uos perſequentur. Conſtitutis ergo nobis in tam pe
riculoſo & aſſiduo certamine, & contendere habentibus cũ
diabolo & Angelis eius, cum propria concupiſcentia & libi
dinoſa vniuſcuiuſque ſenſualitate, quę prona eſt ad malum.
c. omnis ætas. 12. q. 1. §. ſi quis igitur. in authent. de Monach
col. prima, quia natura noſtra imitatrix eſt vitiorum. c. pro-
3 clius. 20. q. 3. & quia homo licet eum Dominus rectum crea
uerit tamen ipſe multis ſe implicat quæſtionibus. Eccleſia-
ſtes 7. æquum erat & rationi conueniens, ut Chriſtus dux ca
4 put & princeps noſter aſcendens in cœlum & nobis † indicẽs
in terris bellum terribile muniret exercitum ſuorum fideliũ
aggere, vallo, & armis neceſſariis ad faciendum in tentatio-
ne prouentum. primæ ad Corinth. 10. ſicut ad exemplum &
imitationem Chriſti fecit Paulus Epheſijs ſuis, qui in eodem
capite poſtquam eis pugnandum prædixit, arma etiam mi-
niſtrauit, dicens, propterea accipite armaturam Dei ut poſſi-
tis reſiſtere in die malo, & in omnib. perfecti ſtare, ſtate ſuc-
cincti pedes in præparationem euangelii pacis, in omnib. ſu-
mentes ſcutum fidei in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi
ignea extinguere, & Galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpi
ritus quod eſt uerbum Dei, per omnem orationem & obſer-
uationem orantes omni tempore, &c. Si ergo arma & om-
nia ad obtinendam victoriam neceſſaria nobis Deus dona-
5 uit, duces † etiam & principes in iſto exercitu deſignãdi erãt
quorum exhortatione, induſtria, imitatione & exemplo fir-
marentur infirmiores & debiliores conſolidarentur, ac tri-
buni, cẽturiones, quinquagenarii & decani pręficiendi erãt,
ſicut Iethro conſuluit Moyſi Exodi 18. qui militum inferiorũ
curam haberent, ſicut in omnibus exercitibus, & bellorum
agminibus ſemper factum fuiſſe legimus & fieri uidemus. ſi
igitur exercitus unus eſt, & fuit ſemper ut ſupra declaraui-
mus. & Canticorum 6. dicitur de eccleſia quod eſt terribilis
ut caſtrorum acies ordinata, quis obſecro, non intelliget ca-
6 ſtrorum aciem ordinatam, † licet in ea ſint multi duces & cẽ
turiones, referri tamen totam ad unius principis, & ſupremi
ducis obedientiam, quem cæteri miniſtri exercitus & parti-
culares milites reuereantur. Et quãdo uel imperator uel rex
perſonaliter non aſſiſtit in exercitu, ſuum tamen capitaneũ
& uicarium generalem conſtituit, in cuius obedientia a reli
quis eidem præſtanda conſiſtit aciei & exercitus congrua or
dinatio. Inter cæteras autem perſequutiones & contentio-
nes quæ contra fideles armantur vna fuit, eſt, & erit deteſta-
7 bilior cæteris, hæreſum † ſcilicet & ſchiſmatum abominatio, teſte Auguſtino contra donatiſtas. libro ſexto. capitulo
quadrageſimo quarto. ubi ait, hæreticum hominem peio-
rem eſſe quouis ethnico quantumcunque malo, quia exe-
crabilior eſt, qui ſub ſpecie mutui amoris prodit amicum,
de qua non ſolum Paulus, & cæteri apoſtoli, ac ſancti pa-
tres nos ſæpe ſæpius aduerterunt, uerum mirabile di-
8 ctu eſt, quoties † & de illis futuris & fugiendis nos in euan-
gelio ipſo præmonuerit Chriſtus dominus noſter, qui Mat-
thæi vigeſimoquarto, ſic ait ad diſcipulos, videte ne quis vos
ſeducat, multi enim venient in nomine meo dicentes, ego
ſum Chriſtus & multos ſeducent, & paulo inferius, & multi
pſeudoprophetæ ſurgent & ſeducent multos & ſtatim nũc
ſi quis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus aut illic, nolite cre-
dere, ſurgent enim pſeudoprophetæ, & pſeudochriſti, & da-
bunt ſigna magna ita, vt in errorem inducantur ſi fieri po-
teſt, etiam electi, pondera, obſecro Chriſti exaggerationem,
ecce prædixi uobis, conſidera dictionem ecce, quæ non mo-
dicam aduertentiam poſtulat poſt tãtam de futuris pſeudo-
prophetis monitionem, ſi ergo prædixerint ecce in deſerto
eſt, nolite exire, ecce in penetralibus eſt nolite credere, le-
ge obſecro totũ illud caput Matthæi, & videbis quanta ver-
borum exaggeratione & hæreſes futuras prænunciet, & fu-
giendum ab eis præmoneat. Vide etiam iſta eadem verba
Mar. 13. & Lucæ uigeſimoprimo quaſi in ſubſtantia. ſic etiã
dixerat Chriſtus, attendite a falſis prophetis qui ueniunt ad
vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapa-
ces, vide ẽt ad Gal. 1. Paulum mirantem, & in hęc verba cla-
mantem. Miror quod ſic tam cito transferimini ab eo q; vos

vocauit in gratiam Chriſti in aliud Euangelium quod non
eſt aliud, niſi ſunt aliqui qui uos conturbant & uolunt côuer
tere Euangelium Chriſti, ſed licet nos, aut angelus de cœlo
euangelizet nobis, præterquam quod euangelizauimus vo-
bis, anathema ſit, ſicut, prædiximus & nunc iterum dico, ſi
quis nobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, ana-
thema ſit. vide qb. verbis nos admoneat fugere ab hæreticis,
quaſi angelos de cœlo contrarium docentes anathematizãs
ſi fieri poſſet, vt & Chriſtus dixit, quod etiam in errorem du
cantur electi ſi fieri poteſt, tales enim exaggerationes nõ fie
rent per Chriſtum Dominum noſtrum, nec per illud vas ele
ctionis cęlorum ſcrutatorem & côſcium archanorum Dei,
niſi grauitas & periculum materiæ ſubiectę poſtularet. & ad
Romanos capitulo fin. vltimum vale dicens, ita exhortatur.
rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones &
offendicula præter doctrinam quam vos didiciſtis faciunt,
9 & declinate ab illis, huiuſmodi † enim Chriſto Dño noſtro
non ſeruiunt, ſed ſuo ventri, & per dulces ſermones & bene
dictiones ſeducunt corda Innocentium. veſtra enim obediẽ
tia in omni loco diuulgata eſt, vide obſecro quam bene depin
git nebulones iſtos noſtri temporis, uide ad Thimothæum,
ad Titum, ad Epheſios, ad Corinthios, quaſi in omnibus epi-
ſtolis videbis præceptum de fugiendis hæreticis & ſchiſma-
ticis, qui ab huius ouilis & paſtoris vnitate recedunt, quid
referam Petrum, Ioannem, Iacobum, & Iudam, qui omnes
in ſuis epiſtolis malum hoc præcauendum, quia futurum an
nunciauerunt. Oportet enim, inquit Paulus, hæreſes eſſe, vt
qui probati ſunt manifeſti fiant in vobis, id eſt appareat vnuſ
quiſque quam tenax, & quam fidelis ſit Catholicæ fidei con
ſeruator, vt & Deuteronomij. decimotertio. dicitur, quia ten
tat vos Dominus an diligatis eum an non, & ut hoc palam
fiat. Huic malo tam peſtifero nihilo melius prouideri potuit
10 quam ſancti huius paſtoris & pro Chriſto uicarij viſibilis vni
tate præmiſſa, ut dicit beatus Hieronimus in capit. legimus.
93. diſtinctione. vbi ait quod vnus electus eſt, qui cæteris præ
poneretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt, ne unuſ-
quiſque ad ſe trahens eccleſiam Chriſti rumperet, & gloſſa
Matthæi decimoſexto. ſuper illis uerbis. Tibi dabo claues
regni cœlorum dicit quod ideo principem Apoſtolorum
fecit Petrum, & paſtorem eccleſiæ, ut eccleſia unum
Chriſti haberet vicarium, ad quem diuerſa membra re-
11 currerent ſi forte inter ſe diſſentirent, quia diuerſa capita ſi
eſſent in eccleſia, unitatis vincula rumperentur, vbi Hiero-
nymus, ait, ex duodecim vnus eligitur vt capite conſtituto
ſchiſmatis tolleretur occaſio. Albericus etiam noſter in pri
ma conſtitu. ff. veteris, allegando dantem & fratrem AEgi-
12 dium de regimine principum, dicit quod in unitate & vna-
nimitate populi conſiſtit, pax ſalus, & bonum ipſius populi,
teſtante Caſſiodoro, qui ait, omni quippe regno deſiderabi-
lis debet eſſe tranquillitas, in qua & populi proficiunt & uti
litas cuſtoditur, & multitudo ſibi ipſi diſſentiens oneroſa eſt,
& nil habens honeſti. § penultimo. in authen. de referenda.
& ad eandem gubernandam opus eſt, quod ſit unus guber-
nator. Prouerbiorum. vndecimo ubi non eſt gubernator,
populus corruet, & ideo regimen quanto efficacius fuerit
ad unitatem conſeruadam tanto erit vtilius. Hoc autem cô
commodius fieri poteſt per unum quam per plures. in plu-
ribus enim requiritur q̃dã vnio ad hoc, ut modo debito re-
gere poſſint, unici vero dicuntur plura per appropriationem
ad unum, multis enim exiſtentibus partibus in una uniuerſita
te rectoribus, & quolibet prouidente quod ſibi foret delecta
bile, uniuerſitas de facili deſtrueretur, & unitas non poſſet
in ſe ipſa ſubſiſtere, uerba ſunt. Alberti. ubi allegat philoſo-
phum, duodecimo. Methaphiſicæ. Dantem, fratrem AEgi-
dium de regimine principum, & Magiſtrum Ioannem Pari-
ſiẽſem in libro de poteſtate papali & imperiali, & illud Eze-
chielis. trigeſimooctauo. capitulo ſeruus meus Dauid rex
erit & paſtor unus omnium illorum. uide obſecro Albericũ
ibi. & eleganter Innocentius quartus. in capitulo primo. de
homicidio libro ſexto dicebat, quod ideo Dominus unum
Vicarium uiſibilem loco ſui reliquit in terris ac gregem pre
tio ſui ſanguinis glorioſi redemptum, aſcenſurus poſt reſur-
rectionem ad patrem, abſque paſtore deſereret, & ut ſuæ ſta
bilitate fidei cæteros in Chriſtiana religione firmaret, eorũ-
que mentes ad opera ſalutis accenderet deuotionis ardore,
& Cyprianus in epiſtola ad Cornelium dicebat, nec aliunde
13 nata ſunt ſchiſmata quam cum Sacerdoti Dei nõ obtẽpera
tur, nec unus in eccleſia ſacerdos nec Chriſti cogitatur, cui
ſi ſm magiſteria diuina obtẽperaret fraternitas uniuerſa. nõ
diſsidio unitatis Chriſti eccleſiã ſcinderet, & in epiſtola ad
Florentiũ ait, inde enim ſchiſmata oriuntur dum epiſcopus
qui unus præeſt ſuperba quorundam præſumptione cõtem-
nitur, & homo dignatione Dei honoratus indignus homini
bus iudicatur, & idem in epiſtola ad Gratianum, hæc inquit

ſunt hereticorũ initia & ortus atq; conatus ſchiſmaticorum
male cogitantium, ut ſibi placeant & præpoſitũ ſuperbo tu-
more cõtemnant, ſic de eccleſia receditur, ſic altare propha
num foris collocatur, ſic contra pacem Chriſti & ordinatio
nem, atque vnitatem rebellatur, hęc Cyprianus martir & do
ctor egregius. Hic eſt, qui poteſtate ſibi tradita lupos venien
tes in veſtibus ouium arcere debet, & perſuadentibus Chri-
ſtum eſſe in domo, & in deſerto, & penetralibus obuiare au
14 ctoritate ſcientiæ ſibi donatæ, neque † enim plures magiſtri
eſſe poſſumus, teſte Iacobo, nec doctrinis varijs & peregri-
nis abduci nec ſeduci debemus ad Hebræos ultimo. nec fluc
tuantes omni vento doctrinæ moueri debemus. Sunt enim
difficilia quędam in ſacra ſcriptura, ut de epiſtolis Pauli di-
xit, beatus Petrus 2. Petri 3. & teſte Paulo 2. ad Corint. 4. oper
tum eſt euangelium ijs qui pereunt, & teſte Hieronymo in
epiſtola ad Algaſiam omnis epiſtola Pauli ad Romanos, ni-
mijs obſcuritatibus inuoluta eſt. & in lege veteri difficilia
erant & ambigua quamuis lex data & ſcripta fuiſſet in tabu
lis lapideis, ad quorum ſolutionem neceſſaria erat ſummi
ſacerdotis auctoritas. noſtra autem lex non fuit data in ſcri-
ptis per Chriſtum a principio, vt infra dicemus, & iſto reſpe-
ctu magis indigebamus paſtore & pontifice viſibili. Sed di-
15 cant hoc † heretici ipſi ſi fateri volunt veritatem, quod ſectas
perditionis, quod errorum diuerſitates, quod prauorum in-
terpretationum ad ſacram ſcripturam confuſiones experiũ-
tur quotidie, quod enim vnus ſeminauit hodie, cras alter co
natur euellere, nouam ſuperſeminans zizaniam, & Ezechie
lis 13. legitur. Væ prophetis inſipientibus, qui ſequuntur Spi-
16 ritum ſuum & nihil vident. Vnico ergo † viſibili magiſtro in
terris opus erat nobis, poſtquam miraculoſam Dei reſpon-
ſionem ad dubia, quæ occurrere potuiſſent, non meremur,
vt ipſe nobis certiſſimum pręberet oraculum, quemadmo-
dum in lege veteri prouiſum extiterat in illa auctoritate
Deuteronomij 13. ſuperius declarata, & Deuter. 13. aduerti-
tur. Si ſurrexit in medio tui propheta aut qui ſomnium uidiſ
ſe ſe dicat, & prædixerit ſignum, atque portentum & euene-
rit qđ loquutus eſt, & dixerit tibi, eamus & ſequamur Deos
alienos quos tu ignoras, & ſeruiamus eis, non audies uerba
prophetæ illius, aut ſomniatoris, quia tentat uos dominus vt
palam fiat, an diligatis eum, an non. Quis ergo nobis dicet
ſi eſt ſomniator an non, maxime cum uideamus portentum
illud quod fecit & eueniſſe quod loquutus eſt, ut ubi dicitur.
quis unquam nobis poterit ſatisfacere, qui ſummus infirmi
& omni uento doctrinæ circumferimur, ſi non ſtatuamus
unum archimagiſtrum & pro Chriſto doctorem, cuius obe-
dientię & reſpõſo tenaciter inhęreamus, preſertim cum tot
pſeudoprophetas & hæreticos, ueritas ipſa Chriſtus et Paulus
prædicator veritatis venturos prædixerint. quem obſecro
infirmorum non decepiſſet tot prodigijs Simon Magus, ſi
Simon Petrus ei non obuiaſſet, Si Paulus dicit, nolite omni
ſpiritui credere, opus eſt ergo quod aliquis ſpiritus certus &
infallibilis circa rem tam neceſſariam pręſupponatur in ter
ris, cui credere debeamus. Si primę ad Corinthios octauo. &
ad Coloſſenſes 2. dicitur. Nemo vos decipiat in ſublimitate
ſermonum per philoſophiam & inanem fallaciam, nonne
oportet eſſe aliquem unum, qui nobis ediſſerat illam eſſe
inanem fallaciam. cum ſermonum ſublimitate permiſtã.
& iſtum eſſe falſum prophetam, qui licet oculis ſimplicibus
appareat veſtitus ueſtimentis ouium, Lupus tamẽ rapax eſt
17 intrinſecus, intrinſeca ergo ab aliquo vno quem illuminet
gratia Spiritusſancti reuelanda ſunt, quemque nos uiſibilẽ
agnoſcamus reſponſorem, poſtquam miraculoſam Dei &
Chriſti Ieſu reſponſionem neque meremur, neque expecta-
mus, niſi per ſacram iſtius unici paſtoris & pro Chriſto uica-
rij doctrinam & monitionem, qui lac paruulis et eſcã alijs
ſuo tempore miniſtrabit. Vnde Hieronymus eleganter in d.
c. legimus. 93. diſtin. dicebat, quod autem unus electus eſt in
ſchiſmatis remedium factum eſt ne unuſquiſque ad ſe tra-
hens eccleſiam Chriſti rumperet. Et idem Hieronymus ad-
uerſus luciferianos ait. Eccleſiæ ſalus in ſummi ſacerdotis di
gnitate pendet, cui ſi non exors quædam & ab omnibus emi
nens poteſtas detur, tot in eccleſia efficient ſchiſmata, quot
Sacerdotes. Hunc ergo vnicum paſtorem ſequi & venerari
debemus & eidem in omnib. quæ præceperit humiliter obe
18 dientes † confiteamur eum in his quæ ad ouilis gubernatio-
nem pertinent errare non poſſe, qui ſicut eſt pro Chriſto vi-
carius ita & ab ipſo Chriſto regitur in his quæ, ut Chriſti ui-
carius operatur, & diſponit ad gregis ſibi commiſſi directio-
nem, & hoc fundamento ſolido et catholico præmiſſo, ne-
que oues huic paſtori obedientes errabunt, neque Deus ſtan
te lege eas, de tali obedientia reprehendet, quia qui fecit eas
oues huius ouilis, uoluit eas eſſe humiles, et obedientes
paſtori eiuſdem ouilis, et poterunt dicere cum beato Hi-
lario, his immedicabiliter imbutus ſum, in his commori
poſſum,

poſſum, emendari nõ poſſum & pabulum mihi a tuo paſto & vicario miniſtratum, a te miniſtratum Deus meuaagnoſco, magis volo ouis tua de illa obedientia, quam mihi præcepiſti tibi ſatisfacere quam de ſacrificio iuxta conſilium ſerui tui Samuelis primi Regum 15. cap. ſiquis iuni presbyteri 81. diſtinct. & cap. illud. de maioritate & obedientia. eligat paſtor a te conſtitutus prata in quibus depaſcere debeam, quia nociua eſſe non poterunt, & ſi potuiſſent nocere, quod ſteterit impoſſibile, non aboue obedienti, ſed a paſtore tuo quem mihi dediſti rationem ſuæ villicationis petere debes, iuxta legem a te conſtitutam. quæ omnia, ſi recte conſiderantur, omnis cura, omnis hęſitatio, omnis denique hæreticorũ ſuggeſtio a nobis procul abeſſet, & ſecuri intra hoc ouile recumberemus, nihil ſolliciti niſi Chriſto & eius vicario obedire, ſcientes quod ſi magiſtri eſſe plures uoluerimus, maius iudicium ſumimus in nobis, ut dicit beatus Iacobus in ſua canonica, & beatus Paulus ad Hebræos. 13. hoc nobis inſinuat dicens, obedite præpoſitis veſtris, ipſi enim peruigilant quaſi reddituri rationem pro animabus ueſtris. Qua tranquillita-
19 te nihil nobis tranquillius & iucundius ad paſtus ſecuritatẽ poterat excogitari. Donum quidem Dei, et inuentio fuit ad tollendas confuſiones & ſcandala quę ex magiſtrorum pluralitate proficiſcuntur. Hæc uolui ex ſacris literis & ſanctis patrib. in commendationem huius vnitatis congerere teſtimonia, et licet aliqua ex illis ad vnitatem charitatis et gratiæ applicentur, ut oratio illa Chriſti Ioann. decimo, ut ſint vnum, ſicut et nos, iuxta textum in capitulo damnamus. de ſumma trinit. ubi tex. dicit, cum veritas pro fidelib. ſuis orat ad patrem, uolo inquiens, ut ſint unum, ſicut et nos unum ſumus, hoc nomen unum, pro fidelibus accipitur, ut intelligatur unio charitatis in gratia. Tamen et ex ipſis poteſt hęc fidei et ouilia unitas comprobari, teſte enim Gregorio ſuper Ezechielem, niſi prius fides teneatur nullatenus ad ſpiritualem amorem attingitur, non enim charitas fidem, ſed fides charitatem pręcedit, et ut dicit Ambroſius libro de Cayn et Abel, fides eſt radix omnium uirtutum, & Auguſtinus de fide ad Petrum, fides eſt humanę ſalutis initium, ſine hac nemo ad filios Dei poteſt peruenire, ſine hac omnis labor uacuus eſt. Ideo autoritates illæ ad unitatem huius fidei & ouilis tanquam ad fundamentum, & radicem aliarum uirtutum comprobandam adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Paſtoratus iſte fuit promiſſus Petro in illa authoritate Matth. 16. Tu es Petrus & ſuper hanc petram, &c.*

2 *Filiationem adoptiuam Dei, vt conſequerentur homines quantumcunque ſancti neceſſe fuit iuxta Domini diſpoſitionem Deum hominem factum mori non ſic in Chriſto filio vero Dei viui.*

3 *Petrus appellatur Bariona hoc eſt filius columbæ quaſi filius Spiritusſancti Hieronymo teſte.*

4 *Paſtoratus Petri confirmatur Luca 22. vbi Chriſtus ad Petrum dixit, ego rogaui pro te vt non deficiat fides & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.*

5 *Petri nomen primo loco præponitur ab euangeliſtis ante nomina aliorum Apoſtolorum.*

6 *Petrus per aquam venit ad Chriſtum aliis nauigio venientibus in ſignum maioris pontificii, teſte Bernardo.*

7 *Petro dictum eſt duc in altum rete, aliis quod laxent retia in teſtimonium maioris poteſtatis teſte Ambroſio.*

8 *Petro ſoli dictum eſt ut ſoluat didrachma pro Chriſto & pro ſe tanquam patresfamilias deſtinato pro Chriſto.*

9 *Petro ſoli dictum eſt vt hamo piſcaret intelligendo per hamum ferrum iuriſdictionis qua Petrus aliis præeſſe debebat teſte Ambroſio.*

10 *Petrus tanquam dux aliorum reſpondit Chriſto Io. 6. Domine ad quem ibimus, nos credimus & cognouimus quia tu es Chriſtus filius Dei.*

11 *Petrus de omnibus diſcipulis curam habens dixit ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te quid ergo erit nobis.*

12 *Petro dicitur tanquam capiti ſi peccauerit in te frater tuus corripe eum &c. & ipſe interrogans quoties debeat hoc facere.*

13 *Petro impoſitum eſt nomen Cephas quod interpretatur caput et ipſe quaſi inſtructionis aliorum curam gerens dicit ediſſere nobis parabolam hanc.*

14 *Petrus præcæteris increpatur quando Chriſtus inuenit diſcipulos dormientes quaſi ex commiſſo officio debuerit plus vigilare.*

15 *Petrus humilitate magna reſiſtebat humilitati Chriſti in lotione pedum dicens, tu mihi lauas pedes, & non lauabis mihi pedes in æternum.*

16 *Petrus tanquam dux illorum qui Ieſu Chriſti partes agebant eduxit gladium & amputauit auriculam malchi, feruens amore magiſtri quem vinctum & a ſuis derelictum aſpiciebat.*

17 *Petrus licet conſuluiſſet Chriſtum eo tempore, dicens, Domine ſi percutimus in gladio, nullam tamen reſponſionem expectauit eius amor inflammatus.*

18 *Chriſtus multis verbis & rationibus perſuaſit flammato amori Petri, vt ab armis & impedimento tam neceſſariæ paſſionis deſiſteret.*

19 *Petrus tam amare fleuit propter negationem vt in eius facie calles haberet per quos lachrimæ decurrebant.*

20 *Petro per verba illa Matthęi. 16. promiſſus fuit paſtoratus qua erant de futuro.*

21 *Electione facta etiam in concordia de aliquo ad dignitatem opus eſt ut poſtea confirmatio ſubſequatur.*

CAP. XIIII. In quo monſtratur primum pro Chriſto vicarium & paſtorem huius ouilis fuiſſe Beatum Petrum apoſtolorum principem, & eidem a Chriſto fuiſſe promiſſum hunc paſtoratum.

Poſtquam in ſuperioribus oſtendimus vnitatẽ huius Ouilis & paſtoris pro Chriſto vicarij eſſe de neceſſitate ſa-
1 luris, & a Chriſto domino noſtro traditam ſub præcepto. Supereſt nunc iam intelligere quis ſit iſte vicarius, & quis primo fuerit huic paſtoratui deſignatus poſt Chriſti ad cœlos aſcenſum. Et quidem, ſi ſanis & ſimplicibus oculis id inſpiciamus, non tumidis, aut ſuperbis, Luce clarius inueniemus beatiſſimo Petro Apoſtolo fuiſſe primo loco demandatam hanc prouinciam. Nam imprimis adducitur inſignia ille tex. Matthæi. decimoſexto quando ſcilicet Chriſtus interrogabat diſcipulos ſuos, quem dicunt homines eſſe filium hominis, reſponderunt ipſi, Alii Ioannem Baptiſtam, Alii Heliam aut unum ex prophetis, & dicente Chriſto, vos autem quem me eſſe dicitis, reſpondit Simon Petrus, tacentibus aliis fide plenus, vt uerbis Hilarii vtar. lib. de trinitate, in cunctorum apoſtolorum ſilentio, Dei filium reuelatione patris intelligens vltra humanæ infirmitatis modum, & dixit. Tu es Chriſtus filius Dei uiui, per quæ uerba, filius Dei uiui, veram diui-
2 nitatem confeſſus fuit. Nam †prędeſtinati homines & ſancti & ſi filij Dei nominentur, & ſint, teſte Ioanne, tamen hanc filiationẽ adoptionis vt conſequerentur, neceſſe fuit Deum fieri hominẽ, & ſic factum hominem mori. At Chriſtus Dominus noſter veram non adoptiuam filiationem Dei uiui ab æterno habuit, nec pro illa conſequenda oportuit Deum fieri hominem mortalem. Confeſſus eſt etiam Petrus veram Chriſti humanitatem, ut Lyra ponderat in illis verbis. Tu es Chriſtus &c. In remunerationem ergo tam ſublimis & glo-
2 rioſę confeſſionis meruit a Chriſto audire, Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuilauit tibi, ſed pater meus, q in cęlis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus & ſuper hanc Petram ędificabo eccleſiam meam, & portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis, Mercedem recipit vera confeſſio inquit Hieronimus ibi, beatus es Simon Bariona, quia non reuelauit tibi caro & ſanguis, quod caro & ſanguis reuelare non potuit, Spiritusſancti gratia reuelatum eſt, ergo ex confeſſione ſortitur vocabulum, quod reuelationẽ ex Spiritusſancto habeat;
3 cuius & filius appellandus ſit, ſi quidem †Bariona in noſtra lingua ſonat filius columbæ, quibus uerbis Hieronymus Petrum quaſi filium Spiritus Sancti nominare uidetur, ut intelligas lector propter tam glorioſam confeſſionem, quem titulum audire meruit. Et ego dico tibi cuius dicere facere, eſt quia tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. &c. Per iſta uerba fuiſſe Petro primatum hunc promiſſum duntaxat teſtantur tot Sacri doctores relati a Roffẽſe articulo uigeſimoquinto. a Pigbio libro ſecundo de eccleſiaſtica Hierarchia, & ab Echio in Enchiridione & libris etiã de primatu Petri, quod eos recenſere nõ eſſet niſi tranſcribere verba eorum, uidebis Cyprianum, Ireneum. Dionyſium, Origenem, & pleroſque alios tam antiquos, quam nouiſſimos, quibus quanto maior fides ſit adhibenda, quam hęreticis noſtri temporis, ſatis oſtendit uicinitas eorum, ſeculis apoſtolorum, ſanctitas vitæ martyrium Dionyſij & Cypriani, & eruditio illorum SS. Patrũ collata cũ libidine ſuperbia & noua chimera iſtorum, qui ut voluptatibus ſuis & carnalibus deſideriis ſubſeruirent noua hæc, & a tanta ſanctitate & eruditione diſſonantia phantaſmata ſuſcitarunt contra
4 veritatem eccleſiæ & proprietatem verborum, tam aperte primatum hunc comprobantium. Citatur etiam & illud Lucæ vigeſimoſecundo, teſtimonium ubi Chriſtus dixit Petro Simon ecce ſatanas expetiuit, uos, ut cribraret ſicut triticũ, ego autem rogaui pro te ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, tranſumptiue in c. primo 21. diſtinctio. & in capitulo. maiores. de Bapriſmo. vbi nominatim & diſiunctim ab alijs eum uocat, & communem omnium tentationem prædixit, ibi expetiuit vos, & tertio ad Petrũ ſpecialiter, ego rogaui pro te, non dixit pro

vobis, ut non deficiat fides tua, non dixit, veſtra, & in præſen
tia aliorum dixit, & tu confirma fratres tuos, ego tui & tu il-
lorum curam habentes. Quid obſecro apertius & clarius pōt
adduci auctoritate iſta in qua pro Petro rogat Chriſtus, & pe
tit indefectibilitatē fidei & poteſtatem confirmandi fideles
uide quos ſupra citaui conferentes quaſi eoſdem ſanctos pa-
tres ſuper hoc teſtimonio. Allegatur etiam in comprobatio
5 nem huius † primatus quod Matthæi decimo. Marci. quarto
& Lucæ. ſexto. Apoſtolorum nomina recitantur, & ſemper
a primo Petro incipit nominatio, ut ponderant Hieronimus
& Chriſoſtomus ibi relati, & quod Ioannis uigeſimoprimo,
6 quando ſolus Petrus, per † aquam venit ad Chriſtum aliis na
uigio venientibus, ut ponderat Bernardus inſignum ſingula
ris pontificii libro ſecundo. de conſideratione ad eugenium
ibi relatus, & Lucę. quinto. aliis diſcipulis dicitur quod laxēt
retia, ſoli Simoni dicitur, duc in altum, vt per Ambro. in ca-
pitulo non turbatur. uigeſimaſecunda quæſtione prima. vbi
7 ait, & ſi alijs † imperatur ut laxent retia, ſoli tamen Petro dici
tur, duc in altum, hoc eſt in profundum diſputationum, qd
enim, tam altum, quam altitudinem diuitiarum uidere, id
eſt ſcire Dei filium, & profeſſionem diuinę generationis aſſu
mere, quam licet mens nequeat humana plene rationis in-
ueſtigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo cōple-
ctitur & Matthæi. 17. ſoli Petro in præſentia aliorum diſcipu
8 lorum præcipitur, ut ſoluat didrachma pro Chriſto & pro ſe
ipſo Petro tanquam ſuperiore aliorum, ut etiam ponde-
rant ſancti patres ab Echio & aliis congeſti, & ei dicitur. Mit
9 te hamum quo genere apoſtolico piſcādi ſolus Petrus piſca
ri iubetur, ut ponderat Ambroſius. in capitulo eſt aliud. vige
ſimaquarta quæſtione prima, intelligendo per hamum fer-
rum iuriſdictionis qua Petrus pręſuit alijs, ut ibi declarat gl.
notab. Adducitur etiam illud inſigne teſtimonium de fide
10 Petri Ioannis 6. quo † feruor amoris eius ad Chriſtum inſpici
tur. Quando dicente domino niſi manducaueritis, carnem
filii hominis & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitā
in uobis, multi ex diſcipulis abierunt retrorſum, & non iam
cum Ieſu ambulabant, dixerant enim durus eſt hic ſermo,
& quis poteſt eum audire & cōuerſus Chriſtus ad duodecim
dixit, nunquid & vos vultis abire, reſpondit Petrus vnus, ut
ibi gloſa dicit, pro omnibus & tanquam dux omnium deſti-
natus Domine quo ibimus, verba vitę ęternę habes & nos
credimus & cognouimus, qa tu es Chriſtus filius Dei, & Mat
11 thæi decimonono, quo tempore iam erat ſibi promiſſa eccle
ſię gubernatio tanquam curam gerens aliorum, interroga-
uit. Ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te quid er-
go erit nobis, & ſimiliter Matthęi decimooctauo, reſpiciens
Ieſus in diſcipulos ſuos dixit Simoni Petro tanquam capiti.
12 Si peccauerit in te frater tuus, &c. & ipſe reſpondit interro-
gans ſi vſque ſepties deberet corrigere, quæ omnia poſt pro-
miſſum primatum hunc contigerunt, & ad hunc primatū
comprobandum ponderat ea ibi, Chriſoſtomus eleganter.
Quid præterea referam quando impoſitum eſt ſibi nomen
Cœphas, quod interpretatur caput & principium Apoſtola-
13 tus, teſte Anacleto in capite. Sacroſancta, vigeſimaſecunda
diſtinctione, quid quando Matthæi decimoquinto, & Lucæ
decimooctauo, dixit Domine ediſſere nobis parabolā hanc,
14 quaſi inſtructionis aliorum curam habere profeſſus, quid qn̄
Marci decimoquarto, Dominus reuerſus eſt ad diſcipulos
tres, & inueniens eos dormientes Petrum præcæteris increpat dicens, Simon dormis non potuiſti una hora vigilare me
cum? quaſi ex commiſſo ſibi officio debuerit plus reliquis ui
gilare. Quid commemorem quod factum fuit in lotione pe-
dum, tempore Cœnę, quando venit primo loco vt ad præſi
dem aliorum, ad Simonem Petrum, qua admiratione qua
15 humilitate † Chriſti humilitati reſiſtebat dicens, Domine tu
mihi lauas pedes? tu quem ego confeſſus ſum filium Dei vi-
ui lauas immundos pedes mihi qui ſum puluis & cinis, non
lauabis mihi pedes in æternum, & replicante Domino, ſi nō
lauero te non habebis partem mecum. Timore tantę pœnæ
triplicat Petrus, Domine ne a tuo conſortio ſeperer, nō tam
pedes, ſed manus & caput, & ſic cæteri tacuerunt tanquam
capite deſtinato eiſdem iam confutato. Quid etiam rememo
rer tempora paſſionis quādo tanto amore accenſus & inflam
matus promiſit quod poſtea per fragilitatem ad implere nō
potuit. Et ſi oportuerit me commori tecum non te negabo
a qua promiſſione ſi ad vocem ancillæ defecit, vide qd prius
contra fortiſſimum militem aggreſſus fuit, quando traditor
Iudas dux eorum, qui comprehenderunt Ieſum cum mini-
ſtris, faſcibus, & armis, acceſſit ad Chriſtum & oſculatus eſt
eum, cœteri vero iniecerūt manus in Ieſum, & diſcipuli om
16 nes relicto eo fugerunt. Solus autem † Petrus tanquam dux
eorum qui Ieſu Chriſti partes agere debebant eduxit gladiū
& percuſſit pontificis ſeruum, auriculam eius pręſcindens,
& mortis periculo tam notorio ſe ſolus exponens, cōtra tot
aduerſarios, feruens amore magiſtri quem ligatum & op-
preſſum ac a ſuis derelictum aſpiciebat. Nec myſterio vaca-
uit auriculæ huius abſciſsio, teſte Gręgorio in capitulo ſi Pe
trus. vigeſimaquarta quæſtio. prima ubi ait ſi Petrus volens
percuſsit aurem, docuit quod aurem in ſpecie habere non
deberent quam in miniſterio non habebant, ſed bonus Do-
minus & ipſi refundit auditum, ſecundum prophetica dicta
demonſtrans & ipſos ſi cōueniātur poſſe ſanari qui in paſsio-
ne Chriſti vulnerati ſunt, eo quod omne peccatum in mini-
ſterio fidei abluatur, Tollit ergo Petrus aurem, quare Petrus,
quia ipſe eſt qui accepit claues regni cęlorum. Ille enim con
demnat qui & abſoluit, quoniam ligandi & abſoluendi ipſe
eſt qui accepit poteſtatem, tollit autem aurem male audiē-
tis, tollit gladio ſpirituali aurem interiorem male intelligen
17 tis, & licet prius Dominum conſuluiſſet † dicens. Domine ſi
percutimus in gladio, nullam tam potuit eius amor inflam-
matus reſponſionem expectare, nec quamuis ſolus erat ti-
muit tātum concurſum, & multitudinem armatorum, nec
18 a propoſito deſtitiſſet quamuis trucidandum ſe videbat a tā
tis, ſi & Chriſtus † non dixiſſet. Mitte gladium tuum in vagi-
nam, calicem quem dedit mihi pater nos uis ut bibam illū.
an putas quia non poſſum rogare patrem modo & exhibe-
bit mihi pluſquam duodecim legiones angelorum, quomo
do ergo implebuntur Scripturæ. Vide quot rationibus & ver
bis oportuit Chriſtum perſuadere flammato amori, Beati Pe
tri, vt ab armis & impedimento tam neceſſariæ paſsionis de-
ſiſteret & deſtitit Petrus ut Chriſto obediret, & ne iterum au
diret, vade poſt me Sathan Mattęi. decimoſexto. ubi Sathan
fuit appellatus, quia auſus fuit dicere Domine non erit tibi
hoc, & ſic Petrus conuertit gladium in vaginam, & tamen
non per hoc præceptorem deſeruit, ſed continuo ſequutus
eſt eum, uſque ad fragilem negationem pro qua poſteaquā
19 amare fleuerit, referunt euangeliſtæ, refert etiam † Beatus
Clemens eius diſcipulus, quod quotidianam fletus amari,
pro illa negatione pęnitentiam agebat, adeo ut in eius facie
calles, per quos lachrimæ decurrebant, quiſquis aſpiceret.
Quib. omnibus auctoritatibus facile & apertiſſime conuin-
centur omnes, niſi qui Spirituiſancto obſtinate reſiſtant
credere, primatum hunc fuiſſe Petro conceſſum in pręmiſſ
tam glorioſæ confeſsionis. Et eundem beatum Petrum a
Chriſto fuiſſe deſtinatum, & electum in paſtorem ac pro
Chriſto vicariū huius ouilis, pręcipue Matthæi. decimoſex-
20 to dum ſibi dictum eſt. Tu es † Petrus & ſuper hanc petram
ædificabo eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cœlo-
rum, quodcunque ſolueris ſuper terram &c. quæ verba cum
omnia ſint de futuro non eſt mirum ſi gl. in capit. in nouo.
vigeſimaprima deſtinatione, verbo, Tu es, &c. in cano. conſi
derandum. l. diſtinctione. & Panormitanus in capitulo ſi-
gnificaſti. de electione. & in aliis multis locis dixerint alii
Canoniſtæ, promiſſione & deſtinatione fuiſſe per illa uerba
electum beatum Petrum, præſertim cum per uerba de præ-
ſenti tam aperta & manifeſta, primatus iſte uel collatus,
vel confirmatus fuerit. Ioann. vltimo, quando dictum eſt ei,
paſce oues meas, non ergo negant Canoniſtę Catholici,
prout hæretici contra eos cauillantur, locum illum Mat-
thæi, vigeſimoprimo, non probare primatum Petri. Im-
mo concludentiſſime illum probat, prout, & in variis de-
cretis ad hoc citatur textus, ille, ſed tantum dicunt per
illa verba probari electionem & deſtinationem a Chriſto fa
ctam de Petro ad huius dignitatis apicem. Collationem au-
tem ſeu confirmationem accepiſſe Ioannis vltimo, Paulo
antequam Chriſtus cœlos aſcenderet. nam vt ſæpe diximus,
pro tempore quo Chriſto viſibili & affabili ſecundum præ-
ſentiam humanæ conuerſationis fruebatur ille puſillus &
apoſtolicus grex, nullo alio paſtore & doctore indigebat, qui
in carne videbat, & facie ad faciem alloquebatur regem re
gum, doctorem doctorum, & dominum dominantium. fuit
ergo Petrus per illa verba ſecundum Canoniſtas, electus in
paſtorem & pro Chriſto vicarium, collatus autem actualiter
& confirmatus per illa verba, paſce oues meas, ſicut & expe-
rientia nos docet, & quotidie videmus de iure & de facto ſer
21 uari, nam in dignitatibus, tam eccleſiaſticis, quam ſecula-
ribus ultra electionem & nominationem etiam in concor-
dia factam de aliquo quantumuis bene merito, interponi-
tur confirmatio adminiſtrationi neceſſaria iuxt. c. cupiētes.
de elec. li. 6. cum multis ſimilib. & iuxta illud Pauli, nemini
cito manū imponas. Sed ſiue per illa verba, tu es Petrus, &c.
electus fuerit tantum, ſeu, vt alij volunt, primatum, accepe-
rit, vtcunq; ſit, & deciſ. i. ſedis apoſt. tanq̄ magr̄ veritatis torū
relinquendo, locus ille pro primatu Petri ab omnib. & Theo
logis & Canoniſtis uniformiter allegatur, tanquam ſolidiſ-
ſimum huius cathedræ fundamentum. Sed audiamus, obſe
cro,

tro, & perpendamus textum illum Ioannis vltimo, in quo ſecundum Canoniſtas actualis collatio, confirmatio, & realis inueſtitura Petro ſacta per Chriſtum dominum paulo antequam cœlos aſcenderet irreſragabiliter probatur.

SVMMARIVM.

2 *Petrus & Ioannes auditis mulieribus licet ambo cucurrerint ad monumentum & licet Ioannes præcurriſſet citius Petro, tamen Petrus introiuit primus in monumento tanquam pontifex aliorum in ſancta ſanctorum.*

2 *Petro ſoli nulla facta de Ioanne mentione attribuit Lucas inter ad ſepulchrum, non quod Ioannes ibi non fuerit, ſed quia de ſolo prælato dicitur profectus eſt ad talem locum nulla de comitibus eius facta mentione.*

3 *Diſcipuli Emaus reuerſi inuenerunt alios loquentes de apparitione facta Petro & dicentes, ſurrexit Dominus vere & apparuit Simoni tanquã capiti eorum ad inſtructionem noſtram vt de nulla doctrina loquamur cum certe ſicut de illa quam Chriſti uicarius vel ſibi reuelatam. uel a ſe approbatam dicat.*

4 *De Petri apparitione dicitur ſurrexit Dominus vere, & apparuit Simoni.*

5 *Angeli in reuerentiam Petri dixerunt mulieribus ite dicite diſcipulis eius & Petro.*

6 *Petrum ſequentes diſcipuli etiam quando vadit piſcari meruerunt videre dominum.*

7 *Petrus poſt reſurrectionem videns dominum in mare ſe miſit, non timens profunditatem eius nec ventum.*

8 *Chriſtus Ioan. vigeſimoprimo, ad omnes dixit afferte mihi de piſcibus, ſed ſolus Petrus tanquam illorum paterfamilias traxit rete plenum magnis piſcibus.*

9 *Petri rete licet in aliqua parte diſſuatur, nunquam tamen in Totum rumpetur*

10 *Petro confertur paſtoratus iſte, Ioan. vlt. per illa uerba paſce oues meas quæ ſunt de præſenti.*

x *In cathedra & bibliotheca Petri in qua Ioannes concludit ſuum euangelium reconduntur omnes libri de actibus Chriſti, qui ſi ſcribendi fuiſſent nec mundus capere poterat eos libros, teſte Ioan. ibi.*

12 *Ioannis euangeliſtæ dignitas recenſetur qui ſolus huiuſmodi paſtoratus collationem teſtificatus eſt.*

13 *Thoma præſente qui de reſurrectione dubitauerat confertur paſtoratus, ne de eo dubitaretur, & propterea fit particularis mentio ibi de Thoma Dydimo.*

14 *Pontifex licet peccet, non propterea deficit in eo poteſtas pontificalis.*

15 *Paſtoris eſt paſcere. & noſtrum eſt obedire paſtori ac Chriſti uicario.*

16 *Chriſtus ter interrogauit Petrum de amore & trinam eius reſponſionem expectauit, vt quia tertio negauerat, tertio quoque Petrus confiteretur.*

17 *Chriſtus ampliorem curam de Petro quam de alijs geſſit quia illi ſpetiatim dixit, ſequere me.*

x8 *Paſcere verbum in ſacra ſcriptura ſignificat regere.*

CAP. XV. In quo probatur paſtoratum, & iſtum pro Chriſto vicariatum fuiſſe Petro collatum poſt reſurrectionem, paulo antequam Chriſtus cœlos aſcenderet.

Poſt glorioſam Domini noſtri Ieſu Chriſti reſurrectionẽ fuiſſe Petro, ut præſidi aliorum a cæteris apoſtolis habitam reuerentiam, quam ſuis Chriſtum negauerat, plura indicãt teſtimonia. Imprimis memorandum illud documentum beati Ioannis, quem diligebat Ieſus, quando Petrus & ipſe. Ioan. vigeſimo, auditis mu
1 lieribus venerunt ad monumentum. ambo quidem cucurrerunt ſimul, & Ioannes præcurrit citius Petro, & primus ad monumentum venit, non tamen introiuit, donec veniret Simon, & Petrus primo in munumentum introiuit, quaſi aliorum pontifex in ſancta ſanctorum, & ibi uidit lintheamina poſita, & ſudarium quod fuerat ſuper caput Ieſu. Tunc ergo introiuit, et ille diſcipulus qui primus uenerat ad monumentum, & vidit & credidit. Hoc teſtimonium ſi non eſt reuerentiæ Ioannis ad Petrum præcipuæ, præcedentibus ſupra citatis auctoritatibus, ignoro prorſus quid ſit maxime, cum ille diſcipulus tantum diligeretur a Chriſto, ut matrem dilectiſſimam ei commedanerit, & qui ſupra pectus domini in cœna recubuit, ubi diuinæ fluenta doctrinæ potauit, inter quæ primatus huius articulum perfecte hauſiſſe credendus eſt. cũ ipſemet ſit auctor, ipſemet ſcribat hoc & denique ipſemet Ioannes teſtificatus fuerit collationem huius primatus, quæ Petro ſoli poſtea facta fuit, vt ſtatim declarabimus. & pondera quod nec Ioannes nec alij Apoſtoli audierant adhuc Chriſtum remittentem Petro negationis peccatum, nec viderãt aliud teſtimonium niſi quod Petrus fleuerat amare, & nihilominus deferebãt Petro ut põtifici ſibi deſtinato, nihil ſolli citi ſi iã Chriſti gratiã recuperaſſet, nec ppea debitã ei obediãtiã denegarũt. vt cõfundant miſeri hæretici tẽpis noſtri, qui Pontifici ita demũ obtẽperandum eſſe contendunt, ſi prius eis reuelatum fuerit Chriſtum remiſiſſe peccata põtificum. phrænеſis quidem tam inſana quantum hæretica. Sed pro-
2 grediamur vlterius. Similiter † Lucæ. 24. refertur eadem hiſtoria, & nulla de Ioanne facta mentione dicit Lucas, Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum, & procumbens vidit lintheamina ſola poſita, & abiit ſecum mirans, quod factum fuerat, & ſic ſoli Petro attribuit Lucas tanquã paſtori & duci aliorum deſtinato introitum illum ad ſepulchrum, non quod Ioannes ibi non fuerit, neque enim contradicerent ſibi ipſis Euangeliſtæ, ſed quia de prælato, & præſule ſolet dici, quod profectus eſt ad talem locum, nulla de comitibus eius facta mentione. Adde etiam quod eodem 24. Lucæ refertur aliud non minus notandum reuerentiæ huius indicium, quando, ſcilicet duo illi diſcipuli reuerſi de
3 caſtello Emaus † inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant dicentes, quod ſurrexit Dominus vere, & apparuit Simoni. In quo aduertendum eſt, quod licet Marcus referat Chriſtum primo apparuiſſe Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia, & licet eccleſia pia quadam conſideratione credat, primam apparitionem fuiſſe factam beatæ virgini, & deniq; licet alias apparitiones factas
4 legamus, de nulla † tamen eo tempore colloquebantur diſcipuli, niſi de ea ſola, qua apparuit Simoni deſtinato in ſummum ſacerdotem, & vicarium Ieſu Chriſti, a quo cæteri in fide confirmari debebant, iuxta illud, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Quo etiam exemplo docemur ad propoſitum noſtrũ, nullas alias apparitiones, nullas alias doctrinas recipiendas, de nullis alijs colloq nos debere, niſi de illis, quas Petrus, ſeu eius ſucceſſor vel ſibi reuelatas, vel a ſe approbatas conteſtetur. Quod ſi firmiter & catholice conſeruaretur, plures oues in hoc ouili etiam conſeruarentur. Et quoque notandum arbitror, quod de nulla apparitione legitur in ſacra ſcriptura, quãuis omnes certo certiores, & indubitatiſſimæ fuerint, tanta exaggeratio certitudinis, quanta legitur de ea quæ Petro facta fuit, quia, inquit, ſurrexit Dominus vere & apparuit Simoni, quaſi illa ſola debeat dici magis vera ad noſtram inſtructionem & ædificationẽ, quæ pontifici noſtro facta legitur, de illa enim dubitare nemini licet, quia vere ſurrexit, & vere apparuit illi poſtquam
5 Petrus omnium pontifex ipſe dicit. pondera etiam † angelos ipſos eo tempore quaſi reuerentiam quandam in Petro ſeruaſſe, nam, ut refert Marcus. cap. 16 Angeli dixerunt mulieribus. ite, dicite diſcipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galileam, Petro inquam, vt capiti, & principi aliorum, & in ſignum ſingularis pontificii, & præeminentiæ ſupra cæteros, alias enim quid oportebat commemorare ſpecialiter Petrum, qui iam nomine diſcipulorum comprehendeba-
6 tur. præterea Io. 21. erant ſimul Simon petrus. † & alij multi ex diſcipulis, & dixit Simon petrus, uado piſcari, dicunt ei, uenimus & nos tecum, quaſi oues paſtorem ſequentes, & ibi meruerunt uidere Ieſum, ſequebantur enim principem ſuum, & deſtinatum in ſummum ſacerdotem, quem ſi omnes ſequerentur per viam quam ipſe docet. dominum quoque in
7 cœleſti gloria uiderent. Et Petrus ibidem videns Ieſum † nõ nauigio, ſicut alij, ſed tunica ſuccinxit ſe, erat enim nudus, & miſit ſe in mare plenus fide, ut citius ad Ieſum ueniret, ſicut & uenit nullum timens uentum, nec aquæ nec maris pfunditatem, ſecurus, quod non mergeretur, qui Chriſti vicarius & paſtor huius ouilis fuerat deſignatus, non ſic Matth. 14. ante promiſſum primatum, ubi etiam noluit ambulare ſupra mare, dicens ad Ieſum domine, Si tu es iube me uenire ad te, & quamuis Chriſtus ei dixerat, ueni, nihilominus timuit ventum validum, & cum cœpiſſet mergi clamauit, dicens, Domine ſaluum me fac, & continuo Ieſus extendẽs manum apprehendit illum, & ait illi, modicę fidei quare dubitaſti, modo autem poſt vicariatum promiſſum, quamuis mittat ſe in mare, & procellæ, ac tempeſtates contra eum ſuſcitentur, non timebit demergi in portu nauigans,
8 quia Dominus rogauit pro eo, ut non deficiat fides eius, pondera † etiam in illo capitulo vigeſimoſecundo. Ioannis, quando dominus omnibus dixit, Afferte mihi de piſcibus, quos præhendidiſtis, ad omnes ſermonem dirigens in plurali, ſed ſolus Simon Petrus, vt dux aliorum, & præſul deſtinatus illi ſancto Collegio, aſcendit & traxit rete in terram plenum magnis piſcibus, centum quinquaginta tribus, & cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete,
9 erat enim rete Petri, quod licet in aliqua parte quandoque diſſuatur, non tamen rumpetur, nec ſcindetur a perſequutoribus ſuis, nec piſces intra illud rete incluſi pondere ſuo ſcin-

dent rete Petri, qui piſcator hominum factus erat, Matthæi
quarto. Nam hi milites, manſueti & benigni quales multi
ſunt intra rete iſtud tanquam nihil ponderis habētes in ma-
litia, non ſolum non ſcindunt illud, ſed eorum orationib.
cōſeruat dominus & ſi peccatores cum illis admiſceantur,
ſicut Lucæ 5. factum agnouimus quando fere rumpebatur
rete præ multitudine piſcium copioſa, & diſcipuli annuebāt
ſocijs, vt eos adiuuarent, & tamen quia Petrus laxauerat re-
te in verbo Domini, non ſolum non eſt ruptum rete, ſed eo
procidente ad genua Ieſu & dicente, exi a me domine, quia
homo peccator ſum, reſponſum ei fuit, noli timere, ex hoc
iam eris homines capiens. Sed audi iam catholice lector col-
10 latorem † huius pontificatus, & collationem, lege ſcripturā
confirmationis, pondera authoritatem notarij, ſeu tabellio-
nis teſtificantis eam, nota teſtes illius integros, conſidera tē
pus & horam, attende qualitates, ſuper quibus examinatur
prius is cui confertur dignitas iſta, contemplare modum, &
reſponſum examinandi, & videbis omnia diuinis referta mi
ſterijs, qualia poſtulabat neceſſaria tantæ dignitatis inſtitu-
tio, in qua concludit Ioannes ſuum euangelium, quaſi indi-
cans, licet multa alia fecerit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſin-
gula, nec ipſe mundus poſſet capere libros, qui ſcribi potuiſ-
11 ſent, ut ipſe in fine dicit, ſed tamen in hac dignitate, † cathe-
dra, & bibliotheca, quæ hodie confertur, & in qua meum li-
brum euangelij concludo, inuenietis omnia illa quæ ego
non ſcribo, in ea eſt epilogus & ſumma omnium quæ dixi
in euangelio, & quæ dici potuiſſent. Dicit ego Ioannes vl-
timo capite, & in vltimis verbis euangelij. Nota nota-
rium diuinum quem diligebat Ieſus aquilæ comparatum,
qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit, qui teſtimo-
nium perhibet de his, & ſcripſit hęc, & ſcimus, quia ve-
rum eſt teſtimonium eius, qui quod uidit oculis proprijs, qđ
audiuit, quod perſpexit, & quod manus eius contrectauerūt
de verbo vitæ annuntiat, & atteſtatur, cui reuelata ſunt ſe-
creta cœleſtia, cui Chriſtus matrem ſuam dilectiſſimam cō
mendauit titulo filij tam ſanctæ genitricis decorato, ille de
quo exiit ſermo inter fratres, quia diſcipulus ille non mori-
tur. Is denique de quo Petrus tantæ dignitatis honore colla-
tus, quaſi expaueſcens cur de Ioanne nullam Chriſtus in vl-
timo vale fecerit mentionem, & quem tempore cœnæ inter-
ceſſorem ipſemet Petrus ſtatuerat ad Chriſtum, ut eum de
nomine proditoris interrogaret, nunc in hoc capite inter-
rogat Chriſtum, Domine hic autem quid? ille inquam
oratius diuinus filius tonitrui, quem Ieſus plurimum
amauit, & qui de pectore ſaluatoris doctrinarum fluen-
ta potauit, teſte Hieronymo in capitulo legimus. nona-
12 geſima tertia diſtinctione. ſolus ille † collationem actua-
lem huius dignitatis teſtificatur, nam de promiſſione & ſin-
gularibus Petri geſtis, & laudibus loquuti fuerunt & alij
Euangeliſtæ ut ſupra diximus, ſed de inueſtitura reali, ſolus
Ioannes loquitur in hoc ultimo capite dicens. Cum ergo prā
diſſent dixit Simoni Petro Ieſus nota tempus & horam, ſci-
licet poſtquam cum Ieſu prandidiſſent, & ſic poſt Sacrum il
lud conuiuium, pondera examen magiſtri Sic enim dixerat
in lotione pedum vos vocatis me magiſter & bene dicitis.
Poſt illud ergo conuiuium in præſentia omnium diſcipulo-
rum qui prandiderant cum Ieſu & quibus Petrum præeſſe
uolebat & præſente Thoma Dydimo, qui de reſurrectione
dubitauerat, & de quo fit mentio indiuidua in iſto capite, ibi
13 erant Simon Petrus, & Thomas, † qui dicitur Dydimus, &c.
ne de illo pontificatu tam neceſſario ad fidei conſeruationē
ambigeret, ſicut de reſurrectione dubitauerat, dixit Simoni
Petro, Simon Ioannis, diligis me plus his, quaſi dicens. Si-
mon Ioannis obediens, miſericors, grata Deo, & inſellita Co
lumba. Sic enim interpretantur uerba illa, quia tales debent
eligi, & electi curare debent, ut tales perſeuerent, non quod
14 † deficiente gratia in pontifice deficiat poteſtas pontificalis,
quia hoc hæreticum eſſet, & totius confuſionis nutritiuum
Simon ergo Ioannis, diligis me plus his &c. Memini me iam
uerba hæc ſupra capitulo tertio declaraſſe, & illam etiam
trinam Petri reſponſionem, & quaſi illam Ioannis auctorita
tem, adeo hic non repetam, ſed duntaxat ſummabo quę dixi
examen enim de dilectione ad Deum & oues fecit, vt intel-
ligamus paſtorem noſtrum primarium directurum & inſpi
raturum vicario ſuo ea quæ nobis in viam ſalutis eternæ cō
uenient, & quod nos non oues cuiuſcunque, ſed ſuas appel
lat dicens, Paſce oues meas, & quanto ſtudio curare debe-
mus vt veluti oues manſuetæ, benignæ & obedientes efficia
15 mur. Noſtrum ergo ſit obedire, paſtoris paſcere, quia Chri-
ſti erit vicarium ſibi dilectiſſimum huic ouili præficere. pro-
pterea enim Petrum trina interrogatione ſuper hac dilectio
ne voluit examinare, ita, vt Petrus, quaſi ſibi diffideret con
triſtaretur de tot interrogationibus ſuper amore eius ad

Chriſtum, qui ſicut patri æterno factus eſt pro nobis obediēs
vſque ad mortem crucis, tanquam agnus, & ouis ad occiſio-
nem ducta. Eſaię 53. ſic uoluit ut nos tanquam oues & agni
ſui ſimiliter, & ipſi & uicario eius obedientes efficeremur, ſi
ad eum uolumus pertinere, & vitam in ſemetipſo habere,
q titulum paſtoris noſtri, quoties uſus fuit in euangelio Pe-
tro & ſucceſſoribus ſuis communicauit, dicens, paſce oues
meas, paſce agnos meos, interrogauit autem Chriſtus ter Pe
trum, & trinam Petri reſpōſionem expectauit ut ſatisfactio
fieret iuxta delictū, etenim quia tertio negauerat tertio quo
que confitetur, ſed negauit in nocte, confitetur in die, vt ele-
16 ganter per Ambroſium in capitulo imitare Petrum. ſexta quæ
ſtione prima ad c. vigeſimumſecundum. Lucæ. ubi gloſſ. di-
cit toties ego pœnitentiam agam, quoties peccaui. Paſtorē
etiam elegit Petrum, qui in ſua culpa diſceret aliorum miſe
reri, & in præſentia aliorum diſcipulorum, & in ultimo va-
le ſicut ſupra capitulo tertio diximus pondera etiam verba
ibidem dicta, quomodo Petro pręnunciauerit mortem qua
Deum erat clarificaturus, dicens illi cum eſſes iunior cinge-
bas te &c. Et cum hoc dixiſſet, dicit ei ſequere me, per quæ
verba Chriſoſtomus inquit, ampliorem, † curam habuiſſe
17 Chriſtum de Petro quam de alijs, quia illi ſpeciatim dixit
ſequere me non ſolum eodem genere martyrii, ſed in ordi-
ne magiſterij, & ideo Petrus audacior factus interrogat ip-
ſum ſtatim de Ioanne, & an ipſe pariter Chriſtum ſequi debe
ret, quem tempore cœnæ Petrus interceſſorem rogauit ad
Chriſtum ſuper nomine proditoris. Nunc autem Petrus pa-
ſtor factus pro Ioanne ipſo, intercedit, dicens. Hic autem qđ.
Notemus etiam proprietatem verbi, paſce, quamuis, enim
Chriſtus Dominus noſter omnibus apoſtolis dederit in com
muni poteſtatem ligandi atque ſoluendi Matthæi. decimo-
octauo. per illa verba, quęcunque ligaueritis in terra, erunt
ligata, & in cœlo, &c. Et quamuis omnibus in communi di
xerit, Accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis pecca
ta remittuntur eis Ioan. vigeſimo, quæ omnia verba Petro
ſimul cum alijs dicta fuerint, attamen ſeorſum & ſeparatim
ſoli petro dictum fuit Ioan. vltimo. Paſce oues meas, paſce
agnos meos, ſicut & Matthæ. decimoſexto dictum fuit Pe-
tro pluſquam alijs, ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam
meam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque
ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis, & quodcun-
que ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis, & ſic in
plurali, unde origenes ſuper Mattheum, eleganter dicebat
ſicut myſterio nō caret, quod Chriſtus apud Matthæum Pe-
tro poteſtatem dedit, ſeu dare promiſit, non vnius cœli, ſed
multorum cœlorum, & poſt duo capita dedit reliquis Apo-
ſtolis poteſtatem ligandi atque ſoluendi non in cœlis, ſed in
uno cœlo dumtaxat. ita myſterio non caret, quod Ioannis
penultimo, a Chriſto omnibus Apoſtolis datus eſt Spiritus-
ſanctus, & deinde cura gregis ſoli Petro data fuerit, per illa
uerba, Ioan. vltimo. Paſce oues meas. pondera etiam, quod
18 verbum † paſcere in ſacra ſcriptura ſignificat regere & gu-
bernare refertur que ad reges & prælatos ut tertio Regum vi
geſimo ſecundo, vidi cunctum populum Iſrael diſperſum
in montibus quaſi oues non habētes paſtorem. & Eſaiæ qua
drageſimoquarto. ibi qui dico Ciro. Paſtor meus es, & omnē
uoluntatem meam complebis. Conſtat autem Cirum fuiſ-
ſe Regem Perſarum potentiſſimum, & Hieremiæ primo ſa-
cerdotes non dixerunt, vbi eſt Dominus & paſtores præuari-
cati ſunt, in me, & Chriſtus de ſe ipſo, ego ſum paſtor bonus
& ſcriptum eſt percutiam paſtorem, & diſpergentur oues,
& Hieremiæ. tertio. & dabo vobis paſtores iuxta cor meum
& paſcent uos ſcientia & doctrina, & Ezechielis. trigeſimo-
quarto Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, & ſta
tim, & ſuſcitabo ſuper ea paſtorem unum, qui paſcat ea,
ſeruum meum Dauid ipſe paſcet ea, & ipſe erit eis in paſto-
rem. verba ergo illa paſce oues meas ſignificant guberna fi-
deles meos, & per illa fuit beato Petro collatus ſummus iſte
pontificatus.

SVMMARIVM.

1 *Petrus tanquam præſes aliorum propoſuit electionem de Apoſtolo in lo-
cum Iudæ proditoris faciendam & ipſe dicitur Mathiam in locum Iudæ
ſuffeciſſe.*
2 *Petrus ſe alios & diſcipulos defendit reſpondendo pro eis contra Iudęos qui
apoſtolos de ebrietate notabant.*
3 *Petri ſermone audito Iudæi compuncti, licet ad omnes dixerint quid facie-
mus viri fratres, Petrus tamen ut pontifex omnium reſpondit. pœniten-
tiam agite.*
4 *Petrus in claudi curatione non communiter pro ſe & Ioanne reſpondit,
ſed ſingulariter pro ſe ſolo*
5 *Petrus ſolus protulit ſententiam terribilem contra Ananiam & ſaphiram*

&

& in Simonem Magum pro ſimonia qua gregem ſuum maculare volebat.

6 *Petro tanquam capiti mandatum eſt ut gentes ſuſciperet in illo lintheo & uoce qua dictum eſt ſurge occide & manduca.*

7 *Petrus fuit autor ceſſationis legalium Actuum xv.*

8 *Petri vmbra ſanabat infirmos quod vmbræ ſanantis teſtimonium nec de Chriſto legimus.*

9 *Sanctorum patrum & vicinorum, ſeculo apoſtolico teſtimonia diuerſa citantur pro iſta Petri ad alios apoſtolos præeminentia.*

10 *Petri dignitas ad alios comprobatur ex illis verbis videns Herodes quia placeret Iudæis, occiſo Iacobo, appoſuit apprehendere & Petrum.*

11 *Et, capitur pro etiam, frequentiſſime & ſic ex illa dictione & alijs verbis uidens quia placeret Iudæis & ex oratione quę Petro apprehenſo fiebat ab eccleſia, confirmatur paſtoratus iſte.*

12 *Angelus Domini liberauit Petrum a vinculis Herodis, nondum enim fundauerat Romæ cathedram iſtam, & poſt eam fundatam Petro fugienti Neronis perſequutionem ad preces eccleſiæ, Chriſtus apparuit vt reuerteretur ad martirium.*

CAP. XVI. In quo probatur primatum hunc Petro promiſſum ante paſſionem, poſt reſurrectionem collatum, a cæteris apoſtolis poſt aſcenſionem fuiſſe veneratum, & traditum executioni.

Multa ſunt Actuum Apoſtolicorum teſtimonia quæ Luce cla
rius oſtendūt B. Petrum poſt Chriſti ad cælos aſcenſum fuiſ
ſe ab apoſtolis & diſcipulis veneratū, ut Chriſti vicariū, quæ
omnia, & ſi eleganter congerant Roffenſis & alii, qui conrra
hęreticos noſtri temporis deſcripſerunt, & ideo remiſſione
contentus potuiſſem in hoc ſubſiſtere, tamen quia inſtituto
noſtro neceſſariū eſt ea recenſere, breuiter quaſi alienos labo
res pauculis additis, illa percurram etiam in principiis iuris
noſtri iſta fundando. In primis ergo referuntur textus ille capi-
te primo, Actuum apoſtolicorum, ubi dicitur, quod ſtatim
poſt Chriſti Aſcenſionem, & ante Spiritusſancti ſuperuētio
1 nem exurgens, † Petrus in medio fratrum propoſuit electio
nem quam fieri oportebat de apoſtolo in locum Iudæ prodi
toris, allegando auctoritatem pſalmi. 108. Epiſcopatum eius
accipiat alter. In iſto enim primo concilio Petrus propoſuit
tanquam caput & Petrus erat, ut præſes in medio aliorum,
qui erant, vt ibi dicitur fere centum & uiginti congregati, &
denique Petrus tanquam ſupra cæteros habens authoritatē
non propoſuit in commune deliberandum, ſed ſuam delibe
ratam ſententiā tanquam aliorum curam gerens aperuit, di-
cens oportet ex his viris, &c. Vt eleganter Pighius aduertit
cap. decimo libro tertio ſuæ Hierarchiæ, & ſic Beda ſuper
Actis dicit, quod Petrus duodenarium numerum apoſtolo-
rum integrauit, & Dionyſius capitulo quinto eccleſiaſticæ
Hierarchiæ dicit quod Petrus Matthiam in locum iudæ ſuf-
fecit. Sic etiam Petrus tanquam princeps & protector alio-
rum Actuum ſecundo defendit alios coapoſtolos contra Iu
2 dæos, † qui eos de ebrietate notabant & ſimiliter orans Petrus
cum undecim, eleuauit uocem ſuam ad Iudæos, & compun
cti corde auditores ex ſermone Petri dixerunt ad Petrum &
ad alios. Quid faciemus viri fratres, Petrus autem ad illos,
3 † pœnitentiam inquit agite, &c. uide paſtorem animarum, &
Chriſti vicarium ſaluti gregis ſibi commiſſi prouidentem, ta
centibus aliis ob reuerentiam pontificis, & ex ſuo ſermone
circiter tres milles animas eo die conuertentem, conſidera
etiam illud inſigne miraculum de Claudi curatione, qui a
Petro, & Ioanne templum aſcendentibus ſimul petebat ele-
æmoſinam cui ſolus Petrus reſpondit argentum, & aurum
non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi, do, in nomine Ie-
ſu Chriſti Nazareni, ſurge & ambula & apprehenſa manu
eius dextera erexit eum, Actuum tertio, quibus verbis ma-
ior in Petro, quam in Ioanne auctoritas denotatur, cum & ſi
4 uterque rogatus fuit unus tamen Petrus non communiter
pro utroque dixit, argentum & aurum non habemus, quod
autem habemus hoc tibi damus, ſed ſibi ipſi ſoli & in ſingu-
lari referens, plenus iam Spirituſancto dixit, quod habeo
hoc tibi do, in ſignum ſui pontificii, quod iam manifeſta
ri omnibus oportebat. & ſic miraculum illud ad Petrum
refertur, licet ibi Ioannes interfuerit, & ſolus Petrus ibi
veluti paſtor & pontifex ad populum ſermonem habuit, &
Actuum quarto. Ipſe conſtanter coram ſacerdotibus, &
ſe, & Ioannem defendit. & Actuum quinto in Ananiam
5 † & Saphiram ſolus Petrus terribilem ſententiam protulit
quia defraudauerant de pretio agri in maximum ſuę ſupre
mę poteſtatis indicium, quod etiam Romæ in Simonem
Magum demonſtrauit, in quem. Actuum octauo, ma-
ledictionem illam protulit, pecunia tua tecum ſit in per-
ditionem pro ſimonia, qua gregem domini Petro com-
miſſum maculare volebat. prętcrea illi tanquam præla-
6 to mandatum eſt, ut gentes ſuſciperet, ſi ad eccleſiam con
uerterentur. oſtenſo lintheo in quo erant beſtiæ & reptilia,
&c. Et facta ad eum uoce ſurge petre, occide. & manduca.
7 Actuum decimo, & teſte Hieronimo ipſe fuit, † auctor ſen-
tentię ceſſationis legalium iuxta illud, quod Actuum. 15
capite legitur. Ponderemus etiam quod Actuum quinto di-
citur de cęteris apoſtolis, quod per manus eorum fiebant ſi-
gna & prodigia magna in populo, ſed de Petro dicitur quod
eiiciebant infirmos in plateas, & ponebant in lectulis & gra
8 batis, ut veniente Petro ſaltim † vmbra illius obumbraret
quemquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatib.
ſuis quod vmbrę ſanantis teſtimonium etiam de Chriſto nō
legitur, ut aduertit Pighius vbi ſupra. Ita Deus Pontificem
iſtum, & ſui vices gerentem uoluit inter homines exaltari &
uenerari. Hæc ſunt quæ de actib. apoſtolicis patres noſtri col
ligunt teſtimonia ad probandum paſtoratum hunc ſanctiſſi
mum fuiſſe in perſona beati Petri traditum executioni & ab
aliis apoſtolis & diſcipulis primitiuæ eccleſiæ ueneratum,
cum effectu, quorum auctoritate ita martires, & tot ſancti
doctores huic primatui ſe ſubdiderunt tanquam neceſſario
ad Dominici gregis conſeruationem quod qui ab eius obe-
dientia recedere ſuperbierit non poteſt niſi vt impudens, ar-
rogans, libidinoſus, & denique hæreticorum hæreticiſſimus
9 cenſeri. Sanctorum † autem ſubſcriptiones & teſtimonia ad
obedientiam huius primatus accumularunt & doctores illi
qui noſtro tempore deſcripſerunt, quorum verba tranſcribe
re non oportuiſſet, ſed ad fidelium confirmationem nō poſ-
ſum non referre ſummatim, quod illi dixerunt, uidebis ergo
apud Pighium, Fabrum, Roffenſem, Echium, & alios, vide
ſubſcriptionem beati Dionyſij martiris, qui fuit coętaneus
apoſtolorum & primus Epiſcopus Galliæ, tam aperte & inge
nue confitentem hunc primatum, ut flere magis libeat quā
ſcribere, contemplando quot oues beati Dionyſij in Gallia,
cuius Rex Chriſtianiſſimi titulo decoratur ab hoc ouili re-
ceſſerint. Videbis Irenenm, Cyprianum, Origenem, Egeſip-
pum, Euſebium, Hieronymum, Ambroſium, Auguſtinum,
Hilarium, Athanaſium, Chryſoſtomum, & alios, Cyprianus
dicebat in lib. de ſimplicitate prælatorum ibi relatus, quod
vnitas eccleſiæ ab vnitate epiſcopatus Petri dependet. Chry
ſoſtomus quod Petrus totius orbis magiſter conſtituit Iaco-
bum fratrem Domini Hieroſolymitonum Epiſcopum, Hi
larius contra negantes hunc primatum exclamat. O miſere
ſtultitiæ furor impius, Ambroſius ait, videte quātum fletus
profuerit Petro, antequam fieret lapſus eſt poſtquam fleuit
electus eſt, & qui ante lachrimas pręuaricator extitit, poſt la
chrimas paſtor aſſumptus eſt, & alios regendos accepit, qui
ſe ipſum non rexit. Auguſtinus appellat Petrum caput eccle
ſiæ, & uerticem membrorum, & immobile fidei fundamen
tum. Hieronimus autem caput eccleſię & principem apoſto
lorum, Chryſoſtomus dicit de illo, fuiſſe piſcatorem & igno
bilem, & tamen a Chriſto caput eccleſię conſtitutum, & ci
promiſſa & data fuiſſe, quę ſolius Dei ſunt, & uocat eum os
& verticem totius conſortij, propter quod & Paulus cū pluſ-
quam alios viſiturus, Hieroſymam aſcendit, & lib. ſecundo ca
pitulo. 14. eccleſiaſticæ hiſtorię probatiſſimum omnium apo
ſtolorum & maximum fidei magnificentia, & virtutis meri
to principem Petrum deſcribitur miſſum a Domino ad vr-
bem Romam in ipſis claudii temporibus ducem quendam
magiſtrum militiæ ſuæ ſcientem diuina prælia gerere & vir-
tutum caſtra ductare, pugnaturumque aduerſus humani ge
neris communem perniciem. Egeſippus antiquiſsimus ſcri-
ptor qui floruit, ſub Aniceto papa, Anno Domini. 160. libro
tertio, de excidio Hieruſalem refert, quod dato per Neronem
mandato, ut Petrus & Paulus comprehenderentur, rogaba
tur Petrus a fratribus ut ſe ſe alio conferret, quaſi caput ne-
ceſſarium, de quo non dicit fuiſſe rogatum Paulum, quam-
uis eſſet doctor gentium, & vas electionis. videbis & Cyrillū
cōfitentem Petrum fuiſſe caput & principem omnium apo-
ſtolorum. Origenem etiam appellantem eum verticem apo-
ſtolorum, Theophilum etiam explicantem illud Lucę. 6.
quando dixit Petrus, Domine ad nos dicis, hanc parabolam
ubi ait, Petrus, cui iam commiſſa fuerat eccleſia, quaſi om-
nium curam gerens, inquirit vtrum Dominus ad omnes pa
rabolam pertuliſſet. Baſilium inſuper dicentem Petrum in
ſe ſuſcepiſſe ædificationem Eccleſiæ. Dionyſium etiam, qui
comes & diſcipulus Pauli fuerat, ut in confuſionem Gallo-
rum apoſtatarum ipſum ſępius referamus, & ad ædifica-
tionem Catholicorum Galliæ, quales plures adhuc per-
ſeuerare intelligo, uidebis appellare Petrum plerumque
verticalem apoſtolorum, unde etiam ex noſtris decretis ca-
pitulo in nouo. vigeſima prima diſtinct. vbi Anacletus quar
tus poſt Petrum pontifex & martyr glorioſus, dicit poſt
Chriſtum Dominū a Petro cępit ſacerdotalis ordo, quia ipſi

primo in eccleſia Chriſti põtificatus datus eſt, dño dicẽte ad
eum, Tu es inquit Petus & ſuper hanc petram ędificabo ec-
cleſiam meam. Hic ergo ligandi & ſoluendi poteſtatem pri-
mus accepit a Domino primuſque ad fidem populum addu
xit virtute ſuæ prędicationis, verboque inſtituit, cæteri uero
apoſtoli cum eodem pari conſortio honorem & poteſtatem
acceperunt, ipſumque principem eorum eſſe uoluerunt, qui
etiam uidente Domino in toto orbe terrarum diſperſi euan
gelium prædicauerunt, & idem Anacletus in capi. ſacroſan-
cta. §. & poſt pauca. 22. diſtin. ait inter beatos Apoſtolos quæ
dam fuit diſcretio poteſtatis, & licet omnes eſſent apoſtoli,
Petro tamen a Domino conceſſum eſt, & ipſi inter ſe uolue-
runt id ipſum, ut reliquis omnibus pręcelleret apoſtolis, & Cœ-
phas, id eſt caput, & principium teneret apoſtolatus, & Leo
papa Sanctiſſimus in cano. Ita Dominus uigeſimanona diſt.
inquit, ſed huius muneris Sacramentum ita Dominus ad
omnium apoſtolorum officium pertinere uoluit, ut in bea-
tiſſimo Petro omnium apoſtolorum ſummo, principaliter
collocaret, & ut ab ipſo quaſi a quodam capite dona ſua ue-
lut in corpus omne diffunderet, ut exortem intelligeret ſe di
uini miniſterij eſſe, q a Petri ſoliditate recederet, hunc enim
in conſortium indiuiduę unitatis aſſumptum, id quod ipſe
erat Dominus uoluit nominari, dicens, Tu es Petrus & ſuper
hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Hęc Leo. Clemens
etiam Papa tertius, poſt Petrum, & Martyr beatus, in cap in
illis. 80. diſt, dicit quod Petrus poni pręcepit primates & Pa-
triarchas in illis locis & ciuitatib. in quibus apud Ethnicos
& gentiles erant primiflamines eorum atque primi legis
doctores, & quod unus Petrus Apoſtolus omnibus aliis apo-
ſtolis præfuerit. ſic & Cyprianus martyr in cap. loquitur. 24.
quæſt. prima loquitur, inquit dominus ad Petrum, Ego dico
tibi, quia tu es Petrus, ſuper unum ædificat eccleſiam, & quã
uis apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem parem tribuat po
teſtatem, dicens ſicut me miſit pater & ego mitto vos, & ac-
cipite Spiritumſanctum, tamen ut unitatem manifeſtaret
unitatis eius originem ab uno incipientem, auctoritate ſua
diſpoſuit, Hoc utique erant cæteri apoſtoli quod Petrus fuit,
pari conſortio præditi honoris, & poteſtatis, ſed exordium
ab unitate proficiſcitur, ut eccleſia Chriſti una monſtretur,
nemo fraternitatem fallat, nemo fidei veritatem perfida prę
uaricatione corrumpat, epiſcopatus unus eſt, &c. textus etiã
in can. Paulus Petrum. 2. quæſt. 7. dicit, quod & ſi Petrus &
Paulus pares erant meritis tamen dignitate † Petrus erat ma
10 ior qui ſolus primatũ gerebat inter Apoſtolos. Et certe pręe
minentia Petri ad alios Apoſtolos vltra ea, quæ diximus ex
capite Actuum. 12. ſatis oſtẽditur, ubi legitur miſit Hærodes
rex manus vt affligeret quoſdam de eccleſia, occidit autem Ia
cobum fratrem Ioannis gladio, videns autem, quia placeret
Iudæis appoſuit apprehẽdere, & Petrum, nam dictio illa, &,
implicatiua eſt maiores perſequutionis & maioris dignita-
tis in Petro apprehenſo, quam in Iacobo occiſo, & alijs Apo
11 ſtolis afflictis, quia † &. exponitur ſępe pro, etiam. l. 1. ff. ſolu-
to mat. & ibi gloſſ. verbo, & reipublicæ &c. & in l. 1. § quibus
C. de nouo codice & in §. decernimus. in authen. de hære. &
falci. ibi & ſacerdos & ſic ponderando verba illa, videns quia
placeret Iudęis in occiſione Iacobi, & afflictione aliorũ, ſub-
ſequuta nunc oratione illa, appoſuit apprehendere & Pe-
trum, nemo erit iam rudis, qui non intelligat dictionem il-
lam, &, pro etiam, debere exponi & denotari Petrum aliis ſu
periorem fuiſſe, quem ut ſuperiorem aliorum, uoluit appre-
hendere, quo magis placeret iudæis, quibus placuerat in oc-
ciſione Iacobi & afflictione inferiorum, Petrus ergo fuit prin
ceps apoſtolorum, pro quo fiebat tanquam pro capite oratio
in eccleſia ad Deum ſine intermiſſione, quando Hærodes ap
prehendit eum, cum, nec pro Iacobo, nec pro Stephano, nec
pro aliis tantam orandi ſolicitudinem legamus Actuum. 12.
12 quem Angelus † liberauit, quia nondum Romæ fundauerat,
eccleſiam & primatum noſtrum, ſed poſt illum fundatum ei
fugienti Neronis per ſequutionem in uia Appia Chriſtus
apparuit, ut martyrium non timeret, ſicut infra dicemus, cõ-
fitendum eſt igitur hunc paſtoratum & pro Chriſto vicaria-
tum a Petro principe Apoſtolorum incepiſſe poſtquam tot
euangelii & Sacræ ſcripturæ auctoritatib. fuit cõfirmatus, &
a ſanctis patribus antiquiſſimis & eruditiſsimis veneratus,
quorum auctoritatem, & ſi hæretici obſtinate deſpiciant, tu
autem Catholice lector ſanctorum Patrum, potius decreta
ſectare, tam conſentanea euangelio & Sacræ ſcripturę, nam
profecto ſi unus paſtor & Chriſti vicarius viſibilis, erat neceſ
rius in hoc ouili, ut ſupra latius oſtenſum fuit, neceſſario di-
cendum eſt fuiſſe Petrum, cui tot Sacræ ſcripturæ conſonãt
teſtimonia, nec legatur de aliquo alio Apoſtolo etiam
Ioãne, Paulo, & Iacobo, quod de Petro legimus & ſupra nar-
rauimus, quantumcunque Chriſtum per dies paucos antea
Petrus tertio negaſſet, vnde eleganter & pie Chryſoſtomus.
Homilia. 87. ſuper Ioannem dicebat, Chriſtus enim tanquã
negationis oblitus, fratrum curam ei committit, neque ne-
negationis meminit. Tantum dicit ſi amas me fratrum cu-
ram ſuſcipias, & quomodo in omnibus dilectionem oſten-
diſti, & quo ego delector nunc oſtende, & animam quã pro
me poſiturum dixiſti, hanc pro ouibus meis trade, & Cyril-
lus Ioan. vltimo li. 12. feruorem Petri conſiderans ait, pręue
niebat alios Petrus ardore præcipuo Chriſti feruens, & ad fa
ciendum & reſpondendum paratiſsimus erat, vnde tardita-
tem modo nauigij videns tunica ſuccinctus in mare exilũt,
& quando Saluator diſcipulos interrogat dicens, Quem me
dicunt homines eſſe, & cum iterum poſt reſponſionem ab-
eis quæreret, uos aũt quẽ me eſſe dicitis, & princeps caputq;
cęterorum primus exclamauit. Tu es Chriſtus filius Dei viui.
Hic Malchi ẽt aurem amputauit, putãs hoc modo magiſtro
ſemper ſe inhęſurũ. Merito enim Chriſtus eum interrogauit
ſi plus cæteris eum diligeret, & id tertio, Petrus autem ama
re ſe fatetur & amoris ſui non alium, ſed ipſum Chriſtum
in teſtem citat, in ſingulis enim confeſſionibus variatis pa-
rumper verbis, audiuit rationalium ouium curam ſibi habẽ
dam, altius quiddam certe hæc oratio parturit. Nam quo-
niam eum alijs apoſtolatus nomine Petrus ab ipſo Chriſto
decoratus ter in tempore paſſionis negauit, iure nũc ab eo
terna dilectionis confeſſio petitur, ut terna negatio æqualis
confeſſionis numero compenſetur, ita ut quod verbis com
miſſum fuit, verbis curetur. Hactenus Cyrillus, quæ omnia
catholice lector meditare ut beato Petro & eius ſanctiſſimę
cathedræ te in omnibus ſubditum profitearis, quemadmo-
dum & ab omnibus catholicis & ſanctis patribus eidem fuiſ
ſe reuerentiam exhibitam intelligamus.

S V M M A R I V M.

1 *Chriſtus qui fundauit eccleſiam vſque ad conſummationem ſeculi paſto-ratum iſtum & cathedram tam neceſſariam non reſtrinxit ad ſolam vi tam Petri.*

2 *Argumentum a maioritate rationis validum eſt, nec erat tam neceſſaria cathedra hęc ad illa aurea ſecula quibus viuebant apoſtoli ſed quantum ad futura, quibus iam apoſtoli non viuebant nec eorum diſcipuli.*

3 *Pontificatus in lege veteri non ad ſolam vitam Moyſi, Aaron, & Elea-zar fuit reſtrictus, ſed ſemper fuit ibi vnus ſummus pont.*

4 *Romanus pontifex eſt Chriſti vicarius & Petri ſucceſſor, ac paſtor huius ouilis, nec de aliquo alio pontifice legimus quod de eo continuatum vi-demus.*

5 *Teſtibus oculatis & de viſu magis credendum eſt quam hominibus vagis, qui nudius tertius negatiuam hanc fabricarunt.*

6 *Negatiua uaga probari non poteſt & magis creditur teſtibus duobus de af firmatiua deponentibus quam negatiuis pluribus.*

7 *Sanctorum patrum antiquorum varia teſtimonia recitantur pro beatiſſ. Rom. pont. Chriſti vicario & Petri ſucceſſore.*

8 *Ad Romanam eccleſiam Catholici, tanquam ad ſolem intendere debemus ut ex ipſa lumen apoſtolicæ fidei recipiamus.*

C A P. XVII. In quo demonſtratur poſt glorio-
ſum Petri Martyrium Romanum pontificem fuiſſe, eſſe, &
futurum, vſque ad ſeculi conſummationem paſtorem, &
pro Chriſto vicarium huius ouilis vniuerſi.

Fundato hoc ſanctiſſ. Chriſti vicariatu in
perſona beati Petri
apoſtolorum principis, vt ſupra demonſtratum fuit, facile
conuincetur quilibet credere, quod poſt mortem beati Pe-
tri, qui etiam inuiſibilis ouibus per mortem ſuam efficieba-
tur, debebat ouile hoc alteri paſtori Chriſti vicario, & beati
Petri ſucceſſori demandari, quoniam Chriſtus, qui poſt eius
ad cęlos aſcenſum de Petro paſtore & eius vicario prouidit,
1 non † hanc prouidentiam de paſtore viſibili reſtrinxit ad ſo-
lum tempus vigintiquinque annorum parum plus, vel mi-
nus, quibus Petrus vixit in mundo poſt Chriſti Aſcenſionẽ,
& qui Ioan. 17. patrem orauit, dicens, Non pro his autem tã-
tum rogo, ſed & pro illis qui credituri ſunt per verbũ eorũ
in me, & qui ſanctificium iſtud fundauit in ſecula paſcere
Iacob ſeruum ſuum, non ad ſolam uitam Petri vicariatum
2 hunc limitaſſe credendus eſt, immo argumento † ſumpto a
maioritate rationis, quod validum eſt. d. auth. multo magis,
ſi aſcendente Chriſto in cœlum voluit Dominus vicarium
pro Chriſto relinquere & paſtorem viſibilem huic ouili præ
ficere, a fortiori Petro relinquente mundum ſucceſſor in lo
cum eius dandus erat, & ſi uicariatus iſte neceſſarius erat ad
tempora illa fœlicia, & aurea ſecula, quibus viuebant fide-
les, qui Chriſtum in carne cognouerant, & Spiritumſan-
ctum acceperant, & denique prædicationem paſſionem
Chriſti, & miracula eius Apoſtolorumque ſuorum recen-
tiſſima viderant & audierant, profecto multo magis ne-
ceſſarius

ceſſarius erat iſte paſtoratus, & pro Chriſto vicariatus ad tē-
pora quibus iam, nec Apoſtolos, nec Apoſtolorum diſcipu-
los immediatos, mundus habebat, quanto enim quis minus
perfectus eſt, & magis remotus a primo & perfecto principio
tanto magis indiget medijs ad perfectionem pertinentibus.
Vicariatus ergo iſte licet ſemper fuerit neceſſarius cōueniē
tius tamen erat ad tempora quæ fuerunt poſt Petri, & Apo-
ſtolorum martyria & ea conſequenti durare ac permanere
debuit, & debet, ad ſecula noſtra & futura de cætero. Sicut
3 etiam † in lege veteri non ad ſola tēpa Moyſi Aaron, Ioſuæ &
Eleazar fundati fuerunt Duces & Pontifices, & ſicut eccleſia
triumphans ad cuius exemplar hæc militans noſtra fabrica
ta eſt, vt ſupra late cōclnſimus, ſemper habet & habebit vni
cum Deum & dominum, ita & eccleſia militans pro eo tem
pore quo Deus eam durare voluerit habere debet etiā vnū
rectorem & pro Chriſto Vicarium, vt aſſimiletur illi per om
nia, in quibus proportio ſimilitudinis applicari poteſt. Vica-
rium ergo Chriſti poſt Petri martyrium & viſibilem paſtorē
huius ouilis ac Petri ſucceſſorem confiteamur fuiſſe, eſſe &
futurum Romanum pontificem, & non alium & quicumq;
ei debitam obedientiam negauerit, ſeu alium paſtorem ace
phalū a Romano pōtifice ſtatuerit, hūc talē vt hęreticū dete
ſtamur & abominamur. Et hęc catholica propoſitio facilius
oīb. ſuadetur, q̄ de ſe ſatis aperta eſt, pōdera, obſecro catholi-
ce lector ꝯ hæreticos noſtri tēpis agendum eſſe diuerſimode
ſup hoc articulo quam in ſuperioribus, quoniam ſuperiora
probata fuerunt authoritatibus Sacræ ſcripturæ, hoc eſt te-
ſtamenti noui & veteris, ſed in probando Romani pontificis
pro Chriſto vicariatu, & canonica ſucceſſione ad Petrum,
cum teſtm̄ vetus, & nouum tam literaliter hoc non probent
ſicut ea quæ in ſuperioribus dicta fuerunt, neceſſario agēdū
eſt ſuper hoc autoritatibus ſanctorum Patrum antiquorum
qui fuerunt vicini temporibus Apoſtolorum, & cum hæreti
ci non habeant aliud diffugium, quæ ſua eſt impudentia, ni-
ſi negando authoritates iſtorum patrum, ideo iudicio meo,
ad eorum pertinaciam reuincendam, ſic eſt diſcurrendum,
firmiter ergo ſtatue & conteſtare iuxta ſuperius recitata, vni
tatem huius ouilis, ſeu vniuerſalis eccleſię, & a ſimili credere
4 primitiuum † paſtorem huius ouilis eſſe Ieſum Chriſtum Do
minum noſtrum, ſtatue etiam & firmiter cōteſtare vicaria-
tum pro Chriſto in Petro initium ſuſcepiſſe, vt ſupra proba-
uimus quia de nullo alio apoſtolo legimus, quod de Petro re-
tulimus & firmius credes quando cauillationibus hæretico-
rum ſuper hoc reſpondebimus. Statue denique & firmiter
cōteſtare, vicariatū hūc non ad ſolā, Petri ætatē, poſt Chriſti
aſcenſum fuiſſe reſtrictū, cū tā neceſſarius eſſet regimini, &
cōſeruationi ouilis Chriſtiani, ꝑſertim poſt apoſtolorū mar-
tyria, & tp̄ib. noſtris, ſicut in iſto capite demōſtrauimus, &
his trib. vel quatuor fundamentis ſtatutis, & in ſacra ſcriptu-
ra ac rōne naturali fundatis, interroga hęreticos, quis ergo
fuit ſucceſſor Petri? Petrus quidē prædicauit in ponto, Cap-
padocia, Aſia, & Bithinia, vt ipſemet dicit in prima ſua cano
nica ac Hieroſolyma, & Samaria, Antiochiæ etiam primo
loco fundauit cathedram ſuam, ut & nos confitemur & ce-
lebramus, ſed nunquam vidimus nec cognouimus epiſco-
pum ponti, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithiniæ, gubernaſſe eccle-
ſiam, ſeu ouile noſtrum, nec etiam Antiochenō Patriarchæ
tantum detulerunt patres noſtri, pręſertim, cum a multis tē-
poribus fides ibi defecerit, quæ nunquam deficere debebat,
ſi Petri fides ibi futura erat, & cathedra eius cōllās ibidē per-
manſura fuiſſet, cum Chriſtus pro cathedra & fide Petri ro-
gaſſet Lucæ. 22. immo Antiochenam eccleſiam tēpore quo
fidem ſeruabat, licet patriarchalis titulo fuerit decorata, ni-
hilominus pręcedebant, & Conſtantinopolitana, & Alexan
drina ut in capit. Sacroſancta. & in canon. Renouantes. 22.
di. ſi ergo de nulla iſtarū prouinciarū ubi Petrus ꝑdicauit Pe
tri ſucceſſorem ſuccedaneum & continuatum agnouimus,
quē ei obſecro, ſucceſſorē dabimus in hoc uicariatu, qui ſuc-
ceſſore carere non pōt, niſi eum demus quem Sancta patrū
eius temporis antiquitas et continuata pontificum ſucceſ-
ſio nobis pertulit uſque ad tempora noſtra. Iſte ſolus & non
alius Romanus pontifex a Petri martirio fuit, eſt, & erit
uſque in finem mundi paſtor eccleſiæ, & ueluti fidei arti-
culum hanc ſanctam unitatem lector agnoſce, & uene-
rare, pro ca ſi oportuerit moriturus. Hanc omnes ſancti
Patres, quos ſupra retulimus, agnouerunt, & pro fide quam
illa ſemper profeſſa eſt martyrium ſubierunt. Romæ enim
Petrum fuiſſe & prędicaſſe ac ibi ſedem ſuam & cathedrā ab
Antiochia tranſtuliſſe, ibi denique capite in terrā verſo cru-
cifixum, ſicut ipſe impetrauerat a perſequutoribus, indi-
gnū ſe aſſerēs ꝙ eodem modo quo Chriſtus, crucifigeretur,
teſtantur tot ſancti patres, & hiſtoriæ, illius temporis vt non
niſi cum maxima impudentia, & obſtinatione poſſit negari,
pręſertim cum inter cæteros ſanctos teſtes oculati, & de vi-
5 ſu reperiantur † vt Linus Papa martyr, & eius ſucceſſor Cle-
mens, & Dionyſius Pauli diſcipulus, & alij multi relati, per
Echium in Enchiridione, titulo de primatu Petri, in reſpon-
ſione ad quintum argumentum, vt & Pighius, li. 3. cap. 13. ci
tat quam plurimos, & ſic recedere ab affirmatiua tam rece-
pta, & per tam ſanctos teſtes, qui eum Romæ viderunt eum
6 probata propter ſolam negatiuam, † quam vagam appella-
mus, & a vagis hominibus nudius tertius imaginatam, extre
mæ dementiæ eſſet, cum negantis factum per rerum naturā
ſit improbabile, cap quoniam contra. de proba cap bonę. de
electio. & teſtibus affirmantibus, & viciniorbus de tempore
etiam ſi eſſent pauciores, magis credendum eſt quam pluri-
bus ceruicoſe negantibus, glo. in leg diem proferre, §. ſi plu-
res. de recept. arbitris. & cum hoc ſit tam cognitu neceſſariū
oportebit citare auctoritates eorum qui Petrum † fuiſſe Ro-
7 mæ affirmarunt, & ibi cathedram hanc conſtituiſſe. In pri-
mis, vltra vniuerſalem traditionem & decreta eccleſiæ, refe
runt Faber, Echius, & Pighius illud, Aegeſippi teſtimonium.
lib. tertio, de excidio, Hieroſolymitano, qui fuit ſcriptor an-
tiquiſſimus, & floruit ſub Aniceto papa a. poſt Petrum anno
Domini 160. Is inquam Aegeſippus refert quod cum Nero
quæreret cauſas occidendi Petrum, & Paulum datoque prę
cepto, vt comprehenderentur, rogatus eſt Petrus a fratribus
ut ſe alio conferret. Nota Petrum rogatum, & non Paulum,
& proxima nocte ſalutatis fratribus, & celebrata oratione
ſolus proficiſcebatur, vbi autem uenit ad portam appiam vi
dit Chriſtum, & adorans eum dixit, Domine quo vadis? cui
Chriſtus reſpondit, Vado Romam iterum crucifigi, quo au-
dito ſtatim Petrus in urbem redijt. captuſque a perſequuto-
ribus, & cruci damnatus impetrauit, ut capite in terram ver
ſo crucifigeretur, indignū ſe aſſerens crucifigi eo modo quo
Dominus eius fuerat crucifixus, de quo extat Romæ, in uia
appia monumentum. vide textum de hoc, apud nos, in capi.
per venerabilem, qui filij ſint legitimi. Dionyſius etiam Co
rinthiorum Epiſcopus circa annum Domini 150 Romæ exi
ſtens ſic ait ad Romanos. vos habentes communitionem, a
Petro, & Paulo plantationem Romæ eccleſiæ coniunxiſtis.
Ambo enim ſimul aduentantes per omnem Italiam, & in
hac urbe ſimul docentes, etiam martyrio pariter vno eodē-
que tempore coronati ſunt. Refert etiam Faber, Cayum quē
dam ſcriptorem antiquum, qui ſcripſit ſub Zepherino papa
circiter annum du centeſimum, de Petro, & Paulo dicentē,
ego habeo trophea Apoſtolorum, quæ oſtēdam, ſi enim pro
cedas via regali, quæ ad uaticanum ducit, aut uia Hoſtienſi
inuenies trophea defixa, de ſepulchris Petri, & Pauli loquen
do, refert etiam Faber, Ignatium tertium, poſt Petrum. An-
tiochenſem epiſcopum, damnatum ad beſtias, & Romam
miſſum dixiſſe Romanis. Non ſicut Petrus & Paulus ego prę
cipio vobis, illi enim apoſtoli Ieſu Chriſti, ego autem mini-
mus. Hireneus Lugdunenſis epiſcopus diſcipulus beati Poli
carpi auditoris beati Io. Euangeliſtæ, lib. tertio, capit. primo,
contra hæreticos, ſic inquit Mattheus Hebræis ipſorum lin
gua ſcripturam edidit euangelii, cum Petrus, & Paulus Ro-
mæ euangelizarent & fundarent eccleſiā & in eod. li. cap. 13.
ait a glorioſiſſimis duobus apoſtolis Petro, & Paulo Romæ
fundata, & conſtituta eccleſia, eam, quam habet apoſtolis
traditionem & annuntiatam omnibus fidem, per ſucceſſio
nem epiſcoporum, uſque ad nos iudicantes, confundimus
omnes. Tertulianus autem presbyter Carthaginenſis, quem
beatus Cyprianus magiſtrum vocare ſolebat, quique floruit
circa annum Domini, 150. in lib. de præſcriptione hæretico
rum dicit. Percurre eccleſias Apoſtolicas, pros ma eſt tibi
Achaia, habes Corinthum, ſi non longe es a Macedonia, hēs
Philippis, ſi potes Aſiam tendere, habes Epheſum, ſi autem
Italiam adiecens habes Romam, unde nobis quoque aucto
ritas præſto eſt ſtatuta. Fælix eccleſia cui totam doctrinam,
& apoſtolicum ſanguinem profuderunt, ubi Petrus paſſioni
Dominicæ adæquatur, & in quarto libro aduerſus Marcionē
Romanis inquit, euāgelium Petrus, & Paulus ſanguine ſuo
ſignatum reliquerunt. Et Euſebius Cæſarienſis, in lib. de tē-
poribus. Petrus natione Galilæus, Chriſtianorum pontifex
primus, quum primum Antiochenam fundaſſet eccleſiam
Romam proficiſcitur, ubi euangelium prædicās vigintiquin
que annis eiuſdem urbis Epiſcopus perſeuerat, referunt etiam
Papiam Hieroſolymitanum epiſcopum Ioannis Euangeli-
ſtæ auditorem atteſtantem quod Petrus ſuam primam ca-
nonicam epiſtolam Romæ ſcripſerit, & quod in ea Romam
tropice Babylonem nominauerit, quando dicit, ſalutat vos
ea, quæ in Babylone electa eſt eccleſia, & Marcus filius meus,
citatur etiam Euſebius Pamphili qui refert Petrum & Pau-
lum martyrio coronatos decimo anno poſtquam Lucas fi-
niuit Actus apoſtolorum, vide apud nos Clementem papā
tertium poſt Petrum Pontificem, licet ab eo immediatus
ſucceſſor fuerit ſibi nominatus, in cap. in illis, 80. d. vbi nar-
rat

rat quomodo Petrus epiſcopatus & Archiepiſcopatus inſti-
tuerit, & ſimiliter videbis Cyprianum, Hieronymum, Augu
ſtinum, & alios doctores ſanctos, huic ſententiæ ſubſcripſos
vſque adeo, ut non niſi cum magna impudentia & obſtina-
tione poſsit quis a tam ſanctis, antiquis, & doctiſsimis patri-
bus diſſentire, & ab uniuerſali ſententia tot ſeculis venera-
ta recedere, ſed non poſſum tacere beatum Chryſoſtomum
qui in quodam ſermone de Apoſtolis ſic ait, ego propterea
diligo Romam tamen ſi aliunde queam illam laudare nē-
pe a magnitudine, ab antiquitate, a multitudine, a pulchri-
tudine, ab imperio, a diuitiis, & a reb. in bello fortiter geſtis.
ſed dimittens omnia ob id illam beatam prædico, ob id fa-
cta eſt inſignis, magis quam ab aliis rebus omnibus, quia tan
quam corpus magnum, & validum habet occulos illuſtres,
videlicet ſanctorum apoſtolorum corpora Petri & Pauli. nō
ita cælum ſplendeſcit, quando ſol radios emittit, quemad-
modum Romanorum vrbs, duas illas lampades ubique ter-
8 rarum effundens, vide ibi multa † in laudem Romę, uide etiā
apud nos epiſtolam inter claras. C. de ſumma trinita. & fide
catholica. vbi Romam caput omnium eccleſiarum, & prin
cipium appellat, & ſi dicas eſſe epiſtolam Ioannis papæ, vide
reſponſionem ad illam, per Iuſtinianum imperatorem Grę
cum, in l. nos reddentes. C. eod. titu. vbi dicit nos reddentes
honorem veſtræ ſanctitati, & apoſtolicæ ſedi, & ut patrē ho-
norantes veſtram beatitudinem, omnia quæ ad eccleſiarū
ſtatum pertinent, feſtinauimus ad notitiam veſtræ ſanctita-
tis deferre, quoniam ſemper fuit nobis magnum ſtudium
vnitatem veſtræ Apoſtolicæ ſedis conſeruare, & paulo infe
rius, petimus ergo veſtrum paternum affectum vt veſtris ad
nos deſtinatis literis, & ad ſanctiſſimum huius almæ urbis
epiſcopum & patriarchiam, quoniam & ipſe ſcripſit, ad ue-
ſtram ſanctitatem feſtinans in omnibus ſequi ſedem apoſto
licam veſtræ beatitudinis, manifeſtum nobis faciatis, quos
ſuſcipit ſanctitas veſtra, et quorum condemnat perfidiam,
plus enim, ita & circa uos hominum amor & veſtrę ſedis cre
ſcet auctoritas, & quæ ad uos eſt unitas ſanctarum eccleſia-
rum inturbata ſeruabitur, quando per nos didicerint omnes
beatiſsimi epiſcopi ſinceram ueſtræ ſanctitatis doctrinam,
Plura in hanc rem potuiſſem adducere teſtimonia ſanctorū
Patrum, niſi quod antiquiſsimorum, & vicinorum ſeculis
Apoſtolicis contentus authoritatibus, intelligo cum cui ille
non concludat iam eſſe tam obſtinatum hæreticum, ut ma
gis eum vitare, iuxta conſilium apoſtoli, placeat, quam allo
qui, nec cum eo vel cibum aſſumere, tu autem Catholice le
ctor, venerare ſanctam eccleſiam, & ut dicebat maximus in
quadam ſua epiſtola ad populos Orientales, intende in eam
ſicut in ſolem, ut ex ipſa lumen Catholicæ & Apoſtolicę fi-
dei recipias. & Lactantius, lib. ſeptimo, diuinarum inſtitutio
num, quod tunc adueniet finis, & interitus rebus humanis,
cum lumen eccleſiæ Romanæ fuerit extinctum, median-
te enim organo & lumine illius, eſt, & erit Chriſtus no-
biſcum vſque ad ſeculi conſummationem, ut non deficiat
fides eius.

S V M M A R I V M.

1 *Cathedra hæc de Antiochia iubente Domino Romam tranſlata fuit. te-
ſte beato Marcello & vtilitatis cauſa teſte Anterio vt ibi magis pro-
ficere poſſet.*
2 *Petrus venit Romam pugnaturus aduerſus cōmunem humani generis per-
niciem, & ad expugnandum Simonem Magum.*
3 *Petrus Romam tranſtulit cathedram ſuam vt vbi erat caput ſuperſtitio-
nis illic quieſceret caput ſanctitatis. & ubi gentilium principes habita-
bant ibi eccleſiarum principes morarentur.*
4 *Chriſtus ſicut Orientis regionem ſua paſſione illuſtrauit ita occidentis pla
gam ſanguine apoſtolico illuminauit.*
5 *Petrus Romam iuſſus eſt transferre cathedram, quia per omnes eccleſias
diſcurrere prolixum erat, ideo ex omnibus maximam, antiquiſſimam, &
ab omnibus cognitam elegit Deus.*
6 *Roma quæ erat magiſtra erroris per hanc cathedram fieri debebat diſcipu
la veritatis, ut caput orbis effecta latius præſideret religione diuina quā
dominatione terrena.*
7 *Roma ignorans ſuæ prouectionis auctorem omnibus pene gentium ſeruie-
bat erroribus, quia nullam reſpuebat falſitatem, vnde quando per Dia-
bolum tenacius erat alligata, tanto per Chriſtum mirabilibus abſo-
luta eſt.*
8 *Petrus princeps apoſtolici ordinis ad arcem Romani deſtinatur Imperii,
vt lux veritatis efficacius ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus ef-
funderet.*
9 *Hieroſolyma erat funditus euertenda in vltionem mortis Chriſti, &
ipſa, & antiochena eccleſia poſtea titulo patriarchali decoratæ
fuerunt.*
10 *Ratio omnium, quæ a maioribus noſtris, inſtituta ſunt reddi non poteſt.*
11 *Homini non eſt neceſſe maiora ſe quærere, quia plus poteſt inſipiens inter-
rogare, quam ſapiens reſpondere.*
12 *Deus voluit vt Roma eſſet caput orbis terrarum proinde eam colamus nul
la alia percepta ratione.*

CAP. XVIII. In quo declaratur quare Romæ po-
tiuſquam Hieroſolimis, vel alibi vicariatus, iſte quem Petri
cathedram appellamus fuerit inſtitutus.

Romæ igitur Petrum fuiſſe, ibi cathe
drā hanc
ſundaſſe, & ibi martirium pro Chriſti nomine ſubiiſſe eo-
dem die & anno, quo Beatus Paulus, nempe ultimo Ne-
ronis anno conſtat ex multis Sanctis Patribus, & vicinis
ei tempori, & ex approbatiſſimis hiſtoriis. prout etiam nos
docet vniuerſalis eccleſiæ traditio, quæ ſola deberet ſuffi-
cere ſicuti ſufficit ad credendum, quod Andreas in Acha-
ya, Iacobus Hieroſolymis, & alii Apoſtoli in ſuis prouin-
ciis mortem glorioſam pro Chriſti nomine pertulerunt.
Quod autem Romæ potius quam alibi, & quibus de cauſis
fundatus fuerit iſte vicariatus & paſtoratus huius ouilis, tra-
duntur aliquæ rationes a ſanctis patribus, quæ iudicio meo,
cuilibet, qui non ſit omnino perditus & obſtinatus con-
1 cludent. Imprimis beatus Marcellus Papa martyr ſcribens
vniuerſis epiſcopis per Antiochiam conſtitutis, ait, Ro-
gamus vos fratres, vt non aliud doceatis quam quod a bea-
to Petro & reliquis patribus accepiſtis. Ipſe enim eſt ca-
put totius eccleſiæ & eius ſedes primitus apud vos fuit, quæ
poſtea iubente Domino Romam translata eſt, & ſic transla-
tionem hanc, domini præcepto attribuit, tex. eſt c. rogamus.
24. q. 1. Idem ſcribit Anterius papa in c. mutationes. 7. quæſ. 1.
Dicens Petrus ſanctus magiſter noſter, & princeps Apoſtolo
rum de Antiochia ciuitate, vtilitatis cauſa eſt translatus Ro
mam, vt ibi magis proficere poſſet. Idem Anacletus papa in
c. Sacroſancta. 22. diſt. vbi dicit quod reliquit beatum Igna-
tium epiſcopum Antiochiæ priuſquam veniret Petrus Ro-
mam licet lib. 3. c. 12. ſuæ Hierarchiæ Pighius referat Eno-
dium primo conſtitutum a Petro in epiſcopum Antiochiæ,
& Enodio ſublato, ſanctum ignatium ſubſtituit. Euſebius
Cæſarienſis lib. 1. capi. 14. eccleſiaſticæ hiſtoriæ dicit quod in
ipſis Claudii temporibus Clementia diuinæ prouidētiæ bea-
tiſsimum Petrum Romam vrbem perducit pugnaturum ad
2 uerſus cōem humani generis pniciē, ad quod alludit Hiero-
nymus de viris illuſtribus dicens, Simon Petrus filius Ioānis
prouinciæ Galileæ, vico Bethſayda, frater Andreę Apoſtoli,
& princeps Apoſtolorum, poſt epiſcopatum Antiochenſis
eccleſię, & prędicationem diſperſionis eorum qui de circun
ciſione crediderāt in ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bi-
thinia ſecundo Claudij anno ad expugnandum Simonem
Magum Romam pergit ibique viginti quinque annis cathe-
dram tenuit ſacerdotalem, uſque ad vltimum Neronis an-
num, id eſt decimumquartum a quo & affixus cruci marty-
rio coronatus eſt capite ad terram verſo, & in ſublime pedi-
bus eleuatis, aſſerens ſe indignum ne ſic crucifigeretur, ut do
minus ſuus beatus. Ambroſius in capit. beati. 2. quæſt. 7. dicit
ideo in vrbe Roma, quę principatum, & caput obtinebat na
3 tionum, ſcilicet, ut ubi erat caput ſuperſtitionis illic caput
quieſceret ſanctitatis, & vbi Gentilium principes habitabāt
ibi eccleſiarum principes morarentur. eiſdem verbis loqui-
tur ſanctus maximus epiſcopus in quodam ſermone de apo
4 ſtolis, ſed addit, quod cum Dominus orientis regionem pro-
pria illuſtrauerit paſsione occidentis plagam nequid minus
eſſet vice ſui, ſanguine Apoſtolorum illuminare dignatus eſt
& licet illius paſsio nobis ſufficiat ad ſalutem tamen etiā ho-
rum martirium nobis contulit ad exemplum, vt inter cæte
ra mirabilia quę fecerunt, etiam Magum illum Simonē ora-
tionibus ſuis de aeris vacuo pręcipiti ruina proſtrarent, & Pe-
tri oratio prior aſcendit ad dominum quam volatus Simo-
nis, ante peruenit iuſta petitio quam iniqua pręſumptio, an-
te Petrus in terris poſitus obtinuit, qđ petebat, quam Simon
perueniret in cęleſtibus quo tendebat. Et qui paulo ante uo-
lare tentauerat ſubito ambulare non poſſet, & qui pœnas aſ
ſumpſerat, plantas amitteret. Ireneus. lib. 3. aduerſus hęreti-
5 cos aſsignat † aliam rationem nempe, quia per omnes eccle-
ſias diſcurrere prolixum eſſet, & operis infiniti. ideo ex om-
nibus maximam & antiquiſsimam, ac omnibus cognitam
elegit. Leo Papa in ſermone de apoſtolis Petro & Paulo di-
6 cit, hoc ideo fuiſſe, vt Roma, q̄ eo tpe erat magiſtra † erroris
fieret diſcipula veritatis, & vt per ſacram beati Petri ſedem
caput orbis effecta latius pręſideret religione diuina quam
dominatione terrena. Diſpoſitio namque diuinitus operi
maxime congruebat, vt multa regna vno confœderarentur
imperio, & cito peruios haberet populos prędicatio genera-
lis, quos vnius teneret regimen ciuitatis. Hęc autem ciuitas
Romę ignorans ſuę prouectionis autorem cū pene omnib.
dominaretur gentibus omnium gentium ſeruiebat errori-
bus,

7 bus, † & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem,
quia nullam reſpuenat falſitatem. unde quanto erat per
diabolum tenacius alligara, tanto per Chriſtum eſſet mita-
bilius abſoluta. hæc Leo ibi, idem etiam Leo pontifex *in* al-
tero ſermone de Apoſtolis inquit, cum duodecim Apoſtoli
accepta omnium locutione linguarum per Spiritum ſanctũ
imbuendum euangelio mundum diſtributis ſibi terrarum
8 partib. ſuſcepiſſet beatiſſimus Petrus† princeps Apoſtolici or
dĩnis ad arcem Romã deſtinatur imperii, vt lux veritatis, q̃
in omnium gentium reuelabatur ſalutem, efficacius ſe ab
ipſo capite per totum mũdi corpus effunderet, cuius autem
nationis homines in hac tunc vrbe non eſſent. Aut quæ
vſquam gentes ignorarent, quod Roma didiciſſet? Hic con-
culcandæ philoſophiæ opiniones, hic diſſoluendæ erant ter-
renæ ſapientiæ vanitates, hic confutandi dęmonum cultus,
hic omnium ſacrilegiorum impietas deſtruenda vbi diligẽ-
tiſſima ſuperſtitione habebatur collectũ quicquid vſquam
fuerat vanis erroribus inſtitutum. Ad hanc ergo vrbem tu
beatiſſime petræ apoſtolæ venire non metuis, & conſorte
gloriæ tuæ Paulo Apoſtolo aliarum ad huc eccleſiarum or-
dinationibus occupato, ſiluam iſtam fremẽtium beſtiarum,
& turbulentiſſimæ profunditatis Occeanum, cõſtantia, qua
ſupra mare grdiebatis, ingrederis, iam populos. qui ex cir-
cũciſione crediderãt erudieras, iam Antiochenam eccleſiã
vbi primum Chriſtiani nominis dignitas eſt orta, fundaue-
ras, iam pontum, Galatiam Cappadociam, Aſiam, atque Bi-
thiniam legibus euãgelicæ pręd͏icationis impleueras, nec vt
dubius de prouectu operis aut de ſpatio tuæ ignarus ętatis,
tropheum crucis Chriſti Romanis arcibus inferebas, quo te
diuinis præordinationibus ante ibant, & honor poteſtatis &
gloria paſſionis, hactenus Leo, & ſic diuina iuſſione pręci-
pue, & ex cauſis p̃dictis credere dẽmus Romanã eccleſiam
fuiſſe huic paſtoratui dedicatã. Quare aũt nõ Hieroſolimis,
aut quare Antiochiæ ubi primatũ hũc Petrus prius inſtituit,
non p̃ſeuerauerit. Reſpondet optime Pighius c. 13. libro ter-
tio, quis cognouit ſenſum Domini, aut quis eius conſiliarius,
9 fuit? forte id factum fuit † quia in vltionem mortis Chriſti
erat funditus euertenda Hieroſolima, nec lapis ſuper lapi-
dem relinqui debebat vel ut cæcam illam & carnalem tur-
bam confunderet Iudęorum expectantium ſemper meſsiã
ſuum regnaturum in Hieruſalem. De Antiochia autem qua
re etiam translata fuerit Romam diuino etiam pręcepto
rtibuendum eſt rationibus ſupra dictis & quia ad conuincẽ-
dum Simonem Magum, qui ſuis verſucijs & magicis incan-
tationibus totam illam gentem execauerat, oportebat Pe-
trum Romam proficiſci, in qua erat orbis imperium, ut per
Hieronimum, & alios ſupra citatos. Antiochenam autem,
& Hieroſolimitanam titulo patriarchali decoratas legimus
in capitulo renouantes. et in capitulo diffinimus. 22. diſtin-
ctione qui titulus poſt Romani pontificis dignitatem primũ
locum tenet & ſummo honore fungitur, ut per Iſidorum in
capitulo cleros. 21. diſtinctione. quod ſi obſtinatus hæreticus
contendat non ſibi ſufficere Marcelli, Anterij, & Leonis teſti
monia qui fuerunt Romani pontifices, & ad vtilitatem pro-
priam & eccleſię ſuæ authoritatem deſcripſerunt, certe Eu-
ſebius non fuit Romanus pontifex, ſed epiſcopus Cæſarien-
ſis apud Paleſtinam, qui Hieroſolimam vicinam, & etiã ſuf
fraganeam habuit aliquando, vt ex Niceno concilio proba-
ri refert Pighius capitulo 12. libro 3. Chriſoſtomus Grecus
fuit & Conſtantinopolitanus epiſcopus doctorque ſanctiſsi-
mus, qui Homi. 87. ſuper Ioannem ita de Hieroſolimitana
ſcripſit eccleſia, ſi quis a me percontaretur quomodo Iaco-
bus ſedem Hieroſolimis acceperit, reſponderem ego, hunc
totius orbis magiſtrum prępoſuiſſe Petrum. papias etiam
Hieroſolimitanus epiſcopus teſtatur Petrum ſuam primam
canonicam Romę ſcripſiſſe, ſed quid Aegeſippum, quid Dio
niſium Areopagitam, & alium Dioniſium Corinthiorum
epiſcopum, quid denique alios recitem, qui non fuerunt Ro
mani pontifices, Ireneus ſimiliter diſcipulus Policarpi audi-
toris beati Ioannis Euangeliſtę non fuit Romanus pontifex
ſed Lugdunenſis epiſcopus ut uideant qui de Gallia in hære-
ſes prolabuntur quomodo talium præceptorum authorita-
tem contemnunt. certe magna eſt impudentia velle nebulo
nibus iſtis, qui nudius tertius fabricata chimera populares
animos decipere volunt, credere potiuſquam antiquis, ſan-
ctis, & doctiſsimis patribus, & accedere a communi totius
eccleſiæ confeſsione tanto tempore recepta & approbata, &
ſi rationes iſtæ beatiſsimorum Marcelli, Antherij, Euſebii, &
Irenei quare Romæ fundatus fuerit iſte ſanctiſsimus uicaria
tus & cathedra, non concludant heretico obſtinato, conclu
dat ad minus iſte uniuerſalis conſenſus omnium antiquo-
rum & ſanctorum uſque in tempora noſtra receptus, etiam
nõ percepta rõne. Nã et Philoſophi & iuriſconſulti dixerũt.
10 Non omnium quæ† a maioribus noſtris inſtituta ſunt poſſe
reddi rationẽ, l. non omium, ff. de legibus vbi glo. ponit exẽ
plum quare pręſcriptio, vel vſucapio fuerit introducta, ratio
reddi poteſt ne ſcilicet dominia rerum ſint in certo. ſed qua
re tempus triennij, vel viginti annorum fuerit ſtatutum po
tius quam aliud de hoc ratio reddi non poteſt, ſic in propoſi
to, quod vnus vicarius pro Chriſto viſibilis in terris guberna
re debeat eccleſiam, & quomodo Petrus fuerit deſignatus,
a Chriſto magis quam cęteri Apoſtoli, audiuiſti ex ſacra ſcri
ptura quare autem cathedra hæc potius Romæ quam alibi
fuerit inſtituta mihi concludunt, & cuilibet catholico con-
cludent rationes ſanctorum quos retuli. ſi tibi non conclu-
dunt, crede tamen ſine ulteriori rationis, & cauſę inueſtiga
tione, quod a mille quigentis annis, & vltra a maioribus no-
ſtris, & vere maioribus ſanctitate & doctrina ſeruatum acce
piſti, nec deſeras propter perfidos iſtos, quod a tanto tempo-
re tenet eccleſia, & uſque modo conſeruat, & prout dicitur
11 Eccleſiaſtes ſeptimo, quid neceſſe† eſt homini maiora ſe quę
rere & ut alter dicebat plus poteſt inſipiens quærere, quam
ſapiens reſpondere, ne cures igitur inueſtigare in his quæ ad
fidem pertinent quare hoc potius quam illud ordinatum
fuit cur Romæ magis quam alibi cathedra hæc reſideat, tuũ
enim duntaxat eſt credere & obedire ſuperioribus tuis, & ſi
12 gere in corde tuo quod Liuius† libro primo de bello punico
dicebat, abi nuntia Romanis, cæleſtes ita uelle ut mea Ro-
ma caput ſit orbis terrarum, quæ uerba, & ſi de dominatione
terrena dicta fuerint, a Liuio tamen, & ad religionem diui-
nam qua Roma præſidet ſupra cæteras, poſſunt referri.

SVMMARIVM.

1 *Obſeruantia ſubſequuta & continuata duratio per tempus, memoriam hominum excedens eſt optima ſpecies probationis, quæ appellatur argumentum a priori & poſteriori ſubſequuto.*

2 *Tituli primordialis dubietas, ſi quæ poteſt eſſe ex ſubſequuto euentu certificatur.*

3 *Interpretatio vera eſt quæ a practica, & obſeruantia ſumitur præſertim ſi obſeruantia iſta aliquo tempore fuit contradicta, & non obſtantibus contradictionib. ſemper firma perſeueauit. nam cogimur ei ſtare etiam non percepta ratione.*

4 *Hæretici deberent ſe ad pedes pontificis prouoluere dicentes erraui ſicut ouis quæ periit quære ſeruum tuum Domine.*

5 *Romanus pontifex non erit auſterus humilibus poſtquam Chriſtus Dominus eſt benignus, & recipiet omnes vere conuerſos intra gremium eccleſiæ.*

6 *Antiquitas & ſanctitas maiorum noſtrorum veuerenda eſt & nouitas fugienda ex multis quæ hic adduntur.*

7 *Poſt Petrum extiterunt continuati quaſi ducentum & viginti ſex papæ quorum nullus Petri nomen accepit nec annos pontificatus Petri attigit, quæ omnia credendum eſt ſine numine Dei non eueniſſe ob reuerentiam Petri.*

8 *Eccleſia nulla tanto tempore conſeruauit fidem ſicut Romana, & illic nulla hęreſis ſumpſit exordium.*

9 *Adiectionem nec vnius ſermonis, ad ſymbolum admiſit Roma nec ſillabæ.*

10 *Vnitas in orando, & pſallendo a beatiſſimis Pio Quinto, et Gregorio XIII laudatur.*

11 *Romę pluſquam alibi ad martyrum ſepulchra, & eccleſias concurritur, & in Romanis eſt maior deuotio, & ſimplicitas ad credendum teſte Hieronymo, cuius exemplum vtinam homines aliarum regionum imitarentur.*

12 *Euangelica doctrina ſpecialiter ſub Romani Imperij Sede conſiſtit. & licet Roma fuerit ſæpius obeſſa non tamen in totum diruta, tutelari enim numine magni Dei ſeruata eſt, tanquam terrarum, gentiumque Dea.*

13 *Roma nomen eſt quod apud gręcos ſignificat fortitudinem, et apud hebręos ſublimitatem, auctore Hieronymo.*

14 *Roma effuſione ſanguinis, Petri facta eſt altera Hieruſalem, teſte Hoſtienſe.*

15 *Roma ſola fidem ſemper ſeruauit cum omnes mundi prouinciæ in quibus Apoſtoli prædicarunt a fide deſceerint, & cathedram Petri retinuit nullis tempeſtatibus hoc perturbantibus.*

16 *Romani pontifices & alij martyres plus Romæ quam alibi pro nomine Chriſti occiſi fuerunt, & reliquiæ corporum aliunde translatorum cathedram hanc in morte ſicut in vita venerantur.*

CAP. XIX. In quo aliis rationibus oſtenditur vicariatum hunc, & Petri primatum Romæ, & non alibi fuiſſe fundatum poſt translationem de Antiochia,

Inter cæteras probationum ſpecies, q̃ ad probadum aliquid de antiquo introductæ reperiuntur a Philoſophis, & iureconſultis noſtris, licet ethnicis & in ſolo lumine naturali ratiocinantibus vna eſt & præcipua obſeruantia ſub

equute

ſequuta, & continuata duratio per tempus, memoriam ho-
minum excedens, quam multi ex noſtris appellarunt argu-
1 mentum, a priori, & poſteriori poſtea ſubſequuto credendũ
eſt enim & iudicandũ quod obſeruantia tanti temporis cõ-
tinuata a titulo illo præcedenti defluxerit, & durationem il
lam acceperit, ut per iuris conſultum, in l. quædam mulier.
2 ff. de rei vendi, l. ſi a te. ff. ſi ſerui. vendicetur, l. prædia. ff. de ac-
quir. poſſeſ. a primordio enim tituli poſterior formatur euẽ
tus, l. prima, circa finem, C. de imponenda lucratiua diſcrip.
lib. decimo, C. & dubietas tituli primordialis, ſi qua potuiſſet
eſſe debet ex euentu ſubſequuto certificari, l. minime, & l. ſi
3 de interpretatione, ff. de legib. & uera eſt interpretatio quæ a
practica ſumitur dicebat apud nos Baldus iuriſconſultus. &
Philoſophus Aegregius, in capitulo primo, de ſeudo ſine cul
pa non amittendo, cuius dicti auctoritate deciduntur mul-
ta in auditoriis cauſarum, quæ hic referre longum eſſet, re-
cenſet Craueta de antiquit. prima, parte fol. 53. & con. 10 &
118. & alibi doctores noſtri quos hic non congero ſicuti ſo-
leo, cauſas agendo præſertim quando conſuetudo & obſer-
uantia talis fuit aliquo tpe contradicta, & non obſtante ta-
li contradictione firma perſeuerauit ſemper contradictioni
bus abolitis iuxta tex. in l. cum de conſuetudine, ff. de leg. &
gl. in c. fi. de conſue. & multo magis ſi ſit rationabilis, & præ
ſcripta per tempus immemoriale, cap. primo, de præſcript. li
bro 6. ſi igitur propter tanti temporis obſeruantiam cogi-
mur etiam non percepta ratione obedire maioribus, & anti
quioribus noſtris, nec poſſumus recedere ab eo quod ipſi diſ
finiciunt, & tanto tempore cuſtodierunt, quamuis obſeruã-
tia talis non fundetur in ratione naturali, nec auctoritate iu
ris diuini. Et quãquã aliquid abſurdi videatur in ſe contine-
re ſola maiorũ fortaſſe reproborum ſententia quaſi cõpedi-
bus alligati. Quis poterit catholice lector a lachrimis tempe
rare, ſi uideat in dubium reuocari temporibus noſtris a perfi-
dis & nebulonibus iſtis dignitatem cathedræ huius & vnius
paſtoris pro Chriſto vicarij fundatam in principijs iuris na-
turalis, & tam apertis Sacræ ſcripturæ autoritatibus a mille
quingentis annis & vltra veneratam per tot ſanctos patres
& tam enixe, vt pro eius obedientia mori & martyrium ſubi
re non dubitauerint, & denique permanentem non obſtan-
tibus contradictionibus quæ contra eam ex tot tyrannorũ
perſequutionibus, & hæreticorum uerſurijs inſurrexerunt.
Hoc ſolum profecto, ſi piæ & catholicæ conſideretur debe-
ret omnes nulla ulteriori auctoritate inueſtigata in ea obe-
dientia quæ huic cathedræ debetur, & tantæ ſidei ſoliditate
firmare. Hoc etiam ſolum deberet arrogantes hæreticorũ,
chimeras, & phantaſmata diabolica ſuggeſtione, quo licen-
4 tius uitiis ſubſeruiant, conficta deſtruere. Hoc denique ſolũ
ſine alio examine deberet eos prouolutis genibus proſtrare
ad pedas huius ſancti paſtoris, & pro Chriſto uicarii, decan-
tando uerſum illum pſalm. 118. erraui ſicut ouis, quæ periit,
quære ſeruum tuum Domine omnes nos quaſi oues errraui-
mus vnuſquiſque in uiam ſuam declinauit. Eſaiæ, 53. Rege
me Domine in loco paſcuę colloca me, virga tua, & baculus
tuus me conſolentur, pſalm. 22. Pone me quaſi gregem, in
ouili, & quaſi pecus in medio caularum Michee. ſecunda, ne
omnino abſcindar, de ouili tuo ſicut pecus infectum, Aba-
chuc tertio, & ne ſicut oues in inferno poſitas mors depaſcat
nos. Ille enim beatiſsimus Romanus pontifex Chriſti vica-
rius, ut dicit Chryſoſtomus eleganter, in capitu. alligant. 26.
5 quæſtio. ſeptima, non erit † auſterus poſtquam Dominus eſt
benignus, quia non ſolum ſi uere conuertantur, eos ad mi-
ſericordiam benigne recipiet, capit. ſuper eo. de hęreticis, lib.
ſexto. l. fi. C. de ſumma trini. capitu. duo. 23. queſt. 4. capitu. ſe
des Apoſtolica. de reſcript. verum etiam ad exemplũ Chri-
ſti, & paſtoris, qui ouem quam perdiderat inueniens, conuo-
cabit amicos ſuos, & vicinos dicens eis, congratulamini mi
hi, quia ouem quam perdideram inueni Lucę. 15. tranſum-
ptiue, & eleganter, ad propoſitum, in capit. pęnitentes ex cor
de. 26. q. ſeptima, Sequamur ergo, vt ad propoſitum redea-
6 mus, antiquitatem † & ſanctitatem maiorum noſtrorum ve
re literis, & uirtute maiorum potiuſquam Sophiſmata nebu
lonum noſtri temporis, ſicut & Iob. ſexto legitur, interroga
generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrum me
moriam heſterni quippe ſumus, & ignoramus, quoniam vm
bra dies noſtri ſuper terram ipſi docebunt te, & loquentur ti
bi, & de corde ſuo proferent eloquia. In antiquis eſt ſapien-
tia. & in multo tempore prudentia. Vnde eleganter Beatus
Iſidorus ad maſſanum Epiſcopum, in capit. Domino ſancto.
l. diſtin. ponderando auctoritatem illam Ezechielis, 16. con-
fundere, o Iuda & porta ignominiam tuam, & tu & filię tuæ
reuertimini ad antiquitatem dicebat. Quotieſcumque di-
ſcors ſententia inuenitur in geſtis conciliorum, illius conci-
cilii ſententia magis teneatur, cuius antiquior extat authori
tas, habet enim antiquas maiorem fraternitatem cum fide-
litate Dei quam nouitas iuxta illud Eſaię. 25. domine Deus
es tu, & confitebor nomini tuo quoniam feciſti mirabilia
cogitationes antiqua fideles Amen propterea Nicolaus Pa-
pa in capitulo Ridiculum. 12. diſt. dicebat, Ridiculum eſt &
ſatis abhominabile dedecus vt traditiones, quas antiquus a
patribus ſuſcepimus infringi patiamur, & patres concilii Ari
minenſis reſponderunt ad quoſdam nouitatum inuentores,
nos non quia fide indegeremus huc conuenimus, habemus
enim ſanam fidem, ſed ut eos qui veritati contradicunt, &
noua moliuntur confunderemus, & quæ patrum ſunt tenea
mus, vt refert Athanaſius libro 2. de perſequutione, & ad cõ
ſtantinum Imperatorem lib. 12. cap. 15. in epiſtola de ſinodis
Arimini et Seleuciæ congregatis, quam habemus in primo
tomo conciliorum. fol. 134. Sic epiſcopi catholici qui in di-
ctis ſinodis interfuerunt ſcripſerunt, ſupplicamus humanita
ti tuę vt benignis auribus, & ſereno vultu noſtros legatos in
tuearis neque ad contumeliam mortuorum aliquid noui in
duci permittas, ſed nos ſinas in inſtitutis decretiſque ma-
iorum permanere quos magno ingenio, prudentia, & Spi-
rituſancto omnia feciſſe aſſeueramus. certe res nouæ cre-
dentibus incredulitatem, incredulis ferocitatem inducunt,
ut etiam allegat Cardinalis Hoſius, in ſecundo tomo titulo
de expreſſo Dei uerbo fol. 523. deteſtanda eſt ergo nouitas,
& ſequenda uetuſtas, ut infra capit. fin. latius oſtendemus &
ut iam ad Romam noſtram cõuertamur pro efficaciori hu-
ius noſtrę antiquitatis continuatę fundamento, põderemus
7 poſt beatum Petrum † primum Chriſti Vicarium extitiſſe
quaſi ducentum & uiginti ſex pontifices vnum ſemper alie
rius ſucceſſorem vſque ad ſanctiſsimum Gregorium deci-
mumtertium qui nunc eccleſiam Dei feliciter gubernat, &
ex tot pontificibus nullum auſum fuiſſe Petri nomen aſſu-
mere ob reuerentiam beati Petri cuius ſunt ſucceſsores
nec aliquem eorum vigintiquinque annos pontificatus atti-
giſſe quibus Petrus rexit eccleſiam, quæ omnia vt ab alto pro
uenientia non modicam admirationem fidelibus inducere
debent & eos in humilitate & obediẽtia, quæ Romano pon
tifici debetur plus confirmare potuiſſet. neque enim hæc ſi-
ne nomine Dei euenerunt, & ſi beatus Ireneus. ut ſtatim di-
cam continuatam pontificum ſucceſſionem a beato Petro
vſque ad beatum Eleuterium tunc Romanum pontificem
ponderabat, a fortiori in ſeculo noſtro poſſumus cõſiderare,
ſuccedaneam pontificum ſucceſſionem a beato Petro vſq;
ad beatum Gregorium. 13. Papam, intelligentes adimpleri in
hac Romanę eccleſiæ conſeruatione verba illa Chriſti ad Pe
trum dicta quod pro eo rogauit vt non deficiat fides eius, ſed
ut conuerſus confirmaret fratres ſuos Lucæ. 22. ſed age iam
diſcurre modo per omnes prouincias mundi in quibus cæte-
8 ri Apoſtoli prędicauerunt, & videbis nullam † aliam niſi Ro
manam tanto tempore ac vſque modo conſeruaſſe prout
conſeruatura eſt vſque ad conſummationem ſeculi fidem
ſanctam hanc Petri pro qua Chriſtus patrem rogauit in prę-
ſentia cęterorum Apoſtolorum, & Petri, lege beatum Cy-
prianum in expoſitione ſimboli apoſtolorum vbi ait quod
licet in diuerſis eccleſiijs aliqua fuerint addita verbis ſimbo-
li, in eccleſia tamen † vrbis Romę hoc non depræhenditur fa
9 ctum & pro eo arbitror dicit martyr ille glorioſus, & aphri-
canus quod neque hæreſis vlla illic aſſumpſit exordium, &
mos ibi ſeruatur antiquus apud eos qui gratiam baptiſmi ſu
ſcepturi ſunt publico fideliũ populo audiẽte ſimbolũ redde
re, Et vtiq; adiectionis vnius ſermonis ſaltẽ eorũ qui præceſ
ſerunt in fide non admittit auditus. hæc Ciprianus condem-
nãs in illis verbis adiectionem etiam vnius ſermonis ad mo-
rem antiquum præter Apoſtolicæ ſedis authoritatẽ, & ideo
optimo iure temporibus noſtris ex decreto ſacri concilii tri
dentini & beatorum Pii ac Gregorii pontificum mandato
10 † factum eſt & factum ſeruatur vt diuerſis orandi & pſallen-
di modis qui in vnaquaque prouincia & Diœceſi adinuenti
fuerunt in totũ exploſis ad vnũ eumq; antiquũ orãdi, & pſal
lendi ritum reſtitueremur ſalua in omnibus ſedis apoſtolice
authoritate quæ ſm varietatem locorum & tpum valeat ſu-
per his diſpenſare, capit. non debet, de conſanguin. & affini.
ſed ad noſtrã Romã redeũdo audi Hieronimũ in pœmio cõ
mẽtariorum epiſtolæ ad Galatas ad Paulam, & Euſtochium
de Roma vrbe dicentem vbi alibi, tanto ſtudio & frequentia
ad eccleſias, & martirum ſepulchra concurritur? vbi ſic ad
ſimilitudinem cœleſtis tonitrui, amen, reboat & varia ido-
lorum templa quatiuntur, non quod aliam habeant Roma
ni fidem niſi hanc quam omnes Chriſti eccleſiæ tenent, ſed
11 quod deuotio † in eis maior ſit & ſimplicitas ad credẽdũ, hęc
Hieronimus, & vtinam oẽs hoc ſui capitis & eccleſiæ Roma
næ imitarentur exemplũ, tam in reſpuenda adiectione vnius
ſermonis ad morem antiquum ex Cipriano, quam etiam in
conſeruanda deuotione & ſimplicitate ad credendũ ex Hie-
ronymo, ſic enim hæc fides ſanctorum Patrum antiqua du- 1
raret

raret apud eos,& in omnibus nationibus Romæ noſtræ, arx
alta maneret,ac nociuæ nouitatum quæſtiones exularent a
cordibus ipſorum. Quid etiam referam beatum Hilarium
in prologo ſuper pſalmos, ubi ait quamuis multæ Barbaræ
gentes Dei cognitione ſecundum apoſtolorum prædicatio
nem, & manentium hodie illic eccleſiarum fidem adeptæ
ſint, tamen ſpecialiter euangelica doctrina ſub Romani im
perij,in quo hebræi,& Græci continentur ſede conſiſtit,hæc
12 Hilarius,& licet Roma, †obſeſſa fuerit ſæpe ſæpius non eſt di
ruta ſicut Cartago,Troya,& aliç ciuitates,Tutelari enim nu
mine magni Dei ſeruata eſt tanquam terrarum gentiumq;
Dea,cui nihil eſt par,in qua Petrus Chriſti vicarius ac ſucceſ
ſores eius p̄ſiderent, vt dicit Blondus Foroliuięſis hiſtoricus
de Roma triumphante quem refert Faber tractatu. 10. text.
24. Vnde ad noſtram Romam referri poſſunt ea omnia quę
ex Chryſoſtomo,& aliis ſupra capite ſexto numero,13. con-
geſſimus, ad probandum quod eccleſia vniuerſalis duratu-
ra eſt vſque ad finem mundi , quia licet impugnetur non ta
men expugnabitur. Quod ſatis etiam oſtendit Romanam
eccleſiam eſſe caput omnium eccleſiarum poſtquam caput
& corpus ſic in iſta duratione conueniunt teſte Hieronymo
13 contra Iouinianum. Roma †nomen eſt quod apud Græcos
ſignificat fortitudinem,& apud hebræos ſublimitatem in ſi
gnum uidelicet ſublimis,& ſupremi pontificii vere & Catho
licę eccleſiæ quod penes ipſam fuiſſe,eſſe, & futurum vſque
ad ſeculi conſummationem credimus & confitemur intre-
pide,& ut dicebat apud nos Hoſtienſis, in cap. per venerabi-
lem, §.ſane.qui filii ſint legitimi. vrbs Romana effuſione ſan
guinis Petri, qui fuit primus Chriſti vicarius facta eſt altera
24 Hieruſalem ab ipſo Deo, quia per talem effuſionem volun-
tas Dei fuit ut ille locus firmaretur,& conſecraretur pro ec-
cleſia ſua ſancta, quæ eſt caput, & domina eccleſiarum , nã
licet Hieroſolyma propter Chriſti paſſionem fuerit glorio-
ſior, Roma tamen pro ſede ſummi pontificis fuit aptior, a
Chriſto quoque prælecta in ſignum ſuperioritatis, quam
Romanus pontifex habiturus erat ſuper totum orbem,ideo
uoluit Dominus ibi potius quam alibi eccleſiæ caput ſtabili
re, vt optime ponderat Palacios Rubios in tractatu de reten
tione regni Nauarrę. parte ſecunda, §. quarto, ſed age & mẽ
te diſcurre per omnes mundi prouincias,in quibus apoſtoli
25 prædicarunt defecit Achaya,vbi Andreas, Aſia,ubi Ioannes
India ubi Thomas, Perſia,ubi Simon & Iudas, Ethiopia,ubi
Matthæus,Hieroſolyma,vbi Iacobus uterq; Græcia,ubi Pau
lus,Phrigia, ubi Philippus,Samaria, ubi Matthias India cite
rior, vbi Bartholomeus,Pontus,Galacia,Bithinia,Antiochia
ubi Petrus prædicauit,omnes iſtę a fide ſanctiſsima defece-
runt,nec aliquam inter cęteros ſuperioritatem, & pręminẽ
tiam conſeruarunt, ſola Roma ſola inquam Roma a Petri
prędicatione non ſolum fidem inter tot perſequutiones, &
tyrannides verum etiam & imperium ſedis apoſtolicę reti
nuit ſupra cęteras . Et profecto quamuis nullum aliud teſti
monium, niſi ſolus iſte rei euentus adeſſet deberet omnes in
tantę fidei cathedrę obedientia ſolidare . Pondera etiã quot
16 ciuitates,& prouinciæ fidelibus,in totum exploſis captiuatę
fuerint ab hoſtibus infidelibus, ſola Roma ab eo die quo Pe-
trus eam erudiuit,uel in multis, vel in paucis fidem, & ca-
thedram ſuam continuata pontificum ſucceſſione conſer-
uauit, nihil hoc impedientibus, nec impedire valentibus tot
perſequutionibus tyrannorum tot martyrum exoſſationib.
incendiis,& de capitationibus& pręconiis de Chriſtianis exi
lio & morti tradendis,pondera hic teſtimonium Leonis pri
mi quomodo Attilam ſolo verbo ab obſidione quam cõtra
Romam parauerat expulit. Attende ſimiliter immediata &
continuata martyria tot ſanctorum Romanorum pontifi-
cum uſque ad tempora Liberii papę , & aliorum poſtea pro
Chriſti nomine occiſorum, de nulla enim prouincia repe-
ries,tot martyres & pontifices pro fide,& gloria Dei trucida
tos,contemplare quot ſanctorum exempla, paſſiones, virtu
tes, & exhortationes vrbem illam & omnes eius habitato-
res ſpiritualiter ędificarunt quot martyrium adducti fuerũt
ex omnibus quaſi mundi partibus, quot etiam reliquię illã
exornant unde quaque terrarum, ut Ignatius,ex Antiochia,
Laurentius, ex Hiſpania, Stephani corpus Hieroſolymis, &
quaſi omnia apoſtolorum & quam plurium martyrum cor-
pora , & oſſa illuc translata & in templis Romanis ſolemni-
ter recondita, quaſi in morte, ſicut,& in uita hanc ſanctam
cathedram uenerando. Conſidera quot prodigia & miracu
la in fidei confirmationem operatus fuerit ibi Deus noſter,
& dices vere non eſt aliud hic niſi domus Dei, & porta cœli.
vnde eleganter Auguſtinus relatus,per Roffenſem, artic. 25.
tenet me inquit in eccleſia ab ipſa Petri ſede, cui paſcendas
oues ſuas Dominus poſt reſurrectionem commendauit vſ-
que ad pręſentem epiſcoporum ſucceſſio ſacerdotum con-
tinuata, & idem Aug. contra Manichęos plurimum inquit,

In re dubia ad fidem & certitudinem ualet catholicæ eccle-
ſiæ authoritas quæ ab ipſis Apoſtolorum fundatiſſimis ſedi-
bus vſque in odiernum diem tot ſuccedentibus ſibi epiſco-
pis ſecundum ſeriem ſucceſſionis,& tot populorum conſen
ſione firmatur,& ſimiliter Ireneus libro 3. aduerſus Valenti-
nianum & alios hęreticos inquit, traditionem apoſtolicam
toto orbe manifeſtam in omni eccleſia adeſt perſpicere om
nibus qui uera uoluerint audire, eam videlicet, quam primi
tiua eccleſia per ſucceſſionem continuatam patrum & epi-
ſcoporum tranſmittit ad nos fundatam Romæ a glorioſiſ-
ſimis Apoſtolis Petro & Paulo,& per ſucceſſiones epiſcopo-
rum ad nos peruenientem, cuius occaſione continuatam in
Romana eccleſia ſucceſſionem epiſcoporum a beatiſsimo
Petro vſque ad Eleutherium, qui eccleſiæ Romanæ tũc præ
ſidebat enumerat, & dicit, hac ordinatione, & ſucceſsione
ea, quæ ab Apoſtolis traditio in eccleſia,& veritatis præconi
zatio peruenit vſque ad nos eſt pleniſsima, hæc eſt oſtenſio
demonſtrans vnam & eandem fidem fuiſſe, quæ in eccleſijs
tradita eſt ab Apoſtolis,& vſque nunc conſeruatur in uerita
te. Hęc ille Ireneus Lugdunenſis epiſcopus ſancti Policarpi
diſcipuli beati Ioannis auditor, relatus a Pighio capit. 2. libri
primi ſuæ Hierarchiæ in qua authoritate ponderandum eſt
quid dixiſſet Sanctus ille qui vſque ad Eleutherium, tũc ſum
mum pontificem continuationem annumerabat, ſi uidiſſet
ſucceſsionem pontificum Romanæ eccleſię a beato Petro
vſque ad ſanctiſsimum Gręgorium decimumtertium , qui
nunc fœliciter ſedet in cathedra Petri , cum in ſextuplum
plures & vltra tranſierint pontifices ab Eleutherio , vſq; ad
nos, quam a ſancto Petro vſque ad Eleutherium tũc Roma
nę eccleſię paſtorem & pręſidentem. Ex quibus omnibus, iu
dicio meo ſatis remanet comprobatum Romanum pontifi-
cem, pro tempore exiſtentem fore, fuiſſe,& eſſe vicariũ Chri
Ieſu ſeruatoris noſtri & ſucceſſorem beatiſsimi Petri Apo-
ſtolorum principis.& huic ſemper nos tamquam Paſtori hu
ius ouilis & pro Chriſto vices gerẽti obedire debere, poſtquã
de nullo alio pontifice , de nulla alia eccleſia tantam , &
tam ordinatam continuationem pontificum legamus & a
tantis ereptam hæreticorum & tyrannorum perſequutioni-
bus quaſi inter mortuos liberam euntem .

S V M M A R I V M.

1 *Contra principia negantes, non eſt arguendum.*
2 *Cum hæreticis diſputare prohibitum eſt.*
3 *Iudicio ſinodi iniuriam facit qui ſemel iudicata ibi & deciſa reuoluere contendit.*
4 *Lex quantumcumque dura ſeruanda eſt.*
5 *Veritas ad hæreſes collata magis reſulget.*
6 *Beati reputantur qui pro fide tuenda contra hęreticos ſcribunt.*
7 *Authoritas Matthæi.16. Tu es Petrus, &c. de promiſſione intelligitur et deſtinatione, verba autem Ioannis vltimo paſ.e oues meas de collatione actuali.*
8 *Manus, electis non ſtatim imponendę, nec confirmandus eſt cito electus etiam in concordia.*
9 *Petrus Sathan appellatur a Chriſto Matthæi.16. poſt diuinam illam confeſſionem eo quod paſſioni Chriſti obuiabat.*
10 *Petro non in cęlo ſingulariter ſicut aliis, ſed in cælis fuit a Chriſto data poteſtas ligandi & ſoluendi, & licet Ioannis penultimo, omnib. dictum fuit accipite Spiritumſanctum, poſtea ei ſoli dictum eſt paſce oues meas, præſentibus cęteris apoſtolis.*
11 *Deus & natura nihil agunt ſuperfluo.*
12 *Petrus licet pro omnibus reſponderit tamen ei vt capiti dictum fuit, Tu es Petrus, etc.*
13 *Donatio facta per imperatorem papæ vt capiti , eccleſiæ facta fuit.*
14 *Petri poteſtas ipſo iure tranſit in ſucceſſores, ſed epiſcopi aliorum Apoſtolorum ſucceſſores a papa recipiunt poteſtatem.*
15 *Relatiuum hic, hæc, hoc, ad proximiora refertur, vnde verba illa & ſuper hanc petram exponuntur id eſt ſuper te Petrum.*
16 *Chriſtus eſt petra primaria huius ædificii ſpiritualis, Petrus autem petra ſecundaria.*
17 *Chriſtus titulos ſibi attributos aliquando communicauit apoſtolis.*
18 *Miſſio non arguit ſuperioritatem in mittentes, quando miſſus eſt de numero etiam mittentium.*
19 *Chriſtus quando prohibuit maioritatem inter ſuos, de tyrannica, & ſuperba intelligit, non autem condemnauit publicam, & iudicialem poteſtatem.*
20 *Petrus licet poſt promiſſam hanc cathedram Matthęi.16. defecerit vt in trina negatione, & licet ſui ſucceſſores vt priuata perſona errent, tamen in diffinitione eorum quæ vt publica perſona deliberant ad fidelium inſtructionem errare non poſſunt.*
21 *Petrus & Paulus licet meritis æquales eſſent tamen officio & dignitate maior erat Petrus & mirabilior.*
22 *Beatus Ireneus non reſtitit papæ victori , ſed eum orauit ne excommunicaret Orientales , & eodem modo intelligitur illud policarpi exemplum.*

Vni-

23 *Vniuerſali dictioni ęquipollet indefinita legis, & ideo non deſignaſſe aliquas oues, ſed oues ſimpliciter eſt dixiſſe omnes oues meas.*
24 *Petrus non debebat mittere ad prædicandum apoſtolus quos iam Chriſtus paſtor principalis miſerat.*
25 *Petro data fuit principaliter prędicatio his qui ex cirumciſione erant ſicut & Chriſtus miſſus non fuit principaliter ad gentes.*
26 *Confirmatio ſeu approbatio facta per Iacobum fratrem Domini de ſententia Petri non tollit authoritatem præſidentiæ in Petro quem Deus elegit vt per os eius audirent gentes verbum Dei.*
27 *Petrus ordinauit Iacobum fratrem Domini Epiſcopum Hieroſolymitanum, & duodenarium numerum Apoſtolorum impleuit in Matthia.*

CAP. XX. In quo cauillationibus hęreticorum cōtra ſanctiſſimam huius cathedræ authoritatem obiectis reſpondetur.

Cum cathedræ huius dignitas fundata ſit in tam apertis ſacræ
ſcripturæ, præſertim euangelii authoritatibus, & iuris natu-
ralis ac philoſophię principiis cum mille quingentorum an
norum & vltra obſeruantia ſubſequuta & continuata, vt la
tius ſupra oſtēſum fuit non oporteret, iudicio meo, aliquid
aliud contra hæreticos noſtri temporis allegare ad eorum
confuſionem & noſtram ædifidationem, ſuper cathedræ hu
ius obedientia, niſi illud principium Ariſtotelis libro primo
1 Phyſicorum contra negantes, † principia non arguendum,
nam quod obſecro poteſt eſſe principium magis fundatum
quam iſtud, cui tot teſtimonia iuris diuini & rationis natura
lis conueniunt. Et ſi in iure ciuili tantum potuit authoritas
Papiniani & Vlpiani, ſi in medicina Galeni & Hippocratis, &
denique in philoſophia Ariſtotelis & Platonis textus citari,
vt contra eos arguens derideatur propter irrefragabilem au
thoritatem quam eis attribuit conſuetudo, & quaſi iurata
magiſtrorum doctrina qūam in lege prima. C. de legibus.
appellāt doctores noſtri auctoritatem creditu neceſſariam,
deplorandos ſimul, & deridendos arbitror, qui deſpiciunt &
contemnunt dignitatem pontificis noſtri in iure diuino na-
turali, & humano cum tanti temporis obſeruantia ſolida-
2 tam. Propterea † patres noſtri catholici optimo iure ꝓhibue-
runt diſputationem cum hæreticis, nam vt dicebat elegan-
ter Martianus Imperator in leg. nemo clericus. C. de ſum-
3 ma trinitate iniuriam † facit iudicio ſanctæ ſinodi ſi quis ſe-
mel iudicata ac rectę diſpoſita reuoluere, & publice con-
tra ea diſputare contenderit, & idem Imperator in cano-
ne. nos ad fidem. xcvj. diſtinctione dixit ſinodo intereſ-
ſe voluimus, vt de veritate inuenta non ultra multitudo
doctrinis prauis attracta diſcordet, & Gelaſius papa in capi-
tulo, maiores, vigeſima quæſtione prima, ait maiores iā ſuos
diuina inſpiratione id præcauiſſe, & quidem iuſta de cauſa,
nam de lege indicare nemini licet, ſed ſecundum legem, vt
per Auguſtin. & Iſidorum, in can. Erit autem lex. & in cano,
4 in iſtis, 4. diſtinct. etiam ſi quid durum iudicio noſtro lex con
tineret, vt dicebat iuriſconſultus, in l. proſpexit, ff. qui, & a q-
bus, ibi quod quidem per quam durum eſt, ſed ita lex ſcrip-
ta eſt, Hoc ſolo ſolidiſſimo fundamento debemus confun-
dere nebulones, & hæreticos iſtos exēplo Carbonarii illius,
a Pighio relati quem, & nos infra referemus tanquam me-
morādum exemplum, & mirum ex Carbonario doctorem
5 noſtrum effectum. Sed quoniam ueritas ipſa ad hæreſes col
lata magis refulget, ut per Auguſtinum ſermone nonageſi-
moſeptimo, de tempore, & lib. ſeptimo confeſſionum capi-
tulo decimonono, ubi ait improbatio hæreticorum emine-
re facit quid eccleſia teneat, & quid habeat ſana doctrina, &
tempore noſtro, quo ſimplices ſollicitantur & decipiuntur,
ab hæreticis, operepretium eſt contra deceptores ſcribere,
& eorum errores confutare, prout Catholice, & doctiſſime
præſtiterunt patres, qui noſtro tempore floruerunt, vt gloria
6 Dei manifeſta fiat, & veritas catholicæ fidei defendatur, ac
hæretici de facili conuertantur, prout dixerunt, & ſanctus
Thomas, & alij relati per Dominum epiſcopum ſi man-
cam, capit. vigeſimo, ſuarum inſtitutionum, qui terque qua
terque beatos iudicauit eos, qui pro fide catholica tuenda,
& extirpandis hæreſibus Catholice ac pie ſcripſerunt, quo-
rum ego ueſtigiis, inhærendo, pauculis additis, ex noſtro iu-
ris utriuſque horreo pro cathedræ huius auctoritate reſpon
dere curabo cauillationibus hæreticorum noſtri temporis
quas contra eam ſomniarunt, vt ſomno uitiorum ſuorum li
centius vacarent quod Theologorum eſt relinquendo Theo
logis, & primatum Petri prout Canoniſtam decet protegen
do. Et quoniam tota hæreticorum chimera contra cathe-
dram Petri conficta in duas partes diſtribuitur, altera per quā
negant, primatum hunc Petro conceſſum, & altera quæ Ro
manum pontificem renuit eſſe Vicarium Chriſti, & Petri
ſucceſſorem, ideo primo loco iacula quæ contra Petri pote-
ſtatem emittuntur retorquebimus poſtea reſponſuri argu-
mentis, quæ contra Romani pontificis ſuperioritatem ima-
ginantur. Garrulant ergo imprimis locum illum Matthęi
decimoſexto. Tu es Petrus, & ſuper hanc patram ædificabo
eccleſiam meam, nihil ad primatum Petri pertinere, & qđ
hoc ſenſit glo, in capitulo conſiderandum, quinquageſima
diſtinctio. & Panorm. in cap. ſignificaſti. de electione. dicen-
do quod non per illa uerba, Tu es Petrus, &c. Sed per illa uer
ba, Paſce oueas meas Ioannis vltimo, fuit collatus pontifi-
catus Petro, & de hinc contra noſtros canoniſtas, inſurgit ꝑ-
fidus ille Luther dicens, quia ſi iuriſtis licuit, hoc negare cur
non ſibi Theologo licebit, pondera obſecro, catholice lector
arrogantiam tam peruerſi hominis ſe Theologum, hoc eſt
ſcientię diuinę, & a Deo reualatę profeſſorem aſſerentis, &
tam ſuperbe & fallaciter iuriſtas obiurgantis. Nam prout ſu
pra dixi, quaſi omnia decreta canonum noſtrorum, de hoc
primatu loquētia in illa authoritate Matthęi fundantur, quę
longum eſſet recenſere quorumq; nullum ignorarunt gloſ-
ſę decretorum, & Panormitanus fideliſſimus canonici iuris
interpres. qui non dicunt textum illum nihil facere pro Pe-
tri primatu, ſed quod cum illa uerba. Super hanc petram ędi
ficabo eccleſiam meam, & tibi dabo Claues regni Cœlorū,
& quodcunque ligaueris in terra erit ligatum in cœlis, &c.
7 omnia fuerint de futuro, verba autem Ioannis vltimo, paſce
oues meas, fuerint de pręſenti, & dicta poſt paſſionē, & poſt
delictum abiurationis Petri iam remiſſum, ideo priora ver-
ba Matthęi ad promiſſionem, & deſtinationem referuntur;
verba vero Ioannis de pręſenti collationem denotant actua
lem paulo ante quam Chriſtus cœlos aſcenderet. Hoc eſt
quod dicunt gloſſę illę & panomit. in dicto cap. ſignificaſti.
& in capit. tranſlato. de conſtitu. ubi Felinus allegat plures
in eam rem. Quod peccatum obſecro canoniſtarum eſt ſi
in proprietate uerborum de futuro fundantur, pręſertim cū
ante aſcenſionem, ut ſępe dixi, non indigebat puſillus ille &
apoſtolicus grex altero paſtore actuali poſtquam pręſentia
corporali & Chriſti conuerſatione fruebatur, quid pręterea
ſcimus ſi hoc exemplo uoluit Chriſtus differre tanto tēpore
collationem actualem eius quem iam deſtinauerat, irreuo-
cabiliter, poſtquam ſuum dicere erat facere, teſte ibi Hiero.
ut inſtruerentur fideles, in eo quod ſeruat eccleſia ſuper ele
8 ctionibus prelatorum † ne ſcilicet ſtatim manus imponant
electis, nec ipſi adminiſtrent dignitatem etiam in cōcordia
electi donec ſuperueniat actualis collatio, & confirmatio.
capit. cupientes, c. auaritię. de elect. lib. 6. uide obſecro, quo
cauillo, & figmento ſophiſtico, & ſeipſum & tot animas de
ceperit perditus homo. quicquid enim ſit totum relinquen
do deliberationi beatiſſimi Romanę pontificis & ſanctę ma
tris eccleſiæ, ſiue verba Matthæi fuerint deſtinationis tātum
ſiue collationis pontificatus omnes canoniſtæ catholici pri-
matum hunc in beato Petro cæpiſſe confitentur, authorita
te illa Matthęi, 16. quorum ſentętiæ ſi adhæſiſſet non dila-
niando, nec dilacerando verba eorum ſatius ſibi, & gregi
Chriſtianorum conſuluiſſet. Quid præterea ſcimus ſi ad eli-
gere debentium pontificem & eligendi inſtructionem diſtu
lit Chriſtus actualem collocationem toto hoc tempore vſ-
que quo Petrus ſtatim in illo. 16. cap. Matthæi poſt magnifi-
9 cam illam & diuinam confeſsionem a Chriſto increpatus,
& Sathan appellatus propterea quod paſsioni ſuæ reſiſtebar,
& poſtea in paſsione Chriſtum negaturus pœnitētiam ama-
ri fletus egiſſet & in gratia Domini conſtitutus acciperet col
lationem vt electores & eligendi ſic de cætero pro viribus
laborent, vt in ſancta ſanctorum huius dignitatis ingreſſu-
rus reperiatur & perſeueret in gratia. licet enim ipſe eligen-
dus & electores ingorent an quis dignus ſit odio, vel amore
cum id ſoli Deo fuerit reſeruatum, tamē exemplo illius col-
lationis actualis tanto tempore protogatę, & pœnitentiæ
amari fletus ſubſequutæ, poſt peccatum abnegationis & an
te collationem docentur eligentes, & eligendus ad ſtatum
gratiæ negotiandum & conſeruandum attendere quantum
in eis fuerit. licet propter peccatum eis nullatenus ſit a ſubdi
tis obedientia deneganda vt ſæpe diximus. cauillātur etiam
Petrum parem cum cęteris Apoſtolis poteſtatem accepiſſe,
& non ſuperioritatem aliquam, poſtquam Petro & aliis in
communi dictum fuerit Matthęi. decimooctauo quęcunq;
ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlo, &c. Et Io-
annis. 20. Petro cum alijs dictum fuit de præſenti, accipi-
te Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittun-
tur eis, & quorum retinueris retenta ſunt ſed ad hoc reſpon
det Origenes, in Matthæum auctoritate alias citata vbi di-
cit, ſicut myſterio non caret, quod Chriſtus Petro apud Mat-
thæum poteſtatem dedit ſiue dare promiſit, ponderat hoc
uerbum promiſit, ad ea quæ ſupra dicebam ex noſtris, non
10 vnius cœli, † ſed multorum cœlorum, & poſt duo capita reli
quis apoſtolis poteſtatem dedit ligandi atque ſoluendi non

in cœlis,ſed in vno cœlo dumtaxat,ita myſterio non uacat,
quod a Chriſto Ioannis penultimo omnibus apoſtolis datus
eſt Spiritusſanctus,& deinde cura gregis ſoli Petro data fuit,
& profecto hoc ſolum ſufficere deberet ad magis confirmã
dam Petri cathedram & primatum. Solent enim ea,quæ ſpe
cialiter alicui dicuntur ſeorſum,& ſeparatim ab alijs,maio-
rem in eo præeminentiam ſignificare quam illa,quæ ipſi cũ
alijs communiter,& in uniuerſo dicta fuerunt propter auto
ritatem quam habent ea,quæ ſpecialiter dicuntur ad prædo
minandum illis quæ in genere, & in communi dicta fuerũt
iuxta notata in reg.generi per ſpeciem,de reg.iur.lib.6. & in
cap.primo,de reſcrip.cum multis uulgaribus, & ea quę pluſ
quam geminatis vicibus dicuntur maiorem habent expreſ-
ſionem,l.Balliſta,ff.ad Trebellia.præſertim cum verba Mat
thæi dicta fuerint Petro in præmium diuinæ atteſtationis,
quam ſupra alios cõſeſſus eſt,ergo maiorem ſine dubio quã
alijs præeminentiam dedit Petro Chriſtus,in illis uerbis.Qđ
etiam denotare uoluit,& Angelica phraſis,in illis verbis,Ite
dicite diſcipulis eius, & Petro prout ſupra latius ponderata
fuerunt.Accedit etiam quod diſcipulis,in communi tantũ-
modo dictum fuit quecumque ligaueritis ſuper terram erũt
ligata,& in cœlo,&c. & accipite Spiritum ſanctum,&c. Sed
Petro tu es Petrus,& ſuper hanc petram,& a me petra Petrũ
appellatum ædificabo eccleſiam meam, & tibi dabo claues
regni Cęlorum quodcunque ligaueris ſuper terram erit liga
tum & in cœlis,in plurali,vt & Origines ponderat, in aucto-
ritate,ſupra citata. Et rurſum, qui Petro,& alijs ſimul, & in
communi dixerat Ioannis penultimo,accipite Spiritumſan
ctum,dixit Petro ſeorſum,& in pręſentia aliorum poſtea Io.
vltimo,paſce oues meas,paſce agnos meos,& cum interro-
gationibus ſupra citatis,& cum uerbo paſcere,quod eſt rege
re apud ſacram ſcripturam, ut ſupra latius probatum fuit.
11 Deus autem † & natura,teſte Philoſopho nihil faciunt, nec
ordinant fruſtra. Si ergo non aliquam ſuperioritatem de-
notant verba,quæ & Matthæi.16.& Ioan.ultimo dicta fue-
runt Petro ſeorſum,& pluſquam alijs ſingulariter,niſi repe-
titionem tantum eorum quæ Petro & omnibus diſcipulis,
in communi dicta fuerunt, manifeſto ſequeretur uerba Pe-
tro ſoli ſpecialiter dicta tam reſpectu promiſſionis,ut canoniſtæ
dicunt,quam collationis pontificatus fuiſſe ſuperflua,
quod neutiquam poteſt dici cum Deus & natura nihil agãt
ſuperfluo. Ne ergo dicamus uerba Chriſti ad Petrum, dicta
ſpecialiter fuiſſe ſupervacanea, concludamus cum eodem
Origene homilia.6 ſuper Matthæum dicente, ſed quoniam
oportebat maius aliquid habere Petrum præalijs, ideo illi
dicit,Et tibi dabo claues regni cœlorum,& quæcunque ſol-
ueris ſuper terram erunt ſoluta,& in cœlis,& quæcunque li
gaueris ſuper terram erunt ligata,& in cœlis,non ergo mo-
dica differentia eſt quum Petro quidem datæ ſunt claues.
non unius cœli,ſed multorum cœlorum,& quæcunque illi
ligauerit ſuper terram ſunt ligata non tantum,in vno cœlo
ſed in omnibus cœlis,ad eos autem, qui multi ſunt ligato-
res,& ſolutores ſic dicit,ut ſoluant, & alligent non in cœlis
ſicut Petrus,ſed in uno cœlo,qui non ſunt in tanta perfectio
ne ſicut Petrus,ut ſoluant & alligent in omnibus cęlis hacte
nus Origines,& maximus epiſcopus loquens de apparitione
illa angeli ad Cornelium actuum decimo, quando eum
Chriſti doctrina imbuendum non ad alium apoſtolum, ſed
ad Petrum remiſit dicit,decebat tantæ dignitatis virum nõ
ab alio cęleſtis myſterii archana requirere niſi ab eo potiſſi-
mum quem non potuit caro & ſanguis inſtruere,ſed cui Do
minus ipſe dignatus eſt aperire ſua ſecreta & quem præ cæte
ris mortalibus de toto orbe conditor orbis elegit.Et Hiero-
nymus ad Auguſtinum in epiſtola illa cuius initiũ eſt ſimul
tres Epiſtolas ſuper illud Pauli ad Galatas primo, ueni Hie-
roſolimam uidere Petrũ & manſi cum illo quindecim die-
bus ait,tantæ auctoritatis fuit Petrus,vt Paulus Hieroſolimã
veniret videre Petrum quaſi non habens ſecuritatem prædi
candi euangelium,niſi Petri,& qui cum eo erant ſententia
roboratum fuiſſet,& idem Hieronymus,de uiris illuſtribus,
libro quinto,capitulo octauo,ait Marcum quamuis Spiritu
ſancto repletum curaſſe. vt iudicio Petri omnium magiſtri
euangelium ſuum probaretur. Erat enim omnium magi-
ſter iuxta illud quod ipſe dixit actuum 15.elegit Deus ab an
quis diebus,per os meum audire gentes uerbum euangelii,
& credere,& ideo Auguſtinus lib.quæſtio.vet.& no.teſta af-
firmat quod ſicut in ſaluatore erãt omnes cauſę magiſterij,
ita & poſt ſaluatorem omnes in Petro continentur. Ex inde
etiam ſequitur reſponſio ad hæreticorum ſophiſma dicen-
tium Petro claues datas non ſoli, ſed omnibus pariter iuxta
illud Ioannis penul. accipite Spiritumſanctum, & Matthæi.
18.quæcunque ligaueritis,&c. Et quia Petrus ex perſona om
nium Apoſtolorum teſte Hieronymo,ibi confeſſus eſt. Tu es
Chriſtus filius Dei viui, Et quod in confeſſione, & clauium
receptione Petrus figuram eccleſię totius tenuerit. Quoniã
12 † licet pro omnibus reſponderit eo loci,& Ioannis.6. Domi-
ne ad quem ibimus,uerba vitæ ęternę habes, & cæt. tamen
ipſe vt caput vtrobique reſpondit,& ſibi tamquam capiti di
ctum fuit tibi dabo claues regni cœlorum,& Ioãnis vltimo
paſce oues meas, Quod eſt regere & Lucæ. 23. confirma fra-
tres tuos quę omnia verba præſidentiam regiminis & con-
firmationis in Petro,cui ſingulariter dicta fuerunt pręſuppo
nunt. Nam omnes,ſeipſos omnes in uniuerſo regere & con
firmare non debebant, cum inter regem & regendos differẽ
tia ſupponatur ſub pœna confuſionis futurę, & obedientiæ
contemnendę quæ tam neceſſaria eſt in eccleſia Dei & Au-
guſtinus in 2.lib.contra.2.gaudentii epiſtolam c. 23. atteſta-
tur dicens, tam beatus a Domino Petrus eſt appellatus, ut
claues regni cęlorum accipere mereretur,& ex authoritati-
bus s.citatis manifeſte apparet Petro tamq̃ capiti eccľię cla-
ues fuiſſe collatas,ſicut qñ aliquid donatur ꝓlato alicuius ec
cleſiæ,prælato tanq̃ capiti donatur, vt in c. relatũ,de teſtĩs
13 in can.ego.Ludouicus.63.diſtinct.ubi donatio facta Paſcha-
li papæ per Ludouicum Imperatorem facta fuit papæ ut ca-
piti, unde Petro tamq̃ capiti & pro Chriſto Vicario hæc di-
cta fuerunt,nec in aliquo ꝓp hanc cõſiderationem offendi-
tur cathedra Petri,cuius perſonam in caput eccleſiæ deſtina
uerat,ut in exemplo iſto,Philippus Dominus noſter ex pro-
pria perſona ſua eſt rex Hiſpaniæ,& omnia pertinentia, ad
regem Hiſpaniæ,& ſic ad perſonam intellectualem explicã
tur per organum propriæ perſonæ Philippi,in qua incluſa eſt
perſona intellectualis regis Hiſpaniæ.Sic in propoſito Petro
ex propria perſona,& propter tam glorioſam confeſſionem
deſtinato,in uicarium Chriſti omnia competunt, quæ vica-
rio Chriſti competere debebant, quod autem dandum erat
eccleſiæ citra capitis conſiderationem,iam in illa auctorita
te Matthæi.17.quæcunque ligaueritis,&c.& in illa.Ioan.pe-
nultimo, accipite Spiritumſanctum, concluſum fuit, ubi
Chriſtus ad Petrum,& alios ſimul loquutus eſt.quod autem
capitis eccleſiæ erat hoc Matthæi 16.& Ioan. ultimo, Petro
ſoli vt capiti confertur. Et in hoc eſt magna differẽtia inter
14 poteſtatem Petro conceſſam ut capiti,quia † illa poteſtas Pe
tri tranſit ipſo iure in ſucceſſores eius canonice intrãtes,ſed
epiſcopi,& curati,qui ſuccedunt,in locum aliorum Apoſto
lorum hanc poteſtatem accipiunt a papa non ab alijs apo-
ſtolis,in quorum locum ſucceſſerunt,ut probat, hoc per
multa quæ allegat Palacios Rubios de retentione regni Na
uarræ.§.4.parte ſecunda, vbi inter alios allegat Cardinalem
de Turræ Cremata in lib.2. de poteſtate ecclęſiæ,cap.59.&
63.vbi aſſignat ſeptem rationes diuerſitatis quare poteſtas
Apoſtolo Petro data cõtinuetur a Chriſto in ſummos Pon-
tifices Petri ſucceſſores, & data poteſtas Apoſtolis reliquis
non continuetur in Epiſcopos eorum ſucceſſores niſi a pa-
pa eis ſit cõceſſa, ex quo etiam apparet vera reſolutio & ger
manus intellectus illorum verborum, & ſuper hãc Petram
ædificabo eccleſiam meam ac cæteris communior, vt colli-
gitur ex Pighio, Fabio, Echio,& alijs,vt ſcilicet exponatur,
tu es Petrus,& ſuper hanc petram, id eſt, ſuper te vocatum
Petrum a me petra ædificabo eccleſiam meam. Nam de na
15 tura relatiui † hic,hęc,hoc,eſt vt ad proximiora & ſibi magis
coniuncta referatur, vt per Aretinum late in l.duobus.§.idẽ
Pomponius.ff.de iureiuran. ſicut in hoc exemplo, Petrus &
Ioannes ille dormit,hic orat,nam uerbum hic ad Ioannem
refertur & relatio ſemper ad proximiora fit,l.talis ſcriptura.
ff.de leg.1.Et ſic ad immediata verba referuntur,ſcilicet. Tu
es Petrus, & ſuper hanc petram, ideſt te qui tam glorioſam
confeſſionem emiſiſti præſertim cum ſint uerba remuneratã-
tia Petrum, vt denotant verba præcedentia, & ego dico ti-
bi,&c nec videtur literali contexturę cõuenire tantum ex-
poſitio dicentiũ,& ſuper hanc petram,id eſt ſuper me Chri
ſtum loquentem ædificabo eccleſiam. vide obſecro ſanctos
patres relatos a doctoribus ſupra citatis inter quos pondera
verba Leonis ſermone.3.de paſſione dominica dicẽtis. Ego
dico tibi,hoc eſt ſicut pater meus manifeſtauit tibi diuinita
tem meam,ita & ego notam facio tibi excellentiam tuam,
tu es Petrus & cũ ego ſim inuiolabilis petra, ego lapis angu
laris,qui facio utraque vnum,ego fundamentum præter qđ
nemo aliud ponere poteſt, tamen & tu quoq; petra es, quia
mea uirtute ſolidaris, vt quæ mihi poteſtate ſunt ꝓpria tibi
ſint participatione communia, & ſuper hanc petram ędifi-
cabo eccleſiam meam, & portę inferi non præualebunt ad
uerſus eam,ſuper hoc inquit ſaxum ſuper hanc ſoliditatem
& fortitudinem ęternum cõſtruam templum, & eccl. meę
cœlo inſerenda ſublimitas in huius firmitate ꝯſurget Chry
ſoſtomus etiam Homi.55.in Matthæum dicit ego dico tibi.
Tu es Petrus,& ſuper te ædificabo eccleſiam meam & Gre-
gorius magnus lib.6. ad Eulogium, quis inquit neſciat ſan-
ctam eccleſiam in Apoſtolorum principis ſoliditate firma-
tam

tam, qui firmitatem traxit in noīe, ut Petrus a petra uocare
tur, cui ueritatis uoce dicitur tibi dabo Claues regni cœlo-
rum & rurſus, & tu aliquando conuerſus confirma fratres
tuos. Et iterum Simon Ioannis amas me, paſce oues meas, vi
debis & alios ſanctos patres ibi accumulatos, qui vt pluri-
mum ſic illa verba, & ſuper hanc petram id eſt, te Petrum,
exponunt, nec huic expoſitioni tam literali repugnat aucto
ritas Pauli primæ ad Corin. 3. dicentis fundamentum aliud
nemo poteſt ponere prçter id quod eſt poſitũ, quod eſt Chri
ſtus Ieſus tranſumptiue in can. Cum Paulus primæ. quçſ. j. &
aliud Pauli primæ ad Corin. 10. ubi dicit petra autem erat
26 Chriſtus cap. 1. 12. diſt. Nam licet Chriſtus † ſit petra primaria
huius ſancti ædificij, ipſe tamē Chriſtus uoluit, quod Petrus
eſſet petra ſecundaria & ſibi contigua tanquā Vicarius Chri
ſti paſtoris principalis, & ſic qui ponit fundamentũ iſtud eſt
ipſemet Chriſtus ſua auctoritate nominādo Petrũ a ſe ipſo
petra primaria ſicut uidemus parabolice in quolibet ædifi-
cio, vbi poſt primam et principalem petram ponitur & ſecũ
da ſibi contigua, quin potius & hoc uidemus, qđ licet Chri-
27 ſtus de ſe ipſo dixit, † ego ſum lux mundi Ioannis 8. tamen
Matthæi. 5. ad omnes Apoſtolos dixit, vos eſtis ſal terræ, uos
eſtis lux mundi & titulum fundamenti eccleſiæ qui princi-
paliter Chriſto conuenit, ad Epheſios 2. ibi ſuperçdificati ſu
pra fundamentum Apoſtolorũ & prophetarum, ipſo ſum-
mo angulari lapide Chriſto Ieſu communicatum videmus
reliquis Apoſtolis, ut per Ioannem Apocalypſis 21. dum di-
cit & murus ciuitatis habens fundamenta duodecim; & in
ipſis duodecim nomina duodecim apoſtolorum & agni. Et
licet ipſe fuerit unicus uerus filius beatæ Virginis voluit ta-
men titulo tam inſignis filiationis honorare tempore paſſio
nis diſcipulum, quem diligebat dicens Virgini, mulier ecce
filius tuus & diſcipulo, ecce mater tua, nimirũ ergo ſi Chri-
ſtus a ſe ipſo petra primaria uoluerit Petrum petram ſecun-
dariam huius ædificij conſtituere, tot tantiſque auctoritati-
bus ſacrę ſcripturę veritatem hanc conteſtantibus. Turban
tur etiam miſeri hęretici eo quod. Actuum 8. legitur Petrũ
& Ioannē miſſos fuiſſe ab Apoſtolis ſamariam, quaſi miſſio
iſta arguat ſuperioritatem in mittētes, & inferioritatem in
eos qui miſſi fuerunt, quorum unus fuit Petrus. Quantum
de mundi vanitate per biberunt, qui tam inanis & caduci ar
gumenti fallacia circa ſalutem animç ſe decipi permiſerũt;
optime Echius in Enchiridione ſub titulo de primatu Petri
dicebat hoc argumentum fuiſſe prius Arrianorum ſophiſ-
28 ma, qui propterea dicebant † patrē eſſe maiorem filio in per-
ſonis diuinis, quia pater miſit in mundum filium ſuũ Ioan-
nis 6. & Pauli ad Galatas 4. nō ergo ſola miſſio arguit in mit
tēte ſuperioritatem, nec in miſſo inferioritatem præſertim
quando miſſus inter mittentes annumeratur, vt in pręducto
exemplo, quis miſit Petrum & Ioannem? Nonne Apoſtoli,
de quorum numero erant Petrus & Ioannes & in qualibet
republica mittũtur ex ſuperioribus, & eſt verum dicere qđ
ipſi quoque ſe ipſos mittunt, ut Ioſuæ 20. legitur quod filij
Iſrael miſerunt Phineęs, qui erat Sũmus ſacerdos filius Elea
zar & de ſpiritu ſancto legitur quem mittet pater in nomi-
ne meo, & ego mittam vobis paracletum, &c. & tamen ex
iſto miſſionis uocabulo colligere ſuperioritatem in pſonis
diuinis, vides quam hæreticum eſſet, ſic in propoſito omnes
Apoſtoli miſerunt Petrum & Ioannem, & de numero mit-
tentium erant Petrus et Ioannes, ille cui eccleſia, hic, cui Vir
go mater a Chriſto commendatę fuerant, et ſic erant ex pri-
mis et præcipuis mittentibus, et erant ipſi miſſi ad rem tam
grauem ſicut ad cōfutationem illius diabolici Simonis Ma-
gi, et admittendum manus ſuper Samaritanos vt acciperēt
Spiritum ſanctum, quod antea Philippus illic non effecerat
vnde ex hac miſſione nihil iuribus et primatu i Petri detra-
ctum fuit et ut dicit Cardinalis in Clem. j. §. nos itaque de iu
reiur. In arduis negotijs mittēdi ſunt ſolemnes nuncij, vt ex
eorum dignitate ſuppleantur alia. Obijciunt prçterea Chri-
ſtum prohibuiſſe ſuperioritatem inter eos, quando Lucę 22.
dicitur, facta eſt contentio inter eos quis eorũ videretur eſſe
maior, & dixit Ieſus Reges gentium dominātur eorum, vos
autem non ſic, ſed qui maior eſt veſtrum fiat ſicut minor, &
qui pręceſſor ſicut miniſtrator ad quod mille alias euange-
lij auctoritates citare potuiſſēt, ſed aduerte catholice lector
quoniam per illa verba nō poteſtas & cura præcipua de Oui
li, ſed tantum ſi qua eſſe poſſet tyrannis & ambitio in prçſi-
dente condemnantur, de poteſtate enim Paulus dixit ad Ro
man. 13. omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita
ſit, & capit. 15. qui poteſtati reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit &
Act. 2. ad prçlatos attendite uobis & uniuerſo gregi in quo
29 vos ſpiritus ſanctus poſuit regere eccleſiā Dei † quam acqui-
ſiuit ſanguine ſuo, & ſic poteſtatem uti neceſſariam prçſup-
poſuit in pſonis publicis & muneri publico deputatis, & p-
ſonis priuatis perſuadet obedientiam habendam prçpoſitis
ſuis & pontificibus, humilitatem etiam præſidētis commen
dat, tyrannidem eius & ſuperbiam condemnat, non negat
poteſtatem in præſidente, vis ad oculum videre Ioan. capit.
13. vos vocatis me magiſter & domine & benedicitis, ſum
etenim, ſi ergo ego laui pedes veſtros dominus & magiſter
veſter ita & uos, vt quemadmodum ego feci faciatis, vis ēt
videre, filijs Zebedei petentibus & a Chriſto reprehenſis eo,
quod ad ſuperioritatem aſpiraſſent Matthæi 10. negat quod
petebant & Petro humili, ac nihil de ea ſuperioritate cogi-
tanti concedit. Neque etiam obſtat dicere, quomodo ſupra
Petrum fuit ædificata eccleſia ſi portæ inferi non debebant
præualere aduerſus eam, nam præualuiſſe vidētur aduerſus
Petrum cum ſtatim eod. cap. 16. poſt promiſſam cathedram
hanc Chriſtus Petrum Sathan appellauerit dicens, vade poſt
me Sathana, quia nō ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum,
Petrus etiam in paſſione Chriſti ad vocem ancillæ tertio do
fecit negans & iureiurando affirmans, q̃ non nouiſſet Chri
ſtum in quo mortaliter peccauit. Quoniam ad hæc omnia
facillima eſt reſponſio, nam Chriſtus Petro nondum contu
lerat, ſed tantum promiſerat Cathedrā, vt canoniſtæ dicunt
ex ipſa enim contextura ſancti Euangelij apparet Chriſtum
prius appellaſſe Petrum Sathan, & Petrũ prius negaſſe Chri
ſtum quam ſibi conferretur cathedra & vicariatus iſte, qui
fuit collatus in illis vltimis verbis poſt reſurrectionē & Pau
lo ante Aſcenſionem, Paſce oues meas, &c. poſt reſurrectio
nem autem & Aſcenſionem Domini, nullum in Petro pec-
catum deprehendent hæretici mortale, quia ſuperueniente
Spiritu ſancto fuit in gratia confirmatus, nec illud de Paulo
ad Galatas 2. quod reſtiterat in faciem Petro quia reprehen
ſibilis erat ad peccatũ mortale referri poteſt in Petro pleno
Spiritu ſancto, ſed ſicut Moyſes qui cum Deo loquutus fue-
rat tanquā amicus ad amicum Exo. 19. reprehenſus fuit a Ie-
thro Madianita dicente, ſtulto labore conſumeris, &c. vt in
fra declarabitur, ſic Petrus a Paulo reprehenſus fuit citra no
tam peccati mortalis, & quod nos confitemur eſt Petrũ nō
20 potuiſſe errare, quia erat in gratia cōfirmatus, † & plenus ſpi
ritu ſancto, nec etiam ſucceſſores ſuos vt publicas perſonas
conſideratos in ijs quæ ad fidem & fideliũ inſtructionē perti
tinent, & ante diffinitionem poteſt non ſolum Paulus, ſed
etiam alter inferior aduertere pontificem ad eligendũ & de
liberādum aliqua, quæ ad regimen & inſtructionem fideliũ
pertinebunt. Quod aũt ſanctitas eius deliberabit, vel motu
proprio, vel audito Paulo vel quocũq; alio hoc dicimus ma
giſterio Spiritus ſancti eſſe diffinitũ neq; ex eo, quod Paulus
Petrum reprehenderit, ſuperioritatē in Paulo colligere poſ-
ſumus, ſicut nec in Iethro Madianita, propterea quod dixe-
rit ad Moyſen ſtulto labore conſumeris, ſuperitas ad Moy-
21 ſen argui pōt, & licet Petrus † & Paulus meritis æquales fuiſ-
ſent tamen officio & dignitate maior erat Petrus, qui ſolus
primatum tenebat inter Apoſtolos. canon. Paulus Petrum
2. q. 7. & Clemēs in cano. in illis 80. diſt. dicit quod inter Apo
ſtolos non fuit par inſtitutio, quia omnib. prçfuit unus vide-
licet Petrus, & Auguſtinus in epiſtola ad Galat. Paulũ vocat
poſteriorem, & quod Petrus fuit mirabilior Paulo. & Domi
nicus in c. lector. 34. diſ. dicit quod ēt papa tanquā Petri ſuc-
ceſſor eſt maior adminiſtrationē hoc eſt, ut ego interpretor,
auctoritate regiminis quam Paulus Apoſtolus, & ex hoc ēt
22 colligitur rñſio ad illud, quod de beato Ireneo † proponũt. ſ.
quod prohibuerit papę Victori excōicare Orientales & Poli
carpus contradixerit papę Aniceto ſuper celebratione Pa-
ſchæ & præualuit opinio Policarpi, qñ Ireneus, de quo ſup.
retulimus quantũ Chriſti Vicario detulit martyr iſte & Do-
ctor glorioſus non prohibuit papæ negando poteſtatē eius
vt falſo confingunt hæretici, ſed tñ orauit & monuit ne ex
cōicaret eos pro pace eccleſiæ melius conſeruanda, & ſimi-
liter Policarpus qui de Smirna Aſiæ uenerat Romā tāquam
ad cathedrā ſupremā, nō reſtitit Aniceto, ſed ſupplicauit ne
conſuetudinē celebrandi Paſcha in illis prouincijs, iuxta ri-
tum beati Ioannis eorum Apoſtoli mutaret, in quib. maior
Romani pōtificis auctoritas cōprobatur. verba ergo Irenei
& Policarpi ſupplicantium erant non increpantium, nec re
ſiſtētium. Quod aũt obijcitur aduerſus auctoritatem illam
Io. vltimo, Paſce oues meas ut nō probent primatum, ex eo
q̃ nō dixit, Paſce oēs oues meas ſicut Marci vltimo, vſus eſt
ſigno vlī dicens Apoſtolis prædicate Euangelium oī creatu-
ræ, facillime ſoluitur ēt de iure noſtro, quo cautũ exiſtit, vt
indefinita legiſlatoris æquipolleat vlī ſine dubio & diſtin-
ctione, ut in leg. ſi plurib. & ibi Bar. ff. de leg. 2. & in leg. ſi plu
res, de leg. 3. & Chriſtus qñ Ioan. 10. dixit, ego cognoſco oues
23 meas non addidit ſignum † vlē oēs non ergo oportuit adde-
re, Paſce oēs oues meas quia cum meſſis fuiſſet multa & opę
rarij pauci licet Petrus, ut operarius intēderet ouib. aliquarũ
prouinciarum quib. prædicauit, præſertim Romæ, non tñ de
bebant oues quas alii paſtores lucri faciebāt, id eſt Apoſtoli

ab ouili Chriſti & Petri eius vicarij ſegregari. Immo omnes
ad cathedram Petri pertinebant, unde Bernardus ad Euge-
nium dicebat quod non aſſignaſſe aliquas, etat aſſignaſſe
omnes oues. Quod autem dicitur Petrum non miſiſſe alios
Apoſtolos, & ſic non habuiſſe in eos ſuperioritatem, ego nõ
video quod propterea defecerit in Petro primatus, qui fuit
24 auctor conciliorum & aliorum quæ ſupra retulimus in de-
fenſionem gregis ſibi commiſſi nec habebat Petrus neceſſe
mittere Apoſtolos, quos iam Chriſtus paſtor primarius mi-
ſerat dicens euntes in vniuerſum mundum, &c. Marci ulti-
mo, miſit quidem Petrus, Marcum, Alexandriam, Dionyſiũ,
in Galliam & alios, qui abore Chriſti non acceperant miſ-
ſionem ſicut & Paulus a Chriſto miſſus fuit gentibus prædi-
care & oues quas Lucratus eſt oues Chriſti & Petri eius ui-
carij fuerunt, ſicut videmus Policarpum Græcum Epiſco-
pum & auditorem Ioannis Euangeliſtæ Romam ueniſſe ad
Anicetum ſedentem in cathedra Petri, ut ſupra retulimus,
nec dixit Chriſtus Matthæi, non ſum miſſus niſi ad omnes
oues q̃ reperient Mat. 15. domus Iſrael, ſed ad oues ſimplici
ter dixit. Plura alia documẽta tradidiſſem abſque ſigno vni
uerſali, niſi quod intelligo Chimeram hanc omnibus uide-
ri ſolutione facillimam. Minus etiam obſtat, quod perdi-
tus homo ait, Petro non fuiſſe datam paſturam omnium
ouium, ſed earum quæ ex circuncifione erant, dicente Pau-
lo ad Galat. 2. ſe eſſe Apoſtolum gentium & Petrum Apo-
ſtolum circuncifionis, quia & Chriſtus de ſe ipſo dixerat nõ
25 ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael Mat-
thæi. 15. & Matthæi 10. Ite potius ad oues quæ perierunt do-
mus Iſrael, attamen teſte Hieronymo ibi verba illa intelli-
genda ſunt, non quod ad gentes miſſus non ſit, ſed quia pri
mum miſſus eſt ad Iſrael & poſtea ad gentes poſſet fieri trãſ
migratio. & qui dixit. In uiam gentium ne abieritis & in ci-
uitates Samaritanorũ ne intraueritis. ipſe eſt qui dixit Mar-
ci vlti. euntes in vniuerſum mundum prædicate euangeliũ
omni creaturæ & Matthiam Apoſtolum miſit in Samariã,
ad quod alludit illud Actuum. 13. uobis quidem oportuerat
prædicare verbum, ſed quia non recepiſtis ſalutem ecce cõ
uertimur ad gentes. Vide Hieronymum in Eſaiam cap. 60.
& Auguſtinum in euangelium Ioannis tractatu. 21. vbi di-
cit non ſum miſſus, niſi ad oues quæ periere domus Iſrael,
quomodo habet alias ad quas non eſt miſſus? niſi quia ſigni-
ficauit per præſentiam corporalem non ſe miſſum, niſi ſolis
Iudæis, & in eodem lib. tractatu. 47. quid eſt non ſum miſſus
niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael, niſi quod præſen-
tiam corporalem non exhibuit niſi populo Iſrael, quia ad
gentes non perrexit ipſe, ſed miſit, ad populum vero Iſrael,
& miſit, & venit ipſe, & Petrus qui Iudæis primo prædica-
uit, poſtea nonne Antiochiæ, Romæ, & in aliis locis prædi-
cauit ad gentes, non ergo detrahimus primatui Petri, quod
non omnes mundi partes ipſe perſonaliter circumierit. Om
nes enim quibus & ipſe prædicauit, & quibus coapoſtoli
eius prædicauerunt, debebant ſub hoc Chriſti Ieſu & Petri
eius Vicarij Ouili conſtitui. Obiiciunt etiam miſeri contra
26 beati Petri auctoritatem, quod ſcilicet ſententia † eius fuit
confirmata per Iacobum. Actuum. 15. ibi Simon narrauit,
&c. quaſi ex hoc colligentes, quod ſi Petrus eſſet ſuperior
eius ſententia confirmatione alterius non indiguiſſet, ſed
hoc plus cæteris corruit. Nam primus qui in illo Apoſtolo-
rum Concilio ſententiam protulit fuit Petrus, ut ibi dicitur
conuenerunt Apoſtoli & ſeniores videre de verbo hoc, cum
autem magna conquæſtio fieret ſurgẽs Petrus dixit ad eos,
uiri fratres uos ſcitis quoniam ab antiquis diebus elegit per
os meum audire gentes uerbum euangelii. &c. & ſententia
quam ipſe protulit placuit in Concilio illo Iacobo & aliis.
Certe ex hac approbatione nihil derogatur primatui præſi-
dentis, qui primus ſuam ſententiam expoſuit, & ſub illis ver
bis per os meum audire, &c. ut ponderat optime Faber, quia
illa verba in ſingulari prolata per os meum ſuperioritatem
præſupponunt in Petro & quotidie uidemus in Conciliis, &
congregationibus præſidentem dicere quid ſentiat, nec pro-
pterea quod alii cum eo conueniant præſidentiæ detrahitur.
certe hæc obiectio altera confutatione non eget ſicut &
Actuum. primo in electione Matthiæ, Petrus dixit, oportet,
&c. & alii paruerunt. Minus etiam obſtat dicere quod Pe-
trus neminem ordinauit ex Apoſtolis in Epiſcopum, quia
27 iam ſupra dictum fuit quomodo Chryſoſtomus Homilia.
87. ſuper Ioannem teneat, Iacobum a Petro fuiſſe præpoſi-
tum eccleſiæ Hieroſolymitanæ, & Beda ac Dionyſius te-
nent, quod Matthiam eligendo ipſe Petrus duodenarium
Apoſtolorum numerum integrauit, ſed cur in his immora-
mur, aut quid detrahit pontificatui Petri ſi non miſerit ip-
ſe eos, qui iam a Chriſto Domino iuſſi fuerant ire ad prædi-
candum euangelium omni creaturæ & eccleſiæ commen-
datæ unuſquiſque Epiſcopatum ſortiebatur ſuffraganeum
tamen cathedræ Petri pro Chriſto vicarij futuri ut ſæpe di-
ximus. Obiiciunt præterea quod Matthiam non auſus fuit
Petrus nominare in Apoſtolum, ſed a Domino poſtulare in
illis verbis. Actuum. primo, tu Domine qui noſti corda ho-
minum, &c. ſed hanc quis non videt nugam eſſe ſatis deridẽ
dam quaſi detrahatur Pontifici in iis, quæ agere poteſt, pro-
pterea, quod a Domino poſtulet directionẽ & auxilium. vi-
de, obſecro, in hoc Fabrum, & ſic profecto deliramenta ui-
dentur illa hæreticorum ſophiſmata præſertim cum Chri-
ſtus ipſe patrem ſæpius pro unitate ſui Ouilis orauerit, ut di-
ximus ſupra capite nono.

S V M M A R I V M.

1 *Petrus fuit Romæ & ibi tenuit cathedram ſuam.*
2 *Temporum momenta pater poſuit in ſua poteſtate.*
3 *Curioſitas eſt antidotum ueritatis.*
4 *De Petri aduentu ad Romam nihil Lucas ſcripſit, qui fuit Comes pere-
grinationis Pauli.*
5 *Chriſtus de futuro dixit, fiet unum Ouile & unus paſtor, quod implebitur
tempore & modo, quo Deus ab æterno diſpoſuit, & multa dicta ſunt
in Euangelio quæ impleri debent, & nondum ſunt impleta ut docet
Roffenſis.*
6 *Chriſtus nihil perdidit de ſuo primatu & auctoritate, propterea quod Iu
dæi eum non recognouerunt in Dominum.*
7 *Dei eſt cognoſcere quis ſit in ſtatu gratiæ, & quis amore an odio di-
gnus ſit.*
8 *Publica poteſtas non perditur propter peccata priuatæ perſonæ.*
9 *Perſonæ duæ ſtatuuntur in quolibet rege & iudice vna priuata, & alte-
ra publica, & Cayphas licet malus vt priuata perſona, tamen prophe
tauit vt publica perſona.*
10 *Romanus Pontifex ſi ut particularis perſona ſentiat, loquatur, ſeu ſcribat
errare poteſt, ſed in his quæ deliberat vt publica perſona errare non
poteſt, quia interim quo ſedet in cathedra Petri Deus conſeruat eum
quo ad inſtructionem fidelium.*
11 *Cathedra Moyſi a multis ſeculis defunctis appellabatur primatus &
Pontificatus Iudæorum ſicut apud nos dicitur noſter Pontificatus ca-
thedra Petri.*
12 *Omnia & quæcunque dixerint prælati noſtri facienda ſunt quia duplic
vniuerſalitate id Chriſtus præcepit.*
13 *Officialium curiæ Romanæ peccata nihil detrahunt Pontificatui, ſicut
nec Iudas curialis Chriſti detraxit Chriſto.*
14 *Petrus quamuis neminem Apoſtolorum miſerit, non propterea ſucceſſor
eius prohibetur mittere ad prædicandum vbi ratio aut neceſſitas po-
ſtulauerit, nec propter hoc arguitur maior in ſucceſſore quam in Pe-
tro dignitas.*
15 *Eccleſia non debet diu vacare ne pro defectu paſtoris Lupus oues in-
uadat.*
16 *Imperatoris, tyranni, ſeu hæretici factum cõtra eccleſiam, non poteſt, nec
debet in conſequentiam iuſtitiæ adduci.*
17 *Decreta Niceni Concilij ad Sylueſtrum Papam miſſa fuerunt, ut confir
marentur, & pro eo primo loca ante alios omnes Epiſcopos ſe ſubſcri-
ſerunt legati eius, hoc modo, pro venerabili Papa Silueſtro.*
18 *Lege tota non perſpecta inciuile eſt iudicare.*
19 *Conſuetudines aliarum eccleſiarum præſertim remotarum licet toleret
& approbet Romana eccleſia, non tamen propterea perdit primatum
& iuriſdictionem ſuam in illis.*
20 *Hieruſalem gloria magna fuit, ſed poſt Chriſti Aſcenſionem, Roma eſt ca
put omnium eccleſiarum, & Hieroſolyma, titulo Patriarchali decora
tur tantum, quæ etiam Cæſareæ metropoli ſuffraganea fuit.*
21 *Chriſtus, Iacobo, & Ioanni petentibus denegauit primatum & ſuperiori-
tatem eo modo quo poſtulauerant, & Petro conceſſit, quando dixit,
Paſce oues meas.*
22 *Papa Gregorius qui ſeruus ſeruorum Dei appellabatur ſi renuit vocari
vniuerſalis Epiſcopus ex humilitate id fecit.*
23 *Græci & armenij pleno ore confeſſi fuerunt in Concilio Florentino poſt
magnam altercationem ſe ſubditos eſſe Romano Pontifici, prout eſt de
neceſſitate ſalutis id confiteri.*

CAP. XXI. In quo proſequendo confutationem hæ
reticorum diluuntur obiecta negantium Rom. Pontif. eſſe
ſucceſſorem beati Petri.

Beatus ergo Petrus paſtor & cuſtos huius Ouilis pro
Chriſto relictus, ſucceſſorẽ habere debuit poſt
eius glorioſum martyrium & habuit quidẽ Romanum Põ-
tificem ut ſupra latius oſtẽſum fuit, & habebit vſque in finẽ
mundi. Supereſt nunc, vt ſicut pro beato Petro reſpõdimus,
ſic & pro eius legitimo ſucceſſore Romano Pontifice ſatisfa
ciamus cauillationib. hæreticorũ, dicẽtium eum non fuiſſe
ſucceſſorẽ beati Petri, quod pertinebat ad ſecundam partẽ
confutationis noſtræ, ſicut ſupra in principio capitis præcedẽ
tis polliciti fuimus. Dicunt ergo & ſomniant miſeri iſti bea
tum Petrũ nunquã fuiſſe Romæ. Illis ergo in tam vaga nega
tiua formantib. argumentũ ſuum, nihil melius rõderi pote-
rit niſi per contrariam affirmatiuam. proponẽ do eum. ſ. fuiſſe Ro
mæ prout tot ſancti patres propinqui illis ſeculis affirmarũt

in ſuis ſcriptis quibus magis profecto credēdum eſt,ut ſupra
dicebam propter ſanctitatem , doctrinam & tantam ſeculo
illi aureo viciniātē ac continuatam Romanorum pontifi-
cum ſucceſsionem,non iam uſque ad tempora tantū Eleu-
theri i,ſicut Ireneus ille beatus dicebat, ſed uſque ad beatitu
dinem Gregorii decimi tertij pōtificis & paſtoris noſtri, nec
cauilloſa temporum ſupputatio quam hæretici faciunt ali-
quid obeſt, de qua vide Pighium eleganter capitulo decimo
quarto. libro tertio. Et ſi forte hæc temporum ſupputatio nō
tibi omnino concludat , aut in ea aliquos ſcriptores videris
variare circa tēpus & horam,ſaltem omnes in hoc conueni-
re uidebis , Petrum ſcilicet Romæ fuiſſe ut paſtorem huius
Ouilis & ibi glorioſum Crucis martirium pro Chriſti nomi-
ne ſubiiſſe, poſt fundatam ibi cathedram ſuam & ab Antio
chia translatam,cui ſucceſſit Linus pōtifex,noli ergo†Chri-
2 ſtiane lector de momentis temporum,quę lites & opiniones
generare ſolent , curioſus eſſe,curioſitas enim reprobatur . l.
doli.ff.de nouatio.& Cle.prima. §. cæterum.de iure iuram.
3 vbi ueritatis † antidotum appellatur nec propter ſupputatio
nem temporum a teipſo non bene percepiam a huius Ouilis
vnitate,nec a tanta antiquorum patrum ſanctitate recedas.
Quod autem Lucas in Actis de aduentu Petri ad urbem Ro
4 mam†non meminerit nihil obſtat cum Pauli peregrinatio-
nem tantum cuius ipſe Comes erat declarandam propoſue
rit. Cauillantur etiam hæretici dicentes,quod nunquam Ro
manus pontifex fuerit ſuper omnes eccleſias,quod videba-
tur in tanto tempore debuiſſe adimpleri,cum Chriſtus dixe
rit fier vnum ouile & unus paſtor,& tamen Egiptii , Scithæ,
& alij Barbari eum non recognoſcunt. Hoc enim argumen
5 tum facillime proſternitur, Chriſtus † enim de futuro dixit
fiet quod nondum eſt impletum,ſed implebitur tempore ab
ipſo Deo præſinito. Neque enim eſt noſtrum noſſe momen-
ta,nec tempora. Actuum capit.primo. Cura igitur de omni-
bus ouibus reducendis ad hoc Ouile ad Rom.pont.pertinet,
ut quantum in ſe ſit omnes etiam Turchas,Barbaros & re-
belles ſtudeat conuertendos ſicut in ſimili videmus Impera
torem Dominum in temporalibus totius mundi appellatū
l.de precatio.ff.ad legem Rhodiam de iactu.l.cunctos popu
los.C.de ſum.trin.& fide catho.& tamen videmus plures na
tiones ei nunquam obtemperaſſe, nec in dominum de facto
eum agnouiſſe & plures alios ſe ab eius obedientia ſubtraxiſ
ſe,ſic dicimus in propoſito de infidelibus,& de hæreticis,qui
a fide apoſtatauerunt, & tamen inobedientia priorum , nec
rebellio aliorum nō ſuſtulit Imperatori titulum quo appel-
latur Dominus totius mūdi de iure, quod multo melius de
Romano pontifice dicendum eſt cū ſit paſtor unicus & pro
Chriſto uicarius huius Ouilis ſanctiſſimi , quod implebitur
omnino quando reliquiæ Iſrael ſaluę fient, & omnes gentes
ad Dominum conuertentur tempore,& modo quo Deus ab
æterno diſpoſuit , cuius ſenſum ſuper temporibus quæ ipſe
poſuit in ſua poteſtate nemo cognouit,nec horam iſtam ali
quis intelliget , niſi is cui ipſe Dominus voluerit reuelare,
nec eſt mirandum quod temporibus noſtris non ſit impletū
ouile hoc, quia multa videmus in euangelio prædicta , quæ
ſunt adimplēda. & nondum temporibus noſtris impleta cō
ſpicimus. vt eleganter aduertit Roffenſis ar. 25. nihil ergo de
iure ſuo perdit cathedra hæc ſanctiſſima ꝑpea , quod prima
tus iſte non fuerit, nec ſit ab omnibus ueneratus propter in-
fidelitatem multorum,& aliorum apoſtaſiam, cum ſemper
parata ſit eccleſia recipere omnes, qui ad eius obedientiam
6 uenire uoluerint ſicut†nec Chriſtus Dominus noſter de ſuo
primatu & auctoritate perdidit propterea quod Iudæi non
cognouerunt eum ad quos perſonaliter fuit miſſus,iuxta il-
lud Matthę. non ſum miſſus niſi ad oues quę perierunt do-
mus Iſrael, nec Iudas proditor & apoſtata qui eum tradidit
nec diſcipuli illi primi hæretici appellati a Fabro,qui abierūt
retrorſum , & iam non cum Ieſu ambulabant dicentes du-
rus eſt hic ſermo. Ioan. 6. detraxerunt pontificatui Chriſti Do
mini noſtri , ſed age ſi hoc neceſſarium erat dicant hæretici
ſub quo alio ex apoſtolis & ſucceſſoribus eorum fuit imple-
tum hoc Ouile aut quis alius fuit ut paſtor huius ouilis habi
tus niſi Petrus & Romani pontifices eius ſucceſſores legitimi
in tanto tempore, Nec etiam obſtat dicere quod Romanus
pontifex aliquando peccat,& quod ſicut Petrus fuit ſuper di
lectione Chriſti examinatus ita requiritur in pontifice dile-
ctio & gratia Dei & ea deficiente iam non eſt pont. nec ha-
bet cathedram. Nam huic væſaniæ quilibet reſpondebit. cū
enim nullus factus ſit impeccabilis quia de ſolo Chriſto di-
7 ctum eſt†qui peccatum nō fecit, & cognoſcere quis ſit in ſta
tu gratiæ ſit Deo ſoli reſeruatum . Eccleſiaſtes.octauo.& ho-
mo a ſacerdote non ſacerdos ab homine ſit corripiendus. ca
pitulo ſacerdotes.6.quæſtione prima,nunquam haberemus
pontificem certum & res tam neceſſaria prout eſt guberna-
tio huius Ouilis in incerto & ſuſpēſo ſtaret ſemper quod quā
8 abſurdum,ſit nemo non uidet . Non ergo † propter peccata
particularia priuatæ perſonæ publica perditur poteſtas & pō
tificatus . Sicut enim in quolibet imperatore, Rege & iudice
9 ſtatuerunt Philoſophi & iuriſconſulti duas perſonas,† vnam
priuatam ſecundum quam operatur actus particulares , &
alteram publicam qua mediante deliberat, quod pertinet
ad officium publicum,ſic in pontifice noſtro, licet aliquan-
do vt priuata perſona deficiat & perdat gratiam Dei,non ta
men propterea Deus deſerit publicam perſonam in ijs quæ
ad gubernationem ſuorum fidelium pertinent,quod mani-
feſte probatur in illo iniquorum iniquiſſimo pontifice Cay-
pha, qui licet peccator abominabilis eſſet non tamen perdi-
dit,quia adhuc erat pontifex donum prophetiæ. Ioannis de-
cimoprimo, ubi dicitur , hoc autem a ſemetipſo non di-
xit quia ſemetipſo gratus non erat, Deo nec aliquam diui-
ni numinis influentiam a ſe ipſo merebatur , ſed cum eſſet
Pontifex anni illius prophetauit eodem modo de ſaule rege
malo,qui prophetauit exiſtens inter prophetas primi Regū.
decimonono, quæ omnia declarat optime Auguſtinus in ca
pitulo prophetauit rex malus Saul. prima quæſtione prima .
Non ergo quia Deus deteſtatur priuatam perſonam etiam
ſi ſua præſcientia eam in inferno haberet condemnatam
deſerit publicam in pertinentibus ad utilitatem ſuorum fi-
10 delium,& licet Romanus pontif.† ut priuata perſona pecca
re , & quod fortius eſt in hæreſim, prolabi poſſit iuxta text.
in capitulo ſi papa quadrageſima diſtinctione,ut de Liberio,
Marcellino , Victore . Honorio, Anaſtaſio tradit per multa
Dominus epiſcopus Canus de locis Theologis lib. ſexto,ad
finem tamen in eo quod ut publica perſona & paſtor eccle-
ſiæ diffinierit,nec errare,nec deficere poteſt , ut eum in tuto
ſequamur ſubditi quos Deus noluit cenſores & examinato
res fieri ſuperiorum ſuorum ſi ſunt in peccato,nec ne ad re-
gendum eccleſiam , hoc enim fuiſſet multiplicare ſcandala
quibuſdam aſſerentibus quia bonus eſt ,alijs affirmantibus,
quia peccator eſt, extrema quidem confuſio & ſchiſmatum
ac diuiſionum abominatio,præſertim in ſpiritualibus nego
tiis introduceretur ,ſi ſophiſma hoc admitteretur , uide de
hoc ſingulare Chriſti documentum,tentatur a Phariſeis cō-
fringuntur inſidiæ eorum,& nihilominus propter ſacerdo-
tii dignitatem,ut uerbis Hieronimi ibi utar , dicit Matthæi ,
vigeſimotertio , ad turbas & ad diſcipulos , & ſic ad bonos
& ad malos ſuper cethedram Moiſi,pondera nomen ad pro
11 poſitum noſtrum , cathedram † Moyſi iam a multis ſeculis
defuncti vocat, qa ſedētes in ea ſuccedebant Moyſi ſicut &
nos cathedrā Petri in cęlo iā a, 1500.annis collocati appella-
mus eccle.Rom. ſuper cathedrā ergo Moſi ſederūt Scribæ &
Phariſæi. Omnia ergo quæcunque, pōdera duplicem vniuer
12 ſalitatem hic appoſitam:, dixerint vobis . Facite & ſeruate,
ſecundum opera vero eorum,quia mala ſunt, nolite facere,
dicunt enim & non faciunt. Non ergo deſeritur publica &
pontificalis perſona, nec priuatur diuinis influxibus ad fide-
lium vtilitatem neceſſariis propter peccata priuatæ perſonę
ſicut uidemus in ſacerdote baptizante, conſecrante,& cęte-
ra Sacramenta miniſtrante fidelibus, qui ad utilitatem reci-
pientium ut ſacerdos & publica perſona ſacramenta cōfert
licet homo malus ſit, ſubditi ergo eſt, obedire, & cenſorem
paſtoris eius nullatenus fieri, ipſe enim de ſe ipſo rationem
reddet. Nos quandiu ſunt paſtores noſtri obedientiam ouilē
exhibeamus eiſdem. Quod autem obiiciunt de peccatis of-
13 ficialium & miniſtrorum † curiæ Romanę an obſecro, hoc
detrahere deberet huic ſancto pontificatui de iure ſuo, num
tempore illo aureo, quo Chriſtus in carne uiſitauerat plebē
ſuam & Hieroſolymis ubi Chriſtus prędicabat deficiebant
peccatores. Nonne erant grauiora peccata quam ullo tem-
pore fuerint,nonne phariſei, pontifices & ſacerdotes illi om
nium iniquiſſimi & Pilatus & Herodes uiuebant, nonne Iu-
das Iſcariotes curialis & miniſter Chriſti erat , de quo dicit
Auguſtinus ſuper Ioannem ſermone quinto . quare Domi-
nus unum proditorem inter duodecim habere uoluit , niſi
ut malos toleremus, ne corpus Domini diuidamus, nonne
multi ex diſcipulis eius abierunt retrorſum Ioannis 6. quan
do de ſacramento corporis ſui prędicabat, & iam non cum
Ieſu ambulabant qui fuerunt priores hæretici, Num hoc de-
traxit aliquid paſtoratui Chriſti . O miſerę ſtultitiæ furor, q-
bus furiis agitantur hęreſiarchę , & agitant cæteros popula-
res . Quid etiam detrahit pontificatui noſtro quod Sanctus
Ireneus perſuaſerit beato Victori papę ne excōicaret orien-
tales. nos.n.confitemur Pontif. N. inſpirationib. ſecretis,uel
conſilio DD.Card. uel perſuaſione unius ēt Iethro Madiani
tæ(quia Deus uoluit medio iſto uti)poſſe diffinire & delibe-
rare quæ in populo ſeruanda ſunt, ſic uictor perſuaſus fuit a
ſancto Ireneo ne excommunicaret Orientales, non quia po
teſtatē in pōtifice crederet deficere ſanctus ille Ireneus, qui
ꝯ hæreticos pro eccleſia Rom. ſcripſit eleganter,ſed pro cō-

cordia

cordia eccleſiæ conſuluit abſtinendum a cenſuris, hoc autẽ
non fuit reſiſtere papæ ſicut falſo falſius hæretici imponunt
beato Ireneo, ſed immo eum ſuppliciter orare. Sic & de Po-
licarpo diſcipulo S. Ioan. qui Græcus venit Anicetum papã
deprecans, ut ſineret Orientales celebrare Paſcha. 14. Luna
primi menſis iuxta traditionem beati Ioannis, nec quia Iu-
lio Papæ recuſauerint Orientales obedire, ideo primatui ſan
cto derogatum fuit aliquid propter eorum perfidiam. Sicut
nec nunc detrahitur aliquid, propterea quod hæretici Roma
no Pontifici obedire recuſant, apoſtatando a fide & unitate
eccleſię, an quia Luther & eius ſequaces ab obedientia eccl.
Romanæ diſceſſerint, aut alii poſtea, quod Deus auertat, re-
trorſum habeant cum illis prioribus hæreticis, iam propter
hoc ſolum, actum erit de eccleſia Romana. Quod garrulant
de Iulio papa, qui uoluit Orientalibus epiſcopis prohibere,
ne citra ipſius auctoritatem conuocarent concilium, & ta-
men inaniter egit, quia ei non obedierunt, ex lib. 3. tripartitę
hiſtoriæ, nihil profecto obſtat, quoniam, ut eleganter retor
quet Faber text. 8. §. 1. tracta. 10. Immo ex ipſa Epiſtola Oriẽ
taliũ in primo tomo conciliorum folio. 188 colligitur obe-
dientia quam ipſi Iulio papæ profitebantur, & multi ea ipſis
Græcis propter perſequutiones ſibi minata ad Romanam
Eccleſiam tanquam ad tutiſſimum ſui principis aſylum &
refugium vt ſubditi uenerunt, & poſtea auctoritate ſedis apo
ſtolicæ ſinguli ſuis ſingulis eccleſijs reſtituti fuerunt, non ob
ſtante condemnatione aliorum Orientalium epiſcoporum
ad quod allegat 4. li. Hiſtoriæ tripartitæ c. 9. & 23. & canonẽ
concilii Niceni & Sardicenſis, ubi de cognitionibus & cauſis
Epiſcoporum reſcribẽdum eſſe Iulio papæ ſancti Petri Apo
ſtoli memoriam honorando ſtatuerũt. Sed obſecro, ut ſupra
dicebam, quid veſania hæreticorum & ſchiſmaticorum ſub
trahentium ſa ab hoc ouili potuit detrahere põtificatui ſan
cto, & auctoritati qua fungitur, ſicuti, nec ſummo Deo om-
nium conditori detrahunt Turchæ, Mauri & infideles, nec
Chriſto detraxit quicquam Iudas proditor & alij qui abierũt
retrorſum dicentes durus eſt hic ſermo. Nihil officit alte-
24 ra hæreticorum chimera dicentium quod ſicut † Petrus ne
minem apoſtolorum miſit; nec ordinauit, ita, nec ſucceſ-
ſor eius mittere, nec ordinare debet aliquem, ne demus
maiorem pręeminentiam in ſucceſſore quam fuerit in Pe-
tro, ſed hoc quis non uidet ſophiſma eſſe fatuum & ruſti-
cum. Si Petrus neminem Apoſtolorum miſit nec ordina-
uit, ideo id fuit, quia a Chriſto Domino paſtore principali
miſſi & ordinati fuerunt, ſed nonne miſit Marcum & alios,
nonne teſte Clemẽte diſcipulo eius in c. 1. 80. diſt. ipſe Petrus
eſt qui primates & epiſcopos deſignauit in ciuitatib. in quib.
apud gentiles erant primiflammines & archiflammines, vñ
merito catholici epiſcopi, appellantur Dei & apoſtolicæ ſe
dis gratia epiſcopi an quia Dominus noſter Gregorius non
contulerit vnum Epiſcopatum impedietur ſucceſſor eius
occurrente vacatione conferre, eo quod in uita Gregorij nõ
uacauerit, an propterea dicetur ſucceſſor maiorem poteſta-
tem habere quã prædeceſſor, Garrulat pręterea perfidus ho
mo, quę ſua erat impudẽtia, ꝙ papa confirmauit Auguſtinũ
Cyprianũ & alios epiſcopos Africæ, nec impedinit concilia
eorũ, quæ ſine auctoritate Romani pontificis celebrata fue-
runt, ſed aduerte lector, de quib. epiſcopis exemplum propo
nat in ſuam ipſius confuſionem, nẽpe de Cypriano & Augu
ſtino qui cathedræ Petri & primatui Ro pont. tm̃ detulerũt,
ſicut ex auctoritatib. ſupra citatis apertiſſime conſtitit, nam
fundat id in negatiua vaga, quæ improbabilis eſt. capit. quo-
niam. de ꝓb. & quia fortaſſe pp remotionem & diſtantiam
regionum, propter euitandam diuturnam Epiſcopatuum
25 † vacationem, quæ periculoſa ſemper fuit. cap. quam ſit. de
electio. ſi e. lib. 6. ne pro defectu paſtoris lupus oues inuadat,
maxime in initiis naſcentis & creſcentis eccleſiæ cap. ne pro
fectu. de electione, tolerabatur eo tempore & in eis locis tã
remotis ille modus præficiẽdi ſtatim epiſcopos in ſuis Eccle
ſijs, ſicut de Sene Valerio dicebamus ſupra quod uiuens in
ſuum coadiutorem nominauerat Auguſtinum. Quod Hie
ronymum in libro de illuſtribus uiris allegat de Acatio Cę
ſarienſe epiſcopo quod ipſe depoſuerit Liberium papam &
in eius locum fœlicem conſtituerit dolendum quidem eſt,
quod contra Romani pontificis obedientiam corrumpat lo-
cum eius Sancti, qui fuit ſemper obedientiſſimus cathedræ
Petri prout eius ſcripta, pręſertim ad Damaſum pontificem
oſtendunt, qui non dicit Liberium fuiſſe depoſitum ab Acha
tio, ſed hoc ſolum Achatius in tantum ſub Achatio claruit
ut in Liberii locum Romæ fœlicem Arrianum Epiſcopum
conſtituerit. Hoc autem autem quid contra nos ſi pro-
pter hæretici Imperatoris tyrannidem relegabantur ponti
fices ad importuuitatem Arrianorum epiſcoporum. Nonne
prædeceſſores liberii interfecti & martyrio coronati fuerũt
a tyrannis? num hoc detraxit pontificatui, & eccleſiæ? quę
16 magis dotata fuit ſanguine & martyrio ſuorum paſtorum,
quod igitur de facto per tyrãnum fuit factum non poteſt ad
aliquam iuſtitiæ conſequentiam adduci. Quid etiam obſta-
bit aliud, quod contra beatiſſimi pontificis Ro. auctoritatẽ
adducit de beato Ioanne Chryſoſtomo, quem depoſuerunt,
vt ipſe dicit, Theophilus Alexandrinus & Epiphenius Epi-
ſcopus Ciri, neque enim Ro. pont. tam ſanctum virum depo
ſuiſſet immo ipſe eum reſtitui fecit qui egerrime tulit iniu-
ſtam eius damnationem, factam propter odium & rancorẽ
Eudoxiæ Auguſtæ, vnde non eſt quod ex tyrannide impera-
torum contra Romanos Pont. executa argumentum ſum-
matur aduerſus cathedram, quæ ſemper inuiolata perman-
ſit, vt infra dicemus. Citat etiam de Niceno concilio canonẽ
ſcatum, quem habemus. c. mos antiquus. 65. diſt. ubi legitur
vt apud Alexandriam, vel in vrbe Roma vetuſta conſuetu-
do ſeruetur, vt uel ilic Aegypti, vel hic ſuburbanarum eccle
ſiarum ſollicitudinem gerat, ſed ultra reſponſionem Fabri
monſtrantis ſecundum veriora exemplaria, non ita dictatũ
eſſe canonem illum, ipſamet Nicœna ſinodus & patres in ea
exiſtentes dixerunt eccleſiam Ro. primatum tenere, & pro
Rom. pontifice Silueſtro ſe ſubſcripſerũt, primo loco Hoſius
Cordubẽſis epiſcopus, victor & Vicentius presbyteri, in hęc
verba. pro venerabili viro papa Sylueſtro. Inſuper tota Syno-
17 dus decreuit, † vt omnia decreta mitterentur ad beatum Syl
ueſtrum vt ab eo confirmarentur prout & miſſa & confir-
mata fuerunt. Cur ergo non adducitur integer text. nam &
18 apud nos inciuile † eſt niſi tota lege perſpecta vna tantum
particula omiſſa iudicare. l. eg. in ciuile. ff. de legib. Et quid mi
rum ſi tolerauit Rom. eccl. Aegypti conſuetudinem & alia-
rum prouinciarum remotarum, poſtquam euangelio nõ re
19 pugnant, cum † ad preces Policarpi Anicetus diſſimulauerit
Aſiaticis conſuetudinem celebrandi paſcha decimaquarta
Luna primi menſis, & non Dominico die ſicut Rom. Eccl.
celebrat. Et ad hoc cõficiendum Policarpus martyr ut dixi-
mus, ea Aſia venit ad cõſulendam cathedram Petri, hoc eſt
Rom. pont. tanquam Chriſti vicarium. Quod exclamant de
Hieroſolymitana eccleſia, cui deberi videbatur iſte prima-
tus quia iuxta Eſaiam, & prophetas de Sion exibit lex & de
Hieruſalem verbũ Domini, & quod ibi dedit dominus glo-
riam in domum ſuam, & in ea Chriſtus prędicauit ac fecit re
demptionem, & in diſcipulos ibi exiſtentes miſſum legimus
Spiritum ſanctum & ibidem primum Apoſtolos prædicaſſe,
iam ſuperius cauſas enarrauimus, & quare de Antiochia trã
20 ſlata fuerit Romã. Gloria quidem † Hieruſalem magna fuit
quia in ea dominus noſter operatus eſt ſalutem, vt in medio
terrę & hoc reſpectu completæ fuerunt figuræ & prophetię
de eius gloria loquentes cum hoc tamen Cæſareę Metropo
lis Paleſtinæ ſuffraganea fuit, & quamuis poſtea titulum pa
triarchalem accepit, in vltimo tamẽ patriarchalium gradu
collocata eſt. Roma ergo caput eſt & mater omnium eccle-
ſiarum propter rationes & auctoritates quas ſupra capit. 18.
& 19. congeſſimus, & propter tot apertiſſima fundamẽta cõ-
fitemur primatum huius ouilis, & pro Chriſto vicariatum
eſſe in eccleſia Ro. & ſedes patriarchales ac cęteras a Chriſti
vicario Petro & eius ſucceſſoribus fuiſſe ordinatas, & in prę
lationibus graduatas eo modo quo ſedes apoſtolicæ decre-
uit, nec eſt noſtrum inquirere, ſicut perditus ille inquirit, cur
21 non compoſtellam in qua Iacobus, & Epheſinam in qua Ioã
nes duo Apoſtoli Chriſti dilectiſſimi prędicauerunt poſt Ro
manam veneramur, nos. n. bene ſcimus Chriſtum dominũ
ſuperioritatem iſtis denegaſſe eo modo quo poſtulauerãt &
Petro dixiſſe, paſce oues meas ter repetendo, ſed inquirere
quare una eccleſia alteri non pręponitur poſt Romanam, id
tantum Chriſto & eius vicario Romano Põtifici relinquen
dum eſt. Teneamus ergo cum cathedra Petri & in ea ſeden-
tem agnoſcamus Romanum Ponticem, ſicut & patres no-
ſtri annunciauerunt nobis, & ab eius obediẽtia propter hæc
noua hęreticorum nugamẽta, nullatenus recedamus, neq;
enim primatus iſte ſolis decretis humanis, quamuis ea ſola
Catholicis ſufficere debeant comprobatur, ſed textibus Sa-
cræ ſcripturę & iuris diuini ac naturalis apertiſſimis funda-
mentis, prout ſupra latius fuit demonſtratum. Nec turberis
catholice lector altero hęreticorum ſomnio dicentium in
concilio Africano, quod habes in cano. primę ſedis. nonage
ſimanona diſtinctione. eſſe prohibitum quod primæ ſedis
epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotũ, aut aliquid hu
iuſmodi, ſed tantum primę ſedis epiſcopus, & paulo inferius,
vniuerſalis autem, nec etiam Romanus põtifex appelletur,
& ſic Pelagius, & Gregorius papæ nomen vniuerſalis epiſco
pi tenuerunt, reſpondetur enim quod concilium Africanũ
cum patriarchis & aliis epiſcopis illius prouinciæ loquitur
& catholice ad propoſitum noſtrum cum nullus etiam pa-
triarcha titulum vniuerſalem, ſed nomen primæ ſedis epi-
22 ſcopi, ut ibi dicitur, debeat aſſumere, quod autem de papa re

fertur, id non concilium Africanum, ſed Gratianus dixit, ex eo quia Pelagius de patriarchis loquitur, & Gregorius† titulum hunc ſibi dari prohibuit ratione humilitatis, qua ſe Gregorius ſeruum ſeruorum Dei appellabat humilitate ſcilicet quia meritis & ſeueritate nihil de auctoritate cathedræ perdidit vnquam vt ex eius epiſtolis ad diuerſos etiam Imperatores ſcriptis apparet, & ita dicit ipſe in d. cap. fin. 99. diſtinc. ego non verbis quæro proſperari, ſed moribus, quod autem humilitatis cauſa id dixerit Gregorius declarat optime Ioã. de Turrecremata in cap. cum ad verum 96. diſt. & in cap. nullus. 99. diſt. ubi expreſſe dicit quod in rei ueritate eſt uniuerſalis epiſcopus iſtius uniuerſalis ouilis in uniuerſo, non particularis epiſcopus cuiuslibet particularis eccleſiæ, & ſic catholici declarant, ita intelligendo verba illa Gregorii in d. cano. ſi, quia uni ſubtrahitur, quod alteri pluſquam ratio exigit præbetur, ſicut videmus, quod epiſcopus vnius diœceſis, licet in tota diœceſi iuriſdictionem ſpiritualem habeat & ad eũ tanquam ſuperiorem ab omnibus recurratur, non tamen eſt rector particularis, cuiuslibet particularis eccleſię, licet ſit uniuerſalis epiſcopus totius diœceſis & ſuperior omnium rectorum prædictarum eccleſiarum. Nec obſtat dicere quod non pertineat ad fidem reuelatam primatus Romani pontificis cum ex euangelio non colligatur, ſed tantum ex hiſtoriis humanis, nam licet in euangelio non legatur, quia concluſum fuit in reſurrectione Chriſti & Petri primatu, nihilo minus tamen eſt de iure diuino & pertinet ad fidem reuelatam, cum in eodem primatu Petri ſuccedat eius ſucceſſor Rom. pont. ſicut in lege ueteri ſedebat ſummus pont. ſuper cathedram Moyſi, & ita Anacletus papa in cap. ſacroſancta. 22. diſt. ait quod Rom. eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino noſtro Ieſu Chriſto primatum accepit, & Marcellus papa martyr in c. rogamus. 24. q. 1. dicit quod Petrus iubẽte domino tranſtulit cathedram de Antiochia ad vrbem Romam, pro quo facit illud Aegeſippi teſtimonium ſupra relatum, & alia quæ ſupra diximus, c. 17. 18. & 19. Et poſtquã traditiones eccleſiæ primitiuæ, et tot ſancti patres nobis dictãt hoc eſſe de iure diuino, ſufficere debet, per ea quæ dicemus. capitulo 28. Et quo magis in huius cathedræ obedientia ſolideris catholice lector

23 audi confeſſionem Græcorum† & Armeniorum in concilio Florentino factam, qui aliquando ab eiuſmodi ſede declinauerant. Nos igitur oratores pręfati nomine noſtro noſtrique Reuerendi patriarchę & omnium Armeniorum ſicut & ueſtra ſanctitas in ipſo decreto atteſtatur, hoc ſaluberrimum ſinodale decretum cum omnib. capitulis, declarationibus diffinitionibus, traditionibus, & præceptis omnemque doctrinam in ipſo deſcriptam, necnon quicquid docet & tenet Sancta ſedes apoſtolica & Romana eccleſia cum omni deuotione & obedientia acceptamus et ſuſcipimus. Quaſcunque uero perſonas et quicquid ipſa Romana eccleſia reprobat et damnat, nos pro damnatis & reprobatis habemus, profitentes tanquam ueri obedientię filij nomine quo ſupra ipſius ſedis apoſtolicæ ordinationibus fideliter obtemperare. Conſidera, obſecro confeſſionem iſtorum Gręcorum & Armeniorum quam fide & ratione naturali commoti fecerunt: nam ſi ad carnem & ſanguinem, ad regionum longinquitatem, & ad inimicitias, quas hiſtoriæ dicunt viguiſſe inter Græcos & Latinos aſpexiſſent, ipſi ſolũmodo, neutiquam ſe pontifici Latino ſubdidiſſent, & ſi Roma. pont. epm Romæ dumtaxat agnouiſſent vt falſo falſius cõfingunt iſti, Germani, Galli, & Angli. tam vicini eccleſiæ Romanę a qua receſſerunt, non vtique credendum eſt quod tam humiliter ei ſe ſubdidiſſent Græci & Armenij, tam remoti & ipſis Latinis ac Romanis infeſti & in eodem concilio Florentino dicitur & confitentur omnes, quod Ro. pon. a D. N. Ieſu Chriſto plenam accepit poteſtatem in beato Petro paſcendi & regendi eccleſiam. quicunque ergo dixerint ſe non eſſe commiſſos Petro & ſucceſſoribus ſuis fateantur neceſſe eſt ſe non eſſe de ouib. Chriſti, dicente Dño fiet vnũ ouile & vnus paſtor, & quia teſtante Moiſe non in principijs, ſed in vno principio creauit Deus cœlum & terram, vt hæc omnia ponderat rex. in extrauag. vnam ſanctam, de maiori. & obed. cõcludens, quod de neceſſitate ſalutis eſt omni creaturæ humanæ, ſubeſſe Rom. pont.

SVMMARIVM.

1 *Vnus ad prædicandum tanto mundo non ſufficeret, ſecundum media naturalia loquendo.*

2 *Iethro madianita reprehendens Moyſen conſuluit, vt alios miniſtros conſtituat in populo, qui iudicent leuia, & ſibi referant grauiora.*

3 *Moyſen, qui populum penes ſe congregatum habebat, non tanto labore grauabatur, quanto Romanus pontifex grauaretur, ſi omnes mundi partes peragrare deberet, ad viſitandam plebem ſuam & Ouile hoc*

4 *Vnitatem non offendit diuerſorum prælatorum in diuerſis mundi partibus creatio, poſtquam omnes ſubiecti ſunt huic vnico Paſtori ſupremo & pro Chriſto Vicario.*

5 *Vrbes & loca in quibus Epiſcopi & primates ſedere debent ab initio naſcentis eccleſiæ ſtatuta fuerunt.*

6 *Petrus conſtitui præcepit primates & epiſcopos in ciuitatibus, in quibus apud Ethnicos erant primi flammines & archiflammines.*

7 *Epiſcoporum conſtitutio variis figuris teſtamenti ueteris confirmatur.*

8 *Angeli habent etiam hunc ordinem vt ſuperiores mediis, & medij poſterioribus, diuinę bonitatis munera diffundunt.*

9 *Imperator quamuis mundi Dominus appelletur habet tamen ſuos miniſtros cuilibet reipublicę deputatos, & duces in bello prout dixerat Chriſto Centurio euangelicus.*

10 *Paſtores ſimiliter & epiſcopi habent ſub ſe miniſtros vt & in corpore humano uarietas membrorum.*

11 *Hęretici priuare uolunt eccleſiam ordine iſto decentiſſimo ut ducant in vitiis vitam ſuam iam ſimilem illi gehennæ, in qua nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.*

12 *Deus diuerſos gradus uoluit eſſe in eccleſia, ut dum minores potioribus exhibent reuerentiam, & potiores minorib. dilectionem impendunt, vera fieret concordia.*

13 *Differentia ordo ſeruandus, ſicut cæleſtiũ militiarũ exemplar nos inſtruit.*

CAP. XXII. In quo oſtendit cęteras Ecclelesias particulares per totum orbem diffuſas patriarchales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales, ac cæteras inferiores etiam religioſorum ab unius Romani pontificis poteſtate pendere & ei tanq̃ unico & principali paſtori ſubditas eſſe oportere.

Quamquam Ouile hoc vnum ſit, & vnus paſtor viſibilis videlicet Romanus pontifex pro Chriſto paſtore præcipuo vicarius, & beati Petri ſucceſſor, quorũ Chriſti videlicet Petri pñtia corporali ſecundum humanam conuerſationem, & vt ita dixerim, viſibilem pſonalitatem deſtitui debebamus, quia tamen Ouile hoc ſeu eccleſia vniuerſalis, omnes ad eam venientes recipere debebat & debet, cum non ſit perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, quæ timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Actuum 10. ut ſupra late c. 7. declaratum fuit, ideo neceſſarium fuit & rationi conueniens, vt paſtor iſte ſupremus & pro Chriſto vicarius viſibilis Romanus pontifex cernens, quod Meſſis quidem multa erat, & operarij pauci, & ꝙ ideo Chriſtus Saluator noſter verus Deus, & uerus homo, qui momento (ſi ſua diuina & abſoluta poteſtate uoluiſſet uti,) potuiſſet omnes homines ad ſe cõuertere, nihilominus tñ ad ſolam Iudęam, & eo adhuc nondũ paſſo, deſignauit & alios ſeptuaginta duos vltra duodecim, & miſit eos binos ante faciem ſuam prædicare Lucę 10. ut ſic & ipſe quoque vicarius eius per totum mundum epiſcopos deſignaret, & mitteret, ſicut & Chriſtus Marci vlt. miſit prædicare euangeliũ omni creaturæ, & propterea optima ratione concluditur, ꝙ quamuis Rom. pontifex ſedeat in cathedra Petri, miſerit tñ & mittat quotidie per Aſiam, Africam, & Europam tres partes mundi prędicatores, qui ſeminent uerbum Dei in cordib. omnium hominum, ipſum Rom. pontificem ſemper agnoſcẽtes ſuperiorem, & Dei ac Apoſtolicæ ſedis gratia ſe factos epiſcopos profitentes, neq;

1 enim unus† ſolus ſm media naturalia loquẽdo, & iuxta cauſas ſecundas operando, ad perſuadendũ & prædicandũ tanto mundo ſufficeret. Hoc apertiſſime cõprobatur vltra documentum Chriſti ſupra relatũ cuius actio, noſtra eſt inſtructio, qui miſit ſeptuaginta duos binos prædicare ante faciẽ ſuam exemplo illius Iethro Madianitę cuius ſæpe in hoc tractatu declaratione ꝑmiſi. Iſte. n. Iethro Socer, ſeu cognatus

2 Moyſi Exodi 18. cernens† quod Moyſes ſedebat vt iudicaret populum, qui aſſiſtebat ei a mane in veſperam, dixit ad Moyſen, nõ bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris tu & populus iſte, qui tecũ eſt, ultra uires tuas eſt hoc negotiũ, ſolus illud non poteris ſuſtinere, ſed audi verba mea atq; conſilia & erit Dñs tecũ, pondera hic obſecro, antequam vltra progrediamur, Iethro mediantia tanta verborum exaggeratione & repetitione, ne dicam exprobatione, ut ſtulto labore conſumeris, non bonã rem facis, &c. aulum fuiſſe cõſilium præſtare Moiſi, vt Dominus ſecum eſſet qui cum Moyſe tanquam ad amicum amicus al loquebatur, vt intelligas neque Moyſem reſpuiſſe conſilium Iethro, nec Petrum Pauli ſuaſionem contempſiſſe ad Gala. 2. nec deniq; pont. dedignari quod ſuam ſanctitatem aduertat aliquis de neceſſarijs ad populi gubernationem, ipſe poſtea digeret & reſoluet intra ſe mediante Spirituſancto, cuius magiſterio regitur, num illud expediens ſit, ſicut & Moyſes Iethro, & Petrus Pauli conſilia ſecuti fuerunt, ſed redeamus ad Iethro, quid dicat & conſulat Moyſi. ſtulto, inqt labore ɔſumeris, &c. vide q̃ enixe ne dicã ɔtumelioſe & importune reprehẽdẽs pſuadeat, at qd pſuadet, eſto tu inqt in ijs quę ad Deũ pertinent vt referas quę

dicuntur

dicuntur ad eum, oſtendaſque populo cærimonias & ritum colẽdi, viamque, perquam ingredi debeant, & opus, quod facere debeant, prouide autem de omni plebe uiros ſapientes & timẽtes Deum in quibus ſit ueritas & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & cẽturiones, quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore, quicquid autem Maius fuerit referant ad te. & ipſi minora tantũmodo iudicent, leuiſque ſit tibi partito in alios onere, ſi hoc feceris implebis imperium Domini & præcepta eius poteris ſuſtentare, & omnis hic populus reuertetur ad loca ſua cum pace, quibus auditis, Moyſes fecit omnia, quæ ille ſuggeſſerat, & electis uiris ſtrenuis, conſtituit principes populi tribunos, Centuriones, quinquagenarios, & decanos qui iudicabant plebem Domini omni tempore, quicquid autem grauius erat referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes, ſicut & tertio Regum, quarto. de Salomone legitur, quod habebat duodecim præfectos ſuper omnem populum Iſrael Pondera ergo conſilium Iethro ſuſceptum a Moyſe, & tribunos ac centuriones illos, epiſcoporum & aliorum ſacerdotum figuram tenuiſſe, ſub onere referendi grauiora ad cathedram tunc Moyſi, nunc uero Petri ſanctiſſimi, ut leuior fiat
3 labor, partito in alios onere, & labor† Moiſi qui omnẽ populum penes ſe congregatum in eodem loco & ſecum proficiſcentem habebat non erat tam grandis ſicut Romani pontificis labor futurus fuiſſet ſi ſenex & plenus bonorum dierum uti ſemper eligitur omnes mundi partes peragrare deberet ad uiſitandum plebem & ouile ſuum. Oportet ergo ut in partibus illis habeat ſuos ſubpaſtores & miniſtros q eius nomine & uice gubernent prouincias ſibi commiſſas grauiora negotia ad Sedem Apoſtolicam cui ſe in omnibus ſubiectos profiteantur referentes, & ſic Romanus pontifex ad exẽplum Chriſti, qui alios dedit Apoſtolos, alios euangeliſtas, alios doctores, &c. Sic inquã ille, ut Chriſti uicarius alios dat Patriarchas alios primates, alios Archiepiſcopos, alios Epiſcopos, Doctores, Curatos, & prædicatores, qui ſeminent uerbum Dei & faciant in uniuerſo & unico, hoc ouili prouentũ. Hæc
4 †autem prælatorum, Patriarcharum Archiepiſcoporum, & epiſcoporum per diuerſa loca creatio & inſtitutio noſtram vnitatem ouilis & paſtoris, ad cuius gubernationem omnia referuntur, nihil offendit dicente Pelagio papa, in can. quamuis uigeſimaprima diſtinctione quamuis uniuerſæ per orbẽ Catholicę & Apoſtolicę eccleſiæ inſtitutæ vnus thalamus Chriſti ſit, tamen ſancta Romana eccleſia cæteris Eccleſijs prælata eſt. & Lucinus papa in capitulo urbes 80. diſtinctio.
5 ait urbes† & loca in quibus primates præſidere debent non a modernis, ſed multis ante aduẽtum Chriſti ſtatutæ ſunt temporib. quarum primates gentiles etiam pro maioribus negotiis appellabant, & beatus Clemens papa martyr ac diſcipulus Petri in capitulo in illis. 80 diſtinctione, ſic ait, in illis vero ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi flamines eorum atque primi legis doctores erant epiſcoporum
6 primates, vel Patriarchas Beatus Petrus poni præcepit, qui reliquorum cauſas epiſcoporum & maiora negotia fidei agitarent in illis autem in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant eorum Archiflammines, quos tamen minores eſſe tenebant quam memoratos primates, inſtitui præcepit Archiepiſcopos, in ſingulis uero ciuitatibus reliquis ſingulos, & non plures epiſcopos conſtitui præcepit quoniã neq; inter ipſos apoſtolos præfuit inſtitutio, ſed vnus præfuit omnibus, hactenus Clamens papa & diſcipulus Petri. Sed vt ad
7 legem veterem redeamus videmus† etiam tabernaculum a Moyſe factum ex præcepto Domini ad exemplum eius, qđ ſibi in monte fuerat monſtratum Exodi, vigeſimoquinto. & quod figuram tenebat eccleſię noſtræ habuiſſe, præter cæteras longitudinis & latitudinis partes tentoria & alia receptacula, altitudinem quandam, ſeu tectum, impoſito deſuper operimento, ut Exodi. 40. legitur in ſignificatioem huius eccleſiæ militantis quæ licet diuerſos gradus & miniſtros habeat, unum tamen ſummum pontificem, ut altitudinẽ reueretur, Similiter & templum illud Salomonis celebratiſſimũ, tabulata, feneſtras, obliquas, & alia id genus ędificia hẽbat, ſed altare & oraculum auro puriſſimo, & Cedro veſtiuit. tertio. reg. 6. & templum, quod uidit Ezechiel in ſpiritu cap. 41. Ezechielis varia ædificia demonſtrabat, ſed latius erat templum in ſuperiori parte ad quã de inferioribus partibus aſcẽdebatur, ſic etiam & Archa Noe, quæ vt ſæpe diximus figurã habuit Eccleſiæ noſtræ, habebat quidẽ manſiunculas cœnacula & triſtega, ac teſte Hieronymo li. 1. aduerſus Iouinianum nidulos & bicamerata ac tricamerata continebat, ſed altitudinem triginta cubitorum & ſuper eminens faſtigium habebat & in Synagoga, ut materiali tẽplo ad eius miniſtros Spiritum erigamus, unus erat ſummus Sacerdos, ſub quo cõſtituti erant quatuor & viginti maiores ſacerdotes, qui ſublimiorẽ gradum obtinẽbant, quam reliqui minores ſacerdotes, vt legitur primi Paralypomenon. 24. & 4. Regum 13. legitur Heleiæ pontifici & ſacerdotibus ſecundi ordinis, &c. & tamen Aaron & ſummus ſacerdos aliis poteſtate, auctoritate, & etiam veſtitu multo pretioſior erat, Leuitici 8. & Exo. 28. & ut optime dicebat Cyprianus in can. loquitur. 24. q. 1. eccleſia vna eſt quæ in multitudine latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo multi radij ſunt, ſed vnum lumen, & rami arboris multi ſunt, ſed vnum robur radice tenaci fundatum, & quomodo de fonte vno riui plurimi defluunt, & numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen integra ſeruatur in Origene, & Nicolaus papa in can. omnes. 22. diſt. omnes ſiue patriarchales ſiue metropoles primaruum aut epiſcopatuum cathedras, vel eccleſiarum cuiuſcunque ordinis dignitatem inſtituit Romana eccleſia, illam vero ſolus Deus ipſe fundauit. & idẽ probat Anacletus papa in can. in nouo. 21. diſt. & Dionyſius Areopagita in ſuo libro de eccleſiaſt. hierarchia, loquens de primitiua eccleſia, in qua uerſabatur, conſtituit ſummum põtificem primo loco, & ſub eo epiſcopos, ſacerdotes, & miniſtros ſanctos. Sic etiam in triumphãti, cui noſtra ſimilis eſt manſiones multæ ſunt, Ioan. 14. & in cœleſti hierarchia, teſte Dionyſio, in illo aureo & diuino libro quem de illa condidit, diuerſæ ſunt Angelorum Spirituũ hierarchię, & ſacri
8 principatus, ſupremi ſcilicet, medij, & poſtremi, inter quos decẽtiſſimus ordo ſeruatur, ut ſupremi diuinæ bonitatis munera proxime, nulloque intermedio a Deo accepta diffundant in medios, ſupra quos eminent, & medij in poſteriores ipſis ſubſidentes vt refert Ioannes Chlitoueus in ſuo Antiluthero lib. 2. cap. 2. ſub titulo de Miſſæ officio, ad quod uidetur alludere Daniel. 10. dicens Michaelẽm unum eſſẽ de primis principibus, quaſi ſentiẽs inter Angelos principes & præſides eſſe, & inueniri ſuarum partium ordinatam diſtinctionem, officiorumque diſcretionem, ut quidã cæteris præſint ad directionem, alii vero illorum auctoritati ſubiaceant, neque ſit confuſa omnium æqualitas, uide obſecro poſt Dionyſium ipſum Chlictoueum in loco citato, & tamen omnes unum prędominantem & omnium ſupremum conditorem Deum reuerentur. Ad illius exemplar in eccleſia militanti debemus credere & profiteri vnum eſſe ſupremum, uiſibilẽ & p Chriſto Vicarium, qui habeat in partem ſuæ ſollicitudinis ſuffraganeos, epiſcopos, & rectores, in directione plebiũ & ouiũ ſibi commiſſarũ ſummum tñ pontificem ſemper in omnibus Dominum agnoſcentes, & principẽ ſuum, ſic vide
9 mus in imperatore. quamuis mundi Dominus† appelletur. leg. deprecatio. ff. ad leg. Rhodiã de iactu. ſic in quolibet Rege qui habet ſuos miniſtros & iudices, cuilibet republicæ & miniſterio deputatos, ut in titulis. ff. & C. de officio præfecti prætorio. de officio præſidis, de officio proconſulis, &c. ſic in exercitu belli & in qualibet acie bene ordinata, cui noſtra comparatur eccleſia Canticorum. 6. ibi terribilis ut caſtrorum acies ordinata, quæ habet ducem ſupremum & infra eũ ac ſupra alios ſuos centuriones & quinquagenarios ac decanos, ut & centurio euangelicus dicebat Chriſto, ſic in qualibet republica iudices & Conſules vnicum principem recognoſcentes & aliorum regimini præpoſitos inuenies, ſic in quacunque congregatione & collegio iſtum ordinem ſeruari videbis, ut ſcilicet adſint quidem multi præſides inferiorũ qui tñ uni primario principi ſubiiciantur. Et denique ne ab ouilis parabola recedamus etiam in gubernatione ouium & gregis, præſertim numeroſi, unus paſtor eſt, qui conſtituit in certas partes gregis ſuos vicarios, & miniſtros, gregarios. Ad
10 cuius exemplum videmus quod epiſcopi, † qui paſtores in eccleſia uocantur, licet habeant diœceſim anguſtam habent tamen ſuos Vicarios generales & officiales principales ſoraneos & alios miniſtros, qui omnes eum in unicum ſuperiorẽ agnoſcunt toto titulo, de officio Archidiaconi & aliorum, & ſicut in corpore humano varietas membrorum per diuerſa corporis officia robur ſeruat, & pulchritudinem, repræſentat, ita varietas pſonarum p diuerſa diſtributa officia, & fortitudinem & uenuſtatem Sanctæ eccleſię Dei manifeſtat, & & ſicut indecorum eſt in corpore humano, ut alterum membrum alterius fungantur officio, ſic turpiſſimũ eſſet ſi ſingula miniſteria ſingulis non ſint diſtributa perſonis. quia teſte Paulo ad Romanos. 12, ſicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non unum actum habent ita in eccleſiæ corpore multa membra ſunt, & in uno corpore Spirituali duo officia uni perſonæ, licet exercitatæ, cõmitti non debent, quia ſi totum corpus eſt oculus, ubi auditus. cap. primo. 89. diſtinct. certe deficeret tempus & Papyrus, ſi ſuper omnes congregationes decenter ordinatas diſcurrere debuiſſem, politicum iſtum ordinem enarrando, quem credo nemo, niſi ſit expers rationis negare poterit. quare autem
11 hæretici† decentiſſimo hoc ac iucundiſſimo ordine priuare uelint eccleſiã noſtram Deo dilectiſſimã ignoro proſus ni-

ſi vt ducant in vitijs vitam ſuam iam ſimilem illi Gehennæ
ſibi paratæ niſi reſipiſcant, de qua. Iob dicebat, ubi nullus or-
do, ſed ſempiternus horror inhabitat. Et ideo Gregorius in
c. ad hoc. 89. diſtin. dicebat quod ad hoc Deus voluit gradus
12 † diuerſos eſſe in eccleſia, ut dum reuerentiam minores po-
tioribus exhiberent & potiores minoribus dilectionem im-
penderent vera concordia fieret, neq; ei im vniuerſitas alia
13 ratione ſubſiſtere poterat, niſi eam magnus differentiæ † or-
do ſeruaret ſicut cęleſtium militiarũ exemplar nos inſtruit
quia dũ ſunt angeli & ſunt archangeli liquet quod non ſunt
æquales, ſed alter ab altero differunt.

SVMMARIVM.

1 *Fides eſt maior adhibenda his qui in aliqua arte toto tempore vitæ ſuæ
addiſcenda inſudarunt, quam illis qui nec horam in ea conſumpſerunt*
2 *Infirmitates corporales ex infirmitatibus animorum prouenire ſolent.*
3 *Papa a papæ interiectione, admirationem denotante appellatur, propterea
quod eſt admirabilis eius auctoritas, & eſt admirabilis in intelligentia.*
4 *Papa eſt pater patrum qui cum alio quocunque prælato in iuriſdictione,
& poteſtate concurrit, & eſt ſpiritualis ſpiritualium cuius omnes ſu-
mus filij.*
5 *Papæ & Chriſti idem eſt conſiſtorium & eſt ſtupor mundi.*
6 *Papæ parrochia eſt vniuerſus mundus, iuxta illud euangelij fiet vnum oui-
le & vnus paſtor.*
7 *Papæ nemo poteſt dicere cur ita facis, & eſt ei pro ratione voluntas, &
appellatur prælatus prælatorum, qui non puri hominis, ſed Dei vicem
gerit in terris.*
8 *Papæ eſt impoſſibile mentiri, quia Dei legatione fungitur in terris, in his
quæ ut papa deliberabit & eo ipſo quod eſt papa ſanctus appellatur.*
9 *Papa eſt omnia, & ſuper omnia in ſpiritualibus. eſt ſupremus vicarius
Dei, & qui contrarium dicit mentitur, eſt Culmen epiſcoporum & cæ-
terorum quos poteſt intellectus imaginari.*
10 *Papa electus mutat nomen, & efficitur noua creatura, ita, quod ſi ſcribe-
rentur literæ ſub nomine bapteſmali poſſet dicere iſtæ literæ non diri-
guntur mihi.*
11 *Papa debet oſculari in pede, & poſt Deum præ omnibus eſt honorandus,
& ſic ſe habet ad alios ſicut ſol ad planetas.*
12 *Papa immediatam habet poteſtatem a Deo, imperator vero & reges a pa-
pa, & penes eum eſt vtraque poteſtas, licet non habeat exercitium gla-
dij temporalis. & poteſt transferre imperium de loco ad locum, & impe-
ratores ac reges deponere cauſis ſeu culpis exigentibus.*
13 *Papa eſt ſupra ius, ſupra concilia, & ſupra omnia ſtatuta & committit
cauſas appellatione remota.*
14 *Pro papa eſt propenſius orandum, quia ſalus omnium ex eo dependet. &
non neceſſitate, ſed propria voluntate ſe purgat de obiectis ſibi cri-
minibus.*
15 *Papæ pertinet confirmatio nouæ religionis, & poteſt transferre ſine cau-
ſa epiſcopos & primates, ipſe ſolus.*
16 *Papa tanquam Petri ſucceſſor eſt maior Paulo reſpectu adminiſtrationis
& eſt ſupra & præter ius.*
17 *Papa poteſt quadrata æquare rotundis, & eſt iudex omnium regum non
recognoſcentium ſuperiorem, ratione peccati.*

CAP. XXIII. De varijs titulis, & encomijs,
quibus ſacroſancta hæc Romani pontificis auctoritas a no-
ſtris maioribus & doctoribus fuit venerata.

Decreueram nulla hic doctorum noſtro-
rum teſtimonia,
referre in huius ſanctæ cathedræ confirmationem, qui enim
auctoritatibus ſacræ ſcripturæ & alijs rationibus ſupra cita-
tis, ad eius venerationem & obedientiam non conuincatur,
hic iam iudicatus eſt, & ſuperflua reputabit documenta no-
ſtrorum interpretum, & hæreticus, qui iuxta ſuam impuden-
tiam negat auctoritatem decretorum, canonum, ac beatorũ
Gregorij, Auguſtini, Ambroſij, Hieronymi, & aliorum eccle-
ſiæ Sanctæ doctorum quam nos neceſſariam creditu appel-
lamus, facilius, negabit auctoritatem, quæ probabilis eſt dũ-
taxat, gloſſę, Cardinalis, Panormitani, & aliorum noſtri iuris
canonici doctorum, iuxta tex. & ibi gloſ. in l. prima. C. de le-
gibus, vbi probatur maiorem eſſe auctoritatem neceſſariam
textuum, quibus credi & ſtari etiam clauſis oculis oportet,
quam ſit interpretum ſententia, ſicut in philoſophia & me-
dicina ac alijs diſciplinis quotidie experiuntur profeſſores
earum, ſupponentes capita textus Ariſtotelis, Platonis, Ga-
leni, & Hippocratis, contra expoſitores tamen textus quoti-
die diſputantes. Sed ad ſolam ædificationem catholici lecto-
ris attẽdens in hoc capite citabo quid iſti catholici & doctiſ-
ſimi viri dixerint, & quib. titulis celebrauerint cathedræ hu-
ius auctoritatem, ut magis ac magis in eius obedientia con-
1 firmemur, cognito quantum illi ei detulerint qui in † ſtudio
Sacrorum canonum toto tempore vitæ ſuæ inſudarunt, &
noctes quoq; in eis addiſcendis & exponendis tranſierunt in-
ſomnes, vnicuique enim in ſua arte quam profeſſus eſt, &
pro qua multa tulit fecitque puer ſudauit & alſit, maior fi-
des adhibenda erit quam ei qui nec horam in ſtudio eius
perdidit, iuxta illud, ne Sutor vltra crepidas, & tractent
Fabrilia Fabri. Vnde, ut id obiter ac incidenter dicam,
ferre non poſſum idiotas & prorſus ignaros, qui ex ſuc-
ceſſibus eis non proſpere ſubſequutis, & iuriſperitos amiſ-
ſa lite, & medicos omnes non reſtituta ſalute deteſtantur,
quos honorare præcepit Dominus, ſi enim dubius eſt ſalutis
ac litis euentus, aut ſi Deus, qui circa hæc nos in incerto va-
gari permiſit, uel propter peccata litigantium & infirmorũ
uel iudicum, aduocatorum, aut medicorum, rei ueritatem
nobis abſcondit iuſtus iudex, quid obſecro ſcientiæ probatiſ-
ſimę & earũ optimi profeſſores commeruerũt, quos eligere
& moribus & doctrina probatos, quales multi ſunt & fuerunt
debuiſſent infirmi & litigantes cum recta conſcientia & pur-
gati ipſi a prauis moribus & peccatis, quia mala quæ pati-
mur peccata noſtra merentur, & infirmitates † corporales ex
2 peccato prouenire ſolent, dicente Domino ad languidum
quem ſanauerat Ioann. quinto. vade & iam noli amplius pec-
care, ne deterius tibi aliquid contingat. cap. cum infirmitas
de pœniten. & remiſſio. ſed ad inſtitutum redeamus. Roma-
nus ergo Pontifex Chriſti vicarius & ſucceſſor Beati Petri
Apoſtolorum principis vltra, ea quæ in ſuperioribus dicta
fuerunt, communiter & a multis ſeculis appellatur papa † a
3 Papæ interiectione admirationem maximam denotante p-
pterea quod eſt admirabilis eius auctoritas ita Gloſ. in proœ-
mio clementinarum §. hoc ſane, uerbo papa, & Cardinal. in
clement. fin. de ſenten. excommuni. dicebat, quod dictio pa-
pa eſt admiratiua, ſicut hæc dictio Deus. & Ioã. Monachus
in principio lib. ſexti. decretalium num. duodecimo. quod
habet nomen a re quia, eſt admirabilis in intelligentia & ef-
4 ficaciſſimus in eloquentia, & dicitur Papa † quaſi pater patrũ
& idem Ioan. Monachus in capitulo ſi eo. in principio. de ele-
ctione lib. ſexto. quod eſt pater patrum, qui cum omni alio
prælato in iuriſdictione & poteſtate concurrit, quod dictum
allegat Bald. in capitulo primo in principio. prima columna
quis dicatur marchio, dux & c. in vſibus Feudorum. in cap. 1.
qui feudum dare poſſunt, & Albertus Brunus conſili. primo
num. trigeſimoprimo. Et eſt ſpiritualis ſpiritualium ac om-
nes ſumus filij papę, ut per Philip probum in additio ad Mo-
nachum in capitulo ſi eo. de electio. lib. 6. dicebat etiam In-
nocen. in cap. fin. de transla. prælator. quod papæ & Chriſti
5 idem eſt conſiſtorium, quem refert Barbat. conſi. 23. uolum.
primo. & Panormitanus in cap. uenerabilem. de electio. & ap-
pellatur papa ſtupor mundi, ut per gloſſam in dicto proœ-
mio clemẽtinarum verbo Papa. Barbatia in tractatu. de præ-
ſtantia Cardinalium in prima partę quæſtione ſecunda nu.
6 19 dicebat quod uniuerſus mundus † eſt parrochia Papę iux-
ta illud euangelij Ioannis. decimo. fiet unum Ouile & unus
7 paſtor & papæ nemo poteſt dicere cur ita facis † Iaſ. con. 45.
incip. Beatiſſimus Papa uolum. 10. & Baldus in leg. fin. C. ſen-
tentiam reſcindi non poſſe. appellatur etiam prælatus præla-
torum Monach. in capit. periculoſo. num. 4. de ſtatu regula-
rium. l. 6. & teſte Cardinale in clem. 1. de proba. num. primo
papa non puri hominis, ſed Dei vices gerit in terris, & eſt im-
8 poſſibile † eum mentiri, quia Dei legatione fungitur, quod in-
tellige in his quæ ut papa deliberat & reſpondet, quia vt ſæ-
pe dixi tanquam particularis perſona errare poteſt, quamuis
non ſit de facili præſumendus error in illa particulari perſo-
na, in qua tam ſancta, & tam publica perſona continetur
& eo ipſo, quod ad tantæ dignitatis apicem eſt promotus ſan-
ctus appellatur capitulo non nos. 40. diſtinctione. & actus ſui
ex cœleſti arbitrio facti reputantur. Et ſecundum Innocen-
tium in capit. cum pridem. de pactis, papa eſt publica perſo-
na, quæ ſuper omnes eccleſias ſingulariter & vniuerſaliter
habet plenitudinem poteſtatis, & Baldus referẽs Bernadum
de conſideratione ad Eugenium dicit in l. Barbarius nume.
decimoquarto. ad fin. ff. de officio, prætoris, quod eſt omnia,
9 & ſuper omnia in ſpiritualibus, verba ſunt Baldi. in dicta leg.
Barbarius. & paulo ante dixerat in eadem. l. Barbarius, quod
papa eſt, ſupremus vicarius Dei, & qui contrarium dicit men-
titur, his verbis tam exprobratoriis loquitur Baldus, & idem
Baldus in proœm. Gregoriano. numero tertio dicebat, quod
non ſolum eſt epiſcopus, ſed culmen Epiſcoporum & cæte-
rorum, quos poteſt intellectus imaginari, cui data eſt clauiũ
plenitudo & ſumma libera poteſtas, quæ appellatur poteſtas
abſoluta ab omnibus vinculis canonum, & ab omni regula
arctatiua, præterquam ab euangelica & apoſtolica, & diui-
na & naturali, & papa licet non ſit Apoſtolus, eſt apoſtolicus
10 & idẽ eſſe quantum in ſe eſt apoſtolicæ ſanctitatis, & electus
ad dignitatẽ Papalẽ mutat nomẽ in electione vſque adeo, q
ut dicit Baldus ibi ad finẽ. nu. 1. efficit̃ noua creatura & tacet̃
nomẽ propriũ, ita vt ſi ſcriberent̃ ſibi aliq̃ literæ directæ ſub
no-

nomine baptiſmali, & non ſub nomine pontificali, poſſet di
cere vel illæ literæ non diriguntur mihi, vel ſcribitur in con
temptum. Et in tantum eſt honorandus, quod debet oſcula-
11 ri in pede†gl. in l. 1. C. de domeſt. & protect. & ibi. Ioã. de Pla.
l. 12. C. & quia facit idem cõſiſtorium cũ Deo, ideo poſt Deũ
præ omnibus eſt honorandus in terris. verba ſunt Panormi-
tani in conſ. vigeſimoprimo volumine prima. in principio.
& Baldus in capitulo bone. el primo num. quarto de poſtu-
la. prælatorum, quod papa ſic ſe habet ad Cardina. & cæteras
dignitates, ſicut ſol ad planetas quia planetæ, non mouentur
niſi motu orbis, ſic Cardinales & legati non mouentur, niſi
12 motu Papæ & papa†poteſtatem immediate dicit a Deo ha-
bere, Imperator vero & Reges a papa. capitulo nouit. de iu-
diciis. vbi Panormitanus late in glo. ſecunda num. 12. vbi di-
cit, quod penes papam eſt utraq; ſuprema poteſtas licet non
habeat exercitium gladii temporalis, & quia poteſtas papæ
immediate a Deo emandauit, & ipſi Deo ſoli ſubeſt, poteſtas
vero Imperatoris a vicario Chriſti, cui eſt ſubordinata, ideo
Papa poteſt imperium de certo genere perſonarum trãsfer-
re ad aliud. capitulo uenerabilem. de electio. & Imperatorẽ
ungit & coronat, confirmat & approbat & reprobat, ac etiã
deponit cauſis exigentibus. c. ad abolendam de hæreticis &
capitu. ad apoſtolicæ. de re iud. lib. 6. & clem. ne Romani. de
iureiurando. & d. cap. venerabilem. de electio. vide Palaciũ
Rubios de retentione regni Nauarræ, parte ſecunda. §. 6. &
7. ubi numerat varios Reges a Papa depoſitos. Et iſti qui exer
cent duos gladios eccleſiaſticum & temporalem, ut dicit ibi
Panorm. habent ſe ad inuicem, ut minor & maior, quia ma-
ior eſt princeps eccleſiaſt. quam tpalis, ſicut luminare maius
antecedit luminare minus. c. ſolitæ. de ma. & ob. ut ſic unus
ſit ſupremus princeps videlicet papa † in militãti eccl. & ſũ
13 papa eſt ſupra iuſ. c. propoſuit. de conceſ. præ ben. & eſt ſupra
concilia & ſtatuta. cap. ſignificaſti. de electio. committit cau
ſas, appellatione remota. cap. ſuper quæſtionum. de officio
delegati, & quia ſalus omnium ex eo dependet propenſius
14 eſt pro co†orandum cap. ſi papa. 40. diſtinctione, & aliorum
cauſas Deus commiſit hominibus terminandas. Papam uero
ſuo iudicio reſeruauit. cap. patet. can. aliorum. nona quæſtio
ne tertia. & non neceſſitate, ſed propria uoluntate ſe purgat
ab obiectis criminibus, ut de Sixto papa uidemus in can. mã
daſtis. ſecunda quæſtione quinta. can. nos ſi incompetenter
ſecunda quæſtione ſeptima & omnis noua†religio debet a
15 papa confirmari extrauag. Sancta de relig. dom. & cap. præ-
ceptis. 12. diſtinct. & Baldus in cap. primo qualiter Dominus
proprietate feudi priuetur, quod Papa eſt omnia, & ſuper om
nia in iis quæ ad ius eccleſiaſticum ſpectant. Et idem Bal-
dus in capitulo cum ſuper de cauſa poſſeſ. quod papa, eſt ſu-
16 pra in & extra ius. & Hoſtienſis in cap. cum veniſſent. de iudi
ciis. quod papa poteſt quadrata æquare rotundis, & teſte Bar
tolo in l. Barbarius verbo & papatus eſt. ff. de officio prætoris
non incurrit pœnas ſimoniæ & eſt iudex omnium regum &
Imperatoris non recognoſcentium ſuperiorem ratione pec
cati & iniuſtitiæ gloſſa in capitulo ex transmiſſa. de for. com
petenti. Francus in capitulo ſi duobus denique de appella-
tio. Panormitanus in c. cum Ioannes. de fide inſtrumento. &
eſt fons iuſtitiæ fugans tenebras & præſumuntur in eo con-
currere illa tria quæ conſiderantur in actibus hominũ vide-
licet bona uoluntas, conceſſa poteſtas, & modicongruitas te
ſte Bartho. Soc. conſ. 164. viſa bulla in 2. parte & teſte Domi-
nico in cap. lector. 34. diſt. tanquam Petri ſucceſſor maior eſt
reſpectu regiminis quam Paulus apoſtolus. Deficeret me tẽ-
pus & hora ſi percurrere vellem ea omnia quæ doctores no
ſtri de beatiſſimo papa eccleſiæ monarcha ſenſerunt, paucu
la hæc adduxiſſe ſufficiat vt intelligas doctoribus noſtris tã
quam peritis in arte credendum fore, poſtquam in ea addi-
ſcenda ætatem, & quaſi vitam conſumpſerunt, ſicut & me-
dico credis in medicina, philoſopho de philoſophia, & agri-
menſori circa menſuram agrorum. l. ſeptimo menſe. ff. de
ſtatu hominum. l. ſemel. C. de re militari. lib. 12. C. etiam ſine
iuramento. vt no. in capit. propoſuiſti. de proba. quia cuilibet
creditur in arte quam didicit ex profeſſo. Similiter & ex de
cretis Pontificum, & conciliorum potuiſſem multa referre
quæ in huius cathedræ auctoritatem antiqui, & ſancti patres
dixerunt, vide cap. præceptis. 12. diſt. cap. ita Dominus. 19. di-
ſtin. cap. omnes. 21. diſtin. cap. cuncta per mundum, & cap.
ipſi. nona q. 3. ubi Gelaſius oſtendit de omnibus mundi par-
tibus ad eam appellari, ab illa autem ad neminem appellari
poteſt, prout nec appellatum legimus, quod profecto argu-
mentum & teſtimonium omnibus concludere debuiſſet.
Ex conciliis autem generalibus nullam duxi auctoritatem,
hic afferre, quia ſi legas quatuor volumina illorum, tertio
quoque uerbo reperies uarias, & elegantiſſimas huius ſupre
mi Pontificij Romani deſcriptiones in eam rem.

SVMMARIVM.

1 *Ouilis parabola, & ſignificatio oſtendit, quid fideles agere debeant.*
2 *Peccator ſi fidem conſeruet, intra eccleſiam eſt. qui per ſuffragia confi-
delium facilius poterit a peccatis reſurgere quam ſi extra eccleſiam
eſſet.*
3 *Peccator catholicus licet quo ad gratiam & charitatem ſit mortuus &
influxus gratioſos a capite non accipiat, tamen quo ad fidem conſeruan-
dam influxus recipit, ad exemplum membri infirmi nondum a corpore
abſciſſi.*
4 *Fides ſine operibus mortua eſt, & Iacobi epiſtola negatur ab hæreticis,
quia eorum libidini ex diametro repugnat, ſicut & liber Machabæorum,
ſed vterque liber eſt authenticus & receptus ab eccleſia ſicut euan-
gelium.*
5 *Hæreticorum authoritates citata ex ſacra ſcriptura ad probandam ſolam
fidẽ ſufficere, de fide formata, & quæ per charitatem operatur debent intel
ligi, nec in illis authoritatibus legitur aliquod ſignum excluſiuum, quod
dicat ſolam fidem ſufficere.*
6 *Legislator temporalis etiam in ſuis legibus non præſumitur incontinenti
ſe corrigere, nec ſibi contradicere.*
7 *Dictio excluſiua excludit, id, quod eſt contrarium termino cui adiungitur
ſicut argumentum a contrario ſenſu, ſumitur ad metas & limites verbo-
rum expreſſorum.*
8 *Fidem ſolam qui dixerit ſufficere intelligendus eſt iuxta proprietatem ſi-
gni excluſiui ſolam ſcilicet ſine humana inueſtigatione, non ſine operibus,
quia hoc vltra hæreſim quam habet, eſt impertinens.*
9 *Fides & humana inueſtigatio ſunt inter ſe contraria, quia fides eſt de eo
quod non videtur.*
10 *Credere in Deum eſt amando in eum tendere.*
11 *Opera noſtra fuiſſent quaſi pannus menſtruatæ ſi non aſpergerentur rore
& ſanguine Chriſti.*
12 *Baptiſmi lauacro ſuſcepto, fide conſeruata, & operibus concurrentibus et
aſperſis in ſanguine Chriſti, gratiam Dei negotiari debemus.*
13 *Tempora ſi diſtinguas facile ſcriptura concordabit, quæ ex cauſa, ex per
ſona, ex loco, & ex tempore conſideranda eſt.*
14 *Paulus & alii Apoſtoli dubitantibus de fide, & circa operum neceſſita-
tem nihil ambigentibus, fidem prædicabant, & aliis qui in fide confirma
ti erant, ſed circa opera erant fragiles, opera prædicabant eſſe neceſſa-
ria.*
15 *Deteriores eſſemus omnibus Barbaris ſi operum bonorum neceſſitate non
indigeremus.*
16 *Non eſt iuſtus in terra, qui non peccet, quia ſepties in die cadit iuſtus.*
17 *Excommunicati a ſuis prælatis ſi fidem conſeruant, pertinent ad eccleſiã
ratione fidei, ſed quo ad ſuffragia & participationes ab eccleſia ſunt
egregati.*

C A P. XXIIII. In quo declaratur, quid oues & fideles intra hoc ouile conſtituti agere debeant, ut tam ſanctam unitatem conſeruent.

Confitentes ergo vnitatem ouilis & paſtoris
præcipui, ac pro Chriſto vi
carij, oportet fideles poſtquam in ouile, ouium intrauerint
per oſtium ac Ianuam Sacramentorum eccleſiæ Catholicæ
id eſt, Baptiſmum, ut ſupra capit. quinto dictum fuit huic Ro
mano pontifici Chriſti Vicario, & Beati Petri Apoſtolorum
principis ſucceſſori, ac miniſtris, ab eo præordinatis tanquã
præpoſitis obedire, credentes & obſeruantes, quod ipſi credẽ
dum docuerint & obſeruandum. Vt ſicut in Ouili oues ton-
dentur, curantur a morbis, pariunt fœtus ſuos præbent lac &
lanam, & inde educũtur ad prata eis deſignata, ita & nos†in-
1 tra hoc ouile exiſtentes patiamur noſtrorum morborum cu
rationes etiã ſi tondeamur p ieiunia, Eleemoſinas & alias pœ
nitentiæ ſalutaris ac bonorum operum ſatisfactiones in cõ
feſſione ſacramentali per Chriſti miniſtros nobis iniunctas
ad peccatorum remiſſionem facilius obtinẽdam, ut poſtea
pariamus fœtus noſtros, id eſt fructus ſalutares in gratia. Et
paſtores noſtri defendant nos a rabie luporum, qui tanquam
Leones rugientes circumeunt quærentes quem deuorent. Sed
ut hæc obedientia paſtoribus noſtris exhibenda ab origine p
tractetur, aduerte obſecro Catholicæ Lector ad ſequentia,
& intelliges, quid te credere & obſeruare conueniat ſi intra
hanc eccleſiæ unitatem manere uolueris. Primo ergo debes
2 conſiderare†, quod qui fidem habet & Sacramẽtorum cõio
nẽ veneratũ ſi non ſit hæreticus, aut ſchiſmaticus quis ſit pec-
cator multis criminibus irretitus, membrum erit eccleſiæ &
intra illam manet, qui licet ſit infirmus & paralyticus, faci-
lius curari poterit quam qui extra eccleſiam ſunt, ut ſeruus
centurionis curatus fuit mediante oratione Domini ſui, eſt
etiam peccator iſte de piſcibus malis intra ſagenam conſti-
tutis, eſt de uirginib. fatuis quæ in una domo cum prudenti-
bus expectabant ſponſum, Matthæi. vigeſimoquinto. & de-
nique ſicut ille qui in conuiuio non habebat veſtem nuptia-
lem, ut ſupra dicebam. Nam ſi piſces mali intra ſagenam exi

ſtentes conualuiſſent, prout poterant propter maturam bo
norum, ſi virgines fatuæ ante aduentum ſponſi veniſſent
cum oleo paratæ, & ſi exiſtens in conuiuio ante ingreſſum
Domini recuperaſſet veſtem nuptialem, non utique condē
nati fuiſſent, vnde ad hoc quod unus dicatur, & ſit membrū
Eccleſiæ, & huius Ouilis oui, ſic in genere, ſufficit quod per
fidem Catholicam Eccleſię Romanę ſit aliū admiſſus, ſicut
peccatores Catholici, qui tamen ſunt in eccleſia cum iuſtis
permixti, ita optime Auguſtinus in capitulo eſt vnitas eccle
ſiæ. de conſecratio. diſtinctione quarta, ubi ait eſt unitas ec-
cleſiæ quæ late patet in Sacramentorum communione, &
ſocietate, quæ complectitur paleas cum granis quando eas
corporaliter mixtas ita patitur, ut neque illas iuſti vitent, ne-
que ab illis iuſti uitentur, ſic ſunt in eccleſia homines mali
ut in corpore humano humores mali, qui interdum caeunt
ex corpore, & ut ibi gloſſa declarat, mali paleis comparantur
quia cadunt leuiter vento tentationis, & idem Auguſt. in c.
quomodo § induunt. de conſecra. diſt. quarta. dicit, induunt
autem homines ipſum Chriſtum aliquando uſque ad Sacra
menti perceptionem aliquando uſque ad vitæ ſanctificatio-
nem ſicut latius ſupra diximus. Peccator ergo non proie-
3 ctus ab eccleſia † per hæreſim aut ſchiſma, membrum eſt ec-
cleſiæ quamuis infirmum In quod propter eius infirmitatē
licet non deriuentur a Chriſto capite influxus gratioſi, ſeu
gratum facientes, quia quo ad illos omnino mortuum eſt,
tamen quo ad fidem conſeruandam influxus recipit, ſicut
in corpore humano videmus, quod membra infirma nō ita
vegetantur ſicut omnino ſana, non quod illa fides ſit meri-
toria, quæ ſine operibus mortua eſt, ſed illa penes eum caſtē
te, facilius prouocabitur ad conuerſionem, quam ſi fuiſſet in
fidelis aut hæreticus & omnino extra eccleſiam proiectus, &
ſic q fidē conſeruat ſine operibus, licet ſit membrum eccle-
ſię, tamē quo ad ſtatum ſalutis mortuam habet fidem, quia
peccator eſt, nec cum ea ſola ſaluari poterit, niſi etiam cum
fide, ſit Deo coniunctus per gratiam & charitatem, ad quod
probandum non oportet aliquid immorari, niſi remittere
nos ad æchium in Enchiridione titulo de fide & operib. ubi
plures certe quam ſexaginta ea Sacra ſcriptura auctoritates
accumulat in eam rem, & inter cæteras illam Mat. vlt. ad di
ſcipulos, eūtes docete oēs gentes baptizantes eos in noīe Pa
tris, & Filij, & Spiritusſancti, docētes eos ſeruare oīa q̄ man-
daui uobis, & ſic non credere ſolum, & illud Iacobi. ſecundo
quid prodent fratres mei ſi fidem quis dicat ſe habere, ope-
ra autem non habeat, nunquid poterit fides ſaluare eum, &
4 paulo inferius, fides ſi non habet opera, mortua eſt in ſeipſa.
Et licet epiſtola hæc Iacobi negetur ab hæreticis impudenti
bus, quia eorum libidini contraria eſt ſicut, & liber Macha-
beorum negatur ab eis, quia purgatorium ibi ad oculum de
monſtratur, tamen ultra hoc quod conſtat & epiſtolam Ia-
cobi, & librum Machabeorum receptos eſſe in uniuerſali ec
cleſia, ſicut euangelia & alia uolumina Sacræ ſcripturæ ſunt
tamen tam innumeræ auctoritates ab æchio, & aliis conge
ſtæ ad probandam operum neceſſitatem cum fide, iis qui ſal
uari cupiunt, ut in hoc nihil duxerim immorari, ſolummo-
do hæreticorū ſophiſmatibus reſpondebo, ut intelligat unuſ
5 quiſque quam chimericis argutijs tot homines a fide Catho
lica peruerterint hæreſi archæ. Adducūt ergo † auctoritatem
Abachuc. ſecundo iuſtus ex fide uiuit, quæ ad Romanos pri-
mo repetitur, & inferunt ergo ſola fides ſufficit ad uitam,
præterea Ioannis. tertio qui credit in filium Dei non cōdem
natur, & Matthæi 9 ſecundum fidem veſtram fiat uobis, &
Geneſis tertio, credidit Abraham Deo & reputatum eſt illi
ad iuſtitiam, & Ioannis quinto, Qui verbum meum audit &
credit ei qui miſit me, habet vitam æternam, & alia his ſimi-
lia, ea quibus perfidi contendunt ſolam fidem ſine operibus
ſufficere. His omnibus auctoritatibus Catholici noſtri ſatiſ-
faciunt dicētes eas debere intelligi de fide formata cum vir-
tutibus, & quæ per charitatem operatur, de qua Paulus ad
Galatas. quinto. dicit, In Chriſto Ieſu neque circunciſio ali-
quid valet neque præputium, ſed fides, quæ per charitatem
operatur, non ergo ſufficit quæcunque fides, ſed eſt neceſſa-
ria illa quæ per charitatem & opera bona operatur ex qua au
ctoritate & aliis pro parte noſtra citatis dicunt debere inter-
pretari contrarias authoritates, quibus hæretici ſuam hære-
ſim moliuntur præſertim, cum nec in illa auctoritate Aba-
chuc & Pauli, iuſtus ex fide viuit, nec in aliis ſit aliqđ ſignū
exclusiuum uidelicet ea ſola fide uiuit vel qui credit im &c.
ſed abſque aliqua excluſione ſimpliciter dicitur iuſtus ex
fide uiuit, ego autem addendo dicebam quod quamuis ſi-
gnum excluſiuum legeretur in prædictis auctoritatibus, vi-
delicet iuſtus ex ſola fide uiuit, non propterea excluderē tur
opera quæ per tot Sacræ ſcripturæ auctoritates requiruntur
ſimul cum fide, eſſet enim reperire contradictionem in Sa-
cra ſcriptura, quod non eſt dicendum, quia etiam, in legibus
6 tempora libus & prophanis legiſlator † non præſumitur, nec
creditur ſibi ipſi contradicere. leg. non ad ea. ff. de condit. io.
& demōſtra. excluſiua ergo dictio iſto caſu quamuis fuiſſet,
non excluderet opera & alia requiſita per alios textus Sacræ
ſcripturę. ſed tantum illud quod eſt cōtrarium fidei, ſcilicet
humanam inueſtigationem, quaſi dicat iuſtus ex ſola fide
uiuit abſque humana inquiſitione, non ſine operibus, dictio
7 enim excluſiua ſolum excludit illud, quod eſt contrarium
termino cui adiungitur, non remota & extranea ab illo ter
mino. & quæ iam per alias leges ſtatuta fuerūt, ut in hoc exē
plo ſufficit audire miſſam dieb. feſtis iuxta legem Dei, illa di
ctio ſufficit bene excludet dies feriales, ita quod in iſtis nō te
neamur de pręcepto audire miſſam & tunc erit excluſio per
tinens ad materiam, & argumentum a contrario ſenſu ſu-
metur ad metas & limites verborum expreſſorum, iuxta no
tata apud nos in leg. prima. ff. de officio eius, cui manda. eſt
iuriſdictio. cæterum excludere omnia alia, videlicet ſuf-
8 ficit audire miſſam † diebus feſtis, ergo non oportet ieiunare
nec ſeruare alia mandata, iam uides quam impertinentiſſi-
ma excluſio & hæretica eſſet, ſic in propoſito iuſtus ex ſola
fide uiuit ſine humana inueſtigatione, ſ. quæ fidei ex diame-
tro repugnat. ut per Ambroſium in cap. non turbatur. vigeſi-
maquarta quæſtione prima, loquentem de generatione diui
na, quam licet mens nequeat humana comprehēdere rōnis
inueſtigatione, fidei tamen plenitudo complectitur, & Gre-
gorius ſuper Ioannem, fides non habet meritum ubi huma-
na ratio præbet experimentum, ut per glo. primā in capitulo
primo de ſumma trinitate & fide Catholica & Auguſt. in ca
pitulo in domo de pęnitent. diſtinctione quarta. fides inquit
9 ſubtrahit ſe & latet vt ſit fides † de eo, quod non uides & in-
de eſt meritum fidei, ſed quid aliud allego niſi Chriſtum Io.
vigeſimo. ad Thomam. beati qui non uiderunt & crediderūt
& Paulus. prima. ad Corint. ſecundo. ſermo, meus & prædica
tio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed
in oſtenſione ſpiritus & uirtutis eſt, vt fides veſtra non ſit in
ſapientia hominum, ſed in uirtute Dei, & ſic humana tātum
inueſtigatio excluſa fuiſſet, dato, quod eſſet ſignum exclu ſi-
uum ibi, non opera, nec cætera requiſita per alias Sacræ Scri-
pturæ auctoritates, & illa auctoritas Ioannis, qui credit
in filium Dei non condemnatur, per Auguſtinum expo-
nitur in capitulo charitas eſt aqua. de pœnit. diſt. ſecunda.
10 iſto modo in Chriſtum † credere, eſt amando in ipſum tēde
re, vnde gloſſa ibi recitat verſum hunc. Crede Deū, credasq.
Deo, plus crede valere ſi credas in eum, quā quod ei. vel eū.
ſic ēt debemus dicere, qui credit in filium Dei, hoc eſt aman
do in eum tendit, cuſtodiendoque præcepta eius. Nec illud
quaſi pannus menſtruatæ, iuſtitię noſtrę, cōtradicit huic Ca
tholicæ propoſitioni, licet enim verum ſit, quod omnes nos
11 ſumus immundi, & quod † opera noſtra ſunt ſicut pannus
menſtruatæ, tamen ſi lauent in ſanguine agni, munda erunt
ſicut ſtolæ & dealbabuntur ſicut nix, ſi aſpergantur rore paſ-
12 ſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, itaque lauacro † regenera-
tionis in Sacramento baptiſmatis ſuſcepto, & fide conſerua
ta, ac operib. cooperātibus, & in ſanguine Chriſti Ieſu aſper-
ſis, his tribus copulatiue concurrentibus, iuſtificationem &
gratiam negotiari debemus, ſatagentes per opera bona cer-
ta facere vocationem & electionem noſtrā, de qua electio-
ne & gratia nullam in hoc mundo certitudinē habere poſ-
ſumus, ut hæc omnia late declarātur in 6. ſeſſione ſacri Con
cilij Tridentini p omnia capita illius ſeſſionis, ut ſic eamus
& creſcamus ſemper de virtute in virtutem, & de die in
diem renouemur, iuxta illud qui iuſtus eſt iuſtificet ad huc,
& illud aliud. ne verearis vſque ad mortem iuſtificari, vt ca
pit. 10. illius ſeſſionis legitur, ſic debent intelligi & concorda
ri auctoritates ſupra citatæ, iuxta illud Auguſtini in cano. ſi
13 peccauerit. 2. q. 1. diſtingue † tempora & concordabis ſcriptu-
ra, vbi cōcordat auctoritatem Pauli peccantem coram om
nibus argue cum auctoritate Euāgelii ſi peccauerit in te fra
ter tuus, corripe inter te & ipſum ſolum, & beatus Yſidorus
in cap. ſciendum. 19. diſt. an ſcripturæ, ex cauſa, ex perſona,
ex loco, & ex tempore cōſiderari debent, & Gregorius ſimi-
liter in cap. regulę ead. diſt. ſed audi obſecro, Hieronymum
elegantet hoc aduertentem in c. neceſſe eſt. vt iuxta diuerſi
tates locorum, temporum, & hominum quibus diuerſæ ſcri
pturæ factæ ſunt, diuerſas cauſas argumenta, & origenes ha-
beant, quomodo beatus Ioannes in Apocalypſi ſua ſeptem
eccleſiis ſcribens, in vnaquaque eorum, vel ſpecialiter, vel
vniuerſaliter uitia reprehēdit, vel uirtutes probat, ita & ſan
14 ctus Apoſtolus Paulus † per ſingulas eccleſia variis vulnerib.
medetur illatis, nec ad inſtar imperiti medici, vno collirio
omnium oculos uult curare. Hæc Hieronymus in d. cap. ne-
ceſſe eſt. 19. diſt. vnde ad propoſitum Paulus & alii euangeli
ci prædicatores illis, qui de neceſſitate operum neutiquā du
bitabant, ſed in fide tantum infirmabantur, volentes eam ra
tione

tione comprehendere, fidem prędicabant, nullam de neceſ
ſitate operum mentionem facientes, poſtquam de illa non du
bitabant, aliis uero qui in fide radicati erant, operum bono-
rum neceſſitatem perſuadebant, in quibus fortaſſe deficie-
bant, vel propter extremam & temerariam ſolius fidei con
fidentiam, vel propter nimiam ſpem, quam in ſola paſſione
domini noſtri reponebant, adulterantes eam, & ad licentiã
peccandi peruertentes, & imaginantes nullis operibus opus
eſſe ex parte eorum, quod quam beſtiale & indignum tela-
tu ſit nemo non videt, quia ſi propter Chriſtum iam paſſum
liceret peccare, & ad libitum ſenſualitatis quæ prona eſt ad
15 malum, operari, deteriores † eſſemus cum tãta licentia quo
ad mores Barbaris, qui ſine lege uiuunt & animalibus ratio-
ne carentibus. Sed de hac tam bruta & Barbara hæreſi tacea
mus, quæ etiam ſenſus animales non ſolum mentem ſpiti-
tualem offendit, tantam bonitatẽ & miſericordiam trahen
do ad peccandi licentiam, nec etiam repugnat in aliquo au
ritas illa eccleſiaſtici. 5. non eſt iuſtus in terra qui benefaciat
& non peccet. Ex qua uolunt inferre & colligere, quod ope-
ra noſtra quamuis bona ſemper ſunt peccata, quia vt expo-
nunt Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum & Auguſtinus
de peccatorum remiſſione lib. 2. capit. 20. relati ab Echio in
Enchiridione tit. de fide & operibus, ita intelligitur auctori-
16 tas illa, non eſt iuſtus † in terra, qui benefaciat & non peccet
aliis peccatis uidelicet, quia ſepties in die cadit iuſtus, nõ au-
tem, quod illud opus benefactum ſit peccatum, quia ſi debi
tis circunſtantiis ſit ornatum, iuſtitiam, & meritum opera-
tur, ſi vero praua intentione fiat, malum erit, ſaltem nõ me-
ritorium, licet exterius coram hominibus bonum opus ap-
pareat. Opus eſt ergo operibus noſtris cum fide & ſacramẽ-
torum communione, ac obedientia huic Chriſti Vicario &
miniſtris eius ab eo nobis præordinatis exhibenda, ad hoc
vt gratiã Domini noſtri mereamur adipiſci, licet ad manen
dum in hoc Ouili. Et ad hoc, quod de eccleſia dicamur & ſi-
mus ſola fides cum unitate & præfata obedientia ſufficiant,
& quamuis ſimus peccatores fragiles & mortui quo ad gra-
tiam, ſi tamen fidem Catholicam & unitatem ac obedien-
tiam eccleſiæ Romanæ conſeruamus intra eccleſiam quidẽ
erimus, ſed non manebimus nec habitabimus in atriis inte-
rioribus eius, in quibus habitant fideles per charitatem, &
gratiam operantes, & inter iſtos peccatores quamuis fidem
Catholicam profiteantur, & Romanum põtificem vt paſto
17 rem huius Ouilis venerentur, ſi aliqui ſint † excommunicati
& ſegregati ab eccleſiæ conſortio, quo ad ſuffragia & oratio
nes, ac alias eccleſiaſticę communionis vtilitates, tamen ra
tione fidei catholicæ adhuc ad eccleſiam pertinere dicũtur
contra donatiſtas, qui manifeſtos peccatores affirmabant
non eſſe de eccleſia, unde late dominum Couarruuiam in ca
pit. alma mater in initio. numero 6. & caſtrum de hæreſibus
verbo eccleſia.

S V M M A R I V M.

a *Eccleſia habet multas manſiones præparatas fidelibus iuxta merita & ſtatus eorum, ſicut in qualibet domo ſunt vaſa aurea argentea & fictilia & quædam in honorem quædam uero in contumeliam vide hic manſionum diuerſitates.*

2 *Inter fideles eccleſiæ eſt dare intra & interius paulo interius & multo interius.*

3 *Eccleſiæ manſionũ diuerſitas varijs figuris teſtamẽti veteris cõprobatur.*

4 *Fide tantum exiſtentes in eccleſia, videant ne cadant vento tentationis quantumcunq; minimo propter obſtinationem moroſam in uitiis, contemptum doctrinæ ſanctæ, & temerariam de miſericordia Dei confidentiã, propter tempus faciendi, diſſipans legem domini, & propter pœnitentiã vſque ad mortis articulum prorogatam etiam a decrepitis.*

5 *Omnibus dicitur introite portas eius in confeſſione, ſed obſeruantibus legem Dei domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c.*

6 *Funiculus triplex difficile rumpitur.*

7 *Manſiones quædam ſunt in eccleſia ad prælatorum, ſacerdotum, & religioſorum habitationem, & aliæ paratæ regibus & ſecularibus hominibus, qui non profitentur ſtatum tam perfectum.*

8 *Eccleſia eſt caſtrum in quo fides eſt murus, temperantia ſenſuum eſt ianua, patientia ante murale, foſſatum humilitas, turris ſpei, cuſtos, prudentia, arma, opera, machinæ orõnes, victualia uerba ſcripturæ, et aqua deuotio.*

C A P. XXV. De diuerſitate, manſionum huius eccleſiæ per Ouile ouium ſignificatæ, quæ ad habitationem fidelium præparatæ reperiuntur vnitate eius in nihilo propter hoc alterata.

Quanquam omnes fideles, iuſti, & peccato-
1 res intra portas huius eccleſiæ reperiantur, vt ſæpe diximus,
nihilominus tamen in hac magna & regia domo quam ſibi
ædificauit ſapientia poſſumus contemplari † diuerſitatem
manſionum & tabernaculorum in quibus fideles habitant
iuxta merita ſtatus & miniſteria ſua exemplo beati Pauli
apoſtoli, qui 2. ad Thimothæum 2. in hac magna domo con
ſiderabat eſſe non ſolum vaſa aurea & argẽtea, ſed & lignea,
& fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam vero in
cõtumeliam ſic & nos manſionum pluralitatem poſſumus
intra domum hanc meditari. quemadmodum in quolibet
palatio & aula regia quædam ſunt cellulæ & habitacula in-
feriora intra & prope oſtia domus ſita, in quibus uiliſſimi ſer
ui, & uiliſſimis onerib. emãcipati ſe recipiunt. Habet pterea
domus illa paulo meliora receptacula. & famulis in paulo
meliori miniſterio ſeruiẽtib. deputata, ſed nec adhuc lõge a
forib. diſtantia. Habet ſiſr officinas altiores miniſtris in altio-
ri officio miniſtrantibus dedicatas, habet denique taberna-
cula longe meliora melioribus familiaribus præparata, uſq;
quo peruenitur ad atrium domus domini in quo rex regum
& dominus dominantium per gratiam ſuam dignatur man
ſionem facere & cum ſuis, ut ipſe dicit cęnare. Ad hunc ergo
modum domus iſtius diuinæ, tabernacula in hoc mundo cõ
templari debemus, & curare pro viribus, ut de numero ſer-
uorum qui fideles tantum ſunt ad famulorũ ſtatum, & dein
de adminiſtrorum miniſteria, & poſtea ad familiarium offi-
cinas, & denique ad commenſalium dignitatem per fidem
& bona opera, ac gratiam domini noſtri aſcendere merea-
mur, quamuis enim omnes catholici fideles de eccleſia ſi-
a mus, & intra eccleſiam maneamus, tamen inter † nos eſt da-
re intra & interius paulo interius, ac multo interius ut dici-
tur Ioannis 14. in domo patris mei manſiones multæ ſunt,
hoc eſt quod dicitur Prouerbiorum 9. ſapientia ædificauit
ſibi domum excidit columnas ſeptem, hoc eſt quod diceba
3 mus ſupra de Archa Noe fac tibi archam de lignis † leuiga-
tis, manſiunculas in archa facies, & bitumine linies extrinſe
cus & intrinſecus; & teſte Hieronymo ubi ſupra facies nidu
los, bicamerata et tricamerata Hoc eſt, quod dixit dominus
ad Moyſen, fac ſecundũ exemplar, quod tibi in monte mon
ſtratum eſt, et poſtea Exodi 40. Fecit tabernaculum habens
diuerſas partes, diuerſa eccleſię miniſteria ſignificantes. hoc
eſt tabernaculum, quod uidit Ezechiel cap. 31. in quo de in-
ferioribus aſcendebatur ad ſuperiora, hoc eſt templum Sa-
lamonis 3. Regum. 6 quod habebat culmen inter mediaſq;
partes ad ima a ſuperioribus deſcendendo, hoc eſt, quod pſal
mo 44. dicitur aſtitit regina, quę eſt eccleſia ſancta, a dextris
tuis in veſtitu deaurato circundata narietate, & deniq; qui
4 per fidem tantum ſunt prope hoſtia huius Ouilis & intra † ea
uideant ne cadant & ne uento quolibet quantumcunque
minimo extra eam proijciantur, propter obſtinationem, &
ut ita dixerim, moroſitatem in vitiis, contemptum doctrinę
ſanctæ, ſpem longæ uitæ, temerariam de miſericordia Do-
mini quam adulteram confidentiam propter tempus faciẽ-
di, quod diſſipat legem Domini Pſalm. 118. & denique pro-
pter unam, quæ ut plurimum eſſe ſolet, pœnitentiam ad ar
ticulum uſque mortis, etiam a decrepitis prorogatam, quo
niam ſi ſemel extra eccleſiam proiecti fuerint per amiſſio-
nem fidei quam multoties permittit iuſtus iudex propter la
birinthum uitiorum in quibus obſtinati & doctrinæ diuinæ
contemptores ſe implicant difficulter ad eccleſiam & portã
quam ſemel exierunt redibunt, ſcuit enim de modo in illos
iam ab eccleſia ſegregatos, tanquam forenſes dicente Pau-
lo primę Corinthiorum quinto, de his qui foris ſunt nihil ad
nos. capitulo gaudemus. de diuortiis. & in cap. multi. ſecun-
da quæſtio. prima ſit ad minus intra domum, & orationi-
bus fratrum adiuuabitur ſicut dicebamus de illis qui nuda-
uerunt tectum, ut paralyticum ponerent in domo, in qua
Ieſus manebat, oportet enim, quod vltra fidem quæ nos
tenet intra eccleſiam, eamus de uirtute in uirtutem viſuri
5 Deum deorum in Sion. Ad † omnes enim dicitur introi-
te portas eius in confeſſione Pſalm. 99. & lauda Hieruſalem
Dominum lauda Deum tuum Sion, quoniam conforta-
uit ſeras portarum tuarum Pſalm. 147. ſed de aſcendentibus
ſupra fores in tabernacula interiora dicitur Pſalmo 83. quã
dilecta tabernacula tua Domine virtutum concupiſcit, &
deficit anima mea in atria Domini. & Pſalmo 14. Domine
quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requieſcet in mõ
te ſancto tuo, q̃ ingredit̃ ſine macula & operat̃ iuſtitiã, q lo-
quitur veritatẽ in corde ſuo, qui non egit dolũ in lingua ſua
nec facit proximo ſuo malũ, & opprobriũ nõ accepit aduer-
ſus pximos ſuos, &c. qui igit̃ in penetralib. interioribus ec-
cleſiæ huius habitare uolerit, fidem, Sacramentorum cõmu
nionem, & gratiam, ſi eam meruerit ſatagat conſeruare, qa
ſic in aula interiori domus Domini, cum Domino ipſo ma
nebit & cœnabit cum eo, vt dicit Dominus veniemus ad eũ
& mãſionem apud eum faciemus, ſcriptum eſt enim, quod
qui adhęret Deo vnus Spiritus eſt cum eo, pręſertim hoc tri
plici, fidei, ſacramentorum communionis, & gratiæ Deo al

6 ligatus.Funiculus† namque triplex difficile rumpitur eccle-
ſiaſtes.4.& cap.1.de treuga & pace auctẽn. itaque commu-
nia de ſuccel. tunc guſtabit & videbit, quam ſuauis eſt Do-
minus ijs qui recto ſunt corde, & gaudebit quando dignus
fuerit habitus pro nomine Ieſu contumeliam pati & deniq;
relinquet patrem vxorem & liberos & omnia propter no-
men Domini viam perfectionis Euangelicæ profitendo, ſi
autem in hoc perfectiſſimo atrio domus Domini habitare
non mereatur, nec ſe diſpoſuit ad tam ſublime faſtigium,
ſaltẽ mandata Dei & præcepta conſeruet declinando a ma
lo & faciendo bonum, & ſi forſan peccatis aliquibus, ſeu ten
tationib. ſuperetur, quam cito fieri poſſit reuertatur ad Do-
minum per medicinam pœnitentiæ ſalutaris, & confeſſio-
nis ſacramentalis & uocalis, ut quę per fragilitatem cõmiſit
ſtatim ſtudeat emẽdare, obſtinationem moroſam in uitiis,
& reſiſtentiam inſpirationibus & conſiliis Sanctis euitando,
vt ſic ſaltem in tutioribus ſeptis huius Ouilis ſe conſeruet,
quamuis enim ſine gratia Domini ſaluari nequeat, maiorẽ
tamen ſpem ſalutis retinebit, quanto magis intra muros ec-
cleſiæ protegantur, quia & Spirituiſancto quodammodo re
ſiſtentes in peccatis ſuis, cuiuſlibet venti periculo ſunt expo
ſiti ita vt facillime fidem perdãt, & ab eccleſia proiiciantur,
ſicut cernimus factum in uicinis noſtris, qui propter obſtina
tam crapulam & uitia inueterata, naufragium in fide Catho
lica patiuntur. De iſta domo & habitantib. in ea intelligitur
illud Pauli ad Hebræos tertio, Moyſes quidem fidelis erat
in tota domo eius tanquam famulus, Chriſtus vero tanquã
filius in domo ſua, quæ domus, ſumus nos, ſi fiduciam & glo
riam ſpei vſque ad finem firmam retineamus. Inuenies etiã
7 in domo † iſta manſiones ædificatas & habitationi prælato-
rum ſacerdotum & religioſorum, ac denique omnium ec-
cleſiaſticarum perſonarum dedicatatas, & ſimiliter alias p̃-
paratas licet non tam politas, & perfectas hominibus ſecula
ribus, regibus, & ſubditis, Dominis & ſeruis, ſenibus & adole
ſcentibus, viris ac mulieribus cum regulis, & ornamentis ne
ceſſariis, ac vniuſcuiuſque ſtatui condecentibus, prout Chri
ſtus in Euãgelio, & poſtea Paulus & alii Apoſtoli præſertim
in epiſtolis ad Timothæũ & Titum, & poſt eos Romani pon
tifices, & concilia fabricarunt & ornarunt, ut quilibet eligat
& capiat quam capere poſſit ex illis, & eius quam elegit, &
aſſumpſit terminos non tranſgrediat̃, vnitas enim iſtius vni
cæ domus in nihilo propter hoc alteratur, quia in qualibet
ciuitate, quę dicitur ciuium vnitas, uidemus homines diſpa
ris profeſſionis commorari unitate tamen ciuitatis & prin-
cipis eam gubernãtis ſemper ſalua, licet ipſi diuerſos ſtatus
& ſingulas uiuendi formulas profiteant̃, & in ouili reperiun
tur oues uarii coloris & diuerſarum ſpecierum, uni tamen
paſtori obediẽtiam omnes exhibentes ut Geneſeos 30. in il-
lo exemplo Iacob, quando dixit ad ſocerũ Labam gita, om
nes greges & quodcunque fuluum & maculoſum variumque
fuerit, tam in ouibus quam in capris erit merces mea, &
ſic ditatus eſt homo vltra modum, eodem modo neque di-
uerſitas ſtatuum, nec religionum offendit vnitatem eccle-
ſiæ, ſi prius per illam confirmatæ reperiantur, vel de nouo ap
probẽtur per ſedem Apoſtolicam, quia nulla ſine eius aſſen
ſu poteſt inſtitui licet perfectiſſima uideat̃, ne ſub ouina pel
le gregem Dominicum Lupus inuadat, & ſub prætextu con
uerſationis Euangelicę incautis mentibus ſpiritus malignus
illudat, ut dicit extrauagans ſancta Romana, de religio. do-
8 mib. Ioannis Papæ XXII. Et ad ſenſum habitandi, ſcilicet in
interioribus penetralibus huius eccleſiæ per fidem, & gra-
tiam, ſimul debet intelligi quod elegãter dicebat Archidia-
conus noſter in ca. extra 1. quæſt. 1. quod eccleſia eſt caſtrum
in quo fides eſt murus, temperantia ſenſuum eſt ianua, patiẽ
tia ante murale, foſſatum humilitas, turris ſpes, cuſtos prudẽ
tia, arma opera, machina orationes, uictualia uerba ſcriptu-
ræ, & aqua deuotio, & ſi iſto modo intra eccleſiam hanc ſan
ctam habitauerimus, ne ab Ouilis parabola recedamus, po-
terimus cum regio propheta dicere Pſal. 22. Dominus regit
me & nihil mihi deerit in loco Paſcuę ibi me collocauit. Su
per aquam refectionis educauit me per baptiſmũ ſcilicet,
animam meam conuertit per pœnitentiam, deduxit me ſu
per ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum. Nam & ſi ambu-
lauero in medio umbrę mortis non timebo mala, quoniam
tu mecũ es, virga tua & baculus tuus iſte paſtoralis, ipſa me
conſolata ſunt. Paraſti in conſpectu meo menſam, ſacramẽ
torum videlicet, præſertim Euchariſtiæ ſanctiſſimæ, impin-
guaſti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quã præ
clarus eſt, & miſericordia tua ſubſequetur me omnibus die-
bus uitæ meę, & ut in habitem in domo Domini in longitu
dinem dierum, & Pſal. 121. in domum domini ibimus, ſtan-
tes erant pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem, & iterũ Pſal.
26 unam petii a Domino & hanc requiram, vt ego habitem
in domo Domini omnibus diebus uitæ meæ, ſic etiam intel
ligi poſſunt multæ alię auctoritates ſacræ Scripturæ, quę ad
hoc propoſitum accumulari potuiſſent quibus adde carmẽ
Virgilii Georgicorum. 3. dicentis, non Lupus inſidias. explo
rat Ouilia circum, & ideo dicebat obſcurus quod ouis de do
mo vix eiicit̃ & deiecta ſtatim recurrit, ut ſic imitemur oues
in Ouili manentes. Studeamus ergo per fidem & gratiam in
tra hanc domum in habitare aut ſaltẽ fidem conſeruemus,
quia licet ſine gratia & operibus mortua ſit, tamen ut para-
lytici & infirmi in domo Dei (quę eſt eccleſia) manentes fa-
cilius poterimus a langorib. noſtris curari & a luporum inſi-
diis defendi, quam ſi extra fores eccleſiæ proiecti diuagare-
mur tanquam pecora errantia de quibus dicebat Abachuc
Propheta c. 3. abſcindetur de Ouili pecus & non erit armen-
tum in præſepibus, ego autem in Domino gaudebo & exul-
tabo in Deo Ieſu meo, ad quod obſecro aduertant paſtores
& cuſtodes particularium Ouilium ſeu eccleſiarum, quam-
uis enim nec Ouile uniuerſale, nec paſtor uniuerſalis defice
re poſſit, vt ſupra diximus, aliqua tamen ouilia particularia
propter negligentiã ſuorum paſtorum defecerunt. Ad quos
poteſt referri illud Ouidii primo triſtium elegia. 5. incuſtodi
tum captat ouile Lupus & habitant tepidis in ouilib. agni.
Vt dicit idem Ouidius 13. Metamorphoſeos, unde quo ſecu-
riora ſint Ouilia a ſerpentibus exitioſis & ſtercore ac cœno,
mundiora debent frequenter euerri & purgari, nec non &
odores herbarum graue olentium, in ouilibus admoueri ad
fugandas beſtias & uiperas ibi latentes, iuxta illud Vergilii li
bro tertio. Georgicorum diſce & odoratam ſtabulis accen-
dere cedrum, galbaneoque agitare graues nidore cheli-
dros, ſæpe ſub immotis præſepibus aut mala tactu uipera de
lituit, cœlumque exterrita fugit, aut tecto aſſuetus coluber
ſuccedere, & umbrę peſtis acerba boum pecoriq; aſperge
re uirus, qđ ẽt conſuluit columella, & quid de cõſeruandis
ouibus deſcripſerũt, per quem odorem exempla bonorum
operum & uirtutum intelligit Gregorius in euangelio reſur
rectionis, quando ſanctæ mulieres venerunt cum aromati-
bus ungere dominum habeant etiam ſancti paſtores in ouili
bus ſuis canes latrare valentes, & nõ mutos, quales ſunt præ
dicatores, confeſſores, parochi & alii miniſtri, quia in ouili
vt dicebat Virgilius. 3. Georgicorum, nec tibi cura canum
fuerit poſtrema, ſed una, veloces ſpartæ catulos acremque
moloſſum, paſce ſero pingui nunquam cuſtodibus illis no-
cturnum ſtabulis furem incurſuſque luporum, aut impaca-
tos a tergo horrebis iberos. quem uerſum paſce ſero pingui,
prælati ponderent, ut congruam largiantur mercedem ſpiri
tualibus miniſtris, nam qui altario ſeruit de altario quoque
congrue viuere debet. prima ad Corinth. 9. capitulo. cum ſe
cundum. de præben.

S V M M A R I V M.

1 *Fides & opera ad ſalutem neceſſaria ex Sacra Sriptura decretis Romano-
rum pontificum & conciliorum ac conſuetudinibus eccleſia per Chriſti
vicarium approbatis, colliganda ſunt.*
2 *Scriptura Sacra eſt teſtamentum vetus & nouum & hic teſtamenti vete-
ris libri numerantur iuxta Concilium Tridentinum ſeſſione quarta capi-
tulo primo.*
3 *Translationes octo teſtamenti veteris præter uulgatam recenſetur.*
4 *Ex teſtamento ueteri quæ debeant fideles aſſumere hic late explicatur
in totum exploſa obſeruatione legalium & cerimonialium præceptorum
illius legis quæ iam ceſſant.*
5 *Eccleſiæ & Romani pontificis auctoritas conſideranda eſt circa electio-
nem verioris tranſlationis.*
6 *Teſtamenti noui uolumina recenſetur.*
7 *Euangelium dicitur ab eo quod eſt bonum, & angelos nuncium, quaſi bo-
num nuncium. & liber eius omnibus diuinæ Scripturæ paginis an-
tecellit.*
8 *Euangelia in plurali dicebantur præmia et ſacrificia quæ pro iucundo nun
cio decernebantur.*
9 *Hæretici etiam in diuino Euangelij tritico ſeminarunt Zizania, confingen
tes euangelia nomine aliquorum apoſtolorum.*
10 *Cathedra Petri reprobauit euangelia nomine Thomæ, Andreæ, Tadei, &
Barnabæ conficta, & ſola Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis euangelia
approbauit, in quo auctoritas eius inſpicitur, cum Marcus, & Lucas non
Chriſti, ſed Apoſtolorum diſcipuli fuerint.*
11 *Euangelio non fuiſſet credendum niſi ad id auctoritas eccleſiæ moneret,
nec eſt recipiendum quod eccleſia non recipit teſte Auguſtino, & Hie-
ronymo.*
12 *Actus Apoſtolici aliorum nomine deſcripti reprobantur ab eccleſia ſolo
libro beati Lucæ ad theophilum approbato.*
13 *Hæretici prela & impreſſiones corrupunt et euangelij textus adulterant
ideo rante in eorum lectione procedendum eſt ut legatur quod approbat
eccleſia, & iuxta eius interpretationem quæ ſunt difficilia in ſacra Scri
ptura his qui pereunt.*
14 *Præcepta a Conciliis (licet omnia dicãtur per verba imperatiui modi in
ſacra Scriptura) fuerunt per Cathedrã Petri aſſuncta & hoc erat utile*
ſcire

ſcire quia præcepto non obedire peccatum eſt, conſilio autem ſi uti nolue
ris minus boni adipiſceris.
15 *Verba vbi faciunt ambiguam ſcripturam ſi diſtinctione non concordea-*
tur, conſulenda eſt cathedra Petri.
16 *Apoſtoli multa nos docuerunt quæ in euangelio ſcripta non legimus.*
17 *Apoſtoli dicuntur paſtores, cuſtodes murorum Hieruſalem, pincerna, lapi*
des precioſi, architecti, Doctores, montes, & fontes, & Iacobi epiſtola
inter diuina volumina numeratur.

C A P. XXVI. In quo explicatur, vnde ſit col
ligenda fides neceſſaria ad manendũ intra portas huius Ouí
lis, quod eſt eccleſia & opera requiſita ad habitandũ in atrijs
interioribus eccleſiæ.

Qui per fidem Catholicam intra portas eccle-
ſiæ conſtruitur, licet peccator,
de eccleſia eſt, non tamen eum hoc ſaluabitur, niſi & opera,
ſine quibus fides mortua eſt, operetur, vnde autem collige-
re debemus fidem & opera neceſſaria ad ſalutem, ne incer-
ti & confuſi diuagaremur, dicẽtes, ecce hic eſt, ecce illic, ec-
ce in penetrabilibus, ecce in deſerto eſt Chriſtus, traditur ca
tholica hæc vniuerſalis regula, quæ nos omni tranquillitate
1 trãquilliores efficiet, ſcilicet † ex ſacra ſcriptura decretis Ro-
manorum pontificum & conciliorum, ac conſuetudinibus
eccleſiæ per Chriſti vicarium approbatis, id totũ debere de-
duci. Hoc vnico ac per breui principio, negotium iſtud ab-
ſoluitur, hoc debet eſſe fidelium aſylum & refugium. Quo
2 ad ſacram ſcripturam quæ † eſt teſtamentum vetus & nouũ
iuxta tex. in can. quis neſciat 9. diſt. notandum eſt, quod te-
ſtamentum vetus comprehendit ſub ſe varios libros nem-
pe Geneſim, Exodũ, Leuiticum, Numeros, Deuteronomiũ,
librum Ioſuæ, & iudicum, Ruht, quatuor libros Regũ, duos
libros Paralipomenon. libros Eſdræ, Thobiæ, Iudith, Heſter,
& Iob, Pſalmos Dauid, & opera Salomonis, ſcilicet ꝓuerbio
rum, eccleſiaſtes, Cantica canticorum, ſapientiæ & eccleſia
ſtici, libros Prophetarum Eſaiæ, Hieremiæ, & lamentatio-
num eius, Baruch, Ezechielis, Danielis, Oſeæ, Iohelis, Amos,
Abdiæ, Ionæ, Micheæ, Naum, Abachuc, Sophoniæ, Aggei,
Zachariæ, & Malachiæ, & denique duos libros Machabæo-
rum, vt concilio Tridentino ſeſſione 4. capit. 1. recenſentur,
circa quos antequam deueniamus ad teſtamẽtum nouum
aduertendum eſt quo ad tranſlationem, lectionem, & intel
3 ligentiam iſtorum voluminum. Quod vt optime declarat
† pater Nicolaus Ramos libro ſuo de auctoritate editionis
vulgatæ ad finem in quæſtio. 4. pluries tranſlati fuerunt libri
iſti & uarie. primo loco poſt captiuitatem babylonicam, &
quando poſt diuturnum ſeptuaginta annorum exilium vul
gus Hebræum maternam linguam obliuioni tradiderat ve-
tus teſtamentum in ſyriacam ſeu chaldaicam linguam, qua
Hebræi, eo tempore utebantur tranſtulere uiri tres, uidelicet
Onchelos legem, Ionatas prophetas, Rabi Ioſeph Pſalmos,
prouerbia, Iob & alia, quæ Agiographa nuncupãtur, vbi ad
hoc comprobandum allegat Eliam Leuitam, ſecunda vero
tranſlatio fuit per ſeptuaginta interpretes tẽpore Ptolomæi
Philadelphi regis, & mandato Eleazar ſummi ſacerdotis, li-
cet alij velint fuiſſe ſeptuaginta duos, ſenos videlicet ex vna
quaque duodecim tribuum. tertia fuit trãſlatio in linguam
Græcam cuiuſdam aquilæ Synopenſis multis annis poſt illã
ſeptuaginta interpretum verſionem & poſt Chriſti paſſio-
nem, nempe ſub Adriano Imperatore. quartam tranſlatio-
nem edidit quinquaginta, & ſex annis poſtea, & ſub Seuero
Imperatore ſimmachus quidam Samaritanus. quinta fuit
Theodotionis Ephæſij Imperante commodo. Sexta incerti
auctoris ſub Catracalla Imperatore inuenta eſt in Iericho
operta dolio. Septima fuit fine auctoris nomine ſub Alexã-
dro mammea Imperatore Nicopoli epiri oppido & promõ-
torio. Octaua autem uerſio facta fuit a Luciano martyre, &
bæremita apud Nicomediam manu eius ſcripta. Quas om-
nes octo verſiones origenes in octaplis poſuit ornans eas a-
ſteriſcis & obelis, ac obſcuritates earum illuminãs, poſtea ve-
ro ſuperuenit editio vulgata, quam eccleſia Romana proba
uit tanquam & uerbis, fideliorem & ſententiis clariorẽ quæ
que communiter, & quaſi ab omnibus beato Hieronymo at
tribuitur, & hæc eſt illa quæ in ſacro Tridentino concilio ꝓ
batur. Debet etiam catholicus lector in lectione teſtamenti
veteris & librorum ſupra citatorum aduertere, quod de illis
4 † præcepta moralia ſumere debet & obſeruare ſicut ſunt ꝓ-
cepta decalogi, & alia quæ ad morum ædificationem perti-
nent, non cęremonialia & legalia, quia illa tanquam figura
& vmbra, adueniente luce & ueritate ceſſarunt, ut per Pau-
lum ad Hebræos 9. & Ambroſium in cap. reuera de pęniten.
diſt. 2. de hoc eſt apud nos glo. notab. in c. non eſt peccatum.
§. his itaque. 6. diſt. & denique ex teſtamento ueteri eſt ſumẽ
dus ſenſus literalis & hiſtoricus, vt credamus ita literaliter

contigiſſe, quod legimus ſicut ibi factum refertur. Et allego
ricus, vt uerbis & reb. illis myſticis præſentia Chriſti, & ſacra
menta quæ poſtea ab ipſo inſtituta fuerunt, ſignata & figura
ta credamus, & anagogicus, ut per figurã & ſimilitudinem
multorum exemplorũ, quæ ibidem referuntur cęleſtẽ Hie-
ruſalem & uitã æternam appetamus. Et deniq; tropologicus
& moralis ſenſus in ijs quæ ad decalogi obſeruationẽ, & mo
rum noſtrorum ædificationẽ in eccleſia noſtra recepta intel
ligimus. Nam quo ad legalium, ſacramentaliũ, & cęremo-
nialium obſeruationẽ, iam lex illa, tranſlato ſacerdotio ceſ-
ſauit, iuxta illud Pauli, tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt, vt le-
gis tranſlatio fiat, ad Hebræos tranſumptiue in c. tranſlato.
5 de conſtitutio. Et in hoc ẽt conſideranda † eſt auctoritas ec-
cleſiæ noſtrę, & paſtoris pro Chriſto vicarii, qũ licet tranſla
tiones multæ fuerint, tamen verior electa eſt ab ipſis paſto-
rib. noſtris, ut omnis cõfuſio tolleretur de cordib. fidelium,
& licet per Apoſtolos iam legaliũ ceſſatio nobis fuiſſet ani-
maduerſa, actuum decimoquinto, tamẽ in particulari dige-
ſta fuerunt nobis per ſedem Apoſtolicam, & cathedram Pe
tri moralia quæ tenere debemus, & obſeruare vſque ad ſan-
guinẽ, & exploſa cęremonialia, legalia & ſacramentalia il-
lius teſtamẽti veteris, quę licet credere facta debemus, & ſu
per eis allegorizare, & anagogizare permittatur, tñ tropolo-
gizare & operari omnino interdictũ eſt nobis, ſub pęna ꝓdi
ta contra Iudęorum rituũ obſeruatores. Et ſimiliter lex ve-
tus Euangelio eſt cõiungenda, nõ dilaniãda, ut Manichæus
& Marcio dilaniabant, dicentes uetera tranſierunt, ecce no
ua facta ſunt omnia, ut ſupra cap. 5. ex Fabro dicebam, alle-
gando Hieronimum c. 11. ſuper eccleſiaſtem. Debent ẽt oẽs
libri ſupra citati venerari & inter eos libri Machabęorum,
quicquid hęretici ꝯ eos garrulent, quod non habeantur in
canone Hebręorũ, quia teſte Hieronymo in prologo, ſuper
illis libris ab eccleſia inter diuinorũ noluminũ hiſtorias an-
notantur, in quo ẽt conſideranda eſt auctoritas ſanctę eccle
ſię. & hęc ꝙ teſtamenti ueteris libros aduertiſſe ſufficiat, vt
ex eorum lectione fructum conſequamur optatũ. Quo ad
6 teſtm̃ † nouum ſimiliter dicimus illud cõſtare ex euangeliis
Matthęi, Marci, Lucę & Ioãnis, ex epiſtolis Pauli, una ad Ro
manos, duab. ad Corinthios, una ad Galathas, altera ad Ephę
ſios, ad Philippenſes alia, ad Coloſſenſes, duab. ad Theſaloni
cenſes, duab. ad Timothęum, una, ad Titum, altera ad Phile
monem, & ultima ad Hebræos. Et ſimiliter conſtat nouum
teſtm̃ ex actis Apoſtolorum diui Lucę, & ſeptem canonicis
epiſtolis, una Iacobi, duab. Petri, tribus Ioannis, & unica Iu-
dę Thadęi, & ex libro Apocalypſis beati Ioannis Apoſtoli,
ſed inter cęteros libros ueteris & noui teſtamenti ſupra om
nes eminet liber Euangelij, a quo primium ſalus noſtra de-
pendet. iuxta illud Marci vlt. Prędicate Euangelium omni
creaturę, qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui
vero non crediderit condemnabitur, & propterea dictũ eſt
7 Euangelium † ab eu, quod eſt bonum, & Angelos nuncium,
quaſi bonum nuncium, ut per Archid. in c. legimus. 93 diſt.
de quo Euangelio dicit Auguſtinus in prologo ſuper Ioan-
nẽ, quod omnib. diuinę ſcripturę paginis antecellit, quia te-
ſte Athanaſio ſalutem nunciat omnib. filiis Dei, & teſte Eu-
ſebio de prępatatione, quia ęternorum atque incorruptibi-
lium bonorum, quę ſuprema & maxima ſunt, annũciat, vn
8 de apud Gręcos dicebantur Euangelia in plurali † ſacrificia
& pręmia, quę pro iucundo nuncio decernebantur iuxta il-
lud Marci Tulij Ciceronis ad atticum, O ſuaues duas epiſto
las quib. euãgelia deberi fateor, & Plutarchus in vita Demo
ſtheonis ait, audita morte Philippi euangelia ſacrificauerunt,
& apud nos eſt text. in l. falſus. §. qui alienũ quid. ff. de furt. ſic
interpretatus a Budeo in annotationib. priorib. ad Pãdectas
fol. mihi 322. ſuper d. l. falſus. ſed his omiſſis euangelium no-
ſtrum per antonomaſiam dr̃ bonum nunciũ & aliorum om
niũ ſupremũ. Circa hoc ẽt genus ſcripturę, tam neceſſarię,
& in hoc diuino tritico ſuperſeminarunt hęretici zizania
9 confingentes † euangelia nomine Thomæ, Andręę, Thadęi,
& Barnabę, quę per cathedram hanc ſanctiſſimam reprob a
ta fuerunt, ut in capite ſancta Romana eccleſia 15. diſtin. Ex
quo profecto magnopere confirmatur auctoritas cathedrę
10 huius, quę approbauit Euangelia Marci, † & Lucę, qui non
Chriſti, ſed Apoſtolorũ diſcipuli fuerunt, & reprobauit euã-
gelia Thomę, Andręę, & Thadęo attributa qui Chriſti Apo
ſtoli fuerunt, et eũ in carne uiderunt. Vnde Auguſtinus con
tra Manichęos, audacter & perſanctę dixit, euangelio non
11 crederem, † niſi ad id eccleſię auctoritas memoueret, & Hie
ronymus, quid neceſſe eſt in manus ſumere, quod eccleſia
non recepit. Similiter & in actibus Apoſtolorum a quibus
recedere non licet capit. hoc veſtræ 11. diſtinct. et in capitu.
ſunt quidam. et in c. omne quod. 25. quęſt. 1. fuerunt enim &
ipſi patres eccleſiæ, ur per Vrbanum Papam & Auguſtinũ
in cap. quorum uices. 68. diſtin. fundamenta eccleſiæ & Ba-
ſes

ſes & columnæ eius, ut per Nicolaum Papam in cap. funda
menta.de electio.lib.6. & per Auguſt. in can. cum igitur.§.
eſt autem 3.q.prima, circa igitur acta iſtorum, qui annun-
ciauerunt opera Dei & facta eius intellexerunt, & de quib.
dixit Chriſtus, qui uos audit me audit, & qui uos ſpernit me
ſpernit, Lucæ decimo. tranſumptiue in cap. qui uos ſpernit.
12 octaua quæſt. 1. uidemus etiam † ab hæreticis fuiſſe inuolu-
ta acta apoſtolorum nomine Petri, Andreæ, Thomæ, & Phi
lippi apoſtolorum, & per ſanctam Romanam eccleſiam cō
demnata, ſolis actis apoſtolorum approbatis, quæ nomine
Lucæ euangeliſtæ deſcripta fuerūt ad Theophilum. Magna
ergo eſt auctoritas ſedis apoſtolicæ, quæ inter librum & nō
librum, ſicut inter lepram & non lepram, vt in illa auctori-
tate Deuteronomij diſtinguere didicit, magiſterio Spiritus
Sancti, alias enim tot nominibus euangeliorum & actuum
apoſtolicorum confuſi & turbati fuiſſemus. Et ita ad extir-
pandum confuſionem iſtam neceſſaria fuit huius ſanctiſſi-
mi Vicarij & pro Chriſto paſtoris auctoritas. Præterea cir-
ca ſacræ ſcripturæ & noui teſtamenti intelligentiam debet
conſiderari, quod hæretici, quæ ſua fuit ſemper ſolita impu
dentia & temeritas, nonnullos textus adulterāt ad ſuos ſen-
ſus reprobos trahentes, ut dixit Clemens Papa in canon. re-
latum. 37. diſtin. & in can. hæreſis. ubi Hieronymus. 24. q. 3.
13 etiam præla † & impreſſiones corrumpendo, & ideo opus
eſt, ut in lectione ſacræ ſcripturæ caute procedatur, legēdo
ſolum ea quæ per ſanctam eccleſiam approbata reperiūtur
& iuxta ſenſum & intelligentiam communiter a ſanctis pa
tribus receptam, nouas fugientes interpretationes, præſer-
tim cum in ſacra ſcriptura reperiantur aliqua difficilia in-
tellectu, ut de epiſtolis Pauli dicebat beatus Petrus vltimo
cap. ſuæ ſecundæ canonicæ, in quibus ſunt quædam diffici-
lia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cę
teras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem. Et beatus
Paulus ſecundæ ad Corinthios quarto, opertum eſt euange-
lium ijs qui per eum. Et Deuteronomij decimoſeptimo di-
citur, ſi difficile & ambiguum, &c. ut ſupra late dictum fuit
capite decimotertio. Eſt etiam aduertendum, quod quam
uis in euangelio, & lege noua, quaſi omnia præcipian-
14 tur, per verba imperatiui modi, multa tamen ſunt † de præ
cepto, & multa de Conſilio, iuxta diſtinctionem & declara-
tionem eccleſiæ Catholicæ, de quibus apud nos agit Archi-
diaconus in c. utinam. 76. diſtinc. & Panormitanus & alij in
cap. nam concupiſcentiam de conſtitutio. & apud Theolo-
gos S. Thomas ſecunda ſecundę. q. 86 art. pen. de quo etiam
dicebat Paulus ad Corinthios, de uirginibus præceptū Do-
mini non habeo, conſilium autem do. & Auguſt. in c. quod
debetur & in canon. quiſquis. 14. quæſt. j. vbi ait, qui præce-
ptis non obtemperat reus eſt & debitor pœnæ, præcepto. n.
non obedire peccatum eſt, conſilio autē ſi uti nolueris, mi-
nus boni adipiſceris, non malum perpetrabis, & Gregorius
ibidem dicebat quod præcipitur imperatur, quod impera-
tur neceſſe eſt fieri, ſi non fiat pœnam habet, vbi uero conſi
lium datur offerentis arbitrium eſt. Ad hæc igitur omnia ta
dicitus intelligenda, neceſſaria erat iſtius magiſtri ſupremi
& uiſibilis authoritas, qui nos doceret mediāte Spiritu San
cto, quo regitur, ueritates iſtas, a quibus ſalus noſtra depen-
det, vt ſicut Sinagogæ prouidit Moyſes de doctoribus, ſic ēt
Chriſtus ſuæ dilectiſſimæ Eccleſiæ prouideret, ut dixit bea
tus Gregorius Nazianzenus, cum potior ſit lux quam um-
bra, ueritas, quam figura, ut per Ambroſium in dicto. cap. te
vera unde Auguſtinus lib. tertio. de doctrina chriſtiana, ca.
15 ſecundo, ait, cum uerba † faciunt ambiguam ſcripturā pri-
mo prouidendum eſt ne male diſtinxerimus, aut pronūtia-
uerimus, & cum adhibita intentio in certum eſſe præuide-
rit, quomodo diſtinguendum ſit aut pronuntiandum con-
ſulat regulam fidei, quam de ſcriptura eum planioribus lo
cis eccleſia percepit, & denique, ut refert Faber tractatu quar
to, textu quinto, Cyprian⁹, Hieronymus, Auguſtinus, Atha
naſius, Hilarius, Ambroſius & omnes alij Sancti Patres ad
veram ſcripturæ ſacræ intelligentiam ſemper Romanum
Pontificem conſuluerunt, & ad illum confugerunt tanquā
ad tutiſſimum portum. Circa actus & epiſtolas Apoſtolorū
ac beati Ioannis Apocalypſim, nihil aliud, quam, quod cir-
ca euangelium diximus, aduertere oportet, niſi quod ipſi ſta
16 tuerunt † multa ad fidelium directionē, quæ a Chriſto præ-
cepta in euangelio non legimus, ut eſt uidere Actuum de-
cimoquinto, & in epiſtolis Pauli, ut dicit eleganter Ioannes
Faber tracta. quarto, tex. 25. ut apud nos eſt text. elegans in
cap. cum Marthæ, de celeb. miſſa. ibi ſane multa tam de ver
bis quam factis dominicis inueniūtur ab euāgeliſtis omiſſa,
quæ Apoſtoli vel ſuppleuiſſe verbo, uel facto expræſſiſſe le-
17 guntur uide ibi exempla. Et propterea † dicuntur Apoſtoli
paſtores, cuſtodes murorum Hieruſalem, pincernæ, lapides
precioſi, Architecti, Doctores, montes & fontes, ut per mul-
ta probat eleganter idem Faber tracta. quinto textu. 25. Et
ideo libri præfati de actibus Apoſtolicis & reuelationibus
eorum, inter ſacræ ſcripturæ & Bibliæ uolumina connume-
rantur, & inter cęteras epiſtola canonica beati Iacobi, quā
hæretici negant, propterea, quod ſuis hæreſibus & licentiæ
peccandi quam prætendunt, repugnat, dum dicit, quid pro
derit fratres ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non
habeat, & fides ſine operibus mortua eſt, quemadmodum
& negabant librum Machabæorum, quia ad literā probat
purgatorium (quod ipſi hęretici negant) in illo memoran-
do exemplo Iudę Machabęi, qui duodecim millia dragmas
argenti miſit Hieroſolymam offerri pro peccatis mortuo-
rum, &c. Sed quicquid garrulent, Epiſtola Iacobi ab Eccle-
ſia recepta, & inter alias canonicas Epiſtolas Apoſtolorum,
& libros Bibliæ & ſacræ Scripturę computatur, ut dicit Hie
ronymus in Prologo ſuper eam, ſicut & de libris Machabęo
rum ſupra cōcluſimus. Ex his ergo libris poriſsimū colligen
da ſunt fides & pręcepta, quę credere & obſeruare debemus
eo modo quo ſupra fuit declaratum ſępe ſępius, ut licet fi-
des Catholica ſit ſufficiens ad conſeruandum nos intra por
tas eccleſię, tamen ad gratiam conſequendam, & habitan-
dum in atrijs domus Domini opera requiruntur.

SVMMARIVM.

1 *Romani Pontifices multa ſtatuerunt pro temporum & locorum neceſſita
te, quæ ab Apoſtolis ſtatuta non fuerunt.*
2 *Romanus Pontifex licet, quod a ſe ſolo ſtatuit ad fidelium gubernationem
de Spiritu Sancto ſit, tamen ſuper negotijs grauioribus exemplo beati
Petri Concilia generalia conuocat.*
3 *Diſpoſitum a pluribus in Concilio legitime congregatis & in vnum colle
ctis, a Spiritu Sancto diſpoſitum eſt & recipi debet etiam nulla alia
percepta ratione, niſi quia ibi diſpoſitum eſt.*
4 *Conciliorum conuocatio pertinet ad Romanum Pontificem.*
5 *Moyſes etiam conuocauit concilium, & quod reſponderunt ei ſeniores, di-
citur reſpondiſſe uniuerſus populus per ſeniores repræſentatus.*
6 *Seculares abſtinere debent a deciſione ſpiritualium de quibus agitur in
Conciliis.*
7 *Conciliorum volumina varia ſunt, ſed ut quatuor paradiſi flumina vene-
ratur Eccleſia Nicænum Conſtantinopolitanum Ephesinum & Calce
donenſe, quia hæreſes multæ damnatæ ſunt in eis.*
8 *Concilium Tridentinum ſumme venerandum in quo tota hæreticorum
noſtri temporis ſparſio fuit damnata.*
9 *Concilij conſtitutio habet inuiſceratam clauſulam derogatoriam, ita
quod ei non cenſeatur derogatum niſi dicatur non obſtante Concilio
generali.*
10 *Romanus Pontifex difficilius diſpenſat contra conſtitutionem Concilij
generalis quam contra canones alios, præſertim ſi ſit lex illorum qua-
tuor Conciliorum.*
11 *Integrum eſt iudicium quod plurimorum præſertim ſeniorum ſententijs
confirmatur, vide multa in honorem antiquitatis.*
12 *Concilium an ſit ſupra Papam, breui reſolutione continetur, & concludi-
tur quæſtio iſta.*
13 *Papa diſpenſat contra decreta conciliorum, & Conciliis poteſt derogare.*
14 *Conciliorum ſtatuta licet condantur magiſterio Spiritus Sancti, tamen
quia per media & organa hominum conduntur, dicuntur leges hu-
manæ, & ideo non eſt mirandum ſi iuxta varietatem temporum & mo
rum, varientur.*
15 *Chriſtianitas ideo in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt, quia non erat licentia Epi
ſcopis conueniendi in vnum.*
16 *Romanus Pontifex in his quæ vt publica perſona & vt Papa deliberat
ad fidelium inſtructionem, errare non poteſt.*

CAP. XXVII. De decretis Romanorū Pontificum & Conciliorum generalium, ex quibus neceſſaria ad ſalutē æternam colligere debemus vltra Euangelia, & alia Sacræ ſcripturæ volumina.

Quemadmodum multa ab Apoſtolis ſtatu-
ta fuerunt, quæ a Chriſto
præcepta in euangelio non legimus, ut capite præcedēti cō-
1 cluſimus, ſic etiam † multa opportuna pro temporum & lo
corum neceſſitate, ac uarietate diſpoſita ſunt per ſummos
Pontifices Chriſti uicarios, quę ab apoſtolis non inueniun-
tur ordinata, reſpondendo conſultationibus fidelium ſacrę
ſcripturę, ad tranquillitatem eccleſię, ad conſeruationem
pacis, ac litium & negotiorum aliorum deciſiones attine-
bant, quod fiebat communiter per decretales epiſtolas, vel
etiam motu proprio, aut cum Conſilio dominorum Cardi-
nalium, quos a latere habet, uel denique ſi negotij grauitas
poſtulabat, conuocando concilium generale, vt integrum
magis iudicium uideretur, ꝙ plurimorum ſententiis confir
2 maretur. c. prudētiam. de officio delegati. licet enim, † quod
a ſeipſo ſolo Romano Pontifice ordinatur, in his quæ ad fi-
delium gubernationem pertinent, de Spiritu ſancto eſſe cre
dendum

dendum ſit, tamē Romanus pontifex pro ſua clementia &
benignitate ſuper negotijs grauioribus concilia generalia
conuocare, exemplo beati Petri prædeceſſoris ſui, qui conci
lia Apoſtolorū, ut eſt in actis eorum ſtatuit in electione Mat
thei Apoſtoli, & ceſſatione legaliū ordinanda. Quod ad Ro
mani pontificis Chriſti vicarij auctoritatem ſpectat iam in
ſuperioribus explicatum fuit. Modo ad ſola conciliorū de-
creta deuenio, ut deciſionib. eorum ſubijciantur oēs, etiam
nulla alia percepta ratione, niſi quia ibi hoc vel illud ſtatu-
3 tum eſt. Imprimis ergo † præmittendū erit concilia iſta gene
ralia a Spiritusancto, ſi fuerint legitime cōgregata guberna-
ri, iuxta illud Matthæi 18. vbicunque duo vel tres congrega
ti fuerint in nomine meo ibi ego ſum in medio eorum, ca-
pit. alienus eſt. 24. q. 1. & ita, actuum 15. in illo concilio de ceſ
ſatione legalium merito niſi fuerunt Apoſtoli præceptores
noſtri ſtylo illo, viſum eſt Spirituiſancto & nobis, qui paulo
ſuperius dixerant, placuit nobis collectis in vnum, & in pri-
mo Apoſtolorum concilio, ubi agebatur de electione Apo
ſtoli in locum proditoris Iudæ, ideo deprecabantur Deum
dicentes, tu Domine, qui noſti corda hominum oſtende quē
elegeris ex his, quia credebāt certo certius Spiritumſanctū
directurum fuiſſe eos, vt iuxta Domini volūtatem, licet per
ſortes electio fieret. Hæc conciliorum congregatio fieri dēt
4 auctoritate & mandato Romani pontificis, in quibus ipſe,
vel eius legatus aſſiſtere debet, c. ſynodum. c. regula. 17. diſt.
& hoc eſt ſolius Romani pontificis priuilegium tanquā pa-
ſtoris viſibilis huius Ouilis vniuerſi, & pro Chriſto vicarii. c.
ideo. 2. q. 6. & in c. huic ſedi. 17. diſtin. & ille debet proponere
ac uota reſoluere ut præſes, ſicut & Petrus fecit in concilijs
5 & actibus Apoſtolorum ſupra citatis, ſic & Moyſes † in lege
veteri. Exodi 19. fecit, de quo legitur, quod poſtquam Domi-
nus cum eo loquutus eſt uenit, & conuocatis maioribus na
tu populi, expoſuit omnes ſermones illos, quo etiam exem-
plo docemur, non omnes fideles, ſed tantum maiores & præ
ſules noſtros eſſe conuocandos ad concilium, & eos ſolos in-
teruenire debere in eo, licet enim antea Dominus ad Moy-
ſen dixiſſet, hæc dices domui Iacob & annuntiabis filiis Iſ-
rael, nihilominus tamen Moyſes nō conuocauit niſi maio-
res, populus enim tam numeroſus non poterat, ſic in unum
abſque periculo tumultuariæ confuſionis congregari, & li-
cet ſeniores conuocati tantum reſponderint Moyſi, tamen
ſcriptura refert, repræſentatiue uidelicet, quod reſpōdit om-
nis populus ſimul, ſcilicet per ſuos prælatos & maiores, & ſic
6 † ſeculares præſertim a deciſionibus ſpiritualium de quibus
agitur in cōciliis abſtinere dēnt, velut indigni, quantumcun
que peritiſſimus fuiſſet laicus. c. 2. de iudiciis. & c. indicatū.
89. diſt. licet principes ſeculares, p tuēda fide & religione ad-
mittantur can. nos. & cap. ſeq. 97. diſt. generalia iſta concilia
multa fuerunt quorum uiginti quatuor recenſet tex. in c. pri
7 ma annotatio. 16. diſt. & quia habentur † impreſſa omnia &
in quatuor volumina congeſta non oportet illa rememora-
ri, niſi tantum eorū præcepta venerari. Sed inter cætera con
cilia, beatus Gregorius dixit in cap. ſicut. 15. diſt. ſicut ſancti
Euangelii quatuor libros, ſic quatuor cōcilia ſuſcipere & ve-
nerari me fateor. Nicenum ſcilicet, in quo peruerſum Arrij
dogma deſtruitur, Conſtantinopolitanum in quo Eunomij
& Macedonii error conuincitur, Epheſinum et primum in
quo Neſtorii impietas iudicatur, & Calcedonēſe in quo Eu
ticetis & Dioſcori prauitas eſt reprobata, hęc tota deuotio-
ne amplector & integerrima approbatione cuſtodio, quia
in his velut in quadrato lapide, ſanctę fidei ſtructura conſur-
git, & cuiuſlibet uitæ communis, & actionis norma cōſiſtit,
& paulo inferius. Cunctas uero quas præfata veneranda con
cilia perſonas reſpuunt, reſpuo, quę uenerantur amplector,
quia dum uniuerſali ſunt conſtituta conſenſu, ſe & non illa
deſtruit quiſquis præſumit abſoluere quos ligant, aut ligare
quos abſoluunt. Hæc Gregorius ille magnus ad cuius imita-
tionem, & doctrinam poſſemus & de noſtro concilio Sacro
8 † Tridentino eadem referre, venerando illud, in quo tota hę
reticorum noſtri temporis ſpurcitia condemnatur, eodem
modo quo Gregorius dicebat & beatus Iſidorus, in c. cano-
nes. §. inter cætera. 15. diſt. illis conciliis inter cætera aīt con
cilia quatuor ſunt venerabiles Synodi, quæ totam principa-
liter fidem complectuntur quaſi quatuor euangelia, vel to-
tidem paradiſi flumina, & beatus Damaſus papa in c. viola-
tores. 25. q. 1. quod uiolatores conciliorum Spiritum Sanctū
blaſphemant. Et propterea textus cōcilii generalis fuerunt
tantum venerati, quod teſte Archidiacono in capitulo pri-
mo, ſuper verbo, noſcatur. de conſtitutio. lib. ſexto, omnis
9 conſtitutio cōcilii generalis † habet in ſe inuiſceratam clau-
ſulam derogatoriā, taliter qđ ei nō cenſetur derogatum per
clauſulam generalem non obſtante iure communi, niſi ſpe
cialiter, & expreſſe dicatur non obſtante concilio generali,
refert Ioan. Andr. in c. 1. de exceſſibus prælatorum. & Bald.
in l. humanum in 2. notab. C. de legibus, ubi dicit iſtud idem
& multi alii tenuerunt cum eo, quos refert Felinus in capit.
nonnulli. de reſcrip. in princ. num. ſecundo. & licet Innocen
tius in cap. penultimo, de capellis monachorum, tenuerit cō
trarium, videlicet quod quantum ad derogationem, non ſit
differentia inter conſtitutiones concilii generalis, & alias le-
ges, cuius opinionem videtur appellare veriorem Felinus in
dict. cap. nonnulli. primam tamen videtur ſequi totus mun-
dus, ut ibi notat. Felinus num. 3. Accedit etiam quod Roma
10 nus Pontifex, qui ſupra ius poſitiuum eſt, & poteſt ſuper eo
diſpenſare, tamen difficilius † diſpenſat contra conſtitutionē
cōcilij generalis, pſertim ſi ſit de illis quatuor ſupra relatis, vt
dicit textus elegans in capit. poſt tranſlationem de renuntia.
ibi cum ſit hoc concilium Conſtantinopolit. vnum de qua-
tuor, quę ut euangelia veneratur eccleſia, quorum omnium
11 ratio ea eſt quia integrum † eſt iudicium, quod plurimorum
ſententiis confirmatur capit. prudentiam. de officio dele-
gati. & in cap. extra conſcientiam. 54. diſtinct. Et ut dicebat
Innocentius Papa in cap. fin. 20. diſt. quod ſi omnibus his in-
ſpectis huius quæſtionis qualitas non lucide inueſtigatur, ſe-
niores prouinciæ congregare, & eos interrogare, facilius nā
que inuenitur quod a pluribus ſenioribus quęritur, quia ve-
rus repromiſſor Dominus ait, ſi duo ex uobis vel tres conue-
niant in nomine meo, de omni re quamcūque petierint fiet
illis a patre meo, & textus elegans in l. penult. C. de fideicom
miſſis. dicebat, quod per ampliores homines perfectiſſima
veritas reuelatur & textus in l. ſi auiam. C. de ingenuis & ma
nu. ibi ſi cum peritioribus tractaſſes facile cognoſceres. Et
certe hoc ſolum, quod in ratione naturali conſiſtit, deberet
perfidos hęreticos ad eccleſiam Catholicam reuocare, vt ſci
licet patribus antiquis in conciliis generalibus & in Spiritu
ſancto cōgregatis magis credere profiteantur, quam libino-
ſis iſtis, qui nudius tertius, noua iſta phantaſmata ſuſcitarunt.
Nam prout dicitur Deuteronomii. 32. interroga patrem tuū
annuntiabit tibi maiores tuos, & dicent tibi, & Pſal. 77. quan
ta mandauit patribus noſtris nota facere filiis ſuis, ut cogno-
ſcat generatio altera. & Prouerbiorum. 22. ne tranſgrediatis
terminos quos poſuerunt patres tui. uide etiam Iob. 6. inter-
roga generationem priſtinam, & diligēter inueſtiga patrum
memoriam, heſterni quippe ſumus & ignoramus, quoniam
umbra dies noſtri ſuper terram, ipſi docebunt te, & loquen-
tur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia, in antiquis eſt ſa-
pientia. & in multo tempore prudentia, & denique eccleſia-
ſtici. 7. Ne deſpicias narrationem presbyterorum ſapientiū,
& in prouerbiis eorum conuerſare, ab ipſis enim diſces ſapiē
tiam, & doctrinam intellectus, & ſeruire magnatis ſine que-
rela. Non te prætereat narratio ſeniorum. ipſi enim didice-
runt a patribus ſuis, quoniam ab ipſis diſces doctrinam & in
tellectum, ſi igitur quælibet narratio ſeniorum habet de ſe
auctoritatem, modo non ſit in rebus malis, quam obſecro,
auctoritatem debebit habere matura digeſtio & deliberatio
antiquorum patrum & ſanctorum, qui in nomine Chriſti ad
proſpiciendum & conſulendum Ouili & gregi ſuo tam di-
lectiſſimo conuenerunt, an eos deſerere voluit Deus, q Dei
cauſam agebant, dicentes cum Regio propheta. Exurge Do
mine iudica cauſam tuam, videatur etiam Leo papa ſanctiſ
ſimus in capitulo requiritis. prima quæſt. 7. ubi dicit, quod iā
multis damnatum eſt conciliis, nulla poſſumus pœnitentia
ſubuenire, & tot ſpiritualibus patribus obuiare, ſed in illorū
patrum me ſententia conuenire omnibus certum ſit, & Zoſi
mus papa in cap. contra ſtatuta patrum condere aliquid, vel
mutare nec huius quidem ſedis poteſt auctoritas, apud nos. n.
in conuulſis radicibus uiuit antiquitas, cui decreta patrum
ſanxere reuerentiam. Et Hormiſda papa in capite prima ſa-
lus eſt, rectę fidei regulam cuſtodire & a conſtitutionibus pa
trum. nullatenus recedere. 25. quæſt. prima. Quorum textuū
occaſione ſolet in ſcholis diſcuti quæſtio illa periculoſa &
12 ſcrupuloſa appellata. An papa ſit ſupra concilium nec ne, de
qua per Fel. late in capite nonnulli. de reſcr. vbi citat multos.
ego enim in pręſentiarum de ea ſicut in ſcholis. aliquādo feci
agere non curabo, niſi quantum ad reſolutionem noſtræ hu
ius materiæ pertineat. Dico igitur, quod licet concilia ſint
tantæ auctoritatis, ſicut ſupra retulimus, & quib. non debeat
de facili derogari, ita enim debent illi textus intelligi, poteſt
tamen contra decreta illa diſpenſare Romanus pontifex &
eiſdem derogare, ut concludit late Felinus in dicto capitulo
nonnulli. & diſpenſatio ſuper eorum conſtitutionibus, ſicut
13 videmus quotidie fieri dicit gloſ. & in capitulo ſunt quidam
25. quæſt. prima. quod diſpenſat ſuper iuramēto & uoto quę
ſunt de iure diuino, licet hæc non dicatur diſpenſatio, ſed cō
mutatio. De hac autem quæſtione an poſſit papa diſpenſare
ſuper iure diuino, modo non ſit contra articulos fidei, nec
præcepta decalogi, videatur Felinus referens multa in capit.
quæ in eccleſiarum. nu. 10. cum ſequentibus de conſtitut. &
An-

Ancharranus conſil. 124. contra bigamos Archid. in d. c. le-
ctor. & in c. ſunt quidam. 25. q. 1. Sed redeundo ad concilia
14 dico, qđ licet † ſint condita magiſterio Spiritusſancti, tamen
quia medio humano & per organa hominum fiunt, dicun-
tur humana iura, & propterea non debet mirari aliquis, ſi ſe
cundum varietatem temporum ſtatuta quoque varientur
humana, cap non debet. de conſangu. & affi. quia vt dicebat
textus elegans in capit. fraternitatis. 34. diſtinct. defectus no
ſtri temporis quibus non ſolum merita, ſed corpora ipſa ho
minum defecerunt diſtrictionis antiquæ, non patitur mane
re cenſuram, & lex debet eſſe inter alia poſſibilis, loco, tem-
porique, conueniens, auctore Iſidoro in cap. erit autem lex.
4. diſt. Neceſſaria ergo fuit auctoritas ſummi pontificis Ro-
mani, & pro Chriſto vicarij etiam ad eiuſmodi diſpenſatio-
nes & derogationes concedendas, quando ſuæ ſanctitati vi
debitur conuenire, non enim pro quolibet negotio conuo-
canda ſunt concilia & homines trahendi ex diuerſis mundi
partibus, niſi tantum pro negotijs grauiſſimis, arbitrio eiuſ-
dem pontificis, ad quem pertinet cõuocatio. Opus ergo fuit
paſtore iſto ſanctiſſimo & poteſtate eius, quæ continua per-
ſeuerat in eccleſia Dei, licet etiam conciliorum congrega-
tio ſit neceſſaria, quia prout dicit Iſidorus in can. 1. 15. diſtin.
15 eo, quod in præcedentib. † annis perſequutione feruente, do
cendarũ plebium minime dabatur facultas, inde Chriſtiani
tas in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt, quia nõ erat epiſcopis licen-
tia conueniendi in unum, & ſic ad extirpationem hæreſium
ſemper fuit neceſſaria conciliorum conuocatio, in quibus
hæreſes uariæ condemnatæ fuerunt, ut per Gregorium in c.
ſicut. 15. diſtin. ſed interim quo concilia generalia non con-
gregantur, Romani pontificis auctoritatẽ habemus, cui tan
quam Chriſti vicario obedire tenemur, recipiẽtes ea omnia
quæ ipſe præceperit recipienda, ac reprobantes reprobata p
eum, & quæ poſtea reprobauerit. Nam prout ſæpe diximus
16 Romanus pontifex paſtor huius Ouilis, licet vt priuata † per
ſona peccare & errare poſſit, tamen in eo, quod ut paſtor &
publica perſona diffinierit, errare non poteſt, poteſt quidem
diſputando, ſentiendo, loquendo, vt priuata perſona & etiã
ſcribendo, vt particularis homo deficere, ſicut & Innocen-
tius 4. in commentarĳs ſuis ad libros decretalium defecit, &
a multis reprehẽditur in quibuſdam. Sed in his quæ diffinit,
deliberat, & ſtatuit ut publica perſona, vt paſtor huius Oui-
lis, & vt ſedens in cathedra Petri pro fidei tuitione, pro euan
gelicæ legis intelligentia, pro fidelium inſtructione, & dire-
ctione, in his inquam firmiter credimus eũ errare non poſ-
ſe. Simpliciter etiam confitemur priuilegia quę Chriſtus Pe
tro præcæteris Apoſtolis contulit, paſcendi ſcilicet oues &
agnos Chriſti cum ſancta doctrina, confirmandi fratres in fi
de, & quod omnes gentes per os illius audirẽt uerbum Dei,
quod eccleſia ſuper illum ædificata fuerit, & portę inferi cõ
tra illam ſic ædificatam præualere non poſſent, omnia iſta
non ut priuato homini, ſed vt Chriſti vicario & reipublicæ
catholicæ præfecto conueniſſe, & nunc continuari in ſucceſ
ſoribus ſuis Romanis pontificibus ut publicis perſonis cre-
dimus & affirmamus, quicquid hæretici garrulent.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudines & traditiones eccleſia approbatæ recipiendæ ſunt etiam ſi ſcripto commendatæ non fuerint, vt per multa hic adducta probatur.*
2 *Chriſtus & Apoſtoli dixerunt, & præceperunt multa quæ ſcripta non fuerunt.*
3 *Conſuetudines & traditiones quas antiquitus a patribus ſuſcepimus, ridiculum & ſatis abominabile eſt infringere.*
4 *Conſuetudinibus maiorum per tantam annorum ſeriem protelatis, oportet nos etiã non percepta ratione credere & ingi obſeruatione cuſtodire.*
5 *Conſuetudines multæ ex Tertulliano, Origene, & Baſilio referuntur, quę ſine aliquo ſcripto, ſuo tempore obſeruabantur, & noſtris temporibus earum obſeruantiam continuari videmus.*
6 *In legibus ſecularibus & antiquis, & modernis, conſuetudo non ſcripta pro lege ſuſcepta eſt.*
7 *Humanum genus duobus regitur, iure naturali, & moribus & ius naturale eſt, quod in euangelio & lege continetur, quaſi mores parem vim habeant cum lege naturali.*
8 *Textum ratio commendat non ſcriptura.*
9 *Conſuetudinis obſeruantia ſi difficilis videatur, ad cathedram Petri recurrendum eſt.*

CAP. XXVIII. De traditionibus & conſuetu-
dinibus eccleſiæ per ſedem apoſtolicam approbatis, quas ẽt
ſi ſcriptæ non ſint obſeruare debemus.

VLtra euangelium & ſacram ſcripturam, de
creta pontificum, & cõ-
ſtitutiones conciliorum obſeruauerunt patres noſtri & alia
1 † quę ex traditionibus Apoſtolorum, & conſuetudinibus ec
cleſiæ approbatis introducta ſunt, etiam ſi ſcripto commen
data non fuerint. de quibus Paulus 2. ad Theſſalonicenſes 2.
dicebat. Itaque fratres ſtate & tenete traditiones quas didi-
ciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtrã, & ſecun-
dæ Ioannis capite decimo, plura habens ſcribere uobis per
chartam & attramẽtum nolui, ſpero enim me futurũ apud
uos, & os ad os loqui, vt gaudium veſtrum plenum ſit. & idẽ
in epiſtola ad Gaium. Multa habui tibi ſcribere, ſed nolui p
attramentum & calamum, ſpero enim te uidere, & os ad os
loquemur, vnde Auguſtinus in cap. eccleſiaſticarum. 11. diſt.
dicebat. Eccleſiaſticarum inſtitutionũ, quaſdam in ſcriptis,
quaſdam Apoſtolica traditione per ſucceſſores in miniſte-
rio confirmatas accepimus, quaſdam conſuetudine robora
tas approbauit uſus, quibus par ritus & idem utriuſque pie-
tatis debetur affectus & textus in capitulo, cum Marthæ de
2 celebratio. miſſarum dicebat. Sane † multa tam de verbis,
quam de factis dominicis inuenimus ab euangeliſtis omiſſa,
quæ Apoſtoli vel ſuppleuiſſe verbo, vel facto expreſſiſſe le-
guntur, uide quæ ſupra retulimus. Similiter Ioannes cap. 20.
ad finem. quique ſcripſit ultimus poſt ſcripta euangelia triũ
euangeliſtarum, & approbauerat fidem eorum & ueritatẽ.
teſte Auguſtino in prologo ſuper Ioannem, is enim ita dicit
capite 20. multa quidẽ & alia ſigna fecit Ieſus quæ non ſunt
ſcripta in libro hoc, hæc aũt ſcripta ſunt, ut credatis q̃a Ieſus
eſt Chriſtus filius Dei, & capite fin. ſunt autem & alia multa
quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum
arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribẽdi ſunt libros.
Hoc autem de conſuetudine & traditionibus ſic accipiendũ
eſt, vt declarat Auguſtinus in cap. in his rebus. 11. diſtinctio.
in his enim rebus in quibus nihil certum ſtatuit diuina Scri-
ptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenen
da ſunt, & ſicut præuaricatores diuinarum, legum, ita contẽ
tores eccleſiaſticarum conſuetudinũ coercendi ſunt. Hiero
nymus etiam in capit. illud, 12. diſt. dicebat, traditiones eccle
ſiaſticas, ita obſeruandas, ut a maioribus traditæ ſunt, & Ni-
3 colaus papa ead. 12. diſt. in can. Ridiculum eſt & ſatis abomi
nabile dedecus, ut traditiones quas antiquitus a patribus ſu-
ſcepimus infringi patiamur. Et Gregorius papa in cano. nos
conſuetudinem quæ contra fidem Catholicam nihil vſur-
pare dignoſcitur immotam permanere concedimus ead.
12. diſt. Et in cap. quemadmodum, illicita perpetrare non pati
mur, ſic quæ ſunt conſuetudinis non negamus. ead. 12. diſt.
vide etiam quid quidem Gregorius ſanctiſſimus, Auguſtino
Anglorum epiſcopo reſcripſerit in capit. nouit. decimaſecũ
da diſt. Nouit fraternitas tua, Romanæ eccleſiæ conſuetudi-
nẽ, q̃a ſe meminit eſſe nutritã, ſed mihi placet, ut ſiue in Ro.
ſiue Gallicorum, in qualibet eccl. inueniſti, qđ plus oĩpi Deo
placere poſſit, ſollicite eligas, & in Anglorum eccleſia, quæ
adhuc in fide noua eſt infundas, quæ de multis eccleſijs colli
gere poteris, & quaſi in faciſculum collecta apud Anglorũ
mentes in conſuetudinem depone, & Caſſiodorus colla. 22.
cap. 12. inquit, oportet nos auctoritati patrum conſuetudini
4 quę † maiorum vſque ad noſtrum tempus per tantam anno-
rum ſeriem protelatæ etiam non percepta ratione, credere,
eamque vt antiquitus tradita eſt ingi obſeruatione & reue-
rentia cuſtodire, & text. in cano. decreuimus. 10. quæſt. 1. de-
creuimus vt antiquæ conſuetudinis ordo ſeruetur. Tertulia
nus etiam, in libro de Corona militis ait, aquam baptiſmatis
aditurí, aliquãto prius ſub antiſtitis manu conteſtamur nos
renunciare diabolo, pompis, & angelis eius, & dehinc ter im
mergimur, & c. Euchariſtiæ Sacramentum omnibus manda
tum a Domino, etiam ante lucanis cętibus, nec de aliorum
manu quam præſidẽtium accepimus, oblationes pro defun-
ctis, pro natalitiis annua die facimus, die dominico ieiuniũ
nephas dicimus, eadem immunitate a die paſchæ uſque in
Pentecoſtem gaudemus. calicis etiam & panis noſtri aliquid
decuti in terram anxie patimur ad omnem aditum, & exi-
tum, ac ueſtitum, ad calceatum, ad menſas, ad cubilia, fron-
tem crucis ſignaculo terimus & cætera, iſtarum & aliarum
eccleſiaſticarum diſciplinarum ſi expoſtulas legem, nulla le
gis traditio tibi prætendetur, auctrix eſt conſuetudo, & ido-
nea teſtis traditionis ueteris, antiquas, obſeruationes eccle-
ſiæ ſi nulla Scriptura determinauit, certe cõſuetudo robora
uit, q̃ ſine dubio de traditione apoſtolica manauit, hæc Ter-
tulianus ex quib. intelliges quã ſit eccleſia fida cuſtos tradi-
tionis Apoſtolicæ ſemel acceptæ, quas. n. vt refert Pighius c.
5 3. lib. 1. Tertullianus † obſeruationes vſque vllo ſcripto, ſuo
ſeculo, annis videlicet centum ſeptuaginta poſt Chriſtum, p
vniuerſam eccleſiam ab initio commemoratas, eaſdem vi-
demus vſq; in hodiernum diem obſeruari, vide etiam, quid
Origenes dicat ſuper Matthæum, Ex traditione inquit didici
de quatuor euangelĳs, quia hæc ſola abſque vlla contradi-
ctione accipi debent in omnibus, quæ ſub cœlo ſunt eccle-
ſijs Dei, ita enim tradiderunt patres noſtri, & Auguſtinus ad-
uerſus

uerſus donatiſtas, paruulorum baptiſma defendit, ſolum ex
conſuetudine eccleſiæ antiqua canonica, fundatiſſima. hoc
habet dicit ipſe autoritas matris eccleſiæ, hoc fundatiſſimæ
veritatis obtinet canon. contra hoc robur, contra hunc in-
expugnabilem murum quiſquis arietauerit ipſe potius con
fringetur, Et etiam Origenes, vbi ſupra cõtra dubitantes an
epiſtola ad Hebræos ſit Pauli, ego inqt dico, ſicut mihi a ma-
ioribus traditum eſt, quia manifeſtiſſime Pauli eſt, & ſæpe
omnes antiqui maiores noſtri, ita eam, vt Pauli epiſtolam ſu
ſceperunt. Plurimum ergo valet teſte Auguſtino contra Ma
nichæos autoritas eccleſiæ Catholicę, quæ ab ipſis fundatiſ-
ſimis apoſtolorum ſedibus vſque in hodiernum diem ſucce
dentibus, ſibi epiſcopis, ſecundum ſeriem ſucceſsionis, & tot
populorum conſenſione firmatã, Cyprianus etiam in ſermo-
ne de ablutione pedum, loquens de ritibus & cęremoniis,
quas in die cænæ obſeruat eccleſia dicit, nec minus ratum
eſt, quod dictante Spirituſancto tradiderunt apoſtoli quam
quod ipſe tradidit Chriſtus. Et Origenes homilia. 5. in librũ
numerorum, loquens de modo orandi verſus orientem, &
de aliis ritibus inquit, hęc omnia portamus ſupra humeros
cum ita implemus ea & exequimur, vt a pontifice magno
Chriſto & filijs eius tradita & commendata ſuſcepimus. &
Baſilius magnus in libro de Spiritusãcto. c. 27. ait. dogmatũ,
quę in eccleſia prędicantur quędam habemus ex doctrina
ſcripto prodita, quędam rurſum ex apoſtolorum traditione
recepimus, quorum vtraque parem vim habent ad pietatẽ.
nec in his quiſquam contradicit quiſquis ſane, uel tenuiter
expertus eſt. Nam ſi conſuetudines quę ſcripto proditę non
ſunt tanquam haud multum habentes momenti conemur
reijcere imprudentes, & ea damnabimus quę in euangelio
neceſſaria ſunt ad ſalutem, imo potius ipſam fidei prędica-
tionem ad nudum nomen contrahemus, & paulo inferius,
nec his contenti ſimus, quę commemorat Apoſtolus aut
euãgelium, uerum & alia quoque, & ante & poſt didicimus
tanquam multũ momenti habentia ad myſterium, quę ex
traditione citra ſcriptum accepimus. Et poſtquam receñuit
uarias eccleſię ſanctę cęremonias ſine ſcriptura introductas,
ſic concludit. Dies me deficiet ſi eccleſię vniuerſæ myſteria
vniuerſa citra ſcriptum tradita pergam recẽſere. & Ireneus
ſancti Policarpi diſcipulus aduerſus Valentinum, traditionẽ
inquit apoſtolorum toto orbe manifeſtam in omni eccleſia,
adeſt perſpicere omnibus, qui uera uoluerint audire, eam vi
delicet, quam primitiua eccleſia tranſmiſit ad nos, & in lege
ueteri, quę ſcripto tradita fuit & magno ſtudio conſeruata
uidemus, quod & traditiones ſeniorum obſeruabantur, &
ſuo tempore obſeruari debebãt, modo non eſſent contra le
gem Dei, ut Mat. 15. conquęrebantur phariſęi. Quare diſcipu
li tui tranſgrediuntur pręcepta & traditiones ſeniorum, nõ
enim lauant manus cum panem manducant. Et Chriſtus
non eos reprę̃endit de omnibus traditionibus, ſed de illis tã
tum, quæ legem Dei offendebant, & propterea Deuterono-
mij. 17. cautum fuit, quod ſi difficile & ambiguũ occurrebat,
ad ſacerdotem recurreretur, ſicut iam ſupra oſtendimus, &
Ezechielis. 44. legitur, quum fuerit controuerſia, ſtabunt ſa-
cerdotes in iudicijs meis, & ibi iudicabunt. Eodem modo ne
ceſſe erat, vt & in lege noua eſſet qui difficultates & dubia,
quę ſe fidelibus obtuliſſent ſuper traditionibus obſeruandis,
& ſuper ſcripturis intelligendis, reſolueret, ut ſupra diximus
quando de auctoritate huius ſancti paſtoris, agebamus cap.
11. vbi oſtendimus difficultates occurre poſſe ſuper epiſtolis
Pauli & alijs libris Sacræ Scripturæ. Quod ergo in eccleſia
vniuerſali obſeruare videmus, Romano pontifice toleran-
te & ſua auctoritate comprobante, humiliter etiam nulla
percepta ratione recipere & cuſtodire debemus, ſic enim in
republica ſeculari videmus eſſe varias legum ſpecies, con-
ſtitutiones principum, reſponſa prudentum, plebiſcita, ſena-
tuſconſulta, magiſtratuum & prętorum edicta, quæ ſcripto
tradita ſunt, ut in §. conſtat. Inſ. de iure naturali. Et etiam ius
non ſcriptum, quod conſuetudinem appellamus. §. ex non
ſcripto. Inſt. de iure naturali. l. de quibus. ff. de legibus, ubi di-
citur de quibus cauſis, ſcriptis legibus non utimur, id cuſto-
dire oportet, quod moribus & conſuetudine introductũ eſt,
6 inueterata †enim conſuetudo pro lege, non immerito cuſto
ditur. Quid enim intereſt ſuffragio, id eſt conſenſu inſcriptis
redacto, ut ibi gloſa explicat, aliquid declarari, an rebus ipſis
& factis, diuturna enim conſuetudo pro iure & lege obſer-
uari ſolet, ut per Vlp. in l. diuturna. ff. de legibus & Hermo-
genianus in l. ſed ea. ff. eodem. Sed ea, quæ longa conſuetudi
ne comprobata ſunt, ac per annos plurimos obſeruata non
minus quam ea, quæ ſcripta ſunt iura ſeruantur, immo ma-
gnæ auctoritatis hoc ius habetur, dicit Paulus iuriſconſultus
in l. immo. ff. eodem. quod in tantum probatum eſt, ut non
fuerit neceſſe, id ſcripto comprehendere, uidebis totum il-
lum titulum de legib. & intelliges apud omnes nationes pręſertim Romanos & Gręcos de quibus loquitur. d. §. conſtat,
fuiſſe cuſtoditam conſuetudinem ſicut & legem ſcriptam.
Neque enim ſecundum doctores noſtros in dicto §. conſtat.
& in leg. de quibus, eſt neceſſaria ſcriptura ad ſubſtantiam le
gis; ſed tantum ad faciliorem probationem, immo, quod for-
tius eſt probant catholici patres, ut per Pighium lib. 1. capit.
2. & ſequẽtibus duobus, maiorem eſſe debere auctoritatem
traditionis eccleſiæ, quã ſcripturæ, & vt ait beatus Iſidorus
7 in cap. 1. diſtinct. 1. Humanum genus †duobus regitur natu-
rali uidelicet iure, & moribus naturale eſt q in lege & euã-
gelio continetur, quaſi mores & conſuetudines receptæ, pa
rem vim habeant cum lege naturali, & in cap. conſuetudo.
1. diſtinct. idem Iſidorus dicit conſuetudo eſt ius quoddam
moribus inſtitutũ, quod pro lege ſuſcipitur cum deficit lex.
8 nec differt, an ſcriptura, an ratione conſiſtat, quoniam † & le
gem ratio commendat. Porro ſi ratione lex conſiſtat lex erit
omne id, quod ratione conſiſtat, quod religioni conueniat,
quod diſciplinę cõgruat, quod ſaluti proficiat. uocatur aũt
conſuetudo, quod in cõmuni eſt uſu. hæc Iſidorus. Suſcipia-
mus ergo catholice lector cum debita humilitate & obediẽ
ria, qđ in lege ſcriptũ reperimus, videlicet in quatuor euan-
gelijs, epiſtolis, actib. Apoſtolorũ, Apocalypſi beati Ioannis,
& in lege veteri reſpectu moraliũ præceptorũ, & aliorũ quæ
ſancta Rom. eccleſia præcipit recipienda, & conſtitutiones
Romanorum pontificum, decreta conciliorũ in Spirituſan
cto congregatorum, & quod ex traditionib. eccleſiæ etiam
ſine ſcripto, nulla inueſtigata ratione per tantam annorum
9 ſeriem receptum inuenimus, & ſi ſuper †intelligẽtia eorum
aliquid hæſitauerimus ad cathedram petri, tanquam ad cer
tiſſimum oraculum recurramus, parati eius diffinitionibus
obedire, qui per ſe, vel per miniſtros ſuos, ideſt, epiſcopos ca
nonice ordinatos, & in cõmunione & obedientia ſedis Apo
ſtolicæ perſeuerantes, ac per alios rectores & doctores ab il-
la conſtitutos in eccleſia, dignabitur de omnibus reſponde
re, iſti debent eſſe duces noſtri, & in manibus eorum dedu-
cet nos dominus de Aegypto confuſionis, ad æterna taber-
nacula, quemadmodum populum Hebræum deduxit ſicut
oues in manu Moyſi & Aaron Pſalmo 76. Ex quo intelliges
quantum Deus dilexerit modum ducendi populum ſuum
per miniſteria prælatorum, & inter eos unius ſupremi paſto
ris uiſibilis quem cæteri reuereantur, vt diximus c. 11.

SVMMARIVM.

1 *Petra, a qua Petrus nomen accepit, adhærere debemus, ut ſaxei immobi les, & petroſi.*
2 *Super eam ſtatuendi ſunt pedes noſtri.*
3 *In petra exaltari debemus ſuper inimicos noſtros.*
4 *Petra hæc debet eſſe refugium ſicut herinatijs, qui extra petram inuentĩ facile capiuntur.*
5 *In petra huius foraminib. & in cauerna iſtius maceriæ recondi debemus ſi nolumus decipi ab hæreticis.*
6 *Contra hæreticos non induamur armis Saul, ſed armis David, quibus ſuperauit Goliath, hoc eſt tranſmigrantem, quales ſunt hæretici educentes petram de pera paſtorali, & funda longe proijcientes, vt infigatur in fronte Goliath.*
7 *Cum petra iſta acutiſſima circumcidenda ſunt ſuperflua, & præputia cogitationum noſtrarum ſicut ſephora vxor Moyſi quæ interpretatur placẽs Dea, et circumcidit præputium gerſan filij ſui, quod interpretatur aduena ſiue profugus, quales ſunt hæretici.*
8 *Hæreticorum imaginationes non permittas aſcendere in cortunm nec creſcere, ſed tanquam paruulos allide ad petram hanc, ne creſcentes fiant arbores in quibus volucres aeris, hoc eſt dæmones habitent & nidos faciant.*
9 *Petram & lapidem hunc ſuperponamus capiti noſtro ſi volumus videre ſcalam Iacob, & Angelos deſcendentes, & aſcendentes in cęlum, ac dominum innixum ſcalæ, & dicemus hic non eſt aliud niſi domus Dei, & porta cæli.*
10 *Fidei augmentum petendum a domino, & quod adiuuet incredulitatem noſtram ſi naufragium fidei ſentimus.*
11 *Fidei obſequio captiuans intellectum, credendo trinitatem & alios articulos qui humanam excedunt intelligentiam, facilius captiuare poteſt in obſequium cathedræ huius.*
12 *Petra iſti ſanctiſſimæ adhærens comparabitur homini, qui ędificauit domum ſuam ſupra petram, & deſcendit pluuia, & flauerunt venti, & non cecidit, fundata enim erat ſupra petram.*
13 *Clandeſtina & occulta colloquia in ſpiritualibus, & negotijs fidei fugienda, uide multa in hanc rem adducta.*
14 *Gregorius XIII. aptime ſtatuit, vt etiam confeſſiones ſacramentaler audirentur in publicis locis in quibus ſacerdotis & pœnitentis perſona viderentur poſtquam audiri ab alijs non poſſunt niſi uiolato ſigillo confeſſionis.*
15 *Hæreticorum multitudo, et varietas, qui contra eccleſiam Rom. inſurrexerunt confuſa & extincta, Romana eccleſia ſemper remanente in ſua auctoritate, nos debet in eius cathedrę obedientia confirmare.*

Exem-

16 *Exemplum Carbonarij a Pigbio relati memorandum eſt ad euadendum la*
queos hæreticorum.
17 *Cum hæreticis nullatenus diſputandum, quia mori magis volunt quam*
conuerti, quæ ſua eſt ſuperbia.
18 *Conſilium notandum ſiſinij lectoris ad diſputandum cum hæreticis, quod*
dedit in concilio Conſtantinopolitano primo.

C A P. XXIX. De varijs meditationibus quib.
muniti poterimus facile cõſeruare obedientiam quam Ro-
mano pontifici debemus, & omnibus hæreticorum nequiſ-
ſimis telis reſiſtere.

Si ſcutum & galeam adamantinam, &
firmiſſimam aſſu-
mamus propoſiti huius conſtantiſſimi, nempe obediendi pa
ſtori noſtro Romano pontifici vicario Ieſu Chriſti & ſucceſ
ſori Petri Apoſtolorum principi, nullis hæreticorum errori-
1 bus perturbabimur, & ſecura † trãquillitate vitam agemus,
atque eadem cauſa inter alias crederem petræ paraboiã ap-
plicatam fuiſſe ad fundamentum eccleſiæ, & Petrum cui ec
cleſia commendata fuit appellatum petram Matthæi 16. &
Ioan. 1. Cæphas quod eſt uocabulum ſirum, & interpretatur
ſaxum, teſte Hieronymo lib. de nominibus hebraicis, vt vi-
delicet & nos tanquam adamantini, Saxei, & petroſi, vt ita
dixerim, huic ſanctæ Petræ firmiter adhæreamus, tenentes
& nullatenus dimittentes eam. Nam ſub ſcuto & galea hu-
ius Petræ omnia hęreticorum tela & iacula repellemus, di-
centes cum regio Propheta Pſal. 39. expectans expectaui do
minum, & intẽdit mihi, & exaudiuit preces meas, & eduxit
2 me de lacu miſeriæ, & de luto fecis. & ſtatuit † ſupra petram
pedes meos, & direxit greſſus meos, & Pſal. 26. Dominus illu
minatio mea & ſalus mea quẽ timebo, Dominus protector
vitæ meæ a quo trepidabo, dum appropriant ſuper me no-
centes, & tandem concludit, abſcondit me in tabernaculo
3 ſuo in petra † exaltauit me, & nũc exaltauit caput meum ſu-
per inimicos meos. Nam ſi huic Petræ ſanctiſſimæ adhærea-
mus immobiles, tunc caput noſtrũ primarium & fides eius
exaltabitur magis. Petra iſta debet eſſe refugium nobis ſicut
hærinacijs, ſi forte velit hæreticus decipere nos, & ſicut hæri
4 nacios capere, ut Pſal. 103. dicebat propheta, † petra refugiũ
hærinacijs, de quibus ſcribit Plinus lib. 8. naturalis hiſtoriæ,
cap. 37. quod ut melius ſe a venatoribus defendant, habitãt
in cauernis petrarum, quoniam extra petram inuenti facile
5 capiunt. Maneamus ergo † nos in cauerna maceriæ & in hu-
ius ſanctiſſimæ petræ foraminibus recõdamur, & nuſquam
ab hæreticis decipiemur. Et ſi contra te venerint in diſputa-
tionibus, aut perſuaſionibus, in nouitate uitæ & doctrinę, in
ſermonibus meloſis, in dulcib. benedictionibus, in promiſ-
ſione falſi nominis ſcientiæ, noli cum eis contendere verbis.
Ad nihilum enim valent, niſi ad ſubmerſionem gentium, te
6 ſte Paulo 2. ad Timothęum 2. nec induaris † contra eos armis
regis Saul, quantumcunque tibi videantur polita, fortia, &
inſuperabilia, pſertim ſi ſis puer, vt dicebat Saul ad Dauid,
ſed cape fundam in manu tua, & de pera iſta paſtorali affer
lapidem, ſeu petram atque a longe cum funda proijce lapi-
dem iſtum, qui inſigetur in fronte Goliath, quod interpreta
tur tranſmigtans, quales hęretici iſti ſunt, qui teſte Paulo ad
Heb. 13. doctrinis varijs & peregrinis abducuntur, ſemper di-
ſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes, &
qui exprobrant aciem Dei viuentis ut Goliath. 1. Reg. 17. Et
ne ab ouilis & paſtoris parabola recedamus, vide Georgi. 3.
Virg. carmen ad defendendas oues, ait enim cape ſaxa ma-
nu cape robora paſtor, tollentemque minas & ſibila colla tu
mentẽ deijce, vt ſic cũ ſaxo & petra iſta proijciamus tumen-
tes hæreticos, & ſi forte adhuc ſenſeris tentationem diabo-
li, qui ſemper vt lupus ouem, & leo circuit quærens quem de
uoret, & ſi cogitationes aliquæ aſcenderint in cor tuum, Ita
7 vt nanfragium in fide ſentire incipias, cum iſta petra † acuriſ
ſima circuncide præputia & ſuperflua cogitationum tuarũ,
ſicuti fecit ſephora uxor Moyſi, quæ interpretatẽ placẽs Deo,
vt eſt eccleſia, filio ſuo Gerſan, qui interpretatur aduena, ſi-
ue profugus, ut Goliath tranſmigrans, omnes enim iſti ter-
mini cõueniunt hęreticis quia ſunt diuiſi & ſeparati ab alijs,
eligentes nouas opiniones, ut per Hieronymum in c. hęreſis
& per Aug. in can. hęreticus. 24. q. 3. hiſtoriam hanc ſephoræ
8 habes Exodi 4. & cogitatus iſtos † tanquam paruulos antequã
creſcant allide ad petram iſtam, dicens cum regio propheta
Pſal. 136. Filia Babylonis, hoc eſt confuſionis miſera, beatus
qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petrã, ut beatus Gre-
gorius ad obuiandum generaliter omnibus peccatis ponde
rabat uerſum illum. pſal. 6. Neque enim permittas creſcere
paruulos iſtos in corde tuo, ut herbulas & ramulos, quia po-
ſtea erecti in arbores, difficilius eradicabuntur, & in illis vo-
lucres aeris, id eſt, demones nidos ſuos conſtituent, in tuam
Ipſius perditionem, & hæreſes quæ ut plurimum a vento va-
næ gloriæ proficiſcuntur teſte Auguſtino in capitulo hęreti
cus, vigeſimaquarta quæſtione tertia. ſi a principio non ſuffo
centur procreant ibidem obſtinatos hæreſiarchas qui paruu
los & ſimplices, vt puſillos decipiant. Etſi volumus videre ſi-
cut Iacob ſcalam, per quam Angeli deſcendunt & aſcendũt
ad Cœlum & Dominum innixum ſcalę ſuperponamus † ca
9 piti noſtro, lapidem & petram hanc ſanctiſſimã & erigamus
eam in titulum, & caput noſtrum dicemuſque ſtatim & cõ-
fitebimur cum Iacob, vere non eſt hic aliud niſi domus Dei
& porta cœli Gen. 28. nam certe extra iſtam domum non eſt
ſalus, nec niſi per hanc portam & ſcalam pater aditus aut in
troitus aliquis ad cęlum ſicut ſatis ſupra declaratum fuit ca
10 pit. 2. Etſi etiam tentationem dubiorum creſcere videas, con
uertere, ad Dominum & ſuppliciter exorando dic cum apo-
ſtolis Lucæ. 17. domine adauge nobis fidem, & cum patre il
lius hominis, quem Chriſtus a dęmonio liberauerat Marci.
9. qui interrogatus a Chriſto an crederet. Credo domine ait
adiuua incredulitatem meam, trãſumptiue per Gregorium
in can. cum ſancta. de pœnit. diſt. 2. & cum Beato Thoma in
hymno de corpore Chriſti, & ſi ſenſus deficit, ad firmandum
cor ſincerum ſola fides ſufficit, præſtet fides ſupplementum
ſenſuum defectui, nam crede orationum frequentiam eſſe
optimum collirium ad curandas hæreſes, tollendas eccleſiæ
perſequutiones, ut ex Actibus apoſtolicis cap. 9. colligitur, ubi
timenti Ananię ire ad Saulum, qui perſequebatur eccleſiã
Dominus dixit, quaſi in ſignum fidele & certum conuerſio-
nis pauli quære ſaulum, ecce enim orat. Sacramenta etiam
confeſſionis uocalis & Euchariſtię in qua eſt uerum corpus
& verus Chriſti ſanguis frequenta, ut effugias luporum & hę
reticorum inſidias, quia ut a porabola ouium & ouilis noſtri
ſummamus argumentum ad hoc propoſitum, teſte Alberto
& aliis de animalium hiſtoriis loquentibus, ſi oues & ouilia
ſeuo, aut ſanguine Leonis liquefacto & deſtillato frequẽtius
inungantur nunquam accedent lupi aut alia rapacia. Tu igi
tur catholice unge te ſæpe ſæpius ſanguine Leonis qui vicit
de tribu Iuda, ut ſic lupi rapaces effugiant qui venire ſolent
In veſtimentis ouium ut Chriſtus ipſe nos admonuit, Conſi-
dera etiam & ratiocinare in lumine naturali, quod qui † ca-
11 ptiuat intellectum in obſequium fidei credendo prout cre-
dere debet trinitatem, reſurrectionem mortuorum, & alios
articulos, omnem prorſus intelligentiam humanam exce
dentes, facilius profecto poterit captiuare intellectum ſuum
in obſequium & obedientiã cathedrę Petri & huius ſanctiſſi
mi pro Chriſto vicarii, cum primatus iſte in tã apertis & ne-
ceſſariis iuris rõnis naturalis principiis conſtituatur, ut ſupra
cõcluſimus iſta eſt petra dulcis de qua dr̃. Pſa. 80. cibauit eos
ex adipe frumẽti & de petra melle ſaturauit eos, & de qua bi
bunt oẽs fideles. primo. ad Cor. 10. De iſta petra profluunt ſta
gna aquarum in omnes regiones, id eſt, epiſcopi Dei & Apo-
ſtolicæ ſedis gratia p diuerſa loca creati, iuxta illud. Pſal. 112.
Qui cõuertit petram in ſtagna aquarum & rupem in fontes
aquarum. Nam ut ait Anacletus papa in capitulo In nouo.
21. diſt. Petrus fuit princeps Apoſtolorum, cæteri uero apoſto
li, qui eum in principem eorum voluerunt, diſperſi in toto
orbe terrarum prædicauerunt euangelium. Et quia adhuc
meſſis erat multa operari vero pauci, rogauerũt Dominum
meſſis ut mitteret operarios plures in meſſem ſuam, vnde
electi ſunt ſeptuaginta duo diſcipuli, quorum typum ge-
runt presbiteri, qui in eccleſia ſunt conſtituti. Si ſupradicta
12 ſeruaueris † aſſimilaberis uiro ſapienti, qui ędificauit domũ
ſuam ſupra petram, & deſcendit pluuia, & uenerunt flumi-
na, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam & non
cecidit, fundata enim erat ſupra petram Matthæ. ſeptimo,
quia fundatus in hac petra non cadet a fide, nec in hæreſim
prolabetur. Efficiamur etiam agni obedientiſſimi eccleſiæ
ſicut & paſtor noſter primarius Chriſtus factus eſt pro nobis
agnus manſuetus qui portatur ad victimam Hierem. 11. ſic
enim, & nos agnos appellat ipſe verus agnus, dicens ad Pet.
paſce agnos meos, de quibus agnis ſcribunt naturales, quod
ſtatim ut ſunt in lucem ſuſcepti agnoſcunt matres ſuas,
& circum eas concurſant, cũ homo ſero parentes ſuos agno
ſcat, teſte Aeliano, & ideo Iſidorus & Albertus dicunt agnũ
appellari ab agnoſcendo, quia præ cęteris animalibus citius
agnoſcit matrem, & licet in magno grege aberret ſtatim ba
latu illam agnoſcit, unde eleganter Ambroſius li. 6. exame.
c. 4. ad propoſitum, agnus ſimpliciſſimus cum a matre quan-
doque aberrat frequenter eam balatu abſentem excitat, &
licet in multis millibus ouium uerſetur recognoſcit uocem
parentis, & feſtinat ad eam, nam quamuis cibi & potus deſi
derio teneatur, tranſcurrit tamen aliena ubera licet graui-
humore lactis exundent, ſoliusque materni lactis fontes re-
quirit. Quorum agnorum ſi ſimplicitatem & nos ſimpliciſ-
ſimi obſeruaremus, nulla vbera niſi matris noſtræ eccleſiæ
Romanæ

Romanę requireremus. Nam teſte Cypriano, qui non habet
eccleſiam in matrem, Deum in patrem non agnoſcit, & hęc
eſt mater noſtra, quę teſte Aug. in cap. mater. de conſecra. d.
13 4. os maternum prębet paruulis. Attendamus etiam & fugia
mus† ab illis qui clandeſtine, & in occulto nobis volunt in
his ſpiritualibus aliquid perſuadere venientes eatenus ſecus
in veſtib. ouiũ & ſermonib. melloſis. Chriſtus. n. & ſui miniſtri
palã loquuti ſunt ut ipſe dicebat Io. 18. ego palã loquutus ſũ
mũdo, ego ſp̃ docui ĩ ſynagoga & in tẽplo, quo oẽs Iudæi cõ
ueniunt, & in occulto locutus ſũ nihil qd me interrogas. In-
terroga eos qui audierunt quid loquutus ſum ipſis. Ecce hi
ſciunt quid dixerim ego. Pondera, obſecro catholice lector,
quanta exaggeratione verborum profitetur & conteſtatur ſe
palam, & nõ in occulto loquutum. Magos etiam quærentes
regẽ Iudęorũ in Iudęa, rẽ ſane dutam audirui Herodis regis,
non ad uicos ſecretos, nec ſtatim ad eandem Betuleem, ſed
ad Hieruſalem metropolim Iudæorum qualis eſt apud nos
Roma, cœlorum ſtella perduxit, ut ibi prius per principes ſa
cerdotum inquiſitio magnorum examinaretur Matth. 2. &
Paulus Act. 26. ad regẽ Agrippam purgans ſe dicebat, latere
nihil horum arbitror, neque enim in angulo quicquam ho-
rum geſtum eſt. Clandeſtinas ergo doctrinas, & prædicatio-
nes ſecretas præſertim in iis, quæ ad fidẽ pertinent euitemus
ea hoc ſolum ꝙ clanculum perſuadetur. veniant prius iſti
nouitatum ſeminatores ad noſtram metropolim, quæ Ro-
eſt, & ibi quæ de nouo ferunt conferant cũ Ieſu Chriſti uica
rio ꝑ quo Chriſtus rogauit, ut nõ deficiat fides eius, nam ibi
de omnibus quæ imaginantur nouitatibus reſpondebitur.
14 Et ideo Sanctiſſimus Dominus noſter Gregorius Papa. 13.
merito præcepit, ut etiam confeſſiones ſacramentales, quæ
plus omnibus ſecretum expoſtulant, non in latibulis audirẽ-
tur, ſed in locis in quibus & confeſſoris & pœnitentiis perſo
nę uiderentur in publico, & ſolo verborum ſecreto reſerua-
to, quando ſuper eo aliud ſtatui non poterat, niſi violato ſi-
gillo confeſſionis, ut ſcilicet videantur & non audiantur, ea
quibus intelliges quantum eccleſia clandeſtina conciliabu-
la deteſtetur. Contẽplemur etiam fratres dilectiſſimi, quot
15 hæretici† diuerſis temporibus aduerſus hanc ſanctam Petri
Cathedram ſurrexerunt Nicolaitæ, Ebionitæ, Arrii, Neſto-
rii & ſimiles, quos etiam erubeſcimus nominare, uide in can
quidem, 23. quæſtione quarta, & tamen præualere aduerſus
eam non potuerunt, ſed nec vllus illorum remanſit, ſic ut
cathedra ipſa poſſit dicere cum Propheta Pſal. 128. ſæpe ex-
pugnauerunt me a iuuentute mea, etenim non potuerunt
16 mihi, ut diximus capitulo ſexto. Commendemus memoriæ
†, & nunquam excidat ab illa exemplum illius Carbonarii ru
ſtici quem refert Pighius. libro primo capitulo quinto, ſuæ
eccleſiaſticę Hierarchię. Cum enim eximius quidam ſacra-
rum literarum profeſſor ſimpliciſſimum quendam hominẽ
Carbonarium interrogaret quid crederet, quaſi circulo quo
dam reſpondebat homo ille non iam quidem ſimplex, ſed
ſapiens, dicens ſe credere, quod eccleſia Romana credebat,
& percontatus, quid eccleſia crederet rurſum reſpondebat,
quod ego credo. Nec ab hoc circulo vnquam potuit remo-
ueri. Theologus autem poſtea ex graui infirmitate recum-
bens, & in uitæ periculum incidens, ſuggeſtu Sathanę de fide
tentabatur morti propinquus, ſed recordatus tutiſſimę an-
choræ illius Carbonarii, nec ſe aliter valens eripere a fortiſſi-
ma tentatione, ueluti ad ſecuriſſimum portum cõfugit, cla-
ra voce dicens ſolũ modo uerba hæc, & ea frequentiſſime re
petens, vti Carbonarius, quem audientes & ea dumtaxat ver
ba comprehendentes vti Carbonarius, ob grauitatem mor-
bi delirare ex phreneſi crediderũt, quem poſtea conualeſcẽ-
tem interrogarunt amici, quare in illo agone ſuo, ita frequẽ
ter repetierit verba illa toties, uti Carbonarius. quibus ipſe
ordine rem explicauit, ut intelligas Chriſtiane lector, qui pi
ſcatores elegit & non doctores, & qui abſcondit a ſapienti-
bus quæ reuelat paruulis, ipſum eſſe qui Carbonarium fecit
præceptorem Eximij Theologi in ultimo vitæ diſcrimine.
Humilitate ergo & obediẽtia agendum eſt in negotiis fidei,
non ſophiſmatis nec ſubtilib. argumentis, & propterea cum
17 hæreticis† nullatenus eſt diſputandum quia ut Tertulianus
ait de perſcriptionibus hæreticorum, huiuſmodi diſputatio
nibus non modo non conuertuntur hæretici, ſed audaciores
redduntur, & in ipſo congreſſu firmos fatigant, infirmos ca-
piunt, medios autem cum ſcrupulo dimittunt. Et eleganter
Bernardus ſuper canticis. Hęretici non conuertuntur ratio-
nibus, quia non intelligunt, neque auctoritatibus corri-
guntur quia non recipiunt. neque flectuntur ſuaſionibus,
quia ſubuerſi ſunt, mori magis nolunt quam cõuerti, quia
eorum finis interitus, & ita diſputatio cũ hæreticis prohibe-
tur c. 2. §. 1. de hæreticis, lib. 6. & in l. 3. C. de ſum. trin. & fide
cath. & pulchre in 14. Concilio Toletano, quæ diuina ſunt,
nõ ſunt diſcutienda, ſed credenda. om. n. Deus diſcutere ſe
iubet, ſed credere, refert Simancas c. 19. de diſputatione. Cre
damus, ergo non ſenſibus noſtris, ſed dogmatib. antiquorũ,
& Chryſoſtomus in homilia. 24. dominicæ 18. dicebat, audi
homo fidelis, qui contra hæreticũ libenter contendis, ſi Pha
riſæi placati ſunt, & tu certando contra hæreticum potes eũ
placare ſi eum uiceris, ſi aũt Phariſæi uicti quidem ſunt, pla
cati autem non ſunt, qũo poteris tu placare eos quũ viceris,
nunquid Chriſto fortior es tu, ut quos ille nõ placauit tu pla
ces. & Origenes homi. 23. ſuper Matthęũ, proprium eſt Sadu-
ceorum & mendaciũ tacere, nam & ſi obtumeſcant quan-
tum ad rem, non tñ tacent, nec ea, quæ ſemel deciſſa ſunt de
bent in diſputationẽ reuocari, ut per Gelaſium papã in can.
Achatius, & in cap. maiores 24. q. 1. ut & Paulus ad Titũ. 3. c.
admonebat dicens, hæreticũ hominẽ, poſt unam & alteram
correptionem deuita, & propterea Martianus imperator di
cebat in c. nos ad finẽ. 96. diſt. nos ad fidem confirmandam,
nõ ad potentiam oſtendendam, exemplo religioſiſſimi prin
cipis Conſtantini Synodo intereſſe uolumus, ut ueritate in-
uenta non ultra multitudo prauis doctrinis attracta diſcor-
18 det, vnde Siſinnius† lector in prima Synodo Conſtantinopo
litana ſuaſit ne cum hæreticis aliter diſputatio ſuſciperetur,
niſi prius interrogarentur an admitterent eos ſacrorum ora
culorũ interpretes qui prius in eccleſia extiterãt, antequam
in eccleſiis orta fuiſſet diſſenſio, quia ſi illorũ ſententias reij
cerẽt tunc fore dixit, ut eos factionis ſuæ populares reijcerẽt
quoq;. Sin vero illos idoneos ad controuerſiarũ deciſionem
putabãt, ſtatim illorum libri in mediũ proferri deberent, &
non aliter cũ eis diſputandũ eſſe. Et quo magis ſeruetur Oui
le, denuntiandi ſunt hæretici & occulti Dñis inquiſitoribus
hæreticæ prauitatis, ut ea multis probat dñs Ep̃s Simancas
in Catholi. inſtitu. tit. 19. quod etiam ex auctoritatibus Philo
ſophorum comprobat, cui adde verba Hieronymi ad propo
ſitum Ouilis noſtri in c. reſecandæ. 24. q 3. vbi ait reſecandæ
ſunt putridæ carnes & ſcabioſa ouis a caulis repellenda eſt,
ne tota domus, Maſſa, corpus, & pecora ardeant, corrumpã-
tur, putreſcant, & intereant. Arrius in Alexandria una ſcin-
tilla fuit, ſed qm̃ non ſtatim oppreſſus fuit, per totum orbem
eius flamma populata eſt, facit etiam illud Iuuenalis, ſicut
grex totus in aruis unius ſcabie cadit, & prurigine porci vua
que contacta liuorem ducit ab una. Et Ouidius primo Meta
morphoſęos, ſed immedicabile vulnus enſe recidẽdum eſt,
ne pars ſincera trahatur. denũciandi ſunt ergo hęretici, quia
ut dicebat Bernardus eleganter ad propoſitum noſtræ unita
tis epiſtola 102. melius eſt, quod pereat unus quam unitas. Et
hæc denuntiatio fieri debet nulla forma correctionis frater-
nę præcedente, neque auctoritas illa Euangelii ſi peccauerit
in te frater tuus &c. ad peccatum hęreſis refertur, ut probat
Simancas ibi numero decimo, cum ſequentibus, licet corri
gendus uideatur ſanabilis, & corrigens vir magnę auctorita
tis, & illud Pauli hæreticum hominem, poſt unam & alterã
correctionem deuita, non particulari homini ſcribitur, ſed
Tito epiſcopo cui ex officio incumbit ſemel, & bis corrige-
re, cęteri ergo particulares ſtatim quo ſciunt aliquem hęre-
ticum debent eum denuntiare dominis inquiſitoribus, ad
quos ſpectat corrigere & obſtinatos punire.

SVMMARIVM.

1 *Fidelibus multum nocuit quo ad fidei iacturam, uitiorum inordinatus appetitus.*
2 *Salomon immoderato vſu mulierum ad hoc vſque perductus eſt, vt Idolis templa fabricaret, & qui prius templum Deo conſtruxerat, aſſiduitate libidinis & perfidiæ Idolis templum conſtruxit.*
3 *Salomon amabilis Deo & cui Deus bis fuerat reuelatus quia amator mulierum fuerat, a Dei amore receſſit.*
2 *Populus Iſrael poſt tot, beneficia de manu Domini ſuscepta, in exitu ſuo de Aegypto, & Moyſe cauſas eorum agente cum Deo in monte, vitulum adorauit nec datur altera ratio per Aaron niſi quia pronus erat ad malum.*
5 *Luxuria, auaritia, negotiatio, fictis verbis dominationis contemptus, ſuperbia, vanitas, & promiſſio falſæ libertatis ex epiſtolis Petri & Pauli introducunt hæreſum & ſectarum confuſionem.*
6 *Operum bonorum exercitatio neceſſaria ad conſeruandam fidem.*
7 *Cupiditas, hypochriſis, mendacium, & cauterizata conſcientia faciunt aberrare a fide, ex eodem Paulo.*
8 *Ebrietas, crapula, & venter, ſimiliter ex Chriſto & Paulo inducunt in hæreſes.*
9 *Hæreticus eſt qui alicuius temporalis commodi & maxime vana gloria principatuſque ſui gratia, falſas ac nouas opiniones, vel gignit, vel ſequitur.*
10 *Hæreſim ſi volumus euitare, vitemus peccata, ſeu ſaltem frequẽtationem eorum, & ſuper ea non cadat ſol.*
11 *Superabũdante ſtrage delictorum temporibus noſtris, curemus vt ex ad-*

uerſo abundent, iuſtitia & gratia Dei frequentatio bonorum operum, tan quam potentior, excludat frequentationem malorum.

12 *Ciuitas, penates, & regimen illud ſtabit, ubi minimum uirium cupido, ve neris & pecuniæ ſibi uendicauerunt, & nulla reſpublica fœlix ſtantibus mœnibus, & ruentibus.*

13 *Doctrinarum exercitia ubi ceſſant. ubi nullum diſcrimen inter doctos & indoctos, vbi nullus uirtuti locus, ubi nulla ſtudiorum ratio habetur, ibi rerum omnium confuſio dominatur.*

14 *Experientia iſta rerum magiſtra quæ temporibus noſtris habetur ſatis prædicat & in vicinis plateis dat vocem ſuam, at ſaltem abſtineamus a vitijs publicis, & ſcandalum generantibus, ut quæ fragilitate patrantur, nulla obſtinatione nutriantur.*

15 *Nouitates fugiendæ, vide de hoc multaque forſan legiſſe non pœnitebit.*

16 *Epilogus operis in quo vnitatem & obdientiam Romani pontificis exhortando concludit.*

CAP. XXX. In quo proſequendo materiam capitis procedentis oſtendit ad conſeruandum fidem, & obedientiam Eeeleſię Romanæ, oportere, ut a uitijs, & anouitatum inuentoribus abſtineamus.

1 Quantam fidelibus In fide iacturam fecerit vitiorum inordinatus
appetitus, multis Sacræ Scripturę auctoritatibus comproba
ri poteſt, ſed mihi ut uerum fatear nullum exemplum horri
bilius occurrere poteſt, quam illud Salomonis Regis ſapien
2 tiſſimi, † qui more mulierum alienigenarum Idolis templa
conſtruxit tertio Regum. vndecimo, & ſecundo. Paralipo-
menon. ſecundo, de quo Beatus Gregorius in capitulo Salo-
mon. trigeſimaſecunda quæſtione quarta, ſic ait Salomō im
moderato uſu atque aſſiduitate mulierum, ad hoc vſque per
ductus eſt, ut templum Idolis fabricaret, & qui prius templū
conſtruxerat Deo, aſſiduitate libidinis & perfidie ſubtractus.
Idolis templa conſtruere tenuit. Similiter & Hieronymus
contra Iouinianum in cano. ſi enim §. Salomon. de pœnit.
3 diſtinctione ſecunda, inquit Salomon † amabilis Domino,
& cui Deus bis fuerat reuelatus, quia amator mulierum fue-
rat, a Dei amore receſſit. Horrendum quid em uideri debet
omnibus qui legerint hiſtoriam, & ſapientiam Salomonis,
& ſupra quam dici poteſt deterrere eos, ut a ſimilibus uitijs
abſtineant ſi fidem conſeruare uoluerint. Similiter, & filijs
4 Iſrael legitur. Exodi. trigeſimoſecundo qui poſt tam † immē
ſe beneficia de manu Domini ſuſcepta in exitu ſuo de AE-
gypto, & moram faciente Moyſe in monte, vbi cum Domi-
no loquebatur cauſas eorum agendo fecerunt uitulum, &
eum adorauerunt. Et cum poſtea deſcendiſſet, & inquireret
occaſionem Idolatriæ illius ab Aarone reſpondit Aaron. tu
noſti populum. Fugiamus ergo malum, uel ad minus prom-
ptam malorum executionem ne in fide periclitemur, Petrus
5 etiam. capite ſuæ ſecundæ canonicæ ſic ait, fuerunt ſpeu-
doProphetæ populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri menda
ces, qui introducent ſectas perditionis, & multi ſequentur
eorum luxurias, per quos via uirtutis blaſphemabitur, &
in auaritia de uobis fictis verbis negotiabuntur. Et pau-
lo inferius nouit Deus pios, de tentatione eripere, ini-
quos vero in diem iudicij reſeruare cruciandos, magis au-
tem eos, qui poſt carnem in concupiſcentia immunditię
ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, ſibi
placentes ſectas non metuunt introducere. Et inferius qua-
ſi ad finem illius capitis addit, ſuperbia enim vanitatis lo-
quentes, pelliciunt in deſiderijs carnis luxurię eos qui pau-
lulum effugiunt, qui in errore cōuerſant libertatem illis pro
mittentes, &c. Video obſecro, quam bene beatus Petrus hęre
ticos noſtri temporis, uel digito oſtendat, nempe luxurię,
carni, & auaritię deditos, dominationem contemnentes, &
falſam libertatem promittētes, ut nos fugiamus luxuriam,
auaritiam, & cętera uitia quantum fieri poſsit, & domina-
tioni ſubijciamur, falſas iſtas promiſsiones libertatum dete
ſtantes. Quod etiam Paulus in ſecundo capite, epiſtolę ad
6 Titum confirmat dicens, admone † illos, principibus, & po
teſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, &c. ubi proſequitur
exhortationem ad bona opera, & tandem concludit, ut cu-
rent bonis operibus pręeſſe qui credunt Deo, ſentiens neceſ
ſariam bonorum operum exercitationem ad iſtam Dei cre-
dulitatem conſeruandam. Et Paulus primę ad Timothęum
7 6. inquit, Radix † omnium malorum eſt cupiditas, & quam
quidam appetentes errauerunt a fide, & inſeruerunt ſe do-
loribus multis, ecce hic cupiditatem inordinatam bono-
rum temporalium eſſe cauſam errandi a fide, & primę ad
Timothęum quarto. In nouiſsimis temporis diſcedent qui-
dam a fide attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis Dęmo
niorum in hypocriſi loquentium mendacium & cauteriza-
tam habentium ſuam cōſcientiā, ecce hypocriſim menda-
cium, & duplicitatem conſcientiæ (quantam temporib. no-
ſtris experimur) operari amiſſionem fidei. Taceo illos quo-
rum Deus venter eſt gloria in confuſione ipſorum qui ter-
rena ſapiunt. ad Philippenſes tertio, & Chriſtus Lucę 21. poſt
quam diſcipulis ſuis pręnuntiauerit Pſeudo prophetas, & hę
reticos futuros ac multa ſcandala quę ventura erant ſtatim
8 in eodem capite dicit, attendite autem † vobis, ne forte gra-
uentur corda veſtra crapula & ebrietate, & vigilate omni
tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia, fu-
giamus quoq; auaritiam quæ eſt idolorum ſeruitus, ad Ephe
ſios quinto, tranſumptiue in capit. auaritiæ de præb. Propte
9 rea beatus Auguſtinus aſſignans † diffinitionem hæretici,
quæ ſolet proprietates diffiniti explicare, ſic ait in capite hæ-
reticus. uigeſimaquarta quæſtio. tertia, hæreticus eſt, qui ali-
cuius temporalis commodi, & maxime vanæ gloriæ, princi
patuſque ſui gratia, falſas ac nouas opiniones, vel gignit, uel
ſequitur. Vitemus ergo peccata & terrena contagia quan-
10 tum fieri poſſit, ſi ſcandala hæreſum volumus cuitare, † et ſi
forte per fragilitatem noſtrā quæ multa eſt peccauerimus,
ſol non cadat ſuper delicta noſtra, delendo ea per pœniten-
tiam, contritionem, cōfeſſionem vocalem, ſatisfactionem,
ſacramētorum dignam frequentationem ac bonorum ope-
rum exercitationem, ut tot malis graſſantibus. & abundan-
11 te † delictorum ſtrage abundet etiam iuſtitia & gratia Dei,
vt ſic bonorum frequentatio, frequentationem malorum
tanquam potentior abſorbeat & expellat. Videamus & exa
minemus conſcientias noſtras quotidie ſuper delictis eodie
commiſſis, ut poeta Virgilius Ethnicus, & Gentilis in car-
mine illo uir bonus aduertit. Nam inter cætera quæ uiro bo
no ſenſit conuenire, ſic ait, iudex ipſe ſui totum ſe explorat
ad vnguem, non prius in dulcem declinat lumina ſomnum
omnia quam longi reputauerit acta diei. hæc Virgilius, vide
etiam quid Cato dixerit ad Romanos, teſte Saluſtio in cati-
linario, quod etiam reaſſumit Auguſtinus libro quinto, de
ciuitate Dei capite vigeſimoquarto, nolite inquit æſtimare
maiores noſtros armis Rempublica ex parua magnam feciſ
ſe, ſi ita eſſet multo pulcherrimam nos haberemus, quippe
ſociorum, atque ciuium, armorum, & equorum maior co-
pia nobis quam illis eſt, ſed alia fuerunt quæ illos magnos
fecerunt, quæ nobis nulla ſunt, ſcilicet domi induſtria, foris
iuſtum imperium, animus in conſulendo liber, neque deli-
cto, neque libidini obnoxius Pro his nos habemus luxuriam
atque auaritiam, publicam ęgeſtatem, priuatamque opulen
tiam, laudamus diuitias, ſequimur inertiam, inter bonos ſi-
militer homines & malos diſcrimen nullum, omnia uirtu-
tis præmia ambitio poſſidet ideo ruunt omnia. Hęc ſunt ver
ba Catonis gentilis. prudens lector iudicet an de noſtris hæc
poſſint dici temporibus, & Valerius Maximus lib. quarto, de
abſtinentia & cōtinentia loquens de geſtis Fabricij, ait, vrbs
Tarantina, quæ uoluptati plurimum tribuit imperium ma-
12 ximum amiſit, & eodem libro quarto, quia hi † demum pe-
nates (quod ſignificat ſuos falſos ac patrios Deos) ea ciuitas,
id regimen æterno in gradu facile ſteterit, ubi minimum ui-
rium, veneris, pecuniæque Cupido ſibi uendicauerit, & Sci-
pio relatus ab Auguſtino libro primo, capitu. 33. de ciuitate
Dei dicebat, nullam cenſeri fœlicem rempublicam ſtanti-
bus mœnibus, & ruentib. moribus, ad quod etiam poteſt ad-
duci illud Pſalmi 143. oues eorum fœtoſæ abundantes in
egreſſibus ſuis, boues eorum craſſæ non eſt ruina maceriæ,
neque tranſitus, neque clamor in plateis eorum, beatum di-
xerunt populum cui hæc ſunt, ſed Dauid aliter ſentiens, bea
tus loquit, populus cuius dominus Deus eius, & Poggius Flo
rentinus in epiſtola ad Nicolaum quintum pontificem ma-
13 ximum, cōtra literarum ignaros dicebat, ubi † doctrinarum
ceſſant exercitia, vbi nullum inter doctos atque ignaros di-
ſcrimen uiget, ubi nullus uirtuti locus, nulla ſtudiorum ra-
tio habetur, uitia ibi regnent, torpeſcant ingenia, principa-
tus & regna deficiſcant, rerumque omnium dominetur
confuſio neceſſe eſt. Sed quid de moribus ego peccator præ-
dico, nonne ſatis uicinorū noſtrorum in hęreſim prolapſo-
rum propter ſimilia nos docet multitudo? Nonne plus ocu-
lis noſtris cernimus hoc, quam in codicibus legamus, ut uer
bis Gregorij vtar in homilia ſuper dominica prima aduen-
14 tus? Nonne ſatis magiſtra † rerum prædicat experientia, &
in uicinis plateis dat uocem ſuam. Abſtinendum ergo eſt
a uitijs præſertim publicis, & ſcandalum generantibus, ut
quę fragilitate patrantur, nulla prorſus obſtinatione, nec
15 falſa confidentia nutriantur. Vitandi ſunt etiam † nouita-
tum inuentores iuxta illud Pauli primę, ad Timothęum
ſexto, prophanas uocum nouitates deuitans, & Plato libro
ſexto, de legibus dicebat. omnibus perſpicuum eſt, ne-
minem leges nouas facile ſuſcepturum, legibus antiquis
utendum eſt, in quibus nihil vnquam ſponte mouebunt,
ſi qua vero neceſſitas aliquando urgere uidebitur, de hoc

vita

vna conſulentur magiſtratus omnes & populus uniuerſus.
Et omnia deorum petantur oracula, ſi horum omniũ unus
erit conſenſus moueant, aliter vero nunquam, ſed unus qui
prohibeat, uincat, ad quod etiam videtur facere, quod apud nos
dicebat Innocentius in capit. veniens. nu. 21. de præſcriptio.
Quod licet ad condendas leges ſufficiat conſenſus maioris
partis uniuerſitatis, tamen ad conſeruandas iã factas, vel nõ
abrogandas conſuetudines antiquas ſufficit vnius contradi
ctio. Et ad propoſitum reuertendo, idem Plato lib. 7. de legi-
bus dicebat, mutationem in omnibus rebus præterquam in
malis eſſe periculoſiſſimam, omnes enim eas leges colunt,
& innouare formidant in quib. educati ſunt, & Plutarchus
libro Politicorum ad Traianum dicit, nouis legib. ingenia
moderari velle non modo non facile, ſed neque omnino tu
tum eſſe, quod Plinius breuiorib. verbis complexus. lib. 24.
naturalis hiſtoriæ. capite 10. anceps, inquit & lubricum eſt re
rum omnium nouarum principium, & Ariſtoteles lib. ſecun
do, Politicorũ 6. dicebat. Satius eſſe interdum aliquid a ma-
ioribus, non omnino optime conſtitutum tolerare, quam
quod multarum ætatum vſu receptum, & comprobatũ fuit
tollere, quaſi iniquum uniuerſæ ciuitatis otium atq; pacem
perturbando, aut eam in aliquod ſeditionis diſcrimen addu
cendo, vnde apud locros qui legis mutationem ſuadebat, la
queo collo circumducto id faciebat, ut ſi mutatio legis pla-
ceret liberaretur, ſin minus ſtatim contracto laqueo ſtrangu
laretur, prout refert Simancas cap 31. & apud Romanos legi
mus cautum, ne aliquis nouum Deum venerari poſſet, niſi
prius cauſa uenerationis examinata ſenatus illum approba
ret, & in Deum reciperet, & apud nos Vlpianus in leg. 2. de
conſtitut. principum. dixit. In rebus nouis conſtituendis eui
dens utilitas eſſe debet, ut recedatur ab eo, quod diu æquũ
viſum eſt. Et plerumque diſcordiam pariunt nouitates, ut in
capit. cum conſuetudinis. de conſuetud. & can quis neſciat.
11. diſt. vnde beatus Cyrillus, in epiſtola ad Neſtorium noui
tatem ſeminariũ hæreſum appellauit. Et natura noſtra quæ
prona eſt, ad malum capite omnis ætas. 12. quæſtio. 1. nouas
ſemper deproperat edere formas. l. 2. §. ſed quia diuinæ. codi
ce de ueteri iure enucleãdo. & humanæ naturæ multæ ſunt
nouitates dicebat tex. in §. ſi quis ſanæ. in auctẽ quib. mod.
naturales efficiãn. legi. coll. 6. & inde, prout dicebat. gloſ. no
tab. In proœmio Gregoriano uerbo noua litigia. naſcuntur
lites, & tot opinionum diuerſitates, ut eleganter dicebat tex.
in capitulo quia diuerſitatem. de conceſſio. præben. quod
diuerſitatem corporum ſepe ſequitur diuerſitas animorum
& Perſius.

Mille hominum ſpecies & rerum diſcolor vſus Et Virg.
Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Deteſtãda eſt ergo nouitas omnis, quia ex hoc ſolum, quod
eſt nouitas uidetur cõtraria ueritati iuxta expoſitionem no-
uitatis & latino, & Hiſpano ſermone receptam, dicitur nan-
que nouitas quaſi non ueritas, & nouedad quaſi, no verdad.
ſequamur uetuſtatem, quæ teſtis ueritatis interpretatur, iux
ta illud Ouidii faſtorum 4. pro magno teſte uetuſtas credi-
tur, & idem lib. 5. Metamorphoſeos.

Saxa (quis hoc credet niſi ſit pro teſte vetuſtas)
Ponere duritiam cœpere,

Et Virgilius loquens de obſeruatione ſuæ falſæ Idolorum,
ac templorum culturæ, vetuſtatem citat in teſtem dicens
lib. 2. Aeneidos.

Eſt vrbe egreſſis tumulus templumq; vetuſtum
Deſertæ Cereris iuxtaque antiqua cupreſſus.
Religione patrum multos ſeruata per annos.

Vbi religionem patrum & multorum annorum obſeruatio
nem ponderabat gentilis. Sic etiam & perfidi Phariſæi Mat-
thæi 15. Chriſti diſcipulos increpabant, quod non cuſtodirẽt
præcepta, & traditiones ſeniorum, nec propterea reprehen-
ſi fuerunt a Chriſto, ſed quia propter malas ipſorum Phari-
ſæorum traditiones trãſgrediebantur præceptum diuinum,
& naturale de parentibus honorandis, & textus apud nos in
leg. teſtamenta omnia. C. de teſtamentis. fideliſſimam appel
lauit uetuſtatem dicens. Mos namque fideliſſimæ vetuſtatis
eſt retinendus, cui conſonat illud Eſaiæ cogitationes anti-
quas fideles, Amen. & in § illud in auct. de appellat. collat.
quarta, ſimiliter & in cap. anteriorum. § illud. 2. quæſtio. 6. le
gitur illud diſponendum eſt, quod antiquitas bene ſtatuit,
nouitas autem neglexit, quia veneranda eſt uetuſtatis aucto
ritas, & in leg. ſecunda, §. quæ omnia. codice, de ueteri iure
enuclean. dicit legiſlator. Tanta autem nobis antiquitati
eſt habita reuerentia, ut eam obliuioni tradere nullo modo
patiamur, & in capitulo quanto, de tranſlat. epiſcopi, ait tex-
tus, ſicut teſtatur antiquitas, cui decreta patrum ſanxerunt
reuerentiam exhibendam, & in capite, contra ſtatuta. vigeſi
maquinta, quæſtione prima, dicit textus contra ſtatuta pa-
trum condere aliquid, vel mutare, nec huius ſedis poteſt au
ctoritas, apud nos enim in conuulſis radicibus viuat anti-
quitas, cui decreta patrum ſanxere reuerentiam. Vide in di-
cta cauſa & quæſtione multos textus in eam rem, & in capi-
tulo conqueſtus. nona, quæſtio. tertia, & Auguſtinus, libro
decimo, de ciuitate Dei capitulo uigeſimotertio dicebat, ne
que nouis legibus de religione loquẽdum eſt, ne verborum
licentia etiam de rebus, quæ his ſignificantur impiam gi-
gnat opinionem, & in libro de ratione animæ quandam no
uam opinionem ea ſola ratione repelli, quia ſola nouitate
diſplicebat. Vnde perbelle dicebat Georgius Dux Saxo-
niæ quem refert Simancas capitulo 31. quod Lutherani ne-
ſciebant hodie, quid anno ſequenti credituri eſſent, nempe
propter tot diuiſiones eccleſiarum malignantium, & cathe
drarum peſtilentiæ, contra unicam & uniuerſalem eccle-
ſiam Romanam cæteris ſuperiorem recalcitrantium, & cõ
tra omnia iura clamantia, quod una & eadem res diuerſo iu
re non cenſeatur, l. prima, uerſiculo, nec ratio patitur. ff. de
rerum permutatio. leg. eum qui ædes. ff. de vſucapion. quæ
opinionum confuſio uſque adeo excreuit, Vt cum beato
Baſilio ad conſtantium deplorare poſſimus tot fides, ſeu fal-
ſas ſectas audientes, quot ſunt hominum uoluntates. Hanc
igitur eccleſiæ & unici Ouilis unitatem a Domino, & per
Apoſtolos ac ſanctos traditam quantum poſſumus tenere
curemus, ut uerbis Cypriani utar in epiſtola 41. ad Corne-
lium, & quod in nobis eſt palabundas & errantes oues quas
quorundam peruicatium factio, & hæretica tentatio a ma-
tre ſecernit, in eccleſiam colligamus, illis ſolis foris manen-
tibus qui in obſtinatione, & factione ſua perſeuerant, & in
epiſtola de eccleſiæ unitate. Hoc unitatis hoſpitium deſi-
gnat dominus in Pſalmis dicens, Deus, qui in habitare facit
vnanimes in domo, nam in domo Dei dicit ille martyr, &
doctor Glorioſus unanimes inhabitant, concordes & ſimpli
ces perſeuerant, idcirco, & in Columba uenit Spiritusſan-
ctus ſimplex animal, & letum, non felle amarum, non mor
ſibus ſæuum, nõ vngularum laceratione uiolentum, & pau-
lo inferius. Hæc eſt in eccleſia noſcenda ſimplicitas, hęc cha
ritas obtinenda, ut columbas fraternitatis dilectio imite-
tur, & ut manſuetudo & lenitas, agnis & ouibus æquetur,
& Auguſtinus libro tertio, de libero arbitrio, ait omne am-
biguum ideo moleſtum eſt, quia non habet certam unita-
tem, & idem de uera religione, nullum inquit eſſe corpus,
nullam ſpeciem quæ non habeat unitatis ueſtigium, ubi
etiam pulchritudinem vnitatis commendat, & efficaciam,
eius oſtendit in libro quinto, de baptiſmo contra donatiſtas.
Hieronymus etiam capitulo primo, prouerbiorum, ait non
ſufficit, ut quis dicat ſe Deum diligere, ſi unitatẽ eccleſiæ fra
terna charitate non ſequitur, & idem Hieronymus. ad ge-
rontiam de monogamia, ſit una Eua mater cunctorum ui-
uentium, & una eccleſia parens omnium Chriſtianorum,
ſicut illam maledictus Lamech in duas diuiſit uxores, ſic
hanc hæretici in plures eccleſias lacerant, quæ, iuxta Ioan-
nis Apocalypſim, magis ſynagogæ Diaboli appellãdę ſunt,
& Chryſoſtomus in caput Ioannis primo, homilia. 15. quę
amicitia quę familiaritas tanta contrahere unionem poſ-
ſet quantam fidei cognatio? Non enim quantam amicus
amico debet propinquitatem, tantam nos inuicem habere
oportet, ſed quanta eſt membri ad membrum, omnes enim
in unum corpus baptizati ſumus, ut unius corporis mem-
bra non diuidamur, ideo tamquam domum unam nobis
Deus largitus eſt mundum, unum ſolem omnibus lucere
facit, uno nos tecto cœlo uidelicet operuit, unam cunctis
menſam, hoc eſt terram communicauit, unum generatio-
nis modum ſpiritualem omnibus largitus eſt, una nobis eſt
communis in cęlo patria, idem poculum omnibus propina
tur, & Cyrillus lib. 1. de trinitate. etenim ad unitatem quæ eſt
per fidem, collecti & cõgregati ſumus, dicente Paolo, unum
corpus multi ſumus, eo, quod ex uno pane participes ſumus,
an ignoras gentes, unum corpus Chriſti factas unionem
cum illo per fidem ſanctitas, & Lactantius de ira Dei ad do-
natum capitulo vndecimo, non poſſunt in hoc mundo mul
ti eſſe rectores, nec in vna domo multi Domini, nec in naui
vna multi gubernatores, nec in armento aut grege duces
multi, ſed nec in cœlo multi ſoles eſſe non poſſunt, ſicut
nec animę plures in uno corpore, adeo in unitate uniuerſa
natura conſiſtit, & teſte Caſſiodoro in Pſalmo primo ad fi-
nem, vnitas ſpecialis, ſimplex atque perfecta eſt, nullius indi
gua, in ſe ipſa perenniter manens, a quo fonte multitudo nu
merorum, ſic egreditur, vt ad eam ſemper quamuis multipli
cata reuocetur, ſine qua ſupputatio, nec inchoare quicquam
pręualet, nec prodire. Et vt iam vela noſtræ vnitatis cõtraba
16 mus, maneamus: obſecro intra hoc unũ Ouile, de quo poſ-
ſumus dicere illud Chriſti ad Marthani, Lucę, 10. Porro vnũ
neceſſarium, id eſt ſine quo nihil gratũ poſſumus retribuere
Deo, a quo tot bona ſuſcepimus, nihil horum quæ e maiori-

bus noſtris ſeruata fuerunt contemnamus quantumcunq; modicum uideatur, ne forte eueniat nobis, quod uicinis noſtris eueniſſe videmus, qui modica ſpernentes, paulatim in maiora ſcandala deciderunt. Eccleſiaſtici 19. vnitatem hãc Deo dilectiſſimam dilligamus, pro ea frequenter orantes, verſumque illum, qui in litanijs legitur repetentes, vt cuncto populo Christiano pacem, & unitatem largiri digneris, nam vt dicebat eleganter Hilarius homilia ſuper Ioannem de hac naturali in nobis Chriſti vnitate, quæ dicimus, niſi ab eo diſcimus ſtulte atq; impie dicimus. Conſideremus, quod virtus vnita fortior eſt, ſe ipſa diſperſa, teſte philoſopho & c. 1. de treuga, & pace, & vnum magnum præualet plurib. paruis etiam in lumine naturali, ut per iuriſconſultum in l. ſi is qui. §. fin. ff. de excuſat. tutor. & Plinius iunior lib. 9. epiſtolarum ad ruſticum dicebat. Satius eſt unum aliquid inſigniter facere, quam pluta mediocriter, ſed quid alia teſtimonia noſtræ unitatis inquirimus, cum uirtutem eius ſatis oſtenderit ſancta liga, & unitas principum Chriſtianorum ſub fœlicis recordationis Pio papa V. & Catholico Hiſpaniarum Rege Philippo domino meo, ac Illuſtriſs. & Religioſſima Republica Venetorum congregata aduerſus Chriſtianorum ferociſſimum hoſtem Turcam, nouiſſime dieb. iſtis in bello nauali proiectum & fugatum cum exercitu ſuo, de ſapientia dicebat Salomon ſapiẽtiæ 7. ut ſępius repetamus cum ſit vna, omnia poteſt, & in ſe permanens omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe trãsfert. Et paulo ante in eodem capite dixerat, quod ſpiritus ſapientiæ eſt unicus, ponderentur obſecro, verba illa & ratio illorum uerborum, & cum ſit vna, omnia poteſt, & per nationes in animas ſanctas ſe trãsfert, quia ſunt duo pręcipui effectus noſtræ unitatis, unde eccleſia uniuerſalis nobilior & rationi cõformior eſt, una ſemper exiſtens, & unum ſupremum pro Chriſto vicarium viſibilem agnoſcens, quã ſi in plures & acephalas Cathedras peſtilentiæ diuideretur, prout hæretici in plures partes eam diuidere conãtur. ponderemus etiam poſt tot perſequutiones ciuitatis Hieruſalem, & populi Iſrael recitatas in libris Machabęorum, quomodo ſcriptura Sacra pacem, & tranquillitatem attribuat ſummi pontificis, & unius ſupremi ſacerdotis gubernationi, dicens 2. Machab. 3. Igitur cum ſancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime cuſtodirentur propter oniæ pontificis diſpoſitionem, & pietatem, fiebat vt & ipſi Reges & Principes locũ ſummo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illuſtrarent, & paulo inferius pro ſalute Heliodori, qui iacebat priuatus omni ſpe, & ſalute iudicio Dei, quia tẽpli dona rapuerat, amici Heliodori confeſtim rogauerunt Oniam ſummum pontificem, ut inuocaret altiſſimum, ut uitam donaret ei qui in ſupremo Spiritu erat conſtitutus, & ad preces ſummi ſacerdotis illimet duo iuuenes, qui Heliodorum uerberauerant dixerunt Heliodoro, Oniæ ſacerdoti gratias age, nam propter eum dominus tibi uitam donauit, tu autem a Deo flagellatus nuncia omnib. magnalia Dei, & poteſtatẽ, & his dictis nõ comparuerũt, ut intelligas catholice lector, quantum Deus exaltet unius ſummi pontificis gubernationem. Memoriæ commendemus illud Auguſtini contra epiſtolam Manichæi. c. 4. dicentis multa ſunt, q̃ me intra eccleſiæ gremim iuſtiſſime tenent. Tenet conſenſio populorum atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, uetuſtate firmata. Tenet ab ipſa ſede apoſtolica Petri (cui dominus paſcendas oues tradidit) vſq; ad præſentem epiſcopatum ſucceſſio ſacerdotum, & idẽ ait in epiſtola contra partem donati, numerate inquit ſacerdotes, uel ab ipſa ſede Petri, quam non uincunt ſuperbę inferorum portæ, & in epiſtola 166. ad generoſum numerat Romanos pontifices a Petro, vſq; ad Anaſtaſium pontificem, qui tunc præſidebat, & dicit, in hoc ordine nullus donatiſta epiſcopus inuenitur, qđ factum fuiſſe & ab optato, qui fuit contemporaneus Aug. lib. 2. contra donatiſtas legimus, vſq; ad Siricium papam, & Ireneus martyr antiquiſſimus, ut refert Euſebius. li. 5. c. 6. eccleſiaſticæ hiſtoriæ numerauit eos vſq; ad Eleutherium, eadem motus conſideratione. Hunc ergo paſtorem ſanctum unici Ouilis Romanum pontificem ueneremur tanquam Chriſti vicarium, & Petri Apoſtolorum principis ſucceſſorem, ut ſic fidem catholicam conſeruantes, ac bonis operib. ornati, per merita paſſionis Domini noſtri, ſine qua iuſtitiæ noſtræ quaſi pannus mẽſtruatæ fuiſſent, de iſta inferiori Hieruſalẽ ciuitate, quæ interpretatur ciuiũ unitas, & pacis viſio, ad illam ſupernam triumphantem (vbi gaudium nemo tollet a nobis) aſcendere mereamur. Prętante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum patre & ſpiritu ſancto, uiuit & regnat Deus in ſecula ſeculorũ, Amen.

FINIS.

TRACTATVS DE Adoratione Pedum ROMANI PONTIFICIS.

Ioſepho Steuano Valentino AVTHORE.

Vetuſtiſſimam adorationis tam manuum, quam pedum conſuetudinem, apud omnes gentes viguiſſe, nihilque ex ea tyrannicum in Chriſti eccleſiam deductum, contra Ioannem Cuſpinianum, multorum ſeculorum ætate, & grauiſſimis exemplis oſtenditur.

CAP. I.

ADorationis vetuſtiſſima apud omnes gentes cõſuetudo extitit, qua quiſque honoris cauſa, capite demiſſo, corpore dextrorſum circumacto, dextram manũ labijs admouebat. Quem morem Plinius lib. 28. cap. 2. his verbis expreſsit. Adorando, dexteram ad oſcula referimus, totũ corpus circumagimus, quod in læuam feciſſe, Galliæ religioſius credunt. Apuleius Apher Apolog. 1. & Minutius Fęlix in Octauio (qui libet Romæ editus, male, octauus Arnobii inſcriptus eſt) hanc ueterem cõſuetudinẽ retulerunt. Si fanum aliquod, inquit Apuleius, prætereat, nefas habet adorãdi gratia, manũ labiis admouere. Idem in Aſino lib. 4. multi admiratione ſtupidi, & admouentes orib. ſuis dexterã, priori digito in erectum pollycem reſidente, ut ipſam prorſus Deam Venerem, religioſis adorationib. uenerabantur. Eandem cõſuetudinẽ Minutius retulit. Cęcilius, inqt, ſimulachro Serapidis denotato, vt vulgus ſuperſtitioſus ſolet, manũ ori admouens oſculũ labiis preſſit. Hieronymus Apolog. 1. in Ruffi. de expoſitione eius loci. Apprehendite diſciplinam, Naſceeu ait, & vt verbum de verbo interpreter, cataphiliſate, id eſt, deoſculamini dicitur. Quod ego nolens transferre putide, ſenſum magis ſecutus ſum vt dicerem, adorate, eo quod qui adorãt, ſolent deoſculari manum, & capita ſubmittere. Quod ſe Beatus Iob elementis feciſſe negat, dicens. Si uidi ſolem cum fulgeret, & Lunam incedentem clare, & lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo. Quæ iniquitas maxima eſt, & negatio contra Deum altiſsimum. Qua veterum conſuetudine adductus Hieronymus, locum lib. 3 Reg. c. 19 ita tranſtulit. Et derelinquam mihi in Iſrael ſeptem millia uirorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauerit eum, oſculans manum. Nec ſolum antiqui, inter adorandum, ſuas manus oſculis præmebant, ſed etiam principum uirorum dexteras oſculari, pedes amplecti ſunt ſoliti. Euripides in Hecuba.

Αγαμέμνον. ἱκετεύω σε τῶν δε γουνάτων,
Καὶ σοῦ γενείου. δεξιᾶς τ' εὐδαίμονος.

Agamemnon ſupplex ad tua genua accedo, & per tuam dexteram beatam. Homerus. ἰλ ω.

Χερσὶν Αχιλλῆος λάβε γούνατα. καὶ κύσε χεῖρας

Manibus Achilles genua comprehendit, & oſculatus eſt manus. Tacitus de Nerone, li. 15. Agere gratias Dijs, ornare lauro domum, genua ipſius aduolui, & dexteram oſculis fatigare. Apuleius Apolog. 2. Pontianus ante pedes noſtros obuolutus, flens, & manus noſtras oſculabundus. Plutarchus, Perſeam Regem magna belli contentione terra marique ſuperatum, ſe ad pedes Pauli Aemilij ſubmiſiſſe, & genua amplexum fuiſſe, teſtatur. Idem prorſus in vita magni Pompeij refert. Apud Perſas hæc conſuetudo a priſcis illis temporibus deducta, in communi uerſabatur uſu. Quam Alexander Macedo uictoria elatus, ne formam ſpeciemq; dominij immutare uideretur, peræque ac purpuram, & aliqua Perſica ornamenta retinuit, Diocletianus uero in communẽ uſum Romanorum induxit. De quo Eutropius li. nono diligentiſſimus, ait, & ſolertiſſimus princeps, & qui Imperio Romano primus regiæ conſuetudinis formam, magis quam Romanę libertatis inuexit, adorari ſe iuſſit, cum ante eũ cuncti ſalutarentur. Ornamẽta etiam gemmarũ, ueſtib. calceamẽtisq. addidit. Nam prius imperii inſigne, in clamide purpurea tan-

tantum erat, reliquaq; communia, Pomponius factum hoc apertius expreſſit. Diocletianus, inquit, poſt triumphum de Perſis actũ, adorari uoluit, pedesq; ſibi oſculari, auro & gemmis calceamẽta exornans. Hinc, ut obiter admoneã, exacta vocis etymologia deduci poteſt, vt nihil aliud adorare dicamus, q̃ ad os aliquid admouere, vel referre ad oſcula. Quod ẽt apud Græcos προσκυνεῖν adorare & oſculari ſignificat. Vt de Caio Calligula referunt hiſtoriæ τοῖς δ' ἄλλοις καὶ τῶν βουλευτῶν ἢ τὴν χεῖρα ἢ τὸν πόδα ὤρεγε προσκυνεῖν. i. cæteris ſenatorib. vel manũ, vel pedẽ porrexit doſculanum. Seneca lib. 2. de benef. c. 12. imperatorem in os ſenatoris pigros ſuos i. tardos pedes ingeſſiſſe, narrat his uerbis. Caius Cæſar dedit uitam Pompeio Pœno, ſi dat qui non aufert. Deinde abſoluto, & agenti gratias, porrexit ad oſculandum ſiniſtrum pedem. Sed Ioannes Cuſpinianus, qui imperatorum res geſtas copioſe deſcripſit, ſicuti Diocletiano hoc factum uitio vertit, ſic ẽt ipſis pontificibus Romanis in maximo ponit crimine. Contendit, nuda ſimpliciq. verborum narratione, pontificem Rom. hunc morem a Diocletiano acceptum, in cõem vſum Chriſtianorũ perduxiſſe, deinde ut regiũ & inſolens improbat. Quem errorem, cum multi huius hominis auctoritate imbiberint, in prima diſputationis coitione, ex eorum animis eripiendum duxi, vt hoc euerſo fundõ, cætera, quæ inde ſequuntur argumenta refellamus. Primũ mos cõi populi conſenſione, multorum ẽt ętate comprobatus, tyrannidis nota condemnari non põt, cum natura quaſi duce, conſtitutus eſſe uideatur. Quod longa exemplorũ ſerie, & grauiſſimorum hominum fide, & auctoritate perſpicitur. Britannio magiſter equitum in Pannonia, anno 324. ut morem adorandi ſeruaret, ad pedes Conſtantii prouolutus, eosque amplexus, in gratiam cũ imperatore rediit. De quo Zonaras tom. 3. τὰ γὰρ τῆς βασιλείας ἀποδυσάμενος ὁ Βρεττανίων γνωρίσματα, ἐν ἰδιώτου στολῇ τῶν τοῦ βασιλέως ποδῶν ἐπελάβετο. i. Nam cũ Britannio regia inſignia exuiſſet, plebeio habitu, pedes imper. amplexus fuerat. Præterea anno 411. Iuſtinianus Auguſtus cum triumphum de Gelimerio, qui totam Aphricam occupauerat, deportaret, Gelimerius iuſſus eſt, imperatorem de more uenerari, atq; pedib. prouolutus adorare. vt idẽ eſt auctor. ἦν δὲ δ' ἐς θέαν ἀντικρὺ τοῦ κρατοῦντος, ὁ Βελισάριος πείθει τὸν Γελίμερα εἰς τοὔδαφος καταβαλεῖν ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἐπονείμαι τῷ βασιλεῖ τὴν προσκύνησιν. ὁ δὲ ἐποίει τὸ προσταττόμενον. καταχεόμενος δάκρυσι καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Βελισάριος προσέπιπτεν αὐτόν, ἐνδεικνύμενος τῷ Γελίμερι, ὅτι οὐχ ὡς αἰχμάλωτος ἐκεῖνος τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ὅτι νόμιμον τῶν Ῥωμαίων τοὺς βασιλεῖς προσκυνεῖσθαι, καὶ ὥσπερ κουφίζων αὐτῷ τὸ δυστύχημα, id eſt peruentum erat ad imperatoris aſpectum. Tunc Belliſarius Gelimerio perſuadet, ut humi procumbat, & ita adorationem imperatori deferat. Facit ille vt iubebatur, lachrymis oppletus. Procumbit & ipſe Belliſarius, ut oſtenderet Gelimerio, cum id facere iuſſum nõ vt captiuum, ſed quia moris ſit adorari Imperatorem Romanorũ, eiusq; calamitatem ſubleuaret. Ad hæc Bulgari hanc adorandi, ſiue oſculandi conſuetudinẽ obſeruarunt. Nã in ſumma reip. perturbatione, cũ quidã Aluſianũ Aaronis regis filiũ de facie agnouiſſet, eius pedib. prouolutus, τοὺς πόδας αὐτοῦ περιπτύσσεται. i. eos amplexib. circũplicuit, vt in uita Michaelis Paphlagonis legimus. Tandẽ Axani Sultani inter barbaros humaniſſimi, ut ſeruitutis munus expleret Diogenes Baſilatius Græcorũ imperator, anno 169. pedibus prouolutus, humi ſupplex, & eos oſculabundus iacuit. Quis ergo non videt hunc morẽ tot populorũ conſenſione cõprobatũ, quaſi naturæ auctoritate defendi? quis nõ ſentit, tantã aduerſus principes, & ſummos magiſtratus fuiſſe animorum propenſionẽ, ut niſi populi publicos parentes ſummo, quo poterant, ſtudio venerarentur, aliquid eorum dignitatis, aut detractum, aut imminutũ crederent? Sed ſi aliquis imperatoria maieſtate inſolenter abuſus, temere ſe Deũ iactauit, aut incredibili armatus audacia, oſculum pedũ tanq̃ diuinum ſibi honorẽ arrogauit, eius ſane improbitas, & dementia culpanda eſt, nõ populus, aut conſuetudo, quæ cum principum æſtimatione recipitur, quaſi naturæ uocib. comprobatur, ut uix ab ea homines poſſint recedere. Furius Camillus ob rerum magnitudinẽ ſummos ſpiritus extulit. Qui cum de veientib. triumpharet, auſus eſt unus, nullo maiorũ exemplo, curru quatuor equis iniunctis euehi, quo Deorum patrem ſummũ numen deduci, fictis fabulis, memoriæ prodebatur. Qua de re exulceratis populorũ aĩs, putabatẽ tyrannice diuinitatẽ affectaſſe. Mox tñ cum ob propagatũ imperium, irã populus cohibuiſſet, oẽs qui poſt illũ triumphũ duxerunt, eam conſuetudinẽ a Camillo inductã, nulla tyrannidis ſuſpitione ſeruarunt. Sic ẽt M. Antoniũ, cũ diadema capiti Cæſaris imponeret, deteſtabatẽ populus, poſtquã in unius dñatũ reſpub. ceſſit, oĩum acclamatione, regium diadema principi defertur. Idem prorſus de adorantiũ ritu, & pedum oſculis aſſerere aliquis poterit. Nam cũ hic honor ab omnibus habitus ſit ampliſſimus, tametſi Diocletianus, ut ait M. Aurel. Caſſiodorus in chronico, neſcio quam diuinitatis opinionem concipiens, eo inconſulte fuerit vſus; tamen remota prorſus omni inſolentia, omnes poſt illum imperatores, quos ad ſummum dignitatis culmen fortuna extulerat, illo ornati ſunt. Hinc Chriſtiani ab hac conſuetudine minimẽ receſſerunt, ſed a fraudibus potius Iuliani Cæſaris, quas ſub hac adorationis ſpecie ſimulabat. Quos D. Gregorius Nazianzenus oratione prima in Iulianum copioſẽ perſequitur his fere uerbis. Lex, inquit, eſt apud Romanos ſummo ſtudio obſeruata, qua publice imaginibus honorẽ deferre præcipiebatur, neque ſolum imperatores ipſi adorari debebant, ſed etiam eorum imagines pictæ, fictæque, ut inde maior in ipſos principes veneratio redundaret. Quibus Imaginib. alii victorias dona ferentes, quidam militiæ præfectos adorantes, pars multorum barbarorum pedibus proſtratorum figuras inducebant. Iulianus ſicuti cibis admiſcentur uenena, ſic conſuetis imperatorum honoribus impietatẽ commiſcuit, & dolum malis artibus, Chriſtianis etiam robuſtioribus ſtruxit. Nam una cũ Imperatoribus, dæmones appingi iuſſit, ut cõmunis omnium eſſet adoratio. A qua fraude pauci Chriſtianorum effugerunt, etiam ex cautioribus, & prudentioribus, cum in honorem imperatoris dæmonum imagines colerent. Quam rem vitio dat Gregorius, quia turpe eſt regi, ex inſidijs contra incautos, & improuidos agere. Conſuetudinem legemque Romanorum non improbat, cum eſſet omnium populorum cõſenſione ſancita. Quos de more ſtatuas venerari ſolitos, earumque manus oſculari T. Lucretius lib. 1. cecinit his carminibus.

Signa manus dextras oſtendunt attenuari.
Sæpe ſalutantum tactu, propterque meantum.

Vt inde facile conſtet, inueteratam conſuetudinem fuiſſe, cum exeſæ manus, atque oſculis detritæ fuerint. Sic ẽt ad ſignorum pedes, more maiorum, oſcula relata fuiſſe Aurelius Prudentius, vt in uetuſtiſſima conſuetudine grauiſſimos authores aduocemus, multis in locis meminit. primũ in Apotheoſi his uerbis.

Perfidus ille Deo, quamuis non perfidus vrbi,
Auguſtum caput ante pedes curuare Mineruæ,
Fictilis, & ſoleas Iunonis lambere plantis,
Herculis aduolui; genua incuruare, Dianæ:
Quin & Apollineo frontem ſubmittere gypſo.

Et libro primo contra Symmachum, cum preces domi ad lapidem Siſti referat, ait.

Impreſſis ſilicem labris, puerilia vota
Fudit, opeſque ſibi cæca de rupe popoſcit.

Et paulo poſt, Soli ſacrificandi ritum exponens, hunc oſculandi morem expreſſit.

Poſt trabeas, & eburnam aquilam, ſellamq́; curulem,
Cernuaq́; ora ſenex barbatus, & oſcula figit.
Cruribus anipedum, ſi fas eſt credere, equorum.

Ex Eſaiæ prophetia, cap. 60. & 61. colligi, adorationem pedum, tametſi ex Diocletiani imitatione in eccleſiæ conſuetudinem deductam eſſe fateremur, tyrannicam non eſſe; cũ varia ex gentium ritu, optimo iure, fuerint in eccleſiaſticos mores tranſlata. Cap. II.

Satis ſuperque demonſtratum eſt, hanc adorandi conſuetudinem apud omnes gentes uiguiſſe, nunc colligamus oportet, ex hoc veterum more nihil tyrannicum in Chriſti eccleſiam inuectum eſſe, nec regium præter ius faſque, ut aiunt hæretici delertores, a Romano Pontifice vſurpatum. Quod facile ex ſuperiori capite deduci poteſt, cũ illud ius, quod ex æquo, & bono, apud gentes conſtitutum eſt, a Romano Pontifice, qui ſupremo in Chriſti eccleſia fungitur magiſtratu, retineri videamus. Nec abs re: cum iam diu antea de ſummo cultu principibus euangelij deferendo, uaticinatus fuerit Eſaias c. 60. & 66. Ponam, inquit, te in ſuperbiam ſeculorum, gaudium in generatione, & ſuges lac gentium, & mamilla Regũ lactaberis. Septuaginta viri. πλοῦτον τῶν βασιλέων φάγεσαι, ideſt diuitias Regum comedes, tranſtulerũt. Cum eccleſia augenda eſſet, atque ẽt multis honorib. cumulanda, ex gentium, & regũ opibus, vt ait Procopius & Cyrillus, eiuſque ſummi ſacerdotes ab ipſis gentibus tributa redimentes, ẽt honores accepturi. Vos ſacerdotes uocabimini miniſtri Dei noſtri, dicetur uobis, fortitudinẽ gentium comederis, & in gloria earum ſuperbietis. Id quod Eſaias δύναμιν robur, ſiue potentiam gentiũ appellat, Ioannes Apocalypſis 21. capite, ſemper gloriã, & honorẽ regum & gentiũ, eandẽ ſnĩam repetens, nominat. Reges terræ, inquit Apoſtolus, adferẽt gloriam ſuã & honorẽ in illam, & paulò poſt. Et adferẽt gloriam, & honorẽ gentiũ in illam, cum Græcum exemplar ita habeat, καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσι τὴν δόξαν αὐτῶν εἰς αὐτήν. Reges enim non ſolum gloriam ſuam, ſed etiam eam honorandi conſuetudinem

in eccleſiam introducent; quam gentes ipſis detulerunt Aquila, illam, quam latiori, & cõiori uoce omnes interpretes gloriã appellarũt, apertis verbis indicauit. καὶ ἐν δόξῃ αὐτῶν πορφύρας ἐνδύσεσθε. i. de gloria earũ purpura veſtiemini. Vt inſigne regij decoris, ut interpretatur Hieronymus, oſtenderẽt. Quaſi acceptis gentium opibus, in ſactis peragendis, magnifico apparatu eſſent adornãdi ſacerdotes, vt & omnib. populis diuitijs antecirent, & maximã ſui admirationẽ mouerent. Ergo ſi regij ſacerdotes, gentiũ opes, & gloriam debent comedere. i. tranſmittere in eccleſiam, & in morẽ eccleſiaſticũ transferre, aſſerendum profecto eſt, illa inſignia dignitatis, quib. reges gẽtium auctoritatem tuebantur, vel omnino cecidiſſe, uel cum maximis ſacerdotib. commutata. Quibus & in regali ſacerdotio purpurati conſpicui ſint, & animos hominum ad ſui cultum adiiciant. Etenim dignitas atq; ſplendida perſona, ex amictu conijci debet, ne Pelopidis pęnas ob indecoras veſtes, & vilem ornatũ, magiſtratus pendant. Qua de re ſupremi magiſtratus purpura ad talos vſq; demiſſa vtebantur, vt imperii maieſtatem oſtenderent. Atque vel hoc ſolo nomine tribunatum plebis inter magiſtratus non enumerati, Plutarchus in problematibus Rom. cõfitmat, quod purpuram non geſtarit, quam oẽs alii honores conſequuntur. Igitur ſacerdotibus, ex Aquilæ interpretatione, hoc ornamenti genus adiudicatur; profecto ſuo iure omnib. aliis honoribus, qui huiuſmodi magiſtratib. competunt, uti poterunt. Rex uirtutum, ait Dauid dilecti, dilecti, & ſpecici domus diuidere ſpolia. Filij enim Deo dilectiſſimi, quibus Chriſtus Rex virtutum, eccleſiæ curam commiſit, nempe apoſtolici viri, illi detractis gentium ſpolijs, manubia in ſpeciem domus Dei, in decorem, & ordinamenta conuertunt, illa præda ornantur, quam ex gentium fortunis acceperunt. Quod ſane reipſa eueniſſe hiſtorici literis, memoriæque mandarunt. Primum ſacerdotale munus, quod omnium maximum in Romano pontifice exiſtit, tempore Innocentii primi, vt auther eſt Socrates lib. 7. cap. 11. in externum dominatum, & ſplendorem fuit progreſſum. Eadem etiam tempeſtate idem in alijs eccleſijs patriarchalibus accidit. Nam Ioannes Chryſoſtomus, ut ait Nicephorus lib. 12. c. 36. maximo cum ſplendore, & comitatu incedebat. In Alexãdrina eccleſia, Cyrillus epiſcopatum, ſummam pompam, & egregium faſtũ ducens, ſuſcepit, ut exinde, ut ait Niceph. lib. 14. cap. 14. ſecularia negotia ad eum referrentur. Quam quidem rem pontifices ab imperatoribus acceperunt, cum hi teſte Herodiano lib. 3. anteambulonum ſeruitio uterẽtur, cum ut populum ſubmouerent, tum etiam quocunque iter faceret imperator, denunciarent populo ne in proximo conſiſterent. Qua de re Iuſtinianus Auguſtus publica lege conſtituit quam, Nouella, 6. 56. legimus, ſacroſanctos Epiſcopos ob ſummam eorum dignitatem, ſeruorum grege ſtipari, ut muneris magnitudinem præſeferant, vel ſaltem, vt ex capit. iubemus. de conſecrat. diſt. 1. colligitur, ut ſecum bonorum operum teſtes habeant. Igitur ſi imperatorum ſplendor, ornamenta, purpura, diadema, in ſacerdotes tranſlata ſunt, uel cum ipſis communicata, ut ex ſermone Innocentii III. de S. Siluestro patere poterit, mirum ne cuiquam erit, ſi cultũ quem inferiores principibus gentium exhibebant, nos ſacroſancto ſacerdotum coryphæo deferamus? Quas ob res merito imperator Conſtantinus magna animi pietate adductus, illum honorem, quo imperatores colebantur. grauioribus de cauſis Rom. pontifici deferri ſanciuit. His uerbis. καὶ ὥσπερ ἡ βασιλικὴ ἐξουσία ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς σέβεται καὶ τιμᾶται, οὕτω ψηφίζομεν σέβεσθαι καὶ τιμᾶσθαι τὴν ἁγίαν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν. Id eſt, & quemadmodum imperialis maieſtas in terris adoratur & colitur, haud aliter decernimus, coli & adorari Romanam eccleſiam. Quod Prudentius lib. 1. contra Symmachum, Conſtantini aliorumque imperatorum perſequẽs laudes, eleganter explicauit.

Denique pro meritis terreſtribus æqua rependens
Munera ſacricolis, ſummos impertit honores
Dux bonus, & certare ſinit cum laude ſuorum.

Item Leo. 9. epiſtola aduerſus præſumptionem Michaelis c. 13. demonſtrauit his verbis. Iuſtum quippe eſt, ut ibi gentes pro Chriſti nominis confeſſione colla flectant, vbi eorũ doctor Sanctus Paulus apoſtolus, pro Chriſto, extenſo collo, martyrio coronatus eſt. Ac ibi proni, & humi proſtrati, cœleſtis regis Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti famulentur officio, ubi ſuperbi terreni regis ſeruiebãt imperio. Sic æquũ profecto eſt, vt ibi oſcula Romani pont. pedibus iaciant, ubi & olim imperatoribus imprimebant. Eandem rem alio inſtituto, Paſchalius II. in concilio Lateranenſi, 6. feria omnibus acclamantibus patribus, affirmauit his uerbis, ut Abbas Vrſpurgenſis eſt auctor. Eccleſia primitiua, martyrum tempore floruit apud Deum, & non apud homines, deinde ad finem conuerſi reges, imperatores, & Romani principes, matrem ſuam eccl. ſicuti boni filij honeſtauerunt, conferendo eccleſiæ Dei, prædia & allodia, ſeculares honores & dignitates, regalia quoque iura, & inſignia, quemadmodum Conſtantinus cæterique fideles. Tunc cæpit eccleſia florere, tam apud Deum, quam apud homines. Ergo ex his aperte colligimus, nihil temere ſibi arrogaſſe Romanum põtificem, ut hæretici conuiciantur. Qui tametſi his rationibus dimoueri non velint a propoſito, cum contra religionis ſtudium uehementer obdurarint, aliunde tamẽ ſpero, eos eſſe tęuincendos. Dummodo conſtet nihil referre, an hic cultus ſcriptis conſignatus ſit, vel ratione conſiſtat. Cũ res multæ, teſte Tertulliano in militis corona, non iam ſcriptura, quam ratione commendentur. At uero cum ſatis idonea probatio ſit, ex perenni obſeruatione, & multorum exemplis aliquid deſendere; propterea ab ultima, ut aiunt, origine adgreſſus, hunc cultum, qui nunc Romano pontifici defertur, non a Diocletiano, ſed potius ex ſacrorum hominũ imitatione in eccleſiaſticum morem deductum, oſtendam.

Ex Chriſti Dei optimi maximi imitatione, pedum oſcula eccleſiæ primatui eſſe infixa. Cap. III.

Primum apud veteres patres hanc conſuetudinem uiguiſſe, uetus ſcriptura reſtatur. Cum quidam inter adorandum ſubmiſſi, terram genibus peterbant, alij proni humum ſternebant, multi abiecti deprecabantur, nõnulli tandem ueſtigia pedum principis, populi Dei ſalute exoſculati, fuerint polliciti. Sed ſi omnia exẽpla perpendamus quæ in ſacris bibliis leguntur, reperiemus haud dubie, hunc cultum illis fuiſſe delatum, qui uncti Domini, uel Chriſti Domini dicebantur: cum regibus, prophetis, & ſacerdotibus conueneti. Qua in re ſi me audire ſuſtinuerint cõtumaciſſimi homines, ex ſacroſancto Euãgelio, ad quod nunquam non tanquam ad ſupremum tribunal ſolent prouocare, hunc cultum deductum fuiſſe cõtendam. Primum apud Lucam cap. 7. de muliere peccatrice legimus, & ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis cępit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & unguento ungebat. Stabat Maria cum Chriſti pedibus obuoluta non poſter. Nam de more Chriſtus cum Apoſtolis, nõ perpetua menſa, ſed in eminentibus atque editis lectis ad menſam recumbebat, ut etiam hæc conſuetudo ex hominum conuictu ad ſacra penetraſſe uideatur. Quid ad hãc Chriſtus? num repulit? num ob factum excluſit? aut eam amoueri permiſit? aut ſibi illum honorem iure delatum negauit? Audi quid hoſpiti, a quo ipſa rea criminis facta erat, Chriſtus reſponderit. Vides inquit hanc mulierem? intraui in domum tuam, aquam pedibus meis nõ dediſti, hæc aũt rigauit lacrymis pedes meos, & capillis ſuis terſit, oſculum mihi non dediſti, cum conſuetum eſſet hoſpitibus ſuauium dare, & molliter collum inflectere, hæc autem ex quo intraui, non ceſſauit pedes meos oſculari. Cuius rei gratia omnia peccata et remiſſa ſunt, cũ multum dilexerit. Nam quæ maior poteſt eſſe dilectio? aut quo maiori argumento animi amorem teſtificari poterat, quam cum oſculis pedes figeret, lachrymis inundaret, unguento perduceret? Præterea mulieres diuites, quæ Chriſto adhærebant, & de facultatibus ſuis ipſi miniſtrabant, inter quas & uxor regii procuratoris erat, ut ait Tertullianus lib. 4. in Marcionem, nonne ad Chriſtum accedentes, ut ait Matthæus c. 28. Chriſti pedes tenuerunt, & adorauerunt eũ? cuius facti rationẽ cum Theophilactus inquireret, inquit, Διὸ ἐκράτησαν ἀπὸ τῆς πολλῆς περὶ αὐτὸν αἰδοῦς, καὶ τιμῆς τοὺς πόδας αὐτοῦ κρατοῦσι δι' εὐλάβειαν μὴ τολμῶσαι ἄλλου μέρους τοῦ σώματος ἅψασθαι εἰ μὴ τῶν ἐσχάτων μερῶν τοῦ σώματος αὐτοῦ idest, quare illę cum plurima reuerentia & honore Chriſtum colerent, eius pedes tenuerunt? quia ob ſummam reuerentiam, nullas alias corporis partes cõtingere ſunt auſę. Cũ pedes omnium partium corporis infimi ſint, atque extremi. Eas uero pedes Domini oſculis contigiſſe, eccleſia in hymno reſurrectionis teſtatᷣ.

Illæ dum pergunt concitæ
Diſcipulis hoc dicere,
Videntes eum viuere,
Oſculantur pedes Domini.

Quæ cũ de Chriſto dño diuina, atq; ſublimia cogitarent, ad amplexũ admittunᷣ, Magdalena cũ uiuentẽ cũ mortuis anxie inter tumulos quæreret, a tactu repellitᷣ. Noli, inquit, me tangere. Non potes, ait S. Maximus Taurinẽſis, me corporis tenere cõplexibus, quẽ fidei imperfectione nõ tangis. Nondũ. n. aſcendi ad patrẽ, cũ apud fidẽ tuam detinear in ſepulchro. Nã dũ inter tumulos quæris, inter inferna ſcrutaris, ad patrẽ aſcendiſſe non credis. Etenim terrenis cogitationib. inhærebat Maria, cũ potius Chriſti corpus ſublatum, q̃ a mortuis excitatum crederet Cyrillus ſuper Ioannẽ lib. 12. c. 48. nõdũ, inquit, reſurrectionis intellecto myſterio, uariis ſuſpitioni-

tionibus agitatur mulier, tardior ad intelligendum ea, quæ rationem excedũt. Et c. 50. ut inde, ait, regulam colligamus, immundos, a ſacrorum contactu arcendos eſſe. Ergo ut ad noſtrum inſtitutũ proxime accedamus, nonne Chriſti exẽplo Rom. pontifex oẽs eius pedib. circunfuſos ad oſcula pedum excipiet? atq; ẽt ſandalis oſcula imprimere permittet? cum Chriſti loco in terris ꝓpoſitus ſit, eius perſonã ſuſtineat, piãs ſumma remittendi peccata ei fuerit cõmiſſa, & tãdem moderãdi, & regendi vñem eccleſiã quaſi q̃dã habenæ traditæ, qb. ius dicere, ſnĩam ferre, ligare, ſoluere in terra, & in cælis poſſit? Qua de cauſa impulſus Innocẽtius III. lib. 2. Myſteriorum miſſæ c. 37. operæ pretiũ arbitratur, Rom. pontificis pedib. amplexus oſculationemq. deferri, his verbis. Cæterũ, ait, ſubdiaconus, vel diaconus, non manus, ſed pedes Rom. põtificis oſculatur, ut ſummo pontifici ſummã exhibeat reuerẽtiam, & eum illius oſtendat eſſe vicarium, cuius pedes oſculabatur mulier illa, quæ erat in ciuitate peccatrix. Adorãdum eſt. n. ſcabellum pedum eius, qm̃ ſanctũ eſt. Cuius pedes tenentes mulieres, reſurgentem a mortuis adorauerunt. Præterea apoſtolorũ factum in exemplũ trahi poteſt. Nam Matthæi c. 28. legimus, καὶ ἰδόντες αὐτὸν προσεκύνησαν αὐτῷ. Apoſtolos vidẽtes Dñm, eũ adoraſſe. Supplices. n. palmas ꝓtendebant, & genib. humum petebant, Chriſti pedib. obuoluti. Et Lucas 24. καὶ αὐτοὶ προσκυνήσαντες αὐτόν, i. & ipſi adorantes eum, reuerſi ſunt. Beda in huius loci explicatione affirmat, ipſos locum, ubi poſtremo inſtiterant veſtigia, qui diuinis plantis erat impreſſus, ut ait Sulpitius lib. 2. hiſtoriæ ſacræ, religioſiſſime coluiſſe. Nec mirum, ſi. n. teſte Ambroſio in epiſtola ad Marcellinã, oſculis Chriſtiani ruunt in altaria, & limina eccleſiæ oſculis, pietatis cauſa, petunt; quis poterit negare apoſtolos Chriſti pedes, & locũ plantis ſignatũ, oſculis minime contigiſſe? quis inficiari, eodẽ pacto adorandos nõ eſſe diuinos maximosq; ſacerdotes? cum ſpiritusſancti tẽpla ſint, & uberrimi fontes gratiarũ, quæ per eorũ manus in uos oẽs diffunduntur? Deinde Ioannes cum ſe tanquam indignum eleuaret, vt Chriſti calceos procumbens exueret, tm̃ abeſt quod βαστάσαι portare. i. poſtqam detraxerit, pedib. ſuis induere, & deferre poſſet, nos profecto admonuit, vt ſupplices Rom. pontificis pedib. prouoluti, eos oſculis peteremus. Quod Innocẽtius III. lib. 2. Myſteriorum miſſæ c. 30. his confirmat uerbis. Quod autem ſubdiaconus eum acolytho ad epiſcopum accedit, illud inſinuat, quod Ioãnes cũ audiſſet in uinculis opera Chriſti, duos ex diſcipulis ſuis miſit. Quia vero dextera Dñi fecit virtutẽ, ideo ſubdiaconus exoſculatur dexteram; quia uero per viſa miracula cognouit, hunc eſſe, de quo magiſter prædixerat, qui poſt me uenit, ante me factus eſt, cuius non ſum dignus corrigiam calciamenti ſoluere, pronus ad pedes, calciamẽtum Romani pontificis oſculatur. Hæc omnia huc redeunt, ut ex Chriſti exemplo hanc cõſuetudinem deductam fuiſſe cõfirmemus: atq; exinde conſtet, quemadmodum multa præcepta, ſemina præceptorũ, argumenta, & exempla ex Chriſti imitatione in eccleſiæ morẽ penetrarũt, ſic hunc cultum ad Rom. põtifices permanaſſe. Etenim ſacerdotum veſtitus, ceremoniæ, ſtatæ ſolemnitates, ritus, vnde quæſo in eccleſiam introducta ſunt? nonne ex Chriſti exẽplo, & authoritate ſumpta, vt Carolus magnus epiſtola de ritibus veteris eccleſiæ, & ceremonijs explicauit; Quamobrẽ Siſinius epiſcopus in Græcia primus, ex Chriſti domini imitatione, pallam atramque veſtem, qua omnes pœnitentiæ cauſa ornabantur, abiecit, cãdidam induit. Cum Chriſtus, vt ait Nicephorus huius rei author, lib. 12. c. 36 candido ſplendidoq; amiculo in transfiguratione amictus, refulxerit. Sic & alia multa in eccleſiaſticum ritum tranſlata ſunt. Vnde. n. vt ſenſum potius q̃ uerba Tertulliani lib. 5. aduerſus Marcionem complectar, mulieres uiris debere eſſe ſubiectas confirmat Paulus? quia uir caput eſt mulieris. Hoc plane unde deducitur? quia Chriſtus caput eſt eccleſiæ. Præterea ẽt nemo carnem ſuã odio habuit, ſed nutrit, & fouet, ſicuti Chriſtus eccleſiam. Ergo ad ſui exemplar Chriſtus informat eccleſiã. Addit, nemo non diligit imaginem ſponſæ? imo & ſeruabit illam, & honorabit & coronabit, habet. n. ſimilitudo cũ ueritatis honore conſortiũ. Ergo ſi Chriſti pedib. oſcula deferuntur, nonne & eccleſiæ, quæ ſimilitudo eſt ſponſi, & caro de Chriſti carne? de qua cum Eſaias c. 60. vaticinetur, oſcula pedum ipſi infigenda prædixit. Et venient ad te curui filij eorũ qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorũ. D. Proſper. lib. de promiſſionibus, & prædictionibus Dei, parte 3. promiſſione 33. hũc locum de regibus, qui eccleſiã Dei oppugnarunt, expoſuit. Et D. Auguſtinus de vnitate eccleſiæ c. 7. qui reges non ſolũ ad eius pedes ſe ipſos proſternere debent, verum ẽt puluerem lingere, adorare veſtigia, baſiare, & cultus gratia ſoleas ad oſculũ referre. Quod Otton Phriſingenſis lib. 4. in prologo interpretatur his uerbis, ut cognoſcamus non fortuitis caſibus, ſed Dei profundiſſimis ac luſtiſſimis iudiciis id factum, uide pridie latitantem ac quemlibet infimæ conditionis uirum fugiẽtem, in breui tantæ authoritatis fieri, vt de regibus iudicet. Vide tantæ a ſæculo venerationis haberi, vt veniant curui, veſtigiaque pedum eius in ſolio ſedentis, adorent orbis Domini. Præterea Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus. in epiſtola ad Nicolaum pontificem huius nominis primũ, hunc adorãdi ritum, venerabilium pontificis maximi pedum fruitionem appelauit. [illegible] Quo circa & oportet veſtram, omnib. quam gratiſſimam beatitudinem, quæ optimum ordinem eccleſiaſticum ubique curare, & canonum rectitudinem cuſtodire debet, præcauiſſe, ne aliqui hinc abſq; literis commendatiuis, ad eccleſiam Romanam accedentes, familiariter ſuſcipiantur, neve ſub hoſpitalitatis ſpecie inimicitiarum ſemina diffundant. quod ſi quilibet noſtrũ ad tuam paternam ſanctitatem proficiſci, & tuis uenerabilib. pedũ veſtigiis frui uoluerit, mihi quam maxime iucundum erit, imo præaliis omnibus reb. decorum, ſine noſtro conſenſu. & abſque commendatitiis literis nõ item. hæc Photius quid aũt eſt ueſtigiis ſiue calceis frui, niſi pedibus ſummi ſacerdotis aduolui, eos cum benedictione oſculari, & ibi ſumma cum animi pietate defixis oſculis inhærere. Sed hæc iſtis delicatulis ſtomachũ faciunt. qui diuinorum numinum contemptores cum ſint, in eas diras imprecationes incurrent, quas idẽ propheta ob neglectam religionem violatoribus imprecatur. Gens, inquit, quæ non ſeruierit tibi, peribit, & gentes in ſolitudine uaſtabuntur Hieronymus, gentes & reges eorum, qui eccleſiæ ſeruire noluerint, bonam & utilem ſeruitutem, ut in apoſtolicam transferãt dignitatem, peribunt ea perditione, quæ impiis præparata eſt. Paululum ſiſte, eaque verba perpende (in apoſtolicam dignitatem) ut inde agnoſcas hæreticorũ peruicaciam, qua apoſtolicæ dignitati detrahere, & eius poteſtati derogare contendunt, cum maxima atque funeſta eorum calamitate eſſe coniunctam, hinc acerba, atq; diuturna bella vexata ſunt, hinc clades, rapinæ, incendia ſequuntur, ut quorſum tanta uaſtitas erupturaſit, ignoremus.

Apoſtolis cultum hũc delatum, & ab ipſis in alios epiſcopos, quaſi per manus deductum fuiſſe. Cap. IIII.

Ex his quæ ſatis diffuſe docuimus facile colligit, Chriſto ſuapte natura adorationis cultum competere, eccleſiæ uero, & eius optimatibus, ob gratiſſimam perſonam quam a Chriſto domino ſuſceperunt. Quæ adeo erat inſignis, ut eius cauſa, apoſtoli principatum in Chriſti regno tenerent, miracula ederent, & repugnantes ſpiritui ſancto uel ſolo uerbo coercerent. καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι δέδωκα αὐτοῖς. ego gloriam quam dedit mihi pater, dedi eis, qua tanto honore ab omnibus dignati ſunt, ut non ſolum eorum nomen inſigne in omnes gentes peruagarit, ſed etiam ipſis primitias ſpiritusſancti habentes, Chriſti functi poteſtate regnarint. Oportet, ait Paulus 1. ad Corin. 15. Chriſtum regnare donec ponat inimicos ſub pedibus eius. Cum autem ſubiecta fuerint ei omnia, tunc & filius ſubiectus erit ei, qui ſibi omnia ſubiecit. Ioannes Chryſoſt. tom. 5. hunc locum elegantiſſima homilia explicauit, ſubiectus erit filius, id eſt eccleſia Deo patri, qui omnia ſubiecit. cum probabile non ſit, Paulum his uerbis, Chriſtum dominum intelligere uoluiſſe, cum numquam patri reluctetur, ſed quidquid patitur eccleſia, refertur in Chriſtum, & qui veneratus eſt eccleſiam, veneratus eſt Chriſtum. Sic Tertulianus. cum te, ait, ad fratrum genua protendis, Chriſtum contrectas, Chriſtum exoras. Ergo cum locus Pauli eccleſiæ poteſtatẽ exprimat, merito reluctantes & contumaces hoſtes pedibus trahet, cõminuet, proteret, atque ſub ſua poteſtate ſubditas nationes coercebit, donec ueneraturi, pro eius dominatione, & dignitate manus protendant, & veſtigiis oſcula iaciant. Quos omnes ſua auctoritate confringit, & conterit eccleſia, uel glutiens in ſua membra conuertit, quia primo prædicatori dictum eſt, occide & manduca. Tunc mactat Petrus, cum impiorum reprimit conatus, gladii pœna tranſuerberat, & colla furore tangentia pedibus contundit, & comprimit. Vt illa oracula firmiſſima euadant. Pſal. 17. confringam inimicos meos, nec poterunt ſtare, cadent ſubtus pedes meos, & Pſalmo 46. ſubiecit populos nobis, gentes ſub pedibus nobis. Quod aurelius, Prudentius ſub fidei, & Idoloatriæ perſonis eleganter expreſſit in Pſychomachia, his carminibus.

Ecce laceſſentem collatis viribus audet,
Prima ferire fidem veterum cultura Deorum.
Illa hoſtile caput, phalerataque tempora vittis
Altior inſurgens labefactat, & ora cruore
De pecudum ſatiata ſolo applicat, & pede calcat
Eliſos in mortem oculos, animamq; malignam
Fructu intercepti commercia gutturis arctant,
Difficilemq; obitum ſuſpiria longa fatigant:
Exultat victrix legio, quam mille coactam
Martyribus regina Fides animarat in hoſtem

Quam plane poteſtatē Apoſtoli a Chriſto domino acceperunt, vt Lucas cap. 10. teſtatur. Ecce, inquit, dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, ſcorpiones, & omnem pr̄ātem inimici: adeo vt ea auctoritate functi regna ſublimia expugnarint, depreſſerint, vicerint. Humiliata eſt, inqt Eſaias, ſublimis ciuitas, calcauit eam pes pedum pauperum, greſſus egenorum. Rabbi Solomon, Romam & Italiam protriuiſſe Meſſiam, illiusq; poteſtatem depuliſſe, confirmat. Cui interpretationi ſubſcripſit Galatinus lib. 4 de Arcanis catholicæ veritatis ca. 27. his verbis, tunc. n. pes pedum pauperis. i. regis Meſſiæ Romam atque Italiam humiliauit, cum ſublimitas Romani Imperij cœlum pene tangens, iugo chriſtianæ fidei humiliter collum ſubmiſit, vſq; ad pauperum, & humilium Chriſti vices gerētium pedum oſcula. Nec immerito, nam omnes populi in tantam eorum admirationem, ne dicam ſtuporem, traducti ſunt, tanta animi pietate gregis dominici corypheos, & dominos coluerūt, ut ad eos accedere, & niſi extremas corporis partes cōtingere nō auderent. Qua de cauſa pretia eorum quæ vendebantur, non ad manus cōferre, ſed ad pedes proijcere cōſueuerant. Vt Theophilactus in actis apoſtolicis, explicans ea verba, (& allata pretia rerū quæ vendebantur) inquit, τοῦτο τὴν πολλὴν τιμὴν καὶ εὐλάβειαν τῶν προσαγόντων δηλοῖ. ὅτι οὐδὲ εἰς τὰς χεῖρας ἐτόλμων δοῦναι. ἀλλὰ παρὰ τοὺς πόδας ἐτίθεσαν αὐτοὺς κυρίους καὶ οἰκονόμους ποιοῦντες. id eſt, hoc, magnum honorem, & reuerentiam, & religionem apportantium ſignificat, quod ne in manus quidem tradere audebant, ſed iuxta pedes eorum ponebant, illos dominos, & diſpenſatores efficientes. Quam rem Roman. pontifici conuenire, exemplo Apoſtolorū, Innocentius tertius, lib. 11. Myſteriorū miſſæ c. 37. confirmat his verbis. Generaliter nemo debet manus ſummi pontificis oſculari, niſi cum de manib. eius aliquid accipit, & ad manus eius aliquid tribuit, ut oſtendatur, quod de vtroq; debemus ei gratias exhibere. Quia ſicuti dat propria, ſic nunquā recipit aliena. Ipſe vero pontifex, pręter oblationem panis, nullā aliam oblationem manib. tangit, niſi quæ ꝓ defunctis offertur. Quam ideo manib. accipit, vt eorū ſugillet errorem, qui dogmatizant eleemoſynas non valere defunctis. Cęteras aūt oblationes ad pedes accipit. ꝑꝑ illud, quod in actibus apoſtolorum habetur, qm̄ adferebant pretia eorum, quæ vendebantur, & ponebāt ante pedes apoſtolorū. Vides ergo veterem morem hac cōſuetudine confirmatum. Cum rationi cōſentaneum ſit, eos qui eandem gerunt perſonam, ſimili ritu, & reuerentia coli. Pręterea Stephanus cuſtos carceris, cum terremotu concuti omnia ſentiret, cum viam vitæ a Paulo & Sylla poſtularet, ad eorum pedes procubuit, Actorum c. 16. atq; ad veſtigia, deprecans miſericordiam, iacuit: quin cum Apoſtoli prohiberent, aut eius factum vituperarent. Sic ēt Cornelius centurio ad pedes Apoſtoli uenerationis cā corruit. Qui tametſi prohibitus eſſe uideatur, non quidem fuit ab ea adoratione, quæ Petro iure debebatur, ſed potius obſtitit apoſtolus, ne in ea re perſiſteret., quæ poterat eſſe occaſioni ut in impietatē laberetur. Quod ſane ex ipſomet contextu, vel ipſi peſſimi hæretici, qui hoc exemplo nos oppugnant, poterūt ēt inuite animaduertere, prius Corneliū occurriſſe, deinde ſtratū ad pedes, tum ab apoſtolo ſubleuatum, eiq; ex animo errorem ereptum, quo ſibi perſuaſerat Petrum Deū eſſe. συναντήσας αὐτῷ ὁ Κορνήλιος, πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας, προσεκύνησεν. ὁ δὲ Πέτρος αὐτὸν ἤγειρε λέγων· ἀνάστηθι, κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι. Ergo ipſe ruenti ad pedes non obſtitit Petrus, ſed per errorem eum honorem ſibi deferentē erexit humo. Surge ne feceris, & ego ipſe homo ſum Paulus ēt, Act. 16. vociferabatur lyſtris, nos homines ſumus, ut a ſacrificio turbas cohiberent. Theophilactus ait, Petrū hoc facto alios docuiſſe μηδὲν μέγα περὶ ἑαυτῶν φαντάζεσθαι ne qd maius q̄ par eſſet, de ipſis apoſtolis animo ꝯciperent, atq; cogitarent. Sed de hac re copioſius c. vlt. Ad hæc c. 14. Paulo lapidib. pene occiſo, atq; eiecto, cum ipſe iterū in vrbem ingredi uoluiſſet, pedib. circunfuſi diſcipuli obſtiterunt. Id. n. κυκλωσάντων δὲ αὐτὸν Et in noſtra vulgata, circundantibus aūt diſcipulis, circunfuſos pedib. diſcipulos ei repugnaſſe intelligimus. Sed hęc quidē priuata vnius vel alterius hominis geſta ſunt. At vero cū in fines terræ apoſtoli Petri fama emanauit, tunc oēs gentes eū adorare cęperunt, teſte Auguſt. to. 10. Ser. 25. itaque, inquit, quis iā deſperet de magnitudine criminis, aut de humilitate generis? nam beatū Petrum piſcatorē, modo genib. ꝓuolutis, adorat gentiū multitudo credentiū. Clemens Rom. ad Petri veſtigia uolutatus, obnixe repugnabat, ne ſibi tantā, & tam grauem curā cōmitteret. Mulieres in inſula Ancharadi ante pedes Petri proſtratæ, eos oſculis petebāt. Mulier quā Petrus ſanitati reſtituit, cū ſe omni morbo ſolutā ſentiret, ad eius pedes cecidit, referēs gr̄as. Sexcēta eiuſcemodi extant exēpla, apud Abdiam Babilonicū, qui & ſi inter claſſicos auctores enumerari non dēt, tn̄ vt uetuſtiſſimū ritum oſtēdamus, ſatis per ſe auctoritatis habere hominē exiſtimo hic igiť lib. 111. ait, Myrmidones, & Philippēſes ſe ad pedes Andreæ demiſiſſe, remiſſionē delicti petentes, & viā vitæ poſtulantes. Sic procōſul pedib. eiuſdē apoſtoli prouolutus, exorabat ne ſe terra dehiſceret. Ad hæc cū iterū patras rediret Andreas, & oculos cęcorū aperuiſſet, ipſi procidentes, eius pedes oſculis contigerunt. Augarus Edeſſenorū rex, teſte Nicephoro lib. 11. c. 7. cū Thadeū ex ordine ſeptuaginta diſcipulorū ꝓſpexiſſet, in oīum primariorū cōſpectu, humi procumbens veneratus eſt. Sed cum a Petro & apoſtolis ſpūalis poteſtas in ep̄os effluxiſſet, & inde in alios permanaſſet, hos gentes qn̄que pari cū illis cultu, & honore, dignatæ ſunt. Primū agnoſcebant in ep̄os diuinū ſpiritū redundaſſe, qui continuata ſerie, per longa tp̄a, in Dei eccleſia ad prophetandū, & miracula reddēda permanſit. Quare nō ſolum ep̄is, ut eccleſiæ magiſtratib. obtemperarunt, ſed ēt eoſdē vt ſanctos religioſiſſime coluerūt. Martinus qui inter tot ep̄os Maximi Imperatoris adulatores, ſolus, apoſtolicā dignitatē retinuit, vt ait Sulpitius lib. 1 maxima exiſtimatione & honore dignus ē habitus, vt Valerianus imperator ab igne excuſſus, pedes ſanctiſſimi viri pene oſculis peteret. De quo presbyter Fortunatus lib. III.

Hinc celeri exilijt rapiens ſe Cęſar, & ardens,
Martini genua amplectens, pedibusq; volutans,
Sicque ſuperbum hominem ſe agnoſcere pęna coegit,
Vilia regna probans, & celſa cacumina curuans.
Imperiale caput ſancti ad veſtigia ſubdens. & paulo poſt.
Nec regina pedes ceſſat lacrimoſa rigare,
Sternens membra ſolo, ſuſpendens gaudia voto.

Quod q̄ ſit rationi cōſentaneū, ut principes gentiū ep̄os religioſe colant, cōfirmat egregio teſtimonio S. Paulinus Nolanus in uita B. Ambroſij, ubi Theodoſiū, poſt partā uictoriā, pedib. ep̄i prouolutum, ei gratias egiſſe refert. Quaſi ab ipſo ſacerdote uictoriā ferret acceptā. Cuius principis tanta fuit humilitas, ut Amphilochij ep̄i ad pedes ſtratus, teſte Nicephoro lib. 12. c. 9. ab eo veniam deprecaretē. Eudoxia ēt, Theodoſium iuniorē, Chriſoſtomi genibus, admouit. Conſtantinus magnus, mutila ep̄orum membra, & vulnerum cicatrices oſculabatur, vt ex hmōi oſculis, teſte Zonara, gratiā Dei promereretur. Siſenandus rex Hiſpaniæ ad conciliū 4. Toletanum cū clariſſimis & nobiliſſimis uiris ingreſſus, corā ſacerdotib. Dei humi proſtratus, cum lacrymis & gemitibus, pro ſe interueniendum dn̄o poſtulauit. Nec abs re. Cum in vetuſtiſſimo codice ordinis diui Benedicti (de morib. eccleſiæ eſſe ait Leo de Caſtro in doctiſſimis commentarijs Eſaię c. 49.) legamus, olim reges Hiſpanię cum adirent ep̄orum ſynodum, procumbere ſolitos toto corpore terra, ante ipſos ep̄os, & terrā oſculari. Neq; prius ſe attollere humo, quā hi ſuis ſedib. ſurgerent, & reges, eorū pedib. circūfuſos, brachijs attollerēt, & in ſella regia pro dignitate collocarēt. Ad hæc Seuerus Sulpitius lib. II. dialogorū ait. Cum vnū in locū ego & Gallus noſter conueniſſemus, uir mihi ꝑꝑ Martini memoriā, ex illius. n. diſcipulis erat, & ꝑꝑ ſua merita cariſſimus, interuenit nobis Poſtumianus. Coplexi ſumus hominē amantiſſimū, exoſculatiq; genua, & pedes eius. Itē Nicolai Myrrę pedes (antēq̄ ipſe eccleſiæ gubernacula tractaret) uir ille, in cuius ædes magnā uim auri coniecerat, oſculis (vt ait Metaphraſtes c. 6) fatigauit. Tādē fęminis ſanctiſſimis hic honor delatus eſt. Nā Febronia, vt Tholomaides ſcribit, ad Hieriæ pedes, quā monialē exiſtimauit, ſe deiecit, & humi proiecta venerata eſt. Infiniti pene ſunt auctores, quos laudare in noſtræ conſuetudinis cōmendationē potuiſſem, quā qui attente patrū res geſtas legerit, facile agnoſcet, hanc conſuetudinē maxime in eccleſia Dei viguiſſe, cū teſte Tertuliano lib. 2. ad vxorē, multi ad oſculanda vincula martyrū accedere, ſanctorū pedib. aquā offerre, eorū ſepulchris aduolui, eccleſiæ pauimentis oſculationes infigere conſueuerint. Quē morem Prudentius Hymno 11. Periſtephanon retulit, & hanc, quam nos ſæpiſſime in eccleſiis martyrum conſuetudinem retinemus, ad uiuum expreſſit.

Ipſa, & ſenatus lumina
Quondam luperci, & Flamines
Apoſtolorum, & Martyrum
Exoſculantur limina.
O ter, quaterq;, o ſeptíes

Beatus

Beatus vrbis incola,
Qui te, ac tuorum cominus
Sedem celebrat oſſium.
Cui propter aduolui licet,
Qui fletibus ſpargit locum,
Qui pectus in terram premit,
Qui uota fundit murmure.

Hymno vndecimo, de Hippolito eandem conſuetudinem deſcripſit.

Mane ſalutatum concurritur, omnis adorat
Pubes, eunt, redeunt ſolis adusque obitum.
Conglobat in cuneum latios ſimul, ac peregrinos
Permiſtim populos, religionis amor.
Oſcula, perſpicuo figent impreſſa metallo
Balſama deſundunt, fletibus ora rigant.

Adorationis varias eſſe cauſas, excellentiam, pœnitentiā, obedientiam, quæ cum ſint multis communes, ſola vltima Romani Pontificis propria extitit, ob quam ipſi pedum oſcula deferuntur. Cap. V.

Sed ex his quæ a nobis enumerata ſunt, parum abeſt, quin videatur perſuaſum, hunc cultum non ſolum pontifici maximo, ſed etiam omnibus aliis epiſcopis iure deberi. Quod & a noſtro inſtituto alienum eſt, & experimento contrariū. Quare, ut certius rei ueritas conſtet, variæ adorationis cauſæ enumerandæ ſunt, quibus animi hominum ad hunc cultū deferendum excitātur. Quas hincinde maxima Patrum obſeruatione collegimus. Aug. li. 10. de ciuitate Dei ca. 4. duas recēſet his verbis. Multa de cultu diuino vſurpata ſunt, quę honoribus deferuntur humanis, ſiue humilitate nimia, ſiue adulatione peſtifera, ita tamen ꝙ quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi, & ſi multum eis additur, adorandi. Quo ex loco S. Tho. 2. 2. q. 84. art. 1. & q. 103. art. 1. egregie deduxit, propter ſummam excellentiam, adorationis cultum præſtantiſſimis quibuſcunque uiris exhiberi. Quod multis ſacræ ſcripturæ exemplis illuſtrat. Sed addendum eſt, ut rei veritatem apertius oſtendamus, principum virorum dignitate, atque pręſtantia, homines in ſummam eorum admirationem raptos. Qua de cauſa uix ſibi temperare potuerunt, quin in præſtantiſſimorum uirorum pedes ruerent, ut Nabuchdenezeris exemplo confirmari poteſt. Qui, ut ſcriptura apud Danielem c. 2. teſtatur, in faciem ſuam cecidit Danielem adoraturus, & hoſtias, & incenſum ei oblaturus. Sed quanquam porphyrius ſacræ ſcripturæ authoritati derogare contedat, cum ei abſurdum uideatur, a rege ſuperbiſſimo adoleſcentulum adorari, tamen iure optimo, ut ait Hieronymus in eius loci explicatione, ob ſignorum magnitudinem, quaſi mente delapſus rex, ſeruo adoleuit incenſum. Quemadmodum etiam Alexander Macedo, ut ait Ioſephus lib. 11. capit. 8. merito Iaddum qui ſummo ſacerdotio apud Iſraelitas fungebatur, pronus in terram, maxima cum perſarum principum admiratione veneratus eſt. Recordabatur, ut ipſe Parmenioni retulit, hunc ſacerdotem eo tēpore quo exercitum conſcribebat, in ſomnis viſum, belli in Perſas authorem, & hortatorem extitiſſe, quare tanquam diuinum quoddam numen, toto tempore uitæ in oculis habuit. Nec abs re, cum ſumma hominum excellentia in noſtris animis admirabilitatem faciat. Quæ cum in edēdis miraculis & ſacris dogmatibus explicandis eluceat, ob eas res grauiſſimos & ſanctiſſimos quoſque colimus. Mediæ exemplo, qui ex miraculis Andreæ permotus eius pedibus fixit oſcula. Preterea maiorum præceptis monitisque paremus, quibus pectus, ut ait ille, quam maxime ſapit. Qua de cauſa, ait, Solomon, ſapientiam quæ in omni populo primatū obtinet, ſuperborum. & ſublimium colla, propria virtute calcare, atque contundere, cum ſapientiſſimis viris quaſi duce natura obſequamur, & ut naturaliter ſerui, teſte Ariſtot. 1. Politic. cap. 2. eorum numen demiſse veneremur. Vnde Anſelmus in cap. 19. Apocalipſis, cum ea verba, cecidi ad pedes eius, explicaret, vide, ait, quia minorem me intellexi, paratus ad obediendum humiliaui me ei, & uos debetis humiliari doctoribus veſtris. & c. 22. ut me contemptibilem quantum ad ipſum oſtenderem, ea de cauſa quia diuina myſteria oſtēdebat, cecidi ad pedes eius. Ob quam rem Paulus paternarū traditionum maximus ęmulator, ad pedes Gamalielis, quē ſumma ſapientia decorabat edoctus eſt, ut maximum præceptori honorem deferret. Sed ut ad aliud noſtræ diſputationis caput accedamus. Olim multi inter pœnitendum, fidelium pedes ad oſcula referebant. Cum ſtrati pauimento eccleſiæ, impuriſſimi ſceleris pœnas luerent. Id enim de geniculis adorare, ſiue geniculari appellat Tertullianus, in militis corona. Quod factum tam religionis, quam humilitatis cauſa commendatur. Nam pœnitentes ſummis clamoribus ſpirituales, quibus aditus templi non erat intercluſus, fatigabant, ut pro eis Deo preces ſiſterent, rati ita facilius errato ueniam impetrari, Natalis profeſſor, ut ait Ruſſinus libro quinto, hiſtoriæ eccleſiaſticæ capit. ultimo, cum deceptus fuiſſet a diſcipulis Theodotii Coriarii, indutus cilicio, cinere conſperſus, ante pedes Zepherini pōtificis proſtratus, & veſtigijs omnium non modo clericorum, ſed etiam laicorum multa cum lamētatione prouolutus, in lachrymas & miſerationes omnem prouocauit eccleſiam, ut indulgentiā ſibi a Chriſto, continuis pro ipſo precibus implorarent. Hecerbolius Sophiſta, teſte Nicephoro libro. 10. capitu. 25. ob deſertam Chriſti fidem, ſupinus pro foribus eccleſiæ prouolutus, miſtis cum clamore lachrymis, miſerabiliter uociferabatur. contundite, conculcate me infatuatum ſalem. Ex quo Hecerbolij dicto, Alexandri III. factum, quod tantopere ut tyrannicum eleuat Franciſcus Duarenus libro primo. de ſacris eccleſiæ miniſteriis capitulo ſecundo, commendari poteſt, cum iure meritoque in religionis, & eccleſiæ infenſiſſimum hoſtem Federicum Barbaruſſam, non ut in ſalem in fatuatum, quem iubet Chriſtus pedibus proteri, ſed potius ut in horrendā belluam calcibus inſultarit. Heraclius phocam tyrannum temere in Imperatorem debacchantem conſpicatus, in eum calcibus inſiluit. Iuſtinianus Rhinotmitus Aſpinarii & Leontii ceruices, ut ait Zonaras tom. 3. in eorum vitis, vniuerſo populo reclamitante, teſte Otthone Phriſingenſe, libro quinto cap. 14. ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis, obtriuit atq; contudit. quod factum ſummis liberum eſt ſacerdotibus, ut ex capite ſuperiori conſtare poterit, cum principum tyrannidem, aut uiolatam fidem, aut Eccleſiæ imminutam dignitatem, aut reges parricidiis fœdatos vident. Ita enim pontifices vlciſcuntur eos, qui animos contra eccleſiā efferunt, & extollūt. Qđ poſtulabat Baſilius Imperator haud malus profecto uir, in ſynodo octaua, ut aliis omnibus fieret exemplo cuius verba cum eius humilitatem, & eccleſię auctoritatem cōmendent, nō pigebit ea ex additione ad octauā ſynodum collecta, in hunc locū tranſcribere. Ita enim in 6. ſectione locutus eſt Imperator. ego qui imperitus, & inſipiens ſum, bonū initiū ero uobis, qui ſapientes eſtis, & ſcientia clari. Ego qui in peccatis volutatus ſum primus uobis typus fiā, qui mūdi eſtis, & virtuti operam datis, ego primus memet ſuper pauimentum proiicio, purpurā, & diadema paruipēdēs. Aſcēdite ad genas, & per oculos meos incedite, nec reputetis magnum imperatoris calcare ſcapulas, neq; vereamini tāgere verticē, cui imponitur a Deodata corona Sic etiā Henric. 4. cum ob inobediētiam ſedis apoſtolicæ a filio captus fuiſſet ad eius pedes iacuit, & legato Apoſtolico aduolutus obſecrabat, ut eum cōioni eccleſiæ reſtitueret. Ita enim in uita Henrici 4. apud Vitichindum monachum, legimus, Sed inter pęnitendum, reos criminis laicis ſe ſubmittere, humilitatis cauſa, liberum fuit, Sacerdotum uero pedibus oblui, eorumque iudiciū ſubire, ut ait Tertulian. li. de pœnitentia, omnino neceſſarium. Qua de cauſa D. Bernardus, ſec. 3. ſuper cātica, admonebat pœnitentes, ut ſe humi deiicerent, pedes amplexibus peterent, oſculis placarent, lachrymis irrigarent, ut Magdalenæ exemplo exaudire mererentur, conſurge, captiua filia Sion, conſurge excutere de puluere, ſer. etiam paruo. 54. oſculum, inquit, reconciliationis datur ad pedes. Nam cum ſacerdotes exomologeſim, quam nos pœnitentiam appellamus, peragunt, peccata noſtra uerbo remittunt, nos Deo cōciliāt, eorum veſtigiis quam demiſſe proſternimur. qui mos primum in eccleſia Romana uiguit, in qua primum pœnitentiarij fuerunt conſtituti, & huius imitatione in omnes Orientis eccleſias, teſte Sozomeno lib. 7. cap. 16. & Nicephoro lib. 12. cap. 28. ut ſanctiſſimæ diſciplinæ conſentaneus trāſlatus eſt. quare omnes Chriſtiani optimo iure, ſe ad Romani epiſcopi pedes præcipitant, eique humi ſtrati occurrunt, cū ab eo cæteri omnes pontifices puniendi delendique peccata auctoritatem acceperint. Quod ſuperioribus annis Iubilei uſq; adeo compertum eſt, ut nulli hominum, qui gregatim magna animi pietate Romam contendebant, urbe diſceſſerint, quin pedibus Romani pontificis circunfuſi, lachrimis & lamentabili eiulatu, ab eo benedictionem impetrarent. Quorum uocibus, ita parietes Vaticani perſonabant, ut quādoq; hominum clamores, magna ciuium admiratione Romam vſque referrentur. Vidi te o beatiſſime Gregori, te inquam uno die duo millia hominum ad pedum oſcula benigniſſime admiſiſſe, tāta tui, o Deo dilectiſſime pietate, ut prę gaudio uim maximam lachrymarum profunderent. Tandē obedientia, maxime animos inferiorum excitat, ut non ſolū maioribus parere, eorumque dignitati inſeruire, uerum etiā hunc de quo loquimur, diligenter cultum adhibere, cogantur. Qui honos nec ætati, nec generi, nec pecunię tribuitur. Sed quantæ uſque acceſſiones fiunt dignitatis, eo prior, potior-

tiotque habetur. Nec abs re, nam magiſtratus Dei uice coli, obſeruarique debent, cum ipſius perſonam ſuſtineãt in qua ca omnia admiramur, quæ homines in Deo ſuſpiciunt, fœlicitatem, potentiam, iuſtitiam. Illam omnes uotis omnibus expetunt, potentiam reformidant, iuſtitiam uenerantur. Nã teſte Plutarcho, in uita Ariſtidis, honorem & cultum hominibus deferimus propter iuſtitiam, quæ cum ſit omnium domina & regina virtutum, neceſſe eſt ut eũ maxime ſuſpiciamus, qui ſocietatem coniunctionis humanæ ſua auctoritate & imperio tuetur. Hybrias Cretenſis apud Atheneum, cum omnia arma enumeraſſet, quibus iniurias ſuis ſociis impoſitas depellabat. ea de cauſa.

Πάντες γόνυ πεπτηῶτες ἐμὸν κυνέοντι
Δεσπόταν, καὶ βασιλῆα μέγαν φωνέοντι
Omnes ait, in genua procumbentes, coram me adorant.
Ceu dominum & regem magnum appellant.

Ergo ſtrati terram, magiſtratibus ſummis obedientiæ cauſa inſeruire debemus, quia authoritate diuinitus collata, iure optimo ſibi ſubiectos coercere, & eorum conatus compeſcere poſſunt. Qua de cauſa præſagit Dauid Pſal. 71. Chriſti pedibus Aethyopes aduoluendos, & hoſtes proſternẽdos, donec terram lingant, quia futurus erat Chriſtus iuſtis auxilio, pauperibus & imbecillis robori, & fortitudini, eorumque iniurias vindicaturus erat, qui ſocietatem humanam violabãt Tu paraſti directiones, iudicium, & iuſtitiam in Iacob tu feciſti. Ob quam cauſam, exaltate dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius quoniam ſanctũ eſt, Quare qui iuſtitiam maxime tuetur, adorandus eſt, eiusque pedibus oſcula imprimenda, cum ſumma omniũ polleat dignitate. Quam profecto adſecutus eſt Romanus pontifex inter omnes epiſcopos, ut non ſolum cõtrouerſias in eccleſia Dei exortas dirimat, atque componat, a diſciplina eccleſiaſtica alienos epõs ab eorum eccleſiis excludat, & eorũ loco alios ſubſtituat, vt monet S. Celeſtinus papa S. Cirillo ſcribens, ſed etiam ad eum tanquam ad ſupremum Chriſti magiſtratũ prouocatio fiat. Athanaſij, Ioannis Conſtantipolitani cauſa, apud ſacram Romanam ſedem, ſecundum apoſtolicos Canones, ut ait Greg. lib. quinto. epiſt. 24. delata eſt, & a Iulio & Innocentio terminata. Nihil. n. ut ait Anacletus epiſt. 1. c. 14. & Damaſus in decreto capit. 9. ab aliis epiſcopis, damnari, nihil conſtitui nihil reiici poteſt, niſi ſit apoſtolica auctoritate fulcitum, Quare omnes epiſcopi, ſi aliquam commiſerint, culpam, ſedi apoſtolicæ parẽt, ab ipſa coercentur, eiusque auctoritatem pertimeſcunt, cum uero culpa non exigit, Gregorii verba referam libro ſeptimo epiſt. 64 & 81. omnes ſecũdum rationem humilitatis, æquales dicuntur, omnes fraternitatis coniunctione tenentur. Iſtuc idem gregorius Naziãzenus, oratione de modeſtia in diſputatione ſeruanda, apoſtolorum confirmauit exẽplo. Qui tametſi omnes ſublimes eſſent dignitate, & inter eos Petrę, ita enim loquitur, eccleſiæ fuerint fundamenta cõmiſſa, tamen ut omnia cum decore agerentur, nunc de iſto Petrus quęrebat de illo Philippus, de alio Bartholomeus, nec omnia unus, ſed quiſque ſuo loco ſingulatim uult aliquid dicere philippus, id ſolus non audet, ſed adhibet ſecum Andream, indiget Petrus, Ioannem adit, ubi hic auſterum, ubi imperandi deſiderium? cum uero Iudas proditor, a diſciplina conſuetudineq; eorum diſcluſus eſt, tunc a Petro, actorum primo, fuit maledictis laceſſitus. Præterea, ut ſedis Romanæ pręſtantiam oſtẽderet Damaſus, teſte Nicephoro lib. 12, cap. 17. omnes Epiſcopos filios appellauit. cum ſint iure apoſtolicæ dignitati ſubiecti. Sic epiſcopi Galliarum, ut ait Aimoinus libro quinto capitulo 37. ſeipſos filios, famulos, & diſcipulos, Romani pontificis appellarunt. Qui cum omnium fratrum curam gerat, eique ex munere incumbat, fratres diligere, & in fide confirmare, merito ſub nomine Angeli Philadelphiæ eccleſię a Ioanne in Apochalypſi, deſcribitur. Cui cum ſit ante oculos eius, oſtiũ omni ex parte patens, atque apertum, omnibusque hominibus expoſitum, a quo nullum hominum ſubmouetur genus cũq; ipſe ſolus fidei veritatem, tot oppugnatam calumniis retinuerit, hæreſes conuicerit, mendacia Synagogæ Iudæorũ, & Sathanę coarguerit, columna ænea in eccleſia Dei fuerit qua omnia innituntur, iure optimo effecit Dominus ut omnes veniant, non quidem coacti, ſed ſua ſponte accedant, & adorent ante pedes eius. Hæc ſatis ſit indicaſſe, vt aliis hunc locum expẽdendum relinquamus. Nec ſolum epiſcopi Romano Pontifici parere, ſed etiam Imperatores, & ſummi gẽtium magiſtratus, eidem obſequium, cultum, reuerentiam, & obedientiam deferre debent. Ad quam rem hortabatur. Ambroſius, epiſtola ſecũda ad Marcellinam his uerbis, Ego ad te, o Imperator, verba conuertam, quoniam aduertis quã grauiter Dominus nonnullos conuenire ſoleat, ut quo glorioſior factus es, eo amplius auctori deferendũ noueris, Scriptum eſt enim, cum te induxerit Dominus in terram alienã ne dixeris uirtus mea eſt, iuſtitia mea hoc mihi dedit, ſed Dominus Deus donauit, ſed Chriſtus miſericordia ſua cõtulit. Et ideo corpus eius, id eſt, eccleſiam diligendo, aquam da pedibus eius, oſculare pedes eius, ut non ſolum abſoluas eos, q in peccatis deprehenſi ſunt, ſed etiam pace tua dones, cõcordiæ & quieti relaxes, Nec mirum. nam cum omnem poteſtatem Imperator a pontifice acceperit, oportuit ſane, ut quib. modis poſſet, ipſi pareret, atque obediret. Henricus 4. Anno 1060. teſte Vſpurgenſi, cum ſe ad Victoris Papæ pedes abieciſſet, quem armis, & ui contra Gregorium 7. conſtituerat; vt parere & obtemperare ſedi apoſtolicæ videretur, oſculatis pedibus, ei obedientiam detulit. Quam uocem Germani ueteres rerum ſcriptores, vt decantatam apud omnes uſurpãt, & paſſim inculcãt. Cum inde bella grauiſſima inter patrem Henricum 4. & Henricum filium exorta ſint, vt ait Vrſpurgẽſis, his verbis, Henricus 5. contra patrem rebellans, debitam promittit Papę obedientiam. Qui in cõuentu epiſcoporum habito in uilla regia Norrhuſij 4 Kal. Iulij, magnã exhibuit ſacerdotibus Dei reuerentiam. Et ob ortis lachrymis regem cœli, cunctamque cœli militiam teſtabatur, ſe nulla regnandi cupiditate, paternum regnum vſurpaſſe, neque dominum & patrem ſuum a Romano deponi imperio exoptaſſe, imo debitam pertinacię, & inobedientiæ compactionem exhibere, ſique ſancto Petro & eius ſucceſſoribus, lege Chriſtiana ſubiici uellet, aut debite ſe ſubiecerit obediẽtiæ iugo, ſe regno cedere, & ſeruiliter patri ſubeſſe promiſit. Quam rem cum Henricus 4. agnouiſſet, Anno 1076. multis epiſtolis exaratis, appellauit Paſcalium 2. eique obedientiam pollicitus eſt, & Romam ad apoſtolicum ueniam poſtulaturus acceſſit. Qui cum pontificem in oppido Canuſino inueniſſet, per triduũ ante portam caſtri, depoſito regio ornatu, nudis pedibus perſtitit. Nec prius, cum multo fletu, apoſtolicę miſerationis auxilium, & cõſolationem implorare deſtitit, quam omnium qui aderant precibus, & lachrymis, laxato tandem anathematis vinculo, in communionis gratiam, & ſinum matris eccleſiæ receptus eſt. Hęc Vrſpurgenſis. Vnde conſtat obediẽtiam eſſe Romano pontifici deferendam, cum teſte Bernardo Serm. 3. aduentus, reuerentia ſit animi cultus, obedientia corporis veneratio. Vnde Anno Domini 1213. Federicus 2. Imperator ſcripſit ad Innocentium 3. has literas, quas ex Bibliotheca Vaticana tranſcripſi. In nomine Sanctæ & indiuiduę Trinitatis, amen. Federicus 2. diuiua fauente clementia Ro. Rex & ſp. Auguſtus & rex Siciliæ. Regnũ noſtrũ tunc ſtabiliri cõfidimus, cum altiſſimũ Deũ de cuius manu, ea quæ poſſidemus bona recepimus, honoramus. tanto enim domino, qui bona tribuit nobis, ad offerendas hoſtias, & deuotionis & operis accingimur, quantum in nobis ipſum miſericordem experimur, cognoſcentes gratiam quę data eſt nobis ab ipſo, habentesque prę oculis immenſa, & innumera noſtra, chariſſime domine & Reuerende Pater, protector, & benefactor noſter, domine Innocenti Dei gratia ſummę põtifex. uenerandę per cuius beneficium, operam, & tutelam protecti, pariter & promoti ſummus. Itaque uobis Beatiſſimę pater, & omnibus ſucceſſoribus Catholicis Sanctæ Romanę Eccleſiæ ſpirituali matri noſtræ, omnem obedientiam, honorificentiam, & reuerẽtiam, ſemper humili corde ac deuoto ſpiritu exhibemus, quã prædeceſſores noſtri Reges, & imperatores, Catholicis veſtris prædeceſſoribus impendiſſe noſcuntur. Si enim ei qui nos aluit, & educauit in fine, non ſolum noſtra omnia, ſed quod maius eſt, noſmetipſos ipſi debemus, ut ait Paulus ad Philemonem, mirum ne cuiquam erit ſi Romano Epiſcopo, qui ſuo ſapientiæ ſale omnia condijt, omnes principes obedientiam deferant. confidens in obediẽtia tua, ait Paulus hęc ſcripſi, ſciẽs quoniam & ſuper id quod dico facies. quod plane obedientiæ exẽplum, ſi ſibi ante oculos obijcere uoluiſſent Principes, nunquam in controuerſiã uocaſſent, hoc tempore, id quod longa annorum ſerie, maiores eorum huic ſacroſanctæ eccleſię Romanę detulerũt. nam eſſet grati animi exemplum, Romano pontifici, cui plurimũm debent, quam plurima velle debere.

Omnibus Epiſcopis ſuo iure conuenire, ut omnes homines ſacras exoſculent manus, & capita ſubmittãt. Cap. VI.

Sed vt iam ad angulos noſtrę diſputationis accedamus, ex his ſatis ſuperque patere poterit, olim epiſcoporum pedibus oſcula quandoque infixa fuiſſe, ſtudij humilitatis, miraculorum, vel pœnitentiæ cauſa. Hoc enim inter pœnitendum obſeruatum fuiſſe, ſuperiori capite demonſtrauimus. At vero ſuo iure illud ſolũ ſibi uindicare poſſunt omnes epiſcopi, ut ipſis tam infimi quique, quam etiam Reges, atque Tetrarchæ, capita ſubmittãt, vel ſacras exoſculentur manus. quod ex variis conſtitutionibus, & patrum teſtimoniis confirmari poteſt. Valentinianus

Im

Imperator, ut apud Gratianum legimus 63. diſt. cap. Valentinia nus, cum de epiſcopi cuiuſdam electione agеretur, ita locutus eſt ſacerdotibus. Talem in pontificali conſtituite ſedem, cul & nos, qui gubernamus imperiũ, ſincere capita ſub mittamus, & cuius monita, dum tanquam homines delique rimus, neceſſario ueluti curantis medicamenta ſuſcipiamus Idem proſrſus obſeruauit Conſtantinus magnus in concilio Niceno, qui ad epiſcoporum Conuentum accedens, ut ait Nicephorus lib. 8. ca. 16. ſubmiſſiori, quam tanta amplitudo imperatoris ferret, throno parato, non prius ſibi conſidendũ putauit, quam id ab epiſcopis permitteretur, & tandem admonitus, reuerentia eis exhibita, conſedit, & cum eo ſacer ille chorus. Auguſtinus epiſtola 147. ad Proculeianum Donatiſtam, ita habet, Homines quidẽ, cauſas ſeculares apud nos finire cupientes, quando eis neceſſarii fuerimus, ſic nos, ſanctos & Dei ſeruos appellant, ut negotia terræ ſuæ peragant; a quibus quotidie ſubmiſſo capite ſalutamur, ut diſſenſiones hominum terminemus, qui capita nobis ſub mittunt, ut eos concordes in terra faciamus S. Clemens Papa apud Burchardum, lib. 1. capit. 124. ita conſtituit, omnes principes terræ, & cunctos homines epiſcopis obedire, & capita ſua ſubmittere, eorumque auditores exiſtere debent. Fęlix & Ioannes Papæ, ut legitur apud Gratianum diſt. 10. can. 3. & 96. can. 12. epiſcopis, caput ſubdere, & colla ſubmittere, principes ſolitos eſſe, & non de eorum capitibus iudicare, demonſtrarũt Symeon etiam Bulgariæ rex, teſte Zonara in uita Conſtantini, Le. filio, καὶ τῷ πατριάρχῃ κλίνας τὴν κεφαλὴν εὐλογήθη παρ' ἐκείνου. a Patriarcha, ſubmiſſo capite, fauſtam precationem accepit. Quod quam ſit rationi conſentaneũ, egregie docet Clemẽs Romanus lib. ſecundo. capitulo vndecimo. 17. 28. & 30. ubi confirmat, epiſcopos Regibus & Principibus ſuperiores euaſiſſe. Gregorius Nazianzenus oratione ad ſubditos timore perculſos, idem cenſet his uerbis. Quæ apud Gratianum, diſt. 10. multis partibus immutata leguntur, Lex Chriſti, imperatores meę ſubiecit poteſtati, meoque tribunali ſubmiſit, Imperamus enim & ipſi. Addo imperio & perfectiori: Aut oportet potius ut ſpiritus ſubſit carni, cæleſtiaque terreſtribus, Suſcipe uocem liberiorem Scio te, o imperator, ouem eſſe mei gregis, paſtoris magni agnum recteque e ſuperis a ſpiritu directum. Et ideo breuis, & ſuccinctus eſt ad te meus ſermo. Chriſti gratia regnas. Chriſti gratia diſpenſas, ab illo tibi datus eſt gladius, non ut eo vtaris, ſed ut eo mineris, & tanq̃ diſpoſitum, purum tradenti cuſtodias. Et alibi ſcimus enim, quaſi uenerari ab angelis ſacerdotes. Quid, quod Abbatib. non longe minor cultus, eorum ſanctitatis cauſa, delatus eſt Nam eudoxa Longos fratres qui in Egypto monaſteriis præſidebant, viros, moribus & doctrina clariſſimos, ex imperiali curru proſpiciens illis capite annuit, & ab eis benedictionẽ poſtulauit. id eſt, ut bona verba darent. id enim εὐλογῆτε. ſignificat, fœlicia & fauſta diuino auxilio deprecari. Nam benedictionem quã peregre profecturi, ab epiſcopo capiebãt, εὐχὴν λαβεῖν. ſiue εὐλογίαν. appellabant, cum nihil aliud ſit bene uelle, quam benedicere, ut Theodoretus in illud Pſalmi. (ſcuto bonæ uoluntatis tuæ) id eſt, benedictionis. tuæ, exiſtimat. Quę non ſolis vocibus, ſed ſigno crucis, diuina cum precationis formula exhibebatur. Vnde Burchardus lib. ſecundo capitulo. 89. per agros, & domos benedicere poſſe ſacerdotes, & non alibi, refert. Vt Hilarion Abbas, teſte Aimoinio lib. ſecundo capitu. 10. hanc conſuetudinem ſeruãs in agris, tantum frontes hominum ſigno crucis terebat. Hinc conſtat, inter noſtros, & veteris legis ſacerdotes latiſſimum eſſe diſcrimen. cum illi, teſte Philone lib. 3. de vita Moyſi, & libro de profugis, Regibus Iſrael parerent, noſtri omni temporali poteſtati præſcribant. Qua de cauſa Ambroſius, ut ex lib. v. Epiſtola xxviij. conſtat, Theodoſium publicam pœnitentiam agere, & ut legitur in tripartita hiſtoria lib. 9. cap. 30. depoſita purpura omnique regio ornatu, in pauimento iacere, & extra cancellos, cum populo expectare coegit. Innocẽtius Roma. pontifex, vt ex eius epiſtola minarum, & terroris plena, perſpicitur apud Nicephorum lib. 13. capit. 34. Archadium Imperatorem a ſacra communione ſubmouit, atque reiecit. Fabianus antiſtes Romanus, ut ait Nicephorus lib. 5. cap. 25. Philippum imperatorem ad Chriſti fidem accedentẽ Anno 27. primum pœnitentium numero aggregauit, deinde in conuentum fidelium introduxit. Præterea, Maximus imperator excommunicatus eſt ab Ambroſio, eum Gratianum ab imperio expuliſſet, ut ait Sigebertus Anno 390. Anaſtaſius imperator a Symmacho excommunicatus eſt, ut ex Apologia eiuſdem põtificis, quæ una cum Chromatio circũfertur, aperte cõſtat Nicolaus I. Lotharium Chriſtianorum communione priuauit, ut ait Phriſingenſis, lib. 6. cap. tertio, tantamque eo tempore eccleſia authoritatem obtinuit, ut etiam Reges ipſos iudicaret. Hinc Gregorius ſeptimus, regẽ Henricum excommunicauit anno 1066. Rodulphum ſubſtituit. Ad hæc Baſilius Macedonius, a Phocio patriarcha, Leo Philoſophus imperator a Nicolao, Ioãnes Ziſmica, a Polyeucto excommunicati, ut ait Zonaras, eccleſię monitis paruerunt. Nec deſunt apud nos religionis, & probationis exẽpla Nam Sueno Rex Dacię, ut ait Saxo hiſtoricus lib. 11. cum in templo Trinitatis, miſſis ſicariis, multos interficere imperaſſet, ab eius loci epiſcopo non ſolum ſacris ſummotus, ſed ẽt aculeo, ſiue conto paſtoralis, pectori Regis infixo, aditus templi ei prohibitus eſt atque præcluſus, Donec Rex ſordida indutus veſte, nudis pedibus, terram ſuppliciter oſculatus, miſericordiam impetraret. S. Methodius, fugiens Suatocopii filium Regem Morauiæ, cum extra eccleſiam fecit, ſacris Regnoque interdixit. Quamorbem & Regnum in eo extinctũ eſt, & eius imperium, ut ait AEneas Syluius in hiſtoria Bohemica, cap. 13. a Polonis & Hungaris direptum. Tandem in tabulis capituli Valentini, quæ ibi magna diligentia ſeruantur, Martini Regis Aragonum publicam pœnitentiam legi. Qui cum immunitatem templi violaſſet, ab Vgone cognomento Bagenſi ſanctiſsimo Epiſcopo, diris deuotus eſt, a quo tametſi Rex veniam deprecaretur, nunquam tamẽ ei epiſcopus indulſit, donec pœnitẽtium more, detecto capite, nudis pedibus, in eius gulam laqueum inſerueri t. Quo lugubri habitu, Rex epiſcopi animum maxime commotum inflexit. Illud tandem demonſtrandum eſt, venerationis cauſa, oſcula manibus epiſcoporum fuiſſe impreſſa. Quem ritum S. Paulinus Nolanus in uita Ambroſij, his verbis retulit. Ambroſius, cum uideret ſacerdotibus a domeſtica matre vel ſorore, manus exoſculari, ipſe ludens offerebat dextram, dicẽs & ſibi ab eis fieri oportere, ſi quidem epiſcopum ſe futurum eſſe memoraret. Loquebatur enim in illo ſpiritus ſanctus, q illum ad ſacerdotium nutriebat. Et paulo poſt, Igitur poſt annos aliquot ordinationis ſuæ, ad urbem Romam hoc eſt, ad proprium ſolũ perrexit, ibique ſanctam puellam, de qua ſupra memorauimus, cui manum offerre ſolitus erat, in domo propria cum germana, ſicut reliquerat. inuenit, iam matre defuncta. Atq; cum illa dexteram illius oſcularetur, ſubridẽs ait ecce, ut dicebam tibi, ſacerdotis manum oſcularis. Adhęc, Gainas ille immaniſſimus Scytha, qui ex gregario milite, breui dux Romanorum factus, equeſtribus pedeſtribuſque præfuit copiis, Chriſoſtomum, quem Arcadius oratorem miſerat, veneratus eſt, cui longius, honoris ergo, obuiam progreſſus, eius dextram primum oculis, deinde ori admouit. Tum etiam, ut apud Euſebium ſcolaſticum Troili diſcipulum legimus, liberos ſuos adductos ſactis genibus adhibuit. ſed pręter hęc exempla; iſtuc idem apertiſſimo teſtimonio confirmat Ambroſius lib. de dignitate ſacer. cap. ſecundo. Honor, ait, fratres, & ſublimitas epiſcopalis nullis poteſt comparationibus adæquari. ſi Regum fulgorib. compares, & principum diademati, longe erit inferius, quam ſi plumbo metallum ad auri fulgorem compares. Quippe cum uideas Regum colla & principum, ſubmitti genibus ſacerdotum, & exoſculatis eorum dextris, eorum orationib. credãt ſe communiri, præterea, in Chriſti eccleſia hęc conſuetudo ſeruatur, ut diaconus inter Miſſarum ſolemnia, manus epõ exoſculetur, vt Innocen. 4. lib. ſecundo, miſteriorum Miſſæ, cap. 30, teſtatur. Quod Maxime plane eſt maxime rationi cõſentaneum, ut eas, corporis partes uenerentur homines unde vberrimi ſpiritus ſancti fontes defluxerunt. Nam ex manuum impoſitione, quam Græci χειροτονίαν appellãt, quia dũ manus capiti imponuntur, peragitur ſacramentum, initiantur, & conſecrantur homines, ut idonei ad ſacrificandum, & ad miſteria ſacra apti reddantur. Vnde Paulus, tametſi non ab hominibus, neque per homines ſe aſcitum & uocatum referat, tamen ab Apoſtolis actu. 13. initiatus & ordinatus eſt, ut cum authoritate, teſte Theofilacto. & poteſtate prędicaret.

Romanum epiſcopum, nõ ſolum epiſcopis, ſed etiam omnibus Regibus ſuperiorem eſſe, cum in eos authoritatem exerceat. Cap. VII.

Quod ſi epiſcopis oſculum manuum, capitis demiſsio, & alia, ex ueterum conſuetudine exhibita ſunt, nonne maiori reuerentia Romanum pontificem, nõ ſolum ouium paſtorem, ſed etiam paſtorum epiſcopum, ut ait Bernardus ad Eugenium colere, uenerarique debemus, Extat epiſtola prouincię Tarraconenſis ad Hilarium Papam, quam ex Andrea de ſancta Cruce, Romano, in libro manuſcripto de primatu eccleſiæ tranſcripſi, ut ex ea maiorem cultum pontifici deferendum colligamus. Epiſcopi prouinciæ Tarraconenſis, Beatiſsimo papæ Hilario.; Et ſi nulla extaret neceſsitas diſcipulatus, expectandum reuera nobis fuerat illud priuilegium ſedis veſtræ, quo ſuſpectis Regni clauibus, poſt reſurrectionem Salua-

uatoris, per totum orbem Beatiſsimi Petri ſingularis prędicatio, miniſterii illuminatione percipit. Cuius Vicarii principatus, ſicut eminet, ita metuẽdus eſt & ab oĩb. eſt amãdos per quem, Dominum in vobis primitus adorantes, cuius ad ad ſedem requirimus apoſtolico ore laudatam. Vnde reſponſa quærentes, nihil errorum, nihil præſumptionis, ſed pontificali totum deliberatione percipitur. Et quæ ſequunt. Qua epiſtola lecta, acclamatio eſt facta concilij, Romanumque epiſcopum, poſt Dominũ adorandum eſſe, dignumque doctorem, & illuminatorem appellarunt. Hæc ibi. præterea, Gelaſius papa Anaſtaſio imperat. ita ſcripſit. Et ſi cunctis generaliter ſacerdotibus, recte diuina tractantibus, fidelium conuenit colla ſubmitti, quanto potius ſedis illius præſuli conſenſus eſt adhibendus, qui cunctis ſacerdotibus, & diuinitas ſumma uoluit præeminere, & ſubſequens eccleſiæ generalis pietas, iugiter celebrauit, ut refert Gregor. 7. lib. 8. epiſt. ad Hermatenſem epiſcopum. Sed id mordicus inficiantur fœdifragi Vuerbegenſes in ſua confeſſione, qui, ut omnem eccleſiaſticam diſciplinam abijcerent, omnem authoritatem & principatum Romano pontifici derogarunt. Quod ea potiſſimum ratione defendunt, quia ſimilem, & æqualem cum alijs omnibus epiſcopis ſidem teneat, in qua omnis ſpiritualis poteſtas innititur. Quare graui, & iniquo animo ferunt, cum maximum omnium paſtorem appellari. Sed delirant impudentiſsimi deſertores, cum omnes patres in hanc noſtram veritatem conſpirarint. Audiant Greg lib. 1. epiſt. 38. vbi Petrum pleno ore nominat primum vniuerſale eccleſiæ membrum, Paulum, Ioannem, & Andream, ſingularium plebium capita. Legant Ambroſ. ſermone de fide Petri 47. & 84. Gradus ſunt fidei, ait, & qui deuotius credit, religioſius confitetur. Pro hac deuotione dicitur Petro, Beatus es Symon, &, ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam. Cum vocaretur Symon, pro hac deuotione uocatus eſt Petrus. Et ſubiungit, vt qui cum Chriſto fidei ſocietatem habebat, haberet & dominici nominis vnitatem. Quam ſententiam a Tertulliano, lib. 4. aduerſ. Marcio. mutuatus eſt. Chriſtus, ait, ob vigorem fidei, Petro chariſsimo diſcipulorum, de figuris ſuis particulare nomen commutauit. Euſebius & Nicephorus de Petro ſimilia verba retulerunt. [illegible Greek] Qua de re Dionyſius ait, teſte Nicephoro lib. ſecundo. c. 22. [illegible Greek] Ergo non ex fide ſola, ſed ex ſummo eiuſdem ardore, & animi deuotione, ei eccleſiæ fuerunt fundamenta commiſſa. Sed iſtis hęreticis, delitis plane ingeniis, parũ obfuit animos errorum contagine fœdare, niſi etiam fontes limpidiſsimos ſcriptorum obruerent, ut inde nihil niſi turbidum, & inquinatum haurirent, inter quæ infinitam ineptiam, eis codicib. Ruffini, qui ab ipſis apud Baſileam excuſi ſunt, mirari ſoleo, vbi Iacobum apoſtolorum epiſcopum, ab apoſtolis conſtitutum, ne alii principatus ſibi gloriam arrogarent, ediderũt. ſed quis ferre potent, quis pati hæc male conſuta mẽdacia. cum idem Ruffinus lib. 2. c. 23. & c. 14. Petrum omnium caput & principem appellarit, ſed ſi græca exemplaria Euſebii Pariſiis edita, apud Robertum Stephanum, conſuluiſſent, Iacobum fratrem Domini, non quidem Apoſtolum, ſed epiſcopum Hieroſolymitanum ab ipſis apoſtolis conſtitutum, legerent, quam maxime ab eorum ſententia diuerſum. Ergo (vt vnde digreſſi ſummus, noſtra reuertatr̃ oratio) Petrus poſt Chriſtum, primum iactum eſt fundamentum eccleſiæ, vt in eo eiusq; ꝓpagine, Dei ſtructura conſurgeret. [illegible Greek] ait Origenes, [illegible Greek] in propria perſona, non in confeſſione eius, fundatam extructamque fuiſſe eccleſiam, vt non ſolum Petrus totius iuriſdictionis caput, ſed etiam primus, & præcipuus omnium ſacramentorum miniſter exiſteret. Refert Euuodius Petri in Antiochia ſucceſſor, apud Nicepho. lib. 2. cap. 3. a Chriſto Deo opt. max. propriis manibus, Petrum tantummodo baptizatum. Qui, Andreã & filios Zebedei, ſacra tinxit aqua, & ij deinceps ſacrũ Chriſti Chorum abluerunt. Sed ij qui hanc decantatam ſentẽtiã reſpuunt, ſatis profecto pœnatum dederunt, cũ a uariis Patribus, argumentis cõuicti, ad horrendos ſcopulos, quaſi mẽtis fluctibus exagitari, fuerint delati. Hinc ergo, ut noſtram complectamur ſentẽtiam, ex Petro in Romanos epiſcopos permanauit authoritas. Qua, & imperio permulti abire iuſſi, coactique ſunt, & alus regium diadema, & poteſtas conceſſa. Regia enim inſignia, quæ [illegible Greek], ſiue [illegible Greek] appellantur, purpura, ſceptrũ, diadema, & alij regij honores, qui, more maiorum, imperatoribus competunt ab ipſis, ſummis ſacerdotibus decernuntur, hac conditione, ut ex eorum ſuffragijs, dentur, vel detrahantur imperia, remoueantur iura, ſi ad quaſdam pactiones reges non accedãt vel ad eas ſeruandas adduci non poſſint. Ita enim Imperium deponere, inſignia abdicare compelluntur. Euphemius Patriarcha, uir ſanctiſſimus, ſacerdotis ſummi locum tenens, vt ait Euuagrius lib. 3. cap 32. quaſi epiſcopi Romani vices gereret, cum prouinciæ orientis, a Romana ſede per epiſcopos, qui eius uicem obtinerẽt, fuerint gubernarę, teſte d. Leone epiſtola 84. & Nicolao primo. ad Michaelem imperatorẽ nunquam purpura ornare voluit Anaſtaſium. donec conceptis verbis, religionem tueri, & edito chirographo, fidem catholicam ſeruare compulerit. Quem locum, ne aliquam calumniam patiatur, uerbum ex uerbo tranſcribendum duxi vt eo manifeſtiſſimum errorem Panuini arguamus. Qui in lib. ſecundo. Romanorum pontificum, Iuſtinum iuniorem, Anno Domini 565. primum a Ioanne patriarcha coronatũ, & in libro de cominis, dubius, ſub Iuſtiniano, vel ſaltem poſt eius obitum, hunc morem coronandi, ſeruatum memorat. In utraque re hęret, cum ſub Anaſtaſio Anno Domini 418. hic mos uiguerit. De quo Zonatas in Tomo, tertio, ait: [illegible Greek] id eſt, hic igitur patriarcha Euphemius, chirographo ab Anaſtaſio accepto, quo ſe amplecti eccleſiæ dogmata, & concilii Calcedonenſis decreta ſeruaturum eſſe omnia, profitebatur, coronat hominem. Sic Nicephorus patriarcha, ut idem eſt auctor, Michaelem Rangabim coronat, accepto prius ab eo ſcripto, quo promitteret, ſe nunquam eccleſiæ inſtituta violaturũ. Sed ſi coniecturis eſt locus, iam pridem a priſcis illis imperatoribus, ſeruatam hanc coronandi conſuetudinem conſtat. Nam apud Sicconium Polentorium li. primo. exemplorum ad Modeſtum filium, & Sigebertum in chronico, Anno 381. ita cõſcriptum legimus. Faſcibus imperialibus exornari, & diademate coronari, a Miletio epiſcopo Antiocheno, dormiens Theodoſius ſenior uidit, nec deluſus eſt ſomnio, verum uti uiderat per quietẽ, uigilans aſſecutus eſt. Nec mirum, cum ex uerbis Ambroſij, quibus Theodoſium, cum ſynagogam, conſtruebat, aggreſſus eſt, conſtare poſſit, ipſum ab aliquo ſacerdote diademate decoratum fuiſſe. Ad hæc Anno 424. Conſtantino Rege Britonum, Vuortegirnus conſul Gemuleorum, Conſtantem monachum in Regem ſublimauit, & uice epiſcopi, ut ait Gemblacenſis, capiti eius diadema impoſuit. Quibus inſignitis Reges, cum & omnibus cõſpicui fiunt, tum etiam ipſis regia perſona imponitur. Vnde Gregorius 7. Anno 1077. abrogato Henrico 4. Rodulphum Ducem Burgundię, Germanię Imperatorem declarauit. Qđ ut apertis ſignis teſtaretur, coronam regiam miſit, cui inſculptũ erat, petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho. Quãobrem merito Ambroſius epiſtola 33. lib. quinto. ex ueteri iure, donata a ſacerdotibus imperia, non viurpata teſtatur. Inde recte Adrianus, a Grecis ad nos tranſtulit Imperium, Zacharias Anno 751. Pipino Francorum Regnum adiudicauit, eumque a ſacramento fidelitatis, quod Hilderico promiſerat, abſoluit, ut ait Phriſingenſis lib. quinto. cap. 33. Leo, 3. Anno 801. Carolo magno conceſſit imperatoriam maieſtatem, ut vix impudentiæ notam aufugerit Hermannus Comes Nuenarius, libro de ſedibus veterum Francorum, cum imperii originem, non ad Ro. pontificem reuocet, ſed uirtuti Germanorum aſcribat. Ad hæc Patriarcha Conſtantinopolitanus minabatur Iſaacio Comneno Imperatori, quẽadmodum illi imperium contuliſſet, ita ſe illi erepturum. Innocentius 4. in conuentu Lugdunenſi, Federicum 2. abdicauit Imperio. & idem in Regno Portugaliæ Regem idoneũ fratrem conſtituit. Quibus exemplis moti, quę a Gregorio 7. lib. 8. regiſtri epiſtola ad Hermatenſem epiſcopum adducuntur, & etiam in corpore iuris leguntur, eorum os durisſimum confringere poſſumus, qui ſacroſanctæ Eccle. derogate contendunt. Extat S. Gregorii, lib. 12. epiſtolarum, priuilegium Abbatis Sancti Menardi, ubi ad finem, pontifex Regibus grauiſſima iactura dignitatis, & Regni turpiſſima amiſſione interdixit, ne quiſquam maiorum pontificum decreta uiolare audeat. Turpe profecto eſſet, de tali uiro exiſtimare, cum ſibi temere hanc tantam arrogare poteſtatem, niſi candem multorum ſœculorum conſenſione firmatam ſciret. Quæ auctoritas ex Apologia Symmachi papæ, in Anaſtaliũ Imperatorem aperte deducitur. Cum libere audeat affirmare pontifex, imperatorem uti non poſſe ſuis priuilegiis, ſi Romani epiſcopi monita contemnat. Sic etiam Paſchalis 2. epiſtola ad Anſelmum, iure priuandum eſſe imperatorem patrimonio contendit, ſi matrem, eccleſiam polluat adulterio. Vel ſi id quo nouimus ſacerdotibus ſolis deberi, laica temeritas præſumat. nam ad Romanum pontificem ſpęctat, Regibus, pro peccato commiſſo pœnas imponere, vt ait Innocentius 3. lib. ſecundo. conſtit. decret. conſt. 2. & Pſalmo pœnitentię 4. Imperatores ſeueriſsime caſtigare, cum Regnum ſacerdotio ſubiaceat, & unctio Regalis ob eam cauſam, iam non in capite, ſed in humero fiat.

Impe-

Imperatores tam Græcos, quam Latinos, oſcula ſolius pō tificis pedibus impreſsiſſe. Cap. VIII.

Quas ob res Conſtantinopolitani illi imperatores, qui fidem religionemque ſumma animi pietate tuebantur, vnam pedum adorationem indicem ſuæ erga Romanos pontifices obedientiæ, præ ſe tulerunt. Qua nihil aliud docere velle videbantur, niſi eos Romanis epiſcopis, multis partibus inferiores extitiſſe. Qui cultus, tantum abeſt, quod reliquis primatibus & epiſcopis, niſi cum pœnitentium more venia poſtulabatur, fuerit delatus, ut etiam Conſtantinopolitani patriarchæ, qui alterum dignitatis gradum in eccleſia tenebant, longe poſthabiti, ad pedes Imperatorum ſedere, eiſq; demiſſe miniſtrare fuerint coacti. Quod ſane cum inique tuliſſet Romanus pontifex, ut ex decreto Innocent. 3. de maiorita. & obedient. conſtitu. 128. conſtat, id, multorum Patrum ſuffragiis, & Regum omnium conſenſu, confringendum eſſe demonſtrauit. Nec dubium, eſt omnes imperatores eandem reuerētiam, ſummis exibuiſſe ſacerdotibus, niſi noſtrorum temporum iniuria, aut violatæ fuiſſent hiſtoriæ, aut Græci, qui ueteres in nos ſimultates exercent, caliginem veritati, reticendo, offudiſſent, aut aliud dicendo, rē compertiſſimam obſcuraſſent. Qua de re Grego. magnus lib 6. epiſt. 31. Sozomeni hiſtoriam, mendacii nomine ſuſpectā inuiſamque habuit, quia in ea, multa contra eccleſiam Romanam, ut illud Theodoſij Monpſtuæ, & contra patres, nempe S. Epiphanium errorem Antropomorphitarum amplexū fuiſſe, turpiter mentiatur. Zonaras, cum uir eſſe videatur, male ſecum veritas conciliat. Nam Tom. 3. dum ait Gregoriū in tranſlatione imperii ad Germanos, ab imperatore Græco defeciſſe, decipitur. De utroque Nicephoro, Niceta, & aliis huius farinæ authorib. malo tacere, quā in eos ferre ſnīam. Cū in Ro. eccl. alūnos hāc ſp p̄donū notā inurāt, & data opera pontificis Romani authoritatem, quaſi ſcoppuloſum, & infeſtum ſibi locum, declinent. Etenim Nicetas Monachus, ut ait Sigebertus Anno 1050. contra Romanos pontifices librum plenum erroris, & ſtultitię, de azimo, de Sabbato, & nuptiis ſacerdotum conſcripſit, eiſque mille impoſuit calūnias. Quare ab aliis hęc ita colligenda ſunt, ut uel leuem ſcintillulam, quoniam faces in tantis tenebris pręferre nō poſſumus, magni ducam. Primum Iuſtinus ſenior, Catholicę ueritatis fautor egregius, S. Ioannem pontificem, a Thedorico Rege miſſum, non ſolum ampliſſimis excepit honoribus, ſed etiā ad eius pedes uenerationis cauſa, ut in eius uita legitur, ſe præcipitem dedit. Qua de re Theodoricus malitia ductus, quod eum Iuſtinus catholicę pietatis defenſor, honorifice ſuſcepiſſet, vt ait Paulus Diaconus lib. 17. ſimul cum ſocjis, carceris afflictione peremit. Ab hoc tamen Ioanne Pontifice coronatum fuiſſe Iuſtinum, refert Aimoinius lib. ſecundo. de geſtis Francorum capitulo primo. Præterea Iuſtinianus filius Conſtantini Cæſaris, Conſtantinum pontificem Romanum ad ſe uenire hortatum, honorifice, ut tanta Pontificis dignitas poſtulat, atque perhumane ſuſcepit ac remiſit, quem proſtratus in terra, pro ſuis peccatis intercedere rogans, cuncta eius ut ait P. Diaconus li. 18. eccl. priuilegia renouauit. Mart. Polonus hęc de iuſtiniano retulit, Cōſtantinum Papā natione Syrum, Iuſtinianus Imp. ad ſe venire Conſtantinopolim fecit, ac ſolēniter ipſum recipiens & uultū in terrā ꝓijciēs ut ꝓ ſuis peccatis Dominum exoraret, poſtulauit. Cuſpinianus, ut etiā ex aduerſariis ueritatem extorqueamus, diligentiſſimus antiquitatis inquiſitor, diligentior tamen ſi paululum linguam compreſſiſſet, idem factum diffuſius multo explicauit. Hac fere ſententia, Conſtātinus pontifex, a Iuſtiniano accerſitus, Conſtantinopolim veniens, exquiſitiſſimus honoribus a Tyberio filio acceptus eſt, & mox in Nicomediam ad Iuſtinianum deductus. Qui uenerabundus, ſeſe ad Conſtantini pedes demiſit, Blondus li. 10. primę decadis, Platina, & Sigonius. eiſdem fere verbis hæc omnia retulerunt, Proſtratus humi Imperator, ꝓ ſuis peccatis intercedere rogās, eius pedes exoſculatur, & Romanæ eccleſiæ priuilegia renouat. Auguſt. Eugubinus de falſa donatione Conſtantini lib. ſecundo. num. 66. ex ueteribus ſcriptoribus, quos, ipſe in copioſiſſima Bibliotheca relegerat, colligit Iuſtinianum, cum Regno in capite, ad Cōſtantini papæ pedes oſculandos corruiſſe. Quis ergo poterit diffiteri, non fuiſſe religioſe ſuauiatum pedes, ob eam dignitatem, quam a Chriſto domino ſuſceperat, ut illa Eſaiæ cap. 49. diuino afflatu fuſa prædictio, fidem veritatemque haberet, & afferent, ait, filios tuos in ulnis, & filias ſuper humeros portabūt, & erunt Reges nutricij, tui, & reginæ nutrices tuę uultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Nam quorſum hi tanti, & tam formidoloſi alumni, Quorſum tanta in eccleſiam poteſtas introducta? nutricii ſouent, in ſinu geſtant, humeris quandoque deferūt infantulos, tum blandiuntur, oſculis beneuolentię, & pietatis cauſa petunt. Sic Reges, uultu in terram demiſſo adorant eccleſiam eius pedibus obuoluuntur, & pedum puluerem proni lingunt. Sigiſmundus imperator, qui pro fidei conſociatione, difficillima in Hiſpaniam itinera confecerat ſatis, ſpectatam erga eccleſiam fidem atque probitatem oſtendit. Nam in Concilio Conſtantienſi, ut in eius actis legitur, cum omnium acclamatione Martinus V. in pontificem electus fuiſſet, gaudio ſummo perfuſus, ad ſedem occurrens. Romanum pontificem humeris extulit, atque ſuſtinuit. Miranda eccleſię dignitas, ut ſub eius Imperio & ditione, potentiſſimi quique eeciderint. At uero id ne quiequam Imperatoris expectatione indignum, nihil aut inauditum, aut nouum. Conſtantinus primum demiſſe atque humiliter aduerſus pōtificem ſe geſſit. Cuius perſonam adeo veneratus eſt, ut equū in quem Syueſter ſublatus erat, freno ageret, & ſtratoris officio vteretur. Quod factum, in falſi ſuſpicione ponendū non eſt, vt ſomniant multi. Quibus ſi aliquid perſuadere debeas, oportet ſane, ut ſolem præ manibus geſtes, nec aliter poſſunt ab errore dimoueri, Etenim in donationis Conſtantini priuilegio, quæ pagina dicitur, magnę apud Græcos omnes authoritatis, torum hoc factum laudatur. Quod tamen ego ſoleo inſtare, ex Balſamone Patriarcha in 9. canone tit. 8. capitulo primo. Adone Viennenſe in Chronico, & Leonis 9. epiſtola aduerſus præſumptionem Michaelis, cap 13. abhinc quingētis & quinquaginta annis exarata, ut durum profecto videatur in tanta annorum ſerie, omnes qui hanc cauſam defendunt, aberraſſe, pontifices, aut Chriſti ſacerdotes, ſeniliter deliraſſe. Sed hiſce aliud exemplum adiungamus. Pipinus, ut ait Martinus in pontificum uiris, & B. Anſelmus epiſcopus Lucenſis lib. primo collectanearum, Stephano papæ obuiā factus eius pedibus oſcula impreſſit, ut ait Platina, frenoque pontificis equum in Regiam egit. Vnde uſque adeo hæc uiguit conſuetudo, ut in alios etiam ſucceſſores, maiorum exēplo tranſlata ſit. Qua de cauſa Fedricus Anno 1150. cum Hadriani 3. ſtapedam ſuſtinere noluiſſet, pontificis authoritate & omnium Cardinalium cōſenſione, ab oſculo pacis excluſus eſt. videbat namque pontifex, illum ab antiqua conſuetudine defeciſſe, qua omnes Imperatores Petri ſucceſſori, ut pediſequi obſequuntur. Quare ultro citroque exagitata diſputatione, cum hincindequiſque ſuas partes pro uiribus tueretur, tandem, ut ait Cardinalis Nicolaus ab Aragonia in cōpilatione regiſtri Pontificum, more maiorum, uariis rationibus, atque ſuffragiis impulſus eſt Federicus, ut ſtapedam pontificis teneret, eique ex equo deſcendenti, demiſſo atque detecto capite, famularetur. Mox de hac eadem re, præter ſuperiora exempla a nobis allata, extant multa alia, quæ in libro Pontificum a Franciſco Ioanneto Bononienſi, ex Reginone Lupoldo, Bebemburgio, & aliis authoribus colliguntur. Nā capitu. 90. conceptis verbis teſtatur, Pipinum Anno 752. Stephani 2. pedes ad oſcula retuliſſe. Tum cap. 93. aſſeuerat, Hadrianum pontificem, ſępe eius pedibus oſculatis, a Carolo magno ſalutatum. Paulus AEmilius hiſtoriarū Francorum lib. ſecundo. idem affirmat. Præſtolabatur, inquit. Regem Carolum Hadrianus cum ſacro cętu, pro gradibus ędis S. Petri Ille ubi in congreſſum, uenit, prius pontificis pedes oſculo contigit, quam ſe illi complectendum daret, quod Platina, & Iacob. Vuymphe in epitome rerum Germanicarum capit. 9. teſtantur. ſed idem de Leone 3 hiſtorici memoriæ prodiderunt. Aimoinius, uir grauiſſimus, lib 4. de geſtis Gallorū cap. 90. venienti, inquit, Romam Carolo, Leo ad Nomentanum occurrit, quem cū magna veneratione ſuſcepit, & poſt cœnam, eo ibi permanente, ad urbem pręceſſit, ac in craſtinum in gradibus baſilicę S. Petri Apoſtoli, cum epiſcopis & uniuerſo Clero conſtitutus, aduenientem, equoque deſcendentem, Deo gratias agendo, ſuſcepit, ac in eccleſiam introduxit. Vbi re diuina peracta, clamidem auguſtalem, & coronam auream ei impoſuit. Et populus vnite, alta uoce ter acclamauit, Carolo auguſto a Deo coronato, & magno, & piiſſimo Imperatori Romanorum, vita & victoria. poſt quas laudes, inquit, ab eodem pontifice, more antiquorum principū adoratus eſt. Quæ vox (adorate) eo loco, non genibus proſterni, atque humo demitti ſignificat, ut ornatiſſimus uir, ingenio doctrinaque excellēti Benedictus Girgolius, Legationis potentiſſimi Hiſpaniarum Regis in urbe Secretarius, cuius ut eſt in literis maximiſque rebus uſus, politum limatumq; iudicium in hoc opuſculum exquiſiui, animaduertit, ſed potius improprie, ſalutare, nominare aut appellare. Qua ſignificatione pleroſque antiquorum Imperatorum uſos fuiſſe, cōpertum eſt, veluti Conſtantinum in lege 2. de fabricen. C. li. 12. & Zenonem. l. ſancimus. C. de conſul. & non ſpargen. pecu. eodem lib. Quod poſt gloſas adnotauit Alberic. & nuper pratcius, qui eodem ſenſu apud gręcos uſurpatum memorat Geneſis 23. capitulo. Poſt Carolum, ex duobus vetuſtiſſimis pontificalibus, alterum liberalitate Illuſtriſ. & Reuerendiſ.

Car-

Cardinalis Delfini, patroni mei bene merentis, & ſingularis, alterum a Michaele Thomaſio, qui publica totius ſacri Senatus lætitia, & vrbis alacritate, ob eius ſumma in eccleſiam merita, Ilerdenſis epiſcopus renunciatus eſt, accommodata, hanc conſuetudinem, longa & continuata pontificum ſerie obſeruaui. Nam anno Domini 847. Leonem 4. cum hymnis, & laudibus, ad Lateranenſe patriarchicum perduxerũt, moremque ſeruantes antiquum, omnes eius oſculati ſunt pedes. Prærerea anno Chriſti 995. Ioannes 16. in eccleſiã Lateranenſem magno cum comitatu introducitur, cuius in veſtibulo, Creſcentius, & omnes ſeditionis authores, petita venia, pedes eius exoſculati ſunt. Vnde Gregorius 7. hunc ritum inter priuilegia Romani pontificis enumerat, ut in ſecundo libro regiſtri apud Bibliothecam Vaticanam. fol. 109 videre eſt.

DICTATVS PAPAE.

I. Quod Romana Eccleſia a ſolo Deo ſit fundata.

II. Quod ſolus Rom. pontifex, iure dicatur vniuerſalis.

III. Quod ille ſolus poſſit deponere epiſcopos, vel reconciliare.

IIII. Quod Legatus eius, omnibus epiſcopis præſit, in concilio, etiam inferioris gradus, & aduerſus eos ſentẽtiam depoſitionis dare poſſit.

V. Quod abſentes papa poſſit deponere.

VI. Quod cũ communicato ab illo, inter cætera, nec in eadem domo debemus manere.

VII. Quod illi ſoli, licet pro temporis neceſſitate, nouas leges condere, nouas plebes congregare, de canonica Abbatiam facere, & e contra, diuitem epiſcopatum diuidere, & inopes vnire.

VIII Quod ſolus poſſit uti imperialibus inſignijs.

IX. Quod ſolius papæ pedes, oẽs principes deoſculentur.

X. Quod illius ſolius nomen in eccleſiis recitetur.

XI. Quod hoc vnicum eſt nomen in mundo.

XII. Quod illi liceat imperatores deponere.

XIII. Quod illi liceat de ſede ad ſedem, neceſſitate cogente, epiſcopos tranſmutare.

XIIII. Quod de omni eccleſia, quocunque uoluerit clericum ualeat ordinare.

XV. Quod ab illo ordinatus, aliis eccleſiæ præeſſe poteſt, ſed non militare, & quod ab alio epiſcopo non debet ſuperiorem gradum accipere.

XVI. Quod nulla ſinodus, abſque præcepto eius, debeat generalis uocari.

XVII. Quod nullum capitulum, nullus liber canonicus habeatur, abſque illius authoritate.

XVIII. Quod ſententia illiũs a nullo debeat retractari, & ipſe omnium ſolus retractare poſſit.

XIX. Quod a nemine ipſe iudicari debeat.

XX. Quod nullus audeat condemnare apoſtolicam ſedem appellantem.

XXI. Quod maiores cauſæ cuiuſcunque eccleſiæ ad eã referri debeant.

XXII. Quod Romana eccleſia nunquam errauit, nec in perpetuum, ſcriptura teſtante, errabit.

XXIII. Quod Romanus pontifex, ſi canonice fuerit ordinatus, meritis B. Petri, indubitanter efficitur ſanctus, teſtãte S. Ermodio Papienſi epiſcopo, & multis ſanctis patrib. fauentibus, ſicuti in decretis B. Symmachi papæ continetur.

XXIIII. Quod in illius præcepto, & licentia ſubiectos liceat accuſare.

XXV. Quod abſque ſinodali conuentu poſſit epiſcopos deponere, & reconciliare.

XXVI. Quod catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ eccleſiæ.

XXVII. Quod a fidelitate, iniquorum ſubiectos poſſit abſoluere.

Quæ omnia in noſtris commentariis, quæ propediem urgemus, exponuntur.

Poſt Greg. vij. aliis etiã pontificib. hęc obedientia delata eſt. Nam anni Domini 1120. certatim ſe omnes populi ad Caliſti ij. ueſtigia proſternebant. Honorio ij. anno 1125. omnes cardinales eius pedibus prouoluti, obedientiam pręſtiterũt. Eugenius iij. qui omnia conſilio, atque ſententia beatiſſimi Bernardi gubernabat, anno 1165. Vrbem ingreſſus, poſt pedum oſcula omnes ſuauiabatur. Alexandri tertij rex Angliæ, apud Dolenſe monaſterium, ad pedum oſcula acceſſit. Et rex Franciæ, Pariſijs occurrit, & ſtratoris officio uſus, oſcula pedibus impreſſit. Ambo etiam reges, pietate ſumma impulſi, pontific maximum honorem detulerunt, ut Robertus Abbas in additionibus Sigeberti, Anno 1163, teſtatur his uerbis. Ludouicus Rex Francorum, & Henricus Rex Anglorum ſuper Ligerim, apud Tociacum cõueniẽtes Alexandrum papam Romanũ honore congruo ſuſceperũt, & vſi officio ſtratoris, pedites, dextra leuaque frenum equi ipſius tenentes, eum uſque ad præparatum Papilionem perduxerunt. Federicus primus, Gregorii 9. reiecto pallio, pedes tenuit. Hinc uiguit conſuetudo, quæ etiam nunc in communi vſu ſeruetur, ut in literis ad pontificem miſſis, omnes pedum oſcula inter ſalutandum cõſcribant. Extat exemplum donationis inſularum Anno Domini 1219. in quo Rex Angliæ, papam ſalutat. his uerbis, Beatiſſimo Patri & domino, Honorio, Dei gratia, ſummo pontifici. Reginaldus Rex Iuſularum, commendationem cum oſculo pedum. Ad hæc, Carolus Rex Siciliæ, Anno Domini 1266. ita ſcripſit. Sanctiſsimo in Chriſto patri, & domino ſuo, domino Clementi diuina prouidentia ſacroſanctæ, & uniuerſalis eccleſiæ ſummo pontifici, Carolus, Dei gratia, Rex Siciliç cum omni reuerentia & honore, poſt pedum oſcula beatorum Anno 1324. Rex Poloniæ pontificem his uerbis ſalutauit. Sanctiſsimo in Chriſto patri, & domino ſuo Reuerendo, domino Ioanni, Dei prouidentia, ſummo pontifici, Henricus Dux Heluiæ, hęres regni Poloniç, Dux Glogoniæ & Petraniç, cũ recommendatis ipſius, pedum oſcula beatorum, & alibi anno 1317. ſanctiſsimo domino, Ioanni, diuina prouidentia ſacroſanctę Romanæ ac uniuerſalis eccleſię ſummo pontifici Vladiſlaus Rex Poloniç. deuotus filius ad pedum oſcula beatorum. Tandem Rex Angliæ Anno 1343, põtificem Romanum uniuerſalem omnium eccleſiarum paſtorem agnoſcẽs eum ſumma animi demiſsione patrem, ac dominum appellans, illi plurimam ſalutem dixit. Sanctiſsimo patri & domino, domino clementi, digna Dei prouidentia, ſacroſanctæ Romanæ ac uniuerſalis Eccleſiæ ſummo põtifici, Eduardus, Dei gratia, Rex Franciæ, & Angliæ, & dominus Hiberniæ, deuota pedum oſcula beatorum. Sed ut noſtrum proſequamur inſtitutum in cõcilio Florentino, imperator Ioannes Paleologus cum ante pedes pontificis, in genua procumbere voluiſſet, humanitatis cauſa, ab Eugenio prohibitus eſt. imperatoris tamen clientes, pedes Romani pontificis oſculis fatigarunt. quod ſane Græci. qui, ſemper primas tenere, & in imiciarum ſuſpitione, auctoritati pontificis derogare voluerunt nunquam effeciſſent, niſi id, ius ratumque ex maiorum conſenſu haberetur, idem etiam præſtitit Sigiſmũdus, maiorum exemplo ductus. Qui accepto Imperiali diademate, ad ueſtigia pontificis prouolutus eſt. Vt hæc carmina, ſepulchro pontificis inciſa, teſtatur.

Eugenius iacet hic quartus, cor nobile, cuius.
Teſtantur vitæ ſplendida facta ſuæ.
Iſtius ante ſacros ſe præbuit alter ab ortu,
Alter ab occaſu, Cæſar vterque pedes.
Alter vt accipiat fidei documenta latina,
Alter vt aurato cingat honore caput.

Tandem Carolus V. Imperator cum optimis quibuſcunque omnium ſeculorum principibus comparandus, cum ex omnibus hoſtibus victoriam, triumpũ, trophæa reportarit, Clementis 7. pedes maxima animi pietate, ſuauiatus eſt, ut iam tandem agnoſci poſſit ad hanc obedientiam principes omnes, non gratia, pretio, aut promiſſis inductos, ſed ſua ſponte, Romano pontifici hunc, ut par erat, honorem detuliſſe. Quẽ tanta animorum alacritate habuerunt, ut quam primũ Romanus põtifex renunciatus erat, illico ſuo nomine oratores vna cum epiſtolis ad eccleſiæ ſummum pręſidem ſalutandũ mitterent, quo facilius erga ſanctam ſedem animorum propenſionem, & veram fidei conſociationem teſtarentur. Qđ B. Symmachus in Apologia aduerſus Anaſtaſium, duobus in locis, aſſeuerat in more cõſuetudineque maiorum fuiſſe. Catholici, ait, Principes ſemper Apoſtolicos præſules inſtitutos, literis præuenerunt, & illam confuſionem fidemque pręcipuam tanquam boni filij quæſierunt. Et ad finem. Omnes catholici principes, ſiue cum Imperij gubernacula ſuſceperunt, ſiue cum Apoſtolicæ ſedis nouos agnouerunt præſules inſtitutos, ad eos protinus ſua ſcripta miſerunt, ut ſe docerẽt eius eſſe conſortes. Itaque qui hoc non fecerunt, protinus ab ea ſe fatentur alienos, Quis ergo huic Patrum ſuffragiis probatę ſententiæ obſiſteret, niſi mente lapſus, Chriſti iugum e ceruicibus repuliſſet, Quod ſi his adiungamus ea quæ in põtificali, & Cerimoniali Romano tit. de coronatione imperatoris leguntur, & in gl. l. 1. C. de domeſt. & protect. lib. 12. quę a Reſtauro Caſtaldo adducuntur, omne noſtrum munus videbimur expleuiſſe. Nec me latet, multa alia apud varios auctores reperiri, quę ab aliis maioris induſtriæ, & ingenii viris colligi poſſunt. Ego uero, ex multis uoluminibus, noctu diuque uerſatis, hoc opuſculum texui, ut alios ad ſimile ſtudium excitarem. Non poſſum tamen diffiteri, me nonnulla reperiſſe, iam diu antea a me obſeruata, apud Polydorum Virgilium

llum lib. 4. cap. 13. Reuerendiſſimum & doctiſſimum fratrē Chriſtoforum Capitefontium, & Mathiam Brēdembachiū in Pſalmum 57. & Auguſti. Eugubinum de falſa donatione Conſtantini, num. 28. & 66. Quos hmines tanti duco, ut ſępiſſime hortatores noſtri laboris appellem. Cum eorum veſtigiis innixus, quę ipſi data opera neglexerant, ego in ordinem retulerim.

Iure optimo, a Romano pontifice Sandalia cruce inſignita geſtari. Cap. IX.

Reſtat tandem vt cū hæreticis vltimā pugnā ineamus, qui crucem illā quam Ro. pontifi. pedibus geſtant, ſibilis atque ꝯuitiis conſectantur. Clamant indignum facinus a papa committi, cū Chriſti ſacratiſsimum ſignum, quo frontes electorū ab angelis teri, & conſignari debent, quod etiam honoris cauſa, nummis inſculpi, in capite deferri ſolet, ipſe contrario in ſordido, atque abiecto loco conſtituat, ut potius ad ludibrium, atque deſpectum, ꝙ ad honorem poſitum eſſe videatur. De qua re opportune a nobis agendum eſt, quia ex illo adorantium more communi, omnium ſenſu firmato, hic etiam de cruce deducitur. Primum, ut altius ordiamur, calcei mira arte elaborati, atque exculti, in priuatis hominibus, tanquā muliebria ornamenta, culpari, ita enim Clemens Alexandrinus lib. II. pedag. cap. 11. interpretandus, eſt, in principibus viris, quibus totius Reipubl. Chriſtianæ Auctoritas innititur, quam maxime commendari debent. Quod non ſolum maiorum exemplo, ſed etiam grauiſſimorum uirorum ratione atque ſententia compertum eſt. Nam Carolus magnus, teſte Eginhardo, Hadriani & Leonis pontificum hortatu, calceos auro, gemmiſque diſtinctos induit, quos etiam Patriarchæ ut in animos hominum ſacerdotij dignitatem inducerent, purpureos, atque ornatiſſimos geſtarūt. Hæc enim φοινικόχρωτοσίνα erant Imperii inſignia, ut Zonaras in Michaele Theophilo, & Baſilio Porphirogenito copioſe deſcripſit. Quare ut maiorem ſacerdotij quam Regni dignitatem, atque amplitudinem oſtenderēt Patriarchæ, teſte Ioanne Curopalate in Iſaacio Comneno, calceos cocco bis tinctos, maximoque ornatu expolitos, detulerunt. Romani vero pōtifices inter alia ornamenta a Conſtantino Magno dono accepta, quibus per longa tempora culti ſunt, Vdones ex lineo candidiſsimo acceperunt, οὐδονάς τ᾽ ἐςι λευκοζάτῃ ὀθόνῃ περὶ τὰ ὑποδήματα χρῶνται. Vdones nempe ex candidiſsimo linteo, ad pedes, Hoc eſt, vel lintea calceamenta, quibus Antonius Imperator, teſte Herodiano libro quinto eſt uſus, ut vatum eius regionis vbi educatus erat conſuetudinem retineret, uel ad talos uſque demiſſa lintea deferebant. id tamen compertum eſt, ſandalia Romani pontificis, aliqua ratione aliquoue ornatu, ab aliis omnibus fuiſſe diſcreta. Cum B. Antidius, apud Sigebertum, anno 401. deprehenſo ſandalio, Epiſcopum Romanum ad pœnitentiam agendam induxerit. Sed ſi quis farcatur, olim linteos calceos in vſu fuiſſe, maiorum etiam ętate abolitam conſuetudinem, fateri neceſſe eſt, & iam pridem ſandalia purpuriſſima, cruce, omnium ornamentorum precioſiſsimo, decorari. Cuius rei duplex eſt caput. Alterum, populorum reuerentia, alterum pontificum perſona. In primis, epiſcoporum humilitas, atq; demiſsio commendari debet. Qui cum omnes populos ad eorum pedes ruentes agnoſcerent, cruci Chriſti oſculationem, potiuſquam ſibi ipſis, tantum honorem deferri maluerunt. Etenim pontifex, Chriſti ſuſtinet perſonam, eiuſque uice omnes ad pedum oſcula excipit. Ergo ut expreſſam Chriſti imaginem referret, & eius dignitatem in memoriam hominū reuocaret, crucem ſandaliis affixit, ut Chriſtiani homines eos honores, quos debitos & neceſſarios pontifici dare tenentur, cruce perſpecta, maiori animi pietate facerent, atque exinde populi Chriſtū contrectare, atque oſculis contingere uiderentur. Quare religioſiſsime pontifex gentes, quas ad ipſum colendum, & adorandum propenſas agnouit, ad crucem Domini, quam ſandaliis impreſſit, traduxit oſculandum. Cum in totius eccleſiæ more, teſte Nicephoro lib. 17. ca. 15. poſitum ſit, ut crucem uenerationis cauſa, oſculis petamus. Cuius rei Aurelius Prudentius in Apotheoſi eſt locupletiſsimus teſtis.

iam purpura ſuplex
Sternitur æneadæ uictoris ad atria Chriſti,
Vexillumque crucis ſummus dominator adorat.

Et libro primo contra Symmachum, ex totius Senatorii ordinis auctoritate crucem adoratam memorat.

Complexus pedes victoris, ad inclita flendo,
Procubuit vexilla iacens, tunc ille Senatus,
Militiæ ultricis titulum, Chriſtique verendum
Nomen adorauit, quod collucebat in armis.

Sed ex altero capite, Romani pontifices apoſtolici muneris expreſſam imaginem retulerunt. Cum de ipſis Apoſtolis Salomon capitulo octauo, dicat, Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, a quibus id habent homines, nec in cōpoſito fluxu, aut molli greſſu, aut myrmicinis paſsibus, vt ait Plautus, ſed cum decore maximo incedant. Eſaias cap. 52. pulchros, ſiue ſpecioſos pedes euangelizantium pacem appellat. Quia externis quibuſdam rebus, apoſtolici viri gratiam muneris, & animi pietatem conciliare, ſplendorem & dignitatem obtinere debebant. Tertullianus lib. de habitu mulierum, id pulchrum appellat, quod auro, gemmis, & veſtibus deputatur, ornatum vero in habitudine partiū corporis, quæ oculos trahunt conſtituit. Quare apoſtolici viri, vt muneris maieſtatem, & pedum decorem oſtenderent, crucem calceamentis affixerunt, ut non ab externis rebus aliqd aucupari, ſed ex ipſo tet munere, & dignitate gratiam, & pulchritudinem colligere videantur. Præterea, omnium Chriſtianorum fronti, & pectori crux Chriſti infigitur, ne fidē erubeſcant, ſed eam in animo, & ore habeant, pontificis maximi pedibus eſt impreſſa, vt greſſus noſtros in viam pacis duceret, atque muniret. Qui cū totius gregis Chriſtiani ductor, atque præceptor ſit, oportebat ſane ne pedes aliquo adliderent, ne ve errore aliquo deuios traheret, ne temere ipſe dux omnium, lapſus in grauiſſimos errores, populum Chriſti præcipitem ageret. Quare ut hoc ſacrum priuilegium ſibi a cruce Chriſti donatum oſtenderet, pedes ſuos Chriſti cruce fulciuit, ne ipſe qui nobis viam monſtrat, & nos qui eius veſtigia ſequimur, aliquam aberrationem haberemus. Pedes .n. ſanctorum, vt cecinit Anna, ſeruantur a Dño, nec ſunt in cōmotionem pedes eorum. Quem locum Angelomius monachus, qui anno 8010. floruit, ſtromate in librum primum regum, cap. 11. de apoſtolicis & ſapientiſſimis viris intelligit. Quos Dominus inter ſcādala perſecutionum ſeruat, ut omnes ad eorum pedes tuto poſſint accedere. Iuxta illud Deuteronomij. Qui appropinquat pedibus eius, accipit de doctrina eius. In quibus omnia impedimenta terrenarum cogitationum, expelli Dominus præcipit, cum puluerem pedum excutere imperauit, ne prædicationis muneri impedimento eſſent. Ne ulla hęreticæ prauitatis fęce fœdati ad prauum laberentur opus. Vnde, apud Ezechiel. cap. primo, pedes ſanctorum, pedes recti dicūtur, quia in fluctibus huius mundi ſeruantur a Domino. Quæ omnia cū a paſsione Chriſti habeant firmitatem, non abs re pontifices, ut hāc miſticam intelligentiam ſignificare uiderentur crucem pedibus impreſſerunt. Qui mos uſque adeo uetus & firmus eſt habitus, ut nuſquam pontificem Romanum depictum, aut marmore expreſſum, aut ęre ductum uideas, quin etiam præter inſulā, & ſacerdotii ornamenta, crucem pedib. appictā cernas. Extāt monumenta, abhinc multis annis, in baſilica Laterana & Laurentiana uenerandæ profecto uetuſtatis, in quibus hic ritus conſtantiſſime exprimitur. Certius tamen ſepulchra Pōtificum, apud S. Petrum, priſcam memoriam tuerentur, niſi fabrorum imperitia fuiſſent ſolo ęquata, ut ne ueſtigium, dolendum quidem, ex tanta ſtructura remanſerit. Vnde facile cōſtat, hæreticos, dęmonis candidatos, in ſummo errore uerſari, cū hanc calumniam Romano pontifici temere inurāt. Nam ſi olim (ut ait Cyrillus in Iulianum Tom. 3.) ueſtibulis domorum cruces appingebantur, quandoque etiam cęlitus miſſæ, in ueſtibus militum affixæ, impreſſæque fuerunt (ut Gregorius Nazianzenus oratione ij. in Iulianum eſt author) eccleſia etiam, ut morituris opem ferat, ſacro ſigno crucis, pedes terit; Quod ergo dedecus, quod probrum Romanus pontifex admittit, quam turpitudinis notam, quem pietatis neglectum, ſi ſandaliis, Chriſti ſacratiſsimū ſignum inducat? Quod ſane non ſolum pontifici in memoriam redigit, quā primum pedes ſuos cruce decoratos inſpiciet, uanas terenaſque cogitationes, exemplo Chriſti, eſſe dimittendas, & futiles animi paſsiones (quæ pedum nomine apud ſacrā Scripturam exprimuntur, eſſe cruci affigēdas, uerum etiam omnia cruci, in qua Dominus noſter acerbiſsimos pertulit cruciatus, & ampliſſimum egit triumphum, eſſe proſternenda. Idque nuſquam alibi æque ac modo verius experimur, cū omnes ad pontificis pedes ruant, & ad crucem oſculandam, cōmuni uoto, præcipites ferantur. Quæ rationes ſatis per ſe uirium habent apud catholicos, qui pietate, atq; religione ad hanc ueritatem amplectendam inducuntur, hæreticis, qui obſtinate dant operam, ut ſe mille errorum generibus inuoluant, nihil mirum ſi neglecti ſint. nam & Deus huius ſeculi, pater tenebrarum, eorum mentes excæcauit, ut ait Paulus, ne ipſis illuminatio euāgelii gloriæ Chriſti fulgeret, & ſeipſi terrenis cogitationib. inhiantes, ueluti incurui ceruicia animalia, prona, & uentri obedientia cōfinxerunt, ne ſublime quidquam poſſint conſpicere. Teſte Dauid. obſcurentur oculi eorum ne uideant, & dorſum eorum ſemper incurua. qa ut ait Cyrillus li. 2. in Ioannem, cap. 33. inclinati hæretici pro

pter

pter nefaria ſcelera,& ſola terrena reſpicientes, iure, patrocinio Dei, ab eis ablato, ſublimia Chriſti eiuſquæ ſponſæ dogmata, ſpeculari non poſſunt.

ADDITIONES.

Poſt ea verba, eccleſia vt morituris opem ferat, ſacro ſigno crucis pedes terit. continenter adde.

Beſtiarum etiam corpora male affecta, crucis forma ſignantur, vt ait Chriſoſtomus in demonſtratione aduerſus gentes, quod Chriſtus ſit homo, quod ergo dedecus illi ſequitur, in eodem capite vbi ait, Quæ rationes. incipiatur linea a capite.

Rationibus hæreticorum fit ſatis. Cap. X.

Quare ut noſtrum penſum abſoluamus, eorum argumenta diluenda ſunt, quibus miſeræ plebeculæ perſuadere contendunt, uniuerſalem eccleſiam, a Romano pontifice, maximam in hac re tyrannidem pertuliſſe. Primum Cornelius centurio prohibitus eſt ne Petrum adoraret, Ioannes in Apocalypſi. cap. 19. & 22. impeditus, ne ſe ad Angeli pedes demitteret, quia eius erat conſeruus. Ergo & Romanus pontifex eum ſe ſeruorum ſeruum appellet, pati non debuit, vt ipſi hunc adorationis cultum deferrent. id tamen argumentum vna littura deletur a Gregorio magno, epiſt. 24. lib. primi regiſtri, his verbis. Rurſum cum me ad cõſiderandum confero, qualis in humilitate, qualiſque rector debeat in diſtrictione, perpendo quoniam neceſſe eſt, ut beneagentibus ſit per humilitatem ſocius, & contra delinquentium vitia per zelum iuſtitiæ erectus, quatenus & bonis in nullo ſe præfetat, & cum prauorum culpa exigit, prioratus ſui poteſtatem agnoſcant. vt & honore ſuſpenſo, equalem ſe ſubditis bene uiuentibus deputet, & contra peruerſorum culpas, zelo iuſtitiæ exereſcat. Hinc eſt namque quod Petrus, authore Deo, ſanctæ eccleſię principatum tenens, a bene agente Cornelio ſeſe ei humiliter proſternente, immoderatius honorari recuſauit, ſeque illi ſimilem recognouit, dicens. Surge ne feceris, & ego homo ſum. Sed cum Ananię & Saphyræ culpam reperit, mox quanta potentia ſuper cęteros exereuiſſe oſtendit? Verbo namque eorum uitam perculit, quam ſpiritu perſcrutante deprehendit. Et ſummum ſe intra eccleſiam contra peccata recoluit, quod honore ſibi uehementer impenſo, coram bene agentibus fratrib. non agnouit. Hinc communionem æqualitatis meruit ſanctitas actionis, illinc zelus ultionis vim aperuit poteſtatis. Hinc eſt quod Paulus bene agentibus fratribus prælatum ſe eſſe neſciebat, ſed cum culpa, quæ corrigi debuiſſet, inuenitur, illico magiſtrum ſe eſſe recoluit. Et alia multa huic inſtituto cõſentanea adduxit Gregorius. Qua de cauſa ſummus pontif. uiros ſanctitate cõſpicuos ſæpe humilitatis cauſa prohibuit, ne humi procumberent, aut pedes oſculis contingerent, ut effecit Gregorius magnus, ut in prato ſpirituali, & etiam de B. Nilo Abbate apud Gab. Barrium Frãcicanum, de antiquitate Calabriæ lib. quinto & in uita B. Anſelmi Cantuarienſis. lib. 2. legimus. Angelus uero non permiſit Ioannem ad pedes ſuos iacere, quia cum tali forma appareret, ut pro Deo poſſet adorari, teſte S. Auguſtino Tom 4. ſuper Geneſim, q. 61. corrigendus erat adorator. Latria enim ſoli Deo debetur quam cum deferre Ioannes voluiſſet, obſtitit Angelus, nec permiſit illum tam graue erratum committere. Idem cẽſet. B. Remigius Remenſis in commentariis huius loci nondum editis. Quorum copiam, in ciuitate Senarum, apud Bibliothecam canonicorum habui quibus ſubſcripſit S. Tho. ſecunda 2. quæſtio. 84. & Cœlius Pannonius lib. collectaneorum in Apocalypſim.

ADDITIONES.

Poſt ea verba & in vita B. Anſelmi Cantuarienſis, lib. 2. legimus continenter. adde hoc, quod eſt maxime neceſſarium, & a capite lineæ inchoandum.

¶ Quod plane eccleſiaſticam veterem diſciplinam a nobis multis in locis copioſe demonſtratam, minime euertit, cum perfecti viri, non ſemper ad pedes, ſed quandoque ad Chriſti caput acceſſerint. ut B. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in leuiticum, his fere verbis edocuit ex tribus fœminis quæ Chriſtum contigerunt, triplex eccleſiæ ſtatus deducitur, nam quæ fimbriam veſtimenti tremebunda tetigerat, incipientium quæ pedes oſculata, perficientium, quæ caput Chriſti vnguento perunxerat perfectorum ſtatum expreſſit. & fortaſſe non abſurde Cardinalium conſuetudo, multis ab hinc annis conſtantiſſime ſeruata, ex hoc ſanctiſſimi patris teſtimonio defendi poteſt. Qui poſt vnam, vel alteram, pedum oſculationem, quam pontifici maximo in eius electione deferunt, mox deinde, optimo iure, ſolum manus, vel os inter miſſarum ſolennia, cum ad ea celebranda coeunt, oſculantur, & quidem merito. eſt. n. in ijs ampliſſimis eccleſiæ ſenatoribus, perfectorum ſtatus poſitus, atque defixus, fides noſtra ſtabilita, & totius eccleſiæ orbis innixus, teſte Anna libro 1. Regum cap. 2. domini ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem. ne igitur abſonum videretur, eos in quibus pontificale oſtium, cœleſtiſque ianua obuoluitur, ſupplicum more ſemper humi proſterni, atque humiliationem pedum (vt de cathecuminis ſcribit Auguſtinus in ſymbolo) deferre: merito, relicta pedum oſculatione, Põtifici Romano, caput demittere, inclinare ceruices, corpus reuerentiæ cauſſa, inflectere, atque incuruare voluerunt. vt illud Iob capitu. 9. oraculum haberet firmitatem, ſub quo curuantur qui portant orbem. Angelus vero quæ ſequuntur a capite lineæ.

DE ELEVATIONE.

Cur Rom. Pontifex humeris deferatur.

Non eſt alienum ab ijs quæ diximus, ut de leuatione Pontificis diſſeramus. Nam ueteres ſcriptores, ut aliquem in Regem, vel Imperatorem electum ſignificent, leuatum dicũt, ita Claudianum loquutum arbitror.

Sed mox cum ſolita miles te uoce leuaſſet.

Fuit vero id moris, non Barbararum tantum gentium, ſed ipſorum quoque Romanorum, ut quem Imperatorem facerent, eum in altum tollerent. Ammianus Marcellinus lib. 20. de Iuliano a Gallicanis militibus renunciato. Impoſituſque, ait, ſcuto pedeſtri, & ſublatus eminens, populo ſilente, auguſtus renunciatus, iubebatur diadema proferre. Zonaras Tom. 3. in Iuſtiniano ϗ ἐπὶ ἀσπίδος αὐτὸν μετέωρον ἄραντες ἀναγορευσαν βασιλέα Cornelius Tacitus lib. 20. Impoſituſque ſcuto, more gentis, & ſuſtinentium humeris, vibratus, dux eligitur. De Gothis Caſſiodorus lib. 10. var. for. Indicamus parentes noſtros Gothos, inter procinctuales gladios, more maiorum, ſcuto ſuppoſito, regalem nobis contuliſſe præſtante Deo, dignitatem, ut honorem arma darent, cui opinionem bella pepererant. Ado Viennen. de Clotharij filiis, loquens ſcribit Sigebertum contra Chilpericum fratrem profectũ, a Francis, more gentis, clipeo impoſitum, Regem eſſe conſtitutum. Capitolinus in Gordianis, ſic habet, Propere ventum eſt ad oppidum Tyſdrum, inuentuſque ſenex uenerabilis iacens in lectulo, qui circumfuſus purpura, humi ſe abiecit, ac detrectans eleuatus, & Imperatorem ſe appellari paſſus eſt. Herodianus lib. 7. Erat puer quidam infans, ex Gordiani filia natus, nomen aui referens. Hunc ſubmiſſis quibuſdam, afferri ad ſe iuſſerunt, qui cum domi eum ludibundum offendiſſent, impoſitum in humeros, per mediam ferebãt multitudinem, plebi oſtentantes, ac nepotulum Gordiani dictitantes, vocanteſque eum nominatim, populo acclamante, & conſpergente puerum frondibus. Qui mos etiam in eccleſiam tranſlatus, maximè viguit. Primum Ennodius diaconus in 5. Synodo, geſtatoriam ſellam, apoſtolicæ confeſſionis appellat fuiſſe. Quam, ut arbitror, lecticarij homines humeris ſuſtinebant, Hinc Stephanus II. papa, ut refert Platina & Franciſcus Ioannetus c. 90. humeris in baſilicam Saluatoris Conſtantianam, & inde ad Lateranam delatus eſt. Leo etiam, cum ſummus & vniuerſalis Papa Romanæ eccleſiæ, tertio fuiſſet acclamatus, adnuente Othone Imperatore, ad Lateranenſe palatium, ſecundum conſuetudinem, cum laudibus ducitur, & certo tempore (vt ait Luithphrandus lib. 6. cap. 11.) in eccleſia Sancti Petri, ad ſummum ſacerdotiũ, facta conſecratione, attollitur. Gregorius IX. gemmis, & auro circumtectus, ad Lateranum ducitur. Quod, præter Eſaię cap. 50. prophetiam, a nobis copioſe cap. 8 explicatam, ideo fieri arbitror, ut populum ouesque Chriſti ſibi creditas circunſpicere poſſit, eiſque fauſta precatione benedicere, & populus rurſum, illum ſublimi loco præſidentem, commode ſpectare, & ex uultu ſuum, paſtorem quiret agnoſcere. Vt inde proteſtationem fidei concipiat maximam, quoties aſpicit Chriſti uicariũ & Petri in eo throno gloriæ ſucceſſorem.

ADDITIO.

Vbi ait, qui mos etiam in eccleſiam tranſlatus maxime viguit. adde continenter. a capite lineæ.

Primum Ammianus Marcellinus infeſtus noſtræ religionis hoſtis lib. 27. S. Damaſi Pont. Max. electionem deſcribens, ideo tantam in dei eccleſia excitatam fuiſſe controuerſiam exiſtimat, quia pontifices Romani, dignitatis cauſa, curru deferrentur per vrbem, & principum more, ſplendidiſſimis & exquiſitiſſimis epulis vterentur. quem locum, vt multa alia, Ampliſſimo Cardinali Sirleto ſtudioſorum omnium fautori & Mœcenati, acceptum refero. Ad hęc Ennodius (ſequitur.)

De Coronatione Romani Pontificis.

Auream Coronam, omnes Principes, ut Imperij maieſtatem oſtenderent, honoris cauſa, capite detulerunt. Primum Dauid, qui centeſimo anno ante Homerum & omnes veteres Scriptores regnauit, Coronam auream, vt lib. 2. Reg. cap. 12. legimus, talenti põdere, gemmis precioſiſſimis illuminatã, ex urbe Ammonitarum, quam bello ſubegerat, geſtandam ſibi ſumpſit. Cyaxares Medorum Rex, filiam pulcherrimam

ad

ad Cyrum miſit, cum aurea corona, quam capiti impoſuit, & totam Mediam prouinciam pro dote dicauit. Romani inter triumphandum auream Coronam deferebant, vt Gellius eſt auctor. Sed id abſurdum uideretur, cum hiſtorici omnes, lauro redimitos memorent, niſi vos ab hac dubitatione Tertulianus eximeret. Triumphi, inquit, laurea folijs ſtruitur aduerſis lamniſcis, inauratur lamulis, Plinius lib. 21. capit. 3. lamniſcatas Coronas ſiue radiatas, folijs aureis, & argentis conſtructas fuiſſe. Zonaras Tom. 2. triumphi pompam deſcribens duas Coronas inter triumphandum geſtari memorat. Lauream quam victoribus imponebant, auream alteram, gemmis interpollatam, quam publicus miniſter, qui in eodem curru uehebatur, ſupra caput Imperatoris tenebat. Perſarum Reges tiaram rectam ferebant, quam [illegible] appellat Zonaras, Apud quos lex erat ut, ait Dion. Chriſoſtomus oratione 1. de libertate & ſeruitute, ut capitalis eſſet is, qui eam ſibi capiti imponeret. Præterea, gentium ſacerdotes, coronas capite geſtabant, ut decus illud tenerent, quod ad ſacerdotij præſidum maxime ſpectaret. Veteres admirati ſunt ſacerdotem Romanorum in ponto, cui, ut a Strabone literis proditum eſt, maximus ſecundum regem honos habebatur, & regiū diadema geſtare licebat. in Emeſa vrbe Phœniciæ Deo ſacri viri, qui ſacerdotio fungebantur, tunicas intextas manicatas ad talos vſque demiſſas induebāt, & in capite coronam precioſorum lapidum variatis coloribus fulgētem, honoris cauſa, habebant. quē ornatum Antoninus Cęſar, qui ex Solis ſacerdote, militis turba, Imperator Romanorum electus eſt, inter ſerias graueſq; cauſas retinuit, ut Herodianus li. quinto teſtatur his verbis, Antonius Cęſar ex Syria profectus Nicomediæ hyemauit, & ſtatim cultū patrij numinis celebrare cœpit. Purpura auroque redimitus, coronas ſuſtinens ad naræ modum, auro, lapilliſque precioſis inſignitas, forma habitus inter Phœnicum ſtolam & Medorū amictum. Poſtea Conſtantinopolitani imperatores, inter triumphandum, hoc ornamenti genus vſurpabant, ut in uita Baſilii Porphyrogeniti legimus, [illegible] & quæ ſequuntur. id eſt, triumphum duxit tiara recta, quam illi tuphum appellant, a ſuperbia quam in animo eorum excitat. Sed noſtri maximi ſacerdotes, cum duplicem perſonam ſuſtineant, duplici etiam, dignitatis cauſa, corona ornantur, ut Innocentius tertius, ſermo. tertio, de coronatione pontificis, confirmauit his verbis, eccleſia ſponſa non nupſit vacua, ſed dotem mihi tribuit abſque precio precioſam, ſpiritualium plenitudinem, & latitudinem temporalium, magnitudinem, & multitudinem utrorunque. In ſignum ſpiritualium contulit mihi mitram, loquitur enim de ſeipſo Innocentius papa, in ſignum temporalium, dedit mihi coronam, mitram pro ſacerdotio, coronam pro regno, illius me conſtituens in vicarium, qui habet in veſtimento, & fœmore ſuo ſcriptum, Rex regum & dominus dominantium. De mitra hoc loco agendum non eſt, cum omnium conſenſione, hoc ornamenti genus Aaronis exemplo, ſummis ſacerdotibus conueniat. De regia corona eſt aliqua dubitatio, quam pro uiribus diſtoluere contendam. Omnes communi ſententia exiſtimant, hoc ornamenti genus, a Conſtantino magno originem duxiſſe, vt ex pagina, ſiue ex actibus Beati Sylueſtri colligitur. Quam ſententiam omnes pontifices amplectūtur, vt D. Leo nonus epiſtola aduerſus præſumptionem Michaelis capitulo decimotertio & D. Innocentius tertius ſermo. primo de Beato Syluestro, confirmat his verbis. Conſtantinus ſecedens Byzantiū, coronam capitis ſui, voluit Beato Sylueſtro conferre, ſed ipſe, pro reuerētia clericalis coronæ, vel humilitatis cā, noluit eam portare. Veruntamen pro diademate, regio, vtitur aurifrigio circulari & paulo poſt, Romanus itaque pontifex in ſignum Imperij, vtitur regno, & in ſignum pontificij, utitur mitra, ſed mitra ſemper, & vbique vtitur, quia pontificalis authoritas, eſt prior, & dignior, & diffuſior quam imperialis, quia ſacerdotium præceſſit regnum, & Aaron Saulem anteceſſit, Noe Nembroth. De ſacerdotibus uero ſcriptura loquens, eos Deos appellat. Propter quos, omnes ſuis principibus debere eſſe ſubiectos, docet Petrus. Subditi, inquit eſtote, omni creaturæ humanæ propter Deum, quaſi propter ſacerdotium hæc ſubiectio debeatur.

Primum coronam, ſiue diadema, quæ ſola cingebat tempora, cuius Plutarchus in vita magni Pompeij meminit, & in uetuſtiſſimis numiſmatibus cernimus, reiecit pontifex, ob reuerentiam clericalis coronæ. Cum dedecus uideretur, raſo capiti diadema imponere, vel apertum, & quaſi decaluatum caput vitta purpurea cingere. Quare Phrygium circulare, id eſt, illud ornamentum ex Phœnicia, uel ex Phrigia vſurpatum, amborum enim idem erat ornatus, quia Phryges a Phœnicibus originem duxerunt, vt Herodianus libro quinto eſt author, Sanct. Sylueſter capiti intulit. Quod ex auro confectum, circularique forma præditum idem cum tiara recta eſt, vt ex uetuſtiſſimis marmoribus, quæ apud Sāctum Petrum extant, facile agnoſcere, & ex profanis hiſtorijs, in initio noſtræ diſputationis allatis, colligere poſſumus.

Alii authores non ad Conſtantinum, ſed ad Clodoueum, originem reuocant, ut ex Sigeberto Anno Domi. 550. colligere contendunt. Clodoueus rex, ait Sigebertus ab Anaſtaſio imperatore codicillos de conſulatu, & coronam aureā cum gemmis, & tunicam blatteam accepit, & ex ea die conſul, & Auguſtus appellatus eſt, Ipſe vero rex miſit Romam Sancto Petro, coronam auream cum gemmis, quæ regnum appellari ſolet. Aimoinnius, lib. primo capitulo 24. idem prorſus affirmat. Et Anaſtaſius bibliothecarius, ſub Hormiſda Pontifice, multa dona beatum Petrum accepiſſe teſtatur. Apud quem Conſtantinum ſecundum, pontificem maximum, anno 767. in ſancto Petro coronatum legi, & Philippum primum papam, eodem anno conſecrationem, & coronationem accepiſſe. Sed ueteres ſcriptores, conſecrationis nomine coronationem intelligunt. Nam multi Carolum magnum in imperatorem conſecratum referunt, cum re uera conſtet, cum populi applauſu coronatum fuiſſe. Quare ſub ea uoce, etiam coronationis iterum aplectuntur. Inde facile colligi poterit coronationem pontificis, a priſcis temporibus originem duxiſſe. Cum anno 683. ſub Agathone primo, & Benedicto vndecimo fuerit abrogata conſuetudo, qua pecuniam pro conſecratione pontificis dare, uel aſſenſum conſecrandi & coronādi ab imperatore expectari oportebat. Eugenius ſecundus anno 824. vndecimo Kalen. Iunij coronatus eſt. Benedicto tertio, anno 855. corona impoſita. Formoſus primus, papali corona, anno 891. inſignitus. Et tandem poſt Clementem ſecundum. Anno 144. Authore Panuino, omnes pontifices coronationis inſignia acceperunt. Vt inde uetiſſime ab Iſaia cap. 41. vaticinatione prædictum agnoſcamus, ſacerdotes veſtimentis ſalutis indutos, & quaſi ſponſos corona decoratos fuiſſe. Quem locum apertiſſime Aquila tranſtulit, [illegible] id eſt, eum eſſe conſtitutum ſacerdotem, qui in ea ſacra dignitate coronam capite deferret. Et in Apocalypſi capitulo decimoquarto filius hominis corona aurea inſignitus, nube innixus apparuit & capitulo decimonono, verbum Dei equo albo inſidens, & multis diadematibus quibus ſe, ſuoſque coronaret, decoratus uiſus eſt a Iohanne. ea quidem de cauſa, ut ait Anſelmus, quia ob ſummam ſapientiam, quæ per aurum exprimitur, uictoriam de omnibus reportauit, & ſuo fidei imperio ſubegit. Sic etiam pontifex maximus, qui ſuo ſapientiæ ſale omnia condit, ut Bernardinus Miades ornatiſſimus, & religioſiſſimus Eccleſiæ ualentinæ canonicus in doctiſſimis, & nūquam ſatis pro eruditione laudatis de ſale commentarijs explicauit, gentes, populos, tribus, & nationes ſua authoritate ſubiecit, & Chriſti functus poteſtate uicit, atque ſubiugauit. Qua de re merito coronam capiti aptauit pontifex, ut ſe aliis gloria, authoritate, rebus geſtis ſuperiorem oſtenderet.

Poſt omnes Pontifices noſtro ſeculo Paulus ſecundus, qui maxime ornamenta pontificia excoluit, regnum gemmis, auroque diſtinctum mirum in modum decorauit. Sed, ut meo munere defunctus uideat, Cæſar Coſta, libro primo variarum ambiguitatum, cap. primo, ſolum huius rei veritatem quaſi per tranſennam aſpexit. Nam neque triplex corona a tribus illis, quas ipſe exiſtimauit cauſſis, duxit originē, neque ad tituli miſticam ſignificationem reuocari debet id, quod plane ex ueteribus ſcriptoribus perſpicuum eſt. ſed hæc alibi diligenter exponemus.

ADDITIONES.

Vbi ait ſupra caput Imperatoris tenebat. continenter adiunge, vt Iuuenalis ſat. decima cecinit.

Tantum orbem, quanto ceruix non ſufficit vlla? Quippe tenet ſudans, hanc publicus, & ſibi conſul ne placeat, curru ſeruus portatur eodem, ſed Perſarum Reges & quæ ſequuntur.

Ibidem vbi ait. Vita purpurea cingere: Quare Phrygium circulare. continenter lege, id eſt phrygia tiara vt Iuuen. ſat. 6. Et phrygia veſtitur bucca tiara. Vel illum capitis ornamentum ex phœnicia vel ex Phrygia, & quæ ſequuntur.

F I N I S.

TRACTATVS DE Origine, ac dignitate ET POTESTATE SANCTAE R. ECCL. CARDINALIVM, Eiuſque Vicecancellarii in Epithoma nuper redactum.

GONDISALVI VILLADIEGO CAVSARVM OLIM PALATII Apoſtolici Auditoris.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium inſtitutio, vnde originem habet.*
2 *Cardinales ad quid inſtituti fuerint.*
3 *Cardinalium genera tria ſunt.*
Cardinalis Hoſtienſis, alijs dignior eſt.
Epiſcopi cardinales non denominantur per titulum, ſecus in presbiteris cardinalibus.
4 *Cardinalis ſine titulo eſſe poteſt.*
5 *Epiſcopus non cardinalis, an aſſumatur in titulum presbiteralem cardinalatus.*
6 *Papa cardinalibus ſcribens, quomodo eos appellet.*
7 *Cardinales in ſuis titulis iuriſdictionem epiſcopalem habent.*
8 *Cardinales faciunt collegium.*
9 *Cardinales ſunt papæ coadiutores.*
10 *Cardinalium conſilia libera eſſe debent.*
11 *Cardinales pars corporis papæ dicuntur.*
12 *Cardinales papæ aſſiſtere debens.*
Et vnde dicantur.
13 *Cardinali ſine licentia ſanguis non minuitur.*
14 *Cardinales presbiteri & diaconi papæ fidelitatem non iurant, alii ſic.*
15 *Cardinales cauere debent, ne male conſulendo papam errare faciant.*
16 *Cardinales videntes aliquid eſſe in eccleſiæ præiudicium, tacere non debent.*
17 *Cardinalis ad epiſcopatum poſtulari, non eligi debet.*
18 *Cardinales ſoli papam eligunt.*
Imperatori quare alias fuit data poteſtas eligendi papam.
Imperator in ſpiritualibus ſe non intromittit.
19 *Papa cur ſucceſſorem ſibi eligere non poſſit, & quare.*
20 *Papa cum cardinalibus in vita de eligendo ſucceſſore tractare poteſt.*
21 *Cardinales quare in conclaui in communi ſtare debeant nullo pariete intermedio.*
22 *Pactum an valeat ſuper electione papæ.*
23 *Cardinales abſentes poſt obitum papæ per decem expectantur dies.*
Papa, an, & quando a duabus partibus uel a maiori parte cardinalium eligatur.
24 *Electus in papam, a voce quam alteri dedit, recedere poteſt, & electioni de ſe factæ addere.*
Cardinalis quilibet in electione papæ, tres nominare poteſt.
25 *Papæ electio non vitiatur, licet cardinales eligentes excommunicati ſint.*
26 *Cardinalium collegium in vno tantum remanere poteſt.*
Quid ſi omnes pereunt.
27 *Cardinalis in electione papæ voci ſuæ renunciare poteſt.*
28 *Electio per metum facta non valet.*
Matrimonium metu contractum non valet.
29 *Voluntatis latitudo impediri non debet.*
Metus leuis in electione papæ ſufficit.
30 *Cardinales ne in electione papæ erretur prouidere debent.*
In papam eligendus qualis eſſe debeat.
31 *Cardinales vnum de collegio potius quam alium eligere debent.*
Electus a duabus partibus cardinalium pro papa habendus eſt, limitatur ibi.
32 *Papa ius naturale uel diuinum tollere non poteſt.*
Electio papæ, licet ſimoniacha ſit non vitiatur.
33 *Electio papæ habentis vxorem valet.*
Matrimonium ſpirituale ſine electi conſenſu non contrahitur.
Monachus abbate inuito in papam eligi non poteſt, & quare.
34 *Iuriſdictio papalis ſede vacante in cardinalium collegium non tranſit.*
35 *Cardinales intruſum in papatu excommunicare poſſunt.*
Cardinales, ſede vacante quando legatum creare poſſint.
Cardinales, ſede vacante nouum cardinalem creare non poſſunt, nec legatum reuocare.
36 *Papa ſine cardinalium conſilio, ardua non explicat.*
37 *Papa iniuſtitiam aliis facere non debet.*
38 *Papa ſine cardinalium conſenſu, ſine iuſta cauſa res eccleſiæ non alienat nec in turpes vſus conuertit.*
Papa rerum eccleſiæ eſt diſpenſator & non dominus.
39 *Cardinales, hodie in priuilegiis papæ non ſe ſubſcribunt, olim ſecus.*
40 *In cardinalem eligendus qualis eſſe debeat.*
Papa cum cardinalium conſilio ardua determinat.
41 *Papa in cardinalem ob ſanguinem aliquo modo ſummi non debet.*
42 *Cardinales cauere debent, ne ſuo exemplo alios corrumpant.*
43 *Cardinales quomodo in cibo & potu ſe habere debeant.*
44 *Religioſi effecti cardinales, habitum ſuæ religionis deferre tenentur, & quæ alia ſeruare teneantur, & quæ non.*
45 *Cardinales in familia, & pompa, domus, humilitatem ſeruare debent.*
Clerici fructus beneficiorum, qui ſunt pauperum, conſumentes, reſtituere tenentur.
46 *Cardinalibus maxima reuerentia debetur, ideo reuerendiſſimi dicuntur.*
47 *Cardinales de beneficiis tantum habere debent unde uiuere poſſint.*
48 *Cardinales honeſtam familiam ſecum habere debent.*
49 *Cardinalis legatus abſens ſibi confeſſorem eligit.*
Cardinalis de rebus intuitu perſonæ acquiſitis teſtari poteſt, ſecus ſi eccleſiæ intuitu.
50 *Conſuetudo concedens cardinalibus teſtandi facultatem non valet.*
51 *Cardinalis a papa licentiam teſtandi habens ſine cauſa de rebus intuitu eccleſiæ acquiſitis in foro conſcientiæ tutus non eſt.*
52 *Cardinalis vbi ſepeliri debeat.*
Epiſcopus vbi ſepeliri debeat.
53 *Cardinales in ſuo habitu ſepeliendi ſunt.*
Cardinalium exequiæ, quando per eorum hæredes fieri debeant.
54 *Cardinalatum appetere non licet.*
55 *Cardinalis quo ad adminiſtrationem epiſcopo maior eſt.*
56 *Cardinali non epiſcopo maior eſt epiſcopus in ordinatione.*
Et quare papa ſe epiſcopum appellet.
57 *Diſpoſitio, vel lex de clericis loquens, an, & quando cardinales comprehendat.*
58 *Princeps quo ad uim directiuam lege arctatur.*
59 *Cardinalium cœtus, ſenatorem cætui æquiparatur.*
60 *Cardinales legati mare tranſeuntes veſtibus rubeis, palafreno albo, freno, & calcaribus deauratis vtuntur.*
61 *Cardinali non creditur ſi dicat ſibi aliquid ſpecialiter conceſſum, quod in generali legatione non comprehenditur.*
62 *Cardinali creditur, ſi delegatum papæ ſe dicat.*
Cardinales in curia reſidentes a reſidentia in ſuis beneficiis excuſantur, & quare.
Cardinalium familiares excuſantur a reſidentia in ſuis beneficiis facienda.
Cardinales contra offenſores ſuos priuilegiati ſunt.
64 *Cardinalis obuiãs ducto ad mortem eum a morte liberare poteſt niſi in tribus caſibus.*
65 *Cardinalis delegatus papæ aliis ſuas vices delegat, diffinitiua ſententia ſibi reſeruata.*
66 *Cardinalium collegium, famæ poteſt infames reſtituere.*
Cardinales presbiteri inſigniis epiſcopalibus utuntur, & minores ordines conferunt.
67 *Cardinalis legatus in exemptos iuriſdictionem habet.*
68 *Cardinalis legatus excommunicatos pro manuum iniectione etiam enormi abſoluere poteſt.*
Et beneficia conferre poteſt.
69 *Cardinalium appellatione ueniunt cardinales S. R. E.*
70 *Vicecancellarius ob humilitatem non uocat ſe cancellarium.*
Officia principalium poſt papam in curia Rom. ſunt tria.
71 *Vicecancellarius adminiſtrationi iuſtitiæ præeſt.*
Camerarius ærario papę & eccleſię patrimonio pręeſt.
Pœnitentiarius exercitio curiæ pœnitentialis pręeſt.
Vicecancellarius camerario, & pęnitentiario maior eſt.
72 *Vicecancellarii officio cura audientiæ ſacri palatii pertinet.*
73 *Vicecancellarius operam dare debet, ut locus iudicii debite regatur.*
74 *Vicecancellarius omnes cauſas quæ ſunt de communi iuſtitia committere poteſt ad curiam deuolutas, & cauſas beneficiorum etiam ad curiam non deuolutas.*
75 *Vicecancellarius ſignaturas papæ extendit eas interpretando.*
76 *Vicecancellarius per regulas cancel. multas habet facultates a papa conceſſas.*

I. Quæſt. In qua quæritur unde habuit ortum Cardinalatus dignitas.

1 INſtitutio † Cardinal. figuraliter habuit ortum ab inſtitutione diuina, exempla uiter autem a Chri-

a Chriſto. Expreſſa autem fuit facta tempore Pontiani, & Marcelli Rom. Pon. propter baptiſma, & ſepulturas mortuorum.

II. Quæſt. In qua quæritur de neceſsitate huius dignitatis.

2 Principalius tamen fuerũt cardinales inſtituti ad cooperandũ Ro. Po. in gubernatione
totius vniuerſalis eccleſiæ, & conſulendũ in quo potiſsimũ
eſt eorũ officiũ, & papa, qui habet ex diuina Inſtitutione ſupremam poteſtatem in eccleſia Dei, & ad quem gubernatio tanquam ad caput pertinet, neceſſe habuit ex diuina eadem Inſtitutione ſaltem figuraliter & exemplariter cooperatores, & conſultores ſibi iniungere, nam integrum eſt iudicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur.

III. Quæſt. In qua quæritur de diſtinctione Cardinalium.

3 Cardinalium triplex eſt diſtinctio, nã quidam ſunt. Epiſcopi, quidam presbyteri, & quidam diaconi. Cardinalis Hoſt. inter cæteros cardinales dignior eſt, ipſe enim primus poſt Papam ſedet in generali concilio, papam conſecrat, & imperatorẽ inungit. Epiſcopi cardinales non denominantur per titulum, ſed ſimpliciter, presbyteri autem Cardinales ſic. Solus tamen Cardinalis Baſilicæ 12. Apoſtolorum, quamuis ſit presbyter, ſine titulo denominatur, quod etiam eſt in diaco-
4 nis Cardinalibus. † Poteſt etiam cardinalis eſſe ſine titulo, &
hoc contingit petro columnæ, qui exiſtens diu ſine titulo, vocabat ſe S. Ro. eccl. cardinalem, donec adeptus fuit titulum. ſancti Angeli, quem obtinuit ante de eo factam depoſitionem, nam primo fuerunt cardinales, quam tituli eſſent eis aſſignati, & ideo quandoque dicuntur ſimpliciter cardina-
5 les. † Olim Epiſcopus, qui non erat cardinalis, non aſſume-
batur in titulum presbyteralem cardinalatus, hodie autem
6 aliter obſeruatur. † propter mixturam Epiſcoporum, quæ
eſt inter cardinales, quando Papa ſcribit, vel loquitur eis in communi, appellat illos fratres, quando in particulari epi-
7 ſcopos fratres, cæteros vero filios. † Cardinales in titulis ſuis
iuriſdictionem habent Epiſcopalem, & ideo vicarius vrbis non cognoſcit de cauſis ſubditorum titulis cardinalium.

IIII. Quæſt. In qua quæritur, an cardinales faciant collegium.

8 Cardinales faciunt collegium, & dicitur ſacrum, quod patet, nam archam habent communem, & ſpecialem camerarium loco ſindici, qui oblata inter eos diuidit, tota die communiter conueniunt, quæ omnia ſunt collegij ſigna.

V. Quæſt. In qua quæritur in quo verſetur cardinalium officium.

9 Cardinales ſunt † coadiutores, & cooperatores Ro. po. & conſiliis opportunis ſibi aſsiſtũt in gubernatione totius uniuerſalis eccleſiæ.
10 Conſilia cardinalium debent eſſe libera, ita quod non ſit in
eis aliqua de illis quatuor paſsionibus, quæ humanum ſolẽt iudicium peruertere, & animam captiuare videlicet timor, odium, amor, aut cupiditas habendi, & debent eſſe matura, & conſiderata. Papa debet vota cardinalium, & conſilium eorum intendere, & ex illis finalem reſolutionem ſibi reſer-
11 uare. † Papa non debet permittere cardinales a ſe ſeparari
propter eorum conſilium habendum, ſed continue debet cum eis verſari, nam collaterales ei, & de latere eius, & pars
12 corporis ipſius dicuntur. † Cardinales debent aſſiſtere Papę,
in curia Rom. continue commorantes, & inde dicti ſunt a cardine, quia quemadmodum in cardine uertitur hoſtium,
13 ita in eis vertitur adminiſtratio, & gubernatio totius vni-
uerſalis eccleſiæ. Papa, quia debet adhibere maximam diligentiam de ſalute cardinalium, ideo ſi cardinalis infirmetur, nõ ſibi ſanguis minuitur ſine eius Papæ expreſſa licẽtia.
14 † Cardinales presyteri, & diaconi tẽpore aſſumptionis ſuę,
papæ non præſtant iuramentum fidelitatis, quia ſunt membra ipſius, & a ſe ipſo papa non exigit, epiſcopi autem cardinales tale iuramentum præſtant, non quia ſint ab hac onita-
15 te ſecluſi, ſed tamquam cæteri epiſcopi † cardinales diligen
ter cauere debent, & attendere ne male conſulendo papam errare faciant, nam imputatur male conſulenti, ſicut male facienti, quia ubi conſilium dat cauſam delicto tenetur conſulens ſicut faciens. Quod procedit, nedum ſi ſcienter, ſed etiam ſi per ignorãtiam male conſuleret, nam acceptando illud officiũ, quod principaliter, ut dictum eſt, in conſulendo verſatur tacite videntur fateri ſe eſſe peritos, & ſufficientes ad illud, unde imputatur eis, ſi aliquid poſtea per imperi-
16 tiam faciunt. † Cardinales, quando uident aliquid tendere in
pernitiem eccleſiæ, vel alias eſſe iniuſtũ, tacere non debent, ſed expreſſe contradicere, alias peccant. Nam tacentes hoc caſu cum ad hoc ſint aſſumpti, ut recte conſulant, cenſentur id quod agitur, approbare, & error, cui non reſiſtitur, appro-
17 batur. † Cardinalis ad epiſcopatum debet poſtulari, & non
per uiam electionis aſſumi, quicquid dixerint nonnulli doctor. Epiſcopus dicitur alligatus uinculo matrimoniali ſuæ eccleſiæ, & ideo non poſſunt eligentes in eũ conſentire tanquam in alienum maritũ, & ideo confugiunt ad ſubſidium
18 poſtulationis. † Cardinales S. Romanæ Eccleſ. indiſtincte ſo-
li papam eligunt, nouiſſime ea conciliorũ auctoritate. Olim per papam fuit data poteſtas eligendi Roman. pontifi. imperatori, & hoc factum extitit ad reprimendum inſultus hæreticorum, & ſciſmaticorum. Imperatores poſtea renunciauerunt omnibus priuilegiis ſibi conceſsis ſuper dicta electione, & Ludouicus imperator hanc facultatem Roman. pontifi. conceſsit, & in eum tranſtulit. Auctoritate poſtea Nicolai papæ fuit inductum vt electio Ro. po. non a cardinalibus ſolum. verũ etiam ab aliis religioſis clericis fieret, nouiſſime autem authoritate conciliorum ſoli cardinales eligunt, vt dictum eſt. Imperator, vel alii laici non debent ſe intromit-
19 tere in ſpiritualib. † Papa non poteſt poſt mortem ſuam ſibi
eligere ſucceſſorem, & per cõſequens iſta viæ tollere a cardinalibus facultatem eligendi, quia ſtatum vniuerſalis eccleſiæ immutare non poteſt, neq; electionem papæ, quæ tangit vniuerſalem, eccleſiam ſine iuſta, & notoria cauſa immutare, & ſi hoc faceret, non eſſet ſibi parendum, & ideo ſine cauſa non poſſet priuare collegium cardinalium facultate eligẽdi Ro. po. eandem poteſtatem in alios transferendo Papa in
20 vita poteſt tractare cum cardinalibus, de eligendo ſucceſſo-
re etiam nominando perſonam, quę ſibi apta videtur. Cardinales de conſenſu papę in cõi inter ſe poſſunt tractare de electione Ro. po. dummodo non deliberent de perſona, nec pa-
21 ctis, vel promiſſionibus ad certum quid ſe obligent. Propter
conuenticula, & damnabiles tractatus tollendos fuit prouiſum, quod in conclaui non fieret aliqua ſeparatio per parie-
22 tes, ſed omnes cardinales eſſent palam in communi. † Quam
uis ſuper electione Ro. po. paciſci non liceat, tamen ſi iuſta de cauſa hoc facerent, talia pacta valerent, neque paciſcentes punirentur. Olim tractatus electionis uſque ad tertium diem poſt mortem papæ differrebatur, hodie tamen ſtatim
23 poſt mortem ipſius tractatum facere licet. † Cardinales ab-
ſentes poſt mortem papæ per decem dies expectantur, poſtea non. Electio Romani pontificis eſt ab omni forma iuris exempta. ſufficit enim quod a duabus partibus cardinalium ſit aliquis nominatus. Ad hoc vt ad illas duas partes commodius perueniri poſſit, optima eſt pratica, quod cardinales ordinent inter ſe, quando conueniunt ad electionem, quod valeat electio facta a maiori parte, nam tunc electus a maiori, cenſebitur electus ab omnibus. In electione Romani pontifici acceſſus habet locum pendente ſcrutinio, & dicitur pendere, donec de conſenſu cardinalium fuerit ruptũ, uel ad alios actus diuertant, ſecus tamen in aliis electioni-
24 bus. Ipſemet, qui eſt electus in papam, poteſt recedere a uo-
ce, quam dedit alteri, & accedere ad electionem de ſe factã, ut perueniatur ad illas duas partes. Quilibet cardinalis poteſt in electione nominare tres, in quos conſiſtit, & quilibet nominatorum vnam vocem acquirit, ita, quod hac voce computata ſi habuerit duas partes, obtinebit, ſi tamen hac, uoce computata quilibet nominatorum haberet duas par-
25 tes, tunc primo nominatus obtinebit. † Cardinales eligen-
tes papam, etiam ſi ſint excommunicati, uel alias inhabiles non propter hoc vitiatur electio. Etiam ſi cardinales ſint negligentes in eligendo Roman. pontific. ad nullum alium illa poteſtas deuoluitur, quia iure non reperitur expreſſum.
26 † Si omnes cardinales deficerent, uno tantum remanente, in
illo totius collegij remaneret. Sed ſi omnes perierint, tunc electio Romani Pontificis eſt per generale concilium fienda, & iſto caſu concilium cõgregatur per imperatorem, licet alias
27 ſine papa congregari non poſſit. † Cardinalis poteſt renun-
tiare voci ſuæ in electione Rom. Pontificis quicquid dixerit Hoſt. in cap. cum pridem de renunc. Cardinales cauere debent ne in tali loco ad electionem conueniant ubi non ha-
28 beant plenam eligendi libertatem, cum electio debeat eſ-
ſe libera. † Si electio ſit facta per metum, cum libera eſſe debeat ipſo iure non valet, ſicut de matrimonio dicitur. Matrimonium debet habere liberum conſenſum, vnde ſi

Matrimonium debet habere liberum conſenſum, unde ſi
metus intercedat pro eo, quo libertas tollitur, cōtractus ma
29 trimonii ipſo iure non tenet. † Latitudo uoluntatis impediri
non debet, & ideo ſiue electores compellantur eligere quē
certum, ſiue de certo genere idem eſt, cum in utroque caſu
eadem militet ratio, cum uoluntas debeat eſſe libera. Quā-
uis metus alias debet eſſe talis, qui cadere poſſit in conſtantē
virū, ad hoc ut excuſet, tamē in electione papę ſufficit leuis
30 metus. † Card. debent pro uiribus elaborare ne in electione
eius qui ſupra omnes conſtituitur, errent, alias male eligen
tes cum ſint in culpa, ſibi attribuant quicquid electus in ma-
le adminiſtrando committit. In papam eligendus debet cū-
ctos cæteros charitate, ſcientia, ſanctitate, conſtantia, & di-
ſcretione præcellere, & ſi omnes prędictæ, & ſimiles qualita
tes in vno non reperiantur, ſed unus vnam, alius aliam ha-
bet, eligendus foret, qui haberet qualitates, quæ magis ne-
31 ceſſariæ ſunt ad eccleſiæ gubernationem. † Cardinales po-
tius debent eligere vnum de collegio in papam, quam aliū
extra, dummodo idoneus ibi reperiatur, & hoc licitum eſt fa
cere, etiam ſi extra magis idoneus reperiretur. Sufficit elige-
re vnum de collegio, qui idoneus ſit, licet idoneos ibi repe-
riatur, & iſta idoneitas non debet cōſiderari ſimpliciter, ſed
ſecundum quod .i. quantum ad eccleſiæ regimen. & guber-
32 nationem. † Electus a duabus partibus cardinalium, talis, nō
obſtante aliqua exceptione, habendus eſt pro Romano pon-
tifice hoc tamen intelligendum eſt, quando exceptio inſur-
geret de iure poſitiuo, ſecus tamen ſi deſcenderet ex iure na
turali, uel diuino, utputa ſi electus eſſet hæreticus, furioſus,
& ſimilia, quæ etiam ſi papa vellet, ius naturale, uel diuinum
tollere non poſſet. Etiam ſi quis ſit electus in papam per ſi-
moniam, non per hoc vitiatur electio de eo facta, ut dicatur
nulla, cardinalis tamen, qui cum per ſimoniam eligit, con-
uictus de hoc deponitur. Hoc tamen hodie correctum eſt.
33 † Habens vxorem ſi eligitur in papam, tenet electio de ipſo
facta, & ſi illa non poteſt induci ad continentiam, tenebitur
maritus papa ei debitum reddere. Matrimonium ſpirituale
non contrahitur ſine conſenſu electi, & ideo infertur, quod
monachus, qui non habet neque velle, neque nolle, & ſic cō
ſenſum habet alligatum in manu abbatis, quem vice Dei
poſuit ſupra caput ſuum, non poteſt, abſque Abbatis licen-
tia, & inuito eo eligi in papam, & ſi eligatur, non acquirit ius
papatus, niſi Abbatis conſenſu accedente.

VI. Quæſt. In qua quæritur quam poteſtatem, ſeu iuriſdi
ctionem, habeat collegium cardinalium, ſede vacante.

34 Iuriſdictio papalis † non tranſit in collegium
cardinalium ſede vacante
neque in aliquo poſſunt ſe intromittere, niſi occurrerit ca-
ſus tantæ neceſſitatis, cui oporteret ſine dilatione occurri,
additur etiam eis facultas ſubrogandi camerarium, & pœ-
35 nitentiarios. † Cardinales poſſunt excommunicare eum,
qui ſe intrudit in papatu. Etiam in caſibus, in quibus poſſunt
ſe intromittere, ſede vacante, cardinalem Legatum creare
ad eos expediendos poſſunt, ſi per alium negocio commode
conſuli non poſſit, & eum etiam inuitum extra curiam mit
tere, nam cum a iure talem poteſtatem habeant, uidentur
per conſequens omnem neceſſariam compulſionem, & re-
medium ad hoc habere. Cardinales non poſſunt ſede uacā-
te nouum cardinalem creare, neque legatum a papa crea-
tum reuocare.

VII. Quæſt. In qua quæritur, an papa poſſit ardua expe-
dire, ſine conſilio cardinalium.

36 Papa non debet ardua expedire ſine conſilio
cardinalium, & ita etiam ſe
habet conſuetudo. Tamen ſi ſecus faceret, non ideo dicen-
dum eſſet illud non ualere, cum ipſe habeat plenitudinem
poteſtatis, & ſit ſupra omnia iura poſitiua, & ſic quemadmo-
dum & iuri, ita & conſuetudini derogare poſſit. Sed tamen
papa hoc facere non deberet, quia non debet uti illa plenitu
dine poteſtatis, quam habet indifferenter, ſed tantum ubi iu
37 ſta cauſa intercedit. † Papa non debet iniuſtitiam alijs facere,
cum ſit poſitus ad iura reddendum, ne inde proueniat iniu-
riæ, unde iura naſcuntur. Et ſecundum præmiſſa intelligen
dum eſt illud, quod tenuit Hoſtien. videlicet, quod ſolus pa-
pa non poſſit deponere cardinalem, uel non conſueuerit eū
ſine conſilio cardinalium excommunicare. & illud quod di
xit Archid. quod papa non poſſit alienare rem eccleſię, ſine
conſenſu cardinalium, nam omnia iſta intelliguntur, id eſt
38 non debet, non quod non poſſit. † Neque cum conſenſu car
dinalium papa poteſt ſine iuſta cauſa alienare, nec res ex
eccleſia prouenientes in turpes uſus connertere, uel con-
ſanguineis ſuis dare, ut eos diuites faciat, ut palatia cōſtruāt.
& ſi ſecus fecerit, mortaliter peccat, & grauius quam alij
quo magis ei incumbit ex exemplo alijs uiam rectitudinis
oſtendere. Quamuis enim res eccleſiæ ſint eius, ut principalis
diſpenſatoris non tamen ſunt eius, ut domini. & poſſeſſoris.
39 † Cardinales licet olim priuilegiis papę ſe ſubſcriberent, ta
men hodie ſecus eſt.

VIII. Quæſt. in qua quæritur qualis eſſe debeat eligen-
dus in cardinalem.

40 Eligendus in cardinalem † qualis eſſe
debeat & po
ſtea qualem ſe præbere, demonſtrat iſte doct. in octaua quæ
ſtione principali ſecunda & tertia columna. & etiam dicit, q
iuuenes ad cardinalatum non ſunt apti, cum careant expe-
perientia, quæ ſummopere in cardinalibus requiritur ad be-
ne conſulendum, nam qui expertus non eſt, pauca recogno-
ſcit. Quantęque literaturæ, prudentiæ, & circunſpectionis de
beant etiam eſſe ex eo cognoſci poteſt, cum papa omnes ar-
duas quæſtiones eorum conſilio determinare debeat, & ſic
eorum conſilio tota uniuerſalis eccleſia regatur & guberne
tur. † Papa neminem debet aſſumere in cardinalem propter
41 ſanguinem aut carnem, exemplo Moyſi, qui non filios ſecū
dum carnem ſed eum, quem ſpiritu Dei habere cognouit
in populi adminiſtratione pręfecit. Quia per ſiniſtra conſilia
multa aduerſa contingere poſſunt ideo aduertendum eſt in
electione Cardinalium, quorum hoc eſt officium, ut illi qui
eligunt, ſummæ integritatis ſint.

IX. Quæſt: in qua quæritur qualiter cardinales ſe habe
re debeant in conuerſione.

42 Cum id quod a prælatis agitur, facile a
ſubditis traha
tur in exemplum, cauere debent cardinales ne ſuo exēplo
alios corrumpant, quia eorum damnationi communicarēt
& tot mortibus ipſi eſſent digni, quot mala ad alios trāſmit-
43 terent. Cardinales quomodo in cibo, & potu ſe modeſte ha
bere debeant, apparet. trigeſimaquinta diſtinctione. per to-
tum. & 44 veſtibus autem utuntur pileo rubeo, ad deſignan
dum, quod ſint parati effundere ſanguinem ſuum pro defen
ſione nominis Chriſti, & fidei Chriſtianæ. & Cōſtantinus eis
conceſſit, quod precioſis ueſtibus uti poſſint, non autem ad
pompam, ſed ad laudem Dei ſed cultui veſtium actionis or-
namenta conuenire debent. † Religioſi effecti cardinales,
44 tenentur deferre habitum ſuæ religionis, per nullam enim
dignitatem religioſus dimittit habitū religionis, niſi per pa-
patū. In alijs aut obſeruantijs religionis incōpatibilib. cū car
dinalatu non tenenẽ, utpote ad obedientiā cū ſint immedia
te papæ ſubiecti, ad alia uero cōpatilia tenenẽ, ut ſeruare ca-
ſtitatē, & paupratē, ad ieiunio aūt & non eſum carnium, & li
neam camiſiam non deferendam, quatenus cōmode & ſine
ſcādalo aliorum facere poſſint. Eximuntur etiam in officio
Diuino, quia tenentur ſequi officium eccleſiæ Roma. cui
cardinales debent ſe conformare, & non religioni, ſed eccle
ſiis ſuis acquirunt. Religioſi cauere debent. ne huiuſmodi di
gnitates procurent propter acquirendam libertatem, aut
ambitionem honoris, ſed tantum propter Deum, & maiorē
utilitatem eccleſiæ impendendam, alias cenſentur fractores
uoti, quod in profeſſione fecerunt. † Cardinales in familia-
45 rum apparatu, & pompa domus humilitatem potius, quam
ſuperbiam ſequi oportet, in his autem uſus, & conſuetudo
bonorum uirorum, q ſuę dignitatis, & profeſſionis ſunt, in-
ter quos uiuunt, & conſeruantur attendenda eſt, habetur ta-
men diſtinctio nobilitatis, & doctrinæ. Non eſt mirandum,
ſi aliqua pompa permittatur, & hoc contrarium uideretur,
primitiuæ eccleſię, nam status eccleſiæ hodie alius eſt, & ho-
nor eius etiam augmentatus eſt. Quicquid eccleſiaſtici ui-
ri de fructibus beneficiorum uoluptuoſe, vel in uſus illicitos
conſumunt, reſtituere tenentur, nam pauperum ſunt. Cardi
46 nalibus propter ſummam eorum dignitatem maxima reue
rentia exhiberi debet, onde Reuerendiſſimi dicuntur, & hoc
procedit ſiue mali, ſiue boni ſint, nam ſi mali propter excel
lentiam dignitatis, ſi boni propter dignitatem, & perſo-
nam, nam bonus prælatus dupliciter eſt honorandus. Sciāt
tamen cardinales quod prælationes eccleſiaſticæ præcipuū
fundamentum in humilitate habent. In publico autem
pręlatus debet maieſtatem ſuæ dignitatis oſtendere, in ca-
47 mera, ut ſocius cum inferioribus ſe gerere. † Cardinales, ſi-
cut cæteri clerici, de beneficiis tantum habere debent, vt
commode ſuſtentari valeant, & ſi depoſitionibus, aut be-
neficiis reſidentiam non requirentibus, eis prouideri poſſet
tutius eſſet, quia nullum diſpendium eccleſijs propter eorū
ab-

abſentiam imminereret. Si tamen iuxta eorum neceſſitatē de prædictis ſubueniri non poſſet, tunc diſpenſatiue plura ēt
48 in compatibilia uſque ad ſufficientiam obtinere debēt. †Cardinales debēt ſecum habere honeſtam familiam, iuxta illud cum ſancto ſanctus eris, & maxime cum ſoleant familiares ad dignitates, & beneficia promouere. Debent enim tales habere, in quos ſine periculo animæ poſſint talia beneficia collocare, non tamen per hoc infertur, ꝙ principaliter debeant dare propter ſeruitium beneficia, nam tunc ſimonia ſaltem mentalis committeretur ſi cardinalis conferret beneficium alicui familiari principaliter propter ſeruitium, & idem eſſet ex parte familiaris, .ſi principaliter ſeruiret dño pp habenda ab eo beneficia. Secundario tamen ſi iſta conſiderarentur, tunc nō eſſet ſimonia, nec aliquid illicitum, dummodo pſona familiaris ſit digna, & ſeruitiū, ꝙ impēdit ſit honeſtū. prædicta ſunt intelligēda hoc modo, videlicet ꝙ huiuſmodi obſequium non debet excitare ad conferendum beneficiū, ſed ad cognoſcēdū merita præſtantis obſequium, quibus cognitis dandū eſt beneficiū pro ipſius meritis, nō ꝓ ſeruitio, dummō pdicta in pactū nō deducant, q̄a tūc ſimonia eſſe expſſa. Seruitium impenſum prælato cenſetur impenſum eccleſiæ, & ideo de rebus eius mobilibus prælatus aliquid poteſt ſer-
49 uitoribus elargiri. †Cardinalis, ſi ex cauſa legationis abſuerit ſibi poteſt eligere confeſſorem, alias ceſſante tali, vel ſimili neceſſitate, debet a papa licentiam eligendi obtinere, quod ſecus eſt in epiſcopo cardinali. Cardinalis liberè teſtari poteſt de illis rebus, quæ intuitu perſonæ acquiſiuit, ſecus autē
50 de illis, quæ acquiſiuit intuitu eccleſiarum. † Conſuetudo, quæ grauamen eccleſijs inducit, a iure reprobatur, & ideo non valeret, ſeu induci poſſet conſuetudo, quæ concederet facultatem teſtandi cardinalibus, ſeu aliis prelatis de rebus acquiſitis intuitu eccleſiæ, niſi forte teſtarentur in minimis, quia tunc poſſet ſaluari opinio Innocen. in cap. in officiis, de
51 teſtamentis. †Cardinalis, qui habuit licentiam teſtandi a papa de reb. intuitu eccleſiæ acquiſitis, quamuis ſit tutus, quo ad forum iudiciale, quia de factis papæ nullus iudicare pōt, non tamen eſt tutus, quo ad Deum, ſi papa ſine cauſa dedit.
52 Cardinalis ſepeliendus eſt in eo loco, vbi ſepulturam elegit, & vltra q̄ vnicuique regulariter ſit licitum ſepulturam ſibi eligere, confirmatur etiam hoc, quia epiſcopus etiam poteſt eligere ſepulturam extra cathedralem eccleſiam. Si autem deceſſit non electa ſepultura, tunc ſepeliri debet in eccleſia tituli ſui, in qua iuriſdictionem habet epiſcopalem, vt dictum eſt, quemadmodum dicimus de epiſcopo, qui non electa ſepultura deceſſit, nam in ſua cathedrali ec-
53 cleſia ſepeliendus eſt. † In ſepeliendis cardinalibus quo ad ſepulturas, & pompam exequiarum, attendendus eſt mos, qui ſeruatur, & ſepeliri debent in eo habitu, qui eis, viuentibus ipſis, competebat. Exequiarum vero impenſæ fiunt per hæredem, ſi ad huiuſmodi onera ſufficeret, ſi vero non, vel alias hæredem non haberent eorum eccleſia ad huiuſmodi onera tenetur, ſed omnibus iſtis deficientibus, tunc camera apoſtolica teneretur, ſicut tenetur in vita eos ſuſtentare, ſi egeant.

X. Quæſt. In qua quæritur, an licitum ſit appetere cardinalatum.

54 Cardinalatum appetere, vel ad illam dignitatem, conſequendam operam dare nō licet, quoniam dignitatem illicite quis apetit, & magis illicite petit, aut procurat, quia nullus debet ad prælationem ſuo appetitu peruenire, ſed ſolum Dei iudicio.

XI. Quæſt. In qua quæritur, an epiſcopus ſit maior cardinali, & cui eorum maior reuerentia debeatur.

55 Cardinalis maior eſt, † epiſcopo, quo ad adminiſtrationem, nam cardinales faciunt unum corpus cum papa in gubernatione vniuerſalis eccleſię, & ita intelligenda ſunt omnia iura, quę dicunt, & induci poſſunt, quod cardinalis ſit maior epiſcopo. Sed epiſcopus maior eſt cardinali non epiſcopo in ordinatione, nam ſupra epiſcopalem nullus eſt ordo,
56 & ideo papa appellat ſe epiſcopum. † Et ex iſtis elicitur deciſio, cui ſit maior honor exhibendus nam in celebratione pōtificalium officiorum maior honor epiſcopo exhiberi deberet, quam cardinali, qui non eſt epiſcopus, quia in illis maior eſt illo. in aliis vero publicis honoribus, & eccleſiaſticis prouētibus ſecus eſſet ex ſupra deductis. Cardinalibus, quia dignitatem ſuam auxerunt, maxima laus eſt, nam & etiam pręſes prouincię debet ingenio dignitatem ſuam augere, dicit iureconſultus.

XII. Quæſt. in qua quęritur, an in generali diſpoſitione comprehendantur cardinales.

57 Generalis diſpoſitio, † vel lex loquens de clericis includit etiā cardinales, ſi priuilegiatiue loquatur, utpote illi, q in uinea domini laborantes, & Rom. pont. cooperantes, maiorib. debeant attolli fauoribus. Si tamen diſpoſitio loquatur, pęnam imponendo, & tunc, aut odium eſt rationabile, & extenditur ad cardinales, aut eſt irrationabile, & tunc, aut non loquitur generaliter, & cardinales nō comprehenduntur, aut loquitur generaliter, & tunc etiam cardinales comprehenduntur, cum ſint ſubiecti Papę, & lex generaliter loquens omnes ſubiectos comprehendat, nec propter eminentiam dignitatis excuſantur, quin legibus aſtringantur, cum hoc ſo
58 lius principis ſit, ut legibus ſit ſolutus. † Quinimmo, & ipſe princeps arctatur lege, & ſi non, quo ad vim coactiuam, ſaltem quo ad uim directiuam. Vnde ſi papa facit contra canonem, licet non ligetur pœna temporali per canonem inflicta, quia tamen ratio ſi naturalis eſt, ſuper qua lex fundata eſt, illum ligat, peccat contra faciendo. Et notandum eſt, quod ubicunque ageretur de violando priuilegio cardinalium, quantumcunque generalis diſpoſitio eſſet, tamen non comprehenderet eos, niſi ſpecificā de ipſis mentionem face-
59 ret. † Et ideo cum cœtus cardinalium ampliſſimo ſenatorū cœtui ęquiparetur, & eiſdem gaudeat priuilegiis, & iure cautum ſit, quod ſenatores ad extraordinaria munera, & alias ſimiles impoſitiones non teneantur, dicendum eſt, quod ſub quacunque generali impoſitione decimę, uel ſubſidii, uel ſimilium extraordinariorum munerum, non includantur cardinales, niſi de eis nominatim, & ſpecifice mentio fiat.

XIII. Quæſt. In qua quęritur de priuilegiis cardinal.

60 Cardinales, † vt Legati ſedis apoſtol. matē tranſeuntes utuntur ueſtibus rubeis, palafreno albo, freno, & calcharib. deauratis, & ſine litteris cardinali creditur, aſſerenti ſe legatum ſedis apoſtolicę. Secus eſt in aliis nuntiis, & legatis, quia illis non creditur, niſi facultatem ſuam notam faciant.
61 †Cardinalis, ſi diceret aliquid ſibi per ſpecialem facultatem eſſe conceſſum, quod in generali legatione non comprehenditur, non creditur ſibi, niſi per literas fidem plenam faciat. Si tamen pluries huiuſmodi actus fecerit, præſumitur, quod
62 habuerit mandatū, & ſua geſta ualent. †Cardinalis, ſi aſſerat ſe delegatum papæ, ſibi credendum eſt, ſi tamen atteſtaretur ultra generalem commiſſionem in præiudicium partis, nō eſſet ſibi credendum. Cardinales in curia Romana reſidentes excuſantur a reſidentia in ſuis beneficiis facienda, cum enim aſſiſtant Papę, & ſint eius cooperatores in gubernatione uniuerſalis eccleſiæ, ſingulis eccleſiis ſeruire intelliguntur,
63 & in ſuis beneficiis reſidere cenſentur. Familiares etiam cardinalium excuſantur a reſidentia ſuorum beneficiorum, nā & ipſi hoc priuilegio gaudent, & ſic de conſuetudine obſeruatur, non quia ipſi de iure habeant, ſed quia ſingulariter ſuper hoc cardinalibus fuerit conceſſum. Cardinales ſunt priuilegiati contra offenſores ſuos, & ſunt epiſcopi, etiam quo ad decretum, videlicet, ut in ſententiis generalibus ſuſpenſionis ipſi non includantur, & gaudent priuilegiis, quibus Epiſcopi, quæ multa ſunt, licet ſuper hoc iſte doctor ſatis dubitet. Habent etiam priuilegium pro ſuis familiaribus continuis comenſalibus, ut in officio diuino poſſint ſe cōformare cardinalibus. †Item ſi cardinales obuiant ei qui ducitur ad
64 ad mortem habent ex conſuetudine priuilegium, quod poſſint eum a morte liberare, quod tamen fallit in duobus caſibus, uidelicet in crimine lęſæ maieſtatis, & hæreſis, & in eo, q delictum geminauit. † Et quamuis de ſtilo curię ſit, quod
65 delegatus apoſtolicus, qui in Romana curia cognoſcit de cauſa debeat illam per ſe cognoſcere, & non ſubdelegare, tamen cardinalis, quando cauſa ex apoſtolica delegatione ſibi committitur, delegat vices ſuas aliis, quo ad audientiam cauſæ, reſeruata ſibi ſententia diffinitiua.
66 †Collegium Cardinalium poteſt infames reſtituere famę, nam cum ipſi ęquiparētur ſenatoribus, & ideo eccleſia ſenatum habere dicatur, & ſenatores hoc facere poſſint, nimirū ſi etiā ipſis permittatur. Presbiteri cardinales, licet ſuper ſacerdotalem ordinem nullam benedictionem habeant, utuntur tamen epiſcopalibus inſigniis, & minores ordines conferuntur, & ſolenniter benedicunt, † Cardinalis legatus habet
67 iuriſdictionem etiam in exemptos, quam non haberet alius legatus, niſi a papa hoc illi de ſpeciali gratia concederetur, & ideo electiones epiſcoporum, & aliorum exemptorum

confirmare poteſt, quod alius legatus facere non poſſet, niſi
ſpecialiter hoc ſibi fuiſſet conceſſum, † Item præſente lega
68 to de latere, minor legatus officium ſuum, non exercet, &
legatus cardinalis abſoluere poteſt excommunicatos pro
violenta manuum iniectione etiam enormi, quæ ſedi apo-
ſtolicæ reſeruata extaret, & tam in prouincia ſibi decreta,
quam extra, & tam in ſubditos, quam in extraneos, alii au-
tem non poſſent. Et etiam legatus Cardinalis poteſt con-
ferre beneficia propter prærogatiuam ſuę dignitatis, quod
69 tamen alius non poſſet. Quod autem dictum eſt de Cardina
libus, & eorum priuilegiis, intelligitur de Cardinalibus
ſanctæ Romanę eccleſiæ, non Rauenaten. uel Compoſtel-
lanorum de quibus facit mentionem gloſ. in capitulo pudor,
trigeſimaſecunda quæſtione, 2. & 10 clementina dignum.
de celebratione miſſarum, & iſta ſunt, quæ continentur in
prima parte ſequitur ſecunda.

De officio vicecancellarij.

70 VIcecancellarius † propter humi-
litatem, non can
cellarium, ſed uice ſe appellat, ſicut facit pa
pa, qui licet ſit ſupremus omnium Chriſtia-
norum principes in terra, tamen ex maxima
humilitate, ſe ſeruum ſeruorum Dei appelat
quicquid dixerit cardinalis, & nonnulli alij
doctores. In curia Romana poſt papam, ſunt tria officia prin
cipalia, ſcilicet Vicecancellarius, Camerarius, & Pęnitentia
rius maior. † Vicecancellarius præponitur adminiſtrationi iu
71 ſtitiæ Camerarius erario, & fiſco papæ, ac eccleſiæ patrimo-
nio. Pœnitentiarius uero exercitio curæ pœnitentialis. Inter
iſtos uero vicecancellarius maior eſt ratione adminiſtratio-
nis iuſtitię, quæ inter iſta ſupremum obtinet locum, nã prin
cipalior eſt illa pars, quæ iuſtitiam colit, & etiam cum tanto
quis maior eſſe dicatur, quanto maioribus, & dignioribus,
præeſt, nam honor ſubditorum, & eminentia eorum auget,
& extollit dignitatem ſuperiorum, ſed iſte pręeſt omnibus pri
cipalioribus curiæ officialibus ergo ex hoc amplior in eo ex-
72 cellentia agnitur. † Ad officium uero ipſius pertinet cura,
gubernatio, & directio audientiæ ſacri palatii, & cum hoc
magni ponderis ſit, utpote vbi ſupremum tribunal iuſtitiæ,
totius Chriſtianitatis exiſtit, vigilem debet adhibere diligen-
tiam in promouẽdis dignis uiris. Debet enim intereſſe in au
ditoriandi examine publico, & ſecreto, & Papæ referre, cu-
ius poſtea relatione Papa ad auditoriatum promouet, vel dif
finit promouere. Vnde aduertere debet, ne mala fiat electio,
73 nam ipſe de illicitis per eum commiſſis teneretur. † Debet
etiam operam adhibere, ut locus ille iudicii debite regatur,
tam in auditoribus, quam in notariis, & curſoribus, unde ſi
in his aliquid indebite committeretur, etiam eo ignorante,
non excuſaretur, cum hoc inquirere teneatur inuigilare etiã
debet circa bullas, ut in expeditione illarum ſtilus cancella-
riæ ſeruetur, nam alias bulla falſa cenſeretur, & etiam ne ab
abbreuiatoribus in illis aliquid illicitum perpetretur. Eos
inſuper, qui bullis taxandis, & aliis officiis cancellariæ, ſunt
præpoſiti, taliter debet conſtringere. quod ultra debitum nõ
exigant, aliter ipſe teneretur tanquam qui per negligentiam
diſciplinę occaſionem delinquendi illis tribueret. † Habet
74 etiam facultatem committendi omnes cauſas, quæ ſunt de
communi iuſtitia, dummodo ſint ad curiam deuolutę. Ho-
die tamen cauſas beneficiales poteſt committere, etiam ſi
ad Romanam curiam non ſint legitime deuolutæ. Debet ta
men in his ſignaturis diligenter attendere, ne aliquid con-
tra ius concedat, cum ipſe tanquam inferior non poſsit tol-
lere ius ſuperioris in aliquo, niſi expreſſe reperiatur conceſ-
ſum, uel niſi eſſet de ſtilo, nam ſtilus poteſt augere eius digni
75 tatem. † Habet etiam in ſignaturis papę, quę fiunt per placet
magnam poteſtatem, quia eas extendit non addendo, ſed
mentem interpretando, cui interpretationi ſtandum eſt. Vo
de ut huiuſmodi extenſiones debite fiant, debet diligenter
inſpicere quid pars petierit, & quid a papa ſibi fuerit conceſ-
ſam, ut ſic recte fiat extenſio. † Habet inſuper multas faculta
tes ſibi conceſſas a Romano pontifice per regulas cancella-
rię, prout ex his patet, & poteſt ſignare ſupplicationes duorũ
referendariorum manibus ſignatas de nouis prouiſionibus
ſi neutri, & ſubrogationibus pro collitigantibus. ſine reſtri-
ctione aut determinatione alicuius taxę, iuxta tenorẽ vnius
regulę, quę loquitur indiſtincte, & ſibi iſtam facultatẽ con-
cedit, quicquid dixerit Ludouicus Romanus in conſilio ſuo
379. per unam aliam regulam quę in contrarium facere ui-
debatur, cui iſte Doctor cumulate reſpondet.

F I N I S.

TRAC. EXQVISITVS De Cardinalibus,

EXCELSI DOCT. D. MARTINI LAVDENSIS.

Quæſt. I.

CArdinales dicuntur, ex quo mundi ſunt cardines ſuper quibus tota mundi gubernatio voluitur. & ad tempus ſpectat ſuſtẽtare totum pondus mobilis gubernationis & motum ipſius fixum præſtare ſecundum Ioan. de Ligna. in tract. de bello.

Quæſt. ij.

Cœtus cardinalium eſt in quaſi poſſeſſione ut papa nõ faciat ualde ardua ſine eius conſilio ſecundum Franciſ. de Zaba. in repetitione. c. perpendimus. de ſen. excommu. & alleg. Ioan. mo. in capitulo ſuper eo. de hære. lib. ſexto forte de facto ſeruatur contrarium ſecundum Alberi. in rubrica. C. de legib. nam papa ſine card. poteſt condere decretales, æquiſſimum eſt dictum præcedens Ioan. mon. argumen. l. humanum. C. de legibus. & uide Bald. in l. cum multa. C. de bonis quæ libe. & per Ioan. mo. eſt bo. tex. in cap. per uenerabilem. qui fi. ſint legi. uide Gemi. io cap. ſuper eo. de hære. lib. 6. ubi tenet contrarium & do. lo. de Imo.

Quæſt. iij.

Cardinalis donanit magnas poſſeſſiones nepoti ſuo non valet donatio, quia præſumitur in dubio bona eccleſiæ, vel acquiſita de bonis eccle gl. in c. manifeſta. 12. q. 1. facit quod no. Innocen. in cap. ſane. de pecu. cle. & cap. cum in officiis. de taſtam. uide no. per doct. maxime per Albe. in autheo. licentia. C. de epi. & cle. Adde ſi cardinalis mutuat nepoti ſuo pecuniam, ex qua emit nepos fundum, fundus eſt nepotis. Bald. in cap. eccleſia ut lit. pende. quod ſane intelligendum niſi probetur fraus de perſona in perſonam. l. fraus. ff. de legibus. & Bald. in l. mancipia. C. ſi quis alit, uel ſibi, quod eſt not. propter nepotes card.

Quæſt. iiij.

A ſententia collegii cardinalium non appellatur quemadmodum nec a ſententia ſenatus. l. prima. ff. a quib. appell. non licet. & 16. quæſtione prima, capitulo eccleſia. in glo. licet a ſententia cardi. appelletur. capitu. Raynutius, & c. Raynaldus. de teſtam. quamuis glo. dicat contrarium & male in l. 1. ff. de of. præfec. prę̨to.

Quæſt. v.

Cardinales in abſentia ſuorum beneficiorum fructus ſine alio priuilegio poſſunt de iure recipere, quia ius commune pro reſidentibus, habet in ſeruitio eccleſiæ exiſtentes. cap. ex parte, de cler. non reſiden. Seruientes autem Roma. eccleſiæ quæ mater eſt omnium, & magiſtra, & quæ omnium eccleſiarum gerit ſolicitudinem in proœ. li. ſexti, capit. bonæ, de poſtu. præla. Nam cardin. magis ſunt ſemiliares quam alii, & principalius ſeruitio eccleſiæ inſiſtunt, aſſumendo partẽ ponderis diei & æſtus. cap. fundamenta. de elect. & ſuor col laterales, & pars corporis papæ. c. fœlicis. de pœ. libro ſexto, & Oldr. conſil. 4.

Quęſt. vj.

Cardinales habent ex priuilegio ſi obuiant ei qui ducitur ad mortem quod poſſunt liberare eum a morte de conſuetudine. Bald. in l. addictos. C. de appellationib. quod eſt ſingulare.

Quæſt. vij.

Crimen lęſę maieſtatis eſt extenſum ad cardinales Romanę eccleſiæ. capitulo fœlicis. de pœn. lib. ſexto. & uide clementina 1. de pœn.

Quæſt. viij.

Collegium cardi. reſtituit famam ſicut ſenatus. Inno. lo c. cum te. de re iudic.

Quæſt. ix.

Cardinales omnes ſcribunt uno ſtilo, excepto uno qui vocatur Baſilicæ. 12. Apoſtolorum. ſecundum Hoſtien. & alios ſcribentes in capitulo. cum olim. de priuilegiis, & de cardio. no. vigeſimaſecunda diſtinctione capitulo ſacroſancta. & vigeſimaprima quęſtione prima capitu. c. pudet. de cle. non reſi. cap. ex geſtis, maxime per Hoſ. & uide archi. & alios ſcribẽtes in c. fundamenta. de electio. lib. 6.

Quæſt.

Quæſt. x.

Ad condemnandum cardinalem requiruntur.72.teſtes licet de æquitate ſecus. Io.An.c.licet vniuerſis. de teſti.

Quæſt. xj.

Cardinales ſubſcribũt in priuilegijs papalibus, ſed in alijs non gl.in c.cum a nobis.de teſti.tu ſerua ſtilum curiæ.

Quæſt. xij.

Sicut cardinales aſſiſtunt papę, ſic conſules principi, vide Spec.in titu.de leg.§.ſupereſt.uerſ.quid de ſententia.& in ca.3.de off.deleg.li.6.

Quęſt. xiij.

Cardinalis nunquam abeſt a curia, niſi cauſa legationis. gl.98.diſt.c.nobiliſſimus.

Quæſt. xliiij.

Vacante ſede apoſtolica cardinales vtuntur iuriſdi.papæ ex cauſa grandi.alias non gl.in c.1.de ſciſma.li.6.

Quæſt. xv.

Cardinalis debet litigare per procuratorem non perſonaliter Spe.in ti.de actore.§.1.uer.item Illuſtris.& l.pe.cum auc.ſua.C.de procura.

Quæſt. xvj.

Cardinalis poteſt eſſe in minori ordine.2.q.4.c.præſul.& nullus poteſt eſſe cardin. niſi ſit diaconus. gloſ.in clement.1.de æta.& qualit.

Quæſt. xvij.

In curia Romana ſeruatur, quod vicarius papæ licet hẽat plenam iuriſdictionem in urbe tamen non eſt iudex ſubditorum cardinalium, nam ſubditi cardinalium remittuntur ad vicarios cardinalium. Franc. de Zaba.in cap.ne Romani. de electione.

Quæſt. xviiij.

Cardinales gerunt officium generalis eccleſię. capit. bonę.de poſtu.pręla.& uide gl.in cap.miniſtrum. de offi.archi. etiam de prerogatiua cardinalium.uide Spec.in tit. de leg.§.3.de aduo.§.6.

Quęſt. xix.

Cardinalatus eſt officium, non ordo epiſcopalis. Bal. in c. bonę.el 1.de poſtu. pręla.

Quęſt. xx.

Ad ſolum papam pertinet creatio cardinalium, non autẽ ad cętum cardinalium.gl.in clem.ne Roma. de elec. & creditur cardinali de ſtilo curię de eo quod dicitur factum a papa uiuæ uocis oraculo. Lap.all.23.

Quęſt. xxj.

Cœtus cardinalium ex cauſa reuocat legatum de latere a papa tranſmiſſum.Spe in tit.de legato. §.fi.ergo eodem modo ſenatus principis.

Quæſt. xxij.

Si frater minor tranſeat ad cardinalatum,uel epiſcopatum, ſuccedit parentibus ſuis, ſi liberetur ab ordine fratrum, auctoritate ſummi pontificis, quia iura ſuccedendi recuperat ſecundum Bart. in vlt.libro.minoricarum.& monachus, effectus cardinalis, non poteſt teſtari, ſine authoritate ſummi pontificis.Bal.in auth.licentia.C.de epiſ.& cler.uide pulchrũ dictum Spe.in tit.de teſtam.mo.§.primo.uer.23.

Quæſt. xxiij.

Papa poteſt diſpenſare cum bigamo promoto,ſed non in promouendo. propterea non fuit creatus cardinalis. D.Ioã. de Lignano, ſecundum Bald.in capit.at ſi clerici.de iudi.qui alleg. Archid.

Quæſt. xxiiij.

Mortuis cardinalibus preter unum, ad illum ſolum ſpectat electio papę.uide glo. & no. in clementina.ne Romani. de electione.

Quæſt. xxv.

Vacante ſede apoſtolica, vicaria uniuerſalis eccleſię non ſpectat nec tranſit ad cœtum cardinalium. clementina ne Romani. de elect.

Quæſt. xxvj.

Cardinales dicuntur ſacerdotes leniti.generis. c.per uenerabilem, qui fi.ſi.leg. & Arch.in c.fundamenta.de electione, libro ſexto.

Quæſt. xxvij.

Quando Conſtantinus fecit donatio. papæ Siluestro non erant cardinales,ſed poſtea dum ſinodum generalem,Silueſter fecit aliqui erant cardinales.2.q.4.cap.pręſul.ſecundum Oldradum conſil.509. nota bene de origine cardinalium,de quo tempore.

Quæſt. xxviij.

Creditur de conſuetudine cardinali de eo quod dicit factum a papa,uiuo papę oraculo ſecundum Lapum all.33.

Quæſt. xxix.

Hodie electio papę non ſpectat ad imperatorem. Ideo nõ ſunt ſpectandi eius nuncii, ſed ad cardina.& hodie cardinales de conſuetudine ſunt pares, licet olim epiſcopi cardinales,poſtea presbyteri &c. vt no. in c. licet de elect. & not.23. diſt.c.in nomine Domini.

Quæſt. xxx.

Papa de plenitudine poteſtatis reuocat conſtitutionem cõſilij glo.in c. vbi periculum.de elec.

Quæſt. xxxj.

Cardinales ſunt caput vniuerſalis eccle. propterea maximis in rebus papa debet facere interuenire cõſenſum cardinalium, puta dando ciuitatem feudum eccleſiæ ſecundum Bal. in l.cum multa. de bonis quæ lib.

Quæſt. xxxij.

Cardinales etiam nõ epiſcopi habent ex priuilegio vt poſſint portare inſignia epiſcopalia, & conferre minores ordines.Nam vltra officium ſacerdotale nihil habent a iure ſecundum Hoſ.& Io.An.in c.1. de ſup.neg.pręla.& no.in cap. clerici,de vi.& hone.cleri.

Quæſt. xxxiij.

De conſuetu. papa non creat neque deponit cardinalem ſine conſenſu conſilii generalis, Io.And. in capitulo primo, de ſup.neg.prælat. & not.Doct.in capitulo clerici.de uita & honeſt. cleric.

Quæſt. xxxiiij.

Cardinalatus eſt de iure diuino.capit.per uenerabilem ibi ratione igitur qui fi.ſint.legi.ubi dicitur probare figuratiue, quod de iure diuino papa debet habere conſilium cardinalium in arduis cauſis.

Quæſt. xxxv.

Cardinales non poſſunt preſcribere ſupręmam poteſtatẽ papę ſecundum no.per Innocentium in c.bonæ, el ſecundo, de poſtu.pręlat.

Quæſt. xxxvj.

Inter cardinales nullus eſt qui non ſit diaconus. Hoſtien. in c.1.de of.arch.& presb.

Quæſt. xxxvij.

In fauorabilibus appellatione curialium continetur cardinales, uide Albericum in rubrica. C. ſi a non competenti iudice.

Quæſt. xxxviij.

Hoſtienſis cardinalis pręcedit omnes cardin. & ſedet immediate poſt papam. Ant.de Butr. ſecundum Hoſt.in c.antiqua. de priuileg.

Quæſt. xxxix.

Cardinales non iurant fidelitatem papę, quia cardinales & papa dicuntur unum corpus ſecundum doct.maxime Anto.de But.in c.antiqua. de priuileg.

Quæſt. xl.

Qui facit contra cardinalem in perſonam incidit in crimen leſæ maieſt.c.fęlicis. de pę.li.6.

Quæſt. xlj.

De conſuetudine curiæ Romanæ cardinalis non poteſt teſtari ſine licentia papę ſecundum Hoſt.in ſum. de pę.§.an cõfiten.uer.cui cardinales.

Quæſt. xlij.

Cardinales dicunt confiteri papę, uel alteri de eius licentia niſi ſit abſens a curia cauſa legationis, quia tunc poteſt ſibi eligere confeſſorem ſecundum Hoſt. in ſum.de pœnis.§. cui.verſiculo cui cardinalis. Et uide ibi multa bona de cardinalibus.

Quæſt. xliij.

An cardinalis delegatus poſſit ſubdelegare.Bal.quod non in l. finali. ff. de officio eius cui mand. eſt iuriſdictioni, uide quæ ibi ſcripſi.

Quæſt. xliiij.

Cardinalem,ſolus papa deponit,uel excommunicat. glo. in cap. 2. de cleri.non reſiden.

Quęſt. xlv.

Nemo poteſt eſſe cardinalis niſi ſit ſaltem diaconus. glo. in cle.2. de ęta.& qual.

F I N I S.

Tractatus alter de Cardinalibus

ADMODVM SINGVLARIS

Digeſtus per centum quæſtiones D. Martini

Laudenſis V. I. ſolenniſs. Doct.

QVAEST. I.

IN primis quærendum putaui vtrũ cætus cardinalium, ſine papa poſſit creare cardinalem. Hugo. in ca. nullus. 99. diſt. quem refert, & ſequitur Hoſtien. in c. licet de elec. in verſi. ſed nunquid Card. ait quod ſic, quia ſi poſſunt creare papam, ergo & cardinalem, quod eſt minus. Sed contrarium communiter tenetur quod ſolus papa & nemo inferior eo creat cardinalem ſecundum glo. quæ incipit reprobatur in clem. ne Rom. per tex. quaſi expreſſum in ver. irritum. de elect. Idem dicit Guil Duran. & refert Archid. in d. c. nullus. nec obſt. argu. Hoſt. quia reſponde. non eſſe neceſſariam conſequentiam. nam capitulum creat epiſcopum, non tamẽ poteſt creare rectorem. nec ad ſolius epiſcopi collationem ſpectantia c. 1. ne ſede vacan. li. 6. ubi aliter reſpondeo ſecundum Car. Floren. in d. clem. ne Rom. verſ 4. opponitur ad idem, quod qui poteſt plus & c. hoc eſt verum in eodem genere potentiæ, & quando minus continetur ſub pluri. alias nõ, de quo in regula plus. de re iud. li. 6. ſed in caſu noſtro poteſtas creandi papam, & poteſtas creandi cardinalem non eſt eiuſdẽ generis, nec vnũ ꝯtinetur ſub alio, ergo &c.

Quæſt. II.

Quæritur vtrum certus, & taxatus numerus ſit dominorum cardinalium de iure, quidam dicunt quod debent eſſe. 72. quemadmodum fuerunt diſcipuli D. N. Ieſu Chriſti, etiã cum tot ſint linguæ. Tu dic quod a iure non reperitur taxatus numerus certus, ideo relinquitur arbitrio domini noſtri Papæ, ar. c. de cauſis. de offi. deleg. & l. prima in fine. ff. de iure delib. aliquando nanque fuerunt D. Card ducenti. 36. tempore Potenriani papæ, qui non ponitur in catha. ſanctorum. vt habet in chronl. & notan. Doct. in clem. ne Romani. ſup. alleg. & in c. ubi periculum. de elec. li. 6. dom. Cardin. debent eſſe plures vt probat tex. in clem. ne Romani. alleg. in uerſi. porro. ibi cardinales omnes ſimul ſecundum Math. quem refert & ſequitur dom. Floren. ibi. dicit tamen notabiliter Alberi. de Roſa. in rub. de ſta. ho. quod decens eſſet, quod eſſent 72. D. Card. ut indicent omnes nationes & indigenas, licet de facto non obſeruetur, quia numerus dominorum cardinalium eſt in arbitrio domini noſtri papæ.

Quæſt. III.

AN inter papam dominum noſtrum, & cętum cardinalium ſit aliqua communio, & coniunctio. Reſpondeo maximam quidem inter eos eſſe communionem & coniunctionis vinculum, ſecundum doct. maxime Hoſt & Ioã. An. in c. requiſiſti. de teſta. ubi Hoſt. in vlt. colum. dicit, ſicut inter epiſcopum. & ſuam eccleſiam cathedralem maior eſt cõmunio, quam inter epiſcopum, & alias eccleſias inferiores tex. eſt in d. c. requiſiſti. ner. nam in hoc caſu. ita ſine comparatione aliqua maior eſt communio, immo quaſi identitatis vnio inter papam, & eccleſiæ Rom. D. Card. c. antiqua, & ibi no. per Hoſt. de priuile. ex quo dicto Hoſt. & Io. And. ſuperioribus diebus in diſcurſu materiæ. d. c. requiſiſti inſerebant multum pulchre, quod de relictis dominorum, uel donatis, cœtui cardinalium dominus noſter papa debet habere partem ſuam. ſ. dimidiam. ſicut econtra de relictis, uel donatis domino noſtro papæ collegium dominorum cardinalium debet habere partem ſuam niſi ratione amicitię vel ſanguinis uel ſimili cauſa inſpiciente dumtaxat pontificis perſonam eſſet donatum, ut pulchre ſcripſi in d. c. requiſiſti.

Quæſt. IIII.

Quæritur an dom. Card. teneantur præſtare & iurare fidelitatem & obedientiam domino noſtro Papæ. uidebatur quod ſic, quia patriarchæ, & alii qui nullo medio ſubſunt domino noſtro papæ iurant, & præſtant fidelitatem. ca. ego. de iureiur. & c. antiqua. de priuile. In contrarium determinant doc. maxime Hoſt. Io. An. & Ant. de Bu. in d. c. antiqua, quia ſpeciale eſt in cardinalibus, qui licet immediate ſubſint papæ, tamen in ſignum ſingularis confidentiæ, quam habet papa de dominis cardinalibus, ei nullum pręſtant iuramentũ, nec obedientiam. Sunt tamen prędicta vera in cardinalibus presbiteris & diaconis, ſed cardinales epiſcopi iurant ut epiſcopi & ſicut cæteri epiſcopi, non tanquam cardinales ſecundum Hoſt. & Io. An. in d. c. antiqua

Quæſt. V.

Quęritur vtrum papa & cętus cardinalium ſint unum corpus. Reſpondetur quod ſic, quia licet papa ſit caput eccleſiæ generalis uniuerſalis & fideles & ſinguli ſint membra generalia, unde papa eſt ſpeciale caput dominorum cardinalium, & ipſi ſunt membra eius ſpecialia reſpectu aliorum. & iſta eſt ratio ſpecialiter quæſtionis immediate pręcedẽtis, cur papa non debet fidelitatem, nec obedientiam exigere a dominis cardinalibus, ſicut nec a ſeipſo. oportet enim quod inter dantem & recipientem ſit diſtinct. capit. fin. cum concordan. de inſti. ſecundum doct. maxime Hoſtien. in d. c. antiqua. quod eſt notandum.

Quæſt. VI.

Quęritur ſi Dominus cardinalis indigeat, an dominus noſter papa teneatur eidem ſubuenire & prouidere ſecundum dignitatem & qualitatem ſuam. Reſpondetur quod ſic, quia dominus noſter papa debet diligere cardinalem vt ſeipſum, & ei in omnibus ſuis neceſſitatibus arbitrio boni uiri prouidere ſecundum doc. maxime Hoſtien. in d. c. antiqua. nã hoc modo dominus noſter papa & domini cardinales tangũtur hincinde præcordialiter & erit veriſſima dilectio inter dominum noſtrum papam & dominos noſtros cardinales.

Quæſt. VII.

Quæſtio eſt an cardinalatus ſit de iure diuino. Reſpondeo quod ſaltem eſt figuratiue de iure diui. per tex, in c. per uenerabilem, verſ. rationibus qui fi. ſi. leg & no. Abb. Sicu. in c. ex geſtis. de cle. non reſi.

Quæſt. VIII.

Quæro cur cardinales appellentur hoc nomine cardinales. Reſpondeo duplici ſimilitudine, ſicut eccleſia uniuerſalis habet dominum noſtrum papam qui eſt oſtium Dei vel eccleſiæ, ſic cardinales ſunt cardo ſuper quem fundatum eſt tale oſtium. Secunda ſimilitudine dicuntur cardinales quia ſicut oſtium pręeſt & cardo ſubeſt, ita papa præeſt & cardinales ſubſunt ſecundum Arc. 20. di. cap ſacroſancta.

Quæſt. IX.

Quæritur utrum papa ſe connumeret inter cardinales. Reſpondeo quod ſic. quia imperator eſt de numero ſenatorum ſuorum. l. ius ſenatorum C. de dig. lib. 12. Ita dominus noſter Papa eſt de numero cardinalium ſuorum ſecundum Archi. in d. c. ſacroſancta.

Quęſt. X.

Quale ſit officium principale dominorum cardinalium. Reſpondeo quod eſt gubernare totum mundum, & ad ipſos ſpectat ſuſtentare totum pondus, mobilis mundi, gubernationem & uotum ipſius fixum præſtare, ſecundum Io. etiam de lig. in tracta. de bello. debet ille cœtus dominorum cardinalium reipublicę maxime eccleſiaſticæ conſulere. ac ut ſenatus aſſiſtit principi, ſic cardinales domino noſtro papæ aſſiſtere debent. c. 1. & 2. de offic. leg. lib. 6. Spe. in tit. de lega. & ſequitur circa princip. Nam & conſiliis & arduis negotiis domini papę aſſiſtunt. cap. expoſuit. in fi. de dila. l. 1. circa princip. C. de cadu.

Quæſt. XI.

Quęſtio eſt an domini cardinales dicantur ſacerdotes leuitici generis. Reſpondeo quod ſic, quia domino noſtro papæ in executionem ſacerdotalis officii coadiutores exiſtũt. tex. & ibi doct. capitu. per uenerabilem uerſic. rationibus, qui filii ſunt leg.

Quęſt. XII.

Vtrum eccleſia Romana habeat ſenatum quemadmodũ tempore Florenti Romanorum, imperium Romanum habebat ſenatum cuius conſilio reſpublica regebatur. Reſpõdeo quod ſic. & eſt uenerabilis cœtus dominorum cardinalium, qui dicitur ſenatus Roma. eccleſiæ. 16. q. 1. c. eccleſia habet, & ibi Archi. & doc. in c. fundamenta. de ele. lib. 6.

Quæſt. XIII.

AN alius non cardinalis miſſus a Domino noſtro papa ad prouinciam, dicatur legatus de latere. Reſpondeo quod non, ſecundum conſuetudinem curiæ Romanę nam ait ſpe. in tit. de leg. §. ſequitur uidete. circa prin. quod Ro. ecc. uſus ſolos dominos cardinales legatos de latere vocat. de offic. legat. c. uolentes. de ſen. excom. c. ad audientiam.

Quæſt. XIIII.

AN poſſit eſſe cardinalis qui conſtitutus eſt in minorib. Reſpondeo, nemo poteſt eſſe cardinalis niſi diaconus. glo. in clem. ſecunda. de ętate & qualitate, & Hoſt. capit. ſecundo de offic. archi.

Quæſt. XV

AN epiſcopus vel archiepiſcopus poſſit fieri presbiter cardinalis Reſpondeo fieri poſſe ſecundum Dom. Card. Floren. in element. 2. §. illi. de æta. & qualit. in 11. q. vbi concludit ꝙ promoti ad maiores dignitates eccleſiaſticas non deſinunt habere inferiores

Quęſt.

Quæſt. XVI.

Quæritur an regentes principaliter aliquam eccleſiam, puta vicarij, canonici & ſimiles dicantur cardinales. Reſpondeo quod ſic, tex. eſt in cap. 2. de offi. archi. & ibi per doct. & ideo dicimus cardina. ſacroſanctæ eccleſiæ Roma. ad differētiam iſtorum cardinalium inferiorum. caueant tamen iſti cardinales inferiores vt vicarii & canonici, ne in poteſtate & honore dominos ſummos dominos cardinales ſacroſanctę eccleſiæ Romanæ, more ſciſmatico imitentur, ſecundũ, Hoſtien. in d. cap. ſecundo.

Queſt. XVII.

AN cardinalatus ſit ordo ſacer vel officium. Reſpondeo quod eſt officium ſecundum Bal. in c. bone. el 1. de poſtu. Tamen requiritur quod ſit in ſacro ordine, ut ſcripſi in q. 9.

Quæſt. XVIII.

Quo tempore fuerint domini Cardi. Reſpondet Arch. in c. vbi periculum. de elec. lib. 6. in ver. cardinales. quod tēpore domini Potentiani papæ qui nō ponitur in cathalogo ſanctorum ut in chronica, ſed Oldra. de Lau. a quo mihi Marti. de Car. origo eſt, ait ſuo conſ. 244. ſecundum quotam meam quod quando D. Conſtan. fecit donationem papæ Silueſtro non creauit cardinales, licet poſtea dum dominus papa Silueſter fecit ſinodum generalem aliqui erant Cardinales 2. quæſtio. 4. præſul.

Quæſt. XIX.

AN dominus Cardinalis etiam non epiſcopus poſſit portare inſignia epiſcopalia. Reſpōdetur ꝙ ſic, ſecundum Hoſt. & Io. An. in c. 1. de ſup. neg. præla.

Quæſt. XX.

Vtrum D Cardinalis non epiſcopus poſſit conferre minores ordines. poteſt ſecundum Hoſt. & Ioan. An. in d. cap. 1. de ſup. neg. præla.

Quæſt. XXI.

Vtrum dominus Cardinalis non epiſcopus benedictionē ſolennem facere poſſit. Reſpondetur poſſe. nam presbyteri & domini Cardinales, & ſi nullam ſacerdotalem ordinationem receperunt, tamen ſolenniter benedicunt, ſecundum Doct. in d. c. licet. de elec. & 23. diſt. c. in nomine domini.

Quæſt. XXII.

Vtrum in alienatione rerum pretioſarum eccleſiæ papa debeat habere ꝯſenſum dominorum Cardinalium. Reſpondetur quod ſic, ſecundum Bal. in l. cum multa. C. de bo. quæ lib. qui dicit ꝙ quando papa vult alienare precioſiora eccleſiæ, puta dando magnam ciuitatem in feudum, debet interuenire conſenſus dominorum Cardinalium etiam ſi dat caſtrum paruum etiam in feu. alle. Arch. 12. q. 2. ca. abbatibus. & cap. cum emptor.

Quæſt. XXIII.

AN dñi cardinales poſſint præſcribere ſupremā ptātem papæ. Reſpondeo quod non, ſecundum Innocen. in cap. bonæ. el 2. de poſtul. præla. & do. Abb. ſicu. in capit. ex geſtis. de cleri. non reſi.

Queſt. XXXIIII.

AN appellatione curialium vrbis Romanæ comprehendantur domini Cardinales. Reſponde quod ſic in fauorabilibus non in odioſis, ſm Alb. in rubr. C. ſi a non compe. iudi. quod facit ad quæſtionem. dux magnus legauit centum mille aureos curialibus urbis Romanæ, certe cardinales habebunt portionem ſuam.

Quæſt. XXV.

Quis eſt ille D. Cardinalis qui præcedit immediate. dic vt per Hoſt. & Ant. de But. in c. antiqua. de priuile.

Quæſt. XXVI.

Quomodo appellātur vicarii dominorum Cardinalium epiſcoporum. Reſpondeo dicuntur vice domini ſecundum Hoſt. in c. examinata. de iudi.

Quæſt. XXVII.

AN domini Cardinales debeāt habere partem introitus cameræ apoſtolicæ. Reſpondeo quod ſic, ſecundum Domi. de S. Gem. in c. ubi periculum. §. prouiſionis. de elec. li. 6. ſub mito tñ me conſuetudini, & curiæ & apoſtolicę voluntati.

Quæſt. XXVIII.

AN domini Cardinales omni anno debeant cōfiteri peccata ſua. Reſpondeo, ꝙ ſic, quia ſi papa qui eſt auctor ligatur conſtitutione. c. omnis vtriuſque ſexus. de pę. & remiſ. ergo multo magis domini Cardinales, per not. per doct. maxime per Ant. de But. in d. c. omnis vtriuſque ſexus.

Quæſt. XXIX.

Cui debent confiteri domini Cardinales. Reſpōdeo ſi cardinalis ſit abſens a curia legationis cā pōt eligere confeſſorē, ſed ſi eſt præſens, tūc eſt diſtinguendum inter publicum peccatum, ut illud domino noſtro Papæ confiteatur, & occultū ut illud ſufficiat domini noſtri Papæ pœnitentiario confiteri ſecundum Hoſt. in ſumma de pęni. & remiſſio. §. cui confitendum uerſ. cui cardinales in ſi.

Quæſt. XXX.

Cui confiteri debent familiares dominorum Cardinaliũ, confiteri poſſunt pęnitētiario domini noſtri Papæ uel alii de licentia domini ſui qui ipſorum curā habet de cōſuetudine curiæ. ſecundum Hoſtien. in ſumma. de pęni. §. cui confitendum. verſ. cui capellani.

Quæſt. XXXI.

Quales debeant eſſe domini Cardinales, dēnt eſſe primo vt nubes propter deuotiones. ſecūdo ut columbę ꝑ ꝑ ſimplicitatem & puritatem quam habere debent, tertio candidiores niue quo ad optimos mores & uitæ munditiam, quarto rubicundiores ebore antiquo ad charitatē & domini noſtri Ieſu Chriſti, memoriā. Caueant igitur domini Card. ne ſint nebulę, & nubes ſine aliqua deuotione, nō capiantur ſuperbia, quæ eſt mater omnium vitiorum, non vana gloria quæ euacuat omnem uirtutem, non amore pecunię quæ tanquā venenum eſt fugienda, non amore parentum, nec eos in uita corrodant tanquam muſca morientes, & eos poſt mortem deſpiciant, dicentes, bene fecit mihi, ſed melius facere potuit, ſed die noctuque non ceſſent uirtutib. ſtudere ſecundum Hoſtien. in ſum. de pœni. §. cui oſtendendum, uerſicu. cui cardinales.

Quæſt. XXXII.

AN viuente papa cętus dominorum Cardinalium reſtituat famę. videtur quod non, quia ſolus princeps reſtituit famę. l. 1. §. de qua. ſt. de poſtu. ſed contrarium eſt verius quod immo cętus dominorum Cardinalium reſtituit famę ſecundum doct. c. cum te. de re iud.

Quæſt. XXXIII.

AN uacante ſede apoſtolica cętus dominorum cardinalium reſtituat famę. Bartol. dubitat & petit declarari. ſed dominus cardinalis Floren. in cle. ne Romani. de elec. uerſ. irritum. nihilominus tenet quod poſſit famę reſtituere etiam ſede uacante.

Quæſt. XXXIIII.

AN cętus dominorum cardinalium uacante ſede poſſit cogere cardinalē inuitum ut accipiat legationē pro defendēda terra eccleſię Rom. Pau. & dominus cardinalis Floren. in d. clem. ne Roma. verſ. irritum, de elec. q. 2. tenent ꝙ non, ſecus ſi ſponte ſuſcipiat legationem.

Quæſt. XXXV.

AN cardinales poſſint infeudare caſtra uel ciuitates eccleſ. Roma. Reſpondeo ꝙ non ſecundum Bal. in c. 1. qui feu. da. poſ. ubi agit quod cardinales poſſunt infeudare res eccleſiarum ſuæ legationis. nam Bar. in l. prohibere. §. planc. ff. qđ ui aut clam. dicit ſe conſuluiſſe, quod dominus Cardin. legatus de latere non poteſt concedere caſtra pertinentia ad curiam Romanam.

Quæſt. XXXVI.

Quid ſi papa antequam eligeretur iurauit in manibus dominorum cardinalium renuntiare papatui ad beneplacitũ ipſorum. Reſpondeo non valet iuramentum, quia contra libertatem vicarii domini noſtri Chriſti.

Quæſt. XXXVII.

Quid ſi dominus cardinalis in electione Domini noſtri papæ renuntiat pro illa vice ſuæ uoci in præſentia dominorum Cardinalium. An valeat talis renuntiatio. Reſpondeo quod non, ſecundum Hoſt & Io. An. in c. niſi cum pridem. de renun, quia ius eligendi papam eſt Dei noſtri ius publicum. auctoritate & vtilitate l. ius publicum. ff. de pac. ex quo uertatur fauor uniuerſalis totius eccleſię quæ petere poſſet a cardi. hoc, ut debeant. ſ. creare papam. & eſt ius in corporale inherens inſeparabiliter cardinalatui. l. quis ergo caſus ff. de pœ. in fi. l. 1, & 3. ff. pro ſoc.

Quæſt. XXXVIII.

AN domini cardinales vt ſinguli conuocent conciliũ. Reſpondit Bal. in cap. olim ex literis. de reſcrip. quod non ut ſinguli, ſed, ut collegium cardinalium conuocant concilium, & ibidem Bald. ait duo tempora conſideranda. primum quādo eccleſia parum militabat. & in bonis parū habebat quo tempore multa priuilegia contulit imperatoribus, maxime ut concilia conuocarent, & ſciſmata curarent quæ poſtea ſublata ſunt per eccleſiam. 79. di: ſi duo fore. 73. d. §. verum & c. ego per Hug. ſm tempus fuit poſtea qñ eccleſia militans incępit plus poſſe quam imperium temporale in tpalib. triumphans, & tūc incepit imperium declinare, diuidi, & ſubtrahi, & quod multi reges ſubtraxerunt obedientiam, neque Romæ poteſt ius dicere, quia donata eccleſiæ a Conſtantino. l. Diui. C. de natu. lib nec in aliis regnis qui ſibi non obediunt, ut de facto uidemus. Ex quo ſequitur quod imperator nō debet congregare concilium generale loquendo ſecundũ nouam eccleſiam, & ſicut concilium auctoritate dominorum cardinalium debet congregare.

Quæſt.

Quæſt. XXXIX.

AN cętus dominorum cardinalium poſſit facere ſtatutum, ut papę ſit licitum eligere ſucceſſorem. Reſpondeo nõ ſecundum Pan. & D. car. Floren. in clem. ne Roma. in 5. q. allega. quoniam aliud eſt quod papa cum cardinalibus faciat conſtitutionem ſuper modo electionis, quod poteſt 24. diſtin. in nomine Domini, & c. licet. de elect. aliud quod creet ſibi ſucceſſorem, quod non licet, ſicut non licet ex teſtamento ſibi aſcribere dignitatẽ, & ſi dicatur de ſanc. Petro quod ſibi elegit ſucceſſorem, quia reſpondetur illud nõ eſt trahendum ad conſequentiam ſecundum gloſ. in c. ſi tranſitus. 79. diſt. nam electio papæ non pertinet ad papam, ſed ad dominos cardinales, ut d. cap. licet. & ibi not. & ca. ubi periculum. de elect. lib. 6.

Quæſt. XL.

Quæritur ſi dominus noſter papa cum inhabili puta illegitimo diſpenſat ut poſſit habere quãtamcunque dignitatem vſque ad cardinalatum, an dicatur diſpenſatum ut poſſit habere cardinalatum. Reſpondetur quod non, primo quia ſummus in materia odioſa. l. diſpenſatiua, c. primo. & 2. de fil. presbiter. lib. 6. nam datio vſque ſtat excluſiue, ſecundo quia ad cardinalatum communiter non diſpenſat dominus Papa cum illegitimo licet poſſit, ſecundum Abb. ſicu. in cap. dilectus. de conceſ. præben. ſimile dicit Barto. in l. eam quam. Codice de fidei. ut legitimatus ab imperatore vel papa ad dignitatem, non intelligitur legitimatus quo ad dignitatem regiam, ut plene ſcripſi in diſputatione mea legitimationis.

Quæſt. XLI.

AN habens beneficium curatum inferius ab epiſcopatu vel archiepiſcopatu, puta rectoriam cathedralis eccleſię, promotus in dominum cardinalem retinere poſſit pręcedens beneficium curatum. Reſpondeo ſecundum communem ſententiam doct. maxime Ioan. An. Hoſt. & Ant. de But. in c. eccleſia. ueſtra. el ſecundo. de elec. quod ſic ſecundum conſuetu. presbiterorum, & diaconorum cardinalium, qui priora beneficia retinent licet dom. Nicola. Abb. Sicu. ibi teneat contrarium & male.

Quæſt. XLII.

Quæſtio dubia eſt an epiſcopus, uel archiepiſcopus promotus in dominum cardinalem perdat epiſcopatum uel archiepiſcopatum, an retineat vtrunque in titulum. do. Io. de Imo. & Nico. Sicu in d. cap. eccleſia veſtra. el. 2. de elec. tenet quod perdat per cap. cum in cunctis. de elect. & ca. multa. de præben. & per extrauagan. execrabilis. Sed doc. maxime Hoſt. Ioan. And. & Ant. de But. ſentiunt in d. cap. eccleſia veſtra. quod cõſuetudo curiæ eſt, ut domini cardinales habeãt & retineant priora beneficia. alle. ſimile in capitulo auratus 94. diſt. in gl. 1. nec ob. d. cap. cum in cunctis. & d. c. de multa, cum ſimil. quæ alle. Nico. Abb. Sicu. quia reſpondeo quod ſpeciale eſt in dominis cardinalibus ut retineant priora beneficia. ratio ſpecialitatis eſt propter excellẽtiam dignitatis cardinalatus. argum. 12. quæſt. 2. uulteranę. & cap. ſtatuimus. de ma. & ob. l. nemo. C. de of. ma. of. ubi is gradu cæteros antecedat quem ſtipendia longiora, & labor prolixior fecerit anteire. ſicut inferioribus perſonis propter qualitatem perſonæ fit diſpenſatio pluralitatis bñficio. d. c. de multa in ſi. ita ipſo iure intelligitur diſpenſatum in dominis cardinalibus propter excellentiam eorum, nec eſt de mente d. c. de multa. cũ ſim. iuribus, ut ſub eorum prohibitione ſeu dignitatis appellatione contineatur tanta dignitas cardinalatus, & ita conſuluerunt plures præſtãtiſſimi Doctores, ut refert ipſemet Nico. in capit. bonæ el. primo de poſtu. præla. Nec ob. d. ca. cum in cunctis, quia loquitur in epiſcopo ſimplici, non autem in cardinali qui erat epiſcopus, & facit quod no. do. cardin. Floren. in clem. 2. §. illi vero. de ęta. & qua. quæſt. 11. & quod ſcripſi in ſuperioribus, quæſt. 15. & quod appellatione dignitatis contineatur tanta dignitas facit ut excludamus odioſa iura contra cardinales & interpretemur fauorem, ut no. in capit. dilectus. de conceſ. præben. & ita eſt ſeruatum noſtris temporibus in domino Cardinali bonæ memoriæ. ſanctæ Crucis, quo ad epiſcopatum Senen. & archiepiſcopo. Mediolani q nunc eſt cardinalis & minime mutanda ſunt quæ certam legem habuerunt. l. minime. ff. de legi. Ex quibus concluditur epiſcopum vel archiepiſcopum promotum ad cardinalatũ retinere priora beneficia. aduertant tamen domini cardinales habentes epiſcopatum, uel alia beneficia ut faciãt eccleſiæ ſeruire per numerum clericorum conſuetum, & hoſpitalitatem & alia ſimilia tenere & facere in dictis eccleſijs in quibus habent beneficia. c. de mona. de præben. & ibi Nico. Abb. Sicu. vbi dicit contra cardinales habentes eccleſias in commendam, qui non ſeruiunt eis in cultu diuino & cæteris opportunis ſecundum ſolitum ſtatum eccleſiæ. faciunt notata in capitulo paſtoralis. de priuilegiis, & in capitulo lateranen. de præbendis. per Innocentium.

Quæſt. XLIII.

AN dominus cardinalis poſſit exire curiam ſine licentia domini noſtri papæ. Reſpondeo non ſecundum Ioan. And. & doct. in capitulo eccleſia ueſtra. el ſecundo. de elec. ubi dicunt ꝙ dominus cardinalis habet alias ligatas ut non exeat curiam ſine licentia papæ.

Quęſt. XLIIII.

AN dominus cardinalis poſſit eligi ad inferiorem dignitatem, puta ad epiſcopatum. Reſpondeo ſecundum Abb. & Ioan. And. & Ant. de But. in dicto capitulo eccleſia veſtra. ꝙ aut eſt epiſcopus cardinalis, & debet poſtulari & nõ eligi aut eſt cardinalis pꝛ̄sbiter vel diaconus, & debet eligi, licet aliqui moderni ut Ioã. de Imo. dicant quod debet poſtulari indiſtincte, & non eligi. & Ioann. de ligna. ait quod conſuetudo curiæ eſt ut poſtuletur.

Quæſt. XLV.

Quæſtiones magnę ſunt an ſolus dominus noſter papa ſine cœtu dominorum cardinalium poſſit ardua & ualde magna negotia facere, Ioan. monac. in capitulo ſuper eo de hære. lib. 6. tenet. quod non, quem ſequuntur plures docto. noui, maxime do. Fran. de Zabar. in repe. capituli perpendimus. de ſententia excommu. ubi ait quod cętus cardinaliũ eſt in quaſi poſſeſſione. ne dominus nr̄ Papa faciat valde ardua ſine ipſorum dominorum cardinalium conſilio, ſed contrarium tenet Albe. de Ro in rub. C de legi. & Ioan. And. & Gemi. in d. capitulo ſuper eo. poſſumus, tamen dicere quod de poteſtate abſoluta uerum dicat Ioan. And. ſed de poteſtate condecenti ordinaria & utiliori reipublicæ bene loquitur Ioann. Monac. pro hoc videtur text. in capitulo per uenerabilem. uerſic. rationibus, qui ſin. ſi. legi. quod bene facit in ſimili, & quod ibi notant docto. & legiſtæ. maxime Bald. in l. humanum. C. de legi.

Quęſt. XLVI.

Quęſitum fuit ſi dñs cardinalis mutuat fratri, vel nepoti pecuniam ex qua emit magna pręDia. an fundus ſit nepotis vel fratris, vel eccleſiæ. Reſpõdit Bal. quod eſt nepotis vel fratris, in c. eccleſia. ut lit pen. quod intelligo uerũ. niſi propter fraudem. l. fraus. ff. de legi. & Bal. in l. mancipia. C. ſi quis alteri, vel ſibi. vide nota. in cap. cum in officiis. de teſta. nec obſt. no. in l. ſi vt proponis. C. de rei vend. cum ſimil. quia ibi pecunia erat eccleſiæ. ſecus quando in alium transfertur dominium, pone in accipientem mutuo.

Quæſt. XLVII.

Quæſtio pulchra eſt an D. Cardinalis ſi obuiat ei qui ducitur ad mortem poſſit eum liberare a morte. Reſpondit Bal. quod ſic de conſuetudine. l. addictos C. de ap. quod eſt ſingulare ad ſaluandum vitam hominis vt voluit Albe. in l. addictos. C. de epiſ. audi.

Quæſt. XLVIII.

AN offendens perſonam domini cardinalis incidat in pœnam lęſæ maieſtatis. Reſpondeo quod ſic. c. fœlicis. de pœnis. lib. 6. vbi ponuntur maxime poenę, ſed in epiſcopo vide cle. 1. de pę. & contra offendentes dominos cardinales maxime legatos domini noſtri papæ, quod not. in l. quiſquis. C. ad l. iul. maieſta.

Quęſt. XLIX.

AN D. Cardinalis debeat morari in curia. Reſpondeo ꝙ ſic, niſi ex cauſa legationis. glo. diſtin. 97. in c. nobiliſſimus, videndum eſt quod ſcripſi ſupra.

Quæſt. L.

AN contra dominum cardinalem poſſit opponi excuſatio recuſationis. Reſpondeo quod de facili non admittitur recuſatio contra dominum cardinalẽ propter ius appropriatum, iuſtitiam, & fidem. ſecundum Hoſt. Ioan. An. & Ant. de But. in d. c. ad petitionem. de accuſa. not. ergo magnam cauſam ad recuſandum D. Card. iudicem. & ad hoc tene menti no. in c. cum olim. de off. deleg.

Quæſt. LI.

Vtrum cardinalis dicatur illuſtris. Reſpondeo ſecundum Bal. in l. 1. ff. de offic. præfec. præto. quod dicitur illuſtris quinimmo ſuperilluſtris eſt dominus cardin. ſecundum Spec. in tit. de iuriſ. omn. iud. §. ſi. ver. maximi ſunt. & verſic. ſecundum canones. & facit quod no. ſcripſi poſt Ang. in rubr. ff. de iuriſdict. omn. iud.

Quæſt. LII.

AN cętus dominorum cardinalium poſſit concedere vt extrahatur aqua de flumine publico nauigabili ſubiecto eccleſiæ Rom. ad alium locum. Reſpondeo poſſe. l. quominus. ff. de flu. & c. eccleſia habet 16. q. 1. vbi cętus dominorũ card. repreſentat Senatum. facit quod no. gl. in l. 1. ff. a quibus appel. non licet. vbi doc. alleg. d. l. quominus. & facit quod not. doct. in c. cum te. de re iud.

Quæſt.

Quæſt. LIII.

A N cętus dominorum cardinalium poſſit condere legē non contrariam iuri cōi. Reſpondeo uidetur tex. in partem affirmatiuā in l. non ambigitur. ff. de leg. tut. uide no. in cle. ne Roma. de elec. in l. fin. C. de leg. & 16. q. 1. eccleſia. in l. formam. C. de offi. præfec. pręt. & Alb. & alios modernos in d. l. non ambigitur, & de ſenatus origi. vide Archid. in cap. ſenatuſconſultum. 2. diſtin.

Quæſt. LIIII.

Vtrum domini cardinales ſcribantur cum titulo. Reſpondetur ꝙ omnes presbyteri cardinales ſcribuntur cum titulo ſuo, excepto Baſilica. 12. Apoſtolorū quæ ſine titulo ſuo ſcribitur. licet Spec. ponat titulum in Specula. tit. de libel. conceptio. §. iam nunc uidendum. circa principium.

Quæſt. LV.

Vtrum dominus card. habeat iuriſdictionē audiendi cauſas. Reſpondeo ꝙ dominus card. non habet iuriſdic. audiendi cauſas niſi ſpecialiter a dño noſtro Papa cauſa ei ſit commiſſa, vel ſine iure proprio, puta epiſcopatus ſui tituli ad eū ſpectaret, ſecundum ſpec. in tit. de libel. concep. §. iam nunc videndū. circa prin. uer. cardinales autem nullam cauſam.

Quæſt. LVI.

Vtrum credatur teſtimonio domini cardin. ſine iuramento, Reſpondeo quod ſic ſecundū Innoc. in c. cum olim. el 2. de priuil. licet D. Ant. de But. ibi dicat, qđ facit præſumptionem. uide no. in cap. cum a nobis. de teſti. & cap. quod ſuper his. de fide iuſtrum.

Quæſt. LVII.

A N dominus card. poſſit teſtari ſine licentia domini noſtri Papę. Reſpondeo non de conſuetudine, ſecundum Hoſt. in ſum. in tit. de pęn. §. cui confitendum. uer. cui cardinales, & hoc verum eſt de iure ſi monachus, vel canonicus regularis ſit creatus cardinalis, ſecundum Bald. in auct. licet. C. de epiſ. & cle. aliter non uideo quid obſtet cur non poſſint de iure teſtari. c. 1. & c. cum in officijs. & c. relatum, de teſta. Sed ſi de curiæ Rom. conſuetudine appareat, illa obſeruanda eſt.

Quęſt. LVIII.

Vtrum monachus, vel canonicus regularis poſſit fieri cardinalis. Reſpondeo poſſe, ſecundum Bald. in aucten. licentiam. C. de epiſc. & cler.

Quæſt. LIX.

Vtrum monachus effectus cardinalis abſoluatur a ſubſtātialibus regulæ. Reſpondeo non abſolui, ſecundum Bald. in d. aucten. licentiam.

Quæſt. LX.

A N cardinalis habeat ius epiſcopale in eccleſiis ſuis. Reſpondeo dominum papam reſpondiſſe Io. Mo. quod cardinales in ſuis eccleſiis habēt ius epiſcopale, ſecundum Ioan. And. & doc. in c. 1. de maiorita. & obe. lib. 6. uide no. in c. dilectus, de capel. mona.

Quæſt. LXI.

A N cardinalatus dignitas ſit maior qualibet alia excepto papatu, reſpondeo ſecundum Hoſt. & Io. An. in c. dilectus. el 2. de præbend. quod curia Romana tenet hodie nullam eſſe maiorem dignitatem cardinalatu, excepta dignitate papali, & ibi dicit Hoſt. quod memorię habere debent cardinales illud Bernard. erubeſcat homo eſſe ſuperbus, ex quo humilis factus eſt Deus.

Quæſt. LXII.

A N in excommunicatione generali ueniant domini Cardinal. Reſpondeo non per not. in cap. quia periculoſum. de ſent. excomm. lib. 6.

Quæſt. LXIII.

Si papa committat cauſam domino cardinali cum clauſula appellatione remota, an ab eius ſententia poſſit appellari. Reſpondeo non ſecundum Bald. in l. prima, de offi. præfe. præto. quod not.

Quæſt. LXIIII.

Quis eſt ex cardinalibus qui ungat imperatorem. Reſpondeo ſecundum Hoſt. & Ioan. An. in c. venerabilem de elect. quod Cardinalis Hoſt. ea antiqua conſuetudine Imperatorem ungit ea mandato papæ, & poſt Hoſtien. coronat dominus noſter papa, de quo etiam per Hoſt. & Anton. de But. in cap. antiqua de priuileg.

Quæſt. LXV.

A N collegium dominorum card. a duabus partibus poterit opponi quod electus nō ſit de numero ſeu collegio cardinalium, & uidetur quod ſic 79. diſtinc. c. oportebat. tamen hodie non poteſt opponi hæc exceptio contra electionē domini noſtri papæ, ſecundum doct. maxime Nico. Abb. ſicu. in c. licet. in 4. de elect.

Quæſt. LXVI.

An a ſententia lata a cętu dominorum cardinalium appelletur. Reſpondetur quod non, quemadmodū a uera ſententia ſenatus. l. 1. ff. a quibus appel. non licet. & 16. q. 1. c. eccleſia, ſed forte poteſt appellari. l. 1. C. de off. præf. pręt.

Quæſt. LXVII.

Dubitatum eſt an a ſententia unius cardinalis poſſit appellari. Reſpondeo quod ſic c. Raynutius, & Raynaldus, de teſta. & Bal. in l. 3. ff. de off. præf. præt. & Spec. in tit. de lega. §. ſupereſt. uerſ. illud autem ſumitur, quamuis gloſ. dicat contrarium & male. in l. 1. de off. præf præto. niſi dicamus quod illa glo. reſtringitur quando dominus noſter committit domino cardinali cauſam cum clauſula appellatione remota, ut dixi ſupra in q. incip. ſi papa committat &c.

Quæſt. LXVIII.

An domini cardina. in abſentia ſuorum beneficiorū poſſint fructus ſuorum beneficiorum de iure recipere. Reſpondeo quod ſic c. cum dilectus, de cleri. non reſi. ut plene examinat Oldr. conſ. 46. quod ius commune habet eos pro reſidentibus cum ſeruiant eccleſię Rom. quæ eſt mater omniū eccleſiarum, & quæ gerit ſollicitudinem omnium aliarum eccleſiarum. c. bonæ, el 2. de poſtu. præla. & in procem. lib. 6. nam cardinales ſunt magis familiares domini noſtri papæ quam alii & principaliores aliis. ipſi enim ſtant in ſeruitio eccleſiæ ſuſtinendo pondus diei, & æſtus, & ſunt collaterales & pars corporis domini noſtri papæ. capitulo fœlicis. de pœnis lib 6.

Quæſt. LXIX.

An familiares dominorum cardinaliū in abſentia, beneficiorum ſuorum poſſint fructus recipere. Reſpondeo hanc prærogatiuam concedit dominus noſter papa ſingulis cardinalib. etiam reſpectu familiarum ſuarum ſecundum doctor. maxime Ioan. An. & Ant. & Nico. in cap. cum dilectus, de cleri. non reſi.

Quæſt. LXX.

Vtrum impetrantes literas familiaritatis a dominis cardinalibus qui realiter & uere nō ſunt familiares dominorum cardinalium gaudeant priuilegio, ut fructus beneficiorum poſſint in abſentia recipere. Reſpondeo non, ſecundum Nicol. Abb. ſicu. in d. c. cum dilectus. quod eſt notabile contra impetrantes literas familiaritatis.

Queſt. LXXI.

Quid requiritur ad condemnandū D. cardinalem, Reſpōdeo, qđ ſi ſit D. cardi. epiſcopus requirunt 72. ſi ſit cardinalis presbyter 64. teſtes. 2. q. 5. præſul. & c. nullam. ubi text. ponit rationem ſpecialitatis ut propter inſolentiam quorundam malorum qui cardinales uolunt accuſare ut ipſis amotis in eorum loco poſſent inſtitui.

Quæſt. LXXII.

Quæro an cardinalis gaudeat priuilegio permiſſo in numero teſtium ſi accuſetur de his quæ cōmiſit antequā eſſet cardinalis. Reſpondeo non, ſed gaudet. d. priuilegio numeri teſtium ſi accuſatur de his quæ commiſit poſtquam priuilegiatus eſt, ſm Arch. in d. c. præſul. qui alleg. l. 2. ff. de priuile. cred. ſed in veritate l. loquitur indiſtincte in d. c. ꝑſul. & ratio eſt generalis utroq; caſu in pręcedenti. q. nec obſt. d. l. 2. quia loquitur quo ad pęnam, nos quo ad probationem.

Quæſt. LXXIII.

An dominus noſter papa conſtringatur ad ſeruandum numerum teſtium ad condemnandum dominum card. de hæreſi uel ſciſmate. Reſpondeo quod non, ſecundū glo. in uerbo, cardinalem. in c. 1. de ſciſma. lib. 6.

Quæſt. LXXIIII.

Ardua quęſtio eſt an uacante ſede apoſtolica, cętus dominorum cardinalium utatur iuriſdictione domini noſtri papæ. Reſpondeo non niſi ex cauſa grandi & imminenti periculo, glo. in c. 1. de ſciſma. lib. 6. tu uide glo. & doct. in cle. ne Rom. de elect. & no. in cap. ex eo. de pę. & remiſſio. per doct. maxime per Hoſt.

Quæſt. LXXV.

An vicarius domini noſtri papę habeat iuriſdictionem in ſubditos & familiares dominorum cardinalium. Reſpondit Franc. Zabar. in clement. ne Romani. de electio. quod de conſuetudine ſeruatur quod non, quia ſubditi dominorum cardinalium remittuntur ad vicarios ipſorum dominorum cardinalium.

Quæſt. LXXVI.

An domini cardinales debeant perſonaliter comparere in iudicio. Reſpondeo quod non, quinimmo debēt per procuratorem litigare. ſecundum Spec. in titu. de acto. §. unico. verſ. item illuſtris. & in l. pe. & in auct. quod ius. C. de procu.

Quæſt. LXXVII.

An credatur domino cardinali de eo quod dicit factam a domino noſtro Papa, uiuæ uocis oraculo. Reſpondeo de conſuetudine creditur, ſecundum Lapum alleg. 33. uideatur in cap. quod ſuper his. de fide inſtrum. & in cap. cum literis. de in integr. reſtit. & Ioan. An. in c. 1. de offic. leg. lib. 6. & in cap.

con-

conſtitutus.de appellatio. per Hoſtienſ.& Ioann.Andr.

Quæſt. LXXVIII.

Quæritur an ſolus dominus noſter papa deponat cardinalem, vel eum excommunicet. Reſpondit Hoſt.in cap.ex geſtis,de cle.non reſiden.quod cum collegio dominorum cardin. deponere & excommunicare poteſt & hoc verum puto de ordinaria & condecenti poteſtate, ſed de abſoluta ſolus dapa,poteſt deponere & excommunicare,& hoc ſedere diſtinctionis,concordantur & coniunguntur varia dicta doctorum in d.c.ex geſtis, ubi Io.de Lig.Nico.Abb.ſicu.tenent contra Hoſt.nã ꝑ Hoſt.& conſultius,atque propenſius aliter reſpondetur de conſilio dominorum cardinalium, quia quod a pluribus quæritur facilius inuenitur.arg. cap.prudentiam,de offic.deleg. & l.humanum. C.de legi.facit ꝙ ſcripſi in ſuperioribus.q.16.

Quæſt. LXXIX.

An D. Card.legatus de latere conferat beneficia. Reſpondeo ſic.c.1.& 2.de off.leg.lib.6.& ibi plene.

Quęſt. LXXX.

An dominus cardinalis filiusfamilias abſoluatur a patria poteſtate. Reſpondeo quod abſoluitur ut in auct.ſed epiſcopalis dignitas.C.de epiſc.& cler.& in c.indecorum,de ęta.& qual i.non tamen perdit iura ſuitatis, argu.l.quod fauore.C. de legi.& ſcripſi in diſputatione mea ſuitatis,quã feci Senis,

Quæſt. LXXXI.

An dominus noſter Papa debeat diſpenſare ad cardinalatum bigamum. Reſpondeo ſecundum Nic.in c.at ſi clerici, de iudi. quod non,propterea nõ fuit cardinalis D.Io.Ligna.

Quæſt. LXXXII.

Quando dominus papa aliquid facit ex quo ſcandalizatur tota eccleſia vniuerſalis quid debẽt facere domini cardinales? Reſpondeo quod cętus dominorum debet monere papam ut deſiſtat & ſe corrigat, non autem dico eum deponendum.79.diſt.ſi quis.63.diſtinc. Adrianus.faciunt notata poſt Innoc.per doctor.in c.inquiſitioni.de ſen.excommun. & in c.quanto, de conſue.

Quæſt. LXXXIII.

An cętus dominorum cardinalium peccet ſi conſulat papæ ut diſpenſet cõtra ius commune ſine iuſta cauſa.Reſpondeo ſic.nam licet diſpenſatus ſit tutus quo ad eccleſiam militantem quæ eſt in manu domini noſtri papæ, ſecundum Innocen.in cap. inquiſitioni.præalleg.de ſenten. excommu. tamen peccant quo ad Deum ſi ſine iuſta cauſa ſit diſpenſatio,ſecundum Nic.Abb.ſicu.in cap.de multa, de præben. & facit quod no.per Io. An.in c.nouit,de iud. vbi de domino noſtro Papa loquitur.

Quæſt. LXXXIIII.

An cętus facet dominorum cardin.debeat ſuadere domino noſtro papæ ut ponat pacem & quietem inter principes Chriſtianos.Reſpondeo debere ut no.in c. nouit de iudi.præalleg. & peccant confeſſores abſoluentes principes occupãtes alienas vrbes,& prouincias, maxime eccleſiæ Roma. ſecundum Io.And.in c.quod ſuper.de uoto & uoti rede.

Quæſt. LXXXV.

Vtrum cardin.ſit magis aſtrictus quam alius homo mundi ad amandum dominum noſtrũ papam,& ad fęlicitatem & obedientiam ueram,erga ſanctitatem ſuam ſeruandam. Reſpondeo ſic,ſecundum Hoſtien.in cap.antiqua, de priuileg.ubi ait quod cæteris grauius peccant domin.cardinal.ſi contrarium faciunt.

Quęſt. LXXXVI.

Vtrum domini cardin. debeant eſſe magis familiares papæ quam reges & alii principes. Reſpondeo ſic, quoniam ſunt pars corporis eius.c.fęlicis,de pę.lib.6.& Old.in cõſ.46.

Quæſt. LXXXVII.

An cardinalis det pallium archiepiſcopis. Reſpondeo ſecundum Hoſtien.quem refert,& ſequitur Nic.Abb.Sic.in c. ſignificaſti.de elect.qui ait ſe bis expertum in receptione palli, quod unus ex diaconis cardinalibus de mandato domini noſtri Papæ palium tradidit archiepiſcopo, de quo habetur in c.ad honorem.de autho.& vſu pallij.

Quæſt. LXXXVIII.

Qui cardinales habeãt titulum epiſcoporum in urbe. Reſpondeo ſecundum hoſt.quod Portuen.Albanen.Prænellinus,Sabinen.& ſi.de quo per eum in c.examinata,de confir. uti vel inuti.vbi etiam dicunt doct.ꝙ omnes iſti ſunt epiſcopi,& de numero dominorũ cardinalium, quia uero aſſiſtũt domino noſtro Papæ, habent vicarium in eorum eccleſiis, qui uulgariter dicitur uice dominus.

Quæſt. LXXXIX.

Vtrum diaconi cardinales habent titulum, Reſpondeo ſecundum docto.maxime Hoſt.in cap coram, de elect. & in c. his quę de ma.& obedien.Quod epiſcopi cardinales eſſe nõ poſſunt ſine titulo.d.cap.examinata.de confir.uti.vel inutili.Sed & cardinales presbyteri dicuntur habere titulum.c.dilectus.de ſup.neg.præla.cum ſim.cardinales diaconi non habent titulum.c.cum a nobis, de a rbi. & no.ſingulariter ſecũdum Hoſt.in d.c.coram. quod reſcriptum apoſtolicum dicitur falſum, niſi titulus cardinalium,epiſcoporum, & presbyterorum, in eo oponeretur,quia eſt de ſtilo curiæ.

Quæſt. XC.

Et tu qui uis ſcribere literas domino card.habes modum & formam ſcribendi cum tit. ſecundum Nic.Abb.ſicu.in c. ex geſtis de cle.non reſi. Et ſi uis ſcire nomina cardinalium, epiſcoporum presbyterorum, & diaconorum, titulorumq; ſuorum,uide Alb.in rub.de ſtatu ho.& Io.An.in addi. Spec. in tit.de libel. conce.§.item nunc uidendum circa princ.

Quęſt. XCI.

Quæritur qualis ſit iuriſdictio cętus dominorum cardin. Reſpõdit dom.Floren.in clem. ne Romani.uerſ.irritu m.de elect.q.3.quod eſt talis,qualis in iure reperitur,puta vt reſtituat famæ, & alia de quibus in hoc opuſculo, maxime quod eſt determinatum ſede uacante.in c.ubi periculum.de elec. & in d.clem.ne Romani.

Quæſt. XCII.

Vtrum cardinales cenſeãtur iure ſingulorum & an archã communem habeant. Reſpondeo ſm Hoſt.& Io.And.in c. ad liberãdam, de iude. ꝙ domini cardinales in eccleſia Dei antequam titulus eis aſſignaretur, & hac conſideratione attenta domini cardinales ſimpliciter. 79.diſt. cap.oportebat & dicebantur tunc domini Cardinales eccleſię Roma.d.capit.ad liberandam.& cap. ad apoſtolicæ. de re iudic. lib.6.& ibi per Archi.& habent archam communem quo ad ſeruitia communia & camerarium ſpecialẽ loco iudicis qui obligat & diuidit inter eos ęqualiter, & ſingulariter congregantur ad tractatus omnes in totius mundi utilitatem, excipiendos & ſacrum collegium cardinalium uulgariter nuncupatur,& eſt excellens collegium, ſuper omnia alia collegia,ſecundum Doc.in d.c.ad liberandam.

Quæſt. XCIII.

An cętus cardinalium debeat perſuadere papę vt mittat manum ad recuperationem terræ ſanctæ.Et hoc uide not.in cap.quod ſuper.de voto & vo.redem.& in cap.ad liberandã, de iudæis. præallegat.ubi pulchre per Ioan.An. & bene facerent Chriſtiani omittere bella inter ſe, & recuperare terram ſanctam.

Quæſt. XCIIII.

Vtrum papa appellet cardinalem fratrem uel filium. reſpondeo quod in genere cætus dominorum Cardinalium & cardinales dicuntur fratres papę.cap.in geneſi.cap.eccleſia, de electione. & hoc propter epiſcopos qui in eis ſunt.presbiteri uero uel diaconi cardinales filii papę nominantur. capit. dilecto filio. de ſup. negligen. prælato, cum ſimilibus. Sed epiſcopum cardinalem papa nominat fratrem.captulo cum uenerabilem, de conſuetudin. & not. Hiſtien.in capitulo ad liberandam.

Quęſt. XCV.

An cardinalis poſſit renuntiare cardinalatum, putarem quod ſic in manibus papę ſuſcipientis eius renuntiationem per c.1.de renuntia.lib.6.cum ibi nota.

Quæſt XCVI.

An ſi aliquis ſit electus in papa per metum illatum dominis cardinalibus, poſtea poſſint cardinales conſentire in eum electum antea per metum Bald.in c.quiſquis.de elec.dicit ꝙ non ita qđ nõ poſſunt do.Car.in hac parte diſpenſare ut tollatur omnis materia uiolandæ libertatis eccleſiaſticæ, quã debent defendere proprio ſanguine ut uult Bal.in conſi.ſciſmatum qui poſſunt in 6.conditio.

XCVII.

An duæ partes dominorum Cardina. eligant dominum noſtrum papam nulla exceptione obſtante.Reſpõdeo quod ſic. cap.licet de electione.& ibi plene per doc.maxime Ioan. And.& Anton.de But.in cap. ubi periculum.eod.tit.lib.6.& ibi per do.domini.de S.Gem.& per Arch.49.diſtinctione,c.ſi tranſitus. & ſi omnes Cardin.ſint mortui uno excepto ad ipſum ſolum ſpectat electio Papæ,ſecundum doc. In dicta clementina, ne Romani. de electione, maxime ſecundum do. Cardinalem Florentinum.

Quæſt. XCVIII.

Qualia inſignia & quales ueſtes habere debẽt cardinales etiam de latere. Reſpondeo non poſſunt uti ueſte rubea, palafreno albo, calcaribus deauratis, quia iſta dñr inſignia papalia, niſi ſit legatus tranſmare, uel habeat ex ſpeciali priuilegio papæ ſecundum doct.maxime Hoſt.& Ant.de Butr.in in d.c.antiqua de priuileg.

Quæſt. XCIX.

An cętus dominorum cardinalium vacante ſede apoſtolica reuocet legatũ Cardinalem a papa miſſum. Reſpondeo quod

quod reuocat ex magna & euidenti cauſa & non aliter, ſecum. Specu. in titu. de lega. §. fin. verſic. ſed nunquid apoſtolica ſede vacante.

Quæſt. C.

An in canonizatione ſanctorum debeat interuenire auctoritas cętus dominorum Cardin. cum domino noſtro Papa. Reſpondeo quod ſic, ſecundum Hoſt. & Io. And. in c. 1. de reliq. & vene. ſancto. & plene ſcripſi in opuſculo quod compoſui pro canonizatione beati Bernar. Senen. ordinis fratrũ minorum. Laus Deo Reuerendiſs. pater & domine mi ſingularisſime Aſtorge clara familia Auguenſi. Dei virginis Mariæ & omnium cœleſtium gratiam abſolutum de ſacroſan. eccleſiæ Roma. & Reuerendiſſimis, & ſuperilluſtribus dom. cardin. Tractatum ſuperioribus noctibus, & variis maioribus noſtrorum codicibus venatum, & manibus fęliciſſimi tui Mar. Gatrati Lauden. I. V. D. pro tua innata & ſolita clementia ac humanitate ſuſcipere digneris, & quamquam ſatis grande opus cum ornatu decenti, & genere alto atque altiſſimo eam proſcribere inſtituiſſem tamẽ temporis pauciſſimi anguſtia me uetiſſime conſtrinxit ut omiſſo diſputationum ſtudio quæſtionum noſtrarum centum deciſiones per breues, & concluſiones camerarias quam raptim facerem. Laus Chriſto Ieſu. Amen.

TRACTATVS DE Præſtantia Cardin.

Quem conſummatiſs. in vtraq; cenſura doct.

D. AND. BARBATIA

Ex patria Meſſaneſi, inſule Sicilię, in adoptiua patria Bononien. pulcherrimis, ac peregrinis declamationibus refertum, multo cum labore, atq; diligentia edidit.

Ad Reuerendiſs. in Chriſto Patrem, & Dominum, D. Beſſarionem Epiſ. Tuſculanum Card. Nicenum, Bononiæ legatum.

PRAEFATIO.

MAiores noſtri pater Reuerendiſs. quo ſanctior & iuſtior dicẽdi materies occurriſſet, ampliorem ac præſtãtiorem ſcribẽdi gloriam adepti ſunt. At cum ego optimos & facile beatiſſimos dominos d. Cardina. apud clariſſimos iuriſlatores mirum in modum celebratos acceperim, nõ petulantia, ſed exercendi ingenii ſtudio quamquam permagno, atq; difficili de diuina eorum præſtantia quæſtiones non leues diſputandas aſſumpſi. Vereor tamen huic iocundiſſimo aſpectui tuo parum prudẽs futurus ſim, quod huius rei magnitudinem pro ſingulari tua ſapientia excogitatam in medium afferre tyroni mihi in eo diſputandi genere nunc libeat, cũ mihi tantum flumen ingenii adeſſe non pollicear quod ad eas exoluendas ſufficere dignoſcatur. quis tam facundus, & tanta iuxium, aut rerum copia inſtructus exiſtat, aut quæ tanta uis ingenii aut dicendi maieſtas ſit, quæ horum præſtantiſſimorum diuinas uirtutes complecti queat, quę in eos tãquam in tutiſſimum quoddam atq; optatiſſimum domicilium libentiſſime commigrarunt, ut non modo cum his qui hac tempeſtate in omni uirtutum genere præclari & celebres habẽtur ſed cum in omnium ſanctorum patrum ac diuinorum prophetarum antiqua memoria ueniant ad certamen. Sunt etenim magno excelſo uiro digne, ut de Pompo. Paulo, Sirio, Vlpi. dixerim. Summis profecto uiris quorum in diſſerẽdo præſtantiam, aut in decidendo peritiam mihi nullo pacto adequare licet. Veniam quæro ſapientiſſime domine ſi nil graue, nil elegans, aut tantare dignum dixerim cũ neq; ingenium neque eloquentiam, neque ætatem meam huic rei parem pręſtare poſſe auctoritatem confidam. Non enim is ſum qui nõ expaueſcam, & tota mente & uirib. non ꝯtremiſcam, ſi quando tua coram maieſtate quæ non modo mihi tenui, & parũ exercitato, ſed cuius optimo maximoq; iuriſconſ. & diſputandi facile principi tremor per maximus eſſet ut de cardinalatus cęleſti pręeminentia fari auſus ſit. Ad quod complendum ſincerum quodque atque altum, & integrum pectus & in huiuſcemodi re terrenda eſſet omnis ætas. quid ego fragilis in tãto ſanctitatis pelago declamen, aut quibus verbis hos venerandos patricios ut conſultiſſimi imperatoris uerbis utar proſequar? In quibus Romanæ linguæ princeps vniuerſis eloquentiæ ſuæ neruis uel ut effuſis totius ingenii fontibus prædicando defeciſſet. Quamobrem non nouum eſſe uideo domine colendiſſime, ſed apud illuſtriſſimos pontifices, & Romanę cenſuræ interpretes vſitatum eſſe memini, ut qui ſtudiis intendunt laborum ſuorum opera ad ſummos ſanctiſsimoſq; pontifices deferant, ut ex eorum gloria atq; ſplendore maior ipſis dictis. aut inuentis accedat auctoritas. Ego igitur tam excellentiſsimorum uirorum ſequutus exemplum vigilias quaſdam meas his paruulis noctibus excogitatas, Baſilicas quæſtiones tam a pręclariſsimo tuo proprio, & primario nomine dicatas, quã a tuo primęuo cardinalatus titulo Baſilicæ. 12. apoſtolorũ. Antea enim dũ in ſeculo ageres, hoc ſplẽdido nomine Baſilius dicebaris ad extollendas ſapientiſſimorum dominorum cardina. & laudes, gloriam, atque amplitudinem, quas uariè & ſparſim diuinæ & humanæ patefaciunt leges tuæ illuſtri dominationi cum omni reuerentia pręſcripſi eo quod magis cũ ab ineunte ætate tua Chriſtianiſsimos mores diuinas literas rerum, omnium cognitione, fidem, integritatem, mãſuetudinem, religionem, pietatem, innocentiam, omnem denique ſanctimoniam cum omnium adoratione colueris, ut omnem deniq; Gręciam regionem quidem ante alias literis, ſtudio, diſciplinis, & eloquentia ęnormiſsimam, ac optimarum ar-
a tium & maximarum ſcientiarum non modo inuentricem, verum etiam perfectricem. ut in lib. de Oratore. Marcus Cicero beliſsime ſcriptitauit. unde tuæ uitæ primordia ſumpſeris tuis diuinis monitis uita, opera, & exemplo tot longiſſimis luſtris ſacroſanctæ Rom. eccle. contumacem, indomitam, & rebellem fidelem, deuotam, placatam, obnoxiã, obedientem, ac ſummo pontifici omni poſtpoſita pertinacia parere compuliſti.

Quis unquam antiquiſſimorum patrum, aut diuorum retro principum ad ampliandam, augendamne ortodoxam fidem præſtantius, aut pręclarius, aut ſalubris egerit, aut tot duriſſimos populos ad ſalutares Chriſtianorum mores adduxit, ut tua ſapientia omnium primaria. quibus de rebus ſanctimoniæ tuæ gloria atque ſplendor in ultimas vſque terras, & gentes penetrauit, quod clariſſime ſatis oſtenſum exiit tecum celebrandæ memoriæ Eugenius 4. ſuis ſacratiſſimis fratribus diuino quodã nutu annuentibus te ad hanc ampliſſimam, atque eminentiſsimam cardinalatus Baſilicę. 12 apoſtolorum, iure optimo collocauit, tuis deinde præclare ſapientiæ & fortitudinis pro S. Romana eccleſia ſtudiis expoſitis modernus pontifex Nico. quintus corporalis orbe Deus te in epiſcopum Tuſculanum cardinalem Nicenum ſummi Dei iudicio conſtituit atque aſſumpſit. Quid de iuſtitia & conſtantia, modeſtia, integritate tua dicam vlterius, Idem ſapientiſsimus pontifex ad hanc regiam atq; inclitam vrbẽ. Bononiæ totumq; exarchatum patrem, fautorem, principem, ducem, præſidem in temporalibus, & ſpiritualibus dominum ante poſuit. Verum te eſſe declarans illud quod per clariſſimum prophetã pulcherrime ſcriptum eſt. ecce erexit te Deus ſuper hæreditate tua in principem, & tu liberabis populum eius de manibus inimicorum eius, populum inquam Bononien. & fama ſuperiorem velut oues errantes ad ouile dominicũ reuocaſti, omnis reipublic. ſalus oĩs dignitas oĩs quies animi, omnis deniq; bene beateq; uiuendi ratio in te ſolo contineri videatur, ut omnes ferme arbitrentur te optimorum philoſophorum, atque theologorum ſummum antiſtitem ſato quodam huius ſeculi gentium eſſe, qui ſolus has noſtras achademias delaſas & extinctas quæ incredibili diligentia, & opera tua uti ex baratro quodam reſpirare cœperunt, tuis diuinis literis tuaq; eruditione confirmas, ornas, auges, atque amplificas. Qui doctiſſimos huius ętatis homines quos literis, aut gręcis, aut latinis præſtare, atque excellere intelligis, ad te euocas, uocatos muneribus, donis, officiis, premiis, honoribus, laude, omnique gloria & ſplendore amplificas. hæc tam & ſi maxima ſint, & memoratu dignisſima cum aliquibus tamen ex antiquioribus patribus aut philoſophis, præſertim coram cęterum illa una ſumma & illuſtris, & tota tua laus eſt quæ tradidit poſteris commemorandum, & ipſius diuino Socrati, & Platoni, philoſophorum grauiſsimis parem, aut iudicio meo meliorem. ipſi etenim dũtaxat literis ſtudio, & diſciplinis aliarum rerum omni ex parte obliti clauerunt. Tu uero inter tot maximas, atq; ampliſsimas curas ad bene recteque gerendam rempublicam huius tuæ legationis conſtitutus ſis ubi quiſ-

que

que excelſm & ingentiſsimi ſpiritus inde deficeret ſummo ſtudio ſuperioribus diebus Ariſtotelis metaphiſicam opus per Iouem glorioſum, ut omnium fert opinio de grȩcis in latinas literas Alphonſo regi Aragonum ſereniſsimo principi & ſemideo elegantiſsimo, atq; ornata ſtilo & inuadito quodam ſcribendi genere traduxiſti, ut omnes affirmēt te ſummam mineruȩ arcem attigiſſe, atque nullius unquam, ingenium inter tot res diuerſiſsimas ad parandum, atque impetrandum habilius fuerit ſicut tuum. Has igitur vigilias meas quamquam leues in hoc famoſiſsimo Bonon. ſtudio editas ſacratiſsimȩ domine, domine Beſſarion tuæ prudentiſſimȩ dominationi cū omni reuerentia defero, ut omnis mea opera in tuum ſpectatiſsimum & immortale nomen omnibus ſeculis celebrandum relucefcat, atque illas ſeueriſſimo tuo iudicio examinandas, corrigendas, reformandaſue ſubijcio. ſequens omni ingenio id omne quod Romana fatetur ecclesia, atque me apud benigniſſimos pedes, tue ſuper illuſtris dominationis obnoxium conſtituo ad laudem & gloriam clementiſsimi Dei, eiuſque matris glorioſæ, beati Bernar. totiuſq; curiæ triumphantis, nec non ad laudem diuini principis, domini domini ſapientiſsimi Nicn. papæ quinti, & ſacroſanctæ Roma. eccleſiȩ. & ſacri collegii dominorum meorum dominorum cardinalium, quos Deus per ſeculorum ſecula ſaluet.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalatus a quo introducat exordium. 10. 35.*
Ius canonicum dicitur ius diuinum, quia quo ad quędam deriuatur ab utroque teſtamento.
2 *Ius diuinum proprie quod dicatur, & quid veniat eius appellatione.*
Iuris canonici appellatione quid ſuccedat, & an ſit ius humanum.
3 *Ius ciuile nunquid dicatur ius diuinum.*
4 *Actiones a quo iure ſint.*
Teſtamentum utrum ſit de iure gentium uel ciuili.
5 *Cardinales ad quem effectum creati.*
Cardinales quo tempore eſſe ceperunt & ſub quo nomine. 22. 30.
Cardinales hodie non exercent officia priſtina.
6 *Chronico nunquid poſſint allegari, & per eas decidi. Et quid de ſeniorum dictis.*
Doctorum communi opinioni ſtandum.
7 *Facto notabilia, expreſſe nominanda, & ſpecialiter.*
Cardinales dicuntur ſacerdotes leuitici.
8 *Intellectus c. per venerabilem, §. rationibus qui. fi. ſi. leg. 21. 31.*
Auctoritatem maiorum nunquid ſufficiat allegaſſe.
9 *Epiſcopi utrum in aliquo ſint aquales Papa, & poſſint penitentiam a papa diminuere iniunctam.*
Epiſcopus an poſſit condere conſtitutiones contra papa canones.
Epiſcopi nunquid loco ſucceſſerint apoſtolorum.
10 *Cardinalium poteſtas vnde de riuetur. 12.*
11 *Cardinalium cœtus, uocatur eccleſia ſenatus.*
Cardinalatus nunquid ſit officium, & in quo conſiſtat.
Cardinales vtrum ſint patritii 34.
Patritiatus a quo iure emanauerit, & que dignitas ſit. 39.
12 *Senatus an reſtituat ad famam.*
Qualitas cum enti aduenit quid operetur. 34.
Libellus per additionem nunquid nouus dicatur.
Sanguinem comedere nunquid liceat diebus quibus oua eduntur.
13 *Iudæi antiquat ſi poſſint reparare ſinagogas, nunquid precioſiores poſſint facere.*
Eccleſia parochialis appellatione, nunquid collegiata parochialis includatur etiam pano ſtatuta. 34.
Conſtitutio arctans ad aliquid clericos nunquid includat canonicos.
Statutum diſponens idem quod ius commune, an dicatur ius commune, vel ſtatutum.
Cardinalatus nunquid per papa conſtitutionem poſſit extingui.
Et an ſit epiſcopatu minor. 35.
14 *Papa utrum habeat omnimodam poteſtatem. ſupra ius poſitiuum.*
Item ſupra euangelium. Item in beneficiis.
15 *Papo auctoritas quanta. Et an ualeat ſeipſum deponere. 31.*
Et omnis creatura ſit illi ſubdito. Et poſſit ad uelle ſuum diſpenſare.
Papa utrum poſſit ſupprimere dignitatem in patroni præiudicium.
Statutum populi nunquid poſſit inſtitutioni captatoriȩ robur addere.
16 *Intellectus l. moribus. ff. de uulg. & pupil.*
Cardinalatus utrum ſit epiſcopatu minor 35. & dignior. 52.
Aſcenſus nunquid potius in dignitatibus fiat quam deſcenſus.
Dignitatis appellatione utrum ueniat epiſcopatus.
17 *Beneficii appellatione dignitas epiſcopalis nunquid comprehendatur.*
Epiſcopus accuſatus qualiter coram iudice ſtare debeat.
Epiſcopus an per ſubſtitutum ſeruire poſſit et perſonȩ aequiparetur illuſtri.
Cardinalatus an ſit officium, an uero dignitas. 33. 39. 41.
Arcis cuſtodia eſt officium non dignitas.
Procuratio eſt officium non dignitas.
18 *Notariatus eſt officium non dignitas.*
Prædicandi munus eſt officium non dignitas.

Gloſſȩ opinio omnes alias anteceſſit.
Apoſtoli in quo partes fuerunt Petro.
19 *Epiſcopi ſunt ſanctiſſimi Chriſti legati. & nunquid cardinalibus honorabiliores. 52.*
Argumentum a nomine eſt forte.
Officium cum de excellentia quæritur attenden.
Officium cum epiſcopi eſt ſacrum.
Cardinalis officium an ſit ſacrum, & in quo conſiſtat.
20 *Epiſcopi cur ſereniſſimi dicantur.*
Epiſcopi iuriſdictio per legati præſentiam non ceſſat.
Minor nunquid per aduentum maioris ceſſare debet.
Ius Diuinum proprie ſumptum quod ſit.
Eccleſia quem ſenatum habeat.
Roboam rex cur regnum perdiderit.
22 *Ciuitas durans in nouis ciuibus etiam aduentitiis eadem dicitur ciuitas.*
Homo in genere non moritur.
23 *Cardinales vnde dicti.*
Legis diſpoſitio legis verba ſequitur & ad illa adoptatur.
Notorio iudicio & probatione non eget, etiam ſi ſtatutum poſtulet.
Statutum requirens propinquorum conſenſum in minoris contractu ceſſat vbi non ſunt propinqui.
24 *Cardinales cur dicantur reges.*
Ioannes de Lignano fuit ſummus & illuſtris. ll. cc. & philoſophia capitaneus.
Cardinales quo nomine prius vocati.
25 *Epiſcopus an, & quando poſſit in ſua eccleſia cardinalatum inſtituere.*
Sacerdotes principales olim in quacunque eccleſia dicebantur cardinales.
Cardinalium collegium quibus donetur nominibus.
Cardinalatus nunquid ſit pars papalis.
26 *Cardinales nunquid papa iurent fidelitatem. & qui.*
Filius cui feudum a patre conceſſum eſt nunquid teneatur ad fidelitatem iurandam.
Statutum non excludit filium ſi habet locum in patre.
Patrimonium patris filii cenſetur patrimonium.
Zenzelinus fuit doctor magnificus.
27 *Defenſio contra omnes promiſſa non includit ſemetipſum nec ſuos.*
Aduocationis officium nunquam quis videtur promiſiſſe contra ſe et ſuos, & idem de tutela.
Reipublica & patria naſcimur.
Imperator eſt corporalis in orbe Deus.
28 *Vaſſallus nunquid vitam domini ſui teneatur praferre vt ſeruus aduerſus dominum tenetur.*
Vaſſallus pater quando teneatur filii domino feudi etiam papȩ præferre.
29 *Apoſtoli multipliciter conſiderantur.*
Sacerdotalis ordo poſt Chriſtum a Petro incepit.
Electio papa per cardinales a quo iure habuit ortum.
30 *Cardinalem offendens ſacrilegium committit.*
Concubinatus a quo iure nomen traxerit.
Argumentum de concreto ad abſtractum non procedit.
31 *Dictio reuerendiſſimus, quibus competat.*
Oldradus carpitur.
32 *Papa loquendo de cardinalibus quibus nominibus ſoleat vti.*
Denominatio a nobiliori an ſemper habeat verum.
Epiſcopus canonicus quomodo in canonicatu ſtet.
Canonicus vicarius epiſcopi in capitulo quomodo ſedeat.
Appellatio de rege ad ducem quando teneat.
33 *Epiſcopus exiſtens in eccleſia vt canonicus, vel in ſtudio vt ſcholaris an præcedere debeat alios.*
Cardinalatus an ſit honor & qualis. 34.
34 *Ordo quilibet eccleſiaſticus, eſt honor.*
Accidens adueniens enti quomodo illud reponat.
Abbas nunquid veniat monachi nuncupatione.
35 *Scholaris appellatione venit doct.*
Abbatiſſa monialium nominatione accedit.
Conſtitutio fouens clericis nunquid nocet canonicos.
Cardinalatus epiſcopatu eſt honorificentior & eſt illuſtris dignitas. 52.
36 *Papa vtrum poſſit omnes mundi epiſcopos priuare, & tollere poſſit priuilegium. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*
Cardinales ſunt coadiutores in ſacerdotalis officii executione.
Papa nunquid conſtitutionem ſtatus eccleſiaſtici decoloratiuam condere poſſit & relaxare eccleſia decorem ſine cauſa.
37 *Scandali vitandi gratia qua concedantur alias non concedenda. Et multa in materia ſcandali. 38.*
38 *Scandali euitandi cauſa non omittenda ſunt quæ ſine peccato omitti non poſſunt.*
Papa de cardinalium grege eſt eligendus.
39 *Dignitas quid ſit, & qua dicatur.*
Iuriſdictionem cum adminiſtratione habere, nunquid ſit dignitas.
Præfectus prætorio dignitatem habet, cui aequiparantur cardinales.
40 *Conſiliariatus eſt dignitas. Et conſiliarii dicuntur illuſtres.*
Medicus obſtetrici aequiparatur.
Medicus principis quam habeat dignitatem.
Cocus habet vile officium, niſi principis ſit cocus, aut excellens in arte.

Nota-

Notarius principis dignitatē habet, nec ſeruus dicitur publicus vt cæteri.
Imperator aſſurgit clariſſimis.
Prærogatiua ſecularis, eſt dignitas.
41 *Electores imperij, qua polleant dignitate. 47.*
Cardinalis, vtrum in archiepiſcopum poſſit promoueri.
Cardinales ſunt illuſtres, ſicut conſul.
42 *Collegium, antiquior, congregat in prioris abſentia.*
Teſtes antiquiores iunioribus ſunt præferendi.
Epiſcopi an ſint illuſtres an uero clariſſimi.
Papa non debet erubeſcere inter cardinales ſe connumerari.
Cardinalatu nulla maior hodie dignitas, & eſt ſummus & primus gradus poſt papam.
43 *Archiepiſcopi & epiſcopi an ſint ſpectabiles.*
Patriarchæ, regum inſtar redacti.
Cauſa a ſede apoſtolica quibus canonicis delegentur.
Vniuerſitatis maior pars nedum ſecundum numerum, ſed & ſecundum auctoritatem dicitur.
Titus liuius carpitur a Barbatia.
44 *Scholaribus deferendum an & quando.*
Epiſcopus debet appellare ſuos presbyteros fratres.
Hieronymus nunquid fuerit cardinalis & maior Auguſt. 47.
45 *Intellectus .c. eccleſia ſenatum. 16. q. 1.*
Hieronymus cur in ſolitudinem ex cardinalatu aufugerit.
Laicus quando in epiſcopum promoueri poſſit. & qui ex laicatu in epiſcopatum tranſierunt.
Doctor ſummus patriæ ſuæ, cur gaudeat priuilegio etiam ſi extra legat.
46 *Statutum populi, prohibens extraneum legere, non includit virum doctiſſimum.*
Artifex peritiſſimus a ſtatuti pęna liberandus eſt.
Scholaris eruditus, imperito eſt doctori præferendus.
Doctores legum ignari vocantur doloſes.
Limitatio ad l. nemini. C. de aduo. diuer.
47 *Dignitas maior, quibus modis diſcernatur.*
Scholares quibus veſtibus vti debeant.
48 *Maioritas in eccleſia quadrupliciter capitur.*
Papa cur ſe epiſcopum nominet.
Archidiaconus nunquid maior ſit archipresbytero.
49 *Epiſcopi quibus donentur nominibus.*
Monachi an, & in quo, vices apoſtolorum teneant. & quid de ſimplicibus ſacerdotibus.
50 *Sacerdotes ſimplices cur vicarij dicantur Ieſu Chriſti.*
Ordo ſcripturæ nunquid ſequendus in præferendo priorem deſcriptum.
Intellectus & inductio. c. cum Apoſtolus. de cenſi.
51 *Argumentum ab ordine ſcripturæ vim in iure an ſemper habeat.*
Limitatio ad c. 2. de offic. deleg. in 6.
52 *Illuſtris citandus eſt in ſcriptis. & quomodo in iudicio litiget, maxime in cauſa iniuriarum & de illuſtrium priuilegijs.*
Cardinalium priuilegia in iudicijs.
53 *Cardinalatus vtrum liberet filiumf. a patria poteſtate. 54. 55. & nu. 57.*
Sacerdotium nunquid a patria liberet poteſtate. & quid de doctoratu.
54 *Epiſcopus filiusfamilias, dicitur pater.*
Monachus ſine abbatis licentia factus papa, nunquid a poteſtate liberetur abbatis. & poſſit electioni conſentire. 59.
Filiusfamilias quibus caſibus liberetur a patria poteſtate. 56.
55 *Petrus ab Ancharano fuit excellens doctor & ſollennis. 59.*
Iudæi veniunt Romani populi appellatione.
56 *Filij Britonum & Gallorum an ſint in patria poteſtate, & cur, & an teſtari poſſint de aduentitijs.*
Italia eſt gallorum ſepultura.
Excuſatur quis, ſi bono viro credit.
57 *Statutum denobilitans delinquentem nobilem, quomodo interpretandum.*
Patria poteſtas nunquid in partes poſſit diuidi.
58 *Pactum emancipationis, vt in quærendis patria remaneat poteſtas nunquid teneat.*
Priuare quem actione, vel iure ſuo, nunquid ſit pęna.
59 *Conſtitutio principaliter in fauorem inducta eſt fauorabilis, licet cum odio participet.*
Exceptio qualis aduerſus papam electum poſſit opponi.
60 *Conſenſus naturalis veniens a natura non poteſt fingi ſublatus.*

I. Quæſt. Baſilica primę partis.

NVnc vero ad inſtitutum diſputandi munus, vt pollicitus ſum accedam. domine reuerendiſsime. in quo vt ordine quodã agam. Prima erit baſilica quæ
1 ſtio, diſputanda. † quo iure, diuino proprie ſumpto, an iure Romanorum pontificum, cardinalatus ſumpſerit exordium. Et occurrit in mentem a iure poſitiuo fuiſſe introductum. dixi equidem iure diuino proprie ſumpto. Nam ius canonicum largo modo ſumptum dicitur ius diuinum. cap. 1. in ver. diuinæ & humanæ legis mente ſeruata. de iuram. calum. cap. canonica. in ver. diuinæ leges. & in cap. quia ſuſpecti. in verſ. diuina. i. eccleſiaſtica. 3. quæſt. 5. & in c. nimis. de iureiur. & in capit. 1. 23. quæſt. 7. & tenuit Vgo. 1. diſtinct. cap. humanum genus. quod procedit in lata ſignificatione, ſecundum doct. in d. cap. humanum genus. fac. gloſ. elegans. cap. 2. de priuileg. in 6. & capit. filius. in ver. ſed quia lege Dei, non autem lege huius ſeculi, viuimus, de teſta. & eſt ratio, quia ius cano. quo ad quædam eſt extractum a iure veteris & noui teſtamenti. cap. qualiter & quando, el 2. de accuſ. cap. tua nobis. de deci. cap. certificari. de ſepul. capit. in omni negocio. de teſti. cap.
2 nouit. de iudi. cap. cauſamque. de elect. † Proprie vero & ſtricte ius diuinum dicitur illud quod continetur in ſacra pagina. ita dixit glo. multum elegans in d. cap. 2. de priuileg. in 6. & Vgo. in d. capit. humanum genus. dicit quod appellatione iuris diui. comprehenditur ius quod continetur in nouo & veteri teſtamento. facit gloſ. no. in clem. 1. de ſum. trin. & fide cath. in verſ. nulla iuris ſanctio. Et ideo proprie ius canonicum uocatur ius humanum, facit quod no. Hoſt. in capit. 1. de iuramen. calum. & in cap. 2. de oper. no. nunciat. & in cap. cum te. de ætate & qual. & tex. in cap. licet ex quadam. in ver. tolerabilius eſt enim aliquos, cõtra ſtatuta hominum. de teſti. & ſi quiſpiam opponat quod nedum ius canonicum, ſed etiam ius ciuile dicitur ius diuinum proprie ſumniendo. Leges enim fuerunt diuinitus per ora principum promulgatę. l. 1. in ver. manibus in cęlum erectis & ęterno auxilio inuocato. C. de vete. iure enucle. & in l. fin. in uerſi. diuino quodam motu ad actiones & eorum iura deuenerunt. C. de præfecti. long. tempo. & in l. græca. quæ incipit, leges. ff. de legibus. & facit. cap. quo iure. 8. diſtin. 11. q. 3. imperatores. 16. quęſt. 3.
3 nemo. ergo dicuntur leges ciuiles † diuinæ. quia Deus illas promulgauit per ora imperatorum. Facit illud quod præclare ſcriptum eſt apud beatum Seuerinum Boetium in primo in proſa magna vbi inquit. At tu ore Platonis ſanxiſti. facit cap. ille. 50. diſt. in ver. in quibus ſpiritum ſanctum credimus locutum. vbi ſpiritus ſanctus præſumitur loqui per ora eorũ qui ſunt in concilio vniuerſali. Et Lucę. 10. dicitur. Qui uos recipit & me recipit. & qui vos cõtemnit, & me contemnit, ergo cum omni reuerentia non recte videtur loquutus Romanus pontifex in d. cap. licet ex quadam. vbi dicit fore ſtatuta hominum. quia immo ſunt Dei. Reſponde quod habito reſpectu ad ipſos promulgatores, dicuntur iura humana. imperatorum. & illum reſpectum habuerunt ſacri cano. facit quod no. Archi. in c. 2. de præferi. li. 6. & Io. And. ibi, in nouella. Et ideo queſtio eſt intelligenda de iure veteris vel noui teſtamenti, quod proprie dicitur ius diuinum.

Nunc arguitur formaliter hoc modo. Ab eo iure dicitur aliquid eſſe introductum a quo iure fuit inuentum. in auct. vt ſponſalitia largitas. in princ. & in §. adeo inſti. loca. & in §. de conſtituta. in
4 ſtit. de act. & inſti. de lite. oblig. in princ. † Ideo dicimus actiones eſſe de iure ciuili introductas. quia ius ciuile eas inuenit. gloſ. eſt in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. text. eſt in l. in commodato. §. cum autem. in uerſ. actiones ciuiles. ff. commod. & l. 2. §. deinde. in ver. legis actiones. ff. de orig. iur. & inſti. de actio. §. aliæ autem. in uerſ. iure ciuili proditæ ſunt actiones. & in §. ſed iſte. in ver. ex ciuilibus cauſis deſcendunt. eodem tit. late per Bar. & alios in d. l. ex hoc iure. Idem dicimus in teſtamento eſſe de iure gentium, quia ſimpliciter ab eo fuit inuentum, ita dixit Bart. in l. interdum. ff. de condict. indeb. eo enim ipſo quod gentes eſſe cæperunt, diſponebant de bonis ſuis poſt mortem, vt in ueteri teſtamẽto legitur de antiquis patribus. & facit. l. ſi teſtamentum. C. de teſta. quantum uero ad ſolemnitatem, quia inuenta fuit de iure ciuili, teſtamentum eſt de iure ciuili, ut eſt gloſ. ſing. ſecundum quoſdam in l. 2. ff. de acquir. rer. dom. quæ dicit quod acquiſitio ex teſtamento eſt de iure ciuili, ego allego aliam gloſ. in d. l. ex hoc iure. facit tex. inſti. de uſu. & habi. §. fin. & in l. teſtandi. C. de teſta. & in l. 1. in prin. ff. ad l. fal. & in l. teſtamenti factio. ff. de teſta. & ſentit Bar. in l. qui a latronib. ad fi. ff. de teſtam. & ſic
5 iſta maior uera eſt. † Sed Rom. pontifices cardinales in eccleſia Romana ſoli introduxerunt, teſte Archid. doctore clariſſimo in cap. vbi periculum. de elect. lib. 6. ubi refert ex chronica Martiniana Pontianum papam introduxiſſe cardinales, & Marcellum qui fecit quindecim cardinales in eccleſia Romana ad ſepeliendum mortuos, & baptizandum infantes, & refert & ſequitur clarus doctor Fran. de Padua. Cardinalis Floren. meritiſſimus. in clem. ne Romani. §. porro. de electio. dicit tamen ibi, quod domini cardinales hodie non exercent illa officia. Et idem etiam tenet practicus doctor Alber. de Roſ. in rubr. C. de ſumma trinita. referens quod in iure ciuili non reperitur de cardinalibus expreſſum. Tu allegas gloſſ. de cardinalibus in l. prima. ff. de offic. præfe. pręt. refert etiam excelſus doctor Oldrad. Lauden. conſilio 63. quod tempore quo Conſtantinus imperator fecit donationem beato Silueſtro non erant cardinales, licet poſtmo-

modum cum congregauit ſinodum uniuerſalem fuerunt introducti cardinales.ſecunda quæſt.quarta, capitulo præſul Si ergo inuentus cardinalatus eſt de iure Romanorum pontificũ,ergo nõ eſt de diuino proprie ſumpto ut apparet ex primo præſuppoſito,ergo concluſio vera, quia ex veris non niſi verum reſte philoſopho Ariſto.peripatecticorum grauiſſimo
6 in primo priorum. † Et facit quia iudicando & conſulendo ſtatur chronicis.& dictis ſeniorum.glo.in cap.primo.84.diſt. & quod habetur in cap.neque.9.diſt. & cap. ſicut.15.diſt. & per Bart.in l.1.ff.ſi cert.peta.& quod ipſe not.in l.gallus.§ fi. ff.de lib & poſth.& quod not.Bal.in l.conuenticulam.C.de epiſ.& cler.Facit etiam quia doc. communiter hoc firmant ſcilicet Romanos pontifices introduxiſſe cardinales, ergo ſtandum erit eorum communi opi.tex.in cap. in quibus.20. diſt.in cap.canonicis.19.diſt.& glo.in §. quædam.de pœn. diſ. 3.& tex.in l.1.ff. de ſena.& in l.1.§.athletæ. ff.de his qui not. infa.& Innocen in cap.ne innitaris.de conſti. & Ioan. And.in c.primo.eo.tit. & Hoſti.in c.capellanus.& ibi ſcribentes. de fer.& Bart.in l.fi.C.de pœ iudi.& in diſputatione quæ incipit a ſententia iudicis,& in l.cum prolatis.de re iudi. & Bald. in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offic.procon. & in l.prima.ff.de uulg.& pupi.& Ang.in d.l.cum prolatis.ergo. Et poſito quod deficerent auctoritates iſtam illuſtrium doctorum, nõ tamẽ deficit nobis tex.in cap.Conſtantinus.96 diſt.ubi Conſtantinus tempore donationis fecit mentionem de clericis Romanæ eccleſiæ ſeruientibus,de cardinalibus nullam expreſſam fecit mentionem quod non eſt veriſimile ſi cardinales tunc temporis extitiſſent . Nam de eis eſt facienda in iure ſpecialis mentio & ſpecifica, ut eſt elegans tex.in ca.primo. de ſciſ-
7 ma.in 6.†Nam quæ notabiliter fiunt niſi ſpecialiter notẽtur videntur quaſi neglecta,ita dixit text.in l.item apud Labeonem.§.ait.prætor.ff. de iniu.& l.ideo.§.1.ff.nau.cau.ſta.l.1.§. publicanus. ff.de publi.in auth.de nuptiis.§. ſoluto.ergo uerisimile eſt quod Conſtantinus de eis ſpecificam & ſpecialem adhibuiſſet mentionem uel monitionem .

Secundo ſi forte quiſpiam nõ lenis ingenii dixerit , amice. Licet quo ad nudum nomen , cardinalatus fuerit introductus a iure poſitiuo,tamen quo ad eorum poteſtatem & officium fuit introductus e iure diuino.hoc decidit tex.reputatus ſingularis cõmuni ſcribentium uoto & opinione in capit. per uenerabilem.§. rationibus . in uerſic. ſunt autem ſacerdotes Leuitici generis fratres noſtri qui nobis iure leuitico in executione ſacerdotalis officii coadiutores exiſtunt. in tit.qui fi.ſint leg. ubi cardinales dicuntur ſacerdotes leuitici , ſed ſacerdotes Leuitici fuerunt de iure diuino, quia de iure veteris teſtamẽti ante omne ius poſitiuũ Romanorum põtificũ , licet iſtud nomen cardinalatus,non reperiatur in ueteri teſtamẽto,ſed in diſpoſitione iuris poſitiui, tamen quo ad officium & adminiſtrationem fuerunt de iure ueteris teſtamenti,& ſic de iure diuino , & ita dicunt quidam non mediocris auctoritatis
8 doc.illũ tex.probare†ad quod iudicio meo facile erit reſponſum negando primo quod ille tex.loquatur de cardinalibus quinimmo loquitur de epiſcopis . Quod ſic probo. Illa verba fratres noſtri potius conueniunt epiſcopis quam cardinalibus.primo multi docto.dicunt.illum text. loqui de epiſcopis.ergo ſufficit allegare auctoritatem maiorum, tex.eſt ſingu.& ibi Ang.in l.ſi idem eum eodem.in § fi. ff.de iuriſ.omn. iudi. Secundo papa appellat epiſcopos fratres.c.quam graui de crimi.fal.& ille tex.loquitur.de epiſcopis.Tertio epiſcopi ſunt æquales papæ quo ad ordinem. ſucceſſerunt enim loco Apoſtolorum. c.in nouo.in uer. ipſis quoque decedentibus in loco illorum ſurrexerunt epiſcopi.21.diſt.ſed apoſtoli fuere æquales Petro,quo ad ordines,ut in d.cap.in nouo.in uerſic.pari conſortio.honorem & poteſtatem acceperunt.licet papa ſit maior eis , ſunt tamen uocati ad partem ſollicitudinis. cap.ad honorem,de auth.& uſu pa.Et ideo dixit glo.ualde elegans in cap.tempora pœnitudinis.26.quæſtio.7. quæ di-
9 cit quod†epiſcopus poteſt diminuere pœnitentiam iniunctã a papa argum.l.hominem.ff.man.Et idem uoluit glo in cap. latorem.23.quæſt.2.facit tex.in c. qm̃ pœnitet.& in cap.menſura.de pœni.diſtin.1 & quod not gloſ.in cap.de his.1.diſtin. & quod not.in cap. Deus qui.de pœnit.& remiſ.& in cap.at ſi clerici.§.de adulteriis.de iudi.& ideo dixit ſing. Bal. ut l.omnes populi.ff.de iuſt. & iu.quod ep̃s ex cauſa poteſt condere conſtitutiones contra canones papæ,& Domini de Rota.deci.255. dicunt epiſcopum ex cauſa poſſe diſpenſare contra canones,ergo in quantum ille tex.loquitur de fratribus papę comprehendit epiſcopos. Quarto ut ſingulariter dixit Spec. in tit. de leg.§.primo, verſicu.89 quod quilibet epiſcopus eſt quo ad quædam vicarius Ieſu Chriſti.allegat.cap.mulierem.30 quæſt.5 ego allego tex.meliorem de corpore iur.in clem.ſi quis ſuadente.de pœn.in uerſic.epiſcopi enim dicuntur ſanctiſsimi Chriſti legati,exiſtunt ſpirituales, ſunt patres noſtrique fratres & coepiſcopi columnę comprobantur eccleſię.2. quæſt.7. accuſatio dicuntur etiam fundamenta eccleſię. Vnde cum propheta clariſſimus pſal.87.dixit , fundamenta eius in montibus ſanctis. non intellexit de Cardinalibus,ſed de apoſtolis ipſis, & prędicatorib. & per conſequens de epiſcopis qui in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt , ut in dicto capitulo in nouo.facit tex.in cap fundamenta. in prin-
10 ci.de electione.li.6. Sed domini †cardinales dicuntur filii papæ,ut in cap.ſi quis epiſcopus.in verſic.in gradu filiorum.69. diſt.& in cap.fœlicis.de pœnis.lib.6.ergo.§.rationibus . pręfatus potius intelligendus eſt de epiſcopis quam de cardinalibus,& per conſequens non probat illud ad quod allegauit antiqua & Moderna iuris prudentia.Tertio facit quia nõ reperitur expreſſum in iure diuino,quod eſſent cardinales. Nã nec in ueteri,nec in nouo teſtamento expreſſum eſt, nec ẽt in eccleſia primitiua . ergo erubeſcimus dicere quod fuit de iure diuino non allegando ius diuinum.ad hoc.§.conſideramus.in auth.de trien.& ſemiſ.l.illam.C.de collati.cum ſimilibus.Et ſi bene ponderentur iura poſita in decreto loquẽtia de cardinalibus non reperitur canon referens cardinalatum eſſe introductum de iure diuino, ut apparet in dicto cap.præſul.& in cap.ſi a ſubdiacono.& in cap.nullus.& in ca. ſi quis ex epiſcopis.& in d. cap.ſi forte.§. primo & in cap. ſi quis pecunia.& in cap.ſi tranſitus.& in cap.oportebat.& in cap . primo.79.diſtin. quinimmo poteſtas ipſorum cardinalium habuit originem ab ipſo papa, ut extat belliſsimum dictum Archi.in d. cap.ubi periculum.ergo manifeſte concludendum eſt cardinalatum ex lege poſitiua Romanorum pontificum exordium ſumpſiſſe.Quarto facit, eccleſia habet ſenatum a iure poſitiuo.ita habetur in cap eccleſia ſenatum habet. 16.
11 quæſtione prima.ſed † Cardinales ſeu cętus cardinalium eſt ſenatus eccleſiæ,quod pulchre dixit Innocen.in cap.cum te. & hic ſcribentes unanimiter ſequuntur de re iudic.Bart.in l.1.§. de qua.ff.de poſtula.& in l.infamen.ff.de pub.iud.ubi dicunt quod ſicut ſenatus reſtituit ad famam, ita cętus Cardinaliũ, qui dicitur ſenatus,ad famam reſtituit,& erit quęſtio iſta ſolenniter diſputanda infra ergo cardinales dicuntur eſſe de iure poſitiuo.Quinto cardinalatus eſt officium.ita dicit Bal. in cap.bonę.de poſt.præla. quod officium conſiſtit in conſulendo Romano pontifici,ut in d.cap.fundamenta. § decet. & huiuſmodi officium eſt introductum ab ipſo papa,ut etiã ibi colligitur,& conſiſtit etiam in baptizando,& ſepeliendo ut ſuperius dictum eſt . Si ergo hoc nomen cardinalatus habuit originem a iure poſitiuo,& etiam officium eius,fuit introductũ a iure poſitiuo, ergo ſequitur quod ipſe Cardinalatus fuit introductus a iure poſitiuo, Sexto patriciatus eſt a iure poſitiuo introductus.inſt.quib.ius modis patri.pote.ſol . §. filiusfamilias.l neminem. C.de conſulibus.lib. 12.ſed Cardinales ſunt patricii ut eſt text. ſingularis in capitulo Conſtantinus.98.diſtinctione ergo cardinalatus fuit de iure poſitiuo introductus.Septimo accedat,poſito quod ita eſſet quod cardinalatus fuerit a iure diuino veteris teſtamenti introductus , nihilominus ex quo a lege poſitiua fuit additum eis hoc nomen cardinalis, quia quo ad nomen non reperitur cardinalatus in ueteri teſtamento,fuit etiam de iure poſitiuo addita
12 poteſtas, † quia a papa cardinales aſſumpſerunt poteſtatem, ut dicit Archidia. in d. cap. ubi periculum.fuit etiam addita gloria ſenatus & patritiatus, ut habeant illam gloriam,& illud culmen, & illam præeminentiam quam olim habuit ſenatus Romanus,ut eſt tex.in dicto . capitulo Conſtantinus . Tunc arguo ſic formaliter. Qualitas adueniens enti reponit illud in diuerſa ſpecie & qualificata, ut apparet in l.ius ciuile.ff.de iuſt.& iur.ubi ius poſitiuum addens iuri naturali , facit illud deſinere eſſe naturale , & eſſe ius poſitiuum.Eleganter dixit Gul.de cun.in l.edita actio.C.de eden.quod ſi aliqd additur libello efficitur nouus libellus. & glo. in cap . admonere.33.quæſtione ſecunda.& in capitulo presbiter. 82. diſti. quas reputauit ſingulares excelſus doctor dominus & conſiculus meus Abb.in capitulo conſuluit de iudę.qui dicunt licitum eſſe comedere ſanguinem illis diebus quibus licitum eſt comedere oua, licet tunc non ſit licitum comedere carnes,quaſi mutata forma, uideatur mutata rei ſubſtantia . Et ideo dixit do.Abb.in d.c.conſuluit . quod licet iudæi poſſint
13 reparare antiquas ſinagogas, †non tamen poſſunt precioſiores facere,quia tunc uidentur nouum ædificium erigere. facit tex.ſing.in capit. ſtatutum.de electione.lib.6.iuncto.capi. licet canon. eo. tit. vbi appellatione eccleſiæ parochialis nõ uenit eccleſia parochialis collegiata, quia addendo collegium ad parochiam facit illã cenſeri alterius ſpeciei. Facit quod pulchre dixit domi.Abb.in rub.de ui. & hone.clerico. quod conſtitutio arctãs clericos ad certum quid non ligat canonicos tanquam clericos propter qualitatem canonię,additam clericatui. Facit etiam quod ubi ſtatutum diſpoſuit idẽ quod ius commune addit uinculum & facit illud cenſeri

ſta-

ſtatutum, vt in c.ſopite.de cenſi.c.venerabilem. de elect.ca.
cum veniſſent.de inſtit.c.cæterum.de teſti. cogend.c.cum eſ
ſes.de teſta.c.cum omnes.& c.ex literis.de conſti.c.2.de præ-
ben.in 6.gl.in c.cum dilectus.de cler.non reſidẽ. licet de hoc
ſint opiniones.de quo uide Bal.in l.ſi ita. C.de ſcr.reipub.ma
numit.& in l.2. C.de conſti.pecu.& in l.omnes populi. ff.de
iuſti.& iu.Bart.& Mod.in l.1.in prin. ff.ad l.fal.Sal.bono.in l.
fi.C.quæ ſit lon.conſue.gl.& Doc.in c.1.de conſtit.in 6. & in
c.1. de reſcr. ita ergo dicamus in caſu noſtro ꝙ poſito, quod
cardinalatus aſſumpſiſſet originem a iure diuino, tamen cẽ-
ſetur eſſe de iure poſitiuo propter qualitates additas de iure
poſitiuo. Et ex iſtis elicitur concluſio quod cardinalatus eſt
de iure poſitiuo a Ro.pont. introductus. Ex qua infert̃ corre
larium, quod pontif.Rom. per ſuam conſtitutionem poterit
extinguere cardinalatum. Caute ergo ambulent domini car
dinales cum ſint factura papæ iuxta illud manus tuæ fecerũt
bere dignitatem hoc fuit ſingulare & peregrinum dictum Bal. in capit. 1. de ſeu. guar. in ſua lectu. noua. Idem dicimus de notario qui dicitur ſeruus publicus, ſi eſt notarius principis dicitur habere dignitatem. Quanto ergo magis pater prȩſtantiſſimȩ uenerandi domini cardinales aſſiſtentes conſilijs domini papæ vnici principis dn̄r habere dignitatem. Qui nimmo belliſsime refert Ang. in l. cum ſalutatus. C. de ſent. paſ. ubi per illum tex. iuncta gl. probatur quod imperator qn̄ ſalutatur a clariſſimis perſonis aliquantulum eis aſſurgit. Et ibi refert ꝙ Carolus iiij pp card. de columna quotidie aſſurgebat, dicit tn̄ quod erga eum nimis curialiter ſe gerebat. Octauo prȩrogatiua ſecularis eſt dignitas, c. adminiſtratores 23. q. 5. ſed eſſe cardinalem eſt prærogatiua, ut eſt tex. rotundus. in c. 1. in ver. honoris prærogatiua. de of. leg. lib. 6. Nono cardinales papam eligunt. c. licet. de elect. cle. ne Rom. eo. ti.

41 † Sed illi qui eligunt imperat. pp pr̄tatem eligendi tm̄ principem præcipua dn̄r pollere dignitate, vt dicit tex. in c. uenerabilem. de elect. ergo multofortius ſingulari & incredibili dignitate quadam ſplendere cenſentur eminentiſſimi domini card. quibus datum eſt ſum. Pontificem eligere, qui ex ipſorum cardinalium gremio eligitur. 79. diſt. cap. oportebit. & c. nullus. & in d. c. in nomine domini. 23. diſt. Decimo faciat. hodie nulla dignitas eſt maior cardinalatu, ergo proprie & uere eſt dignitas. Eſt n. primus gradus poſt papam, ita dicunt doc. & late ibi Io. de Lig. in c. dilectus. el 2. de præben. Matth. & do. card. Flor. in cle. ne Romani. §. porro. de elect. adeo ꝙ licet olim poſſet ꝓmoueri cardinalis in archiep̄m, vt in d. c. dilectus. & quod no. in c. eccleſia. el 2. de elect. & in c. bonæ. de poſtu præl. tamen hodie eſt ſecus, quia non licet deſcendere ſed aſcendere. c. 1. de cle. non reſi. cum ſi. Vndecimo hoc decidit Bal. in l. ad ſimilitudinem. C. de epiſ. & cler. vbi diait ꝙ card. ſunt illuſtes ſine dubio. & idē voluit in l. 1. ff. de off. præf. præt. vbi dicit ꝙ cardinales ſunt illuſtres ſicut conſul. Nec ob. dum dicebatur ꝙ cardinalatus erat officiū, quia eſt officium cum dignitate, eſſe cōſulem, eſſe præfectū prȩtorio eſt officium, vt in rub. de off. præfe. præt. & in rub. de off. procon & tamen ſunt officia cum dignitate. & ex iſtis elicitur concluſio hȩc, videlicet quod cardinalatus eſt dignitas contra Bald. & ſequaces.

Quo ad correlarium ꝙ cardinalatus ſit honorabilior ep̄atu arguo ſic. Illa quorum prior fuit inſtō prior debet eſſe prælatio. §. verum. 17. diſt. in auct. de monachis. ad fi. 93. diſt. c. diāc. l. 1. ff. de al. ſcrib. 18. diſt. c. placuit. c. 1.

42 de ma. & obe. & ideo dixit ſing. Innoc. in d. c. 1. ꝙ ſi in ſ colle gio non extat prior collegii, puta quia abſens, cōgregare collegium ſpectat ad antiquiorem, quod dictum apud legiſt. reuelauit Bart. in d. l. 1. de al. ſcrib. ſed inſtitutio cardinalū fuit prior quā inſtitutio epiſcoporum. inſtitutio enim ep̄orum fuit in nouo teſtō, vt in c. in nouo. 21. diſtin. & in c. ſacroſancta. 22. diſt. Sed inſtitutio cardinalium fuit in veteri teſtō, ergo ex hoc capite præferēdus eſt cardinalatus ep̄atui tanq̄ maiori. Et ideo dicit gl. ſing. in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. ꝙ teſtes antiquiores præferuntur iunioribus. l. ob carmen ad fi. ff. de teſti. Secundo decidit Bal. in l. ad ſimilitudinē. C. de epiſ. & cle. vbi dicit quod ep̄i æquiparantur illuſtrib. ſed vere non ſunt illuſtres quia nullum ſimile eſt idem. l. mercis. ff. de ver. ſign. ſed cardinales dicit ſine dubio fore illuſtres, & in l. 1. ff. de of. præf. præt. dicit ꝙ ep̄i ſunt clariſſimi, & ſic aperto ore infert cardinalatum eſſe honorabiliorem ep̄atu. Facit ꝙ pulchre dixit Archid. in d. c. ſacroſancta. 22. diſt. ꝙ erubeſcere nō debet papa ſe inter cardinales cōnumerari cū & imperator ſe in numero ſenatorum connumerare non erubuerit. l. ius ſenatorum. C. de digni. li. 12. Tertio cardinalib. eſt conceſſum illud culmen ſingularis potentiæ atq; præacellentiæ habere quo ampliſſimus ſenatus Patritijq; adornabanť. 96. diſt. c. Conſtantinus. ſed nulla dignitas reperitur maior poſt imperatoram, vt in l. nemini. C. de conſul. lib. 12. ergo ſequitur ꝙ inter dignitates eccleſiaſticas nulla eſt maior cardinalatu. recte ergo loquutus eſt Hoſt. Io. And. Io. de Lig. & tota iuris prudentia moderna in c. dilectus. el 1. de præben. ꝙ nulla dignitas eſt hodie maior cardinalatu. nihilominus & ēt olim maior fuit, conſideratis rōnib. meis, & dicit do. card. in d. cle. ne Romani. de elect. ꝙ cardinalatus hodie eſt ſummus gradus poſt papā. ipſi. n. una cum papa iudicant orbē. Quarto facit ꝙ diait Bal. in l. 1. ff. de offi. præfe. præt. ubi dixit †archiep̄i

43 & ep̄i ſunt ſpectabiles ſicut comites, card. vero illuſtres ſicut conſul. Item & patriarchæ, quia redacti ſunt ad inſtar regū, quia multas regunt prouincias, magnifica uox & præſtāti & præclaro doctore digna. ergo ſequitur ꝙ cardinalatus eſt honorabilior ep̄atu. Quinto quāto qs dignioribꝰ pͤeſt atq; curæ & oneris ſuſtinet maiorū tāto ipſe quoq; dignior eſt, ita dixit tex. no. in auc. de deſen. ciuit. §. nos igit. de pȩ. diſ. 2. ad pri. Nam quanto quis melioribus præeſt tāto maior & ſanctior eſſe prȩſumitur. c. miramur. 61. diſt. c. metropolitano. 63. diſ. c. cum in iuuentute. de præſum. c. 1. de magiſt. & ideo cauſæ a ſede apoſtolica delegātur canonicis eccleſię cathedralis, & non canonicis eccleſię inferioris. c. ſtatutum in ver. canonicis. in prin. de reſcrip. in 6. & ideo dixit gl. ſing. & unica ſm̄ Nic. de Neap. in l. ubi adſunt. ff. de tu. & cur. da. ab his. ꝙ maior pars vniuerſitatis dr̄ nedum habito reſpectu ad numerū perſonarum, ſed ad grādiores ætate, vel dignitate, vel auctoritate. l. maiorē. ff. de pac. facit no. tex. in c. eccleſia. el 1. iunc. glo. ſua de elec. ꝙ maior pars dr̄ illa quæ eſt ſanior. & in c. 1. de his quæ fi. a ma. par. ca. facit c. licet. de elec. & pp hoc minus recte loquutus eſt Liuius de ſecūdo bello punico. in pridum dixit ſȩpe numero euenit quod maior pars meliorem uincat, quia illa quæ eſt melior dicitur maior, ut patet ex dictis iuribus, facit tex. ſing. in l. 1. C. de primar. Alex. lib. 11. vbi p illū tex. dixit ibi Bar. ꝙ melius eſt eſſe mediocrē ciuē alicuius magnificȩ ciuitatis quā eſſe nobilē alicuius ciuitatis mediocris. & ideo apud Terentiū in Andria. quidā reprehēdebatur ab alio ꝙ ſuperb. erat eo ꝙ equis imperabat. facit. l. viduæ. C. de nup. per quem tex. dicebat Old. ut ibi refert Bal. ꝙ ſi aliqua pertinent ad ſapientes ſtudij. & uniuerſitatē ſcholarium, & ſapientes eligunt unum, & uniuerſitas aliū parē uirture ꝙ deferendū erit ſcholarib. facit no. tex. 9. q. 4. per ſingulas. dū dicit, ideo placuit Metropolitanū honore ep̄os præ

44 cedere q̄uis ipſe cum eis eiuſdem ſit ordinis, † quia curam & ſollicitudinē totius prouinciæ ſuſcipit, ſed ep̄s ſolum habet curam unius ciuitatis. Cardinales uero ſacroſanctæ R. eccleſiæ p̄ſunt curæ eccleſię vl̄is, ut in c. bonæ. de poſtu. prȩl. Ep̄i vero & cæteri eminentiores eiuſdem ordinis prȩſunt curæ & oneri particulari. ergo ſunt excellentiores ipſis ep̄is. Sexto faciat tex. multū ſing. in l. bene a zenone. C. de quad. prȩſcri. in uer. qui. n. in ſuis conſilijs ſuiſq; laborib. pro toto orbe terrarum die noctuq; laborant quare nō habeant dignam ſua prærogatiua fortunā. Sed cardinales die noctuq; & in conſilijs, & in laborib. aſſiſtunt Rom. pont. ad gubernandū mundum. ergo debēt habere excellentiam prȩcęteris ep̄is. Septimo facit text. aureus in c. olim. 95. diſt. in uer. ſicut ergo preſbyteri ſciunt ſe ex eccleſiæ conſuetudine ei qui ſibi prȩpoſitus fuerit eſſe ſubiectos, ita ep̄i nouerint ſe magis conſuetudine quam diſpenſationis dominicȩ ueritate presbyteris eſſe maiores, & in cōi debere eccleſiam regere. & ideo dixit gl. no. in c. eſto ſubiectus ead diſt. ꝙ ep̄s debet appellare ſuos presbyteros fratres. Quiſnam erit tam iniuſtus rerum exiſtimator qui putauerit ep̄os prȩferendos fore cardinalib. Octauo & ſi forte quiſpiam dixerit ꝙ B. Hieron. non fuit cardinalis, & ſic licet dicatur in c. quamquam. 2. q. 7. quod Aug fuit minor Hieronymo, non quo ad dignitatem ep̄alem ſed ex merito uitæ vel ex humilitate Auguſtinus protulit illa uerba. & ſm̄ intellectum iſtum, ille tex. melius facit ad intentionem Gratiani ibi. & ideo dicebat ibi Vgu. ſe non credere qđ Hieronymus fuerit cardinalis. Refert tamen quoſdam dixiſſe ꝙ immo fuit presbyter cardinalis, & omnis presbyter cardinalis maior eſt omni epiſcopo non cardinali, & hoc ſequitur ibi Archid. & ſic probatur ibi quod cardinalis eſt præferendus epiſcopo, retento quod Hierony. fuerit cardinalis qđ probari uidetur in c. eccleſia ſenatum habet 16. q. 1. & ibi Archid. dicit illum tex. loqui de eccleſia Rom. quȩ habet ſenatum collegium cardinalium, licet alii dixerint ꝙ ille tex. lo-

45 quitur de qualibet eccleſia inferiori. † Sed Innoc. in c. cū te. de re iudi. intelligit ꝙ loquatur de collegio cardinaliū. Cum ergo ille text. fuerit expreſſus a Hieronymo qui dicit ibi, & nos ſenatum habemus, ergo connumerat ſe in numero cardinalium. Facit etiam quia in legenda ſua dicitur ꝙ fuit ordinatus presbyter eccleſię Romanȩ, ſed presbyteri eccleſię Roma. ſunt cardinales ꝙ uidetur probari in c. nullam. 2. q. 4. in uer. de clericis Romanȩ eccleſię, & in c. Conſtantinus. in uer. reuerendiſſimi eccleſię Romanȩ clerici ſeruientes. 96. diſtinct. Facit etiam quod in legenda ſua dicitur quod cum ageretur de eligendo Romanum pontificē fuit concluſum ut ipſe eligeretur, ſed ex cauſa ipſe aufugit, & tamen electio ſummi pontificis eſt fienda de gremio cardinalium, ut in c. in nomine domini. 23. diſtin. ergo concluditur manifeſte ex hoc quod fuerit cardinalis.

46 Et ſi quiſpiam † opponat amice non ſequit hoc neceſſario, Hieronymus eligebatur in papam ergo erat cardinalis. Nam regula eſt quod laicus non poteſt promoueri in epiſcopum. cap. nullus. & cap. miſerum. 61. diſtinctio. tamen propter ſanctitatem uitȩ & excellentiam laici receditur a communibus regulis tex. eſt ſing. in §. his omnibus. 61. diſt. in ver. econtra beatus Nicolaus ex laico eſt electus in epiſcopum. Beatus Seuerus ex Lanificio eſt electus in archiepiſcopum. Beatus Ambroſius cum nondum eſſet baptizatus in archiepiſcopum eſt electus. facit text. ualde ſingu. in l. ſed & reprobari. §. fin. in uerſic. maxime diſciplinatus homo. ff. de

excuſ.

excuſ.tu.vbi doctor ſi extra ciuitatem ſuam eſt & legit & eſt ſcientiæ eminentiſſimę gaudet priuilegio patriæ ſuæ quod datur præſentib. Et eſt ratio ſm lac.de Aret.& Bald.ibi,quia vbicunque eſt dicitur eſſe decus & gloria patriæ ſuæ, & ibi dicit Bal.illum tex.fore mirabilem ad hoc ꝙ vbi aliquis eſt maxime diſciplinatus maior prærogatiua debetur,intãtum ꝙ non ſolum receditur a cõib. regulis iuris, ſed etiam receditur a ſtatuto populi, ꝙ eſt ſingulariter notandum pp ſtatuta terrarum diſponentia nullũ forenſem poſſe legere de ma-
46 ne vel intrare collegium,† quod nõ habebit locũ in eo qui eſt maxime & profundæ ſcientiæ,faciat tex.in l.ad beſtias.ff. de pę. per quem tex.audiui alias fuiſſe deciſum in ſplendida vrbe Neapoli ꝙ quidam artifex magnę elegãtię & utilis reipublicæ inciderat in pęnam manus ꝙ pp ſuam elegantiam & vtilitatem publicam fuit alterata pęna & receſſum a iure cõi.facit gl.ſing.in l.1.C.de ann.ciui.li.11.quæ vult ꝙ ſcolaris magnæ peritiæ præferatur doctori ignaro ſeu legum doctori ignaro ſeu legũ dolori vt verbis Ang.vtar in l.1.§.pueritiam.ff.de poſtu.faciat ẽt ſingulare d.Innoc.in c.cũ in cunctis.de elec. ꝙ licet ſcholaris pauco tpe ſtuduerit,& non habeat ſcientiam idoneã ad doctoratum,tñ ſi eſt præſtantis ingenii, in eo eſt ſpes magnæ ſcientiæ futurę ꝙ licite poterit ꝑ moueri ad doctoratum,& ita limites.l.nemini. C.de aduoc. diuer.iud.Ita vr̃ in propoſito.cum ille ſummus parer beatiſſimus Hier.fuerit ſanctiſſimæ vitæ & eminentiſſimæ & profundiſſimæ ſcientię non eſt mirum ſi potuit eligi ad ſummũ pontif.honorem, licet nõ fuerit cardinalis, & utinam Deus immortalis ſua clementia operante diſponeret ꝙ ita fieret per moderna tpa.Et iſtud iudicio meo vr̃ argumentum ſatis durum,ſed reuera non obſt. Electio.n.papę fienda eſt de gremio cardinaliũ,ſi Hieronymus nõ fuiſſet cardinalis non potuiſſet eligi per d.c.in nomine dñi. Et licet eſſet ſanctæ vitæ & profundæ ſcientiæ, iñ in numero cardinalium bene reperiuntur patres ſummæ ſciẽtiæ & magnæ ſanctimoniæ vt eſt paternitas tua mirum in modũ colendiſſima pater veneran de.Item quia iſtud argũ diuinat in propoſito.Nec ob.ſi dica-
47 tur †ꝙ imo eſt tex. ꝙ Hieronymus non fuerit cardinalis in c. ſancta Ro.eccleſia.15.diſt. in ver.opuſcula beati Hieronymi presbyteri. Nam ſi fuiſſet cardinalis illud expreſſiſſet.arg.c. ad audientiã.de deci.& l.1.ad fin.C.de ead.tol.& c.maiores. de baptiſ.& l.1.ſi meſ.fal.mo.dixe. & eo magis qnia ibi connumerantur opuſcula multorum ſanctorum, & omnib.ſanctis illis atribuuntur nomina ſuæ dignitatis,ut patet in ver. opuſcula B.Io.cõſtantinopolitani epiſcopi, & certe ille tex. ſtringit niſi dicas ſupplendo Hieronymi presbyteri.S.eccleſiæ Romanæ. & quod fuit cardinalis communiter tenetur. ergo cardinalatus eſt honorabilior epiſcopatu.

Nono faciat ex maiori decore ornamentorũ maioritas apparet dignitatis, tex.eſt formalis in cap.ut apoſtolicę.de priui.in 6.& eſt unus de modis ad diſcernendum maiorem dignitatem, & ibi dixit gl.ſing. ꝙ doc.poſſunt ire rogati,ornati variari.& arguit ibi gl.cõtra ſcholares vtentes illis ueſtibus doctoris, & eſt bene notanda contra multos pręſumptuoſos iſtis temporibus urẽtes ueſtibus militaribus & doctoreis,ſed cardinales R.eccleſiæ,ut docet experientia maiori quotidiano ornatu ipſis epis utuntur in pileis rubeis & ſuppelicceis ueſte candida.ergo &c.Decimo cardinales eligunt papam, ut in clem.ne Romani.de elec.cum ſim.ſed qui eligunt imperatorem pp poteſtatẽ eligendi tantum principem, præcipua pollent dignitate, ut in c. venerabilẽ.de elec. ergo multo magis cardinales eligẽtes papam debẽt pollere dignitate,& ex iſto capite ueniunt præferendi.Nec obſt.quod epiſcopatus ex quod eſt ordo dicitur
48 maior, † quia maioritas in eccleſia capitur quadrupliciter. primo ratione temporis.§.uerum. & §.hoc quoque 17.diſt. cap.bene quidem.96.diſt.cap.1.de ma.& obe. Secunda eſt ex prærogatiua ordinis.cap.ſtatuimus. de ma.& obe. Tertia eſt ex prærogatiua ordinantis ſeu conſtituentis.cap. per tuas.de maior.& obe.capit.ſi ad ſedem.de pręb.in 6.Quarta ratione dignitatis ſeu maioris officii ſeu adminiſtrationis.Hac ratione dicitur Archid.maior presbytero.f.in officio,& in adminiſtratione, ſed in ordine eſt minor, & ſic diuerſis reſpectib. poteſt eſſe unus maior & minor altero. facit. c.quæritur. 2. q.7.& quod no. Arch.in c.quamquã ead.cauſa,& q. Et ideo eps̃ ratione ordinis eſt dignior presbytero uel diacono cardinali,& pp hoc appellat ſe epm̃, ut traditur in proęmio ſexti. iſto caſu Auguſtinus fuit maior Hieronymo, ſed ratione dignioris adminiſtrationis cardinalis eſt dignior epo. Præſunt enim cardinales adminiſtrationi Romanę & uniuerſalis eccleſiæ. Hæc autem ſimul compatiũtur alium alio maiorem eſſe ordine, aliũ eſſe maiorẽ adminiſtratione, & dignitate, hoc patet in Petro qui licet cęteris Apoſtolis par fuerit in ordine, ut in c.in nouo.21.diſt.tamen eiſdem Apoſtolis maior fuit dignitate & adminiſtratione. 2. q.7. puto. ſimile dicebã in archipresbitero & archidia.licet enim archipresbiter maior ſit ordine quia eſt presbiter,& archidia.eſt minor quia eſt diaconus tñ ratione maioris adminiſtrationis quã hẽt archdiaconus,ſciat archipresbiter ſe illi ſubeſſe. c.1.de of.archip. c.perlectis.25.diſt.idem dicimus in patriarcha, archiepiſcopo,& epiſcopo.quamuis enim omnium idem ſit ordo ut dixit in c.cleros.21.diſt. tamen ratione maioris & dignioris adminiſtrationis archiepi̅s patriarchę,epis archiepi̅ præferunt. ut in d.c.cleros. † Vnde hoc reſpectu. ſ.ordinis ipſi dicũtur
49 ſummi ſacerdotes de conſe.di.5.de his. Dicuntur etiam tenere ſm locum in eccleſia.40.di. c.ante omnia. Dicuntur ſanctiſſimi Chriſti legati, fratres papæ & coepiſcopi,& columnę eccleſiæ.ut dixit tex.in d. cle.ſi quis ſuadente. Et iſto modo procedũt in contrarium allegata. Et in quantum dicebatur quod gerunt uices apoſtolorum in d.cap.in nouo. illud procedit inquantum ex præcepto Chriſti apoſtoli poſtea a Petro ſeparati per mundum ſe prædicantes diuiſerunt, in quo ſtatu epi̅ dñr gerere vice apoſtolorum.& ita intelligitur. d.cap.in nouo.& c.uidentes.12.q.1.& hoc notat Paulus apoſtolus dicens.alios dedit apoſtolos,alios paſtores,alios doctores, alios prophetas, ut hr̃ in ea.cũ ex iniuncto. de heret. Nec propter hoc quia repræſentãt apoſtolos ſunt honorabiliores ipſis cardinalibus, quia iam cardinales repreſentãt apoſtolos ut iam dictum eſt.Quinimmo monachi ſecundum eum ſtatum in quo apoſtoli propriorum renunciationem fecerunt renunciantes propriis, apoſtolorum uices tenere dicuntur.text. eſt ſin.16.q.1. c.ex auctoritate. Quinimmo ipſi ſimplices ſacerdotes prout eſt decreta parochia eis,poteſtatem ligandi atq; ſoluendi habent, dicuntur tenere vicem apoſtolorum quibus dominus hanc poteſtatem tribuit.

Et ideo Cyprianus papa apoſtolos.i.presbiteros exponit.93.diſt.c. dominus noſter.tenent etiam uices apoſtolorum quo ad ſacramentorum diſpenſationem.11.q.3.abſit. Qua ratione ẽt
50 ſimplices† ſacerdotes uicarii dicuntur Ieſu Chriſti. qui ſolus primariam ligandi atque ſoluendi poteſtatẽ accepit.de poe. di.3.iter hæc.& §.his auctoritatib. Nec ob.ſi quiſpiam arguerer hoc modo prior deſcriptus in lege eſt præferẽdus,quia uidetur eſſe magis dignus. c.ſi quis iuſto de ele.lib. 6. c.mandatum.de præben.eo.lib.cap.ſi rector.43.diſt.auc.hoc amplius C.de fideicom.l.generaliter.§.quid ergo in uerſic.quis recte dixerit ordinem ſcripturæ ſequendum. ff̃ de fideicom, lib.& ibi refert Ang.quod cum ſemel papa uellet promouere unũ de ordine minorum in cardinalem,in uirtute ſanctæ obediẽtiæ,præcepit fratrib.minorib.ut darent ſibi nomonia digniorum fratrum, tunc generale capitulum eorum in forma circulari ſpherica deſcripſit nomina trium fratrum ut non poſſet apparere quis eſſet primo nominatus ne uideret dignior aliis, & papa tũc dixit quia peruertiſtis ordinẽ & nos peruertemus, & promouit generalem de illo ordine. Sed epiſcopi ſunt primo deſcripti in lege quam ſint cardinales. tex.eſt in c.cum apoſtolus.de cenſi.ergo epiſcopi honorabiliores ſunt ipſis cardinalibus. Poſſet etiam induci ille text. aliter & hoc modo. Ibi enim in uiſitanda dioeceſi maior numerus equorum & uecturarum permittitur epiſcopo & archiepiſcopo quam cardinali.ergo ex hoc arguitur maior dignitas ſeu honorantia. quia reſpondeo quod non ſemper † argumentum
51 ab ordine ſcripturæ eſt ualidum in iure.Nam in c.1. de iudi. arguitur ab ordine literę Abb. præfertur archiepiſcopo, & tamen de iure contrarium eſt uerius.nam cardinales ſunt digniores epiſcopis ut prabatum eſt, ergo ceſſat argumentum ab ordine literę. Vel aliter ,papa ibi conſiderauit epiſcopum reſpectu ordinis epiſcopalis. quo caſu eſt dignior cardinali non epiſcopo. Nec ob.de pluribus lecturis,quia ille tex.loquitur reſpectu ordinis epiſcopalis,& ita etiam reſpondetur ad gloſ.in d.cap.quanquam.& ad id quod dicebatur quod epiſcopi dicuntur fratres & cardinales filii. Et cum dicebatur quod erant legati Chriſti.Nec ob. cum alleg.c.2.de of.deleg. in 6.in uer.plus aliis honorari, quia ille tex.non loquitur de cardinalibus.Nam ſub uerbo aliis,non poſſunt comprehendi cardinales, quia tunc comprehendũtur cardinales qñ ſpecifica mentio fit de eis.c.1.de ſciſma.in 6.& ꝙ no.ibi Io. Mo. Nec ob.c.ante omnia 49.di.quia procedit reſpectu ordinis ut dictum eſt.Nec ob.cum dr̃ ꝙ per aduentum cardinalis, non deſiſtit epiſcopus a ſua iuriſdictione, quia fateor hoc,& non ſequitur . ergo pp hoc eps̃ eſt honorabilior cardinali. Pone ſimile metropolitanus eſt in dioeceſi ſui ſuffraganei,ſuffraganeus,pp hoc a ſua iuriſdictione non deſiſtit,ut per totum de of.ord.& tñ non dicitur honorabilior metropolitano. Et ord. dici poſſet ſibi illud quod olim dixit.Neptunus de Eolo rege uentorum.Ille ſe iactet in aula.teſte Virgilio in primo Aeneidos. Nec etiam cum dicitur quod cardinalis poteſt promoueri in archiepiſcopum,ut in ea.de dilecto.el.1. de præb.c.bone.el. 1.de poſtu. præl.& in cap.eccleſia ueſtra.el.2.de electio.

52 †Per quæ iura multi noluerunt quod epiſcopus eſſet dignior
cardinali, quia iſtud argumentum non concludit. Nam epi-
ſcopus poteſt promoueri in cardinalem, & in dignitatib. ec
cleſiaſticis fit aſcenſus, ut in capitulo primo de cler. non re-
ſi. & de epiſcopo qui efficitur cardinalis. ergo dicitur aſcen-
dere. An autem hoc ſit uerum quod epiſcopus promotus in
cardinalem poſſit retinere epiſcopatum in titulum ſimul &
cardinalatum dicetur in quæſtionibus inferioribus. & ad di-
ctum capitu. dilectus. & ſimilia reſponde quod procedunt
reſpectu ordinis.

Et ex his elicitur concluſio nota. quod cardina
latus eſt dignitas illuſtris & ho
norabilior epiſcopatu. Et ex iſtis ſequitur quod ſicut perſo-
na illuſtris debet citari in ſcriptis, ut eſt caſus ſingu. in l. quo-
ties. C. de digni. lib. 12. ergo ita erit citandus cardinalis tan-
quam perſona illuſtris. Sequitur etiam quod ſicut perſona
illuſtris tenetur in iudicio litigare per procuratorem. & non
per ſe, ut. l. quicunque. C. de procu. ita cardinalis tenebitur li
tigare per procuratorem. ſequitur etiam quod ſicut perſona
illuſtris in cauſa iniuriarum poteſt litigare per procuratorē,
ut eſt caſus ſing. in l. fin C. de iniur. ita poterit cardinalis tan-
quam illuſtris homo. ſequitur etiam quod per iuriſdictionē
datam generaliter vicarius a lege, quam habent etiam ordi-
narii non comprehenditur perſona conſtituta in gradu illu-
ſtri, ut in capit. 1. de offi. ordi. in 6. Pone exemplum vicarius
epiſcopi non intelligitur habere iuriſdictionem in perſonā
epiſcopi, uel uicarius poteſtatis non intelligitur habere iuriſ
dictionem in perſonam unius ex dominis qui tenent locū
illuſtrium perſonarum in his ciuitatib. quæ umbram liber-
tatis tenent, ita non habebit iuriſdictionem in cardinali tan
53 quam illuſtri. Sequitur etiam quod ipſo quod †filiusfami
lias promouetur in cardinalem, quia efficitur illuſtris digni
tatis, liberatur a patria poteſtate. Et contra hoc arguo forma
liter hoc modo. Sacerdotium non liberat a patria poteſtate,
ut no. Innocen. Hoſti. & Io. And. in ca. indecorum, de æta. &
qualita. & Ioan. Theuton. 32. quæſt. 5. cap. primo. circa fin. in
glo. quæ incipit, magiſtri non incidunt, & ibi Archi & Azo.
in ſum. C. de epiſ. & cle. § antepe. & Bal. in l. ſacroſanctę. C.
de epiſ. & cle. & ibi dicit ſingu. Statuto cauetur quod filiusfa
milias non poſſit ſe obligare an comprehendat clericos &
ſacerdotes quorum pater eſt legitimus adminiſtrator preſup-
poſito quod ſtatutum poſſit priuilegiare clericos. 10. diſtin.
cap. ſi in adiutorium. Et decidit quod ſic, quia ſunt in patria
poteſtate, & idem uoluit in l. maritus. C. de pat. po. licet do-
ctoratus ſecundum eum ibi non liberet a patri poteſtate, ſed
cardinales ſunt ſacerdotes leuitici, ut in cap. per uenerabilē.
§ rationibus qui fili ſint legi. ergo non liberantur a patria po
teſtate per cardinalatum. Secūdo priuare quem actione ſua
uel iure ſuo eſt pęna. tex. eſt melior de iure in l. ſi quis maior
C. de tranſa. ſed ubi ius non imponit pęnam priuationis nos
illam imponere non debemus glo. eſt ſing. in cap. fin de iure
pat. licet ergo filiusfamilias promoueatur in cardinalem nō
tamen propter hoc pater priuabitur iure ſuo. Patria poteſtas
eſt quæſita ex diſpoſitione iuriſ. l. nam & ciuium. ff de his. q
ſunt ſui vel alie. iu. ſed non reperitur lex expreſſa priuans pa-
trem patria poteſtate, filio effecto cardinali. ergo ſequitur ꝙ
etiam nos priuationem illam imponere non debemus. Et ſi
dicatur quod per dignitatem epiſcopalem liberatur, ut in
auc. ſed epiſcopalis dignitas. C. de epiſ. & cle. ergo multoma-
54 gis per dignitatem cardinalatus, quia reſpondeo † ipſo ꝙ
filiusfamilia efficitur epiſcopus dicitur pater. l. ſi quis ad de-
clinandam. C. de epiſ. & cler. unde erubuit lex permittere ꝙ
ſtaret ſub iugo paterno. Tertio facit glo. ſingu. in capit. quę ſi-
tum. 28. quęſt. ſecunda. quæ dicit quod ſi monachus efficit.
papa ſine licentia abbatis non liberatur a poteſtate abbatis
de honeſtate, & ideo tenetur redire ad monaſterium ergo
multominus pater priuabitur patria poteſtate ſi filius effi ia
tur cardinalis. ſed his, non obſtantibus contrarium puto de
iure verius, quod immo liberetur, & inconuincibili ratione
probatur ſic. Filiusfamilias propter dignitatem patritiatus,
liberatur a patria poteſtate, inſti. qui mo. ius pat po. ſol. §. filiuſ
familias, ſed cardinalatus eſt dignitas patritiatus, & habet il-
lam prærogatiuam quam olim habuerunt patritij, ut in cap.
Conſtantinus. 27. diſtinctione ergo liberatur a patria poteſta
te. Secundo facit quod conſul & pręfectus liberarentur a pa-
tria poteſtate, ita dicit tex. in d. auct. ſed epiſcopalis dignitas.
ſed conſul & præfectus & cardinalis ęquiparantur, ut in l. 1.
& ibi late per Bal. ff. de offic. præfe. præ. & tex. in cap. Conſtan
tinus ergo. Quinimmo plus audeo dicere quod incontinenti
cum efficitur cardinalis licet non ingerat ſed adhuc admi-
niſtrationi cardinalatus liberatur a patria poteſtate, hoc di-
co per glo. in d. auc. ſed epiſcopalis dignitas, quæ dicit quod
patritiatus & conſulatus incontinenti liberant, ergo idem
dicendum eſt de cardinalatu. Tertio facit quod etiam epi-
ſcopalis dignitas liberat, ut dictum eſt d. auc. ſed epiſcopalis.
& in auc. conſtitutio quæ de dignita. §. palam. col. ſexta. ca-
nonizata in capitulo ſi ſeruus. 54. diſtinctio. ubi etiam per di-
gnitatem epiſcopalem quis liberatur a iugo ſeruili, & mul-
tomagis ſi efficitur papa. Et illum. text. allegarunt Domi.
de. S. Gemi. & Ioan. de Imo. in cap. primo de ſum. trin. lib. 6.
alias in princ. ſexti.

55 Ego idem dico †ſi quis ſeruus efficeretur cardi
nalis, ergo multo magis libera-
bitur a patria poteſtate quis per cardinalatum, cum ſit digni
tas illuſtris, ut dictum eſt. Et iſtud tenet excellens doctor Pe-
trus de Anch. in cap. primo. offic. leg. in 6. al. Zenzel. in extra
uag. execrabilis. Idē dicimus in monacho ut liberetur a pat.
pot. glo. eſt ſingu. in l. ſi ex cauſa. § pap. ff. de min. ergo mul-
tomagis diceremus idem in cardinali. Idem dicimus quo ad
matrimonium carnale quod filius liberatur a pat. pot. ut eſt
glo. ſing. in cap. hoc ſanctum, & in cap. mulier. 32. quæſt. 2. de
honeſtate tamen non, quia requiritur licētia patris. & in hoc
illa glo. eſt ſingu. idem dicimus in iudæo quod per ſacrum ba
ptiſma liberatur a poteſtate patris, ut eſt gl. ſingu. 29. quęſt. 1.
cap. iudæorum, licet enim iudæi habeant filios in poteſtate,
quia patria poteſtas eſt introducta de iure ciuili. d. l. iudæi C.
de iud. immo ueniunt appellatione populi Romani. gloſ. eſt
ſententia mea ſing iuncto tex. 1. diſt. ius quiritum. Idem di-
cas in hęretico, quod efficitur filius eius liber a poteſtate ſua
& idem in ſchiſmatico. ita dicit. Bal. in d. l. nam & ciuium.
Pro quo alleg. tex. in ca. 2. de hære. in 6. Licet enim pater ha
beat damnatos mores & perdat tutelam filiorum tamen re-
tinet patriam poteſtatem. tex. eſt ſing. ſecundum Bart. in l. ſi.
C. de ſen. paſ. Idem dicimus in filiis Britonum & Gallorum
quia nō ſiut in patria poteſtate. gl. eſt inſti. de pat. pot. in uer.
Romanorum. quam glo. ad hoc alleg. pro ſing. Bal. in cap. ſi
duo fratres in communi caſu in tit. de duo. fratri. de no. benc
56 ſic. inue. in uſi. feu. †Ex qua dicit ibi Bald. tales poſſent teſtari
etiam de aduentiis quia cum iſti tales non uiuant legibus
Romanis & patria poteſtate ſit de iure Romanorum, ut di-
ctum eſt, deo poterunt teſtari de iure gentium quod dicit eſ
ſe valde notandum, quia in Italia quæ eſt eorum ſepultura
ſæpe moriuntur, dicit tamen ſe neſcire ſi eſt uerum quod ita
ſit de iure Francorum. Ego credo glo. dicere uerum in dubio
arg. glo. ſing. in l. titio fundus. ff. de condi. & demon. quæ di-
cit quē excuſandum ſi credit bono uiro. l. ſi a bonefidei. ff. de
rei uendica. Quarto facit cardinalatus requirit ab minus or-
dinem diaconatus, ut, in cap. præſul. ſecunda quęſt. quarta,
ſed quilibet ordo ſacer liberat a patria poteſtate ſecundum
vnam opinionem. ut in d. cap. indecorum. de ęta. & qualit. &
in cap. ſi ſeruus. 54. diſt. & in cap. cum uoluntate. de ſentent.
excommunicat. & ſequitur Bartol. Brixien. quæſt. 130. quę
incipit, quæritur pater percutiens filium. Et licet iſta opi. non
teneatur, nihilominus illa dignitas cardinalatus iuncta cū ſa
cro ordine operabitur exēptionem a patria poteſtate iuxta
illud. Quæ non proſunt ſingula multa iuuant. C. de proba. l.
non epiſtolis. glo. in l 2. in prin. ff. de excu. tu. Quinto facit ꝗa
cardinales dicuntur filii papę, ut in ca. fœlicis. de pœni. in 6.
ſatis uidetur inhoneſtum, & indecens quod cardinales qui
ſunt membra papæ & filii papę ſint in poteſtate patris, & li-
mito prędicta procedere, ut filiusfamilias effectus cardina-
lis liberetur a patria poteſtate quo ad ea quæ ſunt ſibi utilia,
57 non autem quo ad ea quæ ſunt ſibi damnoſa, †quia tunc di-
citur eſſe in patria poteſtate, argum. l. quod fauore. C. de legi.
& l. non eo minus, C. de procu. & cap. quoniam ob gratiam.
de reg. iur. in 6. & ideo dixit Ioan. de Aret. refert & ſequitur
Alb. de Roſ. Cy. & Sal. in d. auc. ſed epiſcopalis dignitas con-
ſuetudo eſt in regno quod ſi aliquis decedat qui non habeat
filios in poteſtate quod fiſcus habeat bona. quod ſi haber fi-
lium epiſcopum non erit locus cōſuetudini, & ſequitur Bar.
in l. item in poteſtate. ff. de his qui ſunt ſui. facit in ſimili no-
ta. tex. in l. actore. §. item qui ſocietate. ff. pro ſoc. ubi quia de-
ſinit eſſe ſocius & quo ad utilia, & quo ad damna remanet
ſocius, ideo dicit Bartolus. in l. prima. C. de dignitatibus
lib. duodecimo, quod ſi nobilis deſinit eſſe nobilis propter
ſuum delictum ex diſpoſitione ſtatuti quod intelligitur quo
ad utilia. ſed quo ad damna ſibi nociua remanet nobilis.
facit quod nota. gloſ. in capitulo intelleximus. de iudiciis.
& ibi dixi.

Et licet iſta doctrina propter auctorita-
tem tantorum pa-
trum conſulendo & iudicando ſit tenenda quod filius quo
ad quid ſit in patria poteſtate & quo ad quid, non, nihilomi-
lominus non uidetur vera in puncto iuris. Hoc modo, patria
poteſtas eſt indiuiſibilis, nec poteſt quis in duplici ſtatu con
trario eſſe. l. prima §. primo. C. de lati. lib. tol. & ideo dixit Bal.
in l. ſenium. C. qui teſt. fa. poſ. damnando dictum. Bal. in l. 1.
§. filiu. ff. ad treb. ꝙ pater non pōt emancipare filium quo ad
vuum

vnum actum, & quo ad actus alios retinere illum in patria
poteſtate.& quidem ſequitur dom. meus Ioan. de Imo.in d.
§.in fili.& l. ſi is qui pro empto. ff.de vſuca.facit.l.quæſitum,
alias incipit,ſi tibi.ff.de adoptio.facit.l.ſi duobus. & l.ſi pari-
ter.ff.de li. cau.vbi quis non poteſt eſſe pro parte in poteſtate
dominica & pro parte non.facit.l.ideoque.& l.libertas.ff.de
manu.teſt.ubi libertas non poteſt dari pro parte temporis &
pro parte non.facit quod not.Bar. in l.ſi maritus in magiſtra
58 tu.§.lege.ff.de adulr.† Facit elegans dictum Ioan.And.in ad
dit.Spec.in ti.de natis ex lib.ven.vbi dicit quod non tenet pa
ctum in quo filius emancipatur a patre cum pacto quod in
quærendis remaneat in patria poteſtate.facit glo.not.cap.fi.
de clande.deſpon. vbi ſi pater habet coniugem,& cõtrahit
cum alia ignoranter quod filius natus ex ſecunda nõ poteſt
eſſe pro parte legitimus,& pro parte non,ſed in totum eſt le
gitimus propter ignorantiam matris,licet quoad pœnã pa-
ter puniatur.facit gloſ.in elemen.1.de conſan.& affi.& quod
no.Bald.in l. ſi uicinis.C.de nup.& tex.in capit.ex tenore.qui
fi.ſint.legi. Tene communem opinionem,& diſtingue hoc
modo,aut nos loquimur in diſpoſitione hominis,& tunc fi-
lius non põt eſſe in patria ptãte quo ad quid & quo ad quid
nõ,aut ex diſpoſitione legis,& tunc poſſit,& hoc modo pro
cedat communis opin. facit l.ab eo. C. de fideic. & l.cõium!.
C.de na.lib.& l.cum multa.C.de bon.quæ lib.Nec obſtant in
contrarium ſuperius adducta cum dicitur quod non eſt a iu
re expreſſum quod cardinalis ſit extra patriam poteſtatem,
& hoc nego quia falſum , quinimmo eſt expreſſum eo mo-
do quo ſuperius deduxi. Nec obſtat cum dicitur quod priua
re quem actione uel iure ſuo eſt pœna.& etiam ita eſt pœna
priuare quem ab officio ſuo, vt eſt not.text.in l.teſtamento
centurio.ff.de manu.teſt.quia cõcedo illud eſſe uerum. Sed
quod pater iſto caſu priuetur patria poteſtate non eſt pœna-
le,immo eſt fauorabile & eſt in fauorẽ cardinalis, & ad hoc
principaliter inductum,tunc ſuccedit regula elegantiſſima,
quod quoties cõſtitutio ſe habet ad odium,& fauorem dici-
59 tur fauorabilis,ſi principaliter † in fauorũ inducta eſt, ut eſt
gloſ.ſing.quæ conſueuit reputari ſing.in l.2. de in ius uocan.
ſed ſimilis eſt in l.ſed ſi hac.§.fin.ff.eod. Ego allego tertiam
in cap.ſi propter tua debita.de reſcript.in 6. & quartam in c.
ſciant cuncti. de elect.eo.lib. Nec nos imponimus hoc ſed a
lege imponitẽ quod dignitas cardinalatus liberet a iugo pa-
terno.Nec obſtat cum alleg.glo.ſing.in d.cap.quam ſit.18.q.
2.quia loquitur in monacho qui eſt ſeruus monaſterii, ut no.
in cap.cum olim.de priuileg.nec habet uelle,aut nolle,ut in
cap.non dicatis.& in cap.nolo.12.quæſt.1.ſed nos loquimur
in filiofamilias. Poſſet etiam damnari glo.illa cum reueren
tia Io.Theut. nam ſi ſeruus efficiatur liber quando promo-
uetur in papam,argum.cap.ſi ſeruus.54.diſt.ergo multoma
gis monachus efficietur liber ꝓpter promotionem ad papa
tum.& ideo ſolemnis doctor Petr.de Anch.in cle.fi.de elec.
reprobauit Io.Theuto.in dic.cap.quam ſit.mouetur tamen
per alia motiua.Nam poſtquam quis eſt electus in papã non
poteſt aliqua exceptio contra ipſum opponi niſi hæreſis aut
popularis tumultus,ut in cap.ſi quis pecunia.79.diſtinct.fa-
cit quod not.in cap.de euitanda.de elect.Quomodo ergo il-
la exceptio non præſtiti conſenſus per Abbatem poterit op
poni contra eum.Et ſi dicas quod iſte monachus non potuit
conſentire electioni cum non habeat conſenſum.cap.ſi reli
gioſus.de elect. lib.6. ideo non poteſt fingi conſenſiſſe. Re-
60 ſpondet dom.Pet.iſtud eſſe uerum ex fictione. † Nam natu-
ralis conſenſus ueniens a natura non poteſt fingi ſublatus ſi-
cut dicitur quod habetur pro mortuo, vt in l.Deo nobis. C.
de epiſc.& cleric.non tamen quo ad commedendum, ut in
authen.idem eſt. C.de bon.quæ lib. & quod duret naturalis
conſenſus in monacho alleg.tex.in c.1.de ſpon.in 6. & ideo
concludit quod ius fingens monachum non habere conſen
ſum & non poſſe quicquam facere ſine abbatis conſenſu
nõ durat ſi cętera impedimenta iuris ſiut ſublata ſicut in ele
ctione papæ, & ita reſidet ibi dom. Per. nihilominus dictum
Ioan.Theut.eſt uerum de honeſtate.dictum uero dom. Pet.
procedat in puncto iuris. & ex iſtis elicitur concluſio quod
eo ipſo quod filiusfamilias promouetur in cardinalem,quia
quo ad utilia dicitur extra patriam poteſtatem,quo vero ad
nociua dicitur in patria conſtitutus poteſtate.

SVMMARIVM.

1 *Papa,nunquid ex introducta conſuetudine ardua tractare poſſit,ſine cardinalium conſilio.*
Præſcriptio aduerſus principis poteſtatem,nunquid currat.
2 *Inſignijs in præminentiam principis inductis,vtens qua puniatur pęna.*
Priuilegium,mutata perſona,mutatur.
Iuri maris præſcribitur.
3 *Papa,habet quandam poteſtatem generaliſsimam.*
4 *Papa ſolus nunquid poſsit deponere imperatorem, & reges.*
5 *Exemplum eiuſdem eſt virtutis,cuius exemplatum.*
Poteſtatem habens ab aliquo, nunquid illa poſsit vti contra eum.
Miles an teneatur vocare vxorem ſuam dominam.
Epiſcopo non ſeruanti canones,poteſt denegari obedientia.
6 *Iuri facultatis,nunquid præſcribatur.*
Intellectus & limitatio.§.decet.c.fundamenta.de elec.lib.6.
Dictio uniuerſalis poſita in lege nunquid limitari poſsit.
7 *Intellectus. l.humanum. C.de legibus. & authent. habita. C.ne filius pro patre.*
Imperator poteſt facere legem in ſua camera.
Baldi peculium quale fuerit.
Aduocatorum idolum eſt gloſ. auctoritas in dubijs opinionibus.
8 *Albericus de Roſ.fuit doctor practicus.*
Clericorum appellatione nunquid includantur cardinales.
Credendum nunquid ſit alicui in cauſa propria.
9 *Papa, nunquid egeat cardinalium conſilio in arduis per tractandis. numero 10. 11.*
10 *Exceptio,omnis firmat regulam.*
Epiſcopus nunquid parochiam ſuam poſsit ſine conſilio regere.
11 *Mundus eſt papæ parochia.*
Acta papæ ardua, irrequiſito, & circunſcripto fratrum conſilio, vtrum poſsint reuocari, & cardinales illud poſsint contra papam præſcribere.
Papa homo eſt & poteſt peccare.
Virtutes cardinales cur ſic dicantur.
12 *Cardinalium cura,qualis in regendo eccleſiæ cardines & cur ſic dicti.13.*
13 *Argumentum ab ethimologia vocabuli approbatur in iure.*
14 *Teſtamenti veteris obſeruata,nunquid in nouo obſeruanda.*
15 *Ius quæſitum a iure diuino,an poſsit per papam tolli.*
Virtus ſine actione eſt imperfecta.
Conſtitutio non ligat ſuum conditorem.
16 *Indecens omne eſt Deo impoſsibile.*
Cardinales ſe habent ad papam, ſicut ſenatores ad imperatorem.
Legis humanitas nonnunquam in iuris diſpoſitionem transfertur.
17 *Statutum laicorum puniens contrahentes matrimonium cum filiofam.ſine patris conſenſu an & quomodo teneat.*
Intellectus.l.fin.C.de legi.
Epiſcopus,non poteſt ardua expedire ſine capitulo.
18 *Papa,quomodo diſcretionis clauem exercere debeat.*
19 *Perfectius digeritur,quod a ſapientiſsimis ruminatur.*
20 *Actus vnicus an & quando ſufficiat vel requirantur plures.21.*
Quaſi poſſeſsionem ſeruitutis ducendi aquam quomodo probaſſe ſufficiat.
Hoſpitandi quaſi poſſeſsio quando videatur quæſita. & quomodo circa hoc ſe gerere debeat iudex.
21 *Dictio de,quid denotet.*
22 *Papa quomodo debeat gregi commiſſo prouidere.*
Concilia,an maioris ſint auctoritatis quam decretales epiſtolæ.
Clauſula non obſtante,an poſsit quicquam operari aduerſus conſtitutiones conciliorum,ſicut contra decretales.
23 *Papæ ſucceſſor quando prædeceſſorum collationes, & ſtatuta caſſare & abrogare poſsit.*
24 *Papa quid infeudare poſsit ex eccleſiæ bonis , ſine cardinalium conſenſu.*
25 *Præſcribi contra ſupremam poteſtatem nunquid quicquam poſsit. numero 26.*
Epiſcopus per ſuam conſtitutionem poteſt coadiuuare ius commune.
Cardinales ſunt membra papæ.
26 *Papa quomodo poſsit in terris imperij iuriſdictionem temporalem præſcribere,& quid econtra.*
27 *Verbum decet,quid importet in principe.*
Suſpitio ex confirmatione conteſtium,tollitur.
28 *Teſtis domeſtici dictum ex aliorum teſtium habilium dicto ſuſtentatur.*
Doctor Iuuenis,nonnunquam melius ſentit quam antiquus.
29 *Opinio communis conuinci poteſt.*

II. Quæſt. Baſilica primæ partis.

Apprimæ nunc ſe in medium offert domine
benigniſſimę ſecunda in ordi
ne Baſilica quæſtio diſputãda,utrum,ſcilicet poſſit introdu-
1 ci † conſuetudo quod papa non exerceat ardua ſine fratrum
ſuorum cardinalium conſilio,& quia quæſtio eſt pulcherri-
ma & elegantiſſimorum doctorum ingenio mirum in mo-
dum examinata & egeret iudicio meo excelſo uiro ad eius
deciſionem, tamẽ dicam quod ſentio & tam breuius quam
tãta res dici poſſit. Et quia oppoſita iuxta ſe poſita magis elu
ceſcũt teſte Ariſtotele philoſophorum antiſtite decreui ad
partes argumentare. Et uidetur dicendũ quod nullo modo
introduci poſſit, & arguitur ſic formaliter.Contra ſupremã
principis poteſtatem nemo præſcribere poteſt.hoc dixit In-
noc.in cap.bonę.de poſt.præl.& uoluit glo.in cap.uolumus.
16.quæſt.4 quam ad hoc ponderauit Bal.in commento.l.1.
in 5.colum. C.de emanc.lib. & in diſputatione ſua eleganti
quam fecit Papię,quę incipit. Apulus.facit gl.in cap.1.de ele.
egro. lib.6. quæ dicit quod illa quæ ſunt reſeruata principi
in

in priuilegium ſunt impræſcriptibilia. Et ideo dicunt ſcribē
tes in c.quod tranſla.de of.leg. & ibi plene D.Abb.ꝙ illa quę
ſunt reſeruata principi in ſignum ſupremæ poteſtatis nullo
modo præſcribi poſſunt, facit quod no D. Ant.in c.cum con-
tingat.de fo.comp.& Bal. in l.reſcripta.de preci.impe.oſt. &
2 Lap.alleg.82.† Et ideo punitur vtens inſignijs in præeminen
tiam principis inductis pœna capitali.l.ſacri affatus. ad fi. C.
de diuer.reſcr.contra inferiorem autem bene præſcribi poſ
ſet. Vnde Bald.multum ſingu.in commento.l.2.in 7.col. C.
de ſerui. dicebat, papa conceſſit mihi aliquid ex plenitudine
poteſtatis quod contra me præſcribi pōt, quia poſſeſſio mea
non eſt papalis ſed priuata, & quia mutata perſona mutatur
priuilegium.l.ſed & ſi reſtituatur. §.primo.ff.de iud.l.Paulus
§.fi.ff.de acq.hær.l.licitatio.§.fi.ff.de pub. & dicit fuiſſe dictū
Inno.facit ſing.dictum Bar.in l.ſi publicanus.§.fin.ff.de pub.
vbi dixit ꝙ ſi alicui nobili competit ius colligendi pedagium
præſcribitur contra eum minori tempore quam præſcribere
tur contra principem, & cōſului ſuper hoc contra dominos
de Corrigio.facit gl.valde not.in c.ad audientiam.de præſcr.
& quod habetur in cap.dilectus.de capel.mona.& in cap.ſu-
per quibuſdam.§ præterea.de ver.ſig. ita etiam præſcribitur
iuri maris tex.eſt ſing.& melior de iure in l.ſane. ff. de iniur.
Et pro illo tex.vide Bal.in l.a procuratore.C.man. Sed papa
iuriſdictionem quam habet in vniuerſo eſt ex plenitudine
ſuæ poteſtatis, vt in cle.prima, in verſ.ex plenitudine ſuæ po-
teſtatis noſcitur pertinere. vt lit. pend. iuncto eleganti dicto
Inno.in cap.1.de conſtit.quod conditori canonis ſubdita eſt
omnis creatura.& hoc habet ex plenitudine poteſtatis.† Et
3 ideo dicit Do.Card.in cle.ne Romani.§.porro de elec.domi
num ſuum qui fuit Ioan.de lig dicere quod papa habet quā
dam poteſtatem generaliſſimam quæ fuit tranſfuſa a Chri-
ſto in Petrum & ſucceſſores c.in nouo. 21.diſt.c.1. de tranſla.
prælat.& ſecundum hanc eſt dominus totius orbis.cap.cun-
cta per mundum.& cap.per principalem.9.q.3.plene. per Io.
de Lig.in c.nouit.pleniſſime ibi do Abb.ultra alios de iudic.
& per do.Card.in cap.per venerabilem.qui fi.ſint legi.Et per
hanc ſuam vniuerſalem iuriſdictionem olim papa ſolus de-
poſuit regem Franciæ tanquam inutilem & membrum pu-
tridum.cap.alius.15.q.6.& ideo dicit Bald.in d.l. reſcripta. ꝙ
papa ſolus deponit imperatorem quaſi uelit quod non ſit
neceſſarium congregare concilium.ad hoc alleg.ca.ad apo-
ſtolicæ.de re iudic. ſed de honeſtate requiſiuit concilium in
depoſitione Fede.ut colligitur in d.cap.ad apoſtolicæ. Si er-
go papa de plenitudine ſuæ poteſtatis ſolus deponit impera-
torem, & hoc connumeratur inter ardua. primo quia eſt pę-
na priuare quem officio & dignitate ſua, vt l.teſtamento cen
turio.ff.de manu teſ.Secundo quia eſt arduum propter excel
lentiam perſonæ, vt eſt tex.ſing & melior de corpore iuris.in
4 c.venerabilem.de elec. † vbi interpretati dubium per virum
inter clariſſimas perſonas adeo cenſetur arduum, quod ſpe-
ctat ſolum ad apoſtolicam ſedem. ergo ſequitur quod cardi
nales non potuerunt præſcribere cōtra iſtam ſupremam po
teſtatē principis, ut ſine eorum conſilio nō faciat ardua. Secū
do papæ, & Chriſti idem eſt conſiſtorium, ut dixit Hoſtien.
in cap.quanto.de tranſlat præl.& ſcribitur apud Ioan. in apo
ca. Vidi Hieruſalem ſanctam nouam deſcendentem de cę-
lo.Et Moyſi dictum fuit Exod.cap.25.quod omnia faceret ſe
cundum exemplum ſibi monſtratum, & gl.ſing.& melior de
corpore iuris in clem.ad noſtram. de hære.dicit eccleſiā mi-
litantem eſſe fundatam ad inſtar eccleſiæ triumphantis. &
faciat illud quod ſcribitur apud Boe.in 3.in ſimili.Mundum
mente gerens ſimilique in imagine formans.Quem non ex-
ternæ pepulerunt fingere cauſam. Sic ut ergo in illa eccleſia
triumphanti eſt unus ſolus Deus cui cuncta obediunt, & qui
ſolus regit omnia, iuxta illud quod præclare ſcripſit Cicero.
De ſomno Scipionis.Nihil enim eſt illi principi Deo qui om
nem mundum regit, ergo ita erit in illa eccleſia militante.
Debet eſſe vnus uicarius Dei qui omnibus præſit & qui om-
nia gubernet & regat ſolus, ergo ſolus papa poterit facere ar
dua ſine conſilio fratrum, nec poterit contra eum in hoc prę
ſcribi, quia efficeretur iniuria ipſi creatori vnico & rerū om-
nium opifici cuius vicem gerit in terris. cap. vt noſtrum. ut
5 eccleſ.benef. † Eiuſdem enim virtutis eſt exemplum cuius
eſt exemplatum. tex.eſt ſing.& melior de iure in l.teſtamen-
to, la grande.ff.de cond.& demon.quam ad hoc alleg.Bald.
in cap.primo, in ti.qualiter do.feu.propri.priuc. & quod no.
idem Bal.in l.omnia priuilegia. C.de epiſ.& cle.& in auth.ſi
quis in aliquo documento.C.de eden.& Inno.in cap.inter di
lectos.de fi.inſtru.& Archid.in cap.ſi papa.de priuileg. in 6.&
in cap.Albericus.de teſti.per Per.de Ancha. Tertio faciat ꝙ
voluit Archid.in c.ubi periculum.de elect.in ſexto, vbi dixit
quod poteſtas cardinalium eſt a papa. tunc arguo ſic forma-
liter. ille qui habet poteſtatem ab aliquo non poteſt illa uti
contra eum. tex.eſt in l.amiciſſimos.§ fi.de excuſ.tut.& ideo
dicimus quod miles non tenetur vocare vxorem ſuam do-
minam, facit quod habetur in l.ſi poſt mortem. §.fi.de con-
trata.& quod habetur per Eſa. decimo cap. nunquid gloria-
bitur ſecuris contra eum qui ſecat in ea. aut exaltabitur ſer-
ra contra eum qui trahit eam, tranſumptiue, 23. qō. quiota
hinc notandum, 21.diſtinct, cap.inferior.ergo domini cardi-
nales non poterunt uti illa poteſtate contra papam cum il-
lam adempti fuerint ab eo. Simile dicimus in epiſcopis qui
habuerint poteſtatem condendi canones in ſua diœceſi a
papa, nihilominus non poſſint condere canones contra ius
ipſius papæ.cap.ut animarum periculis.de conſti.in ſexto, in
clemen.ne Romani. eodem lib.25. queſt. ſecunda. capitulo
inſtitutionis. ubi dicitur quod epiſcopus debet eſſe cuſtos ca
nonum & non violator, & glo.ſing.in cap.ſacerdotes. ſecun
da quæſtio.ſeptima.dixit quod epiſcopo non ſeruanti cano-
nes poſſunt ſubditi denegare obedientiam, ergo ſequitur qđ
cardinales non potuerunt introducere conſuetudinē quod
6 papa non faciat ardua ſine conſilio eorum. † Quarto faciat
tex.in cap.fundamenta.§.decet.de elec.li.6.in ver.decet Ro
mano pontifici prævenire conſilia per ſuos fratres cardina-
les in quibuſcunque contingerit conſilia eorum peti.ubi vi-
detur text. in terminis quod papa non cogitur petere conſi-
lia cardinalium, nam ille tex.denotat contingentiam facti.
in facultate enim papæ eſt petere, ergo iure facultatis nō præ
ſcribitur.l.uiam publicam. ff.de uia publ.ergo ſequitur quod
in electione papæ erit petere, uel non petere conſilia cardi-
nalium. Quinto ſi forte quiſpiam dixerit quod ille tex. deno
tat contingentiam facti in his quæ non ſunt ardua, ſecus in
arduis. Vnde cum ille tex.dicat in quibuſcunque, limitatur
ut nō procedat in his quæ ardua ſunt, nec eſt abſurdum hoc
quod dictio uniuerſalis poſita in lege limitetur, vt eſt glo. in
l.inter omnes.ff.qui ſatiſd.cogan.& in l.prima.C.commu.de
leg.& quod no.ibi Bal.& idē Bal.in l.1.§.huius ſtudii. ff.de iu
ſti.& in. glo.in c.ſi uero.de ſen.excommun.& in cap.nemo.
de ſimo.& in cap.primo de conſtit.& §.ſane.in proœ.Greg.
& Bar.in l.prima.§.nunciatio.ff.de ope.no.nunc. & ideo ille
text. recipiet hanc reſtrictionem, ut non comprehendat ar-
dua, quia iſtud tollitur per illum textum, in uerſiculo in om-
nibus quæ pro tempore imminent libere conſulant, argu-
mentum l.a procuratore. C.mand.19.diſtinct. cap.ſi Roma-
norum. Sexto facit l. humanum. Cod.de legibus ubi ſi ne-
gocium contingat coram imperatore emergere, vel in cau-
ſa publica vel priuata, humanum eſſe uidetur quod profera
tur cauſa coram procerib. & ſenatoribus, & cum omnes cō
ſenſerint tradatur notario ſcribenda, & tunc illa ſit ſeruan-
da tanquam lex, & ibi Bart.Bald.& communiter doctor dnt
7 quod illa † lex loquitur de honeſtate nō de neceſſitate iuris,
& recte loquuntur, & probat illa lex in ver.humanum id eſt
ciuile & honeſtum.l.humanitates.C.de excuſ.tut.l.humani
tatis.C.de impub.Vnde eſt ibi caſus quod quando ſit lex ge-
neralis imperator facit illam legem de conſilio ſenatorum
& procerum ſuorum de honeſtate, non de neceſſitate.& ita
intelligatur tex.in auct.habita. C.ne fil.pro pat.in uer. habi-
ta deliberatione abbatum, ducum, procerū & c.ita dicamus
quod cum cardinales ſucceſſerint in loco ſenatorum, vt in
cap.Conſtantinus.96 diſtinct.& in cap.eccleſiæ.16.q.1.de ho
neſtate & urbanitate papa adhibuit conſilium eorum in ar
duis, non tamen ex neceſſitate iuris, & multominus tenebi-
tur papa qui eſt maior imperatore, ſi imperator nō tenetur.
cap.ſolite.de mai.& obe.cap.nouit.de iudi. Septimo faciat.
l.fi. C.de legi.imperator poteſt facere legem in ſua camera.
& ſic facit ardua ſolus ſine conſilio ſenatorum, ergo mul-
to magis idem dicemus in papa qui eſt maior imperatore,
ut in cap.alius, 15.quæſt.6 poterit ardua explicare ſine conſi-
lio cardinalium. Octauo facit glo. multum ſolennis in cap.
fundamenta.§.decet.in verſic.contingerit.de elec.lib.6. po-
nens gladium ad radicem in præſenti dubitabili paſſu. Dicit
enim quod papa non cogitur petere conſilium cardinalium
Teneant ergo illam glo.in ſumma obſeruantia ſummi pon
tifices, & in dubiis opinionib.glo auctoritas omnes alios an-
cedit.l.prima. C.qui pro ſua iuriſd.per Iac.But. & ideo Bald.
in peculio ſuo referens doctri.Cy.loquitur ad aduocatum di
cens audi idolum tuum id eſt glo. † Nono facit quod uoluit
8 practicus doctor Alb.de Roſ.in rub.C.de legi, ubi dixit quod
papa poteſt condere.l.ſine cardinalibus & reprehendit Lau-
rentium dicentem quod non poteſt condere leges generales
ſine cardinalibus per.l.humanum. C.de legib. & dicit quod
communis opinio eſt contra Laurētium.& de facto hoc ſer
uatur ſecundum eum, & alleg.no.per Archid.in cap.quæ ad
perpetuam, & in cap.ſunt quidam.25.quæſt.1.& in ca.quan
uis.de offic.ordin.lib.6.& dicit quod illa clauſula, de fratrū
noſtrorum conſilio magis uidetur de honeſtate quam de ne
ceſſitate, & reprehendit Ioan.Mona.dicentem contrarium.
& hoc firmauit idem Albe.in d.l.humanum.Sed clarum eſt
quod

quod condere leges generales connumeratur inter ardua,
ut d.l.humanum.& in auc.habita.C.ne fin. probat. Et etiam
idem ſequitur Domi.de.S.Gemi.in cap.ſuper eo.de hæret.li.
6.ubi dicit communem opinionem eſſe in contrarium vide
licet quod papa poteſt explicare ardua ſine conſilio cardina
lium,nam ipſe eſt ſupra concilium, ut in cap. ſignificaſti. de
elect.no.in cap.propoſuit. de conceſ. præbend. & iſtud dicit
tenere Vgu.4.diſt.leges, Et ad dictum Ioan.Mona.dicit non
ſibi credendum,quia cum ipſe eſſet cardinalis conabatur ſu
ſtinere partem ſuam.& dicit iſtammet reſponſionem pone-
re ipſum Ioan.Monac.in extraua.Bonifacii octaui quæ inci-
pit excommunicamus, ubi uoluit defendere quod appella-
tione clericorum nõ comprehenderẽtur cardinales, ultima
te dicit non eſſe ſibi credendum ſuper hoc quia loquitur in
cauſa propria.l.1.C.ne quis in ſua cauſa. & idem etiam ſequi
tur idem Domi.in capitulo.primo de ſciſma.lib.6.& ſic dicit
iſtam fore communem opinionem pro ſummo pontifice.
Et iſtam partem tenet illuſtris, & do.meus Abb.in capit.ſe
cundo.de cleric.non reſid.

Iſtam etiam partem ſequitur ſummus doctor Io.
de Lig.in dicto cap.2.& alleg. Archi.
in cap.ad apoſtolicæ.de re iudi.lib.6.& in d.c. quamuis,†ubi
9 dixit quod in agẽdis papa non habet neceſſario uocare car-
dinales, & petere eorum conſilium, Et iſtam partem repu-
tat ibi Ioan.de Lig. veriorem in puncto iuris. Decimo facit
illud quod ſcripſit Nicolaus papa Mediolanenſibus in cap.1.
22.di.in ver.q beato Petro ęternę uitę clauigero terreni ſimul
& cæleſtis imperii iura commiſit, & Matthæ. capitu.16. er-
go ſi Petro fuit data poteſtas terreni & cęleſtis imperii ergo
ſequitur quod ſine cardinalibus poterit ardua exprimere,
Vndecimo faciat Petro fuit data poteſtas ligandi & abſol-
uendi tanquam principi.capitulo quodcunque ligaueris. 24.
quæſt.prima.ſed non poteſt commode ligare,uel abſoluere,
niſi diſcernat cauſam & cauſam,ergo ſequitur quod in con
ſequentiam fuit ſibi data poteſtas deliberandi & diſcernen-
di,ergo non requiritur conſilium cardinalium. Nam ut di-
cit Inno.in cap.primo.de conſti.quod conditori canonis eſt
ſubdita omnis creatura quod non uideretur ſi in agendis pa-
pa non poſſet ſolus procedere. Duodecimo facit tex. in cap.
ſaluo.9.quæſt.3.ubi tex.ita inquit, ſaluo.in omnibus Roma-
næ eccleſiæ priuilegio, nullus Metropolitanus abſque cæte
rorum omnium comprouincialium epiſcoporum inſtantia
aliquorum audiat cauſas, ubi uidetur tex.formalis quod ſe-
des apoſtolica eſt priuilegiata in hoc quod licet Metropolita
nus teneatur adhibere conſilium epiſcoporũ comprouincia
lium in arduis cauſis,tamen ſedes apoſtolica eſt priuilegiata
in hoc quod non adhibet conſilium eorum,ergo papa pote
rit explicare ardua ſine conſilio cardinalium.Decimotertio
10 tio faciat tex.in cap.cuncta per mundum,9.quæſt.3.verſicu.
† apoſtolica ſedes ſine ulla ſinodo pcedente & ſoluendi quos
ſinodus inique damnauerat & damnandi nulla exiſtente
ſinodo quos oportuit habuit poteſtatem.unde ſi papa poteſt
ardua explicare ſine concilio, ergo multomagis ſine conſi-
lio cardinalium. facit capitulo ſequens. eadem cauſa & q.
Decimoquarto faciat.tex. in c.epiſcopus.alias Incipit, ipſo.
9.quæſt.3.vbi tex.ſcribitur epiſcopo de cuius manu peccata
requirit.nec ſine eius conſilio ſubditos iudicare debebit. ſo-
la enim eccleſia Romana ſua auctoritate valet iudicare de
omnibus.unde omnis exceptio firmat regulam.in l.nam.ꝙ
ff.de pe.leg.l.prima.ff.de reg.iur.l.in his. ff.de legi.in auc. de
non alie.§.ut autem.capit.dominus.33.quæſt.7.in cap.In no
ſtra.de ſepult.l.quæſitum.§.denique.ff.de fun.inſtruct.l. ge-
nerali.§.vxore.ff.de vſufru.leg.l.pediculis. §.item cum quæ-
reret.ff.de au.& arg.leg.Dy.in rub.de reg.iu.in 6. Cum ergo
ille text. excipiat eccleſiam Romanam, quia dicit eccleſia
Romana,ergo ſolus papa poterit iudicare de omnibus,& ſic
de arduis & non arduis. Decimoquinto ſi contrarium dice-
remus,ſequeretur quoddam abſurdum,videlicet. Nam in c.
ſacroſan.22.diſtinct.dicitur in uerſic.licet omnes eſſent apo-
ſtoli tamen Petro conceſſum eſt a Deo, & ipſi inter ſe idem
uoluerunt ut reliquis omnibus præeſſet apoſtolis, & cephas
id eſt caput,& principatum teneret apoſtolatus. Vnde ſi Pe-
trus tenet principatum, ergo ſequitur quod tanquam prin-
ceps omnia poterit explicare ſine conſilio cardinalium,& ſi
aliter diceremus eſſet ſubmittere ſedem apoſtolicam,ut di-
xit. Eſai.ſi hęc humiliabitur ad cuius fugietis auxiliũ, & ubi
relinquer etur gloria ueſtra.9.quæſt.tertia.capitulo aliorum
ad fin.Decimoſexto facit quilibet epiſcopus regit ſuam pa-
rochiam ſine conſilio prouincialium epiſcoporum.capitulo
11 nullus.9.quæſtio.tertia † ſed mundus dicitur parochia papæ
iuxta illud quod dicitur in euãgelio.fiet vnum ouile & unus
paſtor, & ſic nihil excepit a ſubiectione paſtoris, facit quod
not.Innocent.in cap.quod ſuper his de uoto,ergo multoma
gis papa gubernabit mundum ſine conſilio aliorum. Et ex
iſtis elicitur concluſio notabilis quod papa poteſt circunſcri
pto fratrum conſilio ardua explicare. Ex quo ſequitur quod
ardua geſta per papam irrequiſito cardinalium conſilio nõ
ueniunt reuocanda. ſequitur etiam aliud quod cardinales
hoc non potuerunt contra papam præſcribere.

Et quanquam in hoc dubitabili paſſu domi-
ne benigniſſimę, non inten-
dam aliquid contra ſupremam pontificis poteſtatem affir-
mare,tamen exercendi ingenij ſtudio videtur contraria con
cluſio ſuſtentabilior,videlicet papam non poſſe ardua exer-
cere omiſſo fratrum conſilio ipſis exiſtentibus in hac quaſi
poſſeſſione. Et primo præmittendum eſſe arbitror papam
hominem eſſe, & peccare poſſe.2.q.7.cap.nos ſi incompeten
ter aliquid agimus. c.ſi papa.40.diſt. 19.diſt. c.Anaſtaſius.21.
diſtin.c.nunc autem.Tunc arguo ſic formaliter & bene.Ho-
mo non poteſt bonus eſſe ſimpliciter ſine virtutibus cardi-
nalibus,quia ſecundum Albe. ſicut cardines cœli ſunt polus
artichus,& Antartichus, ſuper quibus mouetur cęlum & car
dines oſtium,& portarum, ſuper quibus reuoluuntur,ſic a ſi
mili uirtutes illę dicuntur cardinales ſuper quibus verſatur
tota hominis conuerſatio. & eas ſi quis habet dicitur bonus
ſimpliciter, & ſine ipſis non. ſic etiam domini cardinales in-
de nomen aſſumpſerunt. Nam ipſi ſunt mundi cardines ſu
per quibus tota mundi gubernatio reuoluitur, & fingitur,
12 & ad ipſos ſpectat ſuſtentare totum pondus gubernationis,
& motum ipſius fixũ,præſtare fomentũ duob. polis quorũ nu
mero contenta eſt cęleſtis natura,& ſufficiunt, & ſtabiles, &
immobiles firmant ordinem motus, nec deuiãt a loco fixio
nis generis humani.ita dixit Ioan. de Ligna.in tract.de bello.
in 9.cart. in rub.an fortitudo ſit virtus cardinalis. Modo in
propoſito ſicut homo non poteſt eſſe ſimpliciter bonus ſine
virtutibus cardinalibus,ita Romanus ponti.non poteſt ap-
te & congrue regere & gubernare mundum. ſeu eccleſiam
vniuerſalem ſine cardinalibus,quia totum regimẽ eccleſiæ
uniuerſalis uerſatur ſuper ipſis cardinalibus,unde dicti ſunt
a cardine quia ut dixit Archid.in capitulo ſacroſancta.22.di
ſtinctione ſicut oſtium per cardinem regitur ſic & eccleſiæ
per cardinales. Sicut .n. domus habet cardinem & oſtium
ſic & eccleſia habet oſtium id eſt papam qui eſt oſtium Dei
uel eccleſiæ & ẽt cardines quibus regitur, ſic & eccleſia per
cardinales regitur.ſicut ergo oſtium habet firmitatem ſuper
cardine ſic & papa ſuper conſilio cardinalium,ergo ſicut ho
mo non eſt bonus ſimpliciter ſine virtutibus cardinalibus,
ita papa ſimpliciter non poterit apte & congrue regere,ſine
conſilio cardinalium. ergo in arduis requiritur conſilium
eorum. Argumentum enim ab ethimologia uocabuli eſt va
lidum in iure.l.prima.ff.de teſtamen.capitulo per uenerabi-
lem.qui fil.ſint.legi.capit.ſi cupis.17.quæſt.prima.cum ſimi-
13 libus.† ſi ergo cardinales ideo ita dicti ſunt quia eorum con-
ſilio regitur eccleſia neceſſario ſequitur quod papa non po-
teſt exprimere ardua ſine eorum conſilio, quia ad quid dice
rentur cardinales,qa viderentur tunc habere nudũ, & inane
nomen quod eſſe non debet. Nomina enim debent eſſe reb.
& perſonis conſonantia, vt habetur in quarto metaphiſicæ.
& in cap.cum ſecundum apoſtolum. de præbend. Secundo
pro hoc uidetur tex.indubitatus.19.diſt.capit.Anaſtaſius. in
verſic.eo quod communicaſſet ſine conſilio epiſcoporum,
vel presbiterorum,& clericorum cunctæ eccleſiæ catholicę
ubi papa non potuit facere decretum ſine conſilio epiſcopo-
rum vel cardinalium ut ibi dicitur.Et ſi dicatur ille tex.loq-
tur in factis fidei,concedo,hoc ergo eſt ſpeciale fauore fidei
argumento capituli in fidei fauorem,de hæretici.in ſexto.er
go contrarium eſt ius commune in aliis l.ius ſingulare.l.quod
uero.ff.de ll.quia ad hoc reſpondeo.Ratio ſpecialitatis eſt qa
factum eſt arduum,argum. cap.maiores.de baptiſmo.& ca-
pit.quod tranſla.de offi.leg. & quod ibi not.ergo ſumitur re-
gula quod ubi factum eſt arduum requiritur conſilium car-
dinalium.Tertio facit glo.in dicto capitulo Anaſtaſius. quæ
dicit quod papa tenetur requirere concilium ubi agitur de
fide.ita dicamus in ſimili quod ubi agitur de facto arduo de-
beat papa requirere conſilium cardilium.Quarto illud quod
in ueteri teſtamento ſeruabatur circa hoc illud idem eſt ſer
uandum in nouo teſtamento.text. habeo de hoc expreſſum
in c. per uenerabilem. In §.rationib. qui fi.ſint leg.in uer.ſa-
ne.cum deuteronomium lex.ſecunda. interpretetur † quod
14 ibi decernĩt qd in nouo teſtamento debeat obſeruari,locus
enim quem eligit dominus apoſtolica ſedes eſſe cognoſcit.
Sed veteri teſtamento in his quæ erant ardua ſummus ſacer-
dos adhibebat conſilium ſacerdotum leuitici generis, nec
exprimebat ardua ſine eorum conſilio.hoc probat.tex.in di-
cto.§.rationibus.in uerſic.ſed quia ſicut in deuteronomio cõ
tinetur,ſi difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe pro-
ſpexeris inter ſanguinem,& ſanguinem, inter lepram & le-
pram & iudicii interpretes videris uariare,uenies ad ſacerdo
tes

tes leuitici generis,& ad iudicem qui fuerit illo tempore qui
indicabunt tibi iudicii ueritatem, & facies quęcunque dixe
rint qui præſunt loco quem elegerit dominus ſequerisque
eorum ſententiam. Ergo ita erit ſeruandum in nouo teſta-
mento. Sicut ergo ſummus ſacerdos in ueteri teſtamento
iudicabat difficilia & ambigua cum conſilio ſacerdotum
leuitici generis,ſic & papa neceſſario tenetur in arduis ↄſiliū
requirere cardinalium qui ſunt ſacerdotes leuitici. Vnde
cum papa ibi arguat ex ueteri teſtamento ergo arguit de
iure diuino.prima diſtinctio. cap.humanum genus, ergo ſe-
quitur neceſſario quod de iure diuino papa tenetur require-
re conſilium cardinalium in arduis agendis, & ſic ab initio
ſeculi ille tex determinat præſentem dubitationem.Quinto
facit,Ius quæſitum cardinalibus a iure diuino non poteſt Ro
manus pontifex eis auferre.capitulo quæ in eccleſiarum. de
conſti.fi.C.ſi contra ius uel uti.publ.l.ius noſtrum.ff.de reg.
iur.ſed cardinales habent a iure diuino quod ſint coadiuto-
res papæ in executione ſacerdotalis officii ut in dict.§. ratio-
nibus & dicto capitulo fundamenta. §.decet.de electio. lib.
6. quonam modo,aut quo colore papa poterit facere quod
cardinales non ſint coadiutores in executione officii ſacer-
dotalis.certe nullo modo.per capit.ſunt quidam. & cap.quæ
ad perpetuam.25.quæſt.prima ergo non poterit explicare ar
25 dua ſine conſilio eorum. Sexto ſummus pontifex non debet
dedignari ſequi id quod per ſuos canones præcipit & mādat
obſeruari a ſubditis & inferioribus ſuis irritando factum in
contrarium,iuxta illud quod dicitur de Ieſu Chriſto.ince-
pit Chriſtus facere & docere, & omnis Chriſti actio noſtra
eſt inſtructio.capitulo ſignificaſti.de electio.Et ideo dicebat
Iacobus in canonica ſua.Eſtote factores verbi & non audito
res.Et inquit philoſophus.Virtus in actione perficitur. Et ſa
pientis dictat auctoritas.Patere legem quam tu ipſe tuleris.
capitulo cum omnes.de conſtit. Sed ipſe ſummus pontifex
mandat quod epiſcopi non faciant ardua ſine cōſilio ſui ca
pituli.capitulo quanto.& capitulo nouit de his quę fi.a prę l.
Et ſi dicatur amice papa eſt legib. ſolutus,ut in l.princeps le-
gib.ſolutus.ff.de leg.& cōſtitutio non ligat conditorē ſuum,
ut not.Ioan.And.in cap.a.de conſtit.lib.6.Cy.& Bald.in l.di
gna uox.C.de legi. Petr.in auct.quibuſcunque modis. C.de
ſacroſanct.eccle.& ibi etiam Bal.& per Bal.in l.cum ipſe.C.
de contrahen.empt.

Nihilominus reſpondeo decet princi-
pem ſecundū
legem uiuere.Augumentū enim imperii eſt illud ſubmitte-
re legibus.d.l.digna uox.& pudor eſt ſe legibus non ſubmit-
tere.l.quę adulterium.C.de adult. quia quod iuſtum credis
in aliis,debet & in ſe credere per totum ti.ff.quod quiſque iu
ri. & dicto cap.cum omnes.& aliter agere eſt inuidiā & blaſ
mum contra principem prouocare. nam quanto quis eſt ma
ior tanto uirtuoſior debet eſſe.d.l.digna uox. & maxime cū
eccleſia ſit mater & cultrix honeſtatis & iuſtitiæ,ut dixit tex.
ſing.in cap.primo.§.& ſi clientulus.in tit.de ſuc.feu.maxime
cum omne indecens ſecundum thologos ſit D.eo impoſſibi
26 le.Si ergo papa mandat quod epiſcopi & pręlati non faciant
ardua ſine conſilio capituli ſui quare ipſe nō debet hoc acci
pere in ſe ut cum ardua agit requirat conſilium fratrum. eſt
enim indecens non pati legem quam tulerit, ergo eſt impoſ-
ſibile Deo ſecundum Theologos, ita erit impoſſibile pa-
pæ cum uicem Dei gerat in terris. c.ut noſtrum.eccleſia. be
nefic. Septimo facit.l.humanum.C.de legibus in uerſiculo,
ſcitote igitur patres conſcripti non aliter in poſterum legē
a noſtra clementia promulgandam niſi ſupra dicta forma
fuerit ſeruata,ubi imperator in lege ꝑmulganda diſponit ꝙ
ſeruetur forma ibi tradita videlicet quod fiat per ſenatores
& proceres ſui ſacri palatii, & per ipſum principem confir-
metur. Si ergo imperator quando condit legem generalem
mandat illam fieri cum concluſio ſenatorum,ergo idem di
cemus in papa ut cum facit ardua debeat adhibere conſiliū
cardinalium. quod oſtendo ratione uiua. Illud culmen, &
illam gloriam habent cardinales quod & quam habent ſe-
natores & patritii,ut dixit tex. in capitu. Conſtantinus nona
geſima ſexta diſtinctione,& fuit per Romanos pontifices ap
probatum.Sicut ergo ſe habent ſenatores ad imperatorem,
ita ſe habent cardinales ad papam.ſed imperator facit ardua
puta quia condit legem generalem cum conſilio ſenatorū
& procerum,ita & papa debet ardua facere cum cōſilio fra-
trum.Et ſi dicatur quod dicta .l.humanum procedit ex hu-
manitate. Reſpondeo quod illa humanitas eſt tranſlata quo
dammodo in iuris diſpoſitionem.argumento. l.humanita-
tis.C.de impuber.& ali.ſubſtitutio.& l.humanitatis. C.de ex
cuſat. tutorum. Et per reſpectum ad papam inducit quan-
dam decentiam & concernit bonos mores. Et ideo dicebat
27 in ſimili ſingu.Bal.in l.omnem.C.ad tertul.† ꝙ licet non te-
neat ſtatutum laicorum puniens contrahentes matrimo-
nium cum filiafam. ſine conſenſu patris, vt plene ſcribit Io.
And.in cap.ſtatutum.de hæret.lib.6.in nouella. tamen tale
ſtatutū quia punit malos mores hominū & maxime impru
dentium, tenet,quia punit malos mores,& in republica faci
nora ſeminantes.& inducitur odium capitale contrahendo
matrimonium ſine conſenſu patris.l.3.§.ſi emancipatus. ff.
de contratab.& ita conſuluit Petr.de Anchar.in conſil. ſuis
conſil.20.Nec obſt.l. fi.C.de legi. quia loquitur de Interpre-
tatione generali quam facit imperator quæ ſeruatur,vt lex.
Et ſi dicatur quod Immo papa facit ſolus decretalem epi-
ſtolam vel cum conſilio cardinalium, vt dixit gloſ. 3.diſt. in
ſumma. Reſpondeo quod non procedit illa gl.in arduis,ſed
in his quæ non ſunt ardua. Octauo cardinales ſunt capitulū
eccleſiæ uniuerſalis.clem.ne Romani.de elect. & quod no.
Hoſt.in capit.ad liberandam.de iudæ. & Bal.formaliter vti-
tur iſto modo loquendi in l.cum multa. C.de bon. quæ lib.
& facit.c.in nomine domini.23.diſtin.Sed prælatus non po-
teſt expedire ardua ſine cōſilio ſuorum,& Ini capitul, ut in
capit.1. de exceſ.præl.& in capit.qualiter & quando. el 2.de
acen. ita nec papa ſine conſilio ſui capituli. Nono facit.20.di
ſtinct.in ſumma ubi Chriſtus cōtulit Petro duas claues.Per
unam importatur poteſtas.Per aliam importatur diſcretio,
ut ibi eſt tex.ergo nimirum ſi ad exercendam clauem diſcre
tionis,ut diſcernat inter lepram & lepram, & inter cauſam
& cauſam, debeat adhibere conſilium cardinalium in his
quæ ardua ſunt.& hoc ſi ſubtiliter ponderetur videtur ſentir
re glo.ibi In ſumma in verſ.inter lepram, quæ exponit,id eſt
28 cauſam & cauſam.† Et dicit quod Gratia.alludit ei quod fie-
bat in lege veteri.Cum enim dubitabat̄ de aliquo an eſſet in
fectus lepra ducebatur ad ſacerdotes, & ſecundum eorum
arbitrium recipiebatur vel reiiciebatur, & alleg.cap.per ve-
nerabilem.qui fi.ſint legi.quo caſu uidetur inferre quod pa
pa quo ad exercendam clauem diſcretionis debet facere vt
fiebat olim in ueteri teſtamēto in quo ſummus ſacerdos re-
quirebat conſilium ſacerdotum quando difficile & ambi-
guum occurebat.Decimo faciat tex.in auct.habita.C.ne fil.
pro pat. vbi imperator habuit deliberationem ſuorum con
ſiliariorum ad condendam illiam legem,& gl.ibi dicit,& ſic
erit lex ſolennis & allegat.dic.l.humanum,& ſic apertoore
ſentit gloſ.quod imperator legem ſolennem promulgat de
conſilio ſenatorum, quanto magis papa de conſilio fratrum
debet deliberare & attingere ardua, quia tot mortibus præ-
latus ſubiiciendus quot ad alios perditionis exempla perdu
cit, vt inquit beatiſſimus ille Hieron.11. quæſt.3. cap.præci-
puę. Vndecimo faciat illud quod tendit ad beatitudinem ec
cleſiæ uniuerſalis, debet papa ſummopere intendere, & ad
curam ouium. Sibi enim fuit dictum, paſce oues meas. cap.
ſignificaſti.de elect.ſed facere ardua cum conſilio fratrū ten
dit ad gloriam & beatitudinē eccleſiæ uniuerſalis & ouiū,
ut eſt tex.ſing. in d.l.humanum. ad fin.in uer.bene & enim
cognoſcimus quod cū ueſtro conſilio fuit ordinatum id ad
beatitudinem noſtri imperii & ad noſtram gloriam redun-
dare & merito.Nam illud quod tot excellentiſſimorum ui-
29 rorum conſiliis ruminatur & melius,& prudentius ad ſalu-
tem totius orbis digeritur.l.omnium. C.de teſt.in verſi om-
nium teſtamentorum ſolennitatem ſuperare uidetur quod
inſertum mera fide precibus inter tot nobiles probataſque
perſonas etiam conſcientiam,principis tenet.cap.in canoni
cis.19.diſt.de quibus 20.diſtinct. præſumitur enim adeſſe ibi
ſpiritusſanctus,ut habetur Matth.23.cap.ſi duo ex uobis vel
tres conuenient ſuper terram in nomine meo de omni re
quamcunque petierint fiet illis a patre meo.24.quæſt.1.alie-
nus.& d.cap.de quib. facit quod habetur in l.fin. C.de fidei-
commiſ.& l.3.C.de inge.manu. Duodecimo faciat tex.in c.
eccleſia ſenatum habet. 15.quęſt.1.vbi tex.formaliter dicit,
eccleſia habet ſenatum & ſine conſilio eorum,nihil licet fa
cere.& Romani habebant ſenatum quorum cōſilio cuncta
agebant,& nos habemus ſenatum noſtrum.

Intelligendo nunc illum text.quod loqua-
tur de collegio cardina-
lium ut recte tota iuris prudentia eſt interpretata illum tex.
vt per Innoc.in capit. cum te.de te iud.& per alios ibi. ergo
ſine conſilio eorum non licet papæ aliquid arduum facere.
Et iudicio meo ille tex. formaliter decidit quæſtionem. De-
cimotertio faciat in pluribus iuribus quæ laborioſum eſſet
potius quam ſubtile enumerare.ut in cap.1. de renun.lib.6.
& in cap. 1. de ſciſma.eod.lib.dicitur de fratrum noſtrorum
conſilio. quo caſu uidetur quod ex tot & uariis caſib. arduis
quos papa exercuit de conſilio fratrum acquiſiuerint cardi-
nales ius quod papa non exprimat ardua ſine conſilio eorū,
licet in rei ueritate cardinales hoc ſibi uendicent ex diſpoſi-
tione iuris diuini, ut dictum eſt per d.§.rationibus.facit not.
tex.in l.1.§.hoc interdicto. ff.de iti.actuq; pri.& ibi dicit Bar.
quod quædam ſunt quæ non ſolent de facili cōcedi ratione

ami-

amicitiæ, puta quod quis det vocem ſuam in electione præ-
20 lati,vel in conſilio populi, vel in collegio doctorum,† & tūc
in dubio ſufficit vnicus actus ad conſtituendum illum talē
in quaſi poſſeſſione vocis dandæ.Et pro hoc videtur tex.in c.
cū eccleſia ſutrina.de cau.poſſ.& propri.& voluit hoc Inno.
ibi.& idem etiam voluit in c. bonæ.el.2.de poſtu.prę l. Et fa-
cit optimus tex.In l.1.§.quęſitum.ff.de aqua quoti.& ęſti.vbi
ad probandum quaſi poſſeſſionem ſeruitutis ducēdi aquam
per fundum alterius,ſufficit quem probare ſemel vſum.facit
tex.in c.cum de beneſicio. de præbend. in 6. Quędam vero
ſolent concedi ratione amicitię non tñ multum frequenter
tunc requiruntur plures actus, vt in d §.hoc interdicto. vbi
ad acquirendam quaſi poſſeſſionem ſeruitutis itineris non
ſufficit probare ſemel fuiſſe vſum, ſed in 30.uicibus. Quædā
vero & ſæpenumero ſolent de gratia concedi,& tunc nō ſuf
ficiunt plures actus.Vnde ſi miles hoſpitaretur in domo alte
rius militis vel epiſcopus in domo alterius epiſcopi non eſt
pp hoc quęſita quaſi poſſeſſio recipiendi illum in hoſpitem,
niſi expreſſe probetur ꝙ ex quaſi debito ille pateretur,ſecun
dum Inn.in d.c.cum eccleſia ſutrina.& ibi dicit quod bonus
iudex debet hoc arbitrari ex actuum qualitate, & ex variis
circūſtantiis maxime a iure approbatis. bene facit quod no.
Pet.Cy.& Bal.in l.1.C.de ſeruit. & per eundem Bal.in l.2.C.
co.ti.Qualiter ſcietur ꝙ de gratia vel ex debito fuerit admiſ-
ſus,hoc præſumetur ex qualitate pſonarum, ar.l.fi.ff.de act.
& obli.& l.pen.§. equitij.ff.de vſu & habi.& l.1.C.ſi qs impe.
21 maled.& per Bal.in l.2.in 15.col.†Modo in propoſito facere
ardua cum conſilio cardinalium non videtur eſſe res quæ
conſueuerit ratione amicitiæ fieri. Vnde dixit tex.Inn.& cō
muniter doc.in d.c.cum eccleſia ſutrina. & Bart. in d. §.hoc
interdicto, quod nō conſueuit fieri ratione amicitiæ vt quis
det vocem ſuam in electione prælati, aut in collegio docto-
rum,aut in cōſilio populi. Vnde in caſu noſtro nunc interue
nit qualitas iſtius actus qui non conſueuit fieri ratione ami-
citiæ,vt eſt quod papa faciat ardua cum conſilio & delibera
tione dominorum cardinalium.Interuenit multiplicitas ēt
& pluralitas actuum, cum plura, & pene infinita iura ſparſa
in corpore iuris exprimant de fratrum noſtrorum cōſilio. Et
illa dictio de, notat cauſam proximam & immediatam ex
ſuo proprio & primario ſignificato.ut not.Bar.in l.1.§.ex in-
cendio.ff.de incen.rui.nau. & in l.non dubium. C.de legi.&
in l.ait prętor.§.quod de fructibus.ff.de bo.au.iud.poſ.& in l.
filius.§.hæres meus.de leg.ſecundo, & Bal.in l.de pecoribus.
C.ad l.Aquil.& in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iu.& in l.3.C.de
actio.empt.& in d.l.non dubium.& per Ioan.An.& alios &
ibi dixi in c.qualiter.de elect.ergo ſequitur neceſſario quod
ex hoc capite domini cardinales videntur conſtituti in qua
ſi poſſeſſione,ut quando papa faciat ardua,illa faciat adhibi
to conſilio tantorum patrum. Et ſi dicatur quod papa fecit
hoc de gratia, ſalua pace ſic dicētis q talis actus nō ꝯſueuit
de gratia fieri, nec conſueuit per tot vices. nec doctor. pro
prima parte alleg.hoc dixerunt,quinimmo uolunt quod il
22 la iura procedunt de honeſtate. † Decimoquarto faciat,pa-
pa ut bonus paſtor debet ſequi illud per quod facilius & ſa
lubrius prouidetur eccleſiæ uniuerſali.Sibi enim fuit dictū,
paſce oues meas,vt in d.cap.ſignificaſti. non enim debet di-
ſperdere oues. bonus enim paſtor ponit animam pro ouib.
ſuis,ſed requirendo conſilium cardinalium, in arduis, ſalu-
brius & melius gubernat eccleſiam uniuerſalem. cenſetur
enim eſſe maioris auctoritatis quod plurium comprobatur
conſilio.& ideo concilia dicuntur eſſe maioris auctoritatis
quam ſint decretales epiſtolę iuxta not.3.diſtinct.in ſumma
vnde dixit Archid in cap.1.de conſtit.in 6.qđ reſcripta impe
trata contra decretales epiſtolas ualent ex generali clauſu-
la non obſtante aliqua decretali epiſtola. Non autem valēt
contra conſtitutiones conciliares,de quo dicto exclamanit
ſing.Bal.in d.l.humanum.ergo attento quia ſalubrius proui
detur eccleſiæ uniuerſali, & atten to quod factum ſuum di-
citur eſſe maioris auctoritatis,debet papa requirere conſiliū
cardinalium. Decimoquinto facit.Iſta pars in dicto & uoto
excellentiſſimorum doctorum eſt probata. vnde Ioan.Mo.
in cap.ſuper eo.de hæreti.lib.6. dixit cætum cardinalium eſ-
ſe in quaſi poſſeſſione ut papa non faciat ardua ſine conſilio
eorum, & narrat Cæleſtinum de quo fecit mentionem Bal.
in capit.1.de natur.feu.multas abbatias,epiſcopatus & ſupe-
riores dignitates contuliſſe ſine licentia fratrum, & coram
ſuo ſucceſſore ſatis fuit de hoc diſputatum.Et propter illam
quaſi poſſeſſionem collegii cardinalium dicit collationes il
las fuiſſe caſſatas.licet Ioan. And.miretur de hoc vltimo qđ
illud fecerit Bonifacius forte circa eos quorum literę adhuc
erant in cancellaria. Dicit etiam ibi Io. Mon.in quadam ad-
ditione quam ibi poſuit quod per benedictum vndecimum
fuerunt ſuſpenſa ſtatuta quæ Bonifacius abſq; cōſilio fratrū
23 dederat marchianis,† quia tangebāt ardua, licet illis multa
ſtatuta fuiſſent iuſta dicens quod defectus in perſona facien-
tis redidit factum inutile. allegat. capitulo eccleſia ſanctæ
Mariæ de conſtitutio.

Et ſic concludit ardua geſta per papam ſine cō
ſilio cardinalium eſſe inutilia.
& retractanda eſſe. Eandem opin.tenuit illuſtris doctor do.
Abb.in d.cap.per venerabilem.§ rationibus.qui fin.ſint legi.
dicens illum tex.fore ſingularem ad hoc quod papa non de
bet ardua ſine conſilio card.facere,& ad hoc teneť de iure di
uino ſecundum eū.Et idem ēt uoluit alibi.ubi concludit col
legium cardinalium eſſe in iſta quaſi poſſeſſione,& poſſe de
fendi illam poſſeſſionem de iure diuino per. d.§.rationibus.
Et idem etiam tenuit in commento & reperit.d.cap.per ue-
nerabilem.facit ſingulare dictum Laur.quod refert Archid.
in cap.ſunt quidam.25.quęſt.1. qui dixit quod papa non po-
teſt facere legem generalem ſuper uniuerſali ſtatu eccleſiæ
ſine conſilio cardinalium. eādem partem tenuit expreſſe ex
cellens doc.do.Card Floren.in commen.cap.perpendimus.
de ſenten.excommun.ubi dicit quod poſito quod poſſet tol
lere priuilegium datum clericis de quo in cap.ſi quis ſuadē-
te diabolo.17.quæſt.4. tamen non poterit niſi requiſito con-
ſilio dominorum cardinalium, & allegat dictum Ioan. Mo.
in d. cap. ſuper eo. Accedat etiam quod uoluit ille excelſus
24 doc.Bal.in l.cum multa.C.de bo.quæ.lib.ubi dixit quod†pa
pa poteſt infeudare caſtra eccleſię benemeritis cum etiam
poſſit imperator illud facere, ut no.in ca. primo. de nat. feu.
& Ioan.And.in cap.cum ueniſſent.de iudi.ſed cum ſunt ca-
ſtra pretioſa,aut magna ciuitas,debet interuenire conſenſus
cardinalium,quia ſunt capitulum eccleſiæ vniuerſalis & ac-
currate pondera dictum Bald quia loquitur quando conce
duntur benemeritis, quia ſi conceditur ciuitas benemerito
debet interuenire conſenſus cardinalium, quanto magis qñ
conceditur non benemerito, & appenſate pondera dictum
eius,quia loquitur de conſenſu cardinalium, & non de con-
ſilio.& ſic Bald. uidetur ſequi iſtam partem,in arduis debere
interuenire nedum conſilium, ſed etiam conſenſum cardi-
nalium,& etiam Do.Pet.de Anch.in dicto cap.ſuper eo.tran
ſit cum dicto Ioan. Mo.& iſta pars eſt æquior, ergo tenenda
l.benignus.ff.de legi.& l.proxime.ff.de his quæ in teſt. delen.
& in l.placuit.C.de iudi.& eſt ſalubrior reipublicę totius ec-
cleſię uniuerſalis & orbis, ergo eſt præferenda l.1.ad fin.C.de
cad.tol. Vtilitas publica eſt præferenda priuatis, iuxta illud
Lucani. in commune bonus.Nec papa debet dedignari ac-
cipere iſtam partem, ut ardua faciat cum conſilio fratrum,
ſunt enim membra ſua,ut in capit. fęlicis.de pęn. & inthro-
nizant eum conſecrando, ut in cap. in nomine domini.23.
diſtinct. Nec obſtāt in contrarium alleg. primo cum dicitur
quod nemo poteſt præſcribere contra ſupremam poteſtatē
papę, quia in caſu iſto cardinales non acquiſiuerunt hoc ex
pręſcriptione,ſed immo habent ex diſpoſitione iuris diuini,
25 ut in d.§.rationibus. † Secundo etiam poſſet dici quod pro-
pter hoc non præſcriberetur contra ſupremam poteſtatem
papæ,quia licet cardinales conſulant ſibi,tamen papa eſt il-
le qui ardua facit. unde hoc caſu cardinales non derogant
poteſtati Petri & ſuorum ſucceſſorum,immo illam coadiu-
uant,facit quod in ſimili habetur per glo.in clemen. ne Ro-
mani.de elec.& in cap.ut animarum periculis.de conſtit.lib.
6.& not.Bald.in l.programma.C.commina.uel epiſt. uideli
cet quod epiſcopus poteſt per ſuam conſtitutionem coad-
iuuare ius commune,licet illud tollere,aut ei derogare non
poſſet,ita eſt dicēdum in propoſito. Item poſſet etiam aliter
dici quod domini cardinales dicuntur membra papæ, ut in
cap.fęlicis.de pœn.in 6. ideo ſi membra corpus ſunt,faciunt
unum,& idem compoſitum,ut dicimus quod papa & cardi-
nales ſunt unum & idem, quia tanquam mēbra papę non vi
dentur hoc facere contra poteſtatem papæ. facit quod in ſi-
mili dixit Bald.in l.fi.C.de impu.ubi dicit quod ęſtimum pa-
tris, dicitur æſtimum filij & all.gl.in l.2.C.qui ęta.ſe excu.li.x.
Et idē uoluit in l.non plures.C.de ſacroſ.ecl.& in l.diximus.
§.ſi pater cum l.ſe.ff.de execu.tu.& in l.1.in prin.ff.ad Sil.& in
addit.quas fecit ad Spec.in tit. de cenſi. ad fi. & bene facit ꝙ
ipſe not.in l.ſciendum. ff. qui ſatiſda.cogan.& Bar.in l.cum
ſcimus.C.de agri.& cenſi.lib.11.

Et ex iſtis tolluntur ex toto multa ſupe-
rius argumentata in
contrarium.Et ad formam argumenti cum dicitur quod pa
pa habet ſupremam poteſtatem.Circa hoc accurate eſt pon-
derandum, quia aut nos loquimur in iuriſdictione tempora
li,aut in iuriſdictione epiſcopali.primo caſu iuriſdictio papę
eſt præſcriptibilis.facit dictum Bald.in commen l.2.in 2.co-
lum. C. de ſerui. uerſic. 6.quarto.ubi dicit quod papa poteſt
præſcribere. iura præſcriptibilia contra imperatorem, & im
perator poteſt præſcribere contra eum. Vnde in terris impe
26 rii poteſt †papa præſcribere iuriſdictionē temporalem, quod
in-

intelligo quo ad exercitium, ſed quo ad habitum non eſt neceſſe, quia quo ad habitum habet iuriſdictionem temporalẽ papa. ut nota. in cap. nouit. de iudi. & imperator poſſet præſcribere iuriſdictionem temporalem in terris eccleſiæ cõtra papam, & etiam priuatę perſonæ in terris temporaliter ſubiectis eccleſiæ, & dicit fuiſſe dictum Innocen. Sed in his quibus papa habet plenitudinẽ poteſtatis ut eſt in iuriſdictione ſpirituali nullus pręſcribere poſſet. Dicit etiam quod eccleſia Romana poteſt admittere iuriſdictionem temporalẽ propter præſcriptionem legitimam centum annorum. Vnde dicit Florentinos poſſe præſcribere aliquod caſtrum eccleſiæ Romanę tenendo illud bona fide. ſecus ſi eſſent ſubditi eccleſię quia non poſſent præſcribere propter malam fidem. & ideo reſpondetur ad formam argumenti. Nemo præſcribere poteſt contra ſupremam poteſtatem papę procedit in ſpiritualibus, ſed in temporalibus. ut eſt in terris temporaliter ſubiectis eccleſiæ bene præſcribi poteſt. & cum dicitur ergo cardinales non potuerunt præſcribere, hoc procedit in ſpiritualibus, ſed in temporalibus non procederet, ſed in caſu iſto cardinales hoc habent de iure diuino, ideo non oportet inſiſtere præſcriptioni. Nec obſtat cum dicitur quod in cœlo ſolus Deus omnia poteſt. ita & in eccleſia militante ſolus papa, qa fateor hoc eſſe uerum regulariter, ſed in multis caſibus hoc fallit ut in factis fidei quo caſu debet congregare concilium & in arduis requirere conſilium cardinalium, ut in d. c. Anaſtaſius. & ibi gl. Nec. ob. cum dicitur quod poteſtas cardinalium eſt a papa, quia procedit quo ad quid & accidentaliter Sed ut papa faciat ardua cum conſilio eorum non habuerũt hoc a papa, ſed in ueteri teſtamẽto, ut dictum fuit. † Nec ob.
27 cap. fundamenta. §. decet. quia tex. intelligunt in his quæ nõ ſunt ardua. unde poterit papa petere uel non petere cõſiliũ cardinalium in his quæ non ſunt ardua ſecus in his quæ ſunt ardua. Et licet ille text. loquatur uniuerſaliter nihilominus reſtringitur & limitatur non habere locum in his quę difficilia ſunt per d. §. rationibus. tum etiam quia ille text. loquitur per uerbum decet quod in principe uidetur importare neceſſitatem ut dictum fuit Nec ob. cui alleg. glo. in d. §. decet. quia illa glo. loquitur generaliter, ideo reſtringitur & limitatur non procedere in arduis per d. §. rationibus. Nec ob. cum dicitur quod maxima eſt auctoritas glo, quia concedo, ſed in caſu iſto illa glo non dicit contrarium, quia procedit in his quę non ſunt ardua, ſecus in arduis. Item quia contra illam glo. eſt glo. Ioan. Mo. tenentis contrarium in dicto capitulo. primo de ſciſma. in 6. Nec ob. cum dixit do. Domini. non eſſe credendum Ioã. Mo. cum fuerit cardinalis, & conatus fuerit defendere partem cardinaliũ, quia ipſe non probat quod tempore quo dixit hoc erat cardinalis. Et ſi dicatur, immo fuit cardinalis quando hoc dixit, ut patet ex dicto Ioan. An. in nouella in Procemio ſexti, quia ad hoc reſpondeo procedere quando ſolus Ioan. Mo. hoc dixiſſet, ſed quando habet multos illuſtres doctores conteſtes, qui illud etiam affirmãt tunc ex confirmatione aliorum tollitur illa ſuſpitio. iſte eſt tex. ualde ſing. in l. ſi quis ex argentariis. § ſed ſi omnes. in uerſic. quid ſi humilis, & deploratus vnus ediderit. ff. de eden. &
28 ideo dixit Ang. in cõſ. ſuis cõſ. 1. † ꝙ dictũ teſtis domeſtici ſuſtentatur ex dicto aliorum teſtium habilium. Nec ob. cũ allegantur auctoritates excellentiſſimorum doctorum in fauorem ſummi pontificis, iuxta illud quod præclare ſcriptum eſt apud Lucanum.

Quis iuſtius induit arma.

Scire nephas magno ſe iudice quiſque tuetur. Nam pro iſta opin. ſunt & optimi & maximi iuris interpretes, ergo ſtandum erit opinioni quæ melioribus rationibus & ſubtilioribus. motiuis mouentur, ut eſt tex. ſin. in capitulo capellanus. de fer. ſed rationes magis urgentes extant in fauorem dominorum cardinalium. Nec. obſt. cum dicitur communem opin. eſſe in contrarium ut uoluit Albe. de Ro. quia hoc poteſt negari ſibi quod immo communis opin. erat in fauorem cardinalium quod euidenter apparet, quia in fauorẽ eorum fuit obtentum, & iudicatum olim, ut dixit Ioan. Mo. in dict. capitulo primo, & ita etiam reſpondeo ad Dom. Item etiam poſſet reſponderi poſito non tamen conceſſo quod opinio communis eſſet contra dominos cardinales, nihilominus poſſet conuinci illa communis opi. per tex. l. quem doctor iuuenis inuenite, & eſt caſus ſinga. in l. prima. §. oportet. C. de uet. iure enu ubi eſt tex. quod doctor iuuenis ſępe numero melius ſentit in aliquo articulo quam ſenſerint alii prudẽtiſſimi, qa clementiſſimus Deus melius aperuit ingenium eius quam ingenia aliorum prudentiſſimorum. Et ideo pulchre dixit Bea. Hierony. in prolo. biblię, hæc doctus Plato neſciuit. hęc Demoſthenes eloques ignorauit. Abſcondam, inquit, ſapientibus, & imprudentibus reuelabo. & ideo congrue dicebat
29 Ioan. And. in cap. primo. de conſti. in nouel. † communẽ opē ꝯuinci poſſe. Nec ob. cũ dicebatur quod eſſet ſubmittere ſe dem apoſtolicam, quia reſpondeo imo eſt coadiuuare ſedem apoſtolicam, vt cõgruentius regat & facilius ſuſtineat onus eccleſiæ uniuerſalis. Nec ob. cum alle. cap. cuncta per mundum. & c. ſaluo. & ſimilia, quia ſolus papa dicitur facere licet requirat conſenſum cardinalium, quia ſunt unum corpus, ut dictum eſt, & iſta pars mihi de iure uidetur uerior & per eam melius prouidetur & conſulitur humano generi. Nihilominus adhæreo deciſioni ſanctæ matris eccleſiæ. & ex iſtis elicitur iſta concluſio, quod papa debet exercere ardua interuenientε fratrum conſilio. & ſi ſecus fecerit, veniunt reuocanda.

S V M M A R I V M.

1 *Cardinalis filiuſfamilias nunquid teſtamentum condere poſſit, & de quibus bonis. 3. 5. 7. 12. & 15.*
Et quid de aliis. 17.
Clerici filiiſfamilias, diſponere de bonis ſuis nunquid poſſint.
Patria poteſtas, an & quando filium impediat teſtari.
2 *Milites ſeculi cum cœleſtibus æquiparantur militibus,*
Intellectus auth. licentiam. C. de epiſ. & cler. 6.
3 *Clericus tenetur operari eccleſiæ a qua percipit alimenta. & in quibus.*
Vxor operari hæredibus viri a quibus alimenta percipit intra annum tenetur.
4 *Amoris liciti ardor, effectum clauſulæ codicillaris operatur.*
Clericus de acquiſitis in miſſis nunquid teſtari poſſit, & de quibus etiam bonis.
5 *Epiſcopus de acquiſitis intuitu perſonæ, vtrum diſponere poſſit.*
Et quid de aliis bonis.
6 *Cardinales æquiparantur epiſcopis quo ad quid.*
7 *Sacerdos ſimplex, nunquid de acquiſitis teſtari poſſit.*
Et quid de ſacerdote adminiſtrationem habente. 24.
8 *Teſtamentum cardinalis, aut epiſcopi, nunquid poſſit querelari.*
Et quid de aliis inferiorib. 9.
Intellectus, auth. presbyteros. C. de epiſ. & cle.
Militum ſeculi, in condendis teſtamentis priuilegium.
10 *Præſumptio d. ſoluendæ obligationis, licet ad antidora, eſt in ſpecie.*
Limitatio & reſtrictio ad c. ex quiſiſti. de teſtam.
11 *Xenia vxori per conſanguineum viri facta nunquid ſoluto matrimonio acquirantur viro.*
Verbum liberum quid importet.
12 *Eccleſia pupillo æquiparatur.*
13 *Prælatis in fraudem eccleſiæ alienis nominibus ementes qua obuiatum via.*
Cardinales, in emptionibus nunquid teneantur ad nomen eccleſiæ ſcripturam facere.
Solum quando cedat ædificio.
14 *Cardinalis nunquid de pecunia ex cardinalatu acquiſita ædificare poſſit, et cui ædificium acquiratur.*
15 *Conſuetudo quod clericus poſſit de bonis acquiſitis per eccleſiam teſtari vtrum valeat.*
16 *Epiſcopi nunquid donare poſſint de bonis eccleſiæ immobilibus.*
Et quid de cardinalibus & reliquis eccleſiaſticis.
17 *Donatio remuneratoria licet metu facta, eſt irreuocabilis. & de priuilegiis donationis remuneratoriæ.*
Remunerationis cauſa iura laxantur.
18 *Donatio remuneratoria eſt quædam permutatio.*
19 *Facultates non præſumuntur.*
Regula quilibet præſumitur bonus quomodo intelligenda.
Scolaris præſumitur pauper.
20 *Cardinalis diaconus vtrum poſſit teſtari.*
Bona cardinalium unde videantur quæſita.
Franciſcus Petrarcha vates clariſſimus, & ſummus orator fuit archidiaconus Parmenſis.
21 *Vxor in dubio videtur de bonis mariti quæſiuiſſe.*
Et quid de adultera.
Concubina de bonis amaſii videtur in dubio quæſiiſſe.
22 *Similitudo ſecundum rudem, & ſimplicem figuram ſumi non debet ſed a rationis radice.*
Officialis fiſci in dubio an quicquid habet præſumatur de bonis fiſci habuiſſe.
23 *Tiranni quomodo cum eorum officialibus rationem ineant.*
Hoſpitalis rector vnde præſumatur bona habuiſſe.
Filiusfamilias in dubio vnde videatur quęſiuiſſe.
24 *Cardinalis diues tempore promotionis vnde bona habuiſſe videatur in dubio.*
Probandi onere grauatur qui non poſſidet.
25 *Iudex ex circunſtantiis nonnunquam pręſumit.*
Iuramentum in litem eccleſiæ quando deferendum.
26 *Probandi onere qui grauari debeat eccleſia an hęres prælati cui bona relicta ſunt vt illi ſuccedat.*
27 *Eccleſia ratione pręſumptionis iuris quam pro ſe habet etiam in ciuili poſſeſſione excuſatur a dolo & culpa.*
28 *Regula quod actori incumbit onus probandi quomodo procedat.*

Tre-

Prælatus & tutor an & in quo æquiparentur, & in quibus differant.
Tutor non poteſt conſtituere procuratorem ante litem.
Et de eius potentia. 29.
29 *Prælatus de bonis eccleſiæ, poteſt pauperes conſanguineos ſuſtentare.*
Tutor poteſt teſtatorem inducere ad ſibi relinquendum, & non pupillo.
30 *Ioannis Andreæ præceptor quis fuerit.*
Prælatus nunquid præferre teneatur res eccleſiæ ſuis.
Argumentum de uno ad reliquum quando valeat.
31 *Hæres prælati occupans rem poſſeſſam a prælato nunquid incidat in pœnã.*
Actio expilatæ hæreditatis vel remedium edicti adriani nunquid eccleſiæ competat.
32 *Lex ſi quis in tantum habet locum in perſonis eccleſiaſticis. & de illius intellectu.*
33 *Bona ex conditione. l. ſi quis in tantam, quomodo eccleſia acquiri dicantur.*
34 *Incremento an veniat in hæreditatis petitione & quando.*
35 *Augmentum collectarum cui veniat emptori an venditori.*
Dotis occaſione pœna conſequuta viro nunquid ſoluto matrimonio per virum reſundenda.
36 *Pedagij non ſoluti vel fraudati pœna ad quem pertineat ad emptorem, vel venditorem.*
Pœna maleficiorum fiſco applicatur.
37 *Fructuum appellatione, datum propter iocundum aduentum non continetur.*
38 *Iniuria dignitati eccleſiaſticæ illata cui aplicanda.*
39 *Hæres in multis differt a ſucceſſore.*
Actio iniuriarum nunquid competat eccleſiæ pro iniuria prælato illata.
40 *Prælatus nunquid poſſit teſtari de pœnis acquiſitis ſuper rebus eccleſiæ. numero 52.*
Prælatus carens propinquis, quem præferre debeat in bonis patrimonialibus, num. 42.
41 *Nepotum appellatione qui veniant.*
Teſtandi libera facultas pacto, an lege tolli poſſit.
42 *Lex maioris eſt potentia, quam priuatorum pactum.*
Amicus poteſt pro amico beneficium impetrare.
43 *Cardinalis vtrum poſſit nepotibus bona in cardinalatu acquiſita donare.*
Fraus inter coniunctos de facili præſumitur.
44 *Clerici victu, & veſtitu contenti eſſe debent.*
Eccleſia uendicare poteſt acquiſita de bonis ſuis.
45 *Clericus nunquid de bonis eccleſiæ faciat fructus ſuos. 47.*
Clericus de bonis eccleſiæ nunquid eleemoſynam facere poſſit.
46 *Differentia inter clericum habentem adminiſtrationem & ſimplex beneficium habentem nunquid aliqua ſit.*
47 *Clerici quibus æquiparentur in iure.*
48 *Suum eſſe dicitur duobus modis.*
Hoſpitalia non dicuntur proprie beneficia.
49 *Beneficiatus nunquid poſſit donare fructus beneficii, inter viuos.*
50 *Conſuetudo de fructibus beneficii pendentibus vt veniant ad hæredem an valeat.*
51 *Viuens æquiparatur uſufructuario & moriens uſuario.*
Epiſcopus quartam mortuariorum recipiens nunquid illam donare poſſit.
Tutor relictum tutelæ intuitu an poſſit remittere.
52 *Succedendi ius per cardinalatus dignitatem nunquid amittatur.*
53 *Religioſus effectus cardinalis nunquid teſtamentum condere poſſit.*
Cardinalis, per teſtamentum minus ſolemne nunquid ſuccedere poſſit.

III. Quæſt. Baſilica primæ partis.

Nunc vero tertiam Baſilicam quæſtionem diſputandã dominæ me tuendiſſime aſſumam, in qua ante omnia quærendum erit
1 †Vtrum filiusfamilias effectus cardinalis poſſit ultimam cõdere uoluntatem, & de quibus bonis. quo ad primum oſtendo ſic formaliter. Omnis clericus in patria poteſtate conſtitutus poteſt ultimam uoluntatem cõdere. iſte eſt tex. in auc. presbiteros in verſic. lectores, & omnes quos clericos appellamus. C. de epiſ. & cleric. licet in l. ſacroſanctæ. co. tit. dicat, de presbitero & diacono, & alleg. not. tex. in cap. quia nos. de teſta. & ibi Hoſt. intelligit illum tex. in clerico filiofa. ut poſſit condere ultimam uoluntatem. Sed domini cardinales ſunt clerici, & etiam diaconi, ut dixit glo. in clementina prima. de æta. & qualit. ergo poterunt ultimam uoluntatem cõdere. Facit pro hoc tex. ſing. in cap. cum exemptionem. de priuil. in 6. ubi ſi clerici ſunt exempti, ergo multomagis erunt exempti canonici ita dicamus in propoſito, ſi conſtituti in ordine diaconali, & ſubdiaconali & in ordinibus inferiorib. poſſint ultimam uoluntatem facere, ergo longe magis poterunt do. Card. Faciat etiam patria poteſtas impedit filium poſſe teſtari. l. ſeruum. & l. pe. C. qui teſt. fa. poſſ. & l. qui in poteſtate. ff. de teſt. & no. in l. tam. is. ff. de do. cau. mor. ſed Card. ſunt liberati a iugo & poteſtate paterna. ut ample dictum extitit. ſupra in prima quæſt. ergo Cardi. licet ſit filiusfamilias poterit condere teſtamentum cum ſit liberatus ab illo iugo paterno. Faciat etiam, epiſcopus poteſt facere teſtamentum, licet habeat patrem, quia epiſcopatus liberat eum a patria poteſtate, ut in auc. ſed epiſcopalis dignitas. C. de epiſc. & cleric. ergo multomagis cardinalis cum ſit ſummus gradus in eccleſia poſt papatum ut dictum fuit in prima quæſtione. Fa-
2 cit etiam † milites ſeculi & milites cœleſtis militiæ equiparantur. l. milites. C. loc. l. ſtipendia. C. de exe. rei iudi. cap. ſtudeat, l. diſt. & quod not. in capitulo odoardus, de ſol. Sed milites filiifamilias poſſunt facere teſtamentum, ergo multomagis & cardinales, & ſic ſtat concluſio firma, cardinales licet habeant patres, poſſe facere teſtamentum, & multo clarius ſi non haberent patres. Facit quod dixit, Bal. in auct. licentiam C. de epiſ. & cler. ubi dixit illam auth. non habere locum in religioſo promoto ad Card. ergo ſentit quod clericus ſecularis promotus in cardinalem poterit facere teſtamentum. Sed de quib. bonis poterit teſtari, dicas quod ſi eſt epiſcopus cardinalis, tunc poterit teſtari, de omnibus quæ ante cardinalatum habuit. Si uero poteſt cardinalatum acquiſiuerit iure cognationis uſque ad 4. gradum, tunc de illis poterit teſtari, & hoc per text. expreſſum. in auth. licentiam præalleg. & licet ille tex. loquatur de epiſcopo, tamen idem in cardinali. ut ſentit ibi Bal. & eſt ratio, quia intra 4. gradum, relicta cardinali, uel epiſcopo præſumũtur relicta perſonæ intuitu nõ dignitatis, uel eccleſiæ, & procedit ſiue ueniãt ex agnatione ſiue cognatione per tex. in corpore unde ſumitur in verſi. ex genere ſibi coniuncto. Nam illud uerbum ex genere, poteſt intelligi late ſiue ex agnatione ſiue cognatione. Si vero Cardinalis tempore promotionis non habebat aliqua bona, ſed erat induſtrioſus uel doctor ſolennis qui ex conſiliis multa acquiſiuerat uel faciebat facta maximorum regum & multa lucrabatur, an de his poterit teſtari. Ia. Bu. in dicta. auct. licentiam dicit quod non, quia tenetur operari † eccleſiæ a qua
3 percipit alimenta argum. l. quod in uxorem. C. de neg. geſt. facit in ſimili. glo. ſing. in l. ſicut. ff. de ope. lib. per quam glo. dixit Sal. in l. 1. §. exactio. C. de rei vx. ac. quod uxor tenetur operari hæredibus uiri intra annum a quibus recipit alimenta & ad hoc reputauit illam glo. ſing. Simile dixit Bald. in l. de alimentis. C. de tranſ. & l. ſi ſtipulata. ff. de do. int. ui. & uxo. & Ang. in l. aſſiduis. C. qui po. in pig. ha. & in conſi. 139. & do. Abb. in cap. literas de teſti. ſpo. & Ioan. de Ime. in c. cuis. de præben. Sed. d. Bar. de ſali. ibi tenet contrarium, dicit enim quod non debet operari eccleſiæ niſi circa diuinum officiũ & conſeruationẽ ſuorum iurium & bonorum. l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſan. eccle. & propter hoc alimenta pcipiũt ab eccleſia, & non ſimpliciter ut alimenta, ſed ut redditus & fructus ſibi conceſſos. idem ſequitur inſignis doctor Bal. Peruſi. ibi ubi dicit non eſſe uerũ quod quicquid acquirit adminiſtrator eccleſiæ acquirat eccleſiæ, niſi ſit adminiſtrator regularis, puta Abb. uel abbatiſſa. 18. quæſt. 1. cap. ſtatutum, & ratio eſt ſecundum eum, quia clerici ſeculares poſſunt operari ſibi, nec tenentur operari eccleſiæ niſi in diuinis. alleg. Innocen. in cap. cum in officiis de teſta. & pro tanto dicit ſe ponere unam concluſionem, quod ſi amicus non perfunctorie. ſed intima amicitia relinqueret aliquid epiſcopo uel plato ſeculari, quod talis prælatus & in uita & in morte poſſet de talibus diſponere, quia præſumitur quæſitum intuitu perſonæ non eccleſiæ, propter nimiam amicitiam præcedentẽ. argum. l. quis ſeruum. §. ſi inter duos. ff. de legat. 2. bene facit gl. quæ allegatur pro ſingulari. in l. in teſtamento. ff. de fideic. liber. & glo. in l. ſi iure. C. de teſt. manu. quæ eſt ſimilis, & ibi
4 dicit Bald. quod † ardor liciti amoris operatur effectus clauſulæ codicillaris.

Ego uero ſequor dictum tantorum patrum Bald. & Sali. & alleg. no. tex. in c. quia nos. de teſt. in uerſic. quod paternæ ſucceſſionis, uel cognationis intuitu, aut artificio aut dono conſanguineorũ, aut amicorum, & ſic uidetur ibi caſus. pro opi. tatorum doctorum illuſtrium. Facit etiam pro hoc. cap. relatum. el. 2. §. cæterum in uerſic. quæ ex hæreditate, uel artificio, uel doctrina proueniunt, de teſta. ergo multomagis dicendum eſt in dominis Card. argum. cap. per exemptionem de priuil. in 6. faciat etiam quia ſi clerici ſeruientes eccleſiæ particulari quicquid quærũt ex induſtria, & opera ſua quantomagis idẽ erit in Dominis Cardin. qui inſiſtunt die, & nocte pro eccleſia uniuerſali. argument. l. bene a Zenone. C. de quadri. præſcri. Facit etiam quod dixit Ioan. And. domi. Anton. & d. Petr. in c. quia nos, præalle. quod ſi clericus lucratus eſt, quia fuit capellanus alicuius domini, uel principis q multa ſibi donauit quod de illis talibus poterit condere teſtamentum tenuit ib Hoſt. facit gl. Inno. ibi quæ dicit idem dicimus ſi ratione officij uel ſetuitii aliquid quæſiuit. licet communiter illa gloſ. Innocen. non habeatur. Faciat quod dixit Iac. But. in authen. presbiteros. C. de epiſ. & cle. ubi dicit quod illa quæ eis conferuntur ratione dignitatis, & officij quod habent, puta pro miſſis dicendis, vel orationibus illa quærunt ſibi, & de illis poſſunt

poſſunt teſtari,& diſponere.& idem etiam uoluit idem Iac. in d.l.ſacroſanct.C.de epiſc.& cleric. & ſequitur do. Ant. in d.cap.quia nos,& idem ſequitur ibi do. Card.dicens tale acquiſitum cenſeri acquiſitum intuitu perſonæ, & non contēplatione eccle.qđ dicit eſſe ſin.notandū,ita dicamus in caſu
5 nro.†Si cardi. multa quæſierit ex largitate, & munificentia principum propter ſeruitia quæ cardinalis præſtitit,quod talia bona non acquiruntur eccleſiæ,& de illis poterit teſtari, & diſponere prout uoluerit, nec debet eſſe inferioris conditionis cardinalis,quam ſit ſimplex ſacerdos,& per iſta uidetur uerius eſſe.d.Salic.& Bald.in præal.authen.licentiam,& mirum in modum placebit iſtis uenerandis patribus do.cardin.Sed certe di.Iac.But.uidetur uerius. facit quod dixit reuerendus do. Abb.in ca.primo. de teſta.ubi uidetur caſus ſecūdum unam lec.quod quicquid acquirit intuitu perſonæ epiſcopus poteſt diſponere ſecundum ſuum libitum & idem dicit dicendum eſſe de eo ſicut de ſimplici clerico.& alleg.d. c.quia nos, quod dicit eſſe bene notandum, quia iura aperte hoc non dicunt de epiſcopo, idem etiam tenuit in dicto capitulo quia nos, & ſic concordat cum Saly. & Baldo, licet eos non uiderit.

Et licet auct. tantorum patrum grandis ſit.tamē in contrariū uidetur eſſe ueritas,ut uidetur tex. formalis contra in d. auc.in uerſic. cæteris rebus ab eo alio modo acquiſitis dominio eccleſiæ reſeruatis. ubi epiſcopus poteſt teſtari de reb.ante epm q̄ſitis,& de reb. ſibi relictis a cognatis. De cęteris vero reb. ab epiſcopo alio modo acquiſitis remanebunt in dominio eccleſiæ, Cum ergo ille text.ponat regulam generalem quod exceptis bonis acquiſitis ante epiſcopatū,uel acquiſitis a cognatis omnia bona aliter quęſita per epiſcopum ſunt in dominio eccleſiæ,& ſic probat formaliter quod ſiue acquirat ex induſtria ſiue ex ſeruitiis acquirit eccle.ergo idem dicendum eſt in Cardinali ſiue ſit epiſcopus cardinalis ſiue presbyter, aut diaconus cardinalis, quia cardina. æquiparantur epiſcopis quo ad qd
6 †cum habeant quaſi epiſcopalem iuriſdictionem in titulis ſuis,ut no.Ioan.Mona.in cap.1.de ſchiſma.lib.6.& doc.in c. his quæ.de maio.& obed.& quod not.in capit.quia periculoſum.de ſenten.excommu.lib.6.& ideo Bal.in d.auth. licentiam dicit illam nō hr̄e locum in religioſo promoto in car. & ſic ſentit quod in clerico ſeculari promoto.in Car.habeat locū & per conſequēs ſicut epiſcopus tenetur operari pro eccleſia,ut ibi eſt caſus.ergo ita cardina.Secundo faciat text.in cap.fixum.12.quæſt.5.in uerſic. hæreditaria ſucceſſione acquiſiuit. ubi text.in dicit,faciat epiſcopus quicquid uult de eo quod acquiſiuit ex hæreditaria ſucceſſione.& in cap.1.ea. cauſa.& quæſ.dicit tex.quod de rebus quas ante epiſcopatū acquiſiuit quicquid iudicare uoluerit non uetetur, coniunctis illis duobus capitulis probatur indubitāter, quod ſi poſt epiſcopatum acquiſiuit epiſcopus per aliam uiam quam ꝑ ſucceſſionem acquiritur eccleſiæ,ergo ſequitur quod ſi propter ſeruitia ſua acquiſiuit illud eſt eccleſię. Nec.d.cap.quia nos, probat opinio.contrariam.loquitur enim de clericis,& non de epiſcopis,& ſic de habentibus adminiſtrationem, & ita etiam loquitur formaliter.d.cap.relatum. §.cęterum, & iſta differunt ſatis,ſacerdos ſimplex poteſt teſtari de fructib. beneficii ſed ſacerdos habens adminiſtrationē non,ut eſt gl. ſing.& melior de iure in cap.præſenti.de offi. ordin.lib.6. & uoluit Hoſ. in cap. requiſiſti.de teſta. Et ideo pulchre dixit Bal.in d.auth.licentiam quod ſimplices ſacerdotes qui nullam habent adminiſtrationem eccleſiarum,quicquid lucrātur ex ſuis laboribus non pertinet ad illam auth.ſed pertinet ad dictam auth.presbiteros. Et ſic ſentit euidenter quod ſacerdotes habentes adminiſtrationem quicquid lucrātur ex ſuis laboribus ſpectat ad eccleſiam in qua adminiſtrant.cū
7 ergo†iſti venerandi patres dom. Card. habeant adminiſtrationem totius eccleſiæ uniuerſalis quicquid acquirunt ex ſuis laboribus acquirunt eccleſiæ, fateor quod ſi eſſet epiſcopus habens dignitatem ſine adminiſtratione,quia epiſcopatus ſuus eſſet in ſarracinia quod in eo non habeat locum.d. auth.licentiam, quia non poteſt dici habere adminiſtrationem ideo ceſſat ratio pręſumptionis. d.authen.licentiam ꝑ euidentia contrarii.Simile habemus in filio, & ſeruo neceſſario hærede patris, quod antequam immiſceat ſe in bonis, & adminiſtratione habet, ſeparationem bonorum, nec officit ſibi nudus, & ſolus titulus ſine adminiſtratione, ita ſingulariter dixit Bald.in d.auth.licentiam.& iſto caſu acquireret ſibi epiſcopus ex ſuis laboribus,quod bene not.pro dominis epiſcopis nulla tenentibus. Nec obſt. allegat.in contrarium,quia loquitur in ſacerdotibus ſimplicibus, & iſta uia eſt tenenda, quia per eam magis fauetur eccleſijs, argum. l.ſunt perſonę. ff.de relig.

Et ex iſtis elicitur concluſio notabilis quod quicquid cardinalis ſiue ſit epiſcopus ſiue presbiter, aut diaconus acquirit ex induſtria ſua acquirit eccleſiæ. Sed pone quod cardinalis facit teſtamentum de acquiſitis per eum non facta mentione de parentibus, vel liberis, an poſſit querelare uel annullare teſtamentum.gl.in authen.presbiteros præalleg.dicit quod non, ut euitetur legum correctio.l.pręcipimus.C.de appellation.
8 l.ſancimus.C.de teſt.†Sed teſtamentum factum ab epiſcopo uel presbitero, vel diacono non ſubiiciebatur querelæ. l. ſacroſanctæ.& l.cum lege.C.de epiſco.& cle.& quod habetur in l.fin.C.qui teſtamen.face.poſ. & ad dictam authen.presbiteros reſpondetur quod legitima petitur per condictionē ex illa l.& hoc ſequutus eſt Iac.But.& multi alii.& Bald.ibi. Sed contrarium tenuit glo.in l.Pap.ff.de inoſ.teſtam. & in auth. in teſtamento.C.ad treb.& hanc opi.ſequitur Iac. de Are. & Iac.de Ra.& ſequitur Sal.in d.auth.presbyteros. & dicit eſſe caſum in auth.vt cum de app.cog.§.ſi tales, & dicit probari in d.auth.presbyteros.dum ille tex.utitur uer.pręcipimus,& non dicit permittimus, vt ibi late per eum, & facit quod no. Bar.in auth.ex cauſa.C.de lib.præt. Sed d.Abb.in d.cap.quia nos, dicit uideri ibi caſum de iſta q.quod teſtamentum clerici non infirmatur ex pręteritione parentum,vel filiorū,licet legitima portio eis debeatur, & hic dicit importari per uerbum libere, poſitum in illo tex. Alleg.etiam, miles ſeculi habet hoc priuilegium ut teſtamentum eius non rumpatur ex præteritione illarum perſonarū. ergo fortius hoc habent milites cœleſtis militiæ.alle.in ſimi.gl.in l.miles. ff.de re iud. & refert hoc ſentire Bar.in auth.ſi qua mulier. C.de ſacroſan. eccl.licet ibi loquatur de ingrediente religionem. Ratio tamen ſua concernit clericos ſeculares, & ita dicit poſſe intelligi.d.auth.presbyteros.& alleg.quod no.Feder.de Sen.conſ. 55. ergo multofortius idem dicemus eſſe in teſtamento cardina.in caſu quo potuit teſtari,vt teſtamentum eius non ſubiiciatur querelæ.& pondera tex.in d.l.ſacroſanctæ. in verſi. ſi quando eis libitum fuerit teſtandi, uel donandi libera fa-
9 cultas conceſſa. †ubi per illum tex.pater non poterat querelare teſtamentum filii effecti epiſcopi.ut eſt ibi tex. Cum ergo tex. in d.c.quia nos utatur,eo. uerbi.libere.ergo ueritas eſt quod teſtamentum non poterit querelari,ſed petetur legitima portio condictione.d.authent.presbiteros. Quid ſi relinquatur cardinali ab eo qui eſt ultra quattuor gradum,an pręſumatur quod reſpectu propinquitatis legauerit tex.in d.authen.licentiam uidetur dicere quod non,ſed glo.Io. & Azo. ibi uidentur ſentire,quod immo reſpectu propinquitatis, & facit pro eis text.in c. requiſiſti. ubi dicit quod ſi propinquus reliquerit,& tex.in d.c.quia nos.in uerſ.dono conſanguineorum, aut amicorum & d.cap.relatum.§.cęterum. & cap.placuit.12.quæſt.3.in uerſ.uel ſucceſſione cognationis, & tex.in corpore unde ſumitur.d.authen.licentiam.dum dicit de genere. Sal.uero dicit in d.auth.licentiam. Io.& Azo.uoluiſſe, quod ſi intra 4.gradum relinquitur præſumitur reſpectu perſonæ legaſſe, ſed extra 4. gradum non præſumitur ratione perſonæ, ſed eccleſiæ, niſi contra eccleſiam probetur quod reſpectu perſonę legauerit,quia forte aliqua verba hoc ſignificantia dixit. alias ſi ita nō intellexiſſent fruſtra ſubieciſſent illa uerba.& hoc probetur contra eccleſiam,& ita dicit eſſe reſtringendum.d.c.requiſiſti.

Tu tene contrarium per dictum capitulum quia nos. ubi tex.loquitur de relicto a conſanguineis, uel amicis non habito reſpectu ad eccleſiam. Vnde ſi relinquitur ab amico uidetur relictum reſpectu perſonæ. ergo multomagis ſi relinquatur a conſanguineo.in quinto, vel ſexto gradu. Et limita hoc niſi iſte conſanguineus uel amicus recepiſſet aliquod ſeruitium a cardinali,uel epiſcopo, & poſtea ſibi legaſſet,uel donaſſet, quia tunc videtur legaſſe propter remunerationem & non habito reſpectu ad conſanguinitatem, uel amicitiam, arg.l.
10 ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de pe. hære. † Nam pręſumptio diſſoluendę obligationis,licet ad antidora eſt in ſpecie. Alia vero coniunctionis eſt in genere, & ſpecies derogat generi.l. ſanctio legum. ff. de pę. cap.primo,de reſcriptio. regula generi per ſpeciem. libro ſexto. Et ad hoc dicendum moueor ex glo.ſing. ſecundum Sal.in d.authent.licentiam. alias in d. authent. presbiteros, quæ vult quod ſi coniunctus receperit beneficium ab eccleſia, licet leget, epiſcopo illius eccleſię,non uidetur legare reſpectu coniunctionis, ſed reſpectu remunerationis, & ita erit dicendum ſi coniunctus legaret cardinali. Limita etiam niſi hoc diſcerneretur ex qualitate rei quam legaret, puta quia legaret calicem & ſimilia, quia tunc licet eſſet coniunctus pręlato, tamen non pręſumitur legaſſe reſpectu coniunctionis, ſed reſpectu eccleſiæ. ideo acquiritur eccleſiæ. facit glo.& doct. in cap.requiſiſti. de teſtam.facit quod dixit Bar. in l.ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos ff. de uulga.& pup. quod quando quis ducit uxorem & fiunt multa xenia uxori ſi fiant a conſanguineo,val amico uiri uidentur

dentur

dentur facta viro. ideo ſoluto matrimonio acquiruntur vi-
ro. ſecus ſi fiant a coniuncto vxoris. & ita refert ſe in contin
geoтia facti conſuluiſſe. & ibi Ange. limitauit niſi eſſet talis
11 res quæ conueniat mulieri, † quia tunc videtur data mulie-
ri. ſecus ſi eſſet res, quæ conueniat marito. Sed certe iſtud di-
ctum Ang. non uidetur verum, quia mens donantis omni-
no contemplata eſt ipſum maritum, licet res ſit quæ conue
niat mulieri vt ornatior incedat. cum & ipſe maritus con-
cedat ſimiles res uxori ut ornate incedat. non quod velit quod
res ſint mulieris. l. ſi vt certo. §. interdum. ff. commod. Et in-
quantum dixi de illo verbo, libere. vide no. glo. in cle. dudū.
in uer. libere, de ſepul. & tex. in c. de multa. de præben. cap. li
cet epiſcopus. eo. ti. lib. 6. gl. in clem. ei qui. de æta. & quali. in
cap. lator. de homi. habetur in capit. irrefragabili. de off. ord.
cap. 2. de procu. li. 6. cap. de illis. de ſpon. cap. bonæ. el 2. de po
ſtu. prælа. c. 2. de temp. ord. li. 6. cap. primo, de regularib. eod.
li. cap. fin. §. fin. de conſuet. li. 6. c. ſtatuimus. de regularib. c. a.
de arb. in 6. c. cum dilectus. de conſue. c. quæ in eccleſiarum.
de conſti. l. imperialem. §. caligis, & ibi Bald. de prohib. feud.
alie. per Fede. in uſib. feu. facit c. reprehenſibilis. de app. cap. ſi
pro pluribus. de præben. in 6. c. ante triennium. 31. diſt. ca. ad
petitionem. de accu. c. cum olim. de arb. c. cum nobis. de ele.
l. prima. C. de ſacroſ. eccl. cap. cum plures. de offi. deleg. lib. 6.
clem. 1. ut li. pendente. Si vero loquimur de bonis acquiſitis
per Card. intuitu cardinalatus, & tunc de illis bonis teſtari
non poteſt. c. cum in officiis. c. ad hæc. & c. relatum. cap. 1. de
teſta. c. fixum. 12. q. 5. Et procedit hoc etiam ſi de pecunia ac
quiſita ex cardinalatu emerit bona nomine ſuo proprio, &
12 non nomine cardinalatus ſeu † eccleſiæ, tunc enim talia bo-
na debentur eccleſiæ. c. inquirendum. de pecu. cler. l. ſi vt pro
ponis. C. de rei uend. c. apoſtolicos. 12. q. 2. l. 3. C. arb. tut. & in
Spe. de empt. & uend. §. 3. uerſ. hoc autem ſcias. Dixit tamen
Hoſt. in d. capit. inquirendum. quod hoc non bene probatur
iure, nec tex. in d. cap. inquirendum. hoc probat ſi bene inſpi
ciatur ſecundum eum, nec etiam alius tex. in iure, hoc pro-
bat quod res empta de pecunia ipſius eccleſiæ, ſit ipſius ec-
cleſiæ, ſed longa interpretatio doct. hoc habet & habuit quod
ſit ſpeciale in eccleſia, ſicut in milite pupillo quando de eo-
rum pecunia emitur res eccleſiæ, & ideo glo. quæ eſt ſing. ſe-
cundum dom. Card. in d. c. inquirendum æquiparat eccleſiā
pupillo. Sed excelſus doct. do. Ant. ibi dicit, quod immo hoc
probatur de iure aperto. & alleg. c. primū, de teſta. in ver. hæc
in dominio eccleſiæ conſeruetur. Doc. tamen communiter
tranſeunt cum dicto Hoſt. Ego dico fore tex. clariorem in d.
auth. licentiam in verſ. cæteris reb. ab eo alio modo acquiſi-
tis dominio eccleſiæ reſeruatis. ubi eſt tex. formalis, quod ac
quiſita per epiſcopum intuitu eccleſiæ reſeruantur in domi
nio ipſius eccleſiæ. Allego etiam tex. in c. placuit. in uer. quę-
cunque prædia nomine ſuo comparant, tanquam rerum do
minicarum inuaſionis crimine teneantur. 12. q. 3. & in c. ſa-
cerdotes. 12. q. 4. & in c. fixum. 12. q. 5. ubi ſunt iura quod ec-
cleſia poteſt reuendicare dicta bona, ergo præſumitur domi
nium fore apud eccleſiam. l. officium. de rei uend. & ſic ſunt
iura aperta de eo quod dubitabat Hoſt. Quinimo cardinalis
infideliter facit, ſi quando emit res de pecunia cardinalatus
& concipit inſtrumentum nomine ſuo proprio. text. eſt in c.
quicunque. in uerſ. ad nomen eccleſiæ inſtrumenta debent
componere. 12. q. 4. & in cap. presbiter. in uerſiculo ad eccle-
ſiæ nomen ſcripturam faciet. eadem cauſa, & quæſtione.
13 alias 3. & etiam infidelius faciunt † ſi in inſtrumento emptio
nis non apponunt nomen proprium, ſed faciunt apponi no-
men alterius in fraudem eccleſiæ, & ideo belliſſime loqui-
tur Bald. in l. mancipia. C. ſi quis alteri uel ſibi arguendo per
illum tex. contra prælatos ementes fundum de pecunia ec-
cleſię, & faciunt apponi nomen alterius in inſtrumento em-
ptionis, ne queratur eccleſiæ.

Sed contra eorum dolum eſt aperta via ſecū-
dum eum, quia acquiritur
eccleſiæ. l. vxor marito. ff. de dona. inter vi. & vxo. fuit elegās
dictum Inn. in c. cum in officiis. de teſta. facit. c. inquirendum
præalle. vbi ſi aliquis prohibetur cōtrahere nomine proprio,
videtur etiam prohibitus contrahere nomine alterius. Sed
clericus, ſeu epiſcopus, ſeu cardinalis tenetur ad nomen ec-
cleſiæ ſcripturam facere. ut in dicto capitulo quicunque. er-
go eſt prohibitus nomine proprio. & per cōſequens erit pro-
hibitus nomine alterius. Facit ſin. dic. Bald. in l. non dubium.
C. de legi. Statuto inquit cauetur quod magnates nō poſſint
emere bona immobilia in ciuitate, & reuera ipſi emunt, ſed
in inſtrumento faciunt apponi nomen famuli, uel perſonæ
ſimilis, quod vr contra prohibitionem ſtatuti feciſſe. Facit quod
no. gl. in cap. plerique. 13. q. 3. & in capitu. intantum. de ſimo.
Quinimmo audeo dicere quod ſi cardinalis de pecunia quę
ſita ex cardinalatu fieri fecerit ędificium in ſolo ſuo patrimo
niali quod ſolum cedit ędificio, licet regulariter ædificiū ce-
dat ſolo. inſti. de re. diui. §. ex diuerſo. iſta eſt gl. multum ſing.
& peregri. in c. apoſtolicos 12. q. 2 in gl. pe. Sed Io. An. in add.
Spe. in tit. de emp. & ven. §. 3. loco. verſ. hoc autem ſcias, pu-
14 tat æquius eſſe † quod res eſſet cōis card. ſeu clerici & eccleſię, vt
ędificium ſpectet ad eccleſiam, ſolum ad hęredes clerici, ſeu
cardi. & ad ſic dicendum mouetur ne eccleſia locupletetur
cum aliena iactura. l. nam natura. ff. de cond. ind. & eccleſia
debet eſſe auctrix & cultrix honeſtatis & iuſtitiæ. ca. 1. §. & ſi
clientulus, de alie. feud. & facit quod dicit tex. in c. ex tenore
de ſo. comp. in verſ. ita ſumus viduis & pauperibus in iuſtitia
debitores, quod aliis iniuſtitiam facere non debemus. tum
etiam quia regula eſt in contrarium, ut in d. §. ex diuerſo, tū
etiam quia non apparet bene expreſſum in iure quod id quod
ſit ex bonis eccle. ſit ipſius eccleſiæ, ſed potius hoc eſt indu-
ctum ex interpretatione magiſtrorum. & ſic uidetur habuiſ-
ſe reſpectum Io. And. ad doctr. Hoſt. ſuperius alleg. Tu vero
pondera quod pro dicto illius gl. eſt text. formalis in d. c. apo-
ſtolicos. in ver. Si autem epiſcopos conuictus fuerit conſtru-
xiſſe monaſterium de redditibus eccleſiaſticis tradat eidem
eccleſię ipſum monaſterium. facit ēt, quia iura ſunt aperta quod
acquiſitum de pecunia eccleſię eſt in dominio ipſius eccle-
ſię, vt apparet in iuribus ſuperius enarratis. Nec ob. eum dici
tur quod eccleſia locupletaretur cum aliena iactura, quia il
lud procedit in odium ipſius clerici, ſeu card. fabricantis no
mine proprio cum debuiſſet fabricari facere nomine eccle-
ſię cuius erat pecunia, ut in d. c. quicunque. & in d. c. presby-
ter. & ſic iudicando & conſulendo non eſſet recendū ab opi
nione illius gl. per id quod no. Ia. But. & ſuperius late dixi in
15 l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. & limita hanc doctr. † niſi fortaſſe cō
ſuetudo diſponeret quod cardinalis poſſit teſtari de bonis ac
quiſitis intuitu cardinalatus, hoc dico per elegantem doctr.
omnium ſcribentium. in c. cum in officiis. de teſta. ubi dicūt
ualere conſuetudinem, quod clericus poſſit teſtari de bonis
acquiſitis per eccleſiam. & dicunt hoc procedere quo ad bo
na mobilia modica. ita dixit excellens doct. D. Abb. in d. cap.
cum in officiis. & ideo dicebat D. Ant. in c. cęterum. de do.
quod licet ualeat conſuetudo quod prælatus poſſit donare,
procedit quo ad bona mobilia modica, non autem quo ad
bona immobilia, quanquam modica, nec quo ad bona im-
mobilia pretioſa. argum. l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. &
idem ſequitur elegans doct. Pe. de Anch. in cap. ſecundo. de
do. & ſi quiſpiam diceret amice. hoc procedit in clerico ſim
plici, non autem in clerico habente adminiſtrationem per
gl. quæ reputatur ſin. in cap. pręſenti. de offic. ord. in ſexto, &
per tex. in ca. requiſiſti. de teſta. ubi clericus ſimplex teſtatur
de fructibus, habens uero adminiſtrationem non. Cum ergo
cardinales habeant adminiſtrationem totius eccleſiæ uni-
uerſalis ergo ſequitur quod conſuetudo quo ad eos erit nul-
lius momenti, quia ad hoc facile eſt reſponſum. & alleg. tex.
ualde ſing. hoc modo pōderatum in d. c. cæterum. ubi ualida
eſt conſuetudo quod abbas & ſic religioſus habens adminiſtra-
tionem poteſt donare, ut ibi dicitur, ergo multomagis vale-
bit conſuetudo cardin. ut poſſint condere teſtamentum de
quęſitis intuitu cardinalatus quo ad modica. & per hoc limi
tatur. d. Bal. in d. authen. licentiam. ubi dicit quod religioſus
promotus in cardinalem non poteſt teſtari de ſuo patrimo-
nio, quia hoc caſu poterit teſtari nedum de patrimonio, ſed
16 de quęſitis intuitu cardinalatus. † Sed D. Card. in d. c. cęterū.
dicit quod imo poteſt donare immobilia modica ſi hoc dictat
conſuetudo, ar. c. tertul. 12. q. 2.

Tu vero tene communem opi. quod immo non
poſſit donare immobilia quanquam
modica. & hoc per tex. ualde elegantem in l. ſi fundus quanquam
ſterilis. ff. de re. co. & faciat. capitulū vt ſuper. ad fi. de re. ec. nō
ali. Nec ob. d. cap. terrulas, quia loquitur eo caſu quo res erāt
minus vtiles eccleſiæ, & erat neceſſitas epiſcopo diſtrahendi
illas. Et pondera tex. in d. cap. cęterum. in verſ. datę rei quan
titas, per quem text. non eſſet abſurdum tenere opi. do. Car.
& ideo ſtabit in arbitrio iudicantis conſiderato valore rei
immobilis. Nec eſſet ponere os ad cęlum ſi diceremus quod
conſiderata dignitate illuſtri dominorum cardinalium de
qua ſuperius dictum fuit, quod exercere poſſent aliquam lar
gitatem de bonis quęſitis intuitu cardinalatus. argu. l. cum
plures. ff. de admi. tuto. ubi tutor pupilli poteſt donare, & ex-
ercere liberalitatem in bonis pupilli ſm dignitatem ipſius
pupilli. facit ſingulare dictū Inn. in c. grādi. de ſup. neg. pręla.
lib. 6. quod gubernator regis pupilli poteſt exercere liberali-
tatem ſm dignitatem regiam quamquam rex pupillus ſit. Facit quod
voluit Ioan. An. & doc. in d. c. cęterum, quod ſi eps conſue-
nit facere milites, & donare eis ſi hoc habet cōſuetudo, & ibi
dixit Hoſt. quod vigore cōſuetudinis poterit donare indigen
genti, ſed non nimis. Ita dicamus in dominis cardinalibus
qui conſueuerunt facere milites, & exercere circa eos libera
litatem quod poſſunt & valet iſta cōſuetudo. Limita etiam

17 niſi†cardinalis contulerit tantum de ſuo proprio eccleſiæ
quantum uult relinquere alii, quia tunc poſſet, cap.ſi epiſc.
12.quæſt.5.c.ſi quis qualibet.12.quæſt.2.& procedit hoc quan
do ante iſtud teſtamentum contulit de ſuo proprio, ſecus ſi
poſt, quia tunc uidetur dare ne incurrat pęnam de qua in c.
admonemus.12.quæſt.2 Ita dixit glo.in d. cap. ſi quis quali-
bet. Limita etiam niſi cardinalis vellet remunerare ſeruitia
accepta, quia tunc poſſet aliqua de rebus mobilibus ipſius
cardinalatus conferre in illos tales cap.relatum el.2.de teſta.
facit quod habetur in l.iubemus.C.de ſacroſan.ecc.& ca.qui
cunque ſuffragio.& cap.eccleſiaſticis.1 x.q.2.& cap.per tuas.
de dona.Facit ſingu.dictum Bald.in l.ſi unqnam. C.de reno.
do.ubi dixit quod diſpoſitio illius.l.non habet locum in do-
natione remuneratoria, facit text.ſingu.in l.metum.in §.ſed
licet ff.quod me.cauſa.quod donatio facta metu ſi eſt remu-
neratoria non reuocatur. facit no.dictum Bart. in l.iuriſgen
tium. ff.de pac.quod.l.ſi quis argentum.C de dona. non ha-
bet locum in donatione remuneratoria.facit no d.Ang.in l.
ſed hoc ita.ff.de re iudica. quod exceptio ne quis conuenia
tur vltra quam facere poſſit non habet locum in donatione
remuneratoria.Facit not.tex.in l.diuus.ff.de bon.dam.vbi li-
cet nõ poſſint alienari bona delata ad fiſcum tamen propter
remunerationem alienari poſſunt Facit no. d.Gul.& Bart.in
l.1.ff.de iuſt.& iu.& l.prima. C.de pręb.ſala.li.10.& in l.illud
C.de cano.largi.lib.10 Facit glo. in l. ſi doua. C.de colla.ubi
ualet donatio remuneratoria inter patrem. & filium . Facit
glo.not.in l.ſi uoluntate C. de dot.promiſ. & in auth. unde ſi
parens.C.de inof.te.& in l.3.§.poſtea.cum amplius.ff.de ori.
iur.& in l.non omnis.§ fin.ff.de re milita.& & in l.ſi pater.§.
3.& glo.in l.aquilius.regulos. ff de do.†Et ideo pulchre dico
18 bet Bald.in l.ſed ſi lege.§ conſuluit.de petitio.hære.& quod
donatio remuneratoria eſt quedã permutatio & iſta faciunt
ad teſtamentum Reueren.do.domini.Iac.de ſabel. Card de
excelſa domo de ſabellis.iuxta illud quod ſcriptum eſt per
Virgi.lib.12.de gente ſabella,qui poſtea fuit promotus in pa
pam & uocatus Honor. quartus,qui fecit donationem & te-
ſtamentum de ſuis patrimonialibus & de caſtris, & de terris
acquiſitis ex patrimonio, quia potuit de illis teſtari.

Et ex iſtis poteſt inferri ad arduam quæſtio-
nem quę fuit olim de facto,
Card.Pergamenſis fecit magnam donationem bonorum no
poti ſuo. fuit refricatum ĩ dubium an talis donatio ualuiſſet
Et refert practicus doctor. Albe.de Roſa in authen.licentiã.
C.de epiſ.& cleric.ſe illam.quæſt.habuiſſe, opponebatur qd'
de iure talis donatio non tenebat, ad hoc alleg.auth licentiã
præalleg.quæ præſumit quod illa bona fuerint eccleſiæ Ro.
& per aduocatos partis aduerſę adducebatur in contrarium
authen.preſbiteros.C.de epiſc.& cler.quę concedit diacono
poteſtatem teſtandi,& ipſe erat diaconus cardina. S Nicol.
in carcere tulliano, quæ authen eſt poſita poſt illam,& dice-
batur quod authen.licentiam loquitur ſolum in epiſcopis &
aliis adminiſtratoribus,& dicit Alb. quod talis oppoſitio ꝓ-
cedit de iure ciui.& ſubdit, quinimmo de iure ciui. non pro-
cedit etiam in diacono, ſed de iure canonico uidetur text.
in diacono & quolibet clerico non habente tempore ordina
tionis ſuæ bona vt quicquid habere reperiat̃ poſtea poſt pro-
motionem præſumatur eſſe eccleſiæ, per tex in cap.placuit.
12.quæſt.4.quem dicit idem Alber.ſe allegaſſe in illa quæſt.
19 Et dicit quod †onus probandi, quod cardina. habebat bona
tpe.promotionis incumbebat dicentib. donationẽ ualuiſſe.
qa facultates non præſumunt.l.ſi uero.§.qui ꝓ rei qualitate.
ff.qui ſati ſ.cog.& ibi gl.ſin.qd' licet quilibet præſumatur bo
nus,ut l.merito ff.pro ſoc.c. 1.de ſeruitio. intelligitur quo
ad bonitatẽ intrinſecã,ſecus quo ad facultates & bona quæ
adueniunt homini ab extrinſeco, & multomagis præſumi-
tur pauper ſcolaris, vt eſt tex.in authen.habita.in uerſi.de di-
uitibus pauperes.C.ne fi.pro pa.alleg etiam idem Alb.capit.
ſint manifeſtæ,& gloſſ.ibi poſitam .duodecima quæſtione
prima.licet in propoſitum uideatur facere ſecundum eum
illud quod no.Archid.in ſum.& in cap.primo,& in cap. vlt.
& in cap.fixum.12.quæſt.3.& quod habetur in l.ſi defunctus.
C.ar.tut.Refert.poſtea idem Albe.ſapientes de Mediolan. di
xiſſe talem donationem non ualere per d.cap.placuit. Et di-
cit quod ita videtur tenere Archid.in cap.ſtatutum.§.aſſeſſo
rem.de reſcrip.lib.6.& ita reſidet ibi Albe. Sed iudicio meo
queſtio iſta requirit altiorem indaginem Et ſunt uidẽda duo
ſi non apparet an bona ſint quæſita ex cardinalatu , an ſint
quæſita ex ſucceſſione & reperiatur cardinalis habere bona
tempore mortis,an præſumãtur in dubio quæſita intuitu car
20 dinalatus an ex ſucceſſione parentum vel alio modo. †Secũ-
do erit uidendum utrum diaconus cardinalis poſſit teſtari
uel aliter diſponere de bonis quæſitis intuitu cardinalatus.
Quo ad primum concludo tres caſus. Primus eſt, aut eſt du-
bium utrum cardinalis tempore promotionis ad cardinala-
tum habuerit bona an non.ſecundus caſus eſt quando certũ
eſt, quod habuit bona tempore promotionis. Tertius caſus
eſt quando conſtat quod nulla bona habuit tempore promo
tionis. Primo præſumitur pro eccleſia niſi aliud ꝓbetur.tex.
eſt.in cap.inueſtigandum, de pec.cler. ubi clericus nihil ha-
bens tẽpore promotionis quicquid quærit præſumitur quæ-
rere de beneficio niſi contrarium probaretur, ut ibi dicit gl.
facit quod not.Ioan.And.& communiter doc. in capi. unuſ-
quiſque.de pecun.cler.& ibi dicit do.Ant.quod ſi rector ec-
cleſiæ reperitur mutuaſſe pecuniã nomine ſuo an poſt mor-
tem ſuam pręſumatur dicta pecunia quæſita de bonis eccle
ſię,& concludit quod ſi clericus tempore promotionis non
habebat patrimonium ſufficiens, nec erat induſtrioſus, uel
doctor legens,aut conſulens habens de hoc ſalarium, & idẽ
dixit Bald.in authen.licentiam. de epiſ. & cler. quod ſi non
apparet de tempore acquiſitionis præſumitur pro eccleſia.
Facit.c.placuit.12.q.3.& ideo refert Dom. Card.in cap. cum
in officiis,de teſta.fuiſſe conſultũ in q. facti.clariſſimus vates
& ſummus orator do.Fran.Petrarcha arch.Parmen.dum da
xit poſſedit quaſdam domos in ciuitate Parmę. & eo defun-
cto hæres ſuus laicus illas poſſedit.deinde tractu tempõru ip
ſo hærede laico abſente ſucceſſor in archidiaconatu occupa
uit illas domos,fuit orta quęſtio ſuper illis,& tandem fuit cõ
ſultum per excelſos docto. quod ſi conſtabat quod tempore
promotionis ad archidiaconatum non habebat patrimoniũ
vel de hoc erat dubium tunc præſumitur pro archidiacona
21 tu.& ſic pro ſucceſſore.†Simile dicimus in uxore quæ pręſu
mitur in dubio quæſiſſe de bonis mariti. ſecundum Innoc.
in d.c.cum in officiis,& facit.l.quintus.ff.de do.int.ui.& vxo.
Simile dicimus in concubina quę pręſumitur quęſiuiſſe in du
bio de bonis amaſij,argum. l.ſi.ff.de actio.& obligat.ita dicit
Bald.in l.cum oportet. C.de bonis quę libe.Et idem dixit in
uxore adultera, quia præſumitur in bonam partem.Facit ca
ſus ſingu.in l.ſi miles.§.miles. ff. de adulter. ita dixit Bald.in
d.l. cum oportet, niſi forte uxor publice negotiaretur, quia
tunc præſumeretur ex quæſtu quæſiuiſſe non ex bonis Viri, Et
ſi quiſpiam diceret amice, pręlatus dicitur maritus eccleſię
ſuæ.cap.ſicut alterius.7.quæſt. prima,cap.3.de tranſla.præla.
capit.cum inter canonicos de electio.capitulo quoniam fre
quenter.§ porro.ut lit.non conteſtat.Si ergo uxor præſumi-
tur quæſiuiſſe de bonis viri ita & eccleſia præſumitur quæſiuiſ
ſe de bonis prælati, & per conſequens non præſumitur quæ-
ſiuiſſe de bonis eccle.uel intuitu eccleſię. Solue quod contra-
rium iſtud procedit in uiro carnali nõ autẽ in uiro ſpirituali,
& ratio eſt,quia uir ſpiritualis eſt adminiſtrator rerum eccle
ſiæ, & ipſa eccleſia dicitur domina, capitulo ceterum de do.
ſecus in uiro carnali qui cenſetur dominus rerum vxoris da
tarum in dotem. l.doce ancillam C.de rei uen.

Poteſt etiam aliter reſponderi ad argumen-
tum, uidelicet quod non
procedat cum arguitur de uiro carnali ad uirum ſpiritualem
quia in multis differunt,ut not.Ioan.And.in capitulo tuæ.de
ſpon.& ideo argumentum non militat.prima quæſt.prima,
cap.ſicut urgeri.facit etiam quod dixit Ioan. And.in d.ca.in-
ueſtigandum , ubi dicit quod non debet ſumi ſimilitudo ſe-
cundum rudem & ſimplicem figuram , ſed a radice rationis
& ſic illud contrarium non obſtat. Simile dixit glo. ſingula.
22 in †officiali fiſci ut quicqd habet præſumatur in dubio quæ
ſiuiſſe de bonis fiſci.ut eſt glo.in l.facultas.C.de iu.fiſ.libro 10.
& licet ibi Barto. teneat contra illam glo. tamen vide Bald.
pro illa glo. in l.ſi defunctus.C.arb.tut.& in l.3.C.de do.inter
ui.& uxor.& in l.quiſquis. C.ſi cer. pet. & in l. cum oportet.
C.de bo quæ lib.& in authen. licentiam.C.de epiſcop.& cle
& in l.1.C.de hęre.uel act.uen.& in capit.primo . de conteſ.
inter do.& fideiuſ.in uſi.feu.ubi diſtinguit quod illa glo. pro-
cedit antequam officialis reddat rationem adminiſtrationis
ſed poſtquam reddit rationem adminiſtrationis non proce-
dit illa glo.fuit dictum Gul.de cu.in dicta authen.licentiam
& facit quod dixit Ioan de Immo. in dicto capitulo inueſti-
gandum,ubi.d. Pet.de Anc. refert contigiſſe de facto, quidã
adminiſtrauerat negotia maximi domini Demum uenit ad
ciuitatem cum centum milibus ducatorum,an præſumatur
ex induſtria an ex adminiſtratione illorum negotiorum quę
ſiuiſſe, & dicit. d. Pet.potius ex induſtria quam in barataris
extorquendo modo ab iſto modo ab illo.Ioan.de Imo.ibi di
cit ꝙ ante redditã rationẽ adminiſtrationis præſumit̃ de bo-
nis dñi quęſiuiſſe ſecus poſt redditam rõnẽ alleg. Cy. & Guil.
d.auth.licẽtiã.dicit iõ Bal.in l.1. C.dę hær.uel act.uẽ.ꝙ tyran
23 ni hodie optime ſeruant illam gl.†qa ratio uel quoq̃ officia-
lis eorum recedit ab eis cũ pecunia.Simile dicimus in recto
re hoſpitalis. ut præſumat̃ quæſiiſſe de bonis ipſius hoſpitalis
ita dixit Bald.in d.auth.licẽtiã.per tex.in corpore unde ſumi
tur. Simile ẽt dicit Io. And.in d.c.inueſtigandum in filiosfa-
milias, ut præſumatur quæſiuiſſe de bonis patris.Sed glo.in l.

cum

eum oportet, dicit eſſe recurrendum ad coniecturas . Facit
quod no.Bar. & Bald.ibi.non iñ habent locum iſta in clerico
qui ſolum fuit promotus ad ordinem eccleſiaſticum ſine ti.
tulo beneficii, ita dicunt doc.in c.1.de pecu.cle. Idem etiam
dicunt non procedere in eo qui habet ſimplex beneficium
in eccleſia non habente aliquam adminiſtrationem, ſeu
rectoriam eccleſiæ, vt quia forte aliqua portio ſibi daretur
in eccleſia de bonis eccl.ut uoluit Io.An.& Hoſt.in d.c.1.fa-
cit quod habetur in c.requiſiſti.de teſt.& per gl.in capit.præ-
ſenti.de of.ord.li.6. tamen Inno. in d.c.cum in officiis.ponit
duas opin.Prima eſt quod habet locum in ſimplicibus cleri-
cis.Secunda quod non procedat in clericis niſi habeant offi-
cium in eccleſia,quod dictum declarat D.Ant.ibi. uidelicet
quod ſi ſunt clerici qui recipiunt redditus de manibus alio-
rum, tunc ceſſat præſumptio pro eccleſia, niſi habuiſſent ali
quod officium in eccleſia ex quo aliquid potuiſſent percipe-
re, vt quia fuiſſent œconomi , quia tunc pro eccleſia præſu-
meretur, vt uoluit Inno.in d.cap.cum in officiis. Tu dicas qđ
prædicta habent locum in ſimplici clerico, & dico fore text.
meliorem de corpore iuris in verſ.quicunque clerici.in cap.
24 placuit.12.qõ.3. †Dico etiam fore caſum de clerico habente
officium in eccleſia,vt voluit Inn. tex.eſt formalis in c.ſacer
dotes. in verſ.ſacerdotes uel quilibet quibus eccleſiaſticarũ
rerum cura commiſſa eſt. 12. qõ.4. Si autem eſſet canonicus
habens prębendam ſeparatam dicit dom. Anto. in d.c. cum
in officijs idem eſſe in eo,quod in habente adminiſtrationẽ.
Refert tamen communiter doc.tenere contrarium, de quo
dicetur in 2.quæſito . Et ſic ſequitur quod in dubio iſto caſu
quæſita per dom. Card. præſumuntur quæſita intuitu cardi-
nalatus.Et per iſta ſit expeditus primus caſus primi quæſiti.

Capio nunc ſecundum caſum quando conſtat ꝙ
cardinalis habuit bona tpe pmotio-
nis, nec apparet vnde quæſierit illa bona , an præſumantꝰ q̄-
ſita ex bonis ſuis patrimonialibus an intuitu cardinalatus.
Io.An.in d.c.vnuſquiſque.de pec.cle.concludit debere attẽ-
di quis poſſideat.Nam ille grauatur onere probandi qui non
poſſidet. unde ſi hæredes prẹlati petunt illa bona tanquã pa
trimonialia ipſius prælati, vel ut quæſita aliunde quã ex bo-
nis eccleſiæ,tunc eos oportet hoc probare.Si autem econtra
hæredes prælati poſſideant,tunc onus probãdi incumbit ec-
cleſiæ. ex quo apparet prẹlatum habuiſſe patrimonialia. 12.
q.5.c.1.& ſic prẹſumendum eſt pro tunc poſſidente,ita dicit
fuiſſe conſultum D.Card.in d.c.cum in officiis.Dicit tamen
ibi Inno.& ſequitur Anto.ꝙ in tali caſu multum operabitur
arbitrium iudicis in præſumendo ex circunſtantiis cum de
facili non poſſint haberi certẹ probationes, & ſic oportet re-
currere ad præſumptiones . Vnde dicit quod debebit iudex
ponderare quantitatem, ſeu ualorem rerum acquiſitarum,
25 & quãtitatem reddituum eccleſiæ,& ſic ex circunſtantiis iu
dex prẹſumet ex quibus bonis fuerunt quæſita. alle. c.ſacer-
dotes.12.q.4.In dubio dicit quod iudex prẹſumet contra cle-
ricum ſeu prælatum ſi non ſegregauit bona ſua a bonis ec-
cleſiæ in conſilio clericorum,prout facere debet. Debuit.n.
facere inuẽtariũ. de re.eccl.c.ſunt manifeſta.c.eps.c.manife
ſta.12.qõ.1. Vnde dicit quod etiam tunc poterit deferri iura-
mentum eccleſię in litem ad inſtar tutoris qui non confecit
inuentarium per not.2.quæſt.1.in primis.prẹcipue ſi lata cul
pa deprehenditur in clerico uel in prẹlato.Sicut in ſimili di-
citur de tutore.l.prima.C.de in lit.iur. l.tutor qui repertoriũ
ff.de admi. tuto. & procedit hoc etiam ſi hẹres prælati poſſi-
deat,quia uidetur fuiſſe in lata culpa non faciendo inuenta
rium, ſi uero fecit inuentarium de bonis eccleſiæ tunc nõ eſt
in culpa . ideo non eſt præſumptio pro eccleſia magis quam
pro hẹrede prælati ſeu clerici.ideo grauabitur onere proban
di qui non poſſidet, & ſic debet intelligi illud quod habetur
in d.cap.ſint manifeſt.& in d.c.unuſquiſque.Si autem neuter
poſſidet, tunc ille qui agit grauabitur onere probandi.ſi au-
tem uterque.ſ.tam hæres clerici quam ſucceſſor prẹlati con
currunt in agendo,dicit quod pro eccleſia erit prẹſumendũ
& iudicandum in dubio, per id quod habetur in c.pen. de re
iud.l.ſunt perſonę.ff.de reli. poſſet tamen hẹres prẹlati eo ca
ſu quo eccleſia poſſidet probare uere uel prẹſumptiue ꝙ res
fuerit relicta prẹlato a conſanguineo uel ab amico.item po-
terit probare prẹſumptiue probando qualiter ex redditib. ec
cle.nihil ſupererat deductis expẽſis oportunis eccleſię, & ex
aduerſo ex redditibus bonorum, quæ habebat tpe promo-
tionis multa percipiebar,ita ẽt & eↄ̄ eccl.poterit probare ue
re uel prẹſumptiue quod res fuerit quæſita intuitu eccl.licet
26 hẹres prẹlati poſſideat.†facit quod dixit Sal.in d.auth. licen-
tiam.poſt Ia.But.ubi dicit pone ꝙ quilibet tam eccl.q̄ hẹres
prẹlati fatetur res eſſe quæſitas poſt epatũ. eccleſia dicit quę
ſitas ex rebus eccl.& intuitu eccl.hẹres dicit eↄ̄. Ia.But.diſtin
guit aut non habebat bona ex quorũ fructib. poſſint dici iſtę
res quæſitę, & tunc prẹſumitur pro eccl.ar.eius quod not.gl.
in d.l.cum oportet, aut habebat bona propria ex quorũ red-
ditibus potuiſsent illa acquiri,& tunc dicit ipſe quod tam ex
propriis bonis q̄ eccl.dr̄ quęſiuiſſe, ſed tũc deducetur de red-
ditib.eccl.tñ, quantum ad alimenta & neceſsaria ipſi prẹla-
to ſufficiant, cum eccleſia teneatur ipſũ alimentare, & de
ſuperfluo & de propriis bonis fiet computatio. argumẽ.l.ſed
ſi lege.§.quod autem.ff.de peti.hẹred. Tu uide gl.ſing.in cap.
ſacerdotes.12.q.4. quæ dicit quod quando eſt dubium an de
reb.eccle.an de ſuo patrimonio acquiſiuerit, tunc diuidi dẽt
ſecundum quantitatem ſui patrimonii, & res eccleſię inter
eccleſiam & heredes eius. Et procedit hoc quando prẹlatus
confecit inuentarium & nemo eorum poſſidet , ut dictum
eſt,& uide Bal.in d.authen.licentiam ubi mirum in modum
exclamauit de dictis Inno. in d.cap.cum in officiis.ubi dixit
quod ſi prælatus reperitur in poſſeſsione prẹſumitur poſſide
re nomine eccleſię.alleg.Inno.in d.c.cum in officiis,& iudi-
cio meo uidetur tex.pro illo.d.c.placuit.12.q.3. ex quo dicto
ſequitur quod ſi ille cui prẹlatus reliquit talem poſseſsionẽ
ẽt iure inſtitutionis, & occupat eam propria auctoritate qđ
incidit in pœnam. l.ſi quis in tantam. C.unde ui. nec excuſa-
tur reſpectu teſtamenti.& eſt ratio,quia cum penes eccleſiã
ſit ciuilis poſseſsio, nec teſtator, nec hẹres eius poteſt eam in
27 teruertere. † Econtra uero dicit eccleſia occupet poſseſsio-
nem quæ reuera pertinet ad hæredem prẹlati quod eccleſia
non incidit in aliquam pẹnam, quia ratione prẹſumptionis
iuris quam habet eccleſia pro ſe non ſolum in proprietate ,
ſed etiam in ciuili poſseſsione excuſatur a dolo, & culpa, &
per conſequens a pœna conſtitutionis, & dicit fuiſſe ſubtile
dictum Inno.in d.cap.cum in officiis. Si vero bona occupa-
ta reuera pertinent ad occupantem, tunc quia nemo erat an
te in corporali poſſeſſione conſiderata veritate, licita eſt oc-
cupatio & præuentio in poſſidendo .ſ. quia omnis qui recta
via ſuccedit titulo inſtitutionis, uel abinteſtato habet hanc
poteſtatem occupandi quod re vera pertinet ad ſe , & a ne-
mine eſt poſſeſſum ſecundum Innoc. ibi quod eſt ualde no-
tandum ſecundum Bald.in d. authent. licentiam . & ex iſtis
apparet declaratio ſecundi caſus poſiti in primo quæſito. Et
ex iſtis elicitur concluſio ſecunda. quod ſi cardinalis habuit
bona ante promotionem, nec confecit inuentarium præſu-
mitur pro eccleſia. Si uero confecit inuentarium præſumi-
tur pro eo qui eſt in poſſeſſione. poterit tamen probari con-
trarium.Quo ad tertium caſum ſi conſtat quod tẽpore pro-
motionis prælatus nihil habebat, tũc quæſita per eum in du-
bio præſumuntur intuitu prælaturæ quæſita.ita dicit Io.An.
in c.unuſquiſque . & hoc dicit procedere ſiue eccleſia poſſi-
deat rem de qua eſt queſtio , ſiue hæres prælati poſſideat, per
no.in c.1.de pecu.cler. & in d.c.unuſquiſque.& in ca.1. de te-
ſta.& ſic non attenditur iſto caſu quis poſſideat. Nec ob.ſi di
catur quod actori incumbit onus probandi. l. qui accuſare,
28 C.de edend. † quia procedit niſi prẹſumptio ſit pro eo.l.ſiue
poſſidetis. de proba.c.ut noſtrum.ut eccle.benefic. Et ex iſtis
eſt declaratum primum quæſitum cum caſibus ſuis.

Sed ſi contra prædicta quiſpiam oppoſue
rit hoc modo. prẹ-
latus æquiparatur tutori,ut eſt glo. in c.qualiter, & quando,
el 2.de accu.& facit glo.in cap.inquirendum.de pecu.cle.&
quod no.in c.licet hely.de ſimo.& in c.uenerabili. de of.del.
Sed illud quod tutor acquirit non præſumitur acquirere de
bonis pupilli,ut eſt tex.in l.ſi defunctus.C.arb.tut.ergo idem
dicamus in prẹlato, ſeu cardinali vt non prẹſumatur acqui-
rere intuitu prælaturæ ſeu cardinalatus . Poteſt ad iſtud con-
trarium facile reſpõderi, uidelicet quod licet prẹlatus, & tu
tor ęquiparentur quo ad quid. tamen in multis differt tutor
a prælato.ut eſt glo.ſing.& melior de corpore iuris in capitu
lo quia epiſcopi quinta quæſtione tertia . Primo quia tutor
non poteſt conſtituere procuratorem ante lit.conteſt.ſecus.
in prælato,ita no.in cap.petiio. de procu. & nota.in l.1.C.de
bo.mat.Secundo quia tutor eſt temporalis.inſti .qui. mo.tu.
fi.in prin. Prælatus uero eſt perpetuus,cap. ſi conſtiterit de ac
cuſ. Tertio,quia tutor non utitur bonis pupilli, ſed prælatus
utitur bonis eccleſiæ.glo.in capitulo præſenti. de offic. ordi.
in 6.Quarto prẹlatus habet liberam adminiſtrationem, glo.
29 eſt in capitulo is cui de elec.in 6 ſecus in tutore.†Item prælatus
põt ſuſtentare ſuos conſanguineos pauperes de bonis
eccleſiæ . capitulo primo , de coha.cleric. & mu. tutor au-
tem non.l.a tutoribus.ff.de admi. tut.item tutor tenetur red
dere rationem tutela finita.l.aduerſus. C.de admin.tuto. ſed
prælatus tenetur reddere rationem quando eſt ſuſpectus,
uel quando ſuperiori uidetur , & eſt ratio, quia prẹlatus eſt
perpetuus.8.q.1.apoſtolica.ſecus in tutore.Item tutor debet
probare expenſas quas dicit ſe feciſſe.l.ſumptus, & ibi Bald.
C.de admi.tuto.ſed in prælato ſufficit ſacramentum, ita di-
xit glo.elegans.in d.c.qualiter,& quando el 2.Item tutor po
teſt blando ſermone inducere teſtatorem ad relinquendũ.

ſibi illud quod uolebat relinquere pupillo, glo. eſt in l. quicquid.C.arbi.tut.& eſt alia glo.in l.pupillorum.C.de admini. tut.ſed non eſt ſic in prælato.glo. eſt ſing.in cap. quicunque. 12.quæſt.4.licet ſolennis doc.d. Pet.de ancha.aliter uideatur ſentire cap. 2.de pecu.cle. ibi.enim tangit iſtam quęſtionem utrum prælatus poſſit inducere teſtatorem ad relinquēdum. ſibi,potius quam eccleſiæ,& remittit ſe ad glo.in d.l.quicqd. Et glo.ibi ponit opi.& Marti.de Silli.tenet contra gl.ibi. quē refert ibi Cy.& Sali.& finaliter dicunt quod aut tutor induxit blando ſermone teſtatorem ad reliquendum ſibi, & tūc poteſt,aut dolo,aut fraude, & tunc non poſſit & hanc diſtinctionem retulit.Io.And.in addi. Spe. in ti.de iud.§.& generalia.uerſic.ſed opponitur.in addi.quæ incipit,præallegata. l.
30 quicquid, & ibi allega.dominum ſuum in legibus † qui fuit Marti.de Sill.Sed in ueritate glo.in d. cap. quicunque. dicit idem in tutore quod in prælato.& hoc uidetur æquius, licet enim verum ſit illud tritum uetuſtate prouerbium. Omnes malle ſibi q̃ alteri.& l.præſes. C.de ſer. Nihilominus ex quo tutor iurauit ad ſancta Dei euangelia agere utilia pro pupillo & prætermittere inutilia,ut l.fin.§.omnem . C.de admin. tuto.Certe hoc caſu uidetur uenire.contra.iuramētum eius & ideo glo.Ioan.Theut.uidetur.ęquior. Archid. ibi ſequitur illā gl.& dicit quod prælatus tenetur præferre utilitatem eccleſię tanquam publicam utilitatem ſuæ utilitati priuarę.facit quod habetur in capit.ſcientias.6.q. 1.& in auth.res quæ. C.communia de legat. & in cap.bonæ de poſtu.pręl.in l.1.ad fin.C.de cadu.tollen.Et addit unum Archid.quod eſt ſingulare & notandum,quod ſi res eccleſiæ & res prælati patiātur incendium ſi poteſt utraſque ſaluare tenetur utraſque. Si uero nō poteſt niſi unam ſaluare debet præferre precioſiores. Si uero ſunt æquales, debet præferre res eccleſiæ rebus ſuis. quia in rebus eccleſiæ uerſatur publica utilitas, & iſta menti commenda. cum ergo ſint tot differentiæ inter tutorem, & prælatum, ergo ſequitur quod non ualeat argumentum de uno ad reliquum, niſi in caſibus æquiparatis. Facit quod habetur in cap.conſtitutionem, de regulari.in 6.& in capit. ſi poſtquam. de elec.lib.6.

Et in quantum ſuperius alllegaui Innocent.in d.cap.cum in officiis,& Bald.in d.auth.licentiam, an ſi hæres prælati occupat rem detentatam ſeu poſſeſſam p prælatum incidat in pœnam. ut habeas claram doctrinam circa hoc diſtingue hoc modo. Aut clericus, uel prælatus ſeu cardinalis deceſſit inteſtatus, aut deceſſit teſtatus. Primo caſu, aut hæres eius occupat ea quæ cōſtat fuiſſe ipſius clerici ſeu prælati aut cardinalis,& tunc nullam pœnam incurrit, aut occupat ea quæ conſtat fuiſſe eccleſię uel de quibus eſt dubiū an fuerint eccleſiæ.& tunc nō poteſt
31 illas occupare. & hoc caſu incidit in pœnam.l.ſi quis in tantam.C.unde ni.& in pęnam l.extat. ff.quod me.cauſa, & ēt tenetur ui bono.raptorum, & actione furti. Actio autem expilatę hæreditatis vel remedium edicti diui adriani nō competit eccleſiæ, quia eccleſia, illa non petit tanq̃ hr̃s ſed tanq̃ domina.Secundo caſu quod deceſſit teſtatus,& diſpoſuit de bonis quæ in uita poſſidebat. & tūc ↄclude q̄d aut diſpoſuit de bonis quæ conſtabat eſſe ipſius prælati, & tunc hæres pōt illa occupare ſine pœna.Aut conſtabat eſſe eccleſiæ,& tunc incidit in pœnam,quia teſtator ſimpliciter diſponendo non potuit interuertere poſſeſſionem eccleſiæ, nuda uoluntate. l.cum nemo. C.de acqui.poſ.Si uero erat dubium an ſint eccleſiæ.puta quia acquiſita fuerunt poſt promotionem, tunc illa poterit hæres occupare, ex quo fuerunt ſibi relicta, & deillis dubitatur quia in electione prælati fuit quando illa quę ſiuit utrum ſuo nomine an nomine eccleſiæ illa acquiſierit, licet male fecerit hoc non exprimere,ideo hæres poterit illa occupare, quia non præſumitur quod prælatus fuerit immemor ſalutis æterne c.ſancimus.1.q.5. & procedit hoc etiam in bonis non relictis.ipſi hæredi expreſſe per prælatum. Si tamen prælatus illa emerat nomine proprio,an iſto caſu ſi ſucceſſor in prçlatura occuparet talia bona ſciente uel alia bona quæ conſtaret fuiſſe ipſius prælati incideret in pœnam d. l.ſi quis in tantam quæ habet † locum in perſonis eccleſiaſti
32 cis ut no.in ca.primo de do.& contu.niſi ignoranter ſucceſſor occupaſſet credēs prȩlatum nomine eccleſiæ non nomine proprio quęſiuiſſe ſicut credere tenebatur per c. primum, ſecundū & tertiū. de pecu.cler.Nec.ob.§.ſecundus. inſtit.vi bo.rapto.ubi credulitas, vel opinio ſi ueritas eſt in contrarium non excuſat a pœna di.l.ſi quis in tantam,quia illc.§.loquitur quando quis errauit in iure credens ſibi forte licitum propria auctoritate occupare rem ſuam ab alio poſſeſſam. ſecus ſi erratur in facto ut quis credat rem eſſe ſuam quæ eſt alterius,ut in caſu iſto,quia talis error toleratur potiſſime in hærede qui licite apprehēdit etiam res alienas repertas in hęreditate, ut ſunt res cōmodatæ,depoſitę, & ſimiles,& præſumendum eſt quod accipiat ut reſtituat,& procedit hoc quā do eſſet dubium quod pro eccleſia acquiſiuerit.Si autem appareret quod reſpectu eccleſiæ acquiſiuerit, tunc non debet illa occupare & eccleſia poteſt illum prohibere, Dixit tamē Innocen.in d. cap.cum in officis, quod ſemper hæres prælati poteſt ſe excuſare licet occupet rem quam conſtet eſſe eccleſiæ uel de qua dubitetur, quia poteſt præſumi quod occupat non ut ſibi,ſed ut reſtituat illi cui debet reſtituere. Tutius eſt tamen de hoc proteſtari,& etiam tutius eſſet abſtinere quando conſtat illam rem eſſe eccleſiæ, Si uero prælatus rem eccleſiæ,uel quæſitam intuitu eccleſiæ in alium transferat tit. inter uiuos tunc eccleſia non haberet rei uendica.uel actionem ad exhibendum, & hæc ſunt pulcherrima dicta Innoc. ſic declarata per do.Pet.de Ancha.in d. cap.cum in officiis, & iſta non tradas obliuioni.

33 Poſſet etiam quiſpiā dubitare quid iuris ſi ſunt quęſita non ex re eccleſię,†ſed propter rē eccleſiæ puta conſequutus eſt prælatus ſeu cardinalis pœnā ex cōdictione.l.ſi quis in tantā. C.unde vi.quia fuit expulſus de re eccleſiæ, vel de vicariatu generali in terra eccle.uel quia paſſus eſt Iniurias, vel turbatus eſt in poſſeſſione fundi eccleſiaſtici vel in ſimilibus caſibus,an bona illa dicantur acquiſita per eccleſiam propter mixturam quæ contingit inter perſonam ipſius prælati & ipſam rem eccleſiæ.& per conſequēs de talibus bonis non poſſit vltimam voluntatem condere.& ſolennis do.Pet.de Ancha. in c.relatum el.1. de teſta. tangit & remittit ſe ad not.per Bar.in l.prætor ait.§.quod de fructibus.ff.de bo.auto.iu.di.poſ.& ad no.in l.at ubi.cum.l.ſeq.ff.de pe.hæred.& aliter ibi non decidit.D.meus Io. de Imo.ibi decidit hanc quæſtionem hoc modo, videlicet quod illud q̄d prælatus, vel cardinalis acquiſiuit ex ſua prouiſione puta ex ſtipulatione pœnali per eum interpoſita ſuper re eccleſiæ nō cenſetur per eccleſiam acquiſitum, & per conſequens poterit de illo diſponere, & procedit hoc quod illud non ſuccedit loco rei per. d.l.at vbi. ſecus quando illud ſuccederet loco rei per.l.ſed ſi lege.eo.ti. Aut eſt prælatus conſequutus pęnam ex diſpoſitione legis & non ex prouiſione ſua. tūc ſi pp delictum commiſſum in rem eccleſię,puta pro damno dato in re eccleſiæ,tunc cenſetur per eccleſiā acquiſitum.l.cuncta. ff.de peti.hære.Aut conſequutus fuit illud propter delictum commiſſum in perſonam ſuam,ratione rei eccleſiaſticæ,puta, quia illata fuit ſibi iniuria propter rem eccleſiæ, & tunc taliter acquiſitum non cenſetur acquiſitum per eccleſiam. d.l.at ubi.& l.bona.§.ſi quis ſeruum. ff.de ædil.edi. Aut conſecutus fuit propter delictū quod reſpicit uſum rei, ut in furto.& tunc pœna illa acquiſita non dicitur per eccleſiam acquiſita.l.is qui.ff.loca.l.maniſeſtiſſimi. §. ſed cum in ſecūda.
34 C.de furtis.& hoc ideo † quia ad clericum ſpectabat uſus rei alias ſecus.l.ſi pignore.in princip.ff de pig.actio. Item ſecus dicit ſi eſſemus in caſu in quo omnia in priſtinum ſtatum deberent reponi,ut contingit in redhibitoria,ut in d.l.bonę §.ſi quis ſeruum.& ita reſidet ibi Io.de.Imo.Sed certe iſta ſua diſtinctio formaliter fuit Bar.in d.§.quod de fructibus,& originaliter fuit Petr. in clariori conceptione uerborum relata a Bal.in d.l.at ubi. Vbi diſtinguit hoc modo,utrum incremēta ueniāt in petitione hæreditatis. Et dicit quod aut ſunt augumenta intrinſeca,ut fructus,& ſimilia, & ueniunt in petitione hæredita.l.item ueniunt. §.fructus. & l.ancillarum. ff. de pę.hęre. Aut ſunt augmenta extrinſeca,& tunc,aut ſuccedunt loco rerum hæreditarium.& tunc,aut veniunt ex conuentione pactium, aut ex diſpoſitione legali. Si ex partium conuentione,aut conuentio ſucceſſit in caſu in quo alias veniret ſine conuentione, & tunc idem ac ſi non præceſſiſſet aliqua cōuentio,ar.l.ſi arrogator. ff.de ado. Aut non uenirēt ſine connentione,& tūc nō ueniunt in petitione hæreditatis vt d.l.at ubi,quia ueniūt ex induſtria.arg.l.3.ad l.fal. Aut veniunt per legem & tunc aut reſpiciunt perſonā & non rem. Et tunc non ueniunt.d.l.at ubi, aut reſpiciunt perſonam & etiam rem ſicut eſt uſura quæ reſpicit ſortem, & tunc reſtituuntur & ueniunt in petitione hæreditatis, ut d.l.at ubi in fi.& ex his ſumit ibi Bald.arg.ad quæſtionē ꝙ ſi rex,uel Baro qui poſſunt imponere collectas,& duplicare eas puta quan-
35 do dat vxorē † filio, uendidit alicui mercatori collectas illas. poſtea cōtingit quod rex dedit uxorem filio,& ſic debet duplicari collecta.cuius erit iſtud augmentū nūquid regis, aut mercatoris.Et ex ſupra dictis dicit eſſe argm̄ quod ſit mercatoris, quia iſtud augmentum reſpicit rem, quia per nomina multiplicatiua opponitur, & ſic debet eſſe mercatoris, arg. illius.l.fin. Allegat etiam Cyn.ibi in additione ſequendo Petrum & Lambertinum de Sali. & alleg. dictam l.prætor. §.quod de fructibus, & domin.ſuum Barr. ibi qui iſta uerba Petr.'tranſplantauit, ſeu tranſportauit ſecundum eum. Et etiam ex prædictis concludit Angelus in dicta l. at ubi, quod pœna compromiſſi facti ſuper re hæreditaria reſtituetur hæredi ſi laudo non eſt paritum. & dicit eſſe cauſam ſingu-

ſing.in d.l.prætor ait.§.1.iuncta gl.quæ tradidit iſtam doctr.
& refert ſe audiuiſſe præceptorem ſuum.d. Fran.Tigrini.de
Piſis dicentem quod ſi vir occaſione dotis conſecutus eſt pę-
nam quod eam refunder ſolu.mat.l.quoties,& l.non ſolum.
ff.de iur.do.quod dicit eſſe verum,& pęnam percipit ab alio
extraneo,cum omnia incrementa pertineant ad uirum.l.do
tis fructus,ff.de iur.do.l.oneribus.C.eo & refert Bal.dicere ꝙ
ſi uandita eſt gabella certo modo colligenda,puta quod em
ptores pro qualibet ſalma panni debeant recipere ducatum
unum,tunc augumentum non pertinebit ad emptores,quia
in uerbis contractus hoc non comprehenditur, nec uerba
patiuntur,ergo.l.quicquid aſtringendæ.ff.de ver.oblig.Si au
tem ex hac duplicatione emptor damnum patiatur puta,q̃a
modo tot mercantiæ non deferuntur propter duplicationē
ſine dubio agerent contra vendentem ad eorum intereſſe.
Et ex prædictis dicit decidi poſſe quod pœna pedagii non ſo
36 luti, vel fraudati pertinet ad emptorem † nō ad dominum
vendentem hoc dicit determinari per Cy.ibi in addi. per.l.
creditor.in princ.ff.de act.emp.& per.l.fin.§.diui.ff.de publi;
& per.l.ſi quis.C.de vecti.& refert iſtam quæſt.fuiſſe de facto
Peruſii.& Bal.cōſuluiſſe & determinaſſe quod ſi uerba ſtatu
ti reſpiciunt fiſcum pœna applicatur fiſco, niſi loco rei ſuc-
cedat,quia pœna maleficiorum applicatur fiſco & non pri-
uato l.multatum.C.de modo mulctan. Non obſ.l.creditor.
quia non loquitur in pœna quæ incidit in commiſſum pp
gabellam ſeu datium non ſolutum.l.commiſſa.ff.de public.
l.fundus.ff.de reſcin.uendi.quod dicit eſſe bene notandum.
& ita reſidet ibi Ange.facit quod not.Bart.in d.l.creditor.in
aliquibus lecturis,& in l.is qui.ff.loca.& quod no.Ang.in l.li
citatio.in aliquibus lecturis.ff.de publi.& quod not.Bal.in l.
1.C.ſi propter publ.penſi.Et ſic doctores fundant ſe quando
pœna debetur ratione perſonę.

Facit pulcra quæſtio in qua conſuluit Oldra.con
ſil.166.Arch.Campaniæ locauit fru
ctus ſui Archidiaco.quæritur an id quod eſt ſolitum præſta-
ri in ſuo iocundo aduentu ueniat in hac locatione fructuū,
& conſuluit quod non quia ille fructus non debetur archi-
diaconatui,ſed magis perſonæ archidiaconi,ar.l.1.§.pen.ff.
ſi quid in frau.patr.& probatur per ſimile.maritus.enim ſer-
uum dotalem manumiſit quicquid conſequitur ex bonis li-
berti.reſtituit vxori. Beneficium tamen quod libertus in eū
contulit in reſtitutione non uenit.l.ſi uero.§.item quicquid
37 ff.ſol.mat.facit.l.debitor.§.fin.ff.ad treb.& multum refert in
ter præſtationem, quę debetur ratione ingreſſus & aliam
quæ actum ingrediendi non reſpicit ut colligitur eſt coniun
ctione duarum legum quæ inuicem ſibi contradicere uidē-
tur.l.quęro.ff.de uſufru.lega.l.his verbis.§.alumno.ff.de an-
nu.lega. Facit ſingulare dictum Ioan.And.in Addi.Spec.in ti
tu.de cenſi.§.ſequitur.uerſi.quid ſi multi certę villę teneban
tur præſtare albergarias fęlici aduentu principis quod licet
princeps non accedat ad illas uillas quod propter hoc non
poteſt exigere ęſtimationem,allegat.cap.cum uenerabilis,
in.verſic.ad eccleſiam ipſam acceſſerit.de cenſi.Facit text.
valde ſingu.in l.ſeruus ſi hæredi.poſt princi.ibi dum dicit per
ſonæ dumtaxat eius qui demonſtratus eſt hæret.ff.de ſtatu li
be.& ex iſtis uidetur quod Cardinalis poterit teſtari de pęnis
acquiſitis per eum ex prouiſione ſua ſuper rebus eccleſiæ. Et
cum heri in mane pręſul reuerendiſſime collationem,& di
ſputationem cum tua eminentiſſima dominatione ſatis ſtri
ctam haberem,& iſtam & opinionem tantorum patrum al-
legarem in medium tibi minime vara eſſe uiſa ſunt. Aiebat
enim talem pœnam magis reſpicere dignitatem cardinala-
tus ſeu prælaturæ quam perſonam ipſius cardinalis ex eo q̃a
propter rem eccleſiæ ſeu propter dignitatem magis prouę-
nit quam propter perſonam rectoris ſeu pręlati. Cum ergo
dignitas non ſit in perſona,ſed eccleſię.ca.quoniam Ab.de
offi.deleg.† ergo iniuria illata dignitati debetur eccleſiæ nō
38 perſonæ.Magnifica & ſolēnis iſthęc ſententia tua,pręclaro &
excelſo doctore digna,& mea ſententia de iure ueriſſima.&
allego elegantem doctrinam excelſi doctoris Petr.de ancha.
in commento capit.ſi propter tua debita.de reſcrip.in 6.in
antepen.colum.ad fin.in uerſic.pro declaratione etiam præ-
dictorum quæro.ubi commemorat pręallegatam quæſtio.
Old.de archidiaconatu Campanię, & dicit poſſe concludi
quod ſi infra illum annum locationis ratione illatæ iniuriæ
in perſonam pręlati,uel furti circa res eccleſiæ,ſine uiolen-
tia quis incidiſſet in pęnam, illius pœnæ exactio nō uidetur
competere illi conductori quia iſtę pœnę uidentur potius in
ſpicere perſonam offenſam,quam eccleſiam,ſeu beneficiū,
quod dicit ſe non firmare,ſed remittit ſe ad no.in ſimili per
Barto.in d.l.prætor.§.quod de fructibus.Talis enim pœna ſe
cundum eum uidetur reſpicere magis dignitatem,quia pro
pter rem eius prouenit, quam perſonam rectoris & ex iſto
capite debet ꝯductori.Sed q̃a nō hēt naſcendi cauſā natura
lem iſta pœna,eſt dubium,an ueniat appellatione fructuū,
& per hoc dicit ſe non firmare.& ſic concludit do.Pet.qđ pę
na iniuriæ illatæ perſonæ ex re eccleſię concernit ipſam ec-
cleſiam.Sed dubitat an connumeretur inter fructus eccleſię
& ſic formaliter do.Pet. videtur tenere contrarium eius qđ
tenuit Ioan.de Imo.licet in d.cap.relatum. ipſe remiſerit ſe
ad Bart.in d.§.quod de fructibus,nec Bald.nec Bar.nec Cyn.
39 nec Pet.aut Ange.loquuntur in præallegatis locis,de præla-
to,licet loquantur de hærede,† qui in multis differt a ſucceſ
ſore in prælatura,ut no.in cap.cura.de iurepa.ergo illa eorū
doctrina non eſt extendenda ad prælatum.Præterea hoc de-
cidi|tur aperto iure.illud quod acquirit prælatus poſt epiſco-
patum præterquam a coniunctis remanet in dominio eccle
ſię,tex.eſt in authen.licentiam.in uerſic.cæteris.C.de epiſc.
& cler.ergo multo magis iſta pęna debetur eccleſiæ, ex cuius
intuitu eccleſię uenit,licet ex prouiſione pręlati.Præterea fa
cit quod iſta iniuria nō poſſit fieri prælato quin fiat eccleſię
cap.2.de pœnis.cap.conſideres.& cap.contingit.de ſentent.
excom. Sicut dicimus pro iniuria illata filio vel uxori agit
pater uel maritus.l.1.in fin.ff.de iniur.cum ſi ita propter cō-
iunctionem quæ eſt inter eccleſiam & prælatum non poteſt
fieri iniuria prælato,quin fiat eccleſiæ, & eccleſię competit
actio iniuriarum,licet aliter dixerit Innocen.in d.cap.con-
tingit,ergo ſequitur neceſſario quod illud tale prælatus non
acquirit ſibi. Prætera quod quicquid acquirit ſacerdos ex of
ficio eccleſiaſtico acquiritur eccleſię.cap.quicunque.§.ecce.
12.q.6.ſed prælatus interpoſuit iſtam ſtipulationem ſuper re
eccleſiæ ex officio eccleſiaſtico. licet prouiſio ſua interueni
rit,ergo acquiritur eccleſię.Præterea faciat.c.fixū.in uer.poſt
quam autem epiſcopus factus eſt, quaſcunque res de faculta
tibus eccleſiæ acquiſiuit.12.q.5. Sed iſtam pecuniam acquiſi
uit de facultatibus eccleſiæ mediante prouiſione ſua.nam il
la dictio de,denotat cām remotā,& ꝓpinquā,vt.l.1.§.ex incē
dio.ff.de incē.rui.naufra.ergo prælatus non poterit de ea di-
ſponere.Poſſet tamen dari talis concordia, ſcilicet aut loqui
mur in clerico ſimpliciter beneficiato, & tūc procedat opi-
nio contraria.Aut loquimur in habente adminiſtrationem
ut ſunt cardinales, & ſimiles & tunc non poſſit, per ea quæ
no.glo.ſingu.in cap.præſenti.de offic.ord.lib.6.& ex iſtis eli-
40 citur, concluſio vera,quod nec prælatus nec cardinalis poſ-
ſunt teſtari de pœnis qualitercunque acquiſitis, ſuper rebus
eccleſiæ,& tunc uerum quod de foro conſcientiæ huiuſmo
di pęnæ nō debentur,gl.eſt fin.in c.fraternitas.12.q.2.& pro
intellectu illius glo.uide Lud.Roma.in rub.ff.de acqui.hęre
& Bald.in l.poſt deſertionem,C.de fruc.& in auth.ad hæc de
uſur.& in l.iubemus.§.ſane.C.de ſacroſ.eccle.& in l.id quod
pauperibus.C.de epiſ.& cleri.uide d.Abb.in c.1.de conſti.&
in c.ſi egreſſus de iniur.& in c.audiuimus,de ſimo.& per do.
Ant.in c.1.de do.& cont.& in c.ſi.de præb.& in c.quia pleri
que.de immu.ecc.& per d.Pet.de ancha.in c.1.de conſt.in 6.
per iſta ſit ſatisfactum primo quæſito.

Nunc venio ad ſecundum & pro eius clariſſima
deciſione eſt uidendum.Prælatus nō
habet propinquos ſeu ſeruos,an potius teneatur inſtituere
eccleſiam ſuam quam extraneum in ſuis bonis patrimonia-
libus, uidetur quod non immo poteſt præferre extraneum
eccleſiæ.facit cap.ſint manifeſtę.in uerſic.epiſcopus moriēs
ſicut uoluerit & quibus uoluerit derelinquere.12.quæſt.pri-
ma.& capitulo ſi quis,epiſcopus de hęre.& in capitulo pla-
cuit.in uerſic. faciant, inde quod eorum propoſito congru-
erit 12.quæſt.3.& in capitulo quicunque.in verſic.ſed quod
exinde uoluerit facere ipſorum uoluntatis arbitrio ſubiace
bit.12.q.4.facit.capitu.fixum. & quod habetur in capit.pri-
mo. de ſucceſſ.ab inteſ.& eſt opin.iuri,& æquitati conſona
propter liberam teſtandi poteſtatem.l.prima.C.de ſacroſan.
eccle.l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verborum oblig.
Et iſtud tenent communiter doc. Sed forte iſta communis
opinio eſt ſine dubitatione. Et contrarium videtur uerius &
hoc per tex.formalem in capitulo epiſcopus qui filios in uer
ſic.alium quam eccleſiam non relinquat hęredem.decima
41 quæſtione ſecunda, † ubi epiſcopus ſi non habet filios nec
nepotes, & ibi Archidia.intelligit per nepotes etiam pro-
pinquos uſque ad ſeptimum gradum non debet alium inſti
tuere niſi ſuam eccleſiam.& licet ibi gl.dicat quod ille canō
eſt conſilii non præcepti.q̃a gl.illa nō loquit̄ indiſtincte.q̃a
dicit quod etiam uxorem, & ſeruum poſſet inſtituere hære-
dem.& in hoc eſt conſilii, quia conſilium eſt ut præferat ec-
cleſiam uxori & ſeruo,ſed in pœnitus extraneis & præcepti.
& ideo tex.in d.cap.ſint,manifeſte illas perſonas connume-
rat,ut patet,in c.fortaſſis enim, aut uxorem habet aut filios,
aut propinquos,aut ſeruos,& ſic ampliat.d.c.epiſcopus qui
filios inquantum loquitur de filiis & nepotibus ut compre-
hendat,propinquos, ergo ſi perſonas ibi numeratas non ha-
bet ſequitur quod tenetur inſtituere eccleſiam,potius quā

extraneum, & multo magis idem dicendum eſt in dominis
Card. Secundo facit glo.do.in d. cap. ſi epiſcopus, quæ dicit
quod ſi quis epiſcopus non habet conſanguineos inſtituat ec
cleſiam ergo ſentit quod tenetur pręferre ſuam eccle.extra-
neis. Tertio facit tex.in d.c.ſi quis epiſcopus, dum dicit ſi epi-
ſcopus inſtituerit extraneos hæredes a conſanguinitate ſua;
aut hæreticos conſanguineos, ubi uidetur tex.apertus quod
epiſcopus non debet præferre extraneum ſuæ eccleſiæ in pa
trimonialibus ſuis. Nec ob. cum dicitur quod tollitur libera
teſtandi poteſtas, quia concedo hoc. ſed hoc fieri poteſt, quia
fit, l.permittente. licet enim pacto tolli non poſſit libera te-
ſtandi facultas, lege tamen tolli poteſt, ut not.in d.l.ſtipula-
42 tio.hoc modo concepta. † Plus enim poteſt legis diſpoſitio
quam pactum priuatorum, ut not.per glo.in c.pe.de conſue.
lib.6.& per Bart.in l.non poſſibile.ff.de pac.& in l.omnes po
puli.ff.de iuſtit.& iur.& per Bal.in l.de quibus.ff.de leg.& in
l.generaliter.C.de fideiuſ.& per do.Ant.in c. fin.de conſuet.
Facit glo.in rub.C.de decre.decurio.& l.neque pignus, & l.
nec ex pretio. ff. de regulis iuris. Nec obſt. iura alleg.in con-
rariū, licet enim dicant epiſcopum poſſe diſponere quomo-
do noluerit de ſuo patrimonio tamen intelligenda ſunt eo
caſu quo habet filios, nepotes, coniunctos, uxorem.aut ſer-
uos, quia poterit potius relinquere eis quam eccleſiæ, ſecus
ſi eſſent ex toto extranei. Nec eſt abſurdum quod illa iura li-
mitentur ſecundum diſpoſitionem. c. epiſcopus, qui filios, &
ita etiam reſpondeo ad c.1.de ſucceſ.ab inte. Nec ob.c.cum
Chriſtus, de hęre quia ille tex.loquitur.quod epiſcopus, vel
clericus nihil poſſunt conferre non catholico, & ex iſtis eli-
cio talem concluſionem. Quod epiſcopus ſeu cardinalis, li-
cet poſſit præferre filios coniunctos, & ſeruitores eccleſiæ in
ſuis, patrimonialibus eos inſtituendo, non tñ poſſunt in illo
eorum patrimonio præferre extraneum eccleſiæ, licet com-
munis opinio modernorum & antiquorum ſit in contrariū.
Et quod dixi de coniunctis, idem dico de amico grandi ami
citia iuncto, per glo. quæ communiter allegatur pro ſingu-
lari in l.teſtamēto.ff.de fideicom.li. licet ſit ſimilis in l.iure.
C.de teſ.manu.& ibi Bald.dixit quod ardor liciti amoris ope
ratur effectum clauſulæ codicillaris. facit in ſimili glo. in c.
ad aures, & in cap.nonnulli, de reſcript. quæ dicunt quod
amicus poteſt impetrare beneficium pro amico, & in hoc
ſunt ſingulares & in iure ſolitariæ.

43 Nunc uero capio elegantem.q.Albe.de Roſa. in quāntum dixit† Diaconus
cardinalis tempore promotionis ī cardinalē nihil habebat,
ex poſt facto multa acquiſiuit, & fecit donationem omniū
ſuorum bonorum nepotibus an ualuerit. Et circa hoc præ-
mitto ſingulare. d.Vincen in c. ad hæc. de teſta ubi dicit qđ
conſuetudo non excuſat clericos qui omnia bona mobi-
lia acquiſita per eos intuitu eccleſię dimittunt in morte ſuis
conſanguineis, quia talis conſuetudo tanquam grauis eccle
ſiæ non eſt toleranda.c.primo de conſue.li.6. & pręſumitur
fraudoloſa eo ipſo quod omnia bona permittit conferre. ar.
l.omnes. §.lucius.ff.quæ in frau.cre. & in l.poſt contractum
ff.de dona.& idem dicas de meliori re quam haberet in bo-
nis, quia pręſumeretur in fraudem.tex eſt ſing.& unicus in l.
ſumma cum ratione.ff.de pec.& eo magis pręſumitur fraus.
quia fit coniunctis inter quos de facili præſumitur, ut eſt ele-
gans tex.in l.data C.de D.Pręmitto etiam ſingulare.d.Vgo.
quod refert & ſequitur Arch.in cap.non liceat papæ.12.q.2.
ubi dicit papam mortaliter peccare ſi uult res eccleſiaſticas
conſumere in turpes vſus.vel dare conſanguineis.ut eos pręą
aliis diuites faciat, uel ut ipſi inde conſtruant palatia.

Nunc aggredior queſtionem & uidetur indubitanter concludi poſſe talē
donationem non tenuiſſe, & per conſequens ſapientes de
Mediola.recte iudicaſſe. Nam ſi dicimus diaconum cardina
lem non habere adminiſtrationem, qđ eſt falſum, nihilomi-
nus ſit ita ex quo non eſt prebsiter cardinalis, aut ep̄s car-
nalis, & nullam habeat adminiſtrationem, nihilominus te-
neo intrepide teſtari non poſſe, & hoc per glo. in cap. fi. de pi-
gnor.& in c.quia nos, de teſta.& in cap.ſi quis ſanc.de pecu.
cleric.& in cap.cum olim.de re.permu.quæ glo.appenſate ſa
44 tis non dubitarunt clericum vſufructuario æquiparare.† Debent.
enim clerici eſſe contenti victu, & ueſtitu.nec de bonis ec-
cleſiæ poſſunt teſtamenta condere.facit glo.in ca.epiſcopus
eccleſię, 12.q.1.quę dicit quod de bonis eccleſiæ illud ſolum
eſt clericorum, quod probabili ratione conſumunt. Vnde
infert quod ſi clericus emit equum de bonis eccleſiæ quod
non eſt ſuus, ſed eccleſię. Idem uidetur tenere Innocent.in
c.cum in officiis, de teſta.& ideo dixit glo 40.diſt.in princip.
quod clericus neceſſaria tm̄ habere debet ab illa eccleſia.
& Hieron.in tex.ibi exclamat. O ſacerdos, de altari eccleſiæ
uiuere, non luxuriæ permittitur, & illa neceſſitas arctatur
ad uictum & veſtitum. ut in c.epiſcopus.12.q6.2. & ibi dicit
Arch. quem ſequitur Io.de Lig.in cle.gratiæ, de reſcr. quod ſi
clericus ultra debitum aliquid expendit de bonis eccleſiæ,
quod tenetur ad reſtitutionem. Et hanc opi. pridie domina-
tio tua pater colendiſſime diſputando dicebas in puncto iu
ris veriorem. Facit c. ep̄i 12.q.2. vbi dicit quicquid de proui-
ſione eccleſiæ fuit de agris ſiue de fructibus ſiue de oblatio-
nibus, quod omnia debent reſeruari eccleſiæ, & ſi epiſcopus
aliter præſumpſerit poterit deponi. unde conſueuit dici qđ
acquiſita de bonis eccleſiæ poteſt eccleſia uendicare, ut in c.
fixum.92.q.5.& q.4.c.ſacerdotes.& q.3.c.placuit. & in ca.in-
quirendum, de pecu.cle.& in cap.5.de teſtam.& in auth.licē
tiam.C.de epi.& cle.Facit c.clericus.& c.duo ſunt genera.&
c.quia tua.in fi.12.q.1.& tenet Arch in c.ſtatutum. §.aſſeſſo-
rem.de reſcr.in 6.ubi loquitur de cleri.beneficiato non habē
te adminiſtrationem.& Io.de Lig.in d.clem.gratiæ. facit.d.
45 c.placuit.12.q.3. †vbi indiſtincte dicitur de quolibet clerico
quod quicquid acquirit de bonis eccleſiæ tenetur conferre
eccleſiæ alias punitur ut ibi. Nam ſi faceret fructus ſuos ſe-
queretur quod poſſet emere fundos ſibi de illis fructibus, ſed
non poteſt ut ibi, ergo non facit fructus ſuos libere. facit.c.
fi.12.q6.1.ubi expreſſe dicitur de clerico non habente admi-
niſtrationem. & ibi dicitur quod pręhenda aſſignatur cano-
nico ut ipſe ex illa neceſſaria ſibi percipiat. Facit. §.iſta.14
q.1.ubi dicit text. quod canonicus vtitur rebus eccleſiæ non
tanquam ſuis, ſed tanquam ad diſpenſandum ſibi traditis,
quia eſt procurator in rebus eccleſiæ. facit c. videntes. 12.q.
1.facit.c.fi.de his quæ fi.a maio.par. c.vbi maior pars canoni
corū poteſt ſtatuere quod quilibet canonicus teneatur cer-
tam portionem ſuorum redditunm ad opus fabricę confer-
re, quod non eſſet ſi canonici facerent fructus ſuos. cum tūc
non ualeret illud quod faceret maior pars, quia potior eſſet
conditio prohibentis.c.in re communi.de reg.iur.li.6.

Nec ob. ſi dicatur quod poteſt facere eleæmoſinam de bonis eccle
ſiæ.c.relatum.& c.ad hæc.de teſta.& moderate donare, quia
illud facit tanquam adminiſtrator eccleſiæ ad quem ſpectat
diſpenſatio, ſed quando teſtatur uidetur inhęrere voluntati
ſuæ, & de rebus alienis teſtari non poteſt, ut no.glo.in c.quia
nos de teſta.Nec ob. gloſ.in c.præſenti.præalleg.quæ non eſt
uera, nec probatur lege.nec.c.requiſiſti.probat opi.ſuam, q̄a
ibi dicitur quod ſi relinquitur aliquid clerico non habenti
adminiſtrationem uidetur relictum intuitu ſui, non eccleſ.
& ſic vult ut ibi dicunt doct. quod ſi per præſumptiones pro
babiles, uel probationes conſtaret q̄ illud fuit relictum in-
46 tuitu eccleſiæ, clericus nō facit illud relictum ſuum. † Et ſic
probat ille tex. quod nulla eſt differentia inter clericum ha
bentem adminiſtrationem & habentem ſimplex beneficiū,
niſi quoad præſumptionem. Vnde ceſſante præſumptione
ambulant pari paſſu.& ad c.1.de cleri.non reſi.li.6. Reſpon-
deo quod clericus recipiendo fructus ſui beneficii dicitur il-
los facere ſuos quoad hoc ut ſibi prouideat primo, & de ſu-
perfluis diſpenſet in pauperes, ut in d.§.vlt.& c.fi.12. q.1.non
aūt, ut de ipſis poſſet teſtari, uel pro libito uoluntatis facere.
vt eſt bo.tex.in c.ſi quis, de ſeruis.12.q.2.ubi reuocatur dona-
tio ſacta de fructibus, & ſic ſunt intelligenda omnia iura di-
centia clericos fore dominos fructuum, quia intelliguntur
quoad diſpenſationem. Sunt.n.diſpenſatores, & habent po-
teſtatem bene diſpenſandi res eccleſiæ, vt in ca.epiſcopus.x.
q.1.& in c.præcipimus.12.q.1.& in c.non ſatis.86.diſ. Nō ob.
c.ſi quis qualibet.12.q.2. & q.5.ſi quis epiſcopus. ubi dicitur
quod epiſcopus poteſt rem eccleſiæ relinquere in teſtamen-
to ſuo, quia illa iura procedunt, ut in eis dicitur.ſ.quādo epi-
ſcopus tantundem de ſuo proprio confert eccleſiæ, & quod
etiam nulla ſit differentia inter habentem ſimplex benefi-
cium, & habentem adminiſtrationem. facit c.relatum.el 2.
iuncto c.cum in officiis. de teſta.& hanc partem tenuit Inn.
in c.indecorum.de æta.& quali.& do.Ant. in c.fi.de can.poſ.
& propr.& in c.fi.de pecu.cle.& ideo dicebat Archi. in d. c.
ſtatutum. §.aſſeſſorem, hęreticum eſſe de iure canonico, di-
47 cere quod clerici faciant libere fructus ſuos† & ideo in pro-
poſito ſi conſideramus cardinalem diaconum, ut ſimplici
ter beneficiatum cum in rei ueritate habeat adminiſtratio-
nem, non facit fructus libere ſuos, nec poterit illos conferre
ſuis nepotibus, nec per uiam donationis, nec per uiam teſta-
menti. Et cum infero ſuper hoc dubitabili paſſu, conferem
cum excelſo & elegantiſſimo Iuriſcon.ac uiro facundiſſimo
domino meo, & patre ſummo honore obſeruando domino
Bornio de Sala, poſt multa in hanc concluſionem deueni-
mus, ſed reuerendus D.Card.in c.fi.de pecu.cleri. fuit in alia
opi. dicit.n.qđ clerici non poſſunt præciſe æquiparari uſufru
ctuario per id quod dicit gloſ. ibi & in locis ſupra allegatis,
nec etiam præciſe poſſunt æquiparari vſuario vnde alibi æ-
quiparantur procuratori.capitulo ſecundo.de dona.alibi æ-
quiparantur tutori, cap.qualiter, el 2. de accuſ.tamen nulla

latum æquiparationũ eſt præciſa. unde dicit quod poteſtas
clericorum in beneficiis limitatur a iuris diſpoſitione perdi-
ctum. cap. præcipimus. & di. cap. ſi. 13. quæſt. 1. Et ſubdit quod
aliquid dicitur eſſe proprium, uel ſuum duobus modis. uno
modo, ut libere & impune poſſit diſponere, prout uult. & iſto
modo dicantur eſſe noſtra illa, quorũ habemus dominium
de iuregentium, uel ciuili. ita quod illa poſſumus vendica-
re. l. in rem actio. ff. de rei uend. & quod not. glo. in ca. primo.
de pollu. prælat. Secundo modo dicitur propriũ id de quo qs
habet liberam diſpoſitionem non tamen omnino libere &
impune. & in hoc differt a membro precedenti. facit. l. is qui.
ff. de manumiſ. & quod habetur per glo. 3. in l. 2. ff. de origi.
48 iur. & ſecundum illum primum modum procedit illa † regu
la in re ſua quilibet dicitur moderator & arbiter l. in re mã
data. C. mandati. facit. cap. de his. de ſepultu. Secundum mo-
dum dicit quod fructus beneficiorum ſunt beneficiatorum
nam de ipſis poſſunt libere diſponere. & in quemcunque di-
ſponant nõ poteſt reuocari quod factum eſt. ſed propter ma
lam diſpoſitionem poteſt clericus beneficiatus corrigi & pu
niri. Adeo quod quandoque poterit ab eccleſia remoueri. c.
2. de pecu. cle. Nec ob. cap. 4. eod. titu. & ſimilia, quia reſpon-
der quod illa capitula probant hoc ſolum. uidelicet quod ſi
emitur res de redditibus eccleſię debeat inſtrumentum con
fici nomine eccleſię. de quo late ſuperius dixi. nõ autem pp
hoc tollitur quin clericus poſſit fructus benefici donare cui
uult. ſi tamen aliquid acquirit ex eis debet acquirere eccle-
ſię. ut in dictis iuribus. Sed certe hoc non eſt bene dictum
quia ſi illud ꝙ acquirit ex fructibus, debet acquirere eccleſię
ergo multomagis debet acquirere eccleſiæ ipſos fructus cũ
immediate prouenìant ex rebus ipſius eccleſię, ut patet
ex iuribus ſuperius allegatis.

Vltimate concludit ibi dom. Cardi. aut lo-
quimur in administrã-
tibus quę non ſunt proprie beneficia ut ſunt hoſpitalia quæ
proprie non dicuntur beneficia, ut in clem. quia contingit.
de religio. do. & tunc adminiſtrator non facit fructus ſuos,
ut in dicta clementi quia contingit. Aut loquimur in benefi
ciis, & tunc beneficiatus non facit fructus ſuos intantum ꝙ
libere de illis poſſit diſponere. puta conſeruando ſibi, uel ex
eis aliquid acquirendo quod ſit ſuum. iſto caſu non facit fru
ctus ſuos, ut dictum eſt. Aut facit eos ſuos ad hoc ut per niã
ultimę uoluntatis, poſſit diſponere. & dicit communiter te-
neri per doct. quod non poteſt cap. ad hæc. & cap. relatum, el
ſecundo de teſtamentis. Si uero uult diſponere inter uiuos
& tunc dicit quod indiſtincte poteſt etiam donando, quia
clericus beneficiatus efficitur dominus fructuum quos per-
cipit, vt in dicto capit. primo. de cleri. non reſid. lib. 6. † Et ſic
49 concludit dominus Cardin. clericos beneficiatos poſſe fru-
ctus beneficii inter uiuos donare, & in parua, & in magna
quantitate. Et idem dixit in capitulo cęterum. de donat. &
in capitulo peruenit. de fideiuſ. & ſic in actu inter uiuos uidẽ
tur domini, Nec diſtinguit do. Card. ibi. an ſit clericus ſimpli
citer beneficiatus, an habeat adminiſtrationem & ita reſidet
tantus doctor. Ex quo dicto ſequitur quod Cardinalis Per-
gamenſis potuit inter uiuos facere illam magnam donatio-
nem ſuis nepotibus, quod eſt contra Alber. & ſapientes de
Mediolano. Sed certe iſta opinio domini Card. confunditur
per iura allegata pro prima opinione, & allego contra opi-
nionem ſuam elegantem tex. in cap. cum. M. Ferrarienſ. de
conſtitu. ubi canonici in præbendis ſuis habent ſolum uſum
& ſic dicuntur vſuarii, & non uſufructuarii, ergo nõ faciũt
fructus ſuos, niſi ita ut ſuperius dictum eſt. Fuit & tertia opi.
glo. quæ reputatur ſingu. in dicto. cap. præſenti. §. porro. & ori
ginaliter fuit Hoſt. in cap. fin. de pecu. cle. quæ dicit qod ſi eſt
clericus ſimpliciter beneficiatus habet plenam diſpoſitionẽ
ipſorum in uita & in morte, ſed quando eſt beneficiatus cũ
adminiſtratione & tunc nõ poteſt teſtari, ſed in uita dicitur
facere fructus ſuos & poteſt de eis diſponere etiam donãdo
aliquid de eis, dummodo moderate hoc faciat, & hanc opi-
nio. ſequitur Pet. de Anchara. in cap. fin. de pecu. cleri. dom.
mens. Ioan. de Immo. in dicto capitulo fi. dicit quod pro opi
nin. domini. Cardina. facit. capit. primũ de cler. non reſi. in 6.
ſed certe ad illum tex. data fuit reſponſio. ſupra allegata, in c.
peruenit, de fideiuſ. ut pro debito perſonali ipſius clerici non
contracto pro utilitate eccleſiæ poſſunt fructus benefici ca-
pi in cauſam iudicati, ſed certe ille text. non loquitur in do-
natione. dicit tamen ueriorem eſſe in puncto iuris opi. Inno.
Archid. & illam ſequitur Ioan. de Cald. in dicto capi. fin. ſed
de conſuetu. dicit quod ſeruatur opi. Hoſt. & uidetur tollerã-
da illa conſuetudo ſecũdum eum, per illud quod habetur in
capitulo ſi propter tua debita. de reſcrip. in ſexto, & in extra
uaganti Ioannis vigeſimiſecundi quæ incipit, ſuſcepti per
illud quod notauit Ioan. And. in capitulo nemo plus, de reg.
50 gulis iuris in ſexto. in mercurialibus vbi valet † conſuetu-
do quod fructus beneficii ultimi anni in quo clericus dece-
dit etiam ſi nondum ſint percepti ſpectent ad hæredẽ ipſius
clerici, & ſic videtur quod talis conſuetudo poteſt multum
operari & per conſequens uidetur quod teneat conſuetudo
in loco vbi viget prout videntur docto. dicere qui dicunt qđ
opinio Hoſtien. ſeruatur de conſuetudine quod etiam cum
bona conſcientia poſſit clericus beneficiatus diſponere de il
lis vt de aliis rebus ſi non habeat adminiſtrationem, & ita re
ſidet Ioan. de Imo. in d. c. fin. de pecu. cler. Tu vero adde Bar.
in l. diuortio. ff. ſol. ma. qui dixit quod de iure canonico idem
dicendũ eſt in canonico & præbendato, quod dicitur in ma-
rito, ideo canonicus tranſmittit ad ſuos ſucceſſores fructus
perceptos vel percipiendos pro rata anni quo ſtetit in cano-
nicatu. Nõ enim percepit fructus tanquam ſimplex fructua-
rius, ſed propter onera eccleſię quę ſuſtinet. Subdit poſtea ibi
Bar. ſed canoniſtę aliter dicunt quibus in hoc dicit ſtandum
eſſe. Adde glo. in l. 1. C. de anno. ciui. lib. 11. quæ inducit illã l.
in argumentum, quod ſi clericus decedat poſt perceptos fru-
ctus præbendæ, quod ille tranſmittit ad hęredes ſuos. Bar. ibi
remittit ſe ad not. in c. 1. de offic. ordin. li 6. debuit allegaſſe
not. in c. præſenti. §. porro. præallegato. Remittit etiam ad di-
cta per ſe in d. l. diuortio. Adde etiam Bal. in auctẽ, licentiã.
C. de epiſ. & cleri. vbi dicit quod clericus percipit fructus &
potuit conſumere plus quam conſumpſit donec vixit & do-
nec viuit poteſt diſponere iſtos fructus ad piam cauſam. & di
cit canoniſtas dicere quod uiuens ęquiparatur vſufructua-
51 rio, & ideo habet liberam adminiſtrationem fructuum † ſed
moriens æquiparatur vſuario qui moriens facit ſuum tãtum
quantum conſumpſit & non ultra, & remittit ſe ad not. per
glo. in d. l. 1. de anno. ciui. Poſſet dici quod clericus faciat fru-
ctus ſuos & poſſe de illis diſponere, vt dominus, quando illos
acquirit ex redditibus immediate prouenientibus ex rebus
eccleſiæ. Pone exemplum in quæſtione in qua cõſului apud
Mutinam. epiſcopus recepit quartam mortuariorum & illã
vult donare, an poſſit conſului quod ſic, fretus auctoritate
Bal. in l. præſes. ad fin. C. de tranſa. vbi dicit quod poteſt quia
illa debetur perſonæ, & non eccleſiæ, ratione miniſterii, un-
de ſuum facit merito poteſt donare, quia in hoc eſt dominus
non adminiſtrator. Ponit ſimile de tutore cui aliquid eſt re-
lictum contemplatione tutelæ, non eſt dubium quod poteſt
illud relictum remittere, & de eo gratiã facere. & ita ſeruat
ꝯſuetudo, & ego allego tex. in c. officii. in ver. propriã portio
nẽ. de teſtib. ubi eſt caſus melior, qui ſit in corpore iuris pro
dicto Bal. iuncto dicto Io. An. in c. requiſiſti. de teſta. ubi dicit
quod epiſcopus non tenetur cõferre illam quartam cum ec
cleſia cathedrali, ſed illam facit pręcipue ſuã. Et hoc modo
poſſe ſaluari dictum domi. Cardin. in quantum dixit quod
poteſt inter uiuos donare in parua & in magna quantitate,
qa procedit in his q̃ acquirit intuitu eccleſiæ ratione oneris
ſui perſonalis. Et iſto modo limitentur omnia iura ſuperius
allegat, aut acquirit ex fructibus prouenientibus immedia-
te de rebus ipſius eccleſiæ, & tunc non poſſit donare in ma-
gna quantitate inter viuos nec de eis teſtari in morte, & ita
52 reſtringo vobis illud quod heri dixi. † Vtrum prælatus illud
quod acquirit ex poena propter res eccleſiæ poſſit diſponere
inter uiuos uel in morte. & iſta menti cõmenda, quia noua
& uſque ad iſta ſecula inaudita. cum ergo cardinales habeãt
adminiſtrationem eccleſiæ uniuerſalis ut dictum eſt in pri-
ma quæſtione. ergo non poterunt teſtari de bonis quæſitis
intuitu cardinalatus, nec immẽſas donationes facere & per
conſequẽs donatio omnium bonorum facta per dominum
cardinalem Pergamenſem ſuis nepotibus, de iure non te-
nuit. & ideo recte & iuſte ſapientes Medio. conſuluerunt
in hac quæſtione.

Ex iſtis ſequitur correlarium quod eſt tale ꝙ
propter dignitatem cardina-
latus quis non perdit ius ſuccedendi. facit cap. nos. de teſta.
capit. relatum. §. cæterum. eodem titu. ubi clericus poteſt te-
ſtari de eo quod acquirit ex ſucceſſione paterna, & probatur
iuribus ſatis cumulate allegatis ſuperius. ergo multomagis
retinet ius ſucceſſionis ſi eſt effectus cardinalis. Quinimmo
multum eleganter dixit ſupremus doctor Bartol. in lib. mi-
noricarum. quæſtio. penultima. Frater minor factus eſt epi-
ſcopus an ſuccedat ab inteſtato parẽtib. & aliis agnatis & co
gnatis, & ibi arguit quod non exemplo filiifamilias effecti
ſerui & poſtea liberari, quia contrarium decidit. Aut enim
liberatur ab ordine auctoritate ſummi pontificis, & tunc iu
ra ſuccedendi recuperat. l. prima, C. de ſent. paſ. per illam
enim promotionem uidetur reſtitutus ad omnia, vt ibi,
alias ſecus. non tamen propter hoc poterit condere teſta-
mentum. Et ideo ſingulariter dixit Baldus, ut ſuperius alle-
53 gaui in dicta auctẽn. licentiam. † quod religioſus effectus car
dinalis non poteſt condere teſtamentum licet retineat iura
ſuccedendi. 18. quæſt. prima cap. ſtatutum quod eſt bene no-

tandem pro colēdiſsima dominatione tua præſul benigniſſime qui de ſtrictiſsima religione beatiſsimi Baſilii ad hanc cardinalatus dignitatem ampliſsimam aſſumptus ſis, non tamen puto quod licet ſit effectus cardinalis poſsit capere ex teſtamento minus ſolenni. Et ideo refert Angelus peruſinus in l diſeretis. C. qui teſta. face. poſ. fuiſſe arduam quæſtionem in ciuitate Peruſij in cardinali Peruſino, qui patri ſuo inultimis conſtituto & nullatenus loqui ualenti fertur dixiſſe hęc uerba, pater mi ſi uis ut ſim hæres tuus ſtringe manum meā & ille ſic fecit, quod talis inſtitutio non tenuit per dictā. l. diſcretis, & l. iubemus, § ſi enim talis. C. de teſtament. & ſic ex teſtamento minus ſolenni licet quis ſit Cardinalis capere non poterit. argumento l. ex imperfecto. C. de teſtamen. cum ſimilibus.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamentum cardinalis papa auctoritate factum, an valeat.*
Cardinalis ex priuilegio papæ teſtamentum utrum condere poſſit, & quomodo. 9.
2 *Hęreditas nunquid iaceat filiofami. mortuo condito teſtamento.*
Seruus hęreditarius, an hęredi futuro acquirat.
3 *Papa utrum poſſit cardinalibus indulgere teſtamenti factionem de rebus ex cardinalatu.*
Dominium rerum eccleſiaſticarum penes quem ſit.
Offerentes eccleſię ad Deum habent reſpectum.
4 *Papa, claues eccleſię qualiter regere habeat.*
5 *Reſpublica priuatę pręferenda.*
Papa propinquis ſuis, an poſſit ſine peccato bona eccleſię concedere.
6 *Eccleſię bona ſubtrahens, dicitur homicida.*
7 *Papa teſtamenti factionem cardinalibus de rebus quęſitis intuitu cardinalatus quomodo concedere intelligatur.*
Verbum a papa prolatum ſecundum quod ius intelligendum.
8 *Statutum eccleſiaſticum a quo iure interpretationem recipiat.*
Statutum populi, de conſanguinitatis gradibus loquens, an referendum ad arborem canoniſtarum, an legum.
9 *Papa remittens iuris ſolennitatibus, de quo iure intelligat.*

IIII. Quæſt. Baſilica primæ partis.

Nunc uero in ordine quarta quæſtio Baſilica diſputāda pa-
1 ter celeberrime, te in medium offert, † utrum ſummus pontifex ſi concēdat domiuis cardinalibus poteſtatem teſtandi de bonis quæſitis intuitu cardinalatus, ut hac tempeſtate accidit in perſona excellentiſſimi doc. domini Cardi. Mornenſis memoriæ in poſterum celebrandæ, utrum teſtamentum inde confectum teneat, & reperio elegantem doc. Ange. ſiccopede tageotem in loco peregrino, uidelicet in l. ſi ſeruus communis meuij & caſtrenſis peculij in princ. ff. de ſtipu. ſer. ubi dicit ſimpliciter quod cardinalis ex priuilegio papæ pōt teſtamentum condere, & cum illo dicto tranſit ibi Ioan. de Imola. facit elegans dictum Bald in l. ſi quando. in princ. C. de inoſ. teſta. ubi dicit quod ſi papa concedit monacho, poteſtatem teſtandi, quod poteſt teſtari, nihilominus tamen ſecundum diſpoſitionem iuris cano. ſubdit ibi Ang. quod illo caſu non erit dare hęreditatem iacentem in illo patrimonio per illum tex. ubi licet filiusfami poſſit facere teſtamentum & fecerit & poſſit habere hæredem. tamen non dicitur eius hæreditas eſſe antequam hæres adeat, ſed dicuntur uacantia bona. & eſt ratio quia ſi hæres adeat fingitur fuiſſe hæres uſque ad tempus mortis. l. ſi ex re. §. fi. de ſti. ſer. ſi non adeat finguntur illa bona fuiſſe patris. l. hæreditatem. §. patris. ff. de caſtren. pec. & ſic patet quod mortuo filiofami. condito teſtamento non eſt dare hæreditatem iacentem, & dicit ibi Ang.
2 eſſe caſum mirabilem † quod cum quis nō poteſt habere hęredem ex teſtamento niſi ex priuilegio ſpeciali ibi nullo tēpore eſt dare hæreditatem iacentem in ſuo patrimonio non enim antequam agnoſcatur ut ibi, nec poſtea agnita, quia tunc patrimoniū ſuum eſt iunctum patrimonio hæredis. & cœpit eſſe unum corpus. l. ſed ſi plures. § a filio. ff. de uulg. & pup. l. pater. ff. de priui. credi. Et ex hoc ſequuntur tria quæ ſunt adminiſtratione digna. Primum eſt quod ſeruus hæreditarius relictus non acquirit hæredi futuro, quod dicit eſſe valde notandum. ſequitur ſecundum quod tali patrimonio non poterit dari curator velut hæreditati iacenti. Sequitur tertium quod contra tale patrimonium non poterit continuari præſcriptio, ut l. ſi ſeruus hæreditarius. ff. de ſtipu. ſeru. Jo. de Imo. ibi dicit quod immo poteſt cōtinuari pręſcriptio ex eo quia illa fundatur ex poſſeſſione poſsidentis bonefidei & iuſto titulo quæ durant, licet quis decedat ſine hærede. l. prima. §. proculdubio. C. de uſuca. transformam. & ſic Ang. non eleuauit ingenium ad hoc utrum papa poſsit condere cardinalib. poteſtatem teſtandi ſuper his quæ acquiſita ſunt ex rebus eccleſię, vnde poſſet intelligi dictum eius in religioſo promoto in cardinalem ut de patrimonio ſuo poſſet teſtamentum condere ſuper ſuis patrimonialibus uigore poteſtatis ſibi indultæ a ſede apoſtolica. & ideo dicebat Bald. in l. ſi quando. in prin. præallegata quod ſi papa conceſſit monacho quod poſſet teſtari de bonis paternis, qđ tunc tale teſtamentum valeret. & refert ſæpe numero ſummum pontificē hoc facere, & ſic aperte nemo eorum attingit iſtum caſum
3 † quod papa poſsit indulgere teſtamenti factionem cardinalibus ſuper rebus quæſitis ex cardinalatu. ꝙ tamen ſæpenumero uidemus Romanum pōtificem ex hoc facere, quinimmo omnes fere cardinales ſuper huiſmodi rebus teſtantur, & audiui excellentis memoriæ do. Card. Murinenſem teſtatum fuiſſe ultra. 30. milia Florenorum ſummo pontifice concedente. & forte in ſtricta diſputatione ſalua tamen ſemper poteſtate ſummi pontificis, uidetur quod hoc fieri non poſſit, & licet ſit dubium inter antiquos & Moder. iuriſlatores, an dominium rerum eccleſiaſticarum ſit penes eccleſiā, an ſit penes Deum. an penes clericos, an penes ipſum, ſumm. pon. tamen verior opin. videtur quod ſit penes Deum. facit glo. in cap. cauſa. de uerb. ſing. & quod habetur. 1. quæſt. 3. c. ſaluator. & 23. quæſt. 8. cap. conuenior. & habetur in pſalmo Domini eſt terra & plenitudo eius tranſumptiue in ca. 1. de decimis. facit. cap. cum ex eo de elect. lib 6. in uerſ. de Chriſti patrimonio ſublimatis. hoc etiam not. ibi glo. Facit cap. qui Chriſti. & cap. qui abſtulerit. 12. quæſt. 2. cum quia homines offerentes eccleſiæ habent reſpectum ad Deum. cap. nulli liceat. & cap. res eccleſiæ, in uerſic. domino oblata. 12. qō. 1. & c. mancipia. & c. iniuſtum. de rer. permu. facit quod not. in c. cum ſuper. de cauſa poſ. & proprie. & in cap. expedit. 12. q. 1.

4 Tunc arguo ſic formaliter † ius noſtrum non poteſt a nobis aueli ſine facto noſtro l. ius noſtrum de reg. iur. l. fin. C. ſic contra ius. cap. quę in eccleſiarum de conſti. cap. ab eo. de elec. lib 6. Sed acquiſita ex rebus eccleſiæ ſunt ipſius eccleſię quo ad dominium. c. primo de teſti. & ideo dicimus quod eccleſia poteſt uendicare illa talia, ut in cap. placuit. & cap. ſacerdotes, & cum aliis iuribus ſuperius allega. ergo ſequitur quod papa non poteſt iſtud dominium quod eſt ipſius Dei uiui concedere alteri, licet enim Chriſti & papę unum ſit conſiſtorium dixit Hoſt. in cap. quanto de tranſla. pręl. & uicem Dei gerat in terris. c. ut noſtrum. ut eccle. benefi. tamen debet legitime gubernare claues eccleſię non errante, & ideo dictum fuit ſupra qđ Petro conceſſę fuerunt duæ claues una auctoritatis, & potentiæ. alia. diſcretionis, & ideo fuit dictum paſce oues meas nō aūt fuit dictum diſperde. & in §. 1. 40 diſt. ubi dicit tex. qđ papa habet neceſsitatem bene uiuendi ex officio ſuſcepto non autem licentiam peccandi ergo ſequitur quod non poterit cardinalis ex poteſtate ſibi indulta a papa condere teſtamentum de rebus quæſitis ex ipſo cardinalatu. Præterea res deputate ad unum uſum non poſſunt deputari ad alium quando poſſunt deputari ad uſum deſtinatum. l. ſi legatum. ff. de uſufruc. leg. clem. quia contingit. de relig. domi. Sed bona eccleſiæ deputata ut ex fructibus alantur pauperes, ut in capit. uidentes. 12. quæſt. prima. ergo non poteſt papa deputare illas res ad alium uſum. Nec obſtat. ſi dicatur quod immo papa poteſt, ut eſt tex. in d. clem. quia contingit quia illud procedit quando res eſt relicta ad pium uſum, & papa uult illā rent ad alium pium uſum deputare Sed iſte non eſt caſus no-
5 ſter. † præterea reſpublica eſt priuatę præferenda. l. prima. ad fin. C. de cadu. tol. capit. bonę. de poſtu. pręla. ſed res eccleſiæ ſunt deputatæ uſui publico. ut in dicto. c. uidentes. ergo non poſſunt deputari uſui priuato & ꝑ conſequens uidetur quod papa non poteſt concedere cardinali, ut relinquat quæſita ex reddiibus eccleſiæ uſibus priuatorum. Præterea facit tęxt. not. in cap. non licet papæ. 12. quæſt. 2. vbi non licet papa alienare bona eccleſiæ. ergo nec licet dare alteri poteſtatem teſtandi ſuper rebus eccleſiæ, quia ex hoc ſequeretur alienatio ut no. in l. fi. C. de rebus. eccle. non alie. per Cy. & Bald. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de uerb. oblig per Barto & per Bal. in l. ſi ea lege. C. de condi. ob cau. Et ideo ſingulariter dixit Archid. poſt. Vgu. papam peccare mortaliter ſi concedit bona eccleſię ſuis conſanguineis ut eos locupletes præ aliis faciat, quod dictum ſuperius allegaui, ergo multominus poterit concedere cardinalibus poteſtatem relinquendi bona quæſita ex
6 rebus eccleſiæ ſuis cōſanguineis † Præterea faciat, qui ſubtrahit bona eccleſię dicitur homicida, quia uidetur necare illos pauperes qui fuiſſent nutriti, & ſuſtentati ex bonis præfatis, ut in capitulo qui Chriſti; & in c. qui abſtulit. 12. q. 1. & in ca. paſce famę morientem. 86. diſt. Et licet papa receperit a Deo poteſtatem & dignitatem pontificatus non tamen poteſtatem peccandi. ut dicit tex 60. diſtinctione in principio. Nam uicarius non habet maiorem poteſtatem quam habet Deus ſed Deus peccare non poteſt. de pœnitent. diſtinctione ſecunda,

cunda, §.fin.ergo nec uicarius debet hoc poſſe.Fateor tamē
quod quo ad bona mobilia modica poſſet cōcedere poteſta
tē teſtandi cardinalibus de quęſitis intuitu eccleſiæ. Nam ſi
conſuetudo hoc facere poteſt,ut in cap.cæterum.de donar.
ergo multomagis hoc poterit permittere Roman.pontif.&
ideo pondera accurate. Si quæritur vtrum papa poſſit con-
cedere poteſtatem teſtandi cardinalibus de rebus quæſitis
intuitu Cardinalatus.& uidetur dicendum quod pōt hr̄i,ha-
bet enim poteſtatem ſupra ius poſitiuum.capit.innotuit. de
elect.cap.propoſuit.de conceſ.præb.cum ſim.Sed iura poſiti
ua prohibuerunt clericos,ſacerdotes,epiſcopos,cardinales,
& ſimiles poſſe teſtari de rebus quæſitis ab eccleſia.ergo pa-
pa potuit circa illa iura diſpoſitiua diſpēſare, & propter hoc
ſeruatur communis moderna obſeruantia in qua uidemus
ſummum pontificē concedere huiuſmodi poteſtatem. Aut
quæritur utrum papa poſſit concedere poteſtatem cardi-
nalibus teſtandi ſuper rebus quæſitis ex cardinalatu relin-
quendo illas extraneis & præferendo eos eccleſiæ, & tunc ſi
hoc facere poteſt ſit ipſe Deus iudex qui omnia nouit iuxta
illud.Nouit ille qui nihil ignorat.cap.nouit.de iudic. Subij-
cio tamen me deciſioni ſanctæ matris eccleſiæ. Et pondera
7 etiam † quia licet papa concedat poteſtatem teſtandi cardi-
nalibus de rebus quæſitis intuitu cardinalatus debet reſtrin
gi & limitari illa poteſtas uidelicet ad bene meritos,ut ſupe
rius in præcedenti quæſtione dixi vel ad pias cauſas, ſeu ad
eleęmoſinas,ut in cap.relatum.el 2. de teſt.ar.cap.cum dile-
ctus.de conſue.& l.ſi ſerui neſtri.C.de nox.& c. cauſam quę.
de teſ.& c.ex parte.de uerb.ſi.& quod habetur in l.fi.§.in cō-
putatione.per glo.C.de iu.delib.& in cap.primo,alias ſecun
do,de feu.cog.& in cap.1.de conſue.re.feu. & per hoc potes
euitare contraria præal.

Sed poſſet quiſpiam dubitare circa prædicta, papa cōceſſit car-
dinalibus poteſtatem teſtandi ſecundum quod ius intellige
tur,an ſecundum ius ciuile,an canonicum.& reperio illum
patrem Bald.Peruſinum in d.l.ſi quando.in princ.dicentem
ſe putare quod verbum prolatum a papa debet intelligi ſe
cundum ius cano.& non ſecundum ius ciui.& ideo debebit
teſtari ſecundum diſpoſitionem. cap.cum eſſes. & cap.rela-
tum.el 1.de teſta Facit ſimile dictum eiuſdem Bald.in l.1.C.
qui bo. ce.poſ. ubi dicit quod in terris eccleſiæ concordabis
ſtatutum populi potius cum iure canon.quam cum iure ci-
ui. quia papa præualet imperatori in illis terris, ſed in terris
imperij concordabis ſtatutum populi cum iure ciuili. Facit
glo.ſing.in cap.2.de arbit.in 6. quæ vult in terris temporali-
ter ſubiectis eccleſiæ ſeruabitur ius canon. facit capit.ex lite
ris.de conſtit.& ibi dixit d.Anton.quod ſtatutum eccleſiaſti
cum recipit interpretationem a iure canonico.facit not.di-
ctum Bald.in l.ſi nondum.C.de fur.vbi dixit. Statutum pu-
8 nit ſacrilegium † an intelligatur de ſacrilegio prout conſide
ratur a iure ciui.an prout conſideratur a iure canon.Et dicit
eſſe diſtinguendum.an illud ſtatutum ſit editum a laico, &
intelligitur de ſacrilegio prout conſideratur a lege ciui. aut
eſt æditum ab eccleſiaſtico & intelligitur de ſacrilegio pro-
ut conſideratur a lege canon.facit elegans dictum eiuſdem
Bald.in l.fin.C.de ſucceſ.edic.vbi dicit ſe vidiſſe ſæpenume-
ro dubitari. ſtatuto populi cauetur quod nullus eligat offi-
cialem aliquem ſibi coniunctum vſq; ad tertium gradum
quomodo computabitur gradus,an ſecundum ius cano. an
ſecundum ius ciui. & decidit ſecundum ius ciuile. & ita de-
terminauit Iac.Butr.& etiam ſecundum hoc conſuluit Bal.
cuius conſilium refert ſolennis doc. Pet.de Anchar.in com
mento cap.primi. de conſtit.ad fina. facit id quod elegan-
ter voluit realis ſcientiæ doctor Salycet.bo. in dic.l.ſi quan-
do. vbi dicit; papa conceſſit poteſtatem teſtandi perſonæ
inhabili ad teſtandum, an videatur ſublata ſolennitas iuris
ciuilis,an iuris canon. quæ eſt, ut in ore duorum, vel trium
ſtet omne verbū. vt in d.c.relatū. & in d.c.cum eſſes.& in c.
in omni negotio.de teſt.Deutero.19.cap. Et dubium dicit in
ſurgere, quia ſi ſolemnitas iuris cano.eſt remiſſa ſequeretur
qđ ille poterit teſtari ſine teſtibus,quod non vr̄ eſſe de men-
te papæ pcedentis ne ſcriptor teſtamenti falſum cogitaret,
9 & ne ſi ſcriptū nō eſſet ex defectu probationis deficeret. † Et
ſi dicatur quod ſolennitas iuris ciui.eſt remiſſa duntaxat cō
ceſſio nihil operaretur,quia ſecundum canon. in terris ſup-
poſitis eccleſiæ unuſquiſque poteſt teſtari ſecundum ſolen-
nitatem iuris canon.non ſeruata ſolennitate iuris ciui.ideo
putat ibi Salyce.quod ſolennitas iuris canon.intelligitur re
miſſa,ſed duo teſtes ad minus requirūtur ad probationem,
ſed non ad ſolemnitatem.& ſic non exigentur tot rogati ſi-
cut in milite dicitur in quo caſu ſolennitas militaris intelli
gitur remiſſa. l.milites. C.de teſtam.mil.& ex ſupra dictis eli
citur.Prima concluſio,quod Roman.pontif.poteſt concede
re cardinalibus poteſtatem teſtandi.Secunda concluſio, qđ
ex huiuſmodi poteſtate non poterunt cardinales bona quæ
ſita intuitu cardinalatus relinquere pęnitus extraneis. Ter-
tia concluſio,quod per huiuſmodi poteſtatem non poſſunt
teſtari ſecundum diſpoſitionem iuris ciui.ſed ſolennitatem
iuris canon.in ſuis eulogiis ſeruare tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales nunquid parentibus in feudo ſuccedant, maxime ſponte promoti, 6.*
Vaſallus ab initio ad feudum inhabilis, an poſſit ſeruire per ſubſtitutum numero 9.
2 *Clericus per ſubſtitutum ſeruire, vtrum poſſit.*
Mutus ſuperſtes militi, nunquid in feudum ſuccedere poſſit.
3 *Clericus ad minores promotus, an feudo renunciaſſe uideatur.*
Et quid de promoto in ſacerdotum. 5.
Reuerentia ſumma, excuſat, quemadmodum ſuperioris mandatum.
Miles factus clericus, vtrum feudum perdat.
Vaſallus qui dominum feudi adiuuare tenetur, appellatur miles.
4 *Clericus deſinens eſſe clericus, an recuperet ius ſuccedendi in feudo.*
Intellectus, capituli qui clericus. ſi de feud. fuer. controuerſia. in uſibus feudorum.
5 *Clericus in minoribus, nunquid fœminæ quoad feudi ſucceſſionem ęquiparetur.*
6 *In facto eſſe dicuntur, quę in fieri eſſe cenſentur.*
Clerici appellatione, qui veniant.
7 *Feudum per votum religionis ſine ingreſſu nunquid amittatur.*
Ordo Hieroſolimitanorum, an ſit religioſus, & decimas poſſit poſſidere.
8 *Clericus primę tonſurę patri in feudo vtrum ſuccedat.*
9 *Lex ſecundum ſuam intentionem intelligenda.*
10 *Cauſę feudales per quę iura decidendę.*
11 *Papa nunquid in feudo poſſit ſuccedere.*
Clericus vtrum poſſit per ſubſtitutum in feudo ſeruire.
Teſtandi ius nunquid in feudo poſſit competere.
12 *Induſtrialia ad heredes non tranſeunt.*
Illuſtris ſeruit per ſubſtitutum cum perſonarum delectu.
Executor vltimę uoluntatis, an & quando executionem alteri committere poſſit.
Epiſcopus nunquid ſit illuſtris.
Cardinalis, epiſcopus, aut clericus, an poſſit de feudo inueſtiri per nouam inueſtituram.
13 *Epiſcopi multi vocantur principes.*
Effectus ex ſcientia augetur.
Infamis poteſt de feudo inueſtiri.
Rex factus monachus, nunquid regnum poſſit retinere.
34 *Monaſterium quomodo intelligatur haberi loco filii.*
15 *Feudi dominus clerico, epiſcopo, aut cardinali nunquid poſſit concedere feudum.*
Fęmina in quo feudo ſuccedere poſſit.

V. Quæſt. Baſilica primæ partis.

1 Et ex ſuperius relatis præſul eminentiſſime quinta in ordine ſequi
tur Baſilica quęſtio diſputanda. † Vtrum videlicet cardina-
les ſuccedant parentibus in feudo. Et uidetur dicendum qđ
non.Quod formaliter hoc modo oſtenditur. quoties quis ue
nit ad ſtatum incompatibilem ſibi ipſo iure priuatur habito
beneficio.c.de multa.de præb.c.dudum. eccleſia Rothoma-
genſis.de elec. c.ſanctorum.lx.diſt.c.le.gratiæ.de reſcr.Sed eo
ipſo quod quis efficitur clericus ſi habebat feudum ipſo iure
priuatur feudo.in c.qui clericus.in ti.ſi de feu.fue.contro. Si
ergo excluditur a feudo habito, ergo multomagis exclude-
tur a feudo habendo,& per conſequens non ſuccedat in feu
dum. Turpius reijcitur quam non admittitur hoſpes. c. quē-
admodum.de iureiur.& dixit Pet.de Cernetis in d.c.qui cle-
ricus.quod ſi erat feudum nouum reuertitur ad dominum,
ſi erat antiquum uadit ad agnatos.Et ſi dicatur qđ ex hoc ſe-
queretur abſurdum quod uaſallus retraheret ſe a ſuſceptio
ne ordinum & a ſeruitio ipſius Dei uiui quod eſt abſonum,
ut no.Cy.in auth.niſi rogati.C.ad treb. Reſpondeo quod qua
litas rei ſoluit contrarium. Bene facit ꝙ dixit Bald.in l.quiſ-
quis. C.de epiſ.& cleri.ubi dicit quod ſi uaſallus eſt inhabilis
ad feudum ab ipſo initio, & ex poſtfacto ſecundum naturam
feudi,ut quia fœmina,mutus, vel clericus. non licet ſeruire
per ſubſtitutum.alleg.d.ca.qui clericus. & ex hoc tollitur id
2 quod poſſet dici quod clericus poteſt ſeruire ꝑ ſubſtitutum.
Secundo facit c.primum, in titu.an mutus uel imperfectus.
ubi ſi miles decedat ſuperſtite filio qui efficitur mutus non
ſuccedit in feudum, & eſt ratio, quia non poteſt ſeruire do-
mino feudi, ſicut nec clericus, ergo multominus cardinalis
qui tenetur ſeruire eccleſiæ uniuerſali & eſt coadiutorī exe
cutione

cutione ſacerdotalis officij.c.fundamenta.§. decet. de elect.
lib.6.cum ſim.alleg.ſupra in 1.q. Et ſic tanquam non ualens
ſeruire dño feudi erit inhabilis ad ſuccedendũ in ſeudo. Ter
tio facit c. 1.in. tit.de beneficio fœminæ.ubi clericus nõ ſuc
cedit in feudo etiam ſi habitum depoſuerit.& ibi gloſ.quæ-
rit quid ſi eſt promotus ad minores ordines, an uideatur pro
pter hoc renunciaſſe feudo,& concludit quod non. & dicit
qđ hoc caſu ſeruiet per ſubſtitutum, ſi uero eſt promotus in
ſacerdotium, tunc erit diſtinguendum ſecundum Bald.ibi.
aut erat feudum ſibi apertum, & tunc uidetur renunciaſſe,
& non poterit per ſubſtitutum ſeruire. Aut non erat aper-
tum, & ponit exemplum, quia primogenitus poſſidebat feu
dum & erant tres uel quatuor fratres, & ultimus eſt effectus
cardinalis, deinde omnes fratres deceſſerunt ſine hęrede, de
iſto non poteſt dici quod habuit animũ & intentionem re-
nunciandi, nec etiam facultatem renunciandi, videtur ergo
quod de æquitate admittitur ad feudũ, ergo ſecus eſt de iu-
ris rigore, niſi eſſet tale feudum cuius ſeruitium poſſet ſui
natura per quẽlibet explicari, & quia tũc nõ perderet feudũ
arg.l.continuus.§.ſi ab eo. ff.de uerb.oblig.& ſic Bald.incli-
nat in illam partem quod regulariter cardinalis non ſucce
dit feudo patrimoniali.& facit elegans dictum eiuſdem Bal.
in c.1.an tit an murus vel aliter imperfectus.ubi dicit, quod ſi
eſt tale ſeruitium quod poteſt præſtari per alium, & ſeruiat
p ſubſtitutum,& ponit exemplum in clerico, quia mandato
papæ, uel propter nimiam eius reuerẽtiam tranſiſſet de mi
3 norib. ordinibus in ſacros,† quod dictum eſt ſatis mirabile,
quod licet per ordines ſacros aſſumptos quis non ſuccedat
in feudo, procedit, quando ſponte ſua illos ſacros ordines ac
cepit, ſecus ſi coacte, puta mandato papæ, vel propter nimiã
eius reuerentiam, & ſic quemadmodum excuſat mãdatum
ſuperioris, ut in cap.cum inter R.ſeniorem.de elect.ita excu
ſat ſumma reuerentia, pro quo allego caſum ſingularem in
l.pen.alias antepen. ff.de fur. & ſi opponatur, miles effectus
clericus perdit feudum, ut in cap.1.de milit.vaſal. qui arma
belli.depoſuit.ergo nõ miles effectus clericus non perdit feu
dum, per illum tex. Ad quem reſpondeo quod ille text. non
ponit ſpecialitatem in feudo, ſed ſolum ponit ibi facti con-
tingentiam, vt ibi per doct. Vel dic ſecundum Andr.de Iſer.
ibi quod omnis vaſſallus qui tenetur adiuuare dominũ feu-
di appellatur miles, facit glo.in c.1. de feudo ſine culpa non
amit. Quarto faciunt omnia ista dicentia quod nemo militã
tans Deo, implicat ſe negotijs ſecularib.a 1.q.3.c.a 2.& 3.23.
q.8.c.irreprehenſibile. Arma.n.clericorum ſunt lacrimæ &
orationes.facit.c.1. ne cle.vel mo. nam poſtquam incepit eſ-
ſe miles Dei, deſinit eſſe miles ſeculi, nec debet ſtare benefi-
cium penes eum qui non debet officium gerere. c.1.de mili
te vaſſal.qui arma belli.depoſuit.

Dixit tamen Bald.in capit. qui clericus.in tit.ſi de
ſeu. fue. contro. quod erat dubiũ an
hoc haberet locum in clerico aſſumente ordines minores,
ut nõ ſuccedat in ſeudo, nec illud recuperare poſſit dato qđ
deſinat eſſe clericus. & eſt ſolennis & quotidiana hæſitatio.
4 & gloſ.in cap.naturales.in tit.ſi de feu.contro.†uidetur tene
re qđ amittat ſucceſſionẽ in feudo, nec recuperare poſſet.
Idem uidetur ſentire gloſ.in cap. 1.de beneficio fœminæ. &
textualis ſcientiæ doctor clariſſimus Nicol.de Neapo.& ibi
ſequitur eandem gloſ.Sed Bal.in d.cap.qui clericus dicit, qđ
ſi clericus in minoribus habuit beneficium eccleſiaſticũ cũ
illis ordinibus, procedat dictum glo.alias uero non, per ea q̃
habentur in cle.gratiæ de reſcrip.& facit ſingu.dictum Bar.
in l.in concubinatu.ff.de concub.ubi loquitur de clerico in
minoribus cõſtituto beneficiato. idem etiam addit ibi Bal.
ſi impetrauit beneficium eccleſiaſticum, & non obtinuit,
q tunc non ſuccedit in feudo, licet ſit in minorib. ordinib.
conſtitutus alleg.in arg.l.fi. ff. de diuor. Si autem nec habet,
nec impetrauit beneficium, etiam ſi ſit intitulatus ad titulũ
ſui patrimonij, quia non eſt miles Dei, licet fecerit præpara-
toria, alleg. And.Faſollam de Piſis.in ſum.ſua, quibus mod.
feu ami.vbi dicit quod d.cap qui clericus procedit quando
ſumpſit ſacerdotium vel ordinem ſacrum alias non. Qui-
nimmo idem Bal.in cap.1. de beneficio fœminæ, tenet indi
ſtincte quod per ſuſceptionem ordinum minorum non ui-
detur quis renunciare feudo, nec fieri inhabilis ad feudum,
quia poterit ſeruire per ſubſtitutũ. Et facit ratio ſtrictiſſima
quæ fuit eiuſdem Bald in d.cap.qui clericus.uidelicet ne eſ-
ſet in poteſtate agnatorũ eū conuenire adultum habentem
feudum. Et ideo dimittendo clericatum poterit recuperare
feudum, & ad dictum feudum reintegrari ope reſtitutio.in
integr.per not in d.cap. naturales.& in d.cap.1.de beneficio
fœminæ.& eſt opin.ſatis æqua. Et eandem partem ſequitur
5 Iac.de Bel †quod clericus in minoribus conſtitutus non pri
uetur feudo.per tex.in cap.ſcripſit nobis Theoberga regina
27.quæſt.2.referens ſe in queſtione facti, ita uidiſſe in d.cap.

primo, de beneficio fęminæ.refert tamen Bal.Pet.de Cerne
tis, & multos alios doct.tenere contrarium inhærentes illi
tex.magis quam gl. qui tex. uidetur iudaicus ſecundum eũ,
quæ opin. tenetur in pratica iudicando & conſulendo pro-
pter auctoritatem glo.& docto. ſed in puncto iuris dixerint
quicquid uelint dictum eorum non eſt verum, & præſuppo
no tex.in capit. cum ex eo.de elect.lib.6. vbi clericus, cum in
minoribus conſtitutus poteſt dimittere eos & uenire ad ſta
tum purum & merum laicalem, tunc arguo ſic formaliter.
Clericus conſtitutus in eo ordine quem dimittere poteſt pri
uatur feudo.text.eſt formalis.in capit.1.§ ex hoc. in verſ.ex
hoc illud deſcendit quod dicitur clericum nullo modo in
beneficium paternum ſuccedere, & ſi poſtea hunc poſtpo-
ſuerit. de beneficio fœminæ. Sed huiuſmodi eſt clericus in
minoribus conſtitutus, ut in d.cap. cum ex eo.ergo formali-
ter ibi eſt caſus. Secundo hoc dico probari per illum tex.ſub
tiliter inducendo hoc modo, fœmina non ſuccedit in ſeu-
do, ut eſt caſus ibi in prin.cap.poſtea ſubdit tex.ex hoc illud
deſcendit quod dicitur clericum nullo modo &c.ubi tex æ-
quiparat ſęminam & clericum in minoribus, quo ad ſucceſ
ſionem feudi, ſed fœmina ſuccedere non poteſt, ut ibi.& in
cap. 1.§.nondum qui feu.da.poſ. Tertio ſi dicatur quod licet
aliquis ſit clericus in minoribus dicitur eſſe in fieri potius,
quam in facto eſſe, per reſpectum ad ordines ſacros. Sed ego
6 habeo caſum ſing & vnicũ in iure †qđ ea quę ſunt in fieri cẽ
ſentur in facto eſſe.l.veſtimentum.ff.de au.& arg.leg. Quar
to facit tex in d.c.qui clericus.vbi dicitur quod ille qui effici
tur clericus perdit feudũ. Sed appellatione clerici venit cle-
ricus in minoribus, ut in c.cleros.21.diſt.& in rub.uincto ni-
gro, de vita & honeſta.clericorum.

Et ex iſtis eliciuntur duæ concluſiones. Qđ
cardinalis ſponte pro
motus ad cardinalatum non ſuccedit in feudo. Secunda cõ-
cluſio hæc eſt. Quod clericus in minoribus conſtitutus per-
dit ſucceſſionem feudi. Et ſi quiſpiam dubitaret, quid ſi vaſ-
ſallus non intrauit religionem, nec eſt effectus clericus, ſed
voluit intrare, & in ppetua religione perſeuerare, an ex hoc
voto ſine ingreſſu religionis amittat feudum, & ille excel-
lens feudiſta Andr.de Iſer.in d.capit.qui clericus, dicit quod
ſic, ubi uidetur caſus non violando literam in uer. aut uotũ
religionis aſſumit hoc ipſo feudum amittit. Et loquitur ille
tex.de voto religionis in genere.& poſſet allegari ratio, quia
7 non adimplens votũ peccat mortaliter.†Scriptum eſt enim
Vouete & reddite. c.debitores. de iureiur.cap. & ſi Chriſtus.
eod.ti.ergo. Item non poſſet ſtare in curia domini, ſine dede
core, & per conſequens ipſe dominus poterit illum repelle-
re.c.1.an ille qui interfecit fratrem domini ſui, & illud men
ti commenda tanquã quotidianum. Poſſet etiam quiſpiam
dubitare quid ſi uaſallus efficiãtur miles ſancti Ioannis, vel
ſanctæ Mariæ Alęmanorum, uel ſimilium, prout dicit gloſ.
in clem.quia contingit.de reli.dom. An, perdat feudum per
ingreſſum talis religionis dicit quod non, quia non perdit
ſtatum ſuum.unde poterit honeſte ſeruire per ſubſtitutum.
l.nullus.C.de decu. lib 10. Non enim uidetur quod cauſa iu-
ris ſit mutata, licet honor ſit auctus.l.falſa.§.1.ff.de condi.&
demonſtrat. Si autem cauſa iuris eſſet mutata forte propter
conſtitutionem illius ordinis, tunc mutato ſtatu ipſius per-
deret feudum.argum.l.tutelas. de capi.dimi.ita dixit Bal.in
d.cap.1.de mili.uaſſal.qui arma bellica depoſuit. Sed reſpon
deo, quia licet auctoritas Bal. ſit grandis dictum ſuum non
eſt ſine dubitatione. Iſti fratres hieroſolimitani nõ ſunt me-
re laici, ſed ſunt religioſi, nec dicuntur ſtare in ſeculo & poſ
ſunt poſſidere decimas.cap.quamuis. de deci. ubi laici con-
uerſi non exiſtentes in ſeculo poſſunt poſſidere decimas. &
Ideo excellens docto.dominus & conſiculus meus Abb.po-
nit exemplum in fratrib. Hieroſolimitanis, & idem in Ale-
manis.facit quod habetur in tex.& gloſ.dicit.in rub.de regu
la.& Dominicus de ſan.Gemi.in capit.a.§.1.de reb.eccle.&
quod no.Ioan Mo.in cap.ex eo. de elect.lib.6.& ex iſtis & ex
dic.cap. qui clericus inquantum loquitur de religione in ge
nere, & ille ordo dicitur religioſus, confunditur & deletur
ea tota doctrina Bald.

8 Sed ad quæſtionem principalem †de cardi-
nali & de clerico, repe-
rio illuſtriſſimum canonum patrem Ioan.Cal. in opere con
ſiliorum ſuorum in tit.de feu.ubi quærit, an clericus primæ
tonſuræ ſuccedat in ſeudo paterno. Et dicit quod ſi natura
feudi habeat quod ſeruiat feudatarius ſeruitio perſonali cle
rico non prohibito ſuccedit clericus in feudo paterno, quia
per clericatum iura ſucceſſionis non perduntur. 1a.quæſt.5.
cap.1.& quæſt.5.cap.fixum. de teſta.cap.quia nos.& in capit.
relatum. §.cæterum. eod.tit. & etiam religioſi non perdunt
ius ſuccedendi. 23.quæſtio.1.c.1.18.q.1.c.ſtatutum.19 quæſt.
3.cap.non licet.& in auc.de ſan.epiſ. §.nulla vero.& in §.in-

terdicimus.ea.q.Nec eſt mirum,quia in hoc nulla contrarie
tas vel incompaſſibilitas verſatur. ideo nil impedit vtrunq;
ſcilicet ius ſuccedendi,& ordinem retinere.de conſe.diſtin.
2.cap.nec Moyſes.21.quæſt.1.cap.relatio.Item hoc probatur
iure & eſt expreſſum in cap.1.de ſta.reg.lib.6. Ex quibus pa-
tet quod epiſcopi & alij clerici poſſunt eſſe vaſſalli & tenere
feuda a dominis temporalibus. ergo ſequitur quod talis ſuc
ceſſio de ſe non eſt contraria clericatui vel illi incompaſſibi
lis,& ſic per clericatum illi non renunciat. Sed vbi deberet
ſeruire in propria perſona ſeruitio clericis prohibito, tunc
uidetur prima facie per clericatum illi renunciare iuri ſuc-
cedēdi in tali feudo propter incompaſſibilitatem quæ ineſt.
vt ff.de tribu.l.quod in hæredem.§.eligere,& ibi dixit glo.a
tal montone tal bocone.cap.vt quis duas,de elect.lib.6.cle.
gratiæ de reſcrip.l.1.C.de furt.tunc habet locum illa regula
quæ dicit nemo militās Deo, & per prædicta dicit apparere
reſponſionem ad dicta iura feudalia,& ſic etiam dicatur qđ
clericus poteſt ſeruire per ſubſtitutum qualiſcunq; eſſet na
tura feu.argum.gloſ.in l.quiſquis.& in l.ad ſimilitudinem.
9 C.de epiſc.& cler.† ſed ipſe dicit iſtud non procedere vbi na
tura feudi requireret operam perſonalem per l.inter artifi-
ces.ff.de ſolu.& l.1.§.ne autem.C.de cadu.tollen.& in capit.
fin.de offic.deleg.dicendum eſt ergo ſecundum eum, quod
prædicta capitula ſunt intelligenda ſecundum rationem ip
ſorum,lex enim intelligi debet ſecundum ſuam intentionē,
l.adigere.§.quamuis.ff.de iure pat.cap.debitum.de big.non
enim in folijs, ſed in ſenſu conſiſtit euangelium.1.quæſt.1.c.
Marchion & Baſilides.cap.intelligentiam. & cap.præterea.
de verbor.ſign.& clem.1.de iureiur.l.cum mulier.ff.ſol.ma-
trimon.l.ſcire leges.ff.de legib.cum ſim.Nam talis clericus
ſeruire non poteſt, vel tale officium uaſſalli exercere. hanc
rationem reddit prædictum. cap.1.in tit.an mutus,vel aliter
imperfectus. Ex quo clare ſequitur ſecundum eum, quod
tunc excluditur a ſucceſſione quando ſeruitium facere non
poteſt in propria perſona, ſecus ergo ſi feudum non eſſet ita
conditionatum quodcunque aliud ſit ſeruitium, vel quādo
poſſit ſeruire per alium, vel quando feudum eſſet liberum,
quia ceſſarent prædicta,& hoc ponderarunt iura canonica,
quæ aperto ore ſonant contra pręalleg.iura feudalia,33.quę
ſtio.8.§.ecce.de appel.capit.Romana.§.decet.lib.6.ne cler.
vel mo.cap fin.prædicta omnia dicit confirmari per Inno-
cent.in cap.in præſentia de probat.& per Hoſt.in ſumma de
immu.eccle.§ quantum.uerſ.ſed nec illa immunitas poſſet
10 etiam defendi ſecundum eum † quod ſi feudum eſſet tale cu
ius vaſſallus tenetur ſeruire in propria perſona quouis ſerui
tio, filius in minoribus conſtitutus non repelletur a ſucceſ-
ſione talis feudi,ſed ſi eſſet feudum cuius ſeruitium eſſet ta-
le a quo clericus prohibetur ſi renunciat priuilegio clerica-
tus poterit propter hoc tenere feudū, & hoc potiſſime ideo
dicit, quod conſtat qđ clericus in minorib. poteſt uolūtarie
recedere a ſtatu clericali.c.cū ex eo de elec.lib.6.quo pręſup
poſito,facile probatur ſecundum eum,illud quod ipſe dicit,
& ita reſidet tantus doctor in præfato ſuo elegantiſſimo cō-
ſilio.mirum eſt quod non allegauerit glo. feudales quas ſu-
perius aduxi pro iſto vltimo ſuo dicto.

Sed certe hoc vltimum dictum ſuum eſt contra text.in d.
cap.1.§.ex hoc.cui textui ſtandum eſt.Nam cauſæ feudales
decidendæ ſunt per ipſas conſtitutiones feudorum, ut in
cap.1.de feu.cog.etiam quo ad ipſos clericos.ut in cap.cæte-
rum,de iud.& in cap.uerum de foro compet.ergo ſequitur
indubitanter quod per illum tex.eſt deſtructa opinio eius,eſſet
tamen durum ſatis poſſe obtinere in iudicio cōtrarium pro-
pter auctoritatem gloſ.Iac.de Bel.Io.Gal.Bal.& ſequatium.
adde ēt do.Abb.poſt Io.An.in d.c.in pręſentia.vbi dicit qđ
ſi feudū requirit ſeruitiū quod pōt præſtari per monaſteriū,
vel p ſubſtitutū,tunc monaſteriū,vel clericus ſuccedunt in
feudo facit ēt qđ dixit Bal.in auc.niſi rogati.C.ad Treb.vide
licet quod ſi ſeruitiū eſt tale quod non pōt adaptari eccleſię
vel clerico feudum reuertetur ad dominum. alleg.notan c.
1.de milite vaſſallo qui arma bellica depoſuit.& dicit fuiſſe
11 quæſtionem in facto † vtrum in feudo poſſet ſuccedere papa
qui idem eſt quod eccleſia animata, & refert quoſdam dice-
re quod ſi feudum eſt francum, idest liberum, ex pacto, vel
conſuetudine quod in tali feudo ſuccedit eccleſia ſaluo iu-
re domini.cap.inter dilectos.de fide inſtrum. Nam & ius te-
ſtandi competit in eo cum ſit liberum & gratioſum.argum.
l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam.licet regulariter ius teſtandi
nō competat in feudo cuius formam & originem vaſſallus
immutare non poteſt.cap.1.de ſucceſ.feu.facit gloſ.ordi.in
cap.1.de beneficio fœminæ,quæ dicit quod ſi clericus eſt pa
ratus ſeruire domino per ſubſtitutum,tunc ſuccedit in feu-
do.facit cap.ſi quis deceſſerit in tit.ſi de fe.fue.contro. Item
tenet Innoc.quod clericus poſſit ſeruire per ſubſtitutum.in
d.cap.in præſentia.& Bart.in repet.auct.ingreſſi.in verſ.quę
ro extra glo.C.de ſacroſanct.eccleſ.& Bald.in d.cap.1.de be-
neficio fœminæ,& in cap inter dilectos.de fide inſtrum. ubi
dicit quod ideo epiſcopus non perdit comitatum, etiam ſi
habeat illum in feudum ab imperatore, quia licet ſit factus
miles Dei,non tamen deſinit eſſe miles ſeculi.l.falſa.§.1.ſu-
perius alleg.ſecus dicit ſi eſſet factus monachus per cap.1.de
mili.vaſſal.qui arma belli depo.facit gloſ.in l.de quibus.ff.
de legi.& quod not.Ioan.And.dom.Anto.dom.Abb.& ſcri
ben.in d.cap.in præſentia.& Iac.de Bel.in d.cap.1.an mutus,
vel aliter imperfectus.& gloſ.in d.cap.ſi quis deceſſerit.& in
d.cap qui clericus.& in l.imperialem.§.firmiter.in ti.de pro
hib.alie.feu.per Feder.& glo.in l.quiſquis.& ibi Iacob.Butr.
C.de epiſc.& cler.in l.ad ſimilitudinem.eod.tit.& Spec.in ti.
ti.de feu.§.quoniam.uer.11.& multomagis procederet hoc
ſi pater accepiſſet feudum pro ſe & hęredib.ſuis ſub aliquo
onere etiam perſonali.quia vbi ſit mentio hęredis non vide
12 tur electa induſtria perſonæ,† qa induſtrialia non tranſeunt
ad hæredes,ut eſt gl.no.in l.cum bonis.ff.de cura.furio.ſecun
dum Bal.in d.l.quiſquis.alleg.Iac.de Bel.de quo dicto feſtū
fecit Pet.de Anch.in cap.ſi a ſubdelegato.de offic.deleg.lib.
6.facit etiam quod uoluit Bald.in l.nullus.C.de decu.lib.10.
videlicet quod perſona illuſtris ſeruit per ſubſtitutum. Et
procedit illud dictum quando eſt electa induſtria perſonæ,
alias nullum eſſet priuilegium pſonæ illuſtris, & ideo idem
Bal.in dicta l.ad ſimilitudinem,dicit quod indubitanter car
din.ſunt illuſtres.& in dicta l.nullus dixit eſſe arg.quod exe-
cutor ultimæ uoluntatis non poteſt executionem commit
tere alteri.Fallit dicit in ēpo qui eſt perſona illuſtris,licet in
d.l.ad ſimilitudinem.dicatur quod ęquiparatur illuſtri non
tamen eſt uere illuſtris.& ex iſtis elicitur concluſio. Quod
cardinalis ſuccedit in feudo ſi ſeruitium ſtatui cardinalatus
non repugnat, & idem dicendum eſt in clerico. Et per hoc
habes limitata iura feudorum. Quid ſi de nouo inueſtiatur
cardinalis,aut epiſcopus,aut clericus,an poſſit iueſtiri de feu
do,dic quod ſic,argum.§.fin.de capi.cor.& per quos fiat in-
ueſt.§.perſonam.& per Iac.de Ardizono in loco ſuperius al
leg.Nam licet per ſuperuenientem clericatum amittat quis
feudum eo caſu,quo ſuperius dictum eſt,tamen de nouo po
teſt dari ſibi feudum.Et ideo uidemus multa iura in quibus
clerici & eccleſiæ habent feuda vt ſuperius oſtenſum eſt.fa
cit.c.cæterum de iudi.& c.verum.de foro compe.Facit quod
in ſimili dicimus de compromiſſo facto in ſacerdote,ut in l.
13 non diſtinguemus.§.ſacerdotio.ff.de arbit.† Et ideo uidemus
multos epiſcopos appellari principes, ut eſt epiſcopus Par-
menſis. & cæt.

Et vidi dubitari in quæſtione ſatis ardua. illuſtriſ. & magnani-
mus princeps atque memoriæ per nulla ſecula delendæ dux
Mediola.conceſſit feudum Titio,& filijs ſuis creatis & creā-
dis.& Titius habebat vnicum filium epiſcopum,quem prin-
ceps præfatus ſciebat, fuit dubitatum, vtrum admitteretur
in feudo patre mortuo.Et conſului quod ſic,fretus deciſione
Bal.in l.eam quam.C.de fideicom.in 12.colu.in uerſ.denuo
quæro, vbi refert quod comes Sabaudię conceſſit cuidā mi-
liti feudum pro ſe & filiis ſuis procreatis & procreandis. iſte
non habebat niſi vnicum filium naturalem, an ſuccedat in
feudo.Et determinauit quod ſic, ipſo comite hoc ſciente,q a
ex ſcientia augetur effectus qui ex ignorantia contingeret.l.
ſi quis ita.ff.de teſta.tute.nam de feudo poteſt quilibet inue-
ſtiri etiam ſeruus & infamis ſi domino placet alleg.not.in d.
§.perſonam.in titu.per quos fiat inueſtitura. Quid autem ſi
rex efficiatur monachus.dic quod nō poteſt retinere regnū,
ſed tranſit ad ſucceſſores ſanguinis.ita dixit gl.in pręalleg.c.
ſcripſit nobis Theoberga regina.& addit aliud quod eo ipſo
quod quis efficitur monachus uel papa, vel epiſcopus, deſi-
nit eſſe rex uel imperator. Et contra illam deciſionem poſ-
ſet argui formaliter hoc modo.filius regis ſuccedit in regno.
c.licet.de uoto.c.grandi.de ſup.neg.prælat.in Sexto, ſed mo-
naſterium habetur loco filii,ut in auth.de ſanctiſ.epiſ.§.ſed
hoc.de pręſenti.& in c.in præſentia.de probatio.& in auth.
niſi rogati.C.ad trebel.& gl.in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de uer-
borum oblig.& in auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſan.eccle.li
cet dom.Bartho.de Sali.in dicta authen.ſi qua mulier.dicat
hoc iure ciuili non probari. & ad dictum capit.in præſentia.
14 dicit quod fuit fundatum ſuper erronea opinio.† & ſatis pręſ-
ſumptuoſe,& impetite cum ſua reuerentia mordet excellē-
tiſſimos canonum patres quod alio loco examinandum re-
linquo, ergo ſequitur quod monaſterium debet ſuccedere
in feudo & per conſequens in regno.Reſponde ad huiuſmo
di contrarium quod licet monaſterium habeatur loco filii,
intelligo de filio ciuili,& non de filio ſanguinis,ſed filius ci-
uilis non ſuccedit in feudo,ut eſt tex.in cap.adoptiuus.in ti.
ſi de fe.fu.contro.ergo monaſterū non ſuccedit in feudo.Si
tamen

tamen ſeruitium eſſet tale quod poſſet præſtari per monaſte
rium donec monachus viuit, monaſterium habebit cōmo-
ditatem feudi, vt in d.cap.in præſentia. facit.l. ſtatius florus.
§.Cornelio fœlici. ff.de iur.fiſci.& §.firmiter.de prohi.alien.
feu.per Fed.ſed ſi ſeruitium eſt tale quod non poteſt adapta-
ri ad ipſum monaſterium, feudum redibit ad dominum,vel
ad agnatos.& ita procedit.c.1.de mili.vaſallo,qui arma bel-
lica depoſuit.& gl.in cap.fin.de beneficio fratris. & ita tenet
Bal.in dicto capitulo primo dicens, idem eſſe in iure emphy
teutico,pro quo remittendum eſt ad not.plenißime per Do-
cto.in dicto capitulo in præſentia. Et ex iſtis concluſio elici-
25 tur. † Quod dominus feudi poteſt concedere feudum cleri-
co,aut epiſcopo,ſeruo,aut infami, eius certa ſcientia ſugge-
rente.& nihilominus prædicta habent dubium ſi feudum ſit
tale in quo quis non eſt obligatus ad ſeruitium. Nam in tali
feudo ſuccedit fœmina.caſus eſt ſingu.in c.ſi cui. de capi.ex-
traordi.& ſępenumero in contingentia facti,ita conſului,er-
go idem dicemus in clerico,vel monacho.argum. capit.pri-
mi.§.ex hoc, de beneficio fœminę. Idem etiam dicendū eſt
ſi feudum eſſet exiguum. nā in tali feudo ſuccedit fœmina,
caſus eſt ſing.in capit.de fidelitate.de cattaord.c.Contadi.&
quod no Bal.in c.primo.§.alie. quæ fuit prima cauſa benefi.
amit.Si ergo ſuccedit fœmina, in eo, eadem ratione ſucce-
det & clericus. Idem etiam dicas niſi pro tali feudo pręſtare
tur ſeruitium reale.ita dicit Cyn.in authen.ingreſſi. C.de ſa-
croſ.eccle.idem dicas niſi ſit feudum emptionis a iure quæſi
tum, quia tunc ſuccedit in eo fœmina. uide Modernos in l.
etiam.ff.ſoluto matrim.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales amplum patrimonium habentes,redditus cardinalatus utrum poſſint pro libito expendere, & ad quos vſus.* 14.
2 *Pauperum cibos rapere ſacrilegium eſt.*
3 *Epiſcopus non cogitur clericis diuitibus prouidere.*
Pauperum eſt,quicquid eccleſia habet.
4 *Alimenta nunquid induſtrioſus petere poſſit, per iudicis officium.*
5 *Eccleſia diuites alere, vtrum teneatur.*19.13.
6 *Intellectus.c.clericus.*1.q.2.
7 *Cardinales partem introitus cameræ habere debent.*
8 *Mercede fruſtari non debet qui ad onus eligitur.*
Dictio vniuerſalis ſæpe a iure reſtringitur.
10 *Epiſcopus licet abundet,procurationem licite petere poteſt.*
11 *Chriſtus cur loculos habere voluit.*
Eccleſiarum cathedralium bona,quomodo diuidi debeant.
Nobilitas & ſcientia diſpenſantur,circa beneficiorum pluralitatem.
12 *Intellectus.c.de multis.de praben.*
13 *Clerici diuites,qualiter eccleſiaſtica ſine peccato percipere poſſint.*
14 *Bona Chriſtianorum in primitiua eccleſia quomodo diſponebantur.*
15 *Clerici quando cœperunt diuitijs & luxui indulgere.*
16 *Ordinationes primitiuæ eccleſiæ circa poſſeſſiones quales fuerint.*
Eccleſia ſine dote ędificari an debeat.
Cardinales an poſſint, & debeant pluribus vti ferculis.
17 *Ciborum reliquiæ pauperibus danda.*
18 *Indumenta ſecundum ordinem & dignitatem eſſe debent.*
Cibaria ſecundum dignitatem præſtanda.
Doctores melius debent ire induti quam ſcholares.

VI. Quæſt. Baſilica primę partis.

Et ex his quæ ſuperius dicta ſunt pater ſa
pientiſſime clariſ-
ſime eſſe conſtat cardinales poſſe retinere ſua patrimonia-
lia. ideo non immerito ſexta inſurgit q̄ſtio baſilica terminā-
1 da.† Verum cardinalis habens amplum patrimonium ſalua
conſcientia poſſit illud conſeruare ſibi,& viuendo expende
re redditus cardinalatus, & eſt quæſtio quotidiana ſatis,ſed
illuſtrem dominationem tuam minime tangit,quia huic ta-
beſcenti mundo,ut Bornij patris noſtri ſermone vtamur,&
& bonis tuis pr̄imonialib. ſactiſſimo fretus iudicio renun-
ciaſti.& uī dicendū ꝙ nō poſſit ſalua ꝯſcīa.hoc mō.Qui pōt
ſuſtentari, ex bonis parentū,& illud qđ eſt pauperū accipit,
cōmittit ſacrilegium,ergo ſalua conſcientia facere non pōt
tex.eſt formalis in cap.fin.16.quæſt.1.& plus dicit ibi tex.iu
dicium ſibi manducant & bibunt.Sed redditus eccleſiarum
ſpectant ad pauperes. cap.aurum habet eccleſia.12.quæſt.2.
ergo ſequitur neceſſario quod ſi cardinalis poteſt ſuſtentare
ſtatum ſuum ex bonis patrimonialibus nō poteſt ſalua con-
ſcientia viuere de bonis eccleſiæ. Secundo facit,illi qui ſua
poſſidentes dari ſibi aliquid volunt ſine grandi peccato ſuo
vn̄ pauper victurus erat, accipiunt,iſte eſt caſus apertus in c.
paſtor.& in cap.clericus.1.quæſt.2. Si ergo cardinalis poſſi-
det ſuum amplum patrimonium & uiuit de reddiibus car-
dinalatus ex quibus pauperes victuri eſſent, ergo facit cum
2 grandi peccato ſuo.† Tertio peccatum eſt cibos pauperum
capere & proprias facultates ſeruare. tex.eſt in c.ſi quis pro-
pter.1.quæſt.2 ergo ſequitur quod cū cardinales conſeruant
proprias facultates & cibos pauperū capiunt, peccant.Quar
to illi poſſunt ſalua conſcientia viuere de redditibus eccle-
ſiæ,quos neceſſitas viuendi,& non cupiditas induxit.text.eſt
in cap.ſacerdos.1.quæſtio.2.& ſubdit ibi tex.quod de talibus
locutus eſt Apoſtolus,qui in ſacrario operantur, quæ de ſa-
crario ſunt edant, & qui altari ſeruiunt cum altario partici-
pent.Sed in caſu noſtro cupiditas ſeruandi proprias faculta
tes inducit cardinales & non neceſſitas uiuendi de redditib.
cardinalatus,ergo peccant. Quinto facit text.ualde not.12.
quæſtio.1.capit.illi.ubi dicit quod illi qui tam infirmi ſunt,
ut poſſeſſionibus ſuis renunciare non poſſunt, ſi nihil ca-
piunt de bonis eccleſiæ ſatis ſine peccato illa retinent, & ſic
videtur ibi manifeſtus tex. quod tunc clericus poteſt viuere
de redditibus eccleſiæ quando non habet patrimonium, ſe
cus ergo ſi cardinalis habet amplum patrimoniū, gaudeat
ergo clericus pannoſus,quia non incidit in iſtud peccatum.
Sexto tunc epiſcopus poteſt uiuere de redditib.eccleſię quā
do ipſe indiget, quando uero habet amplum patrimonium
& non indiget,tunc non poteſt.tex. eſt in cap. epiſcopus ec-
cleſiarum.12.quæſt.prima. Septimo facit cap.primum,& ca-
pit.tuis.& cap.epiſcopus.de præben. & cap.poſtulaſti.de reſ.
3 in quib. dr̄ † quod epiſcopus nō cogitur prouidere clericis ha
bētib. proprium patrimonium,ex quo uiuere poſſunt,ergo
debēt viuere de ſuo patrimonio.Ita dicamus in iſtis venerā-
dis patribus dominis cardinalibus. Octauo deputata ad cer
tum pium vſum non poſſunt deputari ad alium uſum, niſi
cum diſpenſatione ſedis apoſtolicę.clem. quia contingit.de
religio.domi.l.legatum.ff.de vſufr.lega.cum ſimi.ſed bona
eccleſiæ ſunt deputata ad uſum pauperum, vt in c.videntes.
12.q.1.& in c.quoniam.quicquid habet eccleſia pauperū eſt.
16.q.prima. ergo ſequitur quod cardinales habentes amplū
patrimonium non debent illud conſeruare, & expendere,
de redditibus eccleſię. Nono habens proprium patrimoniū
ex quo ſufficienter uiuere poteſt,non poteſt uiuere de reddi-
tibus eccleſiæ.tex.eſt in cap.ſi primatum.12.q.1.ergo. Decimo
facit, tunc debet capere de bonis eccleſię clericus cum pro-
prii ſumptus ſibi deſunt.tex.eſt in ca.cauendum. decima q.
tertia.in uer.ſi proprii ſumptus deſunt,fratribus,accipiant er
go. Vndecimo facit gl.in cap.illi autem.12.q.prima, quæ di-
cit quod clerici habentes patrimonium poſſunt habere bo-
na eccleſiaſtica ut diſtribuant pauperibus, non, ut ſibi reſer-
uent.& glo.in dicto capit. epiſcopus eccleſiarum dicit quod
clerici debent eſſe contenti vt habeant uictum & ueſtitum.
per illum textum & reliquum debent dare pauperibus. Fa-
cit etiam tex. in cap.clericus qui.12.queſt.prima. in uer.ſi au
rum uel argentum, ſi poſſeſſiones ſi variam ſupellectilē do-
minus nō dignatur fieri pars eius. Si autem ego domini pars
ſum, & funiculus hęreditatis eius non accipio partem inter
cæteras tribus,ſed quaſi leuita & ſacerdos uiuo de decimis,
& altari ſeruiens altaris oblat. ſuſtentor. Facit etiam text.in
4 cap.expedit,eadem cauſa,& quęſtione; † quo ergo colore po
terunt hi pontifices ſuum ſeruare amplum patrimonium, &
illud eccleſiæ ſibi expendere. Duodecimo facit quod in ſimi
li habetur,in l.ſi quis a liberis.§.ſed ſi filius.ff.de lib.agno.ubi
qui poteſt alere ſe ex induſtria ſua non poteſt petere alimen
ta per iudicis officium.ideo filius illo caſu non poterit exige
re alimenta a ſuo patre.firmat hoc Bar.in l.prima.C.de men
dicantibus & inualidis. lib.11. Ita in caſu noſtro ex quo car-
dinalis habet vnde ſe alat non debet ſe alere de redditb.car-
dinalatus.Decimotertio facit l.ſuo uictu.ff.de oper.liber.ubi
libertus quando præſtat operas patrono, nec habet unde ſe
alat patronus tenetur ſibi præſtare alimenta, ſecus ſi habet
unde ſe alat. Ita dicamus in cardinalibus cum ſint vocati in
ſortem domini,ut in cap.cleros.21.diſtin.& in cap.duo ſunt
12.q.prima. & ad operandum domino ſi habēt unde ſe alant
non debent de alimentis ipſius Dei, ad uſum pauperum de-
putatis nutriri.facit quod no.glo.in d.cap.expedit. Decimo-
quarto facit.cap.ex his.12.q.prima,ubi tex.dicit ſi epiſcopus
indigeat capiat de bonis eccleſię, vt ſibi nihil deſit.Lex enim
Dei pręcipit,ut qui altario ſeruiunt,de altario paſcantur. er-
5 go ſi non indiget non paſcetur de altario. † Et ideo glo.ordi-
naria dicit quod de rebus eccleſię non debet quis paſci ſi ha
bet propria.

Et ſi quiſpiam dixerit amice gloſ.ord. in
cap.illi autem. 12.
q. prima, tenet contrarium quę colligit ibi quod ſi clerico
ſufficiunt propria non habebit eccleſiaſtica. & poſtea arguit
in contrarium, & ſoluit quod iura quæ pro iſta parte allega-
ta ſunt loquuntur de conſilio. Sed iſtud non uidetur bene di
ctum,per tex.in d.c.quoniam quicquid. ubi dicit quod talca
com-

committunt ſacrilegium ſed per legẽ conſilii, nullus cõmit
tit ſacrilegium. per not.in cap.nam concupiſcentiam neſcie
bam.de conſti.& in cap.generali.de elec.lib.6. Item in c.pa-
ſtor.2.q.prima.dicitur quod eſt grande peccatum. ergo non
eſt canon conſilii. Nec ob.ſecunda ſolutio illius gloſ.dicen-
tis quod iura in contrarium allegata loquuntur in clericis
uagabundis,quia dictum,capit.epiſcopus eccleſiarum. & d.
cap.illi autem. loquuntur in his qui ſeruiunt eccleſiæ.& etiã
ita loquitur.d.capit.expedit.ergo nullo modo loquuntur de
uagabundis. Nec ob.tertia ſolutio illius glo.dum dicit quod
iura allegata loquuntur in oblationibus, quia. cap.ſacerdos
præallegatum.& d. c.expedit.& d.cap. epiſcopus loquuntur
in redditibus. Nec etiam ob.glo.in d.cap.quoniam, quæ di-
cit quod iura ſuperius allegata.loquuntur quando clerici ha
bentes patrimonium non deſeruiunt eccleſiis,quia iſtud nõ
uidetur bene dictum, quia etiam clerici pauperes ſi non de-
ſeruiunt eccleſiæ non poſſunt habere fructus eccleſiæ, quia
datur beneficium propter officium.cap.fin.de reſcript. in 6.
Nec obſtat glo. in cap. clericus. prima q. ſecunda. quæ dicit
quod iura præallegata loquuntur in clerico habente patri-
monium qui uult habere quartam pauperibus debitam quę
dari prohibetur habentibus , quia iſta ſolutio non congruit
ad illud.cap.clericus. ubi dicitur ſi quod pauperum eſt acci-
6 piunt,quia ille text. & ſimiles intelliguntur de eccleſiis quæ
pauperes dicuntur.l.id quod pauperibus. C. de epiſcopis &
clericis. Item intelligitur de clericis pauperibus qui promo
uentur ad illas eccleſias ad quas ſunt promoti clerici ha-
bentes amplum patrimonium. Item quia illa gloſ. uidetur
conſentire de aliis bonis quam de quarta debita pauperibus
quæ habentes patrimonium poſſunt habere. Sed tex in dic.
capitulo ſacerdos.dicit quod nihil debent habere, & ſic illa
ſolutio non procedit.Nec obſt.etiam dictum Innocen.in c.
epiſcopus de præben.ubi dicit quod licet ordinarius non co
gatᷣ ꝓuidere clerico ordinario ſi põt viuere ex patrimonio,
non tñ credit quod habens beneficium uiuere debeat de pa
trimonio, ſed de altari alleg.d.cap. cum ſecundum Apoſto-
lum. & ad dic.cap.paſtoralis præallegatum,reſpondet quod
ibi intendit auctor canonis prohibere ne clerici habentes pa
trimonium auare theſaurizent, & bona eccleſiæ expendãt.
Idem ſentit Innocen.in cap.paſtoralis. de reſcri.ubi dicit cle
ricum patrimonium habentem non indigne accipere de re
bus beneficii ſi bene diſpenſet,quia reſpondeo quod illa au-
ctoritas apoſtoli de qua in dic. cap.cum ſecundum Apoſto
lum loquitur de nihil habentibus, & de hoc eſt caſus ſing. in
d.cap.ſacerdos.1.quæſt.2.& ex iſtis elicitur concluſio. Quod
hodie cardinales & epiſcopi, & etiam clerici habentes am-
plum patrimonium non poſſunt illud conſeruare ſibi & ui-
uere de redditibus ſalua conſcientia.Et ex hac concluſione
7 ſequitur correlarium.† Quod ſi cardinalis habeat amplum
patrimonium, & illud ſibi conſeruat.non poteſt ſalua con-
ſcientia expendere partem introitus cameræ apoſtolicæ eũ
tangentem, debet enim habere partem introitus cameræ
cardinalis, vt eſt caſus in cap. vbi periculum. §.prouiſiones.
de elec. lib.6.Sed contraria concluſio uidetur de iure verior
quod immo ſalua conſcientia facere poſſint, quod oſten-
do hoc modo.Omnes clerici fideliter inuigilantes & ſeruiẽ
tes eccleſiis ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundum
ſeruitii ſui meritum per ordinationes canonum a ſanctis ſa
cerdotib.conſequantur.iſte eſt tex.in c.fi.2.q.1.& eſt accura-
te conſiderandum quod illud verbum omnes poſitum ibi
comprehendit clericos tam pauperes quam diuites,alias ad
quid canonis lator fuiſſet, uſus illo uerbo omnes.argum.c.ſi
Romanorum.19.diſtinct.& cap.qualis.25.diſtinct.l.a procu-
ratore. C.mandati. l.Iul.de legatis tertio. l.ſi pluribus. de le-
gatis ſecundo.

Eſt etiam appenſatè ponderandum ibi dũ dicitur ſtipẽdia ſanctis
laboribus debita dantur clericis deſeruientibus,unde ſtipen
dia illa dãtur propter ſeruitia clericorum.& ſic propter ſan-
ctos labores,quos ſuſtinent,non autem propter eorum indi
gentiam atque penuriam. Et iſta ratio vniformiter militat
non tam in diuitibus quam in pauperibus. Dignus enim eſt
mercenarius mercede ſua,nec ligari debet os bouis trituran
8 tis.†Et qui ad onus eligitur non debet a mercede repelli ca
pitulo extirpandæ.de præben.cap.fin.de magiſtris.Cum er-
go diuites clerici ita ſubeant hæc ſancta onera ſicut & cle-
rici pauperes,ergo non debent ad impatia iudicari.Nã pau-
peres & diuites Deus de uno limo creauit. Pauperes & diui-
tes una terra ſupportat,ut eſt tex.elegans. cap.quo iure.8.di-
ſtinct. Et ideo orator ille ſummus Cicero in his libris quos
de paradoxis pulcherrime ſcriptitauit nullam eſſe differen-
rentiam arbitratus eſt, an quis nauem auro onuſtam, an pa-
lea in fluctibus ſubmergeret aquarum, ergo ſi ille clericus,
aut epiſcopus,aut cardinalis,habebat amplum patrimoniũ,
& ſanctos ſubeat labores, poterit de introitibus eccleſiæ ui-
uere,& iudicio meo,tex.dicti cap.fin.ponit gladium ad radi
cem in præſenti tua Baſilica quæſtione pater religioſiſſime.
Nihilominus poſſet prima concluſio ab hoc cap.fin. defen-
di.Primo cum dicit omnes,intelligatur non habentes,ſcili-
cet ſufficiens patrimonium vel renunciantes ſuum propriũ
patrimonium.Et reſtringatur ille textus propter multa iura
aperto ore dicentia contrarium quę pro prima concluſione
congrue ſatis cumulata fuerunt.Probant enim quod habẽs
ſufficiens patrimonium non debet uiuere de redditibus ec-
cleſię Nec mirabitᷣ illuſtris dominatio tua,qa illa dictio vni
uerſalis omnis ſæpenumero, a iure reſtringenda ad l.1. C.de
ſacroſanct.eccleſ.gloſ.in l.inter omnes. ff. qui ſatiſd.cogan.
de quo dictum fuit ad plenum ſupra in 1. quæſt. & iſte ſen-
ſus amplectendus,ut eſt iura iuribus cõcordentur.§.quib.in
1.conſti.C.de inoff.dona.cap.eccleſia ueſtra.de elect.c.cum
9 expediat.eo.ti.lib.6.† Item cum dicit ſtipendia debita intel
ligi debet de habentibus patrimonium ſufficiens,habenti-
bus enim patrimonium ſufficiens non dantur debita ſtipen
dia per eccleſiam ut probant canones ſuperius allegati. Itẽ
dum dicit quod ſtipendia dantur propter meritum ſeruitij
non ſequitur.ergo non dantur propter indigentiam quia ca
ſus eſt expreſſus in cap.ex his. 12.quæſt.1. Licet ergo ille text.
dicat quod dantur propter meritum ſeruitii ſuppletur per il
lud.capit.ex his,tum quia ſtipendium habentium ſufficiens
patrimonium eſt gloria quæ ſibi paratur ex illo ſeruitio. Et
ideo belliſſime inquit ille ſummus Ieſu Chriſti tubicen Pau
lus Apoſtolus. expedit mihi magis mori quam, ut gloriam
meam quis euacuet.euacuari autem dicitur gloria tãti apo
ſtoli ſi ab eis quibus prædicabat uoluiſſet uitę temporalis ex
penſam accipere,noluit enim in hoc tabeſcenti mundo ſui
laboris fructum,ſed potius accipere in illo futuro & cœleſti
ſeculo.tex.eſt in cap.ſacerdos. ad finem,prima quæſt.2.tum
etiam quia quando clericus habet ſufficiens patrimonium
non meretur habere ſtipendia,quia patrimonium loco titu
li habendum eſt, ut ſuperius prædixi,tum quia illa bona ec-
cleſiæ debent eſſe pauperum, ut ſatis ſuperius dictum eſt.

Et ſic prima concluſio defenſata eſt ab il lo duriſſimo.cap.
fin.nec cap.quo iure.8.diſtinc. ad hoc propoſitum pauperes
& diuites conſiderauit.Secundo facit quod epiſcopus uiſitãs
eccleſias ſibi ſubiectas licite petit procurationem ratione ui
ſitationis.cap.cum ex officii.de præſcrip. & eſt ratio quia ne
mo cogitur ſuis ſtipendiis militare, quia ſecundum Apoſto
lum, qui ſpiritualia ſeminat non eſt mirum ſi carnalia me-
10 tat,certum eſt enim † quod licet epiſcopus abundet, licite pe
tit procurationem, quia non debet ſuis ſtipendiis militare.
Si ergo epiſcopus qui habet epiſcopatum & ipſius redditus
ad ſubeundum onera ipſius non tenetur ſuis ſtipendiis mili
tare.Idem & multomagis dicemus in cardinali,ut non obli
getur ſeruire eccleſiæ uniuerſali ſuis ſtipendiis. Et etiam ad
hoc poſſet reſponderi, epiſcopus non poteſt apponere ma-
nus ad bona eccleſiæ,niſi quando indiget, vt dictum fuit ſu-
pra quando vero viſitat eccleſias inferiores non debet expẽ
dere bona eccleſiæ ſuperioris, quia cum inferiori eccleſiæ
tunc ſeruiat,non eſt mirum ſi habeat ſumptus ab ea. Succe-
dit enim tunc regula apoſtoli, vt qui altario ſeruit,de altario
viuere debet.c.cum ſm Apoſtolum. de præben. non eſt ſic
in cardinali diuite, aut clerico diuite cũ diuitiæ habeantur
loco tituli, & illæ diuitiæ non ſunt alterius eccleſiæ, niſi ſui
patrimonii.Tertio facit clericus habens patrimonium, lici-
te illud relinquit parentibus, uel pauperibus,& de rebus ec-
cleſiæ uitam ducit.cap.ſacerdos.1.quęſt.2. ſicut ergo poteſt
a principio diſpenſare patrimonium in conſanguineos, vel
pauperes, & viuere de bonis eccleſiæ, ex quo illi impendit
debitum famulatum, ita uidetur quod poſſit patrimonium
illud conſeruare,ut ſuis in futurum relinquat, vel neceſſita-
tis tẽpore communicet eis & pauperibus, & interim uiuere
11 de bonis eccleſiæ. † Facit cap. habebat loculos.12.quæſtio.
1.alias 2. Vbi dicitur quod Chriſtus habebat pecuniã,ut ne-
ceſſitatis tempore ſuis & aliorum neceſſitatibus ſubueniret.
Sic ergo clericus licite poterit pro neceſſitatis tempore ſuũ
patrimonium cõſeruare.eſt de redditibus eccleſiæ ad ſuum
vſum conuertere.Sed ad hoc poſſet etiam reſponderi quod
non ſequitur clericus poteſt a principio diſpenſare, quia ra
tio quare ſeruiens altari,uiuit de altari, eſt,quia ſeruiẽs indi-
get.Sed in caſu noſtro,quando reſeruat ſibi diuitias ut relin
quat ſuis conſanguineis ceſſat ratio indigentię. Et ideo non
debet habere victum de redditib. eccleſiæ. Et ſic licet a prin
cipio poſſit dimittere.vt in cap.expedit.12.quæſtio.1.non ſe-
quitur ergo poterit interim cõſeruare ut relinquat in fi. ſuis
cõſanguineis. Quarto facit.c.quatuor.& cõceſſo & c.de red
ditibus. 12.q.2.in quibus dicitur quod de bonis eccleſiarum
cathedralium debent fieri quatuor partes, quorum una de-
betur

betur clericis ſeruientibus ſecundum eorum merita & ſedu
litatem officii in capi. charitate.in fine.eadem cauſa & quç
ſtione.ibi, iuſtum namque eſt ut illi ſequantur ſtipendium
cum pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequiū.
concordat,cap.quicunque,& cap. eccleſiaſticis eadem cau-
ſa & quæſtione 10.quæſtione ſecunda capitulo prçcariæ.Fa-
cit.cap.de multa.de prçben.ibi cum ſcientificis & nobilibus
diſpenſatur circa pluralitatem beneficiorum,& tamen cer-
tum eſt ſeu uerisimile quod nobiles habeant patrimonium
ſed non tenētur illud expendere militando eccleſiæ ne pro-
12 priis ſtipendiis militent.† Ad hoc reſponde quod illa iura in
telliguntur de clericis indigentibus non autem de clericis
habentibus ſufficiens patrimonium per iura alleg.in contra
rium. Nec obſt.dictum cap.de multa,quia licet diſpenſetur
vt nobilis habeat plura beneficia illud eſt. quia illis eget, &
non ſequitur eſt nobilis, ergo eſt diues, immo præſumptio
eſt in contrarium, ut l.ſi uero.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſd.cog.
Eo enim ipſo quod petit ut diſpenſetur ſecum in pluribus be
neficiis eſt præſumptio quod non habet amplum patrimo-
nium,ut in cap.tuis. & cap.epiſcopis.de præben.cap. poſtula
ſti.de reſcrip.Nec ſequitur neceſſario nobilis prçſumitur di-
ues,& ex diſpēſatione poteſt habere plura beneficia,ergo ſe-
quitur quod poteſt conſeruare ſibi patrimonium.& expen-
dere de fructibus eccleſiæ.ex quo alia iura dicūt contrariū.
Quinto iſtam partem ſequuti ſunt illuſtriſſimi canonum uer
tices,ut iuriſconſulti utar uerbis Innocen.in cap.epiſcopus.
de prçben.& in d.cap.poſtulaſti.& ibi dixit Hoſt.quod qui or
dinauit clericum.ex quo habet contra ipſum exceptionem,
quia habet patrimonium hoc eſt clarum iſto caſu.ut in d.c.
tuis & in d.cap. epiſcopus.ritu.enim eccleſiaſtico poſſunt cle
rici habentes ſufficiens patrimonium uti.dummodo ſeruiāt
eccleſiæ & honeſte uiuant & prauam intentionem non ha-
beant in theſaurizando uel locupletando parentes, nec etiā
propriis ſtipendiis militare tenentur,ut d,cap.cum ex officij.
de prçſcrip.alias ſi ſeruitium non faciunt, uel in malos uſus
expendunt pœna ſuos detineat authores. † Et dicit ibi Hoſt.
13 quod ſi non credunt ſibi, credant Hieronymo & Propſero
quorum dicta habentur in iuribus in contrarium allegatis,
& ita Hoſt.temperat iſtam concluſionem.Sed certe iſta opi.
Hoſt.eſt contra tex.in d.cap.ſacerdos. & d. capit. epiſcopus
ubi debent abſtinere a bonis eccleſiæ ex quo habent unde ui
uant,nec conſumptio ad bonos uſus eos excuſat, quia non
debet quis alienum capere ut bene diſpenſet.ut in ca.forte.
14.q.5. Debet enim illa ut diſpēſator eccleſiæ diſtribuere ad
pios uſus a iure deputatos. non autem capere tanquam ſibi
debita & nomine proprio diſpēſare etiam ad bonum uſum.
ut in præallegatis iuribus.

Iſtam etiam partem tenet Vguc.in cap.illi
autem.12.quæ.1. Et di
cit quod licite poſſunt habere propria & percipere eccle. be
neficia dummodo propter hoc diuinis ſeruitiis inſiſtant,nec
peccant accipiendo beneficia & eorū redditus, quia iure ſuo
utuntur ex quo deſeruiunt eccleſiæ Et eis ſunt beneficia ec-
cleſiaſtica aſſignata. Sed ſi accipiunt ea intentione, ut emāt
magnas poſſeſſiones ſibi & conſanguineis ſuis & ſimilia fa-
cientes peccant mortaliter ſic accipiēdo, & eccleſiaſticis ſic
utendo, immo abutendo, & ita intelligantur omnia iura in
contrarium allega. Si uero accipiunt ut ſuis honeſtis uſibus
prouideant & pauperibus tempore neceſſitatis ſubueniant,
tunc ſine peccato poſſident bona ſua,& percipiunt eccleſia-
ſtica eis aſſignata ſecundum Vguc.Et idem uoluit Lauren.vt
refert & ſequitur Dominicus in d. capitulo illi autem. Sed
certe iſta opinio corruit per d.capitu. ſacerdos. Hanc etiam
opinionem ſequitur Compoſtellanus in d.cap. poſtulaſti. &
14 glo. ſuperius allega. † Præterea facit quod dixi Ioan. de Lig.
in d.ca.epiſcopus.de præben.ubi refert Vrbanum 5.in prçſen
tia cardinalium allegaſſe ſibi illam gl.Innocen.ibi. dixerat,
enim Vrbanus præfatus ſibi quod ſi ipſe non haberet uxorē
promoueret eum in cardinalem.Et reſpondit domino Vrba
no quod nolebat bibere ſanguinem martirum, ſed ſudorē
manuum ſuarum, tunc Vrbanus allegauit ſibi illam glo,In-
nocen.& refert Ioan.de Lig.ibi ſe reſpondiſſe quod cardina
lis poterat uiuere de redditibus eccleſiæ & conſeruare ſuum
patrimonium ſed non impinguare filios & nepotes. Et ſic
tantus doctor vltra alios ſcribentes loquutus eſt in propriis
terminis præſentis quæſtionis,quod cardinalis poteſt ſerua-
re ſuum amplum patrimonium,& uiuere de redditibus car
dinalatus,ſed non impinguare filios, & conſanguineos. Ad
ſolutionem eorum quæ dicta fuerunt in contrarium eſt ad-
uertendum diligēter quod in primitiua eccl.omnes creden
tes in Chriſto habebant omnia communia. & ſic nihil ha-
bebant propriū.12.quæſt.prima.cui portio.& cap.certe. & de
hoc ibi per gl.in ſumma.Sed poſtmodum fidei feruore quie-
ſcente nedum laici Chriſtiani, ſed etiam clerici ſeculares in-
ceperunt poſſidere & tenere propria. & nōnulli clerici hoc
faciebant clam. & oſtendebant ſe ſanctiores quam eſſent.
vt in d.capit.quam certe.& tunc uidebatur ualde indecens,
ut clericus etiam ſeruiens eccleſiæ reciperet portionem ab
eccleſia.cum haberet patrimonium. cuius detentio uideba
tur illicita,retinere proprium contra ueſtigia apoſtolorum,
longe magis uidebatur deteſtabilius tenere patrimonium,
15 & ultra hoc participare de bonis eccleſiæ.† Sed ſi uolebant
tenere propria & abſtinere a bonis eccleſiæ tūc aliquatenus
tollerabantur & excuſabantur,quia quodammodo uidebā-
tur relinquere eccleſiæ bona ſua cū contenti rebus propriis
abſtinebant ab his rebus eccleſiç quæ debebantur eorum la
bori.& iſte eſt caſus in d.cap.illi.12.quæſt.1. poſtea magis fue
rūt tepidi. nec uidebatur horror tenere bona temporalia &
propria, & inçperunt licite clerici & paſsim tenere propria
palam, ex quo eis non renunciauerant.vt in d.capit.certe.&
in d.capit.ſint manifeſte.12.quæſt.1.Et etiam aduertendum
quod in primitiua eccleſia tempore apoſtolorum omnia bo
na oblata eccleſiæ uendebantur,& de eorum pretio ſubue-
niebatur omnibus communem vitam ducentibus & aliis
pauperibus indigentibus, ſed poſtmodum apoſtoli & alii fi-
deles uidentes melius fore ſi bona ſic oblata cōſeruarentur
eccleſiis matricibus, & de eorum redditibus ſubueniretur
indigentibus,quam ſi uenderentur.Fuit ſtatutum ut bona il
la conſeruarentur ad uſum prædictum eccleſiis matricibus
& epiſcopi haberēt poteſtatem diſpenſandi. ut eſt tex.in d.
ca.uidentes.& ſic ex primçua inſtitutione rerum eccleſiaſti
carum fuit inductum ut ſubueniretur indigentib.& propter
hoc iura multa dicunt quod clerici habentes patrimonium
non debent quicquam percipere ab eccleſia, licet in eis de-
ſeruiant, ſed poſtea cum creuerunt facultates eccleſiarum,
& clerici ita non eſſent feruentes in fide ut uellent deſerui-
re eccleſiis propriis ſumptibus, fuit ſtatutum ut in eccleſiis
cathedralibus fierent ex earū bonis quatuor partes.quarum
una deberetur epiſcopo, alia clericis, alia fabricç, & quarta
pauperibus.ut in d.c.quatuor.& d.c.conceſſa.

16 Fuit etiam ordinatum † quod nulla eccle
ſia ædificaretur ni
ſi prius dos aſſignaretur pro miniſtris de conſe. diſtinct.1.ca
pit.nemo eccleſias. Et ſic hodie bona temporalia deputan-
tur eccleſiis principaliter pro miniſtrorum ſubſidio.cap.pa-
ſtoralis.de his quæ fiunt a præla.c.& de his, de eccleſiis çdifi-
candis. Et ideo iura in contrarium alleg.procedunt ſecun-
dum tempora primitiuç eccleſiæ. Sed hodie ex quo clerici
ſeruiunt eccleſiis non tanquam indigentes,ſed tanquam ſer
uientes licite uiuunt de redditib. eccleſiæ licet habeant am
plum patrimonium.Ex quo etiam dico quod cardinales po
terunt uiuere de redditibus cardinalatus, & conſeruare pa
trimonium eorum licet ſit amplum. Quinimmo audeo di-
cere quod poſſunt domini cardinales ex redditibus cardina
latus in uictu ſuo uti pluribus ferculis,& allego tex.forma-
lem.in cap.vbi periculum.§.in conclaui.de elect.lib.6.licet
fallat in caſu ibi poſito.& dicit ibi Fran.Vercellen.quod om
nes cardinales in caſu illo debēt habere vnum ferculum &
non diuerſum,ne committatur fraus ut unus communicet
alteri ferculum ſuum, & ſic defraudaretur diſpoſitio illius
tex.deberent tamen aſſumere illa fercula abſque deſiderio.
Nam ut belliſſime inquit tex. Deliciæ quçlibet ſi abſque de
ſiderio percipiantur non officiunt & cibi appetēter accepti
impediunt profectum abſtinentiç. Dauid enim aquam con
cupitam effudit, & Helias carnem commedit.41.diſtinc.de
17 litiç.† Debent tamen pauperibus ſi precioſis utantur cibis ui
lia dare.41.diſtinct.cap.non cogantur.Diuites pauperum ci
bis ueſci vetantur conſuetudine infirmitatis ſuç,ſed doleāt
aliter ſe ſuſtentare non poſſe. ſi cōſuetudinem mutant egro
tant.utantur ſuperfluis,dent inopib. neceſſaria,utantur pre
tioſis,dent pauperibus uilia. & ideo eleganter dixit text.ea.
diſtinct.cap.1.in omnibus enim talibus non uſus rerum, ſed
libido inculpanda eſt.Quod igitur locis & temporib.& per-
ſonis conueniat diligenter attendendum eſt.fieri enim po-
teſt,ut ſine aliquo uitio cupidinis vel uoracitatis pretioſiſſi-
mo cibo ſapiens utatur. inſipiens autem fçdiſſima gulæ flā-
ma in uiliſſimum cibum ordeſcat. & ſanius quiſque malue
rit more domini piſce veſci,quam lenticula more Eſau ne-
potis Abraham, aut ordeo in ore iuuencorum. Non enim
propterea continentiores nobis ſunt plereque beſtiæ, quia
melioribus aluntur eſcis.ita pulcherrime dicit ibi tex. Et ſic
cardinales non peccant vtendo pluribus ferculis, non tamē
uitio cupiditatis.Nec etiam eſſet abſurdum dicere quod de
bent ire induti honorabilioribus pannis quam uadant epi-
ſcopi.facit ſingula. tex.in l.ſed & ſi quid.§.1. ff.de uſufruc. in
verſic.ueſtire debet ſecundum ordinem & dignitatē.& per
18 illum text.dicit ibi Bal.† quod melius debet ire indutus Ab-
bas quam monachus,& monachus quam conuerſus,& ma

giſter

giſter in Theologia quam alii fratres. Sic etiam eſt dicendũ
de famulis eorum, quia melius debent ire induti famuli car
dinalium quam famuli epiſcoporum. & idem in cibariis, &
de hoc eſt text.ſing. & melior de iure in l.habitatio. in verſic.
ſecundum dignitatem cibaria præſtanda. ff. de ven. in poſ.
mir. & ibi dixit Nico. de Neapo. quod famuli nobilium ſunt
melioris conditionis quam famuli plebeiorum. facit cap. ſi a
ſede. de præben. lib 6. & l. a. ff. de albo ſcriben. facit capit. 1. in
tit. quis dicatur dux vel Marchio. & ibi dixit Bald. quod ha-
bens feudum a principe dicitur nobilis, & habens feudum
a minimo ualuaſore dicitur plebeius, ſi alias erat plebeius.
Et ſic apparet ex iſtis quod doctori debẽtur fercula meliora
quam ſcholaribus, & etiam melius debent ire induti docto
res quam ſcholares gloſ. in cap. vt apoſtolicę. de priui. in 6.
& faciat ad prædicta quod habetur in l. ſeruis urbanis. ff. de
legat. 3. Et ex ſuperius dictis elicitur concluſio contraria pri
mæ. Quod cardinales habentes amplum patrimonium poſ
ſunt honeſte expendere redditus cardinalatus. Secunda
cõcluſio quod honorabilius debent veſtire familiam ſuam
quam faciant alii prælati inferiores. Andreas Barbatia le-
gum ſplendor.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio pęnalis loquens de clericis, vtrum includat cardinales.*
Clericus quis proprie dicatur. 2.
Cardinales, nunquid clericorum appellatione veniant.
Familia includit dominum.
2 *Clericorum appellatione qui veniant.*
Abbatiſſa, monialium appellatione, venit in materia pęnali.
3 *Conſtitutio pœnalis, loquens de principe, nunquid capiat principem maxi mi nominis.*
Dignitas ex latitudine vocabuli dicitur beneficium.
4 *Cardinalatus quid ad clericatum addat.*
5 *Lex requirens expreſſionem verbis generalibus non contentatur.*
Tutelarum inſtrumenta quid ad unguem exprimere debeant.
6 *Cardinales nunquid dicantur exercere officium pontificale.*
7 *Diſpoſitio odioſa quid comprehendere dicatur.*
8 *Cardinales utrum ſubyciantur legibus communibus.*
9 *Scholaris factus doctor dicitur fulgere.*
10 *Conſtitutio pęnalis nunquid includat proportionabilia.*
11 *Fauor animæ, multa in iure operatur.*
12 *Conſtitutio pœnalis loquens in electione, an locum habeat in prouiſione.*
Cardinales nunquid ligentur regulis cancellariæ.

VII. Quæſt. Baſilica primę partis.

Nunc vero accommodate ſatis ſeptima elicit
Baſilica quæſtio diſputanda. In qua quærendum eſt ſapien-
1 tiſſime præsul. †Vtrum conſtitutio pœnalis loquens de cle-
ricis comprehendat cardinales, & videtur dicendum quod
ſic, quia per cardinalatum quis nõ deſinit eſſe clericus, quia
clericus dicitur qui eſt mancipatus ſeruitio diuino. 21. diſt.
cap. cleros. ergo appellatione clericorum veniunt cardina-
les. vnde tex. valde ſing. in cap. fin. de ſimo. dicit quod appel
latione monachorum venit Abbas, qui monachus eſt, & di
xit Egidius, quem refert & ſequitur dom. Anton. in proœm.
decretalium quod appellatione ſcholarium venit doctor,
& ad hoc alleg. d. cap fin. Facit cap. quia in cauſis. de procur.
Et ideo dicimus quod familia includit dominum, & popu-
lus ſenatorem. ut in § plebs inſti. de iure natu. & etiam dicit
Ioan. And. in proœm. decret. quod appellatione ſcholarium
uenit rector. alleg. d. l. familiæ. ff. de uerbor. ſign. quanto ma-
gis appellatione clericorum ueniet cardinalis. Secundo fa-
cit tex. ſingu. in cap. per exemptionem. de priuileg. in 6. vbi
appellatione clericorum ueniunt canonici ibi enim fuit cõ
ceſſum priuilegium clericis & comprehenduntur canonici
qui etiam clerici ſunt. Facit cap. bonæ. el 1. iuncta ſupraſcri-
ptione. de poſtu. pręla. vbi appellatione clericorum ueniunt
canonici. & tenet ibi dom cardin per illum text. & not Fed.
de ſenis. conſil. 71. & Lappus Abbas. in capit. 1. § hæc autem.
de elect. lib. 6. dicit quod in odioſis appellatione clericorum
veniunt canonici, ſed appellatione canonicorum non ue-
niunt clerici. allegat dictum capitul. per exemptionem, &
idem dicit in gratiis, in contractibus, & in indulgentiis fauo
rabilibus appellatione clericorum ueniunt canonici. capit.
2 ad abolendam. de hæret. †Ita etiam veniunt epiſcopi, ut pa-
ter in rubr. de uita & hone. cleri. iuncto nigro. & facit. capit.
cum tibi. de uerbor. ſign. Tertio facit cap. 2. de cler. non reſi-
den. iuncta rub. ſua ubi loquitur de clericis nõ reſidẽ. & tex.
In d. capit. 2. punit cardinalem non reſidentem. & reputo ibi
fore caſum ſing. ut in materia pœnali, & odioſa appellatio-
ne clericorum ueniant cardinales. Quarto facit c. quoniam
ſimoniaca prauitas. de ſimonia. ubi in materia pęnali appel
latione monialiũ uenit Abbatiſſa. c. 1. §. porro. de ſtatu reg.
Sicut enim Abbatia addit illam qualitatem ad monacha-
tum. ita & cardinalatus addit ad clericatũ, ergo ſicut in ma
teria pœnali appellatione monialium uenit Abbatiſſa, ita
veniet cardinalis appellatione clericorum. Quinto omnes
qui non ſunt laici, dicuntur clerici. cap. duo ſunt genera. 12.
quæſt. 1. Vnde in quacunq; dignitate conſtituti, clerici ſunt
ea quo electi ad ſeruitium ipſius Dei. facit rub. de uita & ho
ne. cler. iuncto nigro, ergo cõſtitutio loquens de cler. com-
prehendit omnes clericos cuiuſcunque dignitatis ſint. nam
ſi eſt epiſcopus ergo clericus. Ita ſi eſt cardinalis ergo & cle
ricus. Et ideo refert dom. Domi. de ſancto Geminiano. in ca
pit. ſuper eo. de hæret. lib. 6. Ioan. Mona. in extrauaganti Bo-
nifacii octaui, quæ incipit excõmunicamus, uoluiſſe defen-
dere quod appellatione clericorum non ueniunt cardina-
les. Vltimate dicit non eſſe ſibi credendum, quia loquitur in
cauſa propria. Sexto facit quod uoluit Ioan. And. in capit. 1.
de homici. in 6. ubi dicit qđ licet ille tex. ſit pęnalis & loqua
3 tur de principe tamen comprehendit † principem maximi
gradus. Ita dicamus in propoſito licet conſtitutio ſit pœna-
lis, & diſponat ſuper clericis quod nihilominus comprehẽ-
dit clericos maximi gradus, ut ſunt cardinales. Septimo fa-
cit vbicunq; lato ſumpto uocabulo duo ſe ita habent quod
unum venit appellatione alterius & eſt eadem ratio in utro
que expreſſa tunc ius exorbitans loquens de uno habet locũ
in reliquo. iſta eſt glo. valde ſing. In clem. auditor. de reſcrip.
ubi tex. loquitur in beneficio & glo. ibi dicit idem in dignita
te quæ lato ſumpto uocabulo dicitur beneficium. ita dica-
mus in caſu noſtro, qa lato ſumpto vocabulo appellatione
clericorum veniunt cardinales. Facit quod no. gloſ. in clem.
1. de reſcrip. & in clem. 1. de elect. Octauo cardinales dicun-
tur clerici. tex. eſt formalis in c. Conſtantinus 96. diſ. Siue er
go conſtitutio ſit fauorabilis, ſiue ſit pęnalis, & loquatur de
clericis comprehendet cardinales.

Et Quanquam domine humaniſſime hæc colorata
ſatis & apparentia eſſe uideantur, attamen in cõtrarium cla
mat ueritas, & omnis iurium indubitata æquitas, quod liqui
diſſime oſtenditur hoc modo. Accidens adueniens enti repo
nit illud in eſſe ſpecifico & diſtincto, adeo quod loquens de
illo ente ſimplici non habet locum in eodem ente qualifica
to ſi materia eſt pœnalis. iſta, eſt glo. ſingu. in capit. ſtatutum.
de elect. lib. 6. iuncto. cap. licet canon. eodem tit. & lib. ubi di
ſpoſitio pœnalis illius. c. licet canon. loquens in eccleſia pa-
rochiali non habet locum in eccleſia parochiali collegia-
ta, quia ad illud ens quod eſt parochia addit qualitatem col
4 legii. ita dicamus in propoſito noſtro. † quia dignitas cardi-
nalatus addit ad clericatum quoddam accidens, ut ita dixe-
rim perfectiuum, ergo ſtatutum pœnale loquens de clerico
non habet locum in cardinali quanquam clerico, & eſt iudi
cio cuiuſlibet exercitati in iure uiri argumentum inconuin
cibile. Secundo facit quod habetur in cap. ſedes apoſtolica.
de reſcrip. ubi expreſſis minorib cum clauſula generali non
comprehenduntur maiora expreſſis Sed cardinales ſunt ho
norabiliores aliis clericis cum faciant unum corpus cum pa
pa. ut in dic. cap. fœlicis. de pęnis. in 6. ergo uerbum clericus
in materia pœnali prolatum comprehendit clericos ſimpli
ces, facit quod no. Hoſt. & Ioan. And. in cap. cum tibi. de uer
bor. ſign. Tertio faciat. cap. fin. de præben. ubi appellatione
beneficii uenit dignitas uel rectoria, & tamen nõ deſinit eſ-
ſe beneficium in materia ambitioſa, ergo multominus de-
bet uenire in conſtitutione cardinalis appellatione clerici.
Quarto facit quod dicit Io. An. in proœmio decre. uidelicet
quod in materia pœnali & odioſa uel priuilegiatiua doctor
non uenit appellatione ſcholaris. & ita dixit dom. Abb. in c.
fin. de ſimonia. ubi dicit quod ſtatutum puniens ſcholarem
ferrentem arma non comprehendit rectorem, quia ad ſcho
larem addit illam qualitatẽ, ita dicamus in propoſito. Quin
to facit tex. ualde not. l. 1. C. ut nemo priua. ubi ſi plebeius ef-
ficitur clericus non uenit appellatione plebei, ex quo addit
illã qualitatem ad plebeium, ita dicamus in propoſito. Sex-
to facit. cap. quam periculoſum de ſenten. excommu. in 6.
in uerſicu. niſi de epiſcopis uel eorum ſuperioribus expreſſa
5 mentio habetur. Et ex illo tex. arguitur ſic formaliter. †ubi-
cunque lex cogit quem ad exprimendum aliquid expreſſe,
non ſufficit fieri uerbis generalibus probat tex. ualde notab.
in l. ſi quando. §. generaliter hoc. uerſic. ſpecialiter. C. de inof
fic teſtam. ubi licet filius uocet ſe contentum eo quod reli-
ctum eſt ſibi a patre, nihilominus poteſt petere ſupplemen-
tum legitimæ niſi ſpecificis uerbis illi renunciaſſet. ut ibi p
Bal. & Salyc. & per Guil. de Cu. & Ang. in l. de his. ff de tran-
sact. & facit aureus text. in l. fin. §. omnem. C. de admin. tut.

vbi

vbi tutor tenetur iurare expreſſe agere vtilia pro pupillo &
& prætermittere inutilia, nec ſufficit velate aut generaliter
illud exprimere, per quem tex. Bart. dicit ibi ſe in contingen
tia facti caſſaſſe multa inſtrumẽta tutelarum. facit l. fi. C. de
indic. uid ui. tol. & l. ſi quis, in princ. teſta. de leg. 3. glo. in cle-
men. 1. de iudicus. & Bar. in l. prætor ait. §. hoc interdictũ ff.
de oper. no. nunciat. Ang. in l. cum vitum. C. de fideicom. &
in l. 2. C. quando & quibus quarta pars debe. lib. 10. & in auc.
de hæredi. & falci. § ſi vero expreſſim. Sed quando ſuſpendi-
tur epiſcopus, vel alius ſuperior requiritur expreſſa mentio
alias non uenit in illa generali ſuſpenſione. vt in dicto capi-
tulo quam periculoſum. Et loquitur ille text. in epiſcopo &
aliis ſuperioribus prælatis, ſed cardinalis eſt prælatus ſupe-
rior reſpectu adminiſtrationis vt ſuperius dictum fuit in pri-
ma quæſtione.

Et ſi quiſpiam dixerit. amice. cap. quam pericu-
loſum emanauit in fauorem off.
6 pontificalis. ut tex. ibi exprimit. † ſed cardinales non exercẽt
officium pontificale, quia ad hoc reſpondetur quia ſatis dicũ
eſt exercere officium pontificale ratione adminiſtrationis
per cap. per venerabilem. § rationibus in titu. qui filij ſint le-
gi. & c. fundamenta. §. decet. de elect. li. 6. Et quia ſunt mem-
bra ipſius papæ. ut in capit. fœlicis. de pęnis. in 6 Septimo fa-
ciat glo. quę communiter allegatur pro ſing. in clem. fin. de
ęta. & qua li. quæ dicit quod appellatione capituli in mate-
ria ſtricta non uenit ille qui eſt caput capituli. Et eſt ratio qa
addit illam qualitatem. ita dicamus in propoſito. Octauo fa
cit quod uoluit Ioan. de Lign. in cap. 1. de cler. non reſiden.
& doct. omnes in cap. 1. de ſciſma. lib. 6. ubi dicunt quod dic.
cap. quam periculoſum non habet locum in cardinali pro-
pter coniunctionem quam habet cum ipſo papa. cap. requi-
ſiti. de teſta. tum propter prærogatiuam papæ in ſibi quoti-
die deſeruientibus. Nono facit elegans doctrina Petr. de An
char. in conſiliis ſuis conſil. 284. quod incipit in Chriſti nomi
ne Amen. pro clariori euidentia dicendorũ. ubi regula can
cellariæ erat quod gratia motu proprio papæ facta ſi non ex
primeretur verus ualor beneficij cenſeri debeat odioſa, ſeu
ſurreptitia quod non habet locum in gratijs conceſſis domi
nis cardinalibus. & ſic in gratia conceſſa domino cardinali
de branchatijs, & mouetur primo, quia regula Vrbani loqui
tur generaliter & nihil in ſpecie dicit de cardinalibus. Et ſic
7 ad dicendum mouetur dom. Pet ibi hoc modo. † Regularis
diſpoſitio ſub quacunque verborum prolatione concepta ſi
ſit odioſa comprehendit ea quę communiter accidunt, ſiue
diſponat generaliter de perſonis ſiue de reb. cap. ſedes apo-
ſtolica. de reſcrip. cap. qui ad agendum de procu. in 6. d. cap.
quam periculoſum. cap. 2. de præben. in 6. cap. dilectus iun-
cto cap. 2. de conceſ. præben. cap. de multa. in fin. de præben.
h. d. colligi ex l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de
de iniur. vbi ea quæ ſunt ſpeciali nota digna niſi exprimun-
tur uidentur neglecta. Et hinc eſt quod conſtitutiones cano
nicę pęnales non ſunt contentę uerbis generalib. ſed addũt
cuiuſcunque ſtatus, gradus, ſeu dignitatis, ut in extrauagan.
ad reprimen. & in cap. j. de ſciſma. lib. 6. ubi plus exprimit pa
pa cum intendit comprehendere cardinales, nam eos ſpe-
cialiter & ſpecifice nominat, ut ibi patet qđ eſſet ſuperfluũ
ſi includerentur ſub generalitate uerborum, ut in d. cap. 1. &
in cap. fœlicis. præallega. facit quod no. Ioan. And. in d. cap. 1.
in nouella poſt Io. Mo. ubi cardinales ſub reuocatoria Boni
facij de qua in cap. fi. de conceſ. præben. lib. 6. non includun
tur, præcedunt enim epiſcopos prærogatiua & dignitate. di-
cit dom. Pet. hoc patere ex notatis. in d. cap. 2. de cle. non reſ
ſid. in nouel. quod adde ad ea quæ dicta fuerunt in 1. quæſt.
ſub illo correlario. An cardinalatus ſit honorabilior epiſco
patu. ex quibus dicit dom. Pet. in d. conſil. apparere quod nõ
fuerit intentio Vrbani ſub ſua regula odioſa comprehende-
re cardinales, nec gratię in eos collatę debent communiuni-
bus regulis ſiue legibus ſubiici, ſed pro lege ſeruari, ſicut do-
natio quam confert imperatori coniugem, vel econtra,
ut eſt caſus ſing. in l. pe. C. de don. inter uir. & uxo. Sicut. n. au
guſta eſt pars corporis imperatoris, & eius radiis illuſtratur.
ita dicit eſſe dominos cardinales cum ſint pars corporis pa-
pæ, & participent de eius priuilegio ſingulari. alle. not. in c. 1.
8 & 2. de off. leg. lib. 6. † & quod non ſubiiciantur communib.
legibus & regulis domini cardinales, bene facit text. ſing. in
l. bene a Zenone. in uer. dignã ſua prærogatiua fortunã. C. de
quadri. præſcrip. Et ſic D. Pet. in hoc ſuo eleganti conſilio ui-
detur appoſuiſſe gladium ad radicem huius quæſtionis.

Nec ob. in contrarium allegata. primo
cum allegatur
In capit. fin. de ſimon. quia ille text. loquitur in caſu fauora-
bili & non pœnali, quia de ſalute monachorum. Et ita fir-
mat Inno. ibi & etiam dantur alię rõſiones ad illũ tex. ut per
doc. ibi, & ex illo tex. ſequit̃ hoc quod ſtatutũ fauorabile lo-
quens de clericis habet locũ in cardinalib. Simile dixit do.
Abb. in rub. de uita & hone. cleric. quod ſtatutum fauorabi-
le loquens de clericis habet locum in canonicis qui clerici
ſunt. Nec obſt. cum dicitur quod appellatione ſcholarium
venit doctor procedit in materia fauorabili non autem in
materia pœnali & odioſa, ut ibi per Ioan. And. alias ſequere
tur abſurdum quod gradus doctoralis eſſet ſibi ad pœnam,
aut ſibi non prodeſſet. nam in his quæ ſunt fauorabilia cen-
ſetur ſcholaris, in ipſis autem quæ ſunt odioſa non cenſetur
ſcholaris. Et idem dixit tex. ualde ſingu. in l. ſi arborem. §. per
contrarium. de ſerui. vrb. præd. in uerſic. locus opacus quon
dam ſolis cępit eſſe plenus. quem tex. allegauit mirabiliter
Ang. Peru. quod ſcholaris effectus doctor dicitur plenus eſſe
ſolis, id eſt ſapientia & doctrinis † cum antea cẽſeretur locus
9 opacus id eſt ſcholaris quem text. dicit eſſe ſingu. in conuen
tuandis doctoribus. ita etiam reſpondetur ad alia iura loquẽ
tia de canonicis qa loquunt̃ ĩ materia fauorabili. ſecus ſi ma-
teria eſſet odioſa. Nec obſt. dictum. ca. per exẽptionem, quia
emanauit pp uitandum abſurdum, abſurdũ. n. eſſet quod cle
rici eſſent exempti & canonici non. Nec obſt rub. de cleric.
non reſiden. & c. ſecundum. eodem ti. quia procedit in ma
teria congruenti tam clericis quam cardinalibus & aliis prę
latis habentibus beneficia reſidentiam requirentia, quo ca
ſu uerum eſt dicere quod appellatione clericorum ueniunt
cardinales. Ita enim tenentur cardinales ad reſidentiam ſi-
cut & alii clerici. Facit glo. ſingu. in clement. 1. de reſcript.
ſecundum doct. ibi, ubi diſpoſitio illius cle. licet loquatur in
religioſis prælatis, tamen habet locum in prælatis ſecularib.
ex eo quia materia de qua loquitur illa clem. congruit pari-
ter omnibus. Facit glo. in c. diacono. 27. diſt. ubi diſpoſitio pę
nalis illius tex. loquentis de diacono habet locum in ſubdia
cono. ex eo quia materia eſt proportionabilis vtriq;. Facit gl.
valde elegans. in c. pater. 2. alias. 1. de confeſſ. lib. 6. ubi conſti-
tutio pœnalis illius text. loquentis in actore habet locum
in reo, ex eo, † quia materia eſt proportionabilis utrique. Et
10 licet do. Anto. in d. clemen. prima. dicat for e ibi glo. ſimilẽ
glo. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pa. quam legiſtæ dicunt eſſe
ſing. & ibi do. meus Ioan. de Imo. ſaluat legiſtas, quod eſt ſin-
gu apud eos, & apud canoniſtas eſt ſing. glo. in d. clemen. pri-
qua allegaui tibi duas ſimiles tene menti, quia communiter
doc. non ponderant, & ideo non eſſet abſurdum in medium
afferre illud quod clariſſimo poetæ Ouidio uenit in mentẽ.
Inuentum inquit eſt medicina meum. Nec etiam obſt. dictũ
c. quoniam & ſimilia, quia loquuntur in caſu proportionabi
li iam Abbatiſſę q̃ monialib. Et ideo pœna appoſita monia
libus comprehendit Abbatiſſas quę ẽt moniales ſunt. Nec
obſt. cum dicitur quod omnes homines aut ſunt clerici, aut
laici concedo, ergo cardinales ſunt clerici, ſed non ſequitur
ergo pœna appoſita clericis uidetur appoſita cardinalibus.
Non enim eſt uериſimile quod apponens pœnam clericis uo
luerit comprehendere ſub illo generali nomine illos ſacros
ac uenerandos patricios dominos domi. Cardinales ut ſupe-
rius dictum eſt in conſilio domini Pet. Nec obſt. quod dicit
Ioan. And. in d. cap. 1. de homi. in 6. quia illud eſt ſpeciale pro
pter fauorem animarum ille enim tex. emanauit propter ſa-
lutem aĩę vñ non eſt mirum ſi ſit extenſio ad principem ma
ximi gradus, & ita dixit formaliter ibi Io. And. quod dictum
reputatur ſingulare. Facit glo. ſingu. in authen. ſacramenta
puberum. C. ſi aduerſus uendit. quę extendit illum text lo-
quentem de contractu ad quaſi contractum. Et ibi dicit Bar.
quod ideo eſt quia emanauit in fauorem animarum illa au-
then. Facit ſingu. dictum Ioan. Cald. in cap. ſenes. de teſtibus
11 † ubi extendit illum tex. loquentem de matrimonio contra-
cto ad matrimonium contrahendum, quando eſt eadem ra
tio peccati, propter fauorem animarum. Facit quod pulchre
dixit Ioan. de Immo, in capit. fin de præſcrip. ubi dicit poſito
quod ille tex. loquatur in actione reali, tamen extenditur
propter fauorem animæ ad actionem perſonalem. Facit ſin-
gu. dictum Ioan. And. in cap. ex tenore qui fil. ſint legi. ubi di
cit quod licet. cap. fin. de clandeſti. deſponſa. loquatur in im-
pedimento conſanguinitatis ſm Goffre. tamen ex quo emana
uit in fauorem animarum extenditur ad quodcunque aliud
impedimentum, licet materia ſit pęnalis, tene menti, ex quo
infero tibi unum quod erit nouum in iſta materia quod cõ-
ſtitutio quanquam pœnalis loquens de clericis ſi emanauit
in fauorem animarum comprehendit cardinales, per doctri
nam tantorum patrum, tene menti quia eſt dictum admira-
tione dignum. Nec obſt. cum dicitur quod lato ſumpto uo-
cabulo appellatione clerici comprehenduntur cardinales, qa
non ſequitur ergo conſtitutio pœnalis loquens de clericis
comprehendit cardinales. Nec ob. glo. in clem. auditor, quia
ille tex. eſt fauorabilis, & emanauit ad euitandũ fruſtratoriũ
circuitum, ideo nimirum ſi loquens in beneficio habet locũ
in dignitate, quia materia eſt fauorabilis, & eſt eadem ratio

ergo

ergo erit idem ius. Simile dicimus quod licet capitu.fin. de
electio. in 6. loquatur in electione, tamen habet locum in
præſentatione,ut eſt gloſ.ibi multum elegans facit glo.ſing.
12 in c.ſi poſtquam.de elect.lib.6. † vbi conſtitutio illa pœnalis
loquens in electione habet locum in prouiſione. Facit gloſ.
ſing.in cap.1. de poſtu.præla.ubi pœna apposita in electione
habet locum in poſtulatione. Facit glo.in cap.quamquam.
de uſuris.in 6.ubi conſtitutio illa loquens in teſtamento ha
bet locum in donatione cauſa mortis. Nec etiam ob.c.Con
ſtantinus.quia eſt ponderandus text.ille in verſ.reuerendiſſi
mi clerici Romanæ eccleſiæ ſeruientes, & ſic non dicit ille
tex.ſimpliciter quod cardinales veniant appellatione cleri-
corum ſed videtur inferre quod appellatione reuerendiſſi-
morum clericorum Romanæ eccleſiæ &c. veniunt cardina
les. Et ex iſtis infero quod conſtitutio pęnalis loquens de dia
cono non habet locum in diacono cardinali. Nec conſtitu-
tio pęnalis loquens de presbytero habet locum in presbyte
ro cardinali. Et ex prædictis elicitur vera & indubitata con-
cluſio, quod conſtitutio pœnalis edita contra clericos non
comprehendit cardinales. Secunda concluſio quod conſti-
tutio edita in fauorem clericorum comprehendit cardina-
les. Tertia concluſio quod cōſtitutio quæ principaliter ema
nauit in fauorem animæ apponens pœnam clericis compre
hendit cardinales. Quarta concluſio quod regulæ cancella
riæ papalis apponentes certam legem circa collationem be
neficiorum non comprehendunt collationes factas domi-
nis cardinalibus.

SVMMARIVM.

1 *Papa nunquid cardinalem poſſit deponere inſcijs alijs, aut non vocato con*
cilio. 3. 8.
Statutum condere, an ſit iuriſdictionis. 6.
2 *Papa ſolus, vtrum poſſit imperatorem priuare.*
Clericos Romanæ eccleſiæ, an quiſquam præter papam iudicare poſſit.
3 *Indecens reputatur impoſſibile.*
4 *Cardinales ſpeciali letantur prærogatiua.*
Teſtes quot requirantur in cardinalis depoſitione.
Item & papæ.
Infamis, infamia facti aduerſus quos teſtimonium ferre nequeat.
5 *Concilij vniuerſalis congregatio, eſt difficillima.*
Diſpoſitio generalis odioſa, quos ſoleat comprehendere.
Poteſtas papæ quo ad cardinales qualiter ſe habeat.
6 *Papa exceſſus corrigere ſolus nunquid poſſit.*
Epiſcopus clericum quomodo corripiat.
7 *Capitulum cathedralis licet iuriſdictionem non habeat ſtatutum conde-*
re an poſſit.
8 *Citans nunquid venerabilior & maior ſit citato.*
Epiſcopi accuſati ſedere cum iudice quomodo debeant.
Cardinalis appellatione qui veniant. 9.
Verbum in contractu, nullum, debet eſſe ocioſum.
9 *Canonici cathedralis, ad minus eſſe debent diaconi.*
Cardinalis nomen nunquid canonicis congruat.
10 *Vetera mentarius an ſutoris ueniat appellatione.*
Vulnuſculum nunquid includatur ſub ſtatuto de vulnere loquente.
11 *Conſtitutio de cardinalibus loquens, quomodo veniat intelligenda, & de*
de quibus uerificetur.

VIII. Quæſt. Baſilica primę partis.

Nunc uero pater religioſiſſime neceſſarium
eſſe duxi inter has reueren-
diſſimorum dominorum cardinalium præeminentias in-
1 ueſtigare. † Vtrum papa poſſit deponere cardinalem cau-
ſa legitima exiſtente ſine fratrum ſuorum conſilio, ſeu non
congregato cōcilio uniuerſali, & erit octaua in ordine quæ-
ſtio Baſilica diſputanda. Et videtur ꝙ poſſit hoc modo. Con
dere ſtatutum eſt iuriſdictionis. ita pulchre dixit Innoc. in c.
cum acceſſiſſent. de conſtit. Barr. in l. omnes populi. ff. de iu-
ſtitia, & iure Bal. in auct. quibuſcunque modis. C. de epiſc. &
cler. gl. in l. 1. ff. de iuriſd. om iud. tex. in l. ſi. eo. tit. tex. in c. ut
animarum periculis. de conſti. li. 6. Et ideo ſingulariter dixit
Pet. de Anch. in commen. c. j de cōſti. quod ſi epſ præſcripſit
in aliquo loco iuriſdictionem quod uidetur præſcripſiſſe po
teſtatem condendi in illo loco. Sed papa ſolus poteſt conde
re conſtitutiones ſuper priuatione, & depoſitione cardina-
lium, vt eſt tex. in c. præſul. 2. q. 4 ergo papa ſolus poterit legi
tima exiſtēte cauſa exercere iuriſdictionem in cardinalem,
& per conſequens eum deponere datis demeritis. Secundo
facit d. c. præſul. iunc. §. præcedenti. ubi contradicente conci
lio uniuerſali papa fecit illam conſtitutionem. ergo multo
magis illam faciet, irrequiſito conſilio cardinalium. Tertio
de hoc uidetur tex. formalis in c. 1. de ſciſma. lib. 6. Et ſi dica
tur papa ibi circa depoſitionem illorū cardinaliū adhibuit
conſilium card. quia reſpondeo, illud emanauit ex quadam
vrbanitate & honeſtate Rom. pontificis, non tñ erat ad hoc
aſtrictus ex iuris diſpoſitione. Quarto papæ, & Chriſti idem
eſt tribunal. ut dixit Hoſt. in c. quanto. de transla. præla. & ec
cleſia militans eſt fundata ad inſtar eccleſiæ triumphantis.
vt in clemen. ad noſtram, de hæreticis. & dictum fuit in 1. q.
Sed in illa, Deus ſolus omnia poteſt, ergo & in iſta papa eius
vicarius ſolus poterit omnia, facit quod habetur. iu cap. cun
cta per mundum. 9. q. 3. & quod habetur in cap. niſi cum pri
2 dem. de renun. Quinto facit ſolus papa priuat imperatorem
licet de honeſtate requiſiuerit concilium, vt in depoſitione
Friderici. ut colligitur in capit. ad apoſtolicæ. de re iud. libro
ſexto. Nam & ſolus depoſuit regem Franciæ tanquam inuti
lem. ut in cap. alius. 15. q. 6. & facit quod dixit Bald. in l. reſcri
pta. C. de preci. impera. offer. ergo multomagis poterit depo
nere cardinalem ſolus. Sexto facit gl. multum nōt. in cap. 2.
de cleri. non reſi. quæ exponit illum textum, in uerſic. ab om
nibus. ſ. approbantibus. Et ibi Inno. etiam tenet quod ad de-
ponendum cardinalem non eſt opus congregare conciliū.
Et ibi Ioan. de ligna. allegat Archid. in dicto cap. ad apoſto-
licæ. ubi dicit quod papa ſolus in agendis non habet neceſ-
ſe vocare cardinales. Et idem no. in cap. quamuis. de offi. ord.
lib. ſexto. & hoc tanquam uerius ſequitur. ibi Ioan. de Lign.
Septimo facit glo. in cap. nullam. ſecunda q. 4. quæ dicit qđ
nullus poteſt iudicare clericos eccleſiæ Romanæ niſi ſolus
papa, ergo non requiritur conſilium cardinalium nec con-
cilium uniuerſale. Octauo facit d. cap. nullam. ubi cardina-
lis inuitus non iudicatur ab alio quam a papa. nihil ibi dicit
de conſilio cardinalium, vel de concilio vniuerſali. Nono fa
cit. cap. ſaluo. & cap. epiſcopo alias incipit ipſo. 9. qō. 3. ubi di
citur quod papa ſolus poteſt punire exceſſus ſubditorum. &
Innocen. in cap. primo, de conſtitu. dixit quod omnis creatu
ra eſt ſubdita conditori canonis. coniuncto dicto Innocen.
cum illo text. probatur aperte quod papa ſolus poteſt depo-
nere cardinalem ſi demerita ſua hoc exigant. Et ex prædi-
ctis elicitur concluſio quod papa ſolus poteſt iuſtitiæ debito
exigente deponere cardinalem irrequiſito fratrum conſen-
ſu, ſecundum glo. Innoc. Ioan. de Lig. & ſequaces.

Et licet iſte videantur ſatis demulcere au-
res audientium. ta-
3 men ſuſtentabilior ſatis videtur concluſio contraria, non ta
men propter hoc intendo in aliquo derogare ſummę pote-
ſtati Romani pontificis, ſed omni ingenio adhærere deciſio-
ni ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ. contra concluſionem al-
lego tex. expreſſum, in cap. primo, de ſchiſmaticis. lib. ſexto,
in uer. de fratrum noſtrorum conſilio depoſuimus. I. & P. a
cardinalatibus. & ab omni cardinalatus honore, & ſi dicatur
amice papa ibi adhibuit conſilium fratrum de honeſtate,
non autem de iuris neceſſitate. Quia ad hoc facile erit reſpō
ſum ſi fecit quia debuit. dico quod indecens reputatur im-
poſſibile in principe. Sicut enim dicunt glorioſi ſacræ theo-
logiæ profeſſores. omne indecens Deo eſt impoſſibile, ergo
neceſſario ſequitur quod ſummo pontifici erit impoſſibile
ſicut ipſi Deo cuius vicem gerit in terris. vt in c. vt noſtrum.
ut eccle. benef. Et de hoc ſatis plene dictū fuit ſupra in quæ-
ſtione. an papa poſſit facere ardua ſine cōſilio fratrum, uide
ibi quia accumulate ſatis dictum fuit. Et pondera illā dictio
nem de fratrum noſtrorum, quia de, denotat cauſam proxi-
mam & immediatam, de ſuo proprio ſignificato ut uoluit
Bar. in l. 1. §. ex incendio. ff. de incen. rui. naufra. & Io. And. &
alios in c. qualiter. de elec. Si ergo cauſa propria & immedia
ta fuit conſilium, ergo papa adhibuit illud conſiliū ex eo, q̄a
debuit adhibere. Et ideo Hoſt. in d. c. 2. de cler. nō reſi. quem
refert ibi Io. And. fatetur quod in ſolo papa reſidet plenitu-
do poteſtatis, & contra illam ſcribere non intendit, ſed pon-
derat quod ibi ad cardinalis depoſitionem fuit ſinodus con-
4 gregata. † & cardinales tanquā maximi debent ſpeciali præ
rogatiua letari. c. 1. & 2. de offic. legati. lib. 6. & ſunt pars cor-
poris papę, qui non iudicatur ab aliis 9. q. 3. c. aliorū. & cū eo
iudicant orbem. ut in c. per venerabilem. §. rationibus, qui ſi
liiſint legi. ergo decet eos eſſe participes priuilegij ſingula-
ris, & dicit quod papa non conſueuit. & ſm quoſdam non
poteſt aliquem de cardinalib. excōicare, vel aliquod præce
ptum facere ſine conſilio & conſenſu fratrum. allegat in ar
gumētū. c. irrefragabili. §. 1. de off. ord. & c. j. de exceſ. præla.
Secundo deponere cardinalem cōnumeratur inter ardua.
ideo in ſua depoſitione requirūtur. 72. teſtes, ſi eſt epiſcopus
cardinalis. & 54. ſi eſt presbyter cardinalis. & 26. ſi eſt diaco-
nus cardinalis. ut in c. præſul. 2. q. 4. Et in hoc ſunt melioris
conditionis quam papa in cuius depoſitione ſufficiunt duo
teſtes. Vnde papa conuincitur per duos teſtes. ut eſt glo. ſin-
gu. in d. cap. præſul. Et plus audeo dicere hoc caſu quod licet
infamis infamia facti poſſit teſtificari vt late dixi in repetitio
ne. cap. teſtimonium, de teſtibus, nihilominus contra cardi-
nalem infamis infamia facti nullo modo teſtificari poteſt.

& de hoc dico fore caſum ſingularem & vnicum in d.cap. præſul. in ver.ſine vlla infamia, quod adde ad ea quæ dixi in dic.cap.teſtimonium. ſed papa non poteſt explicare ardua ſine conſilio fratrum, vt ſatis dictum fuit ſupra quæſt.2.Tertio facit.capit.2.de cleri.non reſi.ubi ad deponendum cardinalem fuit cõgregata ſinodus & ibi tex.dicit, Anaſtaſius ab omnibus canonice fuit depoſitus.Si ergo papa ſolus potuiſſet deponere cardinalem ad quid congregaſſet concilium
5 vniuerſale. † Et nemo eſt qui neſciat quam difficile ſit congregare concilium vniuerſale. Et inquantum gl.ibi dicit in verſ.ab omnibus,ideſt approbantibus, uidetur uiolare illum tex.qui dicit quod omnes depoſuerunt eum, ſciuiſſet enim exprimere text.verſic.approbantibus ſi voluiſſet. capit. maiores.de baptiſmo.cap.ad audientiam.de decimis. l.1.ad fin. C.de cad.tol. Puto tamen ꝙ ſufficeret ꝯſilium cardinalium. nec eſt neceſſe congregare concilium ad deponendum cardinalem propter difficultatē quę eſſet in congregando concilium uniuerſale. Quarto licet enim iura diſponant,papā ſolum oīa poſſe, nihilominus illa doctrina limitatur in multis, vt dictum fuit in 2.quæſt.Omnis enim diſpoſitio generaliter concepta,ſi ſit odioſa comprehendit ea quæ communiter accidere ſolent, non ea quæ ſpecialiter, ſiue diſponat generaliter de perſonis,ſiue de rebus, vt in cap.quam periculoſum.de ſenten.excom.lib.6. & l.item apud labeonem, §.hoc edictum. ff.de iniurijs.& facit c.1. de ſciſma. lib 6 vbi cardinales ſunt nominandi ſpecifice.Modo illa poteſtas papæ quo ad cardinales uidetur reſtringenda & limitanda. ut ſcilicet poſſit deponere cardinalem legitima cauſa ſuadente interueniente conſilio cardinaliũ, vnde ſub illis verbis papa ſolus poteſt omnia, non comprehendũtur cardinales ex quo in ſpecie non ſunt nominati, & cum ſint membra ipſius papæ.Et propter hoc Ioan.Andr.in d.cap.1.de ſciſma.in nouella dicit quod cardinales non includuntur ſub reuocatoria Bonifacij.de qua in cap.fin.de conceſ.præb.lib.6.& dictum fuit ſupra,in præcedenti quæſtione maxime cum ſint pars corporis ipſius papę.Quinto decet quod papa non negligat illud quod per ſuos canones mandat ſubditis ſuis obſeruari,decet enim principem ſecũdũm legem viuere.l.digna
6 vox.C.de legibus.Sed papa mandat per ſuos canones † quod papa corrigat exceſſus cum conſenſu ſui capituli.capit.1.de exceſ.præla.capit.irrefragabili.§.j.de offic.ord. cap.qualiter & quando,el 2.de accuſa.ergo idem debet facere ipſe. Sexto iſtam partem tenent illuſtres doct. Hoſt.Ioan.And.dom. card.dom.An.& moderni in d.cap.2.de cle.non reſid. Septimo prælatus non poteſt deponere aut corrigere clericũ, vel aliquem de capitulo ſine capitulo ſeniorum eccleſiæ.c.qualiter & quando el 2.de accuſat.Sed collegium cardinalium eſt capitulum eccleſiæ uniuerſalis,& papa eſt caput & prçlatus.ut in d.cap.per venerabilem.§.rationibus.Vnde expreſſe dixit Bal.in l.cum multa. C.de bon.quæ liber.quod cardinales ſunt capitulum vniuerſalis eccleſiæ, ergo ſequitur quod requiritur conſilium fratrum. Octauo facit cap.1.in verſ.de ipſorum omnium conſilio & cõſenſu de renuntia. lib.6.vbi papa depoſuit ſeipſum per renunciationē cum conſilio fratrum,ergo multomagis requiritur conſilium fratrum quando ipſe deponit cardinalem. Nono facit quod dixit Io.Mona.in c.ſuper eo.de hæret.in 6.& late dixi ſupra in q.2. quod papa non poteſt ſine conſilio fratrum conferre prælaturas, ergo ſequitur a contrario quod multominus poterit diueſtire cardinalem cardinalatu ſine conſilio fratrum.

Nec obſt.in contrarium allegata.primo cum dicitur, quod cõdere ſtatutum eſt iuriſdictionis, ut fuit ſatis belle allegatum ſupra, quia reſpondeo iſtud ex toto non concedo. capitulum eccleſiæ cathedralis poteſt condere ſtatutum,vt eſt glo.ſingu.& melior de corpore iuris.in cap.2. de uerb.ſi-
7 gnif.lib.6.† & tamen capitulum non habet iuriſdictionem. ut no.in cap.cum omnes.de conſtitu.uide plene per Petr.de Anchar.in capit.1.de conſtit.in repet.Et cum dicitur poſtea quod papa ſolus fecit conſtitutionem ſuper depoſitione cardinalium.ut in d.cap.præſul.quia reſpondeo quod immo interuenit ſinodus vniuerſalis ut apparet ibi in §.præcedenti. vbi dicitur porro Silueſter papa in generali ſinodo reſidens contradixit quo caſu concilium videtur approbaſſe conſtitutionem Silueſtri,& ſic idem cum eo ſtatuiſſe. Vel poteſt dici quod papa ibi priuilegiauit cardinales,quia cum in concilio fuerit ſtatutum quod clericus conuincatur de uitio fornicationis ꝑ tres teſtes. Silueſter ſtatuit quod epiſcopus cardinalis conuinceretur per 72. teſtes & iſte non eſt caſus noſter. & ſic tollitur ſecundum argumentum. Nec obſt.capit. primũ,de ſchiſmaticis in ſexto,quia ex ſuperius dictis apparet reſponſio.& ita etiam apparet ad quartum argumētum. Nec obſtat, cum dicitur quod papa ſolus priuat imperatorem,& ſolus priuauit regem Franciæ,quia non ſequitur ergo ſolus priuare poteſt & deponere cardinalem, quia cardinalis eſt pars corporis ipſius papæ, & cũ ipſo papa regit mundum. Nec obſtat gloſ.in dicto capit.ſecundo, quia uidetur violare ipſum text.Nec obſtat glo.in dicto capitu.quia nullam, iſta ſtant ſimul quod ſolus papa iudicet cardinales, & tamen debeat requiri conſilium cardinalium. Nec obſtat text.in dicto cap.nullam,quia idem reſpondetur & eſt priuilegium cardinalium, vt nõ iudicentur inuiti ab alio quam a papa. Et per hoc limitari poteſt elegans dictum Bald. in l. omnes præterea. C.de epiſcop.& cleric. dum dixit per illum textum quemlibet citatum debere comparere,nec expectare quod iudex vadat ad ipſum citatum. l.ſi quis ex aliena.ff. de iudic.l.2.ff.ſi quis in ius uocand. non ierit, etiam ſi eſſet cardinalis,quia deberet comparere per ſe vel per procurato
8 rem coram citante ſi eſt iudex competens,† quia ſemper citans eſt maior citato & venerabilior eo in cauſa quæ agitur coram eo. Facit gloſ.no.in l.apud eum.ff.de manu.tit.generali, quia iſtud dictum Baldi debet intelligi in papa, non in inferiore niſi cardinalis conſentiret in iudicem inferiorē. per illum textum quem reputo mirabilem ad iſtud propoſitum. Et plus audeo dicere quod debet ſedere cardinalis cũ iudice,non tamen intelligo cum papa, & non ſtare rectus, & hoc dico per elegans dictum Baldi in l.finali. C. vbi ſena. vel clariſ. vbi uoluit per illum textum quod epiſcopi accuſati debent ſedere cum iudice,ſed aliquantulum inferius.non autem ſtare recti.Nec obſtat dictum capit.ſaluo.& d.cap.ipſo quia non procedunt in cardinalibus per ea quæ ſuperius dicta ſunt.Et ex iſtis elicitur concluſio quod papa ſolus non poteſt deponere cardinalem ſuadente iuſtitia circumſcripto fratrum conſilio. Sed poſſet quiſpiam dubitare, conſtitutio loquens ſimpliciter de cardinalibus an verificetur in cardinalibus Rauennatis eccleſiæ & ſic non ſolum in cardinalibus Romanæ eccleſię,& uidetur quod verificetur in cardinalibus eccleſiæ Romanæ. Et pro hoc allego gloſ.ſingu. in cap.pudor eſt.32.q.2. quæ dicit quod appellatione cardinalium ſimpliciter venit cardinalis eccleſiæ Romanæ & non venit cardinalis eccleſiæ Rauennatis. Idem dicit de rege ſchacorum qui ſimpliciter non eſt rex. facit glo.no.in c. venerabilem. de elect.

Sed in contrarium facit text. in clementine Romani, in verſic.cardinalium eccleſiæ Romanę.& in capit.fundamenta.§.decet,de electio.in ſexto.Nam ſi ſimpliciter appellatione cardinalis veniret cardinalis eccleſiæ Romanæ. ad quid papa expreſſiſſet illa uerba Romanę eccleſiæ. 19.diſtinctio. capit.ſi Romanorum.capitu.ſi papa de priuileg.in ſexto, l.ſi quando.C.de inoffic.teſtamen. Et ideo dixit Bald.in rubr.de contrahen.emptio. quod minimum uerbum appoſitum in contractu nõ eſt appoſitum ſine aliquo miniſterio aliquid operandi ſi fieri poteſt. Facit tex.in c.præſul. ſecunda,quæſt. 4.in verſic.cardinalis urbis Romæ.& in cap.primo.79.diſtinctio.in uerſi.cardinalium eiuſdem eccleſiæ.& in cap.ſi quis. ex epiſcopis eadem diſtinc.Facit quod dixit Hoſtien.in ſumma de officio Archid.§.quę pertinent.uerſ.hi autem uocan
9 tur cardinales † vbi dixit quod clerici ſeruientes principaliter eccleſiis ciuitatis,uel diœceſis, & in diuinis officijs miniſtrantes,& ſic illi tales dicuntur cardinales, & de illis cardinalibus debet prouidere archipreſbyter quis & in qua ebdomada ſeruire debet, & ibi dicit eſſe argumentum quod canonici eccleſię cathedralis dēnt eſſe diaconi ad minus,vt vidsmus in cardinalibus domini papæ qui ad minus ſunt diaconi, & ſic cardinales epiſcoporum.i. canonici diaconi ad minus debent eſſe. argum.c.in cauſis.de re iud.c.ad abolendam.de hæret. primo reſponſo. Dicit etiam ibi idem Hoſt. quod canonici epiſcoporum non incongrue cardinales dicuntur,quia ſicut papa regitur conſilio cardinalium. ut in c. licet.1.reſponſo.de elect.cap.in Geneſi. & cap.eccleſia. el 2. in fin.eodem titu.Sic & epiſcopi conſilio canonicorum regi debent.cap.quanto.& cap.nouit.de his quæ fiunt a præla.& ſic concludit Hoſtien.duo quod hoc nomen cardinalis congruit canonicis,& quod papa gubernat & regit conſilio cardinalium.Et idem etiam voluit in capitulo requiſiſti. de teſtamentis.& ſequitur ibi Ioan.de Imo. quod adde ad ea quę dicta fuerunt ſupra in 2. q. Mihi autem videtur primum dictum eſſe verius quod hoc nomen cardinalis congruat proprie cardinalibus eccleſiæ Romanæ,& hoc per tex. in capit. ſi quis pecunia in uer.elec.cardinalium.& in capit.nullus,in uerſ.preſbyter factus cardinalis.79.diſtin.& in capitu.ubi periculum.in principio. in uerſiculo cardinales.& in §.nulli,de electione. libro ſexto. & facit elegans dictum Baldi poſt
10 Cynum in prœmio digeſtorum. in §. ſed cum nos in principio † quod appellatione calzolarij. non venit zauaterius, Ita in caſu noſtro appallatione cardinalis nõ venit cardinalis Rauennas, quia abuſiue & improprie dicitur cardinalis.

Facit

Facit elegans dictum Baldi in l.fin. C.de ædil. act. quod ſi ex forma ſtatuti puniuntur delicta de nocte cōmiſſa, vel in platea grauius quam alia delicta, puta quia loquitur de vulnere facto in platea, quod non habebit locum in vulnuſculo. facit l.prima, §. vitium. & l.ob quæ vitia. & l.cui Deus.ff.de ædili. edict. l.item apud labeonem. § quæſtionem. de iniur. vbi non venit leuis quæſtio appellatione quæſtionis. Facit lex.leuia. & quod ibi no.Bartol.ff.de accuſatio. Et ideo dixit Bald.in capit primo, § ſi duo fratres. de duobus fratribus de nouo beneficio inueſt. quod ſtatutum odioſum loquens de domo non habet locum in breui caſa. Facit quod habetur in l.lex Cornelia.§.domum.ff.de iniurijs.Facit not.text.in l. ſenatus.§.primo,de legat.primo, per quem text.dicunt doctor. Statuto cauetur quod forenſis non poſſit acquirere domum in ciuitate, vt eſt Ferrariæ, quod nihilominus poterit acquirere domunculam. Ita dicamus in caſu noſtro, conſtitutio loquens de cardinalibus, eſt intelligenda de illis venerādis patribus dominis cardinalib papæ, qui proprie & vere dicuntur cardinales, & non de quibuſdam cardinalibus pediſſequis, iuxta illud quod præclare ſcriptum eſt in illo Ouidiano. Nec de plebe Deo. facit quod habetur in l.prima,§. qui in perpetuum. ff.ſi ager vectig.capitu.ſuſceptum. de reſcript. lib.ſexto, cum ſimilibus. Ideo dicebat dic.cardin. in dicta clement. ne Romani, quod iura ſuperius allegata loquentia de cardinalibus eccleſiæ Romanæ emanarunt ad differentiam cardinalium Rauennatum, vel aliorum, ſi ſecundum conſuetudinem ſic appellarentur. Sed forte melius poſſet dici quod expreſſerint de cardinalibus Romanæ eccleſię ad tollendā dubitationem ſi quis dubitaret an comprehenderentur cardinales Rauennates, vel alij Et declaratur ibi quod non, ſed intelligitur de cardinalibus Romanæ
1 eccleſiæ † Et ex iſtis elicitur concluſio.quod conſtitutio loquens de cardinalibus ſimpliciter verificatur in cardinalibus eccleſiæ Romanæ.

S V M M A R I V M.

1 *Cardinalis ex priuilegio, nunquid furem obuium e patibulo eripere poſſit.*
Damnati capitaliter nunquid e ſupplicio eximi poſſint.
2 *Papa ordinem iudiciarium in terris imperij tollere an poſſit.*
Iudex eccleſiaſticus, ſententiam in rebus temporalibus, contra laicum an poſſit executioni mandare.
Maleficos occidere nunquid impune liceat.
3 *Statutum puniens pecuniariter clerici percuſſorem, an validum.*
Immunitas nunquid in ſacerdote ſacram eucharistiam ferente ſit.
4 *Satellites occidentes gladijs, decapitandum propter ereptionis timorem an puniendi.*
Bannitorum cancellatio generalis nunquid includat falſarium & læſæ maieſtatis criminoſum.
Richardus de malumbris, fuit damnatus de hæreſi.
5 *Hæreticum nemo fouere debet.*
Hæreſis iam læſæ maieſtati æquiparatur.
Clericus incorrigibilis an poſſit capi, & curiæ ſeculari immediate tradi.
Aduocatus negandus in horrendo delicto.
6 *Iura coram Romano pontifice, an allegandi.*
Animal brutum, propter ſcelus poteſt comburi ex ſententia.
7 *Iudices tranſgredi leges quando liceat, etiam in pœnis exaſperandis.*
8 *Subſtitutus quibus caſibus loco ſubſtituentis legitime ſtet, quib. vero non.*

IX. Quæſt. Baſilica, primæ partis.

Accedat nunc nona in ordine quæſtio baſilica diſputanda,
1 † an cardinales poſſint ex priuilegio inducto ex conſuetudine liberare damnatum ad mortem ſi dum ducatur ad ſupplicium illud vltimum, obuiet cardinali, & Bal.in l.Addictos. C.de appellatio decidit quod ſic. Dicit enim cardinales facere contra illam legem ex quodam priuilegio. Nam ſi obuiauerint eis qui ducūtur ad mortē, habent ex conſuetudine hoc priuilegium quod poſſint liberare a morte. Et idem refert Salycet. ibi in finalibus verbis dicens quod cardinales multoties non ſeruant illam l.in principio, habentes ex conſuetudine priuilegium. vt ſi obuiāt ei qui ducitur ad ſupplicium poſſunt immittendo ſuum pilleum illum liberare a morte. Sed tu pondera primo quod cardinalis non poteſt hoc facere ex eo, quia eſt cardinalis, nec etiam ex eo, quia eſt legatus de latere. Nam non poteſt diſponere contra ordinem iuris, gloſ. eſt quam aliqui dicunt eſſe ſingu.in capit.fin.de hæreticis.lib.6 & eſt gloſ.in clemen.ſæpe.de verborum ſign.& in cap.indemnitatibus.de elect.lib.6.& originaliter fuit dictum Spec.in tit.de lega.de quo dicetur in quæſtione formanda circa poteſtatem legati de latere. ſed lege eſt expreſſum quod damnati ad ſuppliciū eximi nō poſſunt. vt in l.Addictos.C.de epi.audi.ergo ſequitur nec ut cardinalis nec vt legatus de latere hoc pōt. Et ſi dixerit quiſpiā hoc habent ex priuilegio. ſcirem libenter a quo tale priuilegiū emanauerit. Si dixeris a papa, aut emanauit in terris imperij, & tunc fieri non poteſt. Vnde dixit gl.multum ſing in clem.
2 diſpendioſam de iudic.quod † papa non poteſt tollere ordinem iudiciarium in terris imperij. & allegauit illam gl. Bal. in l.eos.alias in l.fin. C. de vſur. Facit ſingulare dictum Inno. in cap.inquiſitionis de ſen excom. quod ſi papa mandat uni de temporali imperio, quod det rem ſuam temporalem alteri, quod non tenetur ſibi parere, quia exercitium iuriſdictionis temporalis non habet. facit clem.paſtoralis, de re iu. vbi rex Siciliæ non paret imperatori, quia non erat ſibi ſubditus. Facit quod dixit Ang.in l.fin. C.de iud. quod iudex eccleſiaſticus non poteſt mandare executioni ſuam ſententiam in rebus temporalibus contra laicum. voluit Innocent. in capitulo ſignificaſti. de of.deleg facit cap.cum epiſcopus. de offi.ordin.lib.6.& quod not. Pet.de Anch. in commento capituli ca quæ, in decima.& vndecima quæſt.de regalis iuris. libro ſexto. Facit no.dictum Ioann.Andr.in capit primo, de homic. lib.6. vbi dixit quod non poteſt epiſcopus imponere pœnam pecuniariam laico ſibi temporaliter non ſubdito. ſed debet eam facere imponi per iudicem. facit capitulū ſecundū, de malefi.& cap.poſtulaſti.de iudæis, ergo tale priuilegium licet emanauerit a papa non poterit operari aliquē effectum in terris temporaliter non ſubiectis ſibi. Aut emanauit a papa, & ſumus in terris temporaliter ſibi ſubiectis, & tunc ſerua priuilegium. Sed durum eſt credere quod a Romano pontifice emanaſſet tale priuilegium. Nam ſcriptum eſt, nō permittas maleficos uiuere ſuper terrā, nec eſt crudelis qui maleficos occidit. 34.q.5.cap. non eſt crudelis & c.qui homicidas. Nam reipublicę intereſt delinquentes puniri. l.ita vulneratus.ff.ad l.acquil. cap.vt famę.de ſenten.excommu nec etiam Bald.nec Saly.dicunt cardinales habere illud priuilegium a papa. & eſſe tale priuilegium contra omnem legis diſpoſitionem. c.factæ autem ſunt leges vt humana coherceatur audacia.4.diſt. Si vero dicimus tale priuilegium emanaſſe a conſuetudine. & ita ponit Bald.& Sal.ibi dicentes priuilegium illud competere & procedere ex conſuetudine. videtur talem conſuetudinem non tenere, primo quia eſt contra ius diuinum quod diſponit, non permittas maleficos viuere ſuper terram, eſt etiam contra rempublicam, quia reipublicę intereſt ne maleficia remaneant impunita. dicta l. ita vulneratus. Item quia per talem cōſuetudinem paratur via ad delinquendum. † & ideo dicebat dom. Dominicus in
3 dicto capitulo factæ autē. non ualere ſtatutum quod percutiens clericum repertum de nocte ſoluat quinq; ſolidos, quia dat materiam delinquendi. Ita dicamus in huiuſmodi conſuetudine l.conuenire.ff.de pac.dot.l.ſiue hæreditaria. ff. de nego.geſt. Facit, nam & ſi quis fugiat ad collum ſacerdotis portantis corpus triumphantiſſimi domini noſtri Ieſu Chriſti non propter hoc conſequitur immunitatem gl. eſt ſing. 13.q.2.cap.quæſitum. Facit etiam omne quod habet apparētiam mali eſt reijciendum. cap.cum ab omni.de uita & honeſt.clericorum. Sed iſtud priuilegium habet apparentiam & exiſtentiam mali, ergo tale priuilegium non tenet. Et ſi dicatur nonne eccleſia concedit immunitatem ad illam fugientibus.ut in tit.de immunitate eccleſiarum. & C. de his qui ad eccleſiam confugiu. per totum. Et ideo huiuſmodi priuilegium non eſt ſine dubitatione, nec eſſet bonum exēplum honeſte, & recte viuere uolentibus, ſi cardinales viterentur illo priuilegio.

Sed pone quod aliquis ducebatur ad mortē, ſed familia poteſtatis timens ne cardinalis illum talem liberaret a morte uigore præfati priuilegii antequam ducatur ad locum patibuli illū gladiis occidit, an propter hoc poſſit puniri ex quo debebat illum occidere in loco deputato. uidetur dicēdum quod ueniat punienda per ſing. dictum Bartholucii de Capua. quod refert & ſequitur Bal.in d.l.addictos. C.de epiſc.audi.ubi dicit, quod ſi familia poteſtatis timens ne decapitandus ſibi auferatur antequam ducatur ad locum patibuli illum gladiis perimat, quod propter hoc uenit familia puniēda niſi ſuper hoc habuerit commiſſionem, quia tunc facit, ut
4 publica perſona non ut priuata & mandato ſuperioris. Vnde quilibet priuatus occidens talem ductum, punietur capitaliter, & allegat præfatum Bartholutium de Capua per l.ita vulneratus. verſiculo ſi quis. ff. ad legem Aquil. quod dictā tene menti quia eſt admiratione dignum. Et poſito quod domini Cardinales habeant illud priuilegium, & eis ſeruetur, non tamen ſimpliciter procedit in omni caſu ultimi ſupplicii. vnde credo non habere locum cum quis eſſet damnatus de crimine falſi, & hoc per textum ualde ſingularē in lege Lucius. ff ad Turpillianum per quem textum dixit Angelus Aretinus in ſua diſputatione incipiente, ex orta guer-

ra, quod ſi ex mandato dominorum fiat generalis cancella
tio bannitorum,non venit bannitus de crimine falſi. per il-
lum tex.ita dicamus in propoſito. Secundo non habet locũ
iudicio meo in eo qui eſt damnatus propter crimen cõmiſ-
ſum contra patriam, hoc dico per elegãtem doctrinam An
ge.in pręall.diſputatione.ubi alleg.l.quiſquis.C.ad l.Iul.ma.
& l.quicunque. C.de epiſ.& cle. ꝙ in generali cancellatione
bannitorum non venit bannitus propter crimen commiſ-
ſum in remp.Et ideo Bal.in d.l.quicunque dicit Iac.Bu.refer
re ꝙ olim collegium Bononiẽſe fuit grauiter reprehenſum,
ex eo quia ſupplicauit pro Richardo de Malumb. qui fuerat
damnatus de hæretica prauitate.faciat.l.minime. ff. de reli.
& ſump.fune.l.veluti.ff.de iuſti.& iure.& l.1.§.ea. verſi.reipu
blice naſcimur.ff.de ven.in poſ.mitten.& gl.in l.fi.C.de abo.
& gl.in d.l.veluti.Nec etiam habet locum illud priuilegium
5 ſi quis committeret crimen læſæ maieſtatis imperialis per il
las duas gl.& per d.l.quiſquis. † Et ideo dicebat Ang.in d.di-
ſputatione quod facta cancellatione bannitorum nõ venit
bannitus ex crimine læſæ maie.Quarto non habet locum in
hæretico,quia tunc nemo debet illum fouere.text.eſt in d.l.
quicunque,& propter hoc male fecit collegium Bonon. ſup
plicare pro illo hæretico.nam ſi hoc eſt verum in crimine lę
ſæ maieſtatis imperatoris, ergo multomagis in crimine læſę
maieſtatis ipſius Dei viui. nam crimen hæreſis & crimen læ
ſæ maieſtatis æquiparantur.l.ſi quenquam.C.de epiſ. & cle.
c.in fidei fauorem. de hęreti.in 6. capitu.licet heli de ſimoni.
Quinto non habet locum ſi eſſet delictum attox. & horren-
dum,vt fuit in homicidio perpetrato contra cuſtodem San-
cti Marci Venetiarum,.per quendam ſacerdotem quo caſu
conſuluit Pet.de Anch.ut ipſe refert in c.1.de homic.& in c.
cum non ab homine.de iud.& in c. ea quæ.in 19.q.de reg.iu.
li.6. vbi refert fuiſſe conſultũ quod clericus nulla data incor
rigibilitate poterat capi & imediate tradi curiæ ſeculari pu-
niendus.ita dicamus in propoſito. Si fuiſſet horrendum de-
lictum,tunc non poſſet Dominus cardinalis uigore talis pri
uilegii liberare illum a morte, nec eſt hoc mirum.quia pro-
pter horendum delictum eſt denegandus delinquenti aduo
catus.Ita uidi allegari per quendam ſolemnem aduocatum
dum eſſem ſcholaris in conſiſtorio publico coram diuinæ
6 memoriæ Eugenio IIII. in ſala magna palatij Bonon. † Et
quia coram Romano Pontifice non allegãtur iura. cum om
nia præſumatur habere in ſcrineis ſuis.ut in l.omnium.C.de
teſtam.& c.primo, de conſti.li.6.Ego uero tunc dixi fuiſſe di
ctum Bal.in authen.ſed nouo iure.C.de ſer.fug.& tex.ad hoc
ſing.in l.per omnes.C.de defenſo.ciui. Facit gl.not.& ſing.in
l.ſecunda. ff.arborum fu.cęſ.ubi propter horrendum delictũ
quis debet dari beſtiis ad comedendum & ad dilaniandum,
Quinimmo dicit text.ſing.& aureus quod propter ſcelus ab-
horrendum animal brutum eſt comburendum. vt in c.mu-
lier.15.q.1.Facit gl.ſing.inſtit. de hæred.ab inteſt. §. per con-
trarium.ubi damnatur memoria talium per ſententiam.ui.
de ibi gl.ponentem practicam.Facit l.prouinciam. C.de fer.
ubi dic feriata in honorem Dei tales craſſatores & abhomi-
nabiles delinquentes poſſunt puniri. Quinimmo dicit Bald.
in l.prima.C.ne ex delic.defuncto.ꝙ poſſunt iſti tales duci ad
mortem imbauagliati ad hoc vt non loquantur. & allegat
ad hoc doctr.Bart. uide ibi per eum.

Facit ſing. dictum Innoc. in c. 1. de cõ-
ſtit. ubi dicit
ꝙ propter enormitatem caſuum emergentium licitum eſt
iudici tranſgredi leges,retulit illud dictum Bald.in auth ſed
nouo iure.C.de ſer.fug.& in l.& ſi ſeuerior. C.ex quib.cau.in
fa.irroga.& in cap.primo.§.iniuria. de pace iur.fir.& Bart.in
l.præſcr.C.ſi contra ius uel uti.publi. ubi uolunt quod iudex
poteſt exaſperare pęnam & atrociorem imponere quam iu
ra diſponant. & hoc propter enormitatem delicti. quod di-
ctum procedit data iudicis competentia ſuper alterata pœ-
7 na. Sed ſi iudex non eſſet competens pœnæ alteratæ † tunc
deberet requiri ſuperior.tex.eſt valde ſing.in l.diuus. la ſecũ-
da.ff.ad legem Corneliam.de ſicca.quod bene notabis,quia
communiter doct.tranſeunt cum illo dicto Innocen.ſimpli
citer. Sexto limito etiam niſi cardinalis vellet illud priuile-
gium exercere per ſubſtitutum, qui non poſſet, cum adhæ-
reat dignitati ſuæ per tex.no.& ſin. in l.ſeruus ſi hæredi, poſt
prin.in uer. perſonæ duntaxat eius qui demonſtratus eſt.ff.de
ſtatulib. & per illum tex.dixit Bal.in cap. primo. §. ſi quis ve-
ro,de pace iu.fir.Statuto cauetur quod ſi offenſo licet facere
ſuam uindictam quod non poterit illam exercere per ſubſti
tutum,quia perſonæ demonſtratio eſt perſonalis. Facit qđ
no.Bal.in l.accuſationis. C. quod met. cau.& text.melior de
iure in l.cum patronus. ff.de legatis ſecundo, per quem tex.
dicit Ange. in l.tertia. C.de bonis damna. quod licet fructus
canonicorum decedentium in eccleſia ſancti Petri eſſent
conceſſi abbati ſancti Proculi, quod nihilominus abbas nõ
debet habere fructus illius beneficii quos dictus canonicus
habebat de gratia & priuilegio ſpeciali. Et ad hoc allegar.di
ctã l.cum patronus,ſecus ſi hoc priuilegium non eſſet affi-
xum dignitati cardinalatus.quia tunc poſſet fieri per ſubſti-
tutum.Et ideo dixit gloſ.ſingu.in l. 1. C.ſi quis. decutio.vel
coar. quod licet creditor poſſit capere debitorem fugiẽtem.
l.ait prætor. §.ſi debitorem.ff.quæ in frau.credi.tamen pote
rit etiam illum capere per ſubſtitutum,facit text.melior de
iure ſecundum Bart.in l.uſufructuarius. ff.de oper.nou.nun
8 cia. † vbi facultas intrandi tenutam propria auctoritate po-
teſt fieri per ſubſtitutũ vide ibi Ang. qui allegat alium text.
vide quod no.Bald.in l.grachus.C.de adult.& in l.vt uim.ff.
de iuſti.& iure.& dom.Anton.in cap.quæ in eccleſiarum de
conſtit.& Ang.in l.quod ſi in diem.§.Iulianus.ff.de peti.hæ-
re.& in l.eius.ff.ad Treb.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de uer-
borum oblig.Salyc.in l.fin. C.de priui.fiſci. Et ex iſtis ſequi-
tur concluſio, quod in ſtricta diſputatione non poteſt com-
petere cardinali priuilegium eximendi ductum ad patibu-
lum uigore conſuetudinis.Secunda concluſio, poſito quod
tale priuilegium ſibi cõpetens eſſet de iure ualidum non tñ
ſe extenderet ad damnatum ex crimine horendo.Tertia cõ
cluſio quod tale priuilegium non poterit cardinalis exerce-
re per ſubſtitutum. Fatendum eſt tamen quod ſi papa in ter
ris ſuis vel imperator in terris ſuis ſciret illam ꝯſuetudinem
& toleraret eam, quod tale priuilegium ualeret, arg.cap.ve
niens.de filii.presbyterorum.& c. 2.de ſchiſmaticis.& l.qui-
dam conſulebant de re iud. & in l.idem Vlpianus.de excuſ.
tut.& c.diuerſis fallaciis.de cler.coniuga. & per id quod no.
do.card.de decimis.in c.a nobis.

S V M M A R I V M.

1 *Cardinales in conſtitutione eorum quales eſſe debeant,& quid in illis re-
quiratur.3.*
Cardinales æquiparantur præfecto pratorio.
Accurſius inhoneſte de cardinalibus locutus eſt.
2 *Cauſa iuſta præſumitur in principe iudicante.*
Illiterati diminutis corpore equiparantur.
Sapientia exemplo Salomonis ſuper omnia petenda.
3 *Papa ex reuelatione ſanguinis, ſuis prouidet.*
Dignitas, atrocitatem criminis auget.
4 *Cardinales à cardine oſtij eccleſiæ dicti.*
Et quid cauere debeant.
Tabellio depoſitus, non poteſt per comitem Palatinum de nouo creari.
5 *Doctor depoſitus non poteſt redoctorari.*
Cardinalis ſemel depoſitus nunquid poſſit iterum per papam reſtitui.
Eccleſia abundare debet hominibus literatis non aſinis ferratis.
6 *Prælati eccleſiarum,quam ſcientiam habere debeant.*
7 *Scientia qualis in clericis requiſita.*
Clericus nunquid ſcientiæ iuris poſſit operam dare.
Laicis nunquid licitum ſic vacare literis ſacris.
8 *Abbates imperiti, ſed bona vita ferendi.*
Dictio omnino,quid importet.
9 *Epiſcopi diſpenſantes ſuper clericorum ſcientia quid attendere debeant.*
Libros filio ſtudenti pater emere quando teneatur.
10 *Scholarium vitia numerantur & taxantur.*

X. Quæſt. Baſilica primę partis.

Superius dictis quæſtionibus ſatis erit confor-
mis decima in ordine quæſtio
1 baſilica diſputanda†quales,ſcilicet debeãt eſſe domini car-
dinales.ad hoc ut cardinales conſtituantur.requiritur.n.in-
duſtria ſingularis. hoc probat tex.ualde no.in uerſ.ad ſingu-
larem induſtriam.in l. 1.ff.de off.præf.præt.ad fi Et tenet ibi
Bal.facit optimus tex.36.diſt.in ſumma, in ver.oportet ordi
nandum eſſe prudentem. quod contra eos notandũ eſt qui
ſub nomine ſimplicitatis excuſant ſtultitiã ſacerdotis. Pru-
dentem autem epiſcopum non ſolum literarum peritia ue
rum etiam negociorum ſecularium diſpenſatione.ita dixit
tex.ibi formalis.Requiritur etiam fides explorata.text.eſt in
d.l.1.ad fi.in uerſ.explotara eorum fide. Requiritur etiã mo
rum maxima grauitas,ut ibi etiam eſt tex.Requiritur etiam
ſapientia uerſans circa diuina.ita dixit tex.in præall.l. 1.Et li
cet loquatur de præfecto prætorio,nihilominus idem eſt di
cendum in cardinalibus, qui æquiparantur præfecto præto-
rio.& ibi glo.multum ſing. dixit notandam eſſe illam.l.pro
epiſcopis & cardinalibus qui æquiparantur præfecto præto
rio, vt l.epiſcopale. C.de epiſcop. audien. non in retinendis
fœminis, vt in l. eum qui.C.de epiſcop.audien. Ita dixit ibi
glo.quam Bart.dicit ſummæ eſſe notandam propter multa
Sed in rei veritate ſatis loquitur inhoneſtę Accurſius de ui-
ris tam venerandis, vt retineant fœminas.Mirum eſt de gra
uitate tanti docto.& ſic ille text.inquantum loquitur de pręfecto

fecto prætorio verificatur in cardinali. Et unum eſt quod eſt mirabile, quia inquantũ ille tex. dicit credidit enim princeps qui ſingularem induſtriam exploratã eorum fide & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ quã
2 ipſe foret iudicaturus, † quia ſicut princeps præſumitur iuſte iudicare, ita & cardinalis legatus ex quo reſultat vnum mirabile quod ſicut præſumitur iuſta cauſa adeſſe in principe. vt fuit ſingula. dictum Innocent. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. ita præſumitur adeſſe iuſta cauſa in legato cardinali. Facit etiam capit. cum in cunctis. de elect. vbi in omnibus ſacris ordinibus requiritur maturitas ætatis, grauitas morum, & literarum ſcientia. ergo multomagis requiritur in cardinali, non tamen tranſitoria ſcientia, ſed ſcrutabilis. tex eſt ſingula. in c. omnes. in verſ. ſi in promptu legem hēat ſcrutabiliter, & non tranſitorie tam ſacros canones. & c. ait enim propheta. Deus tu ſciẽtiam repuliſti, & ego repellam te ne ſacerdotio fungaris. Ita dixit ibi tex. formalis. 38. diſtinctio. & non immerito canon illiteratos, & aliqua parte corporis diminutos æquiparauit. cap. illiteratos 36. diſtinc. alias 38. Nec tunc quærant diſcere. cum ex officio alios debeant docere hinc Dauid prius ex gratia Spiritus ſancti donũ ſcientiæ percepit, & poſtea adminiſtrationẽ ſecutus eſt. Salomon quoque non diuitias, non longa tempora huius vitæ, ſed ſapientiam a Deo petiit, & impetrauit, hinc etiam dominus prius ponit verba ſua in ore prophetæ, & poſtea conſtituit eũ ſuper gentes dicens ad Hieremiam. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Hinc etiam & Malachias. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt de ore eius. tex. eſt elegans in §. ecce 36 diſtinctio. Facit etiam tex valde ſingu. in
3 cap bonæ el primo de poſtu. præla. vbi † cardinales debent eſſe tales quod ſint utiles non ſolum Romanæ eccleſiæ, ſed etiam uniuerſali eccleſiæ, & toti mundo ſi poſſent, quod eſt bene notandum contra eos qui militant vtilitati propriæ. Facit illud quod præclare ſcriptum eſt apud Lucanum in ſecundo. Non ſibi ſed toti genitum ſe credere mundo. Et propterea Bald in l. tutor. § quæ tutoribus. ff. de excuſa tutor. dixit illum tex. eſſe argumentum quod ſi papa promouet ſuũ nepotem in cardinalem, quod caro & ſanguis ſibi reuelauit & non ſpiritus. Facit elegans dictum Hoſtien. in ſumma de pœni. & remiſſio § cui confitendum verſi. cardinales. Nam & ſi cardinales inquit delinquant, acrius ſunt puniẽdi cum domino papæ ſint proximiores, exẽplo Adæ de quo dicit Auguſt. quod quanto erat Deo proximior, tantomagis peccauit. de pœni diſtincl. 5. conſideret. Facit glo. ſingu. in cap homo Chriſtianus. 45 diſt. nc. quæ dicit quod homo conſtitutus in dignitate magis peccat, & magis punitur, quoad eum, quia magis videtur contemnere ipſum Deum, exemplo Luciferi de pœni. diſt 2. principium. & de his locutus eſt Eſaias. Qui ſunt illi qui vt nubes volant, ubi dicuntur columbæ propter ſimplicitatem quam habere debent candidiores niue quo ad mores, & ut quæ munditiam rubicundiores ebore antiquo quo ad charitatem & paſſionis Chriſti memoriam.

4 Sunt enim cardinales cardines oſtii ſanctæ eccleſiæ. † Caueant igitur ne ſint diacones flantes iuxta Archam domini. 37. diſtinct. cap. legant epiſcopi. & ne ſint nebulæ, & nubes, ſine aqua deuotionis & lachrymarũ turbinibus demonum agitatæ, probat beatus Petrus & Ioannes de pœni. diſtin 2 ſi enim inquit & Beda 2 quæſt. 7 cap. ſicuti ſunt. non capiantur ſuperbia, quæ mater eſt omnium uitiorum. Eccleſiaſtici. 10 capitulum omnis peccati eſt ſuperbia. Non inani gloria quæ omnem uirtutem euacuat. Non amore pecuniæ, quæ tamquam uenenum eſt fugienda. Non amore parentum, ne eos in uita corrodant tanquã muſcæ morientes, & eos poſt mortem deſpiciant dicentes benefecit mihi, ſed melius facere potuit, & de aliis quæ ſilere curialius eſt taceamus, ſed die noctuque non ceſſent uirtutibus inſudare, vt probat auctoritas Iſido. 23. diſtinct. de his igitur. & Ambro. 12. quæſt. j. cap. cui portio deus eſt. 86 diſtinct. cap. non ſatis. Tales ergo ſi delinquant, per ſententiã remoueantur & ſine ſpe reſtitutionis deponantur. c. ex geſtis. de cleri. non reſiden ad exemplum Luciferi. de pœniten. diſtin 2. principium. Iſta fuerunt belliſſima uerba Hoſtien. in loco præallegato. quæ ſingularem in modum conſideranda & animaduertenda ſunt quotidie per hos venerandos patricios dominos, dominos cardinales. Et ad iſtud ultimum dictum Hoſtien. facit no. dictum Bald. in l. ſecunda, C. de uindi. manumiſ. allegando quæſtionem Oldra. quod ſi aliquis eſt creatus tabellio, & poſtea eſt depoſitus ab officio tabellionatus, quod non poteſt denuo creari per comitem Palatinum. Facit elegans dictum eiuſdem Bald. in l. ſecunda, C. de liber. & eorum liber. ad finem,
5 dixit quod doctor † priuatus doctoratu pp delictum non poteſt reiterato intrando examen redoctorari allegat illud qđ præclare Virgilio noſtro uenit in mentẽ in 6. Aeneidos.

Facilis deſcenſus auerni.
Sed reuocare gradus, ſuperaſque euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor.

Facit text. in l. nullus & ul. de quo notat ibi Bartol. C. de diuer. officijs. lib. 12. Vide in ſimili gloſ. in capitu. præſul. ſecunda, quæſtio. quarta, quæ dicit idem eſſe in papa, quod ſicut orcatus eſt ſine comparatione, ita ſine ſpe ueniæ eſt condemnandus ad inſtar diaboli. & allegat dictum capitulum, principium. in hoc nimus cardinalis depoſitus a cardinalatu ex diſpenſatione & indulgentia papa poteſt reſtitui, & ideo referunt ſcribentes in capit. primo, de ſchiſmaticis. in ſexto, & ibi Dominicus quod cardinales ibi depoſiti a cardinalatu fuerunt poſtea reſtituti per ſummum pontificem. Et ex illis habes quales debeant eſſe cardinales in ſacroſancta Romana eccleſia, & inter alia requiſita requiritur quod ſint literati. Et ideo non immerito dicebat ille ſummus canoniſta Ioan. Mo. in cap cum ex eo. de electio. lib. ſexto, quod eccleſia debet abundare uiris literatis, & nõ aſinis ferratis Et omnia ſuperius enarrata præſul integerrime in te eſſe omnes affirmant ſingularem primo induſtriam, fidem exploratiſſimam, morum grauitatem, excellſam ſapientiã, & doctrinã, prudentiam in rebus gerendis, & conſtantiam, quæ qui habeat, non modo ſummis uiris, ſed diis ipſis immortalibus ſimilem eſſe omnium eſt firma ſententia. Eſt tamen accurate diſcernendum inter lepram & lepram, & cauſam, & cauſam, ut dixit text. Deuteronomii tantumprius. in capitulo per venerabilem. §. rationibus, qui fi. ſint legi aliter autem debent eſſe docti clerici & longe magis prælati & alii ſupe-
6 riores. † Vnde ſingulariter dixit Innocen. in capit. firmiter, de ſumma trinita & fide cathol. quod prælati eccleſiarum qui habent curam animarum debent ſcire articulos fidei explicite & diſtincte qui continentur in ſimbolo, Credo in vnum deum & quicunque vult ſaluus eſſe 38. diſtinctio. capit. primo, & ſecundo. Sed epiſcopi debent ſi plus ſcire, quia de eis debent reddere rationem. 36. diſtinctio §. ecce non tamen incontinenti tenentur de omnibus reſpondere. ſed præhabita deliberatione. & etiam ſi oportuerit cum conſilio aliorum. Dicit tamen ſe non negare quod papa, & alij ſuperiores prælati poſſunt diſpenſare quod ex certis cauſis minus literati promoueantur in beneficijs. ut in capitulo niſi, cum pridem. 3 pro defectu de renunciat. De clericis autem pauperibus inferioribus ſa is dicit ſe credere quod ſi eſſent pauperes qui non poſſent intendere ſtudio, quia non habẽt magiſtros, vel expenſas, quia oportet eos propriis manibus quærere victum, qđ eis ſufficit ſcire ſicut ſufficit ſimplicib. laicis, & aliquãtulum plus ſciat de ſacramento altaris, quia oportet eos credere quod in altari conficitur verum corpus Chriſti, & hoc ideo, quia circa hoc continue verſantur plus quam laici. Si autem haberent magiſtros & expenſas ad diſcendum. tunc peccant niſi plus proficiant in cognitione di-
7 ſtincta fidei, quam laici. † Debet tamẽ conſiderari ab eo qui imponit eis pœnitentiam de ignorantia, vel potius de negligentia diſcendi ut diligenter attendat quare in eis non proficerent, vel propter duritiam ingenii, vel quia eos oportuit circa alia opera charitatis intendere, puta circa exhibenda neceſſaria fratrib. ſuis, vel pauperibus, uel hoſpitalib. Idem dicit de aliis bonis ſuis operibus. Nam cum non teneatur ad explicitam cognitionem articulorum, bene licet clericis illi explicite cognitioni præponere alia opera pietatis. Item ex cauſa etiam poſſent illi ſcientiæ, præponere alias ſcientias. ut ſi uelint diſcere ſcientiam iuris, ut pauperes in iudicio defendant ne opprimantur, non peccent Credit tamen Innocent. ibi quod non debet ita præponere ſcientiam cognitioni fidei, quia in ea pficiat. & bene videtur quod ſemper plus debeant intẽdere circa cognitionem prædictorum quam circa cognitionem iuris, poſtquam expenſas habent ab eccleſia, niſi in contrarium eos iuſta cauſa moueat Dicit etiam ibi Innocen. quod etiam laici quibus Deus dat talentum ſubtilis ingenii, quod melius faciunt ſi ſuum ingenium expendunt in cognitione prædictorum, quamuis nõ uideatur quod peccent etiã ſi in eis non intendant, uidetur enim eis ſufficere quod talenta ſibi credita non abſcondant in terra. idest in terrenis, ſed in bonis operibus inſiſtant.

Iſta ſunt ſingularia & peregrina dicta Innocent. quæ tota mente & omni ingenio conſiderent clerici moderni. Et refert ali-
8 qđ de iſtis dic. Bal. in rubr. C. de ſumma t & ibi ſubdit qđ ſabbates in quib. magis attenditur uita quã ſcientia poſſunt promoueri, etiam ſi ſint minus literati. Ego allego not. tex. in c. ex multa, de uoto vbi in religioſis non eſt neceſſaria omnino ſcientia, ſufficit enim ſancta eorum uita. Facit ad præ-

dicta. not. in §. hęc de Deo amabilibus in auctent. quomo-
do. opor. epiſcopos in nerſ. ignorantes. omnino vbi eſt caſus
formalis quod ignorantes omnino ad nullum gradum cle-
ricatus aſcendere poſſunt. & ibi Ang ponderat text omni-
no, quia ſi competentis literaturæ ſunt, ordinari poſſunt, li-
cet in ſcientia ſummum gradum non obtineant, & hoc di
cit ſignificare illam dictionem omnino. Fallit hoc in digni-
tatibus curatis, quoniam ipſas adipiſci non poteſt exiſtens li
teraturæ competentis, ſed eſt neceſſe quod ſit in ſacris dog-
matibus eruditus, vt ibi probat text. & in §. ſancimus. in eo-
dem auctem. Et refert ibi Ang. in contingentia facti fuiſſe iu
dicatum ita in ſplendida urbe Florentiæ, dum eſſet quæſtio
de plebe ſancti Ioannis inter dom. Petrum ex una parte, &
dom. Franc. dom Nicolaum doctores Florentinos. Bene fa-
cit text. in auctem de inſtru. caut. & ibi dicit Ang. per illum
tex. eſſe differentiam inter ſcientes & parum literatos. quod
dicit eſſe bene notandum pro promouentibus ad ordines.
Nam iſta doctrina Ang. limitabitur niſi ꝓmoueretur in ab-
batem, ut uoluit Bal. in præallegata rub. vel niſi papa ex cau
ſa diſpenſaret, vel etiam alij prælati ſuperiores. vt voluit In-
nocen. in præallega. cap. firmiter. Et ideo optima fuit proui-
ſio Romani pontificis quod clerici mitterentur ad ſtudia, &
9 cum eis diſpenſaretur. † Debent tamen cauere epiſcopi di-
ſpenſantes, vt diſpenſent cum clericis beneficiatis qui ſunt
dociles. ita dixit gloſ. ſingu. in verſ. literarum. in cap. cum ex
eo. de elect. lib. 6. & facit tex. melior de iure. in cap. 1. in verſ.
ſenſum capacem. de officio primicerij quē tex ſumme pon
derauit Hoſt. dicens quod tales melius facerent ſi ſe & ſuos
inanibus ſumptibus non vexarent. Et inducit etiam text. in
verſ. iomno contra ſcholares ignorantes in cap. 1. de homi-
cid. lib. 6. facit cap. fi. de magiſtris & ibi dixi. & ideo dixit Bal.
in l. macedoniani. C. ad mace. quod ſi filius cępit ſtudere de
volūtate ſui patris quod tenetur ſibi emere lib. nec poteſt pa
ter pęnitere, vt eſt glo. no. ibi, ipſe vero dicit hoc procedere
ſi filius eſt docilis & aptus ad diſcendum, alias ſecus. quia na
tura quoſdā ſic cecauit quod ſummis ſtudijs diſcere nulla
valent. allegat. l. ſtichus. ff. de leg 3. & Guil. Et ideo glo. ſing.
in l. 1. C. de tironibus. lib. 12. exclamat quod ſcholaris vagus
nunquam efficietur magiſter & glo. ſing. in l. 1. de ſtudiis. li-
ber. vrb. Romæ. lib. 11. arguit contra ſcholares ędificantes
caſtra in aere & connumerantes tegulas domus, & facit gl.
valde ſing. in cap. ſunt qui de pęni. diſtin. 2. exclamat contra
ſcholares dormientes in ſcholis. & glo. ſing. in c. odi. & ꝓie-
10 ci feſtiuitates veſtras. 24. quęſt. 1. † exclamat contra ſchola-
res euntes ad eccleſias ad videndum donnas, & etiam cōtra
ſcholarem glorioſum & inanis gloriæ cupidū. exclamauit
glo. Accur. in l. cum ea. C. de tranſac. & etiam Raph. Fulg. in
l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſanc eccleſ. arguit contra ſcho
lares mittentes librum ſuum ad ſcholas, & ipſi remanent in
lecto, quia tunc non dicuntur ſeruire eccleſiæ, ſi ſunt cleri-
ci. late dixi de hoc in procem. cle. Et facit dictum c. cum ex
eo in verſ. literarum, ſtudio inſiſtentes. facit etiam text. in l.
vnicuique C. de proximis ſacrorum ſcrinio. lib. 12. vbi Nic. de
Neap. dicit per illum text. ꝙ qui parum ſtudet, parum profi-
cit. Et ex iſtis ſit expedita præſens. 10. q. baſilica.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium depoſitio, quot teſtes requirat.*
2 *Furioſus quando propter delictum exhæredari poſſit & puniri.*
Furioſus, mortuo æquiparatur.
Tempus accuſationis nunquid potius attendendum, quam delicti.
3 *Probatio an eiuſdem fauoris debeat eſſe cuius ſententia.*
Sententia ſine medijs probationum lata eſt nulla.
4 *Arbiter excuſatur a pronunciatione ſi efficiatur ſacerdos.*
Laicus poſt delictum promotus a quo puniendus.
Tempus quale in pœnis imponendis attendendum.
Pœnæ reſpectu principis ſunt omnes arbitrariæ. 6.
5 *Iudex in arbitrio pœnæ imponendæ, nunquid poſſit capitaliter punire.*
6 *Qualitas ſuperueniens, quando mutet effectum ante introductum.*
7 *Regula in ore duorum. vel trium, quomodo intelligenda.*
Papa vtrum aduerſus ius diuinum, poſſit diſponere.
8 *Furioſus an, & quando, poſſit per patrem exhæredari. Et quid de prodigo.*
9 *Cardinalis in accuſatione hæreſis, aut ſchiſmatis, nunquid per procuratorem comparere poſſit.*
Illuſtris quomodo in iudicio ſtare debeat, & qualiter citandus.
10 *Vicarius papæ in ſubditos & familiares cardinalium nunquid habeat iuriſdictionem.*
Cardinales de delictis ante cardinalatum commiſsis quo gaudeant priuilegio.
Papa ſolus, eſt cardinalium iudex.
Teſtes quales ſint idonei, ad cardinalium depoſitionem.

XI. Quæſt. Baſilica primæ partis.

Agredior nunc pater religioſiſſime vnde-
cimam in ordine ba
1 ſilicam quæſtionem diſputandam. Nam iure expreſſo cau-
tum eſt quod † in depoſitione cardinalium amplior requiri-
tur teſtium numerus. Nam ſi eſt epiſcopus cardinalis requi
runtur. 72. teſtes, ſi uero presbyter cardinalis. 54. Si vero dia-
conus cardinalis. 26. & hoc emanauit propter iniquitatem
quorundam hereticorum accuſantium cardinales ad hoc,
vt cardinalibus depoſitis heretici prædicti ſuccederent in lo-
cum eorum. Sed ubicunque ceſſaret illa cauſa ſi eſſent duo
uel tres teſtes optime opinionis & famæ & omni exceptio-
ne maiores tunc ſufficerent ad deponendum cardinalem.
tex. eſt ſingula. ſecunda quęſtio quarta. §. fi. hoc tenet ibi Io.
de Fantu. & Domini de ſancto Gemin. ſequitur Ioan. Andr.
in cap. licet uniuerſis, de teſtibus. referens illud idem teneri
per Hoſtien. Sed refert & ſequitur Ludo. Romanus in com-
mento authen. ſimiliter. C. ad legem Falcidiam, & eſt ſolem
nis limitatio, ad cap. præſul. ſecunda quæſtione quarta. Mo-
do oritur titulus quæſtionis, Titius commiſit graue delictū.
ex poſt facto promotus eſt in Cardinalem ſacroſanctæ
Romanæ eccleſiæ accuſatur de illo delicto iam ante cardi-
nalatum commiſſo, an gaudebit priuilegio dicti capit. præ-
ſul. & Archidiaco. dicit ibi quod non, immo attendetur tem
pus delicti & mouetur ex l. prima. ff. de pœnis. ubi quis debet
ſuſtinere pœnam quam ſuſtinuiſſet ſi fuiſſet accuſatus tem
pore perpetrati delicti, & non illam quam cognitio admittit
tempore ſententiæ. Facit quod habetur in capitu. 1. de obli-
gatis ad ratiocinia & in l. ſi quis poſtea. ff. de iudi. & in l. item
Vlpianus. ff de excuſatio. tutorum & quod notauit Baldus
in l. officiales. C. de epiſcopis & clericis. Accedit textus ual-
de ſingularis in l. finali §. ſed cum antiquitas. C. de cur furio.
iuncta l. ſi quis in ſuo. C. de inofficioſo teſtamen. ubi proba-
tur formaliter furioſum poſſe exhæredari tempore furoris
propter delictum commiſſum ante furorem, nam in dicto
§. ſed cum antiquitas dicitur furioſo, uel furioſæ exhęreda-
2 tis. † Et clarum eſt quod exhæredari non poſſunt de delicto
commiſſo tempore furoris per dictam l. ſi quis in ſuo. Nam
æquiparantur mortuo. l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſ. l. di-
uus. ff. de of. præſi. cum ſi. ergo idem dicemus in caſu noſtro
quod attendetur tempus commiſſi delicti, nec attendet tp̄s
dignitatis adeptæ. & ex hoc infert ſatis erronee dixiſſe Bald.
in præall. l. furioſum. ubi dixit quod ſi aliquis fecit delictum
tempore ſane mentis, & poſtea efficitur furioſus, quod non
punitur tempore furoris. & ſic attēdetur tempus pęnę, & nō
tempus delicti. Et licet ſit dictum elegantiſſimum & admi-
ratione dignum, tamen Ludo. Rom. ibi illud reprobauit per
d. l. 1. ff. de pę. quę lex eſt ſatis gñalis & per oēs cognita ad hoc,
ſed melius eſt allegare dictum. §. ſed cum antiquitas. qui pro
prie loquitur in furioſo. & ex iſtis videtur quod bene dixe-
rit Arch. in præalleg. c. præſul.

Sed contraria concluſio vr̄ de iure verior, videli-
cet ꝙ attendatur tp̄s accuſationis,
& non delicti commiſſi. Quod probo ſic formaliter. Ad mu
tationem ſtatus perſonæ ſequitur neceſſario mutatio quali
tatis. Vnde ſi ego promitto ſeruum ſiſtere in iudicio & po-
ſtea Siſto illum liberum non videor illum ſiſtere in eadem
qualitate. vnde alia pęna ſumetur de ſeruo, & alia ſumour
de libero. textum eſt in l. penultima. ff. ſi ex noxa. cauſa aga-
tur. Cum ergo quis promouetur in cardinalem eſt mutatus
ſtatus perſonæ ſuæ. ergo aliter iudicabitur nunc quia card.
quam tunc cum commiſit delictum. Et ſi quiſpiam dixerit
amice hoc eſt verum quoad pęnam imponendam, ſec nos
loquimur quoad probationem, vtrum probatio ſit ita priui
legiata nunc tempore accuſationis ſicut ſi eſſet priuilegiata
3 ſi delictum fuiſſet commiſſum ipſo exiſtente cardin. † Quia
ad hoc rñdeo. ſicut iudicamus ſnīam in fauorē alicuius. ita
debemus iudicare probationem, & ſic eiuſdem fauoris dꝫ eſ
ſe probatio cuius fauoris eſt ſnīa, quod eſt bene notandum
pro ampliatione. l. inter pares. ff. de re iud. & l. ſi pars. ff. de in-
oſ. teſt. & c. fi. de re iu. Iſte eſt caſus ſin. in l. lege Iul. Petronia.
ff. de manumiſ. quem tex ad hoc ponderauit Bal. in cap. dño
guerram. §. promptiores. in tit. hic finitur lex incipiunt con-
ſuetudines regni in vſib. feud. & in c. cum ſint partiū, de reg.
iu l. 6. Sicut ergo iudicabitur & punietur vt card ita capietur
probatio ut card. & ſic erit priuilegiata ſicut & ipſa ſnīa. Et ſi
dicatur. l. 3. ff. de pę. alleg. per Arch. non loquitur in ꝓbōne,
ſed loquitur in pœna. Et ideo licet attendatur pęna tp̄e deli
cti non attendetur probatio, quia iſtud non eſt uerum, quia
ſententia oritur & habet effectum ex probationibus, adeo
quod ſententia lata ſine medijs probationū eſt ipſo iure nul-
la. ut dixit gl. ſing. ſm D. Card. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de

conſti.

conſtit. Et facit cap. nos in quemquam. & capitu. in primis. & gloſ. in ſumma, ſecunda, quæſtio. 1. & Innocent. in capit. tua nos. de cohabi. cleri. & mulie. & tex. in auct. quomodo opor. epiſcopos. §. oportet. in uerſic. pro nihilo. ideo ſicut ſententia refertur ad tempus delicti ita probatio. ideo nõ erit opus alia reſponſione ad illam. l. primã, ſecundo facit. l. non diſtin
4 guemus. §. ſi ſacerdotio. ff. de arbit. † ubi aliter exculat a pronuntiatione ſi poſt ſuſceptum arbitrium ſit ſacerdos, ita dicamus poſtquam eſt effectus cardinalis, in delicto antea cõmiſſo tractabitur vt cardinalis, & nõ ut priuatus homo. Tertio faciat cap. primum. de oblig. ad ratiocinia. ubi laicus eſſectus clericus poſt delictum debet puniri a iudice eccleſiaſtico. ita in propoſito effectus cardinalis punietur, ut cardinalis, & per conſequens probatio fiet eo modo quo fieri debet contra cardinalem. Quarto fugiens ad eccleſiam gaudet immunitate eccleſiæ, ut per totum de immunit. eccleſ. & per totum. C. de his qui ad eccleſ. confug. ergo multo magis gaudebit ille qui eſt effectus de corpore eccleſiæ uniuerſalis, & eſt membrum & pars corporis papæ, ut ſunt cardinales, in in cap. fœlicis de pœnis. in ſexto. Quinto facit 24. quæſtio. 6. cap. calumniis. ubi res conſecrata non reſtituitur priori domino. ita dicendum eſt in propoſito. Sexto ubicunque pęna non eſt determinata a iure, ſed uenit imponenda extra ordinem arbitrio ſuperioris ſemper attenditur tempus ſententiæ. ita dixit Guil. de Cug. in l. penul. ff. ſi ex noxa. cau. agatur. & illud dictum ſequitur ibi Ang. & ſequitur Bartol. in l. prima, ff. de pęnis. ſed in cap. nullam. 3. quæſtio. 4 dicitur quod ab alio non iudicatur cardinalis quam a papa & ſic a principe, ſed reſpectu principis omnes penæ ſunt arbitrariæ, vt eſt text. & ibi hoc not. Bald. in l. cunctos populos. C. de ſum. trinit. & fide catho ergo ſequitur quod quo ad cardinalem puniendum attendetur tempus ſententiæ & non delicti commiſſi & per conſequens attendetur probatio priuilegiata, ſicut attenditur ſententia priuilegiata, ut uoluit text. ſing in
5 dicta l. lege Iul. pecu. † Et ex hoc infero unum quod tibi uidebitur nouum, quod licet ſit hęſitatio non mediocris, tam inter modernos iuriſtatores, quam antiquos. Vtrum eo caſu quo iudex habet arbitrium ad imponendam pęnam poſſit imponere pœnam mortis, ut eſt glo. inſtituta de iniuriis. §. in ſumma, quam glo. ſequitur dominus meus Io. de Imo. in c. inquiſitionis de accuſatio. & in l. ſecunda. ff. de pub. iudic. & in cap. ex literis. de conſtitu. & ibi dom. Abb. ſequitur illam gloſ. & alleg. text. in cap. ſacrilegia. ff. ad l. Iul. pecu. & illam ſequitur Bald. in l. prima, C. de his qui latro. occul. & in cap. primo, §. iniuria, de pa. iur. fir. & l. fin. ff. de rer. diui. & in cap. primo, de pace tenen. in vſi. feu. & ibi dixit quod illo caſu poterit imponere pœnã publicationis bonorum. Tamen domin. cardin. in dicto cap. ex literis dicit eſſe caſum quem Alber. de Roſ allega. pro ſin. in l. prima, ff. de furi. Baln. & eſt etiam gloſ. in cap. inquiſitionis, præalleg. quam gloſ. allegauit pro ſin. dom. Anton. in cap. de cauſis. de offic. deleg. & refert, Ludo. Rom. in commento rub. ff. de arbit. facit glo. multum ſolennis in c. dictum. 81. diſtinct. quæ dicit quod poterit arbitrari pęnam perpetui carceris. ergo uidetur quod nõ poterit arbitrari pœnam mortis.

Facit elegans dictum Bald. in l. de ſubmerſis. C. de naufra. libro 11. qui dicit quod in caſu illius. l. pœna, eſt arbitraria. & poterit iudex arbitrari pœnam deportationis, & non aliam, & ideo uidetur articulus valde dubitabilis, ſed non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit, quia huiuſmodi cõflictus non
6 habet locum in principe. † quia quo ad eum omnis pœna eſt arbitraria, & ideo poterit arbitrari pœnam modo ſuo, & propter hoc limitabitur materia prædicta, tene mẽti. & propter hoc non eſt dubitandum, ut dubitauit Io. de Fan. in dic. c. præſul. Nec eſt etiam afferendum illud quod in medium attulit Domin. de ſancto Gemin. ibi, vbi dixit quod qualitas ſuperueniẽs mutat effectum introductum antea, in his quæ eſſent incompaſſibilia, vel incondecentia ipſi ſtatui ſuperuenienti. ſicut eſt quod clericus conueniatur coram laico, & ita procedat dict. Ioan. de Fan. ibi. dictum vero Archid. procedat quando non eſſent incompaſſibilia ſtatui mutato. ut tunc puniatur pęna quę ueniebat antea imponenda, quia dictum ſuum non procedit conſiderata doctr. Barto. in dicta l. prima, & Guil. de Cu. in dicta l. penul. quia ſiue ſint compaſſibilia ſiue non, attenditur hoc caſu dignitas cardinalatus, & ſic tempus ſententię ferendæ. & per conſequens requiritur numerus teſtium cõceſſus a iure in dicto cap. pręſul. & ſi dicatur quod papa non potuit diſponere contra ius diuinum, quo cauetur in ore duorũ, uel trium ſtet omne uerbum Deuterono. 19 c. & c. in omni negotio. de teſt. l. iuriſiurandi. C. eod. capit. cum eſſes. cum ſimil. de teſta. iuncto. capit. ſunt quidam. & capit. quæ ad perpetuam. 25. quæſtio. prima. & quod no. 5. & 6. diſtinct. Quia ad hoc reſpondeo quod illa auctoritas refertur prohibitiue ad minorem numerum non autem ad maiorem, unde intelligitur in ore duorum, & non pauciorum. bene tamen poſſunt eſſe plures cauſę exigentes multo plus ultra tres, ut in caſu noſtro, & in l. ſi unus.
7 & l. iubemus. C. de teſta. & in l. fina. C. de fideicommiſ. † Vel poteſt dici quod in ore duorum, uel trium, ſtet omne uerbum, ſcilicet ut eis credatur non tamen ut ex eis feratur ſententia ſemper, quia quædam ſunt aliæ quæ requirunt plures teſtes, cum effectus condemnationis & ſententiæ ſit introductus a iure poſitiuo. ideo eius reſpectu papa poterit diſponere de numero teſtium, & in nullo facit contra ius diuinum, cum non diſponat quod eis non credatur quo ad facti ueritatem. & ſi dicatur contra hanc doctr. immo papa fecit contra ius diuinum, quia ſtatuit quod ſtetur dicto ſuo ſolius, ut eſt caſus melior de corpore iuris in capitulo cum a nobis. de teſta. & propter hoc multi dubitant quod papa non potuerit hoc facere, uide quæ ibi dixi. uel poteſt dici qđ quod fauore certarum perſonarum Roman. pontifex poteſt in hoc diſtinguere ius diuinum, pro hoc facit text. ualde ſingu. in capitulo quicunque. 11. quæſtio. prima, ubi ualet conſtitutio principis, ut ſtetur dicto ſolius epiſcopi. pro quo dicto uide Innocent. in capitulo nouit, de iudi. & ſic non eſt mirum ſi propter excellentiam cardinalium auctus eſt numerus teſtium illo modo, maxime attenta cauſa quare hoc fuit introductum, quia propter hæreticos accuſantes cardiles, ut dictum fuit.

Nec obſtat l. prima, ff. de pęn. & dictum Archid. quia ibi erat pœna certa a lege, ideo attenditur tempus delicti, hic autem erat pœna arbitraria ex quo ueniebat inferenda ab ipſo papa ut dictum eſt. ergo. & ita etiam poſſet reſponderi ad l. finali, §. ſed cum antiquitas. C. de cura. furi. quia procedit eo caſu quo pęna erat certo modo ſtatuta a lege, ſecus ſi non eſſet certa pęna ſtatuta a lege, ſed ueniret imponenda arbitrio iudicãtis, & inquantum allegatur ſingu. ille tex. quod furioſus poteſt exhæredari, & intelligitur ille tex. in delicto commiſſo ante furorem, & ita alleg. illum tex. excelſus doctor, & dominus & præceptor meus Io. de Imo.

8 Tu pondera quia † Ray. de Forli. quem refert Nico de Nea. in l. ſi furioſo puberi. §. his conſequens. ff. de cur. fur. per quem text. dicebat quod pater poterat exhæredare filium furioſum ex eo ſolo, quia furioſus eſt, relinquendo tamen ſibi alimenta. & in hoc dicit illum caſum fore ſingu. & non alibi, quod eſt mirabile ſecundum Nicolaum de Neapoli ibi. nec connumeratur in §. cauſas. in authent. vt cum. de appel. cog. quod dictum procedit ſecundum Nic. de Neapo. quando exhæ̃dat filium furioſum inſtituendo nepotes ex filio furioſo, ſecus ſi extraneum inſtitueret, & iſte uidetur tex. in d. §. his conſequens, & ita intelligendo d. §. ſed cum antiquitas, non probat illud ad quod allegaui eum contra Bal. & pondera accurate. d. §. his conſequens, quia non loquitur in furioſo, ſed in prodigo. & uidetur aliud eſſe dicendum in prodigo, & aliud in furioſo, quia prodigus vitio ſuo effectus eſt prodigus. non autem eſt ſic in furioſo, & per conſequens ille tex. non probat doctr. Rayn de Forli. nec Nico. de Neapo. licet in l. mutuum. §. is cui. tranſierit cum doctr. Ray. & Nico. de acq. hær. Et ad dictum Bal. in dic. l. furioſum, dico quod procedit quando pœna non eſt ſtatuta a lege, ſecus ſi eſſet certo modo a l. ſtatuta, ut eſt text. in d. l. prima. & ita poſſet ſaluari doc. Bal. licet Ludo. Rom. in d. l. furioſum illum reprobauerit. Facit etiam d. cap. præſul. vbi text. indiſtincte requirit ad depoſitionem cardinalis numerum teſtium ibi expreſſum quandocunque fuerit delictũ perpetratum uidetur requiri ille numerus ſi accuſatio eſt cõtra cardinalem inſtituta, unde ibi tex. dicit. non damnetur niſi cum 72. teſtib. Quinimmo plus dico quod dato quod pęna eſſet certa, & ſtatuta a lege, nec eſſet deponendus per papam, nihilominus non poſſet damnari, aut deponi niſi cum illo numero per illum text. prohibitiue loquentem, dum dicit, cardinalem epiſcopum nõ condemnari niſi cum illo nu
9 mero, vnde reaſſumitur regula negatiua, † Fateor tamen qđ ſanctiſſimus dominus noſter Papa ſi uellet in crimine hæreſis uel ſciſmatis, quia ſunt delicta grauia, condemnare cardinalem, cum minori numero teſtium poſſet, vt eſt gl. in cle. ne Rom. de elec. & in c. 1. de ſciſmaticis lib 6 bene facit tex. in § ſi 2 q. 4. quem ſuperius alleg. Quinimmo ẽt hoc caſu cardinalis poterit comparere per procuratorem, nec debet perſonaliter comparere ut pulchre dicit Spec. in tit. de actore. §. primo, verſ. item de illuſtribus. Facit l. pe. cum authen. ſua C. de procu. ubi perſona illuſtris debet conſtituere procuratorem in iudicio, nec debet citari uerbaliter, ſed requiritur ſcriptura ad citandum card. ut eſt text. no. in l. quoties. C. de di. lib. 12. & etiam poſſet litigare per procuratorem in cauſa iniuriarum. ut eſt tex. in l. fi. C. de iniu. nec etiã uicarius papę

habet iuriſdictionem in cardinales,per text.in dicto cap.nul
lam ſecunda,quæſtio 4.& capit.primo,in fine, de officio or-
din.lib 6.vbi patet. l.generaliter, dicentem vicarios habere
illam iuriſdictionem quam habent ordinarii cõſtituentes,
reſtringi, ut non intelligatur eis conceſſa iuriſdictio in per-
ſonam conſtitutam in aliquo gradu dignitatis. illuſtris,
vnde vicariusepiſcopi nõ intelligitur habere iuriſdictionẽ
in perſona epiſcopi, ita vicarius papæ non habebit iuriſdi-
ctionem in cardinalibus. Quinimmo plus dixit domin.car-
dina.in dicta clement. ne Romani,de electíon.quod etiam
10 † vicarius papæ non habet iuriſdictionem in ſubditos, & fa-
miliares dominorũ cardi.ſed ſecundum conſuetudinem re-
mittuntur ad eorum uicarios. Et ex iſtis elicitur concluſio
prima, videlicet quod domin.cardina.in delictis commiſſis
ante cardinalatum gaudent priuilegio dicti cap.præſul. po-
ſito quod pœna eſſet a iure determinata . Secunda conclu-
ſio, quod papa potuit priuilegiare eos in numero teſtiũ. Ex
qua infertur unum correlarium quod papa potuit iuſta cau-
ſa ſuadente derogare illi eorum priuilegio. Tertia conclu-
ſio, quod papa ſolus eſt iudex cardinalium excluſo eius vica
rio. Quarta concluſio, quod idonei, & bonę opin.teſtes ſunt
ſufficientes ad depoſitionem cardinalium.

S V M M A R I V M.

1 *Cardinalis nunquid poſſit retinere epiſcopatum in titulum.3.*
Incompatibilia,adinuicem concurrere an poſſint.
2 *Statutum viduis fauens,comprehendit eam quæ inutili nupſit.*
Epiſcopatus dignitas,appellatione quando veniat.
4 *Cardinalis poteſt eſſe canonicus,& an poſſit in epiſcopum poſtulari.5.*
5 *Dignitates quales in eodem ſubiecto poſſint cadere.*
6 *Donatio inter principem & filium valet, nec eget mortis confirmatione.*
7 *Leges illud cenſent quod verbis exprimunt.*
8 *Papa diſpenſas ſuper incompatibilitate beneficiorum,nunquid diſpenſa-re videatur ſuper reſidentia per ſubſtitutum.*
Diſpenſatio, licet ſtricti iuris ſit, an & quando ad conſecutiua ex-tendatur.
9 *Minora beneficia nunquid vacent per promotionem in epiſcopum.*
10 *Correctio iurium per ſubauditiones an inducenda.*
Cardinalis nunquid poſſit in titulum eccleſiam parochialem quam ante habebat retinere.
11 *Papa ſtatuens, vel mandans, ſe iuribus in dubio intelligitur confir-mare.*
Cardinalatus nunquid in inuitum concedi poſſit.
Cogi nunquid quis poſſit ad publicam vtilitatem contra priuatam.16.
12 *Infidelis an cogi poſſit ad fidem.*
Cauſa eſt conditioni proxima.
13 *Tranſlatus nihil habet commune cum prima eccleſia.*
Clauſulæ in fauorem appoſitæ renuntiari poteſt.
14 *Actus pure facti conditiones tacite recipiunt.*
Papa inuitum poteſt abſoluere a uinculo ex cauſa.
15 *Epiſcopus ad cardinalatum promotus nunquid interim epiſcopalia exer-cere poſſit.*
Animus ex mentis præparatione deprehenditur.
16 *Cogi qui poſſit inuitus.*

XII. Quæſt. Baſilica primę partis.

1 Duodecima erit quæſtio in ore diſputanda. † Vtrum epiſcopus, vel ar-
chiepiſcopus promotus in cardinalem poſſit retinere in ti-
tulum cardinalatũ,& epiſcopatum ſeu archiepiſcopatum.
Et uidetur dicendum quod non.per text.ualde not.in capi-
tulo bonæ memoriæ.el 1. de poſt.prel.vbi promotus in car-
dinalem nõ debet retinere epiſcopatum ſaltem in titulum.
nam ibi cardinalis fuit poſtulatus in archiepiſcopum, & pa-
pa non admiſit talem poſtulationem,ergo.Secundo duo in
compatibilia non poſſunt concurrere circa unum. cap.ſan
ctorum.70.diſtinct.cap.de multa.de præben.cap.dudum.ec
cleſia Rothomagenſis,de elect.ele. gratiæ,de reſcri.& quod
not.Bald.in §.ideoque.C.de nouo.C.compone.ſed iſta ſunt
adinuicem incõpatibilia quod quis ſit cardinalis, & epiſco-
pus, ſeu archiepiſcopus, non autem loquor de multis cardi-
nalibus exiſtentibus epiſcopis. ut eſt epiſcopus Hoſt. ut illu-
ſtris dominatio tua quæ eſt epiſcopus Tuſculanus, de quib.
dicetur in quæſtione continente numerum cardinalium.
Debet enim cardinalis aſſiſtere papæ , & eſſe coadiutor ſa-
cerdotalis officii, ut in cap.fundamenta.§.decet.de electio.
lib.6 & in cap.per uenerabilem.§.rationibus, qui fi.ſint legi.
nec poteſt exire curiam.Quinimmo habet alas ligatas ad ſe
abſentandum ſine licentia papæ ut not.Hoſtien.in capit.ec-
cleſia veſtra.el ſecundo,de elec. ſed etiam epiſcopatus requi
rit continuam reſidentiam.durum enim eſſet dimittere ec-
cleſiam ſine ſponſo. Paria enim ſunt non habere ſponſum,
vel habere & prorſus inutilem.cap 3.de tranſlac.præla. Ideo
dixit gloſ.ſingu.ſecundum Bald. C.de plagiariis.l.fina.quod
2 †ſtatutum editum in fauorem uiduæ habet locum in ea quę
habet maritum prorſus inutilem, quæ eſt diligenter notan
da pro ſtatuto Bononien. diſponente quod in cauſis uidua-
rum poteſtas teneatur ſequi æquitatem, ſed iſta nõ poſſunt
inſimul ſtare, ergo ſequitur quod non poterit retinere epi-
ſcopatum & cardinalatum. Vnde oportuiſſet, vel deſerere
curiam Romanam, vel deſerere epiſcopatum, quodcunque
iſtorum eſt inconueniens, ergo cardinalatus, & epiſcopatus
in eadem perſona concurrens ſunt incompatibilia. Tertio
facit ſi de quo minus uidetur ineſſe, & tamen ineſt. ergo &
de quo magis.capitu.cum in cunctis.& ibi in gloſ.ſunt con-
cordantiæ,de electio.ſed minus videtur ineſſe quod uacent
priora beneficia propter promotionem in epiſcopatum.nã
epiſcopatus hodie eſt minor cardinalatu, ut in prima quæ-
ſtio.ſatis accumulate dictum fuit.eſt enim cardinalatus ma
ior dignitas quæ ſit in eccleſia poſt papatum hodie, ſecun-
dum not.per doctor.in capitu.dilectus. el 1.de præben. & ta-
men uacant beneficia priora.ut eſt text. in dicto cap.cum in
cũctis. ergo multomagis debet uacare epiſcopatus propter
promotionem in cardinalatum. Quarto appellatione digni
tatis in materia fauorabili comprehenditur epiſcopatus, &
cardinalatus,ſecus in materia odioſa, ut eſt glo.ſingu. in ca
pit.2.de præben.in 6. & in ſuperioribus quæſtionibus ample
dictum fuit. Sed d.c.de multa, loquitur de dignitate, & eſt
materia fauorabilis quæ ibi diſponitur, quia per illam diſpõ
nem fauetur eccleſiis,ut beneficiati reſideãt in eorum bene
ficiis. ergo ſequitur quod habebit locum in epiſcopatu, &
cardinalatu,& per conſequens uacabit epiſcopatus propter
3 adeptionem cardinalatus.† Et ideo præclarus doctor domi-
nus & conſiculus meus Abb.in d.cap. eccleſia ueſtra, de ele-
ctio. dicebat quod nec poterit retinere epiſcopatum, alias
beneficium habens,curam animarum, uel rectoriam eccle
ſiæ, immo uacat ipſo facto poſtquam aſſumitur in cardina-
lem. Quinto quoties lato ſumpto uocabulo, duo ſic ſe ha-
bent quod unum uenit appellatione alterius, & eſt eadem
ratio, & exprimitur in l. diſpoſitio in uno, licet ſit pœnalis
comprehendit reliquum ſæpenumero, tradita eſt regula in
ſuperioribus quæſtionibus per gloſ. in clement. auditor. de
de reſcrip.& in clement.prima,eodem titulo,& in clement.
prima, de electio. Sed lato ſumpto uocabulo appellatione
beneficij,ſeu dignitatis uenit epiſcopatus.per not.per glo.in
capitulo ſecundo,de præbendis.in ſexto, ergo neceſſario ſe-
quitur quod diſpoſitio iurium loquẽtium de pluralitate be-
neficiorum nedum habebit locum in beneficiis & dignita-
tibus, ſed etiam in epiſcopatu & cardinalatu.cum maior ra
tio ſit in eis quam in dignitatibus inferioribus. Sexto facit
capit. eccleſia,ex ſecundo, de electio. ubi uidetur text.quod
quis poteſt eſſe canonicus & cardinalis, & ſic non uacat ca
nonicatus per promotionem in cardinalem, ut uidetur eſſe
caſus ſpecialis,ex eo, quia canonicatus non habet admini-
ſtrationem, nec curam animarum, ergo ſecus erit in epiſco-
patu propter curam, & ſollicitudinem paſtoralem, & ideo
4 epiſcopatus uacabit pp promotionem in cardinalem. † Se-
ptimo iſtam partem tenuit excelſus D.Abb.in d.c.bonæ.&
idem uidetur tenere in d.cap.eccleſiæ ueſtra. Refert tamen
in dicto cap. bonæ. el 1. ſe uidiſſe in contingentia facti plura
conſilia emanaſſe in contrarium, uidelicet quod poſſit reti-
nere & epiſcopatum & cardinalatum. Limita tamen niſi pa
pa aliter diſponeret, vt iam diſpoſuit in multis ut in cardina
li ſancti Marcelli quem bonæ memoriæ Martinus diſpenſa-
uit ut poſſet retinere in titulum epiſcopatum Senenſem &
cardinalatum. Idem fecit erga religioſiſſimum virum dom.
Cardinalem ſanctæ Crucis, ut poſſet retinere epiſcopatum
Bononien.& cardinalatum.facit tex.in §.quia vero in extra
uaganti execrabilis.

Et quanquam iſta pulchra & apparentia ſatis eſ-
ſe videantur, attamen contraria concluſio videtur de iure
ſuſtẽtabilior, videlicet quod poſſit retinere epiſcopatum &
& cardinalatum in titulum.Et moueor hac ratione.Cardin.
poteſt promoueri in epiſcopum olim. ut eſt tex. in capitulo
dilectus,el primo,de præben.& in dict.c.eccleſia veſtra. Si er
go poteſt cardinalis promoueri in epiſcopum & tenere vtrũ
que in titulum. eadem ratione dicemus quod poterit de epi
ſcopo promoueri in cardinalem, & retinere epiſcopatum,
quia nõ eſt dare rationem diuerſitatis inter iſta, ſi poteſt car-
dinalis promoueri in epiſcopum & tenere inſimul ẽpatũ,pa
riformiter poterit ẽps promoueri in card.& tenere utrũque.
Secundo facit tex.ſin.qui non eſt alibi in d.capit.eccleſia ue-
5 ſtra.el ſecundo de elect.† vbi erat quis canonicus & cardina
lis.& potuit poſtulari in epiſcopum vt eſt tex.in d.cap.bonæ.

Qua

Qua ergo ratione poteſt eſſe canonicus & cardina. & tenere
utrumque in titulum eadem ratione poterit tenere epiſcopa
tum in titulum & cardinalatum. Tertio illę dignitates poſ-
ſunt in uno eodemque ſubiecto cadere quæ ad inuicem ſe
compatiuntur. ita not. in ca. ex literis. de proba. & in §. ideo-
que. C. de nouo. C. compo. & ibi Bald. in §. illud in authent. ut
ſu. di. ſine quo. ſuttra. Sed epiſcopatus, & cardinalatus compa
tiuntur ſe ad inuicem, ut eſt caſus in d. cap. bonæ, el primo.
ubi fuit poſtulatus in archiepiſcopũ cardinalis, ergo poſſunt
cõcurrere in eodẽ ſubiecto. Quarto non eſt iure cautũ quod
quis nõ poſſit eſſe epiſcopus, & cardinalis. ergo erubeſcimus
cum ſine l. loquimur. ne ſede vacan. & cap. illa. §. conſidera-
mus, in authen. de trien. & ſemiſ. Quinto facit. iura genera-
lia loquentia in caſu prohibitiuo nunquam comprehendũt
cardinales, & eos qui ſunt membra & pars corporis papę, Vn
de tex. valde ſing. in l. pe. C. de do. int. ui. & vxo. probat quod
licet iura in communi prohibeant donationem inter uir. &
uxo. non tamen habent locum in auguſta, & eſt ratio, quia
eſt pars corporis imperatoris. & radiat radiis imperatoris,
& ideo iura loquentia de uxore non habent locum in augu
ſta. ita in propoſito iura loquentia de dignitatibus non ha-
bent locum cardinalibus, quia Cardinales ſunt membra &
pars corporis papæ. Et ideo dixit Bald. in capit. primo. §. item
6 ſacramenta de pac. iu. fir. & uſi. feu. † q͛d licet donatio inter pa
trem & filium non teneat, tamen tenet inter principem, &
filium eius, nec requirit confirmationem per mortem, & il
lud eſt ex quo eſt pars corporis eius, & mouetur, argum. d. l.
pe. & fuit originaliter dictum Old. conſil. 250. Sed cardinales
ſunt pars corporis papę, ut in capitulo fœlicis. de pę. in 6. er
go iura prohibentia aliquem habere duas dignitates non
comprehendunt cardinales. conſueuit enim papa in conſti-
tutione ſua quando uult comprehendere cardinales facere
expreſſam mentionem de illis uenerandis patribus. cap. pri-
mo. de ſciſma. libr. 6. Sexto facit ad eum caſum non adapta-
tur conſtitutio ad quem caſum non adaptantur verba ſua. l.
quod conſtitutum. ff. de teſta. mili. capitulo in demnitatibus.
§. ſed cum eas de elect. lib. 6. cum ſim. Sed verba cap. de mul
ta. de præbend. & dicti capituli dubium, & illius extrauag.
execrabilis non adaptantur ad cardinales. ergo non habent
locum in eis per ſupradicta. ergo non debemus extendere
illa iura ad cardinales. l. nominis & rei. §. uerbum ex legibus
ff. de verbo. ſig. l. ſi ſeruus. vet. §. nõ dixit prætor. ff. de acqu. hæ
red. & ſi dicatur quod licet uerba illa non exprimant de car-
dinalibus, tamen mens illorum iurium hoc patitur, & attẽ
denda eſt mens l. ſi quis filium in uerſic. ubi manifeſtiſſimus
eſt ſenſus exiſtat. C. de libe. præte. l. cum mulier. ff. ſolu. matr.
clem. prima. de iureiur. Non enim in foliis, ſed in ſenſu conſi
ſtit euangelium. prima q. 1. cap. Marchion & Baſilides, quia
iſtud nullo modo obſtat. † Illud enim cenſendũ eſt uoluiſſe
7 illa iura quod uerbis expreſſerunt. l. labeo. ff. de ſuppel. lega.
& d. §. verbum ex legibus. & l. ille aut ille. §. cum in uerbis.
ff. de leg. 3. Voces enim ſunt ſigna earum quę ſunt in anima
paſſionum notæ. ut inquit philoſophus primo periermenias
ergo talem dicemus fuiſſe mẽtem illorum iurium qualem
ſua uerba oſtendunt. ſciuiſſet enim papa illud exprimere ſi
uoluiſſet. capit. maiores. de baptiſmo. l. 1. ad fin. C. de caduc.
tollen. capit. ad audientiam. de decimis. Nec eſt præſumen-
dum quod illa iura uoluerint ita diſponere propter excellen
tiam cardinalium.

Præterea facit quod dixit Ioan. And. in ca-
pit. primo. de homici.
lib. 6 quod propter periculum animę conſtitutio illa exorbi
tans loquens de principe habet locum in principe maximi
gradus, ergo ubicunque eſt conſtitutio exorbitans quæ non
emanauit propter periculum animarum loquens de digni-
tate non habebit locũ in dignitate maxima, quæ eſt dignitas
cardinalium regẽtium & gubernantium mundum cum ip-
ſo papa, & nocte, & die inſudant intendunt, incumbunt, &
inſiſtunt laboribus multis, & conſiliis variis circa guberna-
tionem orbis. Debent ergo habere dignam ſua prærogatiua
fortunam. l. bene a Zenone. C. de quad. præſ. Nec obſt. cum
allegatur. d. c. bonæ. quia non ideo papa non admiſit illam
poſtulationem, quia cardinalis non potuiſſet habere in titu-
lum illum archiepiſcopatũ. Sed quia illa poſtulatio non fuit
celebrata in forma ſolenni, ut ibi apparet. ergo non obſt. Et
cum dicitur quod debet ſtare die, & nocte in curia, cõcedo.
& cum dicitur ergo non poſſunt deſeruire epiſcopatui. Re-
ſpondeo quod potuerunt deſeruire per ſubſtitutum. † facit
8 glo. multum ſolennis in cap. quia intantum. de præben. ubi
quoties Papa diſpenſant ut quis poſſit habere duo beneficia
incompatibilia, uidetur in conſequentiam diſpẽſare ut poſ-
ſit reſidere per ſubſtitutum, & ſic licet diſpenſatio ſit ſtricti
iuris, nec ſit extendenda, ut in ca. primo. & ſecundo. de ſi. præ
ſbit. in 5. tamen extenditur ad conſecutiua quod mirabile.
t

Facit gl. in cap. ſi quis in clero. 7. quæſt. 1. & ideo ſi quis habe-
bit diſpenſationem ut in minori ętate habeat eccleſiam cu-
ratam uidetur diſpẽſatum ut non faciat ſe promoueri intra
annum, iuxta no. in c. licet canon. de elc. li. 6. Faciat ẽt gl. ſin.
in c. non poteſt de præben. lib. 6. quæ uult quod illo caſu uẽ
ſecum diſpenſatum ut reſideat perſonaliter in qua eccl. uo-
luerit, quam limito procedere quando eccleſiæ ſunt æqua-
les, ſed ſi una eſſet alia principalior tenetẽ ſtare principaliori,
ita dixit do. Ant. ut refert, & ſequitur do. Domi. in d. cap. non
poteſt, & hoc per tex. ualde not. in cap. extirpandę. §. quia ue-
ro. de præben. Quantomagis in caſu noſtro quando de iure
communi quis poteſt habere duas dignitates uidetur diſpen
ſatum ſecum ut reſideat in digniori perſonaliter, & in alia
per vicarium aut ſubſtitutum reſideat. & ideo cardinalis te-
nebitur reſidere in curia reſpectu cardinalatus, & in epiſco-
patu reſidebit per ſubſtitutum. Et ex hoc tollitur illud incõ-
ueniens allegatum contrarium, & ſic poterũt cardinales de-
ſeruire facere illi eccleſię per ſubſtitutum ſecundum conſue
tum modum regendi illam eccleſiam ne patiatur defectum
in miniſtris, & ſimilibus. facit capitulo de monachis. de præ-
ben. & ibi arguit Innocen. contra cardinales habentes eccle
ſias nec facientes illis deſeruire in cultu diuino, & aliis mini-
ſteriis ſecundum ſolitum ſtatum eccleſiæ, facit quod not. in
cap. in Lateranenſi. de præben. † Nec obſt. cum dicitur quod
9 uacant inferiora beneficia pp promotionem in epũm. er-
go multomagis uacabit epiſcopatus propter promotionem
in cardinalem, quia iſtud non ſequitur, quia epiſcopatus
non eſt tanta dignitate hodie quanta eſt cardinalatus, ut ſu-
perius dictum eſt. Vnde concedo quod uacant beneficia in-
feriora quando quis promouetur in epiſcopum, quia debet
eſſe uir unius ſponſę, ut no. in d. cap. cum in cunctis. tamen in
cardinali, hoc non procedit propter conſilium quotidianum
quod præſtat eccleſiæ uniuerſa. & ideo ſpeciale eſt in eis. Nec
ob. cum dicitur quod iſta eſt materia fauorabilis, quia conce
do quo ad caſus in quibus iura illa loquuntur, non autem
in cardinalatu, quia immo eſt exorbitans, tum quia illud pro-
cedit in dubio, fallit niſi aliter eſſet iure expreſſum ut in car-
dinali, qui poteſt promoueri in epiſcopum, hoc dicunt iura
ſuperius alle. ergo non poteſt colligi arg. aliquod ex c. de mul
ta, & ſimilibus. uel ex idẽtitate uel maioritate rationis, quia
ſequeretur correctio multorum iurium, videlicet. d. c. veſtra
& d. c. bonæ. & d. c. dilectus, & quia per ſubauditiones non de
bet induci correctio iuriũ vt eſt gl. ſin. in c. cupientes. §. q̃ ſi p̃
vigiati. de electio. in 6. immo. per ſubauditiones debet exclu
di correctio vt eſt gl. ſing. in auth. ex teſta. C. de collatio. &
ſunt tria iura meliora de corpore iuris. l. ſi ſerui veſtri. C. de
noxa. cap. cum dilectus, de conſuetudine. c. cauſam quæ de
reſcr. cap. primo, de feudi cogni. l. penult. C. qui teſtam. face.
10 poſ. Nec obſt. cum dicitur quod lato ſumpto vocabulo † ap-
pellatione dignitatis uenit cardinalatus quia concedo quo
ad ea quæ ſunt fauorabilia ipſis cardinalibus, non autem ad
ea quæ ſunt præiudicialia. Nec eſt inducenda iurium corre-
ctio, quia regulam habemus quod cardinalis poteſt poſtu-
lari in epiſcopum, ergo non eſt ſumendum argumentũ per
identitatem rationis ad corrigendum illa iura.

Et ex iſtis elicio cõcluſionem talem quod epi-
ſcopus promotus in cardina-
lem poteſt retinere epiſcopatum in titulum cum cardinala-
tu. ex quo infertur correlarium, quod multomagis poterit
retinere in titulum eccleſiam parochialem, uel alia ſimilia
beneficia, nec vacant propter promotionem in cardinalẽ.
Infertur & ſecundum correlarium quod poterit illi eccleſię
deſeruire per ſubſtitutum ſeruando ſolitum ordinem diui-
norum in illa eccleſia obſeruari. Et ad prædicta optime ap-
plicanda eſt quæſtio quæ fuit olim in perſona D. Aoaroli epi
ſcopi Floren. promoti in cardinalem, fuit facta propter hoc
prouiſio de epiſcopatu Floren. alteri. qui D. Anarolus epiſco
pus prædictus promotus in cardinalem uoluit incũbere poſ-
ſeſſioni. & dicebat nolle acceptare cardinalatum, an liceire
contradicat illi qui fuit promotus ad illum epiſcopatum, &
valeant interim geſta per eum, ardua fuit olim quæſtio. &
ſubtiliſſimus doctor D. Gaſpar de Calderi. elegantiſſime cõ-
ſuluit hoc modo. Præmittitque iſtud dubium cum ſit de ma
ioribus determinandum eſſe per ipſum papam. ca. maiores.
de baptiſmo. tamen quia de intentione papæ ſcribentis agi-
tur. c. cum veniſſent. de iudi. Vnde ſtante hoc probabili du-
bio ille erit in poſſeſſione tuendus donec de intentione papę
cõſtaret. 8. q. 4. c. nonne. c. volumus. 16. q. 1. alias 4. Vnde ſi epi-
ſcopus iſte non acceptauit, vel non uult acceptare capellũ,
vel cardinalatus officium, non deſinit eſſe eṗs, quia hoc non
11 eſt de mente Papæ. † In omnibus enim quæ papa ſtatuit uel
mandat intelligitur, niſi aliud appareat fiendum ſecundum
iuris diſpoſitionem. videtur enim in dubio ſe iuribus confor
mare. l. ſi quando. C. de inoſ. teſtam. l. oſt. quib. mo. teſtam. to
lit.

fir.§.fi.c.cauſam quæ, de reſcr. & etiam verba impropriãdo.
cap.ſuper eo.de off.delega. Sed iura uolunt quod id quod ſit
per gratiam alicuius non retorqueatur ſibi in damnum.ca.
quoniam ob gratiam.de reg.iur.in ſexto.l.quod fauore.C.de
legibus.l.non eo minus.C.de procu.Beneficio enim nos iuua
ri non decipi oportet.c.primo, de commodato.l.ſi. C.de iur.
delib. nec papa intendit per ſua mandara aliquem grauare.
cap.ad aures.de reſcrip.c.ex multiplici.de decimis.Eſſet au-
tem deceptio, grauamen, ſiue lҫſio quod ab inuito beneficiũ
auferatur.56. diſt.cap.ſatis peruerſum.16.q.7.c.inuentus. Vn
de dicit.l.id quod noſtrum eſt a nobis inuitis tolli non põt.l.
ius noſtrum.ff.de reg.iu. c.quæ in eccleſiarum, de conſt.l.fin.
C.ſi contra ius uel util.pub. Beneficium aũt dicitur ſuum.ſ.
eius qui in eo habet canonicum titulum.c.ſi tibi abſenti. de
p̃ben.in ſexto. ca.primo, de re.permu.eo.lib. & procedit hoc
licet auferatur ſeu tollatur ſibi beneficium ut ipſe augeatur
& promoueatur ad maius, quia tale augmẽtum de iure nõ
fit in inuitum.ff.de decu.l.2. C. de appell.l. hi qui ad ciuilia.
84.diſt.cap.primo.& ſecundo.Faciunt no.in cap.licet canon.
de elec. li. ſexto. & ſi dicatur hoc fit propter publicam utilita
tem cum de eo quod licet publica utilitas ſit præferenda pri
uatҫ cap.bonæ.de poſtu.præla.l.prima, ad finem. C. de cadu.
tollen. tamen de iure ad publicam non cogitur quis contra
priuatam. 19.queſt.prima, cap.contra priuatam, quod capit.
12. loquitur etiam in ſpiritualibus. † Vnde ad fidem ſuſcipien-
dam quis non cogitur.46.diſt.cap.de iudҫis.24.queſtio.quin
ta ad fidem. ex eo quod illa non eſſet meritoria. liberi enim
arbitrii &c.de pҫ.diſ.2.ſi enim. ibi liberi. & ideo beneficium
non confertur in inuitum.l.inuito.ff.de reg.iur. Ex his ſequi
tur quod licet in litteris epiſcopi promoti, papa dicat illum
abſoluiſſe a uinculo eccleſiҫ, propter promotionem quam
de eo fecit ad cardinalatum. tamen illa uerba ſunt interpre
tanda ſecundum iuris diſpoſitionem, ut uidelicet habeant
effectum a uolẽte. Ex hoc etiam infert quod promotio facta
de alio ad epiſcopatum non tenet, quia dicta abſolutio, &
translatio facta ſunt ob cauſam, cauſa non ſecuta caret effe
ctu. Vnde refert legiſtas dicere quod cauſa eſt proxima con
ditioni.ut ſicut neceſſe eſt purificari conditionem ſic & cau
ſam.puta cum propter cauſam legaui alias non legaturus ſic
no.in l.ſi ſic, de leg primo. Cum ergo do. papa non fuiſſet p̃-
moturus illũ ad ep̃atum niſi ep̃atus uacaret, q̃a hoc ẽt eſſet
ↄ̃rium iuri ut in c.1 de conceſ.prҫbẽ.& ep̃atus non uacet illo
non acceptante cardinalatum. ergo ſequitur quod ille pro-
motus ad ep̃atum antequam ille renunciet non erit epiſc.

Confirmantur prædicta per capitulũ ſi tibi ab-
ſenti de præbend. in 6.ubi patet
quod beneficium non dicitur illius cui confertur niſi acce-
ptet.& rõ eſt q̃a ſicut in matrimonio requirit̃ ↄſenſus vtriuſ
contrahentium.27.quæſt.2.ſufficiat ca.cum locum, de ſpon.
ſic in ſpirituali. de elec. inter canonicos.ergo cum iſte pro-
motus ad cardinalatum.nondum acceptauerit capellum,
& ſic cardinalatum. ergo non deſiit eſſe epiſcopus. Iſta
concluſio probatur.21.quæſt.2. capit. ſi quis iam tranſlatus,
13 † vbi dicitur quod tranſlatus nihil habet commune cum
prima eccleſia, & glo.ibi dicit tranſlatus confirmatus & poſ-
ſeſſionem adeptus, ad quod bene facit quod no.in cap. cum
in cunctis de elec. & in cap. licet epiſcopus de præben.in 6.
& facit quod no.Innocen.in cap.primo. de conceſ. præb.eo.
lib.& ibi Ioan.An.ſuper uerſicu.facultatem, & Ioan. mo.in
ca.ſtatutum, de præben. in 6.qui dicunt quod habens literas
papæ cum clauſula decreti tũc demum habet effectum clau
ſulҫ ut facta contra non ualeant cum uult uti literis ſuis, &
tamen clauſula illa inſinuabat uoluntatem papæ quod no-
lebat ualere geſta in contrarium, & tamen ualent ſi ille pati
tur vel conſentiat illa in contrarium facta valere, & eſt ra-
tio, quia eius fauore clauſula fuit apoſita, & cuilibet licet re-
nuntiare ei quod in ſui fauorem introductum eſt ca.ad apo-
ſtolicam.& c.porrectum. de regularib.l.ſi quis in conſcribẽ-
do.C.de pac.7.q.1.cap.quam periculoſum.facit quod no.Io.
An.in cap.pe. de præben.in 6.in verſicu.auferre, ubi dicit q̃
ſi habens clauſulam anteferri, non uult uti illa clauſula in fa
uorem ſuum appoſita poteſt illa non uti;& ſic p̃motio iſtius
ſecundi ad epiſcopatum tunc demum debet habere effectũ,
quando epiſcopus acceptat promotionem ad cardinalatum
Prætcrea uidetur non incongrue poſſe probari q̃ per aſſum
ptionem ad cardinalatum non uacaret epiſcopatus, niſi ad
cardinalatum aſſumeretur qui eſſet epiſcopus, quia cardina
latus non eſt ſimilis epiſcopatui, & quia potius eſt officium,
nec per illum efficitur ſponſus alicuius eccleſiæ, ut no. Ho.
in cap.eccleſia el ſecundo de electi. & præsbiteri & diaconi
cardinales retinent priora beneficia.unde potius propter cõ
modum eccleſiarum cathedralium in quibus maius eſt peri
culum non conſueuerunt olim epiſcopi promoti, ad cardi-
nalatum retinere epiſcopatum.dicit tamen ſe ſcire quod cu
ria Roma. tenet contrarium, † Ad idem etiam facit quia etiã
14 actus qui fiunt pure, tacite recipiunt conditiones, nec effectũ
habent niſi ea adueniente. ca.no quis arbi tretur.22.queſt.2.
cap.quemadmodum. de iureiur. ex quo ergo iſte promotus
ad cardinalatum non conſentit. nec valet alia promotio
cum hæc conditio debuit ſubintelligi. Ad idem optime fa-
cit quod dicit Ioan.Mod.in cap.gratiҫ. de reſcrip.in 6.vbi te
net quod ſi aliquis habet regalia in eccleſia cathedrali tem-
pore vacationis, quod ſi epiſcopus transfertur, quod ille non
conſequitur regalia antequam tranſlatus conſentiat, cum
non vacet eccleſia ante illius conſenſum, & dicit ſe uidiſſe
ſic pluries declarari, & placet hæc opin. Io.And. in regula q̃
ob gratiam.lib.6.Fatetur tamen quod papa poteſt abſoluere
inuitum ex cauſa a uinculo quo tenetur, immo plus dicit ẽt
ſine cauſa licet illud non eſſet debitum uel honeſtum.ſed di
cit q̃d ubi aliud non apparet ſecundum caſum propoſitum
non debet intelligi, nec præſumi papam uoluiſſe promoue-
re iſtum epiſcopum ad cardinalatum ubi ipſe non uult vel
non habet ratum, & ſic tranſlatio facta de alio ad epiſcopa-
tum caret effectu. & ex hoc reſpondetur ad illud quod alle-
gari poſſet in contrarium quod uelit nolit iſte debet tranſi-
re ex quo papa promouit, quia fatetur hoc procedere quan-
do papa uellet etiam inuitum promouere, ſed ſecus eſt in ca
ſu dubii ut dictum eſt. Non obſt. quod papa ſtatim contulit
beneficia promoti in epiſcopum, ut no. glo.in cle. prima.ut
litt.pen.quia dico quod eſt illud contra iura ut ibi dicit gloſ.
Vel ideo iſte ſtilus inualuit quod communiter promoti in
epiſcopos non denegant, ſed conſentiunt.& ideo Papa præ-
ſumit illum velle promoueri propter quam præſumptionẽ
confert beneficia illius. Et ſic concludit quod iſte epiſcopus
15 licite incũbit poſſeſſioni donec appareat de mente Papҫ præ
ciſa.† & ſic interim poteſt exercere ea quҫ ad poſſeſſionis cõ-
modum pertinent quæ etiam ſtatim non amittitur, ut no.in
c.apoſtolicæ.de excepti. & ſic poterit interim iſte promotus
ad cardinalatum tanquam uerus epiſcopus ſoluere, & liga-
re, ordines & beneficia conferre, pro eccleſia contrahere, &
ſoluentes liberare, & ſpiritualibus, & temporalibus, prout, &
ſicut poterat ante promotionem ad cardinalatum, & iſtud
fuit elegantiſſimum conſilium tanti doctoris quod inſeruit
in tit.de tranſla.præla. conſi.1.alias.2.quod conſi.ſequitur Io.
de Fantu.& Lau.de Pinu.Tu pondera primo in quantum ip
ſe uoluit cardinalatum eſſe officium, quia ſalua reuerentia
tanti doctoris immo eſt dignitas prima hodie poſt papatum.
late dictum fuit de hoc ſupra in quæſtione prima. Adde ſe-
cundo quod ex quo papa promouit alium ad epiſcopatum
iſtius, vr̃ ↄſtare de mẽte præciſa papҫ quod uoluerit iſtum in
uitum transferre. Animus enim cognoſcitur ex præparatio-
ne mentis, ut eſt glo.melior de iure in l.apud celſum. in prin
ff.de doli excep.de qua fecit feſtum Ange.in l.prima.ff.de eo
per quem factum erit.& eſt glo.optima.in l.dolum.C.de do.
& in l.quҫro ad fin.& ibi bo.tex.ff.de ҫdil.edi.& in l.fulcinius
§.hic autem.ff.ex quib. cauſ.in poſ.eatur. & in l.cum propo-
nas.C.de bo. auto.iudi.poſ.glo.in cap. ſecundo. de renun.li.
ſexto.& per Saly.in l.etiam.C.ad.l.fal.& per Bald.in l.ſecun-
da.C.de ſer.qui a non domino manumit. & per Ange. in l.ſi
fugitiui. C.de ſer.fugi † Nam qui uult unum uidetur uelle id,
6 per quod deuenitur ad illud capitulo prærerea capitulo
ſuſpitionis. de offic.deleg.l.ſecunda. ff.de iuriſ omnium iu-
dicum. cum ſimilibus.cum ergo Papa contulerit epiſcopa-
tum huic nec poteſt conſequi effectum niſi ille alius accep-
tet cardinalatũ ergo ſequitur neceſſario quod papa voluit
transferre iſtum inuitum.Adde etiam in quantũ dixit quod
quis non cogitur contra priuatam utilitatem acceptare pu
blicam uide glo.in l.liberto. ff.ſoluto.matrimonio. quod ſi
aliquis eligitur a temporali officio ſuæ ciuitatis per principẽ
eſt compellendus acceptare indiſtincte ergo ſequitur quod
etiam contra ſuam utilitatem tenetur acceptare.facit. l.ſe-
cunda.ff.quod quiſque iuris. Faciat in ſimili.electus in ſindi
cum ad defenſionem cauſæ loci ſui uel ad eius proſecutionẽ
compellitur acceptare.l.numerum.§.defenſores ff.de mune
ris.& hono.Faciat etiam electus ad officium legationis com
pellitur acceptare l.ſciendum. §.fi.ff.de legatio.Idem etiam
in eo qui eligitur ad rectoriam loci compellitur acceptare,
in auth.de denſo.ciui.§.interim. Idem in electo ad officium
iudicandi.d.l.munerum.§.iudicandi.& no.in c.paſtoralis de
offic.ordi.iutantum quod poteſt inuitus extrahi de domo vt
acceptet.tex.eſt ſin.in l.ex omnibus.C.de decu.lib.10. quod
eſt mirabile ad limitationem.l.plerique.ff.de ius uoc. poſſet
tamen tanta eſſe utilitas priuata quod quis haberet iuſtam
cauſam recuſandi & iſta menti commenda, & per iſta cum
laude Dei ſit finis præſentis Tractatus. Laus Deo.

F I N I S

TRA-

TRACTATVS DE Cardinalibus SANCTAE ROM. ECCLES.

In quo omnia, quæ ad hanc materiam pertinent, copioſiſsimè tractantur.

AVCTORE HIERONYMO Manfredo I. C. Nobili Ferrarienſi.

Ad ampliſs. maximumque S. R. Eccl. Cardin. Sacroſanctum Collegium.

De Sanctæ Romanæ Eccleſiæ DD. Cardinalium Collegio Sacroſancto. Cap. I.

SAcroſanctum Collegiũ cardinalium Sãctæ Rom. Eccleſiæ Principum, amplitudinem, & excellentiam habet, non ſolum in Romana Eccleſia, ſed etiam in catholica militanti, & cuiuſcunq; generis collegio quantumuis magno, & pręſtanti excellit, habens auctoritatem, officium, adminiſtrationem ſacroſancti collegii, ac ſacratiſſimi cœtus Apoſtolorum, qui Ieſu Chriſto ante eius mortẽ, & poſt glorioſam reſurrectionem communiter adhæſerũt. Nam ſicut patet in actis Apoſtolicis, quæ Lucas ſcripſit, ex multis fide dignis hiſtoriis, ac ſanctorum Patrum decretis, Martini, & Guidonis Annalibus; antequàm per vniuerſum terrarum orbem mitterentur Apoſtoli, à Domini cruce, vſq; ad ſancti Spiritus largitionem, diebus etiam aliquibus poſt, cum D. Petro Apoſtolo Chriſti Vicario, ſancte, fideliter, communiterq; fuerunt, eiq; velut Principi ſacri cœtus, ac totius Chriſti Eccleſiæ obſequuti ſunt, Cardinalatus officio fungentes, tanquàm primæ columnæ, & Cardines conciliarij, & vna maiores operarii, adiutores, ac rectores ſacræ Chriſtianæ, vniuerſæq; Eccleſiæ Dei. diſt. 19. c. in nouo. notat. in ca. per uenerabilem in §. rationibus ex. qui fil. ſint legit. Card Iacob. de concil. lib. 1. fol. 43. lit. d. Quamuis in ipſis primę eccleſiæ initiis Cardinalatus nomen Apoſtolis, ſicut papatus dom. petro, multiſque eius ſucceſſoribus in uſu uulgari, communique nomine minime eſſet, ſancti enim apoſtoli prius præſtantia dignitatis, Cardinalatus officio, ac germana eius adminiſtratione ornati fuerunt, etiam cum uterentur Chriſti conſuetudine ante eius crucem, prius a Chriſto ſacerdores, atque Epiſcopi electi fuere, quam ipſo Cardinalatus nomine honeſtarentur priusque fuere Cardinales orbis, quam urbis, prius Cardinales totius Eccleſiæ, quam Romanæ, ſicut dom. Petrus, quem Chriſtus primum elegit põtificem uniuerſæ Eccleſiæ, quam Romanæ. Ioan. ult. paſce oues meas. Cameracen. Card. lib. de poteſt. eccleſ. prima parte, & de pri. eccl. orig. concl. ſexta. capitulo ſignificaſti. & ibi Abb. de electione. probat. text. in capit. pro humani, de homicid. lib. 6. Habet autem Cadinalium cętus comitiorum iura in perpetuum, poteſtatem ſummam, atque liberam auctoritatem decernendi de cunctis eccleſiæ Dei negociis, ad ſumnium Romanum pontificem in ſuprema ſede apoſtolica rite inſtitutum attinentibus, q ſine dubio omnium Chriſtianorum nomini, ſancte, debite & catholice præſidet, cui fidenter, & continuo aſſiſtendo, cuncta ardua negocia adminiſtrare debet. ac præſertim quæ imminens, grauis, euidenſque neceſſitas geri debere admonet, aut cogit, compellando papam, conſulendo, & deliberando ſimul ſenatu habito cum eodem, qui huius ſacri collegii caput eſt, ſummus ſacerdos, & princeps, quamdiu vixerit ſi catholice permaneat in ſancta Apoſtolorum ſede, 96. diſt. cap. Conſtantinus cap. fundamenta de elect. capit. ad ſuccidendo, de ſciſ. in 6. c. fœlicis de pę. lib. 6. collegium enim põtifice uita functo coeundi, & conſulendi, non ſolum de eligendo Roman. pontifice uniuerſæ eccleſię Principe, cui cura totius gregis eſt demandanda, ſed etiam de aliis quam pluribus rebus, certam, eximiam. abſolutamque habet poteſtatem. Notatur in cap. licet in cap. ubi maius. de elect. in clem. ne Romani. eo. tit. glo. diſt. 72. cap. nullus Hoſt. in ca cum ex eo. de pęnit. in fine. Ioan. And. & Archid. in d. cap. vbi maius, & in cap. fundamenta, & in cap. 1, de ſciſma. lib. 6. Atque hic ordo dignitate fulget, in eodemque collegio Cardinales Patres conſcripti exiſtunt. Archid. in cap. 1. de offi. leg. lib. 6. Innocen. in cap. cum te. de re iud. not. in d. ca. Conſtantinus. 96. diſt. Et maior ætate, Cardinalis epiſcopus, cardinalium prior nominatur, qui cum aliis cardinalib. presbiteris, & Diaconis in curia Romana, quæ ad idem collegium pertinent expedit. Ioan. And. & om. canon. in clem. ne Romani de elect. in 6. Excellit autem inter omnes cœtus, comitia, & collegia eccleſię, ſicut ſacer Apoſtolorum ſenatus, cum prærogatiua ſummæ dignitatis, & pręſtantis honoris inſtitutus, & confirmatus perpetuo in uniuerſa eccleſia, ita ut ſtatim poſt Romanum pontificẽ ad ſanctæ Romanæ eccleſię, & ſedis Apoſtolicæ decus, amplitudinem, maieſtatem, atq; totius Reip. Chriſtianæ pacem, concordiam, & conſenſionem tuendam & ſeruandam, omnibus Chriſti fidelibus præſideat. Ioann. And. in cap. ad liberandam de iudæ. in cap. cum ex eo. de pœnit. & remiſſi. no. diſ. 23. cap. in nomine domini diſt. 79. in ca. ubi maius. & in cap. fundamenta. de elec. in 6. Sanatui ſanctorum apoſtolorum ordine ſuccedit collegium cardinalium ſacroſanctum. Quantum uero ad illum ſtatum pertinet, qui poſt mortem Chriſti, eiuſque reſurrectionem. & aſcenſum in cœlum ſucceſſit, apoſtoli quidem Hieroſolymis habentes ſenatum continuo dom. Petro adhærebant, a Chriſto primo, ſummo paſtore, & Apoſtolorum principe inſtituto, antequam per uniuerſum terrarum orbem mitterentur ad prędicandum Chriſti Euangelium, aut per dom. Petrum Apoſtolum eccleſiarum, epiſcopi electi eſſent, certaſue prouincias, ac diœceſes obiiſſent. Mediator enim inter Deum, & hominem Chriſtus Ieſus, verus homo, ſeruator humani generis, unicam eccleſiam ſanctam, catholicam, & militantem inſtituit, multoſque gradus, varios, atque diſtinctos ordines in ea eſſe uoluit, iuxta illud Apoſtoli dictum. ad Eſeſ. 4. unicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti, qui aſcendens in altum, dedit dona hominibus. itaque in hac eccleſia ipſe elegit quoſdã apoſtolos: alios euangeliſtas alios autem Paſtores, & doctores ad conſumationem ſanctorum in opus miniſterii in edificationem corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia. pa. 1 ad Co. 12. Igitur eccleſia catholica a Chriſto in gradus mire ĩſtituta eſt in die ſui aſcẽſus ut doctor gentium Paul. manifeſte oſtendit. Ibi in his verbis, aſcendens Chriſtus in altum dedit dona hominibus & c. Atque ex his patet diſtinctionem ordinum, & ſtatuum, dignitatum in eccleſia non habuiſſe originem ab inſtitutione eccleſiæ communi aut alicuius hominis tantum auctoritate manaſſe, ſed & ↄſtitutione Chriſti primaria, Petro, deinde aliis apoſtolis in uſu fuiſſe, traditâq. quaſi per manus ſucceſſoribus, ſpiritusſancti monitu, & doctrina. Nunc quoniam Apoſtolorum Chriſti collegium ex triplici ſtatu conſtitiſſe reperitur, de ſingulis aliqua dicamus. primus ſtatus fuit, cum ante crucem Domini apoſtoli ęqualiter, & cõiunctim cum Chriſto degerunt, nullo inter eos diſcrimine habito de collegij uniuerſi ſententia concorditer Chriſto adhærebant, a quo unice, & nominatim ad illum ſtatum apoſtolorum fuerunt electi, uocati. & nominati, & in hoc ſtatu Iacobus, Ioannes, & cęteri apoſtoli fuere in collegio apoſtolorum, Chriſto auſpice, unde ſequitur Petrum quoque in eo ſtatu extitiſſe in eodemque collegio, ac numero remanſiſſe. cap. quis liquãdo. §. econtra, de pœniten. diſt. 1. Iac. de Card. & Pat. li. 1. Fol. 47. colum. 1. in lit. c. Secundus ſtatus huius ſacri collegii fuit cum poſt Chriſti mortem, reſurrectionem & aſcenſum, ſancti Apoſtoli a diuo Petro non receſſerunt, cum eo degentes capite inter illos a Chriſto inſtituto, pro quo ſe Deum oraſſe idem Seruator expreſſe dixerat, ut nõ deficeret Petri fides & aliquando conuerſus fratres ſuos, & cæteros diſcipulos in fide confirmaret, Atque in hoc ſecundo ſtatu fuerunt Apoſtoli, poſtquam Chriſtus uni Petro dixit, paſce oues meas, ipſumque ſolum in ſummum Paſtorem elegit, omnium animarum cura illi demandata. cæteri autem Apoſtoli in priſtino inſtituto, & integritate fidei erga ſacrum collegium, ac D. Petrum perſtiterunt, eique paſtori, principi, & communi Vicario totius Chriſti gregis concorditer paruere. Itaque cũ eo coniunctim in collegio fuerunt oẽs, donec iuſſi ſunt per uniuerſum terrarum orbem ſeparatim Euangelium prædicare. Tertius uero ſtatus huius ſacri cœtus fuit, cum peracto penthecoſtes feſto, diuino numine afflati apoſtoli, pręcepto Chriſti accepto, aſtatim illuminati, & corroborati Spiritusſancti inſtitutione, corpore tantum a Petro ſummo paſtore ſeparati fuerunt, quo auſpice munus prædicationis Euangelicæ, habito ſenatu de communi ſententia inter ſe diuiſerũt euntes per totum orbem ad gentes, & regna, in quibus ſancto inflammante ſpiritu, Chriſtus ſuam fidem ſeri uoluit, ac priuatos paſtores greges ſibi commiſſos paſcere, totius itaq; orbis inter ipſos facta eſt diuiſio, quẽadmodum Lucas

in

in actis pulcha ſerie deſcribi t. In primo autem ſtatu Apoſtoli fuere inter ſe æquales ſocietate collegii, & auctoritate. Nec Petrus eis præerat, ut antiſtes, ſed tãtum ut ceſas, adhuc enim Chriſtus paſtor omnium, eos per ſe regebat, etiam in cruce ſublatus, etiam cum ſurrexiſſet, donec aſcendit in cœlum. In ſecundo autem ſtatu Petrus inter Apoſtolos antiſtes creatus eſt, & poſt Domini aſcenſionem auctoritate, iureq; ſibi conceſſo uti cœpit, & in poſterum exercuit, de eorumq; rebus conſtituit, ut patet in actis primo in fine, cum inquit. Oportet reſtẽ reſurrectionis &c. & alloquens Apoſtolos pro collegio coactos ibidẽ dixit, uiri fratres oportet impleri ſcripturas &c. in tertio autem ſtatu, & ex eo. D. Petrus ſummus põtifex ſumma auctoritate. & poteſtate illis præfuit Chriſti vicarius, maximam iuriſdictionem, & præfecturam inter illos habens, illi autem, ut Marci ultimo legitur, profecti prædicauerunt ubique Domino cooperante. Quo ad primum, & ſecũdum ſtatum, collegium cardinalium uere nobis referũt, & ex ſimili inſtitutione, ſacrum collegium Apoſtolorum paręaſſiſtentium Chriſti Vicario, & Petri ſucceſſori, quo cum habent Cardinales ſacroſanctum ſenatum, & ius collegii, atque in præſtantia fidei. & Chriſtianæ religionis ſecundum pontificem, primi, & ueri ſucceſſores primas obtinent inter Apoſtolos officii auctoritatis, ac dignitatis apud omnes chriſtianos, & cardines orbis ſunt ad regendam, & ornandã Romanam eccleſiam. quod autem ad poſtremum, tertiumque ſtatum attinet, uniuerſi epiſcopi in ſuas diœceſes, ubiq; terrarum iure electi, atque adminiſtrantes eccleſias ſuas, cuib. Chriſti ſibi commiſſis pabulum ſuggerentes, ſucceſſores apoſtolorum in eccleſia Dei uere, exiſtunt, & nominantur, 21. di. cap. in nouo. ut Paulus monet loco ſuperius citato, quoſdã inquit, dedit Apoſtolos, quoſdam autem paſtores. diſtinguit, ſtatum paſtorum, uidelicet epiſcoporum, qui in ſuis diœceſibus primas obtinent, & paſtores ſunt animarum a uetuſtiori illo ſtatu Apoſtolorum, ad quem omnis referenda eſt, & pertinet auctoritas, ſi pro collegio Dom. Petro, eiuſque ſucceſſoribus adhæſerint curantes catholicam eccleſiam, ut pulchre Archid. In cap. ſacroſancta. 22. dinct. inquiens ſummũ pontificem debere connumerare ſe inter cardinales ſanctæ Romanę eccleſiæ, habita ratione prioris illius ſtatus apoſtolorum, in quo collegio, cardinales unum ſunt cum põtifice, itaq; cũ eo, quo ad eius fieri põt, concordes omnes ſe immiſcere debent in adminiſtratione chriſtianæ reipubl. & fidei una de ea ſoliciti, ac de totius orbis ocio, concordia, & pace, de iiſdem rebus ſenatu ſancroſancto coacto, conſilium capere, ad commune bonum, & chriſtianorum fęlicitatem, ut de his pulchre not. Beat. Antoninus Archid. Florent. In 3. part. ſuę ſum. tit. 21. in § 2. & Ioan. de Turræcrem. lib. de poteſt. eccleſi. capit. 20. Barb. in con ſil. ſecundo, uolum. primo. Roma. in colil. ultimo.

De Sacri collegij D D. Cardinalium eorumque nominibus, & maieſtate ſingulari. Cap. II.

Cętus cardinalium S. Romanæ eccleſiæ rite habitus, approbatus, ſplẽdidiſque nominibus fulget, atque in primis gremium eccleſiæ appellatur. Diſtinct. 23. cap. in nomine domini circa medium. Ioan. de Syl. ua. de beuef. 4. par. princ. num. 44. Quod gremium maternum eſt, non tamen cuiuſcunq; matris, ſed latiſſimum, ſanctiſſimum, & fœcundiſſimum unius ſanctæ catholicæ eccleſiæ, quæ in Do. Petro principe Apoſtolorum a Chriſto electo, atque inſtituto, eiuſque ſucceſſoribus Rom. pontificibus. & in Sancta Romana eccleſia cardinalibus in communi ſocietate concorditer degentibus, & commodo chriſtianorum omnium conſulentibus, reſidet, conſenſio. n. Cardinalium huiuſmodi aſſiſtentium dom. Petro a Chriſto ſpeciatim approbata, ac proprie ſuccedentium uſque in finẽ ſeculi, continua ſerie ſine labe ſeruata eſt, hoc in ſecũdo gremio, qui ſunt, quo ad ſtatum ſuum omnes ſunt Beati, Pontifex primum, & cum eo cardinales omnes, quis enim hos ſanctos eſſe neget, quos apex tantæ dignitatis exornat, quibus ſi deſunt uirtutes, & bona, quæ in illis eſſe deberent. ſufficiant promerita tot ſanctorum patrum, quæq; ipſi de eo ſtatu, gremio, ac loco teſtantur, Nam huiuſmodi gradus dignitas, aut non niſi dignos homines, & claros meritis ad ea faſtigia euehunt, aut certe euectos illuſtrant. 40. diſtinct. cap. non nos. facit cap. ubi maius. cap. fundamenta de elect. capit. fœlicis, de pœnis. lib. 6. Quamuis uero omnes, qui in hoc proprio ſunt gremio ſtatu ſuo beati ſint, & cenſeantur, eſſe tamen poteſt ut non omnes ad ſummum ſacerdotium ſint, idonei. Vnde qui vitio aliquo corporis affecti ſunt, vel quouis alio maiori impedimento detinentur, eligi in pontifices nequeunt, gloſ. in ca p. in nomine domini, in verb. de gremio diſtinct. 23. Singuli autem cardinales, & omnes una peculiares ſunt filii, qui continue reſident in gremio S. matris Eccleſiæ, quę Deo optimo maximo conſtituente, per Chriſtum eius filium, caput eſt, & mater eccleſiarum omnium totius orbis. capit. fœlicis. §. per hoc quoque. de pœn. lib 6. & ibi not. Cardinalium Sanctæ Romanæ eccleſiæ congregatio, ſecundo modo uocatur collegium a con, quod ſimul ſignificat, & legendo, quod ad idem miniſterium eligantur, quia pro cunctis magnis, aut arduis negociis neceſſario in unum conuenire debent, cum ſummo Romano pontifice Petri Catholico ſucceſſore, & cum eo conſilium capere, ſũmma diligantia Rempub. adminiſtrantes, eique iugiter aſſiſtentes, quod maxime honeſtiſſimum iſtud, ac ſacroſanctum collegium decet, illa uero, quę aut generaliter, aut ſpeciatim eccleſiam Dei reſpiciunt, imprimis curare debent. Romanoque pontifici integra, ac libera dare conſilia, tanquam eccleſiæ catholicæ filii obſequentes, in functione ſummi ſacerdotii. Cæterum ad eorum ſtatum pertinet præſto eſſe papæ & epĩ terre. Sunt enim ob eã gratiam in collegium illud aſciti, ut perinde ac fratres in cõmuni cętu cum Rom. pontifice certa, & libera ferant ſuffragia, eiq; adhæreant, qua in re nullus popularis poteſtatis metus illos deterreat, nulla gratia abſorbeat, nihil de recta ſententia illos depellat. capi. fundamenta. § decet de electio. in ſexto, Conuenit etiam nomen hoc ſacroſanctum collegium, Cardinalibus proprie pro collegio cum ſummo Rom. pontifice congregratis, eique continue adherentibus, Itaque ad cardinales tanquam ad collegium ſcribere eſt in uſu. nã eos collegium ſacroſanctum propter prærogatiuã auctoritatis, & ius collegii, quod habent appellare ſolemus. poſſunt enim omnia chriſtianorum collegia iuſta, & approbata explere, illiſque maximam auctoritatem tribuere, ut copioſe declarant Hoſtienſis, & Ioan. Annan. in capitulo ad liberandum de Iudę. Simili ratione collegium illud poſt papam inter omnes chriſtianos habet amplitudinem in uniuerſa eccleſia catholica, honoriſque & dignitatis [illegible] in excellentiam §. decet de elect. in 6. & 23. diſtinct. cap. in nomine domini & in clem. ne Romani. de elect. Quarto modo in ſacris conſtitutionibus cœtum, cõuentum etiam dicitur, vel cõgregationem iuſte habitam pace a conueniendo in unũ. merito itaque collegium iſtud etiam cœtus appellatur. diſt. 15. cap. primo. in fin. unde propheta uocare cœtum, [illegible] ſanctificate eccleſiam coadunate ſenes, viri in uiis ſuis [illegible], & non declinabunt a ſemitis ſuis vnuſquiſque [illegible] ſuũ non coarctabit, ſinguli in calle ſuo ambulabunt. non ſortes current & quaſi bellatores aſcendent [illegible] aſcenſionem domus Domini Iohel. [illegible] capi. Et quantum pertinet ad rem ipſam proprie, concordiſſimi cardinales debet ſummo pontifici [illegible], & pro collegio adhærere de cunctis eccleſiæ Dei arduis negociis ad eum referre, illoque cum eo adminiſtrare, de illis decernere, auctoritateque, & mandare ipſius abſoluere, ad optimum, proſperumq; ſtatum totius militantis eccleſię. Nam ipſis cardinalibus poſt pontificem incumbit præcipue cura adminiſtrandę eccleſiæ uniuerſalis. cum ipſo vero pontifice ſtatim ſuccedit collegium illud ſanctorum Apoſtolorum congregationi in prima eccleſia, poſt ſeruatoris noſtri glorioſiam aſcenſum in unum coeunti, nomineque ſpiritusſancti, ad quos pertinuit cum ſummo eius antiſtite, & paſtore Petro, ſicuti modo ad Cardinales pro collegio coactos cum ſummo Roma. pontifice adminiſtratio totius Eccleſiæ catholicæ, hoc eſt cura omnium, & ſingularum eccleſiarum totius orbis ſpectat, nec non tractatio omnium maiorum cauſarum eccleſiæ. Cuncta quoque ardua, & dubia ſuperuenientia in toto terrarum orbe cardinales, decidere debent, in gratiam præpotentis Dei ad augendum Chriſti fidem, & tuendos Chriſtianos omnes, ſingulaſque ciuitates. ut habetur in cap. quod tranſlatio. de offic. lega. de iudic. ca. nouit. de bapt. maiores, & capit. per uenerabilem qui legit. cap. fundamenta. de elect. in 6. cap. grandi. de ſupplen. negl. præla. Card. cameracen. lib. de poteſtate eccleſiaſtica. par. 1. de prim. orig. eccl.

De Cardinalatus Origine, Et ipſius nominis interpretatione. Cap. III.

Cardinalatus præſtantiam, dignitatemque in S. Rom. eccleſia habuiſſe certam originem, & nominis formam monumentaue rerum proteſtantur, ſanctorum patrum decreta oſtendunt Sanctæ Romanę eccleſię cardinales in functione ſui muneris Rom. pontifici auditores eſſe inſtitutos, ut fœliciter per eos chriſtiana Reſp. gereretur. primo a D. Siluestro papa, cum dignitatis, & honoris excellentia in uniuerſa eccleſia inter cęteros omnes poſt Rom. pont. concilia ex eo tempore & in poſteriſ, ſeſſiones modo appellãt, Conſtãtinus Impe. quarto die ſui baptiſmatis, ſuorumque præfectorum inſtituit, cũctoque populo Roman. approbante urbem Syluestro, eiuſq; ſucceſſoribus conceſſit,

ceſſit, atque utrinſque ditionis principatum,& imperii inſignia,largitus eſt etiam ipſi ſedi Romanæ ſummo gradu poſitæ ſummum ius imperii, ut in cunctis agendis maxima libertate uteretur,ne ulli ſubeſſet homini ea,quæ Chriſti uerbo omnibus præpoſita fuit.27.diſt.cap.Conſtantinus. & cap. bene quidem.Idē Sylueſter,uſi cōuenru Romæ habito,quoſdam præsbyteros Cardinales nuncupari publice decreuit.& ritu quodam ſeruato propriis nominibus ipſe appellauit, & ita in poſterum eos nominari uoluit.vt 2.quæſt.4.cap.præſul diſtinct.93. c.a ſubdiacono. Annis etiam aliquot antea, tempore potentiani papæ, necnon D.Cyriaci cum vndecim millibus uirginum apud Coloniam ſupplicio affectis, D.Marcellus pontifex propter baptiſma, & ſepulturas martyrum, anno Domini 304.quindecim cardinales in vrbe elegit. no.Archid.de elec.cap.ubi maius, & ibi glo.in 6.in c.fundamenta, de elec.li.6.Io.de Sylua.li.de benef.4 q.prima par.nu.47.Ecce vero Fabianus pontifex ſeptē cardinales diaconos inſtituit, qui præeſſent ſeptem ſcribis apoſtolicæ ſedis, ut uere geſta martyrum memoriæ hominum ſempiternæ commendarent,attamē temporibus eorūdem Marcelli, & Fabiani,nec cardinales ab omnibus nuncupati ſunt, nec prætogatiuam dignitatis habuerunt in urbe, prluſquam aduenit Sylueſter pontifex.qui habito communi ſenatu Romæ, primus in Romana eccleſia expſſe inſtituit,ac nominauit cardinales,iiſq. priuilegia conceſſit,itaque tum primum uerbo, & re cardinales fuerunt cum D.Sylueſtro.2.q.4. c.præſul. not. in c.ubi maius,de elect.in 6.Vnde eleganter dicit Archid. 12.diſtin. cap.omnes. quod quamuis de dignitatibus eccleſiaſticis per Romanam eccleſiam inſtitutis, poſſit quilibet epiſcopus in præcipua ſua eccleſia,uel alia ſuæ diœceſis,nomina dignitatum inſtituere.cap.cum acceſſiſſent & cap. cum olim.de cōſtit.attamen Cardinalatus dignitatem nemo inſtituere poteſt,ſine auctoritate eccleſiæ, cum nuſquam gentium conceſſum ſit,cardinales eſſe,aut creari, quam in eccleſia Romana,quæ hoſtium eſt eccleſiarum omnium totius orbis,ut .n. cardinibus oſtium uertitur, ita eccleſia debet conſiliis, & prudentia cardinalium niti, eorumque præſenti ope eam regi. neceſſe eſt.vt not.glo.in cap.2.de offic.Archi.12.diſt.cap. ſacroſancta.Singulari igitur & præſtanti nomine cardinales appellantur, ut diximus, propter præſtantiam dignitatis, & officii prærogatiuam,ita appellati,quoniā ſicuti circa cardines ſuos mundus ipſe vertitur, ita diuino inſtituto Chriſti Eccleſia, in cardinalibus ſuum ſeruat motum, ſunt enim orbis cardines.ſupra quos Deus orbem poſuit.ut inquit Anna mater Samuelis primo Regū & quemadmodum Deus cœlum ipſum cardinibus niti ſtatuit.Deut.cap.30. Sic etiam cęlum huius militantis eccleſiæ cardinales agere uoluit,cardinum ut officio fungerentur, & ſicut cœleſtes illi cœlum regunt,atque circa eos rapitur,ita cardinalibus ſummo Rom. pontifici adhærentibus laborum, ac negociorum Roma.ſedis,& totius eccleſię pondus incumbit,quorum humeris,ita eorum officio exigente uniuerſæ eccleſiæ ſtatus nititur.not. glo.in cap.ſecundo.de offic.Archipresb.facit.cap.in nomine domini 23.diſtinct.cap.fundamenta de electio.cap.fœlicis. §. pro hoc quoque. de pœnis. 6 Ideo autem dicuntur cardinales,quia conſilio,& prudentia ipſorum adhęrentium Chriſti uicario,agitur uniuerſa eccleſia, ſic intelligenda eſt 24.diſt. cap.præſbiteri.71.diſtin.cap.firmitatem. dicuntur etiam proprie Rom. eccleſiæ filii,quoniam inde manat ipſorum dignitas, in eademq; poſt papam principes exiſtunt,ad eam augēdam atque ornandam 6.quæſtio.prima capitu paſtolaris.21. quæſt.1.cap.relatio no.Io.Mo.in cap. ubi maius. & c. fundamenta.de elect. in 6.Hoſtien.& Ioan.And.in c.Miniſterium in gl.ord in ver.Car.de off.Archip.Romanę eccleſiæ.Apoſtolicæ quæ ſedis ſtatus,cardinalium auctoritas& officium declaratur chriſtianis omnibus.ex ipſorum cardinalium ſolemni,atque communi nomine.Omnes.n. vno nomine cardinales nuncupantur,quia una, & continuo deſeruire debent Roma.pontifici,& Apoſtolicæ ſedi pręſto eſſe, principi eccleſiarum omnium totius orbis,22.diſt.cap.ſacroſancta,9.q. 3.cap.ſola.& cap. cuncta.per mundum & cap. per principalem.1 1.diſtin. cap.quis neſciat.atque hoc modo cardinalib. nomen inditum eſt a ſancta ſede Apoſtolorum,eui vt adhęreant perpetuo, ac deſeruiant ipſa officii dignitas flagitat, not.20.diſtin. cap cleros. 26.quæſt.prima cap. ſi cupis. & tantum licet proprie Roma.eccleſiæ habere cardinales, quatenus ipſa Rom eccleſia,& ſedes eſt in Chriſto ſummo omniū pōtifice. Cōſtat enim perſonam ad ſummum ſacerdotium aſſumptam,non locum aut Rom.vrbem electam efficere ſedem pontificis.notat Compoſtel.de conſtitutionibus c.cum acceſſiſſent . quadrageſima diſtinctione. capitulo multi . notum uero eſt, epiſcopum eſſe in eccleſia, quo ad adminiſtrarionē illius.ipſa autem in epiſcopo,quo ad obedientiam, & ſubiectionem pertinet.8.quæſt.1.c.ſcire.debes, Vbicunq; igitur propria Pontificis perſona adeſt,ibi eſt Rom.ſedes, & eccleſia in perſona Diui Petri apoſtolorum principis inſtituta per Chriſtum.ut Matth.26.tu es Petrus,& ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meam & portæ inferni non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cęlorum . 24.q.1.cap.1.cap.quodcunque.cap.quoniam vetus cap.ad Romam ſecunda quæſt.6.de appell.cap.cum ſit Romana in capit. præſenti de præben. libro ſexto. Huic Almę matri eccleſiæ, quæ Thronus Dei,& cęlum appellatur in terris cardinales pro Cardinibus deſeruiunt. not. in c.fundam. de ele.in 6. dignitas autem hæc cardinalium,& nomina, apud Chriſtianos vbique ſunt comprobata propria.& communi obſeruatione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Cardinalium itaque dignitatem præſtantia plenam eſſe, & inter omnes conſpicuam patet in eadem eccleſia. 22.diſt.c.ſacroſancta.9.quæſt.3.c.ſola, dominoque diſponente omnium aliarum matre. & magiſtra.cap.2.de ſum. trinit.in fi.24 q.prima, hæc eſt fides, & c. quoniam.25.quæſt.1. in epiſtola inter claras. C.de ſum. trin. Pet.a monte in monarchia concil.quæſt.prima.num.10.Antiquitus autem principes ſacerdotes Chriſti fidem ſequētes communi nomine Cardinales appellabātur.id eſt,præcipui quemadmodum in eccleſia Metropoli Rauennate, & dom. Iacobi in Compoſtella, adhuc ex priuilegio ſpeciali mos uiget.cap.paſtorali.7.quęſt.1.cap.relatio,21.q.1.24,diſtinct. ca. presbiteri.cap.fraternitatem.61.diſt.not.compoſt.cap. cum acceſſiſſent.de conſtitutione.

De Triplici Ordine, Hierarchico DD. Cardinalium. Cap. IIII.

Referunt Martinus Pollonus, & Bernardus Gui.in principio ſuorū librorum, quos de Rom.pontificibus conſcripſerunt quod ſicut auctor humani generis ſummus ſacerdos, & pontifex in cœleſti eccl. tres angelorum ſummos ordines conſtituit, qui ſibi obſequerentur, ita eiuſdem conſilio factum,ut apud homines in militanti eccleſia,ad cęleſtis illius Hieroſolymę quæ mater noſtra eſt exemplum circa Romanum pontificē Chriſti uicem in terris gerentem eſſent tria cardinalium genera,quæ illi adhærerent,quidam igitur ſunt Cardinales epiſcopi,alii Cardinales prę;biteri,alii cardinales diaconi,atq; hoc ordine circa pontificem ſedent, ut primas teneant epiſcopi, ſecūdas presbyteri, tertias diaconi. Nam in primo gradu Chriſtus cōſtitui uoluit certarum eccleſiarum epiſcopos quorum ordo dignitate excellit. Manifeſtat. enim epiſcoporum ſtatus inter cæteros, diuinas uirtutes , & tanquam Deo proximior dignitatum omniū præſtātior, lex etiam diuina, abſtruſiora religionis noſtræ miſteria epiſcopo tribuit , quæ proprie eidem conueniunt, quemadmodum inquit Dionyſius Areopa.libro de eccleſiaſtica Hierarch.ca.quarto.Quo uero ad numerum attinet, cardinales epiſcopos,ut pollono placet in principio ſuorum annalium in fœſtis maioribus Rom.pontificis primi aſſeſſores ſunt.& in ſacris peragend is ipſius uicem gerunt Metropolitani.23. diſtin.cap. In nomine domini. vt epiſcopi Pontificis uicem gerentes,tā in eccleſia Lateranenſi,quam alibi, debeant ſtatis diebus anni corā pontifice ſolemnia ſacra peragere, Cęterum inter alios cardinales epiſcopos, Hoſtienſis epiſcopus certas habet pręrogatiuas,atque egregias,dedicat enim ipſe pōtificem, Imperatorem inungit, primus a pontifice ſedet in conciliis.not.archi. diſtin.23.cap.antiqua.de priuil.ex inſtitutione primaria cardinales epiſcopi ſeptem tantū ſunt. Primus Hoſtienſis,qui ꝓpter pontificis dicationem inter Cardinales , quo ad ſuam primariam eccleſiam dignior eſt, itaque digniori pallio etiā vtitur, alii ſunt Portuenſis,S.Ruffinæ, Sabinenſis, Præneſtinus, Albanenſis, & Tuſculan.vt Guidoni, & Pollono placet ibidem, & Hoſtien.in c. examinata de confir.vtil.& inutil. hos etiam referrenti. ſecundum tenent locum in hoc ſacro collegio Presbyteri cardinales; Sunt enim Presbyteri,vt illa agant quæ ſacerdotum ordo efflagitet, vt teſtatur Dionyſius de eccleſiaſtica Hierar.c.5. cardinales Presbyteri quoque,vt præcipui coadiutores,pontifici aſsiſtunt in cunctis ſpectantibus ad eccleſiam Apoſtolorum, ipſi etiam ꝓpter gradus dignitatem in communi ordine Apoſtolorum continentur. Ita quod tā epiſcopi,quam Presbyteri cardinales, primi Duces ſunt totius eccleſiæ, ſicut Apoſtoli fuerūt Spiritu ſancto accepto a Deo optimo maximo, hinc amare, illos decet religioſos omnes, & erga Chriſtum fideles, clientes ſuos, ac minores, illa denique agant quæ ſacraſanctę conſtitutiones iubent, Apoſtolos imitentur exemplis, actionib. rectis ſolidiſque doctrinis, quorū officio ī eccleſia re ipſa funguntur.Sūt.n. ipſi eccleſiaſticæ hierarchiæ, quas a Deo accepimus, ut placet Dionyſio de eccleſiaſtica hierar.c.5.in fine.Presbyteri autem card.initio ſuæ inſtitutionis eccleſiarum vrbis Romæ in

certos habuere titulos, & per numerum ſeptemnarium diuiſi in quatuor principes eccleſias dicati fuerunt. Atque ex his ſeptem coram pontifice celebrare debent, eidemq; in ſacra diui Petri ędę primaria de ſeruire, hi ſunt D. Mariæ Tranſtiberim, diui Criſogoni, diuę Cecilię, diuæ Anaſtaſię, diui Laurentii in Damaſo, diui Marci, diui Martini, in montibus Alii uero ſeptem, quos pontifici miniſtrare, coramque eo celebrare debere diximus in diui pauli eccleſia, hi ſunt diuæ Sabinæ, diuæ Priſcæ, diuę Balbinę, DD. Nerei & Archilei, diui Marceli, diui Xiſti, diuæ Suſannę. alii ſeptem, qui etiam ſeruiunt pontifici ex antiquo ritu, coramque eo in eccleſia Patriarchali, diuæ Mariæ maioris celebrant, ſic enim appellant, hi ſunt diui Cyriaci in Termis, diui Euſebii, diuæ Potentianæ, diui Clementis, diui Marcellini, diui Petri, Baſilice 12. Apoſtolorum. ſeptem alij, qui coram eo ſacra faciunt in eccleſia principali diui Laurentij extra muros, ſunt diui Praxedis, diui Petri in Vinculis, diui Laurentii in Lucina, Sanctę Crucis in Hieruſalem, diui Stephani in monte Cœlio. DD. Ioan. & Pauli. DD, Quatuor coronatorum, quos omnes ſerie longa ſuis annalibus Bernardus, Guido, & Pollonus recenſent, ubi etiam dicunt quod quilibet presbiterorum cardinalium in ſacris peragēdis, & diuinis laudibus ſuam habet hebdomadam, in qua ſummo pontifici aſſiſteret, ut in rebus, q̄ ad ſpiritum pertinent deſeruirēt pro uirib. S. R. eccleſię, noſtris uero temporibus cardinales presbiteri in quotidianis ſacris, non deſeruiunt, ſed in maioribus tantum, & iis, quę a pontifice, tam pro uiuis, quam pro defunctis ſolemniter fiūt ordine, ſibi ipſis munus hoc inuicem deferentes, interdum commutant pro uoluntate ſummi pontificis, aliquando in ſequentem reiiciunt, ad Dei præpotentis gloriam, & Sanctę Romanæ eccleſię decus, utilitatem, maieſtatem, atque etiā amplitudinem. nunc de cardinalibus Diaconis agamus, qui tertium tenent locum in collegio cardinalium, ut continue præſto ſint ſummo pontifici, digniſque, ac neceſſariis muneribus uniuerſæ Dei eccleſiæ, & S. ſedi apoſtolorum uigilāter aſſiſtant, ut Dioniſio placet de eccleſiaſtica Hierarchia. c. 7. ante finem. Nam hic ordo in eccleſia, quam militantem vocamus, mundat, ſurſum agit purgatos ad manifeſtas Diuorū ſanctificationes, ad purgandum, & inflammandum ipſa re, & uerbo imbecilliores, ideo Cardin. eluceant mundis, eoſque exortentur ad illa omnia, quę abſoluta chriſtiana uita requirit, fidem, religionem, obedientiam rectam, & honorē quieti ſtatus, rectęque adminiſtrationis, in his quę ſpiritum reſpiciunt, aut perſonam Rom. pontificis, auctoritatem, ac locum habent in eccleſia Romana, ad arguēdos impuros, & rebelles, ut adminiſtrent etiam perſona ſua, atque interſint rebus agendis, ut factum eſt antiquitus in eccleſia poſt ſubſortitionem ſeptuaginta duorum diſcipulorum Chriſto auctore, ut deſeruirent ſacro apoſtolorum collegio, elegerunt ſeptem Diaconos Leuitas, quorum primus fuit D. Stephanus. 21. diſtin. cap. cleros in fine. Hi quidem poſt Petri diſceſſum, aliorumque apoſtolorum tenuerunt tertium gradum, & locum in apoſtolica ſede ad gerendam uniuerſam Dei eccleſiam, ſummo pontifici adhærendo, morem in prima eccleſia inſtitutum ſequentes. in hoc ſacro collegio tempore D. Sixti, claruit Laurentius Leuita martyr inſignis præclaris operibus, & miraculis, Cæcis enim crucis ſigno uiſum reſtituit. theſauros eccleſiæ in pauperes erogauit. cardinales autem diaconi, ut ad eos redeamus in numero cardinalium exiſtunt ſecundum illa, quæ tradit Pollonus, Bernardusque in præcitatis locis, Citat locum Guliel. durans. lib. de modo gener. concil. ſub Rub. de exceſſu cardinal. & curialium contra prælatos in prima. par. colum. 1. hi intereſſe debent negociis Rom. pontif. atque eccleſiæ uniuerſæ, & perſona ipſa ei deſeruire, etenim ad illos pertinet ipſum ſacris veſtibus inducere, in ſancta ſanctorum, ut appellant ducere, Dyadema ſacro capiti imponere, & amouere, cum ſacra peraguntur, rurſus eidem miniſtrant etiam, cum in ſede pontificia reſidet, tam ex officio ſtatus Hierar. quam ex obſeruata conſuetudine apoſtolorum, & ſanctorum uirorum eis ſuccedentium, qui iam inde ab initio eccleſię in ſacro collegio, & in Rom. eccleſia fuerint, habentes eandem maieſtatem, quam cardi. presbiteri, & epiſcopi, ac in cūctis dignitatibus eccleſiæ pręferuntur, ita ut in Eccleſia Rom. poſt cardinales Epiſcopos, & presbiteros, primi ſint in tota eccleſiaſtica Hierarchia Diaconi cardinales, ad abſtruſiora miſteria, & apoſtolica electi, ut eo loci Guidoni, & Pollono placet. Ex primaria autem inſtitutione Romæ, ſunt huius generis cardinalium tituli ſexdecim, S. Mariæ in Dominica, & hic olim erat archidiaconus aliorum. D. Lucię, D. Maricon, DD. Coſmę, & Damiani, D Adriani, D. Mariæ in Scola Gręca, D. Mariæ in Porticu, D. Nicolai in carcere Tuſculano. D. Gregorii palatii, D. Angeli. D. Euſtachii, D. Marię ī Aquaria, D. Marię, ī via lata, D. Agathę, D. Luciæ in capite ſuburræ, & D. Quiriaci, Nūcupantur etiam noſtris temporibus Cardinales Diaconi aliis titulis, præter ſupradictos, qui ſunt. D. Mariæ in Coſmedim D. Theodori, D. Mariæ nouæ, D. Lucię inter imagines, DD. Sergii, & Bacchi. D. Viti in Macello. D. Georgii ad uelum aureum, D. Mariæ in via noua, qui omnes hodie Diaconorū habitu, in quibuſdam ſolemnibus cum diademate ſummo pontifici miniſtrant, & ſolemniori apparatu dum ſacra a pōtifice fiunt Chriſti Euangelium modulantur.

De propriis Inſignibus DD. Cardinalium. Cap. V.

Romanæ eccleſię cardinales quędam habēt inſignia honoris, & præſtātiæ, ſtatui eorum proprie attributa, quæ tam in rebus, quæ ad corpus pertinent, quam in iis quæ ad ſpiritum, oſtendunt auctoritatem, & prærogatiuam, quam habent diuino, & humano iure apud omnes homines, qui Chriſti fidem acceperint, aut ditionis eccleſiæ ſint, aut cæterorū principum, ex his autem quædam ſunt omnibus communia, quędam cuique propria, ſed de communibus primum uideamus. Communia inſigna cardinaliū, tum epiſcoporum, quam presbiterorum, aut Diaconorum, cū ſacra peraguntur, pontificia ſunt cuiuſmodi diadema, anulus, caſula. ſimilibus. enim ipſe pontifex utitur, iiſdemque coram pontifice induti ſunt, in Conciliis etiam uniuerſalibus, & cum ſacra ſolemnia fiunt, abſente etiam paſtore ſummo, vbicunque uoluerint, atque vt conſueuerunt utantur licet, illi in quam, qui primi ſunt poſt Ro. pontificem in ſtatu communi. & proprio loco apoſtolorum, & Senatores totius orbis clariſſimi, Senatum Romanū in ſuo ordine retinentes, Conſtantini imperato. munere eximio. 93. diſtinct. cap. nonnulli, & ibi glo. ornamentis igitur de quibus diximus utuntur in ſacris ſolemnibus, & ſeſſionibus, ut appellant, pontificiis, atque ſynodalibus eccleſſæ cardinales omnes, ratione habita dignitatis, perſonæ, atque ſtatus illorum, cum ſint in eam gratiam electi, & ab omnibus Chriſtianis accepti, ut continue adhæreant ſummo pontifici, poſt quem ſtatim conſtituti ſunt maiores paſtores in uniuerſa eccleſia, ad inſtitutionem omnium fidelium, totiuſque eccleſiæ, obtinentes prærogatiuam honoris in eccleſia Romana, ubi titulos proprios acceperunt, & unum corpus effecti ſunt myſticum, unum collegium ſacroſanctum cū ſummo pontifice conſtituūt, atque ampliſſimū illud, ac ſanctiſſimum cœtum apoſtolorum in ſe retinent, qui poſt Chriſti Seruatoris ad cœlos aſcenſum, ipſo iubente, ſancto ſpiritu inflammante, idem collegium ſacroſanctum ad regendā militantem eccleſiam uniuerſamque religionem Chriſtianam pro ſe, ac ſuis in honeſtimo illo gradu ſtatuerunt Apoſtoli 20. diſtinct. cap. ita dominus 21. diſtinct. cap. in nouo. de elec. cap. ubi maius. cap. fundamenta. de pœnis. cap. fœlicis. in 6 Hoſtienſis & Ioan. And. in cap. ad liberandum. de iud. cap. antiqua. de priuileg. cap. cum ex eo. de pœnit. & remiſſ. Status cardinalium ſanctæ Romanę eccleſiæ præſtantia, ut inquit cardinalis Cameracen. lib. de eccleſ. pote, par. prima. capit. 3. in hoc conſiſtit, quemadmodum ipſi dum eliguntur ex charitate ſe obligant, ut cum capite ſuo Rom. pontifice, certo Chriſti vicario, cuius pars corporis myſtici ſunt, cumq; eo unum corpus efficiunt, collegium, ſeu ſenatum ſacroſanctum ad amplificationem, atque cuſtodiam uniuerſæ Chriſtianæ religionis, ut Chriſti fidem, & Chriſtianos omnes cōmuniter priuateque totis, ut aiunt, uiribus defendant, ſanguinem me hercule ſi opus ſit, pro illis effundant neceſſe eſt atque in hac ſententia conſtantiſſime permanere debent. Cuius rei ſignum eſt, ut uult Cameracen. ibidem, quod ſoli cardinales cū pontifice ſummo, purpureis galeris utuntur, propter Cardinalatus præſtantiam, & uirtutis gradus efficaciam, in S. Rom. Eccleſia, matre omnium Chriſti fidelium, propter gradus dignitatem, ad quem aſſumuntur a Rom. Pont. cum cardinales creantur, cum ſtatus vere perfectus in eccleſia ſit paſtoris ſummi, aut Cardinalis, propterea etiam veſtibus aptiſſimis vtuntur ad dignitatem cardinalatus declarandam, Sunt enim cardinalium veſtes, Rocchettos vocant & pallia inſigniora pontiſicia, aperta, pellibus maximi pretii intus compoſita, cum eſt hyēps, æſtate vero ſerica, ex purpura, pileus eſt, quo equis vehuntur, denique vt vno verbo rem abſoluamus, ſunt veſtes cardinalum confectæ, ad ſimilitudinem pontificiarum, cum quibus more Romano induuntur, vt ſublimis gradus in eccleſia requirit, & pontificia dignitas. Veſte igitur linea ſuperinduuntur Cardinales, niſi ſint monachi, vel religionis alterius, quam regulariū canonicorum. Nam ſi ſint regulares canonici induuntur huiuſcemodi ueſtibus ad declarandam honeſtam conſuetudinem, vitæque integritatem. Candor enim veſtium puram vitam, atque innocentiam denotat. tex. in cap. poſt baptiſmum. de conſec. diſtinct. 4. Lineum ſuperindumentum igitur integri

tatem vitæ, munditiem, pietatem, illoſque carni, & vitiis mortuos eſſe, qui talibus amiciuntur ſignificat. Pallia autem aperta ſuperne, & circumtexta, denotant uirtutes morales, quæ Chriſto auſpice in eccleſia fulgent, uidelicet, ſpem, fidem, charitatem erga Chriſti fideles omnes, quæ pauperib. conſulit, atque afflictis tanquam clementiſſima mater. c. clerici in §. fin. cum ibi not. de ui. & ho. cle. De pileis modo purpureis agamus, cum oblongis illis ſericis redimiculis, nodis, ac bracteis purpurę infectis, quæ a Pontifice dantur pro vſitatis, atque ſpecialibus inſignibus, quod forma, & color oſtēdūt, forma enim rotunda eſt, ad medium vacua, adeo, vt capiti aptari poſſit, quo quidem galero, diadema, beatæ vitæ ſignificatur, quod eiſdem cardinalibus inuocatione, atque officio ſuo, uere dum uiuunt manentibus a Deo largitore bonorum omnium repoſitum eſt in cœlis. Iidem pilei intus foriſque fulgentes purpura, oſtendunt eoſdem cardinales propter excellentiam ſtatus in quo verſantur, teneri corā Deo conſtanter ſanguinem effundere, & vitam pro fide Chriſti, atque honore eccleſiæ, cuius ampliſimum ius, libertatemq; tueri debent, proque augendo chriſtiano nomine, id enim ſanguinis ille color ſignificat, vt D. Iſidorum reſcripſiſſe refert Gratianus. in cap. finem. uigeſimaprima quæſtio. 5. Lud. Rom. qui hæc diſſerit in quodam ſermone ſuo in verſiculo vos eſtis lux mundi, adhibent etiam pannū in palliis ſuis purpureis, vt argumentum ſit honeſtiſſimi illorum nominis, & virtutum, quas habent. Vtuntur præterea pannis laneis maximi precii, ut communis vſus, & aliquando ſericis, ad hoc vt oſtendant ſe præcęteris excellere, non autem ad pompā hoc facere debent corporis, aut ſuperbię cauſa, ſed ad extollendam gloriam Rom. eccleſiæ, acceſſionem, atque honorem eius, quæ mater eſt omnium chriſtianorum, cui ſummus pontifex præeſt, eique deſeruiunt cardinales. capit. vbi maius. cap. fundamenta, de elect. cap. vt apoſtolicę. vbi Ioan. de Ana. in gl. in ver. dignitatū. de pri. li. 6. Gemmas aut ferūt in digitis anulis aureis alligatas, triplici de cauſa, primum, ut oſtendant ſe Rom. eccleſiæ ſpeciales filios eſſe, quæ caput eſt omnium eccleſiarum, plenam libertatis, & honoris pręrogatiuam habens. c. fœlicis, de pœn. li. 6. Liberos itaque ſuos dignitate præditos in gremio habet cardinales, plenos nobilitate morum, generis, & dignitate præpollentes. vt not. de teſti. c. licet de præben. c. dilecto, & c. vbi maius de elect. in 6. c. ne Romani eo. ti. Secundo, ut oſtenſtant ſe fratres eſſe, atq; adiutores ſummi pontificis (& vt appellant) collaterales domeſtici Palatini ſacri Palatij. iuxta no. c. antiqua de priuileg. ca. quam graui de crimi. falſi. Tertio anulum ferunt ratione magnæ dignitatis, & amplitudinis, quam habent poſt Rom. pont. in Eccleſia Chriſti, ſunt. n. primi ſponſi ipſius poſt papā, qui vniuerſalis Petri eſt ſucceſſor, In eccleſia Ro. inſtituti, c. vbi maius. c. fundamenta de elect. li. 6. & deferentes anulos huiuſmodi, ſciant ſe pro illa dignitate Ro. pon. animo, atque operatione coniunctos eſſe debere ad bene gerendam vniuerſam eccleſiam, & cuncta ardua diligenter, ac ſumma fide agenda, ſiue ad ſpiritum, ſiue ad corpus pertineant, proq; ijs, res probrias ponere debet, conſulere omnibus, & ex vtilitate illa adminiſtrare. c. vbi maius de elec. c. fęlicis pe pœn. li. 6. notat. Hoſtien. cap. clericis de vita et honeſt. cle. in capi. fęminæ. 30. q 6. Et cum in S. Ro. Eccleſia participes ſint ſummi Sacerdotij, & pro eo in quo ſunt ſtatu, qui refert ſacrum Apoſtolorum cœtum cum Petro, & communionem corporis myſtici illius ſacri cętus, cuius iidem cardinales ſunt pars. vt notat glo. in cap. excommunicatis, de off. leg. Rurſus Conſtantinus Imperator conceſſit etiam cardinalibus, vt habenis aureatis, & faleris circa equos vterentur. 93. diſt. cap. nonnulli, ibi gl. prima, lib. de conſec. in tit. de Cat. & patriar. f. 34. colum. prima, lit. d. in ver. item car. ibi habēt ornatum equorum & veſtes precioſas ſicut imp. allegat re. in cap. Conſtan. 96. diſtinc. eo loci. fo 39. Illis præterea calcaribus aureis licet vti, in palliis etiam ex purpura nemo adhibere aurum vetat, nulla ratione habita Cardinalium perſonæ, fuerint ēt monachi, uel religioſi, dum ultra mare in legatione uerſantur, citra mare autem exiſtentes habitum non mutant, ſed aliis de quibus ſupra, & infra dicemus utuntur. Sic intelligitur capi. antiqua de priuile. cum ibi notat. Curent præterea noſtris temporibus, cum ad ædes pontificias proficiſcuntur, ſiue equeſtres, ſiue pedeſtres eant, deferri ante ſe corycium, in quo veſtes alias habent, quibus indui poſſint, uel propter pluuias, calores, uel alia de cauſa, neq; hic mos antiquus eſt, ſed patrum memoria in Rom. aula illatus, cardinales omnes etiam præmittunt in itineribus ſuis apparitorem unum, cū claua argentea, ad inſtar regum, quod quidem tantum licet cardinalib. legatis, ut appellant, ex latere, uetuſto more, iuxta legem obſeruare, ff. de iuriſdict. omnium iudicum. not. in l. qui contemplatione, C. de com. re milit. lib. 12. 96. diſtinct. cap. cum ad uerum. 16. q. 6, cap. cum conſuetudo ſpecu. tit. de legatis. §. nunc oſtendendum, Hoſtien. in ſum. eodem. tit. § quot ſunt ſpecies. Concedunt Cardinales uenias, ſeu malumus, indulgentias, epiſcoporum omnes, maiores etiam, aſſignant. enim ultra formam, dies centum c. cum ex eo. de pœ. & remiſ. propria uero inſignia peculiaria ſingulorum trium ordinum, de quibus diximus egregia ſunt, ſed imprimis illa pręclara, quæ cardinalium epiſcoporum ſunt quoniam Metropolitani auctoritatem pontificiam habent in interregno pontificis & in noua eius electione, dedicationeque, Iure ꝓprio auctoritatem exercent, ut expreſſe notatur. In cap. in nomine domini. 23. diſtinct. Atque epiſcopi cardinales omnes pallium gerunt ut ſupra diximus, not. Hoſtienſ. in cap. antiqua. de priuil. & proculdubio primas obtinent honoris, excellentiæ. & dignitatis in ſacro collegio, cardinales uero presbiteri etiam utuntur pontificiis ornamentis, in diuinis peragendis, initiant ſacris, benedicunt de more, ſicut epiſcopi ſolent, cap. 1. de ſupplen. negli. præl. & ibi Hoſtienſ. diaconi autem cardinales licet ſacra non faciant, nec benedicant, cętera tamen inſignia pontificia, & dignitates aliorū cardinalium in tertio ſuo ordine habent nam utuntur diedemate, dalmaticis etiam aliquando. & a ſummo pontifice pallia recipiunt. ſuntque una cum cęteris cardinalibus unum corpus cum D. Petro. Itaque auctoritate pontificis a nouis Patriarchis, & epiſcopis ſolemnia exigunt iuramenta. in ca. ad honorem de uſu. pal. Cum autem ſummus pontifex publice, per ciuitates, & loca iter facit, ubi populus turbaque confluit ſæpius, diaconi etiam cardinales cum baculis gratia arcendi concurſum, & præparandæ uiæ, qua pontifex tranſire poſſit in quacunque ditione fuerint, plenam habent auctoritatem animaduerſionis etiam, ſummumque ius exercēt D. Protomartyris Stephani, atque aliorum diaconorum, qui ab apoſtolis electi fuerunt, ut Chriſti fidelib. miniſtrarent, vt cap. 7. actorum legitur. atque hoc officio funguntur diaconi cardinales ubique Chriſtianorum.

De Amplitudine dignitatis cardinalatus. poſt ſummum pontificem in ſancta Romana eccleſia. Cap. VI.

In ſancta Dei Eccleſia catholica poſt pontificem primum obtinent gradum honoris Cardinales. etenim Chriſti vicem gerēti apud omnes in functione ſummi ſacerdotii continue aſſiſtunt, adiutoreſq; ſunt in rebus gerendis, principes conſiliarii, & Romanę eccleſiæ in omnibus negociis maioribus præſto eſſe debent, ſicut fuerunt apoſtoli D. Petro, cum eſſent unū corpus cum eo, ideoque una fuerunt poſt Chriſti aſcenſum ad cœlos, uſque ad ſpiritum ſanctum, in quo ſtatu conſtat ipſos ſolos in uniuerſa eccleſia cardinales electos fuiſſe diuino conſilio, in ipſis eccleſię primæ initiis. Vnde non immerito Hoſti. & Cardi. & Ioan. And. dixerunt, in cap. dilectus in cap. 1. de præbend. nullam dignitatem, poſt pōtificiam, maiorem cardinalatus exiſtere, quoniam ipſi cardinales cum Roma. pontifice orbem terrarum diiudicant. Textus in ca. per uenerabilem. §. rationibus qui fil. ſint legit. & propterea ab eo fratres vocantur in eorum collegio, & ex maxima conſuetudine eorum rerūq; incidentium cōione cum pontifice pars corporis ipſius ſunt, tum propter ſtatum apoſtolorum, tum etiam propter cōſuetudinem uitæ, quam cum ipſo habent in adminiſtranda uniuerſa eccleſia. itaque quoniam participes ſunt prærogatiuæ ac dignitatis pontificiæ, & ſtatus apoſtolorum merito in uniuerſo orbe excellunt, præſtantque dignitate patriarchis, Archiepiſcopis, epiſcopis, atque omnibus cuiuſcunque generis ſacerdotibus. cap. fundamenta. de elect. cap. ubi maius. eod. titu. in 6 & ibi Archid. & Ioan. mod. in cap. pro humani. de homi. lib. 6 Hoſtien in, cap. cum ex eo. de pœni. & remiſ. Quę quidem omnia, tam ueteri teſtamento, quam Chriſti Euāgelio comprobari poſſunt. diuinitus inſtituta fuiſſe, atque pęr ueterem Chriſtianorum conſuetudinem. Nam in lege ueteri, qui apud ſummum ſacerdotem eſſent pro munere ſuo, in adminiſtrando ſummo ſacerdotio cardinales iam tum fuerunt, licet aliis diuerſiſque nominibus appellarentur. Ecce enim in antiquis Hebræorum ritibus, Leuitici ſacerdotes nuncupantur, ad quos expreſſa Dei inſtitutione, omnes ex fide uiuentes populos Iſraelis confugere oportebat, ſi quod difficile, aut ambiguum illis accidiſſet, Vt Deuteronom. 17. ca. translato poſtmodum a iudæis ad gentes ſacerdotio, Chriſti eccleſia illos cardinales uocare cœpit, qui ſummo pontifici adiutores eſſent, cum his ſumma auctoritate omnibus præpoſitus ſit Vt Matth. 16. in perſona Petri cui dictum eſt. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum &c. is eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, iudex uiuorum, & mortuorum conſtitutus a Deo, ut expreſſe, decidit Innocent. papa. in cap. per uenerabilem, qui fil. ſint legit. Vocantur etiam cardinales in prima eccleſia anteceſſores,

res, cum apoſtoli eſſent, teſte Paulo. Ad Galat. 1. ca. poſt miſſionem denique apoſtolorum ac prædicationem gratiæ per Chriſtum, & inchoatam Romanam ſedem in Vrbe, Petrus conſiliarios, atque adiutores ſibi Cletum, & Linum in adminiſtratione ſummi ſacerdotii aſſumpſit. Poſt obitum uero Petri, aliorumque apoſtolorum, & Romanorum pontificū, qui ſanguinem pro Chriſto effuderunt, ceſſante furore perſequutionis Chriſtianorum D. Silueſter pontifex factus maiorum ueſtigiis inhærens, in eccleſia quinquaginta tres uiros inſtituit, quibus cardinalium officia demandauit, conſiliarios appellās, ut una ſecum chriſtianæ conſulerent Reipub. Ita eos in perſona Theodoſii uiri eloquentiſſimi. D. Gregorius appellat. in cap. eccleſiaſticis. 12. quæſt. 2. ita Pelagius in cap. parochia. 16. quæſt. 1. ita etiam fuerunt nominati in canon. edito, in conc. eiuſdem cano. conuenientibus 1. q. 7. Romana paulo poſt eccleſia, ut fidem Chriſti dilataret in eminenti illo ſuo gradu diuinitus conſtituta, coadiutores, atque cooperatores nominauit, ut expreſſe tractatur. in cap. fundamenta de elect. in his uerbis, decet namque ipſi Rom pontifici per fratres ſuos eccleſię Roma. cardinales, qui ſibi coadiutores exiſtunt. Itaque quatuor his temporibus cardinales quatuor nominibus appellati fuerunt. Primo in Hebræorū legibus ſacerdotes Leuitici. in nouo teſtamento anteceſſores Apoſtoli, tertio loco, conſiliarii cardines Pontificis. di. 15. q. 3. §. his ita. ca. ſacroſancta, in epiſtola inter claras C. de ſum tri. & fid. cat. olim inquit in quacunque eccleſia primi ſacerdotes, dicebantur cardinales, ut diſtin. 23. cap. presbiteri. 71. diſt. cap. firmitatem 6 quæſt. prima cap. paſtoralis 12. quæſt. 1. cap. relatio. poſtremo a D. Silueſtro uſque ad hanc ætatem cardinalium nomen ſeruant, illis ab eccleſia inditum, ſicuti diximus propter dignitatem illorum ampliſſimam in uniuerſa eccleſia. cap. licet de elec. cap per uenerabilem. qui fil. ſint leg. huic tam eminenti cardinalium dignitati accedit conſuetudo, longiſſimi temporis in eccleſia, cuius memoria in ɔ̄rium non extat, quod cardinales poſt R. pont. ſemper obtinuerunt & obtinēt in toto orbe primas dignitatis, & honoris. quæ quidem generalis conſuetudo, ſuffragiis omnium cōprobata, non modo legis vim habet, ſed legem uincit, illam ſane quam poſitiui iuris appellamus. cap. quanto de conſue. omnes enim dignitates eccl. ſacri can. ex conſuetudine cenſeri & nominari uolunt, & ex ea plenā ꝓbōnē accipere, ca. quia nonnulli. de cleri. non reſid. conſuetudo igitur eccleſiæ facit quem eſſe, & exiſtimari in maiori dignitate., qui alias. non eſſet, ut not. Innocen. Ioan. And. in cap. de multa de præben. circa finem. Et cum de dignitate maiori, de iure diſputatur, inſpicienda eſt conſuetudo eccleſiæ, ut not. Ioan. And. in cap. deliberatione. de offic. leg. lib. 6. Epiſcopi itaque, Archiepiſcopi, & patriarchæ, licet in eccleſia maiores ſacerdotes exiſtimentur, & ſummi pontificis fratres uocentur, qui ſe ipſum epiſcopum nominat capit. quam grandi de crimin. falſ. epiſcopatus, ſeu pontificię dignitatis ratione, quæ in eccleſia non ſolum dignitas eſſe cenſetur, ſed maxima omniū dignitatum, diſt. 22. cap. in nouo. 22. cap. 1. clementi. ſi quis. §. ne ſuper hoc. de pœnit. in 6. & ut dionyſio Areop. placet. de eccleſiaſtica Hierar. c. 5. epiſcoporum ordo proximior Deo ſit ſummus & poſtremus omnium honorum in eccleſia, quoniam uno hoc ſpeciali ordine ornatus, omnis eccleſiaſticę hierarchiæ perficitur, & quo ad curam ordinis præcipuam, & quo ad chriſtianæ Reipub. adminiſtrationem, circa actiones ſpiritus, & promotiones ad ſacros ordines, atque dedicationes, nec ſit ulla dignitas maior epiſcopi. Vt not. in ca. quotiens 1. q. 8. de priuil. cap. antiqua, & Ioan. And. in prooemi. 6. lib. in uerſic. epiſcopus, Attamen omnes, & quicunque cardinales tam epiſcopi, quam presbiteri, & Diaconi, cunctis epiſcopis, Archiepiſcopis, & patriarchis excellunt, interque omnes omnium dignitates, cardinalatus ſplendor elucet, ratione ſtatus apoſtolorum, quem collegium iſtud honeſtiſſimum refert, in quo quidem ſtatu, ipſi cardinales una cū pontifice reſident, adminiſtrando eccleſiam omnē, ſumma auctoritate & poteſtate. in arduis uero negociis incidentibus nil ſine conſilio, atque conſenſu cardinalium ſummus pontifex agere debet quo felicior, & beatior ſit Chriſtiana Reſp. cap. fundamenta §. decet. de elect. c. ad apoſtolicæ de re iudi. lib. 6. cum ibi not. Archi. & Ioan. And. in cap. legati de offi. legat. præcipua itaque dignitas, poſt pontificem in eccleſia. cardinalium exiſtit. 7. quæſt. 1. Atque hæc dignitas, & auctoritas tributa eſt cardinalibus a Chriſto, ſummo paſtore. Inn. PP. III I. in cap, licet de foro compet. omnemque cœleſtis, & humani iuris imperium, illis creditum eſt. cap. omnis. 22. diſt. Iidem cardinales in eccleſia Roman. conſularem, & Senatoriam dignitatem obtinet, ſuntque primi poſt pontificē conſules, ſenatores, & principes ſeculi. cap. Conſtantinus. 96. diſt. not. Archid. Ioan. Mon. & Ioan. And. in cap. legatos. de officio leg. lib. 6. decet ideo maiori illos auctoritate fungi, q̄ inter chriſtianos maiorem obtinent dignitatem. Præterea Clemens pontifex ſextus, natione Gallus, patria Lemouicē. uulgauit hac de re ſpecialem conſtitutionem expreſſam propria auctoritate, in qua mandat, ne in Chriſti eccleſia ulla maior Cardinalatu dignitas exiſtimetur, not. Ioan. Andr. & Archid. cap. quanquam. 2. q. 7. quam ſententiam D. Auguſtinus confirmat, cum ait. Quanquam ſecundū uocabula, quæ uſus obtinuit epiſcopus ſit maior presbitero, tamen Auguſtinus eſt minor Hieronymo presbitero cardinali. ut ample per Ioannem viguer. lib. Inſtituit. ad Chriſt. Theo. ca. de ſtat. eccle. fol. 224. in fine pag.

De officio Generali DD. Cardinalium. Cap. VII.

Generale officium cardinalium in uniuerſa eccleſia eſt, magna fide, & ſumma conſtantia incumbere in adminiſtrationem Chriſtianę fidei, amplificationem, & pacem ad Dei Optimi Maximi gloriam, pro ueritate, atque iuſtitia, res ſacroſancti ſenatus omnes gerere, ad communem utilitatem eccleſiæ catholicæ, ſacra facere, cōcordiam, atque pacem inter chriſtianos omnes ſeruare, continue ſummo pontifici adhærendo, qui Chriſti uicem in terris gerit, dum in ſede catholica Petri reſidet, de more creatus, cui libere cardinales conſulere debent, cumque admonere de cunctis utilibus, neceſſariiſque negociis Sanctę Rom. eccleſiæ, quantum in ipſis eſt ueritatem inquirendo, iuſtitiam, æquitatemque continue prę oculis habentes, amota adulatione omni, tanquam veri cardines eccleſię Deo accepti. Prętereа ſi pontifici aliqui cardinalium applaudunt, non eſt profecto e dignitate, atque officio eorum, & periuri ſtatim haberi debent. immemoreſque illorum, quæ polliciti ſunt, cum ad tantam dignitatem eliguntur. Iidem. turpiſſime delinquunt, cum animum, aut ſtudium ſuum ad aliud applicant, quam ad ſummi Dei honorem, & Chriſtianæ fidei amplitudinem, fœlicitatem, ac pacem totius eccleſiæ, & neceſſario his vinculis alligantur propter illorum dignitatem, nec ulli parcere debent labori, nihil iactura rerum ęſtimanda eſt, ſed potius diſcrimen ipſum vitæ ſubeundum, ſi aliter commode fieri nequeat, cum diſpendio etiam propriæ ipſorum facultatis. vt 22. diſt. capit. 1. 82. diſt cap. ſi quis, de elect. capit. fund. de officio leg. c. 1. & 2. clementi. ne Romani, cum ibi not de electione. Ex officio cardinalium eſt etiam, honeſtis moribus, & integritate vitę adeo elucere, vt tanquam lumina quædam ſint, & exemplū omnibus præbeant manſuetudinis, bonitatiſque, ſit conſuetudo illorum iucunda, efficiant ut vere cardines appellētur chriſtianæ eccleſiæ, & columnæ illæ pręcipue dignitatis, ſupra montem poſitæ, inceſſus denique, ſtatus, veſtitus talis ſit, vt admoneat chriſtianos homines ad recte agendum. Quid enim pernicioſius? Quid quod magis Deo diſpliceat, quam quos docere debeas, tu ipſe prauo exemplo ad malum allicere? Quanti refert cum dignitate in eccleſia polleant, ſi eidē vitæ præſtantia conuenerit? mirum ſane eſt, q̄ ſi ōium oculi illos, qui pręſunt reſpiciant, ſanctiores cæteris eſſe debent, qui primum honoris locum poſt pontificem obtinent, & veluti Dij quidam venerantur, cum deſeruiant Romanæ eccleſię, quam ſine labe ad hanc vſque diem Chriſtus eius autor ſeruauit. 21. diſt. cap. epiſcopatus. 23. diſtinct. cap. in nomine domini. in gl. ſuper verbo gremio. Nec vlla alia indigent probatione, quam morum, atque virtutis, ideoque in iure ꝓ cardinalibus ſemper pręſumitur, nec quiſquam eorum ad iūdicium, vel teſtimonium facile admittitur, capitulo nouit. cum ibi notatis de appellationibus, per Hoſtienſem, & illorum dictum veritas exiſtimatur, teſtimonium itidem eorum ab omnibus chriſtianis recipitur ut approbatū. cap. ad apoſtolicę. de re iudic. & ibi not. Ioan. Mon. in glo. 1. propterea uerbum cuiuslibet Cardinalis debet eſſe perfectū conſtans, & omni reprenſione carere, plenum prudentia, & charitate erga Deum atque proximos. Nam cum in iudiciis fidem faciat, & ipſi cardinales præ cęteris hominib poſt pontificem a legibus ipſis comprobentur, uidendum eſt, ne hæc illis tributa fides fallat homines in pertractandis eccleſiæ negociis, quæ ad ipſos pertinent. cap. nouit. de appella. ibi Hoſt. cap. quamuis, de officio Arch. de hæret. cap. ſuper eo. Ioann. Mo. de re iudi. cap. ad apoſtolicę lib. 6. Ruſus ipſorum intereſt diſſenſiones, bella, ſimultates, inter homines componere reque ipſa efficere, ut perpetua pace chriſtianus fruatur popolus, quarum rerum ſemper ſummum pontificem cōmonere debent, atque interpellare, ſi quid contra moliatur, nā cum ipſe paſtor Chriſti, fuerit inſtitutus quid aliud eum curare oportet, quam ſanctiſſimum illud pacis nomen, quam Chriſtus nobis relinquit. Legationes itidem, quæ illis a pontifice Chriſtianæ fidei cauſa mandātur, nobiliter obire, & uigilantiſſimos, uniuerſo collegio ſe in illis prębere debent, neq;

labo-

labori, aut ꝓprio ſumptui, aut gloriæ parcẽtes, ut inter Chriſtianos omnes eluceãt, tanquam lumina quædam extinctis cæteris, illorum ſanctitas, atque uita, & ſtatus ille ab omnib. collandetur in uniuerſa eccleſia. cap. 1. & 2. cum ibi. not. ab Arc. & Io. Mona. Io. Anan. de off. leg. li 6. Hoſt. in ſum. eo. tit. no. in c. ubi maius de elec. lib. 6. Neque illa quæ diximus munera ullo modo ſubtrefugere, decet cardinales, aut metu, aut gratia aliqua populari, aut vlla cupiditate adducti quin oĩa e dignitate agant. cap. fundamenta. §. decet de elect. in 6. pro comperto habentes eorũ humeris niti uniuerſam Chriſti rẽpublicã, uerbo Dei præpotentis, qui in ſolio recti iudicii ſedens, cum nox aduenerit, bene, aut malefactorum ſententiam laturus eſt, Tunc enim ratio reddenda erit non modo de rebus, ſed mehercule de uerbo etiam ocioſorum ſimulationes, doli, & negligentia omnis noſtra apparebit, in primis illorum qui aliis exemplo eſſe debent, recte agendi. quare videant cardinales, ad quos hæc ſcribimus, ut ſumma clauiũ poteſtate Rom. pontificis, cuius ipſi conſiliarii ſunt permiſſa, recte utantur. cap. fundamenta. §. decet de elect. lib. 6. cap. ca. ad apoſtolicæ, c. ſi nlam, in fi. 25. q. 2. c. ex ore. de priuil. c. ad ſuſcindendos. de ſciſma. c. fœlicis, de pœn. lib. 6. clem. ne Romani. de ele. clem. paſtoralis, de re iudic. cum ibi. not. Car. Cametac. de eccle. pote. par. 1. pont. vita functo, præcipuum cardinalium officium eſt, ut libera electione, uouum ſufficiant, Chriſto Paſtorem, eccleſiæ Romanæ, atque uniuerſę principem, quod profecto, quo citius, & ſanctius poſſunt curare debent, penitus abhorrentes ab oĩ munerũ corruptela, amore, ſpe, cupiditate, metu aut quauis animi ſolicitudine prorſus exuti, magna humilitate ad id muneris accedentes, quod ſi ſecus fecerint peccatum æterna dignum pœna, atque maledictione diuina admittunt, lnentque facinoris huiꝰ pœnã corpore animoque. 23. diſt. in c. in nomine domini de elect. cap. ubi maius eo. tit. lib. 6. clem. ne Romani. de elect. cum ibi not. in glo. ordin. Innocen. Hoſt. Card. Ioan. And. Ioan. Lign. Archid. Ioan. Monac. & Zenzelinus, & in canon. 79. diſt. per totam e fons. eſt c. Cornelius. 7. q. 1. Ad cardinales etiam pertinet inuaſorem Romanæ ſedis Pſeudopontificẽ conſortio hominum atque conſuetudine priuare, eique qua ſolemnitate licet maledicere. 79. cap. ſi quis cum ibi not. per gl. & Archid. in rolatio. Quoties autem ſtatus eccleſiæ uniuerſus, vel propter obſtinatas hæreſes, uel propter perſonam ad pontificatum euectam perturbatus extiterit. ſeditioneſque & damna impendent, tunc maxime cardinalium, eſt, mente, atque cogitatione totos intentos eſſe, quo pacto grauis hæc oborta procella ſedetur.

De priuilegiis DD. Cardinalium. Cap. VIII.

Multa cardinalium ſunt priuilegia iure cõmuni, & conſuetudine quibus communiter, priuatimque utũtur. primum. eſt quod ubi cardinales electi ſunt, efficiuntur filii Roma. eccleſiæ. ut acto. 1. c. 2. Secundum quod ſummi Rom. pont. fratres ſunt, & in exequutione ſummi ſacerdotii coadiutores eius exiſtũt Tertium, eſt ꝙ cũ eo ſummo paſtore unũ corpus exiſtũt, cuius in adminiſtratione rerum membra ſunt. c. fęlicis. de pę. in 6 Quartũ eſt priuilegiũ, ꝙ ex conſuetudine uitæ inſeparabili, & cõione negotiorum, quę gerũt cum ſummo paſtore ei conſulere debent ꝙ pontifex etiam declarat, eos in ſermone atq; literis fratres appellãs, in ſpẽ inquit, cũ alloquitur Ẽpos cardinales, fratres uocat, preſbiteros uero, & Diaconos cardinales, dilectos filios uidelicet ratione habita S. R. E. quę ſpõſa ſummi paſtoris nuncupatur, nec poteſt, ſane amitioribus nominibus, aut dignioribus illos appellare, c. fundamẽta, §. decet. de elect. de off. leg. c. officii. & ibi Ioan. An. in gl. & in nouel. in uerbo fungentib. poſt Hoſt, c. fęlicis, de pę. lib. 6. c. licet, de reſt. in 6. c. dilecto de preb. quintũ eſt priuilegiũ, ꝙ ipſi cardinales oẽs, & quicũq; partici ſunt hoc eſt cõſiliarii, adiutores & rectores ſummę Reipub. ſocii põtificis, Patres cõſcripti in thyara pontificia. 23. di. c. in nomini. Dñi. 22. di. c. ſacroſancta 96. diſ. c. Cõſtãtinus. cuiuſmodi Romæ ſenatores erãt ante Chriſti aduẽtũ aſcripti in diemate ſacri imperii. §. filius. inſti. quib. mo. ius. pa po. Io. Ao. in no. poſt. Hoſt. in c. officii. §. fi. de off. le. li. 6. ſextũ obtinẽt priuilegiũ multo latius, atq; uberius quo non ſolum in Ro. Eccleſia. ſed in toto orbe terrarũ utuntur. capitulo. officii. §. fin. de offic. lega. lib. 6. duodecim autem capita cõplectitur, quorũ primũ eſt honor, ac dignitas ipſorũ, quæ quinq; habet partes, harum prima ad Deum pertinet quoniam in eccleſia inſtituti ſunt Cardines, vt cardinum officio fungatur, orbemque regant a Chriſto redemptum, doceant homines uerbis, atque exemplis nec huiuſmodi officio defatigentur oportet, ſed ad mortem uſque ſe continue in eo exerceant, propterea enim cardinales nuncupantur, iiſque maiores, quam cæteris omnibus habentur honores (pontifice ſemper excepto.) Secunda, collegium apoſtolorum reſpicit, quo in ſtatu Dei inſtituto, in eccleſia ad eam regendam, atque ornandam ipſi ſuccedunt, qbus concorditer coactis, duce charitate. auſpice amore illo, quo Chriſtus nos fratres proſequi docuit, præclara a Deo optimo maximo munera accipiũt, quibus tanquam igne quodam incenſi elucent, reſque vniuerſas adminiſtrant, quare hæc ẽt non parua cauſa eſt illorum honoris. Tertia cauſa eſt propterea quod ad illam dignitatem ſunt euecti, vt tãquam diligentiſſimi cuſtodes Diui Petri, ac Pauli limina tueantur, atque obſeruent, omnes præterea vicem gerunt Diui Pauli Apoſtoli, eiq; ſucceſſerunt adhærendo ſummo pontifici in adminiſtratione eccleſiarum omnium. quare cum neceſſario debeant pro chriſtianis omnibus in negocio verſari, qd mirum, ſi maiores honores conſequuntur in teſtimoniũ laboris atque officii. Quarta ratio perſonam ſummi pontificis reſpicit, qui vere Chriſtum viuentem, Paſtorem omnium in ſede Petri nobis refert, cui continue ipſi cardinales cõſulunt pro ſalute, ac pace omnium chriſtianorum. Quinta ratio ad vniuerſam ſpectat eccleſiam, in qua cum ſumma dignitate principes exiſtunt, atque omnibus inſignioribus titulis, in diplomatibus (bullas vocant) & literis pontificiis nuncupant, atq; his rationibus Innocent. Pont. IIII. c. officii de off. lega li. 6. Fratres ſuos cardinales, ſicut honoris amplitudine fruunt, ita ſe voluiſſe eos ampliſſima auctoritate fungi teſtatur. Secundum eſt caput illorum honoris, quia dignitatem ſacræ congregationis apoſtolorum in eccleſia retinent. Tertium caput honoris eſt, præſtantior gradus in eccleſia, ut diuerſi Romani pontifices auctoritate ſua ſæpius conſtitutionibus decreuerunt. Quartum quod illis licet maledicere cuilibet ſummum ſacerdotium iniuſte inuadenti, eumq; auctoritate omni exuere. c. ſi quis pecunia 79. diſtin. Quintũ eſt, quod ipſis adminiſtrandæ totius chriſtianæ Reipub. onus incumbit, cum primi in eccleſia ſint poſt pontificem, c. fundamenta de elect. ideo præcipuis honoribus digni ſunt. c. quanto de transla. l. ſemper ff. de iut. immunit. Sextum eſt ſublimitatis. c. de multa, verſ. circa ſubli. depræb. & in extran. execrabilis in uerbo ſublimitatem eod. tit. Septimum præſtantioris creationis, quia ab vno pontifice eliguntur, quæ electio diuinũ opus vocatur. Octauũ caput, quia digniorem neminẽ agnoſcunt præter ipſum põtificem, ſiue res quæ ad ſpiritum, ſiue ad corpus pertineant reſpicias. c. 1. de ſciſm. lib. 6. Nonum eſt caput reſpiciens ſtatum Hierarchicum, quia poſt pontificẽ in eccleſiaſtica Hierarchia primi exiſtunt, ſicuti poſt Deũ ipſum ſunt Cherubini, & Seraphini in cœleſti ordine. cap. ſi. di. 2. de pœn. Decimum caput honoris eſt, propter illorum conſilia primaria, quibus pontifex vtitur. c. fundamenta de elec. & ibi doct. Vndecimum, quoniam in rebus difficillimis ad eorum conſilium ſummus Paſtor confugit. c. per venerabilẽ qui fil. ſint legit. c. 1. de off. lega. in 6. Duodecimum eſt, quoniam ad ſolos cardinales eligere pontificem pertinet, atque ob hanc cauſam maximo honore digni ſunt cenſendi, ſicuti illi præcæteris æſtimantur, qui poteſtatem habent imperatoris eligẽdi. Ioan. Andr in clem. paſtoralis de re iud. clementina ne Romani de electione. Huc etiam pertinet futuri pontificiꝗ ratio quandoquidem cardinales oẽs ad ſummum Sacerdotium idonei exiſtimantur. capitulo oportebat in fine. diſtinctione 79. Septimum Priuilegium cardinalium. eſt, quod Senatores ſunt Clariſſimi, Romaniq; Senatus auctoritatem omnem in ſe retinent. capit. Conſtantinus 96. diſtinctione not. expreſſe Innocen. in capitulo cum re de re iudi. capitulo eccleſia 16. quæſtione prima Octauum eſt, quod ab omni vinculo patriæ poteſtatis cardinales electi, ſtatim liberantur; Inſt. quibus modis ius pa. po. ſol. §. filius. l. fin. C de conſu. libr. 10. Aut. conſti. quæ de digni. § generaliter collat. ſexta not. in gl. conſti. extraua. quæ incipit execrabilis, in verbo ſublimitatis circa fin. Neq; enim eum decet, qui filius Almæ Matris eccleſiæ effectus eſt frater, adiutor, atque cõſiliarius Chriſti vicem in terris gerentis, patriæ adhuc poteſtati ſubiacere, quod ſi Epiſco. dignitas a Patria poteſtate liberat. Auth. ſed hodie. C. de Epiſco. & cleric. quanto magis cardinalem decet omni patriæ poteſtatis vinculis eſſe ſolutũ? cũ ipſa dignitas multo maior ſit patritia, & conſulari, C. de conſu. l. fin. argumentum autem a minori in iure admiſſum eſſe nemo ignorat. capitu. cum in cunctis de ele. auth. multo magis C. ſacroſanct. eccl. Nonum eſt priuilegium, quod verbis cardinalium ſolis fides adhibetur, veluti oraculis viuæ vocis, in iis rebus, quę a pontifice ſe habere dicunt. Decimum eſt, quoniam ipſis tantum pontifex mandat legationes quas a latere appellant, non autem minores. Vndecimum eſt, quod tantum cardinalibus cum legationibus transmare funguntur, põtificus inſignibus vti licet, quę ſunt Crux, Pallium, Purpura, Calcaria ex auro, Linea veſtis, & alia ẽt ſi Monachi, vel cuiuslibet alterius cõgregationis fuerint.

Duodecimum, quod ſoli cardinales quibus legatio eſt demādata, vbi ex æde pontificia ſunt egreſſi, vbique occurrentes excommunicatos manu impoſita abſoluere poſſunt. Tertiū decimum, quod ſoli cardinales, qui legationem obtinēt, vacantes eccleſias, quæ ad pontificem pertinent, quibus viſum fuerit, conferre poſſunt. Quartum decimum, ꝙ domus cardinalis ubicunq; fuerit, immunitate potiī eccleſiæ omneſq; ibi ꝯfugiētes tuti, & & illæſi eſſe debēt, neq; iure vllo extrahi poſsūt, ſicuti neq; ab eccleſia vel domo pōtificis, Imperatoris, Regis, aut epiſcopi alicuius, ꝙ hodie conſuetudo cōis obſeruat a iure ſcripto nil diſcrepans. c. nobiliſſimus. 97. diſtin. c. excōicati de off. lega. c. officii eod. ti, Obtinuit vſus ēt, vt qcunq; cardinalis primatum habeat carcerem ad puniendos domeſticos, ſicuti collegia aliqua inferiora, capita quædam aduerſus epiſcopos ſuos obtinent, atque vtuntur. c. antiqua de prilegiis. Decimumquintum priuilegium eſt, quod ſi quis cardinalem hoſtili animo inſequatur, trigintaſeptem atrocioribus pœnis ſecundum leges plectendus eſt, quas oēs nō patitur qui ſuum epiſcopum iniquo animo fuerit proſequutus. c. excommunicati de officio legat.

De titulis ſingulorum DD. Cardinalium. Cap. IX.

Vetus patrum traditio, Rom. eccleſiæ conſuetudinem præbuit, ſingulos ex cardinalibus propriis titulis, atque nominibus appellare. Itaque quoſdam extra vrbem epiſcopales nuncupauit, reliquos vero tam presbyterorum, quam Diaconorum in Vrbe certis, atque ſingularibus eccleſiis eſſe voluit, ab iiſdemq; cardinales denominari; Neq; pp hanc titulorum nominationē cenſendi ſunt cardinales alio iure eſſe, quā illi, qui incertos habent titulos, ſed oēs ſunt, & nominātur cardinales Romanæ eccleſiæ. c. venerabilis de pbē. no. Io. An. in c. officii in gloſſ. ord. 16. Omnes vero cardinales presbyteri, & Diaconi in ſuis eccleſiis, iiſue, quæ ad illos pertinent in Vrbe, epiſcopi ius habent. l. 1. & l. præſenti. C. de iiſqui ad eccl. c. Id Conſtituimus 17. q. 4. cardinali, quemcunque habeat titulum, ſiue epi, ſiue presbyteri, ſiue Diaconi, oēs, qui Chriſti fidem ſequuntur honorem exhibere debent. c. irrefragabile de offic. ordin. quis enim illos non colat, atque veneretur, qui dies noctſq; chriſtianę Reip. inuigilant cum ſummo pontifice? Quare merito poſt ipſum in honore ſummo eſſe debent. c. Felicis & cle. ſiquis ſuadente de pœn. Nā ſicuti diximus, in eccleſia Romana vicem gerunt Senatus illius, qui toto orbi imperauit, ꝙ voluit D. Hieronymus cum ad Ruſticum monachum ait. Eccleſia habet Senatum, not. hoſt. in ca. ad liberandum de iud. Ioan. An. in clemen. ne Romani in gl. ord in verb. cætum de elect. ꝙ pontificē pudere non oportet, ſi inter cardinales cōnumeretur, quorum ipſe princeps eſt, & tanq̄ imperator in numero Senatorū, ſeipſum cōnumerat. no. Ioan. mona. in c. epiſcopali ſede, de maioritat. & obed. Cuiuſq; rei ſignū eſt, nam in obitu pontificis, Pileus ex purpura in ſepulchro eius pingi ſolet, eo quod cardinalium ſit caput, omnium pater, atque optimus eorum princeps. Igitur cum hbeant ſinguli cardinales in ſuis eccleſiis, & titulis idem ius, quod epiſcopi habent, ibi ordinarii exiſtunt iudices cum mero, & mixto imperio in quibuslibet cauſis, adeo vt cognitio illorum omniū, quibus aliqua dignitas defertur, ad illos pertineat, videlicet ut pſona idonea eligatur, ſiue eccleſiæ curas habeat, ſiue minus, ēt pontifice præſente; eccleſiæ ēt illæ oēs cardinalibus parere debent, atq; honorem debitum exhibere, ad quos ēt pertinet inſtituere eccleſiarum Rectores, ſi q defecerint, integrumq; ipſis eſt omnino de illis diſpōere, corrigere, & inſtaurare, perſonas, locoſq;. animaduertere in quoſcunque delinquentes, ſiue ditionis eccleſiæ fuerint, ſiue alterius principis. Habent enim ſicuti dictum eſt abſolutam iuris dicēdi poteſtatem, ciuilium cōtractuum, actionum, atque obligationū, iura, poſſeſſiones ſuorum titulorum, & cæterorum, quæ ab huiuſmodi eccleſiis pendent, ſacra itidem oīa, quæ ad veros epos ſpectant facere poſſunt presbyteri cardinales. Diaconi autem cardinales, ſi per alium hæc agere voluerint, vtiq; id poſſunt, ſi epiſcopum aliquem ad id muneris deligant, qui ipſorum Vicarij gerat operam, iuxta ea quæ leguntur, & notantur explicite. in c. conquerente de off. or. Et hoc modo accipiendo ſunt quæ not. Io. Mon. in c. 1. de maior & obed. li. 6. Vbi de cardinalibus, & eorum iure, quod habent in Titulis ſuis loquitur. Omnes autē cardinales in ſuis eccleſiis auctoritatē epi habēt, ita ꝙ huiuſmodi titulorū presbyteri, & Clerici in ipſa eccleſia tenent obedire, debitūq; honorē cardinali exhibere cōitiorū tpe conuenire ad conſtitutā eccleſiam, aut colloquij cauſa, aut baptiſmi celebrandi, ſtatis anni temporibus, cardinales vero, aut qui illorū vicem gerunt humaniter illos excipere dēnt. Excōicationes quoq; a cardinale illatas in eccleſiis ſuæ ditionis tueri, atque ſeruare, totis viribus debent, ut expreſſe legitur. in c. iis quæ pro eccleſia. de maior. & obed. ubi no. Innocen. peculiare eſt in quolibet cardinali, ut Clericos quoſcunque, atque ſacerdotes in ſuis eccleſiis ſibi obedire, compellere poſſit, manualeſque operas, ut loquuntur, perſoluere, manus deoſculari ex conſuetudine, quod argumentum honoris eſt. Ceterum nemini mirum eſſe debet ſi cardinales epiſcoporum iura ſuis locis habent in Vrbe, cum ipſi in eccleſia Romana fuerint ex Chriſti inſtitutione Paſtoris ſummi adiutores electi, omnes uero unum corpus effecti, collegium ſacroſanctum conſtituunt ad ſummū bonū chriſtianę Reip. nationū oīum perfugiū, tā in iis, quæ corporisq. in ijs, quę ſpiritus ſunt, curantes publicam ſalutē, atq; pacē. itaq; abſoluta illa poteſtate Petro conceſſa utuntur, quæ per ſucceſſores eius, uſque ad diem iudicii conſtituta in eccleſia ſeruabitur. Ex quibus ratio apparet, quid cauſæ ſit, quod cardinales iura epiſcoporum obtinuerint, ni mirum quoniam poſt ſummum pontificem inter omnes chriſtianos ſunt pontifices maiores, itaque omnia illa facere poſſunt, quæ ueri Epiſcopi. 16. quæſt. 7. cap. omnes Baſilicę. 18. quæſt. 5. c. monaſteria. Amplius etiam quibuſdam ueluti uinculis detinentur, quibus profecto deuinctiſſime Rom. eccleſiæ obſtricti ſunt ita ut nulli alii cæterarum dignitatum homines ipſis præficiantur, & ſane maiores ſunt omnibus, epiſcopis ſingularum eccleſiarum, quemadmodum D. Auguſtinus teſtatur loco a nobis ſuperius citato.

De iis. Quæ DD. Cardinales pontifici maximo, præſtare debent. Cap. X.

Omnes Romanæ eccleſię cardinales a sūmo pontifice tātam dignitatē accipiuntur, quare æquum eſt, ut illi pareant tanquam parēti optimo, cum que ſicuti membra caput obſeruent ac ſummum ei honorem exhibeant, 29. diſt. cap. ſi quis ex epiſcopis de teſtibus. cap. licet, de præben. cap. dilecto. perſonæ itidem propria papæ adhęreant, cui adiutores, atque conſiliarii exiſtunt. itaque in quibuslibet cauſis libere ſuam ſententiā proferant, cupiditatem omnem exuentes, memores ſibi adminiſtrationem chriſtianæ Reipubli. fuiſſe traditam, ut præclaræ ab ipſis geratur, omniq; auctoritate in eccleſia præditi ſunt, Chriſto uidelicet auctore conſtituti principes omnium populorum, ut publicam continuo ſalutem ſpectarent, deque chriſtianis omnibus eſſent ſoliciti. c. bonę in 1. de elect. capit. quinto de officio leg. lib. 6. in ipſis igitur cardinalibus illa poſita ſunt, quæ diximus præclara, gremium eccleſiæ, ſenatus ille, orbis terrarum imperium, montes ſancti, in quibus iuxta illud pſalm. 94. conſiſtunt totius eccleſiæ fundamenta, cardines, ſuper quos Deus optimus Maximus orbem uniuerſum conſtituit, ut in omnib. terris exaudiretur doctrina Chriſti pſalm, 18. huc etiam pertinet. cap. ſacroſancta. 22. diſtinc. 23. cap. In nomine Domini cum gloſ. Archi. in roſario & in c. fundamenta. de ele. in 6. præterea integram fidem præſtare debent iis omnibus, quæ continentur, in capit. de forma 22. quæſt. quinta. & profecto neceſſe eſt, tanquam ſubiecti homines ſuo principi, & paſtori ex officio, & dignitate ipſorū, omnino obſeruent, optimoque animo cum eo, & omnes inter ſe coniunctiſſimi ſint, oportet in adminiſtratione totius Eccleſiæ, uinculo illo indiſſolubili charitatis, atque pacis, neq; ullo modo pontificem debito honore defraudare debent, aut uerbis, aut re ipſa, nec obſtinate, aut proterue ei contradicere, temeritate, aut ſuperbia, neque ęmulatione, aut inuidia alicuius obtrectatoris. Amplius præſtent quomodocunque poſſint auxilium, & operam ſuam. cap. unico. de ſchiſma. li. ſexto cum his quę ibi not. Archid. Ioan. Mona. & Ioan. An. cap. fundamenta. & c. pręſul. prima quæſt. quarta. clare etiā hoc ſtatuit Hoſt. & Ioan. And. In. cap. antiqua. de priuile. Hoſtien. in ſum. in tit. de pęnit. & remiſ. §. cui confiten. Romano pontifici cardinales ea omnia ſeruare debere, quæ ſacræ cōſtitutiones iubent, atque adeo ut maiori nexu teneantur, q̄ quilibet alius cuiſcunque generis, cap. fundamenta. de elec. cap. ad ſuccindendos. de ſciſm. cap. fœlicis. de pœn. in 6. omneſque Romanę Eccleſiæ cardinales in omnibus & per omnia ſummo pontifici pareant, ſiue in foro pœnitentiæ, ſiue in foro iudiciali; ab ipſoque eccleſiæ ſacramenta omnia recipere debent. not. Hoſtien. in ſum. in titu. de pœn. Status itidē omnis cardinalium ab eo pendet, Ancharan. in capi. ubi maius in verbo idoneo de elect. in 6. Cum uero ei deſeruiant, omnes ſanctæ Romanæ eccleſiæ proprii, & peculiares filii efficiūtur, quo ad decus, ac dignitatem ipſius eccleſię in 1. & 2. gradu eccleſiaſticæ Hierarchiæ, Chriſti. n. militiā ſequūtur eique deſeruiunt. 79. c. ſi quis. ex epiſcopis de pœnit. c. fœlicis. §. finali libro ſexto. Curent ante omnia cardinales neceſſario oportet, ſi ſalutem propriam expetunt. atque enitantur pro uiribus. vt Petri ſedes in Romano collocata ſolio,

am-

ampliſſimam illam ſuam libertatem retineat in rebus gerẽdis, nec ulli pareat homini, quæ Chriſti uerbo omnibus fuit prępoſita, c. fundamenta. de elec. Quamobrem, ſi officio ſuo ſatisfacere uoluerint, debent continue pontifici aſſiſtere, cõſulere, opem ferre, affectibus ſpoliari omnibus, ueritatem ſolidam præ oculis habentes, quid bonum, fauſtum, fœlix, fortunatũq; ſit chriſtianę Reip. ſemper inquirere. Neq; abſq; iuſta cauſa debent petere a pontifice, ut ſibi fiat poteſtas diſcedendi, multo minus id facere poſſunt uenia non impetrata. Quoniam oĩa eam gratiam pileo purpureo donantur, ut ſemper coram ſummo paſtore ad commodum, utilitatem, ociũ & pacem uniuerſi orbis inuigilent, tantoque honore uere digni exiſtimẽtur. c. ubi maius, c. fundamenta. de elect. c. 1. & 2. de off. leg. no. ibi Arch. Io. Mo & Io. An. clem. ne Romani de elec. in negociis maioribus conficiendis pontifex conuocare debet cardinales, auditores, & conſiliarios ſuos in ſummo ſacerdotio adminiſtrando, ſacri pontificatus aſſeſſores continuos ſpeciatim, atq; expreſſe ad hoc in eccleſia inſtitutos, ut apud Petri ſucceſſorem reſideant, & hoc pacto intelligenda ſunt quę annot. Io. And. in nouel. recitãdo. Io. Mo. & alios in c. ſuper eec ad hęr. lib. 6 Io. Bacchon. in procemio. ſui operis. de lege. Chriſti euangelica. 1. q. 10. art. 17. ubi inquiunt, ꝙ ſiquis credit pontificem per ſe nõ poſſe illa omnia, quæ una cum cardinalibus poteſt, hæreticus eſt cenſendus. conſueuit porro pontifex cum cardinalibus mature conſilium de rebus capere, lites, & controuerſias dirimere, omniaq. præclariſſime adminiſtrare, atque conuertere ad communne bonum, & ſummam totius eccleſiæ felicitatem, ad extirpãdas hæreſes, ſectas, & diaboli ſuperſtitiones contra Euangelicã ueritatem. auctoritatem omnem pontificiã tueri, quæ quidem cunctas orbis eccleſias complectitur, eorumque caput eſt, & princeps, non ab apoſtolis, aut aliquibus ſanctis uiris, inſtituta, ſed uerbo Dei præpotentis electa, quare nimirum ſi maximo priuilegio eſt adornata. c. omnis. c. S. Romana 22. diſt. Cuius uirtute Chriſtiani omnes cuiuſcũque generis, honoris, aut dignitatis exiſtũt ſummo paſtori parere æquũ eſt, ueluti Chriſto omnium Patri, atque ſeruatori, & ita intelligitur, c. omnes. 22. di. et ſic exponit D. Thomas in libro contra impugnantes religionem. Huc pertinet. 16. di. c. ita dominus diſt. 19. c. in nouo. diſt. 21. c. per principalem. 19. q. c. quanto, de tranſl. c. ad honorem de auth. & uſu. pa. c. maio. de bapti. c. per uenerabilem qui filii ſint legitimi. capitulo pro humani de homic. lib. ſexto.

De vocatione DD. Cardinalium per D. N. papam in electionibus Patriarcharum, archiepiſcoporum, epiſcoporum, & aliorum prælatorum facienda. Cap. XI.

Quemadmodum ſi ad nauis clauum, quiſpiam artis imperitus adhibeatur, nuſquam tuta eſt nauigatio. ita nihil eccleſiæ uniuerſæ pernicioſius, quam ſi ad illius adminiſtrationẽ indigni eligantur, c. nihil de ele. multo etiam magis, quando epiſcopi dignitas in non idoneum confertur, male utique alios docebit, qui ipſe ignorat, male uiam cæteris oſtendit, qui luminibus captus eſt. c. cum in cunctis, de elect. & D. Auguſt. nihil eſſe in hac uita ait, præſertim his temporibus, difficilius, aut pericoloſius ipſa dignitate epiſcopi, ſi perfunctorie res adminiſtrentur. c. ante omnia 40. diſt. Et propterea Rom. pont. de communi conſenſu Cardinalium collegio habito huiuſcemodi mandat dignitates, quam conſuetudinem D. Hieronimus deſumptam eſſe ex libro Leuit, teſtatur. ait enim, licet dominus Deus conſtituendi principis curam Moyſi demandaſſet, eumq; in principem elegiſſet, tamẽ conuocata eſt Sinagoga. cap. licet. 8. quæſt. prima, & D. Petrus quoſdam ſibi conſiliarios elegit in adminiſtratione ſummi ſacerdotii. 8. q. 1. c. ſi Petrus & cap. Simon Petrus. Ad cuius ſimilitudinem quilibet Romanus pontifex Cardinales adiutores habear neceſſe eſt, quibus cum ſingulis eccleſiis cathedralibus, monaſteriis, & prælationibus conſulere debet, illas dignis, atque laudatis hominibus tradendo, honorem Dei prępotentis, atque vtilitatem populorũ ſemꝑ ob oculos habentes, hic elaborent, hic uires ſuas intendant cardinales omnes. ut paſtores idonei eligantur, & qui uita ante acta, gregem rapiant igne illo caritatis erga Deum & fratres, octaua quęſtione prima capitulo dilectiſſimi. quod D. Hieronymus explicat, inquit enim nunc cernimus plures hanc rẽ pro beneficio habere, & reputare, nec erubeſcere, ut non quærant eos in eccleſia Dei columnas eligere, quos plus cognoſcunt in eccleſia Dei prodeſſe, ſed quos uel ipſi amant, uel quorum ſunt obſequiis deliniti, uel pro quibus quiſpiam rogauit, & c. in capitulo. Moyſes. octaua quæſtione prima. Non enim dici poteſt quantopere eccleſiæ expediat uniuerſę, ut iuxta veterem conſuetudinem, quæcunque res graues, atque uniuerſitatem communem reſpicientes, adminiſtrentur cuiuſmodi ſunt, quæ ad fidem Chriſti pertinent, electiones Epiſcoporum, confirmationes, aut tranſlationes, depoſitiones, obedientia, quæ debetur Paſtoribus, communicatio primarum ſacrarum ædium, monaſteriorum, quæcunquę immunitates, cuiuſcunque generis nouarum legationum expeditio, atque illorum qui vices aliorum referũt, quicunque nuncii ſummi Paſtoris legati, etiam quos a latere dicimus habẽtes auctoritatem, nouarum religionum conſtitutiones, veteres reprobationes, Diuorum publicationes, rerum ſacrarũ alienationes, cum etiam in feudum, aut hyppotecam dantur, aut quouis modo, hæc inquam omnia quæ enumerauimus ſummum pontificem conuocato cardinalium collegio agere æquum eſt.

De vocatione DD. Cardinalium per D. N Papam facienda in promotionibus Imperatorum Rom Regum, & aliorũ principum, illorumque priuatione & depoſitione.

Cap. XII.

Quoniam redemptor humani generis Chriſtus Ieſus verus Dei filius, ſummus ſacerdos, & regum omnium potentiſſimus, omnem habens poteſtatem in cœlo, & in terra D Petro apoſtolo, eiuſq; ſucceſſorib. pleniſſimam actoritatem dedit alligandi, & ſoluendi quodcunque eis viſum fuerit, iuſq; paſcendi gregẽ. Matth. c. 16. & vlt. Ioan. 21. Quis negabit ius quoq; creandorũ Regũ, ad ipſum pont. pertinere? Erat n. in Chriſto ſummus rerum oĩum principatus, vt clare probat Inno. in c. licet de foro compet. Ioan. de lig. in c. nouit de iudic. extat ad maiorem fidem chriſtianis omnibus expreſſa conſtitutio Bonifacij pont. VIII. in extrauag. quæ incip. vnam ſanctam & in extrauag. Io. pont. 22. quæ incipit licet ſm. Apo. ꝯ errores hæreticorum condẽnatorum. Marſil. de Padua. & Ioannes de Gerd. de quibus in præcitatis decretalibus, Pelagii in opere de hæreſibus, quod inſcribitur collirium fidei, parte quinta, Auguſtinus, & Ioã. Bachon, In lib. ſuo ſup quarto ſententiarũ in procemio quæſtio. ii. arti. 7. & merito Stephanus papa ſecundus, vtendo auctoritate ſibi diuinitus tradita, oẽm ſe ptãtem Imperijq; iura in manu hre oſtendit, cum ad Germanos imperium a Græcis tranſtulit. c. oẽs 22. diſ. c. venet. de elec. cũ ibi not. per glo. Hoſt. Inno. & Io. An. Non paruo ẽt tpis ſpacio multos imperatores Romanæ ſedi hoſtes adiudicauit, nec ſine conſiliariorum ſuorum. i. cardinalium conſenſu c. ad Apoſt. de re iud. li. 6. cle. ne Romani de iure iuran. cle. paſtoralis de re iudic. Ad tantam rei memoriam accedit, ꝙ Zacharias Ro. pont. Gallorũ Regem regno priuauit, non tm̃ pp eius ſcelera, quã ſum vt ſua auctoritas oĩbus chriſtianis innoteſceret, in eius vero locum Pipinum Caroli imperatoris patrem ſubſtituit D. Gelaſius papa ſcribens ad imperatorem Anaſtaſium clarius hoc tractat, in c. alius. 15. q. 6. Alci. in l. bona ciuitatis, de verb. ſigni. Reſt. de lin p. q. 81. nu. 7 & Innocent. PP. iij. efflagitante Britannorum Rege, quis eſſet Galliarum Rex, cognouit ea ptãte ſum. pont. tradita, quæ non ex homine eſt, ſed ex Deo c. nouit de iu. cardinales ẽr in efficiendis legitimis filiis Regis Galliarum, neminem in terris principem agnoſcunt. c. per venerabilem qui fil. ſunt legit. Honorius aũt papa ternus, ne quis Luteriæ, aut in aliis Galliæ ciuitatibus ius ciuile doceret, aut audiret ſtatuit, c. ſuper Specula de priuileg. & Cœleſtinus Pont. 3. Vt ſi cauſas aliquas pecuniarias Pariſiis haberent clerici, hæ ſecundum ius canonum deciderentur. cap. quod clerici de foro competen. Si uero huiuſmodi cauſæ eſſent, vt ad Reges, eorũq. iura pertineant, ſolet pontifex ſenatu cardinalium coacto de illis conſilium capere c. à nimis. grandi. de ſupplen. neglig. pręl. cap. ad Apo. de re iu. clem, Rom. principes de iur. iur. cle. paſtoralis de re iud. Cum. n. negocia ſe offerunt in rebus principum, aut Regum, qui nec imperatoris, nec alicuius dominium agnoſcunt, decet Ro. pont. cauſam ſuſcipere, cũ cardinalibus communicare, de ea vt æquũ videbitur ſtatuere, vt appareat auctoritatem omnem ſibi traditam fuiſſe ad decus, ocium, atque vtilitatem orbis vniuerſi, eiuſque conſilium, ac ſanctiras poſt Deum veneretur. Itaque pro iure illius poteſtatis, quæ in D. Petrum a Chriſto collata fuit, cum ipſum fundamentũ illud in petra firmiſſimum eccleſiæ Dei, atque orbis totius caput eſſe voluerit, Regem Regum, omnium pontificem, propter poteſtatem alligandi, & ſoluendi omnia ſuper terram, eumque ſucceſſorem ſuum inſtituendo in eccleſia apoſtolorum, papam videlicet vniuerſi principem, iure humano & cœleſti armatum, Patrem Patrum, ad quem omnes, qui ſalutem expetũt cõfugere oportet, ad eius pedes ſeſe abiicere, eiq; parere, ab eo auxiliũ, ſalutẽ, & ↄſiliũ in cũctis negociis petere. Ob hæc inquã, & alia multa nemo, q ſane mentis ſit alium in terris habeat autorẽ, aut patronũ ocii, aut quietis, ac pacis vniuer-

ſæ notat. in c. omnes & cap. ſacro ſancta 22. diſt. c. cum ad verum ventum eſt 96. diſt. c. cuncta per mundum, c. per principalem 9. q. 3. ſignificaſti de elect. c. nouit. de iud. c. per venerabilem §. rationibus qui fil. ſunt legit. c. fun. de elec. c. ad apo. de re iudi. c. per humani de homic. lib. 6. Ardua vero illa negocia, de quibus toties loquuti ſumus, nouæ ſunt principũ, Regum, atque imperatorum conſtitutiones in quibuſcunq; dictionibus ad eccleſiam pertinentibus, vel minus, quæ quidem omnia Rom. pontifex in collegio cardinalium referre, ac de ijſdem conſilium capere conſueuit, illud conſtituendo, quod maiori illorum parti æquius viſum fuerit, adhibendo illam diligentiam, quæ incidentes exigunt cauſæ ad notata ab Archi. & Mon. & Io. And. c. ad apoſtolice de re iudic. li. 6. clem. Ro. princip. de iur. iuran. clem. paſtoralis de re iud. & ibi Io. de lign. Zenzelin. & alii.

De conuocandis DD. Cardinalibus à Pontifice in electione nouorum Cardinalium. Cap. XIII.

Cardinalium creatio in eccleſia inter ſublimiores cauſas, & maiores dignitates merito refertur, nihil enim aliud eſt cardinalem fieri, quam in primo ſtatu perfecto apoſtolorum connumerari, in quo quidem apoſtolis omnes cum D. Petro fuere in communi collegio vno animo degẽtes, poſt viſas illas linguas ignis admirandas in die glorioſiſſimi Seruatoris humani generis ad cœlos aſcenſum, curantes in primis, quæ ad eccleſiam, ſenatumque apoſtolorum attinebant, & quemadmodum tunc temporis Petrus (vt ſcriptura inquit) in medio fratrum quærit apoſtolorum numerum a Chriſto relictum, atq; ſacratũ augere, alios apoſtolos ex ſententia vniuerſi ſenatus eligens. Ita ſummum Rom. pontificem in vniuerſa eccleſia facere decet, eligẽdo nouos cardinales, quod maxime ad decus honorem, atque etiam vtilitatem publicam attinet, ſine collegii ſanctiſſimi conſenſu hoc facere neutiquam ſolet, nec expedit propter euidentiſſima incommoda, quæ inde Chriſtianæ Reipub. orirentur, de quibuſcunque etenim rebus quę pacem, otium, atque qetem chriſtianorum perturbare poſsũt Rom. pontifex ad collegium cardinalium referre debet, vt ſententia illorũ intellecta, qui ſibi continue aſſiſtunt, citius res componantur; Nec requiritur hoc in loco ſpecialis atq; expreſſa conuocatio, quoniam veluti Cardines oſtio ſemper deſeruiant oportet ad Dei Optimi Maximi gloriam, & chriſtianæ fidei amplitudinem. c. ſacroſancta 22. diſt. c. In nomine Domini c. vbi maius. c. fundamenta de elec. c. ad ſuccindendos de ſciſm. lib. 6. Itaque merito etiam, atque etiam videat pontifex neceſſe eſt, quos dignitate cardinales exornare velit, tum demum ex conſilio totius cœtus illos eligat, vt grati, atq; accepti omnibus vnum efficiant corpus, in bene gerenda chriſtiana Reſpub. quod maxime conuenit illud ꝓphetæ. Pſal. 132. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum &c. Ob hanc autem cauſam pertinere ad ſummum pontificẽ conuocare cardinales in nouis electionibus dicimus, propterea quod, cum ipſe caput ſit, illi vero mẽbra, cum eo conſentiant neceſſe eſt, ſecus vero illi accidere, quod olim Marcus Cato, apud Romanos fore ſapienter dixit, nimirum ſi inuicem pugnarent cum capite pedes & manus, corpus totum debilitari, mire igitũ expediret Cardinales cum capite ſuo concordiſſimos eſſe, ut & ratio, & natura docent. 69. di. c. nullus il 1. & 2. de ele. c. vbi maius. c. fundamen. clemen. ne Roma de elec. Hoſtien. c. ad liberandum de Iudæis. Atque hoc pacto cardinales creati ſine dubio honoris, & dignitatis primas tenent in vniuerſa eccleſia ſuccedẽtes in primo ſtatu Apoſtolorum perfecto ad tuendam, ornandã, & augendam fidem, ac pacem inter chriſtianos omnes diſt. 15. c. verum. cap. placuit. 93. diſtin. cap. Dominus noſter de maio. & obed cap. 1. & capit. ſolite, de officio de leg. fruuntur etiam hoc tempore cardinales amplisſimis illis priuilegiis, quibus orbis totius perfugium Rom. Senatus ante Chriſti aduentum vſus eſt. 96. diſt. c. conſtanti. not. hoſt. & Io. And. in c. dilecti. il 1. de præben. Sunt enim iudices totius orbis, clarisſima lumina mundi. capit. per venerabilem. §. rationibus qui filii. ſint legitimi. capitulo fundamenta de electione in ſexto.

De præclaris viris, & literatis Hominibus cardinalatus dignitate ornandis à ſummo Pontifice. Cap. XIIII.

Quoniam igitur Chriſti Rempub. cardinales adminiſtrant, videndum eſt, vt qui hac dignitate honeſtantur, non modo claris ſint natalibus orti, ſed ſolida eruditione animiq; virtutibus imbuti corũ vita ſanctitatis ſit exẽplar, inceſsus, geſtus, habitus corporis temperatus, grauis, & qui ſibi reuerentiam quandam exigat, ne vllis ꝓbeant maledicendi, atq; aliqñ viuendi anſam, diuitiæ illis nõ ad luxũ, atq; faſtũ, ſed ad pietatẽ erga pauperes, ad charitatem in tota uita exercendam, concordiam, atque pacem colant, ut vere membra honoris, hoc eſt Chriſti, exiſtant, qui patrem præcipue pro apoſtolis ſuis orauit, in quorum locum cardinales ſucceſſerunt cum ſummo pontifice, ſic enim ipſe Ioann. 18. pater ſanctæ ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unum in fide, & concordia, tum ſubdit. Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis. Cum igitur cardinales Deus eſſe uelit in eccleſia, ut Cardines, quibus onus totius Reipub. bene adminiſtrandæ incumbit, quoniam unius opera minime poſſet propter humanarum uirum imbellicitatem, eos prudentes ac ſimplices eſſe oportet, ne circunueniantur, aut deludãtur, mirum ſane eſt, quam magnus improborũ ſit numerus, eluceãt iuſtitia, temperantia, fortitudine alioquin officio ſuo fungi nequeunt, ſi ſuperbia tumeſcunt, inuidia roduntur, ira excandeſcunt, auaritia, aut quauis alia cupiditate inflammantur, nec digni cardinales eſſe poſſunt huiuſcemodi uitiis affecti. Cæterum cum Romanæ eccleſiæ omnium principis filii ſint, & Chriſti in terris uicem gerant, plenam habentes poteſtatem, ſummi pontificis conſiliarii, neceſſe omni non modo crimine carere, ſed etiam ab omni ſuſpitione longiſſime abeſſe, ita denique ſe gerant, vt omnib. grati, & accepti ſint, quorum conſuetudine putat cardinales cæteris honeſtiores ſe, ac meliores fieri poſſe, hoc modo futurum, ut bene pro chriſtianis hominibus agatur.

De Dignitatib. epiſcopalib. prælaturis, & beneficiis eccleſiæ a ſummo pontifice, cardinalibus deferendis.

Cap. XV.

Conſueuit ſummus pontifex Romanæ eccleſiæ filius, cõſiliariis ſuis, præter proprios ipſorum titulos, alias eccleſias demandare, ſiue quas patriarchales uocamus, ſiue epiſcopales, ſeu alias cuiuſcunque generis, quod profecto optima ratione factum eſſe nemo negabit. Animaduerterũt enim ueteres illi pontifices incommoda & magnos ſumptus, quos cardinales facere opus eſſet, dum pontifici aſſiſtunt, dum res, cauſaſque omnes ad religionem attinentes Adminiſtrant. Quamobrẽ conſtitutum eſt, ne rei alicuius indigentia ab officio ſuo recederent, amplius autem, quod cardinalibus priuſquam cæteris perſonis committendæ ſunt eccleſiæ, propter illorum ſtatum maxime perfectum, qui quidem pro Rom. pontifice & Chriſti religione, ſi contingat propriam uitam magno, atque forti animo effundere dẽnt, uere enim ſuccedũt apoſtolis, qui ſpiritu ſancto repleti, uariis loquebantur linguis, reſurrectionis Chriſti teſtimonium facientes, neque quiſquam egenus fuit inter illos, ibant gaudentes, quoniam digni fuerunt pro nomine Ieſu Chriſti contumeliam pati, ut Lucas uere teſtatur. Actor. capitulo quinto. Cum ſint itaque Cardinales, in eccleſia negociis fere ſemper occupati, æquum eſt, ut eiuſdem fruantur bonis, quibus poſſint illa ſuſtinere, quæ eximius illorum ſtatus, aſſiduique labores requirunt, ob has cauſas illorum rationibus conſuluit pontifex, ut tanto oneri ferendo ſufficere poſſint, qui humeris propriis orbem totum regant capitulo per uenerabilem qui fil. ſint leg. capit. fundamenta. de elec. lib. 6. cum ibi not. Decet præterea cum qui altari ſeruit, ex bonis altaris uitam gerere, ut cardinalibus etiam conueniat, illud pauli primę. ad Corin 9. & capitulo cum bene de præben. Ad hoc enim eccleſiarum prouentus ſunt inſtituti, ut inde alantur, qui Chriſti Rempub. admiſtrant, ad Dei præpotentis honorem, ociumque uniuerſum. 12. quęſt. 2. cap. conceſſo. 16. quæſt. 1. in ca. generaliter uerſic. eos de elect. capitulo cum in cunctis & capitulo dudum. de maior. & obedien. capitulo ſtatuimus de vit. & honeſt. cleri. capitulo cum ab omni de præben. cap. de multa eo. ti. Quod ſi dignum eſt eos uiuere de Chriſti bonis, qui ei ſeruiunt, quãto magis dictum illud cardinales complectitur, qui continuis vigiliis, atque laboribus munera cuncta obeunt ad chriſtianam religionem attinentes, capitulo cum bene de præben. Digna igitur, atque optima conſtitutio, quæ iubet eos prouentus comparari cardinalibus a ſummo pontifice, qui ad omnem uitæ uſum, dignitatis eorum ratione habita, ſufficere poſſint iuxta illud Dignus eſt mercenarius mercede ſua. Matth. decimo. duodecima quæſtione ſecunda. capitulo quicunque ſuffragio. quid ius humanum, non ne iubet ipſos commoda accipere, qui incommoda accipiunt, duodecima quæſtione ſecunda capitulo charitatem. decimatertia quæſtion. 1. in §. primo. decimaſexta quæſtione ſexta capitulo de lapſis. l. ſecundum naturam de reg. iur.

De origine, atque iure prouentuum, & redditunm quibus fruuntur DD. Cardiales in Romana Eccleſia. Cap. XVI.

Cum adminiſtrandæ Reipub. onus poſt ſũmum pontificẽ Cardinalibus incumbat, ſintq; ipſi ſacerdores Leuitici inſtituti, vt in l. veteri, hoc eſt, ſacerdores præcipui, Conſiliarii pontificis, ad quos in magnis negocijs vniuerſus orbis confugit, cõtinue ad pacem, ocium, atque fœlicitatem vniuerſam inuigilantes, in altiſſimo gradu dignitatis ſocati, pleniſſime auctoritatis, quam põtifex habet, ſunt participes, cumq; eo vniuerſam adminiſtant eccleſiam Numeri. cap. primo, De Leuiticis autem ſacerdotibus habes Deuteronom. cap. 17. & in capit. per venerabilem, §. ſane. qui fil ſint legit. Propterea diuino, & humano iure a quibus euangelica non diſcrepat veritas, Cardinales pontifici aſſiſtẽtes, & pro Ro. ſede in negocio verſantes ad bona, atq; facultates eccleſiæ, iure optimo a põtifice vocantur. expedit. n. vniuerſo chriſtiano populo, ut nullis ſumptibus principes, ab officio ſuo deterreantur. Itaque & lex Moyſi, & doctrina euangelica iis, qui præſunt, quæcunque ad vitam ſunt neceſſaria parare iubent. Num. 18. citat locum D. Thomas. 2. 2. q. 87. artic. vnico & Car. Camera c. 1. in lib. de poteſtate eccleſiæ circa fi. Inter diuinas auctoritates, quas Chriſtus Ieſus non ſolum D. Petro, ſed cunctis apoſtolis conceſſit, egregia illa numerantur, de quib. Luc. c. 10. & Mat. 10. & Paulus refert, vt qui inquit in ſacrario operantur, de ſacrario edant, & qui altari ſeruiunt, altaris ſint participes. 1. ad Cor. 9. c. Vbi ſubdit idem apoſtolus, conſtituit Dominus, vt qui euangeliũ prædicat, de Euangelio viuat, & quamuis idẽ Paulus, hanc eandem poteſtatem aliquando diſtulerit, vt inquit D. Hieronymus in prœmio primæ Epiſt. ad Corint. hoc factũ eſt, ut eriperetur anſa male faciẽdi exactoribus: erãt. n. nimium moleſti, & importuni, in debita ẽt exigendo, nõ aũt ꝙ exiſtimaret, auctoritate ſibi conceſſa vti non licere ꝙ ipſemet teſtatur, 1. ad Cor. c. 9. & ob hanc cauſam vt pecuniæ colligerentur decreuit, quas Hieroſolymas mitteret Petro, atq; aliis Apoſtolis vna in cõi collegio degentibus. 1. ad Corint. c. 16. Miſit ẽt idem Paulus Corinthum, Titum & Lucium, vt eſſent quaſi inſtiſtores populo ad conferendam pecuniã, qua apoſtolos ſanctos viros ſuſtentaret, vt hoc modo inquit ipſe, faciat Corinthia eccleſia per ſubuentionem pecuniarũ oſtẽſionem charitatis in faciem eccleſiarum. i. aperte, vt ſint exẽplo cæteris eccleſiis. 2. ad Cor. 8. c. multum. n. feruebat tunc tpis charitas, valde admodum ſolicitii erant chriſtiani homines, ne quid ſanctis illis viris deeſſet, ꝙ Paulus teſtatur, 2. ad Corint. eosq; magnopere commendans ait, miniſterium huius officii, nõ modo ſufficit ea, quæ opus ſunt ſanctis, ſed etiã abũde confert. Hortatur ẽt ſub pſona Theſſalon. oẽs eccl. vt qui illis præſunt commendatos habeant, abundeq; conferãt nam hoc vult charitas, cum per eos pacẽ habeant 1. ad Theſſal. 5. c. circa fin. cuius rei rationem reddit. Non. n. alligari debet os boui trituranti. 1. ad Timot. 5. c. In actis aũt legitur ꝙ cum Achabus Antiochienſis Propheta, turpem famem vniuerſo orbi futuram prædixiſſet, Claudio imperante, diſcipuli omnes quique ibi erant collecti, quæ poterant miſerunt ad ſeniores. i. ad Petrum per Barnabam, & Saulum. Actorũ. 11. c. in fin. At D. Ioannes Chriſti dilectus, in tertia ſua Canonica Dyotrepen magnopere obiurgat qui cum percuperet in ciuitate principem eſſe, non tamen Apoſtolis cõſulebat, aſſerens nihil huiuſmodi curam ad ſe pertinere. Sic noſtris temporib. phanatici quidam negant illos, qui eccleſijs præſunt, de bonis Chriſti alẽdos eſſe, atq; interim ſanctionib. quibuſdam imperatorijs, tanquam clypeo ſe protegunt, quibus quidem, ſi ad nos pertineret, fortaſſe, quid reſponderi poſſet hẽemus: fingunt ſe publicam agere cauſam, ego vereor, atq; vtinam uerum non ſit, priuatũ illas uoculas reſpicere commodum. credo illis expediret ad profanum uſum omnia cõuertere, ſed eo tu, non hęc fuit illorũ, qui reliquerunt uoluntas, non hæc Conſtantini mens, ardes inuidia? enitere uirtute, ſemper. n egregiis, & literatis viris in eccleſia dignus patuit locus, non uides quantas ſeditiones excites, Cum inquis nõ licere pontifici vacantium eccleſiarum, aut nouatũ redditus exigere, ſiue ex pacto traditę fuerint, ſiue minus, ꝙ ſane eorũ ita me dij amẽt ut erroneũ, & falſum eſt, nã ſtatus pontificis, & Cardinaliũ, dũ exigit pro ſuſtentatione uitę ipſorũ, & pro negocijs Romanę eccleſiæ, aut pro cõi bono, iuſte, ſanctẽq; id ſemper facit, neq; ullo modo ſimoniacũ crimen incidit, ſicuti prædicas; quæ porro iſta eſt audacia? quæ malum hæc licentia? quid præſcribis ſummo pontifici? non Paſtor uocatus es, ſed ouis. deſine igitur, deſine bellua obtrectari, mali ingſ ſunt, tu interim eſto memor quid tibi Chriſtus Ieſus pręceperit. Quæcunque dixerint uobis obſeruate, & facite, & quę ſequuntur. Crede potius, redditus in eccleſia inſtitutos eſſe ut nullis ſumptibus deterreantur paſtores, qui ſemper curent ocium, pacem, ac ſalutem uniuerſi orbis. Sed nos ad inſtitutum. Naturalis ratio ſuadet illos qui curam gerunt alicuius populi, ex bonis publicis uiuere, bonum æquũque eſſe, ut illa agere poſſint, quæ communem utilitatem reſpiciunt, ob hanc cauſam D. Thomas lib. 4. de regno princi. citans Ariſtotelis locum in politi. & cardinalis Cameracen. dicunt, in li. de pot. ecc. ad fi. 3. ca. 2. par. quod gentiles etiam ueteres in ſuis reb. publ. partem aliq̃ publicorum bonorum illis, qui ſacra facerent applicabant, neq; hoc fiebat naturali tantum ratione, ſed diuino inſtituto, atq; iure publico, quod in ſacris ſacerdotibus, & magiſtratibus conſiſtit, l. 1. de iuſt. & iur. cum ibi not. in ſacris autem conſtitutionib. Luce clarius oſtenditur, ſummi pontificis, & cardinalium ſtatum ſuſtentari debere, ex bonis ſacris, & Romanus paſtor pro ſe, & cardinalibus fratribus ſuis cogere, et exigere fructus poteſt, quarumcunque eccleſiarum, & quibus eorum videbitur aſſignare, quilibet etiam epiſcopus cum fratrum ſuorum, qui canonici appellantur conſenſu, certorum beneficiorum fructus retinere poteſt. cap. pen. de reſcrip. c. ſi propter tua debita, c. ſi tibi conceſſo de præb. lib. 6 cum ibi no. Summus pontifex, & cum eo cardi. aſſidue inuigilant pro chriſtianis omnibus, digniſſimum ergo ut eccleſiæ bonis alantur. 12. q. 1. ex his. 2. q. 5. quicunq; de elec. cap. fundam. c. decet. de præb. c. licet. il 2. lib. 6. & cap qui ſentit onus de reg. iuris. lib. 6. l. ſecundam naturam. de reg. iur.

De iure pilei DD. Cardinalibus a pontifice diſtribuendo.

Cap. XVII.

Iam antiquitus Romana ſedes cardinalium, põtificisque uitam ſuſtentabat, ſingulorum annorum fructibus cuiuſcunque Eccleſiæ, qui quidem in conuentu communi diſtribui ſolebant, æquis portionibus, unicuique eorum aſsignans, quod & hodie obſeruatũ, eſt enim maxime conueniens rationi, atque iuri diuino, & humano, ut ſummus pontifex in Chriſti locum electus, ſingulos Romanę eccleſię redditus inter cardinales æquiſsime diſtribuat, tam epiſcopos, quam presbiteros, & diaconos, tãquam fratres ſuos, continenter inuigilantes cõi omnium cõmodo, habita tamẽ ratione uniuſcuiuſque ſtatus, ut in actis, legitur, quæ uero ſuperſunt, in neceſſariis eccleſiæ uniuerſę negocijs, & ſacroſancti collegii impendi debent, modus tamen ſeruandus eſt, quem conſcientia illorum uoluerit, conſultum itaque abunde fuit cœtui apoſtolorum ſacroſancto, traditumq; ius omne principi Petro diuidendorum fructuum eccleſiæ, eiuſque ſucceſſoribus Rom. pontificibus, cęteriſque epiſcopis iure electis in ſuis locis, atque eccleſiis, debent tamẽ res diſtribui inter illos, qui indigent cum ſumma ueneratione, erga Deum bonorum omnium auctorem, & fontem, iuxta patrum ſententiam, & canonum ſanctiones. 12. q. 1. c. epiſcop. c. nulli epiſcoporum ad fi. c. præcipimus. 12. q. 1. Si enim chriſtianorum animi epiſcopo crediti ſunt quãtomagis pecuniæ, quæ ſępiſſime animos perdunt,

De Legationibus a Latere a pontifice DD. cardinali bus demandandis. Cap. XVIII.

Summus pontifex legationes, quas a latere dicimus Ro. Ecc. cardinalibus tm̃ demandare ſolet quorũ eſt huiuſmodi legatio propria in eccleſia militanti, quæ regitur, atq; adminiſtratur officio legatorũ, cũ pars ſint corporis ipſius pont. & propemodum ex ipſius latere creati, his itaque incumbit onus uniuerſæ eccleſiæ, ut maiores cauſas expedire debeant. amplius autem uice uniuerſi collegii funguntur, nam illa omnia, quæ fidem, mores, & pacem publicam reſpiciunt, adminiſtrant, ſicuti in prima eccleſia a Petro, aliiſque apoſtolis factum eſt, a Chriſto uere edoctis, ſpiritu ſancto incenſis, qui poſt eiuſdem glorioſiſſimum ad cęlos aſcenſum, quæcunque futura eſſent eccleſiæ prædixerunt, quod abunde obſeruatum eſt, ut in actis apparet, & in libr. ubi Apoſtolorum uitæ continentur legimus, Petrum Apoſtolum, ex numero. 72. Apoſtolorum, aut citra, aut ultra mare in diuerſis regionibus multos miſſe, ſed Apoſtolis tantum legationes, quas a latere appellamus obiere, quorum in omnem terram exiuit ſonus, & in fines orbis terræ uerba eorum, florebant. apoſt. prodigiis in uirtute Ieſu Chriſti, ſic domeſtici Dei extitere, atque lumina chriſtianæ fidei ad liberationem populorum, & pacẽ omniũ gẽtiũ, cardines eſtis uos, ꝓbitate, & prudentia ueſtra, procellas omnes chriſtiana Reſpu. optimis adminiſtratoribus euitabit, in quã cogitationem optimus ille auctor charitatis, & pacis uos rapiat pro ſalute uniuerſa. Nunc uideamus, quis proprie legatus

tus a latere appelletur. Legatus a latere eſt is, qui ex cardinalium collegio, cum plena abſolutaq; poteſtate, ad certam prouinciam, uel ciuitatem adminiſtrandam a ſummo pontifice, cum conſenſu collegii mittitur, pro magnis incidentibus negociis, ut errores emẽdet, ſceleroſos perdat, & qui minime obediunt, audientes reddat, bella componat, & huiuſcemodi alia permulta, bonos ad Dei miniſterium inflãmet, & ſalutem populi. c. ſolitę. de ma. & obe. c. legator. de off. leg. lib. 6. nec refert ſi legatus a latere, uel de latere appelletur, præpoſitiones. enim a & de promiſcue loquuntur, licet quidam uoluerint tradere differentiam, quam Ioan. poſt Hoſti. reprobat. c. excõicati. de offi. leg. c. ad eminentiam de ſen. ex com. c. leg. de offi. leg. talis autem mitti debet legatus, qui diuino numine, & charitatis flamma agatur, ſacris literis edoctus, & q Moyſi. i. pontifici valde ſit familiaris, ut poſſint eũ audire filii Iſrael, ad quos mittitur, c. viri q. 1. ꝓ ſi exo. 15. c. legitur Moyſem uiros Deum timẽtes, ueritatis amatores, qui munera oderant, elegiſſe tribunos, ut populo ius redderent uideant legati a latere, quid eos facere deceat, qui tribunorum Moyſis officio funguntur, ſic declarat Gulielm. Durãs. in Spec. in 1. par. tit. de leg. poſt. prin. Nec mirum eſt, hæc requiri in illo, qui uices gerit pontificis 94. diſt. c. 1. c. pręcedenti. & c. habet hoc. 2. q. 5. Hoſt. in ſum. tit. de leg. §. quot ſunt ſpecies. cardinalis autem ille cui legatio huiuſmodi defertur, in prouinciis, aut ciuitatibus legationis ſuæ, cum ibi pontificem, ipſum referat, cunctis cardinalibus, principibus. Regibus, atque imperatoribus præferendus eſt, ab uniuerſoq; chriſtiano populo honore afficiendus, dum incedit. ambulat, ubiq; eſt, præmittendus, honeſtiſſime tractãdus, cum ueneratione excipiẽdus, 94. diſt. ca. 1. cum. c. ſi. di. 2. q. 5. c. habet hoc in ſi. Hoſ. in ſumma eo loci. Etenim q libet legatus a latere urbe egreſſus, aut ab eo loco, in quo pontifex fuit, proconſularem habet auctoritatem, & ubicunque iter facit curare poteſt, ut proconſulis inſignia ante ſe deferantur. c. legatos cum ibi no. ab Archi. & Io. An. in glo. ord. de off. leg. li. 6. iuris interp. in l. 1. off. proconſ. & leg. inſignia autem legatorum a latere ſunt illa eadem oĩa, quib. principes oẽs habẽtes iuriſdictionẽ ordinariã in terris ſuis cõſueuerũt, vti ad defenſionẽ, honorẽ corporis ſui, iure, aut conſuetudine Rom. urbis, uel loci permiſſam cuiuſmodi ſunt, tubæ aureæ uel argenteæ. vexilla, inſignia Rom. pontificis, a quo mittuntur, uel propria, aut Ro. eccl. lictores cũ clauis argenteis, phaleræ inſignes, veſtes, aulęa, utenſilia, & ſi qua alia ſunt, quib. principes utuntur iuxta legem obſeruare, de off. procoſ. l. cum qui de iuriſd. om. iud. & dicit Bal. honorem habendum eſſe inſignibus, atq; legatum honeſtandum eſſe proconſularib. inſignib. l. 1. & l. obſeruare eo. ti. huc pertinet. l. qui contemplatione. C. de comi. rei milit. lib. 12. c. cum ad uerum 96. diſtin. c. conſuetudo, 16. q. 5. Geſtat ẽt legatus a latere inſignia quædã eccleſiæ, abſolutiſſimam poteſtatem ſignificantia, plenã iuriſdictionem, ſicuti vexillum crucis. quod ante ſe deferri curat, atq; ut primum urbe egreſſus, ſicut pontifex ipſe manno albo, uti poteſt, nec non pallio, fuluo, aureo, freno, zona, atque calcaribus aureis licet alias ſit religioſus. not. Hoſtien. & Ioan. And. cap. antiqua de priuilegiis.

De poteſtate DD. Cardinalium ſede vacante Cap. XIX.

Pontifice vita functo, omnis cogitatio, ac diligẽtia ſacroſancti collegii, ad electionem futuri Paſtoris eſt transferenda, ita vt quo conſultius, ac citius fieri poſſit. idoneus ad tantam prouinciam eligatur nec vlla interueniens cura debet cardinalium animos alio cõuertere, quin ſtudio, atque labore oĩ in eã rem incumbãt, q̃ vniuerſo orbi, aut bonũ aut malũ eſt allatura. c. vbi maius c. cæterum de elec. clem. ne Ro. poſt principium eod. tit. Poteſt etiã idem collegium curare interim diligentius illa omnia, quæ ad electionem pontificis pertinent, vt mos, & cõſuetudo poſtulant, dummodo anxia huiuſmodi cura creationẽ pontificis non remoretur. Solent autem cardinales nouem continuis diebus a morte pontificis parentare. quotidie conuenire, quibus peractis, poſtero die conclaue ingrediuntur. iuxta formam c. ubi maius, de elec. lib 6. cum ibi not. a Ioã. mo. Arch. & Io. An. in gl. ord. cle. ne Ro. in verſ. pertinere de elec. vbi idẽ concludunt, Paulus, Gulielmus de Monte laud. & Ioan. de Lign. Itaque ante oĩa pontificis funus curare honorifice debent iuxta receptam conſuetudinem, deinceps expediant opus. i. illa, quæ ſupra diximus neceſſaria ad electionem Paſtoris. Quo ad poteſtatem pertinet, illa iuriſdictio tota, quam pontifex habet, ad collegium nullo modo transfertur, quoniã ſacratæ non permittunt conſtitutiones. iuxta not. in c. in nomine Domini. 23. diſt. c. licet de uitanda de elec. Et in eiſdem cardinalibus, & eorum collegio locum habet rubrica ne ſede vacante aliquid innouetur, cle. ne Ro. in ver. cætus & ĩ uer. qcqd. hodie aũt Germana iuris veritas nõ vult occupates eſſe card. circa illa, quę Hoſt. dicit in prælectione. c. cũ ex eo de pęn. & remiſ. Cuius opinionem & rationes citat. Ioan. An. in c. vnico de ſciſm. li. 6. Ceſſant enim illa, vt videre eſt, in cle. ne Roma. cũ ibi no. ab Io. An. ad eundem modum de aliis collegiis eccleſiarum cathedralium dicere poſſumus, eodem tpe. Non igitur permiſſum eſt cardinalibus illa auctoritate propria exercere, q̃ expreſſe eis conceſſa non reperiuntur. c. 1. ne ſede vacan. & c. ſi quando. de rebus. 12. q. 2. c. qm̃. 75. diſ. c. fraternitatum. 71. diſ. Romana ſede vacua ſenatus cardinaliũ coactus officia demandare põt, veluti camerarii. pœnitẽtiarii maioris, & minoris, ſi ꝑꝑ mortem, vel aliam ob cãm vacua fuerint, theſaurarios põt. cuſtodes nouos arcibus & municipijs Romanæ eccleſiæ, ẽt ad tẽpus, ut ipſi videbitur imponere, ſi ita expedire cognouerit, augere ẽt pœnitentiariorum maiorem numerum ad tẽpus vacationis põt, maiori cardinalium parte cõſentiente. iux. cle. ne Ro. de ele. cum ibi no. Sic intelligũtur, quæ ad no. Io. An. in gl. in uer. cœtus ibidem. Debent ẽt hoc tpe cardinales prœuidere ne Ro. Eccl. aliquo incommodo, aut detrimento afficiatur, ꝙ ſi fuerint vna cardinales coacti, facile erit prudẽtia ipſorum imminentia pericula propulſare. c. vbi maius periculum. §. idem quoq. ver. vel niſi aliquid de elec. li. 6. Illa vero quæ non expreſſe cardinalibus conceduntur, licet viuens pontifex de illis diſponere poſſit. Nullo modo ad collegium attinent, ut expreſſe patet in clement. ne Romani. §. 1. uerſi. irritum de elect. Atque hac ratione iſtud factum eſſe uidetur, ne ſi omnis poteſtas penes collegium eſſet redacta, nihil amplius de eligendo pontifice ſolliciti eſſent cardinales, quod magnum orbi uniuerſo incommodum afferret, multasque ſeditiones, atque hęreſes excitaret, quib. malis ſacrę conſtitutiones non immerito occurrere uoluerunt, c. licet. de ele. c. ubi maius. eo. ti. in 6. cle. ne Rom. eod. tit.

De poteſtate DD. Cardinalium in electione pontificis. Cap. XX.

Ad cunctos Rom. eccleſiæ cardinales eligere põtificem pertinet, vniuerſalem Chriſti vicarium, Petri apoſtoli ſucceſſorem, quẽ mortales colere omnes debent vniuerſæ eccleſiæ præfectũ, cum illi paſcendi gregis onus impoſitum ſit, traditęq. cęlorum claues, ut quodcũque in terris ipſe alligaſſet, &c. ſuper cuius petram fidei, & confeſſionis, ſuam Chriſtus eccleſiam, ſponſam vnicam, dilectam, in hoc mundo fundauit, atque adeo, vt inferorum portæ aduerſus eam non præualerent, Matth. 17. Io 19. vtque eam ſeruaret, quæ diuinitus eſſet inſtituta cum ſuis apoſtolis, ſumma ſapientia patris, Dei filius, cũ ipſa uſq; ad finẽ ſæculi ſe futurũ eſſe pollicitus fuit. Marc. vlt. diſt. 19. c. ita dominus, 27. diſt. c. in nouo teſtamento, 22. diſt. c. omnes. c. ſacroſanc. 23. diſt. c. in nomine Domini, 79. diſt. cap. 1. de elec. cap. licet, & c. ubi maius, eod. tit. in clem. ne Roma. de elect. Cum autem huiuſmodi electio diuinum cenſeatur opus, ſalus Chriſti fidelium, ut patet, in capitulo ubi maius. §. fina. de electio. in ſexto, exiſtimandum ſane eſt, non ſine diuino numine cardinales pontificem eligere poſſe, atque ita Chriſtiana credit eccleſia. Ille autem qui ſaltem duarum partium conſenſu in conclaui pręſentium electus fuerit, concorditer, libere, atque ex conſuetudine pontifex exiſtit. cle. ne Romani in ſi. cum ibi not. 89. diſt. c. oportet capitu. fina. Quamuis aũt diuina inſtitutione, ſumma dignitas auctoritas & præſtantia maxima poteſtas, & cura omnis paſcendarum onium Petri ſucceſſori ſit permiſſa, totiuſque orbis, & cœleſtis Regni ius habeat, nempe ab illo cõſtitutus q inquit. Data eſt mihi oĩs poteſtas in cœlo, & in terra Matt. vlt. 22. di. c. oĩs, & c. cũ ad verũ ventum eſt. 96. diſt. c. cuncta ꝑ mundum, 9. q 3. c. venerabilem qui fil. ſint legit. c. fundamenta de elec. c. ad Apoſt. de re iud. c. pro humani de homic. li. 6. cle. R princip. de iur. iur. c. paſtoralis, de re iud. epiſt. inter claras. C. de ſum. tri. Auth. de S. epi. §. 1. & 2. col. 9. Verum enimuero electionem huiuſcemodi, cardinalibus tantum Romanæ eccleſiæ hoc iuris datum eſt, unde ſi aliquis ſacerdos ſine cardinalium concordia, electioneque debita ſequẽtium clericorum deuota electione pontifex appelletur, utique non pontifex, ſed apoſtata eſt cenſendus. ſi quis apot. 79. diſtinct. Nam oportet vnum ex cardinalibus presbyteris & diaconis ut a D. Petro eiuſque ſucceſſorib. inſtitutum eſt in ſummum paſtorem eligi atque conſecrari Text. eſt D. Steph. in cap. oportebat. 79 diſtinctione. qui locus licet de cardinalibus presbiteris, & diaconis faciat mentionem. non tamen excludit cardinales epiſcopos, & alios quoſcunque Chriſtianos, quin in pontificem eligi poſſint, etiam extra ordinem, immo uero ſi quemuis chriſtianorum duæ cardinalium partes elegerint, iuſte erit creatus pontif. ſicuti alias

In Hiſtoriis factum eſſe ſepiſſime legimus.in cap.con.ſal.79. diſtinctione.capitulo licet de elect. Archi. in Roſ. dum citat. capitulo ſi duo & capitulo licet.cardinales ergo pontiſicis, eligendi, ſoli auctoritatem habent, qui electus, uerus eccleſię militantis ſponſus efficitur.cap.ubi maius.§.cæterum Innocen.de elect.in 6.cap.In nomine Domini.23.di.Cæterum inter tot,tantaque beneficia quibus humanę noſtræ Redemptor homines affecit, illud in primis magnopere eſt animaduertendum, quod cum ipſe apoſtolis ſuis omnem auctoritatem reliquerit, qua in re poteſtate,atque auctoritate Chriſti utuntur,non autem cuiuſuis hominis, aut angeli,o præclaram auctoritatem,o admirandæ clementiæ exemplum,qui hominum iudicium hominibus, etiam inquinatis tradiderit, Petro autē imprimis tribuit cum eum cęteris pręfeciſſet, Matthę.16.Ioan.19.cap.ita dominus.19.diſtinct.quod expreſſe declaratum eſt etiam in tribus uniuerſalibus eccleſiæ cōciliis,ut habetur in ca. In nomine Domini poſt principiū 24. diſt.c.ubi maius de ele.elem.ne Romani.circa fi. eod. tit.79. c.ſi quis hoc & patet in c. oportebat.79. di. c.licet.de uitāda.

De facultāte DD.Cardinaliū in differenda electione pontificis, cauſa neceſſaria ſuadente. Cap. XXI.

Cętus cardinalium coactus, iuſta aliqua de cauſa electionem pontificis differre poteſt,uel ad tempus, vel ad locum, etiam extra urbem, vel diœceſim,in qua pontifex deceſſit,requiritur tamen conſenſus communis cardinalium. cap.ſi quis pecunia.79.diſtinct.cap.ubi maius.§.idem quoque uerſic. uel niſi aliquid.de elec. in 6.not.in clemen.ne Romani uerſicu. concorditer.de elect.Cauſa autem huiuſmodi uera,& magna eſſe debet,non autem ficta, aut leuis, uniuerſoque chriſtiano populo eſt promulganda,ne ea re offendatur, aut perturbetur,adeo,ut etiam conuincia in eos iaciat,declarandum igitur, cauſam huiuſmodi iuſtam, atque idoneam uideri ipſorum ſententiis uniuerſis,nec quenquam eſſe qui ei repugnare poſſit,aut debeat,patet ergo electionem iuſta de cauſa differri poſſe.11.q.3.cap.excellentiſſi.cap.quoniam multos no. Arc.in cap.ubi maius.§.idem.quoque in uerbo incideret.de elect. in 6. & ibidem canon. Verumtamen iudicio,& declarationi ſacroſancti collegii omnino ſtandū eſt cui preſcribere etiam nefas eſſet. Vbi igitur caſus eueniret, quo Chriſtianus populus in diſſenſionem uenturus eſſet, aut ſchiſma aliquod,dum cardinales circa electionem pontificis deſtinentur,tunc temporis licebit illis ſuperſedere, & toto animo naſcenti morbo mederi,cum in eccleſia ſint tāquam nauis gubernatores, ad euitandas tempeſtates, & propter hanc cauſam celeriter pontificem creare debent.cap. licet.de uitanda.cap.ubi maius eod.tit.lib.6. Quæ quidem conſtitutiones ceſſant ubi magnum aut oriretur, aut ortum augeretur malum. Si enim illæ ſpecies facti, quæ in præcitatis conſtitutionibus continentur.proprias habent cauſas quibus ceſſantib. ipſæ etiam ceſſant. 61.diſtinct.§.omnibus. & 1.quæſt.7.cap. quid pro. nonne idem dicendum etiam de cardinalium collegio, præſertim cum in Interregno pontificis magnam habeat auctoritatem,quamobrem ut uere quoque eodem utātur & ciuiles,& diuinæ leges præmittunt,17.quæſt. 2.cap.alterius.cap.ſi quis in ius de re iudic. lib.6 l.qui in ius.de reg.iu. can.ſignificauit.de reſcrip.cap.cum dilectus.de foro. comp. l.cum hæres.de diuer. & tempo. præſcrip. in iis autem, quæ pontificis electionem reſpiciunt, cardinales uniuerſam Romanam eccleſiam repreſentant. cap.In nomine domini.23. diſt.79.diſt. cap.nullus & ibi Arch.in roſario. Hoſt.in ca.cum ex eo de pœn. & remiſſ.Cum igitur conſtet ſacrum apoſtolorum Senatum plenam, ac liberam habuiſſe diuinitus poteſtatem,auctoritatem,facultatem adminiſtrandę eccleſię,eaque uſum fuiſſe, qs negabit cardinales poſſe differre electionem pontificis,ut impendens malum euitetur, debet etiam qui inter eos prudentior aliis fuerit perſuadere, ne pro ipſa electione nocem dent,aut ſuffragium,non expedire chriſtianorū paci,atque ocio.ſicuti Conſtantiæ factum eſt in electione Martini Pont.V.Hinc.c. In nomine domini. 23.cap. oportebat.cap.nullus.79.diſt.cap.licet.de uitanda.de electio.cum ibi not.per glo.Hoſt.& Ioan. And. & collect. in cap.ubi maius.de elect.in 6.& ibi.not.Ioan.Mona. Archid. & Ioan. An. & Dom.de ſancto Gemin.

De Modo,atque Forma in Eligendo pontifice a DD.Cardinalibus obſeruanda. Cap. XXII.

Poſt obitum pontificis,iuxtaque ſicuti diximus rite peracta,cardinales omne ſtudiū, curam,mentem,cogitationem denique omnem in nouam electionem conferre debent,ſed ſtudeant in primis, ut depoſito faſtu omni,charitatem induant,ſintque inter ſe concordiſſimi.habentes præ oculis Deum prępotentem, qui corda ſcrutatur,& nouit uniuſcuiuſq; animū, epiſcopi cardinales presbiteros, & diaconos conuocent, illis conſilia ſua communicent,aliena audiant,ut tantum negocium ſumma tractetur concordia, cap.In nomine domini 23.diſt.debent. & cardinales omnes,qui Romæ fuerint,rem diuinam celeriter habere,pro defuncto pontifice,atque interim parere ſe ipſos omni demiſſione, ac puritate mentis ad ingrediendum conclaue in ea ciuitate, in qua pontifex degebat,aut alia illius ditionis, niſi Romana curia ex inſtituto ipſius pontificis alibi eſſet tranſlata, & niſi ante eius obitum de transferenda, audientia concluſum eſſet, tunc enim ibi electio eſſet tractanda, cap.ubi maius cum declarationibus clemen.ne Romani §. ſanc de elect. ubicunque autem cardinales conuenerint iuxta cano.ſanctiones,non neceſſe habent cæteros abſentes expectare,decem tamen dies a pontificis obitu præteriiſſe expectandum eſt.not. Archid.Ioan.mona.Ioan.And.in ca.ubi maius poſt princip. Locus uero in quem conueniunt,Romanæ eccleſię ſumptibus eſt parandus, atque idoneus eligēdus quod ſi nullo modo fieri poteſt, ædes ipſe, quas pontifex habitauit huic rei ſunt eligendæ,quod ſi hoc nō poterit, eligat præſes illius ciuitatis,locū idoneum ut ipſi uidebitur,electioni omnibus rebus neceſſariis paratum.iux.clem.ne Rom.cū ibi not.de elect. Conclaui parato, dies certā dicenda eſt, ad quam Cardinales cōueniant, nempe in eccleſ. quæ commodior videbitur, ibique ſacris de more peracto Diuino inuocato,ſpiritu pręeunte cruce illa,qua pontifices utuntur, cōclaue ingredi debent ordine,& gradu ſeruato,atque ibidem omnes includantur oportet,nolentes in ea electione ius ſuffragii habere,nec alicui cardinalium præter ſeruos duos ſecum ducere licet,quibus ingreſſis communis acceſſus eſt ꝓhibendus,nec aliquis inde exire debet, ſine magna aliqua de cauſa,niſi pontifice electo,quod ſi quis egredi uolet, iuri ſuo renunciabit,ut expreſſe decernit.c.ubi maius clemen ne Romani de electione. Debet autem huiuſmodi locum cardinalibus communem eſſe, nullis parietibus, nullis intermedus diſtinctum,cubiculo uno excepto, quod cuiques cardinalium priuatim habere conceditur ad naturæ neceſſitatē, cætero qui ita locus occludendus eſt, ut nemo aut ingredi aut egredi poſſit, ſed nec etiam ſecreto cardinalem alloqui nec accedentes ullos admittere ad ſe debent,niſi forte de cōmuni cardinalium conſenſu hoc fieret, ut puta quia res neceſſarias electioni adminiſtrarent. Pręterea nemini cuiuſcū que gradus licere,aut nūcios,aut literas intus mittere, nec ſecreto alloqui,maioris excommunicationis pœna cauetur c.ubi maius.§.in eodem, & §.nulli de elect.in 6. cum.ibi no. expreſſe. Archid.Ioan.Mon,& Ioan. And.in nouella. & clene Roma.eodem.titulo. Iam vero ingreſſis cardinalibus locum, omnibus curis poſtpoſitis,ad nouam electionem procedere debent, optima mente, animoque, ſummo ſtudio, ac diligentia ſingula obſeruantes. c.in nomine Domini. 23. diſt.79.diſtin. cap.ſi quis apoſ. c.oportet,cum duob.ſequen. cap.licet de uitanda,de elect. cap.ubi maius,eod.lib.6.elem. ne Romani,eo.tit. Qui autem ſingulas ſententias,ſiue vota rogent,ut ſuffragia colligant ex tribus cardinalium ordinib. eligi ſolent. not. Hoſt.in c.licet.de elect. Is vero,qui duarum partium voces tulerit in conclaui preſentium, nominatusq; fuerit, atque electus,ſtatim pro pontifice habendus eſt, ſinguli autem cardinales debent ſine ſolemnitate vlla, ſigillatim ſententiam rogari,abſque iuris ſubtilitate, vt patet. in cap.licet,de elect.Nec unus cardinalis inexpectatus, aut contemptus iniuriarum agere poteſt,ubi duæ partes cardinalium in conclaui conuenerint, atque ſuffragia tulerint. Ioa. Andr.in c.ubi maius.in gl.ord.in ver.decem dies.de elect.in 6. qui citat. c.licet, de electio. Poſſunt etiam antequam rogentur de communi conſenſu conſtituere inter ſe, ut ille ſit pontifex, qui in comitiis a pluribus nominatus fuerit,licet is numerus duarum partium non eſſet, nam hoc modo cardinales omnes conſentiunt. Ita Io. And.in c.licet in clemen. ne Rom.in verbo reprobamus,de elect.quem ſequuntur Hoſt. & Compoſt.in cap.licet de vitanda,de elect. Sciendum eſt præterea cardinales ad illas ſeruandas formas, quas ſacratæ conſtitutiones in aliis electionibus iubent minime aſtringi, quicunque enim modus ab illis ſeruatus fuerit comprobandus eſt, nempe quo citius eligatur pontifex. Vſus autem obtinuit, ut cuique ex cardinalibus tres nominare liceat, hoc modo cōſentio primo. A, ſecūdo B, tertio. C, ex qua nominatione cuilibet nominatione cuilibet nominato ius quæritur, vnde ſi hoc modo, quis tulerit voces duarum partium, aut plures, is erit pontifex.ita Paul.in clemen. ne Romani, de electione. Atque ſic nominatus verus erit paſtor, ſummus ſacerdos ſine vlla exceptione, nec aliquis impedire poteſt, quin conſecretur,niſi fortaſſe obſtinate hęreticus eſſet,40.diſ. c.ſi papa nec de dolo,aut culpa eligentium quæri licet,aut aliquid opponi, nimirum quis eſſet iudex ? vnde ſi tertia pars con-

tra duas, quæ elegerunt, opponere vellet, nihil agit etiam ſi oſtendere, & probare vellet corruptam fuiſſe electionem, vtique non impediet vllo modo duarum partium cõſenſu. c. licet. de elect. Verum enimuero, quod dolo malo factum eſt, nulla comprobatione hominum emendatur, admiſſum enim huiuſmodi, cardinalium animos æternis cruciatib. deuincit, ille autem ſic electus profecto non ſacer, ſed execrabilis ſibi ipſe erit, inexpiabili pollutus ſcelere, una cum fautoribus. c. præcit. in nomine Domini. Ita intelligenda ſunt quæ ad not. Io. gl. in c. ſi quis apoſtolicæ. 79. diſt. Innoc. Hoſt. Ioan. And. & alii, in c. licet, de electio. Quæ quidem omnia diuino inſtituto ſunt inuenta ad tollendas diſſenſiones, & obſtacula quæcunque, & vt vitetur magnum incommodum, quod Chriſtianis omnibus impendet deficiente ſummo paſtore, notant multi, in clem. ne Rom. §. cæterum, in verbo, excommunicationis de elect. Archi. in capitu. vbi maius eodem titulo, in ſexto.

De Cardinalibus non idoneis ad electionem pontificis. Cap. XXIII.

Sacratæ negant conſtitutiones, & paſſim interpretes illarum explicant, non poſſe, nec debere cardinales expelli, ab electione maximi pontificis aliquo prætextu cuiuſcunque excommunicationis maioris, aut minoris, aut interdicti alicuius. clem. ne Romani. §. cæterum de elect. vbi Io. An. And. affert rationem pro confirm. opin. Io. gl. 79. diſt. cap. 1. Compoſtel. in capit. licet. de elect. extat præterea conſtitutio Apoſtolica de cumulata poteſtate ex certa ſcientia, atque conſenſu cardinalium, ratione, cauſaque ſuadente lata, atque promulgata, quæ ſingulis ex collegio præbet auctoritatem liberam, vt alios eligere, ipſique eligi poſſint. neque dum in eo ſtatu fuerint vllo modo iure huiuſmodi priuari debent, qđ ſi ſecus fieret, nihil aliud eſſet quam electionem pontificis differre, quæ Chriſtianis omnibus maximum incommodum afferret. cap. in nomine Domini. 23. diſt. 79. diſt. cap. primo, ne pro defectu, de elect. cap. licet de vitanda. cap. vbi maius, de elect. in 6. Quamuis autem maxima ſit pontificis auctoritas, atque modis omnibus abſoluta, vniuerſæque eccleſiæ adminiſtratio ſit penes ipſum. vt in proœm 6. li. & cap. pro humani, de homic. in 6. & in clem. paſtoralis, de re iud. in extrauag. decre. vnam ſanctam Bonif. papæ 8. & in conſtitutione D. Ioan. 22. & Martini pa. V. Omniaque ad voluntatem, & nutũ ipſius geri debeãt, cap. ſolitæ, de maior. & obed. & cap. licet il 2. de præben. in 6. clemen. prima. in fi. vt lite pen. clem. ſi Rom. pontif. de præb. nec contra ipſius voluntatem, aut mandatum, modo nõ expreſſe aduerſus diuinas leges ueniant, ullus chriſtianorũ contradicere debeat, iuxta ea, quæ aduotat Innocent in c. inquiſitioni, de ſenten. excom. in fine. Conſtat tamen cardinales in apoſtolorum cætu, atque eccleſię Hierarchia fundatos, habere poteſtatem ſummi pont. eligendi, quoties Romana ſedes uacua fuerit. c. licet. & c. ubi maius. clem. ne Romani de ele. Quam quidem poteſtatem a Deo habent bonorum omniũ auctore. ipſius eſt illa, qua vtuntur auctoritas in hac electio- quod ſane diuinus ſpiritus in pluribus communibus eccleſię conciliis, tam ueruſtis, quam recentib. declarauit. 23. diſ. c. in nomine Domini. 79. diſt. c. ſi quis apoſt. c. oportebat, & cap. ſi necnon. c. ſi. & c. licet. de elect. c. ubi maius. clem. ne Romani, eodem tit. Quæ igitur a Deo ſunt conſtituta, firma, ac certa eſſe debent, Pau. ad Rom. 13. nec poſſunt a pontifice immutari, ſic enim Dei filius, cum Petrus hoc facere vellet, inquit Marci 7. vade poſt me ſathana, quoniam non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum, oſtendens mandatis, & conſtitutionibus hominum Dei uoluntatem euerti nullo modo debere. Neque ſane aliud eſſet auctoritate priuare cardinales, quam perdere eccleſiam ipſam, ad cuius pacem, ocium, atque fœlicitatem ipſi cardinales ſunt electi Itaq; iure optimo, principem in ea locum tenent, ſuntq; fratres ipſius pontificis, atque adiutores, eccleſiæ filij, quæ quidem omnia pluribus ſanctorum patrum conciliis, iam mille amplius annis ſunt confirmata. cap. Conſtantinus. 96. diſtinct. cap bonæ. il 2. de elect cap. licet. eod. tit. cap. ubi maius. cap fundamenta, de elect. cap. officij, & cap. legatos. de offic. leg lib. 6. Pontifex autem nihil cõſtituere poteſt, quod eccleſiæ præiudicet. cap. & ſi illa. 1. quæſt. 7. Cum ergo pronunciaret non eſſe idoneum electioni cardinalem, aut re ipſa efficeret, vtique eccleſiæ ſtatum immutaret, quod facere nullo modo poteſt. 9. quæſt. 3. cap. principalem, & ibi glo. quæ incipit ſic papa. infringeret etiam quod ad vtilitatem omnium perpetuam iã tis ſeculis eſt obſeruatum, quod nullo modo poteſt. 25. quæſtio. 1. c. quæ ad perpetuam generaliter, & ibi glo. Impediretur quoq; electio futuri pontificis, quod eſt cardinalib. commiſſum. Cum uero ipſe pontifex vehementius Deum amare debeat, quæque ad eius fidem pertinent diligentius obſeruare. Qui quæſo diuina euertere poterit. cap. literas de reſtit. ſpoliat. cap. quanto. de conſuet. ibi Innoc. clem. paſtor. de re iud. cap. fundamenta. de elect. in 6. Arch. Ioan. An. Innocen. Hoſt. in cap. inquiſitionis, de ſenten. excommun. Nec poteſtas eligendi ſibi ſucceſſoris tradita eſt pontifici. 7. quæſt. 1. & ibi glo. 8. quæſt. 1. ſi Petrus. ibi Arch. in roſ. Sed cardinalibus tota eſt permiſſa. Patet igitur omnem eligendi pontificis auctoritatem, penes collegium ſacroſanctum ſemper reſidere, ita quod nullis obſtaculis impediri, nullis hominum conſtitutionibus euerti poſſit. cap. ſicut. 15. diſt.

De onere DD. Cardinalium in conſeruatione bonorum & iurium eccleſiæ, quæ ſi ipſe papa perderet, aut alienaret. Cap. XXIIII.

Cardinales Romanæ eccleſię collegij apoſtolorum uicem gerentes, maximam poteſtatem atque auctoritatem habent tractandi omnia, quæ ad eccleſiam pertinent, aut pericula, diſſenſiones, iacturã, Chriſtianis minantur, veluti, ſi uideant bona eccleſiæ dilapidari, iura amitti, volũtate pontificis, aut quouis alio modo, grauiora onera, & exactiones per tyrannidem imponi, hortari debent pontificem, ne a recto deflectat tramite, ipſique obſiſtere, pro ea auctoritate, qua maiori, poſt pontificem poſſunt in eccleſia, ad quos præcipue facultates, & iura pontificia tueri pertinet. cap. non liceat papæ. 12. quæſt. 2. cap. nos ſi incompetenter. 2. quæſt. 7. & D Hieronymus inquit, non eſt facile ſtare loco Petri, & Pauli, & tenere locum cum Chriſto regnantium. Sal ſi euanuerit, cui eſt vſui? c. non oẽs. 2. q. 7. & Paulus hos gradus inquit Chriſtus in eccleſia poſuit 1. ad Corint. 12. Primum apoſtolos præmiſit, loquitur autem ibi per ſimilitudinem membrorum corporis humani, vt non ſit ſciſma in corpore, ſed vt de toto corpore ſeruando membra ſint ſolicita, ex quo loco manifeſte apparet Roman. Paſtorem, ad exemplum Petri apoſtoli, qui Linum, & Cletum ſibi adiutores, & conſiliarios inſtituit in adminiſtranda eccleſia, cardinales, quorum officium eſt in ſummis difficultatibus eccleſiæ conſulere. c. fundamenta. §. decet. de elect. in 6. not. ibi Arch. Ioan. Mon. & Io. And. c. fęlicis, de pœ. cap. unico. de ſciſ. Vbi autem Petri ſucceſſor, cui libere adminiſtratio bonorum omnium conceſſa eſt, ſiue ad Romanam eccleſiam, ſiue ad cæteras uniuerſi orbis pertineant, tanquam ſeruo prudenti, quem dominus præfecit familiæ ſuę, Luc. 12. nullo officio aut fide commonitus, illa erogaret, aut peſſundaret, tyrãnice etiam, oppreſſis pueris, & ancillis Dei iuxta euangelium Luc. ſupra citatũ, quoad honeſte fieri poſſit occurere, exemplo ſit, Paulus qui perpetuo fuit in officio, non tantum prędicationis, & doctrinę, ſed etiam adminiſtrationis quotidianæ, ut ipſemet teſtatur. 2. ad Corin. 11. Cum haberet arma non carnis, ſed uirtutis a Deo, ad perdendos inimicos, ad deprimenda conſilia improba, & faſtus hominum aduerſus ſcientiam Dei, ad redigendas humanas mentes in obſequium Chriſti, & vlciſcendos, qui non paruiſſent. 2. ad Cor. 10. ita etiam D. Ambro. in cap. beati Apoſt. 5. quæſt 7. cardinales autem poſſe obſiſtere pontifici in caſibus prædictis, ecce tibi Paulum qui D. Petro reſiſtit. ad Galat. 2. Ideo pontifici debent aſſiſtere, libera afferre conſilia, neque ullo metu a ueritate deflectere. c. fundamenta. §. decet. de elect. in 6 Dicentes cum Paulo, hæc omnia noſtra ſunt, nos autem Chriſti, 1. ad Cor. 3. in fi. ut his rebus pontifex in uiam redeat, & peruerſum deponat animum perdẽdi eccleſiam, intelligatque nihil ſuperfluum eſſe in diuinis præceptis, & ſtatu eccleſię, dum per mundi cardines adminiſtratur, ſunt enim ueluti ſonora quædam tuba, quæ continue animos excitat ad recte agendum. prædicat, admonet, atque hortatur fideles omnes. cap. huius obſeruantiæ, ad finem, 76. diſtinctione.

De auctoritate DD. Cardinalium in ſcandaloſis a papa geſtis ſummopere exercenda. Cap. XXV.

Locus eſt Deuteronom. 17. ubi iubet Dominus quoties aliquid difficile, aut ambiguum populo Dei occurrat, rem deferendam eſſe ad ſacerdotes Leuiticos, quorum locum cardinales ſortitos eſſe diximus. Sic itaque in lege euangelica, iure illo. Leuitico de Cardinalibus dicendum eſt, quod teſtatur Innocent. pontifex tertius. in c. per uenerabilem. §. ſane ſupra citato. illorum autem ſententiam ſequi Deus Optimus maximus populo ſuo præcepit, nec ab ea ad dextram uel ſiniſtram deflectere. vt eod. cap. 17. Deuteronom. Nicolaus etiam Papa 4. cardinales cõſiliarios atque auditores eſſe pontificis teſtatur in quibuſcunque negocijs. & omni tempore. cap. fundamenta. §. decet. de elect. Patet igitur Cardinalium intereſſe, ſi per tyrannidem, aut auaritiam, aut quouis alio facinore notario pontifex eccle-

ſiam

ſtam perderet. et occurrere, obſtare, atque officii ſui admonere, quod ſi perſeueraret, eum tanquam furioſum reprimere poſſunt ſicuti enim cum caput dolet, aut peccat, condolent membra omnia, quoniam non ſibi tantum peccat, ſed totũ corpus afficitur, Ita male ſe habente pontifice, debent illius mẽbra valde de eius ſalute eſſe ſolicita, Pauli exemplo, quẽ locum ſupra citauimus, & in legib. etiam Moyſis Aſina repꝛehendit Balaam, qui hunc ipſum ſacerdotem ſignificabat, ca pit. Pan. Per. §. item cum Balaam. 2. q. 7. debent autem non proterue, aut irate hoc facere, ſed amice, primo adhibita euã gelica doctrina, amouendo etiam perſonam ipſam a rerum adminiſtratione, ut quo ad fieri honeſte poſſit reſiſtant, dignitatiſque pontificiæ magna habeatur ratio, agitur enim ſalus & quies omnium popolorum. cap. fundamenta, de electio. cap. fęlicis. de pœn. lib. 6. 40. diſtin. io cap. ſi papa cum ibi not. in glo. Archi. 2. quæſt. 7. Nos ſi incom petenter. 9. q. 1. cap. per principalem. 12. quæſt. 2. cap. non licet papæ. 15. quæſt. 1. ca. primo. capitulo ſunt quædam, capitulo ſaraget. ea. cauſa & capitulo licet. de uitand. de elect. cum ibi not. ab Hoſt. ca. propoſuit de conceſſi. præben. capit. per uenerabilem qui fil. ſint legi. capitulo cum ad monaſterium de ſta. mona. capit. nouerit & capitulo inquiſitioni de ſentent. excommun. clemen. ne Romani de elect. clem. Roma. principes. de iureiur. clem. paſtoralis. de re iudic. cum ibi notat. in uerbo de fratrũ noſtrorum conſil. Atque hoc cardinales ex officio ſuo facere debent, tanquam proximiores pontifici. unde in ſacris ſic legitur. Marc. 4. Cum audiſſent ſui, exierunt &c. præcæteris autem locis, cum is qui eccleſiæ præeſt contra ius, aut legem diuinã facit, aut iniqua moliri iubet, ad rem pertinet Pauli ſententia ad Galatas. 1. Et ſi nos inquit, aut Angelus de cœlo euangelizauerit uobis, præterquam, quæ uobis euangelizauimus, anathema ſit, 11. quæſtione tertia. capitulo ſi is qui ubi glo. & Paulus dicit eum eſſe anathematizatum, hoc eſt ſeparatum ab alus fidelibus, nec in huiuſmodi rebus ei adhærendum eſt, licet pontifex, obſtandum potius teſtimonio Symaci pont. Non enim inquit eum apoſtolicæ ſedis priuilegio, ſucceſſores D. Petri Apoſtoli peccando licentiam acceperunt 40. diſt. cap. ſi pa. Cum igitur Petri eiuſque ſucceſſorũ ſtatum utrunque retineant cardinales, ſcilicet Apoſtoli, & paſtoris apud omnes credentes, cum generali illa poteſtate admiſtrandæ uniuerſæ eccleſiæ, quo quidem munere functi ſunt Apoſtoli poſt Chriſti mortem, ac miſſionem ſancti ſpiritus Hieroſolymis una degentes, potereſit ſine dubio põtifici obſtare, eumque retinere in caſibus ſupradictis ad exemplum apoſtolorum, qui Petrũ admonet, actor. 15. 16. ad quos etiam pertinet uniuerſæ eccleſiæ adminiſtratio, ut probat cardinalis Cameracen. lib. de poteſtate eccleceſiæ part. prima capit. ſecundo. & 3. Qui etiam dicit quod ſicuti collegia, aut cœtus priuatarum eccleſiarũ præſuli ſuo, aut auare, aut nulla fide eccleſiæ bona diſtribuenti obſtare poſſunt, præſentim ſi in priuatum, ac proprium uſum illa conuerteret, dilapidaret, aut perderet, ita cardinales cum fratres ſint, atque adiutores pontificis, ei obſtare permiſſum eſt, qui licet uniuerſos iudicet, ipſe autem a nemine iudicetur. 40. diſtinct. capitu. ſi pap. ueruntamen loquit glo. ibi. capitulo ſi pap. ſi papa in aliquo ſcelere deprehendatur, neque admonitus ſe ipſum corrigat, & actionibus ſuis chriſtianis hominibus occaſionem delinquendi præbeat, cardinales illa facere debent quæ diximus, Expreſſe hoc ponit Innocent. in ca. quanto de conſu. Neque enim inquit ferendus eſt pontifex, ſi contra eccleſiam ipſam & leges faciat, neque ipſius præceptis, aut legibus parendum eſt, ſi impuræ, aut tyrannicæ fuerint. Ita Innocent, idem in cap. inquiſitioni de ſenten. excommun. Arch. in cap. ſunt quidam. 25. quæſt. prima Nam habet eccleſia cõſiliarios cardines, una cum pontifice, ut recte ei conſulatur, ut ſi is qui præeſt, ſedem Romanam variis exponat periculis non deſint, qui uerbis, & re ipſa prauis huiuſmodi conatibus reſiſtant. ne eccleſia ipſa euertatur, qua propter plena eſt cardinalibus conceſſa auctoritas. ubi maius § idem quoque. & ibidem notant Archi. & Ioan. Mon. & Rober. de. S. Zabo. lib. de poteſt. eccle. 4. & 5.

De inconſiderato, Atque inutili DD. Cardinalium proceſſu ad electionem pontificis. Cap. XXVI.

Si defuncto pontifice cardinales omnes, aut duæ eorum partes, antequam conclaue ingrediantur, uel poſt, de eligendo Rom. pontifice cuiuſdam nationis, aut conditionis egerint, atque promiſerint, non ea quæ Dei, aut eccleſiæ ſunt præcipue obſeruantes, ſed quæ hominum, aut priuata ipſorum cõmoda, nationes, amicitias, clientelas, & huiuſcemodi ſequẽtes, hoc caſu quamuis duarum partium ſuffragiis quiſpiam eligatur, quoniam temere, & contra quam fas eſt actum fuit inutilis erit electio, qui ſi etiam omnibus vſitatis ceremoniis poſtea conſecratus fuerit, non tamen conualeſcet, & quoniam calliditate, fraude, atque ambitu in eum locum prouectus eſt perpetuo excommunicationis ſcelere obſtringitur, una cum fautoribus ſuis, ſcientibus corruptam fuiſſe electionem, nec ullo modo, aut recipi, aut haberi pro pontifice debet, ſi manifeſte hoc appareat. 23. diſ. capit. in nomine domini ad fin. quem ita interpretatur Hoſtien. & Ioan. And. in capitulo licet. de vitanda. de electione. Cuius rei ratio hæc eſt, quia ad eligendum Petri ſucceſſorem Chriſti Vicarium, cardinales omnes, integritate animi, & optima mente accedere debent, non autem precibus, aut pretio corrupti, amore, aut odio aliquo, ſed tota cogitatione reſpiciant oportet utilitatem eccleſiæ uniuerſæ, honorem Dei prępotentis ante oculos habentes, ſi uero ſecus faciant oleum atque operam, vt in prouerbio eſt, apud Deum, & homines perdunt, quoniam tanta ſibi poteſtate cõceſſa abutuntur, itaque æternos ſibi cruciatus acquirunt in alia uita, in hac uero ſummum dedecus, atque infamiam contrahũt. c. in nomine domini, ad fi. 53 diſt. Huc accedit, quod ius diuinum in rebus nefariis, atq; iniuſtis, nullo modo adeſſe poteſt, ſed tum influit, cum amoto humanarum rerum amore, atque odio. ardore illo charitatis incenſi procedimus ad res agendas. Dioniſius Areopa. li. de eccl. hierar. c. ſi circa finem. Ex his igitur ſatis conſtat electionem corruptam minime comprobandam eſſe, licet duarum partium conſenſu fuerit facta, nec iſto modo nominatus pontifex uolens, ac ſciẽs conſentire debet, quod ſi tam impius fuerit, ut diuina atque humana omnia negligat, quotiens illa, quæ ad pontificẽ uerum pertinẽt adminiſtrat, facinus perpetua morte mulctandum admittit, perpetuoq; anathematis crimine ſemper deuinctus erit, c. in nomine domini ſupra citato. nec iſte apoſtolicus, ſed apoſtata eſt cenſendus. 79. diſt. c. 2. iam uero. idẽ exiſtimandum eſt de illo, qui pecunia electionem corrupit, aut tumultu aliquo populi, aut militum ſine uſitato conſenſu duarum partium ex cardinalibus fuerit electus, quib. quidem caſibus licebit cardinalibus, & ſacerdotibus, qui uere Deum reuerentur portentum huiuſmodi deteſtari, humanoque implorato auxilio illud a ſede pontificia expellere. c. ſi quis pecunia diſt. 79 no. Hoſt. in ſum. tit. de elec. explicatq; in cap. licet de uitand. de elect. Si duo, præterquã decet duarum partium conſenſu pontifices nominati fuerint, non certo conſilio, ſed temeritate certantium, neuter ipſorum recipi debet a chriſtianis hominibus, electiones enim huiuſmodi ipſo iure nullę ſunt, iterumque alium eligant oportet, qui aut omnium, aut ſaltem duarum partium ſuffragia ferat. c. ſi duo contra. 79. diſt. Electio quoque facta illius, qui vxorem habuit, & mortuam credidit ſuperſedere debet, quouſq; de ea conſtiterit. nam ſi ipſa uirum repetat pontificem electũ, aſſignatum munus relinqui lex iubet, atque uxori adhærere, etiam ſi ſacratus fuerit, & in ſede pontificis conſtitutus. Io. gl. & Archi. in c. ſi quis pecunia. 79. di. Idem dicit Ioan gl. de quolibet ſacerdote in pontificem electo, ut puta de Abb. aut præfecto aliquo regulari, cui monachi obediunt, nam ſi ipſum repetant debet ad ipſos redire. not. glo. in capit. quantum ſit neceſſarium. 18. quæ. 5. Sed profecto nullum eſt periculum, quando enim huiuſmodi caſus euenit? Hodie nitterentur omnes, ut aliquis ex ſuis põtifex crearetur. Iam enim nouerunt commodum atq; vtilitatem, quæ inde ad eorum conuentus, atque eccleſias promanat, & priuilegia quæ ipſis erogantur. At uero rite electus in conclaui duarum partium ibi præſentium, ſicuti diximus conſenſu, ab uniuerſa eccleſia Romanus pontifex habendus eſt, licet tertia parte cardinalium reclamãte, nihil enim impedit, ſi quis autem tertiæ partis nominatione creatus pontifex, nomen, & inſignia pontificis ſibi aſſumpſerit, excommunicationis pęnã incidit, cumque eo omnes, qui elegerunt, aut recipient huiuſmodi pontificem. c. licet. de elect. Ante omnia in electione pontificis, ſciant cardinales, ſententias & ſuffragia uniuſcuiuſque ex collegio liberas eſſe debere, eumque iure pontificem habendum, qui duarum partium conſenſu nominatus fuerit, nam diuino munere uim ſuam accipit, licet cardinales ſint miniſtri inſtituti, & inſtrumenta quædam, tamen in illo cardinalium conſenſu iuſte eligentium, Dei filius humanæ naturæ redemptor, habens in cœlo. & in terra abſolutiſſimam poteſtatem. Matth. vlt. Cõfert in illum omnem eius auctoritatem adminiſtrandæ uniuerſæ eccleſiæ, curam alligandi & ſoluendi in utroq; foro, cœlorum claues, ſcientiam, & iuriſdictionem orbis uniuerſi. ſicut olim D. Petro conceſſiſſe legimus, quod ſirmiſſime credit & profitetur uniuerſa Chriſti eccleſia, Ioan. ult. Matth. 16. 22. diſtinct. omnes 23. diſtinct. cap. in nomine Domini de elect. cap. licet. cap. ſignificaſti. cap. ubi maius. cap. fundamenta, eo. lib. 6 clem. ne Romani, de elect. de maior. & obed. cap. ſolitæ, de iud. capit. nouit,

nouit, de tranſl. cap. i. & 2. qui fil. ſint legit. aap. per uenerabilem. eſt igitur hæc poteſtas põtificis diuina in ipſo, a ſummo Deo deſcendens. quod oſtendit Innocent. cap. 2. de tranſ. cla xius io cap. licet, ex ſuſcepto de foro compet. Quod ſacratæ etiam conſtitutiones oſtendunt. cap. ſacroſancta. 22. diſtin. capit. r. & 2. de tranſlla. capit. nouit. de iud. proinde impium eſt cogitare Deum, qui ipſum bonum eſt, ipſa mentis integritas, conferre tantam auctoritatem homini, per ſummum ſcelus in pontificem inſtituto, cum negocium hoc non ſine ſpiritusſancti interuentu, aut confici, aut tractari poſſit. 1. q. 1. gratia. & cap. ordin. & cap. ſi cuius. 57. diſtinct. cap. ſi quis, in ægritudine, de conſe. diſt. 4. cap. ſolet quæri. de baptiſ. maior. §. quæritur, & hoc habet textus in cap. vbi maius. §. cæterum, de elec. in 6. Vbi pontifex Gregorius de electione ſic dicit. Ceſſat electio dum libertas adimitur eligendi. Idem aſſerit Nicolaus. III. in cap. fundamenta. §. decet. eodem tit. Romani inquit pontificis, quæ ſuis temporib. occurrit electio, cardinales ſumma libertate procedant, & in communi concilio Lateranenſi publicam conſtituit auctoritatem Nicolaus. II. electionem pontificis eſſe debere puram, integram, & gratam, quod ſi in urbe propter ſceleratiſſimorum hominum audaciam tractari nõ poſſit, extra urbem adminiſtranda eſt aliquo tuto loco electo, d. c. in nomine Domini. dum inquit ibi pura, id eſt munda, & ſine acceſſione alterius rei, aut cogitationis electionem inquinãtis, purum enim idem eſt quod mundum & immaculatum iuxta illud Pſalm. 50. Cor. mũdum crea in me Deus. Cardinales eoſdem ibi dum inquit oĩs priuatæ affectionis in electione depoſita, & cuiuſlibet pactionis, ꝯuẽtionis, & obligationis uõ neceſſitate, & q̃ ſequuntur, pura ibi id eſt, ſine dolo, c. ſtatutum. § inſuper, in uerb. puritate de reſcrip. in 6. alias etiam pura accipitur pro ſimplici & pura vt quæſt. 9. clem. ne Rom. §. ergo. eſt etiã, in cap. ſupracitato. In nomine Domini. eum interpretatur, ſine dolo, aut fraude, aut ordine non ſeruato, dicitur enim ſincerum, a con & cera quaſi ſimul cũ cera. Apoſtolus etiam hortatur, vt nos ſynceros geramus hoc eſt mundos, & ſine macula, ut Deo placeamus. Itaque debet eſſe grata ſpontanea & libera abſque aliquo metu. Præterea conuenit etiam doctrina Chriſti gratis accepiſtis, gratis datæ, alloquitur enim in hanc ſententiam apoſtolos. Concludamus itaque ſi cardinales per audaciam, ambitionẽ, aut corruptelam aliquam pontificem eligant, electionem huiuſmodi eſſe erroneam, & nullius momenti, quia non pura, non ſimplex, non gratis eſt pertractata, & ita electum nullo modo conſentire debere, ſi autem conſenſerit anathema eſſe, nec pro pontifice, aut recipienda, aut habenda. c. in nomine Domini.

De more eligendi pontificis in primitiua eccleſia ſæpius immutato. Cap. XXVII.

Modus eligendi ſummi pont. a primaria inſtitutione varie immutatus eſt, ſicuti in ſacris literis, ꝯſtitutionib. hiſtoris, atque annalib. intuen quiſque poteſt. Nam primo Chriſtus Dei filius, verus omnium paſtor, ſummus ſacerdos, & pontifex, princeps regum uniuerſi orbis D. Petro apoſtolo ſpeciatim, & expreſſe claues regni cęlorum tradidit. Matth. 16. Matth. & apoſtolis præſentibus curam totius gregis ei demandauit. Ioan. vlt. cap. 21. d. c. 1. in nouo. quem ore proprio nominauit, atque elegit paſtorem vniuerſæ eccleſiæ, cũ inquit, & ego tibi dico, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. & portæ inferi &c. poſtquam autẽ ſurrexiſſet eundem confirmauit coram apoſtolis, ait enim ſi diligis me Simon petre, paſce oues meas, Io. vlt. c. ſignificaſti. de elect. ſolo autem verbo eum ſacrauit, cunctiſque præfecit, vt nobis relinqueret exẽplum inſigne, ad perpetuam eligendi pontificis memoriam, quæ in eccleſia uniuerſa vſque ad finem ſeculi obſeruaretur, not. Arch. in roſario. cap. in nouo teſtamento. 21. diſtinct. & ſic conciliantur conſtitutiones Gregorii, & Anacleti, 21. diſtinct. cap. in nouo. 50. diſt. cap. conſiderandum. & c. fidelior. ipſum etiam pontificem electum omni auctoritate honeſtauit, & cunctis præeſſe voluit cæphas appellans, id eſt caput eorum, cui quidem apoſtoli omnes ſemper paruerunt, Anacleto teſte, io cap. ſacroſancta. 22. diſtinct. quod diuina factum eſt inſtitutione, non autem apoſtolorum conſilio, & ſic etiam debent intelligi conſtitutiones. cap. in nouo. 21. diſtinct. ſacroſancta. 26. diſtinc. cap. cum beatiſſimus. & Caietanus in Matth. 16. cap. inquit, Petrus maiori deuotione Chriſtum confeſſus eſt, dicens tu es Chriſtus filius Dei viui, & merito cæteris fuit præpoſitus, Petrus autem in primis hunc morem a Chriſto traditum ſeruauit, nam cum non procul a morte abeſſet, clementem ſibi Romæ ſubſtituit ſucceſſorem, conuocatis, qui ibi aderant Chriſti fidelibus, ſed hoc profecto ab eo neceſſario factum fuiſſe credendendum eſt, cum uideret in quantis moleſtiis, Romana eccleſia uerſaretur neque vero propter tyrannorum nimiam in Chriſtianos homines ſeuitiam, cõmode in unum cogi potuiſſent ad eligendum pontificem. Itaque auctoritate propria eundem paſtorem confirmauit, in eumque vniuerſæ gregis curam ſibi impoſitam tranſtulit. Petro uita functo, prudentiſſimus pontifex animaduertens futurum eſſe, ut exemplo D. Petri, omnes ſibi ſucceſſores eligerent, & tanquam hæredes ſummi ſacerdotii, quod ſane non modo ridiculum, ſed etiam pernicioſum eſſet, ne hoc ipſe ad paſtores transferret, ſponte, & libere onus huiuſmodi in manibus ſacerdotum, qui tum Romæ aderant reiecit, ceſſitq; officio, poſtea uero, iterum uno ſacerdotum ore pontifex creatur, quod ſacra teſtatur hiſtoria, ſic itaque primus a Petro fuit pontifex inſtitutus, tertius autem communi electione diuino numine celebrata, ita Arch. in roſario. 8. quæſt. 1. cap. ſi Petrus glo. 7. quęſt. 1. cap. ne autem. clarum eſt enim uno eodemque tempore non poſſe eſſe duo, aut plures Rom. pontifices, quia ſicuti corpus unum habet caput, non autem plures, ita eccleſia quæ eſt corpus Chriſti, vnum caput, unum paſtorem tantum habere debet, ſecus autem prodigium naturę eſſet, illiſque diſſentientibus miris modis membra uexarentur, neque vero cum a Chriſti inſtituto diſceſſerit eccleſia, ſeruabitur, ipſe caput unum præfecit principẽ apoſtolorũ Petrũ, omnemq; in eũ contulit auctoritatem, vt ſingula membra eccleſiæ perfugium haberent, ſi forte inter ſe diſcreparent in rebus ſecundis, ſi autem plura eſſent capita nullo modo cõcordia, & pax fundamenta eccleſiæ ſuſtineri poſſent, neque ab his diſcrepant ſacrę conſtitutiones. 21. diſtinc. cap. in nouo. 23. diſt. capit. ſacroſancta. c. ſimiter. §. una. uero. de ſum. trinit. cap. venerabile, de elec. cap. ſolitæ, de maior. & obed. cap. quoniam, in pleraque de officio ordi. cap. per venerabilem. §. rationibus, qui fi. ſint legit. Tertius eligendi pontificis modus Romanæ inductus, & obſeruatus fuit, nimirum ut eligeretur a ſacerdotibus, nõ ſine conſenſu cæterorum, qui in vrbe eſſent fidelium, quod quidem tũc temporis in uſu fuit, cum iniuriæ, & cruciatus, quibus Chriſtiani homines paſſim afficiebantur, ita facto opus eſſe monerent, multiſque temporibus hæc conſuetudo permanſit, Fabianus pontifex decreuit, ne electio haberetur niſi tertio die ab obitu, aut abdicatione pontificis. Hoc idem Bonifacius. II. conſtituit hoc modo. Pontificatu cedente Cyriaco, Antherus II, ei ſubſtitutus eſt, & Bernardus tractat in catalogo Roma pontificum parte prima. Idem Bonifacius IIII. hoc conſtituit in concilio communi. tractatur. 79. diſt. cap. nullus, ubi abunde hac de re videre potes. Arch. in roſ. cumulate Hoſt. in cap. licet de uitan. de elec. Complures in clem. ne Roma. de elec. Quartus modus eligendi pontificis fuit per ſubſtitutionem obſeruatus, etiam in grauiſſimis eccleſiæ periculis, & cũ nullus erat electioni locus, ita Lucius prim. pontificatu pulſus, omnem poteſtatem ſummi paſtoris Stephano diacono tradidit. Melchiades item pulſus in exilium Felicem, pontificem eſſe iuſſit, tractatur ibidem in hiſtoria Romanorum pontificum. Quintus modus creandi pontificis cepit a Pelagio. II. pontifice, inductus a Romanis ſacerdotibus, & ab uniuerſo populo comprobatus, abſq; iuſſu imperatoris, antea n. poſtquam fidem Chriſti receperit, & Conſtantinopolim regiam urbem tenebant auctoritatẽ hanc confirmandi pontificis ſibi uendicabant, poſt pelagium imperatorũ auctoritas ceſſauit, & D. Gregorius, & alii complures libere electi fuerunt, ut ibidem legitur. Sextus modus fuit tempore Agathonis pontif. de quo habetur. diſt. 64. Septimo ruſus ad imperatores res redit, difficillimũ năq; erat in tantis eccleſiæ creſcentibus moleſtiis pontificem eligere. Itaq; Adrianus. r1. pont. ius Romani pontificis in Carolum Magnum Imperatorem, & Galliarum Regem tranſtulit. 63. diſtin. c. Adrianus. Quam auctoritatem ſequentes Reges retinuerunt vſque ad tempus Paſchalis pontificis primi, qui a Ludouico Imperatore immunitatem huiuſmodi prærogatiuæ impetrauit. Ego Ludouicus. 63. diſt. Octauus modus fuit obſeruatus a Nicolao papa. II. An. ſal. M. 59. qui nanone Germanus, atq; Florentinus Epiſcopus, in ordine ſucceſſiuo Romanorum pontificũ centeſimus ſexageſimus primus a Cardinalibus Rom. eccleſiæ, abſque populi, aut Imperatoris cõſenſu Senis electus eſt, & conſecratus, & paulo poſt in Vrbe ſumma lætitia, atque pace omnium receptus eſt, Hic primo Cardinales ſoli pontificem eligere auctoritateque ſibi a Chriſto tradita vti cęperunt, eodemque tempore commune Cõcilium habitum atque promulgatum fuit Lateranenſe, auctore diuino ſpiritu, cuius auctoritate declarat, ad ſolos Cardinales præeunte conſenſu populi pontificis electionem pertinere. c. In nomine domini. 23. diſt. Nonum explicat modũ Alexander pontifex tertius, ab vniuerſa eccleſia in communi Concilio Romæ receptum, Cardinales videlicet ſummũ

c.c.

electionis ius ſolos habere, & quicunque a duabus eorū partibus electus fuerit, vt ſupra diximus, is vere erit pontifex, c.licet de uitanda de ele.cum ibi not.ab Inno.4.& Hoſtienſ. Quæ ꝯſuetudo quingentis amplius annis obſeruata eſt. Gregorius tādem Decimus communc concilium Lugduni cōuocat, in quo quidem quingenti epiſcopi, Abbates 70.& alii ſacerdotes circiter mille adfuerunt anno Chriſti 1284. in eo cautum eſt, vt ſoli Cardinales omnem eligendi pontificis habeant auctoritatem,c.ubi maius periculum de ele.li.6. atque ab vniuerſo Romano populo receptum,& comprobarum fuit.Hoc Clemens P.V.in communi itidem concilio affirmauit,atque dilatauit clem. Romani, quam conſtitutionem lo.22.poſuit in tit.de elec. Cum igitur Cardinalium dignitas re ipſa prius fuerit in Apoſtolis vna cum Petro degentibus,poſt glorioſum Chriſti ad cœlos aſcenſum,Petrus aūt caput,& pontifex nō modo Apoſtolorum, aut eccleſiæ Anthiochēſis,aut Romanę,ſed orbis vniuerſi fuerit, habuerintque omnes pro collegio auctoritatem eligen.pontificis,quę multis temporibus fuit obſeruata a ſacerdotibus, & populo Romano,& ſpeciatim a Romanis imperatoribus liberaliter pontifici & ſacro cardinalium cœtui remiſſa,propter ius qđ habent in eccleſia collegii Apoſtolorum. Arrogātis ſane & impii hominis eſt tantis temporum viciſſitudinibus confirmatam conſuetudinem uelle immutare, licet enim nec pōtificis, nec cardinalium nomen primis temporibus eſſet in vſu,tamen quid refert,ſi hoc pie factum eſt,& res ipſa permaneat,immutata? nam omnis auctoritas in communi cœtu, tam in Petro,quam in cęteris apoſtolis permanſit,quantum pertinet ad eccleſiarum omniū adminiſtrationem, vniuerſi gregis curam,& Chriſtianæ fidei acceſſionem, quod diui Patres & chriſtiani Principes in ſacris legibus, atque conſtitutionib. confitētur.30.di. ita dominus,c.in memoriam, 21.di. in nouo teſt.22.diſtin.c.omnes,& c.ſacroſanct.79.diſtinctione 96.di.c.duo ſunt, & c.ſi Impera. catholicus.c.Cōſtantinus eadem diſtin.c. Victor Honorius 97. diſt.l. cunctos populos, Epiſt. inter claras. C.de ſum. trin.& fid. cath Et ſic quilibet ſine fraude ac dolo,rite a Cardinalibus pontifex electus,verus Petri ſucceſſor exiſtit.Nam ipſi vere Apoſtolis ſuccedunt Paſtores,Doctores,& adiutores chriſtianæ fidei ad conſumationem ſanctorum in opus miniſterii,in ædificationem corporis Chriſti,quod eſt eccleſia,teſte Paulo.ad Epheſ.c.4. Singuli autem epiſcopis Apoſtolis diuina inſtitutione per totum orbem dimiſſis eccleſiis, & diœceſibus eiſdem aſſignatis ſucceſſerunt.25.diſt.c.in nouo c.uidentes,22.q.1.atque ita interpretatur Cardi.Camerac.li.de poteſtate eccleſ.par.1.q.6.& 7.

De cura DD. Cardinalium in grauioribus malis impendētibus eccleſiæ, cum Pontifex illis occurrere negligat.

Cap. XXVIII.

Quotieſcunque ſtatus eccleſiæ ꝓpter hæreſim, vel tyrannidem, vel aliud grauius impendens malum pericliraretur,ſi pontifex occurrere negligat, tunc Cardinalium eſt neruos omnes in eam curā intendere,ne quid chriſtiana Reſp.detrimenti accipiat,ſunt enim adiutores,& conſiliarii pont.vt vna eccleſiam adminiſtrent.c.fundamenta.§.decet de elect.in 6.Et in iis caſibus iura omnia,quæ poſitiua appellamus, tūc temporis cedere eis debent. Ita Beda ad Matt.c.quod non eſt.de reg. iur.Et quod alias minime liceret,neceſſitas imminens,vt liceat facit. ad idem.5 1.diſ.c.ſicut.6.q.1. literis.de conſ.di.c.diſcipulos.di.5. nemo enim dubitat quin apoſtoli de communi collegio, iis rebus cōſulerent, quibus minime poterat Petrus, & ſumma auctoritate ſibi cum eo tradita vſi ſint.50.diſt.non vos & c. rationi de iur.iur. in 6. & paſſim omni iure receptum eſt neceſſitatem legi non eſſe ſubiectam.de conſuetu. c,quanto.& c.2.in fi.de conſe.di. 1.& in c.ſicut.& di.3.c.peruenit,& l. 1.§. Arietes. ff.ſi quad.paupe. feciſ. dicatur. multo magis autem voluntati diuinæ ſubiaceant neceſſe eſt, quæ nunquam fallitur,nunquam decipitur, & ſua ſponte ſæpiſſime laboranti eccleſiæ conſuluiſſe reperitur.Paul.ad Epheſ.5.Chriſtus dilexit eccleſiam,& tradidit ſemetipſum pro eꝗ, vt illam ſanctificaret &c.donec cōueniamus omnes in vna fide & agnitione filii Dei, Chriſtus autem caput eſt eccleſiæ,ex quo corpus rotum connexum & compactum eſt,nimirum iunctura adminiſtrationis, vnuſquiſq; enim ſingulorum membrorum actionibus acceſſionem corporis facit, vt Paulus inquit in ædificationem ſui,in charitatem,ad Epheſ.cap,quarto.Si ergo miniſterii caput in eccleſia ipſe eſt pontifex, a Chriſto capite ꝑcipuo,in ſede Petri,ſucceſſor īſtitutus,& aīo abiecto exriterit,aut minime idoneus rei gerendæ ꝑpter aliquam cauſam videbitur, tūc temporis dedit Chriſtus eccleſiæ quoſdā Apoſtolos,nonnullos paſtores,hoc eſt epiſcopos, & alios, ad quos cura animarum pertinet, præmiſit autem in prima ſpecie totius eccleſiaſticæ Hicrarchiæ Apoſtolos, ut oſtēderet, eos prius quam epiſcopo in eccleſia inſtitutos,fuere igitur primū ad gubernacula Reipu. Apoſtoli,ergo & cardinales,una cum Petro Romano pontifice, qui ſi aliqua cauſa defecerit, tunc cardinales pro collegio omnem rei adminiſtrandæ habent auctoritatem,ut eccleſiæ uniuerſæ corpus integrum ſeruetur, ubi etiam ius poſitiuum ſupplendum eſt, & requirit abſoluta auctoritas,pontifex uero ſi non adeſt, tunc temporis cardinalium intereſt, ſi neceſſitas cogat, aut periculum chriſtianis impendeat, cœtu ſacroſancto coacto ſumma cōcordia prouidere,ne quid chriſtiana ecſileſia detrimenti accipiat.c.licet de vitand.c.vbi maius §.idem quoque de elec. 79.di.c.ſi duo contra fas & c.ſi quis pecunia. Nam ius gentiū etiam iubet,ſi aliquod ambiguum in eo ſit declarandum,ad eundem refugere, qui illud ſupplere poteſt, quo caſu multa ſunt cōceſſa cardinalibus,quæ alias nullo modo dantur, niſi expreſſe aut permiſſa,aut prohibita fuerint.in d.c.ius gentiū. 23.di.ſt.q̄ in fraud credi l.ait Prætor.§.ſi debitorem.C.de decurio.l.generaliter li 10.not.Inno.in c.olim de reſt.ſpol.& c. dilect.de appella. Neceſſitatis item cauſa,edicta omnia, quibus aliquid prohibetur ceſſant, quando in illis iuſta cauſa intelligitur excepta.c.excellen.& c. quoniam multos 11. q 3. Nec veriſimile eſt Chriſtū voluiſſe ſponſam ſuam eccleſiā, cū magis illi opus eſt, orbata ī omni auxilio iacere, ſed apoſtolos inſtituiſſe, qui ei opem ferrent,eamque vſque ad finē adminiſtrarent,quam ipſe proprio redemit ſanguine, c. pro humani de homic. libr. 6.ne Paſtore amiſſo, vniuerſus grex Chriſti diripiatur.c.ne pro defectu de elect. Habent itaq; cardinales cum pōtifice plenam auctoritatem in eccleſia, quo defuncto, adhuc penes illos reſidet poteſtas, ita ut ius ſupplere poſſint, legesque eis ſubiaceant ſicuti diximus, quoniam nulli proximiores ſunt ſummo paſtori.cap.fundamenta,de elect.& cap.1.de off.leg. lib.6.cum ibi not.

De poteſtate DD. Cardinalium propter infirmitatem pōtificis,ſeu ob aliam cauſam inutilis rei gerendæ,exercenda.

Cap. XXIX.

Si propter valetudinem, aut aliam cauſam, veluti, ſi furioſus aut mutus,aut ſurdus pontifex fiat,neque recte munus tantum exequi poſſit, habent cardinales plenam auctoritatem adminiſtrandi quęcunque pertinent ad vniuerſam eccleſiam,nam ſunt præcipui illi, & ſancti montes,in quib. firma reſident eccleſiæ fundamenta iuxta ſententiam Pſal. 86.ſanct.ciuitat.i.alma mater eccleſia, cap.fundamenta,de elec.lib.6.ſacroſancta 22.diſtin.Et ſunt cardines, circa quos vertitur pontificia omnis auctoritas, & cura uniuerſæ eccleſiæ,qui caſus ſi euenerint,tum re ipſa perficitur eccleſiæ oratio, quæ in hunc modum precatur in præfatione apoſtolorum. Vt eccleſiam tuam paſtor æterne non deſerras,ſed per beatos apoſtolos tuos continua protectione cuſtodias,vt iiſdem rectoribus gubernetur,quos operis tui vicarios eiſdem contuliſti præeſſe paſtores &c.maxime autem, cum debilitata eſt eccleſia,& in ſummum adducta diſcrimen propter valetudinem pontificis,quo uiuo alius ei ſubſtituatur nullo modo fas eſt.79.diſt.cap.quis,& c.nullus,ea.diſt. & 7.q.1.Sed tamen non minorem habet auctoritatem, neceſſitate cogēte collegium cardinalium in iis adminiſtrandis, quæ ad eccleſiam pertinent,cum etiam bene affecto pontifici adiutores electi ſint.capit.fundamenta,ſupra citat.Quid autem,ſi contingat, vt Roman.ſummus eṗs ,a barbaris aut hæreticis (quod Deus auertat) capiatur, vel in exilium expellatur,ſicuti Lucio, & Melchiadi factū eſſe legimus? plane cardinales omnem adminiſtrandæ eccleſiæ habent auctoritatem, ſiue ad ſpiritum,ſeu ad corpus negocium pertineat.cap.fundamenta.§.decet, de electio.lib.6. Nec mirum hoc eſt,cum etiam collegia primarum,eccleſiarum, ſi qua de cauſa abſit epiſcopus,adminiſtrare iure poſſunt,illa quæ epiſcopū agere oportebat.cap.ſi epiſc. de ſuppel.neg.præ.lib.6. His igitur caſibus,ne Chriſtiana Reſpub. vllo afficiatur incommodo, cardinalium intereſt prouidere, & diligentes, ſeipſos præſtare in illis adminiſtrandis, quæ ſalutem, aut ſingulorum,aut communem reſpiciunt.7.q. 1.c.quamuis.Sanctus enim ſpiritus,quo auſpice eccleſia catholica regitur,atque adminiſtratur uires ſuggerit,& verba cardinalibus in officio ſuo permanentibus, cui diuino inſtituto ſunt electi & uocati cardinales,capit.ſacroſancta.in fi.12.q.3. cap.oportebat.79.diſt.capit.ubi maius.§.decet.de elec.cap.1.de off.leg.cap.ad apoſt. de re iud. cap.ad ſuccidendos de ſciſ.ca.fœlicis, de pœ.lib.6. cardinalium ſenatus ratione ſtatus Hierarchici, quem in eccleſia ſuſtinet, apoſtolorum locum ſortitus, eandem habet iuriſdictionem, auctoritatem, & poteſtatem,quam apoſtoli cum Petro habuerunt in vniuerſa eccleſia , nec ſummus ponti-

pontifex illam adimere poteſt, aut efficere, quin vrgente neceſſitate ea utantur, eſſet enim perturbare, & euertere concordiã vniuerſæ eccl'æ, q̃d nullo modo põtifici permiſſum eſt, data eſt autem ei plena poteſtas, non ad perniciem, aut cladem. ſed ad ocium, atque pacem. Quid ſi ea omnia quæ apoſtoli docuerunt, quæ Chriſtus ipſe, euertere nitatur? vtique iam non ſententiam ferre, ſed longe aberrare dicendũ, pontifice ipſo teſte. in cap. ſunt quidam. 13. q. 1. idem D. Leo papa V. quæ ad perpetuam, inquit, eccleſiæ Dei generaliter ordinata ſunt, nulla commutatione varientur, capit. quę ad perpetuam. 15. q. 5. ibique gl. inquiens non poſſe pontificem contra generale eccleſiæ ſtatum diſpenſare, nec cõtra Chriſti fidem, huc facit 9. q. 8. c. fin. vbi glo. nec debet pontifex ratione proprij commodi vniuerſum eccleſiæ ſtatum perturbare. 1. q. 7. cap. & ſi illa, etiam quæ congerit Gugli. duran. in ſpec. par. 1. tit. de lega. §. nunc breui. not. Innoc. PP. IIII. in c. inquiſitionem, in fi. de ſent. excom.

De conuocando concilio a DD. Cardinalibus ſuper facto ſciſmatis, eorumque opere præſtando. Cap. XXX.

Quoniam autem Chriſtianorum omniũ diuturna comprobatione receptum eſt, collegium cardinalium poſt pontificem dignitate, atque auctoritate maiori in eccleſia præditũ eſſe, atque primi & ſecundi ſtatus apoſtolorum vicem gerere, per Chriſtum Dei filium vere, atque hominem totius orbis redemptorem, ſummumque ſacerdotem, In quem æternus pater, omnem tranſtulit poteſtatem. Matth. vlt. Apoſt. ad Heb. 5 & capit. 7. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra &c. Ante enim quam pateretur iiſdem pręſentibus apoſtolis, ſic eos allocutus eſt. Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, ego autem diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi pater regnum, ut edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, hoc eſt in eccleſia militanti dũ viuerent, poſt mortem autem in cœleſti patria, in die itidem glorioſæ reſurrectionis diſcipulis congregatis apparuit illis Ieſus, & gauiſi ſunt uiſo domino, & dixit eis pax uobis, accipite ſpiritũſanctum, Ioan. cap. 18. & præcepit eis, ut pręedicarent euangelium, & teſtatũ relinquerent, quia ipſe eſt conſtitutus a Deo iudex uiuorum, & mortuorum, ut Petrus confirmat actorũ, 10. in fi. eo ipſo die mira quædam, & arcana illis communicauit, ut diuinæ naturæ participes efficerẽtur, ut uniuerſam iuſte, ſancteque adminiſtrarent eccleſiam, fideles eſſent erga Chriſtum, uirtute in rebus agendis abundarẽt, ſcientiam haberent, abſtinẽtiam, patientiam, pietatem, amore, & charitate erga proximos flagrarent, fugientes quæ mundi ſunt non vt ſuperbi dominentur cæteris, ſed pie, & humaniter, vt enim apparuerit princeps paſtorũ, immarceſcibilem gloriæ coronam recipiant, ut inquit D. Petrus. 1. 5. c. & 2. 1. ideo ad pontificem cum cardinalibus pertinet, ſi hæreſis aliqua inter Chriſtianos excitetur, qua quidem extinguitur amor, & charitatis uinculum in eccleſia, populique vniuerſi ociũ perturbatur, concilium publicũ indicere, neque permittendum eſt peruerſas aliquas opiniones augeri, & conſeneſcere (grauius ſi quidem ſæuit inueteratus morbus) ſed euellendæ, penitus eradicandæ ex hominum mentibus, cum autem hoc facit papa cum cardinalibus, perficitur Petri doctrina, qui capit. vlt. 1. inquit ſeniores, & maiores, qui in vobis ſunt vniuerſam eccleſiam alloquitur obſecro, conſenior, & teſtis, paſcite, quantum in vobis eſt gregem, non grauate, ſed libenter, æquo animo ut vult Deus, non turpis lucri gratia, ſed voluntarie, id eſt gratis, conſulentes eccleſiæ uniuerſæ, quotieſcũque illi opus eſt, ita enim ab apoſtolis factitatum legimus, vt phariſeorum hęreſim extirparẽt, cum Petrus ſolus minime poſſet contra eorum nequitiam, & inſaniam, Act. 15. Phariſei autem nomen, autore Hieronymo, nihil aliud ſignificat, quam diuiſum, & fouens diuiſionem, ſciſma vero ſciſſuram valet, 44 quęſtio. 1. cap. ſciſma. Quem locum ſic interpretatur pontificia conſtitutio, cap. per venera. §. rationibus. qui fil. ſunt legit. Sunt etiam in Hierarchia eccleſiæ, cardinales inſtar cæleſtis hierarchiæ, vigintiquatuor ſeniores, cum ſucceſſore Petri apoſtoli, qui in loco ſuperius citato, ſeipſum etiam ſeniorem nominat, vt relinqueret ſucceſſoribus exemplum, quod inter cardinales debeat Romanus pontifex ſe ipſum ↄnumerare. no. Arch. 22. diſt. ſacroſan. ob hanc igitur cauſam in genere loquitur pontifex, & cardinales fratres ſuos nominat. Cum igitur de hæreſi aliqua oborta extirpanda agitur, pontifex autem negligenter agat, & magnum ex mora appareat malum eccleſię euenturum, & requiſitus, noller, aut differet conuocare concilium, tunc primo loco poſt papam commune conciliũ cardinales conuocare debent, imperator quoque hoc idem facere poteſt, & Chriſtiani reges, quorum officium eſt eccleſiam tueri. 23. quęſtio. 5. principes. cap. regum. cap. adminiſtratores. quanquam cardinales proprie quodammodo in poſſeſſione eſſe dicuntur pontificis eligendi. c. licet, de elect. cap. ubi maius. cap. fundamenta eodem tit. in 6. clem. ne Rom. eod. tit. Conſequens itaq; fuerat, ad eos etiam pertinere proprie illa omnia, quæ electionem ipſam reſpiciunt. cap. præteritæ. & cap. cupien. §. ſi vero. de elect. lib. 6 45. diſtinc. cap. fin. & ibi not. in gl. Itaque dicendum pontifice impedito, aut nolente, deſerere, aut permittente pericula imminere eccleſiæ Dei cardinales, tamquam cardines orbis & fundamenta pro bono pacis vniuerſæ eccleſiæ, concilium publicum indicere poſſe, iure naturali, ciuili, canonico, & diuino, atque ſententia philoſophorũ. Cum enim membra vnius capitis ſint, æquũ eſt ut mutuum ſibi officium præſtent toto tit. de ſuppien. negli. præla. capite, impedito, ſi enim ut inquit Ariſtoteles maior pars ciuitatis atque valentior, maiorem habet dignitatẽ, & prærogatiuam honoris, ad eamque ius omne publicæ vtilitatis, atque cõmodi ſeruandi pertinet, profecto idem hoc loco de cardinalib. ſtatuentes nemo iure optimo reprehendet, nec nobis obſtabit, ſi quis dicat hoc expreſſe vetitum eſſe in clementina ne Romani, in §. irritum. de elect. nam breuiter reſpondeo, quod cum. §. irritum ex aduerſo citatus, cõplectatur illa, quæ continentur in c. vbi maius. §. idem quoque de elect. in 6. illi ſtandum eſt, atque dicendum vetita eſſe cardinalibus alia omnia, præter illa, quæ ad electionem pontificis pertinent, quod omnes fatentur. At hoc caſu concilii vniuerſi cõgregatio pertinet ad electionem, nimirum, vt hæreſi extirpata, is creetur pontifex, qui eccleſiam ſubleuet, eique ocium paret, atque quietem, unus eſt enim Chriſti grex, ita æquum eſt vnum præeſſe paſtorem Chriſti vicarium, Math. 16. & Ioan. 21. 9. quæſtio. 3. cap. cuncta per mundum. cap. per principalem. & hoc modo. §. irritum, non prohibebit Cardinalibus cõcilium indicere, quod ſentit etiam cardinalis Florentinus. quæſt. 5. in hoc eodem facto. Sed quoniam de uniuerſalibus conciliis meminimus, non alienum videtur quærere, quo tempore in vſu eſſe cęperint, & planũ eſt Conſtantini imperatoris ętate, Syluestro pontifice cępiſſe, ſic ait D. Iſidorus lib. 5. & 17. antea enim cum miris modis Chriſti nomen perſequerentur tyranni, eſſentque apoſtolorum ſucceſſores in prædicatione Euangelii occupati, non habuit ſummus pontifex liberam facultatem in certum locum conueniendi cum cæteris epiſcopis, hinc tam multæ hæreſes, & variæ diſſentientium ſectæ ubique exortæ ſunt, cap. canones. 25. diſt. ut Bernardus Guidonis de tempore celebrationis generalium conciliorum eccleſiæ militantis dicit, poſtquam autem Romanum imperiũ. Chriſti nomine inſignitum, ad Conſtantinum translatum eſt, primus ipſe imperator auctoritate ſua commune concilium indixit, cũ enim admodum exigua illis temporib. eccleſiæ auctoritas eſſet, & nullius prope exiſtimationis, opus fuit, ut imperatoria manus interueniret. 16. diſtin. cap. habeo librum. Eodem modo Iuſtinianus poſtea ſextam habuit ſynodum. cap. ſexta ſynodus, ibi exequen. 16. diſt. Concilium itaque Nicenum habitum eſt Conſtantino regnante. diſt 15. cap. ſacroſancta. Vbi uideas multa concilia ab imperatoribus habita. Alibi etiam legitur Conſtantinum Nicen. concilio præfuiſſe. 11. quæſt. 1. cap. continua. Carolus quoque qui magnus eſt appellatus commune concilium indixit eccleſiæ. 63. diſt. cap. Adrianus. Poſtea vero cum in dies Chriſti nomen augeretur, multis ſanctionibus cautum eſt, ne ab aliis, quam a Romanis pontificib. concilia huiuſcemodi pub. indicerentur, diſt. 17. cap. 1. cap. huic ſedi. & c. multis. c. ideo. 5. q 6. vbi rationem inſpicere poteris, ideo inquit ſanctæ ſedi huic priuilegia ſpeciatim ſunt conceſſa, tam indicendi pub. Concilii eccleſiæ vniuerſæ, iudiciorum, ac reſtitutionũ epiſcoporum, quam pertractandi omnia eccleſiæ negocia, ut omnibus oppreſſis leuationem, & iniuſte damnatis in integrum reſtitutionẽ ab eccleſia Ro. petere liceat, ut omnis improborũ audacia cõprimatur. Ideo pontifex cũ cardinalib. conciliũ publicũ conuocare põt, ad quos ẽt pertinet Chriſtianos oẽs publice, priuatimque admonere, ut peruerſæ opiniones ex aĩs euellant, imitantes Petrũ, & cæteros apoſtolos, qui Hieroſolymis ſenatu habito, primi fuere iudices nrę hierarchię, quibus ſanctus ille ſpiritus datus eſt ad euangelii p̃dicationẽ, vt mortales oẽs ad agnitionẽ veritatis raperẽt, atq; inflammarent. Itaq; nobis exempla, atq; doctrinam monimentis nunquam interituris conſignatam reliquerunt ex illo uiuæ charitatis oraculo Chriſto Dei filio collecta, quæ quidẽ eo ſimplicior uiſa eſt, qũ in animos diſcipulorum adhuc rudium erat transferenda, ita Dionyſius lib. de eccleſiaſt. hierar.

De auctor. DD. Cardi. in conuocando cõi concilio, ſi duo, aut plures de ſummo ſacerdotio contẽdant. Cap. XXXI.

Si duo vel plures ex cardinalib. de pontificatu contendant, amboque in eius quaſi poſſeſſione

ſione ſint, ita vt collegium uniuerſum in duas diuiſum partes, altera alterum ſequatur, pro diſſenſione huiuſcemodi ſedanda, poſſunt cardinales concilium uniuerſum habere, totiſque (ut aiunt uiribus) huic rei occurrere, præſertim, ſi altera pars requiſita non paruerit, impendet enim caſus, qui magnum uniuerſo orbi malum eſt allaturus, quare principes eccleſiæ, ad quos hęc cura pertinet, uideant ne pax uniuerſa perturbetur, adhibeantque omnia illa remedia, quæ præſentiora uidebuntur, pro ea auctoritate, quam a Chriſto Dei filio acceperũt, qui cœleſtis hierarchiæ princeps exiſtit. Dionyſius de eccleſia. hierar. cap. 1. circa med, Conſtituit vero eccleſia, quod maxime conſuetudini naturæ conſentaneũ eſt, ut unumquodque collegium, quælibet familia cõcordiam amplectatur, nam variæ ſententiæ, graues inimicitiæ inter homines ſerunt. Dionyſius eodem loco Cum vero ſummus eccleſiæ princeps in hæreſi extirpanda minime laborat, magno ſeipſum ſcelere obſtringit, tum vero iubet eccleſia, ut illius propinquiores, qui diuinæ auctoritatis participes ſunt concordiſſimi in hanc curam incumbant, & tanquam ſolis radii materias priores, ac denſiores, clariores efficiunt, quib. ad inferiora lumina demittuntur, ſic in eccleſia cardinales alios pertrahere debent ad concordiam, atque hoc declarãt ſacræ hiſtoriæ, & canones, diuino auctore ſpiritu cõſcriptæ. idem Dionyſ. de eccleſ. hierar. cap. 3. circa medium huc pertinet. cap. ad hoc Deus. 89. diſtinc. de pœn. diſtin. 1. cap. in domo. 45. diſtin. cap. licet, & cap. eſto ſubiectus. 96. diſtinc. Quotieſcunque igitur diſſenſio huiuſmodi inciderit, ſi nullum aliud præſentius remedium inueniri poterit, tunc concilii pub. indicendi cardinales auctoritatem habent, pro tempeſtate illa ſedanda, ſi autem una cardinalium pars contra alterius voluntatem hoc fecerit, poteſt ipſa certum aliquem in locum conuenire, ibique ab imprecationibus diris ſeſe liberare, quibus altera pars illi maledixerit iuxta regulam, in nomine. 23. diſtin. cap. ſi quis pecuniam. 79. diſtin. & ſine ulla conſcientiæ labe rem ſacram habere poſſunt, & cuncta quę agenda ſunt inter ſe conſerre, nam leges æquiſſimum eſſe ſtatuunt, ut qui ligare poteſt, abſoluere etiam ualeat. 21. diſt. inferior. cap. denique. 79. diſt capit. electionem. Quam ſane auctoritatem cardinalib. conceſſam eſſe Paulus probe monet, ad Roman. 12. & 13. loquitenim non eſt poteſtas niſi a Deo, & quæ ſequuntur, nulli autem unum corpus ſummus in Chriſto, ſinguli uero alter alterius membra. Quę quidem ſcripſit apoſtolus Romanis, inter quos fuerat orta diſſenſio, ſuperba ſane quiſnam eorum eſſet cæteris præficiendus, docet itaque eo loci quomodo diſſenſiones huiuſmodi extingui poſſint, atque ita locum interpretatur D. Hieronymus in proœmio eiuſdem epiſtolæ, conuocent itaque cum hic caſus euenerit cardinales commune concilium ad concordiã vniuerſæ eccleſię, vt Chriſtiani omnes unum efficiant corpus, aquilæ uero hoc eſt cæteri paſtores, & principes, q ſunt aquilę propter excellentem doctrinam veritatis, & ſcientię congregentur, vt Euangelii veritas iubet. Vbicunque fuerit corpus congregabuntur, & aquilæ Matth. 24. Quemadmodum enim ſinguli epiſcopi dum cõſecrantur, ſe ipſos aſtringunt iureiurãdo curam habituros animarum omnium ſuę diœceſis D. Thomas in ſecunda ſecundæ in quæſt. de ſtatu. perfectionis epiſcopi. ſic cardinalium officium eſt abſente, aut impedito pontifice uniuerſam adminiſtrare eccleſiam, eamque tueri, & augere pro uirili, ſanguinem etiam ſi ſit opus pro ipſa effundentes, hoc enim apoſtoli Hieroſolymis fecerunt, cum Petro in unũ coacti, propriis humeris geſtantes eccleſiam, eamque fundauerunt tanquam in montibus ſanctis. Pſal 86. 22. diſ. c. ſacroſancta, cap. fundamenta. de electio. in 6. card. cameracenſ. lib. de poteſtate eccleſiæ par. prima, cap. 3. Nec obſtat ſi cardinalium pars altera, aut aliquis ex cardinalibus opponat, nõ poſſe hoc fieri, propterea quod ſacræ conſtitutiones, philoſophorum rationes, & theologia vniuerſa permittant vniuerſi concilii cogẽdi auctoritatem tantummodo Rom. pontifici, hoc enim de vero & certo paſtore intelligit, eũ unus reſidet in loco Petri apoſtoli ab vniuerſa eccleſia in pace, & ocio receptus, nam eo tempore nemo ſanæ mentis dubitat, quin ipſi ſoli vniuerſæ eccleſiæ adminiſtrandæ onus incumbat. Cæterum licet penes ipſum pontificem omnis verſetur auctoritas, non tamen dicendũ eſt penitus ereptam ſacro apoſtolorum collegio extirpandę ſeditionis poteſtatem, quam a Chriſto Dei filio acceperunt, eam Hieroſolymis exercentes, ut in apoſtolorũ geſtis apparet, præterea neque pontifices ipſi, nec alii homines, aut abſtulerunt, aut potuerunt auferre auctoritatem vniuerſo apoſtolorum cętui permiſſam, cum periculum, aut vtilitas eccleſiæ agitur, cũ hoc iure naturali, ciuili, & diuino ſatis probatum ſit vt cuilibet animaduertati Luce clarius apparebit, aperteque hoc probat epiſcopus Tholonen libro ſuo de propoſitionibus eccleſiam Dei tangentibus propoſitio. 16.

De Cardinalibus De ſummo ſacerdotio certantibus, ſi inter ſe una conueniant, atque concilium uniuerſum denuncient, an in ſuſpicionem hæreſis uocandi ſint. Cap. XXXII.

Cum ſola animi pertinacia obſtinate, contra bonum publicum, atque pacem uniuerſam eccleſiæ, cardinales aliqui, dum inter ſe cõtendunt de pontificia dignitate, quam pontifici rite inſtituto non modo ipſi, ſed Chriſtiani omnes debent, detraxerint. iuxta ea, quæ docent Ciprianus, Hieronimus, Ambroſius. & Auguſtinus, 24. quæſt. 1. loquitur. cap. omnibus. & c. quoniã uetus D. Tho. 2. 2. q. ubi agit de mate. hęreſis. & ſciſm. nõ põt ullo mõ cardinales inter ſe ſic ꝯtẽdentes, hętici exiſtimari, qm̃ uniuerſum concilium conuocare diſtulerint, aut denegauerint, ſed potius in eadem ſententia permãſerint. Amplius magis ſunt commendandi auctoritate, ſi quidem eis permiſſa fungũtur, uniuerſamque eccleſię pacem quærũt ac toto animo intentiſunt, quemadmodum hęreſes omnes procul a Chriſti eccleſia ablegentur, a cuius inſtitutione unq̃ ſibi diſentiendum eſſe decreuerunt. Card. Came. li. de unio. eccle. par. 1. neque ſane obſtare debent quicunque proceſſus ſententiæ, aut fulminationes, ut appellant, hinc inde latæ a contendentibus, quinimmo utriuſque partis cardinales neceſſario, ſi propriam ſalutem diligunt, laborare debent in extirpanda huiuſmodi diſſenſione. eorumque collegium, in eodem loco congregare, & quemlibet contendentium deſerere pro concordia uniuerſa, atque concilii congregatione, omni prorſus depoſito metu excommunicationis, hæreſis, aut cuiuſcunque periculi, cum diuinæ legis auctoritate ſuni xi hoc faciant pro communi omnium ocio, & pace, neque propter obedientiam nõ præſtitam ſunt accuſandi, cum ẽt Paulus Apoſto. Petro obſtiterit, ad Galat. ſecundo. capitulo ſecundo quæſt. ſecunda. cap. Paul. Act. 15. & 16. ſacræ etiam conſtitutiones omnes ſtudiis, & priuilegiis exornatuot collegium cardinalium pro hæreſi extirpanda, capitulo ſi quis pecunia capitulo ſi duo contra fas. 79. diſtinctione, liceat itaque cardinalibus hoc caſu diſſentire a cæteris, collegia ſeparata habere, omni cuiuſlibet ſuſpitionis metu depoſito quia ut Auguſtinus ait, qui peccat, non peccat legis auctoritate, 23. quæſtione 4. c. qui peccat. carent etiam iuſto crimine, ſi Antiſtitem, ſeu præfectum ſuum deſeruerint, cum eum mouerint. vt in hanc curam tollendæ hæreſis incumberent, ipſe vero, aut rem diſtulit, aut neglexit, legitur. n. ſacris literis mandaſſe Deum vt a tabernaculis Datan, & Abiron ſcientes opiniones peruerſas, ſepararentur, & ita factum eſt. nu. 16. 7. q. 1. denique. 24. q. 1. c. non afferan. c. licet de euitan. de elect. Cuius rei ratio eſt, quoniam cum cardinales vnum corpus cum Rom. pont. efficiant in adminiſtratione vnius S. Catholicæ eccleſiæ, c. fundamenta & c. ubi maius de elect. c. fęlicis de pęn. in 6. non modo iure diuino, ſed communi etiã & naturali, autoritatem, ac poteſtatem habent huiuſmodi corporis, ſtatuſque ipſorum tuendi atque ſeruandi, qua ratione nihil omittere debent, quod ad conciliandas ſeditiones, parandamque vniuerſæ eccleſiæ concordiam pertineat, præterea humanis corporibus natura indicit, mirum ſui ſeruandi ſtudium, ita vt difficillime diuidi a ſe ipſis ac diſtrahi patiantur, quinimo de ſua ipſorum acceſſione, atque reparatione admodum ſollicitos eſſe videmus. Quare miſticum iſtud eccleſiæ corpus naturam imitetur oportet, cum ab ipſa eius pendeat auctoritas diuino conſilio confirmata. 1. diſt. ius natural. §. ſed naturalia inſti. de iur. na. gent. & ci. c. quæ ad perpetuam. 25. q. 1. Cũ autem corporis huius caput ſummus Ro. põtifex, aut noluerit, aut diſſenſionibus ob ortis mederi, aut remedia adhibere diſtulerit opportuna, tũc membra ſimul coacta, hoc eſt collegium cardinalium curam illam ſuſcipere debet. conciliũ; commune denunciando, neque repræhendendi ſunt, ſi ſe a cęteris diſſentientibus ſeiunxerint cardinales, ſed mitis potius laudibus extollendi.

De poteſtate Cardinalium in denunciando Cõcilio vniuerſo propter quancunque cauſam impendentem Eccleſiæ.

Cap. XXXIII.

Summo Romano pontifice, & ſanctę Apoſtolorum ſedi, atque uniuerſę eccleſiæ ſingulos cardinales adiutores & conſiliarios exiſtere diximus, 23 diſt. c. In nomine Domini. 79. diſ. c. 1. & c. ſi qs de elec. c. fundamenta. c. fęlicis. de pęn. lib. 6. & ob hanc cauſam illa omnia, quæ ad pontificem pertinent, ubi magnum impendet periculum, ſi is noluerit, aut occurrere neglexerit ab ipſis cardinalibus eſſe pertractanda pro iure ſuo, quo quidem participes ſunt pontificiæ auctoritatis, atque in eodem collegio apoſtolorum fratres, principem locum a pontif. in eccleſia habentes, ad illius adminiſtrationem, decus, & vtilitatem

litatem inſtituti, c. ſacroſancta. cum ibi not. ab Arch. & Io. 22. cap. Conſtantinus. 26. cap. eccleſia habet. 26. quæſt. 1. ratio enim temporis, tunc ea eſt, ut cogat proximos antiſtites hoc eſt cardinales ad ſuſcipiendam Chriſtianæ reſp. curam, alioquin iura omnia, & poteſtatem amiſſuræ. capit. & temporis 16. quæſt. 1. capit. placuit, 16. quæſt. 3. quo tempore, cum magis quam Chriſtiani omnes, obnoxii ſint Romanæ eccleſiæ cardinales propter egregia beneficia, quæ ab ipſa acceperũt, debẽt autem (ita enim iubet charitas) nõ ſolum animo, ſed re ipſa eccleſiæ conſulere, ut quemadmodum cardinib. hoſtium regitur, uertiturque in ipſis, ſic eccleſia cardinalium ope regatur oportet, cap. 5. ut in Romana, in ſi. 22. diſtin. expreſſe, Hoſt. in ſum. de pœniten. de remiſſ. in verſ. papa, & verſic. cui cardinalis. cardinalium itaque intereſt in caſibus huiuſmodi ſuſcipere curam omnem Chriſtianæ reipub. capit. coram. & cap. querelam, de elect. glo. in cap. 2. de officio, Archid. Hoſtien. in ſum. eod. titu. §. quæ pertineat. Nec poſſunt iis caſibus reprehendi quod ſeſe immiſceant in rebus minime ad ſe pertinentibus, ſed potius laudibus efferri debent, quod laboranti eccleſiæ opem tulerint. cap. ubi maius, verſ. vel niſi aliquid tam graue, de elect. in 6. Quinimmo ad ipſos pertinet, ut cõditiones illas, quas omnino obſeruare debent ubique præſtẽt, eę ſunt, quædam uidelicet, erga Deum religio, 22. quæſt. 4. c. vniſquiſque. obedientia erga eos, qui præſunt. c. qui ſe ſcit. 2. quæſt. 7. Honor maioribus exhibendus. cap. 2. de officio deleg. in 6. cap. ad hoc 89. diſt. pietas filiorum in parentes, 1. quæſt. 5. amor erga proximos. 86. diſt. Atque hoc Deus omnipotens tradidit, ius & ratio uniuerſa, vt in qualibet adminiſtratione ſi caput nequeat, membra illius munus obeant neceſſe eſt, quo quidem argũ quotieſcũque eccleſię opus eſt, ipſa per cardinales eſt adminiſtranda, tanq̃ ipſius mẽbra capite impedito, etenim politica oĩs pſcribit rõ, ut penes potẽtiores ciuitatis, rege deficiente ſit adminiſtratio, at iam ſatis abunde ↄſtat pp ſanctitatem illius ſtatus quem tenent in eccleſia cardinales collegii dignitatem atque auctoritatem ampliſſimam cæteris omnibus eſſe præpoſitos, atque ita conueniſſe appellari quingentis amplius annis, eoque amplius ſumma omnium populorum pace atque conſenſu, ita quod poſt ſummum pontificem, nulla maior dignitas in eccleſia exiſtat quam cardinalium.

De abdicatione dignitatis cardinalatus ſolemni (vt vocant depoſitione) facienda propter magnam cauſam.

Cap. XXXIIII.

Sacratæ conſtitutiones docent non poſſe cardinales dignitate illa priuari, niſi propter magnam cauſam, multa atq; diuturna animaduerſione a ſummo pontifice more ſolemni, & ex ſententia ceterorum cardinalium, qui tunc temporis Romæ fuerint, cap. ad ſuccidendos. de ſchiſ. in 6. magna autẽ cauſa eſt, vtputa ſi reperiatur in cardinali cauſa aliqua, quæ tergiuerſatione celari non poteſt, eaque perturbationis cauſam afferat uniuerſæ eccleſiæ, iuxta Eſa. ſomnium, cap. 6. tantum enim abeſt, ut propter dignitatis præſtantiam, ipſi legibus non ſubiaceant, ut ſummus etiam pontifex legibus parere debeat. c. digna vox. C. de legibus. ca. innotuit. de ele. c. fin. de reſc. in 6. 25. quæſt. 1. capit. contra ſtatuta in communi etiam concilio eccleſiæ Sylueſter pontif. hoc ipſum conſtituit, ut cardinalis epiſcopus, dignitate ipſa priuari non poſſit niſi 72. teſtimoniis, in iudicio, ſolemni proceſſu facto coram pontifice, conuictus fuerit, presbyter autem cardinalis ſexagintaquatuor teſtibus conuictus, condemnari poterat, diaconus poſtremo non niſi 27. teſtimoniis condemnatur, qui omnes neceſſario in ſingulis cardinalibus puniendis requiruntur idonei, c. præſul. 5. quæſtio. 4. Debent autem condemnationes huiuſmodi pœnam ipſa præcedere, proceſſus autẽ pœnã, ut (nos loquimur) ſpiritualẽ cõtinere, oĩa quæ adminiſtrari debent, magno conſilio & maturẽ, ut ſi forte delinquentes ad ſe redirẽt, recipi poſſint in priorem locum & reſtitui, cap. ad ſuccidendos. de ſchiſ. in 6 quod quidem priuilegium Deo annuente cardinalib. tributum eſt, propter audaciam, & uiolentiam improborũ hominum, qui facili negotio collegium ſacroſanctum, & ſingulos cardinales accuſarent atq; perſequerentur, eis uero per fraudem eiectis ſuos in eorũ locũ ſubſtitui curarent, ita Io. fau. Bat. Briz. Guid. de Bay. Arch. in roſ. in cap. præſul. 5. q. 4. ſi quis itaque cardinalium obſtinato animo ſum. Rom. pontif. parere noluerit aut ab ipſo deſciuerit ſanctaque Rom. ec. & re ipſa effecerit, ut ſi prope offendiculum, Chriſtianis hominibus, aut ſi hæreſes contra eccleſiam ſuſcitauerit, ſine dubio dignitate ipſa, & nomine ſpoliandus eſt, cap. ad ſuccidendos. de ſch. in 6. Sceleris enim admittit ethnico homine dignum qui ſanctæ Rom. ſedi parere contemnit D. Greg. in c. ſi qui ſunt 81. diſt. Merito inquit dolore ſuæ ruinæ proſtratur quiſquis apoſtolicis uult obſtare decretis, nec locum deinceps inter ſacerdotes Dei habeat, ſed eiiciatur a ſancto Dei miniſterio, nec de eius iudicio quiſquam poſtea curam habeat. puniendus eſt etiam maioris excommunicationis pœna cum non tãtum parere debuerit ipſe, ſed efficere ut cæteri audientes eſſent tanquam uere filii atque alumni ſanctæ matris eccleſiæ, expreſſe etiam alienus eſt a diuinis & pontificiis ceremoniis & precibus qui paſtoris ipſius præcepta neglexerit. idem D. Greg. in cap. nulli fas. 19. diſtin. Quanto enim in maiori dignitate cõſtituti ſunt, tanto magis ſi ingrati fuerint indigni nomine & dignitate illa ſunt cenſendi, itaque grauiori etiã plectendi pœna 40. diſt. cap. homo Chriſtianus 11. quæſtio. 4. cap. præcipue, nam grauiora peccata efficit peccantium ſublimitas. cap. nulli fas. 25. quæſt. 1. & quorum gradus ſublimior grauior etiam caſus de pœn. diſ. 2. c. principiũ, hoc igitur modo q deliquerint cardinales grauius puniri debent, & dignitate, honore, & commodo cardinalatus expoliandi. not. Io. de An. in glo. ord. cap. ad ſuccindendos in uerb. card. de ſch. in 6. Maximum ſane dedecus, & ignominia eſt cardinalẽ dignitate, & inſignibus conceſſis priuari. Huc accedit quod magno etiam dedecore afficitur ipſe pontifex, ſi quenquam ex cardinalibus quamuis minime idoneus appareat, dignitate priuauerit, quoniam antequam ad eum honorem eligeretur in ſummum põtificem cui uice Dei præpotentis cardinalium electio de fratrum ſuorum ſententia permiſſa eſt, etiam atque etiam conſiderandũ fuerat, quæ eſſet ante acta uita, qui mores, quæ fama, an denique oneri ferendo ſufficere poſſet, cum debeant cardinales adiuuare ipſorũ caput veluti membra, in adminiſtratione Chriſtianæ eccleſiæ. capit. per uenerabilem. §. rationibus. qui fil. ſi. legit. & cap. fundamenta. de electio. in 6.

De propriis nominibus, agnominibus, & titulis DD. Cardinalium. Cap. XXXV.

Hactenus ex variis doctorum ſcriptionibus iure pontificio, & veterũ iuriſconſul. reſp. per ſæpe etiam, ex utroque teſtamento citatis locis in hoc libro, illa omnia diſpoſuimus lector humaniſſime, quæ ad nomen, originem, ordinem, inſignia, dignitatem, officium, priuilegia, atque poteſtatem cardinalium pertinebant, nimirum utilitati, & commodo omnium conſulentes, ut ſi interdum tibi placuerit aliquid in hac materia videre, abſq; magno labore habeas ubi inſpicere poſſis, tu modo æqui bonique, quod a nobis prodit conſules, & ſi forte aliquib. in locis non tibi plane ſatiſfecere, fac illud ſic curat, perniquam eſſe in omni te extimanda, prætermiſſis bonis, malorum enumerationem, reliquũ eſt ut, quoniam de cardinalibus agimus, hoc vltimo capite, illos omnes quĩ modo in humanis degunt, unaque cum optimo ſum. pont. Pio iiij. Chriſti tempub. adminiſtrant, tuis ſubiiciam oculis, ut tanquam in tabella quadam quos dignitate præpollere diximus, cernere poſſis. Nomina igitur agnomina, & patriã ſingulorum in hunc modum ſubiecimus.

Re. D. Rodulphus pius carpen. epiſcopus cat. Hoſt. & velliternus collegii decanus.

Re. D. Franciſcus Piſanus Venetus epiſc. cardin. portuen. & ſanc. Ruf.

R D. Fridericus Cæſius Rom. epiſ. card. Tuſc.

R. D. Iohan. Moronus Mediol. epiſ card. prænest.

R. D. Chriſtophorus Madrucius Germ. epiſ. car. Sabinẽſis.

R. D. Otto Truchſes valde Burg. Germanus perpetuus admi. epiſcopatus auguſtæ. Vindelicorum epiſ. card. Alban.

R dom Georgius de Arminiaco vaſco, gallus perp. adm. epiſcopatus Ruthenenſis. tit. S. Nicol in carcere tulliano.

R. dom. Franc. de Mendozza Hyſpanus perp. adm. epiſcopatus Burg. tit. S. Euſeb.

R. dom. Henricus Portugal. perp adm. archiep. Elberenſis, tit. SS. quattuor coronat.

R. dom. Raynunius Farneſius perp. adm. arch. Rauen. tit. Ang S. R. E. maior. pœnitentiarius.

R dom Carolus de Lotharinga Campan. gal. perp. adm. Archiepiſcopatus Remenſ. ac Pat. Franciæ tit. S. Apollinar.

R. do. Carolus Borbonius de Vendoſme Picardus Gall, perpetuus adminiſtrator. Arch. Rothomagen. & titu. S. Griſog.

Reu. dom. Tiberius Criſpus Romanus titu. S. Maria trans Tiberym.

R dom. Chriſtophorus de monte Aretinus. tit. S. praxe.

R dom. Fuluius Corneus Peruſinus, tit. S. Agathę.

Reu. dom. Ioan. Michael Saracenus Neapolitanus tito. S. Anaſtaſiæ.

R. D. Io. Riccius Policianus. S. Vitalis. tit. Veſtinæ.

R. dom.

R.dom.Io.Bapt.Cicada Genuen.tit.S Clemen.

R.dom. Bernardinus Scottus ſabinus perp.adm.epiſcopatus placent.tit.S.Matthei.

R.dom.Scipio Rebiba ſiculus. S.Pudentianę. tit.paſtoris.

R.dom.Io.Suauius Reumanus Vaſco Gallus.tit.S.Priſcæ.

Reu. dom. Antonius Capiſcuccus Romanus perp. adm. epiſcopatus Lauden.tit. S.Crucis in Hyeruſalem.

R.dom.Laurentius Strotius Florenti.perp adm .epiſcopatus Biteren.tit.S.Baldinæ.

Reu.dom.F.Michael Guiſlerius Alexandrin.ord.prædica. perp.adm.epiſcopatus Montis Regalis tit S.Sabinæ.

Re.dom. Clemens olera de monlia. Ligur.ord.mi.de ob. perp.adm. epiſcopatus fulginatis.tit. S.Marię in ara cęli.

R. dom. Iacobus Sabellus Rom.perp.adm.archiep.Beneuent.tit.S.Mariæ in Coſmedim vicarius papæ.

R.dom.Io.Ant.Sorbelonus Mediolanen.perp.ad. epiſco. nouarien.tit.S.Georg.ad velum aureum.

R.dom. Aloyſius Corn.Venetus tit.S.Theodor.S.Rom.eccleſ.camerarius.

R.do.Bernar. Saluiatus Flor.perp.adm. epiſcopatus Claromontani prior.Rom.Vrb.tir.S.Simeonis.

R.dom.Staniſlaus Hoſius Polonus perp.adm.epiſcopatus varmien.tit.S.Laurentij in pane & perna.

R.D.Petr.Fran.Fererius Pedemõ.tit.S.Agnetis in Agone.

Reu.dom.Ludouicus Simonetta.Mediolan.tit.S.Ciryaci in termis.

R.dom.Ant.Peronotus Burgundus perp.adm.archie.Maclinien.tit.S Bartolamei in inſula.

R.do.Philibertus Babo Gallus, de Bardeſiera perp. adm. epiſcopatus Eugolimen.tit.S.Siſli.

R.dom.Mar.Ant.Amulius Venetus.tit.S.Marcelli.

R.dom.Hieronymus auſtriacus corigienſis.tit.S.Stephani in cęlio monte.

R.do.Bernardus Nauagerius Venetus perpe.adm.epiſcopatus Veronen.tit.S.Nic.inter imagines.

Reu.dom. Ioan.Franciſ. Gambara Brixien.tit. SS.Petri & Marcellini.

R.dom.Franciſcus Paciecus Hyſpal. tit.& S.c.

R.dom. Fridericus Gonzaga Mantuanus tit.S.&c.

R.D.Carolus Boromeus.ciuis & electus archiep.Medioſ. S.Martini monte &c.

R.dom.Alexander Farneſ. Rom. electus archiep.Montis Regalis.San.Lauren. in damaſo. S.R.E. vicecancellarius, & auinioni lega.

R.do.Guido Aſcanius Sforzia Rom.S.Mariæ in uia lata.

R.dom.Nicolaus Caietanus de Sarmoneta Rom.electus archi.capuanus.S.Euſtachij.

R.dom.Hypolitus Eſtenſes Ferrarien. electus archi.Auxitanus.S.Mariæ in Aquiro.

R.dom.Iulius de Ruere Vrbinas.S.Petri in vincula.

R.dom.Innoc.de monte Aretinus.S.Caliſti.

R.dom.Ludouicus Lotharingus de Guiſa Campanus Gallus electus epiſcopus Albienſis S.Thomæ in Parione.

R.dom.Hieronymus Simoncellus Vrbeuetanus. SS.Coſmæ & Damiani.

R. dom. Alfonſus Carafa ciuis, & electus archiepiſcopus Neapolitanus.SS.Ioannis & Pauli.

R.dom.Vitellotius.Tifernas.S.Mariæ in Porticu.

R.dom.Aloyſius Eſtenſis,electus epiſcopus Ferrarien.S.

R.dom.Ludouicus Madrucius Germanus, electus epiſcocopus Trideh.S.Onophrij.

R.dom.Marcus Siticus de alta Emps,Germanus, electus epiſcopus Conſtantien SS. XII. Apoſt.

R.dom.Franciſcus Gonzaga Mantuanus, electus archiepiſcopus Coſentin.S.Laurentij in Lucina.

R. dom. Indicus Aualos de Aragonia Neapolitan. S.Luciæ in ſepuſolio.

R.dom.Alfonſus Geſualdus Neapolitanus electus archiepiſcopus Conſanus,S.Ceciliæ.

R.dom.Ferdinandus Medicis Florentinus, electus archiepiſcopus Piſanus.S.Mariæ in Dominica.

De Sactoſancto Collegio. Deciſio. I.

CArdinalium in primis officium eſt ſummo pontifici aſſiſtere ad negotia eccleſię adminiſtrãda,a cardine enim nomen ipſum ductum videtur, ut quemadmodum cardo hoſtio deſeruit, ſic cardinales pontifici glo. in cap. 2, extra.de offi.Archid.Ioan.And.in cap.ad liberandam de Iud.Archid.in cap.ſacroſancta.22.diſtin.quoniam ſunt illi cardines, circa quos uniuerſa orbis machina vertitur, ut ample Ioan.de Lignano.in ira.de bello,pag.9.in libro meo,Inſigne autem præcæteris eſt cardinalium cętus, cuius pontifex caput exiſtit, cardinales uero membra glo.in extrauag.execrabilis,in uerbo ſublimitatem Hoſt. Ioan.An. in cap.antiqua.de priuileg Anch.in conſilio.295.ideoq; pars corporis eiuſdem appellantur.cap.ſi quis.6.quęſt.prima.l.qſquis. C. ad legem iul.maieſt.& ob hanc cauſam ad iuramẽtum fidei præſtandum minime adiguntur, Hoſt. Ioan.And. in d.cap.antiqua de priuileg.Card.Iacobat.ſummus canoniſta ſuo tract.de concil.lib 1.fol.33. qui cum unum ſint corpus, ſi quidem a ſeipſo aliquem iuſiurandum exigere operepræcium non eſt, itaque neque etiam a cardinalibus, Ludoui.Roman. copioſe conſil.ultimo. Ant.But.in cap.antiqua. de priuileg.& ibidem Henric.Boic.num.4 qua ratione collegium eorum ex bonis,quæ pontifici donantur dimidiam cõſequi debet,Ioan.And.in cap.antiqua eo.& in cap.requiſiſti extra de teſtamen.firm.in Repertor.in uerbo collegium,Iacobat.de concil.li.j.fol.33.l.c.

Deciſio II.

Cardinalium cœtus a pontifice,qui dignitatum omnium finis,& culmen eſt,Bald.in ca.1.quis dic.dux,tanquam a ſuo capite,parteque nobiliori omnem accipit ſplendorem,arg. tex.in l.prima. C.de præpo.lib.12.Anchar.in conſil.297.hinc itaque ipſi cardinales,ſenatores,patres ampliſſimi,Patriciiq; nuncupantur.cap.eccleſia.22.q.1.Bart.in l.1.in §. de qua.de poſt.Ioan.And.in cap.cum te de re.iud capit.Conſtantinus, 96.diſt.Qui quidem poſt Imperatorem in ſummo dignitatis gradu collocari erant,neque etiam poſt pontificem ullus honor cardinalatu maior reperitur,Hoſtien.Ioan.And.Imo.in ca.dilectus de præben.deci.in ca.cum uenerabilis.de excep. in cap.in præſentia in fine,de app. Felin.in rub de maior.& obed.Rom.conſil vlt.Soc.conſil.99.in 3.vol.Bald.in l.1.ff.de offic.præfet.prætor.

Deciſio III.

Collegium in poſſeſſione,vel quaſi eligendi pontificis eſſe dicitur c.licet, ubi omnes de elect.in 6. Petrus a monte in lib.de monar.concil.in §.poſtquam,num.4.eundem habet locum, ut ne pontifex maiora negotia ſine collegij conſenſu adminiſtret, Zabar.in cap.perpendimus,de ſenten.excõmun.Ioan.Mon.in capit.ſuper eo,de hæret. Contrarium tamen hodie in facto obſeruari multi diſputant, Alber.in rubri.C.de leg.ſtatuit enim leges,& decreta pontifex ſine collegio,Bald.in l.cum multa.C.de bonis quæ liberis,neque deſunt, qui huic ſententiæ refragentur, Gem.in dic.cap.ſuper eo,& ibi.Ioan.Imo.tu dic,nihil a bono pontifice,niſi adhibito cardinalium conſilio, pertractandum eſſe, ſi utilitatem, atque æſtimationem eccleſiæ ſemper ob oculos habeat, vt debet,abſolute autem,dum ſedem Petri poſſidet,omnia poteſt,& hoc modo doctorum altercationes conſiliaueris,no. in c.1.ext.de conſtitu.probat tex.in c.per uenerabilem, & in §.rationibus,ext.qui filii ſint legit. Iacobat. de concil.lib.1. fol.38.& latius infra diximus.

Deciſio IIII.

Cardinales omnes,qui in eo collegio aſciſcuntur,uno excepto communi nomine ſcribunt, is uero Baſilicæ,12.apoſtolorum uocatur, Hoſt.in c.cum olim,de priuileg.Archid. & ſequaces in cap.fundamenta,de electio.lib.6.Coſet.in repertor.ad abbatem in uerbo cardin.presbyteri.

Deciſio V.

A collegij ſententia appellare non licet, ſicuti neque a ſenatu,a ſolo autem cardinali appellatur.l.1.cum ibi not.ff. a quib.appel.non licet 16.quæſt.1.c.eccleſia, no.in c.Raynutius,& in cap.Rainaldus,ex.de teſtam.

Deciſio VI.

Collegium auctoritatem habet condendę legis, ea tamẽ eſſe debet,quæ iuri communi non repugnet,not.in clem.ne Romani,de elec.Alb.in l.non ambigitur.ff.de leg.tut. Arch. in c.ſenatuſconſultum.11.diſt. not.in l.fin.C.de leg.Alex.in c.abſit.50.diſt.Barb.in c.translato.de conſtit.Iacobat.de concil.lib.1.fol.38.Alban.de cardin.quæſt.42.

Deciſio VII.

Collegium ſemper auctor pacis conſiliandæ inter Chriſtianos principes eſſe debet,not.gloſ.in capit.nouit, de iudi. Ioan.And.in capit.quæ ſuper de uoto redimendo,Iacob.de concil.fol.202.lib.4.ubi amplę.

Deciſio VIII.

Collegium grauiter delinquit, ſi conſuluit pontifici, vt ſine cauſa contra ius commune aliquid ſtatuat,Innoc.in c.inquiſitioni de ſent.excom.Abb.in c.de multa, de pręben.Io. And.in c.nouit,de iudic.Iacobat.lib 1.fol.38.

Deciſio IX.

Collegium ſi cauſam habeat legatum a latere,quem pontifex mitit,reuocare poteſt,ſpec.in ti.de leg.in §.fi.Laud.de card.q.21.Pauin.de off.& poteſta.ſede vacan.in 6.præludio, num.7. inter regno autem niſi magna uigeat cauſa locum

non

non habebit, Martin. Laudenſ. eo loci. quæſtione 99.

Deciſio X.

Collegium concedere poteſt, vt a flumine publico, qui naues vehit, aqua deducatur, ſi tamen in ditione eccleſiæ fuerit, not. in capit. cum te, de re iudica. ubi ſcribentes, & in l. quo minus. ff. de flumin. Iacobat. lib. primo, fol. 38. in lit. c. colum. ſecunda.

Deciſio XI.

Collegium ſuadere debet pontifici de terra, quę ſancta appellatꝰ recuperanda, tradunt Canon. in c. qui ſuper, de voto, & voti redem. & in c. ad liberandum, de iud. ubi Io. And.

Deciſio XII.

Collegio arca communis eſt, Hoſt. Io. And. in c. ad liberãdum, de iu. in ſ. c. ad apoſtolicę de re iud. vbi etiam Archid. habet etiam hominem camerarium, quem ſpecialem appellant, qui loco iudicis cardinales obligat, æque inter eos munera diſtribuit, eoſque cogit, cum Chriſtianæ reipub. negotia exigunt, Hoſt. Archid. locis ſuperius citatis.

Deciſio XIII

Ad collegium pertinet monere pontificem, cum aliquid admittit, quo uniuerſa perturbatur eccleſia, diſt. 79. c. ſi quis, & diſt. 63. Adrianus not. Innoc. in c. inquiſitionis, de ſenten. excom. & in c. quanto, de conſuetud.

Deciſio XIIII.

Collegium opponere non pōt, quod electus pontifex nō fuerit in collegio aſcriptus, Abb. in c. licet, de elec. & ibi oēs, nec collegium cardinales eligit, ſed tantum pontifex, gloſ. & doct. in clem. ne Romam, eod. tit.

Deciſio XV.

Collegium legem facere non poteſt, quæ permittat pontificem ſibi ſucceſſorem eligere, hoc enim non ad ipſum pertinet, ſed auctoritas omnis penes collegium eſt, not. in dicto cap. licet, & in cap. ubi periculum, eod. titu. in 6. Alban. de cardin. quæſtio. 32.

Deciſio XVI.

Cardinales ſinguli concilium conuocare nō poſſunt, ſed collegium hoc facit, Bald. in capit. cum olim ex literis, de reſcrip. Felin. in capit. ſuper literis, eodem tit. Pauin. de viſita. quęſtio. 2. par. prima, num. 26. tractat. lib. 3. Iacobat. de concil. lib. primo, folio 38.

Deciſio XVII.

Collegium appellatur ſenatus Rom. eccleſiæ, hinc pontifex ſe ipſe inter cardinales numerat, ſicut etiam imperator inter ſenatores, Archid. in cap. fundamenta, de elect. idem Arch. 21. diſtinct. cap. ſacroſancta, Ioan. de Anan. in c. ad liberandam, de iudæ. Barba. abunde de præſt. cardin. in quæſt. 1. Iacob. lib. 1. fol. 38. & 209. lib. 4.

Deciſio xviij.

Collegii numerus ad pontificis arbitrium defertur, aliquando enim cardinales fuerunt, num. 236. ut tempore Pontiani pontificis, ut not. in clemen. ne Romani, & in cap. vbi periculum, eodem titu. & inquit Alber. de Roſat. in rubr. de ſtatu. homi. decens eos eſſe, num. 70. ut omnes indicent nationes, Capiti. deciſio. 114. & 120. quo in loco eos etiam 72. Apoſtolorum loco debere eſſe teſtatur, Gomeſ. in regu. de Idiom. num. quinto, Ioan. de Lignano de conſec. eccleſiæ, in §. 4 num. 10. Iacob. primo lib. fol. 40. qui dicit ex omni natione cardinales eligendos eſſe, ſed proprius e terris ſpectantibus ad Romanam eccleſiam.

Deciſio xix.

Collegium aduerſus pōtificem inſurgere minime decet, Petrus a Monte in Monar. concil. in 1. quæſt. num. 11.

Deciſio xx.

Collegium non cogitur pontificem ex numero cardinalium eligere, ſed is quærendus, qui magis idoneus fuerit ad onus pontificium. Philip. Francus in capit. ubi periculum, in §. præterea, num. 5. de elec. in 6. Franc. de Platea de excommu. tracta. lib. 3. fol. 231. num. 12.

Deciſio xxi.

Collegium ſi ad duos tantum cardinales redigatur, vnus poteſt alterum pontificem eligere, Franciſc. in capitu. in toto, num. 3. ext. de regul. iuris, Alban. de cardin. quæſtio. 23. ubi tenet quod ſic.

Deciſio xxij.

Collegium ad pontificis electionem venire non poteſt ante tempus a iure præfixum, quamuis conſtaret cardinales, qui deeſſent, ad illam diem adeſſe non poſſe, Franc. in dicto capit. ubi periculum, num. 5. Franciſc. de Platea eo loci de excommu. fol. 230. num. 5. Iaſ. in l. cum ſtipulatus ſim, numero 12. de verborum oblig.

Deciſio xxiij.

Collegium vacua ſede, poteſtatem habet pontificiam, & iuriſdictionis uſum, Franciſc. in cap. cupientes, num. 1. de elect. contrarium tenet glo. in cap. 1. de ſciſma, inquiens collegium ea non uti, niſi ex magna cauſa, & imminenti, annot. ſcrib. omnes in clem. ne Romani, de elect. & in capit. ex eo, de pęniten. & remiſ. Pauin. lib. de uiſita. ſecunda quæſtio. par. prima, numero 26. Ioan. de Sylua de beneficio, quæſtio. ſecunda, part. ſecunda, numero 36. Iacobat. de concil. libro primo, folio 36.

Deciſio xxiiij.

Collegii duo cardinales, ſpacio elapſo, aliis non expectatis, pontificem eligere poſſunt, Franc. in dic. cap. vbi periculum, num. 5. Collegium autem nihil aliud eſt, quam eccleſię vniuerſæ (vt uocant) capitulum, idem Philip. Fran. in cap. ſuper eo, num. 7. extra de hæret.

Deciſio xxv.

Collegium uiuo pontifice, cardinalem famæ reſtituit. Alii dicunt non poſſe hoc fieri niſi in interregno Inno. in capit. cum te, de re iud. Barr. in l. infamem. ff. de pub. iud. Bellachi. de epiſcop. tractatuum lib. 2. in 3. parte, num. 66. Iacobat. de concil. lib. primo, folio 38. in ſecunda colum.

Deciſio xxvi.

Collegium vacua ſede, cardinalem cogere poteſt ad legationem obeundam, ut tueatur ditionem Romanæ eccleſiæ, cardina. Florentin. in clemen. ne Romani, de electio. in ſecunda quæſtione.

Deciſio xxvij.

Collegium auctoritate ſua præeſſe, ſanctorum declarationi una cum pontifice debet, Hoſtien. Ioan. Andr. in capitulo primo, de reliq.

Deciſio xxviij.

Collegium ſenatus diuinus appellatur, ſacer cœtus, & gremium eccleſiæ, Bald. in tract. de ſciſm. quem iuſeruit in tit. ſi quis aliq. teſt. not. in capit. in nomine Domini, 23. diſtinct. Iacob. de concil. lib. 1. fol. 32. colum. 1.

Deciſio xxix.

Collegium ſummi ſacerdotis pars exiſtit, capit. fœlicis de pœnis, & ibi Archid. Ioan. Andr. not. in capitu. primo, de offic. leg. Ioan Mon. in cap. primo, de ſciſma lib. 6. & Io. Lign. in cap. ſecundo, de cler. non reſiden. Belenc. de card. ſubtid. quæſtio. 66. num. 5. Bolog. de Indulg. num. 33. tracta. lib. 3. Iacob. de concil. fol. 33. lit. c. colum. 1.

Deciſio xxx.

Collegium, an in uno cardinali remanere poſſit, Albanus lib. de cardin. quæſtio. 23. ut pura propter peſtilentiam, & ibidem plures rationes adducit, Gondiſ. de poteſtate eccleſiæ, num. 26. Nonnulli dicunt poſſe excommunicare eum, qui ſe in ſedem Romanam ingeſſerit, clement. ne Romani, not. in cap. ſignificaſti, de electio. & in cap. per venerabilem, qui filii ſint legit. Abbas in prima quæſt. nume. 30. Prærogatiuas tamen pontificis nullo modo infringere, nec ſine pontifice, veteres conſtitutiones abolere.

Deciſio xxxi.

Collegium cui pontifex præeſt, confert beneficia, ſed ea dicuntur a pontifice de collegii ſententia collocata eſſe, in ſimili annot. doctor. in cap. 1. de pact. & in c. 1. de ſponſ.

Deciſio xxxij.

Collegii dicto creditur Ioan. And. in capit. primo, in fine, de controu. ſeu. Gram. deciſio. 65. num. 62. & 65. abunde.

Deciſio xxxiij.

Collegium in eccleſia principem locum obtinet, hinc ipſi cardinales principes appellantur, ſumpto nomine a Leuiticis ſacerdotibus, qui principes nuncupabantur, cap. paſtorali, 7. quæſt prima, & in c. relatio, cum gloſ. 21. quęſt. 4. gloſ. in cap. 2. de off. Arch. Roman. in conſil. vlt.

Deciſio xxxiiij.

Collegium totius orbis iudex eſſe dicitur, Felin. in rubr. de maior. & obedien. beatus Bernardus lib. quarto, de conſiderat. & ob hanc cauſam adminiſtrationi totius Chriſtianæ Reipublicę inuigilare oportet capit. bonæ, de poſt. prælat. Roman. in conſilio ult. Ioan. de Tur. crem. lib. primo, de poteſtate eccleſiæ.

Deciſio xxxv.

Collegii patres, antequam cardinalis nomen acceperint, patres appellabantur, cap in eccleſiaſticis, 12. quæſtio. 2. cap. in parocchia. 16. quæſt. 1. Roman. dicto conſil. vltimo. Ioan. de Tur. cre. 1. lib. de poteſtate eccleſ. quæſt. 83. Ioan. de Silua, de bene. quæſtio. 4. num. 44.

Deciſio xxxvi.

In collegio cardinales primo tanquam nubes ſint oportet, propter exiſtimationem, ſecundo ut columbæ propter uitæ integritatem, atque innocentiam, tertio candidiores niue, propter laudatiſſimos mores, quarto fulgentiores uetuſto ebore, nimirum propter charitatem, & Dei memoriam. Caueant itaque ne in collegio pro nubib. ſint nubile, aut nubes ſine aqua reuerentiæ, & honoris, uitent faſtũ omnem,

nem & ſuperbiam, quæ uitiorum mater eſt; non innani gloria capiantur, quæ omnem abſumit virtutem, non amore pecuniæ, quæ tanquam uenenum eſt fugienda, non deſiderio parentum, & domeſticorum, ne unicos eos corrodant, & mortuos deſpiciant, his uerbis, beneſecit mihi, ſed melius facere potuit, quare nihil aliud dies noctesque cogitent cardinales, quam orium pacem, bonum, atque fœlicitatem Chriſtianæ eccleſiæ, Hoſt in ſum. de pœnit. in §. cui eſt credendū, in verſ. cui card. Beda. 2. q. 7. c. ſicut ſunt, Iſid. 23. diſ. de his igitur Ambr. 12. q. 1. c. cui portio Deus eſt, not. in c. nam ſatis, diſtin. 86. Petrus de Baiſ. lib. de elect. c. 35 par. 1. nu. 8. Iacobat. de concil. lib. 1. fol. 40. colum. 1.

Deciſio xxxvij.

Collegium ſede uacua, an poſſit ſubſtituere ualde dubitatur, nonnulli dicunt uices pontificis gerentem co tempore beneficia conferre non poſſe, licet legatus a latere auctoritate legationis hoc poſſit, Io. Franc. Pauin de off. & poteſt. c. de de vac. q. 10. 2. par. princ. nu 39. tract. lib. 2.

Deciſio xxxviij.

Collegium coactum pro creatione futuri pontificis, beneficia non cōfert, nec alia negotia adminiſtrat, illis exceptis, quæ ei expreſſe conceſſa ſunt, tex. in c. ubi maius, in §. idem denique. de elect. & in clem. ne Romani, eod. tit. nec poteſt dare munus camerarii, aut pœnitentiarii (ut uocant) ſed debet alicui demandari, donec ſummus pōtifex eligatur, nec indulgentias concedere poteſt, quia mortuo pontifice, omnis eſt ſopita auctoritas, cardin in d. clem. ne Romani, Abb. in cap. cum olim, de maior. & obed. Io. de Sylua, de benef. q. 2. par. 11. nu. 31, Iacob. de concil. lib. 4. fol. 209. lit. a, col. 1.

Deciſio xxxix.

Collegium poteſt concilium indicere propter hæreſim, ſi contentio inter duos de ſummo ſacerdotio oriretur, quamuis proprie concilium cogere, ad pontificem pertineat, adnor, in c. licet, de elect. & ibi Abb. in 2. col. diſtinct. 17. cap. de multis, card. in conſil. 60. alias 49.

Deciſio xl.

Collegium uacua ſede, epiſcopum priuare non poteſt, gl. in c. nullus. 89. Pauin. de off. & poteſt. c. ſede ua. in 6 prælu dio. nu. 7. licet reſtituere poſſit, & idoneos efficere cardinales dignitate priuatos, ample Campi ii deciſ. 114.

De nominibus. Deciſio. xli.

Cardinales duplici ſimilitudine appellantur, primum quia ſicuti eccleſia uniuerſa pontificem habet, qui Dei hoſtium eſt in ipſa, ita cardinales ſunt cardines quibus hoſtium nititur, & uertitur Ioan. de Anan in cap. ad liberandam, extra de iud. Alex. 22. diſtinct. cap. ſacroſancta, ubi dicit cardinales ſic uocari, quia ſeipſos, & alios regunt. Barba de præſtant. cardin, quæſt. 2. num. 12. merito igitur onera ſuſtinent omnes, ut ait Felin. in rubr. de maior. & obed. Laud. lib. de card. quæſt. 40. deinde ſic appellantur, quoniam ſicut cardines hoſtio deſeruiunt, ita cardinales pontifici. glo. in extrauag. execrabilis in uerb. cardinalib. de præbend. Arch. eadem diſt. unde dicuntur etiam eſſe de iu. diuino nor. in c. per venerabilem. §. rationib. qui fil. ſint legit, Abb. in c. ex geſtis, de cler. non reſid.

Deciſio xlij.

Cardinales filii ſunt primi gradus. cap. ſi quis ex epiſcopis. 79. diſt. nor. Io. And. & Imo. in c. fœlicis. de pœn. Lud. Gomeſ. lib. reg. cancel. 4. q. in proœmio. nu. 3.

Deciſio xliij.

Cardinales appellantur patres ſpirituales. c. ſi quis ſuadēte de pœn. & ibidem Gomeſ. 4. q. num. 4.

Deciſio xliiij.

Cardinales fratres pontificis appellantur. cap. in Geneſi. & capit. eccleſia. de electio. in 6. c. fundamenta. §. decet. eod. cap. 1. de renunciatio. Ioan. And. in cap. ad liberan. de iudæ. & cap. 1. de ſciſm. in 6. c. quam periculoſum, de ſent. excommun. Gomeſ. ibidem, num. 3. Barba. de præſt. card. 1. quæſtio. nu. 32. Iacob. de concil. lib. 1 fol. 30. & 31.

Deciſio xlv.

Cardinales ſunt cardines orbis. Io. de Lign. in trac. de bel. pag. 9. Laud. de card. q. 1. & 5. Belenc. de charit. ſubſid. quæſt. 66. num. 10. tractatuum lib. 4. Hoſt. in c. 2. de cler. non reſid. Laud. & Ioan. Faucn. in c. ſacroſancta. 13. diſt. Ioan. Andr. in clem. ne Romani, de elect.

Deciſio xlvi.

Cardinales conſiliarii pontificis uocantur nor. in cap. fundamen. §. decet, de elect. & cap. parrochia. 16. quæſt. 1. Barba. de præſt. card. quæſtio. 1. num. 24. & nume. 40. Ioan. de Sylu. de benef. 1. par. quæſt. 4. num. 44.

Deciſio xlvij.

Cardinales ſunt adiutores pontificis Ioann. de Lign. ibidem de bell. Socin. conſil. 99. uolum. 4. Barb. de præſt. cardin. quæſtio. 2. tract. lib. 2. num. 36. Petrus de Baiſio. de electio. capit. 35. in 2. par. num. 8. lib 4. tract. Iacobat. lib. 1. tit. de cardin. & patriar. fol. 34. & 35.

Deciſio xlviij.

Cardinales aſſeſſores nuncupantur. Roman. in conſil. vltimo, no. in l. conſiliarios. C. de aſſeſ. lib. 12. uocantur etiam ampliſſimi Ioan. Andr. in cap. cum te de re iudic. Bart. in l. 1. in §. de qua re. ff. de poſt.

Deciſio xlix.

Cardinales principes appellantur nor. in capit. paſtoralis. 12. quæſtio. 1. & in cap. relatio. 21. quæſt. 1. & ibi glo. in cap. 2. de offic. Archid Roman. conſil. vlt. dum dicit principatum obtinent in eccleſia Dei. Laud. de legat. princip. q. 11. Iacobat. de concil. lib 1. art. 12 col. 1. & 2. lit. a, & b.

Deciſio l.

Cardinales ſunt illuſtres, & ſuperilluſtres. Deci. in rubr. de offic. eius. legiſt. in l. prima. ff. eodem, Pauin. lib. de offi. & poteſtate capit. ſede uacante, quæſt. 10. 2 par. Henric. Boic. in cap. quanquam. 2 quæſt 7. num. 5. Gomeſ. lib. regul. cancel. in reg. de valore in 1. quæſt. num. 11.

Deciſio li.

Cardinales columnæ ſunt eccleſiæ. Mantua. in lib. de concil. tracta ſecundo, numero 64. Belenc. de charitat. ſubſid. quæſtio. 13. tracta. 4.

Deciſio lij.

Cardinales cum ſenatoribus & patritiis comparantur. c. eccleſia habet ſenatum 16. q. 1. c. Conſtantinus 96. diſt. Barb. ibi. q. 1. num. 34 Belenc. de charita. ſubſid. q. 3. num. 23. Iacob. de concil. lib. 1. fol. 38. in litera c.

Deciſio liij.

Cardinales maximi appellantur capitulo ſecundo, de officio lega. lib. ſexto, Abbas in repertorio in verbo, cardinales, numero octauo.

Deciſio liiij.

Cardinales appellantur lumina eccleſiæ Mar. Mant. in tracta. de concil. num. 64. vbi dicit quod cardinales debent eſſe ardentes in fide tanquam lucernæ ardentes in manibus veſtris Roman. conſil. vltimo.

Deciſio lv.

Cardinales cum ſacerdotibus leuiticis comparantur Barba. de præſt. card. quæſt. 1. num. 7. Laud. de card. quæſt. 11. Archid. & Ioan. And. in c. fundamenta. §. decet, de elec. Abb. in c. ex geſtis, de cler. non reſi. Abb. & card. & Alex. in capit. per venerabilem. § rationibus, qui fil. ſint legit.

Deciſio lvi.

Cardinales regibus æquiparantur Iaſ. in l. centurio. ff. de vulgar. & pupil. hinc ad eos ardua deferuntur cardin. Iacob. in tract. de concil. in tit. quis cong. concil. Alban. lib. de cardin. quæſtio. 6 in fi. amplius autem ipſi reges ſunt, & pro regibus habendi, Paris de Puteo lib. de ſyndi. §. & an ſi iudex. nu. 2. Barb. de præſt. card. 1. par. nu. 24. & ratio eſt quoniam eum ſummo pontifice orbem uniuerſum adminiſtrare debent Hoſtien. in cap. dilectus. de præben. in 6.

Deciſio lvij.

Cardinales ſunt caput uniuerſæ eccleſiæ Laud. lib. de cardin. quæſt. 31. Fab. de Monte, de empt. par. 4. in princip. num. 28. tract. lib. 8 Laud lib. de princip. quæſt. 488. Franc. in capit. ſuper eo. num. 7. de hæret.

Deciſio lviij.

Cardinales apoſtolorum uicem gerunt. Ludou. Bologn. de poteſta. pap. num. 9. de indulgent. num. 33. tracta. lib. 3. Io. de Sylu. de benef. in 4. quæſt. princip. num. 33. Belenc. de charita. ſubſid. quæſt. 3. num. 2. tractatuum 4. ubi copioſe. Iacob. de concil. lib. 1. fol. 32 colum. 2.

Deciſio lix.

Cardinales ſunt pars corporis pontificis Bol. ibid. de poteſta. pap. num. 10. & num. 33. Gondiſ. de card. legat. num. 11. Gigans de penſion. quæſt. 70. num. 12. & 13. Barb. de præſt. card. par. prima, num. 35. quinimmo etiam pars capitis dicuntur pontificis, Io. de Lign. lib. de conſ. eccleſ. § 4. num. 9. ubi egregie. Iacob. de concil. fol. 3. colum. 1.

Deciſio lx.

Cardinales ſplendidiſſimi dicuntur Ioan. a Montaig. lib. de auth. mag. conc. num. 4. tract. lib. 2.

Deciſio lxi.

Cardinales ſic ſe ad pontificem habent, ut ſenatus ad imperatorem Barbat. libro de præſt. cardinal. parte prima, numero 24.

Deciſio lxij.

Cardinales ſunt ſimiles præfecto prætorio Barbat. ibidem quæſtio. decima, Corſet. lib. de poteſtate Re. in princip. Gomeſ. de reg. cancel. in regu de ualore. quæſtio. 1. num. 11. atque etiam patritios præcedunt Iacob. de concil. li. primo, fol. 50. colum. 2. in fi. litera d.

Deciſio lxiij.

Cardinales ſcripti ſunt in diademate principis Gomeſ.ll. de reg.cancel.q.4.nu.3 Franc.in c.1.nu.2.de ſciſma.Iacobat. de concil.lib.1.art.12.col.2.litera B.

Deciſio lxiiij.

Cardinales uocantur reuerendiſſimi Gondiſ. de poteſtate eccleſiæ, nume.4.tracta.lib.2. & patres conſcripti etiam nuncupantur probat text. in cap. a ſubdiacono. 93.diſtinctio.cap.Conſtantin.96.diſtinct. Iacob.de concil.lib.1.artic. 12.colum.ſecunda, fol.30.

Deciſio lxv.

Cardinales vocantur ſtellæ eccleſiæ.cap.ſuper ſpecula. de magiſt. Alban.lib.de card.q.8.vbi pulchre.

Deciſio lxvi.

Cardinales potentiſſimi appellantur, quoniam cum pontifice omnes nationes iudicant, Io.Andr. in c.cū olim, de re iud.hinc fit, vt appellatione cardinaliū etiam ſummus pontifex comprehendatur, Archid.in cap.ſacroſancta.22.diſtinctio. Ioan.Stafileus de gra. & expect.in §.dicendum eſt modo, num.62.tract.lib.4.

Deciſio lxvij.

Appellatione curiæ Romanę veniunt cardinales, Caſtr. & Iaſ.in l.ſugeſtioni.C.de uerborum ſign.num.20.Alber.in rubr.C.ſi a non comp.iud.ſuntque etiam tanquam ſigna ad ſagitam, in quem omnes oculi conuciunt, Belinc.de charit. ſubſid.quæſtio.66.num.15.

Deciſio lxviij.

Cardinales appellātur filii ſpirituales Romanæ eccleſiæ, notatur in capit.fœlicis, in §.ſi quis vero, de pœnis in 6.Abbas in reperto.in verbo cardinalis numero 37. Iacoba.libro primo, fol.30.de concilio, vbi inquit cardinales filios eſſe primi gradus.

Deciſio lxix.

Cardinales uocantur lucernæ ardentes, & candelabra lucis decoris præſtantiæ, atque ſplendoris, Marc.Mantu.lib.de concil.num.66. & Lucæ.12.Chriſtus inquit, ſint lucernæ ardentes in manibus veſtris, Matth.5.vos eſtis lux mundi.cap. quoniam verus.24.quæſt.1.cap qui ſanctis.de pœn.& remiſ. & Zaccharias.cap.4. inquit aſſiſtunt tanquam filii dominaturi vniuerſæ terræ, ſuſtinentes non vrbis, ſed orbis uniuerſi pondus, ut 1.reg.capit.4.Domini enim ſunt cardin. terræ, & poſuit ſuper eos orbem, ſummorum ſacerdotum, atque leuitici generis uice fungentes, Deuter.22.vniuſcuiuſque iudicio ueritatem & integritatem uitæ elucentes, de his etiam ſcriptum eſt ſanctificamini, & eſtote ſancti, qa ego ſum ſanctus dominus Deus veſter. Parali.15. ſanctificate, ergo ſunt ſacerdotes, & leuitæ, vt portent Archam dom.Dei Iſrael, & merito ex toto orbe terrarum pauci, ex multis ſing.atqı pręſtantes aſſumi debent, & ſingulis propriis partibus attrib. ad orb. vniuerſi adminiſtrationem admoueri debent, & ob hanc cauſam gentes olim protoflamines ſacerdotes ſuos appellauerunt.

Deciſio lxx.

Cardinales diui appellantur, quoniam eorum ſenatus diuinus exiſtit, not.in capit.per venerabilem.§.rationibus qui fil.ſint legit.vbi omnes, pulchre Bal.in trac.de ſciſ. quem inſeruit in tit.ſi quis aliquem teſt.prohibuerit, Io.de Sylu.de benefic.1.par.quæſt.4.nume.44.

Deciſio lxxi.

Cardinales S.Rom.eccleſię nuncupantur etiam ij, qui extra urbem creantur not.in extrauag.execrabilis, & pulchre Alban.lib.de cardin.quæſt.44.

Deciſio lxxij.

Cardinales, etiam uenerabiles uocantur, quoniam eorum ſenatus uenerabilis dicitur. 16.quæſt.1.cap.eccleſia habet ſenatum. Archid.& alii in capit.fundamenta, de elect.in 6.Barb.lib.de card.q.1.atq; adeo eſt uenerabilis, ut ſummus pontifex ſe inter cardinales connumeret, quem admodum inter ſenatores imperator, Arch.in c.ſacroſancta.22.

Deciſio lxxiij.

Cardinales præcæteris omnibus amare, atque obſeruare pontificem debent Hoſt.in c.antiqua, de priuil.vbi dicit grauius cardinales delinquere, ſi contrafaciant, quia ſunt membra corporis ipſius, magnamq; cum eo communionem habent, Hoſt.& Ioan Andr.in cap.requiſiſti, extra de teſt.hinc etiam magis eſſe debent familiares eius, quam reges, & alii principes Oldr.conſil.46.

Deciſio lxxiiij.

Cardinales vere, & proprie appellamus eos, qui S.Romanæ eccleſię cardinales ſunt, ut differant a vicariis, canonicis, & inferiorib. aliis, qui eccleſias alias adminiſtrant præter Romanam, quoniam & hi cardinales inferiores nuncupantur.cap.2.de offic. Archid. & ibi doct. not.cap.ſi quis pecunia in uerbo electio cardinalium, & in cap.nullus in uerbo presbiter factus cardinalis 79.diſ.c.vbi periculū in princ. in verb.Card.§.nulli de elect.in 6.

Deciſio lxxv.

Cardinales religioſiſſimi vocantur Henric.Boich.in capitulo primo diſtin.23.nu.15.& propter maximam eorum religionem omnibus præcedunt excepto pontifice, idem Boic. in capitulo quanquam.2. quæſtione ſeptima, numero octauo & 9. & 12. & quare denominentur cardines terrę, ibidem Boic.num.6.

Deciſio lxxvj.

In ueteri teſtamento cardinales locum tenent. 12.filiorū Iſrael, q ab vno patre geniti fuere, videlicet a Iacob. Geneſ. c.35.12.fontium aquæ vinæ in deſerto olim Exod.c.15. Nū c.33. 12.lapidū pretioſarū in veſte Aaron Exod.c.28. 12.principum a Ioſue iuſſu Dei electorum Ioſue capitulo 3. 12.lapidum in exercitu poſitarum a Ioſue, Ioſue capite quarto, 12.explotatorum iuſtorum ad explorādum terram promiſſionis. Num.cap 13.12.bouum ſuſtinentium mare Eneum Salamonis tertio Reg. capitulo ſeptimo, 12.pręfectorum a Salamone in populum 3. Reg. capitulo quarto 12. lapidum, quos tulit Helias ex Iſrael, vt ædificaret altare Domino 3. Reg.capitulo 18 Sunt etiam 12. ſtellæ, quas vidit Ioannes in capite ſponſæ.i.eccleſiæ Apoc.12.Et 12.portę ciuitatis.ſ. Hieruſalem, quas vidit Ioannes Apoc.21.12.fundamenta, in quibus inquit Ioā. vidiſſe nomina 12.apoſtolorum Apoc.21.12. horæ diem comitantes, de quibus Chriſtus Ieſus nonne.12. ſunt horæ diei.Io.11. atque etiam.12.ſunt panes propoſitionis, vt habetur in Leui.cap.24.& Exod.25.

De origine. Deciſio lxxvij.

Cardinalatus origo per ſimilitudinem eſt iuris, diuini, tam veteri, q̄ noui teſtamenti: veteri, quia locum ſacerdotum Leuiticorum tenent, de quibus Deuter.capitulo 17.ſi difficile & ambiguum &c.& in capitulo per venerabilem in §. rationibus ex. qui filii ſint legit.in nouo quod vices apoſtolorum Chriſti primi & ſecundi ſtatus tenēt, tradunt Canon.in d. §.rationibus, in c.decet in §. fundamenta de electione in 6.Hoſt.in capitulo ex geſtis de cleric.non reſid. Alber.in dictio.in verbo ſacerdos, Decius in capitulo in præſentiam ex.de appel. Rom.in conſilio vltimo Gond.de poteſt. eccleſiæ numero primo Petrus de mont. libro de Monar. concil. part. prima numero primo Io. de Sylua de benef. par.prima. quæſtione quarta numero.43.tract.libro quarto Laud.de cardin.quæſt. ſeptima libro ſecundo & quæſt.11.& 34. libro primo Franc. In capitulo ſuper eo numero tertio de hæret.Barba.de pręſt. cardin.quęſtione prima nume.15. Ioannes de Turre crema. libro de poteſt. eccleſiaſt. capit.80.83. Barb. conſilio primo volum.1.Petrus de Baiſio de electione capitulo 35. ſecundæ par.nume.6.tractatuum libro quarto Iaſ.in conſ.145.volum. 1.Lud. Bolog. de indulg.par. prima numero 32. Belenc. de charit.ſubſid. quæſt.66 Ioan.de Tur.crem.in capitulo quanquam 2.quæſt. 7. numero quarto inquiens, quod a Chriſto cardinalium ſtatus origine principaliter eſt inſtitutus. Beat. Bernard. li.4.de conſid. & nouiſſime Hieronymus Albanus vir acutiſſimi ingenii li.de card.q.5.

Deciſio lxxviij.

Nomen cardinalatus iuris poſitiui eſt, qa cœpit, vel a pontiano 17.pont. quem dicunt in vrbe pp baptiſma, & ſepulturas.15.card.inſtituiſſe, Archi.in c.vbi periculum de elec.in 6. & card. in cle.ne Ro. in §. porro de elec.in 6.uel a Marcello ſm Io. de Tur.cre.de pot.eccleſiæ c.83.vel a papa Syluestro, vt tenet Oldrad.conſ.63.Ro.d.conſ.vlti.Laud.eo loci q.27.& in 2.q.23.Capi.deciſ.114.& 110 in apoſt.in fi.nomē eis a cardine fuit impoſitum, qm̄ ipſi ſunt mundi Cardines, ſuper quibus tota mundi gubernatio vertitur, & ad ipſos ſpectat vniuerſi orbis pondus ſuſtinere, vt dicit copioſe Barba. de præſt. card.in 2.q.1.nu.12.& Petrus de Baiſ.in trac.direct.elec.c.35. nu.8.Henric.Boich.in c.ſacroſancta di.22 nu.6.pro quo facit qđ c.2.Regū ſcriptū eſt, Domini inqt ſunt cardines, & poſuit ſup eos orbē, ꝓ Hnſt.figurauit ad car.in c.2.de Cler.nō reſid.

De triplici ordine. Deciſio lxxix.

Cardinalis epiſcopus Hoſtienſis excellit inter omnes ep̄os card.& in Cōſiſtorio poſt papā tenes primū locum, præeſtq; patriarcis Conſtantinopolitano, Alex.Antiocheno Hieroſolomitano, & aliis oīb us, vt habetur in c.renouantes.22.di.& ibi card. Alex.notant Canon. in c.antiqua de priuil. Do.in c.cleros in 6.arg. & ibi ēt card. Alex.col.4.21 di.Gond.de poteſt.eccl.nu. 25. Reſt.de imp.q. 25.nu.2.trac.li.5.Nic.Boc.de or.gra.vtriuſq; fori.col. 5.nu.13.

Deciſio lxxx.

In Cōſiſtorio primo ſedent card.ep̄i, ſecūdo card.p̄sbiteri tertio card. Diaconi, 79.di.c.oportebat & c. ſi quis ex ep̄is, & ibi gloſ. & eſt tex. 12.q.2.cap. cum redemptor.c. præcipimus

cap.

cap.legimus,& capit.ſtatuimus, de maioritate & obedient. Felin.in rubr.de maior.& obedien. & Abbas in cap.licet,de elect.vbi dicit quod aliis cardin.presbyteris & diaconis cardinales epiſcopi maiorem habent prærogatiuam, not.in c. In nomine Domini.23.diſtinct.

Deciſio lxxxi.

Tam excellens eſt amplitudo DD. Cardinalium epiſcoporum, quod eorum vicarii dicuntur vice domini Hoſtien. in capit.examinata, extra de iud. Laud.lib.de cardina.ſecundo, quæſtione 25.

Deciſio lxxxij.

Papa cardinalem epiſcopum appellat fratrem, cardinalem præsbyterum, & diaconum uocat filium capit. dilecto filio de ſup.negli.prælat. not.in capit. cum venerabilem,de conſuetud.& in capitu.ad liberandum,de iud.vbi Hoſtien. & hoc quando eos nominatim vocat,in genere autem omnes ſacri collegii appellat fratres. capitu.in Geneſi. capitulo eccleſia,de electione.

Deciſio lxxxiij.

Cardinalis palio induit archiepiſcopos Hoſt.& Abb.in c. ſignificaſti de elect.qui ait ſe bis expertum in receptione palii, ꝙ unus ex Diaconis cardin. induit archiepiſcopum vt habetur in c.ad honorem de auth.& uſu,& uſu palii.

Deciſio lxxxiiij.

Cardinalis epiſcopus poſtulandus eſt ad inferiorem dignitatem, præsbyter autem cardinalis eligendus eſt, Abbas, Butrius Ioan. Andr.& ſequaces in cap.eccleſia veſtra, in ſecundo,de electio. vbi dicunt quod aut eſt epiſcopus cardinalis, & debet poſtulari, aut eſt cardinalis presbyter, uel Diaconus,& debet eligi,Gond.de poteſtate eccleſ.num.17.Barba. de cardin.quæſtio.12.num.4.Bertac.in tract.de epiſcop.§.ſupra,numero 73. Petr.de Baiſio lib. de electio.capit.35. ſecunda pat. num.primo.

Deciſio lxxxv.

Cardinales epiſcopi, ut epiſcopi, non ut cardinales papæ ſe fideles eſſe iuramento aſtringunt, Marcus Mantua in tracta.de concil.num.64.quia alias propter unionem iuramentum fidei papę non præſtant, ut per Hoſtien.& alios in cap. antiqua, de priuileg. Barba.abunde lib.de præſt.cardin.quæſtio.prima,numero 26.

Deciſio lxxxvi.

Cardinalis etiam non epiſcopus ex priuilegio inſignia epiſcopalia geſtare poteſt,Hoſtien. & Ioann. Andr.in cap.1.de ſup.negli.prælat.not.in cap.clerici,de uita & honeſ.clericorum,Gondiſ.de poteſtate eccleſiæ,num.66 & minores ordines etiam confert Paui.lib.de uiſita.q.2. 1.par.nu.11.

Deciſio lxxxvij.

Cardinalis non epiſcopus ordines ſacros conferre poteſt, Hoſt.& Io.And.in c.1.de ſup.negl.prælat. Laud. lib.de card. quæſt.20.lib.2.Bertac.lib.de epiſcop.in §.3.num.11. Iacoba. de concil.lib.1.fol.38.

Deciſio lxxxviij.

Cardinalis non epiſcopus ſolemnem benedictionem largiri poteſt,quia presbyter cardinalis, vel Diaconus etiam ſi nullum ſacerdotii ordinem receperit,tamen ſolemniter benedicit,ut no.canoniſt.in capit.licet,de elect.& in 23.diſtinctio.in c.in nomine Domini, Pauin.loco quo ſupra num.21. card.Iacobat.vir eminentis ſcientiæ,ac ſummus iureconſultus de concil.lib.1.fol.38.lit.B.

Deciſio lxxxix.

Epiſcopus cardinalis maior eſt cardinali non epiſcopo in ordinatione, qnia ſupra epiſcopi dignitatem nullus eſt ordo, ideo papa appellat ſe epiſcopum Gond.de poteſtate eccleſiæ, Roman.numero 56.

Deciſio xc.

Cardinalis non epiſcopus eccleſiæ propriæ ſponſus nõ eſt. Petrus de Baiſio tractatuum lib.4. directorium electionum c.35.ſecundæ par.num.4.

Deciſio xci.

Epiſcopus, vel archiepiſcopus poteſt fieri presbyter cardinalis, cardin.in element.2.in § ille, de ęta.& qualit.in 11. quæſtio. vbi concludit quod promoti ad maiores dignitates eccleſiaſticas non deſinunt habere inferiores. Gemin.in capitu.cum aliquibus,in 3.colum.de reſcript.Apoſt.ad Cap. deciſio.120.in fine,& 114.

Deciſio xcij.

Cardinalis in ſua eccleſia obtinet ius epiſcopi, niſi in collatione præbendarum. Philip.Franc.in cap.1.num.1.extra de maiorita.& obedien.& ibi not.canon.& in cap.dilect.de ca. mona. & plus iuris habet in eccleſiis ſibi ſubiectis, quam in aliis Lud.Gomeſ.lib.regul.cancel.in regul. de trien.in quæſtio.31.num.17.Petrus de Baiſi.de electio.cap.37.2.part.nu.6.

Deciſio cxiij.

Cardinalis non epiſcopus in eccleſia ſua poteſt omne ius exercere,Henricus Boich in cap.nomen.1.quęſt.1.nume.80. Ioan.Mon.in cap.unico,de maiorit.& obedien.in 6.Hieron. Alb.lib.de card.quæſt.46.Abbas in c.querellam, de elect.& in cap.fin.de poſt.prælar.

Deciſio xciiij.

Cardinalis an debeat eligi, vel poſtulari, & an poſſit retinere dignitatem epiſcopatus cum cardinalatu, Abbas plene in c.bonæ, de poſt.prælat.& in cap.fin.eod.tit.ample, Barba.lib.de præſt.card.quæſt.12 princip.

Deciſio xcv.

Cardinalis epiſcopus, & presbyter cardinalis, quis eſſe nõ poteſt,non enim ſe inuicem patiuntur, ſicut plures epiſcopatus card.Alex.in cap.1.23.diſtinct.

Deciſio xcvi.

Cardinalis poteſt eſſe in minori ordine 24.quæſt. cap.præſul, & nullus poteſt eſſe cardinalis niſi ſit Diaconus gloſ.in clement.2.de æta.& qualit.& ibi canoniſt.Hoſt.in c.1.de off. Arch. nec eſt neceſſe quod ſit epiſcopus, vel ſacerdos, quia prius fuerũt cardinales,quam ſacerdotes & epiſcopi,& monachus etiam vel canonicus regularis poteſt fieri cardinalis Bal.in aut.licentiam.C.de epiſc.& cler.

Deciſio xcvij.

Presbyter cardinalis maior eſt Diacono, quia cardinalis presbyter eſt in ſecundo ordine, Diaconus uero cardinalis in tertio,Henrich.Boich.in cap.oportebat, diſtinct.79.nu.5. Gond.de poteſtate eccleſiæ, num.3.tract.lib.2. & an præſumatur epiſcopus ratione officii ponit Iacoba.de concil.lib. 1.ſol.27.in ſecunda colum.

Deciſio xcviij.

Cardinalis Hoſtienſis ex antiqua conſuetudine de mandato papæ,imperatorem inungit,Hoſt.& Io.And.in cap.venerabilem,de elect. & corona papam exornat,Hoſt.Ant.de Butrio in cap.antiqua, de priuileg.

Deciſio xcix.

Quidam dicunt, quod de conſuetudine Romanæ eccleſię cardinalis diaconi, pręferũtur presbyteris cardinalibus, & adducunt bonam glo.in capit.legimus.93.diſtinct.in verbo nec alteri, quæ hoc dicit ad literam, ſed aliud eſt de iure cap.cum redemptio.12.quęſt.2 cap. oportebat,& cap.ſi quis ex epiſcopis.79.diſtinct.& de prædicta gloſ.meminit præpo. in §.epiſcop.17.diſtinc.ſed Hoſt.in cap.1.de maior.& obed. tenet quod non valet conſuetudo, ut minor maiorem præcedat, & ideo dicit præpoſ.ubi ſupra, quod conſuetudo, de qua fit mentio per gloſam non valet.

Deciſio c.

Duo cardinales diaconi ad recipiendum, & introducendum nouum cardinalem,uel legatum ſemper proficiſcuntur ample Lud.Gomeſ. lib.regul. Canc.in compend.utriuſque ſign.numero 19.

Deciſio ci.

Præsbyterorum cardinalium, & diaconorum certus debet eſſe numerus quoniam eccleſię urbis diſtinguuntur per titulos & diaconias, presbyteri cardinales ſcribuntur cum titulo,diaconi,& ſine titulo, ut per Capit.abunde deciſ.114.in Apoſt. in fi. & deciſ.120.num.7. tituli autem in eccleſia Lateranenſi epiſcoporum cardinalium ſeptem ſunt.In eccleſia diui Petri. diui Pauli. diuę Mariæ maioris. diui Laurentii presbyterorum cardinalium 28. diaconorum autem 16. in eccleſias urbis Romæ qui ſeruire, & miniſtrare, habent, & debent ſummo pontifici, de quibus late explicatur per Henr.Bot.lib.de ſind.epiſcop.ibi de numero titulorum cardinalium incip. & per Capit.deciſio.120. & diximus ſupra 1.cap.de ordin.Hierarchico.

De dignitate. Deciſio cij.

Cardinalium S.Romanæ eccleſiæ poſt papam, nulla eſt maior dignitas,eorumq; ſummus gradus eſt, Barba.de præſt.cardin. quæſt.1.num.42. Lud.Bolog.de indulgen.num.33. & hoc decem rationibus, Prima,quia cardinales una cum papa iudicant orbem, & a nemine iudicantur præterquam a papa Hoſtien.Ioan.And. & Imo.in cap.dilectus,in primo, de præben. Henric.Boic.in c. in ſumma.15.quæſt.7.nu.4. cardinalis Iacobat. de concil. lib.1.fol.39.card.in clem.ne Romani,de elec.Secunda,quia eorum conſilio totus mundus regitur,Io.de Lig.in tract.de bello in 9.pag.canon.in c.bonæ,de poſt.prælat. Tertia, quia ſunt cardines, ſuper quib. uniuerſi orbis machina uoluitur, glo.in c.2. de off.Arch.Io.de Ana.in c.ad liberandam,ext.de iud.Quarta,quia in eccleſia Dei tenent principatum,Rom. abunde in conſ.ult.Felin.in rubr.de maior.& obed.Quinta, quia a papa cuius membra ſunt, qui omnium dignitatum culmen eſt,& fons.c.duo.96.diſt.c.ſolitę.de maior. & obed. tãquam a ſuo capite,uel corpore,maiori hac dignitate poſt eum illuſtrantur. Sexta,quia illorũ ſenatus diuinus eſt.Septima,

ma quia locum apoſtolorum primi & ſecundi ſtatus tenēt. Octaua, quia ipſi eligunt, & in pontifices eliguntur. ca. licet, & Clem. ne Romani de elect. papā autem eſſe ſuper omnes poteſtates nemini eſt dubium, qa hic maior eſt imperatore c. duo cum ſeq. 96. di. Nona quoniam ex maiori decore ornamentorum, maioritas apparet dignitatis c. vt apoſtolicę de priuileg. in 6. & ibi gloſa Sed cardin. vtuntur ueſtibus rubeis, pileis & aliis ſupellecticis candidis, etiam aurearis ornamentis, vt diximus ſupra capitulo 5. Decima & vltima, quia cardinales maiorib. rebus, & negociis præſunt, merito digniores nuncupantur c. per ſingulas in 2. 9. q. 3. & quoniam etiā cardinalis appel. papa venit Stafil. de grat. & expec. in §. dicendū nu. 63. & papa ſe inter cardinales cōnumerat. Iacobat. de cōcil. lib. 1. fol. 41. lit. A

Deciſio ciij.

Cardinalatus ſumma eſt dignitas cum officio, Henric. Boich. in c. quanquam 2. q. 7. Bal. in cap. bonę de poſt. prælat. Barbar. abunde de præſt. card. q. prima nu. 2. Felin. in rub. de officio deleg. Barb. in conſ. 1. vol. 1. Socin. in conſ. 99. in tertio vol. Iacobat. de concil. li. 1. fol. 48. l. B. col. 2.

Deciſio ciiij.

Cardinalis maior eſt epiſcopo dignitate, & adminiſtratione, dignitate, quoniā cardinalis origo fuit in veteri teſtamento figurata per Sacerdotes Leuiticos, vt ſupra diximus, In nouo per apoſtolos, quorum cardinales locum vere tenent primi & ſecundi ſtatus, Chriſto, & Petro ante diſperſionem aſſiſtentium, epiſcopi vero tertii ſtatus apoſtolos repreſentant, qui miſſi fuere a Petro, ad gentes, & regna, vt traditur in c. in nouo. 21. diſt. neque etiam ob Sacerdotium, atque Paſtoralē ſtatum maior dicendus epiſcopus cardinali, quia cardinalatus antecellit ſacerdotium, quoniam id in cena a Domino fuit inſtitutum, & ante fuit cardinalatus, cuius ſtatus fuit inſtitutus in electione 12. diſcipulorum, quos Chriſtus Dominus, apoſtolos nominauit, vt Luce 6. Atq; ſtatus etiam paſtoralis fuit poſt reſurrectionem, quum dixit, Paſce oues meas, ideo prius fuere apoſtoli cardinales, quam Sacerdotes, & Petrus poſt diſperſionem habuit coadiutores Linum, & Clerū lateri ſuo aſſiſtentes, vt oſtenderet quod ſicut ante aſtiterūt apoſtoli Chriſto Domino, ſic & Petro ante, & poſt diſperſionem, ergo ante erant cardinales, priuſquam epiſcopi, & poſt Petrum Linus ſucceſſor 16. presbyteros coadiutores ſibi elegit, & epiſcopos 12. Et ſi aliquis ingenioſe diceret, quod cardinales repreſentantur per apoſtolos etiam tertii ſtatus, in cuius locum ſucceſſerunt epiſcopi d. c. in nouo, vt dicit ſatis docte Io. Vigue. 3. libr. inſtitu. ad chriſtianam Theologiam c. de ſtatibus Eccleſiaſt. in verbo cardinalis fol. 224. in 2. colu. in fine, Attamen non ſequitur epiſcopos cardinalibus dignitate eſſe maiores, quoniam cardinales in apoſtolos etiam primi & ſecundi eorum ſtatus, vt ſupra diximus. 1. capite repreſentantur, igitur ſemper ante epiſcopos fuere, qui dumtaxat repreſentātur in Apoſtolis tertii ſtatus, videlicet poſt diſperſionem, vt pulcherrime ſcribit Io. Viguerius loco ſupra citato, Atque in iure noſtro veriſſimum eſt cardinales maiores eſſe epiſcōpis, tradunt Abbas & Card. in c. eccleſia ex. de elec. Gemi. in ca. 1. de off. deleg. in 6. Decius in c. cum venerabilis de excep. & in c. ad præſentiam in fine de app. Rom. in conſ. vltimo Ruy. in cōſ. 155. in 4. vol. nu. 2. Alex. in Rub. de iuriſdi. omn. iud. Mar. Mant. de concilio num. 61. Io. de Sylua de benefi. quæſt. 4. primæ par. numero 45. Petrus de Baiſio de elect. cap. 35. ſecundæ par. num. 5. Gond. de poteſt. eccleſiæ nu. 55. Barba. de præſt. Cardinal. prima quæſt. per totam, Stafil. de grat. & expectat. in §. videndum num. 29. & nouiſſime Ceſal. Ferrarien. in conſilio primo volumine primo.

De officio. Deciſio cv.

Cardinalatus officium a Chriſto fuit inſtitutum, probatur Luce. 6. vbi Chriſtus Dominus elegit. 12. ſcilicet ad ſuſtinendum onus cum ipſo, quos apoſtolos nominauit, & conſequēter cum Petro, & Petri ſucceſſoribus onus ſuſtinuere apoſtoli, modo cardinales hodie ſuſtinent, vnde ait illis Dominus, vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus. Thomas 10. 2. dicebat eamus nos, & moriamur cum illo, Ample Ioā. Viguerius lib. de Inſtitut. ad chriſtianam Theologiam c. de ſtatibus eccleſiaſt. in verbo cardinalis num. 224.

Deciſio cvj.

Cardinales in eccleſiis ipſis ſubiectis, ne dum habent iura epiſcopalia, vt ſupra diximus, verum etiam in eis vtuntur iuriſdictione. Bellinc. de carit. ſubſid. quæſtione 3. numero primo & nume. 7. tract. libr. 4. atque etiam in eorum titulis ius ſpirituale, & temporale exercent, Eneas de falc. de reſeruat. benef. quæſt. 2. princip. numero 10. tracta. libro quarto Abbas in cap. hi qui de maior. & obed. Rom. in conſil. 498. Alb. de Card. q. 46.

Deciſio cvij.

Cardinales, nunquid de bonis eccleſię donare poſſint Barbat. de præſt card q 3. nu. 16. tenet, q non Iaſ. C. qui. feud. dare poſſ. nu. 3. Alb. de card. q. 48.

Deciſio cviij.

Cardinales amplum patrimonium habētes, redditus cardinalatus, an poſſint pro libito conuertere in proprios uſus, Barb. de præſt. cardin. q. 6. ex pluribus tenet quod ſic idem Alban. de cardin. q. 45. in 4. col. vbi abunde & an officium pontificale exerceant, ibidem quæſt. 6. num. 6. dicit quod ſic ratione adminiſtrationis.

Deciſio cix.

Cardinalis an in archiepiſcopum promoueri poſſit Barb. 1. q. nu. 41. inquit quod non ratione, quia non licet deſcendere, ſed aſcendere c. 1. de cler. non reſid.

Deciſio cx.

Cardinales hodie primaria officia non exercent, card. Floren. in clem. ne Romani, in §. porro, de elect. Albe. de Roſat. in rub. C. de ſum. trin. & ſi. cath. Barb. q. 1. nu. 6.

Deciſio cxi.

Cardinalis delegatus, nunquid ſubdelegare poſſit, Gond de poteſt. eccleſię, nu. 65. Laud. eo loci q. 43. dicunt quod ſic, licet Bal. in l. fi. ff. de off. eius. teneat quod non.

Deciſio cxij.

Cardinalatus per papæ conſtitutionem non poteſt extingui, Barba. abunde eo loci quæſt. 1. nu. 35. quia de iure diuino eius eſt origo vt ſupra diximus.

Deciſio cxiij.

Cardinales habent ius collegii, ſiue capituli, Io. de Anan. in c. ad liberandam ext. de iud.

Deciſio cxiiij.

Cardinales non poſſunt præſcribere ſupremam papæ poteſtatē, Bal. in c. bonæ de poſtul. prælat. & ibi canon. omnes.

Deciſio cxv.

Cardinales a curia non debent abeſſe, niſi cauſa legationis glo. 98. diſtinctione.

Deciſio cxvi.

Cardinalibus debetur pars redditus cameræ apoſtolicæ Gom. in cap. ubi periculum, in §. prouiſionis extra de elect. in 6. Barb. eo loci. quæſtio. 6. num. 7. conſuetudo tamen obſeruat contrarium.

Deciſio cxvij.

Cardinalatus eſt maximum officium, Bal. in c. 1. de poſt. prælat. Felin. in rubr. de offic. delega. Iacobat. de concil. lib. 1. fol 27. colum. 1. l. B. And. Siculus in conſil. 1. vol. 1. ubi abunde, & habet annexam ſummam adminiſtrationem, quoniam eorum conſilio regitur mundus, Soci. in conſi. 99. uolum. 3. in d. capitulo. bonę.

Deciſio cxviij.

Cardinalis poteſt ſibi eligere idoneum Capelanum, cui confiteatur peccata ſua, Hoſtien. in ſum. de pœnit. & remiſ. in §. cui confitendum, Alb. de cardin. q. 47.

Deciſio cxix.

In conſiſtorio propoſita, quæ contra honorem, vel eccleſiæ bonum uideantur, cardinales ſine peccato tacere non poſſunt, ample Hieron. Alban. lib. de cardinal. quæſtio. 16. quinimmo ſi recta conſilia papæ non dederint, tenentur in eo, quod ab eorum conſilio proficiſcitur, Innocen. in c. ſicut dignum ext. de homicid. vbi Abbas etiam dicit hoc eſſe cōtra conſiliarios principum, qui male conſulunt, Feli. in cap. 1. ext. de offi. deleg. l. quoniam iudices, & ibi Bald. C. de app. Gond. de poteſt. eccleſiæ. num. 15.

Deciſio cxx.

Cardinales eccleſię archana tacere debent, B. Anto. in tertia par. ſuæ ſummæ, tit. 21. c. 2. §. 2. inquiens hac de cauſa eccleſiam Germanos ad cardinalatum aſſumere non conſueuiſſe, ne archana eccleſię imperatori manifeſtēt, Mar. Laud. in tract. de confeſ. princ. quæſtio. 1. Alb. de cardin. quæſt. 10. in fi. Lud. Gomeſ. lib. reg. cancel. reg. de Idiom nu. 6. Iacoba. de concil. lib. 1. fol. 40.

Deciſio cxxi.

Cardinales ad conſiſtorium accedere non tenentur, cum uocati certiores redditi ſunt, in collegio cauſam iniuſtam pertractari, Innocent. Abbas, & Felin. in capitu. quod ſuper his, de maiorta. & obedien. Alber. eo loci quæſtio. 10. colum. 5. qui etiā dicit eos accedere poſſe, & debere palam ea, quæ iniuſte proponunt impugnare, Gondiſ. de poteſ. eccl. nu. 16.

Deciſio cxxij.

Cardinales abſentes a beneficiis poſſunt de iure fructus eorum accipere cap. cum dilectus, de cler. non reſid. Old. in conſ. 46. quoniam leges pro reſidentibus habent, qui in ſeruitio eccleſiæ exiſtunt. c. ex parte, de cler. non reſid. maxime cardinales, ualde pontif. familiares, & qui ſemper opē eccleſiæ afferunt, aſſumētes ponderis partem dici & æſtus. c. fundamen-

damenta,de elect.& cum etiam ob reſidentiam in curia Romana excuſentur a ſuorum beneficiorum reſidentia Gomeſ.in reg.de valore.q.1.num.11.

Deciſio cxxiij.

Cardinales gerunt officium generalis eccleſię,cap.bonæ.de poſt.prælat.glo.in cap.miniſtrum, de offic.Archid.& alii ibidem notant Canoniſt.

Deciſio cxxiiij.

An alius non cardinalis miſſus a D. N.PP.ad prouinciam appelletur de latere legatus. Reſpondeo quod non,ſecundũ conſuetudinem curiæ Romanæ,quia inquit Specu.in tit.de leg.in §.ſequitur videre,circa principium,quod Romanę eccleſiæ uſus ſolos dominos cardinales legatos de latere vocat.capit.volentes, de offic.legat.capitu.ad audientiam, dę ſentent.excommunicatio.

Deciſio cxxv.

Cardinales non poſſunt infeudare caſtra,vel ciuitates eccleſiæ ſecundum Bal.in c.1.qui feud. dare poſſ.Bar.in l.prohibere,in §.plane.ff.quod ui,aut clam.

Deciſio cxxvi.

Cardinales ex conſuetudine curiæ Romanæ non poſſunt teſtari ſine licentia D.N.Papæ, Hoſt.in ſum. in tit.de pœnit. in §.cui confitendum,verſ.cui cardinales Bal.in aut.licet.C.de epiſcop.& cler.Iacobat.de concil.lib.1.fol.33.in lit.c,con ſuetudine autem huiuſcemodi præſcripta, ſine licentia ius teſtandi habent, c.cum in officiis, & ca.relatum,de teſtam. Alb.de card.q.48.vbi late.

Deciſio cxxvij.

Cardinalis donatio nepoti facta de prædio magno nõ ualet, quia præſumitur de bonis eccleſiæ adeptum gloſ. in cap. manifeſta 12.quæſt.1.Innoc.in c.ſane, de pecul. clericorum & in c.cum in officiis,de teſta.Alb.in aut,licentia.C.de epiſcop. & cler.tamen empta a cardinalis nepote ex pecunia ei mutuata nepotis ſunt propria ſecundum Bald.in cap.eccleſia, ut lit. pend. quod ſane intelligendum eſt, niſi probetur fraus de perſona in perſonam ſecundum Bal.in l. mancipia. C.ſi quis alteri,vel ſibi Alb.de card.q.49.

Deciſio cxxviij.

Filiusfamilias epiſcopus cardinalis poteſt teſtari de omnibus bonis ante cardinalatũ acquiſitis,& poſt etiam, ex cauſa ſucceſſionis ei delatis late Andreas Siculus libro de præſt. cardinal.in 3.quæſt. princip. per totam, vbi etiam an teſtamentum cardinalis poſſit quærelari, & quando cardinalis in emptione teneatur ad nomen eccleſiæ ſcripturam facere.Et quid de cardinali Diacono,an poſſit teſtari ibidem ſub nu.20. tenet ꝙ ſic diſtinguendo nonnullos caſus, & ſub nu. 53.quando etiam cardinales per teſtamentum minus ſolenne ſuccedere poſſint.

Deciſio cxxix.

Cardinalis, vtrum poſſit nepotibus bona in cardinalatu adepta donare,ſiue ante,ſiue poſt,abunde tradidit Barba.eo loci quæſt.3.nu.43. vbi arguit ad partes, & diſtinguit, vt per eum, & quid de cardinali diuite tempore promotionis in dubio,vnde bona habuiſſe videatur ſub nu.22. eo loci decidit intuitu cardinalatus quæſita præſumi.

Deciſio cxxx.

Cardinalis ſponte promotus ad cardinalatum non ſuccedit in feudo,fallit, quando feudum ſtatui cardinalatus non repugnet, & quomodo & quando repugnet, ponit Barb.eo loci de præſt.card.q.5.per totam,& eodem loco quando cardinalis epiſcopus poſſit de feudo inueſtiri ſub nu.12.13.

Deciſio cxxxi.

Cardinalis de rebus intuitu perſonæ acquiſitis teſtari poteſt,ſecus intuitu eccleſiæ, Gondiſ.de poteſta.eccleſ.nume. 49.& num.51. vbi dicit cardinalem a papa habentem licentiam teſtandi ſine cauſa de rebus intuitu eccleſiæ adeptis, in foro conſcientiæ tutum non eſſe Alb. de cardin. q.48. Iacobat.de concil.lib.1.fol.33.

Deciſio cxxxij.

Cardinalis teſtamentum de bonis adeptis cardinalatus intuitu, auctoritate papę conditum valet Barbat.de præſt. card.in 4.q.Baſilica principali, & ibidem num.9.ubi egregie quod ex huiuſmodi poteſtate non poterit cardinalis bona intuitu cardinalatus acquiſita relinquere penitus extraneis, & per huiuſmodi etiam poteſtatem nõ poterit teſtari ſecundum iuris ciuilis diſpoſitionem, ſed duntaxat ſecundum iuris canonici ſolemnitates.

Deciſio cxxxiij.

Cardinalis regularis an teſtari poſſit, ponit Bald.in aut.licentiam, C.de epiſcop.& cler.inquiens quod non,niſi de licentia papæ, ut docte tradidit Bertac.de epiſcop.in 4.par.in §.ſupereſt,num.6.lib.2. Alb.eo.loci.q.45.

Deciſio cxxxiiij.

Cardinales poſſunt condere conſtitutiones,quia regibus ęquiparantur,ut diximus ſupra,Bertac.dicto lib. de epiſcop. par.ſecunda, num.31.

Deciſio cxxxv.

Cardinalis de bonis ex cardinalatu adeptis ædificium in ſolo proprio,ſibi conſtituere poteſt.glo.ſing.in capit.apoſtolicos.12.quæſtio.2.Barbat.lib.de præſt.cardin.quæſtio.3.numero 14.ibidem decidit.

Deciſio cxxxvi.

Cardinales ſubſcribunt in priuilegijs papalibus,in aliis autem non,glo.in c.cum a nobis,de teſt. ſed tu ſerua ſtilum curiæ.Et nota ꝙ cardinales debent morari in curia, propterea ꝙ ſemper præſto ſunt pontifici,quod fallit ex cauſa legationis glo.diſt.97.cap.nobilis.

Deciſio cxxxvij.

Cardinalium conſilia eſſe debent libera , neue ſint in eis aliqua, quæ humanum ſolent iudicium peruertere, & animum captiuare,uidelicet, timor odium, amor, & auaritia, quorum etiam conſilia debent eſſe matura, & conſiderata. Hinc papa debet uota cardinalium intendere, & ex illis finalem reſolutionem ſibi reſeruare. Ample Gond.de poteſt. Roman.eccleſ.nume.10.& 11. Laud.de legat.princip.quæſtio.8.& quęſtio.11.

Deciſio cxxxviij.

A papa non debent cardinales ſeparari ut eorum habeatur conſilium,ſed continuo debet pontifex cum eis verſari, quia collaterales ſunt, & pars corporis eius Gond.de poteſt. eccleſ.nu.12.Laud.de legat.princip.q.1.

Deciſio cxxxix.

Cardinales ex quo ſunt ſuperilluſtres,& in ſuprema dignitate poſiti, & ſunt aſſumpti per ſummos pontifices in coadiutores pontificiæ dignitatis, præſumere ſemper debemus pro luce dignitatis eorum, omnia integre, ac ſumma cum iuſtitia facturos.l.1.& ibi gloſ.ff.de off.præf.prat.& dicit egregie Lud.Gomeſ.in lib.reg.canc in regula de publican. reſignat.in q.12.nu.4. & in regula utriuſq; ſign.compen. nu.43. vbi dicit quod quia princeps eos ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide,& grauitate ad huius offici magnitudinem euexit,non præſumi aliter eos iudicaturos eſſe pro ſapientię,ac luce dignitatis, eorumque ipſe princeps fuerit iudicaturus,unde dicit etiam de ſtilo obſeruari, quando cauſa committitur cardinali in ſignatura papæ non ponitur illa clauſula, quæ in extenſione commiſſionum uicecancellarii uel regẽtis communiter apponi ſolet, uidelicet iuſtitiã faciat & c.ſicuti apponitur in commiſſionibus aliis prælatis directis, non.n.iubet papa cardinalibus, ut iuſtitiam faciãt, quia quilibet cardinaliũ hoc proprium, & peculiare habere debet,ut abſq; aliquo ſigno, uel monitione iuſtitiam faciat, quę eorum pectib.ita ineſſe debet, ut propria uita,ut ibidem ſub nu.43.& 44.Gomeſ.erudítiſſimus ſcriptum relinquit.

De priuilegijs. Deciſio cxl.

Cardinalis vicarius papæ in urbe utitur plena iuriſdictione, non tamen aduerſus ſubditos cardinalium, quia ij ſubiiciuntur uicariis cardinalium. ita dicit Franc.Zabar.in clem.ne Romani, de elect.Laud.de card.q.16.& in 2.quæſt.78.

Deciſio cxli.

Frater minor acquirẽs cardinalatũ ſuccedit parẽtib. ſuis, cũ liberatˉ ab ordine fratrũ,auctoritate papę,quia iura ſuccedendi recuperat, ſecundum Bart.lib.ult.minoricarum.

Deciſio cxlij.

Ad condemnandum cardinalem epiſcopum requirũtur 72.teſtes.Io.An.in c.licet uniuerſis,de teſt.cardinalẽ presbyterum.64.cardinalem Diaconum 26.teſtes.Barba.de præſt. card.q.11.per totam, Laud.eo loci.q.10.& in 2.q.71.Iacoba. de concil.lib.1. fol.72.col.2.lit.c, & qualiter eſſe debeant teſtes, Barb.eo loci, nu.10. ubi etiam dicit quod papa ſolus eſt cardinalium iudex, Io.de Ana.in c.ex geſtis de cleric. non reſid.nu.4.Rom.in aut.ſimiliter.C.ad l.falcid.

Deciſio cxliij.

Cardinales per ſemetipſos minime, ſed per procuratores eorum lites agere debent, Spec.in tit.de actore.§.1.in uer.itẽ illuſtris,& no.in l.pen.& in aut.quamuis.C.de procur.

Deciſio cxliiij.

Cardinales iuramentũ fidei papæ non præſtant,quia ſunt vnum corpus cum eo, ut dicunt omnes in c.antiqua,de priuil.& diximus ſupra deciſ.1.Gondiſ.de poteſta.eccleſ.Franc. in c.ſuper eod e hæreticis.nu.3.& 14.

Deciſio cxlv.

Cardinalem in perſonam offendens incidit in crimen lęſæ maieſtatis.capitu.fęlicis.de pen. & clemen.1. eodem titu. Laud.eo loci.quæſt.7.& in 2.q.48. & committit etiam ſacrilegium,Barbat.de præſt.card.q.1.num.30. Iacobat. de concil.lib. fol.147.col.1.lit.a.

Deciſio cxlvi.

Cardinali indigenti ſummus pontif.ſubuenire, & conſulere tenetur, quia papa debet amare cardinales, vt ſeipſum, & eiſdem in neceſſitatibus præſto eſſe. Hoſt.in d.c.antiqua, de priuil.Lau.de card. in 2.q.6.Baiſ.in tracta.de elect.q.35.2. par. numero 6.Iacobat.de concil.lib.primo, fol.39.lit.a.& qualiter ſit prouidendum cardinalibus ponit extrauagans Nicolai quinti.

Deciſio cxlvij.

Reus criminis, qui ducitur ad mortem obuiam factus cardinali, ſi pileum in eum proiecerit liberatur, ita Bal.in l.addictos.C.de app.& in l.addictos.C.epiſ.audi.& ibi Alb.Bar. de præſt.card.q.9.princ.per totam, Reſt.de Impet.q.96.nu.3.Laud.de princip.q.453.Patis de Puteo de ſind. in §.an ſi index num.2.tract.lib.4.Corſet.in repertorio in verſ.an cardinales.& Cepol.cautel.2.Marſ.ſing.272.Gond.eo loci nu.6. card.Iacobat.de concil.lib.1.fol.37.col.1.in lit.a, atque con fugiens ad domum cardinalis conſequitur immunitatem, card.Iacobat.de concil.lib.1.fol.38.

Deciſio cxlviij.

App. curialium vrbis Romanæ in fauorabilibus cõtinentur DD.cardinales, in odioſis non, Alber.in rubr. C.ſi a non comp.iud Laud.eo loci in 2.q.24.Io.de Sylua.de beneſ.quæſtio.43.3.par.nu.2.ubi an in generalibus diſpoſitionibus ſub app.clericorum comprehendantur, ample tractat, & cardinalis ex pronunciato papæ in conſiſtorio facto quis dicitur. Io.Sylua. lib.de beneſ.q.2.1.par.nu.54. etiam quod non habuiſſet inſignia, Alban.abunde de card.q.17.

Deciſio cxlix.

Habens beneficium curatum inferius ab epiſcopatu, vel archiepiſcopatu, puta rectoriam cathedralis eccleſiæ, promotus ad cardinalatum poteſt illud retinere, Hoſt.Io.And. Arct.Butr.& alii in c.eccleſia ueſtra, in 2.de elect. licet eo loci dicat contrarium Abbas.

Deciſio cl.

Epiſcopus, uel archiepiſcopus promotus ad dignitatem cardinalis non perdit epiſcopatum, ſiue archiepiſcopatum, & ex priuilegio retinent vtrunque titulum, Hoſt.Io.And.& But.in d.c.eccleſia veſtra, in 2.de elect.ubi dicunt, quod conſuetudo curiæ eſt, ut DD.cardinales retineant priora beneficia in priuilegium, & ratio eſt propter excellentiam dignitatis cardinalatus, & ſecundum hanc partem ſæpe fuit conſultum per præſtantiſſimos doctores, ut refert Nicol. Sicul. in cap.bonæ, in 1.de poſt.prælat. Mart.Laud.de card.in 2.q.42.ample Barb.de præſt.card.q.12.

Deciſio cli.

Cardinalis de facili non recuſatur propter eius approbatam fidem, & optimos mores, Hoſt.Io.And.Ant.Butr. & Io. de Anania in c.ad petitionem ext.de accuſ. Iacobat.tracta. de concil.lib.1.fol.32.col.2. magna itaque requiritur cauſa ad recuſandum cardinalem no.in c.cum olim.de off.deleg. Corſ.in repert.Abbat.in verbo contra cardinalem.

Deciſio clij.

Creditur teſtimonio cardinalis ſine iuramento, Innoc.in c.cum olim in 1.de priuileg.not.in c.cum a nobis, ext.de teſti.& in c.quod ſuper his de fide inſtrum.Barb.de card.leg.q.2.nu.20.Bertac.in tract.de epiſcop.in §.ſequitur, num.19 & quando abſque probatione ſtetur, uide Barb.eo loci.q.1.nu.19.& an credendum ſit cardinali in alterius præiudicium uide eleganter tradita per cardin.Iacobat.tracta.de concil, fol.37.colum.prima.

Deciſio cliij.

Cardinales iuriſdictionem non habent cauſas audiendi, niſi ſpecialiter eis demandetur a pontifice, Specul.de libel. concep.in §.iam nunc uidendum cir.princ. in uerſ.cardinalis autem, Barbar.de card.leg.a lat.quæſtio. 5.num.13.Gondiſ.de poteſta.eccleſ.num.65.

Deciſio cliiij.

Monacus effectus cardinalis non abſoluitur a ſubſtantialibus regulę, ſecund. Bal.in aut.licentiam, C.de epiſ.& cler.

Deciſio clv.

In excommunicatione generali non ueniunt DD.Cardinales, not.ſcrib. in capitu.quam periculoſum, de ſentent.excommunicatio.lib.6.

Deciſio clvi.

Cauſa commiſſa cardinali cum clauſula app.remota, ab eius ſenſententia non appellatur, Bald.in l.prima, ff.de offi. præf.prætor.Barba.de card.legat.in quæſtio.5.nume.12.& dicta clauſula intelligitur de quacunque app.etiam non friuola, Pauinus de off.& poteſta.cap, ſed.uacan.fol.pen.col.3.Iacobat.de concil.lib.1.fol.38.Milis in repertorio in uerbo appellare non poteſt a ſententia lata per cardinalem, Gomeſ. in reg.utriuſque ſigna.comp.nu.49.

Deciſio clvij.

Ad condemnandum cardinalem epiſcopum requiritur.72.teſtes ut ſupra presbiterũ cardinalẽ 64.teſtes.2.quæſt.5.c. nullum, ubi textus reddit rationem ſpecialitatis deciſio fallit in crimine hæreſis, tunc ad condemnationem, non attenditur talis numerus teſtium, ut per glo.in cap. primo de ſciſmat.in uerbo cardinalem.lib.6.

Deciſio clviij.

Creditur cardinali de eo quod dicit factum a D.N.papa uiuæ uocis oraculo Lapus alleg.33.not.in c.quod ſuper his. de fid.inſtrum.& in cap.cum literis de in integ.reſt.Ioan.And. in cap.1.de off.leg.lib.6.Hoſt.Ioan.An.in cap.conſtituris. de app.Card.Alex.in ca.nobiliſſimus 96.diſtin. Lapus alleg.33. Alex.in conſ.92.in vi.vol.Bal.& ſalicet. in l.iuriſiu.C.de teſt. Iaſ.conſ.104.Laud.de Car.q.20.Io.de Ana. in c.cum ex iniũcto de hæret, & in c.excommunicamus, §. quia vero eod.tit.

Deciſio clix.

Cardinalis legatus a latere confert beneficia cap.1, & 2.de offi.leg.lib.6.ubi plene et nota qđ ſimplex cardinalis reſidẽs in curia præfertur in honoribus Cardinali legato, Boer. in tract.de præemi.magni conci, quem refert, & ſequitur Lud. Gomeſ.lib.reg.cancel.in reg.utriuſque, ſign.comp.num.36, & in reg.de ualore in 1.quæſt.nu.2.ubi dicit quod cardinalis præſens cenſetur dignior abſente, & in d.regu.de imp.q.17. num.4. & quare a curia recedere non poſſint ſine licentia papæ.ibid.num.4.Affl.dec.289.

Deciſio clx.

Reg.de impet.benef.uac.per obitum fami.Cardina.diſponit, ut nomen & titulus, ac cõſenſus cardinalis exprimatur, Quid ſi cardinalis fuit abſens tempore impetrationis ex licẽtia papæ, uel alias, an tali caſu requiratur expreſsio nominis, & tituli, Lud.Gomeſ.ſub.d. Regul.q.16.ponit caſum, & decidit quod ſic, iura & rationes eo loci uide.

Deciſio clxj.

Cardinalis quotidie panem ex palatio ſumens aſſiſtenſiue & obſequens papæ, familiaris idcirco ipſius non eſt. Gomeſ. ſub reg.de imp.benef.vac.per obitum famil.in 13.q.num.3.

Deciſio clxij.

Cardinales, ut curialium diuitum beneficia conſequantur illos in familiares habere gaudent ex priuilegio, Lud.Gome. ſuo d.reg.de impet.benef.q.13.n.15.qui dicit, quod cardinalis per obitum alicuius ob ſuſceptam amiciam com ipſo, beneficia, tanquam per obitum familiarium inſpetrare poteſt, & refert uidiſſe pluries ſeruari.

Deciſio clxiii.

Cardinalis habens indultum, quod abſens gaudeat omnibus priuilegiis præſentium, nunquid per eius vicarium poterit præſtari conſenſus ad obſeruationem regulæ de imperr. benef. p obitum &c. Lud. Gomeſ. Auditor Rotæ Romanæ, qui plurimum tempore Beatiſſimi Pauli.III.floruit vir Doctiſſimus ſub d.Reg.lib.Regul. Cancellariæ.q.22.nu.1.decidit ꝙ ſic & rationes adducit. Contrarium tenet Siaſil.de gratiis & expectat.in 6.par.princ.in 3 q.nu.12.pro cuius opinione facit, quæ notat idem Gomeſ.in reg. de valore.q.1.nu.11. ubi tenet d.regul.de valore exprimendo non comprehendere cardinales abſentes.

Deciſio clxiiij.

Cardinalis non poteſt renunciare honori, vt nomen eius in literis de impetrantibus beneficia vacantia per obitum &c. non exprimetur, nec quod eius conſenſus requiratur, quia hec introducta ſunt in fauorem omnium cardinalium cui per particulares renunciari nõ põt.arg. not.in c.ſi diligẽti de foro comp.Lud.Gomeſ.eo loci.q.27.num.1.& q. 28, vbi quærit an conſenſus cardinalis in huiuſmodi poſſit accedere poſt impetrationem, & decidit ꝙ ſic, quia ſufficit quod ad ſit conſenſus in expeditione literarum, vel ꝙ de dicto cõſenſu per ſcripturam cardinalis fiat in cancellaria fides, & hinc eo loci Gomeſ.q.29.dicit quod ſi cardinalis antequam p̃ſtet conſenſum, ſecundus impetrat cum conſenſu cardinalis poſtea primus impetrãs obtinet poſt ſecundam impetrationẽ conſenſum, prima impetratio valet, & non ſecunda, ex quo ſufficit quod accedat conſenſus tempore literarum expeditionis & q. 30. vbi quærit quid agendum ſit per impetratẽ, cum impetrationi factæ cardinalis non vult conſentire, & dicit recurrendum eſſe ad ſuperiorẽ, qui præſtet cõſenſum.

Deciſio clxv.

Card.non cõtinentur ſub regula de publican.reſignation. Lud.Gomeſ.lib.reg.cancel.ſub. d.reg.q.12. vbi in princi pio, & in fi. q̃ſtionis tenet hãc partẽ, in medio aũr de ea dubitat, q̃a dicit ſub nu.3.d.regulã eſſe fundatã ĩ bono animi ut fraudes & doli euitentur, iõ in his q̃ animũ reſpiciunt, card. non differt a quolibet alio populari, & citat Belenc. de charit. ſubſid.q.66.qui dicit circa medium ad propoſitum deciſionis, quod ubi agitur de euitanda fraude conſtitutio comprehen-

hendit etiam cardinales,not.in cap.ſciant cuncti,& ibi moder.ext.de elect.in 6.& in cap.1.de ſciſm.

Deciſio clxvi.

Cardinales quibus fauoribus,Benedictus xij.in beneficialib. proſequutus eſt,ponit Lud.Gomeſ.ſub d.reg.de impetr. benef. vacant.&c.in præfatione num.2.

Deciſio clxvij.

Quæro an regula cancellariæ de valore exprimendo in impetratione beneficii, cõprehendat cardinales, veritas eſt quod non,quam tenet Anchar.in conſil.295.Belenc.de charit.ſubſid.in quæſt.66.Felin.in cap.cum cauſa, il ſecundo,in 4.colum.de teſt,& in cap.eos in fine,de hæreticis,quos citat Lud.Gomeſ.ſub d.reg.quæſt.1. ubi tenet contrarium num. 3.4.& ſub nu.11.diſtinguit, uidelicet quod opinio negatiua procedat, quando cardinales ſunt præſentes in curia,tunc non continentur ſub d.reg.quia propter prærogatiuam præſentialitatis gaudent priuilegio, in abſentibus; autem dicit quod procedit pars affirmatiua,& ita tranſit.

Deciſio clxviij.

Cardinales an contineantur in diſpoſitione generali habente clauſulas prægnantes Ludou.Gomeſ.ſub regu.de ualore in 1.quæſt.num.6.tenet quod ſic,referens Felinum in c.cum in iure peritus de offi.deleg.& in rub.de maio.& obed. dicentem ex ſtricto iure defendi non poſſe cardinales non contineri in diſpoſitione generali habente clauſulas prægnantes,Ioan.Andr.Gemin.in cap.nemo,de elect.lib.6.Caſſiad.ſuper regulis cancellariæ deciſ.38.nu.5. dicentes quod in verbis generalibus regularum non comprehenduntur, niſi aliter ſit in eis diſpoſitum.

Deciſio clxix.

Cardinales de conſuetudine curiæ Romanæ committũt obſeruationes terminorum in cauſis, auditoribus ſuis ſine ſpeciali mandato papæ. Egidius conſil.44. Stafil.de grat.& expect.in §.dicendum eſt, nu.14.& 15. inquiens quod ſtatur dicto cardinalis, in his quæ aguntur coram eo in cauſis ſibi commiſſis,allegat Egid.conſil.184.Gomeſ.in reg.utriuſque ſig.comp.nu.47.& nu.48.ibidem,quod poſſunt committere obſeruationes terminorum ſine ſpeciali cõmiſſione papæ.

Deciſio clxx.

Cardinali ab auditore non inhibetur, Stafil.de gratiis,& & expectat,in d.§.dicendum,num.16.tractatuum lib.4.Gomeſ.in reg.utriuſque ſign.comp.num.46.in uerſ.ſextum priuileg. & hoc ob magnam reuerentiam.

Deciſio clxxi.

Papa imponens generale ſubſidium quibuſcunq; beneficiatis pro expeditione contra infideles,utrum cardinales ratione beneficiorum ſuorum teneantur contribuere ad prçſtationem huiuſmodi ſubſidii, Roman.in conſil.498. tenet partem negatiuam propter priuilegia,quæ habent cardinales, cuius ſententiam ex pluribus ſequuntur Belencinus in tractatu de charita.ſubſid.in quæſt.66.ubi abunde, & Hieronymus Gigans de penſion.q.9.nu.8.tracta.lib.4. & eo etiam loci idem Gigans q.59.nu.10. tenet quod non tenentur cardinales ad ſolutionem decimarum, niſi de eis dictum ſit.

Deciſio clxxij.

Cardinalis qui prima uice 12. familiares continuos commenſales nominauit in cancellaria, loco reſidentium ex familiaritate, vel morientium, alios nominare poteſt, qui potiuntur eiſdem familiæ priuilegiis,contra regulam legis bo ues.§.hoc ſermone,ff.de verb.ſignif.ubi licentia nominandi intelligitur de prima tantum, & non de vlteriori,& hoc propter ſpecialia,quæ habent DD.Cardinales,ita dicit Stafil.de gratiis,& expec.in §.circa tertiã partẽ,nu.58.& nu.62.

Deciſio clxxiij.

Cardinales etiam quod non ſint legati, ſunt priuilegiati in non reſidendo in ſuis beneficiis, eiſque creditur de actis coram ſe,licet non appareat ſcriptura. Io.An. in c.conſtitutus de app.pulchre,Pauin.in li.de viſi.q.10.nu.38.39.

Deciſio clxxiiij.

Cardinales qui indulgentias concedunt ex priuilegio papæ hoc faciunt non a iure communi conceſſo, Lud.Bolog. li.de indul.nu.49.Iacob. de concilio lib. 1.fol.39.

Deciſio clxxv.

Cardinalis abſens a curia expectandus eſt per quinq; annos,quibus elapſis citabitur, ut habetur in cap.2. de clericis non reſident.vel ſecundum Ioan. de Imol.in d. cap.2. tempus eſt arbitratium, vbi dicit, quod tunc cardinalem papa ſine conſilio fratrum propter excellentiam dignitatis cardinalatus ob non reſidentiam, non debet deponere, & ait Io. Monacus in capit.ſuper eo,de hæret.lib.6.quod ſi papa ſine conſilio fratrum deponeret cardinalem,quia citatus,ut veniat ad reſidendum in curia, & non venit, ſucceſſor in papatu debet ipſum reſtituere,quem ſequuntur cardin.Zaba. & Ioan.Imol.in d.cap.ſecundo.

Deciſio clxxvi.

Commiſſiones,quæ fiunt cardinalibus non ſolent ſignari,niſi a ſolo papa, propter excellentiam dignitatis eorum, quod in aliis ſecus eſt,Bonifacius Vital.in clem. auditor de reſcriptis Ludou.Gomeſ. ſub regula utriuſque ſignat. compend. nu.45.& num.46.qui dicit, quod quando cauſa committitur contra Titium, & alios in citationis decreto nominandos,etiam ſi cardinalatus honore præfulgeret,commiſſio non datur niſi cardinalis nominetur &c.

Deciſio clxxvij.

Cauſa commiſſa cardinali,quæ ante fuerat commiſſa auditori ei intimatione facta abſque inhibitione,auditor non poteſt amplius in cauſa procedere,ob reuerentiam cardinalis,ſecus ſi cauſa eſſet auditorib. commiſſa, Rota.in antiq. deciſ.14.Gomeſ.in reg.utriuſque ſignat.comp.nu.48.in verſic.quintum ſingulare.Iacobat.de concil. lib.1. fol.38. lit.a, col.1.& ſubdelegat cardinalis,quo ad audientiam Iacobat. de concil.lib.primo,fol.38.

Deciſio clxxviij.

Cardinalis, cui cauſa commiſſa eſt, alteri cardinali non inhibet, rota deciſ.ultima, de dolo & contumacia in antiq. Ludou.Gomeſ.in regu.utriuſque ſign.comp.lib.regularum cancellariæ nu.48.& ibidem dicit quod in pari cauſa,quando cardinalis habet pares rationes cum alio, rota ſolet in dubiis gratificari pro cardinali,Iacob.de concil.lib.i.fol.38.

Deciſio clxxix.

Cauſa ſemel commiſſa cardinali, ab eo non deciſa, non committitur alteri inferiori a cardinali ſine ſpeciali mandato papæ propter illius honorem Egid. deciſ.37.Milis in verbo app.Gomeſ.eo loci utriuſque ſig.comp.nu.49. in verbo ſeptimum priuilegium,Iacobat.de concil.lib.1.fol.38.

Deciſio clxxx.

Cardinalibus ſanguis ſine licentia pontificis non extrahitur,Gondiſal.de poteſtat.eccleſiæ,num.13.& nu.63.vbi valde contra offenſores ſuos ſunt priuilegiati. Iacobat.trac.de concil.lib.1.fol.33.in lit.a, colum.1. probat tex.in c.eccleſia veſtra,il ſecundo,de elect.

Deciſio clxxxi.

Cardinales,de delictis ante cardinalatum commiſſis nõ puniuntur,ſed gaudent priuilegio c.præſul.2.q.5. ut ample traditur per Barb.de præſt.card.in 2.quæſt. Baſilica princip. num.5.& num.10.

Deciſio clxxxij.

Cardinalis in accuſatione hæreſis, aut ſciſmatis. per procuratorem comparere poteſt, quia illuſtris & ſuperilluſtris eſt,& plures alias habet prærogatiuas, & abunde per Barb. eo loci quæſt.2.princip.num.9.

Deciſio clxxxiij.

Cardinales uiuere poſſunt de redditibus cardinalatus, & conſeruare patrimonium proprium,etiam quod eſſet amplum,& poſſunt in victu vti pluribus ferculis,textus eſt formalis in c.vbi periculum,§.in conclaui,de elect.lib.6.Barb. de præſt.card.q.6.princip.per totam.

Deciſio clxxxiiij.

Cardinales legibus communibus non ſubiiciuntur,cum ſint pars corporis papæ,probat text.in l. bene a Zenone, in verſ.dignam ſua prærogatiua fortunã. C.de quad.præſcrip. Barb.de præſt.card.q.6.nu.8.& ibidem ſub nu.1. quærit vtrũ conſtitutio pęnalis loquens de clericis comprehendat cardinales,& decidit ex plurib.ꝙ nõ ligant regulis cancellarię.

Deciſio clxxxv.

Cardinales ſub reuocatoria Bonifacii,de qua in c.fin.de conceſſ.præbend.lib.6.non includuntur ſecundum Io.An. in c.1.in nouella,& ibi.Io.Monac.

Deciſio clxxxvi.

Cardinales tanquam maximi debent ſpeciali prærogatiua lætari.c.1.& 2. de off.leg.lib.6.Barba.de præſt.card.q.8. nu.4.inquiens,ꝙ decet eos eſſe participes priuilegii ſingularis, & ꝙ papa non conſueuit aliquid gerere ſine conſilio,& conſenſu eorum,facit tex.in cap.irrefragabili.§.1.de off.ordin.& cap.1.de excel.prælat.

Deciſio clxxxvij.

Cardinalis gaudet priuilegio numeri teſtium, ſi accuſetur de his,quę commiſit, antequam eſſet cardinalis, Arch. in c.præſul.2.q.5.Laud.de card.in 2.q.

Deciſio clxxxviij.

Cardinali de commiſſione ſibi facta ſine literis creditur, Belencin in trac.de charit. ſubſid.q.110.nu.4. hinc creditur de actis coram ſe geſtis ſine ſcriptura Pauin. de viſita.in 10. q.primæ part.nu.38.trac.lib.3. Stafil.de grat. & expect.in §. dicendum, num.15.tract.lib.4.

Deciſio clxxxix.

Cardinalis aſſertioni aſſerentis ſe legatum creditur, quo ad poteſtatem reſeruandi, quam probare poſtea debet Ga-

ſpar Peruſi.in tracta. de reſeruat. benef. quæſtio. 10. in §. quæ autem, num. 1. Aeneas de Falcon. de reſer. benef. par. 2. prælu dio 5. nu. 2. tract. lib. 4. Gondiſ. de porcita. cccl. nu. 62.

Deciſio cxc.

Cardinales nõ deuinciuntur per generales diſpoſitiones odioſas, Ioan. de Sylua de benef. 12. quæſt. 3. par. num. 30. tracta. lib. 4. Hieronym. Gigans de penſion. quæſtio. 59. Belenci nus de charita. ſubſid. quæſtio. 66. tract. lib. 4. Franc. in capit. primo, ext. de ſciſma.

Deciſio cxci.

Cardinales nunquam comprehenduntur ſub cenſuris in conſtitutionibus appoſitis, niſi de eis ſpecialis fiat mentio, Belenc. de charit. ſubſid. quæſt. 66. num. 4. Laud. de card. quæſtione 62. & quando in generali conſtitutione contineantur tradit Ioannes Lcitier. de primogenitura quæſt. 24. lib. primo, num. 32. tract. lib. 7. Iacobat. de concil. lib. primo, artic. 12. colum. 2. I. B.

Deciſio cxcij.

Conſtitutio ſimpliciter loquens de cardinalibus, ſemper intelligitur de cardinalibus S. Rom. eccleſiæ, argum. text. in l. 1. in §. qui in perpetuum. ff. ſi ager. vectig. & ad differētiam cardinalium Rauennatorum, uel aliorum, ſi ſecundum cōſuetudinem ſic appellarentur, vt per Barba. de præſt. cardin. in 8. quæſt. Baſil. princip. num. 9. 11. 18.

Deciſio cxciij.

Cardinalis ſemel depoſitus ex priuilegio dignitatis poterit iterum a papa reſtitui, egregie Barb. de præſt. card. in 10. quæſt. princip. num. 4 & 5.

Deciſio cxciiij.

Cardinalatus dignitas in inuitum conferri non poteſt, Barb. eo loci quæſt. 12. num. 11.

Deciſio cxcv.

Cardinalis impetrans beneficium familiaris alterius cardinalis, an tenetur ſeruare contenta in regula de impetr. benef. vacan. per obit. fam. card. ample Lud. Gomeſ. eo loci regu. de impetr. benef. vacan. per obitum, in 12. quæſt. vbi hinc inde relatis rationibus tenet regulam habere locū, & plus dicit ſub quæſtione ſexta, regulam etiam procedere in beneficio commendato familiari cardinalis, per cuius obitum impetratur, ſub nu. 5. 6. & 7. ubi etiam dicit iuuandos eſſe cardinales fauorabili interpretatione priuilegiorū hmōi.

Deciſio cxcvi.

Cardinalis procurans gratiam pro aliquo, non requiritur in gratia, vt mentio familiaritatis ipſius cardinalis fiat, quia tunc non poteſt dici deceptus, Ludouic. Gomeſ. ſub regu. de impetr. benefic. uacant. per obitum fam. cardin. quæſtio. 11. numero quinto.

Deciſio cxcvij.

Cardinalis patronus familiaris mortui, vel alius impetrans, nunquid poſſit opponere contra cardinalem impetrantem, Ludou. Gomeſ. ſub reg. de imp. benef. vac. per obitum famil. &c. in quæſtio. 12. num. 4. dicit quod non, per rationem, quia priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, & ſub nume. 5. pariter, quod cardinalis impetrans quo ad regulam de impet. per obitum famil. cardin. tria tenetur obſeruare, videlicet ut impetrans exprimat familiaritatem, nomen, & titulum cardinalis, atque habere conſenſum, alias impetratio non valeret.

Deciſio cxcviij.

Cardinalis, qui patitur, quod aliquis familiaris continuus commenſalis non actu ſeruiat potitur regula de impet. benef. vac. per obit. fam. cardina. adeo ut d. commenſalis uere dicitur familiaris, & gaudet prærogatiuis illius, Ludou. Gomeſ. in d. reg. quæſt. 13. num. 3.

Deciſio cxcix.

Cardinales ſub regulis cancellariæ non comprehenduntur, abunde, Ludouic. Gomeſ. de reg. cancel. in 6. quæſt. procemii, num. 10. & idem Ludouic. Gomeſ. in præfa. regulę de valore, num. quinto, inquiens, quod cardinales ſunt immunes a taxis officialium, in conſtitutione autem fauorabili & priuilegiata bene includuntur, ut eo loci ample Hierony. Alb. de cardina. quæſtio. 42. colum. 23. Iacobat. tracta. de concil. lib. primo, folio 27.

Deciſio cc.

Cardinales in generali diſpoſitione concernente bonum publicum, vel animę vtilitatem, aut periculum comprehēduntur, Gomeſ. lib. regularum cancel. in reg. de infirm. reſignat. in 3. quæſtio. num. 4.

Deciſio cci.

Cardinales non coguntur eccleſiis parochialibus deſeruire, Ludou. Gomeſ. eo loci quæſt. 3. & in regula de idiom. num. 5. quia excuſantur a reſidentia. cardin. Iacobat. de concil. lib. primo, fol. 37. I. B. & propterea ſub regulis cancellariæ non veniunt, nec in quacunque penali diſpoſitione & odioſa, ibidem nu. 6. Hierony. Alb. eo loci. q. 24. ubi late.

Deciſio ccij.

Cardinales impetrantes, comprehenduntur ſub regula de impetrantibus beneficia uiuentium, quoniam regula fauorabilis eſt, atque fauorem animæ concernens, & ideo vbi de animo agitur, magis cardinales, quam alii continentur, quia aliis ſanctiores eſſe debent, vt not. in cap. cum quidam, de iureiuran. & in capit. ad aures de reſcrip. Lud. Gomeſ. ſub regul. de imper. benef. uiuent. in 6. quæſt.

Deciſio cciij.

Cardinalis habens ſignaturam, non poteſt vtroque modo ſimul eadem ſignatura ſignare, uidelicet conceſſum, vt petitur, & in forma, &c. ut eleganter dicit Lud. Gom. lib. regul. cancel. in comp. utriuſque ſigna. num. 14.

Deciſio cciiij.

Epiſcopus ad cardinalatum promotus, interim epiſcopalia geſtare poteſt, tanquam verus epiſcopus, uidelicet ſoluere, & ligare, ordines, & beneficia conferre, pro eccleſia contrahere, ut ante poterat, Barbat. de præſtan. cardina. quæſtio. 12. princip. numero 15.

Deciſio ccv.

Maledicens cardinali legato punitur, quemadmodum malediceret papæ, Ioan. de Anania in capit. primo, de maledic. Corſet. in repertor. Abat. in litera c, in uerbo an maledicens &c. dicitur etiam in capit. fœlicis, de pœnis, in 6 quod d. conſtitutio puniens certis pœnis percutientem cardinalem, habet locum etiam in obiurgante cum verbis cardinalem. Iacobat. de concil. lib. 1. fol. 39. vbi ait, quod obiurgans cardinalē, obiurgat papæ, & qđ ex ſola verbali iniuria illata quis incurrit pœnas, c. fœlis, de pœnis. atque Franc. in d. cap. fœlicis, in §. quapropter, quod cardinalis iniuriatus poteſt declarare pęnam, quę imponitur propter iniuriam illatam, & ibidem etiam ponit, an percutiens cardinalem, poſſit ab eo abſolui, Corſet. in reperto. abbatis in verbo cardinales in uerſic. item gaudent.

Deciſio ccvi.

Cardinalis, an poſſit beneficium commendatum concedere ſub annua penſione, Ioan. de Anania in cap. non ſatis, num. 3. de Simon. dicit quod ſic.

Deciſio ccvij.

Cardinalis non poteſt renunciare cardinalatui Firm. in tract. de Epiſcop. quæſt. 29. primæ par. 2. libri, Abunde Alb. de Cardinalib. quæſt. 36. col. 3. Laud. quæſt. 36.

Deciſio ccviij.

Cardinalis exprimens falſum valorem beneficii, an impetratio ſit nulla, tradit Felin. in c. ad aures de reſcrip. in verſi. octaua concluſio, & an ligentur conſtitutionibus, & regulis cancellariæ, ibidem in c. ad aures col. 7.

Deciſio ccix.

Cardinales non poſſunt recedere a iuſſu pontificis, quorū ipſe princeps eſt, Felin. in c. ſi quādo in 7. col. de reſcrip. Io. de Anania in Rub. de ſciſma, Corſet. in repertorio Abbatis in verbo Cardinalis ante tempus.

Deciſio ccx.

Cardinali, qui dicit ſe Legatum creditur, etiam ſi non oſtēderet literas, Abbas in capitulo ſuper his de fid. inſtrum. in tertia columna in verſiculo ſed nunc, & in tantum hoc verum eſt, vt inquit Abbas, quod illuſtri perſonæ non creditur ſine literis, niſi ſit cardinalis, & ibid. Felinus col. 1. in verſ. prima concluſio, dicens id habere locū etiam in omni alia perſona grauiſſima, & illuſtri, Corſet. in repertorio Ab. in verbo Cardinalibus an ſit credendum.

Deciſio ccxi.

Cardinales poſſunt cum clericis, & laicis in uaſorem ſedis Apoſtolicæ anathematizare. 89. diſtinctione capitulo ſi quis pecunia. Corſet. in repertorio Abbatis in verbo cardinalibus conceditur.

Deciſio ccxij.

Cardinales gaudent priuilegio. capituli quam periculoſum de ſententia excommicationibus vt hi in ſententia excommunicationis generaliter promulgata non contineantur, niſi fiat ſpecialis mentio, Io. de Anania in rub. de cleric. excommunica. Ioannes Andreas in dicto capitulo quam piculoſum, quem ſequuntur omnes, & in addit. ad Specul. in titu. de Legato.

Deciſio ccxiij.

Cardinalis non poteſt eſſe vxoratus, niſi vxor religionem perfiteretur, Ioannes de Anania in capitulo ſane, num. 2. ex. de conuerſ. coniug. libr. 3.

Deciſio ccxiiij.

Cardinales habent illa ſex priuilegia epiſcoporum, de quibus per gloſ. in cap. fin. de priuileg. in 6. Ioan. in addit. ad Specu. in tit. de legato, & plura alia, ut refert Iacobat. de concil. lib. 1. fol. 36. col. 2. per totam, & fol. 39.

De-

Deciſio ccxv.

Cardinales,qui eccleſiæ Senatores ſunt ea.eccleſia habet Senatum.16.quæſtio.prima. Senatorum exemplo ab omnibus immunes eſſe debent,iuxta.l.Senatorum.C.de dignitat. lib.12.no.in l.1.C.de præpo.lib.10.

Deciſio ccxvj.

Cardinalis non poteſt exceptione excommunicationis a pōtificis electione repelli,clem.ne Rom.§.cæterum.de electione.in 6.Alb.de Card.q.41.col.fina.

Deciſio ccxvij.

Quamuis illa uerba viſis &c. quæ communiter in ſententiis ponuntur fidem non faciunt,tamen ſecus eſt in ſententia cardinalis legati, quia tunc plene probant Innocent.capitulo cum dilectus ex.de accuſat. Felinus in cap.quoniam contra,num.60.ex.de probat.

Deciſio ccxviij.

Cardinales plura beneficia retinere non prohibentur, propterea quod regimini eccleſiæ vniuerſalis inuigilant,& conſequenter cuiuſcunque particularis eccleſię curę dicunt deſeruire,tex.eſt in extrauagan ti execrabilis per quem ita dicit Ioan.And.in addi.ad ſpec.in tit.de leg.& dicit Innocen.propter eorum ſummam dignitatem ad pluralitatē beneficiorum etiam incompatibilium a papa Card.eſſe diſpenſandos in cap.cum iamdudum, de præb.Abb.in cap.de multa eod. tit.Felin.in cap.nonnulli, num.63.de reſcrip.& hoc in Card. præcipuum eſt ſecundum. Ioan.And in addi.ad Spec.in tit. de legat.per rationem text.d.ext.execrabilis, ex quibus ceſſant rationes notatę in capitulo quia nonnulli de cler. non reſid.Abbas,Ioan.And.in cap.ex parte, primo de cleric. non reſiden.Oldrad.in conſil.46.

Deciſio ccxix.

Hoſt.in c.2.de cler.non reſid.dicit quod ad deponendum cardinalem concilium generale congregari debet,cumque aliter a ſolo pontifice deponi non poſſe,Decius in rub.ex.de conſtitutio.colum.tertia in ſecunda lectu. Barba.abunde li. de præſt.Cardinal,quæſt.8.princip.

Deciſio ccxx.

Cardinales gaudent priuilegio a Sixto IIII.conceſſo ut beneficia eccleſiarum,in quibus titulati,aut cōmēdatarii ſunt, libere conferre valeant, non obſtantibus reſeruationibus, expectatiuiſque niſi fortaſſe uacarent in curia, & ſummus pontifex de dictis eccleſiis, niſi de expreſſo illius cardinalis ordinarii, uel commendatarii conſenſu prouidere non debet.ut atteſtatur Felinus in c.his qui de maior.& obedi.

Deciſio ccxxj.

Cardinales teſtandi iure militari priuilegium habent, Alban.libro de cardinalatu quæſt.42.in tertia.columna verſic. ſecundo principaliter.

Deciſio ccxxij.

Orto ſciſmate,uel alio caſu graui occurrente,in quo concilium conuocari debeat, ſi papa ſit negligens in eo congregando,tunc conuocandi concilii facultas ad cardinales pertinet tanquam ad maiores poſt ſummum pontificem ſuprema dignitate fulgentes, Hoſtien And. Imol.in capitulo dilectus.de præben.Felin.in rub.de maior.& obed.Rom.in conſil.ultimo,Card.in conſi.150. Abbas in c.licet,colum.3.ex,de electio.Decius in conſil.151.

Deciſio ccxxiij.

Cardinalis non niſi maxima & iuſtiſſima cauſa deponi a papa poteſt, quoniam cardinalatus iuris diuini eſt, ut ſupra diximus,& quæ iuris diuini ſunt,abſque grauiſſima & potentiſſima cauſa alterari non poſſunt, adnot.in l.fin.C.ſi contra ius,vel utilita.public.& in ea quæ in eccleſiarum ex.de conſtitutio.& hoc approbat.Iaſ.in conſil.145.primo.uolum.Barbat.eo loci in Baſ.6.quæſtione.Hieron.Alban. de Cardi.ample quæſt.42.verſiculo.26.

Deciſio ccxxiiij.

Habent DD. Cardinales priuilegium conceſſum a Nicolao.iiij. ut in bulla conceſſionis eiuſdem manifeſtiſſime apparet,quo eiſdem medietatem fructuum bonorum eccleſię conceſſam eſſe diſponitur,quod etiam ſentit Fir.in ſuo repertorio, in uerbo Cardin.dum ait eos medietatem fructuum. ſedis apoſtolicæ habere.

Deciſio ccxxv.

Cardinales Legati,mare tranſeuntes utuntur ueſtibus rubeis,palafreno albo,freno,& calcaribus deauratis, & ſine literis eis creditur aſſerentibus ſe Legatos ſedis apoſtolicæ, Gondiſ.de poteſta.eccleſ.in 13.q.nu 60.Corſet.in repertorio ad abbatem in uerbo Cardinalibus,Iacobat.de concil.libro primo fol.39.abunde.

Deciſio ccxxvj.

Cardinalis legatus habet iuriſdictionem etiam in exemptos, quam non habet alius Legatus, niſi a papa hoc illi de ſpeciali gratia concedatur,& ideo elec.epiſcoporū,& aliorū exemptorum confirmare poteſt, quod alius Legatus facere nō poteſt, niſi ſpecialiter hoc ſibi concedatur,Gondiſ.de poteſt.eccl.q.13.nu.67.

Deciſio ccxxvij.

Cardinalis Legatus abſoluere poteſt excommunicatos ꝓ violēta manuum iniectione etiam enormi,quæ ſedi apoſtolicæ reſeruata extarent, & tam in prouincia ſibi decreta, ꝙ extra,& tam in ſubditos, quam in extraneos, alii autem nō poſſunt, Gondiſ.de poteſt.eccl.quæſt.13.num.68.& poteſt ēt cardinalis Legatus conferre beneficia propter prærogatiuā ſuæ dignitatis,quod tamen alius non poteſt,& plurima etiā habent priuilegia cardinales Legati, quæ in hoc libro non tractantur,de quibus ample per Barb.lib.de Card.Legatis,& Boerium de Legatis.

Deciſio ccxxviij.

Offenſores cardinalium S.R.E. ſociiſq; opem ferentes,mādantes,& conſilium dantes,ratum habentes,atque eorundē receptatores pœnis 19.plectuntur.Prima ſunt infames, ſicut in crimine læſæ maieſtatis.Secunda ſunt diffidati,& banniti. Tertia inteſtabiles ſunt actiue & paſſiue. Quarta cuncta eorum ædificia dentur in ruinam, vt nullo vnquam tempore poſſint reparari. Quinta amittunt credita,quæ habent cōtra debitores,quos in iudicio conuenire non poſſunt.Sexta bona eorum cōfiſcantur.Septima amittunt feuda, locationes, officia,tam temporalia,quā & ſpiritualia.Octaua filii & nepotes illorum priuantur dignitatibus adeptis, & adipiſcēdis. Nona filii etiam priuantur aſcendere ad dignitatem eccleſiaſticā,& ad alicuius loci regimen.Decima non poſſunt eſſe aduocati, notarij,iudices, nec aliud miniſterium,ſeu officiū pub.habere.Vndecima nō poſſunt eſſe teſtes in iudicio.Duodecima non poſſunt etiam aſcendere ad ordines,nec ad officium, vel beneficium eccleſiaſticum.Decimatertia priuantur omnibus legittimis actibus. Decimaquarta excommunicationis maioris incurrunt pœnas.Decimaquinta ſingulis diebus feſtiuis pulſatis campanis, candeliſq; accēſis per omnes eccle.in quibus facinus fuerit attemptatum publice nuncietur,& oſtendentur,nec ab alio quam Rom.pontifice abſolutionis beneficiū obtinere poſſint, niſi in articulo mortis. Decima ſexta,cum venerint abſoluendi idonee caueant quod inferendis pœnis parebunt,& penitentias peragent iniungēdas. Decimaſeptima, per omnes eccl.principales loci offenſionis,vicinorumq; etiam locorum diebus Dominicis, & ſolennibus incedant nudi coram populo femoralia tantum habentes,ac ferulas ferrentes in manibus,cum quibus ꝑ eaſdem eccl.publice fuſtigentur. Decima octaua debent ire vltra mare acturi pœnitentiam per tres annos ad minus,ob tale ſcelus in perſona DD.cardinaliū,nec inde reuerti poſſunt ſine ſpeciali licētia ſedis apoſtolicę Decimanona. & vltima; Si papæ videbitur, poterit ēt dictas penas extendere ad collacterales.i. ad fratres, nepotes ex fratribus & pronepotes, de quibus omnibus ample per Franciſc. Plateam de excomm. in §.33.ibi de inſecut.Card.tract.lib.3.

De titulis. Deciſio ccxxix.

Cardinalis ſine titulo eſſe poteſt,Gondiſ.de poteſt,eccle.in 3.quæſt. numero quarta vbi dicit hoc contigiſſe,Petro Columnę,qui exiſtens, diu ſine titulo vocabat ſe ſanctæ Roman.Eccleſiæ Cardinalem, donec adeptus fuit titulum Sancti Angeli, quem obtinuit ante deeo factam depoſitionem , nam primo fuerunt Cardinales, quam tituli eſſent eis aſſignati, & ideo quandoque dicuntur ſimpliciter Cardinales.

Deciſio ccxxx.

Olim epiſcopus,qui non erat cardinalis non aſſumebatur in titulum presbyteralem cardinalatus,hodie aliter obſeruatur,Gondiſ.eo loci nu.5.

Deciſio ccxxxj.

Epiſcopi cardinales non denominantur per titulum, ſed ſimpliciter,presbyteri autem cardinales ſic, ſolus tamen cardinalis Baſilicæ.xij. apoſtolorum , quanuis ſit presbyter ſine titulo denominatur, quod etiam eſt in Diaconis cardinalibus, Gondiſ.de poteſt. eccle.in 3.quæſt.num.3.cardinalium etiam titulos omnes ponit Petrus a Monte in Monarchia cō ciliorū in titulo de cardinalibus nu. 2. & Alb.in rub.de ſtat. hom. Specul.de li.concep.in §.itē videndū, circa principiū.

Deciſio ccxxxij.

Cardinalis qui in tit.ſuo non reſidet, deponitur a papa cū conſenſu concilii Ioan.de Anan.in c.ex geſtis de cleric.non reſiden.numero primo & 12.

Deciſio ccxxxiij.

Modum ſcribendi cum titulo ad D.cardinalem tradit Abbas Siculus.in capitulo ex geſtis. de clerico.non reſid. Laud. de Card in 2.quæſtione.90.

Deciſio ccxxxiiij.

Epiſcopus promotus in Cardinalem poteſt retinere in titu-

tu-

tulum cardinalatum, & Epicopatum Laud. de Cardinal. In 2.quæſtione 42.Barbat.ample de præſt Cardinal.in 12. quæſtione Baſil.pricip.

Deciſio ccxxxv.

Cardinalis poteſt etiam in titulum eccleſiam parocchialem, quam haber retinere, & ſimilia beneficia, quæ non vacant per promotionem in cardinalatu, Barb.eo loci quæſt. 12.num.10.vbi late.

Deciſio ccxxxvj.

Epiſcopi cārdinales non poſſunt eſſe ſine titulo, Hoſtien. in c.coram de elect.& in c.his qui de maior.& obed.ſed preſ byteri cardinales dicuntur habere titulum, capit.dilectis de ſuppl.neg.prælat. cardinales Diaconi poſſunt eſſe ſine titulo Laud.de Card.in 2.q. 89. ſed ſcribūtur a Diaconiis, vt ample etiam Cap.deciſ.120.num.7.

De poteſtate in arduis. Deciſio ccxxxvij.

Papa de poteſtate ordinaria, ardua negocia exercere debet cum conſilio DD.cardinalium, Io.Mon.in cap. ſuper eo, & ibi Franc. nu.3.de hęreſ. Archid.in c.ſunt quidam.25.q.2.& in c.redem ptor.12.q.2.Felin.in c.fin.in §.1.de off. deleg. & in c.1.de probat.Card.in conſ.250 & in c.perpendimus de ſent.excō.Bal. in l.cum multa.C.de bonisq; lib.Card.Alex.in c.per venerabilem in §. rationibus ex. qui fil.ſint legit. Aret.in l.2.ff.ſol. mat.Anchar.in conſil. 295. Iaſ.in l.placet. C.de ſacro ſanct. eccleſ. Hoſt.& Io.An.in cap. antiqua de priuil.Specul.in tit. delegat.in §.qualiter in fine, Socin.in cōſ.95.vol.3.Aluarot. in c.1.epiſc.uel Abbat.in feudis, Laud.de Card.q.2.& in 2.q. 36.Barbat.de præſt.Card.q.2.princip.& in cōſ.40.vol.4.card. Zabare.de ſchiſm.num.99.vſque num. 113.tract. lib. 18.Iacobat.de concil.lib.1.fol.39.lit.c.& d.De abſoluta vero poteſtate, papa oīa quantūcunq; ardua expedire poteſt ſine Cardinalibus, Alb.de Roſ.in rub.C.de leg.Ioan. de Anania in c. firmiſſime ex.de hæret. Firm. lib.de epiſ.in 4.par.primi lib.q. 36.Laud.eo loci in 2.q.45.Barb.in conſ.1.uol.1.card.Alex.in c.in iſtis diſt.4.& in rubr.11.di.Decius in rubr. in 2.lect.ex de conſt. Et nos in pōtificia atque cardinalatus poteſtate alias publice in ſtudio Bononienſi de iure reſpondentes, inter cæteras concluſiones a nobis diſputatas, hanc per vtrum poſuimus, in qua nobis duobus ſcolaribus per arduas rationes, & fundamenta, in vtranque partem argumentantibus reſpondidimus ſub ſœdere diſtinctio. uidelicet, de ordinaria, ad abſolutam, & ecōtra, ſcilicet vt ex ordinaria poteſtate papa debeat, in arduis cardinalium vota requirere, de abſoluta aūt, & plenitudine poſſit ſine ipſis, quam diſtinctionem, tunc ꝓbauimus pluribus rationibus, & argumentis in pleno auditorio, Hinc dicit Iaſ.in l.fin. C.de diuer.reſcrip.papam Vrbanum Oratoribus Peruſinis, qui pro negociis ad ciuitatē venerant reſpondidiſſe negocium illud Conſiſtoriale eſſe, & cum cardinalibus explicandum, quia hæc a ſolo pōtifice expediti non poterant, & hac de re Benedictum. Vndecimum ſtatuta quædam ſuſpendidiſſe, inquit Ioan. Mon.in dicto capit.ſuper eo, quæ Bonifacius papa ſine conſilio cardinalium confirmauerat.

Deciſio ccxxxviij.

Papa ſolus non deponit cardinalem ex ordinaria, & condecenti poteſtate loquendo, Hoſt.in c.ex geſtis de cler.non reſid.Barb.de præſt.Card.q.8.Baſilic.prin.de abſoluta autem poteſt, Laud.q.78.in 2.& ideo in alienatione rerū pretioſarū eccleſiæ, papa debet habere conſenſum DD.cardinalium, Bal.in l.cum multa.C.de bonisq; li.Archi.12.q.2.c.cum abbatibus Fab.de Monte in tract. de empt.4.quæſt.prin.nu. 28. Zanettus de diff.inter ius canon. & ciuil. Fal.72.num. 34.vbi inquit, quod cardinales non aſſiſtunt papæ ꝑ modum determinationis, ſed miniſterii, & conſilii, & concordantes citat & dicit Ioan And.in c.1.de ſup.neglig.prælat. quod de conſuetudine papa non creat, nec deponit Cardinalem ſine cōſenſu collegii, not doct.in c.clerici de vit.& hneſt.clericorū, & dictum gloſ.in c.2.de cler.non reſid quæ dicit quod ſolus papa deponit vel excommunicat cardinalem intelligit de plenitudine eius poteſtatis, vt declarat Laud.in d.quæſt.72. Gondiſ.de poteſt.eccleſ.in 7.q.num.36.37.& 38.& ratio quare in arduis papa debeat expedire cum conſilio DD. cardinalium inter cæteras potentior eſt, quia data eſt poteſtas clauium Petro, & ſucceſſoribus, tanquā capiti, apoſtolis, & Apoſtolorum ſucceſſoribus, tanquam membris, & ideo papa eſt vocatus.i.in plenitudine poteſtatis, Apoſtoli vero in partem ſollicitudinis tanquam membra, & conſequenter DD.cardin. vt traditur in c.ad honorem de auth. & uſu pal. Ample tradidit Pet.a Monte in monarch. concil.in 1.q nu. 34.& Io. Hugo de off.quat.præ.in 2.par.in.§.ſed aduertendum.

Deciſio ccxxxix.

Licet verum ſit, quod ſolus papa deponit imperatorem etiam ſine concilio, vt habetur in capitulo ad apoſtolicæ ex de re iud in ſexto vbi ſcrib.omnes Iacob.de concil. lib.5.fol. 130.late Reſt.de Imper.quæſt.81.vbi plures concordantes citat laudabilius tamen faciet, ſi cum conſilio DD. Cardinal. negotium huiuſmodi tam arduum, cum caſus euenerit expediet, ut ſupra diximus, & in hanc ſententiam reſidet præpoſit.in c.ſi papa.40.diſt.col.5.And.Sicu.in trac.de poteſt, Regia.q.43.Reſtaur.de Imp.eo loci nu.2. prope nu.3.

De Moribus. Deciſio ccxl.

Cardinales debent eſſe decorati ſcientia & conſcientia, Firm.in tracta.de Epiſcop.quæſt.47.primæ par.2.lib.Ioan.de Silua.de beneſi.quæſt.5.3.par.num.9.& ample ponit Hieronimus Albā. lib.de cardinalatu.quæſt.8.in princip quia ſcientia ſine conſcientia diabolica eſt, conſcientia uero ſine ſcientia inſipida eſt, ſecund.Bald.in l.ea lege.C.de ſenten.ex.pericul.recitand. Felin.in capit.ex parte in ſecundo ex. de offic.delegat.ſcientia autem in cardinalibus non requiritur eminentiſſima, ſed mediocris ſufficit, ut per textū in cap. niſi.in §.propter defectum de renunc.& in cap.cum a nobis olim in glo.in uerb. liberatur, & in uerbo eminentis de elect.Alb.eo loci colum.4. in uerſic. Nunc autem hinc Pius Papa.II.dicere conſueuerat cardinalem indigne promotum beluæ æquiparandum eſſe, & inquit Iacob.de concil. lib. primo. fol.40. eos debere eſſe prudentes non ſolum literarum peritia, uerum etiam ſingularum rerum diſpenſatione.

Deciſio ccxlj.

Cardin.debent eſſe uita irrepræhenſibiles, ut candida ueſtis, qua utuntur indicat puritatem, & innocentiam præſeferentes Rom in conſil.vltimo, debentque etiam ardentes eſſe in fide, parati, ſi opus eſſet martirii, ſubire ſupplicium, ut pileus rubeus ſanguine uſque oſtendit, ita Rom.d.conſil.

Deciſio ccxlij.

Caueant cardinales, ne ſint dracones ſtātes iuxta archam domini cap.legantur epiſcopi 27.diſtin.Cardin.Iacobat. ſuo eleganti tract.de concil.lib.2.fol,40.colum.ſecunda.in lit.a. Caueant ne ipſis contraria operantibus accidat id, quod Petro de Piperno. S. Mariæ nouæ cardinali contingiſſe legitur, ut refert Dominicus poſt Paul.in cap.præſenti de offic.delegat.in 6.ubi gloſ.ait d. Petrum delitiis, & indulgentia fortunæ luxuriantem, ac uitiis deditum, dum in eccleſia Chriſti ſacratiſſimum corpus adoraret, omnibus uidentibus a demone interfectum fuiſſe, de quo etiam meminit Alb.eo loci.q. 8.& Barbat.de Card.in prælud.num.2.

Deciſio ccxliij.

In Cardinalibus eligendis, quator præcipua eſſe debent. Singularis induſtria, explorata fides, morum maxima grauitas, & ſapientia, hi uere cardinalium nomine digni ſunt, qui his uirtutibus ornātur, ut pulcherrime tradidit Hieronimus Alban.lib.de cardin.quæſt.8.colum.penultim.in uerſic.hęc enim & ante eum Bal.in l.prima de offi. præfer. prætor.Iaco. de concil.libro primo.fol.40.Archidiac.Florent. 13.par.ſummæ titu.22.in princip.

Deciſio ccxliiij.

Cardinales cuius ætatis eſſe debent, Ioan.de Silua.de benefic.quęſt.v.part.8.num.9.& 26.vbi dicit, quod deberent eſſe ætatis annorum 30.allegar. tex.in cap.unico, de æta.& qualita.Gulie l.Durans lib.de modo gener.concil.celebrand.ſub rub.13.de ætate presbiterorum, aliorum & Iacobat. de con. lib.primo.fol.58.lit.b.

Deciſio ccxlv.

An officiales cardinalium poſſint eſſe armati, tradidit coe ſetus in reperto. ad Abbatem in lit.c.in uerbo an officiales.

Deciſio ccxlvj.

Naturalem ad cardinalatum extolli conſuetum non eſt, Abbas in cap.dilectus.de exceſ.prælat.Frim.in trac.de epiſcopo.in prima par.quæſt.46.Lau.in 2. quæſt.ultima.ponit Alb. eo loci quæſt.8.colum.8.& dicit Gomeſ.lib. Reg. cancel. in regul.de Triennali quæſt. 2.num. 2. quod cardinales baſtardi eſſe non poſſunt, quo in loco enarrat miraculū unius cardinalis baſtardi, & diſpenſatus ad quamcunque dignitatem non cenſetur diſpenſatus, ut poſſit habere dignitatem cardinalatus, Abba.in ca.dilectus.de conceſ.præ.facit dictum Bal. in l.eam quā.C.de fidcicom. ubi delegatus ab Imperatore, uel a papa ad dignitatem, non intelligitur, delegatus quo ad dignitatem regiam, & inquit ex pluribus Iacob.de conci. libro.7.articu.6.fol.495.quemcunque illegitimum poſſe cardinalem a papa creari.

Deciſio ccxlvij.

Cardinales ob earum maximam dignitatem a pluribus aſſociandi ſunt, Gomeſ.in Reg.de impetr.per obitum fami il. numero.6 qui allegat Siculum capitulo.ex parte. In ſecunda culumna. ex.de conſtitutio.& dicit quod tanto maior quis

re-

reputatur, quanto pluribus famulis, & dignioribus præeſt & citat concordantes.

Deciſio ccxlviij.

In domibus cardinalium non debent manere uiri flagitioſi, ſed virtuoſi, & familiares honeſtos, atque homines probos cardinales in eorum domibus habere debent, pro quib. ſemper præſumitur, ut dicit Innocent. & ſequuntur alii in cap. in literis ex. de teſt. & in c. inſinuante ex. de off. deleg. Lud. Gomeſ. de reg. cancel. in reg. de impet. benef. vac. per obitum q. 7. num. 4. Gond. de poteſt. ecc. in 9. q. num. 48.

Deciſio ccxlix.

Cardinales omni anno debent confiteri peccata ſua, quia ſi papa, qui eſt auctor, ligatur conſtitutione ca. omnis utriuſque ſexus, de pœnit. & remiſ. multomagis ligantur DD. cardinales, ut per Anton. Butr. in d. capit. omnis utriuſque ſexus, Laud. de Card. in 2. queſt. 28.

Deciſio ccl.

Cardinales cui confiteri debeant, Reſpõdeo, ſi cardinalis ſit abſens a curia, poteſt eligere confeſſorem, ſi uero eſt præſens, diſtinguitur inter publicum peccatum, & occultum, publicum confitetur D. N. Papę, occultum ſufficit illud papę pœnitentiario confiteri ſecundum Hoſt. in ſum. de pœnit. & remiſ. in §. cui confitendum, uerſic. cui cardinales, Iacobat. de concil. lib. 1. fol. 34. lit. a col. 2.

Deciſio cclj.

Cardinales quomodo in cibo, & potu ſe modeſte habere debeant, traditur in 35. diſtinctione, per totam, & 44 Gond. eo loci num. 42. & num, 43. ubi dicit, quod caueant, ne ſuo exemplo alios corrumpant, & inquit tot mortibus eos eſſe dignos, quot mala exempla ad alios traſmittunt, & dicit Guliel. Durans lib. de modo gener. conci, celeb. in pa. 3. rub. 5. ad menſam DD. cardinalium ſcripturas diuinas legi debere.

Deciſio cclij.

Cardinales religioſi tenentur deferre ſemper habitum eorum religionis, per nullam enim dignitatem religioſus demittit habitum religionis, niſi per papatum, Gond. eo loci quæſtione. 9. num. 44.

Deciſio ccliij.

Caueant religioſi, ne dignitatem cardinalatus procurent ad acquirendam libertatem, & ambitionis honorem, ſed tã tum propter Deum, & maiorem utilitatem eccleſiæ imponendam, alias ſunt fractores uoti quod in profeſſione præſtiterunt, Gondiſ. de poteſtate. eccleſię. quæſtione. 9. numero. 44. prope. numerum 45.

Deciſio ccliiij.

Cardinales in familiatum apparatu, & pompa domus humilitatem potiuſquam ſuperbiam ſequi debent, in his uero uſus, & conſuetudo bonorum uirorum, qui ſuæ dignitatis, & profeſſionis ſunt, inter quos uiuunt, & conuerſantur, attendenda eſt, Gondiſ. eo loci. num. 45.

Deciſio cclv.

Cardinalibus propter ſummam eorum dignitatem maxima reuerentia exhiberi debet, vnde Reuerendiſſimi dicuntur & hoc procedit, ſiue boni, ſiue mali ſint, nam ſi mali propter excellentiam dignitatis, ſi boni propter dignitatem, & perſonam honorandi ſunt, Gondiſ. de poteſt, eccleſiæ, num. 46. & eo loci num. 47. dicit quod cardinales in publico debent maieſtatem eorum dignitatis oſtendere, in priuato, ut ſocii cum inferioribus ſe gerere.

De poteſtate ſede vacante, & electione impreſſiua.

Deciſio cclvj.

Cardinales vacante ſede iuriſdictione papali uti poſſunt, Card. & ſequac. in clem. ne Romani. in § irritum ex. de elect. Hoſt. in c. ex eo de pœnit. & remiſ. Laud. de Card. quæſt. 64. in 2. hinc cardinales pro ſedando ſciſmate concilium cõgregate poſſunt, Card. Zabar. in conſil. 150. ubi dicit quod poſſunt etiam ſedis Apoſtolicæ inuaſorem anathematizare per textum in cap. ſi quis pæcunia diſt. 79. Anch. in conſil. 419. & hoc faciunt ex iminenti periculo. & neceſſitate, qua ceſſante non debent, Barb. in conſ. 1. uol. 1. ubi abunde Felin. in rub. de app. Innoc. in cap. cum acceſſiſſent ex. de conſt. Fran. in cap. ſolitæ. num. 11. de ſenten. excommu.

Deciſio cclvij.

Cardin. ſede uacante cardinalem creare poſſunt, non Archidia. in cap. nullus 72 diſtinct. Alb. de Roſa. in rub. de ſum. trinit. & fide cathol. glo. in clemen. ne Romani in §. irritum ex. de elect. Laud. in 2. q. 1. Ioan. de Lign. & Ioan. de Tu. Cremat. in capitulo nullus unquam diſtinctione. 79. numero primo. Petr. a Monte in Monarch. concil. in titulo. de Card. in princip. num. ſecundo.

Deciſio cclviij.

Cardinales uacante ſede legatum extra curiam mittere non poſſunt ipſo inuito. Paul. & card. in d. clem. ne Romani de elect. vbi dicunt hoc pontifici reſeruari.

Deciſio cclix.

Cardinales ſede vacante legatum miſſum a papa reuocare nõ poſſunt, Io. An. in c. cum ex literis de integ reſt. Specul, in titu. de legat. in §. finitur, Abbas in capitulo his qui ex. de maior. & obed. ex cauſa autẽ, & vrgenti neceſſitate poſsunt, vt ſupra diximus deciſ. 9.

Deciſio cclx.

Cardinales papam intruſum iudicant, & iudicare valent, Io. de Tur. crem. 3. q. 1. in §. pateat, num. 1.

Deciſio cclxi.

Cardinales ſede vacante, quo ad canones cõdendos in poteſtate papæ non ſuccedunt, Henric. Bott. de Sind. epiſ. par, 3. num. 124. tract. lib. 2.

Deciſio cclxij.

Cardinales ſede vacante, quando legatum creare poſſint, ponit Gondiſ. de poteſt. eccleſ. num. 35.

Deciſio cclxiij.

Cardinalis, qui in præſentia aliorũ DD. cardinalium ſuæ voci in electione papæ pro illa vice renunciauit, non obſtante renunciatione eligere poteſt. Hoſt. Ioann. And in c. niſi cũ pridem ex. de renunciat. quia dicunt, quod ius eligendi papam eſt ius publicum auctoritate, & vtilitate, cui renunciari non poteſt. l. ius publicum ff. de pactis, & idem tenet Laud. li de cardin. in 2. q. 37.

Deciſio cclxiiij.

Papa electo per metum illatum, cardinales non poſſunt inde in eum electum conſentire, Laud. eo. loci q. 96. vbi allegat Bald. qui dicit, quod non poſſunt cardinales in hac parte diſpenſare, ut tollatur omnis materia violandæ libertatis eccleſiaſticæ, quam proprio ſanguine defendere tenentur.

Deciſio cclxv.

Cardinales eligunt idoneum, quanto magis eligere poſſunt, Abbas in c. conſtitutus in 2. ex, de app, Decius in conſil. 72. col. 3. in fine Alb. de Card. q. 12. vbi dicit, vt qui ſemper bonus eligi poteſt. & qui de malo bonus factus eſt, neque opponitur quod electus non ſit de collegio, Iacobat. de concil. lib. 1. fol. 44. lit. b.

Deciſio cclxvj.

Cardinales, qui intra decem dies accedere non poſſunt, iuxta. c. vbi periculum expectandi ſunt, gl. in d. ca. & ibi Franc. Bal. in capit. licet ex. de elect. Iaſ. in l. cum ſtipulatus ſim, de verb. oblig. Alb. eo loci. q. 13. Iacob. de concil. fo. 169. in ti. qs congregat conci'. lib. 3. Et ſi non expectatis abſentibus intra decem dies eligitur papa a duabus partibus ex tribus electio valet, gl. in d. c. vbi periculum, & ibi Archid. quem ſequuntur cæteri, cõtrarium tenet Alb. eo loci quæſtio. 14. vbi dicit quod pars affirmatiua procedit, quando intra decẽ dies aliis non expectatis procederetur ad electionem ex iuſta, & rationabili cauſa allegat l. ſi hominem ff. mand. & hanc partẽ ſequitur card. in cle. ne Romani, & idem Alb. in fine quæſt. concludit cardinales papam eligentes non ſeruata forma canonum peccare, Felin. in c. nam concupiſcentiam de conſt. Dominic. in c, in nomine Domini 23. diſt.

Deciſio cclxvij.

Quæro, an poſſit contra papam agi, & dici electionem ipſius eſſe Simoniacam, dicit gloſ. in c. ſi quis pecunia, diſtinc. 79. quod non, & hoc ibidem Archid. Abbas, & alii ſequunt in c. licet de elect. in 6 Gom. poſt glo. in cap. vbi periculum eod. tit. Iaſ. in l. Barbarius ff. de off. prætor. & ratio eſt ſecundũ gloſ. in d. c. ſi quis pecunia, quia poteſt papa iure optimo dicere, nemo Deo excepto in me iudicandi, nec auctoritatem habet. c. aliarum. 9. q. 3. c. ſi papa 40. diſt. Contrarium tenet Alb. d. lib. de card. q. 16 quo in loco pro hac ſententia adducit plura iura, & ſpecialiter extrauag. Iulii 11. a qua electio Simoniaca, & ſimilis irrita fuerat.

Deciſio cclxviij.

Si omnes cardinales moriuntur, quod Deus auertat, vno excepto, ad illum ſolum ſpectat electio papæ, gloſ. not. in d. clem. ne Romani, Laud. eo loci in 1. q. 14. & ratio eſt, quia cardinalium collegium in vno remanere poteſt, Gondiſ. de poteſt. eccleſ. num. 26.

Deciſio cclxix.

Si omnes cardinales a conclaui recedant, vno excepto, ille ſolus habet poteſtatem eligendi papam, Pauin. de off. cap. ſede vac. præludio. 5. num. 8. vbi dicit quod ſolus cardinalis in cõclaui remanens cæteris exeuntibus, vel negligentibus papam eligere poteſt, Card. & Imol. in d. c. licet, & in c. vbi periculum, Abbas in capitulo gratum de poſt. Innoce. in capitulo cum nobis de electione Abbas in conſil. 15 & in conſil. 38. Iaſ. in l. ſi grege de lega primo Decius in capitulo nullus colum. 2. de elect. Hier. Alb. lib. de poteſt. papæ num. 156. fol. 183. in libro meo.

De-

Deciſio cclxx.

Cardinales ad electionem papæ faciendam per Dominos temporales includi poſſunt, Bernard. Laurent. de poteſt. ſecul. num. 12. tract. lib. 5.

Deciſio cclxxj.

Cardinales, ſi in electione papæ nõ concordent, an imperator ſe ingerat, & quomodo, ponit, Reſt. de Imp. q. 94. num. 5. tract. lib. 5. & an poſſint conuocare concilium Iacobat. de concil. 139. in tit. quis congreg. concil.

Deciſio cclxxij.

Cardinales abſentes poſt papæ obitum per decem dies expectandi ſunt Gondiſ. de poteſt. eccleſ. numero. 23. & quare in conclaui communi ſtare debeant nullo pariete intermedio, Gond. eo loci numero vigeſimoprimo & quilibet cardinalium in electione tres nominare poteſt, Gond. ibidem numero 24. ac potius vnum de collegio, quam alium eligere debet, Gond. eo loci numero 31. & ſub num. etiam 30. dicit quod ne in electione papæ erretur plurimum prouidere debent cardinales.

Deciſio cclxxiij.

Cardinales papæ eligendi ritum debitum ignorare viliſſimum eſt, Petrus de Ballio de electione in princip. numero 6. tract. libr. 4.

Deciſio cclxxiiij.

Cardinales præſentes non poſſunt eligere papam in abſentia cardinalium qui nullo modo venire poſſunt ad locũ, in quo electio celebranda eſt, Fran. de Platea, de excõmun. §. 51. nu. 5. tract. li. 3. & ſub num. 6. vbi quærit an card. præſentes poſsint eligere papam, ſi ſint pauciores tertiæ partis, & ſub nume. 7. reddit rationem quare in conclaui duos ſeruos habere debent.

Deciſio cclxxv.

Cardinales papa in mari defuncto ad eligendum in ciuitate viciniori conuenire debent, Franciſ. de Platea libr. de excommunicat. d. §. 51. nume. 10. & ſub nume. 8. dicit quod propter infirmitatẽ poteſt card. ſuæ voci renunciare, & rediens admittitur ad electionem, & nu. 12. inquit idoneum a Card. eligendum eſſe, & num. 15. ubi etiam de in literis non erudito electo loquitur.

Deciſio cclxxvj.

Card. ſuperueniens in ꝯclaui tenetur ſuſcipere vitam eorum, qui ſunt in loco incluſi habentium panem & aquam, Franc. de Platea, eo loci num. 9.

Deciſio cclxxvij.

Electio papæ facta a Cardinalib. in ciuitate interdicta, valida eſt, Franc. de Plat. d. lib. de excom. §. 51. nu. 11.

Deciſio cclxxviij.

Electio de pontifice metu facta nõ valet not. in c. licet ex. de elect. & amplius rata haberi non poteſt, Bald. in c. quiſqs de elec. Franc. in c. vbi periculũ, Iaſ. in l. qui in aliena. in §. celſus nu. 15. ff. de acq. hæred. Alb. eo loci q. 16. in 2. col. vbi late, Gond. de poteſt. eccleſ. nu. 28. & 29.

Deciſio cclxxix.

An in vocibus duarum partium computanda ſit vox electi, adeo vt is ſeipſum eligere poſsit, Abbas dicit in cap. licet, aut per Scrutinium occultum proceditur, & tunc talis electio non valet, quia ſeipſum eligens ambitioſus eſſe vr̃, aut per Scrutiniũ apertum, uel per acceſſum tractatur electio, & iſto caſu de ſe ipſo non prohibetur electio, idem Abb. in c. cumana & in c. cum in iure eo. tit. & in conſ. 25. in 2. vol. Contrarium tenet glo. indiſtincte in d. c. licet in verſiculo a duabus partibus, & ibi Decius, & cũ hac ſecunda opinione tranſit. Alb. lib. de Card. q. 18.

Deciſio cclxxx.

Cardinalis iuſto impedimento detentus vices ſuas alteri in electione papæ demandare poteſt, Alba. eo loci q. 19.

Deciſio cclxxxj.

Poſſunt eligere Cardinales per ſcrutinium apertum, occultum, vel per acceſſum pro libito eorum voluntatis, Alb. d. loco quæſt. 20.

Deciſio cclxxxij.

Valet pactio facta inter cardinales, qua conuenitur electionem papæ a maiori parte factam ualere, Archid. in capitulo vbi periculum. & in capitulo ſi tranſitus diſtinctione 79. gloſa in capitulo ſi cui de electione in ſexto. Alb. eo loci. quæſtione 21 & poſsunt etiam ſtatuere quod electus a minus quam a duabus partibus ſit papa, Iacobat. de conc. libr. 3. fol. 169. colum. 2. l. c.

Deciſio cclxxxiij.

Quare ſit, quod cardinales, qui poteſtatem non habent põtificiam, eã in electũ a duabus ꝑtiũ partib. transferant, pulchre tradidit Alb. q. 22. Cardinaleſq; ex ꝯſenſu cleri. Romani quæſiuerunt ius eligendi papam, Iacobat. de concil. libro 1. fol. 44. col. 1. l. B.

Deciſio cclxxxiiij.

Si omnes cardinales conueniant etiam cum iuramento, ut quis eorum ad papatum erit aſſumptus non poſsit cardinales creare ſine aliorum conſilio, bona eccleſiæ infeudare, & alia ſimilia ardua facere, quæritur an conuentio ualeat Siculi. in conſ. 1. in 1. uolum. ex pluribus tenet quod non, quem etiam abunde ſequitur Alb. de Card. q. 36. tamen decidit per plures auctoritates quod quando papa indignum cardinalẽ promoueret, uel bonis eccleſiæ abuteretur, tunc. cõuentio eſſet cum iuramento ſeruanda, & plures citat auctoritates.

Deciſio cclxxxv.

Si duo electi ſint in poſſeſsione papatus, & eorum qlibet eſſet ſchiſmaticus ad cardi. ſpectat pro ſedãdo ſciſmate cõuocare cõcilium. Car. Zab. de ſciſmat. nu. 20. tract. li. 18. ubi dicit quod ad Card. omnia pertinet exercere, quæ ſunt ad electionem conſequutiua, & citat ſupra. & num. 71. ait quod donec congregatur concilium habet prouidere ſuper his, per quæ facilius peruenitur ad concilũ congregationem, & conſequenter ad uniendam eccleſiam, & idem Petrus a Monte in monarchia conciliorum in §. poſtquam in verſic. ſi uero num 3. & 4. Iacobat. de concil. lib. 3. fol. 126. col. 1. & fol. 125. vbi late, & fol. 160. tit. quis congreget Conc. in litera c.

Deciſio cclxxxvj.

Cardinalis ſolus in conclaui an ſeipſum eligere poſsit, Abbas in cap. gratum. de poſt. prælat. dicit quod non. contrariũ tenet in cap. licet in fine. de elect. in 6. ubi dat remedium, ut is totius ſacri collegi nomine, alteri eligendi poteſtatem demandet, qui tanquam compromiſſarius eundem eligat, & dicit Alb. eo loci. quæſt. 24. ex pluribus, quod opinio ultima Abbatis ſolum procederet, quando unus ſolus in conclaui aliis exeuntibus, uel abſentibus eſſet; ſecus aliis mortuis, excepto ſe ſolo, idem tenet Laud. de cardinal. in primo q. 24. tamen Alban. eo loci, in hoc pronunciato non firmat pedem, ſed ſub dubio tranſit, ut per eum.

Deciſio cclxxxvij.

Mortuis omnibus cardinalibus, quod Deus ſemper auertat, ad quem ſpectat electio, Hoſtien. in d. c. licet refert duas opiniones, una eſt opinio, ut ad clerum Romanum ſpectet electio, altera ut ad concilium. Prima opinio ſecundum eũ eſt æquior. Secunda iuſtior, Abbas ſentit pro prima in d. cap. licet, & idem Imo. in clemen. ne Romani eo. tit. ob difficultatem ad congregandum totum concilium. Alb. tenet quæſt. 25. ꝙ ſpectat electio ad concilium, & hoc quando facilis eſſet congregatio concilii, ubi autem eſſet difficilis tenet cum Hoſtienſe, & dicit ꝙ ſpectat electio ad canonicos Lateranẽſes, quoniam illa eſt eccleſia Cathedralis papæ, & dicit Bald. in l. ubi abſunt. ff. de tut. & cura. datis ab his, ꝙ cardinalibus mortuis electio ad patriarchas pertinet.

Deciſio cclxxxviij.

Si cardinales in eligendo papam negligentes eſſent, forte, quia conclaue ingredi recuſarent, uel ingreſſi diſcordes exirent, compellendi ſunt ad electionem a cuſtodibus conclauis, ſed impulſus uerbis tantum eſſe debet, & nõ aliter, Imo. & Card. Zabar. in clemen. ne Romani. de elect. in 6. & in tracta. de ſciſm. num. 40. Alb. quæſt. 26.

Deciſio cclxxxix.

Si una pars DD. Cardinalium recuſaret ingredi cõclaue, vel eſſet negligens, an illa DD. pars compelli debeat. Alb. eo loci q. 18. tenet qđ non, & citat plures rõnes inquiẽs, card. cõclaue ſine cã ingredi nolentes, ſe ipſos a ſuffragiis excludere.

Deciſio ccxc.

Cardinales nonnullos, qui clauſo conclaui poſt modum exeunt, aliqui dicunt compelli debere ad redeundum, quia clemen. ne Romani, cardinales exeuntes nõ excuſat. niſi in caſu ægritudinis, ideo ſi cauſa deſit, eos poſſe compelli uidetur, & hoc ſuadetur, quia ſi ingrederẽtur facile poſſent alios in ſuam ſententiam flectere. & ſic meliorẽ fortaſſe electionẽ facere, cum a pluribus fiat, iuxta cap. prudentiam eſ. de offi. deleg. cõtrariũ dicendũ vr̃ per tex. in d. c. vbi periculũ in §. sane ubi dr̃ conclaue ingredi abutentes, & ſine cauſa de illo exeuntes, non ſolum uocibus ſuis priuari, ſed nec ad electionẽ etiam, ſi id ſummopere affectarent, iterum admitti poſſe, ad idem eſt gloſ. in uerſiculo omnes in §. porro ubi in tali caſu ait penes eos tantum, qui in conclaui remanſerunt hoc eligendi ius prorſus reſidere, nec dici poſſet dictũ. §. ſane per d. clementina ne Romani correctum eſſe, & hanc partem tenet Alb. eo loci quæſt. 28. in ſecunda col. quo in loco egregie plures rationes adducit.

Deciſio ccxcj.

Quæro ſi omnes de conclaui exirent, aliqui uero, uel unus eorum tantum reuerteretur, an reuertentes, aliis non expectatis papam eligere poſsint, glo. in cap. ubi periculum in §. porro tenet partem affirmatiuam, quando illi qui exiuerũt, nullam iuſtam exeundi cauſam, habuere, & idem quoque di-

dicendum videtur quando exeuntes iuſtam cauſam habuiſſent, puta propter infirmitatem, tunc penes alios reuertentes ſolos ius eligendi reſidet, ut colligitur in d. §. cum glo.

Deciſio ccxcij.

Cardinales prætextu metus exeuntes, ſicuti Vrbani temporibus factum eſſe legitur, aliqui dicunt hunc caſum in iure deciſum non reperiri, alii uero aiunt ſublato metu, qui citius redirent, aliis deinde congruo tempore expectatis, eligendi poteſtatem habere, intra quod tempus metu abiecto regredi potuiſſent, & hanc ſententiam ſequutus eſt Alb. eo loci quæſt. 27. in fine.

Deciſio ccxciij.

Papa a D D. cardinalibus alibi quam Romæ eligi poteſt, quia locus de electionis eſſentia non eſt, Dom. & Gome. in c. ubi periculum, Alb. eo loci. q. 29.

Deciſio ccxciiij.

Cardinales Papa uiuente, & eius conſenſu de ſucceſſoris electione pertractare poſſunt, ut habetur in capitulo ſi tranſitus, diſtinctio 79. alias qui abſque conſenſu Papæ tale quid ageret, in crimẽ leſæ maieſtatis incideret, ut pulchre tradit Alb. eo loci. quæſt. 30.

Deciſio ccxcv.

Papa etiam de conſenſu D D. cardinalium ſibi ſucceſſorẽ eligere non poteſt, Laud. de Cardinal. quæſt. 20. & 39. Gome. late in cap. primo. num. 62. uſque num. 70. ex. de conſt. & latius Alb. de cardinal. quæſt. 32. quo in loco iura rationes, & auctoritates in partem negatiuam plures citat, quæ uideantur. & quæſ. 33. ubi nec alteri facultatem eligendi ſibi ſucceſſorem concedere ualet, dicens quod poteſtas eligendi a cardinalibus auferri non poteſt, quinimmo nec a concilio generali, ut in alterum poteſtas eligendi papam transferatur eo loci quæſtione. 34.

Deciſio ccxcvj.

Depoſito papa, inuitis cardinalibus concilium papam eligere non poteſt, quoniam quoquomodo ſedes uacua ſit, ſemper electio cardinalibus competit, Abbas in capit. licet ultimo not. de elect. Hiero. Alb. lib. de Card. quæſt. 35. qui ex pluribus hanc tenet partem.

Deciſio ccxcvij.

Si duo cardinales nominantur a duabus Cardinalium partibus, & in pontifices eliguntur, quod contingere poſſet puta quia cardinales in eadem cedula plures nominauerint, & ſic duo in ſcrutinio eſſent æquales, qui eorum prior in cedula ſcriptus reperitur, præferri debet, & pontificatum adipiſci, ſic decidit Alb. d. li. de Card. q. 30.

Deciſio ccxcviij.

Cardinalis in electione papæ in præſentia aliorum DD. Cardinalium uoci ſuæ renunciare non poteſt, Hoſti. & Ioan. And. in capitulo cum pridem ex. de renunc. Lau. de Card. q. 37. contrarium tenet Gondiſ. de poteſt. eccl. num. 27.

Deciſio ccxcix.

Cardinales potius debent eligere unum de collegio in Papam, quam alium extra, dummodo idoneus ibi reperiatur & hoc licitum eſt facere etiam, ſi extra magis idoneus reperiretur, Gondiſ. de poteſt. eccle. num. 31. qui dicit etiam quod ſufficit eligere unum de collegio, qui idoneus ſit, licet alius magis idoneos ibi reperiatur, & iſta idoneitas non debet cõſiderari ſimpliciter, ſed ſecundum quid. i. quantum ad eccleſię regimen, & gubernationem.

Deciſio ccc.

Cardinales debent uiribus elaborare ne in electione eius q̃ ſupra omnes conſtituitur, errent, alias male eligentes, cum ſint in culpa, ſibi attribuunt, quidquid electus in male adminiſtrando commiſit, & ideo in papam eligendus debet cunctos cæteros charitate, ſcientia, ſanctitate, conſtantia, & diſcretione præcellere, & ſi omnes hæ qualitates in vno non reperiuntur, ſed vnus vnã, alius aliam habent, eligendus eſt, qui haberet qualitates, quæ magis neceſſarię ſunt ad eccleſię gubernationem, ita dicit Gondiſ. de poteſt. eccle. nume. 30.

Deciſio ccci.

Cardinales cauere debent, ne in tali loco ad electionem conueniat, vbi non habeant plenam eligendi libertatẽ, quia electio debet eſſe libera, Gondiſ. de poteſt. eccle. nu. 27. & 28.

Deciſio cccij.

Cardinales eligentes papam, etiam ſi ſint excommunicati, vel alias inhabiles, nõ ꝓpter hoc vitiatur electio, Gondiſ. de poteſt. eccle. numero 25. qui dicit etiam quod ſi cardinales ſint negligentes in eligendo Roma. pontificem, ad nullum alium illa poteſtas deuoluitur, quia iure non reperitur expreſſum.

Deciſio ccciij.

In electione papę acceſſus habet locũ pendente ſcrutinio, & dicitur pendere, donec de conſenſu cardinalium fuerit ruptum, vel ad alios actus diuertant, ſecus tamẽ in aliis electionibus, & ipſemet, qui electus eſt in papam poteſt recedere a voce, quam dedit alteri, & accedere ad electionem de ſe factam, vt perueniatur ad illas duas partes, Gondiſ. de poteſt. eccle. num. 24. dicit q; etiam quod quilibet cardinalis poteſt in electione nominare tres, & quilibet nominatus, vnam vocem acquirit, ita quod hac voce computata, ſi habuerit duas partes obtinebit, ſi tamen hac voce cõputata, quilibet nominatorum habeat duas partes, tunc primo nominatus obtinebit, vt ad illas duas partes commodius perueniri poſſit, optima eſt practica, quod cardinales ordinent inter ſe, q̃ñ conuenirent ad electionem, quod valeat electio facta a maiori parte, nam tunc electus a maiori cenſebitur electus ab omnibus, ſic inquit Gond. eo loci nume. 23. in verſ. ad hoc.

Deciſio ccciiij.

Papa in vita poteſt tractare cum cardinalibus de eligẽdo ſucceſſore, & nominando perſonam, quæ ſibi apta videtur, atque cardinales de conſenſu papę in communi inter ſe poſſunt tractare de electione Rom. pont. dummodo non deliberent de perſona, nec pactis, vel promiſſionibus ad certum quid ſe obligent, Gond. de poteſt. eccleſ. nu. 20. & num. 22. & dicit ꝙ non licet paciſci ſuper electione papæ, tamen ſi iuſta de cauſa hoc facerent, talia pacta valerent, neque paciſcẽtes punirentur.

Deciſio cccv.

Olim tractatus electionis vſque ad tertiũ diem poſt mortem papæ differebatur, hodie tamen ſtatim poſt mortem ipſius tractatum facere licet, Gond. eo loci numero 23. qui dicit etiam quod electio papæ eſt ab omni forma iuris exempta, ſufficit enim, quod a duabus partibus cardinalium ſit aliquis nominatus.

Deciſio cccvj.

Olim per papã data fuit poteſtas eligendi Romanum pontificem imperatori, & hoc factum extitit ad reprimendum inſultus hæreticorum, & ſciſmaticorũ, hodie autem cardinales Sanctę Romanæ Eccleſiæ indiſtincte ſibi papã eligunt ex conciliorum auctoritate, Gondiſ. de poteſt. eccleſ. nu. 18. & eo loci dicit quod imperatores poſtea renunciauerũt omnibus priuilegiis ſibi conceſſis ſuper d. electione, & Ludouicus imperator hanc facultatem Romano pontifici conceſſit, atque in eum tranſtulit.

Deciſio cccvij.

Cardinales papam ſorte eligere non poſſunt, Bald. in l. ſi duobus col. 3. in verſ. ſed nunquid electio papę C. commun. de legat. & ibi Iaſ. idẽ Iaſ. in l. huiuſmodi in §. is cui ff. de leg. 2. Archid. in c. ſors 26. q. 2. & dicit cardin. in cap. licet cauſam colu. fin. ex. de probat. in beneficialibus ſorti locum non eſſe Felin. in cap. capitulum colu. fin. de reſcrip. in d. cap. licet, de probat. notat. abunde Iacobat. de concil. lib. 3. fol. 179. in verſiculo ſimiliter.

Deciſio cccviij.

DD. Cardinales ſede vacante non deputant eccleſiæ Romanæ Viſitatorem, quoniam penes collegium remanet talis poteſtas. Cardinal. Zabar. d. libro de ſciſmat. nu. 22. & 23. qui dicit, quod tñ ſi videretur collegio deputare Vicarium, ſiue adminiſtratorem ſede vacante, vt facilius expediantur ea, quæ imminent pro electione papæ, hoc poſſet, inquiens etiam collegium poſſe præperatoria ad electionem, pulchre Iacob. de concil. lib. 3. fol. 168. colum. 1. lit. B. in verſic. poſſent etiam, pręſertim quando duo contendunt inter ſe de Papatu, vt ibi. & fol. 161.

Deciſio cccix.

Collegii DD. cardinalium poteſtas, circa electionem pontificis limitari non poteſt, licet limitantur inferiora collegia c. fin. ex. de ſupp. neglig. prælat. quoniam collegium non habet ſuperiorem, ad quẽ recurratur. c. licet in fine de elect. in 6. ita dicit Zabar. d. lib. de ſciſm. num. 26.

Deciſio cccx.

Quando collegium cardinalium eſt diuiſum, & non concordet in conuocando concilium pro ſedando ſciſmate, cũ inter duos contentio eſt de Papatu, vel cũ ſimili imminenti periculo, conuocatio pertinet ad imperatorem 63. diſtin. cap. fin. Zabar. eo loci de ſciſmat. num. 27. qui dicit quod conuocatio concilii olim fiebat ab imperatore, quę poſtea reſeruata eſt papæ, quo deficiente, ſeu non conuocante, deficientibus his, qui ſuccedunt loco papæ, ſcilicet Cardinalibus nõ conuocantibus, reuertimur ad ius priſtinum, & ſic ad imperatorem, & citat ibi numero 29 plures rationes, idem inquit Petrus a Monte in Monarchia conciliorum in §. poſtquã & in §. ſi vero num. 5.

Deciſio cccxi.

Supra dictum eſt cardinales compelli ingredi conclaue, poſtquam uero ingreſſi ſunt compelli poſſunt ad electionẽ papæ, indirecte, videlicet per ſubtractionem victualium, ita ex pluribus tradidit Zabar. in libro de ſciſmat. nu. 40. 41. 42.

di

Deciſio cccxxv.

Quando papa, cardinales, neque Imperator nolunt cõgregare concilium, quid agendum copioſe tradidit, Iacob. eo loci lib. 3. art. 1. fol. 166. & ſi neuter duorum contendentium de papatu poſſidet, ad cardinales pertinet conuocare conciliũ, Iacobat. abunde lib. 3. art. 7. fol. 171.

Deciſio cccxxvj.

Si papa, & cardinales de modo, uel loco congregandi contendunt, quid agendum, Iacobat. libro tertio articu. 12. eo loci folio. 188.

Deciſio cccxxvij.

Papa renuncians papatui, negans poſtea ceſſiſſe, & cardinales uolunt alium eligere. quid in eo caſu agẽdum, decidit Iacob. lib. 3. de concil. art. 13. fol. 189. & lib. 9. art. 7. fol. 562.

Deciſio cccxxviij.

An cardinales legati de latere poſſint congregare concilium, ponit, Iacobat. lib. 3. artic. 1. fol. 184. in uerſic. utrum, & ibidem an poſſint cõuocare, & celebrare concilium prouinciale ſine licentia papæ.

Deciſio cccxxxix.

Papa effecto furioſo, demente, inutili, uel capto ab hoſtibus, cardinales congregabunt concilium, Iacob. eo loci li. 4. fol. 204. & ibi etiam ponit ſi eſſet abſens, & nõ poſſet, uel nollet uenire, cardinales utiq; adminiſtrare poſſunt, & quid poſt quam acceptaſſet papatum fol. 217. abunde.

Deciſio cccxl.

De electione papę antequam claudatur cõclaue, & de depoſitione cardinalium eligentium per Simoniam, vide Iacobat. eo loci lib. 4. art. 10. fol. 252.

Deciſio cccxlj.

Papa in concilio depoſito, electio noui pontificis pertinet ad Cardinales, Iacobat. eo loci, lib. 6. art. 9 fol. 383. qui citat iura, & auctoritates.

Deciſio cccxlij.

Quęrit Iacobat. eo loci li. 3. art. 1. fol. 170 pone ꝙ duo ſint in diſcordia papatus, & quilibet in poſſeſſione partis, & conueniunt cũ cardinalibus quilibet cum obedientia ſua in unũ locum, ut quid decreuerint de conuocando concilio exequatur, utrum ſufficiat maior pars omnium ſimul iũctorum, an uero neceſſaria ſit maior pars utrinſque obedientiæ de per ſe & decidit ſufficere maiorem partem omnium cardinalium in unum iunctorum adeſſe, ſicut erant prius, per tex. in ca. 2. cum ibi notat. ex. de parochi.

Deciſio cccxliij.

Papa, nunquid ad depoſitionem cardinalis teneatur conuocare concilium, uide Iacobat. eo loci fol. 387. artic. 10. qui ample loquitur.

Deciſio cccxliiij.

Si Cardinales ſciſmatici reſtituentur, an recuperent beneficia, dignitates, & bona in alios tranſlata, & an etiam recuperent locum in collegio, & qd de fructibus perceptis in alios translatis, Iacobat. ſapientiſsimus d. lib. concil. art. 7. col. 2 ibi que etiam an tales cardinales ſic ex gratia reſtituti teneãtur abiurare ſciſma, art. 3. fol. 447. atque de abiuratione nonnullorum cardinalium tempore Leonis 10. qui contra ipſum inſurrexerunt tradidit Alban. lib. de poteſt. pap. num. 189. fol. 245. in libro meo.

Deciſio cccxlv.

Cardinales in promotionibus patriarcharum uocantur, atque de eorum cõſilio promouentur, ad no in. c. 1. ex. de ſciſma, Iacobat. ſupra lib. 1. art. 92. fol. 26. in 2. col.

Deciſio cccxlvj.

Cauſæ cathedralium eccleſiarum ſolis Cardinalib. committuntur, Iacobat. eo loci fol. 26. & eiſdem non committuntur cauſæ beneficiales non excedentes valorẽ ducatorum 600. d. lib. primo. fol. 26.

Deciſio cccxlvij.

Cardinales pręferuntur patriarchis omnibus in concilio Bernard. de Roſagio de poteſt. Card. quem citat Iacob. in tracta. de concil. lib. 1. art. 2. col. 3 lit. A. fol. 27.

Deciſio cccxlviij.

Cardinales ita ſunt inuiſcerati papę, quod nullam mutationem faciunt ſine uoluntate pontificis, Iacobat. d. lib. 1. fol. 34. art. 12. lit. A.

Deciſio cccxlix.

Si locus in quo congregandum ſit concilium fuerit ſemel deputatus, poſtea ex aliqua cauſa papa nollet accedere ad illum locum, forte quia timet impreſſionem. an poſſit prohibere Cardinales, ne accedant ad eum, & an tunc cardinales debeant parere, Archidia. in conſilio. 65. dicit, quod cardinales tenentur ire ad locum deputatum etiam contra prohibitionem papę, quem ſequitur Iacobat. libro tertio. articulo primo. folio. 182. columna prima. in uerſiculo quid autem ſi locus &c.

Deciſio cccl.

Cardinales, duobus ſuper Papatu contendentibus habent dirigere concilium, & præſentes cõtendentes de Papatu poſſunt vti inſignibus Papalibus, donec cauſa terminetur a concilio, Iacobat. eo loci, libro 3. fol. 182. artic. 1. colum. 1. in verſiculo qui autem.

Deciſio ccclj.

Si contingat, duobus diſceptantibus de Papatu, ambas electiones declarari nullas, an cardinales alterum ex illis de nouo eligere poſſint, Alex. in c. conſideramus, in vlt. notab. extra de electione dicit quod non, quem etiam ſequitur Iacobat. ſupra eo loci fol. 183. col. 1. in verſ. & ſi contingat.

Deciſio ccclij.

Quid agendum, quando contenditur inter papam, & cardinales, de modo, vel loco cõgregandi concilium, ſicut fuit tempore Eugenii papæ, ponit Iacobat. eo loci libro tertio titulo quis congreget concil. fol. 183. in verſiculo ſed pone, columna prima.

Deciſio cccliij.

Papa ſine cardinalibus, & conſenſu concilii, congregato concilio in vno loco, in alium locum ſine cauſa deputare non poteſt, etiam cum ſuper facto ſciſmatis eſſet incohatus proceſſus contra papam, Iacobat. de concil. lib. 3. tit. quis cõgreget concil. fol. 183. in verſ. poſſent, col. 1.

Deciſio cccliiij.

Duo contendentes de Papatu, vterque poſidens, & vnus vult congregare concilium, & alius negat, tunc ſi cardinales poſſent ſe inuicem vnire, congregabunt concilium ſine cõtendentibus, & de modo, ac ſi non omnes eſſent concordes, Iacobat. de concil. li. 3. art. 1. fol. 176. in uerſ. ſed nunc, col. 1. & fol. 179. in uerſ. & adde etiam.

Deciſio ccclv.

Diximus ſupra in caſu ſciſmatis a cardinalibus conuocandum eſſe concilium. Alii dicunt ab imperatore eſſe conuocandũ, alii a papa, quorũ opiniones copioſe retulit Iacobat. tract. de concil. lib 4. fol. 129. & 131. inquiens tandem cardinalibus, cum non eſſent diuiſi in obedientia, & eſſent omnes concordes, ita quod non eſſent ſeparati, electionem pertinere, fol. 138. & 139.

Deciſio ccclvj.

Quæro, quid ſi papa non exiſtente, vel nolente conuocare, contentio ſit inter imperatorem, & cardinales? tunc quid agendum congerit Iacobat. eo loci li. 3. fol. 167. in uerſic. ſed quia dictum eſt, col. 1. lit. D.

Deciſio ccclvij.

Quid cum duo electi ſunt, & recepti, & una pars adhæret uni, & alterum dicit hæreticum, vel e contra, altera pars alterum dicit papam, & alium ſciſmaticum, & ſic uterque eſt in poſſeſſione partis ſuæ; tunc cardinales per viam requiſitionis conuocabunt concilium, quod ſibi ipſi autoritatem præbeat, ut dicit Iacob. ea mente nonnullorum eo loci, li. 3. art. 2. fol. 153. in uerſ. alius, & ſecundus.

Deciſio ccclviij.

Cardinales, conuocato concilio illuc cum uenerint, debent induci pluuialibus, planetis, & ueſtibus ſacris, & cum mitris albis, ample Iacobat. eo loci de concil. li. 1. art. 11. fol. 31. col. 2. in lit. D.

Deciſio ccclix.

Poſt renunciationem duorum contendentium de Papatu quomodo fieri debeat electio a cardinalibus, explicat Iacobat. eo loci lib. 9. in tit. de reſign. Papat. per procurat. art. 9. fol. 560. inquiens quod ipſimet ante ſeſſionem habilitare poterunt, & dare uoces in electione futuri pontificis illis, qui ꝓtendunt ſe cardinales in aliis obedientiis, & illi cum proteſtatione poterunt admittere hanc habilitationem, & tunc eligitur alter ea contendentibus, vel alius tertius per utrunque collegium cardinalium, ut inquit cardin. in cap. licet, in uerſ. quartus modus, de elect. ubi plus dicere refert, quod ex quo uterque habetur pro papa utrunque collegiũ habet ius in electione maxime, quia in electione papæ non admittuntur exceptiones contra cardinales ad excludendum eos ab electione, quę admittuntur in aliis caſibus, ut in cle. ne Romani, & hoc ad ſedandum ſciſma, & ut celerius prouideatur de futuro pontifice uero.

Deciſio ccclx.

Papa exiſtente in una ciuitate cum ſua curia, & facta per eum renunciatione Papatus per procuratorem in alia ciuitate, ubi nam cardinales eligere debeant ſucceſſorem, explicat Iacobat. eo loci lib. nono, art. 8. fol. 562.

Deciſio ccclxj.

Quid ſi papa conſtituat procuratorem ad renunciandũ, deinde ipſum reuocet, nec de reuocatione ipſum certificet, aut illos, cum quibus habet renunciare. deinde procurator renunciet, an ualeat renunciatio, ita quod cardinales legitime

me poſsint eligere, vide Iacobat. eo loci art. 6. optime determinantem fol. 560. & art. 7.

Deciſio ccclxij.

Quid ſi tempore ſciſmatis, vnus ex his, qui ſe gerit pro vero pontifice in ſua obedientia priuet aliquem cardinalem Abbatia, & alteri conferat, & cauſa deſuper committatur ad inſtantiam cardinalis contra prouiſum in generali concilio, & poſtea concilium velit valida eſſe geſta omnia per ipſum pontificem pro ſedando ſciſmate, Vtrum cardinalis poterit recuperare Abbatiam; vide Dominic. in conſi. 8. qui decidit quod non.

Deciſio cccLxiij.

Papa caput vniuerſalis eccleſię, cum cardinalibus, tanquã membris maior eſt cõcilio, & ſupra illud Archiep. Florent. in ſumma in 3. parte, tit. 28. cap. 6. cardin. de Turrecrem. lib. de eccleſia c. 80. Io. And. c. hi qui de præb. in 6. Barbar. in cle. ne Romani de electione in 6. Card. Alexandrin. in ſumma 15. diſtinctione par. 7. vbi ex pluribus tenet papam eſſe ſuperiorem concilio, Dominic. in capitulo ſicut. 16. diſtinctione Ant. de Butri. in capitulo fraternitatis, In primo notab. de hęretic. Idem cardin. de Turræcremata in dicto capitulo ſicut, Dominic. in conſilio 44. Aretin. in capitulo qualiter. & quãdo, ex. de accuſat. Petrus de Mont. in Monar. concil. quæſtio. penult. Milis in verbo papa eſt maior; Archid. in dicto capitulo ſicut, Abbas in capitulo ſignificaſti, de electione cardinal. Florentin. in dicto capitulo ſignificaſti, & in capitulo licet, eodem titulo ibidem Ioan. Andr. Imo. Bur. id communiter tenent, omnes canones, poſt Hoſtienſ. in capitulo præpoſuit, de conceſ. præb. Qui dicunt quod ſi totus Clerus, Populus, imperator, & vniuerſus orbis eſſent ſimul, nihil poſſent contra papam, præterquam in cauſa fidei, in his enim, quæ concernunt punitionem criminum & reformationem, ſiue correctionem morum; quia in his papa eſt maior concilio, & hanc deciſio. tenet ſanctus Thomas in quarto ſententiarum diſtinctione 19. & in quarto libro contra gent. capitulo 76. & in tract. contrã errores Græcorum in vlti. capitulo Alexand. de Alex. in 3. ſent. Gondiſ. de hæretic. in 7. quæſt.

Deciſio cccLxiiij.

Quærit Iacobat. de concil. libr. quarto titulo cur congreg. concil. articulo quarto fol. 256. quod ſi electus a duabus partibus minus canonice, fuerit receptus a duabus partibus per violentiam, & impreſſionem, & tale vitium adhuc duret, vel cardinales ſuę libertati dederit, & ſimul atq; potuerunt, reclamauerint, & de prædictis appareat euidenter, an ei poſſit per Chriſti fideles contradici, & an poſſit talis per card. & alios Laycos a Papatu repelli, & explicat quod ſic.

Deciſio cccLxv.

Quæro ſi papa poſt renunciationem, dum cardinales procedunt ad alterius electionem, neget ſe ceſſiſſe, quid agendum, dicit Iacobat. eo loci, libro 9. articulo ſeptimo fol. 560. lit. D. quod ſi ceſſio eſt notoria, nihil ei prodeſſet, nec faceret rem dubiam, citat Ioan. And. in capitulo primo de renunc. Si autem ceſsio non ſit notoria, inquit Ioann. Andr. in dicto capitulo primo, non eſſe veriſimile quod Deus permittat talem caſum euenire, qui ſi contingeret, iudicium eſſe cõcilii, & illud congregandum eſſet per Clerum, & populum Romanum, quem refert, & ſequitur Iacobat. ſupra d. fol. 560. in fine quæſt. d. lit. D.

Deciſio cccLxvj.

Imperator ſalutatus a cardinali in totum aſſurgit, q alias ſalutatus etiam ab illuſtribus parum ſurgit, vt not. Ang. in l. prima ff. de off. eius cui, vbi refert de Carolo iij. imperatore viſitato a cardinali, qui in totum aſſurgebat ſummopere honorans cardinalem, ſic explicat Reſta. de imperatore q. 65.

Deciſio cccLxvij.

Quid ſi rite atque vti decet a duabus partibus electus, cætera per vim fuerit adeptus, ſicuti poſſeſsionem (vt dicunt) Papatus, uel cardinales ad ſe recipiendum, ſibique obediendum dolo malo compulerit, cum ipſi mutata ſententia inimico ſpiritu acti, a uera electione recederent, an ex huiuſmodi facto ius per ueram electionem acquiſitum perdiderit, Eique parere eccleſia debeat, Aegid. in cap. licet, ibidem hoc negat, ſequitur Iacobat. fol. 257. colum. 2. lit. D.

Deciſio cccLxviii.

In concilio card. Aquilien. Bituricen Granden. Canthaurien. patriarchis præferuntur ſm conſuetudinem. c. conqueſtus, & c. nunc vero. 9. q. 3. c. erubeſcant. 32. diſt. Archi. in d. c. ſi. 22. diſ. doctores in c. conſtitutus de appella. in princ. & in c. cleros. 21. diſt. & 90. diſt. c. 2. in gloſ. Iacobat. de concil. lib. 1. art. 12. tit. de ordine ſeden. in concil. colum. 1. lit. B. fol. 23.

Deciſio cccLxix.

Primas in concil. tenent card. epiſcopi, tum presbyteri, postremo Diaconi. c. oportebat, di. 79. c. ſi quis ex epiſcopis. 12. q. 2. c. cũ redemptor, Iacob. c. de concil. fol. 23. & tribus ſequ.

Deciſio cccLxx.

In obitu cardinalium niſi habeant hæredes, aut eccleſiam Camera Apoſtolica funus curare debet. Iacobat. de concil. lib. 1. fol. 34. colum. 1.

Deciſio cccLxxj.

Si cardinales dum pontifici aſſident, delinquant grauius peccant, ideo etiam magis puniendi. Adæ enim grauius tanto fuit admiſſum quãto Deo immortali ipſe erat proximior, Iacob. de concil. li. 1. fol. 40. col. 1. lit. A. ubi plura congerit de Card. ſtatu perfectione, & gradu,

Deciſio cccLxxij.

Cardinalium omnis auctoritas a pontifice pendet, Iacob. de concil. lib. 1. fol. 40. col. 2.

Deciſio cccLxxiij.

Cardinales ſine inſignibus creati nihil re ipſa habent propter Eugenij diploma, Iacobat. ibidem folio. 77. columna prima. lite. A.

Deciſio cccLxxiiij.

Cardinales pontificis collaterales appellãtur, eumque eo concilii caput exiſtunt, neque priuatum aliud habent collegium, Iacobat. lib. 1. fo. 75. col. 1.

Deciſio cccLxxv.

Cardinales etiã non epiſcopi dicuntur eſſe maioribus presbiteris propter excellentem, dignitatem Iacoba. de concil. fol. 79. tit. de concil. lit. B.

Deciſio cccLxxvj.

Cardinales epiſcopi in cauſis quę ad electionem põtificis pertinent ipſi ſunt iudices, Iacobat. fol. 136. co. 6. lit. A. Cardinales epiſcopi ſine dubio ſuffragium obtinẽt ſinguli in concilio ſaltem ea ratione, qua Epiſcopi ſunt Iacobat. fol. 126. ti. de uocand. ad concil. lit. A.

Deciſio cccLxxvij.

Cardinales in eligendo pontifice in locum uniuerſę eccleſiæ ſuccedunt Iacobat. fol. 456. titu. de capitulo. concla. colum. ſecunda.

Deciſio cccLxxviij.

Cardinales, qui Romæ degunt ſtellis comparantur, legati autem a latere ſideribus errantibus, Iacobat. de concil. fol. 395. colum. 2. lit. C.

Deciſio cccLxxix.

Cardinales cogi poſſunt ut eligant pontificem, ſed oblique iſtud agendum eſt, ſi quidem directe cogi non poſſunt ſed ut concordiam amplectantur eligendo eum. quem populus flagitat. Iacobat. de concil. ſolio. 250. titu. de impreſſi. electio. libro quarto. columna prima. in fine, ubi uideas etiam ſi nullo modo ad concordiam redigi poſſint ad quem electio tranſeat.

Deciſio cccLxxx.

Cardinales, an pontifex ſit hæreticus cognoſcere non poſſunt, ſed cauſa ad concilium deferenda, Iacobat. tit. de pap. inutil. lib. 4. fol. 210 col. 1. lit. B.

Deciſio cccLxxxj.

Cardinales in partem ſolicitudinis vocantur, ideo conciliis intereſſe debent, & arduis papę negociis, cumque eo uniuerſam eccleſiam adminiſtrare, ueluti enim mẽbra in vno corpore, officiorum participes ſunt, Hoſtienſ. & Ioan. And. cap. per uenerabilem, extra. qui fil. ſunt legit. Card. in capitulo licet. pag. v. de elect. Iacob. de concil. lib. 1. fol. 34. columna prima. lit. B. in fine.

Deciſio cccLxxxij.

Si nullus ex cardinalibus ſupereſſet, electio ptinet ad clerum Romanum, uel ad canonicos Lateranenſ. D. Anton. in 3. par. ſumm. tit. vigeſimoſecundo. capitulo. ſecundo. §. quarto. Iacobat. libro primo. folio. 44. lit. D. in fin. Auguſt. de Anc. de poteſtate papæ quæſtione quinta. dicit ad Clerum Romanum pertinere, alii putant commune concilium eſſe conuocandum a Romano clero, aſſerentes diſtinct. 65. capitulo ſi forte, Aegid. autem in capitulo licet. de elect. aliter ſentit atque diſtinguit, Iacobat. ſequitur Hoſt. in cap. licet fol. 44. colum. ſecunda. quem ſequitur Butrius, etiam Card. & Abb. in capitulo licet, Bald. l. non ambigitur, de legi. ait mortuis electoribus auctoritatem huiuſcemodi eſſe uniuerſæ eccleſię. Hoc eſt cõcilii, cum eius teneat locum. Alex. ca. in nomine domini. 23. diſtin. & Bal. in l. ubi abſunt. C. de cura. da. ab. dicunt electionem tranſire hoc caſu ad Patriarchas quod Iacobat. refellit fol. 45. col. 1. lit. A.

Deciſio cccLxxxiij.

Cardinales, qui in Romana aula degentes pontifici aſſiſtunt digniores eſſe, quam qui alio uiuunt ſic Bald. placel in rubri. de officio. pro conſul. & leg. per legem primam. C. de præ-

præpo. libro.12. in illis verbis, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat, & Iacobat.aſſerit cardinales, qui per quinquenniũ abſuerunt priuari poſſe, fol.78.lib.1.lit.D.col.2.

Deciſio ccclxxxiiij.

Cardinales deliberatiua, deciſiua, aut definitiua uoce ad concilium vocandi ſunt, Iacobat.docte in tract.de vocand. ad concil.lib.2.fol.79.col.1.lit.A.

Deciſio ccclxxxv.

Cardinales ſede vacua in conclaui diſſentientes inter ſe conuocare concilium poſſunt, Iacobat.ibidem fol.139. lit.B. columna ſecunda ubi ait pronunciatum hoc non procedere quum maior pars ad electionem parata eſt, tunc enim nec poſſunt, nec debent concordes, iure ſuo priuari, explicat ẽt eo loci Iacob. poſſe cogi alteram partem brachio, ut ipſe inquit ſeculari, not. diſtinctione 17.c.nec licuit, Hoſt. in c.licet, col.penult.de elect.

Deciſio ccclxxxvj.

Collegium cardinales creare non poteſt, Iacob.de concil. lib.6.art.7.tit.an concil.creat. Car.1.q. col.1.lit. A. ubi etiam videas concilium propter impendentem neceſſitatem unũ, aut duos cardin.eligere poſſe, niſi aliter geri res poſſit, fol. 375.& 376.

Deciſio ccclxxxvij.

Si pontifex dignitate propter hæreſim a concilio priuatus fuerit, electio pertinet ad card.Petrus Card.Cam.de poteſtate eccleſ.art.12. ita tamen hoc intelligitur, ut conciliũ cum Cardin.conſentiat, ne odia, & ſimultates naſcantur, ſequitur Iacobat.fol. 383. libro 6.titulo an concil.Cardin.art. 9.quæſt.1.colu. 1.lit.C. Abbas in capitulo ad petitionem de accuſa. & Aret.

Deciſio ccclxxxviij.

Cardinales a pontifice electi dum concilium haberetur, quæri ſolet, an uere ſint cardinales, & an admitti in conclaui debeant, Iacob.de concil.articulo primo titulo de ſciſm. ſol.442. & 443. quod ſi concilium contra pontificem coactum eſſet, uel propter hæreſim, uel aliud grauius malum eo caſu non eſſe electos ab eo ueros Cardinales, quod ſi ob aliam cauſam habeatur concilium, neque contra pontificem ueros eſſe cardinales, non enim tunc temporis pontifex ſubiacet concilio, ſed potius ab eo omnem autoritatem concilium accipit.

Deciſio ccclxxxix.

Cardinales, quos pontifex declarauit ſciſmaticos in conclaui admittendi non ſunt, Iacob.libr.ſeptimo, titulo de ſciſ. fol.435.columna prima lit.D.& concil.per cardinales huiuſmodi coactum concilium non eſt, ibidem fol.434.columna prima lit. A.ubi etiam an cardinales a iuſſu pontificis recedere poſſint metu uinculorum, aut carceris, ſol.415.libro de concil.artic.1.

Deciſio cccxc.

Cardinales ſciſmatici declarati ſi mortuo pontifice ſe excuſent quod iniuſte odio principum, ignominia illa affecti ſint, concilii iudicium eſt, Iacob.ibidem fol.435.

Deciſio cccxcj.

An a pontifice ad cardinales concedatur appellatio? Iacobat.libro 10.titulo an appel.a concil. columna 1.lit. A.ubi non permitti ait, atque accuſat Bar.in l.ubi abſunt.ff.de tut. & cura. eumque refellit, quod ſi inquit etiam ſede uacante appellatum eſſet, tamen huiuſmodi appellatio ad cardinal. non conuerteretur.

Deciſio cccxcij.

Cardinales ſi ante metus illationem decreuerint ſe Italicũ nolle eligere, poſtea etiam formidine compulſi Italicum eligunt eo animo, ut electus uerus ſit pontifex, quod quidem facturi non fuiſſent metu ſublato, nunquid huiuſcemodi electio ipſo iure nulla ſit? Iacobar.ibidẽ fol.254.li.4 col.1.lit.B. putat electionem irritam eſſe per tex.in cap.quiſquis de electione nam hoc caſu inquit concilium cogendũ eſſe propter maximam cauſam.

F I N I S.

TRACTATVS DE Cardinalatu

IO. HIERONYMI ALBANI BERGOMATIS EQVITIS, Ac vtriuſque Iuriſconſulti

Nunc vero S. Rom. Eccl. Card. meritiſſimo.

AD PAVLVM III. PONT. MAX.

CArdinalium originem, vitã, mores, amplitudinem, & quæcunq; ad cardinalatum pertinent ſcitu digna ſcribere aggredior, onus ſane graue, & quod a ſcribendo non me modo, cui nec illa ingenii vis adeſt, nec ea ætatis maturitas, q̃ longo rerum vſu, & diuturnis ſtudiorum laboribus erudit[i], iure ſibi vendicet authoritatem. Sed ingenioſiſſimũ quẽq; ac doctiſſimum deterrere poſſet. Nam ea de re præſtantiſſimi Iureconſulti libros iam antea ediderunt, quamobrem, ſi quis iterum conetur, cum longe plura, eademque meliora diligentiori & cura, & ſtudio, ex opulentiore quaſi penu depromere neceſſe eſt, ne in alienas temere fruges irruere uideatur. Deinde multa explicare oportet, de quibus perdifficile eſt, nec fortaſſe citra periculum, ſuam in medium ſententiam proferre, quæ tamen ego, non quod mihi tantum aſſumerem, perſcribere, auſus ſum, ſed tum ne otio ætas torpeſceret, & deſidia mihi tempora deperirent, tum etiam ut his veræ fidei ducibus, quibus omnes plurimum debemus, partem aliquam laborum meorum conſecrarem, fretus eius benignitate, q ſua cuique talenta diſtribuit, quibus neminem decet abuti. Quis enim ſi in Deo Opt.Max.ſpem ſuam collocet, quæ ad illius laudem ſpectent, uel difficillima eloqui ſe poſſe diffidat? a quo omne datum optimum, & omne donũ perfectũ prouenit. Iac.cap.1.c, Quam pio.1.q.2. Quique infantium ac balbutientium linguas facit eſſe diſertas. vt habetur in l.1.C. de off.præfect.præto. Aphr.ibi, Vidimus venerabiles viros, q linguis radicitus abſciſis pœnas ſuas miſerabiliter loquebãtur. Qui demum aſinæ ruditus in humani eloquii ſuauitatẽ commutauit. Aperuit enim os aſinæ. & loquuta eſt. Num.12. tranſumptiue in cap. Nos ſi incompetenter. 2.quæſt.7. Eius igitur vnius ſpe fretus de his omnibus quærere, ac diſceptare conſtitui. Et primo.

Quid ſit cardinalatus.

Vnde originem habuerint, & in quorum locum ſubrogati ſint Cardinales.

Quando iſtud nomen incœperit.

Quomodo nuncupabantur antequam iſtud nomen cardinalis adinuentum fuiſſet.

Nunquid cardinalatus ſit de Iure Diuino.

Nunquid cardinalatus, dignitas ſit, vel officium ſimplex

Vtrum dignitas cardinalatus maior ſit epiſcopali.

Quales eſſe debeant cardinales circa mores.

Quales circa regimen eccleſiæ.

Item quales eſſe debeant circa pontificis electionem, & hic complures aliæ quæſtiones ſubdiuidendæ diſputabunt

Deinde videbimus vtrum papa ſolus fratrum non accedente conſenſu negotia eccleſiæ expedire poſſit.

Vtrum ſede vacante cardinales Iuriſdict.habeant.Pontif

Nunquid certus cardinalium numerus a iure ſtatutus ſit, & ex qua natione cardinales creandi ſint.

Quæ ſint cardinalium priuilegia.

Quia hi ampliſſimi Patres.S.R.E. Cardinales nuncupant, an illi, qui ſede extra vrbem commorante cardinales crearentur, appellandi eſſent.S.R.E. Cardinales.

Vtrum a ſolo pont.cardinales creari poſſint.

Quomodo ſe habere debeant circa beneficia.

Quam iuriſdictionem in ſuis titulis, & eccleſiis habeant.

Cui debeant confiteri peccata ſua.

Quomodo ſe habere debeant circa teſtamenti confectionem, & ibi de nonnullis particularibus.

Poſtremo ubi ſepeliri debeant.

Vtrum lugendi ſint mortui.

Ad quem expenſæ funeris cardinalium pertineant.

Quæſt. I.

REuertamnr igitur ad primam rei propoſi ſitę partem, & uidcamus in primis quid ſit cardinalatus. Reſpondeo, quia definitio cuiuſcunque rei eſſentiam aperit, ut habetur in l.1.§.dolum.ff.de dol. merito in omni re a definitione incipiẽdum eſſe, ut intelligatur quid ſit id de quo diſputetur.tul.in primo.de offi. verum qa omnis definitio in iure periculoſa eſt, & facile reprobari poteſt l.omnis definitio.ff.de reg.iur. Ideo, ut uanæ contentionis occaſio euitetur, cardinalatus p deſcriptionem enucleabit, q̃ & ipſa quãtũ opus eſt huius rei intelligentiã declarabit juxta Bald.in l. Maximum uitium. C.de lib.præter. eſt igitur cardinalatus. Dignitas cum officio aſſiſtendi ſummo ponti. ad tractanda negotia, quæ in Eccleſia Dei contingunt. Deſcriptio enim hæc a propria uocabuli ſignificatione ſumitur juxta l.prima.vbi Bart.ff.ad municip. Et not.per eũdem Bar. in l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iure. & in l.prima, ubi late Iaſo.poſt alios.ff.de acquiren.poſſe. & Bal. in capitulo primo.§.ſi quis.de manſo.de controuer.inueſt. in quibus locis. de ui etymologiæ tradi tum eſt. Cardinales igitur nomẽ hoc promouere, quaſi ut quemadmodum cardo oſtium moderatur, ita & eorum bono conſilio uniuerſalis eccleſia ſit regenda.teſte gloſ.in capitulo ſecundo.de offic.Archi.& Ioan. de Ann..in capitulo ad liberandam, de iudæ.faciunt not.per Archi.in capitulo.ſacroſancta., vigeſimaſecunda diſtinctio. Sunt enim cardines mundi, ſuper quibus uniuerſi orbis machina uoluitur. Ioan.de Lign.in tract. de Bell.Mar. Laud.in primo tract.de Card.queſtione prima & in ſecundo quæſtione octaua.dicitur autem cardo ἀπὸ τῆς καρδίας quod eſt cor, quia ſicut cor hominem mouet, regitque ita & cardines Ianuam. Hinc quoque uirtutes cardinales nouimus appellari quia per eas cor hominis uertitur, uitia excludit, virtutes aperit, quę quidem uirtutes cardinales. ſcilicet prę ſertim in cardinalibus elucere debent firmiter oſtio inhærentes, qui eſt Chriſtus, dicente Ioan.decimo.ego ſum oſtium, necnon & pontifici Chriſti Vicario, ut per eorum recta conſilia, & ſancta opera regnum celorum fidelibus aperiatur, ut inquit Beat.Ant.Archiepiſc.Flor.in tertia.par. ſuæ ſummæ.titu.vigeſimoprimo. Et licet ab eorum nonullis quandoque malum conſilium emanare contingeret.non propterea tamen hi Cardinales eſſe deſinunt, quia quod agere debent tantummodo conſideratur, argum.l.pen.ff.de iuſt.& iu.ubi ſic de iudice male iudicante ait iureconſ.propterea inter alia capitula Ioan.Hus, quę in concilio Conſtantien, damnata fuere, illud etiam extitit improbatum, in quo aderat, cardinales apoſtolorum uices non obtinere, niſi iiſdem quibus & Apoſtoli, moribus uiuerent, ſentiens illa ſacroſancta Synodus cardinales etiam aliis quam Apoſtoli moribus utentes, non ob id eorum ſucceſſores eſſe deſinere. Probatur memorata deſcriptio per tex. quem infra enucleabimus in cap. per uenerabilem.§.rationibus, qui filii ſint legit.& in cap.Fundamenta.§. decet.de elect. in 6. Ex quibus patet cardinales eos eſſe, qui in peragendis uniuerſalis eccleſię negotiis ſummo pont.coadiutores aſſiſtũt.hinc Ioan de Lign. in trac.de Bell.cui accedit Soc.in conſ.99.in 4.uolum.cardinales uniuerſi orbis regẽdi pondera ſuſtinere, idem ait Mar.Laud. in ſecundo tract. de Card. quęſt.10 propterea etiam iudices uniuerſi orbis eſſe perhibentur. ut per Felin.in Rubr. de maiori.& obed.Idem ſentit Beat.Bernard.in 4.libro de conſideratione, ubi ſcribẽs Eugenio ait, Hi quoque qui tibi quotidie aſſiſtũt. Seniores populi, orbis Iudices &c. hoc idem & longus uſus approbauit, cui maxime deferendum eſt.capitulo quam ſit, de elect. in 6. Eos enim ad regendam fidelium uniuerſitatem continuos aſſeſſores eſſe, ac ſuper eorum humeris totius eccleſiæ machinam impoſitam eſſe cernimus, uel fortaſſe cardinales dicti ſunt quia Sedi Apoſtolicæ ſeruiunt, quæ omnium aliarum eccleſiarum axis & cardo eſſe dignoſcitur. dicto capitulo ſacroſancta uigeſimaſecunda diſtinctione, & ita cognomine ab eo cui deſeruiunt, ſumpto, teſte gloſ.in extrauag.Execrabilis, in uerbo, cardinalibus, de præbend.extra communia, & Archi.in dicto capitulo ſacroſancta. uel etiam cardinales quaſi principales hoc nomine appellantur, ſic enim Sacerdotes principales antiquitus nuncupabantur, capitulo Paſtorali. ſeptima quæſtione prima, & capitulo relatio.cum glo.uigeſimaprima quæſtione prima, vnde cum hi in Dei eccleſia principatum obtineant, iure optimo Cardinales denominati fuere.glo.in d.c.2.de officio Archi. & Ro.in conſ. vltimo.idcirco autem cardinalatum ſub nomine dignitatis cũ officio deſcripſimus, quia licet de hoc an ſcilicet dignitas ſit ſapiẽtes uarie ſenſerint, ut infra diſcurremus, ibitñ qp prædiximus, id ueritate munit eſſe copioſiſſime demõſtrabit.

Quæſt. II.

Tractaturus materiam cardinaliũ neceſſario ab eorum initiis repetendum exiſtimaui, quia cuiuſque rei potiſſima pars principium eſt. l.1.ff. de orig.iur. omniaque a primo fundamento habenda ſunt. l.2. §.Sed cum proſpeximus.C.de vet.iur enucl. Quęro igitur vnde cardinales originem ſumpſerint. Reſpondeo eos in antiqua lege a diuino numine inſtitutos fuiſſe, qui temporibus illis Sacerdotes Leuitici nuncupabantur, de quibus loquens Dominus in Deut. capit.17.aiebat. Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris, venies ad ſacerdotes leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore. ipſi enim iudicabunt tibi iudicii veritatem & c. Ex his enim Deus ea, q̃ ibi tunc ipſe conſtituebat, in nouo quoque teſtamento obſeruari mandauit.ſ.ut loco ſacerdotum leuiticorum cardinales, loco autẽ iudicis, qui eis præeſt ſummus pont.inſinuaretur, cui in Petro ligandi poteſtas tradita fuit & c, accedit Bal.in l. Reſcripta.colum. 2.C.de precib. Imper.offer.inquiẽs ſummum pont.hoc nomen a Moyſe accepiſſe, qui erat ille iudex, de quo in Deut. loquutus eſt Dñs. Quicquid ſit, hoc modo ſanctiſſima Deut. verba, ſedes apoſtolica declarauit, in c.Per uenerabilem.§.Rationibus. Qui filii ſint legit.dicẽs, Sunt autem ſacerdotes leuitici generis, qui nobis iure leuitico in executione, ſacerdotalis officii coadiutores aſſiſtunt. Qui vero ſuper eos exiſtit iudex, ille eſt, cui Dominus inquit in Petro. Quodcunque ligaueris & c. Vnde cum apertiſſime liqueat cardinales eos eſſe, qui papæ uti eius coadiutores aſſiſtunt, iuxta tex.not in cap.Fundamenta. §. Decet.de elect. in 6. idque diuturni mores optimi legum interpretes non obſcure doceãt, quippe cum diebus ſingulis eos ad eccleſiæ regimen ſummo pont.aſſidere uideamus, conſequenter et ambigendum non uidetur, quin hi ſint, qui in ſacerdotibus leuiticis Inſtituti fuere, ex ſignis etenim & rerum & perſonarum qualitas ſolet oſtendi, ut per Bar.in l. Demonſtratio.ff. de condi.& demon. hoc eodem modo Chriſtum quoq; diſcipulos ſuos quomodo fideles noſcerent docuiſſe legitur, dum inquit, Signa autem eos qui crediderint hæc ſequentur, In nomine meo dæmonia eiicient & c. Mar.16. Sed cum de hoc iura expreſſe loquantur, ab eorum deciſione minime recedendum eſt, idque latiſſime probat Rom. in dicto conſilio vlt.ex pluribus oſtendendo cardinales leuiticorum ſacerdotum uices obtinere, cuius dicta breuitatis gratia non tranſcripſimus. In pręſentia uero dixiſſe ſufficiat hanc partẽ frequentiore ſapientum ſententia comprobari, vt videre eſt ex not.per Archi.& Ioannẽ Andreã in dicto §. Decet.Ab. & Hoſt.in capitulo Ex geſtis, de cleri.non reſi.Abba. in dicto §.Rationibus. Alber.de Roſat.in dictionario.in verb. Sacerdos, & cardinalis Alexan.in d.§. Rationibus, vltima char. col. 1.in 3 .notab.per eundẽ quoque tex.idẽ tradiderat.Mart. Laud.in dicto tract.1.quæſt.26. Succeſſiue autem poſt Chriſti aduentum purpuratos patres etiam apoſtolorum vices gerere ſatis exploratum eſt.quibus Dominus Ieſus dixit, Vos eſtis ſal terræ, & lumen mundi, Matth quinto tranſumptiue in capitulo Quoniam vetus. 24.quæſtione prima, & ſint lucernę ardentes in manibus veſtris. Luc.12.& in capitulo Qui ſanctus.de pœni. diſtinctione prima, quemadmodum enim ante Chriſti paſſionem Apoſtoli eccleſiæ regimi incumbẽbant una cum eo, qui ſolus principalis erat in eccleſia ſua.capitulo Legatur.24.quæſtione 2.& ſi uerus erat pontifex.capitulo Dominus.56.diſtinctione, ac quemadmodum poſt Chriſti obitum eccleſiæ cura onerati fuere cum Petro, q ad ſummos paſcendi gregis labores fuerat aſſumptus per illa verba. Paſce oues meas, de quibus.in capitulo Significaſti.vbi Abbas de electione, ita hi ſupremi ordinis antiſtites in hoc apoſtolorum onera ſuſtinentes, cum papa Chriſti vicario & Petri ſucceſſore regimini chriſtianę reip.inuigilant, capitulo Bonæ.de poſtu.prælat.& hoc late affirmat Rom.in dicto conſilio vlt.& Ioan.de Turræcrem. in primo libro de poteſt.eccleſiaſtica. capitulo 80. Et ſi forte obiiceretur apoſtolos Chriſto non aſtitiſſe ut cum eo ardua iudicarent, ſicut ſuperius in deſcriptione cardinalatus poſitum eſt, immo Chriſtum ſolum quæque dificillima expediſſe, & Apoſtolos illum magiſtrum, & dominum appellaſſe, vt euangelicæ atteſtãtur ſcripturæ. Reſpondetur id ratione diuinitatis factum fuiſſe, cuius uirtute iudicium Chriſti decipi non poterat, conſequenterque in eo habendi conſilii ratio non ſuberat, quæ quidem potiſſimum viget in pont. Max. quem falli poſſe non ignoramus. capitulo Nunc autem.21.diſtinctione Non obſt. etiam ſi in contrarium adduceretur, epiſcopos non autem cardinales in apoſtolorum ordinem ſubrogatos fuiſſe. capitulo In nouo 21.diſtinctione ut late And.Siculus in conſilio primo in 1.volum.tradidit, quia reſpondeo apoſtolos triplici mõ conſiderandos eſſe. Primo quatenus Chriſto ante paſſionem aſſiſtebant. Secundo quatenus mortuo Chriſto, priuſq̃

tamen

tamen ſe diuiſiſſent, cum Petro eccleſiæ curam habuerunt. Tertio autem quando poſt aduentum ſpiritus ſancti, ac de ipſius præcepto per orbem diuiſi prouinciam quiſque ſuam, vel regnum ad prædicandum ſorte aſſumpſerunt. cardinales igitur Chriſti vicario aſſidentes primo & ſecūdo modo, epiſcopi autem ciuitates, uel puincias moderantes alio modo, apoſtolorum vicibus funguntur, ita not. Bear. Antonin. Archi. Flor. in 3. parte ſuæ ſum. tit. 21. §. 2. Et latius Io. de Tur. Cre. in d. loco. epiſcopos igitur quo ad quid apoſtolorum vices gerere concedimus, cum ſuæ diœceſis curam exerceāt. Sic etiam ſacerdotes quandoque apoſtolicæ adminiſtrationis participes efficiuntur. ut eſt quo ad ſacramentorum adminiſtrationem. c. Abſit. 11. q. 3. Idem & de concilio legitime congregato dicendum eſt. ca. Si quis presbyter. 2. q. 4. Sed ex his non tollitur, immo appertius demonſtratur cardinales proprie in hoc ampliſſimo officii ſui culmine apoſtolorum onera ſuſtinere, cum ad regimen totius eccleſiæ deſtinati cō periantur, capit. Bonæ. de poſt. præla. & eorum conſilio totus fere orbis terrarum gubernetur, ut per Ioā. de Lign. in tract. de Bell. Hæc enim erat præcipua Apoſtolorum cura. Actu. 15. immo & hæc prima fuit eorum cura, prius enim apoſtoli cardinalatus, quam epiſcopatus onera ſuſtinuere, cum antequam per orbem ut epiſcopi diuiderentur, Petro aſſiſtentes ut cardinales vniuerſali eccleſiæ inuigilarunt, vt ſuperius fuit oſtenſum, & hoc in ɔcilio Conſtan. aperte fuit deciſum, nam inter alia Io. Hus. documenta quæ a d. concilio damnata fuerūt, illud quoque fuit reiectum, in quo habebatur, cardinales ſanctam apoſtolorum vitam non degentes eorum ſucceſſores iure dici non poſſe, ex quo manifeſte cōcilium ſenſit cardinales qualeſcunque ſint, omnino apoſtolorum uices obtinere, ut in 1. q. diximus. Nec mirum eſt, ſi multa ab apoſtolis gerebantur officia, tum quia pleni erant ſpiritu ſancto, & ſcientia eis mirabiliter infuſa, tum quia meſſis ob chriſtianorum paucitatem modica reperiebatur, nūc autem cū meſſis maxima ſit, atq; illa ſancti ſpiritus documenta non vigeant, diſtincta eorum officia comperiātur, ſeiunctimq; adminiſtrentur, vt diximus, & in quolibet officio Apoſtoli repſentarentur, quod autem de cardinalibus ſuperius traditū eſt, id latiſſime comprobat Rom. in dicto conſilio & Beatus Anton. in loco præmemorato, & Ioann. de Turræcrem. vbi etiā in c. 83. ait, ex hiſtoriis liquere, poſt apoſtolorum quoque diuiſionem Petrū ſibi nonnullos collaterales coadiutoresq; retinuiſſe, videlicet Linum, Cletum, & Clementem, qui demum ei & in potificatu ſucceſſerunt. Idemque ſentit etiam. cap. Si Petrus. 8. quæſt. 1. licet gloſ. ibi variauerit, ex quibus omnibus colligi poteſt eccleſiam nunquam fere ſine cardinalibus rectam fuiſſe.

Quæſt. III.

Cardinalium origine intellecta, huius etiā nominis principium intelligere haud ingratum eſſe arbitror. proinde quæritur quando iſtud nomen cardinalis incœperit. Reſpondeo ſicut eccleſia Dei ſemper fuit & erit vna iux. illud cantic. 6. una columba mea, tranſumptiue in cap. loquitur. 24. q. 1. & tamē chriſtianorum nomen a principio quodam Antiochiæ ſinitium traxit poſt Chriſti aduentum, Act. 11. & cap. Sacro ſancta. 22. diſtin. ita & ſi hoc nomen ſemper fuiſſe non comperiatur, huiuſce tamen dignitatis in veteri lege fuit inſtituta ſubſtantia, vt prædixi. Quidam igitur nomen hoc repertum fuiſſe aiunt Pontiani. 17. papæ martyriſque temporibus, qui fuit ſub Alexā. Imp. poſt Chriſti aſcenſionem. 236. annum, huius ſententiæ fuit Arch. in capit. Vbi periculum, de elect. in 6. inquiens, Pontianum in vrbe propter baptiſma & ſepulturas. 15. cardinales inſtituiſſe, idem quoque ſenſit card. in clemen. Ne Romani. §. Porro, de electione ſubiungens, illos tale officium amplius non exercere. Nonnulli etiam vt ait Ioan. de Turræcrem. in d. loco ſub Beato Marcello hoc nomē ortum habuiſſe ferunt, qui fuit circiter. 314. annum poſt Chriſtum, eumque. 25. cardinales creaſſe aiunt. Plerique alii autumant ſub Beat. Syluestro originem habuiſſe, qui fuit circiter. 316. annum poſt Chriſtum. In hanc ſane ſententiam adducuntur, propterea quod in donatione Conſtantini nulla de cardinalibus habetur mentio, ut uidere eſt in c. Conſtātinus. 96. diſtinctione, uerum generali ſynodo ſubſequuta, & per Sylueſtrum eundem coacta, tunc cardinales adfuiſſe perhibent, ut in capitulo Præſul. 2. quæſtione quinta. capitulo A Subdiacono. 93 diſtinctione & ita ex prædictis concludit Alb. de Roſ. in Rub. de ſumma trinitate & in ſuo dictionario in uerſiculo cardinalis Oldrad. Illu doctor. in conſilio 63. Martiniana ſuper decr. in uerſiculo cardinalis. Rom. in dicto conſilio ult. Mar. Laud. in prim. tract. de Card. quæſtione 27. & in ſecund. quæſtione 18, Idē ſequutus eſt Barb. in tract. de præſtan. card. in prima q. & communiter alii ſcri-

bentes conſentiunt. Non omitto Ioan. de Turrecrem in dicto. libr. ca. 82. ub i apud Gofredum Viterb ſe legiſſe atteſtatur, Cletū. qui Lino in pontificatu ſucceſſit ſeptem diaconos cardinales inſtituiſſe. prædicta tamen pluribus placuere.

Quæſt. IIII.

Ad prædicta demonſtrandum eſt ſi in ueteri teſtamento cardinalatus eſſentia fuit inſtituta, quomodo in lege noua ante hoc nomen uocabantur Reſpondeo, eos papę conſiliarios appellatos fuiſſe, ita Bear. Gregorius Theodoricum uirum eloquentiſſimum nuncupauit, ut in capitulo eccleſiaſticis. duodecima quæſtione ſecunda. Sic & Pelagius papa in capitulo In parochia. decimaſexta quæſtione prima, eodem nomine in Melden. concilio dicti fuere, & recte quidem, cum nomen hoc aſſeſſoribus principum, ut ipſi ſunt, valde conueniens ſit, ut in l. conſiliarios. cū gl. C. de aſſeſſ. & hoc modo eos appellatos fuiſſe tenet Rom. in prædicto conſilio ultimo cui accedo addens, quorundam opinionem extitiſſe, qui eos urbis Diaconos & preſbiteros nuncupatos fuiſſe aſſerant, vt affirmat Ioan. de Turręcremata in primo. lib. de poteſta. eccleſiaſti. capitulo. 84.

Quæſt. V.

His ita declaratis inueſtigandum eſt nunquid iſta dignitas ſit de iure diuino. Prima fronte negatiua pars amplectēda uideretur, cum hoc nullibi reperiri videatur, bene autem legitur cardinales a pontificibus creatos extitiſſe, ut in 3. q. diximus, ergo &c. & ſi diceretur in ueteri teſtamento ſacerdotes leuiticos adminiſtrationem hanc aſſumpſiſſe. Deut. c. 17. Reſpōderi poſſet, illud ſacerdotium uetus non eſſe idem cum nouo, teſte Apoſtolo ad Hebræos, ergo nec eadem dignitas. Secundo ēt dici poſſet cardinales ſenatoribus æquiparari iuxta. c Eccleſia habet ſenatum. 16. q. 1. Patriciis quoque ſimiles eſſe perhibentur, iuxta. c. Conſtantinus. 96. di. quæ quidem ſenatus, ac patritiatus dignitates de iure poſitiuo eſſe noſcūtur, ergo ut cōueniat æquiparatio, idē & de cardinalib. concedēdū fo ret, neq; tex. ille aduerſari uideretur, in quo ſit tota uis videlicet in d. cap. per venerabilem. §. rationibus, dum ibi Sum. pont. uerba Deut. exponens ait ſunt autem ſacerdotes leuitici generis, qui nobis coadiutores aſſiſtunt, quia replicari poſſet text. illum de epiſcopis potius quam de cardinalibus ſenſiſſe duplici modo. primo quia ibi text. utitur verbo, fratres, ſed cardinales a ſummo pont. filii nuncupantur. capitulo Si quis ex epiſcopis. 79. diſtinctione. & licet quandoq; fratres etiam nominentur. illud eſt quo ad eos tantummodo, q epiſcopali ordine decorantur, ut not. in capitulo primo. de officio leg. in 6. Epiſcopi uero ſemper a ſummo præſule fratres appellari meruere. capitulo quam grauis, de crim. falſ. ergo papam in d. §. Rationibus, de epiſcopis, non autem de cardinalibus loqui uoluiſſe exiſtimandum eſt, quia cui non conueniunt uerba diſpoſitionis, non conuenit diſpoſitio. l. quarta. §. toliens. ff. de dam. infect. cum ſimilibus. Secundo etiam dici non poſſe uideretur cardinales in locum ſacerdotum leuiticorum ſubrogatos eſſe, quia eorum complures diaconi ſunt, ſubrogatus autem eius naturam debet ſapere, in cuius locum ſubrogatur. l. cū qui. §. Qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. cap. Eccleſia ut lit. penden. ergo &c. & ita concludendo reſidet Barb in conſil. primo in primo. uolumi. ubi more ſolito multa aggregauit, & inter cætera etiam ſi dignitatem hanc a iure diuino emanaſſe concederet tamen ex quo nomen illud a iure poſitiuo cardinales acquiſiuere, huiuſce qualitatis adiectionem ſuperadditam tanti eſſe, ut iuxta ipſius opinionem, totam cardinalatus eſſentiam eiuſdem poſitiui iuris efficiat, argum. l. Ius ciuile. ff. de leg. ubi ſic de iure ciuili aliqd iuri naturali addente uel diminuente prehibetur. contraria tamen ſententia potior eſt per tex. in dict. capitulo per uenerabilem. §. Rationibus. ubi dominum ideo leuiticos ſacerdotes inſtituiſſe poſitum eſt, ut ſacerdoti ſummo in regenda eccleſia Dei adiumento forent, uoluit enim propterea, indicauitque in lege noua ſacerdotum leuiticorum in locum ſubrogari eos, qui ſummi pont. coadiutores exiſtunt, hos autem non alios quam cardinales eſſe docuit tex in capitulo fundamenta. § Decet. de electi. in 6. vna enim pars iuris per aliam ſuppletur, & declaratur. l. tutum, ubi Ang. ff. de petit. hęrer. coniungendo igitur iſta duo iura ſimul. luce clarius eſt, ampliſsimos patres ſacerdotum leuiticorum uices obtinere, quod & longa affirmat conſuetudo, & ita ut in ſecunda quęſtione traditum eſt, ſapientes crebrioribus notis conueniunt, ſi ſub rogati, ergo eorum naturam manciſcuntur, iuribus prædictis, & quamuis perſonę fuerint immutatæ, eadem tamen eccleſia eſt, una enim columba mea cant. ſexto tranſumpti-

priue. in c. loquitur. 24. q. 1. atque idem non deſinit eſſe tribunal. argumento. l. Proponebatur. ff. de iudic. nec mutata eſt adminiſtratio, & officium aſſiſtendi ſacerdoti ſummo ad cõſulendum, & iudicandum, a veteri alienum eſſe non reperitur. d. §. Rationibus. & d. §. Decet. Rurſus & ſi eccleſiæ veteris, & nouæ ritus differre videantur, tamen ſatis eſt officium hoc, de quo loquimur, & ipſius eſſentiam, quæ in aſſiſtendo ſummo ſacerdoti conſiſtit, eandem eſſe, eccleſiamque regimini cuius inuigilatur, non aliam re ipſa) vt diximus) reperiri. Vnde ex his recte concludi poteſt communi ſcribentium inhærendo ſententiæ, iſta omnia figuratiue ſaltem a Deo inſtituta fuiſſe, ut per Ab. in c. Ex geſtis, de cler. non reſi. & per Io. de Tur. Crem. in d. li. c. 83. Sed ea, quæ in ueteri teſtamẽto figurabantur, voluit Dñs in nouo quoque ſeruari debere, teſte apoſtolo ad Cor. 10. Hæc autem in figura contingebant illis, ſcripta ſunt autem propter nos, in quos ſæculorum fines deuenerunt. hoc igitur modo non immerito de iure diuino cardinalatum eſſe dicimus. Animaduertendum tamen puto, quod prædicti, & quidam alii opinantur verum non videri, leuiticos ſ. vt cardinalium figuram præceſſiſſe, nam cardinalatus eſſentiam ſemper unam eandemque fuiſſe verius exiſtimarem, ſiquidem leuitici ſacerdotes ad tractanda negotia ſummo ſacerdoti aſſiſtendo eodem quo card. officio fungebantur, vt etiam ſatis aperte ſentire videtur tex. in d. §. Rationibus. ibi, Sitt autem leuitici ſacerdotes, qui nobis &c. ubi pondero uerbũ, ſunt, quod eſſentiã non immutatã eſſe indicat, qđ vtique ſecus eſſet, ſi leuitici ſacerdotes ut figura anteceſſiſsẽt, quia figuram & figuratũ neq; idẽ eſſe, neq; eodẽ tpe dari poſſe notiſſimum eſt, ut de agno paſchali, qui tanq̃ Chriſti figura multo ante præceſſit, & tamẽ idem cum Chriſto non eſſe extra difficultatem eſt. quicquid tñ ſit, ea omnibus colligitur cardinalatum eſſe de iure diuino, vt per Io. de Tur. Crem. in d. lib. c. 50. & c. 83. & ita in d. §. Rationibus. ſentit Abb. Mar. Laud. in 1. trac. de car. q. 34. & in 2. q. 7. & q. 11. idem concludit Ro. in d. conſ. vltimo, Barb. melius ſentiens in d. tract. de præſt. card. in 1. q. Baſil. & Iaſ. in conſil. 145 in 1. vol. Dec. in c. Ad præſentiam. in fine de appel. accedit Io. Picus mirandula, in apologia de magia. natur. cabal. ubi ait cardinales tenere locum illorum 70. ſeniorum, quos ex præcepto Domini elegit Moyſes, hi autem ita iubente Deo laborũ conſortes cum Moyſe facti fuere Num. 11. Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael, quos tu noſti, quod ſenes populi ſint ac magiſtri, & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis, facieſque ibi ſtare tecum, ut deſcendam, & loquar tibi, & auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis, ut ſuſtentent tecum onus populi, & nõ tu ſolus graueris. hæc ibi. Idẽ credo ſenſiſſe Beat. Bernar. in 4. libro de cõſide. qui Eugenio pont. ſcribens ait, hi quoque qui tibi quotidie aſſiſtunt, ſeniores populi, orbis iudices, & ſic eos populi ſeniores appellat forte prædicta ſentiens. Nunc vero in contrarium adducta diſſoluuntur, Et primo hoc eſſe de iure diuino nuſquam reperiri, quia ex prædictis apparet hoc apperte decidi in dicto §. Rationibus, & in aliis locis a me ſuperius memoratis. idẽque affirmauit Io de Tur. Crem. Nec verum eſt dicere cardinales a pontificibus fuiſſe originaliter inſtitutos, q̃a licet eis hoc nomen impoſuerint, huius tamẽ adminiſtrationis eſſentia a iure diuino & veteri & nouo emanauit, vt dixi, & tenet Ioan. de Tur. Crem. in dicto primo libro capitulo 50. & capitulo 83. Minus urget illud, uidelicet ſacerdotium commutatum fuiſſe, quia & ſi quo ad ritum ſacrificandi variarit, quid tum? cum nos non de ſacerdotali dignitate (quærẽdo an eadem ſit) laboremus, ſed de officio ac adminiſtratione cardinalium ſermonem habeamus, quæ quidem vna & eadem virtualiter eſt, vt ſæpe diximus, & tradit Rom. in dicto conſilio. vnde ex diuerſis non recte infertur. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquir. poſſe. Non obſt. ut, ſicuti ſenatores, & patritii de iure ſunt poſitiuo, idem & de cardinalibus qui eis æquiparantur, perhibẽdum ſit, quia reſpondeo prædictos in omnibus non æquiparari, licet enim quo ad officium adminiſtrationemque ſimiles fiant, tamen quo ad inſtitutionem ſecus eſt, quia ſenatoria dignitas fuit ab imperatoribus inſtituta, ut una cum eis imperium melius regeretur, hæc autem præclara cardinalatus dignitas fuit originaliter a Deo (vt præfati fuimus) ordinata. Sacerdotium enim a Deo primordialem originẽ ſumpſit, ut in Aut. Quom. opor. epiſc. in princ. ubi duo maxima dona a Deo prouenisſe poſitum eſt, ſacerdotium ſcilicet & imperium, præponiturque ſacerdotium tanquam dignius, nam & re vera dignius eſt, vt in capitulo duo. & in capitulo ſeq. 96. diſtinctione. voluit enim Dominus Summus & optimus prouiſor vſque ab initio eccleſiæ ſuæ præſuli coadiutores decernere, qui laborum participes effecti vna cum eo p̃eſſent eccleſiæ, quemadmodum vtriuſque teſtamenti monumenta teſtantur, inducendo ea vt ſuperius produxi. non valet igitur conſequentia, ſenatores & Cardinales æquiparantur, ergo in omnibus, quia hoc fallum redditur deueniendo ad particularia, in quibus ſermones ſunt veriores, licet circa vniuerſalia ſint faciliores, vt inquit Philo. Non obſt. reſponſio ad tex. in dicto §. Rationibus, quæ dicit eum potius de epiſcopis quam de cardinalibus ſenſiſſe, quia contrarium ex text. colligitur in dicto capitulo Fundamenta §. Decet. ut dixi, ſuppletur etenim vna pars iuris per alteram & declaratur arg. l. vtrum, ubi Ang. ff. de peti. hære. Præterea crebrior ſcribentium ſententia eſt (vt uidimus) tex. illum de cardinalibus loqui voluiſſe, a qua recedere non licet, vt no. in l. pen. de pœ. iudi. qui mal. iudi. cum vulga. Neque rationes adductæ in contrarium aduerſantur, dum concluditur tex. illum de cardinalibus loqui non poſſe. Et primo quis vitetur verbo, fratres, quod cardinalibus ſecundum eum conuenire nõ poteſt, quia hoc eſt de directo contra tex. in dicto capitulo Fundamenta. §. Decet. ubi text. formaliter inquit Decet Rom. pont. per fratres ſuos ſacroſanct. Rom. eccl. cardinales. ecce aliam partem ſententiæ nimia contradicendi auiditate obcæcati, non aduertunt text. in dicto §. Decet, qui ab omnibus ad declarationem d. §. Rationibus, adducitur, præciſe eos fratres eſſe pont. perhibentem. Et ne in occulto prædictorum ratio ſit, contrariaque inexpugnata relinquantur, aduertendum eſt, ubi pont. Summum ad cardinales ſeiunctim & eorum quemlibet uerba dirigere contingit, tunc uerum eſſe diaconos ab eo cardinales filio, nuncupari, ut eſt tex. in capitulo Dilecti, de ſupple negl. præla. epiſcopi autem cardinales, fratres appellari conſueuerunt, ut in capitulo Cum uenerabili, de conſue. quãdo autem ſacrum ſenatum ſimul & collectiue commemorat, ut eſt caſus noſter, tunc cardinales ſemper a pont. ſub fratrum nomine uocantur, ut in capitulo eccleſia. & in capitulo In geneſi, de electione. & eſt tex. prædictam conſtituens differentiam in dicto capitulo Fundamenta §. Decet. cum gloſa in uer. fratres, Ad idem tex. eſt notabilis in capitulo primo iuncta gloſa in uerſiculo fratribus, de renun. in 6. & tex. cum eleg. gloſ. in uerſi. cum fratribus, in extrauag. execrabilis, de praben. confirmantur hæc p Ioan. And. in cap. Ad liberandam, de iud. & hoc in toto fere corpore iuris intueri eſt, ubi papa cœtum cardinalium nominando fere ſemper de fratrum conſilio dicere conſueuit, Ratio autem ultra not. per gloſ. in d. extrauag. eſſe poteſt, quia quando cardinales collectiue nominantur, tunc unionis & immiationis intuitu minus dignum a digniori denominari ſolet, quia propria natura unionis ea eſt, ut per glo. & docto. in l. 1. ff. de uerb. obligat. Bal. in l. a. C. communia de leg. facit tex. in capitulo Si duo ex tribus, de officio deleg. in 6. unde cum in ampliſſimorum patrum ſenatu nonnulli epiſcopi comperiantur, qui (ut dixi) fratres appellari conſueuerunt, merito omnes alii fratrum nomen ab ipſis uti a dignioribus conſequuntur, ut p Feli. poſt multos quos refert in rubr. de off. deleg. Animaduertendum tamẽ unum eſſe arbitror, in quo diſtinctio iſta morderi potuiſſet. negando uidelicet abſolute uerum eſſe, a digniori parte minus dignam denominari, uerum potius diſtinguẽdum eſſe, aut maior ſiue par digniorum eſt numerus, & hoc caſu prædicta faciliime admittuntur, aut eorum minor eſt numerus, & tunc antelata opinio deſtruatur, ut per Bar. qui hanc poſuit differẽtiam, in l. fin. ff. dẽ coll. illi. quem refert & ſequitur Feli. & latius Deci. in cap. Ex literis, de conſti. ubi prędictam contrarietatem concordãdo diſtinguit, ut late ibi per eum, cuius opinio licet impugnari poſſet per tex. ſatis apertum in c. Quod in dubiis, de cõſecra. eccleſiæ uel altar. per quem ita expreſſe voluit Dom. de ſancto Gemin. in c. Si duo. de officio deleg. in 6. & recte, nam argũẽdo de ſead perſonas, vt in iure ualidum eſt argumentũ, illud. c. Quod in dubiis. opinionem Deci. deſtruere uidetur, ulterius tamen conſidero duobus modis in caſu noſtro contraria euitari poſſe. Primo quia & Bar. & prędicti doct. de collegiis inferioribus loquuntur, ut ibi expreſſe inquit Dec. ſentiens ex hoc in maioribus aliter dicendum eſſe, ſed hoc ſupremum collegium eſt, ergo &c. Secundo etiam nouiter cõſiderari poſſet ibi de iuriſdictione quæſtionem eſſe, quis ſcilicet dictæ uniuerſitatis iudex exiſtat, ſæcularis an eccleſiaſticus, & ideo cum de alterius horum iudicum agatur præiudicio, quorum numerus præualeat, diligentius inueſtigatur, ſemper etenim ſtrictior fieri ſolet interpretatio, ne iura tertii offendantur. l. ſecunda. §. merito. ff. ne quid in flumi. publ. Sed iſta ratio in caſu noſtro non ſubeſt, cum de nullius præiudicio pertractetur, ergo &c. quicquid ſit, ita iura loquuntur aperte. Longe minus illa ratio impedit, cardinales videlicet in locum ſacerdotum leuiticorum ſubrogatos ex eo dici non poſſe, quia cum ſubrogatus debeat illius naturam ſapere, in cuius locum ſubrogatur omnes ſacerdotali dignitate præfulgere deberent, & tamen multi eorum diaconi ſunt, ergo &c. quia reſpondeo hoc eſſe contra text.

in

in cap.fundamenta.§ Decet.ubi præciſe ait tex.decet.Rom. pont.per fratres ſuos ſac.S. Rom.eccl.cardinales, qui in exequutione ſacerdotalis officii ei coadiutores aſſiſtunt &c.ecce apertiſſime tex ait cardinales eos eſſe, qui in exequutione ſacerdotalis officii coadiutores aſſiſtunt, & ſic de directo contra falſas & mendicatas aduerſariuum oppoſitiones. Secundo formaliter reſpondendo dici poteſt,eos in ſacerdotiũ leuiticorum locum,quatenus ſacerdotum principi ad eccleſiæ regimen aſſidebant,ſubrogatos fuiſſe, quatenus autẽ uti ſacerdotes ſacrificabãt, ac ſimilia peragebant ,dico neque ipſos neque alios leuiticis ſacerdotibus ſucceſſiſſe.quia ſacerdotium , ut diximus, eſt immutatum, teſte Apoſtolo ad Hebræos c. 7. Stant enim iſta ſimul ut cardinales quo ad hoc leuiticorum ſacerdotum uicibus fungantur , in reliquis autẽ ſecus,ſicut & apoſtoli quo ad quid ab epiſcopis,& quo ad qd a cardinalibus repræſentantur,ut dixi . & ſi illud argumentũ procederet, quo utitur Barb.in d. conſil.1.opinionem ſuam deſtrueret,quia ipſe intelligit tex. in d.§. Rationibus, de epiſcopis ſenſiſſe,ſed iuxta hoc neque ipſi naturam illorum abſolute ſaperent , quia mutato ſacerdotio ritus quoque & ſacrificandi cærimoniæ variarunt. Vnde concludendo repeto eos in officium illud adminiſtrationemque aſſiſtẽdi ſummo ſacerdoti ad tractanda eccleſiæ negotia leuiticorum ſacerdotum vices obtinere,& in hoc tantummodo eorum natura & auctoritate fungi,ut eſt tex.apert.in d.§. Decet.Non ob. poſtremo alia ratio.Barb.uidelicet etiã. ſi iſtius dignitatis eſſentia de iure diuino eſſe concederetur,eam tamen effici iuris poſitiui per adiectionem nominis a pontificibus ſuperadditam arg. d.l. Ius ciuil, quia reſpondeo legem illam in propoſito adduci non poſſe,cum loquatur,& locum habeat ſolum quando qualitas aliqua ſubſtãtialis additur vel diminuitur, ut ibi per Bar.& alios.Sed illa nomina uerbalia de eſſentia non eſſe exploratum eſt,ut no.per Bar.in proœ.ff. & Abb. in c.1.de iudæ.quapropter non ſequitur ut mutato nomine, ſubſtantia uarietur,ut inquit Rom.in d.conſil. cui accedunt no.per Felin.in c.Quod ſuper his,de maior.& obed,.& reuera iſta eſt ridicula oppoſitio, quia ſecundum Io.de Turrecremat. in d.lib.c.83.hoc modo neque ſtatus papalis de iure diuino eſſe diceretur . quia nomen hoc neque Chriſti, neque Apoſtolorum temporibus inuentum reperitur, idemque ſequeretur & in patriarchis, & in archiepiſcopis , quorum nomina temporibus illis adinuenta fuiſſe non legitur, hęc ille. Nomen enim cum ad libitum ſit , & ſolam relationem demonſtret,ea quæ naturalia uel diuina ſunt mutare non põt, immo quod a iure diuino conſtitutum eſt,per legem poſitiuam id etiam ſpecifice affectantem,alterari non potuiſſet , c.cum inferior, de maior.& obed. Vnde profecto ſatis ridiculum foret,ſi quod ex defectu iuriſdictionis etiam expreſſe tolli non poterat,per mutationem ſolius nominis alteraretur.contra.l.Fraus.ff.de legi.l.non dubium.C.de legi.& contra.c.cum quid,de reg.iur.in 6.Ex his igitur conſtare uidetur cardinalatus ſubſtantiam de iure diuino inſtitutam fuiſſe, vt etiam copioſe probat Ioan.de Turrecrem.c.80.cum ſeqnẽ. ubi & antiquam & nouam legem cardinalatui auctoritatẽ præſtitiſſe ait , non tamen ob id affirmo papam ſine cardinalibus ardua expedire non poſſe . ſed hęc quæſtio ſeparatim erit diſcutienda .

Quæſt. VI.

Diligenter nunc videamus nunquid cardinalatus,dignitas ſit , uel officiũ ſimplex. Rñdeo prima facie dicẽdũ eſſe, eũ ſimplex officiũ eſſe, q̃a nihil aliud cardinalatus uidetur. ut huculque uiſum eſt,niſi officiũ aſſiſtẽdi papę ad peragẽda negotia in eccleſia Dei occurentia, cardinalatumq; officiũ ſimplex, non aũt dignitatem eſſe multi præclari patres affirmarunt, ut Bal.in c. 3.de poſtu.pręl.Feli. alios referẽs in rub.de off.dele.Mar. Lau. in d.2.trac.q.19.& in 1.q.17.& An. Sicu.in d. conſ.1.in 1.uol. Ↄtria tñ ſnĩa iudicio meo prædominatur,cardinalatũ, ſ.dignitatem eſſe officio iñ annexã, q̃ plurib. mediis cõprobari poſſe cenſeo.Et primo ut ueritas melius eluceſeat.definitio dignitatis in medium adducatur,q̃ teſte Bar.in l. 1.C.de dig.li. 12.qualitas eſt per principẽ illata,qua quis ultra honeſtos plebeios receptus dignoſcitͣ,verum cardinalatus huiuſmodi eſt naturæ,quia qualitas eſt a Deo ſecundũ antelatam concluſionem,vel a Pont.contrariæ inhærendo opinioni, & ſic omnino a ſuperiori principe inſtituta , vt in c. duo. cum ſeq.96 diſt.& per Abb.in c.Solitæ,de maior. & obed.cuius potentia qualitatis non modo aliquis ſupra honeſtos plebeios, ſed ferme ſupra omnes receptus oſtenditur , vt ſtatim probabimus, ergo cum huic officio in definitione dignitatis requiſita cõueniant, dicendum eſt ei pariter & definitum cõuenire.l.2. §.Appellata,ubi no.ff.ſi cer.pet.cum aliis uulg.Secũdo ſapiẽtibus accedendo dico officium illud dignitatem dici, cui alterum ex tribus ſignis conuenit , ex quibus eccleſiaſtica dignitas ſolet dignoſci , quorum primum eſt, quãdo quis cum iuriſdictione adminiſtrationem habet . Secundum quando nomen habet dignitatis cum pręeminentia in eccleſia. Tertium quando in eccleſia viget conſuetudo id dignitatem eſſe exiſtimans , inueterata enim conſuetudo (ut notum eſt) ualidiſſimi iuris habet uigorem. l. de quibus. ff. de legi. cum concor. Cui igitur unũ ex præmemoratis ſignis accedit, officium illud dignitas quoque iure optimo nuncupatur.ita domini.de.S.Gem. poſt Archi.& alios in capitulo primo de cõſue.io 6 Aret.in conſ.23.Hoſtien. Ioan.Andr.& Abbas in capitulo De multa, de præben. vbi hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Abbas,ſuperaddens etiam a ſola iuriſdictione quemlibet in dignitate cõſtitui. Cardinalatui autem nõ ſolum alterum ex dictis ſignis verum omnia copulatiue conuenire audaciſſime ſentio. Primo etenim cardinales ex eo maximam adminiſtrationem habere noſcuntur,quia eorum conſilio mundus regitur. ſecundum Io.de lign.in tract. de bell.quem ſequitur Soc.in conſil. 99.in 3 .volum.& not. in dicto cap.Bonæ de poſtu. præla.quapropter ob tantę adminiſtrationis ſublimitatem maiores epiſcopis eſſe perhibẽtur,authore Bart.in l.1.§.Siquis.ff.de appellat. quod & latius inferius aperiemr.Iuriſdictionem etiam eos habere ſatis exploratum eſt,quoniam in eorum titulis eccleſiiſque epiſcopali iuriſdictione funguntur, vt habetur in capitulo His qui, de maior.& obed. Præterea licet vicarius ſummi pont.in vrbe plenam habeat iuriſdictionem, cardinalium tamen familiares & ſubditos non ei ſed eorum vicariis ſubditos eſſe nouimus, vt ex mente Card. Zab.dixit Mart. Laud.in d.tract.1. q. 17. quo fit vt ambigendi locus non relinquatur, quin cardinales iuriſdictione fungantur. quod roboratur ex eo quia ipſi cum ſummo paſtore alios omnes iudicant, a nemine autem iudicantur.ut per Feli.in rubr.de maior.& obed.ſicut in 1.quæſt.diximus , idque in dicto cap.Per venerabilem.§.Rationibus,oſtenditur,ibi,& tibi iudicabunt iudicii veritatem, quod nil aliud eſt quam iuris dicendi authoritatem habere, toto titulo.ff.de iuriſdict.omnium iudic.& hoc modo cardinales requiſita in primo ſigno dignitatis habere nemini dubium eſt. Veniens ad ſecũdum dico pariter eos,nomine,maximam dignitatem præſeferente decorari,ideo enim cardinales appellantur quia in eccleſia Dei obtinent principatũ, nam iſtud nomen ſupra in 1. q. hoc ipſum ſignificare docuimus,hinc Rom.in cõſ.vlt. dixiſſe memini, neminem tantos hře,prçlatos dedignari dře cum in eccleſia Dei primates ſint Quis eos inſuper præeminentiam habere abneget? cũ hi cæteris omnibus etiam epiſcopali dignitate inſignitis præferãtur, teſte Ab. poſt card.in c.eccleſia, de elect.idque experientia rerum magiſtra indicet.c.Quam ſit.de elec.in 6.cardinalatus igiť non immerito dignitas nuncupatur per gl.in extrauag.execrabitis, in verbo, ſublimitatem , in fine de præben. ex ſeſſionis enim & deambulationis ordine honoris quoq; maioritatem dignoſcimus authore Imo. in l. Qui ſoluendo la.2.ff.de hære, inſti. Sequitur Feli in c.Cum dilecta.nn.10.de reſcrip.& hoc mõ cardinalatui etiam hoc ſecundum dignitatis ſignum aſſociatur,cui tertium quoque non deeſſe clarũ eſt,conſuetudinem ſcilicet, curia enim cardinalatum maximã eſſe dignitatẽ opinať,& merito, vt Hoſt.Io. And.& Imo. dixere in ca. Dilectus,de præb. hanc eſſe curiæ conſuetudinẽ aſſerentes, vnde ſuccedit illud Bar.in l.de quibus.ff. de legi. credendum eſſe doctori de conſuetudine aliquid atteſtanti. Ex prædictis igitur demonſtratur officium cardinalium maximo dignitatis cumulo aſſociari,ad cuius rei euidentiam ſi vnum tantum ex præmemoratis ſignis ſufficeret, quanto id leuius hic admittendum eſt,cum omnia copulatiue in eo cõcurrere docuerimus? Comprobatur iſta concluſio, quia licet papa generale ſit omnium fidelium caput, ſpeciale tamẽ caput cardinalium eſt,& ipſi eius membra particularia eſſe dicuntur, ſecundum gl. in d.extrauag execrabilis,in verſiculo ſublimitatem,Hoſtien.& Ioannes Andreas in capitulo Antiqua de priuil. Petr. de Anch. in conſilio 295. columna ſecunda & ideo collaterales & pars corporis pontificis appellari merentur. capitulo Si quis 6. quæſtione prima.l. Quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſt. hinc ſicuti contra perſonam principis machinãdo læſę maieſtatis crimen incurritur,ita pariter lędendo eius membra,collaterales videlicet,eiuſdem principis maieſtas offenditur, vt in dicto capitulo Si quis,& de cardinalibus habetur in ſpecie in capitulo Fœlicis, de pœnis in ſexto. ex eademmet ratione quorundam ſapientum orta fuit ſententia dicentium , presbyteros & diaconos cardinales ad præſtandum Summo pont.fidelitatis iuramentum non compelli,ita Hoſt & Ioan. An in c, Antiqua, de priuil. ſenſere, quia inter dantem & accipiẽtem differentia debet dignoſci.ca.fin.de inſti. Sed cum hi cum papa vnum & idem eſſe

corpus cenſeantur merito quemadmodum pont. a ſe ipſo tale iuramentum exigere non poſset, eodem iure id etiam ab ipſis exigi nō poteſt, in hac quoque ſententia reſidet Ro. in d. conſ. vlt. & Mar. Laud. in d. tract. i. de card. q. 39. Et huius vnionis intuitu nonnulli maximæ authoritatis viri tradiderunt, collegium cardinalium dimidiam bonorum pontifici donatorum conſequi debere. idemque & econtra niſi ratione ſanguinis, ſeu alterius particularis cauſæ illa donatio emanaſset, ita ex not. per Hoſt. & Io. Andr. inferebat. d. Mar. Laud. in 2. tract. q. 3. his ſic ſtantibus infero, ex quo pontifex Max. dignitatum omnium eſt culmen, & ſons, (ſecundū Bal. in ca. 1. Quis dicatur dux, & ex quo alia quacunque ſæculari dignitate maior eſt pontificalis. d. c. Duo. 96. diſt. & habetur in c. Solitæ de maior. & obed. Conſequenter etiam concludendum eſse dardinales cum eius membra ſint, in maximo dignitatis culmine poſitos eſse, rōne enim iſtius tantæ vnionis debēt a ſua nobiliori parte videlicet a ſummo pont. illuſtrari iuxta tex. in l. Vnica. C. de præpoſ. lib. 12. ibi, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. hoc aperte comprobat Petr. de Anch. in conſ. 295. colum. 2. facit in argumentum. ca. Si duo ex tribus, de off. deleg. in 6. cum ibi not. per Dom. vbi habet ſi aqua benedicta aquæ non benedictæ, & oleum conſecratum oleo non conſecrato immeſceatur, virtute tamē ipſius vnionis totum eiuſdem qualitatis effici, & totum conſecratum eſſe, quia dignior pars naturam & qualitatem ſuam cū minus digna cōmunicat, & impartitur, ut etiā Pet. de Anch. voluit in c. Cum marthæ, de celeb. miſſ. ita dicamus in propoſito caſu de re ad perſonam arguendo, quod argu. in iure quidem validum eſt. l. Si quis filio exhæredato. §. Quatenus. ff. de iniuſt. teſta. Et ſi forte obiiceret quiſpiam argumentum non tenere, quia oleum p̄ immixtionem idem numero in veritata efficitur, hi autem numero differunt, licet vnum & idē corpus fictione iuris eſſe cenſeantur, Reſpondeo, in his q̄ iuris ſūt, vt aliquem in dignitate conſtituere, idē fictio qd̄ ipſa veritas operatur teſte Bar. quem alii ſequuntur In l. Si is q̄ pro emptore. ff. de vſuc. hic quoque ſe ſe offert illa concluſio per nos ſuperius tradita dum iſtius vnionis intuitu cardinalium cœtum ſub nomine fratrum a papa nominari diximus. Non omitto notariū principis in dignitate conſtitutū eſſe a legibus declarari. vt in l. 1. C. de mand. princ. & ratio eſt q̄a eligitur a principe vt per Bar. in l. eadem. §. 1. ff. ad leg. iul. repet. ergo attenta iſta ratione longe magis card. in dignitate conſtitutos eſſe concedendum eſt, quia non ſolum eliguntur a principe, ſed ipſi eum eligunt, & quotidie in pontifices eligūtur. Dico inſuper cum papam & card. iura vnum & idē corpus eſſe arbitrentur, illud diuerſo iure cenſeri non debere, arg. l. Eum qui ædes. ff. de vſuc. c. Cognouimus. 12. q. 2. ca. Cū in tua, de decim. & hoc vtriuſque fundamēto Pet. de Anch. in conſ. 295. Nec obſtat eos fictione iuris tales exiſtimari, nā (vt paulo ante dictum eſt) quod ad ius ipſum pertinet, idem fictio quod ipſa veritas operatur, & fictio exprimit veritatē. Poſtremo additur acceſſorium naturæ ſui principalis accedere. Rurſus dico concluſionem hanc tex. rationis & authoritatis munimine comprobari, tex. eſt not. in l. Nemo præfectus. C. de dign. lib. 12. quem Rom. ſingularem eſse perhibet in ſing. 305. ad probandum officium quantumcunque vile dignitatem quoque iure dici debere, quādo principe vel ſuperiore mandante adminiſtratur. Cōſtat autem cardinales ita Deo mandāte, vel (ut alii opinanē) mandante ipſo pont. quibuſcunque principibus ſublimiori, officium ſuum exercere, ergo &c. Ratione autem quod prædictum eſt corroboratur, quia eccleſia ſenatum habet capitulo eccleſia. 16. q. 1. & ſenatores papæ hi patres ampliſſimi nuncupantur teſte Bar. in l. 1. §. De qua. ff. de poſt. Io. And. in c. cum te, de re iud. uerum ſi imperatoris ſenatores in dignitate poſiti ſunt d. l. Nemo præfectus. ergo multo magis hoc de cardinalibus cō fieri oportet, tum quia eorum ſenatus dignior eſt, cum a Deo fuerit inſtitutus, tum quia ſummi paſtoris ſunt aſseſſores, qui maior eſt imperatore. dicto capitulo Duo. cum ſeq. 96. diſtinc. & ita communiter doct. conſentiunt in capitulo Venerabilem, de electione, tum etiam quia negotiis maioribus & melioribus præſunt, tum denique quia ipſi pont. eligunt, & in pontifices eliguntur (ut dixi) regiminique totius orbis incumbunt, ut in dicto capitulo Bonæ. maior enim & dignior ille cenſetur, qui maioribus & melioribus negotiis preaſt. capitulo Per ſingulas, el. 2. 9. queſtione tertia & §. Nos igitur, in Aut. de defen. ciuit. hoc & ex eo ſuadetur, quia cardinales patritiis æquiparantur. capitulo Conſtantinus. 96. diſtinctione. Patritii autem ſuprema dignitate poſt imperium fungebantur. l. Nemini. C. de conſul. libro duodecimo ergo ut conueniat æquiparatio, cardinalatum non ſolum dignitatem, ſed eam poſt ponrificatum ſupremam eſse concludendū eſt, ut celebres authoris Hoſt. Io. Andreas & Imo. in dicto capitulo Dilectus. de præben. atteſtantur. Marti. Laud. in 2. tract. q 61. Dec. in cap. cum venerabilis colum. 2. de except. ubi multa ad rem hanc facientia comperiuntur idem uoluit etiam in cap. ad præſentiam, in fi. de appel. Accedit Feli. poſt nōnullos in rub. de maiorta. & obed. dicentes hanc, pontificatu excepio, maximam dignitatem eſſe, quod & nos dicere minime pudeat, cum id prius ex ore tantorum patrum proueniſſe videamus. idem ſentit Ro. in dicto. conſil. ultim. qui hoc etiam aliis modis comprobauit. hoc idem poſuit Soc. in conſil. 99. in 3. uolum. inquiens, cardinales eſſe in maximo culmine dignitatis, id ſenſit expreſſe Bal. in l. prima. ff. de offi præfect. præt. ex quo Baldi documento inferebat Franciſcus pauinus in trac. de offi. & poteſt. cap. ſe, uac. in 10. quæſt. ſecunda. par. Si cardinali a pont. cauſa appellatione remota committeretur, ab eius ſetentia non appellari, ſed tant ſupplicari poſſe, ca rdinaleſque illuſtres, & in dignitate maxima conſtitutos eſſe affirmauit, licet cardinalatui etiam officium annexum eſſe atteſtetur. idem Bald. in l. ad ſimilitudinem. C. de epiſcopis & cler. & Alex. in rub. ff. de iuriſd. omnium iudicum. columna ſecunda. doctoreſque maxime Decius. in rub. ff. de offic. eius. Iaſ. poſt multos quos refert in l. Quæcunque. ff. eo. tit. in quibus locis perhibent Cardinales illuſtres, epiſcopos autē clariſſimos uel ſpectabiles eſse, qui quidem tituli non niſi conſtitutis in dignitate conueniunt, ut per ſcrib. in d. locis, & per Imo. in l. Qui ſoluendo. la ſecunda. ff. de hære. inſt. Non omitto cardinales regibus ipſis æquiparari, ut per Iaſ. qui Baldi. meminit, in l. centurio, ff. de uulga. & pup. quotidieque pontifices in bullis, quæ cardinalib. fiunt, hoc uerbo dignitatis uti cernimus, idemq; apertiſſime protuli t. glo. in dicta. extrauag. execrabilis, in uerbo ſublimitatem, in fine. de præben. Vnde ex hiis animus meus magis quieſcit, in hac opinione reſidendo, Cardinalatum eſſe dignitem proculdubio quæ officium annexum habeat, u tetiam Franciſcus Paui. in loco præmemorato tradidit, ita in ſimili, de ſenatore inquit Bart. in l. prima C. dign. idem de cardinalibus ſenſit Alb. de Roſo. in rub. de de ſtatu homi.

Quæſt. VII.

Diſputare deinde ſcriptores cōſueuerūt an iſta dignitas maior ſit epiſcopali, quare id & nos diſcutiamus. Et prima facie affirmatiua pars probabilior uideretur, quia ſentiunt ſapiētes quos in præcedenti, quæſt. retuli, Cardinalatum cæteris omnibus dignitatibus, excepto pontificatu, eſſe ſublimiorem, ſimiliter quoque, vt proxime dictum eſt, iuris interpretes tradiderunt, Cardinales illuſtrium, epiſcopos autem clariſſimorum, ſeu ſpectabilium titulo decorari, gradus autem illuſtrium clariſſimorum ordinem antecellit, ut omnes atteſtantur in rubr. & in l. prima. ff. de offic. eius, accedit. l. ſecunda. C. ſport. vbi in ordine uerborū, necnon & in illius. l. diſpoſitione illuſtres uſque ad ſolidos ſex, clariſſimos uero uſque ad tres tantummodo mulctandi facultatem habere, quod niſi dignitatis maioris intuitu contingere notum eſt, quia claritas tituli ordinem indicat dignitatis, teſte Ang. & Imo. in l. Qui ſoluendo, la ſecunda. ff. de hæret. inſtitu. ergo &c. Non eſt ſilentio prætermittendū ēt ex ordine ſedēdi maioritatem dignitatis oſtendi, Imol. in d. l. Qui ſoluendo. Felin. in cap. cum dilecta. num. 10. de reſcrit. Sed hi Senatores ampliſſimi epiſcopos in ſedibus antecedunt, ergo uidentur digniores, quia locus altior is. eſt, qui domino proximior eſt, iuxta glo. in §. aliam vero, in uerſic. altiori. Inſtitu. de bon. poſſ. contraria tamen ſententia potior uideretur cū in multis ſacrorū canonum traditionibus affirm atum ſit, nullum ordinem epiſcopali maiorem in Dei eccleſia reperiri, propterea legitur apud Gemin. poſt Ioan. And. in cap. cum aliquibus, de reſcrip. in 6. Bonifacii. VIII. ac prædeceſſorum ſuorū temporibus multos epiſcopos inter purpuratos patres ob id aſcitos non fuiſse. ne ſcilicet hoc modo epiſcopalem dignitatem diminuere uiderentur, cum nulli tunc ex titulis cardinalium epiſcopalibus vacarent. Quid dicendum. Ab utriuſq; iuris interpretibus communiter in hanc ſententiam itum eſt, ſcilicet. Epiſcopos dignitatis, cardinales autem adminiſtrationis intuitu maiores appellari, ſicut in ſimili Archidiaconus, ob maiorem adminiſtrationem, maior Archipresbitero nuncupatur ita Bart. in l. prima. §. 1. quis. ff. de appella. Abb. in capitulo Eccleſia, in ſecunda columna. de elect. Domin. in capitulo primo. de offic. delegat. in ſexto. Dec. in capitulo cum uenerabili, de except. & in capitulo Ad præſentiam, in fin. de appell. Rom. in dicto conſilio ultimo. Alexandr. in rub. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. colum. ſecunda & in multis aliis locis quam plurima ad hoc pertinentia inueniuntur, quam concluſionē ad præcedentis quæſtionis deciſionem obiter pōdero, in qua hæſitatur utrum cardinalatus, dignitas ſit uel officium ſimplex, cum enim hic ſapientum veſtigia ſectando ad inuenien-

niendum quænam harum dignitatum maior cenſeatur, elaboremus, ergo ab ipſis pro conſtanti præſupponitur cardinalatum dignitatem eſſe, alias de maioritate dignitatis ridicula foret quæſtio. Ad primum igitur inſtitutum redeundo prædicta confirmantur per doct. maxime Alex. in rubr. ff. de offic. eius, vbi in ſimili tradidit delegatum principem repræſentat, ordinario digniorem dici, ordinarius tamen ub adminiſtrationis maioritatem, eũ præcedit, qua iuriſdictio illius firmior eſt. & propterea non obſtant quæ ſuperius in contrarium adducebantur, quia dico non eſſe mirum, ſi præfati authores cardinalatum ſupremam poſt pontificatum dignitatem eſſe prodiderunt. non tantum enim dignitatem quantum etiam ampliſſimam eorum adminiſtrationem ſimul conſiderarunt, cum totum orbem gubernent, ac ſint baſes & fundamenta ſuper quibus eccleſiæ vniuerſalis conquieſcit ædificium. Nil mirum pariter ſi illuſtres etiam appellantur, quia cum ſint pontificis collaterales, eiuſque mẽbra ſpecialia, a pontificali maieſtate vtrique illuſtrantur, & ſic non ſolum eorum dignitas, ſed & officium annexum cõſideratur, conſequenterque abſolute loquendo maiores epiſcopis nuncupantur, vt per Dec. in d. c. Cum venerabilis, & in capitulo Ad præſentiam, in fi. de appell. huic concluſioni conferunt not. per Bal. in capitulo Olim ex literis. colum. fi. de reſcriptis, vbi inquit cardinalem ſimplicem etiam Diaconum epiſcopo Flor maiorem eſſe, citat. l. Vnic. C. de præpo. labor. lib. 12. ibi, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. Idcirco etiam Gem. & Ioan. Andr. in d. capitulo Cum venerabilis ſummis laudibus extollunt conſuetudinem, quæ poſt Bonifacium. viij. inualuit. vt ſ. epiſcopi inter presbyteros cardinales annumerentur. Concluſio igitur vera eſt, quæ plurimorũ ſententia comprobatur, epiſcopum eſſe digniorem, cardinalem autem ratione adminiſtrationis maiorem, ſed abſolute loquendo maiorem eſſe, vt ſuperius traditum eſt, cum not. per Dec. adducebamus, in d. capitulo Cum venerabilis, & in d. cap. Ad præſentiam. Conſiderabam, ne ita ſicco pede prtranſeamus, an dici poſſet cardinales epiſcopis eſſe digniores cõtra communẽ, tum ratione prioris inſtitutionis, cardinalatus enim eſſentiam vſq; in antiqua lege inſtitutam fuiſſe in præcedentibus quæſtionibus oſtenſum eſt, epiſcopatũ autem non, In nouo quoque teſtamento apoſtolos prius cardinalatus quam epiſcopatus munere functos fuiſſe in 2. q. diximus, ergo &c. tum etiam quia qui maioribus negotiis præeſt, iure dignior nuncupatur, capitulo Per ſingulas, el. ſecundo. 9. quæſtione tertia vbi ob id metropolitanum epiſcopo digniorem eſſe ait tex. quia ipſe prouinciæ, epiſcopus autem ſoli ciuitati præeſt. Ad idẽ eſt tex. in § Nos igitur, in aut. de defen. ciui. ſed cardinales longe maioribus negotiis præſunt, quia cum Summo pont. cunctorum fidelium curæ inuigilant, atque orbi præfecti ſunt, qui maior eſt vrbe, & cuicunque eccleſiæ deſeruire dicuntur, vt ait tex. in c. Bonæ, de poſt. præla. & in extrauag. execrabilis, de præben. extra com. epiſcopi autem non, ergo cardinales videntur digniores, q͞a publica vtilitas, cui ipſi operã nauant, maior eſt priuata, cui epiſcopi vocati in partem ſolicitudinis tantum incumbũt. c. Decreto. 2. q. 6. c. Bonæ. 2. de poſt. prælat.

Quæſt. VIII.

Suſceptum hac de re ſcribẽdi onus expoſcit, vt ſumma cura declaret, qualis circa mores cardinalis eſſe debeat, Reſpondeo, Beat. Antonin. Archi Flor. in 3. par. ſuæ ſum. tit. 21. §. 2. poſt B. Bernardum de cõſideratione multas qualitates poſuiſſe, quę in cardinalibus deſiderantur, quas huc transferre non curaui, tum quia & alio modo tradere decreuimus, tum etiam quia ſub his, quæ ſtatim aperiemus, omnia continentur. Dico igitur eum duabus potiſſimum virtutibus decoratũ eſſe oportere, ſcientia uidelicet, & conſcientia, quia ſcientia ſine conſcientia diabolica eſt, conſcientia vero ſine ſcientia inſipida eſt, ait Bal. de iudice loquens in l. Ea lege. C. de ſentẽ. ex peri. recit. cui accedit Feli. in capitu. Ex parte, el 2. de offic. deleg. longe autem magis eas in his ampliſſimis patribus, quam in ſimplici iudice neceſſarias eſſe concludendum eſt, cum ipſi totius orbis iudices ſint (vt diximus) indignum etenim eſt dari Deo quod dedignatur homo, ait tex. no. in capitulo Sacerdotes. 4. diſtinctione, idem habetur ex his quæ dixit Dominus Moyſi, Exo. 18. Prouide autem de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas. Sed diſtincte procedendo, quod ſcientia ſummopere in cardinalibus exigatur, oſtendo per tex. in capitulo Omnes pſallentes. 38. diſtinctione, ubi per os prophetæ ait Dominus. Tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Et licet hoc fortaſſe euitari poſſet vt per Feli. in capitulo Si quando, numero 30. de reſcript. ad idem tamen eſt tex. in capitulo Qui epiſcopus. 23. diſtinctione. Ignorãtia enim ſcripturarum Chriſti eſt ignorantia, vt ait Hieronymus in Eſaia, tranſumptiue in capitulo Si iuxta. 38. diſtinctione & ex nimiæ cauſa ignorantiæ epiſcopus deponi meruit capitulo fi. cum ibi no. de ætat. & quali. quæ iura & ſi de epiſcopis loqui videantur, idẽ tamen & fortius in purpuratis patribus concedendum eſt, cum ipſi cum ſummo paſtore totius gregis cura prægrauentur, ut in capitulo Bonæ. de poſtul. prælat. orbis enim maior eſt vrbe, & (quod dictu mirabile eſt) magis odio eſt illiteratus, quam homicida, teſte Innocen. in capitulo Cũ noſtris, de conceſſ. præben. ſequitur Dec. in capitulo Cum in cunctis, de electione Mundus enim ſine doctrina regi nõ poteſt, vt in Aut. Habita. C. ne fil. pro patre. Abbas & alii in capitulo De multa de præbẽ per ſapientiã enim reges regnant, principes imperant, & potentes decernũt iuſtitiam, propterea melior eſt ſapientia cunctis opibus preciloſiſſimis, & omne deſiderabile ei comparari non poteſt, Prouerb. 8. Ideo in capitulo Cum ex eo, de electione in 6 habetur, eccleſiam literatis viris plurimum indigere, ut colligitur etiam in § r. in Aut. de ſanct. epiſcopis. nam hi ſplẽdor, & ſtellæ eccleſiæ iure optimo nuncupantur capitulo Super ſpecula, de magiſt. hinc ex mente Innocentius voluit Feli. in capitulo Nonnulli, numero 63. de reſcriptis ſuper beneficiorum pluralitate literatos diſpenſari debere, cum enim ipſi qui eccleſiæ regimini præſunt, duces ſint aliorum, ſi cæci, ac ſine doctrina eſſent, facile omnes in foueam caderent, iuxta illud euãgelicum relatum in capitulo Ideo. 37. diſtinctione vbi eſt tex. optimus, & videndus omnino. Idcirco dicitur in capitulo Conuenientibus. 1. quæſt. ſeptima non oportet nos qui epiſcopi ſumus indigere doctrina, ſed aliorũ eſſe doctores, cui accedit tex. in argumentum in l. Si quis ex argentariis. § Prętor ait, ff. de eden & in § 1 in Aut. de ſanctiſſ. epiſcopis, ibi, valde abſonum eſt illum addiſcere oportere, qui alios debet inſtruere. cum concord. per gloſ. ad idem eſt text. in capitulo Clericatus, 16. quæſt. 1. & capitulo Statuimus. 61. diſtinctione. Præterea ſi cardinales inter cauſam & cauſam iudices ſunt, vt in capitulo Per venerabilem. §. Rationibus, qui filii ſint legitimi, ergo eos ſcientia effulgere debere opus eſt confiteri, ad finẽ enim per media deuenitur, & medium recte iudicandi intelligere eſt, & in Labyrinthũ erroris incidit, qui priuſquam intelligat, animi ſui ſententiam explicat, vt in c. Sciendum. 29. diſtinctione. taleq; iudicium temerarium eſt, quod ei qui iudicat non illi, de quo temere iudicatur, nocumentũ affert. cap. temerarium. 11. queſtio. 3. poſtremo quam utilis, quamque neceſſaria ſcientia ſit, in his qui curę eccleſiæ operam nauant, habetur in capit. 1. de reliq. & uener. ſanct. in 6. vbi tex. de doctoribus eccleſię loquens hæc pulcherrime cõſcripta habet. Per ipſos quaſi luminoſas ardenteſque lucernas ſuper candelabrum in domo domini poſitas errorum tenebris profugatis totius corpus eccleſiæ tanquam ſydus irradiat matutinum. hinc Pius ij. dicere conſueuerat epiſcopum indigne promotum belluę æquiparandum eſſe, ut ait Planna in uita ipſius, & mirabilius loquuta eſt glo. in l. qui cum unu. ff. de re milit. epiſcopum indigne promotum capitis pęna dignum eſſe inquiens, quod ob id eſſe poteſt, quia ubi quis ad officium aliquod aſſumptus eſt, cum ipſe huiuſmodi electioni conſentiat, ſe eſſe idoneum atteſtari exiſtimatur, cum uero non ſit, eum ad damna reficienda, quæ ob eius imperitiam contingunt, teneri uoluit glo. not. in l. 2. ff. quod quis. iur. cui accedant not. per Dec in cap. cum in cunctis, num. 11. de elect. ubi enim aliquis adminiſtrationem aſſumpſit magnam induſtriam exigentem, eum culpæ quamuis leuiſſimæ rationem redditurum eſſe ait Bartol. in l. quod nerua. ff. de poſ. in 9. glo. citat. l. a procuratore. C. mand. hanc quoque rationem ſenſit glo. in d. l. qui cum uno, ibi, niſi epiſcopus eligatur inuitus, ſentiens ideo non inuitum teneri, quia electioni de ſe factæ conſenſit, ſed hęc hodie dicenda non ſunt; quia cum principibus inter laudem & placẽtiam eundum eſt, ut retulit Feli in cap. ſi quando, de reſcrip. Scientiam deniq; omnino in prælato exigi ex eo potiſſimum demonſtratur, quia hoc eſſe de iure diuino traditum eſt, & propterea a pont. max. illiteratum diſpenſari non poſſe docuit Innoc. in c. cum in noſtris. in prin. de for. comp cui accedit Fel. in c. ſi quando nu. 30. de reſcrip. cuius hęc ſunt uerba, illiteratos exemplo infantium, furioſorum, & ſimilium, incapaces eſſe, quod documentum non paruifaciendum eſt. Scientiam igitur in cardinalibus perquam neceſſarium eſſe dubitare non licet. Sed iam altera quoque ſuboritur queſtio, qua ſcilicet ſcientia prædíti eſſe debeant. Reſpondeo, eos utriuſque teſtamenti, necnon & ſacrorum canonum non ignaros eſſe oportere, ut habetur in cap. qui epiſcopus. 23. diſtinctio. & in cap. omnes pſallentes. 38. diſt. tradit Innocent. ubi late Abb. col. 2. & 3. loquens de epiſcopo & Dec. in cap. cum in cunctis, de electio. Et cum inter cauſam & cauſam iudices ſint d. §. rationibus, eos quoque legum nõ imperitos eſſe

debere dicendum uideretur, ut recte iudicare valeant, iuxta not. per glo. in ſum. 20. diſtinct. ſicut enim in eccleſia Dei varia & diuerſa negotia accidunt, quę a ſede apoſtolica decidẽda ſunt, ita eos quoque qui eccleſiæ præſunt decet multa didiciſſe, quia, vt diximus, neminem recte iudicare poſſe niſi re prius intellecta ſatis exploratum eſt, eos tamen ad tot ſcientias profitendas non compelli exiſtimarem, nam uel rari uel nulli tales reperirentur, ideo dicas ut paulo poſt aperietur.

Nunc autem utrum ſcientia eminentiſſima in eis requiratur, an vero mediocris ſufficiat, inueſtigandum eſt. Reſpondeo, mediocrem ſufficere, iuxta tex. in cap. Niſi. § propter defectum, de renun. & glo. in ſum. 20 diſt. & hoc colligitur in cap. cum nobis olim, cũ glo. in uerſic. literaturæ, & in uerſic. eminentis, de elect. ubi gl. eminentem ſcientiam in prælato deſiderari, mediocrem autem tolerari debere uoluit, quia ob multã ſcientiam multotiens homines intumeſcunt, ſed eius imperfectio a charitate ſupplenda eſt. ut ait tex. in d. §. propter defectum, & in d. c. Congregato, de elect. ſequitur Felin, qui etiam quę dicatur ſcientia tolerabilis declarauit in d. c. ſi quando, de preſcrip. & Dec. in cap. Cum in cunctis, de elect. quod abſque dubio verum eſſe arbitror, ut dictum eſt, alias qui tales eſſent nulli uel pauci comperirentur, quælibet enim ſcientia ad perficiendũ hominem, longiſſimum uitæ ſpatium deſideraret. ſed ars longa eſt, & uita breuis, teſte Hippocrate. Conclude igitur, Cardinales modo ſuperius tradito doctos eſſe oportere. eiuſdem ſcientiæ fuit Firma. trac. de epiſ. quæſt. 47. primæ part. ſecundi libri, ubi etiam an prælatis pœtarum lectio concedenda ſit, aliaque nonnulla ad id pertinentia conſcripſit, & inter cætera quanta in prælato ſcientia exigatur in ſuperioris arbitrio poſitum eſſe, adducit glo. in cap. eccleſia ueſtra el ſecundo de elect. cum igitur in uno tot ſcientias reperire difficilimum ſit, quæ tamen omnes ob negotiorum varietatem neceſſariæ ſunt, uite optimo concludendum putarem, cum non unus tantum, ſed multi in hunc ampliſſimum ſenatum cooperari conſueuerint, omnium prædictarum ſcientiarum ꝓfeſſores eligendos eſſe, ut ſcientiæ, quas in uno reperiri non datur, in multis inueniãtur, & hoc modo negotia quæque poſſunt recte iudicari. Verum quia omnis laus uirtutis teſte Cic. in 1. de offic. in actionibus ipſis, uſuſque & exercitatione agendi conſiſtit, & quia parum eſſet ſcientiis effulgere, niſi eis ad Dei gloriam u creremur, ut habetur ex his, quæ inquit Dominus Moyſi. Prouide autem de omni plebe uiros ſapientes, & timentes Deum &c ſic & Chriſtum priuſquam Petrũ ponti. eligeret interrogaſſe legimus, eiq; dixiſſe, Petre amas me ioſtendens Deum prius a quocunque diligi oportere, antequam ad ſacerdotalia munera promoueatur, Dixit etiam Apoſtolis, ſint lucernæ ardentes in manibus veſtris Luc. 12. quaſi ut in eorum manibus lucernæ operum bonorum conſpiciendæ ſint, quibus mundum illuſtrent, ac ſui exemplo alios ad bene beateque uiuendum inuitent, ideo uitæ debẽt eſſe irreprehenſibilis, ut candida ueſtis qua utuntur indicat puritatem & innocentiam præferres ut per Rom. in conſil. ultimo. debent etiam ardentes in fide & parati, ſi opus eſſet martirii ſubire ſupplicium, ut pileus ruber, ſanguineuſque oſtendit, ita Rom. eo conſ. qui quidem pileus ruber una cum veſte, quæ uulgo cappa nuncupatur, cardinalibus a Bonifacio. V I I I. traditus eſt, vt in cronicis Martini legitur. debent etiam meminiſſe, quo maiorem nacti ſunt dignitatem, ſe & magis errata quam cæteri inferiores, & grauius eſſe puniendos. l. Quædam delicta. ff. de pœn. l. presbyteri. C. de epiſco. & cler. tex. eſt not. in capitulo illud. 8. quæſt. prima. aliorum. 93 quæſt. 3. & hoc dicit Hoſt. in ſumm. in tit. de pœnit. & remiſſ. uerſic. cui cardinales, ubi id uerum eſſe atteſtatur, exemplo Adæ, qui quanto fuit Deo propinquior tãto magis deliquit, capitulo conſiderer, de pœnit. diſtinct. quinta, & exemplo luciferi. c. principiũ, de pœ. di. 2. Vnde ſatyricũ illud, omne animi uitium tanto conſpectius in ſe crimẽ habet, quanto maior qui peccat habetur. ratione enim mali exempli ꝙ a maioribus trahitur, leges hoc ſtatuere. cap. cum quidam, de iureiur. Hinc oriuntur hæreſes pp uitia eorum, qui præſunt loco quem elegit dominus, hinc procellæ inſurgunt, quę nauiculam Petri exagitant, ac fere ſubmergunt. caueãt igitur cardinales dicit Hoſt. in d. loco ne ſint dracones ſtantes iuxta arcã Domini. c. legantur epiſcopi. 37. diſt. caueant ne ſint nebulæ, & nubes ſine aqua deuotionis lachrimarum, turbinibus demonum agitatę, caueant & ab aliis, ut per Hoſtien. ibi quæ breuitatis gratia relinquuntur, caueant addo ego, ne ipſis contraria operantibus accidat id, quod Petro de piperno. S. Mariæ nouę cardinali contigiſſe legitur. retulit enim Dom. poſt Paul. in capitulo præſenti, de offic. delegat. in ſexto. ubi gloſ. dicti Petri meminit, retulit inquam hunc delitiis & indulgentia fortunæ luxuriãtem, ac uitiis deditum dum in eccleſia Chriſti ſacratiſſimum corpus adoraret, omnibus uidẽtibus a dęmone interfectum fuiſſe. Caueant igitur huius temporis antiſtites maximi, ne vitæ ſint reprehenſibilis, ſed die noctuque virtutibus alios inſtruere non deſinant, vt per Hoſt. de pœnit. & remiſſ. nam teſte Seneca, magna miſeria eſt neſcire & nolle diſcere, maior ſcire, & nolle docere, maxima docere & nolle operari. hinc quidam ſuper Mat. in ſi. terra multis plena miraculis, vbi fidelium credulitas plus actibus quã lectionibus eruditur. Et Hieronymus ad Fabiola, prius faciamus, & ſic doceamus, ne doctrinæ authoritas caſſis operibus deſtruatur. & ad Nepotianum, non confundant opera ſermonem tuum, ne, dum in eccleſia loqueris, tacitus tibi quiſpiam dicat, cur hæc quæ dicis, ipſe non facis? Qui igitur fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum, Matthæ. quinto. propterea dicit tex. not. in capitulo Multi. 11. diſtinctione. Multi ſunt ſacerdotes, & pauci ſacerdotes, multi nomine, & pauci re. videte ergo fratres &c. & ibi, in iudicio enim ſuo ſedet, ſiquidem bene vixerit, & docuerit, populum inſtruit Si aũt male vixerit, Deum inſtruit, quomodo ab ipſo condemnari debeat, Deteſtandi ſunt igitur cardinales, qui hanc dignitatem affectant, vt præſint, non vt proſint eccleſię, contra. c. Qui epiſcopatum. 8. q. 1. ideo tex. not. in cap. Illud, ead. q. valde illos deteſtatur, qui ad tam ſublimes gradus aſſumpti intumeſcunt, ſe non diſpenſationem Chriſti, ſed imperium conſequutos eſſe arbitrantes, omnis enim dignitas eccleſiaſtica primum oneris eſt, nõ honoris. d. capit. Qui epiſcopatum. 8. quæſt. 1. Ideo Chriſtum Petro, dum illum vicarium ſuum conſtitueret, dixiſſe nouimus. Paſce oues meas. capit. Significaſti, de elect. & ſic viſum fuiſſe verbis laborem, non ſuperbiã indicantibus, ita inquit Abbas in capitulo Mandata, de præſump. Caueant igitur potiſſimum religioſi ne principatus vt eccleſiæ præſint, quã vt ei proſint, cardinalatum deſiderent, quia votum ſuum frãgerent, iuxta gloſ. in c. Monachi vagantes. 16. q. 1. cardinales igitur doctos, ſapientes, Deum timentes, iure deſideramus, dicoq; eos illis. 14. qualitatibus decoratos eſſe oportere, quæ ab apoſtolo exigũtur, de quibus habetur in §. primo in Aut. Quomo opor. epiſ. & in capitulo Qui epiſcopus. 23 diſtinctione. quas hic diſtincte ponere nõ curauimus, quia omnes ſub ſcientia & conſcientia continentur, excepta tamen Bigamia, inter illas enim qualitates ait Apoſtolus epiſcopum vnius uxoris uirum eſſe debere, quare hic opportune huiuſmodi quæſtio ſubiungi poteſt.

Obiter igitur videamus, nũquid bigamus a papa ad ſacros ordines admitti poſſit. Breuiter reſpondeo in hoc ſcribentium ſententias variaſſe, quidam enim non poſſe reſponderunt, alii in bigamo iam promoto id fieri poſſe, in promouendo autem non poſſe voluerunt. c. quicunq;. 1. diſt. & propterea inquit Bal. in c. At ſi clerici, de iudi. hac de cauſa Io. de lign. ad cardinalatus dignitatem euectum non fuiſſe. A plurimis aũt in hanc ſententiam itum eſt, id quidem abſolutæ pontificis poteſtati licere, non niſi tñ magna de cauſa fieri debere, ſm̃ Beat. Tho. in 4. ſentẽ. cuius opinio eſt amplectanda, teſte Albe. in ſuo dict. in verſi. bigamia, accedit Innoc. in cap. 1. De bigam. ubi pontificem Max. in adminiſtratione, apoſtolo maiorem eſſe tradidit. idẽ voluit Petrus de Anch. in conſilio 184. incip. Circa bigamos, cum his faciunt no. per Moder. in monarchia. in quęſt. de bigamo, vbi & bigamiam, & quaſcunque alias irregularitates de iure poſitiuo eſſe, ait, adducit Innoc. in c. Niſi cũ pridẽ. §. Propter irregularitatem, de renunc. & Moder. in c. Si celebrat. de clerico excõ. adde ui idẽ voluiſſe card. in cle. in 16. quæſt. idne de homi. Si igitur de iure poſitiuo eſt, ergo ad illam pontificia manus extenditur. Subdit Moder. Aret. papam ad ſacros ordines bigamum admittendo contra ſanctionem apoſtoli non agere, quia apoſtolus non diſpenſari, ſed cum ordinari prohibuit. Hæc igitur vera & communis concluſio eſt, hoc ſupremæ pontificis poteſtati nullo modo prohiberi, licet ab eccleſia fieri non conſueuerit, vt concludũt Dñi de Rota in deciſ. 447. I no. vbi multa ad id hãc facientia reperiunt. videas & late in c. Quicunque & in c. Lector. 1. di. vbi Archi. & Petr. de Anch. in d. conſ. incip. circa bigamos, & Moder. Aret. in d. loco, licet & ipſe, cum eſſet bigamus, cardinalatum conſequi non potuerit, qui ab Eugenio. 4. quem in concilio Baſilienſi ſpe huius dignitatis ſibi promiſſę defenderat, fuit deluſus, nec ei authoritates & iura antedicta profuere, quæ pontifici bigamiam obiicienti adduxit, ita retulit Firma. in tract. de epiſ. in 1. par. 2. libri. q. 25. vbi quampluri ma de bigamiæ materia conſcripſit, & inter alia, rationem quare bigamus nõ promoueatur, eſſe, quia cæteros ad viduitatem hortari nõ auderet, ſimiliter & quæ amplius virgo nõ eſt, quia ad virginitatem alias hortari non poteſt, In Abbatiſſam non eſt eligenda, iuxta glo. in cap. Iuuenculas. 20. q. 1. & in Clem en. Attendentes. §. Statuimus, de ſtat. monach. & nihilominus eam ad gradum hunc Summo pont. annuente

ad-

admitti non incogniti iuris eſt, ut per card. & Dec. in cap. penult. num. 5. de proba. quapropter idem & de bigamo dicendum uidetur. Et quare bigamus ordinari prohibeatur, tres aliæ rationes inſuper adducuntur per Hoſt. in ſum. de temp. ord. §. & cui, verſ. quare autem, & Alb. in d. in uerſ. bigamia. alia quoque ad rem propoſitam attinentia tradit Felin. remiſſiue in c. quę in eccleſiarum. col. 6. de conſtit. conſimilis ſcribentium reperitur concluſio, dum an ad cardinalatum non legitimus extolli poſſit, ambigunt, & concluditur id a papa fieri poſſe, ſed conſuetum non eſſe, Abb. in capit dilectus. de excel. præla. Firm. in d. tract. de epiſc. q. 46. uer. ult. ſcire debes, in 1. par. ſecundi lib. & Mar. Laud. in 1. tract. de cardin. quæſt. 40. ubi ſubiunxit ueniam hanc ſummo pontif. ad quaſcunque dignitates uſque ad cardinalatum non legitimo conceſſam, cardinalatum attamen non includere. hinc D. Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in 1. par. num. 89. atteſtatur, dum ipſe in rota ius diceret, ſibi Pau. II. pontificem maximum dixiſſe, ab huiuſmodi labe cęteri cardinalium eſſe immunem, aliaſque Eugenium. iiij. ſpurium quendam ad cardinalatus apicem extuliſſe, qui antequam galerum acciperet ab humanis diuinitus fere fuit exemptus. Ad primum igitur inſtitutum redeundo, quia hæc de bigamo & non legitimo caſu tacta fuere, repeto in cardinalibus duplex illud, ſal ſcientiæ, uidelicet & conſcientiæ a legibus deſiderari, nam ut inquit Bal. in l. 1. ff. de officio præfec. præt. in cardinalibus eligendis quatuor præcipua eſſe debent, induſtria ſingularis, explorata fides, morum maxima grauitas, & ſapientia, hæc ille. hi enim uere cardinalium nomine digni ſunt, & qui his uirtutibus ornantur, debent a pontificibus in hunc ampliſſimum ſenatum cooptari. Hęc etenim peragētes, laude maxima digni efficiuntur. Hac ratione motus Innoc. iiij. ac bono ꝯſilio uſus uacuas ſedes optimo quoq; inter patres annumerato repleuit, ſtatuitque, ut quando cardinales equo inſidentes in publicum prodirent, rubro galero uterentur honeſtandi ordinis cauſa, ut uidere eſt in uita d. Innocent. apud Platinam. Sic Gregorium X. papam ſanctiſs. qui fuit author capituli, ubi periculum de elect. in 6. inter multa egregia, potiſſimum in eo ualde commendatum fuiſſe nouimus, quod quinque uiros ſummopere commēdabiles ad cardinalatus dignitatem euexit. Hæc eadem & longe maiora de ſanctiſs. papa noſtro Paulo iij ab omnibus prædicanda eſſent, quem nos ante actis ſœculis fœliciores, tot aliis grauiſſimis patribus, tot ſummę integritatis ac ſapientiæ uiros adiunxiſſe uidimus, uiros inquam tales quales ſuperius deſiderauimus, uoluit enim ſuo diuino prope iudicio ita homines ab hominibus ſeligere, ut granum a paleis ſegregari ſolet. quo fit ut iure optimo piſcator hominum appellari mereatur. Quapropter huius ætatis ſcriptores munificentiam hanc atque hunc tanti præſulis animi candorem ad uirtutis gloriam, ad huius ſœculi ornamentum, & ad Pauli iij teſtimonium perpetua ueneratione, ac indefeſſo præconio celebrare deberēt. nam æquū eſt ut hæc tam præclara geſta nulla temporum uetuſtate deleantur. Quis enim eſt qui tanto præſuli ſe magnopere deuinctum eſſe non fateatur? Cum fidelium curæ tam præclaros ac uigilantes præſules præpoſuerit? ſic eccleſia optime gubernabitur, ſic nauicula Petri non fluctuabit, ſic lutheranis iniqua latrantibus ora obturabuntur, ſic denique reipub. Chriſtianæ iamdiu (proh dolor) ęgrotanti ſanitas afferetur, quia teſte Salo. multitudo ſapiētum ſanitas eſt orbis terrarum. Non omitto ſi uirtutibus pręditi huiuſmodi honoribus illuſtrentur, futurum ut eorum exemplo cęteri quoque ad amplectandas uirtutes incitentur. Hęc autem legalis ſapientię pręcipua eſt intentio, iuxta l. 1. cum ibi traditis. ff. de iuſt. & iur. Bonis igitur pręmia ampla tribuenda eſſe iura tradiderunt, non tantum ut ipſi laborum ſuorum pręmia conſequantur, uerum etiam ut hoc aliis inuitamento ſit, quorum animi tanta ſpē accenſi ad uirtutem ardentius erigantur. pulcher text. in l. & virtutum. C. de ſtat. & imag. cum concordantibus quæ in propoſito adducuntur per Socin. in conſil. 84. in tertio uolum. cui accedit gloſ. not. in capit. de multa, in verſic. literat. de præben in memoria æterna erit iuſtus Paulus iij. pontifi. uere max. qui tam honeſtum & amplum uirtuti locum eſſe uoluit, & gregi ſibi commiſſo ſolertes adeo egregioſq; cuſtodes pręfecit.

Quæſt. IX.

Planum quoque hic faciamus, quales circa regimen eccleſię purpurati patres eſſe debeant. Reſpondeo, cum ſint mundi luminaria, & gubernatores, debent cum ſummo pontifice ab uno & eodem ſpiritu gubernari, cū enim (ut ſupra diximus) vnum & idem corpus cum eo cenſeantur, omnes quoque in his, quæ honori & utilitati eccleſiæ ſunt unanimes eſſe debere, ait tex. not. in cap. de neptis. 31. quæſt. 2. Contra. nam diſputando & opponendo veritas melius inuenitur, ac ueritas, ſæpius exagitata clarius ſplendeſcit, Spec. in tit. de aduoc. §. 3. uer. porro, quę quidem ueritas finis eſt iuſtitiæ. l. cos. §. 1. C. de appell. diſputatio igitur concedenda uideretur etiam in his, quæ bona ſunt, ut meliora inueniantur. Reſponderem huiuſmodi conflictum ad hunc finem unitati nihil obeſſe quinimmo ad euitandam ueritatem laudanda eſt diſceptatio, qua demum reperta in iudicando debent eam concorditer amplexari. valde enim diligit dominus unitatem, quia per eam Dei ſimilitudo repreſentatur, ut ſint a Deo omnia per creationem, ſicut omnia ſunt ab uno homine per propagationem. c. hæc imago. 33. quæſt. ult. Rurſus & per vnitatem principium naturæ oſtenditur, quia omnes ab uno deſcendimus, uidelicet ab Adam, nō enim duos creauit uiros Dominus, uolens unitatem indicare, ut inquit tex. in cap. fi. 33. quæſt. ult. Per unitatem etiam naſcentis eccleſiæ originalis inſtitutio demonſtratur, quia Chriſtum Petro dixiſſe nō ignoramus, tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, uolens a Petro exordium proficiſci, ut eccleſia Chriſti una monſtraretur, ut in cap. loquitur 24. quæſt. 1. ubi tex. quoque ſubiungit unitatem ab eis præcipue amplectendam eſſe, qui eccleſiæ præſunt, quam qui derelinquunt hoſtes eccleſiæ, & ab ea alieni eſſe dicuntur. cap. alienus. 24. q. 1. quia cum per unitatem eccleſia repreſentetur, una enim eſt columba mea, Cant. 6. illi qui extra vnitatem ſunt, extra eccleſiam etiam commorantur, nec aliter eis dominum poteſtatem cernimus tradidiſſe, vt ab eo non obſcure fuit oſtenſum, quando eis poteſtatem traditurus per illa verba, quorumcunque remiſeritis peccata &c. prius dixiſſe uoluit, accipite Spiritum ſanctum, ſignificans illos poteſtate carere, q Spiritum ſanctum non habent, qui in vnitate eſt, ut ait text. not. in cap. audiuimus. 24. quæſt. 1. Propterea non niſi congregatis in unum dixit, accipite Spiritum ſanctum, & non niſi ſuper cōgregatos in unum deſcendit Spiritus ſanctus in die pentecoſtes, indicans unitatem, qua fidelium corda indiſſolubili quodam uinculo debent annecti, & eorum præcipue, qui eccleſiæ præfecti ſunt, ut in d. cap. audiuimus, unanimitati enim non multitudini plurimum tribuit Deus. Verū quia longū eſſet recēſere oīa quæ de unitate dici poſſent, ideo ex prædictis ꝯclō ſit, cardinales cū apoſtolorū uicib. fungant (vt iam ſæpe diximus) vnitatē amplecti debere, quā eis totiens Dominum præcepiſſe nouimus, alias recte eccleſiā regere non poſſent, cum extra vnitatem gratia Dei haberi nequeat. cap. Multæ. 1. q. 1. cardinaleſque ab obedientia Summi pont: niſi hæreticus foret diſcedere non debent, vt Feli. docuit in c. Si quādo. nu. 19. de reſcrip. adducit glo. in c. Anaſtaſius. 19. diſt. Verum quia diximus eos cum Summo pont. in his quæ ad eccleſię vtilitatē pertinent vnanimes eſſe oportere, non ab re erit ſi ad hanc etiam quęſtionem diſcutiendā paulum digradiamur:

Quæſt. X.

Quærendum igitur eſt, quid ſi in conſiſtorio aliqua proponātur, quę vel contra honorem, vel contra bonum eccleſiæ uideantur vtrum card. ſine peccato tacere valeat. Prima facie eum poſſe, videretur præſertim quando maiori fratrum parti contraria ſententia placuiſſet. Nam præcipuum onus illius qui eccleſiæ curę inuigilat, id eſt, vt ei ꝓdeſſe valeat, & proſit. c. Qui epiſcopatum 8. q. 1. ſed in vniuerſitate, qđ a maiori parte amplectitur, pręferri iura uoluere. l. quod maior. ff. ad municip. cum ſim. tex. iunc. glo. in cap. apoſtolica. 56. diſtinct. cum igitur cardinalis ſe aduerſus maioris partis ſuffragia prodeſſe non poſſe cōpertum habeat, cōſequenter quoq; ſi taceat errare non uidetur, iuxta l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. & cap. cum ceſſante, de appel. accedit illud ſaluſtii, fruſtra niti, & odium quærere dementia magna eſt, alia quoque de cauſa is excuſatione dignus uideretur, nam illa opinio, quæ a plurimis approbatur, longe melior iudicanda eſt, licet ipſi iniuſta eſſe uideatur. cap. prudentiam. de off. deleg. cum concordant. ibi per glo. adduc. Tertio aduertendum eſt libere loquentē ſæpenumero non ſine odio animi ſui ſententiam explicare, quapropter ſalrem eo caſu tacentem redargui non poſſe uiderer, iuxta illud, veritas odiū parit. Contrariū uerius eſt, cardinales. ſ. ſemper & quocunque caſu ueritatem profiteri debere, eoſque citra peccatum, quod pro ueritate ſentiunt, tacere non poſſe, id probatur primo per ea, quæ dixit Dominus Moyſi Exod. 18. Prouide de omni plebe uiros ſapientes, timentes Deum, in quibus ſit ueritas. & Zach. 8. veritatē diligite &c. qui enim amat aliud pluſquam Deum, qui eſt ipſa ueritas, non eſt dignus Deo. Matth. 11. Secundo hoc probatur per tex. in ſæpe citato. cap. per venerabilem. §. rationibus. qui filii ſint legit. ubi exponens textus verba Deute. ait, per ſacerdotes leuiticos pontificis coadiutores ſignificari,

qui

qui ſunt cardinales, iuxta commu.opin. de qua ſuperius dictum eſt. Dixit igitur Dominus, ueniens ad ſacerdotes leuitici generis, ipſi enim iudicabũt tibi iudicium ueritatis. Si igitur Deus eis pręferendę ueritatis onus iniunxit, quomodo eam ſilendo iudicare poſſint non uideo, hinc tex. in cap. fundamenta. §. decet. de elec. in 6. cardinales, inquit, ob ſacerdotale officium debere ſummo pontif. libera proferre conſilia. prçlatos enim veritatem loquentes Deo & pontifi. placere ait glo. in l. puniti. C. ſi contra ius uel util. publ. & alia gloſ. in cap. ſi papa. 40. diſtinct. in prælato taciturnitas eſt mortalis, a qua non ſunt aliena quę habentur paralip. c. 29. Nolite negligere, uos enim elegit Dominus, ut ſtetis coram eo pro ſalute populorum. Hinc etiam dominus per prophetam eos, qui tacent increpat dicens. Non aſcendiſtis ex aduerſo, neq; oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael, ut ſtaretis in prælio in die Domini. Et alibi per Eſaiam ait, clama ne ceſſes. Tertio iſta concluſio duabus rationibus corroboratur, quarum prima eſt, quia cardinalis officium eſt, ut pro ueritate libere loquatur. dic. §. decet, pręconis enim officium ſuſcipit, qui ad ſacerdotium promouetur. c. ſit rector. 43. diſtinc. hoc autem pręcipue de cardinalibus eſt dicendum, quibus potiſſimum proferendæ ueritatis onus iniunctum eſſe vidimus. §. rationibus, quo fit ut ipſi officium illud ſuſcipiendo, conſequenter etiam ſubeant onus eidem annexum, verum qui atteſtandi ueritatem onus aſſumpſit, pariter proditor ueritatis appellari meretur, ſi eam libere non pronunciat, ac ſi mendacium loqueretur. capit. nolite timere. 11. quæſtio. 3. ſimilis Alex. ſententia eſt de teſte loquẽs quæ communi aliorum accedit opin. in l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. ubi teſtem, qui ueritatem tacuit, aut falſum atteſtatus eſt, pari pœna puniendum eſſe tradidit. citat text. expreſſum in c. 1. de crim. fal. ad idem eſt. capit. quiſquis metu. 9. quæſt. 3. vbi text. ideo in utroque caſu æqualem pœnam imponendam eſſe ait, quia ille, qui mendacium protulit uult nocere. & is qui ueritatem non dixit, prodeſſe negligit. hæc autem duo æquiparantur, & caſus hic ab illa regula eſt exceptus, quæ per glo. traditur in l. mota. ff. ſolu. matr. dum grauius eſſe delictum in committendo, quam in omittendo, perhibet, hoc autem ob reuerentiam veritatis euenit, quæ ante omnia eſt amanda. l. 1. C. de dedit. liber. toll. l. cum ita legatum, de condit. & demonſtr. Nunc altera eſt ratio, quia qui de collegio ſunt, in his quæ ad uniuerſale commodum pertinent, ex ui officii ſui tacere non poſſunt, argumen. capitu. 1. de his quæ. fiunt a maior. par. cap. uerum ſi is qui loqui tenetur, ſileat, in ſui præiudicium cõſentire cenſetur. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de inter. act. cap. poſt. præſtitum, de conſtit. in 6. & ita hac ratione motus dixit Abb. poſt Innocen. in d. cap. 1. ubi quemlibet de collegio ad libere loquendum cogi docuerunt, & totis uiribus reſiſtere, ſi quicquam aduerſus honorem vel capituli utilitatem pertractaretur, aliter eum grauiter errare, & licet de collegio ſimplici loquantur, idem tamen & multo etiam magis de hoc ſacro ſenatu reſpõdendum eſt, cum longe maioris ponderis ſit aliis collegiis inferioribus, quia minus peccatum, & minor pœna maior eſt in maiore ait gl. in c. 2. in ver. ſacerdotalę, de off. deleg. in 6. & prædicta, quæ per Inno. & Abb. in d. cap. 1. tradita ſunt, ſequutus eſt Abbas etiam in cap. continebatur, eodem tit. in capit. dilectus, el ſecundo, de ſimo. in cap. veſtra, de locat. & in cap. in cauſis. de elect. poſſent quoque uideri ea, quæ ad rem hanc facientia poſuit Bartol. in tract. repreſ. cum prædictis faciunt not. per Iaſ. in l. 1. colum. ſiu. ff. de off. aſſeſſ. & per Alexand. in conſil. 49. in 1. uolum. vbi vult ſocium a periculo & damno contingente conſocio ſuo, ad quod alias teneretur non teneri, ſi eum prius ne ad locum illum accederet, admonuiſſet. Non prætermitto illa ponderanda, de quibus Oſee. 4. non eſt ueritas, neque miſericordia, neque ſcientia Dei in terra, maledictio & mendacium inundauerunt, propterea lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea. Tenentur igitur ſupremi antiſtites omnino libere loqui, cum ueritatem abſque peccati macula tacere non queant. Pro qua concluſione non ineleganter adduci poſſent not. per Feli. in cap. cum omnes. num. 16. de conſtit. Non obſt. illud quod primo diximus, uidelicet quando maior collegii pars contrarium approbat, cardinalem, quia eo caſu uana eius futura eſſet oratio, tacere poſſe, quia reſpondeo eum omnino confidere debere ſe inuictam ueritatem proferentem alios quoque in ſuam ſententiam adducturum, argum. l. ſi in tres. ff. de arbi. veritas enim omnia uincit. cap. conſuetudo. 8. diſtinct. & labium ueritatis firmum erit in perpetuũ, prouer. 12. tranſumptiue in cap. qui ambulat. 5. q. 5. & ſemper ueritati locum eſſe ait iuriſconſ. in l. ſi ff. de probat. qui autem ueritati innititur, ei Deus qui eſt ipſa ueritas, auxilio eſt, & ſi Deus pro eo, quis contra eum? hinc ueritatem uulnerari poſſe, occidi autem non poſſe dici ſolitum eſt. Ad ſecundum argumentum diſtinguendo reſpondetur, aut maior pars in notorium eccleſiæ damnum conſentit, & tunc Cardinalem nullo modo tacere poſſe nõ in cogniti iuris eſt teſte, Bart. ĩ dicto trac. repręſ. & aliis quos ſuperius adduximus, aut caſus dubius eſt. quia in damnum eccleſiæ cedere poteſt, & econtra, & tunc quoque eum tacere non poſſe, quod ipſe in gregis utilitatẽ tendere arbitratur, concludendum eſt, quoniam ab eo eiuſmodi ratio audiri poſſet, qua cęteri ſtatim a ſuis ſententiis remouerentur, nõ nego tamen quando caſus ambiguus eſt, & ipſe iam animi ſui ſententiam declarauit, quin tunc ſi maior pars contrarium uti melius amplectatur, ipſe quoq; ei adhærere debeat, cum ſe potius ac facilius quam tot alios decipi poſſe uerilimile ſit, illud enim, vt prędictum eſt, ſanius iudicium cenſetur, quod a pluribus approbatur. d. cap. prudentiam. Salua igitur conſcientia tacere non poteſt. Ad id quod tertio loco adducebatur de periculo q̃nque libere loquentibus imminente reſpondeo per tex. in cap. nolite timere. 11. quęſt. ſecunda. ubi ait, nolite timere illos, qui occipunt corpus, ne forte timore mortis perterriti, libere non dicatis &c. Ad idem eſt tex. in not. in cap. Quiſquis metu, ea. ca. & quæſ. quiſquis metu cuiuslibet poteſtatis ueritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat, magis enim timet hominẽ quam Deum. hinc dixit Chriſtus, qui amat aliud pluſquam me, non eſt me dignus, Matth. 10 non omitto illud Matth. 5. tranſumptiue in capitulo A recta 24 quæſt. prima. Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiã. potius enim ſcandalum quodcunque tolerari debet, quam quod ueritas, relinquatur, ut dicitur in cap. Qui ſcandalizauerit, de regu. iur. & pro ueritate ſupplicium pati melius eſt quam pro adulatione beneficium adipiſci. capit. Nemo peritorum. 11. quæſt. 3. concluſum igitur eſt cardinales ſine peccato in tali caſu tacere non poſſe. Ex hoc infero cardinales, ſi recta conſilia Sũmo pontifici non dederint, ad omne damnum teneri, quod ab eorum conſilio progignitur, teſte Innocen. in capit. ſicut dignum, de homi. ubi Abb. hoc eſſe contra conſiliarios principum, qui male conſulunt, atteſtatur, accedit Felin. in capi. primo. de offic. deleg & l. quoniam iudices, & ibi Bald. C. de appel. ex hoc in cap. Tanta 86. diſtinctione male conſulentem pœnas dediſſe cernimus, & econtra recte conſulentem & pręſentis uitæ ſubſidium, & ęternæ remunerationis præmia conſequi ſtatutum eſt, in cap. Bonæ 10. quæſt. ſecunda; hinc dixit Bart. in tract. repræſ. in 6. quæſt. contra conſiliarios male conſulentes repreſalias poſſe concedi. Inſuper in his, terminis fortaſſe illa diſtinctio adhiberi poſſet, an ille uidelicet cui conſilium datur, alias etiam id facturus eſſet, vel ne, ut latius de aſſeſſ. perhibetur per doct. in l. ſecunda. ff. Quod quiſ. iur. & latiſſime per Dec. in cap. primo. colum. 5. ad ſi. verſic. in ſecundo membro de offic. deleg. ubi multa alia in materia conſilii competiuntur, quando quis ſcilicet ob id teneatur, & per Felin. in cap. Quia uero. colum. ſecunda. de offi. deleg. Poſſet etiam hic non ab re ſubiungi, nunquid ad cõſiſtorium cardinalis accedere teneatur, quando certior factus eſt in eo cauſam notorie iniuſtam pertractandam eſſe, & negatiue reſpondendum uideretur per not. per Innocen. Abb. & Felin. in cap. Quod ſuper his, in princ. de maior. & obed. ubi in his, qui ad Synodum Epiſcopalem uocantur, ſimilis concluſio reperitur, Veruntamen ego prædicta tutiora eſſe arbitrarer, uidelicet immo cardinales accedere debere, & ea quę iniuſte ibi proponuntur, impugnare, niſi talis ſit, quod etiam ſi adeſſet, ea redarguere nõ auderet, tunc etenim deciſio memoratorum ſcribentium fortaſſe potior eſſet, quam ita etiã ex mente Innocen. Felin. uidetur intellexiſſe in d. cap. Quod ſuper his. Neſcio tamen an ob hoc a peccato excuſaretur, q; ut ſuperius docuimus, quando quis cardinalatum ſuſcipit, onus etiam eidem annexum ſuſcepiſſe certum eſt, quod in proferenda ueritate conſiſtere nouimus, minus tamen eum peccare iudicauerim, qui non audens contradicere non accederet, quam ſi pręſens taceret, quia illo caſu illicitæ rei cõſentire uideretur, poſtremo non omitto cardinales non minus ad tacenda eccleſiæ, arcana, quam ad dicendam ueritatem obligatos eſſe, nam in rebus magnis adminiſtrandis iureconſulti adeo neceſſiariam eſſe taciturnitatẽ exiſtimarunt ut conſiliorum principis renunciatores transfugis æquiparauerint, eoſque horrendæ mortis pœna dignos eſſe arbitrati ſint. l. Si quis aliquid ex metallo. ff. de pœ. hinc Valerius Max. in libro. 2. de inſtitu. antiquis ait, quod Romani adeo magna charitate patriæ tenebantur, ut arcana conſilia. centum patrum multis ſæculis nullus Senator enunciauerit, ut credi poſſet, quod tam multorum auribus commiſſum fuerat, nõ unum ſed neminem audiuiſſe. facit. cap. Qui ambulat. quinta quęſtione quinta. propterea Beat. Antonin in 3. part. ſuæ ſummę, tit. 21. capitulo ſecundo. §. ſecundo, dixit, Eccleſiam, Alemanos ad cardinalatum aſſumere non conſueuiſſe, ne ſecreta eccleſiæ Imperatori aperirent, ſed quicquid de hoc

ſit,

ſit, nam in quacunque prouincia & boni & mali homines reperiuntur, ſatis eſt cardinales ad tacenda ſecreta omnino aſtrictos eſſe. hoc enim de iure naturali eſſe docuit Socin. in conſil. 102. in 4. uolum. iuri autem naturali quoſcunque ſuppoſitos eſſe non incognitum eſt. Poſtquam uidimus quales eſſe debeant cardinales circa mores, & circa uniuerſalis eccleſiæ regimen, operæprecium eſſe arbitror, ſubſequenter etiam uidere quales circa ponr. electionem. Verum quia nimis lata & prægnans eſſet iſta quæſtio, id eo ut diſtincte quantum fieri poteſt procedamus, eam in plures partes diuidendam cenſui. Et primo uidendum erit, nunquid cardinales ſemper talem eligendi facultatem habuerint.

Qualis ſit pontif. eligendus.

Incidenter, quis ſit potius eligēdus, an ille qui ſemper fuit bonus, an ille, qui de malo bonus effectus eſt.

Quia per c. vbi periculum, diſponitur, cardinales abſentes per 10. dies expectandos eſſe, vtrū ſint expectandi, etiam ſi eorum aduentus nulla ſit ſpes.

Quid ſi fiat electio infra 10. dies quando adeſt ſpes aduentus eorum, vtrum electio irrita ſit.

Nunquid papæ opponi poſſit ipſius electionem ſimoniacam fuiſſe.

Nunquid opponi poſſit electionē fuiſſe per metum factā.

Quia per c. licet, diſponitur, in tali electione duas ex trib. partes concordes eſſe debere, utrū in numero iſtorum computandi ſint etiam, qui cardinales tantum pronuntiati fuere, nondum tamen inſignia habuere.

An in uocib. duarum partium computāda ſit vox electi.

Vtrum cardinalis iuſto impedimēto detentus uices ſuas alteri delegare ualeat.

Quem modum ſeruare debeant cardinales in electione ſummi pontif.

Vtrum cardinales poſſint conuenire inter ſe vt electio facta a maiori parte ualida ſit.

Vnde hoc ꝙ cardinales poteſtatem non habeant pontificalem, & tamen illam in electum a ſe transferunt, contra reg. nemo plus. de reg. iur.

Vtrum ſi unus cardinalis tantum præſens reperiatur, poſſit ſolus eligere pontif.

Nunquid iſte ſolus poſſit ſe ipſum eligere.

Si cardinales omnes deficerent, ad quem electio pontif. pertineret.

Quid ſi cardinales in eligendo ſummum paſtorem negligentes eſſent, fortaſſe quia nollent ingredi conclaue, vel ingreſſi exirent diſcordes.

Quid ſi omnes exirent, & aliqui vel unus tm̄ reuertitur.

Quid ſi pars eorum exeat, utrum poſſit compelli ad redeundum.

Quid ſi electio fieret in alia urbe quam Romæ.

Nunquid cardinales viuente adhuc pontif. poſſint de ſucceſſore tractare.

Nunquid papa ſuper noui pontif. electione nouam poſſit condere conſtitutionem.

Vtrum papa ſibi ſucceſſorem eligere poſſit.

Vtrum papa facultatem eligendi ſibi ſucceſſorem alteri concedere poſſit.

Vtrum concilium poſſit iſtam eligendi facultatem cardinalibus auferre.

Quid ſi concilium deponat papam, utrum poſſit alium eligere reluctantibus cardinalibus.

Quid ſi cardinales exiſtentes in conclaui accedente eorum iuramento ſtatuant vt futurus pont. ſine conſenſu omnium cardinalium quicquam agere nequeat.

Quid ſi duo reperiantur electi a duab. partibus, quod poſſibile eſt, ut ibi declarabitur.

Poſtremo utrum papa poſſit eligi ſorte.

Redeundo igitur ad primam huius materiæ quæſtionem & a numero præcedentium non recedendo.

Quæſt. XI.

Deinceps quæro, quales in ſummi pontifi. electione cardinales eſſe debeant. Ne illotis, ut ita dixerim, manibus materiam hanc protinus ingrediamur, haud ingratum fore arbitrabimur, ſi in primis uiderimus, utrum. ſ. hanc eligendi poteſtatem ſemper habuerint. Dico igitur cardinales eam ſemper non habuiſſe, olim enim huiuſmodi electio a clero populoque Rom. electionum aliorum pont. inferiorum exemplo, fieri conſueuit. cap. cum plebs. & cap. lectis. 63. diſtinct. cap. in nomine Domini. 23. diſtinctio. ibi. a catolicis atque laicis &c. quod ſane intelligendum eſt, talem uidelicet electionem a clero, populoque conſentiente, non eligente, fieri conſueuiſſe. capit. Noſce, in fi. & §. Electiones. 63. diſtinc. verſic. Sed qđ populus. Poſtea vero Adrianum pont. Maximum facultatē hanc ſacro approbante concilio, Carolo Francorum Regi, Imperatorique dediſſe nouimus. c. Adrianus. 63. diſtinc. quā progreſſu temporis Leo. viij. Ottoni primo imperatori ſeu Alemaniæ Regi confirmauit, ut habetur i ca. In Synodo. 63. diſtinct. Hæc autem fuere ob ſchiſmaticos & hæreticos, qui Summos Præſules acriter adeo perſequebantur, vt tota eccleſia ſubuerteretur. quapropter eccleſiæ tunc rectores animaduerterunt, ſi facultas eligendi pontificem imperatorib. concederetur, ipſos quoque a ſe electorum defenſores futuros, ut habetur in cap. Vota. §. Rationibus. 63. diſt. ſic temporibus illis electus pontifex, non prius conſecrabatur, quam decretum electionis accedente imperatoris conſenſu roborarum oſtenderetur. c. Agatho. 63. diſtinct. Hæc imperatorū priuilegia vſque ad Adriani. 2. tempora viguiſſe legimus, in cuius electione remiſſa neglectaque fuere, cum ipſe Ludouici oratoribus ſpretis electus fuiſſet, ne amplius tale quid eccleſiæ Dei indecens in exemplum deduceretur, ut hæc omnia videre eſt in cap. Cum Adrianus. 63. diſt. Poſtmodum autem ipſemet Ludouicus imperator ſpōte huiuſcemodi priuilegio, ſedente paſcali pontifice, renunciauit, ut habetur in capit. ego Ludouicus, & in cap. ſacrorum. §. ex his, eadem diſtinct. deinde a Nicolao pontifice iſta poteſtas non in ſolos cardinales, ſed in alios quoque religioſos uiros fuit translata. d. §. ex his. demum canones eam ſolis. S. R. eccleſiæ cardinalibus tradiderunt. capit. licet. de electio. capit. vbi periculum, de electio. in 6. clemen. ne Romani, eodem tit. & quia S R. eccleſię cardinales nominantur, idcirco Rauenn. & alij qui non ſunt proprie cardinales, excluduntur, ut habetur in cap. pudor. 21. quæſtio. 2. Aduertendum tamen eſt, quando ab initio cardinales poteſtatem hāc nacti fuere, tunc cardinales epiſcopi tantummodo electionem pertractabant, demum presbyteris & diaconis cardinalibus ad ſe uocatis, peracta eis aperiebant, ut in capit. in nomine Domini. 23. diſtinctio. per Martinia. ſuper decreto in uerſ. cardinalis. & per Moder. in d. trac char. 20. ubi ait, hodie prærogatiuam hanc præterquā in ſedib. & ſuffragiorū perſcrutationibus non ſeruari. Poſſet etiam fortaſſe dici, quod olim non niſi diaconi, & presbyteri cardinales in pontifices eligebantur, ut uideretur ſentire tex. in cap. oportebat, cum ſequen. 79. diſtinctio. idque etiam ſenſiſſe uiſa eſt Martinia. ſuper decreto in uerbo cardinalis. His igitur non ab re intellectis, ut reuertamur unde digreſſi ſumus, dico ampliſſimos patres totis uiribus eniti debere, atque omni ſtudio curare, ut illum in pontificem max. eligant, qui ſanctior, qui doctior, qui denique omni uirtute præſtantior ſit, ut docuit tex. in cap. licet. 8. quæſt. 1. Electus enim idem eſſe ac ſplendidus, clarus, uel excelſus, proditum eſt, ſplendidus propter ętatis maturitatem, clarus ob morum grauitatem, excelſus ob ſcientiarū cognitionē, teſte cardin. in rubr. de elect. in 6. & Hoſtien. in ſum. §. ſi quis eligi. & circa prædicta ſummopere animaduertendum puto quia non is, qui perfectior, & maioris bonitatis eſſe putaretur, in pont. eſt eligendus, quando alias inexpertus, rudis, ac tanto regimini non aptus iudicaretur, quia ut ait text. in c. fratrem noſtrum. 86 diſtinct. Non credat epiſcopus ſibi lectionem & orationem ſufficere, nam in fungentibus iuriſdictione, magiſtratuque non ſolam uitæ integritatem conſiderati docuit Dec. in cap. at ſi clerici. §. de adulteriis, in fin. de iudi. Eligendus igitur eſt, qui & ſanctis morib. ornatus, & in negotiis adminiſtrandis expertus, ac omnibus conſideratis tanto regimini magis idoneus & oculatus cenſeatur, etiam ſi in ea bonitatis opinione nō eſſet, in qua alius, dum tamen & ipſe bonis ſit. malum enim in adeo ſublimi ſolio collocandum eſſe iura non patiuntur, ut concludit beatus Thom in quolibeto 6. quæſtio. 4. argumen. 1. & 2. quæſtione 185. argum. 3. cui accedit beatus Antonin. archiep. Floren. in tertia par. ſuæ ſum. tit. 21. §. 8. in quibus locis prędicta omnia reperiuntur comprobanturque. Illuſtriſſimi patres igitur conſcientias ſuas uulnerant eligendo idoneum, quando magis idoneum eligere potuiſſent ſecundum Abb. in c. conſtitutus. 2. de appel. Dec. in conſil. 72. colum. 3. in fi. & Firma in tract. de epiſcop. in 2. quæſt. primæ part. 2. lib. licet Philip. de Peruſ. in d. c. capit. conſtitutus. aliter ſentire uideatur, quem ibi reprobat Dec.

Quæſt. XII.

Hic opportune ſe ſe offert difficultas, uidelicet quis potius in pont. eligendus ſit, ille ne qui ſemper fuit bonus, an ille qui de malo bonus effectus eſt. Reſpondeo, Archid. in capit. nos conſuetudinem. 12. diſtinct. dixiſſe per illum textum eum qui ſemper bonus fuit præferendum eſſe. adducit etiam cap. ſtatuimus, & capit. nec emeritis. 61. diſtinctio. hanc eandem ſententiam approbat Domi. in dicto capit. nos, & in capit. fidelior. 50. diſtinctio. ubi & præp. idem atteſtatus eſt, & multi Mo-

Moder.ſequuntur,teſte Dec.in capitu.at ſi clerici.§.de adulterus,de iudi. Contrariam partem uidetur amplecti gloſ.in dicto capit.fidelior,per illum textum, inquiens, eum qui de malo bonus effectus eſt præferri debere exemplo Petri, & huius dicti rationem eſſe perhibet, quia is uti magis expertus oculatusque uerisimiliter ſciet etiam melius regere, & lapſis ignoſcere, iuxta illud poetæ. Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.ſequitur Abb.in dict.cap. at ſi clerici, in fi. Iaſ.in rubr.ff.de iuſtit. & iure. hanc eandem opinionem probat Roman in ſingu.728.pro qua eſt gloſ.magna in fi.in § fi. 63.diſtinctio. Dec.autem in dicto §.de adulterus,colum.fin. diſtinguendo ait, quod aut de dignitate epiſcopali, ſeu alia iuriſdictionem habente loquimur, & tūc emendatus ſit præferendus, tamquam is qui melius ſciet miſereri, aut de alta magiſtratu & iuriſdictione carente, & tunc ſecus. Prima tamen opinio,ni fallor, uerior uideretur, per text.in dicto capit.nos conſuetudinem, ubi uidetur caſus. cui adiungo tamnem not text.in cap.fin.25.diſtinctio. ubi papa in propoſito ait, quomodo enim poteſt præſer eccleſiæ auferre malum de medio eius, qui in delictum ſimile corruit? aut qua libertate peccantem corripere poteſt, cum tacitus ipſe ſibi reſpondeat eadem ſe commiſiſſe quæ corripit!hæc ibi.quibus accedent ea,quæ ſuperius in 9.quæſtio.tradita ſunt, vbi ob ſimilem rationem vidimus bigamum ad eccleſiaſticos ordines euehi non poſſe, cum ipſe ad continentiam quam non ſeruauit alios hortari nequeat,pariterq; non virginem in abbatiſſam eligi non debere,quia alias hortari ad virginitatem erubeſceret. Non ab re eſt, quod docet text. in l.itaque fullo. ff. de fur.ſ. Fas non eſſe quemquam ex proprio delicto commodum reportare,quod utique foret ſi is ob delicti emendationem præferretur. non enim danda eſt uia ſeruis Dei,ut ſe faciliuseligi opinentur, ſi quandoque deteriores efficiantur,teſte Auguſtino ad Aurelianum, tranſumpti ue in capit.legi.16 quæſtio,prima. Neque exemplum Petri huic concluſioni aduerſatur,quia ab hoc conſequentia deduci non debet, cum enim ipſe & publicam & ueram pœnitentiam egerit, merito propter eius uitam irreprehēſibilem eligi meruit,quod ſecus eſſet in his qui hodie eligerentur,vt ſenſit Abbas in capit.dudum.2 colum.antepenult.de elect. & Petrus ideo factus eſt apoſtolorum caput,quia primus de Chriſto meruit veritatem profiteri,ſecundum præpoſ.in dicto capit.fidelior,quæ omnia deſunt in his qui hoc tempore eligerētur, & durum ſane uideretur ſi bigamus,qui ad ſecunda uota tranſeundo non peccauit, cum hoc a iure non improbetur. ad eccleſiaſticos ordines nō admitteretur,propterea quod integritatem illam nō obſeruauit,is autem qui contra iura delinquit, non ſolum promoueri poſſit, immo etiam ſemper bono ut aduertantes opinantur, ſit præferendus. Data igitur in reliquis paritate terminorum, is potius q ſemper fuit bonus eligendus uideretur, ut ſenſit Felin.in capit.cam te.num.26.de reſcript. Immo idem concludendum eſt,etiam ſi is qui ſemper fuit bonus non eſſet adeo expertus & oculatus,& emendatus, quia ſuppleret perfectio charitatis & bonitatis,ut in ſimili ait tex.not.in capitu.niſi cum pridem.§.pro defectu, de renun. Intelligo tamen hunc etiam prudentia & experientia non carere,per ea quę in præcedenti quæſtione tradita ſunt. magis enim veriſimile eſt eum facilius errare debere,qui quandoq; errauit,quam eum quem nunquam prouidentia malum eſſe permiſerit, arguendo a communiter accidentibus,iuxta l.neque natales. C.de probat. Præterea etiam hic ſubiungi poſſet, in huiuſmodi electione nobilitatem attendendam non eſſe, cum de piſcatoris non Auguſti ſucceſſore pertractetur, iuxta glo.in capitu. quoniam uetus.24.quæſtio.1.

Quæſt. XIIII.

Nunc diligenti ſtudio diſentiamus, ſi forte cardinales aliq ab electionis loco diſtarent,adeo, ut omnino intra decem dies accedere non poſſent iuxta formam. capitu.ubi periculum,de electio in ſexto,an tamen expectari debeant, glo.in dicto capit,ubi periculum,eos expectandos eſſe inquit.quia vel fœlici duplomate uti poſſent, uel etiam ante pontif.obitum alia de cauſa iter capere potuiſſent. Ego autem ſubſiſto,nam ſi dubium eſſet, utrum abſentes uenire poſſint nec ne,vel ibi cauſa, quia eos de mala pont. ualetudine forte admonitos, uel alia ſimili cauſa motos ad electionis locum accedere poſſibile ſit,eo caſu gl.opinionem proculdubio amplectandam eſſe arbitror, quia enim eorum aduentus poſſibilis ſit, clarum eſt huius dubii ratione eos a ſuffragiis ſuis excludi non debere. Cæterum ſi apertiſſime conſtaret cardinales abſentes intra præmemoratum tempus uenire non poſſe,tunc ea res nō mediocrem mihi dubitationem affert, ideirco in ea examinãda paululum immorari decreuimus.

Et primo pro parte negatiua dico, abſentes fruſtra expectandos non eſſe, quia dilatio hæc decē dierū abſq; dubio nobis a lege fuit inſtituta,ut abſentes aduenire poſſent, ita expreſſe ſenſit text.in dicto capit. ubi periculum, nec alia ratio aſſignari poteſt,merito pro expreſſa habenda eſt,iuxta glo.communiter approb. in l. quamuis. C.de fideicommiſſ.ergo ceſſante ratione concludendum uidetur, conſtitutionē illam, niſi caſum,in quo aliqua aduentus abſentium adſit ſpes,nō complecti.iuxta l.adigere.§.quamuis.ff. de iure patron.glo. in l.ſed eum exceptione.§.poſt annum. ff.quod metus cau. capit.cum ceſſante,de appellat. & præcipue in hac materia, dilationis ratione non ſubſiſtente, dilationem quoque ceſſare ait text. in l.a filia. §.alumno. ff ad Trebell. accedit. l.Titia.§.uſuras.ff.de leg.ſecundo. Secundo arguitur,nam ſi decretalis illa etiam caſum hunc comprehenderet,in quo expectatio redderetur inanis, conſequenter quoque ſummi paſtoris electio fruſtra in longum protraheretur, cuius celeritati ob uniuerſale bonum exactiſſime fuit prouiſum, ut habetur in dicto capitu.ubi periculum, & hoc modo lex de uana immo damnoſa ſanctione reprehendi mereretur, qđ potiſſimum in re tam ardua, concedendum non eſt, capitu. commiſſa, de electio. in ſexto, cautum enim eſt nunquam legem ita interpretandam eſſe,ut poſſit a ſapiente reprehēdi.argum.tex.not.quem ad hoc ſæpe citat Bald. & Socin.in l.Saluius Ariſto.ff.de lega.præſt. Tertio hæc opinio alia quoque ratione ſuadetur, nam ſi ab illius decretalis conditoribus quæſitum fuiſſet, quid iuris eueniente caſu in quo abſentes uenire non poſſe exploratum ſit? Reſpondiſſent utique eos fruſtra expectandos non eſſe, quia lex non uerbis, ſed rei,effectuique ſolet imponi.l.ſecunda, C.commun. de leg.& fidc. nunquam enim lex in vanum,aut inaniter operatur. l.hæc ſtipulatio.§ Diuus.ff.ut leg.nom.caue.ſi igitur illius decretalis conditores caſum hunc complecti noluiſſe veriſimile eſt,ergo pro omiſſo habendus, ſecundum gl.communi.approba.in l.tale pactum,ff.de pactis Iaſ.late in l.barbarius.ff.de offic.præt,facit notabile reſponſum Dec.in conſil. 64.Corroboratur inſuper iſta concluſio, per text. in argum. in l.cum hi.§.eam tranſactionem. ff.de tranſact.quo abſolute cauetur, tranſactionem ſuper alimentis, non accedente prętoris decreto factam,non ualere. tamen etiam ſine decreto,tranſactio in caſu quo utile ſit tranſigi ualida eſt,ut ibi. & ratio eſt,quia conijcitur legiſlatoris uoluntas ea fuiſſe,ne alimentarius damnum pateretur, qua ratione ceſſante etiam diſpoſitio corruit.ad idem eſt text.conſimilis in l.ſecunda,§. Diuus.ff de carbon.edict.ibi enim ſtatutum eſt,ſi quęſtio ſtatus pupillo moueatur,eam uſque ad tempus pubertatis differendam eſſe. ibi tamen ſubiungitur,ſi pupillo expedit, ut cauſa quamprimum decidatur, quippe quod optimi defenſores non deſint,illam abſque mora terminandam eſſe, & ratio eſt,quia dilationis cauſa non ſubeſt,ergo &c. ita igitur & hic,antelata dilationis ratione non ſubſiſtente, inanis expectatio fugienda eſt, ut quamprimum ad uniuerſalem fidelium utilitatem de ſummo paſtore prouideatur. Contrariā ſententiam approbauit gloſ.in dicto capitu.ubi periculum. dum citat capit.commiſſa.eodem titulo, quam gloſ.ſequutus eſt Bald.in cap.licet.de electio.qui pro ea tex.adducit in l.ſi eum.§.homo ſiſti.ff.ſi quis cautio.ubi ſi aliquis ſub pœna hominem in iudicio ſiſtere promiſerit,qui interim promiſſoris dolo moriatur, nihilominus niſi elapſa dilatione pœnam exigi non poſſe cautum eſt, etiam ſi certo certius ſit defunctum hominem amplius in iudicio ſiſti non poſſe, ad idē eſt text.in l.in illa,ubi late doctores tradunt, & in l.inſulam intra biennium.ff.de uerborum obligat. & ad rationem illam ſcilicet ceſſante ratione &c. quę contra hoc facit, Bald. reſpondit id verum eſſe, quando generaliter ratio non ſubeſſet,alias ſecus per l.proſpexit. ff.qui & a quibus. Propterea dilationis finem a lege abſque aliquo iudicis miniſterio pręfixæ ſemper expectandum eſſe ait, idem uoluit Iaſ.in l.non omnis.ff.ſi cert.petat.& pro hoc uidetur caſus in capit. licet canon,iuncto cap.commiſſa,de elect.in ſexto,nam dictum capit.licet canon, eccleſiæ rectorem intra annum præcipit ordinari,& in cap commiſſa, traditur,licet tantum temporis ſpatium præterierit,ut intra annum amplius ordinari nequeat, tamen extremum anni tempus expectandum eſſe, antequam ille rector eccleſia ſua expolietur. quæ quidem opinio corroborari poſſet,propterea quod tempus lege ſtatutum de forma ſubſtātiali eſſe dicitur, per no.per eundem Bald. & alios in auth.quæ ſupplicatio. C.de precibus imper. offer. ubi aiunt,& maxime Iaſ.hoc eſſe notandum pro dilationibus, quæ a conſtitutionibus eccleſiaſticis imponuntur, ut eſt caſus hic,& late per Felin.in cap.cum dilecta.numero 33.de reſcrip. cum igitur tempus ſit de forma ſubſtantiali, ergo abſentes omnino expectandi ſunt,quia formam rei eſſentiam præbere ſatis compertum eſt. l. ſi is qui quadraginta.§.

ra.§.quędam.ff.ad legem.falcidiam. facit.l.non dubium.C.de legibus. Replicando tamen contra prædicta, dico contraria facillime diſſolui poſſe. Et primo ad dictum. §.homo ſiſti,cum aliis quæ adducebantur,reſponderem ibi idcirco finem anni expectandum eſſe, licet etiam ante aduentũ diei mortuum hominem ſiſti non poſſe,luce clarius ſit, quia ibi de auferenda pœna promiſſori agebatur, & ſic diſpoſitio pœnalis erat, ut clare etiam per Iaſ. traditur in d.l. Non omnis,& per conſequens,cum lex illa odioſa & aſtringenda ſit, quantum fieri poteſt,ad illius fauorem,a quo pœna exigi debet,interpretanda eſt.l.cum quidam.ff.de liber.& poſth.cap. Odia,de regul. iuris. In ſecto.hoc eodem modo remouetur obiectum dicti capituli commiſſa. pariter enim ibi de priuando eo eccleſia ſua agebatur, qui ordines a canone requiſitos non aſſumpſerat,& ſic quia diſpoſitio pœnalis erat,merito finem anni expectandum eſſe,optimo iure ſancitum eſt, & rationem hanc ſenſit ibi glo.in uerbo,elapſis,ſed in propoſito caſu non ſolum eam non ſubeſſe, ſed etiam contrarium videmus urgere.cum hic de damno cuique inferendo non pertractetur,cum abſentes intra ſtatutum tempus uenire nõ poſſe pro certo habeatur,uerum agimus ut abſque alicuius iniuria, prę iudicione quamprimum de uniuerſi gregis Paſtore prouideatur,cuius electionis celeritatem perquam utilem ac neceſſariam eſſe nouimus in d.capitu.Vbi periculum ergo diſpoſitio,hæc, quæ fauorabilis eſt, iurium pœnalium exemplo minime coarctãda eſt,immo ad fauorẽ celeris electionis dilatari debet. d.l. Cum quidam. & dicto capitulo, Odia.Secundo ad dictũ.§.homo ſiſti,poſſet aliter quoque reſponderi & dici,ibi terminum commodioris ſolutionis gratia appoſitum fuiſſe, unde male agere qui ante tempus agit non incogniti iuris eſt.l.Cedere diem.ff.de uerb.ſign.quę quidem omnia, cum hic locum non habeant, ad deciſionem hanc adducenda non ſunt. quia ex iuribus diſſimilem rationem habentibus non recte inferri docuit textus in l.papinianus exuli.ff.de minor, cum concordan. Non obſtat tempus eſſe de forma, quam omnino ſeruandam eſſe iura unanimiter tradidere, quia reſpondeo eam in caſibus tantum in quibus loquitur lex obſeruari debere, ſed non ad plus ſe extendit lex,quam ipſa ratio legis porrigatur, teſte Baldo in capitulo primo. de conſtitu.ubi legem in ſubſtantia rationis conſiſtere ſcripſit.& alibi rationem legis animam eſſe perhibet, in l.Si quis ſeruo.C.de furt.accedit domin. in dicto capitulo Vbi periculum, inquiens rationem potius quam legem ipſam attendendam,eſſe cum igitur in propoſito caſu rationẽ illius conſtitutionis non ſubeſſe docuerimus, pariter diſpoſitionem quoque,& per conſequens formam in ea traditam ceſſare concedendum eſt,quia non debet forma legis ad caſum illum extendi, ad quem lex ipſa dilatari non poteſt, ut ex prædictis comprobatum eſt. ad quod ponderandus eſt tex.in dicta.l.cum hi.§.Eam tranſactionem,ubi illa in tranſactione alimentorum requiſiti decreti ſolennitas de eſſentia eſt, & tamen ad caſum in quo ratio legis ceſſat non porrigitur.Non obſtat.l.proſpexit,quia reſpondeo,eam a ſapientibus intelligi ne procedat,niſi ubi de lucro acquirendo ageretur, tunc etenim legem generaliter loquentem, etiam ſi dura ſit generaliter tamen intelligendam eſſe aiunt, ſecus autem ubi de damno euitando pertractaretur. ita Bartol. & Bald. in l.Non dubium. C.de leg. & Dec. in conſilio 64. Verum nos agimus ut retardandæ electionis Summi põtificis damnum & periculum euitetur.quod eccleſia ob inanem abſentium cardinalium expectationem ſubiret, ergo &c.ex his abſentes fruſtra expectari non debere videretur. Verumtamen quicquid ſit,ſi caſus hic eueniret, qui iudicio meo uel raro uel nunquam euenire poſſet, nam & ſi abſentes de morte,ſeu mala pontifi. valetudine admoniti uenire non ualerent.poſſent, tamen alia de cauſa ad electionis locum accedere, quia poſſibilitas amplliſſima res eſt. ſed eueniente caſu,ut diximus,ab opinione glo.& Bald.non eſſe recedendum exiſtimarem. quam ſequitur philip.franch.in dicto capitulo ubi periculum.& Iaſ.in l.cum ſtipulatus ſim. ff. de uerborum obligationibus, & Moder. Aret. in tracta. de forma eligendi pontific. columna quarta ubi rationem quandam adducit, quam ego priuſquam d.Mod.uidiſſem animaduerteram. Cardinales abſentes. ſcilicet ob lapſum, decem dierum a iure ſuffragiorum non ſimpliciter excludi immo quandocunque ante perfectam electionem accederent,admitterentur. dicto capitulo ubi periculum.§.ſane. quare omnino ſunt expectandi, quia facillime contingere poſſet,ſicut & quandoq; contigiſſe nouimus,cardinales pręſentes in eligendo pont. adeo inter ſe diſſentientes eſſe, ut electione in longũ tempus dilata,abſentes & uenirent, & a dicenda in pontif.electione ſententia nõ prohiberentur,adducit. dictum capitulum commiſſa,iunct.l.Si calendis.ff de verborum obligatiob. ſimilem rationem ponderauit gloſ. in d.cap.commiſſa.dum ibi extremum anni tempus ideo expectãdum eſſe perhibet, quia etiam ſi regulariter ille rector amplius ordinari nequeat, nouiſſima tamen die eum ad ordinem illum a ſuperiore admitti poſſe opinatur.quamobrẽ vbicunq; poſſibile eſt dilationẽ a lege traditam quoquo modo aliquid operari poſſe, eam ſemper expectandam eſſe memorati authores arbitrantur. & huiumodi eſt caſus noſter, vt diximus.quæ quidem concluſio non ineleganter confirmatur,ponderando text.in d.c.vbi periculum, dum elapſis decem dieb. ex tunc ad electionem procedendum eſſe perhibet,dictio enim illa,tunc,poſt certam determinatamque dilationem prolata, ut hic, operatur, ut extremum temporis expectetur omnino, etiam ſi conditionem amplius impleri non poſſe apertiſſime conſtaret, quia de ſui natura extremitatem temporis importat,caſus eſt not. ubi Barto.in l. uxori vſumfructum uillæ,ibi,elapſo quinquennio. ff.de vſu fruct.leg.idem aiunt Socin.& alii per illum textum in l.4.§. fin.ff.de condit.& demonſtra.addo tex in fortioribus terminis in l.hæres.§.2.ff.de ſtatuli. vbi libertate ſeruo legata poſteaquam Titio per annum ſeruierit,etiam ſi Titius intra annum moriatur, tamen ob id ſeruum libertatem conſequi non poſſe ſancitum eſt.ecce ibi ſtatutę dilationis ratio ceſſabar, & ille caſus in quo de libertate agebatur admodum fauorabilis erat. & tamen dilationis finem expectari debere præcipit iuriſconſultus,inquiens, ob determinatam temporis adiectionem ex die libertatem datam uideri, ergo id & fortius in caſu noſtro admittendum eſt, in quo non modo certum tempus appoſitum eſt, ſed etiam dictio illa, tunc, quæ,ut dixi,multum operatur,quod maxime uerum eſt,cũ in eo de præiudicio tertii vitando peragaſ,ne abſentes quos uenire poſſe arbitramur, a ſuffragiis ſuis prohibeantur. Ad prædictorum confirmationem uidendus eſt, Iaſ. in l.ſi mater.C.de inſtit.& ſubſtitu. & in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. colum.8.ff.de liber.& poſthum. & ex his concluſio hæc redditur indubitabilis fere.Nec adducta ſuperius aduerſantur, ad quæ ſigillatim reſpondendo dicimus,non obſtare, quod hic ratio dilationis non ſubſit,& abſentes fruſtra nõ debeãt expectari,quia eos inaniter non expectari poſſibile eſt,ut ſuperius fuit oſtenſum. Pręterea poſito etiam quod incaſſum expectarentur,tamen dictio,tunc,& certitudo temporis adiecta,eos omnino præcipit expectari. Non obſtat deinde,legiſlatores ſi de tali caſu interrogati fuiſſent,alio modo uerisimiliter reſponſuros,ergo id pro expreſſo haberi debere,quia hoc concederetur, ubi in lege daretur aliquid expreſſe cautum reperiri, a quo legiſlatoris uolũtas ea fuiſſe coniici poſſet, ſecus autem ubi caſus de quo agitur, omnino fuit omiſſus,quia & pro omiſſo habendus eſt, ut egregie declarauit Bal.in l.prima, in fi. C.de his qui ante aper.tabul.cui accedit Dec.in conſilio 89. colum.4. ſed eiuſmodi eſt caſus de quo loquimur, ut uerba canonis apertiſſime indicant, ibi, tunc, & ut in præcedentibus late fuit enucleatum. quibus adiunaiſſe uolumus, quod & ſi quandoque comperiatur ad alios caſus ex cauſa extenſionem non prohiberi,ut in capit. dilecta.§.nos igitur,& ibi Abb.de confirm.util.uel inutil.idque aiunt Alexan.& Iaſ.in l.ſecunda,ff.de re iudic.attamen ubicunq; dictio,tunc,appoſita eſt, ibi ſemper extenſionem ceſſare ſapientes uoluerunt,licet alias in ea diſpoſitione ampliatio concederetur, ita Roman.in conſil. 131. & in conſil. 238. Dec.in conſil. 89. colum.4.& in conſil. 314. num.4. necnon & in quamplurimis aliis locis hæc eadem documenta tradita ſunt,quæ breuitatis gratia relinquuntur.Concludendo igitur, ſalua ſaniori ſententia,arbitramur,cardinales abſentes omnino expectandos eſſe, tum ea ſuperius adductis, tum etiam ut in re tanti ponderis oriendæ quæſtionis occaſio amputetur. vbi enim periculum maius ingeritur,ibi cautius negotiandum eſt.d.capit.vbi periculum. Pro cuius concluſionis robore non omitto notabile conſil. Henderici de Alano, quod inter conſilia ſuig. poſitum eſt, numero 210. vbi pendente dilatione a lege impoſita nihil penitus innouari poſſe ait,etiam ſi id de quo agitur,interim expediri non poſſe certo certius ſit.

Quæſt. XIIII.

Hic opportune perſcrutemur,utrum cardinalibus abſentibus, quorum aduentus ſpes ſit, per dictum tempus non expectatis pont. electio tanquam irrita impugnari poſſit. gloſ.in d.cap.ubi periculum,in verſic.decem diebus.diſtinguendo ait,aut electus duas ſacri ſenatus partes ea tribus non habuit, etiam abſentibus & ſpretis annumeratis, & eo caſu electionem & nullam eſſe, & impugnari poſſe perhibet. aut econtra, & tunc ſecus.cum glo.ſenſit ibi Philip.Francus poſt Archid. & Moder.in loco in proxima quæſtione memorato,hanc opinionem alia quoque ratione confirmari poſſe exiſtimarem, nã

ſi

ſi abſentes & electioni præſentes, & electio contrarii extitiſſent, electio tamen, utpote a duarum partium totius collegii ſententiis approbata, irrita dici non poſſet, capit. licet. de electio. Si igitur ualeret vbi illis inuitis & contradicentibus facta comperiretur, ergo idem & fortius hic videretur, ubi tantummodo abſentes fuere, per text. in l. qui poteſt inuitis. ff. de regul. iur. vel dicamus abſentes in his, quæ a maiori parte geſta ſunt, pro contradicentibus haberi, iuxta gloſ. & ibi Iaſ. in l. reſcriptum. ff. de pact. ſed electio, quæ a duab. præſentium partibus fit, valida eſt. dicto cap. licet, ergo idem & hic ubi abſentes pro contradicentibus exiſtimantur. His non obſtantibus contrarium, ut mea fert opinio, verius eſt, quia per decem dies non expectatis abſentibus electionem nullam eſſe arbitror. quod ut recte intelligatur, præmittendum eſt, dictum capit. licet, non ut alia iura de pontificis electione loquentia diminueret, ſed ut eis adderet, emanaſſe, ut ex eius lectione dignoſcitur, idque ibidem docuit Deci. quod cum ita ſit, debet etiam ab interioribus legibus interpretari. l. nam & poſteriores. ff. de leg. cum ſimilibus. Hoc igitur præmiſſo in primis adduco quod in præcedenti quæſtione tetigi, tempus ſcilicet a lege impoſitum de forma eſſe eſſentiali. auth. quæ ſupplicatio. C. de precibus imper. off. cum ibi not. per Bald. Salicet & Iaſ. vbi hoc pro conſtitutionibus eccleſiaſticis, quæ metas temporis iniungunt, adnotandum eſſe perhibẽt, ut eſt caſus hic, ſi de forma eſt, ergo omne contrafactum ipſo iure nullum eſt, iuribus vulgar. huiuſmodi enim dilationes ad unguẽ obſeruandas eſſe declarauit Bal. in l. ordo. C. de exceptio. rei iudic. & in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. Secundo iſta concluſio confirmatur, quia electio illa, quæ legitime facta non eſt, electio appellari non meretur argum. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. vbi Bartol. & Alexan. & alii in ſimili aiunt, ſententiam, quæ non ſeruatis ſeruandis prolata eſt, ſententiæ nomen nõ mereri, & nullum ius præbere. l. fin. C. de ſentent. ex pericu. reci. ad idem eſt text. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonorum poſſeſ. contra tabu. ubi de non legitime exhæredato eadem ſententia reperitur & late hanc regulam tradidit Felin. in cap. ex tenore. num. 5. & num. 7. cum ſequen. de reſcrip. ita dicamus & hic illum. ſ. pont. nomine dignum non eſſe, cuius electioni ſolẽnia defuere. cum enim pont. electio diuina potius quam humana cenſeatur, ideo impoſſibile eſt quempiam ad pontificatum euehi, niſi ſuper eum ſors electiua ceciderit, hæc Bal. in l. prima, §. ſed & domini. C. de caduc. tollend. Sed vbi forma deeſt, ibi electionem impugnari poſſe optimo iure dicendum eſt. facit glo. not. in clemen. 1. de ſequeſt. poſſeſ. & fruct. & quod voluit Socin. in ſimili in conſil. 46. in 4. par. & Paul. de Caſtr. in conſilio 467. in prima par. & ratio prædictæ rationis eſſe poteſt, quia cardinalibus non eſt ſimpliciter data eligendi poteſtas, ſed hoc addito, ut ab ea lege ſancita obſeruẽtur, inter quæ hoc potiſſimum reperitur. abſentes videlicet per decem dies expectari debere, cum ergo facultas eis conceſſa limitata ſit, ergo etiam limitatum producere debet effectum. l. cãcellauerat. ff. de his quæ in teſta. delẽ. cum enim qui facultatis ſibi datæ limites tranſgreditur, aliud quam id quod ſibi iniunctum eſt, agere, docuit text. in l. diligenter. ff. mand. & cap. cum delicta. de reſcript. Tertio prædicta comprobantur ex his, quæ Archid. in dicto cap. vbi periculum, tradidit, a quo neminem memini diſſentire, ubi decretalem illam a cardinalibus mutari non poſſe ait, ꝓpterea quod ſuperioris lex ab inferiore commutari non poteſt. l. minor autem magiſtratus. ff. de minor. capit. inferior. 21. diſtinctio. Si ergo cardinales ex iuriſdictionis defectu illud cap. immutare non poſſunt, ergo nec per indirectum id eis licere concedendum eſt, cap. cum quid, de regul. iur. in ſexto, cum ſimilibus, quod vnque foret, ſi quæ ab ipſis fierent neglecta. d. cap. forma, tanquam irrita impugnari nõ poſſent. hoc enim modo in ea parte lex ſuperioris proculdubio mutaretur. Quarto hoc alia quoque ratione ſuadetur, nam electio ad certum tempus conceſſa ante ipſius euentum expediri non poteſt, Bart. in l. cum pater. §. a filia. ff. de legat. ſecundo. Sicut & ex oppoſito electio poſt tempus a lege præfixum prohibita eſſe cenſetur. l. ſtatu liberum. §. ſtichum. & ibi Bart. ff. de legat. 2. tradit Firma. in tract. de epiſc. in 1. par. 1. lib. quæſtio. 11. vbicunque igitur in tempore poſſet electio uariari, eam ante illud tempus expediri non poſſe explorati iuris eſt, ſic procedit text. in d. §. a filia. vt ibi per Bart. & per eundem in l. omnes populi. in 5. quæſt. 5. q. princ. ff. de iuſtit. & iur. verum ſi abſentes per legitima tempora expectarentur, ibi pontiſ. maximi poſſet electio uariari, quia ſi plures adeſſent, forte melior eligeretur, argum. cap. prudentiam, de offic. deleg. ergo &c. Quinto decidi uidetur iſta quæſtio a glo. in dicto cap. ubi periculum, & ab hiſmet, qui contrariam partem ſequuntur, quos in principio huius quæſtionis retuli. aiunt enim electionem ſpretis abſentibus factam, ſi a ſuffragiis duarum ex tribus partibus totius collegii non corroboretur, nullam eſſe, quia eiuſmodi numerus in dicto cap. licet, pro forma traditus eſt. tunc arguitur, quare idem & hic non admittitur? ubi electionem alia parte pariter eſſentiali carere demonſtramus, ſcilicet nõ expectatis per decem dies abſentibus, cum nõ minus ſolennitas hæc pro forma in d. cap. ubi periculum, exigatur, quam in d. capit. licet, duarum partium numerus pro forma traditus ſit, cũ igitur hæc quo ad formam eſſentialem paria ſint, nec ulla diuerſitatis ratio aſſignari poſſit, ergo ſicut in primo caſu electionem nullam eſſe a memoratis authoribus perhibetur, idẽ & non expectatis abſentibus concludendum eſt. Sexto additur, hanc eligendi facultatem nõ ſingulis, ſed collectiue omnibus cardinalibus tribui, ubi autem hoc reperitur iure ſancitũ, ſemper debent intereſſe, aut legitime requirendi ſunt, aut per lapſum præfixi temporis, quod idem operatur, in mora ſunt conſtituendi. Abb. in cap. 1. colum. ff. de arbitr. Felin. in cap. cauſam matrimonii, de offic. deleg. ubi ſubiungitur, ſi aliter fiat, quicquid contrafactum eſt, non ualere. uerum in propoſito caſu, ut dictum eſt, omnium patrum a iure præſentia deſideratur. d. cap. licet, ergo eis per ſtatuti diei curriculum in mora non conſtitutis non tenet electio. Septimo communis illa ſapientum opinio ſe ſe offert, qui in d. capit. ubi periculum, inquiunt electionem & alibi factam quam Romæ validam eſſe, etiam ſi in tex. illo eam in urbe fieri debere cautum ſit & hoc Dom. ibi crebriore iuris interpretũ ſententia comprobari ait, hac ratione, quia locum de ſubſtantia non eſſe compertum eſt. ergo ſecundum hoc præſupponunt, ſi de ſubſtantia eſſet, electionem, uti eſſentialib. carentem improbandam eſſe. ſed decem dierum expectatio ſubſtantialis eſt, ut iam ſæpe diximus, ergo ea deficiente electio corruit arguendo a prædicta communi ſcribentium cõcluſione, quam hic a fortiori procedere oſtẽdo, nam & ſi locus de ſubſtantia fuiſſet, eius tamen omiſſio nemini præiudicium attuliſſet, ſecus autem ſi abſentes non expectentur, quia a dicenda ſententia excluduntur, ergo &c. argum. l. ſecundæ. §. merito ff. ne quid in flum. pub. Poſtremo prædicta corroborantur, nam aut moram decem dierum de forma eſſentiali non eſſe dicimus, & tunc eius omiſſio impedimento eſſe proculdubio non deberet, etiam ſi a duab. partibus omnium abſentibus quoque annumeratis facta non extitiſſet, quemadmodũ & eis expectatis electio ualida eſt, & hic & gloſ. & contrariam partem ſequentes aduerſantur. diſtinguendo, an a duabus omnium partibus approbata ſit necne, aut ante latam expectationem de forma eſſe concedimus, & tunc cum id in d. cap. ubi periculum, indiſtincte & abſque ullo diſcrimine traditum ſit, non uidetur uerum eius omiſſionem non impedire, quando duæ omnium cardinalium partes conueniſſent, cum id deficientis formæ ratio operetur, & ſic contra dictam glo. Nunc reliquum eſt ut adducta ſuperius in contrarium confutentur. Et primo ad regulam, qui poteſt inuitis, reſpondetur, eam procedere nõ poſſe, ubi abſentes & ſpreti alios in ſuam ſententiam flectere potuiſſent, teſte glo. in d. l. Qui poteſt inuitis, communiter approb. argum. l. duo ex tribus. ff. de re iud. Sed in propoſito caſu forte abſentes & ſpreti aliis in opinionem ſuam adductis meliorem pontificem eligere potuiſſent, ergo &c. & hoc etiam quo ad id, abſentes videlicet pro contradicentibus haberi, dixiſſe ſufficiat. Non obſtat per dictum cap. licet, ab electione duarum partium ſuffragiis roborata quamcunque exceptionem reiici, quia reſpõdeo eas exceptiones tantummodo remoueri, quæ circa numerum eligentium oriũtur, ſcilicet an maior, vel minor ſuffragiorum quantitas exigatur, nam decretalem illam non vt aliis ſanctionibus hac de re loquentibus quicquam detraheret, ſed vt eis adderet, emanaſſe dicimus, ut in prin. quæſt. fuit oſtenſum, merito eſſentialia ab illis iuribus tradita nullo modo ſunt deſtruenda, ſed d. cap. licet, ad ſolam eligentium quantitatem ac requiſiti numeri ſolennitatem coarctandum eſt. ſ. vt ambiguitates, quæ hinc darentur oriri, penitus eradicentur, ut præciſe dic. decretalem loqui perpendimus, ergo &c. pro hoc reſponſo videtur elegans tex. in cap. eccleſia ueſtra. el ſecundo, §. denique, de elec. quem in ſimili caſu mirum egregie ponderauit Raph. Cuma. in conſil. 126. & iſta, ni fallor, reſponſio uera eſt. Sed poſito etiã, non tamen conceſſo, quod per d. c. licet. quæcunque exceptiones remouerentur, adhuc pluribus modis reſponderi poſſet. Primo enim ob id exceptionem ex alia parte iuris inſurgentem excludi haud concederemus, argum. l. 1. ff. quod ui aut clam. late Socin. tradidit in conſil. 38. in 2. uolum. Iaſ. in l. ait prætor. §. iurari. ff. de iureiur. & Felin. in cap. ex parte, el ſecundo, de off. deleg. non ſubuertitur ergo exceptio ex aliqua parte iuris inſurgens, immo ab ea interpretatur & declaratur argu. l. utrum. cum ibi not. per Ang. ff. de peti. hæred. accedat. l. non eſt nouum,

cum

cum duabus legi.ſeq. ff.de leg. Secundo illud cap contra electum a duab. partibus exceptiones prohibet, ſed nos eum, qui nonnullis ſpretis neglectiſque fuit electus, electum dici non concedimus, cum ſolennia in ipſius electione deſint, arg l.4.§.condemnatunt. ff.de re iud. ergo cõſtitutio illa ad electi fauorem promulgata de nõ legitime electo minime interpretanda eſt. arg l.Diuus,& ibi Bart. ff.de milit.teſt.vbi optimus tex.in propoſito eſt. Tertio exceptionem hanc abſentium neglectorum euidentem eſſe perhibemus, notoria autem nullitas & expreſſum errorẽ præſeferens a lege quãcunque exceptionem prohibente non cenſetur excluſa, authore Bal.in l.1.C.ne liceat pot.apertius declarat Aret.in cõſil.75.in fi.idque prius etiam dixerat Bal.in rubr.C.de proba. vbi nulla legis uirtute probationem, quæ per euidẽtiam rei habetur, excludi poſſe docuit.cui accedit Alex. in conſ.60. col.pen in 4. vol. idque rurſus idem Bal.uoluit in l.1. C.ſi de mom.poſſ.quem ſequitur Alex. in conſ.97.in 6.vol.Quarto reſpondetur moram x.dierum a lege impoſitam eligendi facultatem remorari,vt patet,ibi, & ea tunc ad electionẽ procedant &c. dictionem enim tunc, temporis extremitatem indicare ſuperius nouimus, rum ſic.quicquid dilatione legali pendente fieri contingit, id omne ex defectu poteſtatis, quæ pro tempore dilata eſt, nullum & irritum eſſe perhibetur, vt habetur in c,prudentiam,de off.delega.& per Aret.in in conſ.75.col.pen.Sed exceptio nullitatis a defectu poteſtatis exoriens nunquam cenſetur excluſa,teſte glo.in clem.1. de ſequeſt.poſſe.& fruct.quæ approbatur in l.ſi quis filio.§ ꝙ ſi quis.ff.de iniuſt.rup.teſt.& in l.exceptionem.C.de probat. ergo &c. Et ex prędictis poſſet inferri una cum Dec. in d.c. licet, quamquam Abb. & alii ibi tradiderint cõtra electum a duabus partibus vllam exceptionem obiici non poſſe, contrariam tamen ſententiam fortaſſe potiorem eſſe.omnem, ſcilicet formæ defectum opponi poſſe, nam, ut ait ibi Dec. quemadmodum electionem a duabus partibus non eſſe factam excipi poteſt,ita & alia eſſentialia, quæ in eadẽ electione requiruntur,eodem iure opponi poterunt,ut in ſimili traditum eſt,etiam ſi contra inſtrumentum quælibet exceptio prohibeatur, nihilominus illud non eſſe inſtrumentum uti non ſeruatis ſeruandis cõfectum excipi poſſe.Bar. per illum tex.in l.Diuus.ff.de milit.teſta. quod optimo ſimili comprobamus, nam aduerſus præſumptionem iuris & de iure nullam exceptionem obiici poſſe exploratum eſt, attamen ab eo caſu de quo ageretur dictam præſumptionem non prouenire doceri poterit, & hæc indirecta probatio nuncupatẽ, ita Soc.in conſ.191.in 1.vol.adducit glo.cõmuniter approb. in clem.1.de proba.accedit Dec.in conſ 64.hoc eodem modo & in propoſito concludendum eſſet. ſ.etiam ſi contra papam omnis exceptio excludatur, excipi tamen poſſe ipſius electionem huiuſmodi extitiſſe,ut ob eam,quippe cui ſolennia defuere, ille pontifex,appellari non mereatur.& prædictorum una ratio eſt,quia lex, quæ ab illo numero electum uere pontificem eſſe perhibet, prius præſupponit in ea omne,quod pro forma traditur, adfuiſſe.quando autem nõnullis præſuppoſitis aliqua ſtatuuntur,diſpoſita nunquam habere locum nouimus,niſi prius præſuppoſita uerificentur,glo. eſt communiter approbar.in l.mancipia,ubi Fulg.& Sali.C. de ſer.fug accedunt not per Dec.in conſ.591.ubi optime loquitur,& per Soc.in conſ.220.in 1.vol.vbi ait, niſi omnia requiſita adimpleantur diſpoſitionem locum non habere, argum.l.ſi hæredi plures.ff.de condit.inſti.idem tradidit Dec. in conſ 340.Cum igitur iura de electione pontiſ.loquentia, non ſolum dictum numerum eligentium, ſed & x. dierum moram expoſtulent, demumque his & aliis quoque ſuppoſitis contra electum exceptionem prohibeant, dico diſpoſitionem hanc non procedere,vbi ſuppoſita non comperiuntur impleta. nec obſtaret ſi huic ſententiæ obiiceretur hoc modo d.c.licet,omnem exceptionem remouens,inane reddi, quia ſi electionem impugnari poſſe uolumus niſi omnia ſubſtantialia interfuiſſe doceatur, ad quid ille tex.quamcunque exceptionem excluderet? Hoc enim modo etiam ſi electio defectiua reperiatur dumtamẽ a debito numero approbata ſit eam ſubuerti non poſſe indicat tex.aliter illa verba inutilia redderentur,contra l.ſi quando,ubi Bar.ff.de legat.1.& contra c.ſi papa,de priuil.in 6. Reſpondeo enim primum ut vere ſuperius quoque poſitum eſt, uidelicet decretalem illam, licet,de numero eligentium loquentem operari ſolum,ut nullæ exceptiones ab hoc fonte orientes opponãtur.ſ.an maior uel minor ſuffragiorum pars in hmõi electione exigatẽ, non aũt ut ſolẽnitates ab aliis iurib.requiſitæ ſubuerterẽtur. & ab hoc reſponſo uti vero recedendum non puto.Secundo pariter ut prędiximus,repeto decretalem illam ut adderet, non autem ut aliis iuribus quicquam detraheret, editam fuiſſe, ſed inducta ad augmentum diminutionẽ operari non debere notiſſimum eſt.l. legata inutiliter. ff.de adim.leg ergo &c.accedit correctionem legum ſummopere euitãdam eſſe,uulg.l.prę cipimus.C.de appel. ergo &c.Cęterum poſito etiam ſine ueritatis pręiudicio illa uerba ita eſſe interpretanda ut quæcunque exceptiones prohibeantur, adhuc ſolennia ſolummodo,non autem eſſentialia excluſa eſſe arbitrarer, ut in ſimili de ſtatuto quamcunque exceptionem prohibente reſpondit Bart.in l.oẽs populi,col.pen.ff.de iuſt.& iu. cuius opinionem maiori ſapientũ numero placuiſſe ait Alex.in conſ.90 in 1.vol.idem inquit Alb in 1.par.ſtat, q.82.incip.Item quæro ſtatutum diſponit ꝙ nullę exceptiones admittantur &c. quẽ retulit & ſequutus eſt Alex.in cõſ. 113.col.fi.in 5.uol. & in conſ.97.in 6 uol. Vnde uidetur firma eſſe,concluſio,pont.electionem & ex capite abſentium neglectorum,& ex quocunque alio capite ſubſtantialia cõtinente impugnari poſſe. nam ſi aliter cõcluderetur,id non ſecus eſſet,ac ſi quis aliquid eſſe & non eſſe dicere auderet, cum formam rei eſſentiam præbere iura omnia doceãt, ita in ſimili iuris interpretes de teſtamento loquentes inquiunt in l.nemo poteſt. ff. de leg.1.electio.n.nil aliud eſt quam alicuius perſonæ idoneæ ſeruata forma canonica ad dignitatẽ facta uocatio.Io.And.cui accedit Io Bap.de Caſtel.in addit. ad Alb.in ſuo dictionario in uer.electio,pondera uerbum illud, ſeruata forma canonica, ex quo recte infertur electionem cui forma deeſt,electionis nomen non mereri.Verum tamen quia cum glo.commentatores in d.c.licet, communiter ſenſerunt nullam exceptionem per illum tex. opponi poſſe tradentes, præterquam an electio a duarum partium ſententiis approbata ſit, durum eſſet a communi opinione diſcedere, iuribus vulg.pro qua communi concluſione ſeſe offert ratio per gloſ. aſſignata in c.ſi quis apoſtolicæ. 79.diſt. dum glo.huic ſententiæ accedens per d.c.licet,ait,ꝙ reperiri non daretur corã quo iſtæ exceptiones pont. obiicerentur & ſi diceretẽ id corã concilio fieri debere,replicandũ uideretur nimis graue eſſe,ſi eccleſia ſine paſtore donec congregaretur concilium permaneret, cuius congregationẽ difficillimam eſſe non incognitum eſt. ideo ne adminiſtratio electi a duabus partibus impediatur, affirmãdum uidetur,nullam exceptionem obeſſe iuxta tex.& doct.in d.c.licet,& in terminis ꝙ non expectatis per x. dies abſentibus non admittatur contemptus exceptio, tenuit in indiuiduo card.in clem.ne Romani,in prin.col.2.ver.oppono ad idem &c.de elect.vbi ait moram hanc non eſſe de forma ſubſtantiali, ſed de ſolẽnitate tñ,ideo eius omiſſionem quominus ualida ſit,non repugnare.accedit Felt.in c.cum dilecta.col.8.nu.4 de reſcrip. Tenendo hanc partem,a qua ob auctoritatem card. & aliorum recedere difficile videretur, poſſet ad id, ſuper quo ſit tota vis,tempus.ſ.datum eſſe ꝑ forma iuxta no. in auth.quę ſupplicatio, reſponderi, tempus de forma eſſe ſubſtantiali, quãdo appoſitum eſt,ut intra illud aliquid expediri valeat, non autem quando quid niſi eo lapſo fieri nequeat, vt eſt caſus noſter. ita vñr loqui iura per Bal.adducta in d.auth.iuxta quæ ipſius documenta intelligenda ſunt,ut not per Bar.in l. non ſolum.§.liberationis.ff.de liber.leg.& hoc modo mentem Bal.aperit Sal.in d.auth.quę ſupplicatio,in 1.no.& Dec. in c.de cauſis, col.6.ver.reperio,de off.deleg. Ad id ẽt hãc.ſ. x.dierum dilationem inanem reddi,ſi ea omiſſa teneret electio.forte reſponderetur eam,ſi de forma eſſet, operari, ꝙ ẽt ſi exceptio non daretur,tamen ad dicẽdum principaliter de nullitate actionem pateret,prout inferius declarabitur.Rurſus hoc iuris afferret,vt expectatis abſentibus per d.x.dies ſoli præſentes,etiã ſi duo tantummodo ibi adeſſent,ad electionem procedere non prohiberentur,ut no.per glo.in d.c.vbi periculum,in uer omnes,quam ſequuntur ſcribentes,quod ante dicti c.ſanctionẽ forte ſecus fuiſſet, quia d.c.licet,duas partes ex tribus omnium exigebat,hodie autem decretalis, vbi periculum,duabus præſentium partibus contenta eſt,uelle uidetur Philip.Franch.in d.§.1.in glo.in verſ.omnes. & Dom.ibidem ver.quid ſi nõ ſint. idemq noque ſenſiſſe nr. Abb.in d.c.licet,in fi. dum ait duas præſentium partes ſufficere,dummodo abſentes per legitimum tempus fuerint expectati,ergo ſenſit ſecus eſſe ſi ante eſſluxum ſtatuti temporis metam electioni initiũ dediſſent,& ex his defendi poſſe uiderentur iſta ꝯclo, quæ cõis eſt. Attamen cum ex animus meus quieſcere nõ poteſt,quia rationes quæ pro ea afferuntur non uidentur ueritatis tutela roboratæ. Primo enim illa ratio glo.in c.ſi quis apoſtolicæ 79 diſt.dum inquit non eſſe coram quo talis obiectio opponeretur, abſona eſt, quia idẽ & in aliis caſibus,in quib.memorati authores exceptionem admittunt,dicendum eſſet.ut ſi contra electionem requiſiti numeri ſuffragiorum defectus adduceretur,quo caſu omnes conſentiunt exceptionem hãc aduerſari,idem & ſi metu facta electio diceretur cõcedentes. & iſtæ exceptiones coram concilio opponi poſſent.quod ſolum ſummi pont. iudex eſſe dignoſcitur, iuxta gl.approb.in c.ſicut inquit.2.q.7.

Præ-

Præterea abſurdum uideretur ſi electionem & nullam eſſe, & ex ea electum uere pont. appellari iure non mereri, uideremus, & nihilominus in eccleſia Dei tantus error admitteretur, quia coram quo prouocandum eſſet, non daretur reperiri, & profecto non mediocre ſcãdalum naſceretur, ſimiliter ratio Card. in d. cle. ne Romani, fragilis admodum uidetur dum ait moram hanc non eſſe de forma, ſed de ſolennitate tantum, quia tempus omnino uidetur eſſe de forma, ut ex multis ſuperius adductis fuit oſtenſum, quod potiſſimum in caſu noſtro uerũ eſſe arbitror, pondero enim tex. in d. c. ubi periculum, diſponens abſentes per. 10. dies expectari debere, quibus elapſis, & c. verbum hoc, quibus elapſis, ablatiuum eſt abſolutum, quod de ſui natura conditionem importat l. A teſtatore. ff. de cond. & demon. Sed conditionem ſemper & ubique de forma eſſe nouimus, ut eſt tex. iunct. ibi not. per Iaſ. poſt alios in l. 1. §. Si quis ſimpliciter. ff. de uerb. obli. tradit Bal. in Auth. Matri & auiæ C. quã mul. tut. off. & Felin. in c. cum dilecta. num. 23. de reſcrip. qui ſubiungit etiam ubi ordo neceſſarius eſt eius ommiſſionem contraſacta irritat reddere. & hoc prius dixerat Bart. in l a. §. prius, ff. de uulg. & pup. Sed iſte ordo expectandi abſentes neceſſitatis eſt, quia text. ait per. 10. dies expectate teneantur, ergo &c. Rurſus illud dicitur eſſe de forma, cuius omiſſio graue prę iudiciũ pareret, ita Fel. in d. c. cum dilecta, & Bart. in loco prædicto. uerum ſi abſentes non expectati negligerentur, hinc graue immo grauiſſimum damnum oriretur, tum quia ipſi a dicenda ſententia in re tantæ dignitatis excluderentur, tum etiam quia in cauſa tam magni ponderis a pluribus perfectior eligi poſſet, quæ omnia maximi effectus eſſe comperiuntur. ergo huius ordinis uti ſubſtantialis omiſſio deberet electo repugnare, quod & Card. haud negaſſet, ſi dilationem hanc ſubſtantialem eſſe, ut in præſentiarum clare oſtenditur, admiſiſſet. ait enim hoc non curari, qa de ſolennitate eſt, ſentiens ſi de forma eſſet, aliter ſe dicturum. poſſet etiam inſuper tangi ſolõnitatis omiſſionem actum reddere clandeſtinum Bart. in l. fi. ff. de rit. nup. electio autem clandeſtina nulla eſt. cap. quia propter. §. fin. de elect. ergo &c. ſed prædictis uti validioribus inhærerem, uidetur igitur ex prędictis concludendum, ſententiam hanc quamuis contra communem ſit, potiorem eſſe, ſcilicet non expectatis abſentibus nullitatis exceptionem obiici poſſe. in uno caſu tamen communis opin. ſaltem procederet, uidelicet ubi ex iuſta & rationabili cauſa ante decimi curſum dici ad electionem deuentum fuiſſet. arg. l. Si hominem. ff. mand. per quam ait glo. in cap. Tempora pœnitudinis, 26. q. 7. & in c. Lectorem. 37. qõ. 2. ab inferiore ex cauſa pœnitentiam a papa iniunctam immutari poſſe. pariter epiſcopum quoq; ex cauſa iuri canonico contrauenire poſſe nouimus, iuxta dictum illud celebre Bald. in l. omnes populi col. 4. de iuſt. & iur. ꝙ extulit Abb in c. Dilecti filii. de appell. Alex. in rub. ff. de offic. eius col. 2. & in l. 1. col. 24. ff. eo. tit. Iaſ. in l. non ſolum. §. Morte, col. 22. ff. de nou. oper. nunc. & in l. Nemo poteſt. ff. de leg. 1. Hyppo. de marſ. in ſing. 152. non tñ abſq; dubio eſt. an forma etiam ex cauſa præteriri valeat, per Felin. in c. cum dilecta, nu. 41. de reſcrip. in reliquis aũt ſemꝑ formam obſeruari debere traditum eſt, quamuis ratio formę non ſubeſſet, ut omnia ſuperius in contrarium adducta remoueantur, ita Aret. in c. Nouit, col. 6. de iudic. Tñ quicquid ſit, ego tanti non ſum, ut ſententiam communiter approbatam impugnare debeam, ſed ita pro nunc ſaluo ſaniori iudicio, cui hęc noſtra ſubmittimus, arbitrater. Nõ ꝑtermitto tamen dictum unum in hac & ſimili materia pertarum, quod etiam ſi per. d. c. licet, omnis exceptio eſſet excluſa, ut cõiter aiunt doct. tñ coram concilio de nullitate principaliter agi poſſe dicendum videretur, quia paria non ſunt, excipipi non poſſe, & de nullitate dici non poſſe, ita not. habetur per Bal. in l. 1. C. ne lic. in una ead. ſent, & clarius per Aret. in conſ. 75. col. pen. ubi rationẽ differentiæ inter dictos caſus eſſe ait, qa excipiendo illius actus adminiſtratio impediretur, ſecus vbi de nullitate principaliter ageretur, idcirco in hoc ſecundo caſu maior ratio uiget, quare ſm̃ hoc cardinales ſpreti, de cõtemptu agere poſſent, ꝯ gl. in d. c. ubi periculũ, quæ præciſe, an agi poſſet dubitauit, & negatiuam partem amplexa eſt. cui accedit Card. in d. cle. ne Rom. & iſta concluſio ꝯ gl. locũ haberet, etiam ubi omnem exceptionem excluſam eſſe cõcederetur, ut diximus, quia iſto caſu d. c. licet. ſolã exceptionem excludens non repugnaret. Tenendo autem ea, quæ ſuperius non inſipide contra cõem tradita ſunt, ẽt exceptionẽ opponi poſſe probaretur, ad quotũ tñ ueritatem & maiorẽ intelligentiam uideri poterit Dec. in c. in præſentia. col. 3. de proba. dum citat Paul. de Caſt. in auth. quæ ſupplicatio. C. de prec. Imper, offe. Verum qa ex his quæſtiones multæ decidi ac declarari poſſunt, in quibus ſapientes nõ mediocriter variatũt, ideo nõnullas earum perſerutari decreuimus, hoc tamen ante omnia declarato, etiam ſi põt. electio non ſeruata forma canonum ualida eſſet, tamen cardinales id facientes peccare, ita Fel. in c. nam concupiſcentiam in prin. de conſti. adducit Domi. in c. in nomine Domini, 23. diſt.

Quæſt. XV.

Quæro igitur vtrum contra papã agi poſſit, non dico excipi, ut omnis ambigendi occaſio amputetur, dicique ipſius electionem ſimoniacam fuiſſe. Reſpondeo dicendum videri non poſſe per glo. & Archid. in cap. ſi quis pecunia. 79. diſtinctio. & per not. per Abb. & alios in dicto cap. licet, Gem. poſt glo. in dicto cap. vbi periculum, & Iaſ. in l. barbarius. ff. de offic. præt. & ratio eſt ſecundum gloſ. in dicto cap. ſi quis pecunia, quia poteſt pontifex maximus iure optimo dicere, nemo (Deo excepto) iudicandi me auctoritatem habet. capit. aliorum, 9. quæſtio. 3. capit. ſi papa 40. diſtinctio. Verum contraria pars iudicio meo verior eſt, & quia a ſcribentib. multa diſſimile ius habentia commiſcentur, ideo pro maiori intelligentia duplex ſimoniæ genus diſtinguendum eſſe cenſeo. Quædam. n. ſimoniaca eſſe nouimus, quia a poſitiuo iure prohibentur, ut eſt accepta pecunia beneficia conferre, & ſimilia. Quædam prohibentur quia ſimoniaca ſunt, videlicet quia a ueteri lege uel a natura prohibita fuere, ut pro Spiritu ſancto mercedem accipere, ut not. per glo. in cap. ex parte, de offic. deleg. per glo. iunc. tex. in cap. ſaluator. 1. quæſt. 3. His ſic intellectis ſi quæratur a me utrum papa, quando uerus eſt pont. in hoc crimen incidat, reſpondeo non, ſi de his, quæ ſimoniaca ſunt quia prohibita loqueremur, quia papa ſupra iuris poſitiui cenſuram imperium habet. l. princeps. ff. de leg. immo uoluntas principis iuri poſitiuo contraria, legis habet uigorem. l. Cæſar. ff. de public. l. prima, ff de conſt. princ. quapropter in hoc caſu ratio illa gloſ. in dicto capit. ſi quis pecunia, locum haberet, ego ſcilicet ab alio iudice quã a domino iudicari nõ poſſum. & iſta eſt commu. ſapientum ſententia, papam ſcilicet hoc ſimoniæ genere non obligari, ut per Felin. in cap. ex parte, el primo, de off. deleg & in cap. ad audientiam, num. 8. de reſcr. Animaduertas tamen, quia ſi ſummus pontiſ. accepta pecunia aliquem ad ſacros ordines aſſumeret, licet ipſe ob id crimine ſimoniæ non teneatur, nihilominus eam dantes non excuſantur, immo ſimoniæ rei efficiuntur. teſte Bart. in l. barbarius. colum. ſecunda. ff. de offic. præt. Si vero de his loquimur, quæ prohibita ſunt ut ſimoniaca, quia a lege diuina prohibentur, & hoc crimine pontiſ. maximum teneri proculdubio concludendum eſt, quia papa iuri diuino ſuppoſitus eſt. cap. nemo. 40. diſtinctio. not. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſt. & ideo ei talis exceptio obijci poſſet, eamque Ioan. antipapæ in concilio Conſtan. obiectam fuiſſe Fulg qui in dicto concil. aderat, atteſtatur in l. barbarius. ff. de offic. pręt. ubi Iaſ. d. Fulg. meminit, & hoc uidere eſt in citatione a dicto concilio contra d. Io. decreta. Sed hæc licet non abſ re dicta ſint, tamen caſum noſtrum non decidunt, quia nos non de pont. legitime electo ſed de electo per ſimoniã loquimur, an. ſ. talis electio impugnari poſſit. & hic indiſtincte reſponderẽ poſſe, ſiue ſimonia quia prohibita, ſiue prohibita quia ſimonia, opponeretur. quia licet pontiſ. maximus poſtquam legitime fuit electus, & uerus pont. eſt, ſupra poſitiuũ ius, ditionem habeat, pontificis tamen electionem iuri poſitiuo ſubiacere non incogniti iuris eſt. Cardinales enim, ut ſupra diximus, legis diſpoſitionem aut formã ab ea traditam immutare nequeũt, tex. eſt in clemen. ne Romani, de elect. Sed lex non niſi legitime electo pontificiam tribuit poteſtatem, neque ille pontifex appellari meretur, qui non ſeruata forma iuris ad pontificatum fuit aſſumptus, ut latiſſime in iuribus præmemoratis poſitũ eſt, quæ hic repetita cenſeantur, ergo eius electio poterit impugnari, argum. l. Diuus, ubi Bart. ff. de milit. teſt. Papa enim dum eligitur, nondum electus eſt, & dum, ut ita dixerim, eſt in fieri nondum factus eſt, & ideo iuri poſitiuo ſubiectus eſt. Pro hac concluſione adducit Dec. tex. in capit. in nomine Domini. 23. diſt. Ego autem do. tex. no. cum glo. in cap. Deus. 3. queſt. 1. ubi apertiſſime inquit huiuſmodi electionem irritam eſſe, & propterea ſi hoc modo electus de ſede eiiceretur, eum non eſſe amplius reſtituendum ſecundum gl. Non obſtat ſi hoc, ſecundum antiqui iuris decreta eſſe diceretur, ſecus autem nunc per dic. cap. Licet, quod omnem probibet exceptionem, quia reſpondeo illud cap. huiuſmodi exceptiones non reiicere, ut multis modis reſpondendo ad dictum cap. licet, ſuperius fuit oſtẽſum, ſed poſito etiam quod exceptiones reiicerentur, quin tamẽ de nullitate principaliter agi poſſit, non infertur, ut in præcedentibus traditum eſt, hodie autem prædicta indubitati iuris eſſe arbitror per extrauag. Iulii II. a qua & huiuſmodi electiones irritæ fiunt, & hoc modo electos apoſtaticos, non apoſtolicos appellandos eſſe pręcipitur. Cardinaleſque hoc modo pontificem

ficem

ficem eligentes beneficiis dignitatibusque ipſo iure priuatos eſſe decernitur. antiquitus autem eos deponendos eſſe iure cautum erat. cap. ſi tranſitus. 79. diſtinct.

Quæſt. XVI.

Iuxta prædicta videamus nunquid pontifici poſſit opponi ipſius electionem metu factam eſſe, vt Vrbani temporibus dicebatur. in qua diffi cultate Bald. de ſchiſmate lib. edidit, quem poſuit in tit. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. Reſpondeo breuiter, & inhærendo prædictis, id iudicio meo fieri poſſe, ut probatur in d. cap. Deus. iunc. gloſ. 3. quæſt. 1. cuius dicti ratio eſt, nam cardinales ſummo ſtudio, ac diligentia eniti debent, vt eum eligant, qui virtutibus cæteros antecellat, vt habetur in cap. licet. 8. quæſt. 1. idcirco inquit tex. in d. cap. vbi periculum. §. cæterum, ibi electionem ceſſare, vbi libera eligẽdi facultas adempta eſt. ergo electio nõ tenet, cum per metum fuerit impedita. hoc etiam alia ratione ſuadetur, nam electo in pontificem iuriſdictio pontificalis tribuitur, ut in d. cap. licet, ſed elect ſed iuriſdictio per uim aut metum tradita, nulla eſt, caſus eſt in l. 2. ff. de iudi. ergo &c. propterea concludit Bart. in tract. de tiran. q. 6. electum per ſeditionẽ iuriſdictione carere. videtur igitur nulla talis electio. Nunc alia inſurgit difficultas, ſi nulla eſt, vtrum ipſo iure irrita ſit, an vero reſcindi debeat. Sapientes in d. capit. licet. ualde diſſenſerunt. nonnulli etenim non eſſe nullam, ſed reſcindendã opinabantur, in ſimili adducentes, beneficii renuntiationem metu interueniente ratam haberi, donec reſcindatur. cap. ſuper hoc, de renunciat. Imo. contrarium ſenſit in d. cap. licet, inquiens, ſicut matrimonium carnale metu contractum inualidum eſt, idem & de matrimonio ſpirituali reſpondendum eſſe. Ego hanc opinionem veriorem eſſe arbitrarer, pro qua gloſſam adduco notabilem in capitu. notificaſti. 33. quæſtio. quinta, coniungendo cum ea text. in dicto capit. vbi periculum, vbi vt prædixi, cautum eſt, electionem huiuſmodi liberam eſſe debere, ſed illa gloſ. not. ait, vbicunque in aliquo caſu libera voluntas exigitur, ſemper metum accedentem ipſo iure quicquid agitur inane reddere, nec obſtat dicit ibi gloſ. quod uoluntas coacta uoluntas ſit, quia eam, licet uoluntas ſit, liberam tamen eſſe non concedimus, & hoc modo illa qualitas a lege requiſita non ſubeſt, ergo &c. Pro cuius concluſionis deciſione tex. videtur expreſſus, iuncta glo. cuius memorati authores non meminere in dicta l. ſecunda, ff. de iudi. & Bartol. idem ait in tracta. de tiran. quæſtio. 6. ubi habetur iuriſdictionem, quæ non ſponte per metum traditur, ipſo iure nullam eſſe. & hoc gloſ. notabilis in ſimili de matrimonio loquens voluit in l. prima, §. ſi. ff. de auth. tuto. ex his diſtinctio Abb. euertitur, qui in d. cap. licet, diſtinguendum eſſe dixerat, aut metus uel coactio eſt in eligendo unum in ſpecie, & tunc electionem ipſo ipſo iure nullam eſſe, aut in eligendo unum ex certo genere, & tunc ſecus. nam reſpondeo quod ex quo lex liberam exigit uoluntatem, debent in electione ſimpliciter & abſolute libera uoluntas interuenire, non autem ſecundum quid, quia aliquid non dicimus eſſe tale, niſi ſit ſimpliciter tale. l. hoc legatum. ff. de legat. 2. & ideo, ut huiuſmodi electio ipſo iure nulla ſit, ſufficit voluntatis libertatem quoquo modo impeditam fuiſſe, per illam glo. in dicto c. notificaſti, quæ ualde not. eſt. & per d. l. ſecundam, & Bart. in d. tract. pro qua concluſione uidetur etiam tex. in capit. ſi quis pecunia. 79. diſtinc. dum inquit, hoc modo electum ſtatim anathematizari, ac de ſede expelli poſſe, aliumq́; ipſius loco eligi. ſed nec electio in eius locum, neque alia ſuperius adducta fieri permitterentur, niſi electio ipſo iure nulla diceretur, ergo &c. ita in terminis ait Bald. in l. fina. §. ſed & ſi quis, colum. penult. C. communia de leg. declarans hoc procedere tantummodo, quando metus cauſa finalis dictæ electionis fuiſſet, aliter ſecus. Et concluſio hæc extra difficultatem redditur ex decreto hac de re in cõcilio Conſtan. in 39. ſeſſione promulgato. quo efficaciſſime cautum eſt, Pontifi. electionem metu factam irritam eſſe, & amplius ratam haberi non poſſe. non omitto etiam dictum Bald. in cap. quiſquis, de electio. ubi & ipſe uoluit. Si metu electus pontif. tali electioni de ſe factæ conſentiat, quæ contra bonos mores eſt, eum iterum a cardinalibus eligi non poſſe, quia iſto caſu ſpeciali inelligibilis eſt. cuius deciſionem ſequitur Philipp. Franch. in dicto capitulo ubi periculum, & Firma. in repertor. in verſic. collegium cardinalium, neque talis electio a cardinalib. rata haberi poſſet, per ea quæ ait ipſemet Bald. in l. 3. §. primo, colum. 4. C. commu. de leg. & in d. cap. quiſquis, vbi cardinales hunc caſum diſpenſandi authoritatem non habere ait, quia cum ſpecialis a lege facta fuerit prohibitio, illa præciſe obſeruanda eſt, ut omnis cauſa uiolandæ eccleſiaſticæ libertatis remoueatur, quã ſicuti proprium ſanguinem defendere tenentur, memoratæ concluſioni accedit Mar. Laud. in 2. trac. de Card. q. 37. quæ dicta magna ſunt, & notabilia &, ut etiam ſuperius tetigi, prædicta omnia apertiſſime in concilio Conſtant. ſtatuta fuere. adeo ut nullus de his dubitandi locus amplius relinquatur. Qualis autem debeat eſſe metus ad hoc ut electio inefficax ſit, dici poſſet hoc inſpecta qualitate perſonarum diuerſimode iudicari, ut per Dec. in l. in omnibus cauſis. ff. de regul. iur. ueldicas metum, qui in conſtantem uirum caderet, eſſe debere, ut conciliũ Conſtãt. ſentire uidetur. Adde etiam ſi aliis in rebus metus purgationi locus ſit, ut per Dec. in d. ca. colum. fin. hic tamen fortaſſe aliter dicendum eſſe, quia ſi electus electioni conſentiens inelligibilis eſt, & cardinales electionem hanc ratam habere non poſſunt, ut diximus. uidetur etiam metus purgatio penitus excludi. Aduertendum tamen eſt, cardinalibus dicentibus ſe per metum elegiſſe pont. fidem habendã non eſſe, niſi hoc proteſtati fuiſſent, ut in electione Vrbani accidiſſe ait Bald. in dicto tract. ſchiſmat. quem ſequitur Iaſ. ubi multa adducit in l. qui in aliena. ff. de acquirend. hæredi. attamen, ſi aliter quoque metus probari poſſit, fortaſſe ſufficeret, per ea quæ not. Dec. in dicta l. in omnibus cauſis, ubi ſubiungit etiam maiorem duobus teſtib. de metu quam centum de libera uoluntate deponentibus fidem adhiberi, ut ibi copioſe, declarando tamen, niſi pro libera uoluntate adeſſet præſumptio, ut ibi per eum, & per eundem late in capit. fin. de appell. quando igitur de metu, vel per proteſtationem cardinalium, uel alio modo conſtaret, tunc iuxta memoratos authores procedunt concluſiones ſuperius factæ. Sed de hoc licet p̃dicti nõ meminerint, fuit in concilio Conſtant. ſpecialis facta prouiſio. qua cautum eſt, cardinales quã primum ad locum tutum accedere potuerint teneri de metu prædicto coram notariis publicis, ac multitudine populi proteſtari, & in loco inſigni, eoſque dict: metus ſpeciem, & qualitatem declarare debere, ac iurare aſſertum metum uerum eſſe, ſeque eum probare poſſe opinari. pontificis igitur electionem, ſeruatis omnibus, quæ de forma eſſentiali ſunt, celebrari debere, aliter eam oppugnari poſſe concludẽdum eſt. Et ante omnia hoc in primis neceſſarium eſt, electionem ſcilicet, a duabus partibus ex tribus cardinalium præſentium approbatam eſſe, per d. c. licet, aliter ſe pro pontifi. gerens non apoſtolicus, ſed apoſtaticus nuncupatur, ut in cap. 2. 79. diſtinct. & is grauiſſimas pœnas incurrit, ut uidere eſt in d. capit. licet, cum his quę ibi a commentatoribus poſita ſunt, inter quos Abb. primam pœnam eſſe ait, quia ipſe eum omnibus adhærentibus ſuis ipſo iure excommunicatus eſt. ſecundam autem, quia per ſententiam ab ordine deponendus eſt. Tertia pœna eſt priuatio communionis corporis Chriſti. Quarta quia, niſi reſipuerit, perpetuam damnationem incurrit, ſicut Dathan. & Abirom feciſſe nouimus, qui contra Moyſem & Aaron pontificatum uſurpare cupientes inſurrexerunt, tandem illos uiuos ac thus offerentes diuinitus terræ hiatus abſorbuit, & ſtatim ignis immenſus exiẽs 250. uiros, qui eos ſequebantur, combuſſit, ut plenius habetur Num. 17. Et quã ius hęc procedere uideantur, ſolum ubi cum hac electione alia quoque concurreret, quarum conflictu ſchiſma naſceretur ſecundum Innocen. in dicto loco. idem tamen uideretur etiam quando alius electus non fuiſſet, ſed quis ſe pro pont. gerreret, ut prędictum eſt, Immo ſi is violenter de ſede eiiceretur, nec reſtitui, nec audiri deberet. tex. eſt in capit. ſi quis pecunia. 79. diſt. habetur in ca. Deus. §. Pater 3. quæſt. prima, & per Dec. in d. cap. licet. Debet igitur iſta electio duas trium partium pręſentium habere proculdubio. d. cap. licet.

Quæſt. XVII.

Occurrit iam alia difficultas, ſcilicet, ſi papa nonnullos cardinales pronunciet, eis tamen inſignia iuxta Romanæ curiæ conſuetudinem nondum tradiderit, an ſi papa interim moriente, una cum aliis purpura patribus ad noui pontifi. electionem admittantur. Sapiẽtes de canonico loquentes. ſcilicet an priuſquam in choro poſſeſſionem adeptus ſit. in electione a ſuffragio excludatur, uaria tradidere. Archid. in cap. cum qui, de præben. in 6. cui accedunt Lap. ibi & Pet. de Anch. Paul. de Leaz. & alii in ca. in literis. & Imo. in c. tranſmiſſam, de elec. eũ excludi perhibent, aſſerentes ſuffragium poſſeſſionis, nõ proprietatis fructum eſſe, nec ideo eum id facere non poſſe, qui quaſi poſſeſſionem adhuc non eſt conſequutus, multa quoque alia, adducũt, quæ ibi uideri poterunt, & latiſſime per Iaſ. in conſ. 145. in 1. uolu. ubi etiam refert, quod prius docuerat Felin. in c. eam te, de reſcrip. Ber. Brix. in ſuo reper. in uerſiculo epiſcopus, dixiſſe, ſe de hoc interrogatum fuiſſe, & ex deductis ab eo, quamuis id non exprimatur. aiunt colligi, talem ſe cardinalem gerere nõ poſſe, quã opinionem confirmat Iaſ. per capitu. niſi, de auth. & uſu. palij. con-

trariam ſententiam loquendo de canonico tenuere Innocent. Compoſt. cardin. Anton. de Butr. & Abb. in dicto cap. tranſmiſſam, & Imo. qui ſibi contrarius reperitur in capitu. cum M. de conſtit. & vltimo loco. D. Felin. in c. de Dei, de ſimon. qui multos alios hanc partem ſequentes retulit. quę opinio ſecundum Imo. in d. c. tranſmiſſam, in pratica, ſeruaretur, ac præualeret. Ad contraria uero reſpondetur, ut late prædicti ſcribentes in locis memoratis prodiderunt, difficultatem hanc Moder. Aret. ſe in facto uidiſſe ait, inquiens nõ nullos pronuntiatos cardinales tantum, qui nondum tamen inſignia fuerant conſequuti ad pont. electionem, ut admitterentur quæſiſſe, & quia de hoc orta fuit contentio, atteſtatur ſe interrogatum reſpondiſſe, eos admittendos eſſe, quia ex ſola collatione prælatus adminiſtrandi, ius adipiſcitur, & quia non facit prælatum habitus. ut latius ibi iſtiuſmet ſententiæ fuit Dec. in dic. capit. licet, Iaſ. in conſil. 145. limitans tamen quando ſaltem uerbo ei tradita forent inſignia. ſeruiunt not. per Dec. in conſ. 341. ubi non eſſe neceſſariam poſſeſſionem facti perhibet, quando papa dicit, tenore præſentium concedimus, quia uerbalem traditionem. interueniſſe ſat eſt, & hæc ſuaderi poſſunt ex his, quæ in ſimili aiunt doct. de Abbate qui etiam ante benedictionem uere Abbas appellari meretur, baculoque & mitra uti non prohibetur. ut per Aret. poſt Abb. in cap. Meminimus, de accuſ. & ratio differentiæ, quam aſſignant inter Abbatem & epiſcopum optime in propoſito adduci poteſt. dicunt enim ideo epiſcopum ante conſecrationem uere epiſcopum non eſſe, quia ultra electionem alius ordo, & alia dignitas expectatur, quã nõ niſi per conſecrationẽ nanciſcitur, ſed Abb. nullũ alium ordinem expectat vlterius, merito ſola electione uerus Abbas efficitur. Idem eſt & de cardinali, nam nullum alium ordinem expectat vlterius, igitur ex ſola ad cardinalatum aſſumptione inter cardinales merito connumerandus eſt. Vnde videtur ex prædictis opinionem hanc fortaſſe veriorem eſſe, quæ ſi caſus contingeret ſeruanda foret, maxime ſi ſaltem traditio verbalis intereceſſiſſet.

Quæſt. XVIII.

Hic diſſerendum eſt an in uocibus duarũ partium computanda ſit vox electi, adeo ut is ſeipſum eligere poſſit. Abb. in d. cap. licet, reſpondet. Aut per ſcrutinium occultum proceditur, & talem electionem non ualere, quia ſeipſum eligens ambitioſus eſſe videretur, aut per ſcrutinium apertum, vel per acceſſum tractatur electio, & iſto caſu ſeipſum eligere non prohibetur, quia videretur quodammodo alijs ipſum eligentibus conſentire. idem tenet latius Abb. in cap. cum ana, & in cap. cum in iure, eodem tit. & in conſil. 25. in 2. vol. Pro cuius opinione adduco glo. not. in l. item eorum, in ver. petitioni, ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. vbi vult, ſi aliquis publice & palam honorem efflagitet, ſuffragium partis ei prodeſſe debere, ſecus ſi hoc occulte fieret, quia tunc in ambitum & ſimoniam incideret. & ſic multa palam fieri tolerantur, quæ clam fieri non conceduntur. Contrarium tamẽ indiſtincte uoluit glo. in d. capit. licet, in verſ. a duabus partibus, abſolute inquiẽs electi ſuffragium in duarum partium ſententiis non connumerari. quam ſequitur Dec. ibi, citat not. per Bart. in l. plane. ff. quod cuiuſque uniuer. nom. & in l. ſi mandauero. §. ſi tibi. ff. mand. addo Roman. in conſil. 227. Et re uera iſta opinio probabilior videtur exiſtimanda, cum nemo ſibi ipſi honorem aſſumere debeat. cap. dilecto, de electio. cap. in ſcripturis. 8 quæſt. 1. non enim aliter agens ambitus crimine careret. Præterea dicendum eſt, hunc alia quoque ratione ſeipſum eligere non poſſe, quia inter eum, qui dat, & qui accipit, differentia dignoſcenda eſt, ut not. in cap. fin. de inſtit. Non ab re ſunt etiam not. in l. prima. ff. de auth. tutor. vbi neminem ſibimet authorari poſſe traditum eſt. & hanc partem ſequutus eſt beatus Thom. quolib. 2. artic. 11. & quolib. 3. art. 9. rationem adducens, quia aut is ſuperbus videretur ſeipſum idoneum exiſtimans, aut iniuſtus, ſi ſe non idoneum putaret.

Quæſt. XIX.

Tangamus etiam an cardinalis iuſto impedimento detentus alteri uices ſuas demandare valeat. Et prima fronte affirmatiua pars aliarum electionum exemplo potior videretur. in eis etenim uices unius alteri demandari poſſe nouimus, in capit. ſi quis iuſto. de electio. in 6 contrarium ex mente Petr. de Anchar. decidit Philipp. Franc. in d. capit. vbi periculum, vbi hoc memoria dignum eſſe ait.

Quæſt. XX.

Non ignorandum puto, vtrum cardinales, in electione pontif. ad libitum ſuum quæcunque eligendi forma vti poſſint, ſcilicet vel per ſcrutinium apertum, vel occultum, ſeu per acceſſum, & aliter etiam ſi eis videretur, procedendo. Reſpõdeo breuiter hoc in eorum arbitrio reſidere, quia certus eligendi modus determinatusque a iure non reperitur. Ideo ampliſſimorum patrum meræ uoluntati relinquitur, ut ſcribentes atteſtantur in d. cap. licet.

Quæſt. XXI.

Dubitari quoque ſolitum eſt, nunquid patrũ cõuentio valida ſit, quã electionem a maiori eorum parte factam valere paciſcuntur. Reſpondeo, huiuſmodi conuentionem a iure non improbari, ut per Archidiac. in dicto capit. ubi periculum, & in ca pit. ſi tranſitus. 79. diſtinctio. per doctor. in dicto capitulo licet, & Abb. in conſilio 25. colum. fin. in ſecundo uolum. vbi ait multotiens a cardinalibus hoc obſeruari, & de hoc eſt gloſ. ſolennis in capitulo ſi cui, de electio. in ſexto, quæ præciſe decidit quæſtionem hanc, ut prædictum eſt, & ratio huius concluſionis eſt, quia electio hoc modo facta ab omnibus celebrata diceretur, ex quo omnes conſenſerunt formã hanc obſeruari debere, ad hoc adduco tex. not. quem in propoſito pondero in l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque uniuerſ. nom. ibi, is uidetur ab ordine electus. accedunt not. per Bartol. in l. unum ex familia. §. ſi de falcidia. ff. de lega. ſecundo, lex enim duarum partium conſenſum exigit, quomodo autem conſentire debeant non præcipit. quapropter ſufficit id inter eos ſtatui, quia ſic non ſolum duæ partes, ſed omnes cõueniunt. ut enim talis ordo ualeat opus eſt omnes nemine penitus diſcrepante unanimes eſſe, alias uno tantum diſſentiente iſte modus ſubuerteretur, teſte Archidiac. in dicto capitulo ſi tranſitus, & ratio eſt, quia in te communi potior eſt conditio prohibentis. l. ſabinus. ff. commun. diuidun. capitulo quia propter, de electio. idem concludit Abbas in capitu. conſtiturus, de appella. ubi Dec. tale compromiſſum a maiori parte fieri poſſe conatur oſtendere. valeret igitur talis connentio, quæ a forma d. c. licet, non recederet, cum omnes ut diximus conſentirent.

Quæſt. XXII.

Vt vberior hæc fiat materia, inueſtigandum eſt, quamobrem cardinales qui poteſtatem non habent pontificiam, in electum tamen a duabus ipſorum partibus eam transferant, cum regul. ſit, neminem plus iuris in alium transferre poſſe, quam ipſe habeat. l. traditio. ff. de acquiren. rerum domin. capitulo nemo plus iuris, de regulis iuris, in ſexto. Reſpondet Abb. in capit. cura, de iure patron. prædictam regulam tantummodo procedere, quando ius aliquod nec in actu, nec in habitu, nec in potentia penes aliquem eſt, quando id in potentia ſaltem apud eum eſſet, illud omnino transferri poſſe ait, & in cardinalibus, & aliis electoribus hoc iuris eſſe autumat. quem ſequitur Iaſ. in l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquirenda hæredita. qui ad adducta per Abbat. citat. l. quod noſtrum. ff. de vſufruct. Sed legem illam prius adduxerat gloſ. in dicto capit. cura, in dicta l. cautum eſt, rei dominum licet in re ſua vſufructum non habeat, illum tamen alteri conſtituere poſſe. & ratio ſecundum eum eſt, quia illud ius penes eum in habitu eſt, licet non formaliter ſit, inferendo ob id ita etiam in propoſito caſu dicendum eſſe, hanc eandem imitationem ad illam. l. traditio, Iaſ. tradidit in l. prima, § in operis ff. de nou. oper. nunciat. Pau. de Leaz. in dicto cap. cura, & ibi ponit exemplum in rei domino, qui in re ſua ſeruitutem habere nõ dicitur, cum res ſua nemini ſeruire poſſit, & tamen eam alteri conſtituere non prohibetur, patiendo ſcilicet ab eo ſuper re ſua ſeruitutem imponi. Iſta concluſio cum debita uenia mihi in re noſtra placere non poteſt, quia uidere neſcio, ubi probetur, quem re vera plus iuris in aliũ transferre, quam ipſe habeat, declaro, licet enim quis rei ſuę vſufructum in alium transferat, ut in dicta l. quod noſtrum, tamen ob hoc inſpecto effectu, ac rei ueritate conſiderata, quicquam plus non transfert quam ipſe prius haberet, quia etiã ſi dominus formaliter & ſub hoc nomine vſusfructus, vſufructum nõ habeat, quin tamen illum re ipſa & vere habeat, negari non poteſt. cum in re ſua & fructus colligere, & quæcunque iura pro libito exercere valeat. Nil mirum igitur ſi ius colligendi fructus in alium transfert, quod & ſi diuerſo nomine appelletur, idem tamen ueritate conſideratur eſſe nouimus. ſic etiam de ſeruitute reſpondendum eſſe arbitror, nam licet res ſua formaliter nemini ſeruire poſſit, illi tamen effectu ei ſeruire non ignoramus, cum in ea dominus ad libitum cuiuſcunque ſeruitutis iura exerceat, licet formalis ſeruitus non appelletur. poteſt enim in ea, ire, agere, aquam ducere, & alia quæcunq; facere, quia in re ſua qui-

quilibet eſt moderator & arbitter.l.in remandata. C.mand. unde quomodo iſta ſolutio ad caſum noſtrum adaptari poſſit, uidere neſcio. hic enim dignitatem ſeu pontificiam poteſtatem nec effectu, nec alio quouis modo apud cardinales eſſe indubitati iuris eſt, cum ipſi etiam ſub alio nomine põtificalia iura exercere non ualeãt, utſit in exemplis ſuperius, adductis, & tamen in illum quem eligunt, eam transferunt. præmemorata igitur exempla a terminis noſtris ualde remota eſſe docuimus, immo nec ſcribentium dictum in ſe uerũ uidetur, ſcilicet illum, qui ius habet in potentia, ſeu in habitu, illud in actu trasferre poſſe, nam hoc modo proculdubio plus iuris trasferret, quam haberet, contra. capitulo nemo plus iuris, negari enim non poteſt, quin plus iuris ſit aliquid habere in actu, quam in potentia, ut not. in l.prima. in princip.ff.de aqua.plu.arce.& in l. labeo.ff. de ſtatulib.& in l.hæ actiones. ff.ad uell.Dec.in conſil.609.in fin.loquimur enim de potentia paſſiua, non de actiua, quæ actu potentior & maior eſt, ut uidemus in ſole, qui nobis caliditatem impartitur, & tamen caliditas, quæ in eo potentialiter eſt, dicitur nobilior ea quam nobis dat.ſed hoc dubitationem magis augeret, quia Cardinales ſunt omnino pontifice inferiores, poſſet igitur fortaſſe non improbabiliter dici, eum qui ius habet in potentia, illud & in potentia transferre poſſe, & qui id habet in actu, illud in actu transfere non prohiberi. ſed dicere, eum qui tantummodo ius habet in potentia, illud actu transferre, poſſe, dubium uidetur per iura prædicta. qua propter horum auctorum documentum dubium redditur, & forte ueritatis robore non eſt munitum. Cogitabam igitur pro meliori ſolutione fortaſſe dici poſſe, rem hanc a regul.l. traditio, ualde alienam eſſe, quia leges illæ in iuris tranſlatione loquuntur quod poſtquam tranſlatum eſt, a dante remouetur, & accipienti adiicitur.verbi cauſa, ſi aliquis dominium uel poſſeſſionem alicuius rei in alium tranſtulit, immediate penitus acquiritur ei, ad quẽ tranſlatio fit. lex enim dominium uel poſſeſſionem apud duos in ſolidum eſſe non patiť.l.ſed nos in poteſtate quadam ac priuilegio loquimur, quo mediante lex hanc eligendi tribuit auctoritatem.quod quidem ius nunquam ob id habere deſinunt, neque uerum eſt, a cardinalibus pontificiam poteſtatem, in eum quem eligunt, quaſi iam antea penes ipſos fuiſſet, tranſmitti, licet eũ eligendi prærogatiua fruantur, ad hoc pondero tex.not.in l. unum ex familia.§.primo.ff.de legat.ſecundo. ait ibi iuriſconſ.hæredem, qui fundũ ex diſpoſitione teſtatoris uni ex familia ipſius relinquere tenebať licet in eius optione ſit unũ potius quam alium cui relinquat, eligere, nihilominus ex quo omnino unum eligere, cogebatur, electo nihil de ſuo tribuere cenſeri, ibi, quid enim eſt, quod de ſuo uidetur reliquiſſe, quia quod reliquit omnino reddere debuit. & ſic beneficium illud primo teſtatori, non hæredi illum eligenti acceptum ferri debet.ita & in propoſito caſu dicendum eſt, cũ enim cardinales omnino unum eligere aſtringantur, ita iure mandante, qui eligitur, a lege hoc ipſum præcipiente, nõ autem ab ipſis cardinalibus eligentibus, pontificiam conſequitur poteſtatem, qui ubi unus de pluribus & in certis eligitur de mandato meo, ita me non ab eligente electus exiſtimatur, ut late docuit Felin. in capitulo cum Roman. canonicus, de officio delegato. præterea aliud eſt eligere & confirmare & aliud eſt poteſtatem tribuere, quia pontifex cum primum electus eſt, a ſe ipſo, & a Deo immediate, necnon a lege iuriſdictionem pontificalem nanciſcitur, non autem ab electoribus, ut diximus. etiam ſi per eos quaſi per inſtrumentum quoddam & organum eius perſona declaretur. cum autem, qui declarat, nihil tribuere, ſed datum ſignificare ait iuriſconſ.in l.Hæredes palam.§. ſi quid poſt.ff.de teſt.quapropter hæc omnia uirtute ligis operantur, & fiunt, ſicut in ſimili, Electores Imperii uirtute ſui priuilegii Imperatorem eligere compertum habemus, q̃uis ipſi iuriſdictione imperiali non fungãtur, priuatũ quo, ſic quo & doctores & milites, ui priuilegii ſibi ab Imperatore conceſſi creare nouimus, licet, ipſe nec militiæ, nec doctoratus dignitate refulgeat. Imperator enim eſt, qui illum, hoc eligente, doctoratus & militiæ dignitatibus illuſtrat, ut per Bart.in l.1.C.de dignit.lib.12.

Ex ſupradictis giitur apertiſſime conſtat, materiam hanc a terminis.d.l.traditio omnino differre, merito igitur ex diuerſis non recte infertur.l.papinianus.ff.de minor.cum ſimilibus. Quare dicamus iura illa tantummodo locum habere, ubi per uiam tranſlationis procederetur, nos autem de uia creationis pertractamus, per quam a creante nil diminuitur.formæ enim intelligibiles imprimuntur, & tamen a ſubiecto non minuuntur. has autem vias terminoſque inter ſe ualde differre docuit Iaſ.poſt Bald.& Angel.in l.manumiſſiones, colum.fin.ff.de iuſtit. & iur.

Quæſt. XXIII.

Aggrediamur nunc quæſtionem illam, ſi vnus cardinalis tãtum ad electionem præſens reperiretur, an ille ſolus pontificem eligere poſſit. Reſpondeo dicendum uideri non poſſe, quia ut ſupra docuimus, hæc eligendi facultas cœtui cardinaliũ tradita eſt, & eorum cœtus collegium nuncupatur, ſed collegium minore trium numero contentum non eſt. l.Neratius.ff.de verborum ſignificatio.text.cum glo.in cap.primo, de elect.ergo &c. Præterea text.in dicto capitulo licet, vult in electione pontific.duas ſaltem ex tribus partibus conformes reperiri, ergo neceſſe eſt plures eſſe, quia pluralis ſermo id omnino expoſtular.l.vbi numerus.ff.de teſti.cum vulgar. & hoc rationi quoque conſonum eſſe uideretur, nam ideo lex plurium ſententias exigit, uel electio, quæ a pluribus approbatur, melior ſit, capitulo prudentiam.de officio delega. quæ ratio in uno ſolo non ſubeſt, ergo ceſſante ratione legis, eius quoque diſpoſitio ceſſare exiſtimatur. capitu. cum ceſſante, de appellat.cum ſimilibus. unus ſolus igitur ad electionem hanc deuenire poſſe nõ uideretur, tum quia eui non conueniunt uerba dicto capit.licet, de electione loquentis, non conuenit diſpoſitio.l.quarta, §.totiens.ff.de dam.infec. cum ſimilibus, tum etiam, quia mens legis nõ ſubeſt, ut prædiximus, ergo &c.Contrariæ tamen opinioni ut probabiliori adhærendum puto. Nec obſtant prædicta, quia licet in vno ſolo collegium cardinalium formaliter conſiderari nequeat, & originaliter in uno ſolo fundari non poſſit, uirtualiter tamen in uno ſolo collegii poteſtas retineri poteſť, per tex.in l.ſicut.ff.quod cuiuſque uniuer.nom.facit elegans textus in l.ſi optio.ff.de opt.leg.ibi, cum tota familia ad unum, id eſt ſticum reciderit, & ibi ſubiungit glo.aliis mortuis.hoc idem tenet gloſ. in dicta l.neratius, & in dicto capitulo primo, de electio.& ita in propoſita re uoluit gloſ. in clemen. ne Romani.§.porro.de electio.in uerſicu.omnes, cuius ſententiam maiori ſcribentium parti placuiſſe nouimus, ut ibi per cardinal. & Imo. & per Doctor.in dicto capit.licet, & in dicto capit.ubi periculum, facit gloſ.& ibi Abb. & alii in capit.gratum, de poſtul.prælat.Innocent.in capit.cum nobis, de electio. Abb. in conſilio 15.& in conſilio 38. in ſecundo lib.Aret.& Iaſ in l.ſi grege.ff.de legat.primo, accedant not. per Abb.in cap.cum in vintonien. de electio.in primo not. & per Roman.in conſilio 52.colum.tertia, in fin.& in conſilio 366.colum.ſecunda, & Dec.in capitu.nullus, colum.ſecunda, de electio. Iſta tamen opin.apud me non ſine dubio eſt per ea quæ in ſequen.quæſt.dicenda erunt.

Quæſt. XXIIII.

Operæpretium eſt, vt intelligatur etiam, an is ſe ipſum eligere poſſit. Ex Abb.ſententia in dicto capitulo gratum, non poteſt, quia is ambitionis crimine non caret, cum capitu. per veſtras, de iure patron. tamen ipſemet Abb.in dicto capit.licet, in fi. remedium tradidit, inquiẽs cardinalem hunc totius ſacri ſenatus nomine, alteri eligendi poteſtatem concedere poſſe, qui vti ſenatus antedicti compromiſſarius eundem eligere non prohibebitur, dummodo electio illa fraudis ſuſpitione careat.adducere poterat glo.& not.per ipſum Abbat.in capitulo finali, de inſtitu.Sed aduertendum puto, dum inquit Abb.eum debere nomine totius collegii compromittere, nam aliter compromittere, non poteſt, quia neminem ex purpuratis patribus ſuo ipſius nomine alteri uices ſuas demandare poſſe in 19. quæſt. fuit oſtenſum, etiam ſi iuſto impedimento foret detentus. propterea falſa redditur diſtinctio quædam, qua ſuper hac difficultate utebatur Dec.in d.cap.licet, vbi diſtinguit, ſi ille commiſſarius iſtum cardinalem nomine totius uniuerſitatis eligat, id licere, ſecus ſi tãquam commiſſarius ipſius cardinalis eum eligeret, quia ex prædictis, dico hoc vltimum caput euenire non poſſe, ut in 19.quæſtio.diximus, quod tamen obiter dixiſſe uoluimus.Concludit igitur Abb.hunc ſolum cardinalem, etiã ſi omnem totius collegii poteſtatem habeat, ſeipſum tamẽ eligere non poſſe, ſed is in alium nomine quo ſupra compromittendo ab illo eligi poſſet. Contra, nam regula iuris eſt eum, qui non poteſt aliquid agere per ſe, id & per alium facere prohiberi.l.pupillus.ff.de autho.tuto.l.milites.§.1.ff.de re milit.c.ſicut.46.diſt.cap.licet, el ſecundo, de teſt.Et quamuis contrarium quandoque comperiatur, illud ſpecialiter, hoc autem regulariter uerum eſſe perhibet gloſ.cui accedit Archid.in cap.epiſcopus gubernationem.88.diſtinct. & Innocen.in cap.Quoniam apoſtolicam, de offic.delegat. cum igitur illi caſus ſpeciales ſint, in aliis regula inuiolata remanet.l.omnis definitio, cum gloſ. ff.de regulis iuris. ſed in caſu noſtro is etiam totius collegii nomine ſe ipſum eligere non poſſet, vt viſum eſt, ergo ſtantibus prædictis eum

nec per alium id poſſe reſpondendum eſt, niſi hoc a iure expreſſum eſſe intueremur. Nec obſtaret, hoc in nõnullis alijs caſibus expreſſe cautum reperiri, quia, ut notiſſimum eſt, ius ſingulare non eſt trahendum ad conſequentias. l. ius ſingulare. ff. de leg. cum ſimilibus, & ſi quiſpiam hoc licere contenderet, quia iſte cardinalis a compromiſſario totius cœtus nomine eligeretur. Reſpondeo primo, quod & ipſe pariter eodem nomine ſemetipſum ad ſedem Petri cooptaret. & tamen non poteſt, ergo iſta ratio ad tollendam ambiguitatem huius quæſtionis ſufficere non uidetur. Rurſus ſi a ſubtili contemplatore replicaretur, cardinalem hunc, ſi ſeipſum ad pontificatum eligeret, ambitionis nota inſici, ſecus quando a tertio eligeretur, reſponderi poſſet, in iure nullum inter eum, qui per ſe vel per alium facit, diſcrimen reperiri. capitulo qui per alium. de regulis iuris, in ſexto, cum concordantibus, & ſi adhuc inſtaretur, quemadmodum ſi totus cardinalium ordo in aliquem compromitteret, ille unum ex compromittentibus ualeret eligere, ita idem & quando totius ordinis poteſtas penes eum ſolum reſidet, iudicandum eſſe. Reſpondeo, argumentum hoc non procedere, ſcilicet totum collegium tale quid agere non prohibetur, ergo idem poteſt etiam is, in quo totius collegij authoritas continetur, quia data inſtantia argumen. corruit, ſed totum collegium cardinalem hunc eligere poſſet, & tamen quando is eiuſdem collegij iura adeptus eſt, ſeipſum eligere non poteſt, ut ſuperius concluſum extitit. ergo &c. Præterea quando omnes ampliſſimi patres in aliquem compromitterent, fraudis abeſſet ſuſpitio, quia cum unanimiter in eum omnes conſenſerint, non magis uni quam alteri ex patrib. iſte compromiſſarius deuinctus eſſet, ſecus autem, vbi vnus ſolus ei magnam adeo poteſtatem præberet, quia huiuſmodi electio fraudis ſuſpitione proculdubio non careret. Sed electio debet eſſe pura, ſincera, gratuitaque, pura ex animo, ſincera ex prouidentia, gratuita ſine precio, teſte cardinal. in capitulo ſecundo, in fine, de electione. in ſexto, ergo &c. vbi enim maius periculum ingeritur, ibi cautius negotiandum eſt, dicto capitulo vbi periculum. Patet igitur concluſionem hanc Abbatis & ſequ. dubitabilem reddi, contra quam tenet Modern. Aret. in dicto tractato defendendo tamen illam dici poſſet regu. in contrarium adductam, videlicet neminem per alium facere poſſe, quod per ſeipſum non poſſet, non habere locum, niſi quando illud fieret nomine illius qui id facere prohibetur, Bartolus poſt Dyn. in l. Ariſto. in fine. ff. quæ res pign. oblig. poſ Sed iſte compromiſſarius, cum totius collegij iuribus fruatur, illum iure proprio, non autem ipſius particularis nomine, ad ſedem uocaret, & talis electio ab uniuerſo collegio facta diceretur, ut in ſimili eſt elegans text. in l. unum ex familia. §. primo, vbi Barto. ff. de legat. primo, & hæc fuit Abb. intentio, ſi recte inſpiciatur in dicto capitulo fin. de institu. ratio autem diſcriminis ea eſt, quia inter eum qui dat, & qui accipit, differentia debet agnoſci, dicto capitulo fin. & l. penult. ff. de arbitr. cum ſimilibus Sed quando quid per alium meo quidem nomine fieret, id a me ipſo factum eſſe omnino uideretur dicto capit. qui per alium, & hoc electioni ac pręmemoratis iuribus repugnaret, ſecus autem in hoc caſu in quo compromiſſarius uniuerſi collegij uice, necnon & iure proprio eum eligeret, hic etenim inter dantem accipientemque maniſeſtum diſcrimen eſſe dignoſcitur, quod in ſemetipſum eligente ſecus eſſet, quia ſubiecti dantis & recipientis impoſſibilis eſt ſeparatio, ſicut & de iudice nouimus, nam etiam ſi non ut ſui ipſius, ſed vt principis uices gerens iudicet, tamen ob id ipſius particularis cauſa ab eo decidi non poteſt. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & dic. l. penultima, idem igitur & hic concludendum eſt. & ex his multa in contrarium adducta ſuperius refelluntur. Subiungi quoque poſſet regu. in contrarium adductam in caſu neceſſitatis locum non habere. l. prima, ff. de off. conſu. neceſſitatis enim tempore iura legitime offenduntur, vt per Alexand. in l. prima, §. fina. ff. de liberis & poſthum. cum concordantibus de quibus per Dec. in l. quæ propter neceſſitatem. ff. de regulis iuris, & per Felin. in capitulo cum acceſſiſſent, de conſtitu. Sed vno tantum cardinali ſuperſtite cæteris uita functis neceſſitatem maximam inſtare nemo penitus diffiteretur, ut per Ange. in l. planc, alias in l. nonnulli. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. colum. ſecunda, & per Pau. de Caſtr. in l. ſicut, §. in decurionibus. ff. eodem titu. ergo &c. Cæterum reſponſionem hanc vbi alij omnes cardinales ex hac uita non migraſſent, ſed abeſſe forte cõtingeret, locum habere haud poſſe concedimus. Non prætermittio iſtam cõcluſionem Abb. uidelicet totius collegij poteſtatem penes vnum ſolum reſidere, duobus modis contingere poſſe, uno vbi ſolus cardinalis in conclaui cæteris abſentibus contumacibuſque reperiretur, quo caſu totam eligendi facultatem ad hunc unũ recidere iura noluere, vt diximus, & tunc dici poſſet, hunc ſolum aliquem ex cardinalibus abſentib. vel etiã ſeipſum forma ſuperius tradita eligere poſse, & huiuſmodi teneret electio. Altero ſcilicet vbi omnes, uno excepto, cum morte uitam commutaſsent, & tũc etiam ſi iura a memoratis authoribus adducta ſentiant, in eo ſolo totius ordinis iura conſeruari, ut ex mente aliorum affirmat Philipp. Francus in dicto capitulo vbi periculum, tamen iſta concluſio in hoc capite mihi non mediocriter ambigua uideretur, quia per conciliare decretum ſub Stephano pontiſ. emanatum uidetur ſancitum, neminem ad pontificatum cooptari poſse, niſi prius is cardinalatus dignitate refulgeat. capitulo oportebat, & capitulo nullus. 79. diſtinct. habetur per Ioan. de Annan. in capitu. ad liberandam, de iudæ. & per Dec. in dicto capit. licet. tradit Firma. in tracta de epiſcopo, in 18. quæſt. primæ part. ſecundi lib. ubi etiam de mente Abbatis ſubiungit, exceptionem hanc electo pontifici opponi non poſse, licet ego contra. quicquid tamen de hoc ſit, papam de gremio eligẽdum eſse iure cautum uidetur, quamuis nonnulli contrarium ſenſerint, & in dicto capit. licet, & in dicto cap. vbi. & hoc in Vrbano factum eſse nouimus, qui erat archiepiſcopus Bar. ſi igitur eligendum in pontiſ. cardinalem eſse oportere exiſtimamus, quomodo unus ſolus ſuperſtes electionem pontiſ. habere poſsit, non uidemus, ipſe enim ſe ipſum eligere non poteſt, & licet alteri eligendi facultatem concederet, tamen, cum nemo alius reperiatur, certum erit non niſi eum eligi poſse, & ſic iſta electio, appellari electio non mereretur, quia in uno ſolo non cadit, cum ſit unius de multis optio, ut per Alber. de Roſ. in rubr. ff. de opt. legat. immo neque inter duos omnino æquales daretur electio, quæ in pluribus tantummodo locum habet, quorũ unus tãquam præſtantior alijs præponatur in l. cum aurum. §. ſed ſi argenti, cum glo in uerbo optio de auro & argen. lega. iunct. not. per Roman. in ſingu. 487. Reſponderi poſset, quę in contrarium adducũtur regulariter vera eſse, ſed hic, ſuadente neceſſitate cum unus tantum cardinalis ſuperuiuat, iura tranſgredi licere, ut ſuperius dictum eſt, & ſimilia late habentur per Felin. in capit. cum acceſſiſsent, de conſtit. Licet igitur regulariter electio dicatur unius de pluribus optio &c. tamen contrarium urgente neceſſitate non improbatur. cogitabam inſuper ſi hic ad ampliationem huius materiæ alia conſideratio adhiberi potuiſset, præſuppoſita illa concluſione pro vera, ſcilicet pontiſ. eligendum cardinalem eſse oportere, cum vnus tantũ ſuperſit, & conſequenter ſolus eligibilis, ac pontificiæ dignitatis capax reperiatur, an is ipſo iure cenſeatur electus. Et primo iſta opinio non abſona uidebatur argumen. text. in l. ſi optio, & in l. ſi ubi. §. primo, ff. de optio. legat. vbi quando ſerui legata fuit electio, ſi unus ſolus ſupereſt, cum alius optari non poſſit, ille pure legatus cenſetur, & ibi Bartol. per illum textum opinatus eſt, ita de conſiliarijs quæſtionem decidi poſse, qui per extractionem de ſacculo electores conſtituuntur, ut ſi eorum unus tantum e ſacculo extrahendus ſuperſit, is & pro extracto habeatur, & iure ad electionem procedere non prohibeatur, cum ſolus iuris eligendi capax reperiatur. Vnde in propoſito caſu idẽ dici poſse uidebatur, & ita in hac quæſtione ſentit Dec. in capitu. nullus. numero 10. de electio. Contrarium tamen uerius eſse cenſeo, ut is ſcilicet totius collegij nomine eligat, quod modo ſuperius declarato fieri poterit, nam ut põtifex a dicto collegio eligatur, pro forma traditum eſt in dicto capit. licet, & alijs iuribus vulgar. Sed forma omnino ſeruanda eſt, licet ratio formæ deficeret, ut per Aret. in capitu. nouit, de iud. colum. 6. in iuribus autem in contrarium adductis, nulla eligendi forma tradita fuit, ſed ne legatum illud inutile redderetur perinde eſt ac ſi pure factum extitiſset. & hoc eſt, quod ibi tradit Bart. nę ſcilicet exactio foret inutilis, uno ſolo capace exiſtente, illum pro extracto habendum eſse, ſed hic licet electio in uno fieri non poſsit, verumtamen forma legis quantum fieri poteſt obſeruãda eſt, etiam ſi formæ ratio deficeret, ut prædiximus. & hæc uera eſse uiderentur ſequendo opinionem illam, ſcilicet neminem, qui cardinalis non ſit, Pontiſ. eligi poſse, licet difficile admodum uideatur talem electionem ambitionis ſuſpitione carere. Præterea, quid ſi ille ſolus cardinalis ſuperſtes tanto regimini minime idoneus ſit? dicemus ne eum nihilominus omnino eligendum eſſe. per dict. capitulum oportebat. profecto hæc interpretatio abſona uideretur, quia ex mali creatione pontificis uniuerſalis eccleſiæ ſtatus facillime perturbari poſſet, capite enim langueſcente, etiam cætera membra non niſi male ſe habere poſſent. & propterea licet dicta opinio uera eſſet, tamen dictum capit. oportebat, intelligendum eſſet, quando cardinalis idoneus eſt, alia ſecus, per capitu. in nomine Domini, 23. diſtinctio. una enim pars iuris ab alia declaranda eſt. l. utrum, vbi Angelus. ff. de po-

petitio. hæreditat. Si uero contrariam ſententiam, quam nonnulli approbarunt, amplecteremur, ſcilicet eum etiam, qui cardinalis non ſit eligi poſſe, tunc vitandæ ambitionis cauſa dicendum uideretur hunc totius collegii nomine aliquem idoneum eligere debere, aut forma ſuperius tradita & ipſum eligi poſſe, dummodo ambitionis ſuſpitio abeſſet. ſed aliud dubium adhuc excitandum eſt, an ſi iſte caſus de uno tm̃ ſuperſtite a decretis, quæ hoc ius cardinalib. tribuere, fuerit veriſimiliter cogitatus, & cõprehenſus, an uero utpote non cogitatus cenſeatur omiſſus, & relictus in antiqui iuris diſpoſitione iuxta l. commodiſſime. ff. de liber. & poſthum. & l. ſi uero. §. de uiro, cum ibi traditis. ff. ſoluto matrimo. Et cum cogitatum non fuiſſe probari uidetur, tum quia iſte caſus inſolitus eſt, immo præter omnium ſpem atque opinionem eſt, ſed talia nunquam cenſentur cogitata, argum. l. fiſtulas. §. ſtrumenta. ff. de contrahen. empt. mens enim hominum ad ea, quæ raro contingunt, iuris interpretatione non porrigitur, cap. coram, de offic. deleg. per quem text. ita dixit Socin in conſ. 126. colum. 2. in 3. uolum. ergo &c. tum etiam quia non eſt ueriſimile legem quæ in eligendo totius mundi capite maioris partis cardinalium ſuffragiis non fuit contenta, ut communiter fit, iuxta l. quod maior pars. ff. ad municip. ſed duarum ex tribus partibus ſententias exigit, ut in re tanti ponderis maturius cautum ſit, eãdem poſtea uoluiſſe, ſi iſte caſus contingeret electionem hanc ab uno ſolo fieri debere. & hæc coniectura confirmari poſſet ex his quæ in 32. quæſt. dicenda ſunt, ubi uidebimus pontif. maximum qui ſanctus exiſtimatur cum ad tantũ dignitatis apicem ſit euectus. cap. non nos. 40. diſtinctio. ſibi ſucceſſorem eligere non poſſe, ob id potiſſimum, ne electio quæ tanti ponderis eſt, ab uno ſolo prouenient eccleſiæ detrimentum afferre valeat, ac ſtatum eccleſiæ perturbare. ratio enim hæc a fortiori uidetur in propoſito caſu locum habere, quia cardinalis ille non adeo approbatus eſt ut papa, & propterea multo minus quam ipſe debet ſolus talem electionẽ facere poſſe, ne & ipſe pariter ob ſuam erroneam electionem, cũ unus ſit, eccleſiæ ſtatum perturbare poſſit, ideo lex non eſt eo modo interpretanda ut a ſapiente redargui poſſit, iux. l. Saluius Ariſto. ff. de leg. præſt. Quapropter fortaſſe non inconueniens eſſet, ſi diceretur caſum hunc vtpote incogitatum a lege omiſſum fuiſſe. Et ſi obiiceretur, cardinalem hũc ideo ſolum ad electionem hanc deuenire poſſe, quia totius collegii iura ad eum recidere. replicari poſſet hunc propterea totius collegii ſapientiam experientiam, & probitatem non habere, quæ omnia in re tam ardua magnopere deſiderantur. ideo enim plurimorum ſententiæ exiguntur, ut quod a pluribus fit, perfectius ac maturius ſit, iux. cap. prudentiam, de offic. delega. ut etiam de pontif. dicimus. Rurſus ſi diceretur ob neceſſitatem hoc tolerari debere, ne eccleſia ſine paſtore relinquatur. quod ſecus eſt in pontif. maximo, qui ſucceſſorem eligit, reſponderi poſſet, nullam eo caſu neceſſitatem ſubeſſe, quia ſi caſus ille utpote incogitatus cenſetur omiſſus, remanet in diſpoſitione iuris antiqui, & conſequenter clerus Romanus talem electionem facere poſſet, ac melius & maturius prouidere per dictum cap. in nomine Domini. & hæc etiam ad præcedentis quæſtionis deciſionem conſiderari poſſunt, licet contrarium ſenſerint ſapientes, vt ibi diximus, quicquid tamen ſit, credo caſum hunc nunquam euenturum, ſed poſteaquam talis quæſtio ab aliis excitatur, volui hæc ſub ſapientiorũ cenſura in mediũ afferre.

Quæſt. XXV.

Dubitarunt præterea ſapientes, ſi omnes cardinales mortui eſſent, ad quem pontificis ſpectaret elect. Hoſtien. in dicto capi. licet, duas opiniones retulit, quarum vna eſt, eam ad clerum Roman. altera uero, ad concilium pertinere, & prima opinio apud eum æquior eſt, ſecunda uero iuſtior. nihilominus ipſe magis iuſtum eſſe putat eam ad Rom. clerum ſpectare, quia difficile admodũ eſſet, ac nimis graue in electione pontificis uniuerſale concilium congregare, cui aſſentit Abb. in d. cap. licet, & Imo. in clemen. ne Romani, eodem titu. Dec. autem contra in dicto cap. licet, ad concilium huiuſmodi ius pertinere ſentiens. Ego crederem ut inquit Imo. in dicta clem. ex mente Hoſtienſ. caſum hunc miſeratione diuina non euenturum, deinde ſi forte eueniret exiſtimarem, ſi facile concilium congregari poſſet, ad id tale ius eligendi pertinere, nam cum pontif. maximus non urbis, ſed orbis epiſcopus ſit, merito ad eccleſiam uniuerſalem, quæ per concilium repreſentatur, deuolueretur electio. cap. primo, de electio. idque potiſſimum, quia eccleſia vniuerſalis errare non poteſt. cap. a recta. 24. quæſtio. 1. & hoc modo timor ſchiſmatis penitus remoueretur, quod ex hac difficultate facile poſſet oriri. quapropter in dubio tutior via eligẽda eſt. cap. iuuenis, de ſpon. & hoc videtur eſſe de mente fere omnium, hanc enim partem iuſtiorem eſſe arbitrantur, licet ob cõgregandi cõcilii difficultatẽ contrariæ adhæreant opinioni. Si uero difficilis eſſet concilii congregatio, ut de ſui natura difficillima eſt, alteram partem ueriorem eſſe arbitrarer, uidelicet electionem a Roman. clero fieri debere, ne tandiu ſupremum illud pontificale Solium vacaret, ob multa pericula, quæ eccleſiæ imminerẽt. & iſta uidetur communis opinio ſecundum Modern. Aret. ubi ſubdit etiam, quando talis electio a Roman. clero fieret, eam a canonicis ſancti Ioannis Lateranenſis fieri debere, quia illa eſt ſummi pontif. eccleſia cathedralis, & ipſi pariter ſunt eius canonici, ex quo merito ad eos pertineret. electionum pontificum inferiorum exemplo. capitulo primo, & capitulo cum eccleſia vulterana, cum ibi not. de electio. Non eſt ſilentio prætereundum dictum illud Bald. in l. ubi abſunt. ff. de tuto. & cura. dat. ab his, ubi vult cardinalibus mortuis iſtud patriarchis reſeruari. prædictis tamen iuris interpretes communiter conſenſerunt.

Quæſt. XXVI.

Hic videndum eſt, quid ſi cardinales in eligendo ſummo pontifice negligentes eſſent, fortaſſe quia conclaue ingredi recuſarent, uel ingreſſi poſtea diſcordes exirent. Reſpondeo eos ad concordiam compelli poſſe ab his, quibus conclauis cuſtodia demandata eſt. uerum huiuſmodi impulſus uerbis tãtum, ac per indirectũ, & non aliter fieri deberet, vt cardina. & Imo. tradidere in dicta clement. ne Romani, & hoc poſt Clementis obitum contigit, ut inquit glo. in d. clement. §. porro. Cardinales etenim conclauis ingreſſum fugiebant, ut per Bald. in tract. ſchiſmatis quem poſuit ſub tit. C. ſi quis aliq. teſt. prohib.

Quæſt. XXVII.

Iam alia oritur difficultas, ſi omnes de cõclaui exiſſent, aliqui uero, uel unus eorum tantum reuerteretur, an reuertens aliis non expectatis ad pontif. electionem procedere valeat. gloſ. in dicto §. porro. affirmatiuam ſententiam approbauit, quãdo illi, qui exiuerunt, nullã iuſtam exeundi cauſam habuere. & de hoc eſt text. in dicto §. uer. cardinales, uerum enimuero idem quoque dicendum uideretur quando exeuntes iuſtam cauſam habuiſſent, utputa ſi incommoda ualetudine aliaue iuſta cauſa impedirẽtur, quia penes alios reuertentes ſolos ius eligendi reſider, vt colligitur in dicto §. cum gloſ. Si uero prætextu metus exiſſent ſicuti Vrbani temporibus factum eſſe legitur, tunc gloſ. inquit caſum hunc in iure traditum eſſe. ſed illum decidit Modern. Aret. in loco prædicto, inquiens, ſublato metu eos, qui eius redirent, aliis deinde tempore congruo expectatis eligendi poteſtatem habituros, intra quod tempus metu abiecto regredi potuiſſent. nam quod aliqui per decem dies expectentur, hoc a principio tantum intelligi poſſe iure cautum non reperitur. Quid autem iuris eſſe debeat in aliis collegiis inferioribus, quando poſt congregationem aliqui eorum exeunt, uide Abb. in capitulo cum nobis, colum. penult. de electio. Felin. in capitulo cum omnes, colum. penult. de conſtitu.

Quæſt. XXVIII.

Quia ſuperius concluſum eſt, quando omnes ingreſſi exeunt, vel conclauis ingreſſum negligunt, eos compellendos eſſe, idcirco non ab re perſcrutãdum eſt, an idem in eorum parte, quæ non intrauerit, uel ingreſſa exiuerit, iudicandum ſit. Reſpondeo in prædictis non idem iuris eſſe, ſaltem quando illi ingredi noluiſſent, quia ſine cauſa conclauis ingreſſum fugiendo ſeipſos a ſuffragio ſuo, & a dicenda in electione ſententia priuauiſſent, ut in dicto capitulo ubi periculum, uerſ. ſane. Quando autem clauſo iam conclaui nonnulli poſtmodũ exiuiſſent, Moder. Aret. in ſæpe dicto loco ait quorundam ſententiam extitiſſe, qui eos compelli debere arbitrantur, quia in clement. ne Romani, nulli cardinales niſi in caſu ægritudinis excuſantur, ergo, ſi cauſa deſit, eos poſſe compelli uideretur, & hoc ſuadetur, quia ſi ingrederentur, poſſent alios in ſuã ſententiã flectere. arg. l. ſi in tres. ff. de arbit. c. bene aſſerendo, & c. ſicut, de elect. & ſic meliorem fortaſſe electionem facere, cum a plurib. fiat, iux. c. prudentiam, de off. deleg. in bono enim eccleſiæ maius bonum ſemper amplectendum eſt. horũ concluſio corroboratur, nam ſicut quando omnes exeunt rurſus ingredi compelluntur. dicta clemen. §. porro, ita & quando eorum pars tantummodo exiſſet, reſpondẽdum eſſe videretur, ar-

guẽdo de toto ad partem iuxta. l. Quę de tota. ff. de rei uend. Nec obſt. ſi in contrarium adduceretur, conſtitutionẽ. d. §. porro, quę pœnalis eſt, ad caſum ibi ſpecialiter non cõprehẽſum porrigi non debere. l. cum quidam. ff. de lib. & poſthum. cap. Odia. de regul. iur. in 6. quia reſpõdeo, cum in hac pont. electione de publica utilitate agatur. ſcilicet, ut quamprimum de idoneo paſtore prouideatur, quæ, ut dixi, melior eſt, ſi a pluribus fiat, conſtitutionem quantumcunque pœnalem publicę utilitatis intuitu extendendam eſſe. tex. eſt ubi Bart. in l. ſecunda. §. exercitum. ff. de his qui not. infa. idem tradidit ipſemet Bart. in l. Quemadmodum. C. de agric. & cenſ. li. 11. contraria tamen ſententia potior eſt, quæ probatur per tex. in dicto capitulo ubi periculum. §. ſane. ubi cautum eſt, conclaue ingredi abnuentes, & ſine cauſa de illo exeuntes, non ſolum uocibus ſuis priuari, ſed nec ad electionem, etiã ſi id ſummopere affectarent, iterum admitti poſſe. ad idem eſt glo. in uerſic. omnes in dicto §. porro, ubi in tali caſu ait penes eos tantum, qui in conclaui remanſerunt, hoc eligendi ius prorſus reſidere, nec dici poſſet. d. §. ſane, per dictã clemen. ne Romani, correctum eſſe. quia legum correctionem magnopere uitandam eſſe notiſſimum eſt. l. præcipimus. C. de appel. unde quod ibi de omnibus patribus exeũtibus cautum eſt, per ſubauditos intellectus ad alterius correctionem iuris minime dilatandum eſt, ut not. glo. in capitulo cupientes. §. quod ſi per 20. de elect. in ſexto. Secundo hoc ex eo ſuadetur, quia a iure diſpoſitum eſt, neminem in electione ad dicendam ſententiam inuitum impelli, immo quemlibet ſuffragio ſuo renunciare poſſe. capitulo in cauſis. capitulo ad Apoſtolicum, de regul. licet hoc in cardinali fortaſſe tutum non ſit, quia hunc iuri eligendi pont. renunciare poſſe non uidetur, cum illud ius qualitatem eſſe a cardinalatu inſeparabilem docuerit Mar. Laud. in ſecundo tract. de card. quæſtione. 37. Tertio inconuincibilem rationem prædictis adhibeo. nam. d. clem. ne Romani. in §. porro. cardinalibus ſine cauſa exeuntibus, aut conclaue ingredi recuſantibus, pœnã priuationis officiorum, dignitatum, ac feudorum iniungit, ibi, pœnas in dicta conſtitutione contentas incurſuri. glo. ſupplet, contentas uidelicet, in d. cap. ubi periculum, uerſi. quod ſi pręmiſſa, ubi ante latæ pœnæ comperiuntur, tum ſic, ubicunque pœna priuationis imponitur, illa diſpoſitio non niſi in caſibus ab ea ſpecialiter expreſſis intelligenda eſt text. eſt. not. quem ita ponderat Alexan. in conſil. 11. colum. prima. in ſexto. uolum. in §. cum igitur, ibi, nec eſt, lex, tale aliquid dicens, in authen. de non elig. ſecundo. nub. Accedit glo. in cap. fin. de iur patro. & glo. in ſum. 15. quæſt. 8. ergo &c. præmemoratis quoque adiungitur, neminem a pœnali conſtitutione puniri in eo, quod expreſſe cautum non reperitur. Aret. in conſ. 63. colum. pen. per. cap. cum inter. R. ſeniorem, in fin. de elect. in 6. iunctis ibi traditis per. Abb. &c. Demum iſta concluſio ex infradicendis clarior apparebit, cum ad ſolutionem eorum deueniam, quæ in contrarium ſuperius adducitur. Nõ obſt. igitur cle. ne Romani, non excuſare, niſi eũ qui malæ ualetudinis cauſam afferre poſſit, quin iterum conclaue ingredi compellatur, quia illud procedit in ibi propoſita re, uidelicet quando omnes penitus exiuiſſent. ſed hoc ad caſum, in quo eorum ſola pars exierit, ad correctionem alterius iuris dilatandum non eſt, maxime cum illud cap. priuationis pœnam iniungat, ut prædixi. Non obſt. quod iſti redeũtes alios quoque in ſuam ſententiam trahere potuiſſent, ac de meliori paſtore prouidere, quia reſpondeo in caſu noſtro quanto pauciores eſſent, eos tanto facilius conuenturos. nã ſi eorum aliqui inuiti & nolentes conclaue ingredi cogerentur, aut ſcandalum aut ſchiſma faciliime concitarent, quod maxime præcauendum eſt, ut in dictis iuribus euidenter apparet. minor. enim hoc modo erit diſſentiendi facultas, ideo ſententia iſta amplectanda eſt. argum. d. clem. §. cæterum, nã ob hoc uoluit tex. in dicto capitulo ubi periculum. §. ſane, tales amplius admitti non debere, ſed ad illos tantum, qui in conclaui remanent, eligendi ius deuolutum eſſe. argum. ca. Gratum. cum concord. de poſtu. prælat. alias dicendum eſſet illud quod ad celerandam pontif. electionem conditum fuiſſet facile contrarium effectum operari poſſe. contra. l. ſe gata intuliter. ff. de adml. leg. Non obſt. quemadmodum omnibus egreſſis omnes ad redeundum compellendi ſunt, ita & quando pars tantum exierit, iudicandum eſſe. argumento. dictę. l. Quæ de tota, quia reſpondeo. l. illam procedere non poſſe, ubicunque eadem ratio non ſubeſt, ut per glo. in clementina ſecunda, in uerſiculo. defenſor. de re. eccle. non alien. & gl. in l. Qui hominem, in principio, ff. de ſolut. & per Iaſ. in l. ſerui. electione. §. cum fundus. ff. de leg. 1. cum multis ſim. ſed in caſu iſto non ſubeſt eadem ratio ergo &c. patet, quia omnibus exeuntibus tunc ſine paſtore eccleſia relinqueretur, quod quidem maximi momenti, infinitique ponderis eſſe nouimus, ut per glo. in clement. ne Romani. §. cæterum, ſecus eſt, quando aliqui tantum exeunt, quia ad alios eligendi facultas recidit, qui, vt dixi, facilius etiam in concordiam adducentur. Non obſtat pœnalem conſtitutionem ob utilitatem publicam extendi poſſe, per textum ubi Barto. in dicto §. exercitum, reſpondetur enim id locum habere, quando, niſi fieret extenſio, publica vtilitas læderetur, ut ibi per Bartolum dicentem, ideo de miſſo ab exercitu ad miſſum a cohorte extenſionem fieri, quia alias delictum contra publicam utilitatem impunitum remaneret. contra l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Sed in propoſita difficultate, quamuis iſti non cogerentur, nihilominus eccleſia ſine paſtore nõ remaneret, quia ab aliis facilius electio fieret, ut diximus.

Quæſt. XXIX.

Non omittendum putaui, cum hic a nobis liber de cardinalibus fuerit inſtitutus, ſi ab eis pont. maximus alibi quam Romæ eligeretur, utrum electio talis ualida ſit. In his, quæ ſuperius tradita ſunt diximus, licet aliud agentes, eam ualere, quia locus de electionis eſſentia non eſt, ita Domin. in dict. cap. ubi periculum, inquiens opinionem hanc plurimis placuiſſe, quare ad longiorem diſceptationem nos quoque non digrediemur.

Quæſt. XXX.

Breuiter etiam hic tangendum eſſe decreui, an uiuente adhuc pontif. maximo cardinales de ſucceſſoris electione pertractare ualeant. Reſpondeo ſi hoc de papæ conſenſu ageretur, licere, vt habetur in capitulo ſi tranſiturus. 79. diſtinctione. Verum ſi quis abſque illius conſenſu tale quid ageret, criminis læſæ maieſtatis reus efficeretur. ita Baldus in l. quoniam liberi. C. de teſt. citat Innocent.

Quæſt. XXXI.

Apud ſcribentes quæſtio eſt, nunquid papa de futuri pontificis electione nouam poſſit condere conſtitutionem. Omiſſo eorum conflictu, id fieri poſſe dicimus. hæc enim omnia iuris ſunt poſitiui, quod ſummi ſacerdotis imperio ſubiectum eſſe non obſcurum eſt. & hæc opinio confirmatur per Abbatem & alios in ſdic. cap. licet, & per ſcrib. in capitulo primo, de conſtitu. & hoc multoties contigiſſe legimus. uaria enim ac diuerſa circa pontif. electionem decreta conſtituta fuerunt, quæ talem eligendi formam mutauere. quapropter ambigendum non uidetur, quin pontif. maximus huiuſcemodi poteſtate fungatur ob authoritatẽ ſibi a Chriſto ipſo attributam, per illa ampliſſima verba, quodcunque ligaueris &c. ut in capit. quodcunque. 24. quæſtio. prima, per illa enim ſacerdotium, & conſequenter legis condendæ poteſtatem ei traditam fuiſſe inquit tex. in c. tranſlato, de conſtitu. nunquid autem hæ ſanctiones de cardinalium cõſenſu promulgari debeant, inferius aperiemus in quæſt. illa, an papa ſolus ſine fratrum conſenſu eccleſiæ negotia expedire poſſit.

Quæſt. XXXII.

Poſſumus hic quæſtionem illam ſubtexere, an papa ſibi ſucceſſorem eligere poſſit. A nonnullis id fieri poſſe reſponſum eſt. aiunt enim hoc iuris eſſe poſitiui, & propterea ſupremam pontif. ditionem impedire non poſſe. l. princeps. ff. de legi. cum ſimilibus. Secundo ex mente Dec. in dicto capit. licet, afferri poſſet, ſicuti papa ſuper futuri pont. electione legem condere non prohibetur, ut in proxima quæſt. poſitum eſt, ita eidem ſibi ſucceſſorem eligere licere. cum enim inter iſtos caſus diuerſitatis ratio aſſignari nequeat, ergo nec diuerſum ius eſſe debet. l. illud. ff. ad legem Aquil. cum concordantibus. Tertio hoc idem affirmandum eſſe omnino uideretur exemplo Chriſti, qui verus erat pontifex, cap. Dominus. 56. diſtinctio. cum enim ſibi Petrum in ſucceſſorem optaſſe haud incognitum eſt, ergo &c. nam omnis Chriſti actio noſtra inſtructio eſt. capitu. ſcriptura, de conſecra. diſtinctio 2. ut quemadmodum ipſe fecit, ita & nos faciamus. Si igitur id a Chriſto uti pontifice maximo factum eſſe nouimus, ergo ſucceſſorem quoq; idem poſſe concedendum uideretur, cui Chriſtus regnum tradidit, ſicut ei pater diſpoſuit, Luc. 22. hoc idem & a Petro factum fuiſſe non ignoramus, a quo ſibi ſucceſſorem Clementem electum fuiſſe legimus. capitulo ſi Petrus 8. quæſtio. prima, contrariã, tamen ſententiam quæ crebrior eſt, ueritati quoq; magis conſonam arbitramur, per tex. in c. apoſtolica. 8. q. 1. ubi habetur, ſi aliter fieret, ſucceſſionẽ ſanguini non uitæ & morib. ſucceſſoris concedi hęc aũt in quacunq; electione, ſed in hac potiſſimum fugiẽda eſſe docet tex. in c.

licet.

licet.8.quæſtio.1. eandem ſententiam pontificem, ſcilicet
ſibi ſucceſſorem eligere non poſſe approbauit gloſ. & poſt
eam Arch.in cap.ſi tranſitus.79.diſtinctio.& glo.ſummæ.8.
quæſtio 1.& hoc ſi equentioribus uotis canonum ſequuntur
interpretes,ut uidere eſt per Philip.de Peruſ.in dict. cap.vbi
periculum.per Abb.& alios in d.cap.licet,Abb.in cap.accipi
mus,de pac.& in cap.ſignificaſti.colum.penul.de elec.Firm.
in tract.de epiſcopo,in 40.quæſt.3.part.1.lib. ubi ſuperaddit
hoc etiam ſi cardinales id ſtatuant,pontifici nō licere, idem
uoluit Mart.in ſecundo.tract.de cardin. quæſt.39.Ludouic.
Bologn. in ſuo commento priuilegii Bononien. gymnaſii.
Felin.in capitu.primo in ſeptima fallen.de conſtitu.& Iaſ.in
rubr.C.qui teſta.face.poſ.Pro iſta concluſione memorati au
thores rationem hanc in medium afferunt,ideo papam ſibi
ſucceſſorem eligere non poſſe,quia huiuſmodi electionis ef
fectus in tempus mortis eius protrahitur.in quo ipſe & pote
ſtate & uita pariter carebit. quod a iure, ut ipſi aſſerunt,im-
probatur argum.l.eum qui.ff.de iuriſdict.omnium iudic.fa-
ciunt not.per Iaſ.in l.ſenium, in fin. C.qui teſtam.face. poſ.
Alia etiam ratio ſubiungi poteſt, ſcilicet pontific. ma-
ximum propterea quod Chriſti uniuerſalis vicarius eſt, ei-
dem alium uicarium ſubſtituere prohiberi. hęc enim re-
gula de uicariis tradita eſt in capitulo clericos, de offic.uic.
ergo &c. Sed hæ rationes non uidentur urgere, quia eodem
iure nec Petrus Clementem eligere potuiſſet. nam & illius
electionis effectus protrahebatur in tempus in quo Petrus
amplius pontifex eſſe non poterat, ut hic quoque dicitur.Si-
militer & Petrus,qui uniuerſalis Chriſti uicarius erat, eidē
alium uicarium ſubſtituere poſſe non debuiſſet, ut hic. er-
go iſtæ rationes corruunt. niſi forte reſpondeatur, hæc iura
Petri temporibus edita non extitiſſe, & tunc ſi tacite hæc a
iure poſitiuo ſancita eſſe obiicerētur, quod pontificiam po-
teſtatem coarctare non poteſt,reſponderi poſſet, ut iam de-
clarabitur. ex quo quidem reſponſo magis quam ex prædi-
ctis hæc ueritas apparebit. Non uidentur igitur obſtare in
contrarium ſuperius adducta, & primo iſta eſſe iuris poſiti-
tiui,quia dici poteſt in his quæ ad uniuerſalem ſtatum eccle
ſiæ pertinent, papam ſine iuſta & aliis nota cauſa ſupra poſi
tiuum ius imperium non habere, ut no.inquit Innoc.quem
valde ibi extulit Abbas in capit.quanto,de conſtit.idem ait
Innocen.in cap.inquiſitioni,de ſenten.excommu.inquiens
pontifici parendum non eſſe, vbi uniuerſalem eccleſiæ ſta-
tum perturbari poſſe crederetur.hoc idem habetur in capit.
ſunt quidam.25.quæſtio 1.ubi Archid.accedit gloſ.in capit.
ex multis.1.quęſtio.3.Oldr.in conſil.62.colum.2.Roman.in
conſil.487.colum.penul Felin.in capit.quæ in eccleſiarum,
uerſic.limita.3.de conſt.& in cap.ſi quando, de reſcript. vbi
ait ita communiter traditum eſſe.ſed hoc ſcilicet pont.ma-
ximo ſibi ſucceſſorem eligere licere in grauiſſimum eccle-
ſiæ detrimentum cederet teſte glo.in dic.§.his omnibus. &
Moder.Aret.in trac.de concil.& id late docuit Ioan.de Tur.
Crem.in 2.lib.de poteſta.eccleſiaſt.capit.licet,ergo &c. hoc
enim modo,vt prædiximus, non uitæ aut moribus, ſed pro-
prio ſanguini ſucceſſio ut plurimum concederetur, contra
dictum c.apoſtolica.& d.cap.licet.8.quæſtio.1. & hoc a Cle
mente ſatis aperte fuit oſtēſum, qui hoc modo electionem
de ſe factā reipublicæ Chriſtianæ pernitioſam eſſe animad-
uertēs,pontificatu ſe abdicauit. poſt cuius repudium Linus,
& Lino mortuo Cletus, electi fuere.demū Cleto ab huma-
nis exempto rurſus clemens ad pōtificatus apicem euectus
eſt,quem legitimo electionis medio ad ſe delatum ſuſcepit,
ut habetur per gloſ.in d.cap.ſi Petrus.ex his etenim,ut mea
fert opin. euidenter apparet omnia hæc ab illis ſanctiſſimis
patrib. diuino numine cooperāte facta extitiſſe,ne damno-
ſa hęc inualeſceret conſuetudo. non enim verbis tantum-
modo, ſed & re ipſa mentem alicuius aperiri & percipi poſ-
ſe iura docuere.tex.eſt in l. Paulus nō tantum uerbis, ff.rem
rat.habe.cum ſimilibus,uerum quis ambiget? Dominum Ie
ſum ex geſtis a clemente fidelib. ſuis diuinitus patefeciſſe,
talem deinceps eligendi formam obſeruari non debere, ut
electio,quæ tanti ponderis eſt,non ab uno tantum, ſed a plu
ribus facta melior ſit & ſanctior iux.cap.prudentiam,de off.
delega. & ne ſanguini ſed moribus ſucceſſio reſeruetur, per
d.cap.apoſtolica, & d.cap.licet, & aliis quoque rationibus,
quæ hac in re uberius habentur per Ioan.de Tur.Crem.in di
cto loco,ubi multa not.adducit ad probandum,quare pon-
tif.maximus ſibi ſucceſſorem eligere non poſſit,quæ breui-
tatis gratia non tranſcribuntur.ex quo igitur ob id uniuerſa
lis eccleſiæ ſtatus perturbari poſſet, ſequitur pontif. abſque
iuſta & aliis nota cauſa iuri poſitiuo derogare non poſſe, ut
prædicti ſapientes tradidere. quæ quidem concluſio eo po-
tiſſimū roboratur, quia Chriſti apoſtoli denuo Petrū in ſuū
principē elegere, vt poſteris hęc eligendi forma relinquerēt.
c.ſacroſancta.22.diſt. Sed huic dicto hoc forte repugnaret,
nam ſi apoſtoli rurſus Petrum elegerūt,vt hęc eligendi pon
tif.forma poſteris relinqueretur,quare poſtea clementem a
Petro electū fuiſſe legimus? ſed replicari poſſet, ut diximus,
non hæc ſine numine diuino eueniſſe. non enim clemens
pontificatum hoc modo ſibi delatum repudiare potuiſſet,
niſi Petrus eum ad ſedem uocaſſet. hæc autem ab utriſque
Deo annuente geſta fuere, vt legitimæ electionis forma ma
gis ac magis ad poſterorum documentum confirmaretur,
vt prædictū eſt. & hoc modo etiam tollitur,ſi diceretur cre-
dendum non eſſe clementem ideo pontificatum repudiaſ-
ſe, quia talem eligendi modum eccleſiæ damno eſſe proſpe
xerit,quaſi id Petrus eum eligēs ignorauerit, dicimus enim
ut ſupra, hęc ab utriſque & conſulto & diuinitus facta fuiſ-
ſe,vt maioribus teſtimoniis oſtenderetur, tale quid amplius
in exemplum trahi non debere. Ad aliud autem, quod ſecū
do loco adducebatur, videlicet ſicut papæ de futuri pontif.
electione ſtatuta cōdere fas eſt,ita eodem iure eum ſibi ſuc-
ceſſorem eligere poſſe. reſpondeo argumentum hoc non
procedere. Quædam enim a pontifi.fiunt, quæ adhuc eo ui-
uente exitum effectumque ſortiuntur.& hęc eo quoq; mor
tuo valida ſunt. huius naturæ ſtatuta, contractus, & ſimilia
eſſe dignoſcuntur, ut habetur in capitulo finali, de officio
legat. & talis eſt conſtitutio, de futuri pontificis electione
promulgata. Quædam autem ſunt quæ non niſi mortuo
pontifi. adimplentur, & effectum nanciſcuntur. & hęc ab
eo iure optimo fieri nequeunt,ut prędiximus, & huiuſmodi
ſucceſſoris foret electio, quam eo adhuc viuente neq; ficte
locum habere indubitati iuris eſt.quandoquidem alias ec-
cleſia mōſtrum efficeretur, ſi quoquo modo habere duo ca-
pite uideretur,quod audere non poſſumus per not. in c.per
venerabilem,qui filii ſint legi.& in c.quoniam in pleriſque,
de off.ordi. Verū quia iſta rñſio a ſubtili lectore fortaſſe mor
deri potuiſſet,operæpretium eſſe duximus,ea etiam quę ta-
cite fieri poſsent obiecta refellere. Duobus enim modis
contra diſtinctionem hanc inſtari poſset. Primo conſide-
rando teſtamenta non niſi poſt mortem teſtatoris effectum
habere.l.1.ff.de teſta.l.4.ff.de adim.lega.& tamen teſtamen-
tum a Summo pont.conditum valebit, ut notum eſt, ergo
contra ſecūdum diſtinctionis caput, quia data inſtantia cor
ruit arg.iuxta gloſ.in c.Sicut vigere.1.q.1.& in l.Creditori,de
ope.nou.nun. Secundo papa, ut ſuperius viſum eſt, de futuri
electione pontificis iura condere non prohibetur quod cum
ita ſit, poterit Summus pont.decretum promulgare,quo ca
ueatur papam de cætero ſibi ſucceſſorem eligere poſſe. &
ſic lege permittente, quæ eo adhuc uiuente effectum nacta
ſit,ſibi ſucceſſorē eliget. neque eccleſia quoquo modo mon
ſtrum efficietur, quia etiam ſi electio hæc quam primum a
lege confirmetur,non niſi tamen papa eligente præmortuo
effectum ſortiri poterit,ergo &c. Reſpondeo ad primū, ideo
teſtamentum papæ valere,quia ab eo vt a priuato, non ut a
pont.conditum eſt.in eo enim pont. maximus non de rebus
eccleſiæ diſponit, ſed de propriis, quarum eſt moderator &
arbiter.l.In remandata. C. manda. nos autem de his loqui-
mur,quæ ab eo vt a pont.fierent, & ita quoque præmemora
ti authores ſentiunt, dū adducunt l.Eum qui. ff.de iurid.om.
iud. Hæc autem inter ſe ualde differre intelligentibus notiſſi
mum eſt, merito ex diuerſis non recte infertur vulg. l.papi-
nianus.ff.de min. Ad ſecundum arg. breuiter etiam reſpon-
detur, in primo huius diſtinctionis membro dictum fuiſſe,
ideo pont.conſtitutiones tenere,quia eo viuente ſortiuntur
effectum, & ſic earum ualiditas pro conſtanti præſuppoſita
eſt. Sed decretum,quo a papa ſibi ſucceſſorem eligi poſſe ca-
ueretur, non teneret, quia ex eo vniuerſalis eccleſiæ ſtatus
perturbaretur, quo caſu Summus pont. ſupra ius poſitiuum
non habet imperium, ut ſuperius traditum eſt, ergo &c. Ex
his patet prædictam diſtinctionem ab obiectis optime de-
fendi poſſe. Ad id quod poſtmodum de Chriſto dicebatur,re
ſpondeo, ea, quæ Chriſtus non ut purus homo, ſed diuinitus
egit, ad inſtructionem noſtram geſta non fuiſſe. cum enim
ſuper aquas ambulaſſe. 40. diebus nil penitus manducātem
bibentemue ieiunaſſe, ac alia quāplurima feciſſe nouimus,
quæ a miſeris mortalibus penitus fieri nequeunt. ſic in pro-
poſito dico ipſum diuinitus petrum elegiſſe, & iudicium eius
diuinitatis intuitu decipi non potuiſſe, vt in ſimili ait tex.de
Petro loquens in dicto c. Apoſtolica. 8.q 1. hæc autem in hu-
mano iudicio reperiri non datur, quod & fallere & falli poſ-
ſe docuit tex.in capitulo Nunc autem.21.diſt.ergo ex his di-
uerſam rationē habētibus illatio facta remouetur,ad euitan
dum enim fallibile hominis iudicium fuit ſancitum in re tā
ti ponderis electionem a pluribus fieri debere.d cap. Apoſto
lica.8.q.1.& per Io. de Turræcrem.hoc idem & apoſtoli iudi
carunt rurſus petrum principem eligentes, ut talem eligēdi
formam poſteris relinquerent. cap.Sacroſancta.22.diſtinct.
Ad id autem quod poſtremo de Clementis electione a Pe-

tro facta adducebatur, tribus modis reſponderi poſset. & primo electionem illam fortaſse legitimam non fuiſse, ac ipsũ propterea pontificatum ſuſcipere noluiſse, quem legitime poſtea electus non recuſauit. ab utroque tamen id diuinitus factum extitit, ut ſupra docuimus. Secũdo etiam dici poſset id cogente neceſſitate factum fuiſse, quia temporibus illis pauci chriſtiani comperiebantur. timebant enim Gentiles, ut ait Archi. in dicto capitulo Si Petrus, ſed nunc illa ratio non ſubeſt, ergo &c. arg. l. Adigere. §. Quamuis. ff. de iur. pat. & c. Cum ceſsante, de appel. Tertio etiam reſpondetur inſuper electionem illam diuina annuente prouidentia factam fuiſse, vt inquit Moder. Aret. in d. loco. & ſentit tex. expreſse fere in dicto capitulo Apoſtolica, ſed ea quæ diuinitus euenerunt ad conſequentiam trahenda non ſunt. dicto capitulo apoſtolica, & ita in ſimili dixit gloſ. not. in capitulo fin. de ſortil. ergo &c. Poſſet etiam fortaſſe dici Petrum eam electionem in auribus totius eccleſiæ feciſſe, & aliis ſanctis patribus annuentibus, ut per Ioan. de Tur. Crem. in dicto loco. Communis igitur & vera concluſio ſit papæ ſibi ſucceſſorem eligere non licere.

Quæſt. XXXIII.

Hactenus viſum eſt, an papa & de futuri pontific. electione nouam condere conſtitutionem, & ſibi poſſit ſucceſſorem eligere, nunc declarandum eſt, an alteri facultatem eligendi ſibi ſucceſſorem concedere valeat. Ac primo id fieri poſſe dicendum uideretur, alias enim hanc eandem poteſtatem Carolo Magno ab Adriano pontifi. indultam fuiſſe reperitur, vt habetur in capitulo Adrianus. 63. diſtinct. quæ a Leone pontifi. Ottoni imperatori fuit poſtea confirmata, capitulo in ſynodo, eadem diſtinctione, & ut latius in 11. quæſt. diximus. vnde uidetur dicẽdum id eodem iure etiam nunc fieri poſſe, immo facilius, quia illud dicitur eſſe fauorabile, quod ad antiquam iuris prudentiam reducitur, ut habetur per gloſ. in capitu. ſtatutum, de præbend. in ſexto, rem enim ad ſuam priſtinam naturam facile redire non incognitum eſt, iuribus uulg. Nec obſtat ſi illud approbante concilio factum eſſe reſponderetur, quia per ſolum pontific. regulariter in his, quæ ad fidem non pertinent, decretis conciliaribus derogari poteſt, capitulo ſignificaſti, de electio. ubi Abbas glo. & Dom. in dicto capit. ubi periculum, hinc a pontifice maximo ſtatuta concilii approbantur, non econtra, approbatio enim, ſeu cõfirmatio ſuperioris poteſtatis ſignum eſt euidens, ut per Bal. in l. ſi imperialis, C. de leg. & latius per Fel. in cap quæ in eccleſiarum, de conſtit. in quarta fall. Prçterea probari uidetur iſta concluſio per dictum cap ubi periculum, nam papa ibi hanc eligendi facultatem cardinalibus præſentibus tribuit, aliis per decem dies expectatis. quocirca poſſibile eſſet ibi unum tantummodo cardinalem reperiri, cui talis electio competeret, aliis omnibus per temporis a lege præfixi lapſum excluſis. Sicut igitũ in caſu illo ſummus pontifex omnes fere cardinales eligendi facultate priuare potuit ergo eadem ratione debet poſſe etiam toti ſacro ſenatui poteſtatem hanc adimendo eam alteri concedere, quia idem iuris eſſe debet de toto, quod de parte. argumen. l. quæ de tota. ff. de rei uendic. Præterea iſta opinio alia quoque ratione ſuadetur, volunt enim ſcribentes in dicto cap. licet, & in aliis locis, cardinales in vnum compromittere poſſe, etiam ſi ille talis de gremio non ſit, & electionem ab iſto ſolo factam ualidam eſſe, ut ſupra tetigi, ergo idem dici poſſe uidetur & de pontif. maximo, cuius auctoritatem longe maiorem eſſe nouimus. Contraria tamen opinio, uti probabilior, eſt amplectẽda, quia regula eſt, neminem per aliũ facere poſſe, quæ per ſe facere non poteſt. l. pupillus. ff. de autho. tutu. cum aliis concordant. ſupra citatis, ſed papa ſecundum communem opinionem ut uidimus ſibi ſucceſſorem eligere non poteſt, ergo neque alteri debet poſſe talem tribuere poteſtatem. Præterea uiget iſto caſu potens illa ratio, papam uidelicet ſupra iuris poſitiui diſpoſitionem imperium non habere in his, quæ ad uniuerſale damnum eccleſiæ cederent, ut ſupra late fuit concluſum. valde enim cauendum eſt ab his quæ ſine detrimento ſtatus eccleſię fieri nequeunt. capitulo & ſi illa, prima quæſtione 7. hinc dixit Gregorius, ſi ea deſtruerem, quæ anteceſsores noſtri ordinauerunt, non conſtructor, ſed euerſor iure comprobarer hæc ille in capitu. ſi ea. 25. quæſtio. ſecunda. Sed nemini dubium eſt, quin decori & damno uniuerſali eccleſiæ ſit futurum, ſi ſtatus electionis pontifi. mutaretur, cum ipſius maxime interſit electionem ſummi paſtoris, quæ tanti ponderis eſt, a pluribus non ab uno ſolo fieri, quia ſanior & melior plurimorum ſententia iudicari ſolet. dicto capitulo prudentiam, de officio. delega. & colligitur in dicto capitu. apoſtolica. 8. quæſtio. prima, cum enim plures in Chriſti nomine conueniunt, ibi in medio illorum eſt Deus, Matth. 18. ita ſumptiue in capit. alienus. 24. quæſt. prima, & hoc præcipue dicendum eſſe arbitror, cum talis electio a cardinalibus fieri conſueuerit, qui regimini eccleſiæ ſemper aſſiſtunt, inuigilantque, & negotiorum urgentium magnitudinem, ac vnius cuiuſque eorum uitam & mores longe melius aliis experiuntur, quare ueriſimilius etiam eſt electionem ab eis quam ab uno factam meliorem fore. Sicut igitur in quæſtione præcedenti fuit concluſum, papam ſibi ſucceſſorem eligere non poſſe, hac ratione potiſſimum, ut electio a plurib. facta reprehendi non mereatur, ita eodem modo hoc idem & in hac materia & fortius dicẽdum eſſe arbitror, quia iam pontifex pro idoneo ad Chriſtianitatis regimen fuit approbatus. quod ſecus eſſet in eo cui talis facultas concederetur, idcirco iudicium pont. tanquam ſanius veriſimiliter etiam difficilius decipi poſſet, quam iſtius iudicium cuius prudentia nondum his aut ſimilibus teſtimoniis approbata reperitur, vt optime probat elegans text. in cap. non nos. 40. diſtinctio. ubi ita de pontif. ſcriptum eſt. Quis enim ſanctum dubitet eſſe, quem apex tantæ dignitatis attollit? uerum ſi propterea cum ſibi ſucceſſorem eligere poſſe iura non concedunt, ergo minus alteri poteſtatem hanc tribuere poterit. argumen. authen. multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ. cum igitur hic de immutatione ſtatus eccleſiæ pertractetur, papa id facere non ualeret per not. per Innocen. in dicto capit. quanto, & in dicto capit. inquiſitioni, & per multa ſuperius in propoſito aggregata. Non urgent quæ in contrarium afferuntur, & primo hoc ab Adriano factum fuiſſe, quia duobus modis reſpondetur. & primo illud ſacro approbante cõcilio factum extitiſſe, in quo vniuerſalis eccleſia adeſſe præſumitur, quæ errare non poteſt, quia pro ea orauit Dominus cap. a recta. 24. quæſtio. 1. ſecus eſt in papa, qui homo eſt, & in re tanti ponderis errare & falli faciliſſime poteſt, ut dixi. in his enim ex quibus uniuerſalis eccleſię ſtatus perturbaretur, concilium ſupremam habet auctoritatem, ut ex prædictis colligi poteſt, idque in concilio Conſtan. fuit ſtatutum. Secundo id iuſta de cauſa & aliis nota factum fuiſſe dicimus, uidelicet propter ſchiſmaticos & hæreticos qui eccleſiam pontificesque ualde perſequebantur, quamobrem talis facultas imperatoribus fuit indulta, vt electio ab eis etiam defenderetur, quo caſu quando iuſta cauſa euidenter apparet, ſapientes cõſentiunt papam in pertinentibus etiam ad vniuerſalem ſtatum eccleſiæ ſtatuta condere non prohiberi. Nec obſtat ponderatio, cap. vbi periculum, per quam in aliquo caſu electionem hanc ab uno ſolo cardinali fieri poſſe cæteris excluſis oſtendere conati ſumus, quia reſpondeo primo ut ſupra, ſcilicet illud, capit. ſacro approbante concilio promulgatum fuiſſe, cuius ditioni, ea, quæ ad uniuerſalem ſtatum eccleſiæ pertinent, ſubeſse non obſcurum eſt. Prçterea illud ex maxima cauſa ibi diſpoſitum eſse dignoſci poteſt, ſcilicet ut quamprimum de paſtore prouideatur, cuius celerem electionem ſummi ponderis eſse notiſſimum eſt, ut per glo. in clement. ne Romani. §. cæterum. Addo etiam opinionem illam valde tutam non eſse, per ea quæ in 24. q. diximus in fi. Inſuper dico ibi eligendi facultatem cardinalibus nõ adimi, ſed illis, temporis metam præfigi, qua elapſa accelerãdæ electionis gratia iura totius collegii ad ſolos præſentes deuolui cautum eſt, ut ſupra uidimus, & not. per glo. in d. clemen. §. porro, facit cap. gratum, de poſtu. præl. & ideo conſequenter infertur electionem ab eis factam ab uniuerſo cardinalium cætu factam exiſtimari argu. l. ſicut. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. huius autem dicti optima ratio aſſignari poteſt, nam ubi quis intra legitima temporis curricula quod facere debuit facere negligit, hunc, iura ad ſe pertinentia, repudiare, leges exiſtimarunt. l. ſi ea. C. qui accu. non poſ. glo. in l. ſi ego. ff. de nego. geſt. Quare iſto caſu non ſummus pontif. eſt, qui cardinalibus hanc eligendi facultatem adimat, ſed ipſi intra tempus a lege præfixum non accedendo, ſeipſos a uocibus ſuis excludunt, vt dixi, & eſt tex. in dict. capit. vbi periculum. §. ſane. immo nec abſolute a ſuffragiis excluduntur, quia ſi ante perfectam electionem quandocũque accederent, ſemper admitterentur. dict. cap. ubi periculum. §. ſane, & ſic non eſt etiam uerum eos ſimpliciter priuari. Non obſt. cardinales in unum compromittere poſse, quia electio ab eo facta ab uniuerſo collegio facta cẽſetur, ut eſt tex. ad hoc not. in l. item eorum. §. primo, ff. quod cuiuſque vniuer. nomin. ibi, is uidetur electus ab ordine & in l. unum ex familia. §. primo, ubi Bartolus ff. de legat. primo, & forte idem de hoc compromiſſario dici poſset, quod de ſolo cardinali ad quem totius collegii iura deuenire dictum eſt. Præterea, quicquid ſit quando in unum compromittunt, opus eſt omnes nemine penitus diſcrepante in eum conſentire, ut ſuperius traditum eſt, unde non eſt ueriſimile oẽs ita facile in eandem ſententiã adduci, niſi maxima in eo ſcien-

tia & probitas dignoſcerretur. Poſtremo etiam arbitrarer hoc modo card. ab eligendi facultate nõ excludi, immo ea vti, modum illum eligendi ſtatuendo, quem pro tempore vtilem eſse opinantur, quæ omnia ceſsant quando pont. eis talem poteſtatem adimeret, eam alteri deferendo

Quæſt. XXXIIII.

Qoniam nonnulla de adimenda cardinalib. eligendi pon. poteſtate ſuperius tradita ſunt, reliquum eſt ut diſputetur etiam an generale concilium facultatem hãc cardinalibus auferre ualeat, pont. de eligendo, uel alteri poteſtatẽ hanc tribuẽdo. Reſpõdeo Moder. Aret. d. tract. hanc difficultatem tetigiſse. ubi argumentis ad vtramque partem adductis tandem concludit non poſse, ea potiſsimum ratione motus, quia talis facultas a pont. concilio approbante, cardinalibus data fuit, ut in capitulo ubi periculum. & in Clem. Ne Romani, unde ſolum cõcilium non accedente pont. authoritate illam eis adimere non poſset, quia concilium regulariter eſt inferius pont. maximo, cum ab eo poteſtatem & dignitatem accipiat, ut not. gl. in dicta clemen. Ne Romani, in uer. inferiorem, & Abb. in dicto capitulo ſignificaſti, de electione. licet in quibuſdam caſibus ſecus ſit, ut uidere eſt, in quibus de poteſtate concilii traditum eſt. ſed regulariter ita eſt, ut ſupra diximus, hinc in ferendo papam concilii conſtitutionem approbare, & non econtra, ut per Feli. in capitulo Canonum ſtatuta, de cõſtit, in 4. fall. ſi igitur concilium regulariter eſt inferuis pont. maximo, ergo. conſtitutiones ipſius authoritate munitas abrogare non poterit. capitulo inferior, de maior. & obe. l. Nam magiſtratus. ff. de arbit. cardinalibus autem conſentientibus proculdubio id ei liceret, quia & in illud cõpromittere poſſent, & in hac ſententia reſidet Moder. Aret. quam cõfirmari poſſe cenſeo, per nota. per Abbat. in quædam ſua quæſtio. in 4. dubio, ubi ait, concilium in pertinentibus ad papam, ſi neceſſitas magna id non expoſtulet, ſe immiſcere non poſſe. hæc opinio poteſt etiam comprobari ex his, quæ in proxima. quæſt. dicta ſunt quia, ſi hoc Summo pontif. ſine cauſa facere non liceret, qui maior eſt concilio, ut multotiens dictũ eſt, & viſum fuit ſuperius. q. 32. ergo multo minus hoc poſſe concilium admittendum eſt. Cardinalibus enim ius iſtud acquiſitum ſine cauſa auferri non poteſt, quia tunc non agitr de reformando uniuerſali ſtatu eccleſiæ, cum eccleſia quo ad hoc reformatione non egeat, ex cauſa uero, ut puta quia cardinales papæ prolapſo in hæreſim adhæſiſſent, & ei fauerent, uel ex alia cauſa, quæ vniuerſalem ſtatum eccleſiæ perturbaret, tunc iure eligendi priuare cardinales, concilio concederetur. ſecundum Moder. Aret. & recte, nec ratio prædicta aduerſaretur, quia concilium etiam ſupra pont. in hæreſim prolapſum habet imperium. c. Si papa. 40. diſt.

Quæſt. XXXV.

Cum hæc ita ſint, ut proxime cõcluſum eſt, alia cõnexa ſuboritur difficultas, an. ſ. concilium depoſito pont. papam inuitis cardinalibus eligere poſſit. Iſta quæſtio in concilio Conſtan. contigit, ubi difficultate de hoc inter cardinales & concilium orta, ut diſcordia tolleretur, fuit obtentum, ut cardinales tã ex poteſtate propria quam ex poteſtate concilii pontificem Summum eligerent, teſte Abbate in capitulo Licet, in vltimo not. de electione Verum quia ibi ambiguitas hæc non deciſa fuit ſed concordata, uideamus nos quid ius ipſum expoſtulet. Et primo id concilio licere dicendum uideretur, quia conſtitutio in caſu mortis prouidens ad alium vacandi modum non debet extendi, ut habetur in capitulo Suſceptũ de reſcrip. in 6. & hoc potiſſimum procedit, quando ſumus in materia antiquum ius corrigente, in qua etiam ex rationis identitate fieri non debet extenſio, ut in reg. Quæ a iure exorbitant, de reg. iur. in 6. & in l. Quod contra. ff. de legi. no. Bar. in aut. Quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. ſed. capit. Licet, & alia iura eligendi papam cardinalibus tribuentia poteſtatem, loquuntur eccleſia vacante per mortem, ergo nõ ſunt ad eum caſum deducenda in quo ſedes depoſito pon. uacua eſſet, ſed in tali electione antiqua iura tanquam in caſu omiſſo ſunt obſeruanda, a quibus concilio hæc eligendi facultas concedebatur, capitulo Si tranſitus. 79. diſtin. Secundo pro hac parte videtur tex. in capit. Si duo. 79. diſtinct. vbi ex duobus de papatu contendentibus ille remanſurus eſt, quem notabilis clericorum numerus noua ordinatione diuinum iudicium & uniuerſalis conſenſus elegerit, quæ uerba proprie ad concilium aptantur, in quo fidelium uniuerſitas repræſentatur. Tertio id etiam probabili ratione ſuadetur, quia conſtitutio, quæ hanc poteſtatem Cardinalibus tradidit, uniuerſaliter concilium electionis tempore congregatum eſſe non opinata eſt, ſed potius congregandi concilii difficultatem præ oculis habuit. multaque interim eccleſiæ quæ paſtore careret, pericula imminere poſſe, ut ex illarum cõſtitutionum lectione facile dignoſcitur, & habetur in d. cap. in nomine domini, in princip. Sed iure cautum eſt, diſpoſitionem aliquam ad ea quę ueriſimiliter præcogitata non fuerunt, porrigi non debere, ut de hoc eſt tex. not. in l. Si hominem. ff. mand. & in cap. cum olim, de re iud. facit. l. in lege fundi. ff. de contrah. empt. cum cõcor. ergo &c. Quarto quia ſi a concilio papam deponi poſſe iura permittunt, quod eſt plus, quia id uix in uno caſu conceditur, ut in cap. Si papa, 40. diſtin. ergo magis ei papam eligere licere concedendum eſt quod minus eſt. cap. cui licet, de regul. iur. in 6. l. Non debet. ff. eod. tit. ei etenim dandi poteſtas conceſſa uidetur, cui auferendi facultas conceditur argum. l. Nemo qui condemnare. ff. de reg. iuris. Contraria ſententia maiori ſcribẽtium parti placuit, videlicet immo talem electionem cardinalibus competere, per quemcunque modum ſedes uacua ſit, probatur hoc in clementina. ne Romani, in uerſic. ne moriente, de elect. ubi diſpoſitionem electionis Summi Pont. quę certo modo in caſu mortis fieri debebat, glo. uult etiam in caſu ceſſionis locum habere, nam tunc quoad ſedem ipſam mortuus exiſtimatur. capitulo Sicut. §. ecce. 7. q. 1. & cum ceſſet hic ambitio ceſſat diſpoſitio dicti. cap. Suſceptum, ita & in propoſito dicendum eſt, ex quo enim ad fauorem vniuerſalis eccleſiæ ſtatutum fuit, huiuſmodi electionem ad cardinales ob faciliorem, expeditionẽ pertinere. d. c. In nomine Domini, ergo idem ius debet & in alio vacandi modo admitti, cum ambitionis ſuſpitio non ſubſit. & pro hoc facit. d. ca. In nomine Domini, ubi tex. ſuper caſu mortis potiſſimum non inſiſtit, ſed illum narratiue commemorat, reſpiciẽs id quod communiter accidere conſueuit, iuxta l. Nam ad ea. ff. de le quando enim unus caſus ratione frequentioris uſus exprimitur, alii eandem rationem habentes non excluduntur, quinimmo ẽt in pœnali materia comprehenduntur, ſecũdum glo. in clem. prima, in uerſic. reſidentes, in fin. de reſcrip. cum aliis multis, quæ per Felin, adducuntur in cap. coram. de offi. delegat. & hoc modo limitatur. l. cum prætor. ff. de iudi. quæ uult, ut unius caſus incluſio alterius ſit excluſio, id enim non procedit ubi caſus ille frequẽtioris uſus intuitu fuit prolatus, quia alius non excluditur, ſed ex uniformi ratione continetur, ut per Iaſ. in l. Admonendi. num. 107. ff. de iureiurand. & Felin. in cap. Paſtoralis, de iud. ideo ſic & in iſto caſu concludendum eſt, in quo mortis caſum frequentioris vſus intuitu memoratum fuiſſe dicimus, ut in d. iuribus aperte inſpici poteſt. Secundo adducitur theorica Dini in l. Ex ea. §. inſulam. ff. de uerb. oblig. quam ſequitur Bal. in l. Deo nobis. C. de epiſco. & cler. idem ibi ſentit Bart. & Abb. tradidit in capi. Niſi eſſent, num. 2. de præb. ubi citat glo. in d. §. ſane. & in ca. cum ſis, de controuerſ. coniug. & plene habetur per legiſtas in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. in quibus locis, concorditer traditum eſt, quando mors ciuilis eundem effectum quem mors naturalis operatur, tunc ſancitum in uno ex d. caſibus, ad alium quoque porrigi, uerum iſto caſu ita ꝑ depoſitionem ſicuti & per mortem uacat pontificatus. d. §. ecce, ergo &c. Tertio prędicta corroborantur ꝑ iura dicẽtia, ex uniformi ratione extenſionem fieri debere. l. non poſſunt ff. de legi. cap. cum dilecta, de confirma. uti. uel inuti. immo, quod plus eſt, hoc in pœnali quoque diſpoſitione procedere conſueuit, ut eſt tex. in l. 2. cum glo. ff. ad turpil. accedit. ca. Si poſtquam, de elect. in 6. & ratio eſt, quia ubi ab vtroque caſu idem effectus exoritur, & in eis pariter eadem ratio penitus uiget, tunc ea non extenſio ſed comprehenſio quædam iudicanda eſt ſecundum glo. no. in cap. primo. de temp. ordin. in 6. cum ſimilibus ſed in propoſita re rationis diſparitas non ſubeſt, quare potius in caſu mortis, quam in caſu depoſitionis cardinalibus electio pertinere debeat, ergo &c. cum his faciunt quæ poſita ſunt in capi. cum dilectis, de purg. cano. ubi cautum eſt, ſi quem per ſententiam iudicis beneficio ſuo priuari contingat, in eius locum eligendi ius ei competere, ad quem alias de iure ſpectaſſet electio, idemque & in prælatis inferiobus regulariter procedere nouimus, qui in quocũque uacationis caſu a ſuis electoribus eliguntur, ca. cum nobis, de iur. patro, & notatur in capitulo primo. de elect. ergo eorum exemplo idem & hic reſpondendum eſt. His igitur ita ſe habentibus non obſtant adducta in contrarium, & primo ad cap. ſuſceptum, reſpondet illud in ambitioſis & odioſis tantummodo locum habere, teſte glo. in dicta clementi. ne Romani, ſed huiuſmodi ius cardinalibus competens fauorabile eſt, tum ut eccleſiæ quam primum de idoneo paſtore prouideatur, ut in d. iuribus apparet, tum, etiam quia cum ipſi aſſidue regimini totius gregis incumbant, & melius omnibus aliis uniuſcunque eorum uitam & mores experiantur ueriſimile eſt ab eis meliorem eligi debere, quo fit ut iure optimo talis cõſtitutio fauorabilis cenſeatur, tanquam ad fauo

rem,

rem, ut diximus, principaliter emanata, etiam ſi ſecundario concilio præiudicium afferre uideretur, per not. in l. Qui exceptionem. ff. de condi. indebi. faciunt not. in capitulo. fin. de elect. ergo tanquam fauorabilis dilatanda eſt, non autem coarctanda, ut eſt diſpoſitio dicti. c. ſuſceptum, quæ odioſa eſt & hoc per tex. in l. cum quidam. ff. de liber. & poſthum. & in capi. Odia, de reg. iur. in 6. Non obſtat, extenſionem, in corrigentibus ius cõmune, fieri non licere, quia reſpondetur hanc ob eundem effectum ab utroque caſu naſcentem, iure extẽſionem non appellari, iuxta gl. in d. cap. primo. de temp. ordin. in ſimilibus enim diſpoſitionis mentem declarari, non autem dilatari, ait Bart. in l. ſi conſtante. in 7. & 9. quæſt. ff. ſolut. mat. non urget. c. ſi duo, quia uel id emanaſſe priuſquam hæc eligendi poteſtas cardinalibus traderetur, vel de eorum concilio loqui interpretandum eſt, nam & ipſi uniuerſitatẽ conſtituunt. dicta. cleni. ne Romani. iunct. ibi not. & per glo. magn. in cap. unic. de ſchiſm. in 6. præterea hoc ibi contingit quia non fuerat ſolenniter electio celebrata, ſed illi, q ſe propria auctoritate in pontificatum intruſerant electi fuere. q hic non reperitur, Accedat & hoc, a concilio decreta ponti. abrogari non poſſe, quia quicquam de pertinentibus ad papam niſi ſuadente neceſſitate agere non poteſt, ut not. in c. Significaſti, de elec. & ut ſuperius late diximus. Sed hic nullã penitus urgere neceſſitatẽ exploratũ eſt, cũ a cardinalib. & facilius & melius fieri poſſit electio, ut prædictum eſt, ergo &c. Non obſtat, de iſto caſu. ſcilicet congregati concilii non fuiſſe ueriſimiliter cogitatum, quia immo in genere de quocunque vacationis caſu cogitatũ fuiſſe dicimus, licet in ſpecie a communiter accidentibus caſus mortis tantummodo memoretur, quo fit ut alii caſus non excludantur, ſed contineantur ut ſuperius fuit oſtenſum, prȩterea cum illa conſtitio fauorabilis ſit, ut dictum eſt, ut in ea etiam caſum non expreſſum, in quo eadem ratio uigeat, comprehendi ex antedictis liquere opinamur. Nec obſtat. cui licet, quod eſt plus ẽt quod minus eſt licere debere, ciuſque dandi poteſtatem eſſe cuius eſt auferendi facultas &c. quia reſponderi poteſt ob rationis diuerſitatem, quæ inter iſtos caſus reperitur, hoc procedere non poſſe. ideo enim a concilio pontificẽ deponi poſſe. iura decreuere, quia in his quæ ad uniuerſalem ſtatum eccleſiæ pertinent ſanctiones uniuerſalis eccleſiæ cæteris præferuntur, quȩ ut dixi errare non poteſt, & quæ talem facultatem concilio expreſſe conceſsit. ſecus uidetur in ſummi pontifi. electione, quæ a concilio, in quo & pontificalis auctoritas tanquam caput aderat, cardinalibus fuit attributa. unde ſolum concilium pontificis non accedente conſenſu hoc eligendi ius a papa quoque attributũ, cum id ad uniuerſalis eccleſiæ reformationem non ptineat, tanquam inferius eis auferre non poteſt. capitulo cum inferior, de maior. & obedien. quod ſecus eſt in prȩcedenti caſu, & ita concludit Abb. ubi notanter inquit, papam in hæreſim damnatam prolabentem ipſo iure priuatum eſſe pontificatu. cap. Acatius. 24. quȩſt. prima. cap. Anaſtaſius. 19. diſtin. & in tali caſu concilium nec pœnitere, neque depoſitionis pœnam remittere poſſe ait, hanc afferens rationem, quæ ambiguitatem noſtram reſecat, uidelicet quia ad concilium papa depoſito pont. electio non pertinet, & ob hoc cum papa ipſo iure priuatus comperiatur, affirmat conciliũ ſe a dicenda depoſitionis ſententia abſtinere non poſſe. & propterea quando concilium Conſtan. depoſito Benedicto. XIII. lex cuiuſcunque nationis uiros ad eligendum futurũ pont. cardinalibus adiunxit, non ſine iuris miniſterio geminatis uerbis atteſtatur, id de ipſorum cardinalium ſpeciali, & expreſſo conſenſu ac uoluntate concordi factum extitiſſe ex prȩdictis ſentiẽs, ut arbitror, ſibi in parte aliqua hæc dictorum patrum iura lædere non licere. iſta concluſio licet ex prædictis, uera eſſe uideatur, & ſequenda ſit, cui denique ego etiam inferius adhærebo, & ibi manifeſtius tam adducta, quã in contrarium adducenda remouebuntur, tamen ad hoc vt materia copioſius habeatur, contra eam poſſe inſtari conſiderabam, & præcipue aduerſus, id quod potiſsimum huius opinionis fundamentum eſſe uidimus, uidelicet quia concilium uti inferius, legem ſuperioris abrogare non poſſet, nam cõtra hoc videtur notabile documentum Archidiaco. poſt Iaſ. La. in c. porro 66. diſt. colligitur enim ibi uacante ſede apoſtolica concilium quamcunque formam etiam ſacramentorum immutare poſſe, excepto tamen panis, & vini ſacramento, quod a Chriſto inſtitutum fuiſſe nouimus, alia uero quæcunque illa ſint, etiam ſi ab Apoſtolis tradita fuiſſent a concilio ſubuerti poſſe memorati iuris interpretes docuerunt, quia penes concilium ſecundum eos omnis poteſtas totius eccleſiæ reſidet, & in ea totius iuriſdictionis fundamentum exiſtit cum hæc igitur ſic ſe habeant, uidetur concilium virtute eiuſdem iuriſdictionis etiam pont. ſede vacante per depoſitionem, eligere poſſe. & hoc modo

ceſſare uidetur hic, quod in contrarium de electionibus inferioribus adducebatur, quia in illis ita per canones, qui in his ſupremam habent poteſtatem, ſimpliciter eſt deciſum, ſecus in concilio, penes quod iuriſdictionis fundamentum reſidere oſtenditur. neque in caſu iſto in contrariũ a iure facta prouiſio reperitur, quapropter de extenſione legis quæ fit in caſu præcedenti, ad extenſionem hominis quæ fieri vellet in caſu noſtro arguendum non eſt, ut per Bart. in l. Omnes populi. ff. de iuſt. & iu. neque de his, quæ iuri ſubiacent poſitiuo, ad concilium in quo adeſt ſuprema poteſtas inferẽdum eſt. Præterea decretales, quæ talem eligendi facultatẽ cardinalibus tribuunt, concilio eligendi poteſtatẽ adimunt, quæ ei ante competebat, ut diximus. ſed priuatio a lege inducta ad alium caſum ſpecialiter in ea nõ comprehenſum nõ porrigitur, de hoc eſt tex. not. in § cum igitur, ibi, nec eſt lex tale aliquid dicens, in aut. de non elig. ſecun. nub. gl. in cap. fin. de iur. patro. gloſa in ſum. 15. quæſtione octaua. idem ait Alex. in conſilio 112. columna prima, in 6. volu. Cum igitur concilium eligendi facultate, in caſu mortis, prohibitum reperiatur, in caſu depoſitionis intelligendum non eſt, cum hoc ſpecialiter in legibus illis expreſſum non fuerit, & de priuatione agatur, ut nuper fuit oſtenſum. Præterea ad correctionem iuris antiqui prohibetur extenſio, quia correctio in caſu expreſſo tantummodo locum habet gloſ. eſt not. in capitulo Cupientes §. quod ſi per. 20. in ver. petere. de electione in 6 & ratio uidetur eſſe in promptu, quia extenſio fit per iuris interpretationem, quo uidetur regulariter caueri, ea, q̃ in uno ſtatuuntur, ad alium eandem rationem habentem porrigi debere, Sed iure cautum eſt, diſpoſitionem aliquam alteri diſpoſitioni derogantem ab ea interpretationem recipere non poſſe, neque in ea parte, in qua derogat, neque in alia, ſicut legitur de ſtatuto ius commune corrigente. ut per Bal. not. in l. Maximum vitium. C. de lib. præte. late per Alex. in conſilio 35. & in conſilio 227. in 6. vol. unde uidetur etiã hoc in propoſito concedendum. ſ. decreta cardinalibus hãc eligendi poteſtatem præbẽtia, vt pote ius corrigentia, aliquã ab eo interpretationem aut declarationem conſequi nõ debere, ſed ad literam prout iacent intelligenda eſſe, & ſic reſpondetur ad glo. in dicto capitulo primo de temp. ord. nõ enim debet ampliſſima vniuerſalis eccleſiæ coanguſtari poteſtas, niſi in caſu præciſe expreſſo, maxime cum hic ratio in caſu expreſſo poſita ceſſare uideatur, quam potiſſimum ob cõgregandi concilii difficultatem fuiſſe diximus, ne tandiu ſine paſtore eccleſia relinquatur. ſed iſta ratio concilio iam congregato remouetur, & ſedes non per mortem, ut uerba canonum id ſtatuentium ſonant, ſed per depoſitionem vacat, merito ceſſante ratione, & ceſſantibus verbis legis, ceſſare debet etiam diſpoſitio. cap. Cum ceſſante, de appel. cum vulg. & hoc eo facilius admittendum eſt, quia electio, quæ fiet a concilio melior exiſtimanda eſt, cum ſit per infallibile vniuerſalis eccleſiæ approbata iudicium, quod errare non poteſt. d. capit. A recta. tutior quoque erit a ſchiſmate, & ab aliis difficultatibus quȩ in tali electione multotiens poſſent occurrere, ut iam ſæpe dictum eſt. Addo in caſu, quo depoſitus eſſet pon. cardinales omnes ſuſpicione non carere, quin fuerint conſcii participes & fautores hæreſis, vel aliorum delictorum, ob quæ depoſitus fuiſſet pont. Maximus, præſertim illi, qui ab eo ad cardinalatũ forẽt aſſumpti, aut qui ob nimiam cum eo familiaritatem ſuſpecti redderentur, quæ omnia a concilio electione facta euitabuntur, merito dicendum uidetur in bono eccleſiæ maius bonum ſuſcipiendum eſſe, maxime cum in contrarium ſpecifica lex in tali caſu non comperiatur, ſed ſolum prohibeatur extenſio, quæ etiã per alias rationes fieri poſſe non uidebatur, vt prȩdiximus, & ſic dici non poteſt Cardinales ius eis authoritate Summi pont. acquiſitum quoquo modo auferri, quia hoc in caſu iſto non admittitur, cum id ſolum in caſu mortis locum habeat, Sed iſta extenſio Summi pont. authoritate non eſt munita, ergo &c. Hȩc ſunt, quæ volui dixiſſe, licet authoritas ſequentium contrariam opinionem maxima ſit, & ab eis in conſulendo iudicando ve recedi nõ debeat pro qua concluſione uidentur eſſe iura ſatis aperta, maxime tex. in dicto §. Ecce. 7. quȩſtione prima ubi depoſitus habetur pro mortuo, ſed quia, ut diximus, idem ex morte iſta ciuili ſequitur, qui ex naturali ſequeretur effectus, ergo nulla inter dictos caſus differentia cõſtituenda eſt, per ea quæ late ſuperius adducta fuere, quibus adiungo legẽ, Cum prætor. ff. de iudic. quæ vulgatus quod vnius incluſio alterius ſit excluſio, vltra p̃dicta limitari, locum habere, quando caſus non expreſſus penitus eſſet omiſſus, ſed ubi ſub expræſſo ſaltem uerbis generalibus continetur, tunc non cenſeri omiſſus, ite not. declarat Alex. in conſilio 75. columna tertia in 5. vol. ſed hic appellatione mortis etiam ciuilis obitus generaliter cõpræhenditur, maxime v bi idẽ in vtroq; caſu reperitur effectus, vt hic ergo & c.

Poſ-

Poſſet etiam dici textum in dicto capitulo Vbi periculum, in præfatione, abſolute loqui de uacatione ſedis pontificiæ tantum, & ex hoc inferri, licet diſpoſitio ſubſequens de ſola per mortem vacatione loqui uideatur, tamen illam generaliter intelligendam eſſe, quia ex præfatione mens conſtituētis cognoſcitur. l. fi. ubi Bar. & Bald. ff. de hære. inſtit. Sed quia ille tex. & alii ſimiles citari poſſent, reſpondendo dicta iura procedere, ubi diſpoſitio ſubſequens dubia eſt, ſecus autē ubi clara, ut not. inquit Soc. in conſilio 24. in 4. vol. ſed ibi clara eſt, ergo &c. ideo tutius eſſe arbitror præmemoratis adhęrere. vltra quę, adduci poteſt etiam text. in capitulo Fundamenta. § decet. in fi. de electio. in 6. ubi abſolute dicitur, quādo Romani pontificis occurrerit electio cardinales libere prouidere debere, & ſic unus uacandi modus ab alio non diſtinguitur. Demum pro hac opin. adeſt illa not. gloſa in dicta clem. Ne Romani §. ſane, in uer. moriente, quam ibi cardin. ponderat, & pro illa tres rationes adducit optime in propoſito caſu ſeruientes, ut ibi uidere eſt. & iſtam ſententiam pręciſe approbat Abb. quem ſequitur Felyn. in capitulo Licet vndique, de offic. delegat. Defendendo igitur concluſionem hanc non obſtat quę ſuperius in contrarium poſita ſunt, & primo concilium ſede vacante quancunque ſacramentorum formam commutare poſse, quia penes illud totius eccleſię poteſtas reſideat. Reſpondeo enim etiam generaliter loquendo licet concilium totius eccleſię poteſtatem habeat, tamen in ſpecie iſtud eligendi ius ad concilium non pertinere, nam concilium una cum pontificis authoritate cardinalibus illud tradidit, merito ſolum concilium tale ius ipſis auferre non poteſt, ut ſuperius ex mente Abb. & aliorum ſatisabunde fuit oſtenſum, quę iura licet de morte loqui uideantur, tamen ex prędictis etiam in caſu depoſitionis ſunt intelligenda. Præterea dico, ex quo ſpecialiter iuriſdictiones diſtinctæ fuere, nam etiam ſi concilium generaliter omnem eccleſiæ poteſtatem habeat, ſpecialiter tamen cardinales hac eligendi authoritate funguntur, merito non debet concilium in meſſem alienam falcem imponere. arg. l. In agris. ff. de acquir. re. dom. cum ſimil. nō enim debet iniuria naſci, vnde iura naſcuntur. l. Meminerint. C. vnde vi, alias ſi memorata ratio ita indifferenter acciperet, ſequeretur concilium eiuſdem authoritatis virtute etiam in alio quocunque caſu cardinalibus hanc eligendi facultatem auferre poſſe, & tamen contrarium ſuperius fuit cōcluſum, & recte. Nec obſt. ſi concilium poteſt quod plus eſt, debet etiam poſſe, quod minus eſſe exiſtimatur, quia præter ea quæ ſuperius pro reſponſione adduximus, dico in his quę iuriſdictionis ſunt, de maiori ad minus arguere non licere, vt habetur ex tex. cum gl. & not. per ſcribentes in l. Illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de off. præſi. Similia & in Comite Palatino cernimus, qui reſeruata principi exercere non prohibetur, ut legitimare ſpurios, creare tabelliones &c. & tamen eorū adminiſtratio, quæ minora ſunt, ipſi non conceditur, quia limitata eſt eius authoritas, ut per Alex. & Iaſ. in l. 1. ff. de off. eius. Præterea etiam prædictarum authoritatum facultates diuerſæ ſunt ſpecies, & ideo ſub eo, quod eſt plus, non continetur minus. ita Dec. poſt Di. in capitulo Quæ in eccleſiarū. num. 15. de conſt. idem Dec. in capitulo Cum in cunctis, nu. 23. de electione vbi ait de hoc eſſe tex. not. in l. Solemus. §. latrunculator. ff. de iud. Non obſt. ex antiquorum canonum ſanctionibus iſtam eligendi authoritatem ad concilium pertinuiſſe, quæ per alias ſubſequutas conſtitutiones deinde in caſu mortis fuit cardinalibus attributa, quapropter cum hic de priuando concilio eligendi iure pertractetur, dicta iura in caſu mortis loquentia ad depoſitionis caſum in eis non expreſſum extendi non debere. Tribus enim modis reſpōdeo. Primo hoc ſatis expreſſum fuiſſe, maxime in dicto capitulo Fundamenta. §. Decet, & in dicto §. Ecce, & licet mortis tantum iura quædam meminerint, hoc tamen ob id quod frequentius accidit, ut legiſlatorum moris eſt, explicitum fuiſſe dicimus, & propterea alii caſus non excluduntur, ut in præcedentibus traditum eſt. Secundo dico hanc ob vnam eandemque rationem non recte extenſionem appellari, ſed cōprehenſionem dici debere, ut dictum eſt. Tertio reſpondetur quod de priuatione diximus tantummodo locum habere, ubi priuatio ob demeritum alicuius a lege ſtatueretur, ut per Bal. in l. fi. C. de bon. libert. quem refert & Iaſ. in l. Cum quidam. ff. de lib. & poſth. & ratio eſt, quia pœnalis conſtitutio reſtringenda eſt. d. l. Cum quidam. cum vulg. Sed cōcilio ob demerita hoc eligendi ius non fuit ademptum, ſed id tū ut a cardinalibus, qui propterea quod eccleſię regimini ſemper aſſiunt, melius cuiuſque ipſorum vitam, mores, ac negotiorum magnitudinem norunt, vtilior fiat electio. tum etiā ut hoc modo ea facilior ac celerior ſit, ad cardinales tranſlatum eſt, ut ex lectione canonum id diſponētium liquido cōſtat, & cōſequenter ea diſpoſitio vt pote fauorabilis amplianda eſt, iuribus vul. Non ob. etiam interpretationem hanc, cum ſimus in materia ius ipſum corrigente, ex mente eiuſdem iuris admittendam non eſſe, per not. per Bal. in d. l. Maximum uitium, quia reſpondetur non hic agi de aliqua extenſione interpretatiua, ſed de expreſſa iurium deciſione, attendendo ea quæ ſuperius ponderata fuere. Præterea dico, Bal. d. loco communiter reprehendi, ut per Dec. in conſilio 444. columna fi. Poſtremo non obſtat quod congregato cōcilio ratio. capituli Vbi periculum, & aliorum iurium purpuratis patribus hanc electionem concedentium ceſſare videatur. ſ. ob congregandi concilii difficultatem, qua ceſſante ceſſare debeat etiam diſpoſitio, quia dico eam rationem non finalem, ſed impulſiuam, patet, quia concilium priuare cardinales eligendi facultate nō poteſt, vt ſuperius late fuit oſtenſum, ergo illa non eſt ratio finalis, quia ea ceſſante ceſſaret etiā diſpoſitio, hoc enim modo finalis ratio ab impulſiua dignoſcitur ſecundum Dec. poſt alios in dicto capitulo Cum ceſſante, & etiam ſi finalis eſſet, alia quoque ratio pariter fuit finalis, uidelicet ut melior ab ipſis, qui quotidie regimini eccleſiæ aſſiſtunt, fiat electio, uerum quando duæ cauſæ finales reperiūtur, licet una deſit, ſi altera ſubeſt, non ceſſat propterea diſpoſitio, ut habetur in §. Affinitatis, inſtit. de nup. & prædictam concluſionem tanquam veram ſequitur etiam Abb & Anna. in capitulo Ad petitionem, de accuſ. & Feli. ibi in prin. & in capitulo In Noſtra. de reſcr. & in d. c. Licet vndique, de off. deleg.

Quæſt. XXXVI.

Memoratu dignum eſſe arbitror hic ſubiūgere, ſi illuſtriſſimi patres in conclaui exiſtentes ſe iureiurando aſtrinxerint, & cōuenerint, ut qui eorum ad pontificatum erit aſſumptus, cardinales promouere, aut bona eccleſiæ infeudare non poſſit, niſi toto cardinalium ſenatu annuente, an talis iuramento obſtricta conuentio eum obliget, qui poſtmodum eligitur pont. Maximus. Primo loco affirmatiue reſpondendum videretur. iuſiurandum enim vbicunq; ſine diſcrimine ſalutis ſeruari poteſt, ſeruandum eſt. c. Cū contingat, de iureiur. capitulo Licet, eodem titulo in 6. cum ſimil. immo licet cōtra bonos mores de iure ciuili eſſe videatur, dummodo tamen ad peccatum non inducat, violandum non eſt, ſecundum Iaſ. in aut. Sacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. Secundo hoc probari uidetur ex not. per Bal. in l. prima ff. de pac. ubi ait, ipſum etiam Deum ex promiſſione obligari, ſequendo magiſtrum ſententiarum, refert etiam Ariſtotelem Alexandro Magno hæc uerba dicere conſueuiſſe, Obſerua datam fidem, & confirmata fœdera, alias malus finis te ſequetur. Tertio hoc decidere uidetur Ant. de But. in capitulo primo in 2. columna de conſt. dum ſentit Gregorium. xij. iuramento ſuo, & voto obligatum fuiſſe, quia pro ſedādo ſchiſmate, ſe Papatui renunciaturum promiſerat. Contrarium tamen de iure verius eſſe arbitrantur iuris interpretes, quia tale pactum uidetur ampliſſimam pontificiæ dignitatis minuere poteſtatem, qua maior toto orbe terrarum non reperitur. capitulo Cuncta per mundum. 9 quæſt. 3. capitu. Duo, cū ſeq. 96. diſt. non. n. aliunde quam a Deo Opt. Max. originē trahit, ut notiſſimū eſt, & ſuperius fuit oſtēſum, ſed neminē priuilegio iure diuino exorienti et iuro accedente renuntiare poſſe perhibent ſapientes in c. Si diligenti, de fo. comp. ubi inter alios Fel. in quinta columna, in quinta fall. inquit, ideo clericum etiam cum iuramento in laicum iudicem cōſentire prohiberi, quia priuilegium illud eſt de iure diuino, quod ex annuentis uel conſentientis voluntate lædi non poteſt. idem not. Bald. & Iaſ. in aut. Quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſi. Pondero rationem hanc, quę videtur in pontifice multo magis quam in clerico ſimplici, locū habere accedunt not. per Abb. in dicto capitulo in quinto not. vbi inquit iuri ob fauorem publicū principaliter edito priuatū renunciare non poſſe, licet conſequenter utilitatem & utilitatem & honorem priuatum afferat. dico etiam iureiurando interueniente, quia teſte Abb. renuntiatio ad abdicandum ius in ipſo renuntiante fundatum, & non penes alium reſidens, fieri conſueuit, ſed hoc ius non pontifici ſed pontificiæ dignitati fuit annexum, ſicut & ibi de priuilegio fori dicitur, quod non perſonis, ſed ordini clericali dicitur iniunctum fuiſſe, igitur papa, tamet ſi iuſiurandum interceſſiſſet, ei renuntiare non ualet. In ſimili videmus eodem iure imperatorem ſibi legem imponere nō poſſe, a qua ei recedere nō liceat, ut per Pau. de, caſt. in l. Humanum. C. de legi. facit. d. capit. Si diligenti. confirmat Barto in l. Si quis pro eo. columna quarta, ff. de fideiuſſ. & cum hoc Pauli Secundi temporib. accidiſſet, ante cuius electione, reuerendiſſimi Cardinales in conclaui exiſtentes talia capitula condidere, a celeberrimis iuriſconſultis fuit reſponſum, huiuſmodi conuentionem

nem non tenere, iuramentumque eidem accedens pontificem non obgligare, ut late habetur per Barb. qui in caſu prędicto conſuluit in conſi. I. in primo uolu. ubi infinita hincinde more ſolito aggregauit, quæ ibi uideri poterunt, cui conſilio ſubſcripſit Alexander. in conſi. 224. in 6. uolum. dicens, inter cętera, iuramentum ſeruati non debere, ubicunque eccleſiæ utilitas impugnatur. cap. peruenit, de iureiuran. citat Old. in conſi. 97. immo ſecundum eum non iuramenta, ſed periuria ſunt, quæ contra eccleſiaſticam utilitatem diriguntur. cap. Sicut noſtris, eod. tit. & cap. primo. de his quæ fiunt a maio. par. cap. propterea concludendo ait cum a iure huiuſmodi ſacramenta irrita fiant, eis propria auctoritate contra ueniri poſſe. l. quę ſub conditione. §. fin. ff. de cond. inſt. cum concordan. ibi adduc. cum igitur ſecundum Alexan. in propoſito uotum & iuramentum in eccleſiæ, & amplitudinis papę poteſtatis decrementum dirigatur, cum ſe cardinales non promoturum, niſi de omnium fratrum conſenſu, iureiurando affirmauerint, adeo ut uno tantum diſſentiente, pōtifi. Max. prædicta facere non poſſit, & natura hominum ſit ad diſſentiendum procliuis. l. Item ſi unus. §. fi. ff. de arbit. l. 1. §. fi. ff. de acquir. poſſ. necnon & cum aperte conſtet, dignorū cardinalium promotiones eccleſiæ non mediocriter prodeſſe, quos eius regimini ualde utiles eſſe nouimus capitulo ſecundo. de offic. Archi. cum ibi not. ex eis omnibus ſecundū Alexan. ſequitur pontificem libere ea facere poſſe, iuriſiurādi religione non uiolata. Accedit probabilis ratio, nam de iuramento ſemper iuſta cauſa excepta eſſe cenſetur, ut habetur in l. fin. ff. de fideiuſ. Sed papam ſemper ex iuſta cauſa moueri, iura arbitrantur. ſecundum Cy. in l. Reſcripta. C. de precib. Imper. offer. & Anton. de Butr. in capitulo Cum inter. p. de renunc. ergo &c. hæc opinio deinde comprobatur per ea, quę habentur per d. omnes conſulentes in locis memoratis ubi abſolute concludunt papam iſta omnia peragere nō prohiberi, perinde ac ſi iuramentum aliquod non interueniſſet, ut ait Alex. in d. conſi. ubi contraria diſſoluit, Et primo ait non obſtare. capitulū cum contingat, quia hoc eccleſiæ per prædicta detrimento eſſet, ad notata per. Anton. de But. in d. cap. primo. reſpondet iuſiurandū ideo ibi obligaſſe, quia papam pontificatui renuntiare poſſe exploratum eſt, nam de hoc eſt tex. in c. primo. de renunc. in 6. ſed amplitudini ſedis apoſtolicę derogare non poteſt, ut hic. addetu, immo fortaſſe nec promiſſionem hanc de renuntiando pontificatui ualere, ut per Bald. in cap. uenerabilem, de electio. quem refert & ſequitur Firm. in tract. de epiſco. in 29. quæſt. primæ. par. ſecundi lib. ubi tradit etiam cardinalem cardinalatui renuntiare non poſſe, addens inſuper, quod indubitatū eſt, hoc nūquam. uel raro cōtingere ſolere, hoc autem, papam. ſcilicet, qui antequam eligeretur, ſe arbitrio cardinalium pontificatui renuntiaturum iurauerat, non obligari, tenuit Mar. Lau. in ſecundo tract. de card. quæ. 36. nil tamen adducit. Sed tenendo in præmemorato caſu papam obligari, dici poteſt illud ex cauſa utili & qua uix maior eſſe potuiſſet, factum extitiſſe. ſcilicet, ut ſciſma ſedaretur, & eccleſia Dei, quæ ſciſſa erat, per hanc renuntiationem ad unitatem reduceretur. ob id enim. d. Gregorius XII. & maximam laudem, & ampliſſima priuilegia a concilio Conſtant. fuit conſequutus. in his enim & ſimilibus pontificem etiam ſine iuramento obligatum eſſe exiſtimarem, quia bonus paſtor debet animam ſuam dare pro ouibus. ut euangelica documēta præcipiūt, & de hac materia renuntiationis pontificatus uideas ēt Dec. in cap. Porrecta, de confir. uti. l. uel inuti. ubi. quæſ. hanc late enucleauit. Ab iſta concluſione durum eſſet recedere, cum tantorum patrum authoritate ſit roborata, hoc tamen de ea dicere uellem. Aut id quod ſummus pontifex non obſtante iuramento ageret, euidenter aperteque utilitatem eccleſiæ contineret. & tunc prædicta concluſio abſolute procedat, ut ponitur, & de hoc in dignorum cardinalium promotione exempla poſsēt afferri. Aut id in damnum eccleſiæ cederet, ut puta ſi bonis eccleſiæ abuteretur, & tunc omnino ſeruandum eſſe iuramentum arbitrarer, quia ceſſant prędicta, cum iuſiurandum ſine ſalutis diſcrimine, & ſine pontificię dignitatis diminutione aut eccleſiæ detrimento ualeat obſeruari. & ita procedunt not. per Abb. in capitulo Sicut noſtris, de iureiuran. quem ſequitur Felin. in capitulo primo colum. quarta. de probat. dum enim uolunt iuſiurandum, quando in præiudicium dignitatis pontificię cederet, non tenere, extra illum caſum id obligare tacite confitentur, & ita ſenrit etiam Dec. in conſ. 151. in ſecundo dubio, ſed pontifex clauibus abutens nulla fungitur authoritate capitulo ipſe ligandi. undecima quæſtione ſecunda, merito in tali caſu pontificiæ poteſtati præiudicium afferri non diceretur, quia huiuſmodi poteſtas ad ædificationem, non ad deſtructionem, fuit inſtituta, ſecundum Apoſtolum facit capit. Manet. 24. quæſt. 1. poteſtas enim de genere bonorum eſt, ut latius dicam inferus, & ſic prædictis non obſtantibus, iuſiurandum pontificem etiam obligaret, immo dicendum eſt, cum ad hæc non tantum ex ui iuriſiurandi, quantum etiam ex ui rei iuratæ aſtringi, cum ſine iuramento quoque ad ea teneatur. Aut caſus dubius eſt, quippe quia an gerenda per pont. eccleſiæ vtilitatem vel damnum contineant, non appareat, & iſto caſu prædictam concluſionem probabili dubio non carere cenſeo, quia in his, in quibus de animæ præiudicio agitur, ut hic, ob periurium in dubio ſemper tutiorē viam eligi debere vulgati iuris eſt. capitulo Iuuenis, de ſponſal. cum concor. Nec obſt. pontificem iuris interpretatione ſemper iuſta cauſa motum eſſe exiſtimari, quia reſpondetur hoc non procedere, quando a lege naturali, vt puta ex pacto, aſtringeretur, tanto magis iuramento etiam accedente, vt hic, alias ipſe facile & contractus & fœdera ſecum inita & confirmata poſſet elidere. contra. l. Cæſar. ff. de public, ita Abb. & poſt eum Feli. in capitulo Quæ in eccleſiarum, de conſtitu. nu. 87. idem Feli. in capitulo primo de proba. ubi poſt alios dixit, hoc modo futurum, ut facile principes hominum commercio carere poſſint. Accedit notabile dictum Inno. in capitulo pen. de dilat. quem ſequitur Feli. in dicto capitulo Quæ in eccleſiarum, ubi ait, ſi alicui ex aliqua cauſa a præcepto legis recedere licitum eſt, non ſufficit. d. cauſam ſubeſſe, niſi per [illegible] cui ea de iure competit, etiam exprimatur, & iuſta ſit, ſeu a iuramenti obſeruatione nemini diſcedere fas eſt, niſi illius obſeruatio contra vtilitatem eccleſię tenderet, ut prædictū eſt. ergo cauſa hæc debet euidenter apparere, alias vbi caſus dubius eſt iuriſiurandi religio nullo modo violāda eſt huic ſententiæ accedunt not. per Petr. de Anch. in capitulo Venerabilem, in fin. de electione quem refert Feli. in dicto capit. 1. colum. 9. verſic. 6. declaratio de proba. vbi prædicta ſentire videtur, quibus addo tradita per Dec. in conſ. 62. num. 15. 16. 17. ubi ex pluribus concludendo ait, quando per papam aliquid, excepta iuſta cauſa, fieri prohibetur, cauſam ipſam & probari debere, & iuſtam eſſe oportere. Vel dicamus pont. in hac re dubitabili fratrum ſententias explorare debere, & tunc ſi maior pars illud eccleſiæ vtile exiſtimaret. hoc & ipſe, cum a pluribus approbetur, verum eſſe arbitrari poſſet. arg. d. cap. Prudentiam. Tutius tamen in dubio arbitrarer iuramenta ſeruare. Non obſt. hoc contra amplitudinem pontificiæ poteſtatis eſſe, vt ferebatur, quia reſpondeo poteſtatē. vt ſupra tetigi. & ut loco ſuo opportune aperiemus, de genere bonorum eſſe, idcirco ea recte ſolummodo vtendum eſt, ſed iuramenta frangi a iure prohibitum eſt, niſi quando contra bonum eccleſiæ viderentur, ut prædixi, ergo &c. Et in ante lata quæſtione non prætermitas Dec. in c. Porrecta, de cōfir. vtil. uel inutil. ubi late illam examinat.

Quæſt. XXXVII.

Adhuc de pertinentibus ad pontificis electionē duo ſuperſunt, quorum primum eſt, quid ſi duo nominati a duabus cardinalium partibus electi pontifices reperirentur, qd̄ euenire poſſet, quia cardinales in eadem cedula plures nominare non prohibentur, & ſic, ſi duo in ſcrutinio eſſent æquales, vter eorum præferendus eſſet, in dubium reuocaſ. Primo dicendum uidebatur, neminem eorum pontificem appellari mereri, argu. l. Duo ſunt Titii. ff. de teſtament. tute. vbi legatum Titio factum inutile redditur, ſi duo eiuſdem nominis inueniātur, neque de quo ſenſerit teſtator, appareat, quia etiam ſi voluntas ſubſit, tamen probatio deficit quam concluſionem confirmari poſſe arbitror per gloſ. in capitulo Si quis iuſto, de electione in 6. quæ ſing. eſt ſecundū Rom. in ſing. 251. ubi habetur, ſi duo procuratores reperiantur, qui mandata eodem die confecta oſtenderent, nec quis eorum prior fuerit conſtitutus, appareat, eos mutuo ſe impedire. ita & hic, quia ex quo in quem conſenſum fuerit non conſtat, deficit probatio, licet voluntas & conſenſus non deſit, aliquid enim non eſſe, & non apparere, paria iudicantur. l. In lege fundi. ff. de contrah. empt. & hoc verum eſt niſi electio conditionalis exiſteret, uidelicet eligo talem, & ſi talis non erit, eligo talem. Illiuſmet ſententiæ fuit glo. magna circa medium in capitulo pen. 53. diſtinct. ubi vult duobus electis, qui per omnia pares eſſe uideantur, nullius illorum electionem valere, per capitulo Si duo 79. diſtinct. vbi duobus non legitime ad pontificatum aſſumptis, neutrū eorum pōtificem eſſe decernitur. Iſta concluſio a principio mihi placuit, ſed poſtea illam diligentius conſiderando, viſa fuit dubitabilis, quia (ut mea fert opinio) potius dicendum uideretur eum qui prius in cedula ſcriptus reperitur, præferri debere, cum in eo eligendo prius cardinalium ſententias conueniſſe videamus, arg. l. Quotiens. ff. de vſufr. vbi cautum eſt, ſi teſtator alternis annis Titio & Meuio vſufructum legauerit, Titium tamquam prænominatum anteponi debere, qa

ordo

ordo ſcripturę ordinem indicat voluntatis,& ibi gl.& ſcrib. multa in propoſito cumularunt. Ad idem eſt tex.not.in l.Generaliter.§.quis ergo ſtatuet.ff.de ſideicom.liber. ubi ſi teſtator multos ſeruos manumiti debere mandauerit, pretium vero ad vnius tantummodo manumiſſionem ſuppetat,prænominatum præferri debere ſancitum eſt. per quem tex.refert Ang.alias fratres minores ab Vrbano pōt.requiſitos fuiſſe, vt ei tres ex fratribus ſuis nominatim deferent, quia vnū eorum erat ad cardinalatum promoturus,ipſi vero ne per ordinem ſcripturæ vnum alijs prætuliſſe viderent̄, omnes tres deſcriptos in circulo detulerunt,quo inſpecto Vrbanum dixiſſe ait,ordinem peruerterunt,& ego eum peruertam,& generalem eorum inter illuſtriſſimos patres aſſumpſit. Non ꝑtermitto tex.in ꝓpoſito not.in l. Qui ſoluendo,la 2.ff.de hæred.inſt. vbi ſi teſtator duos hęredes inſtituit,& non niſi vnus ad hæreditatem admitti ualeat, primo nominatus pręfertur. & ratio eſt,quia ſermo prior in voce ſeu in ſcriptura prior eſt etiā in ſenſu. ita Bal.in l. qui duas. ff. de excuſ. tut hinc Ang. in aut.de hæred.& falc. §. etenim, voluit ſi in eodem inſtrumento quis bona ſua Titio & Seio obligauerit, Titium ratione prænominationis in hipotheca potiorē eſſe. Accedit qđ ob rationem hanc Dec.de duobus pręſentatis loquendo tradidit,in cōſ.609. Patet igitur pręnominationem urgens eſſe voluntatis indicium,vt ex præmemoratis apparet, & in alijs locis,in quibus de hac materia agitur, ubi infinita concordātia comperiuntur, quę breuitatis cauſa non tranſcripſimus, videri tamen poterunt not. per Iaſ.poſt Bart. in l. Qui duos, in l.Si ita ſcriptum,in principio.& in l.Siquis teſtamento.§.1. ff.de legat.primo.& in l.2.§.prius.ff.de vulg.& pupil.late per Feli. in capitulo cum dilecta, numero 7. cum ſeq. de reſcri. Concludo igitur ex pluribus in eadem cedula nominatis primo nominatum prius electum cenſeri, & in iure pontificatus potiorem eſſe. Quæ quidem concluſio efficaci ratione corroboratur, ponderando, quia ille cardinalis, qui duos in eadem cedula nominauit, aut eorum quemlibet æque principaliter,aut,vnum principaliter alium autem ſecundario in pontificem eligere voluit, quo ad primum dico mentem ipſius eo modo interpretari non poſſe, quia de iure impoſſibile eſt duos ad pontificatum eodem tempore cooptari,cum eccleſia corpus ſit myſticum, quæ ſi duo haberet capita,monſtrum efficeretur, ut habetur in capitulo per venerabilem.qui fil.ſint legit. Cum igitur hoc de iure impoſſibile eſſe oſtendatur,tunc ſuccedit,nunquam mentem alicuius ita interpretandam eſſe,vt quicquam a lege prohibitum agere voluerit.l.Si miles.ff.de teſtā.mili.neceſſe igitur eſt ut confiteamur iſtum Cardinalem alterum eorum principaliter, & alium ſecundario eligere voluiſſe, & tunc cui dubium? quin primo nominatum ſaltem præſumptione iuris principaliter, & alium ſecundario eligere voluerit, quia, vt dixi, prior in voce,vel in ſcriptura,prior eſt etiam in ſenſu, ut per Bal.in d.l. qui duos, ergo etiam in conſenſu, & immediate vbi in eum tanquam in priorem legitimum ſuffragiorū numerum præſumitur concurriſſe, ſtatim & in momento ille talis miniſterio legis pontifex eſt alio excluſo capitulo licet, de electione.lex enim hoc in inſtanti operatur. Nec obſtat.l. Duo ſunt Titij, & alia ſuperius adducta,quia ibi vnum teſtator nominauit,& duo eiuſdem nominis reperiūtur,quapropter de quo diſponens ſenſerit, neque vere,neque præſumptiue dignoſcitur, ſecus eſt in caſu noſtro, quia in illum cadit prior conſenſus, qui primo eſt nominatus. magna enim eſt diuerſitatis ratio inter caſum l. duo ſunt Titij, & caſum noſtrum,ut expreſſe habetur in d.l. Quotiens, de vſufruct, q̄ vtrumque caſum tāquā in iure diuerſum poſuit, ut ibi, quod tamen verum eſſet ſi in omnibus conuenirent,verbi gratia, qua a quindecim cardinalibus Titij & Caij nomina deſcriberentur, & titius prior in ordine comperiatur, ab alijs autē quindecim cardinalibus hæc eadem nomina mutato ordine deferantur, caio ſcilicet prænominato. Non obſt.capitulo ſi duo.79.diſtinct.quia electiones illæ contra ius, & ex eligentium temeritate prouenerunt,ut ibi tex.expreſſe indicat. & gl.ſubiungit,forte illos duos a duabus partibus electos nō fuiſſe,quæ omnia ceſſant in caſu noſtro,in quo præſupponitur electionem non temere, ſed ſuper duos caſu cecidiſſe. Iſta igitur contra Doctores concluſio multum arridet, quā tamen intelligas indiſtincte procedere, vbi electorum qualitas indifferens eſſet, uerum ſi eorum alter, aut meritis aut virtute alteri præſtaret, dubitari poſſet an eius electio potior ſit iudicanda, per gloſam in capit. penultimo 63. diſtinctione & per text. ibi in capitulo fin. tamen quia leges a me ſuperius adductæ indiſtincte loquuntur fortaſſe prænominationi locus eſſet, maxime per illam rationem, quia primo nominatus prior eſt in ſenſu. Ad dictū capitulū fin. reſponderi poſſet, ibi de prænominatione non apparere, ſed eligentium uota in duas partes diuiſa reperiri,ut ibi merito ceſſantibus alijs coniecturis poteſt procedere quod ſuperius poſitum eſt.

Quæſt. XXXVIII.

Reliquum eſt in hac electionis materia perſcrutari, utrum ſorte pontifex eligi poſſit. Reſpondeo dicendum uideri poſſe, argum.l. Si duobus.C.comm.de leg.ubi Bald.iudicium ſortis fortunę judicium eſſe perhibet,cuius dux eſt Deus,teſte Seneca.cap. 7.in epiſtola ad Lucillum. & iudicium ſortis ſinceritate munitum creditur,quia cum fortuna & muta ſit, & ſurda, conſequenter quoque inexorabilis eſt, ſecundum Bald.præterea ſors quicquam mali eſſe non dicitur.capit.ſors.26. quæſt.ſecunda.hinc & Mathiam ſorte electum fuiſſe nouimus.cap. Cleros.21.diſt.ſecundo alia ratione hoc poſſe fieri concedēdū eſt,cū in ſiſt uideamus ſi inter duos de pōtificatu foret cōtentio,eam ſorte dirimi poſſe,ut per card.conſ.150.in fi.poſt redditum conſilium,incip.quæſitum ſępe fuit a me,ſequitur Felin.in cap.capitulum,colum.pen. in fin.de reſcrip. contrarium tamen concludendum uidetur,quia quicquid ſit in tēporalibus, etiam ſi in eis ſors licita eſſe videatur. l. Sed cum ambo ff.de iudic.l.ſi duobus. C.comm.de leg.electiones tamen,& alia ſpiritualia ſorte dirimenda nō ſunt.c.fi. de ſorti. & ibi glo.not.electio enim fieri non debet, niſi iuxta modos traditos in c.Quia propter,de elect.in quibus ſors non commemoratur,& ita decidit Bal.in d.l.Si duobus.colum.3.uerſic.ſed nunquid electio papæ, ubi etiam Iaſ.illum ſequitur, idem Iaſ.in l.huiuſmodi.§.is cui.ff.de lega.1.idem uoluit Archidia.in d.cap.ſors.26.quæſt.ſecunda. & ſorti in beneficialibus locum non eſſe uoluit card.in ca.Licet cauſam.colum. fin.de probat.cui accedit Felin.in d.cap. capitulum.colum. fin. de reſcript. ubi multa ad rem facientia reperiuntur, & per eundem habetur in d.cap.licet, de probat. accedit etiam not.documentum Ioan.And.in d.cap.licet cauſam,quod retulit.Felin.in d.cap.capitulum, num.49. ait enim rem in facto conſiſtentem, ſorte dirimi non poſſe. ſecus ſi in iure eſſet contentio,ſed electio in facto conſiſtit,quia maior ſuffragiorum numerus inſpici conſueuit,ergo &c. Non obſt.ſortem quicquam mali non eſſe, quia uerum eſt in ſe, ſed eius uſus reprobatur,ne propter aſſiduitatem ad idolatriam mortales delabantur ut inquit glo.in capitu.primo.de ſortil.Non obſtat.etiam ſortem electionis ſuper Matthiam cecidiſſe,quia illud diuino ſpiritu cooperante factum extitiſſe reſpondemus, merito non eſt trahendum ad conſequentiam, ut per gl.in c.fi.de ſortil citat.c.nō ſtatim & c.Non exemplo.26.q.ſecunda. Non.obſt.quæſtionem pontificatus ſorte dirimi poſſe,quia reſpondeo duobus de pontificatu certantibus, utrunque eorum in quaſi poſſeſſione illius dignitatis in ſuis obedientijs reperiri, quo fit ut quilibet eorum ſupra ius poſitiuū exiſtat, ut per card.in d.conſil.& per Feli.in d.c.capitulum. merito ui tantę authoritatis,etiam ſorte quæſtionem hāc dirimere non prohibentur, non obſtante iuris diſpoſitionem. Verum quia fortaſſe dici poſſet, frequentiam ſortis de iure diuino eſſe, qui enim amat periculū peribit in illo.ideo rn̄det caſum illū frequēter nō cōtingere poſſumus ēt ſubiungere id in eo caſu tolerari, quia ibi ſpecialis ratio euidenter apparet.ſ.ut aliquo modo ſchiſma ob uniuerſale commodum fidelium extirpetur, quæ quidem rationes in caſu noſtro locū habere non poſſunt, cum iſta electio iuri ſubiaceat poſitiuo, ut in.15.quæſt.fuit concluſum,quapropter iuxta.d.cap. quia propter, electio celebranda eſt,præſertim cum illa ſedandi ſchiſmatis potentiſsima ratio in caſu iſto non uigeat,in quo eligendi forma a iure tradita ad unguem obſeruanda eſt,ergo &c.cap.cum ceſſante,de app.& huic concluſioni ſeruiūt not. per Abb.in cap.quoniam,de offic.deleg. ubi inquit, ſorte iuriſdictionem dari nō poſſe, verum ſi ex aliqua utili cauſa fieret, non tamen ſæpe id fieri poſſe exiſtimarem. Multas iam ſuſcepti oneris partes explicauimus, tum de cardinalium inſtitutione,tum de eorum officio.quales in moribus, quales in eccleſia regenda,quales denique in eligendo pont. Maximo eſſe debeant. Nunc rerum ordo expoſtulat, ut ad finem properantes,alia etiam quæ in principio opuſculi polliciti ſummus,exoluantur. Videlicet,

Vtrum papa ſolus non accedente fratrum conſenſu negotia eccleſiæ expedire poſſit.

Vtrum ſede uacante cardinales iuriſdictionem habeant pontificalem.

Nunquid certus cardinalium numerus a iure ſtatutus ſit

Quæ ſint Cardinalium priuilegia.

Quia hi ampliſſimi patres S.Rom.eccl. cardinales nuncupantur, an illi qui ſede extra urbem commorante, Cardinales crearentur,appellandi ſint.S.R.E.cardinales.

Vtrum a ſolo pontifice cardinales creari poſſint.

Quomodo ſe habere debant circa beneficia.

Quam

Quam iuriſdictionem in ſuis titulis & eccleſiis habeant.
Cui debeant confiteri peccata ſua.
Quomodo ſe habere debeant circa teſtamenti confectionem, & ibi de nonnullis particularibus.
Poſtremo ubi ſepeliri debeant.
Vtrum lugendi ſint mortui.
Ad quem expenſæ funeris cardinalium pertineant.

Quæſt. XXXIX.

Perſequamur igitur explicationē illius ampliſſimæ difficultatis, ſ. an pontifex Max. non accedente cardinalium conſenſu, quecunq; negotia expedire poſſit. Vt res iſta plenius & planius habeatur, tres negotiorum ſpecies diſtinguendæ ſunt Prima eſt de negotiis ſcandaloſis, ut puta ſi papa clauibus abuteretur, & fidelibus ſcandalum afferret. Secunda eſt de negotiis non ſcandoloſis, neque etiam arduis. Tertia eſt de arduis & quæ magni eſse momenti dignoſcuntur. Circa primam ſpeciem clarum eſt pontificem Max. neq; ſolum, neque de fratrum conſenſu, quæ ſcandalum afferrent agere poſſe, quia Chriſtus Petro pontificiam poteſtatem traditurus per illa verba, paſce oues meas, prius ei ter dixiſse voluit, petre amas me? ab ordine verborum indicans eum, cui in eccleſia Dei poteſtatem exercere conceditur, Deum ipſum diligere oportere, ſed qui tali poteſtate abuteretur, eo caſu Deū odio haberet, ergo poteſtas in illis rebus ſaltē mortua eſt. poteſtas. n. teſte Pau. ad corin. in ædificationem, non in deſtructionem tradita eſt, idcirco & Gregor. ait, ſi ea deſtruerem, quæ anteceſsores noſtri ordinauerunt, non conſtructor, ſed euerſor iuſte comprobarer, hæc ille in capitulo ſi ea 25. quæſtione ſecūda. Præterea poteſtas de genere bonorum eſt, ideo qui pōt malum, non dicitur poſse, ſed nō poſse capitulo principiū. de pœnit. diſtinctione ſecunda. quare omnis indecentia apud pont. Mea ꝑ impoſſibilitate habenda eſt. ob id. n. Petro duæ claues traditæ ſunt, ut una poteſtatem, altera vero decētiam declararet, ut per gl. in ſumma 20. diſtinctione quaſi vt ei indiſcreta poteſtate vti non liceat, iux. gloſa quam ibi extulit Bal. in capitulo quanto. de iureiur. habetur per Abb. & alios in dicto capitu. licet. papam, igitur ſcandaloſa peragere non poſse, omnino concludendum eſt, immo complures ampliſſimę pont. dignitati, mea ſententia, detrahentes, voluere, papā pro notorio crimine & ſcandalum afferente iudicari ac deponi poſse, moti authoritate gloſ. in capitulo ſi papa 40. diſtinctione. quam a canoniſtis communiter approbatam eſse affirmant. ita Abb. in c. ſignificaſti, de elect. ubi ait ab omnibus in dictæ gloſæ ſententiam itum eſse, quam etiā ſequutus eſt card, Zab. in conſilio 150. incip. Quæſitum ſæpe fuit a me, poſt redditum conſilium colum. fin. Rom. late in conſilio 621. & Deci. in capitulo ſignificaſti. de electione & copioſiſtime in conſilio 151. vbi ait, quamuis Theologi aliter ſentiant, In hoc tamen canoniſtarum ſententiæ adhærēdum eſſe, ibique & Theologorū & canoniſtarum documenta retulit, qui diſſenſerunt, ut diximus Ego autem poſtq̄ iſta quæſtio caſu nobis ſeſe obtulit, ne pro viribus meis, licet modice ſint, pontificiæ dignitati ac ueritati pariter deſim, exiſtimo hoc illius gl. documentū veritate carere, qa gl. illa ꝯ tex. ſuū apertiſſime loquit. Ibi. n. cautū eſt, ēt ſi pōtifex Maximus negligēs & remiſſus in operib. ſit, & taciturnus a bono, adeo, vt ſecū innumerabiles populos cateruatim ducat in gehennā, eius tamen culpas a mortaliū nemine iudicari poſse, niſi ſit a fide deuius, ecce ibi text. non obſcure loquitur, quando eccleſia ob notoria pon. crimina ſcandalum pateretur, dum ait, ſi ob ea innumerabiles populi ad inferos ducerentur, eū nihilominus a nemine mortalium excepto caſu hæreſis, iudicari poſse. Præterea ibi vnicus tantummodo caſus excipitur, hæreſis. ſ. ea autem exceptionis eſt vis, ut regulam in caſibus, qui ab ea non excipiuntur, confirmet, & corroboret. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſtruct. cum ſimil. ergo &c. Et ſic cōtra gl. illam tum quia tex. in notoriis loquitur, tum etiam quia unicus caſus excipitur. Neque vrget ſolutio ad hoc indiſſolubile fundamentum tradita per Dec. in conſilio 255. dum ait. capitulū ſi papa, in delictis in omittendo loquutum fuiſse, ut uerba illa negligens & remiſsus in operibus, & taciturnus a bono, atteſtantur, ſed gloſ. & concluſio prædicta, ut ipſe arbitratur, de delictis in committendo intelligenda eſt, quæ longe grauiora ſunt, neque de von ad aliud validum argumentum eſt, teſte gloſa in l. ſi mora. ff. ſol. mat. ergo &c. Iſta enim ſolu, Dec. (vt mea fert opinio) debilis eſt, qa delictum negligentiæ, et taciturnitatis in prælato grauiſſimū eſt capitulo Nulli. 25. quæſtione prima. præconis enim officium ſuſcipit, qui ad ſacros ordines ac dignitates aſſumitur capitulo ſit rector. 43. diſtinctione, verum enimuero is, qui ex ſuſcepti oneris vinculo tacere non poteſt, non minus tacendo errare dicitur, quam ſi alia crima, quæ ſiunt committendo perpetraret, exemplo teſtis, qui poſtquam dicendi veritatem onus aſſumpſit, pariter dicitur proditor veritatis, ſi tacendo ac ſi mendacium loqueretur. capitulo Nolite timere. 11. quæſtione tertia. et ut copioſe ſupra in 10. quæſt diximus, ubi præciſe fuit oſtenſum gloſ. in d. l. Si mora, in prælato locum habere non poſse, in quo prædicta crimina pariformiter grauia ſunt. hæc eadem concluſio confirmatur per text. iunct. gloſa in capitulo non omnes epiſcopi. 2. quæſt. 7. ubi habetur prælatos negligentes ac deſides, non minus ac ſi cōmittenda deliquiſsent, depoſitione dignos eſse. ad idem eſt tex. iunct. expoſitione Archid. in dicto capitulo nulli. 25. quæſtione prima ubi cautum eſt, prælatos diuinas conſtitutiones vel ſedis apoſtolicæ decreta temerantes, priuationem dignitatis mereri. Archid. ibi exponens uerbum temerare, ait, negligentia. ſ. vel præſumptione, ſentiens, prælatis in vtroque caſu eandem pœnam iniungendam eſſe. Rurſus quoq; ponderandus eſt ille tex. ibi, meminimus qualiter Deus comminetur negligentiæ ſacerdotum. facit gloſ. not. hoc idem approbans in capit. ſæpe fit. 12. q. 2. tex. optimus cum ſua gloſa in capitulo Dictum. 81. diſtinctione ubi expreſſe colligi pōt, quoad priuādum ſua dignitate prælatum inter negligentiā & dolum, nullam differentiam conſtitutam eſſe. Præterea peccatum & grauius & leuius iudicatur ab effectibus, qui ab eo oriuntur. capitulo cum quidam, de iureiur. hinc ratione maioris ſcandali, peccatum in maiore grauius eſſe dignoſcitur, grauiora enim facit vitia peccatorum, ſublimitas peccantium dicto capitulo Homo. 40. diſtinctione. idque late ſupra in 8. quæſtione dictum eſt, ſed in dicto capitulo ſi papa, etiam ſi delictorum exempla in omittendo poſita ſint, nihil ominus ita pontificem ipſum, ac alios æterna pœna damnabāt, ac ſi committendo deliquiſſent, ergo non diſſimili iure iudicanda ſunt, immo cum ab vtroq; crimine mali effectus pariter proficiſcantur, pari pœna punienda ſunt per prædicta, quia pœnæ cum culpis commenſurandæ ſunt. capitulo ſicut dignum, de hom. verum quid deterius a prælati crimine prouenire poteſt, quam ſui ipſius & aliorum æterna damnatio? quod quidem in dicto capitulo ſi papa, præſupponitur. ergo &c. Inſuper id comprobatur, nam verba regulæ ibi traditæ indefinita ſunt, ibi, huius culpas, indefinitam autem vniuerſali æquipollere ſatis exploratum eſt. l. ſi pluribus, cum ibi not. ff. de legat. 2. quare perinde eſt, ac ſi tex. ille omnes culpas expreſſiſſet. quod ſi dictum fuiſſet, vtiq; tam culpæ in cōmittendo quam aliæ continerentur, quia qui omne dicit nihil excludit. l. Iulianus ff. de legat. 3. ergo &c. Neque obſtat, ſi forte obiiceretur, exempla in dicto capitulo poſita in omittendo conſiſtere, quia legis mentem ab exemplis non coarctari notiſſimum eſt. § hactenus, inſtit. de grad. Accedit deinde etiam ratio in dicto capitulo aſſignata, quæ generalis eſt, idcirco enim papam a nemine iudicari poſſe traditum eſt, quia non decet eum, qui cunctos iudicaturus eſt, ab aliis iudicari. Sed iſta ratio, quæ ob amplitudinem dignitatis eſt, tā delicta in committendo quam in omittendo complectitur, ergo in dicto capitulo pariformiter continentur. ea enim rationis potentia eſt, vt ſi ipſa magis prægnans ſit, quam uerba quæ in eadem lege poſita ſunt, ea ampliet & econtra. ipſa enim cuiuſcunque diſpoſitionis auriga eſt, ſicut anima corporis, id probatur in l. cum pater. §. Dulciſſimis. ff. de legat. 2. in l. nomen. §. fin. ff. de legat. 3. & in l. regula. §. licet, ubi Bart. ff. de iur. & fact. igno. Denique iſta opinio concludenti ratione veritatem habere demonſtratur, nam exceptione non contentis ſub regula eſſe oportere iura tradiderunt. vt per Dy. in rubr. de regul. iur. in 6. per Bart. poſt gloſ. in l. prima ff. eod. titu. & in l. Iu his. ff. de legi. ſed in dicto capitulo ſi papa, ſolus ille caſus excipitur, quando ſcilicet, Summus pontifex a fide deuius eſt, ut tunc iudicari poſſit, declinare autem a fide, committere eſt, nil enim aliud eſt, quam ea aſſerere quæ eccleſiæ conſtitutionibus contraria ſunt, & his erroribus pertinaciter inniti, contra capitulū Ne innitaris, de conſtit. nam etiam ſi quis hæreticam opinionem concepiſſet dum tamē eam non tueatur, is hæreticus dici non poſſet capitulo Dixit Apoſtolus. & capitulo qui in eccleſia. 24 quæſtione tertia Innoc. in capitulo primo de ſum. trini. cum igitur caſus ibidem exceptus proculdubio in committendo conſiſtat, ergo ēt crimina quæ eiuſdem generis ſunt, ſub regula fuiſse complexa facile concedendum eſt, alias exceptio de contentis ſub regula eſse non poſset. contra iura prædicta, & ſic per illum text. partes Summi pont. a Dec. reſponſis obiectionibuſque optime defendunt. Nunc ſupereſt, ut aliud Abbatis reſponſum, qui in dictæ gloſæ ſententiam fuit adductus, refellamus dixit is capitulum Si papa, iudicium concilii non excludere, ſed perſonæ particularis tantum, quia tex. ait huius culpas iudicare præſumat mortalium nemo, ſed concilium, ait ipſe, perſona non eſt niſi ficta repræſentataque, ergo dicti c. verba, ad id vtpote ad caſum fictum improprium que porri-

gi

gi non poſsunt.l.3.§.hæc uerba.ff.de neg.geſt. Similiter quoque iudicium concilii non mortale, ſed diuinum eſt, ergo &c.ut latius ibi ex eius dictis percipi poteſt. Iſta ſolutio, niſi fallor, pace dixerim tanti patris, falſiſſima eſt, quia ſi verũ eſſet dictum.c. de iudicio perſonæ particularis tantummodo ſenſiſse, nõ autem & de iudicio concilii, ſequeretur vnũ quod in iure omnino ſtare non poteſt, videlicet papam in caſu hęreſis ibidem excepto, a perſoıtæ particularis arbitrio iudicari poſse quod impoſsibile eſt ut dicam. hoc autem abſurdum, retenta Ab. ſententia, ſequuturũ demonſtramus. poſtquam.n.tex. dixit huius culpas iudicare prę́ſumat mortaliũ nemo, quæ uerba ſecundum Abb. de iudicio particularis perſonæ intelliguntur, ſequitur, niſi ſit a fide deuius, ſed de natura huius dictionis, niſi, eſt ponere id, quod in p̄cedenti oratione prohibitum fuit. Bar. in l. Actione. C. de tranſac. ſi igitur in pręcedenti oratione ſolum iudicium particularis perſonæ fuit excluſum, ergo in caſu hęreſis, ibi per dictionem niſi, excepto, concederet, vt papa tunc a particulari iudicio iudicari poſſit, ut ponatur in exceptione quod in regula vetitum eſt, prout termini iuris expoſtulãt. hoc autem abſurdiſſimum eſſet, & omnino impoſſibile, quia nuſquam reperitur pontificem Max. ab alio quam a concilio iudicari poſſe, immo vbicunque cautum eſt papam aliqua de re iudicandum eſſe, ſemper ſubanditur a concilio, etiam ſi id non exprimatur. gloſ. eſt ab omnibus approbata in capitulo Sicut inquit ſecunda quæſtione ſeptima, not. per Abbas in dicto tract. in 2.dub.colum.2. per Dec. in dicto conſilio 151. cum igitur hęc ita ſint, ergo impoſſibilis eſt Abb. interpretatio, vt loquatur de particularis perſonæ iudicio tantum, ſed ille tex. de quocunque iudicio nullo penitus excepto intelligendus eſt, tũ quia uerba generaliter ibi prolata ſunt, tum etiam quia ratio deciſiua hoc idem præcipit, non.n. ibi fit vis ſuper authoritate iudicis, ſed ſuper maxima illius authoritate, contra, quem dicenda ſententia eſt.§. Summum pont. qui cum aliorum ſit iudex (inquit text.) ab aliis iudicandus non eſt, & ſic ob amplitudinem ſuæ dignitatis, quæ ratio etiam in iudicio concilii potiſſima eſt, & quod ille text. de concilii iudicio intelligatur ſenſit expreſſe gloſ. in capitulo Mandaſtis. 2.q. 4. dum ait pontificem neq; a concilio niſi in cauſa hæreſis iudicari poſſe, & citat.d. capit. ſi papa. tollitur igitur & hæc Ab. ſolutio, quo fit, ut his quæ in contrarium adducebantur, ſublatis, ille text. tergiuarſari nequeat, quin apertiſſime dicat, papam etiam ob notoria, & ſcandaloſa crimina iudicari nõ poſse, ſolo hæreſis caſu excepto. Et ut verus hic dicti. capituli ſi papa, ſenſus clarior ſit, pulchrum eſt perſecrutari, an rationi quoque conſentaneum ſit, papam pro notorio crimine iudicari non poſſe, & pro hæreſi ſecus. & dico id viua ratione comprobari. quando enim pont. Maximus hæreticus eſt, tunc quocunque fideli minor exiſtit, iuxta gloſ. appro. in capitulo Achatius.el.1.24. quæſtione prima & ideo ſi in hæreſim iam damnatam prolaberetur, clerici abſque alia ſententia ab eius obedientia diſcedere poſſent capitulo Anaſtaſius, cum gloſ. 19. diſtinct. quod intellige, quando in ea pertinax eſſet. per cap. Dixit Apoſtolus. & c. qui in eccleſia. 24.q.3. dicat Mod. Aret. quicquid velit in trac. ſuo ubi diſtinxit inter hæreſim damnatam & non damnatam, & an quis ad fidem reuertatur poſtquam in iudicium vocatus ſit, vel antea, nã prædicta iura non diſtingunt, ergo &c. Et contra Mod. Aret. videtur tex. cum glo. in cap. Nunc autem. 21. diſ. ubi Marcellinus, qui idolis ſacrificauerat, quod utique damnatum eſt, tamen quia non fuit pertinax, iudicari non meruit, ſecundũ unam expoſitionem gloſ. ubi etiam erat in iudicium uocatus, & hoc modo prædicta etiam declarantur a nõnullis apoſtill. Ab. in dicto capitulo Significaſti, de elect. talis enim hæreticus, qui erroribus ſuis hæret, innititurque, eccleſiam dicitur deſeruiſſe. c. Inter hæreſim. 24. quæſt. 3. didicimus enim hæreticos & ſciſmaticos nil penitus poteſtatis habere, quia eccleſia, quæ vna eſt, & intus & foris eſſe non poteſt. hæc Ciprianus in cap. Didicimus. 24.q.1. quod & Nicolaus papa cõfirmauit in c. Miramur, in fi. ea cau. & q. hinc Bellem. & card. Alex. in cap. Anaſtaſius, 19. diſt. inquiunt, papam hæreticum inter alios pontifices non eſſe connumerandum, & Anaſtaſij.ij. exemplum adducunt, poſt quem alius Anaſtaſius ob.d. rationem.ij. nuncupatus eſt. & hoc idem late comprobat idẽ card. Alex. in d.c. ſi papa. & in rub. 15. diſtin. papa igitur eiuſdem eccleſiæ, a qua receſsit, proculdubio caput eſse non poteſt, immo iux. documentum Ioan. in epiſtola canonica.2. in capitulo primo ſi quis ad vos venerit, & hanc doctrinam ſ. Chriſti non habet, nolite illum recipere in domum, nec ei dixeritis, aue. hæc ille, & conſequenter cum dignitatem amiſerit pontificiam iure optimo iudicari poteſt, ne eccleſia ſine capite ſit, & ne ſi is toleraretur, tot ſuæ prauitatis complices ad cardinalatus dignitatem euehat, ut nunq̃ pontificatus de hæreticorũ manibus exeat, & ſtatus eccleſiæ ſubuertatur, ut cõſiderat card. in cõſ. 150. Hæreticus igit̃ põtifex oĩno iudicandus eſt, quia tunc ratio quæ a d. cap. ſi papa conſideratur, non ſubeſt. ſcilicet, papam eo quia aliorum iudex eſt a nemine iudicari poſſe, cum enim in hæreſim prolapſus ſit ſeipſum dignitate pontificia abdicatur, non eſt aliorum caput, non eſt aliorum iudex, non eſt eccleſię ac fidelium princeps, cum ipſe infidelis ſit, & extra domum in qua manducatur agnus, commoretur, & de hoc, eſt text. in capitulo didicimus, 24. quæſt. prima. quando autem notorius eſſet peccator, tunc ſecus eſt. non enim ob morum prauitatem quicquam pontificiæ detrahitur poteſtati, dummodo a domo Domini non recedat, ut diximus, neque ob id pontifex eſſe deſinit, ſicut in caſu prædicto. Audi Chryſoſtomum in illa verba, ſuper cathedram Moyſi ſederunt &c. ait enim increpatis ſacerdotibus & Phariſeis a domino, ne quis ob id in ſacerdotes inſurgeret, id ſummopere iubet, nec iubet ſolum, uerum etiam facit, non enim a docendi gradu moribus corruptos deiicit, & quamuis nequam eſſent, in principatu eos confirmauit dicens, Facite quæcunque illi nobis facienda eſſe confirmant. ſimiliter non dixiſſet Petrus in epiſtola. 1.cap. ſecundo. ſubditi eſtote dominis veſtris etiam diſcolis, ſi ob crimina poteſtas amitteretur, hoc idem ex Euangelio quoq; colligi poteſt Caiphas enim qui iniquiſſimus erat, ac perditiſſimæ uitæ, tamen cum eſſet pontifex anni illius meruit ꝓphetare dicens, quia expedit unum hominem mori pro populo. Liquet igitur ob morum corruptionem papam pontificię poteſtatis amplitudinem non amittere, & hoc clarius etiam ex multis & iurium, & grauiſſimorum patrum teſtimoniis comprobabitur, quæ inferius adducentur. Cum igitur Summus ſacerdos ob id pontificalia iura non perdat, tũc uiget ratio dicti. cap. ſi papa. ſcilicet, cum, qui alios omnes ob ſuæ dignitatis maieſtatem, iudicaturus eſt, a nemine iudicandum eſſe, non enim decet ab ouibus paſtorem, a membris caput, a ſubditis principem obiurgari, iudicariue, ſed qualiſcũque is ſit, ob tantam dignitatem quę in eo eſt, Dei iudicio relinquendus eſt, ac pro eo tanto propenſius orandum, ut habetur in d.c. Si papa, quod ſecus eſt quando in hæreſim prolabens eccleſiam deſerit, ut pręd̈ictum eſt, cum igitur hæc diſformi ratione gubernentur, ac diſſimilia ſint, papam. ſcilicet, hæreticum eſſe, uel notorium peccatorem, ergo etiam diſpari iure cenſenda ſunt, ut e contra, ubi eadem ratio eſt, & idem ius conſtituitur. l. illud. ff. ad leg. aqui. cum ſimil. quapropter dictum cap. ſi papa recte conſtitutum, eſt, dum ait papam etiam pro notorio, ſcandaloſo crimine iudicari nõ poſſe, pro hæreſi autem ſecus, & ex hac declaratione tollitur, quod dicebat Dec. in d. conſ. 151. inquiens etiam ſi ſolus caſus hæreſis ſit exceptus, tamen ad alium ſimilem caſum, vt eſt. hic, exceptionem illam porrigi poſſe. Reſpondeo enim cum in his ſubſit diſſimilis ratio, de uno caſu ad alium recte inferri non poſſe. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerbor. oblig. ibi, ſed hęc diſſimilia ſunt. præterea ſi ad delictum notorium illa exceptio porrigeretur, ille tex. incontinenti ſeipſum correxiſſet, cum id in oratione præcedenti prohibitum fuerit, ut probatum eſt, quod eſſet contra. l. Non ad ea. ff. de condit. & demonſtr. ex his etiam alia ſimilia argumenta tolluntur, ut eſt quando caſus aliquis ſublata ſignificatione uocabuli continetur eum comprehendi, ut per Alex. poſt alios in l. ſi conſtante. ff. ſolu. mat. & hoc potiſſimum uerum eſſet ubi de animarum periculo ageretur, ut hic, iuxta glo. notab. in cap. ſciant cuncti. in uerſic. alios, de elect. in 6. quam extulit Abb. in cap. penul. qui fil. ſint legit. ſed hæc & ſimilia, ob rationis diſparitatem non repugant, quia in aliis criminibus ſemper uiget illa ratio, papam pontificatum non amittere, ſecus in hæreſi, & ut ſupra dixi. ceſſant igitur extenſiones omnes per pręd̈icta, quia paritas rationis cuiuſlibet extenſionis eſt fundamentum. l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de rit. nupri. glo. & doct. in clem. Auditor. in uerb. beneſicio, de reſeripti. tradit late Alex. in conſ. 207 colum. fi. in 6. uolum. pro cõcluſione ſuperius firmata adduco tex. iunc. glo. in cap. Mandaſtis. ſecunda. quæſt. 4. ibi enim Syxtus pont. ait, cum ipſe a quodam Baſſo accuſatus fuiſſet, ſe coram concilio magna cum examinatione ultro huiuſmodi ſuſpitione exonerasse, licet aliter euadere potuiſſet, non tamen eam ſucceſſoribus formam tradidiſſe, qui uel nollent uel ſponte eam non eligerent. pondero enim tex. ibi, licet euadere potuiſſem, nam aut crimen illud de quo agebatur crimen hæreſis erat, & tunc illa uerba ſtare non poſſent, quia, ut ſuperius demonſtratũ eſt, in cauſa hæreſis contra pontificem etiam inuitum ius dicendum eſt. aut aliud erat crimen non notorium, non ſcandaloſum, & hoc quoque ueriſimile non eſt, concilium ſcilicet pro ſimplici papæ delicto iuſſu Cæſaris congregatum fuiſſe, & tam magnam cauſæ cognitionem in eo negotio adhibitam fuiſſe. hæc enim non niſi in arduis, & uniuerſali eccleſiæ damnum afferentibus fieri conſueuerũt.

ut

ut uidere eſt in 15. vſque ad. 17. diſtinc. ubi de concilijs copioſiſſime traditum eſt. Argumentum autem a veriſimili in dubijs opinionibus multum operatur. l. non eſt veriſimile. ff. qđ met. cau. capitulo quia veriſimile, de præſumpt. Similiter & argumentum a communiter accidentibus in iure validum eſt. iuxta. l. Neque natales, C. de probat. ergo ſequitur crimē illud ſcandaloſum fuiſſe, de quo & nos loquimur, & ſic ibi videtur tex. in quo Summus pontifex affirmat, ſe pro tali crimine niſi ſponte iudicari non poſſe. Et ſi quiſpiam obijciat ibi non conſtare an crimen illud ſcandaloſum eſſet uel leue, & veriſimilitudinem & conſuetudinem a me prædictam locum non habere, cum ad poſtulationem Summi pontificis concilium illud fuerit congregatum, non autem ex ſe, ut caput reformaretur. Reſpōdeo tex. illum pariter & caſum hunc decidere, in quo papa inuitus a concilio in iudicium vocaretur, dum ait, nun dans eam formam alijs qui noluerint, uel ſponte non elegerint, in hoc enim ſecundo capite alternatiue deciditur caſus. in quo papa ſponte cōcilium congregaret, & hoc etiam in leui crimine verificari poſſet, in primo autem capite de his loquitur, qui inuiti a concilio congregato citarentur, & hoc non niſi in ſcandaloſo crimine, arguendo a veriſimili & a communiter accidentibus locum haberet. Præterea cum textus ille non diſtinguat inter unum crimē & aliud, nec nos diſtinguere debemus, iuribus vulgaribus. & hæc inductio confirmatur per gloſ. ibi in dicto capitulo, ubi ait, papam a concilio quoque niſi in ſola cauſa hæreſis iudicari poſſe. & hanc eſſe rationem illorum verborum, licet aliter euadere potuiſſem & hanc eandem fuiſſe d. tex rationem, affirmat. capitulū nunc autem. 21. diſtinctione. ubi Nicolaus papa per exemplum Syxti, & Marcellini oſtendit, ſuperiorem ab inferioribus iudicari nō poſſe, & ita fundat ſe in ſuperioritate dignitatis, non in leuitate criminis. & ſic dictum capitulū Mandaſtis, pro hac opinione non parum vrget. Ad idem videtur & tex. in capitulo Auditum, eadem cauſa & quæſtione, ubi Leo papa ob grauia & ſcelerata crimina accuſatus ait, ſe ſponte a tali obiectione exonerasse, non tamen dans alijs formam, ut id facere cogantur. pondera verbum, cogantur, quod indicat, licet pontifex a concilio ob grauia & ſcelerata crimina, quæ ei obijcerentur, in iudicium vocaretur, cum tamen cogi non poſſe, & ſi quis diceret ibi non erant notoria, vt præſupponit gloſa in dicto capitulo ſi papa, dico hanc diuinationem eſſe, poterat enim accuſator ea eſſe notoria aſſerere, & ſe probaturū offerre, qa notoria, quæ non ſunt facti permanentis, ſi negantur, probanda ſunt, ut per Aret. late in conſ. 165. & Dec. in conſil. 42. columna ſexta verſiculo non obſtat. & propterea ad cognoſcendum hoc, neceſſe fuiſſet papam coram concilio comparuiſſe, ſi data illa qualitate iudex competens fuiſſet, nam ubicunque certa qualitas iuriſdictionem tribuit alias non habēti, ſi de illa qualitate dubitetur, is de illa an ſcilicet vera ſit, ſummatim cognoſcere poteſt, ad finem vt deinde ad ipſius deciſionem procedere poſſit, ut communiter aiunt doct. & præſertim Ant. & Abb. in capitulo ſi clericus laicum, de for. comp. & Bar. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius uel vtil. publ. Sed quia nō erat competēs, ideo ait, ſe id ſponte feciſſe. hoc idem fortius demonſtratur per text. in §. hinc etiam. 17. diſtinctione. conſidero. n. ſymaco graue crimen & ſcandaloſum obiectum fuiſſe, quia multi clerici ab ipſo diſceſſerant & ſchiſma fecerant, & ob id eum in iudicium vocatum fuiſſe, & tamen priuſquam res agi cœpta eſſet, patres de concilio imperatori dixerunt ipſis vtpote inferioribus in ſummū antiſtitem ius dicere non licere. ecce quam indiſtincte concilium ait ſe de papæ culpis ſententiam ferre non poſſe, ſi enim pro aliqua ipſius criminis qualitate id concilio licuiſſet, prius an dicta qualitas ſubeſſet, uel ne cognoſcere voluiſſet, id enim fieri poſſe ſuperius demonſtratum eſt, ſed cum ante cauſæ cognitionem indifferenter ſynodus loquuta fuerit, indifferenter etiam iudicauit ſe pro quacunque criminis qualitate pontificem iudicare non poſſe, excipio tamē ſemper hæreſim, quia qualitas illa facit eum non eſſe pontificē ut ſæpe dictum eſt. Et vt clarius etiam gloſ. in dicto capitulo ſi papa, falſa eſſe oſtendatur, ad duco nouum fundamentum, ibi enim gloſa fundat opinionem ſuam, tribus qualitatibus concurrentibus. quando. ſ. delictum eſt graue, quando eſt notorium, ex quo ſcandalum progignitur, & quando papa in eo pertinax & incorrigibilis eſt, ſed iure cautū eſt, quotieſcunque plura coniunguntur. quorum vnumquodque de ſe nihil penitus operatur, etiam ſimul iuncta nō operan. l. prima. C. qui numero tute. Iaſ. in l. Centurio. colum. 24. ff. de vulg. & pupill. & Balan l. ſi quis ex argentarijs. §. primo ff. de eden. ſecus ſi de ſe aliquid operarentur, ut in dictis locis, & infra in caſu iſto declarabitur, & hoc rationi conſonum puto, nam plura ſterilia fructum aliquem generare nō poſſunt. Verum nulla iſtarum qualitatum, quæ a. d. gl. ſimul copulantur, quo ad faciendum ut concilium ſit iudex pont. quicquā operatur, ergo nec ſimul iunctæ debent id operari. quod autem de ſe nihil operentur oſtendo. Primo enim grauitas criminis nihil operatur. text. eſt in dicto capitulo Auditum, vbi grauia & ſcelerata crimina pontifici obijciebantur, & tamē ſponte comparuit, Similiter & notorium crimen, quoad hoc nihil operatur, nam confeſſio facta in iudicio facit notorium capitulo fin. de cohab. cler. & mulie. & tamen confeſſio facta coram iudice incompetenti non præiudicat confitenti, vt ab eo iudicari poſſit, capitulo At ſi clerici. de iud. & magis ad propoſitam rem, criminis. ſcilicet etiam grauiſſimi notorietatem, quo ad hoc ut concilium pontificis iudex competens ſit, nihil penitus operari docuit text. clarus in capitulo, nunc autē 21. diſtinctione vbi Marcellinus accuſatus ob id quia Idolis ſacrificauerat, coram concilio delictum hoc fuit confeſſus, quia confeſſio ut diximus, rem notoriam facit, & tamen ob ſuperioritatem dignitatis iudicari non potuit. & licet gloſ. dicat id fuiſſe, quia vel coactus id fecerat, uel quia ſe correxit, tamen tex. in principio, in medio, & in fine fundatur ſuper magnitudine dignitatis, quia ſuperiores, ab inferioribus iudicari nō poſſunt, ſed rationes gl. bonæ ſunt ad probandum papam illum ob hæreſim etiam damnatam, dignitate nō cecidiſſe, ſecus enim fuiſſet, ſi ſponte delictum illud perpetraſſet, & in errore pertinax fuiſſet, quia tunc ipſo iure pontificatu ſe abdicaſſet, ut prædiximus. Sed quia dignitatem retinuit, licet delictum grauiſſimum eſſet & notorium, nemo tamen primam ſedem iudicare auſus fuit. non igitur ibi ſuper grauitate criminis, nel notorietate, ſed ſuper ſola pont. dignitate tex. vis. Pertinacia quoque de ſe nihil operatur, quo ad hoc de quo loquimur, quod probo, quia etiam pro cauſa hæreſis, quæ ſola ab alijs papæ criminibus excepta eſt, niſi in ea pertinax ſit, deponi non poteſt. capitulo. Dixit Apoſtolus. & capitulo qui in eccleſia. 24. quæſtione 3. & ob id ſecundum vnam rationem gloſ. in d. c. nunc autem, Marcellinus deponi non potuit, ut ſuperius dictum eſt, ſtatuitur in dicto capit. ſi papa. in caſu hæreſis, ibi a culpis papæ excepto, pertinacia exigitur, aliter iudicari non poſſet, ergo neceſſe eſt confiteri, pro alijs culpis etiam data pertinacia, eum iudicari non poſſe. aliter exceptio nō eſſet de contentis ſub regula contra prędicta, & inter hæc delicta nullum eſſet diſcrimen contra text. in d. c. qui aliquam poſuit differentiam, & recte, cum diſſimilem habeant rationē, ut late ſuperius fuit oſtenſum. Liquet igitur qualitates a d. gloſ. ſimul iunctę quæ de ſe quo ad hoc ut concilium ſit iudex cōpetens, nihil penitus operantur, neque ſimul iunctas operari debere, ſecus autem eſt, quando prædictæ qualitates a gl. conſideratæ de ſe poſſent aliquid operari, vt eſt in caſu hæreſis, ad hoc enim ut papa iudicari poſſit, requiritur hæreſis & pertinacia, vt dictum eſt. & quamuis vnumquodque de ſe hoc integraliter non operetur, tamen coadiuuat. id, quod eſt, cauſa, ut pont. iudicari poſſit, quando enim quis hæreticus efficitur, incipit diſcedere a domo Domini, & ſic incipit ſeipſum pontificia dignitate ſpoliare, cum eſt pertinax in tali diſceſſu, tunc penitus efficitur abſens, & ſe dignitate illa omnino ſpoliat, quo facto eius dignitas amplius non repugnat, quin iudicari poſſit. ecce illa duo, licet de ſe non operentur, ut deponi poſſit, tamen quia aliquid operantur, vna ſcilicet principium, & alia finem priuationis dignitatis, ſimul iuncte id perfecte operantur, & conſequenter ſunt cauſa competentiæ concilij, quia quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. l. Manumiſſiones. ff. de iuſt. & iur. l. maritus. ubi Paul. de caſt. C. de procur. ſed priuatio dignitatis eſt cauſa iudicij, ergo &c. prædictæ autem qualitates a gloſ. adductæ penitus ſteriles ſunt, & nullum quo ad hoc adminiculum operantur, ergo nec ſimul iunctæ. vt dixi. Et ex his tollitur etiam dictū illud gloſ. dum ait. capit. ſi papa, cauſam hæreſis, expreſſiſſe, qa pro hæreſi etiam occulta iudicari poſſet, ſecus pro alijs criminibus, nam vt dixi notorietas non facit, ut qui iudex incompetens eſt, iudex competens efficiatur. Præterea ſiue hæreſis ſit occulta, ſiue ſit publica, nihil intereſt, aut enim Summus pontifex ab ea ſe retrahit, & tunc ſiue occulta ſit ſiue publica deponi non poteſt per prædicta. Aut pertinax & incorrigibilis eſt, & tunc etiā ſi occulta eſſet, efficitur notoria, quando admonitus a priua ipſius ſententia non deſiſtit, immo eam defendit, & ſic ex omni parte illa glo. uidetur ueritate carere, & ſi dicatur gloſ. tantum loqui de accuſatione, reſpondeo text. de iudicio loqui, & quo ad hoc non differt. Ex quibus omnibus concluſio noſtra iam extra difficultatē eſt, quæ ut etiam lucidior fiat, dico eam comprobari per tex. in cap. Et ſi illa. prima quæſt. 7. ubi habetur, Si papa præcipiat quæ ſine manifeſta eccleſiæ decoloratione recipi nō poſſunt recipienda non eſſe, ecce ille tex. aperit pontificem notorie iniuſta & eccleſiæ damnum euidens ac dedecus afferentia præcipientem, non propterea deponi poſſe, ſed ei tantum-

tummodo in his parendum non eſſe, & ita clare dixit Innocen. in capitulo Inquiſitioni de ſent. excommu. & cardin. d. conſil. 150. facit text. in capit. Manet. 24. quæſt. 1. ubi ait manere in pontifice Maximo ligandi poteſtatem, niſi nimia negligentia uel ſæuitate utatur, & ſic ille tex. inter delictum in omittendo & in committendo nullum diſcrimen conſtituit, ibi, nimia ſæuitate, quæ in committendo eſt, & ſic contra Dec. & in vtroque caſu tex. ille præſupponit, papam cum maximo fidelium ſcandalo errare, ibi, nimia &c. & tamen ob id eum iudicari non poſſe, ſi enim delicta illa & notoria & ſcandaloſa non fuiſſent, vtique papa etiam illis in rebus authoritate pontificia non careret, ſed ei parendum eſſet, qa & iura prædicta & Innocen. in capitulo inquiſitioni, volunt pontifici Summo parendum non eſſe ſolummodo, quando præcipit ea, quæ uniuerſali eccleſiæ damnum afferunt, ſecus in reliquis. vnde cum ibi ſimiliter dicatur pontifici ob nimiā negligentiam uel ſæuitatem erranti non eſſe obediendū. tex. ille de ſcandaloſis omnino intelligendus eſt, quia in aliis ſecus eſſet. hoc idem colligitur & in capitulo. ipſe ligandi. 11. quæſtione tertia. ubi papa pro ſuis uoluptatibus clauibus abutens, in illis abuſibus tantum, ligandi non fruitur poteſtate. gloſa ibi in prima expoſitione dixiſſe voluit, eum priuationis pœna dignum eſſe, ſed ab opinione illa, vt pote erronea quamprimum recedit inquiens, eum in his tantum ligandi priuilegio carere, quia priuilegiū non cōceditur ad abuſum, nouiſſima enim opinio gloſ. potior eſt, ut per gloſa in l. Qui filium. §. 1. ff. ad Trebell. tex. & gloſa in l. Bona fides. ff. depoſ. tradit Alexan. in conſilio 219. in primo volum. & ſic etiam text. ille in dicta gloſa partem noſtram euidentiſſime corroborat. quod poſtremo confirmatur per tex. in capitulo Oues ſecunda quæſtione ſeptima, dum ait, oues paſtorem nec reprehendere, niſi a fide exorbitauerit, nec vllatenus accuſare poſſunt, quia facta paſtorum ouis gladio ferienda non ſunt, quamuis reprehendenda recte uideantur. Et ex his tollitur quod ait Dec. in dicto conſilio 151. dum inquit, Papæ iniuſta præcipienti parendum non eſſe, ſicut & iudici quæ mala ſunt peragenti reſiſti poſſe iura conceſſerunt, inferens ob id papam deponi poſſe, ne iura quæ talia pontifici agere non concedunt inania ſint, nam iſta illatio falſa eſt, quia etiā ſi non deponatur, tamen non uana neque irrita ſunt, cum in illis abuſibus ei parendum non ſit, in reliquis autem ſecus ut non recedendo a Dec. exemplo, in ſimili uidemus, licet iudici notorie iniuſta peragenti reſiſti poſſit, non tamen ob id a dignitate deponi poteſt, qa ſi alia quæ licita ſunt precipiat, ei parendum eſt, tam & ſi iudici diuinam pontificis poteſtatem minime comparandam eſſe ſentiam. His iuribus quæ pondere & numero potiſſima ſunt, etiam magnæ authoritates non defuere. Papam enim in nullo caſu, hæreſi excepta, iudicari poſſe tenuit gloſa in dicto capitulo nulli. 25. quæſt. prima citat. d. capitulo ſi papa. ſic etiam loquuta eſt gloſa in capitu. Mandaſtis. 2. quæſt. quarta per d. cap. ſi papa & glo. in primo de renunc. in 6. idem voluere Hoſt. & Ioannes Andr. in capitulo propoſuit. de conceſſ. præb. Alb de Roſ. in ver. hæreſis græce. & Firm. in ſuo repertorio verſi. collegium cardinalium, ubi præciſe ait, licet papa ſcandalum faciat, eum tamen ob id deponi non poſſe, hanc eandem ſententiam approbauit card. Alex. in dicto capitulo ſi papa. & in dicto capitulo Anaſtaſius. 19. diſtinctione. aliorum quoque teſtimonia poſſent adduci, quæ tanquam non neceſſaria relinquuntur, id tamen non præteribo, ſententiam hanc optima ratione ſuaderi, nam ſi ob talia crimina Summus pont. accuſari poſſet, cum tot æmuli & infeſti apoſtolicæ ſedi comperiantur, crederem nunquam fere chriſtianam Rempub. quieſcere poſſe. non enim deeſſent qui aduerſus papam grauiſſima crimina confingerent, ut ei continuis accuſationibus detraherent, eumque a quieto chriſtianitatis regimine auocarēt, quamobrem hęc obiurgandi pont. nimia facilitas maximū proculdubio eccleſię detrimentum afferre poſſet. ideo ſanctius puto tenere eum & pro his criminibus in iudicium vocari non poſſe, ſed pro eo propenſius orandum eſſe, reiecta gloſa in dicto capitulo ſi papa. quę contra tex. ſuum ac veritatem, ut arbitror, eſt loquuta. Nec urget id quod ad tuendā dictam gloſam adducit Moder. Aret. poſt card. in dicto cōſ. 150. idque ſequutus eſt Dec. in dicto conſilio 151. uidelicet dictā gloſam procedere & intelligendam eſſe, quādo papa in notorio crimine pertinax eſſet, illudque & uerbis & re ipſa defenderet. ex hac enim ptinacia de hęreſi ſuſpectus redderet, ergo tex. de hęreſi loquens ēt caſū hunc cōtineret, ſed hoc falſum eſt, nā iura de hęreſi loquentia in ſuſpecto de hęreſi nō procedunt, quia in hęreſi vera & propria, ut eſt error, in fide intelligēda ſunt, ſecus in hęreſi impropria, ut eſt caſus iſte. ita not. ait gl. in c. ſi quis pecunia. 79. diſt. Feli. poſt Dom. in c. Sciſcitatus. colum. 2. ver. & habet locum. de reſcrip. ubi præciſe in terminis. d. cap. Si papa, loquutus eſt, & Card. Alc. in d. cap. ſi papa. & hoc potiſſimum ibi dicendum eſt, ubi tex. ait. niſi ſit a fide deuius, quæ uerba proprie ad ſolum errantē in fide, ut mea fert opinio, referuntur, ut pote magis ſtricta quam ſit uerbum hæreſis. contra Dec. in dicto conſi. 151. qui aliter ſenſit. Præterea in his caſibus diſſimilis viget ratio, ut iam ſæpe dictum eſt, & pertinacia non operatur, ut concilium, pontificis iudex efficiatur, ut ſupra dictum eſt. Similiter non repugnat ſi diceretur, ſi papa in ſcandaloſis iudicari nō poteſt, ergo Deus eccleſiam ſuam ſine remedio uidetur reliquiſſe, nam Deus quandoque ob ſubditorum crimina, & malos antiſtites & improbos pricipes regnare permittit, iuxta illud Oſeę. 13. Dabo uobis regem in furore meo. & Iob. 34. Qui regnare facit Hypocritam propter peccata populi. Audi quoque Hieronymum dicentem: Non ſemper princeps populo & iudex eccleſiæ per Dei arbitrium datur, ſed prout merita noſtra depoſcunt, ſi mali ſunt actus noſtri & operamur maligna in conſpectu Dei, datur nobis princeps ſecundum cor noſtrum. hæc ille in capit. Audacter. octaua quæſtione prima, quod & Euariſtus papa confirmat in capitulo non eſt. ſecunda quęſtione ſeptima, quare talis pontifex omnino tolerandus eſt, tū quia ex hoc forte in eccleſia bonum eueniet, tum etiam quia ut Aug. ait, non eſt magnum tolerare quem Deus ipſe tolerat. quod etiam ſenſit Petrus in epiſtola prima capitulo ſecundo, inquiens, Subditi eſtote dominis veſtris etiam diſcolis, hæc enim eſt gratia ſi quis propter conſcientiam Dei ſuſtinet triſtitias patiens iniuſte. hæc ibi. Neque ob id eſt dubitandum eccleſiam ſubuerti poſſe, cum ea enim ſe uſque ad ſæculi conſumationem eſſe promiſit ille, qui mentiri neſcius eſt, & quamuis nauicula Petri fluctuare poſſit, tamen ſubmergi non poteſt. Quare pro tali pontifice propēſius orandum eſt, ut habetur in d. cap. ſi papa. præterea in tali caſu multa remedia adhiberi poſſunt, quæ docuit Cardin. Alexan. in rub. decimaquinta diſtinctione, ubi ipſe quoque hanc ſententiam approbauit. Demum ut Albertus pius ait, ubi Deus periculum puſillis imminere uiderit, aut papā ſcandaloſum de medio auferet, aut eius cor immutabit, aut aliis innumeris modis ſuccurret. neque propterea quiſquā ſuſpicari audeat talium delicta pōtificum impunita remanere, nam, ut Symmachus ait, Nolite exiſtimare eas animas inquiſitionis non habere formidinem. quas Deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini, non habet apud illum Reus de allegationis nitore ſubſidium quando ipſorum factorum utitur eo teſte quo iudice. hæc ille in cap. Aliorum. 9. quæſt. 3. Non obſt. poſtremo ſi diceretur contrariam partem maiori canoniſtarum numero placuiſſe, quia cum huius cōcluſionis fundamentum pontificia ſit poteſtas, quę ab euangelio originē trahit, potius Theologis adhærendum putarem, qui ut atteſtatur Dec. in d. conſ. partem hanc unanimiter amplectūtur. Præterea canoniſtarum authoritatibus minime credendum eſſe exiſtimarem, niſi quatenus iurium uel rationum robore munirentur. non enim ex authorum multitudine ſed ex ratione ius conſtituendum eſt. l. 1. §. ſed neque. C. de vet. iur. enucl. idque docuit & Dominus Exod. 23. in iudicio non acquieſces plurimorum ſententię ut a ueritate deuies. Ad fauorē igitur Chriſti Vicarii in propoſita quæſtione omnino cōcludēdum eſſe arbitror ex prædictis, & ex his quæ tradit Cardin. Alex. in d. cap. Si papa. & late in rub. 15. diſt.

Circa ſecundam ſpeciem, ſ. de negotiis non ſcādaloſis nec etiam arduis tempus non conteram, quia ea ſolum pont. expedire poſſe extra quæſtionem eſt. idem quoque iuris eſſe puto in his etiā quæ magni quidem ponderis ſunt, ſed per ſe bona & laude digna, quemadmodum pacem inter Chriſtianos principes procurare & ſimilia.

Sola igitur difficultas remanet, an. ſ. Pont. maximus ſine cardinalium conſenſu ardua negotia, & quę magni momenti ſunt expedire poſſit, ut eſſet Cardinales creare, eccleſiam epiſcopalē trāſferre, bellū indicere atq; inferre, & ſimilia. hic ſapiētes adeo varie loquuti ſunt, vt ex mēte Io. Fab. in §. aliç, inſti. de iu. nat. gen. & ciui. ſcitu difficile uideat quenā opinio potior ſit. ſiſr & hac de re copioſe adeo ſcriptū eſt, ut nullus aliis quicq̄ amplius dicendi locus relictus eſſe videatur. Prętereà ēt in caſu iſto loqui nō mediocriter pertimeſco, cū in eo ponti. Maximi & Reuerendiſ. Cardinaliū ſit exponenda poteſtas, ne ponā os in cęlū, lingua trāſeunte ſuper terram, ut habetur in c. in tm̄ 21. diſt. non enim noſtrū eſt tantas cōponere lites, ut ait poeta. Verum enimuero quū hoc oneris iam ſuſcepimus, q̄ breuiſſime fieri poterit, & aliorū ſñias ſummatim recenſebimus, ac ēt ne inutiliter. q. hanc tetigiſſe uideamur, nōnulla hactenus, ꝙ ego ſciā, nō animaduerſa, ſaluo ſemper ueritatis loco, in mediū adducemus. negatiuā partem ſ. pdicta negotia ſine cardinalib. expediri nō poſſe multi celeberrimi authores approbarunt, in eā maxime ſñiam adducti p text. in c. p uenerabilē. §. rationib.

qui ſil.ſint legit.ibi enim legiẽ Deũ ſacerdotib. leuiticis & iudici qui ſup eos exiſtit, horũ negotiorũ cognitionẽ demandaſſe, & ſm cõem intellectum card.leuiticorum, iudicis aũt Pont.Max. vices obtinet.Si igiẽ coniuncte card. cũ Summo pont.talis iuriſdictio conceſſa eſt,ergo coniudices ſunt,neq; ſolus pont.eã exercere poterit. Prẹterea ſi cardinalatus eſt de iure diuino,vt in 5.q.diximus, negari poſſe non vr̃,quin ſine ipſis eccleſiæ negotia non valeãt expediri.Pro qua opi. vr̃ tex. in c.In nouo 21.diſt.ubi ſcriptũ eſt, apoſtolos una cum Petro pari cõſortio honorem & ptãtem accepiſſe.& licet gl.ibi dixerit,pari conſortio, quo ad ordinẽ,non quo ad adminiſtrationẽ, tñ id ꝯ tex.vr̃, dũ & de ptãte loquitur.vna.n.determinatio determinans duo determinabilia debet ea pariformiter determinare,iux.l.Iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.Si igitur paritatẽ poteſtatis in apoſtolis & Petro concedimus,ergo idẽ & in card. ac pont. concedendum eſt, quia is Petri, & illi apoſtolorũ ptãte funguntẽ,ut late in 5. q.fuit oſtenſum.idẽ probari vr̃ ẽt per.c.Audiuimus,& c.Loquitur.24.q.1.in qbus repetitum eſt Petro & aliis apoſtolis parem ptãtem traditã eſſe, & ideo Chriſtum ſoli Petro dixiſſe, tibi dabo claues regni cœlorum, quodcunque ligaueris &c.ut eccleſia Dei vnica eſſe oſtẽderetur,quaſi ut illa ampliſſima ligandi ptãs vniuerſali eccleſiæ in Petro tradita ſit. Plurima quoque iura & rationes a quibus memorati authores in hanc ſententiã deducuntur in locis,quæ iam citabimus, videri poterunt, ne ea oĩa referẽdo opus laborioſum potiusq̃ ſubtile aggrediamur. iux.gl.in l.1. ff.ſol.mat.Hanc igitur opinionem ſequutus eſt Io.mon.in cap.ſuper eo,de hæret.in 6. card.in conſ.150.& in repet. c.perpendimus.de ſent.excom.& in cap.licet,de elec. Arch.in c.ſicut quidam.25.q.1.ubi ex mente Lau.ait pontificem Sum.ſine cardinalibus generalem legem promulgare non poſſe.idem uoluit Archi.in c. Cum redemptor.12.q.2. Bal.in l.cum multa. C. de bon. quæ lib.quem ſequitur Iaſ.in l.placet. C. de ſacroſ. eccleſ.idem ſenſit Feli. ſibimet contrarius in c.fi. §. 1.de off.de leg.in capitulo primo de probat.ubi referendo Bal.ait,papam ſine fratrum conſenſu magna feuda concedere non poſſe,cui accedit Aret.in l.2.in fi.princ.ff. ſol.mat.quem nonnulli apoſtill.ibi ſequuntur referentes.Io. de lign.& Laur. de rodul.idem voluit Aluar. in capitulo primo Epiſ.uel Abb. in feudis.hoc etiam uidetur fuiſſe ex mente Specul.in titulo de legat.§.qualiter, in fi. ubi ait legatum abſque collegii conſenſu mitti non debere. hanc partem etiam ſenſiſſe viſi ſunt Hoſt. & Ioannes Andreas in capitulo antiqua,de priuil. dicunt enim papam ſpeciale caput cardinalium eſſe, Cardinaleſque pontificis membra ſpecialia nũcupari,inferentes ex hoc pauca ſine ipſis peragenda eſſe, cũ vnum & idem corpus eſſe cenſeantur, ut ipſi uitet tradidere in ca.ad liberandam,de iudæ.hanc eandem ſententiam amplexus eſt etiam præpoſ.in d.§. Rationibus,per illum text.inquiens,papam ad hoc de iure diuino obligatum eſſe,per quẽ tex.idem ſenſerat petr.de Anch in conſ.295. col.2.ibi. & de eorum aſſenſu.Soc.quoque in conſ. 99. col.7. in 3.vol.per illummet tex.ait, a papa, de conſilio cardinalium multa eſſe gerenda,eiſque vniuerſi orbis regendi onus impoſitum eſſe. Mar.Laud.in 1.tract.de card.q. 2. ait cardinales in quaſi poſſeſſione eſſe, ne ardua ſine ipſis expediantur. idem viſus eſt ſenſiſſe etiam in quæſt. 31. cardinalium cœtum uniuerſalis eccleſię capitulum eſſe inquiens, & ex hoc inferrens papam in magnis rebus eorũ conſenſum habere debere. & apertius id poſuit in ſecundo tract.quęſtione.22. accedit Barb.in trac. de præſt.card.& in conſil.40. column.20.in 4.volum.ubi hac difficultate copioſiſſime diſcuſſa concludit,ſententiam hãc potiorem eſſe, & cardinales in hac quaſi poſſeſſione reperiri.Nonnulli etiam hanc partem amplectuntur,quos Feli.retulit in rubr.de conſt. vbi & Ripa modernus commentator eam præualuiſſe atteſtatur. Afferunt etiam qui hanc partẽ tuentur de hac ipſa re ſequuta iudicia, quia multæ gratiæ epiſcopatuum ac aliarum dignitatum cum maxima cauſæ cognitione abolitæ fuere,quas abſque fratrum conſenſu Cœleſtinus conceſſarat.ac eadem rationem & Benedictum. xj. ſtatuta ſuſpendiſſe aut timant,quæ Bonifacius ſine cardinalibus Marchianis confirmauerat, ut refert Io.mon.& Dom. in d.c.ſup eo. hoc idem comprobauit Iaſ.in l.fi. C.de diuerſ. reſcript.vbi Vrbanum peruſinis oratoribus, qui pro negotiis ciuitatis venerant, reſpondiſſe ait, negotium illud conſiſtoriale eſſe & cum cardinalibus explicandum, quia a ſolo pont. expediri non poterat. Contraria tamen ſententia & communis & verior a multis grauiſſimis viris exiſtimatur, uidelicet ſolum pontif. Max.quæcunque etiam arduiſſima negotia expedire poſſe. & infinita ad id probandum adducuntur, quæ non tranſcribere ſatius eſſe exiſtimaui, ut breuior ſim.omiſſo igitur multiloquio ſatis ſit referre nõnullos patres magnæ authoritatis, qui hanc partem & verã & crebrioribus uotis approbatam eſſe atteſtantur.fundamẽta vero quibus mouentur, ibi videantur, id in primis uerũ eſſe perhibet glo.in verſiculo de ipſorum conſilio, in extrau. execrabilis, de præbend.extra comm.Dom.in dicto capitu. ſuper eo.hoc idem ſi de abſoluta ponti. loquimur poteſtate, tenuit Mart. Laud.in ſecundo tractat. de Cardinal. quęſtione quadrageſimaquinta . firman. in trac.de epiſ. in 4.par.primo lib.quæſt.36.in fin.ubi ſubiungit bonorum eccleſiæ alienationem ſolum pont. concedere poſſe.idem tenuit in ſuo repertorio in uerſiculo collegium cardinalium. & ex hac diſtinctione abſolutę poteſtatis ab ordinaria, multa ex his quæ ſuperius in contrarium obiiciuntur, deſtrui poſſunt tamen quia ſcribentes, qui hanc partem ſequuntur, latiſſime obiecta diſſoluũt, idcirco breuius agẽdo dixiſſe ſufficiat eam communiter approbatam eſſe,teſte Alb. de Roſ.in rub. C.de legi.Ioan.de Ann.in cap.firmiſſime, de hære. Barb. qui copioſiſſime ſcripſit in conſ.primo.in primo. uolum. ubi opinionem hanc,quam crebriorem eſſe affirmat,etiam ueriorẽ eſſe multis argumentis conatur oſtendere. Felin.& Dec.in 1. & 2.lect.in rub. de conſtit.omnes iſti patres eam communẽ eſſe aſſeruerunt, quam ſequitur etiam card. Alexan.in cap. In iſtis.4.diſt.& in rub.15. diſt. vbi latiſſime probat plenitudinem poteſtatis penes ſolum pontificem eſſe. hęc eadem eſt & communis Theologorum ſententia.quapropter contrarium dicere tutum forte non uideretur. Pro hac opinione quam eſſe communem aiunt,poſſent fortaſſe nõnulla, quæ ab aliis non afferuntur, adduci. Et primo cardinales in locũ eorum.72.Seniorum, quos ex pręcepto Domini elegit Moyſes, numeri. 11. ſubrogatos eſſe teſte Ioan. Pico. Mirandula de magia natur.cabal. idem ſenſit etiam Beat. Bernardus in quarto lib.de conſideratione,ubi Eugenio pont.ſcribens ait, Hi quoque qui tibi quotidie aſſiſtunt,ſeniores populi, orbis iudices &c.& ſic ſub nomine ſeniorum cardinales deſcribit. cardinales eorum quoque vices dicuntur obtinere, quos ex pcepto Dñi elegit.Moyſes Exo.15.teſte Io.de Turrecr.de poteſtate eccl.capit.83.Similiter etiam ponti. Maximus in locum Moyſis ſuffectus eſt, & eadem qua & Moyſes auctoritate fungitur.ut ait Beat.Bernardus in ſecundo lib.de conſideratione.idem ſenſit Bald.in l.reſcripta.colum.ſecunda.C.de præc.Imper.off.inquiens, papam hoc nomen a Moyſe accepiſſe, Stantib.igitur his ſ.pont.in Moyſis, & cardinales in Seniorum locum ſubſtitutos eſſe.ſequitur Põt.Maximum abſque aliorum conſenſu poſſe ardua expedire, quia ſeniores illi non ad minuendam Moyſi poteſtatem,ſed ad ſubleuandos labores,quibus ob negotiorum multitudinem pergrauabatur electi fuere.Audi uerba Dei numeri.11. congrega mihi.70.viros.de ſenioribus Iſrael quos tu noſti &c.tradamque eis ut ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graueris. hęc ibi.non igitur ad iuriſdictionis, ſed ad laborum partẽ ſuſcipiendam illi ſeniores Moyſi adiuncti fuere.Idem & clarius Deus edocuit Exod. 18. Stulto labore conſumeris tu & populus iſte qui tecum eſt,ultra uires tuas negotium eſt, ſolus illud non poteris ſuſtinere. prouide autem de omni plebe viros ſapientes &c.qui iudicent populum omni tempore. quicquid autem maius fuerit referant ad te,& ipſi minora tãtummodo iudicent,leuiuſque ſit tibi partito in alios onere. Ecce quam clare ibi habetur coadiutores illos non modo ad partem oneris tantum uocatos fuiſſe,ſed & non niſi quę minora ſunt, iudicãdi authoritatem habuiſſe,maiora enim ad ſolum Moyſem referebantur.Cum igitur Summus põt.Moyſis,& cardinales Seniorum uicibus fungantur, ut prædictum eſt, papam ergo ſine cardinalibus maiora negotia nõ ſolum poſſe, ſed etiam exemplo Moyſis expedire debere concludẽdum uidetur.Si enim cardinales ad labores ſolum detrahendos Summi pont.& non ad minuẽdam ei poteſtatem aſſumpti ſunt,vt & de Seniorib.diximus,ergo non debet hoc quod ad ipſius fauorem introductum eſt,in eiuſdem odiũ retorqri l.quod fauore.C.de legi.quod vtique foret ſi diceretur plenitudinem poteſtatis penes eum ſolum non reſidere. inducta enim ad augmentum diminutionem operari non debent.l. legata inutiliter .ff.de adimen. legat. Huic concluſioni authoritate antiquę legis roboratę applaudit text.in cap. Rogamus, iuncto. capitulo hæc eſt fides. vigeſimaquarta quæſtione prima, habetur enim in capitulo Rogamus,ad ſedem Petri maiora negotia eccleſiaſtica referenda eſſe. ibi ad quam cuncta maiora negotia eccleſiaſtica diuina diſponente gratia iuſta ſunt referri.Petri autem ſedem tenet ſolus pontifex Max.vt ait tex.in c. Hæc eſt fides, ubi Hieronymus ad Damaſum ſcribens ait, Emendari cupimus a te, qui Petri ſedem & fidem tenes. Ecce in hac pon.poteſtate quam conformis eſt antiquæ legi hęc canonum diſpoſitio, nam ut dixi,Exod.18.maiora negotia ad ſolum Moyſem referebantur.quod & de pont. loquens affirmat. ca.Rogamus. iunc.c. Hęc eſt fides, & tex.in c.frater noſter.16.q.1.& in c.Dudum 3.q.6.Secundo pro hac opinione uidetur tex.in capitu.Quo-

tiens.

tiens.24.quæſt.1.ubi habetur, quotienſcunque fidei quæſtio ventilatur, eam ab omnibus fratribus papæ non niſi ad ſucceſſorem Petri referendam eſſe, ecce cauſa fidei, quæ arduiſſima & maxima eſt, non ab alio quam a ſucceſſore Petri, qui ſolus pont. eſt, decidenda eſt, & ad eum ab omnibus fratrib. referenda, ergo etiam a cardinalibus qui & ipſi collectiue pont. fratres nuncupantur, vt in 5.q. diximus. & cum ille tex. in d.c. Quotiẽs, de omnibus fratribus loquatur, nullos excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. Ad idem eſt tex. expreſſus in d.c. Frater noſter. 16. q.1. in c. Maiores, de bapuſ. & in d.c. Hæc eſt fides. ubi Hieronymus de ſolo pontifice loquens. ſ. de Damaſo ait, ad eum ſolum pertinere errãtes in fide corrigere. hoc enim maximum, ut dixi, negotium eſt, ergo iura illa opinionem hanc apertiſſime uidentur approbare. Tertio poteſt adduci tex. qui apud omnes maximæ authoritatis eſt, in ſæpe dicto cap. ſi papa 40. diſtinc. quo cautum eſt, pontificem a nemine mortalium iudicari poſſe, ratio, quia ipſe, qui omnium iudex eſt, non debet ab aliis iudicari. ſi ſolus pont. omnium iudex eſt, ergo & plenitudinem poteſtatis habet, alias non ipſe ſolus iudicaret, ſed potius iudicaretur, & ab aliis regeretur, ſi cardinales ei nõ conſentiendo ipſius iudicium impedire poſſent, neq; uerũ eſſet eũ eſſe iudicẽ oĩum, ut ait. d. tex. & tex. in c. cuncta per mundum, & in c. Aliorum, & ſeqn. 9. q. 3. qa non dr aliquid eſſe tale, niſi ſit & ſimpliciter tale. l. Hoc legatum. ubi Bar. ff. de leg. 3. neque illud quod cum aliis commune habemus, niſi fictione iuris noſtrum eſſe dicitur. iux. gl. in l. Id quod noſtrom. ff. de reg. iur. & maxime hoc verum eſt, quando aliquid pluribus ut vniuerſis commune foret, ut hic per oot. per Bar. in l. Seruus electione. §. labeo. ff. de leg. 1. præterea ſi aliter diceretur, ſequeretur inconueniens, nam ſi vna cum papa cardinales orbis iudices eſſent neceſſarii, & a Deo in ipſius iuriſdictionem vocati, quoniam ille qui aliorum iudex eſt, nõ debet ab aliis iudicari, ut de pont. loquens ait tex. in d.c. ſi papa, ſequeretur ipſos quoque attenta illa met ratione a nemine mortalium iudicari poſſe, quia ſicut papa, ita & ipſi aliorum omnium iudices eſſent. ubi enim eadem ratio, ibi idem ius, ſed hoc falſum eſt, quia immo ſuper ipſos iudex eſt pont. Maximus, ut ait tex. in d. c. per uenerabilẽ. §. Rationibus, ibi, is vero, q ſup eos exiſtit iudex, ille eſt, cui Dñs loquit in Petro &c. & idem comprobabitur per iura, quæ ſtatim adducemus. ergo &c. Inſuper quoq; aliud abſonum dari poſſet. fingamus enim cardinales oẽs deliquiſſe, quod poſſibile eſſet iuxta illud, Omnis homo mendax, ſequeretur eos a ſolo Summo pont. iudicari non poſſe, ſi ipſe iuriſdictionem integram non haberet, ſed hoc eſſet contra d. capit. ſi papa, ubi omnes a papa iudicandos eſſe cantum eſt, & contra. d. §. Rationibus, ubi hr papam ã. ſuos coadiutores iudicem eſſe. contra. capitulũ primum incip. obedientiam. 93. diſt. vbi parere oẽs pont. Maximo debere poſitum eſt. ergo ẽt card. & 𝔷 extrauag. vnã ſanctam, de maior. & obed. ubi ex multis antiquæ ac nouæ legis documentis oſtenditur de neceſſitate ſalutis eſſe oẽs creaturas papæ ſuppoſitas eſſe. Si igitur cardinalium cœtum delinquentem a papa iudicari non poſſe dixeris, tunc contra iura diuinis ſanctionibus munita loqueris. Si uero id fatearis, ergo & illud. i. ardua & maiora negotia a ſolo pont. expediri poſſe. nam Senatũ cardinalium in caſu quo deliquiſſet, ab eo iudicari poſſe, maximum negotium eſſet, quod ſi a ſolius pontificis arbitrio dependeret, ut negari nõ poteſt, concluſio prædicta omnino veritati conſentanea videretur. Cum his facit. illud Apoc. Ex ore ſedentis in throno exiuit gladius bis acutus, quæ uerba exponens pont. Max. in c. Ex ore, de priuil. ait, Ex ore Summi põt. rectiſſimam ſententiam exire debere, vnicuique, quod ſuum eſt, tribuentem, ergo ipſius ſolius & non aliorum eſt & rectam proferre ſententiam, & cuique quæ ſua ſunt, tribuere, quæ omnia integram ſapiunt iuriſdictionem, quæ ſolius ſummi præſulis arbitrio adminiſtrãda eſt, dum ait, Ex ore ipſius &c. alias enim potius ex cardinalium q̃ ex ipſius ore adminiſtraretur, ſi ea ſolum in quibus card. conſentiunt a Pont. Maximo expediri poſſent. Quarto hoc idem videtur comprobari per tex. in c. nulli fas. 25. q.1. ubi papa inquit, neminem diuina uel ſedis apoſtolicæ decreta temerare debere citra ſui ſtatus periculũ, quia ſi ipſe talia delicta nõ vindicaret, cum potentiſſimi ſacerdotis officium gerat, Deo negligentiæ rationem redditurus eſſet. Ecce ubi de depoſitione omnium, qui contra huiuſmodi decreta veniunt, agitur, & ſic de negotiis arduis papa ſe potentiſſimum appellat, quod iure dici non poſſet, niſi penes eũ ſolum hæc potentia reſideret, non autem penes alios etiam, qui eius manum contrahere & breuem efficere poſſent. Quinto hæc opinio non incongruenter probatur p tex. in c. ſi Petrus. 8. q.1. eũ duplici mõ conſiderando. Primo quatenus Petrum Apoſtolorum principem eſſe ait, hoc idẽ habetur in c. cum beatiſſimus. 24. q.1. quod & cõfirmauit Aug. in 2. li. de vnico baptiſmo, tranſumptiue in c. puto. 2. q.7. vbi de Petro loquens ait, Quis enim neſcit illũ apoſtolatus principatum cuilibet epiſcopatui præferendum eſſe? Si princeps ergo debet eos regere, & ſic papa card. gubernare, nõ aũt ab eis gubernari debet, alias pont. eſſet ſicut pica ad organum. Secundo pondero quatenus ibi tex. ait, Petrum ſolum, Clementem in ſuam ſedem cooptaſſe, eique pontificiam poteſtatem tradidiſſe. negotium enim hoc vix maius eſſe potuiſſet, & tñ ſolum Petrum id peregiſſe legimus, ergo eius exemplo poterit eius ſucceſſor etiam quæ maiora ſunt agere. & quamuis ob vniuerſale bonum communis iñia ſit, papam ſibi ſucceſſorem eligere non poſſe, ut ſuperius viſum eſt, quo tõ alia negotia in quibus hæc ratio non ſubeſt, ſolus expedire poſſit eiuſdem authoritatis vi, qua & Petrus fungebatur, nec rationi conſonum, nec vllibi conſtitutum reperitur. papa. n. etiam ſi moribus Petri non viuat, tñ eandem, qua & Petrus fungebatur, authoritatem habet, ut concilium Cõſtan. declarauit, reiiciendo & damnando capitulum quoddam Io. Hus, quod contrarium aſſerebat. Sexto pro hac parte poſſet conſiderari tex. in cap. conſiderandum 1. diſt. ubi habetur Chriſtum idcirco permiſiſſe Petrum, quem cunctæ eccleſiæ præferre ſtatuerat, ancillę uocem pertimeſcere, ut cum ipſe demum paſtor effectus eſſet, ſciret ſui ipſius exemplo aliorũ peccata clementius tolerare, iuxta illud poetę. Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. hoc enim argumento cum ita Petrum ſolum erudiendum curauerit, uidetur Chriſtus ſignificare voluiſſe ſummam ſe omnium iudicandorum poteſtatem ad Petrum vnum detuliſſe, alias illa ratio non concluderet, quia forte in eccleſiæ adminiſtratione, & in errorum grauium remiſſione aliter ſenſiſſent q̃ Petrus. qui ſi ſine ipſis ea expedire non potuiſſet, doctrina illa parum profuiſſet. & tamen hoc de operibus Dei audendum non eſt. Septimo animaduertẽdum eſt, rationem ob quam Petrus a Chriſto aliorum caput fuit effectus, & pontificiam nactus authoritatẽ, in ipſo ſolo non etiam in aliis apoſtolis locum habuiſſe, ergo ad eum ſolum talis adminiſtratio & poteſtas pertinet, & ſucceſſiue ad ſolum pont. Maximum, qui in eius locum ſuffectus eſt, & qui ſolus Petri ſedem obtinet, vt prędiximus. Id autem verum eſſe oſtendimus, quando enim Chriſtus Apoſtolos de vulgi ſñia interrogauit dicens, Quem dicũt homines eſſe filium hominis? omnes vnanimiter reſponderunt. cum autem eos de ſua ſententia interrogaſſet, ſolus Petrus licet omnes interrogati eſſent, proſilijt audacter inquiens. Tu es Chriſtus filius Dei viui, cui Chriſtus, Beatus es Simon bariona &c. ea igitur de re Petrus beatificatur, quia Chriſtum patris proprie filium confeſſus eſt, non ita cæteri. qua de cauſa nihil tale illis dictum eſt, quale de hoc dicitur, quia pater reuelauit tibi. Petrus quidem loquutus eſt, pater autem reuelauit illi, quod loqueretur. Subiecit Dominus quoque illi, Et ego dico tibi, quia tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, ſuper te videlicet confitentem me eſſe filium Dei viui, & ego dabo tibi claues regni cœlorum. non dixit, rogabo patrem, ut tibi det, ſed quamuis magna erat poteſtas, & doni magnitudo ineffabilis, & ego tamen dabo tibi inquit, ac ſi diceret, quemadmodum tibi pater dedit, ut me agnoſceres, ita & ego tibi dabo claues regni cœlorum, ut q̃cunque ligaueris ſuper terram, ſint legata & in cœlis, & quæcunquæ ſolueris ſint ſoluta & in cœlis. hunc enim vniuerſo terrarum orbi Chriſtus prępoſuit &c. hæc Beatus Chriſoſtomus author probatiſſimus prædicta verba enarrans ait. Ex quibus liquet ideo Petrum ſolum pontificiam adeptum fuiſſe poteſtatem, quia ſolus inter apoſtolos de Chriſto veritatẽ meruit profiteri. idem expreſſe atteſtatur p̄pol. in c. Fidelior. 1. diſtinctione. & idem ſi recte intueatur. ſentit text. in c. Maiores, de bapt. Si igitur Petrus ob particularem ſuam confeſſionem ad pontificatum fuit euectus, & aliorum caput creatus, ſi ſolus ratione prædicta magnitudinem tantæ poteſtatis accepit, ergo dubitandi locus non uidetur relinqui, quin papa ſolus ob illa ampliſſima verba, Quodcunq; ligaueris &c. etiam ardua & maiora eccleſiæ negotia expedire poſſit, verbum enim illud, quodcunque, vniuerſale eſt, a quo nil penitus exceptum eſſe intelligitur, vt præciſe de pontificis poteſtate loquens conſiderat tex. in cap. Solitæ, in fine, de maior. & obed. ergo in ea poteſtatis amplitudine etiam ardua & maiora negotia continent. Octauo. hoc alia quoque ratione ſuadeẽ. qñ. n. Chriſtus Petro pontificiæ iuriſdictionis exercitiũ traditurus erat. per illa verba. Paſce oues meas, de qbus in ca. Significaſti, de elect. prius ei dixiſſe voluit. Petre diligis me plus his? vt hr Io. vltimo. quare ſic, plus his, quia maiorẽ ab eo dilectionem expoſtulabat, cui maioris poteſtatis adminiſtrationẽ tradebat, ergo ſolus & p̄ aliis ampliſſimã illã nactus eſt authoritatẽ, alias, illa uerba, plus his, nihil operarent. Nono hoc etiam comprobatur, nam legitur Act. 10. & 11. c. Apoſtolos de Petro conqueſtos fuiſſe quia, quia cum Cornelio qui erat gentilis, moram traxerat, Petrum autem reſpon-

diſſe id ſe propterea quod gentiles ſpiritum ſanctum accepetant peregiſſe. ſed cur ſuæ poteſtatis magnitudinem nō obiecit B Gregorius de hoc ita loquutus eſt. Petrus poteſtatem regni acceperat, & tamen idem apoſtolorū primus, non ex poteſtate officii, qua poſſet dicere, oues paſtorem ſuum non accuſent, nec reprehendant, ſed ex authoritate diuinæ uirtutis, qua gentiles accepetant ſpiritum ſanctum reſpondit, hæc ille in capitulo Petrus poteſtatem. ſecunda quęſtione ſeptima. ecce negotium hoc, quod proculdubio magnum & arduū, ſuit, a ſolo Petro fieri potuiſſe affirmat Gregorius, quo ſit ut eodem iure huiuſmodi negotia & a ſolo ſucceſſore Petri expedin poſſe concludendum ſit. Decimo hæc ſententia corroboratur a iuribus, quibus cautum eſt pontificem Max. plenitudinem habere poteſtatis, dico ſolum, ut eſt tex. qui id aperte ſentit in cap. Multum. tertia quęſtione 6 idem affirmauit Innocen. 3. in concilio generali dicens Rom. pont. plenitudinem poteſtatis habere cap. cum ea eo, de pœn. & remiſ. Rom. autem pontifex unus eſt. ergo &c. idem etiam cap. propoſuit de conceſ. præben. uoluit, ubi ipſe pont. ait. Nos ſecūdum plenitudinem poteſtatis de iure poſſumus ſupra ius diſpenſare. cui ſententiæ. B. Thom. aſſentiens in quolibeto argum. 13. autumat papa, & ſic pondera eum de ſolo pont. loq. papa inquam, haber plenitudinem poteſtatis in eccleſia, & ita quęcunque ſunt per eccleſiam uel eccleſiæ prælatos conſtituta a papa diſpēſabilia ſunt, ſunt. n. hæc iuris humani ſiue poſitiui, hæc ille, qui, ut diſi, de ſolo pont. loquitur. idem expreſſe inquit. B. Bernard. in epiſtola. 238. ubi ad Eugenium papam pro epiſcopo eboracen. intruſo ait, peremptoriam ſententiam dare ad depoſitionem epiſcoporum ſolius Rom. pōtifi. noſcitur. eſſe, pro eo nimirum quod & ſi alii uocati ſunt in partem ſolicitudinis, ſolus ipſe plenitudinem haber poteſtatis. hęc Bernard. ea cuius documento colligitur ſolum pōtifi. plenitudinem habere poteſtatis, dico etiam in maiorb. & arduis, ut in depoſitione epiſcoporum de qua loquitur, ꝙ quidem negotium inter magna proculdubio connumerandum. eſt faciunt ea quæ de unico paſtore & in antiqua & in noua lege tradita ſunt. legitur enim Eze. cap. 34. ſuſcitabo ſuper eos paſtorem unum & cap. 37. Paſtor unus erit omnium eorum, ſic etiam habetur Ioan. 10. unum ouile & unicum eſſe paſtorem, & late de hoc primatu pontificis ſcriptum eſt in extrauagan. Vnam ſanctam, de maior. & obedien. XI. extra quæſtionem eſt, cardinales ſummi ponti. conſtitutiones & ſic ius poſitiuum alterare non poſſe, ut per Archid. a quo nemo diſſenſit in capitulo ubi periculum, de elect. in 6. ubi ait rationem eſſe, quia inferior ſuperioris legi derogare non poteſt cap. cum inferior, de maior. & obed idem apertis uerbis uoluit Bald. in cap. Quiſquis, de elect. ubi in fin. ait, cardinales ad obſeruandas ad unguem pont. conſtitutiones aſtringi. & hoc in pręcedentibus quæſtionibus late uiſum eſt. Si igitur cardinales uti inferiores iuri poſitiuo, in quo pontificia authoritas ineſt, derogare non poſſunt, ergo eodem iure neque pontificis uoluntatē impedire poterunt. principis enim uoluntas legis habet uigorem. l. prima, ff. de conſtit. princ. immo potentior eſt ipſa lege, quia ſolus pont. ut diximus, plenitudinem habet poteſtatis, & ſupra ius poſitiuum eſt. Si igitur ſolus pont. maior eſt iure poſitiuo, quod ſupra cardinales eſt, ergo &c. Authen. multo magis. C. de epiſcop. & clericis. poſſet enim ſummus pont. dicere, ſi uinco uincentem te, multo magis uinco te, iuribus uulg. Duodecimo, nemini dubium eſt concilium longe maioris eſſe authoritatis, quam ſit cardinalium cœtus. poteſt enim maxima ut per Arch. poſt La. in capitulo porro. 66. diſt. & alios qui ea de re libros ediderūt & id uidere eſt in antea actis cōciliis, quæ decreta maximi pōderis ſanxere, ac magnis principibus imperarunt, ſed ſolus pont. ſupra conſtitutiones conciliares eſt, & ab eis ſemper romani pont. poteſtas interpretatione iuris excepta eſſe exiſtimatur, ut ait tex. in cap. cuncta per mundum. 9. quæſt. 3. & in cap. ſignificaſti. de elect. idque ibi Abb. & alii uoluere, omneſque id aſſentiunt, affirmantes, pontificem ſupra concilium eſſe, exceptis duobus caſibus, fidei. ſ. & uniuerſalis eccleſiæ ſtatus. quod & ſane intelligendum eſt, quando. ſ. his de rebus conciliaria decreta iam edita eſſent, nam tunc propterea nil pontificiæ poteſtati, quæ in illis conciliis tanquam caput adfuit, ſed in condendis conſtitutionibus, papę ſententia patrum uolūtati præfertur, ut ait gl. no in c. in iſtis. 4. di. & gl. in c quodcunq; 24. q. 1. cui accedit Arch. in c. Anaſtaſius. in fi. 19. di. intelligo niſi aperte contra fidem loqueretur, per. c. ſunt quidam 25. q. 1. ſi igitur papa concilio non obſtante ob magnitudinem ſuæ poteſtatis quęcunq; agere nō prohibetur, ut ultra prædicta, docuit Card. Alex. in rub. 15. diſt. ergo cū & quæcūque inuito cœtu cardinalium, qui longe inferior eſt, agere poſſe facilius concedendum videtur. præterea quam inaniter a iuribus diceretur, papam plenitudine poteſtatis uti poſſe, & eum etiam ſine cauſa multa de abſoluta poteſtate facere non prohiberi. quæ aliter fieri non poſſunt, & ob tantam adminiſtrationem, quam habet, ſanctiorem & virtutibus pſtantiorem pontificem eligendum eſſe, quo melius ſciat orbem regere, ut latiſſime, dum de eligendo pont. ſermonem haberemus, dictum eſt, niſi etiam eum poſſe omnia eccleſię negotia expedire concederetur. Decimotertio, ſi contrariam partem approbaremus, negotia maiora eccleſiæ facillime impediri poſſent, ac inexpedita remanere. nam ſi ſolus pont. ea expedire non poſſet, clarum eſt cardinales longe minus ea ea ſine pont. peragere poſſe. non ignotum etiam eſt naturam hominum ad diſſentiendum valde procliuem eſſe teſte iuriſconſulto in l. ſi vnus. §. fi. de arbit. c. Quia diuerſitatem, de conceſs. præb. quamobrem poſſent prædicti in vrgentioribus eccleſiæ negotiis diuerſa ſentire, iuxta illud, quot capita, tot ſententiæ. & iuxta illud, velle ſuum cuique eſt &c. poſſent etiam ſuffragia eſſe paria. & hoc modo, quæ maiori ac celeriori prouiſione indigerent, poſſent facile & in longum protrahi, & inexpedita etiam remanere non ſine maximo fidelium detrimento quod profecto ualde abſonum foret, ſcilicet Chriſtum ipſum Optimum Max. eccleſiam ſuam, quam vſque ad horrendæ mortis ſupplicium dilexit, in tanto diſcrimine relinquere voluiſſe. Dei enim perfecta ſunt opera, Deut. 32. & ordinata ſunt ſecundum Apoſt. ad Rom. 13. quapropter cum id veriſimile non ſit, neque concedendum putarem argu. l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cau. capitulo quia veriſimile, de præſumpt. & rationē hanc, quæ adeo conſona eſt, ad huius dubii deciſionem non minoris authoritatis eſſe exiſtimarem, quam ſi lex id expreſſe loquens adduceretur. ita pulchre Andr. de Iſer. in prooemio feud. quem ſequutus eſt Iaſ. in l. Quotiens C. de rei vendica. aiunt enim dictum ratione munitum non minorem ipſa lege authoritatem habere. et tant Philoſ. dum ait, quærere legem ubi rationem habemus, non niſi intellectus infirmitatem eſſe. ſed pro hac opinione & iura & rationes afferuntur. Talis igitur conſtitutio, ſeu hoc modo interpretata, vt papa ſine cardinalibus d. negotia expedire nequeat, omnino reprehenſione digna videretur ratione prædicta, ergo eo modo minime interpretanda eſt. l. Saluius ariſto. ff. de legat. præſt. maxime cum de illius prouiſione. Dei ſcilicet loquamur, qui errare, quique reprehendi non poteſt. Et pro huius concluſionis firmamento dico, illud Apoſt. ad Corinth. 1. Idipſum dicatis omnes, ne ſint ſchiſmata in vobis, locum habebere non poſſe, niſi fateamur vnum eſſe pontificem, cuius deciſioni omnes fideles acquieſcere teneantur, ita cōcludit. B. Thom. 2 2. q. 1 arg. 10. Poſtremo pro hac opinione adduci poſſet, omnia collegia extincto prælato maius ius quam ipſo viuente habere. ca. His qui, de maio. & obed. c cum olim, eod. tit. in 6. ſed mortuo papa cœtus cardinalium de his, quę ad pontificiam pertinent poteſtatem ſe immiſcere non poteſt. tex. eſt in clem. ne Romani. §. irritum, de elec. & in hanc ſententiam communiter itum eſt, ut in ſeq. uidebimus, ergo longe minus de his ipſo uiuente & inuito ſe immiſcere poterunt. quod proculdubio foret, ſi eum hæc negotia expedire cupientem eidem non aſſentiendo impedire poſſent. Poſſet etiam dici, eccleſiam hanc militantem triumphantis exemplo eſſe ab vno dumtaxat gubernandam necnon & alia multa poſſent afferri, quæ, quia ab his, qui hanc partem ſequuntur, copioſe referuntur, recenſere nolui. Nunc ſupereſt, ut adducta ſuperius in contrariū deſtruantur. Et primo huic opinioni non uidetur refragari tex. ſuper quo ſit maxima vis in d. §. Rationibus, nam duobus modis reſponderi poſſe arbitror. Primo intelligendo tex. illum ut de ceremonialibus uel iudicialibus loquatur, quæ quidem antiquæ legis præcepta per aduentum Chriſti ſublata fuere, ut ex mente B. Thom. docuit Imol in c. fi. col. 2. de conſuēt. & Alex. in conſ. 13. col. 4. in 7. vol. Secundo nouiter & melius reſponderi poſſe arbitror, ſ. tex. Deut. interpretatum a d. §. Rationibus, ab aliis antiquæ legis traditionibus declarari. non enim eiuſdem teſtamenti documenta eiuſmodi ſunt intelligenda, ut ſibi inuicem repugnent, immo una pars iuris ab alia ſuppletur & declaratur. l. vtrum, ubi Ang. ff. de petit. hæred. quādo igitur in Deut. capitulo 17. a Domino dictum eſt. Venies ad ſacerdotes leuitici generis & ad iudicem &c. non ſunt hæc uerba intelligenda, ut ad ſacerdotes leuiticos tanꝙ ad conia dices ſupremi iudicis ueniendum ſit, ſed ut ad partem laborum aſſumptos, non ad minuendum iudici poteſtatem, & ſic ad ipſius commodum, ut partito onere minus grauaretur, & negotia facilius expedirentur, ut etiam legitur Exod. 18. & idē colligitur Deut. c. 1. ibi, ꝙ ſi difficile nobis aliquid fuerit, ad me referte &c. in Sinagoga enim Summus Sacerdos omnibus imperabat, ut etiam probat card. Alex. in rubrica 15 di. Idcirco igitur Sacerdotes leuitici nominantur, quia eo modo res ſe habebat, uidelicet quia ſedebant cum iudice, ut de ipſius uoluntate non ut eo inuito iudicarēt, immo ad eum

ma-

maiora negotia referebantur, ut ſuit oſtenſum. & ſic ille tex. Deut. relatus a dicto. §. Rationibus, ac ab aliis antiquæ legis ſanctionibus declaratus, partes ſummi pontificis approbat, quia cum ipſe in locum iudicis, & in coadiutorum locum ſubrogati ſint cardinales, ut inquit dictus. §. rationibus, idque in primo fundamento late fuit deductum, ſequitur papam plenitudinem habere poteſtatis, ſicut & iudex, & coadiutores ipſius ad eius fauorem, ſcilicet ne nimium grauetur, non ad coanguſtandam ipſius poteſtatem, aſſumptos fuiſſe, ſicut & de coadiutoribus Moyſis dictum eſt. ſcripta ſunt enim hæc propter nos in quos fines ſæculorum deuenerunt, ut ait Apoſtolus. Et lex noua, quæ ueterem interpretatur, debet iuxta eam in omnibus interpretari, & in illis terminis loqui, in quibus lex interpretata loquitur, iuxta text. in §. primo. in authen. de fil. ante dotal. inſtru. quem ad hoc ponderat Fulg. in conſilio. 52. immo ad ſummum pontificē quæ maiora ſunt referēda eſſe dicendū vt. a coadiutorib. aūt quæ minora ſunt tantummodo iudicanda, ut legitur de Moyſe Exodi 18. eandem authoritatem ſummus habet pontifex, quam habebat & Moyſes, ut ex prædictis apparet, idque expreſſe atteſtatur Beatus Bernardus in ſecundo libro de cōſideratione, pro qua opinione etiam eſt text. expreſſus in capitulo Rogamus. vigeſimaquarta quæſtione prima. ubi. de ſede Petri loquens, quam tenet ſolus pontifex, ait, ad quam cuncta maiora negotia, diuina diſponente gratia, iuſſa ſunt referri. hoc idem ait text. in capitulo frater noſter. decimaſexta quæſtione prima, inquit enim mediocres cauſas a reſponſalib. papę, arduas uero ab ipſo decidendas eſſe. ſimilis etiam text. eſt in capitulo maiores, de bap. & ſic ecce quam clare lex noua antiquæ conformis eſt, & quam aperte lex interpretata legi interpretatę adhæret.

Inſuper ſacerdotes leuiticos non eſſe coniudices pontificis Maximi id expreſſe ait tex. in dicto. §. rationibus, uerſiculo ſane. dum ait, is uero, qui ſuper eos, cardinales ſcilicet, uel coadiutores exiſtit iudex, ille eſt, cui Dominus inquit in Petro &c. ecce ille text. ſeipſum declarat exprimens pontificem maximum ſupra coadiutores eſſe, quod non eſſet, niſi eis etiam inuitis maiora expedire poſſet, ſicut & Moyſes. prętera text. ille Deuteronom. ait, qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio &c. ecce quamuis ſacerdotes leuitici memorentur quo ad oſtendendum locum ad quem accedere debent iudicium cupientes, quia ibi & ipſi ut participes laborum aderant, ac de iudicis uoluntate iudicantes, tamen quādo de effectu iuriſdictionis, uidelicet de imperio loquitur, tunc ſolum iudicem memorat, eius præcepta omnino ſeruāda eſſe præcipiendo, quaſi ut eius ſolius ſit imperare, & plenitudinem iuriſdictionis habere. Ex his igitur manifeſte apparet dictum § rationibus, intelligendo eum ut prędictum eſt, partes ſummi pontifi. non impugnare ſed defendere. poſſet etiam fortaſſe dici, uerba. ſi difficile uel ambiguum &c. uenies ad ſacerdotes, leuiticos & ad iudicem &c. ſingula ſingulis congrue referendo intelligenda eſſe. ſcilicet, ut ambigua, quæ minora ſunt, ad leuiticos ſacerdotes & ſic ad coadiutores, quę uero maiora ſunt, ad iudicem, & ſic ad pontifi. referantur iuxta text. Exod. 18. & iuxta dict. capitul. rogamus. & dict. capitul. Frater. nam ut dixi, lex noua interpretans ab antiqua interpretata declaratur. Ex his etiā tolli uidetur illa ratio. ſcilicet cardinalatus de iure diuino eſt, ergo iuriſdictio a Deo in arduis cardinalibus tradita, eis a pontifi. adimi non pōt, hanc. n. obiectionem qui partes ſum. Pontif. tuentur, potiſſimam exiſtimarunt, nam opinati ſunt fere impoſſibile eſſe, fateri cardinalatum de iure diuino, & deinde velle papam ſine ipſis ardua expedire poſſe. propterea cardinalatum de iure diuino eſſe minime conceſſerunt, & male, ut arbitror. ego enim hęc duo compatibilia eſſe cenſeo, nam cardinalatum de iure diuino eſſe concedimus, coadiutores enim ita Deo diſponente in antiqua lege aſſumpti fuere, ſed non ad coanguſtandam ſupremi iudicis poteſtatem, ſed ad exonerandum eum, qui ob negotiorum multitudinem nimium grauabatur. Sunt igitur participes laborum nutu Dei, ſed non coniudices, niſi de ipſius ſupremi iudicis uoluntate, quia nullibi, immo contrarium reperitur, ut iam ſępe repetitum & oſtenſum eſt. Ad capitulum in nouo. vigeſimaprima diſtinctione, ubi habetur, Apoſtolos cum Petro pari conſortio honorem & poteſtatem accepiſſe reſpondetur ut ibi per gloſ. & per gloſ. in capitulo loquitur. vigeſimaquarta quęſtione prima. cum concordantibus ibidem adductis, pari conſortio, ſcilicet, quo ad ordinem, non quo ad adminiſtrationem. & ita dicit etiam text. cum glo. in cap. Paulus ſecunda quæſtione ſeptima nec aliter dici poteſt, alias infinita abſona ſequerentur. ſi enim Petrus & alii Apoſtoli in poteſtate pares fuiſſent, & eodemmodo pontifi. Maximus. & cardin. Primo loco iſtud eſſet alienum a lege ueteri, quæ ad probandam eccleſiæ poteſtatem adducitur a. dicto. §. rationibus. ibi enim apud Moyſem maiorem quam apud coadiutores fuiſſe poteſtatem traditum eſt, vt diximus. Secūdo hoc eſſet contra. d. §. Rationibus. ver. ſane, ibi, is vero, qui ſup eos. ſ. cardinales iudex eſt, ille eſt cui Dominus inqt in Petro &c. ecce tex. ille oſtendit pontificem ſupra cardinales eſſe. Tertio iſtud eſſet contra ea, quæ late in 7 arg. adduximus, vbi pbatum eſt, ideo Petrum, pontificiam poteſtatem præ cæteris apoſtolis nactum fuiſſe, quia ipſe ſolus præ ceteris de Chriſto veritatem fuit confeſſus, quæ ratio in eo ſolo nō etiā in aliis locum habere dignoſcitur. hinc quoque nouimus pro fide Petri oratum fuiſſe a Chriſto, eique dictum fuiſſe, Et tu conuerſus confirma fratres tuos, Luc. 22. Quarto hoc eſſet cōtra. capit. ſi Petrus 8. q. 1. quod ait, Petrum aliorum apoſtolorum principem fuiſſe, & contra. cap. Rogamus. 24 q 1 vbi habetur Petrum fuiſſe aliorum caput, & contra alia iura ſimilia, quę infinita sūt, nam ille principatu & primatu ſpoliatur, cui alii exæquantur. Sic etiam pontifex nec uere Summus, nec vere Maximus nuncuparetur. Quinto ſi parem poteſtatem haberent, ergo tam in leuibus quam in arduis eam haberent, qa ille tex. non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere deberemus. l. 1. §. quod autem. ff. de alear. l. 1. §. generaliter. ff. de leg præſt. Sed iſtud eſt contra ipſorummet ſententiam qui aduerſant. diſtingunt enim leuia ab arduis, ergo &c. Sexto hoc forte hæreticum exiſtimaretur, nam ſi parem haberent poteſtatem, ſequeretur, eccleſiam, quæ unica eſt iuxta illud cant 6. Vna columba mea. & iuxta articulum, & in vnam ſanctam &c. non ſolum pontificem caput, ſed tot habere capita, quot eſſent cardinales. & ſic eccleſia, quæ corpus eſt myſticum & repræſentatum, ſi plura haberet capita, monſtrum efficeretur contra. c. per venerabilem, qui fil. ſint legit. contra extrauag. Vnam ſanctam, de maior. & obed. ubi ex multis diuinæ legis traditionibus oſtēditur de neceſſitate ſalutis eſſe, omnes creaturas Rom. pontifici ſuppoſitas eſſe. eſſet contra euangelium, quo cauetur vnum ouile & vnicum paſtorem eſſe. & te uera eum, qui eccleſiam plura capita habere poſſe affirmaret, hæreticum eſſe ait Felt. in c. quæ in eccleſiarum, de conſt. eſſet quoque contra text. in clem. ne Romani. § ſi uero enim. de elect. vbi in his, quæ ad pontificiam pertinent poteſtatē, cardinales ſe immiſcere non poſſunt, niſi id neceſſitas expoſtulet. ergo parē non habent poteſtatem demum hoc eſſet contra omnia iura, rationes & authoritates tam ſanctorum patrum quam aliorum, quas ſuperius attulimus. ideo dictum capitulū In nouo, omnino iuxta expoſitionem gloſę intelligendum eſt. nam vltra prædicta ponderandum eſt, ſoli Petro ſine aliis dictum fuiſſe, Quodcunque ligaueris, ſed apoſtolis non ſine Petro dictum fuiſſe, Quæcunque ligaueritis, quaſi vt Petrus ſine aliis, non autem alii apoſtoli ſine Petro ligandi & ſoluendi authoritatem haberent. Et ita Chriſtus in hoc eccleſiæ ſuæ regimine fecit, eo, ut ſic dixerim, modo quo prudentes principes facere conſueuerunt. qui militibus ſuis omnibus vnum, qui vices ipſius principis obtinet, & in quo ſumma ſit adminiſtrandarum rerum poteſtas, præficiunt imperatorem. Deinceps quia vnus ſolus particularē tantæ multitudinis curam habere non poſſet, multos alios duces eligunt, qui tamen omnes Summo imperatori iam electo parent. Petrus igitur Summus chriſtiani exercitus fuit, ut ita dicam, imperator electus, & propterea ipſi ſoli ſingulariter dictum eſt, Quodcunque ligaueris &c. Et in hac plenitudine poteſtatis cæteri apoſtoli conſortes minime facti fuere, ſed deinde ut & ipſi fidelium curam haberent, duces, ut ita loquar, ſub ipſo tamen Petro militantes conſtituti fuere. & propterea omnibus ſimul cum Petro dictum eſt, Quæcunque ligaueritis, quaſi vt eam ligandi authoritatem non ſine Petro, cui hæc poteſtatis amplitudo iam antea tradita fuerat, adminiſtrarent. Sed eā participatiue tantum haberent, & Petro Summo omnium fidelium capiti obedire tenerentur. & iſtud eſt quod voluit Beatus Bernardus ad Eugenium ſcribens in ſecundo de conſideratione, dū ait, Sunt quidem & alii cœli ianitores & gregum paſtores, ſed tu tanto glorioſius, quanto & differentius, vtrumq; præ cæteris nomen hæreditaſti, habent illi aſſignatos ſibi greges ſinguli ſingulos, tibi vniuerſi ſunt crediti, nec modo ouium, ſed & paſtor tu unus omnium es paſtorum. & ibi paulo poſt, aliorum poteſtas certis limitibus coarctatur, tua extenditur in epiſcopos, qui poteſtatem ſuper alios acceperunt. hæc ille. audi eundem in epiſtola. 238. alii in partem ſollicitudinis, tu ſolus in plenitudinem poteſtatis uocatus es. hoc idē habetur in capit. Decreto 2. quæſt 6. alias enim ſi per illa uerba, Quæcunque ligaueritis, parem apoſtolis cum Petro poteſtatem fuiſſe traditam diceremus, ſequeretur illius ſupremæ deſtructio poteſtatis, quæ prius ſoli Petro ob ſpecialem ipſius de Chriſto confeſſionem tradita fuerat, nam (ut ſuperius tetigi) ille principatu ſpoliatur cui cæteri ſiunt

æquales. Rurſus ēt ſequeretur ꝙ illa verba, paſce oues meas,
quæ poſt reſurrectionem Chriſti de hac eadem poteſtate ſo-
li Petro dicta fuere, ſubtererentur ſi alii apoſtoli parē cū ipſo
authoritatē nacti fuiſsent. Sed ille qui dixit, paſce, noluit di-
cere, paſcite, ſignificans vnicū paſtorē eſse debere, nō plures,
ut euangelica documenta teſtantur, quorū ſupra meminimus.
& ille, qui dixit, oues meas, non diſtinxit inter has oues
& illas, ſed oēs indefinite comprędendit, vt ait tex. in c. Soli-
tæ, de maio. & obed. & in extrauag. Vnam ſanctam. eod. titu.
vnum tm̄ modo ouile eſse indicans, ut in euangelio legitur.
Aut igitur apoſtoli de ouibus Chriſti erant, aut non, ſi dixeri
mus non (abſit) ſi id concedimus, ergo & ipſi tanq̄ oues gre-
gis Summo Paſtori crediti fuere, & conſequenter pares ei in
iuriſdictionis adminiſtratione dici non poterant, & ne ali-
ter aſserendo in abſonum illud incidamus, Dei ſcilicet ope-
ra, quæ perfecta ſunt, ſe inuicē deſtruere, cum hoc in huma-
nis imbecillium mortalium diſpoſitionibus a legibus ipſis ab
horreat, & nefas eſſe exiſtimetur, iuxta. l. non ad ea. ff. de con
dit. & demonſt. Dicendum igitur eſt, ex quo ſoli Petro prius
amplitudo poteſtatis tradita fuit, per ea, Quodcunque liga-
ueris &c. Et ex quo poſt reſurrectionem hæc eadem poteſtas
ipſi ſoli confirmata fuit per ea, paſce, oues meas, ꝙ illa ver-
ba, quæ medio tp̄e oībus apoſtolis dicta fuere ſcilicet, Quæ-
cunque ligaueritis &c. nō dēnt non modo prædicta præcedē
tia & ſequentia Chriſti myſteria deſtruere, ſed ab eis declara
ri, nam media a præcedentibus & ſequentibus declarari ait
Iuriſcunſultus, & ibi not. doct. in l. Quæſitū. §. 1 ff. de legat. 3.
quare cum ante hanc poteſtatem omnibus apoſtolis traditā,
iuriſdictionis plenitudo ſoli Petro tributa fuiſſet, & ipſi ſoli
poſt Chriſti reſurrectionem confirmata, dicendum eſt, eam
etiam quæ medio tp̄e apoſtolis data fuit, ut ſimul omnia cō
ueniant, declarari. ſ. vt Chriſtus voluerit ſupremam in Petro
ſolo poteſtatem eſſe, in aliis autem participatiue tantum &
ſub ipſius obedientia, vt ſuperius fuit oſtenſum. & ita Leo pa
pa ſentit in c. Ita Dominus. 19. di. Et de hac supremi pōt. ptāte
in Icumenico concilio Florentino ſub Eugenio iiij. declara-
tio emanauit, cuius hæc ſunt verba. Diffinimus. S. apoſtolicā
ſedem & Ro. pont. in vniuerſum orbem tenere primatum,
& ipſum Ro. pon. ſucceſſorem eſſe. B. Petri principis apoſtol.
& verum Chriſti vicarium, totiuſque eccleſiæ caput, & om-
nium chriſtianorum patrem ac doctorem exiſtere, & ipſi in
B. Petro paſcendi, regendi & gubernandi vniuerſalem eccle
ſiam a Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem tra-
ditam eſſe. hæc ibi. Et ſic ab illo concilio in quo vnio Græco
rum & Armenorum cum Rom. eccleſia facta fuit, declara-
uit pontificem in Petro ſupremam habere poteſtatem, & Pe
trum aliorum apoſtolorum principem fuiſſe. An autem po
teſtatem ligandi & ſoluendi quam habuerunt apoſtoli, eam
immediate a Chriſto, an vero mediāte Petro acceperint, hoc
Theologis relinquamus, tum ne falcē in meſſem alienam
imponamus, tum etiam ne ad longiores tractatus digredia-
mur. Et ſi rurſus a pertinacibus inſtaretur. ſ. illam Petri con-
feſſionem, ꝙ Chriſtus filius eſſet Dei viui, ob quam Petrus
ad pontificatum fuit aſſumptus, vice omnium apoſtolorum
factam fuiſſe, & conſequenter poteſtatis amplitudinem in
Petro omnes apoſtolos accepiſſe. Reſpōdeo, primo, ſenſum
hunc verbis illis repugnare, nouimus enim interrogationē
reſponſumque conuenire debere, ſed Petrus ſolus non fuit
a Chriſto vice omnium interrogatus, immo omnes & quili-
bet de ſua ipſius ſententia interrogatur ab eo dicente, Vos au
tem quē me eſſe dicitis? ergo vt reſponſio congrua ſit iuxta.
l. ut reſponſum congruum C. de tranſac. dicendum eſt, Pe-
trum ſuam ipſius non autem & aliorum ſententiam expli-
caſse. quod & ex eo apertiſſime demonſtratur, videmus ete-
nim illico hac confeſſione facta ſermonem Chriſti, qui om-
nes, ut prædixi, apoſtolos alloquebatur, ad ſolum Petrum cō
uerti dirigique. Beatus es Simon Bariona, qa caro & ſanguis
nō reuelauit tibi, &c. Et ibi. Tu es Petrus, & ibi, Dabo tibi, Qđ
cunque ligaueris &c. Pondera verbum illud, Beatus es, reue-
lauit tibi, tu es Petrus, dabo tibi, & quodcunque ligaueris. Iſta
enim verba ſtatim ad ſolum Petrum conuerſa, & totiens ge
minata, manifeſte arguunt, Chriſtum de ſolo Petro ſenſiſse.
Prætetea ſi apoſtoli omnes tunc in Petro ligandi & ſoluendi
poteſtatē accepiſſent, quamobrem deinde eis omnibus rur-
ſus dixiſset Chriſtus? Quæcunque ligaueritis, & c. Matt. 18. ſi
enim prius hanc habuerunt authoritatem, ut quid perditio
hęc? ecce quomodo confunduntur iniqui. Verumenimuero
ſi quis diceret, hoc eodem argumento etiam ad poteſtatem
ſoli Petro traditam reſpōderi poſse. ſ. ſi ſumma iſta poteſtas
Petro tradita fuerat per illa uerba, Quodcunque ligaueris
&c. ad quid poſtea dixit eidem Chriſtus, paſce oues meas. Re
ſpondeo & non ut fortaſse reſponderet Panor. qui in ca-
pitulo Significaſti, de electione ait. licet non ad rem hanc de
qua agitur, Chriſtum per illa uerba, Quodcunq; &c. Petro po
teſtatem tantummodo promiſiſse. per illa uero, paſce, &c.
tradidiſse. quia illa uerba, quæ futuri & iſta quæ pręſentis tē-
poris ſunt, hoc ipſum expoſtulant. quod & multi Theologi
approbarunt. hęc opinio mihi placere non poteſt, quia quo
ad Deum dicere & facere idem eſse cenſentur, nam ipſe di-
xit, & facta ſunt, & ꝙ hoc in his terminis uerum ſit, clare oſtē
ditur, nam Chriſtus per hæc eadem verba. ſ. Quęcunque liga
ueritis, omnes apoſtolos alloquutus eſt, & tn̄ ligandi & ſoluē
di poteſtatem ex illis verbis apoſtoli acceperunt, alibi enim
non legitur hanc eis poteſtatem tributam fuiſſe, & ſic cōtra
Panor. & alios. Ego autem reſpondeo, & duplici modo me
oſtenſurum polliceor, illa verba, paſce oues meas, nō modo
inania ſed valde vtilia extitiſſe. Primo enim dico, Chriſtum
per illā verba, Quodcunque ligaueris &c. Petro, vt dixi, pote
ſtatem tradidiſſe, eumq; pontificem elegiſſe. id enim primo
probatur apoſtolorum exemplo, qui per eadem verba pote
ſtatem acceperunt, ut dixi. Secundo idem expreſſe ſenſit Io.
Chryſoſtomus, qui de vi illorū verborum ſcribens ait, Hunc
enim vniuerſo terrarum orbi præpoſuit, non præponet. & ip
ſius verba ſupra in 8. arg. trāſcripſimus. Tertio hoc idem ſen
tit tex. in c. per venerabilem §. Rationibus, qui filii ſint legiti
mi. ubi de pontifice loquens ait. Is vero qui ſup̄ eos exiſtit iu
dex, ille eſt. cui Dn̄s inquit in Petro, Quodcunq; ligaueris, Vi
carius eius, qui eſt ſacerdos in æternum &c. & ſic ſentit tex.
ille Petrum per illa uerba iudicem, Chriſti uicarium, & pon.
electum fuiſſe. ſed dico ei exercitium atque huius poteſtatis
adminiſtrationem non dediſse ea ratione, quia cum ipſe ad-
huc viuens uerus eſset pontifex, teſte Hieronymo cuius uer
ba poſita ſūt in c. Dominus noſter. 56. diſt nolebat eccleſiam
ſuam, quæ unica eſt, monſtrum effici, quod proculdubio con
tigiſſet ſi duo capita & duos pontifices eodem tempore ad-
miniſtrantes habuiſset, & hac de cauſa, ut arbitror, Chriſtus
uerba futuri temporis protulit, ut ſignificaret tunc non eſse
tempus adhuc in quo Petrus actu & exercitio illam poteſta
tem adminiſtrare poſset. poſt reſurrectionem autem dixit,
paſce oues meas, per quæ verba exercitium huius poteſtatis
iam ſibi per antea traditæ dedit, quaſi dicat, nunc tua ſit cu-
ra paſcendi gregis, & nunc tempus eſt ut fideles regēdo actu
pontificiā exerceas ptātem, nam in ſacris traditionibus ver-
bū, paſcere, ſignificat regere, propterea reges in antiqua lege
qn̄que paſtores nuncupabantur, ut uidere eſt Ezechiel. 34.
Eſa. 44. & 56 Hiere. 2. & 22. & pſal. 21. uerbum autem paſce
re & regere, ipſam, actualem ptātis adminiſtrationē ſonat.
Et hoc dictum ſit ēt aduerſus eos, qui hæc verba, paſce oues
meas, ſolum prædicandi & docendi nō ēt & regendi munus
importare aiunt. tum quia ex ſe uerbum hoc in ſacra pagina
ēt regiam ſignificat ptātem, ut prędictum eſt. tum ēt quia cū
iſta uerba adminiſtrationem illius iuriſdictionis importent,
quæ Petro per illa verba, Quodcunq; ligaueris, tradita fue-
rat, ergo ut traditio adminiſtrationis traditioni iuriſdictio-
nis illius correſpondeat, opus eſt confiteri ea non modo iu-
riſdictionē, ſed ēt ampliſſimam iuriſdicendi tribuiſse autho
ritatem. iuriſdictionem enim ligandi & ſoluendi ptās, expo-
ſtulat, uerbum aūt, Quodcunq; eā ampliſſimā fuiſse indicat,
quia qui dixit, Quodcunq;, nihil excipit, ut ait tex. in c. Soli-
tæ. de maio. & obe. Si igitur per iſta uerba, paſce oues meas,
Petro ſupremæ ptātis adminiſtratio tradita fuit, ergo nō ina-
nia ſed ſuccipiena fuere. Secundo ēt dici poteſt illa uerba
alia quoque ratione maximi momenti fuiſse, nam Petrus
qui iam creatus erat pontifex per illa uerba, Quodcunq; &c.
Chriſtum deinde in paſſione ter abnegauit, quamobrē apud
nonnullos fortaſse dubium oriri potuiſset, an. ſ. ob id a ponti
ficatu cecidiſset, & propterea Chriſtus eū in pontificatu poſt
reſurrectionem ſuam confirmauit dicens, paſce oues meas,
& anteq̄ id faceret, prius eum ter interrogaſse uoluit. Petre
amas me? ut Petrus per trinam hanc ſuæ dilectionis cōfeſſio
nem negationi trinæ quā fecerat, ſatisfaceret, ut ait Ambr.
tranſumptiue in ca. imitare. 6. q. 1. nihil enim tam naturale
eſt, q̄ id eo mō diſſolui, quo ligatū eſt, ut inqt Iuriſconſ. in l.
nihil tam naturale. ff. de regu. iur. Quare iam ad ſaturitatem
puto demonſtratū eſse, apl̄os cū Petro parem non habuiſse
ptātē in adminiſtratione, ſed in ordine tm̄, ut p̄ glo. in d. c. In
nouo, & p̄ alia q̄ ſuperius adduxi. Qđ & B. Bernard. in 2. li. de
conſiderat. confirmauit Petri ſucceſsori dicens, Parē ſup̄ ter
rā nō habes. Ad c. Audiuimus, & ad. c. Loquitur. 24. q. 1. in qui
bus hr̄, iō Chriſtū ſoli Petro dixiſse illa uerba, Quodcunq; li-
gaueris &c. ut per ſermonē, q ad unū ſolū dirigebat, eccleſiæ
unitas demonſtraret, rn̄det, Aut ex hoc ius inferre, qa in Pe-
tro totius eccleſiæ unitas repræſentabat illū ēt ligandi ptātē
noīe totius eccleſiæ tm̄ accepiſse, & iſta opinio p̄cedenti pe-
ior exiſteret, qa ſm̄ hoc quilibet fidelis priuatus tantam ha-
beret poteſtatē, quantam Pont. Maximus, & hoc eſset ualde
abſonum & contra omnia prædicta, neque adimpleri poſset
illud Apoſt. ad Cor. Idipſum dicatis oēs, & ne ſint in uobis
ſchiſ-

ſchiſmata. ut clare ait. B. Tho. 2.2. quæſt. 11. argu. 10. Aut id non dicis, & tunc d. iura huic concluſioni minime refragantur, immo eam approbant. concedo enim ſub verbis Domini noſtri Ieſu Chriſti infinita miſteria complexa eſſe, & cum ex uerbis ad vnum ſolum prolatis etiam vnitatem eccleſiæ oſtendiſſe, non tamen ob id excluditur, quin ei quoq; ampliſſima ligandi poteſtas tradita fuerit. Poteſt etiam nouiter dici vnitatem ex eo demonſtratam fuiſſe, qa creando vnicum caput, & vnicum eccleſię paſtorem, in neceſſariam conſequentiam etiam eccleſiam vnicam & non diuiſam eſſe debere declarauit, quia vnicum caput pluribus corporib. non conueniret; ſicut econtra plura capita vno corpori conuenire non poſſunt. & hoc modo. d. iura recte intellecta partem Summi pont. approbarent. Verum ſi adhuc inſtaret aliquis dicens, non Petrum ſolum ſed tanquam vices gerentē totius eccleſię, illam poteſtatem accepiſſe, vt ſentire videtur Aug. cuius verba in c. Quodcūque. 24. q. 1. poſita ſunt. Reſpō deo, omiſſis aliorum ſolutionibus, eam Aug. mentem, ut arbitror, non fuiſſe. nam vt Grego. ad Mauritium ſcribens ait, cunctis ſcientibus euangelium liquet, Petrum plenitudinē poteſtatis a domino accepiſſe. idemque ipſemet Aug. confirmat in lib. 2. de vnico baptiſmo, tranſumptiue in c. puto. 2. q. 7. ubi de Petro loquens inquit. Quis. n. neſcit illum apoſtolatus principatum cuilibet epiſcopatui pręferendum? & ibi gl. ſubiungit, ſ. in adminiſtratione, non in ordine, vt etiam ſuperius viſum eſt. Non igitur dubitauit vnquam Aug. quin ſolus Petrus ſupremam habuerit poteſtatem, ſed quia videbat eccleſiam ligandi authoritatem exercere, & ubi eccleſię hęc poteſtas tradita eſſet non legebat, nam in euangelicis documentis duo loci tātummodo inueniuntur, in quibus de hac ligandi poteſtate traditum eſt. ſ. qn̄ oībus appoſtolis dictum fuit, Quæcunq; ligaueritis Matt. 18. ſed illud ad vniuerſalem eccleſiam pertinere nō pōt, quia ibi non agebat̄ de plenitudine ptātis, ſed illa ptās participatiue tm̄ apl̄is tradebat̄, vt ſuperius demonſtratū eſt. & illa verba nō de vl̄i eccleſia, ſed de eccleſiæ prælatis intelligunt̄, ut ibi. S. Io. Chriſoſtomus & alii ſancti interpretes cōiter docuere. Ideo inquit Aug. ſi eccleſia hoc facit neceſſe eſt ut poteſtatem hanc in Petro acceperit. ſ. opus eſt confiteri ꝙ qn̄ Petrus claues accepit, non ipſe ſolus dumtaxat, ſed ēt eccleſia in eo hanc ptātē acceperit. nā in nullo alio loco de ſuprema ligandi ptāte legit̄. ſi ergo eā eccleſia exercere pōt, prout facit, fortaſſe enim p̄ oculis habebat Auguſtinus illud magnæ Nicenæ ſynodi edictum cuius hæc ſunt verba. Hos anathematizat ſancta catholica & apoſtolica eccleſia. ex quib. ꝯ nonnullos ab illa. s. ſynodo excōicationis ſnīa lata fuit. Inſuper ēt forte cogitabat Aug. neceſſe eſſe, vt hæc poteſtas in eccleſia ſit, vt ſtatim oſtendam. Ergo dicit ipſe eā habuit in Petro, Podera verba Aug. Quodcunq; ligaueris, dicit ipſe, ſi hoc Petro tm̄ dictum eſt, id eſt, ſi hoc fuit dictū Petro dumtaxat, ergo eccleſia hoc non facit, id eſt, facere non pōt. ſi aūt & eccleſiæ dictum eſt, id eſt, ſi nō Petro dumtaxat, ſed ēt eccleſiæ in eo dictum eſt, ergo Petrus eccleſiam quoque ſignificauit. Et ſic non dubitauit Aug. qn ſolus Petrus ptātem acceperit, quia hoc legitur expreſſe, ſed tm̄ an ipſi ſoli dumtaxat hæc ligandi ptās tradita eſſet īueſtigabat, qa tunc vbi eccleſia hanc ptātem habuiſſet, nō intuebatur, cum id nō reperiatur expreſſum. Mens igitur Auguſt. cui & verba conueniunt, fuit, ꝙ & Petrus ſolus, & eccleſia in eo ligandi authoritatem acceperit. Animaduertendum tñ eſt has non plures ptātes fuiſſe, ſed vnam tm̄. verum quia qūo ea & a ſolo pontifice & ab eccleſia vl̄i exerceri poſſit, forte in dubium reuocari poſſet, idcirco. qd in hac re ſentiam, veritati tñ ſemper me ſubiiciendo, breuibus perſtringam. Tres caſus (vt mea fert opinio) ſunt cōſiderandi. Primus erit vt eam ſolus pontifex exercere poſſit. Secundus ut eam eccleſia vniuerſalis exercere valeat, ſed aduerte, quia quando de vniuerſali eccleſia loquor, intelligo de concilio integro, id eſt in quo eſt Summus pon. q ipſius eſt caput & fundamētum, ut hr̄ 17. diſt. aliter enim illud eccleſiæ corpus myſticū dici non poſſet, cui caput deficeret, vel contradiceret, intelligo quando pontificem habemus certum, & non contra fidem loquentem vel ciuiliter aut naturaliter mortuum, vt ſtatim declarabo in tertio caſu. quando igitur dicimus eccleſiam vniuerſalem hanc poteſtatem exercere poſſe, de integro concilio loquimur, & ita docuit etiam Cardin. Alexan. in rubrica decimaquinta diſtinctione Tertius caſus eſt, quando Summus pontifex eſt vel demens, vel hæreticus, vel incertus propter ſchyſma, vel negligens prouidere vniuerſalis eccleſiæ neceſſitatibus, tunc enim quia tota eccleſia in concilio repræſentatur, neceſſe eſt ut ipſa poteſtatem hanc exercere poſſit, ut imminentibus eccleſiæ periculis occurrere valeat, vt fecit concilium Conſtan. & iſti ſunt illi caſus in quib. prædixi neceſſe fore, ut eccleſia hanc in Petro habuerit poteſtatem, quia ſi ſolus Petrus dumtaxat eā habuiſſet, ſequeretur eccleſiam in his & aliis ſimilibus caſibus prouidere non poſſe, quod abſonum eſſet, ceſſante aūt neceſſitate vel euidenti eccleſiæ utilitate, omnia ēt futuro pont. reſeruanda eſſe arbitror. intelligēdo igitur Aug. ut p̄diximus, ipſe ſupremæ pontificis ptāti non detrahit, ſed potius eā corroborat. Alii uoluere ꝙ eo modo Petrus eccleſiā repręſentauerit, quo Imperator Germaniā repręſentat, & ꝑꝑea Petrum eccleſiam ſignificaſſe, quia ad utilitatē eccleſiæ claues accipiebat, uſum clauium nullum eſſe, niſi penes certam ꝑſonam ſit, affirmantes. Nonnulli etiam dixere. Petrum eccleſiam ſignificaſſe, id eſt non ipſum ſolum, ſed etiam ſucceſſores in eo poteſtatem accepiſſe. nos autem, ſaluo ſemper veritatis loco, ut ſuperius dictum eſt Auguſtinum ſenſiſſe arbitramur, quia ipſemet in d. capit. puto. 2. quæſt. 7. de Petro loquens ait, Quis dubitat eum apoſtolatus principatum cuilibet epiſcopatui præferendum, & ſic extra dubium ponit, Petrum aliorum principem extitiſſe. Ad alia uero, quæ contra ſententiam hanc afferuntur, reſponderi poteſt, ut per ſcribentes in locis a me ſuperius memoratis. Quicquid ſit, hęc eſt communis & canoniſtarum & Theologorū opinio quæ comprobatur ex his quæ latiſſime de poteſtate pontificis tradidit Card. Alexan. in rub. in 15. diſt. Vnde contra hoc ſentientes forte ſapiunt, pluſquam oportet ſapere. Aequum tamen & ualde commedandum eſſe exiſtimarem, ſi pont. maximus in arduis negotiis ampliſſimorum ſenatorum ſuorum conſenſum adhiberet, nam duæ claues Petro traditæ fuere, ut per unam poteſtas, & per alterā decētia indicaretur, ut habetur in ſum. 20. diſtin. ſed quid nam magis decens aut commendabile foret, quam in arduis grauiſſimorum uirorum & collateralium ſuorum habere ſentētias, nam ita præciſe ait tex. in cap. Fundamenta, §. decet. de elect. in 6. dum inquit, decet Rom. pontificem per fratres ſuos. S. Rom. E. cardinales libera habere conſilia. Et teſte Sal. omnia cum cōſilio, & te non pœnitebit, cui accedunt uerba. l. ſi auia. C. de ingen. ibi, ſi cum peritioribus tractatum habuiſſes perfectius cognoſceres, igitur qui ſapiens eſt, audit conſilia. prouer. 12. cum his facit. cap. prudentiam de offic. delegat. in quo habetur conſentiendum multorum opinionem ſingulorum ſententiis anteponendam eſſe. non ab re eſt text. in l. 3. C. de repud. dum ait, ea firmitate niti, quæ conſilio reguntur. plures enim oculi plus uident, quā unus, & plures manus ſunt una potentiores. l. ita uulneratus. ff. ad leg aquil. habetur in c. mādata. de pręſcri. & ubi plures congregati ſunt in nomine Domini, in medio eorum eſt ipſe, Matth. 19. & conſequēter omnia recte peraguntur. Hinc in apoſtolorum actibus legitur, ardua difficilia, que non a ſolo Petro, ſed de conſenſu quoq; aliorum apoſtolorum deciſa fuiſſe, ut uidere eſt quando electus fuit Mathias Act. primo. quando Stephanus fuit electus Act. 6. & quando aliqui Phariſeorum dicebant adhuc circūcidi oportere Actu. 15. decens igitur ac omni laude dignum exiſtimarem, ſi a pontifi. Maximo in bono eccleſiæ ſibi commiſſæ, quæ meliora ſunt amplecterentur. etiam ſi ad id non aſtringeretur, quia debet princeps animaduertere eo minus ſibi eſſe licentiæ, quo plus habet poteſtatis, teſte Bald. in conſil. incip. præmittendum. eſt. & Soc. conſil. 20 inter conſilia Curtii. Verum quia poſſet me homunculum non immerito aliquis deridere, dicereque illud Senec. relatum per Bal. in quæſt. Shiſm. quis es tu, qui de facto patrum ſententiam facis, huic ego una cum Bald. reſpondeo, Sum agricola rudis, & non fero ſententiam, quæ ad me ullo modo non pertinet, ſed ſemino in agro Domini exercituum, & largitoris virtutum, ut ſi bonum eſt, terra foueat & recipiat. ſi uero malum, tanquam mala herba, eradicetur, ut l. ſed & addes. §. ſi quis dolia. ff. locat.

Quæſt. XL.

Quæſtionis eſt, utrum ſede vacante cardinales iuriſdictionem habeant pontificalem. Reſpondeo affirmatiuam partem prima frōte uideri potiorem, collegiorum inferiorum exemplo, quæ extincto prælato prælati iuriſdictione funguntur. c. his qui, de maio. & obe. c. cum olim. eo. tit. in 6. ergo idem & de hoc ſacro Senatu reſpondendum videretur, nam non irreprehēſibile foret, ſi id quod maioris eſt dignitatis, deterioris conditionis eſſe diceremus, & hoc auctoritate glo. in cap. nullus. 79. diſt. ubi Arch. ſequitur Hoſt. id aſſerentem in cap. cum ex eo. de pę. & remiſ. idem uoluit Bar. per illum tex. in l. vbi abſunt. ff. de tuto. & cur. dat. ab his. In aduerſam tamen ſententiam aſcribentib. communiter itum eſt, qui hunc ſupremum ordinem ſede uacante in reſeruatis pont. negotiis regulariter ſe immiſcere nō poſſe affirmarunt, per tex. in c. ne Romani. §. irritum. de elec. ubi glo. commentatores id conceſſerunt & gl. ibi, idem & glo. in c. unic. de ſchiſm. in 6. ait, ēt ſi hoc in aliis collegiis inferioribus toleretur, id tñ in hoc ampliſſimo

collegio, ob accelerandam pont. electionem prohiberi per capitulũ ubi periculum. §. ideoque,de electione in 6.ſimile videmus in gl.in capitulo accuſatus. §. ſane.de hæret.in 6.& iſta opi.ut dixi, plurimorum, ſententia confirmatur. Nec tñ eam ita indiſtincte procedere arbitremur, cum vnum, qui ab ea excipitur, multos alios ſub ſe cõtinentem aperiemus, ſcilicet ubi negotia euidenti neceſſitate vel imminente magno periculo vrgerent, per tex.in dicto capitulo ubi periculum.§.idem quoque per Cardi.& alios in dicta clementina Ne Romani. §. irritum. quibus accedit Abb. qui ait, Sicuti vnum membrum quandoque cogẽte neceſſitate alterius opera fungitur.ita nec totum corpus quin officio capitis vti poſſit prohibendum eſſe hinc card.in conſil.150. inferebat, cardinales pro ſedando ſciſmate concilium congregare poſſe, & ſedis apoſtolicæ inuaſorem anathematizare per tex.in capit.ſi quis pecunia 79.diſtinct. ex hoc pariter traditum eſt, cardinales qui tempore ſchiſmatis ſe in vnum cõgregatũr, & qui ob ſanctiſſimam vnionem ab vtriuſque de pontificatu certantis obedientia diſceſſerunt,iura eccleſiæ etiã pont. Maximo reſeruata exercere poſſe, ut elegantiſſime docuit Pet.de anch.in conſ.409.idem perhiberi poſſet, ubi cardinalis in longinquis partib. exiſtens ad pontificatum aſſumptus eſſet, vt donec ipſe electioni de ſe factæ conſentiat, vrgentibus negotiis imminentibuſque periculis cardinales iuriſdictionem pontificiam adminiſtrare valeant, ut poſt Leonis x. obitum electo Adriano in longinquis partibus commorante contigit. in his. n. & ſimilibus caſibus illa ſpecialitatis ratio non ſubeſt.ſ.ideo cardinales hæc iura exercere prohiberi ne futuri prouiſio pont.longius protrahatur,ceſſante.n.ratione hac.ſ.electo pont.id quod in aliis collegiis traditum eſt,& in hoc quoque admittendum eſſe uideretur, immo fortius, quia id quod de imminenti periculo vel vrgente neceſſitate diximus,locum habet,etiam ſi papæ electio retardaretur, per.§.idem quoque,quibus ceſſantibus id facilius concedendum exiſtimarim. In reliquis autem hæc ſententia potior eſt, cardinales.ſ.ſede vacante pontificalia iura exercere non poſſe, ut etiam voluit Barb. in d.cõſ.1.vol.1.& Feli.in rub.de app.ubi Bar.reprobat.in d.l.ubi abſunt.ex hoc infertur collegium hoc conſtitutiones condere non valere,quia tale quid agere,iuriſdictionis eſt, teſte Feli. in d. rub.per gl.in l. 1.ff.de iuriſd.om.iud.habetur per Innoc.in capit.cum acceſſiſſent. de conſt.& larius per Barb. in d.conſil. 1.vbi etiam intulit cardinales conſtitutionib.pont. authoritate confirmatis derogare non poſſe, quia eius eſt tollere, cuius eſt dare.l.fi. C.de leg.idcirco voluit Arch.cardinales vtpote inferiores decretalem,ubi periculum, mutare haud poſſe,per capitulũ cum inferior.de maio.& obed.cum ſimil.hinc pariter dixit Bal.in c.quiſquis.de elect.in fi. cardinales ad obſeruandum ad vnguem conſtitutiones aliquid ſtatuentes aſtringi.quod vtique falſum redderetur,ſi tunc temporis penes eos pontificalis authoritas reſideret.Ex hoc poſſet decidi quæſtio illa,nunquid ampliſsimi patres tunc ad cardinalatum aliquem cooptare valeant. nõ enim defuere, qui id fieri poſſe aſſirmarint, quos refert Arch.in cap.nullus 79.diſtinc.qui quidem ob id potiſſimum in hanc ſententiam adducti fuere, quia ſi eis eligendi pont.ipſa legibus traditum eſt, multo magis eos & cardinalem creare poſſe exiſtimarunt. Archid.tamen ibi contrarium ſenſit,cui accedit Albe.de Roſ.in rub.C.de ſum.trin.& de hoc eſt gl.in clem.ne Romani.§. irritum. de elect.ubi idẽ atteſtatus eſt card. & hæc opinio ſtante præmemorata concluſione proculdubio præualeret,videlicet ſi quæ ad pontificem pertinent exercere non poſsunt.neque ratio illa vrgere uidetur.ſ. ſi papam eligere poſſunt, ergo magis cardinalem, quia ubi maius & minus diuerſæ ſunt ſpeciei,ut hic,tunc de vno ad aliud argui non poteſt, teſte card.qui præciſe hac de re loquitur in d.clem.ne Romani.verſic.4.oppono ad idem, quem ſequitur Mart. Laud.in 2.tract.de card.q.1.faciunt ẽt not.per Dec.in cap. cum in cunctis.num. 23.de elect. Præterea in his, quæ iuriſdictionis ſunt, de vno ad aliud arguere non licet, ut ſuperius in 35. quæſtione latiſsime dictum eſt. hinc etiam dici poſſet, ſede uacante legatum extra curiam ipſo inuito a cardinalibus mitti non poſſe ſecundum Paul. & card.in d.clem.quia hoc pontifici reſeruatum eſt. Idem ecõtra.ſ.ut legatus a pontifice miſsus ab ipſis minime reuocari queat.d. elem.& per prædicta, ita ẽt tenet Io.An.in cap. cum ex literis.de integ.reſt.licet Hoſt.ibi tenuerit id ſuadente neceſsitate non prohiberi.idemmet. uoluit & Specul.in tit.de lega.§.finitur,quibus accedimus, quia ſubſiſtente neceſsitate id non negamus, per ea, quæ ſuperius tradita ſunt. ea enim neceſsitatis eſt uis, ut ſtatutum pro non ſtatuto ſit, teſte Bal.in l.Diuus.ff.de pet.hær.cui accedit Abb.in capitulo his qui.in fi.de maio, & obed.dum ait in his, quæ neceſsitatis ſunt, Capitulum ſede vacante ſuccedere, ne ex defectu ſuperioris periculũ imminere poſsit citat gl.in cle.1. de hæret.

Quæſt. XLI.

Hoc loco breuiter abſoluamus, nunquid certus patrum numerus a iure ſtatutus ſit. Reſponde hoc a iure ſancitum non reperiri, ſed in arbitrio Summi pont.reſidere.ita dixit Philip.Franch. in cap.ubi periculum,de elect.in 6.idem uoluit Mart.Laud. in .2. trac.de Card.quæſtione ſecunda.ſubiungens tamen decens ac rationi amicum eſſe, ſi iſte ampliſſimus ordo.72.numerum non excederet,ita dicente Alb.de Roſ.in rub. ff.de ſtat.hom. & hoc diſcipulorum exemplo. uerum omnes in antedictam ſententiã concurrere, hoc.ſcilicet a mera ſummi præſulis uoluntate dependere, unde reperio pontiani papæ tẽporibus.236.huius ordinis antiſtites extitiſſe, teſte Cardin.in d.clemen.ne Romani.§.porro.& hanc rationi conſentaneam eſſe conclusionem puto, poteſt enim pluribus modis eccleſiæ expedire, ut multi qui eo ordine digni ſunt, in eundem a ſummo pontifi.cooptentur, nec fortaſſe etiam decens eſſet, hos potiuſquam illos eligere, ne aliter Chriſti uicarius perſonarum acceptor eſſe videatur.ſed quicquid ſit,prædicta concluſio a ſapiẽtibus approbatur. Non omitto etiam B. Bernardum in ſuo de conſideratione libro ſcripſiſſe. cuiuſcuuque nationis uiros ad cardinalatum aſſumendos eſſe. quia uniuſquiſque melius quam alii ſuorum comprouincialium idioma, uitam, & mores cognoſcere potuerit.cui conſonant ea,quæ dixit Dominus Moyſi Exod.18. prouide autẽ de omni plebe uiros ſapientes &c. & ſic ait. de omni plebe, nam cardinales illorum uices gerere ſupra in 39. quæſtione diximus.& B.Bernardo accedit etiam B.Antoninus ĩ tertia, part. ſuæ ſummæ, titu.21.capitulo ſecundo. §.ſecundo. ubi etiam ſubiũgit, eccleſiam cardinales Alemanos creare non conſueuiſſe, ne Imperatori ſecreta eccleſiæ aperirent. ſed quicquid ſit, hæc omnia in ſummi pontificis manu poſita ſunt, cuius ampliſſima eſt poteſtas, ut late in 39. quæſtione, ſcripſimus.

Quæſt. XLII.

Iam tempus videtur ut priuilegia, quæ cardinalium amplitudinem maximam illuſtrant, recenſeamus. Et ante omnia dico eos ex conſuetudine quadam inſigne illud priuilegium habere, ut ſi damnatus ad patibulum duceretur, cardinaliſq; obuius fiat, a quo aut veſte aut pileo tegeretur, is ſtatim liberandus ſit, ita Abb.& Bald. Paul.de Caſt.Sali.& alii in l.addictos.C.de appel.Cæpol.in tract.cautel.in ſecunda caut.Mar. Laud.in primo tract.de Card.quæſtione ſexta, & in ſecunda quæſtione 47.Bal.in ſuo repertorio in uerſiculo principium, circa finem.Felin.in cap.Querenti, de offi c.delegat.Iaſ.in l. prima C.ne lice.potent.& Hippoli.de Marſ.in ſingul. 273.aduerſus concluſionem hanc inſurgit Ant. Corſett.in ſingul. ſuis in uerbo, cardinali. ſmouetur primo quia conſuetudo quæ delinquendi occaſionem præbet,inualida eſt, argum.l. conuenire. ff.de pact.dotal.Sed conſuetudo hęc ſecundum eum delictis aditum pateſaceret, quia per eam homines ad delinquendum audaciores fierent,ergo &c.Secundo ait maleficia impunita pertranſiri non debere. l.ita uulneratus. ff. ad l.aquil. tertio adducit, corpus Chriſti huiuſmodi priuilegio non fungi, quia ſi condemnatus ad ſacerdotem Euchariſtiam geſtantem confugeret, propterea non abſolueretur ſecundum glo.in cap.Quæſitum.13.queſt. ſecunda.cui ſecundum eum uidetur accedere Rom.in ſingul.335.ſi igitur hęc ſpecialis prærogatiua ſanctiſſimo Chriſti corpori non attributa eſt.ergo longe minus eſt cardinalibus concedẽda. Crebrior autem ſapientum ſententia partem cõtrariam approbauit, cui accedo. Ad obiecta reſpondeo & primo, Argumẽtum, conſuetudinem, ſcilicet hanc ut pote malam reiiciendam eſſe, tribus modis expugnatur. primo enim conſuetudinem hanc delinquendi occaſionẽ præbere non concedo,& ꝯñr aſſumptum nego, uidelicet ob id homines audaciores fieri, quia cum is abſoluendi modus perrato contingat, dico hominũ mẽtem iuris intetpretatione ad ea, quæ raro uel nunquam contingere conſueuerunt, porrigi non debere, quia non creditur quemquam ea,quæ raro eueniunt conſiderare.text.eſt de hoc not.in capitulo.coram, de off.de leg. quem in propoſito Soc. ponderat in conſilio 126. columna ſecunda in ſecundo volum. ab re quoque non eſſe arbitror, ea, quæ de iure ſpeciali contingunt, ab hominum opinione aliena exiſtimari.l.quarta.§. 1,ff.de fideicom. liber.Secundo reſpondeo ẽt ſi a memorata conſuetudine delinquendi occaſio naſceretur, eam tamen propterea reprehenſione dignam non eſſe, ſed rationi conſonam cenſeri, cum principaliter ad fauorem card. ob eorum.ſ. ampliſsimam dignitatẽ accepta ſit. quo ſit, ut priuilegiũ hoc attenta primordiali ipſius inſtitutione bonum omnino iudicandũ ſit, licet ꝯñr ex

co

eo delinquendi cauſa progigneretur. quod tamen haud concedimus, hoc probatur ex his, quæ communiter a ſcribentibus prodita ſunt in l. qui exceptionem. ff. de condit. indeb. vbi volunt diſpoſitionē illam, quæ ab uno capite odium, & ab altero fauorem continet, vel odioſam vel fauorabilem attenta principali ſtatuentium intentione iudicari, ea hoc ibi inferentes Velleianum fauorabile eſſe, licet in conſequētiam odium contrahentium cum mulieribus contineat, & e contra Macedonianum odioſum eſſe etiam ſi conſequenter filiisfamilias fauorem præbeat, & ſic in eo conueniunt ibi ſapientes quācunque diſpoſitionem a fine, ad quem principaliter dirigitur, gubernari, non autem a fine, ad quem ſecundario eam deduci poſſibile ſit. & hoc modo limitatur. d. l. conuenire, ut procedat ſolummodo, quando delinquendi occaſio directe, nō autem per indirectum concederetur, vt hic. ita Ang. in quæſt. incip. nobilis quidam genere. ſequitur Alex. in conſil. 2. colum. 9. verſ. non obſt. ſeptimum argum. in 1. uolum. Iaſ. in l. nemo poteſt. in 2. lect. colum. 5. de leg. 1. Dec. in conſil. 272. in fin. & iſtudmet in ſimili. q. voluit Io. de Ann. in cap. 1. colum. 3. de maled. Ita igitur & nos in propoſito dicamus iſtam conſuetudinem, quæ in fauorem cardinalium, & ad honorē Dei, qui in miniſtris ſuis honoratur, principaliter emananit, bonam cenſeri, ſicut uidemus etiā confugientes ad eccleſiam tutos eſſe, toto tit. de immun. eccle. & toto tit. de his, qui ad eccleſ. conf. & d. diſpoſitionem bonam & fauorabilem nuncupari, ut per doctor. in capit. inter alia, de immun. eccleſ. & tamen in illo caſu dici poſſet, illud quod & hic conſideratur, uidelicet diſpoſitionem illam, vt malam & delictis uiam aperientem non probandam eſſe. immo fortius in illo caſu illa ratio locum haberet, quia condemnatus ad eccleſiam longe facilius cōfugere poſſet, quarum copia ubiq; magna eſt, quam in cardinalem incidere, quod rariſſime contingere conſueuit, ut notum eſt. Sed hoc legiſlatores non curarunt, quia leges id diſponentes in Dei reuerentiam principaliter editæ fuere. quod quidem & in caſu noſtro de occurſu cardinalis concludendum arbitror, cum legem & conſuetudinem paribus paſſibus ambulare non incogniti iuris ſit. l. de quibus, cum concordantib. ff. de legi. Valida eſt igitur iſta conſuetudo, quia bona. Tertio etiā ſi talis conſuetudo inualida, & præter rationem eſſet, quod quidem falſum eſſe demonſtrauimus, adhuc tamen dixiſſe auſim, ex quo talis exiſtat conſuetudo, ut memorati authores atteſtantur, quibus credendum eſt, ut ait Bart. in dic. l. de quibus, quamuis iniuſta foret, tamen delinquentem a pęna temporali abſoluere poſſet, argum. eorum, quæ habentur per glo. ſing. in capit. venerabilis, de conſuetu. quam extulit Rom. in ſing. 19. ubi in addit. Ioan. Bapt. Caſt. multa in propoſito aggregauit. Petr. de Anch. in conſil. 283. Soc. in conſil. 209 in 1. uolum. Iaſ. in l. ait prætor. §. iurari. ff. de iureiur. & in d. l. de quibus. Dec. in conſ. 9. in quibus locis a prædictis commentatoribus in hoc communiter itum eſt, conſuetudinē ſcilicet & prauam & iniquam a temporali pœna, licet non a gehennali delinquentes excuſare, ſecundum gl. in c. denique. 4. diſtinct. & licet prædicti ſcribentes aliter ponant caſum, quam termini noſtri patiantur, tamen in argumētum etiā q. hæc decidi poteſt. Prædicta tamen tutiora puto. Non vrget illud quod ſecundo loco adducebatur, delicta. ſ. impunita eſſe non oportere. quia reſpondeo, id uniuerſaliter verum eſſe, ſecus autem vbi contrarium a iure vel a conſuetudine conſtitutum eſt. l. gracchus. C. de adult. præcipue quando talis diſpoſitio a iuſta ratione originem trahit, ut hic, per ea quæ ſuperius adducta fuere. Pręterea dico non eſſe inconueniens ſi ob excellentiam tātorum patrum leges quandoque tranſgrederentur, ut probatur in l. ad beſtias. ff. de pœn. quæ quidem lex in fortioribus terminis facit, quia ſit ibi legis tranſgreſſio ob illius, qui deliquit, excellentiam. & ſic ad fauorem illius, cui ſcelus a ſe perpetratum reliſtit, hic autem fieret ob Dei reuerentiam & cardinalium, ad quorum fauorem nil impedit a legum diſpoſitione recedere, ut diximus, ergo &c. Poſtremo non aduerſatur eucharistiam eo priuilegio non gaudere. quia reſpondeo ſi de condemnato corpus Christi ſumente loquimur, id uerum eſſe. & ideo damnatus eo caſu non liberatur, quia ſacratiſſimum illud corpus pro cibo animæ non corporis ſumptum eſt, merito non corpus, ſed animā liberat. licet is eo die ob tanti reuerentiam ſacramenti iure interfici non poſſit, teſte Arch. in d. c. quæſitum. Si uero de damnato loquimur, qui ad ſacerdotem euchariſtiam ferentem confugiat, ut poſitum eſt, reſpondeo eum ſtatim liberandum eſſe, falſumque eſſe aſſumptum Corſ. nam contraria opinio a plurimis comprobatur. Arch. enim in d. cap. quæſitum, qui glo. illam reprobat, & adhæret Hoſt. in cap. ſane, de celeb. miſſ. ait, eccleſiam illum vſque ad effuſionem ſanguinis tueri debere. & ei ſapientes communiter acceſſerunt in dic. cap. ſane. idem uoluit Hoſtien. in ſum. de immu. eccleſ. colum. 7. & 8. card. in clemen. 1. § in Inſtitutione, de reliq. & uener. ſanct. & Imo. in clem. 1. de pœnit. & remi. nec contrarium ait Roman. in d. ſing. immo affirmat in conſulendo ſe archidiaconi ſententiam ſequuturum. idem & Corſet. in uerbo, priuilegium. atteſtatus eſt. l. Rom. in facti contingentia gloſ. illam ſequi noluiſſe, ſed potius Archid. adhęſiſſe in d. cap. quæſitum. & profecto contrarium dicere nefas eſſe arbitror ob tanti reuerentiam ſacramenti, ut etiā dixit cardin. d. clem. Hoc autem antelati authores conſentaneum eſſe perhibēt exemplo mulieris illius fluxum ſanguinis patientis, quæ intra ſe dicebat, ſi tantummodo uestimentum eius tetigero, ſalua ero, cui Dominus reſpondit, confide filia, & ſtatim liberata fuit. Matt. 9. Præterea hoc ratione ſuadetur, nam propter quod unumquodq; tale, & illud magis auth. multo magis. C. de epiſc. & cler. cum ſimilib. Sed eccleſias ob Dei reuerentiā hoc priuilegium habere nouimus, ut prædictum eſt, ergo longe magis admittēdum eſt, Deum ipſum huiuſmodi priuilegio gaudere, cuius intuitu id eccleſiis fuit indultum. Concluſum igitur eſt cōi ſententię inhærendo, cardinales hoc priuilegio gaudere. limita tamen hoc locum non habere in crimine falſi, ſecundum Barb. in tract. de præſt. cardin. in 9. quæſt. 1. par. per l. Lucius. ff. ad Turpil. ſequitur Hippol. de Marſil. in rubr. de fall. colum. 3. quibus accedo. & de notabili deciſione. d. l. Lucius, videri poterūt no. per Petr. de Anch. in rep. cap. 1. de conſtit. & Feli. in cap. inter dilectos, de fide inſtrum. Idem crederem in reo lęſæ maieſtatis per l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſ. hoc ipſum & fortius in hæretico ob criminis atrocitatem locum habere arbitrarer, nam hi omni penitus defenſione carent. capit. quicunque. de hæret. in ſexto.

Secundo principaliter dicendum eſſe videretur, cardinales teſtandi iure militari priuilegium habere, ſecūdum Bal. in conſ. incip. in primis uidendū eſt, an onus fideicommiſſi. cum quo uidentur facere not. per Soc. in l. a. in princ. ff. de lega. 1. ſed dictum hoc Baldi a Iaſ. impugnatur in l. quamquā. per illum text. C. de teſt. mil. qui ait ideo id militibus concedi, quia ſimplices & ignari interpretatione iuris eſſe aeſtimantur. quæ quidem ratio in cardinalibus non uiget ſecundum eum, ergo &c. Contra, dum enim præſupponitur ob ignorantiam pręſumptam tale priuilegium militibus indulgeri, id falſum videtur, quia ſi hoc verum eſſet, ſequeretur, milites ſemper & vbique hoc uti priuilegio non prohiberi, cum iſta ratio præſumptæ ignorantiæ nunquā abſit, ſed eis huiuſmodi priuilegio vti poſſe in expeditionibus tantum, & ſic inſtante neceſſitate conceſſum eſt. l. penul. C. de teſt. mil. inſtit. eod. tit. in princ. gloſ. in l. milites. C. eodem tit. ergo dicendum uidetur hoc neceſſitatis potius quam ignorantiæ intuitu inſtitutum fuiſſe. Attamē veritas eſt ſimplicitatem ignorantiamq; huic priuilegio cauſam præbuiſſe, ut de hoc eſt tex. inſtit. eod. tit. in princ. ideo ad id, quod ſuperius retulimus, reſponderi poteſt, licet in militibus extra expeditionem exiſtentibus præſumpta ſimplicitas non deſit, illam tamen eis non eſſe adiumento, cum peritiores poſſint conſulere. nam eo caſu pręſumptam ignorantiam nemini prodeſſe iura tradiderunt. l. in bonorum. ff. de bonor. poſ. l. regula. ff. de iur. & fac. ign. glo. not. in capit. 1. 84. diſtinctio. quæ iuris ignorantia nunquam illum excuſare ait, qui per ſe uel per alium ſcire debuit. unde priuilegium hoc militare, a ceſſante ratione, ad cardinales porrigi non poſſe arbitror. idem uoluit Iaſ. & Soc. melius ſentiens in l. centurio. ff. de vulg. & pup. licet Bal. in conſ. præmemorato contrarium ſenſerit.

Tertio hi antiſtites illuſtriſſ. alia etiam prærogatiua fruuntur, nam ab eorum collegii ſententia appellari nō licet, quemadmodum & a ſententia ſenatus licita non eſt appellatio. ita glo. in cap. eccleſia habet ſenatum. 16. quæſtio. 1. Sed nunquid a ſententia unius cardinalis tātum prouocare liceat? videtur dicendum non poſſe per tex. iunc. glo. in l. 1. ff. de off. pręf. pręto. ubi text. ait a ſententia præfecti appellari non licere. ſubiungit glo. cardinalem præfecto æquiparari, ergo illa glo. ſic ad tex. relata quæſtionem hanc decidere uidetur. in contrarium tamen eſt tex. in cap. Rainutius, & in capit. Rainaldus, de teſt. accedit Bald. in d. l. 1. ubi inquit in eccleſia Dei neminem, qui ſimilis ſit præfecto, reperiri, quia niſi reſcriptum ſpeciale hac de re habeatur, ſemper ad pontificem prouocare licet. Similiter uidemus etiam ſi a ſententia ſenatus appellari prohibitum ſit, ab unius tamen ſenatoris ſententia appelationem non teneri, ſecundum gloſ. in l. non ambigitur. ff. de legi. limitari tamen poſſet iſta concluſio, niſi unus cardinalis penes ſe iura totius collegii retineret, ut in ſuperioribus quæſtionibus fuit enucleatum. quia tunc ab eius ſententia non eſſet licita prouocatio, ſicut in ſimili ait Philipp. Franch. in rubr. de appel. col. 3. in fi. inquiens, licet ab unius

tan-

tantum ſenatoris ſententia prouocatio non prohibeatur, hoc tamen locum non habere, quando penes eum totius ſenatus authoritas reſideret. & quia & hic & in præcedentibus quæſtionibus dictum eſt, iura collegii in uno ſolo ſuperſtite retineri, dictum unum hac in materia ſcitu dignum non omittendum eſſe cenſui. ſcilicet verum eſſe in vno ſolo totius uniuerſitatis iura conſeruari iuxta l.ſicut. ff.quod cuiuſ. vniuer. quando ſubeſt ſpes, vt alii in deficientium locum ſubrogentur, ut eſt in hoc ampliſſimo cardinalium cœtu, in quo talis ſpes ſemper adeſſet. Secus autẽ, ſi ea ſpes non ſubeſſet, nam tunc in uno dicta iura non conſeruantur, vt in ſenatore Romano dicitur, qui ſolus ex centum ſupereſt abſq; aliqua ſpe, quod in deficientium ſedes alii ſubrogentur. ita Alb. Bal. & Ang. in l.non ambigitur. ff.de legi.

Quarto quamuis ab unius cardinalis ſententia prouocari poſſe ſuperius ſit conclusum, tamẽ ſciendum eſt cardinales in hoc ab aliis differre, quia etiam ſi clauſula appellatione remota, in commiſſionibus apposita, friuolas tantummodo appellationes reiicere uideatur, ſecus tamen eſt quando in commiſſione facta cardinali apposita eſſet, quia tunc quãcunque penitus appellationem excluderet, ita Bald. in d.l.1. ff.de offic præfect. prætor. & Franc Pau. in tract. de off. & poteſt. capit. ſed. vac. char. penult. colum. 3.

Quintum eorum priuilegium eſt, quia ad famam honoremque ſenatorum exemplo reſtituere poſſent. ita uoluit Innoc. in c.cum te, de reiud. & Arch. in §.hinc colligitur. 2.q.3. de cuius dicti ueritate vide Felin. in d.cap.cum te & Mar. Laud. in 1.tract. de card. q.8. & in 2.tracta. q.33. vbi ait hoc verum eſſe etiam uiuente pontif. hoc idem voluit Firm. in tracta. de epiſcopo, in 3.par.4.lib.q.8. ubi ait hoc locum habere ſede uacante, & talem diſpoſitionem fieri debere quo ad ſpiritualia tãtum, vel etiam quoad temporalia, quando, qui diſpenſantur, eccleſiæ ditioni ſubiecti eſſent.

Sexto hoc ſpeciali gaudent priuilegio, quia etiam ſi beneficiorum curæ præfecti in ſuis beneficiis reſidere teneantur. c.ex parte. el 2.de cler. non reſid. tamen hoc locum non habet in cardin. quorum officium eſt ſummo pontif. uti eius coadiutores aſſiſtere. d.c.fundamẽta §.decet. ſed illi, qui pontifici ſeruiunt, nõ dicuntur abſentes, immo eos pro reſidentibus haberi docuit Abb. poſt Io. And. in d.c.ex parte, ergo & c. & ita concludit Oldr. in conſ.48. & Io. And. in addit. ad ſpec. in tit. de leg. pro qua opinione videtur tex. in l.iuriſperitos. ff.de excu. tut. limitandum tamen eſt, dummodo officium ſaltem non deſerant, ad quod a iure obligantur, alias in foro conſcientiæ ad reſtitutionem fructuum tenerentur, ut per Dec. in c.cum omnes, in 5.not. de conſt. Sed an familiares cardinalium hac eadem prærogatiua fruantur? Io. An. in add. ad Specul. in ti. de cler. non reſi. hanc difficultatem excitat, demum de cardinalibus ipſis loquitur tantum, adeo ut percipi non poſſit, quæ nam ipſius hac in re ſententia ſit. Ego (ſaluo veriori iudicio) opinarer familiares eodem, quo & domini priuilegio gaudere, per tex. ubi Alb. Bal. & alii in l.1. C.de epiſ. & cler. ad idem uidetur not. tex. in c.eccleſiarum ſeruos, 12.q.2. & in c. indicatum, 89.diſt. & glo. not. in c.3. 11.q.1. quę glo. incip. &t depoſitum, & cum hac opin. facit tex in l.adminiſtrantes. §.1. vbi Bal. ff.de excu. tut. & tex. optimus in clem. fi. de celeb. miſ. familiares enim uidentur ſemper dominorum priuilegio fungi, quãdo ex hoc uſus familiarium dominis commodior redderetur, ut per Oldr. qui ita de cardinalium familiaribus loquitur in conſil. 293. non ab re uidentur etiam not. per eundem Oldr. in conſi.11. & per Aret. in conſ.17 col. antepen. & quæ de familiarib. tradit Feli. in c.nullus iudicum. de foro comp. hanc eandem concluſionem tenet Abb. in c. cum dilectus, de cler. non reſid. ubi ex mente Io. Andr. ait, prærogatiuam hanc a papa cardinalib. eſſe conceſſam, licet ſecundum eum de iure fortaſſe contrarium uerius eſſe uideretur. & forte male per prædicta. Subiũgit etiam quid iuris ſit de his, qui literas familiaritatis a cardinalibus obtinent, & tamen re ipſa eis nõ ſeruiunt, ad hæc uidendus etiam erit Felin. in cap. per tuas, in fi. de maiorit. & obedien. prædictam quoque concluſionem approbat Matt. Laud. in ſecundo tracta. de cardin. quæſt. 69.

Septimum eorum priuilegium eſt, quia læſæ maieſtatis crimẽ ad iniuriam ipſis illatam extenditur, qui iure optimo collaterales, & pars corporis ſummi præſulis nuncupantur, & ſunt c.fęlicis, de pęn. in 6. l.quiſquis. C.ad l.Iul. maieſt. accedit glo not. in c.vulgaris, de pęni. diſt.1. quæ ait iniuriam in clericum illatam vniuerſo capitulo factam eſſe cenſeri. Sed quęro nunquid. c.Fęlicis, loquens de percutiẽte cardinalem, locum habeat in eo, qui aduerſus eum iniuriam verbalem protulit, vt ex hoc is dicatur in crimen læſæ maieſtatis incidiſſe? Io de Anna. in c.1. de maled. col. 3. difficultatem hanc tetigit, concludens. d.c.Fœlicis, pœnam etiam ad facientem iniuriam verbis dilatari. mouetur ea potiſſimũ ratione, quia verbum, percuſſit, in d.c. poſitum, duplicem ſenſum habere ait, nam & in pcuſſione verbali & actuali uerificari poteſt. Vnde iſta conſtitutio, quæ licet pęnalis ſit, attamen ſecundum eum ſi uorabilis eſt, cum præcipue in fauorem cardinalium edita ſit, debet & hanc percuſſionem verbalem complecti, quæ ſublata ſignificatione uocabuli cõtinetur, vt late ibi per eũ, qui multa in propoſito aggregauit. Verumtamen, pace dixerim tanti patris, ego contrariam opinionem magis veram eſſe arbitror, dictionem uidelicet illam ad iniuriam verbalem porrigi non debere. Primo moueor, quia pœnalis conſtitutio ad caſum in canone non expreſſum dilatari non cõſueuit, ut de hoc eſt text. not. in c.cum inter. R.ſenior cum, in fi. de elect. ubi Abb. infert c.cum in cunctis, eo. tit. eligentibus indignum eligendi poteſtatem adimens, non niſi in dignitatibus in tex. expreſſis locum habere. & ita per prædicta concludit Aret. in conſ.63. col. pen. ergo d. c.Fœlicis, quod proprie intelligẽdo, de iniuria loquitur actuali, ad iniuriam verbalem extendendum non eſt. Secundo inhærendo prędictis dico, nullam unquam extenſionẽ niſi rationis paritate ſuadente fieri poſſe etiam ad caſum, qui ſub lata ſignificatione vocabuli comprehenditur, ut probatur in l.lege Iulia §.hoc capite, in fi. ff. de rit. nup. notant gloſ. & doct. in clem. audita, in uerbo, beneficio, de reſcrip. late Alex. in conſ.207. col. fin. in 6 uol. & in l.ſi conſtante. ff. ſolut. matr. neque Iura & doct. per Io. Ann. adducti contrarium ſentiunt, nam ubicunq; de extenſione loquuntur, ſemper eandem ſubeſſe rationẽ præſupponunt. Sed inter verbalem iniuriam actualemque longiſſima eſt differentia, ergo &c. quod autem rationis diſparitas in prædictis caſibus euidenter appareat, hoc per ſe patet, idque pro comperto habet Aret. in conſ.34. in 1. eiuſdem. & ex eo corroboratur, cum uideamus ſi aliqs imperatori maledixerit, eum propterea læſæ maieſtatis crimine non teneri. l.1. C.ſi quis imp. maled. l.lubricum enim linguæ non eſt facile ad pœnam trahendum. l.famoſi. ff. ad l.Iul. maieſt. Abb. in c.at ſi clerici, in princ. col.6 de iud. & Rom. in ſing. 303 Secus eſt autem, ſi eum percutere auderet toto tit. ad l.Iuliam maieſt. hinc nouimus iniuriæ uerbalis intuitu ab homicidio neminem excuſari, utpote ad ipſius neceſſariam tutelã perpetrato, licet pro actuali percuſſione idem iura unanimiter concedant, ut late per ſcrib. in l.ut uim. ff. de iuſt. & iur. & in l.1. C.unde ui. idcirco cõſequens eſt diſpoſitionem maxime pœnalem ad caſum illum, in quo tanta ratio non uiget, porrigi non debere ſecundum glo. not. in c.1. de temp. ordin. in 6 & d. §.hoc capite. Tertio id uiua quoque ratione comprobatur, poſito enim ſine præiudicio in utroque caſu eandem rationem locum habere. quod tamen negatur, adhuc concluderem d.c.Fœlicis, ad caſum iſtum extendi nõ poſſe. probatur, quia in d.c. quædam pœnæ, percutienti ipſo iure imponuntur, ut ibi, ſi committens illud crimen haberet feuda, officia, beneficia ve, illis quamprimum ipſo iure priuatus ſit. tum ſic, conſtitutio illa, quæ ipſo iure pœnas aliquas iniungit, etiã ex conformitate rationis extendi non poteſt. ita not. uoluit Io. And. in c.odia, de reg. iur. in 6 cui accedit Bald. in l. de quibus, colu. 8. ff. de legi. & eiuſdem ſententiæ fuit Soc. in conſ.175. col.5. in 1 uol. ubi præciſe in terminis læſæ maieſtatis loquitur. Si igitur etiam ex rationis paritate d. diſpoſitio dilatari nõ poſſet, quanto fortius ad caſum noſtrum, in quo longe minor ratio uiget, ut diximus, non eſt porrigenda. Et ſi obiiceretur etiam ſi in d.c. pęnæ aliquæ ipſo iure imponãtur, nonnullas tamen, quæ ipſo iure non iniunguntur, ibi reperiri. Reſpondeo, ex quo omnes illæ pęnę in caſu iſto copulatiue uerificari nequeunt, ad eam quoque d.c. diſpoſitionẽ adaptari non poſſe, ut eleganter per Soc. in d.conſ. ubi adducit glo. & ſcrib. in l.mancipia. C.de ſeru. fug. Quarto pręmemoratus adiungo, ſi ſecus diceretur, id cõtra mentem illius c. expreſſe uideri, inducendo hoc modo. diſponitur ibi circa principium, eum, qui ad huiuſmodi ſcelus conſiliũ præbuit, eandem pęnam mereri, qua ipſe percutiens puniretur, & ſic iſti duo caſus ibi æquiparantur. uerum quia dubitari contingebat, quid de illo dicendum foret, qui nondum conſiliũ præſtitiſſet, an eadem pęna eſſet puniendus, ex ui præcedẽtis diſpoſitionis, quæ generaliter emanauerat. idcirco ſubiungit tex. cum pœna ordinaria d.c. non teneri, ſed ex arbitrio iudicis pœnam ex culpa moderandam eſſe. ecce igitur ibi expreſſe tex. uult pęnam cum culpa commenſurari, & hoc in præbente conſilium, qui ſuperius percutienti fuerat æquiparatus. ergo idem dicendum eſt, & in alio percuſſionis caſu paſſim pariter æquiparato, quia in vno ex æquiparatis caſibus ſancita, ad alium quoque porrigi conſueuerunt iuxta gloſ. cõmuniter approb. in l.ſi quis ſeruo. C.de fur. & hoc eo magis.

gis, quia in utroque caſu eadem ratio ſubeſt, uidelicet ut pęna cum delicto commenſuretur iux. c. ſicut dignum, de homicid. & c. non afferamus, cum ibi not. 24. q. 1. Sed nemini dubium eſſe poteſt, quin leuius delictum cenſeatur aliquẽ uerbis quam re ipſa offendere, ut ſuperius fuit oſtenſum, ergo &c. pro cuius concluſionis robore dico, in ſimili. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. de percutiente clericum loquens, in lædente uerbis locum non habere. Fel. in c. nuper, de ſent. excom. ubi Dom. retulit. & prędicta corroborantur ex not. per Dec. in conſ. 406. in fi. ubi ait, diſpoſitionem de perſonali læſione loquentem de illa tantummodo qua mediante perſona offenditur, intelligendam eſſe. Et ſequendo iſtam partem nõ obſtant ea, quæ in contrarium adducebantur, quia etiam ſi uerum eſſet conſtitutionem hanc, licet pęnalem, nihilominus fauorabilem eſſe, quod haud uerum eſt, ut inferius oſtẽdetur, attamen fieri extenſio non deberet, ex quo eadem rationẽ non ſubeſſe docuimus. & hoc per glo. in c. 1. de temp. ordin. cum aliis præmemoratis. Sed nego inſuper conſtitutionem hanc fauorabilem eſſe, attenta principali mente legiſlatoris, quę nõ ut cardinalibus faueret, ſed in odium tam graue ſcelus audentium edita fuit, ut facile ex d. c. uerbis inſpici poteſt, idque affirmauit Soc. in conſ. 275. in 3. vol. ergo eſt odioſa per ea, quæ a commentatorib. communiter tradita ſunt in l. qui exceptionem. ff. de condit. indebit. dum ob id Macedonianum odioſum eſſe atteſtantur. Si ergo dicta diſpoſitio odioſa eſt, ergo coarctanda. l. quidam. ff. de liber. & poſth. c. odia, de reg. iur. in 6. & ſic omnis ampliatio penitus reiicitur. immo verbum anceps ac duplicem habẽs ſenſum coanguſtatur, ut ſtricte & proprie intelligatur, vt tradit Dec. in d. conſ. 406. citat. c. Rodulphus. hoc autem indubitabile redditur, cum ut prædixi, rationem longe diſſimilem in his caſib. reperiri demonſtrauerimus. Poſſent autẽ contemplatores ſuperaddere, etiam ſi dicta diſpoſitio in fauorẽ cardinalium principaliter emanaſſet, quin tamen ab alio capite delinquentium odium contineat negari non poſſe. quare hoc ſtante & præſuppoſita Io. de Ann. opinione pro uera, ſequeretur dictam diſpoſitionem in capite fauorabili ampliãdam, in capite autem odioſo conſtringendam eſſe. & hic eſt caſus noſter. declaro, quando conſtitutio aliqua ab una parte fauorem, & ab altera odium continet, tunc nonnulli ſapientes uoluere eam in capite tantum fauorabili, ſi in eo caſus contingeret, late interpretari, in odioſo autem e contra. ita ſenſit glo & ibi Alex. in l. ſed ſi. ff. de in ius uocan. glo. in l. cum hi. §. qui tranſigit. ff. de tranſact. & Bald. in l. uenia. C. de in ius uocan. ubi exemplum poſuit in ſtatuto fauore maſculorum fœminas excludente. nam in capite maſculorum incluſiuo ſtatutum hoc fauorem, in excluſiuo autem fęminarum odium continet, ideo ſecundum Bal. ſi caſus eueniens ſub primo capite reperiretur, lata fieret interpretatio, & appellatione filiorum etiam nepotes comprehenderentur, & ab eis fœminæ excluderentur. in capite autem odioſo, ſi caſus daretur, huius conſtitutionis intelligentia reſtringenda eſſet, idcircoque neptis ex filia tanquam filia non excluderetur, neque filiarum appellatione contineretur. iſtud eſt documentum Bal. cui accedit ibi Paul. de Caſt. Pet. de Anch. in reper. c. canonum ſtatuta, de conſt. & Soc. in conſil. 142. lo 3. vol. Applicando igitur id ad rem hanc dicẽdum uideretur, diſpoſitionem dic. c. Fęlicis, in capite cardinalium fauorem continente late interpretandam eſſe, utpote quia, licet quis proprie cardinalis non ſit, in ea tamen contineatur, quemadmodum prædicti authores in ſimili, uoluere, filiorum appellatione etiam nepotes comprehendi, quos tamen proprie filios non eſſe ſatis exploratum eſt. in capite autem odioſo, ut caſus nr̃ eſſe dignoſcitur, in quo de extendẽdo pęnã impoſitam percutienti ad maledicta dicentem agitur, ſtricta fieri debet interpretatio, quemadmodum & appellatione filiarum, ubi de ipſarum excluſione & odio agitur neptes non cõprehenduntur. iſta tamẽ ex abundanti dixiſſe uoluimus, prædicta tutiora eſſe arbitrantes, & præcipue dictam diſpoſitionem penitus eſſe odioſam, ut late Socin. tradidit in d. conſilio 275. cui aſſentio.

Hic oportune ſe ſe offert alia difficultas, quã idem Ioan. de Ann. in d. cap. 1. de maled. tetigit, uidelicet nunquid diſpoſitio illius capit. contumeliis pontifici detrahenti pœnam imponens, dum papam memorat, etiam cardinalem legatum de latere includat. Ipſe affirmatiuam partem amplectitur, quia iniuria facta legato de latere, eccleſiæ Romanæ cenſetur illata. cuius ſententia ex eo corroborari poſſet, quia legatus de latere ſedis apoſtolicæ uices gerit, capitulo mandata, de pręſumptio. ergo debet tanquam pontifex honorari, ut per Dec. ibi. & per gloſ. in capitu. quæ de cauſa 11. quęſtio. 4. inſuper, quia uidimus ſuperius oſtendentẽ cardinalem etiam non legatum in læſæ maieſtatis crimen incidere ea ratione, quia cardinalis pars corporis pontificis eſſe cenſetur, d. cap. Fœlicis, ergo idem & fortius in legato de latere admittendũ eſt, qui locum pont. obtinet, & debet tanquam pontifex honorari, ut prædiximus, Poſtremo hæc Ann. ſententia ita coadiuuari poſſet, nam ſedem apoſtolicam, & quem eſſe pontificem actum iuris & ciuilem eſſe non dubitamus, ſed in actibus ciuilibus, & in his, quæ iuris ſunt, eſſe talem, & haberi ꝓ tali a pari procedere conſueuerunt, ut per Bart. in l. Maritus. §. 1. ff. de adult. & in l ſi is qui pro emptore. ubi etiam Iaſ. ff. de uſu. ubi uolunt in his, quæ iuris ſunt uerbum, quaſi, expreſſiuum eſſe veritatis, & ideo ad ſtatutum inferunt diſponens talem pro ciue habendum eſſe eum enim ratione prædicta uere ciuem quamprimum effici atteſtantur, & ita late tradidit etiam Alexan. in conſ. 148. in 6. volu. ſed legatus de latere loco pontificis habetur, ut diximus. d. ex mandata. ergo &c. contra, nam illud cap. de uerbis prolatis in detractione pontificis loquitur, ut ibi in uerbo, noſtri, colligitur, ſed legatum de latere nec uere nec proprie pontificem eſſe nouimus, ergo in diſpoſitione dicti. cap. de pontifice loquentis contineri non debet. arg. tex. in cap. pen. de ſenten. excommu. & tex. in l. 1. §. hoc interdictum, iunct. ibi no. per Bart. ff. de fonte. in eo enim uerba proprie ſunt intelligenda. l. non aliter. ff. de legat. 3. l. 1. §. ſi is qui nauem ff. de exercit. cum ſimil. & hoc præſertim uerum eſt, quando in pœnalibus ſumus, quę a iuribus coarctantur. d. l. cum quidam. & d. cap. odia. ſeruiunt not. per Dec. in d. conſ. 406. & ſi diceretur, licet is uere pontifex non ſit, illius tamen locum obtinet. Reſpondeo illud eſſe improprie, & in huiuſmodi terminis aliud eſſe, talem eſſe, aliud ꝓ tali hñi, ut ſtatim aperiemus, ſed diſpoſitio iſta, quæ reſtringibilis eſt, ad caſum improprium non eſt dilatanda l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. geſt. Bart. in l. omnes populi, in materia interpretationis extenſiuæ. ff. de iuſt. & iur. ergo &c. ſecundo dico, & hoc fundamentum falcem ad radicem imponit, deciſionem hanc Ioan. de Anna. eodem morbo labore, quo & præcedens laborabat, uidelicet quia in iſtis duobus caſibus diſparitas rationis euidenter apparet, quam extenſionis cuiuſlibet fundamentum eſſe docuimus. nulla enim unquam fieri poteſt ampliatio, niſi ſubſit eadem ratio, ut not. in auth. quas actiones, & in l. illud. C. de ſacroſanct. eccl. & per Alex. late in conſil. 207. in 6. uolum. & Dec. in conſil. 584. indubitati autem iuris eſt, legatum de latere tantæ qualitatis non eſſe, neque in eo ęqualem maieſtatem, ut in pont. Maximo reperiri, maior enim proculdubio ea dignitas eſt, qua quis iure proprio, quam alieno fungitur teſte Bart. in l. Quod principi. ff. de legat. 2. tradit late Dec. qui hanc opinionem in terminis ueram eſſe arbitratur in capitulo ſane de offi. deleg. in eo igitur ſi æqualis dignitas maieſtaſue non reperitur, ergo nec æquale crimẽ eſſe poterit. l. Aut facta. §. 1. verſi. 10 magiſtratu. ff. de pœni. ſi crimen non eſt æquale, ergo neq; par pęna iniuriam facienti eſt imponenda capitulo ſicut dignũ, de homi. & cap non afferamus, cum ibi not. 24 quæſt. prima. tertio id ſubtili ratione corroboratur, nam cardinalis legatus uices pontificis gerit uirtute priuilegii ſibi de hoc a pontifice ſpecialiter indulti, ſed iure cautum eſt, conſtitutionem de aliquo loquentem de eo intelligendam eſſe, qui uere & re ipſa talis eſt, non autem per priuilegium ſeu ſpeciale principis beneficium. text. eſt in l. fin. C. de his qui uen. ætat. impe. ubi habetur quotienſcunque in conſtitutione aliqua legitimæ ætatis mentio haberetur, eam ſemper de illa ætate intelligendam eſſe, quæ 25. annorum curriculis completa eſt. & ſic de illa, quæ uere & naturaliter legitima eſt, non autem de ea quæ ex beneficio principis ſuppletur. unde ita & in propoſito dicendum uideretur, ut capitulo illud de pontifi. loquens, de eo, qui vere pontifex eſt, non autem, qui ex ſpeciali priuilegio loco eius habetur, intelligatur, ꝑ text. illum not. qui a fortiori ſtringit, inducendo hoc modo, nam ſi caueretur ibi legem de maiore loquentem illum non comprehendere, qui ſaltem fictione iuris maior eſſe dignoſcitur, & cõſequenter in quo ficte ſaltem uerba illius conſtitutionis uerificantur, ergo longe minus. d. capit. diſpoſitio debet in caſu iſto legatum continere, qui neque etiam ficte pontifex eſt. fictionem enim ſuper impoſſibili cadere non poſſe exploratiſſimum eſt ſecundum, Bart. & com. ſcrib. in l. Si is qui pro emptore. ff. de uſucap Sed de iure omnino impoſſibile eſt, eccleſiam duos eodem tempore habere pontifices, cap. Per uenerabilem. qui fil. ſint legit. tradit Abb. in cap. at ſi clerici, de iudi. & ratio eſt, quia hoc modo eccleſia, quæ unica eſt, iuxt. illud cantic. 6. una columba mea, ſi duo haberet capita, monſtrum efficeretur, quod abſonum & impoſſibile redditur, ut habetur in extrauag. unam ſanctam, de maio. & obed. & hoc eo facilius admittendum eſt cum in pœnalibus loquamur. per illum tex. in d. l. fi. ſimilem quæſtionem terminauit Bal. in l. quoniens C. de rei uend. ubi ait, conſuetudinem, quæ primogenito ſucceſſionem præbet. de illo tantũ intelligẽdam

eſſe,

eſſe,qui vere primogenitus eſt, non autem de eo, qui ex indulgentia principis primogenituræ iura potiretur. accedit Alex.concluſio in conſil.99.in 6.vol.quæ vult pęnam offendenti ciuem a ſtatuto impoſitam in eo ſolummodo locum habere,qui verum ciuem offenderet, non autem in eo, qui ex priuilegio ad ciuilitatem fuit aſſumptus. Conſtitutio igitur maxime pęnalis de pontifice loquens ad illum, qui ſpeciali iure loco eius hr̃,proculdubio non eſt porrigenda,quia habere aliquid de iure ſpeciali, vel de iure communi,imparia iudicantur.l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de teſtam.milit. Et pro ſolidiſſimo huius concluſionis robore adduco ea, quæ egregie tradita fuere per Fel.in c.cum olim, col.3.verſ.non obſt.decimo.de maio.& obed.vbi ait,neminẽ unquam alterius uices gerentẽ in conſtitutione de principali loquente contineri, quando is in eius locum non de iure communi, ſed ſpeciali ſubrogatus eſt.conferunt, quæ per illum tex.uidelicet in d.l.fi.dixit Dec. in conſ.695. Tenendo iſtam partem adducta in contrarium facillime diſſoluuntur. Nam ante omnia dico non obſtare iniuriam factam legato de latere, pontifici,cuius gerit uices,factam eſſe exiſtimari,quia reſpondeo illud eſſe impropriè, ad quẽ caſum conſtitutio maxime pœnalis non eſt extendenda. Præterea dico,ſi ipſi pontifici fuiſſet illata, maior proculdubio extitiſſet,ut per Dec. in d.cap.ſane.de off.deleg. & ſuperius per nos late fuit oſtenſum. Non obſt.ſecundo ut quemadmodum cardinalem offendens in læſæ maieſtatis crimen incidit, ita idem quoque in caſu d.c.1.eadem ratione admittendũ ſit,quia reſpondeo extenſionem illam ibi tolerari.quia fit expreſſe a.l.ſ.a.d.c.Fęlicis,ſecus eſt in propoſito caſu, in quo ab homine fieri deſideratur, quas quidem extenſiones inter ſe ualde differre docuit Bart. in d.l.omnes populi, & maxime ſtantibus præmemoratis,& not.per Dec.in d.c.ſane. Poſtremo illa ratio non aduerſatur,uidelicet in actibus ciuilibus, & in his quæ iuris ſunt,aliquem eſſe talem,& haberi pro tali, paria iudicari,& in his terminis uerba de ſui natura improprietatem ſonantia,ueritatem exprimere ac operari,quia nouiter reſpondetur,illud in actibus tantum procedere, in quib. lex ualet ad ſui libitum diſpenſare. nam tunc per d.regulam ille, qui ex iuris diſpoſitione pro tali habetur,uere talis efficitur.uerbi gratia,lex emiſſa diſponit Titium pro ciue habendũ eſſe,quam primum enim Titius uere ciuis efficietur, quia cum actum hunc iuris eſſe uideamus, lex in inſtanti,& in momento cũ ad ciuilitatẽ aſſumit. ſed caſus noſter naturæ diſsimilis eſt, quia lex neque uult, neque poteſt, legatum de latere dignitate pontificia decorare,dico neque uere neque ficte,cum ſi ctionem ſuper impoſſibili cadere non poſſe ſuperius docuerimus.ex diuina enim inſtitutione eccleſia, q̃ unica eſt quoquomodo niſi unum caput habere nõ poteſt,& qui alterius foret ſententiæ, heretica prauitate notaretur ſecundum Felin.in c.quæ in eccleſiarum,de conſt. Verum,ſi quis alio confugiens diceret,etiam ſi neque uere neque ficte legatus pontificia maieſtate refulgere cenſeatur,attamen,quin in ſua legatione pontificem maximum repreſentet,negari non poſſe,inferendo ex hoc non immerito d.c.pœnam, ad eum dilatari debere. Reſpondetur,etiam ſi eum repreſentet,nõ tamen ſequitur eum, qui legato iniuriam intulit, adeo graue crimen incurrere, ſicut ſi aduerſus pontificem ipſum eandẽ iniuriam intuliſſet,ut late per Dec.in d c.ſane.col 2.de off.deleg. Addo inſuper,ſi hoc argumẽtum procederet, eodem iure dictam pœnam ad quemlibet cardinalem, immo ad quẽcunque officialem extendi poſſe, quia etiam illorum unuſquiſque in officio ſuo pontificis maxim.uices gerit,& ſic deſtruenda eſſet regula.c.odia.& dicendum eſſet odia eſſe amplianda,ac ius ſingulare trahendum eſſe ad cõſequentiam, etiam ſi diſsimilis ratio ſubeſſet,quod abſonum & nefandũ eſſe iudicaretur,nam licet,ut prædiximus,quandoque reperiatur contumeliam officiali factam, aduerſus ſuperiorem ipſum eſſe cenſeri,eumque eadem pœna,ut in d.c.Fœlicis, puniri debere.dico illud ex eo prouenire,quia ita a lege repetitur expreſſum, quæ ad ſui libitum poteſt extendere,ſecus autem in hominis extenſione,ut ſupra fuit oſtenſum. Non obſt.etiam multa alia iura,quæ in cõtrarium adduci potuiſſent, quib. probatur offendentem legatum officialemue,dici principem ipſum proprie offendere, quia reſpondetur, ẽt ſi hoc uerum eſſet,iniuriam tamen hanc,de qua loquimur, pęna.d.c.puniendam non eſſe, quæ præciſe pont.perſonam lædentibus imponitur, & hoc per prædicta & maxime per not.per Dec.in d.ca.ſane. vbi hoc copioſiſsime approbauit. quę quidem concluſio confirmari poſſet etiam ex his, quę in euangelio ſcripta ſunt, cum enim uineæ Dominus audiſſet nuntios ſuos ab agricolis male acceptos, non adeo fuit irratus, ut miſſo filio, eodemque occiſo. Verum ſi quis indefeſſus contemplator Ann. ſententiam adhuc tueri conaretur,poſſet forte dicere.d.c.diſpoſitionem diuerſimode interpretandam eſſe.ſ.large in capite fauorabili,ſtricte autem in odioſo,ut ſuperius in materia.d.c.Fęlicis, enucleauimus. vnde cum iſte caſus in capite fauorabili eſſe uideatur, uidelicet an pontificis appellatione ille, qui impropriè pontifex eſt,contineatur.& uideretur reſpondendum, cõtineri, quia ſimile uidemus in capite ſtatuti maſculorũ incluſiuo,in quo appellatione filiorum nepotes etiam comprehendũtur,qui filiorum loco habentur, & filii niſi impropriè appellari nequeunt. & hoc modo prædicta omnia obiecta ceſſare uiderentur,quia ſi materia fauorabilis & late interpretanda cenſetur,adeo vt in ea caſus etiam improprii complectãtur,omnia in contrarium adducta aduerſari non poſſunt.tamen dico doctrinã illã admodũ dubitabilẽ eſſe,quę ẽt ſi uera eſſet, adhuc ſuperius obiecta non remouerentur q̃a diſpoſitio iſta penitus eſt odioſa, cum principaliter in delinquẽtium odiũ edita fuerit. Præterea uiget potenſ illa ratio, paritatem.ſ.rationis non ſubeſſe,ſine qua nulla fieri poteſt extenſio ſecundum Alex.in d.conſ.207.in 6.uol. accedit etiam illud potiſſimum.ſ. pęnalem conſtitutionem non punire quemquam in eo,quod in canone non repetitur expreſſum, ut per Aret. in conſ.63.col.pen.per c. cum inter.R.ſeniorem.in fi.de electio.iunc.ibi not.per Abb. demum contra deciſionem huius Io.de Ann.mihi uidetur caſus ſingu.in l.moris.§.1.ff.de pœn. vbi not.vult prohibitum coram præſide poſtulare,corã eius legato aut vicario poſtulare non prohiberi.quem tex.ſingu. eſſe ait Aret.in conſ.130.ad probandum,diſpoſitionem pœnalem de alicuius dignitate loquentem, de illius dignitatis tãtum intelligendam eſſe, qui talis principaliter eſt,nõ aũt participatiue.hæc ille.& ita per illum met.text.concludit & Dec.in d.c.ſane.de off.deleg.& in conſ.501.& ſic ille tex.mirabilis eſt cõtra Io.de Ann.inducendo illum, ut ſupra, & ut per Dec.in locis memoratis inducitur.cui accedunt not.per Felin.in cap.cum olim.colum.3.de maior.& obed.multum quoque applaudit tex.not.in l.ſed ſi hac.§.fi.ff.de in ius uoc. vbi,qui patronũ in iudicium ſine uenia uocare prohibetur, eius tamen tutorem, uel alium ipſius nomine agentem uocare non uetatur.& hanc concluſionem affirmat Dec.in d. c.ſane.2.de off.deleg.cui aſſentiendum puto.

Octauum cardinalium eſt priuilegium, quia cardinali ſe eſſe legatum ſedis apoſtolicæ aſſerenti fides habetur, maxime cum ſine legatione cardinales extra curiam ire non conſueuerint.glo.uidetur ſing.in c.nobiliſſimus 79.diſtin.cuius ſententia confirmatur per Ioan. Andr.in c.ad apoſtolicæ,in uerbo,proponi,de re iudi.in 6. Quapropter concludendum uidetur eis fidem ſemper habendã eſſe, quando ſibi aliquid ſpecialiter iniunctum fuiſſe atteſtantur,ſecundum Bal.in c. cum in iure.de off.deleg. Abb.in conſ.18.col.2.verſ. & profecto in 2. volu.glo.in extrauag.execrabilis,de præben.& ita inquit Bart. tenere canoniſtas in l.1.C.de ſuperind.lib.10. In contrarium uidetur eſſe tex.apertus in dic.l.1.per quem ita ibi Bar.affirmauit, inquiens per d.l. probari euidẽter, etiam cardinali,ſe habere aliquid ſpecialiter demandatum aſſerẽti,nullam fidem adhibendam eſſe,niſi ab eo literæ apoſtolicæ oſtendantur. & ſententiam hanc approbarunt etiam Io. And.& alii in c.1 de off.leg.in 6. & in c.ad eminentiam, de ſent.excom.accedit gl.in c.cum olim.col.1.in uerbo, quorundam fratrum.de priuil.ex qua colligitur. cardinalis non iurati teſtimonium nil probare.quam gloſ.ut ſing.extulit ibi Abb.ſed Mar.Laud.in 2.tract.de card.q.56.contrariam partem amplectitur,& ita comm.a ſapientibus traditum fuiſſe perhibet Dec.in l.vnic. C.de mand.princ.ubi id limitat non non procedere in reſeruatis principi,ac ſpeciale mandatum exigentibus,ut ibi per eum latius, qui de hac materia copioſe loquutus eſt. Ang.in conſ.182.incip.mandatum principis, diſtinguit,aut cardinalis affirmat ſibi aliquid ſpecialiter mãdatum eſſe, quod principaliter eſt in præiudicium tertii, & tunc ei niſi oſtenſis literis fidem habendam nõ eſſe ait, aut non,& tunc ſecus.uideas etiam plene Felin. in c.quod ſuper his,de fide inſtrum.Mihi autem pro negatiua parte uidetur tex.in extrauag.Bonif.viij.incip.iniunctæ,ubi habetur nemini ſe legatum aſſerenti credendum eſſe.& ibi glo.adducit illamet iura, quæ ſuperius a me deducta fuere. an autẽ cardinali ſe eſſe delegatum dicenti non oſtenſis literis fides adhibeatur, Abb.affirmatiuam ſententiam approbauit in d.cap. quod ſuper his,de fide inſtrum. de cuius dicti ueritate uidendus eſt Felin.in c.cum in iure, de off.deleg.& in d.c.quod ſuper his.ſed tex.uidetur clarus,vt ei non credatur,in d.extrauag.niſi reſpondeatur, eam cardinales non includere, iux. not.per Bart.Belenc.auditorem rotæ,in tract.de charit.ſubſid.q.66.vbi ſe præſente a rota iudicatum fuiſſe atteſtatur.d. extrauag.iniunctæ.cardinales nõ complecti. Sed de hac materia quando.ſ.cardinales in generali ſermone comprehendantur,dic ut inferius aperiemus.

Nono

Nono gaudent priuilegio reuerendiſſimi patres quia, etiam ſi vnius dicto fidem aliquam adhiberi iura non concedant. l. iuriſiurandi, C. de teſti. ſi tamen cardinalis ſibi quid uiuæ uocis oraculo demandatum eſſe affirmet, ei credendum eſt. Lapp. allega. 33. cui aſſentiunt Bald. & Salic. multa cumulantes in d. l. iuriſiurandi. Iaſ. in d. conſ. 104. late Alex. in conſil. 92. in 6. uol. in quibus locis aiunt etiam duobus cardinalibus ſine iuramento fidem eſſe præſtandam, per c. cum olim. 2. vbi Innoc. de priuileg. idem tradid it Mart. Laud. in 1. tract. de cardin. q. 20. & q. 28. licet contrarium ſentiat Felin. in c. iuis quæſtionibus, col. 1. de teſti. & dicto unius cardinalis de conſuetudine Rom. curiæ etiam in alterius præiudicium credi atteſtatur Dec. in c. conſtitutus. el 2. de appell. & Iaſ. in l. nec is. ff. de acquir. hæred, videndus tamen eſt Ang. in d. conſ. 182. & Iaſ. in repet. l. admonendi. colu. 85. ff. de iureiur. reperitur etiam apud gentiles morem fuiſſe. ut uiris grauibus abſq; iuramento fides haberetur. unde Cicero in quadam ad atticum epiſtola ſcribit, Athenienſes paſſos non fuiſſe, ut Xenocrates philoſophus in quodam teſtamento iuraret. & cum his faciunt multa in propoſito notabilia, quę per Felin. habentur in capit. in litteris. num. 7. de teſti. & in cap. ſuper his, colum. finali, de accuſatio.

Decimo, in cauſis cardinalibus commiſſis eorum aſſertioni creditur. ita Egid. in deciſio. 123.

Vndecimo, iure optimo dicendum eſt, cardinalium familiares, qui ob dominorum dignitatem ac de ipſis pręſumptam integritatem boni & honeſti interpretatione iuris exiſtimantur, ad perhibendum pro ſuis dominis teſtimonium non prohiberi, licet regulariter id uetitum ſit, ita Fel. poſt alios de familiarib. epiſcoporum loquens ait in d. l. in literis. nu. 7. de teſti.

Duodecimo dico, cardinales alio priuilegio inſigniri, quia cardinalis presbyter, niſi per 72. teſtes, diaconus autem niſi per 27. fuerit conuictus, deponi non poteſt, per tex. not. in c. præſul. 2. q. 5. Hoſt. & Io. And. in c. licet, de teſti. ſpecu. in tit. de teſtib. in multis etiam locis iuris interpretes de hoc præclaro priuilegio documenta tradidere, qui eos in hoc melioris conditionis eſſe aiunt, quam ſit pontiſ. maximus, ad cuius depoſitionem duos tantummodo teſtes ſufficere atteſtantur per gloſ. in d. c. præſul. cui accedit etiam Fel. in c. paſtoralis, de off. deleg. & in c. quotiens. de teſtib. ubi multos eam approbantes adducit. Sed illa glo. de pontifice loquens, ni fallor, dubitabilis admodum redditur, quia potius in eo conuincendo maior teſtium numerus, quam in cardinale exigi uideretur. duæ enim potiſſimum rationes a ſapientibus adducuntur, a quib. priuilegiũ hoc cardinalium originem habuiſſe aiunt, quarum una eſt, id. ſ. ob eccleſiæ Roman. clericorum excellentiam conſtitutum fuiſſe. Altera eſt ut hæreticis aliiſque eccleſiæ perſecutorib occurreretur, qui falſas accuſationes aduerſus eos machinabantur, tum ad deprimendã ſedem apoſtolicam, tum etiam ut illis depoſitis ipſi in eorum locum ſubrogarentur, & iſta uerior uidetur per tex. in c. fi. 2. q. 4. prædictaque habẽtur per Fel. in c. per tuas, de maior. & obed. uerum utramque rationum dictarum longe magis in pontifice quam in cardinali locum habere non ignotum eſt. Si enim primæ adhæremus, longe ſublimiorem excellentioremque eſſe pontificem exploratum eſt. ſi ſecundæ, cui dubium hæreticos põtificem maiori odio quam cardinales habuiſſe? ergo a maioritate rationis uideretur maiorem quoque cauſæ cognitionem in papa quam in cardinalibus exigendam eſſe, contra d. glo. aduerſus quam ex prædictis renuit Auguſt. de Anch. quem ualde extulit Fel. in d. c. per tuas, inquiens dictum hoc notabile canoniſtis incognitum extitiſſe. Ego aliis quoque argumentis glo. illam, quę communiter approbatur, non recte loquutam eſſe arbitror. pondero rationem eius deciſionis quæ ut arbitror falſa eſt, & conſequenter deciſio illa, quæ fundamento caret, ſtare non poterit. ideo enim glo. vult papam a duobus teſtibus conuinci poſſe, quia ex quo in maiori dignitatis culmine poſitus eſt, longe grauius, quam alii, puniendus eſt, cęterum hoc in illo text. nõ quæritur, ſed tantum, quomodo quis de crimine conuincatur ibi traditũ eſt, non enim ſequitur hoc, maior in dignitate ubi de crimine fuerit conuictus, grauius aliis inferioribus punietur, ergo & cum minori teſtium numero cõuincendus eſt. immo contrarium iuri magis conſentaneum eſt, quia licet maiorẽ in dignitate de delicto cõuictum, grauius aliis puniendũ eſſe concedamus, cum tamen difficilius ac maiori probatione conuinci debere dicimus. Primo quia ſi uera eſſet illius glo. ſententia, ſequeretur cardinalem epiſcopum, qui maior eſt diacono cardinale, & qui repertus culpabilis grauius etiã puniretur, minori teſtium numero quam diaconum poſſe conuinci. Sic & diaconum cardinalem facilius, quam cęteri clerici inferiores, quia eis proculdubio & maior eſt, & culpabilis repertus grauius puniretur per prędicta, & per glo. in c. 1. de ſchiſm. in 6. ſed iſta omnia eſſent expreſſe contra tex. in d. c. pręſul, qui contrarium apertiſſime decreuit, ergo &c. Secundo dico adeo veriſimile eſſe pontif. maximum errare, ut priuatus. tex. eſt not. in c. non nos. 40. diſt. vbi de pontifice loquens ait, quis enim ſanctum eſſe dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? Idem affirmat Soc. in cõſ. 264. col. 3. in 1. uol. ubi ex mente Bal. inquit, in pont. maximo iuris interpretatione tria concurrere, quæ in humana uita deſideranda ſunt. ſ. bona uoluntas, modi congruitas, conceſſionis poteſtas, quia papa eſt uiuus fons iuſtitię fungans tenebras, hęc ille. tum ſic quanto minus eſt papam ob eius præſumptam integritatem delinquere, tãto maior ad conuincendum eũ de crimine probatio exigenda eſt, quia probatio interpretationi iuris aduerſans ob coniecturæ repugnantis contrarietatem maiori numero eſt ſupplenda. text. eſt quem ibi nota. Abb. in c. qa uериſimile, de præſump. tradit Dec. in conſ. 596. col. fi. nu. 7. ad idem adduci poteſt tex. in l. non eſt ueriſimile, cum ibi traditis. ff. quod met. cau. & tex. in l. ob carmen §. fi. ff. de teſti. ibi, rei aptiora & uero proximiora &c. Accedit dictum Bald. ea. ſ. quæ diſtant a ueriſimili, imaginem falſitatis habere in l. 1. C. de ſeru. fugit. Cum igitur ſummus pontif. ut probatum eſt, minus quam cardinalis delinquere cẽſeatur, ob maiorem, qua fungitur, dignitatem, eius enim uita iam approbata eſt, ut diximus, ergo etiam cũ maiori quam cardinalem teſtium numero conuincendum eſſe concludendum uidetur, contra d. glo. & ſic illum tex. in uerbo, præſul, de pont. loqui uoluiſſe credendum eſt, vel ſi id non concedimus, ſaltem papam per illum tex. a fortiori difficilius quam cardinalem conuinci poſſe admittendum eſt per antedicta, licet repertus culpabilis grauius ſit puniendus. ut ſentit etiã Dec. in c. at ſi clerici, col. 1. de iud. & hęc opin. cõprobari põt ex not. per B. Thom. in 2. 2. q. 70. §. ad ſecundum, in fi. vbi tres ſpecialitatis rationes eſſe ait, ob quas a d. c. præſul, conſtitutum eſt, in clericis eccleſiæ Rom. maiorem quam in aliis teſtium numerum exigi. Prima. ſ. quia in ea tales inſtituendi ſunt, quorum ſanctitati maior quam multis teſtib. fides habeatur. Sed iſta ratio, ut nuper diximus, longe magis in pontif. maximo, quã in aliis locũ habet per c. non nos. 40. diſt. & quia ſanctior eſt pontifex eligendus, ut, cũ de eligendo pontif. dicebamus, fuit oſtẽſum, ergo &c. Secunda ratio eſt, quia homines, quorũ eſt alios iudicare, ſępe ob iuſtitiam in multorum odia incidunt, quare non eſt paſſim credendum teſtibus, niſi magna multitudo conueniat. hæc quoque ratio multo magis in papa quam in cardinalibus uiget, cum longe plures ſummi pont. ob eius maximam adminiſtrationẽ, quam illorum authoritate iudicentur, ergo &c. Tertia eſt, quia ex condemnatione alicuius eorum, opinione hominũ dignitati illius eccleſiæ, & authoritati derogaretur, quod periculoſius eſt, quam in ea aliquem peccatorem tolerare. & iſta ratio in pontifice potior eſt, cum ualde magis eccleſiæ Rom. dignitati detraheretur, quã ſi cardinalis vel clericus ſimplex conuinceretur. & ita hæc contra d. gloſ. opinio veritati magis amica videretur. Tertio id etiam naturali ratione ſuadetur, nam nihil tam naturale eſt, quam unumquodque eodem genere diſſolui, quo colligatum eſt. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. c. 1 eo. tit. & hoc potiſſimum in ſpiritualibus locum habet, quæ facilius conſtituuntur, quam deſtruantur. c. inter corporalia, de tranſla. epiſ. Sed in creatione pont. longe maior ſolennitas, quam in creatione cardinalis exigitur, ut uidere eſt in c. ubi periculum, de elect. in 6. & in c. licet. eo. tit. & in clem. ne Romani, eod. titu. ergo etiam in deſtructione ipſius maior ſolennitas exigenda uideretur. & hoc ualde conſonum eſt, nam ubi periculum maius ingeritur, & ibi cautius negotiandum eſt. d. c. ubi periculum. Et ex his nouiter glo. illam communiter approbatam aut ueritatis robore non eſſe munitam oſtenditur, aut ſaltem dubio probabili non carere. niſi forte diceretur glo. ſallam ſenſiſſe papam pro ſolo hæreſis crimine iudicari poſſe, ut etiam nos in 39. q. late demõſtrauimus. nam eo caſu pontifex ſuam dignitatem amittit, & quolibet fideli minor efficitur. ideo ceſſante amplitudine tantæ dignitatis, etiam rationes ſuperius conſideratæ uidentur ceſſare. quamprimum enim ex duorũ teſtium fide dignorum ac omni exceptione maiorum teſtimonio conſtat eum hæreticum eſſe, is debet eſſe conuictus, ne aliter ſequatur, cum nunquam de hæreſi occulta conuinci poſſe ob carentiam tot teſtium. quod ualde abſonum uideretur, ut ex defectu tot probationum iura uelint tolerare eum, qui eccleſiam deſeruit, eiuſdem caput & principem remanere. ob id enim forte ſtatus eccleſiæ grauiſſima detrimẽta pateretur, quia papa hæreticus poſſet tot ſuæ prauitatis complices ad cardinalatum euehere, ut nũquam fere de hæreti-

reticorum manibus exiret, ut conſiderat Card. conſ. l. 150. tamen cogitandum eſt propter magnam opin. quę de ſummi pont. integritate à legibus habetur, ut prædictū eſt. Redeundo nunc ad cardinalium priuilegium Rom. in ſing. 204. ait, illud de rigore iuris tantummodo procedere, de æquitate ſecus, iux. quam ipſe inquit, cardinalem cum minori etiam teſtium numero poſſe conuinci. adducit Io. Andr. in c. licet uniuerſis, de teſti. idem noluit Mar. Laud. in 1. tract. de card. q. 10. rurſus ait Ro. priuilegium hoc ſolummodo quando teſtes ſuſpecti ſunt, locum habere, ſecus eſſe ſentiēs, ubi teſtes probatæ uitæ comperientur. citat c. nullam, verſ. ſed hoc. 2. q. 4. & iſtud hac in materia ſingulare eſſe affirmat. cui accedit Abb. in d. c. licet uniuerſis, inquiens duos teſtes ſpectatæ famæ atque integritatis ſufficere. Dec. quoque in d. c. at ſi clerici, in 1. not. ait d. c. præſul, hodie locum non habere. prædicta tamen crebriore ſcriptorum opinione confirmantur. quo circa a commu. ſententia non uidetur eſſe recedendum iuribus vulgar.

Tertiumdecimum eſt priuilegium, ut nonnulli ſapientes opinantur, quia cardinales constitutione generali maxime pœnali & odioſa non comprehenduntur. ita Ioann. Mo. & alii in capitulo primo, de ſciſm. Oldrad. in conſil. 293. Barba. in capit. in noſtra, de reſcr. & in tracta. de præſt. card. q. 7. Rom. in conſ. 498. Iaſ. in conſ. 117. col. 3. in 4. vol. & quidam alii quorum meminit Fel. in c. quod ſuper his, de fi. inſtr. ſed ipſemet Fel. relatis multorum patrum authoritatibus contrariæ adhæret ſententiæ in c. cum in iure. de off. deleg. & in c. ad aures, de reſcr. ubi Franc. Paninum auditorē rotæ ſcripſiſſe ait, multas ſententias in rota prolatas fuiſſe, opinionem hanc approbantes. ſ. in huiuſmodi conſtitutionibus cardinales etiā contineri, quæ quidem dicta magna admodum eſſe videntur, cum minime ſint mutanda, quæ longam interpretationem habuere. l. minime. ff. de legi. & hāc partem potiorem eſſe arbitratur Dec. in l. vnic. C. de mand. prin. rationes & authoritates, quæ pro utraque parte afferuntur, ex ſupra citatis authorib. colligi poſſunt, necnon & ex his quæ tradit Bar. Belenc. in loco quem infra citabimus, eas. n. non referre, ut breuitati ſtuderē, ſatius eſſe exiſtimaui. Quid dicendū? Nonnulli diſtinxere, aut conſtitutio fauorabilis eſt, & in ea etiam cardinales contineri aiunt. Aut odioſa eſt & tunc ſecus. ita Alber. de Roſ. in rub. C. ſi a non comp. iud. quē ſequitur Mar. Laud. in 1. tract. q. 37. & in 2. q. 24. Alii pro concordia dixere, aut factum, quod prohibetur, in ſe malum eſt, & tunc cardinales etiam complectuntur, quia eo grauius peccant qui in maiori dignitate poſiti ſunt, aut non eſt in ſe malum, & tūc ſecus. ita ex mente Io. And. tradidit Dom. de S. Gem. in c. nemo deinceps. col. 3. de elec. in 6. & Fel. in c. quod ſuper his, de fi. inſtr. Cæterum quia iſtæ diſtinctiones & defectiuæ ſunt, ac ēt non irreprehenſibiles eſſent, cogitabam ſi hę inīę aduerſantes ampliotis ac uetiori fœdere diſtinctionis concordari poſſent. repugnantium enim opinionum concordia laudari conſueuit. propter quod ſapientes tradidere, opinionem illam ſequendam eſſe in iudicando, per quam contraria ad concordiā reducūtur, teſte Alex. in conſ. 1. col. pen. in 7. uol. Soc. in conſ. 66. col. 6. & in conſil. 122. col. 3. in 1. uol. Idcirco igitur tam ex his, quæ ab aliis adducuntur, quam ex his quæ mihi in propoſita re dicenda eſſe uiderentū, multos caſus animaduertendos eſſe exiſtimarem, ex quibus demonſtrabitur an & quando priuilegiati in conſtitutione generali comprehendantur, vt multotiens dubitare contingit. Primus caſus eſt quando conſtitutio generalis fauet his, qui in ea comprehenſi intelliguntur, ac eis commodum & utilitatē affert, & tunc cardinales in ea contineri arbitrarer, quia cum iſta cardinalatus dignitas eis ad fauorem attributa ſit, non debet eadem illis nocumento eſſe, iux. l. quod fauore. C. de legi. imo ipſi prę aliis in d. conſtitutione includendi ſunt, ex tribus. Primo quia ſi ut cardinalibus faueamus ſapientes inquiunt eos nonnunquam in generali ſermone non intelligi comprehēſos, & hoc fit contra naturam generalitatis, quæ eſt ut omnia comprehendat. l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. urb. prædi. quanto magis dicendum eſt, ut eiſdem faueamus, eos in d. generali ſermone contineri, cum propriæ ipſius generalitatis naturæ indulgeamus. Secundo cardinales ob maximam coniunctionem, quę inter eos & pontificem ſummum intercedit, aliis interpretatione iuris prædilecti eſſe exiſtimantur, ut uidere eſt in c. Fęlicis, de pœnis. & ex his, quę copioſe in 6. q. diximus, ſed diſpoſitio pinguius interpretari ſolita eſt, quam alias fieret, ad eorum commodum qui diſponenti cariores eſſe cenſentur, ut eſt tex. not. in l. Aurelius. §. Titius teſtamēto. ff. de lib. leg. & in l. Seius Saturninus, & ibi Bar. ff. ad Treb. ergo &c. Tertio cardinales publicę, alii autem priuatę utilitati operam nauant. c. bonę. 1. de poſtu. prel. habetur in extrauag. execrabilis, de pręben. propterea cum ipſi ob id utiliores quam alii eccleſiæ labores afferant, ut in dictis locis traditum eſt, æquum eſt etiam ut in utilitatibus conſequendis ipſi aliis pręferantur. Secundus caſus erit, quando conſtitutio fauorabilis eſt, quia præcipit ea, quæ de ſe bona ſunt, & ad utilitatem animæ deſtinata, licet vitæ & bonorum temporalium incommoda ſecum ferant, utputa, ſi ieiunia, pœnitentias, & alia, quæ ad bene beateq; uiuendū ſunt, iuberet, & tunc cardinales quoq; magis quam alii in d. conſtitutione procul dubio continentur, quibus Chriſtus in Apoſtolis dixit, Sint lucernę ardentes in manibus veſtris, Luc. 12. & cap. Qui ſanctus, de pœnit. diſt. prima, & alibi, vos eſtis ſal terræ, & lumen mundi, Matth. 5. & cap. quoniam uetus. 24. q. 1. ipſi enim in bonis operibus aliorum duces ſunt conſtituti ut ubertime. in 8. quæſtio. poſitum eſt, ergo &c. & ita procedit etiam deciſio Barto. Belenc. auditoris Tract. de charita. ſubſi. quæſt. 66. ait generale ſubſidium a ſummo pont. ad expugnandos infideles impoſitum, etiam Cardinales comprehendere, quia ipſi principaliter ſumma ope niti debent, ut Chriſti nomen augeatur, faciunt ea, quæ in ſequen. caſu explicanda ſunt. Tertius caſus eſt, quando conſtitutio odioſa eſt, & factum, quod prohibetur, & pro quo pœna iniungitur, de ſui natura malum eſt. nam iſto caſu etiam cardinales magis quam alii comprehenduntur, quia grauiora facit peccata ſublimitas peccantium, ait tex. in cap. nulli fas. 25. quęſt. 1. cap. homo. 40. diſt. l. omne delictum. §. 2. ff. de re milit. cum igitur ipſorum culpa grauior ſit, ergo nō modo eadem, qua & alii, ſed maiori etiam pœna digni ſunt, quia pœnas cum culpis metiendas eſſe iure optimo ſancitum eſt capit. ſicut dignum. de homic. & d. cap. Fœlicis. & ita procedunt tradita per Ioan. And. & alios in cap. nemo deinceps, de elec. in 6. nā factum quod ibi prohibetur, de ſui natura malum eſt, ſ. ſi animarum curæ, qui non legitimæ ſunt, ætatis, præficerētur. ſic etiam procedit quod a ſcriptoribus poſitum eſt in ca. primo, de homic. in 6. nam & ibi de homicidio agebatur, quod de ſe peſſimum eſt, ſic quoque locum habet quod tradit Card. in clemen. in pleriſque. & quod ait Ioan. Mon. in extrauag. excommunicamus, ubi vult pœnam pro ſimonia impoſitam cardinales etiam obligare, quarum authoritatum meminit Felin. in cap. ad aures. colum. 7. de reſcrip. Quartus caſus eſt, quando factum, quod prohibetur, non eſt de ſe malum, & conſtitutio ob præſumptam & ſuſpicatam fraudem aliquid ſtatuit, uelbi cauſa, contractus, ſine certa ſolennitate celebratus. præſumitur ſimulatus, & in fraudem factus, & iſto caſu crederem cardinales in ea nō contineri, quia ob maximam, quæ in eis eſt, dignitatem, ipſi non ita ut alii præſumuntur errare, argum. tex. no. in l. 1. ff. de offi. præſe. præt. cuius hæc ſunt verba memoratu digna. Credidit enim princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorū fide & grauitat, ad eius officii magnitudinē adhiberentē, nō aliter iudicaturos, eſſe pro ſapiētia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicaturus, & ibi glo. ſubiungit, hanc eandem opinionem etiā de cardinalibus habendam eſſe. facit tex. in l. 3. ff. de teſti. & ea, quæ in proximo priuilegio ſcripta ſunt, ergo iſta coniectura, quæ ob perſonæ exiſtimationem ſpecialis eſt, elidit illam, quam generaliter conſtitutio conſiderauit, inquiens, contrahentes ſine illa ſolennitate ſuſpicione fraudis non carere, nā ſpecialis præſumptio a qualitate perſonæ exoriens generalē præſumptionem tollit, ut eſt text. & ibi Bart. not. in l. cum de indebito. ff. de probat. & in l. Diuus, ff. de teſti. in integr. & per hanc rationem, quæſtionem quandam in ſimili decidiſſe in d. l. 3. de teſti. plerumque enim in iure ubi ex coniectura de fraude dubitā eſt, integritas uitę, quę ob dignitatē præſumitur, omnem ſuſpicionem tollit, ita Felin. poſt alios in cap. ad literis, num. ſeptimo. de teſti. ubi multas notabiles deciſiones ad id probandum adducit. cum quibus faciunt tradita per eundem in capitulo ſuper his colum. fin. de accuſat. Nec obſi diceretur, hoc quod ad propulſandas fraudes editum eſt, in animarum utilitatem conſtitutum eſſe idcirco potiſſimū cardinales obligare per ea quæ in præcedentibus caſibus tradita ſunt, quia reſpondeo id procedere, ubi uel ea quæ præcipiuntur, naturaliter bona ſunt, uel ea, quæ prohibentur, naturaliter mala ſunt, ſed ſecus eſt hic. Et ut iſta materia quæ multotiens in dubium reuocatur, planior fiat, animaduertēdum eſt, quia non quęlibet conſtitutio dicitur in utilitatem animæ promulgata, quando uel ut fraudes euitentur. vel ad aliud commune bonum ſancita eſt, niſi id quod prohibetur ſit de ſui natura malum, ut prędiximus, dicimus autem mala proprie & naturaliter non eſſe, niſi ea, quę crimine mentē implicant, & conſcientiam ligant, ita text. in ca. illa. 15. quæſtio. prima. ex eodem met text. dicemus è contra, quia contrariorum eadem eſt ratio, bona proprie & naturaliter non dici, niſi ea, quæ conſcientiam & mentem ad cœleſtia deſideria erigunt, ut eſt ieiunare, pęnitentiam agere, eleæmoſynas elargiri, pęcunias ad inferendū infidelibus bellum erogare.

Con

Conſtitutiones igitur, quæ huiuſmodi ſunt, etiam priuilegiatos continere concedimus, & ita loquuntur Geminia. & alii in dicto capitulo nemo, de electio. in ſexto, & in d. cap. 1. de homic. in 6. & Ioan. Mon. in dic. extrauag. excommunicamus, ſed cõſtitutio, de qua ſermo eſt, non huiuſmodi eſt naturæ, quia ɔ̃here ſine illa ſolẽnitate, nõ eſt de ſui natura malũ, neq; contrahere adhibita ea, non eſt naturaliter bonum eo modo quo ſuperius declaratum eſt, cum id ad excitandã animam ad cœleſtia deſtinatum non ſit, ſed tantummodo ad prohibendum ne ita facile malæ mentis homines alteri nocere poſſint, aliter ſequeretur omnia fere decreta ſemper priuilegiatos etiam continere, cum ea fere omnia quadam ratione cohoneſtẽtur, quæ quoquomodo vtilitatem animę afferre poterit. quod abſonum eſſet. Et cum dicitur omnes, ſed potiſſimum cardinales a fraudibus abſtinere debere, cõcedo, quia fraudes committere de ſui natura malum eſt. ſed fraudis ſuſpicio, quæ in lege conſideratur, in contractu qui alias de ſe non illicitus eſt, nõ cadit in cardinales, ob ſpecialem coniecturam, quæ de ipſis habetur, ut prædictũ eſt, quare omnino concludendum uidetur, cardinales in conſtitutione odioſa quæ ob coniecturatam fraudem diſponit, non comprehẽdi. & ita procedere poteſt id quod atteſtatur Bar. Belenc. in d. loco, ubi a rota ſe præſente fuiſſe iudicatum affirmat, extrauagantem Bonifa. viij. incipit, iniunctæ, & quæ adminiſtrationem eccleſiarum prohibet non oſtendentib. apoſtolica documenta, cardinales non continere, nam illa conſtitutio ob fraudis ſuſpicionẽ, quæ aliter facillime committi poſſet, promulgata eſt, ut in ipſius præfatione liquet, a qua conſtituẽtis mens percipi ſolet, iux. l. fi. vbi Bar. ff. de hære. inſt. qua coniectura in cardinalibus ceſſante, ut prædictũ eſt, recte a rota iudicatum fuiſſe arbitror. Et hæc rotæ ſentẽtia obiectionẽ deſtruit, quã ſuperius feci. nã d. extrauag. iniũctę ad propulſandas fraudes edita fuit, & iñ nõ tanq̃ ad aĩarũ utilitatẽ ɔſtituta cardinales obligat, & ea hac deciſione multi ſimiles caſus decidi poterũt, nã id, qđ de ɔ̃ctu ſine certa ſolẽnitate celebrato diximus, exẽpli gratia tantũmodo poſitum eſt. Quintus caſus eſt, quando conſtitutio generaliter loquens, non præſumptiue ſed diſpoſitiue promulgata eſt, & tunc ſi in eadem materia de qua loquitur conſtitutio, cardinales ſpecialibus priuilegiis funguntur, proculdubio non comprehenduntur, arg. text. not. in l. decurionib. C. de ſilent. lib 12. per quem tex. inquiunt ſcriptores, nunquam cõſtitutionem generalem tollere priuilegia, quæ in eadem materia aliquib. ſpecialiter conceſſa fuere, ut uidere eſt per Soc. in conſ. 153. col. 10. & in conſil. 299. in 1. uol. & per Barb. in c. eccleſia S. Mariæ, de conſt. in c. 1. de reſcr. per Iaſ. in l. poſt quam liti. C. de tranſ. in fi. & iſta concluſio ex no. per Dec in conſ. 5. & in conſ. 301. quem nouiſſimi ſequuntur in l. 1. ff. ſol. matr. ubi Iaſ. dixerat ſtatutum generaliter loquens nõ comprehendere caſum dotis, motus authoritate Sali. in l. ſi. C. de iur. dot. Dec. n. & nouiſſime eũ in d. l. 1. ſequentes, autumant, Iaſ. Sal. mentem non intellexiſſe, quia loquitur quando dos in eadem materia habebat præcipuũ ius, & ſic iſto caſu conueniunt oẽs, ſpecialia. ſ. priuilegia a generalibus conſtitutionib. in eadem materia promulgatis non deſtrui. quod & rationi ualde conſentaneum eſt, cum nihil tam naturale ſit, q̃ id eo modo diſſolui, quo ligatum eſt. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. ergo generalia generalibus, & ſpecialia ſpecialib. ſunt tollenda. & ita de cardinalib. loquens tenet ẽt Gondiſ. in trac. de card. q. 12. Sextus caſus ſit, qñ cardinales non ſpecialiter priuilegiati ſed in ea materia in qua conſtitutio loquitur, ipſi anteq̃ cardinales crearentur, aliqua prærogatiua gaudebant, tanq̃ illi qui de certo genere perſonarum erant, exempli gratia, ſanctione aliqua cautum eſt, ad officia quædam ſeu dignitates aliquas, populares admitti poſſe. nobiles autem non poſſe. An popularis ad cardinalatum aſſumptus dicta officia dignitateſue conſequi poterit? An uero appellatione nobiliũ cardinales quoq; qui nobiliſs. & illuſtriſs. ſunt ut in 6. q. diximus, comprehendãtur & incapaces ſint. Et iſto caſu dico cardinales, qui antea populares erant, ſub nobiliũ nomine non excludi. hoc, textu, ratione, & authoritate, probamr, tex. eſt not. iunctis ibi no. per Bar. in l. Alexandrinis, in fi. C. de decur. lib. 10. per quem tex ibi Bar. quamuis doctor q per 20. annos legit, comes efficiatur iux. l. 1. C. de profeſ. qui in urb. Conſtan. Si tamen is antea popularis erat, & tanq̃ popularis ad officia admittebatur, ad quæ nobiles admitti nequeunt, eum dicta officia conſequi poſſe, ẽt ſi ipſe & comes & nobilis ſit effectus. ad idẽ uidetur tex. no. in l. falſa. §. ſi cui. ff. de cond. & demon. per quem dicit ibi Bal. tabellionẽ, qui doctor factus eſt, adhuc inſtrumenta conficere non prohiberi. quare ita & in propoſito caſu dicendũ uidetur, eum. ſ. qui capax horum officiorum erat, ob dignitatem cardinalatus capacem eſſe non, deſinire, hoc idem ratione ſuadetur, nam dignitas ad augmẽtum tradita eſt, ergo diminutionem operari non debet. l. legata inutiliter. ff. de adim. legat. cum ſim. & rationem hanc ſenſiſſe uidetur iureconſ. in d. §. ſi cui. ibi, honor enim auctus eſt, non mutata conditio, hanc eandem rationem expreſſe affert text. not. in l. 3. C. de dignit. libr. 12. dum ait, maior dignitas nulli debet circa prioris dignitatis uel militię priuilegia pręiudicium afferre. Demum hæc opinio Alex. teſtimonio confirmatur, qui ita in ſimili caſu loquutus eſt, in conſil. 32. 5. uolum. Septimus caſus eſt, quãdo ſumus extra caſus enarratos, & tunc conſtitutionem generaliter loquentem etiam cardinales comprehẽdere arbitrarer, per tex. & ibi Bal. in l. in fraudem. §. fin. ff. de teſta. milit. & per text. in l. data. C. de donatio. ubi lex generaliter loquens, & inſinuationem requirens, ẽt inter coniunctos, & inter patrem & filium, qui ſpeciali fauore digni ſunt, locũ habet, & per d. leges Dec. in conſ. 426. ait, conſtitutionem generalem ẽt perſonas priuilegiatas continere, facit. l. 1. §. quod autem. ff. de aleat. vbi ſermo ſimpliciter prolatus a lege omnes caſus continet, licet in uno maior rõ q̃ in alio vigeat, quem tex. ſæpe ad hoc Dec. adducere cõſueuit. faciunt quæ a Dec. tradita ſunt in d. conſ. 5. & in d. conſ. 301. & ab aliis in l. 1. ff. ſol. mat. vbi contra Iaſ. concluſum eſt, ſtatutum generale etiam dotis caſum comprehendere, licet dos ſemper & vbique præcipua ſit, iux. l. 1. ff. ſol. mat. & iſto caſu locum habeant. ea, quæ a prædictis ſcriptoribus hanc partem ſequentibus aſſeruntur. Animaduertendum tamẽ eſſe exiſtimarem, quia poſſet conſtitutio hęc adeo eſſe odioſa, & a terminis iuris exorbitans, ut uериſimile nõ uideretur, conſtituẽtem ipſum perſonas adeo egregias, ut cardinalẽs ſunt, comprehendere uoluiſſe. tunc. n. eos comprehendi nõ iudicarẽ, quia in generali diſpoſitione non ueniunt niſi ea, quæ diſponens in ſpecie uериſimiliter facturus fuiſſet, arg. l. obligatione generali. ff. de pign. cum concor. facit glo. in l. tale pactũ, de pac. animaduertẽdum ẽt eſſet ad uerborum pręgnantiũ uim, quæ multum operari conſueuerunt, ut in locis cõibus traditum eſt. In reliquis ad rem hanc pertinentibus, doctiores & me perſpicatiores ſuppleant. Non eſt ſilentio p̃tereundum d. Rom. in ſing 459. ubi quærit, ſi papa alicui tranſmutando uotum pęnitentiam iniungat, nunquid ſummus pœnitentiarius, qui unus ex cardinalibus eſſe conſueuit, eã immutare valeat, ait autem, cum hoc Romæ contigiſſet cardinali de urſinis, qui ſummus erat pęnitentiarius, a ſapientib. reſponſum fuiſſe, id fieri non poſſe, quia minor magiſtratus diſpoſitionem ſuperioris alterare non poteſt. l. minor magiſtratus. ff. de arbitr. In contrarium tamen inquit glo. eſſe ſingularem in c. tempora pœnitudinis. 27. q. 7. uerum hoc non eſt præcipuum in cardinali, ſed in quocunque pœnitentiario, ut ex illa glo colligitur, ac etiam ex not. per Roman. qui quæſtionem ſuam ponit in epiſcopo.

Quartumdecimum habent priuilegiũ cardinales, q̃ orto ſchiſmate, vel alio caſu eueniente, in quo concilium conuocari debeat, ſi papa in eo congregando negligens comperiatur, tunc iſta conuocandi concilii facultas ad cardinales pertineret, utpote ad maiores uniuerſitatis iux. l. 1. cum ibi not. ff. de alb. ſcribe. ipſi. n. cæteris omnibus dicuntur eſſe maiores, & poſt ſummum paſtorẽ ſuprema dignitate fungũtur. Hoſt. Io. And. & Imo. in c. dilectus, de præben. Feli poſt nonnullos in rub. de maior. & obed. & Rom. in conſ. ult. ergo ad eos, ut diximus, huiuſmodi poteſtas deuolueretur, ut tradit card. in conſ. 150. in 2. dub Abb in c. licet, col. 2. quem ſequuntur ibi ſcrib. de elec. ubi ait hoc piſis cõtigiſſe, ſequitur Dec. in cõſil. 151. Epiſcopis aũt negligentibus hæc congregandi concili facultas ad imperatorẽ, & ſucceſſiue ad alios principes, demum ẽt ad inferiores gradatim deuoluitur, ut hr̃ in locis, in quibus hac de re pertractatur, quæ quidem a materia propoſita aliena eſt. Sed quo ad cardinales attinet dicimus, eos primos eſſe, ad quos ea pertinet, quia aliis maiores ſunt.

Quintodecimo, hac prærogatiua cohoneſtantur, quia ẽt ſi in urbe uicarius pontificis plena iuriſdictione fungatur, tamen cardinalium ſubditi a uicariis ſuis iudicantur, eiſque de iure ſunt remittẽdi. teſte Mart. Laud. in 1. tract. de card. q. 17. adducit card. in clem. ne Romani, licet de hoc Franc. Paul. in trac. de ſede uacan. in 10. q. 2. par. non mediocriter dubitauerit.

Sextodecimo, quorũdam ſapientũ fuit ſententia, cardinales aliud ſpeciale ius habere. ſ. quia ratione unionis maxime, quæ inter eos & põtificem intercedit, deberet eorum cętus dimidiam bonorũ pontifici donatorum habere, & econtra, ut Mart. Lau. tradit in 2. tract. de cardin. q. 3. idem uoluit Firm. in ſuo reper. in verbo, collegium cardinalium, citat eundem Mart. Laud. in cap. requiſiſti, de teſta.

Decimoſeptimo, eiuſdem præcipue unionis intuitu pont. max. tenetur

car-

cardinalibus indigentib. ſubuenire, eiſq; iuxta eorum qualitatem ac maximam dignitatẽ prouidere. Hoſt. in c. antiqua, de priuileg. quem ad hoc retulit Mar. Laud. in d. 2. tract. q 6. idem uoluit Petr. a Baiſio in trac. direc. elec. quæſtio. 35 quid enim magis conueniens eſt, quam ut a capite ſuis membris indigentibus ſubueniatur?

Decimooctauo, cardinalis & non eps ſolenniter benedicere poterit, ut per ſcrib. habetur in c. 1. de ſupplen. neglig. prælat. ſequitur Firm. in tract. de epiſcopo. quæſt. 15. in 3. lib. & Mart. Laud. in 2. tracta. de cardin. quæſtio. 21.

Decimonono, cardinalis legatus etiã in exemptos iuriſdictionẽ habet, licet in aliis legatis ſecus ſit, niſi id ei a ſummo pont. concederetur. c. 1. de uerbor. ſign. in 6. & c. ſi abbatem, de elect. eo. tit. poteſt etiam conferre beneficia iux. c. 1. de off. leg. in 6.

Vigeſimo, ad cardinalatum promotus, etiam ſi ad hũc magnum ordinem aſſumptus ſit, priora tamen beneficia retinet, ſecundum communem ſapientum ſententiam, quam Hoſtien. Io. And. Butr. & alii tradiderunt in c. eccleſia ueſtra. 2. de elect. licet prima facie contrarium uerius eſſe uideretur, per ea, quæ ibi prodidit Abb. qui contrariam partem amplexus eſt. ſed hoc eum ad ęmulationem dixiſſe, cum cardinalis fieri ſummopere deſideraret, atteſtatur Firm. in d. trac. de epiſco. in 1. par. 2 libri. q. 21. uerſic. ad cardinalatum, ſubiungens ita & de curiæ conſuetudine obſeruari. Prædictaque affirmat Mart. Laud. in dic. 2. tracta. quæſtio. 41.

Vigeſimoprimo, licet cardinalis iudex, vt ſuſpectus recuſari non prohibeatur (quod tamen an uerum ſit habetur per Spec. in tit. de legat. §. ſequitur, uerſ. cardinalis, & per Philip. in c. poſtremo, in 6. q. de appell.) tamen ſuſpicionis cauſa valde iuſta & potentior, quã in aliis exigenda eſſet. Dec. poſt multos, quos retulit in cap. nouit. de appell.

Vigeſimoſecundo, quãdo cauſa, quæ prius auditori cõmiſſa erat, cardinali committitur, denuntiata auditori commiſſione abſque aliqua inhibitione, non poterit auditor ille vlterius procedere, quod ſecus eſſet ſi cauſa illa alteri commiſſa fuiſſet, ut per Dom. de Rota, in deciſ. 24. de dol. & cont. in antiq. vbi etiam nonnulla alia, quæ ob cardinalatus dignitatem conceduntur, inuenientur.

Vigeſimotertio, de ſtilo curiæ eſt, ut ſoli cardinales legati de latere nuncupentur, Spec. in tit. de lega. §. ſequitur, in princ. facit gloſ. magna in cap. penult. de off. leg.

Vigeſimoquarto, alio ĩſigni priuilegio cardinales decorati fuerę. eis. n. a Sixto. iiij. cõceſſum fuiſſe aiunt, ut beneficia eccleſiarum, in quibus titulari, aut commendatarii ſunt libere conferre valeant, non obſtantibus reſeruationibus expectatiuiſque, niſi fortaſſe vacarent in curia. & ſummus pont. de dictis eccleſiis, niſi expreſſo illius cardinalis ordinarii, vel commendatarii conſenſu prouidere non debet, ut citato Franc. Paui. atteſtatur Felin. in c. his qui, de maior. & obed.

Vigeſimoquinto voluerunt nonnulli ad deponendum cardinalem cõcilium generale congregari debere, cumque aliter deponi non poſſe. ita Hoſt. in c. 2. de cler. nõ reſid. ubi præmiſſa proteſtatione ſe contra pont. poteſtatem loqui nolle, ait, non ſine miniſterio in d. ca. ad depoſitionem cardinalis ſynodum congregatam fuiſse. quod quidem documentum ualde magnum ac ſingulare foret ſi ab aliis approbaretur. ſed illud ibi reprobarunt Abb. & alii per glo. in c. ad apoſtolicæ, de iudic. in 6. cum tamen a ſolo pontif. deponi non poſse tenuit Dec. in rubr. de conſt. col. 3. in 2. lectura, referendo Barb. idem tenentem in tracta. de præſtan. card. uerum quia hoc inter ardua negotia annumerandum eſt, crederem huius difficultatis veritatem ab illa. q. dependere, in qua diſputatum eſt, utrum ſolus pontifex ardua expedire poſſit.

Vigeſimoſexto dico cardinalem ſine maxima & iuſtiſſima cauſa deponi non poſse, ut uidere eſt in d. cap. 2. ſi eius uerba recte accipiantur. Pro cuius concluſionis robore ſubeſt illa ratio, cardinalatũ ſcilicet a iure diuino originem traxiſſe, ut in 5. q. fuit oſtenſum. ea uero, quæ iuris diuini ſunt, abſque grauiſſima & potentiſſima cauſa alterari non poſſunt, ut not, in l. fi. C. ſi contra ius uel util. publ. habetur in c. quæ in eccleſiarum, de cõſtit. & per Dec. in conſ. 602. quã concluſionem late approbauit in ſpecie Iaſ. in. cõſ. 145. 1. vol. Nec ob. ſi diceret pontificẽ coniectura legis ſemper iuſta cauſa motũ eſſe cenſeri, quia reſpondeo vbicunq; aliquid niſi ex iuſta cauſa fieri prohibetur, eam ſemper apparere euidenter, & ueram eſſe oportere ſecundum Innoc. in c. pen. de dilat. quem ſequitur Fell. in d. c. quę in eccleſiarum. late habetur per Dec. in d. conſ. 602. & ſeq. licet in contrarium videantur ea, quæ de epiſcopo ipſemet Dec. ſcripſit in c. ſi. de confir. util. uel inutil.

Vigeſimoſeptimo cardinales quamprimũ ad tantam dignitatẽ euecti ſunt, de patria exeunt poteſtate, ut not. per gloſ. quæ multa adducit in extrauag. Io. 22. incip. Execrabilis, in uerbo, ſublimitatem, extra commu.

Vigeſimooctauo quoniam Reuerendiſs. Cardinales regimini eccleſiæ vniuerſalis inuigilant, & conſequenter cuiuſcunque particularis eccleſiæ curę dicũtur deſeruire, iure diſpenſati ſunt, vt plura beneficia retinere non prohibeantur per text. in d. extrauag. execrabilis, per quẽ ita dixit Io. And. in additio. ad Specu. in titu. de lega. licet id regulariter prohibitum ſit, vt in 45. quæſtio. diſcutiemus.

Vigeſimonono quamuis illa verba, viſis &c. quæ communiter in ſentẽtijs apponi conſueuerunt, fidem non faciant, tamen ſecus eſt in ſententia cardinalis legati, quia tunc plene probant, Ita ſingu. uoluit Innoc. in c. cum dilectus, de accu. cui multi pręclari authores accedunt, quos refert & ſequitur Felin. in c. quoniam contra. num. 60. de probat.

Trigeſimo vbi cardinalis legatus præſens reperitur, ibi minor officium exercere nõ poteſt, c. volentes, de offi. leg. & poteſt eum abſoluere, qui pro violenta manuum iniectione in clericum excommunicatus eſt, licet hoc ſedi apoſtolicæ reſeruatum ſit. capitu. quod tranſlationem, de offic. lega.

Trigeſimoprimo cardinales priuilegio gaudent, de quo in capit. quia periculoſum, de ſent. excom. videlicet ut ipſi in ſententia excommunicationis generaliter promulgata non contineantur, niſi de eis ſpecialis mentio facta ſit. ita Io. Andr. in d. c. & in addit. ad Spec. in tit. de lega. ſed hoc ad ea pertineret, quę ſupra in 10 priuilegio poſita ſunt.

Trigeſimoſecundo cardinalium collegiũ poteſt extrahẽdi aquã de flumine publico nauigabili eccleſiæ Romanæ ſubiecto. & eam deducendi ad alium locum licentiam concedere. l. quominus. ff. de flum. iuncto capit. eccleſia habet ſenatum. 16. quæſtio. 1. per quæ iura ita inquit Firm. in d. repert. in uerbo, collegium cardinalium.

Trigeſimotertio ob magnum cardinalis honorem, cauſa, quæ ſemel ei commiſſa fuit, inferiori niſi de ſpeciali papæ mandato non committitur, ita Egid. in deciſio. 37. incip. ubi appellatus, in fine, huic dicto ſimilis eſt quædam Dominorum Venetorum ſanctio, qua cautum eſt, ubi ſuperior os poſuit, Inferiorem imponere non poſſe. Trigeſimoquarto, quamuis in cauſis alteri quam cardinali commiſſis, ipſe terminorum obſeruationes citra ſpecialem conſenſum alteri committere nõ poſſit, tamen ſecus eſt in cauſis cardinali commiſſis, ita obſeruari ſolitũ eſſe atteſtatur Egid. in deciſ. 43. Trigeſimoquinto, cardinalis non poteſt per quamcunq; exceptionem etiã excõmunicationis a pont. electione repelli. text. eſt in clem. ne Romani. §. cæterum, de elect. Trigeſimoſexto, iure optimo dici poſſet, cardinales qui eccleſiæ ſenatores ſunt. cap. eccleſia habet ſenatum. 16. quæſt. 1. ſenatorum exemplo immunes eſſe debere iuxta l. ſenatorum. C. de dignit. lib. 11. facit lex 1. C. de præpoſ. lab. eo. lib. Trigeſimoſeptimo, cardinalis quia illuſtris perſona eſt, non debet per ſe ſed per procuratorem litigare. Spec. in tit. de actore. uerſic. illuſtris perſona. Trigeſimooctauo, cardinalis q̃ illuſtris eſt (ut ſæpe diximus) non debet in iudicio ad præſtandam fideiuſſionem aſtringi, & in ſcriptis citandus eſt. l. quotiens. C. de dignita. lib. 12. Trigeſimonono, uidetur dicendum cardinalium cętum legem non contrariam iuri communi condere poſſe, quemadmodum & ſenatus Roman. poterat. l. non ambigitur. ff. de legi. ita Firm. in d. loco, cardinales demum haberẽ illa ſex priuilegia epiſcoporum, de quibus per glo. in cap. fin. de priuileg. in 6. teſte Ioan. And. in addit. ad Spec. in dic. tit. de leg. Quadrageſimo & vltimo non eſt prætereundum, Nicolaũ. IIII. medietatem fructuum eccleſiæ cardinalibus conceſſiſſe, ut in bulla dictæ conceſſionis apparet, quam ego uidi, & hoc eſſe arbitror id quod ſenſit Firm. in ſuo ſummario, in verbo, collegium cardinalium, dum ait eos medietatem fructuum apoſtolicæ ſedis habere, citat Domin. de S. Gem. in c. fundamenta, de elect. in 6. quamuis ibi nullum uerbum de hoc inuenerim. Multa quoque alia cardinalium maxime legatorum priuilegia fortaſſe comperirentur, tamen quia circa legatos non intendimus immorari, uidenda erunt loca ordinaria de off. legat. & Barba. in tract. de præſt. cardin. ubi

mul-

multa de cardinalib. legatis edidit. non eſt prætereunda gl. in d. extrauag. execrabilis, in uerbo, ſublimitatem, quę oouẽ priuilegia commemorat, quorum tamẽ potiora hic per me relata fuere, & ea, quæ mihi huic rei, de qua agimus, conferre uidebaotur. poterit etiam uideri Franc. Paul. in loco relato per Felin. in cap. ad aures. de reſcrip. Multa quoque alia, quæ de ſtilo curię obſeruaotur & a regulis cancellariæ tradita ſunt, omittuntur.

Quæſt. XLIII.

Breuiter hic tangamus, quia ampliſſimi patres. S. R. E. cardinales nuncupantur, utrum illi, qui extra vrbem ad cardinalatum cooptantur, & maxime qui ſede apoſtolica apud auinionem commoraote cardinales creabantur, quo caſu pontifex caſualiter extra urbẽ nũ comperiebatur, ſed ibi ſedes aderat, an. ſ. iure tales. S. R. E. cardinales appellari deberent. Breuiter reſpondetur, gloſ. in verbo. S. R. E. cardinales, in d. extrauag. execrabilis, quęſtionem hanc tetigiſſe, quæ ad vtranq; partem arguit, concludendo tandem eos recte cardinales S. R. E. nuncupari, quia ubi ſummus pont. eſt, ibi Ro. eccleſiam adeſſe iura ſenſerunt, ergo &c. vt ibi in d. gloſ.

Quæſt. XLIIII.

Non relinquendum eſt, utrum cardinales poſſint a ſolo pont. promoueri, creariq;. Io. And. & Ant. in c. ſane, de cõuerſ. coniug. tenuerunt poſſe. quib. accedit Feli. poſt alios in rub. de conſt. & Dec. ibidem in 2 lect. col. 3. an hoc ideo a ſapientib. dici, quia eorum crebrior ſententia eſt, ſolum pontificẽ poſſe ardua eccleſiæ negotia expedire, & ſic creare cardinales arduum eſſe negotiorum arbitrantur, & recte ut in 39. q. diximus, ad quam hæc tota pertinet difficultas.

Quæſt. XLV.

Quadrageſimoquinto principaliter quæritur quomodo cardinales in beneficiis ſe habere debeant. & ſi ſuperius cardinalium enarrãdo priuilegia diximus, eos plura beneficia retinere non prohiberi, pergratum tamẽ fore arbitror, ſi explicauerimus, qualis hac in re canonum ſit cenſura, & quib. & ſacrę conſtitutiones rationib. innitantur. Vt apte igitur procedamus, quæſiti propoſitæ reſpondendo breuiter dicendũ videretur, illos plura beneficia incompatibilia habere nõ poſſe, niſi id eorũ dignitatis culmen expoſtulet, ut conſiderata eorum maieſtate cõmodam ac honeſtã uitam degere valeãt, iux. c. cum ſm apoſtolum, de pręb. & ſi poſſibile foret hoc ut uno tñ beneficio contingere, adeo ut ſingulares in beneficio reperiantur, id ab eis obſeruandum eſſe uideretur, quia legitur in clericis beneficiorũ maxime incompatibiliũ pluralitatem a iure nouimus improbari, tum pp impotentiã pluribus deſeruiendi, tum et ne ab uno ſolo plurimorum ſtipendia uendicetur. hoc. o. modo unus eſuriret, & alius ebrius eſſet ꝯ apoſt. ad Cor. 11. & de hoc eſt text. quem ibi not. Abb. in c. quia nonnulli, de cler. non reſid. & tex. not. in d. extrauag. execrabilis, ubi colligitur ex eo quoq; memoratam pluralitatem a legib. abhorrere, ne per eam clerici uitium ambitionis incurrant, & ne ad turpiorem uitam in ornatu & morib. delabantur. multa quoq; alia mala a d. pluralitate prouenire docuit ille text. in d. extrauag. idque habetur & in c. quia in tũ, de pręb. verum qñ uitam condecentem, attenta eorũ dignitate maxima degere non ualerent, quia ſingularis beneficii redditus non ſatis eſſent, tunc diſpenſationẽ a ſummo pont. eis facile concedendam eſſe iuris interpretes tradidere. Similiter & qñ clericus plura beneficia conſequi deſideraret, quorum nonnulla ad ſumptus prædictos ſufficerẽt, tunc diſpenſatio a pont. maximo neque paſſim, neque indiſtincte eſt ꝯcedenda, ſed ex iuſta cauſa, & inſpecta illius qualitate, cuius morib. & uirtutib. obſequẽdũ ſit, iux. not. per gl. Abb. & alios in c. de multa, de præb. nam ubi alicui plura beneficia cõferuntur, qui utilior eccleſiæ ſit, ꝗ plurimi eſſe crederentur, eo caſu Dei honor & publica utilitas procuratur ſm Inno. in c. cum iamdudũ. de præb. quẽ ſequitur Abb. in c. conquerente, de cler. nõ reſi, & in d. c. de multa. iuſtam aũt diſpenſandi cauſam eſſe aiunt, vt puta, ſi diſpẽſatus uir eſſet doctus, ac probatæ famæ. induſtrioſuſq;, cuius opera & uigilantia eccleſiæ perquam utilis eſſe ſperaretur, nam eccleſiã literatis uiris indigere, & ob id eis multa concedi, quæ aliis prohibentur, vołur tex. in c. cũ ex eo, de elec. in 6. cũ ibi not. & tex. in d. c. de multa, & in c. ſup ſpecula, de magiſt. cũ aliis infinitis, quę in 8. q. diximus. tales igitur circa pluralitatem beneficiorum diſpenſandos eſſe ait Innoc. in d. c. cum iam dudum. Abb. in d. c. de multa. & Felin. in c. nonnulli, nu. 63. de reſcrip. ratio autem huius dicti videtur in promptu, nam bona eccleſię ſunt ſtipendia clericorum in eam militantiũ, tex. eſt in d. c. nonnulli. de cleric. non reſid. & in d. extrauag. Execrabilis. unde non immerito ab eo qui utilior eccleſiæ eſſe creditur, quam alius maiora quoque ſtipendia percipi poſſe concededuni, eſt militiæ ſæcularis exemplo, in qua diuturni mores docuere egregios milites maiora aliis ſtipendia ꝓmereri. Accedit & huc ob excellentiam ſubiecti a iuriũ ſanctionib. recedi poſſe, ut in d. l. Ad beſtias, cum ibi no. ff. de pœni. & hoc ſi recte inſpiciatur, expreſſe uoluit Abb in capitu. De multa. & Innocen. in cap. cum iamdudum. ubi ſentit ex diligentia talium uirorum publicam utilitatem oriri, quæ priuatę anteponenda eſt. cap. mutationes. 7. quęſt. prima. diſpenſatus igitur ex iuſta cauſa poteſt plura beneficia abſque animę detrimento retinere, etiam ſi alterum ſufficeret, per iura & rationes præmemoratas. Si uero gratiam hanc clericus a Sũmo pont. ſine iuſta cauſa conſequeretur, tunc eũ quo ad eccleſiam militantem ſcribentes tutum eſſe affirmaruot, ſecus autem quo ad Deum ita Hoſt. & Abb. in c. dudum. 2. de elec. adducunt in arg. c. illa. 14. q. 7. & gl. in c. monaſterium. de ſtat. reg. idem ſenſit Abb. in d. c. de multa, de pręben. & in c. Quia nonnulli. & in c. conquerente, de cler. non reſid. dicunt enim diſpenſationem Summi pont. quæ ſine iuſta cauſa indulgetur diſſipationem nuncupari, ita Archi. in ca. ꝯſ. 1. a. diſt. & hoc quia papę poteſtas debet a decentia & diſcretione moderari. c. quanto, de iureiu. rurſus idcirco diſpenſationem aotelatã uidelicet ſine iuſta cauſa, non tenere tradidit Abb. in d. c. dudum, quia ſic non tantum humaoi iuris diſpoſitio lederetur, ſed & Chriſti patrimooium iniuſte diſpergeretur, ſed pont. Max. abſque graui peccato bonis eccleſiæ abuti non poteſt, ut per Arch. in c. non licet. 12 q. 2. & per eundẽ Abb. in conſil. 41. in 1. uol. ergo longe minus hoc mõ aliis abutẽdi facultatem cõcedere poterit. Sed ꝯ Abb. uř facere tex. in cle. 1. in ſi. ut lit. pẽdẽ. ubi hř papã in his, quæ ad eccleſias pertinent, plenam & liberã hře ptãtem, ad idẽ eſt tex. in c. 2. de pręb. in 6 ex quibus Ale in conſ. 101. in 7. uol. eundẽ Abb. reprehendit. qui in c. cũ eſſes, de teſt. his rationibus motus dixerat. pon. Sũmũ ſine iuſta cauſa de beneficiorum prouentibus teſtandi licentiam concedere noo poſſe. ait enim Ale. papam in his & ſupremam habere ptãtem, & in eo iuſtam cauſam præſumi, vt in ſequentibus quoq; demonſtrabitur. Si tñ ſine iuſta cauſa quis diſpenſaretur, forte & qui diſpenſãt, & qui diſpenſatur, ſiid ſciret, Deo rationem eſſet redditurus. non omitto eundẽ Abb. qui in d. cõquerente, de cleri. non reſid. dixit eos, qui diſpenſantur, tutos non eſſe, quãdiu ſuperabũdantes beneficiorũ fructus in cauſam nõ piam erogarentur, ſentiẽs e ꝯ ſecus eſſe. idem ſenſit & in d. c. De multa, & in d. c. dudũ, dũ pro ratione aſſignat. quia papa alteri facultatem abutẽdi bonis eccleſię concedere non pñt. quæ quidẽ ratio abuſus, licet in ſe vera ſit, tñ Abb. intentionem probare non uř, ſed de his inferius dicetur. accedunt not. per Imo in ſ. d. c. de multa. nonnulla etiam alia circa pluralitatis diſpẽſationem videri poterunt per Arch. in c. licet canon. de elec. in 6. & in c. clericus. 21 q. 1. & per Alb. in dic. ſuo, in uer. benefi quicquid aũt de pluralitate beneficiorũ rřr in clericis ſancitũ ſit, in cardinalib. vř eſſe præcipuum ius, ut plura beneficia retinere poſſint p tex. in d. extrauag. Execrabilis, per quam ita dixit Ioan. An. in addit. ſpec. in tit. de leg. ut ſuperius in priuilegiis dictum eſt. rationem autem eſſe ait tex. in d. extrauag. quia dum ipſi eccleſię vñi deſeruiunt, cuilibet & deſeruire exiſtimantur, & ꝯñt ceſſant rationes. c. quia nonnulli, de cleric. non reſid. quę plura beneficia retineri poſſe non conceduot, tum quia nequeũt plura adminiſtrare, tum & ne plurimorũ ſtipendia uendicentur, ut ibi notat Abb. nam, ex quo cardinales curæ eccleſię cuiuslibet inuigilare dũr, & ut diximus in quinto priuilegio, quia pontifici ſeruiunt, non dũr abſentes, ſed potius iuris interpretatione in ſuis beneficiis reſidere cenſentur, ut per Io. And. & Abb. in capitulo ex parte. el primo. de cler non reſid. & Oldrad. in conſil. 48. & per Ioan. Andr. in addit. ad ſpecul. in titul. de legato. hoc modo ceſſat ratio prima de qua in dicto capitulo quia nonnulli. & conſequenter altera quoque diſſoluitur. quia cum omnium eccleſiarum curam gerere, & in ſuis eccleſiis, iam & habitent, præſentes tamen eſſe a legibus cenſeantur, non inconueniens eſt, ſi ipſi plurimorum ſtipendia ſibi aſſumant. publicam enim utilitatem in huiuſmodi gratiis priuatæ anteponendam eſſe docuit text. in capitulo bonæ, primo. de poſtul. prælat. & Innocent. in dicto capitulo cum iam dudum, cui alii prædicti iuris interpretes acceſſeruot. Crederem tamen eos teneri ad deſeruiendum eccleſiis ſuis per miniſtros, ne dictæ eccleſiæ deſerantur.

An autem dicti ampliſſimi patres de fructibus beneficiorum ſuorum liberam habeant utendi atque adminiſtrandi arbitratu ſuo, dũ uiuunt, poteſtatem. ſapientes adeo in hac materia uariarunt, ut ſcitu difficile videatur, quænam ſen-

ſententia potior ſit. Tres enim opiniones præcipue reperiuntur, quæ per Imo. relatæ ſunt in c.fi.de pec.cler. Prima fuit Innocent. & Ioan. Andr. qui ualde poteſtatem clericorum in beneficiorum prouentibus coarctarunt, quorum opinionem de iure quoque ſequutus eſt Anton. Abb. etiam & in capitu.cum eſſes, de teſt. & in multis aliis locis ſe huius ſententiæ ſemper fuiſſe ait, clericos ſcilicet dictorum fructuum dominia nō nanciſci, ſed (excepta quantitate modica) quicquid ſupereſt, id totum in pios uſus erogare debere. Secunda fuit Flor. ſententia, quæ poteſtatem hanc in clericis adeo dilatauit, ut eos reddituum beneficiorū ſuorum qualiumcunque dominos eſſe atteſtatus ſit, inquiens clericos poſſe illos pro libito elargiri, talemque donationem de iure irreuocabilem eſſe. Tertia fuit opinio Hoſtien. & glo. in cap. præſenti. de offic. ordin. in ſexto, quæ mediam uiam amplexa, beneficia adminiſtrationem habentia a ſimplicibus diſtinxit. & illa plurimis placuit. Cui adhæſit etiam Imo. in d. cap. & Firm. in tract. de epiſcop. in 4. par 4. libri. de cuius ueritate uideri poterunt ea, quæ per Dominic. & Philipp. Franc. in dicto capit. præſenti, tradita ſunt. Rationes quoque prædictarum omnium opinionum late & diſtincte ſatis habētur per Imo. & alios in d. cap. fin. quas hic referre examinareq; non curamus, ne præter inſtitutum ad longiores tractatus digrediamur. Ne tamen ita ſicco pede in hac ambigua difficultate pertranſeamus, mihi in ea, ſaluo ſaniori iudicio, ſic dicendum uideretur. Primo enim dictorum fructuum abuſum illicitum eſſe extra dubium eſt. nam ſi eos clericus in meretrices, uel alios reprobatos uſus impenderet, peccaret utique proculdubio, neque illo caſu licentiam a ſummo quoque pontif. obtentam prodeſſe arbitrarer, quia, ut inquit Abb in cap. dudum. 2. de elec. Papa ipſe bonis eccleſiæ abuti non poteſt, ergo longe minus alteri poteſtatem abutendi concedere poſſet. Secūdo autem quando beneficia ſunt ad aliquem pium uſum ſpecialiter a teſtatoribus deſtinata, tunc abſque dubio, quicquid ſubtrahitur, rapinam eſſe cenſeo, quia teſtatoris uoluntas lex eſt. §. diſponat. in authen. de nup. & illo caſu clericum in alium uſum dicta bona conuertendo non peccare modo, ſed etiam ea reſtituere debere exiſtimarem. neque illo caſu crederem aliter a papa diſpenſatos in foro cōſcientiæ tutos reddi, niſi in alium uſum æque bonum tot aliæ pecuniæ propriæ ipſius clerici erogarentur. iuxt. clem. quia contingit, de relig. domi. aliter enim uoluntas teſtatoris, ut ſcimus, immutabilis eſt. idem dici poſſet fortaſſe etiā, quando ab eccleſia in aliquos uſus deſtinata fuiſſent, nam ſi clericus ea in alios uſus impenderet, ita ut ſupra, non modo peccati, ſed etiam reſtitutionis uinculo teneretur. tamen inter caſum hunc & præcedētem poſſet forte differentia hæc aſſignari, quia hoc ultimo caſu uenia a ſede apoſtolica impetrata, is tutus redderetur. quia papa in his quę ad eccleſias pertinent, liberam & plenam poteſtatem habet, clem. 1. in fi. ut lit. pend. capit. 2. de præben. in 6. tradit Alexan. in conſil. 101. in 7. uolum. ſecus autem in primo caſu, quia niſi deſtinata per teſtatores, uel in eos uſus ad quos deſtinata ſunt, uel de licentia ſummi pont. in alios æque pios erogarentur, iuxta dic. clem. quia contingit, clericus proculdubio teneretur. Tertius caſus ſit quando beneficia uſui clericorum in eccleſia militantium deſtinata fuere, quæ quamuis pinguia ſint, alio tamen uinculo aut obligatione obſtricta non reperiuntur. & tunc clericum fieri dominum opinarer, hoc excepto, quia ſi eo, quod ex dictis prouentibus ſupereſt, ad turpes animi cupiditates explendas abuteretur, uel aliis, utpote conſanguineis, non uere pauperibus immoderate pariter elargiretur, eum omnino peccare exiſtimarem, cum aliis egentibus non ſuccurrat, ut officium charitatis expoſtulat. non tamen ad reſtitutionem hūc obligatum eſſe iudicarem, quia nil ad alium uſum deſtinatum ſubtraxit, & merito abſolutione obtenta a ſuperiore, is quo ad Deum tutus redderetur. & hoc idem eadem ratione in patrimonialibus dicendum uideretur. Concluſionem prædictam ita probo, nam beneficia huiuſmodi, clericorum ſtipendia ſunt, ut inquit text. & ibi Abb. in dic. capit. quia nonnulli. de cler. non reſid. dantur enim pro laborib. illius, qui eccleſiam ſuſcipit adminiſtrandam, ut clare ait Felin. in cap. inſuper. colum. 4. verſic. eſt uerum, de teſti. ubi inquit, clericum percipere beneficiorum redditus ob ſeruitium, & hanc eſſe quodammodo locationem operis, concludens demum hos fructus non immediate ex re eccleſiæ, ſed ex opera clericorum percipi. hæc Felin. hinc habetur fere in toto illo titulo de cleri. non reſid. clericos, niſi ab eorum procuratione iuſta cauſa abſint, dictos fructus percipere non poſſe, ex hoc quoque intulit Abb. & Imo. in cap. de multa, de præben. ut in præcedentibus attigi, eum, qui utilior eccleſiæ eſt, iure optimo maiora ſtipendia conſequi poſſe, quia utiliores labores aliis in eccleſia præſtat. Similiter & ea clericorum ſtipendia eſſe tradit d. extrauag. execrabilis. Si igitur clericorum ſtipendia ſunt, & pro eorum famulatu laboribuſque tribuuntur, ergo etiam in eorum ſumma poteſtate eſſe cenſentur, ſicuti de his quoq;, quę ex ſeruitio & adminiſtratione in eccleſia percipiuntur, fere omnes dixerunt in dicto capitulo præſenti, & in aliis locis præmemoratis. nulla enim ſaltem legitima differentia aſſignari poſſe uidetur inter ſtipendia, quę ex mercede, & ea, quæ ex beneficio ſpecialiter ad hunc uſum deſtinato percipiuntur, quia utroque caſu in remunerationem laborum ac religioſæ militiæ conceduntur, ergo & utrobique idem ius eſſe uideretur, ſi ueritatem intueamur. iura enim non unde dictos prouentus, ſed ex qua cauſa percipiantur, conſiderarunt, & ideo ſicut indiſtincte conceditur, quicquid intuitu eccleſiaſtici laboris acquiſitum eſt, id totum etiam ſi maius præmium laboribus ſit, clericorum effici. idem & hic quando ex fundo pinguiores redditus ad hunc eundem uſum & non ad alium deſtinati perciperentur concludendum eſt. Et ſi forte obiiceret quiſpiam, immo beneficia, bona pauperum nuncupari, ut in multis decretalibus reperitur. Reſpondeo id fuiſſe temporibus eccleſiæ primitiuæ, hodie autem ſunt ſtipendia clericorum, ut diximus. Quartus caſus eſt qn̄ beneficia ad ſtipendia clericorū deſtināntur, quod aūt ſupereſt aliis piis erogationib. dedicatum eſt, tunc cum bona diſtincta non ſint, in clericorum arbitrio eorum adminiſtratio poſita eſſe uidetur. qui etiam ſi in modico deficiant, ſuperabundarentue, id tamen abſque bonæ fidei detrimento cōtingeret, quia homo in his, quod opus eſt, ad unguem facere non poteſt. Si uero exceſſus & magnus & patens eſſet, tunc eum delinquere non dubitarem, ad reſtitutionem tamen fructuum teneri non opinarer, ut hęc omnia fere, de mente beati Thomæ ſenſit Alber. in dict. in uerbo, clericus quarto, cum ſequen. Hic autem unum addendum eſſe omnino exiſtimarem, uidelicet quādo ſumma caritas eſſet annonæ, & populus inopia premeretur, ſuperabundantes redditus ſalua conſcientia retineri, aut pro libito erogari non poſſe. ita probat glo. in capit. fin. 6. quæſtio. prima, & tex. iuncta glo. in capit. ſicut hi. 47. diſtinctio. Et forte hoc idem eſſet etiam in patrimonialibus concludendum, quia tempore inopiæ omnia uidentur eſſe cum pauperibus communicanda per text. in dicto capit. ſicut, per quem ita ſenſit Aret. in conſilio 48. idem dixit S. Ioan. Chryſoſtomus in Homel. 78. ſuper 24. Matth. ubi quo ad eleemoſynam. & iuſtam bonorum erogationem, nullum inter laicos & clericos diſcrimen conſtituit. & prædictæ glo. ſi recte ponderentur, uidentur precedentes noſtras concluſiones corroborare, quia nō ſemper clericus quicquid ſupereſt, erogare tenetur, ſi neceſſitatis tempora ab aliis diſtinguuntur. Et hęc fortaſſe ita diſtincte alibi non habentur. ad quorum confirmationem uideri poterit beat. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtio. 185. uerſic. ad ſeptimum. Et ſi opponeretur ſaltem quatuor partes de dictis fructibus fieri debere, iuxta capit. quatuor, & capit. ſequen. 12. quæſt. 2. Reſpondeo illa iura procedere, quando bona ad illos uſus præciſe & diſtincte deſtinata fuere, ut, ſi recte inſpiciatur, ſenſit beatus Tho. in loco prædicto. & hoc apertiſſime liquet, ſi uerba dicti cap. quatuor, ponderentur, quo caſu diximus aliter facientem ad eorum reſtitutionem obligatum eſſe. hoc autem tempore, ubi hæc diſtinctio nō apparet, prædicta locum non haberent, quia hodie beneficia data ſunt in ſtipendium clericorum, & antiqua iura non ſeruantur, ut per Abbas in capitulo primo, de eccleſ. ædific. ubi ait dictum capitulum quatuor, & alia antiqua iura amplius non ſeruari, ergo &c. nec mirum, nam ſi eccleſia potuit tunc beneficia in quatuor partes diuidere, eadem eccleſia, & inueterata ipſius cōſuetudo, potuit ea hodie ad ſtipendium clericorum deſtinare, fortaſſe, ne eccleſiæ a miniſtris deſerantur, ſed ut hoc modo maior clericorum copia reperiatur. nam, ut prædiximus, papa in his, quæ ad eccleſias pertinēt, plenam & liberam habet poteſtatem. d. clem. 1. ut lit. pen. abuſum ſemper tamen excipio, quem in clericis ſtrictius quam in aliis accipiendum eſſe exiſtimo, quia eos omnino ſanctius uiuere debere cenſeo, iux. illud euang. niſi abundauerit iuſtitia noſtra pluſquam phariſeorum &c.

Quæſt. XLVI.

Opportunum eſt, ut etiam intelligatur, quā iuriſdictionem in ſuis eccleſiis habeant cardinales. Reſpondeo breuibus eos iuriſdictionem epiſcopalem habere. ita Abb. per illum text. in capit. his qui, de maio. & obed. & ideo poſſunt cenſuram eccleſiaſticā fulminare, & alia quæcunq; agere, quæ iuriſdictionis epiſcopalis eſſe noſcuntur. & alibi inquit Abb. ſimilem tex. non reperiri. & Io. Mon. in c. unico, de maior. & obed. in 6. dixiſſe ait, papam ſibi hoc modo reſpondiſſe. hoc idem uoluit Rom. in conſ. 498, & eſt commu.

Quæſt.

Quæſt. XLVII.

Illud quoque breuibus perſtringendum eſt, cui nam cardinales peccata ſua confiteri debeant. Hoſt. in ſumma de pœn. & remiſ. §. cui confiteodum, io verbo, cui cardinalis, narias & diuerſas ſententias retulit. tandem voluit epiſcopos cardinales ſibi libere idoneum confeſſorem eligere poſſe, ut habetur in c. ne pro dilatione. de pœn. & remiſ. & huius dicti rationem eſſe ait, quia epiſcopi ſunt. Subiungit etiam cardinalib. ex cauſa legationis abſentib. hoc idem licere arg. illius. c. ne pro dilatione, cum ibi no. vbi colligitur ex cauſa neminem ſibi confeſſorem eligere prohiberi, licet regulariter id ei non permitteretur. ceſſantibus autem iuſtis cauſis cardinalibus alicui ex papæ pœnitentiariis peccata ſua confiteri debere inquit. tutius tamen arbitratur, ſi a papa eligendi cõfeſſorem ueniam obtinerent, quia cardinales põtifici immediate ſuppoſiti ſunt, argum. cap. omnis, eodem tit.

Quæſt. XLVIII.

Iam me caduca hominum vita commonet, vt poſtquam hucuſque circa ea, q̃ ad gloriam & cardinalium amplitudinem pertinent, elaboraui, ea etiam quæ humanarum rerum fragilitatem oſtendunt, inſcribam. In primis autem occurrit quæſtio, quomodo ſcilicet cardinales io teſtamẽtis cõficiendis ſe habere debeant. Vt diſtincte procedamus ita reſpondeo, aut cardinalis religioſus eſt, & tunc quicquid acquirit, prælaturæ acquiſitum cenſetur, per not. per Abb. in c. 1. de teſt. in fi. & ita præciſe in cardinali ait Pau. de Caſt. poſt Sal. in auth. licentiam. C. de epiſ. & cler. dum vult E. Rom. huiuſmodi cardinalem acquirere, tamen is de ſummi pontiſ. venia teſtari poſſet, ut ait Bal. in l. fi. C. unde legit. & in auth. niſi rogati. C. ad Treb. & in l. ſi quando, io fi. princ. C. de inoff. teſtam. quem ſequitur Alex. in conſ. 101 in 7. vol. & huius dicti meminit etiam Soc. in conſil. 99. in 3. uol. ubi adducit Ange. & Imo. in l. ſi ſeruus communis. ff. de ſtipu. ſeru. aut cardinalis ſęcularis eſt, & is eo caſu libere de ſuis propriis rebus, necnõ & ex propria pecunia partis, ac etiam de aliis intuitu ſuo quomodocunque acquiſitis teſtari non prohibetur, vt eſt tex. in ca. relatum. 2. de teſtam. habetur in auth. licentiam. C. de epiſ. & cler. & latè ibi Bald. Alber. de Roſ. & alii, & de hoc eſt tex in cap. placuit. 12. q. 2. Abb. in c. cum eſſes, de teſta. tradunt late doctor. poſt glo. & maxime Philipp Franc. & Dom. in c. præſenti. de offic. ord. in 6. & doct. maxime Imo. in c. fi. de pecul. cler. Huius autem dicti ratio ea eſt, quia in re ꝓpria quilibet eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mand. cum ſim. idem etiam de acquiſitis legationis cauſa, vel ex quibuſcunque aliis officiis, quæ etiã per ſæculares exerceri ſolent, iudicandum eſt, quia dicuntur propria, & de illis poteſt cardinalis ad libitum diſponere, ſecundum Hoſt. & commu. doct. in cap. quia nos, de teſt. quinimmo & in partis intuitu ordinis & dignitatis clericalis idem iuris eſſe traditum eſt, ita tamen, ne intuitu eccleſiæ acquiſita eſſe quoquomodo uideantur ſecundum Hoſt. & Io. And. in d. c. quia nos, quibus iuris interpretes plerique aſſenſerunt. quapropter & in redditibus, qui contemplatione galeri quotannis percipi cõſueuerunt, idẽ eſt admittendum, quicquid dixerit Barb. in tractat. de præſt. card. quia & hæc bonorum ſpecies non eccleſiæ, ſed dignitatis intuitu quæſita eſſe dignoſcitur. ita in terminis inquit Socin. in conſ. 91. in 3. uolum. adducit Hoſt. Io. And. & Abb. in c. cum io officiis, & Hoſt. & Io. And. in c. requiſiuit, eod. titu. huic opinioni Soc. alia quoque ratione motus acceſſit. nam quæſita ex ſimplici reſidentia in eccleſia, propria ipſius pręlati efficiuntur ſecundum Io. Andr. Aor. & alios io c. 2. de pec. cleri. igitur idem & in quæſitis cardinali galeri cauſa concedendum eſt, ait ille, quia hæc ſimiliter illis, propterea quod aſſiſtunt pontifici maximo conceduntur. De acquiſitis autẽ intuitu eccleſiæ aiunt cardinalem teſtari non poſſe per tex. in c. fixum, & in c. ſi epiſcopus. 12. q. 5. de qua re paulopoſt, diſcutiemus. Nunc autem quæro hic obiter, quoquid valeat conſuetudo, cardinali de acquiſitis intuitu eccleſię teſtandi tribuens poteſtatem. Innoc. in d. c. cum in officiis, reſpondit valere. Hoſt. & Io. And. contrarium tradiderunt in c. ad hęc. de teſt. & ratio ſecundum eos illa eſt, quia talis conſuetudo eccleſiæ grauamen iniungit, ut ex re ipſa patet, & ita merito a iure improbatur cap. 1. de conſue. quorum ſententię adhęſit Abb. in d. c. cum io officiis, qui tamen prædicta intelligit, niſi de bonis mobilibus & in modica quantitate diſponeretur. & ita etiam ſentit Alex. in conſil. 101. in 7. uolum. vbi uult conſuetudinem, quæ moderatam præbet teſtandi facultatem, validam eſſe, per no. io cap. ſi proper. de reſcrip. & io extrauag. Io. 22. quæ incipit, ſuſcepti. Opportune inſuper dubitari contingit, an pontifex max. cardinali de prædictis bonis teſtandi licentiam concedere ualeat. Bald. & alii quos ſuperius, dum de cardinali monacho loquebamur, citauimus, id pontificem poſſe reſponderunt. & hæc crebriore ſententia comprobatur. ut etiam per Alex in conſi. 15. in 2 uol. Soc. in conſ. 43. in 1. uol. & Iaſ. in auth. ingreſſi. C. de ſacro. eccl. & doct. in c. cũ ad monaſterium, de ſtat. mon. Abb. autem in c. cum eſſes, de teſta. id niſi ex iuſta cauſa pontifici licere ait, cuius dicta Alexan. impugnat in conſil. 101. in 7. uolum. concludens, ſummum pont. ſimpliciter id facere poſſe, & io non iuſtam cauſam interpretatione iuris præſumendam eſſe. quæ quidem eius impugnatio ex præmemoratis confirmatur. Poſſet etiam fortaſſe dici Abb. adduxiſſe iura, quæ de alienatione dominii bonorum eccleſiæ loquuntur, quæ quidem bona non niſi ex cauſa neceſſitatis, ſeu euidentis utilitatis alienari poſſunt, ut notum eſt, ſed ea ad rem propoſitam facere non uidentur, cum de redditibus tantum ſermonem habeamus, nõnullos ẽt antiquos canones pro hac ſua opinione attulit, qui hodie non uigent, ut p Abb. in c. 1. de eccle. ædiſ. quapropter eius documentũ in d. c. cũ eſſes, uñ legis authoritate carere, erubeſcimus autem cum ſine lege loquimur. l. illam. C. de colla. idcirco uerior uidetur alia opinio. ſ. ſummum pontiſ. abſolute licentiam hanc concedere poſſe, ut per Alex. in d. conſil. 101. verum quia ex hoc demũ uideretur inferri nunquam clericum de redditibus eccleſię ſine pont. venia teſtari poſſe, quod indiſtincte non concederetur, quia glo. communiter approbata in c. præſenti. de offic. ord. in 6 uoluit, clericum de redditibus beneficii ſimplicis libere teſtari poſſe, ideo prædictæ cõcluſioni uidetur hęc diſtinctio adhibenda. Præterea ſi etiam vera eſſet diſtinctio illa, quam authore. B. Tho. & Alb. ſupra in 45. q. poſuimus, ex qua colligitur clericos dictorum reddituũ dominia pleno iure nanciſci, quando eorum beneficia nõ ad aliũ uſum quam ad ipſorum ſtipendium deſtinata comperiuntur, tũc dicendum eſſet clericum etiam de acquiſitis ex dictis redditibus libere teſtari non prohiberi. nam eo caſu aduerſantiũ fundamentum non uidetur locum habere. ſ. dicta bona dici eſſe intuitu eccleſiæ acquiſita, quia hoc nõ admitteretur, ſi dicti redditus non niſi ad mercedem clericorum ob eorũ labores deſtinati eſſent, nam ſecundum hoc talia bona non eccleſiæ, ſed laborum ſuorum intuitu quæſita dicerentur, quemadmodum de diſtributionibus quotidianis, & de quęſitis a cardinali intuitu galeri prædictum eſt. & tenẽdo hoc non uideretur obſt. text. quem ponderauit Abb in d. c. cum eſſes. uidelicet tex. in c. relatum. 2. de teſta. ex quo dicit ipſe colligi, clericum de quæſitis ex fructibus quoquomodo teſtari nõ poſſe, ſed reuera id falſum puto, nam ut ibi ipſemet Abb. atteſtatur. d. c. relatum, ad declarationem. c. cum in officiis, editum eſt. quod c. cum in officiis, in concilio Latera. conditum fuerat. diſponebat enim clericum de bonis, quæ eccleſiæ acquiruntur, teſtari non poſſe. ſuper hoc quorundam orta eſt dubitatio, qui an decretum illud concilii Lateran. de immobilibus tantum, an uero & de mobilibus ſenſiſſet, ambigebant, ad remouendum hoc dubium. c. relatum, promulgatum eſt, declarans ſtatutum Lateran. iam de mobilibus, quam de immobilibus intelligendum eſſe. quapropter ut ipſe tex. in dubio, de quo quærebatur, congrue reſpõdeat iux. l. ut reſponſum. C. de tranſa. opus eſt conſiteri eum non niſi de bonis, quę pleno iure eccleſiæ acquiruntur, & patrimonia eccleſiæ efficiuntur, loquutũ fuiſſe, aliter ille tex. extra rem propoſitam loqueretur. declarat deinde text. ſecus eſſe in his, quæ ex hæreditate, uel artificio pleno iure clerico acquiruntur. de acquiſitis autem ex fructibus nihil. immo ſi quis uellet. d. cap. relatum, ſubtiliter conſiderare, forte contra Abb. retorqueri poſſet, ponderando ibi dubium, ſuper quo adita fuit apoſtolica ſedes, fuiſſe an clericus a cõcilio lateranen. etiam de mobilibus eccleſiæ quæſitis teſtari prohiberetur, an uero de immobilibus tantum. Sed dicat Abb. ſi de iure clarum erat clericum nec de fructib. in quibus proculdubio habet pinguius ius, teſtari poſſe, quomodo oriri poterat dubitatio, an de mobilibus, quæ eccleſię patrimonia ſunt, teſtari poſſet, profecto ambiguitas hæc ualde ſupina fuiſſet, cui non ſine admiratione ſedes apoſtolica ve ſimiliter reſpondiſſet. ad hoc ergo, ut dubium inſipidũ non ſit, forte dici poſſet id ex eo prouenisſe, quia cum d. clerici ſcirẽt ſe de fructib, diſponere poſſe, uidebatur eis idem ius eſſe debere & in mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quia hæc fructuũ potius q̃ ſtabilis patrimonii naturam ſapere uidebantur, ſed apoſtolica ſedes declarauit id fieri non licere, quia eccleſię pleno iure acquiruntur, ideo iubet ea, ſicut & alia bona patrimonialia. ſ. a clericis eſſe adminiſtranda. & ſm hoc d. tex. contra Abb. faceret. Sed quicquid ſit, ille text. de fructib. loqui non põt, vt prædixi, & poſito ꝙ de fructibus etiam loqueretur, de illis, qui eccleſiæ acquiruntur, eſſet intelligendus. non aũt loquimur de his qui

clericorum efficiuntur, cum nō niſi ad illorum mercedem deſtinati ſint. Huic etiam opinioni non refragatur text.in d. cap.fi.xuni, quia vel dici poteſt,tex,illum ſecundum antiqua iura procedere,quæ hodie non ſeruantur,ut ſępe repetitum eſt. uel ut loquatur de acquiſitis ex redditibus ſpecialiter eccleſiæ deſtinatis.alitet ſi ille tex. indiſtincte intelligeretur, ut loquitur,falſa eſſet diſtinctio glo.in d. capit.præſenti, quę commu approbata,& a conſuetudine confirmata eſt.& falſum eſſet illud, quod & a iuribus & ab omnibus fere ſapientibus de quotidianis diſtributionibus traditum eſt. Concludēdum igitur(ſalua ſemper veritate)ex prædictis videretur, clericum de redditibus beneficiorum non oneratorum abſque aliqua papę licētia teſtari poſſe,licet bene ſit eam ſemper habere. De oneratorum autem fructibus ſecus, nam ſi a ſede apoſtolica ad aliquem uſum ſuperabundantes redditus deſtinati forent, omnino a pontifice max. teſtandi uenia impetranda eſſet. Si uero a teſtatoribus onera illa impoſita fuiſſent, ſecus,ut latius ſupra in 45.quæſt. dictum eſt. In caſibus autem, in quibus licentia ſummi pont omnino neceſſaria eſt, excitatur difficultas, an, ſi ea cardinali concesſa ſit, teſtamentum.quod ab eo prius conditum fuerat, confirmetur. Negatiua pars primo aſpectu potentior videretur, quia conceſſionis uerba futuri temporis ſunt,ergo de teſtamentis non factis. ſed quę poſt dictam conceſſionē fierent, videntur intelligenda,ue! forraſſe diſtingui poſſet,aut pont. teſtamentum eſſe iam factum ignorauit, & eo caſu reconualeſcat,aut econtra, & tunc irritum efficiatur argu. l. hæc conditio filię meæ §.ſi cum l.ſeq.ff.de cond & demonſtr.faciunt no.per Fel.in c.ad hęc, col.2.& in c.conſtitutus. col.penult.de reſcr.contrarium tamen decidit Pau.de Caſt in d.§, fin.cum l.ſeq.vbi abſolute & abſque diſtinctione aliqua uoluit teſtamentum prius factum roborari per text.in l.ſi quis filio,§.irritū.ff.de iniuſt,teſta. vbi iuriſconſ, ait, ſi dānato ad mortē, qui teſtamenti factionē amiſerat, teſtandi facultas indulgeatur, ob huiuſmodi cōceſſionem teſtamentum ab eo antea factum valere,Soc.tamen ibi Paul. reprehendit inquiens.d. §.euitati poſſe, quia teſtamentum ibi fuerat ab eo conditum,qui conf... teſtamenti tempore teſtari poterat, in propoſito autē caſu ſecus,cum de eo loquamur,qui tunc teſtandi facultate carebat, faciliusautem concedunt iura illud teſtamentum,quod a principio valuit, reconualeſcere, quam id quod nullo tempore teſtamenti uires aſſumpſit. l. poſthumus, in princ. ff.de iniuſt.teſta. quam citat Iaſ.idem ſentiēs in l.quominus.in 21.q. ff.de flum.ergo &c. Secundo ait Soc.ibi illi damnato in ſententia teſtandi facultatē reſeruatam fuiſſe. & ſic de conſeruando ibi teſtō ualido, vt ipſe ait,agebatur,hic caſu de conualidando irritum,quę paria nō ſunt.l.patre furioſo.ff.de his quę ſunt ſui uel alie.iu.ergo &c. Et concluſionem hanc contra Pau.de Caſtr. confirmat Iaſ. in l.& militib, C.de teſta.milit. & in d.l.quominus.Sed opinio Pau.optime per illum tex.probatur, ut arbitror.Nec ob. teſtm̄ ibi ab eo,qui tunc habilis erat, cōditum fuiſſe.nam ſatis eſt etiam ſi poſtea irritum factū ſit. nil.n. aliud quęrit ibi iuriſcon.niſi an teſtamentum, quod nullius roboris eſt,per conceſſionem ſuperuenientem roboretur.& id conualidari ait,nec curauit iuriſcon.quomodo teſtamentum irritum factum fuiſſet,Nec ob.l.poſthumus,citata per Iaſ.ibi.n.idcirco teſtamentum facilius conualeſcit,quia ex nimia ſubtilitate & ſcrupuloſitate irritum factum erat,& nō ex ratione, ut ibi tex,ait,merito nil mirū eſt ſi facilius reconualeſcit, nimias.n.ſubtilitates tulit imperator in l. fi.C.de legi.non autē ea fuit ratio,quam opinatus eſt Iaſ.ſed in d.§ irritum, huius ſubtilitatis ratio nō ſubeſt. teſtamentum.n. illud ob delictū teſtantis,& ſic iure optimo inutile factum erat, quapropter ex rationis diſſimilitudine fundamentum illud Iaſ.deſtruitur,Minus urget alia Soc,ratio.ſ.vt ibi de conſeruando teſtamento ualido pertractetur, quia reuera hoc uidetur aperte contra tex.illum, qui pręſupponit expreſse teſtamētum ob damnati pœnam inualidum extitiſse,& tamen ui huiuſmodi conceſſionis rurſus uires ſuas aſsumpſiſse Et ita cum hac deciſione Pau.tenet Alex.in conſ,146.col.2.in 5.uol.& in cō ſil.95.in fi.in 7.uol.faciunt no.per eundem Pau.in d.l.& militib.Non pretermitto in hac teſtamenti materia deciſionē Alex.memoratu dignam, quam poſuit in d.conſ.101. in 7. vol ait.n.ſi teſtamentum cardinalis antiquum reperiatur, quod publice pro legitimo validoq. haberi conſueuerit, in quo de bonis diſpoſitum ſit, de quibus ſine ſummi pont. venia diſponi poſse uetitum eſt,eaque non oſtendatur, nihilo minus exiſtimandum eſse,illud de papę licentia conditum extitiſse,citat quod in ſimili Archid. tradidit in c.nemo eccleſiam,de conſec.diſt.1. ubi inquit ſi locus aliquis in eccleſiæ forma eſt, in quo publice a ſacerdotib. ſacrificetur,eum (licet id non appareat) cum epī authoritate conſtructū eſse cenſeri,citat etiam,not.in l.ſi filius. C. de pęt.hęre.& in aliis iuribus,in quibus ex diuturnitate temporis extrinſecam ſolemnitatem præſumi traditum eſt,ut ibi per eum latius.cui opinioni ſeruiunt not per Felin. in capitulo primo. colomna prima.de lit.conteſt. ubi ex mente Innocen. ait, licet quis ſine ſcripturę documento ordinatus non cenſeatur,tamen ſecus eſſe,ſi diu is talem ordinem exercuiſſet.faciunt multa per eūdem Felin.tradita in capitulo Albericus,de teſti.& prædictā concluſionem in terminis ſequutus eſt Aret. in conſ.36.colum.prima.de cuius dicti ueritate dubitat Felin. in cap.ſicut colum.antepen de re iud poſtquam hac de re agimus,nō eſt, obliuioni tradendum documentum Dec. in conſi.502.ubi ait huiuſmodi a papa teſtandi facultate conceſſa,cardinalē ſemel tantum poſſe teſtari, neque amplius ei teſtamentum illud immutare licere.mouetur potiſſimum, quia ſecūdum eū talis indulgentia odioſa eſt, idcirco ad primum teſtamentum coarctanda,ut in ſimili ait licentiam bannito,ut ad ciuitatem uenire poſſit,indultam, de prima vice tātum interpretari.ſic & licentiam alicui conceſſam,ut monaſterium monialium ingredi poſſit, ad primam uicem coanguſtari argu. l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſing. Verum iſta Dec.concluſio apud me non mediocriter dubitabilis eſt. prædicta.n. exempla, quæ per eum afferuntur, ad caſum hunc minime adaptari poſſe arbitror,nam illi actus conſumātur,& in prima uice ſuum ſortiuntur effectum,ideo vlterius merito non porriguntur. in propoſito autem caſu ſecus eſt, quia teſtandi actus non perficitur,niſi poſt obitum teſtatoris.l. prima.ff. de teſta.habetur in l.prima.C.de ſacroſanct.eccle.facit text, not.in cap.cum Marthæ.§ cęterum.de celeb.miſſ.ergo dicta teſtandi facultas iuxta uerisimilem concedentis mentem vſque ad perfectionem actus intelligenda eſt, & ita uſque ad ſupremum uitæ teſtatoris exitum. nam.d.§.hoc ſermone, in quo Dec.fundatur opinio,intelligitur,ut locum habeat ſolū modo,quando primus actus effectum ſortitus eſt.ita Bald.in l.inuitus.in fin.C.de procur.Iaſ.in l.diuortio.§.quod in anno. in fin.ff.ſolut,mat & in l cum ſeruus.§. ſi quis alicui.colum. ſecunda.ff.de leg. primo. ipſemet Dec.in conſil.77.& in conſil.552.Sed teſtamenta,ut diximus, non niſi a morte teſtatoris ſortiuntur effectum, ergo &c.& profecto ualde abſonum eſſet, ſi huiuſmodi licentia, quæ ad ipſius fauorem indulgetur,in eius odium retorqueretur. ſcilicet ut ſuā uoluntatem amplius mutare non poſſit,cum hominis uoluntas uſque ad ſupremos anhelitus ambulatoria ſit.l.4.ff.de conditio.& demonſtrat.& nihil magis hominibus debeatur,quam ut id ad libitum poſſint,poſt quod quicquam amplius velle non poſſunt.d.l.prima.C.de ſacroſ.eccle. poſtremo nil aliud eſt, teſtandi facultatem habere, quam ultimam uoluntatem condere poſſe, quæ legis habeat uigorem, in titulo de teſtamen. Sed ea ultima eſſe uoluntas recte dici non poteſt,quæ aliam quoque ſuperuenturam expectat,ergo Decium male loquutum eſſe demonſtratum eſt,& ne auctoritas deſit, hoc eſt de mente Ioan.And.& Gem. in capi.non poteſt.§.illud, in fin.de præben.in 6.

Quæſt. XLIX.

Vt ea, quæ in proxima quæſtione poſuimus, & vberius & perfectius habeantur, videamus,quando non apparet an bona magis eccleſiæ quam ipſius clerici proprio intuitu quæſita ſint, quid in dubio exiſtimandum ſit. Reſpondeo duplex ab hoc principale dubium oriri poſſe,unum reſpectu temporis. ſcilicet utrum prælatus illa bona ante,ſeu poſt adeptionem prælaturę acquiſiuiſſe cēſeatur.alterum eſt reſpectu rerum,an,ſcilicet, bona.de quib. agitur, ex propriis,an ex eccleſiaſticis rebus aequira eſſe iudicentur.Circa primum, quod a tempore inſurgit,duæ difficultates excitantur,quarum una eſt.an leges prælatum ſuæ promotionis tempore quicquam habuiſſe opinentur, altera eſt, an bona,de quib.in ea agitur,ante aſſumptionē ad prælaturā; uel poſt,quæſita intelligatur. Quo ad primā dico, prælatū nil habuiſſe cenſeri,quia facultates non præſumuntur. l Si uero §.primo.ff.qui ſatiſd.cog & Alber.in Authen.licentiam. C. de epiſcopis & clericis. ait ſe in facti contingentia reſpondiſſe,dum quęſtio eſſet ſuper quadam magna bonorum donatione, quam cardinalis de Bergomo Iacobo nepoti ſuo fecerat.idem ſentit Abba.in capitulo tertio.in ultimis uerbis.de peculio.cleric. ubi ait, ſi, an prælatus promotionis ſuæ tempore quicquam habuerit, dubitetur, eo caſu legiſlatorum coniecturas ei aduerſari. citat Io. An. Quo autem ad ſecundam difficultatem, in qua prælatum ſuſceptæ tempore prælaturæ habuiſſe bona extra quæſtionem eſt,ſed an ea, de quibus agitur,ante uel poſt adeptam prælaturam partæ fuerint dubium eſt, & in hoc concludit Abb.interpretationem iuris poſſeſſori fauere. idem uoluit ibi Anto.de Butr. contrarium indiſtincte tradidit Ioan.Andr.cuius opinionem communem eſſe,ait Aret.in conſ.35.ſed in hoc ſecundo mēbro

in

In quo dictum eſt iura poſſeſſorib. fauere. Ego & veriorem & crebriorem ſententiam contra Ioan. Andr. & Arc. eſſe arbitror, ſcilicet ut omnino ei, qui poſſidet, fauendum ſit, pro qua opinione text. eſt iuncta glo. in capit. primo, in fi. 12. quæſtio. 5. idem ſenſit glo. per illum textum in cap. ſint manifeſte. eadem cau. & quæſt. & ab opinione glo. non videtur eſſe recedendum, iuribus vulgat. quibus accedit dictum illud Cyn. in l. non moriturum. C. de cont. & committ. ſtipul. dum in propoſito loquẽs ait, aduocate! audi idolum tuum, ideſt glo. cum his faciunt not. per Alexand. in conſil. 70. colum. penult. in quarto volum. hanc eandem concluſionem pro poſſeſſore approbauit etiam Alexan. in conſil. 140. in 5. volum. Iacob. But. quem retulit Alber. in dicta authen. licentiam. Firm. in tract. de epiſc. in 4. par. 4. libri, in 3. quæſt. & Socin. in conſil. 216. in 1. uolum. quod quidem & rationi conſonum eſt, agenti enim ſemper onus probandi incumbere conſueuit. l. actor. C. de proba. nam poſſeſſio probandi onus exonerat. cap. ex literis, de probat. & ſi ex documentis fide dignis probari poſſet, bona, de quibus quæſtio eſſet, poſt prælaturam acquiſita fuiſſe, eccleſia ex hoc ſatis fundatam intentionem diceretur habere. Animaduertendũ etiam eſt, quia diſtinctio hæc, quam de poſſeſſore fecimus, ad ea quoque, quæ de tempore prædicta ſunt, adaptari poſſet, ut per Salic. in dicta authen. licentiam. Circa ſecundum principale dubium, ſcilicet quando prælatus bona propria & eccleſiaſtica ſimul poſſidet, & an res, de quibus quæſtio eſt, magis de propriis quã de eccleſiaſticis quæſitæ ſunt, dubitatur. In propoſito caſu coniecturis ſtandum eſſe iuris interpretes docuere. idcirco dicere conſueuerunt, ſi hęc bona pręlato ab agnatis infra quartum gradum relicta ſunt, ipſius prælati potius quam eccleſiæ intuitu relicta cenſeri, & ideo ad eum pleno iure pertinere. Si vero ab agnatis remotioribus relinquuntur, ſecus. Leges enim id eccleſiæ intuitu factum eſſe arbitrantur. adducitur text. memoratam faciens diſtinctionem in dicta authen. licentiam. ubi Alber. & alii ita loquuti ſunt. Similiter & pro eccleſia pręſumendum eſſe dici ſolitum eſt, quando prælatus bona propria eccleſiaſticaque poſſidendo ea ſimul permiſcuit, abſque eo, quod ſeparatim ſuorum bonorum rationem confecerit, quia eo caſu prælatum culpa non carere iura ſenſerunt. & propterea aduerſus eum in fauorem eccleſiæ iudicium faciunt. argumen. capit. ſint manifeſte. 12. quæſtio. prima, ita Imol. in capit. vt unuſquiſque, de pecul. cleric. & Bald. in dicta authen. licentiam, licet contrarium ibi ſentiat Paul. de Caſtr. Addo aliud pulchrum & in hac materia notabile documentum, & quod in dies contingere cernimus, videlicet bona prælati mortui, quæ per eius conſanguineos ante prolatam ipſius mortem ad eorum domum transferuntur, eccleſiæ, interpretatione iuris, eſſe exiſtimari. ita Iacob. Butr. in dicta auth. licentiam, & Bart. Cæpol. in cap. 1. de teſta. quos refert & approbat Firm. in d. tracta. de epiſ. in 4 par. libri. 4. in 3. q. Pro eccleſia quoque præſumendum eſſe aiunt, quãdo ea in poſſeſſione reperitur, ut in cap. primo, de pecul. cleri. habetur per Ioan. Andr. & alios in cap. 3. eodem tit. & per Bald. in d. auth. licentiam. qui huius dicti rationem eſſe inquit, quia ad pręlati officium pertinet, eccleſiæ ſemper acquirere, & ex hoc ſubtiliter Innocent. dixiſſe ait in cap. cum in officiis, de teſtam. Si ille cui prælatus poſſeſſionem hanc etiam iure inſtitutionis reliquit, eam occupat, cum pœna teneri, de qua in l. ſi quis in tantam. quia cum ciuilis poſſeſſio penes eccleſiam ſit, nec teſtatori neque hæredi eam interuertere licitum eſt, econtra uero, ſi eccleſia poſſeſſionem habeat, quæ reuera ad hæredem pertineat, eccleſia non propterea dictam pœnam incurrit, quia ratione pręſumptionis iuris, quæ ei fauet, non modo in proprietate, ſed etiam in ciuili poſſeſſione a dolo & a culpa conſequẽterque & a pœna dictę conſtitutionis excuſatur. hæc ille. Et hæ ſunt coniecturæ, quæ potiſſimum in eccleſiæ fauorem afferuntur. Quibus ego dictum notatu dignum adiungo, ſcilicet eas omnes uigere, & tantummodo locum habere, quando cũ eccleſia eſſet quæſtio, ſecus, ſi cum alio diſceptaretur. nam tunc dictæ præſumptiones adduci non poſſent, quia cum ad ſolius eccleſię fauorem prolatæ ſint, alteri deſeruire non poſſunt. ita egregie Alexand. in conſil. 101. in 7. uolum. cui accedit ſimilis declaratio, de qua per Felin. in d. cap. dilectus. 2. num. 13. de reſcript. Addo ſimilem conſiderationem Fulgo. in l. 2. C. de iur. emph. quam ſequitur Soc. in conſil. 78. colum. fi. in 4. uolum. ubi ait, ſi ſine debita ſolennitate mihi bona eccleſiæ alienata eſſent, licet ob id contractus irritus ſit, hanc tamen nullitatis exceptionem non niſi ab eccleſia mihi obiici poſſe. Quando autem etiam cum eccleſia lis eſſet, quamuis ei iurium conditores plurimum faueant, non tamen adeo pro ea præſumere voluerunt, quin contrarium non modo ex ueris ſed etiam ex coniecturatis probationib. doceri poſſit. una enim legis præſumptio ab alia potentiori deſtruitur, l. Diuus. ff. de reſtitutio. in integrum, ita nota. uoluit Ioan. Andr. in dicto capit. cum in officiis. Idcirco hęc iudicis arbitrio relinquuntur, quod ex coniecturis, quando aliter veritas haberi non poteſt, moderandum eſt, ut per Innocent. Anton. & alios in d. cap. cum in officiis. & per ea, quæ legiſtæ iam in dicta authen. licentiam, quam in aliis locis ordinariis tradiderunt. & in hoc dubio potiſſimum a iudice cõſiderandum eſt, an pręlatus tot bona ex pecuniis propriis acquirere potuerit, an potius ex bonis eccleſiæ, quantitate lucrorum, redditũum & expenſarum iuxta ipſius dignitatem diligenter examinata. ita Bald. in dicta auth. Alexand. in d. conſil. 101. Corn. conſil. 79. in 4. uolum. in quibus locis hæc materia notanter & copioſe pertractatur. Socin. in conſilio 216. in 1. uolum. & in conſi. 91. in 3. uolum. ubi elegantiſſimę loquitur docendo notabiles coniecturas, quæ præ oculis iudicis ſemper habẽdæ ſunt, & inter cætera iudicem ante omnia cõſiderare debere ait, clericum, qui proprium habet patrimonium, & qui aliunde lucratur, de redditibus eccleſiæ viuere poſſe, & quæ ipſius propria ſunt, cõſanguineis aliiſve ad ſui libitum reſeruare non prohiberi, quia qui altari ſeruit, de altari uiuere debet teſte apoſtolo, ut habetur in cap. cum ſecundum, de præben. idem ſcripſerat Innocen. in cap. epiſcopus, eod. tit. cui crebrior accedit ſcribentium ſententia, vt ibi per Abb. & alios qui a d. Socin. in d. conſil. memorantur. hoc idem placuit Alexan. in conſil. 26. in 7. uolum. & Salic. in d. auth. licentiam. ac Felin. capit. poſtulaſti. nu. 30. de reſcript. licet Dec. ibi in fi. contrarium ſentiat, propterea inquit Soc. omnes expenſas iuxta prælati dignitatem in primis de redditibus eccleſiæ detrahendas eſſe, qui quidem redditus non plures exiſtimandi ſunt, quam his oneribus deductis repetiuntur, & ſi præſumptiones hinc & inde repugnantes ſe ſe offerrent, quia & bona propria & eccleſiaſtica comperiantur, pro rata diuidenda ſunt, prius tamen deductis & a iudice recte ponderatis, quæ prædiximus. & hoc quod de diuiſione pro rata dixi, probatur per text. ſecundum lecturam Hoſtien. in cap. ſacerdotes. 12. quæſt. 4. quem ad hoc ſingul. eſſe ait Rom. in ſing. 267. vbi per illum tex. ſe pluries ita conſuluiſſe affirmat. accedit Firm. in tract. de epiſcopo, in 4. par. 4 lib. in 3. quęſtio. ubi etiam ſubiungit hoc eodem modo diuiſionem fieri debere, quando clericus plures haberet eccleſias, & de cuius eccleſiæ fructibus bona, quæ diſputantur, quæſita eſſent ambigerentur, ut etiam nota. dixit Imol. in capitu. relatum. ſecundo, de teſtament. & Socin. in dicto conſilio 216. Animaduertendum tamen eſt, quia quatenus ſuperius dictum eſt clericum, qui patrimonium habet, de eccleſiæ prouentibus uiuere debere, & ante omnia tales expenſas a iudice deducendas eſſe, hinc ſine ſcrupulo pertranſeundum non uideri. nam Abbas in capitu. ex præſentium, de pign. ait hoc non eſſe ſimpliciter uerum, ſed diſtingui oportere, an eccleſia impotens eſſet, vel potens ad huiuſmodi expenſas, quando clericus eius adminiſtrationem ſuſcepit. Si enim impotens, tunc clerico imputandum eſſe ait, qui eam accepit, & ideo ſecundum eum clericus tenetur de proprio ſuo patrimonio uiuere. arguit a fortiori hoc modo, is, de propria induſtria uiuere tenetur. capitulo primo, cum gloſ. 21. quæſtione prima, ergo multo magis de patrimonialibus bonis. ſi uero potens erat, tunc ſecus. tradit etiam ibi Abbas quid ſi eccleſia, quæ a principio potens erat, deinde impotens fiat, & inquit hæc omnia notatu digna eſſe, cum ab aliis diſcuſſa non ſint. intelligo tamen Abbat. ut clericus in antedicto caſu de fructibus, donec durant, uiuere nõ prohibeatur, non autem vt ære alieno beneficium prægrauare poſſit, ſi patrimonium haberet, unde ali poſſent. ita enim recte intuenti loquitur Abb. Ego autem uereor, an Abb. ſententia uera ſit. dum arguit, ſi clericus ex induſtria uiuere tenetur, ergo fortius ex patrimonio, quaſi ut patrimonium clerici eccleſiæ neceſſitatibus magis debitum ſit, quam eius induſtria, nam contra hoc uidetur facere eiuſdẽ Abbatis documentum in capitu. de multa, de præben. & in capitu. fin. in ſecundo not. de pec. cleric. dum ait expenſas a prælato in re eccleſiaſtica factas, ab eo, ſeu eius hæredibus reperti poſſe. ſecus, ſi ex ipſius induſtria facta fuiſſent. & idẽ iuris eſt, ſi dicti ſumptus de pecunia ex induſtria prælati quęſita facti eſſent, ut per Petrum de Ancharan. & Imo. in dicto capitulo ſin. ecce, quæ de patrimonio in re eccleſiaſtica impenſa ſunt, repetuntur, quæ uero ex induſtria, ſecus. & ſic contra argumen. Abb. Non omitto circa hæc cardinalium teſtamenta documentum Baldi in dicta authentic. licentiam, dum ait prælatum regularem etiam ſi cardinalatus dignitate inſignitus ſit, teſtari non poſſe, quia ſecundum eum nulla dignitas monachum a regulæ ſuæ eſſentialibus abſoluit, quia dignitates augmentum operantur, ſed abſolutio a regula decrementum eſſet, ergo &c. citat capitu. ſtatutum. 18. q. 1. hæc ille, cuius concluſionem ibi Barbat. in

additio, intelligit præcedere, niſi is a ſummo pontifice teſtandi veniam obtinuiſſet. quod nos in principio præcedentis quæſtionis verum eſſe demonſtrauimus. Poſtremo, etiã quid operetur teſtandi licentia a principe ei, qui alias de iure teſtari non poterat, indulta, tradit Bal. in l. ſi quando. C. de inoff. teſta. & in l. Ab Anaſtaſio. C. mand.

Quæſt. L.

Supremas hominum volũtates ſolet mors nemini parcens conſequi. propterea poſt ſermonem, qui de teſtamentis habitus eſt, exponendum videtur, ubi & quomodo cardinales mortui ſepeliendi ſint. Reſpondeo eos in ſepulchris, quæ ab eis eliguntur, ſepeliendos eſſe, vt eſt text. cuicunque tumulum eligendi tribuens poteſtatem, in capitulo primo de ſepul. cũ concord. ibi per gloſ. traditis, & per Abbat. in cap. apoſtolicę, de donat. Si vero cardinales non electo ſepulchro moriuntur, ſunt in maiorum ſuorum monumentis contegendi Patriarcharum ſanctorum exemplo, ut habetur in dicto capitulo primo cum gloſ. ubi Abb. ait Abraam, Iſaac. & Iacob, etiam in longinquis regionibus exiſtentes cum maioribus ſuis quieſcere voluiſſe. ad idem eſt tex. in capitulo Is qui, de ſepul. in 6. Vel dicamus eos in eccleſiis eorum curæ commiſſis ſepeliri poſſe, in quibus, ut prædiximus, epiſcopali iuriſdictione funguntur. & hoc argu. eorum, quæ de epiſcopis non electo ſepulchro decedentibus perhibentur per card. in cle. Dudum. §. huiuſmodi, de ſepul. & Abb. in dicto capit. Apoſtolicæ. Quid autem, ſi plures eccleſias haberent, ut fere omnes habere nouimus. Archid. in c. cum quis, de ſepul. in 6. dixit eam, in qua moriuntur, præferendam eſſe. Sed quid, ſi alibi quam in ſuis eccleſiis decederent, tunc præuentioni locũ eſſe exiſtimarem, argu. c. Duobus, de reſcript. vel dici poſſet viciniorem eccleſiam potiorem eſſe, argu. capit. ſi de ſepul. in 6. Firm. autem ſententia eſt, eos in eccleſia in qua diuina officia frequentius audiunt, & ſacramenta recipiunt, ſepeliri debere. ita ille in trac. de epõ, in 3. par. 4. lib. q. 13. in fine. Animaduertendum tñ eſt aduerſus prauam illam cõſuetudinẽ, quæ quotidie magis ac magis inualeſcit, neminem prope arã, in qua corpus Domini conſecratur, tumulari debere. ita Alb. in ſuo dict. in uerbo, ſepultura, cum quo faciunt no. per Salic. in l. mortuorum. C. de reli. ubi Papam excitat contra religioſos ſepulchra prope altaris cornua ac ipſi altari coæqualia fieri tolerantes. Sunt præterea & cardinales & alii prælati cum veſtibus, quas eorum dignitas expoſtulat, ſepeliendi, iuxta glo. in capitulo nemo ignorantiam, de conſecr. diſtinc. prima, & in c. ſecundo. de authot. & uſu pall. nõ debẽt tñ hęc ornamenta cum cadaueribus condi, ut ſæpe ignari mortales facere conſueuerunt. ita text. in l. at ſi quis impendat. §. funeris cauſa. ff. de relig. & ſumpt fun. & Alb. in rub. C. eod. tit. idque omnino obſeruandum eſſe, etiam ſi teſtator contrarium pręcepiſſet, docuit Alexan. in l. prima. §. de impenſa. colum. ſecunda. ff. ad leg. Falc. Quæro ad hæc an ſepulchrum ſpecioſum habere poſſint. Reſpõdeo poſſe, ut colligit ex tex. in d. c. Apoſtolicæ de donat. & in cap. Bonæ rei. 12. quæſt. ſecunda. quæ iura epiſcopis indulgent, ut cẽteſimam de eccleſię ſuę redditibus pro extruendis magnifice eorum ſepulturis donare valeant. Crederem in hoc conſuetudinem obſeruari debere, attenta potiſſimum Cardinalium amplitudine. eos tamen non immemores eſſe deſiderarem eorũ, quę egregie admodum ſcripta ſunt in cap. Animæ defunctorum, 10. quæſt. ſecunda. ibi, conditio ſepulturæ, exequiarum pompa ſunt magis uiuorum ſolatia, quam ſubſidia defunctorum. propterea hæc maxime ab impiis fugienda ſunt teſte Abba. in cap. ſacris, de ſepul. ubi ait impio tumulum ſpecioſum nõ prodeſſe, immo eum ob id a Deo ob temeritatis crimen puniri. Sed quicquid ſit, hæc plus carnis, quam ſpiritus ſapiunt. merito laudandi ſunt, qui ea non curant, maxime in ea die, in qua omnes noſtræ vanitates ſe ueras eſſe vanitates oſtendunt, & in qua terrena hęc & caduca huius mundi gloria diſſoluitur, iuxta illud Pſalmi. Exibit ſpiritus eius, & reuertetur, In terram ſuam, tunc peribunt omnes cogitationes eorum, Defunctis tamen prodeſſe ſentio, ſi tumulorũ ſuorum ſigna habeant conſpicienda quibus inſpectis eorum amici pro ipſis Deum Optim. Maxim. deprecentur vt habetur in capi. cum grauia. 13. quæſt. ſecunda.

Quæſt. LI.

Poſtquam iam ad finem humanæ infœlicitatis, inſtitutum ordinem ſequendo, peruentum eſt, in quo lacrymoſi huius vitæ exitus enarrantur, non ingratum eſſe arbitror etiam intelligere, an mortui cũ lacrymis & ſingultib. ad tumulos deferendi ſint. Rñdit Abb. in rub. de ſepul. id a legibus non concedi, ſed eos cum pſalmis & pſalentiũ vocibus tumulari debere, vt habetur in capitu. qui diuina, cum multis capitulis ſequentibus. 13. quæſt. 2. dicit tamen, ſi amici ex charitatis uel pietatis officio deflerent, id a iure nõ improbatum eſſe, cum de pleriſq; ſanctis patribus legatur, qui in amicorum funeribus lacrymas continere non potuerunt, ut uidere eſt in cap. vbicunque. §. hoc autem, cum capitulo ſequen. 13. quæſtio. 2. Reperitur etiam in antiqua lege filios Iſrael Moyſis, & Iacob obitum lacrymaſſe, ut habetur in cap. quia alii. eadem cau. & q. non propterea tamen longi luctus aut mærores a ſacris conſtitutionibus admittuntur, ne mortales ad incredulitatem alterius vitæ delabantur, & ne hoc modo deſperationis indicium oſtendatur, ut in d. capit. qui diuina. Mortui enim nõ amittuntur, ſed recedentes præmittuntur, ut proficiſcentes nauigatore ſue conſueuerũt. ita tex. not. & nunquam obliuioni tradendus in capit. quam prępoſterum. 13. quæſt. 2. immo iura de illorum morte gaudendum potius quam dolendum eſſe loquuntur, & Lazari exemplum adducunt, quem non mortuum, ſed ad huius mundi miſerias reſurgendum a Chriſto deploratum fuiſſe aiunt, ut ab eius geſtis oſtenderetur, maiorem gaudii quam doloris cumulum a ſuperſtitib. habendum eſſe. hæc habentur in dic. c. qui diuina. quæ quidem documenta non minus ea experientibus difficilia ſunt, quam legentibus pulchra.

Quæſt. LII.

Vt finis huius opuſculi principio correſpondeat, in quo de origine cardinalium pertractare cœpimus, conueniens eſt, ut in ipſius etiam calce, quæ eorum nouiſſima ſunt, explicemus, ideirco poſtrema & ultima quæſtio ſit. Ad quem expẽſæ, quæ in cardinalium funeralibus fiunt, pertinere debęant, nunquid ad patrimonialium bonorum, vel potius ad beneficiorum ſucceſſorem. tandem quæ in remedium fiunt ſalutis ut eſt clericorum, ad officia confluentium impenſa, ſimilemque, ad eccleſiam, alias vero ad hæredem pertinere, ut eſſet conſpicuus funeris apparatus, & ſpecioſa exequiarum pompa. Abbas in capitu. ut præteritæ, de electione, cui accedit Decius in conſilio 157. Subiungens hæc tantummodo locum habere, vbi inter hæredem patrimonii & ſucceſſorem in beneficiis quæſtio verteretur. Sed quid, ſi inter ſucceſſorem in beneficiis & illum, cui bona mobilia intuitu eccleſiæ parta de licentia ſummi pontificis relinquuntur, eſſet contentio? Decius in dicto conſilio qui ſuper hac difficultate circa reuerendiſs. cardinalis Tiuitit funeralia contingente illud edidit, ait huiuſmodi impenſas ad illum, qui in dictis bonis mobilib. hæres inſtitutus eſſet, pertinere, ut ibi per eum late, qui hanc materiam diligentiuſ examinauit cui accedo.

Nunc reliquum eſt, vt quemadmodum mors omnia ſoluit §. deinceps, in authent. de nuptiis, & ſicut fallaces hominum ſpes, ac vanæ huius ſæculi dignitates una cum cadaueribus in tumulis conteguntur, & hoc modo eis ſilentium ac finis imponitur, ita & nos per hanc quæſtionem tal in me morantem tam huic rudi & incompoſito libro finem imponamus. Extrema enim gaudii luctus occupat. Laus Deõ Optimo Maximo.

F I N I S.

TRACTATVS DE Cardinalibus legatis A LATERE,

D. ANDREAE BARBATIAE SICVLI IVRISCONS. *legum ſplendoris.*

S V M M A R I V M.

1 *Legatus quis dicatur, & eius appellatione qui contineantur. numero 4.*
2 *Legatus qualis mittendus.*
Petrus de piperno cardinalis vi; biliter a diabolo in eccleſia fuit occiſus.

Legato-

Legatorum ad regendas prouincias tria ſunt genera.
3 *Legati de latere qui proprie ſint.*
4 *Ampliatio ad c.fin.de offic.vicar lib.6.*
5 *Cardinalis legatus an conferre poſſit.*
6 *Frequentia actus quicquam vltra operatur.*

PRAELVDIVM.

TRactaturus de cardinalib. inquantum mittuntur legati de latere principis,
1 tangã aliqua præludia, † videlicet quis ſit legatus & ſecundum Spec.in tit.de leg.in pri. eſt qcũq; ab alio miſſus eſt. 50.diſt. c.presbyterũ.22.q.1. c.ſatagendum.3.q.6.c.hoc quippe.97.diſt.c.nobiliſſimus.94.diſt. c.ſi quis legatione.1.diſt.c.inſurgentium.l.1.& 2.& l.ſciendum. § fi.ff.de leg.l.legatus. ff.de off.procon. ſiue mittatur a principe ſiue a papa ad alios, ut l.diem functo.ff.de offi.aſſeſ.ſiue ab aliqua eccleſia ad papam, in auct.de ſanc.epiſ.§.ſi uero epiſcopi.ſiue ab aliqua ciuitate vel prouincia ad principem uel ad aliant, ut C. de lega.per totum.ſiue a proconſule.l.obſeruare.§.fi.& l.legatus.cum l.ſeq. ff.de off.procon. ſed hic capimus legatum prout mittitur ad gubernandum certam prouinciam, ut in c.1.& in c.nouit.cum c.ſeq.de off.leg.qui appellatur miſſus Dominicus c.3.de reg.Dicuntur etiam legati omnes epiſcopi. nam Chriſti legatione funguntur, vt late dixi in tract. de præſtant.cardin.q.1. & etiam ſacerdotes legati ſunt Chriſti. Vnde illorum iniuria ad Chriſtum pertinet cuius legatione funguntur.cap.in nouo. 21.diſt.capit.accuſatio.ad fin.2.q.7.
2 † Et talis debet legatus mitti, qui in ſemetipſo habeat ſpiritum Dei & præcepta eius in conſpectu ſuo ſint, & qui Moyſi.i.papæ ſit ualde notus & familiaris, id eſt, in quo ſit charitas eius & legis ſcientia, ut poſſint eum audire filii Iſrael.8. q.1.ſi ergo in fi.unde legitur in exod.ca.18. quod Moyſes uiros Deum timentes in quib erat ueritas,& qui oderant munera conſtituit tribunos & centuriones,ut populum iudicarent,quod accurate notabis contra do.Petr.de Piperno,qui fuit cardinalis ſanctæ Mariæ Nouæ,de quo fecit mentionẽ glo.in c.præſenti.de offic.lega.lib.6.& ibi dicit Pau.vt refert Domin.ibi, quod fuit unus barattator, & fuit occiſus a diabolo uiſibiliter in eccleſia, dum ſe inclinaret ad uidendum corpus domini,ita retulerunt diaboli cuidam ſancto Hæremitæ,ut ibi refert Pau.quod pro Deo cauete.Et horum legatorũ miſſorum ad regendas prouincias ſunt tria genera,quidam ſunt legati conſtituti ſeu miſſi,quibus committitur officium legationis, non tamen mittuntur de latere papæ.7. q.1.cap.placuit,de off.leg.cap.uolentes.quidam ſunt legati nati.ideo ita dicti, quia eis non committitur officium legationis,ſed eſt annexum tali dignitati tale officium,vt eſt archiepiſcopus Canturienſis & ſimiles. de quo per glo. in cap. 1.de off.leg.quidam ſunt legati de latere papæ.& huiuſmo-
3 di ſunt venerandi patres domini cardinales.† Poteſt tamen dici de latere papæ miſſus , etiam ſi non ſit cardinalis, puta aliquis officialis eius, vel capellanus, vel familiaris, vel etiã extraneus dummodo hoc exprimatur in literis ſuæ legationis,ſed vſus Romanæ eccleſiæ ſolos cardinales legatos de latere vocat.c.volentes.de off.leg.c.1.eo.tit.lib.6.c.ad eminentiam.de ſenten.excom.& allego ego duos tex. quos alibi neſcio in decre.probantes quod nedum de iure moderno, ſed etiam de iure antiquo vocabantur legati de latere in ca.decreto.in uer.legatos noſtros de latere miſſos.& in c.ſi epiſcopus.in uer.mouit Romanum epiſcopũ vt de latere ſuo mittat presbyteros.2.q.6.quos tex.tene menti perpetuo. Eſt tamen uerum quod do.Spec.allegauit illum tex.in c.decreto.
4 in loco ſuperius allegato.tene menti perpetuo. † Et accurate etiam pondera quod appellatione legatorum continetur omnis ſpecies legatorum,ita dixit tex. ualde elegans in c.1. de off.lega.lib.6. quod bene notabis propter conſtitutiones loquentes de legatis.De legatis autem miſſis aut natis nõ intendo aliquid hoc loco dicere ſed duntaxat de legatis cardinalibus. Eſt etiam ſumma diligentia conſiderandum quod Bal.in l.aliquãdo.in 14.q.ff.de off. procon. dixit cardinalem poſſe cõſtitui vicarium,& non legatum. Pone inquit quod apoſtolicus quoſdam fecit uicarios in aliqua patria, & non legatos,quæ differentia erit inter iſta . Decidit, legatos cardinales poſſe conferre beneficia ex generali auctoritate legationis facit c.1.de off.leg. in 6.ſed cardinales ſolum uicarios ex generali authoritate vicariatus non poſſe conferre beneficia,alleg.c.fi.de off.uic.lib.6.allegat etiam in arg.l prohibere.§.plane.ff.quod ui aut clam.quod tene mẽti,quia eſt mirabile dictum,& magna ampliatio eſt ad d.cap.fin. quia loquitur de uicario epiſcopi ut habeat locum in cardinali effecto uicario,quod tene menti, quia ſæpenumero papa conſtituit cardinalem uicarium.Et licet auctoritas tanti doctoris grandis ſit,attamen in contrarium uidetur ueritas.& in-
5 conuincibiliter hoc modo probo.† Eo ipſo quod cardinalis eſt legatus poteſt conferre,ut dicit tex.in d.cap 1.de off.leg. lib.6.& hoc in prærogatiuam cardinalatus, ſed uicarius dicitur legatus,ut in l.uicarius. ff.de lega. & not.Spec.in tit.de offic.leg.in princ.ergo ſequitur quod eo ipſo quod conſtituitur uicarius poterit conferre. Secundo ſicut cum cardinalis conſtituitur legatus gaudet prærogatiua honoris vltra alios legatos,ut in d.cap.1.ita debet gaudere prærogatiua honoris vltra alios uicarios quando ipſe cardinalis conſtituitur uicarius,ergo d.cap.fin.de off.uic lib.6 non habebit locum in cardinali conſtituto vicario. Tertio conferre beneficia magis ſibi competit gratia prærogatiuę quam gratia legationis quod apparet,quia alii legati non conferunt beneficia,ut in d.c.3.ſed eadem prærogatiua ineſt quando cardinalis conſtituitur uicarius ſicut quando conſtituitur legatus, ergo erit eadem iuris diſpoſitio.ca.inter corporalia.de tranſla.præla. cum ſim.Et ſi dicatur quare.c.1.de off.leg.in 6.expreſſit quãdo cardinalis conſtituitur legatus, vt poſſit conferre & non expreſſit quando conſtituitur uicarius, † quia reſpondeo quod
6 hoc accidit ex frequentia actus,quia cardinales frequentius conſtituuntur legati quam uicarii,& ideo idem expreſsiſſet quando conſtituuntur vicarii.facit glo.in cle.1.de reſcrip.& in c.2.de confeſ.in 6.& in l.tale pactum.§.fi.ff.de pact.& ex iſtis expedita ſunt præludia huius tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Legato an ſit credendum ſine oſtenſione literarum legationis.nu.3.12.*
2 *Alienatio rerum ciuitatis non videtur mandata ſine expreſſione.*
3 *Conſuetudinarium ſemper in dubio videtur eſſe mandatum.*
Cardinalis quomodo dicatur habere ligatas alas.
4 *Legatus gerens officium videtur aſſerere eſſe ſe legatum.*
Legati iuriſdictio an ſit ordinaria.
Legati inſignia.
Nuncio noto an credendum ſine literis.
5 *Præſumptio ſine probatione in quibus nihil operetur.*
Officium habere an quis præſumendus niſi probet.
6 *Literæ officii cui innoteſcere debeant.*
7 *Iuriſdictio ordinaria an probanda.*
8 *Mandatum principis eſt inſinuandum in prouincia.*
Proviſio de beneficio nunquid probari poſſit per teſtes.
9 *Gratia facta ſuper iuriſdictione nunquid poſſit ſine ſacris apicib.probari.*
Vicarius vtrum poſſit per teſtes vicariatum probare.
10 *Cardinalis dicto ſine alia probatione an & quando ſtandum.11.*
Intellectus.c.nobiliſſimus.97.diſt.
11 *Procurator cum cautione de rato dimittitur,vbi eſt dubiũ de mandato.*
12 *Excuſari nunquid quis poſſit credendo nobili.*

Prima quæſt. Baſilica.

PRima quæſtio. cardinalis ſi facit aliquid, & aſſerit facere illud tanquam legatus, nec aliter do-
1 cet per literas papales de ſua legatione † an ſit ſibi credendum, de qua quæſtione uide glo.in cap.ſicut.de ſenten.excom.& in c.ad apoſtolicæ.de re iudic.lib.6.& in capit.cum olim eſſemus.de priuil.per Specu.in titu.de lega.§.ſupereſt. verſicu.quid ſi degatus.& in titulo de teſte.§.primo,verſicu. quid ſi aduocatus.glo.& Archid.in capit.nobiliſſimus.97.diſtinctio.Innocent.in capitu.cum dilectus. de accuſat. Ioan. Andr.in cap.ad eminentiam.de ſentent.excommunicat.& in capit.conſtitutus.de appellat.& in cap.primo,alias ſecundo,de offic.leg.lib.6.dom. Anton.& omnes mod.in capitu. quod ſuper his.de fide inſtrum.& plene dom.Pet.de Anch. in clement.1.de probat.& per Lap.alleg.15.& allega.33.& alleg.89.Bartol.in l.prima, C.de mand.princ.& in l.prima, C.de ſuperind. ubi dicit eſſe caſum contra canones. lib.10. & in l.prohibitum. C.de iure fiſ cod.lib. vide Bald.in l.exemplo.C.de probat.in l.iuriſiurandi. C. de teſtib. in l. ſi qua per calumniam.C.de epiſcop.& cle.in l.prima.C.de mand.princip.in l.aliquando.de off.proconſ.& in l.prohibitum.præalleg & in cap.primo, §.item ſacramenta.in verſic.quæro nunquid poſſit.de pace iura.firman.in vſib. feu. & Ange.conſil. 179.& inquantum in præcedenti quæſtione Bald. allegauit ipſe in argu.dictam l.prohibere.§.plane.reuera non obſtat,
2 loquitur enim in alienatione rerum ciuitat.†quæ non uidetur mandata niſi expreſſe dicatur.Et ibi dicit Bart.ſe conſuluiſſe quod legatus de latere non potuit concedere caſtra camarinę ciuitatis ſpectantia ad eccleſiam Romanam, niſi expreſſe fuerit commiſſum.& idem dicit Bald.in capit.primo.in fine,primæ colum.alias.tertiæ, in titulo qui feud.da. poſſ. Et mouetur,quia hoc non cõpetit ſibi de iure commu-

 ni,

ni, ergo ei non attribuitur niſi probetur. & alleg. Arch. in c. amputato. 25. q. 2. & ipſe alleg. text. in auct. perpetua. in verſ. quibus hoc aſſignatur lege. C. de ſacroſan. eccle. ſed collatio beneficiorũ non eſt ſic, quia propter hoc nõ alienãtur res eccleſiæ. Beneficia enim neceſſario conferenda ſunt, ut not. in c. relatum. de præben. Et diuide iſtam q. in tria membra. Primum erit utrum credatur cardinali aſſerenti ſe fore legatum, licet non oſtendat literas ſuæ legationis. Secũdum eſt, poſito quod oſtendat literas ſuę legationis, ſi ultra hoc aſſerat ſe oraculo uiuę uocis habuiſſe poteſtatem diſpenſandi cum inhabilibus a papa, nec tendit hoc principaliter in præiudicium alicuius, an credatur ſibi. Tertium erit, quid ſi aſſerat ſe habere ſpecialem commiſſionem in præiudicium alicuius, an credatur ſibi, ſi nõ oſtendat ſpecialem commiſſionem. Et iſtis trib. accurate penſatis & examinatis apparebit indubitata veritas, & maxima utilitas præſentis quęſtionis.

3 Capio nunc primum membrum. † Et uidetur quod ſtari debeat dicto cardinalis aſſerentis ſe fore legatum. Primo per tex. elegãtiſſimũ in c. nobiliſſimus. in verſ. licet nullã epiſtolam iuxta conſuetudinem a uobis noſtro pontificio detuliſſe. licet nunquam apoſtolicę ſedis modus fuerit abſq; ſignatis apicibus undecunq; legationem ſuſcipere, nihilominus eum ſicut decuit ſuſcepimus & ei, ſicut honeſtũ fuit, credidimus. 97. diſt. ubi creditur uiro nobiliſſimo aſſerenti ſe legatum, ergo multo fortius credetur cardinali aſſerenti ſe legatum cũ dicatur patritius in diademate principis deſcriptus, & habeat illam gloriam & illud culmen quam olim habuerũt ſenatores, ut in c. Conſtantinus. 96 diſt. & late dixi ſupra in 1. q. primæ partis. & ideo dixit glo. not. in d. c. & nihilominus loquendo illatiue per dictionem ergo cardinali eſſe credendum. & hoc tenet ibi Arch. & idem dixit in c. ad apoſtolicæ. de re iudi. li. 6. & Ioan. An in cap. 1. de offi. leg. eo. li. & ibi Domi. Secundo illud quod eſt conſuetudinarium ſemper in dubio uidetur eſſe mandatum. l. exceptio. C. loca. l. generaliter. C. de fideiuſ. l. ſi prius. §. recte placuit. ff. de aqua plu. arc. l. dominus. C. de agri. & cenſi. lib. 11. l. qui ſemiſſes. ff. de uſur. l. vel uniuerſorum. ff. de pign. act. Sed cardinalem abeſſe a curia Romana non contingit niſi cauſa legationis. & ſic ita fieri conſueuit. ita dixit gl. ſolennis in d. c. nobiliſſimus. Et ideo dicebat Hoſt. in c. eccleſia. el 2. de elect. quod cardinalis habet alas ligatas, vt nõ poſſit exire curiã niſi de licentia papæ, nec conſueuit exire niſi ut legatus. alleg. glo. in ca. nobiliſſimus. & ita tenet D. Abb. in c. quod ſuper his. de fi. inſtr. & Io. de Imo. & idem tenet Io. An. in d. c. ad apoſtolicæ. & in c. ad eminentiam. de ſent. excom. Pet. de Anch. in clem. 1. de pro-

4 bat. † Et ideo Lapus allegatione. 15. dicit quod non eſt neceſſarium probare quem eſſe legatum. quia eo quod fuit legatus eſt notorium, & quia ex cõſuetudine creditur ei aſſerenti. alleg. d. c. nobiliſſimus. alleg. Spec. in tit. de legatis. §. ſupereſt. uerſ. quid ſi. & addit quod eo ipſo quod facit actum in prouincia dicens ſe legatum, licet non adiiciat ſe eſſe legatum illius prouinciæ, nihilominus uidetur aſſerere ſe legatum illius prouinciæ, quod eſt bene notandum pro pratica. Tertio iuriſdictio legati eſt ordinaria. c. 1. c. quod tranſla. ca. ſi. de off. leg. c. 1 eo. tit. lib. 6 l. 1. & 2. ff. de offi. proconſu. l. qui ordinarium. C. de off. rect. prouin. ergo eo ipſo quod legatus eſt in quaſi poſſeſſione legationis portando crucem ante ſe, palafrenum album, calcaria, & frenum deauratum, & pannos rubeos, quæ ſunt inſignia legatorum, ut in c. antiqua. & ibi per Hoſt. de priuil. ergo ſequitur quod ſi præſumitur pro eo, nõ erit probanda legatio. Et iſtam partem ſequitur communis opi. ſcribentium. & do. Ant. in d. c. quod ſuper his. vbi dicit ſe credere quod ſi pſona eſt honeſta & nota, prout præſumitur, ſi aſſerat ſe eſſe legatum, creditur. faciat in ſimili dictum Bart. in l. palatinos. C. de colla. fun. fiſca. lib. 11. vtrum credatur nuncio ſine literis, ſi eſt notus. & iſtud tenuit Lud. Ro. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. & praticus doctor D. Io. de Pla. in l. prohibitũ. C. de iure fiſci. lib. 10. vbi licet non credatur officiali ſine literis. fallit in perſona nobiliſſima auct. & honeſta, ut eſt cardinalis ſecundum eum. alle. d. c. nobiliſſimus. Idem tenuit Ang. conſ. 179. Et ſic pene tota antiqua

5 & moderna iuris prudentia ſequitur iſtam opinio. † Nihilominus cõtraria pars uidetur ſuſtentabilior hoc modo. illud quod non ineſt alicui ex diſpoſitione iuris communis, non præſumitur, niſi probetur. Ideo dixit Archid. in cap. amputato. 25. q. 2. quod illud quod non ineſt alicui de iure communi non præſumitur niſi probetur cautum. c. porro. de priuil. ex eo enim quod non eſt inſertum præſumitur abrogatum. c. ad audiẽtiam. de deci. l. doli clauſula. ff. de uerb. obligat. 24. quæſt. 3. ca. ſi habes. ſecundum Vincen. qui ita not. in capitu. illa. de inſtitu. & hoc dixit Bald. in capitu. primo, qui feu. dare poſſunt. ſuperius allegato. Sed quod cardinalis ſit legatus non competit ſibi a iure communi, niſi per papam conſtituatur delegatus, iuxta no. in c. 1. de offi. deleg. li. 6. ergo ſi non oſtendit per literas ſe eſſe legatum, non præſumitur, & per ↄ̃ns non ſtabitur ſuæ aſſertioni. Secundo eſſe legatum eſt officium. cap. 2. de off. leg. lib. 6. & in l. abſenti. ff. de leg. ſed quis non præſumitur habere officium, niſi probet. l. prohibitum. C. de iu. fiſ. lib. 10. ubi officialibus principis non creditur ſine literis, & ibi dixit Bart. quod text. melior de corpore iuris declarat, cum debeant innoteſcere literę officii in §.

6 cos. auth. de colla. † uidelicet quia debet fieri notum in curia præſidis prouincię, quo facto creditur illi officiali per totam illam prouinciam. & ibi dixit Bart. quod omnes officiales debent portare inſignia officialium, ex quibus cognoſcantur, & per hoc tene menti illum tex. in uerſic. cum literis noſtris cognouerit non ex arbitrio ſuo officiales, ergo legatus debet oſtendere literas ſuæ legationis. Tertio faciat tex. in l. 1. C. de ſuſpend. lib. 10. & ibi Bart. dicit illum tex. facere contra canoniſtas dicentes quod cardinalibus, & quibuſdam præcellentibus creditur, etiam ſi literas non oſtendant, nec habere ſe dicant, quod dicit eſſe contra illum. tex. ubi non creditur præfecto prætorio, ergo ſequitur quod etiam non creditur cardinalibus. Et per illum tex. infringitur dictum Ioan. Cal. in tit. de offic. leg. conſ ſecundo. de traſla. præl. Pone inquit, ꝙ cardinalis reputabatur legatus in prouincia, nec aliter probatur eius poteſtas, an ualeat collatio beneficii facta per eum & dicit ꝙ ſic, pp honeſtatem eorũ creditur cardinalibus, alleg. d. cap. nobiliſſimus, nec dicit eſſe ueriſimile, quod conſtituiſſet ſi poteſtatem non habuiſſet, tamen etiam quia ex quo communiter ſic reputabatur, error communis facit valere geſta, licet in ueritate poteſtatem non haberet. l. Barbarius philippus. ff. de offi. præt. cap. querelam, de elec. cap. continuationibus. de iur. pat. cum ſim. Nec obſtat ſecundum eum ca. cum in iure peritus de offi. delega. quia loquitur in delegato,

7 † ſed legatus eſt ordinarius, & iſtud uoluit La. alle. 39. Et ideo dixit Bald. in l. ſi qua per calumniatu. C. de epiſ. & cler. quod ſi loquimur de iuriſdictione legati iure ordinario non eſt ꝓbanda iuriſdictio, ſufficit enim ꝙ ſit in quaſi poſſeſſione, ꝗa cum ſit ordinaria, non eſt probanda, & ſic doctores iſti ſequũtur primam partem. Nihilominus licet Bart. mordeat canoniſtas per illam l. 1. non merentur moderi per illam. l. quia illa l. non loquitur contra concluſionem canoniſtarum. loquitur enim in his, quæ ſunt reſeruata principi, quia præfectus prætorio dicebat ibi ſe habere commiſſionem a principe ad imponendum ſuperindictum. Et opinio canoniſtarum loquitur quando cardinalis aſſerebat ſe legatum, non autem qñ aſſerebat ſe habere commiſſionem ſpecialem contra ius commune. Et ideo dicit text. in d. l. 1. nihil ad ſolas præfecturę literas ſoluat ergo. Quarto faciat tex. in l. prima. C. de mãd. princ. in uerſic. nemini quicquam, niſi quod ſcriptis probauerit eſſe credendum, ne ullius dignitate terreni ſiue ille tribuni ſiue comitis ſiue notarii præterat dignitatem Et ſic ille text uidetur comprehendere dignitatem præfecti prætorio, ex quo loquitur ita generaliter, ullius dignitate, & per conſequens comprehendit cardinalem, argum. l. 1. & quod ibi no. Bal. ff. de offi. præfe. pręto. & ſic nedum ille tex habet locum in nunciis papæ aut imperatoris, ſed etiam habebit locum, ut dixit ibi Bart. in præfecto prætorio cardinalibus & ſimilibus. faciat. l. probatorias. C. de diuer. offi. lib. 12. in uerſicu. per manus noſtras. & l. niſi opinatores. C. de exac. tribu. lib. 12.

8 in uerſiculo. cum delegatoris † vbi mandatum principis eſt inſinuandum in prouincia cum aliquis ſub illo prætextu aliquid facere conatur. Quinto faciat tex. in aue. de mand. prin. §. ſi quis autem. ubi nullus aſſerens ſe habere mandatum per aliquos eſt ſuſcipiendus niſi per pragmaticam formam. & ideo Azo in ſumma ponit aperte & clare quod nulli uenienti de curia principis cauſa legationis eſt credendum, niſi oſtẽdat literas ſuę legationis. Facit glo. in capit. inſtitutionis. 25. quæſtione prima. alias. ſecunda Sexto faciat quod not. Bald. in dicta l. prohibitum, ubi dicit, ubi iuriſdictio ordinaria conferetur per uiam electionis inſtrumentum eſt ſiendum, & aliter facta non ualet, alleg. eatum tit auth. ut iudi. ſine quoquo ſuffra. §. hęc omnia. in fin. quod dicit eſſe ualde notandum quod epiſcopus nec electionem de ſe factam nec prouiſionem de beneficio poterit probare per teſtes, ſed ſolum per publicum inſtrumentum. & ibi dicit quod ſi committitur exercitium iuriſdictionis in certo loco eſt ordinarius uere, & ideo in ſcriptis debet probari, & allegat. d. l. prima. de mandat. prin. & dicit quod loquitur quando iuriſdictio fuit collata motu proprio principis, quia loquitur in mandato, & proprie mãdatum uenit ad motum mandantis. nam uolenti & petẽti potius conceditũ, quã mandatur. & dicit pone exemplũ in legato papę uel imperatoris. & concludit ꝙ legatus debet probare in ſcriptis ſuam legationem. Septimo faciat, quod no. idem Bald. in c. ſi. §. item ſacramenta. in tit. de pa. iura. fir. in uſibus feudorum. in verſicu. quęro nunquid poſſit probari

gra-

9 gratia facta ſuper iuriſdictione ſine ſacris apicibus.† & deci-
dit quod non.alleg.d.l.1 & licet ibi aperiat, an hoc proceda,
in iuriſdictione ordinaria an delegata, nihilominus uidetur
loqui de ordinaria per.d.l.1.quam allegat. & iden idem Bal.
in præalleg.l. aliquando. quærit an vicarius poſſit probare
per teſtes ſuum vicariatum,& uidetur quod non per.d.l.pro
hibitum & per.d.l.1.quod dicit procedere quando vult expli
care in abſentia committentis,ſecus ſi in præſentia commit
tentis.& remittit ad no.Iac.de bel.in d.l.1. & ſic videtur da-
re ſolennem,& nouam limitationẽ,quod qñ de facili pôt ha
beri præſentia papæ,ſtabitur dicto legati aſſerẽtis ſe legatũ. Si
autem eſt extra præſentiam papæ, tunc debebit probare per
literas quod eſt nouum dictum a tanto doctore. & bene fa-
cit dictum ſubtiliſſimi doctoris Raph. Fulg.in d.l.1. ubi dicit
ſibi videri,ſi dubitatur de mãdato iuriſdictionis ad partes vbi
iuriſdictio debet exerceri, tũc dẽt probari ꝑ literas,per d.l.ꝓ-
batorias. Si vero dubitatur in curia, tunc poteſt cognoſcere
oraculo viuę vocis,alleg. §.primo,in auth.in medio litis non
fieri ſacras formas.& miror de tanto doctore quod non alle-
gauerit Bal. cuius hæc doctrina fuit originaria in pręalleg.l.
aliquando.faciat etiam quod dixit do. meus Inã de Imo.in
d.c.quod ſuper his.de fi.inſtru.ubi inquantum doctores tan
gunt, utrum credatur cardinali legato aſſerenti ſe oraculo
viuæ vocis habuiſſe in commiſſione aliquid a papa. Et ſunt
10 opin.doctorum ibi, ſed reducit ad concordiam †quod ſi car-
dinalis eſt in curia, ita quod de facili poteſt haberi recurſus
ad papapam pro veritate,ſtabitur dicto cardinalis.Si vero eſt
extra curiam, & de facili non poteſt haberi recurſus ad papã
pro ueritate, non ſtabitur dicto ſuo, niſi illud probet per il-
lud quod no.Spec.in ti.de proba.§.videndum,verſic.quid de
auditoribus.Bene.feciſſet allegare doctri. Bald.in d.l.aliquã-
do.& Rapha. in d.l.1. Octauo non eſt iure cautum quod ſtẽ
legato aſſerenti ſe legatum, ergo et ubi ſcimus,cum ſine lege
loquimur,in §.conſideremus.in auth.de trien.& ſemiſ.cum
ſimilibus. Nec ob.d.c.nobiliſſimus.quia non probat illud ad
quod communis prudentia doc.allegat. Primo ibi non fuit
appoſita aliqua contradictio. Et ideo ſi fuiſſet oppoſitum ꝙ
non erat legatus, ut in caſu noſtro,uideretur ſecus, uide ibi
doc.Secundo ille tex.loquitur de honeſtate, ut patet in uerſ.
decuit & honeſtum fuit, ergo non induceit iuriſdictionem.
Tertio quia loquitur in papa, papa acceptauit illum in lega-
tum qui omnia poteſt.c.nouit.de iud.cum ſi.& ideo nõ pro-
bat opi.doct.de neceſſitate.Quarto non loquitur in cardina-
li,quinimmo dicit ibi gloſ.quod tunc ille tex.procedit in car
dinali legato,quando perſona cardinalis eſt bene cognita,&
ſic ſentit illa gl.quod non ſequitur quod inſtincte ſtetur car
dinali aſſerenti ſe legatum, ſed ita, ſi perſona ſua eſt bene co
gnita, quod intelligo quo ad bonitatem, mores, honeſtatẽ,
& ſimilia, & illo caſu nõ eſt dubium quod ſtatur dicto boni
uiri,glo.eſt not.in c.cum olim eſſemus. de priuile. & ibi do.
Abb.fecit feſtum de illa gloſ.quia extendit. d.c.nobiliſſimus.
ad quemlibet bonum uirum notum. facit gl. multũ ſolen-
11 nis,in l.titio cui fundus. ff.de condit.& demon.†Nono ſi ali-
ter diceremus ſequeretur quod iſte teſtificaretur in cauſa ꝓ-
pria quod eſſe nõ debet.l.1. C.ne quis in ſua cauſa.cum ſimi.
& per conſequens videtur quod illa ſit verior concluſio.Poſ
ſet nihilominus dari æqua diſtinctio. aut cardinalis legatus
vadit ad partes uicinas curiæ Romanæ, ex quibus de facili
poteſt haberi acceſſus ad papam, & aſſerit ſe legatum, &
tunc licet aliter non probet legationem ſuam, ſtabitur di-
cto ſuo arg.c.quãto.& c.quoſdam.de præſump.& l.ſi vicinis,
C.de nup.& l.4.§.ſi tam vicinum.ff.de dam infec.& arg.eius
quod dicit Bal.in d.l.aliquãdo.& Raph.in d.l.1.& Io.de Imo.
in d.c.quod ſuper his.& facit not.dictum Ang in l.mutus.§.
is qui.ff.de procu.ubi quãdo eſt dubium de mandato,dimit-
titur procurator cum cautione de rato, vt l.nõ ſolum.§.qui
alieno. ff.de procur.cum ſi. quia illud eſt verum quando do-
minus eſt abſens, ſecus ſi eſt præſens per text.in d.§.is qui.ꝙ
ut ſingulare menti commenda. Aut cardinalis eſt legatus in
partibus longinquis, & tunc ſi conſtat,quod exiuit de curia,
exiuit cũ cruce,equo albo, pannis rubeis, quæ ſunt inſignia
legatorum,ut habetur in d.c.antiqua.de priuile. & ita cum
iſtis inſignibus venit ad locum in quo aſſerit ſe legatũ, & tũc
ex quo eſt in quaſi poſſeſſione legationis, & eſt iudex ordina
rius, ut ſuperius dictum fuit,& papa ſciuit & tolerauit iſtum
exire cum inſignibus legatorum, & tunc credatur ſibi. Faciat
quod ſuperius dictum fuit & quod voluit Bal.in d.l.ſi qua ꝑ
calumniam, & Io.cal.in d.conſi.2.de tranſla.præla.† Aut le-
12 gatus cardinalis non exiuit de curia cum inſignibus legati nec
ut legatus tranſiuit.ſed quando fuit in loco dicit ſe legatum
& vult ꝙ recipiatur ut legatus,& vult capere inſignia legato
rum, & tunc videtur quod non ſtetur dicto ſuo,niſi per lite-
ras probet legationem, per iura quæ pro iſta parte ſuperius
allegaui. Sed ſi forte eſſet nobiliſſimus & honeſtus,& notus,
forte ſtaretur dicto ſuo,per illud quod dixit gloſ.in d.capitu-
lo nobiliſſimus.& in d.l.titio fundus.& per. l.ſi a bonęfidei.ff.
de rei ven. & per id quod not.ibi Ang. per not.dictum Ioan.
An.in tit.de loca.in addi.Spec.in rub.ubi comes tẽpore guer
ręaccomodauit caſtrum cuidam militi cuſtodiendum, qui
miles commiſit cuſtodiam cuidam alteri, & ille talis prodi-
dit caſtrum & vendidit inimicis, comes egit contra militẽ,
refert Io. Andr.ibi ſe audiuiſſe fuiſſe determinatum in curia
Romana, quod ſi ille talis cui miles cõmiſit cuſtodiam erat
nobilis, quod excuſatur ſi credidit nobili. Tu alleg.ſing.glo.
in capitulo.illud. 40.diſt. & iſto modo cum laude Dei poſſet
iſte dubitabilis paſſus decidi & terminari, quod bene nota-
bis propter reuerentiam dominorum cardinalium quando
conſtituuntur legati.

SVMMARIVM.

1 Cardinali legatum ſe aſſerenti nunquid credendum ſine alia probatione.2.3.5.
Mandatum principis nunquid prima fronte requirat ſcripturam. Nobile an credendum ſimplici verbo.
3 Cardinalis ſine ſpeciali papæ licentia vtrum poſsit abſoluere a voto tranſmarino.
4 Argumentum a contrario ſenſu quatenus procedat.
6 Cardinales ſine legatione curiam non exeunt.
Intellectus.c.nobiliſsimus.97.diſt.
8 Cardinali legato vtrum credatur in præiudicium alterius.
Legatus de latere nunquid veniat ſedis apoſtolicæ appellatione.13.
9 Epiſcopo aſſerenti ſe expulſum de diœceſi,a ſuis ſubditis nunquid ſtandũ.
10 Papæ in temporalibus an ſit credendum nudo verbo in præiudicium aliorum.11.
11 Innocentij inuerecundum ingenium in reticendo nomine aliorum vnde furatus eſt.
12 Intellectus.c.Dei omnipotentis.2.q.1.
Iudex in actibus gerendis nunquid per omnia adhibere notarium, & teſtes teneatur.
13 Sedes apoſtolica in & de quo verificetur.
Intellectus.c.cum a nobis.de teſti.
14 Pænitentiarij papam abſoluere an poſsint, cuius abſolutionem reſeruauit ſibi papa.

Circa ſecundum membrum,videlicet quan
do legatus cardinalis facit
aliaqua non ex vi generalis legationis, ſcilicet aſſerit ſe ſpe-
cialẽ cõmiſſionẽ hr̃e a papa oraculo viuę vocis an ſibi creda
tur,puta aſſerendo ſe hr̃e ptãtẽ diſpenſandi cũ inhabilib.ſeu
irregularib. Et ad hoc vt q̃ſtio iſta procedat oportet præſup-
1 ponere prius†quod cardinali aſſerenti ſe legatum credatur, &
eſt belliſſima qõ in terminis mirum in modum trita ab An-
ge.conſil.179.incip.in Chriſti nomine amen. Mandatũ prin
cipis prima fronte,vbi refert reuerendiſs.patrem dominum
dominum Agabitum de columna cardinalem in partibus
Brixiæ aſſerentem ſe legatum apoſtolicum & habere ſpecia
lem commiſſionem diſpenſandi ſuper irregularitate, an ſit
ſibi credendum,licet inſtrumentum ſuę commiſſionis non
oſtendat,nec illud retineat in prouincia ſuę legationis, & di
cit mandatum principis prima fronte ſcripturam require-
re,allegat.l.1.C.de mand.princ.& l.prohibitum.C.de iu.fiſ.
lib.10.& in auth.de colla.§.eos autem.& l.miſſi opinatores.
C.de exact.lib.10.poſtea arguit in cõtrarium.videlicet quia
dictus dom. Agabit.erat tempore ſuę ætatę princeps Roma-
nus nobiliſſimus genere necnon cardinalis,& ſic legatus de
latere & cognitus in prouincia. Vnde cum aſſerat ſe ſpecia-
lem commiſſionem habere ratione ſuę nobilitatis, dicit eſ-
ſe credendum ſuo ſimplici uerbo.& allega. c.nobiliſſimus.
79.diſ. & dicit hoc aſſertiue tenere Io.And.in d.c.ad apoſto
licę.de re iudic.lib.6. Dicit tamen quod Io And.non allegat
iura in contrarium facientia nec ad ea reſpondet. Vnde di-
cit ꝙ non pôt ſuper hoc puncto ſine dubio pertranſiri,& re-
ſert decretiſtas ſic indiſcuſſe ꝓcedere ſuper hoc puncto. Ip-
2 ſe dicit finaliter ſe credere†ꝙ quandocunque legatus quan
tumcunque de latere, uel quiuis alio quocunque alio pol-
lens honore aut dignitatis fulgore aſſerit ſe habere manda-
tum principis, aut papæ ſuper his quæ directe concernunt
præiudicium alienum,& tunc nullo modo creditur ſibi ſine
literis ſuę legationis. Et ita intelliguntur iura in contrarium
allegata. Quandoque aſſerit ſe habere mandatum ſuper eo
quod principaliter non ordinatur, nec tendit in præiudiciũ
alienum, ſed ad incommodũ papæ,vel principis,& ad com-
modum alienum ſine alieno diſpendio,videlicet quod poſſit
diſpenſare cum inhabilibus, & tunc creditur ſibi ſine literis
quod dicit procedere in legato cardinali, ſecus ſi eſſet infera
or ipſo cardinali legato. & eſt ratio quia ſatis eſt veriſimile
quod hanc commiſſionem habeat ea quo ſic aſſerit, & ſic di
cit intelligi debere glo.in d.cap.nobiliſſimus.& ita dicit ſe in
telli-

telligere dictum Inno.in c.cum in iure peritus.de offi.deleg.
in prin.ſed ubi aſſerit aliquid quod nullatenus eſt veriſimile,
tunc abſque literis non crederetur, vt eſt tex.in d.c.nobiliſſi
mus.in ratione ſui. & ideo dicit quod cum talis poteſtas di-
ſpenſandi nemini ſit noctua, ſed præſumitur attributa ad cō-
modum ſubditorum, veriſimile eſt dominum papam dictā
cōmiſſionē feciſſe, & eo magis cū prædictus do. Agabitus fue
rit nobilis & cardinalis, & in prouincia notus, quod ſtandū
fuit verbis ſuis, & per conſequens dicta diſpenſatio uide-
tur facta auctoritate apoſtolica, & ita ibi reſidet. Et iudicio
meo belliſſima eſt concluſio ſua & excelſo & præſtanti doc.
digna. † nec vſque ad tempora ſua fuit ita mature penſata. &
3 de iſto do. Agabito fecit expræſſam mentionem Iac. de bel.
in proœ. auth. in prin.ubi refert ſe ad preces & multam inſtā
tiam venerabilium, & nobilium virorum dominorū Iac.
& Agabi.fratrum, & filiorum magnifici & potentis viri do-
mini Stephani. de columna Romanorū proconſulis in Bono.
ſtudio tunc reſidentium operam illi commento præſtitiſſe.
& hanc opin. reperio tenuiſſe ſummum doctorem moder-
num do. Abb. in capit.quod ſuper his. de fi.inſtru.vbi dicit q
cum credatur cardinali circa maiora, videlicet quia credi-
tur ſibi cum aſſerit ſe legatum, & ſic creditur circa totum,
ergo multo fortius credetur circa partem, cum dicit ſe habe
re ſpecialem commiſſionem,arg.cap.paſtoralis.ver.item cū
totum.de offic.deleg.l.quæ de tota.ff.de rei ven.Nam cardi-
nalis non poteſt abſoluere a voto vltramarino ſine ſpeciali li
centia papæ,de qua non fiebat fides in d.capitulo quod ſuper
his.ſed ſtabitur literis dumtaxat cardinalium aſſerentium
ſe habuiſſe illam commiſſionem, & maxime quia hę com-
miſſiones quotidie fiunt cardinalibus in curia.Si tamē vltra
generalem commiſſionem aliquid atteſtaretur in præiudi-
cium partis,tunc non crederetur.alleg. not.glo.in cap. ſicut
de ſen. excom. & iſtud vltimum examinabitur in ſequenti
membro.Tu vero pondera,quia arg.do.Abb.non procedit.
Licet enim credatur cardinali aſſerenti ſe legatum, iſtud eſt
conſuetum, quia non conſueuit cardinalis exire curiam re-
gulariter,niſi cauſa legationis, ut dictum fuit in præcedenti
membro, ſed credere cardinali legato aſſerēti ſe habere ſpe
cialem commiſſionem diſpenſandi cum inhabilibus & irre
gularibus, non eſt conſuetum immo eſt contra ius. & ideo
tunc ſuccedit regula Archi. in cap. amputato.25.quæſt.2.de
qua dixi ſupra in præceden. membro, quia non præſumitur
niſi probetur. & ideo ad formā argumenti ſui reſponde hoc
modo, quod non eſt eadem ratio in parte quæ eſt in toto,er-
go argumentum ſuum non militat. Pondera etiam quia.c.
ſuper his non probat dictum eius, quia ibi cardinalis nō erat
legatus,immo erat delegatus,quod fuerit delegatus tenet ex
preſſe Ludo.Ro.in l.ſciendum.ff.de ver.ob.† Pondera etiam
4 quia ille tex.nō probat dictum eius niſi a contrario ſenſu in
delegato, quod argumentum a contrario ſenſu contradicit
regulę,& Inno.in cap.cum in iure peritus de off. deleg. Pon-
dera etiam quia.d. c. quod ſuper his.loquitur quando com-
miſſio fuit facta in curia cardinali a papa,quo caſu poteſt de
facili haberi recurſus ad papam.Et propterea hoc creditur tūc
ſibi,ut uoluit Bal.in l. aliquando.de offi. procon.& Raph. in
l.1.C.de mand.prin.Et prædicto eorum eſt caſus ſing.& notus
in d.c.quod ſuper his. & propter hoc iſte paſſus adhuc eſt du
bius.Bal.tamen in l.exemplo.C.de proba.ad fi. inquit.Cardi-
nalis tanquam de latere legatus aſſerit ſe habere certas ſpe-
ciales commiſſiones, puta ad reſtituendum famæ, procedit
ad executionem, tamen literę apoſtolicę de mandato non
apparent, reuocatur in dubium an teneat quod factum eſt,
decidit quod ſi publice facti ſunt huiuſmodi actus non ſe-
mel ſed pluries, præſumitur quod habuit mandatum quod
aſſerit, & valent geſta,non ratione erroris communis.ſcili-
cet ratione præſumptię veritatis, & aſſertionis talis & tanti
viri.allegat no.in c.tunt ex literis.de in integ.reſti. & ſic Bal.
limitat doctrinam Ang.quoniam actus geſti ſunt pluries &
publice.Et ſic ſentit quod ante factum nō crederetur,& hoc
modo deberet intelligi elegans dictum eiuſdem Bal. in l.
iuriſiurandi.C.de reſti.ubi quærit vtrum credatur dicto car-
dinalis.† & refert doc.dicere quod ſic in commiſſis ſibi per
5 papam.alleg.doc.in cap.cum olim eſſemus.de priui.Ita etiā
deberet intelligi quod notauit idem Bal.in l. ſi qua per calū-
niam. C.de epiſ. & cle.ubi dixit quoties legatus facit aliquid
ex cōmiſſione ſpeciali eſt neceſſe probare mandatū, allegat.
l.1.C.dę man prin.Sed illuſtris doc.do.Pet. de anch.in clem.
prima de proba.in uer.ſecundo quæro vtrum credatur aſſer
tioni cardinalium ſicut papæ,& refert gloſ. quæ ibi loquitur
de legato,dicentem quod non,ſalua conſuetudine curię quę
adhibet ſibi fidem, ut no.in capitulo conſtitutus. de appel.in
nouella ſuper ver. creditori. ubi remittit ad Spec.in ti.de te-
ſte.§.1.ver.quid ſi aduocatus. & ad ducit in medium do. Pet.
ibi quæſtionem præfati do. Agabiti legati, qui abſoluit ab ir

regularitate quemdam clericum,narrans in diſpenſatione q
habebat ſuper hoc mandatum a papa, an debeat ſibi credi,
& refert illud conſil. Ang. & doctrinam Ioan. And.in d.cap.
conſtitutus.dicentis quod de iuris rigore ſibi non creditur,
ſed de conſuetudine curię ſic. & in hoc Ang. eſt varius a di-
cto Io. And. & finaliter non placet do. Pet.conſilium Ange.
quia legati non poſſunt diſpenſare contra iura.nec cum irre
gularibus, nec cum aliis ad quos ſua iuriſdictio ſe non exten
dit, & dicit ſe credere nō poſſe iure probari,quod debeat cre
di ſimpliciter verbo ſuo in his ad quæ ſua iuriſdictio non ex-
6 tenditur. † Nam qua ratione crederetur ſibi ſuper poteſtate
diſpenſandi cum irregularibus,eadem ratione crederetur ſi-
bi ſuper poteſtate transferendi & deponendi epiſcopos, &
alia exercendi ſpecialiter ſummo pontifici reſeruata,de qua
habetur in cap.quod tranſlationem. de offi.leg. quod eſt du-
rum ſentire ſecundum eum, nec d.cap.nobiliſſimus. multū
vrget, quia ibi creditur ſibi aſſerenti eſſe legatum, quia non
conſueuerunt cardinales exire curiam ſine legatione, ideo
ex hac conſuetudine præſumendum eſt eos eſſe tales vt ſe
aſſerunt in recipiendos eos ut legatos. Sed ſi vltra officium
legationis aliam poteſtatem prętendant in caſibus reſerua-
tis Romano pontifici, arbitratur nō eſſe tutum eis credere,
& ita reſidet, nullam tamen faciendo mentionem de Bal. in
locis ſupra alleg. de quo eſt per maxime mirandū, cum fue-
rit diſcipulus ſuus,& lacte ſcientiæ ſuæ fuerit enutritus.Nihi
lominus poſſet defenſari conſil. Ang.per tex.valde expreſſū
hoc modo inducendo in d.c.nobiliſſimus.in verſ. nihilomi-
nus eum ut debuit ſuſcepimus,& ei ſicut honeſtum fuit cre-
didimus, vbi nedum ſtatur aſſertioni cardinalis aſſerentis ſe
legatum, ſed etiam creditur ei in ſibi commiſſis,conſiderata
qualitate perſonæ ſuæ. Et ſi quiſpiam dixerit quod ille tex.lo
quitur de commiſſis ex natura legationis,quia ad hoc reſpō
7 deo. † Nam non fuiſſet opus quod ille text. exprimeret, quia
eo ipſo quod recipitur vt legatus, videtur admitti cum omnib.
illis quæ ex conſuetudine legationis tranſeunt in ipſum le-
gatum, quia eo ipſo videntur ſibi commiſſa illa, quę conſue
uerunt Romani pontifices mandare cardinalibus, quando
conſtituunt eos legatos. Facit quod habetur in dicto capitu-
lo quod tranſlationē & ideo illa verba credidimus, ſi referan
tur ad ea quæ ex conſuetudine tranſeunt in legatos,ſequere
tur quod ſuperfluo fuiſſent appoſita,quod non eſt dicēdum,
arg.capit.ſi papa.de priuile.in 6.capit.ſi Romanorum.19.diſ.
l.ſi quando C.de inoffi.teſt.fateor tamen quod ſi eſſent ita ar
dua, puta deponere uel transferre epiſcopos & ſimilia,non
credo quod ſtaretur propter arduitatem negociorum, & q̄a
ageretur de damno ſubditorum. & hoc modo poſſet limita
ri doctrina Ang.arg.eius quod not.in capitulo edoceri de re-
ſcrip.poſſet tamen ad. capitulū nobiliſſimus reſponderi, q̄a
licet dicatur ſicut honeſtum fuit credidimus quod non in-
telligatur de præiudicio alicuius.Item quod loquatur de ho-
neſtate non tamen de iuris neceſſitate.Item quia loquitur in
papa. Item ēt quia loquitur quando aliquis non contradixit
ergo ſecus ſi contradiceretur.& ideo poſſet dari ęqua diſtin-
ctio hoc modo, aut cardinalis legatus eſt in curia vel vicinus
curiæ, & tunc ſiue dicat ſe habere poteſtatem diſpenſandi
contra ius commune ex ſpeciali commiſſione papæ ante-
quam diſpenſet ſiue poſt actus diſpenſatos ab eo, tunc credi
tur aſſertioni ſuæ ſimplici, ex quo de facili pōt haberi acceſ-
ſus ad papam pro ueritate, per ea quæ dicta fuerunt ſupra in
pręced.membro.Aut cardinalis legatus eſt in partib. remo-
tis a curia, & tūc aut aſſerit ſe habere commiſſionem in his
quæ communiter mandari conſueuerunt legatis cardinali-
bus,& tunc ſtetur aſſertioni eius per dictū capitulū nobiliſſi
mus,& per not.in dicto capitulo quod tranſla. & iſtis duob.
caſibus recte procedat dictum Ang.Aut cardinalis legatus
facit ea quæ communiter cardinales legati facere non con-
ſueuerunt, ſed ſunt contraria, & ſpecialiter reſeruata Roma
no pontifi.& tunc non ſunt nimis ardua, & tunc ſtetur aſſer
tioni ſuæ vt eſt in diſpenſando cum inhabilibus quæ rendūt
ad commodum ſubditorum. & tunc etiam procedat conſil.
Ang.& ideo diſpenſatio facta per præfatum do. Agabi. valeat
& teneat, arg. d. capituli nobiliſſimus. & no.ibi p gloſam
aut ſunt nimis ardua puta in transferendo epiſcopos a pro-
pria ſede aut in deponendo,& tunc aut ante factum, & non
ſtetur aſſertioni eorum,aut poſt factum, videlicet poſt plures
actus publice geſtos per eum,& tunc propter aſſertionem tā
ti uiri credatur & ſtetur aſſertioni ſuæ,per illud quod dixi Bal.
in præalle. l.exemplo.C.de probat.& ita poterunt reduci ad
concordiam hi famoſi paſſus iuris.

8 Circa tertium membrum † utrum credatur car-
dinali legato in præiudicium alte
rius.Et uidetur dicendum quod non,vt probat text. in dicta
l.prima. C. de iu.fi.co.libro cum ſim. ſupra allegat. in pri-
mo membro,& hoc tenet glo.in ca.ſicut.de ſent.excom.
mu.

mu.& iſtud ibi ſequitur do. Abb.in cap.quod ſuper his.de fi.
inſtru.& in c.cum olim eſſemus.de priuil.& in c.ad eminen
tiam, de ſentent.excomm.& Ioan.And.in cap. conſtitutus.
de appell. Et ſi dicatur in cap.conſtitutus,eſt caſus.in contra-
rium Hoſt.ibi arguit de.cap.cum a nobis.de teſt.ubi uidetur
probari quod non creditur. Et reſpondet ad d.cap.conſtitu-
tus.quod ibi partes acquieuerunt aſſertioni legati. Ioan.An-
dre. aliter ibi ſoluit quod eſt ſpeciale in legato de latere ex
conſuetudine generali,ut credatur relationi illius, ſed de iu
re communi eſt ſecus, ut pronunciauit papa Clemens,ut re
fert Spec.in tit.de teſte.§. primo.verſic.ſed nunquid aduoca
tus ſed Lud. Rom.in l.ſciendum.de verborum oblig. arguit
in contrarium, quod nullo modo ſtetur dicto cardinalis in
præiudicium alterius,ergo in contrarium eſt ius commune
l.ius ſingulare.de legi.& allegat.l.iuriſiurandi.in uerſic. & ſi
præclare curię honore præfulgeat.C.de teſti.Quinimmo ele
uauit uocem contra ipſum Romanum pontificem quod ẽt
dicto ſui ſolius nõ eſt ſtandũ in præiudicium alterius , ut ex
inferius dicendis liquido apparebit Tu uero pondera, quia
contraria concluſio uidetur ſuſtentabilior videlicet quod ẽt
de iure communi nedum de conſuetudine Romanæ curiæ,
eſt ſtandum aſſertioni cardinalis legati in præiudicium alte
rius,& hoc per tex,in d.cap.cum a nobis.in fi.dum dicit, ſal-
ua ĩ omnibus ſedis apoſtolicæ auctoritate, ſed appellatione,
ſedis apoſtolicę uenit legatus de latere, ut eſt caſus in capi.ſi
abbatem.de elect.lib 6.ergo ſequitur quod ſicut ſtatur dicto
ſedis apoſtolicæ ſolius, ita ſtandum erit dicto ſolius legati
de latere,qui cẽſetur ſedes apoſtolica in prouincia ſibi decre
9 ta.†Secundo facit d.cap.conſtitutus.in verſic.intellecto igĩt.
ubi ſtatur aſſertioni cardinalis in prejudicium alterius,ergo
faciat quod habetur in clem.prima.de foro compet.per glo.
& doc.quod ſtatur epiſcopo aſſerenti ſe expulſum de diœceſi
ſua a ſuis ſubditis,ergo multomagis erit ſtãdum dicto cardi-
nalis legati. Tertio faciat.ca.quicunque.11.quæſt.1.ubi eſt ca-
ſus ſing.quod ſtatutum imperatoris,quod ſtetur dicto ſolius
epiſcopi , ualet & tenet , ergo multomagis in caſu noſtro
conſuetudo Romanæ curiæ potuit facere quod credatur di
cto cardinalis legati,ut uoluit Ioan.And.in d.ca.conſtitutus.
& idem dicemus in iure communi , & ideo.d.cap.conſtitu·
tus.procedat de iure communi.Nec obſt.tex.in d.cap.cum a
nobis.uerſic. quantęcunquę ſit auctoritatis .quia illa uerba
non uidentur comprehendere dignitates cardinalatus pp
duo,quia ſermo generalis appoſitus in l.regulariter non cõ-
prehendit,cardinalem niſi ſpecifice & expreſſe fiat de comẽ
tio per not.in cap.1. de ſciſma.lib.6. & per illud quod conſu
luit. Per.de Anch.ut late dixi.ſupra in prima parte huius tra
ctat.& etiam quia cardinalatus eſt dignitas dignitatum , ut
ibi expreſſe dixi per gloſ.quæ allegatur pro ſingulari loquen
tẽ de epiſcopatu in cap. ſecundo. de præben.lib.6.Et ſi dicaẽ
quomodo credetur cardinali in præiudicium alterius , quia
Chriſtus noluit,quod ſibi crederetur,immo uoluit ſe confor
mare legi diuinæ dicenti, in oro duorum uel trium ſtet om-
ne uerbum.18.cap.Deuteronom.cap.cum eſſes.de teſtamen.
quare inquit non accipitis teſtimonium patris mei . ſecun-
da quæſtione quarta.§.primo.& etiam uoluit ſe conformare
legi poſitiuę ut in cap.Deus omnipotens.ſecunda quęſtione
prima in cap.qualiter & quando.el ſecundo de accuſa.Lud.
tamen Rom.in commen.l.ſciendum.ff.de uerborum oblig.
10 prætere a aduertendum dicit†quod etiam papæ non eſt cre-
dendum in temporalibus, in quibus non habet poteſtatem
iuriſdictionis amplam iuxta not.in cap.inquiſitionis.de ſen.
excommu.& ibi per Inno.& per glo.in cap.ad apoſtolicæ.de
re iudi.lib.6.& ideo ſi papa diceret aliquid in præiudicium
alterius,non eſſet.ſibi credendum, & mouetur per tex.in d.
§.primo.ubi tex.refert uerbum Chriſti dicentis . ſi duorum
hominum uerum eſt teſtimonium quare teſtimonium meũ
& patris non recipitis. ſi ergo ipſe Chriſtus noluit ſibi credi,
ergo multominus nec uicario ſuo.Nam omnis Chriſti actio
noſtra fuit inſtructio.cap.ſignificaſti.de electio.alleg.etiam.
d.cap.Deus omnipotens.ibi dum dicit.Deus enim omnium
cognitor noluit prius credere peccata nec punire , quam fi-
delibus,teſtibus inueſtigaret , & quæ audiuerat opere com-
probaret. Ecce ergo qđ ex ſolo ſuo teſtimonio noluit ſentẽ-
tiam ferre.dicit tamen ſe hoc non dicere deciſiue.Nec obſt.
d.cap.a nobis.ſecundum eum,quia procedit in ſpiritualibus
in quibus papa habet plenariam poteſtatem & eſt ſupra om
ne ius.cap.propoſuit.de conceſ.præben.clem.ſecunda.ut li.
penden.in tantum quod contractus ſuper ſpiritualibus cele
bratos licet de iure gentiũ ſine nudo uerbo tollere põt,ſed
ſuper rebus tẽporalibus factos non, ut in cle. dudũ.§. uerbũ.
de ſepult. dicit tamen ſe tremulentum hoc dicere, nec hoc
firmat, ſed ſubdit ſe hoc dicere, ut daret materiam inueſti-
gationis,& ita reſidet tantus doctor. Lõge mirandum eſt de
eo qui aliorum ſibi appropriauit ingenium, & eorum tacuit
nomen.Nam excelſus doctor dom.Abb.in d.cap.cum a no-
bis.dicit illum tex. procedere in eo in quo papa habet liberã
poteſtatem ,ut in beneficialibus,ſpiritualib: & ſimilibus,ſed
in aliis puta.in cauſis prophanis laicorum , & aliis in quibus
non poteſt uti poteſtate abſoluta,dicit ſe dubitare per not.p
11 Innocent.in d.cap.inquiſitioni.†Et ideo dicit non credi nu
do verbo papæ in præiudicium aliorum. allegat illud quod
habetur Ioan. 8.cap.tranſumptiue,in d.§.primo.ſecunda.q.
4.allegat etiam in ſimili quod habetur in d. cap.Deus omni
potens . nec in lege diuina reperitur aliquis caſus exceptus ,
nec reperitur alibi in contrarium, & ad tex.d.cap.cum a no-
bis.reſpondet quod loquitur in his in quibus papa habet ple
nitudinem poteſtatis.dicit tamen poſſe argui de cap.quicun
que.11.quæſtio.prima. præalleg.ſed reſpondet quod illud eſt
priuilegium imperatoris,ut no.Innocen.in cap.nuper, de te
ſti.& loquitur ille tex.quando epiſcopus deponit in forma teſti
monii,& ſuper hoc reliquit cogitandum,nec fuit auſus deci
dere , & eſſet magna reſtrictio ad illam decretalem cum a
nobis.Nec dicta, nec excogitata per aliquem niſi per eum uſ
que ad tempora ſua licet tacito authore Lud. Roman. ſibi
appropriauerit.

Sed indubitanter doctrina communis eſt ve
rior ad illud cap.cum a no-
bis.quod probo inconuincibiliter hoc modo Si creditur pa-
pæ in ſpiritualibus. & ſic in eo quod eſt maius , ergo multo-
fortius credetur papæ in temporalibus, & ſic in eo quod eſt
minus,& ad hoc allego tex. qui conſueuit reputari ſingu. in
cap.per uenerabilem.qui fi.ſint legi.ubi papa arguit, quod ſi
ipſe poteſt diſpenſare in ſpiritualibus, ergo multomagis po-
terit diſpenſare in temporalibus.ſpiritualia enim potentio-
ra ſunt temporalibus.cap.inter corporalia.de tranſla. præla.
Et licet ſtetur dicto papæ in temporalibus, non tamen papa
diſponit in temporalibus tunc , lex enim confidit de dicto
papæ,nam merita Petri aut ſanctum videnr,aut ſanctum fa-
ciunt.40.diſt.cap.primo.Nec obſt.cum allegatur illa auctori-
tas, quia Chriſtus uoluit ſe cõformare legi diuinę dicenti, in
ore duorum uel trium &c.ad hoc ut illi iudęi inducerentur
ad credendum ſibi,ſicut alibi dicitur, quod ſoluit Chriſtus
tributum,ſubiiciendo ſe legi,ne oriretur ſcãdalum.Nec obſ.
d.cap.Deus omnipotens.†quia Deus illud fecit ad hoc ut iu
12 dices terræ caperent exemplum a iudicio ſuo,& ſic.cap.cum
a nobis.procedit ſimpliciter & indiſtincte in papa. in legato
uero cardinali durum mihi videtur,quod ſtetur dicto ſuo in
præiudiciũ alterius ex diſpoſitione iuris cõmunis, quia aut
nos loquimur in iudicialibus geſtis coram eo,& tunc nõ ſta-
bitur dicto ſuo ſolius,& hoc per tex.in cap.quoniam contra
de proba.non enim potuit tollere ordinem iudiciarium , ut
dicit glo.in cle.ſępe.de uerb.ſing.& in cap.fin.de hæret.lib.6.
Sed quod iudex teneatur adhibere notariũ, & teſtes in actib.
gerendis coram eo,eſt de ordine iudicario,ut in d.capit.quo-
niam contra , ergo ſequitur quod cardinalis legatus ligatur
diſpoſitione.d.cap.quoniam contra.& ſic non ſtabitur dicto
ſuo ſolius.Aut loquimur in extraiudicialibus,& tũc aut ſunt
magni præiudicii,& tunc non credatur per not.per glo.in d.
cap.ſicut.& per iura ſuperius allegata,aut ſunt parui præiudi
cii,& tunc credetur,arg.authen.niſi breuiores.C.de ſent.
experi.rec.& l.leuia. ff.de accuſ. & procedit hoc ſiue illa mi-
nimi præiudicii ſint iudicialia ſiue non . facit in ſimili quod
dixit Bart.in l.iubemus.§.ſane.C.de ſcroſan. eccleſijs.& in d.
auth.niſi breuiores . & in l.nemo . C.de aſſeſ. quod in cauſis
breuibus ſtatur dicto iudicis abſque notario . & ibi etiam di-
xit,quod ſi datur poteſtas arbitro. ferendi ſententiam in ſcri
ptis ſiue ſine ſcriptis.quod ſtabitur dicto ſuo de omnibus agi
tatis coram eo,& cum illo dicto tranſiuit do.Ant,in ca.quo
niam coutra.de probat.& in cap.cum ad ſedem.de reſti.ſpo.
& Ioan. de Imo.in cap.primo.de iudi.& do.Abb.in cap.ex li
teris.de probat.licet Ange.in d.authen.niſi breuiores, dicat
illud dictum.Bart.periculoſum ſatis,& nũquam ſibi placuiſ
ſe.& do.Ant.in c.quintaualllis.de iureiuran.reprehẽdat illud
dictum Bar.diſtinguit tamen procedere quo ad acta ordina
toria iudicii,ſed quo ad acta deciſoria non. Et cum illa con-
cordia tranſeat Ludo.Roma.in commento.d.l.ſciẽdum. de
verb.oblig. Nihilominus in cardinali lagato credo dictum
Barto.indubitatiſſime uerum . De conſuetudine tamen ſta-
tur dicto legati cardinalis,ut uoluit Ioan.And.in dicto capi-
tulo conſtitutus .

Ex prædictis habuiſtis quomodo & qua-
liter ſtetur aſſer-
tionib.dominorum cardinalium legatorum.Nec obſt. cum
13 ſuperius induxi.d.cap.cum a nobis.in ducendo†quod appel
latione ſedis apoſtolicæ ueniat legatus de latere,quia contra
illud facit quod not.Ioan.And.in cap.quod tranſlat.de offic.
leg.ſuper glo.prima.& cle.quia contingit.de relig.do. ſuper
uet.apoſtolicæ ſedis, ubi per ſedem apoſtolicam intelligitur
papa,

papa, & non legatus ipſius etiam de latere. Circa hoc quia
quotidianum eſt, dicas hoc modo, ſcilicet conſideranda eſt
materia ſuper quā proferuntur illa uerba, ſedes apoſtolica.
Quia aut de maioribus vel reſeruatis papæ illa uerba conce-
pta ſunt, & tunc uerificantur in papa duntaxat, & nō in eius
legato etiam de latere, ita probatur in d. clem. quia cōtingit.
Nam ibi diſponitur de mutatione teſtamenti quod pro lege
ſeruari debet 13. quæſt. 2. in cap. ultima uoluntas. cum ſimil.
Vnde ſicut legatus de latere non poteſt mutare legem com
munem, ut in cap. dilectus. el primo de præben. ita non po-
teſt mutare uoluntatem teſtatoris. Et ideo per illa uerba in-
telligitur ſolus Papa qui eſt ſupra ius cap. ſignificaſti. de elec.
cap. propoſuit. de conceſ. præben. & ita procedat quod habe-
tur in d. cap. quod tranſlat. quia loquitur in reſeruatis papæ.
aut illa uerba, ſedes apoſtolica, exprimuntur cū his quę non
ſunt de maioribus, uel de reſeruatis papæ, & tunc appellatio-
ne ſedis apoſtolicæ venit ēt legatus ipſius de latere. ut in d. c.
ſi abbate. & in cap. 1. de offic. lega. & in cap. auctoritate. §. pro
hibemus. de priuileg. li. 6. & in cap. ueniens. de verbo. ſigniſi.
& quod habetur in c. 1. alias penul. per Inno. & Hoſt. de filijs
presbiter. facit. c. fundamenta. §. proinde. de elec. lib. 6. & c.
1. de conceſ. præben. eo. lib. ita dixit Lap. in d. cap. ſi abbate. &
limitat iſtud dictum idem Lap. in clem. grauis. de ſenten. ex-
com. procedere quoniam ſimpliciter dicitur ſedes apoſtoli-
ca. Sed ſi illis uerbis adderetur dictio reſtrictiua puta dicen-
do apoſtolicæ ſedis duntaxat, quod tunc non comprehende
retur legatus etiam de latere, & ita ſequitur Pau. in d. cap. ſi
abbate. ſecus ſi diceretur ſine licentia papæ, quia tunc non
ſufficeret etiam legatus de latere, imo papa eſſet neceſſarius
iſto caſu. cap. cupientes. de elect. lib. 6. ex quo † infert Graſias
14 quod ſi papa dicit, nobis reſeruamus abſolutionem talium
excommunicatorum quod pœnitentiarii papæ abſoluere
nequeunt illum talem ſecundum Pau. in d. cap. ſi abbate, &
ſequitur ibi Domini, & pridiæ conſultus reſpondi. Quidam
appellauerat ad ſedem apoſtolicam, & ad ſanctiſſimum do-
minum noſtrum Nico. papam quintum, dubitabatur ſi com
prehenderetur legatus de latere, & per iſta apparet clarus in
tellectus. d. capit. cum a nobis. dum dixit ſalua ſedis apoſto-
cæ auctoritate.

SVMMARIVM.

1 *Probari contrarium contra dictum legati in præiudicium alterius nun-
quid poſſit. 17.*
2 *Statutum de ſaltuario credendo in dicto ſuo quomodo interpretandum. 3.*
Ignorantię probatio iuramento cuius diluenda.
4 *Conſtitutio peccatum ſouens eſt nulla.*
Statutorum generalia uerba ad impoſſibilia ſtatuenti non adaptantur.
5 *Statutum de ſtando dicto familiæ poteſtatis quomodo interpretandum.*
Veritas inquiritur poſt iuramentum de ueritate.
6 *Probari contrarium contra ſtatuta in præiudicium alterius diſponentia in
quibus caſibus in iure poſſit. 8.*
7 *Statutum interpretandum ut non reſultet abſonus intellectus.*
Iuramentum omne poſt delationem effectum habet.
Iurans inducitur ut teſtis.
8 *Compromiſſum de ſtando iudicis dicto nunquid uiam appellationi præ-
cludat.*
9 *Intellectus auth. nouo iure. C. de pœna iudi. qui male. iudi.*
Contumax ad accipiendum terminum purgationis pro confeſſo habetur.
10 *Peritorum dicto quando ſtandum. Et quales eſſe debeant periti in arte.*
Sententia ex medicorum dicto lata, utrum retractari facile poſſit.
11 *Sententia ad conſilium ſapientis lata, per ſapientioris conſilium retracta-
ri poteſt.*
*Verbum ſtari in materia probationum prolatum quam recipiat interpre-
tationem.*
12 *Statutum de dicto creditoris contra ſuſpicionem debitoris quomodo intel
ligendum.*
Epiſcopi ſola allegatio ſufficere an poſſit ſine probatione.
13 *Statutum ad iuris terminos eſt reducendum.*
14 *Statutum de homicidio propriis manibus facto nunquid includat occidi
mandantem.*
15 *Statutum iſtis verbis per ſe loquens perſonaliter eſt intelligendum.*
Subſtitutus in quibus iuris caſibus locum non habeat.
Iuramentum teſtis nunquid per procuratorem prąſtari poſſit.
16 *Conſtitutio aduenas neque in damno, neque in commodo minime ligat.*
18 *Statutum de credendo debitore per iuramentum quam admittat limi-
tationem.*
Cardinalis dicto etiam legati licet ſtetur, probari tamen in contrariū pōt.
Teſtatoris uoluntas ut ſtetur dicto alicuius qualiter interpretanda.
19 *Cardinali ſine iuramento ut teſti an ſit credendum.*
Sanctis viris etiam in eccleſiæ fauorem an credendum ſine iuramento.
Cardinalis iniuriati dictum an ſolam inducat præſumptionem.
Teſtis iniuriatus an & quis eſſe poſſit.
20 *Cardinalis ut Teſtis quando ſine iuramento recipi poſſit.*
Iudex teſtes quando recipere poſſit non iuratos.

Secunda quæſtio Baſilica.

Sequitur in ordine ſecunda quæſtio diſputā-
da, videlicet poſito quod
ſtetur dicto legati de latere in præiudicium alterius de
1 ſtilo Romanæ curiæ ut dictum eſt, † vtrum poſſit probari
contrarium, nec reperio iſtam quæſtionem quo ad lega
tum de latere per aliquem ſcribentem vſque ad hos dies ta-
ctam. Sed quęſtio iſta habebit duo capita, videlicet in diſpō-
ne ſtatutaria. Statuto cauetur, quod de damno dato ſtetur iu
ramento damnum paſſi, an poterit probari contrarium eius
quod damnum patiens iurauit. Et ex deciſione huius elicie-
tur indubitata deciſio quæſtionis propoſitæ, & principaliter
Ang. in l. qui bona. §. damni. ff. de dam. infe. venit ad hanc de
ciſionem. videlicet aut ſtatutum diſponit, quod ſtetur iura-
mento partis, & tunc poſſit probari contrarium. Aut ſtatu-
tum diſponit quod ſtetur iuramento officialis, & tunc nul-
lo modo poterit probari contrarium, poſtquam enim offi-
cialis iurauit, iudex non habet vlterius inquirere, ſed debet
ſtare contentus probatione inducta ex diſpoſitione ſtatuti,
ſed indebite cōdemnatus habebit actionem in factum ad
intereſſe contra ipſum officialem indebite iurantem. Et ori-
ginaliter fuit opi. Iac. de arc. in l. prima. C. ſi aduer. lib. & mo-
uetur argu. illius. l. & eum ſequitur doctor ſubtilis do. Raph.
2 fulg. ibi. † Nam dicunt ſtatuto cauetur quod ſaltuario debeat
credi. modo ille denunciat aliquos iniuſte, quod denuncia-
tus poterit agere de dolo uel actione in factum contra eum,
& quia falſum commiſit poterit ciuiliter & criminaliter de
falſo conueniri, & ibi dixit Iac. præfatus quod vbicunque de
bet ſtari dicto officialis, impoſſibile eſt quod reuocetur eius
dictum, argu. illius. l. ipſe tamen officialis punietur de falſo
criminaliter & ciuiliter. Sed re vera iſta doctrina non eſt ve-
ra quod multifarie probo. Nam text. in capitulo propoſuiſti.
de proba. in ver. uidetur, iuncta gloſ. 3. & in capitulo contine
batur. de deſpon. impub. vbi ſtatut iuramento mariti an co
gnouerit vxorem, nihilominus vxor poterit probare contra
rium, & dixit reuerendus do. Abb. in dicto capitulo propoſui
ſti. quod ſi ex forma ſtatuti ſtandum eſt iuramento alicuius
quod illi non credetur ſi ex aduerſo probetur contrarium.
& idem voluit in dicto capitulo continebatur, quod ſi ſtatu-
tum diſponit ſtari iuramento alicuius officialis ſuper male-
ficio debet intelligi niſi accuſatus vel denunciatus probet
contrarium. Idem etiam voluit do. Gaſpar. de calde. ibi. Secū
do faciat ad hoc glo. ſingu. in capitulo 2. in verſi. affectata. de
tempo. ordi. li. 6. ubi licet ad probādam ignorantiam debea-
mus ſtare iuramento iurantis ignoraſſe, vt in capitulo ſi ve-
ro. de ſenten. excommunicatio. inſti. de act. §. aliæ. l. ſi cui.
§. iiſdem. ff. de accuſa. tamen admittitur probatio in contra-
rium ſecundum illam gloſ. ita dicamus in propoſita quæſtio
ne. Tertio faciat gloſ. valde ſingu. in l. 1. ff. de iureiur. quę di-
cit quod quādo lex vel ſtatutum defert iuramentum, poteſt
quæri de periurio. & ibi Saly. dicit per illam gloſ. & inducit
3 ad quæſtionem. † Statuto cauetur quod ſtetur ſaltuariis iurā
tibus ſuper denunciationibus damnorum datorum, quia eis
ſtabitur, donec de periurio doceatur, & ibi multum elegan-
ter dixit Bald. quod aut lex defert iuramentum, & vltra pro-
cedit permittendo uel prohibendo quæri de periurio, & tūc
ſtat diſpoſitioni legali, allegat auth. nouo iure. C. de pe. iudi.
qui mal. iud. Aut lex non procedit vltra niſi quod defert iu-
ramentum. & tunc dicit eſſe vnam gloſ. valde ſing. ſecundū
eum in capitulo ſtatutum. §. cum vero. de reſcrip. libr. 6. quę
dicit non credi iuramento, niſi in defectum aliarum proba-
tionū, ita ergo dicamus in caſu noſtro. Quarto faciat quod
voluit Innoc. & Io. And. in cap. quia propter. §. illud. de elec.
quod licet impedimentum probetur iuramento impediti,
tamen poſtea poterit probari contrarium p illum tex. Quin
to facit quod no. Io. And. in addi. Spec. in tit. de offic. iudi. ad
fi. & in c. ſtatutum prælega. ubi licet in caſu illius. ca. ſtetur
iuramento iurantis, tamen poterit probari contrarium. Sex-
to faciat ratio inconuincibilis, aut de damno vel delicto ni
hil apparet, & tunc ſatis eſt vt ſtatutum faciat quod volunta
rium iuramentū ipſius officialis inducat probationem, ſed
ubi alias eſſet certum delictum non fore cōmiſſum vel dam
num nō eſſe illatum, videtur, quod nullo modo deberet ſta-
ri iuramento illius. Nam tale ſtatutum contrarium diſponēs
4 eſt peccati nutritiuum, † ſeu conſtitutio peccati inductiua
eſt ipſo iura nulla, vt in capit. fin. de conſue. in capit. literas. in
verſi. non poteſt. & ibi glo. de reſti. ſpol. 4. diſtinctione. §. erit
autem lex. Bald. in l. cam quam. C. de fideicommiſſis. Ho-
ſtien. in ſumma qui filii ſint. §. nunc videndum. verſiculo
quid ſi imperator. Septimo non eſt uerisimile quod iſtud ſta
tutum in ſuis verbis generalibus iſtum caſum comprehen-
dere voluerit, videlicet quod ſi apparere poteſt damnum nō
eſſe illatum, quod ſtetur iuramento officialis damnum ſuſ-

ſe

illatum, & ideo multum eleganter dixit Bal. in l.fin. §.in computatione.in verbis finalibus.C.de iu.delib.quod generalia verba ſtatutorum non adaptantur ad impoſſibilia ipſi ſtatuenti, & originaliter fuit doctrina Io. mo. in capitulo vt animarum.de conſti.lib.6.retulit do. Ant.in capitulo eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti.not.Io. And.in cap.cos.de immu. eccle.lib.6. vnde videtur nunc quod ſi contrarium probari poteſt non ſtabitur nec dicto , nec iuramento legari de latere. Octauo faciat ratio quæ nullo modo delen poſſet, nulla eſt conſtitutio inducens probationem ſuperfluam, caſus eſt ſingu.& melior de iure.in cap.2.de proba.ergo multo fortius erit nulla, quando inducit iuramētum ad plenam probationem ex qua euidenter induceretur periuriū. Nec eſt veriſimile ſtatuentes voluiſſe illaqueare animas ſubditorum periuriis in l.2.C.de indi.vidui.l.ne in arbitris.in prin.C.de arbi.l.q ſub conditio.ff.de condi.Inſti.ergo. Nono faciat quod voluit
5 Iac.bu.in l.1.C.de re iud.ubi dixit † ſtatuto cauetur, quod debeat ſtari dicto familiæ poteſtatis, an aliquis fuerit inuentus cum armis, tamen poterit probari contrarium , & ibi dixit *Saly.* ſtatuto cauetur, quod ſi quis fuerit inuentus ludere ad azardum,ſoluat.10.& de hoc ſtetur dicto familiæ poteſtatis, decidit quod poteſtas poterit recipere probationes in contrarium, per illum tex.cum ſua gloſ. Decimo faciat ſing dictum Inno.in cap.fi.quod met.ca.ubi licet ſtetur iuramento paſſi violentiam de rebus amiſſis.& in l.ſi quando.C.vnde vi nihilominus poterit probari contrarium. Vndecimo faciat tex.in auth.ſed hodie.de repud. & in præalleg auth.nouo iure.& ibi dixit Ang.quod poſt iuramentum de veritate inquiritur *veritas.*& veritate comperta ſententia lata prætextu iuramenti remittitur,alleg.no.in l.1.C.de iureiur.Faciat quod dixit *Bal.in l.ſi tutor.*C. de pericul.tuto.ubi dicit quod quando lex mandat ſtari dicto alicuius vel ſcripturę alicu s, ꝙ illa eſt quodammodo probatio iuris & de iure.& dicit quod recipit probationem in contrarium , quando verbum ſtari præfertur in materia probationum,ſecus ſi in materia diſpoſitiua,alleg.Ia.de arc. in dicta l. 1. & Iac.but.in lect.noua in l. prima.C.de re iud.Nam & ius diuinū dicit quod in ore duorum uel trium ſtet omne uerbum.Deute.8.capitulo cum eſſes.cū ſi.de teſta. tamen teſtes poſſunt reprobari.Idem dicit ſtatutum diſponit,quod ſtetur publicæ famæ contra magnates, tamen poterit illa publica fama reprobari probando cōtrarium.& idem voluit.in l.qui accuſare.C.de edendo. & in l.diuus.de reſt.mili.& in l.ſi.ff de fer.& di.Pet.de anch.in cōmen.capit.1.de conſt.conſului contra ſinodalem conſtitu-
6 tionem epiſcopatus.Bonon. † Facit etiam quod dixit idem Bal.in capit.primo in ti.ſi de inueſt.inter do. & vaſ.lis oria.in vſi.feu. videlicet ſtatutum diſponit quod ſtetur iuramento alicuius, niſi ſtatutum figat pedes quod non poſſit quæri de periurio,& in l.contra negantem. C. ad l.aquil. dixit idem Bal. dictat ſtatutum quod in damno dato ſtetur iuramento accuſatoris,accuſatus dicit domine eatis ad videndum, quia ex aſpectu apparet quod nullum damnum eſt illatum, & iudex dicit,ego non poſſum recedere a ſtatuto. Refert ibi Azo. dicere in ſumma.co.ti. quod iudex debet inſpicere, & illud quod apparet per aſpectum debet pronūciare, ergo aſpectus derogat cuicunque alii generi probationis. & idem voluit Ang. in l.qui vas.ff.de fur.ubi dixit per illum tex. quod licet de iure communi uel ex forma cenſuræ municipalis de ęſtimatione furti vel robarię ſtari debeat ſacramento furtum paſſi,tamen ſi accuſatus probat de ęſtimatione vera,non eſt ſtandum ſacramento , ſed veritati. Ille etiam dicit, quod *ſi ſtatutum* diſponit, quod ſtetur ſacramento ſaltuarii ſuper damno dato , quod probata veritate recedetur a ſacramento. Idem etiam voluit idem Ang. in l.qui reſtituere. ff.de rei ven. ubi per illū tex. iuncta glo.voluit, cauetur ſtatuto quod de damno dato credatur iuramento accuſatoris, ſicut eſt Peruſii,quod nihilominus iuramentum refrenari poteſt per iu-
7 dicem,cum nō audiatur iurans immoderate, † recipit enim tale ſtatutum interpretationem illam , ne reſultet abſonus intellectus & traharur ad iniquum compēdium , quinimmo & ſi totum apparet iudici calumnioſe iuratum , nullatenus debet credere , nec via eſt aperienda periuriis ſecundum eū, nec hominum malitiis eſt indulgendum. l. in fundo. ff. de rei vend.facit etiam quod uoluit idem Ang. in d.auth.nouo iure. ubi dicit quod poſt iuramentum de veritate inquiritur ueritas,& ueritate comperta ſententia lata prętextu iuramēti remittitur,ut ſuperius dixi. Facit etiam quod uoluit Bald. in l.3.ff.de iureiur.ubi dicit quod omne iuramentum,ſiue iudiciarium,ſiue conuentionale.ſiue neceſſarium,ita demum habet effectum ſi fuerit delatum , ut ibi.& ideo dicit ſtatuto cauetur, quod de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi, ꝙ non intelligit de eo iuramento, qđ qs præſtat abſque iudicis delatione, nec etiam de iuramēto quod præſtatur ab initio,ſed de eo quod præſtatur poſt terminum datum ad probandum . Ita etiam tenuit in ſimili materia doctor illuſtris Io.An.in c.vltra tertiam.de reſti.& Bar.in quodam conſi.ſuo incip.in quæſtione. ubi ita demum impedimentum probaē per iuramentum ſi huiuſmodi iuramentum appareat delatum. & ratio eſt quare requiritur delatio , quia ille qui iurat inducitur ut teſtis,ut l.fin. C.de fideicom Sed teſtis qui ſponte ſe ingerit eſt ſuſpectus.l.quæ omnia.ff.de procu. l. poſt legatum,§.his vero. ff.de his qui.vt indi.& tener menti hoc dictum,quia eſt declaratio & pratica omnium præcedentium dictorum. & ſecundum iſtam partem conſultus in facto ter ita conſului.& hoc etiam tenuit Lud.Ro.in repe.l.admonendi.ff.de iuteiur.damnato dicto Bar.ibi.ſed dō. meus Ioan. de Imo.in d.l.qui bona. §. qui damni.& latius ibi, idem Lud.in hac dubia quæſtione veniunt ad hanc diſtinctionem, videli-
8 cet aut † ſtatutum dicit debere ſtari dicto alicuius, aut ſacramento,aut conſcientiæ. Primo caſu dicit eſſe tenendum dictum Iac.but.tanquam verius. Tu pondera quod in contrarium facit.l.diem.proferre.§.ſtari.ff.de arbi.ubi dicit lex ſtari debere ſententiæ arbitri, & tamen ab ea non appellatur, ita dicamus in pro oppoſito ſtatuto diſponente ſtandum eſſe dicto alicuius intelligitur tenaciter adhærēdum dicto illius adeo quod non poterit contrarium probari. faciat quod voluit. idem Lud.in repe.rub.de arbi,in 2.col.quod ſi partes cōpromittunt ſtare dicto iudicis quod nullo modo poterunt appellare,alleg.Inno.in c.fi. de fer.ergo ſequitur quod dictum iſtorum non eſt verum. faciat ſing.dictum Bart. ind. §. ſtari.ubi dixit quod ſi partes compromittunt in arbitrum, ut decidat ſecundum ius, & ipſe decidit contrarium, quod laudum erit ipſo iure nullum ex eo quia conuentio partium debet aliqd operari.l.ſi quando.ff.de leg.1.c.ſi papa. de priui.l.in 6.ita dicemus in iſto ſtatuto diſponente quod ſtetur dicto alicuius, ad hoc ut aliquid operetur.Facit quod voluit glo.in l.3.§ ſi rem ff.de leg 3.& in l.non ſolum.ff. de rei ven.& in l.ſi cum militaribus. C.de in inte.reſti.militum.& auth. de exhi.re.§.1.

Nihilominus iſtis non obſtan.dictū Iac. but. & ſequacium eſt uerius, & moueor ex eleganti dicto Bar..n l.ſi. ff.de pręt. ſtip.ubi dixit, partes dicunt uelle ſtare dicto alicuius,quod nihilominus ſi ille iniuſte dixerit poſſunt petere reductionem ad arbitriū boni viri. Et idem voluit Bal.in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac.ergo multo magis hoc facere poterunt,quando ſtatutū arctat,vt ſtet dicto alterius,arg. ca.ab arbitris de of.deleg. li.6.l.ſi dictum. §. 'i compromiſero.in verbo, cogente.ff. de euict.& l.ſi quis maior. in verbo nullo cogente imperio. C. de tranſac. Secundo caſu dicunt aut ſtatutum dicit debere ſtari ſacramento,præcedente alicuius contumacia, & tunc contrarium probari non poſſit.& ad hoc all e.tex.in d. auth. nouo iure. Tu pondera,quia ibi text. loquitur quod eo caſu quo deferens non probat,ſi delatus iurat ſe non recepiſſe pecuniam uel promiſſionem,abſoluitur,tamen poſt ſententiā poterit de corruptella doceri, & ſic eſt ibi caſus,quod accuſatore non probante ſtatur accuſati iuramento,& tamen poſt ſentētiam poterit doceri de corruptela , licet ergo accuſans non probauerit,& ſtetur iuramento accuſatoris, tamen probatio admittitur in contrarium, & ſic iſto modo erit ibi ca-
9 ſus pro eis. † Pondera etiam, quia illa auth. loquitur eo caſu quo ille qui debet ſe purgare iuramento ſi eſt contumax in purgādo ſe,habetur pro confeſſo.Et ſic nedum concurrit aſſertio accuſatoris, ſed etiam concurrit aſſertio accuſati præſumpta a lege, & ſic non probatur hic dictum eorum. Et vnum tene menti quod erit nouū pro intellectu illius auth. quod ita habetur pro confeſſo ille qui eſt contumax ad accipiendum terminum ad ſe purgandum, ſicut ille qui accepit terminum & ſe non purgauit, iſte eſt caſus ſing.& vnicus in c.tua nos.de cohab.cle.& mulie.Et ideo videtur inhærendū dicto illius grandæui patris Inn. in c.ſuper eo.pręalleg.ubi dicit quod non obſtante contumacia poterit doceri de veritate contra iuramentum,quod tu eleuato ingenio limites niſi concurreret præſumpta confeſſio legis, vt eſt text.in d.auth. ſed nouo iure. Aut ſtatutum dicit debere ſtari iuramēto alicuius in defectum aliarum probationum,& tunc probari poteſt contrarium cum in earum locum ſuccedat,cōtra quas admiſſa fuiſſet probatio in contrarium.l.ob carmen.§.fin.ff. de teſti.aut ſtatutum dicit quod ſtetur ſacramento & ſumus in cauſis ſpiritualibus, & ſemp poteſt probari cōtrarium ne quis conſequatur ſpiritualia cum fraude,cum in illis exuberet iudicis officium. Aut ſumus in aliis caſibus, & tunc concludit ibi Lud.aut ſtatutum procedit vltra prohibendo expſſe probationem in contrarium,& tunc obſerua ſtatutum.l. proſpexit.ff.qui & a qui. aut procedit idem diſponendo tacite, & tunc idem dicitur tacite diſponere, videlicet quando ſtatutum diceret quod iuramentum illius habeatur pro plenaria probatione quia probatio plenaria dicitur illa contra quam non admittitur probatio in contrarium,gloſ.eſt ſing.

in

in clem. 1. de proba. aut ſtatutum ultra non procedit diſponẽdo, & tunc concludit quod quicquid dicat Angel. in dicto.
10 §. qui damni. iudex debet de veritate inquirere. † Tu adde ꝙ intra uolunt ſtandum eſſe dicto peritorum in arte, & iſti periti uel a principio tempore aſſumpti officii, uel tempore quo deponunt debẽt eſſe iurati, ut habetur in l. hac edictali. §. is illud. C. de ſecun. nup. & in l. comparationes. C. de fid. inſtrum. l. iuriſiurandi. C. de teſt. in authen. de non alie. §. quod autem. & eſt tex. melior de iure qui ad hoc communiter non allegatur in auth. de nau. vſur. prope princip. quem text. allegauit Nico. de neapo. in l. prima. §. j. ff. de uent. inſpi. & per Io. And. in capitulo fraternitatis. de frigidis. & per do. Anton. in capit. propoſuiſti. de proba. & Ang. in d. §. quod autem, & in repeti. l. ſi vacantia. C. de bonis uacan. li. 10. & per Bald. in l. nemini. C. de adu. diuc. iud. & in proœm. ff. orum. & in d. l. comparationes. & d. §. is illud. & in d. l. iuriſiurandi. & per Bart. in l. 1. § j. ff. de ven. inſpic. & in prima conſtitutione ff. Sed ego habeo quod ſententia lata ex dicto medicorum poteſt continuo retractari. Hoc fuit ſingulare dictum Bald. in l. ab hoſtibus. §. ſi uir & uxo. ff. ſolut. mat. Et idem uoluit Ange. in l. quod ſi nolit. § ſi mancipium. ff. de ædil. edic. allegando dominum ſuũ Bal. Et cum iſta quæſtio fuiſſet de facto fuit exhumatum corpus, & iterum traditum medicis cognoſcẽdum. ita dixit Bal. in Addi. Spec. tit. de confeſ. & ita etiam dicit in l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. Et idem etiam refert illuſtris doctor Saly. Bonon. in quæſtione facti fuiſſe exhumatum corpus ſed reuera hoc dictum fuit Guid. de ſuza. Ita refert illud luminare iuris Ioan. And. in Spe. de homici. in princ. & refert & ſequitur do Anto. in d. cap. propoſuiſti. & ibi addit vnum nouum, idem
11 eſſe in ſententia lata ſecundum conſilium ſapientis, † quia continue poterit retractari per conſilium ſapientioris. Et licet reuerendus pater dominus Abbas ibi reprehendat iſtam communem doctrinam doctorum in d. capitulo propoſuiſti, tamen non bene, reuerentia ſua ſalua, quia contra eum pro communi opinione dico fore tex. ad quem illuſtre ingenium antiquorum non aduertit l. diui fratres. ff. de iure patr. & ſic ſequitur quod licet ſtatutum, vel lex mandent ſtari dicto iurato alicuius nihilominus poteſt probari contrarium. Tertio caſu ſi is cuius conſciẽtiæ aliquid committitur infert mihi magnum præiudicium aut paruum. Primo caſu admittitur probatio in contrarium. & ita loquitur glo. quæ reputatur ſingu. in clem. prima de iure patro. Secundo modo non, ita loquitur glo. quæ etiam reputatur ſing. in capitulo ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcrip. in 6. & ita reduxit ad concordiã illas glo. Bal. in l. prima. C. de iureiuran. Tu uide pro concordia dominicum in dicto §. aſſeſſorem. & ſcribentes in clem. prima. de iure patro. Et pondera quia glo. in dicto. §. aſſeſſorẽ. nõ loquitur in teſte, ſed loquitur in iudice & ad l. prima. C. ſi aduer. liber. alle. per Iac. de Are. reſpondet. quod contra communem doctrinam nihil facit. loquitur enim in libertate, ſolẽniter collata & executioni mandata quæ non poteſt reuocari, ergo in contrarium erit in aliis caſibus. Et reſponde ad dictum. §. ſtari, quia non procedit in materia probationum ubicunque enim verbum ſtari præfertur in materia probationum recipit illam interpretationem niſi contrarium probetur, iuxta illud quod dicitur, in ore duorum vel trium ſtet omne uerbum, & tamen poteſt probari contrarium. Faciat ad prædicta glo. multum not. in l. prima. §. iuſte. ff. ſi cui pluſquam per. l. falci. & ibi dixit Ang. ſtatuto cauetur quod de ſu-
12 ſpitione debitoris ſtetur dicto creditoris, quia † tale ſtatutum debet intelligi de dicto a lege regulato. & ſic de iuſto dicto, de quo facit ibi feſtum do. meus Ioan. de Immo. Facit no. dictum Ang. in l. apertiſſimi. C. de iudi. ubi per glo. in uerbo putatem, dixit quod ſi ſtatutum diſponit quod de ſuſpitione debitoris ſtetur ei quod creditor putauerit, alias ſecus. Iaco. Butri. & Iacob. de Arena. & ita intelligatur. text. in dicta. l. ſi creditores. in uerſicu. putant. ff. de priuilegi. cred. & iſta menti commenda.

Sed unum profecto eſt quod in præſenti quæſtione facit dubium non mediocre, uidelicet glo. in c. non eſt. de conſue. lib. 6. ubi glo. arguit quod ſola allegatio epiſcopi non ſufficit, quia ſibi non creditur, ſed requiritur probatio. & gloſ. ibi fatetur illud contrarium. Ex qua glo. colligit ibi do. Dominicus quod licet ſtatutũ dicat quod ſi aliqua pars allegat certũ quid in iudicio non ſit reprobandũ quod propter hoc tale ſtatutũ nõ intendit qđ ſtetur ſoli allegationi, & dicto ſolius allegantis niſi aliter probauerit illud qđ dixerit, facit gl. in clem. prima. de integ. reſti. glo. in l. prima. ff. ſi quadru. pau. fe. dica. quæ ſupplet. & uerum ſit. gl. multum. not. in l. magis. puto. §. illud. & ibi & per Bald. ff. de reb. eo. & l. ne quid. ff. de incen. rui. naufra. & l. prætor ait in prin. ff. ui bono. rapto. facit. cap. cum ſuper. de conceſ. præben. & capitulũ ad decimas. de reſtit. ſpol. in 6. capitulo a nobis. de decimis. capitulo quę in eccleſiarum. in uerſic. probabiliter allegauerit. de conſtitut. in l. ſi qui adulterii. in uerſicu. non debere credi. C. de adult. & l. doce ancillam. C. de rei ven. & l. prætor ait. §. docere. vi bono. rapto. & in capitulo ſecundo de conſue. in 6. ergo ſequitur ꝙ licet ſtatuto cauetur qđ ſtetẽ dicto damnum paſſi intel-
13 ligitur de dicto probato, quia † ſtatutum eſt reducendũ ad terminos iuris communis, ut eſt gl. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delibe. & tex. melior de iure. in l. ſi ſerui veſtri. C. de noxali. & tex. in c. cum dilectus. de conſue. qui reputatur bonus loquitur in conſuetudine. Et tex. in cap. cauſamque de reſcri. loquitur tamen in reſcripto, & ad hoc eſt melior de iure, & tex. in c. dilecto filio. de ver. ſig. in indulgentia & ad hoc eſt tex. ſing. & tex. in cap. ex parte ſ ultimo. de ver. ſigni. loquitur in ſtatuto. facit. capi. 1. de feud. cogni. & in cap. 1. de gradi. in vſi. feu. & in l. ſi quando. C. de inoff. teſta. loquitur in priuilegio, & ꝑ iſta videtur deſtrui communis doctrina doc. Sed reſpon. quod iſtud procedit in dubio, ſecus ſi aliter de mente & intentione ſtatuti appareret vt in caſu ſtatuti præfati. Et limita ſtatutum prædictum procederet quãdo ageretur contra damnum inferentem. ſecus ſi ageretur contra tertium qui non intulit damnum. Pone exemplum. Statuto cauetur quod ciuitas teneatur de robaria & violentia illatis, in comitatu, quod iſto caſu non ſtabitur iuramento damnum paſſi contra ipſam ciuitatem quæ non deliquit ita dixit. Dy. in l. 1. ff. quãdo ex fac. tuto. & ibi Cy. in addi. & Nico. de neap. ita dixit Bal. & Saly. in l. ſi quando. C. vnde vi. & do. Anto. in c. fin. quod met. cau. & do. Petr. de anch. in capit. ſicut el. 2. de iureiur. & in c. dilecti de fo. compe. & Bar. in l. ne quid de incen. rui. & in l. 1. furt. aduer. nau. facit quod habetur in l. 1. § ſi ciſta. ff. depoſiti. Limita ſecundo quando iurat ipſe qui paſſus eſt damnum, ſecus ſi iuraret per procuratorem. hoc dico per tex. ualde aureum. in dicto l. fi. quod metus cauſa. in ver. proprio iuramento. ergo. ſequitur quod excludit iuramentũ
14 procuratoris. † Facit notabile dictum Io. An. in dicto capitulo ſicut dignum de homici. vbi dixit ſtatuto cauetur quod ſi quis ſuis manibus occiderit aliquem puniatur certa pęna ꝙ non habebit locum pœna illius ſtatuti ſi per alium occiderit, de quo dicto fecit feſtum Domi. l. diſt. in capitulo ſi quis viduam, & omnes domini canoniſtæ attribuunt Ioan. illud dictum, ſed re uera fuit Ia. de Bel. ut refert & ſequitur Bal. in capit. 1. § furtum. de pace iur. fir. Facit tex. melior de iure de pęni. diſtin. 1. periculoſe. ubi eſt tex. in ver. propriis manibus quem placeat vobis videre omnino. Facit. l. ſingulos. in ver. proprio chyrographo. ff. de teſti. Et ibi gl. dicit quod quis nõ poteſt ſe ſubſcribere pro alio in teſtamento ex quo tex. dicit proprio chyrographo. facit quod voluit do. Car. in clemen. 1. de iureiur. in verſi. per manus noſtras. ubi dixit quod quoties in reſcripto, vel in ſtatuto dicitur aliquid debere fieri per manus noſtras non poteſt fieri per ſubſtitutum & dicit de hoc forte gl. ſingu. in cle. 1. de vita & hone. cleri. Tu allega tex. meliorẽ de iure in l. probatorias. in ver. manu principis. C. de diuer. offi. li. 12. & ibi dixit Bar. ſtatuto cauetur quod inſtrumentũ ſcriptum manu publici notarii habeat executionem paratã quod non habebit locũ ſi inſtrũ eſt exemplatũ ab inſtrumẽto ſcripto manu publici notarii. Facit tex. 5. q. 3. in criminalibus. ubi per illũ tex. dicit ibi Dominicus quod ubicunque ſta-
15 tutũ vtitur iſtis verbis per ſe intelligitur perſonaliter † & non per interpoſitã perſonã. facit. l. fi. C. de iure. Emph. & Anch. hodie C. de pęna iudi. Facit. l. per hanc. C. de erro. mi. anno. li. 12. in uerbo, ꝑ ſe ubi ſtipẽdiarius dẽt capere ſtipẽdia ſua ꝑ ſe & ſic non per ſuſtitutũ. & ibi dicit Bar. not. in doctore legente, ut perſonaliter teneatur recipere ſtipendia ſua quaſi æquiparetur militi. l. aduocati. C. de aduo. di. iudi. facit quod no. tex. in l. nulli. in ver. pro ſua conſcientia. C. de epiſ. & cle. & ibi dixit Bal. quod vbicunque aliquis debet diſpenſare ſecundum ſuam conſcientiam non poteſt illud facere per ſubſtitutum quod bene eſt notandum pro bullis apoſtolicis quibus dicitur tuam conſcientiam oneramus. Facit glo. ſingu. in l. ſicuti. ff. de arbi. & vidi dubitari pridie. Teſtator in teſtamento mandauerat quod in ſua cappella ędificanda capellanus celebraret diebus cõgruis & vſus fuerat hoc uerbo ipſe, cõmuni, quod capellanus debebat eſſe actu ſacerdos, quia teſtator elegerat induſtriam ipſius capellani, & allegaui tex. in l. ſæpe audiui. in uerbo, ipſe. ff. de offic. præſi. Ita dicamus in propoſito, & ſi dicatur quod iuramentum teſtis poteſt pręſtari per procuratorem, vt uoluit Ioan. Andr. in c. ut circa de elect. in 6. in nouella. & idem determinant do. de rota ut refert Ludo. in ſuis no. in 2. col. licet Bal. tenuerit cõtrarium in rub. ff. de iureiur. & do. Anto. in cap. licet de teſti. quia ipſi loquuntur in iuramento teſtis regularis, ſed in caſu noſtro iſte eſt teſtis irregularis inductus a ſtatuto contra regulam iuris arg. l. maritus. ff. de quæſtionibus & in l. 1. C. ne quis in ſua cauſa, & ideo debet reſtringi in caſu ſuo proprio. Tertio limita non
16 habere locum illud ſtatutum in forenſe † quia ſicut conſtitutio

tutio

tutio non ligat forenſes in concernentibus eorum damnū.
ita nec comprehendit eos in his quæ concernunt in eorum
commodum niſi talia ſint iuriſdictionis voluntariæ, ut ple-
ne per Bart. in l. cunctos populos.C.de ſum.trin. poſt. Iac.de
are.& Bald.in l.ſi non ſpeciali. C.teſta.ita dixit Ang.in conſi.
inci. cui dicta actio ſine ceſſione. allegat ad hoc duo iura, vi-
delicet.cap.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtitu.& l. 1. ad fi. ff.
de tuto.& cura dat.ab his.Et ideo conſuluit elegans doc.Lu-
do. Roma. in conſi.incip.iſta captura facta de Gratiolo debi-
tore quod ſtatutum Florentinum permittens capere debito
rem debitoris non habet locum quando capitur debitor de-
bitoris ad petitionem creditoris forenſis, & veriſſimus iuris
interpres do. Pau.de caſt.in conſi. incip. ſtatutum.ſupra rela
tum, & eſt in ordine. 314. ubi conſuluit quod ſtante ſtatuto
præfato de damnum paſſo non habet locū in forenſi,quia ſi-
cut non patitur onera ciuitatis, ita non gaudet commodis
& beneficio ſtatuti ipſius ciuitatis.arg.l.ſi vir.§.ſi vnus.ff.pro
ſocio.& l.manifeſtiſſimi.§.cum in ſecunda de furt.a contra
rio ſenſu quia ſtatuentes voluerunt prouidere ſubiectis, ex
quo ſupportāt onera ciuitatis non autem extraneis.Quarto
limita niſi ipſe paſſus damnum fuerit periurus.tex.eſt ſingu.
in cap.paruuli 22.q.5.facit gloſ.no in d.c.ſi.quod melius cat,
quæ dicit quod perſona eſt inſpicienda,an ſit diues,aut pau
per.ar.l.legitimos.ff de legi.tutoribus,& quantitas etiam ne
gotiorum conſideranda eſt, an ſit magnum negotium non
17 ſpectans ad iuramentum. † Et ex iſtis infertur quod licet ſtetur
dicto legati de latere,tamen poterit probari contrarium,&
ad hoc allego tex.in cle.1.de probatio.ubi aſſertio papæ cō-
tinet probationem plenariam & ibi glo.exponit.1.iuris & de
iure.ergo ſequitur quod tunc ſtatur dicto alicuius nec poteſt
probari cōtrarium quando lex exprimit quod illud dictum
habeatur pro probatione plenaria,ſed nullibi legimus quod
dictum legati de latere inducat probationem plenariam.er-
go ſequitur quod licet ſtetur dicto eius.tamen poterit proba
ri contrarium,& ad hoc ille tex. ita ponderatus eſt nouus &
deſtruit ex toto opi.Iac.de are.& ſequacium.Secundo poteſt
induci alio modo ſic ſpāle eſt in Romano pontifice , ut eſt
ibi caſus.ergo in contrarium eſt ius commune in inferiorib.
l.ius ſingulare.l. quod vero. ff. de legi. facit quod voluit ibi
gl.& per hoc tollitur quod voluit Hoſt.in ſum. de offi.deleg.
§.quot ſpecies.ubi dixit quod cardinales legati ſunt maximæ
auctoritatis,nec eſt credendum quod aliter iudicent quam
ipſe papa faceret, ut in capit notit. de appel. & in l. vnica.ff.
de offic. præfect.præto.quia non propter hoc inducitur præ-
ſumptio iuris & de iure.

Et ex iſtis elicitur concluſio prima,quod ſtan
te ſtatuto quod ſtetur iura-
mento damnū paſſi poterit probari contrarium,ſiue ſit pars,
ſiue ſit iudex,ſeu officialis.Secunda concluſio,quod tale ſta-
tutum non vendicat ſibi locum in forenſe.Tertia concluſio,
quod ſtante notorietate facti non ſtabitur iuramento dam-
18 num paſſi,volentis iurare contrarium.†Ex hoc infertur cor
relarium, quod ſtante ſtatuto quod ſi creditor non petierit
debitum. infra decennium ſtetur iuramento debitoris vel
hæredis, quod ipſe ſoluerit debitum creditori, vt eſt in ma-
gnifica vrbe Lucana. nihilominus ſi conſtat aut conſtare
poteſt quod debitor non ſoluerit non ſtabitur iuramento
debitoris , alias huiuſmodi conſtitutio tanquam peccati
nutritiua erit nullius momenti, & ita in contingentia fa-
cti conſului ſuper illo ſtatuto Lucano. Sequitur ex prædi-
ctis tertium correlarium,quod licet de ſtilo Romanæ Curiæ
ſtetur dicto cardinalis, nihilominus poterit probari contra-
rium. Alia concluſio, vbicunque lex uel conſtitutio diſponit
quod ex dicto alicuius inducatur ꝓbatio plenaria oritur præ
ſumptio iuris & de iure. adeo quod nō poterit probari con-
rium. Sed an cardinalis debeat iurare ſtante concluſione qđ
ſtetur dicto ſuo. Bar.in l.theopompus.ff.de dote preleg.dicit.
teſtator mandauit ſolui debentibus aliquid recipere ab eo.
& de hoc ſteť ſimplici verbo Titij fratris ſui , an valeat illud
relictum, concludit quod ſic, & importat quod ſtetur aſſer-
tioni eius,an debeat iurare vel non,& videtur ibi text.quod
ſic,dicit.n.iuratus ſcripſit.ipſe uero diſtinguit hoc modo,qñ-
que teſtator dicit ſtandum dicto alicuius de eo quod ipſe te-
ſtator ſibi dixit, & tunc quia dictum illius eſt quodam teſti-
monium voluntatis defuncti magis quam iudicium deponē
tis,tunc debet deponere iuratus,vt teſtis,vt ibi.& l.iuriſiuran
di.C.de teſti.Quandoque teſtator dicit ſtandum dicto alicu-
ius.1. voluntati eius , de eo quod ſibi uidebitur, tunc in caſu
iſto , iſte non eſt teſtis, ſed magis eſt quidam arbitrator. ideo
non debet iurare arg. l. 1.de arbi.quod dicit eſſe verum quan
do talis eſt aſſumptus a teſtatore vel a parte ſimpliciter , ſe-
cus ſi aſſumeretur tanquam peritus in arte, vt in medico, qa
tūc deberet iurare,ut no.in l. cōparationes .C. de fid.inſtru.
Facit quod no Ang.in repetitio.l.ſi vacantia.C.de bo. vaca,
19 lib.10.†Eſt ergo conſiderandū nunc an cardinalis deponat ,
ut teſtis an de eo quod ſibi uidetur. & glo. multum ſingu.in
cap.cum olim.el.1.de priuil.tenuit, quod cardinali non credi
tur ut teſti ſine iuramento, niſi ſic crederetur bono uiro ad
inducendam quandam præſumptionem, ex qua glo.infert
qđ in quacunque dignitate qs conſtitutus ſit non pōt ad ple-
nam probationem deponere ſine iuramento, & idem videt
dicēdum in viris religioſis quantumcunque honeſtis & ſan-
ctis,ut eis non credatur ſine iuramento etiam in fauorem ec
cleſiæ,ut eſt melior tex.de iure in cap. nuper. de teſti. facit qđ
habetur in l.iuriſiuran. C.eo.Innoc. tamen in d. c. cum olim
dicit aſſertionibus cardinalium credendum ſine iuramento.
ſed do.Anto. & do. Abb. ibi tenent illam glo. & intelligunt
dictum Innocen.ut credatur dicto cardinalis non iurātis ad
inducendam,præſumptionem.non autem quoad probatio-
nem faciendam, facit.ca. quoties.de teſtibus.& d.l.iuriſiuran
di.Tu pondera quod pro dicto Innocen.eſt tex.in cap conſti
tutus.de ap.ubi creditur aſſertioni cardinalis,nec aliquid ibi
dicitur de iuramento, & ideo melior doctrina eſt quod ſi car
dinalis deponit vt teſtis teneatur iurare, quod intelligo illo
caſu ſufficere ſi ponantur ante eum euangelia. hoc colligo
ex glo. in d.l.iuriſiurandi,quæ dicit quod epiſcopus cum pro-
ducitur in teſtem non iurat,ſed ponuntur ante eum euange-
lia,ergo multo magis erit idem in cardinali cum ſit pars cor
poris papæ,ut in cap.fœlicis.de pœnis.in 6 & habeat maximā
prærogatiuam ultra epiſcopum,ut dixi late in tracta.de præ-
ſtan.cardin.in prima par.in princ.Si uero non deponit de eo
quod ſibi uidetur tunc non requiritur nec iuramentum,nec
quod euangelium ponatur ante eum. †Sed pone quod ſtatu
20 to caueatur quod poteſtas poſſit procedere in cauſis nulla iu
ris ſolennitate ſeruata. an eo caſu cardinalis poterit non iu-
ratus recipi in teſtem. & Bal.in l.milites.C.de teſtam.mil.di-
xit quod non, quia iuramentum eſt de iure naturali & diui-
no,ut uoluit Bar.in extrauaganti ad reprimendum. in uer.ſi-
ne figura. Et iſtud ſequitur Ioan.de Imo.in l.ſi viuus.ff.de do-
na.licet Bart.uoluerit contrarium.Sequitur etiam ibi Ludo.
Rom.& in rub.ff. de arbi. & limita niſi iudex reciperet teſtes
ad informationem curiæ,quia,tunc poſſet recipere teſtes nō
iuratos,glo.eſt ſingu.& unica in cap.primo.§.ſi duo.de pace.
tenen.ſecundum Bal. ibi.uel niſi reciperet teſtes ad ſe infor-
mandum quando delictum eſt committendum , quia tunc
poſſet inquirere non præcedente infamia, & recipere teſtes
non iuratos ſingu.dictum fuit Innocen.in cap.primo.de po-
ſtul.prælat. idem etiam dicas niſi partes remitterent tale iu-
ramentum.ita dixit glo.in l.1 ff.de fer.& in cap.3.loco.de pro
bat. facit quod habetur in d.l.iuriſiurandi.Item etiam dicas
niſi factum eſſet notorium, ut not. in cap. tua nos.de coha.
cleric.& mulierum.

S V M M A R I V M.

1 *Legatus vtrum ſuſpectus allegari poſſit.*
Sinodus, tota poteſt allegari vt ſuſpecta, & quando. 12.
2 *Recuſatio iudicis ſuſpecti, cuius iuris ſit, & quando recuſari poſſit numero. 4.*
Recuſatio & appellatio pari paſſu ambulant.
3 *Recuſationis exceptio utrum ſuſpendat iuriſdictionem legati citra remedium appellationis.*
Et quid de iudice.
4 *Laudum arbitri quando retractetur.*
5 *Exceptio contra proceſſum iudicis appoſita quid operetur etiam ſi iudex ad vlteriora tendat.*
Committere eſt iuriſdictionem exercere.
6 *Delegatus procedendo ad vlteriora, uidetur exceptionem illi appoſitam reijcere, & tacite ſuper illa pronuntiare, nec corruit proceſſus.*
Exceptio recuſationis plus operari non debet quam appellationis interpoſitio. Et de iudicis proceſſu non obſtante recuſatione facto.
7 *Acta iudicis etiam contra ius litigatoris valent, donec reuocentur.*
8 *Proceſſus factus coram iudice recuſato, an teneat & quando.*
Et quid coram legato. 14. 15. 22. 26.
Recuſatio iudicis ſola an ſufficiat ſine appellatione. 9. 14.
Vnus in actu duos requirente non ſatisfacit.
9 *Iudex teſtis & accuſator in quo parificentur.*
10 *Inimicorum iudicium declinare, eſt naturale.*
11 *Iudex allegatus ſuſpectus, an deſinat eſſe iudex.*
Proceſſus contra ſolitum ordinem, iudiciarium factus corruit.
12 *Iuriſdictionem a recuſato ius abdicat, & in alium transfundit.*
Vicarius ordinarij ſuſpecti, an ſit ſuſpectus & quando.
13 *Subdelegare eſt uti iuriſdictione.*
14 *Dubitabilia ſunt diſputabilia.*
Intellectus .l.apertiſſimi.C.de iudi.
Arbitri delegati iuris æquiparatur vicario.
16 *Appelans ab interlocutoria, iudicem nunquid pretendat ſuſpectum.*
17 *Iudicem recuſatum de iure canonico quæ faciant iuriſdictione carere. Et quid de ciuili. 23.*

Index

18 *Iudex ignorans recuſationem an poſſit procedere.*
Ordo iuris in notorijs non requiſitus.
19 *Appellatio ab interlocutoria vtrum proceſſum reddat nullum, & quãdo.*
Iudex recuſatus quando non cenſeatur remotus. 22.
20 *Iuriſdictionis exercitium nunquid ex ſola recuſationis propoſitione ſuſpendatur.*
21 *Iudicem recuſare poſt litem conte. an liceat.*
Negatio præcedens verbum poteſt, quid importet.
23 *Iudex delegatus nunquid de iure ciuili recuſari poſſit, recuſationis cauſa non probata. Et quid de ordinario.*
24 *Recuſationis ſola propoſitio cum legitima cauſa ſuſpendit iuriſdictionem ad eneruanda inde geſta.*
Appellatio, recuſatio, & relatio ſimul intitulantur.
Excommunicatio poſt appellationem, aut recuſationem non tenet.
25 *Iudex recuſatus an poſſit de recuſatione cognoſcere.*
Appellatio eſt indiuiſibilis.
26 *Proceſſus parte inaudita factus an validus ſit.*
Appellans an videatur iudicem recuſare.
Recuſatio nunquid videatur remota, appellatione ob lata.
27 *Recuſatio negotium principale protendit.*
28 *Exceptio ſuſpitionis aduerſus iudicem, impedit exercitium iuriſdictionis tam ordinarij quam delegati ſecundum vtraque iura.*
Proceſſus factus a legato cardinali, in forma recuſato eſt nullus contra Inocen.
29 *Stipulationis pœnalis commiſſio nunquid impediatur ſententia iudicis reddita nulla.*
30 *Grauari a iudice, vel ſuſpectum habere differunt.*
31 *Iudex in cauſa propria quis eſſe poteſt in facto notorio.*
32 *Iudex ex ſola recuſatione prouocatur ad iram.*
33 *Exceptio ſuſpitionis nunquid proponi poſſit pronerato in inimicitiam iudici. & quomodo ſuper hoc procedendum.*
Lites debent procedere ſine tabellionis ſuſpitione.
Notarius poteſt partem lædere, licet parti teneatur ad intereſſe.

Tertia quæſtio Baſilica.

1 Reſtat tertia in ordine quæſtio an† legatus cardinalis poſſit, allegari ſuſpectus in cauſa in qua cognoſcit vt legatus. Et ex iſta quæſtione laſiſſima etiā hæc nata: allegato cardinali legato ſuſpecto in cauſa, ipſe proceſſit in cauſa, non obſtante recuſatione allegata, vtrum proceſſus coram eo habitus ſit ipſo iure nullus. Quo ad primum quod poſſit allegari ut ſuſpectus videtur eſſe indubitatum. tota ſynodus pōt allegari vt ſuſpecta. ita firmant docto. in c. 1. de iudicijs. licet aliter dixerit glo. ibi. & facit. capitulum licet de foro competenti. ubi tota vniuerſitas poteſt recuſari, vt ſuſpecta. Facit clemen. 1. paſtoralis. §. p[r]iana quoque ciuitas. de re iudi. ubi tota ciuitas poteſt recuſari, ut ſuſpecta ex cauſa. Facit gl. in c. in ſingulis de ſtatu regularium. quæ vult quod vniuerſitas iudicum poſſit ex cauſa recuſari. imo plus dicit Vincen. ſinodum recuſari poſſe quando metropolitanus uel maiores qui præſunt ſinodo ſunt ſuſpecti. c. conſulti. de procura. 3. q. 5. c. quia ſuſpecti. Facit. l. 1. C. ſi quacunque præditus poteſta. vbi ſi poteſtas eſt ſuſpectus poteſt tota familia allegari ſuſpecta ergo ſi ſinodus & vniuerſitas poſſunt allegari, vt ſuſpectæ, ergo multumagis legatus de latere. Facit. capitulū nouit. de appellatio. ubi legatus de latere fuit recuſatus, ut ſuſpectus. Eſt tamen verum quod nō de facili poteſt ut ſuſpectus recuſari, ſed requiritur quod honeſte & in forma debita recuſetur, pulchre dixit Hoſtien. in capitulo ad petitionem de accuſatio. & ibi do. Anto. & docto.
2 & probatur tōne viua. †Recuſatio iudicis ſuſpecti eſt de iure naturali, ut eſt tex. in c. 2. requiris. in verſi ipſa namque ratio naturalis dictat. de appella. & in capit. quod ſuſpecti. præallegato in ver. nam quodammodo naturale eſt ſuſpectorum iudicum inſidias vel recuſare, & ibi videtur tex. no. contra gl. in capitulo primo de iudi. quæ voluit quod concilium non poſſit, vt ſuſpectum recuſari, ſi ergo eſt de iure naturali recuſare iudicem ſuſpectum, ergo legatus cardinalis poterit vt ſuſpectus recuſari, quia iura naturalia, ſunt immutabilia. 1. diſtinctione capitulo ius naturale. inſtitu. de iure naturali. §. ſed naturalia. cum ſimi. ergo. Facit ēt quia recuſatio & appellatio paribus incedunt gradibus, vt no. Lappus in allegationibus ſuis allegatione prima & no. in capitulo cum ſpeciali. de appella. Sed a ſententia cardinalis legati appellatur, vt in capitulo raynutius & capitulo raynaldus. de teſta. Sicut ergo poteſt proponi appellatio a ſententia ſua ita poterit proponi recuſatio ſuſpitionis. & iſtud videtur indubitatum. Sed dubitatio non mediocris ſtat nunc quod poſita recuſatione honeſte & in debita forma legatus de latare procedit in cauſa, dubitatur utrum proceſſus ſit ipſo iure nullus. Et uidetur quod ſic. & ita tenuit Bart. in l. quia poterat. ff. ad treb. & mouetur ad hoc ex tex. fin. in l. prima. C. ſi quacunque prædi. pote. præalle. licet Innoc. in dicto capitulo cum ſpāli. dixerit ſe non legiſſe caſum. l. de hoc. dicens neceſſarium fore appellationem. vt in dicto capitulo cum ſpeciali. Et dicit quod in caſu illius. l. id eſt ſpeciale vt per eundem. in cap. inſinuante. de offic. deleg.

Conſiſtit ergo Quæſtio iſta in hoc, vtrum exceptio recuſationis ſuſpendat ipſo
3 iure iuriſdictionem legati circa appellationis remedium. †Et videtur quod non, immo eſt opus appellatione, ita uidetur probari in tex. capli. ſuper quæſtionum ad fi. de offic. deleg. ubi dicitur quod ſi delegatus principis cōpellit partem litigare ſub delegato ſuſpecto quod licite ab illo grauamine poteſt appellari ad papam, & quicquid fuerit attentatum poſt huiuſmodi appellationem erit irritum & inane. & ſic ponderat ibi tex. appellationem ad irritationem proceſſus. Et idem uidetur uelle tex. in cap. quoties 1. quæſt. 6. licet gloſa ibi ſentiat contrarium. Secundo hoc videtur probari per tex. valde elegantem in l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arbi. in verſi. inimicus manifeſte apparuiſſet teſtationibus conuictus iuncto ver. poſſe eum uti doli mali exceptione. ubi arbiter fuit recuſatus tanquam inimicus, & nihilominus ipſe tulit laudum, quod ſi vigore illius laudi agitur ad pęnā obſtabit exceptio doli, ergo ex laudo lato ab arbitro recuſato oritur actio, quia alias non daretur exceptio, quæ eſt actionis excluſio. capitulo cum dilectus. de ordi. cogn. ergo idem dicemus in iudice quod ex ſententia lata a iudice recuſato oritur actio. Arbitria. n. redacta ſunt ad inſtar iudiciorum. l. 1. ff. de arbi. l. rem non nouam. C. de iudi. Et pondera accurate
4 quod ibi eſt caſus †quod laudū arbitri retractatur illo caſu. vide ſingulare dictum hoſti. in capit. 2. de arbi. & glo. ſing. in capitulo a iudicibus. 2. quæſt. 6. Tertio facit. capitulo iudex. in fi. de offi. deleg. lib. 6. ibi dum dicit tunc iudicem recuſari ob ſuſpectum, & ob propoſitam recuſationem atque probatam iuriſdictionem, in ea omnino priuatur cum ſuper ea recuſatione pronunciatio facta fuerit. Igitur a contrario ſenſu conſequens eſt ut ſola recuſationis atq; ſuſpitionis cauſa allegata non facit eum deſinere eſſe iudicem, & conſequēter proceſſus coram eo factus omnino non eſt nullus. Quarto facit. capit. 2. requiris. §. 2. poſtulas. ver. quod ſi coram, dicens tūc demum iudicem recuſatum in cauſæ principalis cognitione ſuperſedere debere, cum recuſationis atq; ſuſpitionis allegatio ſine probatione ad tollendum iuriſdictionem iudicis non ſufficit. ergo eſt ibi caſus aptus quod ſola allegatio recuſationis non tollit ſeu ſuſpendit iuriſdictionem iudicis. Quinto facit dictum capitulū ſi iudex. ubi dicit quod iudex recuſatus poteſt committere cauſam de recuſatoris aſſenſu. ergo non deſinit ipſo iure omnino eſſe iudex, quia alias priuatorum conſenſus non poſſet eum facere iudicem. capitulo ſignificantibus. de offic. de leg. l. priuatorum. C. de iur. om. iud. Et ſic patet quod habebat habitum iuriſdictionis. licet contra exercitium iuriſdictionis poſſit obijci exceptio. hoc uidetur poſſe colligi, ex eo quod ibi dicitur in fine quod lata ſententia ſuper accuſatione pro ipſo recuſante tenet, & intelligo a qua non fuit appellatum, ut ibi intelligit Lap. arg. l. 1. ff. ad turpil. omnino deſiuit eſſe iudex. ergo manifeſte innuit quod ante ſententiam non omnino deſierat eſſe iudex. Et ſic vr̄ q̄ ex quo habet habitum iuriſdictionis ante latam ſententiam ſuper recuſatione, licet contra exercitium poſſit obijci exceptio quod ſi procedat non obſtante exceptione, licet grauet partem debeat tenere proceſſus, ſi non fuit appellatum. & ſic ille text. hoc modo inductus probat
5 opinionem Inno † quia regulariter ubi poteſt opponi exceptio contra proceſſum iudicis uel exercitium iuriſdictionis eius, quod ſi obijciatur & illa non obſtante procedatur ad ulteriora uidetur tacite pronuntiaſſe ſuper exceptione, tunc tenebit proceſſus ſi non appelletur, ut in capitulo ex parte. M. de appel. & l. a procedente. C. de dilatio. Et ſi dicatur quod tunc obſtat quod habetur in cap. prudentiam de offic. dele. ubi non debet proceſſus vnius ex duobus iudicibus delegatis ſine clauſula uel etiam cum clauſula quod ſi ambo ante verificationem clauſulæ, quia non habet exercitium iuriſdictionis, proceſſus geſtus per eum non valet, licet vterque dicatur habere iuriſdictionem in ſolidum, vt tetigit Bart. in l. pomponius. ff. de re iud. Quia ad hoc reſpondere poteſt quod ideo illud contingit ibi, quia nunquam ab ipſo principio alter tantum habuit exercitium iuriſdictionis in ſolidum, ſed hic ab initio habuit exercitium iuriſdictionis in ſolidum. Et ſi non obijciebatur exceptio non eſt dubium quod tenuiſſet proceſſus. Facit quod no. gl. in cle. 2. ut lite penden. Et ex quo habuit exercitium, licet potuerit eludi exceptione, nihilominus ſumus ſub illa regula, de qua habetur. in d. c. ex parte. M. & in d. l. a procedente. Et iſta ſit ſexta ratio pro illa parte quam ita format. d. meus Io. de Imo. in commento. l. quidam conſulebant. ff. de re iud. & in d. c. iudex. licet do. Dominicus ibi tollat dicens, quia ex quo exceptio recuſationis totaliter impedit exercitium iuriſdictionis, habitu tamen non priuat, &

hoc

hoc uoluit ille text. Committere enim eſt exercere iuriſ-
dictionem, ut dixit gloſa in dicto capitulo iudex. ergo ſi re-
cuſans, conſentit totaliter tollitur obſtaculum impediens
exercitium iuriſdictionis, & ſic poterit committere, ſed illo
non conſentiente non poteſt committere, & ſic nec iuriſdi-
ctionem exercere, & per cõſequens habitus ſine actu & exer
citio nihil poterit operari, & per conſequens ille tex. nullo
6 modo obſtat ad intendendum Domini. ibi †. Septimo facit c. cum
ſpeciali de appella. & cap. ſi quis contra clericum. de foro cõ
peten. ubi tenet proceſſus factus a iudice delegato licet con-
tra exercitium ſuæ iuriſdictionis competat exceptio, & li-
cet grauauerit talis iudex non admittendo exceptionem re-
cuſationis, tamen imputandum eſt parti quare non appella
uit, quia procedendo ad ulteriora uidetur exceptionem reij
cere, & taci te pronunciare ſuper illa exceptione, & tenet p-
ceſſus, ut in d. ſ. a procedente. facit quod no. glo. in cle. vnica,
de dolo & contu & Inn. in cap. paſtoralis. §. præterea de offi.
deleg. Si enim appellatur ab interlocutoria & iudex pronũ-
ciat illam eſſe friuolam, & ab hac pronuntiatione non ap-
pellatur, prima appellatio eſt deſerta, & tenebit proceſſus,
poſtea per iudicem initus. Idem uidetur dicendum multo-
fortius in recuſatione, procedendo enim ad ulteriora, uide-
tur, pronunciare illam friuolam, & imputet ſibi pars quare
non appellauit. Octauo non debet plus operari recuſationis
exceptio quã appellationis interpoſitio. ar. ca. ſuper eo. el. 2.
de appel. & quod no. gl. in d. cap. ſi cõtra vnum. de offi. deleg.
lib. 6. ſed geſtum poſt appellationem ab interlocutoria non
eſt nullum ipſo iure, ſed pendet ex futuro euentu. ut in cap.
non ſolum. de appel. lib. 6. niſi præceſſerit inhibitio iudicis
ad quem, ut ibi, ergo multo fortius, geſtum poſt exceptionẽ
recuſationis non debet corruere ipſo iure. Nono regulam
7 habemus † quod geſtum a iudice ualet & tenet, licet fecerit
contra ius litigatoris donec reuocetur. ut in capit. cum inter.
de re iudi. ergo ſequitur quod factum a iudice recuſato uale-
bit, & tenebit tanquã factũ ꝯ ius litigatoris cũ nec pbetur in
re expreſſo iuriſdiõnem fore ſuſpenſam p ſolã recuſationẽ.
Decimo ſpecialiter eſt in caſu. l. 1. C. ſi quacũq; prædi poteſta. p-
pter enormitatẽ delicti. ergo in ꝯtrarium erit ius cõe. l. eus ſingu
lare. l. qđ vero. ff. de legi. Vltimo iſtã partẽ tenuit glo. or. in c.
qm̃ cõtra. in verſi. recuſationes. de proba. & eam ſequitur ibi
Io. de Imo. Idem tenuit Inno. in d. cap. cum ſpeciali. ſequitur
ibi do. Ant. etiam do. Card. Idem voluit Ang. in l. quia pote-
rat. ff. ad Treb. & in l. apertiſſimi. C. de iud. ubi dixit quod pro
ceſſus non eſt nullus factus coram iudice recuſato, niſi iuriſ-
dictio ſit ad alium deuoluta, puta, q̃a ſuperior incepit de cau
ſa ſuſpicionis cognoſcere uel electi ſunt arbitri. Idem tenuit
Spec. in titu. de recuſa. § qualiter. verſi. quid ſi ſubdelegatus.
Idem etiam tenuit do. meus Io. de Imo. in dicto cap. iudex. &
in d. l. quia poterat. Sed in repe. l. quidã conſulebant, poſuit
nouam opi. de qua multum ſe commendat aſſerens fore ſuã
& inauditã. Sed in ueritate nõ fuit ſua, ſed opi noua ſubtiliſ.
doc. do. Mat. de Matheſilanis de Bon. quam ipſe poſuit. in c.
inſinuante. de off. deleg. & illam retulit apud legiſtas Ludo.
Ro. in d. l. quia poterat. & in quodam conſilio ſuo de quo in-
ferius dicetur, & ex iſtis elicitur concluſio.

9 Propoſita recuſatione contra legatum de latere ci-
tra appellationẽ † pceſſus inde geſtus va-
let & tenet. Duodecimo facit pro ſuſtentanda dicta conclu-
ſione. vbicunque aliquis putat ſe grauari a iudice debet ap-
pellare. tex. eſt in cap. ſi quis putauerit. 2. quæſt. 6. Sed ille qui
proponit recuſationem iudicis ſuſpecti dicitur grauari iudi
ce procedente, ut in dicto capi. quod ſuſpecti. 3. queſtione 5.
ergo ſequitur quod ſola propoſitio recuſationis non ſufficit,
niſi ſequatur appellatio. Decimotertio ubicunque in actu
aliquo requiruntur duo per interuentum vnius non eſt ſatiſ
factum legi. l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſti. ſed ille qui ha
bet iudicem ſuſpectum tenetur ad duo, videlicet recuſare &
appellare. text. eſt in d. capit. quoties. 2. quæſt. 6. in verſi. mox.
Romanam ſedem appellent, & nullus eos aut excommuni-
care, uel ſedes eorũ ſurripere præſumat, quod ſi aliter a quo
quã præſumptum fuerit nihil erit, ſed uiribus carebit, & ſic re-
quirit duo q̃ recuſet & appellet ad hoc ut inde geſtũ ſit ipſo
iure nullum, ergo ſola propoſitio non ſufficit. Decimoquar-
to facit tex. in d. c. quod ſuſpecti. in verſi. ſed ſolum, quia cum
uocaret ad ſinodũ q̃ inimicus eſſet eius ipſe q iudicabat, cla-
mauit. ubi cũ aliqs conuenit corã inimico dẽt clamare, ergo
requirit nedũ propoſitio recuſationis, ſed acclamatio, ergo
appellatio. Et ſic verior uidetur doctrina Inno. Decimoquin
to facit. cap. accedens. el. 2. ut lite nõ conteſta. in ver. uel poſt
appellationẽ ex p̃miſſis cauſis interpoſitã vos atteſtationes
huiuſmodi decernatis irritas & inanes, ubi eſt caſus, Fuit pro
poſita recuſatio propter capitales inimicos. Et ponderat ibi
tex. quod debuit appellare. Et ſi poſt appellationem fuerint
8 recepti teſtes talis receptio decernatur inanis. † ergo ſequi-
tur quod actus non eſt nullus ipſo iure propter recuſationẽ
propoſitam, niſi ſequatur appellatio. Et pondera etiam, quia
inquantum tex. ibi dicit decernatis irritas, ſequitur quod
illa receptio tenuit etiam facta poſt appellationem, quia aliàs
non diceretur decernatis irritas, quia priuatio præſupponit
habitum l. 10. de uerbo. oblig. ca. ad diſſoluendum. de deſpon.
impub. niſi reſpondeas quod uerbum irritas intelligitur qua
tenus de facto proceſſit. Decimoſexto pondera d. c. quod ſit
ſpecti. ubi dicitur inimicus aut ſuſpectus non debent eſſe iu-
dices, unde multa fieri non debent quæ tamen facta ualent
l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. licet ergo iu
dex propoſita recuſatione non debuerit procedere, tamen ſi
proceſſit pceſſus tenet. Et ex hoc poterit inferri noua doctri-
na quod ante factum procedat opinio Hoſti. & Bar. & ſequa-
cium, ſed poſt factum procedat opinio Inno.

Et licet rationes huiuſmodi coloratæ & apparẽ
tes cuique exercitato ingenio uiſæ ſint, tamen contraria cõ
cluſio uidetur de iure ſuſtentabilior, uidelicet quod proceſ-
ſus ſit ipſo iure nullus. Et arguo ſic, iudex accuſator & teſtis
æquiparantur quo ad accuſandum & quo ad teſtificandum.
tex. eſt in cap. accuſatores l. ſecunda. in verſic. aut accuſator
fiat eorum. aut iudex. 3. q. 5. ſed accuſatio uel teſtimoniũ ini-
micorum & ſuſpectorum eſt ipſo iure nullũ, eſt tex. in c. con
ſtituimus. in uerſic. nullatenus ad accuſationem uel teſtimo
nium ſint admittendi. & in cap. ſuſpectos. in uerſic. apoſtoli-
c. noſtri prohibuerũt. 3. q. v. ergo ſequitur q̃ iudiciũ factum
a iudice recuſato ut ſuſpecto eſt ipſo iure nullum, licet ab eo
10 non fuerit appellatum. Secundo naturale eſt † declinare iudi
cium inimicorum. d. cap. ſecundo. requiris. & ca. quod ſuſpe
cti, ergo eo ipſo quod iudex recuſatus, ut ſuſpectus procedit,
videtur procedere contra diſpoſitionem iuris naturalis, ergo
actus eſt ipſo iure nullus. 10 d. cap. vides fili chariſſime. Ter-
tio appellatio, & recuſatio procedunt a pari, q̃ apparet ex eo
quia inſimul intitulantur ut rub. de appel. & recuſat. & tex.
in cap. ſuper eo el. 2. de app. & optimus. tex. in cap. quoties in
uerſic. grauari aut ſuſpectos haberi. 2. q. 6 Sicut ergo non te-
net actus poſt appellationem legitimam, cum per eam ſuſpẽ
datur iuriſdictio ipſo facto ex quo in ueritate eſt legitima, ut
in cap. ſuper q̃onum in fi. de offi. deleg. in c. ſi a iudice. & in c.
non ſolum. de appella. lib 6. & in cap. per tuas. de ſen. excom.
& in c. cum contingat. de offi. dele. ita nec tenet actus geſtus
poſt recuſationem. Quarto facit d. c. q̃ ſuſpecti. in uerſic. is n.
antiſtes tertio euocatus, quia non occurrit, a patriarcha ſuo
canonice condemnatus extiterat, ſed ſolum, quia cum voca
retur ad ſinodum quod ipſe qui iudicabat inimicus eſſet eius
clamauit a ſancta Calcedonenſi ſinodo ad cauſas illatas ſibi
examinandas reſeruatur, ubi uidetur caſus damnatus a iudi
ce ſuſpecto canonice eſt damnatus ſi ſuſpitionem & recuſa
tionem non allegauit, ſed ſi illam allegauit iudiciũ reſerua-
tur ſinodo & ſic ſuperiori, ergo ſi iudex recuſatus ut ſuſpe-
ctus procedit in cauſa actus eſt ipſo iure nullus ex eo, q̃a lex
reſeruat iudicium alteri, & ſic ſuperiori, ergo quo ad illã cau-
ſam ipſe non dicitur amplius iudex. Et ideo argumentũ poſ-
ſet ſic formari. † Proceſſus geſtus ab incompetenti eſt ipſo iu-
11 re nullus per totum tit. C. ſi a non compet. iudi. ſed iudex al-
legatus ſuſpectus deſinit eſſe iudex, ut eſt text. in d. uerſic. is
enim. ergo proceſſus erit nullus. Et ſi conſideratur ille text.
probat opinionem Bald. nouam in iſta materia in l. prima.
C. ſi quacunque prædi tus poteſtate. Quinto facit quod no. In
no. in cap. 3. de reſcri. ubi dicit quod ſi reuocatur in dubium
de ualiditate reſcriptorum, ita quod iudices debeant proce-
dere ad electionem arbitrorum ſecundum practicam. capi-
tu. paſtoralis de reſcri. ſi iudices hunc ordinem prætermiſerũt
& procedunt in principali, non tenet proceſſus, quia eſt i-
te ius cõtra ſolitum ordinem iudiciarium. ſecunda. quæſt. 6.
§. item ſententia. l. prolatam. C. de ſenten. & interlocu. om.
iudicum. Ita dicamus in caſu iſto. Si iudex recuſatus non pro
cedit ad arbitrorum electionem ſecundum quod iura diſpo
nunt, ut in cap. ſuſpitionis. de offi. dele. & in d. c. cum ſpãli. &
in d. c. 2. requiris, ſed procedit in principali non debet tenere
proceſſus, facit q̃ uoluit glo. in l. apertiſſimi. C. de iudi. Sexto
facit dictũ. ca. quod ſuſpecti. in uer. ſi Anaſtaſius a patriarcha
ſuo depoſitus, q̃a de inimicitia eius conqueſtus eſt iterato ad
iudicium reuocandum dirigitur. ubi eſt caſus q̃ iudiciũ agi-
tatum cũ iudice recuſato ut ſuſpecto renouatur corã ſupio-
re. ergo fuit ipſo iure nullũ. Septimo facit tex. ſing. & melior
de iure in l. 1. ſi quacũq; præd. pote. vbi iudex cõpellens quẽ
ad matrimoniũ ꝯtrahendũ ẽt a iure non interdictũ punit certa
pœna, & dat facultas compulſo cũ tota familia ſua illius iuriſ
12 dictionẽ euitandi & cõferẽ alteri iuriſdictio, † & ſic ipſo iure
de facto ius abdicat iuriſdõnem a recuſato in aliũ trãsfundẽ-
do, ergo quicquid eſt geſtũ ab illo eſt ipſo iure nullũ tanq̃ ge
ſtũ a non iudice. de qua. l. fecit feſtum Bar. in d. l. quia poterat

& pondera bene illam. l. quia eſt ibi caſus ꝙ ſi ordinarius eſt ſuſpectus eius vicarius non eſt ſuſpectus, niſi eadem cauſa ſuſpitionis reperiatur in vicario, puta conſilium uel conſenſus, ut ibi eſt tex. ſm Bal. vel niſi uicarius eſſet conſtitutus ab eodem officiali, ſecus ſi eſſet datus uicarius a ſuperiore ſecundum Saly. ibi. Et ita intelligo quod dixi ſuperius ꝙ tota ſinodus poteſt recuſari ſi maiores ſunt ſuſpecti, & loquitur illa. l. 1. ſm Saly. ibi qñ recuſatio eſt generalis & vl'is in omnibus ſuis negotiis adeo quod l. illa facta proteſtatione ſeu recuſatione facit ſic proteſtantem exemptum a iuriſdictione. Octauo facit tex in d. c. quia ſuſpecti in ver. niſi denuo conuinceretur recipere eccleſiam propriã iudicatur, ubi eſt caſus. Epiſcopus fuit condemnatus iuſtitia mediante a iudice recuſato, poſtea ſinodus cognouit, & epiſcopum illum denuo condemnauit. ideo non debet recipere eccleſiam a qua fuerat priuatus per illum iudicem recuſatum. Vnde dicit ibi text. quod niſi denuo fuiſſet conuictus a ſinodo poſſet eccleſiam recipere, ergo ſequitur quod illa condemnatio facta ab illo iudice recuſato fuit nulla. Nono facit. c. iudex de offi. deleg. lib. 6. ubi dicitur iudicem non poſſe poſt recuſationem propoſitam committere ſine recuſatoris conſenſu. ergo multofortius non debet in negotio principali poſſe procedere. arg. auth. multo magis. C. de ſa ſan. eccle. & cap. cum in cunctis.
13 de elec. †Nam & ſubdelegare eſt vti iuriſdictione. l. more. ff. de iuriſdi. om. iudi. Et gl. in d. c. iudex. Nam facilius permittitur delegatio cauſæ ſuper commiſſo quam ſuper principali proceſſu. c. ſi quis contra clericum. de fo. comp. Sed primum non permittitur indiſtincte iudice recuſato. ergo multofortius non permittetur ſm, ut procedat per ſe in negotio principali. Licet enim recuſatus non deſinat eſſe iudex per ſolã recuſationis propoſitionem, tñ exercitium iuriſdictionis uſ ſibi interdictum, ut ibi. & in d. c. iudex. & in d. c. ſuſpitionis. & in d. cap 2. ſequitis ꝓpter quod uidetur quod proceſſus nullo modo teneat interim geſtus. ar. præal. capit. prudentiam. Decimo facit l. apertiſſimi. C. de iudi. in uer. antequam lis inchoetur cum recuſare, ut ad alium recurratur. ubi eo ipſo ꝙ recuſatur quis ut ſuſpectus recurritur ad alium, ergo primus recuſatus interim non eſt iudex, & per conſequens proceſſus inde ſequutus erit nullius effectus. Vndecimo ponderetur. cap. cum ſpeciali. ſuperius allegatum in uer. cauſa ſuſpitionis legitima coram ipſis infra competentem terminum non probata ſua iuriſdictione utatur, ergo ſequitur quod interim dum eſt allegatus ſuſpectus non poteſt iuriſdictionem exercere. & per hoc actus erit nullus. Duodecimo iſta fuit opinio gl. in c. quoties. 2. q. 6. & in cap. quod ſuſpecti. 3. q. 5. & Hoſt. in d. c. cum ſpeciali. & Bart. in d. l. quia poterat. licet Ioan. de Imo. ibi ſequatur aliam opinionem de qua dicetur inferius, licet aliter dixerim ſupra pro concluſione contraria Idem ſequutus eſt Pet. de Ancha. in d. capit. iudex per illum text. & per d. l. primã C. ſi quacunque prædi. poteſta. & ideo
14 non immerito paſſus iſte eſt dubitabilis. †& per conſequens diſputabilis.

Et ex ſupradictis apparet duas fuiſſe opiniones inuicem cõtrarias. Prima fuit Inno. & ſequacium, videlicet quod proceſſus valeat niſi appelletur. Secunda fuit glo. & Hoſti. quod proceſſus ſit ipſo iure nullus. Tertia fuit opi. Bald. in d. l. 1. C. ſi quacunque præd. po. videlicet ꝙ vbicunq; allegata ſuſpitione ꝯ iudicem lex ſi transfert iuriſdõne in aliũ iudicẽ ipſo iure rõne ſuſpitionis, & recuſationis, tũc ꝓceſſus recuſati ipſo iure nõ tenet, & ita ſit caſus in d. l. 1. Et eſt ratio formalis, quia proceſſus vr̃ geſtus a iudice carẽte iuriſdõne. Et iſto mõ procedat opinio gl. Hoſtien. & ſequacium. Aut iuriſdictio ipſo iure in aliũ nõ transfertur, ſed ſunt eligendi arbitri, iuxta materiã. l. apertiſſimi præallegatæ, & dicti c. ſuſpitionis. Nam in caſu. d. l. apertiſſimi. iudici ordinario allegato ſuſpecto ciuitatis eṗs adiungit, vt in auth. ſi vero. C. de iudic. & tũc ſi ſunt eligendi, & adhuc nõ ſunt electi, & tũc interim remanent iudex, & ſic valet ꝓceſſus, & tñ põt appellari. & ita ſaluat ibi Bal. dictũ Inn. & hoc inducit ad qõ. Statuto cauet ꝙ petito cõpromiſſo debeant eligi arbitri, q̃ritur vtrũ iudex cauſæ poſſit ad ulteriora procedere. & dicit illũ tex. facere ꝙ nõ, qa illi arbitri ꝯquiparant̃ uicario, de quo loquit̃ ibi. nã iſti arbitri ſunt delegati iuris. l. fi. C. de iudi. Dicit poſtea in ꝯtrarium facere dictũ Inn. & ad illud dictũ uidetur ꝙ Inn. loquitur qñ ad transferendam iuriſdictionẽ aliquid eſt probãdum. puta ſuſpitio, ſed in caſu iſto de quo loquit̃ nil eſt probãdum nec requiritur ꝙ pronũtietur cauſa compromittenda, & ideo anteq̃ ſic pronuntiet̃ eſt iudex cauſæ, poſtea uero non niſi in executione petiti cõ-
15 promiſſi, & iſtud etiã vr̃ ſequi Ang. in d. l. apertiſſimi. †ubi dicit ꝙ ꝓceſſus nõ eſt nullus factus coram iudice recuſato, niſi iuriſdictio ſit ad alium deuoluta, puta quia ſuperior incepit de cã ſuſpitionis cognoſcere, uel ſunt electi arbitri. Tu pondera ꝙ eo caſu quo iudex allegatur ſuſpectus uidet̃ tranſlata iuriſdictio in alium ut uidetur tex. in d. cap. ꝙ ſuſpecti nec. d. l. 1. ponit caſum ſpecialem in hoc, uel eligendi ſunt arbitri, ut in d. c. ſuſpitionis & ſimilibus. ergo ſemper erit uerũ dicere quod proceſſus interim geſtus ab eo erit nullus, & per ꝯſis vr̃ ꝙ doctrina ſua non procedat, & inquantum dictum eſt quod iudici ordinario allegato ſuſpecto adiungitur epiſcopus ciuitatis, ut in d. auth. ſi uero. pone quod ſunt diſcordes, quia ordinarius non uult accedere ad domum, ſeu ad tribunale epiſcopi, nec epiſcopus uult accedere ad tribunal iudicis ordinarii quid erit faciendũ. Iſtam quæſtionem tetigit Nico. de neap. in l. fin. ff. de iuſtit. & iure. & eam non determinauit, ſed dixit ſuper ea fore cogitandum, quid iuris, apparebit ex infra dicendis. Quarta fuit opin. Lapi. in d. c. iudex, dicẽtis, proceſſus validitatem interim fore in pendenti nam ſi pro recuſante pronunciabitur, cõſequens erit ut proceſſus non valuerit, e contra autem erit, ſi contra eum fuerit pronunciatũ. Facit ad hęc deciſio eius quod determinatur in ſimili in cap. non ſolum de appell. lib. 6. & in cap. exhibita. de iudic. ubi dicitur an ualuerint attentata p iudicem a quo poſt appellationem ab interlocutoria interpoſitam & ante inhibitionem factam, ex futuro pendet euentu, nam ſi pro appellante pronũciabitur, irrita erũt & nulla Si autem pronunciabitur contra appellantem erunt valida, nec debet plus iſta recuſatio operari quam ipſa appellatio ab interlocutoria †nam & appellã-
16 ab eadem iudicem ſuſpectum prætendit. c. ad hæc. de appell. Facit quod in ſimili no. glo in cap. cum uenerabilis. de exceptio. facit etiam quod dicimus in ſimili de appella an ſuſpẽdat, an extiguat ex futuro pẽdet euẽtu, qa ſi cõfirmat̃, prima ſñia, tunc appellatio ſuſpendit, Si uero non confirmatur, extinguit de quo per Ang. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. & per Ioan. de Imo. in rub. ff. de app. & per ſcribẽtes in ca. uenientes. de iureiuran. Quinto fuit opinio. quam ſibi appropriauit do. meus Ioan. de Imo. in repetitio. l. quidam cõſulebant. ff. de re iudic. Sed Lud. Rom. in d. l. quia poterat. & in quodam ſuo eleganti conſilio incipiente. Circa primum conſultationis articulum. uerſic. quo ad ſecundum. dixit illã fuiſſe do. Mat. de mat. in c. inſinuante. de offic. deleg. & etiam reuerẽdus pater do. Abb. in quadam ſua eleganti diſputatione quę incipit. Duo clerici cari ordine inſigniti quam diſputauit in celebri urbe Senarum in ſecundo dubio dicit hanc opinionem fuiſſe quorũdam modernorum, credo quod uoluit allegare præſtitum do. Matth. & diſtinxit hoc modo quod de iure ciuili ſola recuſationis aut ſuſpitionis allegatio reddat proceſſum factum ipſo iure nullum, quod probat quia tantũ operatur de iure ciuili ſola prædictorum allegatio abſq; alia probatione, quantum operatur allegatio iuncta probatione a ſententia de iure cano. ut patet in d. l. apertiſſimi. cũ ibi no. & in d. l. quia poterat. ubi dicitur ſolam allegationem abſq; alia probõne ſufficere ad eneruandam iudicis recuſati iuriſ-
17 dictionem. Sed† de iure canoni. recuſatio iuncta cum probatione, & ſententia faciunt iudicem recuſatum ipſo iure carere iuriſdictione, & conſequenter eius proceſſum nullum. ut in d. cap. iudx. ergo de iure ciuili idem operatur ſola recuſationis allegatio, & per cõſequens proceſſus erit ipſo iure nullus factus coram iudice allegato ſuſpecto ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis. Aut loquitur de iure canonico, & tunc ſola propoſitio iudicis recuſati nõ reddit iudicium nullum, qa allegatio illa dumtaxat non aufert ſibi iuriſdictionem, ſed requiritur probatio & ſententia. ut d. cap. iudex. Et ideo opinio glo. Hoſtien. Bar. & aliorum ꝓcedit de iure ciuili, ſed opi. Inno. & ſequacium procedit de iure canonico. Et hanc opinio. ſequitur do. Lud. per tex. in d. c. iudex ad fi. & per dictum verſ. quod ſi coram, & per ſuperius allegata per Inno. dicit tñ Lud. in d. conſilio procedere hoc niſi ex forma ſtatuti aliquis eſſet prohibitus recuſare iudicem ut ſuſpectum, vt eſt conſtitutio in ciuitate Senarum, ſecundum quam ipſe conſuluit. Sed hoc dictũ ſuum uidetur dubium, quia recuſatio ſuſpecti eſt de iure naturali. ut in d. c. quod ſuſpecti. ergo cõſtitutio Senenſis non potuit diſponere. arg. §. ſed naturalia. inſt. de iure natu. gen. & ciui. de quo dicam inferius. Dominicus vero in illo capitulo quoties. & in illo. c. iudex. reduxit opiniones ad concordiam hoc modo, videlicet. Aut nondum eſt propoſita quæſtio recuſationis coram eo, & ualet proceſſus etiam ſi in ueritate eſſet ſuſpectus, qa ante illam propoſitionem remanet iudex habitu & actu, ſeu potentia & exercitio. ut in d. c. iudex. Tu põdera circa hoc, qa procedit iſtud qñ ſciuit illũ
18 ſibi fore ſuſpectum & nõ recuſauit†. Sed ſi ignorauit, dic ꝙ licet iudex potuit procedere, tñ nõ debuit. per tex. in d. c. quod ſuſpecti. 3. q. 5. Aut eſt propoſita coram eo cauſa recuſationis, & pp non admiſſionem eſt appellatum, uel itineratum ad papam tunc non valet proceſſus, & ita poteſt intelligi. dic. capit. quoties. cum glo. Aut non eſt itineratum nec appellatũ, ſed eſt propoſita exceptio, & electi ſunt arbitri qui de illa debent cognoſcere, tunc non ualet proceſſus, quia cognitio

eſt

eſt tranſfuſa in arbitros. & ita uidetur ſentire Hoſt.in cap. le-
gitima.de appel.& pro ſuo dicto uidetur tex in d.cap.2.requi
ris.ibi tunc demum. Aut non ſunt electi arbitri & tunc ſunt
opiniones,ſed ipſe ctc dit opi.Hoſt ueram per d.c.iudex.& p
gl.in d c. quod ſuſpecti, Credit tamen quod ſi pars proponẽs
recuſationem poſt illam proſequitur litem coram illo iudi-
ce,quod ualeat proceſſus. quia de conſenſu eius recuperat iu
dex recuſatus iuriſdictionem. ut vult tex.in d.c.iudex.Et h.d.
eſſe uerum niſi iudex reijceret exceptionem recuſationis tan
quam notorie falſam, exprimendo hoc in repulſione, quia
poſtea ualeret proceſſus iudicis,cum in notoriis non requira
tur ordo iuris, ut in capitulo euidentia.de accuſa.& allegat
ad hoc dictum Lapi de caſtellione in ſuis allegationibus,al-
legatione prima.

Sed reuerendus do.Abb. lõge melius, & ſubtilius
quam aliquis uſque ad iſtos dies tetigit iſtum paſſum. Et
refert præfatum dom. Mat. dixiſſe quod etiam ſi appellare-
19 tur non corrueret proceſſus ipſo facto de iure cano.quia † ap-
pellatio ab interlocutoria non reddit proceſſum nullum ex
hoc ſolo quod eſt appellatum, ſi non eſt factus poſt inhibitio
nem iudicis ad quem. per ea quę habentur. in d. c.non ſolũ.
de appel.lib.6. & ſic multo minus ex hoc ſolo quod facta eſt
recuſatio.non debet proceſſus poſtea factus eſſe nullus,niſi
hoc detegatur ex poſt facto probata ueritate cauſæ, & lata
ſententia pro recuſante.Ipſo uero dicit hanc opinio.non ui-
deri ueram indiſtincte, Nã ſi appellatio eſt ultima & probabi-
lis incontinenti ſuſpenditur iuriſdictio iudicis.ut in capitulo
ſi a iud ce de appella.lib.6. nec tenet poſtea geſtum,ut in d.
c ſuper quęſtionum in fine. & in cap.per tuas.de ſen.excom.
licet [illegible] non debeat reuocari niſi poſtquam conſtiterit
illam cauſam eſſe ueram,& ita loquitur.d.c.non ſolum. Itẽ
qd ſi poſt propoſitam recuſationem recuſans comparet co-
ram recuſato.nam ſecundum hanc opi. do Mat.de iure ciui.
adh[illegible]c non ualeret proceſſus,quia ſi incontinenti deſiuit eſ-
ſe iudex, priuatorum conſenſus non poteſt facere illum iu-
dicem. l.priuatorum. C.de iuriſd.om.iudi.Et hoc uidetur cõ
tra mentem.l.cum ſpãlis.C.de iudi. uerſi.illud.nam de men
te illius text.uidetur quod ſi recuſans intra triduum non eli-
git arbitrum uel arbitros qui cognoſcãt de principali, quod
primus iudex recuſatus non cenſetur remotus, immo debet
coram illo litigari.Item poſſet attentari ſecundum do.Abb.
ibi quod & ſi cauſa recuſationis non ſit uera, ex quo tamen
hoc non conſtat in quo,cũ eſt de ſe probabilis & legitima ꝙ
non ualebit proceſſus poſtea geſtus licet cõſtet ex poſt facto
20 illam cauſam non fuiſſe ueram. † tum quia ex ſola propoſi-
tione recuſationis exercitium iuriſdictionis uidetur ſuſpen
ſum. ut in d.c.cum ſpali.& d.c. 2.requiris.& d.c.iudex.& d.c.
ſuſpitionis. quæ iura aperte innunt iudicem non debere pro
cedere in principali niſi poſtquam conſtiterit cauſam recu-
ſationis non eſſe legitimam.tum quia proceſſus initus poſt
propoſitam recuſationem eſt attentatus contra ſolitum or-
dinem iudiciorum,cum iura uelint arbitros debere eligi &
p[illegible]us diſcuti cauſam ſuſpitionis. Vnde cum iſte ordo fuerit
omiſſus, proceſſus uitiatur.arg.l.prolatam.C.de ſenten.& in
ter o om.iud & in §.item ſententia.2.q.6.& ar.eius quod no.
[illegible] n c.cæterum.de reſcrip.Et iſta non militant in cauſa ap
[illegible]tionis, quia ſi cauſa non ſit uera non ſuſpenditur iuriſdi
[illegible]dicis, nec reperitur proceſſus attentatus contra ordi-
nem iudiciorum.ut.d.c.cap.non ſolum.Et ex hoc dicit,poſ-
ſe c[illegible] vnum nonum, ut quo ad iſtum effectum plus operet̃
recuſatio quã appellatio interpoſita ab aliquo grauamine.
alle[illegible] in ar.c.exhibita.de iudi.& cap.interpoſita.de appella
tio.ut ſicut hũc effectum operatur ſola probationis oblatio.
ita & hoc caſu ſola recuſationis propoſitio propter ordinem
peruerſum & exercitium iuriſdictionis ſuſpenſum.Vnde di-
cit ita eſſe diſtinguendum in hoc articulo. l.aut recuſatione
non propoſita proceſſum iam geſtum & ſententiam forte
latam oritur quis prætextu ſuſpitionis de nouo detectę re-
tractare.gl.ſing.ſecundum eum.c.cum inter.de excep colli-
gitur.ex illo tex. quod ſententia teneat ſed debeat retracta-
ri,pro hoc quia non fuit de mente papæ illam cauſam com-
mittere iudici ſuſpecto.Facit quod no.in cap. eam te.de ęta.
& quali.& ita ſentit gl.in d.c.quod ſuſpecti, & bene facit ibi
21 tex etiam in ordinario.† Facit etiam quia poſt lit. conteſt.nõ
licet iudicem recuſare.vt d l.cum ſpãlis.& in auth.offeratur.
C. de li.contc. niſi ſi oritur de nouo uel ex poſt facto venit ad
notitiã põt proponi.vt in d.c.inſinuante.& no.lo.calde.in c
2.de ordi. cogni.dummodo prius fuerit ſollicitus requirẽdo.
ar.c.paſtoralis.de excep.Vnum tamen indubitatum eſt ſecũ
dum eum,quod ſi ante propoſitam recuſationem delegatus
ſubdelegat cauſam in totum reſpectu ſuſpitionis nõ põt cõ
miſſio reuocari,ſecus ſi aliquid ſibi de cauſa reſeruauit.ut di
xit tex.in d.c. iudex,aut propoſita fuit recuſatio & pariter in
delegato & ordinario dicit eſſe ſuſpenſam iuriſdictionẽ iu
dicis in principali,ſiue fuerit in arbitros cõpromiſſum,vt ꝓ-
batur in d.c.legitima,ſiue non, ex quo poterat cõpromitti,
vt probat̃ in d.c.ſuſpitionis.in fi.d.c.2.requiris.c.cũ ſpeciali.li
cet enim delegati iuriſdictio non extinguatur prorſus ante
pronuntiationem ſuper ſuſpitione tñ ꝑ ſolã recuſationis pro
poſitionẽ exercitiũ iuriſdictionis ſuſpendit̃, licet in eo remã
neat habitus, vt in d.iurib. & maxime in d.c.iudex.ubi dr̃ ꝙ
nõ põt eãm cõmittere niſi de recuſatoris ꝯſenſu. Vñ ponde
ra accurate ꝙ negotio præcedit verbũ põt, quo caſu impor-
tat ſolennitatẽ, vt dixit gl.ſolennis.in ca.1.de reg iu.in 6.Vñ
ſi cõmitterre non põt, ergo nec ꝑ ſe cognoſcere.arg. dicti.c.
ſi quis ꝯ clericũ, ſimile hr̃ in c.paſtoralis.de reſcrip.ibi enim
delegatus hẽt iuriſdictionẽ in contentos ſub clauſula gñali,
ſed non hẽt iuriſdictionis exercitium anteꝗ̃ perſonæ expri-
22 mantur. Facit dictum.c.legitima.in fi ubi dr̃ ꝙ ex tũc.ſ lapſo
termino ſtatuto arbitro, iudex nõ omittat procedere in prin
cipali,& ſic poſt lapſum termini,recuperat exercitium iuriſ-
dictionis,antea non hẽt,vñ ſi antea procederet non tenebit
proceſſus ex defectu exercitij, tanꝗ̃ talis proceſſus geſtus ſit
ꝯ diſpoſitionem legis. l. non dubium.C.de legi.cum ſi. Aut
opponens recuſationẽ poſtea cõparet ſponte coram iudice
recuſato uel ad ipſius citationẽ factam ſuper proceſſu cãæ
principalis,& tunc tenet ꝓceſſus in dubio,quia iudex ui͂r ſuꝑ
ea pronuntiaſſe, procedendo ad vlteriora,per id quod habet.
in l.a procedente.C.de dilatio.& ſuperius dictũ fuit. Aut nõ
cõparuit ad citationẽ iudicis factã ſuꝑ principali. Et conclu-
dit proceſſũ non tenere,quia cum exercitiũ iuriſdictionis ſit
iudici interdictũ ut dictum eſt, ergo nõ potuit citare,& ꝑ cõ
ſequens citatio non arctauit citatum cũ prius dẽat diſcuti re
cuſationis articulus, ergo proceſſus poſtea geſtus non tenet,
c.c.paſtoralis.§.piſana quoq; ciuitas. de re iudi.Item ex quo
propoſuit exceptionẽ recuſationis pręſumitur in ea perſeue
rare.arg. c.maiores.de baptiſmo. l ſancimus. C.de teſt. Tum
etiam quia ex quo iſta citatio habet notoriam iniuſtitiã non
habet arctare citatũ,per id qđ no Inno.in c.t.de dila.& mul
tomagis ꝓcedit hoc ſi cõparuit, & exceptionẽ recuſationis
propoſuit iterũ corã eo, qa cũ ſuſpenſum ſit exercitiũ iuriſ-
dictionis nõ potuit procedere ſine partiũ conſenſu in princi
23 pali cã,ut in iurib.præallega.† Et hoc puto procedere tã de
iure ciui.ꝗ̃ canonico, niſi ꝙ de iu.ciui.geſta poſt recuſationẽ
in dubio retrahũtur incontinenti.de iu.cano.põt ꝓbabiliter
dubitari p.ſ.dicta,tñ putat idẽ eſſe ꝙ ꝓceſſus ſit ipſo iure nul
lus,& dẽt reuocari ẽt anteꝗ̃ conſtet cãm recuſationis eſſe ve
rã. Sed quoad effectũ abdicandi iuriſdõnẽ funditus,erit dña
tm̃ tã in ordinario ꝗ̃ in delegato, qa ordinarius de iure ciuili
non recuſat̃.ut in auth.ſi vero. C.de iudi.& gl. in d.l.apertiſſi-
mi.ſed de iure cano.põt recuſari, nec dat̃ coadiutor ſicut
ſit de iure ciuili.ut in d.c.cũ ſpãli. itẽ de iure ciuili recuſat̃ de
legatus ẽt ſi nõ ꝓbet̃ cã recuſationis.ut in d.l.apertiſſimi.ſed
de iure cano. dẽt probari iuſta cã,alias iudex reaſſumit iuriſ-
dictionem. ut d.c.ſuſpitionis.& in aliis iuribus præallegatis.

Puto tamen quod de iure ciuili ſi ordinarius pro-
cedit poſt propoſitam recuſationem
antequam detur ſibi adiunctus quod proceſſus corruat ipſo
facto, ſecus de iure canonico, quia interdictum eſt ſibi exer-
citium iuriſdictionis. ut in d. auth. ſi uero pronunciatum eſt
ſuper recuſatione, tunc delegatus deſinit prorſus eſſe iudex
ut d.cap.iudex.quo caſu proceſſus poſtea geſtus per eum cor-
ruit etiam ſi conſenſus partium aliter diſponeret, quia cõſen
ſus priuatorum non tribuit iuriſdictionem.ut d.l.priuatorũ.
ſi uero eſt ordinarius, tunc dubium pendet ex eo an deſinat
eſſe iudex per pronunciationem, & breuiter putat quod nõ
per d.c.cum ſpeciali.& d.cap. ſi quis contra clericum, & per
glo. in dicto capit.2. requiris. & in hoc dicit ſe eſſe diſtinguen-
dum prout mem.præcedenti diſtinxit,quando non eſt pronũ
tiatum,& iſta ſunt quę breuiter in hoc articu. dicit ſe ſentire
24 profundiſſimus iuris interpres dom. Abb. † Sed Lapus in al-
legationibus ſuis allegatione prima,tetigit quęſtionem hãc.
an ſola propoſitio recuſationis cum legitima cauſa ſuſpẽdat
iuriſdictionem adeo quod proceſſus inde ſequutus ſit ipſo
iure nullus. Et arguit primo quod non ſuſpendat per dictũ
Inno.in d.c.cum ſpeciali.poſtea allegat in ꝯtrium gl. Bernar.
ibi & in d.c.ſuſpicionis. Et dictum Hoſt.in d.c.cum ſpeciali
& in ſumma de legato.§. ſed nec illud. & §. quid ſit effectus.
& Ioan.And.poſt Hoſtien.in d.c legitima.dum dicit quod ap
pellatio,recuſatio,& relatio ſimul annulantur,quia cuiuſq;
pendẽtia iuriſd.iudicis ſuſpendit. quia ſicut excõicatio nõ te
net poſt appellationẽ,ſic nec poſt recuſationẽ,ꝙ dicit eſſe no.
dignũ. & allegat tex. in d.l.nõ diſtinguemus.§.cum quidam.
ff.de arb.& alle.Spe. in tit.de recuſa.§.qualiter.ver.quid ſi ſub
delegatus qui in hoc articulo fuit varius.ut ibi hr̃.Sed ꝙ ſuffi
ciat formalis propoſitio Lapus ibi allegat gl. in d. c. quoties
& ĩ d.c. ꝙ ſuſpecti. Poſtea excipit unũ caſũ niſi iudex renciat

recuſationem tanquam notorie falſam, quia in notorijs nõ
eſt ſeruãdus ordo iuris per.cap.ad noſtram de iureiuran. De-
bet tamen ſecundum eum iudex exprimere cauſam repul-
ſionis, ſcilicet quia notorie eſt falſa, & allegat dictum Pau.in
clem. dũ ei quę.de cõceſ.prębẽ.& finaliter ſequitur ex toto
opi.gl.Hoſt.& ſequacium. Poſtea mouet aliam dubitationẽ,
pręſuppoſita inquit opinione quod ſit neceſſe nedum propo
nere recuſationem ſed appellare, an propoſita exceptione re
cuſationis, quia non admittitur eſt appellatum, poſtea vero
deſeritur appellatio, an proceſſus interim habitus conualide
tur propter ſequutam deſertionem appellationis, an vero re
25 maneat nullus.†Et videtur quod proceſſus ſit aliquis ex quo
non fuit oblata probatio per.capit.interpoſita, de appel.& c.
ex parte. A.de teſtibus. poſtea vero decidit contrarium quod
immo proceſſus remaneat nullus, quia ipſe de recuſatione nõ
habet cognoſcere, ſed arbitri ſunt eligendi. ut in d.cap.ſuſpi
tionis. & in d.cap.cum ſpeciali.& capit.2.requiris.& ex eo qđ
nõ uoluit ordinem obſeruare, patet quod grauauit partem,
& fecit contra iura, & licuit appellare, & appellatio fuit lici-
ta. Et pondera bene quia iſta fuit potiſſima ratio mouens do.
Abb.ad tenendum contra Inno.& alios, licet de Lapo nullã
fecerit mentionem, ſecus in aliis exceptionibus quarum co-
gnitio ſpectat ad ipſum quia licite repellit, ſi eas non putat
veras.& hoc caſu non iuſtificatur appellatio niſi probentur
exceptiones. ut d. cap. ex parte. A. deſerta uero appellatione
proceſſus remanebit nullus, quia iuſta appellatio transfert
iuriſditionem in iudicem ad quem, & ſic non remanet pe-
nes iudicẽ a quo, quia indiuiſibilis eſt & penes duos eſſe non
poteſt.cap.1.de iure pa. gl.1. cap.prudentiam.de offic.deleg.
actus ergo nullus nõ ſuſcitatur ex deſertione appellationis.
Nec ob.cap. cum ſit Romana de appel.cum ſi. quia loquitur
in appellatione interpoſita poſt actum. qui non reddit pro-
ceſſum ipſo iure nullum. alleg.gl.in cap.licet.de ſen.excom.
in 6.& Archi.ibi qui allegat. cap. ad noſtram. de conſuetu.&
totum tit.ſi a non compe.iudi.Pe. & Abb.in cap.cum ueniſ-
ſent.de eo qui mittitur in poſſeſſionem. Ioan. An.in d.capit.
licet.& in cap. auditis.de elec.& in cap. ſæpe de ap. Et ita for-
maliter reſidet ibi Lapus. Et pondera diligenter. quia Lapus
iſte uidetur infringere ex toto opinionem Lapi Abb. in præ-
allegato.c.iudex. qui voluit quod proceſſus ſtaret interim in
pendenti. Et ex ſuperius relatis apparet cuique experto uiro
hanc quæſtionem eſſe ſatis dubitabilem.

26 Sed clementiſsimi Dei omnipotẽtis poſtula
to præſidio† indubitanter
illa concluſio uidetur de iure uerior & ſuſtentabilior, ſcili
cet quod ſit ipſo iure nullus. Quod põt ſuaderi hoc mõ. Oĩs
actus geſtus a iudice parte inaudita & indefenſa, eſt nullus
capit.1.de cau.poſ.& propri.in uerſic. nec nos contra inaudi
tam partem aliquid diffinire poſſumus. l.ſi. in uer.conditio-
naliter.C.de legi.l.nã ita diuus.ff.de adop. meritis enim cauſa
rum partium pandantur aſſertione.l. ſi.C.ſi per uim uel alio
modo.cap. cum ex literis.de in integ.reſti.ſed exceptio recu-
ſationis eſt defenſio ut eſt gl. ſolennis in clem. ſæpe. de uerb.
ſigni.& eſt text.melior de iure in cap.cum inter .de excep. &
facit quod habetur in cap. quoniam contra falſam. de pro-
ba.ergo ſequitur quod iudex nõ poteſt procedere reiecta re-
cuſationis exceptione, quia tunc uidetur tollere defenſionẽ
parti. Secundo appellans videtur iudicem recuſare. ita pro-
batur in l.apertiſſimi.C.de iudi..in uer.neque appellari, & ita
colligit ibi Sayce.ex illo tex. & ideo dixit gl.no.in l.fin.C.de
ſen.& interlo. om.iudic.quod remota appelatione cenſetur
remota recuſatio de quo plene ibi per Bar.Bal.& Saly.& per
Bart.& Ang.in l.1.§.interdum.ff.a quibus appel non licet.&
probatur.in c.ſuper eo.de appel.Sed proceſſus geſtus poſt ap
pellationem per iudicem eſt nullus. ut in capit.per tuas. de
ſen. excom. pariter ergo erit nullus poſt propoſitam recuſa-
tionem. Et ideo non immerito dicebat glo.in d.l.apertiſſimi
in ver.executore.quod recuſatus deſinit eſſe iudex, ergo. Ter
tio dico de hoc fore text.apertum in auth.offeratur.C.de lit.
conteſt.in uerſi.petat alium aſſociari, uel recuſat cum cõiun
cto uer.litis ergo conteſtatio contra iſtius. l.cenſuram facta
pro nulla pęnitus habeatur, ubi tex.formaliter probat iudicẽ
recuſatum non poſſe in cauſa procedere, & ut meis detur au
27 dacia uerbis. hoc firmat ibi Saly.Bonon. per illum text.† Quar-
to hoc probat text. in dicto capitulo ſuſpitionis in uerſiculo
ne huiuſmodi occaſione principale negotium plus debito
prorogetur ubi eo ipſo quod propoſita eſt recuſatio iudicis
negotium principale eſt prorogatum, ergo non eſt iudex
amplius in illo negotio principali, & reſeruat ibi papa iudici
recuſato exercitium iuriſdictionis, quo ad hoc ut compellat
arbitros in unam cõcordiam ad hoc ut procedat in negotio
principali, ergo in aliis cenſetur ſibi prohibitum, l. maritus.
C.de procura. capitulo nonne de præſump. cum ſi. Quinto
pondera text, in dicto l. apertiſſimi. in uerſiculo ſtatutum ſit
neceſſitatem imponi iudice recuſato partibus ad eligendos
arbitros venire, & ſub audientia eorum ſua iura proponere
ubi uidetur caſus apertus quod propoſita recuſatione cogni
tio eſt deuoluta arbitris quos partes neceſſe habẽt eligere, er
go ſequitur quod iudex interim non eſt iudex, & ſic proceſ-
ſus interim non erit aliquis. Sexto ponderetur etiam ibi tex.
in uer. quia ſine ſuſpitione omnes lites procedere nobis cor
di eſt. Vnde probat ille tex, quod intentio imperatoris eſt qđ
lites procedant ſine ſuſpitione. Sed ſi propoſita recuſatione
iudex procederet in cauſa & proceſſus valeret, ſequeretur ꝙ
lites procederent cum ſuſpitione quod eſt contra expreſſam
mentem illius text. Septimo facit tex.in l.cum ſpecialis.C.de
iudi.in uerſic. ne & datus iudex remoueatur & alter non eli
gatur, ubi eſt caſus quod eo ipſo quod iudex eſt recuſatus cen
ſetur remotus quo ad illam cauſam. Et ideo neceſſe eſt illi.
co arbitrum eligere ut ibi. Si ergo amplius nõ eſt iudex, quo
28 colore poterit in cauſa procedere. Octauo† facit tex.in auth.
ſi uero. C.de iudi.in uerſicu.uel epiſcopum locorum, ubi eſt
caſus quod eo ipſo quod iudex eſt recuſatus ut ſuſpectus, eſt
deuolutum negotium ad epiſcopum, & ad ipſum ſimul, er-
go ſi ſolus procedat, actus erit nullus ipſo iure. per no.in ca.
prudentiam de offic.delegat. Et ex iſtis elicitur concluſio ve
ra & indubitata, quod exceptio ſuſpitionis contra iudicem
propoſita, impedit exercitium iuriſdictionis, ſiue ſit ordina
rius, ſiue delegatus ſecundum ius canonicũ & ciuile. Ex quo
infertur correlarium, quod proceſſus inde geſtus eſt ipſo iu-
re nullus, & per conſequẽs proceſſus factus a legato cardina-
li in forma honeſta recuſato, eſt ipſo iure nullus, contra In-
no.& ſequaces.

Nec obſtant in ꝯtrium allegata primo cum allega
tur. capitulum ſuper quæſtionum, quia
reſpondetur quod ibi naratur factum ut apparet ex uer.præ-
cedenti. Item delegatus ſubdelegans compellebat ibi partẽ
ad litigandum coram iudice ſuſpecto. Vnde ut euitaret gra-
uamen ſaltem facti utile fuit appellare. Licet enim per re-
cuſationem propoſitam ſuſpendatur iudicis iuriſdictio, nil
tamen deuoluitur ad ſuperiorem ſicut per appellationem,
ſicut patet ex eo quia eliguntur arbitri, unde utile eſt appel
lare, ſi iudex non admittit recuſationem, ſed quo ad inuali-
ditatem proceſſus ſuper principali ſufficit ſola recuſatio mo
do prædicto. poteſt etiam & aliter reſponderi quod ibi ponde
ratur appellatio ad effectum iudicandi irritum & inane po-
ſtea geſtum non ſolum, reſpectu iudicis ſubdelegati, ſed etiã
reſpectu ſubdelegantis, nam ibi ſubdelegans, non in totum
cõpellabat litigare corã ſubdelegato ſuſpecto, & ab hoc gra
mine appellatur ad papam. unde ſi bene ponderetur ibi text.
non appellatur a recuſató ſed a ſubdelegante. unde uirtute
appellationis iudicabitur irritũ & inane quicquid fuerit ge-
ſtum etiam per ſubdelegantem, licet ipſe non fuerit recuſa-
tus ſed eius ſubdelegatus, quod etiam patet ex eo quia ibi ap
pellatur ad papam, ergo non appellabitur a ſubdelegato, quia
tunc fuiſſet appellatum ad ſubdelegantem, ex quo non ſub
delegauerat in totum ut in dicto capitulo ſuper quæſtionũ.
.§.porro. Nec obſtat dicta. l. non diſtinguemus. §. cum qui-
dam, quia ibi loquitur in arbitro ex cuius ſententia non age-
29 batur, ſed ex ſtipulatione pœnali.† Et ideo licet alias ſnĩa iu
dicis reddatur nulla non per hoc impeditur ipſo iure com-
miſſio ſtipulationis pœnalis ut patet ex l.ita demum. eo.tit.
ubi licet arbiter tulerit ſententiam per pecuniam, quo caſu
ſententia eſſet ipſo iure nulla in iudice, 2.queſ.6.diffinitiua.l.
uenales.C.quando prouo.non eſt neceſſe. tñ committitur de
mero iuris rigore ſtipulatio pœnalis, licet obſter exceptio.&
ſic patet quod eo caſu iudicis ſententia redderetur nulla. eo
caſu obſtabit exceptio petitioni quando ſententia fuit lata
per arbitrum. Nec ob. tertium quia licet iudex non deſinat ha
bere iuriſdictionem, tñ perdit exercitium per exceptionem
recuſationis. ut in d.c.iudex.& in d.l.cũ ſpecialis. & d.c.ſuſpi
tionis. & d.l.apertiſſimi. & d.authen.ſi uero, nec erit opus ap-
pellare. Ad quartum etiam reſpondetur quod quo ad effe-
ctum annullandi proceſſum plus operatur recuſatio quam
appellationis interpoſitio per iura allegata ſuperius. Nec.d.l.
unica.C.ſi quacunque præd.poteſta. ponit caſum ſpecialem
ut uoluit Inno.in prę alleg. capit.inſinuante, & hoc propter
acerbitatem delicti eximitur compulſus cum tota ſua fami
lia a iuriſdictione illius iudicii, quia ſi ſic eſſet ſequeretur qđ
idem poſſemus dicere in omni legitima cauſa recuſationis
argum.d.l.apertiſſimi. & d.legis cum ſpecialis. cum ius tan-
tum requirat ut cognoſcatur, an cauſa recuſationis ſit uera.
Et idem uidetur dicendum in caſu. d. l. vnicæ quo ad hoc ut
illius.l.diſpoſitio vendicet ſibi locum. Nec eſt ponenda diffe
rentia inter ius canonicum & ciuile. argum.c.eccleſia veſtra
de elec.& c.cum expediat.eo.tit.lib.6.& l.1.C.de inoffi.doti.
Nec obſtat. capitulum iudex & alia iura ſuperius allegata,
quia ex ſupradictis apparet reſponſio clariſſima Nec obſtat,

c.ſi

c. ſi quis putauerit, quia non loquitur in eo qui allegat iudicem ſibi ſuſpectum. Loquitur enim in eo qui putat ſe grauaria
30 ꝓprio Metropolitano, † ſed iſta ſunt diuerſa grauari a iudice uel ſuſpectũ habere, ut eſt text. in c. quoties. ſecunda. q. 6. in uerſicu. prægrauare. aut ſuſpectos habere. Nec obſtat cum dicitur quod duo requiruntur, ſcilicet allegare ſuſpectum & appellare, quia hoc non eſt uerum immo ſufficit ꝓponere recuſationem per iura ſuperius allegata. Nec obſt. d. cap. quod ſuſpecti, inquantum dicit grauauit, quia intelligit quod recuſationem propoſuit, non enim infert neceſſario quod appellauerit. Nec obſt. d. cap. accedens, quia nõ probat ibi tex. quod fuit opus appellare, ſed denotat facti accidentiam quia appellauit. Nec obſt. cum dicitur quod multa fieri non debent quæ facta tenent, quia hoc eſt uerum in caſib. expreſſis in iure ſed in caſu noſtro eſt expreſſũ contrariũ qđ proceſſus factus a iudice recuſato eſt nullus, ergo ſeqtur qđ ſtabimus ſub illa regula quod factum contra diſpoſitionem legis habetur pro infecto. 10. diſt. cap. vides. l. non dubium. C. de leg. ſed iudices non debent eſſe ſuſpecti, ergo ſi procedant allegata ſuſpitione proceſſus inde factus erit nullius momẽti. Et iſta pars iudicio meo eſt uerior, & in iure ſuſtẽtabilior. Et limita niſi delictum eſſet notorium, quia tunc non poſſet allegari ſuſpitio contra iudicem. cap. propoſuit. de appe. hoc uoluit ibi Inno. & doc. & apud legiſtas reuelauit Bald. in præalleg. l. apertiſſimi. ad quid enim tunc poſset allegari ſuſpitio. Et ideo multum eleganter dixit Innocen. in capit. ex
31 parte de uerbor. ſingu. † quod in facto notorio quis poteſt eſſe iudex in cauſa propria retulit Bal. in d. l. apertiſsimi. & uoluit Cy. in l. 1. C. ne quis in ſua cauſ. & ibi per alios & uoluit Barto. in l. ſi quis forte. ff. de pœnis. quæ dicta uera ſunt, & proceditur quando pro tali delicto notorio, eſt determinata pœna a lege, licet enim tunc iudex eſſet ſuſpectus, non tamen poſſet grauare partem, quia tenetur iudicare ſecundũ legem in authen. iuſiurandum quod præſtatur ab his. Inno. in capitulo primo. de conſti. Sed ſi pœna non eſſet determinata a lege ſed ueniret imponenda iudicis arbitrio, quia tũc in arbitrando poſſet partem grauare ideo tunc valeret exceptio recuſationis contra eum oppoſita quamquam delictũ eſſet notorium hoc belliſſime uoluit Archid. in præalleg. ca. quod ſuſpecti & originaliter fuit dictum Hoſtien. in præalleg. cap. cum ſpeciali. ſequitur ibi Ioan. And. Et idem etiam uoluit do. Ant. & Moderni. in d. cap. propoſuit de appel. Tenementi quia eſt doctrina ſolennis. Limita etiam niſi huiuſmodi ſuſpitio accidiſſet dolo & culpa partis opponentis, & non iudicis, quia tunc nõ eſſet iuſta cã iudicem recuſandi, & per conſequens proceſſus inde geſtus eſſet aliquis & non ipſo iure nullus, hoc ſentit glo. multum elegans. in cap. ut debitus. de appel. Et idem etiam ſentit ibi Ioan. And. qui alleg. l. itaque fullo. ff. de fur. ubi dicitur quod ex improbitate ſua nemo debet actionem conſequi. Sed do. Anto. ibi auſus eſt tenere contrarium, & mouetur, quia non eſt curandũ unde proceſſerit ſuſpitio, dummodo alias legitime ſit parti ſuſpectus. Sequitur ibi do. Abb. & refert ſe dixiſſe in cap. ſecundo requiris. de appell. & alleg. l. nec timorem. ff. quod met. cau. ubi excuſatur quis ab his quæ geſſit per metum, licet culpa ſua dederit cauſam metui, allegat quod no. in capit. ueniens. de ſponſali. Et idem do. Abb. in d. capitulo ſecundo requiris. reddit rationem quare recurritur ad arbitros. vt in caſu. l. apertiſſimi. & l. cum ſpeciali. C. de iudi. & dicto capitulo ſu-
32 ſpitionis. Et dicit ideo eſt quia † iudex ex recuſatione ſola, ſolet prouocari ad iram. argum. d. cap. ut debitus & l. litigatores. ff. de arb. unde timet pars, ne iudex prouocatus noceat. Tu adde, quia pro hoc facit, quod ad inducendam inimicitiã non attenditur iuſta, an iniuſta cauſa, ſed ſolum attenditur, an habuerit mouere animum alterius ad odium. cap. inimicus. & cap. repellantur. de accu. 3. quæſt. 5. ca. non eſt crudelis, ubi iudex quãdoque incurrit odium ex adminiſtratione iuſtitiæ. Facit. cap. qualiter. el. ſecundo. de accuſa. Mihi autem uidetur quod dictum glo. & Ioan. And. ſit uerius, & ad hoc moueor ex tex. multum eleganti in l. prima. §. cum quis. ff. de quæſtio. ubi ſi dolo & culpa mea induxi aliquem mihi ad inimicitiam ad hoc ut repelleretur a teſtimonio ferendo contra me quod poſtea non poſsum repellere illum in teſtẽ. ita dicamus in propoſito ſi prouocaui iudicem dolo ad inimicitiã ut repellam eum a iudicando, non potero opponere cõtra eũ exceptionẽ ſuſpitionis. Facit dictũ Bar. in l. cum in tabulis. §. primo. ff. de his. quib. ut indigni. ubi dixit quod ſi poſt conditum teſtamentum orta eſt inimitia inter teſtatorem & legatariũ & teſtator fuit cauſa illius inimicitię quod ꝓp hoc nõ uidetur reuocatum legatum faciat elegãs doctrina. Dy. in l. miles. §. fin. ff. de adul. & illam refert & ſequitur ibi Bart. & ſequit. Bal. in l. 1. C. de his. q̃ pęnę nomine in finalibus uerbis. Aliquis legauit centum eccleſiæ, ſi ibi ſepeliatur, poſtea culpa & dolo ſuo non poteſt in eccleſia ſepeliri, puta quia eſt excommunicatus, quod propter hoc eccleſia non debet perdere legatum. Facit etiam ſpeciale dictum in caſu ſingulari & unico iuncta gloſa ſua in l. athletę. §. dat remiſſionem. ff. de excuſa. tuto. ubi ſi aliqs fuit inimicus meus non poteſt eſſe tutor filii mei, poſito quod illa inimicitia proceſſerit culpa & dolo meo, & hoc ꝓpter fauorẽ pupilli, ergo in contrarium erit ius commune. l. ius ſing. l. quod vero. ff. de leg. facit etiam quod habetur in d. capit. ſuſpitionis. & in d.
33 ca. cum ſpeciali. & ſimilibus ſuperius allegatis. † ubi ſi allego. iudicem ſuſpectum eliguntur arbitri ad cognoſcendũ vtrũ cauſa ſuſpitionis ſi legitima, & vera, & ſi cognouerint non eſſe veram nec legitimam iudex recuſatus reaſſumit cognitionem ſuper negotio principali, & tamen propter propoſitam recuſationem prouocatus eſt. ut in præalleg. cap. ut debitus, & prouenit iſta prouocatio culpa partis, nihilominus non prodeſt ſibi nunc iracundia iudicis ut recuſet eius iudicium. ergo ſequitur quod ſi culpa partis acciderit iſta ſuſptio nihilominus iudex quamquam ſuſpectus procedit in cauſa, & per conſequens proceſſus inde geſtus erit ualidus, quicquid dixerit do. Ant. do. Abb. & ſi aliter diceremus ſequeretur abſurdum qđ ex dolo & culpa ſua iſte doloſus cõſequeretur pręmium, quod eſſe non debet. cap. ex tenore literarũ. cap. ſedes apoſtolica. de reſcrip. Et ſi quiſpiam dubitaret quid in notario, an poſſit allegari ſuſpectus, dicas quod ſic, quia ſicut lites debent procedere ſine ſuſpitione iudicis. ut in dicto capitulo ſuſpitionis. & in d. l. apertiſſimi & ſimili. ita debent procedere ſine ſuſpitione tabellionis, ita pulchre dixit Bald. in pręallegata. l. apertiſſimi. allegat quod habetur in auc. de trien. & ſemiſ. §. hæc omnia ſæpe, & facit quia notarius poteſt lædere partem, licet teneatur parti ad intereſſe, vt eſt tex. in l. ſi. C. de magiſt. conuen. quem allegauit pro ſingulari Bal. in rub. C. de pęna iudi. qui male iud. Sed re uera eſt tex. ualde aureus in l. fi. ff. ſi meſ. fal. mod. dixe. uide Bar. in l. fi. ff. de tabu. exhiben. & late dixi in repetitione rubricæ de fide inſtru.

SVMMARIVM.

1 *Legato de latere, cauſa vtrum poſſit committi recuſatione remota.*
2 *Exceptio recuſationis eſt rationabilis.*
3 *Imperator, cauſam poteſt committere, appellatione remota.*
Defenſio an poſſit per principem tolli, & quæ.
4 *Clauſula ex certa ſcientia, a papa uel principe effectus.*
Papa, committere de poteſtatis plenitudine cauſam iudici ſuſpecto ſine recuſandi facultate an poſſit.
Papam in beneficialibus pleniſſimam habere poteſtatem quomodo intelligendum.
5 *Recuſatio iudicis quia iuris naturalis eſt, ſine cauſa tolli non poteſt.*
Cæleſtinus papa de mane vni gratiam conferebat, & de ſero auferebat.
6 *Princeps dictamine rationis eſt ligatus.*
Notarius quando videatur eſſe rogatus apponere clauſulas conſuetudinarias.
7 *Clauſula, appellatione remota, non tollit legitimas appellationes.*
Dubia iuris, ad papam ſpectat declarare.
Exceptio recuſationis eſt defenſio.
8 *Recuſationis legitima cauſa, nec in genere, nec in ſpecie, nec in temporalib. nec in beneficialibus, poteſt per principem tolli.*
Princeps non eſt dominus morum.
9 *Inimicis nulla negotia committenda.*
10 *Malum non ſolum vitandum, ſed quod etiam mali apparentiam habet.*
Princeps habilitare non poteſt inhabilem ex naturæ diſpoſitione.
Inimicitiarum & irę effectus.
11 *Intellectus l. 1. ff. a quibus appel. non li.*
12 *Cauſa iuſta, quando præſumatur pro principe.*
Iudici ſuſpecto, cauſa iuſta remota recuſatione committi quando poſsit.

Quatta quæſtio Baſilica.

Sed apprime applicat quæſtio pulchra. princeps commiſit cauſam legato de latere, qui in veritate erat ſuſpectus, appoſita clauſula quod nõ poſ-
1 ſit opponi exceptio recuſationis, † utrum poſſit hoc fieri, & ex hoc infertur ad ſtatutum Senenſe. Quo cauetur quod iudex non poſſit recuſari ut ſuſpectus de cuius ualiditate conſuluit elegans doctor Lud. Ro. in conſilio allegato in præcedenti diſputatione. Innocen. in capitulo ex tranſmiſſa. de fo. compe. dixit quod licet papa ex certa ſcientia commiſerit cauſam iudici ſuſpecto, nõ poterit recuſari quia non apparet iuſta cauſa quare papa uelit auferre parti legitimam cauſam recuſandi, niſi dicat, non obſtante exceptione recuſationis. Et ſic ſentit Inn. quod poterit papa committere cauſam iudici ſuſpecto remota recuſatione. Idem firmauit Hoſt. in c. cum inter. de excep. & allegat c. ex parte. el. 2. de offic. deleg. ubi papa põt cõmittere cãm iudici remouẽdo exceptiones rõnabiles, licet nõ pręſumat facere niſi exprimatur in ſcripto, ſed exceptio recuſationis eſt rationabilis. vt in d. c. quod ſuſpecti. ergo ſequitur quod poterit committi recuſatione

tione remota. Dicit tamen Hoſt.hoc non decere papam, qa
ſic poſſet de facili grauari, & damnari innocẽs quod eſſet ini
quum. l. abſentem.ff.de penis, nec inde debent naſci iniurię
unde iura ipſa naſcũtur, ut l.meminerint. C.unde ui. & in c.
qualiter & quando. el.2. de accu. & ita reſidet. Sed ſolennis
doctor do.meus Ioan.de imo.in d.l.1.§.interdum.ff.a quibus
appel.non licet in 10.colum.tangit quæſtionem poſt Angel.
& nulla facta mentione Innoc. & Hoſt. dicit ſe putare quod
de iure ciuili ualeat commiſſio cauſæ facta per principem re
cuſatione remota per id quod habetur in ſimili in illo text.
2 †nam ibi imperator poteſt committere cauſam appellatio-
ne remota, ita ſecundum eum poterit committere cauſam
recuſatione remota. Sed indubitanter dictum ſuum non ui
detur uerum in propoſito per illum tex. Licet.n. appellatio
& recuſatio in aliquibus conueniant, tamen quo ad iſtum
caſum nulla erit conuenientia, quia maior ratio prohibitio
nis eſt in tollendo recuſationem iudicis ſuſpecti quam in tol
lendo appellationẽ, nam contra ſuſpectum de facili iura p̄-
ſumunt.ut d.l.apertiſſimi, & ſimilibus.non ita in iudice a cu
ius ſententia appellari non poteſt.nam recuſare iudicem ini
micum & ſuſpectum eſt de ratione naturali.ut in d.cap.2.re
quiris.non autem eſt ſic in iudice a cuius ſententia non ap-
pellatur.Mouetur & ſecundo per gloſ.ad hoc elegantem.in
l.apertiſſimi. C.de iudi.ſed tu dicas quod eſt gl. ſingu.& me-
lior de iure in contrarium in capitulo ad hæc de reſcrip. Li-
cet ergo auctoritas Accurſii maxima fuerit tamen auctori-
tas Bernardi non fuit minor.Dicit etiam quod effectus dictę
clauſulæ erit quod iudex delegatus non poterit aliquo mo-
do recuſari ex quo ſimpliciter recuſatio eſt remota per illã
gloſ.nec poterit recuſari ante litis conteſta.nec poſt, nec etiã
erit alius ei aſſociandus,quia imperator uidetur habuiſſe per
ſonam iudicis delegati pro idonea & reputaſſe ipſum iudicẽ
ſine aliqua ſuſpitione.per not. in l. 1.ff.de offic. præſe.præto.
Et ideo tunc ſolum uidetur eſſe reſeruatum remedium ſup
plicandi. Idem uoluit Saly.in l.fi.C.de ſenten.& interlo.om-
3 nium iudi.Et idem etiam concludit eſſe de iure nouo.† Nec
ob.ſecundum eum ſi dicatur quod princeps non poteſt tol-
lere defenſionem.ut cle. paſtoralis. de re iudi.quia iſtud pro-
cedit in defenſione introducta de iure naturali,ſecus dicit eſ
ſe in defenſione introducta a iure ciuili, ut eſt appellatio &
ſimiles.facit ad hoc quod dixit Bal. in l.ut vim. ff.de iuſti.&
iur. ubi voluit ſtatutum poſſe tollerę defenſionem introdu-
ctam a iure poſitiuo allegat tex in l.fi.in ver.iudicio prohibi-
to.ff.de decre.ab ordi.facien.non autem probat do. meus qđ
exceptio ſuſpitionis eſt introducta a iure poſitiuo.Tu ponde
ra quia ur̄ hoc probari in dic. l. apertiſſimi.in uerbo, ſine ſu-
ſpitione oẽs lites procedere nobis cordi eſt. & in verſi.antequã
lis inchoetur, ubi probatur quod exceptio ſuſpitionis eſſen-
tialiter & etiam formaliter eſt introducta a iure poſitiuo, in-
quantum diſponit quod opponatur ante litis conteſta. & ſic
nedum ius ciuile dedit eſſentiam illi exceptioni, ſed etiam
modum & formam opponẽdi, quia ante litẽ conte. Sed ele-
gantiſſimus pater do.Abb.in d.cap.ad hæc reputat illam gl.
ſing.quod certa ſcientia papæ importat idem quod plenitu-
do poteſtatis papæ Et inſert quod vbicunque in materia re-
quiritur plenitudo poteſtatis principis, ſatis eſt principem di
cere quod illud facit ex certa ſcientia, quod dicit eſſe ſingu-
lare.& alleg.ſingu.dictum Innoc.in cap. innotuit de electio.
quod papa non debet ſine cauſa vti plenitudine poteſtatis.
4 †Et inſert ex illa gl.quod papa non poteſt de plenitudine po
teſtatis committere cauſam iudici ſuſpecto ſine facultate re
cuſandi. Tu adde gloſ. ſingu.quæ fuit ſibi incognita in l.eos
in prin.C.de appel.quæ quærit an dominus papa poſſit com-
mittere appellationem ab interlocutoria iudici a quo ex cer
ta ſcientia.Et decidit quod ſic & ibi dicit Bal. not. quod cer-
ta ſciẽtia papæ operatur idem quod operatur plenitudo po-
teſtatis papæ.Tempera tamen hoc videlicet dummodo cer
ta ſcientia exprimatur in literis & allegat gl. quæ reputatur
ſingu.in cle.2.de reſcri.ſed eſt dare aliam in cap.ſtatutum in
ver.literarum de reſcrip.in 6.& tex. in l.idem Vlpia.in uerſi.
ſignificantis.de excuſa. tuto.Pondera tamen qa licet illa gl.
dicat quod papa poſſit committere cauſam iudici ſuſpecto
ex certa ſcientia quia ſatis eſt ſuſpectus ſi cauſam appellatio
nis committit iudici a quo, nõ tamen negat illa gl.quod nõ
poſſit opponi exceptio recuſationis, & ſic non contradicit
Bernar.in d.c.ad hæc.Sed idem do.Abb.in d.c.cum inter da
to longiori ſtudio venit ad hanc diſtinctionem quod aut pa
pa committit cauſam cuius deciſio pẽdet a poteſtate ſua, &
tunc dicit procedere dictum Hoſt. & Innocen. & allegat ad
hoc quod not.in c. veniens. de iureiuran.

Tu pone exemplum in beneficialibus in quibus pa-
pa habet pleniſſimam poteſtatem. ut in ca-
pit.innotuit.de elect..in c.propoſuit.de conceſ.præb.in c.per
venerabilem qui filii ſint legi. Aut non dependet a poteſta-
te papæ quia agitur de ſtatu perſonæ,uel de rebus temporali
bus inter laicos, & tunc putat qod ſine cauſa rationabili nõ
5 poſſet cauſam committere parte contradicente,†quia recu
ſatio iudicis eſt de iure naturali allegat.d. capit.quia ſuſpecti.
& d. cap. 2. requiris.& ſine cauſa tolli non poſſet. ut d.cle.pa-
ſtoralis.& d. §. ſed naturalia. inſtit. de iure natu. & hoc dicit
ſentire gloſ.in d. cap. ad hæc. In dubio tamen forte ſecundũ
cum ſemper preſumitur iuſta cauſa adeſſe in principe.alleg.
Innoc.in capitulo quæ in ecceleſiarum de conſti. & doc.in l.
ſin.C.ſi contra ius.& ad hanc diſtinctionem dicit intelligen-
dum eſſe text.in dicto capitulo ex parte. cl.2.de offic.delega.
Tu uero pondera quia inquantum ipſe loquitur in his cuius
deciſio pendet a poteſtate papę,ut in beneficialibus quia aut
nos loquimur in eo q acceptauit beneficiũ papa & commit-
tit illam cauſam beneficialem iudici ſuſpecto remota recu-
ſatione. dico quod hoc fieri non poteſt, quia licet papa ha-
beat plenitudinem poteſtatis in beneficialibus intelligitur
antequam ſint collata, ſed poſtquã iuſto titulo collata ſunt,
non poterit papa tollere ius quæſitum illi. Et ideo dixit Bal.
in c.1 de natura feudi.quod male faciebat Cæleſtinus qui de
mane conferebat uni gratiam & de ſero auferebat,& alteri
conferebat,licet.n.princeps non ſit ligatus lege,tamen eſt li
gatus dictamine rationis, quia eſt animal rationale politi-
cũ,hoc modo loquendi utitur Bal. in l.2.C. de ſerui. Licet.n.
princeps ſit dominus legum,non tamen eſt dominus morũ,
ſecundum Bal. in extractis iuris canonici.Et iſto modo non
credo quod bene dicat do. Abb. ſed procedit dictum ſuum
antequam ſint collata. per id quod habetur in capitulo re-
6 latum de præbẽ.†Facit in ſimili nouum dictum Bal.in repe-
titione rubricę.C.de reuocan.his quæ in frau. credi.vbi dixit
quod licet notarius videatur rogatus apponere clauſulas cõ
ſuetudinarias, ut eſt tex.melior de iure in l.generaliter.C.de
ſideiuſſo.procedit quando contractus eſt in fieri,non autem
quando eſt in facto eſſe.Sed gl. in capit.ſi quis in quocunque
2.quæſt 6. dicit quod ubicunque inhibetur recuſatio, intelli
gitur de vaga. & expreſſe non poteſt inhiberi remedium re-
cuſationis.allegat.d.l.fi.de ſen.& interlo. om.iudi Domini-
cus vero de ſancto Gemi.in capit.iudex in 5.colum de offic.
deleg.lib. 6. verſi.quæro quid ſi eſt datus iudex cum clauſula
quod non poſſit reuocari allegat Lappum Abbatem dicen-
tem,quod aut datur cum clauſula generali videlicet quod
ex aliqua cauſa recuſari non poſſit, & tunc poterit recuſari,
aut prohibetur expreſſe cauſa recuſationis, puta quod pro-
pter talem cauſam recuſari nõ poſſit, & tunc prætextu illius
cauſæ recuſari non poterit.allegat Guil.in Specula. de recu.
§. primo, verſic.quid ſi ſit cauſa , & ita reſidet ibi Lapus,ipſe
vero diſtinguit hoc modo, aut remediũ recuſationis remo-
uetur per inferiorem a principe, & tunc non poſſit,quia infe
rior a principe non poteſt tollere remedium appellandi. ca-
pitulo ſuper quæſtionum de offic. deleg. & iſtud dicit tenere
Spec. in dicto verſiculo quid ſi ſit cauſa. Aut princeps vult
auferre remedium recuſandi,& tunc aut aufert generaliter
remediũ recuſandi,& põt, & qa intelligitur de iniuſta recu
7 ſatione, ſicut dicitur de clauſula appellatione remota†quæ
non tollit ligitimas appellationes.ut no.gloſ. in c.cum quæ-
ſtione de reſti.ſpo. & in capit.ut debitus de appel.& ita dicit
tenere Spe. in loco ſuperius allega. aut aufert ſpecialiter &
tunc aut illa clauſula ſuſpitionis eſt dubia in iure an ſit legi-
tima vel ne,quo ad recuſationem & papa præciſe prohibet
illam opponere, & tunc dicit ſe credere quod poſſit,& ita in
telligendum eſſe dictum Lappi,& Specu.quia ad papam ſpe
ctat declarare dubia iuris.capit.per venerabilem qui filii ſint
legi. unde illam excludendo uidetur declarare cauſam non
fore legitimam.Aut cauſa eſt certa & determinata a lege,&
tunc credit quod princeps non poſſit illam tollere. & ita di-
cit ſe intelligere gl. in d.capit.ſi quis in quacunque & alleg.
rationem quia exceptio recuſationis tanquam concedens
defenſionem eſt de iure naturali.alleg.d.capitu. quod ſuſpe-
cti.Tu vide gl.in clem.ſæpe.de ver.ſi.& tex.in d.c. cum inter.
ubi probatur quod exceptio recuſationis eſt defenſio. & iſtã
defenſionem naturalem princeps tollere non poteſt,ut in d.
cle.paſtoralis.& ſic concludit quod princeps non poterit ſpe
cifice illam tollere.& ita reſidet. Ex cuius dicto elicitur talis
concluſio. quod licet princeps poſſit tollere in genere ex-
ceptionem recuſationis, non tamen in ſpecie poterit tolle-
re legitimam cauſam recuſationis a iure approbatam. ſe-
cus ſi eſſet dubia.

Quid ergo in tanto uarietatis doctorum pe-
lago declamem, aut qui-
bus verbis huius hęſitationis deceſionem agggrediar, ſoluat
8 ipſe Deus.nihilominus dicam†quod ſentio. & videtur mihi
cõcluſio in iure ueriſſima,quod nec in genere, nec in ſpecie,
põt princeps tollere legitimã cauſam recuſationis,nec in tẽ
poralibus.nec in beneficialibus.& ad hoc præſuppono textũ
in

de Roſ. in ſolenni tractatu ſtatutoſum in ſecun. parte refert
fuiſſe deciſum quod omnes teneatur per l. 1. §. ſi cum. ſeque.
ff. de his qui deie. uel effude. & l item mella. §. ſi plures. a. l. l.
aquil. quæ deciſio eſt mala ſecundum Albe. per iura primo
loco allegata.

25 Nec obſtant leges in contrarium allegare. † quia licet ignoret a quo
illo-

aliorũ fuerit cõmiſſũ delictũ.tñ diuerſi ſunt illi caſus ab iſto, quia hic ignorať an ipſi proiecerint illa arma ad terrã. Vñ in hoc dubio potius debemus abſoluere arg.c.ex literis.de prob. & c.domino guerram.§.promptiores in tit.hic finitur lex dein de incipiunt conſtitutiones.l. Arrianus. ff.de act.& obl.facit glo. in d.§.ſi plures.& ita dicit tenendum eſſe Ludou Rom. in l.1.§.hoc reſcriptum.ff.ad Silla. Bal.vero in d.l.nam ſalutem.§.1.tenet quod omnes puniantur,allegat.dicto §.ſed ſi plures. Et dicit quod de pena pecuniaria agitur non de corporali . allegat. dic.l.1. & refert quoſdam dixiſſe quod cum quatuor homines ſub porticu eſſent & ueniens familia poteſtatis inuenit gladium ſub pedib. eorum. & neſcitur quis deiecerit, quod omnes condemnentur, vno tamen ſoluente omnes liberabuntur. Sed in contrarium facit quod habetur in d.§.ſi plures . ſecundum Obertum de Cremona. Ego allego glo.ſingu.in cap.cupientes.§.ceterum de elect. & ibi dicit dom.Pet. ſe per illam glo.in contingentia facti liberaſſe quoſdam . Statuto cauebatur ꝙ pro uno homicidio vnus decapitaretur. & accidit quod tres percuſſerunt unum,nec habebat niſi unũ ictum , nec potuit probari quis fuerit percutiens , quod propter hoc omnes fuerunt liberati.ita videtur dicendum in quæſtione propoſita cum eſſent plures & haberent unum gladium in pedibus, nec potuit apparere quis proiecerit quod omnes ueniunt liberandi. Forte tamẽ bonus iudex cõſiderare deberet qualitatem perſonarum ſi forte inter illas perſonas eſſet aliqua perſona conſueta apportare gladium, quia tunc eſſet præſumendum contra illam,& propter hoc poſſet deueniri ad tormenta.arg.l.1.C.ſi quis imperato.maledi.& l.fi.ff.de here.inſtit.& ita uideretur
26 dicendum in quæſtione iſta.† Sed an pœna armorum confundatur cum vulnere.vide Bal.in l.aduerſus.C.de furtis.ad fi.ubi dicit. Pone,quidam eſt accuſatus ſub hac forma,quod percuſſit.& inſultauit Titium,& teſtes hoc probant formaliter , dubitatur utrum reus poſſit condemnari de utroque, videtur quod ſic, quia illud quod eſt prius in ſcriptura præſumitur eſſe prius in ordine temporis.argum.l.quoties.ff.de vſufr. Sed cõtrarium determinat ibi Bal. quia illa accuſatio eſt incerta , & ideo fit interpretatio in partem mitiorem , & prædicta dicit facere ad quæſtionem ſtatuti punientis portãtem arma. Sed Titius percuſſit Sempronium cum armis vtrum veniat puniendus de delatione armorum,& percuſſione cum armis,& ſic arma conſiderentur & percuſſio etiã conſideretur per ſe. Et decidit quod non,ſed immo vtrunq; ſimul conſideratur,& ſic reſultat vnicum crimen tantum. argu.l.illud.§.fin.ad l.Aquil.quod eſt perpetuo notandum. Pone, ſtatutum imponit certam pœnam portanti arma. & aliquis portat arma venenata ut ſæpenumero in contingẽtia facti docuit experientia an ueniat puniendus pena ſtatuti,duntaxat, an uero acerbior , & aſperior pœna ſibi ueniat imponenda. Et uidetur dicendum quod pœna debet imponi maior. & ad hoc allego rn ſimili.not.dictum Bald.in l.uemo.C.de ſum.trin.& fide catho. vbi dixit quod ille qui occidit aliquem venenando eum dicitur proditorie illum occidere & ſic videtur puniẽdus vt proditor & vt homicida. facit no.tex.in l.1. C.de male.& mathema.& ibi per illum tex.
27 dixit Iac.Butr. †Statuto cauetur ut homicida non poſſit accuſari de homicidio poſt lapſum duorum menſium, modo quidam commiſit homicidium mediante ueneno,quod nihilominus poſt lapſum duorum menſium poterit accuſari tanquam non comprehendatur in ſtatuto.Sequitur ibi do. Bar. de Sali. ſicut ergo ſtatutum loquens de homicidio non uidetur comprehẽdere homicidium qualificatum, quo ad mitiorem pœnam imponendam. ita etiam non comprehẽditur portans arma qualificata.ſ. arma venenata . Quinimmo aſperior eſſet pœna imponenda quam ſi ſimpliciter arma portaret. facit ſing.dictum Innoc. in c.1.de conſt.ubi voluit licitum eſſe iudici tranſgredi leges propter atrocitatem delicti, voluit Bal.in auct.ſed nouo iure.C.de ſeru.fug. & in l.ſi ſeuerior.C.ex quib.cauſ.infa.irro.bene facit quod uoluit do. Pet.de Anch.in c.cum non ab homine.de iud.& in repe. c.ea quæ.de re.iud. in 6.& in c.1.de homi.& refert do. Abb. in c.at ſi clerici.de iudi. diſputaſſe ſub do. Petro ꝙ ſtatutum loquens ſimpliciter de homicidio non habet locum in homicidio qualificato quando ueniret mitior pœna imponenda licet aliter voluerit dom.Bal.in l.data.C.de dona.& hoc tene menti propter multos ribaldos qui hodiernis temporibus utuntur armis uenenatis Et adde etiam Ang. in d.l.ſi pignore.§.furem.de fur.quod appellatione armorũ veniunt illa quę ſecundum ordinem naturæ ſunt inuenta ad nocendum,alias modica ſunt quæ nocere non poſſunt, & illud dicit ſe uidiſſe in quæſtione facti, in ciuitate Peruſii in quodã ſtatuto puniente percutientem cum ſanguine in platea, cũ re apta ad nocendum, ſub pœna perditionis manus,& quidam in platea Peruſii per uim rapiendo unum par caponũ de manibus cuiuſdam ruſtici ſciſſit manum ruſtici cum vnguibus, fuit ſentẽtiatum eum non debere manu priuari, quia illa vnguis non eſt naturaliter ordinata ad nocẽdum.
28 †Idem in percutiente cum uno pane. pro quo allegat quod habetur in d.auc.de armis, vbi appellatione armorum offenſibilium non continentur arma quæ non ſunt principaliter inuenta ad offenſam,& allegat illam gl.ſing.ſm eum ibi. Et adde ẽt in quantum ſuperius dictũ eſt ꝙ appellatione armorum veniunt fuſtes,an habeat locum in ruſticis.& ſic in caſu.c.1.§ ſi quis ruſticus.de pace tenen.comprehendantur fuſtes adeo quod ruſticus ſit prohibitus portare talia arma . And.de Iſer.ibi uoluit ꝙ quantum ad ea quæ dicuntur in illo.§.non comprehenduntur fuſtes,& ideo ruſticus poterit illos portare. licet ſtẽ alias comprehendãtur appellatione armorum. ut l.3.§.1. ff.de ui & ui arma. Et ideo inoleuit conſuetudo terrarum ut iſti ruſtici & cõmitatenſes poſſint portare baculos ſine ferro.Sed certe vr̃ qđ dictũ And.de Iſer.nõ procedat,imo comprehendantur fuſtes ex eo quia ſunt apti ad nocẽdum.per tex.in l.armatos.& in l pen.in fi.ff.de ui publica.& per tex.in d.l.3.§. 1.tum ẽt quia mediantibus fuſtib. uiolatur pax.ut eſt tex.in c.1.§.ſi quis aliquem.in tit.de pace tenen. Vnde vr̃ ꝙ iudex debeat arbitrari qualitatem fuſtiũ . Si aũt eſſet una maza ferrata uel aliquod aliud lignũ noſoſum magiſtraliter fabricatum non minus aptũ ad nocendũ ꝗ una daga,ſeu ſica,quare nõ deberet puniri? cum eadẽ,ſeu maior ſubſit ratio.tum ẽt quia prohibitum eſt portare arma defenſibilia ut ſuperius dictum eſt,quare non magis iſta. facit gl. 24 q.ſi.c.clerici.Et ideo uř quod ſimilia ſint relinquenda in arbitrio & diſcretione iudicantis.†Et audiui de quodã
29 fortiſſimo uiro ſolito pugnare in duello qui ſolebat portare acus lõgas & acutas,ad hoc ut cum illis poſſet habilius percutere inimicum per paruula foramina exiſtentia in elmeto,quia clarum eſt ꝙ talia arbitrio cuiuſcunq; iudicis comprehendentur appellatione armorum ,cum principaliter facta fuerint ad nocendum & offendendum. Et iſta ſunt quæ breuiſſime ſentiebã in hac materia armorum,eſt tamẽ aliena ab iſto opere cardinalium, tamen quia utilis & quotidiana,decreui eam interſerere in hoc opere commendabili. Et ſic ſequitur quod legatus poteſt habere officiales ſuos armatos,& iſta menti commenda perpetuo.

TRACTATVS DE Poteſtate Legatis a latere,

IN GALLIA EDITVS

A NICOLAO BOER. IVRISCONS. CLARISS.

In gratiam Georgii ab Ambaſia, Archiepiſcopi Rothomagen. Necnon Eccl. Rom. Presbyteri Card. & ſedis Apoſt. per Galliam legati.

Ad Reuerendiſs.in Chriſto Pa.dominum.D.Georg.de Ambaſia miſeratione diuina tit.ſanc.Sixti ſacroſanctæ Rom. Eccleſ. Presbyterum Cardinalem Rothomagen.nuncuparum in regno Franciæ & alijs prouincijs eidem adiacentibus de latere Sedis Apoſtolicæ Legatum, Nicolaus Boer.iuris vtriuſque Licen.de Monte Peſulano, ac Domini noſtri Francorum Principis in ſuo maiori ſacro conſiſtorio conſiliarius ordinarius. S. P. D.

MVltæ ſunt Reuer.Pa.& domine, ingenuarum actium inſtitutiones quibus mortales ad altos gradus ſummoſque honores cum nominis & famę gloria extollũtur,inter cæteras profeſſiones ęclarecę pontificięque cenſuræ inſtitutio altũ & eminentem locum tenet. Nam prę ter mentis illuſtrationem iter ad honores cardinalatus, ac magiſtratus faſces cum magna clementia facile aperit, rerumque priuatarum,& publicarum, adminiſtrationem cum dignitate & gloria comparat, qui in hac diſciplina conſpicui, vt tua ueneran. paternitas euadunt, patriæ parentibuſque claritatẽ cõferunt publici priuatique decoris ſpecimen gerunt vrbes, populos æquitate iuſtitiaque moderantur. In adminiſtranda augendaque repu. iu

ſtitiæ

ſtitiæ æquilibrio innocenter & ſine cuiuſquam iniuria uerſari norunt iuris peritiam nō modo in publicis actionibus, ſed etiam in priuatis quibuſcunque negotiis, in amicorum ſuffragiis, n commertiis cū hominibus obeundis eſſe quam maxime neceſſariam. liquet iuriſprudentia ad componendas hominum voluntates ſub iuſti, & æqui obſeruantia, nō quidē mortaliū inſtitutis, ſed diuina ſuggeſtione proceſſit, Cicero.n. in 2.de ll. ſapiētiſſimorum hominum ſententiam fuiſſe affirmat. Non hominum ingenijs excogitatas, nec ſcitum aliquod eſſe populorum, licet æternum quoddam quo imperandi prohibendique ſapientia vniuerſus mundus regeretur. tua enim veuerāda paternitas in omni fortuna vnica quod de Camillo Liuius inquit naturæ opus mirabile & uirturum viua imago recte principandi ſciētiam calles. Eſt in te optima in gubernādo legationis officio ratio, in regendo conſtantia, in publicis ac priuatis rebus munificentia, librata in iure reddendo ęqtas mixta, ſeueritati miſericordia, & in facile ignoſcendo naturalis clementia. Mira eſt tibi in cogitando prudentia, in deliberādo grauitas, in apparando diligentia, in conficiendo celeritas. Quæ a te ſapienter prouiſa ſunt, prudentius excogitata, celeberrime ac fortiſſime cōfecta uniuerſus pene orbis & prædicat & admiratur, omnem regni Franciæ molem, altiſſima prudentia, & præſtantiſſimo tuo, ac colēdiſſimi domini mei domini Franciç cancellarii cōſilio ita modeſte & integre Chriſtianiſsimus Francorum Rex, Dux Mediolanenſis, & Iannenſium dominus, ac ſupremus dominus meus adminiſtrat, ut in Octauiani aut Antonii imperatoris fœlicia tēpora rediiſse credamur. Nec tantum Franciæ ditioni bene cōſulis, ſed vniuerſę Italiæ proſpexiſti quam ex grauiſſimo bellorum diſcrimine & ex uaſto incendio ereptam ad ſolidam pacem & tranquillitatem redegiſti. Quamobrem (reuere.p.& d.) hunc paruum tractatum de officio & poteſtate dignitatis legationis tuæ, nomini tuo dicatū cui longe maiora a me debentur, quam aduerſus nonnulli, ubi profecto hęſitatum non eſt, dubitār, ea frontis hilaritate qua ſoles accipere digneris, quemquidē emēdare & corrigere excellētiſsima paternitas tua digneť. Vale reuerendiſsime pater, & dom. mihi honorandiſsimę.

Facultas conferendi & commendandi beneficia etiam reſeruata &c.

ALexander epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio Georgio tituli ſancti Sixti cardinali Rothomagen. in regno Franciæ noſtro & apoſtolicæ ſedis legato ſalutē, & apoſtolicā benedictionem, cum nos hodie te in regno Franciæ pro nonnullis magnis & arduis uniuerſalis eccleſiæ, & totius reipublicæ Chriſtianæ negotiis legatum noſtrum de latere de fratrum noſtrorum ſanctæ Rom. eccl. cardinalium cōcilio duxerimus conſtituendum. Nos uolentes ea tibi concedere, per quę perſonis dicti regni te poſsis reddere gratioſum, circumſpectio nis tuę, de qua in his & aliis ſpecialem in domino fiduciam obtinemus, in eodem regno & limitibus legationis tuæ exiſtendo ipſa legatione durante omnia & ſingula etiam quæcunque quotcunque & qualiacunque beneficia eccleſiaſtica, ſecularia, & ordinum quoruncunque regularia cum cura, & ſine cura cuiuſcunque annui valoris, illorum fructus redditus, & prouentus fuerint, intra limites tuæ legationis cōſtituta, etiam ſi canonicatus & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, & officia in cathedralibus etiam metropolitanis, vel collegiatis eccleſiis dignitatis ipſe in cathedralibus, etiam metropolitanis, poſt pontificales maiores, aut collegiatis eccleſiis huiuſmodi principales, aut prioratus præpoſituræ etiam cōuentuales, ſeu officia etiam clauſtralia, & ad eos, eas, vel ea conſueuerint qui per electionem aſſumi, ciſq; cura immineat animarum, ac diſpoſitioni apoſtolicę atque noſtræ ex quauis cauſa etiam ratione perſonæ illa obtinētis, vel qualitatis ipſorum beneficiorum, aut alias quomodolibet etiam cum decreto irritante, generaliter vel ſpecialiter illis quæ apud ſedē apoſtolicam, aut per promotionem quoruncunque, ad quaſcunq; metropolitanas, ſeu cathedrales eccleſias, & monaſteria uacare contigerit, aut quæ per gratias, expectatiuas, vel ſpeciales reſeruationes cō templatione, per nos pro quibuſcunq; reſeruauimus aut in poſterum reſeruabimus duntaxat exceptis, reſeruata vel affecta fuerint etiam ſi eorum collatio iuxta Lateranen. ſtatuta concilii ad ſedem prædictam deuoluta extiterint, per obitum ſeu liberam illa obtinentium reſeruationem & ceſſionem in manibus tuis ſeu etiam coram notario publico, & teſtibus citra Romanam curiam, ſponte faciēdam, vel alias quouiſmodo etiam in quibuſcunque menſibus uacantia ſimul vel ſucceſſiue uacatura, verum & ultimum illorum vacationis ac reſeruationis modum præſentib. pro expreſſis habentes quibuſcunq; perſonis ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus quæcunque, quotcunque, & qualiacunque ſimilia beneficia cum cura, & ſine cura, etiam ex quibus ſuis diſpenſationibus apoſtolicis, obtinendis & expectantibus, cum omnibus iuribus, & pertinen. ſuis conferendi, & de illis etiam prouidendi, & quatenus tibi uidebitur ea eiſdem perſonis, quo ad uixerint, etiam una cum omnib. iuribus & ptinen. ſuis, ac omnibus, & ſingulis monaſteriis, prioratibus etiam conuentualibus, præpoſituris, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, canonicatibus, & pbendis, ac beneficiis, ſimilibus, ſupra deſignatis, quæ in titulum vel commendam quomodolibet obtinent, & in poſterum obtinebunt tenenda, regenda, & gubernāda. Ita qđ liceat ipſis perſonis de illorum fructib. redditib. & prouentibus diſponere ſicuti eorum veri poſſeſſores diſponere potuerunt, ſeu etiam debuerunt. Alienatione tamen quorunque bonorum immobilium & precioſorum mobilium illorum eis pœnitus interdicta. commendandi illas quoque ex perſonis regularibus quæ pro collationibus per te eis faciendis tranſlatione indigebunt de ordine ad ordinem, monaſterio ad monaſteriū, ſiue loco ad locū, eccleſia ad eccleſiam, vt opportunum fuerit transferrendi, ipſaque in monaſteriis, ſiue regularibus locis, ad quæ illas tranſtuleris in monachos ſiue religioſos recipi & in fratres ac ſyncera in domino charitate tractari faciend. necnon etiā quæcunq; quotcunque & qualiacunque beneficia, vt ſupra qualificata per ceſſum vel deceſſum, ſeu quamuis aliam dimiſſionē etiā n ceſſantibus commendis eorum quæ cōmendata forent collationi & diſpoſitioni tuæ ſpecialiter & expreſſe cum inhibitionibus oportunis irritantibuſque decretis reſeruandi, illaque etiam ex nunc conferendi, & commendandi, vt ſupra ac inducendi per te vel alium ſeu alias perſonas prædictas, vel illarum procuratores ad hoc ab eis conſtitutos in corporalem poſſeſſionem beneficiorum iuriumque & pertinen. prædictorum, & inductos defendendi amotis quibuſlibet detentoribus ab eiſdem, & ad illa ut moris eſt admitti, & ſi canonicatus & præbendæ aliqua ex eis fuerint ad præbendas huiuſmodi in eccleſiis in quib. ſunt in canonicos recipi, & in fratres ſtalo ſibi in choro, & loco in cap. cuiuſlibet earundem eccleſiarum cum plenitudine iuris canonici aſſignatis ſibique de canonicatuum & præbendarum ac beneficiorum huiuſmodi fructibus redditibus, prouentionibus, iuribus, & obuentionibus, integre reſpondere. contradictores quoque auctoritate noſtra per cenſuras eccleſiaſticas, & alia iuris remedia appellatione propoſita compeſcendi, cæteraque omnia, & ſingula in præmiſsis, & circa ea quomodolibet neceſſaria & oportuna faciendi, & exequendi plenam & liberam, auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem, non obſtantib. conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac de certo canonicorum numero & quibuſlibet aliis eccleſiarum, monaſteriorū, prioratuum, & locorum in quib. beneficia huiuſmodi forſam fuerint, & a quib. fortaſſe dependere noſcuntur, & ipſorum beneficiorum ſtatutis, & conſtitutionibus iuramento confirmatione apoſtolica uel quauis firmitate alia roboratis nec nō ſpecialibus, vel generalib. per nos, vel ſedem prædictam de beneficio huiuſmodi quomodolibet factis, ſeu faciendis reſeruationibus, necnon priuilegiis, & indultis Cluniacenſis, & aliorum ordinum quoruncunque etiam quibus fortaſſe cauetur, quod prioratus aliaque beneficia eorundem nullis niſi ſolis ſanctæ Rom. eccleſiæ cardinalibus & ordines ipſos expreſſe profeſsis duntaxat exceptis, & niſi de conſenſu Abbatum, & conuentuum monaſteriorū ordinum eorundem commendari poſsint. Ac cancellariæ apoſtolicæ regulis de quibus omnibus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua mentio habenda foret. Et quas præſentibus, pro ſufficienter expreſsis, & inſertis habere uolumus, & quibus inquantum præiudicent effectui pręſentium ſeu præiudicare poſſent derogamus, & derogatum eſſe uolumus. Seu ſi locorum ordinariis & dilectis filiis capitulis eccleſiarum & conuentibus monaſteriorum, & locorum prædictorum uel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim a dicta ſit ſede indultū quod ad receptionem vel prouiſionem alicuius minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, uel excommunicari non poſsint, quodq; de huiuſmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collationem coniunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli ualeat prouideri, ſeu commenda fieri per literas apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de uerbo ad uerbū de indulto huiuſmodi mē tionem, et qualibet alia dictę ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat per quam pręſentib. nō expreſ-

expreſſam vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel deferri. Et de qua cuiuſque tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, aut ſi perſonæ huiuſmodi præſentes non fuerint ad præſtandum de obſeruandis, et conſuetudinibus eccleſiarum prędictarũ in quibus beneficia huiuſmodi forſan fuerint ſolita iuramẽta, dummodo in abſentia ſua per procuratores idoneos, et cum ad eccleſias ipſas acceſſerint corporaliter illa præſtent, cæteriſque contrariis quibuſcunque. et inſuper ex nunc irritum decernimus, et inane, ſi ſecus ſuper his a quoquã quauis auctoritate ſcienter vel ignotãter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum cõtingerit attentari, uolumus autem quod de nominibus, vel cognominibus perſonarũ quibus huiuſmodi beneficia contuleris et beneficiorum ac diebus collationum huiuſmodi gentes cameræ apoſtolicæ, vel collatores fructuum, reddituum, et prouentuum eidem cameræ debitorum in illis partibus pro tempore exiſtentes certificare procures. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ. 1501. nonas Aprilis, pontificatus noſtri anno primo. Hadrianus. B. Morini.

SVMMARIVM.

1 *Deus in principio cuiuſque rei inuocandus.*
2 *Legatus quis dicatur.*
3 *Legato papæ obediendum eſt, non ſecus atque ipſi papæ ſub pœna excommunicationis.*
4 *Legatus qua forma conſtituatur.*
5 *Legatum generalem, papa mittere non debet, ſine conſilio collegij cardinalium.*
6 *Papa nihil arduum tentare debet, ſine conſenſu cardinalium.*
7 *Acta per papam contra conſilium cardinalium, an ſint valida.*
8 *Legati litera, ſpecialem cauſam commiſſionis continere debent.*
9 *Legatorum genera quot ſint.*
10 *Legati conſtituti qui dicantur.*
11 *Legati nati qui ſint.*
12 *Legati laterales qui ſint.*
13 *De, prępoſitio, ſubſtantiam ſignificat.*
14 *Apoſtolicæ ſedis appellatione, continetur legatus a latere.*
15 *Legati a latere officium, ac poteſtas quam late pateat.*
Et num. 25. & 26.
16 *Legatus omnia videtur poſſe, quæ papa ſpecialiter non reſeruat.*
17 *Legatus a latere prouinciam ſibi decretam interdicto ferire poteſt.*
18 *Legatus a latere, regem, & reginam, ex cauſa ſeparare poteſt.*
19 *Beneficia vacantia, ex Lateran. concilij. ſtatuto ad ſedem apoſtolicam deuoluta, legatus a latere conferre poteſt.*
20 *Legatus a latere, concurrit cum ordinario loci, ac præuentioni locus eſt inter eos.*
21 *Motus proprius legati a latere, non minus operatur, quam motus proprius papæ.*
22 *Legatus a latere an poſſit conferre beneficium ſpectans ad præſentationem patroni laici, eo inuito.*
23 *Caſus papæ reſeruati cuiuſmodi ſint.*
24 *Generali legationis commiſſione, non tranſeunt caſus reſeruati papæ.*
26 *Legatus a latere merum & mixtum imperium habet.*
27 *Legatus a latere, an poſſit diſpenſare cum ſimoniacis.*
28 *Legatus non ante recipiendus eſt, quam literas ſuæ legationis exhibuerit, & numero 31.*
29 *Literis falſis a cancellaria papæ emanantib. non debent prælati obedire.*
30 *Notario examinanti teſtes, ex delegatione ſuperioris non creditur, niſi literas commiſſionis oſtendat.*
31 *Literę legati a latere in Gallia, ſolent in ſuprema curia regiſtrari.*
32 *Legati in gratiis quas concedunt, debent inſerere literas ſuæ legationis.*
33 *Generali conceſſione non continentur ea quæ quis ſpecialiter non eſſet conceſſurus.*
34 *Diſpoſitioni iuris communis relinquuntur ea quæ non exprimuntur.*
35 *In generalibus verbis non ſufficit fieri, quod in ſpecialibus verbis fieri debet.*
36 *Filius qui generaliter dicit ſe contentum his quæ a patre ei relicta ſunt, non excluditur a petitione ſupplementi legitimæ.*
37 *Generalis renunciatio legatorum, non extenditur ad legatum dotis.*
38 *Exceptiones ſigillatim proponendæ ſunt, nec ſufficit eas generaliter opponere.*
39 *Legatum factum vxori in compenſationem eorum quæ ei a viro debentur, an intelligatur factum animo compenſandi cum dote.*
40 *Reſcripta principum quantum poſſibile eſt, ſecundum ius commune ſunt interpretanda.*
41 *Reſcriptum continens generalem clauſulam, non obſtante, non cenſetur derogare priuilegiis conceſſis vniuerſitati, vel collegio decurionum.*
42 *Fortuitos caſus in ſe generaliter recipiens, maiores caſus comprehendiſſe non intelligitur, niſi ſpecialis mentio de eis facta ſit.*
43 *Teſtamentum poſterius factum ab eo qui in priore teſtamẽto proteſtatus fuerat ſe nolle aliud teſtamentum condere, an & quando valeat.*
41 *Legatus a latere, non poteſt contra conſtitutiones, & ſtatuta Romanæ eccleſię diſpenſare.*
45 *Legatus a latere, ordinem iudiciarium tolle non poteſt.*
46 *Legatus cui conceſſum eſt, ut cognoſcat appellatione remota, an idem ſuo delegato poſſit concedere.*
47 *Speciei per genus non derogatur, licet generi per ſpeciem derogetur.*
48 *Promittens aliquem in iudicio ſiſtere, non propterea cenſetur renunciare priuilegio fori.*
49 *Appellare generaliter a grauamine nihil profuerit, niſi ſpecialiter grauamen ſcripto comprehendatur.*
50 *Legatus a latere, non poteſt caſtra concedere ad eccleſiam Romanam pertinentia.*
51 *Epiſcopus magis adſtringitur canonibus, quam princeps ſecularis legibus.*
53 *Principes perpetuum officium habentes, poſſunt in ſuo territorio ſtatuta condere iuri communi derogantia.*
53 *Legati a latere iuri communi derogare poſſunt, ſi ſpecialem ad hoc commiſſionem habeant.*
54 *Clauſula, per quam permittitur delegato defectum iuris ſupplere quam interpretationem recipiat.*
55 *Papa iniuriam ſibi facit, cum ſtatuta prędeceſſorum ſuorum perturbat.*
56 *Princeps facilius mouetur ad diſpenſandum contra conſtitutionem nimis ſeueram, quam contra minus ſeueram.*
57 *Priuilegium quantumuis generale etiam pio loco conceſſum, nunquam id complectitur quod publicam utilitatem læderet.*
Et num. 109.
58 *Legatum a latere, poſſe nominatim regulis apoſtolicæ cancellariæ derogare.*
Conceſſo uno, tacitam eorum conceſſionem complectitur, quæ ei connexa & coniuncta ſunt.
59 *Iudex datus ad cognoſcẽdum de iniuriis duntaxat notoriis, etiam hoc ſummarie inquirere poteſt, iniuria ſit necne notoria.*
60 *Procurator ea agere poteſt, quæ mandati ſunt præparatoria, etiam, ſi in mandato non ſint expreſſa.*
61 *Procurator conſtitutus ad uendendum, an poſſit fidem habere de precio.*
62 *Dies eſt obligationis bona pars.*
63 *Creditor conſtitutus procurator ad uendendam rem debitoris ut ſibi ſatiſfaciat, poteſt habere fidem de precio.*
64 *Verba nonnunquam impropriæ ſumuntur, ut ualeat diſpoſitio.*
65 *Legatus a latere gerit uices papæ.*
67 *Legatus a latere vicem præſidis ſeu proconſulis obtinet.*
68 *Verba priuilegij ſic interpretari debent, ut aliquid operentur.*
Et numero. 70.
69 *Mens potius eſt attendenda, quam uerba.*
71 *Genere permiſſo, cenſetur permiſſa qualibet ſpecies, & eo prohibito, cenſetur etiam prohibita qualibet eius ſpecies.*
72 *Prohibito uno, cenſetur prohibitum omne id per quod ad illud peruenitur.*
73 *Interpretatio in dubio, ita fieri debet, vt actus potius ualeat quam pereat.*
74 *Tranſlatus ex certa ſcientia principis, in aliud domicilium, cenſetur liberatus ab oneribus prioris domicilij.*
75 *Audiri quis non debet aduerſus ea, quæ princeps fecit ex certa ſcientia.*
76 *Legatus a latere repreſalias concedere poteſt.*
77 *Errorem in reſcripto prætendens, poteſt eum allegare non obſtante clauſula, ex certa ſcientia &c.*
Ibidem appoſita.
78 *Clauſula, ex certa ſcientia &c.*
Reſcripto non appoſita an quando tacite ſubintelligatur.
79 *Clauſulę appoſitæ in inſtrumento uel teſtamento, cenſentur appoſitæ de voluntate contrahentium uel teſtatoris.*
80 *Reſeruata principi, quæ longo tempore principaliter conceſſa fuere poſtmodum ex ea diuturna conceſſione tranſeunt etiam ſine ſpeciali conceſſione.*
81 *Papa committens cauſam alicui adiecta hac clauſula, non obſtantibus quibuſcunque legibus. videtur cum eo diſpenſare.*
82 *Clauſula generalis in vltima parte poſita interpretationem ſumit ex his quæ ſpecialiter in præcedentibus ſunt expreſſa.*
Et num. 84.
83 *Renuncians generaliter omni auxilio iuris, renunciaſſe videtur beneficio cedendarum actionum.*
85 *Verba intelligenda ſunt ſecundum perſonam, vel ad materiam ad quam referuntur.*
86 *Regulæ cancellariæ apoſtolicæ non ſunt conſtitutiones generales, vel ligant ſucceſſores papæ.*
87 *Regulę ſtandum & adhærendum eſt.*
88 *Poteſtate legis condendæ conceſſa, an videatur conceſſa facultas derogandi aut corrigendi.*
89 *Prohibitio diſpenſationis contra conſtitutiones, de quibus conſtitutionibus ſit intelligenda.*
90 *Regulæ cancellariæ apoſtolicæ ab Innocentio viij. editæ fuerunt citra concilij auctoritatem.*
91 *Reſcripta in quibus adiecta eſt clauſula generalis, non obſtan. &c. valent contra decretales epiſtolas, non tamen contra conſtitutiones concilij.*

Epiſco-

92 *Epiſcopus poteſt ex magna & rationabili cauſa aduerſus canones diſpenſare.*
93 *Poteſtas ex cauſa poteſt venire contra ſtatuta etiam iurata.*
94 *Legatus a latere, maiorem poteſtatem habet quam vicarius papæ.*
95 *Clauſula generalis derogatoria, tollit omnes conſtitutiones de quibus in genere ſit mentio.*
Et numero 100.
96 *Derogatorij iuris natura quatenus ſe extendat.*
97 *Comes cui conceſſa eſt a principe poteſtas legitimandi ſpurios, cum clauſula generali, non obſtantibus. ll. poteſt eoſdem ſpurios libere legitimare.*
98 *Conſuetudines generales nemini licet ignorare.*
Dominus alicuius loci præſumitur ſcire conſuetudinem illius loci.
99 *Renunciatio generalis omnium iurium ſibi competentium extenditur ad iura cognita non etiam ad iura ignorata.*
101 *Commiſſarius generalis non habet poteſtatem derogandi his quæ a ſuperior facta ſunt, niſi ei ſpecialis derogandi poteſtas facta ſit.*
102 *Verbis derogatoriis quotupliciter contingat fieri mentionem conſtitutionum quibus derogatur.*
103 *Motus proprius principis qua ratione deprehendatur.*
104 *Verba liberam, & plenam poteſtatem, quid operentur in reſcriptis.*
105 *Contractus cenſetur in dubio fieri ſecundum conſuetudinem loci, etiam ſi id non exprimatur.*
106 *Princeps facere poteſt quod exprimenda habeantur pro expreſſis.*
107 *Legatus a latere an poſſit derogare regulæ, ſi quis in infirmitate &c. in præiudicium pragmaticæ ſanctionis.*
108 *Prouiſio facta per papam contra concilium Baſilienſe.*
110 *Beneficia permutata vel ſimpliciter reſignata non cadunt ſub nominatione vel gratia.*
111 *Generale edictum, generaliter eſt interpretandum, nec eſt diſtinguendum, vbi lex non diſtinguit.*
112 *Reſignatio facta ad commodum alicuius, an ſit ſimoniaca. & num. 115. 119. & 123. & 130.*
113 *Symonia quid ſit.*
114 *Symoniam, in curia Romana locum non habere.*
Symoniam canoniſtis idem ſignificare quod ambitum iuriſconſultis.
116 *Donatio quando præſatur ſimulata.*
117 *Permutatio facta pacto præcedente cenſetur ſymoniaca.*
118 *Papæ auctoritas an & quando a ſymonia excuſet.*
120 *Canonicus vadens ad eccleſiam, propter diſtributiones non propter officium diuinum committit ſymoniam mentalem.*
121 *Renunciatio beneficii cum retentione penſionis, an ſit ſymoniaca.*
122 *Penſio in beneficiis, licite conſtitui poteſt.*
124 *Renunciatio facta in fauorem illius, cum quo renuncians pactionem aliquam non gratuitam fecit, cenſetur ſymoniaca.*
125 *Collatio beneficii in remunerationem ſeruitiorum facta, an ſit ſymoniaca.*
126 *Legatus a latere, diſpenſare cum ſymoniacis poteſt.*
127 *Renunciatio beneficii in fauorem alterius, quomodo fieri ſoleat.*
Et numero 129.
128 *Actus qui & vitioſe & nõ vitioſe interpretari poteſt, in eam potius partem eſt accipiendus, quæ vitio caret.*
131 *Clauſulæ appoſitæ ex imperitia notariorum, partibus nocere non dẽt.*
132 *Clauſula retentionis penſionis in renunciatione beneficij apponi ſolita approbatur in curia Romana.*
133 *Diſpenſandi ſuper pluralitate beneficiorum poteſtatem habens an poſſit diſpenſare ſine cauſa.*
134 *Penſionem ex beneficio ſoluturum, ſe promittens, etiam ſi bullæ non fuerint expeditæ, an ex tali promiſſione efficaciter obligetur bullis non expeditis.*

De throno Dei procedunt fulgura, voces atque tonitrua, & in circuitu eius, die ac nocte clamant animalia ſenas alas habentia, ut Apocali. 4. c. & 93. diſtinct. cap. legimus. circa medium. ibi filius tonitrui &c. & de pœn. diſt. 2 cap. pennata. & in cap. ſcriptum eſt. in princ. & ibi Innoc. Bar. & Abb. ſicu. de elec. nam thronus Dei eccleſia eſt a qua procedunt fulgura miraculorum, voces mandatorũ, & ſuaſionum atque tonitrua comminationum quæ verba ſingulanter exponunt per Io. Fauenti. in ſua lect. decr. & clarius eus per Spec. & Ioan. An. in addi. in 1. par. ſui operis, in prin. Cumque (Reuerendiſſime pater & domine) omnis tua officii legationis poteſtas de throno Dei procedat, quam ſine ſacrilegii ſcrupulo nemo in dubium reuocare poteſt. 17. quæſtio. 4. cap. quæ autem. & l. ſacrilegii. C. de diuer. reſcrip. & in l. diſputari. C. de crim. ſal. igitur. q. ſequentes circa quas non nulli hæſitant nec eſt admiratione dignum quia ut dicit Philoſophus. in 3. de anima, propter diuerſa fantaſmata quotidie generantur in nobis diuerſæ intellectiones, ideo paucis ſub correctione reuerendiſſime paternitatis tuæ abſoluam.

Primo ergo quæritur vtrum tua uene. pa. ex legationis officio derogare poſſit regulis Romanæ curiæ, maxime regulæ, ſi qs infirmitate conſtitutus &c. quæ eſt in ordine impreſſarũ, & per Innocen. viij. collectarum. 18. uiſis tuæ facultatis literis ac in eiſdẽ cõtenta ampliſſima ac generali derogandi poteſtate, quæ in his ſequentibus continetur uerbis. Cæteraque omnia & ſingula in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria & oportuna faciendi, & exequendi plenam & liberam, auctoritate apoſtolica tenore præſentium cõcedimus facultatem, non obſtan. conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis &c. Et ibi ac cancellariæ apoſtolicæ regulis de q. bus omnibus ſpecialis ſpecifica expreſſa & indiuidua mentio habenda foret. & quas præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis haberi uolumus, & quibus inquantum effectui præſentium præiudicent, ſeu præiudicare poſſent, derogamus, & derogatum eſſe uolumus &c.

Secundo vtrum reſignatio ad cõmodum & vtilitatem alicuius, & non aliter, nec alias facta. & per ipſum reuerẽdiſſimum dominum legatũ admiſſa valeat, quemadmodum ſi per Romanum pontificem fuiſſet admiſſa, abſq; eo quod cenſeatur eſſe ſimoniaca.

Chriſti benedicti ac glorioſæ virginis Mariæ nominib. prius ex animo inuocatis dicere poſſum illud quod p̃clare ſcribitur. 2. li. paralipo. c. 3. da mihi ſapientiã & intelligentiam, vt ingrediar & egrediar coram populo tuo. & illud Bal. in prin. trac. ſciſma. quem poſuit poſt tit. ſi quis aliquem teſtari prohi. C. Dominus Deus qui illuminas omnem hominem uenientẽ in hunc mundum, digneris illuminare oculos meos, & intellectum meũ in viam dirigere veritatis. Cauſa enim tua agitur Deus quoniam de throno, & nos introducere in cubiculum tuum aperireque nobis oſtium veritatis digneris, vt in quæſt. propoſitis quæ uoluminum prolixitate indigerent, reſponſa noſtra ſint talia qualia deſideramus, id eſt iuſta, æqua, nemini inſidentia, & clara quantum patitur materiæ altitudo, & ſecundum mentem iuris habito ſolo reſpectu ad maieſtatem ueritatis, quæ per doctores conſulentes fideliter eſt enuncianda. Ne ſtatera iuſtitiæ quam geſtant in manibus ſit odioſa, vt monet Bald. in conſil. incipien. verba teſtamenti. & Bartho. Socin. in conſil. 150. volum. primo, ac
1 ſancte & recte reſpondeam †Et omnia recte gerimus ſi principium ſit decens & amabile Deo, auctent. quomodo opor. epiſc. in princip. colum. prima. Nam dominus ut inquit Pſal miſta prope eſt inuocantibus eum, & Plato ſcribit. 1. Thim. in minimis quoque rebus diuinum debemus auxilium implorare. & ſecundo regu. dicitur, Nolite loqui ſublimia gloriantes, quoniam Deus eſt ſcientiarum dominus. Sed quia maiores noſtri illud quemque ſcire arbitrati ſunt quod ratione optima demonſtraſſet. Quamobrem uiſis ad plenum reuerendiſs. pater & domine tuæ dignitatis legationis literis & clauſulis in eiſdem contentis & ſpecificatis aliqua primo quo ad prædictas dubitationes particularia circa poteſtatem officii legationis ſubſtantia breuiter præmittam eſſe uidenda, quia ueritas cõſiſtit in paucis. Item & ſermones circa uniuerſalia ſunt faciliores, & circa particularia ſunt veriores, ut inquit Philoſo. 2 ethi. Et quia prius perſona quã ratio eſt quærenda. l. quidam referunt. ff. de iure codic. & capit. ad diſſoluendum. de deſpon. impu. & a primordio tituli poſterior formatur euentus. l. prima, C. de impo. lucra. deſcri. nam inquit iuriſconſ. Vlpia. ti. de rebus cred. l. 1. bene eſt priuſquam ad uerborũ interpretationem perueniamus pauca de ſignificatione ipſius tit. referre.

2 Et primo quis ſit legatus, †& ſecundum Specu. titu. de lega. §. primo, dici poteſt quicunque ab alio miſſus eſt. capit. presbyterum. 50. diſtin. et cap. ſatagen. 25. quæſtio. 1. et l. prima, et ſecunda, et l. ſciendum. §. fin. ff. de leg. ſiue a principe, vel a papa ad alios mittatur, vt ff. de offic. aſſe. l. dicm. ſiue ab aliqua eccleſia ad papam, ut in autten. de ſan. epiſcop. §. ſi uero epiſcopi. colat. 9. ſiue ab aliqua ciuitate vel prouincia ad principem vel aliũ, ut C. de lega. per totum. lib. 10. et ibi ſuper rubr. plene per Io. de Pla. & Luc. de Pæn. & Spec. ubi ſupra & per Goffr. & Hoſt. in ſumma, & Archid. in cap. primo, 97. diſtinctio. & Cardin. Alex. in cap. valde. §. legarum. 94. diſtinct. & Alber. de Roſa. in l. legaris. ff. ex quibus cauſis maior. & doctor. in capit. primo, de appella. & glo. in pragma. in prohæm. in §. 3. in uerbo
3 nuncios.† Et tali legato obediendum eſt tanquam papæ. capit. cum parati. de appel. & cap. ſi Abbatem. & ibi doctor. de elect. lib. 6. & infra latius dicam alias, in obedientes excommunicari debent, ut d. §. legarum. & cap. ſequen. 94. diſtinct. & ibi Archid. et card. Alexan. et in cap. iuſgentium. 1. diſtin. quia de throno Dei procedit &c.

4 Secundo eſt præmittendum †qualiter, & quibus formis conſtituatur, de quo per Spec. vbi ſupra, & Io. Andr. in addit. et in §. qualiter, autem conſtituatur &c. ubi Spec.

Spec. dicit quod ad nos non pertinet tractare, quia hoc ex mittentis illum dependet arbitrio, tamen ex virtute literarum poteſtas dependet ipſius, ut capitu. porro. de priuileg. l.
5 vnica. & ibi pulchre Pan. de Caſt. de man. princ. † Et legatus generalis de conſilio collegii cardinalium, & non aliter per papam eſt mittendus, & hoc clare probatur in l. pen. & fin. & ibi Bar. Ioan. de Pla. & Luc. de Pen. C. de lega. lib. 10. vbi dicitur quod præſes pro legato erga principem mittendo debet facere congregare generale conſilium ſeu parlamentū totius prouinciæ, vnde ſecundum Andr. de Baru. & Barto. Luc. de Pen. & Ioan. de Pla. in fi. quando ambaſiatores mittendi ſunt a ciuitatibus, exigitur conſenſus maioris partis il
6 lorum de conſilio. † Nam papa in arduis & magnis ualoris nihil facit ſine conſenſu cardinalium ſecundum Bald. in l. fin. C. de diuer. reſcript. & in l. pen. C. de bon. quæ lib. ubi allega. Archid. in capit. cum redemptor. 12. queſtio. ſecunda, & Barbat. in conſil. 1. colum. 10. in princ. uolum. 2. & facit gloſ. Io. Mon. in cap. ſuper eo. de hære. lib. 6. quæ dicit collegium cardinalium eſſe in quaſi poſſeſſione quod papa non poſſit ardua expedire ſine conſilio eorum, & idem Abb. ſicu. per illum textum in cap. per venerabilem. ver. rationibus. qui fil. ſint legi. & in c. quæſiuit. de his quæ fi. a ma. par. cap. & in capit. primo, in fi. de offic. delega. & in cap. literas. de reſtitutio. ſpoliator. Ioan. Andr. in cap. antiqua. de priuileg. & Ant. de But. in cap. requiſiſti. de teſta. & Domi. de S. Gem. in cap. primo, de renunciat. lib. 6. & in iuribus in tertio præludio allega. & cardin. Alexan. in cap. primo, colum. 2. in princip. epiſcopum vel Abb. vel Abbatiſſam, vel dominum plebis feudare non poſſe. in vſi. feud. quia ſecundum eum intelligitur quod conſenſus cardinalium exigatur per uiam conſilii nō quod ſit neceſſarius ad ualiditatem actus, adeo vt ſi ipſorū
7 conſilia non ſequantur actus non valeat, † nā ſi non ſequantur ipſorum conſilia actus ualebit, per regulam traditam in cap. cum olim. de arbitr. & cap. cum in ueteri. de elect. & per Barto. in l. prima, §. ſi plures. ff. de exerci. act. & quæ dixi in §. 4. in glo. 2. de conſuetu. iuri. ſta. perſo. lib. conſu. bitu. de quo uide card. Alexan. ubi ſupra, in cap. in ſinodo. colum. 2. 64. diſtinct. & in cap. in iſtis. colum. 1. 4. diſtinct. & Felyn. ſuper rub. de conſtitu. poſt princip. verſ. adde elegans conſilium &c. &
8 Abb. in cap. primo, in fi. de offic. leg. † Et debet continere litera legationis, ſecundum Spec. vbi ſupra principalem cauſam commiſſionis legati. 2. quæſtio. 1. capit. in primis. quam ſecum portare tenetur ſecundum Spec. eodem §. 4. verſicu. poteſt etiam. & ſequen. & Bartol. in l. 2. ff. de leg. de quo latius dicam in 5. prælud. & quamplura pulcherrima ſecundū Io. Andr. in additio. Specul. vbi ſupra, habentur quæ uideri poſſunt in formulario vel ſtilo Romanæ curiæ ſub tit. de lega. vbi etiam formæ multarum gratiarum quæ ſolent concedi dominis legatis per diuerſas literas deſcribūtur. Sed ſecundum ipſum cōceduntur hodie multo plures, ut in 6. prælud. dicam cum de throno Dei procedat &c.

9 Tertio† quot ſunt genera legatorum, & ſunt tria. text. cum glo. In cap. officii. in verſi. legati. de offic. leg. lib. 6. & ibi Domi. & Philip. Fran. & Alber. de Roſ. in ſuo dictionario. in litera legatus. Goffre. & Hoſtien. in ſum. eodem titu. & Abb. in rubr. cod. & Spec. in tit. eo. §. ſequitur videre, videlicet laterales. nati, & ratione perſonę conſtituti, ut cap. excommu
10 nicatis. & ibi glo. Bald. Abb. ſicu. de offic. lega. † nam conſtituti ſunt qui non emanant de latere, ſed eis committitur legationis officium. 7. quæſt. 1. placuit. & hi ſunt minoris auctoritatis. cap. uolentes. de offic. leg. & ibi Abb. & iſti ſecundum Bald. in dicto cap. excommunicatis. dicuntur a latere, & ibi
11 vide. Alii ſunt nati ſiue electi, qui nec emanant, nec eis ſpecialiter committitur, ſed officium in hoc eſt eorum dignitati annexum, & hi ſunt magnæ auctoritatis. cap. 1. de offic. leg. & cap. primo, de appellat. & ibi per doctor. & cap. 1. de fi. presby. ut ſunt archiepiſcopus Cantuarien. Eboracen. & ambo in Anglia, remenſis in Francia, & in Italia ſolus archiepiſcopus Piſanus, ut not. per no. per doctor. in iuribus ſupra alleg. & per Innocen. in d. cap. volentes. & Philip. Fran. in cap.
12 primo, eodem tit. lib. 6. & laterales † ſunt qui a latere domini papę emanant, & hos legatos Romanę uſus eccleſię, ſolos cardinales ſecundum Abb. Sicu. in d. cap. 1. in fi. de offic. leg. & ſpecu. in dicto §. ſequitur. de latere uocat. 2. quęſt. 7. capit. decreto & cap. ad eminentiam. de ſenten. excommun. & d. capitu. uolentes. de offic. lega. Qui legati de latere dicuntur
13 quaſi de ſubſtantia ſedis apoſtolicæ, † quia dictio ſiue & prępoſitio, de, denotant ſubſtātiam. l. prima, §. nunc uideamus. ff. de coniungen. cum emancip. & l. 1. depoſi. & dixi in tract. meo dictionum, & ſunt illuſtres & propter refulgentiam dignitatis maiora merentur, quia utilitas augetur per dignitatem. ff. de indi. l. ſi longius. §. fin. & l. falſa. §. 1. de condit. & demon ſtrat. l. prima, C. de propoſitis ſab. lib. 12. ibidum dicit
14 quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. † & ideo appellatione ſedis apoſtolicę continetur legatus de latere, per ea quę no. doctor. in d. cap. primo, de offic. leg. & capit. auctorita. §. iubemus. de priuileg. eodem lib. & cap. veniens. de verbor. ſignif. eodem lib. & ita tenet Ioan. de Ana. in conſil. 93. colum. 3. in princip. verſ. hinc eſt quod appell. & cardin. Alexan. in cap. regula. §. porro. 3. diſtinct. iſti enim ſummo pontifici in conſilius & arduis negociis aſſiſtunt. cap. uenerabili. de off. deleg. cap. expoſuit. in fi. de dila. cap. piſanis. in fi. de reſtitutio. ſpoliat. & cap. cum Ioannes. prope fi. de fide inſtrum. & C. de iuſti. C. confir. l. unica. & de caduc. tol. l. una. 1. reſpon. quia pars corporis cenſentur. 16. quęſt. 1. §. uerum. verſic. ſi quis militibus. & l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. de quo per Spec. in d. §. ſequitur, & huiuſmodi legatus de latere emanans excedit legatum natum in quatuor, ſecundum Spec. ibi, & Ioan. And. in addit. ſuper verbo antiqua. & Hoſt. Io. And. Abb. Ioan. de Ana. in capit. antiqua. de priuileg. & Ioan. Andr. in Nouel. & Philip. Fran. in cap. 1. eodem lib. 6. colum. 2. ſunt & alii nuncii & curſores de quibus per Spec. & doct. ſupra in locis allega. & in cap. inſigentium. 1. diſt. & 97. diſtin. per totum. Igitur de throno Dei procedit.

15 Quarto quid ad eiuſdem legati pertineat officium. † & quę ſit eius poteſtas plene per Specu. in §. ſupereſt. & in §. nunc tractemus. & §. nunc oſtendendum. & §. nunc dicamus, ubi infinitos enumerat caſus. eodem titu. & ibi Ioan. Andr. & Bald. in addit. de, & in quibus de iure & conſuetudine legatus de latere in eius prouincia ex officio generali legationis cognoſcere & diſpenſare abſque ſpeciali commiſſione poteſt, & in quibus non poteſt, ut infra dicam. et inter alia poteſt ſecundum ęquitatem procedere quando ſibi uidetur. capitulo fina. de tranſact. multa enim poteſt facere, ut per Bartol. in l. quintus. ff. mand. et Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de officio procon. et leg. et Felyn. in capit. ex parte. in ult. de off. delega. et apoſtolus eius loco legatus eſt dicit. 1. ad Corint. 6. et 10. ca
16 pit. omnia mihi licent. 11. quęſt. 1. aliud. † Nam legatus omnia uidetur poſſe quę papa ſibi ſpecialiter nō reſeruat, quia uices eius gerit. cap. cum uenerabilis. de conſue. et capit. 1. de off. leg. ut infra dicam, et tenet Specu. ubi ſupra, et in §. nunc oſtendendum. uerſic. legatus. immo ſecundum Spec. in d. §. ſupereſt. colum. 7. verſicu. poteſt etiam legatus interpretari mandatum domini Papę. cap. 1. de poſtu. prela. uerſic. nec va
17 let. et ibi per Innocent. et Abb. Sicu. † Et pariter ex officio legationis poteſt interdicere totam terram regi Francię adhęrentem, prout ibi not. Et pariter etiam commendatur eius proceſſus contra ipſum regem Francię factus poſt appel. a rege interpoſitam, & poſt cauſas recuſationis propoſitas, ut capit. nouit. & ibi Prępoſi. Mediola. nunc cardin. Alexan. de appel. quod fuit tempore Philippi Auguſti qui Ingebergā vxorem dimiſerat. Hinc eſt quod legatus poteſt ſecundum Specu. vbi ſupra, colum. 10. verſ. hinc &c. ratione pacis comitis Tholoſæ præcepta & ſtatuta facere perpetuo duratura. text. eſt cap. ſuper quibuſdam. §. fin. de verb. ſig. & cap. fi. & ibi In
18 nocent. Bald. & Abb. Sicu. de offic. lega. & infra dicam. † Poteſt pariter legatus etiam de non latere regem & reginam male coniunctos ſeparare, capit. per venerabilem. §. verum. & ibi Abb. & Card. Alexan. qui fi. ſint legit. vbi Remenſis archiepiſcopus ſedis apoſtolicæ legatus natus ſeparauit regē Carolum pulchrum a regina Blancha ob affinitatis impedimentum vt ibi, ſic etiam reuerendiſſimus dominus nunc legatus ſeparauit Chriſtianiſſimum dominū noſtrum regem Ludouicum. xij. a Ioanna ſorore defuncti regis Caroli viij. propter conſanguinitatis & cognationis ſpiritualis impedi-
19 menta, & alia plura legitima. † Necnon cōferre poteſt ex vi & officio legationis beneficia illa quæ tanto tempore uacauerunt quod ſecundum ſtatuta Lateranen. concilii eorum collatio eſt ad ſedem apoſtolicam deuoluta. cap. uenerabili. de præb. & idem Spec. & Ioan. And. ibi in addit. eod. §. nunc tractemus. poſt princ. & glo. in cap. 1. & ibi Pet. de Anchar. & Domi. & Philip. Fran. colum. 1. eod. tit. lib. 6. & cap. præſenti. eod. tit. & in c. fin. de off. vica. eo. lib. & Bal. in l. aliquando. ff. de off. procon. & facit clem. 1. ſi de beneficio. & ibi glo. an repen. & Card. de Zaba. de præben. & Marti. Lauden. in tracta. ſuo de lega. maxime in prin. uer. 14. gl. in cap. nouit. & c. excommunicatis. & ibi Bal. & Abb. Sicu. eod. tit. in antiquis. & card. in clem. 2. in quæſt. 3. de offic. ord. Sed hodie communiter ſecundum Ioan. And. in addit. Specu. ubi ſupra in d. c. 1. eo. tit. lib. 6. quem ſequuntur ibi doctor. inſuper Philip. Fran. datur legatis de latere litera ſpecialis ſuper hoc vt dicit apparere in ſtilo curiæ ſub tit. de legat. ut ſupra dictum eſt. Et hāc dicit habuiſſe do. Legatum card. S. Martini in montib.
20 † & cōcurrit legatus cum ordinario in ſua prouincia ſecundum Abb. Sicu. in d. §. 1. in 3. no. de off. leg. & erit locus præuentioni inter eos, ut not. glo. fin. in fi. & ibi doctor. maxime Philip.

Philip.Franc. column.ultima, de officio lega.lib.ſexto, Im-
mo eſt maior quolibet ordinatio, capitulo ſane, de offic.de-
legati, & per cardinal. Zabar. in capitulo ſtuduiſti. in quar-
to, not.de officio lega.& gloſ. in pragma.ſan. titu.de colla.§.
neque collationes per præuentionem &c. Ex quo ſequitur
quod ſi unus haberet prouiſionẽ a papa, & alius a legato mo
tu proprio eadem die quod præferetur habens motu pro-
31 prio a legato, † quia motus proprius legati operatur ut mo-
tus proprius papæ, ut not.glo.2.in cap.fin. & ibi Archid, do-
min.Petr.de Anchar.& Philip.Franc.de off.leg.& gloſ.in re-
gu.cancel apoſtolicæ.15.per illam regulam.& Calde.conſil.
3. titu. de præben. & poteſt legatus papæ delegare cauſas ad
eum deuolutas ac coram eo moras.reat.in c.fin. & ibi Abb.
32 in 1.nota.de off.lega. † Sed an poſſit conferre præben.uel ec-
cleſiam ſpectantem ad præſentationem laici patroni illo in
uito, Spec.ubi ſupra proxi.alleg.colum.2.in uerſic.ſed nun-
quid &c. Arguit primo quod non poſſit per tex.in cap.cum
dilectus, de iure patr.& capitu.cum dilectus.il tertio, de præ-
ben.& hoc tenent Bart.& Goffre.& fere omnes, quia nec epi
ſcopus hoc poteſt.cap.decernimus.16.quæſtio.7.& hanc opi
nio. patroni laici in regno Franciæ ſecundum Specu.defen-
dunt, & idem tenet Domi.in cap.deliberatione.§.volentes,
colum.ult eodem tit.& latius in cap.1.colum.fin.de rerum
permu.& cardin Zabar.in conſil 15.colum.ſecunda, in fine,
verſic.inquantum autem, ſed tamen ſecundum ipſum Spe-
cu ſiue ſit clericus ſiue laicus. qui ius patronatus vel alia iu-
ra ſpecialia obtinet, ſemper de illo dominio papæ, & eius le-
gato reſpondere tenetur.de iudic.cap.quanto.hinc eſt quod
plus iuris habet in conceſſione prælatus quam in præſenta-
tione patronus, cap.dilectus, & ibi Bald.& Abb.poſt Ino de
off.leg & hanc opinio.ſecundum ipſum Specu.ſequi uoluit
Nicolaus papa, conferendo præbendam, quam ipſe ante ſuã
promotionem in eccleſia Lugdunen habuerat. Rex tamen
Franciæ dicebat collationem ipſius præbendæ ad ſe pertine-
re, & alii de facto contulit illam, quæ collatio ſecundum
Ioan. Andr ibi in addit.fieri non poteſt niſi ex priuilegio pa-
pali de quo vide not.16.quæſtio.7 in fi.ſummæ. & diſtin.10.
cap.imperium.& ibi card.Alexan.& Bald. & doctor inſuper
Felyn in d.cap.quanto, de iudi.& quæ dixi in lib.conſue.Bi-
turigen.tit.de conſue præſcrip.§.1. & Spec.in tit.de præben.
ad fin.& ibi Ioan And.& Abb.in cap.quod ſicut, de electio.
& in cap.2.de præben.lib.6 & plene Felyn in tract.ſuo quali
ter literæ apoſtolicæ noceant patronis eccleſiarum, qui inci
pit, hodie mecum eris in paradiſo. quem potius poſt ii.ut li.
non conteſt.& Cald.conſil.2.tit.de re.permu.& Feder.conſi.
61 & Goffr & Hoſtien.in ſumma, & Abb.in d.cap.dilectus,
de offic.leg.& in cap.fin.de conſtr.uel mun.& Archid.in
cap.de eccleſiaſticis.26 quæſtio.2.et glo.in reg.cancella.apo
ſtolicæ.40 et in prag.titu.de coll.§.item circa clauſulam, in
verſic reſpectiue et melius in uerſic.legatorum, et Specu.eo
dem titu §.nunc oſtendendum eſt, ubi enumerat.89.caſus,
quos ſibi ſpecialiter in ſignum generalis dominii ſedes apo-
ſtolica reſeruauit, et in generali legationis mãdato non trã
ſeunt in legatum, niſi ſpecialiter committantur 25.quæſt.a.
33 ſeruatis, et cap quod tranſlationem de offic.leg. † Nam uide
batur quod ſoli papæ eſſent, 11. caſus reſeruati, ut patet per
verſ.reſtituit, papa ſolus deponit, et ipſe diuidit, ac unit, exi
mit, atque probat, articulos ſoluit, ſinodum facit generalem,
tranſfert et mutat, appellat nullus ab ipſo.capitulo ſicut uni
re.de cacel præla.et capitulo ſecundo, de tranſla.epiſcop.et
glo.et doctor.in dicto capitulo quod tranſlationem. eodem
moriam ante actæ dignitatis l. 6. ff. de decur. l. ſeruos. C. de q.
l. unius. §. ſeruos. ff. eo. Quod maxime obtinet, quando lauda
biliter ſe geſſit, alias, publicis uocibus lacerandus atque uitu
perandus l. iuſtiſſimos. C. de offi. rect. prouin. Et †quod creden
3 dum ſit cardinali aſſerenti ſe legatum, tenet Lap. allegat. 33.
Incip. an frater, in uerſicu. an credatur, quando dicit creden-
dum illi ſuper his, quæ dicit ſe uiuę uocis oraculo habuiſſe.
uide Io. And. in c. cũ ex literis. de reſti. in inte. Item quia ſatis
eſt aliquem habitum pro legato cum ſubſtineantur geſta p
eum etiam ſi non ſit, ad l. barbarius ff. de offi. pręt. pro reſolu
tione materiæ pono duas concluſio. Prima eſt, quod aſſeren
ti ſe legatum ſedis apoſtolicę, non creditur, niſi oſtendat li-
teras facultatum ſuarum, dicto cap. nobiliſſimus. ſpecu. in §.
ſupereſt. Ant. in cap. excommunicatis, hoc titulo, licet enim
princeps ſine ſcripto det priuilegium, & deleget cauſam, nõ
tamen facit legatum cap. inſtit. 25. q. 1. quod maxime obtinet
in his, quæ alterius præiudicium cõ cernunt. glo. in c. ſicut, de
ſenten. excommu. in cap. ad apoſtolicæ de re iud. in 6. & in c.
cum olim el. 1. de priuil. Fallit in Cardinale aſſerente ſe lega
tum, quod non ſit uerſimile illum mentiri. Lap. alle. 15. 33.
89. Bart. in l. 1. C. de Mand. princ. Anch. in clemen. prima. de
probat. Ange. conſilio. 179 Ioan. Andr. in capitulo conſtitu-
tus. de appel. Abb. in conſilio. 8. in ſecundo. uolum. Domini.
conſilio. 62. in 3. colum. ſpec. in §. ſuper eſt. uerſiculo quid ſi
delegati. Rot. dec. 976. in anti. Cald. in conſil. ſecundo hoc ti
tu. & eſt communis opin. quamuis And. ſicu. ex conſuleto in
tractat. Cardinalium in ſecundo. tract. in prima quæſt. allegã-
do. l. prima. C. de mand. princi. & quædam alia generalia, te-
neat partem contrariam, ad quæ omnia reſpondetur, ſpecia
le eſſe in cardinale propter excellentiam ſuam, & commu-
nionem quam habet cum papa. adde Felin. in ca. cum in iur.
in 5. colum. de off. dele. multa accumulantem ad probandũ
ꝙ cardinalis credit eſſe datus legatus ĩ forma generali qñ hoc
aſſerit, licet aliter non probet, & eundem Felin. in cap. quod
ſuper his, de fi. inſtrum. & procedit etiam ut credatur in his,
quæ ipſe exponit illi ad quem dicit ſe miſſum. Hoc tñ fallit
quando aſſereret ſe habere facultates non cõpetentes de iu-
re communi, quia in hoc non creditur niſi oſtendantur. Spe.
ubi ſupra, conſulens impetrantes a legato ut habeant facul-
tatum tenorẽ ſub manu publica, ita tenent doc. ſupra alleg.
Abb. in c. fraternitati, in ult. no. de ſcil. & in c. ſup. his. de fid. in
ſtru. Feli. ubi ſupra, qui ẽt allegat multa ad probandũ ꝙ non
credit cardinali aſſerenti ſe delegatũ. Sed qd ſi haberet ipſe ſe
priuilegium ꝙ de facultatibus ſibi conceſſis crederetur ſim-
4 pliciter eius aſſertioni abſq; eo ꝙ aliter oſtenderẽtur facultates
an credatẽ de his, quæ ſpeciali iure competũt, Gondiſ. in trac.
ſuo dicit credi in omnibus, niſi eõ concernant. præiudicium ter
tii, quia generalis locutio &c. l. ſi cui. ff. de ſer. l. 2. §. ſi qs a prin
cipe. ff. ne quid in lo. pub. nec dicentur hæc uerba ſuperflua,
quia innabunt in his, quæ non afferunt pręiudicium tertio.
Tu vero aduerte, quia raro excitabitur contentio de aucto-
ritate legati, quin ſimul de alicuius præiudicio tractetur qd,
enim ſi in iuditium deducatur legitimatio, & contendatur
de hęreditate vel beneficio cum legitimato? ſi credetur lega
to, præiudicium fiet parti, alias quomodo verificabitur hæc
gratia? Quare, vide ſi dici poſſit. aut erit facultas directe ſo-
nans in præiudicium tertii, ut derogatio iuris patronatus ex
fundatione, & non credatur, aut in conſequentiam, ut legiti
matio & diſpenſatio, & credatur. Nam quæ in conſequen-
tiam eueniunt, non conſiderantur ſecundum Bal. in l. nõ du
bium C. de leg. Iaſo. in l. qui exceptionem ff. de cond. inde. er
go tunc credetur ſi dixerit ſe habere auctoritatem diſpen-
ſandi in 2. gradu, & in aliis non conſuetis concedi, quod du-
5 rum atque inauditum. † Melius ergo dicemus credi illi de
his, quæ conſueta ſunt aliis legatis concedi, non autem de in
ſolitis, cum non ſit uerſimile papam uoluiſſe concedere mi
nus iſti, quem tali prærogatiua honorauit, argu. capit. quod
translationem, hoc titulo & eorum quæ inferius dicent. At
dices, quomodo conſtabit eum habere hanc clauſulam, niſi
oſtendat literas? ſol. dabitur breue ad partes. Verum maior
dubitatio, an contra aſſertionem legati admittatur proba-
6 batio? † ut ſi quis vellet probare ex inſpectione facultatum,
legatum hoc non potuiſſe dic, contrarium eo caſu probari
non poſſe, quoniam vt inquit Ange. In l. qui bona. §. dam-
ni. ff. de dam. infect. Si ſtatutum diſponat quod ſtetur iura-
mento partis, poterit probari contrarium, ſed ſi diſponat q
7 ſtetur iuramento †officialis, nõ admittetur probatio. Item
quia contrarium non poſſet probari, ex quo poſſet habere
diuerſas literas facultatũ, & principis gratia non eſt anguſtã
8 da, †uide tamen And. Sic hunc artic. latius attingentem in
prælegato 2. tract. quæſt 2. ubi plus æquo verba effundit &
Roman. conſ. 250. in caſu propoſitę, vbi loquitur de aſſertio
ne papæ & limitat duobus modis de materia lata in cle. lite
ris de probatio. Dubitatur modo, an credatur literis legato-
9 rum ſine teſtibus †in pręiudicium prouiſorum apoſtolicorũ?
uide q̃ dicam in li. 8 Rub 3. q. 51. Fallit 2. quando literæ fuiſ-
ſent ſemel intimatæ in prouincia, quoniam tunc non tene-
tur amplius eas oſtendere quando prouinciam uiſitat, Rot.
dec. 176 in anti. Fallit tertio, quando perdidiſſet literas, & uel
let probare tenorem earum. Spe. In d. §. ſupereſt. verſ. quid ſi
legationis, probando tamen prius eas fuiſſe ſine vitio, ut ibi
per eum c. cũ olim el primo, in fi. de priui. ſubdit tamẽ Spec.
quod ex defectu ſuperioris, coram quo fiet ꝓbatio, hæc pra-
ctica non admittetur, ſed credetur ei, ſi ſit perſona honeſta,
Quod quia eſſet multum violare iura in caſu ubi ageretur
de facultatibus non competentibus ipſo iure, forſan durum
eſſet, uide tamen Aegid. Deciſ. 402. qui dicit probationem
huiuſmodi fieri inter priuatos Fallit quarto in probanda po
10 teſtate †Vicelegati quia hoc fieri poteſt per teſtes. Rot. Deci.
266. In nouis. Secunda concluſio acta per cardinalem, q ge-
11 rebat †ſe pro legato de latere, ualent, quamuis vere non eſſet
legatus, ut quia non haberet plenam legationem, uel quia
eſſet reuocatus. Spec. In dicto. §. ſupereſt Lap. allega 89. Cald.
12 conſi. 2. & 4. hoc titulo, ad quem me remitto. Fallit †in his, q̃
non competebant de iure communi, per ea quæ dicta ſunt
ſuperius, ne reputatio operetur duplicem ſpecialitatem, l. 2.
C. de dot. promiſſ. Quod tamen intellige, niſi reuocatio fa-
13 cultatum eſſet facta † extra prouinciam & non publicata in
14 prouincia. Quoniam †ei qui coram tali legato ita tolerato &
habente principium licitum, aliquid impetrat, maxime cũ
diſpendio, non poteſt imputari aliqua culpa, ad hoc dicta l.
15 Barbarius & ibi Bal. in 13. col. quando dicit inſtrumenta †no-
tarii condemnati de falſo tolerari, ſi condemnatio erat inco
gnita populo, & Ioan. And. in c. mora, in Mercur. quando di-
cit geſta ab eo, qui olim habuit titulum & auctoritatem a ſu
periore, tolerari, licet tempore quo agit, auctoritatem non
habuerit. de hoc uide aliquid per Ioann. And. in reg. benefi-
ficium de Regu. iur. in 6. Nõ obſtat quod aliquo in loco fue-
rit publicata, Quoniam publicatio debet fieri in loco, ubi ge
ritur legatio, ut in ſim. tradit. Ab. in c. ſciſcitatus. in pen. col.
de reſcrip. & iſta opin. uiſa eſt mihi æqua, reſpectu eorum, q.
Hadriano 6. exiſtente adhuc in Hiſpania impetrauerunt di-
ſpẽſationes a legatis, quorum auctoritas in Hiſpania fuerat
reuocata. Iſta tamen ſententia redditur dubia propter ea, q̃
tradunt Cald. & Anto. in c. ad probandum in 2. col. de re iu-
16 di. quando dicit †quod communis error non prodeſt in his,
17 quæ ſunt grauę, & pręcipue hodie, ubi †in reuocationibus ap
18 ponitur decretum irritans, †quod ligat etiam ignorantes, ut
16 dicetur loco ſuo. Oſtenſis uero literis, †& deductis facultati
bus in notitiam publicã circuibit templa, Hoſpitalia, & lo-
20 ca pia, ut, uideat num reparatione †num miniſtri correctione
21 ægeant. Deinde & palatia & loca publica, †& milites viſitet,
ſi ſit datus legatus in terris Roma. eccleſiæ ſubditis. l. ſi in ali-
quam

22 quam præallc.ff. de off. proconſ. † Curabit quoque legatus,
ne ciuitas eccleſiaſtici imperii ruinis deformetur, cogerque
23 dominos ad ædium refectionem l. † præſes ff. de offic. præſi.
24 Erit etiam † patiens in audiendis, controuerſiis per aduoca-
tos exponendis, cum ingenio tamen, ne videatur eſſe cōtem
25 ptibilis, diſſimulabit † temporibus opportunis, ne ſubditi ani
mum ſuum facile deprehendant l. nequicquam. §. circa ad
vocatos ff. de off. ꝓconſul. & leg. l. obſeruandū. ff. de off. præſ.
26 vb gl. † laudat bononien. qui animi ſui motum diſſimulare
norunt. Honeſtius tñ facit legatus, ſi ob gradus excellentiam
27 conſtituat aliquem, qui in leuioribus, eius uices † gerat, & ꝓ
eo ius dicat, ad iſtar proconſulis, qui prouinciam ingreſſus,
ſtatim legatū ſibi conſtituit l. ſolent ff. de off. procon. & leg.
28 Habebitq; alios peritos viros, † qui cauſarū merita diligenter
audiant, & uentilent, auditaq; uel referant, uel ex ſpeciali
eius cōmiſſione determinent, d. l. ſolent. §. legatos c. inter cæ
teras de off. ord. alias ei obiiciet qđ Moiſi obiectū eſt. Quid
inani labore cōſumeris tu & populus tuus, qui tecū eſt? ultra
uires tuas eſt negotiū, ſolus illud ſubſtinere non potes, exo.
18. Deus. n. iſtis ſic electis ſpiritum legati infundet, nam
& papa etiā multos uocat in partem ſollicitudinis. capit. qui
2. quæſt. 6. capitulo ad honorem. de auth. & uſu pall. Et conſti
29 tuet locumtenentem † ſuum, aliquem doctū uirū, ſicut eps
hēt Vicarium. c. In pleriſque. de offic. ord. ita dicunt Abb. &
An. Sic. in cap. Nouit. eod. ti. Sed neq; carebit legatus Referē
30 darijs † ſuis, qui aliorum preces, ad eius aures deferant, Cum
indignum ſit ineloquentes, ac uiles homines nobiliſſimi le-
31 gati aures quotidie pulſare. De quibus pauca dicam † quod
ego licet *immeritus* a Fel. recor. Leone 10. pont munificen-
32 *tiſſimo, ſuperioribus* diebus inter illos relatus ſum † Ad hoc
33 *enim inuenti* ſunt Referendarii, † ut rem principi commode
exponāt, & pauperum, ac ineloquentiū deſideria inſinuent.
dicti a, referendo, habentes inſtar aduocatorum. l. 1. ff. de po-
ſtul. auct. quom. opor. epiſ. §. nō aliter. Spe. in tit. de ſuppli. ubi
34 unum uerbum tranſeunter. Referendariorum uomina, † lu-
ra C. & ff. orum non agnoſcunt, Tamen cum in aduocatorū
genere reponantur, pleraque ad referendarios facientia re-
35 periuntur. In tit. C. & ff. de poſtul. Sedes ergo apoſtolica † refe
rendarios reperit, qui libellos è diuerſis mundi partibus por-
rectos, ad pontificis aures deducerent & fideliter referrent,
tum quia indignum, erat, uiliſſimum quemque, aut inexper-
tum, pontificis aures obtundere, tum etiam quia multi latē-
ter iniuſta libellis ab ipſo ſignandis occultabant, quæ nō ani
maduerſa, concedebantˉ, Vnde emanauerūt tituli de prec.
imperat. offer. & de reſcript. harū improbitatū emēdatores.
Referendarii ergo precum ueritatem aperiunt, & quæ con-
cedi quæue negari debeant, principi inſinuant. Spectabiles
36 alias ſunt Referēdarij, † ut in auct. de Referend. Et in auct. ut
litigan. iur. §. quia uero lex, Et hodie ſunt de familia Ro. pon.
37 multis gaudentes priuilegiis. illo præcipue † ꝙ chriſtiani mo
narchæ negotia tractent, cumq; affabilem, ac domeſticum
38 habeant, † nihilq; quod ad iuſtitiam ſaltem attinet, ſine illis
ſubſignetur, uel a, ſanctiſſimo papa, uel ab eo cardinale, qui
39 iuſtitiæ ſignaturam habet † qui hodie eſt Reuerendiſſimus
Dñs meus Laurentius Campegius, in quo nihil eſt minus
admiratione dignum ipſo cardinalatu. Quare, uenerabile
40 † ſemper in Ro. Cu. Referendariorum nomen, modo ipſi ta-
les ſint, qui auctoritatē Dignitatis, ingenio augere ualeant. l.
obſeruandum. ff. de offic. præſ. Nec erit abſonum dicere, hos
eſſe illos, quos priſci canones, conſiliarios uocant. ca. conue-
nientibus. §. itē Petrus. 1. q. 7. c. eccleſiaſticis. 12. q. 1. c. in parro
chia. 16. q. 1. ubi appellat filium illum conſiliarium, nec ali-
cubi conſtat cardinalis nomen tunc fuiſſe. Antiquitus obſer
batur, ut nihil a, Rom. pon. ſubſcriberetur, niſi Referendarii
41 † uoce prolatum ſignaret, nunc uero, quia in pleriſque inole
uit ſtilus, ita ut paſſim admittantur, non omnia proponunt,
ſed ea tantum, quę difficultatis aliquid habent, In cæteris au
tem ſatis eſt libellum nominis ſui titulo prænotare, quod re
42 lationis uicem obtinet. Erit † Referendarius igitur peritus in
43 iure, facundus, † peritus ſtili Romanæ Curiæ, qui legis uicem
obtinet. cap. quam graui. de crim. fal. integræ famæ, atq; exi-
ſtimationis, alias qui iura non callet, quomodo de iure reſpō
debit pontifici petenti? ſi uitæ labat integritas, quam poterit
fidem princeps adhibere? ſi ineptus dicenda, quomodo prin-
cipis poterit aures obtinere? facit. l. 1. §. initium. ff. de poſtul.
In quantum, a, poſtulandi officio, imperiti, infames, furioſi,
mulieres, cynedi, damnati iuditio publico, & huiuſmodi, ar-
44 centur. Veſtiantur honeſte, † & iuxta ſtatus decentiā, portan
do pallium deſuper clauſum cum caputeo, quando tamen
ſunt extra palatium. In palatio autem incedāt ſine caputeo,
ut conſtet ipſos palatinos, & familiares Sanctiſſimi D. N. præ
cæteris. ad hoc l. fi. C. de poſtul. clem. quoniam de uit. & ho-
45 neſt. cler. † Ex ueſtium enim qualitate, hominem metiuntur, l.
item apud labeonem. §. ſi quis uirgines. ff. de iniur. l. Diuus. ff.
de iur. fiſ. Spec. in ti. de aduoc. uerſ. ſequitur videre. vbi ponit
hos, q ſequunt̄, verſus, quos animi gratia refero.

Vir bene veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus
Creditur à mille, quamuis ydiota ſit ille.
Si careat veſte, nec ſit veſtitus honeſte,
Nullius eſt laudis, quamuis ſciat omne quod audit.

Ideo Seneca dixit vxori Neronis, Indue te delicate, o chariſ-
ſima, nō ꝑꝑ te, ſed ꝑꝑ honorē Imperij. Conforment tñ ſemo
rib. aliorū, inter quos viuūt, l. ſancimus. C. de ſacr. ſan. eccleſ.
c. Deus q. de vit. & honeſt. cler. Referēdariorum vero nume-
46 rus virtute magnus, † quantitate paruus eſſe dēt, vt ſe venera
47 biles exhibeant, auct, de referend. Erit tñ † eorum officium ꝑ-
petuum, poſtquam ſemel aſſumpti ſunt, vt probatur in ꝑal.
auct. vbi cum plus debito referendariorum numerus eſſet
auctus, Imperator volens ad octonarium numerum reduce-
re, ne quemquā indebite læderet, nullū priuauit, ſed ſtatuit
neminem in poſterū admittendū, donec ad numerū illū re-
duceretur, Quare viderint qđ egerint, q præſentiianno ſuaſe-
runt ſanctiſſimo. D. N. cū iniuria tot bonorū virorū, Referen
darios oēs aboleri, ſed erit tpſ qñ Deus remetiet̄ eos mēſura
æquali, ſicut & ipſi alios menſi fuerint, Referendarij officiū
48 † ēt erat ponere Datam, & cōmittere cās, Ideo Io. And. In c.
pen. in gl. antepen. de reſcrip. in 6. dicit ꝙ qñ duo hēnt gratiā
parē in data, referēdarius gratificat̄ cui vult. & Io. An. in cle.
auditor de reſcrip. atteſtat̄ illud de cōmiſſione cauſarū. Qđ
tñ hodie nō reciperet̄ ꝑꝑ ſpecialē conſuetudinē in oppoſitū.
Sed de referendarijs pauca hæc dixi obiter, q̄ nullibi tacta re
perio. Ad legatū reuertor. conetur oīno non infringere pro-
49 uincialiū † cōſuetudines, & ipſos in minimo non ſcandaliza-
50 re, qa eſt pater oīum. dicta. l. obſeruare. † Sit quoq; circumſpe
51 ctus, ut honeſtā hēat familiā. † Qñ talis p̄ſumitur vt a dñ, qua
les hēt ↄtubernales, c. diffiniuimus. 18. q. 2. c. ſæpe malorū. 28.
q. 1. c. nulli. ubi Fel. multa ad ꝓpoſitū aggerens de accuſ. Bar.
in l. ſi plures. §. ſi quis, & §. ſi parens, de adminiſt. tut. Ideo cum
ſancto ſanctus eris, cū peruerſo peruerteris, Adam. n. protho
parens, a ſocia deceptus, humano generi ruinam parauit, vñ
ob male conuerſationis periculū, ordinatum, eſt vt prælato-
rū cubicularii efficiantur clerici, aut monaci, qui ſint teſtes
honeſtæ conuerſationis prælati, ↄ̄ nonnullos nři ip̄is Anti-
ſtites, qui. quos nō dēnt, ſeruitiis ſuis addiciunt, quib. eccle
ſiæ patrimoniū diſtribuunt, ex eoq; aliquid eſurientibus, bo
nis, & eruditis uiris, cōicare contemnunt. De malis loquor,
quos Deus cū malitia ſua perdat. Verū in primis caueat, ne
52 qui ſibi miniſtrant, † auaritiæ ſordibus dediti ſint, prouincia-
53 leſq; in vlteriorem † familiaritatem non admittat d. l. obſer-
uare. Qñ ex æquali conuerſatione naſcitur contemptio di-
gnitatis, dicta l. obſeruandum. Oportet denique legatum,
54 † eſſe omnium uirtutum exemplar, vt multis auctoritatibus
probari poteſt, ſed ne ſuperfluis atq; inutilibus onerem, quē
bonum, nō doctum facere intelligo, vnam tantum diui Ber-
nardi auctoritatem contemplandam propono, inquit enim
ad eugeniū. Legatione ſiquidē ꝓ Chriſto fungi dēnt, quoties
opus erit, q nec iuſſi renuant, nec nō iuſſi affectent, q qđ ue-
recūde excuſāt, obſtinatius nō recuſent, q miſſi poſt aurū nō
eant, ſed Chriſtū ſequant̄, q q̄ſtū legationū nō extiment, nec
requirant datū, ſed fructū, q regib. Ioannē exhibeāt Aegyptiis
Moyſē, fornicantib. phinees Helyā idolatris, Helyſeū auaris,
Petrū mētientib. Paulū blaſfemātib. Chriſtū negotiatorib. q
vulgus nō ſpernāt, ſed doceāt. Diuites nō palpēt, ſed terreāt,
pauperes non grauent, ſed foueant, minas principū non pa-
ueant, ſed ↄtemnāt, q nō cū turba intrent, nec cū ira exeant,
q eccleſias nō ſpolient, ſed emendent, q marſupia nō exhau
riant, ſed corda reficiant, crimina corrigāt, famæ ꝓuideant
ſuæ, nec inuideant alienæ, qui orandi ſtudiū gerant, & vſum
habeant, ac de oī re orationi potius fidant, q̄ induſtriæ ſuæ,
uel labori, quorū ingreſſus pacificus, modeſtus exitus ſit, quo
rū ſermo edificatio, quorū uita iuſta, quorū præſentia grata,
quorū memoria in bñdictione, q ſe amabiles p̄beant, nō uer
bo, ſed opere, Reuerēdos ſe exhibeāt, ſed actu, nō faſtu, q hu-
miles cū humilib. & cū innocētib. innocētes. Duros duriter re
darguāt, malignātes cohereeāt, & reddāt retributionē ſuper
bis, q nō de dote viduę, & patrimonio crucifixi, ſe, uel ſuos di
tare uelint, uindictas in nationib. increpationes in populis, q
Dei ſpiritu inſtar illorū ſeptuaginta a, Moyſe accepiſſe cernā-
tur, ꝑ quē ſiue p̄ſentes, ſiue abſentes cōtēdāt Deo & papa pla
cere, q ad eū redeāt fatigati qdē, ſed nō ſubſarcinati, ſimul &
gloriantes, nō ꝙ curioſa, ſeu p̄cioſa q̄que terrarū attulerint,
ſed ꝙ reliquerint pacē regnis, legē barbaris, quietē monaſte-
riis, eccleſijs ordinē, clericis diſciplinā, Deo populū accepta-
bilē ſectatorē bonorū operū. Hæc igit̄ diligēter animaduer-
55 tāt legati † quos decet oī vitæ ſanctitate pollere alſ. n. efficien
tur mēbra diaboli, & eueniet qđ ↄtigiſſe tradūt Petro de Pi-
perno card. qui (vt aiunt) legatione fungens, cum dies ac no
ctes ludo intenderet, à, diabolo ſtrangulatus eſt, vidente po-

pulo in eccleſia, dum ſe inclinaret ad videndum corpus Do-
mini, vt refert Domi.poſt Pau.in capit.præſenti hoc titu.Sed
hic cadit dubitatio, an familiares legati gaudeant priuile-
56 gio percipiendi fructus, † ſicut familiares Papæ? ſol.gaudent
certe, ut tenent communiter doct. in cap. cum dilectus de
cleri. non reſidenti. quamuis ibi Abba. teneat contrarium
& male, quia legatus exiſtens in prouincia, non debet eſſe in
ferior alicui ordinario, c.2.hoc tit.in 6.

SVMMARIVM.

1 *Legatus extra Prouinciam quod expediat ea quæ ſunt voluntariæ iuriſdi-
ctionis, contentioſa vero non vſque quaque.*
2 *Legatus ſi qui præſit pluribus Prouincijs, quod in vna Prouincia, facta al
terius Prouinciæ explicare poſſit & valeat.*
3 *Legationis munus licet attributum in pluribus Prouincijs, vnum ta-
men cenſeri.*
4 *Diſpenſatio legati an extendatur etiam, extra Prouinciam.*

De poteſtate legati extra prouinciam.

PRo declaratione huius Rubri cellæ dat re-
1 gula, quod poteſt expedire † ea quæ ſunt vo
luntariæ iuriſdictionis, non autem ea quę
ſunt contentioſę, quando iam legationem
acceptauit. Vide tamen doct.in cap.nouit,
hoc tit. & in cap. ſi abbatem, de elec.in 6.&
vide in materia iudiciorum, quæſtione 11. Quid tamen ſi idẽ
ſit legatus diuerſarum prouinciarum, an in vna prouincia
2 † poterit explicare facta alterius prouinciæ, non habita di-
diſtinctione voluntariæ & contentioſæ iuriſdictionis? Doct.
3 uidentur ſequi illam differentiam in cap. nouit, † Tu vide il-
lum text qui probat legationem datam in pluribus prouin-
cijs, cenſeri vnam, dum dicit legationis ſuæ fines nondum
ægreſſus fuerat &c.Exceptio tamen dictarum & forſan pro-
uinciarum, de qua in c.3.& 4.& per totũ.3. q 6 obſtaret, ſed
tamẽ quad prouincias, communis opin. eſt quod poſſit exer-
cere facta vnius in alia. Alex. Pau.de Caſt. & Iaſ.in l.fin.ff.de
iur.om.iud.Sed dubitatur, an diſpenſatus vel habilitatus a le
4 gato in prouincia, poſſit, vel illa extra † prouinciam? Vide om
nino Decium.conſ.107.vbi concludit, quod ſi diſpenſatio fit
reſpectu rerum quæ ſunt in prouincia, diſpenſatio non pro-
deſt extra, ſecus quando reſpectu perſonæ, quia habilitatus
Florentiæ, erit habilis vbique.

SVMMARIVM.

1 *Legati à latere ab alijs legatis, quænam intelligatur eſſe differentia, & ſe
ptem enumerat hic auctor.*
2 *Legati de iure ciuili dicuntur, ſi qui dantur à præſide prouinciæ.*
3 *Iudex minor præſente maiore quod iuriſdictionem ſuam al ter non amit-
tat, & de eius poteſtate qua tamen non vtitur, & num.8.*
4 *Verbum, poteſtas, quod ſit conſiderabile altero de duobus modis. quæ-
dam ſcilicet reuerentialis, quam & inſignialem dicunt, altero vero iu-
riſdictionis.*
5 *Iudex inferior quod non vtatur poteſtate iuriſdictionali in præſentia
ſuperioris.*
6 *Abbas quod vtatur minore mitra, præſente epiſcopo.*
7 *Delegatus minoris Iudicis, ſi incœperit tractare cauſa ante aduentum
maioris, quod eius officium non conquieſcat per illius ſuperuenientiam.*
8 *Minor iudex, quod præſente maiore, iuriſdictione ſua aliter non vtatur,
& num.3.ſupra.*
9 *Maior iudex, quod dicatur præſens ſi quando nondum Prouinciam
egreſſus ſit, vel diſceſſerit animo tamen reuertendi, nec ſit in loco
nimis diſtanti.*

Quæ differentia ſit inter legatos de latere, & alios legatos.

HAnc Rubricellam poſui ne pręſens tra
ctatus eſſet inutilis ad materiã aliorum, q
non ſunt de latere, cognitis n. quibus lega-
tus de latere præualeat alijs, cætera remane
bunt communia, iuxta not.in c. ſtatutũ, de
reſcrip.in 6.Differũt aũt primo, ratione col-
lationis beneficiorum. c.1.hoc tit.in 6. Secundo, legatus de
x latere abſoluit excommunicatos † pro manuũ iniectione in
clericos vndecunque veniant, etiam extra prouinciam. lega
tus vero datus in prouincia tantum. Natus autem neque in
prouincia, neque extra. c.excõicatis eo. tit.& quo ad legatos
de latere competit iſta abſolutio, etiam pro enormi læſione,
ſecundum Io.And. gl.& alios in d.c. excommunicatis quan
uis Hoſtien.contra. Tertio, differunt in confirmando exem
ptos, & cognoſcendo de cauſis eorum.c.ſi abbatem, de elec.
in 6. cap.1.de verb.ſig.eo.lib.glo.in c. pit.1.hoc titulo eo.lib.

Quarto, in delatione inſignium apoſtolicorum, ca.antiqua
de priuil. Quinto, in procurationibus recipiendis, quia lega
ti de latere recipiunt procurationem etiam extra prouinciã.
cap.cum inſtantia.cap procurationes, de cenſ.ſpecu.in §.ſuper
eſt.verſic.hoc ſciendum.Sexto, quia legato Cardinali etiam
ſine literis adhibetur fides, ut ſupra dixi. Aduerte, quia ſunt
etiam legati de iure ciuili.l.obſeruare.l.legatus.l.& legati de
offic.proc.& dicuntur qui † dantur a præſide prouincię, ut ibi,
2 & etiam qui mittuntur a principe ſunt legati, ut.C.de legat.
lib.10.per totum, & ab omnibus iſtis, ad legatos noſtros argu
mentamur affirmatiue, non negatiue. Septimo, differunt,
quia præſente legato de latere, alterius conquieſcit officium
cap.uolentes.hoc tit.facit.cap.denique.2 1.diſt.ubi præſente
epiſcopo non benedicit ſacerdos. At contra Dec.no in cap.ec
cleſiæ.95 diſt.in.cap.peruenit. 11.q.1.l in hac. C.de donat.in
3 quantum no.minorem iudicem præſente maiore non amit
tere iuriſdictionem ſuam, Hoſtien.in d.c.uolẽtes. dicit quod
4 quædam poteſtas eſt reuerẽtialis, ſiue inſignialis, ut eius uer
bo utar, quædam iuriſdictionis.prima non utitur inferior co
5 ram ſuperiore.ſecunda utitur. Fallit tamen quando agitur
de quadam paritate, ut quia idem officium conceditur duo
bus ab eodem, ut in caſu noſtro.d cap.uolentes. hanc diſtin-
ctionem in effectu ſequitur Bart. in l.4.§. ſi iam initium.ff.
de dam.inſec.excepto quod in quantum dicit, iuriſdictionẽ
generaliter delegatam eſſe in legato, non uidetur bene loq.
cum habeat ordinariam, c.legatos. hoc tit.in 6. quamuis ex-
traordinario modo, ut no.in clem.ſecunda. de offi.ordin.ta-
men Abb.in d.cap.uolentes. reprehendentem hãc diſtinctio
tanem Hoſti. cum ſit quod minor præſente maiore utitur in
ſignijs, excepto quando præſens eſt qui conceſſit, per tex.in c.
ut apoſtolicæ, de priuil. qui tamen text.facit contra Abb.in
quantum dicit, quod Abbas utitur minore mitra, præſente
6 epiſcopo Ex dictis tamen omnium conſtat cap uolentes, cõ
tinere caſum ſpecialem in fauorem legati. Sed quid ſi lega-
tus minor delegaſſet cauſas quas delegatus † tractare incepiſ
ſet ante aduentum maioris legati, an conquieſcat eius offi-
7 cium, & uidetur quod non. per rationem l. de acceſſionibus
ff.de diuer.temp.præſcr. Sed contra, quia cauſa incepta corã
delegato, ita effugit conſiderationem committentis, ut & ſi
moriatur committens, cauſa nõ ſit coram de legato c ſi. hoc
tit.unde illud lumen, quod occupat genus, non occupat ſpe-
ciem etiam in eodem ſubiecto, unde ſi minor legatus eſſet
ſpecialis delegatus in aliqua cauſa, nõ cõquieſcit eius officiũ
per aduentum maioris legati, Spec hoc ti. §.ſupereſt uer ſed
pone ad hoc c.paſtoralis.§.prꝫterea de off.ord. c.ſtuduiſti hoc.
tit.Quãtũ ad iſtum effectum † minor pręſente maiore non
poſſit uti iuriſdictione, maior dicatur † præſens, unde Spec.in
8 dicto.§.ſequitur, verſic.ſed quid ſi ſecundus, qui dicit maio-
9 rem legatum dici præſentem, quando non diſceſſit e prouin
cia, uel etiã diſceſſit, ſed animo reuertendi, dũmodo non ſit
in loco nimis diſtante, argum.l illud.ff de offic.præſid. Et ita
cum his breuiter dictis finietur primus liber.

FINIS.

LIBER II.

SVMMARIVM.

1 *Progreſſus ſi qui a generalibus ad ſpecialia, quod laudetur ab his, qui
ſcientifice aliquid tradunt.*
2 *Legatus de latere, quod ſit ordinarius totius prouincię, cui præeſt.*
3 *Legatus de latere in prouincia ſibi decreta, quod omnia poſſit, quæ prima
tes ipſi poſſunt, Patriarchæ, Archiepiſcopi, epiſcopi, Abbates, & om
nes alij totius prouinciæ ordinarij.*
4 *Legatum habere maiorem auctoritatem in tota diœceſi quam habeant
epiſcopi, quando procedit.*
5 *Illatio quando procedit, quod ſi quid poſſit epiſcopus uel prælatus, ergo &
legatus a maiori, & in quibus caſibus.*
6 *Legati poteſtatem & facultatem taliter coarctatam eſſe quod non poſſit
diſponere de hoſpitalibus.*
7 *Epiſcopus quod poſſit diſponere de hoſpitalibus, licet legato non per
mittatur.*
8 *Epiſcopus poteſt committere receptionem reſignationis, quam legatus ali
ter non committit.*
9 *Patriarcha dat pallium, quod non dat legatus, quod legato non eſt per
miſſum.*
10 *Patriarcha transfert & deponit epiſcopos, quod legato non con-
ceditur.*
11 *Legatus non ſupplet conſenſum inferiorum, ſi quando agitur de eorum
intereſſe.*
12 *Legatus in alie atione bonorum de menſa epiſcopi, uel Prælati,*
quod

quod non poſſit ſupplere eius conſenſum, quod nec papa permiſſum eſt.
13 *Legatus habet auctoritatem Regiam in Prouincia ſibi commiſſa.*
14 *Legato, quod eadem competat auctoritas in Prouincia, quam habent Præſides, Præfecti, cæterique Magiſtratus in terris ſubiectis eccleſiæ.*
15 *Patriarchæ æquiparantur Regibus, & regia poteſtate vtuntur.*
16 *Archiepiſcopi, quod æquiparentur Præſidibus Prouinciarum.*
17 *Epiſcopos æquiparari defenſoribus ciuitatum.*
18 *Proconſules, quibus legati æquiparantur, quod ſint primi poſt Imperatores.*
19 *Epiſcopi, & alij ordinarij, quod teneantur humiliter implere mandata legatorum.*
20 *Legatum ſedis apoſtolicæ ſiquis offenderit, an criminis læſæ maieſtatis reus exiſtat in primo non minus, quam & in ſecundo capite.*
21 *Legatus, Magiſtratus ſedis Apoſtolicæ.*
22 *Legatus, quod ſit collateralis papæ in prouincia ſibi decreta.*
23 *Legatus in prouincia, quod teneat locum Regis, ſupra, num. 13 & gerentis uicem papæ.*
24 *Legatus & papa, quod confœderationem quandam adinuicem habere dicantur.*
25 *Subditi papæ delinquentes in eius uicarios quod crimen læſæ maieſtatis committant in papam.*
26 *Legatum ſedis apoſtolicæ ſiquis impedierit, quod dicatur turbare ſtatum eccleſiæ.*
27 *Ambaſciatorem, ſi quis occiderit, quod dicatur incurrere crimen læſæ maieſtatis.*
28 *Legatis ſedis apoſtolicæ, ſi quis uim inferat, quam pœnam incurrat.*
29 *Legatos ſanctos eſſe, & inuiolabiles de iure gentium, & ſupra numero 22. lib. 1 fol 2.*
30 *Legati, quod poſſint dici ſpectabiles, illuſtres, ſuper illuſtres, & alijs titulis decorari.*
31 *Legati, quod habeant auctoritatem in omnes exemptos, & quorum exemptio eſt conſiderabilis reſpectu epiſcoporum, & aliorum ordinariorum naturalium.*

QVONIAM progreſſus qui a generalib. ad ſpecialia fit, laudatur ab
his qui ſcientifice aliquid tradunt, præſenti,
libro generales quaſdam regulas ad totam
materiam duces ponemus, elegantia quædã
1 lectu non iniucunda inſerentes† prima igit,
2 regula erit. Legatus de latere† eſt ordinarius
3 totius prouinciæ, † & poteſt omnia illa, quæ poſſunt primates
Patriarchæ Archiepiſcopi epiſcopi, Abbates & omnes alij
totius prouinciæ ordinarii c. legatos, hoc titu. l. ſi in aliquam
§ cum pleniſſimam. vbi Bal. ff. de off. procoſ Ioan. And. in ru
bri hoc titu in glo. 1. & in capi. primo eod. titu. in Ant. & ibi
4 And. Sic. poſt Abb. aperte† concludens legatum habere ma
iorem auctoritatem in tota diœceſi, quã habeant ipſi epiſco
pi, ex quo infert ut quod ſemper ualet conſequentia. Hoc po
5 teſt epiſcopus, uel alius prælatus. ergo & legatus a maiori. ca.
cum in cunctis, de elect tenet Rot. dec. 119. in no Rom. conſ.
361. in caſu propoſite conſulationis glo in c. cum non igno
res, hoc titu. & in l. congruit ff. de offi. præſ ſpe. in §. nunc oſtẽ
dendum. Sed contra iſtam illationem uidetur glo in clem. p
6 literas. de præbẽ. quæ dicit† poteſtatem legatorum eſſe arcta
ram, ut non poſſit diſponere de hoſpitalibus, quod tamẽ nul
7 lus adimit epiſcopo. clem. quia contingit, de relig dom. Solu.
ibi eſt caſus ſpecialis ſecundum aliquos, quæ ſol. non placet
mihi, ut dicam in ſequenti libro in materia poteſtatis conferẽ
di hoſpitalia. Item oppono, quod epiſcopus poteſt commit
8 tere receptionem reſignationis† quam non committit legatus, Baſig de concef. præbend. deciſ 5. Sol. hoc non eſt uerum
ut dicetur infra de caſibus reſeruatis per iura ſexti in 6. caſu.
9 Item opp. quod patriarchę dãt pallium † quod non dat legatus. cap. antiqua, de priuil. Spec. hoc ti. uerſic. 45. ſol. illud pro
cedit in patriarchis qui ſunt ultra mare, quo caſu etiam lega
tus ibi exiſtens hoc poſſet, ut inferius dicam. Item opp. quod
patriarchę transferunt & deponunt epiſcopos, quod legato
10 non conceditur, Spec. hoc. titu. verſic. 17 ſol. Reſpond. ut ad
proximum, quamuis hodie contrarium decerni uidetur in
utroque cap. inter corporalia de transl. prælat. Quare conſe
quentia iſta in æternum manet, quam tamen dic eſſe ueram
in his quæ faciunt epiſcopi, uel prælati, auctorizando facta
aliorum, ſecus ſi ageretur de peculari intereſſe, ut quia alie
11 nanda eſſent bona, quæ eſſent de menſa epiſcopi, uel prælati
quoniam non poſſet legatus† ſupplere eius conſenſum, quia
12 neque id conſueuit papa, ad quem ſenſum poſſunt reduci di
cta multorum in cap cum dilecta, de confirma. uti. uel inu
ti. quibus dicam loco ſuo. Ex hac etiam reg. collige quod.
13 Legatus habet auctoritatem regiam† in prouincia ſibi com
14 miſſa† item auctoritatem præſidum, præfectorum, cætero
rumque magiſtratuum, de quibus iura ciuilia meruerunt,
dummodo eadem ſit in illis locis papæ auctoritas. hoc pro
15 batur, quia† Patriarchæ æquiparantur Regibus, ſecundum
16 Bal. in l. 1. ff. de off. præfect. præto. † Archiepiſcopi vero æqui
17 parantur præſidibus, † epiſcopi defenſoribus ciuitatum, gloſ
18 in c. 1. de off. ordin. in 6. † & proconſules, quibus æquiparantur legati, ſunt primi poſt imperatores, vt rot. tit. de off. pro
19 conſ. & leg. † Et ideo epiſcopi & alii ordinarii debent humili
ter implere mandata legatorum c. cũ contingat, de reſcrip.
Quare alias dubitari vidi, an quis offendit legatũ ſedis Apo
20 ſtolicæ, incidat in crimen læſæ† maieſtatis apoſtolicæ, &
olim reſpondi incidere in primum, & in ſecundum caput le
21 gis. In primum † ea ratione. quia magiſtratus ſedis Apoſtoli
22 cæ l. 1. ff. ad le. Iul. maieſt. † item quia eſt collateralis papæ. l.
23 quiſquis C. eod. In ſecundum vero † quia in prouincia tenet
locum Regis gerentis vicem papæ, & qui molitur in ipſum,
molitur in papam ratione conſequentiæ, ſicut qui deliquit
in Imperatorem, etiam ſi non ſit eius ſubditus, ſed ſubditus
papæ, dicitur committere crimen læſæ maieſta. In papam
24 † ratione confœderationis, quam inuicem habent, ſecũdum
Bar. in extrauag. ad reprimendam in uerſ. rebelles, vbi reſpõ
25 det ad clem. paſtoralis, † & de hoc quod ſubditi papæ delin
quentes in vicarios eius, committant crimen læſæ maieſtatis in papam, vide Cy. & Saly. In d l. quiſquis. Egid. conſ. 15. de
materia per Card. Imo. & alios in d. clem. paſtoralis. & in d. l.
quiſquis. Soci. In conſ. 12. in 1. vol. Bart. & Aegid. vbi ſupra. &
ad ſolutionem quæſtionis vid. text. in capitulo ſi quis autem
26 94. diſtin. † vbi qui impedit legatum, dicit turbare ſtatum ec
27 cleſiæ, & dicit Bald. in capitulo primo de off. delega. † quod
interficiens ambaſciatorem, dicitur incurrere crimen læſæ
maieſtatis, de quo Fely. in capitulo mandata. de præſumpt.
Ex quo apparet conatum ſine effectu puniri, & alia ſpecialia
habere locum, de quibus in dicta l. quiſquis. Tu tamen contra impedientes legatũ ſedis Apoſtolicæ, vide extrauag. Io.
22 ſuper gentes. de conſuetu. vbi excommunicantur, interdicuntur &c. De libertate legatorum ui. text. in l. fin ff. de le
28 gat. ubi dicit † dedendos eſſe hoſtibus, quorum legati erant
29 q legato vim inferãt † ſancti enim ſunt & inuiolabiles lega ĩ
de iure gentium l. Sanctum. ff. de re diui. Item collige, quod
30 legati poterunt dici † ſpectabiles, illuſtres, ſuper illuſtres, &
alijs titulis decorari, de quib. per Roſt. in libellis ſuis in prin
31 cipio. Item etiam infertur quod † Legatus habet auctoritatẽ
In omnes exemptos, quoniam exemptio eſt reſpectu Epiſco
porum & aliorum ordinariorum naturalium, gloſ. Anto. &
alii in capitulo quod translationem, hoc titulo, Spec. in §
ſupereſt, verſi. ſed nunquid legatus Abba. & alii in capitulo
primo hoc titulo. Ab. in capitulo cum venerabilis, de cõſti.
Phil. in capitulo veniens, de uerbo. ſigniſi. in 6. ubi eſt caſus
de hoc, & in capit ſi Abbatem. de electione lib 6. ita eſt communis opin doct. & gloſ. in dicto cap. ſi Abbatem, & in cap.
auctoritate, ueri ſedis, de priui eo lib. quicquid dicat Ioann.
in cap. hunc ſedi 17. diſtinc. cum. enim legatus teneat locum
papæ, ut in extrauagan. Ioan. 22. ſuper gentes, & exempti ſint
de prouincia cap. cum epiſcopus, de off. ordin. in 6 includen
tur, ex quo exempti non reperiuntur maxime cum nihil ſit
in prouincia, quod non ſubſit legato, l. nec quidquam ff. de
off. pro conſ. Ex præmiſſis infero, quod male loquuntur Domin. & Philip. In cap. nemo, quando uolunt quod epiſcopus
poſſit commendare eccleſiam parrochialem collegiatam
ultra ſex menſes, de quo dicã in materia commendę, quęſt.
17. At quoniam diximus legatum tenere omnium ordinario
rum auctoritatem in prouincia, deuarijs ordinariorum nominibus dicere non erit inconueniens.

SVMMARIVM.

1 *Ordinariorum progreſſus ab exordio chriſtianæ religionis qualis fuerit.*
2 *Presbyterorum nomen qui ſacramenta miniſtrarent, quod vnum fuerit, & primum.*
3 *Epiſcoporum nomen de quo potiſſimum tempore introductum.*
4 *Epiſcoporum ordo quadripartitus in patriarchas, Primates, archiepiſcopos, & Metropolitanos.*
5 *Ordo primus apud Gentiles, flamen, ſubinde Archiflamen, & quod quiſque præeſſet.*
6 *Sacerdotum ordo bipartitus, in epiſcopos ſcilicet, & presbyteros.*
7 *Epiſcopi, quod ſucceſſerint loco duodecim apoſtolorum, qui fuerunt caput, & fundamentum totius chriſtianæ religionis.*
8 *Presbyteri, quod ſucceſſerint loco ſeptuaginta duorum diſcipulorum.*
9 *Corepiſcoporum ordo quod fuerit in principio in eccleſia Dei, aliquanto minorem ipſis epiſcopis.*
10 *Corepiſcoporum ordo quare fuerit reiectus.*
11 *Patriarchę nomen unde dictum, quodque ab Archos id eſt principe patrũ.*
12 *Patriarcha & Primas, licet diuerſa nomina quod tamen idem ſint, & vnam atque eandem formam tenere dicantur.*
13 *Patriarchales ſedes quatuor eſſe principales. Conſtantinopolitanam ſcilicet Alexandrinam, Antiochenam & Hieroſolymitanam.*
24 *Primates, qui ſint, & eſſe intelligantur, Aquilegien. Graden. Toletan. Can-*

tuarien. Bituricen. & ſimiles. licet patriarcharum nomine aliquando nuncupentur.

25 *Patriarchales eccleſiæ Romæ quales ſint, videlicet eccleſia Sancti Petri, Sancti Pauli, Sancti Io. Lateranenſis, Sanctæ Mariæ Maioris, & Sancti Laurentij extra muros.*

26 *Patriarchalium eccleſiarum, quæ cum dignior exiſtat.*

27 *Patriarchas ſius ei habere priuilegia, quæ & Summi Rom. pontifices.*

28 *Roma caput totius orbis, ita & Rom. eccleſia caput eccleſiarum quarumcunque.*

29 *Patriarchales quatuor illę ſedes ab infidelibus, & hæreticis præoccupatę.*

20 *Patriarchas pallio non vti, ſi quando Roman. pontifex, ſiue eius Legatus adſit: & huiuſmodi dictum quo iuſte procedat. nu. 21.*

21 *Patriarcharum priuilegia, quæ nam præcipua ſint.*

22 *Antonius legationis munere Bononiæ functus de anno Domini. MDVII. ambitionis vitio notatus, & in carcerem coniectus conceſſit in fatis.*

23 *Iulij medices, Florentinæ Reipub. moderator, Aetruriæ, & Aemiliæ, necnō totius Italiæ legatus cum amplis facultatibus opulentis ſacerdotijs cohoneſtatus, commendam modeſtiam præ ſe ferens.*

24 *Legati tranſmare quibus vtantur inſignijs poſt numerum 22. & repetitione num. 24.*

25 *Patriarchæ ex priuilegio conceſſum, vt ad eum omiſſis medijs appellari poſſit licet nonnulli aſſerant pontifici tantummodo reſeruatum & cardinali vſum conſuetudinem ſubinde attendendam.*

26 *Patriarcharum ſuffraganei, quinam eſſe intelligantur, quodque Archiepiſcoporum epiſcopi.*

27 *Patriarcharum in ſubditos Archiepiſcoporum qualis ſit facultas & poteſtas, quodque & eadem Archiepiſcopis in ſuffraganeos competat.*

28 *Patriarchę quatenus habeant dignitatem, & poteſtatem remiſſiue.*

29 *Archiepiſcopus, qui & aliâs Metropolitanus nuncupatur totius prouinciæ, & illius ſuffraganeorum quorumcunque ordinarius.*

30 *Archiepiſcopos in ciuilibus cauſis ſuffraganeorum iudices eſſe, in criminalibus verò non item ſi ad depoſitionem procedendum ſit.*

31 *Archiepiſcopus licet ſuffraganeorum prouinciæ ordinarius exiſtat vt ſupra proxime, & in præced. nu. 30. illorum tamen ſubditos quod alter iudicare non poſſe, niſi in certis caſibus ibidem expreſſis. nu. 32.*

32 *Archiepiſcopi in quibus caſibus iudicent ſubditos ſuffraganeorum.*

33 *Archiepiſcopum legitimum Dyœceſum viſitatorem, dum tamen ſuam primitus viſerit, & prius habeat ſubinde facultatem.*

34 *Metropolitani nomen vnde originem ſumpſerit.*

35 *Metropolitanum vni epiſcopus præeſſe conſueuiſſe, licet paucioribus aliquando, quandoque vero pluribus.*

36 *Epiſcopum in ſua dyœceſi, ſummum ſacerdotem nuncupatum.*

37 *Itidem & ſummum pontificem dici poſſe: quod ſoli Rom. pontifici omne conuenire dicimus.*

38 *Epiſcopum perſonam egregiam diiudicari.*

39 *Illuſtrem ſiquidem nominari, vel illuſtri ſimilem.*

40 *Cardinalem non dum Illuſtrem, ſed et ſuper illuſtrem dici.*

41 *Epiſcopatum dignitatem tamen potius quam dignitatem dici poſſe.*

42 *Epiſcopatum digniorem eſſe quibuſuis alijs ordinibus, ac eſſe maiorem titulum in eccleſia nu. 45.*

43 *Chriſtus quod fuerit epiſcopus.*

44 *Papam ſemetipſum epiſcopum nuncupare non erubeſcit.*

45 *Epiſcopum maiorem ſiquidem titulum in eccleſia habere dicimus.*

49 *Epiſcopis in reuerentiam ſacri officij quod exercent, plurimum deferri, & præ cæteris honorari.*

47 *Epiſcopis de iure diuino iuriſdictionem competere.*

48 *Epiſcopos fratres a Rom. pontifice nuncupari, & de eorum dignitate remiſſiue.*

49 *Archiepiſcopi, quod nihil poſſint in diœceſibus epiſcoporum præter iure permiſſa.*

50 *Chriſtum epiſcopum & ſacerdotem in lege hebræorum oblat. templo à beata Virgine.*

51 *Epiſcopum ſpeculum aliorum in moribus.*

52 *Iudæos cognouiſſe Chriſtum Dei filium.*

53 *Abbates iuriſdictionem habere.*

54 *Archidiaconis, Archipresbyteris, Plebanis, & alijs inferioribus iuriſdictionem competere.*

55 *Legatos de latere in prouincia ſibi decreta, quod eiſdem met gratijs & priuilegijs gaudeat & potiatur, quibus & Archidiaconi, Archipresbiteri, Plebani, & cæteri ſi qui ſint inferiores.*

56 *Prælatos inferiores, quod ordinarii dicantur, & eſſe intelligantur.*

57 *Legatus & Archiepiſcopus conſtituendo & deputando officialem, qua auctoritate fungi dicantur.*

58 *Minor poteſtas, quod maiori cedat.*

59 *Actus quod a digniori denominari debeat.*

60 *Qualitas extrinſeca, ſi quando magis attendatur quam intrinſeca.*

61 *Ex duobus contractibus inter partes, quod magis plenum trahat ad ſe minus plenum.*

62 *Ordinarij facultas quomodo dicatur excitata.*

63 *Indiffinita & generalis diſpoſitio quod ſemper reſtringatur ad id, quod minus eſt.*

64 *Actus geſti a legato, quod in dubio cenſeantur & regulentur ſecundum minorem facultatem ſibi attributam.*

65 *Quod iure ordinario quid actum cenſeri debeat magis quam iure legationis.*

66 *Dignitas ſuperueniens alicui, quod cumulatiue intelligatur indulta, non tamen priuatiue.*

67 *Rex quod repreſentare poſſit perſonam Ducis, Comitis, pariter & Marchionis in loco.*

68 *Et ſi quando magis unam, quam aliam perſonam repræſentare intelligatur.*

69 *Archiepiſcopatus ſeu legationis munere quid actum ex tenore facultatis deprehendi.*

70 *Voluntas & auctoritas attenditur quando geſtū ab aliquo metiri volumus.*

71 *Actus quos fieri contingat, omni meliori modo &c. quid operetur.*

72 *Clauſula, omni meliori modo, cuius ſit effectus.*

73 *Actum in dubio cenſeri iuxta facultatē cuipiam conceſſam, & attributā.*

74 *Ordinarius cōpromiſſarius qd in dubio tāquā ordinarius pceſſiſſe intelligat.*

75 *Legatus quando concurrat cum Archiepiſcopo in viſitando eccleſiam, qui prior veniſſe dicatur, quod is vtique præferatur.*

76 *Legati & Archiepiſcopi concurſus, vno & eodem tempore, illum præferri ratione maioris prærogatiua.*

77 *Legatus in viſitando prouinciam, quod procurationem conſequatur.*

78 *Procuratio quod intelligatur & ſit acceſſoria viſitationi.*

79 *Legatis quod magis debita cenſeatur procuratio quam epiſcopis vel Archiepiſcopis.*

80 *Legatus in viſitando quod ordinarium excludat cum ſit dignior & magis priuilegiatus.*

81 *Nuntios apoſtolicos quo in caſu viſitationis æquiparaē legatis de latere.*

82 *Legati quod etiam ab incolis locorum procurationem exigere poſſint.*

83 *Et illam etiam in tranſitu a quocunque.*

84 *Legati ſedis apoſtolicæ à legatis imperatoris qualiter differant.*

85 *Lex ciuilis quod utique magis diligat ſubditos ſuos quam canonica.*

86 *Legatorum de latere in procurando quale ſit munus, & quomodo procurari teneantur.*

87 *Legati parſimoniam ſeruare teneatur.*

88 *Crucis inimici quorum Deus venter eſt.*

99 *Presbiteri, qui in delitijs viuunt, in ſemet ipſos mortui ſunt.*

90 *Legatis lac adhibendum dari, apud germanos.*

91 *Legati vltra vinum vterum, ne bibat.*

92 *Quodque teneatur comedere carnes cum aceto vel lardum.*

93 *Præmiſſa per contrariam conſuetudinem abrogata.*

94 *Cibaria ſiquidem alia ruſticis, alia vero nobilibus conuenire, cum illi, cepis, fabis, & caſeo vt plurimum veſci contingat.*

95 *Cardinales, Reuerendiſſimos, ſuperilluſtres & nobiliſſimos denominari conſueuiſſe.*

96 *Eccleſia procurans vltra facultates ſuas ne vti quam grauari.*

97 *Archiepiſcopi & legati epiſcopi quos equites ſecum adducere poſſint in procurando prouinciam.*

98 *Cardinalibus item certum equitum numerum conuenire in procurando.*

99 *Archidiaconis pariter quot equites conueniant.*

100 *Cardinales quod pauciores equos adducant, quam Archiepiſcopi.*

101 *Epiſcopos aliquando dedignatos ad cardinalatus apicem promoueri, & quo potiſſimum tempore.*

102 *Cardinales extra vrbem quod longe minus honorari contingat.*

103 *Procuratio ſiquidem & in certa pecuniaria ſumma taxatur.*

104 *Legatum ſi quando reuocari contingat, an procurationem primitus acceptam reſtituere teneatur, & quo caſu.*

105 *Legato vltra victum, alia pleraque multa deberi.*

106 *Legatus ſi reuertatur ante tertiam horam, an ſalarium totius diei conſequi debeat.*

107 *Hæredes legati decedentis in itinere, ad reſtituendum pecuniae pro legatione acceptas non teneri.*

108 *Eccleſia ſi qua exempta ſiat, an teneantur procurari legatos.*

109 *Legatus an concurrat cū ordinarijs in ijs, quæ competunt de iure ſpeciali.*

110 *Papam quam libenter geſta legatorum approbare conſueuiſſe.*

111 *Legato aſſerenti permutationem, quod vtique ſtandum ſit.*

112 *Papam de facili tollerare & corrigere errorem legati ſui.*

113 *Legati cardinales ſpeciali prærogatiua gaudere & potirē dicuntur.*

114 *Quique propriè fratres dicantur & ſacerdotes leuitici generis.*

115 *Legatorum de latere auctoritatem fauorabilem eſſe in prouincia, cui præeſſe dignoſcuntur.*

116 *Legatum, in conceſſionibus, ſtilo papæ conformari conſueuiſſe.*

117 *Legatum regulis Cancellariæ, in concernendo expeditiones, non ſubijci*

118 *Abbreuiatoribus papæ non liceat officium ſuum exercere in legationibus.*

119 *Legatis, expedit ſecum adducere abbreuiatores & ſcriptores pro ſeruando Romanæ curiæ ſtilo.*

120 *Annata an ſit ſoluenda de expeditionibus, q̄ coram legatis fieri cōtingūt.*

121 *Legatis concedi ſolita quod tranſeant tum generali reſeruatione.*

122 *Legatis conceſſam facultatem abſoluendi, eos qui manus violentas iniecerint in excommunicatos.*

124 *Facultas abſoluendi excommunicatos, quod competat legatis potius ex approbatione eccleſiæ, quam ex conſuetudine.*

125 *Vicarium ſi quando papa conſtituat in aliqua ciuitate, quod eandem facultatem dediſſe intelligatur quam & ordinarijs dare conſueuit.*

126 *Rationi contradicere, quam abſonum ſit.*

127 *Ex his, quæ ſunt mere facultatis, quod non inducatur conſuetudo.*

228 *Hoſpitans amicum ad ſe venientem & ſi miles hoſpitatus fuerit, quod non propterea inducatur conſuetudo.*

229 *Nec in futurum obligatio hoſpitandi inde oritur.*

130 Et ſi quis mille annis veniſſet ad molendinum alienius molendi cauſa, quod non inducatur conſuetudo, nec obligatio perſeuerandi.
131 Ruſticus, qui multis annis gratuito donauit par caponum, quod aliter non obligetur ad idem praeſtandum ex quanti-dem ne largitione.
132 Item ſi quis aliquem ad prandium, vel ad cœnam admiſerit non tanquam utentem iure ſuo admiſiſſe praeſumendum eſt, niſi id ipſum exprimat.
133 Conſuetudinē a ſola principis voluntate deſcendentē nullam ius tribuere.
134 Conſuetudo quod aliter non inducatur ex actibus gratuitis.
135 In Vicarium principis quod generaliter non tranſeant ea, ſi qua ſint meri & mixti imperij.
136 Limitatio ad idem.
137 Principem velle concedere & eo, ꝗ concedere conſueuit praeſumendū eſt.
138 Facultates conceſſa ab Innocentio III. Cardinali. S. Suſannae legato exemplum.
139 Quoque pacti eſſent Rom. pontifi. tunc temporis in concedendis facultatibus legatis ſuis.
140 Legatis Bononienſibus ſi quae ſit data facultas, uniformiter omnibus legatis dari ſolita, & cuicunque qui in legatum deputari contingat, eadem cenſeatur attributa facultas.
141 Legatis quae concedi conſueuerunt, ipſo iure competere uſque adeo, ut ad validitatē geſtorū ab eis, non ſit opus oſtendere literas facultatū ſuarum.
142 Legatis minus credi in his, quae ſpecialiter eiſdem reſeruari ſolent.
143 Solita concedi quando dicantur & quibus quidem caſibus.
144 Verbum, ſaepe qualiter intelligatur, & de verbo ſapius quod importet.
145 Curſus tanti temporis, cuius initij memoria non ſit in contrarium, quod habeat vim priuilegij & conſtituti.
146 Mens & intentio alicuius deprehenditur ex his, quae facere conſueuit.
147 Quae à Principis voluntate dependent, non de facili coniecturari poſſe, cum ſint impoſſibilia.
148 Conſueta concedi poſſibilia reputari.
149 Facultas quae uniformiter conceſſa fuerit tribus legatis immediate praecedentibus quod dicatur conſueta concedi, & qualiter procedat num. 152.
150 Sententiae tres conformes in contradictorio iudicio cuius ſint effectus, & quando duae ſufficiant.
151 Tribus vicibus quid factum indubitatem exinde conſuetudinem induci.
152 Solitum, & conſuetum in aliquo differre.
153 Conſuetudinem ſpatio certi, & limitati temporis induci.
154 Conſuetudo licet inducatur per trinum actum, requiritur tamen tempus quadraginta annorum, aptum ad praeſcriptionem.
155 Legatus quod poſſit attentare ea, quae ſunt reſeruata papae in ſignum ſpecialis priuilegij quando euidens eccleſiae vtilitas ſubſit, vel neceſſitas.
156 Limitatio ad praemiſſa, quando materia ſit per ſe grauis, & deducta in conſequentiam ab his, quae ſunt prohibita.
157 Caſus qui non intelliguntur papae ſpecialiter reſeruati, & alterum de viginti quatuor enumeraſſe videtur Hoſtienſis, Speculator videtur octuaginta nouem.
158 Legatum nemini ſubijci, nec à quoquam iudicari, cum ſoli papae id ipſum reſeruatum ſit.
159 Cauſae Epiſcoporum, & epiſcopatuum, cum ſint de maioribus, quod ſoli papae reſeruatae ſint.
160 Erectio alicuius eccleſiae in Cathedralem quod ſit de reſeruatis pontifici.
161 Legatus quod vti-que poſſit deponere epiſcopum in partibus vltra marinis.
162 Legatus licet non poſſit deponere epiſcopum, illum tamen deponendum pronunciare poſſit & valeat, & qualiter procedat aſſumptum nu. 170.
163 Vicarius epiſcopi licet ex ſuo generali officio reos aliter punire non poſſit, nihilominus eoſdem puniendos ſore pronunciare poteſt.
164 Sententiam de praeſenti, & de futuro, quam longe differre.
165 Liberum aliquem eſſe pronunciare, vel liberandum, qualiter differant.
166 Legatus quod epiſcopos confirmare poſſit, & valeat.
167 Epiſcopus quod poſſit transferre epiſcopatū ſuum de ciuitate ad caſtrum.
178 Epiſcopum ex cauſa in quacunque dioceſis ſuae parte habitare, & ibidem ad tempus iuriſdictionem exercere poſſe in puniendo eoſdem.
169 Legatum cauſas ciuiles, & criminales epiſcoporum, depoſitionem non requirentes audire poſſe.
170 Legatus quod poſſit pronunciare epiſcopum deponendū, qualiter procedat.
171 Deponendum quem eſſe, vel illum deponere, a pari procedere.
172 Legati interlocutoria, in vim cuius epiſcopum deponendum pronunciat, quod a pontifice euocari poſſit.
173 Officialis, cui ob temporis breuitatem interdicta eſt executio, licet exequi non poſſit, exequendum tamen pronunciare poteſt, & ſucceſſori datur exequi.
174 Pronunciare quem eſſe condemnandum, vel condemnare, paria eſſe, & qualiter procedat.
175 Legatus cum non poſſit condemnare epiſcopum, quod eius ſententia ſuper inde prolata diffinitiua vim non habeat.
176 Obligare ſe de praeſenti, vel promittere ſe obligatum, quod paria ſint, & qui promittit ſe obligari, quod ſtatim ſit obligatus.
177 Commutatio voti terrae ſanctae pro redemptione, q́ ſit de reſeruatis papae.
178 Votū caſtitatis & terrae Sanctae redemptionis, de duobus reſeruatis papae.
179 Caeterorum commutatio ex cauſa quandoque legatis, & epiſcopis permiſſa.
180 Eximere aliquem a poteſtate ordinarij, ſoli papae reſeruatum.
181 Legatus, quod ſedis apoſtolicae locum teneat.
182 Tertio ius adimere, quod ſoli papae competat.
183 Cauſae, quae maiores ſint, ad ſedem apoſtolicam referri, & quaenam dicantur maiores & grauiores, ibidem.
184 Dubia elucidare in concernentibus articulos fidei & dubijs iuris, quod ad ſolum papam ſpectet & pertineat, & qualiter procedat.
185 Dubiorum interpretationem in dubijs iuris canonici, vel diuini, ad pontificem, iuris autem ciuilis ad imperatorem ſpectare.
186 Cauſas maiores ad primam ſedem deferri.
187 Cauſae matrimoniales quod dicantur ardua ſiquidem & graues.
188 Item ſi de omnibus bonis vel illorum maiori parte agi contingat.
189 Item ſi de cauſa agatur, quae ſui natura infamet.
190 Maiores, verbum eſſe Aequiuocum.
Cauſarum tria eſſe genera, nonnulla etenim maiores, aliqua minores, & quae in ſingulis tractentur.
191 Maiores cauſae, quae nam eſſe intelligantur.
192 Cauſa matrimonialis, quod ſint de maioribus qualiter procedat.
193 Cauſa maiores ſi introducantur coram inferiori, appellatio inde ſecuta ſi a ſtim deuoluitur.
194 Legitimatio quod ſoli principi reſeruata ſit.
195 Degradatos reſtituere, quod ſit de reſeruatis Principi, ſi quidem ſolemnis praeceſſerit non verbalis degradatio.
196 Degradationis ſolemnis qualis forma, & de modo procedendi in ipſa degradatione.
197 Aetatis defectum diſpenſare, ſoli papae reſeruatum.
198 A ſententia papae non datur appellatio, nec cauſa commiſſio, appellatione remota.
199 Profeſſionis emiſſa in aetate legitima reſolutio & annullatio pontifici tantummodo reſeruatum.
500 Contractuum defectus ſupplendi, ad ſolum pontificem ſpectare.
201 Papam plenitudinis poteſtatem habere in his, quae iuris poſitiui ſunt.
202 Limitatio ad idem.
203 Confirmationis proprium & praecipuum in ſupplendo defectus ſolemnitatum, ſi qua in actu peragendo omiſſa fuerint.
204 Actum ſi quis de nouo facere poſſit, & illud ſiquidem inualide factum confirmare.
205 Defectus iuris naturalis, quod princeps aliter non ſuppleat ſed iuris poſitiui tantum.
206 Confirmatio ſuppletiua defectuum, non ſub generalibus verbis, ſed per illorum expreſſionem fieri debet.
207 Clauſula ſuppletionis defectuum, quid operetur, & quo caſu procedat.
208 Renuntiatio ſi qua fiat ab exemptis, quod eadem in manibus papae fieri debeat.
209 Legatus impartitur licentiam iure conceſſa a pontifice, cuius licentia attendatur, ſecus in prohibitis.
210 Diſpenſare cum ſimoniacis, de reſeruatis pontifici.
211 Iuramentum licitum, vel minus licitum quod ſolus papa declaret.
212 Abſolutiones a cenſuris delegati papae, legatus tanquam inferior non concedit.
213 Salutatio papae ex certa ſcientia, quod operetur abſolutionem.
314 Abſolutio in caſibus papae reſeruatis, legatis non permiſſa.
215 Abſoluere ab irregularitate, ſoli papae conceſſum.
216 Cauſam, quam promoueri contingat coram Papa per relationem, per appellationem, ſeu alias quomodocunque quod legatus aliter cognoſcere non poſſit.
217 Reſcripti declarationem ad pontificem ſpectare.
318 Cauſam de fide ſolus pontifex diffinit, cum ſit de maioribus, & ſibi reſeruatis, ſub diſtinctione tamen ibidem inſerta.
219 Diſpenſatio ſuper pluralitate incompatibilium, de reſeruatis papae.
220 Depoſitionem regum & imperatorum, ad papam ſpectare & ita ſeruatum in caſibus ibidem expreſſis.
221 Imperatorem electum, ſolus papa inungit & confirmat.
222 Electio imperatoris, ſi de alia natione quam germanica fieri poſſit & valeat, diſcutitur quaeſtio varijs argumentis & rationibus in ſubſtinendo affirmatiuam.
223 Imperatorem ex quauis natione eligi poſſe.
224 Germani, quod in electione Imperatoris ſucceſſerint in locum populi Romani.
Romanus populus quod conſueuerit eligere imperatorem cuiuſcunque nationis eſſet.
225 Electionis naturam liberam eſſe debere & non coarctatam quouis modo.
226 Electionem imperatoris cadere in quem maluerit electorum conſenſus.
227 Imperium tranſlatum a Graecis in Romanos in perſonam Caroli, non minus actiue, quam paſſiue.
228 Electionis Imperatoriae ius & facultas ab immemorabili tempore citra & cuius initij memoria non extat in contrarium, ad Germanos ſpectaſſe.
229 Tranſlatio imperii qualiter, & quomodo facta ſit in Germanos, & de quo potiſſimum tempore.
230 Electorum ſeptem deputatio, & qui nam ſint.
231 Legato de latere ſi competat ius confirmandi electum in Imperatorem, ambigitur.
232 Imperator, licet inungatur a pontifice, qui & electioni praeſtat aſſenſum ordinem ſi quidem non habere, ſed officium militarem ſcilicet caracterem.

233 Canonizatio ſanctorum, quod ſit e pa pę reſeruatis. & de materia canonizationis huiuſmodi.
234 Canonizationem ſanctorum, epiſcopo interdictam.
235 Papæ reſeruatum de nihil aliquid fieri, & de aliquo nihil, & quibus caſibus.
236 Legitimum de illegitimo facere, ſoli papæ datum.
237 Tranſactionem inualidam ualidam efficere.
238 Epiſcopus ſi quando conceſſum legitimare, & alias inhabilem habilem reddere, & quibus caſibus.
239 Papa ſi quando de ente non ens, facere poſſit & ualeat.
240 Factum infectum reddere, hoc ſolu Deum poſſe.
241 Concilium generale conuocandi, poteſtatem ſoli Romani Pontifici reſeruatam.
242 Legatu attributa facultas prouinciale concilium incidendi.
243 Pallium inſtanter ſpetenti concedere papę reſeruatum. Legatu non item.
244 Legatus pallium non concedit, quod Patriarchæ permiſſum eſt, nempe in propriis ędibus.
245 Patriarcha ſummam habent prærogatiuam ut in pluribus iure ſpeciali.
246 Patriarchus papa ſocios exiſtere.
247 Mundus diuiſus in quatuor Patriarchatus Lateranen. ſcilicet Conſtantinupolitanum, & alios de quibus ſupra hoc eo. lib. de patriarchis.
248 Pallij inuentio & origo, & quod eo Imperatoribus tantum uti licere, datum ſit.
249 Pallij uſus Archiepiſcopo Rauennaten. de quo tempore permiſſus.
250 Sententia principis quando faciat ius inter alios.
250 Henricus Boich. magiſter canonica, & legitimę diſciplinę.
252 Monachum extrahere de monaſterio, & illum epiſcopo, uel principi in ſocium dare, de reſeruatis papę.
253 Item de monacho non monachum facere ſecundum communem Doctorum ſententiam.
254 Item diſpenſare cum monacho ut matrimonium contrahere poſſit ex cauſa ibidem expreſſa.
255 Matrimonium impedientia ſolus papę reſtringit, & annihilat.
256 In impedientibus contrahendum, & contractum dirimentibus.
257 Cum in alijs diſpenſent etiam epiſcopi.
258 Ordinare quempiam ad ſacros ordines extra tempora, ſoli papæ reſeruatum.
259 Ordines minores, quod epiſcopi conferre poſſint etiam diebus quibuslibet feſtiuis.
260 Promouere aliquem ad duos ordines una & eadem die, ſoli pontifici reſeruatum.
261 Ordines conferri diebus ſabbati, & quare inductum.
261 Ordinari ſi quis poſſit a duobus epiſcopis una, & eadem die.
263 Ordines uno die conferre conſuetis, nec improbari huiuſmodi conſuetudinem.
264 Duos ordines ſacros una & eadem die minus dari.
265 Non autem duobus continuis diebus idipſum licere.
266 Epiſcopatus, quod non ſit ordo.
267 Ordinatum a papa, quod uniri ad ulteriores ordines abſque ſpeciali eius licentia, & qualiter procedat.
268 Ordinationes in die ſua conſecrationis, quod ſolus papa faciat.
269 Epiſcopalia inſignia, mitram, & anulum Abbatibus & alijs inferioribus concedere, de reſeruatis papę.
270 Ius ſuum alicui adimere, & in alium transferre, ſoli papa reſeruatum.
271 Spiritualia laicis concedere, ſoli papæ datum.
272 Criſmandi facultatem ſimplici presbitero, ſolus papa tribuit, ſi quando abſit epiſcopus.
273 Criſmandi facultatem, quod legatus, patriarcha, ſiquidem & Archiepiſcopus concedere poſſint diſpenſatiue, & in defectum epiſcoporum tantum.
274 Sedere in ſede Petri, ſoli papæ datum.
275 Conciliorum approbationem, de reſeruatis papæ.
276 Incendiarios publicatos abſoluere, ſpectare ad pontificem.
277 Item occiſores clericorum abſoluere. pontifici reſeruatum.
278 Item ut inhabiles fiant epiſcopi, papa diſpenſat.
279 Cum excommunicatu qui ordines recepit.
280 Item cum ordinato in apoſtaſia, ſolus papa diſpenſat.
281 Apoſtata quicunque excommunicationis uinculo innodatus exiſtit.
282 Regularibus facultatem concedere exeundi clauſtra ad effectum audiendi leges, uel phyſicam, ſolus papa impartitur.
283 Monachi ſi quando poſſint exire clauſtrum ut audiant Theologiam, uel ius canonicum, & de communi opinione pro affirmatiua.
284 Ius ciuile, quod ſit iuramento iure canonico in decidendis eccleſiaſticis controuerſijs, & in quibus caſibus.
285 Vbi eſt eadem ratio, & idem ius ſtatuen.
286 Iuris ciuilis diſciplinam monachis interdictam, ne a contemplatione nimis diſtrahantur.
287 Clericos ſeculares canones exacte intelligere decet.
288 Sacerdotis nomine dignum non eſſe, ſi quis canones ignoret.
289 Legum auctoritas diuinas, & humanas res bene diſponit.
290 Iuris ciuilis, & canonici communem finem eſſe, ut appetitus noxius ſub iuris regula moderetur, ius ſuum unique tribui, alterum non lædi,
291 Conceſſo fine, non denegan. media, per quæ peruenitur ad illum.
292 Pontifices in prohiben. clericis ne audiant leges, ſimilimos Vulpibus ſub ceraſu exiſten.
293 Canoniſtas quamplures dum leges ignorant ſide lupſos in ipſis rerum elementis refert Ancharanus.
294 Canoniſtas miſeros dixit Salicetus, ſi quando in dandu inſtantiam reſpondeant argumentis.
295 Quodque merus canoniſta, merus aſinus ſit, dixit alibi Bald.
296 Leges clericis interdictas ex cauſa, ut propenſiores ſint ad ſacræ Theologiæ ſtudium.
297 Clerico cauſarum forenſium perito, & in illis uerſato indecorum, & opprobrium.
298 Legulis praxis ut in plurib. canonibus explicata.
299 Canoniſtas a morſib. Saliceti defendit auctor.
300 Monaco audire leges, interdictum etiam pro neceſſitatibus Monaſterij.
301 Legiſtis imputan. quod cum argumenta ſoluere neſciant, canoniſtas tamen errare aſſeuerant.
302 Monachus cui ſit data licentia exeundi clauſtrum ad effectum audiendi leges, uel Phiſicam, an incidat in canonem ſi non audiat, & intra duos menſes non reuertatur ad ſuat.
303 Monachus ſi contulerit ſeſe ad ſtudium pro Theologia audienda, lege & audiat, an incurrat pœnam canonis.
304 Cauſam attendi, & ponderari, propter quam monachus principaliter monaſterium exiuit.
305 Verba regulariter cum effectu intelligenda.
306 Pœna ſi quando imponatur ipſo iure, quod nunquam incurratur per canon. qualiſcunque fuerit.
307 Relatum ineſſe referenti cum omnibus ſuis qualitatibus.
308 Monachus an ſtatim & quamprimum exiuerit, incidat in canonem, uel attendatur curſus duorum menſium.
309 Abſolutio ſi quando intelligatur reſeruata papa in caſu præmiſſo.
310 Et an legato detur facultas ſecum diſpenſandi.
311 Legatus, quod ueniat appellatione ſedis Apoſtolicæ in nonnullis.
312 Legatus non diſpenſat contra conciliariam diſpoſitionem, niſi in caſu expreſſo, numero 314.
313 Verba omnino, & penitus, quod diſpenſationem excludant in caſu, de quo agitur.
314 Legatu quandoque diſpenſare conciliari diſpoſitioni permiſſum fore.
315 Legatum impartiri licentiam non in ſimpliciter uetitis, ſed in quibus ſine licentia ſuperioris, quid fieri minus permiſſum ſit.
316 Quo caſu legatus repræſentat uicem pontificis in licentiam impartiendo.
317 Conſtitutio ſi quando intelligatur & ſit papalis, non autem Conciliaris.
318 Scholares Bononiæ ſtuden. ſi excuſentur a pœna canonis ex ſummari ui legis induIti ſtudioſis clericis & beneficiatis ibidem commoran. in audien. legibus.
319 Diaconis conceſſum ut compagibus & mapalis utantur, pontifici reſeruatum.
320 Campages & Mapalia quænam eſſe intelligantur.
321 Diſpenſatio ſuper decimis non ſoluen. de reſeruatis papa.
322 Cum clericis conferentibus eccleſiaſtica ſacramenta hæreticis, ſolus papa diſpenſat.
323 Papam habere utrunque gladium, temporale, ſcilicet & ſpirituale.
324 Quodque ſit caput, & princeps totius chriſtianitatis.
325 Item habeat plenitudinem poteſtatis, cęteris uero epiſcopis uocatis in partem ſollicitudinis.
326 Papæ an datum ſit exercere uindictam ſanguinis, uel bellum inferre latius expenditur.
327 Nouos caſus papæ reſeruatus ponit Io. Andreas in addit. ad ſpeculum.
328 Multa fieri prohibentur, quæ tam facta tenent.
329 Intellectus. c. aduerſus de immunit. eccleſ.
330 In materia permiſſa, in qua tam en licentia papa requiritur, legatus tamen impartitur.
331 Caſus reſeruati papa per iura ſexti, & Clementinarum.
332 De caſibus excommunicationum, remiſſiue.
333 Fructus participandi in abſentia ppetuo, ſolus papa facultatē impartitur.
334 Ampliatio ad idem.
335 Tempus ſi aliter præfinitum non ſit, quod gratia etiam perpetuis futuris temporibus inducta intelligatur.
336 Procuratorem non admitti in cauſa, ſi quando pœna capitulis ueniat imponenda.
337 Legatus licentiam de non reſiden. ſiue quando concedere poſſit.
338 Idem de patriarcha.
339 Licentiam de non reſidendo quod ex cauſa, & ad tempus etiam epiſcopum dare poſſe.
340 Etiam perpetuo eadem cauſa ſubſiſtente.
341 Epiſcopi eſt diiudicare ſi abſens iuſtam abſentię cauſam habeat de non reſiden.
342 Conſuetudo de non reſidendo, ſi quando ualeat, & reſpectu quorum beneficiorum.
343 Conſtitutio Florentina, qua priuantur beneficijs, qui per ſe non reſederint.
344 Indulgentia in quo differat a gratia, quodque illa ſit gratia, hæc autem iuſtitia.
345 Legatus ſi habuerit facultatem diſpenſandi ſuper non reſidentia, an indulgentiam perpetuo dare poſſit.

Et

346 Et an ſine cauſa.
347 Legati Indulgentia, an duret etiam legatione finita.
348 Facultatum legati verba non cauillanda, ſed late ſiquidē interpretanda.
349 Facultas conceſſa epiſcopo, vel legato, quod ſui natura fauorabilis ſit.
350 Sedi apoſtolicæ reſeruata diſpenſatio, quod quæ poſſit eſſe triplex in eccleſia.
351 Adminiſtrator eccleſiæ cathedrali deputetur à pontifice tantum.
352 Legatum ſupplere negligentiam capituli in adminiſtratore dando.
353 Legatus, aut Archiepiſcopus, quod non poſſit auferre in tertio.
354 Capitula competere ius adminiſtrandi vacante ſede.
355 Prælatorum quatuor genera in eccleſijs cathedralibus, large ſumptum.
356 Epiſcopi, quod veri prælati intelligantur.
357 Adminiſtratores in eccleſia cathedrali, Prælaturam quandam ſibi vindicare.
358 Viſitatores prælatorum numero aggregari
359 Commendatarij ſimiliter prælaturam habere cenſentur.
360 Diſpenſatio cum vltramontano ordinato per epiſcopum in Italia contra formam canonis de ſuper diſponentis, ſoli papæ reſeruatur.
361 Legato non competit facultas recipiendi renuntiationes beneficiorum, niſi a pontifice ſit ſibi ſpecialiter attributa.
362 Nec etiam conferendi beneficium reſeruatum.
363 Epiſcopus ſi poſſit concedere conſimilem facultatem, nempe recipiendi beneficiorum renuntiationem.
364 Legati iuriſdictio, quod ſui natura odioſa ſit & extraordinaria.
365 Beneficium ſi quis habuerit per renuntiationem, quod non detur votum captandæ mortis.
366 Legatus quod ſit maior quocunque ordinario poſt papam.
367 Textus rationem reprehendere quandoque licere.
368 Aequum eſſe per quaſcunque etiam ſubauditas interpretationes legiſlatoris rationem tueri.
369 Beneficium cur prohibeatur conferri ante illius vacationem.
370 Concilij Lateranen. diſpoſitioni contrauenire, ſi quando aperitur via vt quis habeat ius in beneficio non vacante.
371 Renuntiatio quod ſui natura debeat eſſe libera & ſemota à quacunque illicita pactione.
372 Item in manibus ſuperioris.
373 Epiſcopus quod non poſſit committere collationem beneficiorum niſi ſuo vicario generali.
374 Facultas conferendi conceſſa non vicario, an valeat reſpectu beneficiorū renunciatorum.
375 Cauſa quod in dubio impulſiua præſumatur.
376 Legatus quod poſſit committere reſignationem ex cauſa permutationis.
377 Quodque etiam diſiunctim committere poſſit vni vt recipiat reſignationem, alteri vero vt conferat.
378 Legatus poſſit committere alicui receptionem renuntiationis.
379 Prouiſio de beneficijs vacantibus in curia, ſoli papæ reſeruata.
380 Diſpenſatio non cum religioſis vt habeant plures prioratus vel eccleſias, quod ſolus pontifex concedat.
381 Coadiutorem epiſcopo non dat niſi ſolus pontifex.
382 Acquiſitionem nouorum locorum, vel antiquorum mutationem, per mendicantes faciendum, ſolus pontifex concedit.
383 Miſſi ad pœnitentiam peragendum vltramontes niſi præuia licentia pontificis, quod aliter redire non poſſint.
384 Eccleſijs carentibus clero, & populo, quod nullus præter pontificem prouidere poſſit, & valeat.
385 Citationem per edictum iuxta formam clem. Dudum. de iud. quod non permittatur niſi mandante pontifice.
386 Vſum illorum, quæ fideles eccleſiæ donauerint, vel reliquerint, ſolum pontificem alterare poſſe.
387 Priuilegia a ſede conceſſa & indulta cuiquam, quod ſolus pontifex declaret, & moderetur.
388 Reſeruationem fructuum beneficiorum vacaturorum, ſolus papa concedit.
389 Legatus in appellatione interpoſita ad papam ſuper confirmatione, quod alter vndiri non poſſit, niſi eadem friuola exiſtat.
390 Appellatio manifeſte friuola, quod aliter non deuoluat.
391 Abbatiſſa ſi quæ ſit minor viginti annis, qd poſtulari nō poſſit niſi a papa.
392 Electionem ſi lex prohibeat, poſtulationem tamen prohibere non dicitur.
393 Caſus reſeruati papæ per extrauagantes diuerſorum pontificum.
394 Extrauagantes Ro. pontificum nō ligant niſi in die publicationis earundē.
395 Sententia lata contra extrauagantē, quod ſui natura nulla ſit & inualida.
396 Quemadmodum ſi contra legem ſcriptam lata ſit.
397 Extrauaganti qualis ſit danda fides
398 Extrauagantem ignorare non licere.
399 Extrauagantis continentiam ſi quis deduxerit in articulis, vtrum pars teneatur illis reſpondere.
400 Comes, Capitaneus, vel Vicarius, quod quis non poſſit eſſe in terris eccleſiæ, & de patrimonio ipſius exiſtens niſi de mandato pontificis, & eodem auctoritate.
401 Vacante imperio, quod nullus poſſit eſſe vicarius ſine ſpeciali licentia papæ, vel ſedis apoſtolicæ.
402 Quodque etiam non excludatur legatus.
403 Legati factum quod dicatur factum ſedis apoſtolicæ, & per illum exercetur iuriſdictio Romana eccleſia.
404 Factum legati, ſi ſit factum ſedis Apoſtolicæ re... ſſiue, & infra nu. 414.
404 Diſpenſatio vt quis poſſit aſſumere habitum fraticellorum & Pizocherorum, quod ſit papæ reſeruata.
406 Pro bonis relictis fratribus S. Franciſci, quod nullus poſſit agere nomine eccleſiæ Rom. ſine ſpeciali mandato ſedis Apoſtolicæ.
407 Regulares mēdicantes, & ſeculares, minores 27. annis, ad certas eccleſias poſtulari, ſolus papa diſpenſat.
408 Epiſcopos, Abbates, & alios prælatos, qui apud ſedem apoſtolicam promouentur, ſine literis papæ non adminiſtrare.
409 Quodque nec ipſi debent ſe adminiſtrationi ingerere, nec alij eos excipere.
410 Item contrarium facientes, tandiu ſint a beneficiorū adminiſtratione ſuſpenſi, donec per ſedem apoſtolicam diſpenſentur.
411 Beneficia, quorum collatio eſt Roma. pontifici reſeruata.
412 Fratres mendicantes, quod non poſſint habere plures Campanas ſine ſpeciali licentia ſedis apoſtolicæ.
413 Et in hoc legatum ex cauſa diſpenſare.
414 Factum legati quod ſit factum ſedis apoſtolicæ in his, quæ non ſunt multū grauia, & ſupra. 404.
415 Diſpenſare cum eo, qui male alienauit bona eccleſiæ in conſulto Rom. pontifice, quod ſit de ſpecialiter reſeruatis.
416 Auctorem commentaria in extrauagan. Pauli II. ambitioſæ de rebus eccleſ. vna cum tribus alijs extrauagan. propediem in lucem daturum.
417 Inquiſitores hæreticæ prauitatis, & ordinarij, quod contra officiales Ro. Cur. aliter procedere non poſſint ſine licentia papæ.
418 Abſolutio offenſæ, eccleſiaſticæ libertatis, violationis, interdicti ab apoſtolica ſede emanati, criminis hæreſis, conſpirationis in perſonam, aut ſtatum Roma. ponti. vel ſedis apoſtolicæ rebellionis, de reſeruatis papæ.
419 Item prohibiti commercij, offenſæ perſonalis in epiſcopum ſeu alium prælatum, inuaſionis romipetarum, ſeu aliorum quorumcunque ad Rom. Cur. venientium prohibitionis.
420 Deuolutionem cauſarum ad eandem curiam.
421 Delationis armorum ad partes infidelium.
422 Impoſitionis nouorum onerum realium, vel perſonalium eccleſijs, aut eccleſiaſticis perſonis.
423 Simonia ſuper ordinibus vel beneficijs aſſequendis, vbicunque contractæ, pariter de reſeruatis.
424 Ciuitas pro debito Domini, officialium, aut priuatarum perſonarum, quod alias interdici non poſſit ſine ſpeciali licentia papæ.
425 Electionem ſummi pontificis magna ſiquidem prouidentia, & exquiſitis remedijs indagando, ut a quacunque ſimoniæ labe prorſus aliena ſit, Iulij, II. extrauagan. cautum & prouiſum.
426 Cuius conſtitutionis alteratio, etiam cardinalium collegio, ſede vacante eſt interdicta.
427 Sancta quippe, & nunquam ſatis laudata conſtitutio.
428 Cauſas quaſdam a foro ordinariorum ante ſententiam diffinitiuam non amouendas, Leonis x. Concil. Lateranen. ſeſſ. x cautum.
429 Remiſſio pœnæ applicādæ fabricæ apoſtolorū Petri, & Pauli. de reſeruatis.
430 Impreſſores librorum abſque ſubſcriptione Inquiſitionis, vel epiſcopi, qd non abſoluantur niſi a ſolo pontifice.

De varijs ordinariorum nominibus, eorumque diſtinctis poteſtatibus.

ILlud noſſe operepretium eſt, quod in ipſis chriſtianæ reli-
1 gionis† exordijs, eorum qui ſacra miniſtra
bant, unum erat presbyterorū nomen, qui
omnes celebrabant, & diuinis intendebāt
baptizantes quotquot ad eos veniebant.
Verum cum baptizati ſuſcitarent ſchiſma
ta, volentibus omnibus appellari ab eo, qui baptizauerat, utpote cum dicerēt, ergo ſum Pauli: ego ſum Cephæ, commu-
2 ni apoſtolorum decreto ſtatutum eſt, †ut ex presbyteris eligerētur aliqui, qui in urbibus ponerentur, & nomine vniuerſalis eccleſiæ præeſſent alijs, vt omnes baptizarent in nomine Chriſti, & communi nomine chriſtiani vocarentur, capitulo olim 93. diſtinctione. quos deinde ꝑpoſitos, quia commodius eſt ſingulas res ſingulis appellationibus diſtinguere, in-
3 ſti. quibus mod. teſt. infir. §. ſed quia† Epiſcopos. i. ſpeculatores, vel ſuper intendentes, a ſcopin, græco uerbo nominauere.
4 re. capitulo cleros 21. diſtin. †Qui epiſcoporum ordo quadripartitus eſt, Nam aliqui ex epiſcopis vocātur patriarchæ ſeu primates. Aliqui Archiepiſcopi. Aliqui Metropolitani. Aliq epiſcopi ſimpliciter d. capit. cleros. Vbi dicitur quod omnes communi nomine vocantur epiſcopi, ſed habent additamētum ex magnitudine prærogatiuæ, immutati. n. ſunt apoſtoli in iſtis epiſcoporum diuiſionibus gentiles, nam apud illos,
5 ordo† erat ut in una ciuitate eſſet Primus flamen. i. primus Doctor legis, multis alijs archiflaminibus præeſſet, & in alia eſſet archiflamē, q multis ciuitatib præeſſet. & in vnaquaq; ciuitate flamen principalis. Beatus igitur Petrus cū ipſa epiſcoporū ordinatione ſtatuit. ut epiſcopi, qui erant in ciuitatibus, ubi erant primi Flamines, uocarentur patriarchæ, ſiue primates, Quod (vt dicetur inferius) idem eſt, qui vero in ciuitatibus Archiflamines vocarentur Archiepiſcopi, ſeu me

tropolitani a menſura ciuitatum, quas habent ſub ſe.d.cap.
cleros, qui vero in aliis ciuitatibus erant, ſimplici nomine
epiſcopi Dicerentur. Hæc ex c.in illis.80.diſtin.capitulo pro-
uinciæ. 99.diſtin. quæ omnia etiam clarius ponit Anacle.in
in ſua epiſtola, quæ incipit. Benedictus Deus & pater. Ex qui-
6 bus apparet bipartitum eſſe ordinē † ſacerdotum, in epiſco-
pos videlicet, & presbiteros, ut dicit Anacl.in eadem epiſto-
7 la. † epi.n ſucceſſerūt loco 12. apoſtolorū, qui fuerūt caput &
fundamentum chriſtianæ religionis, Petro tñ inter eos obti
nente, principatum dicente domino, tu es Petrus & ſuper
hanc petram &c. Matthæi.16. nam ipſe primus ligandi atque
ſoluendi poteſtatem accepit, cęteris cum eo pari conſortio
honorem ac poteſtatem accipientibus, ut inquit Anacle in
eadem epiſtola. & tranſumitur in capitulo in nouo 21.diſt.
Et quod epiſcopi ſucceſſerint loco apoſtolorum, apparet ex
illa Aut. pſal.44. pro patribus. 1. pro apoſtolis nati ſunt filii. 1.
epiſcopi.cap.quorum 69.diſtin.ad hoc capitulū videntes 12.
8 quæſtione prima. † Reliqui uero presbiteri ſucceſſerūt loco
ſeptuaginta duorum diſcipulorum, quos Dominus cum vi-
deret, meſſem multam, operarios paucos, eligi pręcepit, ut
& ipſi prædicarent, & populos conuerterent in dicto capitu-
lo in nouo. Contra prædicta opponitur, quod erat in Dei ec-
9 cleſia a principio ordo † Corepiſcoporum, qui erant aliquan-
to minores ipſis epiſcopis, & inuenti fuerunt ad exemplum
72. ut in §. hæc omnia 69. diſtin. ſol. quamuis iſti corepiſcopi
10 aliquanto tempore durauerint in eccleſia † tamen, quia im-
probi erant, & vſurpabant ſibi officia epiſcoporum, velut in
ſolentes atque inutiles, paſſim reiecti ſunt. capitu. quanuis.
capitulo corepiſcopis ead diſtin. Sed ut reuertamur ad mate
11 riam noſtram, patriarcha dicitur archos, † id eſt princeps pa-
12 trum † & eſt idem quod primus, dicto capitulo cleros, licet
ſint diuerſa nomina, vnam formam tenent, capitulo prouin
ciæ 99.diſtinct. capit. ſi quis 2. quæſtione ſexta. Anacl.in eadē
epiſtola. Specu.in titulo de diſpenſ. Abba. dicens quod qua-
13 tuor tantum † principales ſedes propriæ patriarchales, & pri-
matiæ appellantur. ſcilicet Conſtantinopolitana, Alexan-
drina, Antiocena, Hieroſolimitana. capitulo antiqua, de pri
14 uileg. Reliq uero melius dicuntur primates † ut Aquilegien.
Graden. Toletan. Cantaurien Bituricen. & ſimiles, de quib.
late per Alberi.de Roſa.in Rub.de ſtat.hom.in primo com-
mento. columna ſeptima, ubi affatim ponit nomine omniū
ſedium epiſcopalium, Archiepiſcopalium, Patriarchalium,
quanquam & hi quandoque Patriarcharum nomine nun-
15 cupentur ut, dicitur Romæ † eſſe quinque eccleſias Patriar-
chales, videlicet eccleſiam Sancti Petri, Sancti Pauli, Sancti
Ioan. Lateranen. S. Mariæ maioris S. Laurentii extra muros.
uide te illum, & cardinalem Alexand.in capitulo primo 23.
16 diſtin.colum.5. ponentem † quæ ſit dignior eccleſia S. Petri,
in Vaticano, an Sancti Io.in Laterano. cum vtraque ſit patri-
archalis. Iſtę autem quatuor primę ſedes patriarchales habe
17 bant priuilegia ſimilia † Roma. pont. ſicque, epiſcopos depo-
nebant. glo.in capitulo renouantes 22.diſtin.cap.quod ſuſpe
cti 3.quæſt.5. ubi eſt caſus in term. ſi litera non cauilletur, &
in capitulo nos antiquis. tenet Cardina.in clemen.in pleriſ-
que, de electione Specu.in dicto §. nunc oſtendendum uerſ.
17. quod forſan non admitteret apoſtolica ſedes hodie pro-
pter tex. in capitulo quod tranſlationem, & in capitulo in-
ter corporalia, de tranſlatio. prælato. & in capitulo dudum
18 3. quæſtione 6. ſicut enim † Roma eſt caput totius orbis l.ſe-
cunda in princi. vlti.colum. C.de vete. iu. enucl. ita eccleſia
Romana eſt caput eccleſiarum, epiſtola inter claras C.de
ſumma trini.& fid.catholi. & ipſa a ſolo Deo recipit dignita
tem, aliæ ab ea, capitulo omnes, capitulo ſacroſancta. 32.di-
ſtinctione. Tu etiam adde tex.in capitulo Adrianus. 63.diſt.
ubi papa uocatur patriarcha, & patriarchatus Lateranen. &
in capitulo cum Adrianus, ea.diſtin. Verum hodie vana eſt
diſputatio de iſtis quatuor patriarchalibus ſedibus, poſtquā
19 † omnes iſti patriarchatus ſunt in manibus infidelium & hę
reticorum, ut dicit illa extrauagan. Sancta Romana. de elec.
& doct.in clem.in pleriſque, de elect. in hoc ſolum vtilis pro
pter legatos, qui patriarcharum auctoritatem ſuperant di-
20 cto capitulo antiqua. quando dicit † quod patriarchæ vtun-
tur pallio ubique, præterquam ſi Roman. ponti. uel legatus
21 ſit præſens. Patriarcha igitur habet priulegia † ut ubique cru
cem ante ſe deferat, & pallio utatur, modo non ſint præſens
papa, uel eius legatus, iuramenta a ſuffraganeis recipiat
d.c. antiqua. & quando dixi patriarcham non poſſe uti pal-
lio, quando legatus eſt pręſens, intellige quando eſt præſens,
& utitur ueſtibus pontificalibus, & ſunt inſignia, ueſtis ru-
bea, parafrenus albus, frenus & calcaria deaurata ſm doc.in
d.c. antiqca, Qđ tñ ut ibidē not. Hoſt. non hēt locū niſi quan
do legatus tranſit mare, alias autem huiuſmodi inſigniis uti
non pōt legatus niſi ſit ſpecialiter priuilegiatus, & Hoſt. ſeq-
tur Abba. & Cardi. Quo circa Reuerendiſſimus Antonius le
22 gatus Bononiæ † de Anno Domini M.D.VII. fuit ambitionis
vitio notatus, quod celebraret, & æquitaret ornatu pontifi-
cio, unde a Iulio II. propter hoc, & alia nefandiora in carce-
rem coniectus, uitam infeliciter perdidit, factus eſt enim ſe
cundis rebus inſolentior, & neſciuit Dei beneficiis reueren-
ter uti, o quantum diſtans a Reuerendiſſimo Domino meo
23 † Iulio de Medicis, qui Florentinę reipu. moderator. Hethru-
riæ, ac Aemiliæ, quin, & totius Italiæ legatus cum ampliſſi-
mis facultatib. tot opulentis a Deo ſacerdotiis honeſtatus, in
dies modeſtior, eſt, atque a faſtu, & pompa magis alienus, &
ea tum in ueſtiendo, tum in uiuendo modeſtia utitur, ut qui
in cæteris actionibus uix parem, nullo modo ſuperiorem ha
beat, his duobus ſuperiores habeat innumeros. Sed eius de-
cantandę modeſtię, alias dabitur locus opportunior. Redea-
24 mus ad rem noſtram. poſſunt legati, qui uadunt † italimare,
uti talibus ornamentis, etiam ſi legatus eſſet monachus ſecū
25 dum Cardin. ibi † Item eſt hoc patriarchæ priuilegium, ut ad
ipſum, omiſſis mediis, appellari poſſit ſecundum Hoſtienſ.
Innocen. Ancha. Goffr. Vinc. Abb. in d.c. atiqua. Specu.in tit.
de appell. §. nunc tractemus. uerſic. & nunquid. Et hoc uerū
puto, quanuis gloſ. Ioan. And. & Anto. in d.c. antiqua. teneāt
hoc eſſe ſpeciale in papa. Cardina. autem dicit in hoc ſeruā-
dam conſuetudinem. dicetur aliquid quando tractabitur de
poteſtate legati. circa iudicialia. opin. Abb. uidetur uerior. Pa
26 triarcharum ſuffraganei † dicuntur eſſe Archiepiſcopi, Archi
epiſcoporum epiſcopi, & illud tantum poſſunt patriarchæ in
27 ſubditos Archiepiſcoporum, quod † Archiepiſcopi in ſubdi-
tos ſuffraganeorum, de quibus in cap. paſtoralis, de offic. or-
din. Abb. in d.cap. antiqua. eſt tex. & ibi not. doct. in cap. con-
queſtus. 9. quæſt. 3. vbi apparet aliter geſta per patriarchā eſſe
28 nulla, & ſi uis omnia ad patriarchas pertinentia † intelligere
cum eorum dignitatibus, & poteſtatibus, & ubi cōſtituendi
ſint, vide. cap. multis 17. diſtin. cap. primo & ſecundo. 18. di-
ſtinct. cap. ſecundum cap. propter 18. diſtinct. cap. cleros. cap.
in tantum 41. diſti. & per totum 22 diſtin. capitulo primo. &
capitulo agatoſa. 63. diſtinct. & per totum. 80. diſtinct. cap. ſa
tis 96. diſtinct. capitulo prouinciæ. 99. diſtinc. cap. ſi inter Epi
ſcopos. 2. quęſt. 6. cap. 3. prima. quæſt. 7. cap. multum. 4. quæſt.
5. cap. quod autem. 4. quæſt. prima. capit. conqueſtus. 9. quæ-
ſtio. 3. cap. dilectiſſimi. 12. quæſt. 1. cap. frater. 16. quæſt. 1. cap.
antiqua. de priuile. & in prædicta extrauan. ſancta Romana
29 eccleſia. Archiepiſcopus † uero, quia alias, ut diximus, uocatū
metropolitanus a menſura ciuitatum, de quibus paulo infe
rius dicemus, dicitur eſſe † ordinarius omniū ſuffraganeorū
prouinciæ, & illius curam gerere. cap. primo. & 2. 9. q. 3. gloſ.
in capitulo paſtoralis, in uerſic. exceptis, & ibi Abb. dicit, ꝙ
indifferenter in cauſis ciuilibus, † archiepiſcopi ſunt iudices
30 ſuffraganeorū, in criminalib. itidē. dūmodo nō ſit ꝓcedēdū
ad depoſitionē, qm̄ ipſi nō poſſunt Epiſcopos deponere. c. ꝙ
trāſlationē, hoc titulo. Aduerte, ꝙ dixi Archiepiſcopū ordi-
nariū ꝓuincię, & ſuffraganeorū iud. cē. nō dixi, ſubditorū ſuf
31 fraganeorum, quia illos iudicare † non poteſt, & ſic in eo nō
habet locum illa regula. ſi uinco uincētem te etc. l. de acceſ-
ſionib. ff. de diuer. & temp. præſcrip. Excipiuntur tamen ab
32 hac regula multi caſus † quos recitat gl. in d.c. paſtoralis. quā
per te uide, & generaliter quando epiſcopus eſt negligens in
prouidendo neceſſitatibus dioce. uel ſubditorum, archiepi-
ſcopus ſuccedit, ſecundum glo. Ioan. And. Card. in d. capitu.
paſtoralis, quæ opin. eſt uera, quamuis Abba. ibidem & in ca.
ſi quis contra clericum. nitatur illā lacerare. Tu uide. qm̄ hęc
non eſt materia noſtra. illud unum inter omnes conſtat, Ar-
33 chiſcopum † eſſe legitimū uiſitatorem omnium diœceſum
de prouincia, & poſſe omnia emendare, atque corrigere, &
præſertim prauas conſuetudines, & notoria delicta, & oēs
cauſas ad ſe per appellationem deuolutas terminare, & de
omnibus cauſis totius prouinciæ communibus cognoſcere. Et
hoc quod dictum eſt de uiſitatione, intellige quod primo ui
ſitet ſuam diœc. & poſtea diœc. ſuffraganeorum, ſecundum
formam cap. 1. de cenſ. lib. 6. Ad hoc. cap. ſi. eo. tit. & lib. & c.
cū ex officii. & ibi Abb. in 1. no. de præſcr. & in c. ſopitē. de
cenſ. in no. & Abbas. in capitulo ex frequentibus in 1. & ult.
colum. de inſtit. & Abbas in cap. in tantum, de ſim. in ult. no.
& per ipſum, & alios in d.c. paſtoralis. Poſtremo, ſcias ꝙ me
34 tropolitanus † dr̄ a menſura ciuitatum, quia debet hr̄e duode
35 cim epiſcopos ſub ſe † c. ſcitote 6. q. 3. tamen hoc non eſt ne-
ceſſariū qa quandoq; pauciores, quādoq; habet plures. uide
doc. ibidē. De epiſcoporum authoritate nihil eſt, ut ſpeciali-
ter dicamus. quoniam una cum poteſtate legati promiſcue,
63 & de epiſcopi poteſtate agetur, † nam epiſcopi in diœce. ſua
73 appellantur pontifices, & ſummi ſacerdotes. cap. noſtra ca.
83 de perſona 11. quæſt. prima. † Item ſummi pontifices cap. qui
eccleſiaſticis. c. ſi officia 59. diſtinct. cap. ſi Epiſcopus 18. diſt.
quamuis hodie hoc non cōueniat niſi Roman. pontifi. glo.
in capit. 1. de conſtitut. Et dicuntur etiam perſonę egregiæ,
ita

ita ut ad eos domi mittatur pro iuramento accipiendo, ſi
quandoque in teſtem uocantur volentes, gloſ. in l. ad egre-
gias. ff. de iureiuran. Bald. in auth. ſed iudex. C. de epiſcopis &
39 clem. Item dicitur † illuſtris ſecundum Bart. in l. omnes po-
puli. ff. de iuſt. & iu. quamuis Bal. in l. ad ſimilitudinem. C. de
epiſcopis & cler. dicat potius epiſcopum eſſe ſimilem illu-
40 ſtri. cum cardinalis tantum dicatur illuſtris † idem Bal. in l.
1. ff. de offic. præfect. immo dicitur ſuperilluſtris cardinalis,
Spec. de iuriſdict. omnium iudic. §. 1. verſic. maxime. Et ideo
41 epiſcopatus † potius dicitur dignitatum culmẽ, quam digni
tas capitu. uenerabilis. de præben. Quare glo. in prohem. 6. in
42 uerſic. epiſcopus. dixit epiſcopatum eſſe digniorem † omnib.
43 aliis ordinibus † quia Chriſtus fuit epiſcopus, iuxta illud pau.
44 Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum, † & ideo pa
45 pa non erubeſcit ſe ipſum epiſcopum uocare † quod hoc nõ
eſt maior titulus in eccleſia, in prohem. 6. & decretalium. ad
hoc cap. loquitur dominus 24. quæſt. 1. clem. ſi quis ſuaden-
te. in ver. epiſcopi dicuntur ſanctiſsimi Chriſti legati. de pę.
& cap. accuſatio. 2. quæſtio. 7. Non immerito igitur epiſcopis
ob reuerentiam ſacri officii, quod exercent, plurimum de-
46 ferri conuenit, & eos præaliis honorari, † cap. quia pontifica-
47 li. de offic. deleg. in 6. † & iuriſdictionem conſecuti ſunt epi-
ſcopi a iure diuino, quoniam legitur apud Matth. Vos qui ſe
cuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicãtes 12. tribus Iſrael
& in hymno Apoſt. Vos ſecuti iuſti iudices. Vnde Act. 15.
Paulus perambulans Syriam & Ciliciam tradebat eis cuſto-
dire dogmata, præcepta, & decreta apoſtolorum. Item act.
20. attẽdite uobis, & uniuerſo gregi, in quo uos Spiritus ſan-
48 ctus poſuit epiſcopos &c. † Quocirca fratres a Roma. pontif.
nuncupantur. Abbas in prohęm. decretalium, & ſi de digni-
tate epiſcopi plura intelligere cupis, uide And. Sic. in tracta.
de præſtan. cardin. in primis allegationibus. illud unum ſci-
re potes, uniuerſum ius canonicum eſſe refertum miniſte-
riis & officiis epiſcoporum, qui in diocœſi. ſuis partem ſoli-
citudinis gerunt, in cura fidelium cum Rom. pontif. cap. ad
49 honorem. de auct. & uſu pall. Ideo ſcire debes † quod quam-
uis archiepiſcopi, primates, & huiuſmodi, honorentur præ-
cæteris epiſcopis, tamẽ quilibet epiſcopus, habet ſuam diœ-
ceſim, & ſuas parochias, in quib. nihil ſibi uſurpare debent,
cap. archiepiſcopus. cap. ſi autem, cum ſequen. 9. quæſt. 3. Et
dixi ſuperius. & ſi uis ſcire multa elegantia in hac materia
circa originem & poteſtatem epiſcoporum, archiepiſcopo-
rum, & ſimilium, uide Petrum pap. in quodam conſilio, qđ
eſt inter tractatus Guido papa fol. 31. Illud tamen unum te
50 non pręte reat, qui epiſcopatum optas † epiſcopum debere eſ
ſe ſpeculum aliorum in moribus, cap. cum in cunctis, de ele
ctio. & cap. cum paſtoris 2. quæſtio. 7. Vita paſtoris debet eſſe
exemplar ſubditis, quinimmo, nedum epiſcopi, ſed eccleſia
ſtici omnes, efficere debent, ut totũ populum, ſermone, con
uerſatione, & operibus præcedant, cum id eccleſia Dei maxi
me turbet, ſi meliores reperiantur eſſe laici quam clerici, c.
qualis 8. quæſt. 1. Vitia namque prælatorum facile tranſeũt
in exemplum ſubditorum, & ſcandalum generat in menti-
bus laycorum dicentium, ubi eſt Deus clericorum. cap. ma-
gnę. de voto. quod hodie facile experimur, nam, dum laxa-
tis beneuiuendi habenis, clericorum multitudo uniuerſum
orbem ſcandalizauit, ſurrexerunt Huſſitani, Lutherani, &
id genus, & ideo dicit text. in cap. præcipue. 11. quæſt. 3. Scire
prælati debent, quod ſi peruerſa unquam perpetrantur, tot
mortib. digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exem-
pla tranſmittunt, ut, tex. in cap. 5. & recenter. 40. diſtin. Adde
51 prædictis, in quãtum dixi † Chriſtum fuiſſe epiſcopum, quod
etiam fuit ſacerdos in lege hebręorum oblatus templo a
beata Virgine, & ſcriptus inter ſacerdotes ſub hoc titulo, Ie-
ſus Chriſtus filius Dei uiui, & Marię matris eius virginis: erat
enim hebręorum mos in defuncti ſacerdotis locum, alium,
qui populo bonus uideretur, ſubrogare, eiuſque nomen ſpe
ciali libro annotare cũ nomine patris & matris, ex quo ma-
52 nifeſte conſtat, iudæos cognouiſſe Chriſtum Dei filium † Et
refert philelphus, iudæos librũ illum ad multa tempora oc-
cultaſſe. Vide Io. Berth. in tract. de epiſcopo lib. 4. in princip.
53 Habent quoque abbates ſuas iuriſdictiones † de quibus per
Spec. in titu. de diſpen. Albe. uerſic. Abbas quoque, quæ acce
54 dunt ad auctoritatem legati de latere. Habent † & archidia-
coni, archipresbyteri, plebani, & alii inferiores prælati priui
55 legiis, ſtatuto, uel conſuetudine † cum quibus omnibus con-
currit legatus de latere, vt poſſis uno uerbo concludere in le-
gato de latere reſidere quicquid auctoritatis eſt in prouincia
56 ſibi decreta, per premiſſa. Quia etiam † inferiores prælati di-
cuntur ordinarii. glo. & ibi phil. in cap. ordinarii. de off. ordin.
Nunc oritur dubitatio. Pone reuerendiſſimus D. N. Qui eſt
legatus ætruriæ, & archiepiſcopus Florentiæ, conſtituit ali-
quem officialem ſuum generaliter ad audiendũ omnes cau
ſas Florentinas, uel facit quippiam aliud, quod poterat face
re vt legatus, & vt archiepiſcopus, quæro, an cenſeantur fe-
57 ciſſe † vt legatus, vel ut archiepiſcopus. Et uidetur primo, cẽ
ſeri factum ut a legato, non ut ab archiepiſcopo, quoniam
58 in concurſu duarum poteſtatum, minor † cedit maiori cap.
uolentes, hoc ti. Item quia actus denominandus eſt a dignio
59 ri, † cap. quod in dubiis. de conſecra. eccle. uel alta. cap. quan
to, de iud. item facit tex. in l. 2. ff. quod cuiuſque uniuer. nom.
ubi municipes conſtituentes procuratorem unum, uiden-
tur conſtituere pro rebus uniuerſitatis, non pro rebus pro-
priis, ad hoc 13. quæſt. 2. cap. non extimemus. l. quæ religioſis,
ff. de relig. & ſump. fun. l. eum qui ędes. ff. de uſuc. Item pro
hac parte facit. l. tutorem. ff. de his quib. ut indig. l. cum quæ-
dam. C. de adminiſt. tut. Nam tutor legatarius habebat duas
qualitates circa teſtamentum patris pupilli, quia ut tutor &
ut legatarius, ſi impugnat teſtamentum, cenſetur feciſſe, ut
tutor, non ut legatarius, & ſic ex qualitate extrinſeca, magis
60 quam intrinſeca † ita & legatus cenſebitur potius feciſſe, ut
61 legatus, quam ut ordinarius. facit ad præmiſſa † quod quan-
do ex una diſpoſitione reſultant duo contractus, quorum
quilibet per ſe habet diuerſam naturam, contractus magis
plenus trahit ad ſe contractum minus plenum. l. nõ ſolum.
§. fin. ff. de vſucap. ubi licet uerba poſſint adaptari ad locatio
nem, & precarium, tamen in dubio pręſumitur locatio, &
uerba precaria trahũtur ad neceſſitatem locationis. quem
tex. ad hoc not. Rom. conſil. 504. circa propoſitam, in uerſic.
tertio probatur. In contrarium uidetur, quod immo videa-
62 tur feciſſe, ut ordinarius † quoniam mandatum factum ordi
nario ſuper his, quæ ordinaria auctoritate expedire poteſt,
dicitur potius excitatio, quam noua conceſſio auctoritatis,
63 cap. licet. de off. ordin. Item quia † indefinita, & generalis di-
ſpoſitio ſemper reſtringitur ad minus. l. nummis. ff. de leg. 3.
64 l. ſemper ff. de reg. iur. & ad hoc capit. ſtatutum. de elect. † in
ſexto. Ita dicemus quod in dubio actus geſtus a legato intel
ligatur geſtus ſecũdum minorem poteſtatem. Petrus de An
65 char. in capit. uolentes, hoc titu. tenet † quod ea, quæ poſſunt
ualere iure ordinario ualebunt, alias ualebunt iure legatio-
66 nis, & ratio, quia. Maior dignitas † ſuperueniens uenit cumu
latiue, non autem priuatiue ad primam, quando ſunt com-
patibiles, capit. cum ex officii. ubi Innocen. & alii, præcipue
Fel. qui materiã latiſs. attigit de præſcr. ergo ex utraque põt
agere. Et ideo dicimus quod aliquis rex poterit repreſentare
67 perſonam ducis, comitis, & marchionis, in aliquo loco. † hoc
etiam tenet Bal. in l. 1. ad fi. C. de fur. tu tamen pro ſolutione
quæſiti, complectendo totam materiam quatuor verbis, di-
68 ſtingue plures caſus. Primus caſus. † quando in uno concur-
runt duæ iuriſdictiones, & expreſſe apparet, quod vult age-
re, vel committere, ſecundũ vnam ex illis, tunc totus actus
pendebit ab illa, & eſt perinde, ac ſi aliam non habuiſſet. ca-
pit. ſignificantibus de offic. deleg. Innocen. & Hoſtien. in di-
cto capitu. cum ex officii. l. ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3.
69 † Et iſta voluntas poterit conſtare ex tenore proceſſus, vel fa
cultatis conceſſæ, vt quando uocauerit ſe archiepiſcopum,
& dixerit ſe facere iure archiepiſcopali, vel legationis. gloſ.
in l. 1. ff. de iud. glo. in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. eo. facit text.
69 in l. ſed etſi ex utriuſque. ff. de euic. Ex quo infero, quod ſi re-
uerendiſſimus legatus ſecundum auctoritatem legationis
ſuæ poſſet unum, quod non poſſet auctoritate archiepiſco-
palis iuriſdictionis, ſi facit actum ex auctoritate archiepiſco
70 pali, non ſuſtinebitur actus, † quia ad hoc ut valeat geſtum
ab uno, requiruntur duo, voluntas, & auctoritas. In caſu no-
ſtro deficiebat poteſtas & volũtas, nam voluit facere quod
non potuit, & ſic deficit poteſtas, noluit facere quod potuit,
& ſic deficit voluntas. cap. cum ſuper abbatia. de offi. deleg.
ad hoc tex. in capit. ex parte aſtenſis, cum ibi not. de conceſ.
præben. l. multum intereſt. C. ſi quis ſibi, uel alteri. l. qui alie-
nam. l. ſi is ad quem. ff. de acquir. hæred. ergo nullo modo va
luit. de hoc late per Felyn. in d. cap. cum ex officii, colum. 10.
& 11. vbi conatur aſtruere quaſdam limitationes, quæ ex di
ctis ſuis redarguuntur. Secundus caſus, quando dicit ſe velle
71 agere ex vtraq; † vel omni meliori modo &c. quia tunc ſub-
ſtinebitur actus, etiam ſi in proceſſu appareret ipſum egiſſe
ex inutili. Innocent. & cardina. in cap. ex literis, de offic. dele
72 ga. † De iſta clauſula omni meliori modo, vide per Felyn. in
d. capit. cum ſuper, vbi late. Tertius caſus, quando ſumus in
73 dubio, † tunc cenſetur geſſiſſe actum ſecundum illam facul
tatem, qua actus magis ſubſtineatur, capitu. 1. ubi de hoc, de
deſponſa. impub. in 6. imo tunc vtraque poteſtate uti uoluiſ
ſe uidetur. caſus eſt in d. cap. cum ex officii, iuncta theorica
Innocen. & aliorum ſequacium, & Rot. in deci. Aegid. Dec.
60. proceſſus factus, & deciſ. 71. archiepiſcopus Cantuarien.
De quo tamen, quando eueniet caſus, vide per Andr. Sic. in
d. cap. uolentes. in princ. & per Fely. & Abb. & in d. cap. cum
ex officii. De hac materia, vt dixi, ui. per eundem Andr. in c.
volentes, hoc titu. & Roman. in conſil. 343. & Feli. in rub. de
offic.

offic. deleg. ubi dicit ꝙ in dubio cenſetur quis feciſſe actum ſecundum poteſtatem, quæ eſt generalior, & ualidior, propterea.
74 † Ordinarius compromiſſarius, in dubio videtur proceſſiſſe, vt ordinarius ſecundum eum. Quis vero effectus ſit, an quis faciat ut delegatus vel ut ordinarius, vide plene per Iaſ. in l. ius ciuile. ff. de legibus. Quæro nunc. cum dictum ſit quod legatus & archiepiſcopus poſſint viſitare prouinciam,
75 quid ſi in uiſitando † concurrant inter ſe vel cum epiſcopo, ver. gra. legatus hodie viſitat vnam eccleſiam, quam etiam viſitare vult archiepiſcopus, & eccleſia non eſt ſufficiens ad
76 procurandum vtrumque, quis præferatur? ſol. † ſi apparet quis prior venit, ille præfertur. l. qui prior. ff. de iud. c. t. de maior. & ob. c. 1. de for. comp. ſi vero concurrant in tempore, dic legatum præferendum ob maiorem prærogatiuam, argum. c. quæ contra 8. diſtin. & c. qui reſiſtit, cum c. ſeq. 11. q. 3. Innoc. & Hoſt. & Io. Andr. in c. Rom. de cenſ. lib. 6. & Franc. Paui. in tract. de uiſit. in 1. par. quęſt. 2. qui loquuntur de archiepiſco-
77 po, & epiſcopo. Et ita nota. † quod legatus viſitando prouin-
78 ciam, poteſt petere procurationem, quia † procuratio eſt ac-
79 ceſſoria uiſitationi, vt inquit Abb. in d. c. cum ex officii. † & eſt magis debita legatis iſta procuratio quam epiſcopis, aut archiepiſcopis, etiam extra caſum viſitationis, c. cum inſtantia, de cenſ. per quem text. forſitan dici poſſet, quod in quæ-
80 ſtione precedenti † legatus excluderet ordinarium, tãquam
81 magis priuilegiatus, † & hoc non ſolum in legatis de latere, ſed in quibuſcunque nunciis apoſtolicis, per illum textũ, &
82 † procedit ut nõ ſolum poſſint exigere procurationem ab
83 incolis locorum, ad quæ mittũtur, † ſed etiam quando ſunt in tranſitu a quocunque, ſecundum Abb. in d. c. cum inſtan-
84 tia & † in hoc differunt legati ſedis apoſtolicæ a legatis imperatoris, qui expenſis imperatoris, mittentis aluntur, vt tenet glo. in c. inter cætera, de offic. ordin. per tex. in auctẽ. ut nul. iud. coll. 9. & in auctẽ. de manda. prin. §. illud tamen, colla-
85 tio. 3. † Et in hoc ciuilis lex magis diligit ſubditos quam canonica, ſed conſidera, quod tex. in auct. de mand. prin. loquitur, quando legati ab imperatore de competenti ſtipendio ſunt prouiſi, vnde forſan erit tũc idem in legatis papæ, quod honeſtius eſt. per tex. in c. cauendum. 10. q. 3. quem text. ante oculos habere deberent epiſcopi & legati, qui uiſitatos in ex
86 penſis grauãt. At quæro † quomodo debeant procurari legati de latere. Reſpond. quod debent acquieſcere illis cibis, qui dantur, & eos cauſa gratiarum actione ſuſcipere, capit. 1. de cẽſ. i 6. Decet enim eos eſſe parcos, & imitari apoſtolos, quorum ſe ſucceſſores faciunt cap. cum apoſtolus. de cenſi. alias quomodo poſſent uiſitando inſtruere plebem ad ieiunia & bona opera. ſi rubentib. buccis & uentre delicatis æpulis pleno euangelium Dei prædicarent. c. eccleſiæ principes, 35. di-
87 ſtin. c. denique. 4. diſt. † Debent legati ſeruare parſimoniã 41.
88 diſtinc. † ſunt enim crucis inimici quorum Deus venter eſt,
89 ad phil. 3. † presbyteri qui in delitiis uiuunt, in ſemetipſis mortui ſunt, ut dicitur ad Thimo. 5. vnde dicit gloſ. in c. cum in-
90 ſtantia † quod legatis dabitur lac ad bibendum ſecũdum Io. qui locutus eſt ex more patriæ, erat enim theutonicus, alias
91 lac debetur ei, qui gregem paſcit. c. 1. 13. q. 1. † Item nec bibẽt legati vltra trinam uicem, ſed de magnitudine poculi nihil
92 dicitur. † Item tenentur comedere carnes cum aceto uel lardum. C. de erogat. mil. anno. l. 1. lib. 12. ad hoc 44. diſt. per io-
93 tum. in libris ſuis tit. de procura. uerſ. quę autem ſunt † quod iſta per conſuetudinem ſunt abrogata. Meminiſſe tamen debent qui reuerẽdiſſimos procurant, † alia cibaria eſſe danda
94 ruſticis, alia nobilibus, nã ruſtici cępis, & fabis ac caſeo utuntur, & ſiquis eos aliter procuraret, peccaret, §. criminis 25. diſtin. c. non cogantur. 41. diſtin. glo. in l. ſeruis urbanis, in uer-
95 ſic. cibariis. ff. de leg. 3. Nobiles ergo, quales ſunt † reuerendiſſimi cardinales, qui ſunt ſuper illuſtres, & nobiliſſimi. cap. nobiliſſimus, 97. diſt. ſunt bonis & conſuetis cibis procurandi
96 d. cap. non cogantur. Attendant tamen † ſemper, ne eccleſia procurans, vltra facultates ſuas nimis grauetur. cap. inter cętera 10. q. 3. c. cum apoſtolus. c. cum nuper, c. ſopite decens, gl. in d. c. cap. cum inſtantia. Et hoc grauamen potius erit in numero equorum & famulorum, qui numerus eſt taxatus in d. cap. cum apoſtolus, de cenſ. habita ſemper conſideratione ad facultates eccleſię, iux. c. cum acceſſiſſent. & cap. cum m.
97 de conſtitu. † Nam archiepiſcopus non poteſt excedere, nu-
98 me. 40. aut 50. euectionum, epiſcopi uiginti, uel triginta, † car
99 dinales 25. † archidiaconi. 5. uel 7. & ſi plures ducantur, non tenentur uiſitati eos admittere, & ſi propterea excommunicentur, non ualet excommunicatio, ſecundum Abb. in d. c. cum apoſtolus. quamuis glo. aliter ſentiat. Et ſic nota unum
100 mirabile, quod card. debet ducere pauciores equos † quam archiepiſcopus, uel etiam epiſcopus, quod neſcio an hodie
101 admitteretur. † hoc fuit quando epiſcopi dedignabantur cardina. ut per Ioann. Andr. in capit. cum aliquibus, de reſcript. in ſexto. dicentem, quod uſque ad tempora Bonifacii, non ſunt reperti epiſcopi qui uellent eſſe cardinales, quod etiam fatetur Franc. Pau. in tract. uiſita. fol. 5. attribuens hoc temporibus Ioan. And. & Clem. 5. ui. tamen quæ dicam infra lib. 5. in materia legiti. fol. 7. non deſunt tamen qui dicunt text. in cap. cum Apoſtolus, non loqui de cardinalibus Roma. eccleſiæ, ſed de inferioribus dignitatibus aliarum eccleſiarum, ut ſunt decani. etc. quod non diſplicet, ſed pro primo facit, quia licet Cardinales Rom. eccl. in urbe Romę ſint adeo ho
102 norabiles, tamen extra urbem ſunt minus † honorabiles ſecundum Bal. in Rubr. ff. de offi. procon. facit tex. in l. ſecunda. de
103 excu. tut. Et nota quod iſta procuratio poteſt † taxari, in pecunia ſecundum conſuetudinem & conſenſum uiſitatorum, uel aliorum, quos adit legatus, uel nuntius Apoſtolicus, ut per Cald. conſi. 6. hoc tit. Vnde oritur dubitatio. Pone, quod legatus, qui nunc acceſſit ad locum, accepit procurationem pro toto anno & ſtatim reuocatur an teneatur reſtituere
104 re procurationem † acceptam. Feder. de ſenis, conſilio 111. incip. Quæſtio talis, ponit iſtam quæſtionem, & decidit ꝙ ſi legatus non fuit amotus ex culpa ſua non tenetur reſtituere
105 procurationes impenſas † quia legato ultra uictum debẽtur multa alia, propter quę dicendum eſt cap. procurationes, de cenſ. non habere locum in legato, ſed in epiſcopo. in fin. tamẽ concluditur inſpiciendum eſſe tenorem priuilegiorum cap. porro, de priui. Tu uero pro examine huius & ſimilium quæſtionum, uide ea, quæ latiſſime tradunt moderni in l. diẽ functo. ff. de off. aſſeſ. & Alb. in l. ſi ante. ff. ſo. mat. ubi ponitur
106 quæſt. † de legato reuertente ante tertiam horam, an debeat habere ſalarium totius diei, & Bar. in l. 1. §. Diuus. ff. de uar. & extraordi. cog. ubi uolunt † hęredes legati decedentis in iti-
107 nere, non cogi reſtituere pecunias pro legatione acceptas.
108 Quęritur, an eccleſię exemptę teneantur procurare legatos, dicit quod tenentur, quia papa non concedit priuilegium ꝯ ſe c. cum inſtantia, de cenſ. & ibi Ab. mouens. quęſt. quid de eccleſia, quæ habet priuilegium ut non teneatur procurare legatos, quando legati habent etiam priuilegium ut debeãt ab omnibus procurari. non obſtante quocunque priuilegio. Vide illum, & Cy. in l. prima. C. quand Imp. inter pup. & uid. Cal. conſil. 11. de priuilegiis. Feder. con. 47. & conſil. 231. in qͣ ſibi contrariatur, & quia iſta quæſt. dependet ab illa materia quando clau. non obſtãtiarum, tollat priuilegia, uide quę dicam in materia poteſtatis legati in ſtatuendo. lib. 8. Et qd ſi legatus & ordinarius concurreret in uiſitando, uid Henric. in capitulo cum ex officii, in 3. diſti. co. tit. & diximus ſupra.
109 Dubitatum fuit in eo quod dixi legatum concurrere cum quolibet ordinario, an concurrat in iis, quę competunt ordinario ex ui ſpecialis facultatis, ut ſi papa conceſſiſſet ordinario indultum conferendi reſeruat. in ſua diœceſi. concluſum fuit non concurrere in iis ex ſolo titulo legationis, quia epiſcopus tunc non facit, ut ordinarius, ſed ut commiſſarius apoſtolicus, quo caſu eſt maior legato, ut dicam in materia iudiciorum, quod tamen fallit in iis, quę committuntur ordinario ex diſpoſitione iuris communis, ut in clem. ga contingit. & ſimilibus, quia cum lex cõcedat iſta ordinario, ut ordinario. non ut Ioan. uel Petro cum legatus ſit ordinarius. cap. legatos, hoc titulo cenſebuntur conceſſa, & illi, maxime quia eadem ratio, imo maior, quia ipſe eſt exemptorũ dominus, ut dicetur loco ſuo. Secunda regula. Papa libenter
110 approbat geſta per legatos ſuos cardinales. cap. gratum in fi. de poſtul. prælat. cap. bonæ. de elect. cap. coram dilecto. de offic. deleg. cap. expoſita, de arbitr. cap. in præſentia, de prob. c. cum dilectus. de iure patro. & iſto titu. cap. quod dilectio. de conſan. & affini. cap. & ſi quęſtiones. de ſimon. ubi multum prçſumitur pro facto legati, capit. propoſuit, de cler. excom. miniſt. cap. cum dilectus. cap. ad petitionem. cap. auctoritate, de priuil. in 6. cap. ſi abbatem. de elect. co li Et ratio, quia credit Roma pont. eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & grauitate, ad huius officii magnitudinẽ adhibentur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuę quam ipſe foret iudicaturus l. 1. §. his cunabulis. ff. de offic. pręfec. pręt. cap. quæ de cauſa 2. q. quæſt. 4. cap. vale. 94. diſtin. ibi, nec enim de eius actibus dubitare poſſumus cui Deo auxiliante totum noſtrę eccleſiæ patrimonium no
111 ſcimus commiſiſſe. Et ideo legato aſſerenti permutationẽ creditur, in caſu, de quo per Aegid. dc. 182. Quare ſi quando
112 errat legatus papa tollerat, & paterne admonet ut errorem ſuum corrigat, nec uehementer redarguit, dummodo error palliari poſſit ſine opprobrio ſedis apoſtolice cap. niſi cap. ꝙ tranſlationem, hoc tit. cap. niſi, de auct. & uſu pall. Ibi tamen dicit papa quod eliget potius ut legatus confundatur, quam ipſe, quia prima charitas etc. l. præſes. C. de ſeruit. & aqua.
113 Sunt igitur iſti legati Cardinales qui ſpeciali † honoris prerogatiua gaudent, cap. 1. hoc titu. in 6. qui proprie dñi fratres & ſacerdotes leuitici generis, qui iudicare debẽt inter leprã, & lepram, c. per uenerabilem, qui fil. ſint legit. c. fundamẽta. §. de-

115 §.decet namque, de elect.in 6, † Ex quibus conſtat auctori-
tatem legatorum de latere eſſe fauorabilem, non odioſam
in prouincia, cum ſit pars apoſtolicæ auctoritatis. Tertia re-
116 gula.legatus † in conceſſionibus ſuis debet ſe cōformare ſty
lo ſedis apoſtolicæ, cū illius reſcripta ſubiaceant ſubreptio-
nibus & obreptionibus ſicut reſcripta papæ, clem.2 de offic.
ord.in.cap.ſuper literis, in fi.de reſcr. Domini.in cap.præſen-
ti.§.cæterum, in vlt.col.hoc tit.in 6.& intelligo ſtylo, quem
ſeruat papa, nō illi quem ſeruat cancellaria in expediendo
117 † quia legatus non ſubiicitur regulis cancellariæ, quæ con-
cernunt modum expediendi ſicut non ſubiiciuntur expedi
tiones, quæ fiunt per uiam cameræ. ¶Vidi in hoc dubitari, an
118 officiales † papæ, ut abbreuiatores, ſcriptores, & huiuſmodi
poſſint exercere officia eorum in legationibus? Reſpondi ꝙ
ſi legatus deputaret eos, poſſint non ut officiales Roman.cu
119 riæ † ſed vt officiales legati, quoniam eorum officia ſunt ex
tra expeditiones, quæ fiunt in Rom.curia, & per Rom pont.
Vnde licet bonum ſit, legatum ducere ſecum abbreuiato-
res & ſcriptores propter conſeruandum ſtylum Rom.curię,
tamen quæ fiebant per eos, non iudicabantur ut facta offi-
cialium curiæ, alias neceſſe fuiſſet communicare taxas aliis
& multa facere, quæ ceſſiſſent in damnum legati, & ita de
120 facto ſeruatur. Fuit etiam dubitatum iure, † an annata eſſet
ſoluenda de expeditionibus, quæ fiebant coram legatis, non
uidi priuilegia exactionis annatarū. de facto ſeruatur quod
non ſoluuntur annatæ, Quarta regula legatus de latere po-
teſt omnia illa, quæ non ſunt reſeruata papæ in ſignum ſpe-
cialis priuilegii, glo. in cap. quod tranſlationem, hoc tit. in c.
quæ de cauſa.2.quæſt.4.cap. in galliatum.25, quęſt.1.cap.fra-
ter noſter.16.quæſt.1.In quantū requirit quod ſpecialiter cō
cedātur ea. quæ reſeruata ſunt, etiam ſi requiratur in aliqua
re ſpecialis licentia ſedis apoſtolicæ gloſ in cap.auctoritate,
& ibi Phil.de priuileg in 6 Ioan de Ana.in conſil.94.melior
tex.in cap.fin. de tranſact. Ex quo infero, quod quamuis ali-
quid ſit reſeruatum ſedi apoſtolicæ, tamen ſi materia nō eſt
de ſe grauis, hoc permittitur legato, gloſ in d. cap. auctorita-
te. quia talis reſeruatio nō eſt ſemper in ſignum ſpecialis pri
uilegii. Fallit primo in his, quæ competunt papæ ex ſpeciali
121 reſeruatione, tamen ſolita ſunt concedi † legatis, quoniam
talia concedi ſolita tranſeunt cum generali mandato lega-
122 tionis, caſus eſt in cap. quod tranſlationem † quando dicit, ꝙ
ex quo ex ſpeciali indulto cōceſſum eſt legatis ſæpius, ut ab-
ſoluant eos, qui iniiciunt manus violentas in excommuni-
123 catos † iam ex ipſo legationis officio licere videtur, & ita ibi
not. Anton.in prin. ratio, quia ex diuturna conceſſione prin-
ceps uidetur uoluiſſe communicare illa inferioribus. l fi. C.
de fideiuſ. quando dicit quod illa quæ inter contrahentes ex
primi conſueuerunt, habentur pro expreſſis, facit l. quod ſi
nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edict. no. per Bartol. in l. nemo
eſt, qui neſciat. ff. de duo. re. ad quod faciunt multa, quæ late
tradit Felyn. in cap. cum M. in 3. colum. de conſtit. uer. no. 4.
& in cap. quæ in eccleſiarum, colum. 13. de conſti. poſt Rom.
in conſil. 59. Ad diſcutiendum colum. 2. decidetur per text.
in c. quod tranſlationem, quod papa conſtituendo ſimplici-
ter aliquem uicarium ciuitatis, cenſetur dediſſe eam facul-
tatem quam ſolitus eſt dare aliis vicariis. Et ideo dicimus ꝙ
licet ea, quæ per principem concedi ſolent diſpenſatiue, im
poſſibilia reputentur, fallit tamen quando ſunt ſolita conce
124 di, l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & eſtiu. Sed Abba. † in
c. quod tranſlationem, inſurgit contra rationem illius text.
125 dicens † facultatem abſoluendi excommunicatos, compete
re legatis potius ex approbatione eccleſiæ, quam quod con
ſuetudo concedendi id iubeat, quod etiam dixit placere In-
nocen. Et ſic no. non eſſe abſurdum cōtradicere rationi tex.
126 † quod etiam firmant domini de Rot. deciſ. 239. ut eos alle-
gat Domi. in c. deliberatione. §. prohibemus, hoc tit. in 6 ſed
eſt inter deciſ Biſgneti, in titu. de conceſ. præben. deciſ. 5. ubi
refert audiuiſſe a compilatoribus illius decretalis, quod fue
rat erratum. Andr. Sic. in apoſtil. ad Abba. in ca. contingit. in
ver. remedium, de dol. & contu. aſſentit idem dicens, papam
erraſſe in c. cum qui. de eo qui mitt. in poſſeſ. cau. rei ſeruan.
in 6. quando dixit talem poſſeſsionem non dari in beneficia
libus, ne detur uitioſus ingreſſus, quoniam poſſeſsio non dat
titulum. Mouetur Abba. ad impugnandam rationem text.
127 Quoniam ex his, quæ ſunt meræ † facultatis, & gratuito con
ceduntur, non inducitur cōſuetudo. Concedere autem iſta,
eſt meræ facultatis, quo ad Rom. pont. ut conſtat. igitur &c.
Maior probatur, quia Innoc. in cap. cum eccleſia ſutrina. de
128 cau. poſſeſ. & propri. dicit † quod ſi milies quis hoſpitaretur
amicum ad ſe uenientem, non tamen inducitur conſuetu-
129 do, † ut in futurum naſcatur obligatio hoſpitandi, & no. Cy.
in l. 1. & l. 2. C. quę ſit lon. conſu. Io. And. in c. Ioannes, de cler.
coniug. quod ſi quis mille annis ueniſſet ad Molendinū ali-
cuius, molendi cauſa, non inducitur conſuetudo, nec obli-
130 gatio perſeuerandi. † Item dicit Bar. in l. eum de in rem uer
ſa. ff. de vſu. & ipſe Abb. in cap. peruenit, de cenſ. quod ruſti-
cus, qui multis annis tibi gratuito donauit par capponū, non
obligatur ad idem præſtādum ex aliqua diutina largitione,
131 † & inquit Archid. in c. ſeruitium 18. q. 2. non eſſe præſumen
dum quod ille, qui ex liberalitate inuitat aliquem ad pran-
dium vel ad cœnam admittat eum tanquam utentem iure
132 ſuo, niſi exprimat † ad hoc, quæ tradit Dominic in c. conſue
tudo. 4. diſt. & Fely. in c. cum m 4. colum. de conſt item adde
Abb. in c. quoniam, in 1. colum de vit. & hone. cler. & in cap.
ſua nobis, & in c. ap[o]ſtolicam. de ſimon. & in c. Abba. 2. col.
de uerb ſign & in c. Ioannes, de cler. coniug vbi etiam Ioan.
And. & Abb. in c. cum ſit generale. de for. comp. in 6. colum.
& c. ex parte, de concel. præben Rot. in deciſ 457. in no. quę
dicit vſum, ſeu conſuetudinem a ſola principis voluntate
133 deſcendentem, nullum ius tribuere. † & vide gloſ. in c con-
ſuetudo, in verſ. inſtitutū. 1. diſt. quę dicit, qđ licet aliquid ſæ-
pius factū ſit, niſi eo animo fiat, ut in poſterū fiat nō inducit
vſus. Vide Pau. de Caſt. in l. ſi de eo fundo. §. fi. in fi. ff. de acq.
poſſ & per Roccum de Curt. in repett. c. fi. fol. 19. col 1. de con
ſu. ubi explicat quando & quomodo inducatur conſuetudo
hæc. Ex quibus omnibus apparet, quod ex actibus gratuitis
134 † non inducitur conſuetudo, niſi concurrant ea, de quib. per
eundem Abb. in d. c. abbate. Tu tamen non recedas a limita
tione præmiſſa, quæ ad literam probatur in c. quod tranſla-
tionem, contra quem uel in dicto uel in ratione nephas eſt
dicere, ut concludit Domi. in d. §. prohibemus, & Lancel. de
ci. in l. ſi creditori. in 3. colum. ff. de legat. 1. vbi dicit hoc eſſe
peccatum in Sp. S. & maxime, quia opin. eſt conſona ratio-
ni, ut dixi, & eam ſequitur Roma. conſ. 59. ad diſcutiendum
135 in 2. col. dicens quod quamuis in † uicarium principis gene-
raliter non tranſeant ea, quæ ſunt meri & mixti imperii, l. 1.
136 ff. de offic. eius, cui man. eſt iuriſ. † tamen ſi ſunt communi-
ter conſueta concedi, princeps uidetur dediſſe vicarium eā
ea facultate, quæ communiter dari conſueuit, cum pręſum
ptio ſit, principem uelle concedere ea, quæ conſueuit conce
137 dere. † pro quo faciunt multa, quę egregie cumulauit Felyn.
in d. cap. cum m. in 4. not. de conſtit. & And. Sic. in d. c. quod
tranſlationem, vbi defendit hanc limitationem, quæ vera
eſt. Quam vt intelligas, adde quod ante ca. quod tranſlatio-
nem, ſpecialiter concedebatur legato facultas abſoluendi
138 excommunicatos. † Quare ponam exempli gratia vnam fa-
cultatem conceſſam per Innoc. iij. cardinali S. Suſannæ le-
139 gato † ut etiam videamus, quam parci erāt Ro. pont. eo tem-
pore in facultatibus cōcedendis eſt autem in regeſtro Inno-
centii iij. anni octaui, & noni. Facultatis uerba ſunt hæc.

Bulla facultatis antiquæ unius legati.

His fiducialius, & plenius committimus ui-
ces noſtras, quorum probi
tatem, & ſcientiam iugiter experimur. Cum ergo plenæ le-
gationis officium in imperio Conſtantinopolitano, tibi, cu-
ius diſcretionem in multis experti ſumus, duxerimus com-
mittendum, vt illud melius & plenius exequaris, recipiendi
ceſſiones epiſcoporum, transferendi eos vndecunque ſint,
qui ad ſedes alias in eodem imperio conſtitutas, fuerint po-
ſtulati, liberam tibi concedimus, auctoritate præſentium, fa
cultatem. Similiter cōcedentes, vt eos, qui pro violenta ma
num iniectione in latæ ſententiæ canonem inciderint, ſe-
cundum eccleſiæ formam abſoluas. *Et paulo inferius.*

Auctoritate tibi ꝑdicta indulgemus, vt ſi patriarcha ipſe
a te commonitus procedere forte neglexerit, vel diſtulerit,
iuxta formam indulgentiæ tibi datæ, & in eadem eccleſia,
quę ſicut eccleſias alias in Conſtantinopolitano imperio cō
ſtitutas dignitate præcellit, ſic debet inter eas perſonarum
nō tam numero, quam merito efflorere. De quacunque na-
tione viros literatos, & honeſtos inſtituas, prout uideris ex-
pedire, tam in hoc quam in aliis ſupra ſcriptis ſublato appel-
lationis obſtaculo proceſſurus. Nulli ergo, &c. Dat. 13. Kal.
Iunij, anno octauo.

Ecce quod eo tempore illa erant conſueta ſpe-
cialiter concedi, & ſic adhuc nō
licebant, ſed poſtea credita ſunt licere propter conſuetudi-
nem concedendi, ut in c. quod translationem. ad rationem
Abb. dic quod non concludit, quia iſta limitatio eſt fundata
in præſumpta voluntate principis, & ratio illius concludit
de poteſtate, quia nos non dicimus ligatas manus principis,
vel inductam aliquam obligationem contra principem, ſi-
cut concludit eius ratio, ſed quod princeps in dubio præſu-
mitur voluiſſe concedere conſueta, quæ præſumptio etiam
militaret in exemplis ſuis, nam ſi ruſticus conſuetus ſingu-
lo anno donare capones, hoc anno daret par caponum. præ-
ſumeretur etiam dediſſe animo donandi per præmiſſa, quā-
uis alias donatio non præſumatur, l. campanus. ff. de ſolut.

pro

pro quo faciunt quæ dicemus in ſequenti quæſt. Ex iſta limi
140 tatione reſultãt duo notabiles effectus. primus † quod cum
legati Bononiẽſes ſoliti ſint habere quaſdã facultates cõiter
ſolitas vniformiter dari oĩb. legatis, cũ primũ aliquis erit le
gatus Bonon. habebit oẽs illas facultates. Secũdus effectus,
141 † quoniam cum iſta conſueta cõcedi legatis, videantur iam
competere ipſo iure, ad validitatem horum, quæ per huiuſ-
modi legatos geſta ſunt, non erit neceſſe oſtendere literas fa
142 cultatum, licet alias † in his, quæ ſpecialiter reſeruata ſunt,
non credatur. Spec. iſto tit. §. ſupereſt. vide ſupra in rubr. qua-
liter ſe gerere debeam cum ciuit. eſt ingr. ver. prima conclu-
ſio. Pro præmiſſorum vero intelligentia, dubiũ reſtat, quan
143 do aliqua dicantur ſolita † concedi. ſol. quando probabitur
idem eſſe conceſſum bis legato, quod probatur per tex. in c.
quod tranſlationem. quando dicit pro eo, quod legatis ſæpe
144 fuere indulta † & verbum, ſępe, intelligitur. i. bis, ſicut dictio,
ſæpius, importat pluſquam bis, glo. in clem. 2. in ver. uidetur,
in fine, de appella. glo. & Salyc. in l. ſeruos C. ad leg. Iul. de vi.
pub. glo. in authen. de teſti. §. quia vero, & hoc tenet An. Sic.
in d. c. quod tranſlationem. Abb. uero tenet requiri ſpacium
tanti temporis, de cuius initio memoria non extet, c. ſuper
145 quibuſdam de verb. ſign. Nam curſus † tanti temporis habet
vim priuilegii. l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. &
æſti. l. 1. § vlt. ff. de aqua plu. arcen. Sed iſta ratio Abb. confun-
ditur, quia hic non agitur, an ex priuilegio competat legato
iſta facultas, ſed an mens concedentis ſit cõcedere quæ con
ſueuit, nam mens hominis deprehenditur ex eo, quod con-
146 ſueuit facere, † l. ſeruis legatis. §. ſeruus. & l. ſeruis vrbanis. ff.
de leg 3. Quare ſolemus dicere, quod ea, quæ a principis vo-
147 luntate dependet, ſunt impoſſibilia, † vt ſupra dixi. & facit l.
apud Iulianum. §. conſtat etiam. ff. de leg. 1 l. continuus. §. cũ
quis ſub hac. ff. de verb. oblig. melior tex. in l. 4. in princ. ff. de
fideic. liber. tamen ſi ſunt conſueta concedi, reputantur poſ
148 ſibilia, † d. l. 1. § permittitur. ff. de aqua quot. & æſti. l. interci-
dit. ff. de condit. & demon. & conſequenter præſumitur prin
149 ceps ea uelle dare ſub generali manda. Ego igitur credo † ꝙ
ſi tres legati immediate præcedentes habuerint certas facul
tates uniformiter, ſine dubio dicatur res conſueta concedi
ſicut quando in cõtradictorio iudicio ſunt obtentæ tres, ſen
150 tentiæ † conformes, nam quamuis aliqui teneant quod duę
ſufficiant, tamen multi volunt ꝙ tres, de quibus opin. habe-
tur in l. de quibus. ff. de leg. & in l. 1. & 2. C. quæ ſit long. con-
ſue. glo. & doct. in §. ex non ſcripto. inſtit. de iur. nat. ge. it. &
& ciui. & recentiores in rep. c. fi. fol. 19. de conſue. & ideo tres
151 vices faciunt cõſuetudinem indubitatam, † arg. c. 1. de arb.
in 6. Quod tamen declaro eſſe verum, quãdo fuerunt diuer-
ſi legati. ſecus ſi eidem bis vel ter ſit conceſſa vniformis lega
tio, quia ſtante eadem perſona, eſt eadem ratio concedendi,
ideo nõ inducitur conſuetudo, & reputatur vna legatio. Bal.
in c. cum cauſa. de re iudi. dicens non eſſe bis iudicatum ſu-
per conſuetudine, quando ſecunda ſententia pronuntiatur
ea ratione, qua prima. ad hoc l. qui bis. ff. de verb. oblig. & d.
c. cum cauſa. & not. in c. abbate, de verb. ſign. Et hoc teneo,
152 quamuis de rigore poſſit dici duas vices ſufficere &c. † præ-
miſſa autem intellige dici cõſueta large loquendo, alias in-
ſtricta ſignifi. aliud eſt ſolitum, aliud conſuetum propter ea,
quæ late tradit Dec. in rub. de conſue. Aduerte tamen quod
præmiſſis obſtat text. in l mella. §. ſed ſi alimenta. ff. de alim.
& cib. leg. vnde pater familias dicitur ſolitus præſtare alimẽ
ta certo modo, quando ſic ſemel vltimo præſtitit. Dec. in ru
bri. de conſuet. attingit hunc articulum. & denegat eſſe ve-
rum, quod ſolitum fieri dicatur quod ſemel fit, quia dicitur
id raro fieri, ergo non ſolitum. l. nam ad ea, ff. de legi. l. ſi. ver.
ſed quia ibi ſemel & nõ ſæpius. C. de iu. delib. & per alia ibidẽ
per ipſum adducta. Rocc. in eadem rubr. exploſo Decio, di-
cit eſſe caſum in l. mella. quod ſolitum fieri dicitur quod ſe-
mel fit, licet aliud ſit de conſueto. quod tenet Bart. in l. mel-
la, per illum tex. eorum differentia eſt verbal. Ideo ad illum
tex. reſpon. quod non probatur ibi quem dici ſolitum aliqd
præſtare qui ſemel tantum præſtitit, ſed quod mens teſtato-
ris videtur eſſe, quod ſi legauit alicui alimenta, quæ uiuens
præſtabat, in dubio attendenda eſt præſtatio, quæ erat ſolita.
& ſi uarie pręſtitit, vltima præſtatio. propter hoc non dicit ꝙ
ita eſſet ſolita. neque etiam dixit teſtator, quæ ſolitus. ſed de
ciſio procedit a præſumpta mente Rocc. in loco præallega-
to, vbi multa aggerit, tamen circa iſtos actus, quot ſint neceſ
ſarii, non poteſt dari certa regula, ſed relinquitur, arbitrio iu
dicantis, vt late concludit Rocc. in c. ſi. fol. 19. col. 1. de con-
ſue. cumulatis auctoribus, qui dicunt hãc eſſe communem
ſententiam. An autem requiratur etiam ſpatium temporis
153 ſaltem 40. † annorum, videtur dicendum requiri † quoniam
154 licet trino actu inducatur conſuetudo, tamen requiritur ẽt
tempus aptum ad pręſcriptionem, ſecundum Aegidium de
ciſ. 627. in fi. quod videtur ſatis rationabile, quia cõſuetudo
quæ dat ius, debet eſſe legitime præſcripta ſpatio 40. ann. ca.
cum eccleſia. de cauſ. poſ. & propr. c. fi. & ibi not. de conſue.
ſed huic rationi aliqualiter repugnant quæ ſupra dixi. Fallit
ſecundo, quando aliqua vtilitas euidens eccleſiæ, vel neceſſi
tas ſubeſſet, quoniam legatus poſſet attentare ea, quæ ſunt
reſeruata papæ in ſignum ſpecialis priuilegii. Andr. Sic. in c.
155 niſi. vlt. col. † hoc tit. Abb. in c. at ſi clerici. §. de adulteriis, in
4. col. de iud. Et nos dicemus loco ſuo, vbi tractabitur mate-
156 ria diſpenſationis. Item, † quod dixi, legatum poſſe omnia
quæ non ſunt ſpecialiter reſeruata, fallit quando materia eſ-
ſet ex ſe grauis & deducta in cõſequentiam ab his, quæ ſunt
prohibita. Spec. in d. §. nunc oſtendendum. penult. colum.
157 † Qui autem ſint caſus, quos ſibi papa reſeruat in ſignũ ſpe-
cialis priuilegii, doc. varii ſunt, alii plures alii pauciores enu
merant, gl. in c. quod translationẽ & in c. 1. de transla. epiſco
por. & in ca. ſicut vnire. de exceſ. prælat. enumerant tantum
vndecim caſus, quos quatuor hiſce verſiculis includunt,

Reſtituit papa ſolus, deponit & ipſe.
Articulos ſoluit, ſynodum facit generalem,
Transfert, & mutat, appellat nullus ab ipſo,
Diuidit, ac vnit, eximit, atque probat.

Quos etiam verſiculos ſequitur Goffr. in ſua ſumma, hoc ti
tu. Sed hi verſus, nec numeris, nec ſillabis conſtant, & credo
ipſos corrupte traditos, & mutilatos, quia poſt tres exame-
tros eſt pentameter, debebant enim eſſe duo alii pentame-
tri intermedii. quod etiam oſtenditur, quia iſti verſiculi non
comprehendunt omnes illos caſus, quos gloſ. præenume-
rat. Rayn. in ſua ſumma enumerauit 24. caſus. Hoſt. vero in
hoc tit. enumerauit ſexaginta, quos his verſibus complexus
eſt, quos etiam in parte emendaui.

Si ſit catholicus, papam non iudicat vllus,
Erigit, & ſubijcit cathedras, & diuidit, vnit,
Mutat vota crucis, reſtaurat, & eximit ad ſe,
Maiores cauſæ referuntur, legitimatque.
Promouet, appellare vetat, prohibet profiteri,
Deponit, transfert, ſupplet, renuntiat illi
Præſul, & exemptus, Simon, Iurans, anathema,
Vel proprium, vel legati, vel lex, vtriuſque
Nequam participans, & ſi quem ſponte ſalutat,
Quemque canon damnat, ſibi ſoli quando reſeruat,
Soluitur à papa, nec non quem regula damnat,
Addas ſuſpenſum, & cum cauſa refertur ad ipſum,
Reſcripti ac fidei dubium, confert bona plura,
Irritat infectum, legem condit generalem,
Approbat imperium, firmat, deponit, & vngit,
Concilium generale facit, ſancit quoque ſanctos.
Ens non eſſe facit, non ens fore, pallia ſemper
Portat, concedit. legi nec ſubditur vlli,
Appellatur ad hunc medio ſine, iudiciumque
Eſt pro lege ſuum, monachum reuocat renuentem,
Maius adulterio ſoluit, generaliter arctat,
Et laxat quicquid ſponſis nocet, ordinat extra
Tempora, dando ſacrum, promotum promouet idem,
Ordinat, atque die, qua conſecratur, & ipſe,
Viuentiſque locum concedit, iureque priuat,
Inſignit, layco ſacra donat, & Criſma miniſtro.
Summa ſede ſedet, plenuſque vicarius extat.

Hæc quidem Hoſt. Spec. vero, iſto tit. §. nunc oſtendendum,
enumerauit 89. caſus, includẽdo declarationem Hoſt. ſuper
præmiſſis carminibus ad literam. Ego nunc ſuccincte pro in-
troductione materiæ, enumerabo iſtos caſus, vt in hoc no-
ſtro tractatulo nihil deſideretur, quod ſciri expediat. Et quia
multi enumerant, qui vel non ſunt veri, vel ſi ſunt ueri, non
procedunt in legatis de latere, reſeruabo diſcuſſionem eorũ
in locis & materiis oportunis. Primus caſus eſt, nemini ſubij
158 ci, & a nemine iudicari, † quia hoc eſt ita ſolius papæ, ut ne-
mini alteri concedatur, c. aliorum 9. q. 4. c. ſi papa 40. diſt. Se-
159 cundus caſus in cauſis epiſcoporum † & epiſcopatuum, quæ
quia maiores ſunt, per ſolum papam tractantur, ſiue agatur
de transferẽdo epiſcopo, c. quod translationem, ſiue agatur
de deponendo epiſcopo, ſiue de vniendo epiſcopatus, vel de
diuidendo, aut alias alterando, c. niſi, c. quod trãslationem,
vbi no. & in d. c. 1. de transla. epiſcopor. ſiue etiam de erectio
160 ne alicuius eccleſiæ in cathedralem, † c. fęlix, ca. præcipimus
16. q. 1. Spec. & Hoſt. vbi ſupra. Quod tamen dicitur de depo
nendo epiſcopo. Vide quæ diximus de patriarcha. Et credo
quod hodie legatus poſſet deponere epiſcopum in partibus
161 vltramarinis † vbi habitabãt illi quatuor patriarchæ, qui ta-
lia priuilegia habebant, ſicut dicimus quod tũc poſſunt por
tare ornamenta pontificia, ut per Hoſt. & alios in c. antiqua,
de priuil. Tamen videtur contra text. in c. inter corporalia,
da transla. præl. ideo cogita. Quod dicitur de erectione, uide
quæ dicemus de poteſtate leg. in erigendis eccleſiis, lib. 6.
Et illud ſemper no. quod licet legatus non poſſit epiſcopum
de-

162 deponere, poteſt tamen deponendum † pronuntiare, ut di-
cunt doct. in d. c. quod tranſlationem, quia non ſequitur, hic
non poteſt punire, ergo non poteſt puniendum pronuncia-
re. Nam vicarius epiſcopi ex ſuo generali officio non poteſt
163 reos punire, poteſt tamen eos puniendos pronunciare, † Io.
And & Domi. in c. 1. de off. vic. in 6. Nam magna eſt differen
164 tia inter ſententiam de præſenti, † & de futuro, cum prima
habeat executionem, ſecunda non, ſecundum Bald. in l. 1. §.
165 ſi aduer. liber vbi gloſ. & Bartol. dicunt † aliud eſſe pronun-
ciare quem eſſe liberum, vel eſſe liberandum, idem gloſ. &
Bar. in l. fi. C. vbi & apud quos. ad hoc est gloſ. in c. biduum. 2.
q. 6. quæ loquitur de Metropolitano. quam gloſ. ſequuntur
166 Ant. Abb. Imo. And. Sic in c. 1. hoc tit. Et ſcias etiam † quod
legatus poteſt hodie confirmare epiſcopos, & alia facere, de
quibus in c. ſi abbatem, de elect. in 6. item ſcias, quod ſub iſta
generalitate videtur prohiberi mutatio cathedræ epiſcopa
lis de vno loco ad alium, quod epiſcopus non poſſit transfer
167 re epiſcopatum de ciuitate ad caſtrum, † quod innuunt il-
la carmina male intellecta, mutat vota &c. Nam ſi ſolus pa-
pa transfert perſonas de vno loco ad alium, ergo & ſolus ſe-
dem, argnendo a perſona ad locum, l. a. ff. ne quis eum qui in
168 ius voca. † Sed tamen hoc non tollit, quin epiſcopus poſſit
ex cauſa in quacunque parte diœce. habitare, & ibi ad tem-
pus iuriſdictionem exercere, cum & id quandoq; extra dio-
cœ. præſtare poſſit. clem. 1. de ſo. comp. & ſecundum hoc po-
169 teſt intelligi, c. quoniam. §. prohibemus. de offic. ord. † Alias
autem cauſas ciuiles & criminales epiſcoporum non requi-
rentes depoſitionem audire poteſt, excommunicare eos, &
punire, vt per Io. And. in c. ut litigantes. de offic. ord. in 6. glo.
in c. accuſatus 3. q. 6. ad hoc c. Romana, in 2. Reſc. de off. ord.
Vnum tamen no. quod licet Abb. vbique videatur firmare
170 hanc opin. † quod legatus poſſit pronuntiare epiſcopum de
ponendum, tamen contrarium tenet ipſe in c. non poteſt. de
re. iud. dicens. diffi. cauſę reſeruari papæ, quia alias q. pronun
tiat deponendum verbo deponit, ideo declarandum hoc di
ctum vt legatus poſſit facere proceſſum contra epiſcopum,
171 ſed pronuntiare nullo modo † quia paria ſunt dicere pronū
tio deponendum vel depono, quia omnino illa ſententia ſi
potuit fieri, habet executionem neceſſariam. Tu tamen nō
172 recedas a cōmuni, † quia illa interlocutoria legati, qua pro-
nuntiat epiſcopum deponēdum, poterit reuocari per papā,
ſicut in ſimili dicit Alexan. in l. 1. ff. de offi. eius. quando dicit
173 † officialem, cui ob temporis breuitatem interdicta eſt exe-
cutio, licet non poſſit exequi, poſſe pronunciare aliquid exe-
quendum, & ſucceſſor poterit exequi, & non exequi, & di-
cit Ang. in conſ. 250. Domi. Libertina in fi. prout eum refert
174 Dec. in d. l. 1. quod in eo qui poteſt condemnare † paria ſunt
dicere pronuntio condemnandum, uel cōdemno. ſed in eo
175 qui non poteſt, non eſt idem. ita in caſu, quia † legatus non
poteſt condemnare epiſcopum, ideo ſua pronuntiatio non
habebit vim diffinitiuæ. Pro deciſione præmiſſorū, vide quæ
in ſimili ponit Alex. in l. cum fundus § ſeruum, in 1. col. ver.
176 nota circuitum. ff. ſi cer. pet. quando dicit quod paria † ſunt
obligare ſe de præſenti, vel promittere ſe obligaturum, cu-
ius dictum ſequitur Iaſ. in l. Dominus. ff. de condictio. in-
deb. quod eſt verum, quia totum dependet ab vno. multa ſi
milia vt per Alex. in l. 1. § ſi quis ita, ff. de verb. ob. ut. Io. And.
in addi. ad Spec. tit. de oblig. & ſol. in princ. in ver. eſt alia. q.
vbi originaliter ponit illam deciſ. Alex. quod qui promittit
177 ſe obligare, ſtatim eſt obligatus. † Tertius caſus in commu-
tatione uoti terræ ſanctæ, pro redemptione eius c. quod ſu-
per his c. a. ex multa de vot. & dixit pro redēptione eius, quia
ſi alias uouiſſet deuotionis cauſa ire ad partes vltra mari-
178 nas, ſecus vt per Abb. in c. ex multa, † nam de iure duo vota
tātum ſunt reſeruata papæ, caſtitatis, & terræ ſanctæ redem-
ptionis. Cæterorum commutatio ex cauſa, epiſcopis & lega
179 tis eſt permiſſa † Abb. in c. 1. de vot. Fel. in c. quod ſuper, de fi.
inſtr. in prin. Vide infra, lib. vlt. concluſ. antepen. Quartus ca
180 ſus in exēptione † alicuius ab ordinario, quia ſolus papa dat
exemptionem. Spec. & Hoſt. vbi ſupra, glo. in ca. frater 16. q.
1. glo. Io. And. Dom. & Filip. in ca. 1. de priuil. lib 6. per illum
tex. qui parum probat, quia non dicit quod legatus non poſ-
ſit eximere, quamuis meminerit de exemptionibus a ſede
apoſtolica factis. Nam & legatus apoſtolicæ ſedis locum te-
181 net, † vt no. in c. auctoritate, eod. tit. & lib. Credo tamen ca-
ſum uerum, prout illum colligit Abb. in c. fin. de confir. uti.
182 vel inut. † quia hoc eſt adimere ius tertio, quod ſolus pa-
pa facit, per not. in c. conſtitutus, de relig. domi. Quintus ca-
ſus, quod omnes maiores cauſæ ad ſedem apoſtolicam refe-
runtur. Vnde dicit ver. Ad ſe maiores cauſæ referuntur. ca. 1.
de transla. epiſ. c. 1. de int. cal. c. maiores. de baptiſ. Cauſæ au-
183 tem dicuntur maiores, † ſiue grauiores, quæ concernunt ar-
184 ticulos fidei, & quæ verſantur in dubiis iuris † quia ad ſolū pa
pam ſpectat elucidare dubia huiuſmodi, c. inter alia. de ſent.
excom. d. c. 9. de iur. cal. ubi dicit Abb. hoc procedere in du-
185 biis iuris canonici, uel diuini, nō autem in dubiis iuris ciuilis
quia illa interpretatio fit per Imperatorem. Sed contra hoc
186 opp. de cap. omnis oppreſſus. 2. quæſt. 6. ubi dicitur † quod ma
iores cauſæ deferuntur ad primam ſedem. i. ad metrop. ergo
187 non ſunt reſeruatę papę † Item cauſę matrimoniales dicun-
tur eſſe arduæ & graues, cap. 1. de conſang. & affin. not. Doc.
188 in cap. per tuas, de præſump. † Item quando agitur de omnib.
189 bonis uel maiori parte cap. primo. de reſtit. ſpol. † Item quā-
do eſt cauſa, quæ infamat l. infamia C. de decur. lib. 10. Abb.
in cap. querelam, de procur. Et tamē epiſcopi & archiepiſco
pi cognoſcunt de iſtis, ut notum eſt. igitur etc. & hoc not. in
cap. de conciliis 18. diſtin. Sed Reſpon. quod hoc uerbum ma
iores, eſt æquiuocum ideo tu ſequēdo dicta Hoſtien. & An.
190 in cap. fin. in 3. colum. de crimi. fal. † Dic tria eſſe cauſarum
genera quantum ad rem noſtram attinet. aliquę uocantur
maiores, aliquæ mediæ aliquę minores. Medię & minores
tractant per inferiores a papa, & ſub iiſdem duob. terminis om
nes cauſę non reſeruatę papæ comprehenduntur, quamuis
una ſit minor altera, & illæ ſunt quodāmodo infinitæ. † Ma-
191 iores uero, quę reſeruantur papę, ſunt tantum illę, quæ in iu-
re reperiuntur expreſſę. quoniam, quæ ſibi non reſeruat, aliis
concedit. cap. nuper. de ſenten. excommun. de quibus cauſis
per gloſ. in cap. quamuis, de elect. in 6. in cap. præceptis 12. di-
ſtin. & in cap. ex multis 17. diſtin. ubi per modernos. † Cauſę
192 igitur matrimoniales & huiuſmodi, licet certa ratione ſint
maiores, tamē ſunt maiores quo ad caſum noſtrum, ex quo
apparet inepte factum, quod iſte caſus ſit ſpecialiter enume-
randus, cum ſatis fuiſſet dare regulam generalem, unum no.
quod ſi cauſa maior incipiat coram inferiore tractari, appel-
193 latione etiam omiſſa, devoluitur etiam ſi ſit nulla. Spec. ubi ſup. & Io.
Anan ubi ſupra, & ideo in illis etiam ſine grauamine appel-
lari poteſt, ſecundum Hoſtien. hic. Sextus caſus in legiti-
194 mationē, nam ad ſolum principem ſpectat legitimare cap. per
uenerabilem qui filii ſint legit. Dicam de hoc infra, quando
tractabitur de poteſtate lega. in legitimationibus. Septimus
195 caſus, qd ſolus papa reſtituit eos, q. ſolēniter degradati ſunt
glo. in cap. ideo 2. q. 6. c. ex tuæ. § fin. de cler. non reſid. & ille
tex. de leg. in oppoſitū eſt tex. in c. epiſcopus presbyter 11. q. 3. ubi dr̄
epiſ. presbiter, aut diaconus, a gradu ſuo deiectus. ſi in ſecūda
ſinodo innocēs inueniatur, gradus amiſſos accipiat de ma-
nibus epiſcoporum coram altare. Ecce ergo, quod epiſcopi
reſtituunt degradatos. Sol. Ille tex procedit in degradatione
uerbali, nos autem loquimur in ſolenni. Hoſtien. ubi ſupra
Spec. in d. §. nunc oſtendendum. Solemnis autem degrada-
tio eſt ipſius depoſitionis executio, de qua in cap. degradatio
196 de pœn. in 6. Et fit degradatio talis, quando poſt ſententiam
depoſitionis epiſcopus, præſente iudice ſeculari, cui degra-
dādus debet relinqui, publice abradit illi loca capitis, & ma
nuum, in quibus in collatione ordinum unctio facta fuit, &
poſtea ſucceſſiue detrahit omnia ſigna. quę in ſuſceptione
ordinum ſuſcepit, & demum exuit eum clericali habitu, &
induit laycali, dicens iudici ſeculari, ut illum ſpoliatum, &
depoſitum in ſuum forum recipiat, inſtabit tamen ut iudex
ſecularis circa illum, ut pęnam mortis, uel ſanguinis mode-
retur, d. c. degradatio. Circa iſtam materiam reſtitutionis de
poſitionis, uide Abb in d. cap. ex tuæ. in fi. de cler. non reſid.
197 ponentem tres opin. Octauus caſus, cum patientibus defectū
ætatis ſolus papa diſpenſat. cap. cum in cunctis. de elect. Hoſ.
& Spec. ii. ubi ſupra, & dicemus loco ſuo, & ſic de bigamis &
aliis. Spec. in dicto § nunc oſtendendum uer. 13. Nonus quia
198 nullus appellat a ſententia papæ nec etiam committit cau
ſam appellatione remota. unde in materia iudiciorum. Deci
199 mus. quādo agitur de annullanda profeſſione emiſſa in ęta
te legitima, quia ſolus papa poteſt eam inhibere. c. quia in in
ſulis. de regu. cuius profeſſionis uide mirabiles effectus, quos
ponit Felin in cap. cum deputatis. in 2. colum. de iudi. Vnde
200 cimus. quando arguitur de ſupplendo defectus, qui in con-
tractibus interueniunt, quia ad ſolum papam ſpectat. c. illa
quotidiana. de elect. cap. 1. de tranſact. habet enim papa ple-
nitudinem poteſtatis in his quę ſunt iuris poſitiui. c. proposuit
201 de conceſ. præ. cap. ex tuarum, de aut. & uſu pall. Fallit quan
do ageretur de ſupplendo defectus earum rerum, quæ per
inferiorem expediri, & ſuppleri potuiſſent ab initio, quoniā
tunc ſimiliter per legatum ſuppleri poſſunt huiuſmodi de-
fectus, ratio, quia propriū confirmationis eſt, ſupplere defe-
203 ctus ſolemnitatum, quæ interuenerant in actu. Bald. in l. fi.
ff. de teſtat. tutel. Alexan. in conſilio 103. in quarto uolum. &
in conſilio tertio, & conſilio 92 in quinto volu. nin. ideo di-
xit Bald. in tractat. ſolmatic. columna decimaquinta. ver-
ſiculo ſequitur. quod confirmatio erat proprie de his,
quæ non ualebant. idem Baldus in l. ſi quis filio. §. irritum
204 ff. de iniuſto rupto irrito teſtamento, † quod qui poteſt
actum facere de nouo, pōt illud inualide factum cōfirmare.

At-

Attende,quod iſta ſuppletio defectuum,quæ fit a principe,
205 procedit reſpectu defectuum † iuris poſitiui, nõ autem iuris
naturalis,ſecundum Io. And.in addi ad Spec.iſto tit.§.nunc
oſtendendum. ver.18.Ant.& Imo.in c.1 de tranſact. card.in
c.illi. q.quintadecima, inferens quod ſi eſſet defectus egens
abſolutione,vel diſpenſatione, non cenſeretur ſublatus niſi
206 exprimeret,& ſubdit † quod ad hoc ut confirmatio ſuppleat
defectus,oportet quod ſpecificentur,alias generalis confir-
matio non tolleret illos. Archid.in c.Canouarienſem.56.di-
ſtinc.arg.l.ſed ſi quis.§ quæſitum.ff.ſi quis caut. c.ex parte,il
2. de offic.deleg. Item aliud not.card.ibidem,quod clauſula
207 ſuppletionis † defectuum non facit actum inualidum tenere,
ſed ſolum tenet defectus, per quos poſſet agi ad caſſatio-
nem. Vide ibi latius per eum,& per moder.in c 1.in 5.col.ver
ſic.& ſubiicit Abb.hic de confir.vti.vel inutil. Ego tamen in
telligo,niſi tempore intermedio eſſet acquiſitum ius alteri,
per ea quæ ponit Phil.in reg.ratihabitionem.de reg.iur.in 6.
208 Duodecimus in prælato exempto,† quia non poteſt renun-
tiare niſi in manibus papæ,ſecundum Hoſt.& Spec. vbi ſup.
. Hodie hoc non procedit per tex. in c.ſi abbatem, de elect.in
6. Signa vnam theoricam, quam ponit Domin.in d.c.ſi ab-
batem.quæ eſt quod quando materia eſt conceſſa.ſed requi
209 ritur licentia † papæ,legatus impartitur talem licentiam,ſe-
cus quando materia eſt prohibita,ſuper qua cogitabis. Deci
musterti us in ſimonia, quia papa tantum diſpenſat cum ſi-
210 moniacis,† cap.quia ſimoniacis.1.q.1 dicetur loco ſuo. Deci
musquartus In iuramento, quia ſolus papa declarat vtrum
211 iuramentum ſit licitum vel non,† c.venerabilem.§.cos,de
elect. Dicam infra quando tractabitur de poteſt.leg. circa iu
ramenta. Decimusquintus in abſolutione excommunica-
212 tionis † latæ a papa,vel eius delegato, quia nõ poteſt inferior
abſoluere. idem in excommunicatione lata a legato, cuius
officium expirauit,Spec.vbi ſupra,& Hoſt.ad hoc c. inferior,
21.diſt.c cum inferior, de maior.& obed. Decimusſextus in
213 ſalutatione papę facta ex certa ſcientia,quia operatur † abſo
lutionem,cap ſi al.quando, de ſent.excom de hoc eſt tex.in
clem ſi ſummus.de ſent excom. qui hanc materiam decla-
rat. De iſta ſalutatione quid operetur, vide Abb. & alios in
prohęmio decretalium,& præcipue apoſtillam ad Abb. De-
214 cimuſeptimus,quando lex reſeruat † abſolutionem ab ex-
communicatione papæ,Hoſt.& Spec. vbi ſupra. decimus in
215 materia excommunicationis. Decimusoctauus in † irregula
ritate,quia ſolus papa abſoluit ab ea,c.ſi quis epiſcopus dam
natus,11.q.3.c.nenteus.de eo qui furti. ordin.recep.dicetur in
fra,de poteſtate lega circa irregularitatem. Decimusnonus,
in c.excommunicamus itaque § ſane clerici,de hære. Vige-
216 ſimus, quando cauſa promouetur † coram papa,ſiue per re-
. lationem, ſiue per appellationem, ſeu aliter quomodocun-
que,c.licet.hoc in c.in primis,de appel c decreto 2.q.6.c.no
ſtrum,de appell. Fallit,quando appellatio eſſet friuola,Spec.
in d §.nunc oſtendendum. Vigeſimusprimus, in declaratio
217 ne † reſcriptorum papę c.2.de offic.delega.cum veniſſent,de
iudi.c 1 & 2.de confir.vti uel inut c.paſtoralis,de fi.inſtr. Vi-
218 geſimusſecundus,eſt diffinitio cauſę † fidei,quia eſt de maio
. ribus, & ſpectat ad papam c.maiores.de bapt. c.cum Chri-
ſtus,de hæret.l.fin.C.de ſum.trinit & fide cath c.ad abolen-
dam,de hæret. c.quoties.24.q 1. Sed contra d.c.frater noſter
16.q 1.vbi dicitur ꝙ quando cauſa fidei eſt mediocris,ſpectat
ad epiſcopum. At reſpondere poſſet,quod illa mediocritas
intelligitur de alijs cauſis. Verum nunc magis opp. de c.2.
80.diſt.ubi B.Petrus iuſſit poni patriarchas & primates in pro
uincijs,ut cauſas epiſcoporum cognoſcerent, & maiora ne-
gotia in fide agitarent Ad hoc reſpondet.ibi glo.& in d.cap.
quotiens,quod verbum in fide exponitur.i.fideliter,qua ex-
poſitione nihil ineptius,ideo aliter ſoluit,quod poſſunt agi-
tare,ſed non decidere.quæ etiam ſol.non placet. Dic igitur,
ſi quæſtio fidei eſt inter laicos, epiſcopus cum clero impo-
uit ſilentium laycis,& terminabit quæſtionem fidei ſecun-
dum canones,& ita praticauimus nos hic in ciuitate Florẽ-
tiæ in cauſa Franciſci,de meleto & Theodori monaci,qui ſe
pro papa angelico gerebat, nam vocatis magiſtris in theo-
logia,& iure canonico, eorum ſcripta & dogmata canoni-
ce damnauimus. Aut vero quæſtio eſt inter clericos,& cau-
ſa refertur ad papam, ne contingeret in vna diœceſi deter-
minari aliquid,deuium ab uniuerſali eccleſia, glo.ita expli
cat in d.c.2 80.diſt. poterit tamen huiuſmodi quæſtio venti-
lari in cõcilio,& obſeruabitur illud quod ponit card. Alex.
in c. Anaſtaſius.19 diſt. Nam papa deuiando a fide,ſubeſt cõ-
cilio.c ſi papa,40.diſt. Oporteret hic intrare illum articulũ,
an papa ſit ſupra cõcilium,de quo forſan aliquid dicetur in-
fra. Decimusſeptimus in diſpenſatione duorum, pluriumue
219 beneficiorum incompatibilium,† c.de multa,de præben.de
hoc late infra in materia de poteſt leg.circa beneficia. Vige
220 ſimusquartus in depoſitione regum & imperatorum,† quia

ipſe ſolus deponit eos,demeritis ſuadentibus, cap ad apoſto-
licæ de re iud.c.alius.15.q.6 vbi papa depoſuit Zachariam re
gem Franchorum,& dat etiam curatores,quando ſunt inu-
tiles ad regẽdum,c grandi.de ſupplen.negl.præl.lib.6. Item
vacante imperio ſupplet defectus imperatoris, quæ omnia
ſunt interdicta legato,capit.licet.de fo.compet. Nec poterit
etiam tunc legatus ſe intromittere de quæſtionibus layco-
rum,niſi ratione pacis, Spec.in d.§.nunc oſtendendum,ver-
221 ſic.19. Item † ſolus vngit & cõfirmat electum imperatorem,
c.venerabilem,de elect.per Hoſt.hoc tit.in ſum & in titu de
elect §.quis eligi,& in tit.de ſacr. vnctione §.a quo & quali-
ter. Nunc occurrit quęſtio,de qua fui interrogatus annis prę
teritis, cum agitaretur de elect.noui imperatoris poſt obitũ
Maximiliani a reuerendiſſimo domino meo Iul.o de Medi-
cis, vicecancellario &c. An ſcilicet poſſet eligi imperator
222 † ex alia natione quam germanica, agitabatur enim tunc
223 cauſa hæc inter electores imperii.† Ego reſpondi, imperato-
rem poſſe eligi ex omni natione,quia æquum eſt vt qui toti
mundo præeſſe debet,ex toto mundo eligatur, vel eligi poſ
ſit, vt ſit electio liberior, & ſit facilior uia ad inueniendum
imperatorem pro ſalute totius orbis, argu c.vbi periculum,
de electio.in 6. Nam ipſe eſt totius mundi dominus,l.bene a
Zenone. C.de quadr. præſcr. l.de precatio. ff.ad l reg.rod.de
iact.c.quo iure 8 diſt.imo principalius pro ſalute eccleſię,
cuius res tuiari debet,c. Adrianus.63.diſt. c.principes ſeculi.
c.res autem,23 q 5 glo.& card.in clem.1 § fin.de iureiur.vbi
dicitur aduocatus eccleſiæ,gloſ.in clem.ad noſtram,de hæ-
ret. Nam in dignitatibus,in quib. virtus non ſanguis quæri-
tur,non debet eſſe diſtinctio gentis,ad hoc c.venerabilis,de
præben. Item germani in electione imperatoris ſucceſſerũt
224 loco populi Rom.† qui populus R. eligebat ex omni gente
& natione, vt patet diſcurrendo vitas imperatorũ,quorum
aliqui fuerunt Galli,aliqui Hiſpani, aliqui Itali,& aliorũ na
tionum, ergo & electio erit apud eos libera, ſicut apud Ro-
man.populum,cap.eccleſia ſanctæ Mariæ,vt lit.pend. Item
225 † natura electionis eſt libera. qui enim dicit eam arctatam
. ad vnam gentem,probare debet.argu.l.ſancimus.l.præcipi-
mus.c.de appel.hoc autem non probatur, ergo &c. Quid ſi
omnes Germani eſſent inhabiles ad tãtum pondus? & hanc
opin tenet card.in c.venerabilem.& etiam multi alii,relati
per Abb.& Bald.in tit.de pac.conſtan. verſ conſentiemus,
226 dicentem † quod quilibet poterit eligi,in quem electores cõ
ſenſerint,& hoc affirmat Pius ij. in ſua Europa fol.47. Con-
trarium tenet Abb.in d.c.venerabilem,duabus rationibus,
227 prima,quia ille tex. dicit † imperium eſſe tranſlatum a Græ
cis in Germanos in perſonam Caroli,ergo actiue & paſſiue,
ut ſcilicet Germani eligant Germanos, ſecunda, quia ſi poſ
ſet eligi alius quam Germanus, non diceretur facta tranſla
tio a grecis in germanos,quia poſſet eligi etiam grecus. Ac-
cedit tertia ratio,quia a tanto tempore, de cuius initio me-
moria hominum non extat, hoc ius electionis paſſiue eſt ac
228 quiſitum germanis † ergo hoc ius velut ex priuilegio acqui-
ſiuerunt.l.1.§.ductus aquę.ff.de aqua quot.& ęſti.. At reſpon.
ad primam, & ſecundam negando conſequentiam, & ratio
229 quia imperii tranſlatio,† quæ fuit a Græcis in Germanos,ita
ſe habuit, cum eccleſia opprimeretur a rege Longobardo-
rum. Gregorius tertius id Conſtantino ſignificauit, cuius li-
teræ, & legati ab Agiſtulfo contemptæ ſunt, cum nulla le-
gatorum aut literarum Conſtantini ratione habita, Roma-
num,& ciſtulcum agrum quotidie depopularetur. Quare
Gregorius in Galliam proficiſcens, Pipinum in Italiam ad-
duxit,cum quo Longobardorum motus cõpreſſit. ſunt qui
negotiũ iſtud Stephano ſecundo aſcribant, ſed credo verum
que id præſtitiſſe,nam & poſtea Leo tertius,Pipino mortuo,
cum adhuc a Longobardis vexaretur, in Saxoniam ad Caro
lum Pipini filium ꝓfectus eſt, qui etiam alias in Italiam ve-
nerat alterius pont.rogatu. Is Carolus,ſuo in Italiam aduen
tu, deſiderium regem Longobardorum regno priuauit, &
Romam deinde venit, vbi toto acclamante populo, per Leo
nem Romanorum imperator declaratur,& ſic imperium a
Græcis in Gallos tranſlatum eſt in perſonam Caroli, a gallis
autem in Germanos poſtea cucurrente ſpatio annorum cir
citer ducentorum,tempore Ottonis,qui fuit primus Germa
norum imperator,& hæc tranſlatio dicitur facta, quia papa
deputauit ibi electores, qui eſſent loco populi Rom. & ſicut
prius erat Romæ,& poſtea ĩ Gręcia, ita nouiter ſit apud Ger
manos, cuius deputationis cauſa triplex leg.vt declarat. Au
230 guſt.de Ancona in tract.de eccleſ.pont.q.35.† nam Grego-
rius v.tempore Ottonis, vocatis principibus, Alamaniæ ſe-
ptem electores inſtituit,quatuor laicos, videlicet regem Bo
hemiæ,ducem,Saxonię, comitem Palatinum, & Marchio-
nem Brandeburgenſem. item tres clericos,archiepiſcopum
Maguntinum. Colonięn.& treueren. Quod fecit,tum quia
de Alamania fuerũt, qui eccleſiam a Longobardorum ſer

uitu-

nitute liberarunt, tum quia natio illa maxime veneraretur
apoſtolorum memoriam, tum quia Gregorius v. fuit teuto-
nicus Ottonis conſanguineus, ergo non poterit eligi niſi ger
manus, vide quanta ſit ratio quia etiam potuiſſet dici, ergo
Romani non eligent niſi Romanũ, & Græci Græcum, quod
a, vero abeſt, quare minus ſequitur, Germani eligunt Græ-
cum in imperatorem, ergo imperium apud Græcos. Ad vlti
mam rationem iidem reſpon. elegerunt Germanos, quia
voluerunt, actus erat gratuitus, Abb. in cap quod tranſlatio
nem, hoc titu Vitum tamen nota, quia non poſſunt adduci
vt credam, legatum de latere nõ poſſe confirmare electum
231 imperatorem † ſi poteſt confirmare electum in epiſcopum,
vel archiepiſcopum, cum ſit quod iſta confirmatio tribuat
parum, cum vt dicunt Hoſt. & alii in d. c. venerabilem, ele-
ctus in imperatorem abſque confirmatione papæ habet ad-
miniſtrationem. & multi imperatores confirmationẽ hanc
non habuerint, imo, quod hoc poſſit legatus de latere, pro-
bat tex. in d. c. venerabilẽ. vbi caſus in terminis, ſi aliter non
ſuppleatur litera, & ſatis dicitur factum a papa, c. ſi abbatẽ,
de elec. in 6. cogita tamen, quia imperator eſt ſecundum lu
men in terris, c. ſolitæ de maior. & obed. & totius orbis Do-
minus, vt late proſequitur Hoſt. in d. c. venerabilem. Hic ca-
232 deret illa quæſtio, an imperator † habeat ordinem, eo quod
inungitur, & pont. electioni aſſenſum præbet, vt in c. Valen-
tinianus, & §. principibus. 63. diſt Sed vide Speç. in d. §. nũc
oſtendendum, verſ. 39. qui dicit ipſum non habere ordinem
ſed officium i. caracterem militarẽ Vigeſimusquintus, quia
233 ſolus papa canonizat † ſanctos, & facit aliquem haberi pro
ſancto, referendo eorum nomina in catalogo ſanctorum. c.
1. de reliq. & ven. ſanct. De materia iſta canonizationis ſan-
ctorum, vide Io. And. & alios in c. unico, de reliq. & ven. ſan.
in 6. ex quibus elice vnam concluſionem, ꝙ nullus, quantu-
ſcunque miraculis fulgeat, eſt adorãdus, niſi ſit inter ſanctos
ab apoſtolica ſede relatus, ſed contra, immo videtur ſuffice
re quod approbetur ab epiſcopo & clero ſuo, c. 1. de conſecr.
diſt. 3. ibi & illæ feſtiuitates, quas ſinguli epiſcopi in ſuis epi-
ſcopatibus cũ populo collaudauerint, & ita tenuerunt qui-
234 dam antiqui gl. ꝙ etiam epiſcopus canonizare poſſe † tu ta-
men dic in oppoſitum eſſe veritatem. ut tenet glo. in d. c. 1.
de conſecr. diſt. 3. & gl. in d c. vlt. de reliq. & ven. ſan. in 6. quæ
gl. ponit quinque rationes, & ibidem late per Anch. & alios,
& per Abb. in c. 1. de fer. & in c. 1. de reliq. & ven. ſanc. ubi ẽt
per Ant. & alios. Et eſt concluſio, firma propter illum tex. qũ
dicit, non licere uobis illum pro ſancto abſque auctoritate
ſedis apoſtolicæ venerari. Fallit hoc, quando legatus vel epi
ſcopus cum conſenſu cleri vellet decernere aliquem ſanctũ
alias canonizatum feriari. doct. ubi ſupra & ſic reſpon ad c.
1. de conſecra. diſt. 3. de materia ni. Troi. de maluit qui fecit
elegantem tract. de canonizatione ſanctorum. Vigeſimuſ-
235 ſextus, in eo ꝙ papa de aliquo † facit nihil, & rei naturã mu-
tat l. unica. §. 1. C. de rei vxo. act vbi actio rei vxoriç tollitur,
& inducitur actio ex ſtipulatu, etiam ſi non adſit ſtipulatio.
c. tanta, de exceſ. prel. vbi irritat collationes factas ab epiſco
po, qui violauit interdictum, & aufert etiam beneficia prius
obtenta. item mutat naturam rei, faciendo de illegitimo le
236 gitimum, † c. per venerabilem, qui fil. ſint legit. & de mona-
cho facit canonicum. c. quorundam. 74. diſt. Item de nihilo
237 facit aliquid c. 1. de tranſac. † Vbi tranſactionem inualidam
confirmando, validam efficit, ad hoc c. hæc quippe 3. q. 6. 2.
q. 1. In primis, c. conſtitutus, de conceſ. præben. hoc Spec. vbi
ſupra, verſ 42. & verſ. 43 & Hoſt. in enodatione ſuorum car
minum. iſte caſus traheret ſecum totam materiã fictionũ, &
diſpenſationum, vnde nõ eſt attribuendus papæ, niſi in ma-
teria ad ipſum ſpectante. Imo. c. quorundam 73. diſtin. loqui
238 tur de epiſcopo, qui facit de monacho canonicum † & etiã
in caſibus aliquibus poteſt epiſcopus legitimare, ſeu facere
de inhabili habilem, ut quando habilitat ſpurium ad mino
res ordines, & ad beneficia minora, ut late dicam infra, quã
do tractabitur de poteſtate legati in legitimando. Item quis
magis has fictiones, & aſſumptiones unius pro alio facit, ꝙ
imperator, & lex ciuilis. ut l. vnica. C. de rei uxo. actio. & late
per Bar. in l. ſi is qui ꝓ emptore. ff. de vſuc. Sed rurſus oppon.
239 quod papa nullo modo poſſit facere de ente non ens † & de
non ente ens, quoniam aut id fingendo facit, & non poteſt,
quia a lege, non ab homine inducitur fictio. Bart. in d. l. ſi is
qui pro emptore. card. & alii in clem. quod circa de elect. aut
veritatem rei operando & tanto minus poteſt, quia factum
240 non eſſe factũ repugnat † l. in bello. §. factæ. ff. de cap. & poſt-
li. reuer. & hoc ſolo priuatur Deus, iuxta nota. in clem. 1. de
ſum. trin. & fi. cath. & ſi dixeris, ꝙ principi placuit. §. qđ prin
cipi inſti. de iu. nat. gent. & ciui. reſpon. illud obtinet quando
facit animo legis condendæ, & tunc illa irritatio erit cõmu
nis omnibus legem condere volentibus, legatus autem con
dit leges in prouincia, igitur &c. Ideo dic intelligendum eſſe
de effectibus iuris poſitiui, quos papa generaliter condendo
legem contrariam tollere poteſt. c. 1. de conſti. in 6. Item par
ticularem tollendo effectum iuris ab iſto, vel ab illo facto. c.
propoſuit de conceſ præben. Vigeſimusſeptimus, in conuo-
241 catione generalis concilii † quæ ad papam ſpectat ſolum. c.
1. §. etiam. 17. diſt. glo. in c quod tranſlationem, Spec. & Hoſt.
vbi ſupra, prouinciale autem concilium indicere poteſt le
242 gatus † ſecundum eoſdem, quia hoc poteſt archiepiſcopus
cap. ſicut de accuſ. ergo & legatus a fortiori. Et hoc verum,
quantuis glo. in §. porro. 3. diſt. teneat cõtrarium & male. At
contra ꝙ imo legatus poſſit congregare concilium genera
le, arg. quia imperator hoc poteſt, c. habeo librum. ca ſexta,
16. diſt c. Adria. 63. diſt. Sol. non omnia quç poteſt imperator.
poteſt legatus, nec etiam eſt verum, quod imperator hoc
poſſit, quantuis olim ex cauſa fuerit toleratum d. c. 1. diſt. 17.
qui autem ad prouincialia concilia ſint uocandi, vide text.
Abb. & alios in c. graue, de præben. vide quç dixi in comment.
extraua. Iul. 2. ſuper elec. Simo. Pap. Vigeſimusoctauus ſolus
243 papa concedit pallium inſtanter petenti, † c. priſca. 100. diſt.
244 c. obtentum, ead. diſt. c. ſignificaſti, de elect. † legatus autem
hoc non poteſt. c. niſi, de auct. & vſu pall. Sed contra patriar-
cha hoc poteſt. c. antiqua de priuil. ergo, & legatus, ꝑ ea, quæ
dicta ſunt. Sol. quatuor principales patriarchæ hoc poſſunt
in ſedibus propriis, & hoc ſpeciale in illis propter ſummam
245 prærogatiuam, quam habent. † quia videbantur ſocii papæ
246 † ex quo mundus erat diuiſus in quinque patriarchatus. Pri
247 mus erat Lateranenſis. Secundus Conſtantinopolitanus. Di
ximus ſupra quando egimus de patriarchis, ſed nõ ſequitur,
ꝙ alii patriarchæ hoc poſſint, & hæc ſpecialitas etiam cau-
ſabatur ob locorum diſtantiam, & hodie etiam haberet lo-
cum in legatis, ſi forte eſſent in partibus illis, per ea quæ tra
dit Hoſt. in c. antiqua, de priuil. Cum diſtantia 30. dietarum
a ſede apoſtolica, faciat licita, quæ alias non licent. Oldr. in
conſ. 9. cap nihil, de elec. de quo pallio & eius qualitatibus.
multa per glo in c. contra morem. 100 diſt. & per totũ. & per
248 Hoſt. in ſum. eo. tit. & in rationale diui. offi. † de quo vnũ nõ-
249 ta, quod hoc pallio vtebantur olim tantum imperatores, &
Valentinianus donauit archiepiſcopũ Rauennatenſem eo,
ex quo nata eſt illa altercatio inter Ro. & Rauennaten. eccl.
Antiſtites. vide Sabellium Aen. 8 lib 11 & propter quod veri
ſimile eſt, ornatum hunc, ſicut & mitram, ac reliqua impe-
rij ornamenta, a Conſtantino, vel alio quopiam imperatore
donatum, Rom. pont. Vigeſimusno nus, in ſententia princi-
pis, quæ facit ius inter alios, & ad conſequentiã trahi poteſt,
c. in cauſis, de re. iud. Sed contra, de l. 3. §. ſed etſi generali. C.
de legi. vbi imperator dicit, nõ eſſe iudicandum ſecundum
250 pronuntiationes a ſe † factas in particularibus negotiis. glo.
Cyn. & Bal in d. l. 3. laborant in ſoluendo contrarium idem
faciunt canoniſtç in d. c in cauſis. Spe. uero in §. nũc oſtendẽ
dũ, verſ 48. dicit ſimpliciter, quod ſi pronuntiat animo con
251 dendi legem. illa erit lex. Tu aũt breuiter ſequendo. † Henr.
qui fuit magiſter canonicæ & legitimæ diſciplinæ, in d. c. in
cauſis, dicta ſententia principis, aut eſt dicta ad partis conſul
tationem, aut iudicialiter, controuerſia exiſtente inter par-
tes, aut ex neceſſitate caſus occurrentis, vt quando diſpenſa
tur. Primo caſu, ſi relatio principis ad conſultationem eſt in
corpore iuris clauſa, facit ius. Probant hoc infinitç decreta-
les. Si non eſt clauſa, ſecus, ſecundum veriorem opinionẽ ni
ſi aliter de mente conſtet. §. quod principi. inſtit. de iur. nat.
gent. & ciui. Secundo caſu, quando eſt in corpore iuris clau-
ſa, & tenor rei paritur, facit ius generale Et hoc ſeu ſit diffi-
nitiua, ſeu interlocutoria, d. l. 3. C. de legi. Ad hoc c. cum ve-
niſſent, §. nos igitur, de inſtit. & l. vni. C. de no. cod. compon.
ſi uero non eſt clauſa in corpore iuris, ſi interlocutoria,
aut præcedente examinatione & diſcuſſione partium præ-
ſentia, & facit ius generale ut ſup. l. imperialis. C. de leg. c. li-
cet 16. q. 3. aut his non præcedentibus, & non facit ius, d. l. 3.
C. de legib. Si diffinitiua, & parte præſente, & indiſtincte fa-
cit ius. Si parte abſente, non, quia præſumitur lata per contu
maciam In tertio caſu, quando diſpenſatiue propter neceſ-
ſitatem aliquid ordinatum eſt, hoc non debet trahi ad ſimi
lia, ut in regula, qđ alicui, in 6. l. ſi vero, ff. de leg. hæc. Henr.
in dic. c. in cauſis. ex ſententia. Innoc. Hoſt. & glo Trigeſimus
quia, contradicentibus abbate & monacho, poteſt extrahe-
252 re † monachum de monaſterio, & alicui epiſcopo, uel prin-
cipi in ſocium aſſignare, uel ſecum tenere. 9. q. 3. c. per princi
253 palem, imo poteſt de monacho facere non monachum † ſe-
cundum aliquos. id not. in c. cum ad monaſterium, in ſi. de
ſtat. monac. & ratio huius rei eſt fundamentum obedientiç,
quod principibus exhibere tenemur, c. quæ contra mores,
8. diſt. c. qui reſiſtit 11. q. 3. hęc Spec. uerſ. 49. & Hoſt. ubi ſup.
Item inquantum dicit, papam poſſe facere de monacho nõ
monachum. plerique Theologi hanc ſententiam irrident,
254 tamen cõmunior opi. eſt † quod papa poſſit diſpenſare cum
mona-

monacho,vt vrgente magna cauſa utili toti Chriſtianitati,
poſſit contrahere matrimonium,quia ſtante hac cauſa,non
ſoluitur caſtitas,& commutatio fit in melius, quia non cre-
ditur,Deum velle præferre quietẽ vnius hominis ſaluti mul
torum,& datur exemplum in linea magni regis deficiente.
vide Io.And.in reg. ſemel Deo,in mercu.qui hoc late diſpu
tat,& concludit papam poſſe,& per oẽs doct.in d.c.cum ad
monaſterii. Trigeſimusprimus ſolus papa reſtringit & an-
255 nihilat† impedimenta matrimonii,c.non debet.de conſan.
& affi.c.quædam lex.35.q.2.& 3. Et intellige de impedimen
tis perpetuis,impedientibus contrahendum, & dirimentib.
256 contractum.† in aliis vero diſpenſant epiſcopi † vt dicemus
257 loco ſuo. Item,& ſolus papa diſpenſat ſine iſtis impedimen
tis,c.quod dilectio,c.quia circa,de conſang.& affin.c.fin. de
tranſac. Spec.in §.nunc oſtendendum,verſ.75.& uide apoſtil
lam. Trigeſimusſecundus ꝙ nullus niſi papa,poteſt ordina-
258 re ad ordines ſacros extra† tempora, & feſtiuis dieb. c.1.& 2.
259 c.de eo,de temp.ordi.& dixi ad ordines ſacros,†qa ad mino
res poſſunt epiſcopi ordinare diebus quibuſlibet feſtiuis,dic.
260 c.1.& c.de eo. † Item nec poteſt aliquis promouere ad duos
ordines vna die, niſi Rom.pont.c.dilectus,eo.tit. Sed contra
primum eſt tex.in c.quod a patribus,c.quod die.& quaſi per
totum.75.diſt.vbi dicitur,ſacros,& præcipue ſacerdotales or
dines,non eſſe conferendos niſi die dominico.glo.in illis lo
cis exponit,ſacerdotes, i.epiſcopos, vt ſit ſpāle in ordinatio-
ne epiſcoporum, quæ debeat fieri diebus dominicis, ſed illa
expoſitio violat literam. Vnde,uide tex.& glo.in c.literas,de
temp.ordin.& ibi doct.ꝙ ordines ſunt conferendi dieb. ſab-
261 bati,† quia ſabbatum interpretatur requies,ut oſtẽdatur ali
quẽ trãſire a tumultib. laycalib.ad requiẽ clericalẽ. Epi aũt
ordinantur die dñica,vt ſolemnior ſit ordinatio & tñ utra-
que ordinatio fictione iuris cẽſetur facta die dominico pro-
pter continuationem ieiunii,glo.ibidem. Sed quid ſi aliquis
262 vellet a duobus† epiſcopis eadem die ordinari,an prohibea
tur?Sol.prohibetur, quia ratio prohibitionis eſt potius reſpe
ctu recipientis quam reſpectu dantis,& fieret fraus illis con-
ſtitutionibus.ad hoc c.cum quid.& c.fi.de reg.iur.in 6.Cogi-
ta tamen,quia licet prohibitio locum habeat, videtur ꝙ pœ
na non habeat locũ,per ea,quæ tradit card.in c.non magno,
ne cler.vel mon. Attamen prædicta nõ habent locum in or
dinibus non ſacris, quia conſuetudo habet, ut ordines vno
263 die conferantur.† quæ conſuetudo non eſt improbata,card.
in c.de eo,in 5.q.de temp.ordinand.Item aduerte,quia ſicut
epiſcopus non poteſt uno die conferre duos ordines ſacros,
264 †ita nec duobus diebus continuis,† puta,conferendo diaco
natum die ſabbati,presbiteratũ die dominico.c.literas,eod.
tit. Fallit,quando veniret aliquis ordinandus in epiſcopum,
quia die ſabbati põt ordinari in presbyterum, die dominico
266 in epiſcopum,ſecundum card.in d.c.literas, quod commu-
niter tenetur.ſed forſan aliquis theologus diceret,†quia epi
ſcopatus non eſt ordo,de quo per card.in clem.in pleriſque
ver.11.q.de elec. Abb.in c.ex literis,de exceſ.præl. Anto.in c.
cum contingat,de ęta.& qualita.in 1.col. Domi.in c.cleros,
21.diſt.gl.in c quia periculoſum,de ſent.excom.in 6.Archi.
in c.diaconos.93.diſt.Trigeſimustertius,quia nullus ordina-
267 re poteſt ad vlteriores ordines, ordinatum a papa†ſine ſpe-
ciali eius licentia,c.cum in diſtribuendis,de temp.ordin.ſed
hoc nunquam mihi placuit,quoniam ut dicit Glo. ibi eſſet
onus,& ad illum text.reſpon.ꝙ loquitur in ſubdiacono Ro.
eccleſiæ. i. qui erat ſubditus ſpecialiter eccleſiæ Ro. ratione
domicilii,vel beneficii,ſecundum ea, quæ habentur in c.cũ
nullus.de temp.ordin.in 6.Verum ꝙ clericus unius dioceſis
ordinatus a papa non poſſit poſtea ab epiſcopo ſuo ad vlte-
riores ordines promoueri,hoc nõ ꝓbat litera illa,cogitabis.
credo conſuetudinem eſſe pro prima opin.Trigeſimusquar
tus ſolus papa facit ordinationes in die conſecrationis ſuæ.
268 †ea.quod ſicut,§.præterea,de elect. Trigeſimusquintus ipſe
ſolus concedit abbatibus,& aliis inferioribus epiſcopalia in-
269 ſignia,† mitram,annulum &c. Spec.in §.nunc oſtendendũ.
ver.59. Tigeſimusſextus ſolus papa adimit ius vni, & dat al-
270 teri†& hoc propter omnipotentiam ſuam, c.cuncta,ea.per
principalem 9.q.3.l.bene a zenone. C.de quad.præſcr.Spec.
vbi ſupra,verſ.57. allegat c.conuenior, cum c.ſequenti.23.
q.8.& c.futurã.12.q.1.quæ iura nihil probant.de hoc per do-
ctor.in c.ſi.de confir.uti.uel inuti.in c.renouantes.21.diſt.in
c.antiqua,de priuil.in reg.non eſt ſine culpa,In 6, per Dec.in
c.ſi.de confir. vti.vel inut.in c.quæ in eccleſiarum, de conſti.
Trigeſimusſeptimus, quia ipſe ſolus concedit layco ſpiritua
271 lia† vide Spe.in d.§.nũc oſtendendũ,ver.60.Io.And.in addi.
ad ipſum in §.nunc tractemus.in addi.q incipit,ꝯtulit illam.
Trigeſimusoctauus concedit ſolus papa presbytero,ut poſſit
272 infantes criſmare in fronte†cap.quanto,de conſuet. Sed cõ
tra,in cap.peruenit,95.diſtin. ubi conceditur ſimplicib.pres-
biteris,quando non adſunt epiſcopi.ſol.illud fuit diſpenſa-
tiue presbytero conceſſum in defectum epiſcoporum, Glo.
273 in cap.unico.§.quia uero, de ſacr.vnct. †Ego credo quod le-
gatus,& patriarcha,immo etiam Archiepiſcopi hoc poſſint
diſpenſatiue concedere in defectum epiſcoporum, per tex.
in d.c peruenit,cum tex.in cap.quanto,habeat locum quan-
do presbiter temere,& propria auctoritate id facit,ut ibi pa-
tet.Cum igitur iſta diſpenſatio non reperiatur prohibita,cẽ-
ſetur conceſſa.cap.nuper,de ſenten.excommu.Trigeſimuſ-
274 nonus.Solus ſedet in ſede Petri†quam ſibi dominus ſpecia-
liter reſeruauit,cap.per uenerabilem. qui fil.ſint legit. c.ma-
iores.de baptiſ.cap.cum ad monaſterium.de ſtat.mon. Qua-
drageſimus.Ipſe ſolus approbat concilia, & ſcripta aliorum
275 cap.damnamus,de ſum.trinit.& fid.catho. cap.ſi Romano-
rum.19.diſtin.cap.fraternitatis de hæret. Quadrageſimuſpri-
mus abſolutio incendiariorum , quando iam ſunt publicati
276 excommunicati,†capitulo.conqueſti.capitulo. tua, de ſen-
ten. excommun. de quo dicetur in materia excommunica-
tionis infra . Quadrageſimusſecundus ipſe abſoluit occiſo-
277 res clericorum† dicemus in materia excommunicationis .
Quadrageſimustertius Vt monachus laycus,uel in minorib.
278 ordinibus ,fiat epiſcopus, cap.miramur 61.diſtinct.ca.ualen-
tinianus 63.diſtin.Quadrageſimusquartus Diſpenſatio cum
illo,qui excommunicatus ordines recipit,†ſolus papa diſpẽ-
279 ſat.cap.cum illorum.de ſenten.excommu.Quadrageſimuſ
quintus Quia nullus diſpenſat cum ordinato in Apoſtaſia,
280 †niſi papa.cap.fin.de Apoſt.non obſta.cap.ex parte.de temp.
ordin.quia ibi non erat vera apoſtaſia, ſecundum glo in cap.
fin.quia ingreſſus erat aliam religionem,& ſic nõ.reg.quod
Religioſus ingrediens aliud monaſterium, etiam in caſu nõ
conceſſo , non dicitur apoſtatare, Abb.& gl.in d. cap.fin.glo.
d.cap.ex parte.de temp.ordin. Sed quæritur, quid ſi ordinẽt
ad ordines minores, Aliqui doct.tenẽt quod epiſcopi poſſint
diſpenſare,quia reperitur tantum prohibitum de eo,qui ac-
cepit ordines ſacros, tamen hodie eſt idem in quocunque or
281 dine, quia omnis apoſtata eſt excommunicatus†ca.2.ne cle-
ri.uel mon.lib.6. Et ideo ordo reperitur collatus in excom-
municatione, & ſic diſtinguendum eſt, ut in d.cap.illorum.
Abb.in d.cap.fin.Quadrageſimusſextus Eſt diſpenſatio cum
regularibus exeuntibus clauſtrum ad audiendum leges , uel
282 phiſicam †quia ſine diſpenſatione papæ promoueri non poſ
ſunt.capit.non magno, ne cler.uel mon. quod etiam proce-
dit contra clericos ſeculares presbiteros,uel habentes digni-
tatem.cap.ſuper ſpecula.eo.titu. At quia iſte caſus eſt ualde
periculoſus, pro eius declaratione moueo quædam dubia .
Primum,an monaci poſſint exire clauſtrum ad audiendum
283 ius canonicum, uel Theologiam,& primo uidetur non poſ-
ſe,quia ius canonicum pro maiori parte uerſatur circa expe-
ditionem negotiorum eccleſiaſticorum, & litium dirimen-
darum, ut patet per totam compilationem gregorianam†&
284 leges ciuiles non addiſcuntur ab eccleſiaſticis . ad alium fi-
nem, niſi quia in his eccleſiaſticis decidendis ſunt adiumen
to,cap.ſi in adiutorium.10.diſt. ca.1.de no.ope.nunc.& ſunt
ita adiumento,quod multæ materiæ, de quibus ius canoni-
cum tractat,ſine legibus haberi non poſſunt, ut eſt materia
teſtamẽtorum, poſſeſſionum,& dominiorum,de emptione,
uenditione,dona,depoſ.pign.fideicom. fideiuſ.noui. operi.
nunc. uerbo.ſigni. & ſi.in quibus intelligendis ſimplices Ca-
noniſtas uel in ipſis terminorum primordiis, turpiter errare
uidebis.ut inquit Anch.in d.c.ſuper ſpecula, & tamen non
habita ratione huius eccleſiaſticorum negociorũ termina-
tionis,papa inhibet monacis ne leges audiant, ergo nec etiã
canones,ad idem tendentes audire poterũt, quoniam ubi ea
285 dem ratio etc.l.illud.ff.ad l.aqui. nam ratio ne a contempla
tione retrahantur,tam in iſta, quam in illa uiget. propterea
Goffr. Hoſtien.Ioan.And.& Card.in d.cap.non magno, mo-
uentes iſtam quæſtionem, conſulunt monacis,ne exeant ad
audiendum etiam ius canonicum, quia ſæpius datur mate
ria malignandi poſtea contra abbates, uidentes.n.quid iura
canonica uelint, inſurgunt cõtra ſuos abbates eos accuſan-
do,ſed ad rem redeo , & inter monachos ſunt qui maxime
ſapiant. Communis opin.quam & uſus comprobat, habet vt
ius canonicum atque theologiam audire poſſint, quoniam
ſunt meræ pietatis diſciplinæ, & nullo iure ꝓhibentur, ſũtq;
Chriſtiani populi regimini ſpirituali admodũ neceſſariæ ca.
inter cætera, de offi. ord. per doct.in cap. ſedes apoſtolica.de
reſcrip.in cap.de multa.de præben.ius autem ciuile prohibe
286 tur, quia nimium a contemplatione diſtraheret†nec princi
paliter dirigit hominem in Deum ſicut ius canonicum. cap.
ut animarum . de conſtit.ubi late dixi. Abb.in d.cap.non ma
gno. Sed iſta quidem in monacis. At quare clericis ſeculari-
287 bus, quos decet canones exacte intelligere†ita ut uix ſacerdo
288 tis nomine dignus ſit qui canones ignorat†prohibetur ſcien
tia iuris ciuilis,cum & illa ſit diuini iuris pars cap.1.de iu.cal.
l.1.in princip.& 2.C.de uet.iur.enuc.ubi dicitur legum aucto
ritas.

289 ritas, quæ & diuinas, & humanas res bene diſponit. † l. leges
ſacratiſſimæ. C. de leg. & ſaltem eſt adiumento ad faciliorẽ
pontificii iuris uiam, & apparet eſſe eundem utriuſque finẽ.
290 † ut ſcilicet appetitus ſub iuris regula limitetur, ius ſuum cui
que tribuatur, alter non lædatur, & de iure pontificio dici-
tur in prohemio decretalium, de iure vero ciuili habetur in
ſtitu. de iuſt. §. Iur. & iuris præcepta. Certe hæc uidetur ſtulti
tia, quia conceſſo fine, non debent negari media, per quę ad
291 finem peruenitur † l. oratio. ff. de ſponſ. Roſtr. beneuenuanus
in rubr. de rapt. vt cum referunt Hoſt. Ioan. Andr. & Anch.
Abb. in cap. fi. ne cler. vel mon. dicebat, papam, & dominos
curiales in prohibendo clericis ne audiãt leges ciuiles, imi-
292 tatos fuiſſe vulpes, † quæ ſub ceraſo ſunt, hæ enim uidentes
ceraſa ab altis ramis pendentia comedere non poſſe, eadem
293 damnant, ac vilipendunt. Quo circa refert Anch. † multos
canoniſtas, ut retuli, dum leges ignorant, ſede lapſos eſſe in
ipſis rerum elementis. concordat Salycet. in l. precibus in 3.
294 colum. C. de impub. & ali. ſubſtit. † qui vocat canoniſtas mi-
ſeros, quod dando inſtantiã, reſpondent argumentis. Et Bal.
295 in prohẽ. decret. † dixit, merus canoniſta, merus aſiniſta. Ad
hoc tamen. Reſpon. tu, papam in d. cap. fin. ne cler. vel mon.
rationabiliter prohibuiſſe, ut homines ſint propenſiores ad
296 ſtudium theologiæ † non enim ſapientiam ciuilẽ damnat,
ſed certis perſonis vetat, ne in illo immenſo pelago immer-
ſi, theologiæ ſtudia deſerant. Item, quia clerico oſtendere
297 ſe peritum forenſium cauſarum, eſt opprobrium, † l. con-
ſulta diuali ad fin. C. de teſtamen. & quod dicitur iura ci-
uilia ad iuris canonici ſcientiam neceſſaria, ſic quod in ca-
mera, & ex lectione doctorum canoniſtarum, leges, quæ ad
negocium hoc attinent, haberi poſſunt, vt inquit Hoſt. ibi-
dem & Anton. in capitu. Raynutius. de teſta. & hoc uerum,
298 † quia tota practica legalis eſt hodie canonibus explicata, vt
patet intuenti. Non omitto incidenter Salyc. falſo inutere
299 † notam ignorantiæ canoniſtis, quod reſpondeant arg. dan-
do inſtantiam, quia nulla ſecurior reſponſio aduerſus eum,
qui ex uniuerſalibus nititur aliquid concludere. Quoniam
ſi ꝑpoſitio ſumpta ex uniuerſo in parte eſt falſa, tota efficiẽ
falſa, atque negari poteſt. capit. ſi is qui ducenta. §. utrum. ff.
de reb dub. ad hoc cap. ſicut urgeti. 2. quæſtio 1. nec ſubeat ad
mirario quod Salyce. ita damnauerit canoniſtas, quia multi
300 † legiſtę, neſcientes ſoluere obiecta canoniſtarum, dicebant
eos errare, ut contigit Cyn. prout refert Bart. in l. 1. §. prę ſi-
des. ff. de requi. reis. ideo Pau. de Caſt. in l. in contractibus. C.
de non numer. pecun. admonet Cy. ut deſinat damnare ca-
noniſtas, quia fuerunt doctiores in legibus Cyn. uide Abb.
in cap. ſuper literis, de reſcr. Quid ſi monachus vellet audire
301 † leges ciuiles, pro expediendis monaſterii negotiis? Sol. non
poteſt, ut fraus euitetur, & talem rationem reprobat text. in
cap. non magno. & ibi Anch. poſt Vincent. & Alan. Quid ſi
monachus exiuit clauſtrum eo animo, ut audiret leges, vel
302 phiſicham, poſtea non audiuit, † an incidat in pœnam capit.
non magno. ſi non reuertatur ante duos menſes? Abb. credit
talem incidere in pœnam. pondera text. ibi, in eo quod vult
exeuntes ad legendum &c. Monacus autem exiuit ad legen
dum, ut præmittitur, & intra duos menſes non eſt reuerſus,
igitur conſtitutionis verba adaptantur, & ſic pęna. Hæc pro
bat per ea, quæ not. in cap. 1. in verſ. mandauerit. de homic.
lib. 6. vbi ex quo illa conſtitutio vult mandantem viatorem
interfici, eſſe adiectum illis pœnis, quod etiam ſi re integra
reuocaſſet mandatum, tamen quia mandando facit contra
conſtitutionem, incidit in pœnam. ad idem gloſ. in clem. ne
in agro. §. quia vero, uer. ipſo facto de ſtat. monac. quando di
cit monachos adeuntes curias principum vt noceant mona
ſterio, incidere in pęnam conſtitutionis cum primum intra-
uerint curiã, quamuis deinde non noceant. cũ igitur ponde-
retur exitus & cauſa exitus in cap. magno, cum alterum ade
rit, habebit locum pœna conſtitutionis, adeo, ut illud audi-
re, & legere non ſit neceſſarium ad incurrendam pœnam.
Immo ſi monachus ſe cõferat ad ſtudium pro theologia au
dienda, & poſtea audiret leges, non incurreret hanc pęnam,
303 † quia ſtricte ſunt intelligendæ pœnæ, & non excedunt ca-
ſum proprium. Ponderatur enim cauſa, propter quam prin
304 cipaliter exiuit monaſterium. † Ad hoc capit. cum ex eo. de
elect. iuncto cap. perpetuæ, eodem tit. in 6. Credo, cum reue-
rentia, vtrunq; dictum Abb. eſſe falſum. quo ad primum ex-
peditum eſt, quod regulariter verba ſunt intelligenda cum
305 effectu, l. 4. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. cap. intelligentia. de
uerb. ſign. cap. cogitationis. de pœnit. diſtin. 1. no. in d. c. 1. de
homicid. At non dicetur exiuiſſe ad audiendum qui non au
diuit, ergo, &c. ad hoc not. per Ioan. Andr. in ca. perpetuo de
elect. in 6. dicentem, quod quando pœna imponitur ipſo iu-
re, nunquam incurritur per conatum, qualiſcunque fuerit
306 † Ioan. de Ana. in c. 1. in 3. not. de adult. ipſe Abb. in c. cum in
cunctis, in §. pen. de electio. Item c. non magnæ, ponderauit
aditum, & non exitum cum animo audiendi, patet neceſſa-
rio, argumen. in dic. cap. fin. Nam extendit pœnam, capitu.
non magno, ad clericos ſeculares, inquiens, quod ſi illi cle-
ri ci, de quibus ibi, infra dictum tẽpus non deſtiterint, pari pę-
na cum monacis inuoluantur. ergo illud tempus fuit conſi-
deratum a lege, eo quod audiebant ſcientias uetitas, non eo,
quod exiuerant animo audiendi, alias & ęquiparatio, & rela
tio fuiſſet perperam facta, cum terminus referens ſit in rela-
307 to cum qualitatibus ſuis, † ut dixi ſupra, in princip. & hæc eſt
mens Innocent. & aliorum. quicquid Abb. dicat. Similiter,
ſecundum eſt falſiſſimum, quia eſſet aperta uia manifeſta ad
fraudem illius prohibitionis, & iret monachus ſub nomine
theologiæ, & poſtea ſtuderet iuri ciuili, eſſetque deluſa con-
ſtitutio, contra ea, quæ habentur in capit. quanto. de diuort.
immo tenendo illud quod ipſe Abbas firmat in d. cap. fi. ſua
opin. eſt falſa, dicit enim quod illa conſtitutio cum ſuis pœ
nis extenditur ad clericos, de quibus ibi. Si autem illa conſti-
tutio loqueretur de exeuntib. non audientibus, extenſio nõ
fieret de conſtitutione, ſed de pęna. & contra iſtam opinio.
Abb. aperte tenent Ioan. Andr. & Anchar. Ego autem dice-
rem, quod aut apparet iſtum religioſum exiuiſſe clauſtrum
pro audiendis legib. ciuilibus, vt quia incepit audire, & tunc,
quamuis nõ audiat, tamen quia abſentia ſua præſumitur du
rare ex eadem cauſa, ſi non apparet ipſum manifeſte mutaſ
ſe animum, ut quia parauerit libros theologiæ, et inceperit
illis ſtudere, elapſis duobus menſibus, eſt innodatus pœnis il
lius conſtitutionis, ſed ante duos menſes completos non, vt
per Hoſt. & alios in d. cap. fin. arg c. commiſſa. de elect. in 6.
aut ſumus in dubio, & præſumitur habuiſſe animam au-
diendi, quod lex permittit. At quæro, an cum primum mo-
nachus exit, incurrat pręiudicia illius tex. uel ſint eſpectandi
308 duo menſes, † glo. in d. c. fin. tenet ipſos monachos, vel cleri-
cos, ſtatim incidere in excommunicationem, & quod illi
duo menſes currebant a die notitiæ conſtitutionis. in con-
trarium eſt communis opin. doct. dicentium, iſtos duos mẽ
ſes currere monacho a die exitus de monaſterio, ſacerdoti
uero a die, quo incepit audire, Abb. in d. c. fin. Item quæro, an
abſolutio ab illa excommunicatione, de qua ibi, ſit reſerua-
309 ta papæ? † dic quod non, ſed epiſcopus poterit abſoluere, ex
quo ſibi papa non reſeruauit. cap. tuæ, de ſenten. excom. ita
communiter docto. in d. c. magno, & c. fin. An legatus poſſit
310 diſpenſare cum monacho uel clerico, † qui incurrit præiu-
dicia illius decre. card. & Abb. quod non. Ego contra primo,
quia hoc non eſt de maiorib. cauſis, & diſpenſatio non eſt re
311 ſeruata papæ, ſed ſedi apoſtolicæ, quo caſu † in iſtis materiis
ſeulbus appellatione ſedis apoſtolicæ, uenit legatus, gloſ.
in cap. auctoritate. de præben. lib. 6. & diximus ſupra. At con
tra hoc argu. diſpoſitio. c. non magno, eſt conciliaris, contra
312 quam non diſpenſat legatus, † cap. dilectus. de præben. gloſ.
in c. cum dilectus. de elect. glo. in clement. 1. de electio. Abb.
in d. cap. non magno. Item quia eſt uerbum, omnino, quod
313 penitus excludit diſpenſationem, † glo. in clem. ut hi, qui. ue
ęta. & qualita. Ad primum reſpondetur, quod quando con-
cilium aliquid ſimpliciter uetat, quod in ſe ſit dãnabile, vt
ſucceſſionis futuræ, ſpes in beneficiis, & ſim. legato interdici
314 tur talis uetiti conceſſio, † d. c. dilectus, el primo, de præben.
Quando autem aliquid non eſt ſimpliciter vetitum, ſed ve-
315 titum fieri ſine licẽtia ſuperioris, † tunc legatus, qui tenet vi
316 cem papæ, poteſt dare talem licentiam, † c. cum venerabilis,
de conſue. c. ſi abbatem, de elect. in 6. & ibi. ſentit Dom. in ſi.
illius. §. 1. Item & 2. reſpon. quod quamuis iſta conſtitutio ſit
edita a papa in concilio, tamen ex quo non apparet materiã
originatam a concilio, immo a papa, quia ſub eius nomine
inſcribit, & edit, ut patet in d. c. non magno. & in c. ſuper ſpe
317 cula, † conſtitutio erit papalis, non cõciliaris, per ea quæ tra-
dit Abb. in cap. 1. in 5. not. de ſponſ. & Moder. in c. 1. de iud. in
ſupraſcript. Et ſic euacuabitur hoc fundamentũ, in quo tan-
tum inſiſtit Ab. de quo tamen dicetur latius loco ſuo. Ad id,
quod dicit de dictione, omnino, dic quod iſta dictio reſpicit
illum caſum primum, quod non poſſit dari licentia vt eat,
ſed non reſpicit vltimum caſum, vbi diſpenſatio cõceditur
apoſtolicę ſedi. Cogita tamen. Item ſuper his ſolet oriri du-
bitatio, an excuſentur a pœna illius canonis ſcolares ſtuden
318 tes Bononiæ † ex quo fama conſtans ibi uiget quod ſtudio il
li a ſede apoſtolica indultum eſt, vt clerici beneficiati inibi
ſtudentes, poſſint audire leges ciuiles. Doctor. in dicto capit.
finali, communiter quod non, quia tenetur diligenter inqui
rere &c. vide ibi Abb. & alios.

Vbi etiam quid de eo, qui ſtudet in camera, & quid
de eo qui uadit non vt audiat, ſed ut ami
cũ honoret. de materia. gl. in c. 1. 37. di. Phi. in c. eccleſia. S. M.
col. 22. de cõſt. inuehit ꝯ canoniſtas miſeros. Quadrageſimuſ-
ſeptimus, q̃ nullus, excepto papa, põt ꝯcedere diaconis, vt
319 vtantur compagib. ſeu Mappulis † c. peruenit cũ c ſeq. 93. diſ.

Quid autem compages, aut mapulæ ſint, vario modo intelli-
320 gitur. Aliqui compages, id eſt ſandalia, ſeu calciamenta epi
ſcoporum, mapulas vero, lintcamina equorũ, & alias multi-
pliciter. nobis ſatis erit, quod compages ſunt ornamenta ſa-
cerdotum. Mapulæ ſunt ornamenta epiſcoporum, diaconia
ergo in capitu peruenit, inhibetur, ne portent ornamenta ſa
cerdotalia, ſacerdotibus vero, ne portent mapulas, id eſt or-
namẽta epiſcopalia. Vide vtrumque &c. & hoc probari ſatis
eſt. Quadrageſimus octauus, quia ſolus papa diſpenſat in de-
321 cimis non dandi † in capit. ex parte. cap ſignificauit. de deci.
Quadrageſimus nonus ſolus papa diſpenſat cum clericis con
322 ferentibus eccleſiaſtica ſacramenta hæreticis, † cap excom-
municamus § ſane de hære. Quingenteſimus, quia ipſe ſo-
323 lus habet vtrumque gladium, vt in cap. 1. 22 diſtin. cap. quo-
niam. 10 diſtinct. cap cum ad ad verum, 96 diſtinct capit. per
venerabilẽ. qui fil. ſint legit. & eſt caput princeps totius Chri
324 ſtianitatis † habens plenitudinem poteſtatis † cæteris epiſco-
325 pis uocatis in partem ſollicitudinis, ut in cap. ad honorem,
de auct. & uſu pall. Quam poteſtatis plenitudinem tempori-
bus noſtris, quādo omnia mala in præcipiti ſunt, in dubium
reuocauit quidam perditionis filius, temere aſſerẽs Petrum
cæteris apoſtolis parem fuiſſe. de quo locus iſte & ſeruitutis
meæ, ac ſingularis erga ſedem apoſtolicam deuotionis offi-
cium exigit, ut uerba faciam ſed quia libellus iſte ſatis one-
ratus eſt, in principio ſequentis libri paucula dicam. Ex hoc
caſu inferre licet ad multa, præſertim an liceat Rom. pont.
exercere uindictam ſanguinis, indicere libellum, tractare ar
326 ma, & id committere aliis clericis. † Super quo dicẽdum eſt,
quod bello intereſſe, & iudicare homines nocentes ad mor-
tem. quando iuſte fit, non eſt prohibitum de iure diuino. cũ
Moyſes, qui ſacer dos erat. iuxta illud Pſ 98. Moyſes & Aaron
in ſacerdotib. eius, mandauit leuitis, vt interficerent fratres
ſuos: Exo. 32. Et plures ipſe ſacerdos Iudæorũ coeuntes cum
madian. ſed interfecit. num 25 Samuel quoq; Dei miniſter
Agab regem in fruſtra concidit reg. 1. cap. 15. Helias Deo ac
ceptiſſimus, Baal prophetas extinxit reg 3. c. 18. Mathatias
Io. filius, & ipſe ſacerdos iudæorũ idolis ſacra peragentes ob
truncauit Machab. 1. Item Deo auctore acri bello indigenas
Syrios propriis laribus expelli mandauit. Michael quoque
ductoris exercitus munere functus eſt, cum lucifer tentauit
ſedem ad aquilonẽ ponere, vnde bella initium ſumpſere ſe
cundum Angel in § primo, inſtitut. de iure na gent. & ciui.
Chriſtus quoque, vt habetur Ioan. 2. eiecit ementes & uen-
dentes de templo facto flagello ex funiculis, quod armo-
rum viſum præſtitit. l. armorum ff de verborum ſignificatio
nibus. Et licet ipſe dixerit, aduerſus Petrum qui de gladio fe-
rit &c. hoc intelligendum, quando iniuſte, & ſine ſuperio-
ris auctoritate argument capit. quid ad Petr 23. quæſtio. pri
ma, Petrus autem iniuſte, & ſine ſuperiori mandato, Mal-
cho auriculam amputauerat, quia vt dicebat Chriſtus, data
erat poteſtas illa deſuper Iudæis, vt medio paſſionis naſcere-
tur regnum Chriſti, quod erat animarum redemptio. ideo
duo ſunt animaduertenda quod Chriſtus tunc non præcepit
Petro ut abiiceret gladium, ſed vt reconderet in vagina, ſi-
gnificans cohertionem illam temporalem, quæ per gladium
deſignatur exercendam per Petrum, quando eſſet ad profe-
ctum animarum non ad impedimentum, ſicut tunc fuiſſet.
Omnis ergo prohibitio facta ſuper iſtis clericis, eſt de iure po
ſitiuo & quando deducitur a iure diuino, intelligitur de cle-
ricis, qui verſantur circa iuriſdictionem, videlicet ſpiritua-
lem tantum. ubi vero adeſt vterque gladius, licet ſpiritualis
principalius conſideretur, poſſunt exercere iura ſanguinis,
& omnia, præſertim Roman. pontif. capitulo per venerabi-
lem. qui fil. ſint legitimi. Ad propoſitum igitur, Q. papa po-
teſt mediante ſuo, non manibus propriis bellum gerere, & ſtipen
dia militibus ſoluere, vbi iuſta ratio ſuadeat. ſicut legimus
de Gregorio, qui ſoluit ſtipendia militibus Etruſcis contra
Longobardos capitulo pridem, capitu. ſequent. & numero
octauo, in regiſtro 23. quæſtio octaua, ſicut etiam legimus
de Leone IIII. viro Sanctiſſimo. & de Hadriano. capit. hor-
tami. cap. igitur, & Bernar. de conſid. ad Eug. lib. 4. Auguſt. de
Ancon. in lib. de Eccl. pot. quæſt. 26 artic. 4 gloſ & Angin §.
rurſus. inſtit. de act. Alexan. de Aleſ. in 3. ſent. Thom. ſecun-
da ſecundæ, quæſt. 40 ar. 2 Alexan. in cap. clericum. 50. diſtin
ctio. hoc tenet, quicunque tenet, papam habere utrumque
gladii poteſtatem. cum facultas belli gerendi ueniat in con
ſequentiam. de præſenti hodie habemus extra. Boniſacii, an
ſanctam. de hoc alias late ſcripſi in quodam meo cõſilio. Hi
ſunt caſus quos ut R. pont reſeruatos accumulauit. Hoſt. &
Spec. vbi ſup. exprimẽdo longe maiorẽ numerũ, ſed aliquos
omiſi, vel quia ſub expreſſis cõtinebantur, vel quia (ut exiſti
mo, & inferius uidebitur) nõ ſunt ita reſeruati, quin legato
cõpetant. Duos alios caſus, et ultra præmiſſos, de iure antiquo
327 ſoli papæ reſeruatos † quos, neq; Spec. neq; Hoſt. uiderant, po-

ſuit Ioan. And. in Addi. ad Spec. Primus eſt in cap. fi. de Re-
lig dom. quando concilium prohibet creari nouas religio-
nes propter confuſionem, quæ generatur in eccleſia Dei. Se-
cundus in cap. Aduerſus. de immu. eccle quos caſus miratur
Ioan. Andr. non fuiſſe animaduerſos per Spe. & Hoſt. At dic,
neque animaduerſos, neque dignos, qui animaduerterent
ab ipſis. Nam. cap. fi. Quamuis certa ratione prohiberet mul
tiplicari Religiones. Tamen non uetabat quin ceſſante con
ſtitutionis ratione. pro diuini cultus augumento, de ord na-
riorum licentia admitti poſſet. Item, quamuis, adeſſet pro-
hibitio, non tamen dicebatur non ualere. Nam, multa fieri
prohibentur † &c. cap. ad apoſtolicam, de regula. Et ideo po-
328 ſtea in d. ca primo de religio. dom. in 6. papa ſuppleuit, quod
illi decretali deerat, & uetuit Religionem inſtitui ſine apoſto
licæ ſedis auctoritate, quare ille caſus eſt potius referendus
inter deciſiones Sexti. Ad capitulũ aduerſus † dic quod con-
329 tinet duos caſus, unum de excommunicatione, & ille fuit
expreſſus in generalitate, uerſi. decimoſeptimo. & unum de
conſilio habendo a Rom. pontifice an neceſſe. propter, † Et dic,
330 quod ex quo, materia eſt permiſſa, ſed requiritur licentia
papæ, Legatus poterit eam impartiri per ea, quæ tradit Do
mini. in d. c. ſi Abb. § primo. in fine. ſed iam ad caſus alios.
331 Caſus reſeruati Papæ per Iura, Sexti & Clementinarum.

332 De caſibus excommunicationum, dicẽmus in ma
teria † de abſolutione ab excommuni
catione. Primus caſus eſt in conceſſione facta alicui de perci-
piẽdo perpetuo de fructibus beneficii in abſentia † quia hæc
333 per ſolum papam fieri poteſt, quoniam talis indulgẽtia eſt
perniicioſa. cap. fin. de Reſcrip. Et eſt aduertendum, quod iſta
prohibitio habet locum non ſolum quando ſimpliciter di-
334 ſpenſaretur, † ſed etiam, quando ratione ſtudii, uel reſidentiæ
in altero ex beneficiis curatis, uel permanſionis in Ro. Curia,
ut inquit idem tex. Nec ualet ſi dicere, quando in indulgen-
tia apponitur, donec in ſtudio permanſeris, uel donec in Ro
ma. Curia, quaſi uideat limitata gratia, quæ poterit eſſe non
perpetua. Nam ſatis eſt, ex quo tempus non eſt præfinitum,
335 eam poſſe fieri perpetuam. l. ſufficit. ff de cond. indeb. glo.
in d. capitulo fin. ubi Ioan. And. & Domi. illam ſequuntur.
Ad hoc Decilio, Dy. & Bart. in l. ſecunda ueſi. ſic. quæ ſolus ſi
citur. ff. de publ. iudi. & Car in c. ueniẽs ad ſi. de accuſa. quan
do dicatur procuratorem non admitti in cauſa, quando pœ-
na capitalis uenit imponenda, alternatiue, † hoc eſt, uel pe-
336 cuniaria, uel capitalis. Nam quia poſſet eſſe capitalis, nõ ad-
mittitur procurator. ad hoc. l. ſilentius. § ſi quis. ff. quib. ex
cauſ. in poſſ. Ad idem l. ſi vſuſfructus. in principio. ff. uſufr.
quemadmodum caue. gloſa pro. & contra. inſtitutio. ſum-
mo. teſtamen. ordi. § ſecundo. Et hanc partem tene, quam-
uis aliqui contra, quoniam eſt fauorabilis eccleſiis. Nam ſi
ratione aliqua honeſta uoluerint Epiſcopus, uel Legatus diſpen
ſare, ordinant tempus & ſtatuſt tum eſt conditur. ſi. cap fin.
quæ ultimam obſeruatur ſicut optima eſt ratione fundata.
337 Item opp. quod Legatus poſſit indulgere, † quia de hoc vide-
tur caſus in cap. cum ad hoc, de cler. non reſi. ubi mandatur
Legato ſedis Apoſtolicæ, quod reuocet licentias de non reſi-
dendo conceſſas, tam a Rom. pont. quam a prædeceſſoribus
338 ſuis Legatis, uel ſi libet, patriarchis, erat enim ille, cui ſcri-
bitur, & Legatus, & Patriarcha Antiochenus, ergo a ſimili
papa dat has licentias de non reſidendo. Item, uidetur di-
339 cendum, quod epiſcopus dare poſſit, † quia dari poſſunt ex
cauſa ad tempus, capit. Ex eo. de elect. ergo, & etiam perpe-
340 tuo eadem cauſa ſubſiſtente † l quæ de tota. ff. de rei uendi. &
hoc maxime, quia epiſcopi eſt æſtimare, an abſens habeat iu-
341 ſtam abſentiæ cauſam. † cap fin. de cler. non reſi. Sol. ad id, †
342 de conſuetudine † dicitur, dic, quod aut ſumus in beneficiis
ſimplicibus, & tunc, aut quis abeſt ex iuſta cauſa, & poteſt
induci conſuetudo, ſi eccleſia non indiget miniſtris, ut per-
cipiat fructus in abſentia, etiam quia non deſeruiendo per
ſubſtitutum, aut uero abeſt quis ex cauſa uoluntaria, uel ec-
cleſia indiget miniſtris, & non ualet conſuetudo, ut quis
percipiat fructus, niſi deſeruiendo per ſubſtitutum, aut ue-
ro ſumus in beneficiis curatis, & non ualet conſuetudo ut
quis percipiat fructus in abſentia, etiam ſeruiendo per ſubſti
tutum, Arch. in capitulo ſacerdotibus, & tradit in Doman. &
Philip. in d. cap. fin, ponentes omnia iſta membra, & Cardin.
mod. in d. cap. ſacerdotibus. Felin. in cap. cum omnes, colum
na, de conſtitutionib. rationem aſſignat, quia talis conſue-
tudo eſt corruptela, cum in beneficiis curatis eccleſia indu-
ſtria perſonæ.

Ex quibus apparet valere conſtitutio
nem, in Sy-
343 nodo Florentino nobis dicantibus proxime factam † qua pri-
uantur beneficiis illi, qui, uel per ſe non reſederint, uel ui-
carios de ordinaria licentia in beneficiis non poſuerint. Ad
argumen. igitur patet reſponſio, quia non ita obtinet con-

ſue-

ſuetudo, quin indulgentia multum operetur. Ad id, quod di
citur de legato, & epiſcopo, dic quod legatus, & epiſcopus
poſſunt dare licentiam, ut quis ex iuſta cauſa quantocunq;
tempore ſit abſens, ſed indulgentiam dare nō poſſunt, quia
344 indulgentia eſt gratiæ, licentia eſt iuſtitiæ. † Abb. in d. c. cum
ad hoc. Et no. quod abſens in ſeruitio legati, habetur ꝓ præ-
ſente, ſecundū ea, quæ tradit milis in repert. in uerſ. abſens,
verſic. fin. Nunc quæritur, an reuerendiſſimus legatus habet
facultates huius tenoris, det licentiā de nō reſidēdo ꝑpetuo.

An legatus habens facultatem de qua hic, det indulgentiam perpetuo de non reſidendo.

345 **Ac perſonis** quibuſcunque eccleſiaſticis ad ſe re-
currētibus, vt ad vitam vel aliud tem
pus in Rom. cu. vel altero beneficiorum ſuorum reſidendo,
aut literarum ſtudio in loco, ubi illud uigeat generale inſi-
ſtendo, fructus, redditus, & prouentus omnium, & ſingulo-
rum bene obtentorum & obtinendorum, ac perſonalem
de iure, ſtatuto, vel conſuetudine, fundatione, aut alias re-
ſid. requi. Citra tamen quotidianas diſtributiones lib. percip.
val. ſunt, perciperent ſi in e. ecc. ſiue lo. reſi. & ad reſidendum
in eiſdem inuiti, non ualeant coarctari, prouiſo quod ben.
præd. propterea non deb. fraud. obſ. & animarum cura
in eis nulla negligatur.

Quæritur, an poſſit dare iſtam indulgētiam
perpetuo contra text. in
d. c. fin. Et reſpon. quod propter uerbum ibi, ad uitam, quod
exponitur, perpetuo, poteſt. Secundo, quæro, an poſſit hoc ſi-
346 ne cauſa concedere. † Sol. poteſt, ſeruatis his, quæ in faculta-
te exprimuntur, quia, cum cauſa poteſt dare licētiam, ut di-
xi, & legatus & epiſcopus, unde hic conceditur indulgentia
& non licentia. Nec iſta res multū obuiat illi decretali, quia
vult, quod per alium deſeruiatur. Et iſtis temporibus dantur
beneficia multis, qui per ſe deſeruire neſciunt, & melius ec-
cleſiæ ſatisfit per ſubſtitutum. Et hæc indulgentia hodie pa-
rū nocet eccleſiis, ſi detur, propterea ꝙ qui beneficia habēt
ut plurimum, vel pueri, vel inhabiles ſunt. Tertio Q. an tales
347 indulgentiæ durent finita legatione. † Sol. durabunt propter
348 verba facultatis, quæ non ſunt cauillanda. † Sed late inter-
pretanda, c. olim, de uerborum ſig. Et hoc ibi quando dicit,
ad uitam. Et hæc facultas, in quantum eſt conceſſa epiſcopo
349 vel legato eſt fauorabilis, ac late interpretanda, † ſecūdum
Domi. & Phil. in dic. capit. fin. Secundus caſus eſt in capit.
de conſue. in 6. vbi nullus poteſt eſſe triplex in eccleſia abſ-
350 que diſpenſatione ſedis apoſtolicæ † dicemus infra, in mate-
ria diſpenſationis beneficiorum. Tertius in cap. fundamen-
ta § vt tamen, de electio quod perſonæ veritæ præficiantur
in vrbe Romæ. Quartus caſus eſt in adminiſtratore dando
351 eccleſiæ cathedrali, † quia illum dat uſus papæ cap. is cui, de
elect. in ſexto, capit. eccleſiæ cathedrali. de ſupplen. negl. præ
la. Fallit, quādo capitulum uacante eccleſia eſſet negligens
352 in adminiſtrando, † quoniam tunc archiepiſcopus, & per cō
ſequens legatus, hunc dare poteſt dic. c. eccleſiæ cathedrali.
prius aūt nō poſſent quia legatus aut archiepſ non poſſunt
353 auferre ius tertio. nam † hoc ius adminiſtrandi competit ca-
354 pitulo vacante ſede, † capitu. ſi epiſcopus, eodem titu. capit.
primo, de inſtitu. lib. 6. Item papa propter plenitudinem po-
teſtatis, gloſ. in d. cap. eccleſiæ. Ex quibus nota quatuor eſſe
355 genera prælatorum in eccleſiis cathedralibus † Nam ali-
356 qui ſunt veri prælati, & hi uocantur epiſcopi, † aliqui uero
357 ſunt tantum adminiſtratores, † & hi tripliciter, nam modo
358 vocantur viſitatores, † ut in capit. pontifices 7. quæſt. 1. capit.
obitum. cap. catinenſis 61. diſtin. modo autem commenda-
359 tarii † cap. relatio. cap. qui plures. 21. quæſt. prima. Quando-
que autem uocantur adminiſtratores. dic. cap. is, cui poteris
addere Iconomum, ſed non facit ad rem. Et quod dixi iſtos
ꝑlatos, intelligo large, ſed de hac materia latius videbimus
quando tractabimus de commenda, quia eſt materia ſatis
confuſa. & male tradita apud doctores noſtros. Quintus eſt
diſpenſatio cum vltramontano ordinato per epiſcopū Ita-
360 lia † contra formam, c. 1. de temp. ordi. in 6. Sextus eſt, quod
nullus alius præter papam, poteſt dare in genere poteſtatem
recipiendi renunciationem, & conferendi beneficium re-
nuntiatum, capit. de liberatione. §. prohibemus. de offic. de-
361 lega. † qui text. proprie loquitur in legato, ſicut etiam non
poteſt concedere facultatem conferendi primum vacaturū
362 ſimpliciter, † Abb. in capit. conſtitutus, de conceſſ. præben.
363 Sed dubium eſt, an epiſcopus poſſit illam facultatem conce
dere in genere alicui, & intelligo de eo, qui non ſit officia-
lis generalis, ne diſputemus de his, quæ terminata ſunt in
cap. fin. de offic. uic. in 6 Et dicendum quod non poteſt. gloſ.
in d. § prohibemus. glo. in cap. ſtatutum. §. fin. præb. eod. lib.
Oldrad. in conſil. 79. Anto. & Abb. in c. conſtitutus, de con-
ceſ. præb. Dom. & Philip. poſt Io. An. in d. §. prohibemus. mo

ti ex generalitate rationis illius tex. qui concludit etiam in
ordinario, Nam per talem facultatem aperitur via contra
concilium Lateranen. de quo in c. 2. de conceſſ. præb. ut in-
quit tex. in d. §. prohibemus & tex. in d. c. Conſtitutus, & ita
pluries iudicatum fuit in Rota. Tamē domini de Rota alias
tenuerunt contrarium, vt habetur in deciſ. Bernardi, deciſ.
3 in tit. de conceſſ. præb. ſecundum impreſſionem meam. &
ibi dicit collector ter fuiſſe iudicatum in fauorem ordinarii,
& ad tex. in §. prohibemus, dicunt eſſe intelligendum in le-
gato, prout loquitur, cuius iuriſdictio eſt odioſa & extraor-
364 dinaria, † vt in clem. 2. de offic. ordi. ideo reſtringenda pro-
pter præiudicium ordinariorum. Nec obſtat ratio §. prohi-
bemus, quia compillatores errauerunt aſſignando illam ra
tionem, quæ non erat, & ita dicunt, quendam Auditorem
Rotæ viua voce audiuiſſe ab uno compilatore illius conſti-
tutionis, quod fatebātur ſe erraſſe in ponenda ratione illius
tex. Nam quando habetur beneficium per renunciationem
365 † non datur uotum captandæ mortis, ut requirit concilium
Lateranen. His tamen non obſtan. teneo primam, quia ſi hoc
inhibet legato, igitur tanto magis epiſcopo, cum legatus ſit
366 maior quocunq; ordinario poſt papam † cap. ſi abbatem, de
elect. in 6. Nec obſtat, quod dicunt de ratione falſa, quia hoc
eſt nephas aſſeuerare, vt inquit Domi. in § prohibemus. cū
omnia ſuperflua ſint reſecanda, ut in prohœmio Sexti. tamē
nota ſemꝑ illam deciſionem, quod licet nobis reprehende-
367 re rationem tex. & adde gloſſ. in l. Si ſic. ff qui mo. Aequum
tamen eſt ut per quaſcunque etiam ſubauditas interpreta-
368 tiones defendamus rationem legis latoris † per not. in capitu
lo quod autem vxor 30. quæſt 4. & in capitulo ſi quando de
reſc. Et quod ratio concilii vrgeat, probo in concilio Late-
ranen prohibitum eſt, ne beneficium conferatur antequam
369 vacet † & hoc multiplici ratione. Primo, ne detur occaſio ca
ptandæ mortis, & vt quando vacat, poſſit prouideri de perſo
na idonea. c. relatum. de conceſſ. præben. Item ne ſucceſſio
hæreditaria, videatur habere locum in beneficijs. c. ex parte.
de filiis presbyt. c. apoſtolica. s. quæſt. 1. aſtis tribus cauſis iu-
ra vetuerunt ius acquiri in beneficio vacaturo & ideo tex. in
cap. Relatum, & in cap. ex tenore de conceſſ. præb. faciendo
mentionem de concilio Lateranen. ponderāt tantum hoc,
370 quomodo † promittatur beneficium antequam vacet, & ꝙ
dicatur fieri contra concilium, quando aperitur via, ut quis
habeat ius in beneficio non vacante. At illa ratio eadem ha-
bet locum, quando conceditur alicui facultas recipiendi re-
ſignationes, & conferendi, quia illo modo facilius habens
nepotem non idoneum, prouidebit illi de beneficio ſuo, &
aperitur magis via ad promittenda beneficia, antequam va
cent, & ad ſimoniacas pactiones de facili etiam pacifcetur, ꝗ
volet beneficium cum renunciante, & cum eo qui in tali ca
ſu habet auctoritatem conferendi, ut re ipſa conſtat. bona
eſt igitur ratio tex. in §. prohibemus quæ dicit, quod per hoc
poſſet aperiri uia ad habendum beneficiā vacatura. contra
Concilium Lateranen. Nam conſiderauit pactiones, & pro-
miſſiones de beneficiis, quæ fieri poſſent, quando partes eſ-
ſent ſecure, quod beneficium conferetur ei, pro quo renūtia
371 tent, cum alias renuntiatio debeat eſſe libera † capitulo ex
372 tranſmiſſa. de renunt. Item fieri in manibus ſuperioris † ca-
pitulo admonet. eo. titulo Item magis poſſet frequentari
hæc fraus in articolo mortis, quoniam Rectores eccleſia-
rum in extremo conſtituti, de facili haberent quos uellent
ſucceſſores. Sed finge text. erraſſe in ratione, an nulla eiuſ-
modi conſtitutione ſubeſt ratio? vtique aliqua etiam non
expreſſa, per not. in l. Quamuis, C. de fideicommiſſ. ſed non
poteſt eſſe niſi aliqua ex præmiſſis, quæ pariter militant in
epiſcopo. igitur & c. l. illud. ff. ad l. Aquil. Nec ualet, ſi dicas,
ſpecialiter ſtatutum eſt in legato ad reſtringendum iuriſdi-
ctionem eius, quia hoc non conſtat, immo conſtat quod
tex. mouetur ratione facti indecentis, non ratione odii per-
ſonæ. Ergo cum id ſaltem conſtet inique factum, non
perſonam damnatam, erit accipienda ratio ſi expreſſa non
ſufficit ex parte facti damnati, non ex parte perſonæ, quam
papa in beneficiis conferendis ampliori prærogatiua proſe-
quetur, capitulo primo hoc titulo in ſexto. Rationes autem
facti damnati ſunt communes, igitur, & c. Item ego quæ-
ro a te, in dicto capitulo conſtitutus, & in dicto capitulo ſta-
tutum. in fin. de præb. libro ſexto dicitur, quod epiſcopus nō
poteſt committere collationem beneficiorum, niſi ſino uica
373 rio generaliter, † ne aperiatur uia ad promittendum benefi-
cia vacatura, an ualebit ſaltem iſta facultas reſpectu benefi-
374 ciorum renunciatorum? † nemo eſt qui nō dicat habentem
talem facultatem non poſſe etiam vacantia per renuntia-
tionem conferre, Nam ratio capituli conſtitutus. in fi-
ne eſt tantum, ne per talem facultatem aperiatur via ad
promittendum beneficia, antequam vacent, quæ promiſſio
facilius contingere poteſt quando interuenit renuntiatio.

Et illa ratio ne detur uotum captandæ mortis, quamuis im
pulerit pontificem ad ita ſtatuendum, non eſt finalis, ſed im
375 pulſiua, ſicut † in dubio præſumitur omnis cauſa. l. Titio. in
princip. ff. de conditio, & demonſtratio. l. ſed ſi mors in fi. ff.
de donatio. inter uirum & vxorem. l ſi mulier. & ibi nota. ff.
de iur. dot. l. ſecunda, & tertia, in fi ff. de donatio. Et hoc ma-
xime verum, quando dictum latius ſe habet quam ratio. Io.
Andr. & Domini. in cap. penult de immu. eccleſ. in 6 Philip.
in cap. cum ceſſante. de appell. ſicut eſt in caſu noſtro, ubi eſt
generaliter, prohibitio, ne promittantur beneficia, vaca-
tura, & ſic cuitatur gloſ. in l. cum tale, §. legati. ff. de condit.
& demonſtrat. Alias, ſi velles dicere oppoſitum, ſequeretur,
quod epiſcopus poſſet promittere beneficium vacaturū, per
renunciationem, quod falſum eſſe, non expedit oſtendere.
Redeundo igitur ad caſum noſtrum, dic quod ſicut legatus
non poteſt concedere facultatem recipiendi reſignationes,
ita nec epiſcopus, quod tenet Rot. in deciſ. 397. in nouis. quo
modo aūt hoc vterque poſſit, vide Abb. diſtinguentem in
d. capit. conſtitutus. Vnum tamen nota quod legatus poſſet
committere vni, vt acciperet reſignationem eorum, qui per
376 mutare vellent, † vt per Domi. in dic. §. prohibemus. licet &
diſiunctim poſſet committere, vt ſi committeret vni, vt re-
377 ciperet reſignationem, alteri vt conferret, † Rot. in præalleg.
deciſ. 397. nam text. in § prohibemus, loquitur quando vni
coniunctim committitur vt recepta reſignatione conferat,
tunc enim vertitur periculum. ſed ſi dat vni tantum faculta
tem recipiendi reſignationem, hoc non eſt cōtra illum tex.
qui copulatiue illa duo requirit, l. ſi is qui. § vt iuni ff. de reb.
dub. ſimiliter non habebit locum ratio text. quando benefi
cio iam vacante per reſignationem, alicui committitur, vt
cōferat, vel etiam eidem, qui renuntiationem iam admiſit,
glo. in d. c. deliberatione §. prohibemus. Rom. in deciſ. 397.
in nouis. adde quod d. Gondiſ. in fi 9. quæſt. mouet dubium,
an legatus poſſit committere alicui receptionem renuncia
378 tionis beneficiorum † & inuoluit ſe, recitando dicta archi-
diaconi, & Ioan quæ loquuntur in alio caſu. Nam quæſtio,
quam ipſe ponit, eſt quæſtio præcedens, deciſa per gl. & om
nes, vt dixi, quam etiam ipſe ſequitur. Sed dicit cōmunem
eſſe in contrarium, alleg. Io. And. & Archid. qui nō loquun-
tur, ut ipſe credit, ſed dubitant, an in caſu quando legatus cō
mittit vni coniunctim cōtra terminos tex. noſtri, ut recipiat
reſignationem, & conferat, poſito quod reſignationem reci
piat, vacet beneficiū. Et ſic valeat ſaltem renuntiatio. Nam
poteſt ualere renuntiatio, etiam ſi nō ualeat collatio, & hic
irritatur conceſſio non renuntiatio Tamen Io. And. Archi.
& omnes concludunt, quod non valet, quia text. irritat om-
nem conceſſionē factam per legatum de recipiendo renun-
tiationem &c. quod eſt verum. Septimus, eſt in beneficiis va
440 Iuris patronatus qualitatem vſque adeo conſiderabilem, vt etiam lite non obſtan. poſſit mouere & inducere ad non concedendum.
441 Beneficium litigioſum quando dicatur.
442 Litis pendentiam quando introduci dicatur.
443 Litis pendentiam introduci per citationem, & illius executionem in curia emanatam.
444 Litis pendentiam non induci per citationem in partibus executam.
445 Limitatio ad idem, ſi cauſa in ipſa citatione inſerta appareat, in vim cuius citatus poſſit inſtrui ſuper quo reſponden. ſit.
446 Beneficium litigioſum non reddi per conſimilem citationem, taliter executam, ut in praceden. numero.
447 Litem pendere in praiudicium partis, dummodo citatio ſit decreta quo ad eum qui praſentauit commiſſionem, etiam ante citationem.
448 Poſſeſſionem triennalem aliter non ſuffragari illi, ad cuius inſtantiam citatio tantummodo decreta ſit.
449 Litis pendentiam per appellationem extraiudicialiter factam introduci.
450 Limitatio ad idem.
451 Referendariorum ſtilus vt in commiſſione cauſa, literis non confectis & cum derogatione regula, adijciatur clauſula, dummodo litera expediantur ante terminum ad articulum. & quod interim beneficium non efficiatur litigioſum.
452 Onus, probandi beneficium litigioſum, ad quem ſpectet.
453 Literas praſumi expeditas ante motam litem.
454 Acceptationem praſumi infra tempus debitum factam.
455 Renuncians, quando dicatur pacificus poſſeſſor.
456 Beneficium de tempore renunciationis, pacificum reputari.
457 Anarratiua papa, quod aliter recedere non liceat.
458 Conſenſus praſtatio, quod ſit approbatio prateritae voluntatis.
459 Litis pendentiam non induci circumducta citatione.
460 Item beneficium litigioſum non effici.
461 Item praſcriptionem ex huiuſmodi citatione, circũducta non interrumpi.
462 Beneficium non deſinere eſſe litigioſum per circunductionem citationis.
463 Etiam ſi reus abſoluatur ab obſeruatione iudicij.
404 Citatio prima, quod ſit generalis ad totam cauſam.
465 Collatorem ordinarium non impediri quominus conferat lite pendente inter partes, altera non proſequen.
466 Litem negligere, quando quis dicatur.
467 Litem ſi quis in iudicio vel extra, proſequi non intendit, illam negligere dicitur.
468 Litem aliàs non finiri, niſi per ſententiam, a qua aliter prouocatum, non ſit, num 470.
469 Inſtantiam de iure canonico perpetuam fore.
470 Litem per ſententiam, finem ſuum recipere, ſi quando ab ea prouocatum non ſit, neque appellatum.
471 Articulo executiuo pendente poſt tres ſententias, rei quidem articula adhuc parum ſit litem ſopitam non dici.
472 Titulum ſui pradeceſſoris, quando quis iuſtificare teneatur.
473 Tertium opponentem de non pacifica poſſeſſione prouiſi pendente adhuc articulo executiuo contra eum audien. fore.
474 Prouiſus habens executionales contra ſe, quod intelligatur in mala fide conſtitutus, nec poſſit vti aliquo genere praſcriptionis.
475 Legatum, & ordinarium conferre beneficium etiam lite pendente ſuper illius proprietate.
476 Beneficiũ non dici litigioſum, ſi quando lis pendeat ſuper certare beneficij.
477 Legato ſi competat facultas inſtituendi praſentatos a patronis, ſi quando epiſcopus habeat indultum ſuper inſtitutione.
478 Papam praſeruare ordinario nec dum collationem, ſed & inſtitutionem.
479 Inſtitutionem non eſſe niſi de praſentatis.
480 Legati collationem, tanquam ſuperiudactam, & extraordinariam ſtricta interpretan.
481 Legato ius competere inſtituendi praſentatum coram eo, quocunque ordinarij indulto non obſtan.
482 Legatus, quod ſit ordinarius totius Prouincia & iuriſdictionem habere dicatur.
483 Legato iuriſdictionem competere cumulatiue ſiquidem, & inſolidum cum ordinario.
484 Epiſcopus, quod non dicatur habere ius, ſed iuriſdictionem reſpectu inſtitutionis, ſi qua fiat ad praſentationem.
485 Ratio aſſignatur, cum inſtitutio ſit actus iuriſdictionis.
486 Inſtitutionis proprium, vt cadat in praſentato ſi quando eadem proueniat a iure epiſcopi.
487 Inſtitutio, qua cauſatur a negligentia patroni non praſentantis, cuius natura ſit.
488 Et pariter de inſtitutione collatoria.
489 Collationem, & praſentationem, a iure libero prouenire.
490 Auditor cauſa ſi quando inſtituat praſentatum coram legato, a quo inſtitui aliter non potuerit.
453 Indultum epiſcopi non operari patronum fruſtrari libertate ſua praſentationis.
458 Praſentatio facta corã legato, qui nõ hēat ius inſtituendi, quod nihil valeat.
493 Patroni conſenſum, & voluntatem etiam ex actu nullo deprahendi.
454 Item conſenſum patroni argui etiam ex mandato facto a patrono antequam vacaret beneficium.

495 Legatus an poſſit inſtituere eum, quē priuauit, ſine conſenſu patroni laici

496 Appellatione interpoſita a ſententia, quod poſſit fieri reſtitutio etiam inuito patrono.

497 Limitatio ad idem, niſi ſit patronatus eccleſiaſticus, de quo legatus vtique diſponere poteſt.

498 Sententia ſi quando tranſiuerit iu rem iudicatam, quod ſit ius quæſitum patrono.

499 Promotus in epiſcopum ſi habuerit beneficia quæ ſint de iurepatronatus laicorum, & cum illo ſit diſpenſatum a papa, vt poſſit retinere beneficia quæ primo habuit, nulla facta mentione de patronis, an diſpenſatio præmiſſa ſubſiſtat, vel ſurreptitia cenſeri debeat.

500 Legatus an cōferat beneficia, q̄ prius cōtulerat abſenti aliter nō acceptā.

501 Collatio papæ ſi qua fieri contingat in menſe collatoris abſentis, an valeat & teneat.

502 Abſenti, quæ donari contingerit, idem irreuocabiliter non acquiri, donec conſenſerit.

503 Collatio papæ de qua ſupra num. 500. licet non transfundat ius in re, ad rem tamen illud transfunderc.

504 Papam in dubio non tollere ius quæſitum alieni.

505 Limitatio dicti ſupra numero 501. quod etiam abſenti de æquitate canonica quæratur.

506 Quodque licet ius abſentis in pendenti vere ſit, illud tamen ſibi aliter auferre non poſſe, non conſtito prius de diſſenſu per expreſſam voluntatem vel per tacitam ex lapſu termini inductam.

507 Item reſeruationem in caſu præmiſſo factam de tali beneficio, etiam Motu proprio papæ non auferri ius quæſitum, niſi per expreſſam derogationem.

508 Legatus ſi pendente termino menſis ad acceptandum conferat, & prouiſus aliter non ratificet infra menſem, an valeat ipſius legati collatio.

509 Legato an competat ius conferendi beneficia, ſi quæ de iure vacauerint, non autem de facto.

510 Executor deputatus ad prouiden. alicui de beneficio vacante, aut vacaturo, de eo quod non vacat de facto, ſed de iure, an prouidere poſſit & valeat.

511 Et prouideri poſſe ſuſtinetur.

512 Legatus an conferre poſſit beneficia monetularia, & ſiquidem poſſe concluditur.

513 Legato datum, perpetuas vicarias conferre.

514 Legatus, ſi conferat beneficia exiſten. de menſa epiſcoporum.

515 Legatus ſi beneficia manualia conferre poſſit, & valeat.

516 Legatus an poſſit creare canonicum ſupranumerarium.

517 Legatum non poſſe mandare aliquem recipi in canonicum, antequam præbenda vacet, reprehendi ſi qui dixerint.

518 Capitulo & epiſcopo non etiam interdictum, quo minus mandare poſſint aliquem recipi in canonicum, antequam præbendam vacare contingat.

519 Canonicis iurantibus non recipere aliquem vltra numerum, Receptionem factam ad mandatum legati iuribus non ſubſiſtere.

520 Statutum iuratum, & confirmatum a ſede apoſtolica, a pari procedere.

521 Iuramenti vinculum fortius eſſe, quam auctoritas papæ in actu, de quo agitur.

522 Ratio aſſignatur, nempe quia obligatio deſcendens a iuramento acquiratur ſoli Deo, cui magis obedien. quam homini.

523 Canonici quando poſſint contrauenire ſtatutis iuratis.

524 Canonicorum iuramentum non arctare legatum, cum in iuramento ſemper intelligatur excepta auctoritas ſuperioris.

525 Canonici recipien. canonicum ſupernumerarium ad mandatum legati, cū neceſſitate mandati recipiant, quod periuri aliter non fiant.

526 Recepto in canonicum ſi dentur executores pro prima præbenda, legati morte vel remotione ſuperuenien. ſi deſinat eſſe canonicus.

527 Multiplex modus habendi canonicos in eccleſiis remiſsiue.

528 Legatus ſi contulerit alicui præbendam alteri canonico debitam, quod eius collatio valeat & teneat, & admittatur prouiſus.

529 Canonici ſi creauerint vnum, & poſt modum præbendam illi debitam contulerint alteri, collationem valere ſubſtinetur.

530 Legato pariter & capitulo interdictum dare ius cuiquam ad vacaturum.

531 Canonicum receptum auctoritate papæ a recepto auctoritate alterius, cuiuſquam, altero de tribus modis differe.

532 Legatus ſi conferat beneficia in quibus pater immediate miniſtrauit.

533 Legatus an conferat eccleſias ſeculares regularibus remiſsiue.

543 Item an ſpuriis remiſsiue pariter.

545 Item ſi beneficia curata habenti ordines minores tantum.

536 Legatus ſi conferat beneficia ſimplicia clerico coniugato.

537 Legatus an conferat parrochialem ignoranti idioma loci.

598 Regulæ de Idiomate, ratio cur inducta.

538 Rectoris officium eſſe Populum ſibi ſubiectum admonere.

540 Ordinarii, quod longe melius cognoſcant perſonas, & eccleſiarum ſuarum neceſſitates, quam papa nouerit.

541 Extraneis nō prouiden. de eccleſiis, quando reperiantur idonei in ciuitate, vel dioceſi.

542 Patronus, quando teneatur præſentare clericum eiuſdem dioceſis.

543 Beneficiari aliquem in patria ſua, honeſtum fore.

544 Ratio ex eo, quod facilius tales reſideant in beneficijs ſuis, allecti amore patriæ.

545 Extraneum prouiſum de beneficio a Domino temporali, recuſari poſſe.

546 Ratio aſſignatur.

547 Arcana alterius Regni minus perſcrutari.

548 Prouiſionem impetrantis beneficium in alienis partibus non facta mentione ſuæ originis, nullam eſſe.

549 Electio alicuius de loco beneficii, operatur ut idem reputetur idoneus.

550 Extraneus uero ſi eum prouideri contingat, quod debeat eſſe optimus.

551 Collatio legati, ſi uitietur ex capite ſurreptionis, quemadmodum & papæ collatio uitiatur.

552 In prouiſionibus legati, quod mentio fieri debeat de beneficiis obtentis in ſpecie, non in genere.

553 Regulare eſſe, ut ſi quando de aliquo expreſſa mentio facienda ſit, quod non ſufficiat habere mentionem in genere.

554 Ampliatur dictum. ſupra num. 551. & extenditur etiam ſi legatus conferret ex ſpeciali commiſſione papæ.

555 Limitatur, ſi quando legatus conferret motu proprio.

556 Limitatur & ſecundo, quando confirmaret electum uel præſentatum.

557 Legatus, ſi conferrat beneficium illi cui etiam contulerat antequam vacaret.

558 Regula de ueriſimili notitia, an habeat locum in legato.

559 Legatus, ſi conferat beneficium ea die, qua vacat, nec appareat, quæ nam fuerit prior, ſcilicet, uel prouiſio mortem præceſſit, vacatio præſumen.

560 Interpretationem in dubio pro ualitate actus ſumendam eſſe.

561 Limitatur dictum, de quo ſupra num. 558.

562 Regula de viginti, ſi procedat, & locum ſibi uindicet in legato.

563 Legatum, ſe conformare debere ſtilo mittentis, in his, quæ concernunt inſtitutum magis quam modum expediendi.

564 Regulas cancellariæ attenta generali poteſtate condentis omnes ligare.

565 Regulam de. xx. ſi procedat coram ordinariis inferioribus.

566 Prouiſiones ordinariorum, quod ſurreptioni aliter ſubiectæ non intelligantur.

567 In prouiſionibus, ſi quas fieri contingat in curia vel coram legatis per renuntiationem, quod communiter expectantibus derogari conſueuerit.

568 In his autem, quæ fiunt coram ordinariis non niſi ex cauſa permutationis.

579 Regulas cancellariæ, conſtitutiones generales non eſſe, ſed derogatorias voluntatis papæ, dantis formam rebus agendis per ipſum papam non per alios.

570 Regulas cancellariæ morte condentis expirare, quod non procederet, ſi conſtitutiones generales eſſent.

571 Regulæ Cancellariæ licet publicentur in ipſa cancellaria, non tamen intimari conſueuerunt.

572 Opinio Rotæ in præmiſſis.

573 Auctoris opinio ſubinde refertur.

574 Renuntiatio quæ fit coram ordinario, quod non noceat expectanti, niſi in caſu permutationis.

575 Fraudem de facile, præſumi in permutationibus, ſi quæ fiant per ægrotos.

576 Quodque præſumptio in caſu præmiſſo naſcatur ex graui infirmitate non ex leui.

577 Extrauagantis Sixti declaratio.

578 Quod uere agitur, non quod ſimulate concipitur, attendendum fore.

579 Verbum cenſeri, in his quæ deſiderant effectum iuris, veritatem importare.

580 Ex diuerſis caſibus diuerſa etiam oratio, & conſtructio.

581 Regula de infirmis, ſi procedat, & locum ſibi uindicet, quando quis moriatur ante. xx. dies ex alia infirmitate.

582 Legatus an concedat ut quis conferat primum uacaturum.

583 Legatus quando non poſſit conferre niſi habenti unum beneficium, an conferat habenti unum actu tantum, alterum uero habitu.

584 Beneficiatum non dici præbendam expectantem.

585 Prouiſi, ab ordinario, & a legato ſi detur concurſus, prouiſum a legato præferri.

586 Limitatur primo, niſi prouiſus ab ordinario haberet horam, cum illa certior probatio ſit.

587 Limitatur & ſecundo loco quando prouiſus ab ordinario beneficii poſſeſſionem anteriorem adeptus ſit.

588 Dubitatio, quando duo eſſent prouiſi ab eodem legato, quorum alter poſſeſſionem haberet, quid dicen.

589 Duas aut plures prouiſiones ſeparatas ab eodem legato habere, quando poſſibile ſit.

590 Limitatur in caſu, ſi legatus haberet collationem.

591 Reſeruationem legati, ſiue ſit facta motu proprio ſiue generaliter, quæ habet vim conſtitutionis, collationi æquiparari.

592 Decretum legati non ligare ignorantes communem eſſe opinionem.

593 Beneficium creatum ea die, qua expectatiua data eſt, ſub expectatiua aliter non comprehendi.

594 Actus fortior & potentior, quod præualeat minus potenti, ſicut excommunicatio actui contrario.

595 Receptus in canonicū uno & eadē die auctoritate legati, uel papæ, & eadē die capitulū impetret, q̄ ad nullius receptionē teneatur per literas apoſtolicas non facien. de indulto huiuſmodi mentionem, qualis præferatur.

Trio-

596 Prioritas & poſterioritas probationum concurentium in data, qualiter probetur.

597 Praſentatus a Patrono, & prouiſus a legato uel papa cũ derogatione iuris patronatus, poſito, quod præſentatus ſit poſtea inſtitutus, & habeat poſſeſſionem, quis p[r]æferatur.

598 Reſeruatio papæ, & collatio legati, ſi concurrant, quæ na præferri debeat

599 Reſeruatio, quod, ſit impedimentum, quod non præſumitur præceſſiſſe niſi probetur.

600 Legato, ſi detur conferre beneficia ſpectantia ad Regum collationem.

601 Præſcriptionem tanti temporis, de cuius initij memoria non extet in contrarium priuilegium præſumi.

602 Reges inungi, refertur.

603 Legatus, an ſibi ipſi beneficium conferre poſſit, deputan. aliquem locum tenentem ſuum, qui eidem prouideat.

604 Legatus transferendo poteſtatē ſuam in alium abdicando a ſe, quod poſſit recipere cum recipiat tanquam ab alio.

605 Quod ſecus, ſi aliquem in commiſſarium ſuum ad id deputet, cum a ſe ipſo videatur recipere.

606 Legatus ſi confirmet poſtulatos, qui aliter eligi non potuerunt.

607 Limitatur ſi poſtulatio caderet de epiſcopo, quæ intelligitur de reſeruatis papæ.

608 Legatus an poſſit conſtituere Vicarium perpetuum de conſenſu Rectoris eccleſiæ.

609 Legatus ſi conferat beneficia ſub conditione, ſi primus non acceptauerit.

610 Legatus, ſi conferat beneficia extra prouinciam.

611 Beneficia conferre, quod ſit voluntariæ iuriſdictionis.

612 Epiſcopo permiſſum conferre beneficia in omni loco, & etiam in Romana curia & legato pariter.

613 Dummodo ibidem non vacet donec legatio durat.

614 Improbatur factum nonnullorum epiſcoporum, qui volentes conferre beneficia ſua, exeunt Vrbem.

615 Conſuetudinem præmiſſam non improbat auctor propter reuerentiam ſedis apoſtolicæ.

616 Legatus, ſi conferat ſub conditione, ſi renuntiauerit & quod obtinet.

617 Item, ſi conferat ſub conditione, ſi vacat.

618 Legatus, ſi conferat beneficia ad tempus.

619 Legatus, ſi poſſit cōferre beneficia, quæ ratione optionis debebantur alteri.

620 Legato, ſi currat tempus ſex menſium ad conferen. ſicut & cæteris inferioribus Prælatis.

621 Quodque currat, ſi quando ſit ordinarius Prouinciæ, ſoluit Lapus.

622 Cuius opinio improbatur.

623 Deuolutio quod non poſſit fieri niſi ad papam, cum nulli alteri ſubſit.

624 Deuoluta ad papam, quod ipſe ſolus conferat.

625 Prouiſus a papa, ſi concurrat cum prouiſo a legato auctoritate apoſtolica nullo poſſidente prouiſum a papa præferri.

626 Concurren. prouiſis a papa ſub eadem die per verbum fiat vel Motu proprio, quod ii præferantur, cui Motu proprio prouiſum apparet.

627 Quodque forſan alias nulla collatio teneret.

628 Prouiſus motu proprio concurren. cum prouiſo per verbum fiat, ſi is poſſeſſionem adeptus ſit, per obitum primo loco prouiſi, ſi alius ſibi prouideri obtinuerit, a quo intentetur iudicium, quis præferatur in beneficio.

629 In beneficialibus, quod a principio non valuit, ex poſt facto etiam non validari.

630 Collationem ordinarij factam pendente tempore ad acceptan. non valere, etiam ſi poſtea fuerit acceptatio ſubſecuta.

631 Collationem conditioni ſubiectam non eſſe cum in pendenti aliter ſtare non poſſit.

632 Collationem ordinarij factam pendente Decreto pro aliquo reconualeſcere, ſi ille renuntiauerit gratiæ ſuæ.

633 Vera & communis opinio in præmiſſis.

634 Collatio ordinarij, quod reconualeſcat, patrono poſtea negligente præſentare.

635 Ius perfectum in beneficio, quod ſit penes duos, vno, & eodem tempore prouiſos, non inconueniens quando illud ſit reſolubile propter prærogatiuam alterius.

636 Prouiſus a papa, ſi concurrat cum prouiſo ab ordinario ius antelationis attendatur

637 Ius antelationis, ſi cui competat, poſſeſſione ab altero adepta, quod reſolutum ſit.

638 Prouiſus ab ordinario, quod præueniat apoſtolicum in poſſeſſione, etiam quandocumque.

639 Poſſeſſio, ſi quando poſſit validare titulum reſolutum, & annihilatum, vel noua collatione opus ſit.

640 Beneficia, quod poſſint eſſe in pendenti quando titulus reſolui poſſit.

641 Ius quod acquiratur ex præſentatione altero præſentato, vel non præſentato, quod poſſit eſſe in pendenti.

642 Prouiſionem ſi quis habuerit per verbum fiat, alio non opponente, Rota canonizat eandem.

643 Verum ſi poſtmodum opponi contigerit, habens motu proprio, illa canonizabitur reiecta prima.

644 Rotam minus curare ſubtilitatem inquiren. ſi quid ipſo iure, vel per exceptionem elidatur.

645 Præſentatus a patrono poſſeſſione adepta quando p̄feratur p̄uiſo a papa.

646 Prouiſus ab ordinario, q̃ præferat̃ p̄uiſo a papa, qñ poſſeſſionē adeptus ſit.

647 Prouiſum habere præſumptionem de anterioritate.

648 Etiam ſi per horam præferatur habenti poſſeſſionem.

649 Ius quæſitum ex præſentatione reſpectu anterioritatis, quod habeat eundem effectum, quem habet ipſa prouiſio.

650 Quodque papa non intendat tollere huiuſmodi ius quæſitum.

651 Inſtitutio ſequens præſentationem, quod trahatur ad diem præſentationis tanquam ad principium neceſſarium.

652 Præſentatio, quod tribuat ius ad rem.

953 Poſſeſſio adiecto titulo perfecto, quod tribuat ius in re.

654 Poſſeſſionis aſſecutionem operari, quod cauſa poſſidentis, & non poſſidentis ſit æqualis.

655 Collatio in fauorem unius uel alterius, nec appareat quę primo facta, erit, potior conditio poſſidentis.

656 Titulus imperfectus, & incertus præſentati inſtitutione non ſubſecuta.

657 Cuius examen adhuc ſubeundum eſt.

658 Quod uariari poſſit a patrono ſaltem alium accumulando, unde gratificationi locus ſit.

659 Titulus collatiuus, quod ſit expeditio, & potentior quam ipſa præſentatio.

660 Præſentationem aperire uiam ad titulum, & ſemper in dubio præceſſiſſe diiudican.

661 Poſſeſſio ſequens tanquam preuenta, quod nihil operetur in caſu præmiſſo.

662 Poſſeſſio nihil operabitur, quando conſtet de hora anteriori.

663 Collationem ordinarij concurren. cum reſeruatione papę, præferri ſecundum Lap. & Domin.

664 Diſpoſitio text. ſi a ſede, quod ſit exorbitans, & ſubinde reſtringenda ad caſum ſuum.

665 Commendæ legati, & prouiſionis ordinarij dato concurſu ſub eadem die, collationem ipſius ordinarij præferri propter tituli prærogatiuam.

666 Poſſeſſionem inducere præſumptionem anterioritatis, ſi quando ſit capta eodem die de, qua prouiſio facta fuit, & non alias

667 Poſſeſſionem non adiuuare prouiſionem ordinarij, quando ab alia capta ſit.

668 Præſentatum præferri quando conſtet de hora pręſentationis, quæ præceſſerit cum illi iam ius quæſitum, quod papa auferre non conſueuit.

669 Prouiſione papæ, & ordinarij ſub eadem concurre. eundem, qui habet horam, præferri.

670 Probatio certior, quod uincat probationem minus certam.

671 Socinum contrarium conſuluiſſe de contentis ſupra proximo. Et numero. 669.

672 Regula non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.

673 Teſtis dictum non concludere, quando præſumptiue probet, & non præciſe.

674 Baldi Theorica in l. quod ſponſæ, de donationibus ante nuptias. impugnatur.

675 Prouiſio ſub certa die fieri conſueuit citra aliquam horæ expreſſionem.

676 Horæ expreſſionem in prouiſionibus adiici, non uſui receptum eſſe.

677 Probationem dubiam uinci a liquida probatione, quando contingat.

678 Per præſentationem non taliter eradicari ius erga pręſentatum, ſicut per collationem quoad prouiſum.

679 Legatus ſi conferat ad tempus.

680 Inſtitutionem ſub conditione canones non permittunt.

581 Legato non permiſſum quicquam agere contra canones, cum ſit de reſeruatis papæ.

682 Beneficium ab epiſcopo aliquando ad tempus conferri donec altera prouiſio fiat.

683 Beneficia conferri, perpetua cum non ad tempus nec ſub conditione danda ſint.

684 Limitatio prima ad idem de quo proximo præceden num. 682.

685 Legato permiſſum ex cauſa, eccleſiam etiam ad tempus conferre.

686 Legatus an poſſit conferre beneficia, ſi quę per ceſſum, uel deceſſum, ſupprimen. ſint uigore ſtatuti iurati, & confirmati.

687 Legati collatio quando ualeat, literis aliter non expeditis.

688 Pana extrauagantis iniuncte de elect. ſi procedat, & locum ſibi uindicet in prouiſis a legato.

689 Diſpoſitio dicta extrauagatis, quo caſu procedat.

690 Gratia, quando ſuffragetur alicui literis aliter non expeditis, remiſſiue.

691 Regula, qua dantur ſex menſes pro expedien. literis, quando locũ habeat.

992 Legatus, quod poſſit conferre electiones ad quaſcunque dignitates.

693 Limitatio ad idem.

694 Papę diſpenſationem requiri in poſtulatione Epiſcoporum, quando de una ad aliam eccleſiam eoſdem transferri contigerit.

695 Legatum poſtulationes inferiorum ab epiſcopo admittere, quando diſpenſatione non indigeant, quam idem præſtare non poſſit.

696 Abbatem non poſtulandum annos decem & octo non exceden.

697 Poſtulationem ex gratia pendere,

698 Poſtulatos quam reuerenter accedere ad ſuperiorem, nempe flexis genibus, & demiſſo capite.

699 Poſtulationem & electionem a pari procedere, & idem de una, quod & de alia diiudicari.

700 Poſtulationem in electionis ſubſidium indultam.

Po-

701 *Poſtulatione ſine cauſa reiecta, poſtulantibus iniuriam inferri.*
702 *Legatus vrbis, ſi cardinalis is ſit, an in receſſu papæ ab vrbe beneficia cõferre poſſit, & valeat, abſque ſpeciali mandato eiuſdem.*
703 *Legatus in vrbe, quod dicatur legatus ſedis apoſtolicæ.*
704 *Item & de latere Domini papæ ſicut cæteri.*
705 *Sedes apoſtolica, quod dicatur eſſe ſicubi papa ſit.*
706 *Contrariam ſententiam ſequen.*
707 *Papa licet ſit ordinarius totius mundi, ſpecialius tamen, quod ſit epiſcopus Vrbis Romæ.*
708 *Quod quæ in alijs diœceſibus habeat epiſcopos fratres, Romæ ſolus ſit epiſcopus.*
709 *Vicario quantumuis generali non competit facultas conferen. beneficia.*
710 *Legatum non conferre beneficia reſeruata collationi papæ.*
711 *Non item beneficia Vrbis, quæ propriè talia ſunt.*
712 *Limitatio ad idem, ſi quando vigore ſpecialis facultatis eidem conferre permiſſum ſit.*
713 *Facultatum legati tenorem quam maxime attenden.*
714 *Legatum conferre beneficia ſpectantia ad collationem aliorum epiſcoporum intra limites ſuæ Legationis.*
715 *Ampliatio ad idem.*
716 *Romæ multa eſſe beneficia cardinalium collationi ſubiecta.*

Rub. De poteſtate legati de latere circa beneficia
1 conferenda.†

SVperiori libro In caſu. 50. pollicitus ſum aliquid in medium adducere de ſuprema au ctoritate
2 papæ † priuſquam deſtinatam libri materiã aggrederer, quia tamen rem hanc in commẽto extrauagantis Iulij ij. ſuper ſimoniaca electione papæ tractaui, ne toties idem repe
tendum ſit, relicio lectorem ad ea quæ ibi dicta ſunt. hoc
3 uero libro ago tantum †de collationibus legatorum ubi diſ-
finientur multæ. q. tum iucundæ. tum vtiles, & quæ a nullo
4 uiderim. per quem tractatæ ſunt † & tñ quotidie in auditorio
5 noſtro in controuerſiam veniunt. † Sicque obiter intelligentur multæ regulæ, & de motu proprio, iure patro. & pleriſq;
alijs rebus, vnde lector modum ſibi parare poſſit.

De poteſtate legati in beneficijs conferendis.

Ad illucidationem huius materiæ, quæ eſt ualde utilis, cum his, quę dicentur in iſto libro, & ſequenti, pono unam concluſionẽ
quod Legatus de latere confert omnia beneficia, quę ſunt in
6 prouincia ſibi decreta. † cap. primo. hoc tit. in 6. cap. ſi a ſede,
de præben. eo. lib. cap. dilectus. hoc titu. & de iure patro. & de
præben. Ampliatur ut procedat in inſtitutionibus. & confirmationibus, tanto magis in confirmationib. dico nedum in
7 ferio rum, ſed etiam epiſcoporum, & Abbatum † cap. ſi Abbatem. de elect. in 6. cap. cum uenerabilis. de conſuetu. ſecundum ueriorem intellectum, ut ibi docet collect. & in cap. nihil. in 3. colum. de elec. in uerſic. adminiſtrent. Amplia etiam
8 ut procedat in canonicatibus eccleſiæ cathedralis† Abba. in
9 cap. dilecto, in prin. de præbend. Amplia etiam in beneficiis,
quæ ſunt de iure patr. eccleſiaſtico. cap. cum dilectus. hoc titulo, etiam ſi eſſent de iure patro. laicorum, & ea conſuetudi
10 ne uel præſcriptione† ſecundum Anto. in d. ca. cum dilectus,
11 de quo inferius late. Amplia etiã in beneficiis exemptis† qa
12 legatus eſt ordinarius exemptorum † not. in d. cap. Si Abbatem, & in cap. auctoritate, de priuil. in 6. Amplia in benefi-
13 ciis deuolutis ad papam † cap. uenerabilis. de præbend. Zẽzel. & Imo. in cle. 2. de offi. ordin. Rota dec. 119 in no. Henr. in
c. dilectus. hoc titu. Aegid. deci. 106. in contrarium facit cap.
literas de ſuppl. neglig. prælato. ubi papa circa iſta deuoluta
dat ſpecialem commiſſionem. ſed quod loquitur de his, qui
non ſunt legati de latere, ut per collect. primo. Et hoc intelli
ge etiam quando collatio eſſet deuoluta ad epiſcopos uel
Archiepiſcopos prouinciæ, quia ſi confert ea, quæ ſpectant
ad eos iure directo, tanto fortius confert etiam ea, quæ ſpectant iure deuoluto. Fallit tamen quando deuolutio collationis eſſet facta ad prælatum, qui eſſet extra prouinciam,
quoniam tunc legatus non poterit conferre, niſi rurſus ab
ipſo prælato ad papam fieret deuolutio. Cardinal. & Imo. in
clementina ſi de beneficio in quinta quæſtione de præbẽda
Et ratio. quia cum legatus conferat ut ordinarius, tempus
14 ad conferendũ currit† illi, ſicut aliis ordinariis, vt tenet Lap.
in d. cle. Si de beneficio, quando igitur deuoluta eſt ad non
ſubditum, ipſe non conferet, quia cũ illo non concurrit. Ego
tamen in hoc dubito, quia ſi legatus confert beneficia deuo
luta ad papã, ergo collationi ſuæ non currit tempus Lateranenſis Concilii, ſicut cæteris, quia nullus ordinarius confert
poſt deuolutionem ad alium factam. collatio. n. legati eſt libera ad inſtar collationis papæ, vt dicã in ſequenti. q. ſi enim
commenſuraretur poteſtas eius ad poteſtatem aliorum ordinariorum, vtique non conferret deuoluta ad papam. Vno ta
15 men caſu non confert deuoluta ad ordinarium prouinciæ,
16 quando. ſ. beneficium eſſet extra prouinciam. & per deuolutionem, vel etiam aliter collatio ſpectaret ad vnum de prouincia, quia legatus confert beneficia prouinciæ, non extra.
cap. 1. hoc ti. in 6 & hoc tenent Anto. & Imo. in cap. 2. de cõceſ. præ ben. quamuis dicant non eſſe ſine dubitatione. Tamẽ
gloſſ. pragmaticæ in §. Item circa. in ver. Legatorum. audaciſ
ſime tenet legatum poſſe conferre beneficia deuoluta ad ordinarium prouinciæ, quamuis beneficia ſint extra prouin-
17 ciam, † quia omni tempore concurrit cum quolibet ordina-
18 rio, † ad papam. Item, quia acceſſorium ſequit naturam prin
19 cipalis. † Item quia inſpicitur finis nõ principium. † Sed deci
20 pitur ille gloſſator, quia legatus concurrit cum ordinariis
prouinciæ in his, quæ faciunt ut ordinarii, & de rebus q̃ ſunt
21 in prouincia, alias ſequeretur, † quod legatus Bononię poſſet
conferre beneficia in Gallia, & Hiſpania, quãdo ſpectant ad
collationem Abbatis Nonantulani, uel Cruciferorum. quod
eſt valde abſurdũ, illę enim poteſtates deuolutę ad aliquos
22 ex aliis prouinciis, non deuoluuntur, † eo, quia de prouincia,
ſed eo quia caput religionis, quæ non concluditur in prouincia. ideo tenenda eſt doc. Imo. & Car. in d. cle. ſi de beneficio
quod legatus non confert extra prouinciam. Et ita per contrariũ huius rationis, videtur uerificari, quod ſuperius dix.
legatum poſſe conferre beneficia prouinciæ, quamuis deuoluta ad extraneum, quia auctoritas eorũ in conferendo non
reſtringitur, & hæc uera, quamuis communis opi. ſit in con-
23 trariũ. De materia. an ipſi legato currat tempus, † & an, quando quis gerit vicem duarum perſonarum, habeat duplex tẽpus, vide Imo. & alios. in d. cap. 2. de conceſſ. præben. Itẽ pone quod erat beneficium in diœceſi, quod non poterat con-
24 ferri per epiſcopum niſi certę nationi, vel agnationi. † an legatus, quando ad ipſum deuoluitur collatio, vel etiam confert iure ſuo, teneatur conferre hominibus illius agnationis,
uel cognationis, diſtinguendum eſt, an natio, uel cognatio
habeant ius hoc ex præſcriptione, uel priuilegio, uel ita ſit
in ipſa beneficii inſtitutione ordinatum. primo loco præſcriptio contra epiſcopum non nocebit legato, ut dicemus inferius, quãdo tractabimus, an legatus poſſit derogare patronis ex præſcriptione, ſecundo, & tertio loco, videbimus tenorẽ fundationis uel priuilegii, quia ſi verba dirigẽtur ad nationem, uel cognationem, legatus non auferet illis priuilegium ſuum. hoc in ſimili decidit Io. An. in Merc. in reg. contra eum. in Mercur. Amplia etiam ſi legatus eſſet extra prouinciam, quoniam tunc conferre poteſt per ea, quæ habentur in cap nouit. hoc tit. Car. in cle. 2. de offi. ordi. Sed oritur
dubitatio, an iſta facultas conferendi ſit penes legatum iure
ordinario, an extraordinario. gl. in cle. 2. de offi. ord. dicit hãc
poteſtatem in legato eſſe extraordinariam, & illam gloſ. ibi
ſequitur communior opin. ratio eſt propter tex. in d. clem. 2.
inquantum dicitur, quod collatio facta a legato vni habenti
aliud beneficium, eſt nulla, ſi de eo non fiat mentio, ſecus in
collatione ordinarij. hoc autem non poteſt eſſe alia ratione
niſi quia ordinarii amplianda eſt collatio tanquam naturalis, Legati vero reſtringenda, ut extraordinaria. & ibi. Car. dicit, quod quamuis auctoritas legati poſſit dici certo modo ordinaria, tamen competit extraordinarie, & alleg. cap 1. hoc
titulo, ubi legati non conferunt beneficia, niſi ſint cardinales, & tũc ex ſpeciali prærogatiua. Item iuriſdictio legati eſt
temporalis, & ſuperinducta, ordinarii vero perpetua, ideo
magis amplianda l. 3. ff. de tutel. Tu vero attende, quia q. hæc
non eſt ad aliud, niſi vt ſciatur, quæ iuriſdictio magis ampliã-
25 da, & ad hunc effectum, † quæritur, an ordinaria vel extraor.
dico igitur iuriſdictionem legati ordinariam, tum quia ita
vocatur in cap. legatus hoc ti. in 6. tum quia a lege conceditur, ut not. Abb. in capit. cęterum, in princ. de iudi. & Abb. in
c. ſi quis contra clericum. in 2. not. de for. comp. dicens eſſe
ordinariam, quæ extraordinario mõ inducta eſt, de quo per
Deci. conſ. 118. incip. licet in caſu. Quod vero ſit magis am-
26 plianda † in beneficiis conferendis, quam epiſcopi, probatur
tripliciter. Primo, quia iuriſdictio legati eſt portio papalis iuriſdictionis, de cuius poteſtatis amplitudine in beneficiis cõ
ferendis nemo vnquam dubitauit cap. 2. de præbend. in 6. c.
propoſuit, de conceſſ. præb. quatenus igitur reſpicit papam
dantem, interpretatio eſt facienda. c. olim de verbo. ſigni. c.
in his, de priuile. ut ergo latiſſima ſit legati poteſtas, nihil eſt
ademptum ordinario, poſtquã papa dat quod ſuum eſt, non
quod ordinarii. Et licet in collationibus papæ, vel legati fiat
ſtricta interpretatio, non eſt quiã eorum poteſtas ſit anguſtanda, ſed quia factum impetrantis præſumitur ſurreptio,
& improbitas, capit. quamuis de præben. in 6. Secundo, quia
27 † legatus eſt magis priuilegiatus in beneficijs conferendis d.
cap. 1. cap. dilectus cap. cum dilectus. ideo reſeruatur papæ

præ-

præſenti.hoc titulo.Tertio.quia ſi actus odioſus cum fauora-
28 bili concurrant, præualet quod magis fauorabile eſt † vt in
Reg.odia,ſed in concurſu collationis ordinarii,& legati,præ
ualet collatio legati cap Si a ſede,de præben.in 6 igitur col-
latio legati magis fauorabilis. Ad cle 2.dic, ex ea non ſequi
quod iuriſdictio ſit magis uel minus odioſa, cum procedat
a defectu intentionis, ideo ſi conferret motu pprio, ceſſaret
illa diſpoſitio ſecundum gloſ.ibi. Et hoc etiam ſuadetur,q̃a
29 taciturnitas non uitiat collationem inferioris † collatoris, ut
pote ſi quis conſuetudine,vel priuilegio habeat hoc ius con
30 ferendi † & tamen ille confert iure extraordinario,& non na
turali,cum hoc ſit epiſcopi c.omnes baſilicæ. 16.q.7 cap.no-
uerint. 10.q.1.cap cum, & plantare,de priui,vnde ratio cle.
in legato, eſt eadem,quæ in papa, ut ibi tenet Boniſac.cum
vterque ſit ſimplicitus multitudine negotiorum. Ad ſecun-
31 dum,dic quod conferunt iure ordinario,† per præmiſſa,nam
a iure dat. ergo ordinario.gl in c.pen.de offi deleg. & in c.2.
ne prælati. ui ſuas. ex quo in iure,nullum verbum.quod cõ-
ferant auct.apoſtolica. de quo per doct.in cap ad abolendã.
de hæret.quod vero in c 1 hoc tit. dicantur habere ſpecialẽ
prærogatiuam in conferendo .eſt ſolum, quia papa in illo c.
ademit facultatem conferendi, quę cæteris legatis compe-
tebat ut ordinariis, quam facultatem in legato de latere ob
ſpecialem prærogatiuam,intactam relinquit, unde ſpecialis
illa præſeruatio nõ operatur niſi ampliationem l. legata inu
tiliter.ff.de adimi.leg. Ad tertium dic,quod immo ſunt per-
32 petui niſi reuocentur.Et ſi obiiciatur, † quod dicantur gerere
uices papæ.d.capit.1.in Ant.Reſpondet And. Sicu.quod illa
uerba non tollunt quin gerant vices papæ iure proprio, ut
33 ſermo conueniat rei, de qua agitur Secũdo quæro. † an clau.
motus proprii appoſita in literis legati tollat ſurreptionem?
& ſic intelligentur quæ dixi in proxima. q pro cuius q intel-
ligentia. ſcias quod Literæ papæ, & legatorum ad beneficia
34 per ſurreptionem, & obreptionem vitiantur † ipſo iure cap.
in noſt.ra c.ad aures cap.poſtulaſti,de reſcri. cap. Si motu.de
præben.in 6 ſecus eſt in literis inferiorum. d cle. 2 ſi quæras,
35 † cur tam diuerſę gloſ.in d.cle.2.dicit quia auctoritas legati
eſt ſuperinducta,ſed ratio non eſt generalis, quia idem eſſet
36 in literis papæ. unde dic meliorem rationem, quia papa. † &
legatus non præſumuntur informati de qualitate beneficii,
37 & beneficiandi ſicut, † ordinarius, qui viſitando, & ſinodos
faciendo,omnia nouit.Steph.& Abb.in d.cle.2.quibus appa
38 ret,in literis,† legatorum eſſe habendam mentionem de be-
neficiis obtentis ſicut in literis,papæ cap.fin eod.in titu.in 6.
39 quod tamen,† fallit in permutatione, † cum illa non ſit libe-
40 ra collatio.per tex.in clem.1.de re.permuta,Feder. conſi.73.
Quod procedit ẽt ſi conferretur ex ui ſpecialis indulti,q̃m de
41 legatus debet ſe conformare ſtilo delegantis † c.ſuper literis,
de reſcr.gloſ in d.clem.2.in fin.de offic.ordi dicam inferius.
Idem dicendum eſt de ualore beneficii, quoniam de eo ha-
42 benda eſt mentio,ſicut quando impetratur a papa † poſtquã
43 hodie qualitas valoris conſideratur, † ſe quo per Feli in c.ad
aures, de reſcr. dicam infra. Item ſcias, quod quamuis clau.
motus proprii tollat ſurreptionem, non tamen ampliat gra
44 tiam vltra, † quam verba, vel intentio concedentis patiãtur.
Ideo nec diſpenſationem inducit gloſ. in c. fi.huic tit.in 6.di-
cens collationẽ legati factam motu proprio, habenti aliud
beneficium, non eſſe ſurreptitiam, quamuis de illo beneficio
non fuerit facta mentio,ſed tamen propter, hoc non cenſe-
bitur diſpenſatus,vt teneat duo incompatibilia.idem firmat
gl in cle.per literas,in verſ.directas, & in cle. Si Romanus,in
uer.ualidam depræhend. Io.An.Domi.& alii in d.c. Si motu
proprio Abba.in c.ad aures in 3.colu dicens illam clau. non
45 operari † circa intrinſecas qualitates beneficij. Et ideo ſi pa-
pa contulit motu proprio alicui beneficium non faciendo
mentionem q̃ eſt curatum, non valet gratia, non pp ſurre-
ptionem,ſed pp intentionis defectum ar.ca.cum in iſtis c.is.
cui de præben.in 6. Et dixit Io.An.& poſt eum Domi.in d.ca.
ſi motu proprio, q̃ ſi papa motu proprio concedit gratiam
in eccleſia, munerata, uel per ipſum grauata, tacito.de mu-
nere, uel grauamine,uel tacito defectu ætatis, aut bigamiæ,
46 non tollitur quin poſſit opponi, † per uiam iuris communis
de defectu intentionis papę,quę vĩ fuiſſe non grauare bis eun
dem, non rumpere gratiam munerũ, diſpenſationem non
inducere, ideo oportet aduocatum eſſe cautum, ut non op-
ponat de ſurreptione, ſed de grauamine, & aliis defectibus,
47 † quia licet motus proprius tollat impedimentum ſurreptio
48 nis,non tollit alia impedimenta † l.ſi non ſex ff de hære.inſti.
l.ſi domusff.de ſerui.urb præd ita tenet Rot.deci.111 & 112.
in Ant.Ancha. in conſilio 20.Cai.conſi 96.in prin inferens,
quod ſi falſa cauſa exprimatur in literis motu proprio con-
49 ceſſis,† nihilominus vitiatur reſcriptum propter generalem
conditionem ſubintellectam, ſi preces ueritate nitantur,
50 † cap.2.de reſc.idem tenet in conſil. 142.in pen.colum.adde

etiam Abb.in c.cum cauſam.de reſcr..& ratio uidetur colli
gi ex dictis cardinalis,quia tale, motu proprio creditur pro-
curatum a partibus.de quo dicam infra. vide tamen Dec.in
conſ.341.nu.4.qui tenet motum proprium non cenſeri pro-
curatum a parte.Sed contra hoc eſt tex.in cap ſi pluribus.de
præb.in 6. quando papa cõfert dignitatem, vel præbendam
primo vacaturam alicui,motu proprio, vt tunc fiat pleniſſi-
51 ma interpretatio, † intelligitur de ea,quę eſt maioris valoris.
ergo motus proprius ampliat gratiam Reſpondetur,quod
In his,quæ expreſſa ſunt,motus proprius ampliat, quia om-
52 nis gratia conceſſa motu proprio,iudicatur fauorabilis. † &
late interpretanda.l vniuerſis. & ibi Bac. C.de leg.libro un-
decimo, quod procedit etiam ſi eſſet diſpenſatio. Hnit. &
Io.Andr.in c. cum in cunctis.de elect. quia ibi erat expreſſa
præbenda,vel dignitas, quæ poterat ęquæ proprie impor-
tare,maioris, & minoris ualoris,cum ualor ſit quid extrin-
53 ſecum a beneficio † Ad hoc uide Phil.in d.capit ſi pluribus.
dantem quatuor. Sol.ad illum text. & dicentem,illam am-
pliationem nunquam fieri cũ præiudicio tertii in iure quæ-
ſito.Roma.in conſil.infra allegando.Item rurſus, videtur q̃
ille motus proprius inducat diſpenſationem, quia ſacrile-
gium eſt diſputare de ſufficiẽtia eius, quem princeps dignũ
iudicauit.l.2.C.de crim.ſacril.per quem tex.Rom in conſil.
327 damnauit gl.in clem.ſi Romanus.ſed illud eſt, quando
cum motu proprio concurrit certa ſcientia principis Idem
eſt,quando poſt iſtam clau. ponitur generalis clauſ non ob-
ſtan. quia operatur, perindeac ſi eſſet ſpecialis derogatio,
54 † Lap in capitulo quamuis, capitulo ſi eo tempore,de reſcr.
in ſexto,de quo tamen,ui. Nic.Mil.in repert.in verſ motus
proprius.& de iſta clauſu. & eius effectibus, quia non tangit
hic niſi per accidens.uide abbatem.& Areti qui elegantiſſ.
loquitur,& Phil.multa cumulantem in cap.cauſam,quę.de
teſti.& eundem Phil.in c.ad aures,in 6 col.de reſcri.Philip.in
c.ei,cui in 2.col.de præb in 6.& in ca.ſi eo tempore,rec.pen.
colum.Alex in c.quia circa.de conſang & affi & Soc.in cõ
ſi.67.in 3.uol.& Rom in conſi.317.qui audacter aſſerit clau.
motus proprii operari, ut derogatio ſit bona, quæ alias non
eſſet, quod etiam uidetur tenere Dec.in conſi 165.dicam ali
55 quid in materia ſtatutorum lib.8 & ſubdit Ro † quod clau.
motus proprii facit priuilegium valere,quamuis teneatur ſi
tis pendentia. Item operatur ne indultum iniquitatem ſa-
piens,retorqueatur contra impetrantem.item excludit diſſ
gentiam proceſſus.vide Dec.in l.certum in 2.col ff.ſi cer.pe
ta. Vnum tamen nota,quod quãdo aliquid conceditur mo-
56 tu proprio, ſemper cenſetur conceſſum ob merita. † ſecus
quando conceditur ad petitionem. Bald. in l.quod fauore.
C.de legib. Item, vide Socin.in conſ.1.in 5.colum verſ circa
ſecundam diffic.in 3.uol.qui dicit, quod prouiſus motu pro
57 prio a papa, præfertur prouiſo ab ordinario habenti poſſ † qđ
58 limitat.cap.ſi a ſede,de præb.in 6 † quod dictum in rota non
obſeruatur.Item ſi conceditur motu proprio aliquid ad be-
59 neplacitum papæ,& ſedis apoſtolicæ, beneplacitum † durat
60 poſt mortem papę † ſecus quando petente parte fuiſſet con
ceſſum ſub illa forma.Dom.& Phil.in c.ſi gratioſa. de reſcr.
in 6. Aduerte tamen, quod etiam ſi pars petat aliquid,poteſt
61 ſignatura reſpondere pro motu † proprio,quoniam nõ ſunt
contraria,ut tu petas illud,quod etiã ſine petitione tua,ego
dediſſem motu proprio, vnde reſpondebit ſignatura conceſ
ſum etiam motu proprio Bal.in cap niſi.hoc titulo. Immo
etiam gratia conceſſa motu proprio certo modo dicitur im
62 petratio † ſecundum Card in cle. 1. de conceſſ.præb.quia pro
curantur a parte, & tamen propter hoc non amittunt priui-
legium motus proprii,quia papa id ſcit,& uult.ideo cum ſu
63 perioribus diebus quidam vellet probare in rota,† quod gra
tia motus proprii fuerat conceſſa ad ſollicitationem partis,
ad effectum, vt diceretur contrauenire concilio prohiben-
64 ti impetrationem,non fuit admiſſus, † ex quo apparet Aegi.
in deciſ 746 colum penul.errare,quando dixit, quod clauſ
motus pprii, de neceſſitate inferebat quod nullus vnquam
ſupplicauerat pro illa re,ſed de his hactenus. quandoque ẽt
rota de iſtis motu proprio procuratis a partibus, male ſentit.
65 † Dubitatũ fuit in rota an reg.loquens de impetrante benefi
cium per obitum familiaris cardinalis de exprimendo no-
men.cognomen,&c. habeat locũ in eo,cui papa motu pro-
prio conceſſit beneficium uacans per obitum familiaris car
dinalis,quando in gratia erat expreſſum,quod erat familia-
ris. & uidetur,quod habeat locum, cũ etiam qui habet mo-
tu proprio,dicatur impetrare.ad not.per glo.card.& Imo.in
d.clem.1. de conceſſ.præben. quando dicit t illam clem.in
illo.§ fin.habere locum,etiam in eo, qui habet gratiam mo
tu proprio. In contrarium tamen facit, quia reg. eſt exorbi-
tans,& loquitur in impetrante, ergo contrarium in alio cap.
qualis.25 diſt.quod uidetur eſſe de mente Lap.in d.clem.1.
& comment. illius reg. quæ eſt. 30. Et facit quia papa expri-
men-

mendo, quod aliquis eſt familiaris cardinalis, uidetur habe-
re certam ſcientiam, unde inducitur diſpenſatio, & remo-
uetur impedimentū regulariter, ut dicam infra lib. ultimo.
Concl. 5. verſ. fallit primo. Accedit quod diuerſa eſt ratio, cū
non poſſit notari culpa, vel dolus eius, cui ita per principem
confertur. Nec ſurreptio propter clau. motus proprii, nec de
fectus intentionis propter ſcientiam eius. Non obſtat deciſ.
communis, in cle. 1. quia licet in illo verſ. ſi. utatur uer. impe
trātem, tñ tota cle. loquitur indiſtincte & illa ratio. ſ pericu-
lum vacat. æqualiter concludit in omni gratia. nimirum ſi
doctores ibi ampliant ad gratiam motu proprio, quia non
erat dare rationem diuerſitatis in principali ad. l. illud. ff. ad
l. aquil. & ideo Car. ibi dicit, quod gratia motu proprio, lar-
go modo dicitur impetratio. ergo proprie loquendo diuerſa
ſunt, Vnde in materia noſtra, ubi non eſt omnimoda ratio,
& interpretatio, debet ſumi ſtricte, unum modo compre-
hendat aliud. Attamen maior pars dominorum attento ꝙ
priuilegia cardinalium facile eluderentur, cum unicuique
facillimum ſit habere ſupplicat. motu proprio. Et quod
non eſt intentionis papæ per clau. motus proprii præiudica-
re iuri alterius, & quod iſtud indultum eis conceſſum a pa-
pa, eſt late interpretandum, in præiudicium conceſſionum
ipſius papæ ad ea, quæ tradit Domi. in c. 2 de hi. presbyt. in 6.
tenuit quod non cenſeretur derogatum illi reg. pro quo fa-
ciunt tradita per Anc. conſil. 197. Et licet alias certa ſcientia
principis faciat præſumi diſpenſationem, non tamen facit
præſumi derogatum iuri tertii. De iſta clau. motus proprii,
66 ſcias quod non probatur per teſtes, †ſed debet conſtare per li
teras gloſ. in d. c. ſi motu proprio nam hoc pendet ab animo
papæ, & ideo debet exprimi in literis, ut illæ poſſint dici lite-
ræ motu proprio, ſicut alias dicimus de inſtrumentis, quæ ꝓ-
pter confeſſionem partis habent executionem paratam,
67 †nam de illa confeſſionem debet conſtare ex inſtrumento,
alias non probat, ſecundum Anch. & Phil. in d. c. ſi motu ꝓ-
prio, & hoc procedit ēt ſi concurrerent vehementes præſum
68 ptiones† ut. ibi. dicit Domi. Et ſicut non poteſt probari per te
69 ſtes illa clau †ita nec etiam poteſt probari contrarium, quan
do eſt appoſita in literis. ut tenent doct. ibi. Circa principalē
q. an legatus poſſit apponere in literis clau. motus proprii ha
bentes veros effectus huius clau. Io. Mo. in capitulo ſi. hoc ti.
in 6. Archi. in cap. ſi motu proprio de præb. eo. li. Math. Pau.
& Zenzel. in dicto cle. 2. tenent quod legatus, per clau. mo-
tus proprii non tollit ſurreptionem in ſuis literis mouentur
per illum tex. ubi indiſtincte irritatur collatio legati facta ha
benti aliud beneficium, nec diſtinguitur, an faciat motu pro
prio, vel non. Secundo, quia in c. ſi motu proprio, ſpecialiter
diſponitur circa literas papæ, ergo aliud in literis legati. cap.
qualis. 25. diſtinct. quia non eſt legatus ſolutus legibus ſicut
70 papa. † Et ideo gratia legati non eſt fauorabilis ſicut gratia
71 papæ† ſecundum Pau. ibi, factum enim papæ Præſumitur re
ctum, non ſic de facto inferioris, qui debet examinare vitam
72 eius, cui prouidet, & quare prouidet. c. fraternitatis, de ſciſ. c.
qui in aliquo. 51 diſt. c. ſi ſeruus. 54. diſt. & iſtam partem ſequi
tur Gondiſ. in ſuo trac. q. 9. dicens clau. iſtam non ſolere ap-
73 poni in literis legatorum, quia nihil operatur. †Contrariam
vero partem tenent Steph. Io. An. Anh. Car in d. cle. 2. & etiā
Ant. de But. qui pro concordia, dixit quod motus proprius, q
erat in literis legati, tollebat ſurreption ſicut in literis papæ,
ſed in hoc differebant, qa motus proprius papæ non admit-
tebat probationē in ꝯnum. ſecus in motu proprio legati. adē
tenent Io. An. Dom. & Philip. in c. ſi. hoc tit. in 6. & mouent.
Quod ſiue apponat a legato ſiue a papa, eſt eadē rō, quia in
nullo peccauit prouiſus tali mō, ergo non dēt puniri. c. ſatis
peruerſum. 56 diſt. c. inuentū 17. q. 7. Item, quia multa impe-
74 diunt impetrationem, quæ non impediunt collationem †ca-
pitulo licet, de prebend. in 6. Tertio, quod nullo iure caue-
tur habenti unum beneficium non poſſe conferri aliud, quā
tūs caueatur, quod quando impetratur, debeat fieri mentio
de illo. Ad primum, & ſecundum, in opp. dicunt confundi
per ſparitatem rationis ad rationem. de præſumptione fa-
cti principis, reſpondent dando inſtantiam de inferiore, in
dicta clementina ſecunda. Aduerte, primo ad diſtin. Anto.
75 inquantum dicit, †quod motus proprius papæ, non ad-
mittit probationem in contrarium. non uidetur uerum pro-
pter ea, quæ dicuntur in præalleg. conſil. Rom. 96. & 142. un-
de etiam hoc reſtringi debet ad terminos cle. literis. de pro-
bat. Ego tamen ſequor hanc ultimam opi. Quoniam neceſ-
ſario dicendum eſt diſpoſitionem de le. ſecundo procedere,
quantum attinet ad legatum ex defectu intentionis, ſiquidē
non urget ratio ad oppoſitum, poſtquam cautum eſt, ut lite
teræ legatorum uitientur per ſurreptionem, ſicut literæ papæ
ut ſupra dictum eſt, nec dicendum id licere Epiſcopo, quod
non liceat legato in iſtis, ut probauimus lib. ſecundo. poteſt
tamē etiam ſuſtineri prima opinio propter generalitatem
illius clau. Amplectere ſecundam. Quam tamen opin. intel
lige, quando legatus contulit; alias non egenti diſpenſatio-
ne. quoniam tunc adhibenda erit diligentia, de qua. in cap.
ordinarii. § fin. de offic. ordi. in 6. ut tenent Domi. & Philip.
in d. c. fin. Quæro tertio, per regulas cancellariæ conceduntē
certi menſes ordinariis, quibus præſeruatur collatio aduer-
76 ſus expectantes. an illis menſibus legati conferre poſſint, Et
uidetur non poſſe, quia illa præſeruatio illorum menſiū red-
deretur inutilis, uel parum utilis. unde præſeruatio illa tanꝗ
fauorabilis, eſt interpretanda, ut non poſſit tolli per iuriſdi-
ctionem legati, quæ eſt extraordinaria, & hoc uidetur place-
re Soci. in conſi. 260. 8. colum. in 3. uolum. quando dicit, † ꝙ
77 legatus non poteſt conferre beneficia Archiepiſcopi haben-
tis indultum conferendi, & hoc obſeruatur in indultis cardi-
78 nalium quotidie. †Credo tamen contrarium. quia ſecundū
hoc, ſtantibus expectatiuis, legati poteſtas eſſet in totum inu
tilis, non poſſet conferre in præiudicium expectantium, nec
in menſe ordinarii, ergo nunquam. Item, quia præſeruatio
huiuſmodi eſt ad effectum excludendi reſeruationes, non au
tem excludendi legatum, qui pariter ordinarius collator eſt.
Nam gratia facta uni ex una cauſa, non debet nocere alteri,
79 ex alia cauſa, † per iura uulgaria, prætererea illa reg. generali
ter præſeruat ordinariis hanc collationem. Legatus eſt ordi-
narius, ergo & cætera Ad contraria dic quod procedunt in
habente indultum excluſiuum aliorum collatorum. in ca-
ſu autem noſtro eſt aliud, ergo &c. Sed uidi dubitari in Ro-
ta, an legatus habens facultatem generaliter conferendi be
neficia reſeruata, poſſit conferre in præiudicium expectan-
80 tiū. cauſa pendente in Rota, domini iudicarunt, legatos hoc
non poſſe inſpectis tenorib. facultatum legatorum, quæ ha-
ctenus conceſſæ ſunt, quia de facili eluderentur expectantes
Sed quid dicemus ſi legatus confert in menſe expectantium
81 & nullus expectās acceptat, †an ualeat collatio ſaltem elap
ſo menſe. Et uidetur ualere, quia decretum, & omnia appo
ſita in literis expectantium, uidentur intelligi conditionali-
ter, ſi pars acceptauerit. Rot deciſ 422. 450. in ant. Contrariū
tamen alias fuit deciſum in Rota. ut in deci. Bug 23. & in an
ti. 834. Et hoc ſeruat nunc Rota per Reg. quod ab initio. de
hoc per phili. in cap. cum ex officii. in antepen. colum de pre
ſcrip. Vbi etiam ponit, quod ſi expectans acceptet in tempo-
re non ſuo. Quarto quæro, an legatus poſſit conficere eccle
ſias Cathedrales, regulares, collegiatas, & dignitates eccle-
ſiarum cathedralium electiuas † Sol. non confert. cap. deli-
beratione. §. 1. hoc tit. in 6. ſecundum communem modum
intelligendi. Sed contra, quia. cap. deliberatione. loquitur tā-
tum de reſeruatione quoad eccleſias regulares, & dignitates
ergo ſecus in collatione, quod loquatur de reſeruatione lite
ra expreſſa. Item innuitur ibi, quando dicit, quominus hii,
ad quos pertinet, cum uacabunt, eligere, obſtaculum quo-
modolibet interponat, quæ uerba. in fin. poſita moderantur
ea, quæ ſuperius dicuntur. Hæc de ipſis ordinibus, & c. hoc ēt
ſuadet. §. ſequens, qui ſimiliter proſequitur materiam, quan
do ante uacationem, quis uult diſponere per uiā renūtiatio-
nis, cum igitur facultas conferendi competat etiam legato
ipſo iure. & facultas diſponendi ſit adempta uno caſu, in re-
liquo erit ſecus. l. præcipimus. & quod ibi dicitur. C. de appel.
Et ſi diceres, ergo poſſet etiam conferre eccleſias Cathedra
les, non ualet argum. quia contrarium eſt expreſſum in ca.
quod translationem, extra. eodem. tit. Tu tamen ſequere cō
munem opinionem quia ſi poſſet legatus talia beneficia cō
ferre, poſſet impedire electionem, quæ eſt libera penes electo
res uſque ad ſex menſes. in cap. nulla. cap. quia diuerſitatem.
de conceſ. præben. in illo autem tex. prohibetur legatus re-
ſeruare, uel alia facere, propter quæ poſſet præſtari impedi-
mentum electori. igitur, & c. & ratio illius prohibitionis, quia
82 †qui obtinet beneficia collectiua, aliter quam per electio-
nem, dicitur ambitioſus, & debet repelli. cap. quia frater. §.
ambitionis. 7. q. 1. quæ ambitio in beneficiis maxime repro-
batur, cap. Cum iamdudum. de præbend. vbi Abb. facit. capi.
quia in tantum, eodem. titu. quod tamen hodie non procedit
in Rom. curia. tum quia reſeruata ſunt papæ electiua huiuſ
modi, tum quia lex iul. de ambitu, non habet locum in pro-
uiſionibus principum. l. 1. ff. ad l. iul. de am. Ad intelligentiā
tamen. quæſt. quæritur, quod beneficium electiuum, quod
collegiatum, electiuum dicitur beneficium, cui regulariter
prouidetur ꝑ electionem. licet certo caſu per collationem.
83 Rot. deciſ. 124. in ant. Aegi. deciſ. 205. & etiam quando facta
electione a cap. non exigitur alia confirmatio. Oldrad. conſ.
146. factum tale. Felin. in cap. cum Bertoldus, in 2. colum. de
re iud. unde omnes eccleſiæ collegiatæ naturaliter, ſunt ele-
ctiuæ, Felin. in cap. in noſtra, in 32. corre. dixit Innocen. ſemel
declaraſſe illud beneficium dici electiuum, quando in ele-
ctione ſeruatur forma. cap. quia propter. de electio. uel quan
do per uacat. eccleſia dicitur uiduata paſtore. Collegiata ue

ro

85 ro eccleſia, quæ ſi: † non facile oſtenditur. glo. in cap. nobis.
de iur. pat. tetigit, & indeciſum reliquit, poteſt tamen dici ſe-
quendo ueſtigia Abb. & Ioan. And. & aliorum in d. cap. no-
bis. primum etiam conſiderandum initium fundationis ec-
cleſiæ, ſi ſuit fundata, ut eſſet collegiata, tunc enim erit colle
86 giata dummodo ad minus fuerint inſtituti tres, † quia pau-
ciores non faciunt collegium. l. Neratius ff. de uerb. ſignific.
gloſſ. in cap. primo. 10. diſt. & in cap. primo. de elect. d. cap. no-
bis. Innocen. in cap. poſtulaſti. de iure. pat. Card. in cap primo
de elect. in prima opi. & hoc uerum, quamuis idem Card. in
clem. Et ſi principalis. quæſt. 14. & Franc. Pau. in trac. de pot.
cap. uac. ſe. allegando multa, quæ non ſunt uera, teneant ſuf-
ficere duos ad conſtituendum collegium eccleſiaſticum. Et
quod dixi neceſſarium in prima inſtitutione. Si autē ex poſt
decreſceret numerus, nihilominus remanebit collegiata.
87 † quoniam ius collegii conſeruatur in uno † l. ſicut. §. fin. ff. q
88 cuiuſque uni. cum. glo. in cap. ſecundo. de poſtul. præla. & in
cap. ſtatutum. de elect. in 6. Immo, & ſi omnes morerentur,
nō propterea periret ius collegii, ſed dormiret, & reſurgeret
89 poſtea inſtitutis alijs, ſecundum Innocen. in cap. poſtulaſti.
de iure. pat. cap. cum ex iniuncto. de no. oper. nunc. Secundo,
eſt conſiderandum, quod quando eccleſia ex ſe eſt regularis
90 uel collegiata, † homines qui congregantur ibi, cenſentur cō
gregari ut collegium, Hoſtien. & Abb. in d. cap. nobis. Ter-
tio, ſi eccleſia habet priuilegium, ſuper collegio, cenſebitur
91 collegiata † Feder. conſi. 61. ſi non habet priuilegium, & ſit in
quaſi poſſeſ. collegii, defendetur ut collegiata, donec probet
contrarium per no. in cap. conſultationibus, de iure patr. ca.
querelam. de elect. dicetur autem eſſe in quaſi poſſeſ. collegii
92 quando concurrunt † ſigna indicantia collegium, ut quia cō
ſueuerunt facere ſindicum, iurare per eum, tenere ſigillum
commune. eligere prælatum. l. 1. ff. quod cuiuſque uni. cap.
imperatorum, cap. in pertractandis, de iuram. calum. c. ſigni
ficauit. de appella. Car. in clem. ut hi, qui in 4. quæſ. de æta. &
qual. ceſſantibus autem præmiſſis, eccleſia non cenſebitur
collegiata, ſed in libera diſpoſitione epiſcopi elect. in d. c. no-
bis. de materia per Innocen. & Ancha. in cap. dilecta, de exc.
prælat. Quinto, Q. qd de eccleſijs regularibus collegiatis nō
93 electiuis † glo. in cap. deliberatione, tenet legatum non poſ-
ſe conferre talia, & eam ibi ſequuntur Phil. & Dom. ratio. qa
prohibetur generaliter ne intromittat ſe de his. item quia ſi
diceremus contrarium, poſſet conferre etiam Cathedrales
non electiuas. Ego teneo contrarium, quoniam abſurdum
eſſet quod unus Abb. poſſet conferre prioratum, vel epiſco-
pus plebem, quam non poſſet legatus conferre, cum ipſe ſit
ordinarius collator etiam in beneficiis exemptis † ut dixi in
94 ſecundo libro, & præcipue quia non reperitur lex, quæ hoc ve
tet. & hanc opin. teneo ſequeſtratis reſeruationibus Roman.
pont. & hæc fuit opin. Archid. in d. cap. deliberatos. Et proba
tur ratione, quia quando deficit qui habet præſentare uel eli
gere, prouiſio ſpectat ad eum, qui habet ſeruare, inſtituere &
uel confirmare, ſecundum Abb. in capit. primo. de elec. per
glo. in clem. 1. in verſic. diſponere, de ſupp. negl. præla. quam
ibi ſequitur Card. Ad cap. deliberationi. dic quod non facit
legatum deterioris conditionis, quam epiſcopum uel Abba
tem, ſed tamen, reſtringit poteſtatem legati in eo, quod exu-
berabat a pte ordinariorum, quia † epiſcopi non poſſunt cō-
95 ferre beneficia ſpectantia ad electionem eccleſiaſticarum
96 perſonarum, † ſecus in legato. capitulo dilectus eodem tit.
uoluit, ergo Papa reſtringere poteſtatem legatorum & adi-
mere facultatem conferendi electiua, ergo ſecus in aliis cap.
quæ a iure communi, de reg. iur. in 6. Quod uero tex. loquat
in electiuis indicant illa uerba ad quas hi qui præ. h. pot. n. eli
als. iſta. n. determinatio adaptatur æqualiter omnibus ſupe-
rioribus, cap. ſecun. io. requiris, de appel. l. talis ſcriptura. §. fin.
ff. de leg. 1. Nec eſt uera ratio, & quod illa uerba adaptentur
ad proxima tantum, ſecundum glo. in clem. Ne Romani. in
verſicu. ceius. de elect. quia uerba illa, quæ ſequuntur, neque
aliquid quominus hi, ad quos pertinuerit eligere, aut poſtu-
lare libere ualeant, cum uacauerint, obſtaculum aliquod in
terponat, oſtendunt intentionem finalem canonis fuiſſe,
non impedire electionem, aut cōfirmationem. dicto enim
neque, implicat ſuperiora l. 1. C. ſent. reſci. non poſ. Et quam
uis glo. perſiſtendo in errore, ſoluat dupliciter, nulla ſol. eſt
bona, primo enim dicit, quo expreſſum eſt de elect. quia ta-
lia ut plurimum ſunt electiua. hæc ſol. inducit ſuperfluitatē,
quia ſecundum hoc, iſta uerba de electiuis, ſunt ſuperflua,
contra ea quæ habentur, in proh. c. 6. & decre. Item illa ſol.
non tenet quando ratio expreſſi & non expreſſi eſt diuerſa. l.
tale pactum. ff. de pac. inter electiua & non electiua nemo
ignorat eſſe cauſam differentiæ. Immo ratio concludit ad op-
poſitum, quia dicendo de regularibus, intelligebatur de ele-
ctiuis, ex quo communiter ſunt electiua, l. iſtam ad l. ff. de
legi. ... quod illa uerba referantur tantummodo ad

dignitates electiuas, quæ eſt diuinatiua, nec oportebat ef-
fundere tot verba, nam debet referri ad omnia. quod etiam
oſtendunt finalia verba ſupra adducta, quare poteſt ſuſtine-
ri iſta contraria opi quam etiam ſequitur Dec. in conſ. 149.
& Ioan. Gall. in tract. de benefi. in 2. parte in 3. quæſt. col. 5. di
cens ita communiter teneri, quod non eſt verum, cum com
munis ſit in contrarium, tamen dictum verum per præmiſ-
97 ſa. Ex quibus infertur ad quæſt. de plebanis † & ſimilibus, de
quibus dubitat gl. in d. c. deliberatione, quoniam ſi illis con-
ſueuit prouideri per electionem, comprehēduntur, alias nō.
Sexto, quæro quid ſi plebania uel eccleſia eſſet collegiata
98 † habitu non actu, poſita cōi pro vera, quod legatus collegia
tam non conferat, an legatus tales eccleſias conferat? ſol. vr
quod conferat, quia ceſſat ratio prohibitionis. Lapus in d. c.
deliberatione, tenet contra. & videtur eſſe de mente domi.
in ſimili caſu in cap. ſi apoſtolica. in 2. col. verſ. quid ſi parro-
chial. de præbend. in 6. Abba. Imol. & alij in capit. de multa,
de præbend. Io. Archi. in cap. Et hoc diximus. 16. q. 7. Inno. in
capit. 2. de no. oper. nunc. glo. in c. Statutum, de elec. in 6. in-
99 quantum ponunt de eccleſia curata habitu non actu, † facit,
quia idem iudicamus de habitu, qui poteſt deduci ad actum,
quod de ipſo actu. c. in noſtra. de reſc. & per Iaſo. in l. pen. C.
de in off. teſta. Feli. in cap. eam te. de reſc. de materia tamen
iſta uide latius per Io. de Syl. in ſuo tract. q. 42. parte 5. ubi di-
ſtinguit, an eccleſia habeat parrochiam diſtinctam uel con-
fuſam. fallit tamen, quando auctoritate ſuperioris collegiū
eſſet deletum, ut per Inno. in c. 2. de no. oper. nunc. per Alex.
in conſ. 457. viſis, & pen. in 1. col. quem refert Feli. in c. decedē
tes. col. 2. de præſcrip. Septimo, quæro, An legatus indiſtincte
100 conferat dignitates † nō electiuas? Sol. confert, quia c. delibe-
ratione, loquitur de electiuis tantum, & hoc omnes tenent,
ut dixi ſupra. Quid dicemus de beneficiis electiuis deuolutis
101 ad epiſcopum per negligentiam eligentium † in gloſ. in cle.
ſi de beneficio de præb. quæ videtur diſputare, an de volun-
tate collatio, uel electio, Archi. in cap. deliberatione. hoc ca.
dixit legatum hoc caſu poſſe conferre. Sed Lap. & Domi. im
pugnant, propter tex. in cle. Si de beneficio. ubi quādo datur
poteſtas prouidendi de beneficio ſpectante ad collationem
epiſcopi, intelligitur quando collatio ſpectat iure proprio,
non iure deuoluto, & dicunt Archid. eſſe excuſandum qa
non vidit illam clemen. Item ponderant iſti, quod ratio tex.
ſemper militat, quia generaliter prohibetur ne legatus intro
mittat ſe de illis. & ideo reprehendunt etiam Petrum de An-
cha. qui ibidem voluit, legatum poſſe conferre deuoluta ad
papam. Tu dic opi. Archi. veram, quia indecens eſt epiſcopū
poſſe, quod legato non licet, propter reg. toties repetitam. &
c. Deliberatione, loquitur in caſu electionis uel poſtul. vt præ
dixi. Et clem. Si de beneficio, non facit ad rem. alias neceſſe
eſſet dicere, legatum non conferre deuoluta: quod nemo
conſentit. Octauo Q. quid ſi in eccleſiis ſint duæ dignitates
pontificales, & non appareat quæ ſit maior, an legatus vtrā-
102 que conferat, uel nullam? † Domi. in d. cap. deliberatione. §.
... quod legatus nullam confert, attendenda eſt tamen
103 conſuetudo † Nono, Quæro dicatur dignitas maior poſt pon
104 tificalem † cum maioritas poſſit eſſe diuerſo reſpectu † ſol. q
105 intelligitur de maioritate prælationis, & attenditur cōſue-
106 tudo eccleſiæ. † ſed conſuetudine circumſcripta de iure com
107 muni, Archidiaconus eſt maior ... in tit. proprio. alias
108 dicitur maior dignitas eius, qui ſedet in altiori loco † ut eſt
gloſ. in ſi. io. de bon. poſſeſ. in verſ. altiori. Inno. in l. qui ſoluen-
do. ... ff. de here. inſti. & ideo vicarius epiſcopi eſt maior Ar
109 chidiacono † Abba. in conſ. 21. viſo dubio in prima parte. de
materia per Io. An. & Domi. in c. ſi. de offi. leg. in 6. Car. Conſ.
123. in hac dubia. & conſ. 63. in eccleſia. & in Deci. 442. in nō.
& 451. Q. in facultatibus legatorum, hodie communiter ſta-
bitur, quod poſſint conferre dignitates etiā maiores poſt pō
110 tificalem, an poterunt conferre electiuas? ſol. uidetur poſſe,
quia de non electiuis non erat dubium per cap. deliberatio-
ne. alias conceſſio eſſet deluſoria cap. in his, de priuileg. doc.
in cap. ... Ant. in cap. at ſi clerici. § de adulte-
riis in 6. colum. ... dicit quod quamuis diſpenſatio ſit ſtri
cti iuris tamē debet ſemper interpretari vt aliquid operetur.
111 † Ego tamen credo contrarium per cap. deliberatione, in quan
tumcunq; plena legatione. Ad argu. dic quod operatur clau.
propter reſeruationes papæ generales de huiuſmodi dignita
tibus. habent tamen clau. hodie importantes ut poſſit etiam
ſi in illis conſueuerit quis per electionē aſſummi. Quid ſi le-
gatus haberet facultatem conferendi omnia beneficia ſpe-
ctantia ad collationem, prouiſionem, inſtitut. quorumcunq;
112 an poſſet prouidere de electiuis. † & dicendum quod non, p
tex. in c. cum in illis de præben. in 6. Abba. conſ. 38. col. 2. ſe-
cus ſi dicerent de beneficiis ſpectantibus ad diſpoſitionem
113 quorumcunque, vel de omnibus beneficiis in genere † glo. in
cle. 1. § 1. in ver. quamuis, de præbend. ... Car. q. 3. & Car.
in

-a 27

in conſil. 103. quod tamen etiam non exiſtimo verum pro-
pter illum tex. in c. deliberatione. Ex quo habes unum caſũ,
ubi ſtrictius interpretabitur facultas legati, quam mandatũ
114 de conferendo † ſi vera eſt opi. de qua per Car. in d. q. 5. & hoc
quod dixi, tenet Dec. in cap. 2. colum. 1. de poſt. prælato. eo ꝙ
per mandatum quamuis generale de conferendo, non com-
prehenduntur beneficia electiua, & collegiata, niſi ſpeciali-
115 ter exprimantur † per tex. 10 cle. ſi. de præbend. c. qui ad agen-
dum, de procur. in 6. Decimo, Q. quid de beneficiis reſer-
116 uatis collationis papæ? † ſol. Illa non confert legatus ſine
117 ſpeciali mandato † cap. licet de præb. in 6. ca. quod tranſlatio-
nem. hoc titu. Genel. & Imo. in cle. 2. de præbend. qui dicũt,
quod quamuis legatus conferat beneficia deuoluta, non ta-
118 men confert reſeruata † Rot. deciſ. 119 in no. & 460. in Ant.
Aegi. deci. 549 & Rota 489. In no. ubi dicit quod ſi nuncius
apoſtolicus uel legatus habeant auctoritatem componendi
cum his, qui iniuſte tenent beneficia, non poterunt compo-
119 nere cũ his, qui tenent reſeruata ſine ſpeciali mandato. † Im-
mo ſi papa daret facultatem conferendi beneficia reſerua-
120 ta, nõ poſſet conferre reſeruata generaliter † Aegi. deci 425.
quamuis alii contra urbi per eum. dicuntur autem reſerua-
121 tiones generales quarum cauſa eſt notoria † ut quia ſunt in
corpore iuris clauſæ. vide tamen miſſ. in reper. in verſ. Re-
ſeruatio. qui ſe inuoluit. & alias vi. Apoſt noſtram ad Philip.
in cap. ſi. de conſ. in 6. & beneficia vacantia in curia ſpecia-
lius cæteris ſunt affecta papæ, & non veniunt ſub generali
122 † facultate glo. in cap. 1. hoc titulo, & Ro. ubi ſupra. An autẽ
beneficium renunciatum in curia per procuratorem, quan-
do dominus eſt extra. dicatur uacare in curia, vide gl. in cle.
1. in 10. collatio. circa medium, ut li. pen. Spec. in tit. de act. &
petit. in § ſuper actionibus, in fi. Vndecimo, Q. quæ ſint bene
123 ficia reſeruata? † ſol beneficia vacantia apud ſedem ca. licet
ca. præſenti, de præben. in 6. ſed uide extrauag. Ioan. 22. ca de-
bito. & extrauagan. benedicti. 12. ad regimen. in tit. de præbẽ.
in communibus, ubi papa ſpecificat etiã beneficia electiua,
uacantia apud ſedem, & deinde ſpecialiter narrat omnia be-
neficia cardinalium, officialium ſedis apoſtolicæ. Et nota qđ
124 beneficia dicuntur uacare apud ſedem, † quando in curia fit
renuntiatio uel priuatio, uel ſi ibi inducuntur alii uacatio-
nis modi, Ro. deciſ. 32. 86 in ant. 10 deciſ. 265. in no. Et ideo ſi
ille qui priuatur ob non ſolutionem penſionis, eſt Romæ, be
125 neficium dicitur uacare Romæ † de quo per Archid. Ioann.
And. & alios in cap. 2. de præbend. in 6. & ita de contractu ma
trimonii, de ingreſſu religionis, uiolatione ſequeſtri, & aliis
cauſis inducentibus uacationem ipſo iure, poſſumus cogno
ſcere per præſentiam perdentis beneficium, ſi uacat in curia
uel extra. Reſeruantur etiam beneficia omnium curialium,
q peregrinationis, infirmitatis, recreationis, ſeu alia quacun
que cauſa, in locis vltra duas dietas a Roma. cur. diſtantibus,
dummodo ibi domicilium non habeant, mortui fuerint.
126 † Item eorum qui ad epiſcopatus promouentur, uel quæ per
aſſecutionem beneficiorum a ſede apoſtolica vacant. Et qđ
dictum eſt, beneficia officialium Roman. curiæ etiam reſer-
uata habet locum, etiam ſi tẽpore mortis deſiuerint eſſe of-
ficiales, ut in regulis Cancellariæ diſponitur, & in extra. Ad
Regim. & Ad Romani. Et no. quod per regulas Cancellariæ
reſeruantur omnes eccleſiæ patriarchales, Archiepiſcopa-
les, epiſcopales, omnia monaſteria virorum, excedentia ua-
lorem 200. ducatorum. Item omnes dignitates maiores poſt
pontificalem ſiue electiuæ, ſiue non. Item omnes principa-
les in collegiatis eccleſiis excedentes ualorem. 10. Floren. Itẽ
prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, & aliæ dignitates conuẽ
tuales, & præceptoriæ generales ordinum quorumcunque,
ſed non militarum. Item beneficia omnium familiarium
Reuerendiſſimorum cardinalium. item omnium Curialiũ
decedẽtium dum curiam ſequuntur. item omnia beneficia
uacantia in eccleſiis principis apoſtolorum Sancti Ioannis
in Laterano, Sanctæ Mariæ maioris in vrbe Roman. pertinẽ
tia ad collationem, prouiſionem, præſentationem domino-
rum cardinalium, quando abſunt, & habentur hæc in Reg.
2. 3. 4. 5. 6. quæ reg. quamuis a beneplacito Roma. ponti. ſtent,
& cadant, tamen communiter confirmantur, ideo poſſunt
exiſtimari ius, quia pontifices ſequuntur veſtigia prædeceſ-
ſorum in his, quæ eis utilia ſunt. Duodecimo, Q. ut vidiſtis,
beneficia familiarium cardinalium ſunt reſeruata, quid ſi
legatus habeat facultatem conferendi omnia beneficia fa-
127 miliarium ſuorum, † an poſſit conferre beneficia, quorum
collatio alias eſt ſibi interdicta, ut dignitates electiuas, & ho
iuſmodi. Sol. uidetur quod poſſit conferre, quoniam hoc pri
uilegium nocet ſoli papæ. ergo late interpretandum ut cõ-
prehendat omnia beneficia c. olim, de verbo ſignifi. cle. ſi de
beneficio, in ver. ſiue ad nos, de præben. in fauorabilib. enim,
128 genus capit ſpecies incluſas ac ſi enumeratæ † forẽt. l. ſi duo.
in fi. l. ſi plures. ff. de admini. tut. capitulo ſi ſacerdos. de offic.
ordin. Item quia ratio familiaritatis concludit in beneficiis
electiuis. In contrarium autem facit, quia beneficia reſerua
ta ſunt digna ſpeciali mentione, ergo ſi non exprimantur
&c. l. & ideo. §. 1. ff. de pub. l. apud labeonem. §. hoc edictum.
ff. de iniur. Item, quia dignitas electiua apud familiares eſt
duplici iure reſeruata, & quia familiaris, & quia electiua, ut
in c. deliberatione, ſed indultum cardinalis eſt tantum ad ef-
fectum reſeruationis, cauſatæ ex familiaritate, ergo non de-
bet operari aliud diuerſum, quia ſublato vno & capit. §. affi-
nitatis inſtitu. de nupt. capit. ex tuarum, de auct. & vſ. pal.
Item uidetur caſus in d. cap. deliberatione. in quantum pro-
hibentur talia conferri uirtute cuiuslibet plene legat. In hoc
129 dicas, † quod aut in facultate exprimuntur aliqua beneficia,
quæ communiter ſunt electiua, quamuis non neceſſario, &
poterit conferre etiam electiua, per ea quæ not. Cal. in c. diſe
ctus, eo. titu. & in con. 4. in tit. de præbend. aut dicit ſimpli
citer omnia beneficia familiarium, & teneo vlt. op. quia in-
telligitur de reſeruatis ea ratione, quia familiares, & quia ele-
ctiua habent ſpecialem cauſam. Decimotertio, Q. quid ſi le-
gatus habeat generaliter poteſtatem conferendi omnia be-
130 neficia qualitercũque vacantia, an cõferet reſeruata? † ſol. nõ
conferet, quãuis alia generalitas ſic expreſſa, multum opera
tur, Rot. deciſ. 119. 196. in no. Decimoquarto, Q. quid de bene
131 ficiis, quæ olim erant reſeruata ex cauſa, quæ nunc ceſſat † ut
quia aliquis fuit collector, vel familiaris papæ, ſed tempore
mortis non erat talis, an legatus poterit conferre huiuſmo-
di beneficia? videtur poſſe, quia familiaritas, uel officium de-
bet intelligi ut ſit tẽpore mortis. l. in delictis. §. ſi extraneus,
ff. de noxal. & quia ceſſante cauſa &c. l. adigere. §. quamuis.
de iure patrona. Contrarium tamen ſeruatur hodie, quia be
132 neficium ſemel affectum, ſemper durat affectum † vide Ro.
dec. 181. 207. in no. ubi etiã ponitur, an beneficium afficiatur
ante acceptationem officii, & in deci. Bern. de præbend. 11.
propter quod decidi poteſt, quod de beneficiis eorum, qui
olim fuerunt familiares Cardinalium, tempore mortis non
erant, quamuis regu. diſponunt ſuper his. Decimoquinto,
133 Q. aliquis, tempore, quo adeptus eſt beneficia, erat familiaris
134 Leonis Decimi, poſtea tempore obitus, mortuo iam Leone,
erat familiaris Reuerendiſſimi Domi. mei de medicis † q po-
teſt conferre beneficia omnium familiarium † decedentiũ,
an poterit conferre iſta? Sol. In Rota fuit terminatum in ſimi
li caſu, quod non, quia, prima affectio durabat. unde familia-
ritas Cardinalis ſuperueniens, nihil operabatur, & hoc fuit
in cauſa Reuerendiſſimi de S. Cruce, de an. 1522. de menſe.
Iunii, quo tempore primum ego ſum ingreſſus Rotam, ſta-
135 tim in contrarium allegatur, quod quamuis remaneret be
neficium affectum, tamen familiaritas illa erat, diſſoluta p
mortem papæ, l. adeo l. nemo. ff. pro Soc. tenet Bald. in l. 2. C.
de epiſco audi. & Domi. in cap. ſicut, de uerb. ſignifi. in 6. dicẽ
tes familiaris prærogatiuam durare, quouſque durat familia
136 ritas, † quæ familiaritas ceſſat, cum quis recedit a familia ani
mo non reuertendi. † unde uerum erat dicere beneficium va
137 caſſe per mortem familiaris Cardinalis & non papæ, nec per
hoc erat extincta affectio. quia etiam beneficia familiarium
Cardinalium ſunt reſeruata.

Reſponſum eſt, ꝙ ſunt reſeruata, ſed alia cauſa, unde pri-
ma remanebat integra. ſecus fuiſſet ſi tranſiuiſſet ad familia
ritatem ſequentis pontificis, & ſic ſaluatur regu. quæ loquitur
de familiari cardinalis defuncti, tranſeuntis ad familiarita
tem alterius cardinalis, ut requiratur conſenſus uiuentis car
138 dinalis in collatione beneficiorum eius. † Sed in quæſti. quæ
uertebatur in Rota, dubium eſt ortum ex eo, quod Alexãder
6. indulſerat Regi Valentino, ut omnes familiares ſui cenſe
rẽtur vere familiares Papæ † & unus, qui fuerat familiaris Va-
139 lentini tempore obitus, reperitur familiaris. S. Crucis, an car
dinalis. S. Crucis habeat præſtare conſenſum in collatione
beneficiorum huius, tanquam beneficiorum uacantium p
obitum familiaris ſui. Omnis dubitatio uerſabatur in hoc.
140 an familiares Valentini fuerint uere familiares papæ † ita ꝙ
eorum beneficia afficerentur papæ ſicut uerorum familia-
rium. Ad partem negatiuam, quod beneficia huiuſmodi nõ
fuerint affecta papæ, arguebant tres ex dominis, in indulto
dicebatur, gauderent prærogatiuis ſicut veri familiares papæ,
141 ergo erat hoc indultum ad effectum prærogatiuarum † & ſic
non ut affectum. l. non omnis. ff. ſi certum. petat Item, quia
hoc priuilegium conceditur ab Alexandro in fauorem Va-
lentini & aliorum Cardinalium Palatinorum, quibus indul
tum huiuſmodi conceditur. ſed ſi fieret iſta interpretatio,
retorqueretur in eorum dãnum, quoniam illa indulta, quæ
habent, ut beneficia familiarium ſuorum non conferantur
ſine eorum conſenſu, extinguerentur per huiuſmodi indul
tum de familiaritate, igitur &c. ad hoc l. legata inutiliter. ff.
de adim. leg. Alii contra, quia Papa uoluit familiares Valen-
tini eſſe familiares papæ, ergo ueri & non ficti, quia in his, quæ de

pca-

pendent a uolnntate agentis, in dubio actus eſt uerus, & nõ
142 fictus † ut in ſimili dicitur de uerbo uidetur † in l. ſciendum,
143 & ibi mod. in 1. colum. ff. de uerborum obligat. & in l. natu-
144 liter, in ſecunda colum. ff. de acquiren. poſſeſ. Si igitur ueri
145 familiares ergo cũ comodis & incomodis l. ad rẽ mobilẽ. l.
ad legatũ. ff. de pcurat. q̃ſtio relicta eſt indecita, & adhuc pẽ
146 det. † Ego inclino in primam partem. Qui uero dicantur ue-
147 ri familiares, & quæ neceſſaria ſint † uide teſt. glo. Domin. &
Philip. in capitulo fin. de uerborum ſignificatio. in ſexto, &
vi. Egi. conſilio 20. qui dicit appellatione familiarium, in
148 odiois non uenire niſi continuos commenſales † de ma-
teria per Anchatan. conſi. 398. & Felin. in capit. de regulari-
bus. de ſimo. qui dicit illum dici familiarem & continuum
commenſalem, qui quandoque abeſt de conſenſu Domini
149 ſui. per eundem in prohem. decret. in uerſic. Rex pacificus,
ibi. de uerbo continuus & per Philip. in capit. fin. de uer-
bo. ſigni. in 6. loquentem de familiari abſente & diſtinguen
tẽ multum eleganter, conſiderando quando quæritur de fa
miliaritate contemplatione familiaris. vide Calderi. conſ. 8.
de offic. legat diſputantem de familiari cardinalis, qui acceſ
ſit ad ſtudium, & uiuit propriis expenſis, Adde tamen quod
150 familiares alias dicuntur multis modis † Ioan. And. & Dom.
in capit. licet. §. cum concedit ut. de priuile. in 6 Bald. in l. s.
C. de epiſc. & cler. doct. d. cap. fin. vi. Felin in cap. in literis. in
2. colum. de teſti. De hoc autem priuilegio ideo facta eſt mẽ
tio in Rota, quia quantum ad prærogatiuas in beneficialib.
familiares familiarium papæ non dicuntur familiares papę
151 niſi comedant in tinello † quia deeſt alia qualitas, quod non
ſunt continui commenſales, ſicut in ſimili dicimus quod ſo
152 cius ſocii mei, non eſt meus ſocius † l. Qui admittit. ff. pro
153 ſoc. & uaſallus vaſalli mei, non eſt meus uaſallus † l. modeſti
nus. ff. uerb. ſign. And. de Iſer. in cap. 1. § illud. de prohib. feu.
alie. Quod tamen fallit, quando papa daret expenſas ton fa-
miliæ Cardinalis, quia tunc, quia eſſent de familia, & habe-
rent expenſas a papa, uerificarentur omnes qualitates fami-
154 liarum. † Et dubitatum fuit in Rota, an illi, qui erant rece-
pti in familiares & datus locus in tinello, dicerentur conti-
155 nui commenſales † licet nunquam comediſſent in tinello.
Et uidebatur aliquibus dominis pro non, quia ad hoc ut ali-
quis dicatur continuus commẽſalis, requiritur quod come-
156 derit ſaltem per quatuor menſes in tinello † ſecundum reg.
Cancellariæ, & ſecundum tex. in cap. fin. de uerb ſig. in 6. re-
157 quiritur quod uiuat expenſis cardinalis uere. † qui tex. uenit
ad obuiandum fraudibus recipientium multos in familiari-
158 tatem ſuam, ut habeant prerogatiuas collationũ. † ſed papa
non intendit dare hoc priuilegium cardinalibus, niſi quan-
159 do actu habent onus alimentandi † & ſi aperiretur uia quod
qui potuiſſet comedere, & non comederet diceretur conti-
160 nuus commenſalis † eluderetur de facili & reg. & cap ſicut.
Aliqui tamen tenuerunt contra, quia cum primum aliquis
eſt electus in familiarem, & datus locus in domo & in tinel-
lo, dicitur factus familiaris & commenſalis, quantum eſt ex
161 pane Cardinalis. † Si uero ille familiaris nolit uti liberalita
162 te domini, ſibi imputet dũmodo. † dño ea hoc debeãtur oĩa
illa, quæ deberent ſi comederet & ſtaret in domo, p ea quę
habentur in l. ſi quis ita legauit. ff. de condi. & demon. l. Me-
uia. ff. de an. leg. Ad hoc facit alias Domi. & Philip. in d. cap.
ſicut, quando diſtinguunt inter prærogatiuas cardinalis, &
familiaris qñ familiaris abiter, & dñs eſt paratus eũ retinere.
Nec obſtat, quod requiratũ, quod ſit continuus cõmenſalis p
163 quatuor menſes, † quoniam dicitur ſatis continuus, ſi conti-
nue poterat comedere. ad l. 1. ff. de aqua quot. & æſti. & nota.
in capitulo quamuis. in gloſ. continuus. de offic. ordin. in 6.
per Felin. in prohem. in uerſic. Rex pacificus & per Gal. in al
leg. conſil. 8. Nec eſt præſumptio fraudis dato principio rece-
164 ptionis, maxime in cardinali † argum. capituli nobiliſſimus.
97. diſtinctione & maxime ponderabatur tũc, quod ſic rece-
165 ptus erat iuſſus comedere in menſa Cardina. ſępius. † Dubita-
tum etiam fuit an bñficia familiariũ papę, qui non erant cõ-
tinui commenſales, dicerentur reſeruata, & aliquibus uide-
166 batur non eſſe reſeruata, quia in extrauagan. Pau. Ad Roma
ni. & in Reg. Cancell. 3. & in capitulo ſicut. de uerb. ſig. ſem-
per, quando fit mentio de familiaribus, ſubditur & cõtinuis
commenſalibus. propter quę uerba familiaritatis uidentur
ſuſcipere hanc interpretationem. *Decimoſexto. Q Leo de-
cimus conceſſit Reuerendiſſimo domi. meo Legato Bono-
nien. ut poſſet conferre omnia beneficia, etiam reſeruata,
prętterquam ratione familiarium beatit. ſuæ, mortuo Leo-
ne. mortuus unus, qui fuerat familiaris eius Quæritur, an poſ
167 ſit conferre eius beneficia. † cauſa etiam iſta pendet & uide
tur diuerſa a prima, quia hic non conſideratur affectio, ſed
familiaritas, quæ tempore uacationis erat iam extincta per
obitum Leonis d. l. adeo. unde nõ eſt uerum dicere amplius
qđ uacauerit p obitũ familiaris Leonis. Ad hoc eſt deciſio

lect. in capitulo Ex parte, in ſecunda col verſic. Sed nunquid
mortuo clerico. dicit enim quod mortuo clerico non dicitũ
168 amplius familia clerici, neque retinet eius priuilegium. † fa-
cit ad hanc partem, quia facultas conferendi beneficia reſer
uata, eſt magis late interpretanda quam facultas conferendi
169 non reſeruata, † quia fit præiudicium ſoli papæ danti faculta
tem huiuſmodi, ut dicam in lib. uer. in materia diſpenſatio-
nis Concl. r. Facit ad hoc, quia iſta qualitas eſt extenſiua poteſta
tis conferendi. ſcilicet familiaritas, debet intelligi eo tempo
170 re, quo uacant, † quia alias cõferri non poſſunt. ergo iſta qua
litas debet adeſſe, uel abeſſe tempore mortis, aut per alium
modum uacationis. l. s. ff. de aur. & argen. leg. niſi legatum
factum de paratis cauſa uxoris, intelligitur de his quæ para-
ta erant tempore mortis teſtatoris, quando incipit teſtamẽ-
tum habere effectum, & non ante uel poſt. † facit d. l. in deli-
171 ctis. §. ſi extraneus. ad hoc. l. ſi cui Balnei. ff. quib. mod vſuſ.
amit. l. quod ait, in fin. ff. de noxal. familiaritas autem nõ po-
tuit eſſe tempore mortis, quia familiaritas eſt quædam qua
172 ſi ſocietas, quæ non eſt ſine conſenſu amborum † cap. Sicut.
de uerb. ſign. Ancha. in conſil 398. Item, quia quandocunq;
poteſtas generalis limitatur ab aliqua qualitate, ſi quali-
173 tas ciuitatis ceſſat, poteſtas remanet libera † capit. quinto §.
ubi uero, ne. ſe. uac. li. 6. Car. in cle. 1. §. t. q. 6. de ſup. neg. pręla.
Qualitas igiẽ familiarũ ipſius papæ. reſtringebat gñlẽ ptãtẽ
legati, q̃ familiaritas ceſſat tpe aduenĩẽtis caſus, igiẽ &c. Itẽ
facit cõiectura mentis concedentis, quia nõ. eſt uerisimile,
quod papa uoluerit priuare nepotem ſuum hac facultate
conferendi eo tempore, quo ipſe non poſſet gratificari fami
liaribus ſuis, quando, ſcilicet mortuus eſt l. Cum acutiſſimi.
C. de fideicomm. l. cum auus. ff. de condit. & demon. ad hoc
facit deciſ. Domin. in capitulo præſenti. in princip. de offi. le-
gat. in 6. dicentis, reſeruationes, quæ fiunt per Papam ratio-
174 ne officiorũ, expirare morte papæ. † quia ceſſante cauſa, &c.
ad hoc facit, quia poteſt legatus hoc caſu auferre beneficia
familiarium prædeceſſoris Leonis, ergo & Leonis poſt obi-
tum eius, quando uerisimiliter concedens non habet affe-
ctionem ad ea. In contrarium facit. quia beneficium ſemel
eſt exemptum a collatione ordinaria per huiuſmodi fami-
175 liaritatẽ, ergo perpetuo remanet excluſum † l. inter ſtipulan-
tem. § Sacram. ff. de uer. obl. l. Si pro patre. §. idẽ quęrit. ff. de
in rem uerſ. Et pro iſta parte, uidetur eſſe ſtilus cõis curiæ, uo-
lens propter extrauagã. Pauli, quod beneficia ſemel affecta
176 ſp durẽt affecta † ẽt ſi ceſſet cauſa affectionis, ut in deci. Ro.
181. 207 in no. & in deci. 410. 553. 617. & 700 in anti. Biſg. in
titu. de præbend. 20 & in deci. Thomæ 53. Et ideo dicit Rot.
deciſ. 410 415. in ant. quod beneficia Collectorum & ſubcol
lectorum ſunt reſeruata, etiam ſi tempore mortis non ſint
177 in officio, idem tenet Phil. in cap. Statutum, in 3 colum. de
pręben. in 6 & Felin. in cap. noſtra, uerſ. uigeſimum primum
corepiſcopũ de reſc. Rot. deciſ. 507. in nnt. Sed ad hoc reſpõ
detur, quod beneficium quidem remanet affectum, quia or
dinarius ſemel excluſus, perpetuo excluſus habetur, donec
fuerit prouiſum. Rot. deciſ. 491. colum. 2. in no. 536. in antiq.
Biſg. de conceſ. præb. in 6. Et nos non negamus, quia legatus
contulit ut reſeruatum, ſed alia eſt cauſa, quæ uiuente Leo-
ne, uiuificabat reſeruationem aliam † quam nunc. tũc enim
178 erat familiaritas, quã, quia nunc ceſſat, quantum ad illam
attinet, reſeruatio eſt extincta, per ea, quæ dicta ſunt in argu
mentis alterius partis. ſuſtinetur autem iſta reſeruatio ex or-
dinatione Pauli nouiter prorogantis priorem reſeruationẽ
ad tempus, quo non erat. unde dicitur nũc reſeruatum bene
ficium ob legem, non ob familiaritatem. quare licet ex dua-
bus cauſis, una ceſſet &c. § affinitatis. inſti. de nup. Itaque be-
neficium, quod durãte familiaritate dicebatur reſeruatum
ratione familiaritatis, nunc familiaritate ceſſante, dicitur
179 reſeruatũ ex cõſtitutione Pauli, † ſicut alias dñ cõdictio ex
lege deſcendẽs, qñ ceſſat ordinata, & alterius nominis cõdi-
ctio, de quo p Abb. in c. ſępe, ultimo, de teſt. ſpo. Spe. in tit. de
Feu. §. 5. de inſtr. edi §. 13. uer. Sed quoiute. Et φ iſta excluſio
pcedat magis ex ſtatuto Pauli, q̃ ex vi talis reſeruationis, pa-
tet per ea, q̃ tradit. Do. conſ. 93. & Feli. in c. in materia, in 21.
corre. de reſcr. dicã in ſeq. q. Alia igitur dubitatio ſępius uen
tilata eſt inter dominos, An illa, extrauagãs Pauli, quæ uult,
φ beneficia ſemel affecta, ſint ſemper affecta, ẽt ſi moriatur
180 papa, qui reſeruauit, habeat locum in bñficiis reſeruatis tãtũ
p reg. cãcellariæ, vt ĩ dignitatib. & monaſteriis, q̃ reſeruant p
11. Cãcellariæ a quocũq; põtifice. exẽplum, poſt obitũ Leo
nis vacauit una dignitas, q̃ fuerat p reg. ſuas reſeruata, dubita
tur, an remaneat affecta ex ui reſeruationis Leonis. Et maio-
ri pti dñorũ uiſũ eſt, φ remaneat affecta, faciẽdo re. gñalẽ, φ
bñficia ſemel affecta p reſeruationẽ papæ, ſemper remaneãt
affecta propter extrauag. Pauli, quæ licet loquitur de benefi-
ciis familiariũ, & officialium, tñ, quia rõ eſt gñalis, dẽt intelli
181 gi in quacunque reſeruatione, † nam ponderatur appoſitio

manus papæ, quæ eſt in nno ſicut ir alio caſu, & quid nõ eſt
dare diuerſitatẽ inter vnũ casũ & aliũ. Vñ lex.quãtũuis corre
ctoria, ſi hẽt rõnẽ expreſsã ꝓut illa, extendit̃ ad amplitudinẽ
182 rõnis.cũ nõ ſit extenſio, ſed intenſio, & cõprehenſio l.ſed
183 Iul.§.mutui.ff.ad macc.Io.de Fant.poſt Io.de Lign.in c.gra-
tia.de reſc.in 6.dicẽs, ꝙ tũc ꝑ merã iuris diſpoñnẽ fit extẽſio.
Immo, talis lex gñaliter loquẽs, cõſtituit nouã reg.ſm Do.in
c.non eſt in gl.1.de conſ.in 6.ꝓ quo eſt tex.in § oẽs aũt.inſtit.
de tẽpor.& p.act. Præterea, & ſi extrauagans illa nõ hr̃et ali-
quã rõnẽ expreſsã, adhuc militaret in caſu nr̃o, vbi nõ eſt da-
re rõnẽ diuerſitatis.& hanc opi.ſequit̃ Phil.in c.in nr̃a, in 21.
corrol.de reſcri licet alias tenuerit ↄ̃rium. & Phil.in addi.ad
Domi.conſ.93.& Ro.dec.181.207. vbi dicit qđ reſeruatio &
decretũ, ita afficiunt bñficia, ꝙ ꝑpetuo cenſent̃ ligatę manus
184 ordinarii.†ad idẽ Rot.dec.410.553.6 17.In ant.excluſio.n.ſe-
185 mel facta, ꝑpetuo durat†l.planc.§.1.ff.de leg 1.l.etſi.transſe-
ran.& in l.legatum.in fi.ff.de adimen. leg.Adhanc partẽ eſt
conſ.Anch.56.Circumſpectis, & dec.belſẽ.in tractatu de ca-
ritati.ſubſi.in pen.q.& Ro.in conſ.260.In propoſito, ubi expꝰ
ſe dicit reſeruationẽ factã ꝑ regulas Martini durare ipſo mor
186 tuo, ꝑꝑ illã rõnẽ, ꝙ papa ſemel appoſuit, manũ.†& in hanc
partẽ inclinauit maior pars dominorũ. Contrariũ tñ tenue-
runt aliqui ex dominis, quia reſeruatio facta per reg.Cancel-
187 lariæ, dicitur eſſe ad uitam papæ.†cum ipſemet initio regu-
larũ ſuarũ hoc atteſtat̃. ergo mortuo ipſo expirat cũ oĩ ſuo
effectu c.ſi gratioſe, de reſc.in 6. decretum.n.& reſeruatio, q̃
ſunt ſequela regularum ſublatis regulis durare non debent
188 †in reg.Acceſſoriũ, in 6.Ergo nec affectio arg.in c.2.de p̃b.li.
6 ꝑ quẽ tex.iuncto c.3.eo. ti.vr̃ decidi qõ nr̃a. Nã papa reſer-
uauerat in c. 2.bñficia uacãtia in curia, dicit tñ ꝙ poſt menſẽ
189 ordinarii conferent, †qa reſeruatio nõ eſt niſi ꝑ mẽſem a die
190 vacationis†ergo euacuato tp̃e reſeruationis, euacuatur oĩs
191 eius effectus, & bñficiũ remanet liberũ.†Adhoc, qa ſi moriat̃
papa cõcedens expectatiuã cũ clau. decreti & reſeruationis,
antequã alicui q̃rat̃ ius in re, reſeruatio cũ oĩ ſuo effectu ẽt cũ
affectione ſpeciali p̃bendæ extinguit̃ c.fi.de conceſ. p̃b.in 6.
afficit.n. p̃benda qñ aliqs creat̃ in canonicũ ſub expectatio-
192 ne, †c.tibi q.de reſ.eo.li. Ad hoc, cle. vna de immu.eccl.ubi
apparet, ꝙ qñ reuocat̃ vna cõſtitutio, reuocãtur oẽs effectus
193 fundati ſup illa, † & ita ꝑ iſta & alia fundamẽta tenet Domi.
in alleg.conſi.94.& cõmentator reg.nouæ ꝑ illã reg.ex qua,
a ↄ̃rio ſenſu coll.iſte intellectus. Et iſta op. eſt multũ æqua,
ex quo reſer.eſt odioſa, inquãtũ p̃iudicat ordinariæ collatio
194 ni ad no.in cle.2.de of. ord.& nõ eſt rõ, cur magis dicat̃ inie-
ctũ vinculum beneficio ex reſeruatione generali reuocatæ
regulæ, q̃ ex gratia ſpeciali habente reſeruationẽ ea reuoca
ta, cum immo ſpecialis appoſitio manus dẽat plus operari, q̃
195 generalis†c.ſi.aduerſus, de pe.& rẽ.in 6.Difficultas eſt reſpõ-
dere ad extrauag. Pauli, q̃ hẽt rõnẽ generalẽ, ꝑꝑ quã dñi in-
clinarũt in aliã partẽ, dicẽtes nõ licere ꝑ arg.a ↄ̃rio, qđ colli-
git̃ ex nona reg.corrigere extraua.Pauli. Nec ẽt ꝑ rõnes ma-
giſtrales, qa ob ſnĩas diuiſas magiſtrorũ emanauit declara-
tio extrauag. iõ poſt illã ſilere dẽnt. At ad iſta reſpõ.qđ extra
uag.Pauli, & oẽs auctoritates doctorũ allegatę loquuntur in
reſeruatione, q̃ fit rõne familiariũ & officialiũ papæ reg.no-
na, & qõ. ꝓpoſita loquitur de ſimplici reſeruatione papæ, q̃
nõ hẽt locũ, niſi qñ vacant ꝑ illã reg. ex cuius ↄ̃rio ſenſu, ut
aliqd operetur, bene põt colligi limitatio. immo declaratio
ad illã extrauag.ut aliqd operet̃ ꝑ ea, q̃ hñr in auct diacõiſſã.
C.de epiſ.& cle.& in aut.ex teſtõ. C.de coll.Et hoc vr̃ de men
te extrauag.qñ dicit beneficia, vt p̃mittitur, reſeruata.Qđ ẽt
vr̃ tenere coll.in c.cõſtitutus, in fi.de conc. p̃b. qñ diſtinguit,
an reſeruatio ſit facta cõtẽplatione ſedis apoſt.an cõtẽplatio
196 ne bene placiti papæ, vt primo caſu duret, alias non †Ex quo
põt colligi reſponſio ad extra.Pauli.ut loquatur in beneficiis
reſeruatis ꝑꝑ ꝑſonas officialiũ Ro.curiæ, q poſſunt dici offi-
ciales ſed. apoſt.& familiariũ card. ſ. ubi nõ hr̃ reſpectus ad
voluntatẽ papæ, ſed ad ꝑſonas obtinentiũ. Et iſta opi.placuit
ẽt mihi, & illã ſequit̃ dñs Petrus papæ in quodã ſuo conſi. qđ
eſt inter tractatus Guidonis papę fol,31.& cõmẽ.Regularũ
Cancellariæ, in Reg.2.volentes, ꝙ ſi vacãte ſede, cõtingeret
vacare ep̃atum, electio & cõfirmatio in partib.facta valeret.
197 †qđ nõ eſſet verũ, ſi reſeruatio regularũ induxiſſet affectio-
nẽ ꝑmanẽtẽ. Ad hãc partẽ facit, qa gratia expectatiua afficit
oĩa bñficia diœceſis, licet oĩa nõ debeant̃. Imo.in cle.1.in fi.de
conc.p̃b.& tñ abſurdũ eſſet dicere, ꝙ ẽt expectatiua ceſsãte,
beneficia remanerent affecta. Q.papa conceſſit legato card.
ptãtẽ cõferendi oĩa beneficia reſeruata, ꝓterq̃ rõne familia-
ritatis card.S.R.E. quorũ conſenſus ſoret requirendus, vacat
intra fines legationis beneficiũ familiaris ſui, an ipſe poſſet
198 cõferre.†Et dũ in Rota diſcuteret̃ qõ, viſũ eſt aliquib.ex dñis
non poſſe, qa indulta hmõi ſunt exorbitantia, ſtricte ſunt in-
telligenda, & in propriis literis. Cũ igit̃ iſtæ legatus ſit card.
& verũ ſit dicere, beneficiũ uacaſſe ꝑ obitũ familiaris card.
ſtabit exceptioni ea.l.proſpexit.ff.qui, & a qui. Contrarũ.tñ
fuit determinatũ in Rota, cũ iſta exceptio fuit facta ob fauo-
rem card.& nõ alia de cã. q̃ cõ ceſſat in caſu noſtro, qa nõ eſ-
ſet fauor huius legati, inquantũ eſt card. ſed odium.ad l.Qđ
fauore.C.de legi.Itẽ, qa ſi papa fuiſſet interrogatus, an conce
deret legato ptãtẽ conferendi beneficia familiariũ ſuorũ, cer
te conceſſiſſet, & facilius, q̃ ſimpliciter reſeruata, q̃ papa libe
re conferr ſine alicuius cõſenſu.in c.quãuis, de præb.in 6.Nã
& beneficia familiariũ card.abſentiũ, quorũ non eſſet requi
199 rendus conſenſus, †legatus conferre poterit.cur non ſic in ca
ſu noſtro, ubi ipſius legati conſenſus requirendus non eſt, cũ
ipſe conferat, & conferendo ſatis conſentiat, q̃uis aliud ſit cõ
200 ferre, aliud conferenti conſentire†l.aliud.ff.de reg.iu.Acce-
dit, ꝙ facultas conferendi, eſt penes hunc legatũ de iu.cõi.c.
cũ dilectus, de iu.par.c.dilectus.hoc tit.c.1.eo. tit.in 6 Reſer-
uatio, q̃ fit ꝑ regulas Cancellariæ, eſt ↄ̃ ius cõe.Iſta igitur in-
201 terpretatio, tã q̃ reductiua ad ius cõe, eſt adiuuãda†l.ſi vnus.
§.pactus.ff.de pact.c.ab exordio.35.di.Itẽ, qa facultas iſta eſt
dilatanda, ex quo ſolius papę diſpendiũ attingit, ut late dicã
in fi.in materia diſpenſationum.facit illud generale.Q.quid
ſi beneficia erant reſeruata in fauorẽ alicuius cum clau.q̃ in
fra menſem duxeris, acceptanda. Sol.elapſo menſe, legatus
202 conferr.†cle.1.de conceſſ.præben.Sed, quid ſi legatus confe-
rat ante menſem, & poſtea non acceptet, an valeat collatio,
203 †& vr̃ valere, quia annullatio actus, quæ induc.fauore alte-
rius, hẽt annexã conditionẽ, ſi voluerit, de cuius fauore agĩ,
204 †ut per Phil.in c.cũ Bertoldus, de re iud.& ꝑ doct.in l.2.C.de
iur.emphi.Contrariũ tñ verũ, quia decretum, qđ apponitur
in reſeruationibus huiuſmodi, irritat nedũ collationem, ſed
205 poſſ.ita ut non detur reſtitutio, †ut per Ro.deciſ.16.in no.er
go non reconualeſcit tractu tp̃is, ut in reg.non firmatur.uide
Fel.in c.cum ex offi.in pen.col.de pręſc.& card.per eundem,
relatũ, in conſ.116.Soci.late in conſi. 260. col.penul.in 2.vol.
Q.an reſeruationes beneficiorum, quæ ſunt ratione familia
ritatis, vacationis in curia, & ſimilium, comprehendant be-
206 neficia patronatus laicorũ †uide gl.in ver.collatio, ubi Phil.
late de præb.in 6. qui dicunt non comprehendi. Q.an lega-
tus poſſit conferre beneficia, quæ cadunt ſub concordatis
207 †Alemaniæ, Retulerunt quidam aduocati, Rotam ſolitam
iudicare, ꝙ legatus non poſſit conferre iſta. Qm̃ concordia
huiuſmodi inita a Prælatis Alemaniæ, habet vim cõtractus,
208 qui nec per papã, minus ꝑ legatũ infringi dẽt †iuxta ea q̃ hñr
in c.Nouit.de iudi.In cõtrariũ facit.qa concordata huiuſmo
di ſunt ut conſeruetur ordinariis collatio integra certis caſi
209 bus & tp̃ibus, † legatus aũt eſt ordinarius prouinciæ.†igitur
210 non excluditur, ne dicamus priuilegiũ cõceſſũ vni nocere
alteri.inſpiciendus eſt tenor concordat.c. Porro, de priuil.Q.
qd de beneficiis ſpectantib ad ordinariã collationẽ alicuius
211 Reuer. card.Sol.ex quo hodie cõiter card.hẽnt indultũ, ut
nullus poſſit ſe intromittere de beneficiis ſpectantib.ad col-
lationẽ, pręſentationẽ, inſtitutionẽ, uel quãcũq; aliã diſpoſi-
212 tionẽ†legatus nõ poterit conferre, & hoc nemo negat. Sed
oritur dubitatio, an legatus poſſit inſtituere pręſentatos a pa
213 tronis, an conferre beneficia q̃ ſunt iuris patronatus†eo ca-
ſu, quo põt derogare patronũ, alias dũ iſta qõ uentilaretur in
Rota, maior pars dñorũ tenuit ↄ̃ legatũ, tã in Inſtitutione q̃
in collatione, cũ ꝑſeruetur ius ordinarii, tã in inſtitutione, q̃
214 in aliis, & inſtitutio ſit proprie de pręſentato†c.cũ in illis.de
p̃b.in 6.c.1.de inſtit. eo.li. & inſtitutio ipſa ẽt dr̃ collatio cer-
215 to mõ, q̃uis fiat ad p̃ſentationẽ patroni†Aegi.dec.621.vñ, cũ
216 ꝑſeruatio iuris ordinarii ſit fauorabilis, † & iuriſditio legati
217 ſit extraordinaria & ſup inducta†cle.2.de off.ord.fiet lata in
terpretatio ꝓ ordinario c.in his, de priuil.c.olim.de verb.ſig.
Ad hoc no.per Dom.& Phil.in c.præſenti, hoc titulo, qñ di-
cunt, ꝙ pendente reſeruatione de beneficio ad collationem
218 ep̃i ſpectante, põt reſeruari illud, qđ ſpectat ad inſtitutionẽ.
Aliqui tñ ſenſerunt ↄ̃, quia indulta ſunt ad pręſeruandum
219 iuriſdictionem ep̃i, non tñ ad auferendum ius tertio.†ideo
cum inſtitutio ſit ẽt penes legatũ iure ordinario, ſicut penes
220 ep̃m, †nõ vr̃ papa uoluiſſe adimere legato quod ſuum erat.
Quia licet poſſet dubitari de collatione, an ſit apud legatum
iure ordinario, tñ de inſtitutione non eſt dubitandum, cum
221 illa ſit annexa iuriſdictioni†c.Ex frequẽtib.de inſtit.Itẽ hoc
ẽt adimeret ius natiuum patrono, q de iure põt præſentare
222 corã legato, & coram ep̃o.†Ideo per priuilegium ep̃i non de
bet adimi ius ſuum l. 2. §. ſi quis a principe. ff. ne quid in lo.
publ.Item nihil adimitur ep̃o, quia Inſtitutio hoc modo ſum
223 pta eſt neceſſitatis; Paul. in c.præſenti, hoc titulo in 6.& iuſti
tia ſecũdum Egi.deciſ.93.Sed qui perdit quod neceſſario im-
224 pendit, nihil perdit, †quia in neceſſitatibus nemo liberalis
225 †l.rem legatam. ff.de adim.leg. l.ſi quis pro vxore.ff.de don.
inter vir. & vxor. Nec obſtat quod uerba indulti canteãt
226 de inſtitutione. quia debent intelligi†de inſtitutione libere,
227 quę multotiens eſt idem cum collatione, †vt per Di.in cap.
1.de

1.de reg.iur.in 6.& Io. An.& Abb.in c.anctoritate, de inſtit.
228 impropriantur.n.verba,vt nō lædatur ius tertij†vt notū eſt. Satis.n.eſt epo,ſi patrono volente & valente, nō admittitur in
229 ſtituuo†cognabilis. Verum poſito quod legatus non poſsit inſtituere, fuit dubitatum, cum agitaretur cā inter eum,qui fuerat præſentatus a patrono, & inſtitutus a legato, & aliū, præſentatus a patrono poſset petere confirmationem pſen-
230 tationis ab auditore cauſæ iuxta ele. Auditor, de reſcr.ſtāte illa prima opi.teneo ꝙ non, quia præſentatio facta corā eo,
231 qui non hēt ius inſtituendi, eſt nulla†c.3.c.ſi.de iur.pat. Rot. deciſ.29. in no.ergo ex illa non poteſt dici beneficium debitum, ut requirit ele.Auditor, quæ proprie loquitur in inſtitutione ſm Egi.deciſ.621. Diſtinguendū tñ eſset, an patronus ſciuerit indultum ordinarii, an ignorauerit, ꝙ in dubio præſumitur.l.verius.ff.de probatio. Nam ſi ignorauerit, nō fuit in culpa, ideo poterit iterum præſentare ſm Lap.alleg.95.ad fi.per tex.& ibi Inno.in principio in c. cum noſtris, de cōceſ. præben. qñ igitur patronus ignorauit, etſi ex præſentatione ſua beneficium non ſit debitum,poterit tñ interim præſentare. Quid vero dicēdum erit,ſi interea aliquis impetret a papa cum derogatione patronorum, & poſtea patronus reſciſcens indultum preſentet,quis preferretur? videtur dicendū
232 impetrantem præferri,†quia illa prima preſentatio,quę erat nulla, nō præſtat impedimentum ut in reg.non præſtat.hoc tñ durum,quia patronus fecit diligentiam ſuam præſentando coram eo,qui de iure cōi poterat inſtituere, cogita.Q.qd ſi de conſenſu cardinalis, legatus uel papa confert beneficia vacantia per obitum familiaris card. nulla facta mentione
233 de familiaritate,an talis collatio,erit nulla?†ſol.ualebit collatio,quia priuilegia conceſsa cardinalibus, ut beneficia familiarium collata,non facta mentione de familiaritate,ſint
234 nulliter collata,†intelliguntur in fauorem cardinaliū, quatenus ipſe noluit.nunc apparet cardinalem noluiſse,ig t.&c. Ad hoc regu.ſcienti.& hoc poſito, quod alias legatus de cōſenſu eius poſſit conferre, qd tñ intellige, qñ card. ſciuiſset beneficium vacare per obitum familiaris ſui.ad hoc Aegi. deci.632.ubi pro & ꝯ.Q.quid de beneficiis per ipſum legatū reſeruatis? ſol.cōferre pōt,ſed tñ faciendo mentionem de re
235 ſeruatione, alias non valet collatio.†Cal.conſi.3.in ti.de prębend.Q.quid de beneficiis,quorum collatio eſt alicui ſpecialiter conceſsa a papa, ut qñ papa concedit ſpecialiter colla-
236 tionem beneficiorum vni in certa eccleſia†Abba.in c.dilectus.de offi.lega.tenet per hoc ſpeciale indultum ligatas eſſe manus legati,Gondiſs.tenet contra,in ſuo tract.in 9.queſt. ego ſequor opi.illius, qm legatus confert cumulatiue, non priuatiue.vñ ſtat ꝙ ille habeat auctoritatem conferendi, & tñ id poſſit legatus qñ vna ptās accedit alteri accumulatiue
237 non priuatiue,una non tollitur per aliam †ſm ea, q̄ habētur in c.paſtoralis. de offi.ordi. videnda tñ eſsent verba indulti. Si dubitatur, ꝙ de beneficiis mihi per optionem debitis, ut quia ſtatutū de optādo, vigebat in eccleſia , in qua ego ēr Canonicus, an legatus poſſit conferre pręhendam vacantem
238 in pręiudicium meum,†ita ut mihi tollatur optio a ſtatuto conceſsa.ſol.poteſt legatus derogare conſuetudini uel ſtatuto de optando,ut per Lap. in c.fi.de conſuetu.li.6.Q.quid de beneficiis,quæ ſunt de iur.patr. Sol. legatus non confert beneficia quæ ſunt de iur.patro.laicorum, ſecus ſi clericorum
239 †c.dilectus.hoc tit.c.cum dilectus, de iure patro.& ratio,qa ex collatione talium beneficiorum poſsent ſcandala oriri,
240 & laici a fundatione retraherentur†per not. in d.c.cum dilectus,ubi Hoſtien.& Io.And.dicunt, ꝙ per mandatum quantumcunq; latum , de aliquo beneficiando, non includuntur
241 beneficia patronatus laicorum†& dicit vidiſse bullam papę ſuper hoc. idem tenet Lap.in c.cum in illis, de præben.in 6. Domi.in c. ſi compromiſsarius, de elec.eo.lib. Et ſi eſset hæc gratia conceſsa motu proprio. doct.in cle.ſi Rom.de præbē. & dixi.ſupra de hac clauſ.& ſimiliter non veniunt beneficia huiuſmodi ſub quacunque reſeruatione iuris uel hominis.
242 doct.in 2.c.de præben.lib.6.adde Speeu.hoc.tit. §. nunc tractemus.uerſ.ſed nunquid legatus.Iſtam conclu.declara procedere, quando ius patro.competit laico ex dotatione uel fundatione , ſecus quando ex præſcriptione uel conſuetu.
243 †ſecundum Anto. in d.c. dilectus.Et ratio eſt , quia præſcriptio tribuit ius contra illum,contra quem præſcriptum eſt,
244 †non contra alium, præſcripſit autem laicus contra epiſcopum tantum,igitur &c.Sed ratio nō concludit, quia præſcri
245 ptio eſt ordinata contra oēs ordinarios. †legatus eſt ordinarius, igitur & c. quod ſaltem procedit, qñ legatus conſueuit
246 ſemper eſſe in loco,ut Bononiæ.†Item repugnat natura præ
247 ſcriptionis.eſt.n.præſcriptio acquiſitio,†ergo eam metimur ex parte perſona præſcribentis, non.n.ex parte eius, ꝯ quem præſcribit, cū ſemper ſit verū dicere, illū qui præſcripſit hoc ius,habere ius præſentandi,quod eſt vnicū, & indiuiduū c.1. de iur.patr. Et quid ſi laicus ꝯ laicū præſcriberet, melior igit
248 ratio ſi qua eſt,ne laici retrahant a fundatione†q̄ cā ſemper ponderat in iſta materia,d.c.cū dilectus. Et ſi diceres,cur nō eſt pmiſsū idē epo? reſpon.debilius eſse epi q̄ legati in be-
462 re eſſe litigioſum †etiam ſi reus citatus abſoluatur ab obſer-
463 uatione iudicij, †propter ea, quæ tradunt Innocen. in capit.
cauſam, de teſti.& Bar.in l.litigator.C.de fruc.& lit.exp.cum
effectus litigioſi cauſatus remaneat, id quod ſequi uidetur
Milis in ſuo repertorio, in verſic. litigioſum beneficium. &
hoc uidetur obſeruare Rota, quia licet partes non compa-
reant in primo termino citationis, poſſunt poſtea quadocū-
que procedere, & proſequi litem, quia citatio prima eſt ge-
464 neralis ad totā cauſam. †Primam tamen opinionem ſeque
re quo ad collationem legati, quoniā licet lis pendeat ſemp
quo ad partes, tamen quo ad collatorem ordinarium, parte
465 non proſequente litem, collatio nō impeditur. †ut eſt text.a
contrario in clem. prima, vt li.pen.in verſi.proſequatur, ubi
gloſ. Et opinio eſt æqua propter exorbitantiam tex.in c.ut hi
qui.vt lite penden. in ſexto, quam ſententiam aperte defen-
dit Milis in ſuo repertorio, in verſ.lite pendente, quo ad liti-
gium. At quando citatio eſt circunducta, verum eſt dicere
partes non proſequi litem, quamquam remaneat poteſtas
proſequendi, & lis pendeat. igitur non impeditur ordinarii
collatio. & ſecundum hanc opinion. iudicauit Rota in qua-
dam cauſa Barchionenſi, ubi ego pronunciaui. Fall. tertio,
quando pars, cuius intereſt, litem negligit, quod conſtare po
466 teſt †ſi in iudicio uel extra, dicat ſe nolle litem proſequi †ſe-
567 cundum Milis.in ſuo repertorio in verſ.lite pendente. quā-
468 uis alias nūquam finitur niſi per ſententiam. †Rot.deci.411.
469 in no.cum inſtantia non finiatur de iure canonico† c.vene-
rabilis, de iudic. & intelligo finire per ſententiam, a qua nō
470 eſt prouocatum† Ant.in capitulo prudentiam ad fin.de off.
deleg. Quid autem dicendum ſit, quando poſt tres ſenten-
tias adhuc pendebat arculus executiuus, cui nō erat paritū,
471 an lis diceretur ſopita. † Quæſtio adhuc pendet in Rota pro-
pter vnum, qui poſtquam habuit executoriales contra ſe,
ſtetit.10.annis in beneficio, & moritur, alius impetrat per obi
tum eius, & poſtea cum conueniretur a tertio prætendente
meliora iura, obiiciebat quod non tenebatur iuſtificare titu
472 lum prędeceſſoris ſui ad alleg. Lap.89.† Tertius uero dicebat
ipſum non fuiſſe pacificum poſſ. ex quo pendebat adhuc ar-
ticulus executiuus, qui ipſum continue moleſtabat. domini
ſunt diuiſi. Ego tenui iſtum tertium eſſe audiendum, ſi uole-
473 bat docere de iure potiori † quoniam ille primus poſtquam
habuit executoriales contra ſe fuit notorie in mala fide, &
474 non potuit uti aliquo genere præſcriptionis, & alleg. Lap.lo
quitur in eo, qui errat in exprimendo modum vacationis.vi
de in report. præmiſ. car. 39 Fall. tertio, quando lis pende-
ret ſuper proprietate alicuius rei beneficii, quoniam tunc
475 legatus & ordinarius conferent illud, † non obſtante cle.1.
ut lite pendente, quia tunc beneficium non dicitur litigo-
476 ſum, vt per Egi.deci.529. Et faciunt quæ dixi in repor.car.40.
Dubitatum fuit in Rota cardinalis habebat indultum in ſuo
epiſcopatu, ut nemo poſſet diſponere de beneficijs ſpectan
tibus ad collationem, pręſentaſionem, & inſtitutionem ſuā
477 An legatus poſſet inſtituere præſentatos ſibi a patronis. †ite
an conferre beneficia, quæ erant de iur.pat. dato quod habe-
ret facultatem ſuper hoc dixerunt multi legatum neutrum
potuiſſe, quia papa uoluit præſeruare ne dum collationem,
678 ſed inſtitutionem ordinario. †Et inſtitutio nō eſt niſi de prę-
479 ſentatis †clem.1.§.præſentatos, de exceſſ.prælа capitulo cum
Bertoldus, de re iud.Car. in clementina prima in ſexta quæ-
ſtione de ſupplen. negligen.prælat. quādo dicit quod eſt col-
latio non libera. ſumendo inſtitutionem proprie. Adhoc al-
legata ſunt multa, quod collatio legati tanquam ſuperindu
480 cta, & extraordinaria, eſt ſtricte interpretanda †clementina
ſecunda de offic.ordin.allegatur etiam conſi. Cal.22.de præ-
ben.quaſi dicatur epiſcopi, illud, quod communiter compe-
tit illi, & patronis In contrarium facit, quia ſi non poſſet le-
gatus inſtituere per indultum ordinarij fuiſſet ademptum
481 ius patrono, qui poterat corā legato præſentare, † ex quo eſt
482 ordinarius totius prouinciæ habens iuriſdictionem †capitu-
lo 2.de offic.leg. in ſexto. pari ratione & ipſi legato, quod nō
non eſt credendum papam noluiſſe 16. quæſtione prima ca-
pitulo eccleſia l.2.§.Si quis a principe.& §.merito.ff.ne quid
in loc.pub. Secundo, quia indultum huiuſmodi venit ad pię
ſeruandum ius ordinatii collatoris in beneficiis, quod ius ei
priuatiue competebat non ad conſeruandum iuriſdictionē,
483 quæ cumulatiue & in ſolidum competit etiā legato † dicto
capitulo ſecundo ſed in inſtitutione, quæ fit de præſentato,
in quantum inſtituitur quis ad præſentationem, epiſcopus
484 non dicitur habere ius, ſed iuriſdictionem, †quia eſt id iuriſ-
485 dictionis actus, † vt late concludit Inn. in c.de cætero de
tranſac.igitur &c. Non obſtat quod in indulto dicatur de in-
486 ſtitutione, quę proprie eſt de præſentato, †quia debet intelli-
gi, de ea inſtitutione, quæ deſcendit a iure epiſcopi, ut eſt illa,
487 quæ cauſatur a negligentia patroni non præſentātis. †uel dę
488 inſtitutione collatoria, † de quibus per Card. in dicta quæ-
ſtione ſexta. Et Abbas in capitulo auctoritate, de inſtit. quod
colligitur tum ex rationibus pręcedentibus, tum ex ſimilitu
dine expreſſorum, cum dicatur ad collationem, præſentatio-
nem, inſtitutionem, Nam collatio & præſentatio deſcendūt
489 a iure libero p̄ſentantis & conferentis †l. talis ſcriptura. ff.de
leg. primo. cum ſimilibus. Rota tamen iterū diſcutiens hunc
caſum, iudicauit præſeruatum ius inſtitutionis proprie tum
præ ordinario, vt ampliaret priuilegia ordinariorum tanquā
fauorabilia. Et ad inconueniens videt̄ ſi patronus poterit p̄-
ſentare coram alio, ut per Lap.alleg.95. Sed poſtea dubita-
tum eſt, an eo caſu, quo patronus præſentaſſet coram lega-
to, a quo, vt præmittitur, inſtitui nōn poſſet præſentatus, an
ſaltem deducta lite ad Romanam curiam poſſet fieri inſti-
490 tutio, †per auditorem, iuxta clem. Auditor, de reſcri. Caſus
non fuit deciſus, ſed multi inclinabant in ſententiam, ut
poſſet, ne per indultum epiſcopi patronus fruſtraretur liber-
491 tate ſuæ præſentationis. † quod æquum eſt. in oppoſitum
tamen facit, quia ſi legatus non poterat inſtituere, ergo
nec patronus præſentare ? Quia præſentatio facta coram
492 eo, qui non habet ius inſtituendi, nihil valet. † Diſtin-
guebant aliqui, an indultum eſſet publicatum, uel alias
deueniſſet ad noticiam patroni. pro eo, quod poſſit, facit

illa

illa allega. Lapi.95.& quia etiam exactu nullo deprehendi-
493 tur conſenſus & voluntas patroni.† l.fin.vbi Bart. ff.de reb.
eo.& in l.in teſtamento ff.de fideicom.li.& in l.2 §.teſtamẽ-
tarii.ff.quemadm.teſt aper.propter quod cõſuluit Dec.con-
ſil. 172. quod etiam ex mandato facto a patrono antequam
494 vacaret beneficium,† arguitur cõſenſus patroni. Sed maior
dubitatio, quid ſi antequam cauſa promoueatur coram au-
ditore poſt præſentationem factam legato aliquis impetra-
uerit beneficium a papa cum ſufficienti derogatione, an il-
le præferatur præſentato coram legato poſtea inſtituto per
auditorem rotæ? Si præſentatio fuiſſet bona, res non habet
dubium propter ea, quæ tradunt Dominin.de Rota in deciſ.
Aegi.167.quando dicunt Ius ad rem, quod acquiritur ex ele
ctione vel præſentatione, æquipatari iuri in ea. Sed quia in
caſu noſtro præſentatio non fuit bona, licet patrono præter-
uetur ius iterum præſentandi,ut per Lap. dicta alleg.95. er-
go uidetur, quod ius interea quæſitum præiudicet, quia præ-
ſentatio talis non præſtat aliud niſi excuſationem patrono,
vt non currat tempus. Attamen æquitas ſuadet contrarium,
tenendo quod ille conſenſus, quantum eſt ex parte patroni,
operetur præſentationem, cum præſentatio, vt tradit Dec.
eod.conſil.172. requiratur per modum ſimplicis conſenſus,
qui ſequi poteſt,ut per Fel.in cap cum Bertoldus,de re iud.
cogitate tamen,quia nõ præſtat impedimentũ & c.c.nõ præ
ſtat.de reg.iu.in 6.cum ſua materia Quid vero de beneficio,
quo priuauit aliquem,quem vult reſtituere, an hoc faciat ſi
495 ne conſenſu patroni laici† ut. collec.in ca innotuit,in 2.col.
de elect.glo.in c.quamuis,de rele.in 6.ubi Io.And. & Domi.
qui facit longam diſtinctionem,concludendo quod ſi eſt ap
pellatum a ſententia, poteſt fieri reſtitutio inuito patrono.
496 † alias autem non poteſt niſi ſit patronatus eccleſiaſticus,de
497 quo legatus diſponere poteſt† nam quando ſententia tranſi
498 uit in rem iudicatam,ius eſt acquiſitum patrono,† ut ibi la-
te per Philip. Ex quibus infertur ad q.papa promouit ad epi-
ſcopatum,habentem beneficium,quod erat de iure patron.
laicorum, & cum iſto promoto diſpenſauit ut poſſet retine-
re priora beneficia ad beneplacitum ſuum, non facta men-
499 tione de patronis, an diſpenſatio ſit ſurreptitia † vi. Gondiſ.
qui latiſſime illam explicat in ſuo tracta.fol.26 colum 4. &
dicit Rotam cõcluſiſſe eam fore ſubreptitiam. uide in deciſ.
Aegi.752.& in ant.472. Q an poſſit conferre beneficia,quæ
500 prius contulerat abſenti,qui nõ acceptauit?† ol. non poteſt
conferre, niſi prius labatur terminus aſſignatus prouiſo ad
conſentiendum, c.ſi tibi abſenti,de præbendis in 6. qui intel
ligi debet etiam in legato,quamuis loquatur in epiſcopo ſe
cundum communem intellectum. Quid vero dicendum ſit
501 de collatione papæ.† prima die qua licuit mihi dare notum
in rota,fuit dubitatum inter dominos,& ego argumentatus
ſum illum tex.non intelligi de collatione papæ,quia ille nõ
ſubiiciebatur diſpoſitioni iuris, loquentis de collatione epi-
ſcoporum,c petitio,de iureiur.& maxime,quia ille text.de-
uiat a communibus reg.iuris quę uolunt donata abſenti nõ
502 acquiri irreuocabiliter,donec cõſentiat,† l.abſenti.ff.de do
nat.& maxime,quia ipſe tex. fatetur beneficium adhuc ua-
care,ergo conferri poteſt ca.licet,de præb.in 6.& ſecundum
iſtum intellectum conſuluit Guido Pa.conſ.48.incip.ſi appa
reat Domini tamen concluſerunt contrarium propter gene
ralitatem illius tex. qui licet loqueretur de epiſcopo, tamen
dicebat, & quicunque alius, ad quod reſpondebatur, ꝙ non
comprehendebat loquentem Sequor tamen opin.domino-
rum, quia licet per huiuſmodi collationem non quæratur
503 ius in re, tamen quæritur ad rem † ita ꝙ afficitur illi, cui eſt
collatum,ſecundum Io.And. & Domi.ibi, vnde papa in du-
504 bio non videtur tollere ius quæſitum † etiam ad rem per no.
in c.ſi poſtquam,de præb in 6. Nec deuiat ille tex.a commu-
nibus reg.iur. cum ex æquitate canonica etiam abſenti quę-
505 ratur, † ut not.in c.quoties cordis oculus in q.7. Ro.in deciſ.
44.249.in no. Immo ius iſtius licet ſit in pendenti, vere ſecũ
dum Theor.Bart.in l. Pomponius ſa 1.in 4.col. ff.de neg geſt.
tamen non poteſt ei auferri, donec cõſtet de diſſenſu per ex-
506 preſſam uoluntatem, vel per tacitam ex lapſu termini, † l.ſi
ita relictũ.§.illi ſi nolet.ff.de leg.1.& illa deci.,pcedit de men
te Lap. & Phil in d.ca.,ſi tibi abſenti, in quantum nolunt re-
ſignationem factam de tali beneficio, et motu proprio a pa-
507 pa non auferre ius iſtius niſi expreſſe deroget.† Sed qd ſi lega
tus pendente termino menſis ad acceptandum conferat, &
deinde ille non ratificet infra menſem, an ualebit collatio
508 legati † vide Iaſ in l.fi.ad fi.C.qui admitt. An legatus confe-
rat beneficia quæ uacant de iure, licet non vacent de facto,
509 † dicitur non poſſe c.cum noſtris de concel. præb.& quia Ro
ta deciſ.196.in no.dicit executorẽ datũ, ut prouideat benefi
cio vacante aut uacaturo, nõ poſſe prouidere de eo, ꝙ nõ va
510 cat de facto, licet uacet de iure. † contrarium uerius † per c.li
511 cet, de præb. in 6. & c.cũ noſtris, procedit a ſurreptione im-
petrantis, qui non facit mentionem de poſt.alterius. non
quia conferri non poſſit, quamuis poſt.dari nequeat, & ſecũ-
dum, hoc intelligitur deciſ. Rotæ Q. an poſſit conferre bene
512 ficia monacularia, † Sol uidetur non poſſe, quia Ioan.Mo.in
cap in generali de reg.iur.in 6. Arch. in cap. ſi pro clericis. de
præb.eo.lib.dicunt mandatum de prouidendo, non cõprehẽ
dere beneficium ſpectans ad collationem illius, qui unicum
tantum habeat, quod conferret ſicut dicitur ſecundo. Regu.
capit.12.de illo, qui unicam ouem habebat, de quo Rot.de-
ciſ.216.in no & ſallo.55.dub. Contrarium tamen eſt uerum,
quia talis except. non reperitur facta in legato, qui poteſt cõ
ferre omnia beneficia. contraria procedunt quando penitus
auferretur collatio, ut in mandato de prouidendo. hic autẽ
eſt locus præuentioni, crederem tamen legatum non poſſe
reſeruare per præmiſſa. uide in materia reſeruationis in ſeq.
513 libro. quæſt 2. Q. an poſſit conferre uicarias perpetuas. † ſolu.
poteſt, quia per omnia ſunt eccleſiaſtica beneficia, quę con-
feruntur, & uniuntur per epiſcopum. Rot.dec.273 in no. &
in tãtum confert uicarias, qui in caſu negligentiæ, canonici,
uel alterius præbendati, habentis ponere uicarium in eccle-
ſia parochiali annexa, poteſt aſſignare omnes redditus eccle
ſiæ annexæ huic uicario donec uixerit præbẽdatus neg.ieſt.
quoniam id poteſt epiſcopus Abba.in rep.§.qui uero.in ſeco
lum.uel ſicut oppono.& uidetur, de præben. Q. quid de be-
neficiis, quæ ſunt de menſe Epiſcoporum, uel Abbatum † ſo.
514 illa non confert, quia cum ſint pleno iure ſubdita in tempo
ralibus, & ſpiritualibus, non habent rectores proprios, gloſ.
in clemen. frequens, in uerſic. ad menſam, de exceſſ. præl. ad
hoc Rota vt ſupra & Biſg.deci.21 de præb. Q. quid de benefi-
515 ciis manualibus † uide infra eo lib. de materia reſeruationis.
quæſt.1. Q An legatus poſſit creare canonicũ ſupernumera
rium in eccleſia, ubi eſt certus numerus Canonicorum † ſol.
516 poteſt dummodo non ſit numerus per papam confirmatus,
glo.in cap.pro illorum, in uerſic. recepiſſe, de præbend. ubi.
Abba.& Abba.In cap. cum m. de conſtit. immo etiam ſi ca-
nonici contrauenniſſent huic numero, legatus, eo neglecto,
poteſt creare alium canonicum. Specu. illo titu. §.nunc tra-
ctemus. uerſic. ſed ſi legatus. Ioan.de lig. Lap. Dom.& alii in
cap. Si eum. de preben.in 6. reprehendentes eos, qui dixerũt,
legatum non poſſe mandare aliquem recipi in Canonicum
517 antequam prębenda uacet, † quoniam ſi hoc poteſt capitu
518 lum, aut epiſcopus, tanto magis legatus † & cullect. in capi.
eccleſia noſtra in 7.colum.de ſortil. maxime quia creare Ca-
nonicum ſine præbenda, non eſt contra ius cap. cum m. de
conſtit. cap. relatum cap. dilecto cap. dilectus, de præben. Sed
aduerte, quia ſi canonici curarunt non recipere aliquem ul-
tra numerum, uidetur, quod receptio facta etiam ad man-
519 datum legati non teneat, † quia ſtatutum iuratum, & confir-
520 matum a ſede ap. a pari procedunt † immo fortius uinculũ
521 habet firmatum iuramento, quam auctoritate, papæ † quia
obligatio deſcendens a iuramento, acquiritur ſoli Deo, cui
522 magis obediendum eſt quam homini † cap. qui reſiſtit. ca. Iu
lianus, 11.quęſt.3. qua ratione motus Archi. in cap. ſi a ſede,
de præben.in 6. tenuit non ualere receptionẽ factam ad man
datum legati. Ad diſcuſſionem huius obiecti doct. in locis p̃-
allegatis tractãt, quando canonici poſſunt contrauenire ſta
523 tutis iuratis † & conſiderant. an collegialiter contrauenjant,
uel ſingulariter. an noua cauſa augendi numerum, an uelit
manere ſtatuta & alia quæ indigerent latiori diſcuſſione ſed
quantum ad propoſitum, poteſt reſponderi quod iuramen-
tum, canonicorum non arctat legatum, cum etiam ſemper
in iuramento ſit excepta ſuperioris auctoritas. † cap. uenien
524 tes, & ibi no. capitulo. cum te, de iureiuran. canonici. enim
recipientes canonicum ſupernumerarium ad mandatum
legati. neceſſitate mandati recipiunt, & ſic periuri non fiunt
525 † cap. querelam. eo. tit. Quid autem ſi ſic recepto dentur exe
cutores pro prima præbenda, aut morte, uel remotione le-
526 gati. deſinat eſſe canonicus? † uide Domi in cap præſente
§.1.in 2.colum. hoc titu. dicam in ſeq. libro in materia reſer-
527 uationis. quæſt. 1. De multiplici autẽ modo habendi cano-
nicos in eccleſijs, † uide Rot. deci.460. Innoce. præbenda erit
debita illi, tamen ſi legatus conferat alteri, ualebit collatio,
528 ſicut ſi canonici creaſſent unum, & poſtea contuliſſent præ
529 bendam illi debitam, alteri, ualebit collatio † quia nec lega
530 tus nec capitulum poteſt dare ius ad uacaturum † Abb. in c.
inter cætera in uerſicu. Sed hic quæritur, de præben. quod ſe-
cus eſt in recepto auctoritate papę. ut ibi per eum. & quantũ
dixi ex canonicatu huiuſmodi non dari ius ad præbendam
uacãtẽ. intellige quod non afficitur neceſſario, habet tamẽ
ius canonis, ratione cuius poterit implorare officiũ iudicis,
ut ſibi prouideatur de præbenda. Abb. in cap. dilectus. in 2.
colum. eod. titu. & in fin. ibi ponit tres differentias inter eũ,
qui recipitur in canonicum auctoritate papę, & illum, qui re
531 cipitur auctoritate alterius. † Q. an poſſit conferre uni bene-
ficia,

532 ficia,in quib. pater immediate miniſtrauit? † Reſpondetur,
non poteſt,ne uideatur dari ſucceſſio in beneficiis,c.ad exſtir
pandas.c.Michael.c.dilectus,de fil.presby. & intellige illa iu
ra;de filio legitimo,quoniam illegitimus alia ratione exclu-
deretur. Aut.in c.fi.co.tit. quamuis aliqui ʒ. Q.an poſſit con-
533 ferre eccleſias ſeculares regularibus? † de hoc dicemus in lib.
in materia exemptorũ. uide Henri.in c.poſſeſſiones, de reb.
534 eccl.non alienan. Q.an poſſit cõferre beneficia ſpuriis? † ſol.
dicetur inferius in materia legitimationis. Q. an poſſit con-
ferre beneficia curata habentibus ordines minores tãtum?
535 † ſol.poteſt, quia etiam epiſcopus in hoc diſpenſat. Innoc.in
c.dudum.de elec.colle in c.præterea,de ęta & qual. Item,an
536 clerico coniugato poſſit cõferre beneficia ſimplicia? † ſol. po
teſt,quia epiſcopus etiam in hoc diſpenſat. Spec.in tit.de di-
ſpen.epiſ.verſ.a 5. Abb.in ea.diuerſis fallaciis, & ibi Ioannes
de cler.coniugati dicit hanc eſſe communem, quamuis ipſe te
neat contrarium. Q.an poſſit conferre eccleſiam parrochia-
537 lem ignoranti idioma loci? † ſol. videtur poſſe, quoniam nõ
valeret conſtitutio,quod non poſſint aſſumi de alia natione
538 ad beneficia,ſe ad decorem,de inſtit. Regula tamen cancel-
lariæ eſt in contrarium, quæ fulcitur optima ratione. Nam
539 rectoris officium eſt,admonere populum,† c.ſi rector.43 diſ.
ergo qui ignarus eſt linguæ,eo ipſo apparet non idoneus. at
tamen,quia illa regula loquitur in collatione papę,& irritat
eo ipſo collationem in oppoſitum factam, non trahetur cũ
ſua pęna extra caſum proprium. Ioan. An. in c diſpendia, de
reſcrip.in 6.glo.in c. 1.de temp. ord. eod. lib.doct.in c.ſi forte,
de elect.eod.lib.& ratio eſt diuerſa, quia ordinarii melius co
gnoſcunt perſonas & eccleſiarum neceſſitates, quam papa,
540 † per ea quæ habentur in elem.2.de offic.ordi. & poſſet dari
caſus,vbi etiam non intelligens idioma loci, eſſet ualde uti-
lis eccleſiæ. Attende tamen,quod donec reperiantur idonei
in dioceſi, vel ciuitate, non deberent promoueri extranei,
541 † c. nullus, inuitis.vbi gloſ.61.diſtin.facit l.in eccleſiis. C.de
epiſc.& cler.& ideo dixit Hug.in c.ſignificaſti,de iur.patr.pa
542 tronum debere pręſentare clericum eiuſdẽ dioceſi.† quam-
uis Hoſt.& reliqui dicant id non obſeruari & dicit Abb in c.
ad decorem.honeſtũ eſſe, ut quilibet in patria ſua beneficie-
543 tur.† facilius enim tales reſidẽt in beneficiis ſuis allecti amo
544 re patriæ. † facit extra. Ioan. 22. Execrabilis, vbi dicit quod
contra promotionem, quæ fieret ad dignitatem de prælato
545 alterius regni, admitteretur exceptio domini temporalis† ſi
promouendum haberet ſuſpectum de proditione terræ ſuę,
546 vel conſiliorum, vel ſecretorum ſuorum.† ar.in l.ſi quis ali-
quid.§.transfugę. ff.de pęn.l.omne. §.exploratores. ff.de re
547 mili.non enim decet ſcrutari arcana alterius regni. † l.mer-
catores. C.de commer.& mer. vnde ſi quis in alienis partib.
impetraret beneficium, nõ facta mentione ſuæ originis,gra
548 tia eſſet nulla† glo.in c.ſi proponente,de reſc.adde prędictis
glo.in c.1 23.diſt.quæ dicit quod quando eligitur quis de lo-
549 co,ſatis eſt eſſe idoneum.† quando vero extraneus,debet eſ-
550 ſe optimus † Q. an collatio legati uitietur per ſurreptionem
551 ſicut collatio papæ? † ſol.vitiatur Card.in clem.2.in 6.7.8 &
9.q.de offic.ord.& in c.fi. iſto tit.Io.And. & Domi.in c.præ-
ſenti,hoc tit.in 6 & cum dicimus quod cin prouiſionibus le
gati debet fieri mentio in ſpecie, non in genere, de benefi-
552 ciis obtentis† ſecundum glo.in d.clem.2.per tex.in c.nõ po-
teſt, de præben. in 6 Et eſt regulare,quod ubi requiritur ex-
553 preſſa mentio,non ſufficit haberi mentionẽ in genere † glo.
in c.ſi epiſcopus, de præben.in 6 in c.ſi inquiſitores,de hære.
eo.lib quamuis aliquid etiam poſſit dici expreſſum in gene-
re Bar.in l.1.ff.de vulg.& pup. Et procedunt præmiſſa,& ſi le
554 gatus conferret ex ſpeciali commiſſione papæ † ſecundum
Arch.& Io.An.in c.is cui,de præb.in 6.& hoc tenet Gondiſ.
in q 9.reiecta opi. Domi. qui tenebat cõtrarium. uide etiam
ibidem Philip.fallit tamen quando legatus conferret motu
555 proprio,† per ea.quæ ſupra dixi. Item fallit,quando confir-
556 maret electum uel præſentatum, † quia tunc ſolum agitur.
an bona fuerit electio,vel confirmatio Boniſ.in clem 2.uer
ſic quartu quæro,de offic.ordin.Q. an quando uacat benefi-
cium,poſſit conferre illi, cui primo contulerat, antequã ua-
557 caret? † circa hoc eſt reg. cancellariæ,quam puto obtinere,
etiam in legato, quando cõtulit primo ad petitionem eius,
& hoc fuit ne daretur materia captandæ mortis alterius.ca,
1.& 2.de conceſſ.præbend.ſecus ſi motu proprio,quia tunc
in nullo peccauit cui prouiſum, & reg.† eſt ſtricte intelligen-
da in impetrante.Q. an valeat collatio legati,tpe,quo veri-
558 ſimiliter non potuit habere notitiam vacationis? † ſol.me-
ro iure ualet collatio, quia ignorantia prouidentis non facit
quin valeat prouiſio de beneficio, quod uere uacat, ut per
Rot.deciſ 172.in ant.reg.tamen de veriſimili notitia obitus
propter æquitatem ſummam,habebit locum in legato, ſal-
tem ne procurent iſtis fraudib. præuenire ordinarios, quod
uidetur placere commentat.illius reg. ex quo non reperitur
deciſum contrarium in iure, & idem etiam tenet Phil. Dec.
conſil.398.in fi. Sed ſequeſtrata reg.pone quod legatus con-
fert beneficium ea die,qua uacat,& non apparet quæ fuerit
prior uacatio,an collatio, quid dicendum erit? Sol.præſumi
559 tur mors pręceſſiſſe † ut ſumam interpretationem pro vali-
560 ditate actus,† arg.l.cum in teſtamento.§.hæc uerba.ff.de hæ
red.inſtit.in dubio.n præſumitur pro validitate actus.l.me
rito.ff pro ſoc.Bar.in l.ſed ut probari.ff.de no.oper.nunc.niſi
561 conſtaret ipſum conferentem ignoraſſe uacationem, † l.hæ
res inſtitutus.l.ſed ſi de ſua.ff.de acquir.hær.quamuis forſan
aliud dicendum in collatione,cuius commodũ non ad con
ferentem, ſed ad alium ſpectat. Q. an valeat collatio facta,
per legatum de beneficio renuntiato in manibus ſuis, quã-
do reſignans mortuus eſt infra 20. dies, quod eſt quærere,
an reg.cancellariæ habeant locum in impetrationibus,quæ
562 fiunt coram legato,† & dicendum eſt habere locum, cum
legatus ſe conformare debeat ſtilo mittentis. in his tamen,
quæ concernunt inſtitutum magis quam modum expedien
563 di.† c.ſuper literis,de reſc.& cum eius literæ uitientur ſurre-
ptione ſicut literæ apoſtolicæ clem.2.de off. ordi. Item quia
regulæ cancellariæ,attenta generali poteſtate cõdentis,om
564 nes ligant.† & ſecundum iſtam opin ſępius iudi cauit rota in
materia huius regulæ. Sed dubitatio maior,quid in reſigna-
565 tionibus,quæ fiunt coram aliis ordinariis† ab infirmis? uide
tur quod nõ habeant locum in curiis ordinariorum, quo-
566 niam eorum prouiſiones non ſubiiciuntur ſurreptioni,† d.
clem.2. Item quia regula prædicta eſt facta, quia in curia, &
coram legatis communiter in prouiſionibus, quæ fiunt per
567 renunciationem,derogatur expectãtibus,† at non ſic in his,
quæ fiunt coram ordinariis, niſi quando ex cauſa permuta-
568 tionis,† c.1 de rer.permu.in 6. Item, quia regulæ cancella-
rię non ſunt cõſtitutiones generales, ſed derogatorię uolun
tatis papæ,dantis formam rebus agendis per papam non per
569 alios† ut tradit Anch.conſ. 297. & ideo expirant morte con
dentis eas,quod non eſſet,ſi eſſent conſtitutiones generales
670 † ut per Franc.Paul.in com.extraua.in principio. Item quia
licet publicentur in cancellaria, tamen nõ intimantur per
571 loca.† ſecundum formam. Aut.ut factę no.conſt.in princip.
572 Contrarium tamen,ut audio,tenuit maior pars † rotæ pro-
pter generalem poteſtatem cõdentis,& generalia uerba re-
gulæ quę ligant omnes, iuxta no.in c.a nobis.de ſen.excom.
cum enim generaliter irritẽtur omnes collationes factę de
beneficiis reſignatis ab ægroto decedente infra xx dies, ge-
573 neraliter eſt intelligẽda. l.de pretio.de public. Ego tamen,
conſiderata ratione regu.ex quo renuntiatio,quæ fit coram
ordinario, non nocet expectanti, niſi in cauſa permutatio-
574 nis † dicerem. quod renuntiatio huiuſmodi non ſubiicietur
huic regulæ,niſi in permutatione, quoniam tunc fraus præ-
ſumpta per reg.ex ob.tu.renuntiantis,faciet ceſſare priuile-
gium,c.1.quod inuit litera illius extra.fraus enim facile prę
575 ſumitur in his permutationibus, quæ fiunt per ægrotos† ſe-
cundum Anch.in conſ.339. in caſu præmiſſo, dicentem tñ
eam pręſumptionem naſci ex graui infirmitate, non ex leui
576 † l.ſi adulterium.§.idem poſtſo.ff.de adulte.& hoc etiam ui-
detur ſenſiſſe Dec.conſ.224.quamuis in conſ.398. uideatur
alius ſentire,quando loquitur de reg.de ueriſ.no. Eadem q.
poteſt formari ſupra extrauag.ſicut paſtor bonus quę eſt Six
577 ti † & Inn.quæ uult quod in renuntiationibus,quæ fiunt per
ęgrotos ex facultate reſignandi conceſſa,requiratur quod ſu
peruiuatur xxx.diebus Et circa illam extrau.fuit dubitatum
in rota, an quando taliter reſignans moritur intra tempus,
fuerit ſaltem inducta uacatio, quo ad renuntiãtem, propter
uerſ.decernentes,per reſignationẽ. quando dicit in reſignã-
tium pœnam beneficia uacare. Cauſa pendet nunc in rota.
ego credo non uacare beneficium per renuntiationem, ſed
per mortem propter text. extrauagan.qui dicit,& pręſuma-
tur reſignationem fieri ficte, non uere.ſi igitur renuntiatio
erat ficta, uacatio erit non uera, cum attendatur quod uere
agitur, non quod ſimulate concipitur. C plus ualere. mors
578 igitur uera, † igitur uacatio per mortem uera,ergo non per
renuntiationem.c.hoſpitiolum.92.diſt. nec obſtat, quod di-
cat extrauag.cenſeantur ficta,quia uerbũ hoc in his quę deſi
579 derant effectum iuris,importat ueritatem † ſecundum Abb.
in c.tanta. Qui fil.ſint legit.uere ergo renunciatio erit ficta,
& inualida. & quod dicitur in uer.ſuperiori, loquitur in re-
nuntiationibus fraudulentis, factis ab his qui ſuperuiuunt,
ut ualeant in eorum pœnam. quæ ratio non militat in caſu
noſtro, uel ſaltem non tanta,propterea ex uerbis & contex-
tu apparet quod loquit̃ in diuerſis caſibus, & diuerſa eſt ora-
580 tio,& cõſtructio. † Sed iſte caſus eſt clarior,quia loquitur in
certo caſu.ſed tunc dubitatur ſuper utroque,quid ſi ęgrotus
mortuus fuerit intra xx.uel xxx.dies,ſed ex infirmitate ſuper
ueniente,uel uulnere,an illa regula habeat locum? Et dicen
581 dum non,habere locum reg. † quia loquitur quando ex ea-
dem

dem infirmitate. c.ſignificauit.de homic.l.ita vulneratus.ff.
ad l.Aquil.no.in l.1.C.de emend. Q. an legatus poſſit conce
582 dere alicui ut conferat primum beneficium uacaturũ.†ſol.
non poteſt, ſicut nec etiam cõfirmat ſimilem conceſſionem
factam ab epiſcopo. Abba.in c.conſtitutus.de conceſ.præb.
dixi ſupra in caſibus reſeruatis. Q.quid ſi legato conceſſum
eſt ut poſſit conferre beneficia perſonis idoneis, & unicum
583 tantum beneficium obtinentibus,†an poſſit cõferre illi,qui
habet unicum beneficium actu,& unum canonicatum ſub
expectatione præbendę? ſol.poteſt, quia habens canonicatũ
584 ſub expectatione præbendę,non dicitur beneficiatus † Rot.
deciſ.435.in no.quę tamen diſtinguit,& facto.55.Arch.in c.
ſi pro clericis,de præb.in 6. Q.quid dicendũ erit quando con
585 currunt prouiſus a legato,& ab ordinario in tempore, † ſol.
ſeruabitur c.ſi a ſede,de pręb.in 6. ut ſcilicet præferatur pro-
uiſus a legato. Fallit primo,quãdo prouiſus ab ordinario ha
586 beret horam,quia illa eſt certior probatio,†Cy.& Bald.in l.
de rebus,C.de dona.ante nup.Iaſ.in l.1. ff.ſol.matr. quod eſt
verum, licet Soc. in conſ.37.in 3.vol.uideatur tenere cõtra-
rium. Fallit ſecundo.quando idem prouiſus haberet poſſeſ.
587 anteriorem,† l.c.ſi a ſede,& ſufficit iſtam poſſ.ſemel præceſ-
ſiſſe,licet tempore quo agitur, non adſit, quia ius ſemel ex-
tinctum per anterioritatem poſſ nõ reconualeſcit.l.qui res,
§ aream. ff ſolut.ita tenent Domi & Phil.ibi reprobata opi.
Lap. Sed hic ſolet dubitari,quid quãdo duo eſſent prouiſi ab
588 eodem legato,& alter haberet poſſ. † Io.Andr.in c.ſi a ſede,
uidetur dicere quod ſi cõſtat quis primo fuerit nominatus,
ille habebit,alias uitiabitur prouiſio.arg. l.duo ſunt Titii.ff.de
teſta tut.ego tamen credo rationẽ tex. in c ſi a ſede.in quan
589 tum loquitur de poſſ. habere locum etiam in legato,† quia
poſſibile eſt quod duo & plures habeant prouiſiones ſepa-
ratas ab eodem legato,& non ſit perplexitas in uerbis,ut poni
tur in exemplo Ioan.And.& tunc poſſ præualebit, quia acto
590 ris ius non erit clarum.ita tenet Philip.Fran. in d.c.ſi a ſede.
Fallit tertio , quando legatus una die reſeruauit pro uno, &
ordinarius eadem die contulit alteri , quoniam tunc præfer
tur qui habet collationẽ,ſi de reſeruatione anteriori non cõ
ſtat Io.And.& Paul.in d.c.ſi a ſede.ſed Lap.ibi tenet contra-
591 rium,quia reſeruatio legati,ſiue ſit facta motu propr.† ca.ſi
pluribus de pręběnd.in 6.ſiue generalis,quę habet uim con-
ſtit.æquiparantur collationi.c.ſi beneficia.de præb.in 6.ſi æ-
quiparantur. prærogatiua legati præualet.igitur &c. Aduer-
te,quia ſi tenemus opi.quod decretum legati nõ liget igno-
592 rante,†ut uidetur eſſe communior opin.de qua dixi ſupra,
quando decretum reſeruationis nõ erit intimatum ordina-
rio,opi.Lap.ſine dubio eſt vera. Si uero tenemus decretum
legati afficere etiam ignorantes,uel fuiſſe intimatum,& ta-
men non conſtare de prioritate,caſus eſt dubius.& pro opin.
Io.And.& Pau.facit glo in clem.ſi.in verſ.creatum.de reſc.
quando dicit beneficium creatum ea die,qua data eſt expe-
593 ctatiua,non comprehendi ſub expectatiua,†nam fortior,&
potentior actus prævalet minus potenti, ſicut excommuni-
594 catio actui contrario†Inn.in c.præterea requiſith. de appell.
facit quod dicam infra q.illa,quãdo præſentatus a patrono.
Attamen etiã in caſu noſtro quando reſeruatarius haberet
poſſ dicendum eſſet forſan contrarium. facit deciſ.Bar.in l.
1.in prin.ff.de bon.poſſ.ſec.tab. Quid tunc dicendum,quan-
do quis una die auctoritate legati uel papę,receptus eſt in ca
nonicum,& eadem die capitulum impetrat a papa,quod ad
nullius receptionem teneat,per literas ap. non facientes de
indulto huiuſmõi mentionem. an hoc caſu creatus in canoni-
595 cum per papam uel legatum.præfertur,†vel talis indulgen
tia noceat illi, Arch.Ioan.And.Domi.Phil.in d.c.ſi a ſede di
centes iſtam q.hodie inutilem propter clau.quæ communi
ter apponũtur in bul. Quomodo autem probetur prioritas,
& poſterioritas impetrationum concurrentium in data,
596 †uide glo.in c.duobus.de reſc.in 6.tripliciter enim probatur
per appoſitionem horæ, per teſtes,per confeſſionem partis.
Quarto quid ſi concurrunt præſentatus a patrono. & proui-
ſus a legato uel papa,cum derogatione patronorum,poſito
597 quod præſentatus ſit poſtea inſtitutus,& habeat poſſeſ.†uide
in q 54.Item,quid ſi concurrat reſeruatio papæ,& prouiſio
598 legati,dic quod in dubio ualebit collatio legati,† quia reſer
uatio eſt impedimentum, quod non præſumitur præceſſiſſe,
599 niſi probetur†Aegi.deciſ.215 235. Fel.in c.1.col.16. uerſi.de
duobus colla.de reſcrip. quid poteſt adduci ad collationem
ordinarii,& reſeruationem legati,quando cõcurrunt. Q.an
legatus poſſit conferre beneficia ſpectantia ad collationem
600 Regũ,†quod eſſe poteſt uel ex priuilegio,uel ex præſcriptio
ne tanti temporis,de cuius initio memoria non ſit, quoniam
601 tunc priuilegium præſumitur,†l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.
de aqua quot.& æſti.de quo per Io.And.in c.2.de pręb.in 6.&
Old.conſ.1.Abb.in c.dilectus.el 3.de pręb. maxime quia Re
602 ges inungunt,†ut dicit Io.And.in d.c. . Ego credo,quod ſi

collatio fuit reſeruata principi ut fundatori , legatus hoc nõ
poſsit, propter ea,quę habentur in c.cum dilectus.de iure pa
tro. Si ex mero priuilegio poſſit,tamen fruſtra attentaretur.
hodie,propter potentiam regum, quamuis priuilegium fo-
ri alias ſit de iure diuino,& per Fel.in c.a.de maior. & obed.
pro deciſione quod poſſit legatus cõferre huiuſmodi benefi
cia,facit quia comprehenduntur ſub generali reſeruatione,
de qua in c.a de præben.in 6. ut ibi tenent Arch. & Io. And.
Q.an legatus poſſit per indirectum conferre ſibi ipſi benefi-
cium, puta deputando aliquem locumtenen.qui ſibi confe-
603 rat?ſol † ſi legatus transfert poteſtatem ſuam in alium,ab di
604 cando a ſe,poteſt recipere,quia recipit tanquam ab alio,† ſe
cus ſi facit commiſſarium ſuum, quia uideretur a ſe ipſo re-
605 cipere † Abb.in c.ſi.de inſti.Fel.in c.ſane.in fi. de offic.de-
leg. Q.an legatus poſſit confirmare poſtulatos,qui eligi non
606 potuerũt?†ſol.poteſt excepta poſtulatione de epiſcopo,quę
607 eſt habenda a papa,†c.poſtulationem, vbi Innoc.& collect.
de poſtu.prela. Q.an poſſit conſtituere uicarium perpetuum
608 de conſenſu rectoris eccleſiæ † extra.c.extirpandæ.§.qui ue-
ro.ſol. uidetur poſſe,quia epiſcopus hoc poteſt.Spec.in tit.de
diſ.epi.uerſ.60.Card.in d §.quia uero.in 5.q in cum in fi cle.
1.de offic.vica. Q.an poſſit conferre duobus beneficium ſub
609 conditione,† ſi primus non acceptauerit, ſecundus habeat.
ſol.nõ poteſt,quia collatio debet eſſe pura.c.2.ubi no. de ele
ctio.in 6. Abb.in c. tuę de præben. Q.an legatus poſſit confer
610 re beneficia extra prouinciam, † ſol. cum conferre beneficia
611 ſit uoluntariæ iuriſdictionis, † ad inſtar epiſcoporum poterit
612 conferre illa in omni loco,etiam in curia Romana, † dum-
613 modo ibi nõ uacet,donec legatio durat, † per no.in c noſtr.
hoc tit. Innoc.in c.quia diuerſitatem , de conceſſ.præb.quod
eſt not.contra illos epiſcopos, qui uolentes conferre benefi-
714 cia ſua,exeunt urbem † Romam,ſecundum Pau. in tracta.
de pot.c.vac. ſe. in 12 par.q.1. quam tamen conſuetudinem
615 ego laudo propter reuerentiam Rom.pont.† Q.an poſſit cõ-
ferre beneficium ſub cõditione,ſi renuntiauerit ei quod ob
616 tinet?† ſol.poteſt Hoſt.in ca.ad audientiam,de reſcr.collect.
in c.ſignificaſti.de elec. Q.an poſſit conferre beneficium ſub
617 conditione ſi uacat †uide Lap.alleg.6. & quæ leguntur in c.
ſignificatum, de præben. Q. an conferat beneficia ad tem-
618 pus?† & uidetur,quod poſſit.c.paſtoralis.2.q.7. credo tamen
non poſſe, quia beneficia debent eſſe perpetua.cap.præſens,
50.diſt. & c.paſtoralis,procedit ex diſpenſatione papæ. Q.an
poſſit conferre beneficia , quæ ratione optionis debebantur
619 alteri,† uide ſupra.q.22. Q.an legato currat tempus ſex men
620 ſium ad conferendum,ſicut currit cæteris prælatis,† in ca.2.
de cõ ceſ.præben. Lap. dicit currere,quoniam eſt ordinarius
621 prouinciæ †c.2.hoc tit.in 6,quod non eſt uerum,† quoniam
622 deuolutio non poteſt fieri niſi ad papam,cũ nulli alteri ſub-
623 ſit † per c.licet.de ſup.neg.præla.ſed deuoluta ad papam, ipſe
624 cõfert;†ut dixi ſupra in prin.hoc tit igitur &c. Præterea etiã
ſi deuolueretur ad inferiorem,ipſe ſemper poteſt cõferre ea,
quæ conferunt inferiores quocunque iure , ut ſæpius repeti-
tum eſt.igitur nõ ſit deuolutio ablatiua poteſtatis eius,& hoc te
net card.in cle.ſi de beneficio in 5 q.de præb. Quod tñ limi-
tatur,ut nõ procedat,quando deuolutio fieret ad illum , qui eſſet
extra prouinciã,quia dum collatio ſpectaret ad illũ nõ poſſet
legatus ſe intromittere,ut dixi ſupra in prin. Q.quid ſi proui-
ſus ſit aliquis a legato auctoritate apoſtolica , & eadem die
625 alius a papa, nullo poſſidente, quis præfertur?† ſol. præfertur
prouiſus a papa.Domi.in cap.ſi ſede.de præben.in 6.Sed quid
diceremus,quando ſunt duo prouiſi a papa eodem die, vnus
pro fiat,alius pro motu proprio, præfertur prouiſus motu p-
626 priu,† propter reg. Cancellariæ, quia forſan alias nulla colla
627 tio teneret, † per no.in l.ſi.C.de dedit.libert.toll.& in l.cum q.
ff.de acqui. hære. Quid autem dicendum erit , ſi A. prouiſus
motu proprio. B.prouiſus per fiat,obtinet poſſeſ.& A.mori-
tur,aliter non moleſtato B. deinde. C. Impetrat.per obitum
628 A.& trahit B.in iudicium,quis erit potior in beneficio?† cau
ſa autem pendet in Rota & videt,quod B.nihil habeat, quo-
niam ius anterlationis,competens A. propter clau.motus pro
prii, ſtatim excluſit B.unde ſuccedit.reg.quod in beneficiali-
629 bus ſi a principio non ualuit,ex poſt facto non validatur,† ca
pitulo audiuis de elec.no.in cap.quod ab initio. Et ideo Rota
824.in ant.& communiter doct.in cap.ſtatutum.de præben.
in 6. dicunt collationem ordinarii factam pendente tẽpore
630 ad acceptandum non valere,etiam ſi poſtea non fuerit ſecu
ta acceptatio, de quo per Fel.late in capit. cum ex officii, ad
fi.de præſcrip.& ſupra.q.3. Ad quod facit,quia collatio non
631 recipit conditionem,neque poteſt eſſe in pendenti,† c.a.ubi
glo.de elec.in 6.& in reg.actus legitimi,neque etiam ex tem
pore dari c.præcepta. 55 diſt.gl.in c.paſtoralis.7.q.1. quod eſ-
ſet,ſi diceremus primo beneficium eſſe illius, qui habet mo
tu proprio,& ex die mortis fieri illius,qui habet,per fiat,ſine
noua inſtitutione.In contrarium uero facit,quia illa anterla-
tio

ſio reſpicit merum fauorẽ illius, qui habet clau.motus pro-
prii,ergo intelligitur, ſi ipſe illam proſequutus fuerit . argu-
men.l.ſeruum fili.ff.de legar.primo,l.filio præterito. ff.de in-
iuſt.rupt. teſt. quod etiam in fortioribus terminis tenent Io.
Mon.& An. har.in d.cap.ſtatutum,dicentes collationem or
dinarii factam, pendente decreto, pro aliquo reconualeſce-
632 re,ſi ille renuntiauerit gratiæ ſuæ , † & quamuis deciſio eo-
rum ibi communiter reprobetur propter naturam decreti
afficientis etiam ignorantes,tamen erit uera,& communis,
633 †quando nõ erit aliquod decretum ſicut in caſu noſtro,vbi
in reg.ſimpliciter dicitur illum præferendum,qui habet pro
motu proprio,præfertur ergo ſi uoluerit, alias non, ſicut dici
mus, quod collatio ordinarii reconualeſcit patrono poſtea
634 negligente præſentare, †ut per Felin.in dic cap.cum ex offi
cii,& in cap.cum Bertoldus,de re iudic. Ad contaria reſpon
detur,non eſſe inconueniens, quod ius perfectum in benefi
635 cio,ſit apud duos eodem tempore prouiſos. † reſolubile ta-
men propter prærogatiuam alterius.Ecce ſi hodie papa pro-
636 uidet mihi,& ordinarius tibi, ego præferor. † tamen ſi cras
tu accipias poſſeſſionem , ius antelationis , quod compete-
637 bat mihi,competit modo tibi.cap.ſi a ſede, & ideo doctores
dicentes ſufficere quandocunque. quod prouiſus ab ordina
638 rio præueniat apoſtolicum in poſſ. † ergo utraque collatio
ſubſiſtebat non obſtan.iure antelationis, quia alias poſſeſſio
non potuiſſet validare titulum reſolutum, & annihilatum,
639 †ſed opus fuiſſet noua collatione,ſicut in ſimili dicitur in c.
ſi beneficia,de præbend.in 6.& in cap. 1.de rer. permut.eod.
lib.& ſic ceſſant argumen. chimerica Car.& Oldra.de qui-
bus per Felin . in d.capit.cum ex officii. nam beneficia bene
640 poſſunt eſſe in pendenti,dum titulus poteſt reſolui, † d.cap.
ſi a ſede,ſicut etiam poteſt eſſe ius, quod acquiritur ex præ-
641 ſentatione,altero præſentato,vel non præſentato,† Abb.in
cap.cum Bertoldus,in 2.col.de re iudic.attamen in hoc ro-
ta obſeruat,quod ſi habens per fiat ſimpliciter producat pro
642 uiſione ſuam,alio non opponente, canonizabitur ea. † Sed
ſi opponatur poſtea de alia habente motu proprio, illa cano
643 nizabitur,reiecta prima,† & non curat ſubtiliter inquirere,
944 an ipſo iure, an per excep. †& in propoſito noſtro.C.qui im
petrauit per obitum A.contra titulum B.det de antelatione
A. audietur.quia ſua intereſt opponere. Q. an quando præ-
ſentatus a patrono,& poſtea inſtitutus, poſſeſſione ſubſecu-
645 ta,præferatur illi,qui eadem die fuit prouiſus a papa?†& ui-
detur præferri debere,quoniam ratio quare in cap ſi a ſede,
de præben.in 6 prouiſus ab ordinario præfertur prouiſo a pa
646 pa,quando habet poſſeſſionem,†eſt.quia præſumitur proui
647 ſum ab ordinario fuiſſe anteriorem†ſecũdum Phil.ibi,ideo
ſi unus haberet horam per quam præſumptiue conſtaret de
648 anterioritate,preferreretur etiam habenti poſſ. †ut not.in d.c.
ſi a ſede,& alias dixi, ſed ius quod acquiritur ex præſentatio
ne,reſpectu anterioritatis,habet eundem effectum,quem &
649 ipſa prouiſio,†quia dicitur tale ius quæſitum,quod papa nõ
650 intendit tollere, †Rot.deciſ.244.in no.Item,quia inſtitutio
ſequens præſentationem , trahitur ad diem preſentationis
651 tanquam ad principium neceſſarium, †l.damni.§.Sabini.ff.
de dam.infect.Contrarium tamen tenuit maior pars domi-
norum,dum queſtio agitaretur in rota,quoniam cap.ſi a ſe-
de.loquitur in iure perfecto, nõ in preſentatione,que ſolum
652 tribuit ius ad rem,†capit.3.de iu.patron.unde licet poſſeſſio
653 adiecta titulo perfecto,operetur hoc priuilegium,†ſecus ta-
men ſi titulo imperfecto & illius tex. diſpoſitio procedit nõ
a preſumpta anterioritate, ſed a priuilegio ipſius poſſ.quod
habet effectum,quando cauſa poſſidentis, & non poſſiden-
654 tis,eſt equalis,†ut in reg.in pari in 6. quod probat text.quan
do dicit,nec appareat que collatio fuerit primo facta,erit po
655 tior conditio poſſidentis.† in caſu aũt noſtro titulus nedum
eſt imperfectus, ſed incertus, quoniã euenire poterit ut præ-
656 ſentatus non inſtituatur,†cum adhuc ſubeundũ ſit examen
657 inſtituentis , † & cum etiam variari poſſit a patrono ſaltem
658 alium accumulando, vnde erit locus gratificationi,† capit.
cum autem,cap.paſtoralis, de iure patro.quare cum titulus
collationis ſit expeditior , & potentior quam præſentatio ,
659 †quæ aperit uiam ad titulum,ſemper in dubio iudicabitur
660 præceſſiſſe†argumen.eorum quæ tradit Innocen.in capitu.
præterea,de appellat. vnde poſſeſſio ſequens tanquam præ-
661 uenta nihil operabitur,†ſicut non operatur quando conſta
662 ret de hora anteriori,†ut ſupra dixi.Et ad hoc facit Dec.Io.
Andr.quam ſequuntur Pau.& Imol.in dicto capitulo ſi a ſe-
de.quamuis Lap.& Dominic. impugnent, quando uolunt ,
etiam collationem ordinarii cõcurrentem cum reſeruatio-
663 ne papæ præferri,†cum tex.in capitu.ſi a ſede.ſit exorbitans,
664 ideo reſtringendus ad caſum ſuum,† ad hoc facit deciſ.Phi.
capit.nemo,verſic.quinto, de electio.in ſexto, quando dicit
quod ſi commenda legati, & prouiſio ordinarii concurrant
665 eodem die,præualebit collatio ordinarii,† propter prætoga
tiuam tituli.& ſi diceremus poſſeſſionem inducere, ut præ-
ſumatur anterioritas,id tantum habebit locũ,quando capta
666 eſt eodem die.†qua facta eſt prouiſio, quia ſi alio die, non
eſt ratio,cur hunc effectum inducat, cum conſtet die, qua
prouiſiones emanauerant , neque unum neque alium poſſe-
diſſe.Itaque cum agatur de prioritate, uel anterioritate il-
lius diei.poſſeſſio deinde ſecuta , tanquam diuerſa,ad hunc
effectum non conſiderabitur l.Papinianus exuli.ff.de mino.
attenditur enim tempus datæ.capitulo ſi eo tempore. de re
ſcrip in 6.capitulo cum te.eod.titu.placet igitur magis ratio
prima,ut dicamus poſſ.quocunque tempore præocupatam,
inducere effectum ſuum , quod admittunt doct. in capitulo
ſi a ſede. quamuis etiam in hoc maior pars dominorum te-
nuerit poſſe.non ſuffragari , quando capta fuit alio die, † ex
667 quo dies collationis ordinariæ non ſuffulta poſſeſſione , nõ
habet quo uincat collationem papæ,neque etiam potuit ca
pi poſſeſſio a præſentato,priuſquam inſtituatur.Sed dubita-
tur , quid ſi conſtaret de hora præſentationis , & dicendum
præſentatum præferri, quia iam eſt illi acquiſitum ius conſi-
668 derabile,quod papa non intendit tollere,† ſecundum deciſ.
de qua ſupra , quod eſt uerum,quando conſtaret horam pre
ſentationis præceſſiſſe,per not.in cap. duobus, de reſcrip.&
Ioan.Andr.in capi.ſi a ſede. Sed quid ſi tantum probaretur
hora ex parte ordinarii,& ex parte prouiſi a papa,probaretur
tñ idẽtitas diei,an præferetur qui hẽt horam,& uidetur pre
669 ferẽdus,†quia probatio certior,uincit, probationem minus
670 certam,†Bal.poſt Cy.in l.de reb.de don.ante nupt.& ita per
hanc rationem concludunt Soci.& Iaſ.in l.1.ff.ſol.matr.nõ
obſtan.quod glo.in c.ſi duob. & in capit. ſi a ſede.loquantur
quando ex utraque parte conſtat de hora . Cõtrarium tamẽ
671 conſuluit † Soci.in conſi. 67.in 3. volum. maxime quando
eſſet clau.motus proprii,quam opin.ego ſequor,quoniam li
cet probatio eius , qui habet horam , ſit admodum certior ,
tamen non eſt talis,que releuet, cum prouiſio pape potuerit
eſſe anterior , unde non probat hoc eſſe . † l. neque na-
672 tales.C.de probat.cap.in præſentia,eo.titu.non enim eſt ali-
qua ratio cur ceſſet præſumptio ſeu prærogatiua prouiſio-
nis papalis,alias eſſet in poteſtate ordinarii per iſtas ſubtilita
tes eludere prouiſiones apoſtolicas , in quibus non conſue-
uit apponi hora. & hoc procedit, maxime quando hora non
eſſet appoſita in prouiſione, ſed eſſet probanda per teſtes,q.a
ut dictum teſtis concludat,oportet præciſe probare non præ
673 ſumptiue. † d.capitulo in præſentia. Non obſtat Theorica
674 Bald.†quoniam loquitur quando probatio ex oppoſito non
675 habebat aliquam determinationem diei.† in caſu noſtro pre
676 ſupponimus conſtare de die,quod ſufficit,cum probatio ho-
ræ non ſit in uſu,†ideo nõ procedit,quod ipſe dicit , dubiam
677 probationẽ uincit a probatione liquida,†uel procedit illud,
quando ex probandis nullam habet prærogatiuam,tũc enim
hora prior eſt clare probanda , ut ibi per ipſum . pro quo fa-
ciunt allegata per Socin. eo conſ.& quantum ad caſum pre
ſentationis,res non eſt dubia , quia præſentatio non radicat
678 ius in præſentato ſicut collatio, pro quo faciunt dicta in præ
cedentibus,memini alias diſputatum in Rota,quid quando
erant,duo qui habebãt horam,ſed unus probabat,quod col-
latio erat facta ſtatim quod obiit anteceſſor inter 11.& 12.
horam. alius probabat quod habuerat in initio. undecimæ
horæ.& domini ſequẽtes theoricam Bald. tenuerunt primũ
præualere. Q.an legatus poſſit conferre beneficia ad tẽpus.
679 † & uidetur non poſſe,quia canones non concedunt ut ha
beamus filios temporales l.quãtum.ff. de adopti.nec etiam
quod ſub conditione aliquis inſtituatur.†capitulo quam pio
680 prima quæſtione ſecunda,nullus autem citra papam.poteſt
681 facere contra canones, etiam ſi ſit legatus. † igitur &c.ita
concludit Cardi.in conſi.67.in ſecundo dubio.Felin.capitu-
lo.fin.in 3.colum.uerſicu.primus caſus, de iudic. contra au-
tem uidetur per ea , quæ dixi in 53.quæſt.& per tex. in capit.
ueniens.de fil.presby. ubi epiſcopus dat beneficium ad tem
682 pus,donec de alio prouideat, † ſed dic quod beneficia debẽt
683 dari ut ſint perpetua,non ad tempus uel ſub conditione. †ca
pitu. præcepta.55.diſt.gl. in d.capit.paſtoralis & glo.in cap.
ex parte.de cler.ægro.in d.cap.ueniens.Card.& Felin.ubi ſu
pra.Fallit quando titulus eſſet reſolubilis,vel haberet condi
684 tionem a iure ſubintellectam,†ut in caſu capituli ueniens,
capituli paſtoralis, & etiam in exemplis,quæ dedi ſupra.que
ſtio.55.di. fallit ſecundo quando legatus ex cauſa uellet da
685 re eccleſiam ad tempus,†nam ſicut papa hoc facit,in d.cap.
paſtoralis,faciet etiam legatus poſtquam non reperitur hũc
caſum eſſe de reſeruatis ſpecialiter papæ,iuxta no.in capitu-
lo quod tranſlationem.nec adeo haberent iura iſta tempora
ria adminiſtrationem , cum paſſim ſub titulo commendæ,
& coadiutoriæ hoc concedant capitu. nemo , de elect. in 6.
d.cap. ex parte,de cler.ægrot.Q.an legatus poſſit conferre be-
neficia, quæ per ceſſum , uel deceſſum erant ſupprimenda
ex

686 ex ſtatuto iurato, & confirmato?†ſol ſimplex legatus nõ po-
teſt. Imo in capitulo fin. columna 13. de rerum permutatio.
alias inſpiciendus tenor facultatum. Quæro an ualeat col-
687 latio legati, literis non expeditis, † & an pœna extraua-
gan. iniunctæ. de electio. habeat locum in prouiſis a lega-
688 to†quantum ad extrauag. dic quod nõ habet locum, † quia
689 cum ſit pœnal. & loquatur de promotis in curia Roma. non
habebit locum coram aliis, ut ibi dicit glo. & etiam, quia il-
la extrauagan. habet locum tantum in conſiſtorialibus, ut
ſæpe tenuit rota, de quibus non diſponunt legati. Circa pri-
mum pendet ab articulo, an gratia ſuffragetur literis nõ ex-
690 peditis, dicam infra in materia penſionis † addẽdum etiam
691 eſſet an reg. quæ dat ſex menſes pro expediendis literis, †ha-
beat locum quando aliquis infra illud tempus ceſſit alteri,
& Rota tenet, quod non, quia reg. eſt ſtricte intelligenda, ui
de ad hoc Roman. in conſil. 102. qui loquitur in ſimili caſu.
Q. an legatus poſſit confirmare electiones ad quaſcunque di
692 gnitates;†ſol. poteſt, & expreſſum hodie in cap. ſi abbatem.
de electio. in ſexto, & ante illum textum, hoc tenebat Com-
poſtellanus. in capit. quia diligentia, de electio. quod tamen
fallit in epiſcopis poſtulatis, quando transferuntur ab una ec
693 cleſia ad aliam, † quoniam tunc eſt neceſſaria papæ diſpen-
694 ſatio, ut ſępe dictum eſt. †poſtulationes autem aliorum infe
695 riorum poteſt admittere, † ut, quando Abbas unius mona-
ſterii poſtularetur ad aliud, dummodo poſtulatus nõ ægeat
696 diſpenſatione, quam legatus præſtare nõ poſsit, † ut ſi agens
18. annum poſtularetur in abbatem de hoc Abb. in cap. fin.
de poſt. prælat. nam licet poſtulatio dicatur pendere ex gra-
697 tia, †adeo quod poſtulatus debeat cum maxima reuerentia
698 ad ſuperiorem accedere, flectere genua, demiſſo capite, †pe-
tere admitti, cum electus poſsit elato ſupercilio confirma-
tionem petere, ut per Ioan. Andr. & Abbatem in capit. pen.
de poſtu. prælato. tamen iſta ſemper a pari procedunt, & idẽ
699 iudicatur de poſtulatione, & electione, † cum poſtulatio ſit
700 in ſubſidium electionis, † ut per Goffr. Hoſt. & alios in ſum-
mis ſuis, in titulo de poſt. prælat. & quando reiicitur poſtula
701 tio ſine cauſa, fit iniuria poſtulantibus, † gloſ. in cap. cupien-
tis. §. cæterum, in uerſ. contumacia. de elect. in 6. Abb. in ca-
pit. bonæ. el primo, & in cap. pen. de poſtul. prælato. Q. reuo-
catum fuit in dubium, an cardina. factus legatus urbis, a pa-
pa recedente ab urbe, poſſet conferre beneficia abſque ſpe-
702 ciali mandato. †Dicendum uidetur, eum poſſe conferre, pro
pter generalem diſpoſitionem text. in capitu. cum dilectus.
hoc titu. & in capitulo 1. eodem titu. in 6. nam iſte, qui eſt le-
703 gatus in urbe, dicitur legatus ſedis apoſtol. † & de latere do-
704 mini papæ, ſicut cæteri, † cum ſedes apoſtolica dicatur eſſe
705 ubi eſt papa †contrariam tamen ſententiã ſecuti ſunt mul-
706 ti, dicentes legatũ urbis non poſſe conferre beneficia, † quia
licet papa ſit ordinarius totius mundi, tamen ſpecialius eſt
707 epiſcopus urbis Romæ. † unde in aliis diœceſibus habet epi-
708 ſcopos fratres, Romæ ſolus eſt epiſcopus. †quemadmodum
igitur epiſcopus ponẽdo uicarium quantumuis generalem,
709 non cenſetur dediſſe poteſtatem conferendi beneficia, †ca
pit. 1. & 2. de offic. uica. in 6. eodem modo dicendum in papa
propter identitatem rationis. Ad hoc facit, quia legatus
710 non confert beneficia reſeruata collationi papæ, †ut dixi ſu
711 pra, ergo nec beneficia urbis, quæ propriæ ſunt talia. † Et hãc
712 exiſtimo ueriorem, niſi facultates legati aliud ſonent, †qua-
713 rum tenor maxime attendendus, †ut prædixi. Fallit tamen
hoc in beneficiis ſpectantibus ad collationem aliorum epi-
ſcoporũ intra limites legationis, †per ea, quæ præmiſſa ſunt.
Idem forſan poſſet dici de beneficiis urbis, quæ ſpectant ad
715 collationes inferiorum, † ut uidere eſt in titulis cardinaliũ,
vbi multa beneficia ſunt ad collationem ipſorum cardina-
716 lium. † Veruntamen ſpecialia multa cardinalium obſtarẽt.

LIBER IIII.

SVMMARIVM.

1 *Legati poteſtas in reſeruandis beneficiis.*
2 *Legatum quæ beneficia conferre, eadem & reſeruare poſſe.*
3 *Dumtamen pendente vna reſeruatione, aliam non faciat.*
4 *Reſeruatio contemplatione certæ perſonæ facta, quod tamen non tribuat ius illi ut illud proſequi poſſit & ualeat.*
5 *Solũ Papa reſeruatum, dare ius inicquam ad uacatura.*
6 *Reſeruatio, quando fauorabilis, uel minus fauorabilis exiſtat.*
7 *Reſeruationes mentales non de facili reuocari.*
8 *Legatus, quando reſeruet beneficia manualia.*
9 *Reſeruatio de beneficiis manualibus, quod non ſit de reſeruatis.*
10 *Beneficia manualia, quod vera beneficia non ſint cum non dentur niſi ad tempus.*
11 *Beneficia, quod ſint perpetua.*
12 *Manualia beneficia quænam eſſe intelligantur.*
13 *Manuales non habere poſſeſſionem aliquam in beneficio, ſed vt Vicarij ſint & cuſtodes.*
14 *Perpetuum iudicari ſi quid de facili remoueri non poſſit.*
15 *Manualia regularium & ſecularium in quo differant.*
16 *Facultas amouendi religioſum, quod magis deſcẽdat ani profeſſionis, quam à natura beneficij.*
17 *Legatus, quando poſſit confirmare manualia.*
18 *Confirmatio papæ de manuali, quid operetur.*
19 *Legatum licet ſit Iudex exemptorum, quod tamen non poſſit deſtruere ordinem, vel obedientiam.*
20 *Manualia ex conſuetudine aliquando fieri perpetua, prout vſu venit in Camaldulen.*
21 *Camaldulenſes dare beneficia congregationis ad annum, ita vt annus intelligatur perpetuus.*
22 *Quod magis attendatur id, quod agitur, quam quod dicitur.*
23 *Legatus, quando beneficium monoculare reſeruare poſſit, & valeat.*
24 *Monoculare beneficium quod dicatur.*
25 *Legatum ſi duo monocularia habere contingerit, vnum ad eius collationem: alterum vero ad collationem alterius, ſi vtatur priuilegio monocularitatis.*
26 *Canonici, qui diuiſerunt collationes, an gaudeant priuilegio monocularitatis.*
27 *Legato ſi competat facultas reſeruandi primum vacaturum in genere, citra expreſſionem certi beneficij.*
28 *Generis expreſſio, quando reſtringatur ad indiuiduum, quod æquipolleat expreſſioni ipſius indiuidui.*
29 *Affectio beneficij incerti, quod uideatur remotior a voto captandæ mortis, quam ſpes illius pro quo reſeruatio facta eſt.*
30 *Patronus, quod non poſſit dare facultatem alicui præſentandi ad certum beneficium cum uacabit.*
31 *Si uero ad omnia beneficia, quod utique poſſit.*
32 *Multa permitti in genere, quæ in ſpecie aliter non permittuntur.*
33 *Reſeruatio ſi quæ fiat a legato, quod nullum ius tribuat.*
Et infra num. 37.
34 *Legatum deputare executores in literis reſeruationum ſuarum.*
35 *Cum facultate conferendi beneficium cum primum uacauerit in eius fauorem, pro quo reſeruationem fecit.*
36 *Item etiam inhibere in caſu præmiſſo, legato datum eſt.*
37 *Votum captandæ mortis ceſſare in reſeruatione legati, cum nullum ius tribuat, ſupra nu. 33.*
38 *Legatum reſeruare cum clauſula ſi quis acceptan. duxerit infra menſem.*
39 *Item, quod dicta reſeruatio concepta ſub verbis, duxerit acceptan. tanquam genus cum ſit, vnicam tantum ſpeciem includat.*
40 *Ordinarius, quando pendente menſe conferre poſſit.*
41 *Contrariam ſententiam Io. Andr. tenere.*
42 *Ordinarius, ſi conferat pendente reſeruatione legati incerta.*
43 *Legato permiſſum reſeruare pro certa perſona.*
44 *Reſeruationem legati ius non tribuere illi, pro quo facta eſt donec conferatur.*
45 *Legatum dare executores, qui conferant, & inhibeant.*
46 *Decretum legati, quando ignorantes afficiat.*
Limita vt infra num. 56.
47 *Legatus, quod non poſſit aliquid contra ius.*
48 *Collationis ordinarij annullationem, pœnam eſſe.*
Et infra num. 56.
49 *Principis decretum ligare etiam ignorantes.*
50 *Decretum principis, quod habeat vim ſententiæ diffinitiuæ.*
51 *Decretum inferioris a principe quam vim habeat.*
52 *Communem ſententiam a Socino celatam.*
53 *Contrariam ſententiam Imolam & Hoſtien. ſequi.*
54 *Opinionem Innocentij Collect. ſequi.*
55 *Auctoris opinio refertur in præmiſſis.*
56 *Decretum non ligare ignorantes, quando quæratur, an quis puniri debeat.*
57 *Annullationem actum pœnam non eſſe, ſuſtinetur pro limitatione contentorum ſupra num. 48.*
58 *Limitatio ad idem, tunc demum eſſe pœnam ſi fiat in odium agentis, & non aliter.*
59 *Principis decretum habere vim ſententiæ, dictum ſupra num. 50. qualiter procedat.*
60 *Legati reſeruatione pendente iuxta deducta, & relata ſupra nu. 38. ſi ordinario conferre permiſſum ſit.*
61 *Auctoris opinio refertur.*
62 *Mandatum de conferendo ſui natura non afficere beneficium, neque imponere præciſam neceſsitatem conferendi.*
63 *Reſeruationem afficere beneficium, ita quod poteſtas conferendi vitiatur ordinario.*
64 *Conditionis effectum taliter ſuſpendere actum quod cum aduenerit medio tempore facta retractentur.*
65 *Legati reſeruatio quando pendere dicatur.*
66 *Reſeruatio ſecunda, non facta mentione de prima finita, quando nulla ſit.*
67 *Ioannis de Fantutijs opinio refertur.*

Limi-

68 *Limitationes ad idem.*
69 *Reſeruatio qua alia cadat pendente lite ſuper beneficio reſeruato, & collatum per legatum.*
70 *Beneficium per reſeruationem non habere, qui pacificam poſſeſſionem non habet.*
71 *Reſeruatione pendente de eo quod ſpectet ad collationem, ſi cadat reſeruatio in his, qua ad praſentationem ſpectare videntur.*
72 *Collationem, & praſentationem in eccleſiaſticis vim habere, ideo aliter variari non poſſe.*
73 *Reſeruatione pendente, ſi reſeruatio fieri poſſit de eo, quod ſpectet ad inſtitutionem.*
74 *Inſtitutio proprie intelligi ſi qua fiat ad patroni praſentationem.*
75 *Inſtitutio, quod ſit actus iuriſdictionis.*
76 *Opinio Pauli refertur.*
77 *Legatum plura beneficia reſeruare poſſe ſpectan. ad inſtitutionem, vel praſentationem Epiſcopi.*
78 *Collatio, & inſtitutio, quod ſint diuerſa, & incompatibiles.*
79 *Gondiſalui opinio improbatur.*
80 *Auctoris diſtinctio pro veritate.*
81 *Legatum non conferre beneficia, qua ſint de iure patronatus laicorum.*
82 *Collatorem in conferen. quod donet. & liberalitate vtatur ſaltem dando uni magis quam alteri.*
83 *Finis quando neceſſario trahatur a principio, principium conſiderari, & non finem.*
84 *In neceſſitatibus, quod nemo liberalis exiſtat.*
85 *Legatus an poſſit conferre beneficium, quod ad ſuam & alterius collationem ſpectare dignoſcatur, & pertinere, epiſcopi collatione pendente.*
86 *Dictum quod commune eſt & meum eſſe in fauorabilibus tantummodo procedere.*
87 *Iurans ſuum non eſſe, quod iurat & commune pariter non eſſe.*
88 *Communis Doctorum ſententia in pramiſſis.*
89 *Item, an pendente conſimili reſeruatione, reſeruari poſſit beneficium ſi quod alternatim ad eius collationem ſpectet.*
90 *Plura beneficia ſpectantia ad collationem diuerſorum, quando reſeruari poſſint.*
91 *Legati collatio, non facta mentione de reſeruatione, quando valeat, & teneat.*
92 *Legatum voluiſſe conferre uni beneficium, quod alteri reſeruauerit, verisimile non eſſe.*
93 *Limitationes quatuor ad idem.*
94 *Legatus ſi reſeruauit duo beneficia ſimul, cum unum tantum reſeruare poſſet, an reſeruationem ipſam vitiari contingat.*
95 *Et vitiari, ſi quidem propter incertitudinem.*
96 *Reſeruationes odioſas eſſe, nec utique niſi unum in una reſeruatione reſeruari poſſe.*
97 *Si qua fiant contra legem non valere, non item qua ſecundum legem in ea ſit permiſſo.*
98 *Prouiſus ab executore, vel a legato qui praferatur.*
99 *Executor legati quando inhibeat.*
100 *Reſeruatio, quando expiret morte legati, vel per illius amotionem a legatione.*
101 *Limitatio in caſu de beneficio collationi papa reſeruato.*
102 *Ratio, cum etiam amoto legato, adhuc duret affectio ordinariam impediens.*
103 *Executor deputatus a legato ſi finita legatione conferat.*
104 *Legatione finita, reſeruationem quamcunque ceſſare.*
105 *Etiam ſi ab executore deputato ad decretum & inhibitionem proceſſum eſſet.*
106 *Item etiam ſi beneficium ſic vacans, in vim reſeruationis petitum fuiſſet.*
107 *Dummodo de tempore expirantis legationis collatio ſubſecuta non ſit.*
108 *Quo caſu omnis ipſius reſeruationis effectus expirat.*
109 *Collationem ordinarii finita legatione aliter non reconualeſcere.*
110 *De rigore ſi quidem, non autem de aquitate.*
111 *Collationem ordinarii non valere pendente menſe ad acceptandum.*
112 *Canonicatus datus a legato ſi finita legatione ceſſet & extinguatur.*
113 *Legatione finita, executorem conferre non poſſe.*
114 *Canonicatus per ſe beneficium dici, quod ſi quidem etiam ſine prabenda eſſe poſſit.*
115 *Canonicus ſi a papa vel a legato receptus ſit an eius prabenda affecta intelligatur.*
116 *Legatus ſi reſeruet prabendam, & canonicatum primo vacaturum, vbi certus canonicorum numerus aliter non ſit.*
117 *Rem perituram non perire, & mortuos viuere Dei officium eſſe in naturalibus.*
118 *Legatus ſi poſſit indiſtincte reuocare reſeruationem ſuam.*
119 *Limitationes ad idem.*
120 *Limitationem utramque in dubium ab Auctore reuocari.*
121 *Verbum, ex nunc, in collationibus, quid importet.*
122 *Quodque talis collatio reſpiciat principium & finem.*
123 *Legatus, ſecuta vacatione, quod non poſſit alteri conferre.*
124 *Ratio aſſignatur.*
125 *Reſeruatio an expiret legatione finita.*
126 *Gratia papa ſimpliciter, quod per eius obitum aliter non expiret.*
127 *Reſeruatio legati quando reuocari poſſit.*
128 *Reſeruationis legati forma.*
129 *Decretum legati in reſeruatione adiectum, an poſſeſſionem inficiat.*
130 *Decretum papa in reſeruatione appoſitum, quid operetur.*
131 *Spoliatum non reſtitui, quando eidem obſtet ſpecialis reſeruatio cum Decreto.*
132 *Limitatio ad idem, ut non procedat, quando quis ſit ſpoliatus lite pendente, quia tunc iudicis officio veniret reſtituen.*
133 *Lex, quod ſit certa etiam de omnibus, ſi qua ſint in rerum natura.*
134 *Decretum, ſi quod apponatur in alternatiuis epiſcoporum, cuius ſit effectus.*
135 *Legatus quando reſeruet beneficium ſpectans ad inſtitutionem epiſcopi, an cenſeatur grauaſſe patronos.*
136 *Inſtitutio proprie loquendo, quod ſit de praſentato.*
137 *Legatus ſi dare conſueuerit literas monitorias, praceptorias, & executorias pro aliquo beneficiato.*
138 *Monitionem neceſſitatem non inducere.*
139 *Legatus in reſeruationibus ſuis executores deputare poſſe, qui conferant.*
140 *Praceptorias non dare, cum ius ad vacaturum aliter non reſeruat.*
141 *Legati obligatio ad conferendum, ſi efficax ſit.*
142 *Correctionem, ut in pluribus, odioſam eſſe.*
143 *Legatum contra decreta concilii Lateranen. aliter non diſponere.*
144 *Executor quando conferat beneficium deuolutum ad eum, cuius collatio grauata eſt.*
145 *Qualitas beneficii, quod tempore collationis attendatur.*
146 *Beneficium reſeruatum, cum primum vacare ceperit, reſeruatio afficit illud, & impedit deuolutionem.*
147 *Reſeruatio legati, & collatio ordinarii, quando concurrant, non conſtito de prioritate, vel poſterioritate, & nullo eorum poſſeſſionem haben. quem praferri contingat.*
148 *Et reſeruationem ſi quidem praualere ſuſtinetur.*
149 *Reſeruationi papa, & legati, quando concurreant, quis praferatur.*
150 *Et reſeruationem praferri ex non nullorum ſententia.*
151 *Auctoris opinio eſt prarogatiuis locum eſſe.*
152 *Receptus auctoritate legati, quod auctoritate apoſtolica receptus dicatur.*
153 *Legatus, quando poſſit reſeruare unum, vel plura beneficia ad collationem quomodocunque ſpectantia, ſi poſſit in eodem epiſcopatu quatenus que voluerit, reſeruet.*
154 *Legatus ſi uno, eodemque tempore duas eccleſias reſeruet, an una vel altera reſeruatio magis valeat & ſubſiſtat.*
155 *Quodque ea ſi, qua ſit pinguior, reſeruata intelligatur.*

LIBER QVARTVS.

P*Oſtquam in libro pracedenti tractatum eſt de poteſtate legati in conferendo beneficia, & reſeruatio etiam collationi proxima eſt praſenti libro de poteſtate eiuſdem in reſeruando, mox que in commendando dicetur.*

1 De poteſtate legati in reſeruando beneficia. †

POteſt enim legatus collationi ſuæ omnia beneficia reſeruare, quę poteſt conferre† ita tamen ne pen-
2
dente una reſeruatione in aliqua diœceſi,
3 non facit aliam, † capit. deliberatione. hoc titulo. Et huiuſmodi reſeruatio quantuis fieri poſſit cōtemplatione certę perſonę, tamē
4 non tribuit ius illi, ut proſequitur. †Late Spe. in §. nunc oſtēdendum. & Abb. in capit. dilectus. el primo. de prębend. dicens legatum tūc poſſe uariare & alteri conferre cum ad ſo-
5 lum papam ſpectet dare ius ad uacatura† cap. nulla de conceſ. pręben. capitulo deteſtandę. cap. ne captandę eodem titu. ita concludunt omnes in cap. pręſenti cap. deliberatione
6 hoc titul. Quando enim reſeruatio fit pro certa perſona exit naturam reſeruationis, †quę fieri ſolet ut prouideatur perſonę gratę & dignę, quando uacauerit, & hęc eſt fauorabilis in ſe licet alio reſpectu odioſa, alia uero pro certa perſona, quia obuiat concilio Lateranen. eſt odioſa p ſe, unde Rota ſeruat quod per reuocationem factam a papa de reſeruationib. ſuis non intelligantur reuocatę reſeruationes mentales, † quę
7 non tribuunt alicui ſpecialiter ius, qa tales ſunt fauorabiles. Dixi autem, quod legatus poterat reſeruare beneficia, quę poterat conferre, quia cum reſeruatio fiat ad effectum collationis futurę ubi non eſt collatio non eſt reſeruatio & ideo tota materia pręcedentis libri de collatione, facit ad hunc tractatum. Q. primo, An legatus poſſit reſeruare beneficia
8 manualia †quod eſt quęrere, an poſſit eadem conferre, & uidetur non poſſe, quia papa non confirmat capit. ad noſtram. cap. porrecta. de confirma. uti. uel inuti. ergo minus legatus Tu tamen vide Hoſt. Io. And. & Imo. in d. c. porrecta. dicen-

tes

tes papam quotidie confirmare iſtos priores manuales, ergo
9 etiam legatus, † quia non reperitur de reſeruatis. Ego teneo,
legatum non poſſe conferre & ſic nec reſeruare, quoniam
beneficia huiuſmodi non dicuntur vere beneficia, quia dan
10 tur ad tempus, † & beneficia debent eſſe perpetua, † capitulo
11 priſcis. 50 diſtinctio Dicuntur autem manualia, † quia co-
12 rum natura eſt, vt præſidens illis ad nutum ſuperioris amo-
ueatur, in tantum quod ſi Abbas paciſceretur non amoue-
re monacum ab adminiſtratione, non valeret pactum. Ar-
chidiac. & Ioan. Andr. in capit. præſcuti, hoc titu. collect. in
dicto capit. porrecta. & poſſet nihilominus amouere etiam
ſi iuraſſet non amouere, dummodo tunc non faceret aucto
ritate propria ſecundum collectio. Et iſti manuales non ha-
bent aliquam poſſeſ. in beneficio, ſed tenẽt vt vicarij vel cu-
13 ſtodes † ſecundum Anton. in capit. fin. 11. & 12. colum. verſ.
mihi videtur. de cauſ. poſſ. & propr. vide tamen Boniſ. in cle
ment. prima, §. in quibus. de ſup. negl. præl. dicentem talia
beneficia vere uacare per obitum iſtorum rectorum, pro-
pter quod innuitur, quod ea vere poſſidebant, etiam in titu-
lum, & ex eo ſatis iudicari perpetua, quia poſſunt non remo
14 ueri † argumen. in l. ſufficit. ff. de conditio. indebit. quare di-
ſtinguendum inter manualia regularium & ſecularium cle
15 ricorum, † manualia enim regularium ſunt in ſe perpetua,
quia illa facultas amouendi religioſum, deſcendit magis a
16 ui profeſſionis, quam a natura beneficij † de quo in clement.
prima, de ſup. neg. præla. Aegid. deciſio. 702. Poterit ergo le-
17 gatus confirmare iſtos in manualibus † per præmiſſa, ſed ta-
lis confirmatio non alterabit naturam manualitatis, ſicut
nec confirmatio papæ, ſecundum Innocent. in capit. niſi, de
præben. collect. in capit. per tuas, de confirm. util. vel inutil.
Abb. in dicto capitu. porrecta. non enim ex hac confirmatio
ne ſubtrahitur monachus ab obedientia regulari, & ita di-
cunt alleg. doctor. declaraſſe Benedictum in quadam conſti
tutione, quam fecit ſuper ſtatu religioſorum. Fallit tamen
hoc in papa, quando ea certa ſcientia confirmaret benefi-
cium huiuſmodi religioſo, quia ſic videtur dare ad uitam,
18 † argumen. dicti cap. porrecta. collect. in dicto cap. per tuas,
quod tamen non procederet in legato, quia licet ipſe ſit iu-
dex exemptorum. capit. ſi abbatem. de electio. in ſexto, non
tamen poteſt deſtruere ordinem, vel obedientiam eorum.
19 Fallit ſecundo, quando iſta manualia ex cõſuetudine eſſent
facta perpetua cum effectu, vt accidit in iſtis fratribus Ca-
20 maldulenſibus, † qui dant beneficia congregationis ad an-
21 num, ita vt annus intelligatur perpetuus † cum magis atten-
22 datur quod agitur, quam quod dicitur. † cap. plerique 14. quę
ſtio. 3. cap. certum, de regulis iuris, in ſexto, C. plus ual. quod
agitur. in rubro, & nigro. Tertio, q. an poterit reſeruare bene
23 ficium monoculare: † & credo nõ poſſe, per rationem Ioan.
Monac. in regu. in generali, & Archidiac. in capit. ſi pro cleri
cis, de præbend. in 6. & Rot. deciſio. 216. in no. Gemin. conſi-
24 lio 36. quod æquum eſt, quia pauper † monocularis nũquam
videret ſi ſemper oculo impediri poſſet. de rigore forſan eſ-
ſet ſecus, quia reſeruatio indiſtincte conceditur legato re-
ſtringit. in cap. præſenti, & non reperitur reſtricta ad iſtum
caſum, ergo nec nos reſtringamus. capitu. præcipimus. C. de
appellat. tenet tamen primum per pręmiſſa. pro quibus vide
Felin. in capit. in noſtra. 24. correl. de reſcript. Sed quid ſi ha-
bebat unum, quod ſpectabat ad collationem ſuam, aliud ad
collationem ſuam & alterius, an habebit locum priuilegiũ
25 monocularitatis? † Sol. non habebit, quia qui habet multas
collationes, cõmunes aliis, dicitur habere collationes. Rot.
deciſio. 241. in anti. Gondi. in ſuo tract. quæſtio. 9. colum. 17.
& Felin. in dicto capitu. in noſtra. correl 24. ubi etiam dicit
hoc non procedere, quãdo haberet vnum ad collationem,
aliud ad præſentationem. Item poſſet dubitari, quid ſi cano-
nici diuiſerunt collocationem beneficiorũ, quæ ſpectabant
ad capitulum inter ſe, ita quod quilibet canonicus habeat
vnam collationem tantũ, an tales gaudeant priuilegio mo-
26 nocularitatis † & dicendum non gaudere vt. collect. in capit.
eccleſia noſtra, in ſecunda colum. de ſortil. vbi etiam quid
de illo, qui habebat unam dignitatem, & plura ſimplicia ad
collationem ſuam. Item, quid quando omnia beneficia al-
ternis menſibus ſpectabant ad prælatum, & capitulum, &
inter eos ordinatum, quod unum pingue beneficium con-
feratur communiter tantũ, an hoc erit monoculare in com
muni? vide eum, colum. 6. Q. an reſeruatio poſſit fieri in ge-
27 nere de primo vacaturo, ſpectãte ad collationem talis? † ſol.
poteſt, quia expreſſio generis, quæ reſtringitur ad indiuiduũ,
28 æquiualet expreſſioni indiuidui, † l. nominatim. ff. de liber. &
poſthum. item, quia affectio beneficij incerti uidetur remo-
tior a uoto captãdæ mortis, cum ſpes illius, pro quo facta eſt
29 reſeruatio, † ſicut in ſimili dicimus quod patronus non po-
teſt dare alicui facultatem præſentandi ad certum benefi-
30 cium cum uacabit. † Secus ſi ad omnia beneficia. † Abb. &
31 alii in capitu. penult. de conceſſ. præbend. Et multa permit-
32 tuntur in genere, quæ non permittuntur in ſpecie. † gloſ. in
capit. accedens, in uerſic. generalior. de conceſſ. præbend. ca
pit. ne captandæ. glo. eodem titulo, in ſexto, hoc tenet Spec.
iſto titu. §. nunc tractemus uerſic. ſed ſi non poteſt. Lap. Do-
min. & alii in capit. ſi eum, de præbend. in ſexto, concluden-
33 tes quod. Quamuis reſeruatio legati non tribuat ius, † poteſt
tamẽ legatus dare executores in liberis reſeruationum ſua-
34 rum, † qui beneficium cum primum vacauerit, conferant ei,
35 pro quo reſeruationem fecit, † & etiam inhibere † ut prius in
36 dicto capitu. pręſenti. in not. & de principali dicto, eſt text. in
cap. cum dilectus, de iur. pat. Immo dicendum videtur ne in
ſpecie poſſit certum beneficium reſeruare propter uotum
captandæ mortis ſpecialius per ea, quæ not. in dicto cap. ne
captandæ. Et hæc opinio. dum diſcuteretur in rota, placuit
nonnullis dominis, ſed eſt falſa. quia ea quo legati reſerua-
37 tio non tribuit ius, ceſſat votum captandæ mortis † & ita te-
net Ancharan. in capit. præſenti, in principio, de officio leg.
Quarto q. an legatus poſſit reſeruare beneficium, quod ali-
38 quis infra menſem duxerit, acceptandum † ſol. Lap. Domin.
& Philipp in dicto capit. ſi eum, tenent legatum hoc poſſe,
quia in effectu iſta eſt una reſeruatio, cum genus iſtud, quod
39 duxerit acceptandum, non includat niſi unam ſpeciem, † ar-
gumen. capit. ea parte, el primo de officio deleg. idem tenet
Gondi. ea. queſt. quia quamuis ſit ſpeciale in papa, vt penden
40 te menſe, ordinarius non conferat, † tamen ſecus in legato,
quia ordinarius interim confert. argument. ad hoc in clem.
ſecunda, de conceſ. præbend. & in capit. quia cunctis. eodem
titu. in ſexto. Ioan. Andr. in dicto capit. ſi eum. tenet contra-
41 rium, † quoniam diſpoſitio. capituli præſenti. facit ut quis
non poſſit impediri, niſi in una collatione. hoc modo per
indirectũ impediretur in pluribus, ergo &c. pone, quod vno
menſe vacarent decem beneficia, quia incertum eſt quod
velit iſte acceptare, epiſcopus impedietur omnia conferre.
Ad hoc reſpondeo, quod in effectu eſt una reſeruatio & or-
dinarius ſemper conferret, & ſic poſtea pendebit a futuro
42 euentu, qualis fuerit beneficium reſeruatum † ſecundũ Gon-
diſ. ſecundum alios ordinarius expectabit, quia mora modi-
ci temporis &c. Sed hæc ratio mala propter diſpendioſas va
cationes, expectandus eſt enim menſis. primam igitur ſe-
quor, quando legatus daret executores, qui cõferrent, cum
43 nihil uetet legatum reſeruare pro certa perſona, † dicto ca-
pitu. cum dilectus, quamuis reſeruatio huiuſmodi non tri-
44 buat ius illi, pro quo facta eſt, donec conferatur, † ut dictum
eſt. Quinto q. an legatus poſſit dare executores, qui confe-
45 rant & inhibeant? † Sol. poſſunt ut dictum eſt in q. præceden
ti. Sexto q. an decreta & inhibitiones, quæ ponuntur in lite-
ris legatorum, quando faciunt reſeruationes, afficiant igno-
46 rantes † Compoſt. in capit. capitulum, de reſcript tenuit non
afficere, quoniam, quod ignorantes ligentur decreto, eſt cõ-
tra ius l. ſecunda, ff. de dec. ab ord. fac. capit. ſecundo, de con
ſtitu. l. ſi ignorans. ff. ſoc. no. in capitu. propoſuiſti. 82. diſtinct.
in capit. de laicis 12. quæſtio. ſecunda, legatus autem non po
47 teſt aliquid contra ius † capit. dilectus, el primo, de præbend.
capit. penult. & ult. de fil. presbyter. Item, quia hoc eſt ſpe-
ciale in decreto papæ capitu. quia cunctis. §. adijciebatur. de
conceſ. præbend. in ſexto, & in clement. prima, eodem titu.
ergo contrarium in legato. hanc partem tenent Archidiac.
& Ioan. Andr. quamuis non bene explicet mentem ſuam in
capit. ſi apoſtolicæ. de præbend. in ſexto, Pau. in dicto capit.
quia cunctis. Lap. in capit. quia ſtatutum, de præben. eodem
lib. Henric. in capit. cum dilectus. de iure patron. Gondiſal.
in ſuo tract. quæſtio. 9. Aegid. in dicto capit. ſi apoſtolicæ. vbi
etiam Ancharan. moti primo, quia annullatio collationis
48 ordinarij eſt pœna. † capit. ſi religioſus. de elect. in ſexto, pœ-
na non afficit ignorantes &c. Secundo, quia decretũ princi-
49 pis ideo ligat ignorantes, † quia habet uim ſentẽtiæ diffiniti-
50 uæ † ſm Inno. in d. c. cum dilectus. Inferior autem a principe
51 non poteſt dare hanc uim ſuo decreto, † igitur &c. hanc etiã
opinio. ſequitur Philipp. in dicto capit. ſi apoſtolicæ, & Ale-
xan. in conſil. 90. in 7. uolum. vbi hoc late diſputat. & Socin.
in conſil. 112. in tertio volum. qui dicit hanc eſſe commu-
52 nem † Ancharan. in capit. ſi beneficia in 7. not. de præbend.
in ſexto, Feder. conſil. 190. Contrarium tenent Innocent. &
53 Hoſtien. † in dicto capit. cum dilectus. & in ſom. de præbend.
§. a quo. Ioan. de Lign. Dominic. in dicto capit. ſi apoſtolicæ.
Lap. allega. 14. dicentes de hoc eſſe caſum in dicto capitu.
cum dilectus. in eo. quod papa ponderat tantum decretum,
& inhibitionem legati. Sed ad iſtum text. Reſpond. Philip.
quod ibi nihil dicitur de decreto, ſed tantum de reſeruatio
ne & inhibitione. quæ reſponſio non eſt bona, quia reſerua-
tio & inhibitio per ſe hoc operantur, tanto magis cum de-
creto, Alexand. in dicto conſi. 90. reſpondet quod inhibitio,
de qua in cap. cum dilectus. peruenerat ad notitiam ordina-
rij.

54 rij.Ideo opin.Innocent.ſequitur Collect.† in cap.eccleſia no
ſtra.colum.6.verſic.Quid ſi legatus.de ſorti.dicens commu
niter obſeruari ut legati apponant huiuſmodi decretum ſi-
cut papa.& cardin.in clement.1.in 6.not.de conceſ.præben.
& ibi Boniſac. nume. 34. dicentes hoc communiter teneri.
55 Hanc opinionē ego ſequor,† poſtquam nemini uenit in du-
bium, legatum poſſe reſeruare collationi ſuæ d.capit. cum
dilectus.& irritare collationem ordinariā ut ibi, quod poteſt
etiam inuito ipſo.ergo & ignorante, quia quæ poſſum re in-
uito,poſſum te ignorante.l.qui poteſt.vbi glo.ff.de regu.iur.
Et de hoc eſt text.in dicto capit.quia cunctis.cum non ſit ra-
tio diuerſitatis inter papam, & legatum, quando concedi-
mus legatum poſſe reſeruare,& inhibere,quia cui unū con
ceditur &c.cap.prudentiam.cap præterea, de officio.deleg.
nam reſeruatio afficit beneficiū. Ad id, quod dicitur de de-
creto,non ligante ignorantes,dic procedere,quando quæri-
56 tur, an debeat quis puniri ex contrauentione† dicta l.ſi igno
rans. hic autem non punitur,ſed impeditur. Et inquantum
dicitur, quod annullatio collationis eſt pœna, non eſt uerū,
57 ex quo annullatio† non inſurgit ex odio collatoris,ſed ex na
tura rei per decretum affectæ,uide Bal.in l.non dubium. C.
de legi.& modern.in capit.2.de conſtitu. dicentes annulla-
tionem actus tunc eſſe pœnam, quando fit in odium agen-
58 tis,non aliter.† de quo late per Philipp.in capit.fin.in gloſ.2.
de electio.in ſexto. Ad id, quod dicitur de ſententia, eſt ex-
59 tra rem,† quia procedit in his,quæ alias requirunt cauſæ co-
gnitionem.primam tamen opinio.ſecuta eſt maior pars Ro
tæ in cauſa Taruiſina in reſeruatione nuntij apoſtolici, qui
habebat facultatem legati de latere, & in illam ſententiam
aliqui inclinarunt, declarantes opinio.Innocent. & ſequa-
cium habere locū in legato cardinali. primam uero in nun-
tio habente facultatem legati de latere, pro quo iura non
præſumebant tantum.Alij uero ſimpliciter ſequebātur pri-
mam opinionem,eo quod eſſet minus præiudicialis poteſta
ti ordinariæ.ſed omnes male locuti,quia ſi datur facultas le
gati de latere,datur etiam facultas reſeruandi,per ea quæ di
xi in primo lib. Si facultas reſeruādi,ergo & omnes effectus
reſeruationis,ut dixi, utiq; tamen opinio ſuſtentabilis,quia
non ponderatur ſimpliciter reſeruatio, ſed etiam inhibitio.
in capit.cum dilectus.hoc tit.de iure patron. Septimo quær.
Legatus reſeruat pro Titio beneficium, quod infra mēſem
duxerit acceptandum, cum decreto forſan intimato colla-
tori, an antequam acceptetur, ordinarius poſſit conferre?
60 Gondiſ.ubi ſupra,tenet quod poſſit conferre,quia ex æquita
te inductum,ſed in reſeruatione papæ,tali modo facta,ut in
clement.5.de conceſ.præbend.& in cap.quia cunctis. Ratio
aūt eſſe poteſt, quia reſeruatio taliter facta, eſt conditiona-
lis,ſi acceptauerit,q̄ non hēt uim niſi ſequuta acceptatione,
ergo ordinarius, qui cōfert,nullam inuenit reſeruationem.
ita argument.illa clemen.quæ poſtea diſponit quod ut men
ſis aliquid operetur, ſtatuitur quod tunc cenſeantur ligatæ
manus ordinarii, & hoc ſpecialiter diſponitur in reſeruatio
61 ne papę,ergo &c. Tu aduerte† primo, quod text.in dicta cle-
men.5.& in capit.quia cunctis.non loquuntur de reſeruatio
ne,ſed de mandato de conferendo,quorum diuerſa eſt natu
ra,quia mandatum de conferendo, ex ſui natura non afficit
beneficium, neque imponit præciſam neceſſitatem confe-
62 rendi,† capit.cum teneamur.de præb.Reſeruatio autem affi
cit beneficium, ita quod poteſtas conferendi adimitur ordi-
63 nario,† dicto capit.cum dilectus.cap.licet.de præben.in ſex
to,unde argumenta doct.ex illis text.facile euitari poſſent.
Secundo aduerte, quoniam text.in cap. quia cunctis.ſi bene
conſideretur, non habet aliam rationem ſuſtinendi colla-
tionem ordinarii aduerſus mandatum de prouidendo de
beneficio,quod duxerit acceptādum, niſi quia longa mora
in acceptando, faceret illam conditionem grauem eccle-
ſię,ut ibi in uerſic. & grauis. Reliquæ autem rationes nihil
ſunt,quoniam conditio ſuſpendit actum, ita quod cum ad-
64 uenerit,retractantur medio tempore facta. † l.cum optio.ff.
de opt.leg.no.in dicto capit.quia cunctis. Quæ ratio ceſſat,
quando apponitur menſis,quia mora modici temporis &c.
Et ideo in illa clemen.ſtatutum eſt quod appoſito menſis li
get manus ordinarij. quæ ratio eſt communis etiam reſerua
tioni legati, & reducit nos ad terminos iuris antiqui igitur
communiter intelligetur, ne confundamur allegando ſpe-
cialitatem ſine ratione,ut dicit glo.in dic. cap.quia cunctis,
in uerſi.in ultimis. Octauo quæritur,in cap.præſenti.dicitur
quod pendente una reſeruatione, legatus non poteſt facere
65 aliam,quando dicatur una reſeruatio pendere? † Sol.pendet
prima,quando nondum eſt ſecuta collatio,& ſic non eſt ſor
tita effectum,uel non eſt alias extincta. ut ſi effecta eſſet ca-
duca morte eius, pro quo facta eſt, uel etiam renuntiatione,
vel alio actu incompatibili, ut per matrimonium,uel per re
uocationem.omnibus iſtis caſibus deſinit pendere, ut no.in
d.capit.præſenti. Nono quæritur, an reſeruatio facta per le-
66 gatum.ſtatim finita prima,ſit nulla † quando de prima non
facit mentionem? Sol.eſt nulla,quando facit ad inſtantiam
partis,quia legatus in dubio non uidetur velle grauare epi-
ſcopum duplici reſeruatione continuata, ſicut nec papa,
quem grauant,grauare intendit cap.mandatum,cum capit.
ſequen.de reſcrip.ita Ioan. Andr.Domin.& Philip.in cap.prę
67 ſenti.§.cæterum.Ioan.de Fant. tenuit contrarium,† ſi tene-
mus primam non pendere, quia nulla lex uetat. Sed reſpon.
quod non diffitemur,legatum poſſe, ſed non præſumi uelle.
Replicari forſan poſſet, quod ex quo reſeruatio legati nō tri
buit ius reſeruatiuo, ſed legatus poſſet cui uellet conferre,
non cadit iſta conſideratio.placet tamen communis concl.
quia facile erit legato dicere in literis ſuis, non obſtante, ꝙ
pro alio ſcripſerimus,ut per Ioan. Andr. & Collec.in c.man-
68 datum.Primo fallit,† quando prima reſeruatio deſijſſet pen-
dere abſque eo quod adimpleretur, quoniam tunc ceſſat ra
tio grauaminis, quod eſt de mente omnium in dicto §. cæte
rum.Secundo,quādo reſeruatio fuiſſet facta motu proprio,
quæ clauſ.defendit reſcriptum a ſurreptione,ut dixi in libro
pręcedenti.Tertio,quando procederet per modum collatio
nis de beneficio iam uacante. quia non eſt lex, quæ hoc di-
cat.neque ligantur manus ordinarij,quin præuenire poſſit c.
ſi a ſede,de pręben.in 6.Decimo quæritur, legatus reſeruauit
beneficium, vacatione adueniente,cōtulit collatione facta,
69 † mouet lis prouiſo, an dicatur prima reſeruatio ceſſare, ita
ut legatus poſſit aliam facere? Archid.in d.capit.præſenti.di-
cit non poſſe,quia prima reſeruatio adhuc pendet, & finale
iudicium expectandum,capit.fraternitatis,de frig. & maleh.
& ille nō dicitur habere beneficium per reſeruationem,qui
70 non habet pacificam poſſeſſionem,† per no.in cap.commiſ-
ſa.de elect.& ita tenent Io Andr.Domin. & alii in d.cap.præ
ſenti. Dubito de iſta deciſione,ſi teneamus, legatum uoluiſ-
ſe, vt reſeruatio prima per hoc fuerit ſortita effectum, poſt-
quam illi,pro quo facta eſt reſeruatio, nullū ius acquiritur,
vt ſæpe repetitum eſt,nam tunc quoad epiſcopum, de cuius
grauamine agitur,nihil eſt,ſiue beneficium ſit litigioſum,ſi-
ue non.l.loci corpus. §.competit.ff.ſi ſer.vend.alias deterior
eſſet conditio legati, quia conferret beneficium litigioſum
quaſi pacificum,quod ratio non admittit.Item quod ſi reſer
uatio eſſet facta de certo beneficio quod uacaſſet,qua ratio-
ne debet impediri legatus in reſeruatione alterius. Item eſ-
ſet in poteſtate epiſcopi eludere legatum, vt non poſſet niſi
vnam reſeruationem facere, mouendo litem reſeruatiuo,
vel forſan colludendo cum eo.cogitabis. Vndecimo quæri-
tur an pendente una reſeruatione de beneficio ſpectante ad
71 collationem† epiſcopi,poſſit reſeruari aliud, quod ſpectet ad
pręſentationē? dic non poſſe ſecundum mentē illius conſtit.
quamuis loquatur in collatione, quoniam tn eccleſiaſticis
collatio & præſentatio habent parem uim, ideo variare nō
72 poſſunt.† cap.cum autem.de iur.patron.glo.pen.in clemen.
vnica,de rerum permut.ita tenent Ioan.Andr. & Domin.in
d.capit.præſenti.Duodecimo q.an pendente reſeruatione ſi
73 mili poſſit reſeruari aliud,quod ſpectet ad inſtitutionē,† ſu-
mendo inſtitu. proprie, pro illa, quæ fit ad præſentationem
74 patroni† ut per Abb.in cap.auctoritate.de inſtit.Sol.Domin.
& Philip.in d.capit. præſenti,tenent non poſſe,quia omnino
inferretur grauamen, quia adimeretur inſtitutio, quæ eſt iu-
75 riſdictionis.† cap.peruenit.11.quæſt.1. Paulus tenet contra-
76 rium,† dicens epiſcopum minime grauari. Gondiſ. hoc tra-
cta.quæſt.9. tenet quod immo legatus poſſit reſeruare plura
beneficia ſpectantia ad inſtitutionem, vel præſentationem
77 epiſcopi. † ratio,quia iſti modi prouidēdi,videlicet collatio,
78 & inſtitutio,ſunt diuerſi & incompatibiles.† capit.cum in il-
lis.de præbend.in 6.& tex.in cap.præſenti, loquitur tantum
de pertinentibus ad collationem.igitur &c. hęc dicta Gon-
79 diſ. ſunt ſatis confuſa † & loquitur extra terminos doct qui
non loquuntur,an poſſit reſeruare plura beneficia pertinen
tia ad inſtitutionem, nam aliter & aliter loquuntur doct.ut
80 igitur habeas veritatem,ita diſtingue,† aut legatus reſeruat
primum uacaturum in aliqua eccleſia,aut reſeruat primum
uacaturum ad collationem &c. primo caſu, pendente una
reſeruatione,non poteſt facere aliam, ſiue huiuſmodi bene-
ficia ſpectent ad collationem unius ſiue ad collationem di-
uerſorum,qm̄ papa egit,ne eccleſia grauaretur ultra unum,
non habita conſideratione perſonarum conferentiū. ita di-
cit tex.in §.cæterum.in verſ.prohibemus, ne poſtquam leg.
in all.e.n.col.eee.v.a.d.ſ Et ideo tunc q.eſt ſuperflua,aut ve-
ro voluit legatus grauare unam collationē,ut ſi dicat de be-
neficiis ſpectantibus ad collationem archidiaconi, & tunc,
aut illa collatio erat de beneficiis exiſtentib. ſītr in eccleſia,
& in eadem non poterit facere aliam reſeruationem,& ſi be
neficia ſpectarēt ad collationem alterius, & hoc innuit tex.
quando dicit.Nec etiam poſtquam alibi reſ.ali.bene.ad col-
la.

la.part.cuiuſcunque,quaſi dubium procedat tantum,quando reſeruatio eſt facta extra eccleſiam, quia quando in eccleſia, id non poteſt alia ratione. argum.in §.affinitatis,inſtitut.de nup.& tunc etiam non procedit q. Aut uero collatio erat de beneficiis extra eccleſiam,& tunc,aut quæris,an poſſit reſeruare aliud ad collationem eiuſdem, & nō poteſt,vt in d.§.cæterum,aut ad præſentationem,& ſimiliter non poteſt per ea, quæ dicta ſunt in præcedenti q. aut ad inſtitutionem,& tunc,aut inſtitutio eſt de beneficio iuris patro.laicorum,& non poteſt, ſed alia ratione, quia ſcilicet non poteſt
81 conferre beneficia,quæ ſunt de iur.pat.laicorum,† ergo nec reſeruare,ut probatur in d.c.cum dilectus. Aut uero inſtitutio de iur.pat.eccleſiaſtico,& hoc poteſt, quoniam non dicitur in hoc grauari inſtituens eo grauamine, quod conſiderat litera.d.§.cæterum. Nam qui confert, donat,& utitur libe
82 ralitate,ſaliē dando uni magis quā alteri,† c.relatū.de præb. ſed qui inſtituit neceſſario inſtituit p̄ntatū q̄ñ eſt idoneus. c. qđ aūt.c.paſtoralis.de iur.pat.Inn. in c.de cætero.de tranſa. Aegid.deciſ.93. quando.n.finis neceſſario trahitur a princi-
83 pio, principium conſideratur,& non finis.† l.vnica.C.de impon.lucra.deſc.no.Ant.in c.in literis, de reſcri.in neceſſitati
84 bus autem nemo liberalis,l.rem legatam.ff.de adimen.leg. illa iuriſdictio inſtituendi, & illa ſpes conferendi per deuolutionem,non eſt in cōſideratiōe ad caſum noſtrum, quia ſpes eſt nimis remota.l.ſpecie.C.de dona.& maxime,qa hoc non exprimitur.l. præcipimus. C.de appellatio. Tertiodecimo q.an pendente reſeruatione beneficii ſpectantis ad collationem epi poſſit reſeruari aliud,quod ſpectet ad collatio
85 nem ipſius & alterius† communiter?Sol.non poteſt quia qđ
86 communeeſt,meum eſt in fauorabilibus. † l.illud.ff.de rit.
87 nup.& qui iurat ſuum non eſſe,iurat commune non eſſe† l.
88 pupillus.§.ult.ff.de uerb.ſignif.l.ſi quis ſeruis.ff.de leg.3.† & hæc eſt communis ſententia glo.Archid.Io.Andr.Domi.in d.§.cæterum. Quartodecimo q an pendente ſimili reſeruatione, poterit reſeruari aliud, quod ſpectet ad eius collatio
89 nem alternatim† quod eſſe poteſt, cle.2.§.ut facilius.de iur. patr. Sol.non poterit reſeruari,quando collatio uel præſentatio ſpectabit ad eū ne grauetur. alias poterit, uide collect. in c.niſi eſſent.col.2. uerſ.quid ſi beneficium.de præbend. & quid quando collatio ſpectat ad epiſcopum de conſenſu alterius,uide per eundem in uerſ. ſeq. Quintodecimo q.an in eadem dioceſ. poſſint reſeruari plura beneficia ſpectātia ad
90 collationem diuerſorum? † Reſpon.in eccleſia eadem non poteſt,ut dixi ſupra q.12.in dioceſ.credo poſſe,quia uerſ. nec etiam poſtquam,ponderat collationem, non dioceſim.Sextodecimo q. an ualeat collatio legati facta de beneficio per
91 eum reſeruato, non habita mentione reſeruationis? † Reſpond.collationem eſſe ſurreptitiam,ideo non ualere, cum non ſit uериſimile,legatum uoluiſſe conferre uni beneficiū,
92 quod pro alio reſeruauerat † Calder. in conſil.3. de præb.Io. de Fant. Lap.Domi.& alii in c.præſenti.collec.in c.1. de reg. iur.in 8.colum.uerſ.quid de q.qui loquitur in collatione papæ.Fallit primo,quando ſcienter faceret.Dom.& alii in d.c.
93 præſenti.† Fallit ſecundo,quādo reſeruatio præceſſiſſet paulo ante, quia in facto recenti præſumitur recordatio. Fel. in c.cum olim.in 3.col.de re iud.Septimodecimo,q.legatus reſeruat duo beneficia ſimul,cum unum tantum poſſet reſer-
94 uare,an in totum uitietur reſeruatio?† & dicendum uidetur
95 vitiari propter incertitudinem† in totum l.duo ſunt Titij.ff. de teſtam.tut.l.ſi fuerit.ff.de reb.dub.l.quidam. ubi Bar.late attingit materiam incertitudinis.ff.de rebus dub.Item tex. in cap.præſenti.hoc tit. dicit quod reſeruationes huiuſmodi ſunt odioſæ, ideo vult quod non poſſit reſeruare niſi unum
96 † in vna collatione, & irritat quicquid in contrariū ſiet. At non eſt dubium,reſeruationem huiuſmodi eſſe contra illū tex.ergo &c. unde ſuccedit reg.quod in his,quæ fiunt cōtra
97 legem, non ualet etiam quod eſt ſecundum legem,† ad plene no.per Iaſ.in l.1.§.ſiquis ita.ff.de verb.oblig. uide tamen ſi dici poſſet quod primum uacans dicatur reſeruatum, & quod uериſimiliter de primo ſenſerit legatus.arg. not.in d.l. duo ſunt Titij. nam primum uacaturum ex pluribus reſeruare poteſt,ut ſupra dictum eſt.unde capienda interpretatio, ut quis uoluerit magis actum ualere.& in his etiam admittitur declaratio eius, qui ita incertum agit. Bartol.in d.l.quidam.huc aceruari poſſent brocarda,ſi nō valet,ut ago.Item & utile per inutile,& incertitudo an uitiet actum. Fallit tertio,quādo motu proprio, collec.ut ſupra.Fallit quarto, quando faceret auctoritate apoſtolica,non autem legationis.Calder.conſ.8.de præb.Decimooctauo quæritur quid ſi legatus in ſua reſeruatione declarat executores, & poſtea uacante
98 beneficio reſeruato ipſe illud conferte?† Sol.aut executor præuenit legatum in conferendo & legatus non ſe intromittit, aut non præuenit,& dic,ut in præcedenti quæſt.Decimonono quærit, an executor datus a legato inhibere poſſit, ſicut
99 legatus? † Sol. poteſt.Lap.alleg.14. Domin.in dicto §.cæterum. Vigeſimo quæritur,an morte vel remotione legati ex
100 piret reſeruatio per eum facta?† Sol.expirat, ut eſt caſus in d. cap.præſenti,adeo quod etiam ſi ſuccedat alius legatus,non tamen conferet huiuſmodi beneficium tanquam reſeruatum.Domin.in d.cap.præſenti,in 1.colum. vbi late diſputat & ampliat procedere, etiam ſi dati eſſent executores, & beneficium vacaſſet ante mortem,vel remotionē legati, dummodo non fuiſſet collatum. vide Lap.allega.17.fol.5.& all. 24.& Feder.conſil.293. Fallit tamen hoc,quando reſeruaſſet
101 collationi papæ, † quia etiā,amoto legato,duraret affectio
102 impediens ordinarium.† glo.in capit.cum dilectus.in uerſ. reſeruandam.de iur.patron.quam gloſ.intellige ſecundum Abb.ibi, quando ex ſpeciali auctoritate papæ hoc faciebat. ſecus quando ex ui legationis tantum, quod puto uerum. Aduerte tamen quod ſi legatus prius contuliſſet,licet in reliquis dediſſet executorem,eo amoto, non expirat gratia,licet in reliquis dederit executores.Lap.alleg.17. Phil.in d.ca. præſenti.quod intellige, quando vacabat.alias beneficium non uacans, non confert legatus, ut dictum eſt ſupra. Hoc tamen eſt notandum propter legatos, qui habent auctoritatem reſeruandi, & ex nunc conferent. ut ſi ita reſeruent & ex nunc conferant uacaturum, reſeruatio non dicatur extingui. quod pro nunc ut affirmo,dicam infra quæſt.25. Vigeſimoprimo quæritur quid,ſi antequam beneficium reſeruatum per legatum iam uacans conferatur, legatio finia-
103 tur,an executores deinde poterunt conferre? † Sol.non poſſunt conferre,quia finita legatione, reuocatur omnis reſer-
104 uatio, & eius effectus† etiam ſi per executorem eſſet proceſ
105 ſum ad decretum & inhibitionem.† gloſ.in d.cap.præſenti, in uer.finitur. & per Collec.in c.eccleſia noſtra,col.7.de ſorti leg.uide tamen Domin.in d.uerſ.finitur.Et hoc procedit, etiam ſi beneficium ſic uacans eſſet petitum in uim reſerua
106 tionis.† nam dummodo tempore expirantis legationis col-
107 latio non ſit ſecuta, † omnis effectus reſeruationis expirat.
108 † glo. Pet.de Anch.Io.And.in d.cap.præſenti.§.finitur. Vigeſimoſecūdo quæritur, quid ſi antequam finiretur legatio, uacauit beneficium per legatum reſeruatum,& ordinarius contulit illud poſtea, beneficio tali aliter nō collato, finitur
109 legatio, an reconualeſcat collatio ordinarii?† Sol.non recōualeſcit, quia tēpore quo facta eſt, obſtabat reſeruatio.ideo poſtea tractatu temporis non reconualeſcit, & hoc de rigo
110 re, ſecus de æquitate† ſecundum Collec.in dic.c.eccleſia noſtra.col.7.uerſ.Sed quid ſi legatus,& hoc tenet Rot.in deciſ. 422.in anti.dicens decretum & omnia intelligi conditionaliter.i.ſi acceptauerit.uide tñ in deciſ.834 in anti.& in deciſ. Biſgn.23.de præb.ubi tenet non ualere collationē ordinarij
111 factam ēt pendente menſe ad acceptandum.† Sed tanto minus ualebit, ſtante reſeruatione, quæ eſt ſimplex,& non hēt clau.acceptandi. Vigeſimotertio quæritur, legatus contulit canonicatū uni in eccleſia,nō habente certum numerū canonicorum confirmatū, reſeruando ei præbendā proximo vacaturā,certis executorib. datis, antequā prebēda vacet,fi
112 nitur legatio.† an extinguatur canonicatus, uel præbenda debeatur?Dom.Phil.Io.de Fant.dicunt canonicatū ceſſare, & prebendam non deberi,quia inhibitio,decretū,& huiuſmodi,facta per executorē, ceſſant legatione finita, illa uero ſunt,quæ afficiunt præbendā.c.tibi qui,de reſcr.in 6.ergo illis ceſſantib.preb.nō debetur.Item,quia ſi papa reuocat gratiam ſuam, cenſetur ēt reuocatus canonicatus.c.ſi.de conceſ.p̄b.in 6.ergo tanto magis in legato,cuius gratia eſt minoris effectus.Lap.uero tenuit contrarium.Si quæritur,an fini-
113 ta legatione,executor poſſit conferre,† dicendū eſt non poſſe,quia quicquid citra collationē factū eſt,expirat, vt tenent oēs in d.c.præſenti.& ſemper dicitur res integra, donec ſit ſecuta collatio, quia multa euenire poſſunt, ut non habeat præbendam, per not.in ca.ſi ſoli.de præb.in 6.Si vero quæratur,an remaneat canonicus, ita ꝙ præbenda ei debeatur, eo quod canonicus?& credo qđ ſi fuit receptus in canonicū,& tractatus ut canonicus,remaneat canonicus, & p̄benda debeat ſub rōne,quia canonicus,quia canonico debetur p̄benda c.ſi clericus.c.ſi poſtquā.de præb.in 6.c.pro illorū,eo.ti.c. cū ſuper.de conceſ.præb.& canonicatus per ſe dr̄ beneficiū,
114 quod pōt eſſe ſine prębenda,† & dari per ſolum epm.c.cum in & ibi.no.de conſt, & pro iſta deciſ.eſt tex.ad literā in d.c. ſi.§.præſenti,in fi.ut tenet Rota,dec.285.& 328.in no.& ſm hoc procedit dictū Lap. ſi uero ſimpl̄r ſit creatus canonicus ſub expectatione p̄bendę aliter non admiſſus,aut tractatus, expirat canonicatus cū legatione.ita ꝑcedit opi.cōis ꝑ tex. in d.c.fi.alii īdiſtinguūt,an aliqs ſit receptus in canonicū ꝑ
115 papā,an per legatū,ut primo caſu ſit affecta p̄benda† ſecundo nō ſi poſtquā c.dudū.de preb.in 6. Vigeſimoquarto quæritur,an legatus poſſit reſeruare canonicatū & prębendam, primo vacaturū in eccleſia,in qua nō eſt certus numerus cano-

116 nonicorum, aut præbendarum? † Sol. non poteſt, quoniam
canonicatus huiuſmodi per ſe non ſubſiſtunt, ſed cum per-
ſona naſcuntur, aut moriuntur. capitu dilecto. de præbend.
cap. ex parte, de conceſſ. præben. Ergo quod ſtatim futurum
non eſt, reſeruari non poteſt, cum reſeruatio ſit de eo, quod
eſt. argumen. in l. manumiſſiones. ff. de iuſtit & iur. l. decem.
ff. de uerborum obligatio. & minus deinde confertur quod
extinctum eſt, cum qualitas &c. l. eius qui in prouincia. ff. ſi
cer. petat. facere enim quod res peritura non pereat, & mor
117 tui viuant, Dei officium eſt in naturalibus. † in ciuilibus ue
ro ſupremi principis poteſtatis plenitudine utentis, quæ nõ
communicatur legato cap. ex iuarum. de aut. & uſ. pal. uide
Aegid. deciſio. 13. Vigeſimoquinto, quæro. an legatus indi-
118 ſtincte poſſit reuocare reſeruationẽ ſuam? † Sol. poteſt, dum-
modo ad collationem non ſit proceſſum. Specu. hoc titu. §.
nunc tractemus, verſicu. item legatus & in uerſic. item reſer
uare. vbi Ioan. Andr. in additio Fallit, quando ille, pro quo fa
cta eſt reſeruatio, conſenſiſſet proceſſui per executorem fa
119 cto, † ſecundum Petr. de Ancharan. & Philipp. in dicto cap.
fin per nor. in capit. in cauſis. de electio. in gloſ. cum res. Fal-
lit ſecundo, quando poteſtas fuit conceſſa executori animo
donandi. Imo. & Philip. in dicto capit. præſente. Ego dubito
120 de veritate utriuſque limit. † quoniam ratio, quare commu
niter tenetur quod reſeruatio legati non tribuit ius illi, pro
quo fit, eſt quia ipſe non poteſt dare ius ad uacaturum. Sed ſi
iſtæ limit. eſſent veræ, facillime daretur ius huiuſmodi, igi-
tur &c. Et ideo text. in dicto capitu. præſenti. vetat legato ne
det alicui poteſtatem recipiendi reſignationem, & confe-
rendi beneficia, quia aperiretur uia contra Lateranen. con-
cilium ad uotum captandæ mortis. quare cogita, quia not.
in capit. in cauſis, præſupponunt poteſtatem in dante. uide
Abb in d. cap. cum dilectus. de iure patron. Et ſi dixeris, non
acquiritur reſeruatiuo ius. tamen legatus non reuocat, quor
ſum iſta ſubtilitas? Vigeſimoſexto, quæro. in facultatibus le-
gatorum plerunque continetur, ut habeant facultatem re-
ſeruandi beneficia, & ex nunc conferendi. quid importent
121 illa uerba, † & an finita legatione, talis reſeruatio expiret?
Sol. quoad primum operatur ut vacatione adueniente, non
ſit opus noua collatione, quia collatio facta per huiuſmodi
122 verbum, reſpicit initium, & finem. † gloſ. in l. 1. C. de edend.
glo. in clemen. prima, de conceſ. præb Bar. in l. ita ſtipulatus.
la grande. ff. de verborum obligat. Et per hoc infertur, quod
123 legatus ſecuta uacatione, non poterit alteri conferre, † quia
124 ſtatim cum vacat, collatum eſt. † Quo ad ſecũdum videtur,
125 finita legatione, talem reſeruationem, expirare, † quia con-
ditio reperit extremum inhabile. l. bonorũ. ff. rem rat. hab.
niſi dicamus quod papa uoluerit tunc concedere legato, ut
de ius ad uacaturum. quod ius per obitum vel remotionem
126 legati nõ expirat, ſicut nec gratia papæ ſimpliciter data. † c.
ſi gratioſe. de reſcr. in 6. & quia ſecuta huiuſmodi collatio-
ne, res non eſt integra. de hoc tamen dicam alias infra. Vige
ſimoſeptimo quæro, an legatus poſſit huiuſmodi reſeruatio
127 nem reuocare? † & credo poſſe, iſtis non obſtantibus, ſed in
hoc caſu forſan poſſent adaptari limit. de quibus in quæſtio.
24. ſupra. Vigeſimooctauo quæro, quæ ſit forma reſeruatio-
128 nis legati? † ſol. vide Spec. hoc tit. § nunc oſtendendum. vbi
dicit, quod fit generaliter, & ſpecialiter pro aliquo, quamuis
illa ſpecialis non tribuat ius. uide Abb. in d. c. cum dilectus.
Vigeſimonono, quæro, an decretum, quod apponitur in re-
129 ſeruatione legati, inficiat poſſ. † ſicut decretum papæ, ad ef-
fectum ut denegetur reſtitutio de decreto, quod apponitur
130 in reſeruatione papæ ſui. Rot. deciſ. 16. in no. & 235. eod. uo-
lum. quæ dicit hoc procedere, quando reſeruatio fuit ſpecia
lis cum decreto, vel generalis, & notoria, ut in reſeruatione,
de qua in cap. licet. de præben. in 6. quod eſt dicere de reſer-
uatione iuris, aliæ uero generales, in quibus venit uerifican-
da aliqua qualitas, ut quod fuerit familiaris collector &c. non
impediunt reſtitutionem ut ibi dicitur, & communiter ob-
ſeruatur in Rota propter priuilegiũ reſtitutionis. & uide Ro.
deci. 275. quæ dicit oportere, quod ſtatim probetur reſerua
tio. & non ſufficit quod ex interuallo. & Aegi. deciſ. 342. qui
dicit hoc intelligi, quando agens nititur collationi inferio-
ris, quia tunc, decretum inficit tit. & poſſ. idem tradit deciſ.
475. in anti. adde Biſ. de reſtit. ſpoliat. 1. & 4. limitatur tamen
hoc. quod dicitur ſpoliatum non reſtitui, quando ei obſtat ſpe-
131 cialis reſeruatio cũ decreto, † ut non procedat, quando fuiſ-
ſet ſpoliatus lit. penden. quia tunc reſtitueretur officio iudi-
132 cis, † Rot. deciſ. 56. in anti. & hoc propter odium attentato-
rum. ego tamen alias dubitaui de præmiſſis, quia ſi decretũ
inficit poſſ. ſicut titulum ex ſe, licet ueniret verificanda qua
litas collectoriatus, familiarita. &c. conſtito de illis, & ſic de
poſ. infecta, non debeat fieri reſtitutio, quia omnino et in re
ſeruatione iuris venit verificandum quod obiecit in curia,
niſi dicas, quia utraque pars fundet ſe ſuper modo vacatio-
nis, & ſubſtantia loci, tamen lex, quæ eſt certa de omnibus,
133 quę ſunt in rerum natura † §. ex conditional. inſtit. de verb.
obligatio. ita operatur, antequam res ſit per examina iudi-
cum declarata, ſicut poſt, ut ſupra Sed materia hæc fuit ſem
per dubia. ideo nunc quo ad papam, tranſeo cum Dominis.
Et quoad legatum, dico eſſe idem. poſtquam hoc caſu poteſt
ligare manus inferiorum, ſicut papa, etiam ſi decretum fue-
rit reuocatum per ordinarium, ut dixi ſupra, quæſtione. 6.
cautius tamen ageret legatus. ſi decretum, & reſeruationẽ
ſuam ordinario notificaret ut ibi. Et quod dicitur de decreto
in reſeruationibus. vt inficiat etiam poſſ. Rot. extendit ad il-
lud, quod ponitur in coadiutoriis cum ſucceſſione, & regreſ
ſibus, & ita ſæpe obtentum, quamuis ſecus concluſum fuerit
de decreto, quod apponitur in alienationibus Epiſcoporum,
134 † cum tunc non concernat collationem, ſed remoueat impe
dimentum collationis. Trigeſimo. Quæro. Quando legatus
reſeruat beneficium ſpectans ad inſtitutionem epiſcopi, an
135 cenſeatur conſequenter grauaſſe patronos, † cum ſit quod
136 inſtitutio, proprie loquendo, eſt de præſentato, † capitulo
cum in illis. de præben. in 6. ſol. iſtam queſt. in mandato papę
de prouidendo, format Innocen. in capitulo niſi, de præben
dis. & dicit, caſum egere declaratione. uide ibi Collect. hoc
diſputantem. Trigeſimoprimo. Q. An legatus poſſit dare ali-
cui literas monitorias, præceptorias, & executorias pro bene
137 ficiando aliquo. † de quibus literis uide Abb. in capitulo cum
te, de reſcrip. ſol. monitorias dare poteſt, quia neceſſitatem
138 non inducit monitio. † Item, & executorias, quia in reſerua
139 tionibus ſuis poteſt dare executores, qui conferant, † præce-
ptorias dare non poteſt, quia daretur ius ad uacaturum, quod
140 non poteſt, per ea, quæ ſuperius dicta ſunt. Trigeſimoſecun-
do. Q. an legatus poſſit obligare ſe efficaciter ad conferendũ
141 beneficium alicui, cum ſe facultas obtulerit, & uidetur poſ-
ſe, quia talis forma eſt permiſſa in capitulo accedens. de cõ-
ceſ. prębendæ. Et quamuis ille tex. corrigatur in capitulo ſe-
cundo. eodem. titu. in 6. tamen cum correctio ſit odioſa, † de
142 bet intelligi ut loquatur de prælatis inferioribus, non de le-
gatis Sanctiſſimi Dom N. Ego tamen exiſtimo contrarium,
quoniam ille tex. declarat promiſſiones huiuſmodi eſſe cõ-
tra concilium Lateranen. contra quod non poteſt diſpenſa-
143 re † legatus, ergo ita excluditur legatus ſicut cæteri. Trigeſi-
moterno, Q. quid ſi legatus reſeruauit primum beneficium,
quod ſpectaret ad collationem capituli, datis executoribus
144 an poterunt executores conferre illud, † quod originaliter
ſpectabat ad collationẽ capituli, ſed per deuolutionem ſpe-
ctat nunc ad epiſcopum? & uidetur non poſſe, quia attende-
145 tur qualitas, quæ eſt tempore collationis † clem. ſi de bene
ficio. de præbendis ubi uidetur caſus in terminis. Tamen ego
credo contrariũ, quia cũ primũ vacauit beneficiũ, reſeruatio affe
cit illud. & impediuit deuolutionẽ, † cle. ſi de de benef. loquit
de mandato non afficiente beneficiũ, ut dicit ibi Car. in 6 q.
Trigeſimoquarto, Q. quid ſi legatus uel Papa. reſeruat bene-
ficium, & ordinarius eodem tempore confert, nec apparet
quis prior, aut poſterior, & nullus habet poſſ. quis præfertur
147 ſol. Domi. in capitulo ſi a ſede. de præben. in 6 dicit reſerua
148 tionem prævalere, quod eſt uerum, quamuis Ioan. And. Pa-
nor. & Imo. contra. uide Phil. & Domi ibi. Trigeſimoquinto
Q. legatus habet auctoritatem ſpecialem a papa reſeruandi
pro certa perſona, & ex nunc conferendi, concurrunt reſer-
149 uatiuus papę, & reſeruatiuus legati, quis præfereretur? † uidetur
præferendus reſeruatiuus papæ, † propter text. in capitulo ſi
150 qui, de præb. in 6. Ego tamen credo locum eſſe prærogatiuæ,
151 quoniam ita receptus auctoritate legati, dicitur receptus au
152 ctoritate apoſtolica, † ex quo in quantum legatus, hoc non
potuit, ideo tex. in d. capitulo, ſi qui, ponderat quod aucto
ritate apoſtolica vnus ſit receptus, alius non. Gondiſ. in hoc
tract. fol. 16. columna tertia Trigeſimoſexto. Q. an quando le
gatus poteſt reſeruare vnum uel plura beneficia ad collatio-
nem quorumcunque ſpectantia, poſſit in eodem epiſco-
patu reſeruare quotcunque voluerit? † Rota iudicauit poſſe
153 tantum reſeruare ſecundum formam iuris communis, quia
alias cum ſuis reſeruationibus poſſet eneruare totam iuriſ-
dictionem Epiſcopi. vnde reſtringenda ad iura uulgata. † Trige
154 ſimoſeptimo, Q. quid ſi legatus eodem tempore reſeruat
duas eccleſias, an in nullo ualeat, uel in una tantum? vide-
155 tur in pinguiori, † capitulo ſi pluribus, de præbendis. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Legati poteſtas in commendis beneficialibus.*
2 *Commendam, ad miniſtrationem & viſitationem, ad inuicem differre.*
3 *De commenda obiter dictum etiam extra legati poteſtatem.*
4 *Præfecto eccleſiarum ſi quæ paſtore indigeant quos deputari contingat.*
5 *Commendatarium ſcilicet, Viſitatorem, Adminiſtratorem, & lo-
comnenem.*
6 *Viſitatoris & Adminiſtratoris officium quale.*

Ico-

7 Iconomum quando deputari contingat, & de onere ſibi iniuncto, & quale ſit illius miniſterium.
8 Commendatorem, & viſitatorem eccleſiis vacantibus dari.
9 Commenda, quod ſit depoſitum quoddam de beneficio uacan. apud aliquē idoneum, tam ratione temporalium, quam ſpiritualium.
10 Commendare, quod ſit deponere.
11 Commendam ſequeſtro ſimilem eſſe, & æquiparari, vt in pluribus.
12 Iconomum deputari rebus eccleſiæ tantum.
13 Eccleſia ſi quæ uacans non ſit, quod aliter non commendetur.
14 Non item laicis, vel alias inhabilibus commendari eccleſiam, ſed idoneo.
15 Commendatarium implere vices prælati in temporalibus & ſpiritualib.
16 Commenda ſi intelligatur eſſe titulus canonicus.
17 Commendam titulum eſſe, quem canones approbant & adſtipulantur.
18 Prælatum dici, ſi quis beneficium canonice habuerit.
19 Canonice habere duas eccleſias non permiſſum.
20 Limitatio quando vnam in titulum, & aliam in commendam habuerit.
21 Commendatarium dici eccleſiæ præſidere.
22 Communis opinio refertur.
23 Commendatarium non habere directum titulum eccleſiæ, qui faciat eum verum prælatum.
24 Canonicum adminiſtrationis titulum quem habere, a titulo beneficij longe differre.
25 Iconomum & viſitatorem habere legitimum titulum adminiſtrationis.
26 Beneficium, ſi quod uacare dicatur, durante commenda.
27 Beneficium vacans in curia, ſoli papæ reſeruatum reputari.
28 Commendatarium ſi extra curiam mori contingat, an beneficium intelligatur uacare in curia, vel extra.
29 Beneficium dum commenda eſt, aliter non conferri.
30 Commendatarij morte, nouam vacationem induci. Et infra num. 36.
31 Communior ſententia in præmiſſis, quę nam eſſe intelligatur.
32 Eccleſiam vacare, quando prælatum non habuerit.
33 Auctoris opinio refertur.
34 Commenda perpetuo, quæ nam eſſe intelligatur.
35 Reſeruatio præcedens quando per commendam ſubſequen. extinguatur.
36 Commendatarij morte nouum vacandi modum induci. Et ſupra numero 30.
37 Beneficij vacationem præſumi in loco, vbi ſit qui beneficium poſſideat.
38 Commendatarium aliter non poſſidere dicimus.
39 Depoſitæ rei poſſeſſionem penes depoſitarium alias non eſſe, ſed apud deponentem.
40 Commendatarij morte, non induci aliquem modum vacandi.
41 Verum priorem uacandi modum per illius obitum, qui poſſidebat, inductum, attendi dicimus.
42 Commendatarium prælatum non eſſe, cum nullum ius habeat in re ipſa commenda ſubiecta.
43 Commenda durante, tempus prouidendi cuiquam non currere.
44 Commendæ beneficium ſubijci, ad effectum ut de illo ſubinde alicui prouidendum ſit.
45 Commendam prouiſionis nomen ſibi vindicare non poſſe.
46 Præparatoria data ad effectum poteſtatis alicuius, poteſtatem ipſam aliter non abſorbere.
47 Commendam, quid præparatorium ad prouiſionem eſſe.
48 Reſeruatio, quando reſoluatur per commendam.
49 Commenda, quod ſit unus ex modis prouidendi alicui de beneficio.
50 Commendare, quod non ſit conferre.
51 Commenda quando fiat ad uitam alicuius, quod eccleſia aliter uacare non dicatur.
52 Reſeruationem papæ extingui per commendam perpetuam.
53 Commendas noſtri temporis, collationi ſimiles eſſe.
54 Lex quando non poteſt capere directam nominationem, quod accipiat indirectam priuilegiatam cum effectu directæ.
55 Dominium ſi quod acquiratur ex præſcriptione, cui lex cum non poſſit dare directum nomen, accept at illud ſub nomine utilis cū effectu directi.
56 Ratio aſſignatur ne alias offenderetur maieſtas iuriſconſulti.
57 Lex canonica, ſeu Rom. pont. uolen. æquitate, vel neceſſitate ſuadente, prouidere alicui de pluribus eccleſiis, quam uiam ſibi elegerint, & quo remedio vſi ſint.
58 Prouidend. reſpectu vnius directe ſiquidem ac directo titulo, reſpectu alterius uero utiliter tantum, mutatis nominibus, effectu directi prælati remanente.
59 Actiones utiles a directis in quo differant.
60 Titulus utilis, antiquorum patrum, non modernorum inuentum.
61 Commendam, aliquando uerę collationis locum ſortiri, & tanquam ueram collationem dijudicari.
62 Quod agitur, non quod dicitur attenden. eſſe.
63 Nomina rebus ſiquidem impoſita, non verbis.
64 Commendatarium perpetuum ſpoliatum reſtitui.
65 Commendatarium perpetuum a prælato in aliquo nō differre, penes quem etiam poſſeſſionem eſſe decimus.
66 Nec alius ſit, qui poſſideat niſi ipſe.
67 Adiectionem naturam rei non mutare.
68 Quod vnus ſit poſſeſſor, & alius depoſitarius capiat fructus, quando depoſitum ſit gratia depoſitarij, ſimul ſtare poſſe.
69 Commendam depoſitum eſſe.
70 Commendatarius quamuis perpetuus is ſit, & fructus ſuos faciat, non propterea dominum dici, nec poſſeſſorem.
71 Cauſam fructuum & poſſeſſionis diuerſo iure cenſeri.
72 Opinio Romani confutatur.
73 Depoſitarium nullo caſu fructus rei depoſitæ lucrari.
74 Quodque alias depoſiti loco commodatum, vel precarium reputari.
75 Caſus excedens notiſſimos terminos depoſiti.
76 Quodque dicto caſu, dominium & poſſeſſio rei depoſitatæ tranſeat in depoſitarium contra naturam depoſiti.
77 Poſſeſſionem penes unum, fructus vero penes aliū qualiter ſtare poſſint.
78 Commendæ poſſeſſionem ſi de facto dicatur extare penes commendantē.
79 Commendantem, non ciuilem, neque naturalem poſſeſſionem habere.
80 Commendantis morte, nouam beneficij vacationem non induci.
81 Commentarius quando fructus percipiat, de mente papæ.
82 Commendam perpetuam non induci ad effectum prouidendi alteri, ſed illi, cui commendatur.
83 Quodque detur cum omnimodo effectu collationis.
84 Concluſionem ſtare per commendam, reſeruationem extingui.
85 Curiam primam opinionem tenere per commendam etiam eccleſiæ prouiſum non dici.
86 Papa, quando beneficio manus appoſuerit, quod intelligantur ligatæ manus inferiorum, donec plene prouiderit.
87 Regula de Triennali, ſi procedat & locum ſibi vindicet in commendatario.
88 Auctoris opinio, quod commenda hodie ſit titulus, & commendatarius dicatur prouiſus.
89 Regula de triennali, quod ſit exorbitans a iure communi.
90 Quodque breuem præſcriptionem non admittat.
91 Item & pęnalem cenſeri, cum auferat ius habenti.
92 Quodque eiuſdem regulæ diſpoſitio procedat, & locum ſibi vindicet reſpectu tituli, qui habetur per electionem, confirmationem, præſentationem, aut collationem.
93 Non autem quo ad titulum, quæſitum uigore commendæ.
94 Conſtitutionem odioſam, & pœnalem, nunquam extendi, etiam per rationis identitatem.
95 Extenſionem de ſignificatione ſtricta ad largam, aliter non fieri, quando ratio expreſſa ſit.
96 Conſtitutio quando breuibus verbis concepta appareat, omnia verba in eadem cum miniſterio appoſita cenſeri.
97 Quodque in caſu pręmiſſo nunquam fiat extenſio.
98 Regulam de triennali, in fauorem poſſidentis inductam eſſe.
99 Commendatarium perpetuum, collatiuo in omnibus adæquari.
100 Regula de annali ſi procedat & locum ſibi uindicet in commendatario.
101 Regula requirens conſenſum cardinalium in vacantibus per obitum familiarium ſuorum, an extendatur ad commendatarium.
102 Regula de veriſimili notitia, an habeat locum in eo, qui impetrat per ceſſationem commendæ.
103 Regula de infirmis reſignantibus, an habeat locum in commendatario reſignante.
104 Extenſionem fieri etiam in correctorijs omnimoda ratione concurrente.
105 Item, ex maioritate rationis aliquando minus fieri, nonnullorum opinione ita dictante.
106 Auctorem tractatum extenſionum compilaſſe.
207 Monaſteria & dignitates minoribus vigintiquinque annis, aliter non conferri.
108 Et eadem minoribus ipſis aliter non commendari.
109 Commendam titulum eſſe, & facilius dari ex vſu curiæ quam titulus directus.
110 Minoribus decem & octo annis, beneficia curata commendari, deinde in titulum dari.
111 Commendam etiam pro certo tempore, titulum reputari.
112 In commendatario maiorem idoneitatem regulariter requiri, quam in habente titulum.
113 Permutatio quando cadat de beneficijs commendatis, & quo caſu fieri poſſit.
114 Auctoris commentaria in repetit. c. 1. de rer. permut.
115 Regula de idiomate, ſi procedat & locum habeat in commenda.
116 Commendatarium, fructus ſuos aliter non facere.
117 Limitatio ad idem, quando deſeruiret eccleſiæ commendatæ.
118 Quo caſu ex fructibus uiuere datur eidem, & permittitur.
119 Miniſtrorum expenſam in primis & ante omnia deducen. fore.
120 Commendam ex toto naturam depoſiti non ſequi.
121 Limitatio ſecunda in commendatarijs perpetuis hodierni temporis, qui cum ſint utiliter prælati, percipient omnes fructus.
122 Deductis tamen expenſis miniſtrorum, & debita hoſpitalitate ſeruata.
123 Cardinalium factum improbari haben. eccleſias commendatas, illarum ſtatum alterando, & mutando, debitam hoſpitalitatem tollen.
124 Limitatio tertia, quando commendatarius expoſuiſſet fructus pro reparatione eccleſiæ, vel pro alijs neceſſitatibus.
125 Commendatarium fructus eccleſiæ locare.
126 Commendatarium legitimum adminiſtratorem eſſe.
127 Succeſſorem non teneri ſtare locationi ipſius commendatarij.
128 Si eadem ad modicum tempus fieri contigerit, & pro ipſius eccleſiæ utilitate.

129 *Item etiam in locatione ad longum tempus, ſi eadem ſeruatis ſeruandis ſacta ſit, etſi perpetuus commendatarius exiſtat.*
130 *Commendatarius ſi præſentet clericos ad titulum eccleſiæ commendatæ.*
131 *Commendatarium legitimum fructuum diſtributorem eſſe.*
132 *Qui præſentat, quod dicatur vtifructu.*
133 *Præſentationem fieri propter vtilitatem eccleſiæ, in quam debent conuertere omnes fructus.*
134 *Commendatarius ſi poſſit præſentare ad eccleſiam vacan. quæ ſpectent ad præſentationem eccleſiæ commendatæ.*
135 *Quodque vtique poſſit, ſuſtinetur.*
136 *Adminiſtratorem præſentare dicimus.*
137 *Commendatarius quando poſſit præſentare aliquem promouendum ad titulum eccleſiæ ſuæ.*
138 *Commendatarius ſi beneficia conferre poſſit & valeat.*
139 *Collationem inter fructus numerari, qui ſeruando ſeruari non poſſunt propter periculum vacationis.*
140 *Commendatarius ſi faciat, & exequatur quæ ſunt iuriſdictionis, ſinge excommunicare, & alia id genus.*
141 *Commendatario perpetuo ad vitam ſi cauſarum cognitio, & terminatio committi poſſit.*
142 *Commendatarium non differre ab eo, qui habet uerum titulum niſi ratione potentiæ reuocandi.*
143 *Commendare beneficia quis poſſit.*
144 *Legatus ſi poſſit commendare eccleſiam parrochialem vltra ſex menſes.*
145 *Cardinales non ligari conſtitutione generali niſi exprimantur.*
146 *Legatum contra concilium aliter non diſpenſare.*
147 *Lex generalis quando liget omnes.*
148 *Epiſcopus, vel legatus ſi poſſint commendare eccleſiam perpetuo, vel ad tempus.*
149 *Aliquem poſſe tenere duas eccleſias vnam in titulum, alteram vero in commendam.*
150 *Inferiorem a papa aliquem intitulare in duabus eccleſiis incompatibilibus, aliter non poſſe.*
151 *Itemque nullus alius a principe poteſt alterare naturam rei a iure ſtatutam.*
152 *Commendæ perpetuatione eius naturam alterari, cuius proprium eſt reuocabilem eſſe.*
153 *Perpetuo conceſſa, vel ad tempus commendata longe differre.*
154 *Legatus, & epiſcopus, quod poſſint commendare ſimpliciter.*
155 *Quodque commenda huiuſmodi naturam ſuam ſeruet, & reuocabilis exiſtat.*
156 *Item quod poſſit eſſe perpetua, ſi aliter non reuocetur.*
157 *Commendam dare alicui ad vitam irreuocabiliter, ſoli papæ reſeruatū.*
158 *Commendas ordinariorum ex cauſa tantum fieri.*
159 *Et raro ſi quidem contingere, ut ſubſit cauſa dandi perpetua.*
160 *Verum ſi ſubeſſet, poſſet dari, ſed cauſa ceſſante reuocaretur.*
161 *Item per hoc commenda naturam non mutari.*
162 *Commendatarium fructus ſuos non facere.*
163 *Quod in commenda papæ ſecus eſt, cum effectum collationis ſortiatur.*
164 *Epiſcopus ſi commendam prorogare poſſit, & valeat ad aliud ſemeſtre.*
165 *Inferior ab epiſcopo ſi commendet eccleſiam.*
166 *Diſpoſitionem quorumcunque beneficiorum in diœceſi exiſtentium ad epiſcopum ſpectare, & pertinere.*
167 *Collatio ſi quæ competat inferiori ex priuilegio, vel conſuetudine.*
168 *Priuilegium, vel præſcriptio dans ius conferendi, ius commendandi non dare.*
169 *Capitulum beneficium commendare non poſſe.*
170 *Epiſcopi negligentia ius commendandi ad capitulum deuolui.*
171 *Epiſcopo ſi daretur commendare poſſe, & collationem ſi quidem impedire permiſſum eſt ei, qui priuatiue præſcripſiſſet aduerſum illum.*
172 *Commenda pendente collationem non fieri.*
173 *Commendare quod ſpectat ad eum, ad quem & conferre.*
174 *Epiſcopum non commendare ea quæ ad alterius collationem ſpectent, niſi vt cuſtodiatur & ſaluetur, donec collator prouidendum duxerit.*
175 *Legatus an commendet eccleſias collegiatas.*
176 *Legato non licere, nonitem epiſcopo, eccleſias collegiatas commendare.*
177 *Collegiatam eccleſiam deterioris conditionis non eſſe, quam non collegiatam.*
178 *Auctoris opinionem legatum & epiſcopum collegiatas commendare poſſe, quando electiuæ non ſint.*
179 *Legatus ſi poſſit commendare eccleſiam patronis neglectis.*
180 *Diſtinctio ad idem.*
181 *Epiſcopum patrono vocato commendare poſſe ad tempus, donec prouiſio fiat.*
182 *Patrono præſentante idoneum in tempore ſuo, quod veniat neceſſario inſtituendus.*
183 *Legatus ſi neglectis patronis poſſit commendare, permutare, & inſtituere.*
184 *Legatus, cui competit facultas commendandi beneficia ad vitam perinde, ac ſi eſſent collata, an poſſit id facere derogando patronis.*
185 *Commenda pendente ſi currat tempus ad præſentandum.*
186 *Comenda temporali pendente an currat tempus conferendi.*
187 *Epiſcopo negligenti per ſex menſes conferre beneficium vacans, illius collationem ad alium deuolui.*
188 *Legitime impedita tempus non currere.*
188 *Beneficij poſſeſſionem remanere penes commendantem.*
190 *Communem opinionem ad idem concurrere.*
191 *Commendam fieri non poſſe niſi collatore citato.*
192 *Item ſi fiat, & non citetur, non poterit interim conferre, ſed venit prius reuocanda.*
193 *Capitulum vacante ſede ſi poſſit commendare beneficia ad collationem epiſcopi ſpectantia.*
194 *Quodque commendare utique poſſit vt cuſtodiatur, donec per epiſcopum prouideatur.*
195 *Parrochiales eccleſias non paſſim commendari poſſe.*
196 *Non item commendari niſi ſacerdotibus.*
197 *Legatus uel epiſcopus ſi poſſint commendare eccleſias regulares ſecularibus, vel econtra.*
198 *Et aliter non poſſe, ſuſtinetur.*
199 *Legatorum facultatibus communiter prouiſum, regularia ſecularibus, & ſecularia regularibus commendari poſſe.*
200 *Auctoris opinio in præmiſſis.*
201 *Edictum de commenda ſimplici reſpectu perſonarum prohibitorium ſiquidem eſſe.*
202 *Illegitimus diſpenſatus ad beneficia ſimplicia an poſſit habere curatam commendam.*
203 *Inhabilis ad titulum directum an habilis ſit ad commendam.*
204 *Illegitimum in curatis vicarium non eſſe.*
205 *Si aliquis habilitetur ad ponendum in commendam, cuilibet etiam commendare poſſit, & valeat.*
206 *Inferiorem epiſcopo non commendare.*
207 *Diſpenſationem ſtrictam interpretationem recipere.*
208 *Commendam prouiſionem reputari.*
209 *In diſpenſationibus verba ad diſpenſatum dirigi.*
210 *Circuitum euitandum eſſe.*
211 *Epiſcopus ſi commendet eccleſiam clerica alterius diœceſis.*
212 *Commendam ius cuiquam non tribuere.*
213 *Commendæ expreſſa mentio quando in literis ſit facienda.*
214 *Commendam perpetuam inſtar veri tituli habendam.*
215 *Idem ſi de colorata poſſeſſione mentio fieri debeat.*
216 *Beneficium commendatum vacuum non eſſe, ſed plenum, cum in eo reperiatur commendatarius, qui habet ſaltem detentionem, licet poſſeſſio ſit penes alium.*
217 *Eccleſia commendata licet vacet de iure, de facto tamen non vacare.*
218 *Auctoris opinio.*
219 *De diſtributionibus quotidianis in literis mentionem non fieri.*
220 *Non item de vicaria temporali.*
221 *In impetrationibus non niſi de qualitatibus in iure expreſſis mentionem fieri debere.*
222 *Bulla prouiſionis quando expediri poſſint ſuper commenda pro religioſo, qui de eadem ſibi prouideri obtinuerit.*
223 *Prouidere, verbum latum eſſe, aptum comprehendere, etiam commendā.*
224 *Ordinare, verbum quid operetur.*
225 *Commendam nunquam intelligi conceſſam, niſi in ſignatura ad partem replicatum ſit de commenda, regulis cancellariæ cautum eſt, & prouiſum.*
226 *Commendas perpetuas, odioſas ſi quidem reputari, & exorbitantes.*
227 *Regulam, de qua ſupra num. 225. non habere locum in expeditionibus, ſi quæ fiant extra cancellariam.*
228 *Non item, quando fiant expeditiones per viam cameræ.*
229 *Legatus quod debeat ſe conformare ſtilo cameræ, non autem ſtilo cancellariæ.*
230 *Legatus quando ſciat quem eſſe monachum per viam commendæ, eidem prouidere non poſſe.*
231 *Legati ſcientiam in caſu præmiſſo expreſſionem operari.*
232 *Commenda quando reuocari poſſit, & valeat.*
233 *Depoſitum ad deponentis libitum reuocari poſſe.*
234 *Commendam ex certa cauſa factam non reuocari, niſi illa finita.*
235 *Commendam ante tempus ſine cauſa non reuocari, citra cauſæ cognitionem.*
236 *Opinio Aretini impugnantis limitationes, de quibus ſupra proxime.*
237 *Commendam ad libitum reuocari.*
238 *Commendam non fieri, niſi cauſa cuſtodiæ eccleſiæ.*
239 *Epiſcopum reiecta commendatario in ſe curam ſuſcipere poſſe.*
240 *Actorem non conſtitui a tutore ſine cauſa, & ad libitum reuocari.*
241 *Depoſiti naturam eſſe, vt reuocabile exiſtat.*
242 *Nullam commendam fieri ſine cauſa, & irregularem prouiſionem eſſe.*
243 *Auctoris opinionem.*
244 *Commendam exuperare a depoſito.*
245 *Limitatio tertia, quando commenda eſſet perpetua iuxta ſtilum conſuetum.*
246 *Commendatarium ſi priuari contingat, quæ neceſſaria ſint.*
247 *Limitatio quarta, ſi commendatarius expendiſſet pro conſeruatione eccleſiæ commendatæ.*
248 *Commendatarium, qui expendit pro neceſſitatibus eccleſiæ, finita commenda eccleſiam retinere, vſquequaque ſibi ſatisfieri contigerit.*
249 *Beneficium primum alicui retinere licere, quod ipſo iure vacauerit, pro expenſis in eo factis, & non receptis.*

Mor-

250 *Morte legati commendantis ſi commendam reuocari contingat.*
251 *Et non reuocari ſuſtinetur.*
252 *Limitatio ad idem, quando commendaſſet ad beneplacitum.*
253 *Commenda ſi ad libitum commendantis dimitti poſſit.*
254 *Filius ſi poſſit habere beneficium, quod eius pater tenuit in commendam.*
255 *Filium ſuccedere patri abſque diſpenſatione in caſu præmiſſo.*
256 *Patrem intitulatum non dici, nec eius reſpectu ſucceſſione notari poſſe.*
257 *Succeſſionem maxime conſiderari in caſu præmiſſo.*
258 *Filius quando miniſtrare poſſit in eadem eccleſia, in qua pater ſine titulo miniſtrauit.*
259 *Nullum intitulari poſſe in eccleſia, in qua pater cum titulo miniſtrauit.*
260 *Vnio ad vitam, & commenda ad vitam, quod ſuccedant loco directæ collationis.*
261 *In quibus æquum videtur, onera & emolumenta ſimiliter communicari.*
262 *Fructus reſeruati per uacationem an debeantur, quando commenda diſſoluetur.*
263 *Parrochiales plures quando uni commendare poſſint.*
264 *Extrauagans, iniunctæ, de electio. an procedat, & locum ſibi vindicet in commendatario.*
265 *Legatus ſi commendet, vel vniat beneficia papæ reſeruata.*
266 *Viſitatorem, adminiſtratorem cum libera idem eſſe.*
267 *Regula de Idiomate an habeat locum in commendatario.*
268 *Viſitator & commendatarius an differant.*
269 *Iura omnia, quæ loquuntur de adminiſtratore, ſeu viſitatore cum libera, quod faciant mentionem de eccleſiis cathedralibus.*
270 *Iura ſi quæ loquantur de commenda, mentionem facere de alijs eccleſiis inferioribus.*
271 *Viſitatoris officium quod nam præcipuum eſſe intelligatur.*
272 *Electionem fieri de idoneo prælato intra annum ad uiſitatoris officium procurare ſpectare.*
273 *Eccleſiam commendatam cum ea, quæ habetur in titulum, quod tenere liceat.*
274 *Commendatarium non facere fructus ſuos, communiter teneri.*
275 *Item viſitatorem pariter.*
276 *Adminiſtratorem vero cum libera fructus in ſuam vtilitatem non conuertere.*
277 *Commendatarij quod poſſint eſſe perpetui, cum non præſcribatur tempus, niſi in eccleſia parrochiali.*
278 *viſitatores commendatario perpetuo ſimiles eſſe.*
279 *Item figuram commendatariorum, qui hodie deputantur.*
280 *Viſitatores a legatis deputari, quemadmodum & a papa eoſdem deputari contingit, verum in aliquo differre.*
281 *Adminiſtratorem deputari eccleſiis inferiorib. per epiſcopum, vel etiam alium iuriſdictionem habentem.*
282 *Adminiſtratorem non ſubijci regulis commendæ proprio ſumpto vocabulo.*
283 *Adminiſtrator quando eccleſiæ parrochiali dari poſſit poſt ſex menſes.*
284 *Adminiſtrationem in pluribus eccleſiis dari poſſe quamuis in commenda ſecus ſit.*
285 *Coadiutor qui præficitur eccleſiæ quod prælatorum numero non ſit.*
286 *Commenda legati quando concurrat cum prouiſione ordinarij, quæ nam præferatur.*
287 *Sequeſtratores conſimilem habere facultatem cum viſitatoribus.*
288 *Sequeſter quando conferre poſſit, & præſentare.*
289 *Collationem & præſentationem inter fructus communicari.*
290 *Sequeſtratorium retinere fructus alieno nomine, & illos ad reſtituendum teneri.*
291 *Collationem & præſentationem reſtitui non poſſe, cum nullus ſit qui interim conferre poſſit, vel præſentare.*

1 De poteſtate legati in commendando beneficia.†

COmendæ materia eſt ita con
fuſe tradi-
ta in iure noſtro, vt aliquotiens diſcerni ne-
queat propter æquiuocationem, quomodo
commenda, adminiſtratio, & uiſitatio, inui
2 cem differunt, †ut ait Domin. in cap. nemo,
de electio. in ſexto. Quare hic obiter de commenda, etiam
3 extra legati poteſtatē, †aliquid attingemus. Eſt igitur notan-
dum, quatuor appellationibus in iure noſtro diſtingui perſo
nas eorum, qui præficiuntur curæ animarum non haben-
4 tium paſtorem, †uidelicet commendatarius, uiſitator, admi
5 niſtrator, Oeconomus.† De commendatario habemus tex.
in cap. qui plures. 21. quæſt. 1. in cap. dudum. de elect. & in ca-
pit. ſi conſtiterit. de accuſa. in cap. nemo. de elect. in 6. ubi la-
te per doctor. & per Franciſ. Paui. in tractatu de poteſta. cap.
uacan. ſede, parte ſecunda, quæſtio. 3. in principio. De uiſita-
6 tore, & adminiſtratore† habemus text. in capit. obitum. cap.
Catinienſis. 61. diſtinctio. & meliores text. in capitu. is cui. de
elect. in 6. & in capit. eccleſia. de ſupp. negl. præla. eodem lib.
7 De Oeconomo, † late Spec. in tit. de his, qui ali. nom. in iud.
inter. & per text. in capit. cum nos. de offic. ordin. & in capit.
iudicatus. 89. diſtinctio. capit. cum ſimus. 9. quæſtio. 3. l. iube
mus. C. de ſacroſanctis eccleſiis. l. omnes. C. de epiſcopis, &
Cler. & in pleriſque aliis locis, quæ numerare non exped
de quo Oeconomo, quia datur tantum ad gubernādum bo-
na temporalia eccleſiæ, ut no. in d. l. iubemus, & in capitulo
auaritiæ, de elect. & habet cuſtodiam illarum rerum, etiam
uiuente prælato, quamuis, eo mortuo, teneatur facere inuē-
tarium omnium rerum eccleſię gratis, capitulo charitatem.
duodecima quæſtione ſecunda. ad hoc capitulo quoniam
quidem. 75. diſtinctione hic non tractabimus, quia nihil ad
rem noſtram. Sed id admonuiſſe ſat erit, legatum poſ-
ſe in his ea omnia, quæ poteſt epiſcopus, ut ſępe repetitum
eſt. De commendatore igitur, viſitatore, atque adminiſtrato
8 re, qui proprie eccleſijs uacantibus dantur, † & inſtar præla-
torum habent, duo uerba faciam. Quæro primo, quid ſit cō
menda? Sol. commenda eſt depoſitum quoddam de bene-
ficio uacante apud aliquem idoneum, tam ratione ſpiritua-
9 lium, quam temporalium. †dixi depoſitum, quia commen-
10 dare eſt deponere, †l. commendare. ff. de uerborum ſignifica
tio. l. Lucius. ff. depoſ. & alias æquiparatur commenda ſeque
11 ſtro, †ſecundum Oldra. conſ. 166. ordinarius. De beneficio ad
differentiam Oeconomi. qui non datur beneficio, ſed rebus
12 uacantibus, †quia eccleſia non uacans non cōmendatur, †ut
13 per doct. in capitulo nemo. de elect. in 6. aliquem idoneum,
14 quia non commendatur laicis, nec inhabilibus, †ut in dicto
capitulo nemo. Tam ratione ſpiritualium, quam tempora-
lium vt oſtendatur, commendatarium implere uices præ-
15 lati, †de quo dicam in ſequen. quæſtione. Quæro ſecundo,
16 an commenda ſit titulus canonicus, †ita, ut commendata-
rius poſſit dici prælatus? & videtur ipſum habere titulum, &
eſſe prælatum. quod tenuit Bertran. de quo meminit Hoſt.
in d. capitulo dudum. & Lap. in cap. nemo ratio. quod com-
menda eſt titulus, quem canones appbant, †d. capit. dudum.
17 capitulo qui plures. 21. quæſtione prima, in extrauagan. cle-
ment. Si ex ſuperne. de pręben. Ergo haben. commendam di
citur prælatus, cum prælatus ſit, qui beneficium canonice
18 habet, † capitulo primo. de re. iu in 6. ad quod etiam ponde
ro capitulū dudum, qn̄ dicit, quod nullus habet canonice
19 duas eccleſias, †niſi habeat unam in titulum, aliam in com-
20 mendam, †ergo qui habet in commendam, canonice habet
tn̄ ille tex. facit ad oppoſitū derit. Ad hāc partē eſt melior
tex. in c. relatio. 21. q. 1. ubi cōmendatarius dicitur præſidere
21 eccleſiæ, †prælatus autem non eſt aliud, niſi qui præſidet, igi
22 tur &c. Contrarium † vero tenet gl. in capitulo. ſi conſtiterit.
de accuſa. & in capitulo dudum, capitulo nemo, & commu
niter doct. Ratio, quia depoſitarius non eſt dominus, cōmen
datarius eſt depoſitarius, vt in quæſt. præcedenti. igitur &c.
Item, non habet titulum, ut probatur in capitulo dudum, &
in capitulo qui plures. quando dicunt unam in titulum, al-
teram in commendam, ergo non eſt prælatus ſine titulo ca
pitulo primo. de reg. iur. in 6. & hoc expreſſe tenet Bald. in l.
ex facto. C. de fideicommiſ. liber. Dicendum eſt, commenda
tarium non habere directum titulum eccleſiæ, qui faciat ip-
23 ſum uerum prælatum, †ut dicunt Archi. Domi. & alii in di-
cto capitulo nemo. cum p̄latus fiat ex legitima collatione
capitulo ſi tibi abſenti. de præben. in 6. habet tamen canoni
cum adminiſtrationis, titulum, qui longe differt a titulo be-
24 neficii, ut inquit Card. in capitulo ſi conſtiterit, nam Oeco-
nomus, & viſitator habēt legitimum titulum adminiſtratio
25 nis, †non tamen ſequitur, quod habeant titulum beneficii,
& ſic tolluntur contraria iſta. tamen. quæſt. melius examina
bitur cum ſequenti. Quæro tertio, an, commenda permanē
te, vacet beneficium, † ita quod per obitum commendatarij
26 non inducatur nouus modus uacandi. exemplum, beneficiū
vacauit in curia, & conſequenter erat reſeruatum papæ, pa-
27 pa illud commendat, † commendatarius moritur extra
curiam, an beneficium dicatur uacare in curia, uel extra?
28 †ſol. Lap. in addi. ad Fede. quæſtione. 15. in trac. de rerum per
mut. tenet beneficium non uacare, quia commenda eſt titu-
lus canonicus, ut in præcedenti. Item quia dum commenda
29 eſt, conferri non poteſt, †ſecūdum Hoſtien. in d. capitulo du
dum, ergo non vacat, & conſequenter per obitum commen
datarij inducitur noua uacatio. Contrariam, †partem tenēt
30 Fede. in alleg. tract. quæſt. 15. Domin. in capitulo nemo, & in
conſil. 8 Car. in cap. ſi conſtiterit, & eorum opin. eſt commu-
31 nior. †Ratione mouentur. eccleſia dicitur uacare, cum pręla
32 tum non habet. †c. ne pro defectu. de elec. gl. in clem. 1. vt lit.
pen. eccleſia commendata non habet prælatum, ut ſupra cō
cluſum eſt, & probatur in cap. ſi conſtiterit, igitur &c. Item,
quia aut commendatarius habet titulum, & non eſt com-
mendatarius, c. dudum, c. qui plures. aut nō habet titulū, &
non eſt pręlatus, & cum iſta opinione tanquam ueriori tran
33 ſeo, †cum pręlatus debeat eſſe perpetuus c. piſcis. 50. di. & cō
menda ſit reuocabilis, & temporaria. d. c. nemo. ſed. q. ſequēs
omnia explanabit. Quæritur Quarto quid erit dicendum de
commendis, quę hodie fiunt per ſedem apoſtolicam ad vi-

34 tam commendatarii.† an per commendas huiuſmodi extin
35 guatur reſer. precedens, † ita quod per obitum commenda-
36 tarii inducatur nouus modus vacandi? Sol. Roma. in conſil.
350. in caſu propoſitę q. tenet, beneficium interim vacare, &
reſeruationem priorem durare. Idem dicit Collect. in capit.
ſi conſtiterit. obſeruare Roman. curiam. & hoc uidetur de
mente Phil. & aliorum in d. capit. nemo. quando indiſtincte
dicunt priorem reſeruationem durare, nõ diſtinguentes, an
commenda ſit perpetua, vel temporalis. rationes iſtorum.
37 †Vacatio beneficii fing. eſſe in loco. ubi eſt qui poſſidet bene
ficium clem. 1. ut lit. pendent. commendatarius autem non
38 poſſidet, † quia poſſeſſio rei depoſitæ non eſt apud depoſita-
39 rium, ſed apud deponentem. † l. rei commodatæ. ff depoſi. er
go per obitũ commendatarii non dicitur induci aliquis mo
40 dus uacandi. † ſed attenditur ille prior modus inductus per
41 obitum eius, qui poſſidebat. †Secundo commendatarius nõ
42 eſt prælatus, quia non habet ius in re. † ut not per Innocent.
in dicto capit. ſi conſtiterit. ergo per eius obitum non uacat.
Tertio. quia, tempore commendæ non currit tempus proui
43 dendi, † cum commẽda fiat ad effectum ut prouideatur, † vt
44 tradunt omnes in cap. dudum, & in c. nemo. ergo ipſa com-
45 menda non eſt prouiſio, † ne dicamus etiam operari contra-
rios effectus. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. Quarto, præ
paratoria, data ad effectum poteſtatis alicuius, ipſam pote-
46 ſtatem non abſorbent, † no. in capit. in cauſis. de electio. com-
47 menda eſt præparatoria ad prouiſionem, † igitur &c. Quin-
to, Domin. in capitu. nemo. in ſecunda colum. de elect. in fi.
quantum ad articulum reſeruationis diſtinguit, quia, aut pa
pa reſeruauit ordinationi, ſeu diſpoſitioni ſuæ, & per com-
48 mendam extinguitur talis reſeruatio, † quoniam commen-
49 da eſt unus modus prouidendi, † aut uero reſeruatio erat fa-
cta collationi, & tunc ſecus, quia emendare non eſt confer
50 re. † iſtam diſtinct. impugnat Roman per rationes prædictas.
Tertiam opin. quod immo commenda hodie ſit prouiſio,
quando fit ad uitam, & conſequenter eccleſia non dicatur
51 vacare, † tenet Rot. in deciſ. 244. in anti. & Biſg. deciſ. 1. in tit.
de præb. dicens reſeruationem papæ, extingui per commen-
52 dam perpetuam, † & Troia. de maluit. in quodam ſuo tracta
tulo impreſſo poſt tract. de ſorte Feder. poſt Compoſt. in tra-
cta de permut. quæſt 15. & Collect. in cap. ſi conſtiterit, in fi.
dicens hanc opinio. veram, ſaltim ex æquitate, ne uideatur
impoſita lex uerbis, est de mente Alexand in capit. cum au-
tem. colum. 7. 44 diſtinctio. & in capitu. ſi quis, 58. diſtinctio.
quando dicit commendas noſtri temporis eſſe ſimiles colla
tioni idem tenet Imo. in capit fin. in 5. colum. uerſic quarto
53 quæro, de rerum permut. † & ego iſtam opinio. ſequor hac ra
tione. Vbicunque enim lex dat eundem effectum rei, cui ob
alicuius termini repugnantiam nõ poteſt dare directam no
minationem, accipit indirectam priuilegiatam cum effectu
54 directæ. † patet in dominio, quod acquiritur ex præſcriptio-
ne, cui lex non ualens dare directum nomen, acceptat illud
55 ſub nomine utilis cum effectu directi, † ne confundat maie-
56 ſtatem iuris. † Bartol quem omnes ſequuntur in l. ſi quis ul.
in §. differentia. ff. de acquir. rer. domin. quod etiam patet diſ
currendo omnem materiam actionum, & interdictorum in
iure ciuili. lex igitur canonica, ſeu Roman. pontif. uolentes
æquitate, vel neceſſitate ſuadente, prouidere alicui de pluri-
57 bus eccleſiis, † & uidentes antiquas patrum inſtitutiones ob-
uiare, inuenere viam, qua patrum appellationibus ſaluis, ali
quem duarum eccleſiarum prælatum facerent, in una dire-
cte directo titu. inſtitutum, in altera utiliter tantum mutatis
58 nominibus, effectu directi prælati remanente, † qualis ſolet
etiam communiter vtilium actionum natura, vt quod ad
59 effectum attinet, a directis non differat. † l. actio, vbi Barto. ff.
de neg. geſt. l. ſi duo. ff. de ſolut. qui tamen utilis titulus non
60 eſt modernorum inuentum, ſed antiquorum patrũ, † ut eſt
caſus in d. cap. relatio. cum capit. ſequen. 21. quæſt. 1. & ſeruit
hodie nedum his, qui duas eccleſias habere uolunt, ſed & ſi
quis alioquin inhabilis unam, ut ſi religioſo ueniat ſecularis
eccleſia commendanda. Ad hoc facit, quia licet iſte modus
prouidendi uocetur commenda, tamen, quia concedens ex-
primit effectus ueri tituli, dum uult eum poſſe illa, quæ po-
teſt habens collationem ueram, in effectu iudicabitur colla
61 tio non commenda. † l. ubi ita donatũ. ff. de donat. cau. mor.
Abb. in c. 3. de precari. Cum attendatur quod geritur, nõ qđ
62 dicitur. † l. Labeo. §. idem Tubero. ff de ſuppellec. leg. & nomi
63 na ſint impoſita rebus & non uerbis. † capit. intelligentia, de
verborum ſignific. & iſta etiam opin. videtur fuiſſe de men-
te Ana. in capit. ſi conſtiterit, quando dicit quod commenda
64 tarius perpetuus ſpoliatus reſtituetur. † hãc partem ſequitur
glo. pragm. de elect. in uerſic cauſa, in fi. de electio fol. 45 di-
cens reſeruationem expirare per huiuſmodi commendam.
Ad primum argum. dic illud eſſe falſum, cum immo poſſ.
ſit penes commendatarium perpetuum, cum omnia ex-

65 pediat, & in nullo differat a prælato † ut ſupra dictum eſt
66 nec alius ſit qui poſſideat niſi ipſe. † unde argumen. procedit
quando commenda ſtatet in terminis commendæ. Et ſi
67 inſtares, adiectio non mutat naturam rei. † l pediculis.
§. Labeo. ff. de aur. & argen. lega. Reſpondeo, illud eſſe ue-
rum in adiectione, quę non mutat naturã rei, alias ſecus. d. l.
vbi ita donatũ. Sed adhuc inſtat Rom. quod iſta ſtant ſimul,
quod unus ſit poſſeſſor, & alius etiam depoſitarius capiat fru
68 ctus, quãdo depoſitum ſit gratia depoſitarii † l. ſponſaliorum.
§. qui pecuniam. ff. depoſi. Cum igitur commenda ſit depoſi
69 tum, † quamuis commendatarius ſit perpetuus, & faciat fru-
ctus ſuos, ex quo ſit in eius utilitatem, tamen non dicetur do
70 minus, nec poſſeſſor † cum cauſa fructuum & poſſ. ſint diuer
71 ſa, † l. permiſceri, in fi. ff. de acquir. poſſe. l ad hoc l. ſi tibi con-
ceſſio. de præben. in 6. capit. ſi propter. de reſcript. eodem lib.
72 At dicas omnia iſta eſſe uana, & primo, eſt falſum † quod de-
73 poſitarius aliquo caſu lucretur fructus rei depoſitatæ, † quo-
74 niam tunc de neceſsitate commodatum vel precarium † ſe
cundum Hoſtien. in ſum. de commo. & dep. ad. §. qui pecu-
nia, dic quod ille eſt caſus excedens notiſsimos terminos de
75 politi, ut dicit tex. in l. Lucius. ff. eodem tit. tunc enim domi
nium & poſ. rei depoſitatæ tranſit in depoſitarium cõtra na-
76 turam depoſiti, † ut ibi dicit glo. quare ibi potius probatur
concl. noſtra. Et inquantũ dr̃, quod poſſ. põt eſſe apud vnum
77 poſſ. apud alium fructus, † eſt uerum, qñ alias extaret dire-
ctus dominus & poſſ. fructibus apud alium remanentibus ſe
cus quando non eſt alius habens titulum, ut in caſu noſtro.
& per hæc reſpondeo ad l. quiſquis. & l. ſi quis argentum. C.
de donat. Et quod iſtud argument ſit falſum, apparet, nam
penes quem erit poſſ. huius beneficij, ſi dixeris apud commẽ-
78 dantem † de facto non eſt uerum, quia neque ciuilem, neque
79 naturalem habet. † Item etiam ſequeretur, quod per mortẽ
papæ commendantis, induceretur noua vacatio beneficii
80 † poſtquam ex argumen. conſtat modum uacationis induci
ex perſona poſſ. Item falſitas argumen. conuincitur ex men
te papæ commendantis, quia uult ipſum percipere fructus
81 † & tenere, ſicut ſi haberet titulo collationis habens enim ti
tulum collationis. habet poſ. igitur &c. & ideo ſi ſpoliaretur,
daretur reſtitutio ſecundum Ana. in d. cap. ſi conſtiterit. Ad
ſecundum, dic eſſe falſum, quia primo eſt prælatus, & habet
ius in re, per præmiſſa. Ad tertium, dic quod commenda per
petua non fit ut prouideatur alteri, ſed illi, cui commenda-
82 tur, † quia datur cum omnimodo effectu collationis, † nec in
83 hoc conſtat de aliqua mente papæ in contrarium, quamuis
dicat te commendare, quoniam elegit hanc uiam, ut ſalua-
ret patrum appellationes. Ad quartum ſimiliter patet reſpõ
ſio ex prædictis. unde concluditur, quod reſeruatio prima ex
84 tinguitur. † uerum aduerte, quod ſtante opinio. prima, quam
videtur tenere curia, quod per commendam etiam perpe-
85 tuam non dicatur prouiſum eccleſiæ, † fruſtra quæritur, an
prima reſeruatio duret, quoniam omnino beneficium erit
reſeruatum ex ui commendæ. Nam quando papa apponit
manum beneficio, ligatę ſunt inferiorum manus, donec pla
86 ne prouiderit, † capit. vt noſtrum. & ibi doctor. de appella. co
gita. Quinto, quæritur, an reg. de non moleſtando eo, qui be-
neficium triennio pacifice poſſedit, habeat locum in com-
87 mendatario † pacifico poſſeſſore per triennium, Sol. retenta
opinio. quam firmaui, quod commenda ſit titulus, hodie, &
88 & commendatarius dicatur prouiſus, † videtur dicendum
etiam commendatarios defendi illa regu. Sed contra hoc
89 opp. quod illa regu. eſt exorbitans a iure communi, † quod
90 non admittit tam breuem præſcriptionem. † Item, ut pœ-
91 nalis, quia auſert ius ſuum habenti. † & illa reg loquitur in ti
tulo qui habetur per electionem, confirmationem, pręſenta
92 tionem, aut collationem, † & non loquitur de illo, qui habe
93 tur per cõmẽdam, † ergo nõ debet trahi ad illũ caſum, quia
conſtitutio odioſa & pœnalis nunquam extenditur, etiam
94 per rationis identitatem, † ut per Ant. Imo. & Cardin. io cle-
ment. 1. de reſcrip. cum potius attendatur quod exprimitur.
l. nominis. ff. de uerborum ſignifi. eandem Theo. ponit Imo.
in clemen. 1. de elec. & in clemen. auditor, ubi etiam card. de
relen p. dicentes, hoc procedere, etiam ſi ratio eſſet expreſſa.
ad hoc glo. in clem. ut hi qui. in uer. in eiſdem de elec. quæ di
95 cit tunc non fieri extenſionem † de ſignificatione ſtricta ad
largam. Accedit Theor. card. in d. clemen. auditor. dicentis,
quod quando conſtitutio eſt breuis, omnia uerba cenſentur
96 poſita cum miniſterio, † ut nunquam fiat extenſio. Si quis ta
97 men vellet ſaluare primam opin. poſſet dicere quod illa re-
98 gu eſt facta in fauorem poſsidentis, † & cum per omnia ſit
exequatus commendatarius perpetuus, collatiuo debet in-
99 telligi æqualiter, † tum per regulam Oldrad. tum propter re
gularem æquiparationem, & hoc in terminis firmat glo. in
conſtitu. pragm. io titulo de pacifico poſſ. in ſecunda car. in
fin. Sexto quæritur. An reg. de annali poſſ. non moleſtando,
vbi

vbi fiat mentio. &c. habeat locum in commendatario per-
100 petuo,† Sol habet locum, quia generaliter loquitur de non
moleſtando poſſeſ. annali pacifico, commendatarius poſſi-
det, ergo &c. Septimo quæritur. An regu. quæ vult, quod be-
neficia uacantia per obitum familiarium cardinalium, non
poſſint impetrari ſine expreſſione familiaritatis, & conſen-
ſu cardinalium, habeat locum in beneficiis, quæ familiares
101 morientes tenebant in commendam?† Sol. procedit in com
menda perpetua ſicut in aliis, quia par ratio per proxime di-
cta, & ita ſæpius iudicauit Rota, quamuis in contrarium ex-
tet quodam conſilium Ioan. Baptiſ. Car. incip. Reuerendæ
pater, circa reſolutionem. & mouetur, quia regu. quæ requi-
rit conſenſum cardinalium, eſt exorbitans, cum collatio de-
beat eſſe libera penes papam. ideo ſtricte accipienda. vnde
cum regu. loquatur de beneficio, quod obtinebat familiaris
cardinalis, & in quo ius habebat, ius autem habere proprie
non intelligitur niſi qui habet titulum, ergo &c. Tu tamen
ſequere primum, quia eius fundamenta corruunt ex præ-
miſſis. Quæritur, quid de regu. de ſimili notitia, an habeat lo
102 cum in eo, qui impetrat per ceſſationem commendæ? † Et
dicendum habere locum, tenendo opinio. quam firmaui in
materia commendæ. ſed tenenda opinio. curiæ, res eſt ualde
dubia, tum propterea quod regula iſta deuiat a iure commu
ni, tum quod eſt pœnalis ſaltem large inquantum irritat
collat. Ego tamen ſemper dicerem habere locum, proptc-
rea quod eſt omnimoda ratio, & idem periculum fraudis.
Octauo quæritur. An regu. de infirmis reſignantibus habeat
103 locum in commendatario reſignante, † Sol. ſi tcnem opi.
curiæ, quod exiſtente commenda, prima uacatio duret, &
beneficium remanet affectum. Regu non poteſt habere lo-
cum, quia beneficium non poteſt dici uacare per obitum
hoc caſu, ex quo durat prior uacatio. Si tenemus aliam opin.
quæ eſt verior, quod commenda ſit uerus titulus, regula ha-
bebit locum, de qua regu. dixi aliquid ſuperiori lib. & audio
quæſt. hanc alias agitatam in Rota, & dominos fuiſſe diuer-
ſos, etiam præſuppoſita opin. curiæ pro vera, his qui ſtabant
pro affirmatiua, dicentibus rationem illius regu. habere lo-
cum in commenda, igitur attendenda mens. l. ſi in uenditio
ne ff. com. prædi. quum etiam in correct. fiat extenſio ex om
104 nimoda ratione † ſecundum Bartol. & Alexand. in l. ſi con-
ſtante. ff. ſoluto matrimo. Aliis negantibus extenſionem fie-
105 ri in correctoriis, etiam ex maioritate rationis,† pro quibus
106 me remitto ad ea, quæ dixi in tracta. extenſ. † Nono quæri-
tur, an ſicut monaſteria & dignitates non poſſunt conferri
107 minoribus uigintiquinque annis † ita non poſſint commen
108 dari? † Et uidetur dicendum poſſe, quia commenda eſt titu-
lus, qui facilius datur ex uſu curię quã titulus directus, quia
109 † minoribus 18. annis beneficia curata commendantur, de-
110 inde dantur † in titulum. Item de hoc uidetur caſus a ſpecia
li in capitulo nemo. Exiſtimo tamen oppoſitum, cum com
111 menda noſtri temporis ſit titulus, † ut ſupra dixi, immo regu
lariter maior idoneitas requiritur in cõmendatario, quam
112 in habente titulum, † ſecundum gloſ. quam ſequuntur doct.
in c. nemo. de elec. in 6. & ibi Phil. in vet. colla. ad materiã,
vide Abb. in capit. fin. uerſ. 3. quæſtio. de cler. ægro. Decimo
113 quæro, an beneficia commendata permutari poſſint, † Sol.
Fed. de Sen. quæſt. 15. in tracta. de permut. tenuit poſſe, quia
commenda erat canonicus titulus, & ego alias idem tenui,
114 in rep. capit. primi, de rerum permut. † quam opin. nunc ſe-
quor in commendis perpetuis, propter rationes, quas dixi.
Curia tamen obſeruat contrarium, & nõ dat literas permu-
tat. quando beneficia ſunt commendata, quia ad hoc ut pro
cedat permutatio, oportet quod beneficia uere vacent, & ve
re conferantur. quod non eſt per dimiſſionem commendæ.
hoc tenent Collec. & Aegid. in tract. de permut. benefi. parte
3 quæſtio. 5. niſi papa dicat quod faciat iure permutat. ut ibi
pe cum. illud tamen quod ſupra dixi, tenuit etiam Imo. in ca
pit. fi. de rerum permutat. ſecutus Feder. ubi ſupra. Decimo-
primo quæritur, an reg. de idiomate, habeat locum in com-
115 menda, † & dicendum habere locum, quia eſt eadem ratio
penitus in his cõmendis perpetuis. Decimoſecundo, an com
116 mendatarius faciat fructus ſuos? † Sol. non facit, quia eſt ad-
miniſtrator. glo. & doctor. in cap. nemo. & in capit. dudum.
Fallit primo, quando commendatarius deſeruiret eccleſiæ
117 commendatæ, † quoniam poteſt uiuere ex fructibus † illius,
118 cap. cum ſecundum. de præben. cap. cum non deceat. de elu
119 ctio. miniſtrorum enim expenſa in primis deducẽda † Arch.
in cap. qui plures. tenet hanc limitationem, dicens ex ea ap-
parere, quod commenda non ſequitur ex toto naturam de-
120 poſiti, † eſt de mente omnium in d. capit. nemo, & in capit.
dudum. Fallit ſecundo, in commendatariis perpetuis hodier
121 ni temporis, † quia cum ſint utiliter prælati, percipient om-
nes fructus, deductis tamen expenſis miniſtrorum, & ſerua-
122 ta debita hoſpitalitate. † argument. in capitu. de monachis.
de præbend. ubi Abb. acerrime inuehens contra dominos
card. & alios habentes eccleſias commendatas, mutantes ſta
123 tum earum, & tollentes debitam hoſpitalitatem. † de quo
vide Inocen. in capitulo in Lateranenſi, de præbend. Pet. de
Peru. in tract. quartæ cau. capitulo primo in fine per Abb. in
capitulo querelam. de electione. Fallit tertio, quando com-
mendatarius expendidiſſet pro reparatione, aut aliis neceſſi-
124 tatibus eccleſiæ, † ut per doct. in capitulo de multa. de præb.
Decimotertio quæritur, an commendatarius poſſit locare
125 redditus eccleſiæ? † Reſpõ. poſſe, q. a eſt legitimus adminiſtra
126 tor † ſecundum doc. in capitulo nemo. Cal. conſ. 8. titulo de
127 de loc. non poſſet tamen obligare ſucceſſorem, † ſecundum
Domi. in capitulo nemo. quod non credo verum, quando lo
128 caret ad modicum tempus, & pro vtilitate eccleſiæ. † ar. ca-
pituli ſi is qui, de electione in ſexto & capitulo eccleſia. de
ſup. neg. præla. Item in locationibus ad longum tempus,
129 † quando ſeruarentur ea, de quibus in conſt. Pau. ambitioſæ.
maxime qñ ſunt perpetui. de quo vide Alex. in ſum. 1. q. 3.
col. 2. uer. & per prædicta. Decimoquarto quæritur, an com-
mendatarius poſſit præſentare clericos ad titulum eccleſiæ
130 commendatæ? † Sol. Vinic. quẽ refert Archid. in dicto capi-
tulo qui plures. tenuit non poſſe. Archi. tamen & Domi. in
capitulo nemo tenent contra, quia commendatarius eſt le-
131 gitimus diſtributor fructuum, † & qui præſentat dicitur vti
132 fructu. † capitulo conſultationibus de iur. pat. & hoc, quia p̃-
133 ſentatio fit propter vtilitatem eccleſię, † in quam debent cõ
uertere omnes fructus. ad hoc capitulo exanimata de iudi.
ubi ſe queſter præſentat. Iſta q. poteſt intelligi dupliciter, an
commendatarius poſſit pręſentare ad eccleſiam vacantem,
134 quæ ſpectet ad præſentationem eccleſię commendatæ, † &
135 tunc poteſt ſine dubio per rationes Archid. † Nam admini-
136 ſtrator præſentat. † ut Henr. in capitulo quod autem. de iu.
pat. doct. in capitulo cum Bertoldus, de re iudic. ſed q. propo-
ſita non uidetur habere iſtum ſenſum. Secundo igitur intel-
ligi poteſt, an commendatarius poſſit præſentare aliquem
137 promouendum ad titulum eccleſiæ ſuæ † iuxta ea, quæ habẽ
tur in capitulo poſtulaſti. de iur. pat & in capitulo per tuas. li-
bro vltimo. de ſimon. Abb. in capitulo conquerente de cler.
non reſi. vbi qui ita præſentat, obligat eccleſiam ad expen-
ſas præſentato. hoc caſu credo quod non poſſit fieri iſta præ
ſentatio, niſi per commendatarium perpetuum, & ſi eccle-
ſia indigueriit miniſtris, practicabitur capitulũ vacante, de p̃-
bendis. Decimoquinto quæritur, an commendatarius poſſit
138 conferre beneficia? Dicendum eſt poſſe, ſiue perpetuus, ſiue
non, cum collatio numeretur inter fructus capit. cum olim,
de maio. & obe. & maxime, quia non conferendo, periret. ca
pitulo nulla. de conceſſ. pręb. ita tenet Archi. in capitulo ne-
mo. Sed op. de capitulo eccleſiæ de ſup. neg. præl. verum il-
lud ſpeciale, & non loquitur in commendatario. Nam cum
commẽdatarius percipiat fructus, & collatio numeretur in-
ter fructus, qui ſeruando ſeruari non poſſunt propter pericu-
139 lum vacationis. † capitulo primo in fi. ne ſe. va. in 6 Oldra. in
conſil. 20. iſta tamẽ ratio claudicat, quia capitulum propter
hoc non confert, ſed alia ratione. Decimoſexto quæritur, an
poſſit excommunicare & facere alia, quę ſunt iuriſd ctionis?
140 † Sol. poteſt, quia iſta computantur in fructibus, ut in capi-
tulo querelam. de electione Quæritur an cauſæ comitti poſ-
141 ſint commendatario perpetuo † ad uitam, ut ſupra? Dicendũ
eſt poſſe propter præmiſſa, cum non differat ab eo, qui habet
142 verum titulum, niſi ratione potentiæ retinendi. † At tamen
ſi teneamus opi. curiæ ſecus erit, vt tenet Coment. practicæ
Cançellar. in Rubr. de iudicibus, & cotum ordin. Decimoſe-
143 primo quæritur, quis poſſit commendare beneficia? † Sol. de
papa non eſt dubium, de epiſcopo eſt tex. in capitulo nemo.
per quod apparet q̃ tanto magis legatus, præcipue quia paſ-
ſim conceditur, & non reperitur quod caſus ſit reſeruatus pa
pæ, Decimooctauo quæritur, an legatus poſſit commenda-
144 re eccleſiam parrochialem ultra ſex menſes? † Et uidetur poſ
ſe, quoniam generalis diſpoſitio capituli nemo. non ligat
cardinales ſecundum Io. Mon. in capitulo primo de Schiſm.
in 6. quando voluit cardinales non ligari conſtitutione ge-
145 nerali, niſi exprimantur. † Io contrarium tamen ſe habet ve
ritas, ut per Io. An. & Dom. in capitulo nemo. propter genera
litatem illius tex. qui eſt concilii, contra quod non diſpenſat
146 legatus, † vt dicetur loco ſuo. Ad dictum Io. Mon. dic, nõ eſſe
verum, niſi quando daretur ratio ſpecialitatis. cum lex gene
147 ralis liget omnes. † & etiam ſi eccleſiæ vtilitas ſuaderet com
mendam, idem eſt propter illum text. Decimonono quærit,
an epiſcopus uel legatus poſſint commendare eccleſiam per
148 petuo, uel ad vitam † alicuius? † Et uidetur poſſe, id probat c.
nemo a ſpeciali. Si n. prohibet cõmẽdã eccleſiarũ parrochia-
liũ vltra ſex menſes, ergo in aliis remanebit libera poteſtas ẽt ad
vitã, ex quo nullũ tempus eſt determinatum. l. de pretio. ff.
de public. qđ tenerẽ vñr qui dicunt aliq. ẽ poſſe tenere duas

149 eccleſias, unam in titulum, alterã incommendam, † & non
dicunt de uno tempore pluſquam alio. At contra argum.
commenda perpetua eſt titulus, ut dictum eſt. & inferior pa
pa, non poteſt aliquem intitulare in duabus eccleſiis incom
150 patibilibus, † cap. de multa. de præben. igitur &c. Item, nul-
lus alius a principe poteſt alterare naturam rei a iure ſtatu-
151 tam, † cap. quod ſuper his. de maior. & obed. per commen-
dæ perpetuationem alteratur natura eius, quæ eſt ut ſit re-
152 uocabilis, † igitur &c. Item, pon. tex. in capit. ſi conſtiterit. In
quantum dicit, non perpetuo conceſſa, ſed ad tempus com-
153 mendata. † ubi perpetua cõceſſio aſſignatur per modum dif-
ferentiæ ad commendam. Reſpon. ad hæc, quod legatus, &
154 epiſcopus poterunt commendare ſimpliciter, † & talis com
155 menda, ut naturam ſuam ſeruet, erit reuocabilis. † ſed tamẽ
156 poterit eſſe perpetua, ſi non reuocetur. † ut alias dicitur de
uicario epiſcopi per doct. in cap. quoniam Abbas. de offi. de
leg. & in cap. de multa. de præb. irreuocabiliter autem dare
157 alicui ad uitam conceditur ſoli papæ, † quia commendæ or
158 dinariorum fiunt cum cauſa tantum. † & raro eſt ut ſubſit
159 cauſa dandi perpetuo, † quæ etiam ſi ſubeſſet, poſſet dari, ſed
160 cauſa deinde ceſſante, reuocaretur. † & per hoc non mutat
161 naturam commendæ, † & maxime, quia non facit fructus
162 ſuos † ſecus in commenda papæ, quæ in effectu eſt collatio,
163 † tamen Innoc. & Anch. in d. cap. ſi conſtiterit. dicunt quod
ſemper fiet ad tempus. Papa ad uitam irreuocabiliter. Col-
lect. in d. cap. ſi conſtiterit. uide Alexan. in cap. ſi quis. colum.
3. 58. diſt. Vigeſimo quæro, an epiſcopus finito ſemeſtri poſ-
ſit prorogare commendam eccleſię parrochialis ad aliud ſe
164 meſtre? † credo non poſſe, ne fiat fraus. c. nemo ad hoc. cap.
commiſſa. de elect. c. quanto, de diuor. Tu tamen vide Bald.
conſil. fin. 5. uol. & in apoſt. ad Alex. in l. cautioni. in 2. col. ff.
de dam. infec. ubi remiſi multa, pro enodatione huius q. Vi-
geſimoprimo quæro, an inferior epiſcopo commendare poſ
165 ſit? † Domi. & alii communiter in c. nemo. tenent non poſſe;
ratio quia diſpoſitio omnium beneficiorum in dioceſi perti
166 net ad epiſcopum, † c. nouerint. 10. quæſt. 1. c. omnes baſilicę.
16. quæſt. 7. ſi autem inferiori competit collatio, illud eſt cõ-
167 ſuetudine uel priuilegio, † ergo priuilegium, uel pręſcriptio,
168 dans ius cõferendi, non dabit ius commendandi, † quia tan
tum præſcriptum, quantum poſſeſſum. & ideo Cal. & Ioan.
Andr. in cap. cum ex iniuncto de hæret. dicunt eum, qui pręſcripſit inſtitutionẽ, non poſſe deſtituere, & quæ a iure com
muni exorbitant &c. & hęc eſt ſententia docto. in cap. ſi con
ſtiterit. ex quo inferunt quod capitulum non poterit com-
169 mendare beneficium, † quamuis per epiſcopi negligentiam
170 ſit ad ipſum deuolutum. † Sed aduerte, quia ſi epiſcopus poſ
ſet commendare, facile poſſet impedire collationem eius,
171 qui priuatiue præſcripſiſſet aduerſus illum, † cum commen
da pendente nõ fiat collatio, ut dicetur infr. Item ſi ad iſtum
ſpectat prouiſio, & commenda eſt ad faciliorem prouiſionẽ,
172 ut dicunt omnes, † certe ad eum ſpectabit commendare ad
173 quem ſpectat conferre, † argum. cap. præterea, de offic. dele
ga. Et maxime, quia non eſt lex, quæ hoc reſeruet epiſcopo,
& tex. in cap. nemo. in generalitate ſua innuat, hoc officium
multis competere. Tene tamen primam de materia in quę
ſtio. 22. & ad rationes oppo. dic quod epiſcopus non commẽ
dabit ea, quæ ſpectant ad collationes alterius niſi ut cuſto-
174 diatur, & ſaluetur donec collator prouideat. † Vigeſimoſe-
cundo quæro, an legatus poſſit commendare eccleſiam, col
175 legiatam parrochialem ultra ſex menſes, † Philip. & Domi.
negant poſſe propter generalem prohibitionem. cap. penul.
hoc titulo in 6. uolunt tamen hoc licere epiſcopo, quia pro-
hibitio. capit. nemo. loquens ſimpliciter de parrochialibus,
non comprehendit collegiatas parrochiales. cap. ſtatutum,
de elect. in 6. Anchar. in cap. nemo, aſſerit non licere neque
176 epiſcopo, neque legato, eas commendare, † quia etiam colle
giata non debet eſſe deterioris conditionis quam non colle
177 giata, † ego credo, & legatum, & epiſcopum poſſe commen
178 dare ex cauſa, quando non ſunt electiue, † quia capit. nemo,
cum exorbitet, debet reſtringi iuxta formam. c. ſtatutum. &
dico legatum poſſe commẽdare, quia poteſt de talib. etiam
diſponere, vt declaraui ſupra lib. 3. quæſt. 5. ita tenent Arch.
& Ioan. And. in dic. c. nemo. Vigeſimotertio quæro, an lega-
179 tus poſſit commendare eccleſiam patronis neglectis? † Sol.
aut ſunt eccleſiaſtici, & poteſt, quia ipſis inuitis diſponit ca.
cum dilectus, de iure patron. aut ſunt laici, & tales, quib. non
poteſt derogare, & non poterit ipſis non vocatis commen-
180 dare, † etſi commendat, commenda uenit retractanda. Ho-
ſtien. in c. dudum. gloſ. & doct. in cap. nemo. card. in c. ſi con-
ſtiterit. ad hoc. c. filius 16. quæſt. 7. ad hoc. §. fin. de offic. Archi.
-l. nam ita. ff. de adopt. Ex quib. collige, quod cum cauſa etiã
epiſcopus, patrono uocato, poterit commẽdare ad tempus,
181 donec fiat bona ꝓuiſio. † Sed aduerte, quod ſi patronus præ-
ſentat idoneum in tempore ſuo venit neceſſario inſtituen-
182 dus. † vnde non eſt locus commendę. ſi non pręſentat, colla
tio libera deuoluitur, quorſum uocandi ſunt patroni, uide
igitur ſi prædicta ſint reſtringenda. de materia iſta, an lega-
tus neglectis patronis, poſſit commendare, permutare & in-
183 ſtituere, † uide Roc. in tract. de iure patro. in uerſic. honorifi-
cum. in 3. quæſt. Vigeſimoquarto quæro, an legatus, qui ha-
bet facultatem commendandi beneficia ad vitam, perinde
184 ac ſi eſſent collata, † poſſit id facere derogãdo patronis? Sol.
eo caſu, quo poteſt conferre, ipſis inuitis, poteſt etiam com-
mendare. de quo uide lib. 3. ſupra, in materia collationum.
Vigeſimoquinto quęro, an pendente commenda, tempora-
185 li patrono currat tempus ad præſentandum? † & uidetur nõ
currere, per ea, quę dicam in q. ſequen. quod eſt uerum, quia
etiam ſi commenda eſſet nulla, patronus non eligit, niſi ea
caſſata. Hoſt. in cap. dudum, loquens de commenda epiſco-
pi, patrono neglecto, facta, & ibi. Ioan. And. moti, quia ordi-
narius habet intentionem fundatam, argum. in cap. quia di-
uerſitatem, cap. literas. cap. cum noſtris. de conceſ. præben. c.
auditis. cap. conſiderauimus. de elect. cap. interdictos. §. pen.
de exceſ. præla. Et hoc uerum, ſi fiat, patrono neglecto. ſecus
ſi contra formam. cap. nemo. quia ſtatim lapſo ſemeſtri, præ
ſentat patronus, ſecundum Archid. in cap. nemo. Vigeſimo
ſexto quæro, an pendente commenda epiſcopali, currat or-
186 dinario tempus conferendi, † ita ut lapſo illo, collatio deuol
uatur? Sol. uidetur deuolui, quia, epiſcopo negligẽte per ſex
menſes conferre beneficium uacans, collatio deuoluitur ad
187 alium, † cap. 2. de conc. præben. ſed beneficium commenda
tum uacat, ergo &c. Item, ſi diceremus contrarium, eſſet in
poteſtate collatoris annihilare diſpenſationem illius conci
lii, quia ſemper commendaret, ne deuolutio fieret. Credo
188 contrarium, quia tempus non currit legitime impedito, † ut
tenent glo. & doct. in d. c. 2. & gl. in c. fi. de elec. pendente aũt
cõmenda, non poteſt fieri collatio. igitur &c. Item cõis opi.
in c. nemo, eſt quod poſſeſſio beneficii remaneat apud com
189 mendantem. † ſi curreret hoc tempus, eo elapſo non eſſet
190 apud eũ, igitur &c. † Item quomodo uerificaretur poteſtas
commendandi ad ſex menſes data epiſcopo in cap. nemo. ſi
poteſtas conferendi per id ſpatium elaberetur, deteriores. n.
conditionis eſſet epiſcopus, qui ex iuſta cauſa commenda-
ret, quam ille, qui non commendaret, & ſic iuris conceſſio-
ne vtens, illuderetur, contra text. in clement. prima, de re-
rum permutatio. Pone enim quod ſecundo menſe vacatio
nis epiſcopus commendet, nõ poterit conferre, donec com-
menda duret. Rot. in deciſio. 27. in anti. nam licet uacet, ta-
men non eſt liberum. ideo conferri non poteſt, ut per docto.
in cap. ſi tibi abſenti, de præbend. in 6. uide Innocent. in cap.
ſi conſtiterit. dicentem commendam non poſſe fieri, niſi col
191 latore citato, † tamen ſi fiat, & non citetur. non poterit inte-
192 rim conferre, ſed veniet prius reuocanda. † Nec obſtat præ-
miſſis. cap. licet. de præbend. in 6. quia loquitur quando con-
ſtat, detinentem nullam habere cauſam detinendi. Vigeſi-
moſeptimo quæro, an capitulum, uacante ſede, poſſit com-
193 mendare beneficia ſpectantia ad collationẽ epiſcopi? † Sol.
poteſt commendare, ut cuſtodiatur, donec per epiſcopum
prouideatur. Abb. in cap. cum olim, de maiorit. & obedien.
vide Franc. Paui. in tracta. de poteſta. cap. ua. ſe. in 2. par. quæ
ſtio. 3. ubi late attingit. directe tamen commendare non po
terit, ita ut epiſcopus deinde creatus non poſſit pendente cõ
194 menda conferre. † uide quæ dixi ſupra quæſt. 20. ad hanc de-
ciſ. gloſ. magna. cap. nemo. in fi. Vigeſimooctauo quæro, an
195 eccleſiæ parrochiales poſſint commendari paſſim? † Sol. nõ
196 poſſunt commendari, niſi ſacerdotibus, † cap. nemo. de aliis
beneficiis relinquitur arbitrio ſuperioris ſecundum mode-
rationem, de qua inferius. Vigeſimonono quęro, an legatus
vel ep̄s poſſint cõmendare eccleſias regulares ſecularib. vel
197 econtra? † ſol. non poſſunt ſecundum Alex. in cap. ſi quis 58.
198 diſtinctio. † & ideo in facultatibus legatorum communiter
conceditur, ut regularia ſecularibus. & ſecularia regularib.
199 commendentur. † ego tamen credo, † quod ſi commenda
200 fieret ad effectum, ut ille, ad quem pertineret, facilius proui
deret, poſſet fieri, quoniam commendat epiſcopus etiam
deuoluta, ut per Ioan. And. in in capit. nemo. & legatus con-
fert, ut dictum eſt in materia collationis, igitur tãto liberius
commendat. Ad hoc, quia edictum de commenda ſimplici,
reſpectu perſonarum eſt prohibitorium certarum perſona-
201 rum, † in capit. nemo. & per doctor. in cap. dudum. alias uera
eſt opin. prima, quam ſeruat Rota. Trigeſimo quęro, an ille-
gitimus diſpenſatus ad beneficia ſimplicia, poſſit habere cu
202 rata in commẽdam. † & ſic an inhabilis ad titulum directũ
203 ſit habilis ad commendam? † Sol. non eſt habilis ſaltem ad
commendam noſtri temporis. Immo nec etiam ad aliam, ſi
204 cut nec etiam poteſt eſſe vicarius in curatis, † argument. in
cap. auaritiæ, de electio. in 6. de quo per Archidiac. & Ioan.
Mo. in c. 1. de fil. presby. in 6. ideo nec etiam poterit deputari.

Trige-

Trigeſimoprimo quæro, conceſſum eſt alicui, ut poſſit tenere regularia in commendam, ſi ſibi alias legitime commendentur, an Abbas, ad quem ſpectat collatio, poſſit talia cō-
205 mendare? † Et vr̃ dicendum non poſſe, quia inferior epiſco-
206 po non commendat, † ut ſupra. q. 6. ad hoc, quia diſpenſatio
207 eſt ſtricte intelligenda, † ut dicetur in materia diſpenſationū. ergo licet tu ſis diſpenſatus accipere in cōmendam, ille non eſt diſpenſatus dare. immo etiam ſi commendaret, ut quia collator eſt epiſcopus, uel haberet epiſcopalem auctoritatē, commenda eorum eſt ſimplex depoſitū ſine exceptione fructuum. ideo per gratiam factam tibi non debet eſſe ampliata facultas alterius per reg. præmiſſam. ſatis eſt enim quod ſi papa commendat tibi, tu iam effectus es habilis ad tenendū beneficium in commendam perpetuam. Contrarium tamē
208 æquius, quia cum commenda huiuſmodi ſit prouiſio, & tantum ex ea fiat præiudicium illi, uidetur, quod illa verba cōmendentur &c. ſint directa ad illū, ad quem ſpectat prouidere. Item, quia in pleriſque gratia huiuſmodi eſſet inutilis, ſi hoc concedatur religioſo, ut poſſit accipere ſeculare in commendam, ſecundum præmiſſam opi. nullus commendabit niſi papa. Sed papa ipſo actu commendæ, ſatis diſpenſabit, quia commendari nō poterit quin exprimat ſe religioſum. ideo prima conceſſio ſuper flua, uomo in iſtis diſpenſationi-
209 bus communiter uerba diriguntur ad diſpēſatum, † ut poſſit retinere in commendam, quaſi liceat ſibi mutare titulū collationis factum per eum, qui conferre poteſt in commendā, & ſic uolunt eum, ad quem pertinet, conferre, quare ſolet addi, ſi tibi alias legitime conferantur. ſed iudicio meo talis cir-
210 cuitus non eſt neceſſarius, ideo euitandus. † cle. auditor. de reſcrip. Rota tamen de conſilio dominorum abbreuiatorum iudicauit, q̃ diſpenſatus hoc modo, auctoritate illius diſpenſationis poſſit accipere collationem ab ordinario, & poſtea tenere in commendam, ſed propter hoc non datur auctoritas collatori commendandi. Trigeſimoſecundo quæro, an clerico unius diœceſis poſſit commendari eccleſia ab epiſco-
211 po alterius? † Sol. poteſt. Innoc. in c. ſi conſtiterit. Hoſt. & Car.
212 in c. dudum, quia commenda non tribuit ius, † unde ſuperiore contradicente poterit reuocari. Trigeſimotertio quæro, an impetrans beneficiū teneatur facere mentionem de alio
213 ſibi commendato? † Sol. de commenda perpetua, quæ habet
214 inſtar veri tituli, † non eſt aliqua dubitatio, de alia temporali eſt dubium gl. in c. Nemo, vult quod teneatur facere mentionem, quia etiam de colorata facti poſſ. habenda eſt men-
215 tio. † c. cum noſtris. c. literas. de reſtit. ſpol. nam beneficium commendatum non eſt vacuum, ſed plenum, ex quo in eo reperitur commendatarius, qui habet ſaltem detentationē,
216 † licet poſſ. ſit apud alium gl. in l. cum quærebatur, in verſic. vacuam. C. unde ui. & inſti. de vſucap. §. quod autem. eſt tex. in l. unica. C. ſi per vim, uel al. mod. Et ideo dicūt Aegi. & Archi. quod quamuis eccleſia commendata vacet de iure, non
217 vacat de facto, † quare non ſufficit clau. amoto quolibet illicito detentore. uide Franc. Paul. in trac. de poteſt. c. parte. 2.
218 q. 3. Ego credo contrarium, † quia, ex quo commenda iſta nō tribuit fructus illi commendatario, non eſt talis qualitas, quę haberet mouere principem ad non concedendum, ſicut dicimus non habendam mentionem de diſtributionibus quo-
219 tidianis, † nec de vicaria temporali, † ut p Feli. in c. in noſtra.
220 8. col. verſ. primū correlariū. de reſcr. † immo non eſt habenda mentio in impetrationibus, niſi de qualitatibus in iure
221 expreſſis. † gl. in cle. 1. in uer. alteri. de præben. Cal. in conſi. 1. de fil. presby. & in conſi. 10. de reſcrip. Feli. in c. poſtulaſti. c. in noſtra eo. ti. de commenda autem non reperietur, nec eſt ratio, quæ ſuadeat, ergo, &c. Ad gl. c. Nemo dic quod loquitur de commenda alteri facta de beneficio, quod impetratur. ita uidentur probare iura per ipſam alleg. tunc enim, quia certo modo ab alio eſt occupatum titulo canonico, habēda eſt mentio, alias male loquitur, cum talis commenda ſit onus, nō beneficium. Trigeſimoquarto quæro, an ſi religioſus ſupplicauerit Legato, ut ſibi prouideat de eccleſia ſeculari. lite-
222 ræ poſſint expediri per viam commendæ? † Et uidetur poſſe, quia verbum prouidere, eſt latum, ita ut comprehendat etiā
223 commendam. † Domi. in c. nemo. nam qui commendat, prouidet hodie. Rot. deci. 244. in anti. in deci. Ber. 1. de præb. ſupra
224 facit quod in ſimili dicimus de uerbo ordinare, † ut per Fede. conſi. 195. in prin. Si ergo prouiſio importat etiam commendam, legatus ſcit ſe prouidere monacho, quia id petit, & exprimit, & non poteſt prouidere aliter, quam per viam commendæ, propter tenorem facultatum ſuarum, quæ habebāt, ut poſſet religioſis ſecularia commendare, ergo voluit commendare, nō cōferre, ne dicamus quod liber eligat viam ad impugnandum iudicia ſua l. 3. ff. de mil. teſt. l. Ex facto. l. qui filium. ff. ad trebel. uel voluerit confundi cōcedendo ea, quæ non pōt. c. oili. de aucto. & vſu pal. quare Abb. in c. niſi de pbco. dicit actum in dubio cenſeri geſtum ea auctoritate, qua poteſt valere. In contrarium tamen facit reg. cancel. q̃ vult, commendam nunquam intelligi conceſſam, niſi in ſignatu-
225 ra ad partes replicatum ſit de commenda, † ad quod facit, q̃a
226 commendæ perpetuæ, ſunt odioſę, & exorbitantes. † Sed poſſet reſponderi, quod regu. non habet locum in expeditioni-
227 bus, quæ fiunt extra cancellariam, † nam quando expeditio-
228 nes fiunt per viam cameræ, non habet locum illa reg. † ut ibi tenet commentator, & legatus debet ſe conformare ſtilo ca-
229 merę, non ſtilo cancellarię. † ut alias dixi, & maxime, quia ut dixi, legatus ſciuit illum monachum, & etiam ſe non poſſe
230 prouidere per viam commendæ. † unde ſcientia legati ope-
231 ratur expreſſionem, † ad l. quidam cōſulebant. ff. de re iudic.
232 Trigeſimoquinto quæro, an commēda reuocari poſſit? † Sol. dicendum poſſe, excepi. non obſtante c. ſi conſtiterit. nā de-
233 poſitum reuocatur ad libitum deponētis † l. 1. ff. depoſ. tenet Hoſtien in c. dudum, qui primus materiam hanc aperuit, & ex cuius racemis gl. magna in c. nemo. fecit omnimodā vindemiam. Fallit primo, quando commenda eſſet facta ex cer-
234 ta cauſa quoniam non reuocatur, niſi illa finita. † Hoſti. d. c. dudum, arg. §. verum. 63. diſtin. cap. magnæ. in ſi. de uot. gloſ. c. nemo. Fallit ſecundo, quando eſſet conceſſa ad tēpus, quoniam ante tempus reuocari non poteſt ſine cauſæ cognitio-
235 ne † Feli. & Abba in ca. ſi conſtiterit intelligendo tamen etiā iſto caſu, quod ſit facta cum cauſa, ut ibi per eum. Areti. in c.
236 ſi conſtiterit impugnat iſtas limit. dicens † quod ſemper ad li-
237 bitum reuocabitur commenda, † quia commenda non fit
238 niſi cauſa cuſtodiæ eccleſiæ. † unde epiſcopus, reiecto com-
239 mendatario, poteſt ſuſcipere in ſe curam, † arg. c. cum nos. & ibi no. de offic. ordi. adducit in ſimili, quia actor non conſtituitur a tutore ſine cauſa, & tamen ad libitum reuocatur.
240 † l. neque, & ibi doct. C. de procurat. tradit Bar. in l. actor. ff. Rem. rat. hab. & arguit a natura depoſiti, quæ eſt ut ſit reuo-
241 cabile † cap. bona fides. depoſiti. l. 1. ff. eo. Pro iſta impug. facit Deci. Inno. & Ancha. in c. ſi conſtiterit. quando dicunt nullā commendam fieri ſine cauſa, quia eſt prouiſio irregularis,
242 † ergo illa limitatio de cauſa, eſt falſa, uel concluſio non te-
243 net. Tu tamen non recedas ab iſtis, † limit. propter intereſſe commendatarii, nec eſt ſimile de depoſitario, quia cōmē-
244 da exuperat a depoſito. † vide reliqua in addi. in ſi. Fallit tertio, quando commenda eſſet perpetua iuxta ſtilum conſue-
245 tum, † quoniam tunc in priuando commendatario, illa
246 erunt neceſſaria, quæ ſunt in priuando directo prælato † ar. in l. actio. ff. de nego. geſt. Fallit quarto, quando commendatarius expendidiſſet pro conſeruatione eccleſiæ commen-
247 datę. † tunc n. etiam finito tempore commendę retinere po-
248 teſt, donec ſatis fiat. argu. in l. actione. ff. depoſi. l. qui ſemiſſē. ff. de vſur. l. at qui natura. §. fi. ff. de negot. geſt. hoc tenent Io. And. Abba. & Imo in capitulo de multa, de præben. quando dicunt licere alicui retinere primum beneficium, quod ipſo
249 iure vacauit, pro expenſis in eo factis, & nō receptis. † de quo dicam in materia pluralit. beneficiorum, & in terminis cōmendæ tenet Archi. in capit. qui plures. Trigeſimoſexto quæro, an morte legati commendantis reuocetur commenda?
250 † Sol. non reuocatur † ſecundum Archi. in cap. nemo collec.
251 in cap. dudum. in fi. Fallit, quando commendaſſet ad bene-
252 placitum, † arg. cap. ſi gratioſe. de reſcrip. Trigeſimoſeptimo quæro, an commendatarius poſſit dimittere commendam,
253 quando vult? † Sol. non poteſt, niſi finito tempore, uel ceſſante cauſa, quia obligatio naſcitur mutua. l. labeo. §. cōtractus, ff. de verb. oblig. & quia fit ob vtilitatem eccleſiæ, & eſt titulus. vide Collec. in c. ſi conſtiterit, verſ. Sed nunquid commēdatarius. Inno. tenuit contrarium. Trigeſimooctauo quæro, an filius poſſit ſuccedere in beneficio, qđ pater tenuit in cō-
254 mendam, uel quod pater obtinuit † vniri alteri ad vitam? Sol. quidam eximius abbreuiator dixit cancellariam iudicaſſe q̃
255 iſto caſu filius ſuccedebat patri abſque diſpenſatione, † ea ratione, quia ex quo pater non dicebatur intitulatus, non po-
256 teſt notari ſucceſſio, † quæ maxime conſideratur, † in capitu-
257 lo dilectus. & in capitulo ad extirpandas. de fil. presby. Et videtur de hoc eſſe caſus in capitulo conſtitutus. eo. titu. ubi filius poteſt miniſtrare in eccleſia, in qua pater ſine titulo mi-
258 niſtrauit. † iſta q. pendet ab illa, de qua ſupra in q. quarta, quoniam ſi tenemus quod commendatarius iſte ſit prouiſus, dicatur uniliter prælatus eccleſiæ, certe opi. Cancellariæ, & aliorum tenentium cum illis, erit falſa, quoniam commenda huiuſmodi eſt titulus. nullus autem poteſt intitulari in eccle-
259 ſia, in qua pater cum titulo miniſtrauit, † ut per totum titulū de filiis preſ. nam ex quo vnio ad uitam, & commenda ad
260 vitam ſuccedunt loco directæ collationis, † æquum eſt ut
261 onera, & emolumenta ſimiliter communicentur. † l. priuna. ff. de bono. poſſeſ. Trigeſimonono q̃ro. an reſeruatio fructus beneficiorum vacaturorum iuxta tenorem capit. ſi propter. de reſcrip. in 6. & cap. tua, de verb. ſigni. comprehendat fructus beneficiorum, quando commendatarius perpetuus moritur?

262 ritur? †ſol.ex quo tenni in quarta quæſ.beneficium uacare p
mortem commendarii, debebitur, alias non ecberetur, ſecũ
dum ea, quæ tradit Cald.in d.c.tua.in princ. Quadrageſimo
quæro, an eo caſu, quo poteſt alicui commẽdari eccleſia par
263 rochialis, poſſint commendari plures, †Sol. non poſſint cap.
qui plures. 21.quæſt. prima. Quadrageſimoprimo quæro an
extrauagans Bonifacii.iniunctæ.de ele. habeat locum, in cõ-
264 mendario? †Sol.non habet locum. Oldra.conſil. 130. utrum
extrauagans.& hoc ſatis uidetur de mente glo. ibi, nolentis
illam extrauagant.uelut exorbitantem non extendi ultra ca
ſum proprium ſed tamen iſta cõclu. redditur dubia propter
uerbum ibi poſitum, & cæteri monaſteriorũ regimina exer-
centes .nam commendatarii perpetui hoc faciunt ut ſupra.
ergo tene primum propter odium illius extrauagant. quæ
quo ad cenſuras non eſt inuſu. Imo Rota nunquam iudi-
cauit pro illa. Quadrageſimoſecundo quæro, an legatus poſ
265 ſit commendare uel unire beneficia reſeruata Papæ, †uide
Cald.conſil.3.de conſuet.Item quæri poteſt, an Reg.de Idio-
mate, habeat locum in commendis. quia terminus commẽ-
dare noſtri temporis eſt dare titulum, & reg. loquitur de pro-
uiſione, dicendum eſt, quod habet locum in commenda ꝑ-
petua, ubi eadem ratio. l.illud. ff.ad leg.aquil.Capio nũc ma-
teriam uiſitatoris ſeu adminiſtratoris dati eccleſię cum libe
266 ra, quod idem eſt † ut no.Domi.in capitulo eccleſia.de ſupl.
267 neg.præl. & uidetur probari ex illo†text.dum duo hęc alter
268 natiue ponit. Quęritur autem, an uiſitator, & commenda-
rius differant.†Abba.in capitulo cum nobis.in ultimo.nota.
de præben.Roma.in conſil.450 & doct.fere omnes, in mate
ria commendę, paſſim allegant iura loquẽtia de adminiſtra
tore & uiſitatore, in materia commendæ, ex quo uidentur
conſentire ut ſint idem. ideo Domi.in capitulo nemo. dixit
materias traditas confuſe. Ego autem circa iſta animaduer-
ti, quod iura omnia, quæ loquuntur de adminiſtratore, ſeu
uiſitatore cum libera, faciunt mentionem de eccleſijs cathe
269 dralibus. † capitulo conſtitutum.ſeptima quæſtione prima.
c.obitum capitulo catinienſis.capitulo fin.61.diſtin.cap.cum
a nobis.de elect.cap is cui.eo.titu. in 6.capit.Eccleſia, de ſup.
neg præla.eod.lib iura uero, quę loquuntur de commenda,
270 faciunt mentionem de alijs eccleſijs inferioribus, †capitulo
nemo cap.dudum.cap.ſi conſtiterit capit.ſi placet, & quam-
uis.cap.relatio.cap.illud 21.quæſt.2. loquantur in commẽda
ſecundum Gratianum ibi, tamen de commẽda nullum uer
bum pręciſe, quare notanda ſunt infraſcripta. Viſitatoris of-
271 ficium præcipuum eſt ꝓcurare, †ut de prelato idoneo intra
272 annum fiat electio. capitulo obitum. catinienſis. capitulo
conſtitutum, de commenda. hoc non legitur. ſed ſimpli-
citer habetur, quod licitum eſt tenere eccleſiam commen-
273 datam cum ea, quæ habetur in titulum. †Commendatarius
274 non facit fructus, ut communiter tenetur, †in capitulo ne-
275 mo. Item nec uiſitator. cap. quoniam. 61. diſtinctione. de ad-
miniſtratorum cum libera, eſt dubium propter tex.in capi.
is cui.de elect.in 6. ſed non credo ipſum poſſe fructus in ſuã
276 utilitatem cõuertere, quamuis omnia libere in temporalib.
& ſpiritualibus adminiſtrare poſſit capitulo is cui. Commẽ-
datarij poſſunt eſſe perpetui, quia non præſcribitur tempus,
277 niſi in eccleſia parrochiali. †capitulo nemo. uiſitatores anno
finiuntur capitulo conſtitutum. ſeptima quæſtione prima.
Qui ab electoribus poſtulantur, & uiſitatores dantur, exce-
pto quod directe titulati non ſunt, a ueris prelatis nihil diſ-
278 ferunt. capitulo cum nobis.de elec.& capitulo relatio, capi-
tulo illud.21. quæſtione prima, ſecus in ſimplici commen-
datario, & uiſitatores huiuſmodi ſunt figura commendata-
279 riorum perpetuorum, qui hodie dantur, †ut in c.relatio. Le
gatus, & Archiepiſcopus, dant uiſitatores eccleſijs cathedra
libus, ſicut & papa cum libera temporalium, & ſpiritualiũ
iuriſdictione, capitulo eccleſia. ſed hoc intereſt, quia papa
280 hos, ut libet, dat, legatus uero, & archiepiſcopus, quando ca-
pitulum in adminiſtratione rerum eccleſię eſt negligens, ca
pitulo eccleſia. Item datus per papam confert beneficia. ſe-
cus in eo, qui ab archiepiſcopo, uel legato datur, ut ibi. Vbi
non reperitur differentia expreſſa, uiſitator & commendata
rius paſſu pari incedunt. Abba.in capitulo cum nobis. Ro-
281 man.conſi.350. Et tamen aduertẽdum, quod circa eccleſias
inferiores datur adminiſtrator per epiſcopum, uel etiam aliũ
282 habentem iuriſdictionem, † qui adminiſtrator non ſubiici-
283 tur regulis commendæ proprie ſumptę, †unde talis admini
ſtrator poterit dari etiam eccleſię parrochiali poſt ſex men-
ſes. ita intellige glo.in d.c.nemo, in fin. & †adminiſtratio hu
284 iuſmodi poterit dari uni in pluribus eccleſijs, quamuis in
commenda, ſecus, dicto capitulo nemo. De coadiutore, aut
285 qui præficitur eccleſiæ, cuius non eſt prelatus, ſecundum Ab
ba. in capitulo de rectoribus, in fin. de cler. ęgro. dice-
mus in ſequenti libro. Ad materiam commendæ quæritur,
quid ſi eadem die concurrat collatio ordinarij, & commen
286 da legati, an præferatur commenda, †iuxta capi.ſi a ſede.de
præben.in 6. Sol. preferetur prouiſus ab ordinario propter pre
rogatiuam titu. uide Philip.in capitulo nemo.colum.fin.de
elect.in 6.& ea, quę dico in materia poteſtatis conferendi.q.
54 tamen ſi loquimur in commendis perpetuis hodierni tẽ-
poris, cum habeant uim tituli directi, forſan aliud erit dicẽ-
dum. Hic caderet etiam materia ſequeſtratorum, qui ſimi-
287 lem habent facultatem uiſitatorum, †& dantur hodie a iudi
ce iuxta formam clemen.ad compeſcendas. de ſequeſt.poſ.
ſeſ.& fruct. Et de his ſolet eſſe præcipua, queſt. inter docto.
288 an conferre, aut pręſentare poſſint, †Innocen. Ioan.de Lig.
Ant.in capitulo examinata, de iudi. Felin. in capitulo cum
Bertoldus. de re iudic.in fine. Domin. in capitulo nemo. de
elect. Roch.in tract.de iure patrona, quæſtione 32. uerſiculo
ipſe, uel is a quo.tenẽt ſequeſtratorem poſſe conferre, & præ-
ſentatur propter illam clem.quę dat adminiſtrationem om
nium ſpiritualium.& temporalium.cum igitur collatio, &
289 pręſentatio numerentur inter fructus, pręſentare, & confer-
re poterit, & hęc opi. uidetur magis communis. contrarium
tñ tenuit Hoſt.in d.c.examinata. & ibi eum ſequuntur Abb.
& Henri. quia cum ſequeſter teneat fructus nomine alieno,
& teneatur illos reſtituere. †c.2.de ſeque.poſ.& fruct.d.cle.1.
unde, quia pręſentatio, & collatio reſtitui non poteſt, ideo
præſentare non poterit. †ſequor primam opin. quia cum nul
lus ſit qui interim conferre poſſit, uel præſentare, ne ſequa-
tur diutina uacatio, dicendum eſt ſequeſtrum hoc poſſe, ſi-
cut etiam ſacramenta confert, ut inquit Felin. ubi ſupra. ui-
de tractatulum de hoc impreſſum poſt tractatum Egid.de
permut. beneficiorum. in fin. ubi datur quædam diſtinctio,
quam ponderabis, ſi placebit.

LIBER V.

SVMMARIVM.

1 *Vnionem, commendæ comparari.*
2 *De legati poteſtate in beneficijs uniendis, diſmembrandis, ac etiam erigendis.*
3 *Quid in hoſpitalibus, & in permutationibus.*
4 *Item an Coadiutores dare poſſit.*
5 *Et an diſpenſare reſpectu pluralitatis beneficiorum.*
6 *De poteſtate legati in uniendo.*
7 *Vnionem regulariter altero de tribus modis fieri.*
8 *Vt una eccleſia ſubijciatur alteri.*
9 *Quandoque ut ex duabus una fiat.*
10 *Quandoque duas ſimul uniri.*
11 *Triplicem uniendi modum, diſtinctum effectum habere.*
12 *Vniuit, annexuit, & incorporauit, terminos quotidianos eſſe in materia unionum.*
13 *Vniendi modos quinque, Abbatem referre, Hoſtien. ſectatus.*
14 *Vniendi modos a iure inuentos ob eccleſiarum neceſſitates, & hominum utilitates.*
15 *Vniones ab epiſcopis paſſim concedi.*
16 *Item Abbates iuriſdictionem epiſcopalem habentes. Vniones concedere.*
17 *Vnionis ſextam ſpeciem eſſe, ſi qua fiat ad uitam alicuius.*
18 *Vnionem aliquando non epiſcopo, non item legato permiſſam, niſi ſpeciali facultate ſuffulti ſint.*
19 *Vnio quæ fiat ob perſonæ utilitatem.*
20 *Vnio quę fiat ob eccleſiæ utilitatem, quod temporalis ſit.*
21 *Vnio, quod idem ſit, quod & diſpenſatio.*
22 *Vnionem temporalem eadem tela regulari, qua & in beneficialibus.*
23 *Vnionem quandoque expectatiuam diiudicari.*
24 *Quod geritur magis, quam quod dicitur, attendi.*
25 *Vnionum quintam ſpeciem dici & reputari reſpectu communionis ſpiritualium.*
26 *Legatus quando beneficia perpetuo unire poſſit & ualeat.*
27 *Vnionem ad ſolum epiſcopum ſpectare.*
28 *Vnionem contra iuris communis diſpoſitionem inductam eſſe.*
29 *Quamlibet eccleſiam ſuum habere Rectorem.*
30 *Quemlibet in ſuo beneficio teneri reſidere, quantumuis paruo.*
31 *Vnam eccleſiam, ancillam alterius eſſe non debere.*
32 *Legatum contra ius aliquid facere minus poſſe.*
33 *Vnione collatori ordinario perpetuum præiudicium inferri.*
34 *Legati poteſtas, quod ſit extraordinaria, & ſuper inducta ac odioſa.*
35 *Epiſcopum non poſſe unire beneficium ſpectans ad collationem inferioris ſine eius conſenſu.*
36 *Non item legatum unire citra epiſcopi aſſenſum.*
37 *Collaticnem inferioris priuatam uenire ad collationem epiſcopi.*
38 *Collationem epiſcopi non ita uenire ad collationem legati:*
39 *Legatum non poſſe ſupprimere aliquam dignitatem.*
40 *Legatum de iure unius eccleſiæ demere & alteri dare minus poſſe.*
41 *Legatum non minus quam epiſcopum unire poſſe.*

Et

42 Et ita de facto ſeruari.
43 Papienſe collegium taliter conſuluiſſe.
44 Rotam pariter ita tenere.
45 Magis communem opinionem eſſe.
46 Legatum ordinarijs praeiudicare non poſſe, de alio praeiudicio inferri, non autem reſpectu collationis.
47 Vnionis natura eſt vt auferatur collatio.
48 Legatum ordinarijs quotidie praeiudicare conferendo & reſeruando.
49 Iure ſuo vtendo, quando ordinarijs praeiudicare dicatur.
50 Intellectus c. ſi. de exceſſ. praelat.
51 Eccleſiam iure ſuo priuari etiam ſine culpa, dummodo cauſa ſubſit, non inconueniens quandoque cenſeri.
52 Vnionis cauſam quandoque neceſſariam eſſe.
53 Egidij Bellamera diſtinctionem minus attendi.
54 Auctorem illam impugnare.
55 Concluſionem in materia proponere, & firmare.
56 Legatum, ordinarium reputari Prouinciae, cui praeeſſe dignoſcitur & tanquam patrem, & bonum diſpenſatorum cenſeri.
57 Patremfamilias ex duabus domibus vnam, & ex duobus fundis vnum deſtinatione ſua pro patrimonij conſeruatione facere conſueuiſſe.
58 Legatum conſenſu capituli in vnionibus non egere.
59 Legatum non vnire eccleſias, quarum ordinatio interdicta ſit.
60 Ordinatio ſi cui interdicta ſit, & vnionem pariter prohibitam cenſeri.
61 Qui vnit eccleſiam, quod certo modo ordinare dicatur.
62 Ordinatione prohibita, & omnem actum circa illam prohiberi.
63 Legatum, omnes eccleſias collegiatas electiuas vnire poſſe.
64 Imolae dictum ſuſtineri.
65 Legatum conferre non poſſe, & ſubinde non etiam vnire, a neceſſario conſequenti minus verum eſſe.
66 Epiſcopum vnire beneficia, etiam ſi qua ſpectent ad inferiorum collationē.
67 Item & reſeruata collationi papae.
68 Vnioni locum eſſe, quando reſeruatio finita ſit.
69 Legatum, beneficia quae reſeruata ſint vnire non poſſe.
70 Legatum etiam eccleſias collegiatas vnire, Lapum voluiſſe.
71 Quem Milis, & Boni ſecuti ſunt.
72 Legatum eccleſias iuriſpatronatus laicorum aliter non vnire.
73 Ampliatio etiam ſi eſſet laicorum & clericorum mixtum.
74 Legatum, quando iuripatronatui derogare, etiam vniendo poſſe.
75 Legatus, quod poſſit vnire, pariter & conferre inuito patrono.
76 Verba facultatis derogandi, pro ea vice tantum declarantur.
77 Vnione diſſoluta, praeſentationi locum eſſe.
78 Curialium opinio refertur.
79 Auctorem, contrariam ſententiam fouere.
80 Egidij Deciſio, quo caſu procedere dicatur.
81 Auctorem idem exiſtimare etiam ſi beneficium litigioſum exiſtat.
82 Contrariam opinionem impiam eſſe.
83 Laicos a fundatione aliter non retrahendos.
84 Limitatio tertia, quando legatus vellet adimere eccleſiam vnitam vni eccleſiae, & alteri dare.
85 Item ſi vnam eccleſiam alteri totaliter ſubijcere.
86 Limitatio quarta, quando vellet vnire ſine cauſa.
87 Legatum, nec epiſcopum id poſſe.
88 Vnire permiſſum etiam ex cauſis non expreſſis, in facultatibus adijci conſueuiſſe.
89 Vnionem legati, quando per expreſſionem falſae cauſae ipſo iure vitiari contingat.
90 Et valere ſiquidem, ſi aliter non reſoluatur.
91 Siquando tamen communi opinione talis cauſa licita appareret, licet in ſe falſa eſſet.
92 Intellectus glo. In. in ſumm. 21. q. 2.
93 Alienationem factam in caſu minus licito, ſeruata forma ſubſiſtere.
94 Vnionem ex cauſa manifeſte falſa, ipſo iure nullam cenſeri.
95 Vnionem praemiſſam, ipſo iure non valere ex auctoris ſententia.
96 Literas legati & papae ſurreptione vitiari.
97 Surreptione literas papae etiam ipſo iure vitiari.
98 Legatus quando Vicariam perpetuam vnius eccleſiae parrochialis alteri vnire poſſit, & valeat.
99 Vicariae bona, portionem eccleſiae eſſe quae Vicariam ponit.
100 Vicarias perpetuas, beneficia per ſe ſiquidem eſſe, & talia ſimpliciter iudicari.
101 Vicarias menſae capitulari vniri poſſe.
102 Item per omnia ſicut beneficia cenſeri & ex perpetuis temporales fieri.
103 Legatus quando vniat eccleſiam ſecularem regulari.
104 Diſpenſationem cum monaco mediante vnione induci.
105 Legatus quando in vniendo vellet praeiudicare epiſcopo, eximendo ipſum a viſitatione, procuratione, & alijs epiſcopo debitis obſequijs.
106 Legatus quando vniat beneficia vnius diœceſis alteri.
107 Item, an regularia, & quidem poſſe ſuſtinetur.
108 Forma ſeruanda in vnionibus ſi quae fieri contingat.
109 Epiſcopum non vti praeſcriptione aliqua contra vnionis formam niſi ſpatio tanti temporis &c.
110 Legatum formae vnionum aliter non ſubijci.
111 Legatum vnionem more apoſtolico committere.
112 Vocato immediato Rectore, & cauſae cognitione praemiſſa.
113 Commiſſio vnionis ad partes, quando neceſſaria ſit in legato.
114 In vnionibus qui nam vocandi ſint.
115 Locumtenenti legati, quando vnire permiſſum ſit.
116 In vniendo, perſonae induſtriam electam cenſeri.
117 Delegari non poſſe, quae cum decreto expediri contingat.
118 Contrariam ſententiam auctorem amplecti.
119 Speciale mandatum requirentia, quando in vicarium transeant, cum ordinarius is ſit.
120 Vnionem ſpeciale mandatum non requirere.
121 Limitatio ad idem.
122 Vnionem cum cauſa fieri, & pro eccleſiae vtilitate.
123 Beneficia reſeruata vniri, non tamen conferri.
124 Beneficia viuentium vniri.
125 In Vicarium facilius tranſire, quae cauſae cognitionem requirant, quam alia quaecunque.
126 Decretum requirentia, de iure canonico delegabilia eſſe.
127 Vnionem legati ad vitam alicuius fieri, ſi eidem permiſſum ſit.
128 Reſeruatio quando extinguatur per vnionem ad vitam.
129 Vnionem diſpenſationis effectum ſortiri.
130 In vnione, quod tituli confundantur, & mutuo communicent naturam ſuam.
131 Vnire nil aliud eſſe quam vnum facere.
132 Ambitionem nonnullorum improbari, qui ſub colore vnionis innumera beneficia deuorant.
133 Rotam & cancellariam diſcordare in quaeſtione praemiſſa.
134 Beneficium quando reuertatur ad primum ſtatum, quod intelligatur quo ad naturales qualitates ipſius beneficij.
135 Vnio quando ſit in effectu diſpenſatio.
136 Beneficium vnientis alteri, quando videatur renuntiatum primo titulo.
137 Poſſidere vt vnitum & in titulum, contraria ſi quidem eſſe.
138 Vnio ſi fiat de non vacante, tamen non ſortitur effectum, niſi ceſſante titulo.
139 Titulus ſemel extinctus, quod amplius non reuiuiſcat.
140 Beneficium vnitum, praedium alterius fieri, & beneficij nomen praebere.
141 Eadem res, quod non debeat diuerſo iure cenſeri.
142 Praepoſituram ſi quis habuerit in titulum petat ſibi commendari, quod titulum a ſe abdicare teneatur.
143 Si quod habeo ex vna cauſa, quod illud non quaeratur mihi ex alia.
144 Rotam aequitatem amplecti conſueuiſſe.
145 Vnio quando non extinguat, ſed pallium diſpenſationi praeſtet.
146 Titulum multiplicare defenſionis gratia, quod vtique permiſſum ſit.
147 Adeptione ſecundi incompatibilis quando vacet primum ipſo iure.
148 Si quando extinguatur titulus viuens, tanto magis titulus dormiens, qui eſt debilior.
149 Pallium diſpenſationis ex vnione, quod non ſit reſpectu tituli.
150 Vnionem id operari, vt titulum ceſſare faciat.
151 Vnione ceſſante, quod ceſſet pariter omnis fructuum percipiendorum cauſa.
152 Filius an poſſit miniſtrare in eccleſia, quam pater tenet vnitam.
153 Legatus ſi vniones diſſoluere poſſit, & valeat.
154 Vnionem etiam ex cauſa factam, quandoque diſſolui poſſe.
155 Si eadem eccleſiae vnita damnoſa ſit.
156 In vnione diſſoluenda ſolennitas eadem requiritur, quae in conſtituenda.
157 Vnionis diſſolutionis effectus, qualis eſſe intelligatur.
158 Legatus habens facultatem conſimilem ab auctore relatam, quando perpetuas vniones diſſoluere poſſit.
159 Vnionum reuocatio facta per legatum, qualiter intelligatur.
160 Reuocatorias vnionum, ſi quae, fiant per pontificem, ad temporales, non ad perpetuas extendi.
161 Facultates legatorum, quod veniant ad augmentum, non ad diminutionem.
162 Legato ius diſſoluendi vniones, competere.
163 Reuocationem odioſam eſſe, facultatem vero fauorabilem reputari.
164 Vnionis diſſoluendae cauſa, quae nam iuſta intelligatur.
165 Cauſa ceſſante, propter quam vnio inducta eſt, & vnionem ipſam ceſſare.
166 Parrochiales duae, ſi quae propter paupertatem vnitae fuerint, effectae vero potentes ad ſuſtentandum ſacerdotem & alia incumbentia onera, quod illarum vnio ceſſare intelligatur.
167 Regula expectantium, procedat & locum ſibi vindicet in materia vnionis.
168 Vnioni locum eſſe acceptatione ſubſecuta, & prouiſionem ſubinde minus neceſſariam fore.

LIBER QVINTVS.

1 HOc Libro, quoniam vnioni commenda aequiparari ſolet, † quae
2 ſit legati in beneficiis vniendis, † noſque in eiſdem diſmem-
3 brandis, ac etiam erigendis poteſtas, dicemus. adijcitur que
4 quid in hoſpitalibus, quid in permutationibus, † an coadiutores
5 dare poſſit, † an diſpenſare, vt qui ſint plurales in beneficijs.

6 De poteſtate legati in uniendo.†

7 VNio regulariter fit tribus modis
8 † quãdoq; enim
9 vna eccleſia ſubiicitur alteri, † quandoq; ex
10 duabus fit una,† quandoque duæ ſimul uniũ
11 tur,& hic triplex vniendi modus diſtinctum
habet effectum.†glo. in capitulo Et tempo-
ris qualitas.16.quæſt.prima.ne ſed.uac. & in
clemen.per literas, de præbend.hinc fluxerunt termini quo
12 tidiani, vniuit, annexuit, & incorporauit.†Sed Abb.in dicto
13 cap.1.proſequitur quinque modos unionis, ſecutus†Hoſtien.
qui omnes modi vniendi inuenti ſunt a iure ob neceſſitates
14 eccleſiarum, non ob vtilitates huiuſmodi, † quare, iſta vnio
15 paſſim conceditur epis. ca. ſicut vnire, de exceſ.prælat. Oldra
in conſi.182.& in conſi.257. & 260.& card.in conſi 47.dicẽs,
quod etiam abbates habentes iuriſdictionem epiſcopalem,
16 poſſunt, †& in conſil. 131.in princ. Eſt etiam ſextum vnionis
17 genus hodie, quod fit ad vitam alicuius†in fraudem.capitu-
lo de multa. & aliorũ iurium probantium incompatibilita-
18 tem. quæ vnio, nec epiſcopo, nec Legato cõceditur,†niſi ha
beant ſpecialem facultatem, quoniam vnio huiuſmodi, fit
19 ob vtilitatem perſonæ. †illa vero, quæ conceditur fit ob vti
20 litatem eccleſiæ, & iſta temporalis † vnio, idem eſt quod di-
21 ſpenſatio,†ut per Domi.conſ.58.ideo quãdo agitur ad vnio-
nem temporalem, debet ſeruari ea tela, quæ in beneficialib.
22 †quamuis rectius forſan loquendo, etiam iſta vnio faciat ceſ-
ſare beneficium ad tempus. Imo. in clem.literis.in 3. col.de
reſcrip.Et vniones huiuſmodi quandoq; dantur cum clau.
quod duxerit acceptandum, & tunc Rota iudicauit eas expe
23 ctatiuas†& ſubiectas omnibus regulis de expectatiuis loquẽ-
tibus, cum attendatur quod geritur, magis quam quod dici-
24 tur,†ut in iurib. vulgaribus. Adde & quintam ſpeciem vnio-
25 nis reſpectu communionis ſpiritualium,†de qua per Franci-
ſcum Paui.in tract.de poteſt.cap.uac.ſed.parte.2.q.3.Quæri-
26 tur primo, An legatus poſſit vnire perpetuo beneficia † ſi-
mul? & uidetur non poſſe, quoniam vnio ſpectat ad ſolum
27 epiſcopum † ca.ſicut vnire.de exceſ.præl.Item, quia vnio eſt
28 contra ius commune, † cum quælibet etiam debeat habere
29 ſuum rectorem.†cap.quia nonnulli. de cler.non reſi.per to-
tum.Oldra. conſ. 260.quod vnio facta. quilibet.n. in ſuo be-
30 neficio reſidere debet quantumuis paruo. † cap. conqueren-
31 te,eo.tit.& una eccleſia non debet eſſe ancilla alterius†ſecũ
dum Bald.in cap.1.epiſcopum, vel Abb.col.10.legatus autẽ
32 non poteſt facere aliquid contra ius.† 25.quæſt.2.cap.inſtitu-
tionis.ergo &c. Item, quia per vnionem infertur præiudiciũ
33 perpetuum ordinario collatori. † Legatus vero non poteſt ta
le præiudicium cuiq; inferre.capit.fi. de confir. uti. uel inuti.
cap.conſtitutis.de relig.domi.igitur &c. & maxime hoc pu-
tant aliqui, quia poteſtas legati eſt extraordinaria & ſuperin
34 ducta, & ſic odioſa† ad clem. 2.de offic.ordin. Eam partem te
net Fede.in conſi.195 Ant.poſt Inno. in d.c.fi. ubi Abb.dicit
multos doctores hanc partem tenuiſſe. & Ant. & Collec.in
capitulo ſicut vnire.de exceſ.præla. Petr.de Peru. in tract.de
quo ſupra, dicens epiſcopum non poſſe vnire beneficiũ ſpe-
35 ctans ad collationem inferioris, ſine eius cõſenſu.† ideo nec
36 legatum etiam ſine cõſenſu epiſcopi. †quæ ratio eſt ſatis de-
bilis, cum collatio inferioris veniat priuatiue ad collationẽ
37 epiſcopi.†ſed collatio epiſcopi nõ venit ita ad collationem
38 legati.† Et cum iſta opin.videtur reſidere Specu.hoc tit.§.tra-
ctemus.ver.pen.quando dicit legatum non poſſe ſupprime-
39 re aliquam dignitatem.†& in §.nunc oſtendendum, verſi.7.
& 57. quando dicit legatum non poſſe tollere de iure vnius
40 eccleſiæ, & dare alteri. Contrarium autem, quod immo le-
41 gatus poſſit vnire†ſicut epiſcopus, tenet Io. de Lig. in capit.
42 ſicut vnire.dicens ita de facto ſeruari.†Imo in cle.ne in agro.
in glo. ordinarios.de exceſ.prælat.& in c. fi.uide etiam Abb.
& Ant.in c.dilecta, de confir.uti.vel inuti.& in cap.ſicut vni
43 re.& ſecundum hanc opin.conſuluit Papien.collegium, †ut
44 refert card. in d.c.final.tenet Rot. deciſ.458.in anti.†& Dec.
45 58.118. in nou.& hodie eſt communior, ratio, †quia ſi poteſt
epiſcopus, tanto fortius legatus.quam conſequentiam ſem-
per defende, ut dixi ſupra.li.2.Ad c.fi. & alia ſimilia innuen-
tia legatum non poſſe præiudicare ordinarijs, dic quod intel
ligũtur de alio præiudicio, quam de præiudicio collationis,
46 †quoniam hoc non eſt conſiderabile, ut probatur.in ca.2.de
relig.domi.Cum ſit de natura vnionis, ut auferatur collatio,
47 †& legatus quotidie præiudicat ordinariis, conferendo & re
48 ſeruando. †Si præiudicare eſt tui iure ſuo, †igitur.c.fi.loqui-
49 tur de aliis ſeruitiis debitis epiſcopo, quæ non auferuntur p
50 vnionem†vt dicit Collec.in c.ſicut vnire.& ita illum tex.in-
telligit Iuno.ibi, uel intelligitur ille tex.de præiudicio, quod
fit per dimembrationem, ut uidetur ſentire Rota deci.58.In
no.& etiã Spec.in d. §. nunc oſtendendũ. licet loquatur per
verbum forte. & ibi Io. And.in addit. Neque etiam eſt incon
ueniens ut vna eccleſia priuetur iure ſuo ſine culpa, dummo
51 do ſubſit cauſa,† ut in regu.non eſt ſine. c. in caſu noſtro eſt
cauſa, quia intelligimus de vnionibus, quæ fiunt cum cau-
52 ſa.†immo cauſa vnionis eſt quandoque neceſſaria, ut no.in
dicto capit.ſicut vnire. Egi. Bella.dec.513. incip.concl.quod
53 legatus, dicit ſe olim in hac re fuiſſe dubium. † nunc clarum
ex huiuſmodi diſtinctione, quæ eſt. Aut in uniendo agitur tã
tum de præiudicio eccleſiæ vnitæ, & valet vnio, dummodo
ſit de illis beneficijs, quæ ſpectare poſſunt ad ordinationem
legati quia ſi eſſent regularia, vel alia, quorum collatio in-
interdicitur, non poſſet venire. Si uero fieret præiudicium al
teri eccleſiæ, uel beneficio, quam illi, quod vnitur, non valet
vnio in præiudicium eorum, ut eſt caſus in d.c.fi.ut ſi ordina
rius collator uel patronus perderent iura præſentandi, aut
conferendi. Iſtam diſtinctionem male percipio in exemplis
54 ſuis,†quia non dabitur caſus, ubi una eccleſia vniatur alteri,
quin collator perdat collationem, donec vnio permanſerit,
niſi forſan Egi.uoluerit intelligere, quando vnitur eccleſiæ
ſpectanti ad collationem alterius, quod non dicit , & etiam
dubito, an ſit uerum, quoniam ſatis eſt epiſcopo reliqua iu-
ra ſalua manere, & in hoc procurari eccleſiarum vtilitatẽ.
vnde pro expeditione materiæ, pono vnam concl. Legatus
ex cauſa rationabili poteſt vnire omnia beneficia prouinciæ
55 ſuæ,†quoniam ſi poteſt epiſcopus ut in §.ſũt duo.& in § plu-
res.16.quæſt. 1.c. ſicut vnire.ergo eodem modo legatus, qui
exiſtens ordinarius & pater prouinciæ, tanquam bonus di-
56 ſpenſator, †ſicut pater familias ex duabus domibus vnam &
ex duobus fundis vnum deſtinatione ſua pro conſeruatione
57 patrimonij facit†l.quod in rerum. §.ſi quis poſt.ff.de leg.pri-
mo.Ita ex duabus eccleſijs vnam facere poteſt. quo arg. vtit.
Oldra.conſ.257.col.4.nec egebit legatus in vnionibus huiu-
58 ſmodi conſenſu cap. † ſicut epiſcopus, ſecundum Egi.deci.
514. & 515.quia non eſt eadem communio. Fallit primo in
eccleſijs Cathedralibus, regularibus,& alijs, quorum colla-
59 tio eſt interdicta.†in cap.deliberatione,& non ſolum colla-
tio, ſed ordinatio ut ibi dicitur. unde cui prohibetur genera-
60 liter ordinatio, cenſetur †etiam prohibita vnio, quoniam q
61 vnit eccleſiam, aliquo modo ordinat.†vnde, prohibita ordi-
62 natione, prohibetur omnis actus circa illam,†c.priu.de offi.
ordin.capit.ſi papa.de priuil.in 6.propter quod non placet di
ctum Imo. in d.c. fi. uolentis legatum poſſe vnire omnes ec-
63 cleſias collegiatas electiuas†&c.quoniam prohibitio c.deli-
beratione, erat reſpectu collationis tantum, ſed decipitur.po
64 teſt tamen ſuſtineri dictum Imo.†in eccleſiis collegiatis nõ
electiuis, quoniam illas confert legatus ſecũdum illam opi
nio.quam ego probaui ſuperiori. li.in materia collat. tamẽ
ex dictis Imo.elicio unum, quod. Non ualet conſequentia,
65 iſte non poteſt conferre, ergo nec unire, quia†epiſcopus vnit
beneficia etiam ſpectantia ad collationem inferiorum.
66 † Immo etiam reſeruata collationi papæ,† ita ut de caſu ſit
67 habitura locum unio, quando erit finita reſeruatio†collect.
68 in capitulo ſicut unire,·& Rot.deciſ.19.in anti.uide tamen
Rot.deciſi.118.in addit.in anti.ubi dicitur talia beneficia re-
69 ſeruata, non poſſe uniri per legatum,†propter extrauag.Be-
nedicti, quæ incipit dudum fœlicis. & quod legatus poſſit
70 unire etiam eccleſias collegiatas, tenuit Lap. †quem ſequi-
71 tur Mil.in ſuo Reper.in ver. Legatus.& Boni. †in cle. Si vna.
§.quid ſi.de reb.eccl.non alie. Fallit ſecundo in eccleſiis, quæ
ſunt de iure patronatus laicorum. quia illis præiudicare non
72 poteſt,†cap. dilectus.hoc tit. Egi. d.deci.513. & procedit etiã
73 ſi eſſet laicorum & clericorum mixtim. † per ea , quæ dixi in
materia collationum li. 3.q. quamuis Petrus de Peruſ.in ſuo
tractatu uideatur titubare.primum tenet ſimpliciter, Lap.in
addi.addi.ad Fede.de rerum permu.q.19. Sed quæritur, pone
quod legatus habeat auctoritatem derogandi patronis, etiã
ex fundatione in totum, quando vacabunt pro ea vice dun-
taxat, an poſſit vnire beneficia huiuſmodi ſic vacantia, præ-
ſertim ſuppoſito etiam quod haberet facultatem vniendi
74 †etiam ex cauſis non expreſſis? Sol.potuit vnire , quia potuit
75 conferre , patrono inuito.† non obſtat quod in facultate di-
catur quod poſſit derogare.pro ea uice tantum, quia etiam
76 hic derogauit pro ea uice tantum, †& tempus deinde, in quo
protenditur unio, uenit ex natura vnionis, ſatis eſt quod cum
77 primum diſſoluetur vnio, præſentatio reuertetur ad eũ.†iſta
reſponderunt multi magni Curiales, dicentes hoc factum
78 etiam in curia ad inſtantiam quorundam religioſorũ. †ego
79 tamen credo contrarium†propter perpetuum præiudicium,
quod infertur patronis. & illo caſu poteſt procedere deci.Egi.
80 513.†Idem exiſtimo, etiam ſi beneficium fuiſſet litigioſum,
81 †quia contraria opinio eſt impia, †& retraheret laicos a fun-
82 datione.†per not.in cap.cum dilectus.de iur.patronatus. Fal-
83 lit tertio, quãdo vellet adimere eccleſiam vnitam uni eccle-
84 ſiæ & dare alteri, † uel unam eccleſiam alteri totaliter ſubij-
cere,

cere,†quoniam hoc eſſet inferre graue præiudicium, contra
85 ca,quæ habentur in d.c.fi.Et per Rot.deci.58.& 118. In nou.
86 Fallit quarto, quando vellet vnire ſine cauſa, †quia nec epi-
87 ſcopus, nec legatus id poſſunt.†& ſunt expreſſę cauſæ vnio-
nis,in iure, ut in c.1. ne ſed.uac.Et in c.ſicut vnire.quare in fa
cultatibus ſemper dicitur quod poſſit vnire etiam ex cauſis
88 non expreſſis.†Sed quæritur primo, quid ſi in vnione legati
89 eſſet expreſſa cauſa falſa,an vnietur ipſo iure,†uel ſit annul-
90 landa? Rot.deci.59. in no. tenet valere.ſi non reſolauat,†qđ
eſt verum,quando communi opi. talis. cauſa apparebat lici-
91 ta,licet in ſe eſſet falſa, Anto.in c.cum apoſtolica. uer. venio
ad gl.de his,quæ fi.a.prę.ſi.con.capi. Et ita intelligo glo.Io.in
92 ſum.12.quæſt.2.†quando uoluit alienationem factam etiam
93 in caſu non licito valere, dummodo ſeruetur forma†ſecus
quando vnio eſſet ex cauſa manifeſte falſa,quoniam tunc eſ
94 ſet nulla ipſo iure.†uide Mil.in ſuo Reper. in uer.vnio.Tu ta-
95 men dicas vnionem hanc ipſo iure non valere,†quoniam in
96 literis legatorum ſurreptio vitiat, †ſicut in literis papæ.†cle.
97 2.de offic.ord.Sed in literis papæ.ſurreptio vitiat ipſo iure Io.
And.in cap.2.de fil.presby.in 6.doct.in cap.in materia.de re-
ſcrip.igitur & c.quod præſertim obtinet,quando legatus au-
ctoritate apoſtolica vnit. Secundo quæro, an legatus poſſit
vnire vicariam perpetuam vnius eccleſiæ parrochialis alte-
98 ri†Et uidetur non poſſe, quia vicariæ bona uidentur eſſe
99 portio eccleſiæ,quæ ponit vicarium,†ut in c.1.de præbend.in
6.c.exturpandę.§.quia vero.eo.titu. hæc vnio adimeret bona
illi eccleſiæ,quod non poteſt fieri per legatum, ut no.doct.in
c.fi.de confir.uti.uel inuti.ergo &c.Adhoc,quia vicarius eſt
reſpectu principalis beneficii.cap. ſuper eo.de prębend.in 6.
ergo remanente principali,tanquam correlatiuo non poteſt
adimi vicaria.argu.capit per veſtras.de iur.pat. Contrarium
tamen uerum, quia iſtę vicariæ perpetuæ, licet teneant no-
men illud,tamen ſunt beneficia per ſe, & talia ſimpliciter iu
100 dicantur.†clem.1.de offic.uic. ergo vniri poterunt,ita tenet
Rot.dec.273.in no.dicens huiuſmodi uicarias poſſe uniri mē
101 ſę capitulorum, †quia per omnia cenſentur ſicut beneficia,
102 & tunc ex perpetuis fient temporales.†Tertio quæro,an poſ
103 ſit unire eccleſiam ſecularem monaſterio, †ita ut per mona
chum regatur?Ex cauſa magna,& uocatis quorum intereſt,
credo, poſſe,per ea quæ tradit Rot.deci.20. in anti. Nam epi-
ſcopus hoc poteſt & per hoc inducitur diſpenſatio cum mo-
104 nacho†Feli.in c.in noſtra,col.pen.uer.3. no.de reſcrip.igitur
tanto magis legatus.quod fallit,quando uniendo uellet præ-
iudicare epiſcopo eximendo ipſum a uiſitatione,procuratio
105 ne,& aliis epiſcopo debitis obſequiis,†per ea, quæ tradit Mi-
lis in uerbo legatus. uerſ. 3. Quarto quæro, an legatus poſſit
106 unire beneficia unius diœceſ.beneficio alterius diœc.†Sol.ex
cauſa poteſt, & ſine præiudicio epiſcopi eccleſiæ vnitæ,vt in
proxima.q.ſupra.Quinto quæro an poſſit vnire beneficia re-
107 gularia?Et dicendum poſſe, †ut per Boni.in clem.1.§.ad hæc
de ſtat.mona.Sexto quæro, quæ forma ſeruanda ſit in vnio-
108 nibus? †Sol.ut habeantur trac.cum capitulo tex.& gl.in cle.
ſi vna.de reb.ecc.non alie. contra quam formam non præ-
109 ſcribit epiſcopus,niſi ſpatio tanti temporis &c. †vt per gloſ.
& car.ibi.Septimo quæro,an legatus ſubijciatur huic formæ
110 in vniendo?†Sol.non ſubiicitur,quia non habet eam com-
munionem cum capitulo, quam habet epiſcopus.Egi.deci.
514.& 515.ſed potius committet vnionem more apoſtolico
111 †vt per eundem,deci.516.card.in conſi.65.& fiet,vocato im
112 mediato rectore, cum cauſæ cognitione.†per Egi.deci.403.
Octauo quæro,an illa commiſſio vnionis ad partes ſit neceſ-
113 ſaria in vnionibus legati,ſicut in vnionibus papæ, †ſecundū
regu.21?ſol.ſi ipſe legatus cognoſcit de cauſa & informatur,
non debet aliter committere. alias uero committet.& quan
do dicitur vocatis,quorum intereſt, intelligo de patronis ec
cleſiæ, & illis, ad quos pertinet collatio, ſi habeant hone-
114 ſtam cauſam contradictionis.† De Rectore etiam eccleſię,
intellige quoad legatum, ut dixi ſupra, quamuis alias epiſco
po non vocato,fieri poſſit.clem.ſi vna. & poſſet etiam intelli
gi dictum Egi. de uocando rectore immediato,quando age-
retur,ut unio ſtatim ſortiretur effectum, alias non. Nam ſi
vnio confertur in tempus, quo ille non eſt futurus rector,qd
ad eum.ar.l.in fuga.C.ad l.flau.de plagi.l.quod ſæpe.§.ſi quis
amico.ff.de contr.emp.l. Qui in hoc. ff.de donat.inter vir.&
vxor.Nono quæro,an locumtenēs. legati,uel etiam vicarius
115 epiſcopi vnire poſſint, †quando habent mandata ad confe-
rendum beneficia? Sol. Collect.in c.ſicut vnire. ſecutus Spe.
116 tenet quod non,quia in uniendo uidetur electa†induſtria p-
ſonæ, & quæ cum decreto expediuntur, delegari non poſ-
117 ſunt.†l.2.de eo qui alt.vi.ge.l.nec quicquam.ff.de offi.præſi.
118 contrarium tamen exiſtimo uerum, †quia in vicarium tran
ſeunt omnia requirentia ſpeciale mandatum, cum ſit ordi-
119 narius.†c.2.de offi.uic.in 6.vnire non requirit ſpeciale man
120 datum†niſi in quantum diſponitur & ordinatur de benefi-
121 cio.ordinatio†autem beneficii per viam collationis eſt cō-
ceſſa,igitur tanto fortius vnionis, quæ fit cum cauſa, & pro
122 vtilitate eccleſiæ, †quare beneficia reſeruata vniuntur, non
123 tamen conferuntur, †ſicut etiam vniuntur beneficia viuen-
124 tium.†vnde facilius tranſeunt in vicarium ea,quæ requirūt
125 cauſæ cognitionem, quam alia. †& de iure canonico etiam
126 requirentia decretum,ſunt delegabilia†ſecundum Innoc.c.
conſtitutus,de relig.domi.Decimo quæro, an legatus poſſit
127 vnire ad uitam alicuius tantum?†Sol.non poteſt,quia eſt cō-
tra naturam vnionis,& fit talis vnio magis ratione perſonæ,
quā ratione eccleſiæ cum ſit prouiſio,ut dixi ſupra. tenet hoc
Pau.in cap.Et temporis.16.q.1. Domi.in conſi.38.pro clario-
ri in 3.col.ex quo.Vndecimo quæro, poſito quod legatus ha
128 beat facultatem vniendi ad uitam,†an per talem vnionem
extinguatur reſeruatio beneficii? quod eſt quærere, an ſtan-
te tali vnione, beneficium adhuc vacet? iſta q.fuit diſputata
in materia commendæ.ego refero me ad ea quæ ibi dixi, &
teneo reſeruationem expirare , & vnionem huiuſmodi eſſe
prouiſionem,ut tenet Domi.conſ.38.dicens, vnionem huiu
129 ſmodi diſpenſationis inſtar obtinere.†Et pręſuppoſito,quod
per cōmendam non eneruaretur reſeruatio,& quod benefi-
cium remaneret uacans,tamen aliud eſt in vnione, vbi titu
li confunduntur, & mutuo communicant naturam ſuam,
130 †ut per Rot. deciſ.273. in no. quod nil aliud eſt vnire quam
131 vnum facere.†duo igitur titu.ita vniti ſub vna diſpoſitione
æqualiter tranſibunt capit. tranſlato. de conſt.& cenſebun-
tur duæ eccleſiæ vnitę. unde non poteſt dici unam nuptam,
alteram innuptam.quia per illam unionem,prælatus,& om
nia communicantur l.1.ff.de lega.1. quamuis id fiat per fictio-
nem,tamen ſolemnizanda fuit hæc fictio, hanc habendo p
canonico titulo ad palliandum improbam nonnullorum
ambitionem, qui iſto colore innumera beneficia deuorant,
132 †ut p Domi.ubi ſupra.in hac tamen.q Rota diſcrepat a Can
cellaria.quia Rota tenuit, diſſoluta vnione, beneficium va-
133 care†ut prius,quia diſſoluta unione , beneficium reuertitur
in primum ſtatum ut late Petr. de Peruſi. in tract.de reuoca.
unio.ſed Cancelleria tenet contrarium,& bene per præmiſ-
ſa,& quando dicitur beneficium reuerti ad primum ſtatum,
134 intelligitur quoad naturales qualitates beneficii, † & ideo
multi etiam ex dominis Rotæ tenuerunt hanc partem . Di-
ſputatum fuit in Rota.T.habebat duo incompatibilia. ſ.A.
& b.uniuit. A. b.ad uitam.deinde renuntiauit.b.Tertius im-
petrauit tanquam uacans per diſſolutionem unionis.nam di
cebatur ab aliquibus,quod T.,non habebat. A. niſi quia erat
unitum.b.unde quia per renuntiationem.b. A.remanebat p
ſe,uacabat.quia. T.non habebat illud niſi ut unitum b.unde
cum non habeat amplius.b.nō habebit etiam A.Maior pars
uoluit A.remanere apud T.quia talis unio erat in effectu di-
ſpenſatio ad duo,ut per Domi,in d.conſ.18.quorum licet al-
terum pderetur per renunciationē,alterū remanebat. mul-
ti tamen tenebant oppoſitū, cū quibus erant domini abbre-
135 uiatores ea ratione.quia iſte, uniendo†beneficium alteri, ui-
136 debatur renunciare primo tit. † Et quoniam ſunt contraria
137 poſſidere ut unitum, & in titulum, † quoniam licet unio fiat
de non vacante,tamen non ſortitur effectum niſi ceſſante ti
138 tulo, † qui erat penes alium,ideo cum iſte inceperit poſſide-
re ut vnitum, deſinit habere in titulū l. 1. §. eligere.ff. de tri-
139 but.quare ſemel extinctus,non reuiuiſcit.†l. qui res. §. areā.
ff.de ſol.nam beneficium ita unitum efficitur prædium alte
rius & perdit nomen beneficii, ut dicit Rota.deci. 10. in no.
de Reb.ecc.non ali.& in deciſ.2.in no. de exceſſ. prælat. Ac-
140 cedit, quod non debet eadem res diuerſo iure cenſeri. † l. cū
qui ædes.ff. de vſucap. quod eſſet ſi apud iſtum fuiſſet eccle-
ſia iure titu.& iure acceſſorij ad aliud. Item ad hoc allegatur
deciſio Roma.conſi. 350.ubi dicit, quod qui petit præpoſitu-
ram,quam habet in titulum, ſibi commendari,abdicat a ſe
141 titulum.†igitur eodem modo.& qui petit vniri,cum etiam
commenda ſit palliata diſpenſatio.ar.in c.dudum.de elec.ca
142 pitulo cam te.de ęta.& qual.†Item,quia quod habeo ex una
143 cauſa, non acquiritur mihi ex alia, †niſi deſinat eſſe meum
ex prima.l.3.§.ex pluribus.ff.de acquiren. poſ.l.cum quis de-
cedens.ff.de leg.3. Et hæc opin.de rigore iuris poſſet ſubſtine
144 ri.Rota tamen amplexa æquitatem.†cum re ipſa unio huiu-
245 ſmodi nō extinguat,ſed pallium diſpenſationis præſtet,†un-
de titulus dormit.non autem tollitur.Ioann.de Lig. Imo.&
alii.in clem.fin.de reſc.Bald.in capitulo cum acceſſiſſent.de
conſtit. Et intentio petentis vniri, non fuit a ſe tit.abdicare,
ſed acquirere per iſtam unionem, uiam ad obtinendum cū
alio incompatibili, & ſic multiplicare titulum deſenſionis
146 cauſa,quod licet, † ut in capitulo nullus pluribus.de reg.iur.
in ſexto.vnum tamen urget aduerſus hanc opin.quoniam ſi
per adeptionem ſecundi incompatibilis uacat primum ip-
147 ſo iure,†& ſic extinguitur titu. uiuens, tanto magis titulus
dormiens, qui eſt debilior.†argu. in clem.gratiæ.de reſcr. &
pallium

349 pallium diſpenſationis ex unione, non eſt reſpectu tit.†quia
350 immo id agit vnio ut titulū ceſſare faciat, † ſed reſpectu fru-
ctuum, quos percipit ſub clipeo unionis, perinde ac ſi eſſet di
ſpenſatus ad duo. qua unione ceſſante, ceſſat omnis cauſa
351 fructuum percipiendorum. † Duodecimo quæro, an filius
352 poſſit miniſtrare in eccleſia, quam pater tenuit vnitam†ad
uuam? uide. quæ dixi in materia commendę.q.32. Decimo-
353 tertio quæro, an legatus poſſit diſſoluere vniones? † Sol. po-
teſt ex cauſa, ſicut poteſt vnire.capitulo primo de regu. iur.
late proſequitur Per.de Peruſ. in ſuo tractatu. capitulo primo
& Abba.in cap. 1.ne ſed.vacan.dicens vnionem ex cauſa fa-
354 ctam poſſe diſſolui. †ſi eccleſiæ vnitæ incipit eſſe damnoſa.
355 †nam ea eſt diſſoluendæ unionis ſolemnitas, quæ & conſti-
356 tuēdæ, †Oldr.in cōſ.262.in fi.Io.An. Ancha.& Imo.in cle.1.
de reb.eccl.non al ie.ubi Card.In 5.oppoſ.& huius diſſolutio
357 nis effectus, † quod eccleſiæ iſtæ ſeparatim uiſitabuntur, &
procurationem exhibebunt, quamuis prius ſimul hęc con-
ſueuerunt ſecundum Rot. deciſ.78.in anti. Decimoquarto
quæro, ſtante facultate huiuſmodi, ac inuicem etiam vel al,
præla.& cap.me.ec.b.& p.l.ex cauſis etiam non expreſſis per
petuo uel ad tempus. prout.ſ.t.uidebitur uniendi, ac vnio-
nes, non tamen perpetuas, diſſoluendi, an per iſta uerba ſint
ligatæ manus legati, ut non poſſit diſſoluere perpetuas unio
358 nes?†Sol.uidetur non poſſe, quia conceditur de non perpe-
tuis ergo negatur de perpetuis capitulo qualis.25.diſt in.Im-
mo eſt expreſſum quando dicit, non tamen perpetuas, &
359 uniones temporales facilius reuocātur quam perpetuę. †nā
regulæ reuocatoriæ unionum, quæ fiunt per pont.reuocant
360 temporales, non perpetuas†. Ancha, conſil.404. Tria dubia.
colum.fin.& in Reg. Acceſſorium.colum.26.Cōtrarium ta-
men eſt uerum, quia facultates, quæ dantur legatis, ueniunt
361 ad augmentum non ad diminutionem, † ideo per eas non
tollitur quod alias de iure communi competebat, ut tradit
Cald.conſ.7.hoc titulo.Competit autem legato ius diſſoluē
362 di.†ergo &c.'Ad contrarium dic non eſſe bonum argumen
tum a reuocatione, quę eſt odioſa, ad facultatem, quæ eſt fa
363 uorabilis.†Ad uerba facultatis, dic quod intelliguntur quan
do uellet diſſoluere uel unire extra cauſas iuris. Cauſa autē
364 diſſoluendæ unionis iuſta erit † quando ceſſabit cauſa pro-
365 pter quam facta eſt unio, † ut ſi duæ parrochiales, quæ pro-
pter paupertatem unitæ ſunt.effectæ ſint potentes ad ſuſten-
366 tandum ſacerdotem, & alia incumbentia onera.†argum.ca
pituli uacante, de præbend. Quæſitum eſt in materia unio-
num in Rota, an Regu.quę uult quod expectantes faciant ſi-
367 bi prouideri infra menſem a die acceptationis, & publicare
prouiſionem in tres menſes . deinde infra numerum citare
ad iudicium, habeat locum, quando quis facit vniri perpe-
tuo alteri beneficio, beneficium quod vacabit.& infra men-
ſem acceptabit.Viſum eſt reg. non habere locum, quia unio
ſtatim obtinet, quando ſecuta eſt acceptatio, ideo prouiſio
368 non neceſſaria, & per conſequens, nec menſis ad prouiden-
dum, nec quæ ſequuntur & cui non adaptantur uerba regu-
lę, non adaptatur regula. Alexand.& alii, in l.4.§.prætor ait
ff.de damno infecto. Felin. in capitulo nonnulli, prope fin.
de reſcriptis.

SVMMARIVM.

1 *De diſmembrationis materia.*
2 *Legatus quando eccleſias diſmembrare poſſit & valeat.*
3 *Diſmembrationem & diſſolutionem vnionis inter ſe differre.*
4 *Diſmembrationem quando de vna eccleſia, plures fieri contingat.*
5 *Diſſolutionem uero vnionis, ſi duarum, alias vnitarum, ad priſtinum ſtatum reductio fiat.*
6 *Quodque omnis diſſolutio vnionis, diſmembratio dici poſſit.*
7 *Legatum ex cauſa diſmembrare, & ex vna eccleſia, plures facere poſſe.*
8 *Epiſcopo pariter idipſum permiſſum fore.*
9 *Epiſcopum ex vno pingui beneficio, duo facere poſſe.*
10 *Epiſcopum Miniſtrum in eccleſia parrochiali deputare.*
11 *Item, ex redditibus penſionem ſibi bene viſam conſtituere, & aſſignare.*
12 *Item, ex vna præbenda, quandoque duas facere.*
13 *Duos autem ad vnam intitulare minus licere.*
14 *Solemnitas in diſmembratione, quæ nam adhiben. ſit.*
15 *Rectorem nempe vocari, cauſam exprimi, tractatum haberi, & alia fieri, ſi quæ in rerum eccleſiæ alienatione fieri neceſſarium ſit & opportunum.*
16 *Diſmembrationem, vnione ipſa magis odioſam reputari.*
17 *Rectorem in diſmembratione vocari, quando minus neceſſarium.*
18 *Prælatis inferioribus ab epiſcopo & legato, quando diſmembratio permiſſa ſit.*
19 *Papæ confirmatio & approbatio, in diſmembrationibus quid operetur.*
20 *Eccleſiis diuiſis, an priuilegia omnia communicari contingat.*
21 *Diſmembrationem ſi irritari contingat, non ſeruatis modis & forma, in eadem adiectis.*
22 *Legatus quando dignitates in eccleſia Cathedrali, uel collegiata ſupprimere poſſit.*
23 *Epiſcopum vnire eccleſias, adimere bona vnitis, alteri dare & dignitates ſupprimere.*
24 *Modificatio præcedentis dicti, quod procedat, debita ſolemnitate ſeruata.*
25 *Suppreſſioni locum e e, quando fiat ſine præiudicio illius, qui beneficium, vel dignitatem obtineat de præſenti.*
26 *Legatus ſi auctorizet alienationem rerum eccleſiæ, poſt conſtitutionem Pauli ſecundi.*
27 *Auctorem ſe referre ad eius dicta in commentariis extrauagantis Pauli ſecundi.*
28 *Legatum, bona ſubiecta epiſcopali iuriſdictioni eccleſiæ, alienare non poſſe.*
29 *Legatum bona Cameræ apoſtolicę confiſcata, & incorporata, aliter non concedere.*
30 *Contrariam opinionem, Auctorem ſentire.*
31 *Legatum in caſu neceſſitatis, res eccleſiæ alienare poſſe.*
32 *Conſtitutio Pauli, an procedat, quando bona alienantur de vna eccleſia in aliam.*

1 De diſmembratione.

DEcimoquinto quæro, an legatus poſſit diſmembra
2 re†eccleſias, ut intelligas, differunt diſmem
3 bratio, & diſſolutio vnionis, †cum diſmem-
4 bratio ſit vnius eccleſiæ in plures, & diſſolu
tio vnonis ſit duarum olim unitarum ad pri
5 ſtinum ſtatum reductio, quamuis etiam diſ
6 ſolutio vnionis poſſit vocari diſmembratio †ſecundum Rot.
deciſ.78.in anti.ad quæſt, igitur, Reuerendiſſimum legatum
7 ex cauſa poſſe diſmembrare, & ex una eccleſia facere plures.
8 †quoniam id poteſt epiſcopus, † capitulo ad audientiam.de
eccle.ędi.Abb.in capitulo extirpandę.§.quia.uero in ſecun-
da colum.de præben.dicens epiſcopum ex vno pingui bene
9 ficio poſſe†facere duo, idem Abba.in capitulo conquerente
de cler. non reſi. dicens epiſcopum poſſe ponere miniſtrum
10 in eccleſia parrochiali, †& ex redditibus eius conſtituere pen
11 ſionem †miniſtro, & in terminis quæſt. tenet Card. conſi.65.
Aegid.deciſ.403.incip.legatus.Rot.deciſ.229.in no. & tex.in
d.cap.vacante. etiam ex cauſa poteſt ex vna præbenda duas
12 facere, †quamuis non poſſit duos ad vnam intitulare, †capitu.
13 Tuæ.& ibi de materia.de præben.Roman conſil.269.in 7.co
lum. verſic.3.uideam. & dicam in materia penſionis lib.6.
in 4.quæſt.principali.Decimoſexto quæro, an ſolemnitas ſit
14 adhibenda in diſmembratione eccleſiæ per legatum, †Sol.
illa quæ ī alienatione, debet enim vocari rector, exprimi cau
15 ſa, haberi tractatus, & alia facere, quæ in alienatione rerum
eccleſiæ fieri debent, de quibus in capitulo ſine exceptione.
13.quæſtio.ſecunda.& in cap.dudum. de reb.eccle.non alie.
in 6.Ita tenet Rot.in prealle.deci.229. Ex quibus colligitur,
16 quod diſmēbratio eſt magis odioſa quam vnio, †ubi non eſt
17 vocandus rector neceſſario, †ſed alia forte de cauſa, quia ſci
licet ſpectatur tempus mortis ut dixi ſupra, Decimoſeptimo
quæro, an alii prælati præter epiſcopū, & legatum, poſſint diſ
18 membrare? † Sol.non poſſunt, ſecundum Rot.deciſ.347.in
no.dicent.diſmembrationem huiuſmodi, etiā factam a ma-
iore Abbate, de beneficiis ſubditis etiam ex iuſtiſſima cauſa,
non ualere. Decimooctauo quęro, quid operatur confirma-
tio papę, reſpectu diſmembrationis factę, †per legatum, Sol.
19 vide Rot.deciſ.230. in no. Decimonono quæro, an quando
vna eccle diuiditur in duas, priuilegia quę erant vnius, ſint
20 ambarum?†Sol. Iſta quęſt.haberet rationes hincinde, & poſ-
ſet multum diſputari, ſed terminatur per extrauagan. Ioan.
22.quæ incipit. ſedes apoſtolica. de offic.deleg. & uult, quod
priuilegia communicentur utrique. Vigeſimo quæro, quid
ſi legatus in diſmembrando eccleſiam, apponat modum, vt
quia onerat conuentum, cui ſit applicatio bonorum, uel ec
cleſiam nouam factam ex redditibus antiquę ad aliquid fa-
cien.quod non ſit, an propter hoc diſmembratio irritetur,
21 †Sol.ſi modus ille non ſit reſolubilis, diſmembratio non fiet
irrita, ſed agetur ad reſolutionē cōdictione ob cauſam Rot.
deci.231.ī no. Vigeſimoprimo q̄ro, an legatus poſſit ſupprime
22 re dignitates in eccleſia cathedrali, uel collegiata, † uel alias
minuere, uel etiam augere numerum canonicorum? Sol.de
conſenſu capituli poteſt, quia hoc facit Epiſcopus.cap.Cum
acceſſiſſent, de conſti.Oldr.conſi.182.ſpe.in tit.de diſpen.epi
ſcopi.uerſi.20. & generaliter Epiſcopus unit eccleſias, adi-
23 mit bona vnius & dat alteri, ſupprimit dignitates. † Vt per
Abb.in cap.unico ad fin.vt eccleſias.beneſi.quare idem po-
terit Legatus ex cauſa, ut ibi.& quantum dicitur, epiſcopū
poſſe adimere vni eccleſię, & dare alteri intellige quod ſer-
uetur ſolemnitas debita, †ut per Abb.in capitulo primo. de
reb.

reb.eccl.non allenan. to Legato conſueuit fieri commiſſio
ſuper huiuſmodi. Et quod dictum eſt de ſuppreſſione, intel
lige; quod fiat ſine præiudicio eius, qui dignitatem, uel be-
25 neficium obtinet de præſenti. † Petr. de Anchar. & alii in
in capit. ſecundo, de exceſſ. præla. & notatur in c. dudũ de re
bus eccleſ. non ali. in 6. Vigeſimoſecundo quæro, an lega-
tus poſſit præſtare auctoritatem alienationi rerum eccleſia
26 rum hodie poſtquam emanauit conſtitutio Pauli † in ea quę
27 dico in commento illius extragan. † uide Ab. in capitulo fi.
de reb. eccle. non alie. quod autem non poſſit alienare bona
28 ſubiecta epiſcopali iuriſdictioni eccleſiæ † Roma. uide eundẽ
in cap. cum ueniſſent. de inſti. uide Specu. in titu. de diſpen.
leg. in fin. Et quod non poſſit legatus concedere alicui bona
29 conſiſcata cameræ apoſtolicæ. † uide Corneum in conſ. 247.
in primo uolum. quod tamen non exiſtimo uſquam uerum,
30 † ex eo, quod iſte non eſt unus de caſibus exceptis, in no. in c.
quod tranſlationem. hoc titu. præſertim quia communiter
in facul. legatorum hoc conceditur, præcipue quando bona
non ſunt adhuc incorporata fiſco. Vnum tamen ſemper no
ta in materia alienationis, quod quando aliqua neceſſitas
immineret in alienando, & papa non poſſet conſuli, ualeret
31 alienatio auctorizata per legatum, † immo etiam per epiſco-
pum contra tenorem illius conſuet. ut tenet card. in clem.
1. de re. eccle. non alien. glo. in cap. placuit. 12. q. 2. & dixi late
in præallegato commento. ubi poſui multas limit. ad illam
extrauagan. Solet quæri in materia alienationis rerum ec-
cleſiæ, an conſtitutio Pau. habeat locum quando bona alie-
32 nantur de una eccleſia in aliam † hoc late diſputaui in com-
mento illius extrauagan. argu. quod cum omnes eccleſiæ
ſint una, & faciant unum patrimonium. capitulo nouatia-
nus c. loquitur. 24 q. 1. ratio prohibit. uidetur non militare. ui
de tamen quæ ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *De poteſtate legati in erigendo noua beneficia.*
2 *Legatos erigere beneficia, & eccleſias, cauſa ſubſiſten.*
3 *Et id ipſum epiſcopis etiam permiſſum.*
4 *Legatum de latere unam eccleſiam ſuæ prouinciæ in conuentualem eri-gere poſſe.*
5 *Etiam ſi alteri Monaſterio extra Prouinciam ſuam poſito, ſubdita ſit.*
6 *Legatum exemptorum epiſcopum eſſe.*
7 *Legatum, licentiam conſtruendi oratorium in loco exempto impartiri.*
8 *Eccleſiam ſecularem ad regularem ſtatum reducendi.*
9 *Epiſcopum Monaſterij ſuæ diœceſis ſtatum quandoque mutare poſſe.*
10 *Legatum, ſtatum dictarum eccleſiarum alterare non poſſe.*
11 *Legatus ſi quando erigat dignitatem, & pro dote eccleſias uniat.*
12 *Erectionem, & unionem per ſe ipſam conceſſam eſſe.*
13 *Archidiaconatum, uel Archipresbiteratum de nouo erigere, ſoli papæ reſeruatum.*
14 *Legatum, epiſcopales dignitates uel quaſi non erigere.*
15 *Legati factum, ſedis apoſtolicæ factum reputari.*
16 *Legatus quando erigat epiſcopatus.*
17 *Legatum, omnia poſſe ſi quæ de maioribus ſint. & ſpecialiter reſeruata non appareant.*
18 *Epiſcopum, exigente populi neceſſitate, cathedram ſibi ſubditam erigere.*
19 *Plebs, ſi quæ nunquam habuerit epiſcopum ſine epiſcopi conſenſu non habebit.*
20 *Vna & eadem diœceſis quando duos epiſcopos habere poſſit.*
21 *Intellectus. c. cum inferior. de maiorit. & obed.*
22 *Intellectus. c. præcipimus 26. q. 1. & c. 1. 22. diſt. c. ſicut unire, & c. muta-tiones. 7. q. 1.*
23 *Maiores cauſas referendas ad papam, quo caſu procedat.*
24 *Opinio Hoſtien.*
25 *Communis opinio.*
26 *Legatum in partibus ultramontanis, ubi de facili non poteſt conſuli papa, & Patriarcha, paria priuilegia Rom. pont. habere.*
27 *Legatis erectionem eccleſiarum concedi, competenti dote aſſignata.*
28 *Dos competens pro eccleſia, quæ nam eſſe dicatur.*
29 *Legatus quando eccleſiam parrochialem collegiatam facere poſſit.*
30 *Epiſcopum etiam id ipſum præſtare poſſe.*

1 De poteſtate legati in erigendo noua beneficia. †

ERigere poſſunt legati eccleſias, & noua benefi-
2 cia ſubſiſtente cauſa, † ſicut etiam epiſcopi
quia hoc ampliat diuinum cultum, & non
reperitur reſeruatum papę. † ad hoc. capitulo
3 fi. de reſcri. in 6. de hoc extat conſ. Cal. primũ
iſtu titu. dicentis, legatum de latere poſſe eri
4 gere unam eccleſiam ſuæ prouinciæ in conuentualem, † etiã
ſi alteri monaſterio extra ſuam prouinciam poſito, ſubdita
5 ſit. † quia legatus eſt epiſcopus exemptorum. † Idẽ de. epiſco-
6 po tu. mat Abba. in cap. quoniam. de ui. & hon. cleri. eſt caſus
in cap. pen. & fi. de eccle ædifi. tenet hoc Cal. conſ. 10. de reb.
eccl. non alie. gloſ. in cap. auctoritate. de priuile. in 6. quæ di-
cit quod legatus poteſt dare licentiam conſtruendi orato-
7 rium in loco exempto. † adde Abb. in cap. pen. de eccle. ædifi.
qui dicit eccleſiam ſecularem poſſe reduci ad ſtatum regula
8 rem, † cõcurrentibus his, de quibus ibi per eum, & ibi. Henri.
in 1. diſtin. Et de iſta materia, quo modo etiam epiſcopus poſ-
9 ſit mutare ſtatum monaſterii ſuæ diœceſis, † uide Calde. cõſ.
12. de reb. eccle. non alie. Aduerte tamen, quod nullo modo
10 alterare poterit ſtatum illarum eccleſiarum, † de quibus fit
mentio in capit. deliberatione, cum ſuper illis prohibeatur
omnis ordinatio, hoc tamen intelligo, exceptis Cathedrali-
bus, niſi ſubſit cauſa, & cõſentiant quorum intereſt. Ad hæc
quæritur, an legatus poſſit erigere dignitates in eccleſia Ca-
11 thedrali de conſenſu capituli ſine dote † uniendo ei, loco do-
tis aliam eccleſiam? Sol. poteſt. quia erectio, & unio per ſe
12 conceſſa ſunt, † & hoc poteſt etiã epiſcopus. uide in deci. Bar.
de reb. ec. non alie. 3. intellige tamen indiſtincte de dignitati
bus omnino non nouis, ut quando uellet erigere Archidia-
conatum, uel Archipresbiteratum. de alia uero dignitate
13 omnino noua, uidetur quod ſpectet ad papam, † cap. 1. 22. diſ.
ita de epiſcopo etiam concludit Feli. in cap. cum acceſſiſſent
14 in 6 col. uerſ. tertia concl. de conſti. in legato † tamen crede-
rem hoc non procedere, dummodo non inſtituat dignitates
epiſcopales, uel quaſi, quoniam. cap. 1. 22. diſtin. hoc non adi-
15 mit legato, cuius factum dicitur factum ſedis apoſtolicæ, † ut
alias dixi, & inquantum dixi quod poteſt pro dote unire ec-
cleſiam, quia ſecus eſſet, ſi uellet nõ unire eccleſiam, ſed adi-
mere partem bonorum eius, & dare dignitati creatę, q̃a hoc
non poſſet, niſi ſeruata ea ſolennitate, quę ſeruatur in aliena
tione rerum eccleſiarum, ſecundũ Cald. in conſ. 14. de præb.
incip. plebanus. & Feli. in d. c. cum acceſſiſſent. ubi etiam po-
nit de taxanda dote illius dignitatis nouæ erectæ. Item quæ-
16 ritur an legatus poſſit erigere epiſcopatus? † & uidetur poſſe,
nam legatus poteſt omnia, etiã ſi ſint de maioribus, quæ non
17 ſunt ſpecialiter reſeruata, † cap. ſi Abbatem. ubi glo. de elect.
in 6. cap. quod tranſlationem. hoc autem non eſt de reſerua-
tis, ergo &c. Secundo, epiſcopus, exigente populi neceſſitate,
18 erigit cathedram ſibi ſubditam, † c. quoniam. §. prohibemus,
de offi. ord. qui caſus eſt unicus ſecundum Abba. ibi. Si poteſt
epiſcopus, tanto magis legatus. Tertio, uidetur caſus in cap.
multis conſiliis. 16. q. 1. quando dicit, quod plebs quæ nunquã
19 habuit epiſcopum, nõ habebit ſine epiſcopi conſenſu. † ergo
cum epiſcopi conſenſu habere poteſt, & non dicitur quod a
papa tantum, ergo etiam a legato Non obſtat, quod una, &
20 eadem dioce. non debeat habere duos epiſcopos, † ut dicit
text. in §. prohibemus, quoniam, quando erigitur noua dio-
ceſis, iam ſunt duæ, & non una. Quarto, adducitur tex. in ca-
21 pitulo cum inferior. de maio. & obedi. † ubi narratur de illo
Archiepiſcopo, qui erexerat eccleſiam Cathedralem in ſua
diœceſi, & quamuis doctores ibi ſuppleant, de licentia papę, ta
men eſt diuinatio, quia ponderatur, ne erectio archiepiſcopi
&c. quia fruſtra mandaretur factum quo ad refuſionem Ar-
chidiaconi. Non obſtare c. præcipimus. 26. q. 1. capit. 1. 20 diſt.
22 c. 1. ſicut unire. cap. mutationis. 7. q. 1. † quia loquuntur de ſup-
preſſione, & unione epiſcopatuum, quorum ratio eſt diuer-
ſa. Ad id, quod dicitur maiores cauſas referendas ad papam,
23 † dicitur, iſta non eſſe de maioribus, quando imminet neceſ-
ſitas, ut dicit Collect. in d. c. cum inferior. de maio. & obedien.
24 & iſtam opi. tenuit Hoſt. † quæ forſan ſaluari poſſet, quando
erigeretur in cathedralẽ aliquis locus exemptus a iuriſdictio-
ne epiſcopi, quia tunc nulli fieret præiudicium. Communis
25 tamen opi. eſt in contrarium, † quam ſequi expedit, quoniã
in erigendo epiſcopatum, non poteſt eſſe tanta neceſſitas q̃n
poſſit conſuli papa, quando tamen legatus eſſet in partibus
ultramontanis. ubi facile non poteſt conſuli papa, & Patri-
26 archa habent illa priuilegia paria Roman. ponti. † ut dictum
eſt ſupra in caſibus reſeruatis papæ, poſſet ſuſtineri opinio
Hoſtien. Aduerte tñ. quia in quantum conceditur, legatis, &
epiſcopis, ut erigant eccleſias nouas, intelligitur, aſſignata cõ
27 petenti dote, † c. 1. de cenſibus. c. ad audientiam. de ecc. ædifi.
c. nemo. de conſecratione, diſ. 1. quæ aũt ſit competens dos,
28 † iura & doc. uario modo loquuntur, nam gl. in c. nemo, uult
redditus dotis ad minus ſufficere duobus idem tenet gl. in c.
propoſuit. de fil. presby. aliqui dicunt minus, de quo late per
Ioannem de Syl. in tract. de benefi. car. 26. uerſ. octauum re-
quiſitum. Poterit ẽt legatus facere eccleſiam parrochialẽ col
29 legiatam, † dummodo hẽat dotem competẽtem, quia & ep̃s
30 id præſtare poteſt. † Abba. in ca. quoniam. de vit. & hon. cleri.

SVMMARIVM.

De poteſtate legati circa hoſpitalia.
1 *Legatus de latere quando hoſpitalia committere poſſit & conferre.*
2 *Epiſcopo ſoli reſeruatum, hoſpitalia committere, uel conferre.*

Legato

4 *Legato minus licet hoſpitalia committere, vel conferre, niſi ſpecialem ad id facultatem habuerit.*
5 *Opinionem præmiſſam in proximo. præced. numero 4. vti falſam improbat Auctor.*
6 *Auctoris diſtinctio in præmiſſis.*
7 *Intellectus clem. per literas, de prebend.*
8 *Mandatum de prouidendo perſonæ, qualiter procedat.*
9 *Redditus eccleſiæ ad id præcipue ordinatos, nempe ad eccleſiæ ſuſtentationem.*
10 *Redditus hoſpitalium regulariter ad alios vſus quam ad vſus clericorum diſtinatos fore.*
11 *Redditus eccleſiarum pro parte ad pauperes ſpectare.*
12 *Mandatum de prouiden. legato iniunctum quando extendatur ad hoſpitalia, quæ in titulum aſſignantur.*
13 *Mandatum de prouidendo in genere, quando & in quibus beneficijs adimpleri poſſit.*
14 *Concluſio, legatum, neque epiſcopum conferre hoſpitalia, ſi quæ habeant redditus deputatos ad vſus pauperum, frabricam, vel ſimilia, in titulum beneficij.*
15 *Hoſpitalia conferre legato vel epiſcopo in titulum beneficialem, cur non permiſſum.*
16 *Conſtitutioni conciliari legatum, neque epiſcopum derogere poſſe.*
17 *Hoſpitalia & alia de quibus ſupra num. 14. non dari perpetuo, ſed ad tempus committi.*
18 *Limitatio ad idem quando hoſpitalia huiuſmodi ab initio inſtituta eſſent, ut darentur in titulum beneficialem.*
19 *Item quando de illis prouideri contingat, ſuperioris confirmatione ſubſecuta.*
20 *Legato omnia beneficia conferre permiſſum.*
21 *Item, quod legati poteſtas late interpretari debeat, cum ſui natura fauorabilis exiſtat.*
22 *Hoſpitalia quando beneficiorum appellatione venire dicantur.*
23 *Et in materia ſui natura proportionabili, beneficiorum appellatione hoſpitalia venire, ex Ioan. And. ſententia.*
24 *Auctoris opinio in præmiſſis.*
25 *Legato hoſpitalium adminiſtrationem committere permiſſum, ſeruata forma clem. quia contingit.*
26 *Legatum de hoſpitalibus collegiatis aliter non diſponere.*
27 *Hoſpitalibus prophanis non ab epiſcopo, non item a legato prouideri.*
28 *Ratio aſſignatur.*
29 *Hoſpitale, quando in dubio religioſum cenſeri debeat, uel prophanum.*
30 *Deciſio Rotæ Auctore referendario in cauſa hoſpitalis de Caſtelione Aretino.*
31 *Laicorum negligentia in diſtribuen. bonis inter pauperes, operatur ne dũ papam ſed Legatum, & epiſcopum hoſpitalia huiuſmodi committere alicui recipien. pauperes, & alia pietatis opera ſuſtinendi.*
32 *Curtij opinio in conſi. vlti. poſt tract. feudorum, quo caſu procedat.*
33 *Hoſpitalia, quæ per laicos egregie, & pie cuſtodiri contingat, non habere priuilegia piæ domus, nec eccleſiaſtica cenſeri, quando epiſcopi auctoritas non interceſſerit.*
34 *Item, quando fraternitas laicorũ arbitrio ſuo ponat & reponat Rectores.*
35 *Hoſpitalia, ſi quæ committantur in titulum, cur non conferri contingat, ratio aſſignatur.*
36 *Hoſpitalia, quando per legatum vniri poſſint & valeant.*
37 *Et vniri poſſe ſuſtinetur in caſu ibidem relato.*
38 *Impetratio, ſi quæ fiat a legato de beneficio habendo, an in eadem de hoſpitali mentionem fieri oporteat.*
39 *Commiſſionem perpetuam, & collationem æquiparari.*
40 *Hoſpitalia quando permutari poſſint.*
41 *Hoſpitalarij etiam non requiſiti, quando rationem reddere teneantur & cui.*
42 *Hoſpitale quando ſit impetrabile remiſſiue.*
43 *Regula, de infirmis reſignantibus, ſi procedat & locum ſibi vindicet in reſignationibus hoſpitalium quæ fiunt in curia, & alijs committuntur.*

1 De poteſtate legati circa hoſpitalia. †

INualuit falſa quædam ſententia apud vulgares, lega
2 tum de latere non poſſe committere hoſpi-
3 talia, neque conferre, † ſed hanc poteſtatem
ſoli epiſcopo reſeruatam, † per text. in cle. q̃a
contingit. de relig. dom. quod uidetur tenere
re gl. in cle. per literas, in ver. prouidere, & in
uer. apoſtolicis. de præben. Pet. de Peruſ. in tract. permut. in 4.
parte. moti per tex. in d. cle. per literas. quando dicitur quod
per literas directas a ſede apoſtolica, uel Legato eius, de pro-
uidendo alicui clerico, non poterit ꝓuideri de Xenodochiis,
hoſpitalibus &c. niſi in literis Apoſtolicis caueatur expreſſe.
4 † ergo non ſufficit quod in literis legatorum caueatur, quia
legatus hoc non poteſt. ita ponderat gl. illum tex. Quocirca
in facultatibus Reuerendiſſimi d. m ci de Medicis, ſpecialiter
conceſſa eſt auctoritas committendi hoſpitalia iuxta formã
cle. Quia cõtingit. quod ſi ipſo iure licuiſſet, fruſtra priuileg.
inſereretur l. 1. C. de theſauris, li. 10. Hanc tamen opi. ego exi-
5 ſtimo falſam, † tum quia inconueniens uidetur quicquã lice
re epiſcopo, quod non liceat legato, ut ſæpe inculcatum eſt,
tum quia non eſt lex, quę hoc uetet legato, quare ita diſtin-
guendum puto. Quandoque papa, uel legatus mandat pro-
6 uideri alicui de beneficiis vacaturis, † & in tali mandato non
includuntur, in mandato papæ propter defectum intentio-
nis, in mandato legati, propter impotentiam. iſte eſt propriẽ
7 caſus clem. per literas. † Et ita intelligo glo. Steph. & alios ibi.
8 & ratio, quia talia mandata ſunt ambitioſa. † Item quia quã-
do mandatur prouideri perſonæ, apparet quod prouideri de
bet de redditibus eccleſiæ, qui ſunt præcipue ordinati ad ſu-
9 ſtentationem clericorum, † cap. diaconi. 96. diſt. cap. 1. de ce-
lebratione miſſarum. ergo nõ debet prouideri de redditibus
10 hoſpitalium, qui ſunt deputati regulariter ad alios vſus, † ut
probat tex. in cle. quia contingit. quamuis etiam reditus ec-
11 cleſiæ in parte ſint pauperum. † cap. quatuor ſunt genera cap.
de rebus. 12. q. 2. cap qui res eccleſiæ. de reb. eccl. non alie. non
tamẽ ita ſpecialiter. ideo legati poteſtas ſic reſtricta in hoc
ut non poſſit mandare prouideri clerico de hoſpitali, etiam
ſi uellet. Sed tunc dubitatur, an comprehendantur ea hoſpi-
12 talia quę pro beneficio in titulum aſſignari ſolent. † gl. in cle.
per literas, tenet non venire ſub huiuſmodi mandato, nec et
poſſe venire, quando legatus id expreſſe uellet. quod ſatis cõ
cedo hoc caſu, tum propter odium ipſius gratiæ, quæ eſt de
vacaturo, tum quia hoc mandatum in genere poteſt adim-
13 pleri † in beneficiis ſtrictius ſumptis, quanquam & ita tenuit
Boniſ. in d. clemen. 2. Dicunt tamen gloſ. ibi Pan. & Anch. &
Imo. quod ſi eſſet eccleſia, cui eſſet annexum hoſpitale, com
prehenderetur ſub tali mandato, quia veniret tanquam ac-
ceſſorium. ſecus quando eccleſia eſſet annexa hoſpitali. &
quid dicendum, Si dubitaretur an eſſet annexum, ut prin-
cipale, vide Domi. late in capit. ſi. hoc titul. Quandoque ue-
ro agit legatus ut conferat, uel committat hoſpitale, quod
uacat, & tunc cape duas concl. Prima concl. neque legatus,
neque epiſcopus poteſt conferre hoſpitalia, quæ habent red-
ditus deputatos ad uſus pauperum, fabricam, uel ſimilia in ti
14 tulum beneficii, † quia conferendo in titulum beneficialem,
applicarent redditus prouiſo contra naturam rei, quod face
15 re non poſſunt. † iſte eſt caſus cle. quia contingit. cui neque le
16 gatus, neque epiſcopus derogare poteſt, quia conciliaris † p
no. in c. dilectus de Fil. presby. non enim dantur perpetuo hu-
17 iuſmodi loca, ſed ad tempus committuntur, † quamuis gl.
in d. cle. quia contingit. dicat hodie non ſeruari quod dentur
ad tempus, ſed commiſſiones ſunt perpetuo. Fallit autẽ hoc,
quando hoſpitalia huiuſmodi eſſent ab initio inſtituta, ut da
18 rentur in titulum beneficialem. † Item quando illis per ele-
19 ctionem prouidetur, ſecuta ſuperioris confirmatione, † ut
d. cle quia contingit. §. ut autem. quoniam iſtis duobus caſi-
bus, etiam per epiſcopum & per legatum poterunt dari in
titulum. Nam ſi poteſt hoc epiſcopus in d. § ut autem. tanto
magis legatus, cum legatus poſſit conferre omnia beneficia,
20 † quæ poteſtas eſt late interpretanda, quia fauorabilis. † ca. 1.
21 hoc titu. in 6. appellatione autem beneficiorum, ueniunt ho
ſpitalia huiuſmodi † ut per Collec. in c. de multa in 4. colu. de
22 præb. uer. utrum uero auditor. & per Ioan. And. in c. 1. de in in
tegrum reſtitutione. qui dicit quod in materia ꝓportionabi-
23 li, appellatione beneficiorum ueniunt hoſpitalia, † & intel-
ligo quod poſſunt diſponere de iſtis electiuis, confirmando,
uel alias de conſenſu electorum. non ſimpliciter diſponen-
24 do. † quamuis quoad legatum, ſi electores ſunt eccleſiaſtici,
poteſt ſimpliciter dici, quod conferat cap. dilectus hoc titu-
lo. Et quod prædicta hoſpitalia conferantur per legatum, te
net Lap. in tract. hoſpitalium q. 43. dicens ita de facto ſerua-
ri a legatis. & Steph. & Boniſ. in clem. per literas de præben.
dicentes, legatum poſſe conferre eo caſu, quo epiſcopus. Se-
cunda concl. legatus poteſt committere adminiſtrationem ho
25 ſpitalium iuxta formam cle. quia cõtingit. † ſicut epiſcopus.
Nã ſi epiſcopus, tanto fortius legatus. Ita tenet car. & Steph.
in d. clem. per literas. dicens quod quãuis legati non poſſint
dare literas ad hoſpitalia antequam uacent, tamen quando
uacãt, poſſunt committere eorum adminiſtrationem iuxta
formam clem. quia contingit. Idem tenet Io. Bert. in ſuo Re-
per. in uer. hoſpitale. arguendo a fortiori. & Abb. in d. cle. per
literas. & Gondiſ. in ſuo tract. q. 9. ſubdens tamen quod lega
26 tus non poteſt diſponere de hoſpitalibus collegiatis † ſicut
non diſponit de eccleſiis in c. deliberatione. quod non puto
uerum quoad cõfirmationem, & etiam quoad diſpoſitionẽ.
res eſt mihi dubia, ſi ſit tale, quod ſoleat committi per epi-
ſcopum, uel conferri in titulum, tum quia c. deliberatione
loquens de eccleſiis exorbitat, tum quia non comprehendit
etiam collegiatas non electiuas, ut late dixi in materia col-
lation. beneficiorum. Ad illud, quod ſit expreſſum in faculta
tibus,

tibus, non obſtat, per ea, quæ tradit Cal.conſil. 7 hoc titulo.
Et præmiſſa intelligo de hoſpitalibus eccleſiaſticis. ſecus in
prophanis, quibus, neque legatus, neque epiſcopus prouidet
27 † d.cle quia contingit. nam libera ſunt huiuſmodi, & epiſco-
28 pus ab illis non exigit iura epiſcopalia † ut per Fed. conſil. 25.
In dubio autem, an hoſpitale ſit religioſum vel prophanũ,
29 recurritur ad coniecturas † ut ſi habeat campanile, altare, &
ſimilia. Feder. ubi ſupra doc. in c. poteſtatibus de priuil. Cal.
in conſi.4. de relig. domi. Et quod iſta hoſpitalia ciuitatum &
locorum, ubi epiſcopi non habent inſtitutionem, neque de-
ſtitutionem, non poſſint prouideri per papam, eſt gl. in cle. q̃a
contingit de relig. domi. doc. communiter in cle. per literas.
de præben. Ant. & Imo. in ca. inter dilectos. de dona. Bald. in
auth. hoc ius porrectum in 2. col. C. de ſac. ſan. eccl. & in l. or-
phanotrophos C. de epiſ. & cler. Alex. in conſil. 9. incip. Viſis
ſo dicto Themate in 2 vol. & in conſ. 90. ſuper eo. in 4. col. Et
ita pronuntiaui ego de conſenſu Rotæ in cauſa hoſpitalis de
30 Caſtilione Aretino, † licet in dicto hoſpitali eſſet oratorium
pro infirmis, ex quo non habebat campanam parentem, &
hoſpitalarij erant conſueti poni ad tempus uel ad vitam, vt
illis laicis de fraternitate videbatur, & nõ conſtabat aliquo
tempore fuiſſe prouiſum per papam, epiſcopum, uel legatũ.
Si tamen laici eſſent negligẽtes, in diſtribuendo bona inter
pauperes, ut deberent, poterit nedum papa, ſed legatus & epi
ſcopus committere huiuſmodi hoſpitale alicui, qui recipiat
31 pauperes, & alia pietatis opera ſuſtineat. † & hoc caſu vendi-
cat ſibi locũ op. de qua per d. Curtium in conſi. vlt. poſt trac.
32 feudorum. † qui nimis pericoloſe aſſeuerat non valere impetra
tionem factam de hoſpitalibus huiuſmodi, quãdo fuit com-
miſſa cura bonorum, cuius fructus erogantur in pauperes. q̃
op. tanquam retrahens laicos a bono, eſt deteſtanda per no.
in c. cum dilectus. de iur. patr. Nam ſm̃ eius opi. facile ſubuer
teretur pietas in multis hoſpitalibus, quæ per laicos egregie
& pie cuſtodiunt, & hoſpitalia huiuſmodi non habent priui
legia piæ domus, nec iudicantur eccleſiaſtica quando epiſco
33 pi auctoritas non interfuit, † & quando fraternitas laicorũ
34 arbitrio ſuo ponit & reponit rectores † Corn. in conſ. 57. in 3.
vol. col. 3. vide Rom. io conſil. 477. in caſu propoſitæ conſul-
tationis. Et inquantum dr̃, hoſpitalia, quæ committuntur
35 non conferri in tit. eſt, † quia tituli perpetui eſſe debent. c. præ
cepta 55. diſt. c. decet. de reg. iur. in 6 commiſſio aũt dẽt eſſe
tpalis ſm̃ tex. in d. cle quia cõtingit. verum tamen hodie ſm̃
gl. ibi commiſſiones tpales non ſunt in vſu, ſed perpetuę cõ-
mittuntur, quæ cõmiſſiones perpetuæ habent vim tituli ſm̃
Lap. in tract. hoſpit. q. 23. vñ alia ratio, quia commiſſio eſt re-
ſpectu gubernat. ſiue perpetua, ſiue temporalis. & commiſſa
rij tenentur reddere rationem ut ibi. Quęritur modo, An ho
36 ſpitalia poſſint vniri per legatũ? Per. de Peruſ. in trac. de vnio
nibus. c. 4. col. 5. ver. Quæritur an legatus. vno verbo ſe expe-
dit, dicens legatum non poſſe vnire ẽt ea q̃ in tit. conferunt̃,
37 † ppea quæ dicit gl. in cle. per literas. inquantum illa gl. adi-
mit collat. legato. In ɔ̃rium tñ eſt veritas, quia põt conferre
in caſibus, & committere per præmiſſa. ergo & unire. qđ in-
telligo verum qñ vnio fit ex eã, & nõ alteratur natura hoſpi-
talitatis. Immo aduerte, quia ẽt ſi iſta eſſent vera, legatus non
põt conferre, uel cõmittere talia hoſpitalia, nõ tñ ſequit̃ qđ
non poſſit vnire, quia epiſcopus vnit etiam beneficia ſpectã-
tia ad collationẽ alterius, ut dictum eſt in materia vnionis.
An aũt qñ impetratur beneficium a legato, ſit habenda mẽ-
38 tio de hoſpitali? dic q̃ habenda eſt † qñ habetur in tit. uel per-
petuo eſt commiſſum, quia commiſſio perpetuo, & collatio
39 ęquiparantur † Lap. in tract. hoſpitalium. q. 25. vide collect.
in c. eccleſia in 6. col. de ſortil. Item, an hoſpitalia permutari
40 poſſint? † vide eundem in c. exhibita. de rerum permut. & an
41 hoſpitalarij non requiſiti teneantur reddere rationem, † per
eundem in c. potuit in fi. de loc. & ẽt cui reddent rationem
in c. 1. de. lib. oblat. & q̃ epõ & conſequenter legato ſi uolue-
rint. de materia hoſpitalium uide Feli. in c. de quarta. de præ-
42 ſcrip. Et an hoſpitale ſit impetrabile, † vide Curt. poſt trac. de
feudis in d. conſi. vlt. Item quæritur, An reg. de infirmis reſi-
gnantibus habeat locum in reſignationibus hoſpitalium, q̃
43 fiunt in curia, & committuntur aliis? † Et uidetur non habe-
re locum, quia Reg. loquitur de beneficiis & de eorum col-
latione. ergo non habet locum in hoſpitalibus, quorum ad-
miniſtratio committitur. ad clem. per literas.

SVMMARIVM.

1 *De permutatione.*
2 *Legato ſi detur beneficia permutare poſſe.*
3 *Item quando eccleſias collegiatas permutare poſſit & valeat.*
4 *Legatum beneficia reſeruata non permutare, non item alia, ſi quæ conferre non poſſit.*
5 *Legato quando permutet beneficium iurispatronatus exiſten. patronis aliter non vocatis.*
6 *Legato, quando permiſſum beneficia commendata permutandi.*
7 *Legatis facultatem concedi derogandi omnibus ſtatutis.*
8 *De materia permutationis relatiue.*
9 *Auctorem, tractatum de rerum permutatione compilaſſe.*

1 De permutatione. †

LEgatus cum ſit ordinarius prouinciæ. & poſſit in quacunque diœc. ea oĩa, quæ põt eps̃, poſſit et ĩ
permutationi oĩum beneficiorum auctori-
2 tatem præſtare † c. quæſitum. de rerum per-
muta. ca. vnico. eo. tit. in 6. hoc tenet Feder.
in tract. de permut. & Egi. eo. tract. parte ſe-
cunda. q. 6 qui dicit hoc procedere etiã in deuolutis. Fallit in
3 permutation. eccleſiarum collegiatarum, † quas conferre ne
quit, quia licet eps̃ poſſet earum permutation. auctorizare, ta
men legatus hoc non poſſet Cal. conſil. 8. de rerum permut.
Domi. poſt Lap. in c. 1. eo. tit. in 6. & ratio quia in c. deliberatio
ne prohibetur legato omnimoda ordinatio, & tñ permuta-
tio eſt collatio cle. 1. eo. tit. Nec valet ſi diceres electores con
ſentient, quæritur ẽt ſi non haberent electores, legatus non
conferret, ut tenent cõiter in d. c. deliberatione, ergo cõſen-
ſus electorum non eſt in conſideratione. Tñ iſta opin. nõ pla
cet, primo quoad collegiatas vel electiuas, quia ſm̃ veriorẽ
opinionẽ. de qua ſ. li. 3. q legatus, confert collegiatas non ele
ctiuas. Secundo, quia ẽt ſi non conferret, tñ permutationi au-
ctoritatem pręſtaret ſicut eps̃. qm̃ non eſt lex quæ hoc dicat,
nec apparet alicubi vetitum legato, qui habet regulas gene-
rales per ſe. vide tñ Egi. in eadem q. qui poſt Alex. concludit
q̃ legatus non permutat reſeruata, nec alia quæ conferre nõ
4 põt. † & ſatis mihi placet opin. q̃ non permutat reſeruata pa-
pæ. quia antequam vacent, habent vinculum iniectum. Ad.
ca. 1. de re. permut. in 6. dic q̃ loquitur in non reſeruatis, licet
quis haberet expectatiuas literas ad ea. nam manus ordina-
rii tunc ligantur, ita demum ſi ille acceptauerit infra menſẽ
& ſi vacauerit in mẽſe papæ. Vnde æquitas illius capituli nõ
præiudicat expectanti. Ad id, qđ dr̃. epm̃ poſſe permutare ea,
quæ non põt conferre. Illud eſt quo ad inferiores collatores
qui tñ præſcripſerunt collationem, & in alia non afficiunt
beneficium. ſecus in caſu noſtro. & iſta opin fundatur in ex-
trauag. Bonif. 11. quæ incipit Du. ſũ. & in extrauag. execrabi-
lis. quæ volunt collationem factam per alium q̃ per papam
de beneficiis reſeruatis, nõ valere. Et ad c. 1. de rerũ permut.
in 6. aliter reſpon. põt. q̃ loquitur in reſeruatione, quæ fit ad
inſtantiam partis, quę eſt odioſa, ideo reſtringenda ex æqui-
tate illius. c. 1. non loquitur in reſeruatione q̃ reſpicit papã,
non perſonam, quæ fauorab. lis eſt. ita reſpondet Egi. in eo.
tract. parte. 4. q. 1. aliqui tñ tenuerunt æquitatem illius capi-
tuli generaliter obtinere ẽt in reſeruatis. ut tenuit D. Gemi.
de Inghil in ſuo Repertorio deciſiuo quod eſt in Bibliotheca
eccleſię Florentinę. & Alex. de Antieo ca. 1. Vnum ẽt nota in
hac materia, q̃ legatus põt permutare non vocatis patronis
5 † vel electoribus, oẽs illas eccleſias quas ipſis inuitis conferre
põt ſm̃ Domi. & alios in d. c. 1. immo etiam ſi neglectis pa-
tronis laicis, quib. derogare nõ põt valeret p̃mutatio. donec
reſidderẽtur Rot. deciſ 307. & 331 in nouis. Quærit̃, an poſſint
6 p legatũ p̃mutari bñficia cõmendata? † Sol. qñ cõmenda eſt
perpetua, & bñficia ſunt talia, q̃ a legato conferri uel cõmen
dari poſſint p̃mutatio fieri poterit ſm̃ opi. de qua dixi. ſ. in
materia cõmendæ. q vlt. Itẽ, q̃ritur decẽ erãt canonici cũ p̃-
bendis, numerus eſt reſtrictus ad octo, ita q̃ cedentib. vel de-
cedẽtib. aliquib. ex eis, extinguat̃ canonicatus cũ p̃benda. an
legatus poſſit p̃mutare huiuſmodi canonicatus, & p̃bendas?
Imo. in c. fi. col. 3. ver. quarto q̃ritur de rerũ permut. ponens
caſũ in ſtatuto iurato, negat poſſe Hodie vix eueniet, ut non
7 poſſit, quia conceditur eiſdem facultas derogandi omnibus
8 ſtatutis. & c. † De materia permutat. uide Egi. ubi ſupra & per
9 nos in tract. noſtro. de rerum permut. †

SVMMARIVM.

1 *De coadiutoribus.*
2 *Legatus ſi coadiutores in beneficiis dare poſſit, & valeat.*
3 *Epiſcopis etiam permiſſum coadiutores deputare.*
4 *Caſus, in quibus coadiutorem deputari contingat.*
5 *Coadiutorem epiſcopo non dari niſi a pontifice.*
6 *Mulier ſi coadiutrix dari poſſit.*
7 *Archiepiſcopus licet det viſitatorẽ epo, coadiutorẽ tamen aliter non dat.*
8 *Coadiutores epiſcoporum, & legatorum temporales dari.*
9 *Et eorum officium morte illius, cui dati ſunt, expirare.*
10 *Ampliatio ad idem.*
11 *Coadiutores de redditibus eccleſiæ alimenta conſequi, cui deputantur, prouiſo tamen prius Rectore principali.*
12 *Coadiutores dari ẽt a capitulo, ſi quãdo eps̃ inſanus, ſit & extra mentem.*
13 *Coadiutorib. q hodie dãtur a papa cũ ſucceſſione impediti, nihil ad legatũ.*
14 *Coadiutores hodiernos hæredum loco eſſe: & pueros plerunque, qui nedum coadiutores ſed Pædagogo egerent.*
15 *Quodque ſub iſto colore ſubintret fœda ſucceſſio in eccleſia Dei.*

16 *Caſus, in quo coadiutor ab epiſcopo datus, vel legato perpetuus reputari debeat.*
17 *Coadiutor ſi beneficia conferre poſsit, & ualeat.*
18 *Coadiutor, cuius ætatis eſſe debeat.*

1 ## De coadiutoribus.†

QVeritur an legatus poſſit dare coad
2 iutores in beneficijs,†& dicendum eſt poſſe in caſibus, ubi epiſcopi
3 hoc poſſunt,†ut quando Rector eccleſię ſe-
4 nio confectus, aut morbo impeditus eſt.†de
quibus uide late per Ioan. And. in addit. ad
Spe. in titul. de cler. ægrot. & per doc. in c. ſi.
eo. tit. Card. in c. 1. de cleri. ægrot. in 6. ibi dr̃ coadiutoris da
tionem fiendam epiſcopo, eſſe de maioribus, & ſoli papæ re
5 ſeruatam.†de iſtis etiam coadiutorib. tractat glo. in c. uenera
bili, in uerſ. coadiutorem. de offi. leg. Et Archi. 7. q. 1. c. 1. & in
c. 1. de cohabit. cler. & mil. ubi arguitur, an mulier poſſit dari
6 Coadiutrix. & per Abb. in c. fi. de cle. ægrot. quamuis Archie
7 piſcopus det uiſitatorem, epiſcopo, non dat coadiutorem†ui-
de Phil. in cap. 1. de cler. ægrot. in 6. Et in ſumma, eſt notãdũ,
Coadiutores, qui per epiſcopum uel legatum dantur, eſſe tẽ
8 porales.†ideo officium eorum expirare morte eius, cui dati
9 ſunt.†no. in cap. grande. de ſup. negli. præl. in 6. Et intelligo.
10 de morte tam ciuili, quam naturali.†glo. in c. 3. eo. tit. & li. &
in §. ecce. 7. q. 1. & habent coadiutores alimenta de redditib.
11 eccleſiæ, cui dantur, prouiſo ĩn prius rectore principali.†de
quo per Abb. in cap. de Rectoribus, de cler. ægrot. ubi etiam
ponit ad quem pertineat admiſtratio. Dantur etiam coadiu
12 tores per capitulum epiſcopo inſano, & extra mentem,†iux
ta ea quæ loquuntur in d. capit. vnico. de clerico. ęgrot. in 6.
in §. ſi uero epiſcopus. De coadiutoribus autem, qui hodie
dantur a papa cum ſucceſſione ad petitionem impediti, ni-
hil ad legatum†uide. cap. petiſti, cum cap. ſequen 6. quæſt. 1.
13 Sed tales, proh. pudor, hodie non ſunt coadiutores, ſed hære-
des plerunque pueri, qui nedum coadiutore, ſed pedagogo
14 egerent. & iſto colore intrat fœda ſucceſſio in dei eccleſiam,
15 †Nota tamen perpetuo unum caſum, quo coadiutor datus
16 per epiſcopum vel legatum, erit perpetuus,†uidelicet quan-
do dabitur infirmo conſentienti, cui infirmo decernentur
per epiſcopum alimẽta in bonis beneficii. Abb. in c. tua nos.
in fi. de cler. ęgrot. An aũt coadiutor poſſit cõferre beneficia
17 vide Phil. in d. cap. 1. de cler. ægro. in 6. in fi. qui refert opin.
& diſtinguit. & Io. de Turræcrem. & poſt eum Alex. in c. ſcri-
18 pſit. 7. q. 1. Et quod coadiutor debeat eſſe eiuſdem ætatis,†cu
ius & ille, cui datur, vide Abb. in c. fi. de cler. egror. ſi autem
dicimus de commendatario, ut dixi in titul. de commen.

SVMMARIVM.

1 *Legatus quando plura beneficia vni conferre poſſit & valeat.*
2 *Beneficiorum, quædam ſimplicia, alia uero duplicia, extare.*
3 *Beneficia ſimplicia, quæ nam eſſe intelligantur.*
4 *Beñficia duplicia, quæ ſint, & quare taliter duplicia nominari contingat.*
5 *Curata beneficia, quę dicatur.*
6 *Eccleſia ſi quæ habeat baptiſmum, an curam animarum habere intelligatur.*
7 *Cura animarum quæ nam proprie eſſe dicatur.*
8 *Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare, ad curam ſpectare.*
9 *Parrochiam, curę partitionem eſſe.*
10 *Curam fori contentioſi, & pęnitentialis, in aliquo differre.*
11 *Parrochiæ quicunque, præſit quod populum regere teneatur.*
12 *Practica ponendi clauſulam, dummodo non ſint pluſquam duę parrochiales.*
13 *Eccleſia ſi quæ parrochianos non habuerit de præſenti, an parrochialis dicatur.*
14 *Hoſtienſ. opinio in præmiſſis, quam ſecutus eſt Feder. de Senis. & Panormit.*
15 *Contrariam ſententiam, ſi qui teneant.*
16 *Eccleſiam curatam ſola epiſcopi deſtinatione effici, non autem ex acceſſu vel regreſſu populi.*
17 *Auctorem, priorem opinionem ſectari.*
18 *Sepulturam curam animarum non arguere.*
19 *Ius baptizandi, eccleſiam parrochialem aliter non facere.*
20 *Cura animarum in Parrochialibus annexis, penes quem eſſe intelligatur.*
21 *Dignitas, & perſonatus, in quo differant, non de facili deprehendi poſſe.*
22 *Dignitas qualiter fiat, & quomodo dignoſci contingat.*
23 *Dignitatem non perpetuam, aliter non nocere ſuſtinetur.*
24 *Titulus ſi qui ſonet in nomen dignitatis a iure expreſſi, quod uti que dignitas eſſe intelligatur.*
25 *Dummodo in eccleſia prerogatiuam habuerit, tam in choro, quam in capitulo, licet adminiſtrationem aliter non habuerit.*
26 *Archidiaconum Parmen, & Florentinum, nullam rerum adminiſtrationem, uel iuriſdictionem habere.*
27 *Titulus inſtitutus in eccleſia, ut ſit dignitas, quod dicatur eſſe dignitas.*
28 *Officium exercens in eccleſia pertinens ad dignitatem, quod dignitas non ſit, niſi dignitatem reputari contingat.*
29 *Niſi habuerit nomen, quod de iure in dignitatem ſonaret.*
30 *Subſtantiam rei, magis quam conſuetudinem attendendam fore.*
31 *Subſtantia, quod ſit dignitas in ipſa conſuetudine & reputatione exiſten.*
32 *Præheminentiam in choro, & dignitatis exercitium ſi quis habuerit, quod non obſtante communi reputatione, dignitatem habere dicatur.*
33 *Perſonatus quid ſit.*
34 *Officium quid ſit.*
35 *Nomina ſonantia in dignitatem, quæ nam eſſe intelligantur.*
36 *Archidiaconatus, præpoſituram in eccleſijs collegiatis, & Theſaurarium in nomen dignitatis ſonare.*
37 *Beneficiorum origo unde ortum duxerit.*
38 *Diſtributio de fructibus eccleſiæ in pauperes, qualiter fieri debeat.*
39 *Vrbanus primus de quo tempore floruerit.*
40 *Eccleſiæ, de quo potiſſimum tempore ſeparatim ædificari cæperint, & illis dotes aſſignari pro miniſtrorum alimentis, & luminum conſeruatione.*
41 *Beneficia in titulum dari de quo tempore introductum.*
42 *Beneficiis certos redditus aſſignare, etiam apud gentiles uſu receptum.*
43 *Sacerdotia, quæ beneficia dicimus, qualia eſſent penes gentiles.*
44 *Numam pompilium, flamines, & veſtales inſtituiſſe, ſtipendia eiſdem de publico aſſignando. Liuio auctore.*
45 *Conſtantinum Numam imitatus apud chriſtianos vectigalia publica eccleſiis deſtinaſſe.*
46 *Priuata ſacerdotia, quæ nam eſſe intelligantur quæ item publica præmiſſum fuit.*
47 *Potitiæ genti per tua ſucceſſione Are herculis curam commiſſam, auctore Liuio.*
48 *Beneficia, quæ iuriſpatronatui dicimus, qualia nam eſſe intelligantur, & quomodo inſtituta fuerint.*
49 *Præſentationem in familia, & agnatione conſeruari. item alimentorum ius iuris patronatus factum concernere.*
50 *Sacerdotia apud Romanos diſtincta fuiſſe pinguia ſcilicet ab his quæ tenuia.*
51 *Sacerdotia plura, nobiles & magnos viros, quandoque conſecutos ſecundum Liuium.*
52 *Fabium maximum Pontificem creatum, & duo ſacerdotia habuiſſe.*
53 *Cæſarem anno. 17. flamen dialem deſignatum a Lucio Sylla. ſacerdotio mulctatum ſecundum Suetonium.*
54 *Singulis beneficijs, ſingulos miniſtros deſeruire, etiam ſi beneficium tenue rit. de quo tempore introductum.*
55 *Beneficia plura uni conferre interdictum eſſe nec uſquequaque permiſſum.*
56 *Ex redditibus beneficiorum nonnullos impinguatos, uſque adeo, ut ſe ſeruitos laſciuię dederint.*
57 *Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. incraſſati enim & impinguati recalcitrauerunt. Prophetę dictum.*
58 *Ex adipe iniquitatem procedere; Pſalmiſta retulit.*
59 *Beneficia habent. & alia recipient. non alimenta ſi quidem, ſed peccata ſuſcipere.*
60 *Beneficia plura habere, ambitioſum eſſe.*
61 *Beneficiorum pluralitatem vetitam, & contrariam conſuetudinem non valere.*
62 *Perſonæ quantumuis exercitatæ, uno & eodem tempore duarum rerum officia committenda non eſſe.*
63 *Eccleſię uniuerſali noxium ſimul atque turpiſſimum eſſe, ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa.*
64 *Beneficiorum multiplicitate, eccleſiæ ſtatum decolorari.*
65 *Legatum cum epiſcopo ut habeat aliam dignitatem, aliter diſpenſare non poſſe.*
66 *Legato ad plura curata, vel dignitates diſpenſare non permiſſum.*
67 *Canonum progreſſus in prohibendo pluralitatem beneficiorum.*
68 *Epiſcopis iniunctum, ut habentes duo beneficia, alterum dimittere compellant.*
69 *Concilij lateranen. diſpoſitio ſuper prohibita beneficiorum pluralitate.*
70 *Diſpoſitio. c. de multa ſuppletoria concilij lateranen.*
71 *Conſtitutio execrabilis, quid operetur & diſponat.*
72 *Beneficiorum aceruum ſacris canonibus quam maxime odioſum eſſe.*
73 *Beneficium ſecundum curatum obtinenti, parrochianos abſoluen. facultatem non competere.*
74 *Abſolui quem non poſſe niſi a proprio prælato.*
75 *Auctoris opin. refertur.*
76 *Parrochianos bona fide ductos. abſolutos cenſeri in caſu præmi o propter tollerantiam in beneficio.*
77 *Compoſtel. conſilium refertur.*
78 *Beneficia plura quando ex papa diſpenſatione quis poſſit habere.*
79 *Cum ſublimibus & litteratis perſonis, papam quo ad pluralitatem beneficiorum de facili diſpenſare conſueuiſſe.*
80 *Papam in beneficialibus omnipotentem reputari.*
81 *Papam in Terris, ſuperiorem non habere.*

Et

82 *Et in eo plenitudinem poteſtatis eſſe.*
83 *Item, in eius diſpenſationibus de cauſa minus quærendum eſſe, cum ſemper præſumatur.*
84 *Diſpenſationem papæ ſine cauſa in foro conſcientiæ aliter non prodeſſe.*
85 *In foro conſcientiæ exploſi quauis ſictione merũ ueritatẽ attendi debere.*
86 *Papa cum homo ſit, quod & peccare ſiquidem poſſit & ualeat.*
87 *Papam irrationabiliter diſpenſando, ſe & alios ad interitum adducere.*
88 *Diſpenſationem papæ ſi quidem permiſſam, uerum non ſine cauſa.*
89 *Diſſipatio, potius quam diſpenſatio dicen. quæ ratione careat.*
90 *Papa quod paſtoris ſit, & tanquam diligens paterfamilias uerſari debeat diuinæ uoluntati ſeſe in omnibus conformando.*
91 *Diſpenſationis materiam remiſſiue tractari.*
92 *Si quos paſſim ad bñficiorũ cumulos diſpẽſari cõtingat infelices reputãdos.*
93 *Auctoris excuſatio, factum pontificis, improba petentium importunitate metiri.*
94 *De cuius ſanctitate dubitare, nephas eſſe uidetur.*
95 *Literati & nobiles quibus cum ſuper beneficiorum pluralitate diſpenſari contingit, quod nihil retinere poſſint, præter decentiam victus & veſtitus.*
96 *Item, ſi quæ ſuperſint, in pauperum uſus erogare teneantur.*
97 *Diſpenſationem commendari in caſu præmiſſo, pro honeſta ſuſtentatione vitæ, ſecundum qualitatem perſonæ.*
98 *Legatus uel epiſcopus, quando ex cauſa ſuper incompatibilitate diſpenſet.*
99 *Diſtinctio in materia diſpenſationis ſuper incompatibilitate præmiſſa.*
100 *Epiſcopo, vt quis habeat duas dignitates in eadem eccleſia, ex cauſa diſpenſare permiſſum eſſe.*
101 *Communis doctorum ſententia in præmiſſis.*
102 *Diſpenſationem quamcunque in eccleſiæ vtilitatem fieri debere.*
103 *Papę etiam interdictum aliter diſpenſare, quam in eccleſiæ vtilitatem.*
104 *Diſpoſitionem c. de multa, conciliarem eſſe reſpectu cuius non epiſcopum, non item legatum diſpenſare.*
105 *Auctoris opinio refertur.*
106 *Iuramentum, vinculum Dei eſſe, nec aliter ligare, quando minus rationabile exiſtat.*
107 *Papam ſcire eccleſiarum neceſſitates, de facili non præſumi.*
108 *Eccleſiam de facili neceſſarijs fraudari poſſe, nemine promonente eius neceſſitatem.*
109 *Ordinarijs poteſtatem auctorizandi alienationi rerum eccleſiarum vigore conſtitutionis Pauli ſecundi ademptam eſſe.*
110 *Iudicibus impetratis a partibus cognitionem alienationis bonorum eccleſiaſticorum paſſim committi conſueuiſſe.*
111 *Et quos facilius corrumpere, & decipere quam ordinarias.*
112 *Item, conſimiles iudices taxas recipere in ipſius eccleſiæ damnum.*
113 *Vtilitatem cum concommitari, pro cuius parte cum eccleſia cõtrahit uerdius autem vix vnquam contrahi contingeret.*
114 *Auctorem de tempore legationis Reuerendiſſimi ſui, alienationes eccleſiaſticorum bonorum ordinarijs committere conſueuiſſe.*
115 *Et idipſum in curia ſeruari conſultius fore.*
116 *Sedis apoſtolicæ appellatione quando ueniat legatus.*
117 *Neceſſitatem licitum inducere, quandoque licet non vſquequaque licitũ.*
118 *Diſpenſationem quamcunque, ob vtilitatem eccleſiæ fieri, quando verum, vel minus verum, diſcutitur.*
119 *Intellectus c. de multa.*
120 *Legatus quando cum illegitimo diſpenſare poſſit in eccleſiæ vtilitatem.*
121 *Opinio Gondiſalui refertur.*
122 *Auctoris oppoſitio diſcutitur.*
123 *Beneficiorum pluralitatem per viam commendæ, penes aliquem eſſe, minus improbatur quam ſi qua medio tituli fieri contingat.*
124 *Epiſcopum, nec legatũ plures eccleſias commendare poſſe vltra ſex menſes.*
125 *Diſpenſatus ad duo curata, quando ſuper non reſidentia etiam diſpenſatus intelligatur.*
126 *Qui vult vnum, & omnia neceſſario conſecutiua velle intelligitur.*
127 *Diſpenſatum ad vnum, & ad omnia conſecutiua diſpenſatum intelligi.*
128 *Reſidere quando quis teneatur, modo in vno, modo in alio beneficio, ſi quæ habeat.*
119 *Facultates legati de medicis referuntur in materia diſpenſandi ad plura incompatibilia, cum nobilibus & graduatis familiaribus.*
130 *Familiares ad effectum præmiſſum, qui nam eſſe intelligantur.*
131 *Familiaritatem quando ceſſare contingat, vel retinere.*
132 *Familiaritatẽ minus veram in literis legatorum expreſſam, cenſuris ſubiectam, & familiares huiuſmodi excommunicatos eſſe.*
133 *Familiares nominatos in legatorum literis, cum non ſint, impetrationĩ ſubreptitiæ, obnoxios fore.*
134 *Familiaritatem quo medio probari contingat.*
135 *Legatus ſi motu proprio aliquem in familiarem ſuum nominauerit, ſi pro familiaritate præſumatur.*
136 *Familiarem quem reputari, etiam quando proprijs ſumptibus & expen. eundem viuere contigerit.*
137 *Papa aſſerenti quem eſſe familiarem ſuum, quando ſtandum ſit.*
138 *Graduati qui nam eſſe intelligantur, quibus cum ſuper pluralitate beneficiorum diſpenſari contingat.*
139 *Doctores iuris, & magiſtros in Theologia vel artibus, diſpenſatione præmiſſa, gaudere.*
140 *Licentiatis & Baccalarijs ſi taliter prouiſum ſit, remiſſiue.*
141 *Licentiatos in materia ſui natura fauorabili, Doctorũ appellatione uenire.*
142 *Doctor factus a Comite palatino, vel Magiſter, ignorans, ſi præmiſſa prærogatiua gaudere intelligatur, reſpectu pluralitatis beneficiorum, vel incompatibilitatis, ut ſecum diſpenſari poſſit.*
143 *Graduatis propter literas priuilegia concedi.*
144 *Eccleſiam Dei viris litteratis quam maxime indigere.*
145 *Ignorantiam in omni hominum genere damnandam fore, in clericis vero nulla ſiquidem excuſatione dignam reputari.*
146 *Scientiam ſi quis a te reppellat, quod ſacerdotio indignus idem ſit.*
147 *Illiteratos ab ordinibus repellendos eſſe.*
148 *Illiteratum magis odioſum eſſe quam homicidam.*
149 *Graduatos præſumptionem habere quod literis imbuti reputentur.*
150 *Diſpenſatus ad duo, ſi & tertium adeptus ſit, quod nam uacare dicatur.*
151 *De clauſulis diſpenſationum quando mentionem fieri contingat.*
152 *Clauſulæ diſpenſationum quid operentur.*
153 *Incompatibile ſi quis habuerit & alterum adeptus ſit, vnum dimittere, alterum vero retinere poſſe certi iuris eſſe.*
154 *Permiſſionem a lege indultam, latiorem interpretationem recipere quam ſi qua ab homine fieri contingat.*
155 *Diſpoſitio clem. ſi plures, quo caſu procedat & locum ſibi vindicet.*
156 *Diſpenſatus ad annum quando quartum non dimittat poſt annum.*
157 *Titulum non habuiſſe, vel poſtmodum ad non titulum deueniſſe, paria reputari.*
158 *Beneficium ſi quis dimiſerit, reſeruatis ſibi fructibus, an dicatur vere, & cum effectu dimiſiſſe ad finem, & effectum diſpenſationis ad plura.*
159 *Beneficium quempiam habere permiſſum præuia canonica inſtitutione, & non alias.*
160 *Prælatum dici, ſi quis titulum habuerit, non autem ſi fructus ex quocunque legitima adminiſtrationis titulo conſequatur.*
161 *Reſeruatorum fructuum titulum non habere.*
162 *Duos intitulatos reſpectu vnius, & eiuſdem beneficij iura abhorrere.*
163 *Beneficij vacatio ipſo facto inſurgens, quod pœnalis ſit.*
164 *Eccleſiæ miniſterium, quando veniat explican. per alium fructus non haben.*
165 *Qua caſu fructus incompatibilitatem non inducere ſuſtinetur.*
166 *Fructus beneficiorum in mera temporalitate conſiſtere.*
167 *Vſufructuarium in caſu præmiſſo, eos tantum percipere fructus, ſi qui ſuperſint, deductis expen. miniſtrorum, qui eccleſiæ ſeruiunt.*
168 *Contrariam ſententiam firmiori æquitate ſubnixam.*
199 *Viam aperiri ad tenendum cum effectu plura incompatibilia abſque diſpenſatione, minus licere.*
170 *Auaritia & ambitione plerumque duci clericos ad beneficia obtinen. non tituli cupiditate.*
171 *Fraudibus occurendum eſſe.*
172 *Quod vna via non conceditur, non item alia permittendum.*
173 *Legis mentem attendendam fore.*
174 *Diſpenſationem ad plura incompatibilia a ciuili, naturali, & diuina ratione deuiam eſſe.*
175 *Diſpenſationes huiuſmodi, quod prima vice ut plurimum finiantur.*
176 *Verbo cum effectu ſiquidem intelligenda eſſe.*
177 *Beneficium realiter & cum effectu dimiſiſſe non intelligi, ſi quem fructus retinere contingerit.*
178 *Beneficium ſi quis receperit, reſeruatis fructibus alteri, quod non dicatur cum effectu beneficiatus.*
179 *Beneficium cum effectu dimitten. conſtitutionis, execrabilis, diſpoſitione prouiſum.*
180 *Beneficiatus per adeptionem ſecundi incompatibilis, primum cum effectu dimittere debet, ad euitan. pœnam extrauagan. execrabilis.*
181 *Contraria qualiter diſſoluantur in articulo præmiſſo.*
182 *Intellectus Clementinæ Gratiæ. & quo caſu illius diſpoſitio procedat.*
183 *Diſpenſatus ad duo, habens vnum in effectu, & expectans aliud, quando per aſſecutionem tertij, perdat ius gratiæ & beneficij remiſſiue.*
184 *Legatus, cui permiſſa eſt diſpenſandi facultas, an c. de multa. derogare liceat ſuper pluralitate.*
185 *Legato ex ſe legum, & canonum diſpoſitioni minus derogare permiſſum.*
136 *Legatum diſpenſationem ſuam non ualidare ex derogatione, ſed ſuperioris auctoritate.*
187 *Superior quando conceſſerit legato poteſtatem, non obſtan. c. de multa & alijs legibus in vim facultatis ſibi attributa, legatum diſpenſari.*
188 *Nulli plura beneficia retinere permiſſum.*
189 *Limitatur, quando duæ parrochiales vnitæ ſint.*
190 *Parrochiales duas vnitas, vnam tantummodo reputari.*
191 *Item ambas in caſu præmiſſo citra aliquam diſpenſationem retineri poſſe.*
192 *Clericus quando retineat eccleſiam pro expenſis in eadem factis.*
193 *Duntamen tot fructus non perceperit, quod deductis neceſſarijs oneribus ſibi ſatisfieri non potuerit.*
194 *Rectorem de expenſis in eccleſia factis teſtari poſſe, ſi præſertim pro ipſius eccleſiæ neceſſitate, vel utilitate eaſdem fieri contigerit.*
195 *Hæredẽ prælati quando repetet expenſas factas pro impetrando beneficio.*
196 *Etiam pro Bullis expediendis.*
197 *Agros ſteriles ſi quis ad cultu ram reduxerit, fructus ſufficien. pro expen. non percipiendo quando illas repetat, & conſequatur.*
198 *Vſufructuarius ad quas expenſas teneatur.*
199 *Impenſas commoditatis vſus gratia factas, ſi quis repetat.*

200 *Deductis oneribus miniſtrorum, ſi fructus non ſuperſunt, ex quibus ſatisfiat iſti, qui expendit, quid agendum.*
1 *Miniſtrorum expenſas imprimis, & ante omnia deducendas fore.*
202 *Eccleſiam priuilegium habere ne conueniatur vltra quam facere poſſit,*
203 *Creditor quando vellet aſſumere onus deſeruiendi donec ſatisfiat, an eidem permitten.*
204 *Quo caſu fructus non computan. cum deſeruiant pro illius expenſis.*
205 *Retentionem partis bonorum dari, vt ex illis ſatisfiat.*
206 *Titulum ſi quis habuerit, quod taliter eccleſiæ deſeruire teneatur, ut nemo alius eo inuito, id ipſum præſtare poſſit & valeat.*
207 *Retentionem illorum fructuum dari, qui ſunt aucti eius expenſis, vel illarerum, quæ per eum conſeruata ſunt.*
208 *Ille qui fecit expenſas pro re conſeruanda, quod præferatur cæteris creditoribus anterioribus.*
209 *Miniſtrorum quando rationem non habendam.*
210 *Vxorem ſterilem recipienti imputan. eſſe.*
211 *Victum labore ſuo quærere, quando quis grauetur,*
212 *Fructus ſecundi beneficij, ſi alteri reſeruati ſint, quod non poßit tenere primum, donec fructus huiuſmodi alteri dentur,*
213 *Primum benefitium non vacare, niſi quis habuerit fructus ſecundi, vel per ipſum ſtet quominus habeat.*
214 *Aſſumpti ad epiſcopatum, beneficia non vacare, antequam adminiſtrationem habuerit.*
215 *Limitatio 5. quando vna eccleſia eſſet alteri acceſſoria.*
216 *Limitatio 6. quando haberet vnam vt viſitator uel vt commendatarius aliam vero in titulum.*
217 *Limitatio 7. quando eſſet penuria clericorum, quia tunc omnes eccleſiæ diœc. poſſent dari vni.*
218 *Limitatio 8. in cardinalibus.*
219 *Diſpoſitio capit. de multa, & aliæ quæcunque diſpoſitiones de pluralitate beneficiorum, non procedere, neque locum ſibi uindicare in Cardinalibus.*
220 *Cardinalibus permiſſum retinere epiſcopatum cum titulo cardinalari.*
221 *Cardinales haberi pro reſidentibus in beneficijs ſuis.*
222 *Cardinales papæ aſſiſtere dicuntur, quippe qui omnium curarum ſollicitudinem gerit.*
223 *Et dum uniuerſali eccleſiæ ſeruiunt, omnium eccleſiarum commoditatibus inſeruire dicuntur.*
224 *Promotus in cardinalem, epiſcopatum non perdere, & ita diu ſeruatum, & multos claros uiros conſuluiſſe.*
225 *Intellectus c. de multa, & c. dilectus, extra. de conceſſ. præben.*
226 *Contrariam ſententiam ueriorem eſſe.*
227 *Cardinalatus titulum reſidentiam requirere in tantum, quod ipſe cardinalis aliter abeſſe non poſſit.*
228 *Epiſcopatum maiori reſidentia indigere quam alia beneficia quæcunque.*
229 *Poſtulationem cardinalis Sanctæ Praxedis ad eccleſiam Rauennaten. irritatam fuiſſe ex eo, quod papa iudicauerit melius eſſe ut ſeruiret eccleſiæ vniuerſali, quam Rauennaten.*
230 *Seruitium impenſum Ro. eccleſię, quod minus ſatisfaciat ſeruitio, quod impendi debet proprijs epiſcopatibus.*
231 *Et contrariam conſuetudinem reijcien. fore tamquam abuſum continen. & ruinam Chriſtianæ fidei inducen.*
232 *Epiſcopi, & legati in quibus beneficijs diſpenſentur ſuper pluralitate beneficiorum.*
233 *Communis opinio in præmiſſis.*
234 *Epiſcopum non diſpenſare vt quis ſit canonicus in duabus eccleſijs, qualiter procedat.*
235 *Et contraria conſuetudine abrogatum eſſe, uel quando præbendæ in diuerſis eccleſiis exiſtant.*
236 *Limitatio 2. quando uellent diſpenſare ut quis obtineret vniformia ſub eodem tecto.*
237 *Limitatio tertia in præmiſſis.*
238 *Beneficia ſimplicia quando perpetuam reſidentiã requirant, an ſuper illorum pluralitate ex cauſa diſpenſari poſſit.*
239 *Reſidentiæ perſonali ex inſtitutione, uel conſuetudine introduc. epiſcopum præiudicare non poſſe.*
240 *Vnam & eandem perſonam in duobus locis perſonaliter reſidere, impoſſibile reputari.*
241 *Legatum & epiſcopum paſſim diſpenſare, ut vnus habeat plura compatibilia.*
242 *Legatum plura hoſpitalia, & plures adminiſtrationes vni tantum committere poſſe.*
243 *Dummodo tamen is idoneus exiſtat.*
244 *Beneficia incompatibilia, quæ nam eſſe intelligantur.*
245 *Simplicia plura, ſi quis retineat nulla diſpenſatione præmiſſa.*
246 *Diſpenſatio tacita, quando inducatur.*
247 *Beneficiorum pluralitatem ſpeciali tractatu, Io. de Ligna. diſcuti.*
248 *Clauſula, dummodo deſeruiatur, in diſpenſationibus adiecta, ſi illam conditionalem reddat.*
249 *Dummodo, quod ſit verbum ſonans in monitionem.*
250 *Legatus, an poſſit cogere habentẽ plura incompatibilia ad oſtenden. titulũ*
251 *Et ſi iuſſus in termino, ſibi aſſignato, aliter non docuerit, legatum beneficia conferre poſſe.*
252 *Officia cum beneficijs incompatibilitatem non inducere,*
253 *Epiſcopum, ſi ad apicem cardinalatus promoueri contigerit, epiſcopatum eius non vacare,*
254 *Cardinalatum officium eſſe.*

1 Ad legatus poſſit plura beneficia vni conferre.†

VTrem hanc teneas, ſcias quædã eſ-
ſe beneficia duplicia,
2 quædam ſimplicia. †duplicia, quæ curã animarum habent, uel ſunt dignitates, aut perſonatus. Simplicia vero, quæ non ſunt huiuſmodi ut præbendæ, capellaniæ, & huiuſmodi.
3 † Spec. in tit. de diſpen. in rub. quid iuris ſit de diſp. verſ. illud autem. Hoſtien. in ſumm hoc titulo, verſi. quis poſſit diſpen. Duplicia tripliciter conſtant, quia curata,
4 quia dignitates, quia perſonatus. † Simplicia, quia canonicatus, uel inferiora Canonicatu. card. in clem. 1. in 1. q. de præ-
5 ben. Curata dicuntur quæ curam animarum habent, † ſiue in foro contentioſo, ſiue pœnitentiali, ut quando eccleſia habet parrochiam, uel quia habet ius excommunicandi, & interdicendi, quod ad forum contentioſum ſpectat. cap. dudum, ubi Inno. & alii de elec. Inno & Abba. in c. de multa ad fin. de præbend. card. & Imo. poſt Pau. in clem. 1. de Baptiſmo, ubi diſputãt an ex eo quod eccleſia habet baptiſmum,
6 dicatur habere curam animarum? † Innoc. in c. cum ſatis de offi. Archidia. Specu. in titulo de diſpen. §. dicendum reſtat, verſ. ſed quæritur, quod beneficium. Et hoc, quod dixi, eccleſiam curatam, ſiue ſit cura fori contentioſi, ſiue pęnitentialis, procedit in materia noſtra, alias proprie loquendo, cura
7 animarum dicitur †quæ neceſſario dat eccleſiaſtica ſacramẽ-
8 ta † his qui ab ea tenentur eadem recipere, ſecundum glo. in clem, dudum, de Sepul. quod proprie eſt eccleſiæ habentis
9 parrochiam. † Cum parrochia ſit curæ partitio, quod tenetur reddere rationem ouium ſibi commiſſarum in die extremi iudicij. ca. 1. 13. q. 1. Intereſt hoc inter vtranque curam, quod
10 ea, quæ eſt fori contentioſi, dicitur dignior. † quod magis accidit papæ. Card. & Imo. in clem. 1. in 7. q. de præben. fori uero pęnitentialis onerosior & magis neceſſaria maiorem requirens diligentiam. d. c. 1. 13. q. 1. cap. omnis utriuſque. de pœn. & remiſſio, quare facilius, ut quis ſit pluralis in beneficiis curę, fori contentioſi, quam pęnitentialis, cum ille, qui habet
11 parrochiam, dicatur populũ regere. † c. 1. de capel. mona. unde eccleſiæ parrochiales habent multa ſpecialia, de quibus per Io. And. in c. nemo. de elec. in 6. Hinc efluxit moderna practi-
21 ca curiæ † quod quando aliquis diſpenſatur ad 3. quatuorve incompatibilia per papam uel legatum ſufficienti auctoritate munitam, ſemper limitatur, dummodo non ſint plures quam duæ parrochiales eccleſiæ. Et tunc dubitatur, an in huiuſmodi caſibus, eccleſia, quæ olim habuit, ſed nunc non ha-
23 bet parrochianos, dicatur parrochialis? † Hoſtien. in c. licet canon. ne elec. & in c. quia nonnulli de cler. non reſi. tenuit eccleſiam huiuſmodi non iudicari parochialem, cui aſſipu-
14 lantur, Feder. in conſil. 135. & Panor. † in clem. 1. de offic. vic. contrarium tenent Inno, Calde. Car. in d. ca. de multa. Spec. hoc titu. §. videndum, verſ. ſed quia. Archid. in c. licet canon.
15 de elect. in 6. † dicentes eccleſiam eſſe curatam ex deſtinatio-
16 ne epi, non ex acceſſu uel regreſſu populorum. † ego ſequor
17 primã opin. † quia tunc ceſſat rõ reſtrictionis. qđ ſatis vr ẽt de mente Abba. in d. ca. de multa. dubium tñ poſtea eſt, qđ ſi parrochiani reuerterentur. Vnum tñ nota, ꝙ non ſequitur.
18 in iſta eccleſia ſepeliuntur homines, ergo illa eſt curata. † Feder. co. conſ. 135. Archid. in c. 1. de ſepul. in 6. gl. in cle. per literas, de præben. Hoſtie. in c. quia nonnulli. de cler. non reſi. itẽ
19 neque ius baptizãdi facit eccleſiam parrochialem. † Fed. ubi ſupra. Pan. in cle. 1. de baptiſmo. quid autem dicendum ſit de eccleſijs parrochialibus annexis prębendis, apud quem dica-
20 tur eſſe cura, † an apud vicarium perpetuum, an apud uero canonicum ad effectum incompatibilitatis? uide Abb. in c. q vero. in 4. col. ver. q̃ro penes quẽ de præb. Dignitas aũt, & pſonatus qđ ſint, & q̃uo inuicẽ differant, non facile eſt depre-
21 hendere, † cũ multotiens confundantur c. cũ acceſſiſſent. de conſti. ex dictis tñ dñi Archi. & aliorũ in c. 1. de cõſuetu. Ab. & aliorũ in c. de multa. de præb. colligi poſſunt infraſcripta. Omnis adminiſtratio perpetua cũ iuriſdictione facit dignitatẽ eccleſiaſticã ad effectum cauſandæ incompatibilitatis.
22 † tales ſunt Abbates, plebani, q p̃ſunt eccleſiis collegiatis. Panor in cle. 1. de elec. in cle. ne in agro. de ſtatu. monach. addi-
23 di ppetua, qa dignitas, q̃ eſt ppetua, nõ nocet, † ut patet in uicario epi gl. in cle. Et ſi principalis de reſcrip. in c. 1, de offi. vica. in 6. Abb. in d. c. de multa. Oĩs titulus ſonans in nomẽ di-
24 gnitatis a iure expreſſ. eſt dignitas, † dummodo hẽat p̃roga-
25 tiuã in eccleſia, tã in Choro, q̃ in c. licet nõ hẽat adminiſtrationẽ uel iuriſdõnem rerũ, vt patet in Archi. parmenſi, & ẽt
26 in Flo. † Arch. in d. c. 1. Inn. in c. de mula. quãuis Ab. aliter. ibi intelligat. Qñ titulus fuit inſtitutus in eccleſia. ut eſſet digni-
27 tas, erit dignitas. † Inno. Abb, in ca. de multa. licet quis exer-
ceat

ceat in eccleſia officium pertinens ad aliquam dignitatem,
28 non erit dignitas,niſi in loco reputetur dignitas, †Innocen.
in ca.de multa.quod intelligo, niſi haberet nomeu,quod de
29 iure ſonaret dignitatem,†pp ea,quæ dicta ſunt.Abba.tamen
reprehendit Innocen. dicẽs attendendam magis ſubſtantiã
30 rei quam conſuetudinem.†ſed decipitur,quia ſubſtantia, di
31 gnitas eſt in ipſa conſuetudine,& reputatione, †ſecundũ ea,
quę tradit Bart.in l.prima. C.de dignit.lib.10. accidere enim
poteſt. ut ultimus canonicus vel capellanus habeat aliquod
exercitium ex his,quæ pertinent ad dignitatem.non eo infi-
cias,quod ſi quis haberet præeminentiam in choro,& exerci
tium dignitatis,non obſtante communi reputatione, dicere
32 tur habere dignitatem, quia alias eſſet repugnantia, neque
hoc difitetur Innocen.Perſonatus,eſt quando aliquis habet
prærogatiuam in choro, vel capitulo, in proceſſionibus, &
33 vocibus dandis pluſquam alii canonici ſui ordinis,†Archid.
ubi ſupra. Officium uero eſt habens adminiſtrationem ali-
34 quarum rerum ſine prærogatiua in choro,uel capitulo,vt ſa-
criſta,hoſtiarius,& huiuſmodi.Archidia.ubi ſupra,quæ offi-
cia non inducũt incompatibilitatem niſi in eadem eccleſia.
capitulo primo de conſuetudine.in 6.vide doct.Abba.in ca
pitulo de multa.Hæc tamen præcedentia ſigna ita tene, vt
ſcias omnem dignitatem poſſe nocari perſonatum quod pa
rum refert,quia eadem incompatibilitatis ratiq.Nomina ſo
35 nantia dignitatem, ſunt, †Archidiaconatus,præpoſitura in
eccleſiis collegiatis.Anto.in capitulo.de multa. ſed quid de
Theſauraria,Abb.in capitulo de multa.refert inter nomina
36 dignitatum.†vide tamen eundem in conſi.93.in ſecundo uo
lum.& in capitulo ſuper his. in quinta colum.de reſcrip.Ro.
deciſ.173.in nouis.Mili. in reperto.in nerſic.dignitas, qui ali
ter loquitur.& de materia iſta uide planę Archidia. Domin.
Phili.in dicto capit.1.Ioan.And.Anr.Abb.in capit.de multa
gloſ.in capitulo denique 4.diſtin.Cardin. poſt alios in clem.
prima.de præben.& in conſil.36.& 62. Areti.conſil.23.& de
pluribus nominibus beneficiorum vide Hoſtien.in ſumma.
de pręben.Item,ut nihil antiquitatis ignoretur, ſcito in pri-
mitiua eccleſia nullum clericum habuiſſe beneficium, †qa
37 omnes Chriſtiani propria uendebant, & offerbant ad pedes
Apoſtolorum,ut pauperibus diſtribuerentur. poſtea uidẽtes
præſtare reipublicę Chriſtianę ſi prædia emerentur,& ex eo
rum fructibus pauperes alerentur,prædia ſunt empta, & ca-
thedralibus eccleſijs applicata, ut fructus eorum per Epiſco-
pos in pauperes diſtribuerentur capitulo dilectiſſimis capitu
lo uidentes. 12. quæſtione prima. Quę tamen diſtributio in
38 pauperes ita fiebat, †ut prius ſubueniretur indigentię mini-
ſtrorum eccleſiæ.capitulo cum ſecundum. de præben.quod
inuentum aſcribitur Vrbano primo, qui floruit, †anno 727.
39 tempore Heliogabali,vt refert Platl.qui dicit eum ordinaſſe
ut omnes prouentus caſtis clericis diſtribuerentur, ſucceſſu
uero temporis cœperunt eccleſiæ ſeparatim ædificari, & il-
lis dotes aſſignari pro miniſtrorum alimentis, & luminum
40 conſeruatione.†capitulo nemo.de conſec.diſtinct.prima.&
de eccle.ædifi,per torum,& ſecundum iſta tempora cęperũt
41 eſſe beneficię,& in titulum dari.†Canonicatus cum præben
dis ab illa eccleſię communitate diuidi ſub hoc colore, ꝙ
fierent de portione ſubſtantiæ, cuius fructus ueniebant diui
dendi inter miniſtros, vt patet toto titulo de prębend.& de
conceſſio.præben.alias enim bona erant in confuſo, & pri-
ma pars reddituum dabatur prælato, ſecunda miniſtris, ter-
tia fabricæ.quarta.pauperibus.c.quotuor.cap.de redditibus.
cum.c.ſeq.12.q.2.c.2.de eccle.ædifi.ubi doct.Hic tamen ani
maduertendum,quod vſus iſte aſſignandi redditus proprios
42 beneficijs,erat etiam apud gentiles,†quando quidem ſacer-
43 dotia eorum, quæ nos beneficia nuncupamus, †quandoque
erant publica, qnandoque priuata.publica erãt templa,quæ
per principes, & reſp.ædificabantur.his ex publico redditus
unde ſacerdotes alerentur,impendebantur.ut.n. inquit Li-
ui. Numa Pomp.cum flamines,& veſtales inſtituiſſet,ſtipẽ
44 dia eis de publico ſtatuit, † quod, & Conſtantinus imitatus,
apud Chriſtianos vectigalia publica eccleſijs magnis deſtina
45 uit,† vt refert hiſt.tripartita li.9.priuata uero ſacerdotia erãt,
46 quæ quis in fundis propriis conſtituebat,quæ gentilia,ſeu fa
miliaria dicebantur, quod unius familiæ ſeu gentis eſſent.
Nam ſacra illius priuatæ ædis per aliquem de familia exerce-
bantur, & is redditus eorum percipiebat, ſicut legimus de
gente potitia, cui perpetua ſucceſſione commiſſa erat cura
Aræ herculis.†vt refert Liui.lib.9.ab urbe condita.hæc ſunt
47 illa beneficia,quæ nos iuris patro.nuncupamus,in quibus ea
48 adhuc priſci moris argumenta ſeruarur †ut præſentatio con
ſeruetur in familia,Item & alimentorum ius,†cap.pię men-
49 tis.cap.frigentius.16.q.7.Diſtincta igitur erant,& apud Rom.
50 ſacerdotia pinguia,†adeo ut nobiles ac magnos uiros qũque
51 plura ſacerdotia conſecutos fuiſſe,†legamus. ait enim Liui.
lib.30.Fabium Maxi.Pont.creatum,& duo ſacerdotia habuiſ
52 ſe.†quandoque vnum & quidem opulentum.unde ait Suet.
de Cæſare ꝙ cum anno 17 flamẽ dialis deſignatus eſſet a Lu
53 cio Sylla,ſacerdorio mulctatus eſt. † Quo igit̃ tpe cepta ſunt
beneficia cum ſuis dotibus erigi,apud Chriſtianos ceperunt
miniſtri multiplicari,fuitque ordinatum ut in ſingulis bene
ficiis,ſinguli clerici deſeruirent, etiam ſi beneficium tenue
54 eſſet.† cap.1.de celeb.miſſ.cap.conquerente.de cler.non re-
ſid.eſt enim indecens,etiam ciuili iure, ut quis duobus ſtipẽ
55 diis honoretur,†l.1.ff.de colleg.illic.l.4.C.qui mil.non poſ-
ſunt.faci.l.generaliter. §.ſpurios.l.eos.ff.de decur. & hoc ex-
preſſe dicit Imperator in authen. ut determi.ſit mini.§.quo
niam.Et in authen.vt cleric.qui recedunt.§.1.facit.cap.quia
in tantum.de præben.cap.literas de conceſ.præben.cap.1.21.
q.1.& dicit Abb.in c.ad hoc.de præben.ꝙ habere plura bene
ficia,eſt ꝯ rationem recti ſermonis,quia aliquãdo unum op-
porteret dicere,domini Canonici,& domini rectores. Item,
eſt ꝯ ius naturale,diuinum,& canonicum, & ciuile.Nam ſi
vni dantur plura,ſequitur ꝙ unus eſurit,alius ebrius eſt,con-
tra dictum apoſtoli.Item,& morum relaxatio. multi enim
qui honeſtam vitam ducebant, ex redditibus beneficiorum
56 impugnati,laſciuiis ſeſe totos dedere, † contra quos inuehit
propheta,dicens.filios enutriui,& exaltaui,ipſi autem ſpreue
runt me.Incraſſati enim impinguati recalitrauerunt,†ibi ex
57 trauagan.Ioan.22.execrabilis. Quare dicit præſ. ex adipe ꝓ-
58 cedit iniquitas.†vnde dixit tex.in c.paſtor,& in c.clericus.1.
q.2.qui habentes beneficia alia recipiunt, non alimenta ſed
59 peccata ſuſcipiunt.†Item,eſt ambitioſum,† vt per Abb.in c.
60 quia in tantum.enumerantem omnes cauſas uetitæ plurali-
tatis beneficiorum,& dicentem,non ualere conſuetudinem
61 in contrarium.†ad hæc ſemper uidebis elegantem text. in c.
ſingula.89.diſtin.qui dicit quantumlibet.exercitatæ perſonę
uno tempore duarum rerum officia committenda non eſſe
62 †quia eccleſiæ uniuerſali noxium ſimul atque turpiſſimũ eſt
ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint di-
63 ſtributa,†& ibi adducuntur multæ rationes. & præcipue de-
64 colorationis ſtatus eccleſię, † propter quod dicebat Ioan.de
deo.ibidem relatus per Ioan.de turræcre.Quod legatus non
poterat diſpenſare cum epiſcopo,ut haberet. aliam dignita-
65 tem.†Attamen, quia aliquotiens eueniebat,ut non reperirẽ
tur qui ob reddituum tenuitatem,eccleſiæ deſeruire vellent
ceptum eſt conſuetudine induci,ut in quibuſdam beneficijs
non reſideretur,propter quod non eſt uiſum inconueniens
ut duobus ex iſtis præficeretur unus,per alios atque alios ta-
men modos, neque enim potuit conſuetudo hęc efficere,
ut in duabus curatis eccleſijs intitularetur quiſquam.c.con-
querẽte.de cleri.non reſi. Sed inuentæ ſunt uniones,commẽ
dę,diſpenſationes ſuperiorum, quos omnes modos ut clare
abſoluam conclu.&limitationibus,tota hæc materia quam
breuiter expedietur,prima igitur conclu.Nullus poteſt obti-
nere plures eccleſias curatas,vel dignitates, aut perſonatus,
66 etiam de licentia legati. cap. de multa.de præb.Rot.dec.286.
in no.aduertendũ tñ ꝙ in his prohibendis uario modo ſe ha
67 buerunt iura pontificia.Emanauit enim primo† tex.in c.ſan
ctorum 70.diſt.& 21.di.per totum,quę prohibebant quidem,
ſed totum epiſcopi diſcretioni committebant.epiſcopi autẽ
in hoc negligentes facti, acriter a Roma. pon.increpati ſunt.
iubenturque diligentiores eſſe.c.quia in tñ, de præb.at nec
ita occurrebat̃ ambitioni eorũ,qui plura oĩno extorquebãt.
unde emanauit c.referẽte,eo.tit.quo iniungit̃ epis ut habẽtẽ
68 duo hmõi beneficia,compellant alterũ dimittere,†verũ nec
iſtis ſuccidebatur mali huius radix Ep̃is negligentibus plura
les huiuſmodi ad alterius electionẽ compellere ꝑpea ema
69 nauit conſtiturio concilii Lateranenſis,†de qua in c.nonnul
li.de cler.non reſi.vbi acceptans ſm̃ beneficiũ,priuatur illo,
ſi non dimittat.primũ. Verũ,& iſta,pæna ẽt negligebatur,q̃a
neceſſaria erat ſentẽtia priuationis,ut inquit ibi Abb.qui ple
raq; ex iſtis cõmemorat.Superuenit igit̃ diſpoſitio.c.de mul
70 ta,†quæ pęnã antedictã augẽs, ſtatuit ut ꝑ acceptationem ſe
cundi,uacet primũ ipſo iure,ita vt ꝑ collatorẽ conferri poſ-
ſit,ẽt ſi utrunq; retinere cõtẽderet,utroq; priuetur. poſt hæc
ẽt,ut malũ hoc funditus tolleretur,emanauerunt duæ extra.
71 Io.22.vt quos.execrabili.eo. ti.quib. cauetur, ut cũ primũ qs
aſſecutus eſt poſſeſſionẽ ſecundi incõpatibilis,uel per eũ ſte-
tit quominus aſſequeretur, niſi ſtatim renũtiet primo in ma
nibus ordinarii, eo ipſo ſit utroque priuatus. Et ad bene-
ficia atque ordines in futurum inhabilis tãtum igitur odio-
72 ſus ſacris canonib.beneficiorũ aceruus,†ut Ro.põt. nõ cõge
uerint, donec malũ hoc ſanctionib.ſuis e medio ſuſtulerint
Vnũ tñ ĩ hac incõpatibilitatũ materia aĩaduertit, ꝙ licet de
iure cõi in dubio nõ poſſint teneri plura bñficia,tñ ꝑ adeptio
nẽ alterius, non uacat primũ,niſi in caſib.expreſſis. vt plęcla
re cõſuluit.Card.conſ.3.ubi ennumerat caſus,qb.inducit̃ va
catio ipſo iure.& Abb.in c.cũ iã dudũ.de præb. Ad hæc mul
ti dubitauerũt,an ille qui recepit ſm̃ curatũ ꝯ formam c.de

multa. poſſit abſoluere parrochianos primæ. Et dicendum
73 uidetur, non poſſe, † ex quo deſinit eſſe prælatus. ad hoc text.
in cap. dudum, el ſecundo. de elec. ibi damnabiliter animas
decipit. ſi enim nullus poteſt abſolui niſi a proprio prælato,
74 † cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœniten. & remiſſ. iſte non
eſt prælatus. ergo &c. hoc tenet Io. Bertac. in tract. de epiſco-
po li. 2. quæſt. 21. ver. iuxta prædicta q. Mihi autem placet opi
75 Innoc. & Car. in d cap. dudum, † quod parrochiani, qui bona
fide ducti ſunt, quoad deum ſint abſoluti. Ex quo tolleraba-
76 tur in beneſi. † I. Barbarius. ff. de offi. præſi. & placet cõſ. Com-
77 poſt. † ut poſtquam innotuerit hoc parrochianis, iterum fa-
ciant ſe abſolui. Fallit primo, iſta conclu. qua dicimus quen-
quam non poſſe habere plura incompatibilia, quando habe
78 rentur ex diſpenſatione papæ † Quia cum ſublimibus, & lite
79 ratis perſonis per papam facile diſpenſatur, † c. de multa. nã
80 in beneficialibus. papa eſt omnipotens, † cap. licet. de præbẽ.
81 in 6. cum non habeat ſuperiorem in terris, † cap. nemo. capit.
82 aliorum 9 quæſt. 3. & in eo ſit plenitudo poteſtatis † c. ex tua-
rum. de aucto. & vſu. pa. cap. per uenerabilem. Qui fil. ſil. ſint
legi. nec quærendum ſit in eius diſpenſationibus de cauſa,
83 cum ſemper præſumatur, † ſecundum Inno. in cap. cum ad
monaſterium de ſtatu mona. Quod obtinet in foro homini
84 non tñ foro conſcientiæ, † vbi exploſa omni fictione mera
85 ueritas attenditur, † ut late dixi in c. ut animarum. in princ.
de conſtitu. in ſexto nam papa homo eſt, & peccare poteſt.
86 † cap. nos ſi incompetenter. 7. quæſt. 1. unde irrationabiliter
87 diſpenſando, ſe & alios duceret ad interitum, † quia ex Chri-
ſti uerbo, ſi cecus ceco ducatum præſtet, ambo in foueam ca
dunt. Nam diſpenſatio illi permiſſa eſt, ſed nõ debet ſine cau
88 ſa † vnde dicit tex. in d. ca. de multa. cum ratio poſtulauerit,
89 alias n. cum ratione caret, diſſipatio eſt non diſpenſatio, † ſe
cundum. Ioan. And. Abb. & alios. ibidem Ioan. And. Abba.
& Feli. in cap. ſi quando. de reſcrip. c. quia in tantum. capit. ad
hæc. de præbend. Thom. 2. 2. q. 27. Ioan And. & Abb. in c du-
dum. de elect. Henri. de Gandauo in 2. quol. q 16. & 17. faciũt
quæ dicam infra in materia diſpenſationis in 8. quæſt. debet
enim papa eſſe paſtor, & diligens paterfamilias, qui ſe diuinę
90 voluntati conformet, † c. vt noſtrum. ut eccle. beneſi. Car. in
clem. 1. de pœni. & remiſſ. unde Berna. quem citat Abba. in
locis præallegatis, inquit fidelis ſeruus, & prudens, quem cõ-
ſtituit dominus ſuper familiam ſuam, ita nouit diſpenſatio-
nem, vnde bonam putet habere recompenſationem. dice-
mus de iſta diſpenſatione latius in materia diſpenſationis.
91 Et † ideo caueant infelices qui paſſim ad cumulos beneficio-
92 rum diſpenſantur. † ego ſemper Roma. pont. excuſabo, exiſti
mans illum male informatum ad improbam petentium im
93 portunitatem, talia concedere, † cum de eius ſanctitate ne-
94 phas ſit dubitare † capit. non nos beatum. 40. diſt. Doleo dum
eſt ualde ſuper iſtis, cum etiam ſi eſſent literati, & nobiles, q
ita diſpenſantur, nihil retinere poſſunt præter decentiam vi-
95 ctus, & veſtitus. † Sed tenentur, quæ ſuperant, in pauperũ vſus
96 erogare, † ut late per Abb. in cap. conquerente. de cler. nõ reſi.
cap. Extirpandæ. §. Quia vero. de præb. pro honeſta autem ſu
ſtentatione uitæ ſecundum qualitatem perſonæ, diſpenſa-
97 tio commendatur. † cap. de monachis. de pręb. e. cum & plan
tare. §. In eccleſiis. de priuil, cap a c, cum ſecundum. de pręb
Sed quæritur, An legatus uel epiſcopus ex cauſa diſpenſare
poſſit ſuper pluralitate beneficiorum incompatibilium,
98 † Hoſt. in d. cap. de multa. & ubique, quando loquitur in ma-
99 teria diſpenſationis, diſtinguit † quod aut diſpenſatio fit ob
neceſſitatem eccleſiæ, & poterit per epiſcopum & per lega-
tum diſpenſari, aut fit ob vtilitatem perſonæ, uel prærroga-
tiuam meritorum, & pertinet ad ſolum papam. ad hanc par-
tem, c. Sanctorum. 70. diſt. ubi Io. & Archi. tenent iſtam par-
tem. quam etiam opin. ſequitur Pet. & Abb. antiquus. in d.
cap de multa & Abb. modernus in capit. extirpandæ. §. quia
uero. de pręben. uerſ. quintum examinãdum. Et hoc propter
generalitatem. c. ſanctorum. ut cum illa diſtinctione ſalue-
tur, ac corrigatur per cap. de multa idem tenet Archid. in d.
capit. Sanctorum. referens multos alios idem tenentes. Spec.
in Rubricella de diſpenſatio. ſuper pluralitate beneficiorũ.
uer. ſed nunquid epiſcopus. & Archid. in c. 1. de conſue. lib. 6.
dicentes, epiſcopum ex cauſa neceſſitatis poſſe diſpenſare,
100 ut quis habeat duas dignitates in eadem eccleſia, † quam
doctr. ſequitur Rot. in deciſ. 29. in antiq. & Spec. hoc titul. §.
nunc videndum. Et diſpenſatio huiuſmodi approbatur ex
euang. quando dicit. Serue bone & fidelis, quia in pauca fui-
ſti fidelis, ſuper multa te conſtituam. Contrarium uero tenẽt
101 Imo. Io. An. Ant. & alii communiter † in d. c. de multa. Ioan.
de Lig. in cle. gratiæ de reſcrip. gloſ. in c. dudum. el. 2 de elec.
& in d. c. ſanctorum. tanoniſtorum eſt. Quia in cap. de multa,
hoc generaliter reſeruatur papæ, quando ratio ſuaſerit, ergo
non alij. Nec iſta diſtinctio Hoſt. habet ſaporem iuris ſecun-
dum Io. de Lig. cum omnis diſpenſatio fiat ob utilitatem ec

102 cleſiæ, † nec ipſe papa aliter diſpenſare debet, ut ſupradictũ
103 eſt. † vnde reſeruatio facta per papam in d. cap. de multa eſſet
fruſtratoria, cũ epiſcopo eſſet relicta eadem poteſtas ex cau-
ſa &c. Et idem inconueniens ſequeretur. d. cap. ſuper eo. de
præb. in 6. intelligendo de diſpenſatione papæ, ut ibi voluit
gloſ. & d. cap. non poteſt. cap. cum ſingula. eo. ti. & libr. Item
facit, quia epiſcopi cõtrafaciendo, puniuntur, in d. c de mul
ta. ergo diſpenſare non poſſunt, per ea quæ dicentur in mate
ria diſpenſationis. Item quæritur. c. de multa. eſt conſtitutio
104 conciliaris ꝯ quam, nec epſ, nec legatus diſpẽſat, † vt infra di
105 cetur. Ego tñ primã opin ſequor † cũ ꝯtria ſit minus onerofa
eccleſijs. & forte ſi eſſet tex. qui hoc diceret, eſſet irrationabi
lis, ideo nõ valeret, ut dicit Archi. in loco p̃allegato. motus,
quia iurãm, quod eſt vinculũ Dei, non ligat qñ eſt irrationale.
106 † c. 1. de his, quæ fiunt a maio. partic cap. igitur multo minus
conſtitutio humana. capit. inferior. de maior. & obed. & pro
iſta opin. facit. c. nemo. de elec. in 6 arguendo a ſpeciali, in-
quantum vetando commendam ordinario, exprimit etiam
illam, quæ fit ob euidentem utilitatem eccleſiæ. Nec obſtat
quod per papam poſſit conſuli. quia papa nõ præſumitur de
107 facili ſcire neceſſitates eccleſiarum ſe cundum ea, quæ po-
nunt doct. in cle. 2. de offic. ord. arg. in c. 1. de conſtitu. in 6. vn
de de facili ueniret quod eccleſia neceſſariis fraudari poſſet
108 nemine promouente eius neceſſitatem. † & ſimile onus ec-
cleſiis afferre uidetur conſtitutio Pauli. 2, quæ admit ordina-
riis poteſtatem auctorizãdi alienationi rerũ eccleſiaſticarũ.
109 † Et tamen paſſim committit ea iudicibus impetratis a par-
110 tibus, † quos facilius eſt quam ordinarios corrumpere & de-
111 cipere. † Item accipit taxas, quæ effectualiter poſtea cedunt
112 in damnum eccle. † Et ſi utilitas non eſſet ex parte eius, quæ
113 cum eccleſia contrahit, nunquam contraheretur. † Ego au-
tem in legatione Reuerendiſſimi domini mei ſemper pro-
114 curaui dictas alienationes committi ordinariis locorum † id
115 quod conſultius fieret etiam in curia. † Et quia gloſam illã
extrauag. ſatis accurate demonſtraui apertis rationib. quod
papa non intendebat prohibere alienationes, quæ contine-
bant utilitatem eccleſiarum, ita euidentem, quod non eſſet
locus deceptioni, quam vtilitatem docui adeſſe in certis caſi
bus tantum. Et ſimiliter credo in caſu noſtro quod nunquã
fuerit intentio canonum adimere ordinarijs hanc auctorita
tem in caſu neceſſitatis. Item, quia licet in cap. de multa. re-
ſeruetur diſpenſatio ſedi apoſtolicæ, tamen ex quo materia
in caſu neceſſitatis non eſt prohibita, eo caſu, appellatione
116 ſed ap. veniet legatus † per ea, quæ in generalibus dicta ſunt.
Item, quia neceſſitas facit licitum, quod non eſt alias licitũ,
117 † vt dicam. Et inquantum Io. de Lig. dicit, omnem diſpenſa-
118 tionem fieri ob vtilitatem eccleſiæ, † Dic quod eſt verum ſe
cundario non principaliter. Nam quod docti & nobiles ha
beant eccleſias, eſt utile in genere eccleſiæ, quando dantur
illi docto Et ut ex earum redditibus viuat, & ſtudeat. Quan-
do uero dantur perito ex eo quod nõ reperitur alius, qui poſ
ſit eccleſiam idonee regere, dicitur adeſſe vtilitas eccleſiæ
principaliter. Et hæc poſſunt epi & legati indiſtincte, ſicut
poſſunt ob paucitatem clericorum, dari plures vni, ut dicã
infra. Ad c. de multa dic quod loquitur de diſpenſatione, q̃
119 fit ob prærogatiuam meritorum. † Nec obſtat quod irritetur
collatio contra illum tex. quia intelligitur quando non ſub
eſt neceſſitas eccleſiæ, quoniam diſpenſatio, quæ fit ob eccle
ſię vtilitatem, non dicitur eſſe contra ſacros canones, nec cõ
tra concilium. facit in ſimili, quia in cap. maioribus, de præ-
ben. concilium inhibet præbendarum permutationem. Ta-
men in c quæſitum de rerum permut. declarat permutatio-
nem de illis factam ob vtilitatem uel neceſſitatem eccleſię
non eſſe contra concilium, ad hoc multa, quæ dicam in illa
q. An. legatus ob utilitatem eccleſiæ poſſit diſpenſare cum
120 illegitimo. † adde Gandiſ. in ſuo tract. q. 14. qui dicit ſe tene-
121 re indiſtincte hinc reſeruatum papæ, & all. c. dudum el. 2. §.
dudum. §. nos uero. ubi pluralitatem curatorum obiectam
contra electum excuſabat eius procurator, dicens ſecum
fuiſſe per archiepiſcopum diſpenſatum. papa nõ facta diſcuſ
ſione de cauſa diſpenſationum reiicit illam excuſationem
Simili modo adducit. cap. de multa. Sed tu reſpon. breuiter,
quod. c. dudum. loquitur in terminis. c. de multa. quia reſert
ſe ad illud, & certe non habemus originem præciſam huius
rei, niſi ibi. At c. de multa. intelligitur de diſpenſatione, quæ
fit ratione perſonæ, non autem de illa. quæ fit ratione eccle-
122 ſiæ, p ſupradicta igiẽ &c. Sed ꝯ prędicta oppono. † Pluralitas
beneficiorũ apud aliquẽ per viã cõmendæ eſt minus impro-
123 bata, q̃ illa, q̃ fit per viam tituli, † ut aſſerunt oẽs in c. dudũ. &
in c. nemo. Sed ẽt ſi vtilitas eccleſię euidens ſuadeat, epſ & le
gatus non poſſunt commendare plures eccleſias, nec ẽt unã
124 cum alia intitulata ultra ſex mẽſes. d. c. nemo. igitur nec per
viã tituli. Nam pone, habeo unã in titulũ, ſi ſecunda non põt
cõmendari ultra 6. mẽſes, igiẽ tanto minus ꝑpetua conferri
cogita,

cogita, niſi dicas q capit. nemo, corrigit antiqua iura, vnde
non poteſt trahi ad conſequentiam. l. ſcimus. C. de appellat.
Secundo quæro, An diſpenſatus ad duo curata, ſit diſpen
125 ſatus ſuper non reſidentia amborum? †Et uidetur diſpenſa-
tus, quia qui vuult unũ, uult omnia neceſſario conſequuti-
126 ua.†l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de pocurat. l. oratio.
ff. de ſponſa. Et hoc uidetur tenere. Ant. in c. At ſi clerici. §. de
adulteriis. de Iudic. gl. in c. quia in tantum. de præbend. Quan
do dicit diſpenſatum ad unum, diſpenſari ad omnia conſe-
354 *Iure communi in beneficio obtinendo, ualorem non exprimi.*
355 *Non item contrarium ſtatim.*
356 *Vrbani conſtitutio in materia loquen. quo caſu procedat.*
357 *Penſiones ad tempus uel ratione ſtipendij ab alijs penſionibus eccleſiaſticis uario iure cenſeri.*
358 *Intellectus glo. in l. pragmatica, de collationibus. § item, quod uniuerſitates. in uer. beneficiorum.*
359 *In literis ad beneficia, quando de penſione, quæ datur a laico clerico, mentio fieri debeat.*
360 *Diſtinctio ad idem ex Dominici ſententia.*
361 *Felinum cum opinione Dominici concurrere.*
362 *Rotam aliter ſentire.*
363 *Auctorem dictum approbare, rationem vero ab alijs aſſignatam improbare in caſu præmiſſo, aliam in medium adducen.*
364 *Penſiones quæ dantur reſignantibus beneficia, in ſucceſſorem non tranſire.*
365 *Redditus eccleſiæ dari clerico ad effectum inſeruiendi beneficio, cui præeſt.*
366 *Altari ſeruiens, quod & ex altari uiuere debeat.*
367 *Surreptionem non induci, niſi in caſibus expreſſis.*
368 *Penſionis, quando in literis mentio fieri debeat.*
369 *Regulæ non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum.*
370 *Penſionem obtinens, quando teneatur facere mentionem de defectu natalium, dato quod ſit diſpenſatus circa ordines.*
371 *Prohibitus habere beneficia in loco, quando poſſit penſionem habere.*
372 *Gallis priuilegium indultum, excludendi alienigenas in Regno a beneficijs obtinendis.*
373 *Et an priuilegium extendatur ad penſionem aſſignandam.*
374 *Penſionem beneficium eſſe remiſſiue.*
375 *Indulta ſi quando latam recipiant interpretationem.*
376 *Priuilegium excludens alienigenas a beneficiorum interpretatione, ſi quando iniquum reputari debeat.*
373 *Beneficia, uirtutum & meritorum intuitu non ſanguinis aut patriæ ratione habita, conferri conſueuiſſe.*
378 *Beneficia alienigenis conferri, ſi quando magis expediat.*
379 *Nemo propheta acceptus in patria ſua.*
380 *Statuta et conſuetudines, quod beneficia duntaxat conferantur hominib. certi loci, improbari.*
381 *Priuilegium de idiomate quam late interpretandum.*
382 *Penſionarium non reſidere, non item populo adminiſtrare.*
383 *Intellectus c. deteſtanda de conceſſ. præben, in 6. & l. ſi. C. ſi mancip. ita venire proſti.*
384 *Penſionarius ſi quando onera beneficij ſuſtineat.*
385 *Penſio a legato, uel ab epiſcopo conſtituta, quando tranſeat in ſucceſſorem.*
386 *Penſionem a legato, uel ab epiſcopo conſtitutam ad uitam conſentientis tantum, & non vltra extendi.*
387 *Ratio aſſignatur.*
388 *Beneficium non perſonam obligari, quando obligatio ad ſucceſſorem tranſmitti contingat.*
389 *Beneficij ſectionem non permitti.*
390 *Penſionem ad perſonæ commodum non rei, ſiquidem indultam eſſe.*
391 *Communis doctorum ſententia refertur.*
392 *Penſiones ſi quæ per tranſactionem, uel alias clerico ſuper beneficij reſeruentur, qualiter regulari contingat.*
393 *Penſiones ſuper beneficijs ad id potiſſimum indulta, vt ex illis quis magis commode ſuſtentari poſſit.*
394 *Obligatio ex fructibus, quæ concernit alimenta, vel alia, quod tranſeat in ſucceſſorem etiam ſingularem.*
395 *Prædia ſi qua annua præſtatione onerata ſint, quod non ſint obligata in ſpecie, ſed in genere tantum.*
396 *Moram poſſeſſoris non præſtare impedimentum quominus adhuc duret, quod ex cauſa per ſuperiorem reſeruatum eſt.*
397 *Calamitas morientis, quod cuiquam obeſſe non debeat.*
398 *Renuntiatio litis & iuris facta per aliquem in beneficio, quod proſit ſucceſſori non minus quam anteceſſori.*
399 *Succedentis in beneficio, quod interſit beneficium ipſum pacificē cōſequi.*
400 *Succeſſorem in beneficio, onera ab anteceſſore impoſita minus recuſare.*
401 *Lucrum amplecti quempiam, onus vero recuſare ſiquidem non ferendū.*
402 *Succeſſor non obligatur ad penſionem quæ ſuperioris auctoritate aliter conſtituta non ſit.*
403 *Penſio quando ad uitam tantum aſſignata intelligatur.*
404 *Legato vel epiſcopo eccleſiam penſionibus onerare, diuidere, & alia omnia facere, quæ ad boni paſtoris officium attinent, ex cauſa permiſſum eſſe.*
405 *Hæres rectoris quando teneatur ad ſolutionem penſionis.*
406 *Regulam iuris eſſe omnem obligationem in ſucceſſorem hæreditariū tranſire, cum totum patrimonium afficiat.*
407 *Communis doctorum ſententia in c. niſi de præben.*
408 *Penſio licet ſit in quantitate, obligatio uero perſonalis, tamen habeat relatio ad fructus beneficij, ut ex illis ſolui debeat.*
409 *Specie perempta, peremptorem liberari.*
410 *Penſionario ſi qua competat actio perſonalis ſcilicet, realis, aut mixta, vel in rem ſcripta diſcutitur.*
411 *Succeſſori in beneficio quænam competat actio.*
412 *Rectore præmortuo, beneficij fructus etiam extare.*
413 *Communem opinionem in præmiſſis attendendam fore.*
414 *Penſio ſuper fructib. beneficij impoſita, quod regulariter tanquam ſi pars fructuum reductiue permiſſa eſſet.*
415 *Penſionem ſi non ex re, ex quaſi re tamen conferri debere.*
416 *Vſusfructus pars ex perſona rectoris in penſionarium deriuata, quod mortuo rectore ceſſare debeat.*
417 *Item de toto quo ad totum, quod & de parte quoad partem.*
418 *Clericum in beneficio vſufructuarij magiſquam proprietarij uicem obtinere.*
419 *Temporalia pro ſpiritualibus obligari, iura abhorrent.*
420 *Superioris auctoritas non auctorizat in his, quæ contra ius.*
421 *Renuntians, an teneatur ad ſolutionem penſionis, vel ille in cuius fauorem fuit facta renuntiatio.*
422 *Quodque non renuntians, non item eius hæres quouis modo teneatur ex communi doctorum ſententia.*
423 *Limitatio ad idem, quando renuntiatio in fraudem fieri contingeret.*
424 *Limitatio ſecunda ad idem.*
425 *Renuntiationum in fraudem quandoque fieri conſueuiſſe, ſi præſertim in nepotis fauorem facta appareat.*
426 *Obligationem ſemel extinctam amplius non reuiuiſcere.*
427 *Rem ſemel alienā effectam, ad priorem Dñm ſine cauſa aliter non redire.*
428 *Succeſſor in beneficio quando teneatur ad penſiones decurſas & non ſolutas.*

Quæ

429 *Quæſtionem præmiſſam alias in Auditorio Rotæ propoſitam, indeciſam remanſiſſe ob contrarias Dominorum ſententias & opiniones.*
340 *Onus beneficio impoſitum, reale cenſeri.*
431 *Succeſſorem quandoque etiam ad onera præterita teneri & obligatum eſſe.*
432 *Bonorum poſſeſſorem ad onera præteriti temporis teneri,*
433 *Rem enim onere ſuo perſtranſire.*
434 *Decimas non ſolutas etiam in totum repeti poſſe ab eo, qui de præſenti poſſidet.*
435 *Idem de cenſu & penſione cenſeri.*
436 *Succeſſor in beneficio, an teneatur vel hæres, diſcutitur.*
437 *Hæres quando teneatur ad ſolutionem vectigalis præteriti temporis, pro prædio alteri legato.*
438 *Succeſſor in re, non ſucceſſor in hæreditate obligatur.*
438 *Fiſcum contra heredem, vel contra poſſeſſorem agere poſſe.*
440 *Clericorum bona patrimonialia pro mala adminiſtratione rerum eccleſiæ obligari.*
441 *Penſionem ex fructibus eccleſiæ deberi.*
442 *Fructus, quod ſint cauſa debendi, & ſi nulli ſint fructus, nullam extare penſionem remiſſiue.*
443 *Si quid debeatur alicui ex certo genere, quod genere ipſo perempto, & res ipſa deberi deſinat.*
444 *Fructus eccleſiæ pro eo tempore obligari, de quo quis non ſit dominus, minus licere.*
445 *Succeſſori difficile ſcripturas prædeceſſoris habere.*
446 *Solutionem penſionis priuata ſcriptura probari.*
447 *Onera fructuum fructuarium ſequi.*
448 *Fructus percipien. ad collectæ ſolutionem teneri.*
449 *Succeſſorem vero non item.*
450 *Rectorem beneficij non teneri ad decimam papalem integram, non item ad caritatiuum ſubſidium, quando alteri penſio reſeruata ſit.*
451 *Penſionem non tenetur ſoluere qui fructus non percepit.*
452 *Penſiones tot diiudicari quot annis.*
453 *Penſionem quando realem, vel perſonalem diiudicari contingat.*
454 *Debitum ab vno non deberi ab alio ab eo cauſam non haben.*
455 *Hipothecam non induci ex deſignatione ſubſecuta ex fructibus fundi debitum ſolui.*
456 *Decimam, tributum, & penſionem, vario iure cenſeri.*
457 *Penſionarium priuato commodo inniti.*
458 *Actionem directam contra poſſeſſorem pro tributis decurſis & non ſolutis, non competere ſed indirectam.*
459 *Poſſeſſor modernus quando pro tributis decurſis teneatur.*
460 *Penſiones eccleſiaſticas etiam cum regreſſu in euentum non ſolutionis, conſtitui & aſſignari.*
Ratio aſſignatur ad idem.
461 *Regreſſui quando contra ſucceſſorem ex non ſolutione prædeceſſoris locus ſit.*
462 *Regula in præmiſſis cum ſuis limitationibus.*
463 *Succeſſorem in beneficio, non directe ſiquidem, nec indirecte ad ſoluendum penſiones præteriti temporis grauari.*
464 *Limitatio ad idem cum alijs quatuor ſubſequen.*
465 *Hæres defuncti quo caſu ſucceſſorem indemnem ſeruare teneatur.*
466 *Rectoris mors ſuperueniens penſionario impedimentum non præſtat quo minus utatur iure ſibi competen. ſuper regreſſu.*
467 *Moram reſpectu pœnæ, antequam Dominus voluntatem ſuam declaret, quandocunque purgari poſſe.*
468 *Penſionis conſtitutæ & impoſitæ originem a tempore fructuum collectorum incipere.*
466 *Subdito delinquente in fine primi anni, in quo debetur fructus iuriſdictionis & eodem condemnato in ſequenti anno pœnam primo deberi.*
470 *Penſionario qualiter conſultum ſit, prædeceſſoris morte ſuperueniente, fructuum parte collecta, parte uero penden.*
471 *Factum paulo ante, vel paulo poſt, etiam in tempore factum reputari.*
472 *Regreſſui locum eſſe ob non ſolutam penſionem, declaratoriam ſententiam requiri.*
473 *Penſiones decurſas recipiens poſt declaratoriam ſententiam ſuper regreſſu emanatam, quo caſu ſibi præiudicet.*
474 *Penſionem recipiens ab emphiteota, qui iam ceciderat ſine proteſtatione quando ſibi præiudicet remiſſiue.*
475 *Regreſſus pœna ob non ſolutionem, quod ſui natura conditionalis exiſtat.*
477 *Pœnam quando loco alicuius obligationis ſubrogari contingat, alternatiue diiudicari.*
477 *Directus dominus ſi canonem ab emphiteota receperit poſt commiſſam caducitatem, an illam remiſiſſe intelligatur, & quo caſu.*
478 *Communis doctorum ſententia ad idem.*
479 *Bartoli ſententia contra communem refertur, quo cum & Ceracum concurrere, & iſtam communem aſſeren.*
480 *Diſtinctio auctoris in materia præmiſſa, nonnullos caſus diſtinguen.*
481 *Regreſſum fauore penſionarij inductum.*
482 *Regrediendi ius quando remiſſum intelligatur.*
483 *Venditor recipiendo precium poſt lapſum tempus, quod uideatur receſſiſſe a pena contractus, quod res ipſa inempta intelligatur.*
484 *Regula, ſemel excluſus, quod perpetuo excluſus intelligatur.*
485 *Ius ſemel deperditum, ſine nouo titulo aliter non recuperari.*
486 *Titulum in beneficialibus, inſtitutione & collatione, non partium conſenſu acquiri.*
487 *Voluntas in iudicio declarata, quod magis afficiat.*
488 *Sententiam ſi quis patiatur contra ſe ferri, quod aliter moram purgare non poſſit.*
489 *Partium conſenſus quando titulum induat tacite, uel expreſſe.*
490 *Tacita conditio in materia regreſſus ſi volueris qui regredi poteſtatem habet, quo caſu procedat.*
491 *Lex & ſi certa de his, quæ ſunt, de his tamen quæ futura ſunt, ſecus eſt.*
492 *Acceptatione vnius ſi quando renuntiatio alterius inducatur.*
493 *Nouum titulum præſumi, ſi quempiam in beneficio tollerari contingat.*
494 *Titulum prædeceſſoris ſui, quem non teneri iuſtificare.*
495 *Regreſſu ſuſpenſo, penſione, reſeruata quando penſio duret, cum regreſſui locum eſſe contingat.*
496 *Pactum certo tempore reſolutiuum obligationis, adueniente tempore reſolutionis, quod omnis, obligatio interim facta euaneſcat.*
497 *Media pendens ob euentu futurorum.*
498 *Regreſſum regredientem ad eum ſtatum reducere, quo erat ante renuntiationem.*
499 *Regreſſu ſemel ſuſpenſo, perinde eſſe ac ſi beneficium tempore renuntiationis liberum fuiſſet.*
500 *Spoliatum poſtquam dederit mandatum ad renuntiandum, non reſtitui, licet renuntiatio fuerit facta poſt ſpolium.*
501 *Intellectus, capituli ſolicite, & capituli accepta. de reſtitutione ſpoliatorum.*
502 *Tacitum conſenſum non idem operari ſicut expreſſum in præiudialibus.*
503 *Conſenſum fictum, vero non æquiparari, niſi in caſibus expreſſis.*
504 *Voluntatem tacitam, non ſicut expreſſam extendi.*
505 *Principis conceſſionem ſine alterius præiudicio intelligendam.*
506 *Penſio ſi cui denegari contingat, quo remedio ſibi conſultum ſit.*
507 *Penſionarijs curia vſque adeo fauet, ut illam impugnari non permitat, ni ſi adiecta clauſula, ſine retardatione ſolutionis.*
598 *Penſionarium in quaſi poſſeſſione percipiendi exiſtere, qualiter probetur.*
509 *Mandatum non præſumi, niſi probetur, & oſtendatur.*
510 *Procuratorem ſoluere penſionem de ſuo, non vſque quaque præſumen.*
511 *Penſionario neganti penſionem ſolutam, beneficiato uero ſolutum aſſerenti, vtri magis ſtandum ſit.*
512 *Emphiteotæ, non Domino, onus probandi ſolutionem competere.*
513 *Solutione penſionis de præterito quando & in futurum agi poſſit.*
514 *Alimentorum præſtatione facta per triennium obligationis huiuſmodi perpetuationem induci.*
515 *Triennium multum tempus quandoque reputari.*
516 *Triennio ſi quis rem poſſederit, quod ius habere præſumatur.*
517 *Ius feudale per poſſeſſionem triennalem præſumi.*
518 *Tituli penſionis quemcunque capacem reputari, beneficialis vero non item niſi qualitates, requiſitas habuerit:*
519 *Poſſeſſorem beneficij ſoluere penſionem non præſumitur, niſi obligatione præcedente.*
520 *Penſionem ſuperioris tantummodo auctoritate conſtitui & aſſignari.*
521 *Tempus, quod non ſit modus principis auctoritatem inducendi, vel tollendi.*
522 *Redditus eccleſiæ, quod pro neceſſitatibus eccleſiæ, & vſu pauperum liberi præſumantur.*
523 *Priuilegium ſuperioris non niſi ſpatio longiſſimi temporis præſumi.*
524 *Penſio non eſt antequam ſoluatur apud penſionarium niſi per actionem, & ius petendi.*
525 *Penſio, non fructus rei, ſed quadam ciuilis acceſſio diiudicatur.*
526 *Penſio, quantum ad penſionarium attinet, quod in iure conſiſtat, & incorporea exiſtat.*
527 *In præſcriptione iurium incorporalium an neceſſarius ſit titulus iuſtus.*
528 *Præſcriptioni regulę triennalis, quo ad penſionem locum non eſſe.*
529 *Rector ſi dixerit de nullitate penſ. q̄ñ audiatur pẽſione interim nõ ſoluta.*
530 *Penſionis denegatione, ſpolium induci.*
531 *Penſionarius quando teneatur docere de titulo colorat. ad effectum denegatam penſionem conſequendi.*
532 *Titulum ſuæ poſſeſſionis, quod nemo cogatur oſtendere.*
533 *Titulum beneficij dicere ſtilo potius quam rigore iuris inductum.*
534 *Penſionem ſimplici iudicis decreto conſtitui.*
535 *Beneficium onere penſionis grauatum, iuri communi repugnare.*
536 *Beneficia de iure communi libera cenſeri.*
537 *Nouos cenſus, ſeu penſiones imponi, legem non permittere.*
538 *Titulo penſionis uerificato, Iudicem ſuper penſionibus futuris pronuntiare poſſe.*
539 *Superioris auctoritas quando in penſione conſtituenda, neceſſaria ſit.*
540 *Obligatio in forma cameræ ad ſoluen. penſionem, & literas habere pro intimatis, quando ſufficiat.*
541 *Pacto priuatorum iuri publico derogari non poſſe.*
542 *Literis non expeditis, gratiam non ſuffragari, cancellariæ regulis cautum eſt & prouiſum.*
543 *Ratio ad idem, cum gratia ſine literis, res informis exiſtat.*
544 *Penſionem auctoriſate ſua inducere citra bullarum expeditionem permiſſum non eſſe.*

Li-

545 Literis expeditis, noua intimatione opus non eſſe, & ita in practica ſeruari conſueuiſſe.
546 Bona eccleſiarum, quando pro penſione hypothecata cenſeri poſſint.
547 Penſionem ſuper redditibus eccleſiæ conſtitui conſueuiſſe.
548 Dictionem, autem, ſuper iniunctam rei, hypothecam inducere.
549 Penſionem loco alimentorum ſuccedere.
550 Rem, ex qua alimenta ſoluuntur, tacite obligatam cenſeri.
551 Bona eccleſiæ penſione oneratæ ſi alienari contingeret, quando & illorū redditus penſionis oneri ſubijciantur.
552 Rem cum onere ſibi iniuncto in alium tranſire.
553 Rem ex qua datur annua præſtatio, regulariter obligatam non cenſeri.
554 Actionem perſonalem competere pro penſione debita.
555 Fundum hypothecatum non cenſeri, quando relictum ex fundo ad tempus debeatur, ſecus uero ſi perpetuis futuris temporibus.
556 Penſiones non ſimpliciter alimenta reputari tametſi, ut commodius quis ſuſtentari ualeat, aſſignari conſueuerint.
557 Ampliatio ad idem.
558 Penſionis onus potius mixtum, quam ſimpliciter perſonale reputari, cum imponatur perſonę propter rem.
559 Rectore ceſſante in ſolutione, quando penſionarius ad penſiones decurſas, & decurrendas agere poſſit, & valeat.
560 Penſiones tot eſſe, quot annos, & quilibet annus ſuam obligationem habere dicitur.
561 Iudicis auctoritatem ad futuras obligationes non trahi, ſuſtinetur.
562 Impetrans beneficium oneratum penſione, ſi teneatur exprimere valorem beneficij, deducta penſione, vel ſimpliciter quanti redditus valeant.
563 Fructus reputari, ſi qui ſuperſunt oneribus neceſſarijs.
564 Beneficium ſiquis impetrauerit expreſſo valore centum, quod ſit valoris trecent. ſed onere ducent. grauati, quod impetratio huiuſmodi valeat, & teneat.
565 Valor beneficij qualiter probetur, & in iudicium deducatur.
566 Penſionem, onus neceſſarium reputari, cum ſuperioris auctoritate imponi contingat, & tranſeat in ſucceſſores.
567 Beneficij fructus cenſeri, ſi qui penſione ſoluta ſuperſint, ad quamcunque ſummam aſcendant.
568 Penſionem, fructuum partem dici, & reputari, remiſſiue.
569 Diſtinctio ad idem, & quid curia ſeruare conſueuerit.
570 Penſionem, partem fructuum eſſe, improprie dictum, & in ſtatutis locum ſibi non vindicare.
571 Quodque magis fructuum loco ſint, quam quod fructus reputari debeāt.
572 Penſio nō ſoluta quando ad hæredes penſionarij defuncti tranſmittatur.
573 Diſtinctio ad idem.
574 Penſiones poſtquam ceſſerit, & venerit dies ſolutionis, fructibus a ſolo ſeparatis æquiparari.
575 Statuto ſi caueatur quartam partem pœnæ non officiali deberi, quod extendatur & ipſa quarta & ad nomina debitorum.
576 Fructus iuriſdictionis ſi quis emerit, pro vno anno, & in fine anni maleficium committi contigerit, pœna, quæ poſtea e vigere debebitur.
577 Fructus ſi qui extent tempore mortis penſionarij, de quibus adhuc aliter diſpoſitum non appareat, ſucceſſori deberi, non hæredibus penſionarij.
578 Hæredes ſanguinis, in bonis eccleſiæ non ſuccedere, ſed beneficij ſucceſſorem.
579 Succeſſionem hæreditariam in eccleſia Dei locum ſibi non vindicare.
580 Actione ad penſionem cum, ſit mere perſonalis, ad hæredes non tranſire.
581 Quæſita & empta ex fructibus eccleſiæ, non hæredi, ſed eccleſiæ acquiri.
582 Etiam ſi alieno nomine empta ſint.
583 Clericus quando de fructibus eccleſiæ teſtari poſſit & diſponere.
584 Teſtandi facultatem habens de fructib. eccleſiæ, & de penſionibus, quarum dies ſolutionis venerit, teſtari poſſe.
585 Si quando penſionis ſoluendæ nondum venerit dies, ſi de proximo ſit, an habens facultatem teſtandi, diſponat.
586 Penſio de proximo ſoluenda, fructibus a ſolo ſeparatis æquiparatur.
587 Iuris in intellectu iam debita cenſetur.
588 Penſionem in principio anni deberi, cum eadem perſonalis exiſtat.
589 Penſio, ſi pure & ſimpliciter conſtituta ſit, quod ſtatim exigi poſſit.
590 Tempus, quando magis adiectum ſolutionis, quam obligationis cauſa, cenſeri debeat.
591 Intellectus, l. defuncta fructuaria. ff. de vſufruct. Et infra num. 598.
592 Penſio quando pro rata temporis tantum debeatur.
593 Penſionem non deberi, niſi ad cauſam referri contingat.
594 Penſionem ante fructuum perceptionem aliter non deberi.
595 Penſio antequam dies illius ſolutionis ceſſerit, & venerit, quod pendere dicatur, & in hæredes ſiquidem non tranſeat.
596 Dies obligationi adiecta, de re non damnata, ante diem. & de re, quæ tranſit ad hæredes ante diem, non actionem, non etiam obligationem ſuperinde naſci.
597 Fructus beneficiorum in hæredem non tranſire.
598 Solutionis terminus, magis ſolutioni, quam obligationi adiectus, in caſu de quo præmiſſum eſt.
599 Penſiones debitæ vſufructuario, quando ad hæredes tranſmittantur.
600 Operarum fructus ſingulo die percipi.
601 Penſio de quo potiſſimum tempore ſoluenda ſit.
602 Et ſi de certo tempore conuentum ſit, illud ſiquidem attendendum fore & eſſe.
603 Item ſi certa ſit conſuetudo, eadem obſeruari debet & attendi & ſecundum illam in dubio prouiſio facta uidetur.
604 Et in dubio in fine anni deberi fructibus iam collectis.
605 Anni finem in præmiſſis attendi conſueuiſſe.
606 Specie perempta, debitorem liberari.
607 Penſiones ſi quæ debeantur ex fructibus, quod non debeantur, niſi illis recollectis.
608 Penſionem ſemper in fine anni deberi, niſi pactum, vel conſuetudo aliter induxerit.
609 Penſio, quod poſſit ſolui in tribus terminis, dummodo in menſe Ianuarij, quando omnes fructus ſunt collecti, ſit integre perſoluta.
610 Penſionem conſtitutam antequam fructus colligantur, vario iure cenſeri.
611 Rectorem ad penſionem, fructibus non perceptis non teneri.
612 Penſio quo in loco ſoluenda ſit, diſcutitur.
613 Creditorem ſuum ſequi neminem teneri.
614 Penſionem præſtandam eſſe in loco, vbi ſit præſtitus conſenſus nonnullos voluiſſe.
615 Item in loco vbi partes conuenerint ſignanter præſtari debere.
616 Renuntianti beneficium, quando liceat paciſci ſuper penſione conſtituenda citra vitium ſymoniæ.
617 Symonia quando purgari poſſit.
618 Reſcriptum quando ſubreptitium cenſeri debeat in caſu præmiſſo.
619 Penſionem uni beneficium uero alteri conferre & aſſignare, qui poſſit.
620 Penſionem redimere quando liceat, ſeu illam propria auctoritate extinguere.
621 Eccleſiam ſuam exonerare, & eius conditionem meliorem facere, qui poſſint.
622 Penſio poſtquam conſtituta eſt, quod mere temporalis exiſtat, cum eadem in ſolis fructibus conſiſtat.
623 Penſionem merum commodum penſionarij concernere, & ad id conſtitutam cenſeri, & illi ſiquidem renuntiari poſſe.
624 Auctoris opinio in præmiſſis improbantis uiam ad beneficia uendenda.
625 Beneficia ſi quæ vendere uoluerint, quod illa renuntient, penſione reſeruata, & ſub aſſerto prætextu penſionis extinguendæ, ſummam conuentam recipiant.
626 Penſionem non vſq; adeo temporalem cenſeri, quod in ea ſymoniæ vitium cadere poſſit, & cadat.
627 Penſionis ius habendi ad inſtar tituli commenſurari, non ſecus ac ius decimandi, & funerandi, & ſimilium, in quibus ſymoniæ uitium cadat.
628 Penſiones dari, & reſeruari clericis, ut uiuere, & ſtatum ſuum condecenter tenere poſſint, & valeant.
629 Penſiones, citra ſuperioris auctoritatem remitti non poſſe.
630 Diſtinctio ad idem ſi gratis penſionem quis remittere velit, & intendat, aut pretio aliquo perſoluto.
631 Penſionem remittere anticipatis ſi quidem ſolutionibus, non niſi papa, legati, aut epiſcopi licentia fieri poſſe.
632 Ius penſionis, cum ſpirituale, vel ſpirituali annexum ſit, ſine ſuperioris auctoritate alienari non poſſe.
633 Et idem cenſeri in penſione tranſmiſſibili, ut quis eam uendere, vel pecunia transferre minus poſſit, & ualeat.
634 Penſionem tranſlatam, rem omnino prophanam cenſeri, Rotam uoluiſſe.
635 Penſionem ſi quis habuerit cum facultate illam transferendi, etiamſi in ægritudine conſtitutus is ſit, an ſit locus regulæ de infirm. reſignatibus.
636 Penſionem, certo modo beneficium reputari remiſſiue.
637 Penſionem, proprie loquendo, beneficium non reputari.
638 Penſio quando, literis non expeditis, transferri poſſit.
639 Supplicatio cum primum ſignata eſt, quòd gratia perfecta dicatur.
640 Gratia, quòd ſolo uerbo perfecta dicatur, ſecundum Archidiaconi, & Io. Andreę opinionem.
641 Gratiam Principis etiam ſine ſcriptura probari poſſe.
642 Donationem Imperialem, ſcriptura non indigere.
643 Executorum deputationem, quid acceſſorium ad gratiam reputari.
644 Principali poſito, & acceſſorium in effectu iuris poſitum reputari.
645 Executor petitus ad transferendum, quòd merito à Principe datus credi poſſit.
646 Iuriſdictionem etiam ignoranti acquiri.
647 Rotæ opinio in præmiſſis, quodque per pronuntiauerit.
648 Executores, quod poſſint eſſe incerti ſicut res, ſuper quibus petuntur.
649 Gratia literis non expeditis, quod informis exiſtat.
650 Forma dat eſſe rei.
651 Executorem exercere iuriſdictionem quam ignorat, impoſſibile reputari.
652 Gratiam executorem non haben. mortuam reputari.
653 Gratia non operatur vltra mentem, & voluntatem concedentis.
654 Gratiam papæ, literarum expeditioni ſubiectam eſſe.
655 Supplicatione regiſtrata, diſtributio qualiter fiat antequam ad manus partis eadem perueniat.
656 Papam nomen pontificatus ſupplicationi non apponere, ſed literis tantum expediendis.
657 Argumentum a conſuetudine patrisfamilias de iure non improbari.
658 Gratiam pro gratia, literis non expeditis, papam non habere.

Tranſ-

659 *Tranſlationem bonam poſtquam literæ reperiebantur expeditæ de præſenti, maiorem partem Domenorum de Rota ſenſiſſe.*
660 *Gratiam trahi ad diem data etiam literis non expeditis.*
661 *Executores bullarum quando ſint certi & nominatim expreſſi, cuius ſit effectus.*
662 *Transferendi facultas certo iure cuiquam competere, cum illa facultas omnes prælatos mundi executores habeat, ſecundum ſtilum cancellariæ.*
663 *Gratiam non ſuffragari, niſi literis expeditis, alibi diſcuti.*
664 *Penſiones quando cum beneficijs permutari poſſint.*
665 *Penſionem, ſui natura temporalem eſſe, et propterea cum beneficio aliter permutari non poſſe.*
666 *Penſione renunciata, nullum titulum permanere, & fructus cum beneficio conſolidari.*
667 *Penſio ſine cauſa conſtituta, ſi ſalua conſcientia retineri poſſit, remiſſiue.*
668 *Renunciatione facta in fauorem alicuius de duabus eccleſiis cum reſeruatione certæ penſionis ſuper illis, & ceſſione facta vnius, vel alterius, a quo penſio exigenda ſit.*
669 *Quæ olim quæſtio fuerit diſputata prima die, qua auctor Rotam ingreſſus eſt. Quodque concluſum.*
670 *Facto, voluntatem cuiuſque declarari.*
671 *Imputari cuiquam, quodque per ipſum ſteterit vario modo conſiderari.*
672 *Remedium poſſeſſorium quando competat contra penſionem ſoluere recuſantem.*
673 *Ius percipiendi penſionem cum ſit incorporale, in eo non poſſeſſionem, ſed quaſi attendendam fore.*
674 *Penſionis decurſæ ſolutionem denegare, ſpolium inducit, & ad illud reſtitui debet.*
675 *Penſionis inualiditatem non diſcuti niſi adiecta clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis.*
676 *Et ita de ſtilo curiæ ſeruari, ne interim quis ſpoliari dicatur.*
677 *Præmiſſa procedere, & locum ſibi vindicare, quando quis in quaſi poſſeſſione percipiendi penſionem, exiſtat.*
678 *Poſſeſſio percipiendi penſionem quando probari contingat, ſolutionem factam per aſſertum procuratorem.*
679 *Mandatum licet non ita de facili præſumatur in ſoluente tamen penſionem nomine alieno, ſecus eſt.*
680 *Penſio natum ex ſolutione decem annorum quandoque conſtitui.*
681 *Penſio conſtituta & aſſignata ſuper terris biferis, ex quibus uno quoque ſemeſtre fructus percipi contingat, ſi una uel plures reputari debeant.*
682 *Penſionem non ad fructum unius, vel alterius fundi ſimpliciter, ſed generaliter ad fructus annuos referri.*
683 *Verba in ſenſu naturali intelligenda.*
684 *Penſio quomodo finiatur, & quot ſit.*
685 *Penſionem, morte rectoris conſentientis quandoque extingui.*
686 *Penſionem, morte ipſius penſionarij finiri & extingui.*
687 *Præſtationem annuam, pariter & vſumfructum morte finiri.*
688 *Penſio quando debeatur fructibus in totum, vel in parte conſumptis, & non perceptis.*
689 *Fructus quando taxationis, vel demonſtrationis cauſa exprimantur, quo ad penſionum curſum, vario iure cenſeri.*
690 *Penſionem, fructibus non extantibus, non deberi.*
691 *Vbertatem præcedentem, vel ſequentem attendi in caſu præmiſſo.*
692 *Penſionem ceſſare, fructibus ceſſantibus.*
693 *Fructibus, vel eorum parte, notabili caſmate, vel alluuione peremptis, eccleſiam ab onere penſionis perſoluen. exemptam remanere ſuſtinetur, & pro rata ſiquidem.*
694 *Penſionem conſtituentes vltra tertiam vel dimidiam, eccleſiam grauare non intendunt, & ita communiter ſeruari.*
695 *Lomino, quando fructus culpa rectoris perijſſent, quo caſu non pro parte, nec in totum eundem liberari contingeret.*
696 *Item, ſi culpa penſionarij, quo caſu vbertas ſequens vel præcedens nil commode affert.*
697 *Item, alia limitatio refertur, ſi fructus poſtquam recollecti fuerint & in horreo reconditi, deperierint.*
698 *Actio qua penſionario competit fructibus collectis, inducitur, & vitam recipit.*
699 *Penſionum reductione, & moderationes qua nam auctoritate fieri contingat.*
700 *Quodque iudicis auctoritate, & cauſa cognitione præmiſſæ reductiones & moderationes huiuſmodi fieri contingat, refertur.*
701 *Penſionem quando auctis fructibus augeri contingat.*
702 *Rector ſi nimis oppreſſus ſit, quando reductionem petere poſſit.*
703 *Penſio quando nimis oneroſa intelligatur.*
704 *Succeſſorem malefacta prædeceſſoris quandoque emendare.*
705 *Rectori tot fructus ſupereſſe oportere, vt ex illis viuere poſſit.*
706 *Cenſus antiqui, quando modificari poſſint.*
707 *Reductio penſionis quando per papam, parte non citata, fieri poſſit.*
708 *Legatus quando ſit iudex competens in penſione moderanda.*
709 *Legato cui competit facultas penſionem reſeruand. vſque ad tertiam partem fructuum, ſi reſeruet pro dimidia, an penſio ipſa nulla ſit, vel magis reducen. ad tertiam.*
710 *Vtile per inutile quando vitiari contingat.*
711 *Regula, quod potius valeat, &c.*
712 *Penſionem conſtituere, quod ſit actus voluntariæ iuriſdictionis.*
713 *Iuriſdictionem indiuiduam, non excedendam & quando eandem excedi contingat, & in totum vitiari.*
714 *Limitatio ad regulam. Vtile per inutile, non uitiari.*
715 *Bona eccleſiæ in emphiteoſim ad generationem fœmininam conceſſa, quod non valeat, neque teneat etiam quo ad maſculinem.*
716 *Mandati fines excedere non licet.*
717 *Emphiteoſim datam etiam ad generationem vetitam, valere quo ad generationem permiſſam.*
718 *Venditione facta de re prohibita, & permiſſa, quo ad prohibitam tantum retractari.*
719 *Iudicis iuriſdictio limitata in decem, ſi idem pronuntiauerit in viginti, ſuſtinebitur ſententia in decem.*
720 *Intellectus regulæ, ſi quod agitur non valet vt agitur, valeat vt valere poteſt.*
721 *Fructibus eccleſiæ vacan. in totum, vel in parte reſeruatis capitulo, vel alteri loco, an ſucceſſor in beneficio teneatur ad illos fructus non habita ratione penſionis deſuper impoſitæ, vel an ipſa penſio ſubtrahenda ſit.*
722 *Penſionem quando liceat propria auctoritate extinguere.*
723 *Penſionarij, bonis confiſcatis, quando penſionis commodum tranſeat in fiſcum, vel penſionis extinctio inducatur.*
724 *Præmiſſa in fiſco eccleſiaſtico, tantum procedere, & locum ſibi vindicare.*
725 *Bannito penſionem non deberi.*
726 *Banno & morte vſumfructum finiri.*
727 *Vſufructu finito, reconſolidationem cum proprietate induci.*
728 *Penſionem, partem vſusfructus reductiue reputari.*
729 *Tranſmiſſibilia in hæredem extraneum, confiſcatis bonis, in fiſcum non tranſire.*
730 *Patrono priuato iure patronatus ex cauſa delicti, eccleſiam liberam remanere.*
731 *Confiſcatis bonis alicuius ad quorum ſucceſſionem alius vocatus ſit, poſt illius mortem, fiſcum in fructibus ſuccedere, uita durante.*
732 *Fiſcum quoad bonorum commodum, perſonam damnati repreſentare.*
733 *Mortem naturalem ciuili æquiparari.*
734 *Limitatio ad idem in caſibus expreſſis.*
735 *Fiſcum omne commodum pecuniarium damnato competens occupare.*
736 *Vſusfructus ſi qui debeantur monaſterium ingreſſo, monaſterio acquiri, ingreſſi uita durante.*
737 *Vaſallo alienante, feudum, quod eius vita durante alienatio valeat, & teneat.*
738 *Feudi utile dominium in fiſcum tranſire damnati uita durante..*
739 *Monaſterium feudum retinere in certis ſiquidem caſib. donec, & quouſque ingreſſus uixerit.*
740 *Penſionario penſionis diſpoſitio quo caſu interdicta cenſeatur.*
741 *Damnato ſi penſionem transferendi ius competat, an in fiſcum tranſlatum ſit.*
742 *Beneficiorum vacationem morte ciuili non minus quam naturali induci.*
743 *Penſionario militæ effecto, uel ſi uxorem duxerit, quando penſionem uacari contingat.*
744 *Beneficia eccleſiaſtica eo ipſo uacare ſi quis contraria clericatui profeſſioni indulſerit.*
745 *Coniugatum per ſubſtitutum deſeruire non permiſſum.*
746 *Feudum per aſſumptionem clericatus, quando uacari contingat.*
747 *Clericus quando per ſubſtitutum ſeruire poſſit, & ualeat.*
748 *Miles quando clericatus priuilegia perdat.*
749 *Canonicatum penſionis onere non grauari, cum quid ſpirituale exiſtat.*
830 *Canonicatum ſpirituale beneficium cenſeri, quod ſtallum in choro, & locum in capitulo deputari contingat.*
751 *Canonicatum & præbendam in aliquo differre.*
752 *Rem tranſire in aliquem affectionibus ſuis.*
753 *Præbenda canonicalis ſine canonicatu, quando ſtare poſſit.*
754 *Lite pendente ſuper penſione, alimenta litiganti præſtari.*
755 *Litem procedere ſine retardatione penſionis, & non alias.*
756 *Alimenta deberi, quando agatur ad hæreditatem, uel aliquid totum unde quis uiuere debeat & ſibi alimenta parare.*
757 *Ac cuſtodi litis ſumptus deberi.*
658 *Alimenta uxori præſtanda intra annum luctus.*
759 *Monaco cum abbate litiganti, de bonis monaſterij alimenta præſtari.*
760 *Vxori alimenta præſtan. Diuortij cauſa durante.*
761 *Maritus ſi atrociter vxorem ſuam uerberauerit, & eadem propterea a marito receſſerit, quod idem teneatur præſtare alimenta extra domum.*
762 *Limitatio ad idem in caſu, quando mulier, ſua culpa receſſiſſet.*
763 *Penſionario ſi quæ competat actio, quodq; perſonalis & ad rem certam competere dignoſcatur.*
764 *Ius ſemel extinctum non reſurgere, neque reuiuiſcere.*
765 *Fructus in beneficio natos, pro penſione hipothecari.*
766 *Litis expenſas neceſſarias repetari.*
767 *Expenſas in re communi recuperanda factas negotiorum geſtorum actione repeti, æquitate ſuadente.*
768 *Vſumfructuarium, qui ſcotis commodum ex proprietate fructus percipiendo, ad domus reparationem teneri.*
769 *Sententiam inter alios latam, tertio ſi quidem non præiudicare.*

DE

DE PENSIONIBVS.

ARithmeticæ artis magiſtros æmulatus, ſextum hunc li-
brum honorare volui, eccleſiaſticarũ pen-
ſionum in eo materiam tractans, quam cæ-
teris elegantiorem, magisque neceſſariam
1 duxi, †ſi quidem a nullo, quem uiderim, ad
2 amuſſim tractatam, † reperio. Quanquam
non deſint qui memorent Ioan. Bapt. Caccialupum de ea li
3 bellum eleganter conſcripſiſſe. hunc non vidi.† Oſtenſa ta-
men ſunt fragmenta quædam, vbi auctor omnes dicendi ui
4 res effundit in declaranda Rom. pont. auctoritate.† ſi is ſit,
quem fama refert tractatum, ignoro, dimidiatus erat liber.
5 Scio me materiam pene nouam attigiſſe. †in qua præter Fe-
6 linum, qui pauca quædam aggeſſit, † auctorem habeo nemi
nem. legantur noſtra hæc ſine inuidia, & ſi in lucem exierit,
7 † qui ante, vel poſt labores hoſce noſtros, meliora ſcripſerit,
is legatur, noſtra ſitu, & puluere obducta bibliotecarum la-
tebris quærant. ego aliorum ſcripta libenti animo ſuſcipiã,
eroque meorũ æquus iudex. ſolus noſcendæ ueritatis amor
8 ad ſcribendum me impulit.† eademque efficiet, ſi aliter at-
que ſcripſi, compertero, ut mea hæc æternæ obliuioni com-
mendanda curem. Sed iam ad inſtitutum opus uenio, & pro
totius materiæ elucidatione, ſummatim ac breuiter ſtili nõ
oblitus mei, hæc, quę ſequuntur, in dubium reuocabo. Pri-
mo igitur loco dicetur. Quid ſit penſio. Secundo, unde dica-
tur. Tertio, quomodo differat a cenſu, canone, mercede, tri-
buto, publica penſitatione, decima, vſufructu, fructuum per
ceptione, & huiuſmodi. Quarto, quotuplex penſio. Quinto,
quis penſionem cõſtituere poſſit. Sexto, qualiter ſeu qualis.
Septimo, pro quo. Octauo, ex quo. Nono, quis eius ſit conſti
tutæ effectus. Decimo, Quomodo finiatur. Capio igitur pri-
9 mum, & quæro. Quid eſt penſio? †Sol. eſt certa portio, ex ali
qua menſa vel beneficio ad tempus, non in perpetuum ex
cauſa ſeparata, hanc diffin. tradit Laud. & eam ſequũtur An
char. Imo. & cardinalis in clem. 1. §. eadem. de ſupplen. negl.
prælato. & aſſerit cardinalis, hanc diff. concernere penſionẽ,
quatenus eſt commodum temporale, non quatenus eſt titu.
beneficialis. ex quo uidetur inferri, quod penſiones, quæ aſſi-
gnantur vicariis perpetuis ex redditibus monaſteriorum be
neficiorum. ut in cap. extirpandæ. §. quia vero. de præb. non
diffiniantur hic, cum uicariæ huiuſmodi ſint beneficia per-
10 petua, †clem. 1. de offi. vicar. quod eſt imperfecte diffinire. l.
1. ff. de dol. Item, ꝯ iſtã diff. op. in eo qđ dicit certa portio, ex
11 menſa, ſi certa portio, ergo pẽſio ꝯſiſtit in quota reddituũ, †l.
nomẽ filiarũ. §. portionis. ff. de verb. ſig. iun. c. auaritię. & d. §.
qui vero. de præben. At penſio temporalis non poteſt conſti
tui in quota, ne ſequatur beneficij diuiſio. c. niſi. ubi Ancha.
& alii. de præb, Ana. in c. audiuimus, de colluſ. dereg. Et ſi di
xeris diffin. intelligi de penſione perpetua, de qua in clem. 1.
de regu. in cap. prohibemus. de cenſi. tunc dicam uerba diff.
repugnant, quando dicunt. Ad tempus, non in perpetuum
ſeparata. Item, inquantum dicitur ad tempus ſeparata, uide
tur innui facta ſectio, ergo male, per ea, quæ ſuperius dixi.
Item, op. quod penſio eſt etiam ex domo, uel alia re locata. l.
ſi tibi. & per totum. ff. loc. & tñ non eſt ex menſa beneficij.
vt igitur eſſent contraria, poteſt ſic diffiniri. Penſio eſt an-
nua præſtatio, impoſita beneficio ſuper prouẽtibus, eius per-
12 petuo, uel ad tempus ex qualitate cauſæ. †Iſta diffinitio eſt fa
cta propter penſiones beneficiorum, de quib. tractare inten
dimus, & ideo ultima oppoſitio ceſſat. Annua præſtatio. quia
ſiue conſiſtat in quota, ſiue in quantitate, præſtari debet ſin-
ſingulis annis per rectorem eccleſiæ beneficio, ad differen-
tiam aliarum penſionum ſuper prouentibus, hoc ideo, quia
penſio habet relationem ad fructus beneficij, ut inferius di-
cam. Ex præmiſſis autem oriuntur duæ qq. Prima q. Vtrum
penſio poſſit cõſtitui ſuper quota fructuum, Secunda, an ſu-
per diſtributionibus quotidianis. Prima q. eſt utilis propter
legatos habentes auctoritatem reſeruandi penſiones pro re
ſignantibus non excedentes medietatem fructuum. An poſ
13 ſit loco penſionis reſeruare fructus, †talis fundi, vel medieta
tem fructuum indiſtincte. Ana. in cap. per tuas. l'vltimo, de
Simo. & doctor. in cap. niſi. uidentur tenere penſionem non
poſſe conſtitui, niſi in quantitate præſtanda a rectore benefi
14 cij † propter text. ibi. quando dicit. Toleramus ut ad præſta-
tionem 40. non dignitas, ſed perſona prioris maneat onera-
ta, ne forte circa prouentus uideatur facta aliqua ſectio. Ad
quod facit, quia quando aliquis habet certam partem fru-
15 ctuum, non dicitur penſionarius, ſed ſocius, † & ſic uidetur
facta diuiſio. Bar. in l. ſi merces. §. uis maior. in 1. not. ff. loc. &
in l. ſi apes. in 1. colum. ff. eod. Quando autem aliquid venit
præſtandum de manu rectoris, obligatio eſt perſonalis. l. Ga
ius. ff. de ante. le. de quo aliquid infr. Tu tamen attende, quia
hoc videtur imponere legem uerbis, cum non referat, ſiue aſ
ſignentur penſionario certi fructus aſcendẽtes ad 10. vel 20.
annua. cum omnino penſio ſit loco fructuum. l. mercedis. ff.
de petit. hære. nam penſiones, quæ dantur Vicariis perpetuis.
16 poſſunt conſiſtere in quantitate † & in quota. cap. Auaritiæ. c.
extirpandę. §. qui uero, de præben. Ad. cap. Niſi. poteſt reſpõ-
deri, quod ibi non attenditur quod penſio ſit magis in quota
quam in quantitate, ſed tranſitus in ſucceſſorem. quoniam
tũc uideretur facta diuiſio fructuum pro illo tempore, quod
non eſt inconueniens in caſu noſtro, quia purgatur auctori-
tate ſuperioris. cap. ueniens. de tranſac. cogita tamen, quia
communiter practicatur ut ſit in quantitate. Circa ſecundã
q. dicendum eſt, penſionem ſuper quotidianis diſtributioni-
17 bus non poſſe conſtitui. † quoniam penſio eſt ſoluenda ex fru
ctibus beneficii, quotidianæ uero diſtributiones, non imputã
18 tur in fructibus, †neque in valore beneficii † cum ſint mer-
19 ces quotidiani laboris † ſecundum no. in cap. unico, de cler.
20 non reſi. in 6. Quod firmant Old. conſil. 117. & Ioan. And. in
Rub. de conceſſ. pręben. Rot. deciſ. 134. in no. & 766. in Ant.
Fely. in capit. Ad aures. uerſic. 13. conclu. de reſcr. dicentes,
ideo non eſſe habendam mentionem de diſtributionib. quo
tidianis in literis ad beneficia, quia non conſtituunt fructus
beneficii. qua ratione Domi. in conſi. 85. dixit. Decimas non
21 eſſe ſoluendas ex quotidianis diſtributionibus. † quapropter
licet ſtudium theologiæ ſit alias priuilegiatum in fructibus
in abſentia percipiendis, tamen quotidianæ diſtributiones
22 non debentur. † Sed quid dicemus quando ultra quotidianas
23 diſtributiones, ſunt alii redditus communes, † qui diuiduntur
inter eos, qui interſunt certis temporibus, an ſuper iſtis poſ-
ſit conſtitui penſio? Et uidetur dicendum poſſe, quoniam
24 redditus huiuſmodi imputantur in valore beneficij † ſecun-
dum imo. in d. capitulo dilectus. de præbend. Contrarium ta
men uoluit Rot. in cauſa canonicatus Sancti Petri, uolens,
quod ubicunque requiritur certum ſeruitium ad conſequẽ
25 dum fructus, ſuper illis non poſſit conſtitui penſio, † quia non
imputantur in fructibus. quod uidentur tenere Doct. in cap.
dilectus. & in capit. licet. de præbend. & in cap. tuæ. de cleric.
non reſid. in quantum repræhendunt Imo. Et pro illis facit
ratio. cap. unici. quia ſi dantur tales fructus pro ſeruitio certi
diei uel horæ, dicuntur merces illius diei, ſicut aliæ diſtribu
tiones dicuntur merces quotidiani laboris. nam idem iuris de
26 parte, quod de toto † l. Quæ de tota. ff. de rei uendic. Inſtabãt
tamen aliqui quod licet diſtributiones quotidianæ habeant
hoc ſpeciale priuilegium, ut efficiantur ſeruientis, & nõ im
27 putetur ob illam rationem diurni ſeruitij, † tamen hoc non
procedit in aliis communibus redditibus, qui non dãtur mo-
re, ratione quotidiani laboris, cum huic ſatisfiat ex quotidia-
nis diſtributionibus, ſed ut honoretur magis aliqua dies, &
ut canonici quandoque conueniant ad negotia ſua tractan-
28 da. † vnde illa perceptio illius diei excedit terminos conſide-
randi merum laborem. quin intendit dare fructus, ſed exigit
illam intereſſentiam, quæ tamen non commenſuratur ad
fructus. Et hoc eſt de natura omnium beneficiorum, ut
ratione ſeruitij impenſi uel impendendi dentur beneficiorũ
29 redditus, † c. cum ſecundum. de præben. cap. conquerente. de
cle. non reſi. Satis .n. eſt qđ is potuiſſet, ſi voluiſſet paruo ne-
gotio fructus ſuo pcipere, & ſi p ipſum ſtetit, remanet pſona
liter obligatus. Ad hanc partem facit deciſ. Abb. in capitulo
de cætero. de cleric. non reſid. in fi. Quando dicit quod cleri-
30 co ſeruienti epiſcopo, debentur fructus menſæ groſſæ † & per
31 omnia alia, quæ ſunt ultra diſtributiones quotidianas. † quo-
32 niam talia imputãtur in fructibus, qui debentur abſenti. † Fa-
cit etiam extrauagan. Ioan. 22. quę incipit. Cum nonnullæ
perſonę. & facit Deciſ. Biſg. prima. Et Deciſio glo. & Card. in
cap. licet de præben. in eo quod dicunt etiam diſtributiones
imputari in fructibus, quando non ſunt præbendæ, alii red-
ditus, quam diſtributiones, ne conceſſio principis reddatur
eluſoria. Non auderem tamen ex his recedere ab opin. Rotę
33 quia ponderatur cauſa intereſſentiæ in diuinis. Vnde quacũ
que appellatione noſcentur, ea quæ dãtur ratione intereſſen-
tiæ ad diuina, ea non ueniunt in fructibus. unde Imo. in dicto
capitulo licet, declarando glo. ibi, nititur probare, quod pri
uilegium ampliatum pro ſtudente in theologia, ab illa gl. erat
ob fructus qui percipiebantur a reſidentibus, & ponderat ra-
tionem, de qua ſupra. Res tamen non eſt ſine dubitatione
ſed reſeruans penſionem huiuſmodi prudenter aget, ſi rem
omnem ſuperiori explicabit. Ex præmiſſis inferuntur duo.
primum, quod condemnatus per ſententiam ad reſtituendũ
34 fructus perceptos, & percipiendos, † vt accidit in uiolento
poſſ. ſecundum Rot. deciſ. 25. in nou. non tenebitur reſtitue
re diſtributiones quotidianas, quæ nullo modo debẽtur ab-
35 ſenti, † d. c. 1. de cler. non reſid. in 6. Secundum quod quam-
uis impetrans teneatur facere mentionem de fructibus ma-
le perceptis, non tenebitur facere mẽtionem de diſtributio-
ni-

36 nibus perceptis. † quod pro nunc non affirmo. quia non eſt
materia noſtra. Circa ſecundum principale quæſitum, vnde
37 dicatur penſio? Dicitur a pendeo, es, † quia formaliter pēdet
38 a beneficio † ſicut uſusfr. a proprietate. † c. fin. de pigno. c. poſ-
39 ſeſſiones 16. q. 1. ita dicunt Lau. Car. & Imo. in clem. 1. § eadē.
de ſuppl. negl. prælat. Declaratio hæc ridicula eſt. quia pen-
ſio dicitur a pendeo, nō ea ratione, quia dependeat, ſed quia
ſoluitur, ſeu præſtatur, eſt pendere, ſit ſoluere, & penſio qua-
40 ſi ſolutio. † l. ſi legatum. ff. de annuis leg. l. 1. ff. ſi ager vect. uel
emph. pet. Sed omiſſis relinquantur quæſtiones huiuſmodi,
41 † & an, a, penſione penſionarius latine dicatur. † quandoqui-
42 dem, valla ob id acerrime reprehendit Antoniū Rauden-
43 ſem, † aſſerens etiam cenſum nihil cõmune habere cum penſio
44 ne, † & tantum ſignificare redditus annuos alicuius. uerum
nos aptamus uerba rebus, non res uerbis. Circa tertium prin
cipale quæſitum, eſt ſciendum quod cenſus ſecundum Roſ
fre. Beneuent. in ſumma iuris cano. tit. de cenſi. eſt quædam
45 præſtatio, quæ a perſona, ſeu prædiis percipien. † & hæc diffi-
nitio ſecundū leges. unde etiam homines ſoluunt cenſum
vt C. de agric. & cenſi. lib. 11. Canoniſtæ autem, quod rei no-
ſtræ aptius eſt, diffiniunt cenſum eſſe annuam penſionem,
46 quæ de prouentib. eccleſiæ præſtatur epiſcopo. † ut per Goff.
& Hoſt. in ſum. & Arch. in c. quæſitum. 1. q. 3. & dixit Hoſt. ꝙ
quicquid annuatim præſtatur in quantitatem vel ſumma, po-
teſt dici cenſus. Et ſecundum iſtud, penſio eſſet idem quod
47 cenſus. † quod ſatis videntur innuere iura dicentia antiquas
penſiones non poſſe augeri, cum tamen loquantur de cenſi
bus, ut in c. præterea. c. cum canonici de cenſ. Sed proprie lo
quendo, non eſt idem, cum cenſus arguat ſubiectionem rei
vel perſonæ penſio vero non ſic. ideo latius patet, cum om-
48 nis cenſus poſſit dici penſio, † non ecõtra. primum probatur
in c. 2. de cenſ. & ff. de cenſi. per totum. & C. de agri. & cenſi.
lib. 11. Et eſt cenſus idem quod tributum, & publica penſita-
49 tio, † ut dicit glo. in rubr. de cenſ. lib. 11. & probatur in d. c. 2. de
cenſi. & in l. ætatem. in l forma. § ſi vero. & in l. cum poſſeſ-
ſor § 1. in fi. ff. de cenſ. de quo etiam tract. in c. fi. de cau. poſſ.
& propriet. & in c. ſi papa. de priuil. in 6. & in c. præterea. el 2.
de tranſac. & ideo. Bal. in l. 3. C. de natu. li. dixit quod ex ſolu
tione cenſus, probatur caſtrum uel uillam eſſe de territorio
50 † cum igitur ea ſolutione penſionis non arguatur ſubiectio
neceſſario. ſed merum ius illius præſtationis exigendæ, appa
ret penſionem a cenſu, tributo, & penſitatione publica dif
51 ferre † vt genus a ſpecie. Canon vero dicitur penſio debita ex
52 re locata in emphiteoſim, † c. potuit. c. propter ſterilitatem.
de locat. & habet etiam hoc inſtar tributi. l. 2. §. ſin autem.
C. de iur. emph. ubi neque apocas domino tributorum red-
diderit nam in caſibus vbi ſoluitur canon, dominium dire-
53 ctum eſt penes eum, qui canonem recipit † vt in locis præal
leg. quod non eſt de natura rei, ex qua præſtatur penſio. De-
54 cima uero quid ſit, † late patet in toto ti. de decimis & in cap.
reuertimini. 16. quæſt. 1. Vſusf. etiam longe differt a penſio
55 ne. † quia uſufructuarius ex ſe percipit fructus ex re aliena.
56 † ut in § 1. inſtit. eo. penſionarius uero recipit de manu domi
ni. Item a fructuum perceptione, quę eſt, qñ conceditur al-
cui ut capiat fructus certæ rei, non tñ uſumfructū. ideo nec
57 ciuilē nec naturalē rei poſſ. † ut late per card. in cle. 1. in § ue
ro. in 2. q. de reb. eccl. non alien. ut etiam dicimus de annuo
58 legato, quod ab uſufr. differt † l. in annalibus. C. de lega. cum
l. anhua. ff. de an. leg. de quibus tamen uide not. anter. 10 l.
ſi quis ita. ff de uſufr. leg. ex quibus omnibus conſtat quid a
penſione noſtra differant hij termini, cum penſio latius om
59 nibus pateat, † & dicatur penſio etiam merces rei locatæ,
60 † glo. in l. quæſitum. ff. de pigno. l. mercedis. ff. de petit. hæred.
Circa quartum quotuplex ſit penſio. Reſpondetur penſionē
61 eſſe duplicem, † licitam, & illicitam † ſecundum Laur. Card.
62 & Imol. in d. clem. 1 § eadem. Sed hęc diuiſio non ſumitur
63 ex propriis, cum poſſit conuenire omni diſpoſitioni, † ſed ab
accidente aliis communicabili. ideo aliqui dixerunt, cum
64 cauſa & ſine cauſa, ſed laborat eodem morbo. † Dic igitur
65 aliter duplex eſt penſio, una, quæ ex re mea, † altera, quæ ex
re aliena. Quæ ex re mea datur, quando locaui domum fun-
dumue ad tempus, uel in emphiteoſim perpetuam. l. ſi tibi.
l. ſi quis fundum. ff loc. Ex re aliena in hoc uenjūt cenſus pro
prie dicti, quando concedens nihil iuris præter cenſum illū
66 retinuit. † ad ea quæ tradit Imo. in c. audientiam. de reb. ec-
cleſ. non alienan. no. in c. conſtitutis de relig. domi. & in hoc
concludunt, penſiones, quæ reſeruantur alicui in beneficiis
reſignatis. Item quæ dantur ab uno beneficio alteri perpe-
tuo. nam earum rerum, ex quibus datur penſio, non eſt do-
minus, qui accipit illā. De hoc ultimo penſionis genere erit
67 ſermo quod etiam ſubdiuiditur, † quia quædam temporalis
68 eſt penſio, quædam perpetua. † Temporalis, quæ datur ad tē-
pus ex redditibus beneficii, perpetua, quæ perpetuo datur,
& eſt quando ex redditibus unius beneficii datur penſio al-
teri, ut ex illa uiuat rector. de qua ibi. c. extirpandæ. § qui ue
ro. de præb. in c. 2. eod. tit. in 6. & in clem. 1. de regu. in c. pro-
hibemus, de cenſ. De iſta ultima nō tractabimus, niſi pro in
ſtructione materiæ. De prima erit omnis noſtra diſputatio,
cum penſiones, de quibus crebra eſt in noſtro auditorio me
moria, ſint illæ, quæ reſeruantur ſuper beneficiis, quorum ti
tulus eſt apud alium. Venio ad quintum, & quæro. Quis pen
69 ſionem ſuper iſtis conſtituere poſſit? † pro reſolutione mate
riæ fient aliquæ concluſ. Prima conclu. Obtinens beneficiū
70 non poteſt illud auctoritate propria penſionib. onerare. † c.
niſi. de præb. c. præterea. de cenſi. cap. de cætero. de tranſact.
Secunda concluſ. papa conſtituit, aſſignat, & reſeruat penſio
71 nem ſuper beneficiis, † ut placet. capit. licet. de præbend. in 6.
72 Sed dubitatur, an inuito rectore proprio? † credo non poſſe
ſine cauſa. glo. in cap. 1. 10. diſtin. Car. in conſ. 141. nam acce-
ptans beneficium ſibi collatum, uidetur per quaſi cõtractū
73 ſe obligare ad adminiſtrationem illius. † capit. niſi cum pri-
dem. § uerum. de renun. ideo cum habeatur beneficium ex
quaſi contractu, non poteſt princeps illum pro arbitrio ſuo
74 priuare † Si tamen uellet priuare ex cauſa uera uel præſum-
75 pta, † eo quod ſemper in principe pręſumitur cauſa, † tene-
76 tur de alio æquiualente prouidere, per doctor. Innoc. in d. c.
niſi cum pridem. & late tradit Felyn. in cap. quæ in eccleſia-
rum. col. 16. de conſtitu. ſi igitur non poteſt adimere totum
beneficium, ergo nec partem eius. l. quę de tota. ff. de rei vē-
di. quod ſatis admittit glo. in d. cap. 1. 10. diſtin. Et hoc ſi pen
ſio conſtituatur pro perſona, tanto magis ſi pro alia eccle-
ſia, inferendo perpetuum præiudicium vni eccleſię. Archid.
glo. & Domi. in d. c. 1. de hoc tamen uide Felyn. qui lautiſſime
attingit. ca. ad audientiam. el 2. de reſcr. in 5. 6 7. & 8. colum.
Tertia conclu. legatus, epiſcopus, & etiam iudices, pro bono
77 pacis, & ex cauſa, poſſunt eccleſiam pēſionibus onerare. † &
78 ad tempus & perpetuo, † c. niſi de præb. cap. ad quęſtiones. de
rer. permut. vbi in permutatione eccleſiarum epiſcopus or-
dinat, ut monaſterium quod accepit pinguiorem eccleſiā,
79 det penſionem alteri. † facit capit. cum ueniſſent. de reſtitut.
ſpoliat. ubi ex decreto archiepiſcopi rector beneficii ſolue-
bat penſionem alteri. probat text. a contrario. in capit. audi-
uimus. de colluſ. deteg. capitu. ueniens. capitu. de cætero. de
tranſact. inquantum damnantur illę penſiones, quæ ſine ſu
80 periorum ſuorum auctoritate conſtitutæ ſunt † ad hoc. ca-
pit. de rectoribus. capit. tua nos. de cleric ęgro. ubi auctorita
81 te epiſcopi datur portio redditum coadiutori † facit capit.
conſtitutus. de relig. domi. ubi epiſcopus reſeruat cenſum ſi
ue penſionem pro eccleſia quam alteri ſubijcit. & ibi de ma
teria iſta. facit capit Iohannes, de cler. coniug. in fi. cap. admo
net. de renunt. cap. ſtudeat. 50. diſtinct. & extrauag. Io 22. quę
incipit. ex debito. tenet hoc Oldrad. conſil. 226. Quidam epi-
ſcopus. & Anchar. conſil. incipiente. Quęſtio proponitur, &
iſta eſt indubitata & uera conclu. tot auctoritatibus com-
probata, quamuis Felyn. in cap. ad audientiam. de reſcr. egre
probet illam, dicēs cupere ſe habere pinguiores deciſiones.
Sed nodum in ſcirpo quærit. Nam ceſſante omni auctorita-
te, ſtat ratio quod epiſcopus eſt moderator generalis in be-
neficiis ſuæ dięceſis, niſi eius poteſtas aliquo ſpeciali iure co
82 arctetur. † c. nouerint. 10. q. 1. c. a. oēs baſilicæ 16 q. 7. Poteſt. n.
epiſcopus adimere uni eccleſiæ & dare alteri, quando cauſa
83 ſubeſt, † ut declarat Ro. conſ. 369 col. 7. uerſ. tertio uidemus.
concurrentib. tamen ut ibi per illum tribus, conſenſu capi.
84 cauſa iuſta, & ꝙ non inferatur enorme præiuditium. † & di
cit Abb. in c. conquerente. de cler. non reſi. ꝙ epiſcopus po-
teſt conſtituere beneficium pro clerico in eccleſia egente
miniſtro, & aſſignare penſionem ex redditibus illius. dum-
modo tantum remaneat principali unde viuere poſſit. Ex
quo aperitur uia, ut unaquęque eccleſia habeat clericum
85 beneficiatum † iuxta not. in c. ut quiſque. de uit. & hon. cler.
& idem Abb. in c. expoſuiſti. in ultimo not. de præb. fatetur
epiſcopum poſſe augere præbendam pauperem, aſſignan-
do illi penſionem ſuper alia eccleſia habundante ſuæ dioece
86 ſis cum conſenſu cap. † quod poſſet non ſolum pro canoni-
cis ſed pro quibuſcunque dignitatibus. Quia epiſcopus po-
teſt auferre uni eccleſiæ exuberanti, & dare alteri indigen-
87 ti, cum unica ſit eccleſia † cap. loquitur. 24. quæſtio. 1. dicit B.
Thom quod ſicut membra ualida occurrunt debilitati alio
88 rum inualidorum pro ſubſtentatione totius corporis, † ita
fieri oportet in eccleſiis. Qua ratione dicimus præſcriptionē
89 decimarum poſſe allegari inter ipſas eccleſias, † quia non
multum refert quæ ipſas habeat. Abb. in c. tua nobis. in 2. co
lum. de deci. dicens quod tunc non exeunt de dominio ec-
cleſiæ. Fallit tamē, quando epiſcopus uel legatus uellet hoc
90 facere ſine cauſa, vel non uocato rectore, † quia cum ſit alie
91 nationis ſpecies, † non poteſt fieri non uocato defenſore.
92 clemen. ſi una. de reb. eccleſ. non alienan. Steph. in clem. 1. §.
eadem de ſupl. negli. prela. Quod tamen ſublimita, niſi co-

93 currerent tria,† de quibus per Abb. in c. conſtitutus. de relig.
domi. & in c. ad audientiam de eccle. ædif. tunc enim ſine re
ctoris conſenſu poſſet auferre uni, & dare alteri eccleſiæ. Itē
dubitatur, an eo caſu quo legatus poteſt conſtituere penſio-
94 nem, habendus ſit patroni conſenſus. † Ita q. poteſt intelligi
in caſu, vbi legatus poteſt diſponere de beneficio patronali,
vt quia ex præſumptione, vel priuilegio, vel quia clericorū,
ut diximus in materia collationis, & tunc ſi volunt, & cauſa
ſubeſt. patronus nō eſt uocandus. ſed ſi ſumus in caſu ubi nō
poteſt derogare. q. erit duplex. Primo, an poſſit reſeruare pē
ſionē abſque noua prouiſione benefici i, vt quia uelit de con
ſenſu rectoris aſſignare penſionem clerico indigenti. ſecun-
da quando prouidet de beneficio de conſenſu patroni, & ap
ponit penſionem patrono ignorante, exemplū. Titius renun
tiat in fauorem. S. beneficium in manibus legati reſeruata
penſione. 20 duc. legatus prouidet. S. accedente conſenſu pa
troni laici. patronus ignarus penſionis, conſentit prouiſioni.
In hac 2. q. exiſtimo penſionem valere, ex eo, ꝙ non agitur
de præiudicio patroni, ſed ipſius rectoris cuius ſunt fructus,
unde ſuccedit reg. ꝙ epiſcopus diſponit de eccleſiis etiā pa-
tronalibus, in caſibus, quando non fit præiudicium patrono.
95 Feder. conſ. 95. ſuper dubitationum articulis in 2. col. Abb.
in c. ſugeſtum. de iure patro. ad quod faciunt multa, quę cu
mulat Rocc. in tract. de iure patro. in ueri. honorificum q. 3.
poſtquam igitur patrono reſeruat præſentatio ſua, nihil ad
illum. c. nobis. de iure patro. Solum obſtat quod patrono de-
96 bentur alimēta. † c. piæ mentis. c. filiis. 16. q. 7. Et tunc reſpon-
detur, quod quando euenict caſus alimentorum, penſio nō
nocebit propter anteriorē hypotecam ad l. potior. l. qui bal-
neum. ff. qui pot. in pig. hab. Circa primam autem. dubito ex
alio; quia uidetur quod penſio non poſſit conſtitui ſine cau-
ſa, exiſtente tamē aliqua ex cauſis in dicendis, etiam hoc ca-
97 ſu ſuſtinebitur penſio ſine patrono. † Ex quibus infero, quod
licet ſecundum tenorem prouiſionis, ſit habendus conſen-
98 ſus medieta. patronorum, † ſatis erit habere illum reſpectu
prouiſionis, non reſpectu penſionis. quia renunciatio hodie
99 eſt iuſta cauſa penſionis imponendæ, † ut dicam in ſequenti
membro. Nunc, quia diximus penſionem non poſſe imponi
a legato uel epiſcopo ſine cauſa, quæritur quæ ſint cauſæ iu-
100 ſtæ imponendæ penſionis? † Reſpondetur ſeptem cauſas iu-
101 ſtas imponendæ penſionis conſideratas a iure. † Paupertas.
Neceſſitas. Subrogatio. Seruitium. Titulus. Diminſio. Reſer-
uatio. Quæ qualia ſint, ſingula declarabo. paupertas clerici,
eſt iuſta cauſa ut ſibi poſſit aſſignari de redditibus eccleſiæ,
102 † ne in opprobrium ordinis clericalis mendicet. † c. diaconi.
103 96. diſtin. debet enim epiſcopus eſſe omnium pauperum pa
104 ter, † & in eos erogare bona eccleſiarum, † c. peruenit. 74. di-
105 ſtinct. c. aurum. habet eccleſia. c. gloria, c. multi. 12. q. 1. tanto
ſpecialius pauperum clericorum, quibus ſpecialius deben-
106 tur redditus eccleſiæ. † c. cum ſecundum, de præb. Et intelli-
gitur alias pauper, nō ideo, quia ſit omnino mendicans, ſed
qui ſecundum ſuorum natalium ſtatum, vel gradus condi-
107 tionem in aliquo ſuſtentatione eget. † caſus eſt ſecundum
Bal. in l. ſi quis ad declinādam. C. de epiſ. & cler. quod etiam
accedere poteſt ex qualitate loci, & ægritudinis. quare idem
redditus apud unum, faciet eum diuitem apud alium paupe
rem. attendetur ergo qualitas clerici, an nobilis, an literatus
108 cum iſtis enim ius can. largius agit. † c. de multa. de præben.
tamen quando clericus eſt beneficiatus, licet non habeat ſuf-
109 ficientes redditus, non poteſt conqueri de epiſcopo. † cum
110 imputandum ſit illi, qui ſterilem uxorem accepit. † ca. con-
querente. de cler. nō reſi. c. j. de celeb. miſſ. ad hoc quære. Cle
ricus unus ualde eget, alius habet beneficium opulentum,
an epiſcopus poſſit onerare illum penſione pauperi clerico
111 eroganda? conſentiente rectore, poterit † penſionem conſti
tuere. nolente vero, ex officio compellent epiſcopus, uel le-
gatus ſubuenire alterius inopiæ de his, quę a decentia victus
112 eius ſuperant, tar. in d. c. ſicut. 87. diſtin. & in c. aurum habet
eccleſia. Nec credāt iſti helluones, & patrimonii Chriſti de-
uoratores, licere ſibi cū primū & ſtercore erecti ſunt, mulas
argento ornare ſericis veſtiri, ſplendentia auro laquearia, &
parietes ſuperbis auleis perſonatos incolere, ſatellitū caterua
ſtipari, dum pauper clericus mēdicat in plateis, & hone
ſtæ ac melioris alioqui uitæ ſacerdotes in domini lege ver-
ſati, etiam victui neceſſariis indigēt, coacti mercenaria ope-
113 ra ab iſtis eccleſiaſticorum redditunm deuoratoribus, † ple-
runque infamiſſimis, & peſſimis uiris perexiguam ſtipem
quærere. auferet igitur qui iuriſdictioni præeſt, etiam ab hi-
ſce inuitis, & egenti præbebit. Et iſta cauſa penſionis conſti-
tuendæ ſaltem rectore conſentiente, eſt iuſtior quam cauſa
114 renuntiationis, quę hodie pro iuſta canonizatur. † & tamen
fit communiter mille præcedentibus pactionibus ſimonia-
cis. quod placet Anan. in capitu. non ſatiſ. de Simo. & facit
ratio, quia ſi epiſcopus pro clerico ordinando poteſt de con
ſenſu rectoris onerare beneficium ad præſtanda alimenta,
115 vt infra, tanto magis pro ordinato, quia turpius eiicit; quam
116 non admittitur hoſpes, † c. & ſi Chriſtus. de iureiur. Nec ob.
conſ. Old. 226. quia loquitur de penſione aſſignata laico, ex
qua eccleſia grauiter lędebatur. Et hec exiſtimo vera, etiam
ſi talis penſio aſſignaretur conſanguineo clerico valde indi
117 genti, vel ſtudiis literarum incumbenti. † cū epiſcopi etiam
pauperibus conſanguineis de eccleſiæ redditibus ſubuenire
poſſint c. relatū. de teſtam. Nec ſtatim ideo præſumit fraus,
118 quia ſit conſanguineus uel nepos. † niſi aliter de fraude con-
ſtet. l. quoties. §. qui dolum. ff. de prob. c. 2. de renun. in 6. ad di
ctum Abb. & Feli. in c. ad audientiam. de reſcr. quę contra-
riari uidentur, dic ꝙ procedunt quando penſio conſtituitur
pro nepote ex cauſa renuntiationis de beneficio, cuius erat
incapax; vel quando non ſuberat cauſa præcedens. Hęc quo
que indigentiæ cauſa facit, ut reueren. cardinalibus iuſte aſ-
ſignētur penſiones ſuper eccleſiis, & monaſteriis, honeſtius
quam commendentur, cum ex cōmendis oriatur eccleſia-
119 rum ruina. † ut per Abb. in c. non ſatiſ. in fi. de Simo.

Neceſsitas item quando eccleſia indiget miniſtris, vel alias patitur defectum miniſtrorū,
120 poteſt epiſcopus, ex redditibus eccleſiæ conſtituere penſio-
121 nes pro nouis clericis. Abb. in c. conquerente. de cler. non re
ſid. & in c. ad audientiam. de eccle. ædi. Et iſta eſt generalis
122 reg. quod ut eccleſiæ neceſſitati occurratur, † nedū legatus,
ſed epiſcopus omnia poteſt, quæ non ſunt ei ſpecialiter, &
expreſſe etiā in caſu neceſſitatis denegata. ideo card. in cle.
1. q. 29. de reb. eccle. non alien. dixit, ꝙ imminente eccleſiæ ne-
123 ceſſitate, poterat alienari eius res inconſulto papa, † de quo
per Feli. in c. cum acceſſiſſent. col. 9. & 10. de conſtit. & in c.
quærelam. in ult. col. de iureiur. vbi in materia neceſsitatis,
124 & quæ eius ratione cōcedantur, multa accumulat, † & nos
aliquid diximus in materia plura litatis beneficiorum, & di
cemus in materia diſpenſationum infra concluſ. 14.

Subrogatio, hoc euenit quando rector principalis habens eccleſiam vnitā,
non poteſt illi deſeruire, ſed cogitur in ea vicarium ponere,
125 qui loco ſui animarū curā gerat. † tunc pro vicario illo epi-
126 ſcopus conſtituet penſionem eidem ſoluendam. † d. c. extir-
pandę. §. qui vero. de præbend. cap. 1. cap. ſuper eo. cod. tit. in
6. quamuis poſſent etiam tales uicarii percipere numeroſos
127 fructus, & dare penſionem rectori principali, † ſecundum
ea, quæ no. in c. auaritiæ. de præben.

Seruitium, quod aliquis mere, & liberaliter impendit eccleſiæ, eſt iuſta
128 cauſa, ut pro eo poſſit cōſtitui penſio. † vt quando datur ma
giſtro ludi, cantori &c. quod magis dicitur eſſe loco ſtipen-
dii, ut per doctor. in capit. cum m, de conſtit. in clem. 1. §. ea-
dem. de ſup. neg. prælat. Item, poteſt exemplificari in epiſco-
po, qui alicui benemerito ſui poteſt aſſignare annuos reddi
129 tus de bonis eccleſiæ, † cap. poſſeſſiones. & per totum. 16. quę
ſtio. 1. cap. quicunque ſuffragio. 12. quæſt. 2. no. in cap. fraterni
tatem de donat. Felin. in cap. ad audientiam. in 2. colum. Et
penſiones huiuſmodi, ſiue redditus aſſignati alicui pro bene
meritis, & ſi regulariter non excedant uitam prælati dantis,
tamen ſi conſtet ſeruitium pro quo datur fuiſſe in euidentē
utilitatem eccleſiæ penſio huiuſmodi obligabit ſucceſſorē,
130 † Bonif. Vitell. in clemen. 1. in 5. colum. de rebus eccleſ. non
alien. quod eſt valde notandum. vide opulens conſilium. Ol
drad. in conſil. 226.

Titulus, item dicimus iuſte permitti ut vnus ordinetur ad titulum beneficij alicu
131 ius ipſo permittente. † tunc enim ut ſic promotus alimenta
ri poſſit, conſtituetur penſio ex redditibus huiuſmodi benefi
cii. doct. in cap. poſtulaſti. de iure patro. cap. per tuas. ult. cap.
penult. de Simo. cap. conquerente. de cleric. non reſid. At ru
unum obſtet no. de iſta practica ordinandi aliquem ad titu
lum beneficii alterius, quia valde diſſonat regulis canonū,
132 & ſanctorum patrum. † Nam iſte ſic ordinatus dicitur habe
re titulum in eccleſia alterius, cum nemo ordinetur ſine ti-
133 tulo. † c. epiſcopus. c. cum ſecūdum. de præb. ergo erunt duo
intitulati in eadem eccleſia. contra. c. maiorib. c. tuę. c. dilecto.
de præb. Item cum non ſit æquum, huc ordinatum men
dicare poſt obitum eius, qui conſenſit, etiam ſucceſſor obli
gabitur. & tamen regulariter ex facto prædeceſſoris, non de
134 bet obligari. c. j. de ſolut. † Item, quia ſeu voces titulum, ſiue
penſionem ſiue ſubſtentationem, id quod huic promoto cō
ceditur, omnino erit alienatio, poſtquam datur ad vitā eius,
qui poteſt uiuere multis annis. ad no. in l. fi. C. de ſacroſanc.
eccleſ. ergo uetita, & improbata. cap. nulli. cap. ſi quis presby
terorū. de reb. eccl. non alien. in extrauag. Pauli II. ambitio-
ſe. Item obſtant quæ communiter tradunt doct. in c. nulli. de
præb. dicentes epiſcopum ex quacunq; cauſa non poſſe con
135 ſtituere penſionem quæ tranſeat ad ſucceſſores, † de quo
tamen

tamen inferius dicam. Quare exiſtimarũt aliqui c. poſtulaſti.
136 c. per tuas. & alia huiuſmodi, non recte intellecta a doct. † ad
uertendum tamen, ꝙ iſte titulus, ad quem promouetur cle-
ricus, poteſt eſſe de re prophana, & proprio patrimonio, de
quo deinde in literis ad beneficia non tenetur facere men-
137 tionẽ. † ut per Biſ. deciſ. 11. de præb. Nec eſt neceſſe, ꝙ quan-
do habens patrimonium ordinatur, dicat ad titulum patri-
138 monii. ſed ſatis eſt quod illud habeat, & erit loco tit. † Abb.
in c. cuis. in 1. no. & in 1. gl. de præb. ubi etiam declarat, an or
139 dinatus ad titulum patrimonii poſſit illud alienare. † Item
aduerte, ꝙ ſi ordinandus dicat ſe habere patrimonium ſuffi
140 ciens, & non habeat, ordinans non tenetur, † ſecundum An
ton. in c. non liceat. de præb. Imo ibidem contra, quia ordi-
nator debebat diligenter inueſtigare, cum clericus non poſ
141 ſit huic priuilegio renuntiare † Philip. ibi defendit opin. An.
& dicit Ana. in d. c. per tuas, ꝙ ordinato ad titulum beneficij
142 alterius, vr̃ conſtitutum beneficium in eadem eccleſia. † iñ
143 non poterit partem petere, ne videatur facta ſectio. Item ſic
ordinatus tenetur ſeruire in illo beneficio, a quo habuit ti-
144 tulum pro ordinib. † Et ſi ſucceſſor nimis grauaretur, poſſet
ſe exonerare, & epiſcopus vel hæredes præſentãtis teneren-
145 tur ei ſubuenire, † ut per Ant. & Ana. in d. c. per tuas. qđ mul
tum eneruat contraria, de quib. ſup. Et quid ſi ille, qui con-
ſenſit ut clericus promoueretur ad titulũ beneficii, fecit pa-
ctum cum ſic promoto, ne peteretur aliquid ab eo, an ſit ſi-
monia, & per quem poſſit diſpenſari, uide Alex. in c. qui ſtu-
det. col. 4. 1. q. 1. dicentem eſſe ſimoniam circa ordines tamẽ
diſpenſabilem per epiſcopum.

Dimiſsio iuſta cauſa penſionis conſtituendę exi
ſtimatur, qñ quis dimittit. i. renũ-
146 tiat beneficium in manib. papæ, legati, vel epiſcopi. † vel ẽt
quando renuntiaret, liti, & cauſæ. nam tunc ſemper penſio
reſeruat̃ ex illa generali clau. Ne ex reſignatione huiuſmodi
147 nimium diſpendium patiatur. † Immo etiam qñ aliquis ob
demerita priuatur beneficio, põt ei reſeruari penſio, ut exin
148 de uiuat, ne mendicet in opprobriũ ordinis clericalis. † Spe-
cu. in tit. de diſpen. §. nunc ſequitur, verſ. 54. cui adſtipulatur
Io. Bert. in trac. de epiſ. li. 4. uer. 46. vide Feli. in d. c. ad audien
tiam. col. 2. verſ. ſecunda concl. Fallit, qñ aſſignaretur penſio
ex cauſa renuntiationis illi, qui alias erat incapax beneficii,
& propterea nullũ ius habebat in illo. tunc. n. ad obuiandũ
fraudibus, quas facere poſſent epiſcopi, propter nepotes in-
149 capaces, talis penſio non dicitur habere iuſtam cauſam † Ab
bas quem ibi ſequitur Felin. in capit. ad audientiam. de re-
ſcript. & in capit. extirpandæ. §. qui uero. de præbend. Item,
quia tunc illa clauſu. Ne ex reſignatione diſpendium pa-
150 tiatur. redditur falſa. † nam dicitur pati diſpendium qui
renuntiat rei, cuius eſt incapax, † l. manumiſſiones. ff. de
151 inſtit. & iure. Quod eſt utile ſcire, quia quandoque pont.
reuocant renuntiationes, quę emanauerunt ex cauſa non
oneroſa. ſi enim conſtat nullum ius competiiſſe, cauſa non
152 dicitur fuiſſe oneroſa. † Rota tamen ſolet iudicare cau-
ſam oneroſam, quandocunque aliquis dimitit poſſeſ. quaſi
153 illa ſemp det aliquid cõmodi. † l. Res alienas. C. de rei. uend.
capit. ſi a ſede. de præben. in 6. Sed quid dicemus de eo qui re
154 nuntiat beneficio, quod habet in commendã? † Reſpon. ſi eſt
commenda perpetua, ut fit hodie, iuſta erit cauſa conſtituẽ-
dæ penſionis, quia talis commenda habet effectum directi
155 tit. † ut dixi in materia commendæ. hoc tenet Alex. in ſum.
1. q. 13. colum. 2. Ana. in capit. non ſatis. in 2. colu. de Simon.
Item quæritur, an legatus poſsit aſsignare penſionem loco
alimentorum clerico ægrotanti conſentienti, & alius ſubſti-
156 tuatur ei in totũ? † Sol. ſi ęgritudo erat perpetua, epſ tãto ma
gis legatus põt ſubſtituere in totũ clerico ęgrotãti, & ꝓ ægro
to decernere alimenta donec vixerit. quod fieri poteſt aucto
157 ritate legis & ſuperioris. † c. tua nos. ſecundum vnum intel-
158 lectum, quem ibi approbat. Abb. de cleri. ægro. † in fi. quod
perpetuo no. quia limitantur multa iura.

159 Reſeruatio. Quando ab initio, † laicus vel alius do
nans rem eccleſiæ, reſeruauit ſibi pen-
ſionem, illa fuit iuſta cauſa, quia antequam res ſit eccleſię po
160 teſt dominus apponere onus quodlibet, † l. in re mandata. C.
161 mand. quæ poſtea ad eccleſiam tranſit cum onere ſuo. † cap.
ęleu hericus. 18. q. 2. per Abb. in c. quãto, de cenſ. & põt exem
plificari in eo, qui donauit fundum eccleſię reſeruatis ſibi ali
162 mentis. † de quo per Cy. & alios. in l. 2. C. de iure Emphit. Ab.
in c. exhibita. in fi. de re. permut. ubi dubitat quid dicendum
163 quando fundus perit caſmate, uel alluuione † Circa præmiſ-
ſa tñ aduerte in quantũ dixi renuntiationẽ eſſe iuſtã cauſam
penſionis conſtituendæ, quia non eo attinet, ut coram lega-
to, uel epõ poſsit peti admitti renuntiationẽ, & reſeruari pen
164 ſionẽ, ſicut fit corã papa, † q̃a eſſet Simonia, cũ renũciatio de-
165 beat eſſe libera. † c. admonet. de renunt. c. quam pio. 1. quęſt. 7.
ſed quod legatus, uel epiſcopus ex officio ſuo poteſt reſer-
uare penſionem pro renuntiante, quæ penſio deinde, an obli
166 get ſucceſſorem, † dicetur loco ſuo. Secundo quæro, an lega
tus poſſit reſeruare fructus beneficiorum uacaturorum ad
certum uſum, Dicendum eſt poſſe, † ea tamen lege, ne ti-
167 tulus ſit inutilis apud rectorem. ut ſcilicet relinquantur
168 neceſſaria pro miniſtris, † Spec. hoc titulo. §. nunc tractemus
Domi. in cap. Si propter, de reſcrip. in 6. Si enim epiſcopus ſta
tutum uel conſuetudo id efficere poteſt. Abb. in cap. primo.
ut eccle. benef. tradunt doct. in d. cap. ſi propter, tanto magis
legatus. quod affirmant Ioan. And. & Archid. in cap. primo.
de exceſſ. prælat. in 6. Collect. in cap. tua in 6. quæſt. de verb.
ſig. De iſta autem reſeruatione fructuum, habemus quatuor
169 extrauag. † Ioan. 22. tres in tit. de præb. quorum initia ſunt.
Poſtulaſti. Nonnullę. quarta eſt in titulo. Ne ſed. uac. ſuſce-
pti. quæ reſeruatio afficit etiam fructus beneficiorum uacã-
170 tium in curia, uel aliter quomocunque reſeruatorum. † Rot.
deciſ. 669. in ant dicens beneficium cenſeri nõ uacare in cu-
171 ria quo ad iſtos fructus. † An autem epiſcopus poſsit reſerua-
172 re fructus huiuſmodi pro ſe uel menſa ſua. † late per Ab. ubi
173 ſupra ponentem etiã, an requiratur conſenſus patroni. † An
beneficium oneratum una penſione, poſsit onerari alia? Sol.
quantum ad intentionem papæ, in dubio non præſumitur ꝙ
uoluerit. ar. c. mandatum. de reſc. tamen ſi vult, poteſt. de le-
gato, & epiſcopo credo ꝙ ad uitã conſentientis poſsit fieri,
alias nõ. ad hoc reg. ſcienti. fallit tamen quando non ſupereſ
ſent redditus pro miniſtris ſubſtentandis. uide quæ dicam in
fra. §. 5. q. 7. Capio ſextum principale quęſitum, quod eſt qua
174 liter penſio conſtitui poſſit, † pro cuius expeditione quęritur
de multis. Primo quęritur, an penſio poſſit dari clerico per le
175 gatum, uel epiſcopum ſub cõditione, † ut cum primum ha-
buerit beneficium cenſeatur Caſſa. hoc eſt conſtitui poſſit
176 penſio, donec beneficium habuerit? † Sol. ſi inter partes hoc
177 conuenit, ut ſequatur renuntiatio, Simonia eſt, † cum renũ
178 ciatio debeat eſſe libera. † capit. ex parte, el primo. de offi. de
leg. in uerſic. omnino. ita concludit Roma. conſ. 359. dicens
hanc eſſe quaſi permutationem temporalis cum ſpirituali.
179 quæ a iure damnatur, † c. ſi. c. ad quęſtiones. de rer. perm. Sed
iſtę rationes Rom. concludunt etiam ſi penſio ſimpliciter ꝑ-
180 mitteretur. † quia tunc inducitur Simonia. de quo dicam in
fra. §. pen. q. 23. quęſtio autem noſtra eſt, an ſuppoſito quod
penſio alias licite conſtituatur, ideo vitietur ex eo quod ap-
ponitur huiuſmodi conditio reſolutiua penſionis in euentũ
adepti beneficij. & credo penſionẽ ualere, quia pẽſiones hu-
181 iuſmodi ex ſui natura non ſunt perpetuæ, † vt concludunt
omnes in capit. niſi. & reſeruantur clerico ut ex his uiuere
182 poſſit. † unde congruum eſt ut habito alio beneficio ceſſet
183 penſio. hoc tenent. Ioan. And. in cap. ſi tibi conceſſo. de præ-
ben. in 6. & collect. in cap. qualiter. de cler. non reſid. quando
diſputant. quęſt. de epiſcopo qui promiſit dare decem mar-
cas mihi, donec fuero aſſecutus beneficium eiuſdem ual. an
ſufficiat habere beneficium, quod non deductis onerib. aſcẽ
dat ad eam ſummam. & in terminis. quæſt. noſtrę tenẽt. Gu
liel. Genel. Card. in clem. 1. de reb. eccle. non alien. & ibi Bo
nif. in 5. col. quia aſſignatio huiuſmodi penſionis nõ eſt cõdi
184 tionalis, ſed ad tempus. † Secundo quæro, uſque ad quam
185 ſummam conſtitui poſſit, † Sol. † ſi loquimur de penſionibus,
186 quæ dantur uicariis perpetuis, ea debet eſſe talis, ut exinde vi
187 uere poſſit uicarius. † capitulo primo. de præb. in 6. & in c. ex
tirpandę. §. qui vero. Si loquimur de penſione rerum tempo
ralium, illa eſt iuſta. de qua conuenit. alias quę. xx. annis
188 æquat ſortẽ. † Auten. de non aliena §. ſi uero alicuius. glo. fi.
in Aut. Perpetua. C. de ſacroſanct. eccle. Si de penſionibus
beneficiorum, de quibus eſt ſermo. dicẽdum eſt, quod olim
communis obſeruatio curiæ, erat, quod non excederet ter-
189 tiam partem fructuum. pro qua practica, eſt † text. in capitu.
quatuor. cap. de redditibus. capit. cognouimus. 12. quæſtio-
ne ſecunda. vt de illa quarta portione pauperum, quæ hodie
eſt tertia, poſtquam epiſcopi habent ſuos redditus, diſponi
poſſit etiam per epiſcopum, hodie curia dat, dummodo nõ
190 excedat medietatem. † & etiam ultra medietatem, ſed com-
191 ponitur, † de his quæ pertinent ad moderationem. & limi-
192 tationem penſionum, † dicam infra. §. ultimo. Tertio quæro,
legatus habet in facultatibus, vt conſtituere poſsit penſio-
nem integrã ſoluendam annis ſingulis &c. ſub cenſuris, &
pœnis alias conſuetis. & alias ad id de partium conſenſu ſta-
tuẽdis. An poſsit apponere clau. regreſſus in euentũ nõ ſolu-
193 tionis? † Et vr̃ dicẽdũ poſſe, quia legatus ſm iſtam facultatem
apponit pœnas conſuetas ꝯ non ſoluentes. Iſta eſt pœna cõ
ſueta. igitur &c. ad qđ facit, quia facultates legatorum relatæ
194 ad perſonam eius, ſunt late interpretandæ, † c. in his. de priui.
Domi. in c. 1. de fil. presbi. Et habet opi. æquitatem iuris, qm̃
cauſa renuntiationis eſt tam recepta pro legitima in pẽſione
conſtituenda. unde ſi non ſequitur cauſa, propter quã dimiſi
beneficiũ. i. penſionis ſolutio. renuntiatio debet haberi pro

Infecta.c.ſi beneficia.de præben.in 6.c.1.de rer.permut.eo.
tit.& facit totus titulus de condi.ob cau.Hæc tamen opi.eſt
periculoſa,quia aperiret facile uiam, ut coram legato con
195 cederentur: egreſſus.† Nam uolens habere regreſſum in be
neficiis,quæ renuntiaret nepoti,reſeruaret penſionem, quã
deinde nepos non ſolueret.unde in omnem euentum mor-
tis nepotis ex ui illius clauſ. patruus retineret beneficium.
196 † & idem poſſet procurari in quibuſcunque renuntiationi-
bus.unde propter odium iuris ad uacatura, forſan practica
non admitteret hanc extenſionem.& maxime etiam, quia
non ſemper datur regreſſus.ſed pro elucidatione huius. q.eſ
ſet diſcutienda alia, An regreſſus conceſſus alicui in euentũ
nõ ſolutionis penſionis, hēat locũ ꝯ ſucceſſorē in beneficio,
197 qñ penſionarius tacuit uiuente illo,q debebat ſoluere.† ſi te
nemus nõ habere locũ ꝯ ſucceſſorē,ceſſabit fraus.de qua.in
q.ſpræcedenti,& parum referet quod legatus apponat illam
clau. Et uidetur non habere locum regreſſum, quaſi uolen
te,& conſentiente penſionario,ille non ſoluerit. quare con-
tra illum, qui ſuccedit, non poteſt iuuari, niſi conſtituatur
198 in mora.†ad hoc l.ſi ita legatum,§.illi ſi uolet. ff.de lega.1.
& faciunt quæ tradunt doc.de eo qui cecidit ab amphiteos.
in c.potuit.de locat. Raphael.Commens.in conſi. 164. ſicut
etiam dicimus de feudo quod ſi dominus uiuente vaſallo,
qui commiſit culpam, tacuit,mortuo.ipſo non poteſt agere
199 ad priuationē feudi. † Io.An.in addit.ad Spec.in tit.de feu.
§.fi.& Raphael in loco præalleg.nam culpa defuncti non ex
200 tenditur ad hæredem.†glo.in l.fi.C.de reuo.don.in l.omni-
modo.C.de inoff.teſt.c.fi. de donat.ubi uoluit,quod ſi donãs
non reuocauit donationem pp ingratitudinem donatarii
201 uiuente eo non poteſt eam reuocare.† quã gl.ibi ſequuntur
Doc.ad hæc tex.in l.his ſolis.C.de reuo.don.de materia,uide
infra par.9.q.14.Quarto quæro,an ex ui huius facultatis poſ
ſit reſeruare penſionem exemptam a decimis, & aliis oneri-
202 bus?†Et uidetur poſſe pp illud uerbum, integre perſoluen-
dis de partium conſenſu. nam conſenſus partium, & legati
203 auctoritas,omnia iſta poſſunt.†Nam non diceretur integre
204 ſoluere,ſi decimas ſolueret. †l.fi.& ibi no.C.ad leg.Falc.l.2.
§.ad filiorũ C.quando,& qui. quarta pars deb.lib. 10.& ſcien
205 ti non fit iniuria,†ut in reg.ſcienti.Sed huic concl.obſtat de
ciſio Ang.in §.ſi expreſſim.in auct.de hæred.& Falc.& in au
cten.ſed cum teſtator. C.ad leg.Falc.& Ro.in auct.ſimiliter.
C.eo.quando dicunt ꝙ. Licet teſtator mandauerit legata in
tegre ſolui,tamen locus erit falcidiæ, ſi illam expreſſe nõ ue
tuit.quia uerbum,integre,non excludit id quod a iure dedu
206 citur.†l.ſi totam.ff.ad Treb.l.cum uirum.ubi no.C.de fidei-
com.eſt bonus tex.in c.licet.de pręben.ubi quamuis mande
tur alicui ſolui integros prouentus præbendę in abſentia,ta
men non debentur diſtributiones quotidianæ. Verũ ad om
nia iſta potes reſpondere,quod procedunt quando nõ expri
mitur hic autem exprimitur de decimis.de quo in ſequenti
q.Quinto quæritur,quid ſi conuentum eſt de penſione inte
gre ſoluenda,abſque eo,ꝙ dicatur, quod ſit exempta a deci
mis.an ſoluens poſſit deducere decimas,& etiam onera ne-
207 ceſſaria fructibus colligendis? †Et uidetur nulla onera de-
ducenda.quoniam penſionarius habet actionē perſonalem
208 aduerſus poſſ.beneficii, † & conſequenter onera etiam ne-
ceſſaria pro re, non ſunt deducenda cum ſpectent ad poſſ.l.
patrimonii.l.fundi trebatiani. ff.de vſufr. l.Gaius. ff.de ann.
leg.l.defuncta fructuaria.ff.de uſuf. quæ ratio concludit ſiue
dicatur integre,ſiue non.tanto magis quando exprimitur ꝙ
integre,poſtquam de natura penſionis eſt,quod ſit ſine one-
re. Dici poſſet,quod aut onera ſunt cũ ipſis fructib.aut extra
ipſos,ſi cum ipſis, non detrahuntur regulariter. l.fundi Tre-
batiani,cum reliquis, quoniam fructus dicuntur qui ſuper-
209 ſunt deductis expenſis pro illis habēdis neceſſarii.†l.fructus.
ff.ſol.mat.quod uerum,niſi penſio excederet.de quo dicam
infra.§.ult. Si uero onera ſunt extra fructus,diſtingue. Aut
210 ſunt onera certa, & ordinaria, † ut quia decima uel cenſus
ab antiquo impoſiti, aut incerta, & extraordinaria,ut quan
do papa imponeret decimam extraordinariam propter ex-
peditionē in turcas, vel alia de cauſa, uel quia epiſcopus pe-
teret caritatiuum ſubſidiũ. Si primo modo, eſt animaduer-
tendum, quod ſi cõſtituens noluit grauare eccleſiam niſi ad
certam partem reddituũ,puta tertiam, vel dimidiam, ſi de-
tractis oneribus,& ſoluta penſione remanent duæ tertiæ re
ctori, quomodocunque concepta ſint verba penſionis,pen-
ſionarius non tenetur ad illa onera propter naturam penſio
211 nis,cui non repugnat uериſimilis intentio cõſtituentis. † Qđ
ſi deductis onerib.illis,non ſuperant fructus ſecundum quo
212 tam deſignatam,†quin notabilis eſt læſio.quod forſan one
ra huiuſmodi abſorbent reliquum fructuum, vel paulo mi-
nus,ita ut rector exinde viuere non poſſit, poterit rector im
plorando officium iudicis,petere penſionem huiuſmodi re-
213 duci iuxta ſtilum conſuetum.†directam.n.actionē non ha-
bet qui ad id conſentit. ad ea quæ tradit Aegl.deciſ.673.684.
214 dixi aũt notabilis lęſio,quia leuis lęſio nõ conſideratur.†l.ſi
uno.§.quidam.l.ſi merces.§.uis maior.ff.locat.ſicut alias dici
215 ſolet,ꝙ de minimis non eſt curandum.†ut eleganter tradit
Roff.in opere libelli iuris cano.tit.de cenſ.§.nũc uideamus.
At conſtituens,qui potuit uoluit grauare in certa quantita
te omnino,ēt ſi apprehenderet oēs fructus.uide quæ dicam
ibi.§.fin.q.2. Sed ſi onera hæc ſint extraordinaria,dic ꝙ aut
ualde extraordinaria & inſolita, & tunc ēt ſi dictũ ſit ꝙ pen-
ſio huiuſmodi ſit exempta a decimis,non tñ erit exempta ab
116 his quę inſolitæ ſunt,†ſicut alias dicimus. Quod licet in con
tractu remittatur caſus fortius, non tñ remittitur inſolitus
217 & inopinatus.†l.fiſtulas.§.fi.vbi gl.in uerſ.immoderata.ff.
de cõtrah.emp.Bar.in l.Seio.§.medico. ff.de an.leg.& ratio,
quia in decimis habetur reſpectus ad fructus, pēſio intrat lo
218 cum fructuum,& dicitur quaſi ex re. † Bal.in l.ſi traditio.in
fi.C.de act.emp. Si uero ſunt extraordinaria nõ tamen inſo
lita,ſi ſit expreſſum ꝙ penſio ſit exempta, erit exempta,alias
non,quum penſio,ut dixi ſit ex fructibus,& ad rationem fru
219 ctuum moderanda.†ſecundum Abb.in capit.prohibemus.
de cenſ. propterea Bald.in l. hactenus. ff. de vſufruct.di-
220 cit penſionarium in effectu uſufructuarium. † Vſufructua-
221 rius autem ſentit onera tributorum & decimarum. †l.ne-
que.ff.de impen.in reb.doc.fac. Abb.in d.c.prohibemus.&
in terminis tenet glo.in cle.2.in uerſ.ſi beneficiorũ. in fi.de
deci.qñ dicit,ꝙ etiam fructus reſeruati,fuiſſent comprehē-
ſi ſub onere decimarum, niſi fuiſſent excepti.quod etiam fir
mat Belenc.in trac.de caritatiuo ſubſidio.q.37.dicens recto
rem beneficii non teneri ad integram decimam papalem,
qñ alius percipiebat penſionem. Quid aũt de oneribus,quæ
222 ſunt propter ſeruitia beneficii, †vt quia teneor ponere ca-
pellanum in abſentia?Sol.onera huiuſmodi non attenuant
quantitatem,aut ualorem reddituũ, cum inſit onus hoc ip-
ſo iure.& pp ſeruitia huiuſmodi dentur fructus. c. qualiter.
vbi doc.de cler.non reſi.ideo non afficit penſionem,niſi ſm
ea,quæ dicam.in §.fi.infra. Intellige quæ dixi de penſione q̃
datur alicui loco beneficii, ſecus forſan in ea quæ datur lo-
223 co ſtipendii temporalis,†quia illa non ſubiicitur decimis pa
pæ.arg.c cum dilectus.de iu.pat. eſſet tñ cõſideranda cauſa,
ex qua datur, & an papa in decimis ſuis voluerit talia inclu-
di,alias quid ſi eccleſia haberet oēs miniſtros ſtipendiarios,
& nihil aliud ſupereſſet,quamuis dici poſſet ꝙ onus decimę
224 ſpectabit ad eccleſiã,& ſtipendiarij integrũ ꝯñr † pp naturã
ꝯctus.de materia.uide Old.conſ.167.Sexto quęritur,an lega
tus ſimili facultate munitus conſtituat penſionē cum facul
225 tate transferendi,†Sol.quia non ꝯſueuit cõiter apponi,non
veniet,præſertim quia iſta eſt ſpecies hęreditariæ ſucceſſio-
226 nis quæ in Dei eccleſia non debet habere locum.†c.apoſto
licos.8.q.1.c.ex tranſmiſſa.de renunc. Septimo quæritur,an
penſio ꝯſtituta ſuper eccleſia,alia penſione onerata, ualeat,
227 Sol. ſi non exprimitur in literis papæ, non ualet pp duplex
onus.c.mandatum.de reſcr.Nec.n.onerata eccleſia ulterius
onerari debet.l.tam de mentis.C.de epiſ.& cle.l.Diuus.ff.de
off.præſid.Eſt.n.qualitas hæc, quæ expreſſa potuiſſet moue-
228 re principem, ideo uitiat literas ipſo iure.† c.ſuper literis.c.
in noſtra.c.poſtulaſti.de reſcr. facit Dec.Old.conſ.22.in ult.
229 q.Nã ſurreptio in beneficialib. vitiat ipſo iure. † Abb.in c.
ad audientiã.el 1.& in c.capitulum.de reſc. vnde infertur ꝙ
licet ſm reg.cancellariæ teneamur facere mentionē de red
230 ditib,beneficiorum,& ēt de penſione†ſm Abb.in c. ad au-
231 dientiam.tñ de tali penſione non erit habenda mentio.†ad
tradita per Abb.in d.c.in noſtra. & hoc qñ penſionē non per
cipiebam.uide inf.in 9.par.Sed quid dicemus, ſi renuntio be
neficio,quod ego ignorabã eſſe oneratũ alia penſione,& re-
232 ſeruo mihi in penſionē,†ſi pēſio erit nulla,an ero deceptus,
qui alias renuntiaturus non eram? An regrediar ad benefi-
cium meum ex ęquitate.c.ſi beneficia.de præb.in 6.& c.j.de
rer.permu.eo.lib. Ad hæc dicendum,ꝙ regreſſus non dabit,
quoniam ęquitas illorum textuũ non trahitur ad caſus non
exceptos, ut ibi dicunt doctor. Nec etiam patitur ratio ut
qui renuntiauit hoc prætextu perdat beneficiũ & penſionē.
Vide dici poſſet,ꝙ penſio non eſſet nulla ipſo iure, ſed ope
233 except.†cum penſio non ſit beneficiũ niſi large loquendo.
234 †Abb.in d.c.ad audientiam. Et nullitas ipſo iure non indu-
citur,niſi exprimatur. qm̃ anullatio huiuſmodi cum effectu
eſt pęna, cum adimat fructus, quorum partis loco penſionē
235 ſibi reſeruauerat.†ad ea quæ tradit Peruſ.in c.fi. de elec.in 6.
col.2. Pęna autem ipſo iure nõ inducitur, niſi lex exprimat.
236 †Bal.in aut.ex teſtamēto.C.de ſecun.nup. per tex. in §.cum
igitur.in auth.de non elig.ſec.nub.Alexan.in l.etiam.§. 1.in
2.col. ff.ſolu.matrimo. Item,quia quando annullatio actus
reſpicit tantũ fauorem perſonę,nullitas eſt ope exceptionis,
237 non ipſo iure. † l.ſi quis in conſcribendo. C.de pact.ideo re-
ſcripta ad lites ubi de partis cõmodo, vel incommodo agi-
tur

238 tur ſunt nulla ope exceptionis non ipſo iure.†Abb.in c.capi
tulum.de reſcr.Do.in c.1.eo.ti.in 6.Feli.in c.cum Bertoldus.
de re iud.cum igitur penſio cōcernat commodũ fructuum,
qui hodie ex conſuetudine acquiruntur per eccleſiarum re-
239 ctores,†ad no.in c.præſenti.de offi.ord.nullitas erit volente
rectore.rector aũt qui ſemel conſenſit, non pōt contradice-
240 re,†ergo &c. & ſi dixeris,errauit conſentiendo penſioni,er-
go non conſenſit,ſubiungere qui renuntiauit,errauit renun-
cians, quia non credidit penſionem ſuam impediri.ideo di-
ſtinguere forſan non eſſet indecens, aut renuntians ſciuit
aliam penſionem,aut ignorauit.Venio ad ſeptimum,& quę
ro pro quo poſſit cōſtitui penſio?Sol.pro omnib.clericis,qui
241 ſunt beneficiorum capaces,† qm̃ ſi poteſt dari beneficium,
tanto magis penſio, ut notiſſimum eſt.pro rei elucidatione
242 quæritur primo.An penſio poſſit reſeruari pro laico?†Sol.
poteſt dari laico ſeruienti eccleſiæ, ut dixi ſupra.§.5.in uerſ.
ſeruitiũ.Secundo quęritur,an requirat penſio certã ętatem?
243 †Sol.ſi loquimur de ea, quæ datur clericis,ſatis eſt ꝙ ſint cle
ricali caractare inſigniti, ēt ſi eſſet beneficiũ ſm opi.de qua
in §.10.infra. Tertio quæritur,an penſio poſſit conſtitui pro
244 religioſo,†reſignante beneficiũ regulari,uel aliter.Iſta quæ
ſtio fuit agitata in rota in cauſa unius militis hieroſolimita
ni,qui habebat penſionem, & agebatur ad nullitatem eius
maior pars dominorum inclinauit quod penſio eſſet nulla,
moti primo. Quod milites hieroſolimitani profiterētur tria
245 ſubſtantialia in manib. prælatorum ſuorum,† ideo non po-
246 terant retinere proprium,†c.nolo. c.non dicatis.12.q.1.c.ſu
per quadam.de ſtat.reg. & hoc adeo uerũ eſt, ꝙ nec ēt papa
247 poteſt in hoc diſpenſare,eo ꝙ uoto aſtringuntur.†c.cum ad
monaſterium.eod.tit.nec ualet conſuetudo in contrarium,
248 ut late concludit Cal.in conſ.1.de ſtat.regu.& doc.in d.c.cũ
ad monaſteriũ.Quare cum penſionarius faciat fructus ſuos,
249 & conſiſtat penſio in mera temporalitate.†ad trad.per Feli.
& Abb.in c.ad audientiã. de reſcr.religioſus huiuſmodi nō
250 erit capax eius. quamuis prius fuerit capax tituli beneficia-
251 lis.†quoniam beneficiũ habet vt adminiſtrator,† c.2.de do-
na.non autem ex hoc ſit habilis ut habeat proprium ſicut di
cimus de religioſo facto ep̃o, ꝙ quantuis habilitetur ad ad-
miniſtrandum bona epiſcopatus, tñ ob hoc non efficitur ca
pax ut habeat proprium,cum nec hæreditatem habere,nec
252 teſtari poſſit.†glo.in c.quia tua.12.q.1.Thom.2.2.q.168.art.
253 vltimo,& diſputando concludit Io.de Turre Crem.in c.nul
li.in 5.q.12.q.2.Et ideo ſecundum veriorem opin.de qua di
cam infra.de poteſtate leg. in exemptos, lib.8.quamuis re-
ligioſus per epiſcopum poſſit aſſummi ad eccleſiam cura-
tam,non poterit aſſummi ad canonicatus vel ſimplex bene
254 ficium non habens adminiſtrationẽ.†aliqui tamen fuerunt
in contrario voto,cum quib. ego fui, ꝙ miles hieroſolimi-
255 tanus eſſet capax penſionis,† ex quo eſt etiam capax feudi,
256 †quia licet profiteatur, nō tamen dicitur in totum mutaſſe
257 ſtatum,†ut late tradunt Aluar.& Præpoſ.in c.1.de mil.uaſ.
qui bellic.arm. depo.vnde ſi eſt capax retinendi feudũ,ergo
& penſionem.Præterea cum quilibet religioſus ſit capax re-
258 tinendi pro uſibus,& neceſſitatibus ſuis,† ſecundum extra-
uag.Benedicti,quę loquitur de monacho eunte ad ſtudium,
quod tenet Aegi.deciſ.158.quis dicet hoc militem non eſſe
capacem penſionis?erat enim dubium de penſione tranſla-
ta in eum.& hoc ſaltem ut acquirat religioni ſuæ,ſicut fa-
ciunt reliqui religioſi,qui nō prohibentur acquirere ea,quę
debētur eis ad uitam monacho ſuo.authen.ingreſſi.C.de ſa-
croſan.eccl.l.Deo nobis.C.de epiſ.& cler.c.non dicatis.14.q.
1.pro reſolu.tamen materię, cōſidero aliquos caſus. Primus
eſt,quãdo religioſus renuntiat beneficio ſuo regulari, quod
habet in titulum perpetuum, & papa intelligens eum re-
ligioſum,ne ex reſignatione diſpendium patiatur, reſeruat
259 penſionẽ.† tunc enim papa hoc ſcienter faciens,uidetur ſe-
cum diſpenſare,de quo infra,in materia diſpenſationis con
cluſ.5.verſ.fallit.1.Secundus,quando ſuperiores concedunt
monacho ad vſum pro alimentis,& veſtibus,& talis conceſ
260 ſio toleratur,†quia per hoc non lęditur abdicatio proprieta
tis.Cald.in d.conſ.2.de reg.immo poteſt relinqui monacho
ad tempus,quouſq; Abbas non mouerit quęſtionem,& tũc
monacus licite retinet ſecundum Bal.in l.1.in 7.q.C.de his,
quæ pęnę no.Pau.de Caſt.in §.tres hæredes.in l.Lucius.ff.ad
Trebel.& hæc eſt una ex cautelis Cepollæ,ad faciendum ꝙ
monacus poſſit habere legatum.caut.249.facit Deciſ.Abb.
in c.non ſatis.in fi.de ſimo.& tunc,ſi talis cōceſſio confirme-
tur per papam,non poterit ſuperior reuocare.c.ad noſtram,
de confir.uti.uel inuti.quamuis papa hoc nō debeat facere,
ſecundum Hoſt.in c.niſi.de præb.Tertius,quando habens fa
cultatem transferendi penſionem, transfert eam in perſonã
261 regularem,†& tunc penſio non acquiritur illi propter inca
262 pacitatem,†ut in d.conſ.1.& c.non dicatis. An uero,acquira
263 tur monaſterio, vel annihiletur, eſt dubiũ, † quia ſi eſt loco
264 beneficii,ut dicetur in §.10.infra.beneficia acquiruntur mo
naſterio ea.beneficium. de regul.in 6.Si ſit temporale quiddã,
nihil uetat acquiri monaſterio durante uita ipſius, in quem
tranſlata eſt penſio.ar.l.ſtatius.§.Cornelio. ff.de iur.fiſ.& di-
cam infra.§.fi.q.6. Fallit tamen hoc in milite hieroſolimita
no, quando penſio eſſet de redditibus alicuius beneficii ſuæ
265 religionis,†quia licet illi profiteantur in manibus ſui ſupe-
266 rioris.† tamen non penitus mutant ſtatum, nec uiuunt in
267 communi, † ſed tenent redditus proprios,& magis uacant
militiæ quam contemplationi,& redditus religionis eorũ,
268 ſunt ad hoc præcipue inſtituti.† pro quo faciunt tradita per
Præpoſ.& Aluar.in d.cap.1.de mil.uaſ. qui bell.arma depoſ.
Et hoc uerum, niſi ex particularibus eorum conſtitutionib,
269 aliud inducatur.† iſti igitur poterunt habere penſionem,ſi-
ue ſit beneficium,ſiue temporale quiddam,nec ideo eximiẽ
870 tur ab obedientia ſui ſuperioris.†Quartus caſus,quando le
gatus habet facultatem prouidendi religioſo de beneficio,
271 an poſſit prouidere de penſione?†Et credo ꝙ ſi indiſtincte
de quocunque beneficio, poſſet prouidere etiam de penſio-
ne,ſecus ſi de certo genere beneficiorum,quia beneficia cu-
272 rata facilius conceduntur monaco,quam ſimplicia, †ad ea
quæ habentur in c.quod Dei timorem. & dicam infra lib.8.
& hoc procedit etiã ſi renuntiaret beneficio ſui ordinis. Fal
lit,quãdo reſeruaretur penſio ad beneplacitum ſui ſuperio-
273 ris.†quia tunc non lęditur aliquid ſubſtantiale profeſſionis,
quod ſentit Abb.in cap.niſi.dicens poſt Hoſt.ꝙ religioſus in
274 penſione conſtituta,erit adminiſtrator,† & abbate conſen-
275 tiente,uel non contradicente,licite tenebit†ſicut ſeruus ha
276 bet peculium ex permiſſione domini tacita uel expreſſa.†l.
quam tuberonis.ff.de pecul.l.4. ff.de manumiſ.dixi ſupra in
ſecundo caſu.Quintus caſus eſt, quando monachus eſt Ab-
bas, uel habet aliam adminiſtrationem,tunc eſt capax pen-
277 ſionis†ſm card.in clem.1.§.quia uero.de ſtat.mona. non ut
de ea teſtetur, ſed ut laudabiliter diſponat ſicut de aliis red-
ditibus, quos adminiſtrat, & ſic euitantur quæ de epiſcopo
ſuperius dicta ſunt. Quinto quæritur,an penſio poſſit conſti
278 tui pro fratribus de tertio ordine?†Sol.aut eſt penſio,quę da
tur ob ſeruitia, & merita, cuius quilibet laicus eſt capax, &
279 poteſt,alias non,†quia illi non ſunt clerici.Cal.conſ.4.de re
gul.& conſ.7.de for.comp. Sexto quæritur,an qui prohibe-
280 tur habere beneficia in loco, poſſit habere penſionem?†ui-
de quæ dicam infra.§.10.uer.quęritur igitur primo.Septimo
281 quæritur, an mulieres ſint capaces penſionũ?†Sol.illius, q
282 datur pp merita ſunt capaces, aliàs non.†fallit in beneficiis
283 fęminarũ, †quia poſſunt eſſe abbatiſſæ,& prioriſſæ,& capa-
ces ſuorum beneficiorum ſicut monaci,& religioſi in caſib.
ſuis.ad no.in c.cum eccleſiarum.de offi.ord.in c.dilecta. dę
maio & obed. Octauo quæritur, an illegitimi ſint capaces
284 penſionum?†Reſp.aut penſio datur pro ſtipendio tempora-
li,& nihil uetat illum accipere,aut datur loco beneficii,& ſi
eſt diſpẽſatus ad ordines, vel alias ordinatus erit capax illius
c.1.c.propoſuit.c.ueniens.de fil.presby.Credo tamẽ ꝙ lite-
ræ pontificis redderentur ſurreptitiæ, ſi reſeruaretur penſio
illegitimo,tacito hoc defectu,quoniam alioquin facile pre-
ſbyteri habentes filios ſpurios, renuntiarent beneficiis,reſer
uata penſione filiis. Octaua principalis quæſtio,eſt ea,quare
285 conſtitui poſſit penſio,†Sol.generaliter loquẽdo,penſio po-
teſt deberi ex quacunque re producente,uel apta producere
fructus & cōmoditatem ęſtimabili pretio. & ideo ex domo
fundis &c.ex reb.aũt quæ in mutuo conſiſtunt,ut quæ danẽ,
286 pondere,numero,vel menſura,non pōt deberi penſio,quia
eſſet uſura,ad ea quæ tradunt doct.in rub.& c.conſuluit.de
387 uſu.niſi reducerentur ad rationem intereſſe, † ad not.in c.1.
eo.ti.uel acciperētur ad uſum cōmodati.ut eſt caſus ſing.in
l.ēt.ff.cōmo.Itẽ ex reb.quæ in patrimonio noſtro non ſunt,
288 non pōt eſſe penſio,†cũ penſio ſit in quantitate debita ex re
& quantitas non poſſit deberi ex reb. quæ non ſunt in patri-
monio.iuſti.de re.diui.in prin.idem ſi conſiſtat in quota fru
ctuum.cũ actio iſta nō poſſit dirigi niſi contra illum, qui ha
bet rem.Sed hęc ſuperflua ſunt.nos loquimur de penſionib.
389 eccleſiaſticis,quę debentur ex fructib.beneficiorum.†unde
vbi non ſunt fructus,nō poteſt eſſe penſio. & ubi fructus,ibi
290 penſio eſſe poteſt.†Sed tunc dubitatur. An ſuper quotidia-
nis diſtributionib.elemoſinis,& huiuſmodi,poſſit eſſe pẽſio?
191 †Et dicendũ,non poſſe,quia talia non imputantur in ualo-
292 rẽ beneficii.† dixi ſup.§.1. Nona principalis qō,quis ſit con-
293 ſtitutæ pẽſionis effectus.†vbi quærit de multis,& primo.An
penſio conſtituta dicaẽ eſſe beneficiũ,ad effectũ ut penſiona
294 rius dicatur beneficiatus,† qm̃ alicui cedenti,uel aliter renũ
tianti reſeruatur.Et videtur non eſſe beneficium,qm̃ benefi
295 cia ſunt perpetua.c.pręcepta.55.diſtin.c.1.de cap.mona.in 6.
Penſio autem eſt tantum ad uitam renuntiantis, ergo non
296 eſt beneficium. Item,quando mandatur alicui prouideri de
beneficiis uſq; ad certam ſummam, nō poteſt prouideri de

penſionibus.cap.quamuis.de præben.in 6. & ibi Domin.di-
cens in literis ad beneficia nõ venire penſionem. Item,quia
297 laici non ſunt capaces beneficiorum. †cap.maſſana.cap.ſa-
298 croſancta.de electio.Sunt tamen capaces penſionum. †cap.
poſſeſſiones.16.quæſt.1.cap.illud 16.q.6. ergo penſiones non
299 ſunt beneficia.† & hanc partem uidentur ſequi.Archid.Io.
An.& Domi. in cap. quamuis. dicentes penſionarium,non
300 intitulari,nec ad reſidentiam teneri,†cum detur etiam lai-
301 co,& conſiſtat in mera temporalitate.†Idem tenet Ana.in
cap.non ſatiſ.de Simo. & Archid.in d.c poſſeſſiones aſſerens
302 penſionem poſſe dari etiam puero.† Abb.in c.extirpandæ,
§.qui uero.inquantum dicit illum tex. quando prohibet cõ
ſtitui penſionem in beneficio,intelligi de penſione,quæ da-
tur pro beneficio,ſecus de illa, quæ datur pro nuda ſubſten-
303 tatione. †quando enim datur pro beneficio,ſcinditur bene-
ficium,& fiunt duo tituli, quod eſt maxime uetitum.c.niſi.
c.maioribus.de præben. idem uidetur tenere glo. in clem.1.
§ dignitatem in verſ.quodcunq; de uit. & honeſ.cler.quan
do dicit inhabilitatum ad quodcunque beneficium, eſſe in
habilitatum ad penſionem, quæ datur in titulum.ſecus ad
illam,quę datur pro ſubſtentatione,ſecundum cardinalem
ibi,quia illa non eſt beneficium,etiam lato ſumpto vocabu
304 lo.†quod videtur innuere gl.ibi propter uerbum.quodcun-
que.l. Iulianus.ff.de leg.3,& hoc etiã videtur de mente Lau.
card.& Imo.in clem.1.in verſ.eadem.de ſupp.negl.prælato.
dicentium indiſtincte,iſtam penſionem, quæ non datur in
titulum beneficii,conſiſtere in mera temporalitate.Idem ſe
quitur Felin.in c.ad audientiam.in princip.de reſcr. & uide-
tur tenere Rot.deciſ.210. in anti.& Cald.in conſil.6 in tit.de
præben. ubi declarat,quando debetur penſiones loco bene-
305 ficii.†ex quibus omnib. uidẽtur elici firma concluſio,quod
penſiones,quæ hodie aſſignantur alicui, non ſint beneficia,
306 †quod clarius explicat compilator practicę cancellariæ,de
clarans illas penſiones tantũ dici datas loco beneficii,quan-
do extrahuntur a beneficio eccleſiaſtico, ut fiat aliud bene-
307 neficium, † ſecundum ea,quæ habentur in c.conquerente.
de cler.non reſiden. c. ex diligenti.de Simo. Penſiones uero
hodiernas,quæ dãtur reſignanti,ne ex renuntiatione nimiũ
308 minum diſpendium patiatur,dicit eſſe mere temporales,†vt
pote,quæ tendunt ad exonerandum ipſum titulo beneficia-
li, & illam partem fructuum poſſunt percipere tanquam lai
ci pro alimentis,& ſtatu decenter tenendo.arg.c.tributum.
23.q.vlt.c.eleuterius.18 q.2.And.Sic.in c.ad audientiam.te-
309 net ꝙ appellatione beneficii,veniat penſio.†primo per tex.
in c.ad audientiam.quando dicit annuas penſiones,ſeu alia
beneficia.cũ dictio alius implicare ſimilia. Secũdo,quia pen
ſio ſubrogatur loco beneficii. Tertio, quia de penſione ha-
benda eſt mentio. d.c.ad audiẽtiam. Feli.ibi irridet tria hæc
310 argu.†ad primum reſpondens per alia iura eſſe declaratum
iſta non eſſe ſimilia. Ad ſecundum,negando id quod ſubro-
gatur loco alterius,eſſe idem. Ad tertium,negat conſequen
tiam,quia etiam de præſtimoniis, & hoſpitalibus habenda
eſt mentio. Tu uero aduerte,quia non dicit An. Sic.penſio-
311 nes eſſe proprie beneficia,ſed iudicari beneficia †vnde Feli.
lepus eſt,& pulpamentũ quærit. Dicat Fel. ꝑ quæ iura decla
312 ratum ſit,penſiones non eſſe beneficium, †niſi per tex.in c.
quamuis.qui ita ſtricte intelligitur, quia loquitur in materia
reſtringibili.ideo ibidem appellatione eccleſiæ diœceſis, vel
313 ciuitatis, non venit eccleſia cathedralis. † an ideo, quia illa
minus proprie eccleſia? Et quod dicit de hoſpitalibus, ip-
ſum redarguunt. nam & hæc multis caſibus datur loco be-
314 neficii,& beneficia ſunt.† cle.quia contingit.§.ut autem.de
religio. dom. tamen hęc non comprehendũtur in literis ad
beneficia.cle.per literas.ubi glo.de præb. Cur igitur non de-
fendamus illam opi.ut quando negotio,de quo agitur,con-
uenit,dicamus appellatione beneficii uenire penſionem,ut
verſ.alia.in c.ad audientiam,ſtet proprie. Nam penſio ſucce
315 dit loco beneficii. ideo iudicatur beneficium, † ſecundum
Auch.in c.ad audientiam.ubi etiam Bal.ſubdit, ꝙ repreſen-
316 tat penſio beneficium,ſicut tranſactio victoriam.†l.fi.§.1.ff.
mand.l.fuit quæſitum.ff.de acq.hęrd. nam iſta penſio reſer-
uata huic,ſuccedit loco beneficii,cui reſignauit.hoc probat
ex ratione Ab.de qua ſupra.nam ut ipſe aſſerit,quando pen
ſio eſt loco beneficii,dicitur fieri ſectio in penſionibus,quæ
tranſeunt ad ſucceſſores,ut ſunt penſiones hodierni tempo-
ris,dicitur fieri ſectio beneficij d. c.niſi. ſecundum commu-
nem modum intelligendi.ergo penſiones iſtæ dicuntur be-
neficia ſecundum eum. Pręterea,ſi attendimus naturam be
verbo.Sexto quæro de ſuppl.neglig. prælat. vbi Imo. & alii.
Eo enim ipſo quod quis aſſummit profeſſionem cōtrariam
744 clericatui,uacant beneficia,†& quæ beneficiorum eccleſia-
ſticorum loco ſunt,ſicut quando miles efficitur clericus. ut
in capit.primo.de mil.uaſ.qui bell.ar.dep.maxime quia con
745 iugatus non poteſt ſeruire Deo per ſubſtitutum, ut euitetur
opin.eorum qui dicunt feudum non vacare per aſſumptio-
746 nem clericatus,†eo quod clericus poſſit ſeruire per ſubſtitu
747 tum,†ut ibi tradit Alua.& plene per Alexan.in capitulo pri
mo Qui feu. dare poſſ.De milite autem quādo & quomodo
748 perdat priuilegia clericalia.†uide Innocen. in capit. primo.
de apoſt.& quomodo militia contraria clericatui. uide tex.
in cap.quicunque.23.quæſt.8.capit.fin.& cap. diuerſis falla-
ciis. de cler.coniug.cap.ex multa.de uot.l.Repetita. C.de epi
ſco.& cleric.quod recipit moderationem.Nonoquæro. Re-
nuntiaui beneficium in fauorem Titii,& ne nimium diſpē-
dium ex renuntiatione paterer,papa reſeruat penſionem 15.
duc.mihi. & 10.nepoti meo & in euentum non ſolutionis
penſionis datur mihi regreſſus,accidit quod Titius non ſol
uit & fuit locus regreſſui meo, quæritur, an penſio amplius
debeatur nepoti meo?Et dicendum deberi,quia quando res
reuertitur ad me,debeo ſeruare illam conuentionem,quam
uolui ab alio ſeruari qui quaſi contraxit mecum.l.1.C.ſi mā
cip.ita uen.ne proſtit.l.Adoptiuum.§.patronum. ff.de in ius
uocan.ubi Guliel.de cun.& Ang.Quod ſi conceſſi tibi uineā
in emphiteoſim,ita ut ſingulis annis tu dares Titio decem,ſi
ob non ſolutionem canonis, uel aliter uinea reuertatur ad
me,teneor ad illa decem. Et licet iſta deciſio reddatur dubia
propter ea quæ tradunt Pau.de Caſt.& mod.in d.§.patronū.
Bart.Ang.& Imo.in l.Qui Romę§.flauius. ff.de uerb.obliga.
in eo quod ſecundum aliquos, talis conceſsio eſt reuocabi-
lis, tamen in caſu noſtro ubi penſio conſtituitur auctōritate
ſuperioris,res eſt clara.Fallit tamen,quando renuntiatio pro
ceſſiſſet ex cauſa permutationis, quando permutatio reſcin
deretur ad æquitatem.capitulo ſi beneficia. de præben.in 6.
Decimo quæritur,S.renuntiauit canonicatum,& prabendā
in fauorem T. reſeruata ſibi penſione 20. duc. & regreſſu ad
dictos canonicatum & præbendam in euentum non ſolutio
nis.deinde.T.retento canonicatu dimittit illam præbēdam,
quæ confertur A. & obtinet aliam A.non ſoluit penſionem
S quæritur,an.S. habeat regreſſum ad canonicatum & præ-
bendam,quam nunc habet. T. vel ad illam, quam habet.
A. Reſp.ſuper canonicatu qui eſt quid ſpirituale,poteſt impo
749 ni pēſio.†per ea quę dicta ſunt in §.1.in ſecunda q. Eſt enim
canonicatus ſpirituale beneficium, per quod competit ſtal-
lum in Choro,& locus in capit †cap.in literis. vbi Innocent.
750 de reſtit.ſpo.cap.cum inter de renunt.tradunt doct.in ca.di
lectus.de præben.Differunt autem præbēda, & canonicatus
751 †iuxta no.in cap.cum.m.de conſti. ubi Felin. late, attamen
quia papa expreſsit quod uolebat reſeruari regreſſum ei qui
renuntiauit,ad utrunque obligando ſucceſſores,non potuit
fieri illa diuiſio in præiudicium habentis regreſſum, & cau-
ſam de præterito influentem in tempus regreſſus.ar.in l.po-
tior.§.uideamus.ff qui po.in pig.habeantur. Res enim trāſit
752 cum affectionibus ſuis,†ad iura uulgaria. Neque æquum vi-
detur, quod ſi.A.perdidit præbendam ob non ſolutam pen-
ſionem,quam fortaſſe ignorabat, uel cui ſaltem non cōſen
ſit,perdat etiam canonicatum,qui huic oneri non fuit obno
xius. Ne dicamus præbendam trahere ad ſe canonicatum.
Minus dicendum videtur,quod præbenda T.libera reuerta-
tur,quia hoc non egerunt partes. Nec propter iſtam ſepara
tionem deperit ius.S.in canonicatu. argum.l.ſi ancilla cum
liberis.ff.de leg.1.l.ſi mulieri.ff.de uſuf.acc.l.ſi ita fuerit.§.fi.
cum ibi no.ff.de inan.teſt.Habebit igit. S.regreſſum ad præ-
bendam.A.& ad canonicatum.T.& ſic erunt duo ſeminudi

in eadem eccleſia.A.erit canonicus ſine præbenda.T.habe
bit præbendam ſine canonicatu. At quomodo conſiſtet præ
753 benda canonicalis ſine canonicatu, †ſi uera eſt illa opi.quod
ex collatione præbendæ inferatur collatio canonicatus, de
qua per Felin. in cap.cum m.colum.9.verſic.ſuadebat hic cō
poſtellanus.de conſtit.Videndum, num faba hæc tota cuda
tur in A. qui habuit præbendam ſic affectam, magis quam
in T.qui renunciando præbendam uidetur conſequenter re
nuntiaſſe canonicatum, & reſeruatio canonicatus facta. T.
ſit magis ratione anterioritatis præſeruatæ, quam quod ſit
idem canonicatus, qui primo, cum is cum ſua prębenda ad
A.conuolauerit.cogita.cauſa pendet nunc.Vndecimo quæ-
ro.Legatus uel,Papa conſtituit mihi penſionem.10.duca.vt
ſtudere ualeam, donec adeptus fuero beneficium eiuſdem
ualoris.Adipiſcor beneficium huius ualoris, ſed fructus ha-
bere non poſſum,donec ſtudeo,an expirabit penſio, Et dicē
dum non expirare, cum adhuc cauſa ſtudii permaneat, &
fructus non habeam.facit capit.ſi tibi conceſſo.de præbend.
in 6.uide Collect.in capitulo qualiter.de cler.non reſid.Duo
decimo quæro.An quando lis pendet ſuper penſione,alimē
754 ta debeant litiganti? †Reſpon.ſi loquimur de penſione quæ
datur perſonæ ſimpliciter, indagatio non habet locum, quā
755 lis procedit ſine retardatione penſionis, ut ſæpe dictum eſt.
†Si de penſione, quæ datur Vicario ſeruienti in beneficio,ſi
forte denegetur,tunc alimenta debentur ſecūdum Aegi. de
ciſ.257.Nam generaliter alimenta debentur vbicunque agi
tur ad hæreditatem, uel aliquod totum. unde aliquis.....
756.†Aegi.Deciſ.88.Biſg.in titulo de iudi.deciſ.2.ſicut etiam dā
757 tur accuſato. † Rota.dec.143.in ant. Soci.in conſil.127.in 1.
volum.ubi agit de alimentis mulieris, cui non datur dos in-
758 tra annum.†Et dicit Bald.in l.etiam C. mand. quod mona-
cus litigans cum, Abbate, debet ali de bonis monaſterii.
759 †Idem dicimus in uxore, quando contra illam agit maritus
ad diuortium,etiam ſi eſſet indotata,quoniam maritus tene
760 tur eam alere.†Innocen.in capit.per ueſtras. de donat.inter
vi.& ux.& Spec.in titulo,qui fil.ſint legi.Idem ſi mulier atro
citer uerberata a marito receſſit.nam maritus alimentabit
761 eam extra domum †Dy.& Cy.in l.quod in uxorem.C.de ne
go.geſt.quod non obtinet,quando mulier culpa ſua receſ-
762 ſiſſet,†Bald.in l.quamuis.C.de legat.Quęro ego,ut conſeque
rer beneficium ſuper quo.N.habebat penſionem,diutius liti-
gam,& tandem obtinui ſententiam, & rem iudicatam, ex
vi cuius conſecutus ſum etiā fructus trium annorum,dubi-
tatur, an ego tenear ad penſionem illorum trium annorum,
& ſi tenear, an penſionarius teneatur contribuere ad expē-
ſas litis,& uidetur primo,quod non tenear.nam actio datur
penſionario contra me ita demum ſi ſint fructus, quia eſt
763 actio perſonalis ad rem certam,†ut dicit Abb. in cap.niſi de
præbend.& alias dixi ſupra.tempore autem quo debebatur
pēſio,non habebam neq; beneficium neq; fructus,igitur obli
gatio illorum trium annorū fuit extincta, & inefficax, quæ
764 deinde non reſurgit. †l.Qui res.in §.aream ff.de ſolut.Con-
trarium tamen eſt uerum,poſito quod penſio ſit bene conſti
tuta. vt quia conſenſi ego uel alius, a quo cauſam habui. ſi
enim conſentiſſet tertius, de cuius iure non conſtat, neque
præteriti,neque futuri temporis poſſet penſiones a me pete-
re.ſi igitur penſio erat bene conſtituta, fructus in beneficio
765 nati,fuerunt hipotecati pro penſione,†vt qui extabat ſpecies
ex qua debita fuit penſio. & licet conſumpti fuiſſent per ma-
lę fidei poſſ.tamen habebat actionem contra eum ad huiuſ-
modi penſionem ſaltem utilem. quæ actio poſtea continua-
tur in me, qui habui fructus ex ęquitate. l.ſi & me. ff.ſi cert.
pet.facit in arg.l.is a quo.ff.de rei uendi.nec eſt uerum quod
ius meum eſſet extinctum,quia fuit uiuum contra poſſ. fru-
ctuum. Solum ergo dubitandum, an poſſim deducere litis
expenſas,& prima fronte uidetur dicendum, quod non, quia
expenſas quas feci in euincenda re communi,ita demum re
peto, ſi tantundem non expendiſſem in re mea. Barto.in l.
exparte.ſ. reſpondi. ff. famil.ercis. ſed ego euincendo litem
beneficii nihil plus expendi propter condemnationem fru-
ctuum, quia fructus uenerunt acceſſorie.ergo &c.In contra
rium vero facit, quia expenſæ litis reputantur neceſſariæ,†&
766 expenſas factas in re cōmuni recuperāda, repetimus actione
707 negotiorum geſtorum, †l.qui in aliena.§.fin. ff.de neg.geſt.
& ex æquitate. l.ſecunda.§. ſi nauis. ff.ad l.Rho. de iact. eſt
enim contra æquitatem naturalem, vt ſi expendi in re-
cuperāda re communi, tu ſentias commodum, & ego ſolus
habeam incommodum. tex. eſt in l.cum duobus.§.quidam.
l.1.C.de caduc.toll.Et ideo dicimus iniquū eſſe. quod vſuſfr.
qui ſentit commodum ex proprietate,capiendo fructus, nō
768 reficiat domos. l. vſufructu legato. l. cum fructuarius. ff.de
vſuſfr. Præterea,& ſi quo ad partem fructuum ex quibus de-
bebatur penſio,ego ſcirem eſſe alienam, tamen quia recupe
raui,& apud me ſunt, licet non haberem actionem ad repe-
ten-

tendum impenſas.l,adeo. §. ex diuerſo.ff.de rei uend.& in §. ex diuerſo. inſtit. de re. diui. tamen ſi apud me res eſt habeo exceptionem doli mali contra Dominum. ut in dicto §. ex diuerſo.& in l.ſi in area.in fine ff.de condi. indeb.& in l.ſumptus l.in fundo.ff.de rei uendi. in hoc conſiderandi ſunt multi caſus. Primus, quando penſionarius non habebat aliquam actionem contra poſſeſsorem niſi ex iure mei tituli. Secundus, quando habebat aliunde. Si primo modo, quia in dubio expenſæ cenſentur factæ ex utilitate utriuſque, ſecundum Bar. in dicto capitulo ex parte. credo omnino, quod ſuccurratur mihi per exceptionem doli mali, nam ſi non recupero titulum, excluderis a penſione, ideo habet locum æquitas. §. ſi maius.& l. qui altera. & l. ſorori. ff. ſi pars hære. ubi eſt fere caſus in terminis. Si ſecundo modo, ſi fructus beneficii peruenerunt ad me in uim ſententiæ, quia ſententia inter nos
769 lata non potuit præiudicare penſionario, † ille non cogetur reficere expenſas litis, quia tantundem potuit conſequi ab alio. fallit quando aliter conuentum inter partes.

LIBER VII:

SVMMARIVM.

1 *Legatorum facultas in diſpenſando illegitimos ad ordines, & beneficia, quæ nam eſſe intelligatur, li.7. diſcutitur.*
2 *Legatis de latere, quæ nam facultas communiter concedi conſueuerit.*
3 *Diſpenſationum materiam circa matrimonia contrahenda, & quo ad ætatem, lib.7. pertractari.*
4 *Legati poteſtas in legitimando ſpurios ad beneficia, & alios actus.*
5 *Legatorum facultas inſeritur.*
6 *Comitum palatinorum facultas quibus verbis concepta appareat.*
7 *Legitimatio quæ nam eſſe intelligatur.*
8 *Quodque reſtitutio natalium exiſtat.*
9 *Legitimationem, ſolius principis donum reputari.*
10 *Legitimationem, pluriſariam, pluribuſque modis interpretari, & abſterſionem peccati aliquando ſignificare.*
11 *Item quandoque maculæ abſterſionem.*
12 *Legitimatio vnde originem ſumpſerit, & a iure poſituo, ſi quidem inductam eſſe refertur.*
13 *Matrimonium homine procreato a Deo optimo Maximo, inſtitutum, ſub verborum conceptione, hoc os ex oſſibus &c.*
14 *Matrimonium a principio quomodo inſtitutum fuiſſe dicitur, informe ſiquidem extitiſſe, non poſitiuę legi ſubiectum. non item libidinis ardore obnoxium.*
15 *Conceptionem citra libidinis ardorem & ſine dolore partum extitiſſe.*
16 *Naturam humanam corruptam poſt peccatum Adæ, & quæ inde vitia, & quot corrupti mores prouenerint.*
17 *Ius gentium primæuum promiſcuam copulam permiſiſſe.*
18 *Matrimonijs contrahendis de quo potiſſimum tempore ſit data forma.*
19 *Vxore ſua contentum vnumquemque eſſe, & ab alienæ mulieris complexibus abſtinendum, iure gentium ſecundario inductum fuiſſe.*
20 *Mulierum quarundam nuptijs ob ſanctum naturæ fœdus dicto iure abſtineri ſancitum eſſe.*
21 *Nuptias vetitas contrahentibus, pœnam indictam extitiſſe.*
22 *Adulteria. inceſtus, & ſtupra, alijque damnati, coitus, quo potiſſimum tempore cognoſci, ac in ea animaduerti cœptum ſit.*
23 *Damnato coitu natos a ſucceſſione, & ſacerdotio diuina & humana lege ſecludi.*
24 *Adulterorum filios in abbominationem Deo exiſtere.*
25 *Manzeres, ſpurios, nothos, atque inceſtuoſos Domino in ſacerdotes offerri vetitum.*
26 *Matrimonium de iure ciuili & canonico vario iure cenſeri.*
27 *Matrimonij ſacramentum in noua lege ad concupiſcentiam euitandam inductum.*
28 *Spurios paternæ familiæ nomine, non item inſigniis uti permiſſum.*
29 *Spurios hæreditatis paternæ incapaces exiſtere, non etiam ex bonis paternis alimenta conſequi poſſe.*
30 *Spurijs iure canonum alimenta non denegari.*
31 *Spurios a ſacerdotio repelli, ne filius ex impudico complexu, natus paternæ incontinentiæ imitator exiſtat.*
32 *Caſtitas quammaxime commendabilis, ut & quæ poſſit animas Deo præſentare.*
33 *Sacerdotes caſtitatis imitatores eſſe oportere, & ſollicitis ſtudijs in eam incumbere præſtat.*
34 *Damnata & improba copula natos, ſacerdotio non aggregari, nec ordinis prærogatiua gaudere.*
35 *Spurios paterno odio & crimine grauari, etſi eoſdem in aliquo non peccaſſe, compertum ſit.*
36 *Conſtitutiones, quibus ſpurij damnantur, a naturali iuſtitia prorſus deuiare reſpectu eorum perſonæ, ſignanter cum in aliquo non peccauerint.*
37 *Aliquem alterius odio prægrauari, iniquum cenſeri.*
38 *Antiquorum ſententiam, quod patres comederint vuas acerbas, & dentes filiorum obſtupuerint, ſeruatorem noſtrum improbaſſe.*
39 *Filium patris iniquitatem ſuſtinere, iniuriam eſſe, & ab omni æquitate alienum.*
40 *Anima quæ peccauerit, quod eadem & mori debeat.*
41 *Spurios quo ad ius naturale, uel ſanguinis de gente & cognatione parentum ſuorum & a quibus progeniti ſunt, reputari.*
42 *Prohibitiones de contrahendo naturali commixtione inductas, etiam ad ſpurios extendi.*
43 *Diſpenſatio cum adulterinis filijs, quando fauorabilis exiſtat.*
44 *Paternæ incontinentiæ, ſuſpitione ceſſante, de facili cum adulterinis diſpenſari.*
45 *Spurio ſi honeſtæ vitæ, & conuerſationis is ſit, literis, atque virtutibus ornatus, diſpenſationem denegari non poſſe.*
46 *Legem non ſingulos humanos actus reſpicere, ſed ea tantum, quæ frequentius euenire contingit.*
47 *Vniuerſales conſtitutiones cunctos promiſcue ligare, & omnibus æqualiter ſubtrahere.*
48 *Diſpenſatio ad quid potiſſimum inducta ſit.*
49 *Diſpenſationis miniſtrum, principem eſſe, qui tanquam bonus & diligens pater familias, ac legis moderator, rigorem illum, ſuadente iuſtitia, temperet.*
59 *Princeps quando abſque cauſa legis neruum relaxaret, non diſpenſatio ſed diſſipatio induceretur.*
51 *Item taliter diſpenſatum in foro conſcientiæ ſiquidem minus tutum cenſeri, etiam ſi a papa ſecum diſpenſatum eſſet.*
52 *Theologorum ſententia in præmiſſis.*
53 *Diſpenſationes hoc potiſſimum tempore abhorrendas eſſe, cum veritati nõ innitantur, ſed mendacijs refertæ ſint & ſuffultæ.*
54 *Legitimationis actum fauorabilem eſſe, honeſta ipſius legitimati vita concurrente.*
55 *Diſpenſatio a mera principis benignitate proueniens, nulla meritorum ratione habita, quod contra iuris diſpoſitionem conceſſa intelligatur.*
56 *Diſpenſatio ſi quæ in fauorem hominis litterati fiat, quod honeſta dicatur, & ſecundum ius.*
57 *Diſpenſationem duplicem eſſe, debitam, ſcilicet & permiſſam, quarum altera a iure communi exorbitat, altera vero aliter non exorbitat.*
58 *Diſpenſationem iudicis officio, non iure actionis petendam eſſe.*
59 *Illegitimus antiquæ ingenuitati a ſummo pontifice reſtitutus, deleta & abſterſa illegitimitatis macula, an & quando ad cardinalatus officium promoueri poſſit.*
60 *Illegitimitatis nota an excludat aliquẽ a cardinalatu, ad partes diſcutit.*
61 *Eccleſiæ conſuetudinem ſeruandam eſſe, & pro lege tenendam.*
62 *Generalem diſpoſitionem non extendi ad cardinales, nec illos comprehendere ob gradus prærogatiuam, & excellentiam, cum ſpeciali nota digni ſint.*
63 *Cardinalatus dignitas quod papatui propior cæteris exiſtat, cum ſenatores ij ſint.*
64 *Cardinales ſucceſſores leuitici generis eſſe, ad quos ſpectat, omnia difficilia orbis negocia terminare.*
65 *Cardinales orbis terrarum cardines, ſuper quibus vniuerſa chriſtiani orbis machina voluitur.*
66 *Cardinalium collegium, ſacrum dici, & cœtus diuinus.*
67 *Epiſcopos & alios prælatos papæ fidelitatem iurare, cardinales non item, ne alias ſibi ipſis iurare tenerentur.*
68 *Teſtes duos ſufficere ad conuincendum aliquem, contra cardinalem vero ſeptuaginta duos requiri.*
69 *Diſpenſationem generalem ad quaſcunque dignitates, cardinalatus dignitatem non includi, nec ad eam extendi.*
70 *Illegitimos diſpenſatos ad quamcunque dignitatem, non regiam dignitatem diſpenſatos non cenſeri.*
71 *Papa quando vberiorem gratiam in aliquem conferre vult & intendit diſpenſando cum inhabili, vſque ad cardinalatum excluſiue diſpenſare conſueuiſſe.*
72 *Regula iuris, cum quid prohibetur, & id per quod peruenitur ad illud, prohibitum cenſeri.*
73 *Illegitimis quantumuis diſpenſatis, non ad papatum, nec ad cardinalatum acceſſum dari, cum is ſit gradus, ex quo immediate deuenitur ad Papatum.*
74 *Legitimatos, infamia facti ſaltem adhuc infames remanere.*
75 *Legitimatos legitime natis reuerentiam præſtare, nec in eadem menſa cum illis ſedere.*
76 *Iuramentum in ſuplementum probationis illi qui ſuam intentionem probauerit per vnum teſtem illegitime natum, non deferri.*
77 *Cardinales, numerum vigintiquatuor non excedere concilio Baſilienſi indictum, & Decretum.*
78 *Quodque de omnibus chriſtianitatis partibus aſſumantur.*
89 *Item ex vna natione tertia pars tantum.*
80 *Et de vna ciuitate non niſi vnus. vt æqua ſit honoris diſtributio.*
81 *Item quod aſſumendi ad cardinalatum doctores ſint vel licenciati, & non minores triginta annis.*
82 *Et non aſſumi fratres, uel nepotes ex fratre aut ſorore Ro. pont. aut vnius*

cardinalis viuentis.
83 Cardinales non aſſumi, ſi illegitimi nati ſint, aut corpore vitiati, vel aliqua macu lo aſperſi
84 Illegitimum, quo cum diſpenſatum ſit, ſi prudens, religioſus litteris imbutus & bonis moribus refertus, ad cardinalatus apicem non immerito promoueri ſuſtinetur.
85 Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, pudicum, prudentem, hoſpitalem, & doctum, teſte paula.
86 Illegitimationem impedimentum eſſe, de iure poſitiuo inductam.
87 Diſpenſationem ſuper illegitimitate honeſtatis cauſam habere.
88 Dignitatem eius, qui in aliquo non peccauit impediendam non eſſe.
89 Indignos non reputari ſi qui alieno vitio laborare contingat.
90 Adulterio natum culpa vacare, quæ generantem non generatum ipſum concomitatur.
91 Diſpenſationem releuare quempiam a grauamine, quod alterius culpa patitur.
92 Legitimationem ſimpliciter factam de reſtituendo aliquem ingenuitati, quod generalis & gratioſa diſpenſatio intelligatur & ſit.
93 Quodque ſui natura fauorabilis ſit, & late interpretanda, licet diſpenſatio particularis odioſa ſit.
94 Legitimatum & reſtitutum ad antiquos natales, ad epiſcopatus apicem promoueri poſſe, cum in omnibus legitimum eundem reputari contingat.
95 Ampliatio ad idem, quod ſcilicet nedum ad epiſcopatum, ſed & ad cardinalatum promoueri poſſit.
96 Papa reſtituendo hominem ad antiquam ingenuitatem, quod tollat omne impedimentum iuris & facti, ac ſi ab initio legitimus natus eſſet & omnem legitimum ſtatum retinere.
97 Hominem legitimis bonis ſuffultum, nullo iure impediri quominus ad cardinalatum promoueri poſſe dicatur.
98 Verbum (perinde ac talis) cuius ſit effectus.
99 Adæquationes ita & taliter priuilegia adæquatorum communicare, vt nihil in vno, quod & in alio non exiſtat.
100 Qui vult vnum, & omnia conſecutiua ad illud velle videtur.
101 Illegitimitatis defectu ceſſante habilitati ad cardinalatum, & Papatum locum eſſe, niſi aliud canonicum obeſt impedimentum.
102 Legitimatione, defectum natalium ceſſare.
103 Homo naſcens ſui natura habilis ad communionem omnium, quæ ſunt in Republica.
104 Adulterorum filij abbominatio a Domino.
105 Manzeres & ſpurios non intrara eccleſiam uſque ad decimam generationem.
106 Vita honeſtam profeſſionem atque conuerſationem, præſumptionem elidere auteactæ vitæ & incontinentiæ.
107 Illegitimis, qui honeſtam vitam, prudentem, atque eruditam profitentur debitam eſſe diſpenſationem, & ſi ſuperior negaret cum talibus diſpenſare, iniuriam faceret.
108 Virum vnius vxoris a ſacerdotio nequaquam repelli.
109 Deus glorioſus fecit legem generalem & ſuos ordinauit miniſtros, qui a generalitate illa eximeret eos, quos eximendi cauſa ſubeſſet.
110 Diſpenſationem, ſententiam quandam declaratoriam exemptionis a lege.
111 Diſpenſationem, cauſæ cognitione præmiſſa, concedi.
112 Diſpenſationem, prouidam relaxationem dici.
113 Diſpenſationem ſententia & proceſſu indigere.
114 Diſpenſationem principis minus ſolemnitati ſubiectam, cum certa ſcientia in eo ſententiæ, & proceſſus vim habere.
115 Inhabilis ad ſacerdotium culpa ſua, ſi dignam peregerit pœnitentiam, quod ad cardinalatum & papatum promoueri poſſit.
116 Cardinales ob infandum ſchiſma, depoſitos ad cardinalatus apicem, infames eſſe.
117 Fornicatorem ipſum ad meliora conuerſum, nequaquam prior vita commaculat.
118 Natum ex meretrice & adultera, ſi propria virtute decorari contingat, parentum ſuorum opprobrijs non dedecorari.
119 Virtuoſum, qui naſcitur ex malis parentibus, dato alias paritate, præferendum eſſe illi, qui naſcitur ex bonis, cum in primo magis eluceat bonitatis virtus, quando ad oppoſitum inclinabat paterna incontinentia.
120 Illegitimum honeſta vita, & eruditum paſſim diſpenſari vt fiat epiſcopus.
121 Cardinales præſtare officio atque dignitate epiſcopis.
122 Epiſcopalem dignitatem quoad ordinis excellentiam, cardinalari longe maiorem eſſe.
123 Epiſcopus alias ad cardinalatum promoueri noluiſſe, dum putarent a maiori dignitate ad minorem deſcendere non licere.
124 Cardinalatum non dignitatem, ſed officium eſſe, quibus antiquitus baptizandi, & ſepeliendi mortuos onus incumbebat.
125 Cardinales ducentos triginta ſex, de tempore Pontiani papæ extitiſſe.
126 Cardinalem ſancti Marcelli, depoſitum ex eo, quod parochiam ſuam deſeruerit, vt alteri inſeruiret.
127 Archiepiſcopus viſitandi, quinquaginta euectiones, epiſcopos vero triginta tantum ſecum ducere conſueuiſſe.
128 Charitatis opera vſque adeo, Deo & hominibus grata fuiſſe, vt his ſolis artibus ab initio partum, auctumque ſedis apoſtolicæ imperium extiterit.
129 Epiſcopalis dignitas, quod cardinalatu, reſpectu ordinis clericatus maior exiſtat.
130 Canonicos eccleſiæ cathedralis primum gradum poſt epiſcopum in tota diœceſi tenere, & vnum corpus cum epiſcopo conſtituere, qui totius diœceſis pater vniuerſalis exiſtit.
131 Epiſcopum diſpenſare cum illegitimo, vt is canonicus ſit, & eſſe poſſit.
132 Communis doctorum ſententia refertur.
133 Curata eccleſia, quod maiorem ordinem requirat, quam canonicatus.
134 Epiſcopum in ordinis excellentia, & ſacrorum miniſterio Cardinali præferendum eſſe.
135 Epiſcopum Pontificem quandoque, modo ſummum ſacerdotem nominari.
136 Cardinales cum ſeparatim filios a Pontifice nominari, & aliquando fratres.
137 Cardinales ſpecialius quam cæteri, poteſtati papæ ſubeſſe cenſeri, uſque adeo vt nec teſtari, nec confiteri, non item augumentum ſine eius licentia minuere poſſint.
138 Epiſcopatu dignum, in quo ſumma ſacerdotij dignitas inſit, & in quo omnis virtutum ſplendor & doctrina elucere debeat.
139 Spurios purgato paternæ præſumptionis & natalium defectu, viles adhuc, & ignobiles remanere.
140 Non generis, ſed virtutum notabilitatem, vitaque honeſtatē gratum Deo facere, & idoneum ſeruitorem, ad cuius regimen non multos ſecundum carnem nobiles, & potentes, ſed ignobiles & pauperes elegit.
141 Acceptionem perſonarum penes Deum non eſſe.
142 Gradum non vtique excellentiorem, ſed melioris vitæ actionem, ſacros canones reſpicere & conſiderare conſueuiſſe.
143 Conſuetudinem aliquam contra papæ poteſtatem non induci.
144 Conſuetudinem in his quæ a facto gratuito vel non gratuito principis dependeat, non induci.
145 Conſuetudinem extare, quod admittantur illegitimi ſeruato circumexaminandi teſtes ſuper legitimitate, & quando improbetur.
146 Chriſtum non generis nobilitatem, ſed virtutem elegiſſe.
147 Presbyterorum filios illegitimos, ad pontificatum aſſumi poſſe, eccleſia vtilitate ſuadente.
148 Spurium ad papatum, aſcendere poſſe, non ambigitur.
149 Hæreſis exceptionem electo in pontificem obſtare.
150 Laicum eſſe, vxoratum, vel furioſum electioni pontificis non obſtare, quod Vrbano VI. obiectum dicunt.
151 Argumentum de maiori ad minus negatiue non concedi.
152 Papam ex gremio Cardinalium eligendum, ſi idoneus reperiatur, ſin minus, extra collegium electionem fieri conſueuiſſe.
153 Cardinalatum officium non ordinem eſſe.
154 Induſtriam ſingularem, exploratam, fidem & morum maximam grauitatem in illegitimo diſpenſato requiri.
155 Cardinales quales aſſumendos, Ex Bernardi auctoritate refertur.
156 Legitimatus ſimpliciter, ad dignitates per legatum iuxta ſuas facultates, quando ad epiſcopatum promoueri poſſit, & valeat.
156 Illegitimus a legato diſpenſatus quando ad omnes ordines promoueri poſſit, & eccleſiaſticum beneficium & curatum obtinere.
158 Illegitimus diſpenſatus a legato, vt poſſit obtinere duo beneficia, quando vnum ſine cura obtinere poſſit.
159 Legatus ſi de iure communi legitimare poſſit.
160 Legatum & epiſcopum cum ſpurio, vt promoueatur ad minores ordines, ſimplicia beneficia aſſequatur, teſtis eſſe poſſit & iudex, diſpenſare poſſe.
161 Illegitimi a legato vel epiſcopo diſpenſati, quando in canonicatum in cathedrali eccleſia obtinere poſſint.
162 Spurios, canonicatum præbendam annexam habentes incapaces eſſe.
163 Canonicos habere præeminentiam in ciuitate ſuper alios clericos, & epiſcopum caput, ipſos autem membra reputari.
164 Canonicum eſſe in cathedrali eccleſia, magno honori reputari conſueuiſſe.
165 Epiſcopo poſſe ſpurium ad canonicanicatum ex communi & veriori ſententia habilitari permiſſum.
166 Spurius ſi non imitator paternæ incontinentiæ, ſed honeſta vita, honorari debet, & diſpenſari.
167 Illegitimo diſpenſato ad ſacros ordines et beneficium ſine cura, quando parrochialis eccleſia commendari poſſit.
168 Spurio diſpenſato per legatum ſufficienti auctoritate munitum, vt beneficia, perſonatus, & dignitates cum cura, & ſine cura, retineat, quando dignitates in eccleſia cathedrali conſequi permiſſum ſit.
169 Mandatum de prouidendo in aliqua eccleſiarum ciuitatis, vel diœceſis, ad eccleſiam cathedralem non extendi.
170 Mandatum de prouidendo in aliqua eccleſiarum Prouincia, etiam ad cathedralem extendi, etiam quod gratia ſui natura ambitioſa ſit.
171 Legatus & epiſcopus, quando cum damnato ex quocunque coitu diſpenſare poſſint.

Le-

272 *Legatus, & epiſcopus, quando ſpurium ad perſonatus, & dignitates habilitare poſſint.*
273 *Mandatum de prouidendo de ſimplici beneficio dignitatem, uel perſonatum alıter non includere.*
274 *Perſonatus, dignitates, & curata beneficia, quoad in compatibilitatem, æquiparari.*
275 *Aetatem annorum viginti, quo ad perſonatus & dignitatum conſecutionem, quo vero ad beneficia curata vigintiquinque, attendi debere.*
276 *Intellectus c. 1. de fil. presbite.*
277 *Communior opinio refertur.*
278 *Legatus & epiſcopus, quo caſu in præmiſſis aliter diſpenſare non poſſint.*
279 *Legatus & epiſcopus, quando iure ordinario cum ſpurio ſuper Rectoria obtinenda, quæ non ſit perſonatus, neque dignitas, diſpenſare poſſint.*
280 *Lex loquens de curatis, quod non expreſſa, non includat.*
281 *Legatus & epiſcopus ſi ex cauſa ſpurio ut beneficium curatum habitu, & actu habeat diſpenſare poſſint.*
282 *Quod eſt, attendendum, non quod eſſe poſſit.*
283 *Statutum quod prouidet, illegitimum ad quodcunque beneficium & ſi ſimplex non admitti, quando contra illius diſpoſitionem ſpurius diſpenſari poſſit.*
Diſtinctio ad idem.
284 *Confirmationem, naturam rei mutare.*
285 *Legatus quando in prouincia ſibi demandata, quod ſpurij omnes quo ad ſimplicia beneficia, & ordines minores pro legitimis haberi debeant, & reputari, ſtatuere poſſit.*
286 *Fornicationibus, & illicitis concubitibus viam aperiendam non eſſe.*
287 *Legatus & epiſcopus ſi de iure communi, concurrente neceſſitate, ſpurios ad omnes ſacros ordines & beneficia indiſtincte habilitare poſſint.*
288 *Epiſcopo ſuper ætate diſpenſare non permiſſum.*
289 *Stilum curiæ mutabilem eſſe, & modo album, modo nigrum reputari.*
190 *Vtilitatem, & neceſſitatem a pari procedere.*
191 *Neceſſitatis cauſam, omnem iuris diſpoſitionem ſuſpendere.*
192 *Neceſſitatem legum diſpoſitione, minus ſubiectam eſſe.*
193 *Eccleſiis de perſonis idoneis prouidendum eſſe.*
194 *Publicam vtilitatem in quacunque diſpoſitione exceptam eſſe, & excluſam.*
195 *Legatos a ſede apoſtolica ad id potiſſimum deputari, ut cunctis prouinciæ neceſſitatibus occurrant, & loco apoſtolicæ ſedis corrigenda corrigant, & aſpera in plana conuertant.*
196 *Diſpoſitio tex. in c. 1. de fil. præsbiter. quo caſu procedat.*
197 *Spurius ingrediens religionem, quando indigeat diſpenſatione, ut religioſus fieri poſſit.*
198 *Legatus quando ſpurium religioſum effectum, & beneficij capacem, vt ſunt monaci, & canonici regulares, ſecundum opinionem quorundam ad beneficia diſpenſare poſſit, remiſſiue.*
199 *Monacum beneficij incapacem, niſi ab epiſcopo ſecum diſpenſatum fuerit.*
200 *Communis ſententia refertur.*
201 *Impedimenta duo, vno ſi quidem efficaciora cenſeri.*
202 *Legati & epiſcopi facultas in diſpenſando cum ſpurio de promouendo ad ſacerdotium, an & ad beneficiu diſpenſationem extendatur.*
203 *Diſpenſationem ſtricti iuris eſſe, & ſtricte ſi quidem interpretandam.*
204 *Tranſlatus ad mendicantes, quando ad duo diſpenſari poſſit, præſuppoſita legati facultate ad idem.*
205 *Legato ſpurios legitimare non licere, niſi ſufficienti facultate munitus extitit, & tenorem facultatum ſuarum inſpiciendam eſſe.*
206 *Legitimationem fauorabilem eſſe, diſpenſationem vero odioſam cenſeri.*
207 *Legitimationem factam de aliquo, vt ſuccedat in bonis parentum ſine præiudicio venientium ab inteſtato, diſpenſationem, non legitimationem reputari.*
208 *Legitimatum omnia iura ſibi vindicare, quæ ab initio legitime natis competunt.*
209 *Diſpenſationem, quo ad ſucceſſionem, & ſpiritualia, in caſu præmiſſo legitimationis effectum ſortiri.*
210 *Intelligentiam verborum a cauſis rerum, non a verbis ſumendam eſſe.*
211 *Legati facultas, quatenus ad legatum, fauorabilem & ampliandam eſſe, cum ſolius Papæ præiudicium concernere dicatur.*
212 *Diſpenſandi poteſtatem vni conceſſam, & cuius effectus in tertium deriuari contingat latiſſime ſi quidem interpretandam, & fauorabilem diiudicari.*
213 *Legitimationem omnem præter illam, quæ ex conſequentia matrimonij reſultat, diſpenſationem reputari.*
214 *Diſpenſationem, iuris communis relaxationem eſſe, quæ ſi quidem per habentem auctoritatem cum cauſa fieri conſueuerit.*
215 *Proprietatem in termino augeri & minui ſecundum maiorem, & minorem acceſſum, ad effectum ad quem peculiariter deſignandum terminus inuentus eſt.*
216 *Species licet non ſuſcipiant magis, & minus, quadam tamen ratione homo valens ratione & intellectu, dicetur magis homo eo, qui eſt rudis ingenij, & craſſi intellectus.*
217 *Papa diſpenſans ad actus ſpirituales, quod legitimare dicatur.*
218 *Legitimatio quando ſit abſterſiua omnis maculæ.*
219 *Legitimationes, quæ fiunt per papam, Imperatorem, & alios habentes poteſtatem, diſpenſationes, & relaxationes dici, & reputari, ac ampliandas eſſe, inquantum auctoritas legitimantis ſeſe extendit.*
220 *Legitimatum a legato etiam ad omnia alia temporalia, quæ perſonæ cohærent, & alteri præiudicio non ſint, legitimatum cenſeri.*
221 *Intellectus gl. in c. per venerabilem, & gl. in c. lege. x. diſt.*
222 *Legitimatum a papa, vel Imperatore, non vere legitimum, & an legitime natum cenſeri.*
223 *Papam, vel Imperatorem auctoritate ſua facere non poſſe vt factum aliquid infectum non ſit.*
224 *Legitimi proprie qui cenſeantur, & reputentur, etiam ſi minus legitime nati ſint, & ad ipſum vno tantum caſu effici refertur.*
225 *Quodque hi in aliquo a vere legitime natis aliter non differant, & in feudis quoque ſuccedant ſecundum communem.*
226 *Natum ex ea, quæ cum matrimonium contrahi non potuerit, nunquam vere legitimari poſſe.*
227 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, ſi uere, vel ficte legitimatus cenſeri debeat.*
228 *Verbum, haberi, veritatem importare.*
229 *Statuto dictante, ciuem eſſe, vel haberi pro ciue, quando idem ſit.*
230 *Matrimonio ſubſequenti antea natos legitimari, qualiter procedat.*
231 *Matrimonium ſi quod a principio valuit, poſtmodum impedimento ſuperueniente, per promotionem ad ſacerdotium, ſi filij interim nati legitimi ſint, ſecundum communem Doctorum ſententiam.*
232 *Limitatio, ad idem ſi, ignorante vel inuita vxore, maritus ad ſacros præsbiteratus ordines promotus extiterit.*
233 *Diſpenſationem duplicem, generalem ſcilicet & particularem, una quando ad beneficia & ſucceſſiones, alia vero ſi ad certa beneficia, & certos ordines, quem diſpenſari contingat.*
234 *Legitimationem a diſpenſatione differre in eo quod illa tota gratiæ innitatur, hæc vero diſpenſationis generale ſuum nomen retineat.*
235 *Legitimationem tanquam prouenientem ex gratia principis, fauorabilem, diſpenſationem vero odioſam cenſeri.*
236 *Limitatio ad idem.*
137 *Diſpenſationem papæ ſine cauſa, tanquam indebite factam, a iure communi exorbitare, remiſſiue.*
238 *Beneficiorum pluralitatem odioſam, etiam ſi in compatibilia non ſint.*
239 *Diſpenſationum uerba qualiter concepta ſint, quam maxime attendi.*
240 *Illegitimitatis impedimentum ſemper remanere, quo caſu procedat.*
241 *Diſpenſatus ad beneficium curatum, quod obtinuit, ſi permutauerit cum alio ſimili, an illud etiam retinere poſſit.*
242 *Legatus ſi vigore facultatis ſibi indultæ ſpurios ex quocunque damnato coitu legitimare poſſit, & valeat.*
243 *Spurios non ideo dici, quod ſint extra puritatem matrimonij, Alciato Teſte, ſed a græca voce ſporadem, quæ ſignificat paſſim & vulgo conceptos.*
244 *Natos ex concubina, & ſic extra puritatem matrimonij, ſpurios non [illegible].*
245 *Natos ex prohibitis nuptiis, quo ad patris poteſtatem, ſpurijs, ſimiles eſſe.*
246 *Simile non idem eſſe,*
247 *Naturales aliquos, nonnullos ſpurios alios vero inceſtuoſos legem vocare.*
Diſtinctio in præmiſſis.
248 *Illegitimorum multiplicem ſpeciem alibi recenſeri.*
249 *Spurius quando legitimari poſſit a legato quo ad ſucceſſiones.*
250 *Legatum papam etiam in terris eccle. non ſubiectis, ſpurios quoad ſucceſſionem non legitimare*
551 *Communi Doctorum calculo receptum.*
252 *Et ita in practica ſeruari conſueuiſſe.*
253 *Spurio diſpenſato ſuper impetratione alicuius gratiæ, quando de abolita ſpurietate mentionem facere teneatur, cum non fuerit expreſſe diſpenſatus ad idem.*
254 *Diſpenſatus ad vnum beneficium, & ſi alia ad quæ diſpenſatus non ſit, petrare poſſit & valeat.*
255 *Comites Palatini quando legitimare & illegitimos naturæ reſtituere poſſint.*
256 *Gratiam ſubreptitiam, quæ primo non valebat, nouam gratiam reputari.*
257 *Gratiam nouam cenſeri, quando ius quæritur, vel augetur.*
Et in qua de omnibus qualitatibus mentionem fieri oportet.
258 *Certum dico & reputari ſi quod per relationem ad aliud certificari poſſit.*
259 *Nobiles & de nobili genere procreatos dici, ſi qui moribus, & virtutibus ornati ſint.*
260 *Sanguinis nobilitatem ſecus reputari.*
261 *Saul poſt Aſinam in Regem aſſumptum cum moribus & virtutibus longe præſtaret.*
262 *Saluſtij ſententia refertur.*
263 *Iuuenalis item de nobilitate.*
264 *Vlpianum nobilem dici.*
265 *Scientiam nobilitare dicimus.*
266 *Piſcatori, non Cæſari ſucceſſorem quæri reſponſum, dum inter nobilem, & ignobilem de papatu contentio ſuborta eſſet.*

267 *Simplicitas quam maxime Deo amicam cum paucis, ſimplicibus, & pau pertores totum mundum & eius altitudinem illis ſuppoſuere voluerit.*
268 *Expoſitum promoueri paſſe, Ananiam voluiſſe.*
269 *Nobilitatis non leuem rationem habendam eſſe, ſi qua ex ſanguine, & proauorum ſtemmate prouenerit, cum eiſdem multis priuilegijs in ſegetta ſit.*
270 *Nobilium filias habere præſcriptionem pro ſe, cum credantur eſſe tales, quales præceſſores ſui extiterint.*
271 *Spurios patera aincontinentia imitatores reputari.*
272 *Nobiles ſublimes intelligi.*
273 *Plebeos decurionum honore fungi non licere.*
274 *Obſcurogen ex progenitu, & ignobiles officium dehoneſtare.*
275 *Nobilitatis rationem habendam, Romanam curiam obſeruare.*
276 *Britones tanquam ex alto Troianorum ſanguine deſcendentes, nobiles reputari.*
277 *Nobilem cæteris paribus, ignobili præferri, cum nobilitas gradum adijciat.*
278 *Nobilitas vera, quæ nam eſſe intelligatur, quique nobiles ad tractatum iudicis idonei.*
279 *Nobilitatem triplicem eſſe, theologalem ſcilicet, naturalem, & politicam, de quibus omnibus diſcutitur.*
280 *Loci conſuetudinem reſpectu nobilitatis, quam maxime attendendam eſſe.*
281 *Dignitatem illam ſiquidem attendendam eſſe, quam in loco pro dignitate reputari contingat.*
282 *Nobilitatem communi vſu loquendi regulandam, & attendendam eſſe, cum illa propria nobilitas intelligatur.*
283 *Dignitatem ſi quis habuerit a principe, cæteris præferri.*
284 *Literatos & nobiles æquiparari quibus cum de facili diſpenſatur, ſi illegitimi extiterint.*
285 *Auctorem contrariam ſententiam ſequi.*
286 *Nobilitas an probata ſit, quando legatus legitimandum nobilem dixerit.*
287 *Narratio facti alieni quando præſumptionem inducat.*
288 *Concedentie narrationi quando ſtandum ſit.*
289 *Enuntiatiuis verbis in inſtrumentis, vel literis inferiorum, quando credatur.*
290 *Literas inferiorum, præſumptionem quandam naturalem præſeferre.*
291 *Nobilitatem præſumi cum deſcendat a bonis moribus, qui mores pariter præſumuntur.*
292 *Enuntiatiua verba principaliter probata propter aliud in facta proprio non probare, non item præſumptionem inducere in inferioribus.*
293 *Intellectus ad elementinam, literis.*
294 *Legato aſſerenti ſe reſeruaſſe, non conſtito quod reſeruauerit, nullatenus credendum eſſe.*
295 *Intellectus l. ex bis. C. de milit. teſt.*
296 *Legati literis ineconcernentibus factum proprium non credi, & longe minus de alieno facto eidem credendum eſſe.*
297 *Nobilem ſe aſſerenti, quando onus probandi incumbat.*
298 *Negatiuam ſui natura improbabilem eſſe.*
299 *Legatus quando etiam mulieres legitimare poſſit, & ſecum diſpenſare.*
300 *Maſculinum in materia communi fœmininum concipere.*
301 *Mulieres ſpiritualium incapaces eſſe.*
302 *Abbatiſſas non niſi legitime natas eligendas eſſe.*
303 *Abbatiſſa, quæ præ cæteris monialibus, opinione caſtitatis pollere debeat.*
304 *Succeſſia immediata in beneficialibus cur probibita.*
305 *Succeſſionem mediatam prohibitam non cenſeri.*
306 *Legatos de latere quando abſque ſpeciali indulto diſpenſare poſſit, quod filius legitimus immediate habeat eccleſiam in qua pater adminiſtrauit.*
307 *Per dictio, qualiter interpetretur in caſu de quo agitur.*
308 *Spurium ſuccedere patri immediate, quomodo dicatur.*
309 *Patrem & filium eodem tempore altari miniſtrare minus licere.*
310 *Illegitimum filium impudico patri miniſtrare in altaris miniſterio, indecens eſſe.*
311 *Prohibitio quod filij non ſuccedant patri immediate, an habeat locum in suo & ſuperioribus.*
312 *Prohibitionem huiuſmodi odioſam reputari.*
313 *Filiorum appellatione, in materia odioſa nepotes non venire.*
314 *Comites Palatini, ex eo quod comites, ſi quam legitimandi facultatem habeant.*
315 *Verba ſine præiudicio venientium ab inteſtato, in legitimationibus apponi ſolita, quid importent.*
316 *Legitimatum ad inſtantiam patris id procurantis in vita, vel mandatis fieri in teſtamento, patri ſuccedere in oneribus & per omnia agnatis excluſis.*
317 *Legitimatum excludere omnes agnatos ab inteſtato, & legitimos ac naturales ex teſtamento, dummodo non ſit at præiudicium legitime eorum, ex communi Doctorum ſententia.*
318 *Pater viuens, quod de rebus ſuis vt libet diſponere poſſit dilapidando.*
319 *Pater dum viuit, ſe filium legitimari procurauerit, quod nec quiſquam ei cari debeat cum nullius interſit.*

320 *Legitimatos pro legitimis haberi, & in aliquo a legitimis non differre.*
321 *Legitimationem, principis donum eſſe, & late interpretari debere.*
322 *Bona ſi quis habuerit, ſucceſſorem habebit agnatum, primo, Vxorem ſubinde, aut fiſcum, cum vix dari poſſit quenquam legitimum ſucceſſorem habeat.*
323 *Inducta io augumentum, contrarium effectum non operari.*
324 *Naturalem etiam non legitimatum, agnatis in certa portione ſuccedere.*
325 *Legitimationem potius habilitationem ad ſucceſſionem, quam legitimationem quandoque reputari.*
326 *Doctorem Dionyſium de Teruſio, tempore ſuo Doctorem veritatis extitiſſe.*
327 *Communis opinio refertur.*
328 *Priuilegij tenorem inſpiciendum & attendi debere.*
329 *Supremo principi reſeruata, non de facili concedi conſueuiſſe, & id tantum conceſſum intelligi, inquantum verba ſonant.*
330 *Priuilegium aliter interpretandum non eſſe quam quod apertis verbis demonſtratur.*
331 *Interpretationem non dilatari, quando principis præiudicium vertatur.*
332 *Clauſula, ſine præiuditio venientium ab inteſtato, in legitimationibus apponi ſolita, quod non debeat eſſe abſque effectu aliquid operandi.*
333 *Auctoris opinio refertur circa intellectum clauſulæ, ſine præiudicio venientium ab inteſtato.*
334 *Spem hæreditatis eius qui viuit, & de bonis ſuis ad libitum diſponit, non vſquequaque conſiderabilem eſſe.*
335 *Agnatum legitimatum cum clauſula præmiſſa, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, legitimos non excludere.*
336 *Clauſula, ſine præiudicio, venientium ab inteſtato, effectus qualis ſit.*
337 *Patrem plus filio legitimato, quam legitimo, & naturali relinquere poſſe.*
338 *Statuta dictante quod fœmina non ſuccedat niſi in certa ſumma, quod & filius legitimatus in maiori ſumma quam ipſa fœmina, ſuccedere non poſſit.*
339 *Communem opinionem eſſe quod ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, non habeat locum in maſculo legitimato.*
340 *Legitimatum poſt mortem patris, agnatos a ſucceſſione patris non excludere.*
Ratio ad idem.
341 *Legitimationem, reſtitutionem quandam reputari.*
342 *Reſtitutum, locum ab alio occupatum non recuperare.*
343 *Limitatio ad idem in ſucceſſoribus ſanguinis.*
344 *Subſtitutum decedentem ſine filij s legitimis & naturalibus, a filia legitimo excludi ſecundum communiorem opinionem.*
345 *Legitimatus ad preces patris quando teſtamentum antea factum rumpat.*
346 *Legitimatio facta, quando reuocari poſſit.*
347 *Donationem omnium bonorum, uel maioris partis, ſi per legitimationem, ſeu habilitationem ad ſuccedendum factam per legatum perinde ac ſi natus eſſet filius legitimus, reuocari contingat.*
348 *Electio facta de illegitimo poſtea diſpenſato per legatum, uel alias per ſubſequens matrimonium legitimo effecto quando reconualeſcat.*
349 *Diſpenſata per legatum ſuper illegitimitate, quando præcludatur via quominus ſeſe legitimum probare poſſit.*
350 *Veritatem opinioni præualere.*
351 *Facultas legitimandi quando extendatur ad feuda, directi Domini conſenſu accedente.*
352 *Legitimatos per Imperatorem in feudo ſuccedere.*
353 *Imperatorem in præiudicium eorum, qui in feudo ſuccedere debent legitimare non poſſe.*
354 *Succeſſionem deberi filio legitimato, ob matrimonium a Deo inſtitutum.*
355 *Filium ancillæ cum filio liberæ non ſuccedere Apoſtoli auctoritate.*
356 *Imperatorem bonorum temporalium, alicuius Dominum non eſſe.*
357 *Principem, meum a me ſine cauſa auferre non poſſe.*
358 *Legitimatione quacunque, quantumuis læta, quem ad feudum habilitatum non cenſeri.*
359 *Principem tertio præiudicium inferre non de facili cenſeri.*
Limitatio ad idem.
360 *Principis plenitudini reſeruata in generali conceſſione non comprehendi.*
361 *Facultas legitimandi ad feuda, de plenitudine poteſtatis reputari.*
362 *Principem omnem genituræ maculam abolere, & legitimatum ad omnia & ſingula iura tam communia, quam locorum quorumcunque ſpecialia reſtituere.*
363 *Verbum ſingula, quid operetur.*
364 *Legitimandi poteſtas ſui natura fauorabilis, & latiſſime interpretanda.*
365 *Legitimatum ad honores & dignitates & ad feuda quoque legitimatum cenſeri.*
366 *Auctorem, Socini opinionem amplecti.*
367 *Qui vult vnum, & omnia conſecutiua velle videtur.*
368 *Nominatim expreſſum dici & reputari, quando adijciatur clauſula, quatenus importet.*
369 *Lex ſi qua principaliter ad fauorem inducta ſit, licet odium alicuius conſequenter tangat, fauorabilis tamen reputatur.*
370 *Actum in præiudicium alterius verte non dicitur, ſi non principaliter, ſed ſecundario præiudicium afferat.*

Triaci

371 Principem tollendo obſtaculum perſonam habilitare ad id, quod ad alterum perueniſſet, ſi habilis non fuiſſet.
372 Feudum prouidentiæ, diuerſo iure cenſeri.
373 Legatus quando munere legationis, milites vel Doctores creare poſſit, & valeat.
384 Epiſcopos, Doctores creare conſuetudine quadam inductum fuiſſe, concurrentibus, ſtudio, & alijs requiſitis.
375 Intellectus c. Quod dilectio, de conſanguin. & affinit. & in quibus caſibus illius diſpoſitio procedat, & locum ſibi vindicet.
376 Legatum in gradibus conſanguinitatis vel affinitatis, etiam lege poſitiua tantum prohibitis non diſpenſare.
377 Legatum contra concilium non diſpenſare remiſſiue.
378 Gradu Sexto alias matrimonium contrahere, pro ut nunc quarto vetitum.
379 Legato diſpenſare ſuper contrahen. matrimonio, in gradibus diuina lege prohibitis, interdictum.
380 Legato in longinquis, partibus & remotis & ex cauſa, ſinge ſcandali euitandi, & pacis conciliandæ de gratia, in matrimonialibus in gradibus prohibitis permiſſum cenſeri.
381 Legato ex cauſa etiam contra concilium quandoq; diſpenſare permiſſum.
382 Facultates quæ communiter legatis circa matrimonia concedi conſueuerunt.
383 Item, quando tertio aut quarto ſimpliciter uel mixtim tertio & quarto etiam multiplici conſanguinitatis, vel affinitatis gradibus, inuicem coniunctis, vel alio ſiquidem impedimento laborantibus.
384 Legato cum his, qui ſe per adulterium polluiſſent, dummodo in mortem prædefuncti coniugis aliquid machinati non ſint, ad inuicem matrimonialiter copulari diſpenſare permiſſum.
385 Quodque in matrimonio per eos ſcienter, uel ignoranter contracto remanere, prolem exinde ſuſcipiendam decernendo.
386 Legato quando permiſſum diſpenſare cum his, quorum vnus a ſtipite tertio, alter uero ſecundo gradu diſtet.
387 Lineam æqualem & inæqualem vario iure cenſeri.
388 Legato quando permiſſum tertio, & quarto gradu mixtim coniunctos diſpenſare.
389 Diſpenſat in tertio, ſi ſint in ſecundo & tertio, quod aliter contrahere non poſſint.
390 Gradus huiuſcemodi rationem habendam eſſe, vt quoto gradu quis diſtet remotior a ſtipite, ita & tranſuerſales inter ſe diſtare dicantur.
391 Legati facultatem quando ſolum de præiudicio agentis agatur late interpretandam eſſe.
392 Auctoris opinio refertur.
393 Verba papæ in diſpenſando, ſecundum terminos iuris intelligenda.
384 Aequalis diſtantio ſi exprimatur in reſcripto, vel expreſſo, quod æqualiter diſtent, vel quod ſint in tertio, & tertio qualis fuerit intentio reſcribentis.
395 Legatus ſi diſpenſauerit cum aliquo ſuper contrahen. cum conſanguinea, an & illa abſque alia diſpenſatione ſecum contrahere poſſit.
396 Diſpenſationem vagam, reijciendam eſſe.
397 Diſpenſationes cauſa adiecta concedi, quæ alias intelligi non poteſt, niſi expreſſo, qua cum contrahendum ſit.
398 Legatum in diſpenſando, ſtilum curiæ ſequi, & illi ſe conformare conſulit auctor.
399 Diſpenſatio legati ſub his uerbis concepta, in diſpenſando cum Bertaut poſſit contrahere conſanguinitate non obſtante, quando ualeat & ſubſiſtat.
400 Diſpenſatio cum generali ſaltem derogatione legum contrariarum concedenda ſit.
401 Contrariam ſententiam auctorem ſequi.
402 Legi ſatis derogatum cenſeri, quando ei quod continetur in lege, derogari contingat.
403 Legato quando permiſſum in vim ſuæ facultatis diſpenſare cum his, qui ex vtroque parente conſimili gradu coniuncti ſint.
404 Mixtum ſub ſimplici non comprehendi in materia de qua agitur.
405 Facultatem diſpenſandi cum nato ex adulterio, & inceſtu, ad natū ex vtroque non extendi.
406 Spurium dici, qui naſcitur ex concubina.
407 Conſanguinitatis vinculum vnicum eſſe.
408 Legati facultas quando extendatur ut cum his, qui ſe prius carnaliter cognouerint, diſpenſare poſſit.
409 Diſpenſatio papæ de contrahendo cum conſanguinea, quod non valeat, ſi ex eadem prius liberos procreauerit.
410 Legatus quando diſpenſet cum ſimoniace ordinatis, quodque ſi ignoranter ordines receperint, diſpenſare conſueuit.
411 Legatum in cæteris ex cauſa diſpenſare.
412 Legato & epiſcopo omnia permiſſa cenſeri, ſi eccleſiæ vtilitas, uel neceſſitas ſuadeat.
413 Legato non minus conceſſum, quam epiſcopo, vt & idem in omnibus caſibus, in quibus epiſcopus diſpenſare poſſit.
414 Annatas & compoſitiones pro gratijs & diſpenſationibus, quando legato recipere liceat.
415 Decimas, taxas, & Annatas ob miniſtrorum & eccleſiæ neceſſitates Ro. pontifici & eius legato imponere licere.
416 Annatas papæ, ſicut olim Decimas a pontifice hebræorum capi conſueuerat, non minus capere licere.
417 Legato quando ſuper defectu ætatis diſpenſare permiſſum.
418 Aetatem 12. annorum in fœmina. 14 vero in maſculo in teſtando, in matrimonium contrahendo, & profeſſione facienda requiri.
419 Malitiam in matrimonio ætatem ſupplere.
420 Sponſalibus, de futuro ætatem annorum ſeptem conuenire.
421 Abbatem, & ſacerdotem promouendos non eſſe, niſi in ætate annorum viginti quinque.
422 Abbatiſſam vero triginta.
413 Virginem conſecrandam xxv.
424 Priores conuentum habentes actu xxv. vel ſicuram animarum habuerit, ſi vero non conuentuales, nec curam, annos. xx.
425 Federici de Senis opinio, quod ſit ſatis dicto priori agere ſeptimum annum improbatur.
426 Præsbyteri ætatem habeāt annorū uigintiquinque, epiſcopi vero triginta
427 Prioratum, & alia beneficia ſecularia ſimplicia, & de per ſe ſtantia, quem ætatis ſuæ anno 14. conſequi, & retinere poſſe.
428 Si vero de per ſe non ſtare, ſinge capellæ, canonicatum, & ſimilia, quod in illorum conſilio maturitas requiratur, & reſpectu canonici, ætas quatuordecim neceſſaria uidetur, quodque completa ſit.
449 Minorem quatuordecim annis præbendam in cathedrali eccleſia retinere niſi cancellariæ regulis aliter decretum ſit,
430 Minorem quatuordecim annorum ad exercitia canonicorum non admitti, nec canonicatum conſequi.
451 Capellas ſimplices clericales, quem ætatis ſuæ anno ſeptimo conſequi & retinere poſſe.
432 Presbyteratus ordo in 25. ætatis anno. Diaconatus in xx. ſubdiaconatus vero 18. imprimitur, in minoribus 7. annis opus eſſe.
433 Primam tonſuram inter ordines connumerari & in qua ætas annorum ſeptem requiritur, & quæ infanti aliter conferri non poteſt, niſi quando religionem ingrederetur.
454 In iudicibus ætas 18. aut 20. annorum requiri uidetur.
435 In procuratore ad negocia ætatem 17. annorum requiri, ad lites, uero 25.
436 In inquiſitore hæreticæ prauitatis 40. annorum ætas requiri videtur.
437 Teſtes cuius ætatis eſſe debeant vt teſtimonium veritatis perhibere poſſint remiſſiue.
438 Aetas legitima quæ nam eſſe intelligatur, quodque 25. annorum.
439 Annus ſi cæptus uel completus attendatur, quando certa ætas requiſita ſit.
440 Legatum cum minori 14. annis in profitendo, vel teſtando, cur non diſpenſet.
441 Aetatem quatuordecim annorum iudicio potiſſimum carere, & diſcretione.
442 Legatus & epiſcopus, quando cum eo qui agit 20. annum ad dignitates, & perſonatus ſine cura retinendas, diſpenſare conſueuerint.
443 Legatum cum maiora ſeptennio vt in canonicum promoueatur diſpenſare.
444 Et id ipſum epiſcopo quoque permiſſum eſſe.
445 Legatum cum minore 25. annis, vt fiat presbyter, non vt Diaconus in 20. non item ſubdiaconus in 18. diſpenſare.
446 Limitatio ad idem, ſi neceſſitas eccleſiæ urgeat, vt quia indigeret miniſtris nec aliter conſuli poſſet.
447 Sublimitatio ad idem.
448 Neceſſitatem & vtilitatem eccleſiæ, ex non licito, licitum facere.
449 Legatum cum minore 25 annis vt habeat beneficium, aut dicas dignitates in eadem eccleſia, diſpenſare, ipſius eccleſiæ neceſſitate, vel vtilitate exigente.
450 Eccleſias pueris, & minoribus, ab epiſcopis conferri, quod poſtmodum per generale concilium interdictum eſt.
451 Canonico minori xx. annis, quando cauſas cōmittere, legato permiſſum ſit.
452 Papæ tantummodo reſeruatum cenſeri.
453 Inferiori a principe iura immutare non licere.
454 Legatum iure principis cauſas committere.
455 Cauſas, minori quatuordecim annorum non committendas eſſe
456 Papa, ſi minori quatuordecim annis cauſas committere poſſit, in dubium reuocatur.
457 Legato ſuper defectu ſcientiæ cum promouendis quando diſpenſare permiſſum, & quo caſu.
458 Legatum cum illiteratis & indocibilibus diſpenſare non poſſe.
459 Illiteratos caracterem ordinis non recipere, item monſtra & opprobrium in eccleſia Dei reputari.
460 Scientia quæ hodie in Abbatibus & presbiteris requiratur, non de facili explicari, niſi locorum, & perſonarum qualitate penſata.
461 Scientiam triplicem eſſe, eminentem, ſ. mediocrem, & ſufficientem.
462 Diſtinctionem præmiſſam a Decio impugnari.

LIBER VII.

HOc ſeptimo agetur quomodo illegitimi per legatos ad ordines, & beneficia diſpenſentur. † & po-
1 ſito in primis tenore facultatum Reuerendiſſimi Domini mei, quæ communiter con
2 ceduntur legatis de latere, † formabuntur quæſtiones in materia tam pro enodatione facultatū, quam iuris cōis, deinde de diſpenſatione circa matrimonia, & cir-
3 ca ætatem aliquid dicemus, † ſequitur igitur.

De poteſtate legati in legitimando ſpurios ad beneficia,
4 & alios actus. †

5 Tenor facultatis. †

Concedimus vt ſuper Natalium etiam ſi ex adulterio inceſtu, vel nefario, aut quo
cunque illicito coitu procreati fuerint, defectibus diſpenſa-
re, vt quæcunque, quotcunque, qualiacunque beneficia ec-
cleſiaſtica cum cura, & ſine cura, ſecularia, & regularia, inui-
cem compatibilia, etiam ſi ſecularia, Canonicatus, dignita-
tes, & præbendæ, etſi de nobili genere procreati fuerint, etiã
maiores, & principales perſonatus, uel offic. in cathedralib.
p & Metropolitanis, vel collegiatis eccleſijs, & in illis in quib.
dictorum patiẽtium defectum Natalium patres beneficia
obtinuerint, dum tamen inſimul non miniſtrent in altaris
miniſterio recipere beneficia, per eorum patres obtenta, dũ
tamen illis immediate non ſuccedant, retinere, & quod de Na
talium defectibus huiuſmodi nullam in quibuſcunque lite-
ris, & gratijs ſibi concedendis mentionem facere teneantur
indulgendi. Hæc eſt facultas quoad legatum.

6 Sed Quoad Comites Palatinos ita ſonat Gratia. †

Concedimus facultates, Comites Palatinos creã di, quoad hoc ut ipſi Comites Pala
tini cum quibuſcunque, etiam ex quocunque illicito, & dã-
nato coitu procreatis, ut in bonis parentum, agnatorum, co
gnatorum, ſine præiuditio uenientium abinteſtato ſuccedere
poſſint, diſpenſare ualeant. Quæro igitur primo, quid ſit le-
7 gitimatio? † Reſpond. legitimatio eſt reſtitutio natalium,
8 Bart. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. Bald.
in l. 1. C. de iur. aur. anu. ubi etiam dixit quod erat donum ſo
9 lius principis, † & in cap primo. Hic fin. lex cora. & incipiunt
conſuetudines in princ. in colum. fin. Alias autem legitima
10 tio multipliciter ſumitur, † nam modo ſignificat abſterſio-
nem peccati, gloſ. in l. ſi quis tam. C. de decur. lib. 10. alias ab-
ſterſionem maculæ † Bal. in l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iu-
re. l. nam ita diuus. ff. de adopt. Quæro ſecundo, unde habuit
11 originem legitimatio, Sol. a iure poſitiuo, † nam a principio
12 Deus glorioſus, procreato homine, inſtituit matrimonium
dicens hoc os ex oſſibus, † &c. no. 27. quæſt. 1. In ſumma, & in
13 capitu. fi. de frig. & malef. Sed tale matrimonium erat infor-
me, nullius adhuc poſitiuæ legis anguſtijs coarctatum, nec
14 alicui libidinis ardori obnoxium, † ut homines ſine ardore
15 cõciperẽt, & ſine dolore parerent, † poſt peccatũ uero Adã,
corrupta iam natura, homines cœperunt quaſi ferino more
uiuere, & vnuſquiſq; ad coitum accedebat, ut ſeſe offerebat
occaſio, hac ſola matrimonij umbra utentes, quod prolem
ex ſe natam educabant, ac ex complexibus generationem
16 procurabãt, † in reliquis nuptiarum ſolemnitatũ nulla cura.
nullus ideo legitimus, uel illegitimus naſcebatur, utpote
quia non emanauerat lex, quæ certam matrimonio formã
dediſſet, nam ſi tunc nullus illegitimus erat, ergo nec etiam
legitimus, quia omnes una naſcendi libertate parentib. ſuis
legitimi naſcebantur ut in auten. qui. mo. nat. effic. legit. § ſi
quis vero. in fi. Et hæc quidem eo tẽpore, quo iura gentiũ pri
17 mæua tantummodo uigebant, † ut colligitur ex tex. glo. inſt.
de iur. natu. gent. & ciui. in princ. At poſtea, cum homines ſil-
ueſtrem uitam peroſi, in unum cõuenire cepiſſent, urbes, &
caſtra ædificare, regna conſtituere, ciuilibus atque politicis
moribus uiuere, ſucceſſiones inuicem quærere, animaduer-
tẽtes promiſcuam illam coeundi conſuetudinem ſocialita
18 ti aduerſari, matrimonijs formam dederunt, † iubentes unũ
quenque uxore ſua contentum ab alienæ mulieris comple-
19 xib. temperare † Quin & a quarũdam mulierum nuptijs ob
20 ſanctum naturæ fœdus abſtineri uoluerunt, † matris videli-
cet, & ſororis, & aliorum de quibus iura diuina, & humana
mentionem facere, appoſitæ ſunt his uetitis gradibus contra
hentibus pœnæ, † hinc adulteria, inceſtus, ſtupra, & huiuſmo
21 di damnati complexus cognſci atque in ea animaduerti ce-
22 ptum eſt, † nam præ cæteris pœnis ſancitum eſt, ut qui ex hu
iuſmodi damnatis complexibus naſcerentur, a ſucceſſione
atque ſacerdotio, & diuina, & humana lege repellerentur,
23 † ſcriptũ eſt. n. adulterorũ filij abhominatio domino, ut habe
24 tur eccleſ. aſt. 2. & in c. cenomanenſem, 56. diſt. c. per uenera-
bilem qui fil. ſint leg. c. cum multæ. 15. q. 8. Item cautum eſt
ne manzeres, ſpurios, notos, atq; inceſtuoſos Domino ſacer
25 dotes offeramus, † c. niſi cum pridem. de renunc. Quæ omnia
abſque liberorum culpa in parentum pœnam ſtatuta ſunt.
ut apparet. 56. di. per totum & in d. c. niſi cum pridem. ne ma-
trimonia contemnantur, quorum ampliationem iura ciui-
lia ob publicam humanæ ſocietatis utilitatem, præcipue ob
26 ſucceſſiones curant, † canonica uero, tum ob illas cauſas, tũ
etiam quia matrimonium eſt ſacramentum in noua lege re
ceptum, ad uitandum peccatum cõcupiſcentiæ, † ut docet
27 magiſter in quarto ſent. diſt. 26. qua ratione inductum eſt
vt in ſpurijs non ſeruetur nomen paternæ familiæ, cum nec
28 & familiæ inſignijs. uti poſſint. † ut per Bal. in l. generaliter. §.
cũ aũt ver. ſi ſtatutum dicit, C. de in ſtit. & ſubſtit. ſub cond.
fact. & Bart. in tract. de inſign. & arm. Item vt neq; ad pater-
nam hæreditatem admittantur ſed, nec ẽt ex paternis bonis
29 ali debeant, † ut in auct. ex complexu C. de inceſt. nupt. quan
quam ius canonicum cum iſtis mitius agens, alimenta non
30 deneget, † c. cũ haberet. de eo qui dux. in mat. quam polluit
per adult. De quo multa quæ eleganter congerit Præpoſ. in
d. c. per venerabilem. in 4 col. uidere potes. Illud quoq; animad
uertendum, quod alijs ẽt rationibus, quam his quas ſupra memorauimus
ſpurij a ſacerdotio repelluntur, quia ſtimetur ne filius ex im
pudico complexu natus paternam incontinentiam imitet,
31 † c. ſi gens anglorũ. 56. diſ. qũ dicit, eaſtimandũ eſſe populos
ex meretricum commixtione natos, degeneres, ignobilesq;
& libidini addictos fore. unde cũ caſtitas ſola ubiq; laudare-
32 tur, & ſola dicatur animas Deo præſentare † auct. ut non lux.
33 cont. nat. ea eſt in ſacerdotibus maxime neceſſaria. † c. diuer
ſis fallacijs. de cler. cõiug. Itẽ ob prærogatiuam ordinis q. ſi
34 nõ reputent digni, quia ex damnata copula nati ſũt, † gl. in c. 1.
in uer. defectu de fil. presbyt. ubi Ioan. An. addit aliã cauſam,
ſ. ob ſcandalum vulgi, qui ſcandalizatur cum irrafragabili-
ter paternæ incontinentiæ teſtes uidet iſtas enim, & alias rõ-
nes ponit Goffr. in ſum. de fil. presbyt. in princ. & card. Alex.
in c. presbyterorum. 56. diſt. in 1. col. quæ oẽs ſpurios repellen
35 di cãx, a paterno odio, & crimine † ut conſtat, procedunt, ſi
ipſe filius ita natus in nullo peccauerit, c. Dñs noſter. 56. diſt.
propter qđ apparet conſtitutiones illas quoad ſpurij perſonã a na
36 turali iuſtitia deuiare, † cũ iniquũ ſit aliquẽ alterius odio præ
37 grauari. † l. ſi quis in ſuo. ad fi. C. de inoff. teſt. l. 3. §. ſi emanci-
patus. ff. de bon. poſ. contr. tab. l. legem. C. de nat. li. c. non dẽt.
de regu. iu. in 6 Propterea ſaluator noſter reprehendit illam
ſñiam antiquorũ, quam habebat, quod patres comedunt vuas acer-
38 bas, & dentes filiorum obſtupeſcũt, † cum iniquum ſit, ut fi-
39 lius portet iniquitatem patris, † cum anima quæ peccauerit
40 ipſa mori debeat. † c. nunquam. c. ſatis peruerſum. 6. diſt. quã-
uis certum ſit adeſſe cauſam huius rigoris, tamen non tolli-
tur quin huiuſmodi lex, quæ tales ſpurios ſine culpa ſua pu-
nit, dicatur a principijs naturalis iuſtitiæ deuiare. Quocirca.
dicimus ſpurios quantum ad ea quæ ad ius naturale uel ſan-
guinis attinet, eſſe de genere, & cognatione eorum, a quibus
41 naſcunt, ſecũdum Bart. in l. 2. ff. de accuſa. & in l. tutelas. ff. de
capi. dimin. gl. in l. quia ſemper. ff. de in ius uocan. & ideo pro
hibitiones contrahendi, quæ oriuntur ex naturali cõmixtio
42 ne, obtinent etiam inter ſpurios, † ut not. Ioan. And. in arbore
conſang. in 6. Ex quibus omnibus inferre licet iura eſſe fauo-
rabilia in diſpenſando cum filijs ex adulterino coitu pro-
43 creatis, † quando re ipſa conſtat ſuſpitionem paternæ incon-
44 tinentiæ ceſſare in illis † Si enim fuerit ſpurius honeſtæ uitæ,
& conuerſationis, literis atque uirtutibus ornatus, eſt illi ita
45 debita diſpenſatio, ut denegari non poſſit, † & ſi quis ſuperior
diſpenſandi auctoritatem habens denegaret, iniuſtus proti-
nus uideretur, tex. & gloſ. in d. c Dominus noſter. 56. diſt no.
in c. ut conſtitueretur. 50. diſt. in. lex enim quia non poteſt re-
ſpicere ſingulos actus humanos, ſed tantum ea, quæ frequẽ-
46 ter eueniunt. l. † nam ad ea. ff. de legi. c. quoniam frequenter,
ut lit. non conteſt. edit ſuas uniuerſales conſtitutiones, cunctos
47 promiſcue ligans, & omnibus æqualiter ſubtrahens. † cum
ut dicit text. in l. 1. ff. de leg. lex ſit æqualitatis norma, ſi tamen
aliqua particularis ratio occurrat, qua qua æquum ſit aliquẽ
48 a legis rigore ſubtrahi, diſpenſationem inuenit, † cuius mini-
ſtrum eſſe noluit principem, ut ipſe uelut bonus pater fami-
lias, & legis moderator, rigorem illum, ſuadente particulari
49 iuſtitia, temperet, † ut alias late declaraui in c. 2. de conſt. li.
6. ex auctoritate canoniſtarũ, & theologorũ, ſed ſi princeps
abſque cauſa, legis neruum relaxaret, non diſpẽſatio, ſed diſ-
50 ſipatio nominanda, † nec ita diſpenſatus diceretur tutus in fo-
51 ro cõſcientiæ, etiam ſi fieret per papam, † ut per Inno & Ab.
in c. de multa. de præben. & p doct. in c. 1 de fil. presbyt. gl. melior
52 in c. nõ eſt. de uot. & tenẽt theologi, † quos abũde refert in d.
c. 2. & dicã in materia diſpẽſationis. unde conſtat ualde cõpatie
dũ eſſe tẽporibus iſtis chriſtianorũ animab. ubi paſſim fiunt
53 diſpẽſationes mendacitũ prohemiorum ſtrepitu fultæ. † Sed
de his alias pauca hæc dixi, vt intelligamus propter ea quæ inferius
dicentur, legitimationis actum eſſe fauorabilem quando adeſt ho
54 neſta legitimati uita. † Sed quid reſpondebis ad tex. in c. 1. §.
2. de fil. presbi. quando dicit diſpenſationem huiuſmodi, ue-
lut exorbitantẽ a iure, eſſe reſtringẽdam? Reſpon. loquitur de
ea diſpẽſatione, quæ fieret a papa ſine diſcuſſione meritorũ,
55 procedente a mera principis benignitate, dr̃. n. hæc contra ius, † ſed
illa quæ fit de homine literato & honeſto, dr̃ eſſe ſecundum ius, quia debita
56 † d. c. dñs nr̃. ubi gl. 56. di. & in c. ut cõſtitueretur 50 di. ubi ponit
de iſta duplici diſpenſatione, debita l. & gratuita, nã iſta, quæ eſt
57 debita nõ exorbitat a iure cõi, alia autem exorbitat † gl. in c.
diſpen-

diſpenſationes. 1. q. 7. & poteſt peti iſta diſpenſatio officio iu-
58 dicis† gl. in c. noli. in fi. 23. q. 1. gl. in c. domino ſancto in uerſ.
neceſſe. 50. diſt. qui dicit ꝙ eps non diſpenſans, peccat, cũ poſ
ſit peti talis diſpenſatio officio iudicis, quamuis non poſſit pe
ti iure actionis. ex præmiſſis datur aditus ad quæſtionem latis
curioſam. An Romanus pontifex reſtituendo illegitimum
generaliter antiquę ingenuitati, delẽdo omnem ſpurietatis
maculam, uel aliter latiſſime diſpenſando, poſſit ſic diſpen-
ſatum ad cardinalatus officium abſque reprehenſione aſſu-
59 mere, †uel tali diſpenſato poſſit amplius opponi nota illegi-
60 timitatis ad effectum ut excludatur a cardinalatu, †quam q̃-
ſtionem animi gratia, & q̃a grauis eſt præter ſolitum latius
explicabo. Et primo uidetur poſſe reijci, quoniam conſuetu-
61 do eccleſiæ eſt ſeruanda & pro lege tenenda † l. minime. ff.
de legi. Conſuetudo autẽ diutius obſeruata, habet ut tales
non aſſummantur, igitur &c. Secundo, quia generales diſpo
ſitiones & habilitationes nunquam comprehendunt Reuer.
62 dominos cardinales ob gradus ſui excellentiam† ut no. Io.
Mon. in cap. 1. de ſciſm. in 6. Io. An. & Domi. in c. nemo dein
ceps. de elec. co. ii. Nam dignitas cardinalatus eſt propior cæ
63 teris papatui, cum ſint ſenatores† ca. eccleſia ſenatum habet
16. q. 1. & ſic ſucceſſores leuitici generis, habentes omnia dif-
64 ficilia orbis negotia terminare† cap. per uenerabilem qui fil.
ſint. leg. c. fundamenta de elect. in 6. unde dicuntur cardines
orbis terrarum, ſup quibus uoluitur vniuerſa machina chri-
65 ſtiani orbis, †dicẽte ſcriptura Reg. 2. Dñi ſunt cardines, & po-
ſuit ſuper eos orbem. Hoſt. in c. 2. de cler. non reſi. Arch. in c.
ubi periculum. de elect. in 6. eſt. n. dominorum cardinalium
66 collegium ſacrum, cætus diuinus: †ſecundum Bal. in rubr. C.
ſi quis aliq. teſta. prohib. & pars papatus, ut in c. fœlicis. de pẽ.
in 6. vnde quanuis epiſcopi & alij prælati iurent fidelitatem
papæ, domini cardinales non iurant, quia uiderentur iurare
67 ſibi ipſis† ſecundum Hoſt. in c. antiqua. de priuil. & licet alias
duo teſtes ſufficiant ad conuincendum vnum, Tamen con-
68 tra cardinalem requiruntur ſeptuagintaduo, †cap. præſul. 2.
q. 5. ex quibus uidetur innui, ꝙ per quamcunque generalem
diſpenſationem ad quaſcunque dignitates non includatur
69 iſta dignitas, †quod eſſe uidetur de mente Bal. in l. eam quam
col. 15. C. de fidei comm. quando dicit, illegitimos diſpenſa-
tos ad quamcunque dignitatem, non intelligi diſpenſatos
70 ad dignitatem regiam. †Et hoc expreſſe tenet Abb. in c. dile
ctus filius. de conceſ. præben. Dicens papam etiam quando
vult facere uberiorem gratiam diſpenſando cum inhabili,
71 diſpenſat vſque ad cardinalatum excluſiue. †Tertio, dum ꝓ-
hibetur vnum, prohibetur & id per quod peruenitur ad illud
72 †l. oratio. ff. de ſponſ. Illegitimus quantumuis diſpenſatus ꝓ-
hibetur eſſe papa, ergo ẽt prohibebitur eſſe cardinalis, cum
73 iſte ſit gradus ex quo immediate peruenitur ad Papatum † cap.
oportebat. c. nullus. 79. diſt. minor huius argu probatur au-
ctoritate Gratiani. in §. cum ergo 56. diſt. ubi cum adduxiſſet
auctoritates probantes illegitimos fuiſſe factos epiſcopos,
Reſpondit illud fuiſſe ex diſpenſatione, innuens cum illegi-
timis poſſe diſpenſari ad epiſcopatum, & poſtea cum uellet
ſoluere auctoritates, dicentes filios presbyterorum fuiſſe R.
pont. reſpõdet illas auctoritates loqui de his, qui ſunt nati ex
legitimo matrimonio, innuens illam Sol. de diſpenſatione
non conuenire, quia cum illegitimis non diſpenſatur ad Pa-
patum, & iſta fuit ſubtilis inductio. Card. Alex. in d. §. cum
ergo, per quam tenere nititur, non decere papam diſpenſa-
re cum talibus ad cardinalatum. Quarto, quia ẽt legitimati
74 remanẽt infames latẽ infamia facti † vt vr̃ eſſe Decii. Azon.
in ſum. C. de infam. Alex. in l. 3. in prin. ff. de li. & poſt. Ang. in
diſputatione, inci. nobilis genere. Ant in c. per uenerabilem.
in antep. car. qui fil. ſint legit. Alex. in conſ. 94. inci. conſidera
tis his. in 1. uol. & in cõſ 25 eo. vol. & Bal. in c. per tuas. de ma-
ior. & obed. quem refert Alex. in l. ex facto. §. ſiquis rogatus
ff. ad Trebell. dicens quod legitimati debent reuerentiam le
75 gitime natis, nec debent ſtare in eadem menſa cum illis † Et
ideo dicit Rom. in l. admonendi. ff. de iureiur. quod probanti
per vnum teſtem illegitime natum, non eſt deferendum iura
76 mentum in ſupplementum probationis, † quem refert Ni-
col. de Vbal. in tract. de ſucce. ab inteſta. in prima parte verſi-
culo ſequitur quinta ſpecies. Quinto quod ordinatum fuit,
77 ut cardinales non excedant numerum 24. † & de omnibus
78 partibus chriſtianitatis aſſummantur, † de vna natione ter-
79 tia pars tantũ, † de vna ciuitate vnus, vt æqua ſit honorũ di-
80 ſtributio, † ꝙ aſſumendi ad cardinalatum ſint doct. uel licen
tiati cũ rigore examinis, non ſint minores. 30. annis non aſſu-
81 mantur fratres uel nepotes ex fratre, & ſorore Roma pont.
82 aut vnius cardinalis viuentis, † neque ẽt aſſumantur illegiti-
83 me nati, aut corpore vitiati, aut aliqua infamia aſperſi. † His
tñ nõ obſtantibus, dico illegitimum, cum quo, ut præſuppo
nitur, diſpenſatum eſt, ſi ſit vir prudens, literatus, religioſus,
& bonorum morum, poſſe cõuenienter aſſumi ad cardinala
84 tum, quod probatur eſſe conueniens. † Primo, ex parte pote-
ſtatis Sanctiſ. D. N. Secundo, ex parte honeſtatis, ſeu æquita-
tis. Tertio, ex natura legitimationis, Quarto, ex mente ſacro-
rum canonum. Ex parte ptãtis papæ notiſſimum eſt, quoniã
illi dictum eſt, quodcunque ligaueris &c. c. quodcunque. 24.
q. 1. & nullus de hoc dubitabit. Abb. in d. c. cũ dilectus filius.
nã dici põt ꝙ prohibitio iſta ſit mere de iure poſitiuo, q̃a deu
tero. 23. ubi manzeres prohibẽtur ingredi templũ vſq; ad 10.
generationẽ, prohibitio fuit temporalis, ſicut illa quæ ſubdi-
tur de moabitis, & ammonitis. unde in alijs locis ſcripturæ
diuinæ, qñ fit mentio de his quæ arcent aliquem a ſacerdo-
tio, nunquam fit mentio de illegitimitate. ait enim Pau. ad
Thim. 3. oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius
vxoris uirum, ſobrium, pudicum, prudẽtem, hoſpitalem, do-
85 cilem &c. tñ nulla ſit mentio de legitimitate. Item ad Titum
primo idem facit, & nulla de illegitimitate mentio, ad hoc
c. licet 8. q. 1. c. illud. q. 2. & ꝙ hoc impedimentum ſit de iure
86 poſitiuo, † tenet Thom. ſecunda ſecũdæ. q. 63. art. 3. probatur
in c. niſi cum pridem. de renunc. & de fil. presby. per totum.
facit c. Dominus noſter. 56. diſt. & quia non ita paſſim diſpen
87 ſatetur ad ordines. Ex parte honeſtatis, † qm̃ honeſtum eſt ut
88 dignitas eius qui nihil peccauit, non impediatur, † ut dicit iu
riſconſul. in l. Spurii. l. generaliter. §. ſpurios. ff. de decur. indi-
89 gni enim non ſunt qui alieno vitio laborant. † l. lege. §. natu-
ralibus. C. de natur. lib. unde Hieronymus in Epiſtola cõtra
Ruffinum, quæ habetur in c. naſci. 56. diſt. dicit naſci de adul
terio, non eſt eius culpa, qui naſcitur, ſed illius qui generat,
90 † æquum igitur eſt ut per diſpẽſationem quis releuetur a gra
91 uamine, quod alterius culpa patitur, † hoc probat in indiui-
duo tex. in c. Dominus noſter. 56. diſt. ad hoc Reg. non debet
in 6. Ex natura aũt legitimationis cõſtat, q̃a legitimatio ſim
pliciter facta reſtituendo aliquem antiquæ ingenuitati, uel
92 generalis, & gratioſa diſpenſatio, † ut eã baptizat Ab. & Ant.
in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudic. eſt fauorabilis, & la-
te interpretanda, quanuis diſpenſatio particularis ſit odioſa,
93 † Ab. in d. § de adulterijs Anch. in cõſi. 242 in princ. & in cõſ.
448. circa princ. Paulus de Caſtro conſi. 221. ſecundum ordi-
nem antiquorum, Philip. Corne. conſ. 9. in vlti. col. in 4. vol.
Aegid. bellam in conſ. 32. in 3. col. ſi late interpretanda, ergo
non reſtringetur ad iſtam uel illam dignitatem, ſed ſicut in-
diſtincte remouetur impedimentum, indiſtincte admittetur
ad omnes dignitates. l. de pretio ff. de publ. & pro hoc facit
deciſio Ab. in c. cum Vintonienſis. de elect. ubi dicit, quod li
cet illegitimus diſpenſatus ad dignitates non poſſit promo-
ueri ad epiſcopatum. tamen ſi papa legitimat aliquem reſti
tuendo antiquis natalibus, poterit promoueri. ad epiſcopa-
94 tum, ex quo in omnibus reputatur legitimus, † ergo eadẽ ra-
tione ad cardinalatum, poſtquam non reperitur qui aliter
95 excipiat. † Quod etiã amplius oſtenditur, quia papa reſtituen
do hominem ad antiquam ingenuitatem, tollit omne impe
dimẽtum iuris, & facit haberi perinde ac ſi ab initio eſſet na-
96 tus legitimus, & tenere omnem ſtatum legitimorum, † l. in-
terdũ. l. quæris. ff. de natal. reſtituẽ. auct. quibus mo. nat. effic.
ſui. §. illud. ſed homo legitimus bonorum morum nullo iu-
97 re impeditur promoueri ad cardinalatum, † igitur nec iſte.
98 Adiuuatur, quia hoc verbum, perinde, ac talis, † quod &c. fa-
cit terminum relatum haberi pro expreſſo cum omnib. qua
litatibus ſuis, ſecundũ Bar. in l. 1. ff. ſi fam. fur. feciſ. dica. & in
l. ſi quis ſeruum. §. fin. ff. de leg 2. l. ubi autẽ. §. illud ff. de verb.
oblig. Iſtę enim adæquationes ita communicant priuilegia
adæquatorũ, ut nihil ſit in vno, qđ non ſit in alio, ſ. n. † ea, quæ
99 habentur in l. 1. ff. de leg 1. Item, quia qui vult unum vult ẽt
100 omnia conſecutiua † l. oratio. quod etiam obtinet in diſpẽ-
ſationibus odioſis, gl. in capitulo quia in tantum de præben.
& in capitulo ſi quis in clero 1. q. ſeptima. ſed ad remotio-
nem defectus illegitimitatis ſequitur habilitas ad cardinalatũ,
101 & Papatum, ſi aliud non obſtet, † quod patet, quia ille defe-
102 ctus natalium, qui per legitimationem ceſſat, † erat cauſa
quare non poſſet aſſumi ad iſtam uel illam dignitatem, er-
go illo ceſſante, debet ceſſare prohibitio. cap. cum ceſſante
de appell. l. adigere. §. quanuis. ff. de iur. patro. Eſt enim quili-
bet homo naſcens ex natura ſua habilis ad communionem
103 omnium, quæ ſunt in republ. † ſed lex volens fauere matri-
monium, inijcit maculam, & offuſcat illam habilitatem,
qua macula remota, homo remanet in naturali ſtatu aliorũ,
& ſic non datur qualitas noua, ſed antiqua detegitur, ſicut
alias de manumiſſione not. inſtitu. de ingen. Quod uero
hoc procedat de mente ſacrorum canonum, patet, quia illę
duæ auctoritates, quarum vna eſt adulterorum ſilij abomi-
104 natio a dño, † altera qđ manzeres & ſpurii non intrabunt ec-
105 cleſiam vſque ad decimam generationem, † de quibus in ca-
pitulo per venerabilem. qui filii ſint legit. & in capitulo Cę-
nomanenſem. 56. diſtin. intelliguntur quando ad eos pater-
na flagitia hæreditaria ſucceſſione deſcendunt, vt inquit

tex. in d. c. Cenomanenſem. alias autem qñ honeſta uitæ pro
106 feſſio, atq; conuerſatio præſumptionem illam elidit, †nõ eſt
aliqua lex, quæ iſtos, quorum corporis atq; animæ creator
Deus extitit, & ĩ quorũ creatione, Dei glorioſi manus ſicut in
cæteris aſtitit (ut teſtatur. Hierony.) in d. c. naſci. a ſacerdotio
aut aliis dignitatibus repellat, quin ſaltim diſpẽſari poſſint,
immo debeant, eſt enim iſtis illegitimis qui honeſtam uitã,
prudentem, atque eruditam profitentur, adeo dabita diſpen
ſatio, ut ſi ſuperior negaret cum talibus diſpenſare, iniuriam
107 faceret, gl. in c. Dominus noſter. 56. diſtinct. & in c. ut conſti-
tueretur. 50. diſ. gl. in d. c. per venerabilẽ. inquit enim Hieron.
in d. c. Dominus noſter. qualicunque modo natus ſit aliquis,
tamen ut per fectam fidem habeat, & quod fide tenet, ope-
ribus impleat, ſitque literatus, & vir vnius vxoris, nequaquã
108 a ſacerdotio repellitur. †ſi igitur Canones volunt auctorita-
tes illas ſibi uendicare locum, qñ in filio remanet ſuſpitio pa
ternæ incontinentiæ, ubicunque per honeſtam vitæ profeſ-
ſionẽ eliſa erit illa præſumptio, non erit aliquod ius diuinũ,
quod arceat hunc probatum virum a Papatu, uel cardinala
tu ſecundum mentem ſacrorum canonum. Et ſi dixeris, cur
ergo volunt canones ut diſpenſetur? Reſpon. quia Deus glo-
rioſus fecit legem generalem, & ordinauit miniſtros ſuos, q
a generalitate illa eximeret eos, quos eximendi iuſta cauſa
109 ſubeſſet, † ne ſi cuilibet liceret auctoritate propria prætex-
tu cauſæ honeſtæ ſe eximere, homines de facto proprio iudi-
carent, eſt enim diſpenſatio ſententia quędam declaratoria
110 exemptionis a lege, †quæ regulariter fit cum cauſæ cognitio
111 ne. †pp quod dr̃ ꝙ diſpenſatio eſt prouida relaxatio, †vt per
112 Spec. in tit. de diſpenſ. in prin. Archi. in ca. ut conſtitueretur.
50 diſt. Spec. eo. tit. §. qualiter aũt & qñ. ver. quibus aũt. dicen
tes in diſpenſatione ſententiam, & proceſſum eſſe neceſſa-
ria, quæ ĩñ ſolennitas non requiritur in diſpenſatione princi
113 pis, †in quo certa ſcientia habet vim proceſſus, & ſententiæ,
114 ſecundum Abb. Anan. in c. 2. de ſciſm. & in c. innotuit. in 3.
col. de elec. Item probatur, quia ſi quis propria culpa fiat in-
habilis ad ſacerdotium. & peragat dignam pęnitentiam, nõ
eſt aliqua lex quæ prohibeat ipſum eſſe epiſcopum, card. aut
115 papam, †c. Ioannes, cum. c. ſeq. 50. diſt. quod exemplo cõpro-
bauit fęlicis recor. Leo. 10. qui card. ob infandum ſciſma de-
116 poſitos infames ad cardinalatus apicem, †ꝙ ad cor reuerſi eſ
ſent, rurſus erexit. Si igitur illi, quos ꝓprium ſcelus indignos
facit, & maculat, deleta ob melioris vitę propoſitũ priori ma
cula, nulla lege, nullo iure, a cardinalatu ſubmouentur, quã-
to minus illi, quos non propria ſed aliena culpa coinquinat.
ita argumentatur Chriſoſtomus in term. noſtris ſuper Euan
gelio Matthęi Homel. quarta, dicens ꝙ ſi fornicatorẽ ipſum
ad meliora cõuerſum, nequaquam prior vita commaculat,
117 †multo magis ex meretrice natus, & adultera, ſi propria vir
tute decoretur, parentum ſuorum non dedecoratur oppro-
118 briis, †habetur in c. nunquam. 56 diſt. ubi gl. addit in pari gra
du virtuoſum, qui naſcitur ex malis parentibus, eſſe pręferẽ-
dum illi qui naſcitur ex bonis, cum in primo magis eluceat
bonitatis virtus. quãdo ad oppoſitum inclinabat paterna in-
119 continentia. †Item, quia ſi cum illegitimo honeſtę vitę, &
120 erudito paſſim diſpenſatur, ut fiat epiſcopus, † ut in c. inno-
tuit. de elec. c. 2. de corp. vitia. c. p venerabilẽ. qui fil. ſint legit.
c. Cenomanenſem. 57. diſt. quare non debeat ad cardinalatũ
diſpenſari, non eſt ratio. Vnde eſt aduertendum ꝙ quamuis
hodie teneant multi, Reuerendiſ. card. pręſtare officio atque
121 dignitate epiſcopis, †tñ in hoc conueniunt oẽs, ꝙ quantum
ad ordinis excellentiam attinet, longe maior ſit dignitas epi
122 ſcopalis, quam cardinalatis, †ut late concludit And. Sic. in
ſuo tract. de pręſtantia cardina. & moderni in c. quanquam.
2. q. 7. ubi eſt gl. magiſtra, ꝙ epiſcopus eſt dignior cardinale,
cum in ordine ſit maior ipſo, ut per doct. in prohemio ſexti,
& in c. cũ contingat. de ęiar. & qualit. tenet Bar. in l. 1. §. ſiquis
in appellatione. ff. de appellat. Quare vſque ad tempora Bo-
nifacii octaui obſeruatum eſt, ut non ſit epiſcopus, qui vellet
fieri presbyter cardinalis, ꝙ putabant non licere deſcende-
123 re a maiori dignitate ad minorẽ, † Io. And. & Domi. in c. cũ
aliquib. de reſcrip. in vi. vnde Bar. in l. 1. §. ſi quis. ff. de appell.
dixit cardinales non habere dignitatem ſed officium, quod
officium, ſecundum antiqua inſtituta, erat baptizare, & ſe-
124 pellire mortuos, †ſecundũ Matth. & Card. in cle. ne Roma-
ni. de elect. in §. porro. ubi referunt tempore Pontiani papę
125 fuiſſe ducentos triginta ſex card. † pro quo facit. c. ex geſtis.
de cler. non reſi. ubi ille presbyter cardinalis Sancti Marcelli
fuit depoſitus, quia deſeruerat parochiam ſuam, & in aliena
126 ſeruiebat, qđ facile oſtendit, card. eo tp̃e per humiliora cha-
ritatis opera ſe exercuiſſe, quare ordinatum fuit ut archiepi-
127 ſcopi dicerent viſitando. 50. euectiones, epiſcopi 30. †Card.
tñ 25. c. cum apoſtolus. de cenſ. quę obſeruatio ẽt fit in teſtib.
pro condemnatione cardinalis & epiſcopi cap. pręſul. 2. q. 5.
quamuis, ut ibi no. gl. papa ſiñ duobus teſtibus conuincatur.

Sed hodie, in Dei eccleſia exiſtimat vulgus, indignum eſſe,
Reuerendiſſimos Patres his ſe ſe exercere, magnorum Regũ
pompam emulari, pręclarius ducentes, uel potius ut liberius
vniuerſalis eccleſiæ negocia cũ ſanctiſſimo Paſtore tractẽt.
Nam ſecundum moderna iura, eorum officium eſt pro vni-
uerſalis eccleſiæ bono laborare. c. fundamenta de elec. & d.
c. per venerabilem. Sed charitatis opera Deo atq; hominibus
ſemper grata fuerunt. & his ſolis artibus ab initio patrum au
128 ctumque eſt Apoſt. ſedis imperium, †neſcio an aliis diu reti-
neri poſſit. Quod ĩñ dicit Io. An. & Dom. nõ fuiſſe repertum
vſq; ad tp̃a Bonifa. ep̃m qui vellet eſſe card. obuiat, quod ha
betur in Regiſtro Grego. lib 2. c. 5. ubi apparet Neapolitanos
ſupplicaſſe, ut eorum ep̃s fieret card. minuſque vr̃ verum ꝙ
tp̃e Pontiani eſſent card. ſi quidem nulla apud platinã, Blon
dum, Sabellicum & alios Rom. pont. vitas ſcribentes, de hac
re habetur mentio. Si igitur reſpectu ordinis clericalis maior
129 eſt dignitas epiſcopalis, quàm cardinalaris, & excluſio ille-
gitimorum, quæ fit a lege diuina & canonica, non eſt ob
aliud, niſi ob excellentiam ordinis clericalis, ut late conclu
dit Holt. in ſumm. de fil. presbyt ergo ſequitur, quod ſi diſpen
ſatur cum illegitimo ut fiat epiſcopus, Tanto magis diſpen-
ſabitur ut fiat cardinalis, ſaltem diaconus, uel presbyter, poſt
q̃ oĩs prohibitio habet reſpectum ad dignitatem, quæ eſt ra-
tione ordinis, non ratione præeminentiæ, quod probo per ſi-
mile. Canonici eccleſiæ cathedralis faciunt primum gradũ
130 poſt epiſcopum in tota diœceſi †eo ꝙ meliores & nobiliores
de ciuitate aſſummuntur in canonicos, & quia faciunt vnũ
corpus cum ep̃o, qui eſt. vr̃is pater diœceſis ca. nouit de his q̃
fiunt a præl. ſiñ. conſ. capit. c. nouerint 10. q. 1. Ant. in ca. ſi de
fil. presbyt. & ſunt conſultores epiſcopi, ut per Abb. in c. ſup
inordinata. de præben. Et tñ epiſcopus diſpenſat cum illegi-
131 timo ut ſit canonicus †ſecundum Io. And. Dom. Philip. in c.
1. de fil. presb. Oldr. in conſ. 215 puncta breuia. quæ opin. eſt cõ
132 munior, †quamuis aliqui teneant oppoſitum, ſed non diſpen
ſatur ut teneat beneficium curatum, ea ſola ratione, quia req-
ritur maior ordo in rectore eccleſiæ curatæ, q̃ in canonico.
133 †Ergo attenditur facilitas uel difficultas diſpenſandi cũ ille-
gitimo penes magnitudinem ordinis, non penes excellentiã
gradus. Vnde an excellentior ſit gradus cardinalis q̃ epiſcopi
nihil ad rem, ſatis eſt epiſcopum eſſe in ordinis excellentia &
134 in miniſterio ſacrorum præferendũ cardinali, †pp quod ep̃s
135 modo vocatur pontifex, modo ſummus ſacerdos †c. in clara
c. de perſona 11. q. 1. c. qui eccleſiaſticis c. ſi officia. 59. diſt. & a
Rom. pont. uocatur frater. c. frater noſter. 16. q. 1. not. per doct.
in prohem. ſexti, cum domini cardinales qñ ſeparatim nun-
136 cupantur, dicantur filii. †Glo. in c. fundamenta. in uer. fratres.
de elec. in 6. tex. in c. graui. de crimi. falſ. Nec eſt mirum, quia
ſpecialius cæteris ſunt in poteſtate dñi papæ, ita ut ſine eius
licentia nec teſtari, nec confiteri nec ſanguinem minuere
137 poſſint, †ut tradit Hoſti. In ſumm. de pœni. & remiſ. §. cui cõ
fitendum. qui igitur exiſtimatur dignus ut fiat epiſcopus, in
quo eſt ſumma ſacerdotii dignitas, & in quo elucere debet
138 omnis virtutum ſplẽdor, & omnis doctrina, †c. omnis ſcien-
tia. c. omnes pſallentes 38. diſt. c. qui epiſcopus 23. diſ. cur nõ
exiſtimandus ſit dignus ad cardinalatum, non uideo. Nec eſt
ratio, quæ oppoſitum ſuadeat, niſi dicas ſpurios, purgato pa-
ternæ præſumptionis, & natalium defectu, adhuc remanere
139 viles, & ignobiles. †Et tunc pro ſolutione dabitur tex. in c. ue
nerabilis. de præben. quando dicit non generis, ſed uirtutum
nobilitas, uitæque honeſtas gratum Deo faciunt, & idoneũ
ſeruitorem. Ad cuius regimen non multos ſecundum carnẽ
140 nobiles & potentes elegit, ſed ignobiles & pauperes, †eo q
141 non eſt perſonarum acceptio apud Deum. † Vbique enim
ſacri canones non gradum excellentiorem, ſed melioris ui-
142 tæ actionem conſiderant. † capitulo ſicut excellentiam. 23.
quæſt. 4 capit. non loca. capitulo multi. 40. diſtinct. Quan-
quam etiam non ſit aſſumptum uerum, Non obſtat quod di
citur de conſuetudine, tum quia contra poteſtatẽ papæ non
143 inducitur conſuetudo, tum etiam quia in his quæ dependẽt
a facto uel non facto gratuito principis, non poteſt induci
144 conſuetudo, †ſecundum Abb. in capitulo quod tranſlatio-
nem de offic. deleg. gloſ. in capitulo conſuetudo. prima di
ſtin. Item quia, immo conſuetudo eſt quod admittantur ille-
gitimi, ſed ſeruato certo circuitu examinandi teſtes ſuper le
gitimitate, quæ ſolęmnitas eſt nutritiua peccati, quia aperi-
145 tur uia ad periurium. † Hæc tamen conſuetudo tanquam
nulli nocens, & eccleſiæ utilis, ſi perſonæ dignæ aſſumantur,
tur, forſan excuſabitur a peccato, quod neſcio propter peri-
culum mendacii. Ideo ſecurior eſt prima via. Ad ſecundum
argu. reſpon. quod procedit quando ſumus in materia odio-
ſa, nos ſumus in materia fauorabili, & habente etiam idem
146 titatem rationis per præmiſſa. Ad tertium reſpon. negan-
do conſequentiam, primo, quia non probatur quod non
poſſit eſſe papa, quia Chriſtus non generis nobilitatem, ſed
homi-

hominis virtutem elegit. Ideo ipſe non eſt dedignatus na-
ſci ex adulterinis commixtionibus ut dicit tex. in capit. do-
minus noſter. 56. diſtinc. Secundo, quia non probatur quod
ſol. gratiani ad capit. oſius, ſit vera, & non poteſt ita intelli-
gi, quia ille tex. non contineret aliquam dubitationem vn-
de voluit oſtendere Damaſus, quod etiam filii presbitero-
rum illegitimi, poſſunt aſſumi ad pontificatum, propter uti
147 litatē eccleſiæ, †ut ꝓbatur in c. cenomanenſem. ea. diſ. Et ꝙ
148 ſpurius poſſit eſſē papa, eſt de mente omnium †in cap. licet,
de elect. quando dicunt quod cōtra electum in pontificem
149 non poteſt opponi aliqua exceptio niſi hæreſis. † Ideo cum
plura poſſint excipi contra epiſcopum quam cōtra papam,
ſi illegitimus poteſt diſpenſari vt ſit epiſcopus, tanto magis
ut ſit papa, nam contra papam non admittitur exceptio, to
es laycus, cap. de his omnibus 61. diſtinct. Item nec illa, tu es
150 uxoratus, & furioſus, † quod fuit obiectum contra Vrbanū
ſextum, ut per doctor. in d. cap. licet. Tertio quia & ſi ſolutio
eſſet uera, non infertur concluſio illa, quia ſolutiones ſunt
accommodandæ ſecundum qualitatem negotii. l. ſi vno. ff.
loc. Quarto, quia non ſequitur. hic non eſt idoneus ut fiat pa
pa, ergo nō eſt idoneus ut fiat cardinalis, quia eſt argumen-
151 de maiori ad minus negatiue, quod non conceditur †c. cum
in cunctis. de elec. Immo ſtat ſimul, quod cętus cardinalium
eligat, & in eis non ſit aliquis dignus papatu. unde canones
uolentes papam eligi ex gremio cardinalium, intelliguntur
quando inter illos reperitur idoneus. alias electio fier extra
152 collegium †c. in nomine Domini. 23. diſtin. cap. oportebat.
79. diſt. & eo ipſo quod eligunt extra collegium, pronunciāt
ſe eſſe indignos, ſecundum Hoſt. in d. c. licet. Ad quartum re
ſpon. quod procedit quando non ſunt legitimati ad hono-
res & dignitates, quoniam tunc ceſſat omnis infamia. Bald.
in l. imperialis. §. ſi miles. C. de nup. Alex. in conſ. 97. in 2. uo-
lum. Ad quintum dic, quod conſilium non fuit receptum,
cum nihil minus cogitetur in aſſumendo ad cardinalatum,
quam quod doctor, aut licētiatus, quam quod de una natio
ne uel ciuitate, ſiquidem eodem tempore ſex uel octo cardi
dinales ex una ciuitate factos uidimus. Ex quibus omnibus
liquido apparet, quod ſi illegitimus ſit uir prudens & utilis
uniuerſali eccleſiæ, & legitime diſpenſatus per papā, ex quo
per bonam uitæ inſtitutionem, ceſſat, præſumptio paternæ
incontinentiæ, item & conſequenter ea grauis opinio quæ
bonas mentes lędere ſolet, item & cōtemptus matrimonii,
qui purgatur per diſpenſationem, item & ille defectus, qui
aboletur per legitimationem, poterit aſſumi ad cardinala-
tum, & papatum, ex honeſtate, & ex mente iuris, & ſactorū
153 canonum, cum hoc ſit officium non ordo †in quo ſecundū
Bal. in l. unica. ff. de offi. pręfec. pręt. ut aſſumi poſſit, tria con-
ſideranda ſunt, induſtria ſingularis, fides explorata. & morū
154 maxima grauitas †Ber. uero to lib. de conſideratione ad Eu-
155 geniū, quales oporteat eſſes cardinales, †inſinuans inquit.

Itaque, nec volentes, nec currentes aſſumito, ſed cunctantes, ſed renuentes etiam coge,
compelle illos intrare. In talibus, ut opinor, requieſcet ſpiri
tus tuus, qui non ſint attritę frontis, ſed uerecundi, ſed rimo
rati, pręter Deum nihil timeant, qui nihil ſperēt niſi a Deo,
qui aduenrantium non manus attendant, ſed neceſſitates,
qui ſtent viriliter ꝓ afflictis, & iudicent in æquitate pro mā-
ſuetis terrę, qui ſint compoſiti ad mores, probati ad ſancti-
moniam, parati ad obedientiam, manſueti ad patientiam,
ſubiecti ad diſciplinam, rigidi ad cenſuram, catholici ad fi-
dem, fideles ad diſpenſationem, concordes ad pacē, confor-
mes ad unitatem, qui ſint in iudicio recti, in conſilio proui-
di, in iubendo diſcreti, in diſponendo induſtrii, in agēdo ſtre
nui, in loquendo modeſti, in aduerſitate ſecuri, in proſperita
te deuoti, in zelo ſobrii, in miſericordia non remiſſi, in ocio
non ocioſi, in hoſpitio non diſſoluti, in conuiuio non effuſi,
in cura rei familiaris non anxii, alienę rei non cupidi, ſuę nō
prodigi, ubique & in omnibus circumſpecti.

156 Hęc Bern. de cardinalibus ubi nulla de defectu na talium mētio, animaduertens defectū
illū digne cardinalis aſſumptioni nullatenus obſtare. Quæ-
ro quarto, an ſimpliciter legitimatus ad dignitates per lega-
tum, ſecundum tenorem facultatū præmiſſarum, poſſit fie-
ri epiſcopus? Et credo quod non. per ea quæ tradit Hoſt. in
c. innotuit. de elect. & collect. in capit. cum olim. de p. æben.
quando volunt etiam ſic diſpenſatum, a papa, non poſſe aſ-
ſumi ad epiſcopatum, in quantum tamen poſtea dicit ſim-
pliciter legitimatum a papa non poſſe fieri epiſcopum, m i-
le dicit, quia tales nihil a legitimis differunt, vt dicam infe-
rius, quod tenet Hoſt. in ſum. qui fil. ſint legit. § ſi. uerſ. item
quid ſi quis ad dignitates. nec eſt uerum quod idem Hoſt. te
neat contrarium in cap. innotuit. de elect. uel quod in dicto
text. probetur ſimplicem legitimationem præceſſiſſe. Vide
quæ dicam loco ſuo de iſta generali legitimatione. Quinto

quæro. Quid ſi diſpenſatum eſt per legatum cum illegitimo
ut poſſit ad omnes ordines promoueri & beneficium eccle-
157 ſiaſticum obtinere, an poterit habere curatum, †dic poſſe. ita
concludit Collect. in d. cap. cum olim. in ſecunda colum. cu
ius opin. accedo, & adde quę dicam infra, libro ultimo, con
clu. ſecunda. in quarta fal. Sexto quæro. Quid ſi legatus diſpē
ſat cum illegitimo, ut poſſit obtinere duo curata, an poſſit
158 obtinere unum ſine cura? vide eundem Collect. in capitulo
ne pro dilatione in ſecunda colum. de pœnit. & remiſ. Se-
ptimo quæro. An legatus de iure communi legitimare poſ-
159 ſit? † Reſpon. legatus, & epiſcopus diſpenſare poſſunt cum
ſpurio, ut promoueatur ad minores ordines, aſſequatur be
160 neficia ſimplicia, poſſit eſſe teſtis, ac iudex. †inno. Ioan. And.
Card. in dicto capitulo per uenerabilem, Spec. hoc titu. § fin.
uerſic. ſed illud quęritur utrum. no. in cap. literas. de reſcrip.
aliquid per Oldr. conſ. 215. text. ubi doct. in cap. primo. de fil.
presb. in 6 an autem taliter diſpenſatus dicatur legitimatus,
dicetur infra. Octauo quęro. An taliter diſpenſati per legatū
uel epiſcopum ad quæcūque beneficia ſimplicia, poſſint ob-
tinere canonicatum in eccleſia cathedrali? †Ioan. Mon. in c.
161 1. de fil. presb. in 6. Ant. in ca. fin. eod. tit. in ant. tenent epiſ.
nō poſſe, nec tacite nec expreſſe habilitare ſpurium ad cano
nicatum in eccleſia cathedrali. Et hoc propter honoratam
conuerſationem canonicorum eccleſiæ Cathedralis, quę ſo
let habere meliores ciuitatis, Item, quia præbenda poſſet ha
bere eccleſiam parrochialem annexā, cuius ſpurii ſunt inca-
paces. †cap. ſuper eo. de præben. in 6. Et hanc partem uidetur
162 tenere Rot. dec. 136. in no. Dicens canonicos habere præemi
nentiam in ciuitate ſuper alios clericos, quia Epiſcopus ca-
put, ipſi membra, † cap. nouit. cap. quanto. de his quæ fiunt a
163 prælato. ſine conſen. capit. & ideo Immo. in capitulo frater
nitatem. de ſepul. inquit, magnus honor eſt eſſe canonicum
eccleſię Cathedralis. hoc etiam tenet Rot. deciſ. 408 in ant.
Contrarium tenent Archid. Ioan. And. Dom. Phil. in d. cap.
1. de fil. presbi. in 6. Hoſt. in ſum. eod. tit. Old. conſil. 215 put-a
164 breuia. in 3. colum. Dicentes epiſcopum poſſe habilitare ſpu
rium ad canonicatum, & in caſu poſſe effici canonicum. Et
165 hęc eſt communior, & uerior. †quoniam diſpenſatio huiuſ-
modi in quantum reſtituitur iſti laboranti aliena culpa fa-
cultas legis, eſt fauorabilis, ut dixi ſupra ideo cum tex. in ca.
primo. ſolum veter epiſcopo diſpenſationem ſuper curatis,
dicendum erit, ut in omnibus aliis concedatur regulodia, ꝙ
etiam uidetur placere Aegid. deciſ. 362. quamuis truncate
loquatur. Non obſt. quod canonicatus ſit honor, & præemi-
nentia, quia quando ſpurius non eſt imitator paternę conti-
166 nentiæ, & eſt honeſtæ uitæ, debet honorari, & diſpenſari †vt
dictum eſt, unde qualiſcunque ſit honor, tamen facilius pro
uidetur de canonicatu, quam de eccleſia curata, ut conſtat.
Noc obſtat. quod eccleſia parrochialis poſſit eſſe annexa, qa
illa non conſiderabitur, ut eccleſia curata in canonico, per
ea quę traduntur in c. ſuper eo. Nono quæro, illegitimus di-
ſpenſatur per legatum ad ſacros ordines, & beneficium ſine
cura, an illi poſſit commendari eccleſia parochialis? † Col-
167 lect. in cap. fin. uerſic. ſed quid ſi diſpenſatum. de fil. presb. te
net non poſſe commendari, cum nec etiam, ut uicarius in
ea deſeruire poſſit, uel alias eius curam gerere, quamuis ſit
diſpenſatus ad ſacerdotium. Et hoc propter naturam diſpen
ſationis, quæ ſtricte intelligitur, &c. Ad hoc tex. in capit. aua
ritiæ. de elect. lo 6. vbi illud exercitium curę, quod directe de
negatur electo, non debet concedi indirecte ſiui alio colore
in reg. cum quid. de reg. iur. in 6. & ita tenet Archid. in d. cap.
1. Decimo quæro. Quid ſi ſit diſpenſatum per Legatum ſuf-
168 ficienti auctoritate munitum cum ſpurio, ut poſſit recipe
bñficia pſonatus, dignitates cū cura, & ſine cura, an poſſit hic
dignitates in eccleſia cathedrali? Rot. in deciſ. 45. in ant. re-
fert aliquos dicentes non poſſe, propter cap. quamuis. de præ
ben. in 6 tamen concludit contrarium. prout etiam in deci.
408. quod eſt uerum. probat. text. in cap. quamuis. Nam licet.
quando mandatur prouideri in aliqua eccleſiarum ciuitatis
uel diœc. in illa materia, quę eſt ambitioſa, non comprehen
datur eccleſia cathedralis, quod illa ſit unica, quę poteſt ſub
169 illa appellatione comprehendi, †tamen quando mandatur
prouideri in aliqua eccleſiarum prouincię, uenit etiam ec-
cleſia cathedralis, non obſtante quod gratia ſit ambitioſa,
170 †quoniam apparet eam eſſe ampliorem, ſed in caſu noſtro
gratia eſt ampliſsima, quia nō magis arctatur ad prouinciā,
quam ad totum mundum. ergo & c. maxime quia nō eſt par
odium. Vndecimo quæro. An epiſcopus, & legatus poſſint
diſpenſare ſuper præmiſſis cum eo qui natus eſt ex quocun-
171 que damnato coitu, †dicendum eſt poſſe, tum quia indiſtin
cte datur illa poteſtas diſpenſandi cum patiente defectum
natalium. p illum tex. in c. 1. tum quia iſta poteſtas in quan-
tum reſidet uno, & in quātum cōſideratur perſona eius, qui
alieno peccato affligitur, eſt late interpretanda, quamuis
alias

alias deuicta iure communi, & certo reſpectu ſit ſtricte in-
F ligenda, ut in d.capitulo primo.de fil.presbit.c.in 6. Duode-
cimo quęro. An legatus uel epiſcopus poſsint habilitare
172 ſpurium ad perſonatus & dignitates, †glo.& doct. commu-
niter in d.capitulo 1.de fil.presbi.in 6. quod non, per text.in
cap.fin.de pręben.in 6.ubi mandatum de prouidendo de be
173 neficio ſimplici, non includit dignitatem uel perſonatum.
Item per tex.in cap dudum.il 2.de elect.& in c.de multa.de
præben.ubi curata, & dignitates ac perſonatus æquiparan-
tur.Item per tex.in cap.1.de fil.presbyt.in ant.vbi ad prælatio-
nes nullatenus admittuntur. In contrarium facit, quia
poteſtas iſta ꝑut ordinarie reſidet in epiſcopo, & legato, eſt
fauorabilis vt ſæpe dixi,ſed tex.in d.cap.1.generaliter conce
dit hanc diſpenſationem epiſcopo in beneficiis nõ curatis.
Non ob. quod perſonatus,dignitas, & beneficia curata ſint
174 æquiparata quoad incompatibilitatem. † quia extra illum
caſum, quando agitur de perſona obtinente unum ex illis,
minor ſufficientia requiritur in perſonatu & dignitate non
curatis, quamquam poſſunt per epiſcopum dari agenti. 20.
annum.c.unico.de ætа & qualita.in 6.quam in curatis,quę
175 non dantur niſi agenti.25.† c.cum in cunctis de elect.ad c.j.
in quantum dicit ad prælationes, intellige de his quæ curã
176 animarum habent,†cogita tamẽ, quia prima communior.
177 †Vnum tamen not.quod ſiue beneficia ſint curata,ſiue nõ,
quando requirerent factum ordine ad quem non poteſt
epiſcopus vel legatus diſpenſare, non poterit etiam ſuper il
178 lo diſpenſari,†¦Lap.& alii in d. cap.1. Tertiodecimo quæro.
Quid ſi ſit ſecũdaria ad beneficium quod non ſit neque perſo
natus, neque dignitas, neque habeat curam animarum,an
legatus, & epiſcopus poſſint iure ordinario diſpenſare ſpu-
179 rium ad illa m?†Ioan.An. Arch.Dom.Philip.in d.c.1.tenent
poſſe, quamuis aliqui contra ratio, quia enim lex loquatur
180 de curatis tantum,non includemus non expreſſa.†c.lex di-
uina.in ſi 27.q.2.c.iam nunc.28.q.1.cap. vbi nam.96.diſtinc.
quod eſt veriſsimum, ſed neſcio quomodo poſsit eſſe recto
ria, quę non habeat curam animarum,ſi accipiant eam pro
ut diſtinguitur a ſimplicibus beneficiis,tamen de nominib.
non eſt curandum.Quartodecimo quæro.An poſsit diſpen
ſare ut ſpurius habeat beneficium curatum habitu,licet nõ
181 actu?†dependet ab illa quæſtione,an beneficia curata habi
tu tantum inducant incompatibilitatem. vide Abb. imo.
& alios in d.ca.de multa. Decimoquinto, quæro,ſtatuto vel
diſpoſitione fundatoris cauetur,quod habens certum bene
ficium, nunquam teneatur facere ſe promoueri ad ordines
ſacros,niſi quando eccleſia indigeret miſsis,an ſpurius poſ-
ſit habilitari ad illud per epiſcopum vel legatum?dic poſſe,
182 quia attenditur quod eſt,non quod eſſe poteſt.†l.cum hi.§.
fin.ff.de tranſac.l.1.ff.de in lit.iur.ita tenent Domi. & doct.
in d.ca 1.quod facit ad quæſtionem præcedentem,quamuis
in illa conſiderari oporteat, an habeat neceſſario promoue
ri ad ſacerdotium. Decimoſexto quæro. Extat ſtatutum ꝙ
nullus illegitimus admittatur ad quodcunque beneficium
183 etiam ſimplex,an poſſint diſpenſari ſpurii,† ut ſupra? Anch.
Domi.& alii in d.cap.1. diſtinguunt loquentes de epiſcopo,
quod ſi ſtatutum erat confirmatum per papam,& non pote
184 rat,quia confirmatio mutat naturam rei,†cap.1.& 2.de con
firmat.vti.uel inut.cap.1.& 2. de tranſact.capit.cum contin-
gat.de iureiur.ego quo ad legatum credo indiſtincte ut poſ
ſit habilitare,quoniam hoc non reperio eſſe de caſibus reſer
uatis,nec etiam vertitur alicuius præiudicium. Decimoſe-
ptimo quæro. An legatus in prouincia demandata poſſit ſta
tuere ut omnes ſpurii cẽſeãtur legitimi quoad ſimplicia be
185 neficia,& ordines minores?† dic non poſſe,quia eſſet aperi-
186 re viam fornicantibus,& illicitis concubitibus. † contra
cap.de muliere 15.quæſt.1. c.cum haberet.de eo qui duxit in
matr.quam poll.per adult.ita tenet Domi. qui hoc late diſpu
tat in d.cap.1.in fi.Decimooctauo quæro. An legatus de iure
communi,data neceſſitate,poſsit habilitare ſpuriũ indiſtin-
187 cte ad omnes ordines ſacros, & ad beneficia. † quod etiam
quæri poteſt de epiſcopo. Ioannes in ſumma.de fil. presbyt.
§.ſed notandum.Hoſt.in cap.ex tuæ eo.tit.Archid in cap.li-
cet canon.de elect.in 6. Ant.& Ioan.And.in ca fi.de fil.pre
sby tenent legatum hoc poſſe,& etiam epiſcopum, quam-
uis dicant curiam ſeruare contrarium. Oppoſitum uero te-
nent Io.Fant.& Domi.qui eum refert in d.c.1.de fil.presby.
188 quia epiſcopus non diſpenſat in ætate.†cap.vnico,de ætat.
& qualit.in 6 Item,quia inhibita eſt diſpenſatio per d.cap.1.
Ego vero, omiſſa quæſtione de poteſtate epiſcopi, ne mihi
certandum ſit cum ſtilo curię,qui mutabilis eſt,dans modo
189 albam,modo nigram †vt inquit Lap.alleg.52.dico reueren
diſſimum legatum,neceſſitate, vel vtilitate eccleſiæ exigen
te,id præſtare poſſe. & dixi de vtilitate,quoniam vtilitas &
190 neceſſitas a pari procedunt. †cap.non habenti.& ibi no.Ar
ch.d.1 2.q.2 glo.in ſum.ca.quæſt.cap.in cauſis.de re iud.cap.

propoſuiſti.de præben.Abb.in cap.vt ſuper.de reb.eccl.non
alien. Alex.in l.nepos proculo.ff.de verb.ſign.pro hac igitur
opin.videtur tex.in cap.tali.7.quæſt 1. Nam cauſa neceſsita
191 tis ſuſpendit omnem iuris diſpoſitionem † l.caſus.vbi Bald.
192 C.de teſtam.ideo dicimus,neceſsitas non habet legem,†c.2.
de obſeru.ieiun.l.1.C.de oper.libert.ca.quanto.de conſuet.
c.quod non eſt.de reg.iur. in ant.glo.in c.diſcipulos.de con-
344 niorem opinio.† ut per Imo.in l.ex facto. §.ſi quis rogatus. ff.
ad Treb. ubi etiam per Alex. hoc declarantem, & limitantē,
& per Iaſ.in l.generaliter. §.cum autem. C.de inſtit.& ſubſti.
ſtante hac clauſula, in legitimatione non excludetur. An ve
ro legitimatus ad preces patris rumpat teſtamentum antea
345 factum, † tradit Anch.conſil.190. Pau.de Caſt.conſil.221.in
ant.in not.17. & late per Iaſ.in rubr.de lib.& poſthu. & an le-
346 gitimatio facta ratificari poſſit.† Ang.in cōſ.71. Quadrage-
ſimo quæro. An donatio omniū bonorum, uel maioris par
tis reuocetur per legitimationē ſeu habilitationem ad ſuc-
cedendum factam per legatum, perinde ac ſi natus eſſet ſil.
347 legit.† uide Socin.in conſil.226. incipien. quæſtio præſentis
conſultationis in 3. uolum. Quadrageſimoprimo quęro, quid
ſi illegitimus eligatur & poſtea diſpēſetur per legatum, vel

alias per ſubſequens matrimonium, fiat legitimus, an recon
348 ualeſcet electio?† Sol. uide Collect.in cap. innotuit. in uerſi.
non coniugata, de elect. Quadrageſimoſecundo quæro. An
ex eo quod quis per legatum fuit diſpenſatus ſuper illegiti-
mitate, præcludatur uia, quominus deinde poſſit probare ſe
349 legitimum?† Sol. poteſt, quia ſemper ueritas apparens præ-
350 ualet opin.† c.ueritate 8.diſtin. De quo late per moder. quen
dam in tract.de matr.in fi. vide Pau.de Caſt.in l.decem. ff.de
uerb.oblig.& ibi Iaſ.in lect.noua.

Pro complemento materiæ, quæro, conceſſa eſt facul-
tas legitimandi legato, vel Comiti Palatino, in hæc uer-
ba uidelicet.

Concedimus & largimur qp poſſitis, & ua-
leatis naturales, baſtardos,
ſpurios, manſeres, inceſtuoſos copulatiue, vel diſiunctiue, &
quoſcunque cuiuſcunq; ſtatus, gradus, & præeminentię exi
ſtant, ex illicito & damnato coitu procreatos, ſeu procrean
dos, exiſtentibus uel non, aliis liberis legitimis, uiuentibus,
vel etiam mortuis eorum parentibus legitimare, & eos ad
omnia iura legitima, illosque antiquis natalibus, quibus ab
initio omnes homines legitimi naſcebātur, reſtituere, & re-
ducere, omnemque geniturę maculam penitus abolere, ip-
ſos reſtituendo ad omnia & ſingula iura, tam communia
quam locorum quorumcunque ſpecialia, etſi de filijs tantū
legitime natis loquerentur, ſucceſſionē ēt ab inteſt. cogna-
torū, & agnatorū honores, & dignitates, & ad ſingulos actus
legitimos, ac ſi eſſent de legitimo matrimonio procreati, dū
modo legitimationes p uos, & hęredes, poſteritates, ſeu ſuc-
ceſſores ueſtros iam dictos faciendæ, ut præmittitur, nō præ
iudicent legitimis filijs, & hæredib. quin ipſi cum legitiman
dis per uos, & hęredes, poſteritates, ſeu ſucceſſores ueſtros p̄-
dictos æquis portionibus, ſuis ſuccedant parentibus & agna
tis, niſi forſan ratione ſexus uel agnationis ex diſpoſitione le
gis alicuius municipalis, vel conſuetudine deberent prædi-
cti legitimati præferri, ſi ab initio fuiſſent legitimi. Quo caſu
ipſam eis prærogatiuam præſentiū quoque auctoritate con-
cedimus, non obſtantibus aliquibus legibus, quibus cauetur
quod naturales, baſtardi, ſpurii, inceſtuoſi, copulatiue, vel di
ſiunctiue, vel alij quicunque de illicito coitu procreati, uel
procreandi, non poſſint uel debeant legitimari, liberis natu-
ralibus legitimis exiſtentibus, uel ſine conſenſu & volunta-
te filiorum naturalium & legitimorum. & ſpecialiter in au
thenticis, quibus modis natu.effic.legit. & quibus modis na-
tura. efficiantur ſui per totum, & alijs ſimilibus, quibus le-
gibus & cuilibet ipſarum volumus expreſſe & ex certa ſcien
tia derogari, & etiam non obſtant. in prædictis aliquibus le-
gibus alijs, etiam ſi tales eſſent, quæ deberentur exprimi, &
de eis fieri mentio ſpecialis, quibus obſtantibus vel obſtare
valentibus, in hoc caſu dumtaxat ex certa ſcientia & de ple-
nitudine imperatoriæ poteſtatis totaliter derogamus, & de
rogatum eſſe uolumus per præſentes. nulli ergo &c.

An habens ſimilem facultatem, poſſit legitimare
quoad feuda, ſaltem de conſenſu do-
351 mini directi?† Quæſtio fuit in Rota inter quoſdā nobiles pla
centinos. Et ab aliquis dictum eſt nō potuiſſe legitimari per
§.naturales. ſi de feud. fue. contr in uſi. feud. ubi ſpecialiter
diſponitur in feudo ut legitimati, etiam per imperatorē nō
352 ſuccedant in feudis.† Et ibi gloſ. dicit quod niſi nominatim
hoc ſpecificetur ab imperatore, non poterit legitimatus ſuc
cedere. Hanc concluſ. tenent Aluar.& alii in § naturales Si
gnor.de Homo. in conſil.220. incip. dominus Ianolus. Mo-
derni in d.§.naturales accumulantes multa ad propoſitum
Alex.in conſi.60. alias 202. in 2. uolum. Secundo, imperator
non poteſt legitimare in præiudicium eorum, qui debeant
353 ſuccedere in feudo† igitur nec dare alteri ſimilem poteſta-
tem, conſequentia eſt bona c. quod autem de iur.patro. & in
reg. nemo. Antecedens probatur. Succeſſio debetur filio le-
354 gitimato ob matrimonium a Deo inſtitutum, † cap. nuptia-
rum 27 quæſt.1. & quia dicit apoſtolus, filius ancillę non ſuc
355 cedet cum filio liberę, † ut habetur in c.dicat aliquis 32. quę
ſtio.4. & ſic de iure diuino & naturali. cap.ius naturale 1.di-
ſtin. ergo per principem auferri nō poteſt. l.fi. cum ibi no. C.
ſi contra ius uel util. publ. cap. ſunt quidam 25.quæſt.1. Item
probatur, quia imperator non eſt dominus bonorum tem-
356 poralium alicuius, † l.bene a Zenone. C.de quadr. præſcr fa-
cium plene not.per Cin.in l.reſcripta. in quarta quæſtio. C.
de preci. imper. offeren. quando poſt vltramontanos di-
cit principem non poſſe auferre meum a me ſine cauſa.
357 † Et hoc argument. plerique, quos refert Andr. de Iſern.
In dicto §. naturales. in concuſſe tenuerunt hanc partem
contra poteſtatem imperatoris. Tertio, quia Alu.& Moder.
in d. § naturales tenent iſtam partem, quod in quacunque
legitimatione quantumuis lata, non cenſetur quis habili-
tus

358 tus ad feudum †per illum rex quod etiam ſequitur Sign. ſe
Hamod.in ſuo conſil 320. Quarto quando agitur de præiu-
359 dicando tertio, princeps nunquam cenſetur id voluiſſe †,niſi
exprimat, & potius ſumitur omnis interpretatio, quam q
præiudicetur tertio, etiam ſi ſimus in facultate cōceſſa, quæ
alias eſt late interpretanda l.3. §. ſi quis a principe.ff de quid
in loco publ.cap.ſuper eo.de offic.delega.in clemen. 2. de of
fic ordina.Ex iſta interpretatione quod poſſit legitimare ad
feuda, fit præiudicium habentibus ſuccedere in feudo. igi-
tur &c. Quinto, quia in conceſſione, quantumuis generali,
non ueniunt quæ ſoli principi de poteſtatis plenitudine re-
360 ſeruantur.†Pau.de Caſt.& Aret.in l.Gallus.§.& quid ſi tan-
tum,ff.de liber.& poſthum. Sed facultas legitimandi ad ſeu
361 da,eſt de plenitudine† ut per docan d §.naturales.igitur &c.
Sexto, quia in hac facultate ſpecialiter derogatur auctent.
quibus mod.nat.effic.legit.& quibus mod.nat.effic.ſui.ergo
non cenſetur derogaſſe §.naturales', ex quo non eſt expreſ-
ſum.cap.qualis.25 diſtinct Et hoc maxime,quia ibi apparet
principem uoluiſſe derogare ad effectum tollendi impedi-
menta legitimationis tantum.In contrarium tamen faciūt
multa.Et primo,quia poteſt omnē genituræ maculam abo-
lere, & ipſos reſtituere ad omnia, & ſingula iura, tam com-
362 munia,quam locorum quorumcunque ſpecialia †ergo etiā
ad §.naturales.quoniam uerbum, ſingula,facit omnia com
363 prehendi,†non ſecus ac ſi eſſent ſpecialiter expreſſa, Bald.in
l.2 C.de proba.& in l.prima,colum.19 C.qui accuſ.non poſ
ſunt & ueniunt etiam ea quæ alias quis uerisimiliter non in
tellexiſſet, ut per Aret.conſil.14 In præſenti conſultatione
colum.3. Secundo,poteſtas legitimandi eſt late interpretan
364 da,quia fauorabilis, ut dicam in materia diſpenſationis†in
prima colum. Tertio, quia qui legitimatur ad honores &
365 dignitates,dicitur legitimatus ad feuda † ſecundum Matt.
de Laud.in tracta.legi.in colum.ult. & ſecundum iſtam par
tem conſuluit Socin.conſilio 3.in 3.uolum.& Dec.conſilio
76 in 1.uolum.roborando iſtam partem ualidis fundamen-
366 tis,quorum opi.ego ſequor,†quia nō ſolum facultas legiti-
mandi eſt fauorabilis, ſed etiam ipſa legitimatio, quādo eſt
ampla,& gratioſa,ut in ſuperiorib. oſtenſum eſt.Vnde cum
iſta facultas reſtituat hunc legitimatum ad omnia iura pri-
mæua naturæ, & omnem genituræ maculam excludat, &
velit taliter legitimatum haberi ac ſi de legitimo matrimo-
nio natus eſſet , ſequitur quod huic legitimato princeps dat
omnia ea, quæ haberet de legitimo matrimonio natus, ſed
talis ſuccederet in feudum.ergo &c. Nam qui uult unum ,
367 vult omnia conſecutiua,† l.oratio.ff.de ſponſ.cum ſimilib.
ad hæc not.per Bartol.in l.1 ff.de accep.Voluit enim impera
tor hic tollere omnem effectum ſpurietatis, cauſatum a le-
ge poſitiua. Ergo & § naturales. Non obſtant contraria. Ad
primum dicitur quod ſatis nominatim dicitur expreſſum ,
368 quando ponitur clauſ.idem importans.†ad conſil.Feder.47.
& tenent Aluar.& multi alii in d.§.naturales.& Barbat.con
ſilio 54 colum.6 in 2.uolum. Volentes quod per generalem
derogationem.ll.cenſeatur etiam derogatum . § naturales.
Aret.in cap 1.de reſcrip.Felyn.in cap.nonnulli. in princ.co-
lum.12.eodem tit.Ad ſecundum,dic opinio.Andr. eſſe fal-
ſam,ut plane eam refutat Alua.& late concludit Dec.in cō
ſi.269 Ad tertium,negatur dictum eorum.Ad quartum, dſ
legitimationē hāc uenire principaliter ad damnū habētis,
ſuccedere ſed agit princeps ut hunc, qui hēt principiū agna
tionis naturale, purget a macula legis,& fiat legitimus agna
tus.ſi deinde in conſequentiā ſuccedit in aliquo, a quo fuiſ-
ſet excluſus, ſi macula hac purgatus nō fuiſſet, non propter
hoc iudicanda eſt legitimatio præiudicialis , ſicut dicimus
de lege,quæ principaliter facta eſt ob fauorem,quia licet cō
ſequenter tangat odium alicuius , tamen dicitur fauorabi-
369 lis,†ut tradit Filip in cap ſtatutum.in not.de præbend.in 6.
Iaſ.in l qui exceptionem.ff de condit.indeb.& Domin.in ca
pit.quamuis.de præbend.in 6 colum 6.quando dicit actum
non dici fieri in detrimentum alterius, ſi non afferr ei præ-
iudicium , vel detrimentum principaliter, ſed ſecundario,
370 †qd enim ſi iſte natus eſſet ex legitimo matrimonio, an di-
ceretur pater genuiſſe filium in eius præiudicium ? Et quod
non obſtante illo præiudicio,quod uenit in conſequentiam
legitimationis,poſſit iſte comes legitimare,apparet ex teno
re facultatum,quando declarat eos poſſe ſuccedere,exclu-
ſis fœmi. in caſu ubi propter maſculos legitimos ſtatutum
excludit fœminas.Item quando dat ſucceſſionem cum le-
gitimis pro dimidia, & quando poſt mortem parentum le-
gitimatur ad effectum ſucceſſionis,& ad præmiſſam ſolut.fa
cit tex.in l.quæris.ff de nat.reſtit. & C.qui cau.ſerui ꝓ prem.
lib accip per totum,& in auctén.quib.mod.nat.effic. legit.
& in auctén.quibus mod.nat effic ſui.l. 1 .l.fin.in fi. C.de ſen.
paſſ. Princeps enim tollendo obſtaculum, habilitat perſonā
ad id,quod ad alterum perueniſſet,ſi ille non fuiſſet habilis,
371 †& tamen huiuſmodi præiudicium non conſideratur . An-
char.in conſil.153 pro tractatibus. Ad quintum,dic in facul
tate eſſe expreſſam facultatem. Ad ſextum, derogauit illis,
& ſimilibus . Et ſecundum hanc partem iudicauit Rotam
quadā cauſa placentina, quamuis nonnulli ex dominis con
tra.vide tamen Ancharan.in conſil. 308. qui loquitur aliter
372 quoad ſeudū prouidentiæ.† Et de materia, uide Curt.in con
373 ſil.primo, poſt tract.de feud. Et latiſſime per doctor.in capit.
per venerabilem. adde Curtium conſil.35.colum.3. & con-
ſil.16.vbi omnino vide. Ad hac dubitari ſolet, an legatus ui
re legationis poſſit creare milites,& doctores ? Sol.pōt crea-
re utrunque.de milit.vide Adr.Sicu.in cap.cæterum. ad fin.
de donat. qui per bonas rationes id concludit. De doctore
autē minor eſt dubitatio, quia ſola conſuetudine id faciunt
374 etiam epiſcopi.† vide text.gloſ.& cardin.in clemen.2.§.1.de
magiſt. dūmodo doctorandi ſtuduerint, & alia præſtiterint,
de quibus in d.clemen.2.& per Bartol.in l.petitiones.Iubē-
mus. C.de aduoc.diu. iud.

De diſpenſatione legatorum circa matrimonia.

Communis concluſ. doctorum in c.quod dilectio. de conſang.
375 & affi. †habet legatum non poſſe diſpenſare in gradib con-
ſanguinitatis,vel affin.etiam lege poſitiua tantum prohibi-
376 tis.†Et ratio,quia.c. non debet.eſt concilii, cōtra quod lega-
377 tus non diſpenſat, † ut dicam in materia diſpenſationis.Cō
trarium tenuit ſolus Goff. pro quo eſt tex.ad literam.in cap.
quod dilectio in quantum legatus diſpenſauerat cū illis ho
minib. in texto gradu,qui tunc erat vetitus ſicut nunc quar
378 tus.†Et licet gloſ.ibi,& Spec.in §.nunc oſtendendum.dicāt
illum tex.intelligi, quando id erat legato ſpecialiter conceſ
ſum per papam,ſed ea eſt diuinatio.Ad hanc partem eſt tex.
per locum a ſpeciali in cap.fin. de tranſact.inquantum lega
379 to id interdicitur in gradib.diuina lege prohibitis.†Ego exi
ſtimo opin.Goffr. veram.quando legatus eſſet in remotis,&
id faceret ex cauſa. ut euitandi ſcandali , pacis inducendæ.
380 †Nam etiam contra concilia diſpenſat ex cauſa. capitu.na-
381 cante,cum cap. maioribus.de præben.dicam in materia di-
ſpenſationū.alias ſi ſine cauſa, & in loco, ubi facile conſuli
poſſet papa, procedit communis opinio. Quæritur primo,
quæ ſint illę facultates, quæ communiter conceduntur le-
gatis circa matrimonia? Reſpon.quod communiter conce-
382 duntur in hanc formam. Et cum quibuſuis perſonis tertio,
aut quarto ſimpliciter , aut mixtim, tertio, & quarto etiam
multiplici conſanguinitatis, uel affinitatis gradibus inuicē
coniunctis, & quocunque impedimento publicæ honeſtatis
383 iuſtitiæ impeditis,†& cum his,qui ſe per adulterium polluiſ
ſent, dum tamen in mortem prędefunctę coniugis quicquā
machinati non fuerint, ut inuicem matrimonialiter copu-
384 lari,† & in contractis per eos ſcienter, vel ignoranter matri-
monijs remanere poſſint, prolem exinde legitimam decer-
385 nendi,&c.† Primo quæro. An legatus habens huiuſmodi fa-
cultatem,poſſit diſpenſare cum his,quorum vnus diſtat a ſti
386 pite tertio,alter ſecundo gradu?† Et videtur dicendum non
poſſe,propter text.in capit.quod dilectio de conſanguin.&
affi.dum tex.reſtringit illam generalem diſpenſationem ad
æqualitatem gradus. Item,quia ex tenore facultatis appa
ret curiam facere differentiam inter lineam æqualem, & in
387 æqualem,† quando dicit,aut mixtim,tertio, & quarto. †&
388 iſtam opinionem ſequuntur glo.& Innocent.in dicto capit.
quod dilectio.& placet etiam Romanæ curiæ, quæ interpre-
tationem hanc ſequitur, ſaltem in diſpenſatis, ut ſic diſpen-
ſati in tertio, non poſſint contrahere, ſi ſunt in ſecundo, &
389 tertio.† Contrarium tamen dicendū uidetur ex mente Col
lect. Abb. & Cardin.in capit.quod dilectio. quando dicunt
deciſionem illius tex.emanaſſe ad euitandum ſcandalum ,
propter contrariam conſuetudinem, cum reg. iuris ſit, quod
Quoto gradu diſtat remotior a ſtipite ſuo, diſtant tranſuer
390 ſales inter ſe.† vide per Hoſtien. & Ioan.Andr. in arb.con-
ſang. Si igitur dicitur diſtantia graduum, ex parte remotio-
ris, iam non curabitur de gradu diſpari. Ad hoc facit facul-
tas iſta, quandoquidem agitur ſolum de præiudicio conce-
391 dentis, eſt late interpretanda.†ut per Domin.in capitu.pri-
mo,de fil.presbyte.in ſexto,& dicemus in materia diſpenſa-
392 tionis. Ego tamen dicerem, † quod aut,ſiue ſumus in facul-
tate diſpenſandi,ſiue in ipſa diſpenſatione, quando papa ex-
primit ſimpliciter de tertio,uel quarto gradu, verificatur, ſi-
ue diſtent æqualiter ſiue inæqualiter, cum papa uideatur in
393 telligere verba ſua , ſecundum terminos iuris. †& ita dicit
Cald.in conſil. primo, de reſcript. fuiſſe determinatum per
Clem ſextum.in extrauagan. quæ incipit nuper. & ſequitur
Felin in capit.poſtulaſti.uerſic.adde ſept.limita. de reſcript.
Si uero exprimitur de æquali diſtantia , ut quia in reſcripto
dicatur, qui æqualiter diſtant, vel quod ſunt in tertio, & ter

tio,

394 tio.ita quod appareat reſcribētem, ita ſenſiſſe† procedat pri
ma opinio. ut expreſſe notatur, ſecundum regu. de qua per
Felin.in capitulo ad aures.in uerſic.de ualore.de reſcript.Se-
cundo quæro. Quid ſi legatus diſpenſat mecum, ut poſſim
contrahere cum conſanguinea mea, an illa etiam abſque
395 alia diſpenſatione poſſit contrahere mecum? † Collect. in
capitulo quod dilectio.tenuit poſſe, quia eſt neceſſario con-
ſecutiuum diſpenſationis. Aduerte tamen, Aut legatus di-
ſpenſat in genere cum aliquo.& diſpenſatio huiuſmodi tan
396 quam uaga reiicitur,& quia diſpenſationes debent habere
cauſam, quæ intelligi non poteſt, niſi exprimatur cum qua
397 contrahendum ſit.† Aut diſpenſat ut poſſit cōtrahere cum
iſta, uel cum illa, & tunc licet diſpenſatio huiuſmodi ſit con
tra ſtilum, porrigetur ad mulierem.conſulerem legato ut ſe
398 conformaret ſtilo curiæ.† capit.ſuper literis.de reſcript.Ter-
tio quęro, an ualeat diſpenſatio quando legatus diſpenſan-
do dicit. diſpenſo, ut poſſis contrahere cum berta non ob-
399 ſtante conſanguinitate. † Dominus Petr.in capitulo quod
dilectio.dixit non ualere, quia conſanguinitas non erat illa,
quæ obſtaret, ſed conſtitutio eccleſiæ, capitu.non debet, eo-
dem titulo.ideo licet remoueretur obſtaculum conſangui-
nitatis, non remouebatur obſtaculum legis. Pro Petro facit
quia in diſpenſationibus debet poni ſaltem generalis dero-
400 gatio legum contrariarum,† l.nec damnoſa. C.de precibus
imper.offer.Bald.in l.reſcripta, in ſecunda colum.verſic.re-
uertor ad quæſtio.eodem titulo. Contrarium tamen eſt ue
401 rum,† quia hoc eſſet legem imponere uerbis.& ſatis dicitur
derogatum legi, quando derogatur ei quod continetur in le
402 ge.† & cum hac tranſit collect.in dicto capitulo quod dile
ctio. Quarto quæro.An ex ui facultatis huiuſmodi poſſit di
ſpenſare cum his, qui coniuncti ſunt ſimili gradu ex utro-
403 que parente. † Et videtur non poſſe, cum ſub ſimplici non
404 comprehendatur mixtum in iſtis materijs.† Nam ſi habeo
facultatem diſpenſandi cum nato ex adulterio, & ex ince-
ſtu, non poſſum diſpenſare cum eo, qui natus eſt ex vtro-
405 que.† Anton.& alii in capit.per venerabilem.qui fil.ſint le-
git.Moder.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff.de liberis & po-
ſthum.& in l.ſecunda, ff.de uerborum obligatio.Facit quod
dicimus duplicem funiculū magis ſtringere. l. cum ſcimus.
& ibi nota. C.de agric.lib.10. capitulo primo, de pact. & ita
formaliter in materia diſpenſationis arguit Oldrad. conſil.
247.incipien.quidam rex. facit §.affinitatis inſtitut. de nupt.

Item, quando in diſpenſationibus fit mentio
in genere de defectu, qui ex
qualitatibus & circunſtantijs poteſt augeri, non intelligitur
procedere diſpenſatio in ſpecie, quæ habet qualitatem au-
406 gentem. Ecce ſpurius eſt qui naſcitur ex concubina † not.in
l.prima, C.de natu.lib.capitulo niſi cum pridem. in uerſicu.
manet res. de renunt. pone quod natus ex concubina con-
ſanguinea patris, appellādo ſe ſpurium, petat ſecum diſpen-
ſari, an valebit diſpenſatio? Certe non ualebit eo quod tace-
tur qualitas conſanguinitatis, Ioan.Andr.in additio. ad Spe
cul. qui fil. ſint legit. Rom.in l.ſi uero. §.de uiro. 31. fallent.
ff.ſoluto matrimonio.Contrarium tamen uerius, quoniam
in materia facultatis diſpenſandi, interpretatio eſt late ha-
benda, ut dixi. Et præcipue, quia conſanguinitatis uinculū
407 unicū eſt,† nec gradus iſte recipit augmentum ex multipli-
catione uinculi. ut tradunt Ioan.And.Collect.& Præpoſ.in
capitulo quod dilectio.& Cald.in conſilio primo, de conſan
guinit. & affinit.

Ad contraria dic quod qualitates, de quibus
ibi, faciunt impedimentum
tranſire in diuerſam ſpeciem, nam conſanguinitas iuncta
concubinatui reponit coitum in aliam ſpeciem, quæ eſt in
ceſtus. Quinto quæro. An legatus in caſibus præmiſſarum fa
cultatum poſſit diſpenſare, quando taliter impediri prius ſe
408 inuicem carnaliter congnouerant? † Collect.in capitulo pri
mo, de eo qui cogn. conſ.dicit quod ſiquis diſpenſatur per
papam, ut contrahat cum conſanguinea, non valet diſpen-
409 ſatio ſi ex ea prius liberos procreauerat,† quia ſuberant duo
impedimenta. Ego credo legatum poſſe diſpenſare, quam-
uis alias diſpenſatio ſimplex, tacito præcedenti coitu, eſſet
ſurreptitia, ut ibi per Collec.& ratio, quia copula pręcedens
non impedit legatum quo minus diſpenſet, nec illa copula
detrahit quidquam matrimonio ſecuturo, niſi adſit machi-
natio in necem defunctæ uxoris. capit. ſuper hoc. & per to-
tum.de eo qui dux.in mat.quam poll.per adult.

De diſpenſatione circa Simoniacos.

Cum his, qui ordines vel prælaturam ſi-
moniace receperūt
410 † ſi quidem id, ignoranter factum, diſpanſat legatus, alias
non capit. de ſimoniace. capitulo nobis. de ſimon. in cæte-
411 ris poteſt legatus ex cauſa † capitulo quoniam, eodem titu.
nam vtilitas vel neceſſitas eccleſię, & legato, & epiſcopo om
412 nia permittit † capitul.præſentium. capitu. quicunque pri-
ma quæſtio. 5.ad hoc capitu.ſi alicuius.de electio. uide Ho-
ſtien.de Simon. §.quæ diſpenſatio. & omnes caſus, ubi hoc
413 concedit epiſcopo, dic cōceſſum legato† tu vero ſequere re
gu.quas ponemus in materia diſpenſationum. Vnum reuo-
catur maxime in dubium, an legatus poſſit recipere anna-
tas, & compoſitiones pro gratijs, & diſpenſationibus ſicut pa
414 pa;† Immo etiā de papa poſſet fieri eadem q.ſaltem ex ho-
neſto. Et dicendum ob miniſtrorum, & eccleſiæ neceſſita-
tes, decimas, taxas, & annatas permiſſas Roman.pontif. &
415 etiam eius legato,† argument.text.in capitu.vnico, de cler.
non reſi.in fi. propter rationem text. in capit. ſi propter tua
debita.de reſcrip. in ſexto, ideo dicunt Ioann.Andr.& Hoſt.
in capit.inter cætera.de offic.ordinar. & Alexand.in capit.ſi
quis præbendas. 1.q.3. quod annatæ licite capiuntur a papa,
416 ſicut olim decima decimæ capiebat̄ a pontifice hæbreorū.†

417 An legatus diſpenſet ſuper defectu ætatis.†

Circa ætates neceſſarias varijs officijs, iu
ra vario modo
loquuntur. Nam in teſtamento faciendo requiritur ętas xij.
annorum in fœmina.xiiij.in maſculo, ſicut, & in matrimo-
418 nio contrahendo & profeſsione facienda.† l.qua ętate.ff.de
teſtamen.capit.ad noſtram.capit.cum uirum. de regul.cap.
puberes. de deſponſ.impub. Sed in matrimonio largius agi-
419 tur, quia ſatis eſt quod malitia ſuppleat ætatem.† capit. pri-
mo, eod.tit.in 6. in ſponſalibus de futuro requiritur ætas ſe-
420 ptem annorum. † d.c.impuberes.In abbate non eſt expreſ-
ſum quæ ætas requiratur, tamen dicemus, quod requiritur
421 ætas 25.annorum, ſicut in ſacerdote.† ca.cum in cunctis.de
422 elect.in Abbatiſſa requiritur ętas 30.ann. † c.indemnitatib.
423 de elec.in 6.in uirgine conſecranda, ętas 25.annorum.c.pla
cuit 20 q.1.c.placuit.77.diſt.In priorib. habentibus conuen-
tū actu requiritur ætas 25.annorū, idem ſi non habeant con
uentum, ſed actu habeant curam animarū, quæ per ſe exer-
ceatur, ſi uero non ſit conuentualis, nec habeat curam, quæ
424 per ſe exerceatur, ſufficiunt viginti anni,† clement.ne in ag.
de ſtat. mona. Abba. in capitulo ſuper inordinata. de præ-
bend. Immo tenuit Feder. ſatis eſſe in his agere ſeptimum
425 annum, ſed eius ſententia damnatur,† ut ibi per Abbat. In
presbytero requiritur ætas vigintiquinque annorum.in epi-
426 ſcopo.30.† capit.cum in cunctis.§.inferiora. Quoad priora-
tum vel alia beneficia ſecularia ſimplicia per ſe ſtantia, ſuf-
427 ficit ætas xiiij.annorum. † ſi uero non per ſe ſtent, ſed ſint in
aliis eccleſiis, ut capellæ, canonicatus, & ſimilia, dic quod ſi
ſint talia in quibus exigitur maturitas conſilij, ut canonica-
428 tus, requiritur ætas quatuordecim annorum, † capitu.ſuper
inordinata.ubi hoc tenent Hoſt.Ant.Anch.& Abb.Rot.de-
ciſio.324.in no.Archi.in capitulo ex eo.de electione in 6.qui
reſpondet ad illum text. quod loquitur in diſpenſatione.&
placet iſta opi.ne impleamus eccleſias pueris. & iſta ætas 14.
annorum debet eſſe conpleta.ut tanet Rot.in præalleg.deci.
324.Vide tamen Ioan.And.card.& Imo.dicto capitulo ſuper
inordinata.Io An.& Phil.in dicto capitulo ex eo.qui tenent
non requiri tālem ætatem;& Rot.deci.204.in ant.quæ dicit
minorem.14.annis, poſſe obtinere præbendam in eccleſia ca
429 thedrali, niſi per regulas Cancellariæ eſſet vetitum.† Prima
tamen placet, quia talis non admittitur ad exercitia canoni-
corum.ut in dicto capitulo ex eo, ergo nec ad canonicatus.
430 † & licet ille text. præſupponat illum canonicum pupillum,
narrat factum, & dicendum fuiſſe diſpenſatum, ut inquit Ar
chi. Si ſint cappellæ ſimplices clericales, ſufficit ętas.7. anno-
431 rum, cum eo tempore poſſint eſſe clerici. † Abb.in dicto ca-
pitulo ſuper inordinata. In ordinibus ſuſcipiendis hæc eſt
ętas idonea.in presbyteratu.25.in diaconatu. 20.in ſubdiaco
432 natu.18.in minoribus 7.† cle. Generalem.ubi gloſ.de ętat.&
quali. Sed quid in prima tonſura, itidem requiritur ętas ſe-
ptem annorum, quia & hęc ordo eſt.capitulo cum contin-
gat.de ęta.& quali.& not.in capitulo cleros.21.diſt.& 87.di-
ſtinctione capitulo primo Archid. 44.diſtinctione non opor
tet.quamus theologi aliud dicere uideantur, ut per Thom.
in 4.ſenten.diſt.24.quæſt.2.ar.1.ſed ſatis conueniunt in ſenſu.
ut per glo. in d.c.cleros.in verſ.tonſuram ſatis eſt quod datur
aliquod officium in eccleſia, quod requirit aliquale iudiciū.
uide tamen tex.in capitulo ſi.de temp.ordi.in 6.qui dicit pri-
mam tonſuram non poſſe conferri infanti, niſi quando in-
433 grediatur religionem.† In iudicibus requiritur ętas.18.aut 20.
434 annorum.capit.† cum 20.de offic.deleg.ubi late gloſ.& doc.
l. quidam conſulebant.ff.de re iud. In procuratore ad nego-
435 tia requiritur ętas 17. annorum. ad lites vero. 25. † capitulo
qui generaliter. de procurat. in 6. Alia eſt ętas inquiſitoris
436 hęreticę prauita.quadraginta annorum, † clement.abolen-
tes.de hęret.Alia eſt ætas in teſtibus requiſita, & in pleriſque

437 aliis actibus, †de quibus uidere poteris locis ſuis, & in dubio.
438 Aetas legitima dicitur ætas. 25. annorum, †gl. & doct. in c. 1.
de Regu. l. ex duobus. ff. de neg. geſt.

Et quando requiritur certa ætas, an annus debeat eſſe
439 completus, vel inceptus † rep. in dicto capitulo cum 20.
ſed reuertendo ad materiam, pono aliquas concluſio. Con-
cluſio. prima. Legatus non diſpenſat cum minori quatuor-
440 decim annis, ut profiteatur, aut teſtamentũ faciat, † quia ætas
441 huiuſmodi caret iudicio, † & diſcretione, † quæ in his maxi-
me neceſſaria ſunt. & ſuppleri per homines, non poſſunt. §.
ſed naturalia. inſtitutio. de iur. natur. gent. & ciu. & quoad re
ligionem, eſt beneficium profitentis, quod ei auferri non de
bet. quo ad teſtamentum eſt præiudicium ſuccedentium ab
inteſtato & his caſibus dubitarem etiam de poteſtate papæ,
niſi in caſibus vbi malitia ſuppleret ætatem. Concluſio. ſe-
cunda. Legatus, & epiſcopus diſpenſant cum eo qui agit vi-
geſimum annũ, ut teneat dignitates, & perſonatus ſine cu-
442 ra, † cap primo, de temp. ordi. in ſexto, Concluſio. tertia Le-
gatus diſpenſat cum maiore ſeptennio, ut fiat canonicus,
443 † quoniam talis diſpenſatio eſt a iure permiſſa etiam epiſco-
444 po. † ita intelligo. capitu. ex eo. & quæ ibi doctores. Concluſ.
quarta. Legatus non poteſt diſpenſare cum minore viginti-
quinque annis, vt fiat presbyter. xx. ut fiat diaconus. xviii vt
445 ſubdiaconus † clement. generalem de ætate & qualita. Fal-
lit, quando ſubeſſet neceſſitas eccleſiæ, ut quia indigeret mi
446 niſtris, nec facile aliter conſuli poſſet, † tunc legatus, & etiã
epiſcopus diſpenſabit ſuper iſta ætate, dummodo non ſint
447 adeo iuuenes, cum quibus diſpenſatur, ut fiant ludibrio. † ca
pitulo vel non eſt. de tempo ordinar. & ratio eſt, quia neceſ-
448 ſitas, † & utilitas eccleſiæ faciunt nõ licitum, licitum, † cum
iſta duo æquiparentur. ita quæſtio. ſecunda, in ſumm. per In-
nocent. in capitulo cum omnes. de conſtitut. per Felin in ca
pitulo cum acceſſiſſent. colum. nona, & decima, de conſtit.
capitulo querelam. in fine, de iureiurand. dicam in materia
diſpenſationis. Et iſta prohibitio de non promouendo ante
tempus, non eſt adeo grauis, ut ita promotus ante tempus
ſit ſuſpenſus, ſed tantum, quia ob temeritatem venit ſuſpen
dendus. vt per Card. in element. generalem. in quinta quæ-
ſtio. & in capitulo vel non eſt. Vnde non eſſet inconueniens
dicere, quod etiam ne dum legatus poſſit diſpenſare ſuper
ætate, quando promouenda eſſet perſona, quæ aſpectu, &
moribus ac literis eſſet digna ordine quod exiſtimo uerum.
Concluſio. quinta. Ex cauſa neceſſitatis, vel utilitatis eccle-
ſiæ poterunt legatus, & epiſcopus diſpenſare, ut minor vi
gintiquinque annis habeat beneficium, aut duas dignitates
449 in eadem eccleſia † Rot deciſio. 29 in ant. Archidiac. in capi
tulo primo, de conſuet. in ſexto, in hoc aduertendum quod
olim, ſi epiſcopi conferebant eccleſias pueris, & minoribus,
valebat collatio, ſed interim committebatur cura perſonis
idoneis, ſed deinde fuit inhibitum epiſcopis per generale
450 concilium † capitulo ratione. de ætate & qualita ideo for-
ſan aliud dicendum in legato, tamen quando cauſa ſubeſt,
res eſt clara. At dubitatur in hac materia ætatis, an legatus
poſſit committere cauſas canonico minori uiginti annis.

451 Et dicendum non poſſe, ſecundum gloſ. in capitulo ſtatutum. in ver-
ſiculo canonicis. de reſcrip. in ſexto, quoniam hoc eſt priui-
452 legium papæ. † capitulo cum 20 de officio delegati, & nul-
453 lus inferior a principe poteſt iura immutare. † clement. ne
Romani. de electio. neque eſt credendum, quod capitulum
ſtatutum. corrigat. capitulum cum 20. argumen. capit. cum
expediat. de electio. In legato tamen poſſet attentari contra
454 rium, ex quo ille committit cauſas iure principis, † ut in di-
cto capitu. ſtatutum. unde cum capitulum ſtatutum, quod
reduxit iſtam materiam ad ſuam formam, indiſtincte loqui
tur, hoc non erit denegatum legato, ut committat illi qui
exceſſit annos diſcretionis. quo autem ad minorem qua-
455 tuordecim annis. in dubio teneo quod non poſsit, † quia du
456 bitatur etiam de papa hoc caſu, † ut per Abb. in dicto capi-
tulo cum 20. Et hæc procedunt, quia iſte caſus non reperitur
reſeruatus. in cap. quod tranſlationem, de offic. deleg.

457 Nunc, an poſsit diſpenſare ſuper defectu ſcientiæ cum promouendis? † Sol. di
ſpenſari poſſunt quando ſunt dociles. i. apti ad diſcendum,
ſicut etiam epiſcopus diſpenſat, ſecundum Abb. in capitu.
cum in cunctis. in principio, colum. ſecunda, de elect. alias
autem cum illiteratis, & indocilibus non poterit diſpenſa-
458 ri, † propterea quod licet illiteratus recipiat caractĕrem or-
dinis, ut concludunt doctor in capitu. fin. de temp. ordin. in
ſexto, tamen ſunt monſtra, & opprobrium in eccleſia Dei.
459 † Quæ uero ſit illa ſcientia, quæ hodie requiritur in epiſco-
pis, abbatibus, presbyteris, non facile explicari poteſt, ſi qui-
dem pro qualitate locorum, & perſonarum, quæ regendæ
460 ſunt, maior, & minor requiritur, † ſecundum Innocen. Ho-
ſtien. Abb. & alios in dicto capitulo cum in cunctis ponitur
tamen quædam theorica communiter approbata per In-
nocent. ibi. quod ſcientia eſt triplex, eminens, mediocris, &
461 ſufficiens. † quam diſtinct. impugnat Dec. ibi, † capit. propte-
462 rea quod non reperitur qui ſine reuolutione cartarum poſ-
ſit ad omnia cito, & recte reſpondere.

LIBER VIII.

SVMMARIVM.

1 *De poteſtate legati de latere in iudicialibus.*
2 *De ſtatutis condendis.*
3 *De excommunicatis abſoluendis.*
4 *Indulgentiis dandis.*
5 *Deque poteſtate legati in religioſos & exemptos.*
6 *Legatum de latere in prouincia ſibi decreta, iudicem ordinarium eſſe.*
7 *Legato cauſas omnes, etiam per viam querela cognoſcere permiſſum.*
8 *Legato cauſas delegare in totum, vel in parte, ſicut cæteris ordinariis permiſſum eſſe.*
9 *In cauſis ad legatum deuoluendis appellationem minus neceſſariam eſſe.*
10 *Communi & veriori ſententia ita receptum.*
11 *Andrea Siculi ſententia in contrarium non obſtante, & quam etiam auctor improbat.*
12 *Legatum tanquam omnium ordinarium ab omnibus adiri poſſe.*
13 *Limitatio ad idem quando cauſa coram ordinario iam eſſet introducta, cũ præuentio legatum excludat.*
14 *Reſcriptum ſi quod prius legato, vel ordinario præſentatum ſit attendendum:*
15 *Legato quando permiſſum auocare cauſas coram ordinario primitus inceptas.*
16 *Superiorem ab inferiore cauſam non auocare, niſi in caſu, ſi ab eo iuriſdictionem habuerit.*
17 *Legatum de cauſis coram aliis pendentibus non niſi per viam appellationis impedire.*
18 *Ordinario, cauſam in qua minor ordinarius præuenerit, auocare non permiſſum.*
19 *Limitatio ad idem.*
20 *Legato, merum, & mixtum imperium in ſubditos, ac omnimodam iuriſdictionem competere.*
21 *Legatum ſubditos iudicare, corrigere, punire, excommunicare, incarcerare, reponere, & degradare, ſuſpendere & interdicere poſſe.*
22 *Merum & mixtum imperium quid ſit remiſſiue.*
23 *Epiſcopos deponere ſoli papæ reſeruatum.*
24 *Legato non deponendi epiſcopos facultatem competere, ſed deponendum fore pronuntiandi.*
25 *Deponere, & quempiam deponendum pronuntiari, aliud eſſe, prout de libero & liberando dici conſueuit.*
26 *Legato epiſcopum incarcerare, proceſſum contra eundem formare, & ad papam tranſmittere permiſſum.*
27 *Pronuntiandi facultatem ſine poteſtate exequendi, inutilem reputari, cũ executio eidem permiſſa ſit, qui & pronunciaſſe dicitur.*
28 *Executionem imperii auctoritatem, pronuntiationem vero iuriſdictionis eſſe.*
29 *Papam ad exequendam legati pronunciationem non arctari.*
30 *Legato, ſi de cauſa epiſcopatus contentioſi inter duos cognoſcere permiſſum ſit.*
31 *Metropolitano quoque idem permiſſum cenſeri.*
32 *Legatus ſi quando cauſas, appellatione remota, committere poſſit.*
Ampliatio ad idem.
Limitatio.
33 *Appellationem in criminalibus non admittendam.*
34 *Caſus in quibus non appellatur remiſſiue.*
35 *Appellatio ſi quando per ſtatutum tolli poſſit.*
36 *Legatus ſi poſſit remouere appellationem.*
37 *Commiſſionem cauſa, appellatione remota, ad friuolam tantum extendi.*
38 *Clauſula, appellatione remota, effectus remiſſiue.*
39 *Appellatio quod ſit ordo a iure inuentus, qui per legatum tolli nequeat.*
40 *Legato quando permiſſum incipere a uia executiua, & a præcepto.*
41 *Præcepta ſine cauſa cognitione ſandita, nulla reputari.*
42 *Clauſula iuſtificatoria, qua nam iaſit uis & effectus.*
43 *Ab executione non incipiendum.*
44 *Auctoris opinio ſuper effecta clauſula iuſtificatoria.*
45 *Practica quid obſeruet in materia dicta clauſula iuſtificatoria.*
46 *Præceptum ſine cauſa cognitione emanatum, nullum eſſe, quando ſumus in his, in quibus ordinarie procedendum ſit.*
47 *Iudicis partes non eſſe in peruertendo iudiciarium ordinem.*
48 *Ordinem iudiciarium ſi peruerti contingat, ius iam parti, & ius tertii auferri.*
49 *Legatus quando poſſit committere cauſas ſummarie ſimpliciter &c.*
50 *Ex proceſſu ius parti acquiri, quod per legatum auferri non poſſit.*

Ordi-

51 Ordinem iudiciarium tollere quando legato in vim ſuarum conſtitutionum deſuper editarum permiſſum ſit.
52 Legatus quando canonico minori viginti annis committeee poſſit remiſſiue.
53 Canonico ſupra numerario, legatum cauſas committere.
54 Legato quando ante ingreſſum prouinciæ cauſas committere poſſit;
55 Quodque committere eidem permiſſum ſit, non autem iudicem compellere.
56 Commiſſionem cauſæ cognitioni non ſubiectam.
57 Iudex, quando antequam prouinciam ingrediatur iuriſdictionem exercere poſsit.
58 Item ſi in prouincia exiſtens, citationem extra prouinciam decernere poßit.
58 Legatus duarum prouinciarum, ſi cauſas vnius prouinciæ vt cognoſcantur in alia ultra duas dietas committere poſſit.
60 Neminem in iudicium extra prouinciam ab alio quam a papa trahendum eſſe.
61 Dietas ad id indactas, ne quis trahatur ad litigandum extra prouinciam etiam per quodcunque ſpacium.
62 Papæ & legati quod eadem ſit æquiparatio per modum regulæ in commiſſionibus papæ.
Ampliatio ad idem.
63 Intellectus, c. Statutum. de reſcr. in 6. diſcutitur.
64 Legatum in prouincia tantũ dari, nec eidem iuriſdictionem in aliena exercere permiſſum videtur.
65 Duas legationes quandoque vnam tantum reputari.
66 Statutum de duabus dietis in commiſsionibus legati, non minus quam in commiſſionibus papę attendi debere.
67 Dietam viginti milia paſſuum continere ſecundum viam ſcilicet attenta menſura, per quam iri conſueuit.
68 Menſuram diſtantiæ locorum, uario modo conſiderabilem eſſe.
69 Legatus quando poſsit committere cauſas prophanas non habentib. qualitates requiſitas in d. c. ſtatutum.
70 Perſonam vilem, vel ignorantem tenere vicem papæ, vel legati, incongruum eſſe.
71 Cauſas prophanas, non minus laicis doctis, quam clericis committendas eſſe.
72 Cauſam ſpiritualem laicis etiam ex certa ſcientia delegari non poſſe.
73 Legatus in committendo quando det iudices ad petitionem partis, in quo ſtilum curiæ attendere debet.
74 Legatus ſi in commiſſionibus vti poſſit clauſula non obſtante, vel pro expreſſis habentes.
75 Legato ſi competat ius reuocandi domum.
76 Limitatio ad idem quando legationem affectaſſet.
77 Item limitatur, quando durante legatione contraxiſſet.
78 Legatus quando cognoſcat de cauſis religioſorum, quibus competit priuilegium ne poſſint conueniri virtute literarum apoſtolicarum, non facta mentione de eorum ordine.
79 Religioſi in caſu præmiſſo, quando conueniri poſſint a delegato legati, nulla de eorum ordine, mentione facta.
80 Priuilegij tenorem inſpiciendum eſſe & attendendum.
81 Literas legatorum certo modo apoſtolicas dici remiſſiue.
82 Legatus ſi poſſit inquirere contra hæreticos, & eos punire abſque inquiſitore.
83 Inquiſitores hodie ordinarios eſſe.
84 Legatum cum quocunque ordinario concurrere.
85 Hæretici relapſi ſi comburendi ſint, deque eorum operibus comburendis.
86 Hæreticorum germina ſimillima hidræ reputari, vt vno exciſo capite, multa ſubcreſcant, & igne opus ſit.
87 Hæreticum transfuga peiorem eſſe, qui viuus exuritur.
88 Falſam monetam cudentes, igne comburi.
89 Ignem in quamplurimis caſibus ſcelera purgare.
90 Mortis pœna quibus caſibus irrogari conſueuerit.
91 Epiſcopos hæreticos epiſcopatu priuari, monachos, & laicos anathematizari.
92 Hæreticis, Theodoſium decem librarum auri multam ſtatuiſſe.
93 Exilij pęnam a nonnullis aliis imperatoribus additam, quam poſtmodum tractu temporis in grauiorem commutarunt, ſcilicet vitæ, vt remoto lupo, gregis ſaluti conſulatur.
94 Legatum vices papæ gerere.
95 Legatus quando agnoſcat de cauſis commiſſis alijs ſuis anteceſſoribus.
96 Legatum ſucceſſorem non habere.
97 Vicario epiſcopi quando ſit commiſſa cauſa, quod eadem non tranſeat in ſucceſſorem.
98 Communem tamen practicam contrariam eſſe in vicario, cum tribunal, cui datur vicarius, perpetuum exiſtat.
99 Legatus quod non poſſit ſe intromittere in cauſa per papam alteri commiſſa.
100 Limitationes plures ad idem.
101 A legato ſimplici quando ad legatum de latere appellari poßit.
102 Legatus quando de appellatione interpoſita ad papam ſe ſe intromittere poſſit.
103 Declaratio ad idem & limitatio refertur.
104 Legatus ſi cognoſcat de cauſa, quam ſemel ad pontificem retulerit.
105 Referendi cauſam ad ſuperiorem, qualis ſit modus remiſſiue.
106 Appellari ad legatum etiam omiſſo medio.
107 Appellari pariter ad patriarchas omiſſo medio.
108 Communis opinio refertur.
109 Appellari de iure canonum etiam omiſſo medio, de iure ciuili non item, & quare inductum.
110 A ſententia legati nati, quando ad legatum de latere appellari contingat.
111 Legatum de latere maiorem quocunque alio.
112 A ſententia conſeruatoris, ſi detur appellatio ad legatum.
113 Appellantibus partibus, vna ſcilicet ad legatum, altera vero ad archiepiſcopum, vel papam, ad quem cauſæ cognitio ſpectare dignoſcatur & pertinere.
114 Quid in appellatione ad archiepiſcopum ad legatum, & ad papam. Et quid.
115 In appellatione alternatiue interpoſita ad papam vel ad legatum.
116 Appellationem interpoſitam quando iudex incertus ſit, non valere, neque ſubſiſtere.
117 Appellationem alternatiuam, curiam indiſtincte admittere conſueuiſſe.
118 Libellum incertum pariter de ſtillo curiæ admitti.
119 Epiſcopus ſi ſit loci legatus, & in qualitate epiſcopi ſententiam proferat, ſi appellatio ad ſeipſum tanquam legatum interponenda ſit.
120 Epiſcopus & legatus exiſtens deputando officialem, an in dubio vt epiſcopus, vel vt legatus deputaſſe intelligatur.
121 Opinio Federici de Senis, deputationem præmiſſam ab ordinario factam cenſeri.
122 Auctoris opinio refertur.
123 Cauſa deuoluta ad legatum per appellationem ab aliquo grauamine, omiſſo articulo grauaminis, ſi in cauſa ad ulteriora procedi poſſit.
124 Legatus ſi tanquam ſuſpectus recuſari poſſit.
125 Cardinalem quemcunque non ſanctum reputari.
126 Epiſcopum quandoque cogi renuntiare, vel permutare.
127 Recuſationem epiſcopi non paſſim admittendam eſſe.
128 Ordinarios de iure ciuili non recuſari.
129 Suſpitione ordinarij propoſita, epiſcopum, vel archiepiſcopum, aut alium bonum virum eidem iniungi.
130 Recuſationem ordinarij in delictis manifeſtis non admitti.
131 Suſpitionem iudicis, quando eandem allegari contingat ſuſpitionis cauſam de iure canonico probandam eſſe.
132 Recuſationis materia remiſſiue.
133 Legatus ſi contra ius reſcribere poſſit.
134 Legatum aduerſus ſententiam ſupplicationem non admittere.
135 Supplicationem aduerſus ſententiam admittere, ſoli principi reſeruatum.
136 Legatus ſi in eos, qui turbant, vel impediunt eius iuriſdictionem, procedere poſſit.
137 Iuriſdictionem, cohertionem non habentem, eluſoriam reputari.
138 Legatum offendens ſi in crimen læſæ maieſtatis incurrat.
139 Legatus ſi cui in tranſeundo condemnatos ad mortem occurrat, an eum liberare poſſit.
140 Delegatus a legato, quando alterum ſubdelegare poſſit.
141 Delegato tantum a principe, alterum ſubdelegare permiſſum & Io. Andr. Dom. Philip. & Innoc. ſententia.
142 Contrariam ſententiam Barth. Ab. & Alex. & Ang. ſecutos fuiſſe, quam & Auctor ipſe amplexus eſt.
143 Legato inſtar principum eſſe & regiam dignitatem præſeferre.
144 Papam & legatum in delegatis dandis, a pari procedere, quando non ſimus in caſibus exceptis.
145 Legati auctoritatem, ipſius papæ auctoritatem dici & reputari remiſſiue.
146 Intellectus l. legatus. ff. de offi. Proconſul.
147 Delegatus a legato, quando curatorem dare poſſit.
148 Item ſi deſinat eſſe qualificatus, an de cauſis inceptis cognoſcere poſſit.
149 Legatis de latere quænam facultas in materia cognitionis cauſarum concedi conſueuerit, proponitur.
150 Cauſæ ad forum eccleſiaſticum ſpectantes & pertinentes, quæ nam eſſe intelligantur.
151 Cauſas mere prophanas ad eccleſiaſticum forum non pertinere, ſi matrimoniales non ſint, aut conſimiles.
152 Iudicem eccleſiaſticum inter laicos non cognoſcere, niſi cauſa ſui natura ad iudicium eccleſiaſticum ſpectare dignoſcatur, & pertinere.
153 Verbum, & alias ad conſimiles cauſas extendi.
154 Auocationem cauſarum, odioſam reputari.
155 Cauſæ pertinentes ad forum eccleſiaſticum in terris eccleſiæ, quales eſſe cenſeantur.
156 Cauſas hæreſis & ſimoniæ, eccleſiaſticas reputari.
156 Summarie, & ſine figura iudicij quid importent.
158 Iudicij ordinem omiſſum, vitiare proceſſum.
159 Ordinem iudicij libelli oblationem, litis conteſtationem, dilationum aſſignationem, iuramentum calumniæ & inſtrumentorum productionem concernere.
160 Clauſula ſummarie & ſine figura iudicij, adiectione, ordinem inductum a iure poſitiuo, canonico, & ciuili aut municipali tantummodo ſublatum cenſeri, non qui ex naturali uel diuino iure inductus exiſtat.
161 Citationem, qualem qualem petitionem, interrogationem iudicis pro inſtru

ſtinne cauſæ partibus factam, & partis citationem ad ſententiam naturali, vel diuino iure inductam cenſeri.
162 Clauſula ſummarie &c. ſi etiam operetur vt ſerue hominum gratia inducta, derogatum intelligatur.
163 Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, qualis ſit effectus, quodque omnem aliam formam, & ſolennitatem excludat.
164 Iudicem inſtar arbitratoris quandoque reputari.
165 Veritatem ſolis terminis contentam eſſe.
166 Clauſulam de facto, non ſecus ac ſi ius in regiam dictum ſit, vim habere, & per eam omnem ſolennitatem de iure ciuili, vel canonico inductam ſublatam cenſeri.
167 Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, ſi eundem effectum quem clauſula ſine ſtrepitu, & figura iudicij vel maiorem importare dicatur.
168 Vrbanum quintum, vt lites celerius expedirentur, modum & formam adinueniſſe.
169 Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, cuius ſit effectus recenſetur.
170 Clauſ. nulla iuris ſolennitate, quid operetur.
171 Commiſſi cauſæ adiecta clauſula ſummarie, ſi quando omnes alias clauſulas comprehendere dicatur.
172 Signaturam cum clauſula ſummarie, non referri niſi ad proceſſum ſummarium, per expreſſionem vnius clauſulæ, aliæ omiſſæ cenſeantur.
173 Reſcripta ad lites ſtricte interpretari.
174 Verbum, vt petitur, in ſignatura expreſſum, ad quæ referri contingat.
175 Clauſula, ſummarie, adiecta & cætera, quid operetur.
176 Auocatio cauſæ quando inducta intelligatur.
177 Auocatione cauſæ a primo iudice facta, illius iuriſdictionē ipſo iure ſublatam cenſeri.
178 Auocationem cauſæ odioſam reputari propter iniuriam, quæ primo iudici fieri contingit.
179 Reſcriptum ad lites, quando nullum ope exceptionis, ſi tamen dependentia litis coram alio iudice non fiat mentio, nullum ipſo iure cenſeri, & nullam tribuat iuriſdictionem.
180 Surreptionem in reſcriptis auocatorijs ipſo iure vitiari.
181 Proceſſum habitum, & formatum per iudicem reuocatum, quando ipſo iure nullum reputari contingat.
182 Legatus auocando cauſam ab vno, cui ſummarie commiſſa fuerat, alteri demandando, ſi ſub eadem clauſula commiſſa intelligatur.
183 Legatus quando c. oblata derogare poſſit & valeat.
184 Appellantem expectari per annum, de iure poſitiuo inductum eſſe.
185 Iure poſitiuo de facili derogari conſueuiſſe.
186 Legatus quando aduerſus ſuas ſententias reſtituere poſſit.
187 Legatus ſi ſententiam ſanguinis proferre poſſit remiſſiue.
188 Legatus ſi per alium ſententiam ſuam recitare poſſit.
189 Rubrica. C. de ſenten. ex periculo recitan. correcta.
190 Legatus quando ſententiam non per ſe, nec per alium recitatam proferre poſſit.
191 Iudex ſi cui ſit commiſſa cauſa ad conſilium ſapientis, ſi dixerit, pronuntio prout in conſilio dato per talem, quod ſententia nulla ſit.
192 Iudicis pronuntia prout in cedula, quam curia admiſit, a iuris diſpoſitione alienam non eſſe.
193 Pronuntiam, prout in cedula, recitationi, quæ fit ex ſcripto, ſimilem eſſe, & ad quem effectum inducta ſit.
194 Signatura legati ſub quibus verbis concipienda ſit, in concernentibus iuſtitiam, & de ſtilo in ſimilibus in Rom. curia ſeruari ſolito.
195 Regentis officium in Rom. curia quale eſſe intelligatur, & ſit.
196 Signatura, in vim cuius ex plurib. petitis, vnum aut alterum conceſſum ſit, cæteri pro denegatis habitis.
197 Signatura concepta per verbum, vt petitur, omnia conceſſa cenſeri.
198 Limitatio ad idem, quando ſtilus legationis aliud ſuaderet.
199 Gratiam reformatori in a reformata vario iure cenſeri.
200 Legatus qualiter ſe ſubſcribere debeat in ſignandis commiſſionibus, ſi nomine proprio ſcilicet, vel ſub legationis nomine.
201 Legato ſi competat facultas ſignandi motu proprio.
202 Conceſſio facta a legato in fauorem alicuius ſuo motu proprio, vel ad partis petitionem, qua eam proferri contingat.
203 Signatura papæ, per verbum fiat, vel per conceſſum vt in præfertur.
204 Limitatio ad idem in prouiſo ad petitionem in poſſeſſione exiſtente.
205 Item etiam ſi per horam in poſſeſſione adipiſcenda præueniſſet.
206 Legatus quod poſſit dare ſignaturam per verbum fiat, iure cautū non eſſe.
207 Legatum, nomine quo nuncupatur, ſe ſe ſubſcribere.
208 Papam, nomine abolito, per aſſumptionem ad pontificatum, ſe ſe ſubſcribere conſueuiſſe, & quare hoc inductum fuerit.
209 Saluatoris imaginem in pauimentis inſculpere non licere.
210 Dei nomen propria nuncupatione non ſeruiendum, veteri teſtamento ſancitum.
211 Gratiam papæ, literis non expeditis, minus releuare, cum informis intelligatur, & careat nomine pontificis auctoritatem dantis.
212 Legati ſi in eorum literis nomen extenſe, vel primam literam tantum apponere conſueuerint.
213 Legati ſola ſubſcriptio, quando gratiam probet.
214 Gratiam legati, & gratiam papæ, cum ſimili ſtilo dari conſueuiſſe.
215 Gratiam papæ, eius ſigillo authenticandam eſſe.
216 Literas legati ſuo ſigillo munitas, fidem facere, & authenticas reputari.
217 Literas cuiuſuis ordinarij pariter eodem iure cenſeri.
218 Limitatur primo, quando ageretur de præiudicio apoſtolici impetrantis, imminente enim periculo antidationis, fidem non facerent, & ſine teſtium præſentia.
219 Literas legatorum cum teſtimonio multarum manuum, ſecretarij ſcilicet, ſcriptoris, & cenſoris expediri, & regiſtrari conſueuiſſe.
220 Gratia taliter expedita, vt ſupra proxime præmiſſum eſt, quando impetrantem apoſtolicum excludat.
221 Legato aſſerenti ſe reſeruaſſe ſi de reſeruatione aliter non appareat, an ius ſtandum eſſe.
222 Sigillum prælati quando fidem faciat.
223 Scriptura authentica quando ſigillo munita ſit, & quo caſu fidem faciat.
224 Scriptura legati priuato ſigillo munita, quando authentica reputari debeat.
225 Sigillum, ſcripturam authenticam reddere, & authoritatem præſtare.
226 In facto proprio neminem authorizare.
227 Sigillum legati ſi quod iure priuato appoſuerit, non pro legato, ſed contra legatum fidem facere.
228 Sigillo alicuius non ſtatim credendum, ſed literas per comparationem examinandas eſſe.
229 Sigillo viri priuati appoſito, quando ſtandum ſit.
230 Sigilla de facili quandoque intercipi poſſe.
Et infra num. 234.
231 Sigillum furtiue appoſitum, cenſeri, quando de voluntate aliunde non conſtet.
232 Sigillum priuatum non arguere ſigillantis voluntatem in eius præiudicium, non conſtito quod idem ſigillum appoſuerit, per ſe, vel alium eius nomine.
233 Sigilla facile intercipi, ſupra num. 231.
234 Communis opinio quod pro ſigillo præſumatur, nonnullis caſibus exceptis.
235 Legatus de latere quando debeat ſe nominare in ſingulari, vel in plurali.
236 Literas papæ vtiari, ſe ipſum ſingulari numero nominaueruut, & ita de conſuetudine ſeruari.
237 Imperatorem, modo in ſingulari, modo in plurali loqui conſueuiſſe.
238 Papam & hoſpitalarios in plurali loqui debere.
239 Hoſpitalarius quidam cur reprehenſus.
240 Legatus an poſſit gubernia & iuriſdictiones in prouincia ſibi decreta vendere.
241 Officia & dignitates, quæ in iuſtitia adminiſtranda conſiſtunt nullo modo vendi poſſe.
242 Dominis temporalibus, & ſpiritualibus alienare criminalia vel ciuilia in ſuis prouincijs minus licere, & ratio ſubinfertur.
243 Item & conſimili ratione, homines iiſdem prouincia natos officijs præponere, incongruum eſſe.
ſimili materia dubitatum eſt in Rota,vacante beneficio per
obitum.S.N.qui erat collitigans,obtinet a papa per conceſ-
ſum A.obtinet per fiat.cum derogatione tamen Reg.de ſur
rogandis. dubitabatur quis deberet præferri.Dixerunt non-
nulli A.præferendum,quia regula expreſſe dicebat quod ha
bens ſignaturam per fiat,præferebatur habenti per conceſſū
nec obſtat quod eſſet collitigans,quia propter hoc non adi-
mitur ei ius ſuum.& quo ad reg.de ſurrogandis, eſt deroga-
tum.ideo non eſt in conſideratione,ut reg.non pręſtat. Ali-
qui uoluerunt.N.præferri, quia Reg.illa quod præferatur ha
bens ſignaturam per fiat, intelligenda erat, cęteris paribus,
ut per Cald.conſilio ſeptimo.de præbend in caſu noſtro im-
petrantes nō ſunt pares,quia per Reg.de ſurrogandis collit i
gantibus,erat ſtatim quæſitum ius ad ſurrogationem. Rota
tamen inclinabat in parte pro A.quāuis vota non fuerint ca
pta.An autem legatus poſſit dare ſignaturam per fiat, non
206 reperitur iure cautum,†ideo poſſet, tamen ſtilus abhorret.
& qui hoc modo ſignandi uteretur,iudicaretur ambitioſus.
de quo uerbo Fiat.an quando papa ſignat,ſit præſentis uel fu
turi temporis,vide Cald.in cap.quiſquis.de elec.& Felin.in c.
Rodulphus.uerſic.ultimo quia. colu.3.de reſcrip. Quinqua-
geſimoprimo quæro. Quare legatus ſubſcribit ſe nomine,
207 quo nuncupatur,†papa uero, ſubſcribit ſe nomine abolito
208 per aſſumptionem ad pontificatum.Nam quando clemen.
ſignat dicit. Frat.I.ponendo primam literam Iulij.quod no
men abolitum fuit in aſſumptione ad pontificatum,Sol. in-
ductū eſt hoc,ne pontificale nomen in uili cedula deſcriptū
reperiatur.Sicut non licet imaginem ſaluatoris in pauimen
209 tis inſculpere.†l.1.C.nem.lic.Sig. Sal.ſicut in ueteri teſtamē
210 to ordinatum eſt,ne nomen Dei propria nuncupatione ſcri
211 beretur† hanc obſeruationem accepi ab antiquis curialibus
inſcientibus ex hiis, quod Gratia papæ literis non expeditis,
non prodeſt,quia gratia adhuc eſt informis,carens nomine
pontificis,dantis auctoritatem.† de cuius quæſtionis uerita-
te,vide Rot.deciſ.322.458.& 459. in no. & deciſ.794. & 795.
in ant.& Egi.dec.110.colum. 3.& 609.610.& Biſig.deci.4.tit.
de conceſ.præb.Fel. in c.cam te.col.33. verſi. fallit.4.de reſcr.
dixi aliquid ſupra in materia penſionis. An uero in literis
legatorum ſcribatur eorū nomen extenſe, uel ſufficiat ponere
212 primam literam, vide ea quæ de literis papæ tradit Felyn.in
capitulo cum acceſſiſſent.in princip.de conſtit. Quinquage-
ſimoſecundo quæro. An ſola ſubſcriptio legati probet gra-
213 tiam †iſta quęſt.pendet ab illa,an probetur quod gratia lega
ti valeat,literis nō expeditis. ꝓ quo uide ea quæ dixi in mate
ria penſionis par.9.quæſt.31.& in materia diſp.in fi.nam gra-
214 tiæ legati & gratiæ Papæ,debent ſimili ſtilo dari.†cap. ſuper
literis.de reſcrip.ideo tum quia ita conſuetum, tum per ratio
nes,de quibus ibi gratia legati eſt autenticanda ſigillo eius.
215 & tunc facias conclu.quod. Literæ legati ſuo ſigillo muni-
216 tę faciunt fidem,& dicunt autenticæ.†capit.poſt ceſſionem
vbi doct.de probat.capit.2.de fid.inſtr.quod procedit in lite-
ris cuiuſcunque ordinarii, † vt ibi late proſequitur Fely. poſt
alios.Fallit primo, quando ageretur de præiudicio apoſtoli-
ci impetrantis, quia tunc propter periculum ante datario-
218 nis non faciunt fidem.† ut dixi ſupra.ideo ut ibi dicitur,ne-
ceſſe eſt quod teſtes apponantur.Sed ego alias dubitaui.cum
hodie litteræ legatorum expediantur cum teſtimonio mul-
ta-

tarum manuum,ſecretarii,ſcriptoris,Reuiſoris & ſupplica-
219 tiones etiam regiſtrantur, † an ſaltem probata gratia p tot
220 manus excludat impetrantem apoſtolicum. † Reſpondeo
quod ſi ex regiſtro conſtaret bullam eſſe expeditam ante p-
uiſionẽ papæ,tot teſtimonia, tot atteſtationes æquiualerent
teſtibus.l in exercendis. C.de fid.inſtru.alias militaret pericu
lum antedationis, quia manus apponuntur in expeditio-
221 ne,quæ fit longe poſt datã.Quid ſi prouiſus a legato haberet
poſſeſſionem anteriorẽ? dixi ſ. ad pręmiſſa uide gl.in clem.
litteris.de probat.quę dicit non credi legato dicenti ſe reſer
222 uaſſe,niſi aliter conſtet de reſeruatione† & ibi Boniſa.qui in
hoc egregie loquitur.col.5.Fallit ſecundo quãdo reperiren-
tur litteræ ſigillatæ ſigillo legati, ſed non deputato ad offi-
cium illud,quoniam ad hoc ut Sigillum pręlati faciat fidem
223 oportet quod ſit illud ſigillum, quo ſolẽt talia ſigillari.†ideo
ſi in literis nomine legati emanatis poneretur ſigillum, quo
alias vteretur legatus in rebus ſui epiſcopatus non legatio-
nis, tale ſigillum non faceret ſcripturam authenticam, niſi
in literis exprimeret cauſam quare non apponeret ſigillum
legationis.Specul.in titul.de citatione.§.iam de citatione.&
in titulo de inſtrument.edit. §.poſtremo.verſ.Item quod ſi-
gillum.Hoſtien.& alii in d.cap.2. Fallit tertio, quãdo litteræ
224 legati,quæ non ſunt authenticæ,†niſi ex ſigillo producerẽn-
tur per manum familiaris, quia ille potuit facile intercipere
Sigillum.de hoc videtur caſus in l. Diſtrahentem. C.de reb.
ali.ita declarat Boniſa.in clemen. 1.de iureiur. Fallit quarto,
quãdo eſſemus in ſcriptura legati priuata, quam ut priuatus
feciſſet, ſe obligando cum appoſitione ſui ſigilli, quoniam ta
225 lis ſcriptura non poteſt dici authentica, † quoniam ſigillum
facit ſcripturam authenticam ex eo,quod dat auctoritatem
226 illi ſcripturæ,†ut patet diſcurrendo opin.relatas per Abb.in
ca.poſt aſſeſſionem.& in d. c.2.de fid.inſtrumen. in facto au-
227 tem proprio nemo auctorizat.† cle. ſi vna.de rebus eccleſi.
non alien.l.1.ff.de aut.præſtan.Abb.in d. cap.poſt ceſſionem.
alias oporteret dicere, quod legatus ſuo propio ſigillo obliga
re poſſet alios efficaciter,quia ſcripturæ authenticę creditur
ubiq; .erit ergo priuata talis ſcriptura. ad ea quæ tradit card.
in c.cum a nobis.de teſti.& ex ſigillo legati,quod appoſuit iu
228 re priuato, faciet fidem contra legatum, non pro legato †l.
ſcripturas.C qui po.in pig hab.& quę plene traduntur in l.ad
monendi.ff.de iureiurand.In hoc tamẽ aduertendum, quia
non ſtatim credendum eſt ſigillo alicuius,ſed littera exami-
229 nanda per comparationem.†gl.in cap.ſi quis.1.quæſt.1. Nam
ſigillo appoſito iure priuati,quod producitur ad arguendum
conſenſum alicuius,non creditur etiam in præiudicium do-
230 mini ſigilli.†Primo quando ſciebat ſcribere, & nõ reperitur
eius ſubſcriptio. Secũdo,quando qui produxit ſigillum,erat
familiaris,quia facile potuit intercipere. Tertio, quando agi
tur de præiuditio tertii.ita Boni.in d.cle. 1. de iureiur. potue-
runt enim facile intercipi ſigilla in primo & ſecundo caſu
231 †ideo non ſtatim illi creditur,ut dicit Anch.cap.ſignificauit
de appel. Quartus caſus eſt, quando conſtat de poteſtatione
cõtrariæ voluntatis. Nam tunc præſumitur ſigillum furtiuũ,
232 ſi voluntas non colligatur aliunde quam ex ſigillo.†capitu-
lo tertio loco.de prob.Imo.in clem.1.de procura.poſt Innoc.
in cap.1.de fi. inſtr. ponit theori quod priuatum ſigillum nõ
arguit voluntatem ſigillantis in eius præiudicium, niſi pro-
betur, quod ille, de cuius præiudicio agitur, ſigillauerit, uel
233 alius cui hoc ſpecialiter mãdauerit,†quia ſigilla facile inter-
234 cipiuntur. † communis tamen opi.eſt in contrarium, quod
235 pręſumatur pro ſigillo.†ut per Feli.in d.c.2.de fi.inſtr.& in c.
poſt ceſſionem.exceptis caſibus de quibus ſupra. Pauca hæc
de materia ſigilli, quæ nullibi ita reducta inuenies. Quæro.
An legatus debeat ſe nominare in ſingulari, uel in plurali?
236 † Sol. in bullis, & Reſcriptis ſuis, tam legati,quam epiſcopi
debent ſe in plurali nominare ad inſtar papæ, cuius literæ vi
237 tiantur, ſi ſe ſingulari numero appellet.†cap quam graui.de
238 cri.fal.& ita ſeruat cõſuetudo, quamuis Imperator modo in
ſingulari modo in plurali loquatur.†..ex diui. C.loc.l.depre-
catio ff.ad leg.Rod.de iac. & dicit Roff.in libel. ſuis in 8.par-
te.in expoſitione.l.meminerint col.4.quod papa,& hoſpita-
239 larii ſemper loquuntur in plurali †Vnde reprehenſus eſt q-
dam hoſpitalarius, qui dicebat quod tunica erat ſua.fuit in-
240 iunctum ut diceret noſtra.†contigit autem quod aduerſa ua
litudine laborans ſentiret dolores maximos, & lamentans
dicebat veh, nobis.Reprehẽdit cũ hoſpitalis magiſter aiens.
dic veh tibi, non nobis. Qui æger argute replicauit.mala eſt
doctrina veſtra, quæ vult tunicam eſſe communem,dolores
eſſe proprios ſed hoc tamen quod dixi,non ſemper obſeruãt
papę capitulo de Conſtantinopolitana. 22. diſtinctione ca-
pitulo. ſi ille. 50.diſt.n.Egi.in capit.in ſinodo.17.diſtinctione.
Vltimo quæro. An legatus poſſit uendere gubernia,& iuriſ-
dictiones in prouincia ſibi decreta, Sol.officia, & dignitates
241 quæ conſiſtunt in iuſtitia adminiſtranda,nullo modo vendi
242 poſſunt. †quia qui talia emit, non creditur facere vt iuſtitiã
adminiſtret, ſed vt eam turpiter vendat Aut. vt iudi.ſi quo
ſuff.per totum. ideo peſſime faciunt domini temporales &
ſpirituales, qui vendunt criminalia, vel ciuilia in prouin-
243 ciis.† quoniam præſtant occaſionem expilandi ſubditos, &
pecunijs acceptis,relinquendi facinora impunita. Simili fe-
re argumento prohibentur proponere officijs homines na-
244 tos in prouincia,quia propter fauores,amicitias, vel clientel
las,aut etiam priuata odia, facile poſſunt a tramite veritatis
245 declinare.†l. n.ff.de crim.ſacril.facit.l.ſi eadem, cum.ibi no.
ff.de offic.aſſeſ.

SVMMARIVM.

1 *Legatis, ſtatuta in concilijs prouincialibus, & extra, condere permiſſum.*
2 *Legatorum ſtatuta, etiam finita legatione, durare, & perpetua reputari.*
3 *Statutorum quorumcunque natura, vt perpetua eſſe intelligantur.*
4 *Iuriſdictionem habentibus in his, quæ ad eorum iuriſdictionem pertinent, ſtatuta condere permiſſum.*
5 *Statuta in tribus caſibus perpetua non cenſeri.*
6 *Auctorem, tractatum de veritate legalis ſcientiæ compilaſſe.*
7 *Legem inconſulto factam, ſubditos non ligare.*
8 *Legatorum edicta, & ſtatuta ſine prouincialium conſenſu in prouincijs facta non ſeruantes, in foro conſcientiæ non teneri.*
9 *Legati, ſi prouincialium accedente conſenſu ab interlocutoria non appellandum ſtatuere poſſint.*
10 *Et quid in epiſcopo dicendum remiſſiue.*
11 *Statuta, & edicta quo ad actiones pœnales anno tantum durare, cum ſtatuta huiuſmodi ſint potius iuris prætorium, quam ciuile.*
12 *Legatos circa mores reformandos, & exceſſus corrigendos, ſtatuta condere & edicta proponere.*
13 *Legatos ad id potiſſimum datos vt euellent, diſſipent, plantentent, & ędificent.*
14 *Legatis contra iuris diſpoſitionem ſtatuere non permiſſum.*
15 *Legatos iuri communi pœnam addere, ad effectum vt maiorem metum inducant.*
16 *Item ſi neceſſitas vrgeat a canone veriſimiliter non præuiſa, & contra canones ſtatuere poſſe.*
17 *Legatus quando in ſubditorum pręiudicium ſtatuere poſſit.*
18 *Conſuetudinem in præiudicium tertij non valere, neque attendendam eſſe.*
19 *Statutum, & conſuetudo quando valeant in pręiudicium tertii, & an valeat conſequentia de vno ad alium.*
20 *Statuta legatorum quando ligent ſubditos extra prouinciam delinquentes, & in partem negatiuam concluſionem ſtare.*
21 *Epiſcopum ſubditum extra territorium delinquentem, quando punire poſſit.*
22 *Legatus ſtatuendo, ſtatuta aliorum legatorum tollere poſſit.*
23 *Statuta legatorum quis interpretari poſſit.*
24 *Legatione finita, ſtatutorum interpretationem ad papam deuolui.*
25 *Legatus quando ſtatuendo contra priuilegia per ſedem Apoſtolicam conceſſa diſponere poſſit.*
26 *Legatis facultatem derogandi priuilegiis, permiſſum.*
27 *Clauſulæ derogatoriæ, non obſtantibus quiſcunque in contrarium facientibus. declaratio.*
28 *Item, & clauſulę, non obſtantibus, & cętera etiam ſi talia forent, de quibus ſpecialis, & indiuidua mentio habenda eſſet, cum ſuis limitationibus.*
29 *Priuilegia ad alicuius particulare commodum cõceſſa, per generales clauſulas non obſtantiarum non tolli, niſi motu proprio gratia inducta ſit cum generali clauſula, non obſtantibus.*
30 *Statuta, & ordinationes concernentes beneficiariam materiam per clauſulam, non obſtantibus, non tolli.*
31 *Clauſulam, non obſtantibus, ad ſtatuta iurata non extendi, non facta mentione de iuramento.*
32 *Statuta, & priuilegia vel leges, ſi quæ ſint, clauſulam derogatoriam, non obſtantibus, habentes ad ſequentia, per generalem illam derogationem non tolli.*
33 *Clauſulæ, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facientibus, etiam ſi talia forent, de quibus de verbo ad verbum eſſet habenda mentio, cuius ſit effectus.*
34 *Priuilegia cum ſint facti, de facili ignorari poſſe.*
35 *Anteceſſorem ſucceſſori legem non imponere quominus ipſe libere auctoritate ſua uti poſſit.*
36 *Clauſulæ derogatoriæ in teſtamentis qualis ſit effectus.*
37 *Primum teſtamentum habens clauſulam derogatoriam quando per clauſulas generales reuocari poſſit.*
38 *Clauſula, pro expreſſis habentes, quid operetur.*
39 *Opinionem Federici de ſenis conſ.47. attendendam, quam et Rota ſequitur & approbat.*
40 *Regiſtra ſedis Apoſtolicæ propemodum infinita eſſe.*
41 *Fictionem idem operari, quod præciſa veritas in his, quæ dependent ab auctoritate fingentis.*
42 *Priuilegium primum conceſſum fauore reipublicæ, ſecundum vero fauore pro-*

priuato, per ſecundum non derogari primo habenti clauſulas derogato-
rias, etiam ſi in ſecundo dicatur, pro expreſſis habentes.
43 *Priuilegium primum non reuocari per ſecundum etiam habens illas*
clauſulas prægnantes, quando primum miſerabilibus perſonis conceſ-
ſum ſit.
44 *Principem, quod miſerationis cauſa indulſit, non de facili tollere.*
45 *Iudici conſulerem, quando videt per ſecundum priuilegium reuocari pri-*
mum in remittendo cauſam ad ſuperiorem.

De poteſtate leg. in legibus, & ſtatutis condendis.

1 LEgati in conciliis prouincialibus, &
extra, faciunt ſtatuta, † quæ
perpetua, & durant, etiam finita legatione.
2 cap. † fi. hoc titulo. ubi Ant. dicit hoc eſſe de
natura omnium ſtatutorum, vt perpetua
3 ſint. † c. ex parte. el. 3. de verſ. ſigni. c. 1. de loc.
omnes enim habentes iuriſdictionē ſtatue-
re poſſunt in his quæ ad eorum iuriſdictionem pertinent.
4 † Innoc. in cap. cum acceſſiſſent. de conſti. Bar. in l. omnes po
puli. ff. de iuſti. & iure. Quod tamen dixi ſtatuta perpetua, fal-
5 lit tribus caſibus. † primo quādo eſſent ſtatuta ad tempus. Fal-
lit ſecundo, quando eſſent ſtatuta facta ſine cauſæ cognitio-
ne pro arbitrio legati, vt faciunt temporibus noſtris guberna
tores terrarū, quia faciunt ſtatuta pęnalia ad pecuniam cor-
radendam a ſubditis; imponentes onera inſupportabilia. ca-
pitulo alligant. talia enim ſtatuta non ſeruabuntur finita le-
gatione ſecundum And. Sic. in d. cap. fi. quod ego qui tyran-
nides huiuſmodi expertus ſum, facile comprobo, quia lex de
bet eſſe æqua, honeſta, & iuſta. capit. erit autem lex. 4. diſtin.
& cum magna maturitate promulgari, vocari eos quorum
intereſt. ar. in c. 1. de conſec. diſtin. 3. cap. fi. de fer. & no. in reg.
quod omnes. de quo dixi in meo tractatulo de uerit. legalis
6 ſcientiæ, † oſtendendo ꝑ auctoritates Ciceronis, & Sex. Ceci.
& aliorum, legem in conſulte factam non ligare ſubditos.
7 † Ex quo infero, quod non ſeruantes edicta, & ſtatuta lega-
torum in prouinciis facta ſine conſenſu prouinciæ, non obli
8 gantur in foro conſcientiæ. † de quo dixi in ca. 2. de conſti. in
6. An uero cum conſenſu prouinciæ poſſit ſtatuere, ut non
9 appelletur ab interlocutoria. † vide Domi. qui hoc late diſpu
10 tat de epiſcopo † in cap. licet in 2. colum. de appell. Fallit ter-
tio, quo ad actiones pęnales deſcendentes ex ſtatutis huiuſ-
modi, quoniam illæ durant anno tantum, quia ſtatuta huiuſ
11 modi ſunt potius ius prætorium, quam ciuile. † Abb. in dicto
cap. fi. Bar. in l. omnes populi. ad hoc in ſti. de perpet. & temp.
act. §. 1. l. in honorariis. ff. de act. Primo quæro. Circa quæ poſ-
ſunt ſtatuere legati? Reſpon. circa mores reformandos, & ex
12 ceſſus corrigendos. † cap. quoniam quidem. 18. diſt. dati ſunt
13 enim legati ut euellent, diſſipent, plantent, ędificent. † ut di-
xi ſupra. li. primo, & generaliter in omnibus his, quæ ad iuriſ
dictionem ſuam ſpectāt, vt ſuperius dixi. Fallit primo, quan-
do vellent ſtatuere contra ius, quia non poſſunt. † cap. fi. ubi
14 gl. de his quæ fi. a præl. ſi conſ. cap. c. quod ſuper his. de maio.
& ob gl. in cle. ne Romani. de elec. & eſt opi. cōmunis Corne.
conſ. 121. in 3. vol. Poſſunt tamen iuri communi addere pœ-
15 nam ut magis timeatur. † dixi. in d. c. 2. de conſti. ideo Hoſt. &
Ioan. And. in ca. cum inhibitio. pe Cland. deſp. dicunt legatū
poſſe ſtatuere, ut caſus qui diſpenſantur per inferiorem, refer
uentur ſedi ap. Item quando ſubeſſet magna neceſſitas, &
cauſa a canone ueriſimiliter. non præuiſa poterit ſtatuere ꝯ-
16 tra canones. † Bal. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Abb. in
cap. At ſi clerici. §. de adulteriis. de iudic. ubi moder. Secun-
do quæro. An legatus poſſit ſtatuere in præiuditium ſubdito
17 rum? † Sol. quando ſubeſt cauſa, poteſt, dummodo eos citet,
ſicut & epiſcopus. de hoc per Gondiſ. in ſuo trac. quæſt. 10. ſi-
18 cut enim valet cōſuetudo in præiuditium tertii † l. Venditor
§. ſi conſtat. ff. commu. prædi. ita & ſtatutum. ſed quia iſta eſt
materia lata quando ſtatutum, & quando conſuetudo ua-
leant in præiudicium tertii, & quomodo, & an valeat conſe
19 quentia de vno ad alium, † uide quæ plene dixi. in capit. 1. de
conſti. in 6. & quæ tradunt doct. in d. l. omnes populi. Tertio
quæro. An ſtatuta legatorum ligent ſubditos delinquentes
20 extra prouinciam? † iſta q. fuit diſputata Paduæ, ut refert Al-
ber. in l. ex cauſa. ff. de poſt. & tandem concluſum eſt, hunc
non incurrere pœnam conſtit. uide ad hoc Iaſ. in l. fi. in 1. col.
ff. de iur. omn. iu. ubi late ponit quæ poſſit legatus extra pro-
uinc. quæ non. & dixi ſupra li. 1. in materia. q. tex. in d. l. ſi. deci.
dit illam. Et quamuis epiſcopus poſſit alias punire ſub. d. tū,
qui deliquit extra territorium, quando reperitur in terri-
21 torio † ut ꝑ docto. in auten. Qua in prouincia. C. ubi de crimi.
ag oport. tamen quo ad delictum quod oritur a ſtatuto, non
eſt delictum niſi in prouincia. uide in dicto capitulo ſecundo
de conſti. in ſexto. quæ diſtinxi in huiuſmodi materia de de-
lictis. Quarto quęro. An legatus ſtatuendo poſſit tollere ſta-
22 tuta aliorum legatorum, † Sol. poteſt, quia neque pares, neq;
inferiores potuerunt ei legem imponere, a qua non liceret
recedere. c. cum inferior. de maio. & obed. c. inferior. 21 diſt.
23 Quinto quęro. Quis interpretetur ſtatuta legatorum, † Sol.
ſi legatio durat ipſe interpretabitur, quia eius eſt interpreta-
ri & c. cap. inter alia. de ſenten. excommu. alias, ſi legatio eſt
24 finita, interpretatio deuoluitur ad papam, † qui tamen quæ-
rat ab eo qui legem fecit, quomodo eam intellexit. tex & g.
in cap. ex parte el. 3. de verbo. ſignifica. Sexto quæro. an legа-
tus ſtatuendo poſſit diſponere contra priuilegia per ſedem
apoſt. conceſſa? † Sol. ſi vult directe diſponere ſuper toto uel
25 parte priuilegij, tollendo illud, non poteſt, glo. & Abb. in ca.
pro illorum. de præben. Si vero vult ſtatuere ſuper his, quæ
ex priuilegio conceduntur, non tangendo priuilegium, po-
teſt, glo. & Domi. in cap. Si abbatem. de elect. in 6. Sed quia
hodie communiter legati habent facultates derogandi pri-
26 uilegiis & c. † dicam aliquid in materia derogationis, propte
rea quod materia eſt frequens in auditorio noſtro, & decla-
rabitur uis duarum clau. derogatoriarum. Prima erit illa ſim
plex. Non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facien-
27 tibus. † Secunda erit. Non obſtantibus & c. etiam ſi talia forēt
de quibus ſpecialis & indiuidua mentio habenda eſſet. † Cir-
28 ca primam conclu. erit quod clau. Non obſtantibus quibuſ-
cunque in contrarium facientibus, poſita ab eo qui deroga
re poteſt, operatur effectum omnimodæ derogationis om-
nium legum, ſtatutorum, & priuilegiorum, ſi priuilegia no-
minantur. Bart. in extra. ad reprimendum. in uerſic. Non ob
ſtantibus Domi. poſt Lap. in cap. ſi propter. de Reſcrip. in 6.
Philip. in cap. cum aliquibus in 1. no. eo. tit. Fallit primo, quā
do priuilegia eſſent ad particulare cōmodum alicuius, quia
29 per generales clau. non obſtantiarum non tolluntur. † gloſ.
Archid. & Imo. in d. cap. ſi propter Ro. deciſ. 3. in no. Sublimi
tatur tamen hoc niſi gratia eſſet facta motu proprio cum
generali clau. Non obſtantibus, quoniam ſi priuilegium ter
tij non habet clau. derogatoriam, tollitur. Domi. in d. cap Si
propter. de quo tamen vide Philip. in cap. ſi cui. de præbend.
in 6. Fallit ſecundo in ſtatutis & ordinationibus particulari-
bus beneficiorum quia per iſtam clau. non cenſentur ſubla-
30 ta. † Anchar. conſil. 20. Philip. late in cap. ſi cui. in glo. 1. vbi di-
ſputat quid quando gratia eſt facta motu proprio, & tandem
videtur reſidere quod ſi ex ſtatutis vel ordinationibus huiuſ-
modi ſit aliquibus ius quæſitum, propter clau. motus ꝓprij
& genenevalem clau. non obſtantibus, non ſit ſublatum. vi-
de Rot. deciſ. 632. & 633. volentem quod quando adduntur
verba, per quæ gratia noſtra poſſet impediri vel differri, tol-
lantur ſtatuta requirentia ſacerdotium, dummodo non ex
diſpoſitione fundatoris. Fallit tertio, quo ad ſtatuta iurata,
quia talis clauſu. non tollit ea, niſi fiat mentio de iurmēto.
31 † Rot. d. deciſ. 632. & 633. in ant. per Iaſ. late. in l. fin. in fin. C. ſi
contra ius vel. vtil. publi. Fallit. quarto. quando ſtatuta, priui
legia, vel leges haberent clau. derogatoriam ad ſequentia,
quoniam per illam generalem derogationem non tollitur
32 † l. ſi quis in principio vbi doc. ff. de le. 3. Fallit quinto in priui
legiis, quæ ſunt conceſſa perſonis priuilegiatis, ut miſerabili
bus, pauperibus & c. quoniam niſi fiat ſpecialis mentio de il
lis, non cenſentur ſublata. & ratio, quia ex beneficio iuris,
habent tacite clau. derogatoriam. ita colligitur ex dictis Cy.
in l. vni. C. Quando imper. inter ui. & pup. Et Roman. in conſ.
327. & multorum. qui in ſequenti membro referentur. Se-
cunda concluſio per clauſ. non obſtantibus quibuſcunq; in
contrarium facientibus. etiam ſi talia forent, de quibus de
33 verbo ad verbum eſſet habenda mentio, eſt, † ſufficienter de-
rogatum quibuſcunque priuilegiis, etiam habentibus clauſ.
derogatorias, & requirentibus ad ſufficientem derogationē,
vt fiat ſpecialis & indiuidua mentio de illis. probatur hæc cō
clu. auctoritate Feder. conſil. 47. qui mouetur, quia ſi tenere
mus contrariam, auferretur poteſtas papæ tollendi & dero-
gandi priuilegiis, quoniam priuilegia ſunt facti & poſſunt
ignorari per papam, ad tradita in capitulo primo. de conſtit.
in 6. Vnde nō eſſet dare viam, vbi ipſe nouum priuilegium
dare poſſet, niſi miſſo edicto vt comparerent priuilegiati. ꝙ
eſt abſurdum. capitulo primo ad fin. de conceſſ. præbend. ca.
Dudum. de præben. Item, quia anteceſſor non potuit impo-
34 nere legem ſucceſſori, quo minus. ipſe libere vteretur pote-
35 ſtate ſua. † cap. Innotuit. de elect. quomodo enim poteſt papa
exprimere conceptum ſuum in his, quæ ignorat, niſi per illas
generalitates, hanc opin. uidetur ſequi Bar. in l. ſi quis in prin
cipio. ff. de leg 3. quando dicit, quod ſi teſtator fecerat primū
teſtamentum cum clau. derogatoria ad alia, ſi in ſecundo te
ſtamento dicat ſe irritare quodcunque aliud teſta mentum
per ipſum factum cum quibuſuis clauſulis, ualebit ſecundū
teſtamentum, † idem firmat. in conſil. 21. Idem tenet Alb. de
Roſ. in l. unica. C. quando imper. inter uid. & pup. dicens ſe vi
diſſe ita ſeruari. quod illa expreſſio habeatur pro ſufficienti.

Idem

36 Idem tenet Ioan.de Ana in c.conſi.56. dicens hanc eſſe com-
munem opi.quamuis multi teneant contrarium.& allegat.
Bald.in l humanum. C.de legi. dicentem quod licet primũ
teſtamentum habens clau.derogatoriam, non reuocetur p
clau.generales confuſas, tamen reuocatur, quando ſunt ta-
les clauſ.quę poſſint oſtendere animum reuocantis,†hoc fir
37 mat Ancha.in cap. cum inſtantia.de cenſi.Anto.in conſil.2.
hanc partem tenet Gondiſ.in tractatu de legat.in 7.quæſt.&
ſecundum iſtam opinionem Rota ſępe iudicauit, exiſtimãs
illam clau pro expreſſis habentes.quæ ponitur in huiuſmo-
di derogationibus ſufficere. † eo quod tunc ſatis conſtet de
38 enixa voluntate principis. hanc opi. ſecutus eſt Card in cle.
1.queſt.52.de ſepult.& Bene.Cap.conſi.31.inci.Punctus,quę
dam D.Magdalena.relatus per Fely.in cap. Nonnulli.de re-
ſcrip.idem tenuerunt Alexan.Ang.Pau.de Caſ.& multi alii
relati per Deci in conſ.165.Viſo tenore priuilegii.Contrariã
tamen opin.tenuit Cyn.in l.primo.C. Quando imper.inter
pup.& uiduam.quam opin.Deciſ.in conſi.165.lõgis argumẽ
tis & auctoritatib.contendit eſſe ueriorem, exiſtimans quod
ſi tenentes contrarium uidiſſent auctoritates,quas ipſe alle-
gat, mutaſſent ſententiam . allegat Feder.de Sen.qui iam ſe
nior mutauit opin.in conſil.233.caſus talis eſt.& Pau.de Ca.
conſil.53.paſſus iſte dubitabilis.in nouis eſt 278.in primo vo
lum. & in conſi.3.eo.volum.Quoniam plenitudo.Cal.in cõ-
ſil.11.de reſcrip.ubi late.Car.in conſil.51.In præmiſſo dubio
& in conſil.136.præmitto ante ſolutionem.& multa alia, vt
ibi per eum, quæ tamen non fuerunt ignorata per D.Felinũ.
in cap.Nonnulli.vbi materiam late attingit,de reſcrip. Prin
cipale argum.iſtorum eſt,quod cum iſtæ clau.paſſim conce
dantur , priuilegia nunquam haberent locũ,& indiſtincte
reuocarentur.cum tamen non ſit æquum,cum dicat reg iu-
ris.Decet conceſsum a principe,beneficium eſſe permanſu-
rum.Tu tamen ſequere opin.Feder.conſ.47.quam ſequitur
39 Rota,& approbat, †quia alias ſequeretur inconueniens, ꝙ
Papa nõ poſſit reuocare priuilegiũ quando vellet,quia datur
facile eius ignorantia &c.huic rationi reſpon.Cal.per reg de
cet.quæ reſponſio non tollit argumẽ.Deci. reſpondet ex au
ctoritate Card.quod eſt facile inuenire in regiſtris papę,teno-
res priuilegiorum.Sed hæc reſpon.non valet,quia non eſt ar
ctandus papa ad euoluendum regiſtra ſedis apoſt.quæ ſunt
40 infinita propemodum, †neque potuit per anteceſſores ſuos
ad hoc arctari Et ita ſtilus curiæ approbat hanc interpreta-
tionem. vt dicit Anto.in d.conſi.ſecundo,quando enim pa-
pa vult quod pro expreſſis habeãtur quæ obſtant quid aliud
poteſt clarius explicare, haberi pro expreſſo, perinde eſt ac ſi
exprimantur.Barto.in l.1. ff.nau.cau. ſtabul. operatur enim
hæc fictio idem quod præciſa veritas in his quæ dependent
41 ab auctoritate fingentis.†Imo.in cap.cum dilectus.de cleric.
non reſid. In hoc tamen ne decipiaris,quia materia eſt diffi-
cilis.& in aliquib.caſib. Rota nõ ſeruat pręciſe hunc ſtilũ,po
no aliquos caſus . Primus caſus. Quando princeps conden-
do legem, reuocat priuilegia, ſufficit generalis clau. Non ob
ſtante cle. dudum. ubi doct. de ſepult. & in clem.prima. de
deci. Cald.in præalleg.conſil.11.Angel.in l.ſed & ſiquis. §.
quæſitum.ſiquis caut.Domi.in capi.ſi propter. de reſcrip.in
6.Pau.de Caſt.conſil.3.in no. Felin. in d.cap. nonnulli. in ſe-
cunda fallẽ.& eſt ueriſſima conclu. Secundus caſus, Quãdo
ex tenore priuilegiorum poteſt apparere de mente principis
quod fuerit derogatum vel non derogatum, non attendẽtur
clauſ.ſed mens eius,ita erit derogare uel non derogare, quæ
mẽs colligitur a veriſimili, propter affectionem, propter cõ
ſuetudinem, propter ſcandalum, quod inde ſequeretur . ad
hoc iura uulgaria.Nam ſi primum priuilegium eſſet conceſ
ſum fauore. R.P. ſecundũ fauore priuato, per ſecundum nõ
uidetur uoluiſſe derogare primo habẽti clauſ. derogatorias.
etiam etiam ſi in ſecundo dicatur quod pro expreſsis habeã
42 tur † hoc tenet Gondiſ.in.tractatu præall. & obſeruauit Ro
ta ſæpius in iudicando, nam ſuperioribus diebus, cum expe-
ctans uellet aſſequi beneficium contra indulta cuiuſdam
capituli in germania.fuit iudicatum quod illa clau genera
lis expectatiuarum,quamuis pinguis & prægnans,non præiu
dicaret illi nobili capitulo, quia in indulto eorum erãt tales
clauſulæ expreſſæ quod non credebatur Ro. Pon.voluiſſe il
lis derogare, quia concernebant priuilegia ,utilitatem publi
cam,& ampliationem eccleſiaſticæ iuriſdictionis. Vnde in
hoc ualde conſiderandi priuilegiorum tenor,& principis in
tentio. cap.ſi eſt.de priuile.hanc deciſionem tenent illi qui
dicunt priuilegium primum non reuocari per ſecundum ẽt
habens illas clau.prægnantes,quando primum eſt conceſſũ
perſonis miſerabilibus, † vt fuit Deciſio Cy.in d.l.1. & ſequi-
43 tur Ancha in cap.cum inſtantia.de cenſi.& Rom.in d.conſi.
327 Nam iſtorum deciſio procedit, non quia illa clauſu.pro
expreſſis habentes, non ſit apta comprehendere etiam illa
priuilegia,ſed quia princeps non creditur uelle tollere quod
44 miſerationis cauſa datum eſt.†& ad iſtum caſum potes redu
cere conſi.Cal. Paul.de Caſtr.& aliorum qui colligunt men-
tem pont.ex clauſulis vtriuſque priuilegii.Quartus caſus,qñ
ſecundum priuilegium eſt motu proprio,iſta generalis clau.
pro expreſſis habẽtes operatur totalem derogationem,ſecus
ſi ad petitionem partis .ita uidetur Rom.in dicto conſil. 327.
concordare omnes contrarias opin.Fely.& Deci.in locis pię
alleg.& iſte eſt unus de effectibus motus proprii,de quo di-
xi ſupra in materia collationis beneficiorum . Quintus caſus
quãdo primum priuilegium mandaret ita iudicari per quoſ
cunque auditores. Nã non obſtante ſecundo.habente clauſ.
quãtumuis prægnantes, iudicabit iudex iuxta tenorẽ primi,
relicto ſecundo.Bar.in l.fi. C. de cano.frumen.vrbis Romæ.
li.11.Gondiſal.ubi ſupra,qui tamẽ cõſulit iudici, ut ſi videt
ſecundum reuocare primum , remittat cauſam ad ſuperio-
45 rem. †Dicendum eſt quod illa clau. non operatur niſi quan
do ſtaret vis reſcripti , ſuper quo apponitur , alias reuocato
primo , reuocata eſt etiam omnis clau.in eo contenta, quæ
debet regulari ſecundũ naturam principalis.ad.l.fi.C.de non
num.pec.Sextus caſus, qñ ita eſſent in vtroque reſcripto pin
gues clau. quod non facile iudicari poſſet quod pręualeret ,
tunc in dubio iudicandum eſt pro primo. glo.in ſum.25.q.1.
Bart.in l.ſi quis. ff.de leg.3.uel melius eſſet ut in præcedenti,
recurrere ad ſuperiorem. & ita ſufficiant pro iſto articulo.
de materia uide Domi. & alios in capit.ſi propter.de reſcrip.in
6.Deci.ubi ſupra & Felyn.qui latiſſime loquitur in dicto ca-
pitulo nonnulli .

SVMMARIVM.

1 *Legato, excommunicatum ob violentam manuum iniectionem, abſoluere permiſſum.*
2 *Ampliatur etiam, quando iniuria atrox, & enormis læſio præceſſiſſet.*
3 *Etiam ſi fuiſſet homicida clerici .*
4 *Item ampliatur etiam, ſubditos extra prouinciam abſoluere poſſe.*
5 *Legatis miſſis prouinciales ſubditos etiam extra prouinciam abſoluere permiſſum, natis vero non item.*
6 *Enormis læſio & atrox iniuria reputatur , quando effuſio ſanguinis detur.*
7 *Item, quando in loco publico offenſio fiat , vel in caſu lædatur Abbas uel epiſcopus .*
8 *Legato, excommunicatum abſoluere, altero de ſeptem caſibus non licere, & caſus enumerantur per modum fallentiarum ad regulam .*
9 *Legato, cum eo, qui excommunicatus recepit beneficium, diſpenſare permiſſum eſt, quo ad beneficij retentionem tantum.*
10 *Epiſcopum pariter in caſu præmiſſo diſpenſare .*
11 *Abſoluere aduerſus contractam irregularitatem, ſoli papæ reſeruatum.*
12 *Legato, ſi effractores, incendiarios eccleſiarum, qui iam publicati ſint, abſoluendi facultas competat .*
13 *Incendiarios eccleſiarum , & iniicientes manus in clericum regulariter æquiparari .*
14 *Diſpoſitum in vno ex æquiparatis, etiam in altero diſpoſitum cenſeri.*
15 *Abſolutio quando non papæ, ſed ſedi apoſtolicæ reſeruata intelligatur.*
16 *Lædere rem vel perſonam quando grauius ſit & reputetur .*
17 *Animal omni prorſus culpa carere, & in eo culpam aliquam non cadere.*
18 *Res eccleſiæ auferens ſine effractione, quod excommunicationem aliquam non incurrat*
19 *Dictionis, etiam, natura eſt implicare caſum magis dubitabilem .*
20 *Abſolutionem excommunicationis legato permiſſam cenſeri, quando aliter vetita non ſit .*
21 *Legato, quando permiſſa facultas diſpenſandi vt celebretur in loco interdicto.*
22 *Abſolutio ab excommunicatione, in quibus caſibus papæ reſeruata intelligatur, & ſit .*
23 *Excommunicationem ipſo iure ſecundum iura antiqua , altero de triginta caſibus incurri .*
24 *Item ſecundum iura clementinarum quinquaginta duos caſus referri .*
25 *Item & alium caſum Auctorem referre .*
26 *Et per iura extrauagantia uigintinouem caſus, quos auctor ipſe refert.*
27 *Caſus excommunicationem inducentes ipſo iure ad numerum centum & quadraginta trium , quorum aliqui papæ reſeruati intelliguntur, alii qui vero non.*
28 *Caſus reſeruati in cœna Domini, quod annales ſint .*

De poteſtate legati in abſoluẽdo ab excommunicatione.

LEgatus de latere abſoluit ab excõ-
municatione, quę incur
ritur ob uiolentam manuum iniectionem,
1 † & in aliis caſibus reſeruatis ap. ſedi.c.a.ad
eminentiam.de ſent.excomm.gl.in cap.au
ctoritate. §.inhibemus de priuil. c. pen.illo
titulo. Quę facultas ampliatur, ut procedat
2 etiam quando iniuria eſt atrox.& lęſio enormis.†Hoſt. & alii
communiter in d.c.ad eminentiam.& in d. c. pen. Quamuis
idem Hoſt.ibi.& Spec. hoc tit.§.nunc dicamus.teneant con-
trarium,

3 tratiam, ex eo quod abſolutio videtur reſeruari Papæ in ca.
peruenit.de ſenten.excommu.communis vt dicit eſt, quod
4 abſoluat etiam ſi fuiſſet homicida clerici. †Fely. in d.cap.ad
audientiam. item ampliatur vt poſſit abſoluere etiam non
ſubditos & extra prouinciam d.cap.pen. Legati autem miſ
ſi abſoluunt tantum in prouincia & ſuos ſubditos, nati ve-
ro nullo modo, vt per Abb.in d.c.pen. Dicitur autem enor-
5 mis læſio, vel atrox iniuria, quando eſt effuſio ſanguinis. †c.
6 pro illorum, de ſenten.excomm. item quando fit in loco pu
7 blico, vel quādo læditur Abbas, vel epiſcopus †vt in §.atrox.
inſti.de iniur. Abb.in d.c.pro illorum. Fallit primo, niſi quis
eſſet excommunicatus propter caſum arduum, qui non ſo-
let communiter concedi legato. Lap.in cap. ſi abbatem.de
elect.in 6. Fallit ſecūdo, quando excōicatio eſſet ita reſerua
ta, quod in conſtitutione reſeruaretur duntaxat papæ. clem.
Grauis.de ſenten.excommu. ubi Car.dixi lib.a. quando tra-
ctaui materiam, an appel. papæ veniat legatus. gloſſ.in cap.r.
in verſic.tantummodo.de cler.ægro.in 6. Fallit tertio, quan-
doquis eſſet excommunicatus a delegato papæ, quia ſolus
Papa abſoluit mortuo delegato. Spe.in tit.de leg.§.nūc oſtē
dendum dicit in titulo præceden. Fallit quarto, quando ipſe
legatus fuiſſet percuſſus cap.fœlicis.de pœnis. in 6.niſi leui-
ter eſſet percuſſus. gloſſ.in cap.ſiquis autem 94. diſtin. Fallit
quinto, quando papa intelligens aliquem excommunicatū,
reſeruat abſolutionem ſibi. Lap.& Domi.in cap.ſi abbatem.
de elect.in 6. Fallit 6. quando eſſet excommunicatus a ſtatu
to inferioris, confirmato per papam. Felyn, qui ponit omnes
iſtas limi.in d.cap.ad audientiam. ſed hæc non eſt vera, quia
papa confirmando ſtatutum inferioris, non adimit poteſta-
tem abſoluendi ſuperioribus. Abb. in cap. ex frequentibus.
de inſtit.quem ipſe male allegat. Fallit ſeptimo, quando eſ-
8 ſet excommunicatus viua voce a papa. Spec.hoc tit.§.nunc
dicamus.verſic.eccleſia autem. Et eſt regulare ut excommu
nicato a quocunque iudice, vt mittatur pro abſolutione ad
excommunicatorem ſuum. Ioan.And.in cap.graue. de præ-
ben.& in cap.ab excommunicato.de reſcrip.glo.in clem.1.
in uerſic.a canone. de priuil. poteſt tamen legatus ſi ad eum
appelletur, abſoluere, de cauſa cognoſcere &c. Primo quæ-
ro. An legatus diſpenſet cum eo, qui excommunicatus rece
9 pit beneficium? †Reſp.poſſe, quia hoc pōt epiſcopus. Spec.
in tit.de diſpenſatione epiſcopi. verſi.16. de quo tamen dicā
in materia diſpenſat. Et hoc intellige quantum ad retentio-
nem beneficiorum. ſecus quo ad irregularitatem contractā
10 quia ſolus papa abſoluit. †Abb.& Ioan. An.in cap.clerici. de
cler.exc.min.vbi Collect. Secundo quæro. Quid ſi lex uetat
11 aliquem abſolui, niſi ſatisfaciat. tamen legatus abſoluit? Sol.
male faciet, ſed ualebit abſolutio. propter generalem regu
lam quod poteſt abſoluere in caſibus ſpecialiter non reſer-
uatis papæ. cap.nuper. de ſenten.excomm. nam cum non ſit
defectus poteſtatis, ſed inobſeruantia eorum quæ ſunt de iu
ſtitia partis, valebit abſolutio. ad hæc glo.in clem.1.in verſi.
nullatenus abſoluatur. de ſeque.poſ.& fruct. & in clem.1.in
verſi.inhibentes.de iure patro. Tertio quæro. An legatus ab
ſoluat effractores & incēdiarios eccleſiarum, quando ſunt, tā
12 publicati? †Ioan. And. Ant.& Abb.in cap.tua nos. ex.conque
ſti.de ſenten.excommu.dicunt non poſſe, tum quia non re-
peritur cautum, tum quia ſumus in materia exorbitāte, quæ
non extenditur etiam ex maioritate rationis cap cum de non
ſacerdotali. de præb. in 6. Et ſic tollunt arg quod fit de eo q
iniicit manus in clericum, quod etiam aliter tollitur ſecun-
dum eōs. quia grauius eſt lædere res quam perſonas. Tu ad-
uerte, quia incendiarii eccleſiarum & iniicientes manus in
13 clericum regulariter æquiparantur, †d cap.tua.cap.conque-
ſti. Legatus abſoluit iniicientes manus in clericum, igitur &
in eccleſiam, quia diſpoſitum in vno ex regulariter æquipa-
14 ratis &c. †ad tradita in cap.non debet. de conſ.& affin. Item
attende, quia abſolutio nō reſeruatur, papæ, ſed ſedi apo. †d.
15 cap.conqueſti.& ca.tua. vnde ſuccedit reg.generalis, de qua
in ſecundo libro. Præterea, non eſt verum, quod grauius ſit
16 lædere, rem quam perſonam, † quia pari ratione grauius eſ-
ſet occidere animal, quam hominem, quia animal omni ꝑ
ſus culpa caret. l.1.ff.ſi qua.pau.fec.di. Et iſtam poſitionem eſ
17 ſe falſam probatur in cap.ex frequenti.de for. competen.&
declarat Feli.in cap.conqueſti.dicens ꝙ qui auſert res eccle
ſiæ ſine effractione, non eſt excommunicatus, †& etiam pro
18 batur in cap.tua, quando dicit, quod non ſolum qui iniiciūt
manus violentas in clericum, ſunt ad ſedem apoſt.pro abſo-
lutione mittendi, ſed etiam incendiarii. ergo maior erat du-
bitatio de pęna incendiarii quam excōmunicati. cum dictio
etiam, implicet caſum magis dubitabilem †Archid.in cap.
19 cum in illis. de præbē. Cogita tamen, quia excommunicatio
nis abſolo ideo conceſſa legato, quia conſueta cōcedi. alias
20 erat vetita †cap.quod translationem. de incendiariis abſolu-
tione non reperitur facta conceſſio. ergo &c. facit. Quarto
quæro An legatus poſſit diſpenſare ne celebretur in loco in-
21 terdicto? †Arch.in cap.alma mater.de ſent.excomm.in 6 di-
cit non poſſe. Spec.contra, in §. nunc oſtendendum. Quinto
quæro. Qui ſint caſus, in quibus abſolutio reſeruatur papæ?
22 †Scito quod ſecundum antiqua iura. ſunt 30. caſus, in quibus
23 excommunicatio incurrit ipſo iure, † quos enumerat Hoſt.
in ſum.de ſenten.excommunic.§.3 in prin. & ſecundum iu-
ra Sixti, ſunt 32. quos enumerat gloſ.in cap.ſi nullo cos de ſent.
excommunic.in 6 Et ſecundum iura clemen. ſunt quinqua-
24 ginta expreſſi, & duo taciti †quos enumerat gl in clem.1.co.
ti. Adde tu alium caſum expreſſum non animaduerſum p
25 ſummiſtas †in cle.1. de conſan. & affi ubi excommunicantur
non ſolum contrahentes in ſea caſibus ibi enumeratis, ſed
celebrantes cōtractum inter perſonas ibi vetitas. quod intel
ligo de clericis ſolemnizantibus ſponſalia & miror, neque
gl. neque ſummiſtas aduertiſſe. Nouiſſime ſecundum iura ex
26 trauagantia impreſſa, reperiuntur 29. caſus, † quos quia nulli
bi collectos reperio, ipſe colligā. Primus caſus eſt in extrau.
ſuſcept. io.22. § pe. vbi excommunicantur perſonæ ſingula-
res, quæ recipiunt fructus annalium beneficiorum vltra ſum
mam ibi taxatam. hi tamen, reſtitutione facta, poſſunt abſol
ui ab epiſcopo. Secundus, in extrau.ſi fratrum. ne ſe ua.quam
tis vereor ne potius ſit ferendæ ſententiæ. Tertius, in extra.
Sancta Romana. de reli.domi. contra fraticellos. Quartus,
in extraua. Copioſus in miſericor dia. de iudæ. qui eſt tem-
porarius. Quintus, in cap. prædicens.de crimi. fal.contra fal-
ſantes monetas regni ſanctorum abſolutio eſt papæ. Sextus,
in cap.dierum. de pęnis contra Marchianos inuadentes offi-
ciales papæ. Septimus, in c.ſuper gentes.de conſ.contra impe
dientes legatos ſedis ap. Octauus, in capit vt prælatorum.de
mai.& obe. contra epiſcopos venientes Romam occulte. &
abeūtes hoſpite inſalutato.& in c.& ſi deceat. quæ ſequitur.
Nonus, in c.Saluator noſter.& in c.nuper certis cum duobus
ſeq.quæ tractant eandem rem, & ſunt Io.22. Decimus, in c.
ad regimen Sixti iiij. quæ hodie non viget. Vndecimus, in ex
trauagan. Ambitioſe Pauli ij. contra alienantes & recipien-
tes bona eccleſiæ, quā extrau.ſolemniter commentaui. Duo
decimus, in cap.deteſtandæ, Bonifacij octaui, contra excarne-
rantes aut coquentes cadauera defunctorum, ut ſepeliantur.
& reſer.abſolutio ſedi ap. Tertiusdecimus, in c.eiuſdem. De-
clarationem in fi.de deci. Quartusdecimus, in c.viam ambi-
tioſe. Martini iiij. contra mendicātes, tranſeuntes ad nō me-
dicantes. Quintusdecimus, in c.ad noſtrum.de reg.Io.22.con
tra religioſos, euntes ad partes vltra marinas ſine licentia ſu-
perioris. Sextusdecimus, in c. Graue nimis. Sixti iiij.in titulo
de reliq & vener.ſan. contra illos qui male ſentiunt.de con-
cep.uir. Decimoſeptimo.in c.Sane. Vrbani. v.contra Dantes
uel accipientes aliquid pro ingreſſu religionis, Abſolutio re-
ſeruatur papæ. Decimooctauo.in ca.cum deteſtabile. Pau.2.
de Simo.contra ſimoniacos.& uidetur loqui de certo gene-
re. abſolutio reſeruatur papæ. Decimonono.in c.Multa men
tis. Clem.5.de iudic.qui caſus etiam de iure antiquo procede
bat.c.ita quorūdam.c.ad liberandam. de iud.abſ.reſer.papæ.
Vigeſimo, in c.diuina in eminenti. Eug 4.de priuil.cōtra eos
qui conferunt, vel acceptāt beneficia eorum, qui vadunt ad
curiam pro negociis ſuis abſol. reſer.papæ. Vigeſimoprimo,
in extrau. Et ſi dominici. Pau. 2. de pœni.& remiſ. ubi annu-
merantur multi caſus ſpecialiter reſeruati papæ, qui non cē
ſentur conceſſi ſub quocunque verborum inuolucro. ibi ta-
men non inducitur noua excommunicatio, ſed vetatur ab-
ſol.ab antiquis. Vigeſimoſecundo.in c. Excōmunicatus. Bo-
nifa.8.de ſen ex.ꝯ emientes, & vendentes iuſticiam in cauſis,
abſol.re.p. Vigeſimotertio, in c. ad certitudinem. cle.5. con.
ꝯ adhærentes errori Græcorum. Vigeſimoquarto. in c.Quia
nonnulli. eiuſdem cle. contra impugnantē literas emanates
a papa ante coronationem, ſed uidetur ſpecialis ipſius clem.
Vigeſimoquinto.in c.cum tam diuino.In.2.ꝯ.innuātes ali-
quid ꝯ conſtitutionem, quam ipſe edidit ſuper electione pa
pæ. Vigeſimoſexto. in c.Leonis. 10.in 9.Seſſione Later. circa
medium. ꝯ card.reuelantes quæ aguntur in conſiſtorio ꝯ mē
tem papæ, & reſer.ab.pap. Vigeſimoſeptimo.in c.1.in 10 ſeſſ.
inter multiplices. ꝯ eos qui dicunt non licere accipere aliqd
ultra ſortē pro conſeruatione montis pietatis. Vigeſimoocta
uo.eiuſdem. Inter ſollicitudines. contra eos, qui imprimunt
nouos libros abſque ſubſcriptione inquiſitoris, uel ordinarii.
Vigeſimonono. eiuſdem. ꝯ eos qui prædicant miracula aut
prophetias, quæ ex ſacra ſcriptura non conſtant, & epiſcopis
ac eorum ſuperioribus detrahunt, reſer.papæ. Et ita, cumula
tis iſtis nouis caſibus. canones inducentes excommunicatio
27 nem ſunt 143. quorum aliqui reſeruātur papæ aliqui nō. De
28 reſeruatis † in cęna Do.non faciā uerbū, quia ſunt annales. †

SVMMARIVM.

1 *Indulgentias concedere magis iuriſdictionis, quam ordinis.*
2 *Legato, cū ordinarius is ſit, & ſi nō presbyt. indulgentias dare permiſſum.*

Epiſco-

3 *Epiſcopalis dignitatis indulgentias concedere, proprium eſſe.*
4 *Legati officium, omni dignitati prouinciæ æquipollere.*
5 *Legato, & epiſcopo, ſede vacante, indulgentias concedere, quando non permiſſum.*
6 *Legati officium, etiam ſede vacante, non ceſſare.*
7 *Legatus quanti temporis indulgentiam conferre poſſit.*
8 *Quodque ad quadraginta dies tantum, & non vltra aliter permiſſum.*
9 *Indulgentias centum dierum omnibus cardinalibus in diſtribuen. Romanę eccleſiæ theſaurum fidelibus, impartiri permiſſum.*
10 *Indulgentiarum diſtributionem ante concilium non præfinitam.*
11 *Concilium quare omnibus eccleſiarum prælatis inhibendum duxerit, ne vltra quadraginta dies indulgentias darent.*
12 *Concilij legem regulatricem diſtributionum, epiſcoporum eſſe.*
13 *Cardinales partem immediatam ſedis apoſtolicæ cenſeri, & illius patrocinium eiſdem competere.*
14 *Concilij diſpoſitionem, ad legatos cardinales non extendi.*
15 *Cardinales ſub communi appellatione, quando priuilegia reſtringuntur.*
16 *Legato quando indulgentias a ſe datas, reuocare permiſſum ſit.*
17 *Indulgentiæ legati, ſi proſint eius familiaribus, qui ex neceſſitate ſeruitij, non ex voluntate indulgentias ipſas conſequendi, eidem aſſiſtant.*
18 *Officium, nec cuiquam damnoſum eſſe oportere.*
19 *Facultas conceſſa alicui de bonis diſtribuendis inter pauperes, ſi ipſe, vel ſui pauperes ſint, quod inter eos diſtribuere poſſit.*
20 *Indulgentias remanere, etiam legatione finito.*
21 *Indulgentia vltro numerum præmiſſum, a legato conceſſa, an valeat in numero, quo potuit.*

Quid poſſit legatus circa indulgentias.

QVoniam dare indulgentias, iuriſdictionis, magis, quam
1 ordinis eſt. ut tenent doct. in c. quod autem. de penit. & remiſ. Cal. ex mente Thomæ in c. accedentibus. de. priuile. Ab. in c. cum olim. de maio. & obedi. Legatus, qui eſt ordinarius poterit dare indulgentias, etiam ſi non ſit præ-
2 sbyter. †Spec. in §. ſupereſt. hoc ti. Abb. in c. noſtro. de penit. & remiſ. Feli. in trac. indulgent. ad fin. Aug. de Anco. in trac. de eccle. pot. q. 29. articulo. 8. & per Franc. Paul. in trac. de pot. ca. vac. ſe. in 4. q. princ. in principio. Et etiam ſi teneremus opi. illam quod ſit proprium epiſcopalis dignitatis dare indulgen-
3 tias, †le qua per eundem Franc. Paul. ubi ſupra, legatus poſſet dare, qa eius officium æquipollet omni dignitati prouin-
4 ciæ, †vt dixi. Fallit tamen hoc, quando vacaret ſedes ap. quoniam cum hæc facultas pendeat a ſede ap. vacante ipſa, non
5 erit qui poſſit dare. †Matth. card. in cle. ne Romani. in §. irritum. de elect. quod an ſit verum dubito, quia ſi officium lega-
6 torum etiam vacante ſede permanet. †ergo omnis auctoritas. c. Tranſlato. de conſti. nec. n. eſt lex quæ dicat legatū iūc iſtud non poſſe. l. illum. de collat. Solet dubitari, quanti tem-
7 poris indulgentiam conferat legatus. †Spec. hoc tit. §. ſupereſt. uer. ſed nunquid iure legationis. Cal. in c. poſtulaſti. de pęnit. & remiſſ. dicunt honeſtum eſſe, ut propter reuerentiam.
8 concilii non excedat numerum 40. dierum †quoniam is eſt taxatus numerus omnibus inferiorib. a papa c. cum ex eo. de pęni. & remiſſ. c. fi. eo. tit. in 6. hodie tamen ex conſuetudine dant indulgentiam centum dierum omnes cardinales ui eorum prærogatiua in diſtribuendo Rom. eccle. theſaurum, cæ-
9 teris aliquid præſtet. †At tu aduerte, quia exiſtimo iura hæc legatis non præfixiſſe legem illam 40 dierum. Diſtributio. n. indulgentiarum ante concilium non erat præfinita cuiquā
10 prælato. †ſed indiſcreteuter dabatur pro animarum ſalute. capitulo accedentibus. de exceſſ. præla. d. c. quod autem. & per Theol. in 4. ſent. diſt. 20. concilium vero ob indiſcretam diſtributionem reſtrinxit, inhibendo omnibus eccleſiarum præ-
11 latis, ne ultra. 40. dies darent. cum igitur lex illa concilii ſit re-
12 gulatrix diſtributionum epiſcoporum, †& in legatis card nō militet omnimoda ratio diſſipationis Theſauri, quæ in epiſcopis, cum ipſi ſint pars immediata ſedis app. & habeant pa-
13 trocinium eius †cap. 1. 94. diſt. præſumuntur quod maiore cura conſeruabunt eius honorem. Dicendum eſt quod conci-
14 lium non comprehendat legatos cardinales. †Nam quando reſtringuntur priuilegia, cardinales non veniunt ſub cōmu-
15 ni appell. †arg. in l. decurionibus a principio. C. de ſilen. li. 12. ita poteſt ſaluari dictum Io. mo. in c. ad ſuccidendos. de Sciſ. in 6. quod alias improbat Domi. in capitulo nemo. de electione in ſexto. quod ſatis æquum, modo ne, & ipſi abutanē, ſed vtinam hoc theſauro aliqui non fuiſſent abuſi. Dubitari
16 ſolet, an legatus poſſit reuocare indulgentias a ſe datas? †exiſtimo ex cauſa poſſe. ad ea quæ late tradit An. Sic. in c. quod tranſlationem. Item, An indulgentiæ legati proſint eius familiaribus, qui ex neceſſitate ſeruitii non ex voluntate con-
17 ſequendi indulgentias, aſſiſtūt ei? †Dicendum, quod ſi habēt animum conſequendi eas, conſequentur ne eorum officiū
18 ſit eis damnoſum. †facit. cle. ſi dominum. de reli. & ve. ſan. poteſt enim habens facultatem, ea in ſe ſuis quæ, vti, dummodo quod agitur, eis conueniat. cap. cum in iure. de elec. capit. quia clerici. de iure pat. ideo ſi alicui data eſt facultas diſtribuendi bona inter pauperes, ſi ipſe uel ſui ſunt pauperes, po-
19 teſt inter eos diſtribuere. †de quo tamen dicitur per Hippol. in l. vnius. §. ſeruo. in 3. colum. ff. de quæſt. Abb. An. Sic. & alios in capitulo cum tibi. de teſtam. facit pro, & contra. ca. licet, de priuileg. in 6. Sciendum eſt etiam, quod licet finiatur legatio, tamen remanent indulgentiæ. †Doct. in capitulo fin.
20 hoc titu. Et ſi legatus vel alius daret indulgentias vltra numerum taxatum, valeret indulgentia in numero quo potuit
21 †glo. in capit. fin. de pœnit. & remiſ. ad quod faciunt multa, quæ dixi in materia penſionum, prope fin. in illa. quæſt. quando legatus ualens concedere penſionem vſque ad tertiam, conſtituit in dimidia.

SVMMARIVM.

1 *Exemptos omnes, in certis caſibus etiam Epiſcopis ſubeſſe.*
2 *Exemptum notorie excommunicatum a iure, vel ab homine per ordinarium, denuntiari poſſe, & mandari pariter, vt euitetur.*
3 *Exempto delinquenti quando epiſcopus terminum præfigere poſſit, intra quem iudici ſuo ſe ſe præſentare debeat.*
4 *Epiſcopis contra priuilegia exemptorum ius aliquid non competere.*
5 *Religioſos intra clauſtro ſe continere, & regularem vitam obſeruare, eius priuilegium amittere.*
6 *Ordinario exiſtenti in quaſi poſſeſſione corrigendi, irregulares, & exemptos ius competere.*
7 *Priuilegio quando per non vſum renunciari contingat.*
8 *Legatum de latere tantum, non autem inferiorem ab eo, ordinarium exemptorum eſſe.*
9 *Legato exemptos corrigendi, & iudicandi et beneficia regularia regularibus, ſecularia vero ſecularibus conferendi, ius competere.*
10 *Legatum ab exemptis procurari, etiam ſi mendicantes hi ſint, dummodo bona habuerint.*
11 *Legatis, exemptorum electiones confirmare permiſſum.*
12 *Electi nondum confirmati, quando ante confirmationem adminiſtrare poſſint.*
13 *Legatus, quando eccleſiam parrochialem monaco conferre poſſit.*
14 *Canonicos regulares eccleſię ſeculari etiam ſine ſocio præfici poſſe.*
15 *Monacos cum ſocio, de licentia tamen Abbatis, eccleſia ſeculari etiam abſque diſpenſatione præfici poſſe.*
16 *Diſpenſationem, in caſu præmiſſo minus neceſſariam reputari.*
17 *Collationem monaco factam, etiam cum licentia Abbatis ſine diſpenſatione, ſecundum col lect.*
Et Rot. nullam cenſeri.
18 *Religioſum, eccleſiæ in qua ſit diuerſus habitus, aliter præfici non poſſe.*
19 *Monaco, curam animarum exercere in proprijs parrochiis ne dum in alienis, quandoque non licere.*
20 *Monacum mundo mortuum reputari, & quando eundem ad eccleſiam aſſumi contingat, reſuſcitare.*
21 *Reſurrectionem, cum ſine miraculo non fiat diſpenſatione indigere.*
22 *Communis & verior opinio, quæ primo loco adducta.*
23 *Epiſcopum, curam de omnibus ſibi commiſſis habere præſumi.*
24 *Legatum, omnium exemptorum ordinarium eſſe.*
25 *Monacum non vere, ſed ficte mundo mortuum reputari.*
26 *Ordinarium, collationes ſuas ex certa ſcientia facere conſueuiſſe, & de reb. & perſonis eccleſię ſuæ plene informatum præſumi.*
27 *Promotionem religioſi ad eccleſiam, vicem diſpenſationis obtinere.*
28 *Legato quando cum canonico regulari, vt ſit canonicus eccleſiæ cathedralis, diſpenſare permiſſum ſit.*
29 *Religioſus, canonicus effectus, ſi papa, vel legati delegatus eſſe poſſit.*
30 *Religioſo in epiſcopum promoto, non habitum mutare de iure non iterum Rot. abetum deſerere licere, ſeruari de facto tamen vltter.*
31 *Felini opinio improbatur.*
32 *Monacatus quod non ſit qualitas, quæ ad cauſę commiſſionem inhabilitet, concurrente qualitate alias requiſita.*
33 *Monacum in clericum aſſumptum, ab obedientia Abbatis exemptum remanere.*
34 *Monacatu concurren. cum dignitate, aliquem ad cauſę cognitionem, inhabilem non reddere.*
35 *Monaco habenti perpetuum officium in eccleſia cathedrali, quando cauſa committi poſſit, nulla etiam de monacatu ipſo mentione facta, & Cancellariam eandem approbaſſe videatur.*
36 *Religioſus, quando poſſit eſſe locumtenens legati, & cauſas decidere.*
37 *Legatus, quando religioſo ſimplex beneficium conferre poſſit.*
38 *Religioſos ſecularium beneficiorum incapaces exiſtere.*
39 *Religioſus aſſumptus, ad eccleſiam parrochialem per epiſcopum, vel legatum, ſi officium iuxta morem ſecularium, an vero regularium dicere teneatur.*
40 *Religioſo huiuſmodi, ſi carnes comedere ſicut alijs clericis permiſſum ſit.*

Le-

41 *Legato ſi competat facultas conferendi eccleſias parrochiales collegiatas, an illas, monaco conferre poſſit.*
42 *Religioſi aſſumpti ad beneficia ſecularia, ſi a iuriſdictione ſuorum ſuperiorum exempti ſint.*
43 *Hoſpitalia quando per legatum religioſo committi poſſint.*
44 *Limitationes quatuor ad idem.*
45 *Legato ſi competat facultas conferendi beneficia quæcunque ſecularia regularibus, an tunc requirendus ſit conſenſus Abbatis.*
46 *Electio facta de monaco ad pontificatum ſine conſenſu Abbatis, quando nulla ſit.*
47 *Monacus non habens neque velle, neque nolle, quod aliter conſentire non poſſit.*
48 *Contrariam ſententiam veriorem eſſe, quod ſcilicet legatus monaco libere conferre poſſit, & ille libere acceptare.*
49 *Legatus cum ſit exemptorum Dominus, eius collatio ſcienter facta, Abbatis conſenſum operatur.*
50 *Diſpenſatio papæ mecum facta, vt poſſim contrahere cum conſanguinea in tertio gradu, extenditur vt & illa mecum ſine alia diſpenſatione contrahere poſſit.*
51 *Gondiſalui opinio improbatur, & contra electum in pontificem, exceptionem aliquam opponi non poſſe ſuſtinetur.*
52 *Electus in Papam a cardinalibus, quod eo ipſo ſuperior omnium effectus intelligatur.*
53 *Monacus, licet careat conſenſu ciuili, non tamen caret naturali, & vero.*
54 *Legato quando religioſis penſionem aſſignare permiſſum ſit.*
55 *Beneficia ſecularia, quando regularibus conferri poſſint, & econtra.*
56 *Diſpenſatio facta a legato, habente facultatem cum monaco ad beneficium ſeculare, quod intelligatur de primo.*
57 *Legato, quando licentiam prælato exempto deſerendi monaſterium, & tranſeundi ad aliud, conceſſa ſit.*
58 *Legatum exemptorum, ſuperiorem eſſe.*
59 *Religioſis tranſire de vna religione ad aliam, qualiter permiſſum ſit.*
60 *Diſpenſatione epiſcopi, ad arctiorem, vel parem tranſire licere.*
61 *Diſpenſationem minus neceſſariam reputari quo ad tranſitum ad arctiorẽ.*
62 *Licentiam petere, ſatis eſſe in caſu præmiſſo, etiam ſi non obtineatur.*
63 *Epiſcopum, tranſitum ad laxiorem uel parem ex cauſa diſpenſare.*
64 *Tranſitum ad laxiorem, non habita ſuperioris licentia, indebite factum cenſeri.*
65 *Tranſlato auctoritate apoſtolica ad vnum monaſterium, quando ad primum ſine licentia papæ redire permiſſum ſit.*
66 *Tranſeundi ad laxiorem, vel etiam parem, quanam iuſta cauſa ſubeſſe videatur.*
67 *Dicenti ſe rigorem regulæ ferre non poſſe, vtique credendum.*
68 *Legato, quando profeſſum in vna religione, in prælatum alterius eligere permiſſum ſit.*
69 *Tranſitum de facili fieri de vna ad aliam regulam, quando eandem profeſſionis ſubſtantiam habuerint.*
70 *Electionem factam de inexperto & nullius religionis profeſſo, damnatam extitiſſe.*
71 *Legato, quando permiſſum dare licentiam monaco eundi ad partes vltramarinas.*
72 *Religioſos euntes ad partes vltramarinas ſine licentia Prælati, excommunicationi ſubiectos.*
73 *Legatum omnium exemptorum prælatum cenſeri.*
74 *Legatum, euntem ad partes vltramarinas ſine licentia, abſoluere poſſe.*
75 *Religioſi maxime exempti, quando cogi poſſint vt exeant obuiam legato venienti.*
76 *Exemptos ad Proceſſiones non niſi ex magna cauſa ab epiſcopis vocari.*
77 *Cauſam magnam, legati aduentum reputari.*
78 *Exemptos non per epiſcopum, ſed per legatum tantum excommunicari poſſe, cum idem iudex eorum exiſtat.*
79 *Legato, quando arctiorem vitam religioſis, indicere permiſſum, etiam ſi qdem antiquam regulam obſeruent, quam profeſſi ſint.*
80 *Monacos arctare quod propria eorum voluntati renuntiauerunt, non ſolum papæ, ſed & Abbati permiſſum, dummodo id quod præcepit impleri poſſit.*
81 *Limitatur, quando arctatio eſſet notabilis, ut ſi proprium adimere vellet habentibus in communi, uel adimere carnes his, quibus ex regula permittitur.*
82 *Arctandum quemquam non eſſe, vltra quam lex ipſa arctare videatur.*
83 *Regulam ex abuſu intermiſſam Abbati & legato monacos ad obſeruationem cogere permiſſum.*
84 *Diſpenſare cum monaco matrimonium contrahendi, Illuſtri familia deficiente, quando legato permiſſum ſit.*
85 *Papæ, de monaco non monacum facere permiſſum eſſe, & in hanc rem communiorem, ſententiam extare.*
86 *Monacatum de iure poſitiuo inductum fuiſſe.*
87 *Remigio monaco & ſacerdoti, & de domo & familia Aragonum procreato, per ſedem apoſtolicam matrimonium contrahendi permiſſum.*
88 *Petronillam ex monaco Remigio diſpenſato natam fuiſſe & octo generationes domus Aragoniæ ex eadem proueniſſe.*
89 *Diſpenſare in matrimoniis contrahendis, ſoli papæ permiſſum.*
90 *Legatos, quando cauſas religioſorum habentium priuilegium ne conueniri poſſint, non facta mentione de eorum ordine, cognoſcere poſſe.*

De poteſtate legati in regulares, atque exemptos.

SCiendum eſt exemptos omnes ſubeſſe etiam epi-
ſcopis. in certis caſibus. Primus. quando exẽ-
1 ptus, eſſet notorie excommunicatus a iure,
vel ab homine. nam tunc poteſt per ordina-
2 rium denuntiari, & mandari ut euitetur. †ita
diſputando tenuit Steph. prouincial. per ca.
præceptis. 12. diſt. et. cap. cum contingat. de reſcript. hoc te-
nent Ioan. And. & Domi. in ca. 1. de priuil. in 6. Ioan. de Imo.
in clem. Ad compeſcendos. de ſequeſ. poſſ. & fruct. Secun-
dus, quod epiſcopus poteſt præfigere terminum exempto de-
linquenti, infra quem debeat ſe preſentare ſuo iudici. †Dom.
3 in cap. quamuis. §. inferiores. per illum tex. de elect. in 6. Ter-
tius. in cap. ad abolendam. §. fin. de hæret. vbi not. Quartus,
in cap. 1. de priuil in 6. Quintus, in clem. religioſus de teſtam.
Sextus, in clem. Quia contingit. de relig. do. de iſtis, & ſimili-
bus caſibus non oportet quærere, quia ſi epiſcopus, tanto
magis legatus. ſed quærendum in caſibus, a quibus ordinarij
excluduntur, & dicendum, quod licet epiſcopus non poſſit,
contra priuilegia exemptorum. †c. ſane. de exceſ. præl. tamẽ.
4 & ipſi religioſi debent in clauſtris ſuis ſecundum regularem
5 vitam viuere, alias priuilegium amittunt. †cap. Recolentes.
de ſta. mon. cap. Abb. de verſ. ſign. Hoſt. in ſum. de priuil. verſ.
qualiter amittatur. Septimo limita, quando ordinarius eſ-
6 ſet in poſſ. corrigendi, †nam tunc uidetur per non vſum re-
7 nũtiaſſe priuilegio. †quod qualiter ſit, uide Hoſt. in loco præ-
allegato. adde. Henri. in d. ca. ad abolendam. in fin. qui enu-
merat aliquos caſus. Legatus de latere, non autem alius infe-
8 rior eſt ordinarius exemptorum. †cap. ſi Abbatem. de elect.
in 6. Spec. hoc titu. verſic. ſed nunquid legatus poteſt, Abb. &
alij. in cap. 1. hoc titu. & in cap. venerabilis. de conſuet. ergo
illos corriget, & iudicabit ſicut epiſcopus ſuos clericos, Om-
nia beneficia conferet, eorum negligentias ſupplebit iuxta
cle. 1. de ſup. neg. præl. intelligendo tñ, qđ cõferat regularia
9 regularibus, ſecularia ſecularibus, † ut ibi no & probatur in
clem, 1. de elect. Item ab exemptis procurabitur, etiã ſi ſint
10 mendicantes, dummodo habeant bona † Ancha. conſi. 104.
contra fratres. Felyn in cap. Accedentes. colum. 3. de præſcr.
In hoc tamen ſolet dubitari de exemptis habentibus priui-
legiũ vt non teneantur procurare legatos, ſi legati nõ habent
poſtea ſpecialem facultatem contra eos de quo per Federic.
cõſ. 47. Cy. in l. 1. C. qñ Imperator inter pup. & vi. de quo la-
te dixi ſupra in materia ſtatutorum in fin. tractando mate-
riam clau. non obſtante. Confirmabit electiones exemptorũ
11 †d. c. ſi Abbatem. in quo vnum no. quod electi non cõfirma-
ti, quando ſunt in remotis. poſſunt adminiſtrare ante confir-
12 mationem †cap. nihil. de elect. Hoc tamen non procedit qñ
legatus eſſet in loco. Abb. in cap. cum uenerabilis. de conſue-
tu. nam tunc ceſſat cauſa cap. Nihil. pro elucidatione totius
materiæ reuoco in dubium multa. Quæro igitur primo. An
legatus poſſit conferre eccleſiam parrochialem monaco,
13 †Sol. glo. in ſumma 16. quæſt. 1. dicit, quod canonici regulares
14 poſſunt præfici eccleſiæ ſeculari ſine ſocio, †monaci uero cũ
ſocio, de licentia tamen Abbatis abſque alia diſpenſatione.
15 † idem Hoſt. in cap. quod Dei timorem. de ſta. mona. ſecutus
Hug. Ber. & Goff. per tex. in cap. 1. & 2. 58. diſt. hoc tenet idem
Hoſt. in ſumm. de ſta. mon §. vicium autem populum. Ioan.
in ſumma conf. tit. de tranſitu clericorum. quæſt. 2 uerſi. Ho-
ſtien, tamen Alleng. in ſum. Ioann. Andr. Henric. glo. Abba.
in cap. quod Dei timorem. Archid. in ſum. 16. quæſt. 4. & in c.
cum ſingula. de præben. in 6. in verſic. eccleſijs. Ioan. in ca. pri-
ſcis. 50 diſt. & hæc eſt opi. communior, ſecundum doct. in d.
quod Dei timorem per illum tex, qui dicit per Epiſcopũ pro-
moueri poſſunt. igitur nulla diſpenſatio neceſſaria, † ut per
16 Ioan An. & Abb. ibi. faciunt ad hęc cap. quorundam. 74. di-
ſtin. cap. cum pro vtilitate. cap. In parrochia. cap. doctos. cap.
ſi monacus. §. his omnibus. §. ecce ſufficienter, 16. quęſt. 1. In
contrarium tamen ſententiam inclinant Collect. in capi. q
Dei timorem. Rot. deciſio. 433. in nou. dicentes collationem
huiuſmodi factam monaco, etiam cum licentia Abba. eſſe
17 nullam, niſi diſpenſetur. †idem tenet Egi. Deci. 714. dicens
Rotam ita tenuiſſe, reiecta alia opi. Mouetur per text. in cle.
1. de elect. vbi religioſus non poteſt pręfici eccleſiæ, in qua eſt
18 diuerſus habitus, † tantum excipit de Epiſcopo, ergo in alijs
contrarium. Item tex. in cap. 1. de cap. mon. vbi monacus pro-
hibetur exercere curam animarũ in proprijs parrochijs, tan-
to magis in alienis. Item, quia monacus eſt mortuus mun-
19 do, quãdo aſſumitur ad eccleſiam, reſuſciatur. †Reſurrectio
20 non fit ſine miraculo, ergo ſine diſpenſatione non fiet. †. Pri-
21 ma tamen verior, & communior, † ut inquit card. in d. cle. 1.
22 & ratio quia hoc eſt indoctum ob vtilitatem animarum, q
eo ipſo, quod aliquis aſſumitur, adeſſe putatur cum epiſco-
pus

23 pns præſumatur habere curam de ouibus ſibi commiſſis. † c.
Petitio.de iui.iur. c. a. de feu. & hoc procedit in epiſcopo de
licentia Abbatis indiſtincte immo etiam ſine licentia Abba-
tis.quando epiſcopus non inueniret clericos idoneos ſecula
res,ut quia eſſet monacus prædicator bonus, & vitæ honeſtę.
tunc enim cogitur Abbas conſentire ſecundum Henri.in c.
quod Dei timorem.ar.c.1.22.q.1.c in cauſis.c.nihil.de elect.
In legato vero non concurrit difficultas circa conſenſum
24 Abbatis, quia ipſe eſt omnium exemptorum ordinarius.† ita
dixit Spec.in tit.de diſpenſ.leg.vet.Item diſpenſat,quod leg.
Ad cle.1. dic procedere,quando agitur de præficiendo reli-
gioſo diuerſis collegiis, habentibus habitum diuerſum, im-
mo probat conclu.iſtam a maiori.Ad c.5.dic loqui, quando
monacus aſſummeretur ad curam ſine auctoritate epiſcopi.
25 Ad 3.dic quod monacus ficte, nō vere dicitur mortuus.† Ad
uerte tamen, quia Rota non negat, quin epiſcopus poſsit di-
ſpenſare, quia Aegidius ipſe.deci.755.dicit quod per ſolum
epiſcopum non per alium inferiorem poteſt aſſummi mo-
nacus ad curam animarum. ne ſibi ſit contrarius intellige-
tur diſpenſatiue,& conſequenter ex cauſa, ne uideatur con-
trariari his quæ dixit decis.714. Et hoc modo intelligendo,
quod ad legatum attinet, nulla eſt dubitatio. Et etiam quo
ad epiſcopum opi. conueniunt.quia cum ordinarius ſemper
faciat collationes ſuas ex certa ſcientia,& præſummatur ple
26 ne informatur de rebus & perſonis eccleſiæ ſuæ† ad tradita.
in cle 2.de off. ord.promotio religioſi ad eccleſiam , obtine-
27 bit vicem diſpenſationis† per ea quæ dicentur in materia di-
ſpenſationis col.5. Argumenta tamen Aegidij concludūt &
in diſpenſatiōne,quando dicit hoc repugnare reg.monacha
li.ſed non dicit verum,quia remanet ſubobedientia epiſco-
pi,& ſic non alteratur obedientia.Ita nec etiam adimitur vi-
ta contemplatiua.alias idem dicendum de monaco trāſeun
te ad aliam arctiorem,uel de eo qui efficitur Abbas. Secūdo
quæro. An legatus poſsit diſpenſare cum canonico regulari
28 ut ſit canonicus eccleſiæ catedralis?&c.† Et uidetur non poſ-
ſe, quia lex non permittit ut aretur in boue & aſino. c cum
cauſam.de elect.& hoc loquens de epiſcopo tenet Collecta-
rius.in c.Deus qui.de vt.& hon.cler.Ego cōtrarium exiſtimo
in legato,quando id ſuaderet eccleſię neceſsitas uel vtilitas,
quia eſt Dominus exemptorum.c.ſi Abbatem. ar. contrariū
procedit quando fieret ſine cauſa. Tertio quæro. An religio-
29 ſus factus canonicus poſsit eſſe delegatus papę uel legati?† Et
dicendum non poſſe,ſecundum Fel.in cap.cauſam in 3.col.
de iudic. quia non poteſt religioſus eſſe canonicus niſi ex di-
ſpenſatione, ut concluditur per omnes in c.Quod Dei timo
rem.licet ergo ſit diſpenſatus, ut ſit canonicus, non erit di-
ſpenſatus ut iudex,quia illud non eſt conſecutiuum neceſſa-
rium ad canonicatum.cap.cum an.de offic.deleg ad quod fa
ciunt quæ dixi. dicam in materia diſp. conc. a. Item allegat
Fely.quod quamuis ſit factus canonicus,tamen non deſinit eſ
ſe monacus.gl.& Domi.in c.quorundam.de elec.in 6. in uer.
mendacium, & Thom.2.2.q.185. ar. vltimo.concludentem
quod in omnibus compaſſibilibus cum dignitate epiſcopus
remanet monacus. quod facit ad.q. An religioſus factus epi-
30 ſcopus poſſit mutare habitum & portare Rocchettum. † &
concluditur quod non, quia incideret excommunicationē.
doct.in c.quod Dei timorem Abb. in ca.clerici.el.2.de ui.&
ho.cle.car.in cle. 1.in fi. princ.de ſta.mo.& in cle.ne in agro.
in princ.in 3.q.de ult.& hon.cler.Iaſ.in auten. ingreſſi.col.3.
verſ. 2. limita.C.de ſac. ſan.eccle. quæ opi.ſeruatur de facto.
tamen mihi nunquam placuit, quia uidetur quodammodo
monſtrum uidere epiſcopū cucullatum, difformem habitu
ab aliis.ar.tex.in c.Deus qui.de uit.& hon.cler. In principali
31 tamen.q.exiſtimo Fely. errare,† quia monacatus non eſt qua
litas quæ inhabilitet ad cauſæ commiſſionem, dummodo ad
32 ſit qualitas alias requiſita.† patet quia Abbates, epiſcopi, mo
naci poſſunt eſſe delegati.ut per omnes.in c.ſtatutum. Nam
licet remaneant monaci, vt dicitur, tamen eximunt ab obe-
33 dientia Abbatis.† cap.ne pro cuiuſlibet. 16.q.1.no.in cle.a in
fi. de celeb. miſ. ideo argumentum Fel.non concludit, quia
monacatus concurre cum dignitate, non inhabilitat aliquē
34 ante cauſæ cognitionem. † Minus obſtat illud quod dicitur
de conſecutiuo diſpenſationis, quia ut dixi, qualitas mona-
catus non repugnat ſicut qualitas ætatis. In hac materia eſt
deciſio Rotæ.109.in anti.quæ dicit,quod quando cauſa com
mittitur monaco habenti perpetuum.officium in eccleſia
cathedrali, valet, etiam ſi non fiat mentio de monacatu,qa
35 uidetur cancellaria approbaſſe.† ad l.quidam conſulebant ff.
de re iu.quæ deciſio videtur repugnare ſibi, nam ſi non fecit
mentionem de monacatu, quomodo potuit ſciri quod pro-
cedat ex certa ſcientia. Sed reſpon. quod qualitas mona-
catus ibi non erat in conſideratione, quia ex quo habe-
bat officium perpetuum, ſed qualitas deficiens, quia ſcili-
cet non habebat dignitatem, nec canonicatum, nec perſo-
natum, ſed officium tantum, ratione cuius cauſa non pote-
rat committi.glo.in d.cap.ſtatutum. in uerſic. canonicis, ex
quo igitur in committendo facta ex mentio de officio, uide
tur cancellaria ex certa ſciētia voluiſſe committere cauſam
officiali. ideo dicitur quod non erat habenda mentio de ca
nonicatu, quia illa qualitas non conſiderabatur. & ſic facit
deciſ.pro opin.noſtra.Quarto, quæro. An religioſus poſſit eſ
36 ſe locum tenens legati , & decidere cauſas.† Solu. poteſt qui-
dem eſſe locum tenens, quia legatus eſt dominus exempto-
rum. Decidere autem cauſas non poteſt, ex quo non habet
qualitates de quibus in cap ſtatutum. Tamen ſi e conſtituere-
tur ita generaliter, & non exciperetur, valerent geſta, pro-
pter l.Barbarius.ff.de offic.prę.vl.deciſ.274.in ant.volentem
monacum poſſe eſſe officialem,uel locumtenentem officia
lis epiſcopi,& cognoſcere de cauſis, ſi non excipiatur, ſecus
ſi fiat delegatus a papa,& non fiat mētio de monacatu.Quin
to quęro. An legatus poſſit conferre religioſo ſimplex bene-
37 ficium?† Sol.non poteſt, quoniam religioſi ſunt ſecularium
38 beneficiorum incapaces , † licet de parochiali concedatur
propter eccleſię vtilitatem. capit. Quod Dei timorem. Sex-
to quęro. An religioſus aſſumptus ad eccleſiam parrochialē
per epiſcopum vel legatum , teneatur dicere officium iuxta
morem ſecularium, an vero regularium,† Sol.tenetur in di-
39 cendo officium ſe conformare aliis clericis eccleſiæ vel dioe
ceſis.Card.in clem.fin.de celeb.miſſ.& in cle. Dudum.§.no.
quæſt.12.de ſepult.Septimo quæro. An religioſus huiuſmo-
40 di poſſit comedere carnes ſicut reliqui clerici,glo.in cap.de
monacis.16 quæſt. 1. aſſerit poſſe comedere ne ſcandalizent
alios,& ita de facto obſeruant.Fallit tamen , quando habe-
rent ſocium ſui ordinis. Henr. in capit.quod Dei timorem.
Octauo quæro.Pone quod legatus habeat auctoritatem cō-
41 ferendi eccleſias parochiales collegiatas.an poſſit conferre il-
las monacho? Sol.non poterit propter rationem text.in cle.
1.de elect.ne congregentur homines diuerſi habitus.vide ta-
men ea quæ dicunt,doct.præcipue Henric. in cap. quod Dei
timorem.in 2.diſtin. vbi tractat quid de aliis eccleſiis regula
ribus diuerſi habitus,an diſpenſatiue per epiſcopum aſſum-
mi poſſit,& quid de dignitate ſeculari. ut ibi per Abb.col.2.
Nono quæro . An religioſi aſſumpti ab beneficia ſecularia ,
42 ſint exempti a iuriſdictione ſuorum ſuperiorum? † Sol. ſub-
ſunt ſoli epiſcopo quo ad obedientiam, in reliquis tenentur
ſeruare regulam quantum poſſunt, ut ſupra dixi. Henric.&
Abb.in cap. quod Dei timorem. Decimo quæro. An hoſpi-
43 talia poſſint committi per legatum religioſo † iuxta clem.
quia contingit,Sol.de iure communi non poteſt.Car.in cle.
2.quæſt.23.de præbend.& in clem.2. §. vt autem. quęſt.1.de
relig.domi Fallit tamen hoc,quando hoſpitale† haberet ec-
44 cleſiam curatam annexam . Cardi.vbi ſupra. Fallit ſecundo
quando hoſpitale eſſet ſolitum gubernari per religioſos, ut
multa hoſpitalia,quæ ſunt de menſa monaſteriorum . tunc
enim ſicut Abbas poſſet vnum ex ſuis religioſis præficere,
ita & legatus per reg ſeptus allegatam.ita tenet Lap.in trac.
hoſpit.in 4 colu. Fallit tertio, quando religio eſt fundata in
hoſpitalitate. Lap.ubi ſupra. Fallit quarto. Generaliter vbi
cunque neceſſitas hoſpitalis & pauperum id ſuadet, quo-
niam etiam epiſcopus hoc caſu poteſt monachum a mona
ſterio auocare a clauſtro. Rot.deciſio. 274. in ant. Vndecimo
quęro.Legatus habet liberam facultatem conferendi bene-
ficia quæcunque ſecularia regularibus,an tunc requirendus
45 ſit conſenſus Abbatis.† Non reperio quæſt.deciſam. tamen
Gondiſ.in tract.de excell.Cardi.in 5.quæſt colum.19.uerſic
his infertur. Dicit electionem factam de monacho ad pon-
tificatum eſſe nullam ſine conſenſu Abbatis,† eo quod mona
46 chus non habens neque velle neque nolle,non poteſt conſen
47 tire.† cap.ſi religioſus.de elec.in 6.cap.cum conceſſa eod.tit.
l.Deo nobis.C.de epiſ.& cleric.quæ deciſio tanto magis mili
tat in caſu noſtro,quia requiritur conſenſus, ut beneficium
acquiritur cap.ſi tibi abſenti.de præben.in 6. Contrarium ta
men exiſtimo uerius. Nam ſi legatus poteſt libere conferre
48 monacho, † ergo & ille libere acceptare. alias collatio non
eſſet libera.ad ea quę dicunt gl. & Card.in clem.Dudum.de
ſepul.& Archid.in cap. 1.de ſuppl.neg.pręla. in 6.late mod.
in l.1.in 2.colum.C.de ſacroſanct.eccle.de uerbo libere.Præ
terea cum legatus ſit exemptorum dominus,eius collatio ſciē
49 ter facta operatur conſenſum Abbatis.† Item, quia ſi papa
vult quod poſſim conferre monacho,ergo etiam vult quod
monachus poſſit acceptare,ar.in l.oratio.ff. de ſpon.ideo di-
cit Collect.in cap.quod dilectio.de conſangui.& affi.quod ſi
papa diſpenſat mecum vt poſſim contrahere cum conſan-
guinea in tertio gradu, illa poterit etiam cōtrahere mecum
50 ſine alia diſpenſatione,† uide quæ dicam in materia diſpens.
concluſio. ſecunda, Ad decis. Gondiſſal. dic quod falſa, qa
ſiue ſit monachus,ſeu quicunque alius, poſtquam electus eſt
51 in pontificem, nō poteſt opponi aliqua exceptio.† ut per om-
nes

nes. in capitulo licet. de electio. Eo enim ipſo quod per cardi-
nales electus eſt, efficitur & ſuperior omnium† ut ibi per eos.
52 Et monachus licet careat conſenſu ciuili, non tamen caret
53 naturali & uero. † ſecundum Car. in dicta clem. eum conceſ-
ſa. & quantum ad decil. Gondiſ. contrarium tenent. Marth.
& car. in clem. cũ conceſſa. Duodecimo quæro. An legatus
54 poſſit aſſignare penſiones religioſis? † vide ſupra in tractatu
penſionum in 4. quæſt. principali. quæſt. 8. Tertiodecimo quę
ro. An & quando beneficia ſecularia poſſint dari regulari-
55 bus. & econtra. † vide Henri. in capitulo poſſeſſiones. de reb.
eccle. non ali. late diſtinguentẽ in hac materia, ubi plene tra
ctat qñ bñficiũ dicatˉ ſolitũ ꝑ ſeculares & qñ per fratres. Quar
decimo quæro. Vnde hoc, quod cum conceditur legato fa-
cultas diſpenſandi cum religioſo ut ſeruiat eccleſię ſeculari,
apponitur clauſ. petita & obtenta licentia. cum ſatis eſſet di-
cere, petita; quia quod petendum eſt animi effectum habere
debet ut not. Genel. in extrauag. ſi fratrum. in gloſ obtenta.
ne ſed. vacan: Phil. in capitulo quam ſit, in verſiculo electus,
de electio. in 6. in ca. Religioſus. de teſtament. eod. lib.? Solut.
apponitur ad excludendum dubium, quod reſultare poſſet
ex c. licat. de Regul. Decimoquinto quæro. An diſpenſatio
facta a legato habente facultatem cum monaco ad benefi-
56 cium ſeculare, intelligatur de primo, † vide Aegi. conſil. 32. di
cam in materia diſpenſa. Decimoſexto quæro. Legatus ha-
bens facultatem ponẽdi vnum monachum in quolibet mo-
naſterio ſuæ legationis, conceſſit cuidam ut reciperetur in
monachum & in fratrem certi monaſterii, an hoc caſu fra-
tres habeant annum probationis, Frater Iaco. diſputauit hãc
q. ut refert Io. Andr. in Reg. indultum. & tandem concludit,
annum dari monaſterio. Non tamen erit liberum in expel-
lendo ſicut ſi legatus non ſcripſiſſet. Decimoſeptimo quęro.
An legatus poſſit dare licentiam prælato exempto deſeren-
57 di monaſterium, & tranſeundi ad aliud, † Dicendum poſſe,
58 quoniam eſt ſuperior exemptorũ† capitulo ſi abbatem. Quo-
modo autem religioſi tranſeant de vna religione ad aliam,
59 † vide Philip. in capitulo cum ſingula. de præbend. in 6. & ꝙ
etiam ex diſpenſatione epiſcopi tranſeant ad arctiorem uel
60 parem, † vide tex. in capit. ſignificatum. de regul. immo quo
61 ad tranſitum ad arctiorem, non requiritur diſpenſatio, † ſed
62 ſufficit licentiam petere, quanuis non obtineatur. † capitulo
licet. eod. ti. Vide Abbatem in dicto capitulo non eſt. eo. titu.
Ioan. Andr. in addi. ad Spec. in titulo de diſpenſ. §. ſunt quoq;
uerſic. 22. ubi concluditur epiſcopum poſſe diſpenſare cum
63 cauſa ut quis tranſeat ad laxiorem, uel parem. † Et dicit Ro-
ma. in conſil. 241. quod Tranſitus ad laxiorem dicitur ſemꝑ
indebite fieri quando non habet licentiam ſuperioris. † An
autem tranſlatus auctoritate apoſtolica ad unum monaſte-
rium, poſſit deinde reuerti ad primum ſine licentiam papæ.
64 † vide Fed. conſil. 263. Iuſta autem cauſa tranſeundi ad laxio
65 rem uel etiam parem, † erit auſteritas regulæ, in qua eſt.
66 Nam propter abſtinẽtiam & rigorem reg. nõ de
bemus neceſſaria corpi ſubtrahe
re. capitulo non mediocriter de conſecra. diſtinctione quin-
ta. Quare dicenti ſe non poſſe ferre rigorem regulæ, credi-
67 tur, † tamen apud Deum non erit excuſatus, ſi mentitur. Ab.
in capitulo non eſt. in fi. Et quantum dixi, non requiri diſpen
ſationem, quando fit tranſitus ad Arctiorem. intellige quod
ſit arctior ex regula, & quod obſeruetur. Abb. in capitulo ſa
ne. de regul. Decimooctauo quæro. An legatus poſſit di-
ſpenſare quod profeſſus in vna religione eligatur in præla-
68 tum alterius, † Solu. Innocen, in capitulo officii. de electio.
dicit non poſſe, per illum tex. qui irritat electionem aucto-
rizatam a legato.

Contrarium tamen ſentiunt Abb. & Col-
lec. in dicto capitu. offi
cii. & Specul. hoc titulo. §. conſequenter. verſiculo legatus.
habent enim regulæ iſtæ eandem profeſſionis ſubſtantiam.
capitulo cum ad monaſterium. de ſta. reg. Vnde facilis eſt ab
69 vna ad aliam tranſitus. † l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei
vendic. in capitulo officii, electio fuit damnata, tanquam fa-
70 cta de homine inexperto, & nullius religionis profeſſo.
Fallit tamen hoc, quando eligeretur in prælatum laxioris
regulæ. gloſa & Domi. in dicto capitulo cum ſingula. De-
cimonono quæro. An legatus poſſit dare licentiam mo-
71 nacho eundi ad partes ultramarinas, † Et dicendum poſ-
ſe, quia in extrauag. Ad noſtrum. Ioannis uigeſimiſecun-
di excommunicantur omnes religioſi euntes ad partes ul-
72 tramarinas ſine licentia prælati. † Legatus autem eſt prę
73 latus omnium exemptorum. † ergo &c. Et credo etiam
quod legatus poſſit abſoluere illum, qui iuit ſine licentia,
74 † quia non eſt materia ardua. Vigeſimo quæro. An re-
ligioſi, maxime exempti, poſſint cogi ut exeant obuiam
75 legato venienti, † uide text. & ibi docto. in capitulo nimis
praua. de exceſ. prælat. & Felin. in capitulo dilecti. colum-
penultima verſic. Circa 11. de offic. ordin. vbi tractat, quan-
do exempti vna ire proceſſionaliter, & tandem concludit ꝙ
non poſſunt vocari ab epiſcopo ad proceſſiones, niſi ex cau
76 ſa magna, † Cauſa autem magna eſt aduentus legati. † ergo
77 vocari poterunt; excommunicari autem non poterunt per
epiſcopum, ſed per legatum bene poterunt, quia ipſe eſt iu-
dex eorum. capitulo ſi abbatem. Vigeſimoprimo quæro. An
legatus poſſit inducere arctiorẽ uitã religioſis, etiam ſi obſer
78 uent regulam antiquam. quam profeſſi ſunt, † Et videtur poſ
79 ſe, quoniã non ſolum papa, ſed etiam Abbas poteſt arctare
monachos, qui renunciauerunt proprię uoluntati, dummo
do id quod præcipit, impleri poſſit † Abba. in capitulo ſuper
80 eo. de regul. attamen ſi arctatio eſſet notabilis, non credo id
uerum. vt ſi vellet adimere proprium habentibus in com-
muni, vel adimere carnes his, quibus ex regula permittitur.
81 Non enim arctandus eſt aliquis ultra quam lex arctaret. † ca-
82 pitulo geſta. 84. diſtinctione ubi gloſ. tenet quod dixi. Ratio
Abb. & aliorum in capitulo ſuper eo. concludit reſpectu eo
rum, quæ ſunt ad cõſeruationem regulę, quia ſi ex abuſu in
termiſſa eſſet reg. poteſt Abbas. & legatus cogere monachos
83 ad obſeruationem. de materia per Fel. & Deci. in capitu. ad
noſtram. de appel. Vigeſimoſecundo quæro. An legatus poſ
ſit diſpenſare cum monacho, vt contrahat matrimonium
84 eo caſu, quando linea illuſtris familiæ deficeret? † Sol. do-
cto. uarie ſentiũt in hoc de ptãte papæ; cõior tñ opin. ꝙ pa-
85 pa poſſit facere de monacho non monachum; † quia mona-
86 chatus eſt de iure poſitiuo, † de quo late per Felyn. in capit. ſi
quando. columna tertia, de reſcript. & Ancharar. con-
ſilio 335. qui refert quendam Remigium monachum & ſa
cerdotem de ſanguine Aragonum, fuiſſe diſpenſatum per ſe
87 dem ap. & contraxiſſe matrimonium, † nataque ex eo Pe
tronillam, ex qua natæ ſunt octo generationes domus Ara
gonię. ſequitur hoc Bald. in l. paterfamilias. §. fi. ff. de Adop. di
cens, quod filius unicus Regis monaſterium ingrediens, plus
peccat quam mereatur, cũ expedit hoc caſu potius genera-
ni quam contemplationi intendere. de quo Iaſ. in l. ſi arrega
tor. columna ſecunda, uerſi. item atende. ff. de adopt. & per
And. Sicu. in rubr. C. qui adm. columna vigeſimaquinta. vbi
88 enumerat multos caſus ſimiles, quando liceat traſgredi
iura, † tamen quo ad legatum, dicendum non poſſe, quia di-
ſpenſare in matrimoniis, ſpectat ad papam. per Abba. in ca-
89 pitulo ex publico. de conuerſ. coniug. Vigeſimo tertio quę
90 ro. An legatus poſſit cognoſcere de cauſis religioſorum † ha-
bentium priuilegium ut non poſſint conueniri non factam
mentione de eorum ordine, vide ſupra in materia iudiciorũ

LIBER IX.

SVMMARIVM.

1 *Legati poteſtas legatione finita, quæ nam eſſe intelligatur.*
2 *Legati poteſtatem, etiam mortuo pontifice, perdurare.*
3 *Legationem altero de quatuor modis finitam cenſeri.*
4 *Legatus quando legationi ſuæ renunciare poſſit & ualeat.*
5 *Legationi a papa iniunctæ non de facili renuntiari, cum aliqui imperium a ſe abdicare non ſit permiſſum.*
6 *Papa in deputando ſecundum legatum in prouincia, quando primum reuocaſſe dicatur.*
7 *Datione ſecundi.*
Tutorii, primum non reuacari
8 *Legati nati auctoritatem, per aduentum legati de latere non extingui.*
9 *Vicarij & epiſcopi, vnum & idem Tribunal reputari.*
10 *Ordinarios plures eſſe, qui errata corrigant, non incongruum cenſeri.*
11 *Pluralitas principatuum mala, Philoſofo teſte.*
12 *Conſulum iuriſdictionem, voluntariam eſſe.*
13 *Diſpoſitio tex. in c. prudentiam. de offic. de leg. quo caſu procedat, & locum ſibi vendicet.*
14 *Calderini opinio ſuſtentatur.*
15 *Communionem diſcordiarum matrem reputari.*
16 *Tutorum multiplicitatem dari, cum expediat pupillo propter fideiuſſores, quos præſtant.*
17 *Legatorum de latere facultates, quando pontificem reuocaſſe dicatur.*
18 *Legatos de latere ſub generali ſermone non comprehendo ob eorum gradus excellentiam.*
19 *Legatos & ſi nuncios eſſe dicamus. ſpeciali tamen nomine & de latere nuncupari.*
20 *Intentionem papę reuocantis, facultates nuntiorum ad legatos de latere non extendi.*
21 *Legatum ſi furore vexari contingat, an legatio finita dicatur.*
22 *Epiſcopo furioſo coadiutorem deputari.*

23 *Legato reuerſo ad vrbem ad effectum intereſſendi electioni pontificis, ſi le gatio finita dicatur, & expiraſſe.*
24 *Legatum, quando ad pontificatum promoueri contingat, num legatio ipſa extinguatur.*
25 *Intermitentem, & miſſum, quæ differentia eſſe debet, diſcutitur.*
26 *Seruitutem extingui, quando rem ipſam ſeruituti ſubiectam, noſtram effici contigerit.*
27 *Legato, vacante ſede, facultatibus ſuis an vti permiſſum ſit, uel pro reuoca cenſeri debeat.*
28 *Legatus ad beneplacitum ſedis apoſtolicæ datus, quod etiam mortuo pontifice, permanere dicatur.*
29 *Sedem apoſtolicam nunquam mori dicimus.*
30 *Legatum non ſemper ordinarium reputari.*
31 *Legatum in his quæ competunt ex ſpeciali facultate, delegatum, non ordinarium reputari.*
32 *Geſta per legatum ex ſpeciali mandato, per papam geſta videri.*
33 *Legati auctoritatem a tenore literarum facultatum ſuarum pendere.*
34 *Vicarium epiſcopi, ordinarium dici, & omnia commiſſa per epiſcopum, etiam ſi ſpeciale mandatum requirant, eidem quoque commiſſa cenſeri.*
35 *Legatum in locis remotis, ubi papa de facili conſuli non poſſit, multa poſſe, quæ in locis vicinis non poſſet.*
36 *Iuriſdictio in vno, quando & in omnibus perpetuata cenſeatur.*
37 *Facultatem conceſſam, vni per modum gratiæ, etiam mortuo papa permanere.*
38 *Legatio vltramarina, quando reuocata dicatur.*
39 *Legationem Franciæ, ad tranſmarinam præparatoriam eſſe.*
40 *Legato cardinali, etiam ſine literis creden. eſſe remiſſiue.*
41 *Res integra, quando dicatur reſpectu legati deſtinati, qui nondum Prouinciam ingreſſus ſit.*
42 *Legati facultatem expirare mortuo papa ante ingreſſum prouinciæ.*
43 *Cardinales, quando ſede vacante legatos de latere reuocare poſſint.*
44 *Cardinales, etiam in caſibus vetitis, quando vrgens neceſſitas immineat, & alijs ad electionem non pertinentibus immiſceri poſſe.*
45 *Cardinalibus, ſi ſede vacante, & vniuerſali neceſſitate imminente etiam nolentem, & inuitum, ad legationem ſuſcipiendam congere poſſint.*
46 *Cardinalibus, an ſede vacante, legatos creare & illis in ſubditos iuriſdictionem tribuere & beneficia conferen. auctoritatem præſtare permiſſum ſit.*
47 *Collationem ſpeciale priuilegium legatorum cardinalium reputari.*
48 *Capitulo epiſcopali, ſede vacante, vicarium facere permiſſum.*
49 *Vicario conferendi poteſtatem, non competere.*
50 *Legatis, quando procurationem petere permiſſum.*
51 *Cardinales ſi ſede vacante alios cardinales creare poſſint.*
52 *Cardinalium poteſtatem ſede vacante arctatam eſſe, vt vni electionis negotio incumbere poſſint.*
53 *Cardinalibus, quando ſede vacante camerario eccleſiæ Romanæ aliquem adiunctum dare permiſſum ſit, vel Arcium cuſtodibus ut pariter bona Ro. eccleſiæ adminiſtrent, & arces cuſtodiant, iniungere.*
54 *In habentibus ſimbolum, facilior eſt tranſitus.*
55 *Appellari ad Reuerendiſſimos Dominos cardinales, ſede vacante, quando permiſſum.*
56 *Cardinalibus ſede vacante, iuriſdictionem aliquam non competere, & negotio electionis tantummodo intentos eſſe oportere.*
57 *Vacante ſede, præſcriptionem non currere.*
58 *Curſum tanti temporis, de cuius initij memoria non extet in contrarium, attendi deberi pariter & obſeruari.*
59 *Cardinalibus, quando, ſede vacante, epiſcopos electos confirmare permiſſum ſit.*
60 *Archiepiſcopis, electos in epiſcopos confirmare, ſede vacante, quando permiſſum.*
61 *Extrauagantis Pauli diſpoſitio, ſi procedat & locum ſibi vindicet, etiam in beneficijs ſui natura reſeruatis.*
62 *Romanam eccleſiam ius conſecrationis & confirmationis ſibi præſcripſiſſe.*
63 *Auditoribus Rotæ, ſi ſede vacante, in cauſis inceptis vlterius procedere permiſſum ſit.*
64 *Auditoribus Rotæ, ordinariam, in procedendo, delegatam uero iuriſdictionem in decidendo competere, cum a Rom. pon. ad cauſas audiendum generaliter deputati ſint.*
65 *In curia Romana non niſi papæ ordinariam iuriſdictionem competere.*
66 *Pontifice mortuo, omnia officia Rom. Cu. ceſſare, exceptis quibuſdam quæ ſpecialiter reſeruata apparent.*
67 *Communior ſententia in præmiſſis, quæ nam eſſe intelligatur, & quam ſpeculator ſequi videtur.*
68 *Vicecancellario, ſede vacante iuriſdictionem aliquam non competere, uel ſi quam habitu tantum.*
69 *Delegati iuriſdictionem in cauſis iam inceptis, morte delegantis, non extingui.*
70 *Effectum, a principio neceſſario influente denominari.*
71 *Auditores Rotæ in proceſſibus ſuis via delegata, non ordinaria, ſemper vti.*
72 *Auditorum officium, mortuo pontifice, expirare, quo caſu procedat.*
73 *Officia R. Cu. morte pontificis non ceſſare, ſed dormire, cum licet Papa non ſit in actu, attamen in potentia exiſtat.*
74 *Auditores Rotæ, mortuo pontifice non procedere, communiter obſeruatum alias, & nuper obſeruari.*
75 *Vicecancellarii officium, ſi ſede vacante ceſſare intelligatur, vel permanere.*
76 *Vicecancellarium in Romana curia poſt papam omnibus aliis, officialibus maiorem eſſe.*
77 *Vicecancellarius cur magis dicatur, quam cancellarius, qualiter introductum.*
78 *Vicecancellarii poteſtas, de quo potiſſimum tempore introducta.*
79 *Vicecancellario, etiam in commiſſionib. cauſarum, formam iuris tranſgredi permiſſum.*
80 *Vicarij officium, ſi morte pontificis extinctum intelligatur.*
81 *Correlatiuorum, vno perempto, & reliquum peremptum cenſeri.*
82 *Vicarij officium per obitum papæ non conquieſcere, quando perpetuo, id eſt ad vitam eundem deputari contingerit.*
83 *Auctorem in vicarium perpetuum a Clemente 7. deputatum.*
84 *Vicarium perpetuum cubiculariis papæ, & auditoribus conſimilem eſſe.*
85 *Gomeſium in vtraque cenſura conſummatiſſimum, & Auctori non vulgari amicitia obnoxium, de officio vicarii tractatum compilaſſe.*
86 *Cardinalium maior pars, quando contradicente minore, ſcrutinium ſecreto fieri, abſque eo quod publicetur nomen perſonæ dantis votum, ſtatuere poſſit, & ordinare.*
87 *Electioni pontificis nullam præſcriptam eſſe formam.*
88 *In expediendis, ab uniuerſitate, factum, a maiori parte attendi conſueuiſſe.*
89 *Electionem ſi duabus partibus ex tribus fieri contingat, attendendam eſſe & de vnanimi concordia factam cenſeri, ac reputari.*
90 *Factum a maiori parte, ab omnibus factum cenſeri.*
91 *Antiquum vſum ab immemorabili tempore citra inductum, Decretis patrum æquipollere.*
92 *Electionis modum quandoque ſcandalum excitare, exemplum ſubinferendo.*
93 *Vt ualibere præſtari in electione pontificis, ſacrorum canonum diſpoſitione enixe cauetur.*
94 *In actibus in quibus maior pars præiudicat minori, ita & taliter intelligendum, niſi minor pars aliquid adduxerit propter quod non expediat ſequi, quod maior pars intendit.*
95 *Factum a maiori parte, ſi minor ſe ſe, oppoſuerit ſi quando ratum haberi poſſit.*
96 *Pontificis electionem differendam non eſſe, quam iura quam celerrime fieri mandant.*
97 *Electiones pontificis ſcrutinio publicato fieri, & aliter factas, ſuſpectas haberi, canonum diſpoſitione cautum eſt, & prouiſum.*
98 *Tenebras ad dolum fabricandum aptas reputari, & male agentem lucem odio habere.*
99 *Intellectus c. licet de elect.*
100 *Maior concordia dicitur, quando omnes in vnam ſententiam conuenerint nemine penitus contradicente.*
101 *Eligentibus quando per electionem eligere permiſſum.*
102 *Electionem a duabus partibus ex trib. ad minus in pontifice requiri.*
103 *Electio quando a maiori parte, vel ab omnibus fieri dicatur.*
104 *Ordinatio facta extra conclaue de pontifice eligendo, quod minus teneat.*
105 *Electionis præparatoria in loco electionis celebrandæ fieri oportere.*
106 *Abſentes in electionibus vocandos eſſe.*
107 *Cardinalibus quando tempus intrandi conclaue vltra decem dies de iure aſſignatos prorogare permiſſum ſit.*
108 *Electum a duabus partibus Cardinalium, papam cenſeri, quauis exceptione remota.*
109 *Verbum, conuenire, quid denotet, quodque Imperatiui modi, & neceſſitatem importare dicatur.*
110 *Beneficium indultum a lege vel conſtitutione, quod aliter auferri non debeat.*
111 *Cardinalibus diſpoſitioni capituli vbi periculum. derogari permiſſum non eſſe.*
112 *Sciſmatis ſcandalum quam maxime euitari oportere.*
113 *Cardinalium vni parti quando dando non dando vocem certis cardinalibus mouere, ac iurare permiſſum ſit.*
114 *Auctorem conſultum ſuper caſu permiſſo poſt obitum Leonis papæ.*
115 *Iuramentum & conuentiones in præmiſſo caſu improbari, & qui talia moliantur, animaduerſione dignos exiſtere.*
116 *Electorum corda in electione pontificis æqualiter moueri oportere, ad vnanimem conſenſum celebrandæ electionis, vtilis & bonæ pro vniuerſali eccleſia.*
117 *Concordiam, ieiuniis, & orationibus impetrandam eſſe.*
118 *Vix bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio.*
119 *Prælatus eccleſiarum ne eorum facto populum ſcandalizare contingat, quam maxime cauere oportere.*
120 *Electorum libertas, quando arctari dicatur.*
121 *Optione libera de ſeruis legata, ſi vnus ſubtrahatur, quod optari non poſſit, optio ipſa impediri dicitur.*

Con-

122 *Conſuetudinem reſtringentem electionem ad certum genus perſonarum ipſius electionis libertatem adimere.*

123 *Iuramentum in præiudicium tertij aliter non valere.*

124 *Non item in præiudicium pontificalis dignitatis, cum ſit contra caritatem.*

125 *Cardinales volentes exire conclaui, pontifice aliter non electo, ſi ab ipſius conclauis cuſtodibus prohiberi poſſint.*

126 *Cardinalibus ex conclaue exeuntibus, alijs remanentibus, pœnam indictam eſſe vt vocem amittant.*

127 *Cardinalium egreſſu e conclaui, quando electionis impedimentum præſtari contingat.*

128 *Ius eligendi pontificem in Cardinalibus in conclaui permenentibus remanere.*

129 *Cardinalibus recedentibus e conclaui, pontifice non electo, quod incumbat onus denuo intrandi & pontificem eligendi.*

130 *Cardinales omnes, quando cohiberi poſſint ne conclaue exeant, pontifice non electo.*

131 *Turpius eijcitur quam non admittitur hoſpes.*

132 *Cardinales e conclaui exeuntes, re infecta, & ſine paſtore eccleſiam deſerendo, per ſeculares poteſtates opprimi poſſe.*

133 *Cardinalibus, quando e conclaui exire permiſſum, pontificis electione non ſubſecuta.*

134 *Peſtis, vel ruina iminens domus, iuſtam prębet cauſam Cardinalibus e conclaui exeundi, Pontifice nondum electo, & alibi conclaue inſtituendi.*

135 *Ex cauſa iura tranſgredi licere permiſſum.*

136 *Electionis ius, quando penes vnum ex cardinalibus in conclaui remanentem ſtare intelligatur.*

137 *Collegii ius etiam in vno quandoque remare.*

138 *Cardinali, quando in pontificem ſeipſum eligere permiſſum ſit.*

139 *Practica in hanc rem, quando quis ſeipſum eligere, vel alteri vices ſuas demandare poſſit ad idem.*

140 *Practicam præmiſſam Decius impugnare videtur.*

141 *Anctoris opinio refertur.*

142 *Acceſſus qualiter ſit conſiderabilis in materia electionis pontificis.*

143 *Variationem in clerici electione damnari.*

144 *Acceſſum plerumque cumulatiue, non priuatiue ſi quidem conſiderari*

145 *Patrono clerico, quando variare permiſſum.*

146 *Scrutinio publicato per acceſſum adhereri poſſe.*

147 *Statutum & conſtitutio facta per D. cardinales ante electionem Hadriani in materia acceſſus, qualiter conſiderabilis exiſtat.*

148 *Cardinalis vnus, quando in eodem ſcrutinio plures nominare poſſit, & acceſſ[illegible] at ſine præiudicio vocis alteri datæ.*

149 *Cardinales viginti, ſi conuenerint in nominando duos, ita quod quilibet eorum haberet duas partes ex tribus, vel fieret per viam acceſſus, vter eorum papa intelligatur & ſit.*

150 *Primo loco nominatum, in pontificem reputari ex Gondiſ. ſententia.*
Et qua ratione.

151 *Auctoris opinio in caſu præmiſſo, neutrum pontificem eſſe.*

152 *Electio Reuerendiſſimi Dertuſenſis in pontificem, bonæ atque integræ opinionis, viri Theologi & in partibus hiſpaniæ commorantis.*

153 *Eccleſia ne dum ante acceptationem quod vacare intelligatur, verum & acceptatione ſubſecuta, ſi electum abeſſe contigerit.*

154 *Cardinalibus ſi interim officia eccleſiæ ordinare & iuriſdictionem exercere, permiſſum ſit.*

155 *Collegiis vacante ſede, pleraque multa permitti, quæ eadem plena denegari contingit.*

156 *Eligere non acceptantem, uel non eligere, vnum & idem reputari, & paria cenſeri.*

157 *Fraudibus & dolis viam aperiendam non eſſe.*

158 *Electio facta de abſente, antequam acceptet, quod electio dici non poſſit.*

169 *Verba cum effectu intelligi debere.*

160 *Deum glorioſum, eccleſiam ſuam ſine cuſtode relinquere non vſquequaque uериſimile reputari.*

161 *Electione ius electo quæſitum cenſeri.*

162 *Abſentiam morti æquiparari.*

163 *Electo ante acceptationem ius in re non competere.*

164 *Neceſſitas erit, non licito licitum inducere.*

165 *Concilio etiam in ſpectantibus ad papam, ſi in expectanda ſucceſſione noui pontificis vrgens neceſſitas immineat, intromittere permiſſum.*

165 *Neceſſitatis plures quidem effectus.*
Fciimum alibi cumulaſſe.

167 *Specie poſita, ad generis poſitionem non inferri*

168 *Anctoris opinio refertur.*

169 *Viarum longa diſcrimina.*
Turbata bellis itinera.
Deliberatio electi ad acceptandum, in longum electionis effectum protrahere.

170 *Iuriſdictio quando deuoluatur ad Reuediſ. D. cardinales pendente deliberatione electi ad acceptandum.*

171 *Locorum diſtantia multa permitti, quæ alias non permitterentur.*

172 *Deciſum cenſeri quod veriſimiliter legiſlator ipſe decidiſſet, ſi de eo interrogatus fuiſſet.*

173 *Epiſcopo, & legato, quamuis contra canonum diſpoſitionem nequicquam ſtatuere poſſint, concurrente tamen neceſitate a canone veriſimiliter non præuiſſa, ſtatuere permiſſum,*

174 *Clementinæ ne Romani diſpoſitio, quod exorbitans ſit a iure communi pariter, & correctoria.*

175 *Correctoria, & odioſa reſtringenda eſſe.*

176 *Iuriſdictionem certo caſu, & certa ratione ademptam extra caſum, & extra rationem ademptam, non cenſeri, neque reputari.*

177 *Iuriſdictionem propter abſentiam, de iure communi, ab vno in alium deuolui.*

178 *Cardinales, capitulum vniuerſalis eccleſiæ conſtituere.*

179 *Papa capto ab hoſtibus, vel ſi furere inceperit & obmuteſcere, vel alias inutilis effectus.*
Quando ad nouam electionem procedi poſſit.

180 *Camerarij & auditoris cameræ, licet ſede vacante, officium non ceſſet, ſuam tamen limitatam habere iuriſdictiotem, nec aliter ad vniuerſale regimen ſicut cœtus Reuerendiſſimorum cardinalium idoneos reputari.*

181 *Electioni ſemel factæ, vlterius contrauenire non poſſe.*

182 *Iuriſdictionem, abſente papa, in Reuerendiſſimos Dominos cardinales conſolidari non poſſe.*

183 *Concilium generale reſpectu vniuerſalis eccleſiæ, capitulum non facere.*

184 *Papa quod ſit primus omnium chriſtianorum, quodque Domini cardinales ſacrum collegium cum eo conſtituere, & quem etiam in regimine vniuerſalis eccleſiæ dirigere dicantur.*

185 *Cardinalibus in deſtinando legatos ad pontificem electum, in reducendo eundem ad vrbem, ſi expenſas de redditibus eccleſiæ legatis aſſignare permiſſum ſit.*

186 *Ex penſas ſi quas in vtilitatem electi fieri contigerit; & propter alia onera incumbentia ex fructibus, qui ſunt reſeruandi futuro ſucceſſori, deduci oportere.*

187 *Expenſarum, ſi quas domi quem ſuſtinere contingeret, quando ratio habenda ſit.*

188 *Legato abſenti, quando diſtributiones pilei participare permiſſum.*

189 *Diſtributiones, ratione intereſſentiæ, vel ratione præſentiæ, vario iure cenſeri.*

190 *Legato, qui legationem affectauerit, diſtributiones Pilei non deberi.*

191 *Conſenſus cardinalis in collatione beneficiorum in fauorem familiarium ſuorum, qualiter attendi debet, & regulari.*

192 *Cardinales cautos licentiam ſe abſentandi a pontifice procurare, cum prærogatiuis præſentium, alias a medijs epiſcopatuum annatis excludi.*

193 *Legati abſentes, quando pro præſentibus habendi ſint, & reputandi.*

194 *Cardinales abſentes, ne dum non participare, verum potius deponendos eſſe.*

195 *Legato reuocato quando remunerandi ſeruitores, & familiares ſuos ſucceſſori permiſſum ſit.*

196 *Succeſſorem, ad quæ iure honeſtatis teneri contingat.*

197 *Legatum propriæ ſucceſſorem non habere, cum a Romano pontifice omnimoda eius auctoritas dependere dicatur.*

198 *Legatum.*
Et etiam papam ex bono.
Et æquo plerunque obligari.

199 *Familiares, cum legato ſeruierint legatione fungenti, & in gratiam ſedis Apoſtolicæ condignis præmijs cononeſtandos eſſe.*

200 *Legato, etiam legatione finita in memoriam priſtinæ dignitatis, honorem deberi, ſi bene uerſatus ſit, ſin minus, conuicijs ſubeſſe continget.*

201 *Legati morte, vel reuocatione ſubſecuta, quando, & illius ſtatuta reuocari contingat.*

202 *Indulgentias reuocatione, vel legati morte ſuperueniente, non reuocari.*
Cum diſtinctione ſubinſerta.

203 *Legati conceſſio de altari portatili, deque comitatu pelatino, gratia de non reſidendo, vel de alijs gratijs, quando morte expirare intelligatur.*

204 *Cauſas delegatas morte delegantis, citatione ſubſecuta, non expirare.*

205 *Mandatum de recipiendo aliquem in canonicum, prabenda nondum aſſecuta.*
Si legatione finita canonicus is eſſe deſinat.

206 *Legatione finita, quando duret prohibitio ſubinde emanata.*

207 *Legato quando ſententias prius per ſe latas exequi permiſſum ſit.*

208 *Quodque ne dum exequi, verum nec etiam eaſdem cognoſcere poſſit, & quid in executoribus ab eodem datis, & deputatis.*

209 *Legatum, ſucceſſorem non habere.*

210 *Commiſſiones, perſonales eſſe.*

211 *Legatum de cauſis coram ſuperiore cœptis cognoſcere.*

212 *Canonico ſi cui cauſa commiſſa ſit, & canonicus eſſe deſierit, quod & adhuc de cauſa cognoſcere poſſit.*

213 *Qualitas requiſita in officiali ad effectum cauſæ cognoſcendæ, quod de tem*

pere commiſſionis adeſſe ſufficiat.
214 *..ar onicum, ſucceſſorem noon babere & commiſſiones omnes eidem factas, perpetuas reputari.*
215 *Legatum etiam a legatione remotum de cauſis captis cognoſcere.*
216 *Legationem Bononiæ, & Peruſij ordinarias reputari, in quibus omnis iuriſdictio in ſucceſſorem deuoluitur.*
217 *Sententia ſub condiſione a legato prolata ceſſante legatione, ante conditionis euentum, quando extinguatur.*
218 *Factum a quocunque iudice, partes iudicis aſſumente, & finito eius officio durare.*
219 *Legato excommunicato ſi eius locum tenenti cauſas cognoſcere permiſſum ſit.*
220 *Legati reuocati geſta, antequam reuocationem ignoraret, quando valeant, & ſubſiſtant.*
221 *Legato, quando priuilegia a ſe conceſſa reuocare permiſſum ſit.*
222 *Legato quando vltimis voluntatibus pias teſtatorum voluntates commutare permiſſum.*
223 *Legatum caducum remanere non debet.*
224 *Monaſterium quando in certo loco ſuper ædificari teſtator mandau erit ſi commode fieri nequeat, in alio loco ædificandum epiſcopo commutare permiſſum.*
225 *Epiſcopis teſtatorum voluntates commutandi quando n m permiſſum ſit.*
226 *Homini nihil magis deberi quam quod vltima eius voluntas attendatur, & obſeruet ur.*

LIBER NONVS.

De facultate legati legatione finita.

NOnus liber agit potiſſimum de poteſtate legati de latere,
1 & de effectu legationis finitæ. † quod argumentum velut ſuperfluum, quod ex anterioribus ſatis conſtare potuiſſet, legati poteſta-
2 tem, etiã mortuo põtifice, perdurare, †omittere inſtitueram, ſed intempeſtiua Leonis. 10. mors, & diutina, quę inde ſecuta eſt vacatio ſedis Ap. effecit, ut præſentem librum aliis adiicerem, in quo præter, ea quæ dixi, pleraſque in quibus tunc interrogatus fui. qq. ad reliquos Reuerendiſſimos cardinales, & Roma. Curiæ ſtatum pertinentes, ut breuius potero, attingam. in omnibus me rectius ſentientium iudicio ſummittens.

Quæro igitur primo. Quomodo finiatur legatio,
3 Reſpõ. quatuor modis. †Primo, qñ datus eſt legatus ad certum tempus finito tempore &c. Secũdo, quando reuocatur. Tertio quando moritur. Quarto, quãdo egreditur legationem animo non reuertendi. gloſa in capitulo præſenti. hoc titulo. in ſexto Hoſtien in ſum. eo. titulo §. finitur. ex quibus oriuntur multa dubia, quæ inſequentib. qq. explicabuntur.

Secundo ergo quæro. An legatus poſsit renuntiare legationi, & dicendum nõ poſ-
4 ſe, †quando a papa iniungitur legatio, quia non poteſt quis
5 imperium a ſe abdicare. †Spec. in §. nunc oſtendendum. hoc titulo. Collect. in capitulo excommunicatis. in fin. eo. titulo. & Ioannes Andreas & Domi. in capitulo præſenti. eo. titulo, in ſexto Ideo illud quod dicitur, legationem extingui, quando quis egreditur prouinciam animo non reuertendi, intelligitur eo caſu, quo potuit per licentiam papæ, ut ibidem declarant, doct.

Tertio quæro. An papa deputando ſecundum legatum in prouincia, videatur re-
6 uocare primum, † Sol. uidetur dicendum, legatum non eſſe reuocatum, quia per dationem ſecundi tutoris non reuoca-
7 tur primus. † l. 2. C. de teſt. tut. ergo nec etiam per dationem ſecundi legati. Item, de hoc eſt quaſi tex. expreſſus. in capitulo volentes. hoc titulo. vbi Abb. hoc notat, dicens eſſe de mẽte aliorum doctorum, ex quo in illo tex. conſtat, quod per aduentum legati de latere nõ extinguitur auctoritas legati na-
8 ti. †hanc opin. tenet gloſ. in cap. non autem 7. q. 1. Spec. in §. finitur, hoc titulo. Domi. & Philip. in cap. licet. de offic. ord. in 6. in gloſ. fi.

Dicentes ſecus eſſe in vicario epiſcopi, quia faciunt idem tribunal.
9 capitulo primo eo titulo in hoc tamen de vicario, contrarium diſſentiunt. Abbas in capitulo volentes. & Card. in capit. ſua. de offic. Vica. quia nihil repugnat eſſe plures ordina-
10 rios, qui errata corigant. †l. 1. ff. de offic. conſ. ubi quilibet cõſul exercet iuriſdictionem ſuam inſolidum. ad c. prudentiã. de offi. deleg. cle. & ſi principalis. de reſcrip.

In contrariam ſententiam inclinant Cald. in capitulo ſua per l. ſi quis cum §. vltimo. ff. de procur. capitulo non iniuſte. eodem titulo. Et ad capitulu volentes. reſpon. quod procedit in legato diuerſæ ſpeciei. hanc reſponſionem impugnat Abbas. dicens quod ſi non tollit legatum minoris auctoritatis, nec etiam toller, eũ qui eſt maioris. Opin. tamen Cald. ſequitur And. Sicu. in capitulo volentes, ponderando tex. in l. meminiſſe. ff. de offi. proconſ. in quantum dicitur vnus proconſulatus. Item quia plu-
11 ralitas principatuum mala, †per Philoſophum. duodecimo metaphyſ. Ad hanc partem pro, & contra, facit deciſ. Rotæ. 265. in no Et ad l. prima. de offic. conſ. reſpon, And. Sicul. il-
12 lud eſſe, quia iuriſdictio conſulum eſt uoluntaria, † ſecundum Spec. in titu. de feu.

Ad rationem capituli prudentiam. reſpond. habere locum, quando omnes iudi-
13 ces ſunt loco vnius. †Sed And. Sicu. non reſpondet ad capitulũ volentes. vbi eſt fundata intentio communis opin. Nec l. meminiſſe ſtringit, quia licet ſit vnus pro cõſul, tamen poſſunt etiam eſſe plures ad faciliorem exitum cauſarum dicta l. prima. & quando ibi dicitur eſſe utile. quod unus præponatur intelligitur ad minus, quia ſi plures, tanto melius l. ſecunda. C. de teſtamen.

Et quod dicitur de vno principe, dic quod ſi eſſent centum legati. Papa eſſet vnus, Placet tamen opin Cald. †per tex. in d. l. ſi quis cum.
14 §. vlt. cũ ratione, quam aſſignat Abb. in capitulo volentes Impedirent enim ſe per mutuum concurſum, & eccleſiæ vtilitas minus procuraretur. cum communio ſit mater diſcor-
15 diæ. †l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de legat. tertio. Item, quia legati ſunt oneroſi epiſcopis. ad clem. ſecundã. de officio ordin. ideo non creditur, papam voluiſſe duplicare onus. ad capitulu mandatum. de reſcrip. Hanc opin. probat. capitulũ volentes. tum in ratione, tum in dicto, nam ſi ceſſat officium legati nati, quia eſſet dedecus ap. ſe. ut ſint duo &c. ſecundum veriorem rationem, tãto magis in caſu noſtro, ubi equaliter teuerent eundem locum. In dicto autem probat, quia per aduentum ſecundi delegati, ceſſat officium primi ut ibi.

Ratio autem, quare in totum nõ extinguitur iuriſdictio eius legati, eſt quia competit dignitati, non perſonæ, quæ dignitas non moritur. capitulo quoniam Abbas. de offic. deleg. Ad id, quod dicitur de multiplicitate tutorũ, dic quod expedit pupillo, propter fideiuſſores, quos præſtant
16 †ad ea, quæ leguntur inſtit. de ſatiſd. tut. §. & ſi. Fallit tamen hoc, ſi ſecundus legatus nondum eſſet ingreſſus prouinciã. l. meminiſſe. in principio. Quarto quęro. Hadrianus ſextus reuocat facultates conceſſas a prædeceſſoribus ſuis quibuſcũque nunciis, an cenſeantur reuocatæ facultates legatorum
17 de latere, † Reſpon. eas non eſſe renocatas, quia generalis ſermo non comprehendit legatos de latere ob excellentiã gra-
18 dus eorum, †capitulo primo hoc titu. in 6. ad hoc iura vulgaria. quod quæ ſpeciali. nomine &c. l. Item apud labeonẽ. ff. de iniuriis.

Et quamuis legati ſint etiam nuncii, tamen ſpeciali nomine de latere
19 nuncupantur, † unde ex conſuetudine nominandi hos nuncios, alios legatos de latere, arguitur quod intentio reuocantis facultates nunciorum non fuit reuocare facultates lega-
20 torum de latere. †l. certe. §. fin. ff. de precar. l. ſecunda. §. merito ff. ne quid in loc. pub. l. ſeruis urbanis. ff. de leg. 3. in prin. Quinto quæro Quid ſi legatus efficiatur furioſus, an ſit finita
21 legatio? †Sol. non eſt finita, ſed reuocabitur ob furoris cõtingentiam, quamuis aliud ſit in Epiſcopo, cui datur coadiutor
22 †capitulo grandi. de ſup. negl. prælat. in 6. ad hæc tex. in l. ... fuerit. ff. de ſtatu. homi. vbi propter furorem, non amittitur neque iuriſdictio neque dominium. Sexto quæro, An, legato redeunte, ad urbem ut interſit electioni Roma. pontificis legatio expiret. †Sol. non expirat, quia animo redeundi. ad l.
23 fin. de offi. proconſ. quæ procedit quando deponeret inſignia in urbe animo non redeundi. Doct. in capitulo præſenti. hoc titulo dixi ſupra. Septimo quæro. An quando legatus fit pa-
24 pa, extinguatur legatio, ?Sol. extinguitur, cum inter nutrien-
25 tem, & nullum debeat eſſe differentia, †capitulo per noſtras.
26 de iure patrona. facit in ſimili, quod dicimus ſeruitutem extingui quando res quæ ſeruiebat, efficitur noſtra. †l. ſi quis capitulo. del. ff. de ſerui. ruſ. prędi. Octauo quęro An vacante ſede apoſt. legatus poſſit uti facultatibus ſuis. & an cenſeatur
27 reuocatus, † Sol. non cenſetur reuocatus, ſed permanet etiã mortuo Papa, quando datus ad beneplacitum ſedis Apoſto.
28 †quæ non moritur mortuo Papa †, capitulo legatos. hoc titu
29 lo in 6. quod intelligitur generaliter de omnibus legatis. vt ibi doct. ſecus ſi eſſet deputatus ad beneplacitum papæ c. gratioſa de reſcrip. eod. lib.

Sed dubitatur, an ſint reuocatæ facultates, quæ conceſſę ſunt vltra or-

ordinariam poteſtatem . Et dubium facit, quia ratio quare
30 non reuocatur legatus, eſt, quia ordinarius.†dicto capitulo
legatos. Sed legatus in his, quæ competunt ex ſpeciali facul-
31 tate, non eſt ordinarius ſed delegatus.†Archi.in capit. primo
de offic. ordi.in 6. Feli.in capitulo licet.eo.titu.in ant.in 3.col.
Ad prædicta facit gloſ.in capitulo literis.de reſc.& in capitu
lo dilectus.de fil presby. quæ dicunt geſta per legatum ex ſpe
32 ciali mandato uideri geſta per papam. † quod non eſt ita in
his quæ facit iure legationis.ad hoc glo.in capitulo frater no
ſter.in fin.16.quæſt.prima in fi.& in capitulo ſi quis neſtum.
2.quæſt.6.Spec.hoc titulo.§.nunc dicendum. ver. igitur.Con
trarium tamen credo verum, ex eo quod auctoritas legato-
33 rum pendet a tenore literarum facultatum ſuarum ,† dicit
Ant.in capitulo quod translationem.Vnde cum in literis ſi-
mul exprimantur omnes facultates,& ſub una conceſſione
emanent, ſimul ſtant, & cadunt.capitulo translato. de con-
ſtitu.Præterea. Vicarius epiſcopi dicitur ordinarius,& facere
iure ordinario omnia commiſſa per epiſcopum , etiam ſi eſ-
34 ſent de his, quæ requirunt ſpeciale mandatum.†Domi.in ca
pitulo licet.colum.3.de offic.vic.Item maior eſt ratio, quod
mortuo papa, legatus poſſit etiam requirentia ſpeciale man
datum, quam viuo papa , quia non exiſtente Roman.pont.
non poteſt aliter conſuli partibus. ad hæc conſ. Anch.409.
col.3.ver.alterius etiam.pro quo facit,quia in locis remotis,
ubi papa facile conſuli non poteſt, legatus poteſt multa, quę
35 non poſſet in locis vicinis.†ut per doct.in capitulo antiqua.
de priuile.& dixi alias ſupra.Facit præterea ratio,quod cum
illæ literæ dent iuriſdictionem uniuerſalem, poſtquam incæ
pit eis uti in uno, cenſetur perpetuata iuriſdictio in omnibus
36 †ad no.in capitulo paſtoralis de offi.deleg. Hanc partem ui-
detur ſequi Ant. poſt Ioan. Andr.in capit. ex tua. verſ.quæro
an conceſſa. de fil. presby. ubi dicit facultatem conceſſā vni
37 per modum gratię,permanere etiam mortuo papa.†de quo
per Feli.in capitulo licet.in princ.de offic.deleg.& per Domi.
in capitulo ſecundo columna ſecunda de præben. Non ob-
ſtat quod uideatur facere vt delegatus in ſpecialiter cōmiſ.
quia loquitur quando aliqua res ſeorſum committitur. Vel
etiam ſi eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ,non ex-
pirat iuriſdictio, ſi incępit uti in uno.ex his infertur ad.q.de
qua per Spec. in §. finitur. Nono quæro. Papa fecit.N.legatū
ad partes vltramarinas , & ad Franciam pro faciendo cruce
ſignatos in conſiſtorio , ſed erant tantum expeditæ literę pro
regno Franciæ, ubi iam incęperat facere cruce ſignatos.mo-
38 ritur papa.q̄ritur an ſit reuocata legatio vltra marina? † Di-
cendum non eſſe reuocatam, ut concludit Ioan. And.in ca-
pitulo cum ex literis. Spec.in §.finitur. hoc titulo.ratio, quia
39 legatio Franciæ eſt præparatoria ad tranſmarinam. † unde
res non dicitur integra. Oportebit tamē expedire literas trāſ
marinas, ſed forſan credetur ſine literis.ſi ſit legatus cardina
40 lis,† ꝓpterea, quæ dixi ſupra.loco ſuo.Decimo quæro. Quid
ſi moriatur papa antequam legatus intret prouinciam? Sol.
ſi erat egreſſus vrbem, res non dicitur integra.ideo non expi-
41 rat.†Ioan.And.& alii in capit.2.hoc titulo,in 6.aut non erat
egreſſus urbem , & res eſt integra.ideo expirat ad vtrunque.
capitulo in cauſis.de offic.deleg. & ſecundum hanc diſtinct.
ſaluatur opi.Spec.in dicto §.finitur.ubi tenuit expirare ante-
42 quam prouinciam ingrediatur.†& Collect.in ca. excommu
nicatis.eo.titulo. Vndecimo quæro. An Domini cardinales
43 poſſint reuocare legatos de latere, vacante ſede? †Dicēdū
non poſſe.gloſ. fi.in c.legatos.Io. An.in cap.primo de ſchiſm.
in 6.doct. in cle.ne Romani.& in capitulo cum ex literis.de
in integ. reſti. fallit q̄n eſſet vrgens cauſa reuocandi. Spec.in
§.finitur.hoc titulo Hoſt.in capitulo tum ex literis.gl.in capi
tulo ſecundo.hoc tit.in 6.Hanc tamen limitationem impu-
gnat Ioan.An in Addit.in §.finitur.& Gondiſ.in tract.de po-
teſt.Cardina.quæſt.6.column. 3. in principio,propter text.in
clem.ne Romani.& in capitulo legatos.in diſtincte loquen-
tes. Ego tamen ſequor opin. Spec.cum cardinales etiam in
caſibus vetitis , quando iminet vrgens neceſſitas, poſſint ſe
44 immiſcere aliis, ad electionem non pertinentibus.†capitu-
lo ubi periculum. de electione in ſexto. quæ poteſtas non eſt
reuocata, per clem.ne Romani. aut quamuis aliā diſpoſitio-
nem. cum iurium correctio. &c. capitulo cum expediat.de
de electione.eo.lib. Nam poſſent, ſtante neceſſitate,Domini
cardinales inuitum cogere ad legationem ſuſcipiendam ,p
45 neceſsitate† vniuerſali ſed. ap. ut tenent omnes in clemen.
ne Romani.& probatur,quia ſi iminente neceſſitate nō poſ-
ſent cogere,parum prodeſſet poſſe facere.capitulo præterea.
de off.deleg.& hoc quo ad inferiores indubium. Quo ad car
dinales, valde dubito, quia par in parem &c. capitulo inno-
tuit. de electione &, quia omnes debent intereſſe negotio
electionis. & vix poteſt eſſe tanta neceſsitas legati car-
dinalis mittendi, ut electio non ſit maioris ponderis ta-
men ſi omnes cardinales in id conuenirent , & iudicarent,
cauſam vrgentem oporteret acceptare , quoniam quando
in mora periculum, eſt, receditur a regulis iuris . ergo etiam
ad eam deferendam , quia par ratio . ſed poſtquam occurrit
loqui de cardinalibus vacante ſede, ponam aliquas . qq.ſup
quibus alias interrogatus ſum.Duodecimo igitur quæro.An
domini cardinales,vacante ſede, poſſint creare legatos , &
dare illis iuriſdictionem in ſubditos eccleſiæ, & auctoritatē
46 conferendi beneficia?†Et videtur dicendū poſſe,quia ſi creā
tur legati Cardinales per eos, vera erit propoſitio, iſte eſt lega
tus & Cardinalis.ergo vera alia. ergo poterit conferre bene-
ficia.capitulo primo. hoc titulo in ſexto. Nam ſpeciale priui-
47 legium legatorum cardinalium, eſt collatio, vt†ibi. Facit,qa
cui conceditur vnum,conceduntur & quæ ſequuntur.capi.
Oratio.ff.de ſponſal.

Nec uidetur obſtare quod domini cardinales non poſſint confer-
re, ergo nec conferendi auctoritatem dare. capitulo quod au
tem.de iure patro.quoniam facultas iſta non deſcendit a dā
te,ſed ab ipſa lege priuilegiāte Cardinalem legatum. & hęc
opin.placuit Paul.in clementina ne Romani. Placuit tamē
opin.contraria,quam ſequitur Card.in dicta clementina ne
Romani.& communiter alii. Nam hoc eſſet attemptare ea
quę ad R.pont.ſpectant.d.clem.ne Romani. Nec ſequitur,
faciunt cardinales legatum . ergo ille legatus poteſt ea , quæ
alii legati a Rom.Pont.miſſi. Nam & uacante ſede epiſcopa
48 li,capitulum facit Vicarium,†non tamen habet vicarius au
49 ritatem conferendi, †quam non habet ipſum capitulum,cū
non poſſit capitulum transferre plus iuris quam habeat.ca-
pitulo Nemo pōt.de reg.iu.in 6.Nec uenit hoc ex neceſſaria
conſequentia,niſi quando mittuntur a latere Domini.papę
In caſu noſtro tales legati dicuntur magis nuntij ſedi.apoſt.
quam legati.vt ibidem exponit Card.in §.irritum.quæſt.14.
Et ſic euitatur.capitu.primum hoc titulo in 6. quia loquitur
de legatis miſſis a papa . quod patet ibi quando dicit , ſiue a
nobis miſſi fuerint, ſiue ſuarum prętextu eccleſiarum lega-
tionis honore funguntur . loquitur igitur de legatis miſſis a
Papa,& de natis,inquātum poſtea vult cardinales fungi hac
pręrogatiua conferendi intelligitur de miſſis a ſe, nō ab alijs
vt reſpon.conueniat interrogationi.l.ſi defenſor.§.qui inter
rogatus.ff.de interro.act.Nam de legatis natis non poteſt in-
telligi quod dicitur de cardinalibus, legatione fungentibus
ut ibi apud omnes conſtat.An autem legati huiuſmodi poſ-
50 ſint petere procurationem.† iuxta capitulū cum inſtātia de
cenſib.non determino. facit tamen qđ poſſiat, quia ibi fit ſo
lū mētio de ſede ap.nō de papa. Decimotertio q̄ro.An poſ-
ſint interim Cardinales alium cardinalem facere.†Credide
51 runt nonnulli poſſe.Si enim creant papam, cur non Cardina
lem,quod eſt minus.quod viſum eſt placere Hug in capitu-
lo.nullus.79.diſtinctione.Sed hoc falſum,quoniam per con
ſtitutionem clementinę ne Romani, arctata eſt poteſtas car
dinalium vacāte ſede, vt vni electionis negotio incumbāt.
52 †unde non oportet intrare materiam,an vacante ſede,Cardi
nales habeant poteſtatem.de quo diſputatur in gloſ.capitu-
li nullus.Nam per illam conſtit.adempta eſt. Vnde cum crea
re cardinales ſit extra negotium electionis hoc non poterūt.
& ad hoc tenent Hoſtien.Ioan.And.Anto. & alii in capitulo
licet.glo.& alii in clementina ne Romani.& ſi erunt paucio
res,concludantur, donec eligant, ut dicit Hoſtien. Quartode
cimo quæro.An vacante ſede, Cardinales poſſint adiungere
aliquem camerario eccleſiæ Rom.vel arcium cuſtodibus,vt
pariter bona Roma.eccle.adminiſtrent,& arces cuſtodiant?
53 Quæſtio iſta & aliæ,quæ ſequntur,venerunt in facto, quādo
vacauit ſedes per obitum fęlicis Recordationationis Leonis
10. Hęc q.videtur deciſa per tęxt. in d.clem. ne Romani. in
§.eo tamen prouiſo.ibi.valeat tamen idem cętus ad tempus
vac.huiuſmodi pro numero deficientium,vel ampliori,etiā
quantum ad pœnitentiarios , ſi hoc eidem cætui &c. Nam
quando dicit,uel ampliori,etiam quo ad pœnitentiarios,in
nuit quod in aliis non poteſt ampliari numerus. ſed in pęni-
tentiariis ſpecialiter ſtatuitur propter ſalutem animarum.
ergo non poſſunt adiungere aliquem camerario , tanto mi-
nus aliis officialibus , quorum creatio eſt ſibi interdicta , qa
in habentibus ſimbolum,facilior eſt tranſitus.†l.in rem.§.itē
54 quæcunque.ff.rei ven.facit ad hoc generalis reg. illius clem:
quæ vetat Cardinalibus omnia .

Exiſtimo tamen , quod ſi manifeſta neceſſitas incum-
beret, ut quia Camerarius dilapidaret, vel Caſtellanus eſſet
ſuſpectus, ne arcem proderet, libere cardinales ꝓuidere poſ-
ſent.per text.in dicto capitulo vbi periculum. Immo ſi eſſet
lex, quę hoc prohiberet,non valeret argumento. l. ex facto.
§.primo . ff.ad trebellian.& de vulgari.& pupillari.capitulo
finali. de ſenten.excommunicationibus. in ſexto . capitulo
Suggeſtum.de deci.lex enim quæ ducit ad iniquum non va-

let, vt ibi, & faciunt tradita per Felin. in capit. primo colum.
14. verſic. Fallit quarto. de conſtitut. & Barbatia in Rubr. C.
qui admit. Quando tractant materiam, an liceat recedere a
iure ex cauſa. Quintodecimo quæritur. An vacante ſede, ap
55 pellari poſſit ad dominos Cardinales? †Bario. in l. vbi abſunt.
ff. de tutor. & curator. dat. ab his. tenuit Papalem iuriſdictio-
56 nem remanere in dominis Cardinalibus, †ſicut in aliis capi-
tulis, ideo poſſe appellari. hoc videtur ſentire Anchar. in tra
cta. Schiſ. & Roma. in Repe. Rubr. ff. de arbitris. columna. 15.
verſic. ſed pone. Contrarium tamen eſt verum, propter text.
in clementina. ne Romani. nam vt acceleretur negotium
electionis, iura noluerũt Cardinales ſe impedire de aliis ad
iuriſdictionem ſpectantib. niſi quatenus exprimitur. de hoc
Barbatia late, conſilio primo. columna vigeſimoſecunda. in
primo volum. & eſt de mente omnium in clement. ne Ro-
mani. Ad deciſionem Anchar. dic habere locum quando
vacat ſedes apoſ. propter Schiſma, quoniam tunc incertum
quis ſit Papa. Decimoquinto quæro. Quid ſi Cardinales ali-
quando feciſſent aliqua contra illam conſtitutionem, an ac
quirant ius faciendi idem in futurum, Solu. vacante ſede nõ
57 currit præſcriptio, †glo. in l. ſi præſes. C. quemodo. & quando.
iu. Rot. dec. 332. in nou. præſertim in caſu noſtro, vbi eſt de-
cretum irritans. Attamen, ſi domini Cardinales allegarẽt
& probarent curſum tanti temporis, de cuius initio non ex-
58 taret memoria, illud eſſet obſeruandum. †quia præſumere
tur hoc ſibi a Roman Pont. indultum. fuiſſe priuilegium. ad
l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſtiu. hoc tamẽ
caſu deberi allegari priuilegium. l. ſeruitutes. la grande. ff. de
ſeruit. & probari quod ſit communis opinio, talis priuilegii.
Ioan. And. in capitulo cum apoſtolica. de his quæ fiu. a præ-
la. ſi. con. cap. Decimoſexto quæro. An vacante ſede, Cardi-
nales poſſint confirmare epiſcopos electos, † Et dicendum
59 non poſſe. quod videtur expeditum in clementina. ne Roma
ni. & in capitulo vbi periculum. At dubium eſt, an vacante
ſede, archiepiſcopi poſſint confirmare electos in epiſcopos?
60 de hac re. †Petrus Papia fecit elegans conſilium, quod eſt in-
ter tracta. Guidonis papæ. fol. trigeſimoprimo. vbi longa ver
borum ſerie conatur oſtendere confirmationem epiſcopo-
rum ſpectare ad Archiepiſcũ. vacante ſede neque, expectan
dam eſſe Roman. pontifi. electionem, quod ſatis tolerari po
teſt, cum & legatus ex legationis officio id poſſit. capitulo
ſi abbatem. de elec. in texto quæ intelligo de non exemptis
quo vero ad exẽptos ſpeciale eſt in legato de latere. Obſtat
huic deciſioni, quod per regulas & conſtitutiones Roman.
pontifi. quo ad eccleſias epiſcopales, ſunt ligatæ manus in-
feriorum, ergo etiam mortuo pontif. Roman. Et ſi expira-
ret reg. affectio cauſata excludet Archiepiſcop. quia ſemel
affectum &c. in extrauagan. Pau. de qua ego late dixi ſupra li
bro tertio in illa quæſt. An extrauagan. Pau. habeat locum in
beneficiis aliter reſeruatis. † Quia tamen ibi tenui illam af-
61 fectionem non durare in aliis caſibus, ſequor opinio. Petri,
quam etiam ſequitur commentator Reg. ſecundo. Nam li-
cet hodie Rom. eccle. videatur præſcripſiſſe ius conſecratio-
62 nis & confirmationis. †ad no. in capitulo ſi in aliquo, vbi Ar-
chid. & Mod. 51. diſtinctione. Henric. in cap. nec epiſcopi. de
tempo. ordina. Goff. Hoſtien. in ſumm. eodem titulo, tamen
quando ſedes vacat, non eſt prohibitio in non exemptis vt
late concludit in prælleg. conſil. pro quo facit Deciſio Fran.
in extrauaga. iniunctæ. de electio. quando dicit pœnas illius
legis non habere locum in aſſumentre adminiſtrationem,
literis non expeditis, quando ſedes vacat, eo quod eccleſiæ
damnoſum ſit expectare.

Nec obſtat quod hoc inhibitum ſit Cardinalibus, fortius lega
ris & archiepiſcopis, quia alia eſt ratio prohibendi Cardina-
libus, ut accelerent electionem Roman. pontifi. igitur ſecus
in aliis. Decimoſeptimo quæro. An dum vacat ſedes apoſto.
Auditores Rotæ poſſint procedere ſaltem in cauſis inceptis,
63 †De Dominis auditoribus Rotæ dicit Spec. in titulo de offi.
ordinarij. quod habent delegatam in decidẽdo, ordinariam
in procedendo, ex quo a Rom. pont. ſunt generaliter deputa
64 ti ad audiendum cauſas. †Glo. vero in clemen. Auditor. de
reſcrip. ſecuta Arch. in capitulo experientiæ, vndecima quæ
ſtione prima, dicit quod in curia Roman. nullus habet iuriſ-
65 dictionem ordinariã, niſi Papa. †quod eſt cauſa, quare eo mor
tuo, omnia officia ceſſent. exceptis quibuſdam, quæ ſpeciali-
66 ter conſeruantur. †in clementina ne Romani. in verſic. expi
rare. de electio. quod uidetur ſequi. Ro. Deciſ. 306. in nou.
quando dicit eos habere ſtrictionem iuriſdictionem, quam
cæteri. delegati. propter quod videtur ſentire eos ſimplici-
ter delegatos.

67 Communior tñ opi. eſt, quã Spe. ſequitur. †de quo per gl. c. ſolent. d ſen. excõ. in 6. cum
illa cõmiſſio, q̃ fit p uice cãcellariũ, ſit potius diſtributio, quã
commiſſio, cum iuriſdictio ſit penes eos habitũ, propter qd
68 coram illis non procedit diſpoſitio †capituli primi de reſcr.
in 6. ut ibi firmat Domi. hanc opi. tenet Rot. Deci. 341. 362.
428. & 429. in no. habent tamen delegatam in ſententiando,
vt ibi dicitur. Propterea, ſententias ſuas emendare non põte-
runt, quamuis inoleuerit ſtylus, vt eas ad multos dies tenẽãt
& ſic emendent. uide Fel. in Rub. de offi. deleg. col. 3. uer. q̃ro
virũ auditores Rotæ. Ex quibus inferendo ad Sol. q. dicẽdum
eſt eos poſſe procedere, ſiue dicas illos ordinarios, ſiue dele-
gatos, ſeu mixtim. Nam ſi ordinarii, res caret dubio, propter
gl. in cle. ne Romani. in uer. expirare. & tex. in ca. legatos. hoc
titulo. Idẽ ſi delegati, propterea, quod morte delegantis non
69 extinguitur iuriſdictio in cauſis iam inceptis. †c. licet. c. gratũ
de offic. deleg. c. fi. hoc titulo. Si mixti. i. ordinarii in procedẽ-
do, delegati in decidendo idem erit, tum quia in cauſis ince-
ptis, ſunt effecti ordinarii actu, tum quia pronuntiatio pẽdet
a virtute commiſſionis, cuius uigore agi cœptum eſt, & ſic
etiam quoad ius pronũtiandi, res non eſt integra, poſtquam
a principio neceſſario influente, effectus eſt de nominandus.
70 †l. Damni. §. Sabini. ff. de damn. infect. & præcipue, quia domi
ni auditores in proceſſibus ſuis ſemper vtuntur via delegata,
71 non ordinaria. †ad doct. Bal. in l. ſi ut propoñis. la. 2. C. qu &
qñ iud. Ang. in l. ſi prætor. C. de offi. eius cui man eſt iur
quãtum ergo dicitur officium auditorum expirare mortuo
72 papa, intelligitur re integra. †Ant. in c. fi. de re. iu. card
ne Romani. Nec obſtat, ſi dicatur eos deſinere eſſe auditores
papæ, quia licet papa non ſit in actu, tamen eſt in potentia.
73 ideo non ceſſant, ſed dormiunt officia curiæ eo tẽpore.
& ſi etiam auditoratus in totum caſſaretur, tamen nihil im-
pedit proceſſum cauſarum inceptarũ, per ea quæ
in l. ſi quis hæredem. C. De inſtit. & ſubſti. ſub conditio. fac.
circa medium. & in l humanitatis. col. 16. C. de imp. & al ſub-
ſtit. in l. prædia. colu. in. vltim. uer. extra quæro C. de fideicõm.
de eo qui tempore quo factus eſt delegatus erat canonicus,
poſtea amiſit canonicatum. Docto. tamen communiter di-
cunt obſeruari, ut auditores non procedant mortuo papa. &
74 quod & nunc obſeruatur. vide car. & Barb. in clem. auditor.
de reſcript. quod credo receptum eo tempore, quando com
miſſiones non fiebant auditoribus ut nunc. ſed citabant no
mine papæ. ut refert Imo. in d. clem. Auditor. in 3. colu. verſi.
ſecundo modo. & eſt deinde obſeruatum generaliter, quia
electiones papæ celeriter expediebantur, & fiebant de præ-
ſentibus, itaque cum omnes eſſent occupati, tam in electio-
nis futuræ præparatoriis, quam in lætitia iam factæ, donec co
ronaretur, curia facile recepit ut omnes ceſſarent ab aliis of-
ficiis. iſto autem tempore, quando iam eſt facta electio, & pa
pa eſt abſens, propter detrimẽtum publicum non crederem
ſtilum huiuſmodi obſeruandũ. Decimooctauo quæro. Quid
75 de officio Vicecancellarii, an vacante ſede pmaneat? †Solu-
ſi, exceptis duobus caſibus, reliqua officia ceſſant in illa cle.
ne Romani. vtiq; hoc ceſſabit, quod non eſt de exceptis. At
quia incidit mentio de Vicecancellario qui eſt patronus iu-
ſtitiæ in Ro. Curia, & maior omnibus officialibus poſt papã.
76 †ſecundum card. in dicta clementina ne Romani. in quarta
quæſtione dicã de eius nomine. quare ita nuncupetur, dicã
duo uerba. Doct. in illa clem. ne Romani. volentes dare cau
ſam, cur magis dicatur Vicecancellarius. quam cancellarius
77 †narrant ſomnia de beato. Laurentio. item quia cõtenti o po
reſtatis erat inter ipſum & papam. quæ omnia a uero abiu
Quia ueritas rei ex antiquis Regeſtis colligitur, quod a 200.
annis ſupra, quando cardinalis gerebat hoc officium, voca
batur cancellarius, quando inferior, Vicecancellarius.
50. annis continuis accidiſſet ut officium iſtud permanſiſſet
apud non cardinales, nomẽ cancellarii non eſt auditum
78 Vicecancellarij. †quod nomen poſtea remanſit, & cum
cupati ſunt etiam cardinales, quemadmodum etiam
commiſſi nomen remanſit eo tempore, deductum eſt
ad neceſſitatem iuriſ. de quo per Imo. in capitulo Rainutius
de teſtam. Quæ autem dixi, probantur ex inſpectione anti-
quorum Regiſtrorum, quæ uidi opera Reuerendi D. Ba
Bini regentis cancellariæ, qui primus rem hanc animaduer-
tit. De poteſtate autem vicecancellarii qui etiam in commiſ
79 ſionibus cauſarum tranſgreditur formam iuris. †uide Dom.
& Philip. in capitulo ſtatutum. §. primo de reſcr. in texto.
doct. in clem entina ne Romani. & ignotum coment. in co-
mento regularum cancell. & Gondi. qui rem hanc amplio-
ri ſtilo tractat, in tract. de pot. card. in ſecunda parte. Ex præ-
miſſis inferre licet, quod officium vicarii papæ nedum ceſſat.
ſed omnino extinguitur, cum ceſſet ille papa, cuius erat vi-
80 carius. †Vnde correlatiuorum vno perempto, perimitur reli-
81 quum. †l. his ſolis. C. de reuo. donat. Fallit tamen, ſi eſſent facti
82 perpetui. i. ad uitã, †ſicut ego a Clemente vii. †Nam tunc erit ſi-
83 milis cubiculariis papæ, auditoribus, & ſimilibus, † qui
84 licet habeant nomen relatiuum ad papam, tamen quia
per-

perpetui, dormiunt cum cæteris uacāte ſede, & deinde reſor guot. Exigeret locus iſte, ut de vicarii officio multa dicerē, ne erga officium meum non gratus uiderer. Sed uigiliæ. R. Dom. Ludouici Gomeſii, uiri in utraque cenſura conſumatiſſimi, mihique non vulgati amicitia obſtricti,
85 † ab hoc me onere abſoluunt, ſiquidem ille hac de re elegantem tractatulum compoſuit, quem uidebit, qui huiuſce rei ſtudioſus erit. leget doctiſſimi hominis ſcripta Decimonono quæro. An maior pars cardinalium contradicente minore poſſit ordinare ut ſcrutinium fiat ſecreto, abſque eo quod publicetur
86 nomen perſonę dantis uotum. † iuxta conſuetudinem hactenus obſeruatam. iſta q. cum his quę ſequuntur, reuocata eſt in dubium apud Reuerēdiſſimos patres poſt obitum Leonis. X. quando multi cardinales omni ſtudio contendebant efficere, ne Reuerendiſſimus de Medicis eligeretur in pont. ideo proponebant nouitatem horum modorum. Et imprimis uidetur, ordinationem huiuſmodi potuiſſe fieri, quoniam Ro.
87 pont. electioni nulla eſt præſcripta forma † c. licet. ubi docto. de elect. & in c. ne Romani. ergo domini cardinales poſſunt quod volunt obſeruare, dummodo eligāt. Si cardinales omnes hoc poſſunt, igitur & maior pars. quoniam in expedien-
88 dis ab vniuerſitate, factum, a maiori parte, tenet † l. quod maior. ff. Ad munic. capit. apoſtolica. 56. diſtinct. & quod dicitur de duabus partibus ex tribus in electione, & de vnanimi cō-
89 cordia † in c. licet, c. ubi periculum. in cle. ne Romani. procedit in ſuis caſibus, in reliquis ſeruabitur regula, quæ vult qđ
90 factum a maiori parte, cenſeatur factum ab omnibus. † l. nā quod ſiquide. ff. de pen. leg. & hoc uidetur ſentire Abb. in d. c. licet. in 4. col. quando dicit quod poſſunt eligere ſcrutinio ſecreto uel publico. item per compro miſſum. ſed in eo quod de compromiſſo dicitur, noluit Ioan. Andr. quod unus ſolus reſiſtere poſſet. ergo innuit Ab quod in caſu Scrutinii ſecreti ſecus. cap. non ne. de præſump. Reſpondi tamen interrogatus, diuerſam ſententiam veriorem. Si enim nulla eſt data forma a iure huic electioni. ergo nec ipſa maior pars, inuita minore, poterit dare aliam formam ab illa, quam antiquus vſus ab immemorabili tempore obſeruauerit. cum talis vſus
91 æquipolleat decretis patrum † c. cum dilectos. de conſu. l. minime. ff. de legi. Iſte præterea electionis modus ſcandalum fa
92 cile excitat † Quid ſi in 30. electorib. 21. velint procedere ſcrutinio ſecreto nouem aperto, certe qui uo lunt ferre ſuffragia, palam, vetari non poterunt, quoniam nil aliud petunt cano-
93 nes, niſi ut libera ſint in pont. electione uota. † difformis ergo erit electio ergo ſcandali nutritiua capitulo Deus qui. de uit. & honeſta. cleric. item. quando ſummus in actibus, ubi maior pars præiudicat minori, ſemꝑ intelligitur niſi minor pars rationabile aliquid adduxerit, propter quod non expediat ſe
94 qui quod maior pars intendit. † capitulo primo de his quæ fi. a ma. par. capituli gloſ. in dicta clementina ne Romani, ergo non eſt ratum quod fit a maiori parte, quando minor ſe opponit, niſi per ſuperiorem declaretur, oppoſitionem mi-
95 noris partis non obſtare. † At vacante ſede non datur huiuſmodi iudex, quia par in parem &c. l. Ille a quo §. tempeſtiuū. ff. ad Trebell. capitulo innotuit de electione ergo non eſt toleranda iſta motatio, quæ poſſet afferre dilationem electioni
96 Rom. pon. quam iura omnia celerrime expediri voluerunt. Quod uero ordinationi huic obiici quidquam iure poſſit, ex eo conſtat, quod iura canonica voluerunt electiones fieri
97 ſcrutinio publicato, & aliter factas ſuſpectas haberi † capitulo quia propter. de electione quoniam ut dicit lex. tenebræ ſunt aptæ ad dolum fabricandum. l. prima. §. de inſpiciendo. ff. de ven. inſpi. & omnis qui male agit, odit lucem,
98 † capitulo cum ex iniuncto. de hæretic. capitulo ut noſtrum. ut eccl. eccl. benef. propter ſuſpitionem igitur fraudis, minor pars contradicere poterit. præſertim in re tam periculoſa, & ubi agitur de creando paſtore uniuerſi orbis. Iſta autem libertas dandi ſuffragia, uel conſentiendi, ut libet, conceſſa Reuerendiſſimis Cardinalibus in caſu, quando uolunt recedere a communi uia, debet intelligi quando omnes in id conſentiunt, nemine contradicente, ſicque intelligendus
99 tex. in capitulo licet. † quando dicit: niſi maior concordia interceſſerit. nam maior concordia ut ibi exponit, Cardin. dicitur quando omnes in unam ſententiam conueniunt, &
100 nemo contradicit. † Sicut idem dicitur in electione quæ fit ꝑ compromiſſum. Ideo dicit Spe. in tit. de elec. §. 1. uer. Debent autem. & in §. ſi. eo tit. verſ. & no. quod licet permittatur eligentibus eligere per inſpirationem, tamen intelligitur quan
101 do omnes ſunt concordes, † tūc enim ſuccedit reg. quod omnes tangit li, 6. Idem dicendum quando cardinales vellent ordinare ut quiſquis eligeret a maior parte is eſſet papa. nā ſi oēs in id, nemine diſcrepante, conueniant ualebit elec. ut tradit car. in d. c. licet. col, 10. quoniam tex. dicit quod debet eligi a duab. partibus ex trib. niſi maior cōcordia interuenerit.
102 † igitur ſi ... ut ... electus a maiori parte ſit papa, omnes dicē tur elegiſſe eum in papā. Et eſt aduertē
103 dum quod quando ius loquitur de hac maiori concordia, intelligendum eſt nemine diſcrepante. ut no. in d. capitulo Vbi periculum. de elect. in 6. vbi Philip. late. & in clem. ne Romani. & in d. cap. licet. & per Alexan. conſ. 48. in 6. volu. Bald. in rubric. C. ſi qui ali. teſtam. prohi. In quantum tamen dixi, omnes Cardinales poſſe conuenire, vt electus a maiori parte, ſit papa, contrarium tenet Ant. in illo. capitulo. licet. Sed præcedens communior & verior, quando nemo diſcrepat. vide Alexander in capitulo ſi tranſitus. 79. diſtinctione. Quo ad principalem. q. facit. quia ratio, cur doct. in c. licet. dicant dominos Cardinales poſſe procedere, ſcrutinio ſecreto vel publico, vt volunt, ea eſt, quia ſcilicet electus a duab. partibus eſt papa. non obſtante aliqua exceptione contra perſonas eligentes, opponenda, quia ſatis eſt duas partes conſenſiſſe, at hæc ratio hodie non procedit propter extra. Iul. II. quæ vult exceptionem ſimoniæ habere locum tam contra eligentes, quam contra electum. igitur vt poſſit ſciri, an quis votum ſimoniacę dederit, intereſt coloſcunque ut uota publicentur, ſicut generaliter & non ab re, eſt receptum in omnibus electionibus, ubi habetur ratio non ſolum numeri, ſed zeli. cap. in Geneſi. cap. quia propter. de elec. Si enim vota ſecreto dabuntur, quis poterit intelligere, an ille uel iſte ſimo
104 niace ſuffragium tulerit. Quare decipiuntur patres, qui dñt hac via tolli occaſionem ſimoniæ, quia immo aperitur. Impugnari enim non poterit ſimoniacus. Ille tamen fidem obſeruabit, etiam ſi occulta ſint ſuffragia, quando pactiones, huiuſmodi reſpiciunt euentum pontificatus. Nec obſtat, quod non ſit præfixa forma, quia intelligitur ipſis in vnā ſententiam conuenientibus, vt de compromiſſo dictum eſt. Ex quo infertur, quod tanto minus valuit ordinatio ſuper his facta extra conclaue, abſentibus adhuc nonnullis ex Reuerendiſſimis D. quoniam præparatoria electionis debent fieri
105 in loco electionis celebrandæ, † ſecundum Spec. in tit. de elec. §. 1. verſic. Debent autem conuenire. Præparatorium n. dicitur electionis pars. ideo acceſſorium ſequitur naturam principal. in reg. acceſſorium, & etiam quia intererat abſen-
106 tium, debebant vocari. † capitulo bonę. de electi. Vigeſimo quęro. An domini cardinales poſſint prorogare tempus intrandi conclaue vltra 10. dies a iure datos † in cap. Vbi pericu
107 lum? Sol. Si attendamus mentem illius decretalis. & clem. ne Romani. non poſſunt, quia accelerandum eſt ad electionem. Si tamen faciant, quocunque deinde tempore fiat, electio valebit, cum cautum ſit electum a duabus partibus eſſe papam, remota omni exceptione, † dicto capitulo licet.
108 Et maxime, quia in capitulo Vbi periculum. non dicitur quod non poſſint expectare vltra. 10. dies, ſed quod nō teneātur. & ſic imponitur neceſſitas expectādi ad 10. dies. vlterior, expectatio eſt voluntatis. quod oſtendit litera. quando dicit. Abſentes expectare. 10. diebus tantummodo teneātur. quod reſoluitur in negatiuam. i. quod poſtea non teneantur. Spec. in tit. de diſpo. § 7. verſic. 8. quæ negatiua oſtendit in contrario eſſe libertatem & poteſtatem liberam. at poteſtas libera non ſtat cum neceſſitate. l. non quicquid. ff. de iudic. l. eius eſt velle. ff. de regu. iur. no. in clem. auditor. in verſic. poterit. de reſcrip. Mens tamen conſtitutionis eſt vt lapſis. 10 diebus, intrent conclaue, quando in cap. Vbi periculum. dicitur. Siue venerint, ſiue non, ex tunc omnes in palatio conueniant. ergo conuenire debent non expectare, quia verbum, conueniant, eſt modi imperatiui, quod neceſſitatem inducit † c. qđ
109 præcipitur 14. q. 1. ex quo infertur, ad. q. ſeq. Vigeſimoprimo quæro. Quid ſi lapſis. 10 diebus maior pars vellet expectare minor vero intrare conclaue & procedere ad electionem neglectis abſentibus. qui volent ſeruare legem & procedere ad electionem, ſunt audiendi, quia indultum a conſtitutione beneficium non debet auferri. † vt in reg. indultum. Impu
110 tent ſibi q non intrant conclaue in termino ꝑfixo ab illa lege, contra quam ipſi diſpenſare non poſſunt d. clem. ne Romani. Et hoc ſatis probat litera illius. cap. in verſi. Sane ſi aliquis ex prędictis Cardinalib. conclaue prædictum, ut ſupra exprimitur, non intrauerit, aut intrans abſque manifeſta cauſa exiuerit, ipſo minime requiſito &c. Nec maior pars poteſt decretum huiuſmodi diſpenſare, ut dictum eſt. † Attamen
111 † propter ſcandalum & ſciſmatis periculum † non conſule-
112 rem id attentari a minori parte. Vigeſimoſecundo quæro. An ua. ſc. liceat uni parti Cardinalium facere conuenticulā & uouere & iurare de non dando vocem certis Cardinalib.
113 † ac totis viribus conari ne ex illis aliquis in pontificē eligator. iſte quoque caſus euenit poſt obitum Leonis. † Ego con-
114 ſultus, reſpondi, iuramentum & conuentiones huiuſmodi improbandas, eoſque animaduerſione dignos, qui talia mo
115 liuntur. † nolunt enim dare legem. S. S qui debet ęqualiter mouere corda electorum ad vnanimem conſenſum cele-
116 brādæ electionis utilis & bonæ pro vniuerſali eccleſia. † quæ-

117 concordia ieiuniis & orationibus impetrari debet, † vt dicitur in capitulo vbi periculum. Iſta namque iuramenta & pacta, quãtum in ſe eſt ſpiritũ ſanctũ extinguũt, & procurãt, ne etiam ſi Spiritui ſancto videtur electionem de illis, qui ab ipſis reticiuntur, eſſe bonam, fieri poſſe, obſtante eorum iuramento, contra dictum Ap. 1. ad Theſſalo. c. 5. de quo in c. quęris. de conſe. diſ. 4. ver. Item per hanc ſocietatem. & in c. indices. 1. q. 1. no. in c. agatoſa 17 q. 1. debent enim S. S. acta, plena libertate gaudere, non hominum cautelis arctari. c. licet. de regul. c. duę ſunt. 19. q. vl. faciunt enim iſti ne conflato iam & nutrito odio aduerſus certas perſonas poſſint in iudicio ſuo inſpiratæ ueritatis tramites agnoſcere. c. quatuor. 11. q. 3. c. accuſatores. 4. q. 5. tradit Spe. in titulo de elec. in principio. qui enim ſanctiſsimæ electionis negocium tam aperta ſimultate ingrediuntur & ab aliena iniuria incipiunt, quomodo pro merebuntur in electionis ingreſſu ſpiritus. S. gratiam? cum uix bono peragnatur exitu quę malo ſunt inchoata principio.

118 † c. principatus. cum ibi not. 1. q. 1. & in eo quod conuenticulas & pactiones iſtas ſeorſum ab aliis cardinalibus faciunt oſtendunt ſe ædificare, non ad vnionem, ſed ad diſsidium, qua ex re ſiunt procul a ſpirito. S. c. Audiuimus. 24. q. 1. eo maxime, quia totus populus ex iſtis ſcandalũ accipit. a quo ma-

119 xime cauere debent eccleſiarum prælati † ca. nihil. de præſc. Cauendum eſt enim nedum a malo, ſed & ab his, quæ mali ſpeciem habẽt. c. cum ab omni. de uit. Immo hæc mala ſunt & contra bonos mores, quando arctatur quod liberũ eſſe debet. l. pactum quod dotali. C. de pact. ubi gloſſ. Hanc q. in terminis decidit Innoc. in cap. bonę.) el. 2. de elec. dicens ꝙ licet alia iuramenta ex iuſta cauſa poſsint valere, tamen ſũt prohibita, & difficile erit oſtendere aliquam cauſam propter quam hoc faciant. c. ſi quis clericorum. cum quatuor c. præcedentibus. 11. q. 2. Quod uero ex tali cõuentione eligẽtium

120 libertas dicatur coarctari. † probat tex. in l. ſcilicet l. vno ff. de opt. leg. ubi quãdo libera optio de ſeruis eſt legata, ſi vnus ſubtrahatur, qui optari non poſsit, optio dicitur impedita.

121 † facit. l. 1. & per totum. ff. & C. ſi quis ali. teſta. prohib pro & contra facit l. cum ita legitum. ff. de condi. & demon tamen certum eſt ſemper libertatem his conditionibus arctari, quã uis electio ſecundum eas facta valeat, ſur late conſuluit. Bal. in rub. C. ſi quis ali. teſt. proh. Abb. in ca. licet. colum. pen. de elect. dicens valere talem electionem. quia reſtrictio huiuſmodi non adimit libertatem ſicut nec conſuetudo reſtringens electionem ad certum genus pſonarum dicitur adime

122 re libertatem electionis. † c. cum terra. ubi Io. And. de elec. ad hanc partem facit illud generale, quod non ualet iuramen-

123 tum in præiuditium tertii † c. ſicut literis. de iure iu Item nec

124 illud quod tendit in præiudiciũ pontificalis dignitatis, † Ab. in d. c. ſicut. Item quia eſt contra caritatem. Abb. in c cum vero, c. cum quidam. de iureiur. late per iſtos ſummiſtas. in ver. Iuramentum. Vigeſimotertio quæro An cardinales uolẽtes exire conclaue, non electo pont poſſint prohiberi per cuſto-

125 des conclauis? † reſp. Si aliqui cardinales, remanentibus aliis,

126 vellent exire, ſtatuta eſt pœna quod uocem perdant, † in d. c. vbi periculum. §. ſane. ergo cum ea ſit dicta exeunti pęna, ne queunt aliter cohereeri, ut ibidem tenent doct. & ratio, quia egreſſus huiuſmodi non præſtat impedimentum electioni

127 † ex quo ius eligendi reſidet in his, qui permanent. † Item, ſi

128 omnes receſſiſſent, pontif. nõ electo, deciſum eſt ꝙ tenentur

129 conclaue reintrare, & eligere. † in cle. ne Romani. uer. porro. Sed an poſſint cohiberi quando oẽs exire uolunt, non eſt iure

130 cautum. Dicendum tñ eſt poſſe cohiberi, † quia ſi cogi poſsũt ut iterum ingrediantur, igitur tanto fortius ne exeant, quia

131 turpius eiicitur † & c. c. & ne Chriſtus. de iure iur. debẽt enim cardinales huiuſmodi, dum re infecta, exeundo, eccleſiam ſi-

132 ne paſtore deſerunt, per ſeculares pſtates opprimi, † c. Nec licuit. in fi. 17. diſt. c. peremus. 11. q 1. nam non poteſt Deo maius ſacrificium offerri, quam ſi ordinetur, ut hii, qui in ſuam & aliorum pernitiem debaccantur competenti debeant rigore cõpeſci. c. de liguribus 23. q. 5. in fi. & c. ſeq. Et hanc conc. tenet Hoſ. in d. ca. licet. qñ ſi poſſent qñ iubet, exire, de facili eluderet illa cõſtitutio illius cle. exirent enim territoriũ, ne cogerentur ingredi. Fallit tamen hoc, qñ iuſta exeundi cauſa

133 ſubeſſet † ut peſtis, uel ruina iminens domus. tunc. n. exire

134 poterunt, & alibi conclaue inſtituere. † qm ex cauſa licet trãſ-

135 gredi iuſ † vt per And. Sic. in rub. C. qui admitt. col. 25. Fel. ſuu c. 1. colu. 14. de conſtit. uerſ. fallit. 7. Quod autem dixi. qñ non exeunt omnes, exeuntes, non poſſe prohiberi, ſecundum hoc ſingulare exeundo, omnes poſſent exire, excepto uno. Quod ſi uerum eſt, tunc exoritur dubitatio, an penes vnum cardi-

136 nalem remanentem reſtet ius electionis, † ſicut alias dicimus

137 qđ ius collegii remanet in vno. † l. ſicut. §. ſi. ff. Quod cuius vni. & hoc quo ad facultatẽ eligẽdi ẽr pcedit, quia vnus remanens eliget gl. & doct. in c graũ de poſtul. præl at. Et dicendũ quod ille ſolus eliget. ut no. glo. in d. clem ne Romani. in §. porro. in verſic. Omnes. Sed tunc dubitatur. An iſte Cardinalis poterit ſe ipſum eligere. † Et dicendum quod non cap pe

138 veſtras. de iure patr. practica igitur erit, vel quod eligat aliũ nel quod cõmittat vices ſuas alteri, qui ipſum eliget. de quo

139 Pau. de Caſt. in d. l. ſicut. §. in decurionibus. ff. quod cuiuſcũque vn. no. per Anan. in cap. 1. colum 4. de ſorte. & per Ang. in l. plane. ff. eo. quam tamen practicam impugnat Deci. † in cap.

140 1. num. 10. de ele. dicens. quod ex tali circuitu quis videretur ſe ipſum eligere. ut not. in d. l. plane. quod tenet Abb. in cap. fin. de inſtit. quia illo caſu conferens facit auctoritate delegatis. vnde dicitur fieri a ſe ipſo, propterea inquit Dec. quod abſque illo circuitu, ille qui reſtat ſolus in collegio, eo ipſo dicitur prælatus abſque electione. Barto. in l. ſi tibi. §. 1. de opti. leg. dicens quod ſi vnus remanẽat. tantum in ſaculo, non erit opus ut extrahatur. & ſic ille ſolus Cardinalis remanẽs erit papa. Verum decipitur Dec. † quia exemplum Bart. lo-

141 quitur quando ex pixide erãt omnes ſucceſſiue extrahendi quando unus tantum remanet, iam certus eſt. at in caſu noſtro ſecus ideo tunc recurretur magis ad cõcilium ut ipſum approbet, ſicut dicit Abb. de papa & legato. in illo capitulo fin. vel ipſe eliget extra collegium. de hoc tamen, an ſolus eligat, uide Deci. poſt Roſſel. in ca. licet. de elect. vbi ẽt tradit qd de cardinale, qui adhuc non geſtabat pileum. Vigeſimoquarto quæro. An quando Cardina. dedit vocem vni, & accedit alteri, dicatur recedere a primo; magna eſt uis, quaſi pone quod qui dedit vocem Titio, accedat Sempronio, & quod Titius deinde, accedentibus aliis, habeat. 10. voces cũ ſ computata voce eius, qui acceſſit alteri. Nam ſi erit ſublata per acceſſum ad alium, non erit papa. alias ſi remanſerit, erit

142 Papa. † Ad hæc dicendum videtur, quod cum variatio in cle

143 ne ſit damnata. † clemen. cum illuſio. de renunt. Acceſſus huiuſmodi fit accumulatiue nõ priuatiue. † ſicut in ſimili di

144 cimus de patrono clerico variante. † cap. cum autem ubi do

145 cto. de iure patr. Cal. in conſ. 16. eodem titulo. Ex voce enim vni data. etiam ſi eſſet vnica, videtur acquiſita ſpes per acceſſum qui fieri poteſt ab aliis. ar. in §. ex conditionali. Inſtit. de verbo. obligat. quę ſpes auferri non poteſt ab eo, qui ſemel conceſſit. ita tenent Hoſtien. Card. Abb. & alii in capitulo licet. concludentes, cardinalem poſſe dare vocem ſuam quot cunque voluerit, & per acceſſum publicato ſcrutinio adhæ

146 rere alteri, † dũmodo ſciant ſe nõ recedere a primo propter ſpem. Et ex hoc ſoluitur contrarium de l. ſi quis cum procuratorio §. vltimo. ff. de procurato. quod procedit, quando nõ quæritur ius, neque in re, neq; in ſpe. Ex quibus infero quod ſtatutum factum per do. Car. ante elect. Hadriani, quod per acceſſum ad vnũ videret receſsũ a primo, nõ valuit niſi oẽs conſenſiſſent. † ſicut de compromiſſo & ſcrutinio dictum eſt

147 ſupra quæſt. 19. At ſtantibus præmiſſis quod Cardinalis vnus in eodem ſcrutinio poſſit plures nominare, & quod acceſſus

148 fiat ſine preiudicio vocis datę alteri. Quęro, q d ſi ex 30 Cardinalibus 20. conuenirent in nominando duos, ita quod quilibet eorum haberet duas partes ex tribus, vel fieret p viam

149 acceſſus, quis erit papa, † rigor iuris eſt pro vtroque. Gond. ſi. in tract. de excell. Cardinalium, quęſt quinta. colum. 10. di-

150 cit quod primo nominatus obtinebit. † ſed loquitur ipſe qñ agitur tantum de voce vnius data duobus. Ego autem in ca

151 ſu dubio, exiſtimo nullum eſſe papã. † ad l. Deo ſuum Titi. de teſtam. tut. eſt tex. de hoc in cap. pen. de elect. in 6. Vigeſimo quinto quæro, Reuerendiſſimi Cardinales, ſeu id eſt eorum expectanda patrum diſcordia. ſeu diuini ſpiritus miniſterium qui ex malis bona elicit. Reuerendiſſimum Dertuſenſem, virum bonæ atque integræ opinionis theologum in pont. elegerunt, qui adhuc in partibus Hiſpaniæ commoratur. † tan-

152 de tum itineris diſcrimine longo. tum & hiemis aſperitate obſtantibus. multi curent dies quibus Roma. eccleſ. de paſtore ſuo incerta erit. Nam antequam accepiet, eccleſia, adhuc

153 vacare dicitur. † cap. ſi tibi abſenti. de prębend. in 6. & etiam

153 quando acceptauerit, dum aberit, idem erit. Quæritur ergo, an interim. D. cardinales poſſint ordinare officia Rom.

154 eccl. & exercere iuriſdictionem? † Et uidetur, Reuerendiſsimos. D. nihil horum poſſe attemptare, propter tex. in clem. ne Romani. §. irritum. Nam ut dixi, ante acceptationem vacat adhuc ſedes Dom. in d. c. ſi tibi abſenti.

Et ſi dixeris ſedem non vacare, tanto minus id poterunt qñ multa pmittunt collegiis, vacante ſede, quæ ea plena denegantur. capitulo. olim.

155 de maiorit. & obe. Præterea, ſi diceremus facta electione de abſente iuriſdictionem eſſe apud cardinales, acceptatio electi non eſſet neceſſaria, quia ſatis prouiſum eſſet eccleſię. quod tamen eſt contra tex. in cle. ne Rom. & in capitulo vbi periculum. Nam non elegiſse & elegiſſe eum, qui non

156 acceptet, paria eſſe vñr † l. qui teſtamento ff. de teſtamen. l. prima in principio. C. de rei. vx. act. iano arg. probatur ex. gl. in d. cle. ne Romani. quæ dicit cardinales ideo non habere iu-

ri-

riſdictionem mortuo papa, quia electio nõ eſſet neceſſaria.
Item, ex diuerſa opinione aperiretur uia fraudi. Nam cardi-
nales cupientes dominari, eligerent abſentes, & forſan nun-
quam acceptaturos, vel impeditos, ita ut ad nos venire non
157 poſſent, via fraudibus non eſt aperienda. † cap. quanto. de di
uor. Accedit prædictis, quod electio facta de abſente ante-
158 quam acceptet, non poteſt dici electio, † quia verba cum
159 effectu ſunt accipienda. † l. in criminali. vbi glo. in verſic. in-
uito. C. de iuriſdict. omn. iudic. cap. relatum. de cler. non re-
ſid. gloſ. in cap. nuper. de Bigam. ſi electio. non dicitur facta,
ergo ſumus in terminis clem. ne Romani. & hanc opin. ſecu
ti ſunt plerique celebres uiri, dum in congregationibus pu-
blice diſputaretur. Contrarium uero multi alij, quod non eſ
ſet veriſimile Deum glorioſum uoluiſſe relinquere eccleſiã
160 ſuam ſine cuſtode, † quando paſtor eſt abſens. capit. 1. de ho-
mic. tunc enim ea imminet eccleſiæ neceſſitas, ut non poſ-
ſit prouideri, niſi domini cardinales apponant manũ. Nam
alium eligere non poſſunt, quia per electionem eſt quæſitũ
161 ius electo, † ut tenent communiter doctor. in cap. licet. Nec
poteſt ipſe electus propter abſentiam incumbere regimini,
162 cum abſentia æquiparetur morti, † cap. ſi delegatus. ubi Phi
lip. de offic. delega. in 6. & etiam ante acceptationem non
163 habeat ius in re. † d. cap. ſi tibi abſenti. Si igitur neceſſitas, quę
per alium ſuppleri non poteſt, iminet, dicendum erit, reue-
rendiſſimis patribus hoc permiſſum eſſe. neceſſitas enim fa-
164 cit illicitum licitum. † l. generali. C. de decur. lib. 10. ubi in de
fectum iudicis, licet alicui capere decurionem auctoritate
propria. ad hæc notatur in ca. quod non eſt, de regu. iur. & in
capit. querelam. de iureiur. Facit dictum Petri de Monte in
ſua monarchia. colum. 14. quando dixit licere concilio in-
tromittere ſe de ſpectãtibus ad papam, ſi in expectanda ſuc-
165 ceſſione noui pont. imminet magna neceſſitas. † de qua neceſ-
166 ſitate accumulando multos caſus, † tradit Felyn. in cap. que
relam. in fi. de iureiur. & in capit. cum acceſſiſſent. in 9. & 10.
colum. de conſtit. At iſtis reſpondebatur. quod rationes iſtæ
fuerunt conſideratæ per Cle. quia fuerunt rationes Hoſtien.
ut per Ioan. Andr. in cap. unico. de ſchiſ. in 6. quibus non ob
ſtantibus, fuit deciſum contrarium. Ad auctoritatem Petri
reſpon. ex ea probari contrarium, dum hoc attribuitur con-
cilio, cuius auctoritatẽ eo caſu ampliari neceſſe eſt propter
rationes Hoſtiẽ. Nec obſtare uidetur, quod hoc etiam certis
caſibus ſit conceſſum cardinalibus in clement. ne Romani.
quia illud in expreſſis. neque licet ex ſpecie poſita inferre ge
167 neris poſitionem. † l. neque natales. C. de prob. Ego vero om
nimodam iuriſdictionem atque auctoritatem hoc caſu eſ-
168 ſe apud reuerendiſſimos cardinales, † tum propter rationes
Hoſtien. quæ etiam militant in caſu noſtro, tum quia incer
tum eſt, quanto tempore ſit permanſura eccleſia hoc modo.
Nam longa uiarum diſcrimina, turbata bellis itinera, delibe
ratio electi ad acceptandum, poſſent in longius protrahere
169 effectum electionis. † quo caſu effectualis iuriſdictio deuol-
170 uitur ad dominos cardinales † ſecundum Anch. conſil. 409.
in pen. col. Pro facit quia diſtantia locorum facit licere quæ
171 alias non licerent. † cap. nihil. de elect. cap. cum longe. 63. di
ſtinct. cap. cum olim. de do. & contum. Oldr. in conſil. 6. Præ-
terea, non eſt ueriſimile Cle. quintum, quando edidit clem.
ne Romani. voluiſſe comprehendere iſtum caſum, neque
fuiſſe reſponſurum in illo caſu aliter quam dixerim in gra-
ue præiuditium totius Chriſtianitatis. Vnde illud dicitur de
ciſum, quod ueriſimiliter legiſlator decidiſſet, ſi de eo fuiſ-
172 ſet interrogatus. † glo. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & in
clem. ſi hominem. ff. mand. in clem. 1. de ſepul. l. cum in teſta
mento. ff. mand. in clem. 1. de ſepul. l. cum in teſtamento. ff.
de re. dub. Ad quod facit quod dicimus, epiſcopum & lega-
tum, quamuis ſtatuere non poſſint contra canones. capitu.
quod ſuper his. de maior. & obed. tamen quando ſubeſt ne-
ceſſitas a canone ueriſimiliter non præuiſa, ſtatuere poterũt
173 † ſecundum Bal. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iu. Abb. in
cap. at ſi clerici. §. de adulteriis. de iudic. Item, omnes docto.
in clem. ne Romani. reſpondentes ad rationes Hoſt. dicunt
quod iſta iuriſdictio competebat dominis cardinalibus, pro
ut etiam refert Henr. in capit. cum ex eo. in fi. de peni. & re-
miſ. tenuiſſe doctores antiquos. Sed contrarium fuit deter-
minatum per tex. in clem. ne Romani, ut eſſent attentiores
electioni. quod probatur in uerſic. Iidem quoque Card. ac-
cel. prou. ſ. u. attentius qđ ſe nequaquã de alio negotio intro
mittant. quæ ratio hodie ceſſat poſtquam elegerunt, igitur
debet ceſſare diſpoſitio. Et maxime quia clement. prædicta
174 eſt exorbitans, & correctoria, † ut fatetur. Henr. in loco præ-
allegato. ad quod faciũt iura uulgaria. de reſtringendis cor-
175 rectoriis & odioſis. † Iam enim elegerunt, & valide, ut præ-
ſupponitur. ergo nõ ſunt in culpa. ergo iuriſdictio certo ca-
ſu, & certa ratione adempta nõ cenſetur adempta extra ca-
176 ſum, & extra rationem, † & ſic in caſu abſentiæ, ubi ratio eſt
diuerſa, igitur remanebimus in diſpoſitione iuris commu-
nis, nolentis iuriſdictionem propter abſentiam deuolui de
177 vno ad alium, † & licere quod alias non licebat. d. cap. nihil.
cap. nullus. de tempor. ordinan. in 6. quæ iura cum loquan-
tur in aliis capitulis, tanto magis ſequeſtrato caſu clement.
ne Romani. habebunt locum in dominis cardinalibus, qui
178 faciunt capitulum uniuerſalis eccleſiæ. † ſecundum Bal. in l.
cum multa. C. de bon. quæ liber. & quorum negligentia eſ-
ſet periculoſior. capit. vbi periculum. Alias quid ſi papa eſſet
captus ab hoſtibus? Quid ſi fureret, fieret multus, vel aliter
179 inutilis? Ad nouam electionem procedere non poſſunt. † an
ideo interim eccleſia erit ſine regimine? Contra text. in cap.
ſi epiſcopus a paganis. de ſup. negl. prælat. in 6. Immo ſi eſſet
lex, quæ contrarium diceret, temperanda eſſet, vt ad ſanum
ſenſum reduceretur, & ut euitaretur quod iniquum atque
eccleſiæ pernicioſum eſt. l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excu-
ſat. tut. cap. fin. de ſenten. excommu. in 6. l. ex facto. ff. de vul-
gar. & pup. Non obſtat quod uideatur prouiſum per poteſta
tem camerarij, & auditorẽ cameræ, quoniã licet eorum offi
cia, eo quod neceſſaria non expirent, tamen habent ſuas iu-
riſdictiones limitatas. nec ſunt idonei ad uniuerſale regimẽ
180 ſicut cætus tot reuerendiſſimorum patrum. Ad primum. in
oppo. dic quod ſedes non uacat ex parte cardinalium, quia
quantum in ſe eſt, fecerunt quod debuerunt. Ad ſecundum,
dic, quod ſedes eſt plena, ſed abſentia id operatur propter
præmiſſa. Ad tertium, negatur conſequentia, quia melius
conſulatur per unum, quando haberi poterit. cap. in apibus.
7. quæſt. 1. & confunditur iſta ratio propter id quod dicitur
de capitulo ſuccedente epiſcopo. Ad quartum, electio quo
ad ipſos habuit effectum, qui via alterius contrauenire non
181 poſſunt. † capit. ſi tibi abſenti. de præbend. in 6. Ad quintum,
fraus, & dolus non præſumitur in reueren. cardinalibus. ca-
pit. nobiliſſimus. 96 diſtinctio. cap. cum in iuuentute. de præ-
ſumpt. Si tamen papa acceptaret, & conſtitueret locumte-
nentem uel legatũ cum omnimoda poteſtate Romæ, aliud
dicendum eſſet. Non obſtat præmiſſis, ſiquis diceret, iuriſdi
ctionem non poſſe conſolidari in dominos cardinales, ab-
182 ſente papa, † ex eo, quod ipſi nõ faciunt capitulum cum pon
tif. Rom. ſed potius canonici Lateranenſes aut S. Petri, ut di
cebat Aegidius in cap. nullus. el 2. in fi. 79. diſtinct. ſicut nec
etiam reſpectu uniuerſalis eccleſiæ concilium generale fa-
183 cit capitulum. † Quoniam eo reſpectu quo papa eſt primus
omnium Chriſtianorum, domini cardinales faciũt cum eo
ſacrum collegium, & cum dirigunt in regimine vniuerſalis
184 eccleſiæ, † cap. per uenerabilem. qui fil. ſint leg. cap. 1. hoc ti.
in 6. clem. ne Rom. in uerſ. cætus. de elec. Bald. in l. cum mul
ta. C. de bon. quæ lib. Alex. in capit. In Synodo. 63. diſt. de hoc
glo. in cap. ſi quis ex ſacerdotibus. 79. diſtinct. Vigeſimoſex-
to quæro. An domini cardinales deputãtes legatos pro eun
do ad nouum electum, ut reducant in urbem, poſſint eiſdẽ
legatis conſtituere expenſas de redditibus Roma. eccleſiæ?
185 † Exiſtimo poſſe, fit enim hoc ad honorem electi, & utilita-
tem ſedis apoſt. ergo ad papam, & apoſt. ſed. pertinet expen-
ſarum onus l. 1. C. de caduc. tollen. cap. qui ſentit. de reg. iur.
lib. 6. Ex fructibus enim qui ſunt reſeruandi futuro ſucceſſo-
ri, deducenda ſunt onera incumbentia. cap. præſenti. §. por-
ro. de offic. ordin. cap. ſtatutum. ubi glo. in uerſic. expenſæ. de
electio. & præſertim illæ expenſæ, quæ fiunt pro utilitate ele
186 cti. † cap. ut prętenſe. ubi glo. de electio. Neque enim debent
iſti, alias non ituri, euntes ut papam honorabiliter in ſuam
ſedem deducant propriis ſtipendiis ire. cap. cum ueniſſent.
de eo qui mitt. in poſſ. capit. cum ex officii. de præſcripr. Nec
187 etiam habenda eſt ratio eorum, quæ domi expendiſſent, † ad
not. in cap. imprimis. 2. q. 1. cap. ſtatutum. §. inſuper. de reſcr.
in 6. ad cap. ubi periculum. §. hoc ſacro. verſicu. prouiſionis.
quod uidetur obſtare, dic quod loquitur de appropriante ſi-
ne cauſa. Multa ad propoſitum huius. q. tradit Franc. Paui. in
tract. de ſede vacan. verſ. ſed an cap. & in 8. quæſt. Vigeſimo-
octauo quæro. Reuertendo ad materiam legatorum, an le-
188 gatus abſens participare debeat diſtributiones Pilei? † & ui-
detur eas non ſubtrahendas, qm̃ abſunt R. p. cauſa. & in ſerui
tio ſe. apoſt. unde pro præſentibus haberi deb ent. cap. de cæ
tero. capit. ex parte cap. cum dilectus. de cler. non reſi. quod
eſt uerũ, quia non diſtribuuntur ratione intereſſentiæ, ſed ra
189 tione præſentiæ. † Fallit tamen hoc, quando eſſemus in lega
190 to, qui legationem affectaſſet. † arg. in l. qui data. ff. ex quibus
cau. maior. quod ſequuntur Andr. Sic. & alii in capit. licet. de
foro compet. & Andr. Sic. conſil. 56. & 57. in primo uolum.
Fallit ſecundo, in conſenſu adhibendo in collationibus be-
neficiorum familiarium ſuorum, quia ille conſenſus exigi-
191 tur a cardinali quando in curia fuerit † ut dicit reg. 30. ergo
excluditur legatis, qui eſt extra curiam. & ita tenet glo. in ſ.
reg. dicens cardinales cautos petere a papa licentiam ſe ab-
192 ſentãdi cum prærogatiuis præſentium. † alias autem exclu-
duntur

dũtur etiam a mediis annatis epiſcopatuum.Ego in iſtis ca-
ſibus exiſtimo contrarium, quia legati debent iudicari præ-
193 ſentes per ꝑmiſſa.†igitur non indigent hoc priuilegio.Alias
tamen abſentes cardinales non participant,quin potius de-
194 ponendi ſunt,†ca.ex geſtis.de cler.non reſi.Vigeſimonono
quæro. An reuocato legato,ſucceſſor debeat remunerare
195 ſeruitores eius, † vide Collect.in cap.nemini.hoc titulo, &
uř, quod non ga non tangunt ſucceſſorē niſi iure honeſta-
196 tis.†ad ea quæ traduntur in capit.relatum.de teſtam.& in l.
ſtatulib.§.Sticus.ff.de ſtatu.lib.Igitur non obligant ſucceſſo
rem ad ea quæ late traduntur per Iaſon.in l.ex hoc iure.col.
12.ff.de iuſt.& iure. Et legatus etiam non habet propriẽ ſuc-
ceſſorem,cum a Rom.pont.pendeat omnis eius auctoritas.
197 † Obligatur tamen ex bono, & ęquo ipſe legatus vel papa.
198 †propter ea quæ no.in cap.ex literis.de reſcr. & per Collect.
vbi ſupra,quando ſeruierunt ipſi legato legatione fungenti,
199 ſicque in conſequentiam ſe. ap. Trigeſimo quæro.An lega-
tione finita, habendus ſit aliquis honor legato? Sol. hono-
randus in memoria priſtinæ dignitatis.l.fin.ff.de decur.l.ſer
uos.C.de quæſt.l.vnius.§.ſeruus.ff.co.quod eſt uerum,quan-
200 do bene ſe geſſit.alias audiet conuitia.†l.iuſtiſſimos.C.de of
fic.rect.prouinc.Trigeſimoprimo quæro.An legatione fini-
201 ta,ꝑ reuocationem,vel mortem reuocẽt ſtatuta legati.†idẽ
202 etiam quæri poteſt de indvlgentiis?Sol.non reuocantur.†c.
fin. vbi glo.& Anton.hoc tit.doct.in cap.in noſtro.de pęnit.
& remiſſ.Solet tamen diſtingui,an ſimpliciter an ad benepla
citum talia conceſſerit, Dom.& Philip.in c.ſi gratioſe.in fi.
de reſcr.in 6.Ex quibus inferri poteſt. Quid de altare porta-
tili.Comitatu Palatino gratia de non reſidendo, & aliis gra
203 tiis per ipſum conceſſis. Nam non expirant.†quando ſimpli
citer datæ ſunt.Arch.in cap.licet canon. de elect.in 6.Rot.
deciſ.550.in ant. Trigeſimoſecundo quæro. Quid de cauſis
per ipſum delegatis? Sol.ſi emanauit citatio,non expirat,
204 †alias contra.cap.licet.cap.gratum.de offic.deleg.capit.fin.
hoc titu.ubi Abb.Tigeſimotertio quæro.Quid ſi mandaue-
rat recipi in canonicum unum, qui nondum aſſecutus erat
205 præbendam,an finita legatione,deſinat eſſe canonicus?†vi-
de quæ dixi ſupra in materia reſeruationis,lib.4.quæſtio.22.
Trigeſimoquarto quæro.An legatione finita,duret prohibi
206 tio per ipſum facta?† Sol.ſi cũ cauſæ cognitione durat,alias
non,Innoc.& And.Sic. in cap.quod tranſlationem. hoc tit.
Trigeſimoquinto quæro. An poſſit tunc legatus exequi ſen
207 tentias prius a ſe latas? † Sol.non poteſt exequi,nec cogno-
208 ſcere.†Innoc.& alii in cap.nouit.hoc tit.Quid autem de exe
cutoribus ab ipſo datis, vide tex.in cap.ſi ſuper gratia.de off.
deleg. in 6. In his tamen animaduertendum, quod ſi tene-
mus illam opin. de qua in libro præcedenti in materia iudi-
ciorum.quæſtio.17. quod legatus non habeat ſucceſſorem,
209 †ſed commiſſiones ſint perſonales,† uidetur quod poſſit co
210 gnoſcere de cauſis inceptis,† quia canonicus qui deſinit eſ-
211 ſe canonicus,poteſt cognoſcere de cauſis eidem, ut cano-
212 nico commiſsis†dummodo non aſſumat qualitatem con
trariam,quoniam,quando in uno officiali requiritur quali-
213 tas,ſufficit.illam adeſſe tempore commiſsionis,†glo.in ca-
pit.Statutum.in verſ.canonicis.in fi.de reſcr.in 6.Bal.in l.ge-
neraliter.in 5.colum.verſi.ex prædictis determinatur. C.de
epiſc.& cler.Felyn.late in cap.quoniam Abbas.colum.3.de
off.deleg.dicens non eſſe aliam rationem,niſi quia canoni-
cus non habet ſucceſſorem, & omnes commiſsiones illis fa
214 ctæ,ſunt perpetuæ, † & ita in terminis de legato, quod poſ-
ſit cognoſcere in cauſis cæptis, poſtquam fuerit amotus a le
215 gatione,†tenent Ant.Abb.& Imo.in d.capit.quoniam Ab-
bas.& Abb.in cap nouit.hoc tit.ea ratione,quia poterit eſſe
quod papa non dabit alium legatum. Sed ſi teneamus in le-
gationibus ordinariis,qualis eſt legatio Bononiæ, & Peruſii,
dari ſucceſſorem, dicendum erit omnem iuriſdictionem re
216 uerti ad ſucceſſorem,† & conſequenter legatum amotum
non poſſe ſe intromittere. ad not.in d.cap.quoniam Abbas.
quare & non poterit exequi.ut per Innoc.ubi ſupra.Trigeſi
moſexto quæro. Quid ſi ſententia feratur a legato ſub con-
ditione. & ante aduentum conditionis expiret legatio, an
217 ſententia extinguatur.†Innoc.in cap.quod tranſlationem.
218 ubi Andr.Sic.colum.pen.& hoc generale,†quod facta per
quemcunque iudicem aſſumentem partem iudicis,durant
finito eius officio.Archid.in cap.præſenti. hoc tit. in 6.Col-
lect.in cap.ad hoc.de cler.non reſi.in princ.Trigeſimoſepti-
mo quæro. An excommunicato legato, eius locuntenens
219 poſsit cognoſcere de cauſis?†Reſpon.non poſſe.cap.1.de of
fic.ui.in 6.ſecundum diſtinc.quam ibi tradunt doct.ad hoc
eſt tex.qui de uicario loquitur in ca. Rom.de off.vicari.in 6.
Innocen.in cap. licet vndique.de off.deleg. Trigeſimoocta-
uo quæro. An ualeant geſta per legatum reuocatum ante-
220 quam ignoraret reuocationem? † Dicendum ualere quæ
geſsit antequam in notitiam legati uel partium peruenerit
legatio. per ea quæ tradunt Io.And.in clem.1. de renunt. &
Alber.in l.Barbarius.colum.9.verſic.item quæro,aliquis.de
off.præto.facit.cap.audita.de reſtitu t. ſpol. Trigeſimonono
quæro. An legatus poſsit reuocare priuilegia a ſe conceſſa?
221 †uide diſtinctionem, an ſint conceſſa in non ſubditum.

De poteſtate legati in mutandis vltimis voluntatibus.

Si quærimus, an legatus poſsit mutare uolunta-
tes defunctorũ in alia pietatis ope-
222 ra,† quando non poteſt impleri vt per teſtatorem diſpoſitũ
eſt,res nõ habet dubium, ne legatum remaneat caducum,
223 †ad l.legatum.ubi Bar.ff.de vſufr.leg.nam ſi ſint relicta cen
tum pro ædificando monaſte.in certo loco,ubi ædificari nõ
poſsit,commutabitur, etiam per epiſcopum, ut ædificetur
224 in alio loco.†Io.de Lign.in clemen.quia contingit.de relig.
dom.Abb.in cap.nos quidem.cap.tua nobis. de teſta. Alex.
in conſ.73.in 7.uolum.colum.1.Sed ſi loquimur,quando le-
gatum poteſt impleri, exiſtimo nullam poteſtatem ſuper
225 his conceſſam epiſcopo,† cum nihil magis homini debea-
226 tur,quam,quod ultima eius elogia obſeruentur. † l.1. C. de
ſacroſan.eccleſ. c.ultima uoluntas.13.q.2.

LIBER X.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio quid ſit, primo loco proponitur.*
2 *Diſpenſationem iuris communis relaxationem prouide factam cenſeri.*
3 *Diſsipationem, non diſpenſationẽ quando minus prouide fieri contigerit.*
4 *Diſpenſandi facultatem legato conceſſam, cum cauſa factam intelligi, & aliter factam de iure non tenere.*
5 *Diſpenſationem ad plura beneficia ſine cauſa utilitatis, uel neceſsitatis ec cleſiæ, aut meritorum prærogatiua factam, non ualere.*
6 *Diſpenſationem in caſu præmiſſo ſtricte interpretari.*
7 *Diſpenſatio quando in diſtributionem importet, ſeu appellationem commenſuratam alicuius communis ad ſingula.*
8 *Diſpenſatio quotuplex eſſe intelligatur.*
9 *Diſpenſationem duplicem eſſe, hominis, ſcilicet alteram uero legis.*
10 *Legem diſpenſare quandoque aduerſus rigorem alterius legis.*
11 *Diſpenſatio legis, quænam eſſe intelligatur.*
12 *Regulam quammaxime attendi oportere, & a cuius diſpoſitione non de facili recedere liceat.*
13 *Diſpenſationi in plurimis caſibus locum eſſe.*
14 *Auctoris in clem. Quod circa. de elect. commentaria.*
15 *Diſpenſatio quænam æquitati cohæreat & quæ rigori, de qua ab aliquo tractatum non apparet.*
16 *Tolerantiam, in quamplurimis caſibus ex cauſa permitti.*
17 *Aequitas in genere ſuo, quænam eſſe intelligatur.*
18 *Aequitatem varijs nominibus nuncupari.*
19 *Aequitatem, iuſtitiæ partem cenſeri.*
20 *Aequitatem, naturalem rationem reputari.*
21 *Rigorem, & æquitatem vario iure cenſeri, cum vnum ſit deciſio ſecundũ regulas iuris ſcripti, alterum uero facti continentiam quandam præſe ferre dicatur.*
22 *Aequitatem naturalem iuſtitiam quandoque reputari.*
23 *Aequitatem altero de quinque modis accipi conſueuiſſe.*
24 *Aequitatem nos ad puritatem iuris primæui reducere, e communi omnium concluſione firmatur.*
25 *Aequitatis, & rigoris materiam a Mario Salamonio adamuſſim pertractari.*
26 *Aequitatem iuris a bonitate non ſecerni manifeſtis documentis auctorem alias diſſeruiſſe.*
27 *Contrariam ſubinde ſententiam amplexum, & æquitatem quam longe a rigore differre.*
28 *Legem omnem bonam eſſe, nemo eſt qui ambigat, pariter, & æquam reputari.*
29 *Rigoris, & æquitatis tractatum ſi ſuperfluo poni contigerit.*
30 *Legem plerunque rigidam, & æquitatis terminos excedere.*
31 *Legem ad malorum coerctionem, & pacificum Reipublicæ ſtatum inductam.*
32 *Intellectus l.1. ff. de iuſtit. & iur.*
33 *Aequitatis in genere ſumptæ, quis effectus ſit.*
34 *Aequitatis deciſiones ex vtilitate a iuris prudentibus inductas eſſe.*
35 *Vtilitatis cauſa quicquam receptum, & vtile eſſe, ideſt æquum, a iure conſultis vſitatum.*
36 *Vtiles actiones, & vtilia interdicta, vnde prouenerint & inducta ſint.*
37 *Aequitas canonica, quænam eſſe intelligatur, & qualiter diffinitio ipſa cum ſuo diffinito conuertatur.*
38 *Caſus ſi qui excipiantur a regula, & hoc quare inductum ſit.*
39 *Ius naturale, quod proprium apud nos eſſe intelligatur.*
40 *Et quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.*
41 *Vſuras dari, ſolutas non repeti iure ciuili bonum et æquum reputari, quod*

de

de iure canonico ſecus eſſe intelligitur.
42 Ratio aſſignatur, cum bono anima, & dicto euangelij obuiare dicatur.
43 Ius canonicum æquitati quam maxime conuenire.
44 Aequum multipliciter capi.
45 Aequitas quibus regulis ſubiecta ſit.
46 Aequitas quando præualeat rigori, vel econtro.
47 Legibus duabus contrarijs exiſtentibus, non conſtito verum alteram corrigat, illam præualere quæ æquitati magis conſona ſit.
48 Gloſſa, vel Doctor ſi contraria & ad inuicem repugnantia ſcripſerit, in iudicando, illam opinionem ſequatur, quæ magis æquitati conuenire dicatur.
49 Rotam æquitatem quam maxime venerari.
50 Dictum vnius doctoris quando æquitatem in ſe contineat, Rotam canonizare conſueuiſſe, etiam communi opinione neglecta.
51 Doctor in legendo pariter & iudicando, opinioni quæ ſapiat æquitatem, inhærere debet.
52 Iudicem ſecundum æquitatem informatam a iure naturali procedere debere, & non alias.
53 In iudice duo ſales attendi, conſcientiæ ſed & ſcientiæ.
54 Conſcientiam ſine ſcientia inſipidam, & ſcientiam ſine conſcientia, diabolicam reputari.
55 Iudicem in arbitrarijs æquitatem rigori præponere, & ſi æquitas ipſa aliter ſcripta non ſit.
56 Limitatur ad idem, in cauſis iudæorum, & paganorum, in quibus ſecundum rigorem procedendum eſt omiſſa æquitate, & ſi ſcripta.
57 Libellum ineptum ſubtilitate iuris ciuilis reijciendum fore, iure autem canonico admitti conſueuiſſe, ſi de veritate alias conſtiterit.
58 Statutum ſi quod dictaret ſecundum iuris rigorem procedendum, aliter non valere, neque attendi debere.
59 Diſtinctio ad idem.
60 Statuta populorum obſeruari æquum eſſe.
61 Aequitatem canonicam in cauſis miſerabilium perſonarum, indiſtincte ſeruandam.
62 Aequitas ciuilis quando in foro canonico obſeruanda ſit, & attendenda.
63 Rigorem canonum a benignitate ciuili quandoque temperari non inconueniens.
64 Aequitas ſcripta in ſpecie quando extendatur ad ſimiles caſus, habentes rigorem ſcriptum in oppoſitum.
65 Lex limitatoria quando & quo caſu extendi poſſit, remiſſiue dictum.
66 Lex quando ſpecialiter determinet caſum ob æquitatem in contrarium a legis deciſione recedere non permiſſum.
67 Arbitros, quibus caſibus ſecundum æquitatem terminare iniunctum eſt contra caſum iuris etiam rigorem ſuſpectum terminare non poſſe.
68 Aequitatem ſuper cauſis decidendis in foro mercatorum ſeruandam eſſe, & attendi debere.
69 Aequitatem contra legem ſcriptam improbari.
70 Exceptionem pacti non veſtiti per ſtipulationem vel aliter, in foro mercatorum non admitti.
71 Non item præſcriptionis exceptionem, ſi quæ mala fide inducta ſit.
72 Reſcriptum cum facultate procedendi ſecundum æquitatem, quomodo procedat & locum ſibi vindicet.
73 Caſus, in quibus proceditur de æquitate canonica innumeros ſi quidem reputari, quos referre laborioſum eſſet, magis quam ſubtile, nonnullos tamen obiter annotatos auctorem recenſere.
74 Actiones de iure ciuili nominatim proponendas, æquitate vero canonica inductum ita factum proponere, ut ex eo actio elici poſſit, & condemnatio pariter vel abſolutio.
75 Libellum procedere, in quo generalis cauſa expreſſa ſit, ſuperueniente iure, vel cauſa, quæ actori prodeſt, & ſecundum ſententiam proferri poſſe.
76 Cauſa agendi in genere expreſſa certo loco, aut tempore aliter non concludens, ſi tamen ante concluſionem cauſæ apparuerit ſecundum illam ſententiam proferri ſuadet æquitas.
77 Exceptionem litis finitæ ſi proponi in vim dilatoriæ, vel peremptoriæ æquitas canonica aliter non curat.
78 Clericum coram laico reconueniri poſſe ex communi doctorum ſententia, æquitate canonica ſuadente iuris rigore reiecto.
79 Clericum in cauſa depoſiti coram iudice laico conueniri, quando depoſitum penes iudicem laicum fieri contigerit.
80 Mandati defectus, licet poſt litem conteſtatam opponi poſſit de æquitate, tamen canonica ſecus eſſe videtur.
81 Iudicis officium etiam poſt biennium loco deficientis actionis proponi æquitate canonica permiſſum.
82 Exceptionem non numeratæ pecuniæ, etiam vltra biennium æquitati canonica proponi permiſſum.
83 Inſtantiam iudicij de æquitate canonica etiam in ſucceſſorem vitioſum pertranſire.
84 Poſitiones negatiuas, vel affirmatiuas, vt pars illis reſpondere cogatur, de æquitate canonica inductum, tametſi probationes de damno rei ſumendæ non ſint.
85 Articulos, ſi qui ſint de iure dantis de æquitate canonica, etiam poſt terminum admitti, licet in cauſa criminali nulli ambigendum duxerint.
86 Teſtes ſi qui in termino iurauerint de perhibendo teſtimonium veritatis etiam poſt terminum probatorium examinari permiſſum.
87 Teſtes examinari per iudicem remiſſoria poſt tempus præfixum tollerari, æquitate canonica ſuadente.
88 Teſtis inhabilis ad deponendum, ſi admittatur, iudicem rigoroſe procedere æquitas canonica non permittit.
89 Tertium fatale de æquitate canonica dari permiſſum.
90 Tempus petendi apoſtolos, non currere, niſi a die appellationis interpoſitæ, æquitas canonica, ſuadet & dictat.
91 Apoſtolos ſumptibus petentis, de æquitate canonica dari conſueuiſſe.
92 Appellationem a ſententia lata per contradictas de æquitate canonica promitti, vera contumacia appellantis non obſtante.
93 Agenti contra correum ſi qui ſoluendo non ſit, & contra alium agere, æquitate canonica permiſſum.
94 Clementina auditor. de reſcr. diſpoſitionem ex fonte æquitatis, prouenire, & inductam eſſe.
95 Inſtrumenta & literas etiam poſt concluſum in cauſa produci poſſe de æquitate canonica permiſſam.
96 Dilatorias etiam poſt omnem terminum ad illas proponendum, quando paratas habere contigerit & in promptu iudicem admittere æquitate canonica ſuadente.
97 Beneficium vnius ex litigantibus alteri conferri poſſe lite pendente, de æquitate canonica non permiſſum.
98 Mandato iudicis de aliquem in poſſeſſionem mittendo, ſi quis parere neglexerit, aut recuſauerit, non mulctari, quando intra annum de ſoluendo cauerit, quod ipſum æquitate canonica inductum eſt.
99 In beneficialib. petentem reſtitutionem, titulum colorare teneri & id ipſum æquitate canonica inductum eſſe.
100 Poſſeſſorium ſæpe annuis præſtationibus de rigore iuris non intentari, de æquitate vero ſecus eſſe.
101 Dictam & atteſtationem teſtis, quod ita depoſuerit ut alius, ita ſcribente notario tollerari & fidem facere.
102 Inquiſitorem hæreticæ prauitatis proceſſus ordinario non communicare niſi in fine, & econtra, æquitate canonica inductam, licet de rigore ſecus ſit.
103 Publicianam etiam ante traditionem de æquitate canonica competere.
104 Idem de libello ad extimationem rei venditæ, & non traditæ.
105 Perſonalem obligationem etiam in hæredes tranſire, æquitate canonica inductum eſſe.
106 Mala fides defuncti quando in præſcribendo hæredi aliter obſtare non dicatur.
107 Viſum vnius perſonæ in alium pertranſire, æquitas canonica non permittit.
108 Communis opinio refertur.
109 Dini opinionem taxatur auctor & ſuſtinere conatur quo ad præſcriptionem triginta, vel quadraginta annorum.
110 Hæres quando ex delicto defuncti teneatur.
111 Præſcriptionem triginta, vel quadraginta annorum, mala fide inductam, non prodeſſe, canonica æquitate prouiſum.
112 Præſcriptionem malæ fidei iniquiſſimum præſidium cenſeri, & reputari.
113 Præſcriptionem bonæ fidei, etiam in foro conſcientiæ ſubſiſtere.
114 Abſenti de iuris rigore non acquiri, & de æquitate canonica ſecus eſſe.
115 Deciſio c. ſi tibi abſenti. de præb. in 6. ad quid inducta ſit.
116 Confeſſione partis, abſenti acquiri.
117 Abſenti etiam ſine literarum, vel nuntij intermedio acquiri, Rotam ſenſiſſe.
118 Excommunicatum, de æquitate canonica ad compenſandum admitti.
119 Nudo pacto actionem produci, æquitate canonica inductum.
120 Compromiſſum de pronuntiando ſecundum æquitatem, etiam ex nudo pacto condemnare poſſit, extenditur.
121 Contractum innominatum, etiam ante implementum, actionem inducere, æquitate canonica ſuadente.
122 Communis opinio refertur.
123 Obligationem, ſui natura incertam, æquitate canonica non reijci, ſed in boni viri arbitrium conferri.
124 Contractus omnes hodie bonæ fidei cenſeri.
125 Dolus dans cauſam, contractum nullum reddere.
126 Factum alienum promittentem non obligari, & æquitate tamen inductum, ut ſeſe facturum, curaturum obliget.
127 Aequitate prætoria inductum in certo genere contractuum, & de æquitate canonica indiſtincte obtinere.
128 Ius ciuile in dubio acceptari in ea parte ſi qua æquitatem contineat, non rigorem.
129 Carceratum inuitum & nolentem ſi quis a carcere liberandum duxerit & poſtulauerit, quando repetitioni locus ſit diſcutitur.
130 Beneficium, quando & in inuitum conferri poſſit.
131 Solutionis die adueniente, etiam ſi pœna debeatur, moram purgari.
132 Iuramentum quando mora purgationem impediat.
133 Communis ſententia refertur.
134 Iuramentum in foro pœnitentiali facultatem non excludere.
135 Iuramento non numeratæ pecuniæ, exceptionem non impediri.
136 Pœnam in totum non committi quando partis ſolutio facta ſit.
137 Proprietorium teneri elocare primo conductori, canonica æquitate inductum.
138 Locator qui in caſu de iure permiſſo expulerit conductorem ante tempus, conductori de alia Domo prouidere æquitate canonica inductum.

Dona-

139 *Donationem in fauorem alicuius proſe & ſucceſſoribus abſque aliqua ſtipulatione factam, de æquitate canonica tamen ualere ſiquidẽ & tenere.*
140 *Legitimam filio quocunque titulo relinquere, æquitate canonica permiſſum.*
141 *Vſurarum reſtitutione facta, amiſſam famam recuperare.*
142 *Teſtamentum nutu factum, æquitate canonica ſuſtineri.*
143 *Alimenta ſpurijs legari, æquitate canonica permiſſum.*
144 *Actum ob illegitima prælata geſtum, æquitate canonica tolerari.*
145 *Legato de æquitate canonica eccleſias vnire permiſſum, de rigore vero ſecus eſſe.*
146 *Duos in vna & eadem eccleſia de rigore intitulari non poſſe, verum de æquitate ſecus.*
147 *Expectatione ſecundi beneficij vacaturi, illud quod de nouo creatum eſt, haberi non poſſe.*
148 *Deciſionem. cap. ſi tibi conceſſo. de præbend. in 6. ex fonte æquitatis inductam eſſe.*
149 *Item & capit. ſuper gratia. de officio delega. in ſexto, conſimili iure inductam.*
150 *Eccleſiam ſi reædificari contingat, primi patroni conſenſum requiri, quo iure inductum.*
151 *Corpora exhumata, lite pendente nõ reſtitui, æquitate canonica ſuadente.*
152 *Terram ad culturam redactam, nullo procedente pacto, in emphiteoſim concedi poſſe, æquitate canonica inductum.*
153 *Emphiteoſim partem alienantem, a tota emphyteoſi de iure ciui ſi cadere, verum de æquitate canonica ſecus eſſe.*
154 *Hæredi de rigore iuris in qualibet gleba actionem competere, æquitate tamen ſuadente, quod decernatur inter plures cohæredes pro indiuiſo rem habentes.*
155 *Diſpenſatio hominis, quæ nam eſſe intelligatur.*
156 *Diſpenſationem hominis, iuris communis relaxationem eſſe factam ab eo, qui auctoritatem faciendi habeat.*
157 *Diſpenſatio ad quid inuenta ſit.*
158 *Princeps, quod viua ratio & lex animata dicatur.*
159 *Diſpenſationem quamcunque ad cauſam iuris redigi, alias diſſipationem potius cenſendam eſſe.*
160 *Diſpenſationem, iuris interpretem reputari.*
161 *Diſpenſationem etiam per papam factam, quando cauſa non ſubſit, diſpenſata quoad Deum non prodeſſe.*
162 *Voluntate prauatione vti, indecens reputari.*
163 *Prælatus ſi debitori dominica culpas impune dimiſerit, non mediocriter Deum offendit, cum debita cæleſtis regis & Domini temeritate ſua reſoluat.*
164 *Interpretatio & diſpenſatio, quando vnum & idem eſſe intelligantur, & ſint.*
165 *Diſpenſatio, quando iuris communis relaxatio dicatur.*
166 *Diſpenſatio & interpretatio, quod multiplex eſſe intelligatur.*
167 *Diſpenſatio hominis quotuplex eſſe intelligatur, quodque triplex, debita ſcilicet, conceſſa, & permiſſa.*
168 *Diſpenſatio debita, quæ nam ſit.*
169 *Diſpenſationem debitam, non meram gratiam, ſed iuſtitiæ executionem reputari.*
170 *Diſpenſatio conceſſa dicitur, ſi quæ ex cauſa dari poſſit, pariter & denegari.*
171 *Diſpenſatio permiſſa dicitur ſi quæ ex principis diſſimulatione fiat.*
172 *Diſpenſationem, mixtam dici, ſi quæ partim iuſtitia, partim gratia innitatur.*
173 *Stipulationes quaſdam in dando, quaſdam in faciendo, quaſdam vero mixtas reputari.*
174 *Princeps quando ex tolerantia diſpenſare dicatur.*
175 *Principis tolerantiam operari ut etiam lex ipſa obligatoria non ſit.*
176 *Principis tolerantiam cõtra legem decretam habentẽ aliter non prodeſſe.*
177 *Diſpenſandi cauſæ, quæ nam ſint.*
178 *Diſpenſatio, priuilegium, reſcriptum, mandatum, & beneficium, in quo differant.*
179 *Diſpenſatio quonam modo interpretanda ſit, & qui, & in quibus caſibus diſpenſari poſſit.*
180 *Diſpenſandi facultatem a principe conceſſam, late interpretandam eſſe.*
181 *Conſtitutionem execrabilis diſpenſandi facultatem non tollere.*
182 *Facultatem a papa conceſſam promouendi depoſitos ad dignitatem, ad reſtitutionem etiam datam cenſeri.*
183 *Theorica Bartholi in l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. quo caſu procedat, & locum ſibi vindicet.*
184 *Legitimandi facultatem large interpretandum, & ſi ſub generalibus verbis concepta ſit etiam ad feuda extendi.*
185 *Facultas abſoluendi, monacos excommunicatos a canone, etiam ad excommunicatos per ſtatuta ordinis extendi.*
186 *Facultatem diſpenſandi, epiſcopis attributam, etiam ad vicarias perpetuas extendi.*
187 *Facultatem diſpenſandi conceſſam ab vno canone epiſcopo, ad ſimilia etiam extendi.*
188 *Facultatem diſpenſandi conceſſam epiſcopo cum habente beneficium curatum, vt eat ad ſtudium, etiam quo ad beneficia non curata extendi.*
189 *Opinio, quod facultas diſpenſandi ſuper beneficijs epiſcopo conceſſa, de ſimplicibus tantummodo intelligi debeat, improbatur.*
190 *Facultatem diſpenſandi conceſſam alicui, etiam mortuo pontifice non expirare.*
191 *Ratio aſſignatur.*
192 *Limitatur pariter, quando ad beneplacitum papæ conceſſa ſit.*
193 *Limitatur etiam ſi certa interpretatio materia conſuetudinem introduxiſſet.*
194 *Conſuetudinem attendendam in caſu præmiſſo, ne ſcandalum ſuboriri contingat.*
195 *Legatarum facultates reſtringi, & ampliari, ſecundum quod communiter illas exercere conſueuerint.*
196 *Limitatio altera, quando facultas in præiudicium tertij interpretanda eſſet.*
197 *Facultatem diſpenſandi, ſtrictius fore intelligendam, quando forſan alterius iuriſdictionem abſorberet.*
198 *Facultatem conferendi non reſeruata, propter præiudicium, quod ordinaria inferri contingit, ſtricte interpretandam eſſe.*
199 *Facultas legati de conferendo beneficia reſeruata, quod ſit magis amplianda quam quæ datur de conferendo, non reſeruata.*
200 *In reſeruatis ſoli papæ præiudicium inferri.*
201 *Facultas diſpenſandi, ſtricte interpretanda, quando nomina diſpenſandorum expreſſa ſint.*
202 *Bartholi dictum in l. 2. in princip. ff. de verborum obligation. communiter reprobari.*
203 *Facultas diſpenſandi, quando de caſu ad caſum non extendatur.*
204 *Facultatem a iure conceſſam, etiã ad caſus ſimiles, vel inferiores extẽdi.*
205 *Diſpenſationem, quando quo ad prohibita tantum de iure poſitiuo reſtringi contingat.*
206 *Facultatem diſpenſandi, in dubio cum plenitudine poteſtatis ſiquam concedens habuerit, conceſſam non cenſeri.*
207 *Principis diſpenſatio ſi iuſta ſit, vel iniuſta, minus quærendum, nec inueſtigandum.*
208 *Legati vero diſpenſatio, ſi iuſta vel iniuſta ſit non a te indagari poſſe.*
209 *Facultatem diſpenſandi ſuper pluralitate beneficiorum incompatibiliũ cum ſublimibus & literatis tantum permiſſum cenſeri.*
210 *Limitationes ad idem.*
211 *Diſpenſationem ſterilem, & infœcundam, ad alium caſum, etiam habentem paritatem, vel maioritatem rationis extendi.*
212 *Principis beneficium, quando ſtricte interpretandũ, & ſi neminem lædat.*
213 *Diſpenſatus ad duas dignitates, non in eadem eccleſia, ſed in diuerſis, diſpenſatum intelligi.*
214 *Diſpenſationem reſpectu vnius defectus, alium non includere.*
215 *Epiſco. vniſ cum monaca, quo ad beneficium curatum diſpenſare contigerit, non tamen ad beneficium ſimplex diſpenſationem extendi.*
216 *Diſpenſationem, de beneficio aliter non expreſſo, de quocunque de ſimplici tantum intelligendam eſſe.*
217 *Diſpenſatione conceſſa illegitimo de dignitatibus in genere, epiſcopatum non comprehendi.*
218 *Diſpenſationem illegitimo conceſſam, de epiſcopatu ad archiepiſcopatum non extendi.*
219 *Diſpenſatus ad archiepiſcopatum, ad patriarchatum diſpenſatum non intelligi.*
220 *Diſpenſationem cum illegitimo factam ad quacunque beneficia, ad præbendas cathedralis eccleſiæ non extendi.*
221 *Mandatum de prouidenda, de maiori præbenda minorem non excludere.*
222 *Diſpenſatum ad beneficium quo ad primum non in vlteriori diſpenſatum intelligi.*
223 *Diſpenſatum vt poſſit tranſire ad archiepiſcopatum, ad epiſcopatum non tranſire.*
224 *Diſpenſatum per epiſcopum ad curatum, ſimplex beneficium nõ conferri.*
225 *Diſpenſatus vt poſſit obtinere beneficia in eccleſia cathedrali quod in metropolitana aliter habere non poſſit.*
226 *Diſpenſationem ſuper ordinibus minoribus tantum intelligi.*
227 *Impetrandi beneficium alicuius, in euentum priuationis, & ſi illum interim diſpenſari contingat, diſpenſationem aliter non præiudicare.*
Et infra num. 318.
228 *Diſpenſatus in vigeſimo anno ad beneficium curatũ, quod in ætate legitima ad ſacros ordines promoueri debeat, ad ſubdiaconatum quam primũ promoueri ad euitandum pœnam canonis licet canon. de elect. in 6.*
229 *Diſpenſationem ſuper principali factam, & in eo, ſi quod ſit conſecutiuum neceſſarium, factam cenſeri.*
230 *Diſpenſatus ad dua incompatibilia, etiam a reſidentia diſpenſatum cenſeri, licet in una & maiori ſe quidem reſidere teneatur.*
231 *Diſpenſatus ad presbyteratum, etiam ad inferiores ordines diſpenſatum cenſeri.*
232 *Diſpenſationem, ad ſpecies incluſas, & neceſſario conſequentes, uel antecedentes extendi.*
233 *Minorem 25. an. diſpenſatum ad obtinendum eccleſiam parochialem, & diſpenſatum pariter vt nõ teneatur promoueri intra annum, diſpenſatum reputari, ratione ſubincerta.*
234 *Diſpenſatione ſubſecuta contrahendi cum conſanguinea in tertio gradu, & illum pariter diſpenſatam cenſeri, & in permiſſa diſpenſatione includi, ne alias diſpenſationem eluſoriam reddi contingeret.*
235 *Diſpenſatum cum illegitimo, ut poſſit habere epiſcopatum, & pariter vt presbyter eſſe poſſit, ſecum diſpenſatum cenſeri.*

Diſpen-

236 Diſpenſationem factam cum aliquo ad epiſcopatum promoto, vt priora beneficia retinere poſſit, etiam ad beneficia, ſi qua ſint, de iure patronus laicorum extendi.
237 Vnita parrochiali eccleſia monaſterio, & a conſequenti, cum monacho, ve ſecum ea teneat, diſpenſatum cenſeri.
238 Iura correctoria & quantumuis exorbitantia, loquentia in caſu expreſſo, & ad caſum, qui in conſequutionem alterius venire ſolet, trahenda eſſe & trahi oportere.
239 Facultate diſpenſandi a papa concessa, & famæ reſtituendi permiſſum cenſeri.
240 Illatio in conſecutiuis, quo caſu procedat.
241 Diſpenſatus in xxiij. an. ad presbyteratum, ad beneficium curatum diſpenſatum non cenſeri.
242 Mandatum de prouidendo alicui de præbenda, quamuis ante legitimam ſacerdotis ſit, de illa tamen prouidere non poſſe.
243 Diſpenſatus, vt abſentia non obſtante, beneficium obtinere poſſit, ad conſecutionem fructuum diſpenſatum non cenſeri.
244 Diſpenſationem ſuper affinitate, ad publicæ honeſtatis iuſtitiam non extendi, niſi in narratione affinitatis, vnum aliud comprehenderet.
245 Diſpenſatus ad præbendam, ſacrum ordinem annexum haben. vt habeat vocem in capitulo diſpenſatum non eſſe.
246 Intellectus gloſ. in capitulo ſtatutum. in verſic. canonicis, de reſcript. in ſexto.
247 Diſpenſatus vt poſſit promoueri ad ſacros ordines ante tempus, de quo in clem. 2. quod poſſit dare vocem.
248 Diſpenſatus ſuper pluralitate beneficiorum, ſuper reſidentia vtriuſque diſpenſatum non cenſeri, ſed vnius tantum, cum in altero reſidere poſſit.
249 In alienationibus rerum minoris, ex decreto iudicis ſi permittatur quod eſt plus quod eſt minus permiſſum non videri.
250 Electus, & confirmatus in epiſcopum, habita diſpenſatione ſuper prorogada conſecratione ſua, vltra tempus iuris, quando per idem tempus beneficia retinere poſſit, quæ tempore promotionis habebat, vel potius vacabunt cum primum elapſum erit tempus conſecrationi præfixum.
251 Negligentiam conſecrandi, & lapſum temporis a canone diffiniti, beneficiorum vacationem inducere.
252 Prorogatione ſubſecuta a ſuperiore, vtrunque ceſſare.
253 Prorogatum cum omnibus qualitatibus antecedentibus perdurare.
254 Remota cauſa, & effectum remotum cenſere.
255 Diſpenſationem ſecundum terminos iuris regulandam eſſe.
256 Statutum in materia iuris, & excipiente vnum caſum, alium ſimilem a iure æquiparatum includere.
257 Licentiam teſtandi conceſſam epiſcopo, vel cardinali, etiam ad teſtamentum antea factum extendi.
258 Teſtamentum non ſumere robur niſi a die mortis.
259 Clerico de bonis proprijs teſtari permiſſum.
260 Diſpenſatio, quando ampla, & fauorabilis, late etiam interpretanda.
261 Diſpenſationem indiſtincte datam ad beneficia vnius diœceſis, etiam ad curata extendi.
262 Diſpoſitionem amplam & generalem cum illegitimo factam, gratioſam vocari, & late interpretandam.
263 Diſpenſationem in fauorem matrimonij, late interpretari debere.
264 Diſpenſationem in quarto, etiam ad illum, qui eſt mixtus in tertio extendi.
265 Argumentum a maiori etiam in diſpenſatione procedere & locum ſibi vindicare.
266 Diſpenſationem ſecundum amplitudinem propria ſigni[illegible]ionis intelligendam eſſe.
267 A verborum proprietate recedendum non eſſe, niſi de contraria mente conſtiteris.
268 Strictè aliquid intelligere, quando dicatur.
269 Eccleſiam locum in quo fideles ad audiendu diuinam congregantur, ſecundum proprium ſignificatum intelligi.
270 Eccleſiam cathedralem dici proprie & maxime vbi plures & principalius conuenire videntur.
271 Diffinitio, ſi cui competat, & diffinitum proprie competere.
272 Diſpenſatus ad duas eccleſias, ſi ad collegiatas, vel cathedrales diſpenſatus intelligatur.
273 Terminum ſtricte & proprie accipere, quod idem ſit, ſi qui credunt infeliciter errare.
274 Interpretationem ut actus magis, valeat, quam pereat, ſumendam eſſe, ac ſumi oportere.
275 Diſpenſationem ad terminos meritorum, ſi verba patiantur, dilatandam eſſe.
276 Diſpenſatio debita qua nam eſſe intelligitur.
277 Diſpenſatio ſuper beneficiis, & ordinibus tam in acquiſitis, quam in acquirendis diſpenſatum intelligi.
278 Indulgentiam datam ab epiſcopo alicui de percipiendis fructibus in abſentia cauſa ſtudij, late interpretandam eſſe, cum detur cauſa, & non perſona.
279 Diſpenſationes ſi qua eccleſiæ utilitate, uel neceſſitate exigente fiant tanquam ex debito emanatas, ampliandas eſſe.
280 Diſpenſationem in re magis ardua, minus arduam non includere.
281 Diſpenſationem motu proprio factam propter publicam utilitatem etiam ad conſecutiua extendi, ſine quibus diſpenſatio effectum non imprimeret.
282 Diſpenſationem ſi quæ ſuper communi utilitate fundetur, fauorabilem re putari.
283 Diſpenſationem fauorabilem, eſſicere fauorem publicum fauorem religionis & fauorem animarum, etiam a pari procedant.
284 Diſpenſatus ut poſſit teſtari de fructibus beneficiorum, & prius illius teſtamentum in vim diſpenſationis validari dicitur.
285 Diſpenſatum ad obtinendum plura beneficia curata, & ea quæ prius habebat, ſine diſpenſatione, & tunc habitæ retinere poſſe.
286 Gratia de uacatura etiam ad uacantem extendi.
287 Limitationem præmiſſam improbat Auctor.
288 Diſpenſatio legati quando extendatur de loco ad locum reſpectu perſonæ diſpenſatæ.
289 Legatus ſi diſpenſauerit cum aliquo de prouincia ſuper obtinendis duobus incompatibilibus, ſi diſpenſatus duo incompatibilia extra prouinciam obtinere poſſit.
290 Diſpenſationem inter ardua connumerari, & ab epiſcopo ſine capituli conſenſu concedi non poſſe, licet uſui receptum non ſit.
291 Epiſcopis in caſibus permiſſis, etiam ſine capitulo diſpenſare permiſſum.
292 papam etiam abſque cardinalium interuentu diſpenſare conſueuiſſe, a dua tamen ſine cardinalibus non explicare.
293 Diſpenſationem inferiori commiſſam, cum cauſa commiſſam cenſeri, cum alias non in foro ciuili neque pœnitentiali ualeret.
294 Diſpenſationem uicegerentis infringi, ſi cauſa non adſit.
295 Diſpenſandi facultatem cum plenitudine poteſtatis, papam non de facili concedere.
296 Diſpenſationes legatorum, ſi quæ ad duo, plura ne incompatibilia fieri contigerit cum perſonis non ſublimibus nec literatis de facile infringi.
297 Declaratur dictum de quo proxime.
298 Promotione inhabilis etiam ſcienter facta, diſpenſationem non induci.
299 Diſpenſationem cum expreſſa cauſa cognitione fieri debere.
300 Cauſa cognitionem tanquam quid extrinſecum de facili non præſumi.
301 Proceſſum & ſententiam in diſpenſatione neceſſariam eſſe.
302 Aetatis defectus, etiam quod in reſcripto exprimatur, ſi tamen papa uerbo, diſpenſamus, non vtatur, diſpenſatum non cenſeri.
303 Diſpenſatio ad duo incompatibilia quando inducta.
304 Principi etiam abſque aliqua expreſſione cauſæ diſpenſare permiſſum.
305 Princeps promouendo inhabilem ex certa ſcientia ſecum diſpenſat.
306 Mandatum pontificis de prouidendo alicui impuberi de beneficio, ſecum diſpenſaſſe intelligendum.
307 Confirmationem factam per ſuperiorem de locis inuaſis & uiolenter poſſeſſis, non valere neque de iure ſubſiſtere, niſi princeps de inuaſione certus, confirmandum duxerit.
308 Certa ſcientia operatur ut derogatio aliqua neceſſaria non ſit.
309 Crimen ſacrilegij incurrere, ſi quis electum a principe habilem eſſe intelligendum duxerit.
310 Papa quando vtatur verbo, certa ſcientia, illi credendum, quodque ſciuerit præſumendum, vſque adeo, vt onus probandi contrarium in aduerſarium transferatur.
311 De certa ſcientia principis quando conſtare dicatur.
312 Principis ſecundas iuſſiones certam ſcientiam inducere, alias onus probandi impetranti incumbere.
313 Ius diuinum, papam ſine cauſa non diſpenſare.
314 Scientiam in principe præſumi, et conſequenter diſpenſationem, quādo impedimentum notorium exiſtat.
315 Iudex per proceſſum ad ulteriora, ſuper exceptionibus oppoſitis pronunciaſſe uidetur.
316 Inhabilem præpoſitum officio publico ratione publicæ utilitatis diſpenſatum reputari.
317 Diſpenſationem factam lite pendente, in alterius præiudicium non valere.
318 Impetrans beneficium alicuius rei de certo crimine, in euentum probationis, & priuationis, licet interim diſpenſetur, ſuper crimine, beneficium debetur impetranti.
Et ſupra num. 227.
319 Diſpenſationem ſemper interpretandam vt ſit ſine præiudicio alterius.
320 Ratihabitionem non retrotrahi in præiudicium iuris alteri quæſiti.
321 Diſpenſationem, etiam lite pendente, factam valere ſi nullum præiudicium inferri contingat.
322 Impetrantem beneficium in euentum priuationis, ſub conditione impetraſſe cuius euentus attendi debet.
323 Morte vel renunciatione procedentibus, quem beneficio priuari non poſſe.
324 Mortem omnia crimina ſoluere.
325 Beneficio, quem priuari non poſſe, ſi quod amplius non habeat, cum res deuenerit ad caſum, ad quem redire non poſſit.
326 Futura ſi qua non habeant ſpem certam de præſenti, ſed poſſint eſſe, & non eſſe, non conſiderari, neque attendi.
327 Tale non dici, quod poſſit eſſe tale, ſed quod ſit.
328 Vno modo vacandi expreſſo, alium non includi.
329 Beneficium uacaturum per priuationem impetrari poſſe.
330 Beneficium vacaturum per contractum matrimonij, ſi ille qui contraxit prius renunciet, impetranti non deberi.
331 Præbenda ſi qua debeatur, quando vacauerit per ceſſum, vel deceſſum, an debeatur etiam ſi per priuationem vacare contingat.
332 Lite pendente omnia ſiquidem fieri poſſe, ſi quæ de proceſſu non ſunt.

Ele-

333 Electionem, collationem, & ſimilia, etiam pendente lite, fieri permiſſum.
334 Renunciationem, & tranſlationem beneficij lite pendente in alium factã, in fraudem factam præſumi.
335 Tranſlationem poſſeſſionis beneficij de processu eſſe, licet collatio & ſimilia de proceſſu aliter non ſint.
336 Priuilegium impetrandi lite pendente in præiudicium alterius, quo caſu procedat.
337 Renunciationem factam lite pendente non valere.
338 Renunciationi ius ſonere, quando ſibi male conſcius, beneficio renunciandum duxerit.
339 Ratio ibidem aſſignatur.
340 Diſtinctio ſubinſertur.
341 Beneficium vacare per priuationem, quando ſententia declaratoria ſubinde emanata ſit.
342 Impetrantem, in euentum priuationis per renunciationem ſemper eludi.
343 Principum conceſſiones eluſorias reddi non oportere.
444 Ius impetrantis, in euentum priuationis in ſpe eſſe ad futurum euentum, & in præiudicium litis pendentia nil innouari poſſe, etiam altero colitiganti mortuo propter vitium litigioſi.
345 Ius ad rem ſaluum eſſe oportere.
340 Reſcriptum in materia impetrationis huiuſmodi, quod ſurreptitium cenſeri debeat.
347 Impetratione beneficij in euentum priuationis, conditione purificatu, retrotrahi, & puram effici.
348 A primordio tituli, poſterior formatur euentus.
349 Crimina morte extingui quo ad criminoſum & ſucceſſores, non quo ad ius interea alteri quæſitum.
350 Conditionem fundatam in delicto præterito & ſic omnino extituram, puram cenſeri, & reputari.
351 Impetrationem beneficij viuentis, odioſam eſſe.
352 Qualitatem quamcunque delictum grauantem in diſpenſatione exprimendam eſſe.
353 Delicti geminati in diſpenſatione mentionem habendam eſſe.
354 Diſpenſationem prodeſſe diſpenſato, diſpenſantis facultate concurrente.
355 Principis indulgentiam quamcunque, ſemper citra præiudicium tertij interpretandam eſſe.
356 Diſpenſatum in foro eccleſiaſtico, & in foro ſeculari non minus diſpenſatum reputari.
357 Diſpenſatio quando de reſeruatis papa intelligatur & ſit.
358 Facultatem diſpenſandi, etiam extra territorium extendi, cum ſit actus voluntariæ iuriſdictionis.
359 Facultatem retinendi beneficia, quorum quis erat incapax de beneficijs, alias canonice obtentis intelligendam eſſe.
360 Papam contra canones & legem poſitiuam ad eius libitum diſpenſare, in terris imperio ſuo ſubditis, in quibus iure ſupremi principatus exercet.
361 In his, quæ ſunt iuris poſitiui, ſolam papæ voluntatem ſufficere.
362 Principis liberalitatem pro cauſa diſpenſationis contra ius poſitiuum reputari, & habendam eſſe.
363 Papæ contra legem diuinam quandoque diſpenſare permiſſum, interpretando ſcilicet, declarando, & modificando.
364 Principis voluntatem quo ad ius poſitiuum, vim legis habere.
365 Papæ ſi contrahendi matrimonium ad tempus ex cauſa diſpenſare permiſſum ſit.
366 Papam beneficia etiam ad tempus conferre poſſe non ambigendum.
367 Principi, quando contra legem poſitiuam diſpenſare permiſſum, vel non permiſſum.
368 Ius poſitiuum, ius diuinum cenſeri inquantum Deus illud per ora miniſtrorum ſuorum promulgaſſe videtur.
369 Ius poſitiuum, quo caſu diuinum cenſeri debeat.
370 Ius diuinum proprie, quale nam eſſe intelligatur & ſit ſecundum theologorum ſententiam & opinionem.
371 Pontifici contra articulos fidei diſpenſare non permiſſum.
372 Ratio aſſignatur.
373 Pontificem non diſpenſare, quando vniuerſalem eccleſiæ ſtatum decolorari contingeret, vel peccatum nutriri.
374 Pontifici contra ius poſitiuum ſine cauſa, & quando eſſemus in foro conſcientiæ, diſpenſare non permiſſum.
375 Diſpenſationem in foro fori, non in foro poli quandoque prodeſſe.
376 Reſeruationem penſionis ſine cauſa a pontifice conſtituta, penſionarium ipſum in foro conſcientiæ tutum reddere.
377 Papam in beneficialibus plenitudinem poteſtatis habere.
378 Papa de beneficijs eccleſiaſticis taliter diſponere permiſſum, vt etiam ſine cauſa aliquem a beneficio remouere, & alteri conferre poſſit, & valeat.
379 Papæ, epiſcopum etiam ſine cauſa deponere permiſſum.
380 Beneficiorũ redditib. miniſtros altaris primo alendos eſſe, ſubinde pauperes.
381 Os bouis non alligari, ſed totam aream liberam relinqui ſecundum diuinas inſtitutiones conſonum reputari.
382 Pontificum licentiam in diſtribuendis beneficijs perſonis indignis, etiã pauli honeſtioribus, ſed inutilibus ſeruitijs eccleſiarum, Chriſtianam religionem & in opprobrium & contemptum gentium perduxiſſe, & clerum vniuerſo mundo deſpectum reddidiſſe.
383 Papam, ſupremum principem eſſe, & cuius diſpenſatio ad ædificationem, non ad deſtructionem tendere debeat.
384 Principem ſecundum leges viuere decet, cum ex dignitate neceſſitatem bene viuendi, non licentiam peccandi aſſecutus ſit.
385 Papa beneficium vni ſine cauſa auferre non dato alio, non vſque quaque permiſſum.
386 Papam, quando epiſcopum ſine cauſa epiſcopatui renunciare induxerit, & de alio eidem prouidere teneri.
387 Penſionem ſine cauſa conſtitutam in foro conſcientiæ obtinenti non prodeſſe, cum alimonia pauperum & miniſtrorum ſubtrahi & exinde grauia ſcandala oriri contingat.
388 Licentiam teſtandi de fructibus eccleſiæ, ſine cauſa papæ dare non permiſſum, quamuis de facto contrarium ſeruet, & male propter compoſitiones, quas Deus cũ auctorib. ſit ſuis perdat, ſi propter eas indigna cõcedantur.
389 Diſpenſare cum monacho in monacatu permanente ut habeat proprium, papæ non permiſſum.
390 Diſpenſationem papæ contra ius gentiũ non operari in caſu exemplificato.
391 Legato generaliter ex cauſa contra ius diſpenſare permiſſum, niſi expreſſe prohibitum ſit.
392 Legatum temperare ſeueritatem, prout ſtatui imperij, excedentium multitudini prouido deliberatione penſata conuenire viderit.
393 Legatum in prouincia ſibi demandata vices papæ ſupplere, errata corrigere, & aſpera in plana conuertere.
394 Legato, cum eo, qui excommunicatus celebrauerit, dummodo non in contemptum clauium hoc fecerit, diſpenſare permiſſum.
395 Abſolutionem ab irregularitate, ſi qua ex prohibitione hominis incurratur, ſoli papæ reſeruatam eſſe.
396 Papam contra concilium, non niſi graui vrgente cauſa diſpenſare.
397 Conſtitutionem conciliarem, clauſulam derogatoriam tacite in ſe habere.
398 Conſtitutiones conciliares, & alias, inter ſe non differre.
399 Conſtitutioni conciliari difficilius derogari, eo quod pluriũ conſilio factũ ſit.
400 Conſtitutioni conciliari quandoque diſpenſare permiſſum, neceſſitate, vel vtilitate eccleſiæ exigente.
401 Item & epiſcopos in caſibus etiam expreſſe vetitis diſpenſare, vtilitate, vel neceſſitate vrgente.
402 Epiſcopo ex cauſa ſimili, vt quis poſſit habere dignitates, in eadem eccleſia diſpenſare permiſſum.
403 Epiſcopum ſimili de cauſa ad duo curata diſpenſare poſſe.
404 Et pariter ut minor 25. ann. hac de cauſa beneficium curatum tenere poſſit & valeat.
405 Ob neceſſitatem multa concedi, quæ alias non concederentur.
406 Conſtitutioni habenti verbum, præciſe, omnino perpetuo, irreuocabiliter, eo ipſo, & huiuſmodi, non derogari.
407 Item, ſi verbum nullo modo, & nullatenus, quod vim decreti habere dicitur.
408 Verbis præciſis inferuiis diſpenſationem excludi, & aliam in contrarium pariter excludi.
409 Modernorum opinio refertur.
410 Verbum, nullatenus, quandoque diſpenſationem non excludere.
411 Accuſationem ſine inſinuatione, nullatenus admitti.
412 Opinionem modernorum, qualiter verificari contingat.
413 Epiſcopo generaliter diſpenſare permiſſum in caſibus ſiquidem, in quibus iure diſpenſatio permiſſa ſit, etiam ſi epiſcopo ſpecialiter non concedatur.
414 Epiſcopum diſpenſare in caſibus, vbi diſpenſatio conceditur a lege, & epiſcopo non prohibetur.
415 Abſolutionem ſecundum ius, diſpenſationem vero contra ius eſſe.
416 Limitatio prima.
417 Limitatio altera refertur.
418 Verbo imperſonaliter prolatu, ad eum referri ad quem actus de iure pertinere videtur.
419 Abbatis & Felini opinio refertur.
420 Auctoris opinio, quæ nam eſſe intelligatur.
421 Auctoris commentaria in c. 1. de conſtit. in 6. citantur.
422 Conſtitutionem editam a papa in concilio conciliarem vocari.
423 Epiſcopum contra concilium ex cauſa diſpenſare, etiam in caſu, in quo diſpenſatio aliter non conceditur.
434 Epiſcopo, etiam contra contra concilia ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis diſpenſare permiſſum.
425 Iura canonica dictantia epiſcopum contra iura ſtatuere non poſſe, quo caſu procedunt.
426 Ex magna cauſa leges tranſgredi permiſſum.
427 Epiſcopo quando in vim conciliaris conſtitutionis diſpenſare permiſſum.
428 Epiſcopo, quando cum ſimoniaco diſpenſare permiſſum ſit.
429 Prælatis inferioribus ab epiſcopo diſpenſare permiſſum non eſſe, etiam in caſibus in quibus diſpenſatio permiſſa intelligatur, niſi lex id ipſum ſpecialiter indulſerit.
430 Diſpenſationem de maioribus negotijs reputari, ſi quæ epiſcopis reſeruanda veniant.
431 Epiſcopos canonum adminiſtratores exiſtere.
432 Limitatio quo ad inferiores prælatos, quãdo iuriſdictionem priuilegio, vel cõſuetudine haberent, quo caſu & ea quæ veris epiſcopis permiſſa cenſen.
433 Cardinalibus in titulis ſuis, & eorum ſubditis diſpenſare permiſſum.
434 Cardinalibus in ſuis titulis iuriſdictionem epiſcopalem competere.
435 Legatis, & epiſcopis, necnon & omnibus curam animarum actu habentibus, contra canones pœnitentiales diſpenſare permiſſum.
436 Ratio aſſignatur.
437 Legatis & epiſcopis, omnibusq; inferioribus contra ſtatuto a ſe edito etiã ſine cauſa diſpenſare permiſſum.

Ratio

438 Ratio ad idem ſubinſertur.
439 Neminem ſua lege ligari, niſi vinculo quodam honeſtatis.
440 Poteſtatem legis condendæ, & contra illam diſpenſandi, æquiparari.
441 Legem in totum tollere plus eſſe, quam diſpenſare.
442 Legatis & epiſcopis, vt in pluribus, contra ius commune diſpenſare, non tamen illud tollere vſquequaque permiſſum.
443 Tollere minus eſſe, quam diſpenſare, cum legis reuocationi necquicquam reſiſtere, diſpenſationi vero legis vinculum reſiſtere.
444 Conſtitutioni ſi quæ in vim contractus, vel priuilegij tranſiuiſſet, non derogari permiſſum.
445 Diſpenſationem ſemel conceſſam, reuocari non poſſe.
446 Conſtitutioni iuratæ, per eum ſtatuit, contrauenire permiſſum non eſſe.
447 Iuramentum præciſe ſeruandum eſſe.
448 Iuramentum, naturam actus cui interponitur ſortiri.
449 Legis naturam eſſe diſpenſationem ex cauſa admittere.
450 Iuramentum, quando debitam diſpenſationem excluderet, iniquitatem in ſe contineret.
451 Iudici pœnam alterare permiſſum, ſi æquitas dictauerit, etiam iuramento de ſtatutis ſeruandis non obſtante.
452 Iuramentum hanc interpretationem in ſe recipere, niſi iuſta cauſa ſubeſſe intelligatur.
453 Epiſcopum diſpenſare contra conſtitutiones ſuas, communiter receptum, non periurum efficere, & eius diſpenſationem non irritari.
454 Actionem etiam ſpiritualem contra iuramentum quandoque valere.
455 Limitatio iij. ad præmiſſa:
456 Limitatio quarta circumfertur, quando conſtitutio facta ſit de conſenſu capituli, quoniam ſolus epiſcopus non tollit, neque etiam ſine cauſa diſpenſat.
457 Legatis & epiſcopis in criminibus adulterij, & minoribus adulterio, paſſim diſpenſare permiſſum.
458 Diſpenſatio, in quocunque caſu legato, vel epiſcopo permiſſa ſit, & ad famæ reſtitutionem permiſſam cenſeri.
459 Famæ quempiam reſtituere, ſi ſit de principi reſeruatis.
460 Legat, vel epiſcopo, quando cum eo, qui iam per ſententiam depoſitus ſit diſpenſare permiſſum.
461 Legato & epiſcopo cum degradato verbaliter diſpenſare permiſſum, ſecus vero ſi actualiter.
462 Limitatur, quando peteretur reſtitutio de iure, vt quia allegaretur falſitas teſtium, vel quid ſimile.
163 Inferiori a papa ſententias a ſe, vel inferioribus ſuis latas retractare nõ permiſſum, niſi ex cauſis iuris.
464 Sententia lata contra aliquem, quod caracter remaneat, & executio.
465 Depoſitus, & reſtitutus, quando beneficium ſine nouo conſenſu patronorum retinere poſſit.
466 Diſpenſare ſuper criminibus maiorib. adulterio, epiſcopo regulariter non permiſſum.
467 Limitatio. 1.
468 Limitatio. 2.
469 Epiſcopo pœnitentiam iniunctam a papa ex cauſa vrgenti relaxare permiſſum.
470 Poteſtati, qui ob iuramentum ſtatuta ad vnguem ſeruare tenetur, ex cauſa contra ſtatuta alicui licentiam impartiri permiſſum.
471 Princeps, quando de facili adiri poteſt conſulendus eſt.
472 Legato, vel epiſcopo ſe ipſum, non etiam participes in delicto abſoluere, vel diſpenſare permiſſum.
473 Legatum, & epiſcopum cum ſimoniace ordinato diſpenſare poſſe.
474 Facto proprio, nec alterutri eorum auctorare licere.
475 Sacerdoti ſi parrochianam, quæ cum adulterium commiſerit, abſoluere liceat.
476 Legatis, & epiſcopis in uotis paſſim diſpenſare permiſſum, eadem commutando tantum, non abſolute tollendo.
477 Limitatur in tribus vero, ſcilicet, caſtitatis, vltramarini, et pro redemptione terræ ſanctæ.
478 Legato quando ſuper voto caſtitatis, vel ſimplicis incontinentiæ diſpenſare permiſſum.
479 Diſpenſationem in caſu præmiſſo, et legato, & epiſcopo permiſſam cenſeri.
480 Contrariam ſententiam Butr. Card. & Abb. tenere.
481 Auctorem, opinionem Speculat. ſequi.
482 Sponſalia de futuro, de facili diſſolui.
483 Timor quando in voto ſit conſiderabilis.
484 Voto de efficiendo ſacerdotem quando diſpenſare permiſſum.
485 Votum ſacerdotij, votum continentiæ non includere, cum tantummodo vouerit ſe de continentia votum facturum.
486 Epiſcopum cum aliquo quominus fiat ſacerdos, diſpenſare permiſſum.
487 Diſpenſationem ſemel factam, etiam re integra, morte diſpenſantis non reuocari.
488 Diſpenſatione præambula, defectum in diſpenſato fuiſſe, probari.
489 Supplicationem principi porrectam, viam ad probandum contrarium non auertere.
490 Diſpenſationem, literis non expeditis, non ſuffragare.
491 Gratiam ex ſola ſignatura principis perfici, remiſſiue dictum.
492 Beneficiorum pluralitatem de iure improbari.
493 Relictum ſub ſpe veniæ, grauius reputari.
494 Gratiam ſolo verbo papæ perfici.
495 Auctoris opinio refertur.
496 Data tempus in reſcriptis gratioſis attendendum.
497 Finis, qui trahit neceſſariam conſequentiam a principio adueniens, omnia media ad ſe trahit, & ualidat.
498 Regula cancelariæ apoſtolicæ de literis expediendis ſi procedat, & locum ſibi uindicet in perinde ualere, & alijs reualidatorijs et cõfirmatorijs.
499 Gratia quando ſuffragetur, literis non expeditis, remiſſiue.
500 Scriptura quando requiratur adeſſe gratiæ, & num per teſtes probari poſſit.
501 Diſpenſationem factam ab eo, cui facultas diſpenſandi non competit, nullam cenſeri, nullumque ius diſpenſato tribuere.
502 Limitatur in caſu, quando diſpenſationem ab eo, qui communi opin. reputabatur talis, fieri contigeret.

LIBER DECIMUS.

DIſpenſationis tractatulum uelut appendicem ad totum volumen hoc ultimo libro dabimus, ſecuti inſtitutum ſpec. Hoſtien. & aliorum, qui poſtquam de legato egerũt, materiam hanc ſtudioſe complexi ſunt, diuerſo tamẽ ſtilo, & breuiori uia, quam ab ullo ante nos factitatum ſit. Primo igitur a diffinitione exordiens, quæro
1 quid diſpenſatio? † Sol. Diſpenſatio eſt iuris communis rela-
2 xatio prouide facta, † quæ alias vulnus appellatur. capit. ipſa
pietas. §. item ſi inquiunt. 23. quæſt. 4. Dixi prouide, quia alias
3 non eſt diſpenſatio, ſed diſſipatio. † ſecundum Ioan. And. An
ton. Abb. in cap. de multa. de præbend. Spec. hoc tit. in princ.
qui etiam ponit alias diffinitiiones, quare dicimus. Diſpenſa
tionem legato, vel inferiori conceſſam ſemper intelligi cũ
3 cauſa, & aliter factam non ualere, † Abb. in cap. dudum. il 2.
de elect. cap. cum ad monaſterium. in 6. colum. de ſtatu. reg.
unde dicit Thom. 2. 2. quæſt. 97. art. 4. quem ſequuntur cano
niſtæ in c. de multa. quod ſiquis diſpenſatur ad plura benefi-
cia ſine cauſa utilitatis, vel neceſſitatis eccleſiæ, aut prærro-
5 gatiuæ meritorum, diſpenſatio non ualebit, quia tunc non
eſſet prouida relaxatio. de quo late Collectaneus in capitu.
per venerabilem. qui fil. ſint legit. & in capitu. fin. in fi de pę-
nit. & remiſ. dicam infra concl. 3. verſ. fallit tertio. Et hæc, ca
5 piendo diſpenſationem ſtricto modo. † alias ſonat diſtribu-
tionem, ſeu applicationem commenſuratam alicuius com
7 munis ad ſingula. † Tho. ead. q. 97. art. 4. & q. 88. art. 10. dicam
8 infra latius. Quæro ſecundo, quotuplex ſit diſpenſatio? † Sol.
9 duplex. una hominis, altera legis. † nam & lex diſpenſat ad-
10 uerſus rigorem alterius legis. † cap. 2. de tornea. cap. & ſi Chri
ſtus. de iureiur. in fi. cap. 1. de rer. permut. Quæro tertio, quid
11 ſit legis diſpenſatio? † Reſpon. eſt prouida relaxatio rigoris,
antiquæ diſpoſitionis per legem facta, nam a regula iuris nõ
12 receditur, niſi ex cauſa, † ut patet diſcurrendo omnem mate
riam legum, inducentium aliquid nouiter contra antiqua
iura ad hunc tractatum attinent legis limitatoriæ, ſeu exce-
ptoriæ fictiones, & etiam priuilegia in corpore iur. clauſa, &
omnes caſus, quos ęquitate ſuadente, prætores, vel etiam im
peratores, de iure ciuili, pontif. de iure canonico, aliter ſanxe
runt, quam rigor iuris expoſcat. De lege limitatoria, corre-
ctoria, abunde dixi in commento clem. quod circa. de elect.
14 † De ea, quæ per æquitatem inducitur diſpenſatione, neque
15 ego, neque alii, quos viderim, ſpecialiter tractauere, † quam-
uis ſemper in ore omnium verſetur. Aliud de æquitate cano
nica, aliud de rigore, quare omiſſis reliquis ad hoc diſpenſa-
tionis genus pertinentibus, de hac canonica æquitate paucu
la quædam perſtringam, quoniam, ut dicit tex. in cap. abba-
te ſane. de re. iudic. in fi. nonnulla pro utilitate communi ex
æquitatis manſuetudine tolerari noſcuntur, & eſt illa tole-
16 rantia, quam ſemper uidebis fieri per papam ex cauſa, † ut in
17 cap. niſi. de præben. Quæro, quid ſit æquitas in genere? † Reſp.
Specu. hoc tit. §. 1. dixit quod erat medium inter rigorem, &
miſericordiam. Hoſt. in cap. fin. de tranſac. dixit quod erat iu
ſtitia dulcore miſericordiæ temperata. hunc ſequitur. Ioan.
Andr. in cap. magnæ. de uot. Anton. in d. cap. fin. dixit, ęquita
18 tem modo appellari miſericordiam, modo iuſtitiam. † cap.
diſciplina. 40. diſtinct. l. nulla. ff. de leg. cui aſtipulatur. B. Tho.
2. 2. quæſt. 80. articu. 1. dicens æquitatem eſſe partem iuſtitiæ.
19 † Immo quandoque æquitas dicitur naturalis ratio. † l. 1. ff.
quod quiſque iur. l. bona fides. ff. depoſ. l. prima, ff. ſi quis teſt.
lib. eſſe ius. ſue. Bartol. in l. prima, in fi. C. de leg. dixit quod ri
gor erat deciſio ſecundum regulas iuris ſcriptas, æquitas ue-
ro dicebatur quædã facti conuenientia, ſeu conueniens quo
21 dam. † l. nulla. ff. de leg. quando dicit, nulla ratio iuris, aut æ-
quitatis benignitas. facit. l. ſi fuerit. ff. de leg. 1. l. 1. C. de leg. c fi.
de tranſ. cap. in literis. cap. ſuper. de reſtit. ſpol. c. ſuper literis.
de reſc. c. ut conſtitueretur. 50. diſt. Bal. in c. paſtoralis. de cau.
22 poſ. & propri. dixit ꝙ æquitas erat naturalis iuſtitia. † & in tit.
de

de allod. verſ. non æquitas. aſſerit quinq; modis accipi æqui
23 tatem. † nam aliquando dicitur humanitas. l. Barbatius. ff. de
off. præt. l. cum auus. ff. de condit. & demonſtr. vide eundem
hoc multipliciter declarantem in l. 1. ff. de iuſtit. & iur. vbi
diffinit æquitatem eſſe applicationem animi, ſeu iudicium.
Concluſio tamen omnium eſt, quod æquitas reducit nos ad
24 puritatem iuris primæui. l. j. ff. de pact. l. 3. ff. de min. Abb. in
cap. ex parte. de tranſact. & in cap. 1. de re iudic. dixi in repet.
capit. 1. de rer. permut. & in hac materia æquitatis, & rigoris
25 vide multa quæ eleganter ſcripſit Marius Salomo. † in l. 1. ff.
de iuſtit. & iu. ubi, & quod nos alias ſtudioſe diſſerimus, æqui
tatem iuris a bonitate non ſecerni, manifeſtis docet argu-
26 mentis. † Nunc tamen in mentem ſubit quantum huic aſſer
tioni obuiet quæ paſſim de æquitate per iuris utriuſque ma-
giſtros dicuntur, & quantum uelint æquitatem a rigore diſ
27 ferre, † ut in l. placuit. C. de iud. & in l. 1. ff. de iuſtit. & iu. Nam
28 omnis lex eſt bona. de hoc nemo dubitat. † ergo eſt etiam æ-
qua, ſecundum hanc poſitionem. ergo æquitas & rigor in eo
dem. ille igitur tractatus de rigore, & æquitate ſuperfluus.
29 † cur ergo non dicimus aliud bonum, aliud æquum. l. hac le
ge. C de pact. conuent. ut lex plerunque ſit rigida, excedens
30 terminos æquitatis. † cap. ferrum. 50. diſtin. cum multis alijs,
de quibus per Spec. in tit. de diſpen. quæ lex eſt bona ad ma-
31 lorum coertionem, & pacificum reipu. ſtatum. † non tamen
æqua. ideo in l. 1. ff. de iuſtit. & iur. quando dicitur ars boni, &
æqui. intelligatur quod iuriſconſultus ſit, quando bonum,
& quando æquum ſequi oporteat, id eſt quando ad rigorem,
& quando ad æquitatem ſit accommodanda iuris interpre
32 tatio. † capiendo tamen æquitatem in genere, omnis lex erit
33 æqua, & bona, † quia etiam in rigore eſt æquitas boni publi-
ci. ſed quæſtiones huiuſmodi proſequi non intendimus. vi-
de in præfatis locis, & ſequere quod lubet. unum tamen nõ
te prætereat, æquitatis deciſiones ex utilitate inductas a iuris
34 prudentibus, † quando utile exiſtimauerunt quidpiam con-
tra iuris rigorem induci. inde ſæpius iureconſulti dicunt uti-
35 litatis cauſa quidquam receptum & utile eſt. l. æquum. † l. 1.
§. ſi ego. ff. ſi pars hæred. pet. ex hoc fonte proficiſcuntur om
36 nes actiones vtiles, & interdicta utilia. † Quinto quæro quid
37 ſit æquitas canonica. † Reſpon. eſt ius, aliquid ſingulariter di
ſponens, aduerſus communem regulam dictante particula
ri ratione. ſecundum finem legis, & Euangelii. Dixi ius, quo
niam æquitas eſt iuſtitiæ pars, ut dictum eſt, & lex æqua indu
cta aduerſus rigorem, & ponitur ius loco generis, ſingulari-
ter diſponens, reſpectu uniuerſalis regulæ contra quam in-
ducitur æquitas, dum ſua uniuerſali diſpoſitione complecti
tur caſus, quos æquum eſt non comprehendi. cap. ii. ſæpe. de
reſt. ſpol. doct. in l. placuit. C. de iud. dicentes æquitatem, ex-
ceptionem, regulam, rigorem, quod tamen aliter declaraui
in repet. d. cap. 1. de rer. permut. in 6 particulari ratione, quia
caſus qui excipiuntur a regula, excipiuntur ob rationẽ aliis
38 caſibus minus communem, † attenta qualitate rerum, & lo
corum. l. bona fides. §. incurrit. ff. depoſ. Secundum finem le
gis, & Euangelii, quod proprie apud nos ius naturale dicitur
39 † cap. ius naturale. 1. diſtin. dixi autem ſecundum finem iſto
rum, quoniam ius canonicũ habet iſtas leges, & conſ:. uero
ter bonum animæ finem, & ſcopum, in quem dirigit inten-
tionem ſuam. cap. ut animarum. de conſtit. in 6. per Hoſt. in
prohe. decr. ideo dicimus quod de æquitate canonica pactũ
nudum obligat, quia fini animæ cõuenit, iuxta illud, & quæ
40 procedunt de labiis meis, non faciam irrita. † cap. 1. de pact.
cap. & ſi Chriſtus. de iureiur. & iuramentum obligat impu-
berem, & mulierem, quia dictum eſt, uouete & c. ca. magne,
de uot. ex quo infero, quod illa æquitas, quæ eſt ſecundum le
ges ciuiles, deuians a fine canonico, non poteſt dici æquitas
canonica, nam etſi æquũ, optimum quod ſit ciuili iure uſuras
dari, ſolutas non repeti. l. 1. quamuis. C. de uſu. l. j. ff. eo. tamen
41 de iure canonico, neque bonum, neque æquum, † quia bono
42 animæ, & Euangelio obuiat. † cap. cum tu. cap. conſuluit. de
vſu. At contra præmiſſa op. omne ius canonicum eſt æquũ
43 † ſecundum illam æquitatem, quæ concordat bono animæ,
quia alias non ualeret. cap. erit autem lex. 4. diſtinc. ergo ſu-
perfluo traduntur, quæ dicuntur de æquitate, & rigore. Sol.
44 æquum multipliciter capitur, † ſecundum Bal. in d. uer. non
æquitas. uel dic omne ius eſſe æquum æquitate generali. quæ
cum ceſſat in caſu remanet rigor, aduerſus quem procedit
noua æquitas, ſegregans caſum a generali ordinatione, ut
declaraui in d. cap. 1. de rer. permut. in 6. Quæro ſexto, quib.
45 regulis utendũ ſit in materia æquitatis? † Sol. dantur reg. Sex.
Regula prima. Vbi rigor, & æquitas reperiuntur ſcripta, uel
46 non ſcripta, æquitas præualet rigori, † quia in pari caſu, æqui-
tas præponitur. dicta l. placuit. doct. in c. fi. de tranſ. declaraui
in eadem repetitione latius. Vnde infero, quod ſi reperian
tur duæ leges contrariæ, neque conſtet una aliam corrigat,
47 illa præualebit, quæ æquitati magis erit conſona † Doct. in l.
placuit, & in cap. fin. de tranſact. Item infero, quod ſi unus gl.
vel doct. in diuerſis locis contraria ſcripſerit, in iudicando il-
48 lam opin. ſequemur, quæ magis æquitati conueniet. † Aret.
in conſ. 164. Diligenter, & mature diſcuſſis, colum. 7. proquo
gloſ. in l. ſi cum exceptione. §. ſed & ſi quis. ff. quod me. cau.
49 vnde, Rota quæ ſemper æquitatem hanc ueneratur, † ſolita
eſt canonizare dictum particularis doct. neglecta opinione
50 communi, quando dictum uidetur æquius. † Item doctor in
legendo hærebit illi opin. ſeu intellectui, qui ſapiat æquita-
51 tem, ſicut iudex in iudicando. † clem. fin. §. interrogabit. de
uerbor. ſign. l. quod ſi epheſi. ff. de eo quod certo loc. Bald. in
l. inter filios. per illam glo. C. fam. erciſ. & intellige quod iu-
dex debet procedere ſecundum æquitatem informatam a
52 iure naturali, non a ſua fantaſia. † unde dicit Bald. in l. hac le
ge. C. de ſenten. quod in iudice debent eſſe duplex ſal. ſal cõ
53 ſcientiæ. † quia conſcientia, ſine ſcientia eſt inſipida, ſcien-
54 tia ſine conſcientia eſt diabolica. † idem dicit Ang. in diſpu.
quæ incipit. Duo ad inuicem litigantes. peritorum enim cõ
ſiliis res agendæ ſunt. gloſ. in clem. cor. in ſi. de conceſſ. præb.
Item, in arbitrariis præponet æquitatem rigori, etiam quan
55 do æquitas non eſſet ſcripta. † Ant. in c. 1. in 6. colum. de con-
ſtit. Fallit tamen in cauſis iudæorum, & paganorum, in qui-
bus ſecundum rigorem proceditur, omiſſa æquitate etiam
56 ſcrita. † Ang. & Imo. in l. ſi inſulam ff. de uerb. oblig. Rom. in
rub. de arb. in x. colum. uide tamen Felin. in cap. multorum.
In fin. de iud. aliter dicentem. Regula ſecunda. Quando ius
ciuile fundat deciſiones ſuas in ſubtilitates, æquitas canoni
ca, ueritate apparente, ſubtilitatem reiicit, & quod æquum
eſt determinat. Exemplum ſubtilitas iuris ciuilis reiicit libel
lum, quando inepte proponitur actio, ſecundum formas iu
ris, æquitas tamen canonica admittit, dummodo alias de ue
57 ritate conſtet. † cap. dilecti. de iud. cap. cum tibi cap. cum om
nes. de teſt. cap. 1. de dolo & contum. d. cap. ſæpe. itaque ſi ſta
tutum diceret procedendum eſſe ſecundum rigorem iuris,
58 non valeret. † Abb. in cap. dilecti. in 2. colum. de iud. c. quod
ſuper his. de maior. & obedien. Quod in terris eccleſiæ gene
raliter eſt verum, in terris autem imperii diſtingue, aut æqui
tas canonica inducitur ratione peccati, vel turpitudinis, &
non poteſt induci contrarium in aliquo foro, aut vero indu-
citur ob commodum partis, & ſtatuta ſua ligabunt laicos,
59 † per reg. communem, de qua in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ,
de conſtit. & in cap. nouit. de iud. & in cap. cum eſſes. de teſt.
alias ſtatuta præfigentia inſtantiam cauſis, & limitantia mo
dos agendi, nõ valerent. æquum enim eſt ut populorum ſta-
60 tuta obſeruentur. l. † omnes populi. ff. de iuſt. & iu. ad hoc gl.
in reg. poſſeſſor. in 6 Ioan. And. & Domi. in cap. Abba. de re-
gul. iur. co. lib. Hoſt. Ant. in cap. ſi duobus. de appell. late per
Feli. in cap. in cauſis. in 1. colum. de teſt. Fallit tamen in cau-
ſis miſerabilium perſonarum, vbi indiſtincte ſeruanda eſt æ-
61 quitas canonica. † Abb. & Imo. in cap. clerici. de iud. Feli. vbi
ſupra. Regula tertia. Quando ius canonicum continet rigo
rem in genere, ius vero ciuile æquitatem in ſpecie, æquitas
62 ciuilis obſeruanda eſt in foro canonico † Archid. in c. quod a
patribus. 75. diſtinctio. Bald in cap. ego. N. in x. colum. de iu-
reiur. quod intelligo uerum, capiendo æquitatem pro exce-
ptione, & rigorem pro regu. vt ſupra, non eſt enim inconue-
niens, ut rigor canonum temperetur a benignitate ciuili. c.
63 † ſi in adiutorium. 10. diſtin. cap. 1. de nou. oper. nunc. & tunc
poteſt dici canonica æquitas, quia de mente canonum pro-
cedit, ſed ſi rigor canonum eſſet expreſſus, in ſpecie. ſecus di
cendum. argum. in clem. dudum. de iud. Fallit, vbi rigor ar-
maretur aduerſus peccatum, quoniam niſi æquitas ciuilis
reducat ad rationem non peccati, non ſeruabitur, quando
autem ſic reduceretur, obſeruaretur etiam in foro canoni
co. exemplum in l. curabit. C. de act. emp. ubi doct. & per hæc
terminatur illa quæſtio, an ius ciuile limitatorium procedat
de iur. canon. de quo in tract. extenſionum latius dixi. Regu
la quarta. Aequitas ſcripta in ſpecie, extenditur ad ſimiles
caſus habentes rigorem ſcriptum in genere ad oppoſitum.
64 † probatur in l. ſi mandato §. quoties. ff. mand. l. cum res. C. ſi
aliena res. pig. dat. ſit. l. 3. C. de don. quæ ſub mo. l. ſi ego. ff. de
iure dot. quam reg. no. quia facit ad deciſionem multorum
caſuum, quando quæritur, an lex limitatoria extendatur,
65 † ut dixi in eodem tract. ad quod eſt materia. l. non poſſunt.
ff. de leg. Vnum tamen ſemper obſeruandum duces, quod
quantumcunque ſubſit æquitas, quando lex ſpecialiter deter
minauit caſum, non licet ob æquitatem contrariam, a legis
66 deciſione recedere. † l. proſpexit. ff. qui. & a qui. Rom. in col.
205. moderni in capitulo ex parte. il x. de off. deleg. & Ro. in
conſ. 147. quando dicit, Arbitros quibus datum eſt cauſam
ſecundum æquitatem terminare, non poſſe decidere con-
67 tra caſum iuris, etiam rigoris plenum. † Regula quinta. Aequi-
tas quæ dictauit aliquid ſpecialiter ſtatui contra rigorem, in
fauorem certarum perſonarum non debet extendi, ſed re-
ſtringi

ſtringi ab ea parte, qua induceret pręiudiciū tertii. l. nec auus.
C. de eman. liber. cap. quamuis, de reſcr. in 6. Aegid. deciſ. 177.
Regula ſexta. In caſibus decidendis in foro mercatorum ſer
68 uanda eſt ſemper æquitas. † Bart. in l. fideiuſſor. § quædam. ff.
mand. & in l. quintus. cod. tit. Bald. in l. ſi pro ea in vlt. colum.
C. eo. Quod intellige de illa ęquitate, quę reijcit ſubtilitates,
& ſolennitates iuris, non de illa quæ concernit veritatem ne
gotii, quoniam tunc ſeruanda iura, & æquitas aduerſus legē
69 ſcriptā improbatur. † Bal. in d. l. ſi pro ea. in vlt. col. vnde Bart.
in d. l. quintus. dicit ꝙ in foro mercatorum non admittitur
70 exceptio pacti non veſtiti per ſtipulationem, vel aliter, † nec
etiam admittitur exceptio præſcriptionis, quæ cum mala fi-
71 de. † de quo uide Dec. in c. ex parte, el 2. de off. delega. vbi exa-
minat. Quō procedēdum ſit, qn̄ alicui ſcribitur ut procedat
72 ſm æquitatem. † adde Ro. conſil. 149. in c. concluſionem pri-
mam. & Abb. in conſ. 91. quo ad primā col. pc. in 1. uol. Septi-
mo quæro, qui ſint iſti caſus, in quibus proceditur de æquita
te canonica? Sol. innumeri ſunt, quos colligere laborioſum
73 magis, quam ſubtile eſſet, † quoſdam tamen obiter aduota-
tos, ēt aliam ęquitatem quandoque reſpicientes, ponam. Pri
mus caſus, licet actiones ſint proponendæ nominatim de iu
re ciuili, tamen æquitas canonica induxit, vt ſufficeret ita fa
ctum proponere, vt ex eo poſſet elici actio, & ſequi condem
74 natio, vel abſolutio, † c. dilecti, de iud. Et quia iſte caſus requi
reret altam indaginem, ad uidendum, an ſit in hoc inter ius
ciuile, & canonicum, dr̄ia, remitto me ad ea quæ ibi tradunt
ſcribentes. Secundus caſus, ꝙ qn̄ cauſa generalis eſt expreſſa
in libello, ius uel cauſa ſuperueniens, anteq̄ ſit concluſum,
75 prodeſt actori, & ſm illud poteſt ferri ſententia. † Io. An. An
char. & Domi. in c. abbate ſanc. in uer. præfatus, de re. iud. Di
centes hoc procedere in terris ecc. non in terris imperii. Qd̄
eſt uerum per ea quæ dicta ſunt in t. reg. Ratio autem huius
æquitatis eſt, quia cauſa agendi expreſſa in genere non con-
cluditur certo loco, aut tpe. vnde quandocunque adſit cau-
76 ſa ante ɔ̄ſem, æquitas dicat vt ſm illam feratur ſententia, † q̄-
quam Pet. in l. 1. C. de alie. iud. exclamat contra iſtam diſtin-
ctionem, non licet nobis recedere a deciſione tex. in d. §. præ
fatus. Tertius æquitas canonica non curat ſi exceptio litis fi-
77 nitæ proponatur in vim dilatoriæ, vel peremptoriæ. † Phi. in
c. 1. in 4. col. de lit. cont. in 6. Quartus, opi. cōis, quæ hēt ꝙ cleri
cus poſſit reconueniri coram layco, de qua per doct. in c. ve-
rum. de for. com. & in c. cęterum, de iud. procedit ab æquita-
78 te canonica, non a rigore iuris, † ſm Alb. in auct. & cōſequen
ter. in pen. col. C. de iud. per modernos in c. at ſi clerici. col 14.
de iud. Quintus, & poteſt idem dici in cauſa depoſiti, vbi cle
ricus ſpecialiter ſubijcitur laico, quando ipſe iudex laicus de
79 poſuit apud eum, † ſecundum Bald. in l. acceptam. C. de vſur.
Sextus, quamuis de defectu mandati poſſit opponi quando-
cunque. etiam poſt litem conteſtatam, tamen de ęquitate ca
80 nonica ſecus. † Ant. in reper. c. cum in, in 8. col. verſ. aut oppo
nitur, de conſtit. Septimus. officium iudicis ex æquitate cano
nica, ēt poſt biennium, proponitur loco deficientis actionis.
81 † Bar. & Bal. in l. in contractib. in prin. C. de non nu pec. Alex.
in l. planc. ff. de pet. hæred. Ex eadem æquitate, exceptio non
82 numer. pec. competit vltra biennium. † Henr. in c. ſi diligen-
ti. in 3. di. col. 4. de præſ. de quo iñ vide Ab. in c. fi. de ſolut. ad
fi. Inſtantia iudicii de æquitate canonica tranſit in ſucceſſo-
83 rem vitioſum. † Abb. in c. quia, in 3. col. verſ. quæro quid ſi in
ſtantia. de iud. Quod poſitiones negatiuæ, vel affirmatiuę ad
mittantur, ut pars cogatur reſpondere, ſecundum ea quę ha
bentur in c. 1. de confeſ. procedit ab æquitate canonica, cum
84 alias probationes non ſint producendę de domo rei † Io. An.
in c. 2. de confeſ. Phil. in d. c. 1. Item, ꝙ reus cogat actorem ede
re inſtrũ ſua ad fundandam exceptionem, procedit ex æqui-
tate. l. & quæ. C. de eden. ſm vnam lect. de qua ibi glo. & doc.
Articuli, qui ſunt de iure dātis, etiam poſt terminum admit-
tũtur ex æquitate canonica. Rot. deci. 104. in no. inci. omnes
domini. & in deciſ. 30. co. vol. quæ dicit hoc nō procedere in
85 cauſa criminali. † quamuis multi cōtra. Item ſimiliter teſtes,
qui iurauerũt in termino, examinari poſſunt poſt terminum
86 probationis. † Biſg. in ii. de teſt. deciſ. 1. Item, tolerantur teſtes
examinati per iudicem remiſſoriæ, poſt tempus præfixum.
87 † Rot. deci 587. in ant. Quando teſtis inhabilis admitt ē ad te-
ſtificandum, ęquitas canonica nō patitur iudicem procede-
88 re rigoroſe † Abb. in ca. per tuas, el 1. circa medium, de ſim. Ex
89 æquitate canonica datur tertium fatale. Petruſ. in c. ex ratio-
ne. col. 15. verſ. ſecundo caſu. de appel. Item propter eādem,
ignoranti non currit tempus ad petendum apoſtolos, niſi a
90 die appellationis, † Rot. deciſ. 29. Item, dātur apoſtoli ſumpti-
bus petentis. † glo. in clemen. quamuis. in verſ. oblatos. de ap-
pellatio. Appellatur a ſententia lata per contradictas ex ea-
91 dem æquitate, licet appellans fuerit verus contumax. † Rot.
deciſio. 137. in nou. Qui egit contra unum correum, qui non
92 eſt ſoluendo, ex eadem aget contra alium † Bartol. in l. 3. §. 2.
in ſecunda colum. C. de duo. re. Diſpoſitio clem. auditor. de
93 reſcr. ex fonte æquitatis proceſſit, † quamuis Imo. ibi in quar
94 ta, quinta, & ſexta, colum. hoc valde diſputet. Quod poſt cō-
cluſionem in cauſa poſſint inſtrumenta & literæ produci,
95 eſt æquitatis opus. † Rot. deci. 165. in fi. in no. quāuis æquitas
iſta ſit æquitas Rotæ. Exceptionem dilatoriā ex æquitate ca
nonica admittit iudex poſt omnes terminos datos ad pro-
ponendum dilatorias, quando habet eas paratas, & abſ-
96 que dilatione proponit. † Aegid. deciſione 745. colum. quar-
ta. Quod moriente uno ex collitigantibus, beneficium al-
teri conferri non poſſit, donec lis ſit finita, deſcendit ab hac
97 æquitate † c. fi. ut lite pend. in 6. ut ibi per Io. And. & Archid.
Idem eſt de eo qui non obediuit iudici, mādanti aliquem po
ni in poſſeſſionem, quia propter æquitatem nō mulctabitur,
98 dummodo caueat infra annum de ſoluendo. † gl. & tex. in c.
1. de dol. & cont. Item ꝙ petens reſtōnem in beneficialibus,
99 teneatur colorare titulum, procedit ex æquitate. † Alex. in c.
1. col. 8. poſt medium. Rot. dec. in no. 393. Licet de rigore iu-
ris, non inueniatur poſſeſſorium ſuper annuis præſtationibus,
100 tamen ſecus de æquitate. † Abb. in cap. peruenit. in 1. col. de
cenſi. Ex æquitate iſta toleratur teſtimonium, quando nota-
101 rius dicit, depoſuit ut alius. † Fel. in c. cum in tua. in 2. col. de
teſt. Propter hanc æquitatem, inquiſitor hæreticę prauitatis
non communicat proceſſus ordinario, niſi in fine, & econ-
102 tra, licet de rigore ſit oppoſitum † extrau. Bened. XI. quæ in-
cipit. Ex eo quod prædicta. in titulo de hæreticis. Publiciana
ex æquitate canonica, competit etiam ante traditionem.
103 † Anton. in capit. ex literis. in penult. colum. uerſic. aduerte
tamen. de conſtitutio. Idem dicimus de libello ad extima-
104 tionem rei venditæ, & nondum traditæ. † Aegid. deciſione
285. quamuis ipſe contra. Obligatio perſonalis ſecundum
105 iſtam æquitatem tranſit in hæredes, † Bald. in l. furti. C. de
furt. De æquitate iſta, mala fides defuncti non nocet hæredi
in præſcribendo, quando vellet incipere præſcriptionem a
106 ſe, † quamuis rigor ſit in oppoſitum. l. cum hæres. ff. de diuer.
tempor. præſcr. Din. in reg. poſſeſſor. de reg. iuris, in ſexto. Di-
cens æquitatem canonicam non pati vt uitium unius perſo-
107 næ tranſeat in alium. †

Hanc tamen opinio. quæ multos habet ſe-
ctatores communiter
108 damnant Docto. vt per Felin. in capitulo ſi diligenti, in quin
ta colum. de præſcript. Iaſ. in l. Pomponius. §. cum quis. in vl
tima colum. ff. de acquiren. poſſeſſio. & apoſtilla ad Bartol.
in dicta l. cum hæres. Saluatur tamen opinio. Dyn. in præſcr.
109 triginta, vel quadraginta ann. † ut per Iaſ. & Alexand. in di-
cto §. cum quis. Bald. in l. cum qui. §. qui in hac. ff. de publ. &
in l. ſi ego. §. partas. in fin. ff. eodem, Corne. conſil 16. in tertia
colum. ſecundo volum. & in conſil. 377. in quarta colum. in
4. uolum. quamuis in conſil. 66. in ſecundo uolum. videatur
tenere contrarium. idem tenet Anton. poſt glo. in capit. ſi di
ligenti, in quarta colum. verſic. quæro, an mala fides. de præ-
ſcrip. ut eum citat milis in ſuo repe t. verſi. præſcribere non
poteſt hæres, quamuis Abb. ibi. & Iaſ. in dicta l. Pomponius.
videantur tenere contrarium. Item ſubſtinetur opinio. Din.
quando hæres habet titulum ab alio, quam a defuncta. Iaſ.
& Felyn. ubi ſupra. & Alexand. conſil. 39. in ſecundo volum.
Item ſubſtinetur ſecundum Felyn. ibi, quando aliquis adiuiſ
ſet hæreditatem cum beneficio inuentarii, ſuper quo nul-
lam adducit bonam rationem. uide Pau. de Caſt. conſil. 205.
in ſecunda parte. Hæres ex hac æquitate tenetur pro delicto
110 defuncti † ad exonerandum animam eius, ſi facultates pa-
tiantur. capitu. in literis. de rapt. Anchar. in reg. poſſeſſor. co-
lumna octaua, in fine.

Item ab hac æquitate procedit, vt præſcri-
ptio cum mala fide
111 etiam triginta, vel quadraginta annorum, non proſit. † Quo
112 niam talis præſcriptio eſt iniquiſſimum præſidium. † auct. ut
eccleſ. Rom. §. habeat itaque. alias præſcriptio cum bona fi-
123 de valet etiam in foro conſcientiæ. † Innocent. in capit. cura.
de iure patr. Felin. in cap. ex parte, de offic. deleg.

Item, licet ſecundum rigorem non acqui
ratur abſenti. §. ſi qs
alteri. inſtitu. de inut. ſtipul. ſecus tamen de ęquitate canoni-
114 ca. † c. quoties ubi gl. in ver. & per tex. 1. q. 7. glo. in c. quanquā.
in uer. poſſit acquirere. de vſur. Vnde proceſſit forſan deciſio
115 c. ſi tibi abſenti. de præb. in 6. Quod tamen uidetur declaran
dum ut poſſit agi per viā denuntiationis euangelicę, non ꝙ
detur actio directa, ſm Ant. qui hoc late attingit in ſalut. pro
hemij decr. in pen. col. Idem tamen in c. ſi cautio, in 2. col. de
fid. inſtr. videtur indiſtincte tenere, ꝙ per confeſſionem par-
116 tis acquiritur abſenti. † uide Ro. deciſ. 249. in no. mihi in re-
per. in verſi. abſenti ſi fiat donatio, Felin. in d. c. ſi cautio. uide
Aegid. deciſio. 742. in verſ. 2. conclu. vbi dicit Ro. concluſiſſe
117 ꝙ abſenti acquiratur ſine intermedio epiſtolæ, † vel nuntij.

Excommunicatus ex hac æquitate admittitur ad compen-
118 ſandum.† Abb.poſt gloſ. in capit.cum inter.in fi.de except.
Pactum nudum de æquitate canonica producit actionem.
119 †c.1.de pact.& ibi late per doct.ex quo infertur ꝙ ſi ſtatutum
diceret quod deberet procedi ſecundum æquitatem, ut eſt
in foro mercatorum, poſſet agi ex pacto nudo etiam in ter-
ris imperii ſm Bal.Nouel.in rep.rub.de uerb.obl.col.pen &
Bar.in l.fideiuſſor.§.quædam.& in l.quintus. ff.man.& Sali.
& Bal.in l.ſi pro ea. C.man. unde dicimus ꝙ ſi cõpromiſſum
ſit factum, vt poſſint arbitri ſm æquitatem pronunciare, po
120 terunt, condemnare eũ, qui promiſit ex pacto nudo. † Rot.
in rub.de arb.in 2. col.Idem quoq; dicimus de contractu in
nominato ꝙ licet ante implementũ non pariat actionẽ de
122 iure ciuili, tñ ſecus erit de æquitate canonica † Bal.in l.cum
quis. in 1.C.de iu.& fac.ign. Alex.in l.ſi pecuniam.ff.de con-
dit.ob cau.quamuis Rom.ibidem teneat contrarium,cõiter
122 tamen eſt,ꝙ pariat actionem,†de quo per Monſer.in rub.de
ver.obli.in 4.col. Obligationẽ,quamuis incertam,canonica
123 æquitas non reiicit,ſed in boni uiri arbitrium confert. † Feli.
in c.cum ſuo.de homic.& in c.1.de pact. Abb.poſt Ant.in c.
ex parte.de cenſi.Omnes contractus hodie ſunt bonæ fidei.
124 †& ideo omnis contractus,cui dolus dat cauſam, eſt nullus.
125 †Bal.in c.1.de plus pet. Bar. Cępol.in reper. c.cum venerabi-
lis.de excep. Quamuis promittens factum alienum non obli
getur.l.ſtipulatio iſta habere licere.ff.de ver.obli.in c.ex lite-
ris.el 2.de ſpon.c.ſicut ex literis.eo.tit. Quoniam ſim ſtipula
tionibus æquitas induxit, vt qui promittit factum alienum,
127 obliget ſe facturum, & curaturum.†l.quoties quis.ff.de verbo.
obl.tanto fortius hoc inducet ius canonicum in materiis ad
ſe ſpectantibus. Alex.& alii in d.l.ſtipulatio iſta habere lice-
re.uide Corſ.in rub.de iureiu.in 14.& 17.priuil.Ex quo infero
quod vbicunq; æquitas prætoria aliquid inducit in certo ge-
nere cõtractuum,illud indiſtinctè obtinebit de æquitate ca-
127 nonica, † quoniam ius ciuile in dubio acceptatur ex ea par-
128 te,qua continet æquitatem,non ex ea qua rigorem.† c.dile-
cti.de iud.in c.ſæpe.de reſtit.ſpol. De rigore iuris ſi quis libe-
rauit quempiam inuitum a carcere, ſoluendo pro eo,nõ ha
bet actionem ad repetendum quod ſoluit.l.fi.C.de neg.geſt.
129 tamen de æquitate contrarium eſt uerum. † ſecundum Io.
And.& Phil.in c.cum.c de foro compet. in 6. propter ſimile
quod dicitur de impenſa funeris in l.at ſi quis.§.idem labeo.
ff.de relig.& ſump.fun. Aduertat tamen iudex,quia ego ex-
pertus ſum quandoque inimicos carcerati proſilire in hoc
genus libertatis,vt inde nanciſcantur occaſionem, afficien-
di carceratum maiori iniuria,vel quia uidẽt ipſum ſtatim li-
berandum aliquo iocundo aduentu. vel iuuandum ceſſio-
nis beneficio,in dubio tamen creditur charitas, & datur re-
petitio,quia ille eſt unus de caſibus,quando beneficium cõ-
130 fertur in inuitum.† vt declarat Pau.de Caſt.in l.ſoluendo ff.
de neg geſt.gl.in ſum.83.diſt.ad hoc.c.ipſa pietas 23.q.4 qui
emendat.45.diſ.no.Bar.in l ſi ſtichus.in prin.ff.de pecul.Bal.
in l.fi.in 2.col.verſ.ſed ponamus.ff.de neg.geſt.Item,licet ſtri
cto iure,adueniente die ſolutionis,pęna debeatur,tamẽ mo
141 ra purgari poteſt,†Doct.in c.potuit.de locat.Bar.& alii in l.ſi
inſulam.ff.de verb.obli. Dubitari tamen ſolet,quid quando
132 adeſt iuſm,an purgari poſſit?†Pau.de Caſt.& multi alii,quos
refert Alex. in l.ſi quis maior, C.de tranſ.tenuerunt moram
purgari non poſſe in pœnis commiſſis, communior tamen
133 opin.quod nõ admittatur huiuſmodi purgatio,†ut per mul
ta fundamenta aſtruit Rom.conſil.427. & in ſing 444. incip.
iuramentum excludit facultatem.Mataſſ.in no.50.Alex.cõ
ſil.157.in 2.vol.& in 5.vol.col.pen.Fallit tamen in foro pęni
134 tentiali,†glo.in c.apud miſericordem.32.q.1.quam ita intel-
ligit Rom. in præall.conſ.Fallit ſecundo in exceptione non
numeratæ pecuniæ, quæ ſemper iuramento nõ obſtante,op
135 ponitur.†Alex.in d.l ſi quis maior. Fallit tertio,in iudiciis.vi
de moder.repetentes in d.l.ſi quis maior. in 23.no.Pœna non
committitur in totum ſi partim eſt ſolutum, & partim non
136 ſolutum debitum.†c.tuam.de pęnit.& ideo ſi ex pluribus hę
redibus vnus ceſſat a ſolutione, cæteri qui ſoluerunt,non ca
dunt in commiſſum de æquitate canonica,quamuis de rigo
re ꝯ, ut per Iaſ.in l.2.q.17.verſ.tertio limit. C.de iure emph.
Eadem æquitate attenta, proprietarius tenetur relocare pri
127 uo conductori.†Pau.de Caſt.conſil.32.in prin.in 1.vol.Item
locator,qui in caſu conceſſo expulit cõductorem ante tem-
pus,tenetur ex æquitate iſta prouidere conductori de alia do
138 mo.†ut inquit Imo.in gloſ.fi.de loc. Item donatio facta ali-
cui pro ſucceſſoribus abſque ſtipulatione valet, ex æquitate
139 †tantum.l.quoties.C.de don.quæ ſub mo.Item propter ean
dem æquitatem, ſufficit relinquere filio legitimam quocun
140 que titulo.† de quo tamen late Phil.in c.ſi pater.col.17.verſi.
quare pro veritate.de teſta.in 6.Barba.in c.in præſentia in 6.
col.de proba.Item vſurarius hac de cauſa recuperat famam
141 amiſſam,reſtitutionẽ facta.† Anan.in c.quam periculoſum
in vlt.col. Subſiſtit tamen teſtamentum nutu factum ex æquita
142 te canonica.† Abb.in c.cum tibi.in 2.col.de teſta.qui tamen
videtur loqui ad pias cauſas. Alimenta ſpuriis ex ſimili ęqui
143 tate legantur, † Abb.in c.cum haberet.qui cler. vel uouen.
144 Ex æquitate toleratur actus geſtus a prælato illegitimo,† de
quo Bar.in l.Barbarius.in 7.colum.ver.ſed quid dicemus,de
off.præſidis. De rigore iuris legatus non vnit eccleſias, ſecus
125 de ęquitate,† Abb.in cap.fin.de confirm.uti.vel inuti.dixi in
materia unionis. Duo intitulari non poſſunt in una eccle-
146 ſia.de æquitate tamen poſſunt.†glo.in capit.tuæ fraternita-
tis.de præbend.in fi. Eadem inductum eſt,ut per expectatio
nem ſecundi beneficii uacaturi, non poſſit haberi illud, qđ
147 eſt de nouo creatũ.†gl.fi.in fi.de reſc.vide tñ ibi Pau. Zenzel.
Io.de Lig.tenentes ꝯrium, & Imo.hoc diſputãtem. in 8. col.
Ab hoc fonte procedit deciſio.c.ſi tibi conceſſo. dę præben.
148 in 6.†hẽ deciſio c.ſup gratia.de off.dele.in 6. † ſecundũ Lau.
149 de Ridol.q.127.in tract.uſur.Item, ꝙ quãdo eccleſia recdifi-
150 catur,primi patroni cõſenſus requiratur. † Hoſt.Card.& alii
in c.Qm̃.de iur.patro.Corpora exhumata, lite pẽdente, non
151 reſtituuntur ex hac æquitate.†Rot.dec.8.54.in ant.Phil.in c.
cum dilecti.in 2 col.de appell.Henr.in c.cum ueniſſent.de
inſtit. Terram ad culturam redactam,nullo præcedente pa-
152 cto,concedi poſſe in emphiteoſim,æquitatis opus eſt.†Imo.
in c.ad nares.in fi.de reb.eccle.non alien.Item alienam par-
tẽ de rigore iuris ciuilis,cadit a tota emphiteoſi, ſecus de æ-
153 quitate canonica.†Iaſ.in l.fi.col.42. uerſ. 13. q.quãuis Soci.
in l.4.§.Cato. & col.9.ff.de uerb.obl.dicat idẽ eſſe de iure ci-
uili.Item, licet de rigore iuris hæres hẽat actionem in quali-
154 bet gleba.†l.1.§ quinimo ff.ſi pars hę. per.l.ſi rei me.ſi.de ex.
ce rei.iud.tamen ex æquitate.ſi ego cohęres poſſideã hæredi-
tatẽ ẽt extraneo prius ſua petetur ab eo.d.l.1.§.ſi ego.quod in
telligetñ ꝓ indiuiſo,ſecus ſi poſſideret ꝓ diuiſo, quĩ tũc ẽt a
cohærede petet dimidia dimidiæ.d.l.1.§.1.ubi Alber.late di-
ſtinguit. ſed tunc ſententia Pegali quæ uidetur procedere ex
æquitate ſecundum communiorem intellectum, procedit
de rigore.quod uerius exiſtimo, quoniam tunc nil habet ul-
tra partem ſuam. Quæro octauo. Quid eſt diſpenſatio homi-
155 nis?†Sol.eſt iuris communis relaxatio facta cum cauſa ab eo
156 qui habet auctoritatem hoc faciendi.†gl.in ca.pro tempore.
1.q 7.Iuris communis relaxatio loco generis,& comprehen-
dit etiam diſpenſationem legis quę aduerſus communes re-
gulas emanat. Reliqua quæ ſequũtur ideo dicta, quia diſpen
128 ſatio fuit inuenta, †ſecundum Thom. & alios, ut ipſa eſſet
pars iuſtitiæ diſtributiuæ. Nam cum legiſlator facit legem cõ
munem,omnes comprehendentem.l.1. ff.de legi. & eueni-
ant multæ cauſæ,propter quas naturalis ratio, & illa intrin-
ſeca ueritas facti non animaduerſa, neque conſiderata a le-
giſlatore, ſuadet factum illud non debere comprehendi ſub
illa generali determinatione, Lex uoluit eſſe unum, qui ſe-
cundum terminos iuſtitiæ diſpenſaret aduerſus tenorem le-
158 gis.& hic eſt princeps,qui eſt uiua ratio, & lex animata, †ut di-
cit Imperator.in Auct.de hæred.& falc.hæc enim eſt illa uir-
tus principi conceſſa.quam philoſophus in quinto.Ethi. Epi-
cheiam uocat, quare omnis diſpenſatio reducitur ad cauſã
149 iuris,alias eſt diſſipatio, † de quo per Thom. ſecunda ſecun-
140 q. 8. artic.1. Et diſpenſator eſt iuris interpres, † ſecundum
eundem.facit gloſ.in cap.interfectores.33.quæſt.2.Spec.hoc
tit.in princip.Ioan.Andr.in cap.de multa.de prębend.Arch.
qui eleganter loquitur in cap.conſequens.11.diſtinct.& poſt
eum Dom. & Alexan. Et ideo diſpenſatio etiam per papam
facta, quando non ſubeſt cauſa,ſi prohibitio erat facta cauſa
boni publici,ut in dubio præſumitur,capit.erit autem lex.4.
141 diſtinct.non prodeſt diſpenſatio quo ad Deum.†Ioan.Andr.
& Abb.in capit.dudum.de electio.& in cap.qui vero colum.
24.de præbend.Thom.ſecunda ſecundæ quęſtio.27.Henri.in
2.quol.quęſt.16.& 17.Nam ut dicit Bern.in epiſtola ad adam
monacum, nunquid deſinit eſſe malum,quia papa conceſ-
ſit?& in lib.ſecundo, de conſideratione ad Augenium. Vos
probatis habere plenitudinem poteſtatis, ſed iuſtitiæ pleni-
tudinem non approbatis,nonne indecens eſt tibi uoluntate
162 pro ratione uti?† & in epiſtola a Rober. de eo qui peccat di-
ſpenſatus. Quid tibi quiſpiam fruſtra blanditur de diſpenſa-
tione apoſtolica. Et ideo dicit Specul. hoc titulo §.qualiter
autem.in princip.quod ſi is qui prælatus eſt, debitoris Domi-
nico culpas impune dimittet,non mediocriter Deum offen
det quod debita cœleſtis regis, & Domini, ſua præſumptio-
263 ne reſoluit. † accedunt multa de quibus ſupra, quando tra-
ctatum eſt de poteſtate legati circa pluralitatem beneficio-
rum,& dicam infra concluſ.13. verſic.fallit 2. At tunc dubi-
164 tatur nunquid Interpretatio, & diſpenſatio idem ſit. † uide
Tho.quol.4.q 18.dicentem diſpenſationẽ tunc eſſe iuris cõis
165 relaxationẽ, †qñ indifferenter ſuper eo diſpenſat,qđ põt eſſe
bonum, & malũ,quando vero illud cõtra quod diſpenſatur,
eſt abſolute bonum, malum in aliquo caſu dĩ interpretatio
meſt

ineſt n.caſus interpretatus ſine miniſterio alicuius auctorita
tis,diſpenſatio vero non ineſt.niſi per miniſterium habentis
auctoritatem, interpretatio tamen iuris multipliciter acci-
166 pit,†ut late p Fel.in c.ſuper qõnũ.de off.deleg.& Dec.in c.1
col.8.de poſtu.præla. & nos diximus in tractatu extenſionũ
quæ interpretatio tandem reducitur ad duo, neceſſariam
& contingentẽ,quamuis Fel.& Dec.conſtituant plura mem
bra.videte in locis præal.qñ voles materiam hanc videre,il-
lud vnum præcipue obſeruato,ꝙ conſuetudo per interpreta
tionem ſuam diſpenſat aduerſus rigorem legis,& ea diſpen
ſatio eſt de mente iuris,nec requirit conſuetudinem præſcri
ptam. Ant.de Butr.in c.fi.in 5.car.de conſue.Alex.in conſil.
107.col.pen.in 1.vol.Aret. conſ.11.col.pen.& in c.cum m,de
conſtit. Dec.vbi ſup. Quæro nono.Quotuplex diſpenſatio ho
minis? Sol.triplex ſecundum veriores ſententias,debita,con
167 ceſſa,& permiſſa,†ut tradit Specu.vbi ſupra obſcure tamen
omnia declarans gl.in c.vt conſtitueretur.50.diſt.& in c.Do
minus noſter,56.diſt.& in c.diſpenſationes.1.q.7.Debita dici
poteſt diſpenſatio, quæ ex legitima cauſa peti poteſt a ſupe-
riore per officium iudicis,ſi non per actionem, & ſi denega-
168 tur,poteſt recurrere ad alium ſuperiorẽ, qui eum cogat, †cũ
169 hoc non ſit mera gratia,ſed iuſtitiæ executio.†gloſ.in c.exi-
gunt.1.q.7.& in c.domino ſancto.50.diſt.Arch.in d.c.conſti-
tueretur.& in c.licet canon.de ele.in 6.Dicens talem diſpen
ſationem eſſe ius,prout eſt in diſpenſato. Cauſæ autem hu-
ius debitæ ſunt illę,quæ exprimuntur in iure,vt propter ſtra
gem uitandam d.capit.ut conſtitueretur.Item propter ſcan-
dalum,propter pacem. Spec.vbi ſupra.hæc eſt illa quæ vere
dicitur,& eſt iuris interpretatio,vt ſupra.Conceſſa uero,quæ
170 ex cauſa dari poteſt,& negari,†& hæc ad naturam priuilegij
declinat,& eſt illa,quam lex indulgentiam vocat. Permiſſa
171 vero,quæ ex principis diſſimulatione habetur, & vocari de-
bet tolerantia principis aduerſus legem ſcriptam,quia ſcien
do, & patiendo illa non obſeruari, videtur diſpenſare,ne vi-
deatur velle illaqueare animas contrauenientium, ut late
per Abb.in cap.quia circa.de conſang.& affini.quod tamen
intellige,quando papa vult tolerare,ſecus ſi de facto tolera-
ret non reſiſtendo. Abb.in c.niſi.in 3.col.in gloſ.ex iuſtione.
de præbend.Quod eſt verum,quando tolerat ea,quæ prohi-
bentur a iure poſitiuo,ſecus ſi a iure diuino, vt in decit.Bern.
de conſ.dec.1.Illud autem,quod de diſpenſatione prohibiti-
ua tradit Spec.non placet, cum tollat,non inducat diſpen
ſationem.arg.in l.legata inutiliter. ff.de adim.leg. Vel ſi ma-
gis placeret,poſſes dicere,alia eſt iuſtitię,alia gratiæ,alia mix
ta.Iuſtitiæ eſt illa debita de qua ſupra. Gratiæ eſt quæ conti-
net merum priuilegium & meram principis liberalitatem.
172 Mixta,quę initur, partim iuſtitię, & partim gratiæ,†ut quan
do ob merita diſpenſatur cum aliquo,cui tamen, neque of-
ficium iudicis imploratum neque aliud remedium compete
ret ad diſpenſationem faciendam , niſi etiam concurreret
diſpenſantis liberalitas. Ad hanc diuiſionẽ faciunt quæ in ſi
mili tradunt Bar.& alii in l.2.in prin.ff.de uerb.obli.quando
diuidunt ſtip.dicentes quaſdam in danno, quaſdam in faciẽ
173 do,quaſdam mixtas.†per l.veteris.C.de cõtrah.& committ.
ſtip. & quæ de actionibus dicuntur in § item mixta. Sub hac
diuiſione venit principis tolerantia , quæ mixta dici poteſt,
In qua tamen aduerte quod tunc princeps dicatur diſpenſa
174 re ex tolerantia,quando vtitur uerbo, toleramus†ſecus quã
do ſimpliciter tacet Abb.in c.niſi.col.5.de præben.de hoc ta
men , quando tolerantia principis operetur ut lex non obli-
175 get,†vide Alex.in c.in iſtis. §.leges.4.diſt.qui inter cætera ſe
cutus Io.And. & Domi.in c.ſi de beneficio. de præb.in 6. di-
cit ꝙ tolerantia principis non prodeſt contra legem haben-
176 tem decretũ. †Decimo quæro. Quæ ſint cauſæ diſpenſandi?
Sol.multæ. tempus c.neceſſaria.c.pro remedio.1.q.7.c.frater
nitatis.35.diſt.quando dicitur defectum noſtri temporis.vbi
non ſolum merita, ſed corpora defecerunt. non pati diſtri-
ctionis antiquæ manere cenſuram. Item vtilitas, & neceſſi-
tas.c.tali.c.didici.1.q.1.ipſa pietas.24.q.4. item,ſcandalum,&
multitudo. c.ut conſtitueretur.50.diſt.in.Item & aliæ multæ
cauſæ,quas non facile erit enumerare, ſed arbitrium erit iu
dicantis,perſonarum etiam merita, in his multum ſibi vendi-
dicant c.de multa. de præb, quamuis hæc cauſa ad commu-
177 nem vtilitatem referatur. †Vndecimo quæro. Quæ ſi. diffe-
rentia inter diſpenſationem, priuilegium, reſcriptum, man-
178 datum,& beneficium?† Sol Diſpenſatio eſt relaxatio iuris,
ſed cum cauſa,quaſi quędã interpretatio,quamuis non pro-
prie. Priuilegium eſt directe contra ius & iuris rationem. de
hoc & aliis,quia non ſunt ſpeculationis noſtræ, uide ſal.in l.
3.in 5 col.de conſtit.prin.And.Sic.& alios in rub. de reſcrip.
Duodecimo quæro. Quomodo interpretandæ ſint diſpenſa-
179 tiones?& qui, & in quib. caſib. diſpenſare poſſint?† Sol.quia
enumerare ſingulariter eas, eſſet implere membranas inuti
liter,pro uniuerſali introductione materiæ, ponam aliquas

naſſet ab eo, qui habet auctoritatem diſpenſandi de iure, vt
principe, legato, epiſcopo, in his quæ illis de iure competũt,
quoniã facultas illa non eſt aliter probanda. Concluſio octa
ua. Omnis indulgentia principis ſemper interpretanda eſt,
355 ne præiudicium afferat tertio. l. 2. §. ſi quis a principe. ff. ne
quid in loco publ. capit. ut ſuper. de off. deleg. diat ſupra in 2.
concluſ. Concluſio nona. Diſpenſatus in foro eccleſiaſtico,
356 regulariter cenſetur diſpenſatus in foro ciuili. † vide Abb.
in cap. 2. de ſciſma. Concluſio decima. Non ſequitur ex cano
ne apparet papam diſpenſaſſe, ergo diſpenſatio eſt reſerua-
ta papę, quoniam oportet ut papa ſpecialiter reſeruet, vel ſit
357 de arduis. † cap. nuper. de ſentent. excommun. gloſ. in cap. 1.
de fil. presbyte. in 6 Concluſio undecima. Habens auctorita-
tem diſpenſandi, diſpenſat etiam extra territorium, quia eſt
358 actus voluntariæ iuriſdictionis. † Collect. in capit. at ſi cleri-
ci. in fi. de iudic. doct. in cap. nouit. hoc titulo. Concluſio duo
decima. Diſpenſatio vt quis poſſit retinere beneficia, quorũ
alias erat incapax, intelligitur de beneficiis alias canonice.
359 obtentis † c. dudum. el. 2. §. inſuper. de elect. ca. ſi gratioſe, in
fi. & ibi no. de reſcrip. in 6. cap. non poteſt. de præben. eodem
lib. ſicut dicimus de innouatione priuilegii. capit. inter dile-
ctos de fid. inſtrumen. Concluſio tertiadecima. Papa diſpen-
360 ſat ad libitum contra canones, & legem poſitiuam. † capi-
tu. propoſuit. de conceſſ. præbend. Abb. & alii in capit. at ſi
clerici. §. de adulteriis. & hoc tam contra legem ciuilem,
quam canonicã in terris imperio ſuo ſubditis, quoniã in his
exercet iura ſupremi principis. cap. per venerabilem. qui fil.
ſint legit. cap. nouit. de iud. in his enim quæ ſunt iuris poſitiui
ſufficit ſola voluntas Papæ. Innocen. in cap. cum ad mona-
361 ſterium. circa medium. de ſtat. mon. quem ſequitur Spec. in
hoc titulo. § nunc breuiter adhuc. verſic. xv. & Card. in c. per
cap. perpendimus. in 8. colum. de ſentent. excommu. Abbas
in capit. fraternitatis. de ſciſm. & dicit. Anto. in cap. 1. de con
ſtit. quod ipſa liberalitas principis eſt pro cauſa diſpenſatio-
362 nis, contra ius poſitiuum, † Alexan. in cap. per uenerabilem
in 1. colum. Item diſpenſat papa contra legem diuinam, eã
interpretando, & declarando. & modificando. † capi. præſul.
363 2. quæſt. 4. c. in omni. de Teſti. cap. ex parte. cap. a nobis, de de
ci. cap. 1. cap. ſalubriter. de vſu. Ratio autem quo ad ius poſiti-
uum eſt, quia volũtas principis habet vim legis † §. ſed quod
364 principi. inſtit. de iure. nat. gent. & ciui. Quo vero ad ius diui
num, eſt, quod cum diſpenſatio ſit ea cauſa, quæ facit illam
debitam non enim veriſimile ſit, Deum glorioſum uoluiſ-
ſe ita arctam legem populo ſuo dare, quin ſub ſiſtente cauſa
poſſit per Vicarium ſuum moderari, ſecundum Theol. ubi
ſupra. & Abb. in d. cap. propoſuit. Ex quo infertur ad quæſt.
diſputatam per Ioan. And. in reg. Actus legitimi. an papa poſ
ſit ea cauſa diſpenſare, ut matrimonium contrahatur ad tẽ-
365 pus. † & de materia vide doct. in §. de adulteriis, & in c. cum
olim. de cler. coniug. Ancha. in cap. 1. de conſtit. Car. & Imo.
in clem. 1. de conſan. & affin. De beneficiis autem, quod illa
366 conferre poſſit ad tempus, nemo dubitat. † capi. paſtoralis. 7.
quæſt. 1. At ſecundum prædicta uidetur, quod etiam contra
legem poſitiuam non poſſit diſpenſare, niſi declarando, &
367 interpretando, † quia ius poſitiuum eſt ius diuinum, in quan
tum Deus illud promulgat per ora miniſtrorum ſuorum. c.
368 ſuſpectos. 3. quæſt. 5. l. fin. C. de præſcrip. long. temp. capi. quo
iure. 8. diſtinct. Sed reſpondeo, quod quamuis large omne ius
369 poſitiuum dicatur diuinum, † tamen proprie dicitur illud, q
eſt in ſcripturis diuinis reuelatum, † glo. in cap. 2 de priuileg.
370 in 6. Thom. 2. 2. q. 70. art. 3. in fin. & magis proprie dicitur il-
lud, quod ex diuinis ſcripturis hodie obtinet ſecũdum Tho.
in 4. quol. quæ. 14 nã multa ſcripta ſunt in lege Dei antiqua,
quę hodie non obtinent, vt cerimonialia, & iudicialia, capi.
tranſlato. pe conſtit. cap. 1. de purifi. poſt. par. habetur. 5. diſt.
in princ. intelligitur ergo ſuperior differentia de iure diuino
proprie ſumpto. Fallit tamen primo præcedens concluſio,
371 quando uellet diſpenſare contra articulos fidei, † quoniam
ſtatim redderetur ſuſpectus de fide, & conſequenter quoad
372 auctoritatem deſineret eſſe papa † gl. in c. ſi papa. 40. diſt. Fal
lit ſecundo, quando ex eius diſpenſatione decoloraretur
373 vniuerſalis ſtatus eccleſiæ, uel nutriretur peccatum. † capi-
tulo memor ſum. 74. quæſtio. prima, cap. nihil. 7. quæſtio pri-
ma. gloſ. & Abb. in dicto capitulo propoſuit, & ibidem Hen
ric. Hoſtien. in capitulo a nobis. de decim. Aegid. in conſilio
28. in quinta colum. verſic. tertium motiuum. Fallit tertio,
quando uellet diſpenſare contra ius poſitiuum ſine cauſa, &
374 eſſemus in foro conſcientiæ, † quoniam licet talis diſpenſa-
375 tio proſit in foro fori, non prodeſt. in foro poli. † Goffred. Ber
nard. Hoſtien. in capit. non eſt. de uoi. Abb. in repetit. capitu
li extirpandæ. §. quia uero. colum. 18. in fi. de præbend. Abb.
Ioan. Andr. Innocent. in cap. de multa. eodem titulo, & quæ
diai ſupra quæſtio. 8. uerſic. & ideo diſpenſatio. uide tamen
Felyn. in capitulo quæ in eccleſiarum. de conſtitu. & in capi
tulo ad audientiam. de reſcript. in quinta colum. uerſicu.
ſed ſi non apparet. declarantem iſtam limitatio. procedere,
quando lex poſitiua eſſet fundata in aliqua ratione deſcen-
dente a iure diuino, vel a dictamine rationis naturalis, quia
tunc non ualet diſpenſatio ſine cauſa in foro conſcien-
tiæ. alias autem in his quæ ſunt meri iuris poſitiui, ſola uo-
luntas principis eſt pro cauſa. Ex quibus infert, quod ſi pa-
pa conſtituit penſionem pro aliquo ſine cauſa, ille eſt tutus
376 in foro conſcientiæ, † cum nulla lex naturalis vel diuina hoc
vetet. pro quo facit, quia papa in beneficialibus habet pleni-
377 nitudinem poteſtatis. † cap. ſecundo, in princip. de præbend.
in ſexto, clement. prima, in fi. ut lite penden. propter quæ iu-
ra dicit Anton. in cap. conſtitutus. de re. doni. quod de bene-
ficiis eccleſiaſticis poteſt papa, ſi vult, diſponere etiã ſine cau
378 ſa remouendo unum a beneficio, † & ideo gloſ. in capit. per
principalem. 9. quæſtio. 3. dicit papam poſſe deponere epiſco
379 pum ſine cauſa, † quam glo. ſequitur Abb. in cap. tranſlato,
de conſtitu. Innocent. in cap. ad ſupplicationem. in fi. de re-
nunciat. Cardin. in clement. prima, in vlt. not. ut lit. penden.
Iſta eſt materia valde profunda, quia eſt agere de poteſtate
clauium. de qua tractare nunc non intendo.

Redditus beneficiorum ſunt reperti, vt inde alãtur mi
380 niſtri altaris, & poſtea pauperes. † c. qui res eccleſiæ, de reb.
eccl. non alien. c. de rebus. c. quatuor. 11. q. 1. c. aurum. 12. q. 2.
dignum eſt, & ſecundum diuinas inſtitutiones conſonũ, ut
nõ alligetur os bouis triturantis, ſed tota area relinquatur li
381 bera † capitulo cum ſecundum, de præben. quomodo ergo
exit

erit tutu: apud Deum, qui a ſuperiore immodeſto,& nõ bo
ni patris, ſed diſſipatoris vicem gerẽte redditus illos, qui pau
peribus,& miniſtris debẽtur,ſine cauſa obtinuerit. Quomo-
do ille qui multos titulos perſonæ ſuæ indigne aggregabit ,
an papa poteſt facere de malo non malum, nonne pontificũ
licentia in diſtribuendis beneficijs, perſonis indignis & etiã
paulo honeſtioribus, ſed inutilibus ſeruitiis eccleſiarũ,chri-
ſtianam religionem in opprobrium,& contemptum gentiũ
perduxit , & clerum vniuerſo mundo deſpectum reddidit.
382 †dicamus ergo,quod licet papa ſit ſuppremus princeps , di-
ſpenſatio tamen eius debet eſſe ad ædificationem , non ad
383 deſtructionem,†ſecundum Apoſtolum,cum deceat princi-
pem vivere ſecũdum leges.l.digna vox. C.de leg.& ex digni
tate ſit aſſecutus neceſſitatem bene uiuendi , non licentiam
384 peccandi. † ut in §. 1. 40. diſtinct. non enim poteſt papa ali-
quid inter chriſtianos unde ſcandalum oriatur , ſecundum
Hoſt.& Innoc.in capit.ex parte.de verbo. ſignif. unde refert
Vinc.in Spec.hiſtoriali lib.25. cap.79. quod cum papa man-
daſſet Duſtano Cantuarien. epiſcopo vt diſpenſaret cũ Co-
mite anglicano ſuper retentione conſanguineæ,reſtitit in fa
ciem, & noluit diſpenſare, quin ipſum committen excom-
municauit,nec abſoluere voluit,donec illam dimiſerit. &
dicit Bald.in ca.1.§.ad hoc col.7.quod papa non poteſt aufer
re beneficium uni ſine cauſa , quin ſaltem det aliud.Abb.in
ca.1.de cler.ægrot.dicens papam non poſſe priuare aliquem
385 beneficio ſuo ſine cauſa, †quia hoc eſſet turbare ſtatum vni-
uerſalis eccleſiæ. & Innoc.in cap.niſi cum pridem de renũc.
dicit, quod ſi papa cogit epiſcopum renunciare epiſcopatui
386 ſine cauſa debet illi de bono cambio prouidere.†de quo la-
te per Feli.in capit.quæ in eccleſiarum colum.16.de conſtit.
& gloſ.in cap. per principalem. cum ſim. loquitur in foro iu-
diciali, immo etiam ſecundum Abb.in c.fi.de confir.vti.uel
inut.illa gl.eſt abſolute falſa.quod etiam ſequit̃ Card.in cõſ.
141. quare ego aperte teneo,quod in foro conſcientiæ,pẽſio
ſine cauſa conſtitura pro aliquo,quia ſubtrahitur alimonia
pauperum & miniſtrorum , nõ proſit obtinenti, & maxime,
387 quia iſtæ indiſcretæ pẽſiones ſunt cauſa mille malorũ. † ſed
de his hactenus.de materia tamen vide gloſſ.& Abb.in dict.
capit.propoſuit.& Henr.in d. §.de adulteriis. Augu. de Anc.
in ſuo amplo tractatu de poteſtate papę.& ad deciſionem q̃-
ſtionis conuenit determinatio Abb.in cap.cum eſſes.in ante
pen.col.de teſt.cum ſuis rationibus, quando concludit papã
non poſſe dare licentiam clerico teſtandi de fructibus eccle-
ſiarum ſine cauſa,quanuis de facto male obſeruetur propter
compoſitiones, quas Deus cum auctoribus ſuis perdat,ſi pro
388 pter eas indigna conceduntur.†Fallit quarto, quando vellet
diſpenſare cum monacho, vt haberet proprium ipſo manen
389 te in monachatu.†cap. cum ad monaſterium. de ſtat.regul.
intelligendo tamen vt ibi per Hoſt.& alios.Fallit quinto, qñ
390 vellet diſpenſare contra ius gentium.†vt ſi diſpenſaret cum
aliquo infante ut emitteret profeſſionem in religione uali-
dam. Nam cum ex iure naturali & gentium non poſſit talis
obligari,diſpenſatio papę non operabitur.Bart.in l.in pupil-
lari. ff.de vulga.& pupilla ubi uideto Are.qui rem hãc diſpu
tat in 3. colum. Concluſio quartadecima Legatus generali-
ter ex cauſa diſpenſat cõtra ius, niſi ſit expreſſe prohibitum.
391 †cap.quod tranſlationem.ubi Docto.communiter,quanuis
Spec. in §. nunc oſtendendum.& Collect.in cap.ſicut vnire.
videantur admodum titubare.ad hæc gl.in cap.quæ de cau-
ſa.2.q.4.& in capit.dilectus.de fil.presby. & præſertim legati
diſpẽſant in omnibus caſibus, ubi diſpenſant epiſcopi,archie
piſcopi, & Patriarchæ, ut dixi ſupra lib.2. Et hoc de legato
maxime procedit in criminibus etiã adulterio maioribus,
quoniam ut dicit tex.in capit.fina.de tran. legatus temperat
ſeueritatem,prout ſtatui imperii,excedentium multitudini ,
392 prouida deliberatione pẽſata, conuenire uiderit.†& dicitur
in extrauag.Ioan.22.ſuper gentes,quod in prouincia deman
data ſupplent uices papæ , errata corrigunt , aſpera in plana
293 conuertunt &c.†de quo alias ſupra.Ideo uoluit Hoſt.in cap.
clerici.de cleric.excomm.mini. quod legatus poſſit diſpenſa
re cum eo,qui excommunicatus celebrauit,dum tamen nõ
394 in contemptum clauium hoc fecerit. †& quanuis Ioan. An.
dicat hoc eſſe uerum magis de conſuetudine quam de iure,
tamen ego exiſtimo eſſe uerum etiam de iure propter præ-
miſſam reg. ex quo non reperitur uetitum immo quaſi per-
miſſum.arg.c.latores.c.illud.de cler. excomm.miniſt. Et ſpe
ciale eſt in irregularitate,quæ incurritur ex prohibitione ho
395 minis.ut papa ſolus abſoluat†cap.is qui.de ſenten.excomm.
in 6.ergo contrarium in aliis. & hoc etiam tenet Collect. in
d.c.clerici.quanuis Abb.ibi diſtinguat,ut dixi ſupra,de pote.
leg.in abſoluendo ab excommunic. q. 9. non placet diſtin-
ctio, propter præmiſſa. Fallit primo, quãdo conſtitutio eſſet
conciliaris,quia contra concilium non diſpenſat, niſi graui
356 urgente cauſa†Anan.in c.ſicut olim.de accuſ.Abb.in capit.
non magno.in fi.ne cler.uel. mon.& in c.dilectus.de prebẽ.
Ant.in conſi.67.Spec.hoc tit. §.nunc tractemus.de quo uide
Fel.in c. 1.de conſt.gl.in c.cũ dilecti.de ele.& de ele. 1.co.ri.
Et ratio.quia conſtitutio cõcilij dicitur habere tacite clauſ.
397 derogatoriam,†ſecundum Arch.in c.1.in ver. Noſcatur.de
de conſt.in 6.quem omnes ſequuntur.quanuis Ium. in c.pen.
de capel.monac. uideatur tenere contrarium. quando dicit
inter conſtitutiones concilii & alias non eſſe differentiam.
398 †quod ſatis placet Fely.in cap.nonnulli.in 5.col.de reſc. pro
pter illum text. ibi , quando hoc ſpecialiter introducitur.&
hoc ego exiſtimo , uerum, quanuis conſtitutioni conciliari
399 difficilius derogetur , eo quod plurium conſilio facta ſit†ad
capit.prudentiam.de off.de leg.quod tamen in effectu idem
eſt.Quam limitationem declara,ut procedat quando uellet
diſpenſare ex cauſa meritorum. ſecus quando ob neceſſita-
400 tem eccleſiæ,†quoniam,ſtantibus iſtis duobus,etiam epiſco
401 pi diſpenſant in caſibus expreſſe uetitis †Arch.in capit. 1 de
conſt.li.6.dicens epiſcopum ex cauſa ſimili diſpenſare poſſe,
402 ut quis habeat duas dignitates in eadem eccleſia† Io.in cap.
ſanctorum.70.diſt in.aſſerens epiſcopum ſimili de cauſa poſ-
403 ſe diſpenſare ad duo curata. †Et Rot. dec.29.in ant.quæ per-
mittit diſpẽſationem,ut minor 25. ann. hac de cauſa teneat
404 beneficium curatum.†Idem firmant Abb. Ant. & Hoſtien.
in cap.de multa.Abb.moder.in ca.extirpandæ.§.quia uero.
verſic.quintum examinandum de præb. Io. de Lig. in dicto
§. de adulteriis. Et hæc eſt uera declaratio, ut late probaui s.
li. 5.ſub illa Rubr.An legatus poſſit plura beneficia uni con-
ferre. Et quod etiam epiſcopus ex magna cauſa diſpenſet cõ
tra concilium,tenet Fely.allegando multa in cap.1.in 4.col.
verſic. fateor tñ. de ſponſal. & per eundem Fely. quando ob
405 neceſsitatẽ multa conceduntur.†uide in c. cũ acceſsiſſen.
col.9.& 10.de conſt.Fallit ſecundo,quando conſtitutio habe
ret uerbum præciſe,uidelicet,ut omnino, perpetuo , irreuo-
406 cabiliter,eo ipſo,& huiuſmodi,ſecundum gl.in cap.cupien-
tes.§.cæterum verſ.perpetuo de elect.in 6.card.in clem. 2 §.
ſi uero.in prima quæſtione de uit.& hone.cleric.Ab.& Io. de
Ana.in cap.2.de rapt.loquentes de uerbo, irrefragabiliter.c.
ſanctorum.de præſcr.c.2. de conſuetu.c.1.de tur.cal.c.ſtatu-
tum.in prin.de reſcrip.in 6. & de uerbo,nullo modo gloſſ.in
clementin, 2.in uerſicul.concedatur & in uerſ.nullo modo.
de æta.& qualit.Imo. in cap.2.in 6. col.uerſi. circa quartum.
de teſtam. Et de uerbo, nullatenus, quod habet vim decreti,
407 †vide gloſſ.in auct.ſi qua mulier.C.ad Velleia.Iſta enim uer
ba præciſa uidentur excludere diſpenſationem inferioris, &
408 excludere acta in contrarium. †Contrarium tamen tenent
409 moderni†in dicto §. de adulteriis.dicentes quod in materia
alias permiſſa epiſcopo, iſta uerba non operantur niſi diſpoſi
tionem iuris communis, ut ſit ſenſus,quod de iure nullo mo
do fieri poſsit. non ideo tamẽ excluditur diſpẽſatio,quæ ſit
ſuper his,quę alias de iure ſunt impoſsibilia. Domi.in capit.
gratia. in gloſ.pen de reſcr.in 6. Innoc. in cap. paſtoralis. de
cau.poſſ.& propr.quod uidetur tenere Abb.in cap.in quibuſ-
dam.ad fi.de pœn.ibi nullatenus admittatur,niſi ſecum fue-
rit miſericorditer diſpenſatum. ecce quod uerbum,nullate-
410 nus excludit diſpenſationem. †ad hoc tex. in c.ſi quis presbi
ter.7.q.1.ibi oĩno ab officio deponi,dẽre,nec aliquando ſpẽ
reſtitutionis habere decernimus. ſi enim uerbum omnino
excluſiſſet diſpenſationẽ,fruſtra adiiceretur, nec aliquando
ſpem diſpenſationis &c.Ad hoc uidetur melior tex.in capit.
qualiter & quando.el 2. de accuſa. quando dicit accuſatio-
411 nem nullatenus admitti ſine inſinuatione,†& tamen cõſtat
quod poſtea ſi admittatur,valet.Iſta tamen non vrgent,quia
lex,vltra,procedit in caſibus ſuperioribus.Sed opi.moderno
412 rum poteſt verificari in cauſa neceſsitatis,uel utilitatis , † vt
dixi in ſuperiori limit. Cõcluſio quintadecima.epiſcopus ge
neraliter diſpenſat in caſibus,ubi a iure permittitur diſpẽſa-
413 tio,etiam ſi epiſcopo ſpecialiter non concedatur. †Innoc.in
cap.dilectus.de temp.ordin. Abb.in d.§.de adulteriis. Exem-
plum.ſi lex vetet aliquid fieri niſi cum eo diſpenſetur. Idem
Abb.In cap.officii.de elect.& in cap.fin.in fi. de apoſt.& in ca-
pitulo non magno.in 1.col.in fi.ne cler.uel mona. & in c.ue
nient.qui fil.ſint leg. Et idem quando lex permittit diſpenſa
tionem pontifici,quia intelligitur de epiſcopo.c.1. de ordin.
ab epiſcopo qui epiſcopat. renunc. Idem quoque dicẽdum,
quando lex aliquid ſimpliciter prohibet, & diſpẽſationem
neque vetat neque permittit. tunc enim diſpenſabit epiſco-
pus. Abb.in cap.innotuit.in prima col.de elect. Intelligendo
tamen quando eſt ſimilitudo inter illum caſum & alium,ſu
per quo permittitur diſpenſatio, quoniam in ea proceditur,
a ſim. Spec.in tit.de diſpenſ.epiſcopi,verſic.163. in uerſ. Item
his igitur.quamuis Abbas in c. Ioannes. de clerico coniuga.
uideatur tenere contra, tamen ipſe Abb.in c.tuæ.de cleri.nõ
reſid.in fi.tenet quod valet arg.a maiori. Aduerte tamen cir-
ca iſtam cõcluſionem,quæ vult quod epiſcopus poſſit diſpẽ
ſare

414 ſare in caſibus, ubi diſpenſatio conceditur a lege, & non pro
hibetur epiſcopo.† Quia Imo. in cap. poſt trans. quem refert
& ſequitur Anan. in cap. de ſimoniaca. & in cap. per tuas. de
ſimon. dicit eam non probari ex capit. nuper de ſent. excom.
quod communiter allegatur, quia loquitur in abſolutione,
415 quæ eſt ſecundum ius. † conclu. loquitur in diſpenſatione q̄
eſt contra ius. de quo per Alexan. in cap. qui ſtudet colu. 3. 1.
quæſt. 1. Sed tamen concluſio eſt vera, q̄a quando ſubeſt cau
ſa, diſpenſatio non eſt contra mentē iuris ut dictum eſt. Fal-
lit primo, quando diſpenſatio eſſet expreſſe negata uel etiā
416 non conceſſa, neq; negata, ſed pęna eſt reſeruata papæ, †quo
niam tunc ille ſolus diſpenſat. qui ligat. Hoſt. & Ant. in cap.
2. de bigam. Fallit ſecundo in conſtitutione conciliari, quo-
niam licet illa permittat diſpenſationem in genere, tamen
417 epiſcopus vel legatus non poterit diſpenſare. †gl. in ca. cum
dilecti. de elect. Tunc enim uerba, quæ diſpenſationem per-
mittunt, ſunt referenda ad papam, uel alium habentem au-
ctoritatem ab eo, non ad epiſcopum. Ant. & Aret. in d. §. de
adulteriis. Quoniam verba impersonaliter prolata referun-
418 tur ad eum, ad quem de iure actus pertinet. †l. ſi ſeruus lega-
tus. §. ſi margaritam. ff. de leg. 1. Contrarium tamen ſequun-
419 tur Abb. & Fely. †ibidem, quoniam talis permiſſio nihil ope
raretur, ex quo papa alias generaliter diſpenſat. Sed reſpon-
det Aret. quod hæc permiſſio operatur ut in diſpenſationib.
papæ, ſatis ſit apponere generalem clauſulam, nō obſtante,
cum alias eſſet derogandum in ſpecie Archi. in c. 1. de conſt.
in 6. Bal. in l. humanum. C. de leg. & cū iſta reſponſione trāſit
Deci. in §. de adulteriis. ſequendo opi. Aret. Tu ſequere opin.
420 Ab. quoniam ſi diſpenſatio permittitur, & epiſcopus illa nō
priuatur, nemo dicet epiſcopum hoc non poſſe. arg. c. nuper
de ſen. excomm. Et pro hac opin. eſt tex. in cap. ſuper quibuſ-
dam. iuncta gloſ. de pęn. Vbi conſtitutio eſt cōciliaris, ut col
ligitur ex ſupraſcriptione, & tamen gl. vult quod epiſcopus
diſpenſare poſſit. Ad idem tex. iuncta gl. in c. quiſquis. in ver.
fuit. de elec. Ad hæc reſpondet Phil. ex ſupraſcriptione huiuſ
modi non probari niſi quod conſtit. eſſet Papalis facta in cō-
cilio per ea quæ tradit Abb. in cap. 1. de pact. de quo latius p̱
ipſum Decium. in cap. 1. de iudic. Verum iſta ſua differentia
eſt quædam calumnia, ut alias late declaraui in c. 1. de conſt.
421 in 6. †cum confundatur maxime per tex. in capit. 1. de relig.
do. in 6. iuncto. c. fi. co. tit. in ant. per quem cōſtat conſtitutio-
422 nem editam a papa in concilio, vocari conciliarem. †Et aper
tius per text. in ca. cum in officiis. iuncto cap. relatum el. 2. de
teſtam. in ſupraſcriptione cap. cum in officiis dicitur ex con
cilio Lateranen. & tamen in cap. relatum. Papa dicit, quia ſta
tuimus in Lateranenſi concilio. Sed habemus iura clara, ne-
glectis iſtis ſubtilitatibus, ubi epiſcopus diſpenſat contra cō-
423 ciliū ex cauſa, etiam ubi diſpenſatio non conceditur, † ut eſt
tex. in cap. vacante iuncto c. maioribus. de pręb. & tenet Rot.
dec. 262 in no. prope medium, dicens quod epiſcopus ex cau
424 ſa neceſſitatis uel vtilitatis diſpenſat contra concilia. † Ad
hanc partem eſt tex. in l. ſi quis filio exhæredato. §. hij. autem
in fi. ff. de iniuſ. rup. & irri. teſt. l. fi. ver. nec tamen. C. de mod.
mulc. Et in l. ſi hominem. ff. mand. per quem dicit Bal. in l.
omnes populi. ff. de inſt. & iur. quod iura canonica dicen tia
425 epiſcopū non poſſe ſtatuere contra iura, †intelliguntur niſi
ex magna cauſa. quod etiam ſequitur Ab. in d. cap. at ſi cleri-
ci. §. de adulteriis, & in cap. ſtuduiſti. de offi. deleg. Ex magna
426 enim cauſa leges tranſgredi licet † ſecundum Innoc. in cap.
1. de conſtitu. cuius dictum ornant moderni Papien. in l. 1. in
2. colum. C. de prec. imper. offer. & quod ubi conſtitutio con
427 ciliaris permittit diſpenſationē, epiſcopus diſpenſet, †tenent
Abb. & Anto. in cap. quiſquis. de elec. & Felin. in. cap Non-
nulli in 4. col. de reſc. de materia tamen vide Alexan. in d. c
qui ſtudet. ubi late proſequitur. An epiſcopus diſpenſet cum
428 ſimoniaco, †qui videtur dicere quod regula præcedens non
ſit vera. Concluſio ſexta decima. Prelati inferiores epiſcopo
non diſpēſant, etiam in caſibus ubi diſpenſatio permittitur,
429 niſi lex eis ſpecialiter indulgeat. †Innocen. in c. fin. de eo qui
fur. ord. recep. Abb. in c. fin. de cler. pug. in duel. & in cap. fi. in
4 & 5. colum. de poſtu. prælat. in cap. cum ad monaſterium.
in 2. colu. de ſtat. monac. ratio autem, quia diſpenſatio eſt de
maioribus negotiis. cap. dixi. 1. quæſtio. 1. quæ ſunt reſeruan-
430 da epiſcopis. †cap. ſicut vnire. de exceſſ. prælat. cap. perlectis.
25. diſtinct. ſunt enim epiſcopi canonum adminiſtratores.
431 †21. diſtinctione in prin. Fallit, quando inferior haberet iuriſ
dictionem epiſcopalem, priuilegio, uel etiam conſuetudine,
432 qui tunc poſſunt ea quæ veri epiſcopi. † Innocentius in ca-
pitulo ſtatuimus. de maior. & obedien. gloſa in clementina
prima, de reb. eccl. non alie. Abbas in capitulo ſignificaſti. de
electione & in capitulo primo de uoi. Quare, Reuerēdiſſimi
cardinales in titulis ſuis, & eorum ſubditis diſpenſare pote-
433 runt † per ea quæ habentur in cap. his quę. de maior. & obed.
Et Card. in clem. ne Romani de elect. vbi habetur quod ha-
bēt iuriſdictionem epiſcopalem in ſuis titulis. Concluſio de
434 cima ſeptima. contra canones pœnitentiales diſpenſant ne
dum legati, & epiſcopi, ſed omnes habentes curam anima-
435 rum actu, †quia pœnitentiæ hodie ſunt arbitrariæ, †capitu.
436 omnes 47. diſtinct. capitulo menſuram. de pœnit. diſtinct. pri
ma. Guliel. in clem. prima. de priuil. Adde tamen Henr. in d.
§. de adulteriis. diſtingentem inter peccatum. Concluſio de-
cima octaua. Legati, epiſcopi, & omnes inferiores diſpenſa-
re poſſunt contra ſtatuta a ſe edita, etiam ſine cauſa, †quia ſi
437 ſola voluntas eſt cauſa viuificās ipſam legem, †vt in §. quod
438 principi, inſtit. de iur. nat. gent. & ciu. Ita etiam contraria vo
luntas erit cauſa modificans. argum. capitu. primi. de regu.
iur. nemo enim a ſua lege ligatur, niſi vinculo honeſtatis. †l.
439 digna vox. C. de leg. Hanc concluſionem ponit Innocen. in
cap. cum ad monaſterium. de ſtatu. regul. Ioann. Andre. in re
gu. generi, & in regul. cui licet. dicens hanc opinio. non
habere contradictorem. Anto. & Abbas. in dicto. §. de adul
teriis. in 4. colum. Abb. in cap. propoſuit. de conceſ. præben.
Rom. in conſil. 325. in pen. colum. Marianus in cap. ad audiē-
tiam. in fin. verſic. in quo articulo. de homic. Aequiparans in
diſtincte poteſtatem legis condendæ, & diſpenſandi contra
440 illam. †Immo tanto fortius poterit diſpenſare, quia poteſt il
lam in totum tollere, cum plus ſit tollere legem, quam diſpē
441 ſare. †cum epiſcopi & legati, in multis diſpenſent contra ius
442 commune, & tamen illud tollere non poſſunt. † clem. ne Ro-
mani. de elect. gloſ. in clem. 2. in fin. de reſcri. Et hęc eſt ratio
Anto. & modernorum in §. de adulteriis. & And. Sic. in. cap.
cum omnes. de conſtit. Propter auctoritates tantorum pa-
trum in foro iudiciali hoc obſeruaretur, ſed in foro animæ
neſcio quid dicam, præſuppoſito quod illa conſtitutio ſit ad
bonum publicum communiter acceptata non ne uidebitur
epiſcopus acceptator perſonarum. non ne per indirectum
aperietur via ut lex remaneat perſonalis, & epiſcopus nō ſit
paſtor communis, contra capitulū ſit rector 47. diſtinctione
& cum non poſſit niſi cum ratione ſtatuere, ut per omnes in
capitulo quod ſuper his. de maiori. & obed. ergo nec legem
tollere, ut omnis res. & c. cap. primo. de reg. iur. Non obſtat q̄
epiſcopus poſſit tollere, quia minus eſt tollere, quam diſpen
ſare, cū legis reuocationi nō reſiſtebat aliquid. Diſpēſationi
reſiſtat uinculum legis quod per hoc non tollitur. ſequere ta
443 men primam opin. quæ ubique ſeruatur, ut dicit †oan. And.
in reg. cui licet. de reg. iur. in 6. Fallit primo, quando conſtitu
444 tio tranſiuiſſet in vim contractus, uel priuilegii. †Rom. con
ſil. 326. Card. in conſil. 130. Quare dicimus diſpenſationem ſe
mel factam, reuocare non poteſt. †Glo. & ibi Domin. in cap.
445 cum ex eo in verſicu. ſeptennium. de ele. in 6. quam magni-
facit Rom. conſil. 517. hoc tenet Old. conſi. 203. factum tale.
in tertio dubio. Fallit ſecundo, quando conſtitutio eſſet iura
ta per eum qui ſtatuit, quia ſtante iuramento, non poteſt cō-
446 trauenire. capitulo dilecto. de præben. cum iuramentum ſit
447 pręciſe ſeruandum †cap. cum contingat cap. ad noſtram. de
iur. iur. & ibi doct. Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior ff. de
his, qui not. infam. hanc limitationem firmant Anto. & Ab-
ba. in d. §. de adulteriis. Hoc tamen declararem, niſi ex cau-
ſa vellet diſpenſare, quoniam iuramentum ſortitur naturā
448 actus, cui interponitur. †l. fi. C. de non num. pec. natura enim
449 legis eſt ut admittat diſpenſationem ex cauſa †capitulo vt
conſtitueretur. 50. diſtinctione. Item quia iuramentum con
tineret iniquitatem, ſi excluderet debitam diſpenſationem
450 †Vnde dicit Bald. in l. & ſi ſeuerior. in ſecunda colum. C. de
his qui not. infam. quod non obſtante iuramento de ſeruan-
dis ſtatutis, iudex poterit alterare pœnam, quando æquitas
dictauerit, quia iuramentum interpretatur, niſi ſub ſit cau-
451 ſa iuſta, †vt per eundem in l. clari. C. de fideicom. & hanc de
452 clarationem ſequitur Aretin. in §. de adulteriis. Praterea,
etiam ſi cauſa non eſſet in diſpenſando, ex quo communi-
ter receptum ſit ut epiſcopus diſpēt contra conſtitutiones
ſuas, hoc caſu diſpenſando non efficietur periurius, tamen
453 diſpenſatio non irritabitur, †cum actus etiam ſpiritualis cō
tra iuramentum teneat Ioan. And. & alii in capit. dilecto. de
454 præben. & in reg. Mutatur. de regu. iu. in 6. †Fallit tertio, quā
do conſtitutio eſſet recepta moribus utentium. Ita quod ex
indiſcreta diſpenſatione oriretur notorium ſcandalum in
455 populo. Quoniam tunc nec etiam papa poſſet in foro con-
ſcientiæ. c. nihil. de pręſcrip. Fallit quarto quando conſtitu-
tio eſſet facta de cōſenſu capituli, quoniam ſolus epiſcopus
456 non tollit neque etiam diſpenſat ſine cauſa. †Doct. in capit.
cum omnes. de conſtitu. Concluſio decimanona. in crimini
bus adulterii, & minoribus adulterio, epiſcopi & legati paſ
457 ſim diſpenſant. †§. de adulteriis. ubi doct. Ioan. And. in capi.
fin. de tem. ordin. Et ideo diſpenſat cum eo, qui propter cri-
men vſuræ ſuſpenſus eſt. not. in capitulo præterea. de vſur.
Fallit, quādo lex expreſſe prohiberet diſpenſationem, ut ibi
per doct. Et aduertendum ſemper, quod in omni caſu ubi le

gato

gato uel epiſcopo conceditur diſpenſatio, cõceditur etiam
458 ad famã reſtitutio,† ut tradit mīlis in verbo uer.pe.Abb.in ca
pitulo Cum ie.de iudi.& in §.de adulteriis quamuis.Innoc.
& alii communiter in d ca.cum ie. vdicantur innuere con.
trarium, tanquam reſtituere famæ,ſit de reſeruatis principi.
459 † Sed unum venit in conſequẽtiam alterius.Sed dubium eſt
An epiſcopus uel legatus diſpenſent cum eo,qui eſt iam de
poſitus per ſententiam,† Spec. hoc titu.§. nunc oſtendendũ
460 verſic.19.tandem concludit quod ci m deg: adato verbali-
461 ter poſſint diſpẽſa.ſecus ſi actualiter ,† niſi peteretur reſtitu
tio de iure,vt quia allegaretur falſitas teſtium , vel quid ſi-
462 mile.† Idem tenent Collec.& Abb.in d.§. De adulteriis. Et
hæc eſt mera veritas ſaltem in legato.in capitulo.ideo ſecun
da quæſtio.ſexta Nec placet opin Gondiſ.in eo tract.foli.26.
colum 3.volẽtis nullum inferiorem a papa poſſe retractare
ſententias a ſe, uel inferioribus latas,niſi ex cauſis iuris, † ut
463 ibi late per eum.Nam quantumcunque ſit lata ſententia cõ
tra aliquem,remanet caracter,& executio,niſi eſſet impedi-
ta.iſta impedimenti huius amotio non reperitur venia lega
to,igitur &c.

An autem depoſitus & reſtitutus poſſit retinere beneficium ſi-
ne nouo conſenſu patronorum,† vide Gondiſ.eo fol.colum.
465 4.Concluſio vigeſima. epiſcopi non diſpenſant regulariter
466 ſuper criminibus maioribus adulterio. † gloſ. & docto.in
467 §.de adulteriis. Roman conſil.325. Fallit primo,† quãdo lex
in genere permitteret diſpenſationem.per ea quæ dixi ſupra
ad hoc c. 2. de cler.pugn. in duel.& c.1. vbi per Inn.de corp.
vit.& p Spec.in tit.de diſpẽſ. epi uerſic.8.Fallit ſecundo, † qñ
468 ſubeſſet cauſa neceſſitatis, per ea quæ dixi ſupra conclu.14.
hanc limit.tenet Abb.in §.de adulteriis And.Sic.in capitulo
primo.de conſtit.Rom.in ſing. Sed an poſſit epiſcopus diſpẽ
ſare.fo.14.& conſil.325.inci.quo ad primum,Alexan.in l.ex.
duobus.§.ſi.ff.de uulg.& pup.

Nam neceſsitas adueniens non eſt conſiderata a legiſlatore. unde videtur
tacite permiſiſſe epiſcopo per l.ſi hominem . ff.mand.de
quo late Fely.in cap.quod ſuper his.in prima. fall.de maior.
& obedien.vbi ornat.l.ſi hominem.Vide etiam eundem ca-
pitulo primo colum.14 verſic.Fallit.7.de conſtit . & Barbat.
in conſil.primo. colum.15. in 4.volumi. Iaſ.in l.prima .C.de
preci.imper.offer.Adde præmiſſis gloſ. in ca.datorem.33.q.
ſecunda.dicentem epiſcopum poſſe ex cauſa urgenti relaxa
469 re pœnitentiam iniunctam a papa †& Bald.in Rubr. C.qui
admit dicentem quod poteſtas,qui tenetur ob iuramentum
ad unguem ſeruare ſtatuta, poteſt ex cauſa dare licentiam
470 alicui contra ſtatuta.† Aduerte tamen , quod quando prin-
ceps de facili poſſet adiri,ceſſat hæc ratio in epiſcopo, quo-
471 niam conſulendus eſt tunc princeps . † vt declarat Abbas in
capitulo dilecti.el ſecundo colum.ſecunda de appell.Rom.
in l.ſi uero §.de viro.ff.ſol.mat.p text. in l.diuus.la ultima.ff.
de falſis Fely.in d.capitulo quod ſuper his Deci.in §. de adul
teriis.colum.8.tunc enim videtur ceſſare neceſſitas ex parte
epiſcopi.l.prima. §.permittitur.ff.de aqua quot. & æſti.Con-
cluſio vigeſima prima . Neque ſeipſum, neque participes in
delicto poteſt legatus vel epiſcopus abſoluere, aut diſpenſa
472 re,ut ſi legatus accepiſſet pecuniam ab ordinãdo,licet alias
poſſet cum ſimoniace ordinato diſpenſare. †Glo. in capitu-
473 lo præſentiam. ſecunda quæſt.6.Hoſtien.in capitulo primo
de ſuppl.neglig.prælat.Eſſet enim hoc facto proprio aucto-
473 ritatem dare,quod non licet † ele.ſi una. de reb. eccleſ. non
alien.l.1.ff.de auct.tut. Quod facit ad quæſtionem. An ſa-
cerdos poſſit abſoluere parrochianam, cum qua commiſit
475 adulterium .

Et hæc procedunt quando epiſcopus vel legatus delinqueret in actu
ipſo.ſecus ſi delinqueret indiſcrete diſpenſando,quia ppter
hoc non admittitur diſcreta diſpenſatio. glo.in capitulo ſan-
ctorum.70.diſtin. Concluſio vigeſimaſecunda.Legati & epi
ſcopi in votis paſſim diſpenſant ,illa ex cauſa commutando,
477 non autem abſolute tollendo.† exceptis uoto caſtitatis,& vl
477 tramarino,pro redemptione terræ ſanctæ, ut dictum eſt lib.
2.& tradit Abb.in rubr.de obſer.ieiun.Et corſet. in ſingu.in
ver.diſpenſatio.

Sed quæritur an legatus ex cauſa poſſit diſpenſare ſuper voto caſtitatis, ſeu continẽ
tiæ ſimplici,vt quia videat iuuenem,quæ hanc vouit,nõ poſ
ſe continere.Sol.Spe.in ti.de diſpenſ. §.dicendum reſtat.ver
ſic.130.quem ibi ſequitur Ioan.Andr.in addit.tenuit epiſco
pum poſſe diſpenſare, quia hoc cauſa permittitur diſpenſa-
478 tio † cap. veniens.qui fil.ſint legitim .& hoc ut fornicationis.
periculum euitetur.

479 Contrarium uero tenent Anto.Card.& Abb. † in dicto capitulo ueniens
dicentes illum tex. loqui in caſu ſpeciali, quando mulier fe-
ciſſet votum ne haberet primum maritum,quem timebat.
480 Et quia dubitabat de cõtinentia mulieris , Et hanc opin.ſe-
quuntur communiter ſummiſtæ, & præcipue frater Sylue-
ſter in ſua ſumma §. votum quarto uerſic. quarto quæritur.
Dicens quod nec etiam in caſu illius capituli permittitur di
ſpenſatio epiſcopo, quia illud quod ibi fecit, fuit ex conceſ-
ſione apoſtolica . Sed in hoc decipitur ille pater , quia tunc
decretalis illa eſſet ſuperflua, & fruſtra membranas occupa
ret,contra ea quæ habentur in prohemio ſexti, & decret. Pro
opin.communi uidetur eſſe tex.in cap.rurſus.eo. tit. quãdo
votum ſimplex & ſolemne æquiparantur. Ego tamẽ ſequor
481 opin. Spec.† Quoniam iſta vota ſimplicia æquiparãtur ſpõ
482 ſalibus de futuro, quæ facile diſſoluuntur , † in dicto capitu-
lo rurſus. Vnde quemadmodũ ex cauſa rationabili iſta ſpon
ſalia de futuro etiam iurata auctoritate ordinaria diſſoluun
tur c.ex literis.de ſponſ.ita & iſta .

Præterea non cauillando tex.in capitulo veniẽs. probatur dictum Spec. Nam ibi
papa dicit eſse tutius,ut poſt fidem datam & uotum ſimplici
ter oblatum, matrimonium contrahat, quam fornicationis
reatum incurrat.ſi enim ſolum periculum adulterii præſtat
rationabilem cauſam ut diſpenſetur,quãdo uotum ſimplex
continentiæ & fides de futuro alteri data obſtant, tanto for-
tius,ſi ſolũ votũ ſimplex obſtaret, cũ funiculus duplex.&c.
483 1.de tre.& pac.Nec in voto conſiderabilis eſt,timor,† quem
prætendit Abb.quia illa narratio facti non inducit aliam ra
tionem,quæ exprimatur a papa,& in qua ſe fundat papa,qui
in decidendo præſupponit votum valuiſſe,quando vult im-
poni pœnitentiam de uoto uiolato, & fide mentita, quod
non eſſet, ſi timor conſideraretur. item quia papa conſide-
rat,quod votum erat ſimplex, nam ſi timor eſſet in conſide-
ratione,idem eſſet de ſolemni.

Et hæc pars eſt æqua ad occurendum lenitatibus muliercularũ & adoleſcen
tulorum. Quid autẽ dicendum,quãdoquis vouiſſet effici ſa-
484 cerdos? † Solu.videtur, quod non poſſit diſpenſare, quia qui
vouet eſſe ſacerdos, vouet caſtitatem in conſequentiam.
capitulo cum olim. de cleric. non reſid. capitulo de his.
vigeſimaoctaua diſtinctione Contrarium tamen credo,
quia licet vouerit effici clericus, non tamen eſt votum de
præſenti illius caſtitatis implicitæ, quia de præſenti non
ordinatur .

Vnde cum votum ſacerdotii non includat votum continentiæ, niſi
per ſtatutum eccleſiæ ad id arctantis clericos occidentales.
dicto capitulo cum olim. & cap.de his. qui vouit fieri ſacer-
dos,non vouit continentiam,ſed uouit ſe facturum votum
485 de continentia,† nec etiam expreſſe,quare ſimile eſt promiſ
ſioni de contrahendo. Item, non prohibebitur epiſcopus ex
486 cauſa diſpenſare cum aliquo, ut non fiat ſacerdos, † licet in
conſequentiã abſoluatur a caſtitate, & maxime quia ut dixi
ſupra,in ſimplici voto caſtitatis diſpenſat, & in hac diſpenſa
tione habetur reſpectus ad modum , vt euitetur regul.cum
quid Nam poteſt epiſcopus ex cauſa iſtum vouentem prohi
bere a ſacerdorio. Cur non ex cauſa diſpenſare, quod nõ ita
in caſtitate p ſe promiſſa. & hoc caſu cui denegabitur ſacer-
dotium , auferetur etiam onus caſtitatis annexum. capitulo
primo de conſtit. Concluſio vigeſimatertia. Diſpenſatio ſe-
mel facta etiam re integra, non reuocatur per mortem di-
487 ſpenſantis.† capitulo ex tua.de fili. presby. Concluſio vigeſi-
maquarta. Diſpenſatio præambula probat defectum fuiſſe
488 in diſpenſato.† l.manumiſſiones.ff.de iuſt.& iur.l. decem. ff.
de verb. oblig.

Fallit tamen, quando contrarium probaretur,qa ſupplicatio por
recta principi, non præcludit viam ad probandum contra-
489 rium † l.rura.vbi Bald. & Alexand.C.de omn.ag.deſer. lib.
11.c. accedens.de conuerſion.coniug. Concluſio vigeſima-
490 quinta. Diſpenſatio, literis non expeditis, non ſuffragatur.
iſta concl. eſt contra ius commune, cum gratia perficiatur
ex ſola ſignatura principis, ut alias dixi ſupra in ſexto libro,
491 §.pen. † tamen ex reg.cancell.53.quæ confirmatur per om-
nes pontifices, inducta eſt præſens concluſio. Sed in eius in-
telligentia dubitatur. Diſpenſatur titius ad tria incompati-
bilia,quæ ante literarum expeditionem aſſequitur. mox ali
quibus elapſis menſibus,expedit literas diſpenſationis.quæri
tur,an inciderit in pœnam extraua.execrabilis. Cauſa verti-
tur in auditorio Rot. aliquibus viſum eſt ipſum incidiſſe in
pœnam. Nam qui aſſequitur plura beneficia incompatibilia
ſine diſpenſatione canonica,incidit in illam extrau. & in pœ
nam.capitulo de multa. iſte autem eſt talis, quando literæ
non ſunt expeditæ propter illam reg.ex qua apparet diſpen-
ſationem non eſſe canonicam,niſi literis expeditis.

Facit,

492 Facit,quia iſta pluralitas eſt a iure damnata,† & non defenditur, niſi diſpenſatio
adſit tempore aſſecutionis,quomodo tempore gratię,uelut
Informis non ſuffragabitur, ergo &c. Alias ſecundũ aliquos
facile eluderetur illa reg. ſi expeditio ſequens traheretur ad
ea,quæ medio tempore perperam acta ſunt. immo nunquã
haberet locũ, quia ſemper qñ aliquis oppugnaretur ex regu
la,haberet promptum remediũ expeditionis literarum. Ad
hoc pon. quia grauius delinquit qui ſub ſpe veniæ delinquit
493 †capitulo illud. de cleric. excom. mi. capitulo quando quis
de conſilio diſtinctione quarta. Sed qui aſſequitur iſta benefi
cia ante expeditionem literarum aſſequitur ſub ſpe futuræ
diſpenſationis faciendæ per execut. literarum. ergo grauius
peccat quam ille,qui ſimpliciter aliter non diſpenſatur.ergo
ex iſto delicto ita naſcitur nouum impedimentum ut execu
tor deinde diſpenſare non poſſit ob impedimentum ſuper-
ueniens. ar. l. quia in eum caſum. ff. ad legẽ. aquil. ad hanc
partem faciunt multa, quæ dicta ſunt in præallegata. quæſt.
de penſione.

Item,allegatur ad hanc partem, quod Reg. illa ſeruiat deuento, ſi liceret
quandocunq; expedire literas,& ex ea iuuari quo ad pręteri
ta. In hoc tamen maior pars dominorum tenuit cõtrarium,
tum quia regula illa exorbitat a iure communi, cum in ſolo
494 verbo Papæ perficiatur gratia.† tum qa illa reg. loquitur tã-
tum in hijs diſpenſationibus,quæ ſolent limitari per cãcell.
ut patet ex prohemio eius,ex quo deprehenditur intentio re
gulæ. l. ſi. ff. de hære. inſtit. Et ideo vnus ex dominis ponderã-
uit reg. quando dicit. Nulla talis diſpenſatio cuiquam ſuffra-
getur. uerbum igitur, talis, reſtringit ſe ad diſpenſationes ex-
preſſas in prohemio regu. quæ limitari ſolent. & hoc etiam
ſenſit commentator illius reg. Ego etiam teneo hanc opin.
495 †licet multi exclamarent eſſe damnoſam cancell. quam ſe-
qui videtur Soci. in conſi. 41. in 3. vol. Nam ſiue certi fuerint
conditores regulæ ex ratione ibi expreſſa,ſiue ex alia. quod
honeſtatis cauſa, tacuerint, vtroque modo ſatisfactum eſt
reg. quando literæ expeditæ reperiuntur tempore,quo res de-
ducitur ad controuerſiam. Nam dicit reg. quod nulli ſuffra-
getur antequam literæ expeditæ ſint ergo poſtquam literæ
expeditæ ſunt,ſuffragantur.

Sed videndum a quo tempore ſuffragãtur. neceſſe eſt dicere a tẽpore datæ,
496 quia in reſcriptis gratioſis attenditur tempus datæ † ut late
per Fely. in capit. cam te de reſc. capitulo ſi eo tempore. eo.
titulo in textu alias ſi attenderemus tempus expeditionis,ſe
queretur quod qui prior expediret literas, eſſet potior in be-
neficio,& aliis gratiis conſequendis. quod abſurdum eſt.

Item,negari non poteſt,quin diſpenſatus ante expeditionem literarum, nõ
dicatur habere ſtatum habilitatis quo ad ſubſtantiam ipſius
diſpenſationis, licet pendeat eius liberum exercitium ab ex-
peditione literarum, igitur validitas collationis interim fa-
ctæ eſt in pendenti, quia taliter diſpenſatus, licet non plene
habilis,tamen nec etiam inhabilis,expeditis ergo literis,pu-
rificatur illa conditio,ſub qua retinebat beneficia. l. final. ff. ſi
ex noxa. cauſ. ag. per quẽm tex. ita arguit Socinus in propoſi-
to noſtro,& adducit quędam alia ſimilia de ceſſionario,& fa
cit ad hanc rem textus in l. potior. § videamus. ff. qui poti. in
pig. hab. Nam finis, qui trahit neceſſariam conſequentiam
a principio aduenıens, omnia media ad ſe trahit, & validat.
497 †l. damni §. Sabini. ff. de dam. infec. Adde conſ. Dom. 108. ſu-
per primo dubio,ubi,an reg. de literis expediendis habeat lo
cum in perinde ualere, & aliis reualidatoriis confirmato-
498 rijs &c.† De materia iſta, quod literis non expeditis,non ſuf-
499 fragatur gratia, †uide comentum reg. 25. & Miliſ. in repert.
in uerſicu. Gratia.& de materia, an ad eſſe gratiæ requiratur
500 ſcriptura,& an per teſtes probari poſſit, †uide Archi. Ioanis
Andrea, & Domi. in prohem. 6. & Bal. in l. ſi qua per calum-
niam. columna tertia C. de epiſ. & cleric. & in l. humanum.
in fin. C. de legi. & in l. fin. C. de comm. ſeru. man. & in l. fina.
columna ſecunda C. ſent. reſcin. non poſs. & in l. falſus co-
lumna 9 C. de furt. & per Anto. Coc. qui multos aggerit. in
capitulo cum olim. de priuileg. Vigeſimaſexta concl. Diſpen
ſatio facta ab eo, qui non habet facultatem diſpenſandi,eſt
501 nulla, & nullum tribuit ius diſpenſato. †capitulo ad noſtrã.
de conſuet. in reg. Ea quæ. de reg. iu. in 6. Fallit, quando diſpẽ-
ſatio procederet ab eo qui communi opinione exiſtima-
502 batur talis,ut poſset diſpenſare. †ad hoc eſt tractatus. l. Bar-
barius. Quem lector omnino videat.

F I N I S.

TRACTATVS DE Dignit. & poteſtate Legati,

Necnon de primaria Cardinalium origine, atq. Inſtit. in quo obiter etiam de materia beneficiali agitur.

EDITVS A IOANNE BRVNELLO

Iurium Doctore, ac in ſtudio Aurelianenſi Sacrorum Canonum Interprete.

Ioannes Brunellus Reuerendiſs. Patri Adriano miſeratione diuina tituli S. Sabinæ presbytero Cardinali, Epiſcopo Conſtantien. Sanctiſſ. Domini noſtri Papæ, in Francia Legato. S. P. D.

SOlent, Pater Reuerendiſsime, plerique omnes ſcriptores qui lucubrationes ſuas ſuas in lucem emitunt, eaſdem augustiſsimis, ampliſsimiſque viris nuncupare. Quorum ope ac præſidiis ſubnixe, tutiores in publicum exeant, & ancipitem iudiciorum aleam cautiores experiãtur vitilitigatorumque morſus minus reformident. Qui, quod Hieronymus inquit, canino ac theonino dente omnia circumrodunt, ea plerumque lacerantes in publico, quæ poſtea taciti legunt in angulis, aut certe ita ſæpe legentes, vt conſpecta tantum prima ac limitari pagina, mox temere de toto opere pronuncient. Eiuſmodi hominibus plane ſcribere ſe negat idem Hieronymus. Aſino enim inquit illa, lira ſuperfluo canit. Solent item nonnulli in recenſendis eorum laudibus, quibus ingenii ſui monumenta inſcribunt, non obiter inſiſtere, ſed eouſque immorari, vt in eis bonam præfationis ſuę partem interdum abſumant. Qđ etſi aſſentationi proximum eſt, aut certe a blandiloquentia non admodum alienum, quoniam bonorum laus, & commendatio, quæ in obſcuro eſſe nequit, eiuſmodi velut ęncomiis non indigeat, Tolerabilius tamen fortaſſe, quam quod ab Ethnicis fieri ſolitum ſcriptores prodidere, qui quidem ſe virtuti maximam mercedem reddidiſſe arbitrabantur, ſi eorum quos ſumma laude dignos videri volebant, ſtatuas atq; imagines in ꝓpatulo locarent, eorũ ſe immortalitati ita perbelle conſulere rati. Id quod non paulo melius literariis monumentis ac libris efficitur, quam vllis vel imaginibus, vel picturis, quæ & mutę ſunt nec plerumque ſatis actuoſæ, & breui annorum decurſu uel ſeneſcunt, vel intermoriuntur, quando, vt ille inquit, ipſa monumenta fatiſcunt. Morſque etiam ſaxis, montibuſque venit. At contra libri, atque ingeniorum præclara monumenta nullo vnquam temporis ſpacio obliterantur, & non ingenio quæſitum nomen, ab æuo excidet, ingenio ſtat ſine morte decus. Proinde, pater digniſſime, etſi antiquam & teſtatiſſimam generis, ortuſque tui, ac Natalium claritudinem, quibus, quod omnium eſt pulcherrimum, apicem. & ſummum, vt dicitur, Colophonem, impoſuiſti, epiſtolaris anguſtia non patitur. vt quæ omnia inſignem quempiam Panegyricon poſtulent, tentaſſem nihilominus in tam ſpacioſo campo, quantus antehac patuit nemini, ſtylo liberiori decurrere, ſi quidem ea mihi facũdiæ vis ac Suada illa, Pithoque flexanima adeſſet, qua tãtis tuis laudibus orationis vel ſplendore, vel maieſtate reſpondere poſſem. Enimuero quum anno ſuperiore duas, nam ſic noſtri vocant, repetitiones formulis excuſas, ac primum a Nicolao Beraldo viro facundiſſimo, atque impenſe docto recognitas publicaſſem. Quarum altera de Decimis Cruciaris, ac ſanctiſſima in Turcas expeditione, Altera vero de Romani pontificis electione, ac Conciliis uniuerſis pro renata diſſereret, ſtatui hoc anno de legati poteſtate deque Cardinalium primaria origine & inſtitutione peculiarem Tractatum facere Cumque mecum animo tacitus agitarem, cui potiſsimum opus ipſum, qualecunque eſſet, dicarem, tu mihi præcipuus occurebas, cui & operis materia, & titulus ipſe apprime conueniret, ſiue quod iam pro tua excellenti vitute Cardinaliũ albo inſcriptus es, ac dignus exiſtis. qui legatione perpetua vice Sanctiſsimi papæ fungatis, ſiue quod tanto muneri, ab-

ſit

ſit verbo inuidia, nullus meo quidē iudicio videatꝰ aptior,
magiſque idoneus ſuſtinendæ ſummi pontificis perſonæ ti-
bi ſummi ſenatus conſenſu nuper demandatę. Neque eſt, ꝙ
ego imprimis præfari volo, dum Legati poteſtatē, quatenus
iure clauſa deprehenditur, accurate pro mea virili, ac Làco
nica quadam breuitate deſcribo, etſi non ſatis iuſto volumi-
ne, quod quiſquam temeritatis me accuſet. Tantum enim
abeſt, vt vniuerſas legatorum facultates limitare velim, vt
de ſuprema quidem papæ delegantis poteſtate, quæ nullis le-
gibus aut conſtitutionibus humanis coercetur, pertinaciter
diſputare, temerarium eſſe putem ac dubitare. Porro Com
mentarii hi noſtri a lectoribus obnixe ueniam deprecaren
tur, niſi tuum adeſſet acre iudicium ac teſtimonium, niſique
tuo patrocinio & auctoritate ab omni iniuria vindicarētur.
Et quamuis in doctorum iudicium non admodum requirā
vt quibus nullam ſit plane iudicium, doctiſsimorum tamen
ac modeſtiſsimorum magis ac magis imploro ſuffragium,
eorum præſertim, qui ſacros Canones ab limine non ſaluta-
runt. Quos equidem certo ſcio pro ſua modeſtia errata, quæ
cunque erunt uel fortaſſe occurrent, excuſaturos, modo in-
telligant hominem me ſacris initiatum exhibēdo Deo Op-
timo Maximo diuini obſequii penſo obſtrictum, exque debi
to profeſsionis duabus cotidianis lectionibus mancipatū.
Ad quę etſi non tam gloria, quæ nonnunquam tamen ani-
mos titillat humanos, quam ſcholaſticorum nobis aſsiduā
operam dantium profectu, ac Chriſtiana quadam charitate
potius excitamur, non vſquequaque tamen minuitur pon-
dus, nec minor nobis exātlandus labor. Et ſane grauiſsima
hæc lectionum moles, quę, quod arroganter dictum nolim,
nos annos iam viginti exercuit verius quam delaſſauit, quæ
que ne nunc quidem nobis moleſta eſt, eo grauius ac fortius
pręmit, quo ſępius ac diutius iteratur ac extenditur. A qua
viri alioq doctiſsimi interdum abhorrent ſeu refrangāte na
tura, quod ſint parum vocales, ſeu declamationis ſarcinam
ac onus exoſi. Et hæc haud dubie quum ita ſint, vt ne quid
delitium anfractibus interim dicam, quibus inuiti torque-
mor, qui, quęſo fieri potuit, vt tam exiguo tamque angu-
ſto ſpacio tam multa colligeremus, præſertim obrepen-
te interdum iuſtę debitęque quietis tempore, obturbante-
que rei domeſticæ cura. Vtcunque legitimis ſtatiſque offi-
ciis perfunctis nobis hęc exciderunt, nimirum ſucciſiuis ſub
ſecundariiſq; temporibus congeſta, culpa tamen vacaturū
me prorſus non video, qui nulla prius neceſſitudine tibi iun
ctus, nulla familiaritate aut conuictu domeſtico notus, iudi
cium tuum laceſſere non erubuerim, atque has meas nugas
rudes adhuc & inchoatas dignilſimo nomini tuo inſcribere. Ve
rum fiduciæ huius author mihi fuit incredibilis tua huma-
nitas, quæ nuſquam non prædicatur, effecitque, vt ſcriptis
priusꝙ verbis tuam dignitatem auſus ſim compellare. Porro
non deſunt aliqui ingenio, vt credere par eſt, parum ſolido,
qui dum iuris ænigmata explicare ac diſſoluere ſe credunt,
magis implicant & involuunt. Quos quanꝙ indoctū vulgus
laudat & miratur, mihi nihilominus parū vīr huiuſmodi
homines rei literariæ, cōferre vt q lectores in Dedaleū quē-
dam atq; inextricabilem labyrinthū ſubinde conijciant, ni
hil Heraclito illi diſsimiles, qui ob affectatam quādam ſtyli
obſcuritatem σκοτεινὸς eſt, authore Hieronymo, id eſt tenebri
coſus cognominatus. Hi ſicuti lectori ſæpe vel riſum mo-
uent, vel ſtomachū, ſic eū ꝙ multū afficiunt ac delectant, q
ꝙ apud alios obſcura ſunt, aut omiſſa, aut certe vitio ſcripto
rū deprauata ſua interpretatione perſpicua reddūt. Id quod
nos hoc opuſculo cōcluſionib. aliquot, quas uocāt, cōgruo
ordine politis, niſi nos operis amor fallit, præſtitimus, vbi cū
cta, ut liquido intuenti patebit, via amena & facili explicare
curauimus. Quod ſi lectores ieiuna quædam, aut parum lati
na offendent, hi vel noſtros, vñ hæc deſumpta ſunt, autho-
res ac interpretes accuſent, vel tꝑis anguſtię, ſpacijſq;, vt Ver
gilius ait, iniquis, quib. excludebamur, totū imputent. Vtcū-
que, Pater Reuerendiſſime, ſeſe res hēat, ſpero equidē noſtra
hæc cæteris fore nō ingrata, ſi ea tu hylari ac benigna, quod
ſperamus, fronte ſuſceperis, memineriſq; rectos, nec a virtu
te diſſidentes conatus omnes laude dignos, eſſe quando etiā
non aſſecutis, vt eleganter ac uere ad Titum ſcribit Plinius,
noluiſſe, abunde pulchrum ſit, ac magnificum.

Concluſio VNICA.

Scripſit ſpeculator tractatum de pote
ſtate, legati vtpote cuius ptās
paucis innoteſcit, ut ipſe affirmat, ac ſuper
quo dubia infinita uidit ſuboriri, & peritos
inuicem ſæpe numero diſſentire. Subiicit
quoq; in § ſcđo ad ſe nō pertinere ptātē lega
ti ꝓfinire. Cū hæc ex papę mittentis pēdeat
arbitrio. Ac ꝓinde tanta eſt eius ptās, quāta in literis legatio
nis ſanctiſſimi papæ continetur. Teſtatur autem Io An. in ad
ditionibus ad eundem ſpeculatorem, ipſum a nemine practi
co doctore adiutum. Cum nullus ſpecialem de legato tracta
tum fecerit. Niſi quod idem ſpeculator in articulo procura
tionis legatorum, multa deſumpſit a Roffredo beneuētano,
in reliquo habuit neceſſe recurrere ad ſummiſtas, quod aiūt,
Parum autem profuit ſpeculatori, vt Io. And. ſcribit, Azo-
nis glo in rub. de offic. proconſu. Multum autem Speculato
ri contulerunt ſummiſtæ. Et cum iidem ſummiſtæ. qui ſpe-
culatorem præceſſerunt in manus meas non inciderint. Ne-
que poſt ſpeculatorem viſus aliquis qui de legato peculiarē
tractatum in medium potuerit. Et ſpeculator ipſe multa ad
materiam parum pertinentia inſerat, noſtri quoque com-
mentatores in titulis Decretalium. libri ſexti. & clementina
rum, nec funditus, nec pleno, quod aiunt, cornu, rem ipſam
expediāt. Sed leuiter tranſeant, inde in diſcurſu præſentis tra
ctatus mihi dificultas maior ingeritur. Accedit ad hæc etiā
quod pleraque noua & amœna de cardinalium poteſtate, in
ſtitutione, & origine dicturi ſumus. Nec eſt quod quiſquam
obiiciat Barbatiam ſpecialem de his tractatum feciſſe. Alio
enim ordine dicturus ſum, aut ſicubi viſus fuero eum refer-
re, hoc certe vt clare intuēti patebit exiſtiment oēs, me feciſ
ſe, ad taxandas, quod pace tanti viri dixerim, opiniones in q-
bus interdum lapſus eſt incōſulte. Adde ad materiam quod
Ioan. And. in dictis addi. ſpecu. dicebat eundem ſpecu. in præ
ſenti. Rubri. ſibi fuiſſe diſſimilem, ac non eum ordinem ſer-
uaſſe quem ſolet in reliquis rubricis ſuis, vtpote qui tracta-
tum de legato primum publicauit. Et in illa publicatione li-
bri ſui non inſeruit tractatum illum, quod poſtea mutato cō
ſilio fertur feciſſe adde prædictis pulchrum & elegantem for
mam ex qua & olim & hodie conſtituit legatus, & e qua id ꝫ
Spec. meminit. eodem titu. §. qualiter. verſi ſane. & verſi. an-
tiquis temporibus. Et Ioan. And. illic dicit in eo recurrendū
ad ſtylum ſeu formulariū curię Romanæ. Quo in loco mul
tæ formæ gratiarum quæ ſolent concedi legatis deſcribūtur
Et eodem loco inſeruntur Commendationes legati in Fran
ciam deſtinati, Ac ſecundum eum longe pulchrius Cōmen
datur Sabinen. epiſcopus miſſus in Angliam in forma quę in
cipit, Pater futuri ſeculi.

Concluſio I.

LEgatus dicitur Quicunque ab alio miſſus eſt.
Sic Specu. eo. titu. in princip. Sic Hoſtien. eo.
titu. in princip. ad hoc. capi. presbiterum. I.
diſtin. cap. Satagendum. 25 quæſtio. prima.
poſt prin. in quęſt. 7. Hoc quippe. Qui tex-
tus probat ad literam Archiepiſcopum. Tu
ronen. eſſe metropolitanum, per totam Britanniam. gl. prag
maticæ commemorat illum text. in § fin. in glo. fin. titu. de
Concluſio. eccleſiæ gallicanæ. Et tu caue quod text. pręalle-
gatus. Hoc quippe eſt Nicolai papæ Solomoni Regi Britan-
niæ ſcribentis. vt patet ex ſubſcriptione ipſius. Modo prouin
cia illa Ducatus nomen retinet. Primogenitus autem ducis
Britanniæ eſt Comes Nanneten. de quo meminit tex. cap. ex
tenore. de foro competent. Idem text. in cap. accedens. el 1.
ut lit. non conteſt. extra prædictis adde tex. in cap. nobiliſſi-
mus. 97. diſt. c. Ego Lodouicus. 63. diſtinct. ſi quis legationē.
94. Et ampliatur hæc concluſio, vt procedat ſiue a principe
aut papa ad alios mittatur, ſiue ab aliqua eccleſia ad papam
ſiue ab aliqua ciuitate vel prouincia ad principem, ſiue etiā
a proconſule de quo ſtatim concluſione ſequenti conſtituā
vt patet de iſtis l. diem functo. de offi. aſſeſ. ff. §. ſi uero epiſco-
pi. de ſanctiſ. epiſ. collat. 9. in l. obſeruare. § proficiſci. & l. lega
tus. cum ſeq. de off. proconſu. ff. inde eſt. quod legatus dicitur
vicarius muneris alieni. in l. vicarius, & l. legatus. de lega. ff.
Apud Vergi. Legari reſponſa ferunt, Et legare eſt in legatio
nem mittere. Apud Plau. in amph. Eos legat Telebois, hinc
legati, & legatorum miſſio, quanquam legare ſit etiam lega
tum aliquod teſtamento ſeu codicillis relinquere, & Lega-
tum eſt donatio quædam teſtamento relicta vt ſi quemad-
modum eſt multis legibus cautum, Teſtator auri pondo de-
cem legauit. Et Apud Liuium. li. 1. Numitori qui ſtirpis maxi
mus erat Regnum vetuſtum Siluiæ gentis legat.

Circa concluſionem Iſtam adde quinque declaration. prima.
Quod iure ciuili ꝓhibetur legatus eſſe qui eſt debitor reipu.
non qui fiſci. l. ſciendū. de lega. ff. Aliud enim eſt, vt ubi vult
gloſ. fiſcus. Aliud reſpu. Et vltra gloſ. euidenter oſtendit hoc,
diuerſitas rubricarū. Eſt enim ſi. Cod. 10. titulus de iure fiſci.
Et in libr. 11. de iure reipu Secunda. Prohibetur eſſe legatus
cui prohibetur poſtulare. Item qui alium accuſat de crimi-
ne ad amicum ſeu domeſticum eius qui accuſatur non co-
gitur

gitur legationem ſuſcipere.vt in d.l.ſciẽdum.§.ſi accuſatio. Vbi Bar. ſubiungit quod mihi non ſolum eſt ſuſpectus inimicus, ſed amicus ſeu domeſticus inimici.de quo vltra Bar. eſt.text.in cap.accedens.il 2.ut lite non conteſt.de epiſcopo Goriſopiten.iudice dato.Qui quod erat conſanguineus Comitis Britaniæ recuſatur a marito, quia ille Comes & terras dicti marii & vxorem eius retinet.Et ad hoc ibi Panor. ſingulariter notat illum tex.Addit quoque Bar.in l.allegata ꝓxime. quod citatus ad locum ſibi ſuſpectum uel inimicum non cogitur comparere.Inde papa caſſauit ſententiam Hæretici imperatoris latam contra Robertum Regem Siciliæ. ex ea potiſſimum cauſa.Quia idem imperator eundem Regem citaſſet ad ciuitatem Piſanam ſibi capitaliter inimicã. Suberant & aliæ cauſæ caſſationis ſententiæ illius.vt apparet in Cle.paſtoralis.de re iudi.in Cle.Et dum Cy. in l.omnes.§. ſi uero apparitor.de epiſ.C.de illa Cle.loquens, dicit. Tranſeat error ille cũ cæteris erroribus canoniſtarum.Vide quod no.contra eum pro ſuſtinendis Canoniſtis.Bar. in l.2.§.diui. de requi.re.ff.Et quod in alio propoſito contra eundem Cy. not.Panor. in cap ſuper literis.de reſcri.Quod ꝯ eundẽ Paulum in l.in cõtractibus.§.de illo.de nõ nume pecu. C.Tertia declaratio.Functis longinqua legatione uacatio munerum concedebatur vſque ad biennium.in l.3.de leg.C.in l.1 de mune & hone.nõ conti.C.in l.Paulus.de leg ff Et præfuncti. aliqua legatione ad eandem redire non tenebantur.ut in d. l.Paulus.in l.legato.de uaca.mu.ff.in l.extimationem.§.fi.de mu.& ho.ff.tres.liberi a legatione excuſant in l.r. de lega.C. Quarta declaratio. Legatus durante legatione nec propria nec alienis negocijs ſe implicare debebat,niſi forte ut de dãno quod paſſus eſt, aut pro iniuria propria experiatur.l.Paulus.cum ſeq.ff.eo.de leg.Qui tex.ſunt notandi,ut legatus pecunias quæ ſunt ſibi pro legatione datæ decedens in itinere reſtituere non teneatur,de quo ultimo Bar.pulchre not.in l. 1.§.diuus.de na.& extraor.cog.ff.& in l.diem functo. de offi. aſſeſ. ff. Quinta declaratio eſt. Qui legatum temere pulſat, quia contra iuſgentium facit puniendus eſt.tex.eſt notabilis in l.fi.de leg. ff. ubi refert iuriſconſultus eos qui legatos pulſaſſent, dedi debere hoſtibus quorum legati eſſent, Quem autem ſenatus iuſſiſſet dedi hoſtibus ſi hoſtes eum ciuitate expuliſſent eum ciuem Rumanum manere.Id autem quæſitum eſſe in hoſtilio Mancino quem Numantini ſibi deditũ non acceperunt,de quo lex poſtea data eſt ut eſſet Ciuis Romanus, ac præturam poſtea geſſiſſe dicitur. Adde prędictis tex.in l.ſanctum.de re.di.ff.ſanctum eſt,inquit Martianus iuriſconſ. quod ab omni iniuria hominum defenſum eſt atq; munitum. Sanctum autem dictum eſt a ſagminibus. Sunt autem,ſubijcit ille, ſagmina hærbæ quædam quas legati po. Ro.ferre ſolebant ne quis eos uiolaret, ſicut legati græcorũ ferunt ea quæ uocantur cerycia. & ultra illum tex. Adde ꝙ ſagmina dicta ſunt quaſi ſanctimina,quoniam e loco ſancto capiebantur a legatis ad indicendum bellum uel nunciandũ fœdus proficiſcentibus, apud Pli.lib.22.Quoniam non aliud de ſagminia in remedijs publicis fuere, & in ſacris legationibus quam uerbenæ. Certe quoque numine idem ſignificaſ, hoc eſt gramen cum ſua terra euulſum, hac ſemper legati ad hoſtes clarigatum mittebantur uſi,ſagminum etiam quibus utebantur legati exemplum eſt apud Liuium lib. 1.iubes ne me tex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire iubente rege Sagmina inquit te poſco. Rex ait, puram tollito, fecialis ex arce graminis hærbam puram attulit poſtea interrogauit Regẽ, facis ne me tex regium nuncium po.q; Ro. quiritum.Rex quod ſine fraude fiat po.Ro.facio.Et inquantum tex.in d.l. ſanctum ſubiungit quas gręci uocant cerycia Tu adde ꝙ cerycia a græcis latine dicuntur caducea. Cerya enim caduceator eſt,caduceus autẽ & caduceum uirga Mercurij erat, qua pax ſignificabatur. Nam quia Mercurius orationis Deus eſt & deorũ nuncius merito a dijs mittebaſ, ut diſſidentium animos oratione ſedaret,hinc caduceatores dicuntur legati pacem petentes a caduceo quem manu geſtabant, in caduceo autem ſerpentes inuicem complicati ſculpebantur,cuius meminit Pli.lib.29.& Macro.lib 1.Satur. Cato.Caduceatori inquit nemo nocet.Et caduceũ ipſum Apollo inuenit eoque mercurium donauit. A quo ipſe ita donatus eſt. Et inquantum dixi legatos ſanctos de iuregentium. Adde quod muri ciuitatis dicuntur ſancti, quod pœna capitis in eos qui in muros ſanctos delinquerunt ſancita eſſet in §.ſanctæ.de re.di.inſtitu. Et Vlpianus ſcribit.Sanctum eſt qđ nec ſacrũ nec ꝓphanũ eſt. Sed ſanctione quadã firmatũ. ut ſanctę leges hoc eſt ſanctione quadã ſubnixę apud Vergi. Sancta ad uos anima atq; iſtius inſcia culpæ deſcendã. Et in ſcripturis ſacris ſanctũ dr mundũ, purificatũ atq; expiatũ. Sic & Berſabee ſanctificata ſcribitur ab immunditia ſua. Et ipſum templum ſanctuarium dicitur. Et canoniſtæ noſtri intelligent ſacrum quod eſt ſacro criſmate delinitũ & ꝑ epm

conſecratum. Eccleſiæ enim conſecranẽ & cimiteria benedicuntur. Neq; religioſa fiunt,qđ uolunt leges,per illationẽ mortui, ſed per benedictionem & conſecrationẽ epiſcopi, vt not.Innocen.in cap.abolendę.de ſepul.Et cum apl'i gratiã ſpiritusſancti conferrent per ſolam impoſitionem manuũ epiſcopi quoniam non eam reſerunt perfectionem quam apl'i, conferunt per ſacri criſmatis delinitionem, vt pulchre Panor.not.in cap.quanto de conſue.Et quæ ſunt ordinis epiſcopalis,quæ ſunt impræſcriptibilia per inferiores epiſcopis vt quæ ſunt iuriſdictionis epiſcopalis.glo.tangit in cap.tranſmiſſam.de electi. Quæ vltima quomodo per inferiores epiſcopis præſcribantur non ſolum priuatiue ad epiſcopos ſed accumulatiue.no.per ſcrib. in cap. auditis. de præſcript. Sed hæc relinquamus quæ videntur extra materiam alio loco deducenda clarius & copioſius.

Concluſio I L.

LEgatorum vt canonum interpretes ſumũt, tres ſunt ſpecies,Primi a latere, Secundi miſſi ſeu cõſtituti,Tertii nati,A latere dicti ſunt qui de latere papę aſſumuntur,ſeu potius vt Spec. eo.tit.§.ratio,& Hoſti.in ſumma.poſt principium tradunt,A latere dicuntur quicunque viuę vocis papæ oraculo delegantur, ſiue ſint epiſcopi,ſiue capellani, Quod aiunt, aut officiales, Latus autem lateris dicitur quod eſt infra alam. Apud Verg.Laterique argiuum accommodat enſem,hinc lateris dolor quem pleuritidẽ græci nominant.Et Bernardus ad Eugenium in quadam epiſtola de cardinalibus loquens,non dico inquit ſanum qui dolet latera, Hinc laterani dicuntur ſatellites qui latus principis cuiuſ ois tuentur ac ſtipant quaſi laterones, Baſilica autem Romę Lateranen.dicitur, quia in Lateranenſ. nobiliſſimæ gentis ædibus extructa fuit Apud Hieronimum ad Marcellã. Quis credat mulierem & potentem in domo Lateranen.conſulis deſignari.Et quanquam omnes quos ſupra retuli,vt ſunt epiſcopi officiales capellani a papa in legationem miſſi, poſſunt dici a latere vt dicunt.Spec.& Hoſtien. propter reuerentiam ſummi pontificis,cuius fimbriam veſtimenti tetigerunt. vt de muliere in euangelio dicitur.Quem adorarunt. ad cuius s pacia oſculum ſunt admiſſi,& eis idcirco ſit proceſſionaliter occurendum De ſtylo curiæ ſoli Cardinales dicuntur legati a latere,probatur in cap.decętero.in verbo legatos.de latere non miſſos.2.quæſt.6 & ea cauſa,& quæſt.in ca. ſi epiſcopus. monuit Rumanum pontificem vt legatos de latere ſuo mittat. Et licet omnis ordo & magiſtratus recipiat ſplendorem a principe, magis tamen corruſcat qui proximior eſt quam qui diſtat ita Bal.de cardi.loquens in rub.de offic.proconſulis.Inde præpoſiti labarum qui aſtant principi in ſignis Bellicis conſularibus præferuntur. Et a perſonalibus muneribus excuſantur,quia præſentia principis eos illuſtrat, tex. q a Bal & communiter omnibus ſcribentibus pro Cardinalibus afferri ſolet in l.vnica de præpo.lab in lib.12.Sunt enim cardinales non ſolum lateri papæ aſſiſtentes,ſed pars corporis ipſius tex.eſt in ca.ſi quia cũm militibus.6.quæſt.1.Adde quod aliqui, Vt Vincentius antiquus gloſator,dicunt. Quod legati qui non ſunt cardinales dicuntur a latere.Sicut ſi Mediolanen vel Rauenas archiepiſcopi in Hiſpaniam mittantur cardinales autem quando ſunt legati dicãtur de latere quaſi in primo caſu præpoſito. A. Sians excluſiue notet quandam ſeparationem.Et in ſecundo caſu prępoſitio denotet quandam cõiunctionem & proximitatem, Sed meo iudicio hæc diſtinctio deſtruitur in cap.ad eminentiam de ſenten.excõ. vbi tex.loquens de cardinali appellat a latere Circa legatos miſſos, dic eos eſſe quibus legationis officium committitur Sed non aſſumuntur de latere papæ.7.quęſt.1. placuit de ſuperioribus a latere & iſtis miſſis habetur in capitulo ſecundo.eodem.titulo.in 6.Circa Legatos natos dic eos eſſe quib. competit officium legationis ratione dignitatis ſuæ, Quales ſunt Archiepiſcopi Eboracen.cantuarie.de quibus in c.1. iſto titu in cap.1.de appel.his adde, & Remen. Qui vt appareret in illis iuribus,eſt etiam legatus natus ratione ſuæ dignitatis Archiepiſcopalis. In ſe præterea habet ducatus dignitatem, Et inter pares Francię obtinet primum locum De ipſo Remen.cui ſubſunt plures ſuffraganei in corpore libri ſexti ſunt nouem decretales ſub diuerſis titulis locatę.Quæ oẽs incipiunt Romana.prima ſub tit.de offic.vicarii.ſecunda de of ordin.Tertia de ſupplen.negli.pręlat.Quarta de foro competen.Quinta de teſti.Sexta de appel.Septima de cenſi Octaua de pœn t.& remiſſi.Nona de ſenten.excom.Non repugnant hoc loco Quo de remen Archiepiſcopo ſermo incidit. Qui chriſtianiſſimũ Francorũ regẽ delinire ſolet afferrent una la dę ſacratiſſima eiuſdẽ regianſi vnctione,ꝙ nec ſũt olim

per

pertinẽtia, nec ẽt repugnabit ſermonẽ inſtituere de vnctione & coronatione imperatoris q̃modo occurrit imperio vacante pro obitu Sereniſſimi regis Romanorũ Maximiliani. Quæ omnia erunt notanda vtpote quæ apud alium non ita copioſe collecta inueniuntur. Imprimis quãtum ad chriſtianiſſimum regem noſtrũ attinet. Ego in eius ſacratiſſima vnctione lego præcipuas quinque ſpecialitates quæ in reliquis regibus qui ſolent deliniri non deprehenduntur. Prima ſpecialitas quia chriſtianiſſimus Rex ſolet deliniri liquore digniſſimo. Qui liquor vulgo ſacra Ampulla dicitur. Et is primum ad manus diui Remigii Remorũ antiſtitis Clodoueũ primum ex Francorum regibus chriſtianum ſacraturi delatus eſt cęlitus. Conſeruatur autem cum maxima veneratione ille liquor apud Remos in Cœnobio eiuſdem diui Remigij. Apperet autem in ea re euidens miraculum. Quia cũ liquor ille Sacratiſſimus in vaſe admodum paruo cõſiſtat, & in modica quantitate. Et eodem Sacratiſſimo liquore a Clodoueo primo chriſtiano rege Francorum hactenus vſque ad Chriſtianiſſimum regem noſtrum Franciſcum oẽs Francorum reges fuerint deliniti. ille tamen digniſſimus liquor in nullo apperet diminutus. Meminerunt de his expreſſe Io. mo. Io. An. Dominicus, & Fran. in cap. 2. de præbend. in 6. Ac illic ſubiiciunt ob eam cauſam. chriſtianiſſimo regi datam miraculoſe fuiſſe poteſtatem, ut curet laborantes morbo ſcrophularum. Ita enim vocant medici At reliqui reges non deliniuntur ita, ita fatentur docto. loco proxime allegato. Sequit̃ eos autho. Corſe. in tract. de poteſtate regia. Secunda ſpecialitas quia chriſtianiſſimus rex præter illum diuinũ liquorem ſolet deliniri ſacro criſmate. At reliqui reges quibus conceditur vnctio ſolum inunguntur oleo ſancto, ut habetur in cap. vnico. §. vnde in ueteri. verſi. refert autem, de ſacra vncti. Et tu adde hoc loco quod habet ille tex. Quod in veteri teſtamento nõ ſolum vngebatur ſacerdos ſed etiam rex & propheta Sicut in lib. regum dominus præcepit Henæ vade & reuertere in domum tuã per deſertum in Damaſcũ, cũque perueneris illuc unges Azahel in regem ſuper Syriã, Iehu filium. Nam ſic vnges regem ſuper iſrael. Heliſeum autem filium ſaphat vnges prophetam pro te. Tertia ſpecialitas, quia chriſtianiſſimus Rex, & illo liquore cęlitus demiſſo. Et ſacratiſſimo Criſmate nedum in humeris ſed compagibus. Brachiorum imo in manibus inungitur in quo accedit ad conſecrationẽ ſacerdotum. Ac ut exiſtimo delinitur in capite. Quod vltimum non auſim pro conſtanti aſſerere. Quod ſi verum ſit, accedit iſtud proxime ad conſecrationẽ pontificum. At reliqui reges ſolum deliniuntur oleo in brachio, ut habet tex. in dicto uerſi. refert. Nam poſtquam Ieſus Nazarenus quẽ Deus unxit ſpiritu ſancto. ſicut habet̃ in actibus appoſtolorum. Vnctus eſt oleo pietatis præ conſortibus ſuis. Qui ſecundum apoſtolum eſt caput eccleſiæ. quæ eſt corpus ipſius principis, unctio a capite, ad brachium eſt trãſlata. Et principes ex tunc, excepto rege noſtro chriſtianiſſimo, nõ ungit̃ in capite, Sed brachio ſiue humeris. in quibus principatus congrue deſignatur iuxta illud quod legitur. Factus eſt principatus ſuper humerum eius. Et quod de Chriſto dictum eſt quem dixi unctum, intellige quod fuit unctio miſtica & inuiſibilis, quia uiſibiliter nec in regem nec in ſacerdotem fuit unctus habetur in §. his. ita. 2. q. 7. Quarta ſpecialitas q̃a chriſtianiſſimus rex poſt deſumptam digniſſime vnctionem de manu Remorum Antiſtis induitur ueſtimentis ſacratis quæ pontificibus & ſacerdotibus conueniunt, utpote Sandaliis mappulis, dalmatica, ac diaconali tunica. Quib. inferioribus clericis non eſt conceſſum uti. In capitulo nonnulli cum duobus ſeq. 94. di. Quæ ornamenta ſeu indumenta digniſſime cõſeruantur in regali Cœnobio diui Dioniſii Pariſien. Quinta ſpecialitas eſt. Quia chriſtianiſſimus Rex poſt expleta miſſarum ſolemnia ac finitam unctionem de manu eiuſdem Remorum antiſtitis communicat ſacratiſſimum corpus Chriſti ſub utraque ſpecie panis & uini. Cum reliq. iti Paſchate, Pentecoſte, Natiuitate domini, ac uiatico poſtmo. ſolum communicant ſub ſpecie panis, O mitto hoc loco preces, orationes, ſuffragia, ritus, cerimonias, q̃ in chriſtianiſſimi Regis noſtri unctione obſeruari ſolent, Præter eo quoque miniſteria quæ a 12. parib. Franciæ, illic p̃ſonaliter miniſterialr & officioſiſſime, exibent̃, longum eſſet oĩa recenſere. Satis erit hęc obiter commemoraſſe, Poſtularet ea res doctiſſimum & elegantiſſimum virum, ac pro rei dignitate, & maieſtate, altiore ſtilo diſcutienda eſſet, Tractatumq; ſpecialem requireret. Et tu adde quod dum uacaret ſedes Remen. Epiſcopus Sueſſionen. ſacrauit diuum Ludouicum, eum, qui poſtea ob uitæ ſanctitatem in ſanctos relatus eſt. Idem factum eſt de filio eiuſdem, in Regno ſucceſſore. Ita legitur in Francorum aannalibus, potuit epiſcopus Sueſſionen. hoc miſterium expleuiſſe ex delegatione capituli Remen. Nam licet capitulum & illi de capitulo non habeant ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis, poſſunt tamen vacante ſede ad illa epiſcopos deputare, Et magis conueniebat, prouinciã vtriuſque Regis ſacrandi committi Sueſſionen. ſuffraganeo primo Remen. prouinciæ quam alteri, Et quib. caſib. capitulũ vacãte ſedẽ iuriſdĩonalib. ſuccedat, & in qb. caſib. nõ ſuccedat quib. caſibus dubium ſit, Vide copioſe, quũ non eſt præſentis ſpeculationis, per Ioan. And. in cap. vnico. de maiorit. & obed. in 6. per Panor. in cap. cum olim. eodem. titu. extra. Poſtulat hic locus quædam amœna referre de imperatoris electione, ut quemadmodum, de legatorum officio & poteſtate tractatum ſpecialem inſtituimus. ita de ſuperiorũ principum ſecularium dignitate quædã non omnino indigna referantur circa quæ ego facio ſeptem declarationes. Prima Declaratio, quod canonum profeſſores cõmuniter tenent quod a græcis in Germanos ſit translatum imperium in perſonam Caroli magni, ita habet tex. in cap. venerabilẽ. de elect. & glo. illic in verbo tranſtulit, refert quod cum eccleſia Romana opprimeretur ab Aiſtulpho, Ita eum nominant Regẽ Lombardorum petiit auxilium a Conſtantino, & Leone filio eius, imperatoribus, & cum nolent patrocinari eccleſię Romanę Stephanus papa. 2. natione Romanus tranſtulit imperiũ ad Carolũ Magnũ, q fuit filius Pipini, hæc ſunt formalia verba gloſę poſt tex. in d. d. cap. uenerabilem, Sed quia audio iſtam gloſam ab hiſtoricis communiter non recipi, & meo iudicio & text. & glo. in multis decipiuntur, Quod ego oſtendam ſex modis, Sed imprimis ego præmitto veritatem hiſtoriæ. Aiſtulphus Rex longobardorum trigeſimus Cum Romanorum agros & fines bello vexaret, & cũ Stephanus ſecundus pontifex, donis ſepenumero fruſtra tentaſſet placare, Tributum enim auariſſimus princeps pendi a popu. Ro. poſtulabat, quotannis ſingulis aureis in capita collatis Rauennam præterea Exarcatus ſedem, & magnam partem flamminiæ iam ceperat, Tunc Stephanus pontifex legatos ad Conſtantinũ imperatorem miſit, ſed nuncij ſignificauerunt nullã ſpem eſſe in Conſtãtino imperatore, aut quia noluit, aut non poſſit, aliunde petenda eſſe ſubſidia, poſtremo per legatos adiit Pipinum Francorum Regem, pipinus vero per Rothingradum Antiſtitem & Anthemium ducem, nunciat pontifici vt iret in Galliam, Stephano autem iam finem Regni Francię attingenti Carolus eiuſdem Pipini filius, cui a rebus poſtea proſpere geſtis mogno cognomentũ fuit, pontifici ad centeſimum lapidem honoris cauſis fit obuiã, nec Pipinus honori ceſſit vbi potifex aduentare dictus eſt, Sed ad tertium lapidem obuiam progreſſus, ad eiuſdem põtificis pedes ſe uenerabundum demiſit, Et a freno equi quo potifex ipſe vehebatur nunquam diſceſſit donec pontificem in vrbẽ p̃duxit & in cubiculo vbi diuerſatus eſt collocaret, Inde põtifici gratificatus Pipinus ad præuia veris ſigna exercitum celeriter ducit in Italiam iturus, Nec eum a propoſito auertere potuit Carolus Magnus frater Pipini in Caſinẽ. cenobio profeſſus, Qui ad id negocium ab Aiſtulpho miſſus erat, Qui nimmo indignatus propterea Pipinus eundem in viennen. monaſterio relegauit vbi paulo poſt vita functus eſt, Pipinus cum Italiam vna cum exercitu ingreſſus eſſet, & Ticinum obſidione cinxiſſet, ac Ticinenſem agrum ferro igniquẽ iã fuiſſet populatus, tunc demum Aiſtulphi pertinacia periculo victa ſe poſtulata facturum promiſit, Et Rauẽnam & quæ pontificis Romani erant ſe bona fide redditurum pollicet̃, paceque per hæc pacta, Pipinus cum exercitu continuo Italia exceſſit, Relicto Varreno huiuſce pacis arbitro, poſt cuius diſceſſum non ſolum Aiſtulphus non ſtetit in promiſſis Sed ſubdito crudeliter Romam inuadit, põtificem & Romanos obſidione fatigat, Suburbiaque ferro & igni vaſtat, Maiore, vt ſcribit Platina, prope damno ex hoc latrocinio a Romanis accepto, quam. 300. iam ante, & 400. annis ab inclinatione impii ſenſiſſent, Rogatus denuo a põtifice Pipinus vt vrbi Rome perfidia & Rabie Aiſtulphi laboranti opem ferret, & exercitum celeriter comparat, Pipino autem cũ exercitu in Italiam deſcendenti, Gregorius Conſtantini imperatoris bizantini prothoſecretarius imperatoris nomine nunciat & admonet vt Rauennam & cætera Exarcatus loca Cõſtantino, quia imperij eſſent, reſtitueret, Cui Pipinus reſpondit ſe in Italiam veniſſe, & eo conſilio arma induiſſe, vt eccleſiæ Romanæ ac Romanis ipſe militaret. ſe conſulturum eorum commodis quo ad eius fieri poſſet, Aiſtulphus poſtremo obſidione preſſus, coactus eſt priſtinas conditiones pacis accipere, Et per hæc deſiit grecorum Exarcatus eſſe in Italia Lateranen. Bibliotecarius, autor eſt Sabelicus, Exarcatũ ita p̃tib. eſt ut partẽ vnã Pentapolim appellaret, alterã Emiliã, Fuere in pẽtapoli, quod vox ipſa quoque deſignat, Quinque vrbes Rauẽna, Ceſena Claſsis, forum Iulii, forum Pompilii, Emilia, Bononia, Rhegium, Prama, Placentia Breui adiicit idẽ Sabellicus, Quidq̃d iterę patet a Placẽtinorũ Ticinẽſiũ cõfinib. ad Adriam vſque, rurſus a Venetis Ariminum, id

totum, ad Exarcatum pertinuiſſe. Sunt præter hæc alia Pipini iuſſu, pontifici attributa. Quæ a Blondo platina & Sabellico latius commemorantur. His ſic relatis videamus Quo pacto & quot modis & Inno. autor illius decretalis venerabilem, & gloſator ibi. Et ſimiliter Clemens & Ioan. And. gloſ. in clem. Roma. pontifices, de iureiu. in clem. lapſi ſint & titubauerint in articulo præſenti. Quod ego pace & bona venia omnium oſtendo, ſex modis. Primo dum glo. prædicta. in c. venerabilem, ſcribit imperium in Carolum magnum tranſlatum ob beneficia impenſa Stephano papæ. Sed quæſo vbi hoc legerit gloſator ille, lego ſatis apud hiſtoricos receptos Quod dũ Carolus magnus Deſiderium Aiſtulphi in regno Longobardorum ſucceſſorem expugnaſſet, ac eius regnum euertiſſet, ab Adriano papa & vniuerſa Sinodo vbi aderant centum, & 54. epiſcopi, & totidem abbates, Conceſſa eſt tũc Carolo magno dignitas patriciatus, ac is, ut legitur in canone Adrianus 63. diſ. Accepit poteſtatem eligendi pontifi. inueſtiendi quoq; archi. & epiſcopos per ſingulas prouincias. Et niſi a rege laudetur aut inueſtiatur epiſcopus a nemine conſecratur, Poſtremo quia Pipino iam mortuo Carolus ipſe Leonem tercium in ſedem reſtituiſſet is ab eodem pontifice cum iam annos triginta & amplius Fracorum regnum adminiſtraſſet. Sacerdotum habito cõſilio declaratur imperator. Declamante ter populo Rom. Carolo Auguſto, a Deo coronato magno & pacifico imperatori vita & victoria Secundo dũ gloſator ille dicit a grecis in Germanos tranſlatũ imperiũ vnde videtur ex his inferre quod ab eo ipſo deſierit imperium eſſe apud græcos quod eſt falſum. Quod ſi gloſator hoc dixiſſet aperte ſibi contrarius eſſet. Fecit enim Leonem quartum vel Conſtantino patri imperii cõſortem, vel imperii ſucceſſorem. Non ergo propter eam tranſlationem deſiit eſſe imperium apud Græcos. Bene vt iam diximus ſub Stephano adiuuante Pipino deſierunt Græci imperatores Exarcatum habere in Italia. Et his pro confirmatione adde Quod hyrene eiuſdem Leonis imperatoris vxor, Autore platina, Cum Carolo magno fertur fœdus iniuſſe, imperiumque his terminis diuiſiſſe, vt hyrene ea Italiæ parte potiretur, quæ ad dexterã Neapoli incipiẽs, ad ſiniſtrã Sipõto, q̃ vrbs nunc Macedonia dr̃, ſupero ſupoq; mari clauditur Carolo ipſi reliqua pars Italiæ ex fœdere obtigit. Ea tñ ſemp excepit loca q̃ diuinis eccleſiaſticæ eſſent. Tertio Fatẽdo tunc p̃iudicio veritatis cũ tex. & gl. p̃dictis in Carolũ magnũ factã tunc fuiſſe trãſlationẽ adhuc debuerunt & Innocẽtius ille autor illius decretalis & poſt eum gl. dixiſſe in Francos trãſlatũ fuiſſe imperiũ. nã quo res ipſa altius repetatur & veritas rerũ geſtarũ ac hiſtoriæ declaret, Pipinus, q Auſtraſiorũ primus Frãcorũ reb. ſe inſeruit, habuit filiũ Carolũ, cognomẽto, martellum. His Pipinum, & Carolũ magnum filios adijciunt aliqui Griphonem cui nomen conueniebat, quia rapere ex alieno conſueuerat Carolus magnus ſponte in Caſſinen. Cœnobio religionem eſt profeſſus. Et Cilperico rege ob ſuam ſocordiam amoto a Regno, & in monaſterium deputato Pipinus in Regem Francorum eligitur. id approbante Zacaria pontifice vt habetur. in ca. alius 15. q. 6. habuit hic Pipinus Carolum magnum, cuius eſt ſermo, filium Regni ſui ſucceſſorem. Nõ ergo in Germanos, vt gloſator ille voluit, ſed in Frãcos tranſlatũ eſt imperium, Et dum Panor. volens eodem loco ſuſtinere gloſatorem dicit. Quod eſto quod Carolus ille fuerit Francus. Tamen in perſonam ſuam fuit facta tranſlatio vt poſt eius mortem Germanos veniret, hoc certe eſt diuinatorium, & falſum, habuit enim Carolus Ludouicum pium filiũ regni & imperij ſucceſſorẽ. p̃terea tex. in c. in dic de cõſ. di. 5. a Panor. adductus cũ dicit in Theutonicos tranſlatũ imperiũ nõ dicit hoc fuiſſe tpe Caroli magni. Bergomen. ſupplemẽtarius affirmat p̃ ipe fuiſſe trãſlatũ in Longobardos, ſed ipſis Longobardis indigentib. duce tã p̃clari noĩs in Germanos duce Othone, Henrici regis filio fuit tranſlatũ. Quæ oĩa, & ſi p̃ cõſtãti ponere nolim, vt ipſe vult, Nõ. n. cũ de veritate hiſtoriæ agitur. gloſatori & doctori q̃tumuis excellenti eſt fides vſquequaque adhibenda. Neq; Bergomen. ille quẽ mõ citauimus, eſt hiſtoricus oĩno receptus, Satis tñ cõſtat in Carolũ magnũ imperiũ tranſlatũ. Ac vt dixi fuit Carolo patri Ludouicus pius regni, & imperii ſucceſſor Et in hoc loco adde quo de trãſlatione imperii agitur. Quod imperator appellari a ſenatu ſolitus eſt, vt Cice. in phil. indicat. Qui mille aut duo milia externorum hoſtium occidiſſet. Appianus vero ſcribit nomen imperatoris vendicari ſolere ab his prætoribus, qui tn maximis belli operib. verſati ſunt cũ laude. Nũc aũt inquit ſub quo decẽ milia in bello cecidiſſet hac appellatione dignos haberi audio. præterea ductores exercituũ, Et præfecti copiarũ militarium imperatores vocantur apud hiſtoricos. hic qui prouincias adminiſtrabant imperatores dicebantur. q̃uis poſtea in tyrannidem verſus ſit hic magiſtratus, & imperatoris auguſtiſſimum nomen in eũ ſit tranſlatũ q

Romani imperii gubernacula tenet Quarto dũ gloſator ille Bernardus dicit p Stephanũ papã a Cõſtantino ſublatũ imperiũ, q̃a contra Aiſtulphũ opẽ eccleſię ferre noluiſſet. Exiſtimãt contra hiſtorici Blondus potiſſimum, platina, & Sabellicus nõ potuiſſe ſcilicet Conſtantinũ ſuppetias ſtephano tuliſſe. Quod Aſia magnis tunc quateretur motibus. Turcæ enim, gens ad eam diem obſcuri nominis ac ex Scythia, vt quidã ſcribunt, profecta, Alanos primo armis adorti, inde colchos, & Armenios, poſtremo Perſas, & Sarracenos inuadebant. Quinto dum gloſator ille deſcribit Stephanum papam non ſolum a Conſtantino ſed Leone eius filio imperatoribus, auxilium, poſtulaſſe Tu aduerte quod ille gloſator aperte errat. Nam poſtea ſub Paulo primo pontifice huius nominis. Ac Stephani ſucceſſore immediato. Aſſumpſit ille Conſtantinus quintus eundem Leonem quartum filium, imperij cõſortem, cui Hyrenen Athenienſem mulierem pulcherrimã in matrimonium collocauit. Secunda declaratio. Quod facta tranſlatione imperii eo modo, quo in præcedente declaratione copioſe dictum eſt, Certis principibus Germaniæ data eſt a ſede appoſtolica poteſtas eligendi imperatorem, Et ſunt hij Maguntinen. Colonien. & Treueren. Archiepiſcopi, Comes Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Bradebrugen. Rex Boemiæ, glo. eſt in c. ad appoſtolicę. de re iudi. in 6. Ad gl. aũt eſt neceſſario recurrendum, cum ſuper his textus non inueniuntur expreſſi. Nam tex. in c. per venerabilem allegatus, & ſimiliter in clem. Romani, Bene dicunt quod iam de iure, q̃ antiqua cõſuetudine, ad certos principes ſpectat electio imperatoris, Sed non deſignant illi text. illos principes aperte. Et tu aduerte, quod iſtis principibus non eſt ad eligendum tempus præfixum, vnde ſi ipſi ſint negligentes, non deuoluitur poteſtas ſtatim ad papã, ſed debent prius præmoneri, & eis per papam certum tempus præfigi quo elapſo fit deuolutio ad papam, Ita tenet gloſ. fi. in d. c. ad apoſtolicæ. Sequitur Panor. in d. c. venerabilem. in 16. notabili, per tex. ibi, in §. nos itaque. in verſ. nunquid enim. Et eundem tex. in verbo non potuerunt vel noluerunt diligenter ponderat Panormi. Et nõ recordatur ipſe de alio ſimili, videlicet, quod ſi electores imperii tentauerunt eligere, & non potuerunt, nihilominus poſt admonitionem & expectationem poteſtas deuoluitur ad papã, Ne ſcilicet ſedes appoſtolica careat defenſore fidei catholicę, ſine ſui culpa. Et facit ſecundum Panor. optime in argumentum, quod ſi patroni eccleſiæ non poſſunt propter aliquod impedimentum eligere q̄ poſt longam expectationem põt epſ eccleſiæ prouidere ne careat eccleſia rectore ſine ſui culpa, de quo no. Panor. in c. quĩ, & c. cum pp. de iure pa. Tertia declaratio. quæ tendit ad declarationem dicti Canonis per uenerabilem ſępius commemorati, eſt, q̄ mortuo Henrico impatore, eius nominis quinto, Inter electores magna fuit contentio, Nam pars Othonẽ Saxoniæ ducem elegit, Pars Philippum Germanum Hetrurię ducem. Quẽ Henricus imperator eiuſdem Philipi frater, moriens tutorem reliquerat Federico filio ſuo, & ut latius ſerperet hęc diſcordia. Philippo fauebat Philippus Rex Franciæ, & Othoni. Richardus Rex Angliæ. Inno. papa electionem Othonis confirmauit, & eam quæ de Philippo facta eſt caſſauit, Ne huiuſmodi principum diſcordia vergeret in perniciem nominis chriſtiani, de quo latius habetur in illo canone venarabilem, Philippus tñ ipſe, cuius caſſata fuerat electio, non deſtitit in Italia Hetruriam, in Germania Sueuiam, firmo præſidio munire, Idem fecit & cõſtantia Henrici poſtremi imperatoris vxor, quæ ut ſibi prouideret ac Federico filio. Quem adhuc puerũ pater reliquerat Sicilię Regnũ. cis & vltra pharũ ad propulſandam vim hoſtium cõſtantiſſime muniuit. Ego vero quãtum ad caſſationẽ electionis de Philippo factæ, attinet, vt res ipſa funditus declaretur. Lego plures cauſas caſſationis illius electionis vt intelligant omnes, non poſſe papam pro arbitrio electiones imperatorum infirmare, poſſe autem quãdo cauſa ſubeſt. Prima cauſa caſſationis. Quia electio de ipſo fuerat facta non vocatis omnib. electoribus, patet in verſ. obiectioni. in ſi. illius verſic. Ac in iſta imperatoris electionis ſuccedit. ut ibi notatur illa vulgata regula. Quod plus operatur conſenſus vnius, q̃ contradictio multorum. Et probat ibi idem tex. in verſ. q̃uis plures. q̄ in electione imperatoris ſufficit, ſicut in aliis electionibus conſenſus maioris partis, nec requiritur q̄ fiat in concordia, ſeu concurſus duarũ partium. ſicut de papa dr̃ in c. licet de elec. Addit ibidem Panor. in 13. notabili. Quod cũ ad electionem imperatoris oẽs ſunt uocandi, & nullus cõtemnendus. Ac illic plus operetur cõſenſus vnius, q̃ contradictio multorum. Tunc electores imperij ad eligendum conueniunt non ut ſinguli, ſed ut collegium. Nam ſi facerent electionem ut ſinguli ſufficeret conſenſus eorum ſingulariter præſtitus. ar. l. per fundum. de ſeruitu. ruſti. prædio. ff. Et firmatur iſtud ſm Panor. q̄ electores in locum populi Romani ſucceſſerunt. Qui, ut uniuerſitas

elt·

eligebant imperatorem, tñ dñt iſti ſubrogati electores eodẽ iure cenſeri. Et tu præter eum adde ꝙ ſi electores eligerent ut ſinguli, non poſsent agere de cõtemptu, quod eſt falſum. vt in dicto uerſ. obiectioni. Et ibidem hanc opinionem cum Panormi. ſequuntur Card. & Innoc. reprobata opi. Hoſtien. contraria. Et ante eos idem tenuit idem Ioannes Andreas in ſpecu. in titulo de reſcrip. pręſentatione. §. fi. verſiculo antepenulti. quod ſi oppo. Hoſtienſ. eſſet vera quod electores imperii eligerent ut ſinguli probaretur ſecundum Panor. ibi vna notabills theorica Bart. in l. omnes populi. quod ubicunque maior pars præualet minori quod etiam in actibus ad ſingulos ſpectantibus debent omnes ad quos pertinent actus ſimul conuocari. ar. in l. maiorem. & l. & quia. ff. de pac. de quo idem Panormi. notat in capitulo tertio de iure patro. Adde quod Panormi. eodem loco. in 15. notabili dicit ꝙ in electione imperatoris poſſunt electores variare recedendo ab eo, in quem non conſenſit maior pars. Et accedere ad nominationem alterius ſicut obſeruatur in electione papæ. de quo ſcripſi copioſe in repet. c. licet. de vitanda elec. extra.

Secunda cauſa caſſationis electionis eiuſdem Philipi eſt, quia tempore electionis de ipſo factæ, ipſe eſſet notorie excommunicatus. text. ibi in §. eos igitur. Nam excõicatio notoria repellit a dignitate ſeculari. de quo notat in c. ad probandum. de re iudica. & in capit. fi. de procu.

Tertia cauſa iufirmationis eiuſdẽ electionis erat. Quia progenitores eiuſdem Philippi, vtpote, Henricus pater. & Fædericus primus, auus ipſius imperatores Romani multa præſumpſerant in ſedem apoſtolicam, & eccleſiam Romanam, ac ut eo loco ſcribit Panor. in filiis timere eſt paterna & progenitorum crimina. Ad hoc in ar. l. quiſquis, ad. l. Iul. maie. C. 6. quæſtione prima. §. verum. verſiculo ſi quis cum militibus. Et ea ratione ſpurii de iure cõi nõ ꝓmouentur, Cũ ſint teſtes paternæ incõtinentiæ.

Quarta cauſa caſſationis eiuſdem electiouis colligitur ex. § eos igitur. in verſiculo idem etiam. cum gloſa Fęderico enim Secundo nepoti ſuo Regi Siciliæ, imperatori ſperato, adhuc ſuperſtite Henrico patre promiſerat, quod ad imperium nunquam aſpiraret, & delatum nõ acceptaret. Quod iuramenrum eſto, vt ibi vult tex. quod fuerit temetarium. Tamen non debuit contra venire, niſi ut ibi vult text. prius conſulto papa. Et quamuis Spec. ti. iſto. §. nunc oſtendendum. verſiculo 23. dicat, quod epiſcopi poſſunt interpretari iuramentum dubium. Tamen quando eſt quæſtio de negocio arduo inter magnas perſonas, aut eſt quæſtio de contrauentione abſque permutatione vel alia commutatione in melius, ad papam eſt recurrendum. Ita notabiliter intelligit Spec. dictum tex. in d. verſ. nos itaque. ubi poſt eum Panor. in 21. notabili. Quinta cauſa caſſationis eiuſdem electionis eſt, quia imperium, quod ut dixi per electionem eſt deferendum uideretur ſucceſſione transferri. Si auo Fęderico, & Henrico patri Philippus ille in imperio ſucceſſiſſet, ita dicit tex. dicti c. venerabilem. ad fin. Quarta declaratio principalis eſt. quod is, qui per electores præmiſſos eligitur poſt electionem ante coronationem, ſm quoſdam, vt Ioan. And. dicitur Rex Alemaniæ. Sed ſm alios dr̃ Rex Romanorum. Ad hoc tex. in Cle. Romani. all. in verſ. dudum. vbi gl. Et card. & idem tex. in verſ. nos itaque. in uerbo Ego. H. Rex Romanorum. vbi gl. in uerbo futurus collgit contra Io. Theuto. qui in c. legimus. 93. diſ. voluit. Quod ſola principum electio facit verum imperatorem. Vides enim ꝙ approbatus, ſeu confirmatus ab eccleſia imperator non eſt donec unctionem & conſecrationẽ ab eccleſia recipiat. Adde hiis text. in d. Cle. Romani. in §. porro. in uerſ. prædeceſſores ſuos reges. ubi gl. magna in eodem uerbo ſecuta ſpeculatorẽ ſeu ipſius ſpeculatoris vſa auctoritate. in tit. de reſcrip. præſentatione. in §. fi. in uerſ. item ꝙ eſt obtentum, necnon ſecuta Cy. & Iac. de arc. in l. bene a Zenonæ. de quadri. præſcrip. C. & Inn. in d. c. uenerabilem. Refert eadem gl. Quod ſi imperator nõ poſſet recipere coronã in loco debito. Nihilominus auctoritatẽ adminiſtrãdi recipere poſſet a Colonien. Archiepiſcopo. Ad quẽ hoc ſpectat, uel ex illa electione hẽt illã. Hoſt. quoq; in c. ſuper quibuſdã, de uerbo. ſig. Refert ſe uidiſſe ĩ Alemania ꝑ principes iudicari & teneri, ꝙ Rex Romanorũ poſt electionẽ cõcordẽ hẽat oẽm ptãtẽ, q̃ imꝑator. Et ille Io. idẽ tenebat in d. c. legimus. nõ ſine ſuſpitione, tñ ut dicũt doc. ttpore, q theutonicus erat. Sup ꝑ negocio uero diſcordię electionis. de qua loqnitur ille Canon uenerabilẽ Refert gloſ. in dicta Cle. Romani. in dicto uerbo Reges, ſe habuiſſe duas formas quarundam literarum, quæ ſunt extractę de regiſtris Ian. Tertij. Quarũ altera dirigebaẽ archiepis, Epis, Prælatis, & principibus Alemaniæ, & Sclauoniæ. Altera ſpecialiter Maguntino archiepo. Inter alia referẽtes ꝙ ineõculſa cõſuetudo impij facta certa rõne, ac iuri cõſona. ꝑ patientiã ſedis apoſtolicæ tolerata, hoc hẽt ꝙ duob. electis in diſcordia vterq; adminiſtrat, vt Rex, & oẽm Imperii iuriſdictionẽ exercet. Quod declarat papa locũ habere donec alterius electio fuerit approbata, aut improbata. Sed illud vltimum videtur mihi multum dubitabile. Nam ſi duobus electis in diſcordia vterque adminiſtrent, pararetur via ad arma. cõ. l. equiſſimum. de vſufru. item durum eſſet dicere quod poſſet adminiſtrare ante approbationem fiendam per papam. Præterea finge electionem factam non vocatis omnibus electoribus vt contigit in perſona Philippi. de quo ſupra. Aut finge etiã electionem in concordia factam. Sed electum eſſe infidelẽ, excommunicetum, ſacrilegium, tyrannnum, fatuum, hæreticum, dices ne illum poſſe adminiſtrare, aut papam huiuſmodi approbaturum, abſit omnino. Ita dicit tex. in verſi. nũquid enim in dicto capitulo venerabilem. Hiis adde tamen quod cum glo. prædicta quæ uult ex duobus electis utrunq; poſſe adminiſtare. Cum qua cardi. poſt pau. ibi tranſit propter aliquam conſuetudinem, quę habet vim conſtituti. Tamen propter rationes præmiſſas contrarium mihi uidetur verius. Et ſecundum Laud. ibi Si ponerentur duo Imperatores æque adminiſtrantes. eſſet ponere duo principia, quod eſt ꝓpe hæreticum, & contra notata. in c. non autem. 7. q. 1. Item imperium nõ repcipit duos. 7. q. 1. apib. Eſſet quoq; contra illum articulum vnam ſanctã catholicam. & c. de quo in Extrauag. vnam ſanctam, quæ eſt Bonifacii octaui.

Quinta declaratio Eſt. Quod decretũ electionis factæ de perſona electi ad imperium debet præſentari Romano pontifici, vt facta diligenti inquiſitione, an ſit aliquod peccatum in materia vel forma electionis. Si electus ſit idoneus ac talis qui eccleſiam vniuerſam defendere poſſit, per papam declaretur Rex Romanorum, & declaretur habilis, & capax ad obtinẽdam Imperialem celſitudinis dignitatem, ac demum. declaretur vnctionem conſecrationem ſibi debere concedi a põtifice Romano. ita probat tex. in dicta. Clemen. Romani. in §. primo, Et tu aduerte quod per illum text. dicunt ſcribentes non requiri confirmationem, Sed ſolum approbationem perſonæ ſic Panor. in dicto capitulo venerabilem in 14. notabili. Sic Henricus luxemburgus, Vigeſimus Germanorum imperator, de quo loquitur text. in dicta Clem. cum fuiſſet per principes Germanię electus imperator deſtinauit ad Clementẽ quintum qui tunc erat apud Auinionem, nuncios certos cũ mandato ſpeciali de petenda confirmatione electionis ac p̃ſtando ſacramento, vt apparet in §. nos itaque. Refert Guli. de mon. lau. ſe fuiſſe præſentem tempore publicationis illarum literarum continentium mandatum illud. Et adiicit ipſe, in illis literis fuiſſe clauſulam. quæ ſequitur, dantes nihilo minus eiſdem procuratoribus & nunciis & eorum cuilibet per p̃ſentes litteras in mãdatis vt defectũ ſupplere valeãt. Et huic ꝓcuratorio addere quicquid quoad pręſens negocium expediendum ſubſtantiæ vel ſolennitatis poſſet eſſe neceſſariũ, vel vtile, per occupationem vel alias ommiſſum. & ſic vti quo ad addita ac ſi fuiſſent procuratorio appoſita ꝑ noſipſos. Et adde quod ut cauetur per illum. tex. in §. all. nos itaque. dum Henricus ille fuit approbatus per Clementem præſtitit ſacramentum fidelitatis per dictos nuncios, habentes. vt ſupra mandatum ſpeciale. Et Pręter illum tex. & ſcribẽtes ibi dic quod Clemẽs ea lege approbauit eũ, quod intra biennium accederet Romam, coronam accepturus a tribus cardinalisbus ad negocium huiuſmodi per papam commiſſis, iniunxit quoque idem Clemens quod Idem Henricus cum valido exercitu Italiam ingrederetur ad ſedandas factiones quę tunc illic erant. Nam per quamcunque ciuitatem & oppidum Italiæ cędebantur paſſim ciues, necabantur ſenes & allidebantur infantes, exiſtimabat autem pontifex ſe hoc iuſte feciſſe ad comprimendum motus huiuſmodi.

Sed ex ipſius Henrici acceſsu in Italiam, multa incommoda Italis, & populo Romano illata fuerunt Neque ceſſauerunt odia inteſtina, ſeditiones, & factiones, ſed magis ſuſceperunt incrementum. Et tu etiam caue ꝙ idem Henricus Italiam ingreſsus iterum pręſtitit ſacramẽtum fideltiatis in manu Ioannis de mollianis illud vice papę recipientis.

Sexta declaratio quod Imperator electus poſt coronam ferream & argenteam quas ſuſcipit in locis, de quibus quid deſignent per glo. in verſiculo porro. in verbo veſtigijs. in dicta clementina. Romani. inungitur per papam manu Hoſtienſ. epiſcopi ſuper hoc ab antiquo priuilegiati. & vt ſupra declaratum eſt non delinitur ſacro criſmate ſed ſolum oleo ſancto ut habetur in c. unico. de ſacra vnct. Et adde, ꝙ Imperator per talem vnctionem nullum recipit ordinẽ ſacrum, licet quidam & male dicant, quod recipit ſubdiaconalem.

Eſt verum quod epiſc. in habitu ſub diaconali miniſtrat

Sic tenet glo. fin. in capitulo valentinianus. 62. diſtin. Sic ſpe. in ti. de lega. §. nunc oſtendendum verſic. 39. ſic Ioan. Aud. Panor. & Imo in dicto capitulo venerabilem. Et ad tex. in d. ca. Valentinianus, dum dicit ordinem, expone id eſt officiũ. Et ad tex. in dicto capitulo venerbalilem qui dum loquitur de imperatore dicit inungimus & conſecramus, & dic ꝙ verbum conſecramus illic ponitur improprie prodelinitione, ſeu vnctione.

Septima declaratio imperator poſt electionẽ de eo factã, & iuniũ ctionem, eſt per papam coronandus corona aurea, quam ipſe recipit poſt ſacramentum fidelitatis ab eo pręſtitum, de quo ſacro habetur in cap. tibi dño, & in c. ego Ludouicus. 63. diſ. & habetur in cle. Roma. allegata. in cuius decretalis diſcurſu apparet, Quod ille Henricus Luæburgus ter præſtitit hoc ſacrm. Primo apud Auinionem per nuncios ſpeciales quando fuit declaratus Rex Romanorum. Secundo præſtitit ingreſſu Italiæ Ioanni de mollianis illud vice papæ recipienti, Tertio Romæ tribus cardinalibus deputatis in vnctione & conſecratione ipſius qui cum negaſſet adhuc, ſe neſcire ſacramentum fidelitatis tale a ſe vel ſuis prædeceſſoribus pręſtitum, idque conſtanter affirmaſſet in multitudine copioſa pertinaciter ac mendoſe, necnon acceſſitis notariis, motus eſt clemens vt in concilio generali declararet ſacrm ab illo Henrico trtiens repetitum eſſe ſacramentum fidelitatis. idẽ quoque Henricus dum contra Robertum Regem Siciliæ in reg. Neapolitano exiſtentem tuliſſet in ciuitate Piſana ſentẽtiam, qua & regno ipſo & reliquis terris. necnon dominijs, & iuriſdictionibus priuabat eum, declarando ipſum in crimen lęſæ maieſtatis incuriſſe, abſoluendo quoque & vaſſallos. &c. Ne hoc faceret præiudicium Roberto, aut ſucceſſoribus eius, declarat Clemens poſt mortem eiuſdem Henrici veneno, vt quidam dicũt, extincti, ſententiam illam aut fuiſſe maligne iniuſtam, & latam contra non citatum debite. Sed in loco vbi erant ſibi capitales inimici. Ac ꝯ eũ q eſſet in loco Siciliæ qđ nõ eſt de ditione imperatoris ſed papæ.

Et ex his deſignatur maioritas papæ ſuper imperatorem, dum imperator ab eodẽ papa Rex Romanorum declaratur imperator coronatur, q̃ maioritas ſi negarẽt eſſet ponere duo principia, de quo copioſe Panor. in c. nouit in tertia, col. de iudi. vbi notaĩ per eundem de dante poeta qui de hæreſi fuit conuictus, quia negabat in libro quẽ de monarchia ſcribit, hãc papæ ſuperioritatẽ de quo Bar. meminit in l. a. de requi. reis. ff. Ex qua maioritate inſurgit, quod non ſolum reges, ſed imperator ipſe per papam ea cauſa deponi poſſint vt habetur in c. alius. 15. q. 6. in c. ad apoſtolicę. de re iud. in 6. Et ille gladius materialis qui in habitu eſt penes eccleſiam tunc reducitur ad actum. Ideo etiam vacante imperio, papa ſuc cedit in adminiſtratione de quo notatur in c. licet ex ſuſcepto de foro competen. vbi eſt uulgata ſententia theorica cum quia ipſe Ioan. And. Anto. Pa. & Imo communiter tranſeunt, Et hęc ſufficiant, quantum ad Chriſtianiſſimi regis diffinitionem, q ex ſucceſſione aſſumi ſolet, etiam ſi, vt Bal. vult, extet in milleſimo gradu quiſquam de ſemine regio, ita ipſe Bal. in c. vni co de feudo marchię. hęc etiam ſufficiant de imperatore, q prouenit electione, vnctione, & conſecratione, & ſunt notanda quæ alio loco non inueniuntur diſcuſſa.

Concluſio III.

CArdinalatus realiter dignitate & miniſterio eſt de iure diuino, ita, tenent Hoſt. Ioan. & Panor. in c. a. de cler. non reſid. ſic Panor. in ca. per venerabilẽ qui filii ſunt legi. Barb. in 1. quæſt. Baſil. tract. ſui de præſtantia cardinalium, & hæc opinio ſuadetur auctoritatibus, quæ ſequuntur. Primo per id quod ſcribitur in Deuteronomio, ſi difficile & ambiguum iudicium eſſe perſpexeris inter leprã & lepram ſanguinem & ſanguinem recurres ad ſacerdotes Leuitici generis, quod vero de cardinalibus intellegatur. ꝓbat tex. in d. ca. per uenerabilem. in verbo ſunt autem ſacerdotes Leuitici generis frẽs noſtri q nobis in executione ſacerdotalis officii coadiutores exiſtunt. Et inquantum aliqui dicunt illum tex. potius de epiſcopis intelligendum quam de cardinalibus. Epiſcopi enim ſunt fratres papæ, & ſucceſſores apoſtolum. Qui epiſcopi Petro ęquales fuerunt in ordine, licet eis ipſe eſſet adminiſtratione ſuperior capitulo in nouo. teſtamen. vigeſimaprima diſtinctione. idcirco papa dum ſcribit epiſcopis appellat fratres ſi aliter ſcriberet reſcriptũ eius eſſet ſubrepticium, capitulo quanto graui de crimine fal. & in eccleſia non eſt ordo maior epiſcopali tenendo epiſcopatũ cum canoniſtis eſſe ordinẽ, licet ꝯ theologi, de quo notatur in proœmio ſexti. Tu reſponde dupliciter. Primo dum papa commemorat totum collegium cardinalium. cardinales appellat fratres, eſto quod in collegio cardinalium ꝓ maiore numero ſint quidam presbiteri, & diaconi, ut uidelicet a digniori fiat denominatio. gluſ. reputata ſingularis in cap. 1. uſtori. in 6. cum alioquin duus papa cardinali diacono, aut presbitero ſcribit. Eos nominat filios. in c dilecto filio de præben. ex. Secundo quod tex. allega. in §. rationi. ſit de cardinalibus intelligendus probat tex. coniunctur illi. in c. fundamenta. §. decet de elec. in 6 decet, dicit ille tex. Romano pontifici per fratres ſuos ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, q ſibi in executione ſacerdotalis officii coadiutores exiſtunt libera prouenire concilia, quo uerbo coadiutorum vtitur tex. d. §. rationibus. Secundo probatur per id, ꝙ ſcribitur. 1. reg. 2. & recitatur apud pſalmographum. Domini ſunt cardines orbis terrę, quam auctoritatem dicit Hoſt. in c. 2. de cleric. non reſid. de cardinalibus eſſe intelligendam. Mihi tamẽ videtur hæc auctoritas eſſe dubitabilis. Nam intelligendo, ꝙ ly. domini ſit genitiui caſus, nõ nominatiui, vt Hoſt. voluit, eſt ſenſus. Quod cardines orbis terræ ſunt domini Dei, domini enim eſt terra & plenitudo eius in c. tua. l a. de deci. Barb. tamen in 1. q. Baſilica ſecutus opi. Hoſt. dicebat eum eſſet ſenſum illius auctoritatis. Quod cardines id eſt card. ſunt dñi orbis terrę. Quod ſi verum eſſet, ſequeretur ꝙ nomen cardinalis eſſet de iure diuino, quod ipſemet Barb. non admittit ex. q. col. 12. Ita ſi cardinales eſſent domini orbis terræ. Eſſet negare vniuerſalem iuriſditionem papę contra tex. in c. cuncta per mundum. 9. q. 3. Eſſet quoque negare localem iuriſditionem epiſcoporum, qui habent ſuas limitatas dioceſes, ut in c. 1. 80 diſ dioceſum partitiones cõtingunt, per flumina, riuos aquarum, caſtella, villas, montes, & cacuomina montium not. Gofr. & Imol in c. cum cau. de proba. quod ſi cardinales dicis dominos per uniuerſum orbem, eſſet tollere iuriſditionem epiſcoporum. vt ſupra limitatam. Et quæ limitatio fuit ſuperior, & antiquior iuriſditione & Inſtitutione cardinalium. Nam ſub Dioniſio papa 25. Facta eſt illa dioceſum limitatio Patrica vt concluſione quarta dicetur cardinales habent ſpecialiter titulos ſuos, quibus habẽt iuriſditionem ſpecialem, ſiue ſint epiſcopi, ſiue presbiteri, ſiue diaconi, non ergo habent in vniuerſo orbe iuriſditionem. Tertio probatur per id, quod ſcribitur. 3. reg c. 7. dum in illa diuitis templi ſtructura ſcribitur, ꝙ cardines oſtiorum domus interioris ſancti ſanctorũ. Et oſtiorum domus templi ex auro erant, ſed hæc auctoritas mihi videtur dubitabilis. Nam ut ſupra pręmiſi cardinalatus nomen non fuit cognitum nec expreſſum in veteri, ac nouo teſtamento. Sed tu aduerte, quod præmiſſa auctoritas, q ad literam de cardinalibus nõ poteſt hoc modo myſtice exponi. Primo domus interioris templi nobis præfigurat eccleſiam quæ ex Romano pontifice, & eius cardinalibus lateralibus, particularumque eccleſiarum prælatis, ac vniuerſo clero & populo conſtat, de conſe. diſtinc. 1. eccleſia. & apoſtolus Paulus ad Corinth. ſcribens. Templum Dei inquit ſanctum eſt, quod eſtis vos, ac idem ad Epheſios cum dixiſſet. Eos ædificatus ſ. fundamentum apoſtolorũ & prophetarum in Chriſto Ieſu ſummo angulari lapide, ac omnem ædificationem creſcere in templũ ſanctum, protinus adiecit in quo & vos coedificamini in templũ Dei in ſpiritu ſancto, domus quoque ipſa interior templi deſignare põt eccleſiam Romanam particularem, quæ ex ſummo põtifice & cardinalibus eſt ſpecialiter ordinata. Quæ aliarum eccleſiarum eſt radix & mater vt teſtatur Cyprianus. 24. quæſtione q. 1. loquitur. Et quomodo inquit radii ſolis multi ſunt, ſed vnum lumẽ, & rami arboris multi ſunt, ſed robur vnum tenaci radice fundatum. Et quomodo ex fonte vno riui plures defluũt, ſic eccleſia Romana Luce dñi perfuſa ꝑ totum orbem radios ſuos porrigit, vnũ tñ eſt quod vbicunq; diffunditur, vnum caput eſt vna origo, vna mater copioſę fęcunditatis. Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta & pudica, vnam domum nouit, his adde & Hieronymum ex. ca. & q. in cap. quicunque ad ſi. Quicunq;, inquit extra hanc domum agnum comederit prophanus erit, ſi quis in archa non fuerit peribit regnante diluuio Idem quoq; Ciprianus. ea. cauſa & q. Alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt, habere non poteſt Deum patrem, qui eccleſiæ vniuerſæ non tenet vnitatẽ. Tertio in ꝓmiſſa auctoritate quæ eſt in reg. 7. per ſanctũ ſanctorũ deſignatur ſummus pontifex. Nam ſi inferiores miniſtri ſancti eſſe debeant ut in Leuitico ſcriptum eſt. Sancti eſtote qa ego dominus ueſter ſanctus ſum, & in Eſaia. Mundamini qui fertis vaſa domini, at multomagis ſummus pontifex. Quis enim ut Symachus papa ſcribit. Sanctum eſſe dubitet quem apex tantæ dignitatis attollit, his adiici poteſt, quod eleganter Bernardus ſcribit epiſtola ad Eugenium quod ego retuli in repetitione capituli primi. conclu. quinta de homici. idcirco non repeto. Quarto Per hoſtia domus interioris ſacramenta eccleſię cõ-

giue

grue & appoſite deſignantur, de quibus ſacramentis ſcribũt noſtri in rub. de ſacra. non iterandi. Primo, vt dicta noſtrum in medium proferamus, Baptiſmus eſt ianua, quæ nos in eccleſiam Dei introducit, per ordinum vero dignitatem ad diuina miniſteria acceſſum habemus. Et pœnitẽtia nobis aperit fores eccleſiæ triumphantis, ad quam etiam per ſacram eucharistiam progredimur, quæ idcirco viaticum dicitur. cęterum chriſmalis confirmatio in hac inuiſibili pugna cum hoſte & contra eũ nos corroborat, & extrema vnctio exeuntes de prælio huius ſeculi fortificat. Matrimonium autem terram replens ita maris & fœminæ accepta ſacerdotali benedictione coniunctionem efficit ſpiritualem, vt duo in vnã carnem tranſeuntes, ſimul perſeuerent, poſtremo in præmiſſa auctoritate, quę eſt 3. reg. 7. cardines aurei, Cardinales ſanctæ Romanæ eccleſiæ deſignant. Nam vt prouerbio. 12. ſcribitur, Oſtium, in cardine regitur, ſic cardinales ſunt hi q circa ſanctum ſanctorum, id eſt ſummum pontificem aſſiſtunt, ac quorum præſidio nedum ſacrani eota eccleſiæ diriguntur ſed ipſa tota eccleſia vniuerſa, inde ſaluator noſter, ex cuius latere ſacramenta prodierunt, apud Ioannem ſcribit, Ego ſum hoſtium, Si quis per me nõ introierit non ſaluabitur. Apud Iob propheram legitur, glorioſum deum, circa Cardines cœli ambulare, id eſt eccleſiam & eius hoſtia, a cardinalibus ſuſtentari.

Quarto principaliter cardinalatus probatẽ eſſe de iure diuino, ex eo quod ſcribitur in exodo capit. fin. Locutus eſt loquit dominus ad moyſem Applica quoque ad te Aaron fratrem cum filiis de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio fungantur mihi. Et iterum applicabiſque Aaron, & filios eius ad fores tabernaculi, & lotos aqua indues ſanctis veſtib. vt miniſtrẽt mihi, & vnctio eorum in ſacerdotium proficiat ſempiternũ. Sunt qui locum illum ſic expõnant, ut Aaron ſummum põtificem deſignet, & filii eius aqua loti reuerendiſſimos cardinales deſignant cum omni vitæ mundicia cãdidiſſimos, ſed tu caue quod gloſa loco proxime allegato intelligit, apoſtolos, per quos debemus aulam ingredi cœli. Ad hos ſunt applicandi Aaron & filii eius id eſt omnis cætus ſanctorum, tã etſi ad Cardinales etiam accommodari poſſit, quos in locũ apoſtolorum dicunt aliqui ſucceſſiſſe, ut infra latius dicetur Quinto quod Cardinalatus ſit de iure diuino ſuadetur, quia cardinales ipſi ſunt pars corporis papæ in cap. fœlicis. vbi archi. & Ioan. And. de pœnis in 6 Ioan. mo. in cap. vnico de ſciſmat. in 6 vnde licet epiſcopi iurent papæ fidelitatem. Ego. N. de iureiur. Cardinales non. Hoſt. in c. antiqua de priuile. ſed papatus eſt de iure diuino, ergo Cardinalatus, hoc fundamẽtum, quod fuit Barb. in 1 q. Baſil. parum meo iudicio ſtringit. Nam poteſtas papæ a Chriſto proceſſit, qui claues eccleſiæ contulit Petro generali tippum eccleſiæ uniuerſæ, cuius Chriſti vicarii ſunt omnes Romani pontifices & ſucceſſores Petri, vnde iuxta gloſam in clem. ne Romani ad principiũ de iureiu. in clem. ſi qua iura dicant, papam eſſe vicarium Petri, dic quod gerit eandem vicariã, quam Petrus. Cardinalatus vero, ut ſupra duabus proximis auctoritatibus patet, fuit ſaltem figuratiue in ueteri teſt. Cum poteſtas papæ, vt ſupra dixi fuerit a Chriſto, Nec eſt uerum q cardinales ſunt ex toto pars corporis papæ, ſed q idem corpus myſticum cum ipſo cõſtituant, quemadmodum epiſcopos cum canonicis, de quib. in cap. nouit. & cap. quanto de his quæ fiunt a prælat. Nã licet e papatu vacante ſuccedant canonici in iuriſdõnib. vt notatur in c. cum olim. de malo. & obe. Non ſic faciunt Cardinales papatu vacante, de quo eſt gl. in c. vnico de ſchiſmate in 6. & hꝰ in clem. ne Romani de elec. Sexto facit pro prædictis, officium Cardinalium fuit de iure diuino, qui tuſſar ſacerdotum Leuitici generis ſunt aſſumpti, ut cõſulant papæ & eccleſiæ vniuerſæ, ergo ipſe Cardinalatus, ne uno & cadẽ ſis diuerſo iure cenſeatur. l. eum qui ædes de vſucap. ff. Sed hoc fundamentum q ſuit Barba in d. q. 1. in col. 11. parum vrget. Nam ſtatc põt poteſtatẽ Cardinaliũ in loco præmiſſo q de ſacerdotib. Leuitici generis loquitur fuiſſe figuratam, ſed non probat inſtitutionem Cardinalium ſaltem quãtum ad nomen Septimo Cardinales ſuccedunt in locum apoſtolorum quod ſundãm fuit primo Ludo. in cõſilio. 423. Et illud tacito autore aſſumit Barbat. in d. q. 1. col 9. Oſtẽditur iſtud dupl'r Primo inquantum apoſtoli aſtiterũt Chriſto ante paſſionem In quo ſtatu omnes apoſtoli fuerũt pares, nec Petrus tunc præerat cæteris, ſed omnes erant ſimplices ſacerdotes de pæ di 1. § cõ. in ver. Sacerdotũ. q per Petrũ & cæteros intelliguntur. Et ca. di 1 in c. quem pœnitet. ibi viuente dño ſacerdotes fuerũt inſtituti. Fuerunt o ordinati ſacerdotes p hęc verba, hoc facite, aut ſm alios p ea verba ite baptizate. glo. in c. in nouo in verbo pari cõſortio. 21. di. nã Chriſtus viuẽs ſolus habuit primariam ptãtem c. loquitur. 24. q. 1. Et ad illã ptãtẽ magiſtralem reſignandam nõ eſt expreſſior paſſus quam is qui in euangelio quo ementes & vendentes non ſolum eloquio, ſed etiam flagello eliminauit a templo. habetur in ca. ex multis. 1. q. 3. Quinimo Chriſtus viuens fuit prior ſacerdotum. 23. q. 8. cum a iudęis. Et fuit verus ſacerdos & pontifex c. dõs noſter. 56 diſ. Secundo appoſtoli aſtiterunt Petro poſt paſſionem priusq̃ ad prædicandũ dimiſſi eſſent in quo ipſe erat Petrus cephas. & id ẽt ut eſſe voluerũt ipſi apoſtoli. d. c. in nouo. Sic card. qui aſſiſtunt papæ, & elegunt eũ q eſt vicarius Dei & ſucceſſor Petri, apoſtolos ſecundum iſtas duas cõſiderationes repræſentant Quod ſi apoſtoli conſiderantur, vt fidem catholicam in toto orbe prædicarent, tunc loco eorum ſuccedunt epiſcopi, quorum officium eſt prædicare, & cuncta ſpeculari. Et propterea Inn. & poſt eum alii in c. cum in cunctis dicit epiſcopos debere ſcire vetus & nouum teſtamentum, ut ſint parati omni poſcenti de fide rationem reddere. Et inquantum dixi apoſtolos voluiſſe Petrum in principem, & tanquam præcipuum a Chriſto datum elegiſſe & aſſumpſiſſe. Gloriatur Barb. loco proxime allegato. electionem papæ quæ fit per cardinales eſſe de iure diuino. temerſi doctor quidam Catelanus auditor rotæ obnixe & pertinaciter contenderet eſſe de iure poſitiuo. Et in eam ſententiam coram Beſſarione cardinali Niceno, viro græce & latine docto. pduceret iura vulgata c. in nomine domini. 23. diſ. & 79. di. per totum. c. licet de vitanda de ele. vbi periculum eo. tit. in 6 ne Romani eo. titu. in Cle. Et per iſta ſit probata concluſio noſtra, cardinalatum conſideratum fuiſſe de iure diuino, capiendo ius diuinum proprie quod in ueteri uel nouo teſtamento continetur. Notat Hugo in cap. humanum genus. 1. diſ. gloſ. in cle. 1. in uerbo nullla iuris ſanctio de ſumma trinitate. Nec obſtat ſi dicatur cardinales fuiſſe de iure poſitiuo ſub Marcello, & Pontiano pontificibus vt voluit Archi. d. c. ubi periculum. Sequitur card. in d. clem. ne Romani. quia verum eſt, & fateri poſſumus nomen ipſum fuiſſe de iure poſitiuo, origo autem ipſa & inſtitutio proceſſit a iure diuino, uel ut Barb dicebat. col. 10. ea. quæſt. Argumentum iſtud, procedit ab eo qđ eſt in concreto, ad id quod eſt in abſtracto. Nã ſtare poteſt aliter declarando quam ipſe faciat, quod pontifices p̃dicti cardinales quoſdam inſtituerint & coadiutores aſſumpſerint. Ab eis tamen non proceſſit prima inſtitutio. Et eum de nomine cardinalatus, origo incerta ſit, tu conſidera quod ante eoſdẽ ab exordio naſcentis eccleſiæ aſſumpſerunt priores pontifices, coadiutores enim aſſumpſit Petrus, Linum & Cletum, & Clementem, quos conſecrauit epiſcopos. Linus item creſcente fidelium numero, bis in urbe habitis ſacris ordinibus, presbiteros decẽ & octo, & 11. epiſcopos inſtituit, Clemens presbiteros decem, diaconos duos, & epiſcopos quindecim ordinauit. Anacletus presbiteros quinque, diaconos tres. Et ẽpos ſex conſtituit, Euariſtus titulos id eſt eccleſias cum plebibus in urbe Roma, presbyteris diuiſit, Septemque diaconos inſtituit, Qui Romanum pontificẽ prędicantem propter ueritatis ſtilum cuſtodirẽt, Dionyſius quoque papa presbiteris eccleſias, & cimyteria in urbe Roma foriſque parrochias diſtribuit, ut ſuis quiſque finibus contentus eſſet. Nec alienum inuaderet, cuius ultimi meminit tex. in capit. 1. 13. quæſt. 1. quo ergo iure illi priores pontifices quoſdam coadiutores aſſumpſerũt, quos tunc uel epiſcopos uel presbiteros, aut diaconos nominabant, ita credendum eſt poſteriores illos Pontianum, uel Marcellum feciſſe, Qui aucto maiorem in modum chriſtianorum numero, titulos quoſdam erexerunt, in quibus præfecti. baptiſmo eorum qui ad chriſtianiſmum conuertebantur, & eorundem ſepulturis proſpicerent. Sunt qui cardinalium poteſtatem & auctoritatem quę hodie tanta eſt admirentur, Quia ut ipſi cenſent primaria eorum inſtitutio fuerit ad ſacramenta miniſtrãda & ſepulturas mortuorũ. Sed hij profecto inuenient Hiſtricum regnũ ex paſtorib. breui tpe ad ſupremã regalis ptãtis gloriam exercuiſſe. Aut dicemus non c'tãm infimã eorũ ptãtẽ q prius ſacramenta eccleſiæ q̃ ſunt fidei noſtrę præcipua diſpẽſabãt, uel certe affirmabimus inſtitutos card. non ſolũ ad diſpenſanda ſacramenta eccleſiæ, Sed ad ardua quoq; eccleſiæ uniuerſæ exercenda. Credendũ eſt. o. q eccleſia caput extollente, ac ſenſim eius auctoritate. ac dignitate creſcente, cardinales quoq; uelut prominati, ac ẽpis officio ſuperiores, pariter cũ eccleſia ad hãc quã intuemur ſplendidiſſimi honoris amplitudinẽ peruenerint, card. o. ampliſſima ptãs dinoſcitur ex ea epiſtola, quã Cyprianus uir eloquentiſſimus ad S. R. E. presbiteros & diaconos ſcripſit. Qua cum de rebus arduis, & q̃ proximę fidẽ reſpiciunt conſuluit, extat quoq; eiuſdem Cypriani epiſtola, qua eorũ ſtandũ eſſe ſñiæ profitetur. Ego aũt exiſtimo illos ſanctę R. eccleſ. presbiteros, & diaconos, quos nũc card. dicimus, non ſolũ ad diſpẽſanda eccleſiæ ſacramẽta aſſumptos fuiſſe, ſed ad ardua quæcunque negocia aſſumi ſolere, utpote. Qui legatione tunc fungebantur ad pacificandos hoſtes, ac qui vice pontificis huiuſmodi concilius

uniuerſalibus præeſſent. Hinc Leo primus cum adhuc Ro. eccleſię diaconus eſſet. Ad flagellum Dei Attilam q ad Romanam eccleſiam uaſtandam properabat trãſmiſſus eſt, ac ille tandem impetrauit, ut Attila in Pannoniam rediret. Sic idem Leo cum eſſet pontifex. Ad ſecundam Epheſiuam Sinodum fratres ſuos deſtinauit, uidelicet Iulianum epiſcopũ, ſenatum presbiterum, tituli ſancti Clement. Hylarium quoque diaconem contra Eunebeus Conſtantinopolitani Archimandritæ errorem, ut ex ipſius Leonis epiſtolis ad Flauianum patriarcham Cõſtantinopolitanum. Et ad ipſam Sinodum atque ad Theodoſium Auguſtum datis apparet. Legitur quoq; in octaua Sinodo, & regiſtrat. 63. diſ. Adrianus. li. 3. donatum Hoſtien. & Stephanum Nepeſinum epiſcopos, Et Martinum ſanctę Romanę eccleſię diaconem, Ab Adriano ſecundo pontifice Romano ad Baſilium, imperatorem Conſtantinopolitanum miſſos, ac illic exortũ fuiſſe ſciſma de Ignatij, & Photij ordinatione Gregorius item primus ſedis apoſtolicę diaconus Conſtantinopolim ad placandum imperatorẽ a Pelagio Romano pontifice deſtinatus rem ipſam ex ſententia & opinione pontificis conſecit, ubi moralium libros in Iob dicitur compoſuiſſe. Et Eutichium quendam Cõſtantinopolitanæ urbis epiſcopum ita præſente Auguſto ſuperauit diſputationibus, ut omnia quæ in l. de reſur. conſcripſerat retractare coactus ſit. Ex geſtis quoque ſinodi Romæ habitæ ab eodem Gregorio. Apparet Laurentium tituli ſancti Siluestri, Ioannem tituli ſancti Vitalis, ſpecioſum tituli ſancti Clementis, cæteroſque presbiteros & diaconos ſanctæ Rom. eccleſiæ vna cum epiſcopis, decretis illius interfuiſſe, ac ſubſcripſiſſe. Scripſit Ioãnes ruffatus ſermonem elegantem de origine, ac dignitate cardinalium. Is in 9. ac 10. colum. refert Petrum Damianum epiſcopum Hoſtien. virũ & doctrina, & ſanctitate conſpicuum ſolitum dicere, negocia quæ hodie in cõſiſtorijs diſcutiuntur olim in Sinodis vniuerſalibus tractari ſolere. Ad quas epiſcopi vnacum presbiteris & diaconibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ concurrebant per vices in ſacroſancto altari Lateranen. celebraturi. At multiplicati eccleſiæ negocijs opus fuit, vt crebriores conuentus apud ſummum pontificem fierent, ac in vrbe cardinales ipſi reſiderent. ut reipublicæ vniuerſæ chriſtianæ ſalubrius conſuleretur. Ex his apparet cardinalium poteſtatem & dignitatem prodiſſe a iure diuino. Ac ſimiliter eorundem poteſtatẽ extendi ad quæcunq; eccleſiæ orthodoxæ negocia. Huic cõcluſioni vĩr fortes obſtare tria Primo ꝙ cõiter dici ſolet, cardinalatus eſt ſolum officium. Tu dic verum eſt diuinum, ut patet in d. §. ratio. Secundo ꝙ cardinales non ſunt de Hierarchia eccleſiaſtica, dicit hoc eſſe falſum, vt infra latius dicetur. Quod ſi dicatur eos eſſe epiſcopis inferiores, tu dic nõ verum eſſe quantum ad officium ſeu adminiſtrationem, ſed quantum ad ordinem fatendum eſſe inferiores epiſcopis, ſic tradit gl. 1. in c. ſſ. 1. q. 7. Sic itaq; hẽnt cardinales, & epi ut ex cedentia & exceſſa, ſic ſe hẽnt Archidiaconi, & archipresbiteri. Nam archipresbiteri, ordine ſunt ſuperiores Archidiaconis. Et contra offi. & admi ſunt inferiores. Et iuxta ea quæ habentur in c. cum appoſtolus de cenſi, Apparet, quia archidiaconis pro viſitatione conceduntur quinque equi, cum archipresbiteris ſolum duo dãtur. Et eodem loco quod ſtringit ad prædicta, cardinalibus ſolum conceduntur. 25. equi, vbi epiſcopis. 20 permittunt. Et per prædicta intelligitur, & declaratur gl. d. c. ſſ dum vult ꝙ quilibet epiſcopus maior eſt presbitero cardinali. Et quod ibi tex. vult ꝙ Auguſtinus eſt minor Hieronymo, intellige quod ille tex eſt Hieronymi. Qui ex humilitate loquitur. Nam idem Auguſtinus ad Hieronymũ ſcribens epiſtolam quæ eſt in ordine 33. parte. 2. ſe minorem profitetur dum in calce epiſtolæ ſcribit. Vale mi Auguſtine ætate fili, dignitate parens, in qua epiſtola affirmat Hieronimus ſe veteranum & effeto corpore, nolle cum Auguſtino adhuc iuuene in certamen deſcendere, hortaturque ut deſinat prouocare ſenem, aut ſi pergit, Auguſtino obijciet Quod Annibalem iuueniliter exultantem Quintus maximus patientia ſua fregit. Et ſi Hieronymus fuerit cardinalis non pono pro conſtanti. gloſa tamen in dicto capitulo quauquam, Affirmat eum fuiſſe cardinalem, & gloſa idem tenet in capitulo nouarum. 16. quæſtione prima & Ioannes Andreas in capitulo vnico de reliq. & vene. ſanctorum in ſexto, refert ſe legiſſe in quadam legenda Hieronymum fuiſſe cardinalem tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, Sed his obſtat tex. ille dum poſt relatos Auguſtinum & Ambroſium dicit Hieronimum ſacerdotii titulo ſolum inſignitum, niſi ſiquis dicat voluiſſe papã Auguſtinũ & Ambroſium epos preferre Hieronimo, qui ſolum presbiter card. eſſet, in qua re ego relinquo cogitandum. Tertio præmiſſæ concluſioni obſtat. ab eo iure aliquid dicitur eſſe a quo ſuit inuentum, ſic literarum obligatio, contractus emphiteoticus, ſtipulatio, ſponſalitia largitas ſunt de iure ciuili a quo primum prodierunt. patet in iuribus allegatis per gloſ. ſi. in l. ex hoc iure de iuſti. & iure. ff. Sic actiones ſunt de iure ciuili, a quo ſunt inuentæ, Tenet glo. pe. in d. l. ex hoc iure, Sic teſtamentum eſt de iure gentium a quo inuentũ Bar. in l. interdum de condi. Indeb. ff. Eo. enim ipſo quod gentes eſſe cœperunt de bonis ſuis diſponebant, ut illi antiquã patriarchæ, ex illis videtur quod cum non appareat in veteri aut nouo teſtamẽto tex. expreſſe loquens de cardinalibus a quod nõ ſunt cenſendi de iure diuino. Sed magis de iure poſitiuo, quod de ipſis expreſſe meminit. vt in dicto §. Rationibus. Tu dic quod licet nullus canon aperte dicat eſſe de iure diuino, tamen tacite & implicite hoc probat tex. in dicto. §. Rationibus coniuncto. §. decet. in capitulo fundamenta allegatis. neque obſtat, dictum Archi. in dicto capitulo vbi periculum, quod dic vt ſupra, vel melius. & illic Archidiaco. loquitur implicatiue cum dictione, etiam, quæ implicat, vt ſit etiam de iure diuino.

Concluſio IIII.

CArdinalatus Quo ad Nomen & quo ad quid & per accidens eſt de iure poſitiuo. Probatur per ea quæ ſupra dicta ſunt. quia non ſunt tex. veteris aut noui teſtamẽti. qui de cardinalibus meminerint expreſſe, ergo fatendum eſt eſſe de iure poſitiuo, quamuis ius canonicum large poſſit dici ius diuinum capitulo primo de iura. cal. vbi Panor. Nec huic concluſioni obſtat quod etiam pro præcedente concluſione facit, quod ſi cardinalatus nomen aſſumpſit, & præeminentias a iure poſitiuo Ergo debet dici a iure poſitiuo, quia qualitas adueniens enti, reponit illud in diuerſa ſpecie, ut in l. Ius ciuile de iuſt. & iure. ff, ubi ius poſitiuum addens iuri naturali, facit deſinere illud eſſe natura. Inde cũ mutata ſit forma eſt mutata ſubſtãtia rei, cũ forma ſit quæ dat eſſe rei vt in l. tertia. §. iul ad exhib. ff. Ideo quib. diebus licet comedere oua, non licet comedere carnẽ, licet oua ſementinam origenem trahant a carne & oua non ſine [illegible] calore. gloſ. 33. quæſtione, ſecunda. in cap. admonere in verſic, carnem. Tu reſponde dupliciter primo id verum eſſe de qualitate quæ faceret ipſum ens trãſire in ſpeciem omnino diuerſam, ſed hæc adiectio nominis cardinalatus nihil mutat de priori ſpecie aut poteſtate cardinalium. Nam vt olim erant ſacerdotes leuitici, coadiutores officij põtificalis, ita hodie cardinales. Præterea adiectio nominis nihil eſt, cum nomina ſint inuenta ad deſignandos & exprimendos homines. l. ad recognoſcendos de inge. ma. C. Vel ſecundo dic quod argumentum procederet in odioſis, quibus qualitas adiecta attenditur. vt ſi parrochialis eccleſia ſit collegiata, ut in cap. ſuper eo de elec. in 6. Aut ſi parrochialis vel annectit præbẽdę dignitati iuxta notata in §. qui vero de præben. Punctus eſt hoc loco videre quo tempore cœperit cardinalis appellatio. Sunt qui dicãt ſub Põtiano & Marcello pontificibus primum cœpiſſe cardinalium appellationem. Notat Archi. in c. vbi periculum, allegato. Sed hæc opinio mihi non placet, quia ſtare poteſt illos cardinales introduxiſſe & aſſumpſiſſe coadiutores quos voluerunt, vel epiſcopos vel presbiteros vel diaconos eſſe, ſed non liquido apparet nomen cardinalatus ab eis fuiſſe inuentũ. Sunt & ſecũdo qui dicant quo tempore Conſtantinus fecit donationem a Silueſtro, ſi facta ſit, non fuiſſe cardinales, quia tex. donationis illius regiſtratæ 96. diſt. Conſtantinus. q. tamen tex. eſt palea, non meminit ipſorum cardinalium At referunt ipſi paulo poſt ſub eodem Silueſtro cardinales fuiſſe inſtituto, ſicut iſti hoc cõſtare in capitulo præſul. ſecunda quæſtione 4. q. 1. o diſponitur & probatur cardinalis non niſi adhibitis. 64. teſtibus, epiſcopus. 72. diaconus 27. deponantur, quem tex. affirmant eſſe Silueſtri. & quamuis Oldra. conſi. 63. & Barbat. in prima quæſt Baſi. tamen pace eorum puto contrarium m. fatẽdum eſt eorum quod quo tempore Cõſtantinus donationem fecit imperij, fatendo cum canoniſtis factam eſſe, tunc erãt cardinales non ſub nomine illo, ſed qui dicebantur Sermentes, aut clerici eccleſiæ Romanæ & hoc expreſſe uult tex. in in dicto capitulo Conſtantinus; Plus ego putarem cardinalatus nomen non inueniri ſub Silueſtro primo, & tex. in cap. præſul alleg. nec eſt Silueſtri primi neq; ſecundi, qa q tuit põtifex paucorum dierum, non eſt credibile eum congregaſſe ſynodum vniuerſam, de qua ibi ſed fuit dictus cano, præſul, aut Silueſtri tertij, aut cuiuſuis alterius. Mihi autem non occurrit cardinalis cuiuſpiam nominatio vſq; ad Leonem quartum, qui in ſinodo quadam Anaſtaſiũ tituli S. Marcelli presbyterum cardinalem eius poſcentibus meritis deſtituit. Ita primum ex eo loco ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbiteros & diaconos cardinales appellatos inuenio. Nam adhuc epiſcopi qui habent cardinalatus dignitatem ex Priſco apoſtolicæ

cancellariæ ritu ſuatum duntaxat ſedium titulo in pontificiis literis ſunt contenti. Sunt quidam, vt Barba. ea. quæſt. colum. 8. qui eſtimant ante inſtitutionem nominis cardinalatus appellatos fuiſſe conſiliarios. argumentum ſumunt ex illo text. N. tertii in cap. fundamenta. §. decet alleg. adducũt Præterea tex. in ca. eccle. 12. quæſt. 2. in verſi. quia igitur vbi Gregorius nominat Theodorum virum eloquentiſſimum conſiliarum, ad idem tex. in cap. parrochia. in uerbo conſiliarii noſtri. 16. quæſt. prima. ubi Pelagius eiuſdem Gregorij anteceſſor ſcribens, bono epiſcopo Sauinati virum magnificum Theodotum conſiliarium ſuum nominat. Ad idem tex. in cap. conuenientibus. 1. q. 7. ubi Petrus benedicti papæ. Apocriſiarius in 7. Sinodo, apud Niceum Bithiniæ congregata Bonifacium eiuſdem benedicti cõſiliarium vocat, ſed pro iſta opinione, quæ fuit Barb. meo iudicio nihil faciunt illi tex. Non enim aperiunt illi an conſiliarii in illis iuri. com memorari eſſent dignitates eccleſiæ an ſeculares & epitheton magnifici, quod in illis iuribus ad tales conciliarios attribuitur, etiam magiſtratibus ſecularibus conuenit, Pelagius ſiquidem papa Cetego Patricio ſcribens prætorem Syracuſanum magnifici titulo decorauit, & Inno. 3. in r. decre. Venearbilem. Carinthiæ ducem, cui ſcribit magnificum vocat, & pro certo magnificẽtia eſt rerum magnarum, vt Cic. vult & excelſarum cum quadam animi ſplendida propoſitione cogitatio, atque adminiſtratio. Cęterum quis Barb. reuelauit Quod conſiliarii de quibus in iuribus nuper commemoratis eſſent dignitates eccleſiæ cum ex communi vſu loquendi, qui debet atten. in l. lib. §. quod tamen Caſſius de leg. 3. l. labeo. de ſuppell. legat. ff. magiſtratus ſeculares ſolẽt dici cõſiliarii, Nam Gelaſius papa ſecundus cum in minoribus ageret, quia doctiſſimus & eloquentiſſimus, ac virtute & fide ꝓbatiſſimus eſſet. Ex Caſſinen. Cœnobio Romam accitus a paſchali. Primo in eius cõſilium coaptatur. Ac cui negocium debit ob elegantiam compoſitionis, vt Romanæ curiæ ſtillũ negligentia & ignorantia maiorum labefactatum, & vt in meliorem formam redigeret, & idem paſcalis papa eundem cardinalem diaconum fecit. Cardinales vnde dicti sũt. Ego lego varias opiniones. Sunt qui altius exordientes dicãt. Qđ cũ multi presbyteri & diaconi alienigenę & peregrini ad vrbem confugerent. Eſſentque in titulis & diaconijs plures presbiteri, ac diacones ut tituli ſeu diaconiæ cuiuſlibet verus rector a reliquis presbiteris ſeu diaconibus diſtingueretur, presbiter aut diaconus cardinalis nuncuparetur, quaſi illius tituli ſeu diaconiæ proprius ſeu principalis presbiter ſeu diaconus, ita commiſſam ſibi eccleſiam primarie regeret ſicut a Cardine regitur hoſtium. Et hanc opinionem, ſecuti Ioannes & Bernardus commentatores celebetrini. Sunt & ſecundo qui dicant eos a cardine quaſi a regimine appellatos, quia ſacer ille reuerendiſsimorum cardinalium ſenatus vna cum Romano pontifice Romanam regit eccleſiam, Et hanc opinionem ſecuti ſunt Henricus, Hoſtien. Laurentius, & Ioannes Fauentius. Sunt & tertio qui dicãt ab eccleſia Romana dictos cardinales quod ipſa eccleſia caput ſit, & cardo aliarum eccleſiarum. Et in ea fuit ſentẽtia gloſator pragmaticæ, in titulo de numero cardinalium, in uerbo, cardines. Alii poſtremo affirmant ipſos cardinales dictos a quatuor uirtutibus cardinalibus, iuſticia, prudentia, fortitudine, temperantia, & hę virtutes cum inter ſe ſint connexæ earum potiſsima eſt prudẽtia, quæ vt, Auguſtino placet, eſt rerum bonarum & malarum, ac neutrarum ſciẽtia, ſic illi ſacerdotes Leuitici quorum loco ſunt cardinales, ut illa latius dicẽtur, inter lepram, & lepram, ſanguinem, & ſanguinẽ iudicabant. Et hæ quatuor virtutes cardinales ad tres theologicas, fidẽ, ſpem, & charitatem capeſcendas proficiunt. Ex his opinionibus quamquam nõ eſſet malum omnes in vnum colligere, prima tamen & ſecunda mihi uidentur eſſe præſtantiores, ut cardinales dicantur a cardine. Et cardo eſt cor ianuæ quo illa mouetur, nam vt animantia motum a corde ſuſcipiunt, ita fores a cardine, & hoc etiam probatur apud Vergilium. Foribus cardo ſtridebat ahenis, hinc apud Romanos dea carna, quaſi cardina fuerat, cardines etiam dicuntur altiſsimæ cœli partes quas græci pols latini uertices uocant, ad ſimilitudinem eorum circa quos ualuæ uoluuntur. Ponitur interdum cardo pro opportunitate. Vergi. Haud tanto ceſſabit cardine rerum, inde Seruius tractum exiſtimat quod eſt in prouerbio, res in cardine eſt, & circa id uerti dicimus cardinalem, in quo ſumma rei eſt, ſic cardinales cardines ſecundum tres præmiſſas ſignificationes dici poſſunt, ſeu quia aſsiſtunt eccleſiæ Romanę quæ eſt caput & cardo aliarum, ſeu potius aſsiſtunt eccleſiæ uniuerſæ, quam regunt & dirigunt. Ad prædicta faciũt duo tex. unus eſt in capitulo ſacroſancta ad finem, in uerbo tanquam cardo aliarum eccleſiarum, alius eſt in capitulo. huius. 77. diſtinctione, in uerbo dum per ipſius mundi cardines quaſi per quatuor euangelia. Adde hijs quod poſt alberi. & Ioannẽ de ligin. notat Barbatius in ſecunda quæſtione Baſili. in quarta colum. Quod ſicut cardines cęli ſunt polus Arcticus, & Antarcticus ſuper quibus mouetur cœlum, & ſicut virtutes illæ cardinales ſunt ſuper quibus verſatur tota hominis cõuerſatio, ſic ipſi cardinales inde nomen aſſumpſerunt, ipſi enim ſunt mundi cardines, ſuper quibus tota mundi machina voluitur & reuoluitur. Et quemadmodum Athlas, vt fingunt poetę, & eſt apud Auguſt. lib. 18. de ciuitate dei. Cũ magnus eſſet Aſtrologus fabuloſæ humeris cœlum ſuſtinere dicitur Sic & ipſi Cardinales. Ad hos enim ſpectat ſuſtinere, ac ſufferre totum pondus gubernationis, & motum ipſius, ac ut duobus polis numero contenta eſt cœleſtis natura, & ſufficiunt, ac ſtabiles & immobiles firmant ordinem motus vniuerſi nec deuiant a loco fixionis, habet hoc pacto ſi quidem eccleſia oſtium id eſt papam, & Cardines, i. Cardinales, quibus regitur, ac ſine quibus ſubſiſtere non poſſet, Perinde etiam ac vita hominis perfecti ſine virtutibus cardinalibus ſtare non poſſet.

Concluſio V.

TRes ſunt Cardinalium ſtatus. Primus epiſcoporum. Secundus presbiterorum. Tertius diaconorũ, huic conditioni adde ſex declarationes, prima id quod ſcribit magiſter ſenten. in 4. diſt. 22. Simile ꝙ in epiſcopis eſt quadripatitus ordo, patriarcharum, quales ſunt Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolimitanus, primatũ, quales ſunt Canturien. Aquileienſis, & quamuis Burgalen. de primatia contenderit cum Bituricẽ. vt appatet expreſſe in c. fi. de maiorita. & obed. in c. fi. de dila. in c. fi. de dolo & contumacia, tamen vt audio de primacia ipſa gaudet ipſę Bituricen. Sunt autem qui dicant Auaricum oppidum eſſe hodie Bituricen. ciuitatem. Quod Cœſar in 6. de Bello gallico tradit eſſe oppidum munitiſſimum, & maximum in in finibus Bituringum Ac pulcherrimam dicit Cœſar eſſe totius Gallię vrbem, ac loci natura defenſioni facilem, vt pote quæ vnum & peranguſtum habet aditum flumine & palude circundatum, vt cunque ſit ſatis conſtat Bituricen. ciuitatem eſſe in poſſeſſione primatiæ, inde etiam glo. in capit. cleros. ad finem. vigeſimaprima diſtinctione, propter text. ibi q de primatibus meminit, inter primates reponit Bituricenſem ac pro eodem facit text. in cap. conqueſtus. 9. quæſt. 3. vbi archiepiſcopus. Narbonen. ad Bituricenſem velut patriarcham recurrit, Secunda Declaratio, quod epiſcopi cardinales ſunt ſex, Hoſt. Portuen. Albanen. Præneſtinus. Tuſculanus, & Sabinen. Et Cardinalis in clem. ne Romani. in verſicu. tantum de elec. refert, quod epiſcopatui Portuen. eſt vnitus titulus Sanctæ ruffinæ, & ſub Clemente quinto eo qui ſtudium noſtrum Aurelianẽ. in vniuerſitatem erexit, deſtinatus eſt ille præneſtinus qui ſtudium ipſum reformaret, & ipſius Cardinalis reformationem, qui adhuc extat Præneſtam dicimus. præsbiteri vero cardinales qui ſunt inter certos titulos quibus habent iuriſdictionem epiſcopalem annexam. in certis eccleſijs in diuerſis regionibus vrbis ſitis. diaconi autem cardinales ſunt, qui ſeptem illis diaconibus, de quibus fit mentio in acti. apo. ſuccedentes. Diaconiarum, id eſt hoſpitalium in diuerſis regionibus vrbis conſtiturarũ curam gerebant. quorum præcipuum erat officium alimenta viduis pauperibus ac peregrinis ſubminiſtrare, iſta patent ex not. per Hoſtien. in capitulo ſecundo. de offic. archipreſbiteri. per eundem in ſum. eo. tit. §. ſecundo. circa principiũ per ſpe. in titulo. de legat. §. nunc videndum. verſic. porro. & ſeq. Huic declarationi adde quod idem Hoſt. not. in dicto capitulo ſecũdo quod ſicut inter cardinales nullus eſt qui in ſaltem ſit diaconus, ita nullus eſſe deberet canonicus quin ſaltem ſit ſubdiaconus, ac idem not. ipſe Hoſtien. in capitulo extirpandę. in §. qui vero de præbend. ex. Quod ſicut minor ſubdiacono non eligitur in epiſcopum, ita nec eligat, vt bene conueniant electus & eligentes. Et propter præmiſſas opiniones Hoſtien. hodie eſt deciſum in clem. vt hi qui. de ętate & qualitate. in clem. Quod canonici non habeant vocem in capitulo niſi in ſubdiaconatus ordine ſint conſtituti, dicebat autem idem Hoſtien. in dicto capitulo ſecundo. Quod canonici in humilibus etiam eccleſiis, more ſimiæ, in poteſtate honore & dominio conantur imitari ſummos cardinales, ſed in ſuſceptione ordinum, miniſterio eccleſię, & labore conſiſtorii ſe faciunt teſtudines vel cancros.

Tertia declaratio, Quamuis cardinales epiſcopi non poſſint eſſe ſine titulo, quia ad titulum epiſcopalem ordinantur non tamen nominantẽ ex titulo, non n. dr̃, a. tituli Portuẽ. vel. B. tituli Sabinen. & ſic de reliquis, ꝑsbiteri vero Cardinales nominantẽ

ex titulo ut patet de elec.ex.in cap. coram dilecto filio tituli
ſanctæ Prudentianæ præbiſero cardinali, patet etiam de ſup
ple.negli.prælato.in c.dilecto filio tituli ſancti Marcelli pre
sbitero cardinali.Item patet in ti.de teſti.in ca. licet dilectus
filius.N.tituli ſanctæ crucis presbiter cardinalis& patet ēt de
cle non reſid.in c.ad ubi Anaſtaſius presbiter cardinalis tituli
ſancti Marcelli, & pondera decretales allegatas, quia in il-
lis omnibus cardinales appellantur filii, quod ſi in quibuſdā
decretalibus omittatur hæc dictio tituli,ut patet in capitulo
dilecto.de præben.ex.& in cap.conſtitutus de appell.ex. hęc
ommiſſio eſt ſupplenda, quod ſi in reſcriptis ad pręſbiteros
cardinales directis omitteretur illa dictio tituli,eſſent illa re
ſcripta falſa vt pote quę deuiarent a communi ſtillo capit.
quam graui de crimine falſi.ex.ſic Hoſt.in dicto capitulo co
ram.idem in ſumma proxime per eum allegata,ſic Ioan.An
dre.in ſpe.loco proxime allega.Quarta Declaratio,diaconi,
cardinales non nominantur per dictionem tituli vt patet in
capitulo penultimo ibi tandem in rubr. diaconum cardina-
lem de arbit. ex.in cap. ad audientiam.ibi.Sed in cardinalis
diaconi ſancti Adriani de præſcrip. in cap. cum ex literis in
uerbo ſancti angeli diaconus cardinalis.de.in integ.reſtit.in
capi Rainaldus.in verbo dilectus filius noſter ſancti Nicolai
in carcere Tuliano diaconus cardinalis,de teſta.ex. His.ad-
de tria,primo quod ſpeciale eſt in presbytero Cardinali Ba-
ſilicę.12. apoſtolorum quod nō nominatur per titulum ſed
Baſilicam,patet in capi.cum olim.il.1.de priuileg.extra.in
cap.ad apoſtolicę de re iudic.In 6. Secundo adde quod ſcri-
bit idem Ioan.And.in præmiſſa additione ad.ſpe.quod tem
poribus ſuis Petrus de columna. is q a Bonifacio octauo pri-
uatus eſt,vt patet de ſciſmaticis in cap.vnico in 6.ſine titulo
ſe nominauit ſimpliciter ſanctę Romanę eccleſię cardina-
lem, donec recuperauit titulum ſancti angeli per illius qui
obtinebat eum,vacationem,quem videlicet prius habuerat.
Tertio adde quod no.Ioan.And.in cap.cum in aliquibus de
reſcript.in o. videlicet quod vſque ad tēpus Clementis quin
ti,non fiebat de epiſcopo cardinalis presbyter vel diaco.& ꝙ
tempore Bonifacii octaui multi prætermiſerunt cardinalati
qui epiſcopi erant,quod in ſtatu cardinalium deerant titu
li epiſcopatuum,de quibus tamen bene prouiſum fuiſſet ec
cleſię,vnde ipſe Ioan.And.ſubiicit commendandam eſſe cō
ſuetudinem quę nunc eſt.Qua de epiſcopis fiunt cardinales
non epiſcopi, ſed presbiteri aut diaconi. Neque ſecundum
cum vacabunt propterea tituli epiſcopatuum.Hiis etiam ad
de quod licet epiſcopatus & cardinalatus ſint incompaſſibi-
les,quia utrunque debet reſidentiam.Tamen refert Panor.
in capitulo bonę el primo.de poſtular.prælatorum extra.ſuis
temporibus fuiſſe obſeruatum. Quod epiſcopus promotus
ad cardinalatum non perderet epiſcopatum, ſed retine-
ret illum ut prius,referens, ita in cōtingentia facti fuiſſe pra
cticatum in cardi.Sanctę Crucis quo ad epiſcopatum Bono
nien.& in cardinali ſancti Marcelli quo ad epiſcopatum ſe-
nen.Refert quoque idem Panor.Quod plures ita conſulerūt
quodque capitulum de multa non habet locum in epiſco-
patibus & cardinalatu in effectu.Sed quo ad mentem putat
Panor.contrarium, & ego idem ſentio pro quo facit text.in
dicto capitulo bonę.ubi poſtulatio facta de cardinali ſanctę
Praxedis ad epiſcopatum Rauennaten.caſſata fuit, quia pręſentia eius erat magis vtilis eccleſiæ Romanę quā vniuerſę
Rauennaten, Pręterea ſi per adeptionem pacificam ſecundi
Archidiaconatus vacat primus, vt in dicto ca.de multa. ad
fin.& latius in extrauagan.execrabilis in § quia vero, idem
& fortius per aſſecutionem ſecundæ vel tertię dignitatis &
ſic deinceps ut in clem.ſi plures, de pręben.Cur non per aſ-
ſecutionem cardinalatus,qui cenſetur dignitas,ac debet re-
ſidentiam in curia identidem vacabunt priora, ſed primum
communiter tenetur. His adde quod poſt conſecrationem
ad dignitatem epiſcopalem,aut lapſum tempus de conſecrā
dis inducitur vacatio priorum beneficiorum, de quo habe-
tur in capitulo cum in cunctis.in primo de electione.notant
ſcribentes in capitulo Meminimus de accuſatio. & quid de
conſecrato in curia qui nondum adeptus eſt poſſeſſionem,
an non expectata poſſeſſione inducatur vacatio. vide gloſ.
in clement.prima in verbo collatio.vt lite pendente in Cle.
Quinta Declaratio,quod cardinales dicuntur ſanctæ Roma-
nę eccleſiæ ad differentiam aliarum eccleſiarū,quæ habent
dignitates illas ex priuilegio. ut eſt Rauennaten, & Compo-
ſtellana Et ſimplex appellatio cardinalis verificatur in Car-
dinali ſanctæ Romanæ eccleſiæ. & non venit cardidalis Ra-
uennaten,ſicut commoratio regis ſimpliciter non intelligi-
tur de rege ſcacorum. glo.in capitulo pudor.32.quæſtione ſe
cunda Inde ſunt aliqua iura, quæ cum de cardinalibus Ro-
manis intelligant, ſolum loquuntur ſub expreſſione huius
nominis cardinalis abſque alia adiectione, in capitulo ſi quis
pecunia in verbo cardinalium. & in capitulo nulli in verbo
presbiter factus cardinalis. ſexageſima nona diſtinctione.
in capitulo vbi periculum in principio in verbo Cardinales
de electione in ſexto. in Clementina ne Romani.in §.porro
eo.tit. At contra ſunt aliqua iura, ſi quis bene inſpiciat, quæ
exprimūt cardinales ſanctę Romanæ,eccleſię,vel urbis Ro.
in dicta cle.ne Romani in principio, in capitu. fundamenta
§.decet de elec.in 6.ca.ſi quis ex epiſcopis.79.di. Adde etiam
ꝙ large dicuntur cardinales clerici ſeruientes principales ec
cleſiis ciuitatis vel dioeceſis, vel diuinis officiis miniſtrantes.
& de illis prouidēt Archipresbyteri, & in qua ebdomada ſer
uire teneantur. Ita Hoſt.in tit. de officio archipresbyteri. §.q̄
pertinent. Sexta declaratio ꝙ card. extra ciuitatem Roma-
nam creati,dicuntur ſanctę Rom.eccle.& vbi eſt papa ibi eſt
Roma, notant ſcribentes in c.præſenti de præben.in 6.Inde
iure poſtremo electio papæ eſt fienda vbi moritur, vel ſaltē
in ciuitate proxima in d.§. Porro,& in dicta cle.ne Romani.
nec ob hoc ꝙ dn̄s deus in vrbe Romana elegerit ſedis apoſto
licæ locum, in c.per venerabilem.in §. Rationibus, qui filii
ſunt.leg.extra.Et eam vrbem Petrus, & Paulus martyrio ſi-
mul conſecrarunt in ſanguine ſuo vno die, ut ad Chriſtum
pariter peruenirent,eodem loco ne alteri Roma deeſſet, ſub
eodem perſecutore Nerone,ut æqualis crudelitas, licet di-
ſpar martyrium vtrunque conſtringeret,dies pro merito. lo
cus pro gloria,perſecutor ꝓ virtute,Neronem tn̄ eare, Sue-
tonius laudat ꝙ de chriſtianis,ſuperſtitioſo, vt ipſe aſtimat,
hominum genere, ſupplicium ſumeret. Quia in his obiectis
dic,ꝙ vrbs Roma ꝙ ſit ſanguine apoſtolorum cōſecrata hoc
contigit,ut in ea vrbe. quæ fuerat caput ſuperſtitionis,caput
quieſceret ſanctitatis. Et ubi gentiliū principes habitabant,
illic eccleſiæ principes morarentū, in c.beati.2.q.7.ubi eſt pul
cher & elegans textus, inde Petrus legitur alias ſedes habuiſ
ſe. Fuit enim ſedes Petri apud Alexandriam a Marco eius
diſcipulo & euangeliſta eius nomine conſecrata habuit &
ſedem apud Antiochiam & Ighacium epiſcopum illic con
ſtituit, vbi chriſtianorum nomen primum exortum eſt.pul-
cher tex.in c.ſancta Romana eccleſia.22.di.& in c.cum bea-
tiſſimus.25.q.1.Chriſtus dum claues eccleſiæ contulit,perſo
næ Petri dedit præ omnibus, & pro omnibus, non loco in §.
1.21.di. Præterea vt eccleſia triumphans eſt vnica, ſic mili-
tans, quæ eſt vniuerſa & in multa membra particularia di-
uiſa, unde vbicunque eſt papa qui eſt caput eccleſiæ vniuer-
ſæ,ibi eſt Roma, & in propoſito noſtro cardinales quocunq;
loco ab eodem papa creati dicuntur Card.S R.E.Ex præmiſ-
ſa itaque concluſione apparet cardinalatum ad eccleſiaſti-
cam hierarchiam pertinere.Cum hij tres ordines epiſcopalis
presbiteralis & diaconalis, ad quos aſſumuntur cardinales,
ſint de hierarchia eccleſiaſtica. Et diaconalis q inter ſacros
ordines, ſm obtinet locum,a tribu leui nomen accepit,pcę-
pit enim dominus Moyſi, vt poſt ordinationem Aaron & fi-
liorū eius,prorſus tribus leui ad diuini cultus miniſteria ordi
narentur & conſecrarentur domino,& ſeruiretur pro Iſrael
coram Aaron & filiis eius in tabernaculo,ipſiq; geſtarent ar
cam & tabernaculum, & omnia vaſa eius, & in circuitu ta-
bernaculi excubarent, & in tranſportando tabernaculo ipſi
deponerent, rurſumq; componerent de quo & presbiterali
officio notat magiſter ſententiarum in 4. di.24.Et eodem lo
co tractat de epiſcopali quem non ponit inter ordines ſed di
gnitates ſeu officia, licet canoniſtæ noſtri & epiſcopatum
& pſalmiſtatū ponant inter ordines,vt notat gl.in proœmio
libri. 6. Ex duabus etiam proximis concluſionibus apparet
cardinalatum eſſe de eccleſiaſtica hierarchia inquantum a
iure diuino originem ſumit, ſaltem figuratiue. Et ꝙ cardina
les aſſumuntur a papa, ut coadiutores.cant ergo & obmute
ſcant detractores cum intelligant ampliſſimum reuerendiſ
ſimorum cardinalium cætum, & in ueteri teſtamento præfi
guratum,& nouo.Et apoſtolorum ſucceſſione ita eccleſiaſti
cæ hierarchię coaptatum,ut uix eo ſublato ſubſiſtere queat.
Solēt nihilominus nonnulli cum ſe in anguſtiam coniectes
ſenſerunt affirmare card.inuentos ad ſacramenta viuentib.
miniſtranda,& vita functis ſepeliendos, non ad ardua, quæ
nunc tractāt negocia fuiſſe inſtitutos, de quo tu dic vt ſupra
concluſione tertia verſ. ſunt quidam.

Concluſio. VI.

CArdinales qui aſsiſtunt papæ habētur pro reſiden
tibus in ſuis beneficiis,ſic tenet Ho. in capi-
tulo antiqua. de priuileg. ſic Ioannes An-
dreas in ſpecul. in titulo de cleri. non reſid.
ſic gloſa prag. in titu.de numero cardina. in
verbo dirigenda. Facit ſecundum eos quia
aſsiſtunt papæ qui oīum curatū gerit ſollicitudinē, ut habetū
in proœmio. 6. Et eccleſiæ vniuerſæ inſeruiendo ſingula-
rum

rum eccleſiarum commoditatibus dicuntur ſeruire in c. bonæ.el 1.de poſtu.præla.ex. Et hi qui Romæ philoſophantur gaudent priuilegijs,ac ſi in propria patria reſiderent.l.ſed & reprobari.§.Item Romę de excu.tu.ff.l eos de vaca.muneru̅. ff. Facit quod dicitur de familiaribus epiſcopi uel papæ qui pcipiunt fructus beneficioru̅ in abſentia in c.cum dilectis. & c.ſeq.de cle. non reſid. Iſtis adde quod habetur in l.iuriſperitos de excu.tuto.ff. Nec ob decre.ſecunda de cleri.nō reſid. quia ille cardinalis de quo loquitur ibi tex. nec in curia reſidebat,nec in titulo cardinalatus. Et quomodo defendi poſſit conſuetudo ſecundum quam retinetur pluralitas beneficiorum ſimplicium, Atte̅to quod quodlibet beneficiorum etiā ſimplex inſtituitur propter officium, & debet reſidentiam de iure, vide quod poſt Inno. notat gl.in c. gratia.de reſcrip. in 6. Notat ſimiliter card.in cle.gratiæ e.titu. Et notat Panor. in repetitione.§.qui vero in 15.col.de præben.ex.copioſe gl. prag.in tit.de col.in §.1.in gl. incipiente pluralitatis. Et quia de uno priuilegio cardinalibus conceſſo dictum eſt, vide de alijs priuilegijs quod notat Io.in ſpe.in titulo de lega.§.ſequitur,in fi.quod notat Gencelius.in extrauagan.execrabilis. in §.nos itaque in gl. incipiente ſublimitatis. Inter cætera adde duo,primo quod cardinalis ſi occurrat ei qui ad mortem ducitur,pōt eum liberare quod priuilegium,qua̅uis,nō in legu̅ corpore iuris clauſum.tamen de eo notant Bal.& Paulus in, l.addictos,de epiſcopa.aud. C. Et profecto hoc priuilegiu̅ vr̄ mihi multum dubitabile. nam quidam ex canoniſtaru̅ ſcola conſtanter affirmant, vt Vincentius,& Goffredus in c.Sane de cele.miſſarum extra,quod criminoſus, qui ad morte̅ ducitur occurens ſacerdoti pcioſum corpus Chriſti per viā ad infirmum deferenti,nō gaudeat immunitate. Tum quod hoc non eſt iure expreſſum. Porro ex illa occurſione criminoſi occurenti ſacerdoti,accidere poſſet quod precioſa euchariſtia ex manibus ſacerdotis deciderer & digniſſimus ille cibus,& precioſiſſimus. in lutum uiliſſimum prouolueretur, ſed tu caue quod in hoc vltimo co̅trarium firmant Ho. Io.An.& Panor.in dicto c.Sane,quod mihi videtur uerius p rationes,de quibus per dictos doctores in locis allegatis, potiſſimum uero quod mulier, quæ in eua̅gelio patiebatur fluxum ſanguinis, cum primum tetigit fimbriam ueſtimenti Chriſti ſalua facta eſt, de quo in c. Ad eius uero 5.di.Item q ad ſtatuam principis accedebant, conſequebantur immunitate̅ in §.fi.de his qui ſunt ſui, uel alien. inſti.in l prima eo.ti. ff. Et ſi eccleſia,præter corpus Chriſti quod illic quieſcit,præſtat aſyllum, & liberationem, multo magis corpus ipſum, Ar.auten. multomagis de ſacroſanctis.C. Secundum priuilegium cardinalium, q card non poſſit deponi ſine conſilio aliorum card. Quod plus eſt Ho.in c. ſecundo de cleri. non reſid. ſalua plenitudine ptātis papalis audet dicere q ſit ſinodus vniuerſa congreganda , ut fuit de facto in contingentia facti in d.c. ſecundo, motus,cum ſint pars corporis papę,qui iudicatur a ſolo conſ.c.aliorum.9.q.3. Et cum papa card.iudicant orbe̅. Decet ergo eos eſſe participes priuilegii ſingularis. Sic ep̄s exceſſus clericoru̅ de iure non corrigit ſine conſilio capituli ca.irrefragabili.§.Exceſſus.de offic. ordi.extra. Ego au̅t exiſtimare̅ ad depoſitione̅ card.requiri conſiliu̅ aliorum card. Nam ardua non explicat papa,ut infra dicetur,ſine conſilio card.ita fuit de facto in c. 1. de ſciſma.in 6.tu̅ q hoc eſt de arduis, tu̅ q ad depoſitione̅ card. non eſt leuiter procedendum. Ar.tex.in c.Præſul.2.q.4. Nec eſt meo iudicio in cardinalis depoſitione neceſſaria præſentia conſilii pp difficultatem conuocationis. Nec ob.decre 2.allegata ubi fuit cardinalis depoſitus ab omnibus,quia ponit ibi contingentiam facti,& non iuris miniſterium. uel dic poſt gloſſam ibi q card. fuit depoſitus ab omnibus approbantib. ſuam depoſitione̅, ſolus enim papa fuit iudex & auctor exauctorationis ſeu depoſitionis. Vrbanus ſextus is poſt cuius electionem cœpit inueteratum ſciſma. Cardinales quoque non ſolum depoſuit, ſed eos etiam ſaccis inuolutos in mare iuſſit demergi. His adde quod nota.Hoſt.in dic.c. 2.inualuiſſe conſuetudinem. vt non poſſit papa aliquem de cardinalibus excommunicare vel aliquod ei præceptum facere ſine conſilio fratrum, de quo vltimo Io.mo.notat in c. ſuper eo de elec.in 6.copioſe notat Barb. in 2. q. Baſilica. Et ſi teneatur opinio illa quæ eſt co̅is valere conſuetudinem , nō obſtat ſi dicatur non valere præſcriptionem ꝯ ſupremam poteſtatem in l.vulgata comperit de præſcrip.30.annorum C. & c.cum non liceat.eo.tit. Quod fuit fundamentu̅ Panor.in dic. c 2. quia tu præter eu̅, & alios reſponde tripliciter. Primo cum cardinales ſint pars corporis papæ,quod ipſi faciunt, hoc videtur papa feciſſe,ſecundo quod cardinales tunc aſſiſtunt papæ non tanquam iudices, ſed pro conſilio, & qui habet requirere conſilium non tenetur ſequi notatur in c.cum in veteri de elec. extra. Tertio & melius quod hoc competit Cardinalibus non ex ordinatione iuris poſitiui,ſed diuini,vt patet in illa auctoritate quæ ex Deuteronomio ſumitur,& regiſtratur in ca.venerabilem,§.rationibus,qui filii ſint legit. Item ſuppoſito q hæc poteſtas competens Cardinalibus prouenifſet a iure poſitiuo, potuit hæc conſuetudo originata fuiſſe,& introducta ex vnico actu. Nam poſſeſſio iuris intereſſendi in electione vel vocem dandi acquiritur ex vnica intereſſentia,cu̅ actus tales ſint qui nō ſoleut de facili concedi ex gratia aut humanitate, eſt uulgata Theorica Inno.in capit. cum eccleſia de cauſa poſſeſſionis,quam omnes poſteriores ſequuntur ibi,& Bart.ſequitur in l. 1.§.hoc interdictum de iti. actuque priua. ff. contra eos qui exiſtimant Cardinales non habere ius collegii vel capituli,ſed potius iure ſingulorum cenſeri, perinde ac homines a diuerſis partib. mu̅di ſingulariter vocati, & in ſingulis ſibi commiſſis eccleſiis intitulati. vide quod poſt Hoſt.notat.Ioan.in cap ad.liberandum de iudæis ex.vbi concludit eos qui ſic exiſtimant errare euidenter, nam prius fiu̅t Cardinales quam eis aliquis titulus aſſignetur.& tu̅c hac habita ꝯſideratione dn̄r Cardinales ſimpliciter nulla alia eccl. expreſſa.23.diſt.in nomine domini.79.diſt.oportebat, cuius ergo eccleſiæ dicerentur tunc temporis Cardinales vtique non alterius quam Romanæ, cuius & ſemper Cardinales ſunt,ut expreſſe dicitur in illa decret. ad liberandum.in antiqua in cap.ad apoſtolicæ in verbo & ut ad præſens de re iud. in 6.in cap.ſi quis epiſcopis.21.diſtin. Sed & Cardinales iuxta text.in l.1.quod cuiuſque vniuerſitatis.ff.arcam habe̅t communem & camerarium ſpecialem loco ſyndici, qui oblata ex camera apoſtolica æqualiter diuidit inter eos, ad tractatus eccleſię uniuerſæ explicandos ſimul conueniunt,habent quoque ius eligendi pontificem , quod non poſſet explicari niſi a collegiatis cap. 1. Geneſ.de elect.ex. Quinimmo vt in vulgari dici ſolet. Appellatur ſacrum collegium,eſtque ſummum & excellens collegium vnitum a Deo cu̅ papa,& collegatum appellatione continentur qui eiuſdem poteſtatis ſunt in l.collegarum,de verb.ſig. ff.

Concluſio VII.

ANte tempus conuentus Baſilien. Cardinalium numerus non legitur fuiſſe inſtitus aut certus,dicebant aliqui ad ſeptuagenarium numerum redigi poſſe, cum totidem fuerint diſcipuli. c.in nouo teſtamento. 21.di. ac totidem fuerunt genera linguarum. Et cardinales omnes gentes iudicant & nationes,& quamuis in aliquo non intendam minuere poteſtatem papæ qui maiorem vel minorem numerum habere poteſt, mihi tamen non placet hæc opinio quoniam diſcipulorum Tympum gerunt presbiteri non cardinales,ut in d.c.in nouo Sunt & ſecundo qui exiſtimant Cardinalium numerum ad duos, & quinquaginta reducendum,vt pote cum ſint viginti & octo presbyterales tituli,diaconales decem & octo, & epiſcopi ſex. ſunt & tertio qui credunt Cardinales ad centenarium aſcendere poſſe numerum vt pote ſecu̅dum eos,cum in locum Senatorum ſucceſſerint per text.in cap.eccleſia ſenatum habet.16.quæſt.1. Sed rurſus non placet hæc opinio,quia ſi hoc verum eſſet, ſequeretur quod Cardinalium numerus ducennarius eſſe poſſet,qui nunquam viſus eſt,ac etiam eſſet nimis grauis eccleſiæ & oneroſus,& ſtatus ille excelle̅tiſſimus ſuperflua numeroſitate uileſceret, ar. cap.legimus.ad fin.93.diſtinctione,ibi diacones paucitas honorabiles faciebat, pſbyteros vero turba contemptibiles. Et ſequitur illic Puleium,apud Indos ꝑ pere precioſius,eſt. his accedit,vt eſt apud Liuium, q Romulus ſenatores centum inſtituit, qui numerus paulo poſt ſub Tarquinio Priſco in duas factiones maiorum & minorum gentium diuiſus eſt,& ex centenario ducennarius factus eſt, ex quibus apparet non eſſe uerum quod noſtri, potiſſimum Barba.conſtanter affirmant. Cardinales uidelicet in locum ſenatorum ſucceſſiſſe. Nec obſt.text.in capitulo eccleſia decimaſexta quæſtione prima, quod eccleſia habet ſenatum, quia text. ille ſubiungit,id eſt cætum & congregationem presbiterorum. Item Cardinalium habitus ſeu inſignia, de quibus ſtatim , longe diſtant ab illis quibus ſenatores vti ſolebant,ſenatorum enim inſigne erat latus clauus ſeu laticlauium ,& calceus lunatus vt ex Cicerone patet Philip. Decimatertia. Et Horatius libro primo ſermonum, ſenatores deſcribens.

Et latum demiſit pectore clauum.

Eo habitu Tullius Hoſtilius primus ex regibus Romanis eſt vſus,que̅ habitum etiam purpura contextum docet Plinius. Mos quoque fuit ſenatoribus in curiam cum pretextatis filiis introire. Scribit Macrobius lib. 1. ſaturnalium ubi habetur de papyrio puero memorabilis indolis. Prætextati autem pueri di-

cebantur, qui prætexta adhuc & bulla utebantur quod fiebat vſq; ad annum decimum ſeptimum abſolutum. ac tūc depoſita prætexta puerili virilem togam aſſumebant, nam pueritiam exiſtimat Vlpianus in l. 1. §. pueritiam de poſtulãdo ad annum præmiſſum, ab inde poſtulare concedit, prętexta aūt, qđ accurſius in §. 1. de iniuriis inſti. non vſque quaque intellexit, eſt genus veſtimenti oblongum talare quod ſupra tunicas honorati quique ſumunt, dicta ꝙ ei purpura prętexebatur, hęc vna cum bulla in vſum puerorum nobilium vſurpabatur. His adde ꝙ Budeus vir impenſe doctus l. fi. de ſenato. ff. ſcribit Accurſium noſtrum errafſe. in l. fi. de peti. hæ. C. & l. fi. de libe. præter. C. & l. qui repudiantis de inoffi. teſta. ff. dum Accurſius illic exiſtimat centum uirales idē eſſe quod ſenatores, tu tñ cogita ſi Accurſius ſit non omnino culpandus ſed aliqua dignus venia, inquantum iuriſcon. in l. Itē veniunt. §. item prædiximus, ſcribit petitionem hæreditatis eſſe ſenatuſconſ. Et Iuſtinianus de eadem locutus in l. fi. alle. c. ti. dicit eſſe centumuirale iudicium. Centumuiralia aūt iudicia inquit Feſtus a cētumuiris dicta ſunt nam cum eſſent Romę triginta quinque tribus quæ & Curiæ ſunt dictæ, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi qui centumuiri appellati ſunt. Et licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen quo facilius numerarentur centumuiri dicti ſunt. Budeus quoque in l. fi. alleg. fo. 12 pag. 1. poſt Quintili. lib. 6. c. de præiudicijs poſt Tranquillum in Auguſto, Valerium lib. 7. ac Plinium lib 6. epiſtolarum affirmat, centumuirales cauſas, in duas haſtas diuiſas. Auctus eſt centumuirorum numerus, ac manente ſemper nomine in quatuor concilia diuiſus. Idem quoque Budeus in l. fi. fo. 13. pagina ſecunda ad fi. ſcribit curiam ſupmam Pariſien. eſſe inſtar centumuiralium magiſtratuum, vtpote quæ ex duabus curijs conſtans in tria uel quatuor tribunalia, ut liquido intuenti patet diuiſa eſt, ac nihilo ſecius credit curiam illam a conuentibus iuridicis originem ducere quorum eſt ſicquēs mentio apud antiquos Cęſar. li. 5. belli gallici, Cęſar conuentibus gallicis peractis in Illyricū profiſciſcitur, idem lib. 7. Cæſar quieta Gallia in Italiam ad cōuentus peragendos pergit. Et ſi curia illa ſupræma conferri poſſit Areopagitarum magiſtratibus, quorum officium erat de cæde iudicare, ac de ſtatu reipublicæ prouidere ſcribit Idem Budeus ea. l. fi. fo. 12. pag. r. Et eodem etiam loco oſtendit ſi cum ſenatoribus conferri poſſit dicta curia, & adde poſtremo ꝙ, ut tradit iuriſconſultus in d. l. fi. Senatores ſunt qui ex conſularibus & patricijs aſſumebantur. Ex his, ut ad id unde digreſſi ſumus redeamus. apparet card. loco ſenatorum non ſucceſſiſſe. licet multi ex ſchola noſtra hoc diuinati cōiectura & pertinaciter ſequuti fuerit, tum ꝙ nec eiſdem inſigniis utuntur, quib. ſenatores vt ſ. prēmiſi utebantur, neque eū referunt numerū, nec ex patriciis aut conſularib. deliguntur, ſed ex quocunq; ordine, ac ſatis eſt poſt aſſumptionē ſuā ꝙ promoueantur ad eum ordinē quē requirit titulus cui præficiuntur, ſicut ad eccleſiā parrochialem aſſumi pōt ſimplex clericus, ac ſufficit ꝙ infra annum ſit ſacerdos in c. licet canon. de ele. in 6. inde ſatis eſt electū ad epiſcopatum eſſe ſub diaconū. c. a multis. de æta & quali. ex. Poteſt aūt ep̄s conſecrari q̄uis non ſit ſacerdos, non habet tñ executionē pontificalis officii, niſi cū presbiter ordinatus fuerit. notat Panor. in c. unico de clerico per ſaltū promoto. His adde ꝙ bñficiū ꝙ requirit certū ordinē ſolū aptitudinē, ſi conferī ei qui nō habet ordinē ſufficit ꝙ cū ſuſcipiat in ꝓximis tpībus, ſecus eſt ſi actu ordinē requirat, qa nō niſi habenti ordinē poſſet cōferri, ut in cle. ut hi q, ubi gl. in uerbo annexi. de æta. & quali. in cle. notat ſubtiliter Panor. in capitulo cum in cūctis. in §. inferiora. in gloſ. in uerbo remoueantur de elec. ex. Poſtremo ad concluſionem iſtam qua de card. numero agit, adde decretum alibi factū quo in effectu ſtatuitur, vt card. non excedant numerū. 24. ac de oībus partib. Chriſtianis aſſumantur ut noticia rerum in eccleſia emergentiū habeatur, ac ut, æqua ſit honoris diſtributio, de una natione ſolū tertia pars aſſumatur de una uero ciuit. ſeu dioceſi unus ſolus pręficiatur ſint aūt ad cardinalatū aſſumēdi excellētes ſcientia, motib. ac rerū experientia, nō minores annis. 30 magiſtri, doctores, ſeu licenciati cū rigore examinis. ac poterunt aliqui eſſe filii fratres aut conſanguinei tegū ſeu magnorū principū, nō aſſumātur fratres aut nepotes ex fratre uel ſorore Romani pōtificis aut unius card. viuētis, neq; ēt aſſumantur illegitime nati aut corpore viciati, aut alicuius criminis ſeu īfamiæ nota reſperſi Poſtremo qa ſ. de Senatorū inſigniis dictū eſt, non repugnat ēt hoc loco de cardin. habitu & ueſtitu dicere. Scribit in primis Inno. tertius ꝙ card. inſignia ſunt mitra, tunicella, dalmatica, anulus, atq; Sandalia, proinde card. pſbiteri, & diaconi ep̄ali fungūtur iuriſdōne. Scribit Hoſt. in c. antiqua de priuil. ex. Qđ card. dñi funguntur legatione tranſmarina paludamēto purpureo, auratis calcarib. equo phaleris aureis [illegible] de [illegible] teſtatur Hoſt. ſe uiſſe ſolitum Adde his quod a Nicolao quarto ſeu, vt alii volunt, ab Innocentio quarto donati ſunt Cardinales galero rubeo decentiſſime dimito, quo equitantes in publicum caput integerent. Orbicularis illa figura quæ in galero rubeo deprehenditur ſignificat, quod cum ſummo pontifice, quem ipſi proficiūt eccleſię vniuerſæ, totius orbis curam gerunt, color ille rubeus admonet eos debere pro fide Orthodoxa pro libertate eccleſię vniuerſę ſanguinem, cum opus erit fundere, adde quod aliqui dicunt Paulum ſecundum adiecíſſe ſericeas candidas mitras, purpureas infulas, & in quibuſdam ſolemnitatib. et coram ſummo pontifice paludamenta purpurea, quæ uulgo Cappas vocant eorumque euectionibus cooperta purpurea. Neque eſt quod quiſquam aſcribat hos inſignes veſtitus faſtui, ſeu ponpæ. Nam alioquin omnis veteris teſtamenti ſacerdotalium veſtium gloria reſpuenda eſſet. Nihil enim Thiaris, nihil rationale quadriangulum habens 12. gemmas per quatuor ordines Sardium, Thopaſium, Smaragdū, Carbūculum, Saphirum, Iaſpidem. Lyncurium, Acritem, Ametiſtum, Chriſolytum, Onychinum & Berillum. Nihil ſuperhumerale, Balteus, lamina aurea, & in circuitu tunicę mala punica tintinabulis immixta, ac reliqua id genus ornamenta neceſſitatis habebant, ſignificationis autem & cerimoniarum myſticarum plurimū continebant, quæ omnia quid ſignificent no. elegan. ſpe. li. Ratio, 3. in rub. de indumentis legalibus, quod ſi vt habetur de conceſ. diſt. 1. in cap. 1. tabernaculum domino præcipiente Moyſem feciſſe, & tactaſſe cum menſa & altari eius, & ęreis vaſis, ac vtenſilibus ad diuinum cultum explendum neceſſariis legimus, ac id Iudęos q vmbræ legis inſeruiebant feciſſe, habebit multo magis religio Chriſtiana, cui veritas patefacta eſt & gratia, peculiares & excellentes veſtitus pro viris ſacratis, & ad ſacras res conuenientes, vt populo Chriſtiano admirationem quandam & maieſtatem repreſentent, ac exemplum bonæ conuerſationis exhibeant, inde pontificum & ſacerdotum veſtes ad tem diuinam neceſſarias eccleſia introducit, vt pote Sandalia, amictum, albam, Zonam, ſtolam, manipulum, caligas, ſuccinctorium, dalmaticam. chirotechas, mitram, anulum, baculum paſtoralem. Sunt vero ex his ornamentis nonnulla ſacerdotum & epiſcoporum promiſcua, quædam vero epiſcoporū peculiaria. Adde prædictis pallium quod eſt Archiepiſcoporum inſigne de corpore Petri ſumptum, vt habetur de elec. cap. ſignificaſti in quo plenitudo pontificalis deſignatur, ac quo Archiepiſcopi in prouincia ſua certis diebus uti poſſunt extra prouinciam non cap. 1. cap. honorem. & cap. fin. de quo. & vſu, pallij. In pallio autem premiſſo albo, quod inſtar torquis geſtatur in collo ſunt quatuor cruces nigræ propter mortificationem viciorum quæ debet eſſe in palliato, & ſecundum quoſdam ſignificant quatuor virtutes Cardinales, aut ſecundum alios quatuor affectiones, gaudium, dolorem, ſpem & timorem, Et cum tribus primis crucibus ponantur tres acus, vt pungant ne ſit exceſsus, in quarta deeſt acus, timor ſi quidem ſecum geſtat ſuum aculeum, iſta notant Ioan. And. & Panor. in rub. proxime alleg. Adde his qa de inſigniis incidit ſermo, quod abbates quib. ex priuilegio competit vſus mitrę ſi ſunt exempti in prouincialibus & epiſcopalibus conciliis vti poſſunt mitris auri Friſiatis nō gemmatis aut laminatis, & ſi ſunt non exempti ſolum mitris albis in c. vt apoſtolicæ. de priuile. in 6. vbi glo. rationem ſubiicit, finge inquit abbas ditiſſimus vt Cluniacē. accedit ad cōcilium ꝓuinciale vel ſinodale cū mitra quæ erit precioſior epiſcopali, vnde contēnetur epiſcopus, & ſcandalum ſuborietur, & gloſ. illic ſubiungit hoc non eſſe pompæ attribuendum aut faſtui, immo ratione defendendum, ſi doctores togati variati & ornati incedant, vt dignitas eorum appareat ut contra ſcholaſtici ſunt increpandi qui veſtes doctorales aſſumunt, facit in ar. l. fin de fal. ff. vbi Bar. & quæ ſunt doctoralia inſignia ponit glo. in cle. 2. de magiſtris.

Concluſio VIII.

CArdinales Legati A æquire Latere parantur pro conſulibus, legati miſſi præſidibus & hi omnes habent iuriſdictionem ordinariam. probatur hæc concluſio in capitulo ſecundo eodem titulo in ſexto, vbi glo. in verbo proconſulum dicit proconſules eſſe qui ex conſulibus ad rempublicam adminiſtrādam aſſumuntur, præſides qui cum prius nō eſſent conſules mittebantur ad regimina prouinciarum, idem etiam videtur tenere glo. in l. prima, ff. de offic. præſid. His adde textum in l. ſi aliquam. de officio. proconſ. ff. dum uult quod proconſul habet pleniſſimam iuriſdictionem, & omnium partes quę Romæ vel quaſi magiſtratus extra ordinem ius dicunt, ad

ad ipſum pertinent. Et tu aduerte quod dum Accurſius eo loco excipit conſulem & præfectum prætorio, quaſi conſul Romæ maiorem poteſtatem haberet quã proconſul in prouincia aut etiam præfectus prætorio, ꝙ in ea interpretatione forte decipitur Accurſius ſaltem quantum attinet ad præfectum prætorio, nam conſtat ꝙ conſulibus Romæ quamuis teneretur cohercere, & in vincula publica ducere, nõ tamen habebant poteſtatem ſtatuendi de capite ciuis Romani, ſed quæſtores conſtituebantur a populo, & hi appellabant quæſtores parricidii, text. eſt de orig. iur. ff. in l. a. §. exactis. & §. & quia ut diximus. At præfecto prætorio dabatur ea poteſtas, nam exactis regib. cum fuiſſent creati conſules, & hi non ſufficerent, populo aucto, cum crebra orirentur bella, & quædã acriora, a finitimis inferrentur creati ſunt dictatores, quibus ad tẽpus ſumma data eſt poteſtas, & capitis animaduerſio, a quorum ſententiis non prouocaretur, & hi magiſtros militum aſſumebant qui ſecũdam poſt eos gererent curam, ſed regimentis reipublicæ ad imperatores perpetuo trãſlatis, ad ſimilitudinem magiſtrorum militũ electi ſunt præfecti prætorio, a quorum ſententiis non prouocaretur, ac minores a ſententiis ſuis reſtituere poſſent. tex. ſunt de his elegantes. in § alleg. exactis, & in l. unica, de offic. præfe. prætor. ff. vbi gl. in verbo iudicaturos, præfectis prætorio comparat epiſcopos & cardinales, & huius magiſtratus inſtar magis quam ſimilẽ eſſe cancellariatum in Francia exiſtimat ibidem Budeus, & inquantum dixi proconſulem habere pleniſſimam iuriſdictionem, cum proconſul, ſit qui pro conſule eſt, & pro conſulis imperio in prouincia præeſt. De conſulari imperio ſcribit Budeus in d. l. ſi in aliquam. §. fi. uidelicet in l. 12. tabularum ſcriptum eſſe, regio imperio duo ſunto hique præeundo, iudicando, conſulendo, prætores, iudices, conſules appellantur, militiæ ſummum ius habento, nemini parẽto. Quod autem maximum eſſet proconſulis imperiũ, apparet ex tex. in d. l. & iden de offi. proconſul ff. dum uult ꝙ maximum habet imperium poſt principem. Exiſtimat autem eo loco Budeus falſum eſſe ꝙ quidã credunt proconſules eos dici quos vulgo Balliuos, aut Seneſcalos uocant, utpote qui in prouinciis ſuis non habent ſupremã poteſtatem, & iuriſdictionem, ſecundum principem, ſed qui præter iuriſdictionem ordinariam nihil uendicant, a quorũ ſententiis prouocatur ad principem, neque exiſtimat idem Budeus eos recte dici poſſe præſides, cum præſidis nomen ſit generale, quod legatos, & proconſules complectitur. Proconſules autẽ non alios eſſe credit quam quos gubernatores ſeu viceregés dicimus. Proinde eoſdem Balliuos & Seneſcalos præſides dici poſſe. Teneo quod nomen præſidis ſpecialiter ſumptũ, accipiatur pro eo qui præeſt prouinciæ ſeu prouinciolæ, ut tenet glo in l. 1. de offic. præſi. ff. Et ut ibi uult tex. nomen præſidis eſt generale, eo quod proconſules legati Cæſaris & omnes prouincias regentes, licet ſenatores ſint, præſides appellantur, & prouinciæ dicebant quæ ampliſſimę erant, & Macedonia una erat prouincia, & Syria, & Aſia, ac ut docet Cicero in quarta verti. Prima omnium Sicilia, prouincia eſt appellata, & Gallia comata quę nũc Francia dicitur, tota una erat prouincia, quod bene probant duo tex. ſi quis bene proſpiciat, in cap. coram. & c. in Geneſi de elect. ex. Redigere autem regionem in formam prouinciæ nihil aliud eſt quam ſubiicere imperio Romano. ſcribit Aegeſippus Romanos, cum in ius ſuum uincẽdo redigerent procul poſitas regiones appellauiſſe prouincias. Inde ut vult Calepinus, prouincia dicitur, quod procul vinci videatur, proprie enim dicuntur prouinciæ regiones longe ab Italia bello acquiſitæ ꝙ eas populus Romanus prouicerit. Et prouinciales dicti ſunt qui ſunt ex prouinciis, ſiue ut Vlpianus inquit, qui in prouinciis domiciliũ habent, prouinciales nomine omnes præter Italicos appellabantur. Inde columella. lib. 6. de agricultura uinearum prouincialiũ meminit, cum alibi de agricultura Italicarum ſcripſit, & Plinius lib. 8. epiſtolarum. Italicus es an prouincialis? Adde tu ſecundum iura noſtra ꝙ prouincia eſt tributaria, Italia nõ no. in l. unica. §. fi. cum gl. de vſucap. transformanda. C. ne de Italia dicatur, quod apud Hieremiam habetur princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. glo 1. l. fi. ſine cenſu vel reliq. C. & prouincias quæ ſunt iuris italici, ponit iuriſconſultus in l. pen. & fi. de cenſi. ff. inter quas ſunt Burgundionen. Lugdunen. Viennen. & Agrippinen Et ille legatus de quo in ca. noſtr. eod. tit. ex. Erat legatus non ſolum in regno Franciæ, ſed Lugdunens. Bizuntina, & Viennen. prouinciis. Et hæc de prouinciis extenſe dixi, tum ꝙ prouinciæ quædam erant conſulares, quædã prætoriæ, tum ꝙ legati iuxta concluſionem noſtram quando ſunt a latere æquiparantur proconſulibus, & melli præſidibus in prouinciis ſibi decretis.

Adde hoc loco quod quidam ex ſcola canoniſtarum cardinales comparant patriciis, moti ex tex. in c. Conſtantinus. 96. diſt. quam opinionem per illum tex. ſecutus eſt, Barb. in 1. q. Baſil. colum 2. Sed hæc opinio mihi nõ placet, & ipſe Barb eadem. q & col. paulo ante dixerat, ſecutus Oldradum. Quod quo tempore Conſtantinus donationem fecit non erant tunc cardinales, non ergo poteſt ille text. commemoratiuus illius donationis de cardinalibus intellexiſſe. Et tu aduerte quod Patricii, ut Calepinus eſt autor, ſunt qui a primis ſenatorib. Romanis orti dicerant. Tacitus lib. 11. de Claudio loquens his diebus in numerum Patriciorum adſciuit Cæſar uetuſtiſſimum quemq; ex ſenatu, aut quibus clari parentes fuerant. Et Suetonius in Auguſto ea gens inquit a Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta in ſenatum. mox a Seruio Tullio in patricias traducta ad plebem ſe cõtulit ac rurſus magna ut per diuum Iulium in patriciatum reducta. tex. tamen in l. fin. de ſenat. ff. dicit ſenatores accipiendos eos qui a Patriciis & cõſulatibus deſcendunt, Budeus uero eadem lege. 10. 14. pag. 1. Exiſtimat patricios dici poſſe pares Franciæ ſex pontifices, & ſex militares, quaſi, ut Suidas ait, parentes communes reipublicæ, ut habetur in §. filius qui. mod. ius patro. pote. inſtitut. gloſ. in §. plebiſcitum de iure natura. inſtitut. Et his ſatis concord. text. in l. nemini, de offic. con. C. lib. 12. ubi vult nullum ad patriciatum aſſumendum, niſi alteram de dignitatibus illic inſertis ſit adeptus, uidelicet conſulatus præfecturæ prętoriæ vrbis, vel illyrici, aut magiſtri militum. Sed hęc cardinalatus dignitati non conueniunt, quos papa nõ vt patres ſed filios maxime prębyteros & diaconos aſſumit. Adde ꝙ quidã ex noſtris dicunt ꝙ cardinales ęquiparantur præfectis prętorio. ſic. glo. in le vnica in verbo Iudicaturos de offi. præfec. prætorio, ſed non placet hęc opinio. Nam ſequeretur ꝙ qua ratione a ſententia præfecti prætorio non appellatur, & ipſe etiam reſtituit in integrum, vt vult tex. in le. proxime allegata. Sic, nec a ſententia cardinaliũ quando auditores deputantur, quod eſt falſum. vt in c. Rainucius & c. Rainaldus de teſta. extra & reſtitutio in integrum ſaltem iure minori & cum ſit reſeruata principi, non eſt iure cautũ quod cardinales eam poſſint concedere. Adde etiam falſum eſſe ꝙ idem Barb. ſcribit eadem quæſtione. Cardinales ſecundum eum in locum apoſtolorũ ſucceſſiſſe. nam diſcipulorum typum gerunt prębyteri, apoſtolorum vero epiſcopi, vt ſupra deductum fuit. Et habetur latius in ca. In nouo teſtamento. 21. diſt.

Concluſio I X.

CArdinali legato a latere is eſt exhibendus honos qui & ſummo pontifici. facit in ar. ca. Grãdi. de ſuple. negligen. præla. in 6. vbi honos qui debetur regi, eſt exhibendus adminiſtratori regni. Probatur hęc concluſio in c. fi. 93. diſt. Et cũdo & redeundo eſt iuuãdus legatus in ſuis neceſſitatibus. ca. accedentes de præſcrip. & quilibet epiſcopus hoc ſe iurat facturum. ca. ego. n. de iureiu. extra. Credit enim papa eos qui ob ſingularẽ fidem & induſtriam, explorata eorum fide & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter pro ſapientia ac iure ſuæ dignitatis iudicaturos, quam ipſe faceret. tex. eſt in dicta le. 1. de officio præfec. prætorio. ff. & 92. di. in c. primo in uerbo Neque enim de eius actibus dubitare poſſumus. facit tex. in epiſtola liquet in fi. de ſumma tr. Facit, quod habetur prouer. 25. ſicut frigus nimium in die meſſis, ita legatus fidelis ei qui miſit eum, animam eius requieſcere facit in pace. vbi gloſa interpretatur, ꝙ ſicut in feruenti paleſtina nõ eſt parum delectabile ſi tempore meſſium ſubito frigus ſuboriatur, quod ardentes meſſorũ temperet anhelitus, his recte aſſimilatur legatus, qui prudenter agendo, mentem eius a quo mittitur requieſcere facit in pace. & prouer. 14. Eſt legatus fidelis ſanitas. Et ſedes apoſtolica honoratur in reuerentia quæ exhibetur legato. At cõtra ſcribitur. 94. di. Si quis legationem, id eſt legatum impedierit, non eius, ſed multorum utilitatem auertit, & ſicut multis nocet, ita a multis eſt arguendus, & bonorum ſocietate priuandus, & quia Dei cauſam impedit & ſtatum turbat eccleſiæ ab eius liminibus arceatur. Huic concluſioni adde quinque declarationes. Prima, quod ut proconſul portam Romæ ingreſſus deponebat imperium in l. fi. de offic. proconſulis, idẽ eſt de legatis & patriarchis in præſentia papæ ca. antiqua de priuile. ex. & egreſſus proconſul portam Romanam ante ingreſſum prouincię ſibi decretę exercebat actus uoluntariæ iuriſdictionis adoptionis, & manumiſſionis. l. 1. & 2 cod. tit. Sed contentioſam non exercebat, ſed proconſularibus utebatur inſignijs. Secunda declaratio, proconſul prouinciam ingreſſurus habebat neceſſe mittere edictũ de aduentu ſuo, neque debebat requirere quod ei publice aut priuatim occurratur, ac etiam recte faceret ſi mitteret edictum prædeceſſori ſuo, ne ex inopinato curam turbet prouinciales in l. obſeruare.

nare,§.antequam. ff.eodem, & proconſul ſi in itinere morã
neceſſariam patiatur pōt legatum inſtituere ante non,cum
nondum habeat iuriſdictionem, abſurdum eſt ergo, ꝙ eam
delegare poſſit,ſi ante delegauit, & ingreſſus pſeuerct in ea-
dē voluntate aſſumit legatus iuriſdictionē non ex quo inſti-
tutus fuit,ſed ex quo prouinciam eſt ingreſſus,de his eſt text.
in l.obſeruare.§.ſi ff.de off.proconſulis,ff.adde quod legatus
proconſulis ſubdelegat.text.eſt in l.legatus.ff.eo.ſecundum
literam affirmatiuam, hoc ideo ſecundum Bar.in l.a iudice.
C.de iud.quia hoc facit ex conſcientia legis, ſiue & melius,
quia delegatus eſt ad vniuerſitatem cauſarum,& hoc vt dixi
probatur in d. l. ſecundum literam ueram quæ eſt affirmati-
ua,& refert Policianus in Miſcellaneis negatiuam,nō,in Ar
chetypis Florentinis non inuenit, quod ſi habes in textu il-
lius legis negatiuam.non, ut eſt litera cōmunis probat text.
quod ſi legato eſt una cauſa delegata non poſſit eam ſubde-
legare,ita glo.ibi & expreſſius Bar. hoc idem tenet glo.in c.
ſuper quęſtionum.§.porro,in uerbo delegare de off.delega.
gl.in d.l.cum prętor, inde dicebat Bal.in d.l.a iudice,delega
tos cardinalium legatorum poſſe ſubdelegare, ſic Ang.in d.
l.cum prætor,per Panor. in c.cum Bertoldus, de re iud.ex.&
dicit Albe.in d.l.a iudice ſe vidiſſe ita ſeruari,quamuis putet
cōtrarium de iure.Tertia declaratio proconſul per eam par-
tem prouinciam ingrediatur per quam ingredi moris eſt in
l.obſeruare. §.hoc etiã obſeruare eo.tit.& dum tex.ibi ſubij-
cit quem græci.&c.appellant.Budeus eo loco dicit in anno-
tatiunculis policiani manu ſcriptis,ſe legiſſe, quã græci epi-
dimias vocant ſiue cataplũ obſeruare. Eſt autem epidemia
acceſſus ad ciuitatem plerunque obſeruari ſolitus. Cataplũ
obſeruare eſt portum tenere per quem plerunque proconſu
les applicare ſolent, de maritimo enim ac terreſtri acceſſu
loquitur illic Iulianus, & paulopoſt,dum in eadem lege ſub-
iungitur, imperator noſter Antoninus ad deſyderia Aſiano
rum reſcripſit proconſuli neceſſitatem impoſitam per mare
Aſiam applicare, & Metropoli epheſum primam attingere,
legendum eſt inquit Budeus pro more, & addit ipſe vſus te-
ſtimonio Stephani de vrbibus.Et Plinij in lib.5.Epheſum de
qua loquitur iuriſconſultus noſter, eſſe urbem Ioniæ clariſſi
mam, apud quam erat ſumma iuriſdictionis.at Metropolis
eſt vrbs ex qua coloniæ poſtea deductæ ſunt. Et præterea idē
Budeus taxat Gratianum qui Iſidorum ſecutus in ca.cleros.
21.diſt.dicit Metropoles a menſura vrbium dictas.Et tu præ
ter eum dic quod magiſter ſentent.in 4.diſtin.24.in eo errore
fuit quo Gratianus. Quarta declaratio,inquantum ſupra de
claratione prima dixi,quod proconſul poteſt uti proconſu-
laribus inſignijs,tunc dic quod proconſul poteſt vti ſex faſci
bus.tex.eſt in l.pen.ff.eodem.Sunt autem faſces faſciculi vir
garum inter quas ſecuris obligata erat.Ita ut ferrum in ſum-
mo faſce extaret, quos faſces lictores magiſtratibus præfere
bant. Et tu aduerte eo loco, Accurſius decipitur dum expo-
nit ſex faſcibus, id eſt ſex menſib. quaſi velit quod officium
proconſulis expiret ſemeſtri,quod eſt falſum Nam procon-
ſul poterat adminiſtrare vſque ad aduentum ſucceſſoris in
l.meminiſſe.ff.eo.immo poteſtas legati a latere non expirat
per mortem papæ tex. eſt in c.2.eo.tit. in 6. de quo infra la-
tius dicetur,& glo.in c.præſenti,eod.tit.in 6 quæ ponit caſus
in quibus finitur poteſtas legati, non adducit iſtum , & text.
per Accurſiũ in d.l.pen.adductus uidelicet.§.exactis,de orig.
iur.per quem nititur probare officium proconſulis expirare
ſemeſtri non loquitur de proconſule,ſed dictatore, cuius of-
ficium finiebatur ſemeſtri vt in d.§.exactis.Quinta declara-
tio,proconſul in prouincia ſibi decreta debet in accipiendis
muneribus modum adhibere in l.obſeruare ad fi.ff.eo. A ne-
mine inquit ille tex.accipere inhumanum eſt,ſed paſſim vi-
liſſimum,& per omnia auariſſimum. Policianus autē in Mi-
ſcellaneis dicit in illo texto exenia corrupte legi, vt ex pan
dectis Florentinis cōſtare refert, dicit vero xenia legendum
eſſe,xenia autem in terminis illius legis ſunt munera hoſpi
talia Et eo loco dicit ſimile eſſe quod.1.Machab.11.Encenia
corrupte pro xenia legitur , encenia autē ſunt dedicationes
templorum Io.11.facta ſunt encenia Hieroſolomis,inde in
l.ſed ſi uir vxori.§.non videtur de don.inter vi.& vxo.ff.vbi
litera communis corrupta habet, in encenio aut in vnguen
tis,& in antiquis codicibus eſt obſonio, dicit in eodem loco
Budeus obſonio legendum , & recte meo iudicio,non ei vi-
detur mulier fieri locupletior ſi in obſonio aut in vnguen-
tis aliquid largiatur maritus, his adde quod dum tex. d.l.ob-
ſeruare ad fi.ſubijcit.Sed nec xenia producenda ſunt ad mu
nerum quantitatem , intelligendum eſt iſtud, quod munu-
ſculorum prætextu non ſunt occupanda illa munera , quæ
nimio ſumptu onerare poſſint prouinciales. Tu tamē aduer
te quod legati, & nuncij ſedis apoſtolicæ in ꝓuincia ſibi de-
creta ſunt procurandi.habetur in cap.cum inſtantia.& cap.
procurationem,de cenſibus.& ut notat Ioan.And.illic lega-

ti ſint de latere,aut alij,accipiunt procurationem non ratiō-
ne viſitationis, ſed communis oneris. arg. cap.cum pro cau-
ſa,de procura.extra de elec cap.vt præſente,de ſta.mo.in ſin-
gulis Legatis non de latere,& nuncijs curia certam quantita
tem taxat pro die qualibet, quam ipſi percipiunt tam itine-
rando, quam ſtando. Legatis vero de latere ſolet taxare iti-
nerando.15.florenos,in ſtando non. Et ſicut olim recipiebãt
quando vna prouincia erat eis decreta, ſic & hodie recipiũt
quotcunque prouincias regant.

Concluſio X.

Legatus in prouincia ſibi decreta habet iuriſdictionē or-
dinariam . Hæc concluſio aperte probatur
hodie in cap.ſecundo,eo.tit.in 6. Iſtam par
tem tenet glo.in cap.ſicut vir, in verbo aut
legarum,7.q.1.glo.in c.Igitur.25.q.2. Io.de
Deo.in queſtionibus ſuis in princ.Innoc.in
c.licet de offic.deleg. extra glo.in c.ex literis de in integ.re-
ſtit.glo.in c.fin.iſto tit.adde Pa in c.1 eo.tit.vbi dicit quod le-
gatus papæ in prouincia ſibi decreta habet ampliorem pote
ſtatem quam epiſcopus, vel archiepiſcopus, immo eſt vere
ſuper epiſcopos,& archiepiſcopos.adde Spec.tit.iſto §.nunc
oſtendendum.verſ.legatus.vbi dicit quod legatus concurrit
cum quolibet ordinario exiſtēte in prouincia ſua qualiſcun-
que ſit,ſiue ſit abbas,ſiue epiſcopus,ſiue archiepiſcopus, ſiue
patriarcha,vnde poteſt exercere ea, quæ per iſtos exercentur
ratione ordinariæ poteſtatis.Hæc concluſio ampliatur quin
que modis. Prima ampliatio,quod hoc habeat locũ in quo-
libet legato.ſic gl.in d.c.2.& ſcribentes ſequũtur.Et ſi tu for-
titer obijcias ꝙ textus ille, in quo pñs articulus, q prius erat
in conflictu opinionũ,deciditur dirigit̃ ad cardinalē preſbi-
terum tituli S.Ceciliæ apoſtolicæ ſedis leg atũ, ergo ad alios
legatos non porrigitur. Tu dic ex hijs, quæ ibi inferuntur in-
ſtar proconſulum,cæterorumque præſidum, quod cōcludit
ille text. ſatis in omnibus legatis ꝙ habeant iuriſdictionem
ordinatiam , in ſubſcriptione autem illius text.protanto de
cardinali facta eſt mentio, quia ſuper dubio ibi deciſo con-
ſultationem fecit . Secundo ſi tu obijcias quod legatus ge-
rit vices papæ.cap.1.eo. ti.quod repugnat iuriſditioni ordina
riæ quæ competit iure proprio, & eſt radicata in perſona or-
dinarij,tu dic poſt Panor. d.c.1.ꝙ licet legatus habeat ordi-
natiam , tamen cum hæc poteſtas ſit odioſa & extraordina-
rio modo inducta, vt notat gl.pen.in cle.fi.de offi.ord.Et ea
iure nō eſt deputatus certus locus vnde dicitur gerere vices
papæ,vel ſecundo dic ꝙ ut conſules, quibus certa prouincia
cōmiſſa erat proconſules dicebantur, & qui prius non erant
conſules. in prouincia præſides prouinciæ dicebantur, & hi
habebant iuriſditionem ordinariam, ita cardinales legati p-
conſulibus,alij præſidibus comparantur,& habent inſtar eo-
rum iuriſditionem ordinariam.ſic gl.in dic.c.2.in verbo pro
conſulum de quo etiam ſupradictum fuit conclu.8.in prin-
cipio. Tertio dic ꝙ illa uerba vices noſtras non tollunt lega-
tis iuriſditionem iure proprio, ſed debent intelligi ſecũdum
qualitatem perſonę cui diriguntur.ar.l.plenum.§.Equitij de
vſu & habitatione.ff. Nam cum ad delegatum dirigũtur im
portant ꝙ habeat iuriſditionē iure alieno.c.ſane.1.2.de offic.
delega.in verbo vices noſtras, ꝙ ſi legato diriguntur impor-
tent ꝙ gerat vices papæ iure proprio, ſic Barb.no.in c.1.alle-
gato Secunda declaratio eſt,vt legatus poſſit congregare cō
cilium prouinciale,ſic doc. tenent in c.quod tranſlationem
eo.ti.ex vbi copioſe Barba.col.83 licet.gl.& male in §.por-
ro.3.diſt.dicat oppoſitum.Nam poſt papam eſt maior omni-
bus alijs qui ſunt in prouincia, ut in c.ſi abbatem de electio-
ne in 6 Et poſſet eadem ratione congregare concilium Sy-
nodale,hinc tu aduerte quod ſingulis annis debēt Archiepi
ſcopi facere concilium prouinciale,in cap.ſicut olim de ac-
cuſa.ex.ubi Hoſt. Io.An.Io.de Ana.cumulant.72.decretales
editas in concilio Lateranen. & clauſas in volumine decre-
talium . Ac ſi in concilio prouinciali nihil ſit, quod in me-
dium proferatur, ipſi uolunt quod illic legantur, publicen
tur, & exponantur illæ decretales. Et Archiepiſcopus viſi-
tata eccleſia, ciuitate,ac diœceſi ꝓprijs quomodo debeat pro
uinciam viſitare, & eccleſias tam cathedrales q̃ collegiatas
& inferiores clericos non habentes curam animarum.Et la-
cos quantum attinet ad ſacramenta eccleſiaſtica,& quomo
do procuratio ab eis debeat accipi nō in pecunia,ſed victua
libus , & qualiter archiepiſcopi ipſi & eorum familia a mu-
neribus debeant abſtinere;vide quod de his omnibus habe-
tur in cap.Romana. in toto diſcurſu illius decretalis de cen-
ſi.in 6. Et ibidem etiam notatur , quid prælati viſitantes de-
beant facere, quibus.tu adde pulchrum & elegantem text.
in cap.placuit.10.q.3. qui inſtruit prælatos, ut debeant prædi

cate

care, inſtruere populum in fide, in articulis fidei, inſtruere presbiteros, ne quempiam ad fidem recipiãt niſi per 20. dies ſit cathecizatus, inſtruant quoque ne aliis quod ſibi nollent fieri faciant, ac demũ prædicent diem poſtremi iudicii quo omnes recepturi ſunt ſecundum opera ſua. Et circa procurationem, tu adde quod olim procuratio in pecunia poterat recipi a uolentibus. c. inter cętera. 10. q. 3. Poſtea fuit in victualibus taxata, ac fuit taxatus numerus euectionum cap. cum apoſtolus de cenſibus, poſt modo, iuxta tex. in c. ab exordio. 35. diſt. O. reuolauit ad A. vt videlicet procuratio a volentib. in pecunia recipi poſſet. tex. eſt in c. fœlicis de cenſibus in 6. Et recte, accidit enim ſępenumero, ut glo. ibi vult, quod pauperes clerici qui habent vnicam culcitram & gauſape ita loquitur gloſator, non ſunt idonei ad excipiendos prælatos, & hæc obiter dixi de Synodis & conciliis prouincialibus. Addede eiſdem conciliis, quod notat Innoc. in c. graue. de præbendis glo. prag. copioſe titulo de auctor. & poteſtate ſacrorum cõciliorum. De conciliis autem monachalibus quę per ſingula triennia fiunt. vide quod habetur in cap. in ſingulis., & cap. ea quæ, de ſtatu regularium. Et quia de iuribus quibuſdam epiſcopalibus tactum eſt, ut de congregatione ſynodi, viſitatione, & procuratione vide quantum ad alia iura epiſcopalia text. in capitu. conquerente, de officio ordinar. vbi pulchre ſingula iura epiſcopalia inſeruntur, & Panormit. illic declarat in ſpecie. Primo habet epiſcopus in ſubdiaconos canonicam obedientiam per quam cognoſcunt eum in iudicem. capitulo quamquam. 23. diſtinctio. Secundo ſubiectionem per quam cognoſcunt in dominum. capitulo grauem. de exceſſ. prælat. extra. Tertio reuerentiam qua cognoſcunt ſubditi epiſcopum in patrem, patres enim ſpirituales ſunt in reuerentia non minore habendi quam carnales in cap. piratum. 30. quæſt. 3. Quarto inſtitutionem tam tituli collatiuam, quam eam quæ ad præſentationem patroni fit, quam auctoriz abilem, quę eſt ad curam animarum. cap. omnes Baſilicæ. 16. quęſt. 7. c. cum ex iniuncto. de hære. ex. capit. unico. de capel. mo. in 6. Quinto correctionem quantum ad crimina. Sexto reformationem quantum ad mores. cap. irrefragabili. & cap. licet. eodem tit. Septimo iuriſdictionem omnium cauſarum ad forum eccleſiaſticum pertinentium, & quæ ſunt illæ cauſæ quibus etiam epiſcopus habet iuriſdictionem in laicos not. in c. cum ſit generale de foro competen. ex. not. in cap. fin de excep. in 6. vnde ſequitur quod inferiores epiſcopis qui habent iuriſdictionem in illos de collegio non tamen habent priuatiue, ſed accumulatiue ad epiſcopos ita quod iſti non faciunt gradum, ſed epiſcopus concurrit tãquam generalis ordinarius, & iſti inferiores tãquam ſpeciales, facit quod defenſor ciuitatis, cui confertur epiſcopus, poteſt cognoſcere de cauſis ſubditorum omiſſis magiſtratibus inferioribus, de quo eſt gloſ. fin. vbi pulchre Panor. in cap. cum ab eccleſiarum de offic. ordin. extra. Octauo ad epiſcopum recurritur pro pœnitentiis, quod Innoc. poſt Panor. declarat dupliciter. Primo, vt ad epiſcopum recurratur pro ordinibus, conſeq. 9. quæſtio. 2. per totum, cap. nullus. de parrochiis. Secundo quod pro ſacramentis maxime pœnitentia ad eum recurratur, & dicitur epiſcopus proprius ſacerdos iuxta glo. in c. 2 de pęniten. in 6. Et ſcribentes in c. omnis vtriuſq; de proprio ſacerdote loquentes intelligant de epiſcopo, & tu caue ꝙ mendicantes non dicantur proprii ſacerdotes. Nam illi ſunt proprii qui neceſſario confeſſiones audire tenentur, & quibus neceſſario eſt fienda cõfeſſio, ſed mendicantes non neceſſitantur ad audiendum, neque quiſquam neceſſitatur ad confitendum illis, eſt uerum quod ipſi mendicantes habẽt ex priuilegio poteſtatem audiendi confeſſiones, recipiendi ſepulturas, & prædicandi, quod priuilegium a bonifacio octauo primum receperunt in extrauag. ſuper cathedram de ſepul. Et quia priuilegiũ illud immutatum fuit per benedictum vndecimum, ut habetur in extrauaganti inter cunctas, ideo reuocata fuit conſtitutio Bonifaciana, in cõcilio Vienen. in cle. dudum, de ſepul. Et a Io. 22. in extrauag. incipiente uas electionis prorogatum eſt illud ad Carmelitas & Auguſtinenſes. Et adde, quod confeſſi illis mendicantibus ſunt abſoluti. Neque tenentur neceſſario eadem peccata ſemel in cõfeſſione ſacramentali deleta reiterare proprio ſacerdoti, ſed ipſe ſacerdos tenetur illis ſic confeſſis in paſcate ſacramentum euchariſtiæ miniſtrare, necnon ſacramentum extremę vnctionis. Nono inter iura epiſcopalia apponitur ſynodus, quam epiſcopus ſingulis annis facere debet, de quo in c. ſicut olim. de accuſa. & qui ab epiſcopo ad ſynodum cogi poſſint ut veniant, & quę ſint de lege ſynodatica, & quę de lege iuriſdictionis. vide quod notatur in capitu. dilectus. de off. ordin. Decimo habet epiſcopus cathedraticum, ideſt duos ſolidos, vel aliam ſummam, quæ in honorem cathedrę exſoluitur. Quod ius ſi ab epiſcopo remitti poſſit. vide Panor. in ca. cum venerabilis de cenſibus, ubi idem notat octo iura quæ adhuc penes epiſcopum remanent facta generali remiſſione. Vndecimo, habet epiſcopus quartã decimarum, & quartam mortuariorum, de qua in c. requiſiſti. de teſtam. & in cap. de quarta, de præſcrip. Et quarta decimarum ſuccedit loco eius quæ ſoluebatur per tribum leuiticam ſummo ſacerdoti, de qua ſcribentes notant in cap. 1. de decim. Ego late ſcripſi in repetitione cap. 1. de homicid. concl. 7. poſtremo poteſt epiſcopus imponere charitatiuum ſubſidium, de quo an monaſteria ad illud teneantur. not. in cap. 1. de ſta. regula. de his & quibuſdam aliis iuribus epiſcopalibus nota. Panor. in d. c. dilectus. vbi iungitur per eum poſt gl. Innoc. & alios, an ſit dabilis decima inter ea quę ſunt de lege diœceſana, & quę ſunt de lege iuriſdictionis. Adde ꝙ ſolet dici ꝙ electus confirmatus conſequitur ea quæ ſunt iuriſdictionis non ea quæ ſunt ordinis, nam quæ ſunt ordinis conſequuntur ſoli conſecrati, vt notatur in cap. tranſmiſſam, de electio. Et quæ ſunt ordinis non poſſunt præſcribi per inferiores, ſed q̃ ſunt iuriſdictionis ſic, de primo habetur in c. quanto, de conſuetudine, de ſecundo habetur in cap. auditis, de præſcrip. Iuriſdictionis autẽ epiſcopalis ſunt iudicare, excommunicare, corrigere, iuramenta a vaſallis recipere, confirmare, inueſtire, beneficia conferre. Ordinis autem epiſcopalis ſunt clericos ordinare, chriſma conficere, benedicere virgines, conſecrare eccleſias, altaria, cimiteria benedicere, rurſus, clericos deponere, de quo per glo. in d. cap. tranſmiſſam. de electio. & de concilio prouinciali & epiſcopali, quod poſſunt legati congregare dictum eſt ſupra. Adde quod legati non poſſunt facere concilium generale quia hoc eſt de reſeruatis papæ, ut patet. 17. diſt. per totum. & ſentit glo. in cap. quod tranſlationem iſto tit. putat tamen Barba. ibi in colum. 32. quod ſi ſunt duo contendentes de papatu. Et quiſque eorum in poſſeſſione obedientiæ, quiſque eorum faciet congregari partẽ quæ ſibi fauet ad certum locum ut concilium ſic congregatum, inter eos iudicet, de quo habetur in cap. ſi duo. 59. diſt. Et ſecundum hanc doctrinam intelligit quod Symachus qui cõtendebat cum Laurentio congregauit concilium de quo in §. huic etiam. 17. diſt. quod ſi renuant iſti antipapæ congregare, tunc ſecundum eũ communis opinio habet quod ad collegium cardinalium ſpectat, quia cum ſit in poſſeſſione eligendi papam, ergo omnia explicandi, per quę perueniatur ad papatum. arg. l. illud de acquir. hæred. ff. & eo caſu, quo allegaretur collegium cardinalium eſſe diuiſum tunc ad imperatores pertineret ſeu principes. arg. c. ſi. 65. diſt. & in eccleſia primitiua, quæ propter infideles & hæreticos nondum erat ſolidata, fiebant concilia per imperatores. de quo in c. habeo librum. & cap. ſexta ſynodus. 16. diſt. ego copioſe ſcripſi in repetitione. cap. liceat de euitanda, de elect. Cum ergo prima congregatio conciliorum fieret per imperatores, nimirum ſi deficiẽte papa in quem conciliorum fiẽdorum poteſtas eſt tranſlata, & collegio cardinalium vel negligente vel diuiſo pateat reditus ad illud ius primarium, quo per imperatores fiebat congregatio. Plus putat Barbat. in caſu præmiſſo quo eſſent duo contendentes de papatu, quod conuocatio concilii pertineret ad principes omiſſis cardinalibus, tũ per rationes præmiſſas, tum per c. principes. 23. q. 5. Cum enim tunica illa domini inconſutilis ſit diuiſa per cardinales credibile eſt, quod cardinales ipſi ſemper differrent ne concilium de eorum facto iudicet, de quo poſt Bal. & card. ſcribit eleganter Felin. in cap. ſuper literis in verbo, an ſua ſit iuriſdictio in 11. col. cum duabus ſequentib. de reſcrip. vbi ipſe multa verba effundit quæ dicit eſſe noua & notanda, ac de honore accreſcendo, ſi quãdo caſus iſti occurrant quos Deus auertat, de quo Decius ſubtilis iurium interpres ſcribit in 2. & 4. dub. concilii facti pro defenſione congregationis Piſanæ, ego ſatis copioſe ſcripſi in dic. c. licet, de vitanda in fo. 12. cum ſeq. Tertio ampliatur concluſio noſtra, vt poſſit legatus in prouincia ſibi decreta facere vicariũ. Nam hoc facit epiſcopus in c. in pleriſque de offic. ord. ſic tenet Panor. in c. nouit. eod. tit. & illic refert Barb. quod reuer. cardinalis Aretinus legatus Bononien. cõſtituit ſibi locumtenentem, famoſiſſimum iuriſconſultum Ioannem de Mella compatrem ſuum. Item proconſul poteſt prouinciam ingreſſus vicarium inſtituere. Et ante ingreſſum ſi neceſſariam motam patiatur in itinere, l. obſeruare cum ſequen. de officio proconſul. ff. ſed hæc ampliatio uidetur mihi dubitabilis, nam ordinariis non licebat habere loci ſeruatores. §. ad hęc. de collat. coll 9, præterea durum eſſet qđ inſtituerentur per eos vicarii pręſertim cum poteſtate conferendi, ſic enim euacuaretur iuriſdictio ordinariorum, & confunderetur ordo Hierarirchus eccleſię contra tex. in capit. peruenit. 12. q. 1. Quarto ampliatur hæc concluſio, ut delegatus cardinalis quamuis ſit delegatus ab inferiore a principe poſſit ſubdelegare, ſic Ang. In l. cum prætor, de iud. ff. ſic Bal. in l. a iudice. C. eodem. ac ut ibi refert d. Iaſon, vidit Albericus ita ſeruari, licet de iure putet cõtrarium, ego

addu-

addnco tex.expreſſum in capit.cum bertholdus de re ind.ſecundum intellectum quem ibi ſequitur Panor.in 5. colum. in fi. Mihi autem, ut illius decretalis intellectus aperiantur, non placent quatuor intellectus in ea per ſcribentes relati, quos ego paucis abſoluam. Primo dum ibi gl. in verbo alius, dicit delegatū cardinalis potuiſſe ſubdelegare, quia lis erat conteſtata, inſtar procuratoris in l. nulla, de procur. C. in c. 1. eodem titu. in 6. Non poteſt recipi hic intellectus cum iura dicant delegatum inferioris a principe, indiſtincte non poſſe ſubdelegare. & ratio quę phibet tali delegato ne ſubdeleget, ita militat poſt litem conteſtam, ſicut ante, de qua ratione per glo.in cap. is qui. de offi.dele.in 6. non ob.de procuratore dictum, nam lite cōteſtata procurator efficitur dominus litis, vt non poſſit reuocari ſine cauſa in cap. 2. de procu. in 6. Sed delegatus quandoque reuocatur. l. iudi. ſoluitur. iudi. ſol. ff. Item, in conteſtatione procurator eſt vt agens, iudex vt patiens, & fortius operatur conteſtatio in agente quā patiente. ar. c. ſacris. ꝙ me. cauſa. Secundus intellectus glo. in d. c. cum Bertholdus videlicet ꝙ illic non fuit exceptum, ideo de facto fuit ibi taliter proceſſum, non placet. nam ſupponit ꝙ valet ſubdelegatio delegati inferioris, niſi excipiatur ꝙ eſt falſum ex defectu poteſtatis dic. l. a iudice, & cap. cum cauſam. de appel. ſed glo. ſaluari poſſet, videlicet ꝙ de iure non valuit proceſſus ille, ſed de facto dūtaxat quod clarius exprimit gloſ. ibi in 3. ſolutione, dum vult ſtandum eſſe iuribus proxi. allega. Tertius intellectus Inno. ꝙ ibi receptio teſtiū commiſſa ſeu ſubdelegata erat, qui eſt articulus nō iuriſditionalis nō placet duplici ratione. Prima quia receptio teſtiū cum teſtes nondum ſunt iurati, nec examinata interrogatoria, eſt articulus iuriſditionalis, ut no. in cle. unica, de off. deleg. in cuius allega. Bart. in l. more maiorum. de iuriſdictio. omn. iudic. ff. deceptus eſt, dum per illam clem. tenet quod delegatus inferioris a principe unum articulum iuriſdictionalē poſſit ſubdelegare, nam clem. 1. loquitur de legato papæ, nec ob. quod Bar. arguit a ſimili de delegato ad uniuerſitatem cauſarum, qui ſubdelegat unam cauſam, quia ille eſt quaſi ordinarius, ut nota. in capitu. cum cauſam allegato. Secundo non placet hic tertius intellectus ſecundum Panorm. nec conuenit illi literæ, nam ibi delegati legati non ſolum commiſerant articulum receptionis teſtium, ſed in totum vices ſuas, & ſic nihil ſibi reſeruauerunt in c. ſuper quæſtionum, de off. deleg. Eſt ergo quartus intellectus ad illam decretalem cum Bertholdus qui in ſe eſt notabilis, & de quo loquimur in propoſito noſtro, & per quem tollitur omnis obiectio, videlicet ꝙ delegatus legati a latere poſſit ſubdelegare, quia legatus proconſulis ſubdelegat, & probatur in l. cum prætor. §. 1. vbi gl. de iud. ff. probatur etiam in l. legatus. de offic. proconſu. ff. ſecundum literam affirmatiuam quæ ut dixi poſt polician um ſupra concluſ. 9. in Archetypis Florentinis inuenitur, licet litera quæ habet negatiuam, non ſit magis communis. Secundum quam literam negatiuam probat ille tex. quod legatus proconſulis, cui eſt vna cauſa delegata non poteſt eam ſubdelegare, cur autem ſit quod inferior a principe non ſubdelegat, vide rationes per ioan. And. in d. c. is cui, per Panor. in d. c. cum Bertholdus, dominus Iaſ. not. in l. a iudice alleg. Et ad de quod delegatus inferioris a principe cum poteſtate ſubdelegandi delegat, quia tunc non videtur ipſe delegatus delegare, ſed delegans, ar. l. unum ex familia. §. ſi de lege. de leg. 2. ſic io. And. d. cap. is cui, ſic Bar. in l. more. alleg. ſic Panor. in d. cap. cum Bertholdus, & ibi tractat an delegatus principis ſubdelegans poſſit ſubdelegato poteſtatem dare iterum ſubdelegandi. & ibi concludit quod nō, ſi in totum ſubdelegando commiſit vices ſuas, nam tunc deſinit eſſe iudex, nec poteſt ſubdelegatio per ſubdelegatum hēda ſibi attribui, cum deficiat extremum. ad quod, argu. l. bonorum. rem ratam. ff. ſecus ſi commiſiſſet reſeruata ſibi aliqua iuriſdictione, quia ipſe delegatus principis dando ſubdelegato poteſtatem ſpecialiter ſubdelegandi uidetur ad id negotium ſubdelegationis cōmiſiſſe. Quinto ampliatur vt legatus qui alias de cauſa ſpecialiter delegata ſe non impedit capit. ſtuduiſti iſto tit. poteſt tamen confirmare ſententiam delegati, ſic glo. h. ibi. quam tamen intelligunt Hoſtien. Pa. Imo. & Barba, pro confirmatione quę cōſiſtit in facto, ſcilicet commendatione & approbatione. Et dicunt ipſi quod legatus ſententiam delegati valeat mandare executioni, ſed ad hoc non poſſit cogi per delegatum, cui non ſubeſt, cum ipſe gerat vices papæ, pondera tu tex. in d. c. ſtuduiſti, qui dicit valebit, & ſic eſt in poteſtate ſua, ergo non pōt cogi. arg. l. non quidquid de iudi. ff. cardin. tamen tenebat ibi quod poſſet compelli cum ſit ordinarius, & delegatus eſt maior eo cap. ſane. l. 2. de officio de lega. Fatetur tamen quod in coactione ſit deferendum dignitati & perſonæ. argum. in capit. 2. de offic. deleg. in 6. & dicit Panor. in d. cap. ſtuduiſti. quod hæc opinio eſt uerior, ſed præcedens ſecundum eum eſt æquior, putat vero Barbat. quod præciſe cōpelli poſſit, nam eſt ordinarius & tenea tur ad mādatum delegati exequi ſententiam, etiam ſi ſciat eam iniuſtam. c. paſtoralis. §. quia uero, de off. ord. legatus uero ita demum ſi ſciat rationabilem in d. c. ſtuduiſti, & ſic in eo releuatur, in iſto ergo grauatur, quod teneatur exequi. ar. l. eum qui de iureiur. ff. ſed quidquid Barbar. dicat difficile eſt reſpondere ad tex. d. c. ſtuduiſti, ut ſupra inductum.

Concluſio XI.

LEgatus in prouincia ſibi decreta poteſt adiri per viam querelę, hanc opinionem tenet glo. 2. cap. 1. per illum tex. iſto tit. ſequuntur illic Goffr. Philip Huſt. ioan. And Panor. Cardin. & Imo. & omnes excepto Barb. & ante Barb. quod non poſſet legatus adiri per uiam querelę tenebat Io. gloſator poſt Lauren. & Hugo. 2. q. 3. cap. 3. idem Io. Gloſator in capit. conqueſtus. 9. quæſt. 3. in glo. 2. idem 25. q. 2. in cap. 3. in glo. 3. Sed oppoſitio prima quæ eſt verior probatur, quia legatus habet ordinariam, ſed ordinarius a ſubditis ſuis adiri poteſt per uiam querelæ. Secundo proba. in cap. 1. iſto titu. Et per rationem illius tex. ampliatur hoc in quocunque legato, dum dicit ibi quod legatus gerit uices papæ quæ ratio militat in quocunque legato, non ob. quod Io. dicebat quod tex. ille ſpecialiter procedit quando archiepiſcopus deputatur legatus. Nam tunc ne inutile ſit ſibi officium legationis poteſt adiri per viā querelæ. Et hæc reſponſio non eſt bona ſecundum Panor. non enim fundat ſe ille tex. ſuper iure ſpeciali ſed ſimpliciter ſuper officio legationis. Item nō ob. quod ioan. inducebat pro ſe, text in cap. peruenit. 11. q. 3. Quia reſpondent docto. dupliciter, primo ut loquatur in defenſore non legato. Secundo tenendo quod etiam ille tex. loquatur in legato, dicit quod uolebat compellere actorē præciſe ad litigandum coram ſe, quod non poteſt propter regulam illam quod quotiens reus habet plures iudices actori datur optio coram quo agere uelit glo. in l. fi. vbi in rem actio. C. glo. in cap. dilecti, de foro compet. & glo. in cap. ſtatutum. §. cum vero, de reſcr. in 6 Et inquantum Barbat. ſtudio contradicēdi, ut ſolet, ſecutus eſt hanc opinionem poſt Lauren. & Hug. tu dic quod fundamenta ipſius non obſtant, primo dum ponderat rationem tex. d. cap. peruenit, confunderetur ordo &c. Sequeretur quod ſi tam præciſe ponderetur illa ratio quod nulla eſſet legatorum iuriſdictio quod eſſet valde abſurdum. Nam ſemper per iuriſdictionem quæ eis attribuitur, minuitur poteſtas ordinariorum. Secundo dum idem Barb. dicit quod ad legatum non appellatur omiſſo medio. Et ſecundū cum appellatio, & querela procedunt a pari, nō placet hæc ratio. primo quia ipſemet Barb. in 6. notabili d. capitu. primi, fatetur querelam & appellationem eſſe diuerſa. Secundo etiam falſum eſt quod omiſſo medio non appelletur ad legatum, quia immo appellatur, ſic tenet glo. 1. in d. capit. 1. ad fi. ſic Bar. 2. q 6. cap. ſi quis ueſtrum. licet Ioan. ibi contra. Et ſpec. in tit. iſto § nunc tractemus. verſ. ſed nunquid, tenet ita de conſuetudine ſeruari. & Panor. ſequitur in d. cap. primo. Affert rationem, nam ſi concurrit cum quolibet ordinario, ergo non eſt dare ſuperiorem immediatū, vnde quo caſu a prælato inferiore epiſcopo appellaretur ad epiſcopum, poterit ſimiliter ad legatū appellari eo omiſſo. Et quo caſu ab epiſcopo appellaretur ad archiepiſcopū, poterit ad legatum in illa prouincia appellari. Tertio non obſtat quod idem Barbat. intelligebat Decre. primam allegatam, in qua pcipue fundatur hæc opinio, de querela quæ erat inter duos epiſcopos, quia hoc eſt falſum. Nam aperte ille tex. loquitur de ſuffraganeis qui contendebant cum archiepiſcopo cantuarienſi, quod non haberet iuriſdictionem in ſubditos, niſi per appellationem. Et circa illum text. Tu pondera tria. Primo quod in perſonam Cantuarien. archiepiſcopi illic concurrebant duæ qualitates, prima quia erat Metropolitanus qui non poterat adiri per uiam querelæ, ſed ſolum appellationis. Et ad eum recurrebatur uia querelæ, ſic iure legationis neceſſario hoc fiebat. Facit quod not. Bart. in l. ſi quando, de appel. C. de eo qui poteſt eſſe rex & dux. Item de epiſcopo qui poteſt eſſe in cap. tanquam canonicus in ca. a collatione de appel. in 6. not. in c. poſtulaſti, de conceſſione præb. Secundo pondera. quod cum in aliquem archiepiſcopum concurrunt duæ qualitates metropol. & lega. tunc dicit Bal. in d. ca. 1. Et dum aditur per uiam querelæ procedere libellus ſi diceret compareo coram uobis archiepiſcopo. Sed ſecundum eum ſi diceret coram nobis tanq̄ archiepiſcopo ſecus, quia videretur iuriſdictio incompetens ſpecificata argu. l. 5. §. ſciet. quando appellādum ſit. ff. ſed Barb. ſequitur contra, quia cum archiepiſcopus non poſſit adiri per uiam querelæ uidetur aditus tanq̄ legatus ut actus potius ualeat q̄ pereat. arg. l. quo-

l.quotiens. de reb.dub. ff.itē libellus ſm cū eſt large interpretandus ut procedat ſm intētionem libellantis. ar.l.ſi quis intentione ambigua de iudi. ff.item ſecundū Barb.quādo inuicem concurrunt duæ poteſtates quarum vna eſt maior,altera minor,maior non confundit minorem,ex quo ex diuerſis. cauſis concurrunt quod dicit eſſe notandum ꝑ pluribus epiſcopis,qui vocantur epiſcopi & principes vt ſecundum eum Bononien.& placentinus.Et vltra ipſum Colonien.Maguntinus Treueren. Leodien. qui ſunt epiſcopi & principes Remen.Laudunen.lingon.Nouionen. Beluacen. Catalaunen. Quorū tres primi ſunt duces, tres vltimi comites & oēs pares Franciç. Ac miniſtrant ip ſacratiſſima vnctione ſerenitiſſimi & chriſtianiſſimi regis noſtri de qua ſup. copioſe,ꝯcluſione prima. Tertio pondera tex.dicti cap.primi,dum dicit per appellationem vel querimoniā,& ſic ponit vt diuerſa. Tunc ſecundum Barb. ſi conſtitutio prohibet appellari a ſententia non erit prohibita querela. Ad hoc facit ſecundum eum tex.in l.fi.§.illud.de temp.appel.C.Quem tex.magni facit,dū probatur ibi quod a tarditate & negligētia iudicis quamuis non poſſit appellari,bene poteſt querela fieri. Et hoc facit ꝑ intellectu gloſ. in l.tertia,quando prouo.non eſt neceſſe. C. quç exponit querelam pro appellatione. De iſta dictione habetur in cap.querelam de elec.cap.dilecti. de iudi.cap. querelam de procura. cap.irrefragabili. §. cæterum de offi.ord. cap.querelam ne prælati vices ſuas.

Concluſio XII.

LEgatus etiam a latere nō poteſt deponere epiſcopos, quia hoc eſt de reſeruatis papæ. cap.1. & 2. de tranſla.præla.extra. Illa enim quæ papa ſibi ſpecialiter reſeruauit mandata iuriſdictione nō tranſeunt. l.1.§.fi.de off.eius cui mandata eſt iuriſdic. ff.& de reſeruatis papæ ſcribit Barb.in cap.quod tranſlationem a 12.col.uſque ad 20.Bal.in l.reſcripta,de precibus impe.offe. C.Spec.in tit. iſto.§.nunc tractemus Felyn.in cap.1. in 2.& 3. col.de conſti. Qui in articulo iſto qui concernit poteſtatem papalem multa deſumpſit Thom.ex variis locis uidelicet ex tractatu contra errores græcorū.q.66.cū duab.ſeq. & q.72. ex 1.2.q.118. ex quoli.4.quæſt.8.artic.3.ex ſecunda ſecundæ,quæſt. 2.ar.3. ex.4.ſenten.diſtin.42.quæſt.7. Et in tractatu quem fecit contra impugnantes religionem.Et ex tractatu contra gentiles cap.77.ex Anto.Florentino in tertia parte ſummæ titulo 12. parte 23.Et ſi papa poſſit deponere omnes epiſcopos.glo.9.q. 3.per principalem. Et ſi papa tranſfert vnum epiſcopum quo modo tenetur ei dare alium epiſcopatum equiualentem.notat Innocen.in cap.niſi cum pridem.§.niſi.de renuntiatione Et princeps quamuis legibus ſit ſolutus non tamē a dictamine rationis,notat Bald.in l.2.de ſerui.& aqua.C.Et Tho.ſecūda ſecundç q.96.ar.6.Scribit Fely.in ca.1. allegato.colum. 8. de conſtit. Et Chriſtus Iudam ab apoſtolatu nō ſtatim remouit,ſed eum cum reliquis prædicaturum miſit, ex quo eius proditio non erat manifeſta in cap.1.de offic.ordin.extra.Et in concilio Piſano ab Alexandro quinto ſtatutum fuit de nō transferendis epiſcopis. Ad glo.ſimilem in l.relegati de pœnis.ff. Quæ uult quod uolūtas principis præſumitur iuſta cauſa. Tu dic verum eſſe legem condendo aut tribuendo reſcripta quæ alteri non inferunt præiudicium. Sic Anto.in capi. quæ in eccleſiarum de conſtit.iſta concluſio recipit quinque declarationes. Prima Declaratio,quod licet legatus non poſſit epiſcopos deponere, poteſt tamen pronunciare eos deponendos,ſic gloſ.quæ tamen de Metropolitanis loquitur in §. biduum.in uerſic.ſi quidem.in uerbo annotauerit. 2.quæſt. 6.ſequuntur eam.Pa. Immo. Anto.& Barbat. in dicto cap. 1. iſto tit.facit quod licet præſes prouinciç habeat poteſtatem gladii & condemnandi in metallum,tamen propter defectū inſulç non habet poteſtatem deportandi. Sic glo.intelligit in l.illicitas.§ qui uniuerſas.de officio præſi.ff.& habetur in l. 1. §.deportatos de.le.3.Sed poteſt præſes pronunciare deportādum & ſcribere principi ut ei inſula aſſignetur, ad hoc l.1.In principio quando appellandum ſit,pro quo l. ſi relegati.§.qui vero de interdic.& relega.ff. Et in l. eius qui. de iniuſto rup. teſtamen.ff.facit quod not.la.de are. Cy. & Bal. in l.prima ſi aduerſus libet. C. videlicet quod poteſtas licet in fine officii ſui non poſſit aliquem eximere de banno.poteſt tamen pronunciare eum extrahendum.Et Bald.ibi refert aliud eſſe publicare bona alicuius,aliud eſſe pronunciare bona publicanda,quia primo caſu ſentētia ſecum trahit ſuam executionē, ſecundo caſu non.Et Hoſt.in cap.tranſmiſſam de elect.quod electus confirmatus quamuis non poſſit deponere epiſcopum, quia depoſitio prouenit ratione ordinis, poteſt tamen pronunciare eum deponendum. Secunda declaratio,quod legatus poſſit inſtar Metropolitani audire cauſam cauſalem epiſcopi,& eum punire.Sic Io.And.in c.vt litigantes de offic. ordin.in 6. vnde excommunicare poteſt ſuffraganeum gloſ. in cap.accuſatus.3.quæſtio.6.Et officialis archiepiſcopi in ipſius abſentia poteſt extrahere ſuffraganeum. ca.Romana, in ſecundo reſponſo de off.ordin.in 6. At eo caſu quo epiſcopo eſſet ratione criminis imponenda pœna depoſitionis. debet diffinitionem reſeruare ſedi apoſtolicç.Sed tu aduerte quod Panor.in c.non poteſt recedit a præmiſſa deciſione.nam ſecundum eum non ſolum depoſitio epiſcopi ab ordine reſeruatur papæ ſed etiam ipſius cauſæ deciſio ſeu diffinitio. Nec ob.ſecundum eum ſimile de præſide, nam ſi habet inſulam poteſt deportare d.l.relegatorum, unde nil mirum ſi cum nō habet, ſi poſſit pronuntiare deportandum quia non deficit eius iuriſdictio.Sed in caſu modo deficit poteſtas, nedum in exequendo ſed decidendo. Et adde quod in depoſitione verbali epiſcopi,debent cōuenire epiſcopi totius prouinciç vna cum Metropolitano ad minus 12.glo.eſt 3. q 8.in ſumma. Et clarius ibi Arch.idem in cap.ſcitote 6.q.3. Innoc.in c.graue. de præb.& videtur probari in cap.fœlix.15.q.7.Et hodie poſſunt cognoſcere vſque ad cōcluſionem in cauſa,& diffinitio reſeruatur papæ.c.accuſatus & cap.quamuis.3.q.6.& c.multum ſtupeo.3.q.7.plus dic quod ab iſtis nō poteſt abſolui, ita glo.in d.cap.accuſatus, & eam ſequitur Arch.per c. dudum. eadem cauſa,& q.idem Arch.in cap.ſi quis epiſcopus.6.q 3. Adde quod ſi agitur de depoſitione epiſcopi ab epiſcopatu requiritur idem numerus epiſcoporum. Sic Panor.in c non poteſt,allegato. Et deciſio reſeruatur papæ, unde non poteſt ſecūdum eum poſt Arch. Metropolitanus detrudere in monaſterium quia ſequeretur depoſitio ab epiſcopatu. Et adde quod eo caſu quo ſacri canones non reſeruant diſpenſationem papæ uidentur eam concedere epiſcopis,ſic Innoc.in c. dilectus,de tempo.ordin.qui ad hoc ſolet inducere.c.nuper, de ſententia excommun. Sed tu caue quod dictum illud Innoc.quod communiter ſchola canoniſtarum ſequitur, non bene probatur in 1.cap.nuper.Nam loquitur de abſolutione quam dum papa ſibi nō reſeruat videtur eam concedere inferioribus, ſed ſecus eſt in diſpēſatione quæ eſt odioſa & ſtricti iuris & reſtringenda in c.1. & 2. de filiis presbiterorum in 6.glo.in cap. ordinarii in verbo diſpenſationes de offic. ord. in 6.ſed dictum Innoc.ſaluari poſſet fatendo quod diſpenſatio per quam infertur tertio præiudicium ſit odioſa, at uero diſpenſatio per quam nulli infertur præiudicium conſiderata perſona diſpenſantis ſit fauorabilis.arg.l.1.de conſtit.principum & quod habetur in c.cum dilectus, de donat.ita Panor.ibi.idem in cap.at ſi clerici.in §.de adulteriis,in 3.col.de iud. vbi vult quod ſi caſus permiſſus habet rationem permiſſionis expreſſam, extenditur vbi eſt eadē ratio,quia tunc non fit extenſio,ſed potius includitur ex tacita mente permittentis arg.eorum quæ per glo.notantur in cap.1. de temp.ordi. in 6.ar.l.cum pater.§.dulciſſimis.de leg.2.inducit text.quem dicit ſingularem in c.per uenerabilem.qui filii ſunt legit.vbi diſpenſatio extenditur ad minora conceſſa. Et ſubiungit Panor.quod quçdam eſt diſpenſatio non odioſa,ſed potius gratioſa,& in ea fit extenſio, vt in priuilegio cōceſſo contra ius commune in cap.ex parte l.3.de deci. Quædam eſt multum odioſa. & illa non extenditur in l.quod vero, de legi. ff.adde hoc loco, quo de diſpenſationibus eſt ſermo, quod inquantum tex in decre. de multa, in fi,de præben. dicit quod papa cum ſublimibus & literatis diſpenſat, & illic Io. Andr.ponit proçmium ſiue exordium quo papa in diſpenſationibus vti ſolet, quod ut idem Ioan.And.illic tradit,huic deciſioni obſtant tria fortiſſima cōtraria. Primo aliter declarando quam ipſe faciat,diſpenſatio eſt relaxatio iuris communis,quod eſt fundatum ſuper bono communi, ſic non debet priuata conſideratione omitti.cap.miramur.61.diſt.ergo diſpēſatio per priuatam cōſiderationem illud omittens eſt irrationalis.Secundo,quod ſtringit fortiter,iudicium papæ debet eſſe conforme iudicio Dei.capit.unico,vt eccleſiaſtica beneficia,ſed apud Deum non debet eſſe acceptio perſonarum.cap.nouit. de iud.cap.cum çterni tribunal. de re iud.in 6. & papa dum cum vno diſpenſat,cum alio non, habere videtur acceptionem perſonarum.Tertio obſtat contra ius naturale non admittitur diſpenſatio. 13.diſt in principio, ſed ius commune, cui contrariatur diſpenſatio eſt fundatum ſuper ratione naturali. 3.diſt. conſuetudo. inde eſt quod cum ratio ſit anima legis,quod deficiente lege,licet arguere a ratione naturali.l. l.ſcire oportet.§.ſufficit de excuſ.tut.ff.his tribus contrariis, prius quam ſatisfiat, tu præmitte unum dictum Thom.2.2. q.97.art.fi.quod a Io.An. & Panor.in d. cap. de multa recitatur, videlicet quod diſpenſatio eſt quædam commenſuratio iuris communis ad ſingula.inde gubernator familiæ dicitur diſpenſator, quia diſpenſat ſingula ſingulis,laborem, & præmium, & tali diſpenſatore indigemus,qui legem vniuerſalem

lem relaxet interdum, hęc autem facultas diſpenſandi non
paſſim cuiq; eſt committenda, ſed illi qui poteſt legem con-
dere vel tollere, & ſic per papam vel ipſius auctoritate ſien-
da eſt diſpenſatio., & diſpenſans debet habere intuitum ra-
tionis & boni vniuerſi & cauſæ propter quam diſpēſat, quas
conſiderationes ſi non habeat princeps diſpenſans non di-
citur diſpenſator; ſed diſſipator, nec ipſe eſt prudens & fide-
lis diſpenſator, de quo Lucæ.12. Quiſputas fidelis eſt diſpen-
ſator & prudens quem conſtituit dominus ſuper familiam
ſuam, infidelis eſt qui non habet conſiderationes præmiſſas,
& ſimiliter imprudens. His ſic pręmiſſis, ad tria prædicta con
traria facile reſponderi poteſt. Primo dum papa cum ſubli-
mibus & literatis diſpenſat quamuis fiat ad utilitatem priua
tam, ſecundario, tamen hoc principaliter reſpicit utilitatem
communem, nam per tales procuratur vtilitas eccleſię vni-
uerſæ, & ſuadet ratio quod labor prolixior faciat eos antei-
re. arg. l. potioris de offic. recto. prouin. C. l. fin. de ſta. & imag.
C. ad ſecundum contrarium, quod dum cum literatis & ſub-
limibus diſpenſatur, non eſt acceptio perſonarum quando
circa inęquales ſeruatur inæqualitas. At literatę & ſublimes
perſonæ, vt ſolebat Ioan. Mon. dicere, non ſunt æquales ple-
beis aut aſinis, vnde ſi ſeruetur inæqualitas ac diſtant huiuſ
modi in prouiſionibus & diſpenſationibus a reliquis idiotis,
& infimis, nō eſt acceptio perſonarum. Nam & Deus hoc fa-
cturus eſt, qui in alio ſęculo diſtribuet gradus, & retributio-
nes ſecundum merita, cap. ad hæc. 89. diſtinctio. capit. vnico,
de reliq. & vene. ſanctorum, in ſexto. Ad tertium cōtrarium
dum huiuſmodi literatæ & ſublimes perſonæ pinguius tra-
ctantur, quam reliqui, nec offenditur ius commune neque
eſt contra rationem naturalem, ſed ratio poſtulat, vt omnia
æqua lance appendantur ſecundum merita, ac melius de re-
publica Chriſtiana meritis maiora præmia tribuātur ac iux.
text. illius capit. de multa, eſt triplex ratio diſpenſandi, neceſ
ſitas, vtilitas, ac euidens prærogatiua meritorum, & hæc no.
quæ apud alium non inuenies ita clare diſcuſa. Tertia decla
ratio, quod quemadmodum epiſcopi poſſunt presbiteros de
ponere, vt ſtatim dicetur, ita legatus, nam ipſe cōcurrit cum
ordinario. Et adde tria. Primo, quod quantum ad depoſitio-
nem ab officio & beneficio aut aliam pœnam quæ ſit citra
depoſitionem ab ordine, ſolus epiſcopus ſufficit & non re-
quiritur numerus aliorum ita gloſ. 15. quæſtio. 8. in ſumma,
etiam ſi agatur contra abbatem, vel alium prelatum inferio
rem, ut probatur 18. quæſtio. ſecunda, ſi quis Abbas cum glo.
& 16. quæſtio. 7. epiſcopo. Secundo quantum ad depoſitio-
nem ab ordine; epiſcopus in depoſitione verbali presbiteri
debet adiungere ſex epiſcopos. In depoſitione diaconi & ſub
diaconi tres, glo. 15. quæſtio. 8. capit. primo, & capit. ſi quis ti-
midus. & capitu. ſi autem. Et quod vltra epiſcopum requira-
tur ille numerus. Tu pondera text. in capit. ſecundo, de pęni.
in ſexto, in uerbo ab epiſcopo proprio ſibi aſſiſtente certo
numero epiſcoporum vbi Io. An. ita tenet plus Arch. & Hu-
gu. dicunt quod in tali depoſitione eſſet ſi fieri poſſet congre
gandum concilium prouinciale, id eſt omnes epiſcopi pro-
uinciæ. Quarta declaratio, quod in actuali degradatione
non requiritur ille numerus epiſcoporum, cum illa ſit ſo-
lum executio depoſitionis verbalis, vnde eam ſolus epiſco-
pus cum ſolennitate exauctorationis de qua in dicto c. 2. po
teſt facere plus dicit ibi Ioan. And. quod de conſuetudine ad
hoc in verbali ille numerus non exigitur, niſi quando epi-
ſcopus tendit ad actualem, ſecus ſi vult eſſe contentus verba
li, pro hac parte capit. at ſi clerici, & c. cum non ab homine,
de iudi. quibus iuribus ſolum fit mentio de epiſcopo. Et pro
præcedente dicto quod iſte numerus exquiratur in ſenten-
tia, & non in actuali depoſitione. Adducit Panorm. in dicto
capit. non poteſt text. in dicto capit. ſecundo, de pęnis vbi in
depoſitione verbali fienda, facit mentionem de epiſcopis, in
actuali uero ſolum commemorat proprium epiſcopum. At
vt dixi actualis, eſt executio verbalis, & in executione non re
quiritur ſolennitas tanta, hinc eſt quod in aliis ſententia fer-
tur a iudice proprio cum ſolennitate de qua in capit. fin. de
iudic. in ſexto, & executio fit per nuncium. Quinta declara-
tio, quod in depoſitione clerici in minoribus ſufficit ſolus
epiſcopus tex. eſt in dic. capit. ſecundo. Tu tamen adde quod
requiritur præſentia capituli cap. epiſcopus nullus. 15. quæ-
ſtio. 7. dicit tamen ibi Archid. ſatis eſſe quod adſint duo aut
tres de capitulo, qui totum capitulum repræſentēt quod eſt
bene notandum ſecundum Panor. in dicto capitulo non po
teſt. Ex quo ſm eum ibi infertur quod in actibus quibus re-
quiritur præſentia capituli, poteſt capitulum aliquos depu-
tare loco ipſius capituli, facit quod notatur in capit. irrefra-
gabili. §. exceſſus. de officio ordin. Et hodie epiſcopus ex con
ſuetudine præſcripta poteſt audire cauſas ſine præſentia ca
pituli. in capit. tertio, de conſuet. in ſexto, per quem tex. quia
loquitur indiſtincte. Et text. in dicto capit. ſecundo, de pęnis.

Tu dic quod ſolus epiſcopus poteſt procedere ad depoſitio-
nem clerici in minoribus ſine auctoritate & præſentia capi-
tuli. Cur autem ſit, cum ſacri ordines a ſolo epiſcopo, ori-
ginis, domicilii, aut beneficii conferantur, ut in capitu. cum
nullus, de tempore ordin. in ſexto. Quare non idem id eui a
ſolo epiſcopo tollantur. Sed in depoſitione presbiteri requi-
ratur numerus ſex epiſcoporum ut dixi, & trium epiſcopo-
rum una cum proprio in depoſitione diaconi, aut ſubdiaco-
ni. uide gloſ. 15. quæſt. ſexta, in ſumma, quæ in effectu reddit
tres rationes. Prima, quia ſępius ordinantur clerici, quam de
ponantur, vnde graue eſſet totiens vocare epiſcopos. ſecun-
da, quia depoſitio frequēter ſit cauſa odii, ſed ordinatio cau-
ſa dilectionis. Tertia ratio quę mihi videtur potior, quia ſpi-
ritualia incorporalia facilius conſtruuntur, quam deſtruan
tur cap. inter corporalia de tranſla. prælat. At ſicut actiones
directæ ſic remanent infixe cedenti vt ab eo non ſeparentur
nec tranſeāt in ceſſionarium, notatur in l. quis ergo caſus de
pecu. ff. Et in l. 3. pro ſocio. ff. Sic caracter qui tempore ordina
tionis imprimitur in anima eſt indelebilis & per degradatio
nem etiam, non deſtruitur nec tollitur. Ex quo infertur, q̄d
cum hic character imprimatur in anima, quod presbiter de-
gradatus ſiue uerbaliter ſiue actualiter celebrando conficit
verum corpus Chriſti ſic poſt Ala. Vincen. & Tancre. Tenet
Ber. in cap. 2. de cleric. excom. miniſtran. ſic ut ibi uult Panor.
tenet Thom. in 3. parte ſummæ. quęſt. 82. Sic reprobata opi.
Io. gloſato. Tenet Bart. Brix. 9. quæſt. 1. in ſummia. Sic glo. in
dicto. cap. 2. de pœnis. vbi Ioan. An. refert. Thomæ. Ioan. Mo.
& Hoſt placere hanc opinionem. Addit tamē ibi glo quod
verbaliter degradatus retinet priuilegium canonis ſi quis
ſuadēte, ſic loquitur principium illius tex. Actualiter degra
datus non quia exuitur omni priuilegio, ſic loquitur finis il-
lius text. Et ratio meo iudicio eſt, quia priuilegium canonis
quod eſt de iure poſitiuo tamen poteſt eodem iure tolli. Si-
mile eſt in cap. vnico de biga. in 6. & in cap. vnico. de cle. con
iuga. eodem lib. At character, ratione cuius tribuitur pote-
ſtas conficiendi fuit per Deum inuiſibiliter impreſſus in ani
ma, vnde tolli non poteſt. Inde ſi presbiter miraculoſe re-
ſurgeret, neque cōtraheret peccatum originale, nec denuo
eſſet baptizandus, nec ordinandus, vt eſt gloſ. vulgata in ca-
pit. ſecundo, 32 quæſtio. 7. Et ibi diſputatur ſi rediret ad vxo-
rem, aut ad beneficium, & ſi bona ab hæredibus, ad eum re-
dirent, de quo vltimo etiam not. gloſ. in l. nam ad ea de legi.
ff. & qua ratione originale non reiteratur. Sic baptiſmus qui
eſt ad tollendum præſertim maculam peccati originalis in-
ductus de quo notatur in capit. maiores, de baptiſ. non eſt rei
terandus. Sic Aſteſanus lib. 4. ti. 3. artic. fin. licet ipſe alias aſſi
gnet rationes. & hoc not. diligenter. Et inquantum in exor-
dio huius concluſionis diſputatum fuit. An legatus, qui nō
poteſt deponere epiſcopos ab ordine, an poſſit ſaltem, ut ſu-
pra diſcuſſum fuit pronunciare epiſcopos deponendos. Di-
ſputant propterea moderni in cap. primo, iſto tit. pulchram
& quotidianam quæſtionem. Stat ſtatutum quod cauſa non
poſſit diffiniri abſque conſilio ſapientis. Et ſapientes conſul
ti conſuluerunt aliquem condemnandum, vel abſoluendū.
& iudex dicit, ego ita pronuncio, an valeat ſententia, hæc
quæſtio tractata fuit per Iacob. de Aret. pe. Cy. Bald. & Ange.
in l. prima, ſi aduerſus libertatem. C. ſpe. copioſe de except. §.
viſo. uerſic. porro. Fed. in conſil. 224. idem in l. prima, §. ſi quis
ita, de verborum obligatio. ff. Anton. Pa. & Imo. in cap. cum
venerabilis. de except. Imol. in capit. ſi pro debilitate, de offi
cio delega. Ego lego triplicem opinionem. Prima quod ſe-
ntentia in caſu præmiſſo non ualeat cum ſententia debet eſſe
conformis libello. Sed in libello petitur reum condemnari
de præſenti, ſed ſententia lata ad conſilium ſapientis, quia iu
dex pronunciat eum condemnandum eſt de futuro, & hu-
iuſmodi tractus futuri tēporis non ſpectat ad iudicem. l. non
quemadmodum, de iudic. ff. cap. in noſtra, de ſepul. ubi gloſ.
Et hanc opinionem ſequitur Bartol. in dicta l. prima, motus
quia iudex ſequendo ſententiam conſilii refert ſe ad futurū
& ſic de præſenti non condemnat, nec abſoluit. argu. l. quid
tamen. ff. de arbitr. Secunda opinio, ut ſtatim dicetur eſt ue-
rior quod valeat talis ſententia. Tertia eſt media opinio, quā
ſequitur Ioan. in Spec. loco allega. quod diffinitiua non ua-
leat, interlocutoria ſic, quia in diffinitiua oportet quod iu-
dex ex ſcripto pronuntiet, in interlocutoria ſatis eſt, quod
notarius eam redigat in actis, ut not. in capit. quoniam con-
tra falſam in uerbo interlocutiones de probatio. Opinio ſe-
cunda eſt melior & eſt uerior, quia in ſententiis debemus
conſiderare mentem potius quam uerba, mens autem iudi-
cis eſt condēnare de pręſenti, quia alias non eſſet ſententia.
& interpretatio debet fieri ut conueniat rei de qua agitur.
capit. inter dilectos, de fide inſtrument. Facit quia ſententia
non ſolum poteſt ferri per uerbum condemno uel abſoluo,
ſed per uerbum ſtatuo, uel præcipio. capit. in his, de uerbo-
rum

rum ſignificatio. præterea mens ſemper eſt potentior quam verba l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iutauero de iureiuran. ff. in verbo effectum iureiurando ſequendum arbitror, & in ſententia quod deeſt verbis ſuppletur ex mente. l. & puto. §. primo, famil. erciſc. Sed mens iudicis fuit actualiter condemnare quia talis etiam fuit mens conſultoris, ideo conſiderata tali mente talis ſententia habet uim condemnationis. Item quod ſententia poſſit concipi per verba futuri temporis probat tex. in dicta l. prima, §. deportatos, in verbo de quibus deportandis princeps reſcripſit de leg. tertio. Et ſi dicatur quod loquitur de principe, ergo in alio ſecus. argum. l. ius ſingulare, de legi. ff. Tu dic quod princeps in dubio non videtur velle vti poteſtate abſoluta. argum. l. & puto de iur. fiſ. ff. argu. l. ex imperfecto de teſta. C. l. digna, de legi. C. ad hoc. l. Aemilius largia. in verbo pronunciauit legitime reſtituendum domino. ff. l. N filio. §. eius, in uerbo priuſquam de eo ſumendũ ſupplicium de iniuſto teſtamento. ff. in l. ait prætor in verbo, ſi prætor determinat pecuniam ſoluẽdam. ff. de minoribus, quæ iura præcedentia adducit Barb. in dicto capit. primo, iſto tit. in colum. 6. Hanc opinionem ſecundam, quod valeat talis ſententia relata ad conſilium ſapientis, qua iudex dicit condemno vel abſoluo, vt in tali conſilio continetur, tenẽt ita Butriga. in l. fin. vbi & apud quem. C. Petrus. & Iac. de Ra. in l. prima, ſi aduer. liber. C. Anton. Pa. & Imo. in capit. cum uenerabilis. de excep. ac idem Barbat. refert Angel. ita tenere in l. prima, de re iudica. ff. & idem Angel. ſecundum eum tenet in l. prima, §. ſi quis. ita alleg & hæc eſt communis. plus dicit Barb. quod ſententia iudicis, qua ſecundum conſilium ſapientis pronunciat aliquem reſtituendum ualet, licet non dicat effectualiter reſtituo, quia ſecũdum unũ dum & idem determinans ſequens duo determinabilia, ſi non poteſt aqualiter utrunque determinare, determinabit unum proprie & aliud impropriе, iſte eſt caſus proprius quem doctor. dicunt eſſe ſingularem in capit. cum dilectus. de conſuetudine ubi Panorm. in ſexto, not. cum ergo iſtud uerbum reſtituendum determinet pronunciationem iudicis, & conſiliũ datum a ſapiente ſeu conſultore, ſequitur quod conſilium conſultoris determinabit proprie, & ſententia iudicis improprie, & participium futuri temporis reſoluetur in præſens, ideſt reſtituo, nam tempus interdum ponitur pro tempore in l. prima, per glo. 2. poſt princip. de leg. C. & uerbum relatum rei aut perſonę, intelligitur ſecundum eius qualitatem, aut materiam ſubiectam. ar. l. ſi uno. loca. l. plenum. §. equitii. de uſu & habita. ff.

Concluſio. XIII.

LEgatus a latere nõ poteſt ex generali legatione transferre epiſcopos, vel vnam eccleſiã cathedralem alteri ſubiicere, & concedere ius primatiæ, nec vnum epiſcoparum diuidere, nec duos vnire, quia hoc eſt de reſeruatis papæ, capitu. niſi ſpecialis cum ſequen. iſto titu. Sic archiepiſcopatus tholoſanus, qui prius ſuberat iure Metropolitano archiepiſcopo Narbonen. per Io. 20. ab illo iure ſubiectionis exemptus fuit, & per eundem papam epiſcopus ille, quia in redditib. plurimum abundaret, in nouam Metropolim erectus eſt, & quædam villæ epiſcopatui adiacentes, erectæ ſunt in ciuitates epiſcopales, de quibus habetur in extrauag. incipiente ſaluator, quæ eſt ſub tit. de præbend. Ex quibus apparet quod hæc ardua ſunt reſeruata papæ, inde legatus non poſſet cauſam committere ſummarie & de plano terminandam. de quo gloſ. in capit. fin. de hæret. In ſexto. Tu tamen aduerte quod hæc reſeruata papæ poſſunt acquiri dupliciter. Primo ex priuilegio. Secundo ex cõſuetudine in memorabili. Et ſi obiiciatur quod contra ſupremam poteſtatem non currit præſcriptio. l. comperit. de præſcrip. triginta annorum, C. in cap. cum non licet, eodem tit. Tu dic obiectum procedere cum quis vellet eſſe Acephalus. 93. nulla, aut nollet cognoſcere vicarium Dei cum debeat eſſe vnum ouile, & unus paſtor, at ſecus eſſet ſi quis vellet præſcriptione acquirere, quę ſunt reſeruata principi. iuxta tex. in §. præterea, cap. ſuper quibuſdam, de uerborum ſignificatio. Item ſi obiiciatur, quod ex his quæ ſunt mere facultatis, & quæ gratuito ſolent concedi, non inducitur præſcriptio, non enim per hoc quod quis amicum interdum excepit hoſpitio eſt inducta conſuetudo, vel obligatio per Cy. & Bart. l. ſecunda, quæ ſit longa. conſue. C. per Ioan. Andr. in capitu. Ioannes. de cleri. coniuga. Et ſi quis mille annos iuit molere in aliquo molendino, non eſt inducta conſuetudo, ut teneatur ire in poſterum, & ſi ruſticus aliquot annos dedit unum par caponum, non eſt inducta obligatio, de quo Bartol. in l. cum de ea rem uerſo. de vſu. ff. in propoſito. licet papa repetitis uicibus conceſſerit ſibi reſeruata, per hoc tamen non eſt inducta conſuetudo, vt illa ſine ſpeciali conceſſione tranſeant, unde Panorm. dicebat in dicto capitulo quod tranſlationem, quod hæc contraria ſunt multum urgentia, & a doctoribus non præuiſa, nec ponderata, [illegible] quod potius credit hanc poteſtatem explicandi ardua reſeruatam Romano pontifici tranſire in legatos ex approbatione Romanæ eccleſiæ, ut ſentit Innocent. quam ex ſpeciali conceſſione pluries reiterata, fatetur tamen quod ſi fieret conceſſio per tantum tempus, de cuius initio non eſſet memoria in contrarium, tunc ex illa diuturna cõceſſione uidetur princeps illa uelle communicare inferioribus, & ſic liceant ſine ſpeciali conceſſione, & in hoc ſecundum eum eſt ille text. capitu. quod tranſlationem. multum notabilis, adducit ipſe Panorm. pro concordia. text. in l. fin. de fideiuſſo. C. vbi dicitur quod ſi aliqua conſueuerunt diu exprimi inter contrahentes, ſi poſtmodum in aliquo contractu ſpecialiter nõ exprimantur, habẽtur pro expreſſis, probat quoque ille tex. in capitu. quod tranſlationem dum dicit legatis permiſſum poteſtatem abſoluendi excommunicatos ab iniectione manuum, quod hæc poteſtas pluries, & diu fuit cõceſſa legatis. Adde Bartol. in l. nemo eſt qui neſciat de duobus reis. ff. de doc. qui conſueuit legere per ſubſtitutum, quod conductus mercede hoc poſſit propter eius conſuetudinem, ſeu ſi conſuetudo ſtudii erat talis. His adde quod nota. Bald. in rubrica de fideiuſ. C. de notario qui dicit ſe ſcripſiſſe cedulam inter partes & pars dixit eum non rogatum, quod præſumitur rogatus, quia ita conſueuit fieri. Adde quod notarius rogatus videtur quod apponat clauſulas ſolitas apponi. Bald. in l. ita demum, in §. primo, de arbitr. ff. idem. in l. fin. de fructi. & litium expen. C. facit quod poſt Bal. in l. ſi. allegata, de fideiuſſo. C. notat idem Barbat. in dicto capit. quod tranſlationem. Quod in omni contractu cenſetur adeſſe ius commune, vt genus, & ius municipale, ut ſpecies, ſed ſpecies derogat generi, ex quo ſecundum eum ſequitur quod contractus eſt celebrandus ſecundum conſuetudinem loci. Facit quod notat Andr. de Barulo in l. miſſi oppinatores de exacto tribu. C. li. 10. Quod ſi rex mandat exactori compellere debitores fiſcales, ea coactione qua ſibi uidebitur expedire, tenebit ſeruare conſuetudinem loci. Inde Bal. in l. 1. ſi ob. publi. penſita. C. & in liberti. de oper. liber. C. refert quod cõducens operarios tenetur eis miniſtrare uictum & ferramenta ſi hoc habet cõſuetudo. Adde Bart. in l. fin. quæ in frau credi. ff. ubi dicit q ſi ex cõſuetudine ſit, qđ defenſor renunciet beneficio ordinis in mandato generali videtur hoc ſibi mandatum ut faciat. Adde Bar. in. l. prima de paſc. pub. & priua. C. li. 11. ubi vult qđ ſi deputentur officiales ad vendendum gabellas alicuius cõmunitatis omne pactum inter eos, & emptores citra ſolitum modum uendendi eſt nullum. Adde his Bar. in l. ſi prius. §. recte. de aqua. pul. arc. ff. dum vult quod notarii debent apponere ea quæ de conſuetudine ſunt ſolita apponi. Adde Bart. in l. domini prædiorum de agri. & cenſi. C. li. 11. dum vult qđ notarius vltra penſionem quam domino fundi promiſit. Debet etiam illud præſtare, quod eſt ſolitum. Adde Fre. conſil. 427. de citato ad iudicium non expreſſa hora, quod tenetur comparere ea hora, qua iudex conſueuit ſedere. Et Panor. poſt Inno. in capitulo conſuluit. de officio delegati. quod citatus ad electionem abſque expreſſione horæ debet comparere mane, propter miſſam de ſpirituſancto quæ conſueuit dici, & eſt hodie de ſubſtantialibus in decre. licet. de elect. in pragmatica. Adde tamen quod Barba. notat in dicto capitulo qđ tranſlationem, qđ notarii uidentur rogati, ut apponãt ea quæ communiter apponi ſolent, non quæ raro. No. bal. in l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. de edili. edic. ff. l. ſero. §. medico. de annuis lega. ff. Ad hoc poteſt induci dictum capitu. quod tranſlationem. Nam ibi, ut papa commiſerit tacite ſibi reſeruata, oportet quod ſæpe commiſerit ſine dic. Et hoc hactenus de reſeruatis papæ, quæ legatus non debet attentare niſi ſibi ſpecialiter concedantur, inter quæ, ut dixi ſunt uniones & diuiſiones epiſcopatuum. Punctus eſt ſcire an legati poſſint facere vniones hæc quæſtio ut Panor. ſcribit in capitulo fin. de confirma. util. extra, commouit ſpiritus fere omnium doctorum. Ego in pſenti dubio lego duas opiniones. Prima quod non poſſit facere uniones de beneficiis inferioribus. & hæc firmatur his rationibus. Prima quia poteſtas legatorum eſt extraordinario modo inducta. not. gloſ. in clementina ſecunda de offic. ordi. unde licet tribuatur eis poteſtas conferẽdi, quia per eam non fit præiudicium ordinario, niſi pro illa uacatione, quæ tunc occurrit non debet fieri extentio, ut cõcedatur poteſtas vniendi, per quam infertur perpetuum præiudicium ordinario in collatione. Secunda ratione quia licet epiſcopus poſſit alienare rem eccleſiæ cum ſolennitate, de qua in capitulo ſine exceptione. 12. quæſtione ſecunda de legato. non inuenitur. Tertio pro hac opinione facit decre

quarta.

quarta.eodem titulo,in ſexto,vbi delegatus eccleſias cathedrales & collegiatas,nec reſeruare nec ſuæ ordinationi, aut prouiſioni attribuere poteſt. Quarto facit dicta decre final. de confirmatione utili,vbi ſecundum intellectum,quem illic ſequitur Innocent.Collatio facta per legatum,de quibuſdam eccleſiis, certis monaſteriis etiam confirmata a papa, Metropolitano iuri non derogat, hanc opinionem ſequitur Innocent.& Anton.in dict.decre.fin. & expreſſius Anton.in capitulo ſicut unire.de exceſſi.prælа. & Feder. in conſil.185. qui refert cum caſus eſſet de facto, quod habito diligenti ſtudio, & facta collatione cum multis peritis, ita conſuluit in contingentia facti,maxime vero ſi talia ſint beneficia, quæ non pertinent ad collationem legati,& hoc dicit ſentire Innocent. & Hoſtien. in dicto capitulo fin. Et in hac opinione videtur reſidere Specul.titulo iſto.§.nunc tractemus.verſic. penult. vbi dicit legatum non poſſe ſupprimere aliquam dignitatem, quia hoc eſt ſolius papæ, capitu.cum acceſſiſſent de conſtitut.nec etiam poteſt ſecundum cum fructus dignitatis ad tempus epiſcopo concedere iuxta tex. in capitulo ſi propter tua.de reſcript.in ſexto. Adde quod Specul.eodem titulo, § nunc oſtendendum. verſicu.7.& 57.dicit quod legatus non poteſt tollere de iure unius eccleſiæ,& dare alteri aliquid.not.Bartol.in l.prohibere.§.plane quod vi aut clam. ff.Opinio vero ſecunda, quæ habet quod legatus poſſit facere uniones eſt communior,& hęc opinio ſuadetur,quia hęc poteſtas datur ordinario.capitulo ſicut unire allega. ergo & legato a latere,qui habet ordinariam. Secundo ſi legati habent poteſtatē conferendi,quę eſt liberalitas ſaltem in laicui conferendo,vt not.in capit. relatum.de præbend.capitulo finali, de officio vicar. in ſexto,multo magis habent poteſtatem vniēdi,cum unio fiat in merum fauorem eccleſiarum, & aliquādo eſt neceſſaria.10.q.3.c.unio. Cum ergo habeant ordinariam poterunt prouidere neceſſitati & utilitati eccleſiarum. Et hæc ratio concludit idem eſſe in legato non cardinali,licet in eo ſit magis dubitandum.Ad hoc etiam facit, quia legatus in legatione ſua concurrit,cum quolibet ordinario, ſit archiepiſcopus,epiſcopus,abbas ita quod quicquid iſti poſſunt in iuriſdictionibus,tam de iure communi,quam ex conſuetudine,poterit legatus,ſic Specul.titu.iſto.§.nunc oſtendendum verſ.præmiſſa cum ſequen.hanc opinionem tenet Specul.ipſe,licet ſub dubio eodem tit.& §.& ibi Ioan. Andr.aperte, ac ſine forte,plus dicit quod legatus de latere eccleſiam ſubiectam eccleſiæ cathedrali poteſt ex iuſta cauſa unire nō erigendo illam cathedralem, ſed uniendo menſæ epiſcopi,de qua loquitur clem. fin. de rebus eccleſiæ non alien.in clem.Eandem opinionem poſt dominos de Rota ſequitur Imo.in cap.fin.allega.de confirm.vtili Et ſecundum Cardin.ibi collegium Papienſium ita concluſit. Et hæc opinio ſecundum Panorm.ibi de ſubtilitate iuris eſt verior, plus dicit Panor.in cap.ſicut unire allega.legatum poſſe vnire beneficia deuoluta ad papam, quia licet ei ſit ſublata poteſtas prouidendi,quæ titulum concernit,non uniendi quæ proprietatem reſpicit,& maxime quia vniones fiunt ex cauſa neceſſaria.vnde in propoſito cum legato ſit conceſſum ius conferē di, quod eſt voluntarium, fortius vniendi quod eſt neceſſarium,& ad fundamenta pro opinione contraria,quibus nullus reſpondet, tu dic ad primum, quod eſto quod ordinario inferatur præiudicium per unionem,ſaltem quia ab eo deinceps abdicatur poteſtas conferendi,hoc non eſt inuium.nec nouum,contingit enim ſæpenumero,quod quis priuatur iure ſuo ſine culpa,quamuis non fiat,niſi cum cauſa,iuxta no. in cap.cognoſcentes. de conſtitu. Et cum unio fiat pro vtilitate & neceſſitate eccleſiæ,debet hæc res magis eſſe in conſideratione,quam utilitas ordinarii perdentis ſolum collationem,quod intereſſe ſpirituale,vt dicunt canoniſtę noſtri nō eſt æſtimabile.Item ſi intereſſe ordinariorum eſſet in conſideratione,poteſtas legatorum quæ abſorbet & minuit ordinariam,nulla pfecto eſſet, quod ſatis abſurdum eſſet,& poteſtas papæ, quæ eſt plenaria per uniuerſum orbem non poſſet ab eo per legatos ſuos exerceri, quod iniquum eſt,& nō admittendum. Ad ſecundum fundamentum, cum vna eccleſia vnitur alteri non eſt proprie alienatio, nam cum omnes eccleſię ſint una eccleſia.cap.nouatianus. 24.quæſtio.prima. Si una uniatur alteri,parum refert, iuxta illud, quod ſolet dici de decima, quæ ab una eccleſia iure feudi per Laicū retinetur iuſte, utpote infeudata ante cōcilium Lateranen. quæ ſine licentia eccleſiæ a qua in feudum retinetur,in aliā de permiſſione epiſcopi poteſt transferri, cum parum referat,attento quod omnes eccleſiæ ſunt membra partialia eccleſiæ Romanæ vniuerſæ, ſic quod vnius eſt eccleſiæ,in aliā transferatur. Ad tertium fundamentum, dic,quod propter illam decre.quartam.iſto titu.in ſexto,Panor.in dicto capit. fi.fatetur cum Frede,non poſſe legatum vnire eccleſias collegiatas,quę opinio,quia Imolæ diſplicet,tu dic verum eſſe,

quod legatus de eccleſiis collegiatis non debet ſe intromittere conferendo,vel reſeruando,etiam ſi pertineant ad collationem epiſcopi, ut ibi tenet glo.quia reſeruatio, & collatio reſpiciunt vtilitatem priuati, ſed de unione ſecus, quæ reſpicit fauorem eccleſiæ. Ad quartum fundamentum,ſeu contrarium, dic quod decre.fi. non damnat collationes,vel vniones legatorum ibi factas, ſed ſolum vult,quod propter tales non debet minui, vel relaxari ius dioceſani,nam etiam ſi eſſent factæ a papa nō præiudicarent iuribus dioceſani.iuxta text.& notata in capitulo primo,de relig.domibus. Et iſta eſt vera mens illius cap.fin.Adde quod,cum unio ſit iuriſdictionis epiſcopalis, quod abbates eccleſias ſibi pleno iure ſubiectas non poſſunt unire,ſic glo. in verbo epiſcopus in dicta clement.2.de re.eccl.non alien.quam Paulus & Cardin. ſequuntur ibi,ratio eſt quia in alienationibus, quod eſt maius,requiritur conſenſus dioceſani. 12.quęſt.2.abbatibus.17. quæſtio.4.in venditionibus. Quod vltimum de alienationibus non intelligitur de exemptis,nam illi poſſunt alienationibus auctoritatem prȩſtare ſi habent iuriſdictionem epiſcopalem in loco,vel quaſi epiſcopalem, ſic poſt Innocent.gloſ. in clement.prima,in verbo proprii de re,eccl.non alien.An hoc ius vniendi poſſint abbates vel inferiores epiſcopis, præſcribere poſt Archid.in cap.cum ſingula. de præbend.in ſexto,tetigit glo.in clemen.ne in agro.§.ad hæc.in verbo ordinarios,& concludit primo Archidiaconum loco allega. dixiſſe hoc non eſſe dubium in ſimplicibus prioratibus & manualibus, quos mediante præſcriptione poſſunt unire, ſicut poſſent vnire grangias & maneria argument. l. quod in rerum natura §.fi.de leg.primo,l.Caius.§.primo,de leg.ſecundo, l.locus.de uerborum ſignific.quod notat gloſ.in capit.extuę.de cler.non reſid.ad glo.in dicto §.ad hæc aperte firmat, hoc ius vniendum per inferiores epiſcopis, in quibuſcunque eccleſiii ſibi ſubiectis poſſe præſcribi, cum ea, quæ ſunt iuriſdictionis epiſcopalis poſſint præſcribi.ergo & iſtud ius,iuxta notata in capitulo auditis,de præſcript. requirit tamen titulum aut poſſeſſionem immemorialem loco ipſius. argumen.capituli primi.de præſcript.in ſexto. Idem in dicto §.ad hæc,tenet Cardinal.ibi in ſeptima,quæſtio.& refert ibi Laud.Gen.& Paulum idem tenentes,idem tenet cardin. in dicta clement.2.de rebus eccleſiæ. Nec obſtat fundamentum Stephani contrarium ſentientis, quod ſcilicet quęlibet eccleſia debet habere ſuum rectorem, verum eſt,quando in ipſa eſt titulus,ſed p vnionem ſupprimitur titulus, quotmodis autem fiant vniones,vide gloſ.in capitulo primo. ne ſede vacan.Et in capitulo & temporis qualitas. 16.quæſtione prima.Et inquantum dixi quod epiſcopus & Legatus beneficia deuoluta ad curiam poſſunt vnire, dic ſecus eſſe de reſeruatis. quia non præiudicabit ei pro quo facta eſt reſeruatio,ſed valebit eo dimittēte beneficium reſeruatum. ar.dic. clementinę primę. Sed Panormitanus in dicto capitu.ſicut vnire, dicit hoc nō procedere in generali reſeruatione facta per papam.de omnibus beneficiis, ex quo papa manum appoſuit.Et ex quo reſeruatio non apparet facta in fauorem certæ perſonæ, inferior non poteſt de ea diſponere.ar. capitu.ut noſtrum.ut eccleſiaſtica beneficia Et inquantum ſupra dixi epiſcopatus poſſe ex cauſa vniri & dicidi, ita dic idem eſſe de inferioribus.in quo tu adde tria.Primo quod licet ſtante vnitate eadem præbenda non poſſit diuidi in duas, ſic loquitur text.in capitulo maioribus.de præbendis quia vnitas non recipit diuiſionem, tamen ex cauſa propter defectum canonicorum,& diuini cultus augumentum,fieri poteſt diuiſio præbendæ,ut deinceps ſint duæ.In quo tu dic,qđ ſi duo recipiantur ad eundem canonicatū, quia ius canoniæ eſt ſpirituale & incorporale,multiplicatur ius canoniæ.At ſi duo recipiantur ad eandem præbendam, quia conſiſtit in facto, id eſt temporalitate,non videtur eſſe facta diuiſio,quia opus eſt facto,ſicut conſiſtit in facto, neque ſola animi deſtinatione fit diuiſio,ſed oportet quod interueniat contrarium factum, quia nihil tam naturale.&c.Sic Panormita.in capitulo maioribus allega.Secundo adde, quod Panormitanus notat in capitulo vacante. eodem titulo. Quod ex eadem præbenda,vt conſtituantur duæ, vel plures, quatuor ſunt requiſita. Primo quod conſtituentes hoc intendant.capitulo dilecto.§.præterea.eodem titulo. Secundo quod fiat de conſenſu capituli, quia alteratur ſtatus eccleſię,ad hoc dicta cle. ſecunda. Tertio quod cauſa rationalis ſubſit,id eſt defectus canonicorum & quod ea res cedat in augumentum cultus diuini. Quarto quod fructus ſufficiant duobus, tot enim debent poni in eccleſia quot commode viuere poſſint ex facultatibus eccleſiæ.in capitulo cum Martinus.de conſti.in capitulo primo. ubi gl.de inſti.§.1.in auth.ut determinatus ſit clericorum numerus. colat.prima. Et adde quod præbenda quatenus annexa eſt canoniæ dicitur ius ſpirituale. Et quatenus eſt ſeparata dicitur ius temporale,de quo nota.Pa.in iu capitulo dilecto,

cto, in quinto notabili per illum textum de præbendis. Et de quadruplici diſtinctione præbendarum, uide poſt ſcribentes in dicto capitulo dilecto, poſt eoſdem in capitulo cum Mar. alleg. & poſt eoſdem. In capitu. conſtitutus. de reſcript. quod pulchre notat gloſ. ſingularis in §. fin. in titulo de collatio. in pragmatica. in uerbo numerus, quæ pulchre concludit quatuor. Primo quoſdam eſſe eccleſias, quibus eſt certus numerus cauſarum & præbendarum, & harum quędam eccleſiæ habent præbendas diſtinctas in certis redditibus uel poſſeſſionibus aut iuribus, utpote quando tres poſſeſſiones, uel duæ deputantur pro vna præbenda, ut eſt in eccleſia Carnoten. Aliquæ vero ſunt, quæ habent portiones certas & priuilegiatas, puta quando omnes redditus ſunt communes, & percipiuntur per unum officiarium loco capituli, & in fine anni fiunt certæ portiones, & ſecundum priuilegium, vel ſtatutum datur cuilibet portio ſua, ſecundum reſidentiam, aut intereſſentiam quam fecit ut obſeruatur in vtraque Aurelian. eccleſia & quibuſdam aliis. Secundo quædam ſunt eccleſiæ in quib. certus numerus canonicorum, ſed non ſunt præbendæ diſtinctæ nec per poſſeſſiones nec per portiones priuilegiatas ſed de omnibus redditibus iuxta numerum canonicorum dantur portiones, vnde ſi ſunt plures minus ſi pauciores, plus conſequuntur de his habetur in capitulo fin. de concep. præbend. in ſexto. Aliquando & tertio in aliqua eccleſia non eſt certus numerus canonicorum, ſed præbendarum. Aliquando & quarto in eccleſia non eſt certus numerus canonicorum nec prębendarum, & in illis non eſt dare uacationem, quia uacatio pręſupponit exiſtentiam numeri. Et in illis eccleſiis cum quis recipitur, creatur ius nouum, quod deſinit cum perſona cum moritur, aut renunciat, iuxta notata in capitulo ex parte de conce. præbend. & in dicto capitulo dilecto. Et tales canonicatus & præbendæ non poſſunt permutari, quia de natura permutationis eſt quod extrema permutata maneant eadem.

Et circa iſtud vltimum quando in eccleſia non eſt certus numerus canonicorum nec præbendarum. An mandatum de prouidendo in aliqua eccleſia, non obſtante certo canonicorum numero extendatur ad talem eccleſiam, vide quod notat gloſ. in capitulo fin. de conce. præbend. in ſexto, quod notant Doctores in dicto capitulo ex parte, quod gloſ. pragmaticæ in dicto § fin. allegato ad finem ſui. Et paulo poſt principium eiuſdem gloſæ, vide ſi canonicus ſupernumerarius creatus habeat ius fraternitatis cum reliquis, & ius uocem dandi in capitulo & percipiendi quotidianas diſtributiones. An ſolum habeat ius ventoſum, attento quod iura ſupernumeraria cum renunciantur, aut per mutationem perſonæ deſinunt, extinguntur, ac fluant & refluant ad mutationem perſonæ & ſint iura multum tenuia & debilia. vide quod etiam copioſe notat Panormitan. in capitu. alleg. cum Martius in nona colum. ubi moderni de conſtitution. Tertio principaliter adde quod eccleſia parrochialis poteſt ex cauſa diuidi, & capella quæ eſt infra eius limites in parrochialem, & baptiſmalem erigi. tex. eſt in capitulo ad audientiam. l. ſecundo, de eccleſ. ædifica. qui text. vt Panormitan. ibi ſcribit in fine, glo. tertiæ, non habet concordantem.

Eſt autem ſecundum gloſ. & ſcribentes cauſa, quando parrochia antiquæ eccleſiæ eſt adeo ampla, quod tempore diſcriminoſo non poteſt populus debitis horis ad ęcm conuenire, poſſunt etiam effingi aliæ cauſæ, vt propter diſtantiam ſiue clauſuram ciuitatis ut eſt in eccleſia parrochiali ſancti Laurentij Aurelianen. quæ eſt extra muros ſita. Et maior pars populi, quæ claudebatur muris, non poterat pro ſacramentis neceſſariis ut baptiſmo, viatico, & pœnitentia commode ad eam recurrere, vnde fuit quædam capella infra limites eiuſdem parrochiæ in baptiſmalem erecta cui fuerũt attributa iura parrochiæ. Appellatur vero nunc illa capella baptiſmalis, vulgo capella beatæ Virginis de recuperantia. Ita placet aut laycis aut potius ſacerdotibus, in locis quibus veneratur virgo Maria, noua indicere vocabula, vt populus nouarum rerũ cupidus, ad nouam & maiorem deuotionem adducatur. Iam enim ab eo tempore in capella beatiſſimi Aniani Aurelianen. erecta eſt capella beatæ Virginis, quia vulgo de itinere dicit̃, qui locus in dies crebris abundat miraculis, de quibus miraculis, & ne in eis decipiatur populus facile. Cum miracula fiant præſtigiis & aliquando mala arte, vide quod pulchre notat gloſ. in capit. vnico, de relig. domib. in ſexto. Et circa iſtud vltimum, quod de parrochia quæ in duas diuidi poteſt ex cauſa. Ego adduco ſequentes quatuor. Prima declaratio quod inquantum glo. prima in dicto capitu. ad audientiam, intelligit capellam in parrochiam erigendam nõ eſſe ſi ex ratione redditũum vel oblationum, non poſſit rector antiquæ parrochiæ commode ſuſtentari & ab ea gloſ. recedit Hoſtien. Tu dic pro concordia poſt Panormitan. ibi gloſam procedere quando non ſubeſt magna neceſſitas, licet ſit aliqua incommoditas. Et tũc capella, quæ non poteſt habere competentem dotem non eſt erigenda in parrochiam, & dicitur dos competens quæ ad vitam presbiteri & clerici ſufficit, & quæ ad iura epiſcopalia exoluenda & hoſpitalitatem ſatisfacere poteſt. Quod ſi neceſſitas eſt tanta & tam præciſa quod populus ex defectu & abſentia ſacerdotis ſępe uiſus eſt decedere ſine ſacramentis neceſſariis, tunc ſerua dictum Hoſtien. ut capella ſit pręciſe erigenda in parochiam. Eſto quod non habeat ſufficientem dotem, inſtituto autem in ea prouidebit epiſcopus ſeruato iſto ordine. Primo quod compellet parrochianos ad oblationes, qui ſi poſſint compelli notat glo. licet vacillaſſe videatur de conſe. diſtinct. prima, omnis Chriſtianus. & notatur in cap. ſtatuimus 16. quæſtio. prima, & in capit. ſanctorum. 20. quæſt. prima. Secundo compellet abbatem vel illum cui eſt ſubiecta eccleſia. Nouiſſime prouidebit epiſcopus de ſuo iuxta tex. in cap. fin. de eccleſiaſt. ędific. inde eſt quod per iſta eſt limitanda glo. cap. nemo, de con. diſt. 1. Quæ vult eccleſiam non eſſe ædificandam, quæ non habet ſufficientem dotem.

Secunda declaratio quod antiqua eccleſia infra eius limites eſt capella, erecta in patrochiam, habebit ius patronatus in ead. ſic gloſ. tertia, in dicto capitulo ad audientiam. per illum textum. Sic tenet Innocent. in capitulo cum venerabilis, de exceptio. Sic poſt eum Ioan. Andr. de capel. mo. in ſexto, in capitulo unico. Et tu aduerte quod Panormitan. in dicto capitulo audientiam. intelligit illum textum, qui non eſt alibi, quando eccleſia aliquid contulit de ſuo, utpote oblationes. Et ſi tu obiicias cum ius patronatus, quia acquiratur trib. modis, fundatione, dotatione, aut ↄſtructione.

Sed eccleſia infra eius limites capella eſt in parrochiã erecta contulit fundum, ergo acquirit ius patronatus fundatione ſola. Tu dic quod antiqua non erat proprietaria fundi, vnde ſi nihil de ſuo contulerit non poteſt acquirere ius patronatus ex eo ſolo, quod infra ipſius limites ſit capella erecta in parrochiam. Item per illum textum, ſic intellectum exiſtimat Panorm. intelligenda eſſe dicta illius gloſæ, & Io. Andr. quod notat diligenter.

Tertia declaratio, quod ſi eccleſia aliqua fundum contuliſſet, quem habebat in proprietatem. Et alius laicus dotem vel ædificium, non poteſt tunc negari, quin eccleſia ius patronatus acquirat. Et ratio fundationis concurrat, cum dotatore vel ædificatore, perinde ſicut in illo text. capitulo ad audientiam. acquirit ius patronatus, ex eo quod obuentiones aliquas contulit. Sic ibi Panorm. decidit & ſubdit ab alio non eſſe tactum.

Et addit contra viros eccleſiaſticos, qui ex redditib. beneficiorum, fundant eccleſias, quod non acquirunt ſibi aut parentibus ius patronatus, ſed eccleſiæ acquiritur ex cuius redditibus ſit fundatio ita gloſ. in capitulo apoſtolicos. duodecima, quæſtio. ſecunda. Et uiri eccleſiaſtici ſecundum Panormita. qui aliter faciunt acquirentes ius patronatus tranſmiſſibile ad hæredes peccant.

Quarta declaratio, quod dum gloſ. tertia, in dicto capitulo ad audientiam dicit quod eccleſia erecta in parrochiam ſit ſubdita antiquæ, quod a Panormit. & recte reprobatur. Nam text. ille reſeruando antiquæ ius patronatus, & competentem honorem in cæteris uidetur eam eripere a poteſtate rectoris antiqui. Item eccleſia cathedralis, cui præſidet epiſcopus fundat intentionem, & ſubiectionem in omnes eccleſias diocœſis, quod de aliis eccleſiis non inuenitur expreſſum.

Præterea qui de iure ſpeciali aliquid uendicat, tãtum obtinet, quantum probat ſibi illo iure ſpeciali competere, & non ultra. Iuxta theoricam Innoc. in cap. dilectus. de capel. monachorum.

Concluſio XIIII.

LEgatus etiam a latere de cauſa ſpecialiter delegata ſe nõ impedit. probatur aperte in c. ſtuduiſti, de off. dele. Ratio quia generi per ſpeciem derogatur, quæ regula non ſolũ procedit in commiſſionibus, ut ibi, ſed etiam in reſcriptis, ut notatur in cap. 1. de reſcrip. In vltimis uoluntatibus in l. coheredi. de vulga. ff. in contractibus in l. doli clauſula, de uerbor. obligation. ff. in l. ſanctio. de pœn. ff. in legibus & conſtitutionibus, in l. ſed & poſteriores. Et circa concluſionem iſtam adde duas ampliationes.

Prima, quod moderni in dicto capit.ſtuduiſti.dicunt. Quod ſi officialibus detur plenum & liberum arbitrium, licet poſſint facere nouas prouiſiones, tamen ſtatuta ſpecialiter edita non poſſunt tollere, de quo notat Bartol. in l. ambitioſa. de decret. ab ordin. fa. ff. his tu adde quod legatus generalis in partibus poteſt interdicere legato ſpeciali papæ ne procedat in cauſa, ex cauſa veriſimiliter non præuiſa per papam, ſic Panormitan. in capitulo fina. in ſeptima colum. de conſuetud. Ad hoc in argument. l. ſi hominem. ff mand. Et legatis,& epiſcopis datur facultas ſtatuendi contra canones ex cauſa veriſimiliter non præuiſa a canonibus. Ita Panormitan. in §. de adulteriis. in tertia colum. de iudic. Bald. in l. omnes populi, de iuſtit. & iure. ff. Secundo ampliatur quod legatus nõ poſſit impedire proceſſum, nec ſententiam delegati. Nec ab illius delegati ſententia poteſt appellari ad legatum, quia cum teneat uices papæ ſolus papa poteſt eius ſententiam retractare. Plus eſt quod moderni in dicto capitulo ſtuduiſti dicunt, quod nec legatus reſtituere poſſit aduerſus ſententiam delegati.

Nec etiam ipſe delegatus poſſet aduerſus ſententiam ſuam reſtituere, quod Barto. & Bald. tenent in l. ſecunda, ſi aduerſus rem iudicat. per illum textum. Exiſtimat autem Panormitan. in dicto capitulo ſtuduiſti. hoc eſſe uerum, ſi delegati iuriſdictio expirauit, quia ſententia eius eſt mandata executioni, ſed ſi adhuc ſupereſt executio ſententiæ, poteſt, vt arbitratur Panormitan. delegatus aduerſus ſententiam ſuam reſtituere, cum adhuc duret officium eius nobile. argument. capituli, ſi delegatus. de officio delegati, in ſexto. Sed ego puto contrarium eſſe dicendum. Nam delegatus ſi tulit ſententiam ualidam, eſt functus officio, & ſi nullam etiam tulit idem eſt in l. ſi ut proponis. la prima, C. quomodo & quando iudex,& pro iſta ſententia uidetur facere, l. ſecunda, proxime allegata, quæ uult quod a ſententia delegati poſſit ſolus princeps reſtituere, & delegatus non, ſi principaliter petatur reſtitutio. Opinio uero illa, quod delegatus poſſit reſtituere, poteſt ſaluari tripliciter. Primo quod delegatus poſſit reſtituere aduerſus interlocutoriam ſuam, vel ſuper aliquo emergenti, ſic gloſ. in l. fin. ubi, & apud quem. ſecundum lectur. gloſ. quę eſt verior ſecundum Bartol. Secundo reſtituere poſſet is, cui delegata eſt uniuerſitas cauſarum. per textum in dicta l. finali, in uerbo, uel generaliter. Tertio quando illa facultas reſtituendi eſt delegata ſpecialiter, ita probat text. in dicta l. fin.

Ex quo ſequitur quod extra iſtos caſus non poſſit delegatus reſtituere aduerſus ſuam ſententiam. Et inquantum Panormitanus vult eum poſſe ſi ſententia eius nondum ſit mandata executioni. At in capitulo allega. ſtuduiſti. in contingentia facti refert ſe nuperrime ita conſuluiſſe, ſed eius non obſtat fundamentum. quod procurator qui non poteſt ſine ſpeciali mandato petere reſtitutionem. l. illud. de mino. ff. poteſt tamen incidenter petere ſine mandato, ita gloſ. in verbo poſtulauit. in capitu. ſuſcitata. de in integrum reſtitutione, quam vt vult idem Panormitan. ſequuntur Innocen. & communiter omnes doctor. Quia tu reſponde dupliciter. Primo quod, vt ibi vult Imol. illa gloſ. communiter non tenetur,& vidit ipſe ab ea recedi. Et dat ſimile. Nam procurator ad petendam confirmationem non poſtulat diſpenſationem, capitulo innotuit. de electio. Sed meo iudicio hoc ſimile non eſt bonum, quia reſtitutio eſt connexa negocio principali, at diſpenſatio eſt diuerſa ab ipſo negocio. Item diſpẽſatio pendet a gratia, ſed confirmatio a iuſtitia, uel ſecundo dic, quod reſtitutio bene poteſt peti incidenter a procuratore ſine mandato, ut dixi, ita (ut ſupra etiam dixi) poteſt delegatus a ſuia ſua incidenter reſtituere, ſed principaliter, non.

Contra præcedentem concluſionẽ, quæ eſt fundata in dicto capitulo ſtuduiſti. obſtat fortiter, capitulum per hoc, de hær. in ſexto, ubi iuriſdictio ordinaria non impeditur, quamuis papa delegauerit cauſam hęreticę prauitatis ſpecialiter. Tu reſponde tripliciter. Primo ꝙ ibi papa generaliter delegauit cauſam, quo caſu, cauſa ipſa hæreticæ prauitatis in ſpecie non eripitur a iuriſdictione ordinaria, at in capitulo ſtuduiſti. loquitur de cauſa ſpecialiter delegata. ſic tenet gloſ. prima, dicto capitulo per hoc, ſic Ioan. Andr. ibi. & Archidiacon.& ſimiliter Ioan. Imol. tandem, licet ipſe multa verba effundat. Et mihi placet propter uerba ibi poſita generaliter delegatur, quamuis Cardinal.& Barbat. in dicto capitulo ſtuduiſti. ab ea recedant, quia inferunt ſecundum eos ſecus eſſe ſi uniuerſitas cauſarum eſſet delegata, quæ eſt nimia reſtrictio ad illum text. Sed certe iſta reſtrictio conuenit text. dicti capituli ſtuduiſti. in principio, ibi de cauſa, quam alicui delegauimus. Secundo reſponde, quod ille text. in capitu. per hoc, continet ſpecialem fauorem fidei. Tertio dic poſt Barbat. quod ille textus non diſcrepat a capitulo ſtuduiſti. Quia in illo capitulo ſtuduiſti. dicitur quod legatus non debet impedire delegatum, ſed poterit in ſimul cum delegato cognoſcere,& habebit poteſtatem accumulatiue cum eo, ſed hęc ſolutio, quam Barbat. dicit eſſe nouam & ſtupendam. non placet mihi. Primo, quia eſt violatiua regulæ generalis generaper ſpeciem. Secundo, quia cum reſponſio debeat conuenire interrogationi, & interrogatio erat ſi legatus de cauſa ſpecialiter delegata cognoſcere poſſet, & tunc textus ibi reſpondet quod non debet ſe impedire, & tu pondera negatiuam. non, quæ præcedit uerbum poteſt, ibi non debet ſe impedire,& ſtatim ſequitur nõ poterit,& verbum poteſt quando habet negatiuam præcedentem importat neceſſitatem, eſt glo. in regula, beneficium de regulis iuris, in ſexto. Ex iſtis meo iudicio uidetur eſſe multum dubitabilis vna concluſio noua, de qua multum glotiatur Barbat. in dicto capitulo ſtuduiſti. in verbo relati ſunt ſcribentes quid dicat Siculus, videlicet dicit ipſe quod legatus in cauſa ſpecialiter delegata poſſit delegato ſtatuere terminum, infra quem audiat cauſam. qui ſi non ſit negligens, erit tunc talis ſtatutio priuatiua poteſtatis legati, ſi ſit negligens, erit poteſtas legati accumulatiua ad delegatum. Sed tu caue primo quod hæc concluſio non probatur aliquo iure, quod ipſe allegauerit. Secundo obſtat text. euidenter in dicto capitulo ſtuduiſti. Tertio iura per Barbat. adducta non poſſunt accommodari ad caſum illum. Primo § excellus. in capitulo irrefragabili. de officio ordinar. ab eodem Barbat. adductus loquitur de conſuetudine præſcripta tribuente, capitulo iuriſdictionalem. Quę quia manauit ab ordinario, nil mirum ſi ordinarius, iuxta illum textum cuius intereſt exceſſus in ſua diocęſi corrigere, ne ſanguis ſubditorum requiratur de manib. eius, poſſit capitulis habentibus iuriſdictionem ordinariam ſtatuere terminum certum, infra quem puniant & corrigant exceſſus ſubditorum, quo elapſo epiſcopus habens Deum præ oculis non deſinat corrigere, nos autem loquimur de delegata quæ eſt maior ordinaria, & in qua delegatus ipſe fungitur uice papæ. capitulo ſane. I. ſecundo. de officio delegat. Secundo ad nota. per gloſ. in capitulo primo, de conſtitutio. in ſexto, & per gloſ. in clement. ne Roman. de electio. quibus ſecundum Barbat. cauetur, quod epiſcopus qui non poteſt ſtatuere contra ius commune, poteſt ſtatuere adiuuando ius commune per adiectionem pœnæ, vel alias, ſic quod iudex, a quo, poteſt omnia facere, quę tendunt in faciliorem exitum appellationis iuxta nota. in capitulo cum teneamur. de app. Sed ſi legatus ſtatueret terminum ſequeretur, quod eſſet maior, quod eſt falſum.

Item ſic ordinando impediretur delegatus, quod negat ille tex. Tertio ad capitul. cæterum, a Barbat. adductum, de iudic. ubi ordinarius data negligentia domini Feudatarij impedit ſe de cauſa feudati, tu dic quod ille text. non concedit ordinario poteſtatem in his terminis, quibus loquitur Barbat. Item quod dictum capit. cæterum, data neligentia domini feudatarii deuolutio fit ad ordinariũ. hoc eſt, quia ius ibi ita expreſſe concedit, quod non permittit text. dicti capituli ſtuduiſti. immo aperte uidetur negare, dum prohibet, ne legatus ſe impediat. Secundo, & principaliter deciſioni dicti capituli ſtuduiſti. ob. text. in l. prima, de officio præfect. urbi. C. ubi creatio noui officialis non derogat veteri, per quem textum dicit ibi Barbat. quod ſi fuerit creatus officialis ſuper damnis datis, uel ſuper abundantia, quod per hoc non tollitur iuriſdictio, quam habet poteſtas, tu dic ad illum textum poſt Barba. in dicto capitulo ſtuduiſti. in undecima colum. quod ille text. continet ſpecialem fauorem reipubl. His adde quod facit pro confirmatione concluſionis noſtræ, quod ſi princeps committit ſpeciem iuriſdictionis alicui inferiori in loco, vbi alteri competit iuriſdictio vniuerſalis, quo ad illam cauſam non impedit ſe iudex vniuerſalis, nec videtur facere princeps iniuriam iudici uniuerſali, ex quo is, cui eſt commiſſa ſpecies iuriſdictionis eſt ſubditus uniuerſali, ſic Barto. in l. inter collatores. de re milit. C. lib. duodecimo, facit quod nota. Andr. de Barulo.& poſt eum Ioan. de Pla. in l. præcepit. in uerbo nec minuente, de canone largi. titulo, C. libro duodecimo, ubi dicit, quod ſi aliquis eſt ſpecialiter electus ad aliquod officium, non debet eius officium minui, nec ad illud alius eligi, idem eſt in electionibus canonicorum, in capitulo conſiderauimus. de electio. ubi electio prima quando eſt ſpecialiter facta de aliquo non eſt procedendum ad ſecundam niſi prima caſſata,& Bartol in loco proxime allega. dicit quod poteſtas non poteſt mandare, quod pecunia in cõmuni redigenda ſoluatur alteri, quã camerario ſeu theſaurario cõis, nec in alium vſum cõuertatur ẽt publicũ ſine ſpeciali iuſſu principis. Ad hoc ēe quia contingit de relig. do faciẽ

his l.quoniam Angerio de conuen.fiſci debi. C.li.10.vbi procurator ſpecialiter conſtitutus ad exigenda debita fiſcalia impedit poteſtatem procuratoris generalis niſi ſpecialis ſit negligens.

Concluſio XV.

LEgatus a latere Poſtea quam retulit negocium ad ſuperiorem deſinit eſſe iudex, & non poteſt amplius cognoſcere, probatur hæc concluſio in capitulo licet. iſto titulo vbi glo. & Hoſtien. ita tenent per iſtum textum, & ſequitur Imo. Et tu aduerte quod Barbat. illic refert ſe habere quandam apoſtillam ſcriptam manu propria Ioan. de Ana. in l. ad principem. de qua refert quod propter ſcholaſticum, qui in ingreſſu cathedrę eidē de Imola obiecerat quædam contraria, & præter hæc, & opinionem Barbat. ſibi Imolæ. contrarium, coactus eſt idem Imol. in lectione ſequente, Palinodiam retinere. Primo inquantum obiiciebatur de leg. prima. de relati. C. quæ probat ſecūdum intellectum glo ſecunda quod ſententia lata a iudice, q retulit negocium ad ſuperiorē eſt valida mero iure, & opus ſit appellare, quod ibi Barb. ſequitur & dicit eſſe menti tenendum, & in his adde quod idem Barbat. intelligit in l. t. Nil noua appell. penden. quod ſi iudex retulit ea vi reſcri. dicētis cauſam eſſe remittendam ad ſuperiorem & conſilium ſapientis, tunc bene poſſit ſententiare, ſed reſcinditur per appellationem, ſecus ſi voluntarie, quia tunc non tenebatur exprimere conſilium iuxta no. p Bar. in l. titium & Meuium de admit. tur. ff. & not. canoniſtæ, in capitulo cum in veteri. de elec. Et tu adde eundem Bart. in dicta l. ad principem. quod ſi iudex retulit negocium ad ſuperiorem abſque conſenſu partium cum ſit quædam interlocutoria poteſt reuocare. Itaque propter hæc dicta cum Imol. coactus fuiſſet mutare ſententiam in lectione ſequente, fecit additionem in dic. decre. licet & reſpondebat ad dictā l. primā dupliciter Primo vt diceret dictam l. primam non probare ſententiam latam a iudice, q retulit negocium ad ſuperiorem eſſe validam mero iure, nec obſtat quod appelletur, nam aliquando appellatur a ſententia nulla. iuxt. text. & ea quæ notantur in l. Carmelia pia de iure patronat. ff. quæ eſt. ad uerbum in l. quædam famil. erciſc. ff. nota. Bart. in l. expreſſi. de appellati. ff. canoniſtæ. not. in capitulo dilect. eodem titulo. Secundo dicebat idem Imol. quod præfata l. prima. & dic. Bar. debēt intelligi quando relatio nondum eſt præſentata ſuperiori, argum capituli bonæ. in uerbo, nec nocebat. de poſtu. prælat. Rurſus ad dictum Barto, in dicta. l. ad principem reſpondebat dupliciter. Primo ut ſit falſum propter tex. in dicto capitulo licet, qui uult quod iudex de negotio relato ad ſuperiorem non cognoſcat inuita altera parte, vel ut prius intelligit ſi relatio nondum eſt pręſentata ſuperiori.

Cęterum quia de relatione occurrit ſermo vt materia ipſa radicitus extirpetur. Tu aduerte quod relatio fit tribus modis. primo ex natura cauſæ, quia arduæ cauſæ ſunt, quæ referuntur ad principem capitulo maiores de Baptiſmo. Secundo ex vi delegationis iam factæ quia princeps delegauit cauſam cognoſcendam & inſtructam ad eum remittendam, vel ſimpliciter commiſit vt cauſa inſtructa, vel non inſtructa ad eum remitteretur infra certum tempus.

Tertio relatio vt in propoſito, fit quādo eſt princeps ſuper aliquo dubio conſulendus. Tunc elicitur ex actis punctus dubius. Et quia iudex poſſet pūctum aut non bene elicere, aut mendacia inſerere datur copia conſultationis partibus. Et ſi conſentiant, non poſſunt amplius contradicere, idem ſi eis abſentibus per contumaciam Et ſi parte contradicente fiet relatio, non valet, niſi aliter probetur ea actis. Et ſi non conſentiant partes in formatione puncti, iudex poterit ad concordiam compellere. Et ſi nolint interloqui, poteſt res ſic ſe habere, prout ipſe formauit. Et niſi appelletur ſtabitur interlocutoriæ. l. fin. de rela. C. iſta patent ex notatis Panormit. in capitulo intimaſti. de appella. & probantur in l. prima. & ſecunda de rela. C. & in l. prima §. quæſitum. ff. eo. An autem tunc poſſit appellari poſt Barto. ibi & Panor. loco proxime allegato Collige quatuor caſus. Primus eſt pronunciatio iudicis ſuper conſultatione fienda, & ab ea nō appellatur, quia nullum infert grauamen, in dicto. §. quæſitum. Secundus caſus eſt ipſa relatio, ſeu literę quę mittuntur ad principem pro conſilio, & ab iſto poteſt appellari, ſi quis ſe grauatum ſenſerit, forte q iudex relationem non fecit fideliter, ſed in ipſa, mendacia inſeruit. ita glo. parua, in §. allegato quæſitum. in verbo epiſtolam. Et ſi dicatur de iure ciuili a tali interlocutoria nō eſt appellandum, quia eſt reparabilis in diffinitiua. Dicideirco appellari poſſe quia iſtud grauamen non poteſt facile reparari ſine grandi præiudicio partis. Nam poſt conſilium a principe datum durior eſt cauſa, quia iudices facile fauent conſilio principis & non audent contradicere. propter quod prę iudicium ſeu intereſſe admittitur appellatio. argumento. l. a ſententia. ff. de appellat. Tertius caſus eſt ipſa pronunciatio principis, a qua non appellatur quia facit ius inter partes Quartus caſus eſt ipſa diffinitiua lata ad reſponſionem principis a qua bene appellatur. textus eſt in dicto §. quæſitum ſecundum intellectum, gloſæ ibi in uerbo prouocari, quam gloſ. ſequitur Barto. Et ſi huic poſtremo caſui obiiciantur duo, primo poſt illam gloſ. ibi quod vt a ſententia principis non appellatur, ita nec a ſententia eius qui iudicauit vt princeps mandauit. in autem, in medio litis, in princi. col. 5. dic poſt glo. in d. §. quæſitum. quod ibi princeps audiuit cauſam, & reſcripſit iudici. Si ſic probabitur, iudices ita. Sed hic iudex poſt cauſam diſcuſſam conſuluit principem. Secūdo ſi obiiciatur, ſi a reſcripto ſeu ſententia principis, ut ſupra tertio caſu deductum fuit, nō poſſit appellari, ergo nec a ſententia lata ſecundum conſilium principis, non enim pars poteſt conqueri de puncto relato ad principem, in quo formando ipſa conſenſit. Item non poteſt conqueri de iure, cū princeps qui eſt lex animata ſic conſuluit, tu dic quod ſi non conſenſit relationi, planum eſt quod poteſt appellari, quod ſi conſenſit adhuc idem, poterit enim in cauſa appellationis dicere quod punctus non eſt bene formatus, quia per errorem conſenſit, ac poterit cauſam appellationis inſtruere ea nouis, actis iuxta nota. in l. eos. de appella. C. Ex his infertur quod a ſententia lata ſecundum conſilium ſapientis poteſt appellari, ſic notat Panormit. in dicto capitulo intimaſti, nam non conſenſerūt partes in eum tanquam arbitrum vel arbitratorem, ſed tanquam virum ſcientificum. Item videmus quod a iudice obtētu de cōſenſu partium poteſt appellari, ut c. cauſam. de re iud. l. ex conſenſu. ff. de appellatio. Item in perſona teſtis approbati reprobantur dicta iuxta notata in capitulo præſentium. de teſt. His ſic præmiſſis, quod relatio fiat tribus modis, & relatis quatuor caſibus, quibus apparet an a relatione appellari poſſit. Redeo ad concluſionem noſtram, & in ea quidquid Barb. dixerit perſiſto. videlicet quod legatus, facta relatione cauſæ ad ſuperiorem non poſſit iudicare de cauſa. Adduco tria fundamenta. Primum eſt ex tex. dicti capituli licet iſto tit. vbi eſt text. & caſus apertus. Ad tres vero intellectus, quos illic Barb. ſubtilizando pnitioſe, retulit poſtea ſatisfaciam, ut pote qui meo iudicio faciunt maximam violentiam in litera ipſa. Et primo ego pondero ibi in fine text. Sententiam ſic latam eſſe a non ſuo iudice, nec obſtat quod tex. illic vtatur dictione, tanquam, quæ regulariter eſt nota improprietatis, quia tu dic quod in illo textu eſt expreſſiua veritatis, vt accidit ſæpenumero. iuxta notata glo. fin. in capitulo parrochianos de deci. de dictione, quaſi, quæ ut ibi uult glo. eſt in illo textu expreſſiua veritatis, ſicut ſubiungit ibidem gloſ. ibi contingit in illo paſſu euangelii, vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti. &c.

Et eundem locum euangelii retulit gloſ. in capitulo prout. in uerbo vt pote, de dolo, quæ adiicit idem etiam eſſe de dictione, vtpote quæ eſt expreſſiua veritatis.

Secundo ego poſt Barbat. induco textum in l. prima. §. hęſitandum duxerit. de relatio. C. qui text. probat, quod iudex retulit negocium ad ſuperiorem, de quo hæſitabat, id eſt dubitabat, dubitans autem ęquiparatur ignoranti, in l. manifeſtiſſimi, in verbo ſin autem neſcius. de fur. C. in l. fin. de condit. indebi. C. Apparet ergo quod iudex, qui heſitabat & conſuluit principem, ſi poſtea tulit ſententiam. euidenter conſtat, quod tulit eam ſuper actis quæ non intelligebat.

Et ſic talis ſententia lata ſine cauſę cognitione non debet valere iuxta nota. in l. prolatam. de ſententiis. C. Paria autem ſunt inquit Barbat. tuliſſe ſententiam non viſis actis, aut viſis & non intellectis. arg. c. auditis. de pręſcrip. Et ſententia lata non uiſis actis non ualet, ut in proxima q. latius dicetur.

Tertio ego adduco tex. in l. fin. de relat. C. ponderando illa verba, Si quando ratio noſtra iudicia requirendi, expectandique reſponſa, Ecce quod ratio requirit quod de negocio relato ad principem expectetur reſponſum.

Et ſententia lata contra rationem non valet. c. ea quæ & capitulo lator. & capitulo cum ſuper de re. iud. Inde poſt Barb. in dicto capitulo licet; dic quod ſi caſus relatus ad principem eſt dubitabilis, quod non poſſit iudex reuocare relatio-

pem etiam conſentientibus partibus, de quo dicit idem Barb. eſſe caſum in dicta l. fin. Quod caſus relatus ad principẽ eſſet clarius & indubitabilis poſſet bene reuocare iudex de conſenſu partium. Sic dicit eſſe intelligendum, quod habetur in dicta l. ad imperatorem. & in l. ad principem. ff. eodem. Et quod vtroque loco notat Bartol. Adde quod notat Bartol. in l. ille aut ille. §. cum in verbis. de legat. tertio, vbi dicit quod quando quæſtio non habet dubium non debet iudex remittere ad conſilium ſapientis, pro quo facit ſecundum eum tex. in Authentica. de iudicus. §. primo. collat. quinta.

Ceterum quia articulus præſentis cõcluſionis probatur, potiſſimum in dicto capitulo, licet. Ego volo elidere tres intellectus quos illic retulit Barbat. ac de quibus ipſe multum gloriatur. Primo dum dicit quod ſolum probet ille textus quod iudex facta relatione non poſſit amplius examinare cauſam, quia ſic partes vexarentur laboribus & ſumptibus. Quod ſi cauſa relata ad principem eſſet ſatis alioquin inſtructa non vetat ſecundum eum ille text. quin poſſet ſententiam ferre cum parcatur hoc caſu laboribus partium, quæ etiam in expectando reſponſum ſuperuacuum principis ſumptibus manibus, & prolixiore mora vexarentur & fatigarentur. Sed meo iudicio non procedit ille intellectus, & eſt multum abſurdus. Nam ſi cauſa erat clara & indubitata, quid opus erat conſulere principem? Cum iura non utantur ſuperfluis remediis. l. hæc ſtipulatio. §. diuus ut lega. non caueatur. ff. quod ſi princeps eſt iam conſultus non potuit, ut ſupra eſt præmiſſum, conſultatio reuocari ſine conſenſu partium, iuxta notata in l. ad Imperatorem. & l. ad principem allegatis. Quamuis conſultationi quæ de articulo indubitabili fiebat, potuerint partes contradicere & appellare, vt ſupra in tertio caſu dictum eſt.

Secundus intellectus per Barbat. in dicto capitulo licet, adductus, eſt, quod ſi iudex malicioſe vellet examinare cauſam poſt relationem non poſſet. Sic loquitur ille textus. At ceſſante malicia ipſe poſſet non obſtante relatione. Sed rurſus hic intellectus non placet, quoniam iudex inter examinandum negocium quod retulit ad ſuperiorem, vel inueniebat dubitabile, & ſic non debet reuocare, vel non inueniebat dubitabile, & ſic malicioſe retulit quouiſmodo nõ debet reuocare citra conſenſum partium, ut ſupra dictũ eſt.

Nec obſtat quod textus in dicto capitu. licet, ponderat maliciam, in verbo nimis malicioſe, quia loquitur aggrauatiue, & implicant illa verba idem eſſe in caſu contrario ſi non malicioſe fecit iudex, præterea ratio illius textus ex qua lex debet reſtringi vel ampliari vtrobique concludit, nam iudex ſiue bona fide, ſiue mala, negocium quod retulit ad ſuperiorem examinat. Militat ſemper ratio illius tex. Quia ſententia deprehenditur lata a non ſuo iudice. Et facta relatione deſinit eſſe iudex, & tunc quantum ad cauſam illam efficitur priuatus.

Tertius intellectus Barb. qui habet prima facie pro abſurdo quod legatus facta relatione adhuc ibi electionem in confirmando examinare præſumpſit, ponit ſecundum eam narrationem partis ſeu contingentiam facti. Et narratio non ponit iuris miniſterium, vt eſt gloſ. prima, in verbo, vel die tertio in l. unica, quando non pet. partes. C. ſed huic intellectui obſtat (vt prius) ratio deciſiua illius textus, Quæ eſt quod facta relatione deſiuit eſſe iudex, & eſt inſtar priuati.

Occurit poſtremo ad præſentem concluſionem quæſtio. ſtatuto cauetur, quod ſi petatur cauſam committi conſilio ſapientis quod iudex debet pronunciare ſecundum conſilium ſapientis, & recte fit ſtatutum, nam ceſſante ſtatuto qui debet requirere conſilium non tenetur, ſequi, iuxta notata in capitulo cum in veteri. de electione. Finge nunc quod iudex in effectu tulit ſententiam, vt cauebatur in dicto conſilio ſed ipſe præmature tulit, non expectato reſponſo. Concludit poſt Bald. & Salycet. Barbat. in dicto capitulo licet, non valere ſententiam, quia non eſt lata ſecundum conſilium ſapientis quod nondum erat in rerum natura. Facit quod notat Bartol. in l. ſecunda. C. de edendo. vbi concludit non ualere ſententiam iudicis, eſto quod ſit bona & recte lata, niſi videat ipſa acta. Facit quod notat idem Bartol. in l. quæro, de eo qui pro tutore, ff. vbi vult quod ſi iudex delegatus tulit ſententiam ſi ignorat ſe eſſe delegatum non valet. Facit quod notat Bartol. in l. ſed ſi de ſua. de acquirend hæreditate. ff. adde eundem Bartol. in l. hæc autem in § non defendi. ex quib. cauſis in poſſeſſionem eatur. ff. vbi concludit quod ſi iudex pronunciat contra uerum contumacem, aduerſarium eſſe mittendum in poſſeſſionem priuſquam ſibi conſtet de contumacia, quia iudici nunctus nondum retulerat contumaciam, proceſſus eſt nullus, quia nõdum conſtat iudici de contumacia, quia ad hoc ut quis puniatur tanquam contumax, oportet quod conſtet iudici, per illum textum in uerbo liquere prætori. Sic dicit idem Bartol. tenere Innocent. in capitulo prudentiam, de officio delega. Ac refert ſic ſe conſuluiſſe in contingentia facti in perſona iudicis generalis ducatus Spoleti. Et cautela eſt ſecundum eum quod ponatur in actis. viſis citatione & contumacia dicti talis pronunciamus talem eſſe mittendum in poſſeſſionem. Tu adde Bartol in l. multum, de conditio. & demonſtratio. ff. vbi idem tenet ut prius. Et adiicit, quod ſi iudex ſciebat contumaciam ſed credebat diem feriatam, cum non eſſet, talis error non uitiat, cum non ſit ſuper principali, ſed ſuper quodam adminiculo.

Concluſio XVI.

LEgati in prouincia ſibi decreta poſſit facere ſtatuta, hæc concluſio probatur in capitulo finali iſto titulo. Ratio quia condere ſtatuta eſt iuriſdictionis Innocen. in capitulo cum acceſſiſſent de conſtitut. Et ſic eſt quod legati habẽt ordinariam. ad hoc bene facit textus in l. forma in de officio præfec. prætorio C. his obſtant duo. Primo quod facere legem ſpectat ad ſolum principem in l. fin. de legi. C. tu dic poſt gloſ. in l. prima, quod quiſque iur. ff. quod ſolus princeps facit legem vniuerſalem ſed inferiores, ut in caſu noſtro poſſunt facere localem. Et illa gloſ. ſecundum Bartol. eſt notabilis & menti tenenda. Secundo obſtat, quod habetur in l. programmata. commina. vel epiſtolæ. C. in l. ſecunda, de decur. C. lib. 10. in l. ſecunda, de decre. ab or. fa. ff. in l. ſi quid extraordinarium. de lega. C. quæ iura probant, quod inferiores non poſſunt facere ſtatuta niſi conuocato collegio decurionum, aut niſi a ſuperiore confirmentur, propter hæc, tu recurre ad Bartol. in l. omnes populi. in quarta quæſtio. ff. de inſtit. & iur. ad eundem in l. prima allega. ubi in effectu concludit tria. Primo quod maiores iudices, ut reges, ſenatores quoque & præfecti prætorio, qui æquiparantur regibus, ut notat glo. in l. prima, de offic. præfec. prætorio, hi poſſunt facere ſtatuta & conſtitutiones, ut in l. non ambigitur. de legi. ff. in l. forma allega. & idem tradit idem Bartol. eſſe in legato de quo loquimur, ut in capitulo finali, allega. iſto titulo. Secundo poſſunt facere legem iudices & magiſtratus, qui non ſunt de ſublimioribus modo habeant dignitatem perpetuam, ſeu ad uitam comites & marchiones in eorum terris, & epiſcopi in ſuis dioceſibus faciunt ſtatuta ſinodalia. in capitulo ſecundo, de maioritate, & obedient. capitulo ſecundo, de conſtitutio. in ſexto, & hoc uult dicere textus in authent. de ſtatu. contra libert. eccleſiæ induc. in eo quod dicit rectores & poteſtates poſſe facere ſtatuta, nam qua ratione imperator qui eſt dominus uniuerſi facit legem uniuerſalem, ita qui ſunt domini in parte. Tertio legem poſſunt facere, hi qui habent iuriſdictionem ad tempus, & hi ſi volunt ſtatuere conuocato conſilio, & proceribus ciuitatis poſſunt, l. prima, allegata quod quiſque iur. Et ita ibi ſentit gloſ. quod ſi uelint ſoli facere non poſſunt dicta l. programmata, bene poſſunt (ut fatetur Bar.) facere legem pro toto tempore iuriſdictionis ſuæ ſecundum exigentiam factorum, utpote quod nullus nobilis intret plateam, quod nullus trahat frumentum de ciuitate aut portet arma. ſiue nullus uadat ad ſalarium, ſeu ſtipendium de nocte, & ſic de ſimilibus, hęc probantur in l. fin. de officio præfect. vrbis ff. in l. cum nauicularium, de naufrag. C. lib. undecimo.

Adde his quod notat Bart. in l. ſi quid extraordinarium allegata, & latius in dicta l. omnes. quod populus, liber qui habet omnem iuriſdictionem, vel conceſſam a principe, vel pręſcriptam poteſt ſtatuta facere non expectata alterius auctoritate ad hoc, dicta l. omnes populi. Et hoc ſuadetur inſtar conſuetudinis quæ prouenit ex tacito conſenſu populi, ad quam, iuxta no. in l. de quib. ff. de leg. non requiritur conſenſus principis. At populus qui nullam habet iuriſdictionem, vt ſunt uillæ & caſtra quæ ſubiacent alicui ciuitati uel domino non poteſt ſtatuere ad cauſarum deciſionem. Et ſi ſtatuit auctoritate ſuperioris valet in l. finali, de teſtament. C. vbi conſuetudo ruſticorum eſt ſeruanda, quia princeps uel populus cui illi ruſtici ſubditi erant approbauit, facit capitulum cum Mar. & capitulo cum acceſſiſſent. de conſtitutio. ſic loquitur dicta l. ſi quid extraordinarium. fatetur Bartolus talem populum ſtatuere in his quæ

eptinent ad ſnorum bonorum adminiſtrationem, vt de nõ exponenda communi pecunia, vel in talem eapendenda vſum, & ualebunt ſtatuta niſi eſſent ambitioſa, ut in l. prima, & l ambitioſa. de decret. ab ordin. faci. ff. addit idem Barto. populum in his, quibus habet limitatam iuriſdictionem, ut ſecundum eum ſunt caſtra in Marchia, ſtatuta facere poſſe. Et ſunt hęc noranda, quæ etiam poſt Bar. in parte retulit Bald. in l. i. quod quiſque iur. ff. & moderni maxime Barb. referunt in d. cap. fin. iſto tit.

An autem vna pars ciuitatis, vtpote vnum (vt ita dixerim) quarterium, ita loquitur Bart. poſſit facere ſtatuta Bart. ubi ſupra in tertia quæſtione, primę partis, ſcilicet in l. omnes allega. Et profeſſores ſeu magiſtri grammaticæ, qui habent iuriſdictionem in ſcholaſticos, ut in procemio ff. in §. iſto. & in aucten. habita. Et ſimiliter habent correctionem. in l. ſed ſi quemcunque. in §. finali, ad l. Aquil. ff. & in l. item quęritur. §. Iulia. loca. ff. ponit Bartol. loco proxime allega. quæſtio. ſexta, & adde poſt eundem Bartol. in prima, quæſtione ſecundæ principalis, quod ſtatuta quãdo fiunt a populo eſt ſeruandus hic ordo. Primo quod populus connocetur, ſeu illi qui ſunt de conſilio populi, ut notatur, quæ ſit longa conſuetudo, ſuper rubrica, & hæc conuocatio fiat auctoritate magiſtratus ſolenniter, hoc eſt ſono tubæ, vel pulſata campana, aut uoce pręconis. ita notatur in l. ſecunda, per gloſam tertiam, de decurio. C. libro decimo, & nota. in l. aliud, in §. refertur. de regu. ff. item requiritur quod cũuocetur ad curiam, uel locum conſuetum publicum, ut in dicta l. ſecunda, & dicta l. ſi quid extraordinarium, quibus conuocatis proſpiciatur, ſi duę partes ciuitatis ſint præſentes, argument. l. fin. de prædiis curialium. C. libro decimo, ibi nec ſufficit ex tabula decreta recitari, ubi Bartol. hoc idem tenet, & eſt ſenſus illius text. ſecundum eum, quod non ſufficit decretum ea tabella recitari, id eſt quod per inſtrumẽtum pulſatile uocetur uniuerſitas, ſed oportet, ut de uniuerſitate ueniant ſaltem duæ partes. Et Panormitan. in capitu. in cauſis. in tertia colum. refert in Thuſcia tota ſic practicari, quia nunquam aliquid tractarent in uniuerſitate niſi duę partes adeſſent, ſaltem conſiliariorum. Et pro his facit. l. nominationem. de decurio. C. libro decimo, & l. nulli, quod cuiuſque uniuerſitatis. ff. ſed Panormitanus in dicto capitulo in cauſis. non placet iſtud dictum Barto. quia vocati debite nolentes venire faciunt ſe per contumaciam alienos. argument. capitulo cum nobis. de electio. Et abſurdum eſt eos in numero computari, qui debite interpellati venire noluerunt gloſa in clementina quod circa de electio. ad l. fin. allegatam de prædiis curialium, dic quod habet alium intellectum, quam eum quem illic tradit Bartol. videlicet quod decretum non debeat ea tabella, id eſt per tabellionem recitari, quia hoc non eſt delegabile. ad l. nominationem. & l. nulli allegatas dic quod procedunt, quando uniuerſitas non eſt rite cõgregata, tunc oportet adeſſe duas partes. At vbi eſt rite congregata, aut vt dixi ſono tubæ, aut campana, aut uoce præconis, aut alias debite, tunc reſidet vniuerſitas apud uenientes, eſto quod non conſtituant duas partes. Et per iſta defenſari poteſt poſtrema congregatio Piſana, ut in Gallos reſederit eccleſia uniuerſa, attenta negligentia aliarum nationum, quæ ſolenniter conuocatæ per contumaciam faciebant ſe alienas, de quo ſcribit Decius cõſilium expreſſum, & ego ſolemniter retuli in repetitione capitu. li licet de uitanda de electio. His adde duo. Primo quod licet canonici non poſſint in his quæ tangunt generaliter ſtatum eccleſiæ, aut iura ſui epiſcopi, ſtatuere ſine conſenſu ipſius epiſcopi, tamẽ poſſunt ſine epiſcopo facere ſtatuta, quãtum ad ea quæ concernunt ſingularia iura ipſorum, puta, quod certis modis quotidianas obuẽtiones diſtribuant, ſeu quod euocentur ad capitulum, aut uoce præconis, aut per ſonum campanæ, ſiue quod certis diebus non uocati ueniant. Iſta eſt gloſa reputata ſingularis. in capit. conſtitutionem, in verbo ſtatutum, de uerb. ſign. in ſexto.

Secundo adde quod licet valeant ſtatuta contraria legibus, tamen non valent contraria canonibus. Quæ autem ſit ratio. Imola in dicto capitulo finali, allegato. Addit duas rationes.

Prima quæ eſt Anton. quod populus ideo poſſit, quia habet a iure gentium, ſed imperator habuit a populo. l. ſecunda, §. deinde. de origin. iur. ff. ideo poteſt ſtatuere contra ius commune.

Secunda ratio eſt eiuſdem Imolæ, quod populus poteſt ſtatuere contra ius, propter poteſtatem ſtatuendi conceſſam & approbatam per imperatorem. Sed hæ rationes meo iudicio non concludunt.

Primo quod eſto, quod populus habuerit poteſtatem a iure gentium, tamen hæc poteſtas hodie nulla remanſit, ex eo quod in principem omne imperium tranſtulit. Secunda ratio Imolæ non concludit, cur hoc fuerit, quod imperator populo dederit poteſtatem condendi ſtatuta. Præterea ex iſtis non apparet, cur ſit quod viris eccleſiaſticis non datur poteſtas ſtatuendi contra canones. Mihi autem præcæteris videtur Panormit. aſſignaſſe ſufficientem rationem in capitulo finali, in quinta colum. de conſuetudine. Quia ius ciuile inquit rendit in bonum publicum & in utilitatem priuatorũ. vnde ſi populus uult ſibi præiudicare contrariã legem condendo, imperator non curabit, quia populus poteſt in hoc renunciare fauori ſuo. argument. l. ſi quis in conſcribendo, de pact. C. cap. ad apoſtolicam de regula. Item quia mores hominum ſunt diuerſi, & unaquæque prouincia abundat in ſuo ſenſu, capitu. quia diuerſitatem, vbi gloſa in principio de conce. præbend. capitulo utinam, 77. diſtinctio. voluit ergo, & permiſit princeps, ut unuſquiſque de populo poſſit ſtatuere in his quæ non eſſent contra ius publicum, aut quæ ab honeſtate non deuiarent, & quæ non eſſent ſibi reſeruata, Sed ius canonicum principaliter dirigit in Deum, vnumquemque, & concernit bonum publicum eccleſiaſticum, vnde ſtatutum illi contrarium eſſet temerarium, & ambitioſum, & fini æterno aduerſum. Qui quidem finis æternus eſt inuiolabilis. Itaque non potuit papa etiam viris eccleſiaſticis dare poteſtatem ſtatuendi contra canones. At ſi dicatur qua ratione ualet conſuetudo contra canones, modo ſit rationalis & legitime præſcripta. vt in capit. fin. de conſuetudine. Ergo debuit valere ſtatutum contra canones, pręſertim quod conſuetudo inſurgit ſolum ex tacito conſenſu populi, & ſtatutum ex conſenſu expreſſo. Dic poſt Panorm. quod toleratur conſuetudo contra canones, quia inſurgit ſolum ex tacito conſenſu, & in ea inducenda non præſumitur tanta ambitio.

Item maius ſcandalum ſuboritur ex conſuetudinis reprobatione cum in ea concurrat tacitus cõſenſus & longi temporis continuatio. Quomodo autem ſtare poſſit quod duo contraria ſubſiſtere poſſunt & rationabilia, videlicet quod canon ſit rationabilis, vt eſſe debet, capitu. erit autem, quarta diſtinctio. Et conſuetudo contraria, rationabilis erit. dic ut Panormitan. notat in capitulo fin. allegato. Nunc ad concluſionem noſtram qua de ſtatutis legatorum adijci poſſunt ſeptem declarationes.

Prima declaratio, legati non poſſunt facere ſtatuta contra ius ſicut nec epiſcopi. de quo Ioan. A... d. in capitulo finali, de officio archipresbiteri. Tu tamen adde quod poſſunt facere ſtatuta præter ius, ſic Bald. in dicta l. omnes populi, utpote adiuuando ius commune, vel illi pœnam adijciendo ſic gloſa in clement. ne Romani. ſic Bald. in capitulo finali, allegato iſto titulo. Ac ut ſupra proxime dixi poſſent ſtatuere contra ius ex magna cauſa non præuiſa ueriſimiliter per canonem, ut poſt eundem Bal. tenet Panorm. in capit. at ſi in §. de adulteriis. in 3. col. ubi late moderni de iudic.

Secunda declaratio vt quicunque legati poſſint facere ſtatuta, patet ex text. dicti capitu. fin. qui loquitur generaliter. Item quia facere ſtatuta eſt iuriſdictionis, & facere ſtatuta eſt iuriſdictio in genere ſumpta, ut patet ex diffinitione poſita per gloſam tertiam in l. prima, de iuriſdictionem omnium iudic. ff. & Bartol. in l. omnes populi. in prima quæſtio. principali. de iuſtit. & iure. ff.

Tertia declaratio, quod huiuſmodi ſtatuta ſint localia & non excedant limites iuriſdictionis, cum ut dixi ſtatuere ſit iuriſdictionis ad hoc l. fin. de iuriſdictio. omn. iudic. ff. capitu. fin. de conſtitut. in ſexto.

Quarta declaratio ut ipſi legati ſoli poſſint ſtatuere in ſpectãtib. ad ſuam iuriſdictionem. Ideſt non requiſitis prelatis prouincię vel populo, ſic poſt Innoc. Pa. & Imo. in cap fin. allegato. Innocent. in cap. ueſtra, de locat. credit tamen Barba. quod ſi ſtatutum fiat a legato in cõcilio prouinciali, quod requiratur conſenſus prælatorum illic aſſiſtentium. Simile eſt in capit. primo, de ſponſal. de papa qui facit conſtitutionem de approbatione concilii. Et refert ipſe Pet. de Anch. in repetitione cap. canonum ſtatuta. in 9. quæſt. principali, de conſtitu. intelligere de ſtatutis editis in concilio prouinciali.

Quinta declaratio, vt legati poſſint etiam ſtatuere in arduis. ſic Barbat. in dicto cap. fi. qui adducit gloſam quam dicit peregrinam, in §. po... diſtinctio.

Sexta declaratio, vt legatorum ſtatuta ſint perpetua, ita probat text. in capitulo finali, allegato. Nec obſtat tex. in l. finali, de penis. ff. vbi pœna appoſita per magiſtratum temporalem durat ſolum ad tempus officii, quia hoc verum eſt in ea quæ fuit lata ſine cauſæ cognitione. Quia ſi cauſa cognita lata eſt, durat perpetuo. l. prima, de poſtul. C. ſtatuta autem & ll. fiunt cauſa cognita cum matura deliberatione. in l. finali, de legi. C. in authen. habita. ne filius pro patre. C. unde ſecundum Barbat. attentari poſſet, & eſt magna reſtrictio ad capitulū finale, allegatum. Quod ſi ſtatuta eſſent facta ex abrupto & ſine cauſæ cognitione quod non eſſent perpetua. Ad hoc facit ſecundum eum vnum ſingulare dictum Baldi in l. programmata commina. vel epiſtolæ, ubi vult quod ſi præſes prouinciæ ſcripſit per communitates, prẹſidatus, comitatus, quod nullus extrahat triticum extra diſtrictum, & ſi quis contra fecerit pede mutiletur. quod faciens contra non mutilabitur pede, quia ſtatutum debet fieri cum matura deliberatione conſilii. Et ut ſtatutum habeat vim ſententiæ diffinitiuæ debet fieri pro euidenti bono publico, & cum auctoritate conſilii non feruore aut impetu, & impetus ſecundum eum eſt quædam ſtolidatas.

Septima declaratio eſt, quod ſtatuta a legato facta non indigent confirmatione. ita Barba. in dicto capitulo finali, per illum textum. Nec obſtat quod in capitulo primo, de locat. Statutum factum per epiſcopum Tuſculanum apoſtolicæ ſedis legatum, fuit a papa confirmatum. Quia ille text. ponit contingentiam & narrationem facti, non iuris miniſterium. Vnde referente Barbat. in dicto capitulo finali, refert Angelus in l. apertiſſimi. de iudic. C. quod cum Aegidius Hiſpanus, Cardinalis Sabinen. conſtitutiones, quas fecerat in prouincia Romandiolæ, in qua erat legatus, feciſſet confirmari, hoc dicitur feciſſe ex abundanti, non enim erat hoc neceſſarium. Nec ſequitur, ſtatutum confirmatum fuit ergo prius non erat ualidum. Nam ſtatutum validum interdum confirmatur. ut probatur in l. ſi quos. de decur. ubi Bartolus hoc firmat. & habetur in capitu. primo, & ſecundo, de confirm. vtili. per ſcribentes.

Cæterum quia in ſuperiore ſexta declaratione dictum eſt, quod ſtatuta a legatis ſunt perpetua. Sed difficultas maxima inſurgit, an actio pœnalis quæ ex illis reſultat, ſit etiam perpetua. Sed pro deciſione dubii operepretium eſt ſcire, an ſtatuta huiuſmodi legatorum ſint ius ciuile, an ius prætorium. de quo Bartol. tangit in dicta l. omnes populi. in quinta quæſtio. principali. quæ eſt colum. 16. idem Bartol. in l. quinta, de uerborum obligationibus, ff. idem in l. finali. de pœnis. ff. Panorm. tangit, & moderni poſt eum in dicto capitulo fin. Et in effectu hi omnes concludunt quod actio ſit temporalis, & annalis ut actio ſurgens a iure prætorio eſt annalis. in § primo, de perpe. & tempora. acti. inſti. & in l. in honorariis. de action. ff. Et idem dicunt ipſi in ſtatutis factis a Marchionibus, vel aliis principibus inferioribus. Et ſic ex ſtatuto epiſcopi, vel legati non poteſt agi actione pœnali vltra annum. At ſecus eſſet ſi ſtatutum factum eſſet a populo vel tota vniuerſitate, quia ideſt tanquā ius ciuile, & actio ex eo reſultans eſſet perpetua, hoc eſt ad triginta annos portenderetur. Et idem dicunt ipſi ſi Anciani aut Scabini ex commiſſione data a populo hoc feciſſent, quia videretur populus id feciſſe, & eſſet ius ciuile.

Concluſio XVII.

PRæſente legato a latere legatus quicunque executionem officij dimittere debet. Ad hoc facit text. in capitulo antiqua, de priuileg. vbi patriarchæ. de quibus illic non benedicunt in præſentia papæ, facit text. in l. finali, de officio proconſul. ff. vbi procōſul. ſtatim quod princeps ingreditur vrbem deponit impetium, facit quia ſacerdos non debet benedicere in præſentia epiſcopi, capitu. denique. 21. diſtinctio. Cui ultimo inquantum text. in capit. eccc. 96. diſtin. aperte aduerſatur. tu dic pro concordia poſt glo ibi quod ſacerdos non debet in præſentia epiſcopi benedicere antequam inſinuet epiſcopo, ſic loquitur tex. in dicto capit. denique. Quod ſi epiſcopus vel concedat, vel annuat, poterit ſacerdos in præſentia epiſcopi benedicere, ſic ſeruatur de facto. ita loquitur tex. ſecundo loco allegatus. His adde pro concluſione iſta textum expreſſum. in capitulo volentes. iſto titulo. Huic concluſioni adde ſex declarationes & tres limitationes.

Prima declaratio. quia textus in dicto capitulo volentes. in quo potiſſimum fundatur hæc noſtra concluſio, non eſt ut illic voluit Anton. de Butrio intelligendus de Legato nato, ſed ut Imola. tradidit, de eo qui eſt Legatus ratione miſſionis. Nā legatus natus dicitur quando priuilegium legationis eſt cōceſſum dignitati. Sic quod quilibet habens illam dignitatem cenſetur Legatus natus, vt contingit in Eboracenſi, Cantuarien. Remen. & ſecundum quoſdam Piſano. De quibus. habetur in cap. primo. iſto titulo. in capit. primo. de appellat. Sed ille qui habuit ex priuilegio perſonæ non naſcitur cum dignitate, ſed habet ex priuilegio a papa conceſſo. Tu præter Imol. ibi pondera in dicta decre. Volentes. Verba tex. dum dicit fraternitati tuæ legationis officium in prouincia duximus committendum Et idem in capitulo Mandata de præſumption. in verbo. proinde apoſtolicæ ſedis vices ei miniſtrare decernimus. Et tu etiam adde quod glo. fin. in capitulo excommunicatos. eodem titulo intelligit ꝙ in illa decre. Volentes. fuerit commiſſio perſonalis.

Secunda declaratio, vt Legati tam miſſi quā nati, poteſtas ſuſpendatur præſente Legato a latere. Sic Ioan. And. in dicto capitulo volentes. & ſequitur ibi Panor. in finalib. verbis. Non obſtat ꝙ Card. dicat hoc nō procedere in Legato ratione dignitatis, cum ipſe ſit perpetuus, ſed tu ſequere primum. Et fortius in Legato nato qui cum ſit perpetuus, ſi eius poteſtas præſente Legato a latere non ſuſpenderetur, eſſet ſibi in utile officium legationis, Præterea ſtringit tex. in ca. volentes. in uerbo. pro ſedis apoſtolicæ reuerentia, quæ ratio militat in vtroque legato tam miſſo, quam nato.

Tertia declaratio vt ſecundum Anto. & Barbat. in duci poſſint prædicta, maxime deciſio tex. dicti capituli volentes. Ad quæſtionem quotidie occurrentem, dum minor cum maiore incedit. Et eis occurrit aliquis exhibens reuerētiam, quod in caſu dubij, ideſt dum non apparet de mente ſalutantis ſeu exhibentis reuerentiam, videtur reuerentia exhibita non minori ſed maiori. ideo non debeat minor moueri, aut uecceſſario manum ad caputium apponere. ita dicit Anto. ſic ſæpenumero obſeruaſſe. Et refert Barbat. hoc feciſſe interdum dum per viam incederet cum illuſtriſſimo domino Reginaldo filio naturali ducis Borbonii auditore ſuo aſſiduo. limitant ipſi Anton. & Barba. niſi euidenter appareat quod reuerentia exhibita, exhibeatur contemplatione minoris, vt ſæpæ ſecundum eos accidit in ſcholaſticis exhibentibus reuerentiam doctori ſuo incedenti cum maiore, quia videntur illam præſtare doctori tanquam patri. argumento. l. liberto. de obſequijs. a liber. p atro. ff. ad hoc glo. prima. in l. prima in verbo, filios & diſcipulos. de excuſat. art. C lib. 10.

Quarta declaratio, vt Præſente legato a latere, ſuſpendatur ex toto poteſtas legati inferioris proueniens ratione legationis, & uoluntaria, & iurisdictionalis. Ad hoc ego pondero. tex. in d. c. volētes. in verbo pro ſedis apoſtolicę reuerētia, quæ verba vtrobique concludut. Item ego ſimiliter pondero. tex. ibi in uerbo omnino. quod eſt uerbum præciſum & latę ſententiæ.

Quintadeclaratio Vt, extra legationem, præſente quocunque maiore ſuſpendatur poteſtas minoris reuerentialis, & inſignialis. ſic tenet Ioan. Andre. & communiter alii in dicto capitulo volentes, ita intelligentes dictum capitulū. denique. & capitulū antiqua allegatum. At ſecundum eos non ſuſpenditur contentioſa iuriſdictio, ſic intelligunt iura in gloſ. alius capi. Volentes allegata pro cōtrariis, videlicet capitulū cccc. 95. capitulū peruenitur. vodecima quæſtione prima. l. ſo hac ęde donat. C. Adducunt etiam quod vbi de quadam pantlitaſe agitur, quæ a ſuperiore duobus habentibus iuriſdictionem conceditur, tunc ſtandum eſt diſpoſitioni maioris, vt dicto capitulo volentes, alias enim ridiculum eſſet ſi vellet minor de paritate contendere. Et huius etiam poteſt eſſe duplex ratio, prima prærogatiua reuerentiæ, quæ naturaliter ſuperioribus debetur. l. ſemper. de iure immunitatis. ff. ſecūda ratio ne pro monſtro ſit ſi videantur duo capita, contra tex. in capitulo in pleriſque de officio ordinarij. Sed tu caue quod ab hac doctrina Hoſtien. & Ioan. And. recedunt Panormit. & Barbat, Nam re uera deſtruitur per tex. in capitulo vt apoſtolicæ de priuileg. in ſexto. vbi Abbates quib. eſt conceſſus vſus mitræ non deſiſtunt eis uti in præſentia epiſcoporū licet non debeant vti ita precioſis ſicut epiſcopi. Item & ſecundo. ponderat Panor. textum in dicto capitulo volentes ibi pro ſedis apoſtolicæ reuerentia, ergo non pro reuerentia perſonæ cardinalis. Et per conſequens aliud eſt dicendum ſi nō cōcurrat ſedis apoſtolicæ reuerētia, ſed alterius. Concludit itaq; Panor. ꝙ quiſq; poteſt uti inſignijs ſibi conceſſis & exercere officium ſibi iniunctum etiam in præſentia maioris,

ris, fallit ſi eſſet præſens is qui conceſſit ut in dicto capitulo voleutes, iuata illud. An gloriabitur ſecuris contra cum qui ſecat in ea, aut eaaltabitur ſerta &c. Secundo fallit ſi aliter a iure diſponatur, vt in dicto capitulo volentes notatur. Nec obſtat, quod Hoſtieo. dicebat quod ſic erunt duo capita, ſic cenſebitur eſſe monſtrum. Nam non repugnat videri duo capita, quorum vnum ſit pricipalius reliquo. Sic dum archiepiſcopus uſitat iuxta teat. in capitulo Romana. de cenſibus, in ſexto. Et ipſe caput principale, & epiſcopus inferius caput.

Sexta declaratio colligitur ex notatis Bartol. io l. qoarta, §. ſi tam uicini, de damuo infect. ff. quod nullus excep:o Barbat. perpeudit in dicto capitulo uolentes, videlicet quod eius inquit Bartol. poteſtas qui habet iuriſdictionem delegatam generaliter, adueniente maiore ſuſpendatur. Sic idem Bartol. allegat dictum capitulum uolentes. Et quamuis ſecundum Barbat. Salycet. in l. io hac, de donation. C. ſequatur hunc intellectum Bartol. tamen Imola in dicto §. ſi tam vicinum dicit non eſſe verum. unde ego ſaluando Bartol a contrarietate, putarem lecturam Bartol. loco proxime allegato corruptam eſſe. Nam ipſe Bartol. in l. finali, de officio proconſul. ff. vbi tractat de materia aliter loquitur. Et remittit ſe ad canoniſtas in dicto capitulo uolentes. Inde ſumpta occaſione. Tu aduerte, quod ſicubi doctores, præſertim illi monarchæ deprehenduntur ſibi ipſis coutrarii aut interdum labi & titubare, non eſt io eos excandeſcēdum ut quidam faciunt garruli, indocti, temerarii, ingenio parum ſolido. Sed vel modeſte ſunt taxandi, & cum maxima honoris præfatione. Aut a contrarietatibus ſunt per ſubuaditiones ſaluādi. Siue, quod Auguſtinus ſcribit in capitulo ego, nona diſtinctione, dicendum eſt eos, vel uicio ſcriptorum deprauatos, vel ab his qui legunt non intelligi. Aut tandem exiſtimandum eſt eos fideles non fuiſſe aſſecutos interpretes. Conclusio præſens limitatur tripliciter. Primo quod adueoiente legato a latere, oon tollatur ex toto poteſtas inferiorum, ſed ſolum exercitium. Et remaneat habitus ita glo. magiſtra. in capitulo uolentes, quam ſequuntur Ioann Andr. Panormita. Imo. & Barbat. Et quis interdum habet iuriſdictionem quam non ualet exercere. Simile eſt in capitulo paſtoralis de reſcript. Item ſimile eſt de gladio materiali qui eſt habitu penes eccleſiam, licet oon ſit exercitio de quo in extrauag. unam ſanctam. Qui habitus interdum reducitur ad actum ut eſt uacante imperio. de quo io capitulo licet ex ſuſcepto de foro competen. Et ideo imperator ſuſcipit a papa penes quem eſt gladius materialis, imperii diadema & ab eodem papa deponitur, in clement. Romani. de iure. in clemen. in capit ad apoſtolicæ, de re iud. in ſexto. De quo latius ſupra dictum fuit.

Secundo limitatur hæc concluſio quando ſunt duo legati habentes poteſtatem a diuerſis, quia unus imperator, alius papa, quilibet enim poteſt uti inſigniis, & ſuum officium exercere, quia ea ſeparatis non fit illatio. l. neque natales de probatio. C. l. Papinianus exuli. de mino. ff. ita tenet Panormitan. Imo. & Barba. in dicto capitulo uolentes. Et idem ſubut Imol. ibi. ſi ab eodem eſſent dati ad diuerſa tamen. Et Dom. Andr. Barbat. ibi poſt Cardinalem ſi minor ignorabat aduentum maioris.

Tertio limitatur, vt quamuis poteſtas legati minoris proueniens iure legationis ſuſpendatur præſente legato maiore tameo non ſuſpenditor poteſtas ordinaria. Sic Barbat. in capitulo volentes. Et ratio eſt, quia facilius ſuſpenditur poteſtas, quę prouenit a iure ſpeciali, quam ea quæ a iure communi. argument. l. eius militis, § militia miſſus. ff. de milita. teſtamento. ff. & ſecundum Bartol. in dicto. §. ſi tam vicinum. de damno infecto. ff. & io l. finali, de officio proconſulis. ad hoc facit. l. cunctos. de metatis. C. libro duodecimo, vbi gloſa inducit contra legatos curiæ Romanæ, qui hoſpitantur in domibus epiſcoporum, & aliorum his epiſcopis aut prælatis præſentibus, quia vt vult ibi Ioann. de Pla. Neque debent illic habitare, nec eorum iuriſdictionem perturbare, ad hoc facit l. nihil omnino. de pala. ſacra largi. C. libro duodecimo, nbi gloſa dicit quod archiepiſcopus. Epiſcopum io ſua diœceſi honorare debet. Ideo archiepiſcopus non poteſt ſibi conſtituere officiales io diœceſi ſuffraganeorum etiam pro futuris cauſis per appellationem ad eum deuoluendis, niſi ſecus ſit de conſuetudine capitulo Romana. de officio ordinar. in ſexto, ad prædicta facit text. in §. nolli. de defen. ciuitatum collat. tertia, ubi defenſor non amittit iuriſdictionem præſente præſide. Facit l. data. de donat. C. ubi donatio. inſinuatur coram magiſtratu inferiore, licet ibi ſit rector prouinciæ. Ad hoc quod ſolet dici de rege qui propter regiam dignitatem in certis partibus regni, non perdit titulum ducatus, aut comitatus. Sic Bartol. in dicto §. ſi iam uicinum. Idem l. ſi quando. de appellatio. C. idem in l. prima, §. ſi quis appellatione. ff. eodem. Et ea his infertur ad pulchram & quotidianam quæſtionem, quando in perſonam alicuius concurrunt poteſtas ordinaria aut delegata ſi talis iudicat in cauſa an cenſeatur feciſſe tanquam ordinarius an uelut delegatus.

Sic quando is in quem eſt compromiſſum, pronunciat. An tanquā arbiter dicatur feciſſe, an uelut arbitrator. Et Barbat. in illo dubio in dicto capitulo uolentes refert, & Baldus in locis per eum allegatis Et ſimiliter Petrum ſibimet fuiſſe contrarios. Et ip.e Barba. concludit in caſibus per eum præmiſſis. Primo recurrendum eſſe ad acta, ſeu ſententias, ſeu eos interrogandos qui affuerunt tempore ſententiæ, vt appareat de motu iudicantis, iuxta gloſam primam, in fine, ſui in l. prima de iudic. ff. & iuxta gloſam ſingularem in l. ſi prætor. §. Marcellus, in uerbo approbantem, eodem titulo. Quibus non apparentibus credendum eſt ſecundum eundem Barbat. quod iudicauit tanquam ordinarius. Ad hunc facit, quia io caſo dubii uidetur quis elegiſſe uiam per quam iudicium ſuum reddatur firmius. l. tertia, de mili. teſtamento. Et ubicunq; concurrunt remedium ordinarium & extraordinarium, propter præſentiam ordinarii ceſſat extraordinarium, de quo Bartolus io l. prouinciali. de nou. operis nunciatione. ff. Hanc partem tenet Specul. titulo de arbitr. § ſequitur, verſicu. ſed pone, idem Bald. in capitulo finali, de re iudicata.

His adde quod mandatum papæ ordinario directum ſolum excitat ordinariam, in capitulo licet, de officio ordinar. Et maior dignitas ſuperueniens ſi eſt compaſſibilis cum prima uenit per modum accumulationis, oon per modum extinctiuum argument. capituli cum inter uniuerſas, de electione. Nec obſtat quod Petrus de Aocharan. ſibi ut dixi contrarius, ponderat in cōtrarium. textum dicti capituli uolentes, hoc modo. Cum delegatus inquit in cauſa delegata ſit maior ordinario capitulo ſtuduiſti. de officio delega. Tunc ſecundum eum delegata videtur eſſe potius io conſideratione quam ordinaria quæ eſt minor. Quia tu dic quod Petr. male aduertit ad textum illum, volentes. Quia loquitur, quando duę qualitates maior & minor concurrunt in diuerſis perſonis, puta, quia unus erat de latere, alius non. Sed quæſtio præmiſſa procedit quando io eiuſdem perſona concurrunt ordinaria & delegata.

Per dationem ſecundi legati non reuocatur primus, ita poſt gloſam in capitu. ſecundo 25. quæſtione ſecunda tenent Panor. & Imo. in dic. c. volentes. Idem tenet Anto. & card in capitulo fin. de offic. vica. pro hac parte facit text. dicti capitu. uolentes dum vult quod minor in præſentia maioris debet ſuperſedere, & ſic non tollitur, ſed ſolum ſuſpenditur poteſtas. Secundo facit, quia per dationem ſecundi tutoris non reuocatur primus, ſed ambo erunt tutores. l. ſecunda de teſta. tute. C. Et inquantum Cal. in dicto ſi. oppoſitum firmat, quem ſequitur Barb. In dic. capitulo volentes. tu dic non obſtare eorum fundamenta. Primo dum arguit a ſimili quod per dationem ſecūdi procuratoris reuocatur primus iuxta notata. in l. ſi quis cū procuratorio. § fin. ff. de procurato. Sed dic quod argumentum a ſimili nō ſemper procedit, quia ſaltem in eo ad quod fit collatio requiritur ſimilitudo, ut notat Panormi. in capitulo tranſlato, de conſtitut. Et argumentum ab æquiparatis corruit dando inſtantiam, & nullum ſimile eſt idem in l. quod nerua depo. ff. Item per dationem ſecundi procuratoris reuocatur primus, ideo, quia tales poſſent ſe concurrerēt, ſe impedire mutuo concurſu, & quod unus affirmaret interdum alius negaret iuxta notata in capitulo penul de electione, in ſexto. Sed in legatis qui habent ordinariam ſecus, quia per eos conſulitur reipublicę. in l. vnica, de officio conſulis, & in habentibus ordinariam locus eſt præuentioni, ut ibi Bartol. Secundo non obſtat quod idem Cal. reſtringit mirabiliter text. dicti capituli volentes, in legatis diuerſæ ſpeciei ſecus ſecundum eum ſi eſſent eiuſdem, nam hæc reſtrictio mihi non placet, nec eſt bona diuerſitatis ratio. nam licet legatis a latere debeatur maior reuerentia quam aliis, tamen non habent diuerſum legationis officium.

Item ſi dando ſecundum legatum de latere non cenſeatur primus eſſe reuocatus. A fortiori per dationem ſecundi non cenſetur poſt æqualiter reuocari. argumen. dictę authen. multo magis, de ſacro ſanc. eccleſ. Tertio dum Barbat. ponderat text. in capitu. ſecundo, illo titulo, qui textus dicit legatos in certis prouinciis, quaſi ſecūdum eum ille tex. reſpiciat legatorum pluralitatem in pluralitate prouinciarum, & ſic dicit ipſe in qualibet prouincia debet

ſolum eſſe unus legatus, quia tu dic primum quod illa inductio facit maximam uiolentiam in litera, & eſt argumentum a remotis, nam meo iudicio proxime & proprie probat ille textus, qui loquitur in plurali, quod legati plures poſſunt eſſe in certis & eiſdem prouinciis. Quarto non obſtat, quod legati dicantur eſſe principes in prouincia ſibi decreta, ſed pluralitas principatuũ eſt mala, vnus ergo princeps, quia expedit per unum reipublicæ conſuli, ſed argumentum concluderet quando impedirent ſe per concurſum, ſed poteſtas minoris ſuperſedet præſente maiore. Et ſi dicatur quod poſſunt eſſe legati eiuſdem ſpeciei, tu dic ꝙ ad huc firmius erit iudicium, quod plurimorum roborabitur ſententia. cap. prudentiam. poſt principium. cum glo. de officio deleg. Et per ampliores homines perfecta veritas inuenitur. l. fin. de fideicommiſ. C.

Concluſio XIX.

LEgatus a latere poteſt conferre beneficia, alij non niſi habeant ſpecialiter mandatum, text. eſt in capit. primo, eodem titulo, in 6. Et ſi obiiciatur de decre. literas de ſupplen. neglig. vbi legati qui non erant cardinales ut apparet ex ſubſcriptione, beneficia conferebant, dic metu contrarii quod habebant ſpeciale mandatum. ut patet ex tex. ibi auctoritate noſtra.

Hæc concluſio recipit quatuor declarationes. Prima quod legato a latere currit ſemeſtre tempus datum ad conferendum cum ſit ordinarius in prouincia ſibi decreta, ſic Lap. & Imo. in clemen. ſi de beneficio. de præbend. & cardin. ibi in quinta quæſtione. Licet autem ſibi curat tempus, tamen poterit conferre quamdiu prælatus ſuæ legationis iure proprio, vel deuoluto conferre poteſt. Sed poſtquam eſt deuoluta collatio ad prælatũ extra ſuam legationem, ex ſua & aliorum negligentia inferiorum a papa, tunc conferre non poterit donec ſit facta deuolutio ad papam. dicit autem Imol. poſt Anton. in capit. ſecundo, de conce. præben. Quod legatus natus ratione dignitatis ſi ad eum deuoluitur poteſtas conferendi ex negligentia inferiorum habebit unum ſemeſtre tantum, nec habebit vnum tanquam legatus, aliud tanquam archiepiſcopus, quia non poteſt ſupplere negligentiam ſui ipſius, ſicut nec quiſquã a ſeipſo poteſt appellare, querelare, nec in facto proprio auctoritatem præſtare, capit. ſecundo, de conſuet. in ſexto, capit. Romana. in principio, de appellatio. in ſexto. His adde text. in capitulo licet, de ſuppl. negl. præla. qui text. loquitur de archiepiſcopo Eboracen. qui eſt legatus natus ratione dignitatis, & ei datur unum ſemeſtre quo lapſo ſtatim fit deuolutio ad papam. His adde quod ſuperior ad quem fit deuolutio ex negligentia patroni clerici non habebit vnum ſemeſtre, ipſius patroni clerici & aliud tanquam ſuperior, ſed ſolum vnicum ſemeſtre, & eadem quæſtio eſt in deuolutione, quæ fit de patrono laico, & hęc opinio eſt tutior, ut totum expediatur vnico actu, ne diu vacent beneficia, ſcilicet per viam collationis vnicæ non per diuerſas. pro quo videtur text. in capitulo ſecundo, de ſuppl. negligen. in fine, exponendo per verbum ordinare pro totali prouiſione. His adde quod ſolet dici, de ſuperiore cui iure proprio & ordinario ſpectat confirmatio totum expediet unico actu, ſcilicet collationis, non diuerſis, ſcilicet electionis & confirmationis. His etiam adde quod inquantum text. in capitulo vnico, de iure patrona. in ſexto, eccleſiæ qui laico patrono ſucceſſit dat unum ſemeſtre, tũc Io. And. Doct. & Fran ibi decidunt, quod lapſo menſe infra quem iuxta tex. in capitu. ſtatutum, de præbend. in ſexto. Beneficia vacantia in curia ſunt conferenda per papam, inferiores ad quos deuolutio eſt facta habent ſemeſtre integrum. Pro quo facit, quia duæ res vnitæ retinent priuilegium, quod ſingulariter habebant. l. ſecunda, communia. & mutata conditione perſonæ ſtatum rei conuenit mutari. l. cum quis. in principio, de ſol. ff. ad hoc. l. Paulus. alias eſt. §. ſub. l. ſi pupillus. de acquiren. hæredit. ff. ad hoc. l. prima, §. quibus. & §. ſequen. de acquiren. hæreditate. ff. de executore papæ quantum tempus habeat ad conferendum gloſ. pragmaticæ. §. item circa. in uerbo reſpectiue. de collat. effundit multa verba, neque adhuc plene veritatem pertingit. Dic breuiter, quod quando executor habet poteſtatem prouidendi de beneficio ad cuiuſcunq; collationem pertinente. & tempus acceptationi non adiicitur iuxta tex. clement. unicę in verbo ſecus. de conce. præbend. vel ſi eſſet deuoluta poteſtas ad papam non arctatur ad conferendum intra ſemeſtre. ſecus ſi habuiſſet executor poteſtatem prouidendi de beneficio pertinẽte ad collationem capituli, tunc debet prouidere quamdiu durat poteſtas capituli. Et facta deuolutione ad epiſcopum quamdiu durat poteſtas epiſcopi. Sic poſt gloſ. in clement. dicta ſi de beneficio, tenet Imol. in capitulo ſecundo, de conceſſ. præbend. Et ante compo. in decre. capitulum in glo. magna. in quarta cat. uerſic ſed nun quid. Et tu pondera glo. præallegatam in dicta clemen dum loquitur circa medium de executore, qui confert vice papę. Quod ſecus ſit in executore inferioris, cui indiſtincte currit ſemeſtre, ſic Fre. in tract. permuta. quæſt. 29. ad hoc in arg. c. ſi compromiſſarius. de elect. in 6.

Secunda declaratio, legatus beneficia quæ ex legato alterius prouinciæ quam ſuę deuoluuntur ad prælatum prouinciæ ſuæ conferre non poteſt. Et quamuis Anton. & Imo. in capitulo ſecundo, de conceſſio. præbend. Dicant hoc non eſſe ſine dubitatione, & nihilominus gloſ. pragmaticæ in §. item circa. in uerbo legatorum. de collationibus, teneat abſolute quod poſſit, mihi ut prius uidetur quod non poſſit. Et primo moueor hac ratione, quia licet in beneficiis, quæ iure proprio ſpectant ad collationem epiſcopi capitulum ſuppleat negligentiam epiſcopi, ſecus eſt ſi ex accidenti, quia in illis non cẽſetur communitas inter capitulum & epiſcopum. Secundo facit clemen. ſi de beneficio allegata, vbi ſi impetraui prouideri de beneficio pertinente ad collationem epiſcopi nõ poteſt prouideri mihi de beneficio, cuius eſt facta deuolutio ad capitulum. Tertio facit, quia ad ponderandum naturam actus debet attendi origo rei non accidens. l. tutor. de fideiuſſo. ff. & l. ſi filiusfa. ad Macedon. C. l. in venditionibus. de contrahen. emptio. ff. Quarto facit quod idem glo. pro ſe adducit, ſed contra eam retorquetur, quia capitulum uacante ſede non ſuccedit in poteſtate conferendi iure deuoluto ſicut nec iure ordinario. Ioan. Andr. in capit. quanquam. de elect. in 6. Panor. in capitulo cum olim. de maiori. & ob edien. Fundamenta gloſatoris pragmaticæ non obſtant. Primo dum dicit legatus accumulatiue concurrit in collatione beneficiorum cum ordinariis ſuæ prouinciæ. cap. 1. iſto tit. in ſexto, Quia hoc debet intelligi de beneficijs, quæ ad illos ordinarios ſpectant iure ordinario, & quæ ſunt ſita in prouincia, poteſtas enim legatorum in beneficiis eſt extraordinaria, id eſt extraordinario modo inducta, ideo reſtringenda gl. penulti. in clementina ſecunda de offi. in ſexto. Item cum legatus ante deuolutionem beneficium non potuiſſet conferre, ſic nec facta deuolutione ad prælatum ſuæ prouinciæ, non enim ex perſona prælati prouinciæ, Prima beneficii conditio mutari debet. ar. l. ſecundę. §. ex his. de uerbo. obli. ff. l. cui fundus de condi. & demon. ff. Secundo non obſtat, quod idem gloſator ſcribit idem iuris eſſe debere in acceſſorio, quod in principali & deuolutio eſt additamẽtum ad collationem, tu dic hoc poſſe procedere in beneficio, quod eſt infra limites prouinciæ legati. Item illa regula quod acceſſorium ſequatur. &c. non ſemper eſt vera, patet in capitulo debitores. & capitulo cum contingat. de iure iu. in 6. capitulo licet. eodem titulo in ſexto. Autenti. ſacram. ſi aduerſus vendi. C. Auten. liberi furioſi. de epiſcopa. aud. C. Et patet etiam in aliis iuribus relatis per glo. in regula acceſſorium. Tertio dum idem gloſator allegat quædam iura ad probandum non inſpiciendam eſſe originem ſed finem. l. 3 § idem ſcribit de pecu. ff. in uerbo ꝑinde non originem iudicii ſpectandam. Et a fine res denominatur. l. ſtipulatio. §. opus. de no oper. nunci. ff. in verbo. ſed ſi proponatur inſtar quoddam operis quaſi facies. capitulo maiores. §. ſed & ad hæc de baptiſmo. Et finis deſignat qualis res ſit cenſenda. capitu. fraternitatis. de frigidis. Adde Ioannem Andream in capitu. ſecundo de no. oper. nunciatione qui ꝑducit Hieronymum Epiſtola ad Furiam. Non quæruntur in chriſtianis initia, ſed finis, Paulus male cępit, bene finiuit, Iudę proditoris laudantur exordia, ſed finis proditione damnatur, hoc eſt quod ſolet dici, finis coronat. Tu adde quod notat gloſa in capitulo primo. de renuncia. ubi Ioannes Andreas adducit Hieronymum Epiſtola ad Lucinium. Cœpiſſe multorum eſt, ad culmen perueniſſe paucorum. Sic ſecundum gloſatorem prædictum. Licet legatus ante deuolutionem inſpecto principio non potuiſſet confere. Tamen poterit inſpecto fine quo inuenit beneficium ad prælatum ſuę ꝓuinciæ delatum. Cum ſecundum eum ex mutatione perſonæ ſequatur mutatio ſtatus rei. l. Senatoris filium, de Sena ff. Sed iſtud non obſtat, quia vt ſupra dictum eſt ex mutatione perſonæ non debet mutari cõditio beneficii. Et inquãtum ipſe adducit iura ex quibus probat ſpectandum eſſe finem. Ego dico, ꝙ ex iſtis Brocardicis, quibus multi vel ingenio parum ſolido aut nondum in iure exercitati, ſolent frequenter uti, quod non poteſt ſummi perfecta regula neque doctrina.

Nam in contrarium adduci poſſent iura ꝗ dicunt medium eſſe ſpectandum. de quibus per glo. in cap. Scientes. de cenſi. quæ

allo-

allegat illa carmina. Cum media tantum dilexi ludere forma. Maior enim mediis gratia rebus ineſt. Glo. refert in cap. quærenti. de offi. deleg. Item ex aduerſo adduci poſſent iura quę dicunt finem eſſe ſpectandum. de quibus per glo. in ca. dudum. l. prima. de elec. vbi dicebat Hoſt. quod in hac materia non poteſt dari certa regula ſeu doctrina, cum diſcurrat peruarios caſus ſecũdum varietatem caſuum occurrentiũ, quandoque ſpectatur principium, nonnunquam medium, interdum finis. Addebat Panor. quod vbi actus recipit eſſentiam in initio dicitur ſpectari principium, ſi in medio, medium, poſtremo finis ſi aſſumit ſubſtantiam in fi. Sed in propoſito deuolutio non potuiſſet eſſe facta ad prælatũ prouinciæ, niſi inferior qui non eſt de prouincia legati ceſſaſſet, Igitur principium debet inſpici, maxime hoc procedit quando beneficium non eſt ſitum in prouincia, quia tunc deficit extremum, ad quod. Quinto, dum idem Gloſator adducit textum in clemen. ſi de beneficio, tu dic quod prima pars facit pro opinione præcedente quam tenemus, & ſecunda pars quam pro ſe citat idem gloſator, ſolum probat probat pro eo in argumentum, quod inſtar executoris poſſit legatus cnoferre beneficia, quorum eſt facta deuolutio ad collatores, ſed hoc eſt intelligendum de collatoribus ſuę prouinciæ. Item non obſtat dictum Archi. in capitulo deliberatione prouida, qui dicebat quod legatus eccleſias collegiatas, quas reſeruare vel conferre non poteſt, tamen poſſit quando ſunt deuolutæ ad Papam, quia illud dictum eſt falſum ſecundum. Lap. & Dominicum ibi. Et fuit excuſabilis, Archi. qui non vidit illam clem. ſi de beneficio. Eadem ratione dicunt, ibi. quod non poteſt Legatus conferre beneficia extra prouinciam ſita, quæ ſunt ad ſedem apoſtolicam deuoluta per tex. ibi, qui generaliter, dicit, quod legatus nullatenus ſe de his intromittat. Item durum eſſet, quod de quo beneficio non poſſet Legatus principaliter & originaliter prouidere, quod poſſet iure deuoluto. Et per hęc eſt ſufficiẽter reſponſum ad fundamenta gloſatoris Pragmaticæ. Ego tamen recedo ab opinione ipſius per argumenta ſupra adducta, quam etiam opinionem, videntur ſequi Anto. & Imo. licet dicant in dicto capitulo ſecundo. de conceſ. præben. non eſſe ſine aliquali dubitatione. Tertia declaratio Legatus non ſuccedit in facultate conferendi beneficia quæ confert epiſcopus auctoritate apoſtolica, de quibus in clem. quia regulares. quia ipſe epiſcopus tunc confert tanquam delegatus. ad hoc glo. in dic. cle. ſi de beneficio. in uerbo, ſiue ad nos in fi. quę uult In hoc legatum inferiorem delegato. At ordinarius in caſu quo habet delegatam iudicat, ut delegatus. capitulo irrefragabili. §. cæterum. de offic. ordin. Facit quia capitulum quod alias vacante ſede, ſuccedit in iuriſditione, tamen non ſuccedit in delegata, ſic Ioan. Andr. in capitulo ad abolendam de hæreti. quia in his quæ competunt epiſcopo ex delegatione. nulla eſt inter epiſcopum & capitulum communitas, Panor. in capitulo ſcriptum. de electione idem in capitulo verum, de foro competent. Idem in capitulo his, quæ, de maior. & obedien. Et in priuilegiis dignitati epiſcopali cõceſſis capitulum non ſuccedit Ioan. And. in capitulo vnico. de maiori. & obed. Hæc tamen deciſio videtur mihi dubitabilis, nam ſi Legatus beneficia exemptorum conferre poſſit ante deuolutionem, vt glo. met fatetur in dicta cle. ſi de beneficio. in uerbo ſiue ad nos, cur non poterit conferre poſt deuolutionem factam ordinario maxime, qa poteſt conferre beneficia quæ ſunt ad Papam deuoluta. licẽ ſi Legatus huiuſmodi beneficia conferat, ordinario non infertur magnum pręiudicium, nam licet regulariter collator habeat liberam collationem, in cui conferendo, illic in terminis dictæ cle. quia regulares, neceſſitantur conferre ſecularia ſecularibus, & regularia regularibus. Item mens illius tex. fuit, ut prouideretur beneficiis, quæ prouiſio ita per Legatum fieri poterit, ſicut ab ordinario. Item non occurrit ratio diuerſitatis, quod Legatus conferat beneficia, quæ ſunt in plena collatione epiſcopi. Et hæc quæ deuoluuntur auctoritate iuris non poſſit. Pręterea quia text. ille in clem. quia regulares vtitur verbo diœceſani, quod poſt Mathe. & Zenzeli. Card. ibi in octaua quęſtione intelligit non ſolum de epiſcopis, ſed eorum ſuperioribus. Item ego video quod in illis exemptis poſt tempus iuris elapſum, epiſcopus non ſemper ſuccedit, vt eſt in duobus caſibus.

Primo quando collatio ſpectat ad collegiũ exemptum, quod eſſe poteſt iuxta tex. in cap. ſi. de regula in 6. Tunc prius quam ad epiſcopum fiat deuolutio, fiet deuolutio ad capitulum, ut tenet glo. ſecunda in dicta clem. quia regulares.

Secundo quando ſunt prælati exempti, q habẽt patres abbates, vt Ciſtercien. tunc deuolutio fiat ad illum patrem abbatem priuſquã ad epiſcopum, ut tenet Cardin. ibi. quæſtione tertia. Caſus autem alios quibus, extra caſum illius cle. quia regulares, ordinarius habet iuriſdictionem in exemptos. vide in capitulo irrefragabili. de offic. ordin. de here. ad abolendum. capitulo vnico. de cleri. ægro, in 6. in capitulo unico. de ſta. mo. in 6. in cle. attendentes. de ſtatu regula. in cle. quia contingit. de relig. domibus. Quarta declaratio, vt beneficia quæ ſunt Regalia non ſubiacent nominationibus in §. Item qđ dicta. cum glo. de annatis, & ſimiliter beneficia quæ ſunt in pręſentatione patroni Laici. §. item, quoad dictas. vbi glo. in uerbo eccleſiaſtico. de collationib. & in §. ſtatuit, vbi glo. in verbo præſentatio. eo. tit. ita beneficia quæ per Papam aut Legatos conferuntur non ſubiacent nominationib. in §. neq; etiam & ibi gl. in uerbo pręuentionem eod. titu. Non potuit enim papam, aut eius Legatum ligare eccleſia Gallicana, quæ primo nominationes introduxit, cum inferior non habeat imperium in ſuperiorem, fallit, ſi per Papam, aut eius Legatum conferuntur poſt requiſitionem & acceptationem, nam beneficia cadentia in turno ſunt affecta poſt requiſitionẽ, tũc enim ſic eſt huiuſmodi beneficium affectum, quod alteri cõferri non poteſt. §. quod ſi quis cuiuſcunque ſtatus eodem titulo. ſic tenet gl. in §. item quod vniuerſitates. in verbo, ſcilicet reſtringit, ſubiicit tamẽ circa medium ſui, quoſdam dicere deuoluta ad papam ex negligentia ordinariorum facere turnum cum paria ſint conferre, & negligere conferre, argum. capituli. licet, ſecundo de præbendis in ſexto. Circa declarationem iſtam pro perfecta intelligentia, Pragmaticæ, Ego addo quaſdam alias ſubdeclarationes, vt ſic dicam.

Prima declaratio, quod licet Pragmatica Sanctio dicatur proprie ea quæ eſt facta in concilio procerum. tex. & glo. de inſti. ad compo. art. fi. text. & glo. in l. iubemus. de ſacroſanctis eccleſiis. C. tex. & gl. in l. fi. de diuerſis reſcriptis, C. tex. & glo. in cap. fundamẽta. poſt principium de elect. in 6. tex. & gloſ. in §. dicenti. §. reſcripta. 25. quæſtione ſecunda. habetur in l. fin. de domeſt. & protec. C. lib. 12. Et lex ciuilis ſcribentes Pragmaticas vocat pragmaticarios. l. moris. §. ſolet. de pę. ff. & in dicta. l. fi. de diuerſis reſcrip. C. Pragmatica tamen, quæ tot annos, utpote octuaginta inconcuſſe obſeruata eſt in Regno Franciæ, dicitur, quæ conſtat ex conſtitutionibus factis in congregatione Baſilien. necnon modificationibus factis per eccleſiam Gallicanam ſub Carolo ſeptimo, præſentibus & aſſiſtentibus hiſperſonis, quæ latius deſignantur in procemio eiuſdem Pragmaticæ.

Secunda declaratio, quod eccleſia Gallicana dum fecit modificationes ad decreta eiuſdem congregationis Baſilien. fecit nõ ſub hæſitatione aliqua, ſed ex poteſtate ſibi conceſſa, ac pro quibus inſtarẽt Regii oratores apud patres eiuſdem congregationis, Et ſi congregatio illa Baſilien. fecerit conciliũ ligitimũ & indubitatũ, nõ eſt noſtrũ definire, Sed cau diſputationis ſolum, lego quoſdam interdum ſenſiſſe quod ſic, alios vero firmare oppoſitum, imprimis Anto. Floren. in ſecunda parte ſummę. titulo. 3. cap. 10. §. 11. Idem par. tertia. ti. 22. in prin. Fatetur concilium Baſilien. prius fuiſſe canonicæ congregatum. Sed ut ipſe vult poſt diſſolutionem ſeu mutationem per Eugenium quartum. Factum eſt conciliabulum ſerpentis antiqui, Adducit autem idem Anto. quod illi Schiſmatici Eugenium deponentes Amedeum ducem Sabaudię idolum ſibi ſtatuerunt, felicem appellantes, quod propter aſſecutum pontificatum feliciſſimus eſſet, ſed Sabellicus affirmat quod multo felicior fuiſſet ſi in priore ſtatu manſiſſet platina vtcunq; ſit fateatur eccleſiam trifariam diuiſam quidem, vt Itali, Eugenium quartum velut papam uenerabantur, aliqui ut Federicus imperator, Carolus & Alphonſus Galliæ & Arragoniæ reges obediebant Amedeo nonnulli erant neutrales, & quomodo Eugenius ter tentauit diſſolutionem eiuſdem congregationis Baſilien. duas reuocauit & in tertia diſſolutione ſtetit, vide p no. gl. in ti. de cau. §. Roma in verbo diſſolutionem. Sabellicus affirmat iſtud cõciliũ ex Martini inſtituto habuiſſe initiũ. ad qđ, vt ipſe dicit, vocatus Eugenius, quia venire noluiſſet, dignus iudicatus eſt, qui pontificatu abrogaretur. Bergomen. affirmat habuiſſe pulcherrimum inicium, in quo affuerunt multi Galliæ. Germanię. Hiſpaniæ, Pannonię, principes, ſeu eorum Legati. Eneas Silnius ſcripſit epiſtolam Ludouico. 11. quæ eſt in ordine. 343. Et epiſcopo Atrebaten. legato vſus, obtinuit ab eodem Ludouico ut antiquare per totam Franciam ſtetitque abrogata Pragmatica ſolius Ludouici auctoritate triennio, vel circa. Et ſuper his quomodo congregatio illa apud Baſilicã facta eſt ex conuocatione duorum Romanorum pontificũ Eugenii & Martini prędeceſſoris ſui, necnon continuatione ac decretis Conſtantien. & Senen. conciliorum generalium. vide in proœmio eiuſdem Pragmaticæ, ego in ea re nihil definio,

finio,ne mittamus os in cœlum.Neque volo in præſenti articulo quippiam affirmare,quod a fide & religione chriſtiana ſit alienum, ſeu contra deciſionem ſanctę ſedis apoſtolicæ.Poſtremo Leo decimus ſanctiſſimus papa modernus,nec non Chriſtianiſſimus Rex noſter Francīcus in præfationib. ſeu exordiis factis,ſuper concordatis inter eos initis ac nuper publicatis referunt Iulium papam , in Lateranenſi concilio per eundem iniciato, per edictum publicum quando tutus, vt ipſi dicunt,non patebit acceſſus,conuocaſſe Ludouicum duodecimum poſtremum Regem, referunt quoque Chriſtianiſſimum Regem noſtrum Franciſcum ſimiliter citatū ad illam ſacroſanctam Lateranen. Sinodum, affirmant citatum quoq; fuiſſe per edictum publicum, vt prius eccleſiam gallicanam,cunctaſque regni Franciæ gentes,ut ſi quid auctoritatis priſcę afferre,ſi qua iura citare,ſi quas rationes conſentaneas palam ediſſere poſſe cōſiderent .Quominus pragmatica ſanctio,eiuſdem concilii auctoritate ac ſententia abrogaretur,antiquaretur,induceretur,irritaque,ac nulla pronunciaretur, & ſciſmatica,id infra diem dictis decreris præfixam efficerent, quo neglecto,talis,ſacro approbante concilio decerneretur. At vero Chriſtianiſſimus Rex tempori partim interuiens.Tum etiam veritus, ne ſi ex toto antiquarentur eiuſdem Pragmaticæ decreta , rediret illa dignitas, aut deformitas temporum quæ erat ante tempus eiuſdem pragmaticę, ſeu ne in illa incideremus diſcrimina quæ tunc erāt cū expectatiue, & reſeruationes promiſcuę currebant & de electiuis ſolus papa prouidebat.poſtremo cum is apud Bononiam eſſet exhibiturus illic ſanctiſſimo papæ filialem obediētiam,aductus eſt ut impetraret ab eodem papa,ut ſi pragmaticæ nomen eſſet abrogandum, liceret ſibi ſaltem cum bona pace & venia concilii aliquas vice & loco Pragmaticę cōmuniſci leges, quibus deinceps in regno ſuo vteretur. Ac tādem obtinuit: vt faceret quędam Concordata quæ poſtea per ſanctiſſimum papā homologata ſunt & exinde in curia publicata , & nuper impreſſa ſunt . Quibus ſublatum eſt potiſſimum decretum pragmaticę de electionibus, & in parte abrogatum decretum de cauſis, in reliquo ſunt concordata ꝯformia fere eiuſdē pragmaticę decretis, exceptis quibuſdam capitulis in quibus,ut in eis cōſtat, noua facta eſt declaratio ſeu interpretatio neceſſaria adiecta eſt.

Tertia declaratio ꝙ licet multi olim renuerūt recipere nominationes quæ ſuppoſitis uniuerſitatum concedun̄tur,quia proueniūt ex modificationib.eccleſię gallicanę,& nō licuit eccleſię gallicanæ feciſſe modificationes,niſi quatenus referētur ad cōcilium Baſilienſe. in §. adijciens.de collatio. Quæ cum non inueniantur per oratores regios ad ipſum concilium relatæ vt pote,quia diſſoluta congregatione Bituricen.ubi facta eſt Pragmatica,erat diſſoluta congregatio Baſilien. Hodie tamen indiſtincte ſunt recipiēdæ nominationes,quia per dicta concordata ſunt receptæ & approbatæ. § ſtatuimus. l.prima. in verſic.præfati.in eiſdem concordatis, inſurgit autem meo iudicio quædam inęqualitas. Nam cum ex tertia parte beneficiorum,quæ per concilium erat debita graduatis duę partes per modificationes eccleſiæ gallicanę concederentur nominatis per uniuerſitates , hodie per eadem concordata tantum partem percipiunt graduati,quantam nominati. Nā ex illis quatuor menſibus qui per eadem concordata diſtribuūtur prou ſionibus ſcholaſticorum.Graduati duos, & nominati alios duos menſes habent,in qua re factum eſt præiudicium ſuppoſitis reſidentibus in uniuerſitatibus,& iniquū eſt vt graduati ſimplices tātam partem ferānt quantam nominati.Et tu caue quod nominationes non eſſent, vt fit quotidie,paſſim per uniuerſitates concedendæ,ſed deberent cōcedi melioribus ſuppoſitis,& intra certum numerum,quod ſi fieret & obſeruaretur optimi ſcholaſtici aſſequerentur ꝓuiſiones.vbi cōtra accidit quod diſcoli qui circa lites aſſidue verſantur,& de literis non ſunt ſolliciti conſequuntur priores prouiſiones, ſiue etiam quia prælati fauēt eis & eludūt,& comminiſtatur multa ad eluſionem prouiſionem eorumdē ſcholaſticorum de republica literaria meritorum.vnde glo. in §.item ꝙ ad dictas.in verbo.numerum dicebat ꝙ ſup hoc vtilis eſſet prouiſio,ut refranaretur tanta multitudo nominationum,quæ hodie conceduntur propter quam infiniti proceſſus oriuntur, quod uni non daretur niſi duæ nominationes,donec conſtaret ipſas fuiſſe extinctas . Ita ꝙ ſecunda faceret mentionem de prima , ſicut legitur & notatur per doct. in gratiis expectatiuis. in capitulo in noſtra. de reſcrip. Et quod non poſſet ſimul quis acceptare eodem tempore plura beneficia in vim diuerſarum nominationum,ſed vna executioni mādata, altera vti ſuperſederet , donec prima fuiſſet ſortita effectum , vel fuiſſet nominatus euictus vti in gratiis expectatiuis cauetur per regulas Cancelariæ. Quarta declaratio, quia de nominationibus incidit ſermo. Tu aduerte ꝙ ſunt ſex ſpecies nominationum.Primo,eſt nominatio, quæ idem eſt quod electio.Nam qui eligit prius mente concipit, & nominat eligendum , & hæc tribuit ius ad rem.Secundo, eſt nominatio ſolemnis quæ differt a poſtulatione,nam ſolū poſtulatur vnus,ſed plures nominantur.de quo in cap.bonę. l.prima. de poſtu.præla.Tertio, eſt nominatio quæ fit per papam in gratia expectatiua,de qua qualiter afficiat eſt gl.ordinaria.in cap.ſi ſoli.de conce. præbend.in 6.Quarto,eſt nominatio quæ fit de aliquo eligendo cum in ca. proponuntur.& nominantur aliqui;, & hæc non tribuit ius.de quo in capitulo quod ſicut de elec.Quinto,eſt nominatio quæ capitur pro illo ſuffragio quod præſtatur in ſcrutinio, quod non tribuit ius niſi poſt publicatum ſcrutinium, poſt quod non licet variare cap.publicato.de elect.Et ſecundum quoſdam oportet quod ſequatur communis electio ſeu concluſio. de quo in capit.Perpetuæ.eo.titulo.in ſexto. Sexto, eſt nominatio quæ fit per vniuerſitates de ſuppoſitis earum de qua loquimur ꝙ non tribuit ius.ſed eſt quodam præparamentum ad beneficium cadens in turno obtinendum.

Quinta declaratio, quod in nominationibus debent tria exprimi, gradus, numerus beneficiorum , & qualitas ipſorum. quod ex iſtis poteſt moueri vniuerſitas ad non concedendum , quæ concederet nominationem alteri magis indigenti.Et ſimiliter vniuerſitas inſtruetur,an impetrans hēat duas prębendas in eccleſia cathedrali & Metropolitana , & ſic ſit excluſus a beneficio Pragmaticæ ſeu concordati. §. quod ſi quis ex dictis.in verſic.ſimiliter.de collatio. Et ad hoc facit,quia in impetrationib.beneficiorū debet exprimi qualitas beneficiorū iam obtentorum.Omnia enim debent exprimi quę poſſunt mouere papā ad concedendū uel non concedendū,aut difficilius concedendū. ſm do.in c. Poſtulaſti.in noſtra,ad aures. de reſcrip.Genec.& card.in cle.prima.de pręben.Nec ob.his ſi dicatur nominationē ab vniuerſitate cōcedi ꝓprio motu, & ſic non eſt neceſſaria expreſſio.ar.cle.ſi ſummus pontifex. de præbend. quia hoc eſt falſum, conceduntur enim ad poſtulationem nominationes.Item quamuis de papa ſit abſolutum quod proprius motus tollit ſubreptionem in dicta cle. & notatur in cap.ſi motu proprio.de aliis eſt dubium . immo eſt dubium de legato, de quo in cap.ſi.de offi.legat. in 6. & infra latius dicetur.Et inquantum de qualitate dixi. adde quod ſecundum doc. debet impetrans exprimere notabilē qualitatem quę inhæret beneficio,ut ſi eſt curatum , ſi ex ſtatuto,vel conſuetudine debet reſidentiam,ſi ſit dignitas,ſi ad illud conuerſauerit quis per electionem aſſumi Et ex iſtis expreſſionibus quę fiunt in nominationibus, vt vniuerſitates inſtruuntur ad nominationes concedendas, vel negandas, ita collatores ad prouidendum vel nō.Adde quartum quod hodie eſt exprimendum neceſſario, ſcilicet valor verus beneficii poſſeſſi qui debet in nominatione exprimi.de quo in § ſtatuimus. l.2. in verſic.volumus.de elec.in concordatis. per hoc enim inſtruuntur vniuerſitates & collatores,an impetrans ſit prouiſus vltra ducentos ducatos auri de camera . Et ſic ſit excludendus a nominationibus in §.allegato.quod ſi quis.& in eiſdem Concordatis in dicto verſic.uolumus.Et ponderatu.diligenter illos tex.quod uerus ualor attenditur non in portatis. ſed verus valor qui reſultat in loco reſidēdo & horis diuinis intereſſendo,& pondera etiam illa uerba reſidendo, & intereſſendo quæ ponuntur et differentia. Nam licet groſſu & groſſi fructus tribuantur reſidentibus quotidianæ diſtributiones, non niſi intereſſentibus , niſi quod tribuuntur abſentibus pro negociis eccleſiæ & infirmis.de quo notatur. in capit.unico.de cleri.non reſidente.in 6.Et ex hoc ſuccedit dubium , an valeat conſuetudo uel ſtatutū in vim quorum mortuus percipit redditus beneficii ſeu præbendæ par annum,& communiter concludi ſolet quod ualeat quātum ad groſſos fructus,ſed non quantum ad quotidianas diſtributiones. Poteſt enim cōſuetudo effingere abſentem uel mortuum pro reſidente,ſed non poteſt fingere eum intereſſentem.notat Ioan.And.in dic. cap. vnico. & latius in talia. nemo poteſt in Mercu. An autem habēs beneficium uel beneficia cum penſione quæ ſimul ſi colligantur,excedunt prędictam ſummam ducentorum,ſit incapax nominationum , aut illius tertiæ partis ꝙ debetur graduatis. Gloſator Pragmaticæ in §.Item quod vniuerſitates in ver.beneficiorum. paulo ante fi.relinquit ſub dubio,attento quod tex.ibi. & §.in ſi p.in uerſ.quod ſi quis.Et ſingulariter text.concordati.in uer. allc. Volumus. in eiſdem terminis loquitur de habentibus beneficia. Sed ap.beneficiorum non veniunt penſiones. de quo in capitulo ad audientiam.il ſecundo.de reſcrip.inde ſecundum eum de penſione quæ eſt quid mere temporale nō ſit permutatio ad beneficium.notant ſcribentes in cap. vnico de rerum permu. in 6. Puto tamen eſſe multum ęquum, quod excludantur habentes penſiones & ſuccedunt loco bene-

neficiorum attenta mente cõſilii, quæ fuit prouidere de ſtudentibus, & parum refert, ſi habeãt prouiſiones in beneficiis aut penſionibus perpetuis, Conſtitutio enim quælibet debet ampliari uel reſtringi ad limites rationis in ea expreſſę in l. cum pater. § dulciſſimis. fratribus de legat. 2. ff. & adde quod idem gloſa dicit loco proxime allega. quod in nominatione debeat prouiſus de hoſpitali facere mẽtiones de ipſo, nec ob. ſi dicas quod hoſpitalia non cõferuntur in titulum, nec beneficium, ut habetur in clem. ſecunda in verſic. vt autem. de relig. domi. Et literæ ſuper prouiſione clericorum, hoſpitalia non includunt in clem. per literas de præben. Et talia hoſpitalia cum non ſint beneficia nõ permutantur Fred. tracta permu. quæſt 14. & iſtud puto eſſe multum ęquum, nam ſi impetrans nominationem, de hoſpitali mẽtionem feciſſet, forte nominationem non obtinuiſſet, ſed ex oppoſito facit, quia prouiſiones de hoſpitalib. non ſunt perpetuæ, nõ enim conferuntur in titulum exceptis duobus caſibus, ut dixi, ſed ſolum adminiſtrationes, quę ſubiacẽt redditioni rationum, de quo in dic. clem. ſecunda, inſtar tutorum, ut ibi. Mens autem concilij fuit facere ꝑpetuas prouiſiones ſcholaſticis. Sed pro opinione præcedente quæ eſt multum æqua, facit dictũ Fred. conſil. 325. quod impetrans beneficium a papa vel Legato debet de huiuſmodi hoſpitali facere mentionem, ac de omni eo quod poteſt mouere papam ad concedendum, aut difficilius concedendum. Ego autem puto quod in nominatione nõ ſit neceſſe facere mentionem de beneficio annexo acceſſorie, ſecus ſi duæ eccleſiæ eſſent ſimul vnitæ, ita quod neutra ſubeſſet alteri, ſed vtraq; eſſet principalis, de quo no. Io. And. in cap. ſuper eo de præben. & gl. in cle. per literas, de præben. Ego etiam puto quod prædicta quatuor, ſcilicet gradus, numerus beneficiorũ. qualitas, & ualor ſi non exprimantur, tamen non ſit etiam excuſabilis is cui vniuerſitas ꝓprio motu cõceſſit nominationẽ, & hoc in ſpecie tenet gl. Prag. in §. Item quod vniuerſitates hoc. in verbo qualitates ante ſi. de colla. nam text. vult quod vniuerſitates teneantur iſta exprimere in nominationibus. Adde quod tex. concordatorum in dicto verſ. volumus. loquitur in aliis terminis quod obtinentes exprimere teneantur verum valorem, quod verbũ teneantur vtroque loco poſitum eſt neceſſitatiuum, nec ob. quod clauſula motus proprii tollit ſubreptionem, q̃a eſt verum in papa, ſed de aliis, etiam de legato eſt dubium. nec ob. argumẽtum quod motus proprius efficit quod obtinens nominationes in nullo peccauerit, ex quo vniuerſitas proprio motu illi conceſſit, quia imo peccauit ex quo tenebatur exprimere in nominatione, ut patet in text. dic. concordati. Itẽ ſi hoc locum haberet, poſſet aliquis beneficiatus vltra ſummam prætaxatã obtinere beneficia a collatore qui forte ſibi faueret, & cederet iſtud in maximum præiudicium aliorum nominatorum qui remanerent excluſi illa fraude excogitata. Præterea collator per tales nominationes abſque aliqua expreſſione valoris beneficiorum redderetur incertus. Intereſt autem ſua hoc ſcire vt cuilibet ordinate prouideat, propter pœnas quæ aliter faciendo ei imminent, & reſultant ex capitulo graue. de præbend. & habetur in verſiculo ſi autem illi. in uerbo, & nihilominus. de collatio. Quinta declaratio, quod collatio de beneficio affecto graduato, uel nominato, facta alteri eſt ipſo iure nulla & irrita. Ita quod non requiritur aliqua alia declaratio ſeu ſentẽtia. ſed ſicut in cap. ne pro defectu de ele. & capit. quamquam. eo. titu. in ſexto. ſit deuolutio ad immediatũ ſuperiorem, ita hic, qui tenebatur ſimiliter prouidere nominato uel graduato. Et hæc deuolutio fit gradatim vſque ad papam. text. eſt in §. ſi quis cuiuſcunq; in ſi. de collatio & in §. ſi quis vero cuiuſcunque ſtatus. de elec. in concor. Dubitat tamen gloſator in dicto §. allegato. in gl. in verbo. irritum. An collatio quæ eſt irrita. conualidetur. ſi nominatus declarat ſe nolle vti, qualificatione, vel nominatione. Et primo uidetur uelle quod ſic, ſi collationem ordinarii præcedat renunciatio nominati, ſecus ſi ſubſequatẽ, quo caſu non erit ſecundum eum prouiſus iure ordinario. de beneficio debito nominato tutus ſine noua prouiſione. Item caſu ſecundo adeſt contemptus collatoris, qui contra ordinationem concilij prouidit in præiudicium nominati. At ſecus eſt primo caſu ex quo nominatus per prius renunciauit. facit pro iſtis quod notat Io. And. in capitulo ſtatutum. de præben. in ſexto. Putat tamen tandem idem gloſator libro allegato proxime. quod ſi renunciatio nominati renunciantis & declarãtis pro ea vice ſe nolle vti nominatione uel gradu, ſit facta medio tempore inter collationem ipſius ordinarii, & acceptationem collatarii quod cõualidetur ipſa collatio. Ad hoc quod notat Io. An. in cap. pe. de pręben. de eo qui habet clauſulam anteferri, qui ſi renunciat conualidatur collatio ordinarii, quia eo ſic renunciante eſt ſublatum obſtaculum ſeu impedimentum. Ad hoc facit quod notat Bart. in l. cum vir prædium. ff. de vſucap. de eo qui eccleſiæ vendidit rẽ alienam. Et is poſtea domino ſucceſſit quod dominium tranſfertur in eccleſiam ſine noua traditione in l. fin. de ſacroſan. eccle. C. Facit melius quod notat Paſtor. in cap. cum ex officij. de præſcrip. de collatore qui pendente menſe iuxta text. in clem. prima. de præben. ſi tunc conferat conualidatur collatio ſua, ſi habens gratiam iuxta illã Cle. Primã, nõ acceptabit. Et maxime in caſu noſtro collatio q̃ ab initio erat nulla, quia collator dũ beneficiũ debitũ nominato contulit ignoranti iure ordinario, tenebatur ei poſtea prouidere de alio ſi euincatur. ar. capit. inter cætera. de præbend. Sed hæc deciſio gloſatoris videtur mihi dubia, nam licet renunciatio nominati conualidare poſſit collationem iure ordinario factam quantum ad ipſius nominati renunciantis præiudicium, tamen eſt dubium ſi poſſit quantum ad præiudicium aliorum. ſuper quo ego relinquo cogitandum. Et adde quod licet collatione facta alteri, quam nominato fiat deuolutio ad ſuperiorem, vt ſupra dictum eſt. Tamen conſuetudo habet, quod habeat adhuc nominatus requirere beneficium ſibi conferri in vim gradus, aut nominationis. Quid enim ſcit collator, dum confert ſi velint nominati petere aut acceptare beneficium. Finge quod pro ea vice nolint graduati aut nominati vti literis gradus, aut nominationis. Aut finge quod ſint incapaces ſeu quod habent beneficium pro derelicto. Ad hoc facit quod habetur in c. ſi clericus ibi petere, negligenter omittat de præbend. in 6. Ad hoc cap. primum de conce. præben. in 6. ubi Draco. qui erat ex familia Borbonienſi, ut ibi vult Io. mo habens expectatiuam ad dignitatem primo vacãtem in eccleſia Carnotenſi, quam duceret acceptandam, occurrente vacatione præpoſituræ. Normaniæ. Ideo ſuccubuit q̃a eam non acceptauit nec requiſiuit, ante collationem ordinarij, eſto quod executor ipſius ante acceptationem feciſſet reſeruationem, inhibitionem & decretũ, & proceſſum ſuper prima uacante, iudicauit aũt illic Inn. quartus pro nepote q̃ fouebat iuſticiam, quod eſt ſecundum gl. penulti. ibi contra hypocritas, qui vt videantur iuſti pronunciant contra ſuos. Adde his quod gloſator idem notat. § quod ſi quis in uerbo. eo ipſo de collatio. quod non obſtante deuolutione ad ſuperiorem qua collator beneficium debitum nominato contulit incapaci, q̃d nõ obſtante illa collatione quæ eſt nulla, ꝙ adhuc nominato poterit conferre. Ad hoc capit. ſi. de iure patro. de patrono qui contulit beneficium, qui adhuc vali de p̃ſentat. Nec ob. quod prima collatio quæ eſt nulla, debet impedire ſecundam, donec prima ſit caſſa, & irrita nunciata. iuxta notata in c. poſt electionem. de conceſ. præben. c. inter dilectos. de exce. præla. Quia dicit idẽ gloſator hoc eſſe verũ q̃n ambę collationes fiunt ab eodẽ collatore, eodẽ medio & reſpectu, ſed aliud eſt hic, nã prima fuit facta iure ordinario. ſecunda fienda ſit medio gradus & nominationis, ideo prima nulla q̃ nõ impedit ſecundã. Ad hoc præter eum facit ꝙ notat glo. ſi. in verbo ſed eſt dubium. in c. auditis. de elect. quod ſi prima collatio eſt euidenter nulla, vtpote, ſi fieret hodie iure ordinario de beneficio uacante in menſe graduati vel nominati, tunc illa non indiget caſſatione, & ea non obſtante poteſt procedi ad ſecũdam collationem debite fiendam nominato. de quo notatur in c. conſiderauimus. eo. tit. Nec ob. huic deciſioni collator contulit incapaci eſt functus officio ſuo, igitur nõ põt amplius cõferre propter deuolutionem factam ſuperiori. iuxta tex. in cap. fin. de ſuppl. negligen prælato Quia ego dico hoc eſſe uerum dum collator diſtulit conferre infra tempus cõcilii Lateranen. Quo lapſo non poteſt amplius conferre, hic autem loquimur quando contulit incapaci, cuius collatio, quia eſt euidẽter nulla, poterit adhuc capaci nominato cõferre intra ſemeſtre ſibi datum. Et tu caue quod hæc deciſio eſt multum dubitabilis propter notata in cap. conſiderauimus. & cap. auditis. allegatis. Sexta declaratio eſt, quod licet iure non ſit cautum tempus intra quod tempus debeat nominatus requirere beneficium uacans ſibi affectum, & ſic hoc tempus deberet eſſe arbitrarium argumento eorum quæ habentur in cap. ſi clericus allegato Tamẽ quia bonus iudex arbitraretur, quod requiratur intra ſex menſes, quod tempus eſt datum collatoribus & patronis. in capit. 2. de conce. præbend. ea conſuetudo ita interpretetur, quæ eſt optima iurium interpres, in cap. cum dilectus. de conſuetu. in l. ſi de interpretatione. de legi. ff. & adde quod gloſator notat in §. itẽ quod vniuerſitates. in glo. in uerbo. ſcilicet reſtringit. de collationibus. quod ſi nominatus non requiſiuit beneficium intra ſemeſtre, & collator etiam intra illud tempus diſtulit conferre, quod talis nominatus a ſuperiore non poterit requirere, quia prouiſio in ſimili fienda per executorem certę perſonæ debet fieri intra ſemeſtre quod currit negligenti. Notant Lap. & Imo. in clem. ſi de beneficio. de præben. nec obſtat quod expectans cum clam. acceptandum intra menſem, poteſt lapſo menſe, ſi res adhuc ſit integra acceptare ut notatur in clem. prima, de præben. quia il-

lud

lud uerum eſt quando ut dixi res eſt adhuc integra,& penes collatorem eſt poteſtas & adhuc reſidet. Sed hic data negligentia ſemeſtri tam ex parte collatoris quam nomimati eſt facta deuolutio ad ſuperiorem.Nec obſtat quod ſuperior ad quē fit deuolutio debet eodem modo conferre quo primus collator.ut in §.allegato.quod ſi quis cuiſcunq; ſtatus, quia hoc eſt uerum quando collator ſaltem iure ordinario contuliſſet.Sed hic in terminis noſtris.& nominatus in requirendo, & collator primus deprehenduntur fuiſſe in negligentia.vnde ad ſuperiorem fit deuolutio libera, nec tenetur cōferre illi nominato qui fuit negligens. Sexta declaratio,quod ſecularis diſpenſatus vigore nominationis non poteſt aſſequi beneficia regularia argum.cap. cum de beneficio.de præben.in 6.in prag.in §.illi uero. in verbo. religioſis. de collat. intelligit iſtud quando nominatio ab vniuerſitate ſimpliciter emanaſſet, ſecus eſt ſecundum eum ſi expreſſe nominatus eſſet ad regularia, tunc ea ex vi diſpenſationis ſuę aſſequi poterit. Dicit autem quod licet in curia latum fuerit arreſtum ad vtilitatem religioſi contra ſecularem ſic nominatum & diſpenſatum, hoc refert fuiſſe, non quod ſecularis eſſet incapax, ſed quia ut ipſe audiuit, quia religioſus erat antiquior nominatus, dicit tamen idem gloſator quod ſecularis qui ſine diſpenſatione non poteſt nominari ad regularia, ſi tempore nominationis obtentæ erat ſecularis, & tēpore vacationis regularis,quod in vim nominationis non erit capax regularis, cum inſpici debeat ſtatus, & conditio quam habebat nominatus tempore nominationis, de quo in ſimili notant Archid. & Io.Andr.in capitulo cum de beneficio allegato.Septima declaratio,quod qui interdum obtinuit duas præbendas in eccleſia cathedrali aut ducentos ducatos non eſt incapax nominationis, modo non habeat tempore vacationis,quia concordata in verſ.volumus allegato, conformia decretis pragmaticæ in uerſic. quod ſi quis ex dictis.in titu.de colla. ſolum ponderant.habentem prædicta tempore vacationis,ita glo.tenet in d.uerſic. in verbo.tēpore vacationis ad decretalem ſi pauper.de præben.in 6.quę loquitur de expectatiuis in forma pauperum, quibus nominationes ęquiparantur,& ad clem. gratiæ.de reſcrip.quæ fortiter vrgent, tu dic vt ibi per ipſum.Quod ego intelligo præter ipſum de eo qui obtinuiſſet beneficia ante tempus obtentæ nominationis,aut forte medio tempore inter tempus nominationis & vacationis beneficii,nam ego puto quod is qui obtinuiſſet tempore impetratæ nominationis eſſet incapax. Quia ſi non expreſſit ſua nominatio eſt ſubreptitia, quod ſi expreſſit valorem excedentem prædictam ſummam ducentorum ducatorum eſt expreſſio euidenter iniuſta & nulla,ut probatur in dic.verſi. volumus. in concord.His adde poſtremo quod licet vigore nominationis quæ accedit ad naturā gratiæ expectatiuæ nō poſſit acceptari beneficium creatum poſt datam,in clem.ſi.de reſcrip.tamen beneficium quod vacauit poſt datā,peti & acceptari poteſt, quia nominatio non eſt ad vacatura ſed vacantia.Itē ſuppoſito qđ eſſet ad uacatura adhuc idē,qa vigore expectatiuæ pōt acceptari beneficiū, quod vacauit ante datam gloſ.in capit. ſi poſtquam de præben.in 6.& ut ibi vult gloſa. facilius ius conſtituitur in vacante de præſenti quam vacaturo.Et beneficium vacans dicitur vacaturum donec conferatur, quomodo autem nominati, gradus nominationis,certificationis de tempore ſtudii, ac atteſtationis nobilitatis teneantur literas dare duplicatas collatoribus,& quomodo nomina aut cognomina debeant inſinuare, vide quod hodie habetur in §. ſtatuimus. l. prima in verſic.præfatique graduati de elec.in concordatis ſufficit remiſſio.An autem nominatio inſinuata prædeceſſori inſinuāda ſit iterum ſucceſſori.& an ſucceſſorem ignorantem,liget. gloſ.Prag.in dicto §. ſtatuit.de colla. in verbo.ſpectat, refert interueniſſe arreſtum quod non, ſed in oppoſitum promiſſio facta alteri quam nominato non valet propter decretum irritans concilii in §. quod ſi quis cuiuſcunque, & decretum irritans ligat ignorantes.c.dudum. de præben.in 6.nor. in c. tibi qui.de reſcrip.Ipſe tamen gloſator putat æquius eſſe, & tutius,quod iterum inſinuetur nominatio ſucceſſori,ne ipſe poſſit prætendere ignorantiam,nam licet nominationes directæ collatoribus,ſub nomine dignitatis non extinguantur per mortem, ſecus eſt de inſinuationibus quæ ſunt perſonales.Nec ob.id quod eſt dictum de decreto irritante, quia eſt verum quod decretum irritans, in mandato appoſtolico de prouidendo ligat ignorantem, vt in capitulo allega.tibi qui. ſecus eſt in nominationibus quæ non afficiunt ordinarios, nec beneficia niſi poſt inſinuationem. Eſt autem ſpeciale in papa, quod decretum irritans ipſius liget ignorantes.alias debet ſecus eſſe, vt in l.ſi.de decre.ab ordine fa.ff.capitulo propoſuiſti. 82.diſtinctione.Pręterea in nominationibus non ſolet apponi decretum irritans, vt patet clare intuenti ipſas nominationes,quod vero dixi de decreto,intelligo quod collatio de bñficiorū affectato,nominatio alteri facta,quod eſt irrita & inanis,ut patet in iuribus tam Pragmaticæ quam concordatorum ſæpius allegatis. decretum ergo irritans tales collationes,nō procedit ex vi nominationum emanatarum ab vſibus,ſed aucto.concordati conformis Pragmaticæ.

Concluſio. XX.

LEgatus poteſt reſeruare beneficium etiā in fauorem certæ perſonæ, & decernere executores, cum decreto irritante, ita probat tex.in capitulo cum dilectus.de iure patro. De forma reſeruationis fiendæ per Legatos ponit ſpe.§.nunc tractemus. iſto titu.in prin. & ſi obiiciatur quod ſolus papa poteſt dare ius ad vacatura in capitu. ſecundo. de conceſ.præben.tu dic poſt Panor. in dicto capitulo cum dilectus. quod per iſtam reſeruationē non acquiritur ius ei pro quo reſeruatur beneficium, quia nihil fuit actum cum eo, præterea reſeruatio reuocari poteſt, ut infra dicetur. & ſic hoc caſu reſeruationis non ita inducitur votum captandæ mortis, cautius tamen dicit Panormita.eſſet & honeſtius,quod reſeruatio fieret generaliter nulla perſona expreſſa.Et tu aduerte quod tales reſeruationes quę inferunt ordinariis magnum præiudicium ſunt reſtringendæ,ideo emanarunt duæ decre.expreſſę,penul.& fina.iſto titulo in ſexto.Factæ autem ſunt illæ duæ decretales, vt glo.in verbo.reſtringen. in capitulo penulti. tradit,propter quendā Petrum de Piperno cardinalem ſanctæ Mariæ,qui in plurib. prouincijs ſuæ Legationis Papali officio fungens, officia & beneficia omnia ſuæ collationi reſeruabat, is dedit cauſam edicto,ut Legatorū poteſtas circa reſeruationes reſtringeretr̄.

Hæc concluſio recipit Reſtrictiones octo. Prima reſtrictio. ꝙ finita legatione expirent oēs reſeruationes & proceſſus habiti ſuper illis,niſi iam ad collationem eſſet peruentum.tex. in dicto capitulo penul.& glo.in verbo, finitur,ita Ber.tenet in dicto capitulo,cum dilectus.& quamuis Hoſtien. in capitulo fin. iſto titulo,oppoſitum firmaret, tamen auditor eius ſpe.in dicto.§.nunc tractemus. in verſiculo, ſed ecce, tenet quod prius dixi,ac refert curiales ita tenere, & ſępe fuiſſe declaratum, quod qualeſcunque proceſſus ſiue per legatum, ſiue per executores ab eo deputatos habiti ſunt, eo exeunte legatione ſiue mortuo ante vacationem ſeu collationem beneficii reſeruati ipſo facto expirant omnes huiuſmodi proceſſus,nec is pro quo ſunt facti,poteſt in aliquo ſe iuuare ex ipſis, ut per hoc legatis ſubtrahatur occaſio aggrauandi eccleſias,putat tamen quod ſi reſeruaſſet collationem domini papę, tunc ad ordinariū nō redibit poteſtas cōferendi, ꝙ etiam aperte tenet glo.in dicto capitulo cum dilectus, quod ultimum poſt Ioan.And.in ſpe.in loco proxime allegato.puto verum ſi reſeruaſſet Papæ auctoritate, & ex poteſtate ſibi conceſſa per papam, quod ſi ex ui legationis ſecus, ſic enim poſſet ordinarios impedire,& eis multum præiudicare contra mentem illarum decre.penulti.& ante penultimę. Et ſi tu obiicias prædictis,quod poteſtas delegati a Legato nō expirat finita legatione,ſi pręceſſit citatio.in c.ſi.iſto titulo, tu dic quod perpetuatio iuriſdictionis non eſt actus ſic odioſus vt reſeruationes per quas datur ius ad vacatura,& fit præiudicium ordinariis.

Secundo non ob.ꝙ poteſtas executorum datorū a papa non expiret morte,vt habetur in capit.ſi ſuper gratia de offi.delegat.in 6. capitulo ſi cui de præben.in 6.tu dic quod in papa eſt ſpeciale at in legato, eſt ſecus qui durante legatione poteſt facere reſeruationes, ea finita non.Et Ampliatur hęc reſtrictio,vt procedat etiam ſi beneficia eſſent iam vacantia & petita in vim reſeruationis,ex quo ad collationem nondum eſt peruentum. gloſ. eſt in capitulo præſenti.eodem titulo.in ſexto. in uerbo.ad collationem.quam glo.ſequuntur Pet.de Ancha. Ioan.de ſantu.& Ioan.licet is referat & male Lap.abbatem ſibi contrarium ſcripſiſſe,& pro eo præcedere opinione facit tex.proxime allegatus qui loquitur generaliter quorumcunque beneficiorum,ſufficit ergo quod non ſit peruentum ad collationem.Secunda declaratio eſt,quod finita legatione expirent omnes reſeruationes,& proceſſus earum,etiam ſi legatus canoniam contuliſſet,ſic Ioan.de ſantu.Dom.& Franc.in dicto capitulo pręſenti. Nec obſtat quod creatus canonicus, habeat præbendam ſibi affectam,quia eſt uerum in creato p Papam.ſecus ſi per legatum,ſic intelligitur. capitulū ſi poſtquam.& capitulū dudum, de præben.in 6.An autem proceſſus legati afficiat,vide gloſam magnam in capitulo ſi ſoli.in verbo.ſi utraque.de conceſ.præbend.in ſexto. Ad hoc facit quia finita legatione, ſi expirent proceſſus inhibitio & decretum.

cretum.ergo ſola creatio canonicatus. Item reuocatio ſuperueniens annullat gratiam papæ, quando non eſt affecta præbenda licet eſſet collatus canonicatus.capitulo fina de conceſ. præbend.in texto.fortius reuocatio legati. Tertia Reſtrictio, vt finita legatione expirent reſeruationes & proceſsus facti ſuper illis, etiam ſi in locum primi datus eſt ſucceſsor, quia textus in dicto capitulo præſenti loquitur indiſtincte nec vtrum an in locum primi reuocati ſuccedat alius, an non, ad hoc facit, quia prima reſeruatio erat partialis, quæ propter finitam legationem expirant, vnde ſecundus, legatus ex vi illius non poteſt conferre, ſed collatio talis beneficii redibit ad ordinarium Sic Archiepiſcopus Ioan. And. Dom. & Franc. in dicto capitulo præſenti limitant, tamen illud non procederet ſi legatus feciſset reſeruationem ex mãdato ſpeciali papæ. Nam finita eius legatione poteſtas conferendi ad Papam, ſic glo. in capitulo cum dilectus de iure patrona. ſic ſpec. in titulo iſto. §. nunc tractus. verſic. ſed ecce. Et tu aduerte quod ſi legatus beneficium aliquod prius reſeruauit & cõtulit, dedit autem executorem qui in reliquo gratiã exequatur, tunc finita legatione durabit poteſtas executoris ex æquitate. capitulo ſi ſuper gratia, de reſcrip. in 6. ita poſt Lap. allegat. 16. tenet Francus in dicto capitulo præſenti. in verbo finitur. Et etiam caue quod dum gloſ. ibi numerat modos quibus finitur poteſtas Legati. inter quos adiicit quando eſt eſt egreſsus prouiciam. quod ſecundum Io. And. ibi & alios eſt intelligenda, quando eſt egreſsus reuocatus. Nam per egreſsum ſimplicem non potuit a ſe legatus abdicare imperium. l. fin. de officio præfec. vrb. ff. Quarta reſtrictio, ut quamuis Legatus poſſit facere plures reſeruationes, tamen pendẽte vna in eadem eccleſia non poteſt facere alteram. ut in capitulo penultimo. §. cæterum. Et adde poſt Ioan. Mo. & Io. And. ibi, quod in reſeruatione quæ fieret nõ de vacãte, ſed vacaturo debet legatus facere mentionem in ſecunda reſeruatione de prima, hoc modo, etiam ſi pro alio reſeruationem fecimus quæ non pendet amplius, Et ſecundum eoſdem doct. non debet uti illa clauſula qua ſolet vti papa in mandatis, etiam ſi pro alio ſcripſimus, qui ſimilem gratiam &c. de qua in cap. Mandatum. cum duobus ſequentibus. de reſcriptis. Et tu etiam aduerte quod reſeruatio dicitur pẽdere etiã poſt collationem, ſi ſuper illa pendet lis & finale iudicium. ſic tenent Archi. Ioan. And. & Franc. in dicto §. cœterum. Et quomodo reſeruatio non dicatur amplius pendere dicit gl. ibi in uerbo pendente: hoc eſſe quatuor modis. Primo, quando is pro quo eſt facta reſeruatio eſt mortuus. Secundo quãdo is eſt per ſententiam debito modo excluſus, Tertio, quando eſt pulſus de beneficio in uim reſeruationis. Quarto quãdo reſeruatio eſt reuocata a Legato. in quo glo. præallegata eſt notanda, vt Legatus reſeruationem quam fecit reuocare poſſit. Et iſtud ultimum declaratur dupliciter. Primo, vt poſſit reuocare reſeruationem, etiam ſi proceſſus ſuper reſeruatione eſſet factus & beneficium reſeruatum eſſet iam vacãs, modo ad collationem adhuc non ſit proceſſum. ſic gloſ. in dicto. §. cæterum. ſequuntur eam ibi Ioan. de Fantu. Ioan. de Lig. & Franc. ſpe. in titulo iſto §. nunc tractemus. Nec huic deciſioni, ob. deciſio cuiuſdam quæſtionis diſputatæ per Stephanum prouincialem. & eodem loco a Ioan. And. relatæ videlicet de Metropolitano qui executori contulit poteſtatem conferendi beneficium ad ſe deuolutũ, vt confert Titio ſi eſſet in actu conferen, Metropolitanus præuenit eum & confert Seio. Concludit illic Ioan. And. poſt Stepha. prouincialem, quod potior collatio executoris qui contulit Titio, quia deciſio illa procedit in beneficio vacante, & nos loquimur in vacaturo.

Secundo declaratur quod licet reſeruatio poſſit per legatum reuocari, tamen hoc eſt limitandum in quatuor caſibus. Primo niſi iam uentum eſſet ad collationem, quia res non eſſet amplius integra, & eſſet quæſitum ius in re, quod eſt irreuocabile. capitulo penultimo de præben. in capitulo ſi. de conceſ. præb. in 6. Secundo ſi is pro quo eſt facta reſeruatio cõſenſit proceſſui executoris, ſic Pet. de Ancha. & Fran. in dicto. §. cæterum, ſed hoc mihi non placet, non ob quod allegant in capitulo in cauſis. de elect. quia quod ibi habetur tendit in faciliorem exitum prouiſionis eccleſiæ, ut totum capitulum vel maior pars poſſit reuocare compromiſſarios, minor pars non poſſit, ſic Mandago. prima parte. capitulo 49. Sed hic ceſſat iſte fauor, immo ex parte eius, qui eſt collator ordinarius eſt fauor, quod reuocetur reſeruatio, & redeat ad eum collatio. Præterea in reſeruationibus eſt caſus in quo ut dicebat Ioan. in ſpecu. §. nunc tractemus. non procedit illud, quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita, ſed eo inuito ad cuius vtilitatem facta eſt reſeruatio reuocatur. notat Pa. in c. cum dilectus. de iure patro. in primo. nota. & in glo. penulti. Tertio nõ reuocatur reſeruatio, ſi talis poteſtas reſeruandi fuiſſet conceſſa executori animo donandi. ſic Imo. & Fran. in dicto. §. cæterum. Sed hoc mihi non placet, quia ſi inuito eo in cuius fauorem fit reſeruatio poſſit ipſa reuocari, cur non inuito executore, maxime quod in reſeruatione uerſatur odiũ, & ſic non obſtant notata in capitulo in cauſis allega. quia ut ibi a ſcribentibus notatur, dum capitulum uolens compromiſſariis facere gratiam compromittit in eos, quia uidetur eſſe donatio non poteſt reuocari, ſit res integra uel non ſit, eſt enim fauor reſpectu eccleſiæ, ſic quod in caſu dubii compromiſſario incumbit onus probandi, quod capitulum intẽdebat facere gratiam, nam prima facie præſumitur. quod capitulum eligendo compromiſſarios intendebat prouidere, eccleſiæ, non gratiã facere, ſic Mandago. loco allegato. Quinta reſtrictio, ut pẽdente una reſeruatione de beneficio pertinente ad collationem alicuius non poſſit legatus aliam facere de beneficio pertinente ad eius præſentationem, ſic Franciſcus & Do. in dicto. § cæterum. & hoc eſt de mente illius tex. qui per reſeruationes intendit tollere grauamen ab ordinariis, licet uerba illius tex. prima facie repugnant, qui loquitur ſolum de collatione quæ ab inſtitutione & præſentatione differt, c. cum illis. in de præben. in 6. Sexta reſtrictio, ut pẽdente reſeruatione quæ facta eſt de beneficio pertinente ad collationem alicuius, de alio beneficio quod ad eius, & alterius collationem pertinet non poſſit fieri reſeruatio, ſic glo. penultima. in dicto §. cæterum. quæ probat rationibus, de quibus ibi. ſequuntur eam Archi. Io. And. Do. & Franc. Septima reſtrictio, ut legatus nec poſsit conferre, nec reſeruare eccleſias cathedrales, regulares, uel collegiatas. Item nec dignitates cathedralium eccleſiarum, ſi duo concurrant. Primo qđ ſint maiores poſt pontificales. Secundo quod eis prouideatur per uiam electionis. tex. eſt in capitulo penultimo. iſto titulo, in ſexto. Ex quo ſequitur quod conferre uel reſeruare poſsit canonicatus illarum eccleſiarum, ut ibi glo. prima. Et ſimiliter dignitates ſi utrunque ex præmiſſis duobus deſit, aut ſi alterum, ut ibi glo. ſecunda, id eſt conferre poteſt dignitates ſi ſint collatiuæ, ut plebaniæ, & plebani ſunt qui habẽt cappellas ſibi ſubiectas, ad quas inſtituunt ex cauſa cappellanos, & qui plebani leges aut Phiſicam ſunt prohibiti audire. capitulo ſuper ſpecula. ne cleri. uel mona. Et ex generalitate illius tex. capitulo penulti. dum dicit quod Legatus de beneficiis præmiſsis ſe non impedit, inferuntur. Primo, quod talia beneficia Legatus non poſsit unire, ſic poſt Fred. tenent. Lap. Do. & Franc. in dicto capitulo penultimo. licet alias. ut ſupra dictum eſt, poſſit facere vniones de beneficijs inferioribus. Secundo infertur quod locum collegiatum non poſſit alterare faciendo locum non collegiatum, ita poſt Fred. tenent ubi ſ. Pe. de Anch. Do. & Fran. Tertio qđ Legatus de talibus ſe non poſſit impedire cõmendando, ita Archi. in c. nemo deinceps. de elec. in 6. Quarto qđ non poſſit in talium beneficiorum permutatione aut tranſlatione ſe impedire, cum ad eos ſolum ſpectet, permutationibus auctoritatem præſtare competit, quibus ſpectat conferre gloſ. ſe. in capitulo vnico. de rerum permu. in ſexto. Quod Lap. Do. & Fran. intelligunt etiam ſi interueniret auctoritas. & conſenſus collegiorum. Quinto quod de talibus legatus ſe non impedit, etiam quando ſunt deuoluta ad inferiores a papa, quia textus in illo capitulo penultimo, reſpicit in reſtrictione iſta, ſolum fauorem illorum ad quos ſpectat collatio uel electio, & quia ille textus generaliter loquitur, & facit generalem prohibitionẽ. Nec obſtat cap. ſi abbatem. de electione in ſexto. quia loquitur in confirmatione quæ eſt neceſſaria. Sexto ampliatur, vt legatus non poſſit in genere vel in ſpecie dare poteſtatem alicui quod recipiat reſignationem certi beneficij & recepta reſignatione cõferat perſonis idoneis. textus eſt in dicto capitulo penultimo. §. fin. eodem titulo. in 6 Et ratio ibi aſſignatur ne detur via ad vacatura, quæ prohibitio habet locum ſecundum glo. ibi, ſiue eidem committitur vtrunq;, id eſt poteſtas admittendi reſignationem & conferendi, ſiue vni poteſtas admittendi reſignationem & alteri poteſtas cõferendi. Nec obſtat ſi dicas quod poſſet legatus per ſe recipere reſignationem, & conferre, ergo poterit per alium, quia ꝑ modum præmiſſum fit fraus facilius ad vacatura. Et huic eſt ſimile de epiſcopo qui non poteſt dare alicui poteſtatem cõferendi certum beneficium cum vacabit. cap. conſtitutus. de conce. præben. tu tamen dic poſt Panormita. ibi, quod epiſcopus vicario generali poſſit dare poteſtatem conferendi beneficia vacantia, ſic loquitur capitulũ fin. de offic. vica. Nec ob. dic. §. fi. qui prohibet iſtud in genere & in ſpecie, quia hoc eſt verum quando committeret non vicario, ſic tenet illic glo. in uerbo, cuicunque in fi. quam ſequuntur Ioan. And. Do. Et Franc. Ol. in concilio 76 Et ex his infertur ad deciſionẽ quæſtionis notabilis. An epiſcopus poſſit committere officiali generali poteſtatem recipiendi reſignationem certi beneficii, & poſtea conferendi, in quo ſolet concludi quod non, ita per

præ-

prædicta refert fuiſſe concluſum Do.de Ro in deci. 397. Et pro deciſione huius dubii bene facit tex.dicti.§.fi.ibi in conuen.& ſuppoſito quod valeret cõmiſſio tamen ijdem de Rota, intelligunt non valere ſi fieret officiali non habenti adminiſtrationem in temporalibus, ſeu rerum aut bonorum temporalium. Nec obſtat ſecundum eos, quod epiſcopus & eius officialis faciunt idem conſiſtorium.capitulo.Romana. in principio.de appellatio.in ſexto.capitulo ſecundo.de conſuetud.in ſexto,quia hoc eſt verum quo ad iuriſditionem,& in his quæ ſunt fori contentioſi,in aliis vero ſecus.Nec obſtat etiam capitu. ex frequentibus de inſti.ubi officialis epiſcopi poteſt ſicut epiſcopus inſtituere, quia ille tex. eſt intelligendus de inſti.quę fit ad præſentationem patroni quę eſt neceſſitatis,quam habet officialis, ut ibi, quam etiam habet capitulum uacante ſede,in capitulo primo.de inſtitu. in ſexto.ſecus in inſtitutione rituli collatina, quæ fit pleno iure.in qua nec capitulum uacante ſede ſuccedit, quia eſt uoluntaria, & computatur in fructu, ut in capitulo cum olim. de maio. & obendien. Nec ſimiliter eam habet officialis epiſcopi, ut in dicto capitulo fi.de officio vica.in ſexto. Fatētur tamē ijdem Domini.de R.quod epiſcopus poſſet vni uicario generali in temporalibus & ſpiritualibus dare poteſtatem recipiendi reſignationem certi beneficii,& ea admiſſa per epiſcopum poſtea dari poſſet eidem poteſtas conferendi, quia tunc ceſſaret cauſa prohibitionis quæ eſt in dicto §.prohibemus.Tu tamen aduerte,quod contra præcedentis quæſtionis deciſionē, refert Dominicus in primo §. Prohibemus. tenere dominos de Ro.in deciſione ſecūdum eum.339.vt ſcilicet vicario generali poſſit dari poteſtas cõferendi beneficium poſt admiſſam per ipſum reſignationem, & ſic dicunt fuiſſe pronunciatum per tres ſententias ſucceſſiue. Fundamentum ipſorum eſt,quia iuriſdictio ordinaria eſt lata & fauorabilis, ideo ampliãda ad omnia quę non reperiuntur prohibita de iure cõmuni. Nec obſtat ſecundum eos quod commiſſio fit contra concilium Lateranenſe, quia ſi bene inſpiciatur concilium prohibet votum captandæ mortis, ſed hic datur poteſtas cõferendi beneficium vacans per renunciationem,ergo ceſſat votum captandæ mortis. Inde non valeret conceſſio facta de conferendo ſimpliciter beneficio vacaturo propter votū captandæ mortis.ſed hic ſecus, quia datur poteſtas conferendi beneficium vacans per renunciationem. Nec ob. §.prohibemus. allegatus, ſcilicet per illam viam eſſe factam conceſſionem contra concilium, quia ille textus loquitur in Legato qui nimis præiudicabat ordinariæ poteſtati ſic cõmittendo, & iſta fuit ratio huius prohibitionis. Nec obſtat quod textus ibi aſſignat aliā rationem,ibi cum per hoc aperiri poſſet via &c. Quia illa ratio fuit erronea, & male poſita per compilatores,& ſic dicunt idem de rota ſe audiuiſſe a cõpilatoribus, quia ita dic iſtam eſſe malam reſponſionem. Et contra principium libri ſexti,ubi dicitur illum fuiſſe factum cum maxima maturitate & præcipit eum ſeruari in vniuerſo,unde tutius eſt tenere gloſ.præallega.in dicto §.Prohibemus.in verbo.cuicunque in fi. Quem vt dixi communiter ſequuntur Do.ut epiſcopus videlicet non poſſit officiali vel vicario generali dare poteſtatem recipiendi reſinationem certi beneficij. Sed.ſi dicas quod in oppoſitum ſtringit textus in capitulo.Cum veniſſent de inſtitutionibus,ubi valet conceſſio poteſtatis conferendi Archidiacono perſonaliter. Sed tu dic hoc non obſtare,immo facit pro.quia Archidiaconus eſt de iure vicarius epiſcopi. cap.ad hæc de officio Archidiaco. qui textus probat circa medium, quod inſtitutio quæ vulgo inſtallatio dicitur, eſt Archidiaconorū. Sed inſtitutio tituli collatiua,& auctoritatis ad curam & regimen animarū ſpectat ad epiſcopum. in capitulo cum ex iniuncto. in fine. de hære.His adde conſilium quod Io.An. in capitulo conſtitutus.allegato.refert dediſſe cuidam ſcolaſtico affectanti concedi vicario poteſtatem conferendi beneficium primo vacaturum, uidelicet quod vicario daret generalem poteſtatem conferendi,poſtea per literas ſecundas inhiberet ne procederet ad ſecundam collationem priuſquam inſinuaret ſibi primam, & expectaret ſecundum reſponſum, an vellet habere ratum.Quod conſilium, dicit ibi Anto.non eſt ſeruādum tanquam pernicioſum animæ, & in fraudem illius decre.conſtitutus.Et credit Panormitanus quod attentari poſſet non valere illam conceſſionem ſeu poteſtatis translationem, cum habito reſpectu ad literas ſecundas inhibitorias non videtur delegata poteſtas generalis,quia vno prohibito, cenſentur omnia prohibita & e.l.Oratio de ſponſa.ff.Octaua reſtrictio eſt, quod nedum expectatiuæ,ſed & reſeruationes damnata fuerint per decretum cõgregationis Baſilienſis ab ecc eſia Gallicanæ receptum.Et hoc propter.24.inconuenientia,quæ ex expectatiuarum & reſeruationum curſu reſultāt, quæ ſi quis bene proſpiciat colligunt ex proœmio Pragmaticæ. & gloſ. illic ordinatæ & ſigillatim numerat illa.Aliqua ponuntur in decreto.Placuit.de colla.in §.cui rei.& pulchrę & eleganter recitantur in prima præfatione ſolemni,quæ eſt ad concordata.Et per eadem Concordata,ſunt etiam damnatæ expectatiuæ, & reſeruationes.vt patet in titulo de elec. §.Volumus quoque. vbi etiam adijcit papa, quod ſi de facto forte per importunitatem conceſſerit, aut alias,illas irritas decernit & inanes, His adde quod congregatio Baſilienſis tollens, ut dixi, expectatiuas & reſeruationes, tamen in trib. caſibus temperauit. Primo, ut poſſet papa facere reſeruationes clauſas in corpore iuris. Secundo,vt poſſet idem papa facere in terris ſuis quæ ſunt de temporali dominio ratione directi vel vtilis dominij.Tertio,ex magna & rationabili cauſa in literis exprimenda, habetur in decreto,ſicut. §.ſecūdo.de electi. Conceſſit quoque facultatem in quarto caſu, de quo in titulo de colla.§.non tamen,uidelicet quod Romani pontifices tempore pontificatus ſui poſſent modo conuenienti & honeſto de vno beneficio ad collationem eius qui haberet decem,& de duobus ſi haberet quis quinquaginta prouidere.Et eccleſia Gallicana iuxta poteſtatem ſibi datam in §. adijciens. de collatio. modificatur iſtud in §. Item voluit. in eodē decreto. de collatio. voluit enim quod fieret iſtud.Primo, per mandatum ipſis collatoribus uel patronis eccleſiaſticis dirigendum.iuxta formam capit.Mandatum.cum duobus ſeq.Secundo,quod talia mandata fierent ſub vera data, non ſub data retroactiua, ſecundum quam ſecundus impetrans non præferatur Primo, Siue quod dicta mandata non ſint cum clauſula anteferri. Aut vt ibi Gloſator exponit, Si primo impetranti fecit gratiam puram.Secundo impetranti non faciat conditionalem,quæ purificata conditione eſſet cum clauſula anteferri.Tertio,quod gratia mandati non habeat ſubexecutionē niſi poſt menſem, quod Gloſa ibi exponit dupliciter. Primo,quod mandata non ligent manus collatoris.niſi poſt menſem a tempore præſentationis numerādum.Sic quod medio tempore,inter tempus præſentationis, & tempus menſis non eſſet beneficium vacans interim affectum.Secundo,quod executor datus, ſiue ad compellandū, ſiue prouidendum,non poſſit ſubexequi mandatum,ſiue cõpellando,ſiue prouidendo, niſi poſt lapſum menſem.de quibus executoribus habetur in capitulo executor. & capitulo ſi capitulo & capitu. Si ſoli.vbi eſt gloſa ordinaria.de conce. præbend.in 6.Quarto,quod ipſa mandata inſinuentur collatori,ſeu eius vicario in abſentia, de forma mādatorum eſt recurrendum ad concordata, quibus inſeritur forma.Materiā iſtam mandatorum pulchre & ſubtiliter & funditus examinauit.do.Arnulphus Ruzienis in quadam repetitione facta in celebritate diui Regii. Qua celebritate ſolent profeſſores iurium in hoc Aurel.ſtudio, facere ex ordinatione ſtudii ſolemnes repetitiones.In qua materia ipſe tunc doctor huius ſtudii,& qui nunc poſt multos labores eſt Cõſiliarius Regius in Senatu ſupremo, meritiſſimus & eminentis doctrinæ nihil intactum, nihil indeciſum reliquit in materia ipſa,ſed eā funditus & radicitus extirpauit, ad eam repetitionem puto recurrendum.Cęterum, quia dixi mandata poſſe inſinuari vicario.Tu adde quod Gloſator eiuſdem Pragmaticæ. §. hē placuit.de col.in verbo.vicario.dicit per illum textum ſufficere mandatum inſinuari vicario generali. Addit quoque inſinuationes nominationum ſatis eſſe quod fiant vicario. ut in §.Statuit.in eadem Pragmatica.titulo de colla.Et in Concord.in titulo de electi. §.Statuimus.in uerſi.præfan.Fatetur tamen quod cum uicarius generalis non poſſet conferre,nō ſufficeret graduato uel nominato ab eodem requiri beneficium. Addit etiam ex pluribus uicariis ſufficere uni mandatum uel nominationem inſinuari, & inſinuationes poſſunt etiam uicario fieri extra dioceſim, & collatori etiam, cum poſſit conferre extra dioceſim.in capitulo Nouit.ubi gloſa & ſcribentes iſto titulo. Decidit eodem loco ſi ſequeſtro beneficii ſatis ſit inſinuationem mandati uel nominationis fieri, & quæſtio iſta pendet ab alia. An Sequeſter poſſit ualide conferre,quod poſſit,tenent Pa. & Anto.in capitulo Examinata. de iudi. attento quod non poſſidet.l.intereſſe puto de acq.poſſeſ. ſicut nec creditor poſſet conferre.in capitu.cum Bertholdus.ubi notatur de re iud. Quāuis alias q eſt in quieta poſſeſſione præſentandi poſſit valide præſentare. capitulo.Conſultationibus.de iure patronatus.Et hæc oppoſitio,propter rationes præmiſſas, ut Sequeſter non poſſit præſentare eſt uerior de rigore iuris.Oppoſitio vero ſecunda,quæ eſt Innocentijs in capitulo all.e.examinata.eſt æquior ut poſſit,& ſic prouideatur beneficio, ne diu vacet. Et Gloſ.Pragmaticæ refert pro ea interueniſſe arreſtum in curia, pro ſequeſtro comitatus Stampen. Sed quamcunque opinionem ſeruaueris,puto ne pereat ius Scolaſticorum, prætextu litigij beneficii quod ſequeſtro beneficii poſſint,& nominatio, & mādata inſinuari, maxime vero,quia Sequeſter eſt loco Vicarii, & adminiſtratoris in temporalibus & ſpiritualibus. Ac ſecun-

ſecundum opinionem ſecundam quæ eſt Innocen. poterit ipſe ſequeſter occurrente vacatione, conferre. materiam Sequeſtrationis examinatam vide per Pa. in capitulo. Dilectus.de ſequeſt.poſſeſſio. vbi ipſe in finalibus verbis gloriatur a nemine, Ita plene nec clare fuiſſe diſcuſsã, ſufficit remiſsio.

Concluſio. XXI.

Legatus alatere poteſt conferre beneficia, quorũ collatio eſt deuoluta ad ſedem Apoſtolicam.probatur in capitulo penultimo de præbend. vbi eſt ſecundum Panormita.in primo notabili,litera quæ non poteſt cauilari. Nec obſtat ſi dicatur colationem Legati qui contulerat præbendam in eccleſia Argentina,cuius collatio erat ad papam deuoluta,ideo nõ valuiſſe,quia Legatus de quo ibi ſupplicauit papę quod eam benigno proſequeretur affectu,quia hoc fuit ad finem executionis, eo quod Legato non parebatur.Item pro iſta concluſione facit, quia executor Apoſtolicus ad conferendum beneficia in collatione epiſcopi,cõfert beneficium,quod eſt deuolutum ad epiſcopum. Item quod ex negligentia epiſcopi eſt deuolutum ad papã.textus eſt in cle.ſi de beneficio.de præbẽ.ubi gl. antepe.Circa mediũ dicit hoc procedere, ex quo prius collator erat de his q̃ grauabantur,ſiue nominatus ſiue innominatus. Itẽ pro iſta parte facit, quia delegatus papæ beneficia ad ſedem apoſtolicam deuoluta. Confert ſic Ino.& Hoſt.quos Ioan.And.Et Panormi.ſequuntur in capitulo.ſuper eo. de officio delegat. Item facit, quia legatus confirmat electiones exemptorum.in ea.abbatem.de ele.in 6.ſed electiones exemptorum confirmare,ſpectat ad papam.in cap.primo.de verbo.ſig.in 6.Hanc concluſionem tenet ſpe.in titulo iſto.§.nũc tractemus.in principio. tenet gloſ.fin.in cap.primo eodem titulo in ſexto.gloſa ante penulti, in dicta cle.ſi de beneficio. Francus Vercell. Innoc. Goffre.Io.An.Panormita. & Imo.in dicto capitulo penultimo de præben.Dicebat tamen Io.And.in ſpe.in dicto §. nũc tractemus.Quod quia vincent.& quidam alii oppoſitum firmabant.Ad vitandum opinionum conflictum, ſolet Legato a latere litera ſuper hoc expreſſa dari, idq; dicit apparere ex ſtilo curiæ, refert autem hãc nuperrime habuiſſe dominum ſuum. Huic concluſioni adde declarationes quę ſequuntur, videlicet quatuor, cum quibuſdam additionibus vacãtia in curia niſi habeat ſpeciale mandatum,ita tenet gloſ.fi.capitulo primo eo.titulo in 6.ad hoc quia habens poteſtatem conferendi beneficia reſeruata,quamuis poſſit conferre generaliter, uel ſpecialiter reſeruata tamen non poteſt uacantia in curia.Rota.in no.deci.97. & ſi Legatus vel nuncius habẽs poteſtatem conferendi beneficia vacantia uel qualitercunque indebite occupata poſsit conferre beneficia reſeruata, uide in no.deciſionibus deciſ. 119.quæ autem beneficia dicantur vacare in curia,vide in capitulo pręſenti de prębeu.in ſexto. per Archiepiſcopum. in capitulo ſecundo. eodem titulo & libr. An autem beneficium per procuratorem ſpecialiter ad hoc conſtitutum renunciatum in curia, dicatͬ vacare in ipſa curia quando conſtituens eſt extra curiam, vide gl. in clem. prima in verbo collato. circa mediũ,vt lite pend.in cle.ſpe. in titu.de acti.& peti. §.ſuper actionibus.in fine.Hic incidunt duo dubia.Primum an Papa poſſit conferre epiſcopatus vacantes in curia,in quo tu tene quod non,ut communiter tenetur,ita gloſ.in dicto capit. ſecundo.de præbend.quæ refert q̃d curia ſic ſeruat,quę reſeruationes in his quę vacãt facere conſueuit.Nec obſtat quod tex.ille tribuit papæ poteſtatem conferendi dignitates,quia quæ ſpeciali nota digna ſunt,niſi ſpecialiter exprimantur videnẽ eſſe neglecta. l. Item.apud labeonem.§.hoc edictum de iniuriis. ff.Item epiſcopatus nõ eſt proprie dignitas, ſed magis dignitatum culmen.in capitulo venerabilis.& capitulo cum olim. de præbend. & vltra gl. facit textꝰ.in clem. vnica.de renuncia. quæ ponit pontificale officium. & dignitates pro differentiibus. Et clericus Piſanus quamuis oppoſitum firmet. in capitulo ſtatutum. eo. titulo. propter tex.dicti cap. 2 in verbo.eccleſias.quod comprehendit cathedrales.in ca.cum clerici.de verbo.ſig.Tamen Gaſp. dicto cap. ſtatutum. tenet præcedentem opinionem propter verbum,conferre valeant, poſitum in dicto c.2.nam non ſic loqueretur de epiſcoparib. Et ita dicit ipſe Nicolaum quartũ interpretatum in eccleſia Bracharen. & ſequitur do.ſubijciens quoſt in iuribus non odioſis,appellatione dignitatis venit Epiſcopatus ſicut in capitulo auaritiæ.de elect.in 6.ſed ſi ius non eſſet odioſum , ut hic, ſecus. Quantum ad epiſcopatus de quibus hodie ad nominationem regis datur papæ,ſub latis electionibus, facultas prouidendi,perſonis deſignatis in concordatis,patet in eiſdem concordatis,titulo.de electio.ad princip.dic quod dum vacant in curia Papa libere prouideat abſque nominatione Regis,vt eodem loco dicitꝰ. Et poſt regis nominationem facit tex in capitulo Lectis. & capitulo cum longe.63.diſtinctione.Secundum dubium, An papa poſſit conferre Abbatias vacantes in curia,& refert Io.Mo. in capitulo Inquiſitores.de hære.in 6. quod vidit declarari quod appellatione dignitatis non veniat abbatia. pro quo facit tex.in capitulo ſi quis deinceps.17. quæſtione ſeptima. Et pro iſta opinione facit ſecundum Lap.capitulo ſi poſtquã de elect.in 6.vbi eccleſia cathedralis & regulari æquiparantur, ad idem facit capitulũ fin.de ſimo. vbi ſub nomine monachi Abbas continetur.Item nomen abbatis potius eſt ſolicitudinis quam honoris. decimaoctaua quæſtione ſecunda. capitulo primo.cap.tuam.de ætate & qualitate. Plus dicit Archi.idem eſſe in Prioratibus,per quos principaliter reguntur monaſteria,ut illa vacantia in curia papa non conferat, ſicut eſt ſecundum eum Prioratus de Buſcho. & ſancti Iohannis de Monte, in quibus eſt eadem ratio. Et tu caue ꝙ Ioan.And.in dicto capitulo ſecundo, dicit quod curia iſtud non reciperet. Zenze.ſequitur iſtud Ioan.de Lig.Io.de Fantu.ſecundum do.pro hoc vltimo facit textus in dicto capitulo ſecundo.in verbo prouiſio electio ſeu collatio.Item facit quia Abbates dicuntur Prelati. capitulo primo. de ętate & qualitate.capitulo pręſenti.de offic.ordin.in ſexto. & in capitulo Indemnitatibus.de elect.in 6.Abbatiſſa dicitur prælata.& ſic Abbas & abbatiſſa cẽſentur habere dignitatem. Et ueniunt ſub deciſione illius capitu. ſecundi,quod etiam beneficia ſeu dignitates ſi vacant in curia Papa poſſit conferre. Et fortius vrget tex.in capitulo Quamquam. de elect.in ſexto ubi in deuolutis ad ſuperiorem abbatia æquiparatur aliis dignitatibus inferioribus Epiſcopatui.Secunda Declaratio, quod Abbates exempti poſſunt de licentia Legati a latere migrare ad dignitatem ad quam ſunt electi .textus eſt in capitulo. Si abbatem.in primo reſponſo. de elect.in 6.vbi approbatur oppoſitio compo.Et iſtud etiam antea probatur in capitulo cum venerabilis.de cõſue. extra. licet hoc dicat ibi Legatum habuiſſe ſpeciale mandatum quod eſt meo iudicio diuinatorium.Sed aperte probat ille tex. concluſionem noſtram, ſupponendo quod illic tex. loquatur de Cardinali legato, qui erat in partibus Germaniæ,a quo & male Abbas. Hermomen.exemptus poſtulauit licentiam tranſeundi ad monaſterium Corbien. ſimiliter exemptum,confiſus ex conſuetudine loci qua etiam confiſus adminiſtrauit abſque cõfirmatione obtenta vel a papa, vel Legato qui erat in partibus. Et tu aduerte quod huic vltimo ſi obiciatur quod exẽpti qui diſtant a curia poſſunt adminiſtrare ante confirmationem.cap.nihil de elect. Tu dic hoc non procedere quando in partibus eſt Legatus , & eſt vna ſolemnis limitatio ad capitulum nihil, Nam vt panormit. uult in dicto capitulo cum uenerabilis.ad finẽ.ubi aliquid conceditur propter neceſſitatem durat conceſſio,quatenus urget neceſſitas.Et ſubiicit quod in caſu illius capituli erant duo defectus,ſcilicet confirmationis, & uinculum quo erat illigatus alteri Abbatię,unde licet poſſet adminiſtrare nouam Abbatiam ſine cõfirmatione,tamen non poterat relinquere primam, & ubi ſunt duo vincula,uno ſublato,aliud remanet.l.ſi domus de ſer.ruſtic.prædi.ff.Et ampliatur. hæc concluſio vt poſſit dare exemptis licentiam migrandi, non obſtante priuilegio Abbatiæ conceſſo.ita tenet gloſa.in dicto capitulo. ſi Abbates in verbo. tranſeundi.An autem valeat tale priuilegium, Vide textum cum gloſa. in capitulo Hinc etiam ,decimaſexta quæſtione prima, vbi gloſa refert,quod Abbates ſperantes ſe receſſuros breui ſolent oĩa diſpergere,quia nõ parcit populis regimen breue . argument.l.primę. in primo. de exerci. ff.de pœn.diſtinctione tertia.inter Hircani. Inde in quibuſdam Abbatijs eſt tale priuilegium, quod non poſſint earum Abbates propter rationem præmiſſam ad eccleſias alias tranſire ſine ſpeciali licentia ſedis apoſtolicę.Et ſuppoſito tali priuilegio, quo nõ obſtante poſsint Legati dare licentiam migrãdi,infertur quod appellatione ſedis apoſtolicæ veniat Legatus,quod moderni ibi intelligunt niſi proferatur in materia ſoli papæ reſeruata.vt notat gloſ. in ſimili.in clem.quia contigit de relig. do. Aut niſi apponatur dictio taxatiua, de quo,poſt paul.in Clegrauis. de ſententia excommunica notant do.& Fran.in dicto cap.Si Abbatem.de electio.in ſexto. dicunt tamen quod ſub nomine Romani pontificis vel papæ quod non ueniret Lagatus.

Prima declaratio, vt Legatus a Latere poſſit confirmare electiones exemprorum, vt Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & aliorum. textus eſt in d. capitulo. ſi Abbates. Et hoc idem prius tenebat Compoſtel.in dicto capitulo. Quia diligentia de electione.Et tu aduerte quod Legatus non poteſt facere translationes Epiſcoporum.ut in capitulo , quod tranſlationes. eodem titulo de officio legati . Item aduerte quod Legatus

gatus non admittit poſtaliones ad Epiſcopatus, nam poſtulatio quando fit ad Epiſcopatum debet adiri ad papam, & admiſſio poſtulationis eſt de cauſis maioribus quæ reſeruantur Papæ.de quo Panormit.in capitulo finali.de poſtula. præla.Et addit illic Panormitan. quod in poſtulationibus quæ fiunt ad inferiores dignitates ad eum ſpectat poſtulationis admiſſio ad quem ſpectat confirmatio, modo concurrant duo.

Primo, quod poſſit diſpenſare, in illa dignitate ratione cuius fit poſtulatio. Nam ſi non poteſt diſpenſare, non poteſt poſtulationem admittere cum ibi requiratur diſpenſatio, unde ſi Canonici poſtularent in Archidiaconum eum qui ageret annum.18.non poſſent ab epiſcopo petere, ut hęc poſtulatio admittatur, licet ad eum alias ſpectet confirmatio electionis, quia ſuper iſto deffectu,ætatis,non poteſt epiſcopus diſpenſare. vt in c. vnico de ætate & qualit.in 6.

Secundo, quod is ad quem recurritur pro admiſſione poſtulationis ſit epiſcopus. Nam inferiores Prælati citra epiſcopos, nõ poſſunt diſpenſare niſi in caſibus ſpecifice eis permiſſis,vt eſt Theorica Innocen. vulgata in capitulo ſecundo. de eo qui furtiue ord.recep.plene Panormita. in capitulo. At ſi clerici §.de adulteriis.de iudic.Et quia hoc loco de poſtulatione incidit.Adde quatuor, Primo, quod poſtulantur perſonæ quæ ſequuntur epiſcopi illigati alteri eccleſiæ matrimonialiter, qui non habent liberum volatum abſque licentia domini papæ.Ber.& Hoſt.in capitulo fin.de poſtul. prelato. Mandago prima parta tract.ſui. capitulo. 53. Et addit ipſe in gloſa ſua idem eſſe de electo confirmato,de abbate exempto dubitat,an ſit poſtulandus,tutius eſſe dicit quod poſtuletur. Addit quoque ibidem in textu ſuo quod poſtuletur Laicus, qui defectum patitur in natalibus,in ordinibus,in ętate, qui in membro quod debilitatem vel deformitatem generat eſt corpore viciatus,ſiue caſu,ſiue natura, id acciderit. Item poſtulantur irregulares illegitimę nati,homicidæ,aduocati iudices, ſcriptores, denunciatores in cauſa ſanguinis. unde homicidium contingerit, aut membri mutilatio deformitatem generans fuerit ſecuta, Bigami, viduarum,aut corruptarum mariti,publicæ pœnitentes, ſimoniaci, de criminibus conuicti; vel confeſſi, vel condemnati, necnon qui excommunicati, ſupenſi, vel interdicti, diuina officia celebrarunt.

Secundo adde, quod poſtulatio eſt duplex minus ſolẽnis in qua nulla requiritur ſolennitas,quod eſt quando ſeruus per uolentes eligere poſtulatur a domino, libertus a patrono, filiusfam. a patre. Solennis poſtulatio eſt de ea proſona quæ patitur aliquod de viciis præmiſſis.Sic Mandago eadem part. capitulo 55. Et poſtulatio ſolennis in eo a nominatione differt quia poſtulatio fit de uno, nominatio de pluribus. de quo latius in conclu.decimanona.in quarta declaratione. Tertio Adde, quod poſtulantes ante preſentatam electionem poſſunt variare poſt eam præſentatam,non ne illudant ſuperiori,& ea præſentata adhuc poſtulato ius non quæritur. in capitulo bonæ. el ſecundo, vbi panormita. in ro. nota. de poſtul.præla.Et in hoc differt ab electione, in qua poſt publicatum ſcrutinium non admittitur variatio.quia ius acquiritur electo.capitulo publicato. de electione extra. Et eligentes indignum,licet peccent, & alias ſint puniendi, tamen non priuentur iure eligẽdi,niſi ſequatur communis electio, de quo in capitulo perpetuæ. de electione in ſexto, & in hoc declaratur. in capitulo cum in cunctis. de electione in fin. de qua communi electione vel concluſione quomodo debeat fieri per vnum vice ſua,ac coeligentium,& ne videatur eſſe pluralitas electionum,debet hoc fieri per uerba ſingularis numeri.nota.in capitulo cum ab uno.de reiudicata. eodem titulo. Et in quantum dixi, quod poſtulantes poſt poſtulationem præſentatam ſuperiori nequeunt variare, adde quod ſi ſuperior & poſtulantes ſimul conueniant, poſſunt poſtulantes reſilire non obſtante contradictione poſtulati,nam tunc ceſſat illuſio,& poſtulatus cui ius non quæritur non poteſt contradicere, ſic Innocent.& Hoſtienſ. in capitulo bonæ.el primo,vbi Panormitanus.in tertia columna.de poſtulatio. prælatorum. Quarto adde quod quando poſtulatio non eſt facta in concordia pendet amiſſio ipſius ex gratia ſpeciali,quod ſi in concordia ant a duplo maiori parte,& pro vtilitate eccleſiæ pendet ex gratia generali, ſic quod poſtulatio non poteſt reiici ſine iniuria poſtulantium poſt gloſ. in capitulo cupientes. §. cœterum.in uerbo contumacia.de electione.in ſexto. Tenet Panormit.in capitulo bonæ.l primo & in capitulo pen.de poſtu.præl.& in quantum dixi ꝙ poſtulato poſt poſtulationẽ præſentatam ſuperioribus non quęritur, tu adde quod propterea poſtulatus debet cum maxima reuerentia ad ſuperiorem accedere, & petere genu flexus in terrã, ut eius poſtulatio admittatur cum ut dixi admiſſio pendeat ex gratia, præſentatus autem quamuis ex præſentatione aliquod ius conſequatur, vt Innoce.notat in capitulo dilectus iſto titulo.Tamen cum patronus ſaltem Laicus poſſit alium præſentare ſaltem accumulatiue. capitulo cum autem.de iure patrona debet propterea is leuare caputium,& ſe incurare,ut cito expediatur, ne alius interim præſentetur. Electus vero ſi confidat in electione ſua non eſſe peccatum, in materia, nel in forma, petere poteſt, elato ſupercilio confirmationem, & cum comminatione. quod niſi confirmetur recurret ad ſuperiorem, ſic Ioannes Andreas & Panor.eleganter notant. in capitulo penul.eo.ti. de poſtu. præla. Quarta declaratio, quæ ad concluſionem. 19.melius accommodari potuit eſt,quod ſicut ordinario currit ſemeſtre,ad conferendum, ita Legato, vnde ſi poſt ipſius Legati negligentiam, collatio fuerit deuoluta ad aliquem collatorem,qui non ſit de prouincia,abinde non poterit cõferre donec ſit facta deuolutio ad papam ita card.ſing.in cle. ſi de beneficio. in 5.q. de præben.

Circa hanc declarationem adde tria. Primo quod ſemeſtre nõ currit impedito,ſiue ſit impedimentum facti,ſiue iuris, vtpote ſuſpenſus eſt prælatus, niſi eſſet in notabili negligentia, in petẽda abſolutione, & nõ currit quamdiu ad curiam proficiſcitur ad petendam abſolutionem,& quandiu in ea reſidet,probatur in capitulo quia diuerſitatem.de conceſ. præbend. Nam Archiepiſcopus. de quo ibi,quia forte in beneficiis cõferendis delinquebat,delictum eius fuit denunciatum papæ iuxta formam. capit. graue.de præben.& propterea fuit ſuſpenſus, plus ibi dicit Ioan. And. quod nõ currit donec in domum ſuam plene ſit reuerſus.& ſarcinulas compoſuerit,a quo Ioan.And.dicto, quamuis recedat gloſator Pragmaticæ.in §. item. circa clauſulam in verbo.præſentandum de coll.tamen opinio Ioann.Andr. mihi videtur verior, pro qua primo facit in ar.l.ab hoſtibus. §.ſed quod ſimpliciter.in fin. ex qui. cauſis maio.ff. pro qua videtur text.recte ponderatus in dic.capitulo quia diuerſitatem.in verbo. vel receſſit ab illa de conce.præbend. Ad hoc etiam,quia dum ſtat in uia.quamuis ſit abſolutus,tamen nõ poteſt commode conferre triplici ratione. Prima;quia honeſtius eſt ar.l. in eccleſiis.de epi.& cle. C.quod prouideat indigenis quorum non habet copiam, item honeſtum eſt in iſtis habere conſilium capituli qđ ſecum non habet,itẽ in collatione. ſunt examinandæ perſonæ, & ſi quid iudiciale occurret,non poſſet exerceri in diœceſi aliena, Ex quo ſequitur ꝙ iſtud ſemeſtre eſt vtile,& quo ad initiũ,& quo ad ſui progreſſum,ſimile eſt de centum diebus tranſuerſalibus datis ad petendam bonorum poſſeſſionem.in l.2.qui admi. C.ſic econtra tempus petendæ reſtitutionis eſt ſemper continuum.in l.ſuperuacuam,de tempo.in integ.reſti.C.ubi gloſ.ordi.de tẽpore vtili.& continuo, & gloſ. ſimiliter in cle.vnica.de reſti. integ. Decendium datum ad appellandum eſt quantum ad initium ſui utile, & in progreſſu continuum, de quo not.in capitulo concertandum.de appel. in 6. & inquantum in dic. capitulo quia diuerſitatem gloſ parua. in verbo, a qua,dicit Hoſt.quod. Archiepiſcopus ille,de quo loquitur ille tex. erat ſuſpẽſus ab offi.& iuriſditione,& ſic ſupponit vnum falſum, quod ſuſpenſus ab officio nõ ſit ſuſpenſus,a iuriſditione nec poteſtate conferendi,tu dic quod ab illa gl.communiter recedunt ſcribentes, qui volunt quod ſuſpenſus ab officio ſit ſuſpenſus a iuriſditione, quia ea quæ ſunt iuriſditionis ſunt annexa officio, ſic Anto.Pa. & Imo.in capitulo quia diuerſitatem.glo.idem tenet. capitulo cum dilectus. de conſuetud. ubi Ioan.And.Anto & Panor. & Imola. & circa iſtud primũ tu adde quinque.Primo quod ſuſpenſus a pontificalibus poteſt conferre, quia non eſt ſuſpenſus a iuriſditionibus, quæ diſtant ab his quæ ſunt ordinis. iuxta notata. in capitulo tranſmiſſam.de electio.ſecus ſi eſſet ſuſpenſus ab ordine, quia ſecundum Panor.in dic.capit.cum dilectus.fingitur per quandam conſequentiam ſuſpenſus ab omnibus quæ ſunt fundata ſuper ordine,ut a iuriſditionalibus.Secundo quod ſuſpenſus a beneficio ſolum, non intelligitur ſuſpenſus ab officio vel iuriſditione tamen canonicus ſuſpenſus a ſuis beneficiis poteſt eligere,patet quoniam eligentes indignum ſunt iuxta capitulũ cum in cunctis.In ſi ſuſpenſi a beneficiis per triennium,& tamen eo pendente poſſunt illi penes quos remanet poteſtas eligendi,eos ſecum admittere ad eligendum.in capitulo cum wintonien.ubi.glo.in uerbo amiſerat quæ eſt melior quam alia. Tertio ſuſpẽſus ſimpliciter, aut ſuſpenſus ab officio & beneficio ſimul,aut ab officio ſolum, ſiue ſit ſuſpẽſio ab homine ſiue a canone priuatur durante ſuſpenſione facultate exercendi iuriſditionem ſpiritualem, & conferẽdi & eligendi, nam iſta ſunt fundata ſuper ordine eccleſiaſtico,ſic Panormita.in dic. capit.cum dilectus.& ratio iſtorum

eſt

eſt ſecundum eum, quia ſuſpenſus videtur eſſe ſuſpenſus ab omni edificio, quod eſt ſupra fundamentum.arg.capit.cum Paulus.1.q.1.Item quãtum ad ultimum de eo q eſt ſuſpẽſus ab officio, dic ꝙ verbũ officio eſt multũ latum. Et quicquid beneficiatus habet præter beneficium poteſt dici officium. Nec obſtat ſi dicantur quod moniales ſpectat ius eligendi c. indemnitatibus.de elec.in 6.Ius conferendi.ca dilecta.de ex ce.prælа.cap.dilecta.de maiorit.& obedin.& tamen nullum habent ordinem.cap. noua.de pœnit.& remiſſi.præterea benedictio abbatiſſæ, nihil participat de ordine, licet abbatis benedictio ſit. iuxta no.in cle.attendentes, in uerbo benedici.de regula.notant ſcribentes.in cap.meminimus,de accuſa.dic quod religio facit eas capaces, ſicut in ſimili dicitur, de Laicis religioſis conuerſis aut oblatis,qui gaudent priuilegio canonis,ſi quis ſuadente, vt in capitulo non dubium.de ſenten.excom.At in ſecularib.poteſtas eccleſiaſtica eſt fundata ſuper ordine. Quarto.adde quod ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ,ſi tn ea celebrat eſt irregularis.cap.is cui.de ſentẽtia excommu.in 6.quod ſi ut ibi uult gl. extra. celebraret ſecus eſt,vt ſub aere,ſub tentorio,aut in domo priuata, & gloſ.ſequuntur ibi Ioan.And.Dom.& Franc.ſpe.in tit.iſto.§.iuxta, verſic.quid ſi quis.& nota.quod ad incurrendam irregularitatem ratione celebrationis factæ in eccleſia non requiritur ꝙ ipſa eccleſia ſit conſecrata, vt poſt Cal.tenet Franc. in c.is cui.alleg.nam eccleſia non conſecrata polluta eſt, reconcilianda ſaltem aqua exorcizata,ne in ea diuinæ uocis organa ſuſpendatur In c.ſi.de conſecra.eccle.vel alta, & adde, quia hic de reconciliatione eccleſiæ,agitur,Quod eccleſia eſt reconſecranda in tribus caſib. Primo quando eſt dubium an aliquando fuerit,ſicut ſolet fieri quando dubitatur de baptiſmo.in c.2.de baptiſmo. Secundo cum parietes eccleſiæ ſunt combuſti,quia cum conſecratio ſeu delinitio exterior fiat in ipſis parietib.eis itaque combuſtis ſequitur violatio. Tertio quando corruerunt parietes ex toto ſubita ruina,idem ſi ſucceſſiue,eſto quod reficiantur,nam licet nauis & eccleſia refecta per partes cenſetur eſſe eadem,ar.l.quod in rerum natura.de legat.primo.Tamen hoc quantum ad fictionem,ſed in iſtis ſpiritualibus conſideratur veritas. Panor.not. in capitulo propoſuiſti de conſecra.eccleſ.vel alta. Quinto adde,ꝙ ſuſpenſio maior inducit ordinum ſuſpenſionem, inde celebrando poſt eam incurſam contrahitur irregularitas, ſed maior ſolum ſuſpendit a participatione ſacramentorum. Inde arrentando deputata ordini eſt peccatum, ſed non incurritur irregularitas.not.Panormita. ſi celebrat de clerico. excomm. miniſtrante.de multiplici ſuſpenſione.glo.ordinaria.in uerbo.ſuſpenſi.in clem.cupiditates.de pœnis.

Secundo principaliter huic quartæ declarationi adde quod Semeſtre datum ad conferendum,non currit niſi a die noticiæ uacationis. Eſt tamen præſumptio contra differentem tex.pulcher.in capitulo ut noſtrum.§.porro.vt eccleſiaſtica beneficia.quod eſt quando beneficium vacat de iure & de facto,quia nemo eſt in poſſeſſione,ſaltem colorata,tunc præſumitur noticia uacationis.Et poſt ioan.And.in capitulo ex parte aſtenſis.de conceſſio.præbend.Dic quod in præſumenda ſcientia uel ignorantia vacationis, debemus conſiderate qualitatem beneficii.Nam citius præſumitur ſcientia in magno,quam in paruo,in curato quam ſimplici. Item eſt conſiderandus modus vacationis & diſtantia loci.de quo uide ꝙ notatur in cle.vnica.in fi.de conceſ.præben.

Tertio principaliter huic Quartæ declarationi adde, quod Semeſtre datum collatoribus non procedit in habente inſtituere pręſentatum per patronum.Ita Anto.Panorm. & Imo.in capitulo ſecundo.de præbend.quia ille tex.loquitur in habente conferre,Nam licet de iure communi,ad epiſcopm pertineat collatio beneficiorum pleno iure, & illi ſit præfixum tempus ad conferendum,ſcilicet ſemeſtre,tñ quãtum ad inſtitutionem quę fit ad præſentationem, non inuenitur limitatum tempus.

Et ratio eſt in promptu. quia præſentatio fit de perſona iam electa & pñtata,& nihil incumbit ſuperiori facta aliqua inquiſitione de idoneitate, pñtatę perſonæ,niſi ꝙ inſtituat eam.aliud dicere durum eſſet,haberet patronus ſex mẽſes,& epiſcopus alios ſex,& ſic eſſet uacatio per annũ quæ eſſet periculoſa.eſt tamen remedium ꝙ ſi eps differat facere inſtitutionem,quod ad ſuperiorem recurratur qui præfiget tẽpus, quo elapſo ad eum fiet deuolutio. Et in eo cui incumbit munus confirmationis cui nõ eſt a iure tempus Idem dico. Ad hoc facit, quia quotiens ad exercitium alicuius actus non eſt præfixum certum tempus.remedium eſt prædictum. de quo Hoſtien. Ioan.And.in capitulo eccleſia. el.ſecundo.de elec.Idem Io.And.in c.ex parte.de conceſſio.præbendę.Panormita.in capitulo Poſtquam.de electione.Idem in capitulo Paſtoralis.de exceptio. Et facit quod notat gloſa fi.de re iudi.in cap.Paſtoralis.de electionibus imperii,quibus ad eligendum non eſt a iure præfixum tempus,quod papa eis præfigere poteſt,quo elapſo ad eum fit deuolutio. de quo copioſe ſupra concl.1. dictum eſt.Et iuxta text.in capitulo venerabilẽ. de elec.& ea quæ in ſexta concluſione dixi.Electio facta ad Imperium de indigno nõ confirmabitur,nec ad electores qui pro ea vice priuati ſunt redibit ius eligendi, ſed vt puto remanebit penes papam.ar.eorum,quæ habentur in capitulo quanquam.de electione in 6.vt poie ad quem pertinet ex cauſa ius deſtituendi Imperatorem,vt ea concluſione dixi,ita ius electionem confirmandi, & infirmandi, & inde prouidendi,& hoc eſt multum æquum. ar.c.cum ex iuncto. in fin.de hæreticis.

Concluſio XXII.

SI papa vel Legatus eadem die contulerũt idem beneficium, aut ordinarius, diuerſis,nec apparet quę collatio ſit primo facta, potior eſt conditio poſſidentis,qua poſſeſſione ceſſante maior prærogatiua præfertur,iſta concluſio probatur in capitulo ſi a ſede.de præben. in ſexto. Et ſi obijciatur quod poſſeſſio in beneficialibus nihil eſt, verũ eſt deficiente titulo.Sed iniuncta cum titulo,inducit prærogatiuã contra alium titulum concurrentem in tempore, etiam habentem prærogatiuam reſpectu ipſius. Et ſi obijciatur adhuc in beneficialibus poſſeſſio non tribuit ius. capitulo cum qui. de præbend. In ſexto.dic eſſe verum quando eſt violenta, Et adde quod ſicut in matrimonio carnali oportet agentẽ poſſeſſorio recipiendę ad conſequendam reſtitutionem coniugis docere de titulo ſaltem colorato. in capitulo ex parte.capitulo ex tranſmiſſa.de reſti.ſpo. cum ſimplex poſſeſſio perſonæ nihil ſit.ar. l.cum hæredes.de aqui.hæredi.ff.ſic in beneficiali in eodem poſſeſſorio idem eſſe debet.eſt gloſ.quam vt dicunt doc.obſeruat totus mundus in cle. vnica.de cau. poſſeſ.a qua tamẽ Panormita.in c. in literis.de reſti.ſpo.forte ſtudio contradicendi recedit.

Hæc concluſio recipit ſeptem declarationes Prima declaratio,vt ſufficiat poſſeſſionem ſemel præceſſiſſe, licet tempore quo agitur non ſubſit, hoc eſt ſi prouiſus a papa, vel Legato ſemel apprehenderit poſſeſſionem prius,& poſtea ab ea ceciderit, tamen ordinario concurrenti cum eo, qui de præſenti poſſidet,forte erit præferendus.ſic tenent Domi.& Franc.reprobato Lap ibi. quia ex quo poſſeſſio validat ius illius, qui primo adeptus eſt illam, de neceſſitate ſequitur extinctio iuris alterius, cum duo inſimul non poſſint habere idem beneficium. capitulo cum non ignores. de præbend. vnde licet alius acquirat poſtea poſſeſſionem beneficii non reconualeſcit extinctum. ar. capituli quam periculoſum.ſeptima, quæſtione prima. l. qui res. §. aream. de ſolutio de conſe.diſtinctione 2.quæris.

Secunda declaratio vt deciſio illius text.q de collatione papæ,Legati, vel. Ordinarij loquitur in data concurentibus,procedat etiã ſi papa vni & Legatus alteri contulit,ita gloſ.prima ibi, quæ dicit idem eſſe, ſi idem beneficium vacas eadem die tribus ſit collatum, vt ſi papa vni,legatus alteri, Ordinarius tertio contulerit,a qua gloſa nullus ſcribentium ibi recedit.

Tertia declaratio, vt deciſio illius tex. ſi a ſede.non procedat quando epiſcopus vni, & vicarius alteri eadem die contulit, quia collatio valet.quæ ab ordinario facta eſt,nõ quæ a vicario.nã collatio ordinarij eſt ablatiua poteſtatis vicarii, vnde poſſeſſio per collatarium vicarii obtenta,nihil proficit, quia eſt obtenta in vim collationis vicarii amplius poteſtatem non habentis,illud poſt Gaſp.de Cal. conſilio ſeptimo, titulo de præbend.& Ioan.mo.in capitulo penultimo.de reſcrip.in ſexto. Tenent Domi.& Francus in dicto capitulo ſi a ſede. Quod vero potior ſit collatio ordinarii, patet ex fi.illius decre.ſi a ſede, quia manauit ab ordinario habente maiorem prærogatiuam, maior eſt enim poteſtas ordinarii quam uicarii. ar. capituli dudum. §. nos vero. de præbend.in ſexto.Et ut Ioan. mo.Archid. & Ioann. Andr. fons ſcaturiens maior eſt quam riuus inde procedens.

Secundo facit, quia ſi epiſcopus poteſt vicarium in totum uel in partem reuocare, ergo fortius conferendo, vicario adimere poteſtatem conferendi, facit in ſimili de dño tractante cauſam propriam, in qua dederat ꝓcuratorem.ca.ſi quem.de procu.in 6. Et recte procedit argumentum, nam fortior eſt poteſtas procuratoris, quam vica

rij, procurator enim poſt litem conteſtatam non reuocatur
indiſtinctæ. in l.poſt litem.de procu,ff.in l.exigendi. C.codē
Item mandatum procuratoris interdum morte non reuoca
tur,ut in caſibus relatis a modernis,maxime a Do.Iaſone.in
l.eius qui in prouincia in §.primo.ſi certum peta.ff.ſed vica-
rius reuocatur quandocunque & morte expirat eius pote-
ſtas.Ioannes Andreas in capitulo clerici.de offic. vicarii. Si
ergo poteſtas vicarii facilius reuocatur quam procuratoris,
& p exercitium actus quem fecit dominus reuocetur pocu-
ratoris poteſtas,fortius vicarii,præterea ille qui cauſam dele
gauit,cognoſcendo de illa, reuocat poteſtatem delegati.Ioā
nes Andreas in c.intimaſti.de appel.Archi. in cap.quamuis.
de officio deleg. in ſexto. Facit in ſimili de papa qui de cauſa
cognoſcendo,vel alteri beneficium conferendo, videt̄ aliis
poteſtatem ademiſſe. capitulo vt noſtrum.de appel.c.eccle-
ſia. el. ſecundo vt lite pendente. capitulo cum Martinus.de
conſti.Sed tu aduerte quod Francus ab iſto dicto recedit,tūc
enim potior eſſe debet collatio epiſcopi, quando de priorita
te apparet,quia quo ad illud,vt predicta argumenta conclu-
dunt videtur vicario poteſtatem ademiſſe,& vbi eſt concur-
ſus,ceteris paribus prefertur collatio epiſcopi, ſed potior de-
bet eſſe titulus vicarij, quando eius collatarius prius poſ-
ſeſſionem nactus eſt in terminis noſtris, vbi eſt concurſus
collationum tam collatoris, quam vicarii. Sed opinio pre-
cedens que eſt communis videtur mihi verior eſt etiam ma
gis communis.

Quarta declaratio, vt decre.ſi a ſede.non p-
cedat quando idē bene-
ficium eſſet ab eodem collatore collatum duobus, nam illa
decre.ſi a ſede. procedit quādo a diuerſis collatoribus fit col-
latio diuerſis, in quo poteſt dari concurſus collatorum codē
momento temporis,ſecus in pluribus collationibus ab codē
factis, vbi eſt impoſſibile dare concurſum,nam ſi idem colla
tor dicat,confero Titio & Petro.Si intelligit idem beneficiū
conferre duobus non valet collatio.ar.capit.cum non igno-
res.de præbend. Si intendit ſolum vni conferre, ille qui eſt
primo nominatus eſt potior.ar. capituli mandato.de præbē.
Ergo poſſeſſio ſecundi,cuius titulus eſt nullus, nō poteſt ope
rari. Quod qui prior eſt nominatus perdat prioritatem ſuā.
Et dicta decre.ſi a ſede.procedit qn̄ de prioritate nō conſtat.
Nec eſt quod tu dicas iſtū caſum eſſe deciſum per decre. pe.
de reſcriptis. in ſexto.Quia ille textus loquitur de prouiſione
fienda,nos de facta, unde Ioannes Andreas in dicta decre.ſi
a ſede,dicebat,aut incertitudinem illam viciare,uel impedi
re collationem,ar.l.ſi fuerit.de re.dub.ff.in l,duo ſunt Titii.de
teſtatute.ff.in capitulo ſecundo, de electione in ſexto. Aut
ad ſuperiorem recurrendum, qui curioſe & ſubtiliter inter-
rogatus id declaret. & duos ſimiles caſus uide notatos per
Hoſtien.in capitulo.ex tenore.in prima gloſ. circa medium
de reſcriptis.& in capitulo.abbatem.eo. titulo. & Ioann. de
Imo. illud dictum recipit quando neuter habentium colla-
tionem ab ordinario poſſideret, ſed ſi alter poſſideret agens
ſuccūberet in dubio. Dominicus recipit iſtud quando non
poſſidens ageret contra poſsidentem, ut actor ſuccumbat,
quia poſſeſsio rei reddit dubium ius actoris, & ſic non clare
probat intentum, unde debet ſuccumbere capitulo in præ-
ſentia.de proba. Sed quantum ad iuſtificationem tituli non
ſufficit ſolam preuentio poſſeſsionis,cum ſola poſſeſsio non
tribuat titulum in beneficialibus.Putat tamē Francus & for
te non male quod in eodem beneficio collato duobus ubi
de prioritate non conſtat,quod poſseſsio primo apprehenſa
coadiuuaret titulum,cum hoc caſu, ſicut in collationibus
factis a diuerſis, faciat præſumi collationem preceſsiſse, &
vtrobique eſt eadem ratio.

Quinta declaratio vt deciſio decre. ſi a ſedē.
non procedat,quando pa-
pa aut Legatus vni beneficium reſeruauit, et ordinarius ca-
dem die alteri contulit,et de prioritate aut poſterioritate re
ſeruationis & collationis non apparet, tunc potior eſt ordi-
narii collatio, ex quo per aduerſarium nihil in contrarium
clare probatur. Ita tenet Ioannes Andreas dicto capitulo ſi
a ſede.& ſequitur Paulus.Sed tu caue quod Lap. ab.ibi tenet
contra. Siue ſecundum eum reſeruatio ſit facta motu pprio.
capitulo ſi pluribus. de præbend. in ſexto. Siue ſit generalis
quæ habet vim conſtitutionis, ſiue ſpecialis,ſiue proprio mo
tu.Nam reſeruatio Papalis & collatio æquipatantur.capitu
lo ſi beneficia.de præbend. in 6. Et pro dicto. Lap. facit, quia
ordinarius pōt libere conferre,niſi probetur papam preueniſ
ſe.Ego vero ſequor dictū præcedens Io. And.quod Imo.dicit
ibi eſſe tutius,pro qua facit gl.in cle.ſi.in verbo creati. de re-
ſcrip. In quæſtione illa de beneficio creato ea die qua data
fuit expectatiua,nam propter tex.ibi,expectatiua non exten
ditur ad illud beneficium. Item illius c.ſi a ſede deciſio,cū ſit
exorbitans non debet extendi, ut in regula ea que de reg. iu.
in 6.Et dictum cap.ſi beneficia.procedit quando de priorita
te conſtat.Dictum Lap. ſecundum Dom. ſaluari poſſet quā
do reſeruatio eſſet facta cum decreto,quia tunc idem opera
tur quod collatio pape quo ad tollendam poteſtatem ab or
dinario.cap.ſi eo tempore. de elect. in 6.cap. ſi poſtquam. de
præbend.eod.titu.Sed ſi collatio pape concurrens cum col-
latione ordinarii ſine poſſeſſione eandem ordinariam inua-
lidat.in cap.ſi a ſede ergo reſeruatio papæ quæ eſt.cum decre
to,& habet vim collationis idem faciet.Et modo uerum erit
quod Ioan.And.dicebat quod probando talem reſeruatio-
nē cū decreto, probat tale quid quod impedit collationem
ordinarii.Facit his quod notat Innocen.in c. preterea requi
ſiſti.de appella. ubi dicit quod quando eodem momento cō
currunt ſententia excommunicationis, & actus illi contra
rius, quod excommunicatio tāquam maioris potentiæ, &
gladius penetrabilior intelligitur præceſſiſſe. Sic in propoſi-
to dū eodem momento concurrunt collatio ordinarii,& re
ſeruatio affectiua manum narii ordi illa reſeruatio tāquam
ſaffectiua manum ordinarii intelligitur preceſſiſſe.

Sexta declaratio. quod deciſio illius tex.
non procedat in
caſu qui ſequitur, videlicet quod ſi qua die impetrauit ali-
quis vt reciperetur in Canonicum in aliqua eccleſia, ea
die Capitulum impetrauit indulgentiam, quod ad nul-
lius receptionem teneatur per literas Apoſtolicas non faciē
res mentionem de indulto, quod talis indulgentia non no-
ceet impetranti,quamuis de prioritate ipſius non conſtet,ſic
Archidiaco. Ioan. Andre.Domin.& Francus ibi.Moti,quia
ille impetrans non poteſt dici ultimus.l.cum hic ſtatus. §. ſi
mulier. alias ſi ambo.de do.inter uirum & uxo.l. qui duos.
impuberes.in primo reſponſo.& §.cum in bello.de rebus du
biis.ff.Item,ſic dicendo vtrumque valet,impetratio & indul
tum.Et ea debet fieri interpretatio, ut res potius valeat quā
pereat.cap.Abbate.de uerbo.ſign.Item impetrans eſt actor.
& capitulum excipit de indulgētia præcedente. Debet ergo
capitulum neceſſario probare illam.arg.l.in exceptionibus.
de proba.ff.facit quod notat Gloſ.in dicta Cle.literas in ver-
b creatum.in fine.Fatetur tamen Ioan.An. in dicto capitu
lo ſi a ſede.quod hec quæſtio ſit hodie parum vtilis, ſecūdū
ſtilum quem hodie dat curia omnibus impetrantibus. Cum
huiuſmodi prouiſiones ex eodem ſtillo habeant clauſulas p
quas tollunt̄ indulgentiæ, quas cōſtat p̄ceſſiſſe,ergo fortius
tolluntur ille de quibus non conſtat, procedit ergo queſtio
vbi tales clauſule non eſſent.

Circa hanc declarationem occurrit du
bium. Quā
do in eccleſia eſt certus numerus Canonicorum iuramento
firmatus, An ſi aliquis ſupernumerarius forte ad mandatum
Legati recipiatur, vtrum valeat receptio. Archi. in dicto
capitulo ſi a ſede aperte tenet quod non. Motus, quia in
decre.dilecto,de præben.paulo ante finem iſta equiparantur
ſtatutum iuratum, & confirmatio papalis. Sicut ergo nō va
let quando eſt confirmatio, ſic quando ſtatutum eſt iuratū.
Et fortius, quia ſtatutum confirmatum ſolum a papa ſuſci-
pit auctoritatem,q eſt purus homo, licet vicarius Dei in ter-
ris.Statutum vero iuratum confirmat Deus, cui plus eſt obe
diendum quam homini. Iulianus. 11.quæſtione tertia.& ca-
pit.Qui reſiſtit.8.diſtin.que contra.Ego autem lego Ioan.An
dre.in dicto capitulo dilecto.& eundem in ſpe.iſto titulo.§.
nunc tractemus.in verſic.Si Legatus.ubi uidetur conclude-
re quod valeat receptio, licet recipiētes incurrant periuriū.
Nam regulariter actus factus contra iuramentum tenet, li-
cet contrauenientes ſint periuri.quod ipſe Ioan. An.in alio
caſu diſputat in Mercu. quod ſemel. de regulis iur. Et facit
capitulum.ſicut.de ſponſa. vbi Matrimonium contractum
contra præſtitum iuramentum tenet.Et ſi obiiciatur, ſi Ca-
nonici recipiant aliquem ꝯ ſtatutum iuratum,ſunt periuri,
ergo ſunt infames,& ſic actus receptionis per eos factus nō
tenet. Dic quod non incurrunt periurium in actu receptio-
nis., ſed ſolum poſt actum receptionis conſummatum.
Sed tu aduerte quod Ioan.And.ſi recte conſideretur in locis
allegatis, videtur tria requirere.Primo. qa forte ſuberat cau
ſa augendi numerum,eo quod excreuiſſent facultates eccle
ſie,& eccleſia pateretur defectum in miniſtris. de quo in ca.
Cum Mar.de conſti.Secundo quod contraueniant collegia
liter. Tertio,quod is qui recipitur contra ſtatutum iuratum,
non ſit is qui hoc procurauerit.Nam licet dans cauſam per-
iurio,debeat,repelli tanquam periurus.22. quæſt. 5.ca.1.& 2.
& collatio iſta facta tali,& taliter recepta, debeat eſſe nulla
vel ſaltem ſit annullanda.de exceſ.præla.inter dilectos. Sed
tu aduerte quod ipſe Ioan.An.in capitulo primo.de his quæ
fiunt a maiori parte capituli, uult abſolute quod iuramen-
tum quo ſingulares de collegio vel copore iurant conſtitu-
tiones, vel ſtatuta non impedit quominus illa collegialiter
per

per illos ad quos pertinet, tolli poſſint. Arctant enim iuramẽta ſingulares ad ſeruanda ſtatuta quamdiu ſubſiſtunt, & ſic ſeruat totus orbis, alias omnes ſtudentes eſſent periuri, q iurant ſeruare ſtatuta uniuerſitatis, quæ poſtea correcta vel ſublata non ſeruant. Idem eſt in Rectoribus & officialib. locorum, propter hæc dicta Ioan. And. quæ videntur eſſe pugnantia. Et ſimiliter propter dicta Paul. & Ioan. de Lig. in clemen. prima. de priuileg. Panormitan. in hac materia quæ ſibi ſemper viſa eſt difficilis. dicit in dicto capit. dilecto. pro cõcordia quod ſingulares de collegio quando iurant ſingulariter ſeruare ſtatuta, ita quod habito reſpectu ad formam & ſubſtantiam iuramenti, ligat eos ſingulariter iuramentum, tamen ſublato ſtatuto collegialiter, nullum incurrunt periurium contraueniendo. Sic intelligitur dictum Ioan. And. in dicto capitulo primo. dat exemplum, Statutum eſt quod nullus det vocem, niſi ſit in matricula, iurant ſinguli ſeruare ſtatutum, hoc caſu iuramentum concernit obſeruantiam ſingulorum, ideo ſi collegium deliberat tollere ſtatutũ, non peccant ſinguli poſt modum contrauenientes. Sed ſi iuramentum ſtringeret eos ad obſeruantiam collegialiter, haberet locum prima opinio Ioan. And. ut ſine metu periurii poſtea collegialiter etiam nõ poſsent contrauenire ſine cauſa. Exemplum in quæſtione noſtra, quia canonici iurando recipere aliquem vltra numerum vel ſtatutum iuratum, videntur etiam hab niſse reſpectum, ut collegialiter non recipiãt. Nam ſingulares non poſsunt eligere nec recipere. Et ad contrarium quod erat archid. de illa decre. dilecto. ubi cõfirmatio cum clauſula Decreti irritantis, & iuramentum æquiparantur. Reſpondet Panormita. dupliciter, primo, quod ibi eſt allegatio partis, ideo non continet ius. Secundo, quod ibi non dicitur quod non teneat receptio, Sed quod Canonici non poſsunt aliquem recipere, quia id dicimur poſse, quod honeſte poſsumus. l. ſi filius. de condi. inſti. ff. ca. faciat. 22. q. 2. Addit Panormita. ibi, quod iuramentum quod ſingulares de capitulo prꝗſtiterunt in fauorem collegii, ipſi ſingulares remittere poſsunt. capitulo ſecundo. de ſponſa. Quod ſi concernat vtilitatem ſingulorum, ſecus, quia non poſsunt ſeipſos abſoluere.

Adde quod de his gratiis expectatiuis, quæ concurrunt in data, datis ab eodem ut papa recurrendum eſt ad capitulũ. ſi duob. de reſcri. in ſexto. Quo deciditur vt primo ſit potior is cui eſt collatus canonicatus, licet ſecundus impetrãs prius ſit in canonicum receptus. Et ubi uterque eſt creatus canonicus vel neuter, potior eſt qui primo præſentauit literas, facit in ſimili de literis iuſticiæ, quod habetur in capitulo. Vt debitus. de appella. Quæ literæ gratiæ ſi concurrant in præſentando, locus eſt gratificationi Canonicorum. ſicut in ſimili habetur in l. in naue. in fin. locatio. ff. in l. ſi quis. in grau. §. cum omnes. ad Sillan. ff. capitu. cum autem. de iure patro. per quę iura, Gl. Pragmaticę. in §. Item quod. in uerbo. non teneantur, de collationibus, uult quod ex nominatis eodem anno ab uniuerſitatibus, locus ſit gratificationi collatoris, nec habetur reſpectus a qua uniuerſitate, An ſit antiquior dignitate, uel inſtitutione, ut ſi ſit Pariſien. Et ſubiicit, quod inter nominatos diuerſorum annorum, prius nominatus eſt præferendus poſterius nominatis, etiam ſi illi poſteriores pręuenerint in inſinuatione, & in acceptando. ad hoc. c. ei qui. de præben. in 6. c. tibi qui. de reſcrip. in 6.

Adde his, quod ſi ex Duobus in impetratione gratiarum cõcurrentibus Capitulum vni gratificauit, alius excluditur niſi ex tenore gratiæ. aliud appareat expreſse, forte ſicut dicit Gloſa antepenul. in dicto capitulo Duobus. erat in reſcripto illa clauſula, niſi ꝓ alio ſcripſerimus, qui huiuſmodi gratiam. &c. vel illa clauſula non obſtante, ſi per nos fuerit eccleſia veſtra grauata vel ſimilis, & ex illo tex. pp verbum expreſſe, in finalibus uerbis ibi poſitum reprobatur, ut uult eodem loco glo. antepennltima. opinio Goſtre. in ſumma. titu. de reſcrip. Innocen & compoſte. in capitulo mandatum. eodem titulo, quæ eſt quod eccleſia primo grauata in receptione unius, non tenecatur aliũ recipere, niſi in literis contineatur niſi pro alio, &c.

Approbatur autem opinio Ber. in dicto ca. mandatum, quod eccleſia ſic in receptione primi grauata non tenetur recipere ſecũdum, quia prædicta clauſula, niſi pro alio. &c. ſemper in literis intelligitur, quod eſt uerum, niſi in ipſis literis ut eſt dictũ expreſſe diceretur non obſtante ſi pro alio. &c. Quã opinionem appꝛobat ſtilus curiæ, & finis illius decre. duobus.

Septima declaratio, quod cũ collationes vel impetrationes cõcurrãt in data, qualiter poſſit probari prioritas, tu vide glo. in d. cap. duobus. quę tria concludit. Primo hoc probari ex tenore ipſius literæ, puta quia in vna prouiſione dicitur datũ tali die poſt tertiam, in ſecunda poſt veſperas, ſed hæc forma non eſt in vſu. Secundo poteſt hoc probari per teſtes, de quo ſi gratia poſſit probari per teſtes, uide quod notant ſcribẽtes in proœmio ſexti ad finem. Tertio hoc poteſt probari ex confeſſione aduerſarij, & licet vna ſolennis limitatio ad id quod confeſſio aduerſarii nihil operatur ad titulum beneficii, de quo not. in capitulo vnico de eo qui mittitur in poſſeſſio. in ſexto. quia hoc eſt verum dum quis vellet ſibi ex toto cauſare titulum ex cõfeſſione aduerſarii. Sed poteſt vt in propoſito confeſſio aduerſarii adduci. ad coadiuuandum titulum, quod ſecundum Domi. eſt ſumme notandum, nec poteſt facile ſimilis gloſa inueniri. Et inquantum glo. in dicto capitulo ſi duobus. tractat de duobus teſtamentis eadem die factis, ubi diuerſi ſunt hæredes inſtituti, uide quod gloſ notat in l. edicto. de edic. di. Adri. tollen. C. Quod Barto. in l. prima. §. ſi quis duobus. de bo. po. ſecundum tab. Et adde quando eadẽ die vacant per mortem eiuſdem duo beneficia, quorum alterum debetur nominato, debet eſſe in facultate collatoris nominato cõferre quod vult, forte ſi velit deterius, quia vniuerſitates concedunt nominationes ad poſtulationem. ar. capituli ſi pluribus. ſecundo reſponſo, de præben. in ſexto. Ita tenet gloſ. in § Item quod ad dictas duas. in verbo, nominatorum. de collationibus. & eodem loco vult, quod ex duob. vacantibus in collatione eiuſdem, quorum vt dixi alterum eſt debitum nominato, collator ſi contulerit omnia quod ſolũ retractetur collatio vltimi, erat enim collator adſtrictus ad vnum dimittẽdum, poterit ergo dimittere quod volebat, inde facta collatione de duobus iure ordinario, vltimo collatum remanſit conferendum nominato, cum primum fuerit canonice collatum. pro quo uide quod poſt compoſtel. in capitulo capitulum. in glo. magna. in §. Item quid ſi executor tenet Archi. in capitulo mandato. de præben. in ſexto. & poſt eũ, Domini. & Franc. ad hoc facit. l. ſi Legatario. §. a duobus. de fideicom. liber. ff. l. qui concubinam. §. ſi. de lega. 3. faciunt iura notata per glo. in dicto capitulo ſi pluribus. Putat etiam idem Gloſator, quod ſi eadem die beneficia duo vacãtia, quorum alterum debetur nominato contulerit, quod ꝓpter incertitudinem collatio omnium retractetur. Nec eſt ratio maior, quod vnius potius retractetur collatio quam alterius, ſed hoc mihi videtur dubitabile, & iura per eum allegata, videlicet. l. ſi fuerit. de re dub. ff. l. duo ſunt Titij. de teſta. tutel. ff. capitulũ ſecundum de electione in 6. loquuntur de incertitudine quæ non poteſt certificari. & Ioannes Andreas per eum allegatus. in dicto capitulo ſi a ſede. de quo ſupra declaratione quinta, loquitur de beneficio eodem ab eodem collato diuerſis, ac vt de mente collatoris appareat ad eum recurrere, vt in eadem declaratione dictum eſt. Sic poterit in propoſito declarare collator quod velit eſſe debitum nominato, cuius eſt optio. ar. capitu. ſi pluribus. in ſecundo reſpon. de præbend. in 6.

Concluſio. XXIII.

LEgatus a latere poteſt conferre beneficium quod eſt in præſentatione patroni eccleſiaſtici, probatur hæc concluſio in capitulo. Cum dilectus. vbi Panormi. in ſecundo notabili. de iure patro. Qui textus loquitur de eccleſia de Berouilla, quæ erat in præſentatione Archidiaconi Carnotẽſis, ratione Archidiaconatus ſui, quam Legatus de quo ibi, potuit & reſeruare & conferre. Item probat textus in capitulo. Dilectus. iſto titulo ex quo textu inquantum dicit, ꝙ plus iuris habet in collatione prælatus quam in præſentatione patronus. nota duo.

Primo, quod cum comparatiuum notet exceſſum poſitiui in. l. ubi autem non apparet. de verbo. obli. ff. Tunc ſequitur quod ex ꝓ̄ſentatione acquiritur aliquod ius, licet non ita pingue ſicut per collationem. quod ibi tenet Innocentius, licet is contra teneat. in capitulo quod ſicut de elec.

Secundo, in eiſdem verbis plus iuris &c. in quib. explicãdis Hoſt. Ioannes Andreas, Anto. Panormi. Imol. & Barb. ibi, multum laborant, dic capiendo mentem ipſorum doctorum, illa verba habere duplicem ſenſum ſeu intellectum, primus poſt gloſ. ibi, ſecundum quem illa verba referuntur ad idem beneficium. Secundus ſecundum doc. vt referantur ad diuerſa beneficia. Secundum intellectum primum eſt ſenſus ꝙ plenius ius tribuit collator dum cõfert beneficium, ꝗ̄ patronus dum ad illud ꝓ̄ſentat. Apparet illud quatuor modis. Primo, ꝓ negligẽtiam patroni qui non præſentat infra tempora iuris, fit deuolutio ad prælatum. cap. cum propter. & c. Quoniam.

de iure Patrona. Sed ex præſentatione non tribuitur ius in beneficio, niſi accedat inſtitutio. Secundo, ea præſentatione facta per laicum non impeditur is uariare, & alium accumulatiue præſentare. & is ſecundo loco præſentatus ſi inſtituatur obtinebit. Et ſic primus nullum ius ſuit conſecutus per præſentationem capitulo Paſtoralis. de iure patronatus. Et ſi ſit eccleſiaſticus qui præſentauit, adhuc Prælatus inſtituens plenius ius tribuit. Nam per præſentationem ſolum tribuitur ius ad rem, per collationem ſeu inſtitutionem ius in re, ex his quæ leguntur. Et notantur in cap. penultimo. & fi. de præben. in ſexto. in capitulo fin. de conce. præbend. eodem libro Tertio, cum firmius ſit ius commune quam priuilegium. §. quia vero. de non ali. collatio. ſecunda. Sed ius conferendi competens prælato eſt de iure communi. capit. cum ex iniuncto. de hæreti. in fi. Et ius patronatus eſt ea gratia. capitulo tertio, ubi Panormi. de iure patronatus. Quarto, ius prælati eſt ſuperius. Nam Prælatus qui facit inſtitutionem tituli collatiuam, eſt ſuperior patrono, qui præſentat perſonam approbandam. Circa intellectum ſecundum in illis uerbis plus iuris &c. Dic quod Prælatus poſt collationem non poteſt retrocedere. capitulo ſi tibi abſenti. de præbend. in 6. at patronus ſic, ſaltem laicus. Item collatio habet vim electionis & confirmationis. At præſentatio ſolum uim electionis. Sed tu aduerte quod patronus non releuatur ſi infra tempus a iure conceſſum ſolum eligit præſentandum. Nam debet realiter præſentare, & eius præſentatio debet pulſare aures collatoris. Tempus enim non eſt præfixum ad nudam electionem, ſed ad præſentationem epiſcopo faciēdam. ad hoc. capitulū unicum. eo. titulo in ſexto. Interuenit tamen quædam electio improprie dicta, quia patronus primo in mente eligit, uel etiā ſimplici uerbo, ut electum præſentet epiſcopo, nō enim poſſet præſentare, niſi primo præelegerit. Sed tamen non eſt proprie electio, de qua iura canonica diſponunt, inde per eum non transfertur ius ſpirituale in electum, ſed eſt quodam initium ad obtinendam inſtitutionem. Ita Panor. in capitulo fin. de iure patro. Et per illum textum dicit idem Panor. doc. dare practicam in actu præſentationis. Non enim debet dicere patronus, præſento uobis clericum cui eccleſiam cōceſsi, ſeu contuli, ſed debet dicere, hunc clericum elegi uobis præſentādum, & ſic præſento eum, & peto eum per uos inſtitui. Hæc concluſio recipit. 3. declarationes cum duabus quæſtionibus. Prima declaratio, quod poteſt Legatus conferre beneficium laici pertinens ad laicos religioſe uiuentes, & portantes habitum eccleſiaſticum, & gaudentes priuilegio fori. Et faciunt in argumentum ea quæ notantur per dominos de Ro. in Anti. 331. in quibus concludunt quod de beneficio patronali Beguinarum quæ ſunt ſeculares, ſed religioſe uiuentes et vtentes habitu & priuilegio eccleſiaſtico, papa prouidet clerico aut per reſeruationem aut per collationem, non facta mētione de tali iure, & valet ſic prouiſio cum ſit patronatus eccleſiaſticus. His adde Panor. in cap. cauſam quæ de præſcrip. vbi vult quod religioſi conuerſi non dicuntur puri laici, ſed poſſunt tractare ſpiritualia, quia ſunt ex illo genere chriſtianorum qui ſunt mancipati orationi & contemplationi. c. Duo ſunt genera. 12. q. 1. quod meo iudicio procedit, quando patronatus ad tales laicos religioſos pertinet collegialiter vt vniuerſos. ſecus ſi vt ſingulos, Adde quod Fely. in tractatu intitulato, qñ literæ appoſtolicæ patronis noceant. in 4. limitatione ſubiicit duo. Primo, quod præmiſſa extenduntur ad fratres de tertio ordine ſancti Franciſci, in quibus cōcurrūt omnes rationes, de quibus in dicta Rota de Beguinis dicitur. Et quod etiam gaudent priuilegio fori, & ſunt perſonæ religioſæ De his Panor. & idem Fely. in capitulo ſecundo de foro comp. habetur in extrauag. Nico. tertii incipiente ſupra montem. Et in extrauag. Sixti quarti incip. Sacroſancta. Et refert idem Fely. quod card. dicat in capitulo ſi diligenti. de foro compe. quod dum eſſet uicarius Florentiæ, ita pronūciauit. Secundo, infert idem Fely. iſtud non extendi ad fratres diſciplinatos, quia eſto quod faciant collegium, tamen ſunt puri laici, nec gaudent priuilegio canonis, nec fori. Adiicit idem Fely. in dicta limitatione idem eſſe de operariis & præfectis fabricæ eccleſiæ, vt multi ſunt ſecundum eum in Thuſcia, quibus iure officii competit præſentatio, & cenſetur laicalis, ex quo in eis non concurrunt prædictæ qualitates. Vniuerſitas autem Sholaſticorum in qua ſunt aliqui Clerici, An propter mixturam clericorum, quia magis dignum &c. cenſeatur eſſe Eccleſiaſtica. Vide Bart. in l. fin. de Colleg. illicitis. ff. poſt eum Imola. & Fely. in c. ex literis. de conſti.

Secunda declaratio quod Legatus poſſit conferre, vt prius, ſi ius patronatus olim fuerit Laicale, hodie eccleſiaſticum ſecundum Marianum in repetitione. c. de monachis. de præben. dicentē ſe ita reſpondiſſe, ac poſt eū & Domi. in c. a. præben. in 6. Sequitur Fely. in dic. trac. in 4. limitatione.

Tertia declaratio eſt, quod legatus beneficiū quod eſt in præſentatione clerici & Laici ſimul non poteſt conferre. Et quāuis Gaſpar de Calde. dicat alias ſe conſuluiſſe contrarium, ut potius attendatur cauſa permittens, quam prohibens, tamen refert ipſe cōtrarium fuiſſe deciſum, & hæc opinio eſt uerior, quia non debet priuari patro. Laicus propter mixturam clerici. argum. cap. ſacris. de ſepul. ad hoc in argum. cap. vnicum. de iure patr. in 6 ad hoc l. ſi cōmunē quē. ſerui. amittatur. ff. ubi maior. retinet ſeruitutē ex perſona minoris, ſic poſt Fred. tenēt Panor. Imol. & Barb. in c. dilectus. iſto titu. Pan. in c. fi. de iure patro. quamuis aliqui dicant iſtud non eſſe ſine dubitatione ratione mixturæ, cum componentia ſint diuerſæ naturæ, & dubitatur de compoſito ſeu mixto, cuius naturæ debeat cenſeri, ſed pro opinione præcedente quæ eſt verior, facit quia inhabilis coniunctus cum habili conſequitur illud quod per ſe ſolum conſequi non poſſet. l. ſi quis duos. de lib. leg. ff. facit in arg. tex. in c. Ioannes. de teſta. ubi ſi clericus & laicus deputantur ſimul executores, compelluntur per iudicem eccleſiaſticum, & Laicus per cōſtitutionē clerici attrahitur ad forū eccleſiæ, facit quod no. Pano. in c. 1. in 2. col. de præſcriptionib. vbi dicit quod uacante ſede in re cō. & prælato. & capitulo. non currit præſcriptio, ſicut eſſet in re ad ſolum prælatum pertinēte. facit quod in caſu communi clerico & Laico appellatur ad ſuperiorem clerici non Laici. & illa tractabitur coram iudice eccleſiaſtico. facit quod no. Bar. in l. 1. §. ſi quid in appellatione. ff. de appell. Idem Barto. in l. præcipimus. §. eodē obſeruādo. C. eo. ad idem Cle. religioſus de procura. de religioſo, qui poteſt eſſe procurator pro conſorte eiuſdem litis, & in materia feudali portio unius delinquentis conſeruatur illæſa propter non delinquentem. Bal. in capitulo verum. de foro cōpeten. idem in c. imperialem. §. fi. de pace iura. fir. idem in c. 1. qui mo. feudum amittatur, & de duobus notariis, quorum unus eſt infamis, ſuſtinetur inſtrumentum propter alium qui eſt bonæ famæ, de quo Bal. in l. Imperator. de ſtat. homi. Ad hoc Barb. in d. c. dilectus. ponderat pro ſingulari text. de edē. ff. in l. ſi quis. ex argentariis. in §. ſin autem. omnes. ibi quod ſi vnus ex argentariis eſt bonæ famæ, & alii deprauatæ opinionis, nec obſt. ſi dicas, quod vbi clericus, & Laicus ſimul coniungunt debet potius eſſe in conſideratione perſona clerici quam laici. argum. cap. per tuas. de arbi. vbi in clericum & laicum de cauſa ſpirituali fit compromiſſum ubi in laicum ſimpliciter non potuiſſet. c. contingit. eo. ti. tu dic quod perſona clerici debet attendi, & prædominari, quando ex hoc melioraretur conditio eccleſiæ vel eccleſiaſtici. ſic loquitur tex. in cap. unico. alleg. alias quando deterioraretur conditio clerici erit ſecus, ut in caſu noſtro. nam in patronatu qui cōpetit clerico & laico ſimul ſi cōſideras perſonā clerici legatus poterit conferre, & erit deterior conditio clerici, quod ſi cōſideras perſonam laici non, iſta eſt conſideratio Fely. in dic. tract. Ampl. 6. Fatentur tamen omnes, quod Legatus poſſet uti iure clerici, & conferre eccleſiam de conſenſu ſolius laici quod dicit Panorm. in d. c. fi. eſſe notandum.

Et ex iſtis inferuntur duo, primo quod cum nominationes non extendantur, ut dictum eſt ad beneficia quæ ſunt in præſentatione patroni Laici, ut no. in §. item quod ad dictas duas partes. in uerbo eccleſiaſtico. tunc glo. ibi tenet, quod non extendantur etiam ad beneficia quæ ſunt in præſentatione patroni clerici & laici ſimul, ad hoc faciunt rationes præmiſſæ. Secundo infertur quod ſi inter clericum & laicū ſit contentio ſuper ipſo iure patronatus quod præſentatio debeat differri vſque ad ſemeſtre. Panor. in c. cum te. de iure. patro. ſæpe. n. conſequitur quis ex perſona alterius quod ex ſua conſequi non poſſet. l. petendæ. de tempo. integ. reſt. præt. C. inde in facto connexo non priuilegiatus reſtituitur propter minorem, aut eccleſiam, Innocen. in capitulo auditis. de in integ. reſt. ad hoc. l. quod ſi minor. §. fi. ff. de minoribus. Quarta declaratio, ut non procēdat cōcluſio noſtra in patronatu qui competeret ex præſcriptione, vel conſuetudine, quia talis patronatus cenſetur eſſe eccleſiaſticus, & beneficium ſic patronatum Legatus nō poſſet conferre, illud poſt Fred. tenent Anto. Panor. & Imo. in dicto cap. dilectus. Idem tenet Card. in clem. 1. q. 7. ut lite penden. idem in clem. per literas. in 3. quæſt. de præben. Idem in conſilio. 71. nam ſi populus videret ſe poſſe acquirere hoc ius præſcriptione retraheretur a fundatione, vel dotatione, & ſatageret ſibi acquirere ſine aliqua contributione hoc ius, aut conſuetudine, aut præſcriptione. occurrunt circa hāc declarationem duæ quotianæ, & occurrentes quæſtiones. prima ſi ius præſentandi poſſit acquiri præſcriptione. Secunda ſi præſcribens uniuerſitatem bonorum præſcripſerit ius patronatus. Circa Primam quæſtionem, ego lego duas opiniones. Prima quod nō poſſit Archi. in cap. ſiquis amur. 71. poſt longum examen propriam diſputationem ita ſtenuit, contra quem tamen Archid.

clud.

chid. fortiter inſurgit Io. And. in regula quod alicui in mer curia, nec potuit, ut ipſe Ioan. And. ibi in principio atteſtatur ab impugnanda opinione Archid. diuerti propter genitale ſolum, quia vterque eorum Bononien. eſſet, refert quoque eodem loco Ioan. And. in finalibus verbis, quod cum ipſe eſſet Archiacono familiaris, & cōſiliarius, & is Archidiaconus opinionem ſuam pertinacem defenderet, eam quoque cancellarius eius factus Epiſcopus tanquam iuridicam approbaret, Ioan. Andr. clamante in contrarium, Archidiaconus vniuerſam, ciuiū in hoc ſe lędi putantium, grauam abdicauit, eiuſdem tamen Archi. opinionem, tenuit Ioan. de montemur lo, ita refert Io. Andr. in dic. regula quod alicui, idem refert in capitulo quærelam. & vtroque loco aſſerit Ioan. de Deo. quęſtione trigeſima. idem tenuiſſe, eandem opinionem ſequitur Panormitan. in capitulo querelam. in 4. colum. de ele. idem capit. cauſam, quæ, de præſcrip. & pro iſta opinione ſtringūt rationes ab Arch. in d. c. hortamur relatę & vltra ipſum facit, quia laicus nō poteſt poſſidere, ergo nec præſcribere ius ſpirituale, d. c. cauſam. c. ſacroſancta meſſana. de elect. quæ uidentur eſſe expreſsa, ergo nec ius patronatus, quod eſt annexum ſpiritualitati. quia de annexis idē eſt iudicium. c. quanto. de iudi. c. tranſlato. de conſt. Sed huic opinioni vehementer obſtant tria, ad quæ doct. non aduertunt. primo, quia ius patronatus poſſidetur a laicis, ſi ergo eſt poſſeſſibile per eos, ergo præſcriptibile, tu dic qđ hæc poſſeſſio iuris patronatus conceſsa laicis fuit ex gratia, & quadam tolerantia, vnde non debet hoc extra cauſam fundationis, vel ædificationis aut dotationis extenſionem recipere, & in exorbitantibus quæ ſpecialiter & limitate ſunt conceſsa, nō debet extenſio fieri, & de ſpectantibus ad clericos hoc ſolū poſsunt laici, quod eſt eis iure conceſſum Inno. in ca. quanto de cōſ. Secundo ob. ꝗ eſt acquiſibile priuilegio, eſt præſcriptibile. cap. accedentibus, & c. ſi de terra de priuileg. dic argumentum procedere in conceſ. priuilegio quę ſunt poſſeſsibilia. nam Romani pontifices qui conceſſerunt laicis priuilegia ſuper preſentationibus rediderunt eos capaces, argum. eorum. quę notat glo. in §. uerum. 32. diſt. cap. bene quidam 116. Et Romani pontifices reddiderunt laicos capaces per priuilegia, ut conferrent c. Adrianus. 63. diſt. Sed conſuetudo etiam pręſcripta per tantum tempus. & c. non potuit laicos capaces facere iuris pręſentandi, de quo Ioan. Andre. & Ioan. Mon in cap. ſecundo. de prębend. in 6 Tertio obſtat ius patronatus tranſit cum uniuerſitate. capitulo ex literis. de iure. patro. ſic tranſit ad heredes, qui ſuccedunt in ſtirpes, non in capita. in clemen. 2. de iure patrona. ergo citra fundationē vel dotationem quęritur, tu dic quod tranſit cum uniuerſitate, hoc eſt iure acceſsionis, inde ſi quis venderet villam & ius patronatus non ualeret venditio, quia ius patronatus eſſet venditum de per ſe, & principaliter, & ſic non valeret venditio. argum cap. ex literis. de iure patro. Secus ſi quis vendidiſſet villam cum iure patronatus, quia teneret venditio, qa licet inter copulatiuam, &, de qua in primo caſu, & copulatiuam, cum, de qua in ſecundo caſu non ſit differentia. qa vtraque copulat. Eſt tamen differentia in modo copulandi, quia copulatiua, &, copulat principaliter & copulatiua, cū, acceſſoriè, de qua notat Barto. in l. ſi cui. de fund. inſtrum. ff. notanter. ita tenet Ioan. And. & poſt eum alii. in capitu. vnico. de iure patrona. in ſexto. Quod uero ius patronatus tranſit ad heredes, hoc eſt in fauorem eccleſię, quia ſi non tranſiret, pauci eſſent laici fundatores, vel dotatores eccleſiarū. Quarto obſtat tex. in capitulo querelam. de elec. ubi uidetur eſſe tex. cum glo. in verbo. ſuper iure. quia reſpondetur dupliciter. Primo quod dicitur ad populum ex antiqua conſuetudine pertinuiſſe ius eligendi hęc fuit allegatio partis. Nā fundauit ſe papa quod populus erat in quaſi poſſeſſione iuris patronatus, non ſimpliciter iuris pręſentandi, & ad hoc facit ſecundum eos uerſic. ſalua. in fin. poſitus. Secundo & melius dicit Pano. ibi quod allegabatur, & ius patronatus, quod eſt de iure communi & conſuetudo antiqua quę concurrebat cum iure communi. argum. capitulo ſopite. de cenſi. & ſic allegabatur utrunque, & tu adde quod hi qui ſecuti ſunt opinionem iſtam affirmant duo, ſatis abſurda, Primo quod ſimplex petitio rectoris populo competere poſſit, cum non poſſidet præſentationis actum. argum. capituli quod Dei timorem. in uerbo. a Florentino Epiſcopo impetrauerunt, vt miniſtrares eidem, de ſta. mo. Sed hi hoc negant poſſidenti, quod certe quam ſit abſurdum, nemo eſt plane qui non videat, nam ut Ioan. And. in d. regula, quod alicui. aſſerit poſſe vna vetula, & decrepita anus de parrochia facere illam petitionem, & hoc non poſſet tota parrochia quæ eſſet in poſſeſſione antiqua Abſurdum eſſet non plus dare præſcribenti, quam illi. Et non plus toti parrochiæ, quā vni parrochiano.

Secundo adiicitur aliud abſurdius, quod parrochiani poſſunt præſcribere totū ius patronatus id eſt ius præſentandi honorem proceſſionis, & ius alimentorum in caſu inopiæ. Sed ius præſentandi ſeparatum non poſſunt, ſed hæc opinio aperte facit violentiā duarum regularū.

Prima eſt, regulæ quod iuris eſt de toto, quo ad totū, idem iuris eſt de parte ad partē in l. quæ de tota. de rei ven. ff. Item alterius regulæ, cui licet plus, & c. Itē valde obſurdū eſſet, qđ tria ſimul cōiuncta præſcribi poſſent, unum ex eis ſeparatim non poſsit, potiſsime uero cum ex ſecundo, ſ. iure alimentorum in caſu inopiæ, plus grauetur eccleſia, & certe illi rigori multum reſiſtit æquitas.

Secunda eſt opinio quę mihi uidetur verior, quod populus præſcribere poſsit ius præſentandi. Nam ſi non poſſet, fruſtra poſt Fred. Anto. Pa. Imo. card. tenuiſſent in capitulo Dilectus. iſto titulo. (quod ſuperiore declaratione dixi) quod Legatus de beneficio patronato ex præſcriptione diſponere poſsit. Et hāc opinionem ſecundam, aperte tenet Ioann. And. in dicta regula. quod alicui. idem in cap. quærelam. & vtrobique refert quod præceptor eius Marſilius idem tenebat. Et Panor. in dicto capitulo quærelam. & in 2. vol. conſiliorum. conſil. 76. dicit. ꝙ quicquid diſputatiue allegari poſſet, ſeruaretur hæc opinio in iudicando tanquam communior. Idem videtur velle in cap. cauſam. quæ alle. & pro hac opinione facit tex. in cap. ſic viue. ibi, quod ſi populus vel epiſcopus te in epiſcopum elegerit. 16. quęſt. prima. & ea. q. & cauſa. in cap. Si quis Monachus. in uerbo. vel populi vel epiſcopi electione. Ad hoc facit quod ſolet dici, de laicis ad electiones admittendis. glo. in ſumma. & in cap. Reatina 63. diſt. facit quod poſt Compoſtel. notat Io. Andr. in cap. capitulum. in ulti. col. in uerſic. quærit. de reſcrip. Et pro hac opinione facit quod in contingentia facti refert Ioan. Andr. in dicta regula quod alicui. Tempore inqt Nicolai quarti dñ eſſet quæſtio in curia, & præſentatus a populo Sanctæ Cæciliæ non fuiſſet admiſſus, & ad ſedem Apoſtolicam appellaſſet, & in cauſa dati fuiſſent auditores, illi tulerunt ſententiam pro præſentato a populo, quæ fuit per papam confirmata, cuius ſententię tenorem reſtatur Io. Aud. apud ſe habere. Et hoc quod papa ſic iudicauit deberet ſufficere. ar. capi. in cauſis. de re iudi. Item pro hac opinione facit dicta decre. querelam. teſtatur autem Io. An. propter ſolutionem præmiſſam quæ ſupra ad illam decre. relata fuit, ſe uoluiſſe diligenter uidere antiquam compilationem, quæ tamē uiſa non auxit intellectum ſuum. Dicit autem ipſe quod nulla neceſsitas cogit illum uerſi. ſalua, in illa decre. poſitum id ſonare quod dicunt, ſed eius eſt mens quod cum illa litera dicat populum non præſcripſiſſe, ſed ſolum poſsediſſe actum præſentandi eccleſiæ ſanctæ Agathæ, quæ dicebat ſe patronam. Si ita erat euincere poterat ex iure patronatus actum illum pręſentandi a poſſeſſore, & tunc eſſet quęſtio ſuper iure patronatus, ex quo iure agebatur. Et quod forſan per populū negaretur. cum ergo populus ibi non fuerit in cauſa, licet pſentatus ab illo obtinuerit propter ſuę præſentationis commodum. ar. capituli conſultationibus. de iure patro. Ad cautelam uel conſolationem ſuccumbentium papa proteſtatus eſt quod de iure ſuo patronatus agere poſſent ꝯ populum. Item, pro hac opinione maxime quatenus attinet ad parrochianos facit ęquitas triplex. Prima quia ipſi participāt in iure patronatus ex priuatione rectoris, quia poſſunt eum denunciare de crimine pro ſuo intereſſe, iuxta tex. in capitulo ſuam. de ſimo. gloſ. tertia in capitulo ueneta. de offic. delegat. intereſt enim eorum non habere malum rectorem. s. quæſtione prima. audacter. ergo poſſunt participare de præſentatione ſeu inſtitutione. ar. capituli ad hæc de offic. Archid. ar. l. nihil. de regulis iu. in eo. titulo & lib. Secundo facit, quia cum ſacramenta parrochiani ab ipſo rectore ſuſcipiāt, & diuina audiant, æquum eſt quod illorum propoſito congruat. capitulo primo ad fi. de poſtu. pręla. Et uerisimiliter credendum eſt omnes parrochianos laborare ad habendū idoneum quam patroni, qui aliquando parrochiani non ſunt. Tertio, qa qua ratione rector ſentit cōmoda ex pſentatione. Ita a parrochianis percipit oblationes, ſic qđ oēs quæ oblationes fiunt intra limites parrochiæ ad eū pertinēt. Et parrochiani data indigentia rectoris compelli poſsūt ad faciendas oblationes de quo poſt Tho. ſecunda ſecundæ. quæſtione 86. ar. primo, notant Ioannes Andreas & Panor. in rub. de parroch. ideo poteſt ſtare parrochianos portionem dotis cōtuliſſe, de quo in ca. ad audientiam §. pri. de ędifi. eccle. Item pro hac opinione facit, in alis gratibus Archi. ita loquitur Io. An. in d. regula qđ alicui, textus apertus in c. generali. in uerbo. cæterorū bonorū fundatione, uel antiqua conſuetudine. de elect. in 6. Et ſi forte dicatur illum text. de patronatu non loqui, Tu dic, qđ ſaltem probatur illic quod antiqua conſuetudo dat laico id quod de iure cōi non cadit in ipſum, & ſic eſt data ſolutio ad fundamentum Panormi. quod ipſe ponit

in dicto capitulo querelam. & dic. capitulo cauſam. quæ quod licet de iure communi laicus non poſſit iuris patronatus reddi capax, tamen hoc poſſit ex cõſuetudine effici, & tu ſimiliter aduerte, quod hæc opinio procedit ſine ſcrupulo in duobus caſibus, videlicet cum parrochiani eſſent in poſſeſſione præſentandi cum patrono. Secundo quando contra patronum hoc ius præſcripſiſſet. Sed ſunt alii duo caſus dubitabiles. Primus quando non conſtat eccleſiam habere patronum, quod, vt Ioannes Andreas dicit in dicta regula accidere poteſt dupliciter. Primo quia euidenter non conſtat alios non eſſe patronos, aut quia neſcitur, & quod neſcitur dicitur non eſſe de conſe. diſtinctione prima ſolennitates. Et cum certum fuerit eccleſiam aliquando habuiſſe fundatores niſi miraculaſoſe fuerit conſtructa, præſumendũ eſt a parrochianis fuiſſe ex eorum oblationibus fundatam, quia hoc eſt veriſimile, & fieri conſueuit. capitulo inſpicimus. de regu. iu. in 6 Et ſecundum hoc dicendum eſt ſecundum Ioannẽ Andr. quod per exercitium vnius actus competentis patrono erit poſſeſſio patronatus, & regulare eſt quod quãdo ſunt plures actus ab aliquo iure dependentes per exercitium vnius inducitur retentio aliorum, præſertim quando alius quantum ad reliquos non ſit in poſſeſſione, aut ius commune non fundat intẽtionem alterius, ſic Ioannes Andreas in capitulo primo de Capella. mo. in ſexto. Sic idem poſt Innocen. in capit. cum dilectus, eo. titulo extra. Idem in capitulo auditis. in ſi. glo. de præſcrip. in propoſito quãdo non apparet alius patronus, parrochiani ſunt in poſſeſſione præſentandi, & credibile eſt eorum oblationibus, & largitionibus fundatam eccleſiam, & ſic ad eos extendi omne ius præſentandi. Secundus caſus dubitabilis, quando conſtat quod ab initio eccleſia non habuit patronos, vel eſt poſtea facta libera. Tũc dic quod laici cum quocunque titulo dato, a quolibet citra papam non potuerunt hoc ius præſcribere, ita card. in clementina ſecunda in 3. quæſt. de iure patro.

Secundo in principaliter aduerte, quod Fely. in quæſtione noſtra quæ conſiſtit in hoc, an populus potuerit ius patronatus præſcribere in qua vt ſatis apparet ex prædictis duę ſunt opiniones, tentat vtraſque in dicto capitulo cauſam. in 3. colum. ad concordiam reducere, vt prima procedat quando parrochiani allegantes ad eos pertinere ius patronatus fundarent ſe in ſola præſcriptione, & ſi allegaretur titulus, & ad ipſum probandum induceretur illud tempus, cuius initii memoria non exiſteret, tunc procederet opinio ſecunda, non ex eo quod præſcribendo acquiratur, ſed ex tali tempore præſumitur titulus. Et addit idẽ Fely. quod cum in iſta materia laicus ſit capax ex fundatione, dotatione, vel ædificatione, ſufficit probare titulum pręſumptiue, at in caſu. capitulo cum apoſtolica. de his quæ ſiunt a pręla. allegatio tanti temporis, de cuius contrario nõ ſit memoria non poteſt probare duo, videlicet titulum, & qđ præceſſerit concilium, ideo de illa pręceſſione requiritur fama, ſic ibi Innoce. Ioannes Andreas Panor. & alii communiter. Addit in dic. capitu. cauſam. idem Fely. poſt Signorolum de de Homodeis conſilio. 128. quod allegans titulũ, & probans illum ex lapſu temporis, prima facie opus eſt quod oſtendat illum actum ab eo fuiſſe geſtum ex illo titulo, in ꝓpoſito parrochiani dicunt ſe præſcripſiſſe ius præſentandi & allegant titulum, oportet quod pręſentatio per eos facta oſtendatur ex illo titulo, ſed hoc vltimum non placet mihi nam poſſeſſio parrochianorum in pręſentatione quę eſt immemorialis habet vim tituli. unde non eſt neceſſe probare, quod actus fuerunt geſti ex cauſa tituli, nã titulo allegato hoc pręſumitur, vt notat Panormita. in c. peruenit de cenſi. notatur in l. cum de in rem verſo. ubi Barto. de v ſu. ff. & nota. in l. ſi certis annis. de tranſa. C.

Circa ſecundam quęſtionem quę occurrebat in hac quarta declaratione an pręſcribens vniuerſitatem bonorum pręſcripſerit ius patronatus, & profecto Fely. in dicto capitulo cauſam. in 4. columna cęſpitat, & nihil audet vniuerſaliter affirmare, ſeu ꝑ conſtanti ponere, aut aliquo loco ſecure figere pedem. Sed hæc opinio affirmatiue videtur procedere duobus caſibus ſine ſcrupulo. Primo ſi tenet opinio vltima, qđ ius patronatus ſeparatim præſcribi poſſet, quia multo magis poterit cũ vniuerſitate. Secũdo ſi tenet opinio prima qđ nõ poſſit, erit parũ dubitabile, ſcilicet dum allegatur titulus per quem ſine traditione oĩa bona tranſeunt, vt pura titulus hęreditatis, ſub quo qs ꝑſcripſit. nec obſtant duo q̃ Felynũ faciunt ſubſiſtere, & dubitare, primo, qa tenendo opinionẽ illã qđ laicus nõ potuit particulariter ꝑſcribere ius patronatus, ergo ſequitur qđ nec cũ vniuerſitate, qa verũ eſt qđ nõ poſſidet, ergo nec ꝑſcripſit, & hęc opinio ꝓcederet in emptore caſtri, vel villę, ĩ quẽ tñ nullius negat tranſire ius patronatus cũ vniuerſitate, vt in d. c. ex literis. Secundo nõ obſtat, quod idem Fely dicit quod pręſcriptio non facit heredem. glo. ſecunda. in l. prima. ff. pro hærede, inde poſt Bald. dicit Felin. quod mille annorum poſſeſſio non facit verum hæredem illum, qui non eſt, nec poſſet conuenire debitores hæreditarios, eo quod pratenderet ſe factum hæredum pręſcriptione, Sed tu dic verum eſſe, ꝙ titulus hæreditarius non pręſcribatur, ſed qui putat ſe hæredem, & ducitur opinione probabili, bene poteſt præſcribere hæreditatem non tanquam ius uniuerſum. ſed ipſa bona, & iura, & ſingulas res hæreditarias, ſic gloſa præallegata quæ optime loquitur, & eſt menti tenenda. Et ſub tali titulo præſcripta hęreditate erit præſcriptum ius patronatus illi cohærens.

Sed eſt tertius caſus in quo eſt maior dubitatio quando præſcribens allegat titulum in quo requiritur traditio, vt quia dicit hæreditatem ſibi venditam ſeu donatam in quo titulo præſcribit, & tunc ſi tenetur opinio prima quæ habet quod ius patronatus ſeparatim non poſſit præſcribi, prima facie videtur quod tunc non potuit præſcribere ius patronatus cum vniuerſitate vendita vel donata. Quia quidam dicunt quod vbi venditur vel donatur hæreditas dominium rerum ſingularium non tranſit ad emptorem vel donatarium ſine traditione ſpeciali rei cuiuſlibet. l. qui tibi de hæredit. uel acti. vendi. C. Et ſic ſi tranſiret ſingulariter qđ eſſe non poteſt capitulo de iure. de iure patro. inde dicunt Ioan. And. & Panor. in capitulo ex literis. quod ſi quis vendit omnia iura quę habet in aliqua uilla cum illic habeat fundos & poſſeſſiones minutas ac ius patronat. quod in tali contractu non uenit ius patronatus.

Ad hoc enim vt tranſeat eſt neceſſe ſecundum eos quod res ſit talis, quæ ſine expreſſione vniuerſitatem & ius illud contineat, ſicut villa & caſtrum, quæ in ſe continent iuriſdictionem, honorem, & diſtrictum. Inde in caſu prędicto, quando dicit, vendo tibi omnia iura quæ habeo in tali villa, reſoluitur vniuerſalis in ſingularem, & perinde eſt, ac ſi diceret, uendo tibi hoc, & illud. in propoſito dum præſcribens allegat titulum vẽditionis vel donationis hæreditatis, in quo requiritur traditio. Tunc cum per traditionem, & aſſignationem rerum ſingularium, & iurium, non potuerit interuenire aſſignatio valida iuris patrona ergo nec præſcripſit illum. Sed his non obſtantibus, videtur mihi quod in præſcriptione dum allegatur titulus, etiam in quo requiritur traditio, quod pręſcripta vniuerſitate ipſa, ſit pręſcriptum ius patronatus. Nam eſt uerum quod ius patronatus non tranſiret per ſe, quia non poteſt fieri contractus ſpecificus ſuper eo. Sic enim eſſet Simonia, aut ſpecies Simonię, quod ceſſat hic, ymo comprehenditur ius patronatus, quando contractus fit uniuerſaliter & quoad rẽ, & quoad verba, ideo tranſeunt talia iura, licet traditio fiat per partes. Inde referente Feli. Paul. de eleaza. in diſputatione quadam incipiente patro. & in repetitione capituli a nobis. de iure patro. dum concludit in quęſtione illa vxor dedit hęreditatem in dotem, ratione cuius erat patrona. quod non tranſeat in maritum ius patrona. Sed id reprobat Cardinal. in dicto capitulo ex literis. in vndecima quęſtione. Idem in clem. ſecunda. quęſtione ſexta, eodem titulo. Nam hoc caſu poterit fieri traditio iuris patro. non ad ineundum nouum contractum, ſed ad confirmandum iam initum, ſufficit ergo quod ab initio ſit tranſlatum cum vniuerſitate. Idem quoque Card. in locis allegatis reprobat quod ſupra dixi quoſdam dixiſſe, quod vendita hæreditate non tranſeat dominium rerum ſine traditione. Et ante Cardin. idem tenet Ioan. And. in d. c. ex literis. Motus, quia conſtat hęreditatem eſſe ſignum uniuerſale & conſtat emptorẽ hęreditatis habere uiſem ſine ceſſione ſecundum gl. in l. emptor. de hęre. uendi. C. Et uenditor hęreditatis tenetur tradere quod poteſt, alias perſecutionem cedere. l. 2. §. peruenisſe. eodem titulo. ff. Poſtremo bis adde duo dicta panormita. in d. c. ex literis. Primo, quod ſi quis uendat omnia bona cenſetur vendidiſſe ius Patronatus, quia appoſitio bonorum cõtinet vniuerſitatem. l. bonorum. & l. ſecunda. de uerb. ſig. ff. Secundo. quod vendita hęreditate tranſit ius patronatus, quia ius patronatus eſt quid uniuerſum, d. l. bonorum. l. hęreditas de pet. hęredi. ff. An autem vendito Palatio, in quo eſt Capella quę habet multos redditus, & multa priuilegia. an ſit uenditum ius patronatus. aliqui quod ſic. argum. l. Si mercedem §. Si cum fundum. de actio. empr. ff. ubi vendito fundo tranſit ius ſepulchri illic exiſtentis ni ſit exceptum. Et ibi firmat Bart. quod vendito fundo tranſeat capella, niſi aditum habeat ex publico, Contrarium tenent Hoſtienſ. Ioan. Andre & Panormitan. in dicto capi. ex literis. quia palatium nõ eſt quid vniuerſum, ſed res particularis, Nec obſtat. §. allegatus, quia loquitur in ſepulchro quod eſſet inutile dño, niſi ad illud haberet aditum. Sed ius patro. poteſt exercitari, teneri

&

& haberi pręſentando, quando occurrit vacatio abſque eo quod vadat ad eccleſiam.

Concluſio XXIIII.

LEgatus a latere non poteſt cõferre beneficium, quod eſt in præſentatione patroni Laici. Ratio, Quia ſi poſſent conſerre Legati, ſic laici retrahentur a fundationibus, dotationibus, & ædificationibus. Ita gloſ. & ſcribentes. in capitulo. allega. Cum dilectus. Iura autem fauent Laicis, vt ipſi videntes iura eis alliſtere benigne, & gratioſo, inducantur ſeruentius & animoſius, Ad eccleſiarum fundationes. dotationes, & ædificationes, Inde ego colligo hoc loco fauores, qui tribuuntur Patronis laicis, qui ſunt quindecim fauores cum quinque limitationibus, ex quibus declarantur multa ſingularia, in iure patronatus. Primus Fauor Qui datur patrono laico eſt, quod fundans eccleſiam poteſt apponere pactum, quod Clericus ſecularis babeat vocem in electione Abbatis.

Secundus, quod de relictis pro dote eccleſię non ſoluitur canonica portio. Panorm. in capitulo fin. de teſtam. Tertius Fauor, quia de omnib. relictis ꝑ fundatione non ſoluitur decima. Gio. in capitulo. Nouum genus. ſecundum primum intellectũ. de decimis. Quarto, quia Patronus poteſt in fundatione beneficii adiicere onus, quod ſemper ad illud præſentetur aliquis de genere ſuo ſi ſint aliqui qui velint probari & ſint idonei. ita Panor. in capitulo cum in eccleſia in ultimo notabili. de præbend. in 6.

Quintus fauor quod ſi epiſcopus interponẽs auctoritatem fundationi oratorii conſentit proteſtationi fundatoris, quod oratorium nõ ſubſit Epiſcopo loci, valet proteſtatio. Sic poſt Card. conſil. vndecimo tenet Fely, in dicto tract. Quomodo literæ Apoſtolicæ. columna ſecunda. Et intelligunt, quando locus non ſit in figura eccleſię, ſed ſimplicis oratorii prophani, vel ſecularis, alias ſecus. Sed tu caue quod hæc emptio facta in creatione beneficii, non reddet eccleſiam immediate ſubiectam papæ, cum hoc renderet in præiudicium Archiepiſcopi cuius ius non potuit tollere Epiſcopus Ita notat Imo. in capitulo cum in iure in fine. de conſuetud. Si epiſcopus poſſit eccleſiam a ſe in totum eximere. notat gloſ. in capitulo conſtitutus. in verbo. a quocunque. de relig. do. Fred. conſi. 196. glo. in capitulo quicunque. el. primo. decimaſexta. quęſtione ſeptima. Panormit. in capitulo cum inter. de re iudic. idem in capitulo cum olim. el ſecundo. In quarto notabili. de priuil. Idem in capitulo cum uenerabilis. de cenſi. late Fely. in dicto c. cũ inter. ubi copioſe tractat hunc articulum. Tu tamen aduerte, quod patroni in ſundationibus beneficiorum, non poſſunt apponere contrarias conditiones iuri. Ita Anto. poſt Compoſtel. in capitulo cum dilectus. de conſuetud. & ſequitur Imo. ibi in notabili. decimoſexto. Et latius columna quinta quod eſt bene notandum pro his qui fundant eccleſias, aut capellas, & diſponũt de modo conferendi eas, aliter quam ius diſponat, quod non poſſunt ſine conſenſu epiſcopi per illum text. Et idem ibi tenet Panormit. in quarto notabili, ſubiiciens quod patronus non poteſt in aliũ transferre ius conferendi, quia hoc ſtatuere pertinet ad epiſcopum. Et eſt menti tenendum, quia ſępe patroni excedunt metas ſuæ poteſtatis contrarium ſtatuentes, & non poteſt patronus cum ſit priuata perſona mutare ordinem canonum Ad hoc Panormita. adducit Innoc. in cap. Quoniam. ne prælati vices ſuas.

Sextus fauor, quod epiſcopus non poteſt diſpenſare contra inſtitutionem beneficii, aut ea immutare ſine conſenſu patroni. Ita Cal. in capitulo cum acceſſiſſent. de conſtitu. refert ſe obtinuiſſe de quo faciunt magnum feſtum An. Abbas. & Imo. Ibi, inferentes, quod ſi in inſtitutione beneficii collatio eſt facienda presbitero, non poteſt epiſcopus ſine licentia patroni diſpenſare, vt conferatur non presbitero. Addebat Panorm. pro iſto dicto, dictum Innocen. in capitulo fin. de clericis nõ reſid. dum uult Epiſcopum non poſſe contra ſtatum beneficii diſpenſare. Et poſt Paulum de Elezariis. in Clemen. ne in Agro. §. ad hęc de ſtatu regula. Tenet idem Panormit. Epiſcopum non poſſe beneficium patronatum vnire ſine conſenſu epiſcopi. Et quod in permutatione requiritur conſenſus patroni. Ro. in nouis. deci. 306. & in eiſdem. 331.

Septimus fauor, quia patronus habet facultatem contradicendi ſi ſine cauſa alienantur bona patronatę eccleſiæ. Ita poſt Inno. Pa. in capitulo vnico. vt eccl. beneficia. Ideo ſecundum enim vtile eſt in talibus alienationibus ad vitanda litigia habere conſenſum patronorum Et pro his optime cle. quia cõtingit cum gloſ. in uerbo. apoſtolicæ de relig. domibus. vbi inferior a papa. non poteſt alterare pias intentiones teſtatorũ de quo card & Imo. ibi. Octauus fauor eſt, quod licet patronus propter negligentiam perdiderit poteſtatem præſentandi, tamen ſuperior conferens iure deuolutio non poteſt aliter conferre quam ſe habeat natura beneficii Poſt dominos de Ro. tenet Panormita. in capitulo cauſam. el primo de electione. Inde epiſcopus ad quem propter negligentiam patroni, poteſtas conferedi deuoluitur, debet conferre infra tempus præfixum ad conferendum, ſic quod non tenetur prius apud ſeipſum præſentare, ſed debet vnico actu per uiam collationis totum expedire infra ſemeſtre. Inde Ludo. Ro. in ſingulari. 493. vult quod ſi executori præfixa eſt meta diſtribuẽdi in certas perſonas data negligentia, epiſcopus tenetur in illas diſtribuere. Inde ut diſputat Ioannes Andreas in regula contra eum in Mercuria. Quando Monachi babebant neceſſe eligere de gremio certi monaſterii, epiſcopus ad quem ſit deuolutio tenetur ad idem. Pro quo facit textus. in clem. Quia regulares. de ſupl. neglig. Præla. Et publicato ſcrutinio ſi moriuntur omnes canonici corruente tecto, ſubſtitui de nouo eum cui per publicationem fuit ius quæſitũ, tenentẽ eligere. Ita poſt Innoc. & Compoſtel. tenet Ioannes Andreas in capitulo publicato. in 14. quæſtione. de electione prædicta tamen quæ eo tendunt, quod epiſcopus non poſſit alterare vel immutare naturam beneficii ſine Patrono declarantur dupliciter. Primo, ſi immineret neceſſitas per quam pro vtilitate eccleſiæ moueatur epiſcopus ad diſpenſandum aliter quam poſtulet natura beneficii, quia etiam patrono inuito hoc poterit, ita Panor. in capitulo cum acceſſiſſent. alleg. in tertia columna in fi. ad hoc facit, quod notant Domi. de Ro. deciſ. 307. in nouis. epiſcopum poſſe ꝑ mutationi auctoritatem præſtare, ſi patronus renuit ſine cauſa conſentire, quia patronus non debet impedire vtilitatem eccleſiæ, & ad hoc tex. in capitulo primo de his quę fiunt a præla. Facit etiam quod no. Panor. in capitulo cum nullus. de iure patro. ubi dicit quod ſi ex forma ſtatuti requiritur conſenſus conſanguineorum ut contrahat mulier, ſi requiſiti nolunt conſentire ſine cauſa, ad ſuperiorem recurretur pro conſequenda licentia, idem Bal. in in l. ſi cum dotem. §. eo tempore. ſo. ma. Idem Panor. in capitulo tuæ. de cleri. non reſid. Et quod in caſu neceſſitatis non requiratur cõſenſus, qui alias eſt neceſſarius, probat dictum Innocentij in capitulo niſi cum pridem. de renunciatione, de epiſcopis, ſine quorum conſenſu, de ipſis fit tranſlatio propter ſcandalum, aut aliam cauſam concernentem commodum reipublicæ. Ad hoc l. venditor. §. ſi conſtat. communia. prædi. ff. l. Lucius. de euicti. ff. l. item. ſi verberatum. de rei vendi. ff. Facit quod tutor inuentario non facto adminiſtrat bona pupilli pro inſtante neceſſitate. l. tutor qui repertorium. de admini. tuto. ff. quo text. mouetur Panor. in capitulo fina. de eccleſiis ædifican. ut dicat, quod ſi tanta ſit neceſſitas, quæ non patiatur ſuperiorem conſuli. Epiſcopus non obſtante iuramento, de nõ alienando, poteſt alienare ſuperiore irrequiſito, facit regula quod non eſt licitum. Secundo declaratur, ut poſſit alterari natura beneficii non ſolum de conſenſu, patroni, ſed hæredis ipſius, ita Panor. in dicto capitulo cum acceſſiſſent, ſed huic vltimo obſtant quæ notãt card. & Imol. in cle. quia contingit de relig. domibus, ubi volunt, q̃d licet de cõſenſu eius qui aliquid ordinauit ad vſum pium poſſit fieri commutatio in alium vſum, tamen hoc nõ poteſt fieri de conſenſu hæredis. Teſtator enim poteſt mutare voluntatẽ, hæres, non, & refert card. ſe pluries ita obtinuiſſe, facit quod notat Barto. in l. legatum. de vſufru. lega. ff. idẽ in l. legatũ. de admin. rerum ad ciuitatẽ pertinẽtium, tu dic his obiectis poſt Fely. in capitulo cum acceſſiſſent in 9. colu. Quod procedit dictum card. & Imol. Quãdo ageretur de ꝑpetuo alterando ſtatu beneficii, & fieret hoc citra neceſſitatem, tunc non poſſet hoc fieri de conſenſu hæredis. At dictũ Panormita. procedit, quando de cõſenſu hæredis vellet vna vice ſolum conferre beneficium, aliter quam dictet natura beneficii ipſius, tunc poſſet, allegat ipſe Fely. q̃d notat Anto. poſt Vincen. in capitulo fin. de teſta. Qui vult, quod ex cauſa vtili relictum pro anniuerſario poteſt una vice in aliũ vſum expendi, vel procederet dictum Panor. Quando ſubeſſet cauſa neceſſaria, finge quod decreuerunt facultates, ita vt opus ſit neceſſario tollere præbendam aut dignitatem, uel eſt impotens ad illas conditiones nunc, aut non inuenitur perſona idonea quę uelit beneficium taliter cõditionatum. Tunc puto quod alterari poteſt per epiſcopum prima inſtitutio beneficii de conſenſu hæredis.

Nonus fauor eſt, quia patrono eſt exibendus fauor ĩ proceſſionibus. c. a nobis. de iure Patro. Quod doc. ibi exponitur tri-

pliciter. Et quicunque intellectus eſt æquitati conformis, & accipi poteſt. Primo, quod in ceſſionibus præ cæteris laicis honorentur Patroni. His adde poſt Hoſt. Panor. in capitulo ad abolend. de ſepul. quod in eccleſia vel cimiterio non poſſunt Laici habere ſepulturam, ſeu ius ſepeliendi, nec in eccleſia prærogatiuam in banchis, vel ſedibus. Ita dicunt ipſi, ſed iuxta tex. in l. 2. §. uſumfructũ. de religio. ff. poſſunt habere vſum, Et tolleratur ille uſus ea gratia, ſicut in iure Patro. Secundo exponunt, quod dum Patro. præſentat is quem præſentat & ipſe ſimul procedunt pro inſtitutione habenda, qui aliquam præſentatio. literatoriæ fieri poſſit c. ea noſcitur. de his q̃ fiũt a præla. Tertio, quod dum Patronus ad eccleſiam accedit, debet prælatus cum cæteris proceſſionaliter occurrere, ſaltem vſque ad ambitum eccleſiæ. quod poſt Doct. Panor. in capitulo alle. a nobis. intelligit ſi ſit Rex, aut magnus princeps. Et hoc ſecundum eum ſeruatur Venetijs, in eccleſia Sancti Marci, in qua dux habet ius Patronatus, & primicerius cũ alijs canonicis ſibi eaeunt obuiam. At in inſigni eccleſia Beatiſſimi Aniani Aurelian. Ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinen. Quãdo chriſtianiſſimus Rex illic accedit, Decanus & reliqui Canonici præbendati, cum reliquis de clero eiuſdem, in decenti habitu eccleſiaſtico eidem, regię maieſtati proceſſionaliter occurrunt, quippe quod eccleſia ipſa eſt ex Patronatu Regio. Tum per ędificationem loci ipſius amœniſſimi aſsignationẽ, dotis ampliſſimę conſtitutionẽ, necnon augmentationẽ. Inde in ea eccleſia præter horas canonicas, q̃ in feruenti ſũi deuotione & celebritate iuata Sanctiſsima decreta. celebrantur & frequentes & aſſiduæ miſſæ. Necnon pro ſereniſsimis regibus fundatoribus, aſsiduæ & indefeſſæ preces, & quotidiana ſuffragia, cum maxima alacritate & vocum modulatione, ſeu concentu concinuntur, ac cordis purissimi integritate dicũtur, ut hæc recte intuenti liquido patent. Decimus fauor, q̃ ſi ſit Patronus vergat ad inopiam eſt alendus ab eccleſia Patronata. ſic probat tex. in dicto capitulo a nobis. Quod Panor. ibi intelligit, quando aliquid ſupereſt eccleſiæ detractis expenſis neceſsarijs. Primo enim ſubueniendum eſt ſeruitoribus cultui diuino deputatis, inde fabricæ eccleſiæ prouidendum. poſtremo de eo quod ſuper eſt Patrono. tex. eſt notabilis, de liberto loquens, reſpectu Patroni. in l. ſi quis a libertis. §. de alimentis. de libe. ag. ff. vbi hoc in ſpecie notat Bar. ad hoc bo. tex. cum glo. in cap. quicunque. 16. q. 7. Idem tenet gl. in c. Pię mentis ca. cauſa. & q. Dicit tamen Archi. in cap. ſi plures 16. q. 7. quod ſi vniuerſitas vel populus habet ius patronatus, eccleſia non tenebitur alere ſingulos pauperes de populo, ſed ſolum vniuerſitatem uel populum ar. capit. qui manumittere. 12. quæſt. 2. Et adde q̃ dum plures ſimul conferunt dotem, omnes efficiuntur patroni, etiam is qui modicum contulit. ut eſt gl. 63. in ſumma. quæ temperat gloſam primam contrariam in cap. Quicunque. Tamen quo ad honores & alimenta eſt aſtricta eccleſia ei qui plus contulit. ſic hoſt. in ſumma eiuſdem ti. §. qualiter. verſi. Cum ſi plures. Sed prædictis obijcies dicendo hoc ius nihil eſſe. Nã eccleſia tenetur ſubuenire pauperibus. 16. q. 1. ca. Quoniam. Dic. quod abundantius & pinguius debet ſubuenire patrono indigenti quam extraneo. ſic gl. in cap. Pię mentis. & gl. in d. cap. Quicunque. Item, pauperes non habent actionem contra eccleſiam, ſed ſolum officium iudicis ſecundum quoſdã. gl. in verbo. Eſtimentũ in c. ſicut hi. 47. diſt. in c. Exigunt. glo. prima. 1. q. 7. Sed patronus habet actionem cõtra eccleſiã patronatam data inopia plus ſeu indigentia. Ita notat Panormita. in d. c. a nobis, Vndecimus fauor eſt, quia collatio facta per papam de beneficio exiſtente in præſentatione patroni laici non valet, niſi fiat mentio expreſſa de ipſo, g. o. vulgata in clem. per literas. ubi card. hoc tenet. in tertia quæſtione de præbend. ſequitur Panor. in capitulo. cum dilectus in fine. Nam papa ſecundum eum, qui contulit hoc ius ex gratia, illi poteſt ea certa ſcientia derogare. Vnde Hoſt. & Ioannes Andreas in capitulo Dilectus. illo titulo. referunt ſe uidiſſe literam Papalem directam Prælatis Angliæ, in qua continebatur. Quod dum papa ſcribit pro aliquo beneficiando. non eſt ſuæ intentionis quod ei conferatur eccleſia in qua laicus obtinet ius patro. Et Lap. allegation. 96. incipiente. beneficia ita cãtia, reddit rationem, q̃ ſi talia beneficia per iſtum uel aliũ modum a papa aut alijs Prælatis eccleſiaſticis conferentur, retraherentur laici a fundatione eccleſiarum. Et ſcribit in fine ſe vidiſſe ſeruari per Gregorium undecimum, quod dum contuliſſet eccleſiã Sancti Romuli Florentiæ, non facta mẽtione de Patronatu parrochianorum, non potuit obtinere ille cui cõtulit. Et Fely. in tracta. quẽadmodũ literæ apoſtolicæ noceant. dicit hoc pcedere. Etiam ſi in ſupplicatione diceret qualiter nonnulli Laici, vnum ſolebant nominare epiſcopo pro Rectore, quando eccleſia vacabat, per iſta uerba non dicitur facta ſufficiens mentio de iure Patronatus. Ita dicit in Curia tempore Pauli ſecundi, tres ſententias conformes fuiſſe latas, ut retulit ille pro quo fuerunt latæ. Et ei de eiuſdẽ Fely. eodẽ loco referentẽ copioſe vndecim limitationes, & totidẽ ampliationes, inter quas ampliationes dicit hoc pcedere, et ſi papa mãdaret prouideri de bñficio ad cuiuſcunq; diſpoſitionem pertinenti. Idem ſi diceretur ad cuiuſcunq; aut quarumcunq; pręſentationem. Idem ſi diceretur motu pprio, Idem ſi diceretur non obſtantibus ſtatutis Eccleſiæ. Idẽ ſecundum quoſdam eſſet de permutationibus beneficiorũ Patronatus laicalis reſignatis in curia, ut requiratur expreſſa mentio. De quib. idem Fely. latius ibi. non eſt opus recitare, cum ipſe ad quem poteſt haberi recurſus ad ſaturitatem ſcribat ampl. prima, ſecunda tertia. quarta, ſeptima, & nona Mihi autem placet ampliatio octaua, ut quando patronatus, pertinet ad Regem, Ducem, vel Marchionem, aut aliũ principem. In prouiſione papæ requiratur mentio expreſſa, ſic cauetur ſecundũ eũ in regula Cancellariæ. 40. Glo. Pragmaticæ ſanctio autore in §. cæterum in verbo eneruãtur. in proœmio, Ratio, quia licet difficile derogetur patronis Laicis, tamen multo difficilius talibus patronalibus principum Quia derogatio facta eis, tanto periculoſior eſt Eccleſijs, quanto opulentiores ſunt dotationes, quæ communiter ſunt a talibus in extrauag. execrabilis. in §. nos itaque. Inter limitationes autem Fely. mihi placent, prima. quinta, & ſexta Prima, quod quantum ad certam ſcientiam, quæ eſt neceſſaria quãtum ad derogationem patronatus Laici quãdo fit prouiſio a papa, tunc hæc certa ſcientia poteſt probari per teſtes. q. eſt nota. nam licet alias gratia papæ non poſſit probari per teſtes. Notat Archi. & alij in proœm. ſexti. Circunſtantiæ bene poſſunt probari per teſtes. Eſt quinta eiuſdem Fely. limitatio, quod dum papa cum prouiſo de epiſcopatu, ante conſecrationem aut lapſum tempus de conſecrandis diſpenſat ſuper retentione priorum beneficiorum, non ſit neceſſaria mẽtio expreſſa patronatus Laicalis, quia diſpenſatio concedit ſuper vacaturis. Sic intelligit ipſe dominos de Rota. in deciſione ibi per eum, in principio eiuſdem limitationis allegata. quod ſi poſt conſecrationem & apertam vacationem papa diſpenſat, requiritur mentio expreſſa de dicto patronatu. ſic intelligit deciſionẽ Egidij de Belmera, ac præceptoris ſui Franciſci de Aretio in locis illic per eum allegatis, nam poſt conſecrationem non poteſt negari quin ſit aperta vacatio, & patronatus ius quaſi in re ſit, etiam ſi durauit momento. Et ſpes ſecundum Areti. quando habet originem de præterito videtur eſſe conſyderabilis, ſicut ius quæſitum in te. l. poſt emancipationem. § 1. & ibi Barto. de libe. legat. ff. vnde cum per conſecrationem factam ad epiſcopatum, aut lapſum tempus de conſecrando ſtatim vacẽt priora beneficia, & ſit apertum ius patrono, ſi papa velit diſpenſare ſuper illis beneficijs pertinẽ. tenetur facere mentionem, ſicut ſi uellet conferre. Sexta limitatio eiuſdẽ Fely. eſt poſt Card. Si patronus habet ſolum ius proceſſionis & aliorum. iuxta tex. in capitulo a nobis allega. non autem ius conferendi, quod tunc valet prouiſio papæ, de huiuſmodi beneficio abſque ſpecifica mentione, quia per eam nullum infertur præiudicium patrono.

Duodecimus fauor, quia patronus pro intereſſe fundationis aut a ſe, aut ſuis progenitoribus factę, habet defendere eccleſiam, ac præfectum eccleſiæ. aut accuſare, aut denunciare poteſt, ſi de dilapidatione, aut alias ſit ſuſpectus, ut in ca. p. filius 6. q. ſeptima. & eſt hoc ſpeciale, cum alioquin Laici clericos accuſare aut denunciare iudicialiter non poſſint maxime de crimine, etiam cum agitur ciuiliter, de quo in capitulo de cætero. in capitulo ex parte. adde ubi nota uper ſcribentes. de teſti. & tu adde quod patroni eccleſiaſtici habent duas prærogatiuas præ laicis Prima quia poſſunt exigere rationem de temporalibus eccleſiæ. de quo Panorm. in capitulo de monachis. ſecunda columna. de præben. eſt tex. in capitulo cum & prælatura. § in eccleſiis. de priuilegi. ubi tamen Panormitan. in tertio nota. dicit, quod prelatus habẽs eccleſiam ſibi ſubiectam non poteſt exigere minutam rationem quantum expendat quolibet die pro vita, ſed quãtũ expendit in fabricam eccleſiæ. Secundo patroni clerici habent cuſtodiam eccleſiæ vacantis, de quo in c. bonæ, vbi copioſę Panormit. in 3. col. de appel.

Decimustertius honor debetur patrono Laico, ut quamuis pręlatum in eccleſia collegiata eligere non poſſit, poſſit tamen ad prębendas eccleſię præſentare aut eas conferre, ſic Hoſt. in capitulo ſiggellum de iure patrona. ſic Ioan. Andre & Panormit. in capitulo allegat. a nobis. ad hoc in arg. text in capitulo dilectus. de præbendis. in argument. capitulo fin. de conceſſio pręben. Decimusquartus honor eſt, qui patronus poteſt præſentare literatoriæ. capitulo ea noſcitur. vbi Panormita. in ſecundo notabil. de his quę fiunt

ap. &.

a prælat. nam per literas etiam priuatas conſtituitur procurator in clement. 1. de procur. Nec obſtat ſi dicatur quod pręſentari dicitur is qui exhibetur corporaliter, & ſiſtitur in oculis glo. in element. dudum in §. ſtatuimus, in verbo pręſentari. de ſepul. in element. quia meo iuditio hoc procedere, quando præſentandus eſt notus, nam ſicut beneficium poteſt conferri abſenti. capit. accedens. de præbend. capitu. ſi tibi abſenti. eodem titulo, in ſexto. Ita alias notus & notorie idoneus poteſt literatorie præſentari. Quouiſmodo, ſiue corporaliter, ſiue literatorie fiat præſentatio, debet illa præſentatio pulſare aures collatoris in qua medio tempore inter tempus præſentationis & inſtitutionis, locus eſt preuentioni. Circa paſſum præſentem incidunt duo dubia. Primo, an patroni ad quos ſpectat ius præſentandi debeant collegialiter conuenire, dic primo quod ſi ad eos pertinet ius pręſentandi ut collegiatos, ipſi debent in unum conuenire & collegialiter per ea quæ habentur. in capit. in Geneſi. de electio. & quia in factis collegii debet præſtari conſenſus in cōi. ſic quod ſi aliquis eſſet contemptus ipſe poſſet agere de contemptu arg. c. quod ſicut de elec. ſed ſi ad eos ſpectat ſingulariter ius præſentandi, poſſunt ſingulariter præſtare ſecūdum opinionem communem. ſequitur Ioan. Andr. in capit. 3. de iure patrona. & ſi inter eos ſit diſcordia ſeruabitur quod ibi habetur, & Fred. notat conſil. 25. alias 97. ſed ab eo dicto Panormit. recedit, in capit. cum omnes. in 6. colum. de conſtit. motus ex regula Bart. quæ eſt in l. omnes populi. in 2. quæſt. princip. quæ eſt colum. 6. de iuſtitia & iure, quod in pertinentibus ad ſingulares perſonas conſenſus debet præſtari in cōmuni, quando eſt actus in quo maior pars præiudicat minori, ut hic in illo cap. 3. de iure patron. ad hoc. l. & ſuum hæredem. ff. de pact. Nam ſi conueniſſent præſentantes ſingulariter, in unū & collegialiter, potuiſſet minor pars trahere majorem in ſuam ſententiam, iuxta tex. in l. item ſi unus. in fin. ff. de arbitr. in cap. ſecundo, eodem tit. in 6. ſequitur latius Panorm. in dicto cap. 3. Adde quod ſi ad plures præſentatio ſpectat collegialiter requiritur conſenſus maioris, non reſpectu minoris, ſed reſpectu totius, finge quod ſolum eſſent quatuor collegiati, quorum duo præſentant unum, tertius aliū, quartus item alium diuerſum. non ualet etiam præſentatio a duobus, quia licet ſit uerum dicere quod ſit præſentatus a maiori in comparatione minoris partis, tamen non eſt uerum quod ſit præſentatus a maiori reſpectu totius, quod requiritur. cap. eccleſia. de elect. quod ſi ad plures pertinet ius pręſentandi ſingulariter, ſufficit conſenſus maioris partis reſpectu aliarum partium. ita notabiliter tenet Ioan. Andr. in dicto cap. 2. Et ſequitur ibi Panorm. adijciens, quod ceſſante iure ſpeciali. nō valet electio rectoris facta per ſcholaſticos, niſi interueniat conſenſus maioris partis reſpectu totius vniuerſitatis. nā ſcholaſtici eligunt, ut collegium non ut ſinguli. argum. cap. cum pro cauſa. de procurat. per Imol. in capit. cum ab eccleſiarum, de offic. ordin. per Barb. in l. fin. de collegi illici. in uniuerſitate noſtra Aurel. antiqua legum, & canonum parente, rector non eligitur, ſed a prima inſtitutione uniuerſitatis ad uitandas contentiones quæ ex electionibus reſultare poſſent, per ſtatuta eiuſdem uniuerſitatis ordinatum fuit, vt ad quemlibet doctorem regentem ſecundum ordinem ſuum, citra aliquam electionem per ſingula trimeſtria deſeratur illa rectoriæ dignitas, in illis autem vniuerſitatibus quæ habent omnes facultates, ut Pariſien. quæ excepta legali in cap. ſuper Specul. de priuileg. habet omnes facultates, an requiratur cōſenſus maioris partis reſpectu totius uniuerſitatis, an ſufficiat conſenſus maioris reſpectu cuiuſlibet facultatis, uide Panorm. in cap. ſcriptum. de electio. eundem in capitu. primo, de parrochijs. Secundum dubium conſiſtit in eo, an patrono ignoranti currat tempus, ideſt ſemeſtre, quidam quod ſic. quia litigans impeditur præſentare ex literis de iure patronatus cap. 2. de in integr. reſtit. & nihilominus currit ei tempus, habetur in cap. propter. de iure patronatus. Secundo iſtud tempus uidetur præfixum patrono potius in fauorem eccleſiæ quam in ſui odium, ergo currit ignoranti glo. not. in cap. ſtatutum. de præbend. in 6 facit l. genero. de his qui notantur infamia, item agitur de modico preiudicio cum in cæteris recognoſcitur in patronum ab eo qui eſt inſtitutus per epiſcopum, contrariam ſententiam poſt Io. An. in c. 1 de ſuppl. negl. præla. poſt Fred. conſ. 124. tenet Panor. in d. capit. cum propter. Nam regulariter tempus præfixum ad conferendum non currit ignoranti. c. quia diuerſitatem de conce. præben. Nec obſtat text. in d. cap. cum propter, quia ibi non conſtabat quis eſſet patronus, merito epiſcopus ordinat eccleſiam ſine patrono, ſed ex quo epiſcopus eſt certus, non debet illam ordinare ſine præſentatione, de quo ſtatim dicetur copioſe. Ad hoc facit, quia licet epiſcopus propter controuerſiā ſuper iure patronatus ordinauerit rectorem in eccleſia, tamen is qui obtinuerit ius patronatus iterum præſentat inſtitutum per epiſcopum, non quod iſta repræſentatio ius tribuat, ſed ut tanquam verus patronatus adipiſcatur poſſeſſionem præſentandi poſt victoriam in lite, uel ut inſtitutus ab epiſcopo non vexetur a patrono. tex. in c. ſi vero ubi Panor. in ultimo notabili de iure patronatus. Decimusquintus & poſtremus fauor eſt, vt inſtitutio facta ſpreto patrono ſit nulla. probat text. in capit. decernimus. 16. q. 7. propter uerbum irrita ibi poſitum, ſic Ioannes Andreas in capitulo tertio de offic. vica. in 6. ſic Hoſt. & Ioannes Andreas in capit. ex inſinuatione de iu. patrona. Sic Egi. de Bellamera. decii. 163. ſunt tamen qui dicunt quod participium ſpretis poſitum. in capitulo decernimus. allega. non uerificatur per ſolam collationem factam non uocato patrono, cum adhuc pēdeat tempus, ita quod patronus conſentire uel diſſentire poſſit. Adde quatuor ampliationes. Prima, quod id quod dictum eſt procedit etiam ſi inſtituens putabat eum quem inſtituebat non eſſe patronum, ita probat tex. in c. cum Bertholdus ubi Panor. in 3. colum. de re iudi. Et Fely. ibi dicit eſſe tex. aureum. Secundo ampliatur ſeu declaratur hanc nullitatem collationis procedere. quando eſt facta ſpreto patrono, ut hoc ſit uerum de rigore iuris per tex. dicti cap. decernimus. nam de æquitate ſecus eſſe deberet, cum hoc ius competens patronis pendeat ex gratia. in capit. 3. de iure patro. & conferendi ius pertinet ad epiſcopum de iure communi, ſic tenet Panor. in capit. illud. de iure patronatus. Tertio ampliatur ſeu declaratur, ut ſufficiat patronum conſentire ex poſt facto. patronus autem non ſolum uerbis, ſed etiam factis dicitur conſentire, cū eſſent ab eo tacite facti actus q eſſent approbatiui inſtitutionis, ad hoc lex Paulus reſpondit in principio. rem ratam haberi. ff. nota card. in clem. prima in uerbo. poſt longam. de ſuppl. negl. præla. Fely. poſt Hoſt. Ioan. And. Lap. Fred. in dicto capitulo cum Bertol. in 3. columna nam ſecundum eum quod exigitur ex parte patroni potius ſapit conſenſum quam auctoritatem, ſufficit autem quod conſenſus adſit in ipſo actu, & etiā poſt, ut notant ſcribentes. in capitulo cum uos. de his quæ fiunt a præla. Quarto declaratur, ut accedente conſenſu patroni ex poſt facto valeat inſtitutio ex nunc, non, vt ex tunc, ita Panor. in diſputatione incipiente Augerio, poſt eum Fely. in dic. capit. cum Bertholdus. ad hoc in ar. l. per fundum. de ſer. ruſti. præd. ff. Addit idem Fely. vnum menti tenendum, uidelicet quod ſi inſtitutio epiſcopi eſſet facta iure deuoluto, quia putans patronum eſſe negligentem, uel priuatum cum non eſſet, contulit, q. ſequens ratificatio patroni aut conſenſus, eius tacitus uel expreſſus nihil operaretur. non enim cadit ratificatio in eo, quod non fuit in aliqua conſideratione, cum nomine patroni nihil ſit actum. ar. l. ſi pupilli. §. ſed ſi filij. de nego. geſt. ff. Hic primus articulus recipit quinque limitationes principales cum quibuſdam declarationibus. Prima limitatio. ut non procedant prædicta in permutatione, quæ ſi fiat ſine conſenſu patroni nō eſt ipſo iure nulla, licet ſit annullāda, ſi patronus habeat cauſam legitimam contradicendi, ita poſt Frede. in tracta. permuta. quæſt. 30. poſt Alex. de Lancil. in repetitione. capitu. ſi uniuſ. perelim permut. in 6. in 4. parte, quęſt. 17 tenet Ro. in deci. 307. in nouis. Et ſecundum eos licet conſenſus non interueniat in limitibus permutationis, non tamen iure cauetur quod non poſſit poſtea interuenire, imo uidetur eſſe iure cautum ſufficere cōſenſum ex poſt facto. ar. capit. quod ſicut. de elect. ar. capitulo ex ore. de his quæ fiunt a præla. Nō ob. c. decernimus quod eſt clauis in hac materia quia loquitur in collatione voluntaria, at hic loquimur in neceſſaria. Nam prima eſt nulla quæ tamen conualeſcit ex approbatione expreſſa uel tacita. At iſta mero iure ualet, & non indiget cōualeſcentia, ſicut in ſimili emphiteota non ſoluens canonem eſt priuatus ipſo iure, modo dominus declaret eum velle haberi pro priuato. notatur per ſcribentes. in capitulo potuit. de loca. Secunda limitatio, quando patronus præſentauit indignū, eſt priuatus pro ea vice ptāre præſentādi. Et procedit iſtud etiam in patrono Laico, cui hoc ius cōceditur ex gratia. Nam ſi hi quibus hoc ius competit de iure communi eligendo indignos ſint priuati. capit. cum in cunctis. de elec. in fi. fortius quib. hoc datū ex gratia. de quo copioſe Panor. in capitulo cum vos. de offi. ord. Tertio limitatur, ſi eſſet beneficium patronale Laicum a papa ex certa ſcientia collatum, aut eccleſiaſticum, ab eodem papa vel Legato collatū, quorum iure præuentionis ualent collationes ſine præſentatione. de quo latius ſupra in 11. fauore dictum fuit. & habetur in capitulo cum dilectus. de iure Patronatus. Quarto limitatur, ſi Patronus fuit negligens in præſentando infra tempora iuris. Nam ſi infra tempus iuris Patronus non præſentat, ſublata eſt poteſtas agendi de contemptu durans ſolum tempore dato ad pręſentandū, quo elapſo dicitur potius ſeipſum contemneie. quam fuiſſe contemptus. Et poteſt epiſcopus tunc libere conferre. in capit. ſecundo de ſuppl. negli. præla.

Et

Et Patrono ignoranti ſi currat tempus concilli dictum eſt ſupra. in ſecundo dubio fauoris decimi quarti. Quinto limitatur, niſi poſt collationem factam Patrono vocato ſit lapſum tempus præſentandi. Ita Panormitan. ubi ſupra. quia cum epiſcopus non poſſit retrocedere a ſua collatione prima. capitulo ex diuerſis. de cleri. coniugatis. tenetur illam Ratam habere ut ex nunc, ex quo collatio ad ipſum deuoluta eſt, ſuperuenit enim negligentia patroni, quæ irreuocabiliter conualidat id quod eo inſtante erat irritionabile vel irritum, & non eſt ſolum tempus quod hoc operetur, ſed negligentia. Et ſic non obſtat regula non firmatur tractu temporis &c. Quæ vt ibi vult gloſa non procedit quando vltra tempus allegatur negligētia, vel quid aliud. Sexto limitatur, ſi collatio fiat patrono præſente & tacente, ita Panormita. in loco allegato. Quia cum ſecundum eum, ut prima facie videtur, hic agatur de re meritoria & concupiſcibili, ut celeriter prouideatur eccleſiæ, tacens habetur pro conſentiente. iuxta Theoricam Innoc. in capitulo in Geneſi. de elec. Facit quod notant domini de Ro. in no decíſ. 423. vbi concludunt notabiliter, quod in ſtitutio epiſcopi narrans in literis ſuæ collationis inſtitutum præſentatum a patrono, facit fidem de præſentatione, idcirco literæ præſentationis patronorum remanent penes epiſcopos, & coſtodiuntur diligenter in Archiuis eorum, vt ſi patroni velint poſtea malignari & variare nō poſſint, & in propoſito iuxta regulam. qui tacet. ex quo patronus tempore inſtitutionis eo præſente factæ ſe non oppoſuit nec contradixit, uidetur conſenſiſſe, & de materia ſi tacens habeatur pro conſentiente late Bart. in l. quæ dotis. ſo. ma. ff. Panormita. in capitulo nonne. de pręſump. Ad prædicta facit, quod notat Card. in clemen. prima in 6. colum. in verbo poſt longam diſputationē de ſuppl. neglig. præla. Sed contra hanc limitationem obſtat fortiter Theorica contraria Innoc. in dicto capitulo in Geneſi. videlicet in re quæ eſt oneris, taciturnitas non operetur conſenſum, de qua Theorica no gloſa. in regula. qui tacet. Eſt autem res oneris non cōcupiſcibilis, ſed potius præiudicit patrono quando fit collatio ſine expreſſo conſenſu ipſius, vt expreſſe tenet Panormita. in capitulo continebatur. in uerbo dicerem. de his q̄ fiunt a prælato. Præterea durum eſt taciturnitatem facere præiudicium in illo quadrimeſtri, quod eſt datum laico patrono a iure. Et quod decertari non poteſt a iudice, propter pœnam priuationis, quæ eo elapſo ſequitur, iuxta gloſam in capitulo primo. in uerbo. trinam. de milite Vaſſallo. &c. Item ſtare potest. quod tacuit patronus præſēs in inſtitutione ex quadam reuerentia quam habuit ad ſuperiorem. ar. eorum, quæ not. gloſ. & Bar. in l. prima. § quæ oneranda quarum rerum actio non detur. ff. vnde ſilentium non nocet ei. ar. l. penulti. ff de fur Maxime autem taciturnitas non debet nocere patrono qui ſcit ius ſuum durare, & ſaluum eſſe vſque ad finem quatuor mēſium. ar. l. ſicut. §. non videtur, qui. mo., pig. uel hypo. ſol. ff. propter hæc contraria dicendum eſt limitationem noſtram procedere, quando patronus non eſſet pręſens collatio ni caſualiter, ſed vocatus principaliter, vt aliquem præſentaret, & poſtea nullum præſentando, dum epiſcopus confert ſi taceat videtur conſentire, ita notabiliter Fely in dicto c. cum Bertholdus in quarta col. ſic ipſe intelligit aurea verba Abb. in capitulo continebatur proxime allegato, ubi ipſe abbas firmat valere collationem epiſcopi præſente capitulo & tacente. Nam præſupponit ille quod capitulum in illo actu tenebatur loqui Et quod ad id fuerit congregatum, & quod tacendo conſenſit, pro quo facit vulgata theorica Innoc. in capitulo primo de his quæ fiunt a maiori parte capituli. At contraria allegata, quādo patronus caſualiter veniſſet, & fuiſſet præſens cum non teneatur loqui, unde ſibi non fit præiudicium cum ſciat, vt dixi ius ſuum vbique durare. Ad prædictam limitationem bene faciunt, quæ notant Ioann. And. & Domi. poſt eum. in capitulo ſecundo de offic. vicarii. in ſexto. ubi volunt quod ſi facta una pręſentatione apponitur edictum cum tempore, & infra illud tempus patronus ſe nō opponit videtur conſentire illi præſentationi, & amplius non audietur. Adde quod canonicus contemptus non poteſt agere de contemptu lapſo edicto ſuper confirmatione. ita Ioan. And. Anto. Panormita. & Imol. in dicto capitulo continebatur. Quid autem ſi ordinarius fecit apponi edictum vocans illos quorum intereſt, ne certa præſentatio ei facta repente cōfirmaretur, ſi patronus infra illud tempus non comparet an perdat ius contradicendi, & videatur conſentire, licet quadrimeſtre non ſit lapſum, vide duos caſus, quos Fely. in hoc conſyderat in dicto capitulo cum Bertholdus. in quinta columna Poſtremo pro complemento huius concluſionis. Adde quod Legatus non poteſt conferre beneſicium, quod eſt in præſentatione patroni clerici, ratione patrimonij, tamen talis patronatus nō dicitur eccleſiaſticus. ita Panormit. in capit. cum vos. de offic. ordin. ita dicit eſſe intelligenda ea quæ habentur in dicto cap. cum dilectus. Et pro confirmatione dicit illic Panormit. quod ius patronatus clerici ratione patrimonij eſt mere laicale. vnde ſicut laicus patrimonio ſuo priuari non poſſet ab imperatore, vt Innocent. in capitu. inquiſitionem. de ſentent. excommun. in quo loco de clerico ſeipſe ſubiicuit ipſe Innocen. ſic nec poſſet clericus patrimonio ſuo priuari per papam, ſic tenet Anton. in cap. conſtitutus, de relig. domi. de quo dicto facit ibi Panormit. magnum feſtum, & non recordatur Panormit. ſe alibi legiſſe. & addit Panormitan. non poſſe papam tranſlationes epiſcoporum vel abbatum facere, idque dicit eſſe deciſum & ſtatutum in cōcilio Conſtancien. Et illic diſputat ſi poſſit patrem vnius eccleſiæ in aliam transferre, de quo poſt Bernat. & Thom. notat Archid. in cap. non decet. 12. diſtinct. & poſt Paul. de Caſt. conſil. 156. adde Felyn. in dicto tracta. amplia. 5. Adde tandem appoſite huic cōcluſioni, duo dicta Panormit. in capit. alleg. cum vos. Primo quod laicus quando p̄ſentauit indignum, poteſt ſi ſit lapſum quadrimeſtre aliū præſentare, nam ſi poteſt uariare accumulatiue, quando pręſentauit idoneum, fortius quando indignum, eccleſiaſticus autem ſi indignum præſentauit eſt priuatus ipſo iure, & prouiſio ad ſuperiorem deuoluitur, ita Panormit. in dicto capit. cum vos. tenet, ſecutus gloſam ibi poſt dominos. de Rot. reprobata opinione Ioan. Andr. Anton. Ioan. de Lign. & Fred. ad hoc text. in §. ſi quis. oratorij domum, de ſancti. epiſcopis. facit. §. ſi quis. ædificationem. de eccl. tit. col. 9. Et hoc etiam ſuadet ratio, nam ſi eligentes vel habentes collationem, de iure communi priuantur quando præſentant indignum. capit. cum in cunctis. de electio. fortius hi quibus hoc competit ex priuilegio, quia abutuntur eo, ad hoc in argumen. cap. gratum. de poſtu. prælat. capitul. priuilegium. 11. quæſtio. 3. quod autem dixi quod ex pręſentatione indigni a clerico patrono facta fit deuolutio ad ſuperiorem intellige, vel epiſcopum, cui hoc competit de iure communi, aut abbatem, vel archidiaconum vel alium, quibus hoc competere poſſet de iure ſpeciali. glo. not. in clement. prima, de iure patronatus. Secundum dictum Panormitan. in dicto capitu. cum vos. in glo. penult. quod capit. quoniam. & capit. cum propter de iure patron. quæ volunt, quod ſi quæſtio iuris patronatus non deciditur infra tempus iuris, epiſcopus poteſt aliquem inſtituere ſaluo iure vincentis, non procedit iſtud, quando eſſet quæſtio inter patronum & epiſcopum ſuper illo iure patronatus, nam ſi diceremus contrarium, poſſet epiſcopus effingere cauſam, & negaret verum patronum eſſe patronum, vt interim laberetur tēpus, ac ſic poſtea prouidere poſſet, & fraudibus eſt occurrendum, quod no. in reliquo, quod attinet ad ius patronatus. recurre ad modernos quoſdā, qui de illo iure peculiares tractatus fecerūt, qui in manus noſtras inciderūt.

Concluſio. XXV.

LEgatus extra prouinciam ſibi decretā exercet ea quę ſunt voluntariæ iuriſdictionis, iſtud probatur in l. prima, & ſecunda, de off. procon. ff. Huic cōcluſioni adde ſex declarationes. Prima quod extra prouinciam poſſit conferre beneficia, poſſit etiam cauſas delegare, quia iſti ſunt actus voluntarii, qui non requirunt cauſæ cognitionem, ita gloſ & ſcribentes, in capit. nouit. iſto titulo, dicunt tamen quod non extra prouinciam poſſet legatus confirmare electiones, nec præſentatos inſtituere, quia iſti ſunt actus contentioſę iuriſdictionis qui non poſſunt exerceri extra territorium, vt in l 2. & l. fi. eodem titulo, & eadem ratione non poſſet extra prouinciam excommunicare, nec abſoluere. Secundo, adde quod Barbat. audet in dicto capit. nouit. dicere quod legatus egreſsus prouinciā ſtatim reuerſus, poteſt exercere actum contentioſæ iuriſdictionis, & mouetur. argum. l. diuortium. ff. de diuor. Et quia actus deſtinatus ad certum locum, licet geratur alibi nihilominus geri videtur in loco deſtinato, argum. l. ex facto. §. rerum. de hære. inſtit. ff. cum ergo legatus breui tempore redire debeat in prouinciam, licet actum gerat alibi videtur gerere in ꝓuincia. Ad hoc etiam adducit text. in l. veſtimentum. de auro & argen. lega. ff. qui text. parum tamen ſtringit. Sed hæc limitatio meo iudicio non procedit, quia quamuis per egreſsum prouinciæ nō expiret poteſtas legati, etiam ſi egrederetur animo nunquam redeundi, quia a ſe non poteſt imperium abdicare. vt Archidiac. & Ioan. Andr. tenent. in cap. præſenti, iſto titulo, in 6. & glo. ibi, quæ oppoſitum firmat, eſt ſecundum eos intelligenda, quādo egreſsus eſſet reuocatus. Tamen eſt bene verum cum eſt extra prouinciam, quod poteſtas eius contentioſa ſuſpendatur. Nec obſt. l. diuortium. per Barba. adducta, quia loquitur in diuortio quod breui tempore durauit, vt poſtea

ap-

apparuit Sed obſtaret cl quod Barbat. tenet iura quæ uolunt. præ:em contentioſam non poſſe exerceri extra prouinciam in ſi. de iuriſdict. omn. iud. ff. Ad iura reliqua quæ idẽ Barb. affert, dic quod non loquuntur in materia ſubiecta, nec ad eã poſſunt accõmodari. Tertio, adde quod aliqui dicunt quod legatus in plurib. prouincijs, in vna exiſtens poteſt actus contentioſæ iuriſdictionis vnius prouinciæ in alia exiſtens exercere. ita Hoſtien. Ioan. Andr. Anton. & Imo. ac communiter omnes vſque ad tempora Panormita. intellexerunt dictam decre. nouit. Sed meo iudicio Panormita. ibi. quem ſequitur Barbat. melius reliquis intellexit, videlicet vt illa decre. reſtringatur, procedere in terminis quibus loquitur, vt intelligatur de legato qui erat merus executor, & cui nudum miniſterium erat conceſſum, vt fulminaret certum interdictũ per regnum Franciæ. & hoc faceret vice papæ. Et pro latiori declaratione tu aduerte duo. primo, quod legatus de quo ibi potuit illud interdictum tanquam actum voluntariæ iuriſdictionis ferre, velut executor, cum non requireret cauſę cognitionẽ, & facere extra prouinciam, & non ſolum erat is legatus per regnum Franciæ, ſed in prouincijs quibuſdam adiacentibus, vt Bizuntion. Lugdunen. & Vienen. potuit ergo in altera illarum exiſtens interdictum fulminaſſe per regnũ Franciæ uice papæ, cum hoc ut dixi cauſæ cognitionem nõ requireret. Secundo, tu aduerte ꝓ latiori declaratione, quod cum inter reges Franciæ & Angliæ, eſſet contentio de comitatu Pictauen. ab Innocen. tertio factæ ſunt tres decretales, ſitæ ſub diuerſis titulis, quæ incipiunt Nouit. in prima quæ eſt ſub titulo de iudic. denunciatur rex Franciæ denunciatione euangelica. Et proteſtatur illic papa ſe non velle cognoſcere de feudo, ſed ſolum de peccato. In ſecunda quæ eſt in *titulo noſtro*, apparet legatum de mandato papæ publicaſſe interdictum. Et contendebat rex Franciæ non valuiſſe, quia legatus tunc eſſet extra limites regni. Et doctor. tenent communiter ualuiſſe, quia per id tempus eſſet in prouincia adiacente regno, in qua erat etiam legatus. Et ut ipſi dixerũt communiter, legatus in pluribus locis poteſt in quolibet illorum locorum iuriſdictionem ſuam exercere, ita quod facta unius loci, poteſt in alio loco qui ſit de prouincia ſua explicare. Sed vt dixi Panormitan. & Barbat. quorum opinio mihi videtur verior, tenent contra. Et idcirco in illis terminis illius legati interdictum valuiſſe, quia erat actus non iuriſdictionalis, in quo erat deputatus nudus miniſter. In tertia decret. quæ eſt ſub titulo. de appell. quia rex Franciæ contendebat ſe habuiſſe legatum certa ratione ſuſpectum, deciditur nec appellari potuiſſe nec recuſari, quia erat nudus mi*niſter*, qui tales nec recuſantur, nec ab eis appellatᷓ, iuxta notata in capitulo ſuſpitionis. de officio delega. in capitu. cum ſpeciali de appellatio. in l. ab executore. eodem titulo, in l. ab executione. quorum appellat. C. his adde quartam decretalem de eodem interdicto loquentem. in decre. prima, de poſtu. præla. qua deciditur epiſcopum Altiſſiodoren. non potuiſſe poſtulari in Archiepiſcopum Senonen. quia ipſe violaſſet prœmiſſum interdictum.

Concluſio XXVI.

LEgatus extra prouinciam non exercet actus contentioſæ iuriſdictionis, probatur in l. ſecunda, & l. fin. de officio procon. in l. fin. de iuriſdictio. omn. judic. ff. in cap. ſecundo, de conſtitut. in 6 Hęc concluſio recipit ſex declarationes. Prima declaratio, ut poſſit de conſenſu iudicis territorii. ſic glo. quæ loquitur de epiſcopo, in capit. ut litigantes. de officio ordinar. de legato autem tenent Hoſtien. Ioan. Andr. Anton. Cardin. Panorm. & Barba. in dicto cap. dilectus. iſto titu. idem Panorm. in materia prorogationis. in ca. p. & g. de offi. deleg. in uerſic. uenio ad quartam, & idem Panorm. vtroque loco refert Bald. in l. ſi qui ex conſenſu. de epiſcopa. audi. C. nam ſi epiſcopus poteſt in ſua diocœſi alteri epiſcopi committere ut iudicet inter ſuos ſubditos qui ſi uolũt illi ſubijcere, fortius poterit inter ſubditos proprios eiuſdem legati. aut epiſcopi. Nec obſt. quod Petr. de Anchar. qui oppoſitum firmat, dicat quod primo caſu epiſcopus alienus, ſubditos alienos iudicet tanquam vicarius. At ſecundo caſu ꝓprios iudicat in territorio alieno iure proprio, quod iura non admittunt. in dicta l. fin. & dicto capit. 2. Sed tu pro defenſione communis opinionis ſupra relatę, dic hoc ſimile non eſſe bonum. Quia in primo exemplo ſi tolleratur vbi ſunt duo ſpecialia, uidelicet ꝓrogatio in alium iudicem. Item quod in territorio alieno, quod tamen communiter non admittitur, & duo ſpecialia cadant in eodem ſubiecto. Sed in ſecundo caſu de quo loquimur eſt unum ſpeciale, uidelicet. quod in territorio alieno iudicat, ſed de homine ſuo, & ſibi ſubdito. Secundo limitatur ſeu declaratur, ut extra prouinciã poſſit delegare, & puto indiſtincte ſi nondum fuerit ingreſſus prouinciam. ita l. fin. de officio præfec. vrbis. Nam actus delegationis eſt actus qui non requirit cauſæ cognitionem, vbi autem nõdum ingreſſus eſt prouinciam propter abſentiam neceſſariam, poſſet. ſic l. aliquando cum ſequen. de offic. proconſulis. ff. de quo eſt dicendum. ut habetur in § ad hæc, de collato. collatio. 9. Tertio declaratur, ut quamuis excommunicatio ſit actus contentioſæ iuriſdictionis, tamen poſſit excommunicare in facto notorio. ita Hoſtien. in cap. nouit. alleg. quem ibi ſequuntur Ioan. Andr. Petr. de Anch. Anton. Panor. & Barba. Moti, quia notorium non requirit cauſæ cognitionem. 2. quęſtio. 1. de magiſtratu, & de notorio iuris quod inſurgit ex probatione, cõfeſſione, ac ſententia. Necnon notorio facti quod eſt facti permanẽtis, tranſeuntis, & interpolati. Et quomodo notorium differt a manifeſto, & quid ſit fama, rumor, ſuſpitio, opinio, quæ ſunt vocabula magiſtralia. uide quod ſuper his etiam magiſtraliter notat Panormitan. in capit. veſtra. de coah. cleri. & inquantum Imol. recedit ab iſta limitatione, quia notorium ſaltem requirit citationem, quæ cum ſit iuriſdictionis contentioſę nõ poteſt ferre in territorio alieno, de quo notatur per ſcribentes. in capitu. ad noſtram. l. 3. de iureiur. Tu prætera dic præmiſſam declarationem ſaluari poſſe in notorio, quod ita notum eſt, quod non requirat aliquam cauſæ cognitionem, dũ conſtat parti non competere ius contradicendi. iuxta notata in l. ſecunda, § quod ſi. de re frumentaria. de adi. rerum ad ciuitatem pertinen. notatur in capit. cum olim, de re iudica. Sunt tamen qui pro præmiſſa limitatione Hoſtien ſolent afferre, quod Paulus quẽdam Corinthium qui inceſtu pollue-bat nouercam excommunicauit, de quo habetur in capitu. cum ſit Romana in fin. de appellat. Sed ibi ſolum probatur in illa auctoritate, ꝙ ordinarius in ſuo territorio poſſit ſubditum exiſtentem extra territorium iudicare. Nam ſtatutum ligat ſubditos exiſtentes extra territorium. l. fin. de decretis ab ord. faci. ff. Quarto limitatur, vt legatus extra ꝓuinciam poſſit abſoluere ab excommunicatione, in cuius prolatione deprehendit ſe erraſſe, quia forte tulit nõ obſeruatis formis, de quibus in cap. ſacro. de ſententia excommun. & in capit. primo, eodem tit. in 6, quia tunc extra prouinciam abſoluet ſine cognitione, ita Innocen. in dicto cap. nouit, cum eo tranſeunt Ioan. Andr. Card. Panor. & Imol. ibi. Et pro hoc dicto facit ſecundum Barbat. quia factum, de facto poteſt tolli. argum. l. verum. §. ex poſt facto, ad fin. ff. de minoribus. Ad hoc facit tex in l. ſi mulier. §. debet. ſi mulier ventris no. in poſſeſſ. ff. in verbo. debet enim prætor quemadmodum facilis &c. de quo tex. dicit Barb. Bal. feciſſe magnũ feſtũ. in l. ſi deſerta ſi ob publicas penſi. C. & in l. ſi pacto quo pęnam. C. eodem. & in rubr. de ſucceſſo. edict. C. Sed hæc limitatio videtur mihi dubitabilis, nam ſatis crederem quod prę̈latus excommunicationẽ quã tulit de facto, de facto tollere poſſit in prouincia, vel diocęſi, ita procederẽt iura proxime allegata. Sed durum eſſet dicere quod excommunicationem quæ in prouincia lata eſt tanquam a iudice, qui ſine cauſæ cognitione, & extra prouinciam, ubi eſt tanquam priuatus, reuocet. Nam tunc quod fecit vt iudex, reuocaret ut priuatus. Et defectus cognitionis quam adhibuit inferenda ſententia non eſt tantus, ſicut defectus poteſtatis, & iuriſdictionis. iuxta notata per glo. fin. in clemen. prima, de ſequeſtratione poſſeſſi. Item, tenendo quod in abſolutione eſt citandus aduerſarius. iuxta notata in cap. a qua fronte. de appellat. Quomodo poterit extra prouinciam citare in illo actu abſolutionis. Sexto declaratur, ut quamuis legatus nõ poſſit exercere iuriſdictionem cõtencioſam, tñ poſſit ẽt in prouincia multũ extenſa in qualibet parte citare, & erigere tribunal. ad hoc facit in argum. cap. cum epiſcopus de officio. ordina. in 6. Adde quod iudex exercendo partem iuriſdictionis, uidetur eſſe in poſſeſſione iuriſdictionis in vniuerſo. ad hoc Innocen. & Ioan. Andr. in capit. cum dilectus. de capel. mona. Adde etiam ſecundum intellectum communem quem omnes, excepto Panormit. & Barbat. in capitu. nouit. approbant de quo in concluſione præcedente. Quod iuriſdictio vniuerſalis quæ concernit plura territoria cenſetur eſſe tota indiuidua reſpectu cuiuſcunque territorii. argum. capitu. paſtoralis. de appellat. l. una eſt via. de ſerui. vrb. prædi. ff. ita quod ſecundum illum intellectum communem, legatus in pluribus prouincijs poteſt in vna exiſtens factum alterius explicare. Sed hæc declaratio, cum qua aliqui moderni tranſeunt in dicta decre. nouit, videtur eſſe mihi dubitabilis, nam ſi poſſet in prouinciam multum extenſa, finge in regno Franciæ, in qualibet parte erigere tribunal. & ad illud ſubditos citare, ſequeretur contra mẽtem decre. nonnulli. de reſcrip. & cap. ſtatutum. eodem titulo, in ſexto. Maxima vexatio ſubditorum. Ad hoc inducit Barbat. text. quem dicit eſſe ſtupendum. in l. cum poſt. de appel.

C. Sed vt ego exiſtimo parum urget ille text. loquitur enim de procuratore Cæſaris a quo cum appellatur ad præfectũ prætorio, debet is ſi cauſa ſit mediocris, aut ſi ſit nimia diſtantia locorum, cauſam ad partes cõmittere. Poſtremo pro cõplemento huius concluſionis. Adde quod quo loco papa poteſt ſe intromittere de factis laicorum poteſt ſe impedire legatus, ita ſpec. §. nunc dicamus. verſicu. 18. per id quod habetur in capit. penultimo, de eo qui mittitur in poſſeſſio. Sed in terris imperii etiam uacante imperio non poſſet, licet iuxta notata in capit. licet, de foro compet. papa id poſſit, ita tenet Imol. in capitulo nouit. allegato Et adde quod licet delegatus exequatur ſententiam, intra annum. cap. quærenti. de officio deleg. Legatus non, ſed recurretur ad alium legatum, vel papam, ita Innocent. & Hoſtien. in dicto capit. nouit. & illic Barbat. poſt Bald. refert quæſtionem fuiſſe in facto, Peruſini expulerunt legatum papæ de Peruſio, latæ fuerunt ſententiæ per auditores legati, fuit dubitatum, an poteſtas, an capitaneus, poſſent exequi ſententias, & concludit quod ſi ſententia non vertitur in dubium coram eo poterit executio fieri rei iudic. argum. cap. ſignificauit. de offi. ordin. Et ſi dicatur quod inferior ſe non impedit de facto ſuperioris, verum eſt implorando eius officium, ſecus ſi agatur actione iudicati, iuxta not. in l. a diuo pio, §. 1. de re iud. not. Specu. iſto tit. §. nunc dicamus. verſ. delegatus autem.

Concluſio XXVII.

LEgatus a latere ab excommunicatione, incuria pro violenta manuum iniectione abſoluit, ita probat text. in cap. penult. eodem tit. probatur in capit. ad eminentiam, de ſentent. excommun. Hæc concluſio recipit tres ampliationes, & aliqua dubia incidentia. Ampliatur primo quod poſſit etiam ſi iniuria eſſet atrox, unde homicidium fuiſſet ſecutum, aut membri mutilatio, ita Hoſtien. Ioan. Andr. & Pan. in dicto cap. ad eminentiam. Archid. in capit. primo, eodem tit. in 6. idem Ioan. An. Pa. Imo. & Barba. in dicto cap. penultimo. Eſt verum quod Hoſt. ſibi contrarius ſibi, firmat oppoſitum, videlicet quod pro atroci, non poſſit legatus abſoluere. Atrocem autem in materia iſta intelligebat homicidium & membri mutilationem, ſecus eſſet dicit ipſe Hoſtien. ſi ſolum eſſet effuſio ſanguinis cum oſſe fracto, quia fatetur quod tunc legatus poſſet abſoluere. Mouebatur autem Hoſtien. per text. in capit. ſi vero, in tertio reſponſo. in cap. peruenit. in cap. pro illorum. de ſententia excommun. quibus iuribus apparet quod dum papa priuilegiat ſuper poteſtate abſoluendi. Tamen ad manus ſuas retinet, & reſeruat poteſtatem abſoluendi ab ænormi iniectione mannum. Et hanc vltimam Hoſtien. opinionem ſecutus eſt auditor eius. Specu. titulo illo. §. nunc dicamus. verſi quod etiam dixi. refert quoque Ioannem de Deo, idẽ tenere. Sed opinio præcedens mihi uidetur uerior, quia iura quæ tribuunt legatis a latere poteſtatem de abſoluendo loquuntur indiſtincte. ut patet in dicto capit. quod tranſlationem, & patet in dicto cap. ad eminentiam. Secundum vtrãque literam ſiue ibi ſit eos, ſiue ſit omnes, habeas pro abſolutis, quia eſt idem ſenſus ſemper, cum indefinita æquipolleat uniuerſali, notatur in cap. vt circa, de elect. in 6. Secundo, ſecundum Archidiac. in dicto capit facit text. in cap. eos, de ſententiæ excommu in verbo a quibuſuis ſententiis. Ad iura allegata per Hoſt. quæ ſemper excipiunt atrocem iniuriam, dic quod loquuntur in inferioribus, non in legatis a latere qui gerunt uices papæ Secundo ampliatur, ut poſſit abſoluere legatus a latere, quando quis manus in eum iniecit. ita glo. in cap. 2. 94. diſtinct. cuius glo. meminit Ioan. Andr. & Imo. in dicto cap. penultimo. Tu tamen in hoc recurre ad capitu. fœlicis. de pœn. in 6. vbi Hodie abſolutio reſeruatur ſedi apoſtolicæ. Tertio ampliatur, ut poſſit abſoluere in itinere eundo ad prouinciam vel redeundo, ita gloſ. prima, in capitulo penultimo, allegato, quæ dicit ita obſeruari de facto, quem ſequuntur Panormitan. Imo. & Barbat. plus etiam dicunt aliqui, quod etiam finita legatione redeundo ad curiã idem poſſet. Sed tu aduerte quod illud eſt falſum, nã quod redeundo ad curiam dicit gloſ. præallegata illos abſoluere poſſe, eſt intelligendum ſi redeant nõ reuocati. Quid autem dum petitur abſolutio extra prouinciam, ſi concurrit læſus qui petit ſibi ſatisfieri, & dicit in multo ſua intereſſe. Ex aduerſo petens abſolui negat intereſſe, quid facturus erit legatus, cum non habeat iuriſdictionem cõtentioſam extra prouinciam. Dic poſt glo. in d. capi. penult. quem ſequitur Imol. quod poteſt committere ordinario loci qui vice ſua cognoſcat, & abſoluat. ita Spe. §. nunc dicamus. uerſi. quid ſi læſus. adde tu quod hæc facultas abſoluendi ab excommunicatione incurſa pro iniectione manuum, non extenditur ad alias abſolutiones, puta ſi papa vel delegatus eius excommunicaſſet, non poſſet legatus abſoluere. ſic Panormit. in dicto cap. penult. quia in iſtis exorbitantibus & prohibitis non fit extenſio de uno caſu ad alium. in capitu. quod tranſlationem, iſto titulo, gloſ. pragmaticæ. in decretn. ſicut. in verbo. Romani pontifices, in §. & nihilominus. & inquantum glo. prima præallegata, in dicto capitulo penultimo, vult quod legatus a latere poſsit eundo, & redeundo uti inſignijs. iux. tex. in l. ſecunda, de officio proconſ. & Panormitan. uidetur ut ipſe refert ibi a multis ita obſeruari, quoſdam vidit abſtinere. Occurrit propterea pulchrum & quotidianum dubium. An rector uniuerſitatis poſsit extra vniuerſitatem deferre inſignia rectoralia, utpote rogam purpuream. Ac quod dicunt Tabardum, id eſt vt quidam interpretantur Pileum ſericeum, quamuis text. clement. ſecundæ, de uita & honeſt. clericorum. Tabardum pro epitogio capiat. Barbat. tetigit iſtud dubium in ſpecie in dicto capitu. penultimo. Ac refert Nicolaum de Neapoli tetigiſſe. in l. prima, de præpoſi. ſacri cubiculi. C. lib. 12. quem per illum tex infra inducendum dicit tenere quod ſic. Subiicit idem Barba. cum adhuc iuuenis eſſet doctor in ſtudio Senen. & ipſe conductus mercede legeret paruum volumen, occurrit caſus in facto, cum Legati ipſius vniuerſitatis eſſent deſtinandi ad Eugenium papã quartum. Tunc autem præſtantiores doctores ſtudii decidebant rectorem non poſſe proficiſci cum inſigniis rectoralibus. Et quamuis Barba. adhuc vt dixi iuuenis, multum refragaretur & clamaſſet, ac contrariam firmaret ſententiam, præualuit tamen opinio antiquorum. In ſtudio noſtro ſeu vniuerſitate Aurel. quod conſtat ex octo doctoribus legentibus, decem procuratoribus, regentibus totidem nationes repræſentantibus Ac capite Rectore vno ex dictis doctoribus, qui aſſumitur circulatim ſecundum ordinem, & turnum per ſingula trimeſtria, Is rector nunquam purpuratus incedit in publicum, neque cum comitiua Bidellorum, niſi dũ ad actus ſcholaſticos publicos, aut aliquam ſolemnem congregationem, proficiſcitur. Mihi autem quidquid in contrarium ſeruetur, pace omnium, dixerim, cauſa diſputationis. Placet opinio Barbat. ac Nicolai de Neapoli. & ſuadetur his fundamentis, maxime autẽ dum rector ſic purpuratus & togatus progreditur in publicũ, tum vt a reliquis plebeis hominibus diſcernatur. Ac vt illi a ſcholaſticis, & reliquis qui cum iuramento ſolemni ſint aſtricti, debitus honos exhibeatur. argumen. l. item. apud Labeonem. §. ſi quis virgines. de iniuriis. l. quoſdam. de metalatiis. C. libro 11. capitulo ſi iudex laicus. de ſententia excommun. in texto, clement ſecunda, de vita & honeſt. clericor. faciunt quæ ſupra dicta ſunt. conclul. 7. de indumentis & ornamentis ſummi pontificis in veteri teſtamẽto, vbi etiam dicitur, quibus ſenatores centumuirales, cardinales, & legati vtũtur. Et primo pro hac parte facit, quia proconſules extra ſuam prouinciam utuntur inſigniis, pari forma rectores vniuerſitatum debent hoc poſſe, vtpote qui gerunt vices papæ. argum. l. 1. de officio proconſulis. argum. capitu. volentes cum ibi notatis iſto titulo. Secundo, facit textus in argumen. in cap. ut apoſtolicæ de priuileg. in 6. vbi abbates quibus competit vſus mitræ, quoties prodeunt in conciliis prouincialibus & ſynodalibus poſſunt uti mitris, licet non ita precioſis ſicut epiſcopi. Tertio, facit textus ſecũdum Barbat. in dicta l. prima, de præpoſitis ſacri cubiculi. C. libro 12. vbi vult textus. quod præpoſiti illi. ideſt ut poſt gloſam primam, in eodem titulo, l fin. tenet de platea in illa l. prima, hi qui ſunt cubicularii, & ton familiæ principis, poſſunt adoraturi principem ad ſalutandum admitti, & in foro ſit eis exhibenda ſalutatio, & in conuiuiis & ſolemnibus diebus ſunt honorandi in inceſſu, & in conciliis, & dandis ſuffragiis habitu conſueto vti poſſunt. Et qui primo ſunt dignitatem adepti, magis ſunt honorandi. Sed tu caue quod ille textus a Barbat. inductus, parum urget ad quæſtionem ſubiectam quæ agitur de exhibendo honore rectori, quamdiu gerit ipſum magiſtratum. loquitur enim ille textus de honorib. illis qui ſunt exhibendi poſt depoſitos faſces dignitatis, ſeu adminiſtrationis. Quarto, ad prædicta facit text. in clement. fin. de priuileg. ubi archiepiſcopi per loca exempta ſuæ prouinciæ poſſunt ante ſe facere deferri crucem, & benedicere populo, & celebrare in pontificalibus, per hoc tamẽ quod exemptis vel aliis nullum inferat præiudicium. Quinto, facit glo. in dicta clement. fin in verbo celebrare. quæ opinione Innocen. in capitulo fin. de vſu pal. reiecta, ſequitur oppoſitionem Hoſtien. ut epiſcopus in diœceſi aliena poſſit vti pontificalibus, celebrando miſſam vel prædicando. Sed tu caue, quod opinio contraria Innocen. ſaluari poſſet, quando vellet pontificalibus uti cum exercitio iuriſdictionis. Tunc ſecundum eũ non poſſet ante ſe facere deferri crucem, quia delatio crucis eſt unum inſigne ſapiens ſuperioritatem. Et quod archiepiſco-

piſcopus per loca exempta vtitur cruce. hoc non eſt de iure communi, ſed magis ex priuilegio illius cle. ponderando ibi literam duximus concedendum & hæc ſunt de mente, Laurent. Genceli. Stephani, quos ibi ſequitur Card. Et adde quod ſimplex electus faciendo benedictionem minus ſolemnem non incidit in pœnam capitu. auaritiæ. de electi. in ſexto, ita Ioan. in Spec. tit. de electio. §. conſequenter. in verbo etiam intronizetur. Et tu adde quod inſignia pontificalia, quæ interdum abbatibus competunt ex priuilegio. in capit. abbates. de priuileg. in ſexto, per ſcriben. in capit. cum contingat. de ætate & qualita. poſſunt etiam acquiri præſcriptione, ita contra Hoſtien. in capit. cum contingat. tenet Panormitan. in cap. primo, ut lite penden. ſecutus Ioan. Andr. in dicto capi. abbates, ac motus primo, quia reſeruata principi acquirũtur tanto tempore, de cuius initio non eſt memoria. &c. §. preterea. in cap. ſuper quibuſdam. de verborum ſignificatio. Secundo, quia ius in curſu tãti temporis titulus præſumitur capitu. primo, de præſcript. in 6. Tertio totum ius epiſcopale in iuriſdictione conſiſtens eſt præſcriptibile per inferiores, etiam cum territorio & certa parte diocœſis etiam priuatiue ad epiſcopos, Ioan. And. in cap. cum epiſcopus. de officio ordinar. in ſexto. Ergo a fortiori hęc inſignia quæ nec ſunt ordinis epiſcopalis, neque notant ſuperioritatem, ſed magis ad cultum & venerationem eccleſiarum attollendos ſunt inuenta, ad cap. peruenit. & cap. illud. 93. diſt. quæ iura videntur uelle quod in iſtis ſolum valet priuilegium, dic quod ibi nõ probatur titulus aut præſcriptio immemorialis, ad idem eſt c. veniens de præſcrip. cum ibi notatis.

Concluſio XXVIII.

LEgatus miſſus qui habet legationem ratione perſonæ, poteſt abſoluere ſubditos exiſtentes in prouincia ſua. iſte eſt caſus clarus in cap. penult. alleg. Adde duos caſus indubitabiles per illum textum. Primus eſt, quod non poſſit extraneos abſoluere extra prouinciã ſuam. Secundus, ꝙ non poſſit extraneos in prouincia aliunde uenientes. Occurrunt hoc loco quatuor caſus dubitabiles. Primus eſt, an ſubditos abſoluere poſſit extra prouinciã. Et Vincen. dicebat in dicto capit. penult. quod ſic, & dicebat quod verbum aliunde ibi poſitum determinat pręcedentia, vt ſit ſenſus, quod aliunde venientes nõ pꝑſſit abſoluere extra prouinciam, nec extraneos in prouincia, ſed ſubditos extra prouinciam poſſit, ſed glo. in dicto capitulo penul. quem Ioan. Andr. Panorm. & Imo. ſequuntur, oppoſitum firmat, ſcilicet quod legati iſti extra prouinciam neminem etiam ſubditum abſoluere poſſint, Idem tenet Specu. §. nunc dicamus. verſic. illud. & inquantum Barbat. ſtudio contradicendi ſequitur opinionem præcedentem, & ponderat text. in dicto cap. penult. in verſic. & qui eccleſiarum. in verbo ſubditos, qui declarat præcedentia, vt ſit ſenſus ſecundum eum, quod aliunde venientes nec in prouincia, nec extra abſoluere poſſit, ergo a contrario, de ſubditis bene ſequitur, quod in prouincia & extra abſoluere poſſit propter fauorem abſolutionis. Sed meo iudicio non ualet hæc inductio. Primo quia ille verſic. & qui eccleſiarum. eſt omnino diuerſus a præcedenti, nam loquitur de legatis non de latere, & præcedens loquitur de legatis a latere, & ex ſeparatis non ſit bona illatio. Secundo, inductio Barb. eo tendit, vt dicat quod ſequentia declarant pręcedentia, quæ inductio non bene procedit, nam quando in aliqua diſpoſitione continentur plures articuli, clauſula poſita in contextu alicuius articuli, illum concernit qui eſt pars illius. l. 3. §. filius. de liber. & poſthum. ff. & ſi omnes articuli habent ſuas determinationes, ad alium nõ ſit extenſio, iuxta tex. in l. legata, de conditio. & demonſtrat. ff. Item non ſit extenſio quando ex ea ſequeretur abſurditas. cap. ſecundo, requiris, de appellat. vbi Panormit. poſt Bart. in l. prætor. ui. bo. rap. ff. poſt eundem Bart. in l. talis ſcriptura. de leg. primo. Sed in propoſito ex illa inductione Barbat. inſurgit maxima violatio literæ. in text. clariſſimo. Item reſultat abſurditas, quod quis exerceat iuriſdictionem in territorio alieno, tu ergo ſequere opinionem communem, vt legatus miſſus extra prouinciam non poſſit abſoluere. Secundus caſus dubitabilis eſt an legatus miſſus extra prouinciam abſoluere poſſit ſubditos, de licentia iudicis territorii. & Hoſt. in dicto cap. penult. dicebat eſſe multum ęquum quod poſſit. argum. eorum quæ notantur per gloſ. in capit. ut litigantes. de officio ordin. in 6 ſed idem Hoſtien in ea opinione nõ perſiſtit, ſed contrarium ſequitur, & eandem etiam ſequuntur Panormitan. & Imo. Et ratio eſt, quia poteſtas iſtius legati in abſoluendo eſt coartata, & limitata ad certam prouinciam, vnde non debet extendi, nec obſtant notata in dicto capitulo ut litigantes, quia vt ſupradixi eſt uerum quod ordinaria quæ eſt naturalis, & prouenit a iure communi, poteſt exerceri extra territorium in ſubditos de licentia iudicis territorii, ſecus in illa quæ cõpetit ex priuilegio, ut illa quæ conceditur legatis miſſis, quod dictum dicit Panorm. in primo, cap. penult. eſt ſingulariter notandum, & dicit ſe neſcire alibi. Tertius caſus dubitabilis eſt an legatus iſte ſubditos ſuos qui alibi incurrunt excommunicationem abſoluere poſſit, & includit Hoſt. quod non propter tex. in dicto capit. penul. qui dicit aliunde venientes, & prima facie pro illa opinione facit illa litera, quatenus verbum aliunde refertur ad verbum iniectores, quod ſi ad verbũ accedere eſt ſecus, ſed contrariam opinionem tenet Specu. in tit. iſto §. nunc dicamus, verſic. illud, ut quemadmodum poteſt ſubditos extra territorium delinquentes punire, ut in cap. cum contingat, de foro competen. ita abſoluere. Addit Panormitan. gloſ. quam dicit eſſe ſingularem, in cap. placuit. 16. quæſtio. 2. ſed illa gloſa meo iudicio parum uiget. Nam nos loquimur de abſolutione quæ fit in foro contentioſo. Sed illa glo. loquitur de abſolutione in foro pœnitentiali. Qua de delicto commiſſo extra parrochiam, proprius ſacerdos abſoluere poteſt, & hæc opinio mihi videtur verior, & text. in dicto capitulo penult. intelligatur de non ſubditis venientibus aliunde, itaque ſubditos qui alibi incurrerũt excommunicationem poſſunt abſoluere legati miſſi. Item beneficium principis cõceſſum legatis eſt late interpretandum. l. fin. de conſtitutio. princip. ff. maxime, quia concernit fauorem animarum. Nec obſt. vnũ fundamentum Anton. quod in loco vbi excommunicationem incurrunt, tanquam in loco delicti ſortiantur forum, capitulo primo, de rapt. authen. qua in prouincia, vbi de crimine agi oportet. C. quia tu dic, quod nihilominus in loco domicilii, ut tenet Imo. taxando Anton. ut l. prima, & ſecunda, vbi de crimine agi oportet. C. ex quo infertur quod ordinarius venientes ad diocœſim, & ibi eligentes domicilium punire poſſit, ſed delegatus non. Nam poteſtas quæ ex priuilegio competit non eſt extendenda, niſi quatenus in priuilegio continetur, ſed ſubditos ſuos, vt punire poteſt ſi delinquant extra diocœſim, vel prouinciam, ita abſoluere. Et hãc opinionem poſt uincen. in dicto capit. penult. ſequitur. Ioan. Andr. Panormitan. Imola, & Barbat. Quartus caſus dubitabilis eſt, an legati iſti miſſi non ſubditos venientes ad prouinciam, & ibi incurrentes excõmunicationem abſoluere poſſint. Et ſcribentes concludunt poſt Hoſtien. in dicto capitulo penult. quod ſic, & iſti non dicuntur aliunde uenire cum veniant nõ excõmunicati, ex quo inferebat Abb. antiquus. Quod licet ſcholaſticus veniens ad ſtudium excommunicatus, nõ poſſit abſolui, licet eſſet caſus quo poſſet abſolui a ꝓprio epiſcopo. Tamen ſecus eſt ſi ibi incurrat excommunicationem, quod Panormitan. dicit eſſe notandum, & ſi ſcholaſtici in loco ſtudii conueniri poſſint de contractibus alibi geſtis, remittit Panormit. ad ea quæ notauit. in cap. quod clericis, & in capit. ex parte. B. de foro competent. notat Bartol. in l. hæres abſens. de iudic. ff.

Concluſio. XXIX.

LEgati nati ab excommunicatione incurſa pro violenta manuum iniectione neminem abſoluere poſſunt. Nec ſubditos, nec extraneos, nec in prouincia, nec extra, ideo quia legatus ratione dignitatis eſt perpetuus, ſicut dignitas ipſa, cui inhæret legatio, vnde ſi iſti legati poſſent abſoluere excommunicatos, clerici illorum locorum perderent priuilegium quod habent ex canone ſi quis ſuadente, & percuſſores eorum nunquam haberẽt neceſſe ire ad curiam, cum ibi haberẽt ſuperiorem qui eos abſolueret, puto tamen poſt Panormit. & Barbat. quod concluſio iſta procedit in caſib. reſeruatis papæ, ſed ſecus in his caſibus, quibus epiſcopi poſſunt abſoluere, de quibus in capitulo peruenit. de ſententia excommunicationis, poterunt itaque legati, qui habent eandem poteſtatem, quam ordinarij in illis abſoluere.

Concluſio XXX.

FInita poteſtatẽ legati, finitur poteſtas delegati ipſius, niſi præceſſerit citatio. tex. eſt in capit. fin. iſto tit. occurrit hoc loco pulchrum & prolixum dubium. Quid requiratur ad perpetuandam iuriſdictionem delegati. Ego lego quatuor opiniones. Prima eſt, quod requiratur litis cõteſtatio, & in hac ſententia fuit Mat. & Azo.

in

in l. & quia de iuriſdictio. omnium iudicum. ff. per quædam fundamenta illic per gloſam relata, quę ſunt multum debilia & a remotis, & cum quæſtio de facto Bononiæ occurriſſet, & Azo eſſet pro una parte aduocatus, & a quodam canoniſta eius collega inſtructus fuiſſet. Quod pro eius opinione eſſet caſus in capit. relatum. de officio delega. Et is ſic admonitus eundem text. in publicum allegaſſet & aduocatus partis aduerſæ produxiſſet text. ſequentem contrarium manſit Azo attonitus & confuſus, ac vir tantæ doctrinæ, de quo dici ſolet. Qui neſcit equitate teneat ſe ad Iaſonem, fertur dixiſſe relatum, & gratum, ſi mēte vituperatum. Ac nihilominus hanc opinionem quę communiter non tenetur, non deſunt qui ſeruantur. Nam Iaſone referente in dicta l. & quia tenuerunt. Iacob. Butt. Cyn. Raynerius ac idem Iacob. Butr. in l. prima, de litis conteſtatio. C. dicunt ipſi, quod pro ipſa uidetur eſſe caſus in dicto capit. relatum. Et ad decretalem ſequentem reſpondent, quod ſit ſeruanda in foro canonico. Secunda opinio quæ communiter tenetur, eſt quod ad perpetuãdam iuriſdictionem delegati ſufficiat citatio, quæ nouiſſimo loco confirmatur rationib. & opinionibus. ſic gloſ. & communiter omnes. in capit. fin. per illum textum, illo titulo. Cui textui dicit Panormit. impoſſibile eſt a tenentibus præcedentem opinionem, reſponderi ſine uiolatione literę. & dicit ibi Imola. quod eſt verior & iu rior, ſic tenet gloſ. in cap. licet. de officio delega. vbi Bald. Cardin. & Imo. dicunt hanc eſſe communem. Tertia opinio quę a multis tenetur, eſt quod ad perpetuandam iuriſdictionem delegati, niſi præceſſerit citatio, non fiat ipſa perpetuatio. Sed iure canonico ſufficit ſola commiſſio, ideſt delegatum commiſiſſe nuncio ut citaret, licet ante mortem delegantis actualiter non citauerit. Nam ſufficit quod delegatus qualitercunque vſus ſit iuriſdictione. Sic tenet Hoſtien. in capit. licet. alleg. qui referente Bald. fertur in hac materia mirabilia dixiſſe, ac ut Panormit. vult multum laxaſſe habenas. idem tenet glo. in capit. quamuis. de officio deleg. in texto. Et clarius in capit. ne aliqui. de hære. in texto, hanc opinionem poſt Gaſparem de Cald. in diſputatione ſua, tenent Ioan. Andr. Anton. & Panorm. in cap. fin. alle. pro qua facit, quia licet libellus repudii datus a marito non fuerit traditus vxori, tamen ſoluitur matrimonium. in l. licet. de repud. C. & reuocatio mandati tenet licet non peruenerit ad mandatarium. l. ſi pater de manumiſſis uindicta. ff. ad idem cap. fin. de procur. in 6. de quib. duobus uide gloſ. in clement. unica, de renuncia. Item iura dicunt, quod ſufficit quod ceperit. capitu. licet. alleg. vel inchoauerit, c. cum plures. eod. tit. in ſexto. Et tex. in dicta decre. quamuis. et cap. ſi delegatus. eodem titu. in ſexto, quod ceperit. Sed cępiſſe dicitur per omnem actum quem facit iudex. l. prima, § cępiſſe. de pollicita. ff. bene fatentur quod per ſolam commiſſionem quam facit iudex, ſecundum ll. non eſſet perpetuata iuriſdictio, ſed ſecundum canones ſecus, quod ſi agatur de perſona vel re afficienda, non ſufficit ſola citationis commiſſio, ſed oportet quod ad effectum deducta ſit. ſic intelligitur. cap propoſuiſti. de foro competen. & clement. ſecunda, vt lite penden. Ac etiam Panormit. dicit, quod idem ſit de iure ciuili per text. in dicta l. & quia, in verbo, uti cæperit. & ſubijcit ipſe Panormit. in citatione eſſe tres partes; commiſſionem iudicis de citando, executionem nuncij, & relationem Notat etiam Ioan. And. in cap. Romana. in §. contrahentes. de foro competen. in 6. Secunda, & tertia non ſunt iuriſdictionales, prima ſcilicet commiſſio eſt iuriſdictionalis, unde iudex non poteſt committere citationē extra territorium, ſed ſi commiſerit poteſt nuncius eam exequi; ut nota. in §. contrahentes, tamen iudex committendo citationem vſus eſt iuriſdictione. & hæc opinio eſt de mente glo. in dicta clement. ſecunda, & Bart. tacite uidetur ſequi eam, licet non exprimat aperte, in d. l. & quia. nec obſtat tex. in d. cap. gratum. A quo pendent leges & prophetæ, qui videtur requirere citationem, quia ut Panormit. ibi. bene probat quod requiratur citationem emanaſſe a iudice, ſed non probat quod ſit neceſſe perueniſſe ad partem, ponderando illa verba propoſito citationis edicto. Nam olim fiebant citationes per edictum, ut de iuriſd. om. iud. ff. iuxta tex. in l. ſi quis, id quod. deſcribebantur in albo, nec aliud requirit ille text. Secundo obſt. tex. & fortius in capit. fin. allega. qui aperte requirit citationem, & per quem text. qui loquitur ſpecialiter debet ſuppleri & declarari text. in capitu. licet, dum requirit quod iudex uti cœperit, & cui text. Panormitan. in capitulo licet. dicebat impoſſibile eſſe dari reſponſum, ſed tu dic poſſe reſponderi dupliciter. Prima reſponſio eſt Ioan. Andr. & Cardina. quod dum ille text. requirit citationem, ſupple vel aliud æquipolens. Sed hæc ſuppletio, meo iudicio eſt uiolatiua literæ, ac etiam, vt Panorm. vult extorquet eam, & ſecundum Ioan. de Imo. deſtruit eam: Inde quarta reſponſio afferri poteſt, quod dum ille text. in cap. fi. requirit citationem, & ſic quod non ſufficiat commiſſio ad perpetuandam iuriſdictionem, quia ibi extinguebatur iuriſdictio delegantis cum perſona, ideo ad perpetuandam iuriſdictionem eiuſdem delegati, requiritur perpetuatio reſpectu partium. Et quod aliquid quo ad partes ſit exercitatum, quod non poteſt dici ante factam citationem de parte, ſecus autem quando non extinguitur iuriſdictio cum perſona, quia durat dignitas, propter quam eſt facta commiſſio, vt ſi papa vel epiſcopus deleget, nam tunc ſufficit perpetuare, quo ad iudicem committentem, quia ſecundum eundem Anton. dignitas retinet ſubiectionem partium, & non eſt neceſſaria perpetuatio quo ad partem. Quarta eſt opinio quæ fuit Hoſtien. in dicto cap. licet, quod iudex delegatus ſi receptis literis delegationis vocat tabellionem, aut teſtes, & legit cauſam coram eis, dicendo animo perpetuãdi iuriſdictionem, pręcipio tibi tabellio vt has literas in publicam formam redigas, quod per tales actus, aut ſimiles ſit perpetuata iuriſdictio, ac ut præmiſi iã, Bald. dicebat Hoſtien. mirabilia dixiſſe, & Panormita. addebat eundem Hoſtien. habenas admodum laxaſſe, additque idem Hoſtien. quod delegatus alteri vices ſuas committendo, videtur cępiſſe vti iuriſdictione, aut quando ſolum commiſit principium cauſæ. cap. ſuper quæſtionum. §. primo, de officio deleg. aut quando alteri mandat quod citet partes. capitu. paſtorali. §. primo, eodem tit. idem ſi recipiat teſtes in periculo conſtitutos, aut valetudinarios, iuxta text. cap. quoniam frequenter in 2. ut lite non conteſt. idem ſi excommunicauit rebelles & contradictores, iuxta text. in cap. primo, de officio deleg. Idem ſecundum eum ſi diem aſſignauit partibus præſentibus, iuxta text. in capitu. fin. de dila. idem ſi faciat libellum offerri, aut exercet aliquem actum, per quem appareat quod uelit vti iuriſdictione, ſed hæc opinio mihi non placet, nam nō eſt uerum quod per actus ſupra relatos citatione citeriores, incipiat uti iuriſdictione, quia ſolum iudicium iniciatur per citationem. §. fin. de pœna temere litigan. Et inquantum Hoſtien. dicebat, quod delegatus ſubdelegando perpetuet iuriſdictionem, quam tamen ſequitur gl. in cap. ſi a ſubdelegato. eodem tit. in ſexto, tu dic quod delegatus ſubdelegando vtitur iuriſdictione verum eſſe non delegata, ſed ordinaria, nam iuriſdictio dandi iudicem eſt delegato a lege conceſſa, & probatur in dicto capit. paſtoralis. & pondera tu illud verbum a lege, nam lex dat ordinariam, itē ſubdelegando, non eſt uſus delegatus circa negocium commiſſum; quod oportet quod ſit cœptum. vt in dic. capit. gratum. quod uero delegata non perpetuetur ſubdelegatione apparet euidenter, quia delegatus re integra, poteſt reuocare commiſſionem, capit. quamuis. eodem tit. in ſexto, vnde cum iuriſdictio re integra ſit effectualiter penes ipſum delegantem, & per eius mortē extinguatur, ſequitur bene quod extinguitur poteſtas ſubdelegata, quia extincto iure actoris extinguitur ius ſucceſſoris. l. lex vectigali fundo, de pigno. ff. rurſus non eſt uerum quod delegatus faciendo literas commiſſionis coram eo legi, & eligendo notarium quod utatur iuriſdictione, ſed eſt uerum quod ſolū ſe præparauit ad vtendum. Nam procurator recipiendo literas mandati, & rogando notarium de hoc quod accepit literas, & quod intendit uti mandato, non perpetuat per hoc mandatum, quia hoc totum fit extra iudicium, ex quibus infertur, quod recipere commiſſionem & acceptare non eſt incipere uti mandato, ſeu iuriſdictione, ſed eſt quoddam intercedens, & præambulum a quolibet intrinſeco ipſius iudicii. Nec obſt. quod text. in l. & quia allega. dicit, ut quidam ponderant, quod res geri cœperit, quod uerbum rei eſt generale. l. prima, §. rei. ſi certum pe. ff. quia non ſequitur quod intelligat ille text. per tales ſuperiores actus, quod res cœperit geri, ideſt iuriſdictio. Opinio ſecunda mihi videtur uerior. Primo pro ea facit tex. in dicta l. & quia in illis præallegatis verbis geri cœperit. Secundo ad idem faciunt iura quę requirunt quod cœperit vti iuriſdictione, ut in cap. licet. alleg. & cap. ſi plures, & cap. ſi delegatus. eodem tit. in ſexto. Tertio facit text. in dic. cap. relatum. in quo Azo, ut dixi, fuit deceptus qui licet requirat conteſtationem, tamen non negat quin per citationem hoc fieri poſſit. Quarto facit tex. in d. cap. gratum. in uerbo propoſito citationis edicto, qui tex. ſecundum quoſdam corrigit decret. relatum, aut ſecundum alios et melius declarat, ac ut Panor. ibi ſcribit, qñ in uolumine ſtatutorum ponuntur duo ſtatuta contraria, ut euitetur correctio quantum fieri pōt, debent per ſubauditionem ad correctionem reduci, de quo notat Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo. non obſtātib. Quinto facit tex. in c. fi. alleg. qui tex. vt vult D. Iaſ. in d. l. more de iuriſd. om. iud. in 11. col. eſt inuiolabilis, ac cui pertenentes opinionē contrariā impoſſibile eſt ſm Panor. reſponderi, et aduerte quod Barba. ibi ponderando aduerſatiuam. in verbo, ſecus. de qua Bar. in l. hec amplius, de damno infec. ff. inducit ſic text. illum, ut ſicut ſtatuta legati eo egreſſo, vel

mor-

mortuo ſunt perpetua, vt in principio illius tex, ita ex illa ad uerſatiua ſecus, probatur a contrario, quod ipſo legato reuocato, vel mortuo delegatio facta ab eo, tenet, ſi ante ipſius delegantis mortē vel egreſſum præceſſerit citatio, quo ſuppoſito arguit ſic idem Barb. diuerſa ſunt citare aliquem, & commiſſio de citando, ſicut aliud eſt ſecundum cū vendere, aliud pactum de vendendo. in l. in bonę fidei. vt in litera eſt conditionum, de eo quod certo loco. ff. aliud eſt gerere, aliud eſt habere mandatum de gerendo. l. prima de admi. tut. ff. Aliud eſt renunciare, aliud eſt habere mandatum ad renunciandū. notat. in clementina prima de renuncia. ſic cum citatio & commiſſio citationis ſint diuerſa ad tex. in capit. fi. qui requirit citationē non eſt ſatisfactum per commiſſionem ſolam, maxime, quia verba debent capi cum effectu. l. prima quod quiſque iu. ff. capitulo relatum, de cleri. non reſid. & quando lex requirit totum, non eſt ſatisfactum per interuentum partis. l. fi. ad Syllan. C. cum proprie citatio non dicitur integra, quæ ſolum manauit a iudice, & non peruenit ad partis notitiam, & citatio eſt initium iudicii. in dicto §. fi. de pœna temere litigan. His adde ad probandum pro perpetuatione iuriſdictionis legati requiri citationē veniſſe ad notitiam partis tex. in l. qui abſenti. de acqui. poſſeſſi. ff. quod non perdit dominus poſſeſſionem ſerui abſentis, donec literę libertatis ad eū peruenerint. per quem tex. dicebat Ludo Ro. Quod is cui eſt conceſſa ciuilitas ante receptionem literarum ciuilitatis nō gaudet priuilegio ciuium. Secundo facit. l. ſi voluntate de fideicō. libe. C. l. non uidetur de libe. cauſa. ff. vbi non videtur ſeruus in libertate manere, quem dominus ignorat ſuum eſſe. Tertio facit. l. ſequitur. §. tanquam. de vſucap. ff. vbi ſeruus videtur eſſe in poteſtate domini, cum ipſe dominus eius poſſeſſionem nactus eſt. Quarto facit. §. & generaliter. qui mo. natural efficiantur legi. ubi legitimatio ſpurii a patre procurata non prodeſt abſenti, niſi a tempore ſcientiæ & ratificationis. Adde quod per citationem non nunciatam non interrumpitur præſcriptio. l. cum notiſſimi. de præſcri. 30 annorū. C. & ille non dicitur præuentus, qui non fuit citatus. l. ſi quis poſtea de iudi. ff. capitulo penultimo. de foro comp. Plus audet Barb. in dicto capitulo fi. dicere quod citatio ſi præceſſit, & citatus apprehenſus non venit, quod non perpetuetur iuriſdictio. ar. l. quamuis. de in ius vo. ff. Sed hoc Barba. dictum mihi nō placet, quia iura ſolum ponderant notitiam citationis ad partem veniſſe, vnde citatus ſi malitia non venit, non debet ſibi prodeſſe illa malitia. at. l. itaque. fullo. de fur. ff. q̄d ſi propter impedimentum non venit, non debet hoc nocere delegato qui iuri ſatisfecit, & impleuit quod debuit. Nec ob. l. quamuis a Barba. adducta, quia loquitur de incurſione pœnæ quæ euitatur facile, ſi Patronus a liberto vocatus non veniat. Sed hic loquimur de perpetuanda iuriſdictione delegata quæ non eſt quid odioſum, nec præiudiciale ordinario cū cauſa tam ſit erepta ab ipſo. Item ad. l. quamuis. allegatam. dic quod in penis legalibus eſt locus pęnitentię vſque ad ſententiam. Barr. in l. in criminali. de iuriſ. omni iudi. C. Ad. l. & quia. allegatam. quam Barb. ponderabat Tu reſponde vt per Bal. in c. licet. allegato. ad ſolutiones diuinatorias per Anto. & alios. in c. fi. alle. adductas. tu reſponde vt ſupra.

Ex prædictis infertur, quod p citationem nullam non perpetuetur iuriſdictio delegata. ſic poſt Hoſt. tenet. gloſ. li. in c. cū plures. allegato. facit in ar. tex in c. propoſuiſti. in uerbo. legitime citatus. de iudi. facit q̄d litis cōteſtatio nulla non interrumpit præſcriptionem. gl. in l. ſi pa ternæ. de ſtatu defunctorum. C. facit tex. in l. ſi accuſaturus. & ibi Bar. de adul. ff. ubi libellus nullus & citatio nulla non perpetuant actionem nec interrumpunt præſcriptionem. Idem tenet Bald. in l. necque quam. de officio proconſul. Sic tenet per dicta fundamenta. d. Iaſon. in dicta. l. more. in 11. colum. quæ ratio autore deſumpſit a Barb. in dicto capitulo fin. Tu adde quod eandem opinionem ſequitur Phi. Franc. in dicto capitulo cum plures. qui poſt Archid. & Ioannē Andreā adducit. quod ad perpetuandam iuriſdictionem non requiritur quod citatio ſit peremptoria. Sed huic deciſioni fortiter obſtat tex. in capitulo venerabili. de offic. delega. cuius meminit do. Iaſon. in dicta. l. more. & propter difficultatem non reſpondet. Et tu debes ſic inducere illum textum. Abbas ſubdelegatus ab archiepiſcopo delegato papæ, qui ſecundum formam reſcripti debebat primo reſtituere, inde cognoſcere de dilapidatione peruertit illum ordinem, & ſic proceſſus erat nullus. Et tamen per talem proceſſum perpetuauit iuriſdictionem, ſic quod ſecūda ſubdelegatio a Theſaurario, de quo ibi, facta non valuit, nec potuit primus ſubdelegatus qui fecerat proceſſum nullū reuocari. Tu dic ad contrarium eſſe tres ſolutiones. Prima eſt, Ioannis Andreæ quod imo ibi proceſſus illius Abbatis, ſubdelegati erat aliquis, quia fecerat aliquem articulum cōmunem vtrique articulo, tam reſtitutionis quam inquiſitionis ſuper dilapidatione, puta ſubdelegationem publicari iubendo, ſcribam vel notarium cauſæ eligendo, nuncium iuratum conſtituendo, iuramentum ab ipſo exigendo, ex quibus actibus qui tenuerunt, fuit inducta perpetuatio. Sed hæc ſolutio prima mihi non placet, imo eſt diuinatio. Item, vt Io. Andreas met. fatetur, ſi prædicti actus facti ſunt a ſubdelegato, nō dicit patere ex antiqua, neſcit ſi re integra. Item hæc opinio recidit in opinionem Hoſtien. reprobatam, quæ ſapit quod per tales actus inducatur perpetuatio iuriſdictionis. Secunda eſt ſolutio Card. quod illic proceſſus tenuit, licet eſſet reuocandus. Nam epiſcopus ille qui ſecundum formam mādati erat primo conſtituendus, & iudex præpoſtere omiſſa reſtitutione cognouit de dilapidatione, ſibi præiudicium fecit ex taciturnitate, debuit enim contradicere, & appellare ne peruerteretur ordo quod cum id quod concernebat vtilitatem ſuam omiſit ſcienter, ſibi præiudicium fecit, & imputet ſibi, ponderat adhuc cardinalis verbum caſſauimus ibi poſitum. Nam ſi proceſſus illic non tenuiſſet non fuiſſet caſſatus, præterea fuiſſet ſolum peruerſio vnius cauſæ ad aliam quæ non viciat mero iure actum, ſed opus eſt appellare. ar. l. primę de appel. C. accedit quod a forma reſcripti concernente vtilitatem partis poteſt recedi glo. in capitulo cum olim. l primo de officio delega. Innocentius in capitulo prudentiam. de officio deleg. Sed Panor. non placet hæc ſolutio, quia forma illic data, ut primo epiſcopus reſtitueretur, & poſtea de dilapidatione cognoſceret, nō ꝑ intereſſe partis adiecta erat, ſed principaliter ob vtilitatem publicam, ne laici inſoleſcerent aut exardeſcerent in expulſione Prælatorum. de qua expulſione expreſſe facta. eſt cle. ſecunda. de foro cōpe. Ac ſimiliter propter bonum ſubditorum ne diu ſtarent ſine Prælato. ar. cap. ne pro defectu. de electione. Ideo taciturnitas epiſcopi non habuit iuſtificare proceſſum factum contra formam mandari. Ac mihi etiam non placet, quod Anto. dicit, quod ordo de quo ibi, eſt voluntarius, imo erat neceſſarius & conformis iuri vt ſpoliatus ante omnia reſtituatur. Tertia ſolutio, Ioannes Andreę quod proceſſus Abbatis ſubdelegati erat re integra nullus, Tamen ipſe perpetuauit iuriſdictionem, prius enim fecerat proceſſum ſuper articulo reſtitutionis, forte citando imperatorem Federicum perpetuum perſecutorem eccleſię, ac Romanorum pontificum, vel ei præcipiendo quod mandabatur, vel aliquid aliud ſimile. A quo ꝓceſſu ille Abbas demum imperatoris fauore, aut alias metu, deſtitit & inquiſiuit de ſuſpitione dilapidationis, ſeu contra tex. in capitu. exhibita. de iudi. ſimul proceſſit ſuper utroque. Ex quibus ſuperuenientibus proceſſus eius fuit redditus nullus. Itaque per præcedentes actus, maxime citationis, ille Abbas ſubdelegatus perpetuarat ſibi iuriſdictionem. Nō potuit ergo archiepiſcopus delegatus, qui quia erat corporis infirmitate grauatus eidem Abbati committere vices ſuas in totum, & eundem Abbatem qui ſibi vt ſupra perpetuarat iuriſdictionem reuocare, & alium vtpote Theſaurarium ſubdelegare de nouo. Adde tu ergo quod ibi vterque proceſſus tam Abbatis primi ſubdelegati quam theſaurarii in locum primi dati fuit nullus, quod apparet ibi. ex verbis, quorum ꝓceſſus, tum quod hoc in plurali exprimitur, tū quod ambo proceſſus coniunguntur, & ſic debent determinari vniformiter. ar. l. nam hoc iure de vulga. ff. quod tu, ſic declara, primo. proceſſus Abbatis qui ex poſt facto & præpoſtere de dilapidatione inueſtigauit idcirco nullus. Theſaurarii autem, qa Abbati prius in totum delegatus commiſerat vices ſuas. Et ad text. qui ſupponit validitatem vtriuſque proceſſus propter verbum. caſſauimus. Tu dic poſt gloſam ibi, quam Panormi. & alij ſequuntur, quod verbum caſſauimus refertur ad factum, non ad ius.

Concluſio XXXI.

Collatio facta a legato de ſecundo motu proprio, propter taciturnitatem primi non eſt ſubreptiua, iſta eſt communis quam tenet gloſ. fi. in capitulo fi. iſto titulo in ſexto. Et ibi Ioannes Andreas Domi. & Franc. gloſ. in verbo. facta. in clem. ſecunda de offi. ordi. quam ibi ſequuntur, Stepha. Prouincia, Paulus, Pe. de ancha. Card. & Imol. pro qua facit, quia nihil eſt quod imputetur recipienti, dum Legatus proprio motu ei facit collationem. Nec in eo poteſt notari aliqua ſubreptio uel ambitio. Cum ergo ſit citra culpā non debet in aliquo puniri. ar. capituli quæſiuit. de his quæ fiunt a maior. parte cap. Secundo, quia licet collatio, tacita poſſeſſione facti, impediat impetrationem. capitulo cum noſtris de conceſ. præbend. tamen non viciat collationem. capitulo licet epiſcopus de præbend. in 6. Et tu caue quod opinionem contrariam tenent Io. mo. & Lap. in dicto capitulo fi. Archi. in

in cap.ſi motu proprio.Idem tenent Geneclius & Matth.in dicta clement.ſecunda.Sed meo iudicio non obſtant fundamenta eorum.Nam dum allegant text.quos d icunt formales.in dicto capit.fin.& in dicta clemen.ſecunda.Dico quod debent intelligi de ea collatione legati quæ fit ad impetrationem non de ea quæ fit motu proprio. Secundo,non obſtat quod dicunt eſſe ſpeciale in papa qui non eſt ligatus iuribus,ergo ſecus in legato. Quia tu dic,quod ratio quæ militat in prouiſione papę,militat etiam in legato,nam propter clauſulam motus proprii ceſſat in utroque ambitio.Er prædicta intellige in legato conferente motu proprio,illi qui iuſtę detinebat beneficium uel cum diſpenſatione, ſecus ſi cõtulit detinenti iniuſte,vel detinenti iuſte, ſed cum diſpenſatione,quia tunc non ualet collatio, niſi ſeruetur quod habetur in cap.ordinarij.§.fin.de offic.ordin. in ſexto. Ita Domini.& Franc.in cap.fin.allegato. Item videmus quod aliæ collationes propter tacitutnitatem non viciautur. ut in dicta clement.ſecunda. Tertio, non obſtat quod qua ratione impetrans debet de beneficio quod habet facere mentionem, ergo legatus concedens. Quia tu dic quod in impetrantẽ poteſt notari ambitio, in legato non, qui concedit motu proprio. Ex his infertur,quod collatio facta a legato ad impetrationem propter taciturnitatem primi non valear, quod eſt expreſſum in dicto capitulo fin.& in dicta clement.ſecunda,quę declarat quod non ſufficiat mentio generalis,qualis eſt illa quæ habetur in capitulo non poteſt, de præbend. in ſexto,ſed requiritur ſpecialis.ſic gloſ. ibi, in uerbo ſpecialis; vbi approbatur opinio Archidiacon.notata in dicto capitulo fin.allegato.ubi Moderni dicunt, quod debeat fieri mentio omnium qualitatum,& circunſtantiarum. Adde quod clauſula motus proprii, ut tollat ſubreptionem, debet exprimi in gratia, ſic quod non poteſt probari per teſtes, gloſ. fin.in capitulo ſi motu proprio,de præbend.in ſexto.Quod autem non poſsit probari per teſtes, ſuadetur iſtud duplici ratione, quia poſsibile eſt quod papa ad cõferendum ſit motus,motu proprio, eſto quod præceſſerit impetratio, & non habito reſpectu ad impetrationem alterius. Vnde cum hoc pendeat ex animo papæ uoluit ipſe ibi, quod hoc probaretur per teſtes, vt ſic per hoc liqueat de animo ipſius. Vnde poſt Bald.dicunt Pet.de Ancharan. & Franc. in dicto capitu. ſi motu. Quod eo caſu quo inſtrumenta,quibus continetur confeſsio, habent paratam executionem ex forma ſtatuti, non ſufficit per teſtes probare confeſsionem.

Adde tamen quod omni caſu quo requiritur ſcriptura,probata perditione ipſius,tenor poteſt probari per teſtes,capitulo cum olim, de priuileg. Bald. in l.ſecunda.§.diuus. de iure fiſci. ff.& ſic ſequitur ſecũdum modernos, quod ſi clauſula motus proprii fuit expreſſa in literis, quod hoc poſsit probari per teſtes idoneos,nec obſtant notat. in dicto capit.ſi motu, quia procedunt quando ipſa clauſula nõ fuiſſet expreſſa in literis,tunc non poſſet probari per teſtes,alias ſic.Secundo quia clauſula motus proprii non poſsit probari per teſtes,quia hoc in ſe concludit negatiuam non coartatam,videlicet quod nullus ſuper hoc porrexerit ſupplicationem,quid enim ſcimus,vt vult dicta glo.forte papa ante annum fuerat rogatus pro mo.ſic ſufficit ita ſcriptum eſſe.l.,pſpexit,qui & a quibus.ff.ſed negatiua non coartata eſt impoſſibilis ad probandum,ut habetur in capit. cum eccleſia, de cauſa poſſeſ.not.in l.actor. de probatio. C.ita poſt dominos de Ro.in antiq.deciſio.327.tenent Dom.& Franciſ.in dicto capit.ſi motu.Adde quoque illic Dom.quod collector deci. refert lig. tenere,quod clauſula motus proprii poſsit probari per teſtes, etiam ſi non exprimatur ex literis per aſſertionem ipſius papæ,aut per alias coniecturas, aut præſumptiones ueriſimiles, puta ſi contulit mihi abſenti, & in remotis degenti per multos annos, & ignoranti vacationem beneficii pro quo,nec ego,nec alius pro me ſupplicauit, nec eſt veriſimile,immo quaſi impoſſibile,quod ego vel alius pro me ſupplicauerit, tales enim vehementes præſumptiones probarent ſufficient er.argument.capit.afferte. in capit.literas. de præſumpt. ſed dicit idem Dom. quod quamuis eiuſdem collectoris ratio ſit uultum æqua & rationalis, tamen illa clauſula motus proprii ſic probata non haberet illum effectum,de quo in primo capit.ſi motu.nam tunc demum operatur effectum, quando expreſſe cauetur in literis, vnde bene fatendum eſt, papam per tales coniecturas a ſe motum fuiſſe ad conferendum, ſed conſtanter negandum eſt quod illa conceſſio habeat effectum quem illa litera exprimit.Adde quod ſicut clauſula motus proprii non poteſt probari per teſtes,ita ex aduerſo, cum eſt expreſſa literis non poteſt probari contrarium,videlicet quod ad impetrantis, vel alterius ſupplicationem papa fecerit,ita Dom.& Franc.ſuper gloſ.fi. dicti capit.ſi motu.id enim eſſet arguere papam de mendacio,quod non licet iuxta notata per gloſam antepenultimã. in clem.vnica.de proba. Adde quod licet clauſula motus proprii tollat ſubreptionem, non inducit tamen diſpenſationẽ, nec ampliat gratiam, ſic tenet glo.in dicto capitulo ſi motu. in verbo beneficium.vbi Ioan.Andreas Dominicus,& Francus,ſic gloſa.quarta.in clem. per literas.& in clem. ſi Romanus.in verbo.validum.de præbend.ad quas gloſas ſemper recurritur. Et ibi poſt Lauren,dicit Card.quod proprius motus papę eſt optimus artifex omnem habens virtutem,inde ſumpta occaſione numerat multa quæ poteſt papa, aliqua quæ non poteſt, vt de corrupta facere virginem,quod qui ſolum erant decem ſint quindecim, De nigro facere album.de quo in capitulo ſi Paulus.32. quæſtio.quinta, notatur in clemen. quod circa de electione. Item non habet ea quæ ad impugnationem fidei tendunt, aut quæ cedunt ad vniuerſalem decolorationem ſtatus eccleſiaſtici. iuxta notata in capitulo literas.de reſtitutio.ſpoliatorum. Nihil poteſt in his quæ ſunt iuris naturalis. element. paſtoralis.ad finem, de re iudicat.at in proprio motu, proprius motus papæ non tollit inhabilitatem quæ inſurgit a iure,nec poteſt inducere diſpenſationẽ ſuper irregularitate,illegitimitate, aut alio defectu, ſuper receptione plurium beneficiorum incompatibilium. Vnum nota perpetuo quod præmiſſi defectus quamuis non poſſint propter clauſulam motus proprii allegari per viam ſubreptionis, bene tamen poſſunt allegari per viam iuris communis. Ita ſingulariter Ioan. Andr. in dicto capitulo ſi motu.quem ibi Domi.& Francus ſequuntur.Domini de Rota in nouis deciſio. 112. Adde quod ceſſante clauſula motus proprii, vt taciturnitas beneficii vitiat gratiam, ita ſi taceatur ius ad beneficium, eſto quod paratus eſſet renunciare illi iuri, tenet Ioan. Andr.in regula ignorantia. Ad hoc facit text.in capitulo noſtra.de reſcript. Adde dominos de Rot.in nouis deciſio.220.his etiam adde,quod licet ſubreptio in literis ad lites non viciat ipſo iure,vt notat Panormitan.in capitulo cæterum.de reſcript. Tamen in literis gratiæ vitiat ipſo iure, de reſcripr.capitulo ad audientiam. el ſecundo, vbi Panormitan.in quinto notabili.& colum.fin. rationem diuerſitatis ponit,& clarius habetur in clement.prima,de præbend.Adde q; ſi in eadem charta fiat gratia,& acceſſione detur iuriſdictio ad executionem gratiæ,ſicut ſubreptio viciat ipſo iure, ita iudicis datio quæ eſt acceſſoria ad gratiam. Sic Panormitan.in dicto capitulo cęterum.& in reſcripto quando ſunt plura negocia ſeparata ſubreptio in vno non viciat aliud,ſic ſi eo tempore.de reſcripr.in ſexto, intelligit Panormita.in capitulo ſedes.in ſecunda colum.eodem titulo.Adde poſt mod.ſi aliquid aliud a beneficio taceatur,quod ſi papa ſciuiſſet nihilominus literas dediſſet.

Nec etiam difficilius conceſſiſſet tunc valent literæ. Domini de Rot.in nou.deciſio.468.plus aliqui dicunt, quod ſi ignorantia facti quæ non ſit ſupina taceatur tale quid,quod ſi papa ſciuiſſet liretas non dediſſet, valent literæ, modo tale conceſſum non ſit neceſſe quod inducat diſpenſationem. Sic Imol. Franc. Domin. in capitu.alleg. ſi motu. & ita limitant gloſ.ibi.in verbo taceatur.

Concluſio XXXII.

LEgatus a latere poteſt inſtar epiſcoporum concedere indulgentias, Glo.& Barbat. in capitulo finali,iſto titulo. Nam ſi hoc poſſunt epiſcopi ordinarii locorum, vt in capitulo cum ex eo.de pœn.& remiſſ.ſic legati ita Specul.eodem titulo, §.ſupereſt. verſicul. poteſt etiam indulgentias. Er legatus in hoc deber ſe conformare ordinariis propter reuerentiam ſecundi concilii Lateranen.de quod in capitulo cum ex eo.alle.Refert autem Barbat.in dicto capitulo fin.quod Calixtus tertius cum in minoribus ageret, & tunc eſſet cardinalis, Valentinus interrogauit eum ſi poſſet concedere centum dies,remittit ipſe ad Gaſpar.de Calde.in capitulo in noſtro.de pœniten. Adde quod archiepiſcopus poteſt intra prouiciam concedere indulgentiam, ſecundum formam cõcilii generalis.de quo in capitulo allegato, in noſtro.

Et eſt caſus in quo in prouincia exercet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum. Adde alium caſum capitulo fin. in fin.de cenſibus. in ſexto, alium in dicta clement.fina. de priuileg.alios habes in capitulo paſtoralis. de officio ordinarij,vbi eſt glo. ordinaria. Quomodo autem ſint taxatæ indulgentiæ, dic quod epiſcopi poſſunt concedere annum, & in anniuerſario dedicationis die. quadraginta dies.Sunt qui dicant quod quotiens celebrat poſſit annum concedere. Ita

Innocentium & Hoſtienſem, intellexit Ant. cap. alleg. cum ex eo. & in ale. glo. enim Innoc. Hoſt. & Ioan. Andr. eſt poſita ibi, ſuper finalibus verbis illius decretalis, ibi in talibus moderamen, quæ pars loquitur de papa. Poteſt ergo papa ſecundum Innoc. qui ita intelligendus eſt dū celebrat, vel concedere annū, vel 40. dies. Sed alii prælati non dēnt excedere id quod ſupra taxatum eſt. Et hęc opinio probatur primo, quia tex. d. cap. cum ex eo. in verſ. decernimus. taxauit eis annum in die dedicationis, in anniuerſario dedicationis tēpore 40. dies. Secundo, tex. ille in verbo. habent quoque dierum numerum, loquitur in ſingulari, & non poteſt intelligi de anno, ſed ſolum de numero 40. dierum. Et maxime, quia relatio debet fieri ad proxima. l. ſi ita ſtipulatus. de verbo. oblig. ff. cap. inquiſitioni. de appella. Item non eſt veriſimile, quod epiſcopus in conſecratione eccleſiæ non poſſet concedere vltra annum. Et cum celebrat, ſolum poſſet tantundem. Adde tu quod iſti dies indulgentiarum ſunt utiles, quod tu declara. vt ibi ſcribit Panorm. An autem rector eccleſiæ teneatur recipere iſtos quęſtores & elemoſinarios. dic poſt doctor. ibi, quod non tenetur recipere niſi habeant literas apoſtolicas, uel diocęſani. Et ſi habent falſas vel ſuſpectus de falſitate, poteſt tunc rector eccleſię prius conſulere epiſcopum. vnde epiſcopi, literas papæ poſſunt examinare & facere ſtatutum, quod nulla litera apoſtolica admittatur ſine eorum licentia, aut examinatione, caueat, inquit Panorm. epiſcopus ne hoc faciat in fraudem, alias punietur. cap. quanto. & cap. dilecti. de priuileg. Quando autem exceſſus eſt in numero, an corruat indulgentia in totum. An uero teneat ſaltem vſque ad numerum conceſſum, ego lego duas opiniones. Prima, quod ualeant indulgentię uſque ad numerum conceſſum. Sic tenent glo. Arch. Io. Andr. Franc. in cap. fin. de pœniten. in 6. ſed Io. de Imo. & Do. ibi tenēt contrarium. & Gaſp. in cap. in noſtro. in fi. eod. tit. At pro opinione prima quæ eſt magis communis, facit primo in ar. tex. in l. ſancimus. de donat. C. ſecundo facit regula uulgata utile &c. quæ ut Bar. tradit in l. græce. §. fin. de fideiuſſo. ff. procedit indiuiduis, quale eſt iſtud. Tertio facit, quia error calculi, eſto quod non uitiet ſententiam, quando error non eſt expreſſus, tamen eo caſu quo eſt expreſſus valet uſque ad quantitatem, in qua non eſt erratum. facit l. prima, ubi gloſ. de re iud. C. facit quod notatur in cap. cum inter. de re iudic. Quarto, ad hoc, quia text. qui uolunt quod 40. dies non excedant indulgentię prælatorum. de quibus in dictis iuribus, non puniunt niſi exceſſum. Quinto, facit in ar. c. vnicum. de deſponſ. impub. in 6. His adde quod notat gloſ. prima, 12. q. 5. capit. quia Ioannes, & glo. in uerbo. reuertatur, 17. q. 4. adde tex. de pę. diſt. 4. ſi non ſanctificatur. in fi. Facit quod ſi dos a tutore adultę promittatur vltra facultates ipſius, id quod eſt ſuperfluum infirmatur tātum. l. ſiue generalis. de iure do. ff. & vſurę ſi excedant licite poſſunt peti. l. placuit. de uſu. ff. ſed tu aduerte quod pro opinione ſecunda, quam etiam tenet Ioan. Mo. & Gaſpar. multum urgent iura quæ dicunt, quod ita valent indulgentię ſi ſtatutum concilii generalis non excedant, alias uires nō obtinent. In c. fi. alle. & in d. cap. in noſtro. Ita quod tex. illi non dicant quod in eo quod non excedunt uires obtineant. Sed ſimpliciter dicunt quod uires non obtineant, & iura pro maiori parte ſuperius adducta, per quæ apparet qđ valeat actus in eo in quo non eſt exceſſus, non obſtant, quia iura illa aſſiſtunt, & ſic diſponunt, ſed his iura conſiſtunt aperte. Simile eſt in dicto teſtis quod nō procedit ſi in aliquo admiſcet falſitatem. notatur in capit. ſi ad ſacras. 9. diſtinct. 3. quæſt. 9. pura. His adde quod notatur in l. prima, quando prouocare nō eſt neceſſe, nec obſtat quod pro opinione prima, vt indulgētiæ ualeant infra taxatum numerum, eſt fauor animæ, quia retorquendo iſtud. Eſt ergo tenenda opinio ſecunda, quod in dubiis tutius eſt tenere. c. iuuenis. de ſponſa. cap. ſignificaſti. l. 2. de homicidio. Item eſt fauor, vt ſic claues eccleſiæ indiſcrete non relaxentur, nec euacuetur forus pęnitentialis. Præterea concedens huiuſmodi indulgentiam contra concilium, non debet in parte conſequi quod intendit. arg. l. ab hoſtibus. in 2. reſpon. ſo. mat. ff. item cum hæc facultas concedendi indulgentias proueniat ex gratia corpore iuris clauſa in c. quod autem. & c. cum ex eo. habeat ergo locū regula ſi nō ualet quod ago, ut ago, nec ualeat, ut valere poteſt, maxime cum hic ſit peccatum in forma a iure data, quæ uitiat actum, iuxta not. in l. ſi vnus. §. fi. ff. de pact. hæc etiam gratia, & facultas concedendæ indulgentiæ propter peccatum excedētis tota ſit indiuidua in foro animæ, in quo reus in vno, ꝑpter pręuaricationem factus eſt omnium reus, c. defleat de regul. iur. Item iura uolunt qđ priuilegium amittit, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate. capitu. priuilęgium. 11. q. 3. licet glo. in d. cap. fin. dicat non eſſe uerum quod perdat, ſed mereatur perdere, nec obſt. quod hoc totum eſt diuiduum. & ſic non uitiatur propter exceſſum, ut in d. reg. vtile. &c. & l. 1. §. Trebacins. de aqua quot. & ęſti. ff. Tu dic ꝙ eſto qđ ſit indiuiduū totum natura, tn̄ eſt diuiduum ratione formę a iure traditæ, ita Bart. in §. illud alleg. de fideiuſſo. ff. Et adde quod circa indulgentias potuit per ſuas conſtitutiones papa dare prę latis reſtrictionem, quia omnes habent poteſtatem ab eo, ipſe a Deo. 22. diſt. quāquam, ſine ratione principatus & iuriſdictionis, quam habet ſuper omnes. c. in nouo teſta. 21. diſtin. Item motus eſt ad ſic faciendum propter abuſus & indiſcretam relaxationem clauium, indulgentiæ autem per epiſcopos ſolent concedi pro reparatione eccleſiæ, aut reparatione pontium. in d. c. ꝙ autem. Aut pro aliis operibus piis. in c. cum ex eo. alleg. vbi pulchra aſſignatur ratio indulgentiarū. cum enim (Inquit) iuxta appellationē, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi prout in corpore geſſimus, ſiue bonum, ſiue malum, oportebit nos diem meſſionis extremæ, miſericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu ſeminum in terris, quod reddente domino, cum multiplicato fructu colligere debeamus in cœlis, firmā ſpem, fiduciāq; rectam tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet vitam æternam. Et inquantum dixi quod epiſcopis indulgentiæ quæ conceduntur non debent excedere annum, intellige hoc procedere ſiue ab vno, ſiue a duobus, ſiue pluribus concedantur, alioquin ſequeretur ꝙ ſi plures epiſcopi in conſecratione eccleſiæ concurrerent, quod totidem indulgentiæ poſſent concedi, ſic tenet Io. An. Do & Fran. in c. fi. alleg. per illum text. reprobata ibi opinione Hoſt. & Archi. dicit autem Io. Mo. ibi ꝙ per eundem tex. obuiatur fraudibus epiſcoporum, qui in alienis diocœſibus dabant indulgentias, ſub ſpe ratificationis fiendæ per epiſcopos illarum diocœſum. Et ante illius decre. fi. compilationem, multum hoc frequentabatur, ita ut ibi dicat Io. An. ſe uidiſſe iam. 20. ſigilla uni literæ tali pendentia, poſtea præconizabatur & prædicabatur indulgentia de tot, ut ſic dixerim quadrantenis, quot fuerant epiſcopi. Adde quod ſi epiſcopus ad certū actum concedat indulgentiam, & ſucceſſor idem, an valeat prima facie, videturq; qđ ſic, qa ſucceſſor epiſcopi poteſt de redditibus epiſcopatus dare centeſimam, vel quinquageſimam, ut ſuis prędeceſſo. cap. ad apoſtolicæ. §. hoc ſemper. de dona. ſed Io. An. in ſpec. iſto tit. tenet contra. quia per ſucceſſorum plurium reiterationem frequentem indulgentiæ pro eodem actu, eſſet peruenire ad uiolationem concilii. c. cum ex eo. Et ſic vnus actus pius, præter papæ auctoritatem haberet multas quadrigenas. vnde tex. in c. fin. alleg. qui tex. dum dicit quod ab vno, vel pluribus epiſcopis non debet excedi numerus concilii, intellige pluribus, eiſdem epiſcopis, vel propriis ſucceſſiue, ad decre. cum apoſtolicæ. quæ pro contraria fuit adducta, tu dic quod etiam induci poteſt pro opinione iſta, inquantum innuit quod poteſt ſucceſſor quod poterat prædeceſſor, nec poteſt ſupple, quod ille non poterat. ſi ergo quatuor, vel plures dabunt indulgentias ſucceſſiue, erit renouatio, nō adiectio & valebit ad tollendum ſerupulum opinionum quorundam, qui exiſtimant per mortem vnius epiſcopi concedentis, expirare indulgentiam. de quo gloſ. in cap. fin. iſto tit. Adde quod illa reſtrictio anni, vel 40. dierum in prædictis caſib. quamuis ad epiſcopos ſolum, procedit in publicis indulgentiis vnde in foro pœnitentiali poſſunt amplius concedere, modo diſcrete faciant ita poſt Innocent. in cap. cum ex eo tenent Archid. Ioan. And. & Francus in dicto capit. Adde quod dans indulgentiam poteſt illa vti, de quo Ioan. Andr. in capit. cum ex eo. ita Pet. de Ancharan. & Francus in dicto cap. fin. reprobata ibi Archid. & Specul. opinione, adducunt quod Gaſpar. idem tenet in dicto capit. noſtro. allegant quoque Thom. in 4. diſtinct. 20 nam indulgentia datur auctoritate iuriſdictionis & adminiſtrationis generalis, per quam poteſt diſpenſari theſaurus eccleſię, ergo poſtquam poſuit indulgentiam generalem poterit illa uti, ſimile inquiunt de ſacerdote qui conficit precioſum corpus Chriſti, communicat aliis & illo utitur pro ſe.

Adde quod ſæpius reiterās actum, vt dationem denarii pro qua eſt data indulgentia totiens conſequitur eam. maxime quamdiu durat dies præfixa remiſſioni, quia non ſolum datur pro labore peregrinationis, vel propter denarium qui datur, ſed propter denarium & obligationem eccleſiæ, quæ ſe obligat, vt ſæpius oret pro dante, item quia in beneficiis eſt fienda larga interpretatio. de priuileg. capit. in his. capitu. cum dilecti. de donatio. ſic tenet Specul. eodem tit. verſic. quod ſi eadem perſona, ſic poſt Vincen. tenet Ioan. Andr. in dicto cap. cum ex eo. & ſimiliter Archid. in dicto capit. fin. ſed Philip. Fran. illic, poſt Gaſp in d. cap. in noſtro. & Tho. 4. in diſt. 20. quæſt. 4. art. 2. intelligit hoc ſi indulgentia ſit perenniter conceſſa, hoc eſt ſine termini præfixione, ſecus ſi conceditur ad tempus determinatum, utpote dicitur, quicūq; vadit ad ta-

lem eccleſiam vſque ad tale tempus, vel quicunque vadit ta li die, & tunc intelligitur ſemel tātum cōſequi, ipſe dans vel vadens. Adde quod quæſtiones indulgentiarum non debent in colligēdis elemoſinis ſella indicere, nec plebes cogere ſuis quæſtibus & exhortationibus intereſſe per excommunicatio nem vel ſuſpenſionem, nec debent alia proponere quam quæ in eorum literis ſeu indulgentiis continentur, alioquin per locorum ordinarios compeſcuntur, iſtud habetur in con ſtitutione Alex. 4. incipiente, quia intelleximus. Adde, & ſi legati & nuncii ſedis appoſtolicæ ſint procurandi. capitulo cum inſtantia. de cenſi. quod & ſi in huiuſmodi indulgentiis contineatur, quod earum portitores in locis eccleſiaſticis honeſte recipiantur, & caritatiue tractentur, Quodque fide les conuocari debeant ad eorum exhortationes, tamen cleri ci & rectores eccleſiarum non tenentur inuiti illos in hoſpi ciis ſuis recipere, vel conuocationes huiuſmodi populi face re, vt patet in conſtitutione Clementis quarti incipiente, ſe dis appoſtolicæ, quam & præcedentem hodie non habemus. Adde quod licet concedens indulgētiam pro aliquo opere pio explicando, poſſit facere quod illa proſit illuc venien tibus de dioceſibus alienis, tamen non poteſt efficere quod in dulgentiæ per alios in ſua dioceſi valeant, ita ſpe. iſto ti. verſic. quidam autem prælati, vbi rationem diuerſitatis aſſignat, & hæc quæ ego omiſeram. in repetitione. capituli primi de ho micid. ſunt ibi addenda ad concluſionem ſeptimam, nonā, & decimam, per quarū concluſionum diſcurſum apparet, ſi papa poſſit pro vero ſuccurſu terræ ſanctæ indicere cruciatā, ac ſimiliter eodem loco declarantur quæ ſunt requiſita ad effectum conſequendæ indulgentiæ, illic etiam ponitur vn de prodierit annus iubileus, an etiam indulgentiæ poſſint ex tendi ad illos qui ſunt in purgatorio, & quales ad publicādas indulgentias aſſumi debeant, ad quæ quia multa ſingularia in eiſdem locis tractantur, recurrere poteris. Occurrit poſtre mo quæſtio dubitabilis, an electus confirmatus poſſit dare in dulgentias, eadem eſt quæſtio in legato non epiſcopo, ego le go triplica opinionem. *Prima* quod poſſit ſi ſit ſacerdos huc accedit, quod quidam dicunt quod indulgentiæ conceſſio pendet ab ordine, & procedit ex poteſtate clauium, cum per eas pœnitentiæ eneruantur, & hanc videtur ſequi Hoſt. & Io. And. alias autem ſecūdum eos, ſi non ſit ſacerdos non poſſit, cum careat ſacerdotali, & epiſcopali ordine, ſicut nec epiſco pus qui renunciauit epiſcopatui. in ca. 1. de ord. ab epiſcopo, qui renunciauit epiſcopatui. Fatetur tamē idem Hoſt. quod duo imperfecta faciunt vnum perfectum, inde ſi epiſcopus ille qui renunciauit epiſcopatui deſcendat ad eccleſiam ele cti cōfirmati, de ipſius licentia poterit dare indulgentias ſuis ſubditis, ſicut & illos poſſet ordinare. de elect. c. ſuffraganeis. Et adde hoc loco quo de duobus imperfectis agitur, quod ex pluribus differentibus ſpecie non reſultat vnum numero p fectum, quod eſt quando tendunt ad diuerſa. vt in l. 1. qui nu mero tutelarum. C. at ex pluribus differentibus ſpecie bene reſultat vnum numero perfectum, quando tendunt ad idē, id eſt qđ ſolet dici. Quæ non proſint ſingula multa iuuant. l. ſancimus. C. de teſ. l. necnon. §. ſi qs ſæpius. ex qui. c. maio. ſi. Bat. notat. in l. 1. § idem Cornelio de quæſti. ff. & in l. admo nendi. ff. de iure iu. Panor. poſt eum. in c. cū cauſam. in 2. col. in fi. de proba. in propoſito electus confirmatus de per ſe ni hil poſſet quantum ad indulgentias, qui renunciauit, etiam nihil, at ſi ſimul coniungantur ſecus, quia poterit ſecundum Hoſt. Electus & confirmatus rogare eum qui renunciauit vt poſſit. Ac ſecundum eundem Hoſt. indulgētia eſt mixtæ po teſtatis, partim accedit ad ordinem, partim ad iuriſditionē, Fatetur tamen Hoſt. quod ex conſuetudine electi confirma ti etiam non presbiteri, has indulgentias faciendas commit tunt presbiteris, maxime quando prædicant, ipſe tamen di cit quod hæc conſuetudo ſibi videtur irrationabilis, cum fe re ſacerdotalis ſit pœnitentias imponere & diminuere, quod idem eſt in effectu quod indulgentias concedere. *Secunda* eſt opinio, quam Ioan. And. refert. in dic. c. accedentibus. te nuit etiam Fran. vercel. poſt longam diſputationem. in capi. at ſi clerici. §. de adulteriis. de iudi. quæ opinio eſt quod electi confirmati in epiſcopos eſto quod ſint presbiteri non poſ ſunt concedere indulgentias, & ſi dicatur qđ dare indulgen tias non ſit ordinis epiſcopalis, tū non poteſt negari quin ſit ſacerdotalis. per rationes præmiſſas. Item electus cōfirmatus & presbiter non poteſt dici conferendo indulgentias contu liſſe tanquam ep̄s, cū nondum ſit conſecratus, tanq̄ ſacerdos nō videat decreſcere, cū in ordine Hierarchico eccleſiæ ſit p cedendū p aſcēſum non p deſcenſum. ar. l. licet tranſla. præla. c. legimus. 93. di. c. 2. 92 di. Adde qđ papa in locis, quib. de in dulgentiis meminit loquitur de ep̄is, ſic nō de electis, q̄a ve ſtra ſunt vulgata nōdū cōſecratus, nō dr̄ ep̄s, nec ob. ſm̄ Hoſt. qđ i c. q̄uis. 18. di. ponunt q̄ ſit ordinis ep̄alis iter q̄ nō īſerū tur indulgētiæ, q̄a nō ſeq̄tur ſi indulgentiæ illic nō apponant

quod non ſint ordinis, cum ibi poſita, ponātur gratia exem pli, nō ad ſpecificationem ſeu reſtrictionem, nec ob. ſi tu di cas, q̄ in electo confirmato epiſcopalis dignitas nihil addit, verum eſt quātum ad vinculum, nam eſſet maximus error aſſerere, q̄ eandem poteſtatem haberent confirmati ſimpli ces, & confirmati conſecrati, ſic deſtruerentur notata, quæ tamē cōiter tenentur c. tranſmiſſam. de elec. nec ob. decre. il la accedentes, quæ vſr velle ſm̄ q̄ Panor. ibi loquitur, q̄ hæc facultas indulgentiæ concedendæ eſt præſcriptibilis per inſe riores ep̄is, quia tex. ille in quo multi errant hoc nō dicit, ſed ſolum ſi id ſpeciale ſit cōceſſum eis, vel alia cauſa legitima ſe valeant tueri, q̄ ſi teneatur gl. ut per illum tex. hoc ſit præ ſcriptibile, tu dic quod ille text. eſt extendendus ad abbates, qui poſſunt presbiterale officiū extendere, ſed electi confir mati non poſſunt. Et adde quod licet archiepiſcopus non dum recepto pallio impediatur in officio ep̄ali tamē de ep̄o, vel abbate non legitur, quod ante conſecrationē, vel bene dictionē reſpectiue, impediantur in officio presbiterali, nec hoc habet rationem, alias nec ſacram euchariſtiam con ficere poſſent. facit c. geſta. 73. l. 3. de dign. C. lib. 12. *Tertia* eſt opinio quod electus confirmatus quamuis non ſit presbiter poſſit dare indulgētias & idem erit in legato, hanc opin. poſt Tho. in 4. diſt. 21 ar. 2 tenet poſt Gald. Pa. in d. c. accedentib. nam nullibi cauetur quod hoc ſit ordinis. & eſto quod eſſet, dic quod ſaltem eſt dignitatis ep̄alis, probatur. in c. alleg. ac cedentib. ibi ad ea quæ ſunt dignitatis epiſcopalis, & ſequit inter concedendo & intelligentias, & ſi dicatur, quod ille tex. non probat quod poſſit præſcribere. fateor, ſed cum hæc fa cultas procedat ex diſpenſatione bonorū eccleſiæ ut no. dec. in d. c. quod autem. ſic poterit ex regula vulgata, qua omnia quæ ſunt iuriſdictionis epiſcopalis debentur electis confir matis. Fatetur tamen quod in foro pœnitentiali non poſſet abſoluere vel indulgentias concedere, quia hoc eſt ordinis.

Concluſio XXXIIII.

POteſtas legati non expirat per mortē papæ, tex. eſt apertus in c. 2. eo. tit. in 6. Bene fatebatur Goffr. in ſumma. eo. tit. §. finitur. q̄ licet expiraret legatio, tamē non iuriſdictio, quia ad cœpta, ſed q̄ non ex piret legatio, facit ratio euidens, quia nō eſt legatus papæ ſimpliciter, ſed legatus ſedis apoſtolicæ quæ nunquam moritur. 12. q. 2. liberti. c. gratioſe. de reſcr. in 6. & tu circa illum tex. in c. 2. vbi præcipue funda tur hæc cōcluſio pondera duo. Primo q̄ quamuis vt conclu ſio ſonat cōiter dicatur hoc procedere in quocunq; legato, tamen ſi quis ponderet diligenter finem illius tex. quo papa loquitur expreſſe legato a latere, vt ex ſubſcriptione apparet hoc ſolū procederet in ipſo legato a latere, ſuper quo relin quo cogitandum. Secundo pondera text. in d. c. in verbo de claramus. qui tex. eſt declaratiuus iuris antiqui, nam decreta lis cum ex literis faciebat pro & contra, ſm̄ q̄ denuo ibi poſi tum determinat verbum cum miſit, aut participium fungen ti, & pro intelligētia eſt ibi caſus de cœleſtino, qui cum in mi norib. ageret fungebatur legatione in partib. Hiſpaniæ ſub papa Anaſtaſio, & tunc cognoſcebat de cauſa reſtitutionis poſtulatæ per Hylerden. eccleſiam aduerſus ſententiam pro Oſen. eccleſia latam. Et illa cauſa pendente mortuo Anaſta ſio ſucceſſit Eugenius, & eodē papa mortuo legatus denuo de cauſa cognoſcebat, tunc vt dixi ſi aduerbium denuo de terminat participium fungenti. eſt ſenſus mortuo papa expi rauerat legatio, niſi dicas cum Tancredo q̄ poſt longa tem pora iterum illic fuerit miſſus legatus, q̄ ſi verbū denuo de terminat verbum commiſit eſt ſenſus, q̄ iterata fuit delega tio cauſæ, non legationis commiſſio, & ſic eſt probata ibi cō cluſio noſtra, quod in perſona illius legati poſt mortē Ana ſtaſii papæ nō fuit reiterata commiſſio legationis, non enim opus erat, cum non expiraſſet. Hæc concluſio ampliatur tri bus modis. Primo ampliatur quod nō expiret poſt mortem papæ, & ſi non fuerit legatus adhuc ingreſſus prouinciā, quia poſt commiſſiones res non eſt amplius integra, ad hoc facit in ar. c. in cauſis. in fi. de elect. c. gratum. de off. deleg. ſic tenet glo. in d. c. 2. ſequuntur ibi Io. And. Do. & Fran. idem Io. And. in capit. cum ex literis, & inquantum Specul. & mate §. fini tur. verſicu. ſed quid ſi papa ſequitur contrarium per text. in §. fi. in l. 4. de offic. procon. ff. dic quod ille text. nihil probat pro Spec. ſed ſolū quod ante ingreſſum non poſſit procon. ſ. vti iuriſdictione, nec dare vicarium.

Secundo ampliatur quod vacante ſede papali cœtus cardinalium non poſſit reuocare legatum, quamuis Spec. §. finitur allegato verſ. ſed nunquid. & Hoſt. in prædicta decre. cum ex literis & gloſ. fin. in d. capit. ſecundo, dicant quod ex

cauſa

cauſa magna & euidenti poſſent, ſed tu dic contra. nam licet vacante ſede reliqua collegia, vel capitula ſuccedunt in iuriſdictione, collegium cardinalium non, in clement. nę Romani. de elect. Et uacante papatu quamuis eccleſia ſit ſine vicario Dei, tamen non eſt ſine capite, ſponſus, rector, & paſtor eſt Chriſtus caput eccleſię, quæ eſt ipſius eccleſiæ uniuerſæ corpus, licet ergo deficiat vicarius, non deficit principalis, qui vicariatus ſolum Petro & ſucceſſoribus eius datus fuit, quod ſi cętus cardinalium ſuccederet. Abſurdum eſſet papam eligi, ex quo cętus cardinalium Chriſti vicariam haberet. iſta notat gloſ. ſingularis. in dicta clemen. ne Romani. in verbo. non conſonan. vide glo. ordinariam. in capitu. vnico. de ſciſma. in ſexto, in verbo, ſede vacante. quæ glo. diſputat. poſt Hoſtien. de artic. iſto hodie deciſo. in dicta clemen. fuit vero Hoſt. vt teſtatur glo. illius clemen. excuſabilis, qui nō vidit clementinam illam. nec decre. illam. vbi periculū. Tertio ampliatur hæc concluſio. ex q̄ſtione relata per Spec. in dicto § finitur. verſic. ſed pone. & prius tetigit Hoſtien. & poſtea reaſſumit Ioan. Andr. in dicto capit. cum ex literis. Et eſt quæſtio talis, papa de conſilio fratrum miſit legatum ad partes tranſmarinas, & in Franciam ſigno crucis ei dato. Et de legatione tranſmarina nulla fuit facta litera, dum intraſſet regnum Franciæ, & cœpiſſet vti officio legationis prædicando cruciatam, & cruce homines ſignando, de qua materia copioſæ dixi in repetitione capit. primi. de homicid. concluſ. 8 Accidit quod papa moritur, an ſaltem quo ad legationem tranſmarinam expiret legatio. Et prima facie videbatur quod ſic duplici ratione. Prima, quia de illa legatione tranſmarina non apparet literatorie. ad hoc l. vnica. de mandа. principum. C. l. prohibitum. de iure fiſ. C. libro 10. probatorias. de diuerſis off. C. libro 12. Secunda, quia quo ad illam tranſmarinam legationem res eſt integra. ad hoc in arg. cap. relatum. & cap. gratum. & ca. licet. de officio delega §. recte mand. inſti. Sed in oppoſitum, eandem Legationem recipiē do res non eſt amplius integra. ar. l. fi. de di. & l. ſi pecuniam. de cōdi. data cauſa. ff. vrget etiam ꝙ legationem Franciæ ſit ingreſſus, & illic Cruciatam prædicauerit, & quoſdam, vt dixi, Cruce ſignauerit quæ omnia ſunt præparatoria, ad tranſmarinam legationem. ad hoc in argu. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procura. preterea, ut dicit ſpec. hic non uidetur eſſe ſimplex mandatum, ſed iuſſio potius ſiue præceptum quod re integra non expirat. §. ad hoc vero iubemus. ut nulli iudi. collat. 9. Et hæc opinio placet Hoſt. & ſpe. & Ioan. And. in locis allegatis & mihi etiam, non obſtant argumenta prius allegata. Primo, quod de legatione tranſmarina non ſit facta litera, quia id procedit in extraneis, ſecus in cardinalibus qui de latere mittuntur. vt in cap. nobiliſſimus. 97. diſtinct. de quo ſi legato cardinali, ſit ſine literarum oſtenſione credendum, maxime quando de nullius tractatur præiudicio. poſt glo. notabilem. in capit. ſicut de ſententia excommun. notat Panorm. ibi. & in cap. quod ſuper his. de fide inſtrum. & in cap. conſtitutis. de appellat. & in dicto cap. cum a nobis. glo. pragmaticæ copioſe in titulo de ſublatione. clem. literis. in gloſ. 3. & ſi literis aliorum prælatorum illic etiam notatur. latius in cap. poſt ceſſionem. de probat. prædictis. adde quod ſolet dici de teſtamento facto inter liberos. l. fin. fam. ercíſ. C. §. ex imperfecto. in l. hac conſultiſſima. C. de teſta. & in authen. inter liberos. ad hoc in arg l. omnium. eodem tit. Secundo, ad hoc quod dicebatur quo ad legationem tranſmarinam, rem eſſe integram, dic hoc eſſe falſum propter præparatoria quæ præceſſerūt. ad hoc l. ſi pater. de inofficio teſta. ff. cum his. quæ ſupra proxime relata ſunt.

EX tractatu pręſenti, quo de legati officio & poteſtate potiſſimū agitur, necnon de cardinalium origine ac dignitate tractatur, necnon obiter de materia beneficiali eliciuntur ſequentes concluſiones. Prima Concluſio.

I. Legatus dicitur quicunque ab alio miſſus eſt.
ij. Legatorum ut canonum interpretes ſumunt, tres ſunt ſpecies, a latere, miſſi, & nati.
iij. Cardinalatus realiter ac miniſterio eſt de iure diuino.
iiij. Cardinalatus quo ad nouum & per accidens eſt de iure poſitiuo.
v. Tres ſunt cardinalium ſtatus, epiſcoporum, presbyterorum, & diaconorum.
vi. Cardinales qui aſſiſtunt papæ habentur pro reſidentib. in ſuis beneficijs.
vij. Ante tempus conuentus Baſilien. cardinalium numerus non legitur fuiſſe certus.
viij. Cardinales legati a latere conferuntur proconſulibus, miſſi præſidibus.
ix. Cardinali legato a latere is eſt in prouincia exhibendus honos, qui & ſummo pontif. cuius vices gerit.
x. Legatus in prouincia ſibi decreta habet iuriſdictionem ordinariam.
xi. Legatus in prouincia ſibi decreta poteſt adiri per viam querelæ.
xij. Legatus etiam a latere non poteſt deponere epiſcopos.
xiij. Legatus a latere ex generali legatione nō poteſt transferre epōs vel vnam eccleſiam cathedralē alteri ſubijcere, & concedere ius primatiæ, nec unum epiſcopatum diuidere, nec duos vnire.
xiiij. Legatus etiam a latere de cauſa alteri ſpecialiter delegata ſe non impedit.
xv. Legatus poſtquam retulit negocium ad ſuperiorem deſinit eſſe iudex, & non poteſt amplius iudicare.
xvi. Legati in prouincia ſibi decreta poſſunt facere ſtatuta.
xvij. Præſente legato a latere, legatus quicunque officij executionem dimittere debet.
xviij. Per dationem ſecundi legati non reuocatur primus.
xix. Legatus a latere poteſt conferre beneficia, alij non, niſi habeant ſpeciale mandatum.
xx. Legatus a latere poteſt reſeruare beneficium, etiam in fauorem certæ perſonę.
xxi. Legatus a latere poteſt conferre beneficia quorum collatio eſt deuoluta ad papam.
xxij. Si papa, ordinarius, & legatus idem beneficium eadem die conferunt diuerſis. Nec apparet de prioritate, potior eſt cauſa poſſidentis qua poſſeſsione ceſſante maior prærogatiua præfertur.
xxiij. Legatus a latere poteſt conferre beneficium quod eſt in pręſentatione patroni eccleſiaſtici.
xxiiij. Legatus a latere non poteſt conferre beneficiū quod eſt in præſentatione patroni laici.
xxv. Legatus extra prouinciā ſibi decretam exercet ea quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis.
xxvi. Legatus extra prouinciam non exercet actus contentioſæ iuriſdictionis.
xxvij. Legatus ab excommunicatione incurſa pro violenta manuum iniectione abſoluit.
xxviij. Legatus miſſus qui habet legationem ratione perſonæ abſoluit ſubditos exiſtentes in prouincia.
xxix. Legati nati ab excommunicatione incurſa pro violenta manuum iniectione nō abſoluunt, nec in prouincia nec extra.
xxx. Finita poteſtate legati, finitur poteſtas delegati ipſius, niſi citatio præcedat.
xxxi. Collatio ſecundi facta a legato, proprio motu proter taciturnitatem primi non eſt ſubrepticia.
xxxij. Legatus a latere poteſt inſtar epiſcoporum concedere indulgentias.
xxxiij. Poteſtas legati a latere non expirat per mortem papę.

F I N I S.

TRACTATVS DE Legato editus a M. GONDISS. DE VILLAD. *Palatij Apoſtolici cauſarum* AVDITORE.

POſt tractatum nuper ædificatū de cardinalibus & eorum excellentia ac dignitate, quoniam ſæpe contingit ꝙ ipſi a ſede apoſtolica deſtinantur legati dignum duxi, de legato quoq; aliqua in pręſentiarum breuiter annotare, & quoniam legatus generaliter dicitur quicunq; ab alio miſſus eſt, ut 50. diſt. presbyterum. 3. q. 6. hæc quippe. 97. diſt. nobiliſſimus. 63. diſt. ego ad fi. 94. diſt. ſi quis legationem. 1. diſt. ius gentium. ff. de leg. l. 1. & 2. & l. ſciendum. §. fi. pro quo videbo. glo. C. de leg. lib. 10. in rub. Ideo vt de ſingulis agamus, placuit præſentem tractatum in tres principales partes diuidere. In prima agetur de legatis ſedis apoſtolicæ. In ſecuuda de legatis aliorum inferiorum. In tertia vero de nuntijs qui ad inferiora miniſteria, in iudicio & extra deputanrur, diſſeremus.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de conſilio collegij cardinalium, & non aliter, mittendus eſt.*
2 *Papa in arduis cardinalium conſilium requirere debet.*
3 *Cardinalium cætus ſede vacante an poſſit aliquem cardinalem creare legatum, & eum inuitum extra curiam mittere.*
4 *Quid de alio legato non cardinali.*

Quæſtio prima.

1 Pro expeditione primi articuli † quæro an papa ſolus ſine cõ
ſilio cardinalium poſſit deputare legatum. Ad hoc reſpon-
det Specul. tit. de lega. §. qualiter. verſic. vltimo, quod de con
ſilio collegii cardinalium, & non aliter eſt mittendus. pro
quo eſt text. C. de lega. l. fin. ubi dicitur. quotiens legatio de-
ſtinatur vniuerſos curiales, qui in vrbe ſunt ſi non egritudi-
ne, vel alia ineuitabili neceſſitate excuſantur, in locum cu-
riæ præcipimus conuenire. &c. hoc tamen ego intelligerem,
2 quotiens ſuper re ardua legatus mittendus eſſet. † Nam in ſo
lis arduis papa debet conſilium cardinalium requirere. iux-
ta nota. per Ioan. Mon. in capitu. ſuper eo. de hære. lib. ſexto,
& per doctor. in capit. ex geſtis. de cleri. non reſi. pro quo eſt
text. in capit. per venerabilem. §. rationibus. qui fil. ſint legit.
ſecus ergo vbi ſuper rebus, quæ non forent graues, legatus
mittendus foret, tunc enim per ſolum papam poſſet deſtina
3 ri. † Sed quæro iuxta hoc, an cœtus cardinalium ſede uacante
poſſit aliquem cardinalem creare legatum, & mittere eum
extra cur. Rom. eo inuito, & contradicente, & uidetur quod
ſic, ſicut epiſcopus pro utilitate eccleſiæ poteſt præcipere cle
rico, vt peregrinetur. ut not. 7. quæſt. prima, quamuis in con
trarium facit, quia nemo eſt priuandus iure ſuo ſine cauſa.
de conſtitut. capit. ſecundo, & capit. quæliuit de his quæ fin.
a malo. parte. cap. & l. ſancimus. C. de pœnl. quod eueniret, ſi
iſte inuitus cogeretur legationem ſuſcipere, & iſtam partẽ
tenet Pau. de Leaza. & domin. cardin. in clement. ne Roma-
ni, de electio. ego tamen crederem, quod vbi occurreret ca-
ſus inſtantis neceſſitatis ſuper occurrendo rebus Roman. ec
cleſ. qui non reciperet dilationem, & conſuli non poſſet cõ-
mode negotio per alium, quam per cardinalem miſſum le-
gatum, quod tunc ad hanc legationem inuitus cogi poſſet.
Nam cum hoc caſu habeant poteſtatem ſe intromittendi
de rebus ſedis apoſtolicæ, ut in capit. vbi periculum. §. idem-
que. de electio. lib. ſexto, videntur per conſequens omnem
neceſſariam compulſionem ad hoc habere ut capitulo præ-
terea. & capitulo ex literis. de officio delega. & ita ſentit Io.
Imol. in dicta clement. & tota difficultas huius quæſtionis
conſiſtit propter vocem, quam habet cardinalis in electio-
4 Rom. pontif. ne priuetur ea inuitus. † ex quo ſequitur, quod
in alio non cardinali res eſſet ſine dubio, quod collegium
poſſet eum compellere. vbi adminiſtratio ad ipſos ſpecta-
ret ſede uacante.

SVMMARIVM.

1 *Legatus qualis eſſe debeat.*
Et infra num. ſequen.
2 *Animus irati prouocatur, ad deteriora ſi is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur.*

Quæſtio II.

1 Secundo quæro, † qualis debeat eſſe legatus. Ad hoc ſcien
dum, quod talis debet eſſe, qui in ſemetipſo habeat ſpiritũ
Dei, & præcepta eius in conſpectu ſuo ſint, & qui papæ ſit no
tus, & familiaris, in quo ſit vitæ claritas, & legis ſcientia, vt
poſſint eum audire filii Iſrael. vt 7. quæſtio. prima, ſi ergo. le-
gitur enim exod. 18. quod ex præcepto Dei Moyſes elegit ad
populum regendum viros Deum timentes, in quibus erat
veritas, & qui oderant auaritiam, & ex illis conſtituit tribu-
nos, & centuriones, ut populum iudicarent. Ita dicit Specul.
titulo de lega. §. primo, verſic. debet quoque. ſit quoque, de
quo per experientiam omnimoda fidelitas comprobetur, vt-
pote qui in magnis rebus fideliter ſe geſſit. vt in capit. 94 di
ſtinctio. quod intellige, quando ad magna foret deſtinan-
dus. Item & qui ſit amicus illi, ad quem mittitur, & ſibi acce
ptus vt in capitu. ad apoſtolicæ. de regulis iuris, lib. ſexto, vbi
2 text. cum gloſ. vel ad minus non ſit ei odioſus. † quia dum is,
qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad de
teriora prouocatur. 49. diſtinctio. §. primo, & 3. quæſtio. 7. iu-
dicet. adde ad prædicta id quod Bernardus dicit in lib. de con
ſideratione ad Eugenium, legatione ſi quidem pro Chriſto
fungi debent, quotiens opus erit, qui nec iuſſi renuant, nec
non iuſſi affectent. Qui quod verecunde excuſant, obſtina-
tius non recuſent, qui miſſi poſt aurum non eant, ſed Chri-
ſtum ſequantur, qui quæſtum legationem non extiment,
nec requirant datum, ſed fructum. Qui regibus Ioannem ex
hibeant, Ægiptiis Moyſen, fornicantibus fineés, Eliam idola
triis, Heliſeum auaris, Petrum mentientibus, Paulum blaſfe-
mantibus, negociatoribus Chriſtum. qui vulgus non ſper-
nant, ſed doceant. diuites non palpent, ſed terreant, paupe-
res non grauent, ſed foueant, minas principiſ non paueant,
ſed contemnant. qui non cum turba intrent, nec cum ira
exeant, qui eccleſias, non ſpolient, ſed emendent. qui mar-
ſupia non exhauriant, ſed corda reficiant, & crimina corri-
gant, famæ prouideant ſuæ, nec inuideant alienæ. qui oran-
di ſtudium gerant, & vſum habeant, ac de omni re orationi
potius fidant, quam ſuæ induſtriæ, vel labori. Quorum in-
greſſus pacificus, moleſtus exitus ſit; quorum ſermo ædifica
tio, quorum vita iuſta, quorum præſentia grata, quorum
memoria in benedictione, qui ſe amabiles præbeant non
verbo ſed opere, reuerendos ſe exhibeant, ſed actu, non fa-
ſtu. qui humiles cum humilibus, & cum innocentibus inno-
centes, duros dure redarguant malignantes coherceant, red
dant retributionem ſuperbis. qui non de dote viduæ & pa-
trimonio crucifixi ſe vel ſuos ditare feſtinent. gratis dantes
quod gratis acceperunt, gratis facientes iudicium iniuriam
patientibus, vindictam in nationibus, increpationes in po-
pulis. qui de Dei ſpiritu inſtar illorum ſeptuaginta Moyſi ac
cepiſſe cernantur. per quem ſiue abſentes, ſiue præſentes cõ
tendant Deo & papæ placere. qui ad eum redeant fatigati
quidem, ſed non ſubtarcinati, ſimul & gloriantes, non quod
curioſa; ſeu precioſa quæque terrarum attulerint ſed quod
rel quererit pacem regnis, legem barbaris, quietem monaſte
riis, eccleſiis ordinẽ, clericis diſciplinam, Deo populum ac
ceptabilem, ſectatorem bonorum operum.

SVMMARIVM.

1 *Legatorum apoſtolicorum tres ſunt ſpecies.*
2 *Legatus non cardinalis, an dicatur nuntius, vel legatus.*
3 *Legati de latere qui dicantur.*
4 *Legati de latere non ſunt cubicularij papæ.*
Legati nati qui dicantur.
Legati miſſi qui ſint.

Quæſtio III.

1 Tertio quæro † quot ſunt ſpecies legatorum apoſtolico
rum, dicas quod tres, quidam enim dicuntur legati de late-
re, alii legati nati, alii legati miſſi. pro quo text. capi. excom-
munica. de officio lega. & eodem titulo, capitulo primo, libr
ſexto, & quoniam iſtud nomen eſt omnibus tribus commu-
ne, ſi fiat ſimpliciter mentio de legato in aliqua diſpoſitio-
ne, comprehenditur nedum legatus de latere, ſed etiam le-
gatus natus, & miſſus, ut noluit gloſ. capituli ſtatutum. de
reſcriptis. lib. ſexto, in principio, & capitulo priuilegium. de
2 verborum ſignificationibus, libro ſexto, † ex quo deciditur
vnum de quo alias vidi dubitari, miſſus fuit quidam protho
notarius ad quandam prouinciam a ſede apoſtolica legatus
cum ampliſſimis facultatibus, ipſe faciebat ſe appellari lega
tum, erant tamen, qui ſibi detrahebant dicentes, quod cum
non eſſet de latere legatus deberet ſe appellare nuncium ſe
dis apoſtolicæ, & non legatum, ſed per prædicta conuinci-
3 tur iſtos euidenter erraſſe. † dubitabatur tamen olim qui di-
cantur legati de latere, & gloſ. in capit. primo, de officio leg.
variauit. nam ſuper. verſicu. legationis. dixit cardinales dici
de latere, quaſi innueret, non alios inferiores. poſtea in gloſ.
fin. tenuit etiam eos qui ex latere papæ mittuntur præter car
dinales appellari legatos de latere, ſed in capit. excommuni-
catis, eodem tit. latius aſſumpſit hunc articulum. & recita-
tis variis opinionibus finaliter reſedit in hac ſententia, quod
ſoli cardinales dicantur de latere legati. Idem tenet in capit.
dilectus. de fil. presbyt. & iſtud hodie probatur aperte per ca
4 pit. primũ, eodem tit. lib. 6. † Itaque licet cubicularii papæ di-
cantur de penetralibus eius. vt l. cubicularios. C. de præpo. ſa
cri cubi. lib. 12. non tamen ſunt de latere legati, nam dicun-
tur qui intuitu ſuarum dignitatum ſunt legati, vt eſt archie-
piſcopus Cantuarien. de quo in capit. 1. de off. leg. & dicuntur
nati quia ſtatim vt adipiſcuntur dignitatem ſunt legati, cæ-
teri vero a prædictis dicuntur legati miſſi.

SVMMARIVM.

1 *Legatus vnus an in multis prouincijs deputari poſſit.*
2 *Legatus in regno Franciæ ſimpliciter deputatus an dicatur legatus prouinciæ Vienen. Lugdunen. & Biſontinen. vide ſupra nu. 4.*
3 *Adiacentiarum appellatione quid com prehendatur, & nu. 5.*

Le-

6 *Legatus in aliqua prouintia deputatus, quæ poſtea diuiſa eſt, an ſit legatus quo ad illam partem, quæ ab antiqua prouintia detracta eſt.*
7 *Qualitas quæ a principio erat in attribuenda iuriſdictione attendi debet.*
8 *Legatus alicuius prouintiæ an ad territoria adiecta ſe extendat.*
9 *Pronomina demonſtratiua ad futura non ſe extendunt.*
10 *Legati iuriſditio extraordinaria eſt.*
11 *Legatus diuerſarum prouintiarum an in vna poſſit negotia alterius expedire.*
Legatus proconſuli æquiparatur.
12 *Trahi quis poteſt coram delegato extra prouintiam ſuam.*
13 *Legatum in diuerſis prouintiis papa deputat.*
14 *Rex Angliæ cauſas Gaſconiæ ſibi ſubiectæ in Anglia expedire non poteſt.*
15 *Prouintia regno adiuncta an ſecundum leges regni regi debeat.*

Quæſt. IIII.

1 Quarto quæro† vtrum legatus vnus poſſit deputari in multis
prouintiis, & dicendum eſt quod ſic, eundem enim plures le
gationes ſuſcipere prohibitum non eſt, ſi & ſumptus & itine
ris compendium ſuadet. vt ff. de lega. l. eundem. ad quod etiã
facit tex. capitulo nouit. de offic. leg. ibi non ſolum in regno
Frãciæ. &c. & ex illo tex. colligitur quod prouintia Viennen.
2 & Lugdunen. & Biſuntin. non ſunt de Regno Franciæ. † vnde
ſi quis deputaretur legatus in Regno Franciç, ſimpliciter, nõ
cenſeretur legatus in prædictis prouintijs per prędicta. Verũ
quia hodie inoleuit multum in literis legationis apponi iſtã
clauſulam. deſtinamus te legatum ad Regnum Franciæ, &
3 adiacentes ei prouintias, † Quæritur quid nomine adiacen-
tiarum comprehendatur. ego crederem, quod venirent illę
prouintiæ, quę conſueuerunt in legatione cum illa principa
li annecti. vtpote dicit Specula. titu. de legato. §. qualiter. uer.
hoc autem ſcias. quod cum deputatur legatus in Francia, cõ
ſueuerunt illę tres prouintiæ nominatim expreſſe ſibi conce
4 di. † dicerem ergo, quod vbi ſimpliciter quis deputaretur lega
tus in Regno Franciæ, & adiacentibus prouintiis veni rent
illæ tres etiam ſi ſpecialiter non forent nominatæ. con-
firmatur etiam hoc per id quod in ſimili dicimus in con-
tractibus tacite venire ea, quæ conſueuerunt in eis adijci. vt
in l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. de ædilic. edict. & in l. licet.
& l. excepro. cum ſua gloſ. C. loca ad quod faciunt nota. per
Barto. in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duo. rei. prętereà indu-
co ad hoc text. expreſſum. capitulo cum. m. de conſtit. vbi in
literis apoſtolicis ſuper confirmatione certi numeri cano-
nicorum emanatis, ſubintelligitur tacite illa clauſula quæ
conſueuit exprimi, videlicet niſi in tantum exercuerint ec-
cleſiæ facultates. &c. vlterius etiam venirent illę prouintiæ,
quæ principali coronæ regni eſſent acceſſoriæ de iure, con-
ſuetudine, vel ſtatuto, ad quod induco not. per Innocen. in
ſimili de reſtitutio. ſpoliato. cum ad ſedem in princip. Idem
ſi alio titulo iuxta nota. ibi per Hoſtien. & Ioan. An. ſecus au-
tem ſi non ratione Regni pertinerent ad eum, ſed ratione pſ-
ſonæ ſuæ, vtpote ſi ab aliquo ſibi obueniſſent ex teſtamento
vel ab inteſtato tanquam proximiori, aut alias ſi donationis
titulo, quæ perſonæ intuitu, & nõ dignitatis regiæ ſibi fieret
ad eum pertineret, tales enim prouintiæ cum ad perſonam
principis pertineant, & non ſint de regni corona, minime di-
ci poſſint regno adiacentia. Idem dicerem ſi nouas prouin-
tias rex acquireret armorum potentia quæ alias ad regni co
5 ronam non pertinebant ratione prædicta. † Inſulę etiam ma
ritimæ, quæ ad regnum prædictum pertinent, uel ſi de nouo
apparerent, & illi regno proximiores eſſent adiacentes pro-
uintiæ dicerentur, ratione enim vicinitatis ad illum ſpecta-
rent. vt in l. inſulæ. ff. de iudi. & ibi tenet Angel. idem tenet
Bartol. in l. vnica. C. de claſ. libro vndecimo facit ad hoc. l.
cęſar. ff. de publi. & vecti. & ideo in prædicta legatione com-
6 prehenderentur. †

Sed iuxta hoc dubitatur, pone ꝙ papa deputauit aliquẽ
legatũ in aliqua prouintia, demum illa prouintia diuiſa eſt
in duas auctoritate principis, quod fieri poteſt, vt in l. ſi eadẽ
ff. de offic. aſſeſſo. & in l. vnica. C. de metropolita. beri. libro
vndecimo nunquid quo ad illam partem, quæ ab antiqua
prouintia detracta eſt, ceſſet poteſtas legati, & videret quod
ſic, quia iam non eſt de illa prouintia, ad quam iſte deſtina-
tus eſt legatus. Item hoc videtur probari, per textum, in di-
cta. l. ſi eadem. ſed his non obſtantibus ego tenerem contra-
rium, nam ad mutabilitatem neceſſitatum mundanarum
Dei eccleſia mutari non debet, diuiſioneſque perpeti, quas
pro ſuis faciendis honoribus duxerit Imperator. vt in capi-
tulo lege. decima diſtinctione & in capitulo peruenit. 10t.
diſtinctione capitulo querimoniam. de iure patrona. hoc
7 etiam confirmatur, † quoniam in attribuenda iuriſdictione
debet attendi qualitas, quæ inerat a principio iuxta gloſ. ca-
pituli ſtatutum. in princip. de reſcriptis. lib. ſexto, & in cle-
ment. & ſi principalis. eodem titulo. Item quia facultas lega
ti pendet a voluntate papæ, quæ reſpectu principij, quando
ſcilicet legatio fuit iniuncta, debet conſiderari, cum non ſit
veriſimile quod de futuro diuinarit, ad hoc etiam multum
faciunt not. per Ioan. Andr. in additio. ad Specul. tit. de con-
ceſ. præbend. circa finem, ubi tractat illam materiam de ex-
timatione librarum adiectarum in literis expectatiuis apo-
8 ſtolicis. † & per prædicta etiam poſſet dici quod ſi fuit legatus
deputatus in certa prouintia, & aliqua dominia vel territo-
ria fuerũt ei adiecta, quod ad illa minime ſe extenderet præ
dicta legatio. quod dico procedere etiam ſi dictum fuiſſet in
creatione legati, creamus te legatũ in tali regno, & prouin-
tiis illi adiacentibus, debet enim intelligi de his quæ adiace
9 bant tempore huiuſmodi creationis, & non de futuris. † iſta
enim pronomina demonſtratiua demonſtrant id quod. eſt
de præſenti, nec ad futura ſe extendunt. vt in l. ſi ita. ff. de au-
ro & argen. lega. Item quia qualitas adiecta verbo intelligi-
tur ſecundum tempus verbi cui adiicitur. l. in delictis. §. ſi ex
traneus. ff. de noxa. cum ergo illa qualitas adiacentiæ adijcia
tur uerbo creamus, quod eſt de præſenti, intelligitur de illis
10 quæ tempore creationis erant adiecta. † præterea cum iuriſ-
dictio legati ſit extraordinaria, & non naturalis, ac ſuperindu-
cta, & ordinarię præiudicans poteſtati ſtricta in ea debet fie-
ri interpretatio. ſecundum gloſ. clement. ſecundę, de officio
ordinar. ex quo ſequitur, quod ad eas prouintias, quæ de no-
uo acquiruntur, non extendetur iuxta not. in ſimili per Cyn.
in l. fin. C. quæ res pigno. obli. po. ad quod etiam faciunt not.
per Hoſtien. & Ioan. Andr. & communiter doctor. in capit.
cum appella. de priuileg. in illa quæſtione, an exemptio con
ceſſa monaſterio cum capellis ſuis extendat ſe ad capellas
11 nouiter acquirendas. † Vlterius quæro, an iſte legatus in di-
uerſis prouintijs deputatus poterit facta vnius prouintiæ in
alia expedire, & ſi illa ſint uoluntarię iuriſdictionis procul-
dubio poterit expedire, quia extra prouintiam talia expedi-
ri poſſunt per proconſulem, ut in l. ſecunda, ff. de officio pro
conſu. ergo & per legatum ſedis apoſtolicæ, qui ei æquipa-
ratur, vt eſt text. capit. ſecundi, de officio deleg. lib. 6. ſi uero
illa ſint contentioſę iuriſdictionis adhuc idem erit dicendũ,
pro quo eſt optimus tex. de officio leg. capit. nouit, & ibi glo.
& doctor. Abbas tamen ſiculus dicit ibi, quod ſi reus traha-
tur ad iudicium extra ſuam prouintia poterit declinare iu-
riſdictionem legati cum nemo extra prouintiam inuitus ad
iudicium trahi queat vt capitu. neminem. 3. quæſtio. 6. ego
12 tamen crederem hoc non eſſe verũ. † reperimus enim quod
coram delegato papę põt quis trahi extra prouintiam ſuam,
& licet in hoc ſint opinio. varię, tamen iſta opinio eſt magis
communis, & melius iure fundatur per capitu. olim. de iniu.
& capit. fin. de iudic. iuncta ſupraſcript. hoc etiam tenet glo.
in dicto capitulo neminem, & domi. in capitulo ſtatutum,
in §. cum autem de reſcriptis. lib. ſexto, & domin. Anton. &
idemmet Abb. in dicto cap. fin. de iudic. & hanc ſeruat vſus
& communis obſeruantia. ſi ergo in delegato papæ hoc per
mittitur, quare non ſic in legato ipſius, non video rationem
diuerſitatis in hoc, immo vbi in delegato papæ uelles tenere
opinio. contrariam, quo ad ipſum tamen legatum deberes
ſequi quod prædixi, licet enim quis non debeat trahi extrà
prouintiam, ubi tamen princeps ex certa ſcientia hoc iube-
ret, cum ſit ſupra iura & poſſit eis derogare cum vult, ſtan-
13 dum eſſet principis voluntati. † conſtat autem quod per hoc
quod papa deputat legatum in diuerſis prouintijs, uidet vel-
le quod negocia vnius expediat in alia vt eſt text. expreſſus
in dicto cap. nouit, igitur hoc indubitanter eſt ſequendum.
in alio autem iudice vel principe ſeculari, qui teneret diuer
ſas prouintias quę ad inuicem non adhęrerent, non eſſet ſic.
14 † vnde quando rex Anglia habebat ducatum Gaſconiæ ſibi
ſubiectum ex eo quod erat ducatus de per ſe, nõ autem erat
pars regni Anglia, non poterat extra Gaſconiam, uidelicet
in Anglia, cauſas Gaſconiæ expedire, ſed debebat expedire
per uicarios vel delegatos per eum conſtitutos in Gaſconia
quia iſtę iuriſdictiones ſunt omnino ſeparatę. ad hoc eſt gl.
no. in l. 3. ff. de off. præſid. & ibi tenet latius & clarius Bald. ad
idem facit quod not. Barr. in l. ſi conuenerit. la ſecunda, §. ſi
15 nuda. ff. de pign. act. † vbi dicit quod quando regno adiicitur
prouintia non acceſſorie non debet regi ſecundum leges re
gni, ſed ſecundũ ſuas leges proprias, quia nõn eſt pars regni,
ſed diuerſa prouintia, & ponit exemplum de comitatu toio
ſano reſpectu regni Franciæ.

SVMMARIVM.

1 *Legatus apoſtolicus papalibus inſignijs vtitur.*
2 *Et vbi eis vtatur, & infra ſub num. 3.*
Legatus quando vrbem exire dicatur.

3 Legatus an crucem ante ſe, antequam intret prouinciam, deferri facere poßit, & infra num. 7.
4 Crucis delatio an ſuperioritatem iuriſdictionalem ſapiat.
5 Archiepiſcopus in prouincia extranea in pontificalibus celebrare, & celebrari facere poteſt.
6 Archiepiſcopus in aliena prouintia crucem ante ſe deferre non poteſt.

Quæſtio V.

1 Quinto quæro† quibus inſignijs vtatur legatus ſedis apoſto
licę, & vbi. Ad primum reſpondeo quod utitur inſignijs,
quibus papa vtitur, vt in capit. antiqua. §. dominicæ. de priui
leg. quod intelligit ibi Hoſt. cum tranſierit mare, tunc enim
ſecundum eum vtitur veſtibus rubeis, palafreno albo, & fre
no & calcarib. deauratis. ſed tu dic etiam ſi mare non tran-
ſierit, vſus obtinuit, quod legatus de latere facit ante ſe cru-
cem deferri, ſicut & papa, & cum recipitur a clero & populo,
proceſſionaliter intrat ciuitates, & oppida ſub palio. quæ ce-
rimoniæ alijs inferioribus legatis non conſueuerunt fieri.
2 †Ad ſecundum quæſitum, ſcilicet vbi eis vtatur, dicas quod
ſtatim cum vrbem Romanam egreditur inſignia aſſumit,
vt in l. prima, ff. de officio proconſul. & intelligitur exire ur-
bem, cum primum exit portam vrbis, vt dicit tex. in l. fin. eo
dem titulo, facit ad idem tex. in l. ſecunda, ff. de verborum ſi
gnific. & continuabit vſum prędictorum quouſque portam
3 Romæ vrbis intret, vt in dicta l. fin. †Sed dubitari poſſet, an
crucem poſſit deferri facere coram ſe antequam intret pro-
uinciam ſibi decretam, vel poſtquam ipſam exierit, & ratio
dubitationis inſurgit ex hoc, quoniam communis opin. ha-
bet quod extra territorium poteſt quis uti inſignibus non de
notantibus ſuperioritatem iuriſdictionalem in loco, non ta
men illis quæ huiuſmodi ſuperioritatem deſignãt. hanc do-
ctrinam ſenſit Hoſtien. in capitu. primo, ut lit. penden. quem
multi ſequuntur, idem ſequutus eſt ibi Abbas ſiculus & in
dicto §. dominicæ. capitu. antiqua. idem etiam tenet domin.
cardin. in clement. archiepiſcopo. de priuileg. ſtat igitur diffi
4 cultas in hoc. †Vtrum delatio crucis ſapiat ſuperioritatem
iuriſdictionalem an non & Laudu. & Zen. & Stephanus, in di
cta clement. archiepiſcopo, tenuerunt quod non saperet ta-
lem ſuperioritatem, ſed domi. cardin. tenet contrarium, ad
quod probandum inducit literam illius clem. ibi duximus
concedendum, quaſi per priuilegium illud concedatur per
5 illum textum, ſed ille text. iudicio meo hoc non probat. †po
nit enim ibi alia inſimul cum delatione crucis, quæ ſine pri
uilegio archiepiſcopus poſſet, nedum in locis exemptis ſuæ
prouinciæ, ſed extra ſuam prouinciam, vt eſt illud diuina of-
ficia priuatim vel publicæ audire. & ea in pontificalibus ce-
lebrare, vel coram ſe facere celebrari. quod etiam poteſt in
extranea prouintia, prout voluit Hoſtien. in capit. ex tuarum
de aucto. & vſu palii, & gloſ. & doctor. in dicta clement. & ſi
dicatur quid ergo conceſſit ibi papa per priuilegium? dicas
quod hoc quia derogauit cuicunque priuilegio competenti
exemptis ſuper prędictis, quod patet ibi quouis cõtrario pri
uilegio non obſtante, ſed hoc non obſtante ego tenerem opi
nio. domin. cardin. non tamen per illum textum, ſed induco
ad hoc text. in dicto §. dominicæ, capit. antiqua. ubi patriar-
chę conceditur quod poſsit crucem ante ſe deferre ubicun
que, excepto in vrbe Romana & coram papa, aut vbi fuerit
legatus utens inſigniis apoſtolicæ dignitatis, igitur non ſibi
alias competebat. Nam quod iure communi alicui compe-
tit fruſtra precibus impetratur, ut in l. vnica. C. de theſau. li.
10. & in l. prima, ff. ad municip. & quod illud concedatur pa
triarchę ex priuilegio, patet ex titulo in quo illa decre. ſitua
tur, quia in titulo de priuileg. hoc etiam edocemur continua
6 obſeruantia† non enim permitteretur quod aliquis archie-
piſcopus in aliena prouincia crucem ante ſe deferret, immo
nec de iure poſſet, niſi priuilegium aut conſuetudo hoc ſibi
dediſſent, ut probat text. expreſſe cum gloſ. in dicto capit. pri
7 mo, vt lit. pendent. †ex quibus concludo quod legatus non
poterit ante ſe crucem deferri facere, antequam intret pro-
uinciam ſibi decretam, ſiue poſtquam exinde exierit, hoc ta
men fallit in his, qui habent priuilegiũ a papa, quod ipſi cen-
ſeantur legati in omnibus locis ad quæ eos declinare conti-
gerit, prout in bullis duorum cardinalium legatorum ſedis
apoſtolicæ, ego alias vidi, tales enim vbicunque fuerint cen
ſentur eſſe in ſua legatione, & ideo poterunt crucem ante ſe
deferri facere.

SVMMARIVM.

1 Legatus priuſquam prouinciam intret, præſidenti prouintiæ de ſuo aduentu ſcribere debet.
2 Legatus tempore ingreſſus ad quam eccleſiam declinare debeat.
3 Legatus ciuitates ingrediens antequam domum eat, eccleſiam viſitet.
4 Legatus tempore ingreſſus debet pati orationes ſibi a populis fieri.
5 Legatus quilibet in via cum ſigno crucis benedicere ſolet.
6 Legatus an in loco interdicto benedictionem facere poſſit.
7 Irregularitas, niſi in caſibus a iure expreſſis, non contrahitur.
8 Benedicere ſolenniter populum ordini annexum non eſt.
9 Legatus quot dierum indulgentias concedere poſſit.
10 Cardinales hodie centum dies indulgentiarum concedunt.
11 Romana eccl. in indulgentijs concedendis hodie modum exceſſit.
12 Legati indulgentias cum moderamine concedere debent.
13 Legati familiares an participent de indulgentijs intereſſentib. conceſſis.
14 Statutum dans premium capienti bannitum, de capientibus ſponte, & libere intelligi debet.
15 Legatus legationis literas habere debet.
16 Legatus cui literas legationis oſtendere debeat.
17 Legati in prouintiæ ſuæ ingreſſu literas ſuę legationis oſtendere ſolent.
18 Legato cardinali an ſine literis credatur.
Et infra num. 21.
19 Impetrans a legato aliquid quod ad eum ex legationis officio pertinet, debet habere tenorem literarum, per quas id ſpecialiter legato conceditur.
20 Legatus pluries aliquem actum faciens, præſumitur quod mandatum habeat.
22 Legatus an poſſit fidem facere de literis legationis perditis.
23 Teſtes quomodo deponere debeant de legationis veritate, quando literę deperditę ſunt.
24 Iuramentum deciſorium locum non habet vbi ſcriptura ad probationem requiritur.
25 Legatus coram quo tenorem literarum legationis perditarum probare debeat.
26 Exemptus coram ordinario exemptionem ad informationem probat.
27 Geſta per ſe gerentem pro legato, qui tamen non ſit, ſed reputatur, an valeant.
28 Inſtrumenta facta per gerentem ſe pro notario an teneant.
29 Geſta per gerentem ſe pro legato, ſi papa hoc ſciebat, valent.

Quæſtio VI.

1 Sexto quæro† quem ordinem debeat tenere legatus intrãdo prouin-
tiam ſibi decretam, ad hoc dicendum, quod antequam in-
tret prouintiam, debet literas ſuas mittere ad illum, qui pro
uintię præeſt, in quib. ei de aduentu ſuo ſignificet, & ſi quã
cum ipſo familiaritatem, aut neceſſitudinem habuit eiſdẽ
literis hoc debet inſerere, vt ipſius captet beniuolentiam. In
greſſum quoq; per eum locum prouintiæ facere debet, per
quem ingredi legatum moris eſt, magni enim faciunt pro-
uintiales ſeruari ſibi conſuetudinem iſtam, nec impuden-
ter appetat occurſum multorum, & mũdanos honores, ſed
nec vltro oblatos reſpuat, iuxta decentiam ſui ſtatus, hæc
omnia probat text. in l. obſeruare. §. antequam. & §. ingreſ-
2 ſum. ff. de officio proconſu. †& ex hoc vltimo infertur quod
debet ad eam eccleſiam declinare tempore ingreſſus, ad
quam conſuetum eſt declinare legatos, & vbi de hoc non
eſſet conſuetudo vtpote, quia nunquam ibi fuit legatus, de
quo ſit memoria tũc ad digniorem, vtpote ad cathedralem
ſi ibi ſit, vel ſi non fuerit ad collegiatam, & inter collegiatas
ad principaliorem. ſic enim deferendi ſunt honores, vt ma-
ioribus exhibeantur, iuxta l. primam, ff. de albo ſcriben. & ca
3 pit. primum, & capit. ſtatuimus. de maior. & obedient. †cum-
que ciuitates vel opida ingreditur cõueniens eſt vt antequã
ad hoſpitium declinet eccleſiam viſitet, ſicut & Chriſtus fe-
cit cum hieroſolimam cum proceſſione in die ramis pal-
marum ingreſſus eſt, ut habetur Mathe. 21. Chriſoſtomus in
quit, hoc erat proprium boni filii, vt ad domum curreret pa
tris, & illi honorem redderet, & tu imitator Chriſti factus cũ
ingreſſus fueris aliquam ciuitatem, primo ad eccleſiam cur
4 ras. †Et ſi in aliquam inſignem ciuitatem, vel prouintiæ ca-
put aduenerit legatus pati debet orationes & atengas a po-
pulis & collegiis ſibi obuiam exeuntibus coram eo fieri, ci-
uitatemq; aut prouinciam ſibi commendari, laudeſq; ſuas
ideſt legati vel ciuitatis cum grauitate audire, cum honori
ſuo prouintiales id vendicent, ut probat text. in l. ſi aliquam.
ff. de offic. proconſ. in princip. cum ſua gloſ. ex quibus habes
quid huiuſmodi orationes quæ in talibus actibus fiunt, de-
beant continere, laudes ſcilicet legati & principis ſeu ciuita
tis, quæ eum admittit, adiungereq; poterit orator mentem,
& animi promptitudinem, ac deuotionem ipſius recipien-
tis, erga legatum, qui recipitur, vltimo quoque loco com-
mendet ei ciuitatem, vel prouintiam, & dominum terræ,
5 quam ingreditur. †legatus vero cum per viam incedit, ſi ſit
de latere, & etiam ſi non ſit de latere, dum tamen ſit epi-
ſcopus, ſolet benedicere cum ſigno crucis eos, quos in via
obuiam reperit, ac cum ad eccleſias declinat ſolemnem il-
lam benedictionem facere epiſcopalem quę incipit ſit no-
6 men Domini benedictum. †Sed iuxta hoc quęro, an in loco
interdicto poſſit hanc benedictionem facere, & loquor de il-
la ſo-

la ſolemni, quæ incipit. Sit nomen domini benedictum, quia de alia non ſolemni nulla eſt dubitatio, quin poſſit. Pau. mouet quæſtionem in cle. archiepiſcopo de priuile. & dicit, quod tutum eſt abſtinere ab eadem, maxime vbi populus eſt interdictus, quia tunc homines non ſunt capaces illius gratię, ſi tamen fiat contra non eſt irregularis contrafaciens,
7 †quia irregularitas non contrahit niſi in caſibus expreſſis in iure. vt in capitulo is qui, cum capitulo ſequent. de ſententia excommunicatio. lib. ſexto. Idem ſequuntur ibi domin. card. & Ioan. de Imo. ego tenerem indubitanter iſtam partem, ſolum enim quis incurrit irregularitatem ex adminiſtratione diuinorum tempore interdicti quando exercet actũ reſeruatum certo ordini, vt no. Innocent. in capitulo tanta
8 de exce. prę la. quem ſequuntur communiter docto. †hoc tamen notum quod benedicere populum ſolemniter non eſt annexum ordini, quia ſacerdos non poteſt talem benedictionem facere cum epiſcopo reſeruetur, ut capitulo miniſtrare. 26. quæſtio. ſexta, & capitulo conuenit de conſe. diſtinctio. quinta, nec epiſcopo competit ratione ordinis, ſed iuriſdictionis, & dignitatis, quod patet quia inferioribus poteſt ex iure ſpeciali competere, vt in capitulo abbates. de priuileg. lib. ſexto, per quæ relinquitur iſta quæſtio indubitata in qua tamen doctores ſcropulum faciebant. Per acta benedictione vnus aſſiſtentium de ipſius mandato indulgentias
9 per ipſum intereſſentibus conceſſas, publice denunciat. †Sed quæritur quot dierum indulgentias concedere poſſit, & dicendum quod de iure communi quicunque ſit ille, non poterit concedere vltra quadraginta dies, vt in capitulo noſtro de pœnitent. & remiſſio. & ibi gloſ. not. quæ de legato ſedis apoſtolicæ loquitur, nullus enim præter papam, numerum prædictum indulgentiarum excedere poteſt capitulo cum ex eo. in fine, eodem titulo, nec etiam archiepiſcopus, vt in capitulo Romana. §. fin. de pœnitent. & remiſſ. lib. ſexto, fallit tamen in dedicationibus eccleſiarum, in quibus annus concedi poteſt, etiam ab inferioribus a papa vt dicit text. in
10 dicto capitulo cum ex eo. §. ad hæc, † hodie tamen cardinales ſiue ſint legati, ſiue non habent de more & credo ex apoſtolico priuilegio, vt concedant centum dies indulgentiarum, & ita cottidie uidemus obſeruari, modernis etiam temporibus legati de latere conſueuerunt ex ſpeciali conceſſione obtinere a papa, vt multorum annorum indulgentias cõcedere poſſint immo in certis caſibus, plenariam remiſſio-
11 nem. † & adeo hodie Romanę eccleſ. in indulgentiis concedendis modum exceſſit, quod vltra inconuenientia, quæ narrat generale concilium in dicto capitulo cum ex eo. ex iſtis immoderatis indulgentijs ſequi videmus & eccleſiæ theſaurum qui indulgentiis conceſſis diſpenſatur propter effuſam ipſius diſperſionem etiam a rudibus hominibus contemni,
12 & riſui haberi. † vnde legati pręfati, & ſi ex papę largitate prędictas indulgentias concedere poſſent, debent tamen cum moderatione illas concedere, propter inconuenientia prædicta uitanda, & has indulgentias poſſunt prædicti prælati & legati concedere etiam ſi presbiteri non exiſtant, ac electi confirmati in epiſcopos etiam ante conſecrationem, ut tenet abbas ſiculus de electio. ſuffraganeis, nam iſta ſunt iuriſdictionis, & non ordinis, ut in capitulo accedentibus, de except. prælato. Idem tenet ſanctus Thom. quarta ſent. diſtin-
13 ctio. 20. artic. quarto. †Sed quęro quando prędictę indulgentię intereſſentib. cõceduntur, an familiares legati, qui de neceſſitate ſibi aſſiſtunt, intereſſentes huiuſmodi benedictioni participent huiuſmodi indulgentias, & videretur ꝙ non ar. l. ſi
14 quis in graui. §. utrum. ff. ad ſilenia. † vbi per illum textum, dicit Bartol. quod ſi ſtatutum proponit aliquod pręmium capienti exbannitum, debet intelligi de capientibus ſponte & libere. Vnde qui neceſſitatus neceſſitate iuris vel facti illum caperet, non gauderet pręmio per ſtatutum delato. idem ipſe tenet in l. nulla. C. de delato. lib. decimo. Sed ego non ita ſtricte hoc acciperem, cum in his de nullius pręiudicio agatur, & ideo non eſt in eis fienda amare interpretatio, iuxta gloſ. in element. ſi dominum. de reli. & uene. ſancto. circa finem, ſecus autem eſt in ſalario ſoluendo, de quo ſupra arguebamus cum ex illius pręſtatione grauetur, qui illud ſoluere tenetur, exinde oſtendere debet literas ſuę legationis.
15 † quoniam legatus debet literas legationis, vt eſt text. in capitulo nobiliſsimus. 97. diſtinctio & l. prohibitum. C. de iure fiſci. & l. ſecunda, C. de collat. fun. fiſca. lib. 11. & in l. unica. C.
16 de manda. princ. †Sed quęro cui debeat iſtas literas oſtendere & text. in dicta l. prohibitum dicit quod illis, quorum intereſt ſed tex. in auten. de collat. §. poſt eos colunm. 9. declarat melius quam alibi quod hoc debet fieri notum in curia pręſidis prouincię, quo facto creditur illi per totam prouin-
17 ciam. ita tenet Bartol. in dicta l. prohibitum, † & propterea dicit Specul. titu. de lega. §. ſupereſt, uerſic. præmiſſis autem quod apoſtolicę ſedis legati in ingreſſu prouincię ſibi decrete ſolent legationis ſuę literas publicare, ne quis deinceps poſsit ignorantiam aliquam allegare. 16. diſtinctio. quod di-
18 citus, de poſtu. præl. cap. primo, † & ſubiungit quoſdam dicere quod legato cardinali, vel alii noto, & nõ ſuſpecto, etiam abſque literarum oſtenſione credendum eſt argumen. prędicti capit. nobiliſsimus, & 2. quæſtio. 5. quæ de cauſa, ad quod etiam ego allego glo. in dicto capitulo nobiliſsimus, & in capitulo ego enim. de iureiuran. & in capitulo ad apoſtolicæ, de re iudica. lib. ſexto, & cap. cum olim eſſemus, de priuileg. idem tenet Innocent. capitulo cum in iure. de officio deleg. & Bart. in dicta l. prohibitum. & in dicta l. ſecunda, C. de colla. ſun. patri. hoc tamen limita dummodo non agatur de alterius præiudicio, vbi enim de alterius ageretur præiudicio non crederetur legatur cardinali nec alii quantumcunque eſſet notus ad hoc induco glo. valde not. in capitulo ſicut, de ſententia excommun. quæ communiter approbatur, limita etiam ſecundo, per ea quæ dicit Specula. vbi ſupra quod credatur legatis prædictis quo ad ipſam legationem, & quo ad ea quę ad legatum pertinent ex officio legationis de iure cõmuni, ſecus autem quo ad alia quæ ſpeciale mandatum re-
19 quirunt. † & ideo conſulit, quod quicunque aliquid a legato obtinet quod ad eum ex officio legationis non pertinet, habeat ſub manu publica tenorem literę, per quam talis poteſtas legato ſpecialiter eſt commiſſa. argumen. de hęr. cum ex iniuncto. §. quod ſi forte. idem tenet Ioan. Andr. in noue. de
20 officio lega. cap. primo, lib. 6. & ibi domi. † adde tamen quod ſi legatus publice fecit huiuſmodi actus non ſemel ſed pluries, præſumitur, quod habeat mandatum, quod aſſerit, non ratione communis erroris, ſed ratione præſumptæ veritatis, & aſſertione talis, & tanti viri, ad quod allegantur nota. per Ioan. Andr. in capit. cum ex literis, de in integrum reſtituti. in nouella. hanc concluſionem ponit Bald. in l. exemplo. C. de probatio. ſed ego multum dubito de hoc, quod auctoritas legati ad hoc ſufficiat. & intelligerem illud fore verum, vbi non ageretur de alicuius pręiudicio, alias ſecus per gloſ. not. in dicto capitulo ſicut. Sed vidi bullas duorum legatorum de latere, quibus concedebatur, quod non tenerentur inſerere tenores facultatum ſpecialium ſibi conceſſarũ in literis per eos expediendis, imo quod crederetur eorum ſimplici aſſertioni ſuper præmiſſis, neque aliquod aliud ad-
21 miniculum requireretur. † Hinc ſumpta occaſione quæro quid iſta verba importent. ego crederem quod importent, quod debeat ei credi, vbi non agitur de alterius præiudicio, generalis enim illa locutio ciuiliter eſt intelligenda. ff. de ſeruitu. l. ſi cui. ff. de teſti. l. de teſti. l. prima, nec cum alterius incommodo, ſeu præiudicio debet intelligi. ff. ne quid in loco publico. l. ſecunda, §. ſi quis a principe. & §. merito, & capitu. cum olim, de conſue. & capit. ſuper eo. de officio deleg. & per Innocen. in capit. cum dilecti. de donat. & Ioan. Andr. in capitulo cum olim. de verborum ſignificatio & Bart. in l. fin. ff. de conſtitut. princip. hoc etiam confirmatur per capit. nobiliſſimus. 97. diſtinctio. iuncta glo. in dicto cap. ſicut probatur enim in dicto capit. nobiliſsimus, quod creditur legato nato. tamen glo in dicto capit. ſicut. intelligit illam generalitatem dum tamen de alterius pręiudicio non agatur. Ita igitur in propoſito dicendum eſt, nec obſtat ſi dicatur quod illa uerba indulti manent inania, quia imo alias de magno poſſunt ſeruire in multis quæ illi cui conceduntur poſſunt
22 eſſe vtilia, & alteri non præiudicialia. † ſed pone quod literę legationis fuerunt perditæ, & legatus vult de hoc fidem facere, an ſit admittendus. glo. in dicto capitulo nobiliſſimus. tenet quod ſic, non tamẽ ſufficit probare tenorem literę, niſi & probetur illam ſine uitio fuiſſe. de priuileg. capitu. cum olim eſſemus & ibi gloſ. & text. in l. fin. C. de fide inſtrumentorum, ſed glo in dicto capit. cum olim tenet contrarium argumen. in dicta l. unica, de man. princip. & de officio delega. cum in iure. ſi tamen eſſet honeſtus & notus, ei crederetur vt prædictum eſt. & ſic tranſit Specul. in titu. de lega. in dicto §. ſupereſt verſic. ſed quid ſi legationis. & verſic. ſed nunquid ſufficit, ego putarem quod probata perditione inſtrumenti ſeu bullę legationis, ſatis eſſet probare tenorem ipſius per teſtes, ſuppoſito quod teneamus, quod de ſubſtantia probationis ſit in legatione, vt debeat probari per ſcripturam, vt late ſuperius dictum eſt, & pro hoc allego text. expreſſum. in
23 l. teſtium. § ſi. C. de teſti. † teſtes tamen non ſufficerent qualeſcunque, ſi non deponerent de veritate legationis, ſed tantum dicerent ſe uidiſſe tenorem inſtrumenti, ſeu bullæ legationis, ſed debent eſſe periti vt pote famoſi aduocati, vel practici notarii, & ſimiles experti in huiuſmodi qui ſciant diſcernere, an inſtrumentum, ſeu bulla habuiſſet omnia ſolemnia. & ſubſtantialia, & quod non eſſet ſcriptura ſuſpecta ex carta, vel raſura, vel ſimilibus iuxta not. per Bartol. l. ſicut iniquum. C. de fide inſtrumentor. & in auctent. ſi quis mihi aliquo documento. C. de edend. & in l. ſecunda, §. Diuus. ff.

de iure fiſci. ubi tamen non eſſent ſic practici & periti, eo-
rum dictum faceret ſemiplenam probationem tantum. Ita-
que cum illis poſſet deferri iuramentu m deciſorium. iuxta
24 gloſ. nota. in dicta l. ſicut † & ſi dicas cum hic requiratur ſcri-
ptura ad probationem non habebit locum iuramentum de
ciſorium. immo dico, quod habebit locum, & ſi aduerſarius
confiteatur. illud ſufficit. non ſolum eo caſu quo agitur per-
dita iam bulla legationis. verum etiam ſi ageretur de ea pro
banda ſine aliqua amiſſione præcedenti. ad quod induco ea
quæ pulchre not. Bald. in auctent. ſed nouo iure. C. ſi certum
25 petatur. † ſed tenentes opinio contrariam obiiciunt coram
quo iſte legatus probabit prædicta cum non habeat ſuperio
rem in prouincia, ad hoc reſpondemus quod poterit proba-
re coram quocunque iuriſdictionem habente. non enim re
quiritur quod ſit ſuperior ſuus. ad quod facit in ſimili capit.
26 cum perſonæ. de priuileg. libro ſexto, † ubi exemptus indu-
cit probationes exemptionis ad informationem tantum &
non ad diffiniendum coram ordinario. qui non eſt iudex ſuus,
ad idem tex. in l. ne quid. §. de his. ff. de incen. rui. & nau. & in
l. ſecunda, C. de naufra. lib. undecimo. Ita in propoſito produ
cet legatus iſtas probationes ad informationem prouintia-
lium, & ad hoc ut tanquam legatus admittatur. licet ſuper
hoc ſententia non feratur. cum deſit qui ad hoc iuriſdictio-
27 nem habeat. † Sed quid ſi aliquis gerit ſe pro legato, cum nõ
ſit, communiter tamen reputatur legatus, an geſta per eum
valeant, & quidam dicebant quod ſic, ratione communis er
roris. tertia queſtio. ſeptima. §. tria. ff. de officio prætoris. Bar
barius. & in auctent. de tabellio. §. ut tamen. colum. quinta,
ff. ad Macedon. l. tertia, & cum hoc tranſit Specul. tit. de leg.
dicto §.upereſt, verſicu. quid igitur. ſed contrarium ego pu-
tarem fore de iure verum. nam ubi deeſt fundamentum au
ctoritatis ſuperioris tollerãtia communis & error nihil ope-
28 rantur. † ſi quis enim cum non habuiſſet tabellionatum a ſu
periore, gerebat ſe pro notario, & communiter reputabatur
notarius, inſtrumenta per eum facta non tenent. hanc con-
cluſionem tenet Innocen. in capitulo nihil. de electio. idem
Bartol. in repetitio. dictæ l. barbarius. quamquam in lectura
prius tenuiſſet contrarium & male. idem tenet Bald. in di-
cta l. barbarius. & in l. prima, C. de teſtamen. confirmatur iſta
pars per textum in l. actuarios. C. de numerariis. lib. duodeci-
mo. licet tenentes opinio. contrariam nitantur reſpondere
ad illum textum, dicentes quod ille eſt caſus ſpecialis. non
tamen fundant iſtam ſpecialitatem, immo ratio illius text.
eſt communis & generalis. quid enim communis error fa-
cere poteſt, ubi nullum penitus reperit fundamentum. ad
iura contraria ſtat reſponſio. quod loquuntur quando ade-
rat auctoritas ſuperioris. licet ex alio officium non fuiſſet iu-
29 ridice delegatum. † unum tamen dicerem, quod ubi ſupe-
rior ad quem ſpectat. puta papa in caſu noſtro. ſciret iſtum
ſe gerere pro legato ſedis apoſtolicæ & talem in prouincia
reputari communiter, & pateretur, & diſſimularet tunc ge-
ſta cum eo tenerent per text. in l. titianus. ff. quod cum eo &
in l. tertia, ff. ad Macedon. quod bene not. ad limitationem
eorum quę ultimo diximus.

SUMMARIUM.

1 *Legati de latere, & alij nuntij papæ honorari debent.*
2 *Epiſcopi legatis, & nuntijs apoſtolicis neceſſitatem patientibus proui-
dere debent.*
3 *Legati nuntij apoſtolici uti vices gerentes papæ benigne tractandi ſunt.*
4 *Legatus papæ, ſicut ipſe, honorandus eſt.*
5 *Legatis papæ prouinciales obuiam ire debent.*
6 *Ciuitas legatorum ingreſſu turbari non debet, & artifices ſua officia dimit
tere non debent nec apothecæ claudi.*
7 *Populus legatis ciuitatem ingredientibus debet acclamare, viuat talis.*
8 *Legato proceſſionaliter clerus obuiam ire debet.*
9 *Clerus quem ordinem in proceſſione tenere debet.*
Canonici eccleſiæ cathedralis dicuntur clerici primi gradus.
10 *Fratres prædicatores quare in proceſſione alios mendicantes præcedere
debeant.*
11 *Epiſcopi, & ſuperiores in proceſſione locum primum tenere debent.*
12 *Dignitates habentium appellatione epiſcopi non veniunt.*
13 *Locus honorabilior in proceſſione, & in ſedendo, quis dicatur.*
14 *Præcedentiæ contentio in proceſſione in introitu legati ſi oriatur, quomo-
do legatus ſe habere debeat.*
15 *Legatus quomodo in proceſſione præferat, ſi de iure partium in tam bre-
ui tempore conſtare non poteſt.*
16 *Cruci maior reuerentia debetur, quam ſanctorum reliquijs.*
17 *Legati an gratis a prælatis, & clericis, ad quos declinant, hoſpitandi ſint.*
18 *Barriſelli, quando per comitatum eunt, gratis hoſpitari non debent.*
19 *Principes ſoli gratis hoſpitia habere debent.*
Dominus domus qualiter erga eum cum hoſpite p uiri debeat.
20 *Clerici parſimoniam ſeruare debent.*
21 *Facultates hoſpitis conſiderandæ ſunt ne ultra modum grauetur.*
Præſcriptio non currit circa procurationem legatis dandam.
22 *Legatorum literæ an derogent priuilegio ut monaſterium non teneatur le-
gatum procurare.*
Et infra. num. 25.
23 *Priuilegia, ſtatuta, & conſuetudines per verba generalia pleniſſime
reuocantur.*
24 *Priuilegiorum clauſulæ conſiderandæ ſunt, & ſecundum eas iudican-
dum eſt.*
26 *Clauſula derogatoria teſtamenti primi tale teſtamentum tollit.*
27 *Derogatio generalis ad priuilegia impetranda non tollit priuilegium po-
ſtea motu proprio conceſſum.*
28 *Clauſula derogatoria tollens ſimplex, compoſitum, vel qualificatum
non tollit.*
29 *Derogatio generalis poſita in ſecundo priuilegio quando primum priuile-
gium tollat.*
30 *Coniectura per quas priuilegium primum per ſecundum non reuocatur.*
31 *Priuilegium ſuper materia non impetrabili obtentum falſum præſumitur.*
32 *Priuilegium primum ſi contineat, quod vult ſic ind dari, & priuilegia in
contrarium impetrata non valeant, an ſecundum admittatur.*
33 *Priuilegium an de actis ſit.*
34 *Priuilegio primo potius ſtandum eſt, quando non poteſt diſcerni, an pri-
mum per ſecundum reuocetur.*
35 *Derogatio ita expreſſa non requiritur in l derogante priuilegijs prius con-
ceſſis quanta in ſecundo priuilegio contra primum requiritur.*
36 *Legatus, etiam legatione depoſita honorandus eſt.*
27 *Legatus an punire poſſit legationem, & iuriſdictionem ſuam impedientes.*
38 *Legatum in legatione impediens quomodo puniatur.*

Quæſt. VII.

1 Septimo quæro †qualiter debeat legatus hono
rari in prouintia ſibi decreta, &
quem modum debeant tenere prouinciales in recipiendo
eundem, quando prouintiam ſuam ingreditur. Ad primum
dico ſecundum ſpecu. titulo de lega. § ſupereſt verſicu. hoc
etiam ſciendum, quod legati de latere papæ miſſi & alii ho-
norabiles nuncii puta epiſcopi & Abbates & Cappellani ſui,
decenter recipiendi ſunt & honorandi, aliis autem minori-
bus & apoſtolicæ ſedis nunciis, debet tantum in neceſſariis
pro equis & perſonis eorum in domibus prælatorum proui
deri. ego tamẽ dicerem quod cum hodie camera apoſtolica
tñ ſalariis competentes legatis, & nunciis ſuis ſoleat prouide
re pro neceſſariis expen. non debent prouintiales grauare, niſi
ſi aliqua inopinata neceſſitas occurriſſet eiſdem, aut ſalarium
conſtitutum eis fuiſſet reuocatum, ſicut interdum fieri con-
2 ſueuit. † epiſcopi vero qui per ſedem apoſtolicam promouẽ-
tur, ex iuramento præſtito tenentur legatis & nunciis ſedis
apoſtolicæ neceſſitatem patientibus prouidere, & eos hon o-
rifice tractare, etiam ſi ad eos, vel ipſorum prouintias non eſ-
ſent deſtinati ut probat text. capituli ego. de iure iuran. dic. e
3 etiam ſpecu. in dic. titulo de lega. §. primo verſi. primo † quod
honorandus eſt legatus & nuncius ſedis apoſtolicæ & decen-
te ac benigne tractandus tanquã domini papæ vicem gerẽs,
et ſi quis ſecus tirãnicæ præſumpſerit, a proprio gradu repul-
ſus ultimus omnium in ordine ſuo fiat. 94. diſt. capitulo ſi. et
eundo et redeundo in ſuis etiam neceſſitatibus adiuuãdus
4 eſt, ut in dicto capitulo ego, et de præſcriptio. accedentes. † qđ
autem legatus domini papę ſicut ipſe ſit honorandus proba-
tur. C. de offic. pręfec. pręto. africę. l. unica. ibi credidit enim
princeps & c. & 94. diſtinctione capitulo primo & C. de ſum-
ma trini. l. liquet. de quo vide gloſ. ſecunda quæſtione quin-
ta. quæ de cauſa, iuxta enim illud euangelii dicere poteſt pa-
pa de eiſdem, qui nos audit me audit, & qui vos ſpernit, mẽ
5 ſpernit. † Ad ſecũdum membrum principale quæſtionis poſ
ſumus dicere quod prouintiales debent obuiam exire lega-
tis papæ pro quo facit text. ff. de offic. proconſu. l. obſeruare §.
antequam, quod intellige de legatis honorabilibus, de qui-
6 bus in iſto articulo ſuperius diximus † non tamen propter eo
rum ingreſſum debet ciuitas turbari ut in §. recte. eiuſdem
legis eſt dicere quod arteſani ciuitatis non debent propter
hoc dimittere officia & artes ſuas exercere, neque apothe-
7 cæ debent claudi. † Et pro ulteriori honore eis exhibendo po
pulus debent ipſis acclamare viuat talis legatus, pro quo
text. cum gloſa in l. unica. C. de quęſtio. libro duodecimo in
argumẽ & l. iuſtiſſimos. C. de offic. recto. prouincię. eccleſia-
ſtici etiam viri debent proceſſionaliter eis obuiare, ad
quam proceſſionem ad iuſſionem epiſcopi compelluntur
conuenire, nedum clerici & religioſi ſubiecti epiſcopis, ſed
etiam exempti ut pote fratres prædicatores, & minores, &
huiuſmodi, ad quod facit text. in capitulo nimis praua. de
exceſſ. præla. ibi ex leui cauſa a contrario ſenſu, & ibi tenent
etiam communiter docto. ad idem faciunt no. per Archi. 38.
8 diſt. quando presbiteri. † ſed quem ordinem tenebunt in hac
pro-

proceſſione, & qui præcedent reſpondeo, quod illi quorum
antiquior eſt inſtitutio, præcedere debent, vt in l. prima. ff. de
albo ſcriben. & capitulo primo de maioritate. & obedien. &
gloſ. in capitulo quorundam de electio. libro ſexto ex quo in
fertur quod inter omnes, clerici ſeculares debent tenere pri-
mum locum, & inter eos, canonici eccleſiæ Cathedralis de-
9 bent præferri, † quia dicuntur clerici primi gradus, alii uero
clerici aliarum eccleſiarum dicũtur clerici ſecundi gradus,
ut no. Inno. de reſcriptis, ſedes. ad quod etiam faciunt no. per
eum de ſepul. fraternitatem. inter alios autem clericos infe-
riorum eccleſiarum, qui ſunt digniorum eccleſiarum præfe-
runtur utpote canonici eccleſiarum collegiatarum, rectori-
bus ſimplicium parrochialium ar. capituli licet canon. iun-
cto capitulo ſtatutum de electio. libro ſexto poſtea uero re-
ctores parrochiales poſtea uero cæteri clerici ſeculares, dein-
de monachi ſancti benedicti, & poſtea alii monachi iuxta
antiquiorem inſtitutionem. poſt illos uero fratres mendican
10 tes, † inter quos fratres prædicatores debent præcedere, utpo-
te antiquiores inter mendicantes, ut tenet gloſ. in dicto capi
tulo quorundam, deinde fratres minores poſtea heremitæ
ſancti Auguſtini demum carmelitæ, & inter illos qui ſunt
eiuſdem ordinis uel profeſſionis, illi qui ſunt maiores dignita
te debent magis honorari iuxta tex. in capitulo ſtatuimus de
maiorita. et obedien. et in l. ſecunda. ff. de albo ſcriben. & in-
ter æquales gradu & dignitate, antiquiores non dico ætate,
ſed receptione in eccleſia uel monaſtero iuxta text. in dicto
capitulo primo de maiorita. & obediẽ. & in dicta l. prima de
albo ſcriben. ſic enim in iſtis conſideratur antiquitas, ut not.
11 gloſ. capituli fin. de conſue. libro ſexto. † Inter omnes autem
certum eſt quod non facta diſtinctione antiquitatis uel reli-
gionis, epiſcopi & ſuperiores debent primum locum tenere,
cum propter ſui eminentiam fratres eos appellet papa ut in
capitulo quam graui de crim. fal. & in clem. ſi quis ſuadente
12 de pœni. & poſt illos abbates monaſteriorum, † qui etiam pro
pter ſui excellentiam ſub generali appellatione habentium
dignitates non comprehenduntur ut uoluit gloſ. in capitulo
ſecundo de præbend. libro ſexto ad quod etiam faciunt no.
per lapum in alleg. 84. inter epiſcopos autem antiquiores in
promotione præferuntur. 17. diſt. § epiſcopos, & inter Abba-
tes idem erit ſeruandum ſi ſint eiuſdem ordinis, ſi vero ſint
diuerſę religionis, tunc qui ſunt antiquioris religionis præfe-
13 runtur, iuxta ea quæ ſuperius diximus. † ſed quem dicemus
honorabiliorem locum in proceſſione uel alias, in ſedendo
dicimus fore illum qui eſt propinquior domino, vel princi-
paliori ad quod allego gl. in §. alia autem. inſti. de bono poſ-
14 ſe. † ſed pone quod oritur noua contentio ſuper præcedendo
inter aliquos improuiſo in ipſo introitu legati, quemadmo-
dum ſæpius contingit, vbi nec locus, nec tempus longã deli-
berationem aut cauſæ cognitionem permittit, qualiter ſe ha-
bebit legatus, dicendum ad hoc, quod in continenti iubebit
partibus ante ſe docere de iure ſuo ſine mora, nec requiritur
aliqua tela iudiciaria, & huius ratio eſt, quia agitur de re quæ
non capit dilationem ſed in breuiſſimo tempore peritura, pro
quo eſt text. ſecundum vnum intellectum gloſ in l. vnica. ff.
de glande legen. & ibi Bart. Idem tenet Bar. in l. ſi prius. circa
fin. ff. de no oper. nunci. & propter prædictam cauſam adhuc
non requirerentur ita exactæ probationes, vt voluit gloſ. in
15 dicta. l. vnica. † & vbi alias non poſſet ſic in breui de iure par-
tium conſtare, vtpote quia vna religio, vel eccleſia dicit de
priuilegio, vel conſuetudine debere alii præferri, non tamen
tunc docet, deberet legatus illum præferre, qui de iure com-
muni præferendus eſt ar. optimum in capitulo cũ perſonæ
de priuilegi. libro ſexto. & ſi vellet addijcere iſta uerba ſaluo
iure alterius partis ſi quod in rei veritate ſibi competit, ſatis
eſſet cautum, ne pars altera tantum ſcandalizaretur, vbi au-
tem armorum ſcãdalum timeretur poſſet legatus vtroſque
contendentes repellere pro illa vice, per ea quę in ſimili no.
Innocen. in c. in pręſentia de probat. & poſtquam proceſſio
peruenit ad legatum, conſueuerunt etiam offerri adorandæ
legato reliquię aut crux. ſed conuenientius eſt adorare cru-
cem quã ſanctorum reliquias, vel ad minus prius debet ado-
16 rare crucem deinde aliorum ſanctorum reliquias, † nam cru
ci maior reuerẽtia debetur, quia adoratur adoratione latrię
pro eo quod imago Chriſti penden. vt dicit Tho. 3. parte quęſt.
25. artic. quarto. reliquię uero ſanctorum, adoratione dulię
ſicut & ipſi ſancti quorum ſunt reliquię, vt idem dicit. 27.
17 quęſtio. arti. ſexto. † Quęro vtrum legati ſedis apoſtolicę ſint
hoſpitandi gratis a pręlatis, & clericis, & religioſis, ad quos
declinant, reſpondeo quod ſic. ad quod induco text. in
capitulo cum inſtantia de cenſi. circa fin. ubi dicitur, quod
legatis & nuncijs ſedis apoſtolicæ debet in neceſſarijs proui-
deri. ad idem capit. ego de iureiuran. ibi in ſuis neceſſitatib.
ſed inter neceſſitates itinerãtium nemo dubitat hoſpitium
annumerari, & ex generalitate illorum uerborum apparet
quod de omnibus neceſſarijs eis prouidendum eſt, iuxta ta-
men poſſibilitatem eorum qui eos procurant, ut in dicto ca
pitulo cum inſtantia, † nec obſt. l. obſeruare. in princ. ff. de of-
18 fic. proconſu. vbi dicitur, quod proconſul. non debet in hoſpitijs
onerare prouinciani, illa enim loquitur in officialibus ſęcu-
laribus, & facit ille tex. ſecundum. Bald. ubi quod quando ba
rigelli vadunt per comitatum cauſa purgandi ipſum malis
hominib. non debent compellere ſubditos quod hoſpitentur
eos gratis, ſed mercede congrua recepta, & ſi ſunt hoſpitia
publica, non debent accedere ad priuata, ſi tamen gratioſe,
modica eis exenia offerantur, recipere poſſunt ut in l. ſolent
19 §. fina. cod. titu. † ſoli enim principi licet gratis habere hoſpi-
tia. ut in l. 2. C. de meta. libro. 12. ubi ponitur qualiter debeat
dominus domus, eam partiri cum hoſpite, in cibo antem, &
in potu, nõ ita acriter, & dure tractabitur, ſicut Ioan dicebat
qui lac dabat eis ad bibendum, & ne biberent vltra tertiam
vicem nolebat, lardum quoque ad comedẽdum, vel carnes
cum aceto. & paleam ad iacendum, ſed iuxta conditionem
& qualitatem perſonarum. prædicta eis adminiſtrabuntur,
vt innuit glo. in dicto capitulo cum inſtantia, per tex. capitu
li non cogantur. 41. diſtinct. ad idem in l. Sed & ſi quid. § pri
mo ff. de vſufruc. † nec in iſtis, eccleſiaſticos viros decet exce
20 dere, quinimmo parſimoniam ſeruare, ut in capitulo parſi-
moniam. 41. diſtinct. nec enim de numero eorum eſſe debe-
mus, de quibus dicit apoſtolus ad Phili. 3. quod ſunt inimici
crucis Chriſti propterea quod eorum Deus uenter eſt a qui
bus docet nos cauere, & alibi dicit. eſca vẽtri, & venter eſcis
Deus autem & hunc, & illas deſtruet, huiuſmodi enim ho
mines, & ſi uiui, & nitido colore videãtur, mortui tamen in-
terius iacent, ſpiritum, qui ex Deo eſt uiuificantẽ, in ſe non
habentes, iuxta illud apoſto. 1. ad thi. 5. vidua quæ in delitiis
21 eſt, viuens mortua eſt in ſemetipſa. † conſiderandæ ſunt etiã
in hoc facultates exhibentis, ne ultra debitum grauetur, vt
dicit tex. cum glo. in dicto capitu. cum inſtantia. ne longi tẽ
poris victum breuis hora conſumat, de cenſ. cum apoſtolus.
& tantum ſunt iſta debita prędictis nuncijs, & legatis ſedis
apoſtolicę, quod nullus ſe poteſt iuuare aliqua præſcriptio-
ne contra horum priuationem, ut in dicto capitulo cum in
ſtantia. & capitulo accedentes, de præſcriptionibus qui text.
fundat quod nedum contra ipſos præſcriptio non procedit,
quinimmo nec inter inferiores procedit, ut quidam ſint exẽ
pti, & aliis totum onus incumbat, & ita tenet Abb. Siculus
in dicto capitu. accedentes, impugnando Ioan. de Ligna. &
do. An. qui contrarium tenuerant, priuilegium tamen ſedis
apoſtolicæ valet a prædictis eximere, ut in dictis iuribus eui
denter probatur. † Sed iuxta hoc quęritur de quæſtione coti
22 diana, papa conceſſit priuilegium. ut non tenerentur ad
procurationem legatorum, etiam ſi in literis eorum dicatur
vt tam exempti teneantur ad hoc onus, niſi de iſto indulto
conceſſo monaſterio fiat mentio de uerbo ad uerbum, de-
mum papa conceſſit legato, ut poſſit exigere procurationẽ
a quibuſcunque perſonis etiam exemptis, & priuilegiatis, quo-
uis tali a ſint eorum priuilegia, de quib. fienda ſit mentio de
uerbo ad verbũ, quæ uoluit in illis literis haberi pro expreſ-
ſis, an per has literas legatorum ſit derogatũ illi priuilegio,
quæſtio videtur ſatis dubia, vnde Fed. de ſeni. conſi. 233. te-
nuit primum priuilegium non eſſe ſublatum per ſecundas
literas, quia de priuilegio debet fieri mentio, ut illi derogetur
ut in capitulo ueniens. de præſcrip. & plene no. 25. quæſtione
ſecunda in ſumma & in capitulo primo. de reſcriptis, nec ſuf
ficit mentio generalis, ſed requiritur ſpecifica, ut in capitu-
lo ſecundo de dolo, & contuma. item ſi diceremus oppoſitũ,
primum priuilegium eſſet inutile, cum papa ſemper conce
dat pleniſſimas literas legatis & nuncijs, ſed idem Fed. tenet
contrarium conſi. 47. nam per uerba generalia pleniſſima re
23 uocantur omnia priuilegia ſtatuta & conſuetudines, ut eſt
tex. in clemen. dudum. in fi. de ſepul. Item ſi diceremus con-
trarium, indirecte diminueretur poteſtas papæ, nam priuile-
gia conſiſtunt in facto, & papa cũ non habeat omnium memo-
riam. impoſſibile foret, quod de omnib. habentibus priuile-
gia faceret mentionem de verbo ad uerbum. unde ſatis eſt
quod appareat de uoluntate uolentis reuocare omnia priui-
legia. Abbas Siculus. relatis iſtis opin. in dicto capitulo cum
24 inſtantia. † concludit quod iam in hac materia quam in alia
debemus ſemper conſiderare clauſulas tam primi quam ſe
cundi priuilegii, & ſecundum earum uim iudicandum eſt
uel pro priuilegio uel pro reuocatione. Idem in effectu nolu
erunt Pau, & Ioan. de Imo. in dicta clement. dudum. in fine
etiam ſi uerba derogatoria poſita in primo non exprimantur
tur in ſecundo. cum enim forte papa propter multitudinem
negociorum non recordetur priorum verborum poſito-
rum in primo priuilegio, non debemus eum cenſere illa-
queatum taliter, quod ab eo recedere nequeat. 27. quęſtione
prima. de uiduis. nec poteſt quis ſibi legem imponere, a qua
non

non liceat recedere.in l.ſi quis.in principio .ff.de legat.tertio'
25 Aduerte tamē quia per iſta generalia nō uidetur ſoluta quæ
ſtio propoſita principaliter.an.ſ.illud priuilegium monialiū
ſit ſublatum.vnde ego crederem quod ſic,per rationes indu
ctas.in ſecundo conſilio ſede.de quo ſupra , & per doctrinā
ſuperius datam p Pau. & Ioan. de Imo. in dicta. clemintina
dudum.ad idem induco notat.per Bartho.in l.ſi quis in prin
cip. ff.de legat.tertio , vbi in ſimili materia dicit ſatis eſſe ꝙ
dicatur in ſecundo teſtamento,non obſtante priori teſtame
tu , vel caſſans & irritans quodcunque aliud teſtamentum
per me factum cum quibuſuis clauſulis derogatoriis, idem
tenet'in extrauag.ad reprimendam.in uerſic .non ob.idem
in ſuis conſiliis conſilio.uigeſimoprimo, in fortioribus, ter-
26 minis,†ubi clauſula derogatoria primi teſtamenti habebat
non ualere ſecundum teſtamentum cum quibuſuis clauſu-
lis derogatoriis niſi in eo contineretur, Pater noſter , & Aue
Maria.dicit enim per talia verba generaliter derogatoria eſ-
ſe ſublatum huiuſmodi teſtamentum primum,quod fortius
procederet,ubi ſecundum priuilegium foret proprio motu
27 conceſſum,†nam per generalem derogationem ad priuile-
gia impetranda non tollitur priuilegium quod poſtea motu
proprio conceditur,ut probat tex.in l.1.C.de bo. vacan.li.10.
ſecundum Bart.ibi.idem text. & Bart. in l. prima . C. de pe-
28 tit.bono.ſubla.co.lib.ad idem facit†nam derogatoria clauſu
la quę tollit ſimplex 'non videtur tollere compoſitū ſiue qua
lificatum , iuxta gloſ. capitulo cum non deceat.de electio.li-
bro ſexto.& clemen.dudum.in fin.de ſepul. facit in arg. tex.
capitulo licet.canon.de elect.lib.ſexto.iuncto capitulo ſtatu
tum eodem titu.& lib.& illa uulgaria.quod in odioſis appel
latione ſimplicis non venit mixtum quæ cauſa breuitatis
29 ommitto.†In hac tamen materia derogationum illa regula
generalis eſt præcipua quam ponit Ioan Andre. in capitulo
vnico.de exceſ.præla. libro.6.videlicet quod derogatoria ge
neralis poſita in ſecundo priulegio tollit primum priuilegiū
ſi ueriſimile eſt,quod princeps illud ſecundum concedens
hoc uoluerit iſta tamen regula licet ſit uera , eſt tamen diffi
cilis practice,quia ſtat in terminis nimis generalibus,†uerun
30 tamen ex prędictis poteris aſſumere coniecturam,quando
per ſecundum priuilegium videatur fuiſſe de mente conce-
dentis reuocaſſe primum, iſta etiam mens poſſet ex aliis cō-
prehēdi.uidelicet ex conſuetudine principis qui faciliter ſo-
lebat conceſſa reuocare , arguitur enim mens patrisfamilias
ex hiis quæ conſueuit facere,ut in l.ſi ſeruus plurium.in fi. ff.
de lega.primo.& in l.uel uniuerſorum . ff.de pig. actio. & l.ſi
negotia.ff.d nego.geſtis,& §.ceruos.inſti.de re.diui. Item ex
cauſa propter quam ſecundum conceſſit,ut ſi fauorem reipu
blicę continebat,tunc etiam ſub uerbis generalibus videtur
primum etiam habens clauſulam derogatoriam,tollere vo
luiſſe,ut eleganter voluit Barto.in dicta extrauag. in uerſic.
non obſtan. idem etiam erit per contrarium, vt ſi primum
priuilegium concernebat fauorem publicum,& ſecundum
continet fauorem priuatum,in dubio non pręſumatur reuo
catum primū . niſi clauſulæ & uerba in ſecundo poſita hoc
euidenter oſtendant , & hoc ratione prædicta . faciunt in ſi-
mili.not.per Cy.in l.vnica . C.quando impera. inter pupi. &
31 vi. † Idem ubi ſecundum priuilegium eſſet obtentum ſuper
materia non impetrabili,& multum exorbitanti, cū præſu-
matur falſum vt de confir.uti.uel inuti.porrecta & in auctē.
de man.prin.§.illud colum tertia uel ſi deuiaret a communi
ſtilo ,ut in capitulo ſecundo de reſcriptis,& in capitulo quā
graui.de crimi.fal. & per glo.in capitulo cauſam quę.lo.2.de
teſti.potius in dubio eſſet ſtandum primo quam ſecundo,&
ubi uerba ſecundi eſſet multum aperta & clara in deroga-
tionem primi in caſibus præmiſſis, ad huc eſſet expectanda
ſecunda iuſſio.vt in dictis iuribus, & in authen. ut nulli iu-
dic. §. & hoc uero iubemus.columna nona.ad quod faciunt
not. per Ioan.Andre. in dicto capitulo vnico, de exceptio.
32 prælato.in noue.quod ad multa trahere poteris, †adde tamē
quod ſi in primo priuilegio ponerentur illa verba,quæ inter
dum vltra clauſulas derogatorias conſueuerunt apponi ui-
delicet, & ſic uoluit per quoſcunque iudices, & auditores
iudicari, & quod impetrata in contrarium priuilegia per
eos non admittantur , tunc qualitercunque ſecundum pri-
uilegium fuiſſet impetratum, niſi nominatim de iſta clau
ſula fieret mentio , iudex non debebit tale priuilegium
admittere , immò iuſte poterit dicere ſecundo impetran-
ti, fateor priuilegium tuum ualere , ſed ego non poſſum
illud admittere . Ita determinat Barto.in l. finali. C. de ca-
nonic.fruct. vt Romæ.libr.11.conſulerem ego illi iudici, vt
non iudicaret in fauorem primi impetrantis,quia facere cō-
tra conſcientiam , cum conſtet ſibi de potiori iure ſecundi,
ſed potius ſuperſederet,vel cauſam remitteret ad ſuperiorē,
ſi pars eum inquietaret,uel ſubdelegaret eam, & ubi non eſ
ſet ita ſcrupuloſus,poſſet iudicare ſecundū primum priuile-
33 gium†quia ſecundum priuilegium non eſt de actis , obſtan-
te illa clauſula per quam non poterat illud admittere, & iu-
dex'debet iuxta allegata et probata iudicare , iuxta gloſa in
capitulo paſtoralis.§ quia uero. de offic.deleg. & in capitulo
primo de offic.ord.& in capitulo iudicet.3.quæſt. 6. pro quo
text.in l.illicitas.§.veritas.ff.de offic. præſidis,& per ſanctum
34 Tho.ſecunda ſecundæ quæſt.67.artic.ſecundo †In dubio ta-
men ubi non poteſt diſcerni an primum priuilegium reuo-
cetur per ſecundum,potius ſtādum eſt primo priuilegio,iux-
ta gloſ.25.quæſtione ſecunda in ſumma,& per Bart.in l.quiſ
quis.ff.de lega. tertio ego tamen conſulerem in tali caſu re-
currendum fore ad interpretationem concedentis, vt in ca
pitulo inter alia de ſenten.excom. & capitulo cum veniſſē t,
de iudi.& l.cum de nouo.C.de legi. tex.apertus capitulo ordi
35 narii.§.ſi vero de offic.ord.libro ſexto,†ubi tamen lex ſecun-
do ædita derogaret priuilegiis prius conceſsis,non crederem
tam exactam derogationem in ea requiri,quanta requiritur
in ſecundo priuilegio contra primum immo magis genera-
lis ſufficeret, vt probatur in dic.clem.dudum in fin.de ſepul.
& in capitulo cum non deceat, de electione libro ſexto & in
l.omnes.C. de præſcrip. 30. vel 40. anno.& ratio poteſt eſſe,
quia cum lex debeat eſſe omnibus communis, & omnes de-
beat aſtringere,vt in l.cunctos populos.C de ſumma trini.&
in capitulo primo & capitulo fin de conſti. non eſt veriſimi-
le quod princeps. aliquos ab eius abſeruantia voluit exime-
36 re , & prædicta bene nota quia ſunt cottidiana. † Et aduerte
quia ille qui fuit legatus , etiam depoſito legationis munere
in memoriam priſtinæ dignitatis eſt honorandus vt in l. fin.
ff.de decu.in l.ſeruos.C.de quæſtioni.& in l.vnius.§ ſeruus.ff.
eod.quod intellige, dum tamē bene & honeſte in legationis
officio ſe geſſerit,ſi autē in perperam ſe habuerit,nedum ho
norandus ex illo munere non eſt,quinimo permittitur pro-
uintialibus. publicis clamoribus eum vituperare, ut probat
tex.C.de offi.recto.prouin.l.iuſtiſsimos.& prædicta de hono-
re priſtinę dignitatis retinendo , intellige ubi gradus ex toto
non mutatur in alium.Ita quod loco ſuperioris gradus infe-
rior ſubſtituitur vtpote ſi per papam Archiepiſcopus transfe
retur ad epiſcopatum , ille enim non retinere honorē digni-
tatis archiepiſcopalis,vt voluit Bald. in l. cum te.C.de nupti.
37 † Quæro vlterius an legatus poſsit punire impedientes eius
legationem, & iuriſdictionem, & qua pęna. Ad primum re-
ſpondet ſpecu. tit.de lega.§.primo verſic. ſed nunquid, quod
legatus poteſt vlciſci iniuriam manifeſte ſibi , vel ſuis illatā
ar.l.ſenatus.ff.de offic.præſidis. & de foro compe.cum cōtin
gat,& de offic.Arch. capitulo fin. verſic.fin.& poteſt ſuam iu
riſdictionem impedientes & ſibi non obedientes,punire, de
pęni.Romana.lib 6.alias deluſoria videretur ſua iuriſdictio ,
ſi coertionem non haberet , de offic. delega. capitulo primo
& capitulo præterea,& capitulo ex literis & l.fin. ff.de offic.
eius cui man.eſt iuriſ. potius enim in hoc proſequitur iniu-
riam Roma.ec.quam ſuam, vt ſecundo quæſtione ſeptima,
accuſatio. ſecundum ea quæ no.de ſen. excomm.contingit.
tu dicas latius quod aut quærimus,an poſſit procedere con-
tra impedientes iuriſdictionem ſuam , & exercitium ſuæ le-
gationis,& indubitate dicas,quod ſic & hoc præcedit ſiue il-
lud'impedimentum ſit notorium ſiue non.& hoc tenet Inn.
in capitulo primo de offi.delega.ad quod in duco tex.ibi qui
hoc probat.Idem probat. text. in dicto capitulo ex literis ubi
non conſtat quod illud impedimentum præſtitum patriar-
chę fuiſſet notorium, tamen potuit cōtra impedientem ſuā
iuriſdictionem procedere,& mandatur ſententiam eius ſer-
uari vſque ad condignam ſatisfactionem. Si vero iniuria in-
fertur alias ſibi vel ſuis,ex qua eorum iuriſdictio non impedi
tur, tunc aut eſt notoria , aut non. ſi eſt notoria poterit de ea
cognoſcere,quia tunc non iudex, quin potius iuris executor
fore cenſetur, vt voluit Innocen.in capitulo ex parte.de ver-
bo.ſignifi.& in capitulo noſci.de elect.& gloſ.in dic. capitu-
lo Romana. prædicta omnia intellige vera , dummodo per
ſubditos ſuos fuerit impedimentum præſtitum, ſiue iniuria
illata,ſecus ſi per alios, qui non eſſent de prouintia, ad quod
facit tex.in d.cap.Romana. §.fin.ubi ex ſpeciali conceſsione
papa hoc concedit archiepiſcopis iniuriatis eum exercent iu
riſdictionem in prouintia ex eo quod in ea non habent iuriſ
dictionem ordinariam , niſi in certis caſibus, ergo in aliis,in
contrarium eſt ius commune, & iſta reſtrictio ad notoriam
iniuriam habet locum, ſi illa iniuria concerneret perſonam
ſuam,ſecus autem ſi concerneret legationē, quia cum tunc
papam mittentem potius quam ipſum concernere videre-
tur,poſſet illam vindicare,ſiue eſſet notoria, ſiue occulta. ad
quod faciunt not.in ſimili per gloſ. in capitulo ſi quis erga.ſe
cunda quęſtione ſeptima.& in capitulo & qui emendat.45.
diſt.& per Innocen. in dicto capitulo ex parte ad quod text.
in capitulo guiliſarius.23.quęſt.4.& capitulo accuſatio.& ca
pitulo ſi quis ab epiſcopo in gloſa ſecunda quæſtione ſepti-
ma

18 ma.† Ad ſecũdam vero partem quæſtionis qua quęritur qua pœna debeat puniri, dicas quod eſt excommunicandus, & p excommunicationem a communione aliorum, & a liminibus eccleſiæ arcendus & merito. qui enim legationem impedit non vnius, ſed multorum profectum auertit, & ſicut multis nocet, ita a multis arguẽdus eſt, & bonorum ſocietate priuandus. & quia Dei cauſam impedit, & ſtatum conturbat eccleſiæ, ideo ab eius liminibus arceatur, neque ad communionem vſque ad debitam ſatisfactionem eſt admittendus, vt in capitulo ſi quis autem legationem. 94. diſtinctione & rebellionem illorum, & pertinaciam poterit etiam per alia remedia punire ſi hoc meruerit protervitas contumacis ar. capituli quoniam frequenter. §. fi. vt lit. non cont. hodie etiam eſt extrauagans Ioann. 22. ſuper gentes & regna. quæ contra impedientes ingreſſum legatorum in prouintias, imponit ſententiam excommunicationis ipſo facto, cuiuſcunque ſtatus, & excellentiæ illi exiſtant, & ciuitates, & oppida ſubiicit interdicto.

SVMMARIVM.

1 *Legatus per ſimplicem querelam cauſas ſubditorum an audire poſſit, & nu. ſeq. & nu. 6.*
2 *Legatus poſt principem maius imperium omnibus habet.*
3 *Legatus paſſim de omnibus cauſis eccleſiaſticis cognoſcere poteſt.*
4 *Legatus cauſam coram ordinario pendentem ad ſe aduocare non poteſt.*
5 *Epiſcopus cauſas coram inferioribus pendentes ad ſe aduocare non poteſt.*
6 *Legatus de temporali iuriſdictione epiſcopi, etiam vacante ſede, ſe impedire non poteſt.*
7 *Legatus an poſſit ſe intromittere de cauſa per papam delegato commiſſa.*
8 *Arbitrium generale ſi detur officialibus ſuper ſtatutis ciuitatis, an poſſint tollere ſtatuta ſpecialiter edita.*
9 *Legatus quando poſſit ſe intromittere de cauſa ſpecialiter delegato commiſſa.*
10 *Ademptum vni non videtur quod alteri eſt conceſſum in his, quæ ad plures in ſolidum eſſe poſſunt.*
11 *Iuriſdictio generalis, quam habet poteſtas, non tollitur per officialem ſpecialem datum ſuper damnis datis.*
12 *Capitu. ſtuduiſti. de offic. lega. quomodo loquatur.*
Et infra. nu. 14.
13 *Imperium ſi vni datum eſt, & alteri cauſæ ciuilis, cognitio, vnus de iuriſdictione alterius ſe intromittere non poterit.*
14 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ordinario æquiparatur.*
15 *Delegatus ferens ſententiam, an legatum compellat, vt cauſa exequatur.*
16 *Legatus an cauſam criminalem contra epiſcopum diffinire poſsit.*
17 *Concilium cauſam criminalem epiſcopi, an examinet, & diffiniat.*
18 *Pronuntiare qui poteſt aliquem, & poteſt pronuntiare liberandum fore.*
19 *Legatus cauſas criminales inferiorum prælatorum audire, & diffinire poteſt.*
20 *Legatus de latere iuriſdictionem in exemptos habet.*
21 *Legatus iuriſdictionem in exemptos exercere non poteſt in illis caſibus, in quibus a iure, epiſcopo iuriſdictio in ipſos exemptos datur.*
22 *Legatus in poteſtate cum quocunque prælato prouinciæ concurrit.*
23 *Ordinarius in quibus caſibus ſine ſpeciali commiſsione iuriſdictionem in exemptos habeat.*
24 *Legatus an per appellationem, vel ſimplicem querelam inter duos de epiſcopatu litigantes cognoſcere poſsit.*
25 *Viſitator examinare poteſt, quis ex electis melior ſit.*
26 *Legatus antequam prouintiam ingrediatur cauſas in prouintia delegare poteſt.*
Delegatus non poteſt de cauſa ſibi per legatum commiſſa, antequam legatus prouintiam ingrediatur cognoſcere.
Legatus quomodo commiſsiones cauſarum facere poſsit.
27 *Legatus an poſsit committere cauſas, vel eas per ſe ſimpliciter, & de plano cognoſcere.*
Principi ſoli reſeruatum eſt iuris ſolemnitates tollere.
28 *Legatus cauſam appellatione remota committere non poteſt.*
Delegatus legati an ſubdelegare poſsit.
Legati proconſulibus æquiparantur.
29 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum vnam, vel aliquam ex illis ſubdelegare poteſt.*
30 *Delegatus ſolus a principe ſubdelegare poteſt.*
31 *Delegatus nudam teſtium receptionem, & ſic articulum non iuriſdictionalem ſubdelegare poteſt.*
32 *Appellari ad legatum medio ommiſſo an poſsit.*
33 *Appellatione ad legatum ſuper aliquo grauamine interpoſita an de conſenſu partium ommiſſo illo articulo in principali procedere poſsit.*
34 *Legatus papæ de cauſa coram epiſcopo inchoata ſe intromittere non poteſt.*
35 *L. ſi conuenerit. ff. de iuriſdi. om. iudi. quomodo procedat.*
36 *Appellari an poſſit ab archiepiſcopo legato nato ad ipſum vti legatum a ſententia per eum uti archiepiſcopum lata.*
37 *Appellatio ſi ſit ad archiepiſcopum uel legatum, uel ad papam facta reſeruata optione, coram quo voluerit proſequi, papa de hac appellat. cognoſcit.*
38 *Appellatio ſi per unam partem ad archiepiſcopum, & per alteram ad legatum interpoſita ſit, quæ appoſitio teneat.*
38 *Appellatio ſi interpoſita ſit ab archidiacono ad epiſcopum, uel ad archiepiſcopum, an ſolum ad epiſcopum appellatum ſit.*
39 *Appellatio de epiſcopo ad archiepiſcopum, uel papam valet, ſi infra 10. dies declaret, quem eligat.*
Quid ſi non declaret.
40 *Iudex ad quem appellatur, in appellatione exprimi non debet.*
Citatio ad locum incertum non arctat.
41 *Apoſtoli quomodo per iudicem a quo dandi, quando incertum eſt, ad quem ſit appellatum.*
42 *Iuriſdictio maior minorem abſorbet.*
43 *Legatus de appellatione ad papam interpoſita an ſe intromittere poſſit.*
Et infra nume. ſequen.
45 *Appellatio interpoſita a legato, qui non eſt de latere ad legatum de latere valet.*

Quæſt. VIII.

1 Octauo † quæro de poteſtate legati circa iudicia lia excercenda, hoc deciditur ſecundum glo. in capitulo primo. de offic. lega, ſed latius ponit ſpec. tit. de lega. §. ſupereſt. verſic. Item ad officium legati. ubi dicit quod p ſimplicẽ querelam poterit audire cauſas prouincialium ſuorum, quod quidam intelligebant de immediate ſubiectis ſedi apoſtolicæ, uel alias exemptis, ſecus ſi agatur contra ſubiectum alicui ordinario, nam tunc coram ordinario debet agi. capitul. uigeſimaquinta quæſtione ſecunda. in galiarum. ſicut & in metropolitano ſeruatur. nona quæſtione tertia. conqueſtus, de offic. ordin. duo ſimul. ni forte departium conſenſu. ſecunda quæſtione ſexta, a iudicibus & de foro competen. ſignificaſti, nec obſt. ſecundum eos capitulũ de, offi. leg. præalle. quia ibi ille archiepiſcopes erat nedum legatus, ſed etiam ordinarius. Addunt adhuc aliam rationem dicentes quod iſtud eſt ſpeciale priuilegium domini pape. ſecunda quæſtione ſexta. ad Romanam. 9. queſtio. 3. cuncta per mundum, ſpec. tamen dicit contrarium fore uerum, imo quod legatus paſſim poteſt in prouincia ſibi decreta cognoſcere per ſimplicem querelam de omni quæſtione ad forum eccleſiaſticum pertinente, ommiſſo quolibet or-
2 dinario, ipſe enim habet pleniſſimam iuriſdictionem & maius imperium omnibus poſt principem, ſed contra prædicta facit text. 1. quæſt. prima. peruenit, ſed ad illum tex. reſpondet, quod loquitur in defenſore non in legato, uel loquitur in legato cogente ſubditos prælatorum coram ſe litigare ommiſſis ordinariis ſuis & contemptis, uel loquitur quãdo legatus de temporali iuriſdictione ad epiſcopum pertinente, cognoſcere contendebat quod facere non debebat, cum ratione illius non ſibi ſed regi forte ſubeſſet. 8. diſt. quo iure.
3 cõcludit ergo, † quod legatus poterit paſſim de omnibus cauſis eccleſiaſticis cognoſcere & idem tenet archi. in dicto capitu. peruenit, & ſecunda quæſtione 6. capit. 3. & Hoſtienſ. in dicto capitulo primo de offi. lega. & ibi communiter doctores, hoc probat aperte tex. in dicto capitulo primo. & ibi glo. & probat tex. capituli ſecundi de offic. lega. lib. 6. vbi dicit quod legati ſedis apoſtolicę ad inſtar proconſulum &c. habent iuriſdictionem ordinariam in prouintia ſibi decreta, ſi ergo habent iuriſdictionem ordinariam quid uetat quo minus per uiam ſimplicis querelæ poſſint de cauſis cognoſcere ſed hoc intelligo, quando a principio ipſi adeuntur, ſi uero cauſa eſſet iam inchoata corã alio iudice competẽti, non poſſent de ea ſe intromittere propter præuentionem iuriſdictionis, facit ad hoc, de foro competen. propoſuiſti, & de ap pe. vt debitus, & l. ſi quis poſtea. ff. de iudi. & quod not. Ioan. And. de offic. ord. paſtoralis ſuper prima glo. ad idem tex. in dicto cap. peruenit. 11. quęſt. 1. & hanc concluſionem ſequitur domi. in cap. Romana. in princip. de foro compet. libr. 5.
4 † Ex prædictis infertur quod cauſam pendentem coram ordinario non poterit legatus ad ſe aduocare, quod etiam confirmatur per unam de ſolutionibus, quas, ſuperius ſpecul. dederat ad cap. peruenit. 11. quæſt. 1. idem tenet Abbas Siculus, de offic. lega. capitulo primo. ad hoc etiam induco unã theoricam, quod tũc demum ſuperior poteſt aduocare cauſam ab inferiore iudice, quotiens ille inferior habet ab eo iuriſdictionem. ſecus autem ſi ab eo non habet iuriſdictionem pro quo eſt glo, not. in capitulo qui reſiſtit. 11. quæſt. 3. & inde eſt, quod epiſcopus non poteſt aduocare cauſas pendentes coram inferioribus prelatis. quia non habent ab eo iuriſdictionem, hoc tenet Innocen. in capitulo fina de offi archidia. Idem. archid. in cap. de perſona. 11. quæſtio. prima. † Ex dictis etiam ſuperius per ſpecu. infertur quod ſi epiſcopus habet

bet temporalem iuriſdictionem in loco, non poterit lega-
tus de huiuſmodi temporali iuriſdictione ſe intromittere,
probatur etiam hoc, quoniam iura dant iuriſdictionem epi-
ſcopalem capitulo. ſe. vacan. non tamen illa generalitas, ſe
extendit ad ea. quæ iure ſpeciali ad epiſcopum ſpectant, vt
eſt communis ſenten. docto. in capitulo cum olim, de maio
rit. & obed. & capitulo unico. eodem titu. libro. 6. & inde eſt
quod de tali tāporalitate ſe intromittere non poteſt ſede va
can. ut voluit Ioan. And. & communiter docto. capit. uerum
de foro competen. Ita dicendum in propoſito, quod in gene
ralitate iuriſdictionis data legato, non ueniunt iſta, quæ iu
re ſpeciali competunt epiſcopo, de iſtis enim non uidetur
papa cogitaſſe, cum ſint facti & in facto conſiſtant, & uériſi-
militer papæ ſint ignorata, de conſti. capitulo primo libro. 6.
nec obſt. §. debet. capituli Romana de appe. lib. 6. quia illud
inducit neceſſitas appelationis quæ ſui natura debet interpo
ni ad ſuperiorem in iuriſdictione, cuiuſmodi illo caſu eſt ar-
chiepiſcopus. quæ neceſſitas in hoc caſu ceſſat ex toto, & illo
caſu poſſet etiam ad legatum appellari, cum concurrat in
iuriſdictione cum eo ut in ſequentibus demonſtrabit, † ſed
6 his non obſtantibus teneas quod legatus in terris eccleſiæ
poteſt adiri, etiam per uiam ſimplicis querelæ contra laicos
ısı eſt tex. in capitulo cum veniſſent, de eo qui mi. in po. cau.
rei ſeruan. & ibi tenet Ioan. And. in aliis autem terris etiam
vacante regno uel imperio non poterit ſe contra laicos in
cauſis intromittere, ſecundum ſpe. titu. de leg. §. nunc oſten
dendum. verſic. 19. † De cauſa autem commiſſa delegato p
7 papam, etiam ſi delegatus non perueniſſet in cognitione, nō
ſe poterit legatus intromittere, per hoc. n. ꝙ delegato cō-
mittitur, a iuriſdictione legati videtur erepta ut in capitulo
8 ſtuduiſti de offic. legat. † ex quo infertur, quod ſi detur certis
officialibus plenum, & generale arbitrium ſuper ſtatu ciuita
tis. uel ſtudii vel alio huiuſmodi, non poſſunt iſti tollere ſta-
tuta ſpecialiter edita, licet de nouo poſſint prouiſionem fa-
cere, niſi cauſa noua, & a principio nō conſiderata emergat.
ſecundum Bart. in l. ambitioſa. ff. de decre. ab ord. fa. † ex qui-
bus infertur ſecundum Abbatem Siculum. in dicto capitu.
9 ſtuduiſti, quod ex cauſa nouiter orta & a principio per papā
veriſimiliter non cogitata, poterit legatus generalis ſe intro
mittere de cauſa ſpecialiter delegato commiſſa, pro quo fa-
cit optimus tex in ar. in l. ſi hominem. ff. manda. per quod ha
bes optimam limitationem ad dictum capitulum ſtuduiſti,
10 † ſed contra prędicta uidetur una doctrina Barto. in l. quo-
tiens. § fina. ff. de admin. tuto. vbi dixit, quod in his quę poſ-
ſunt eſſe apud plures inſolidum, ut eſt iuriſdictio, non uide-
tur ademptum uni quod eſt alteri conceſſum, ex quo ſequi-
tur ſecundum eum, quod ſi aliquis ad regendam terram, vel
caſtrum, quæ, vel quod de nouo adiungitur territorio ciuita
tis deputatur ſingularis rector, quod nihilominus generalis
iudex id eſt poteſtas habet in illa terra vel caſtro iuriſdictio-
nem, ad quod inducit in argum. tex. in d. §. fina. Idem tenuit
11 Barto. in l. 1. C de offic. præfec. vr. † vbi dixit quod licet in ci-
uitate fiat unus officialis ſpecialis ſuper damnis datis, uel ſu-
per habundantia, nō tamen propter hoc tollitur iuriſdictio
quam habet poteſtas quæ habet generalem iuriſdictionem.
idem tenet Ange. in auten. ut defunc. ſeu func. collat. 5. &
in l. 3. §. illud. C de canon. largi. lib. 10. licet ſibi non bene ſe
firmet, & pro prædictis facit tex. in dicta l. prima. C. de offic.
præfec. vr. & tex. iuncta. glo. in l. fin. C. de iur. omnium iudi-
cum, & iſta dic. Barto. & angeli ſunt uera per iura prędicta,
12 † nec obſt. tex. in dicto capitulo ſtuduiſti, quia ibi erat diuerſa
ſpecies iuriſdictionis, quia una erat delegata, alia ordinaria
puta legati, ut in capitulo ſecundo. de offi. legat. libr. 6. ſecus
autem vbi utraque eſſet ordinaria, & ſic intelligerem iura
pro alia parte inducta, & ita ego intelligerem iſtam materiā.
Idem reperio tenere Bal. in l. vnica. §. vbi autem. C. de cadu.
13 to. † ex quo infert. quod ſi uni datum eſt imperium, alteri co
gnitio ciuilis cauſæ, vnus non ſe poterit de iuriſdictione alte
rius intromittere. ff. de iudi. ſolemus. §. lxtum eculator. Idem
dicit ſi iuriſdictiones ſunt diuiſæ per ſummas, ut not. in l. pla
cet. C. de peda. iudi. Idem ubicunque iuriſdictio eſt conceſſa
uni. ita quod eam ſolus exerceat, puta iudici inſinuationum
per formam ſtatuti. Idem dicit quando in fauorem particu
laris perſonæ deputatur iudex ſpecialis, ut puta dicit ſtatutū
quod de cauſis hoſpitalis miſericordiæ ſummatim cogno-
ſcat collateralis poteſtatis, quia ille ſolus poteſt cognoſce-
re. hoc ſentit Ia. de Are. ff. de leg. primo. l. quod in rerum. §. ſi
quis, cuius ratio eſt, quia iſta commiſſio nedum eſt in ſpecie
indiuiduo, 2. p hoc ultimū poteris limitare id, quod inferius
dicam delegato ad uniuerſitatem cauſarum, nec prædictis,
ob. tex. in d. §. illud, nam ibi tātum diſponitur ne creatis illis
officialib. exactoribus rectores prouinciarum qui eos crea-
uerunt minuant exactionem, nec illos remoueant, aut alios
deputent ad illud officium exigendi, & ſic ille tex. nō tangit
propoſitum noſtrum, licet multum faceret ibi vacillare do.
14 ange. † & quod dixi. dic. capitulū ſtuduiſti intelligi in delega-
to, limita verum, niſi ſit ad vniuerſitatem cauſarum, nā tunc
idem in eo quod in ordinario dicere poteris, pro quo eſt text.
in capitulo per hoc, in primo. de hære. libro ſexto. & ibi gloſa
quæ ſic limitat dic. capitulū ſtuduiſti, & poteſt eſſe ratio, q a
talis delegatus æquiparatur ordinario, vt eſt gl. in l. cum ſpe-
15 cialis. C. de iudi. & capitulo cum cauſam de appel. † Sed pone
quod delegatus tulit ſententiam, an poterit compellere lega
tum, vt eam mandet executioni gloſ. in dic. capitulo ſtudui-
ſti mouet quæſtionem & finaliter concludit, quod precibus
debet inſtare apud eum ſuper executione, non tamen ipſum
poterit compellere & idem ſequitur ibi Hoſtien. & alii com-
muniter, ſed Abb. ſiculus dicit, quod licet iſta opi. ſit æquior,
tamen de iuris rigore verior eſt opi. quorumdam, qui tenēt,
quod poſſit eum compellere, quia in illa cauſa repræſentat
perſonam papæ, vt in capitulo cum olim. 2. de offic. deleg. ad
16 quod facit. cap. ſane. 2. eo. tit. † Sed quæro vtrum cauſam cri-
minalem contra epiſcopum poſſit diffinire legatus, & gloſa
in capitulo primo de offic. leg. dicit quod non poteſt epiſco-
pum deponere, quia hoc eſt de reſeruatis papæ, ſed ſpe. tit. de
leg. §. ſupereſt. verſic. ſed nunquid legatus, latius proſequitur
dicens, quod videtur quod poſſit, & quod ſit hoc ſpeciale in
eo. ar. ad hoc. 16. quæſtione prima. frater noſter, ſed ipſe tenet
contra, per text. ff. de offic. proconſul. l. ſolent. ff. de offic. eius
cui man. eſt iur. l. prima, niſi hoc habeat ex ſpeciali commiſ-
ſione. 2. quæſt. 6. decreto. concludit tandem quod poſſit co-
gnoſcere, licet non poſſit eam diffinire, nam & proconſul co
gnoſcit de omnibus, vt ff. de offic. proconſul. l. prima. licet
17 non poſſit pœnam grauiorem imponere. C. eo. tit. l. prima. † &
concilium examinat cauſam criminalem epiſcopi, ſed diffi-
nire non poteſt. 3. quæſt. 6. quamuis, & capitulo multum ſtu-
peo. in uerſ. teneas indubitanter, quod ſi agitur de crimine
quod non inducat depoſitionem epiſcopi ſed minorem pœ
nam, poterit nedum cognoſcere de cauſa, ſed etiam diffini-
re, ad hoc facit quod no. Ioan. Andr. in capitulo vt litigantes
de offic. ord. lib 6. in nouella, qui hoc tenet in archiepiſcopo
reſpectu epiſcopi, ſi autem ſit crimen, quod pœnam depoſi-
tionis exigat, tunc cognoſcere poterit de cauſa, non tamen
eam diffinire. prout dicit ſpe. ſed hoc limitat Abbas Siculus
in dicto capitulo primo de offic. leg. dicens quod non poterit
eum deponere per ſententiam, ſed poterit pronunciare eum
deponendum, ad quod inducit gloſ. quæ hoc idem dicit de
archiepiſcopo reſpectu epiſcopi in §. biduum. ver. ſi quod. 2.
quæſt. 6. & iſtud placet mihi, ad quod induco. gl. no. quæ hoc
tenet in dicto capit. frater noſter. ad idem faciunt no. per glo.
& Barto. in l. prima. C. ſi aduer. liber. quæ dicit quod aliud eſt
18 pronunciare quem liberum, aliud liberandum, † & qui non
poteſt ſecūdum iuriſdictionem ſuam pronunciare aliquem
liberum, pronunciare poteſt eum fore liberandum. Idem te
net glo. & Bart. in l fi. C. vbi & apud quem, & ſequitur Bal. in
dicta l. prima qui dicit longam fore inter iſtas ſententias dif-
ferentiam, nam illa quæ pronunciat de præſenti habet ſtatim
executionem paratam non ſic autem in illa, quæ pronūciat
in futurum, puta aliquem liberandum vel deponēdum &c.
licet tamen non deponat epiſcopum ipſe legatus, poterit ta
men eum detrudere in carcerem & ſub competenti cuſto-
dia, mittere eum ad papam, per text. in auth. de defenſo. ciui.
19 §. audiens † ſed an cauſas criminales inferiorum prelatorum
& clericorum, etiam exigen. depoſitionem poterit audire &
diffinire, & dicendum quod ſic, ſecundum gloſ. in dic. capitu
lo primo de offic. lega. quam ſequuntur docto. quia hoc non
eſt de reſeruatis papæ, quæ a iuriſdictione legati videntur ex-
cepta, vt in capitulo niſi ſpecialis, & capitulo quod tranſla-
20 tionem de offic. lega. † Sed quærit an legatus habeat iuriſdi-
ctionem in exemptos, dicas ſecundum gloſ. in dicto capitulo
primo quod non, niſi ſit legatus de latere, & hæc opi. appro-
batur hodie, in capitulo veniens de verbo. ſigni. li. 6. & in ca-
21 pitulo ſi Abbatem, de elec. eo. li. † Sed an illis caſibus, quibus
a iure datur iuriſdictio ordinario ſuper exemptos, poſſit eam
exercere legatus. Lapus, in clem. cum ex eo. de ſen. excomm.
tenet quod non, quem ſequitur Do. car. ratio eſt, quia illo ca
ſu eſt delegatus ordinarius, vnde legatus de tali cauſa ſe non
poteſt intromittere, per dic. capit. ſtuduiſti, ſed ego crederem
22 contrarium propter generalem doctrinam, quę habet † quod
legatus concurrit in poteſtate cum quocunque prælato ſuæ
prouinciæ, vt not. ſpecu. titulo de legat. §. nunc oſtenden-
dum verſiculo legatus, nec ob. dic. capitulo ſtuduiſti, quia
non procedit in delegato ad vniuerſitatem cauſarum cu-
ius ſinodi eſt ordinarius in caſu prædicto, quam limitatio-
nem ad illum text. dedit gloſ. in capitulo per hoc de hære.
23 libro ſexto. † ſunt etiam aliqui caſus in quibus ſine ſpeciali
iuris commiſſione poteſt ordinarius procedere contra exem
ptos. Et primus eſt, ſi notorie eſſet excommunicatus exem-
ptus

ptus a iure vel ab homine poſſet illum denunciare ordina-
riusexcommunicatum, & facere eum vitari, dum tamen de
nunciãdo non cognoſcat, nec iudicet, ſed declaret. hoc diſpu
tando tenuit Stephanus prouincialis, ad quod allegat. 12.
diſtinctione præceptis & de reſcri. cum cõtingat ff. de acqui.
re domi. l. adeo. §. cum quis. ff. de teſta. hæredes palam. §. pri-
mo. ad quod faciunt not. per Hoſtien capitulo nouit, de offi.
legat. Idem ſequitur Ioan. And in noue. & domi. in capitulo
primo §. primo de priui. libr. 6. & tenet domi. in capitulo epi-
ſcoporum, eo. titu. ad quod optime facit tex. de appella. ſolici
tudinem. §. ſi vero. Idem tenet Ioan. de Imo. in cle. ad com-
peſcendas, de ſequeſt. poſſe. & fruc. & in clem. prima de offic.
ordi. Eſt & alius caſus in aſſignatione termini, ſi enim exē-
ptus deliquit in dioc. epiſcopi poterit ei epiſcopus præfigere
terminum, infra quem debeat ſe præſentare coram ſuo
ſuperiore argu. text. capitulo quamuis. §. inferiores, de ele-
ctione. libr. 6. & ibi tenet domi. Item eſt tertius caſus in caſi-
bus. capituli primi de priui. libr. 6. niſi eorum priuilegia am-
pliorem exemptionem contra illum tex. eis concederent. In
omnibus iſtis legatus, etiam ſi non ſit de latere, ſe poterit in-
tromittere, per rationem de qua ſupra, quia concurrit in pote
24 ſtate cum ordinario. †Quæro vlterius, duo litigant ſuper epi-
ſcopatu. vtrum de hac cauſa poterit legatus cognoſcere, vel
per appellationem, vel per ſimplicem querelam & videtur
quod nõ. quia eſt de maioribus cauſis, quas ſibi ſedes apoſto-
ca reſeruauit. contrarium tenet ſpec. in dic. §. ſupereſt. verſic.
ſed quid dices, ad quod inducit. capitulũ cõſtitutus, de appe.
& de elect. quia diligentia. ibi cum dicit, permittimus non di
cit mandamus, cum hoc etiam poſsit metropolitanus, ergo
25 legatus, vt eo. tit. §. nunc oſtendendum. verſi. legatus, †nam
& viſitator poteſt examinare quis ex electis melior ſit. 85. diſ.
Florentinum, & ſatis eſt hoc expreſſum in conſti. Gregorii.
10. quæ incipit, quamuis, quæ conſtitutio ipſo procurante fuit
edita in concilio Lugdunen. de quo eſt hodie text. in cap. i.
26 quamuis, de elect. lib. 6. †Sed vtrum legatus antequam ingre
diatur prouintiam poterit cauſas in prouintia delegare, glo.
in capitulo nouit, de offic. legat. dicit quod ſic, quia illud non
requirit cauſæ cognitionem, ad quod facit. l. fin. ff. de offi. prę
fec. vr non tamen ſecundum gl. poterit compellere reniten-
tem, ſuſcipere delegationem, cum iudiciariam cognitionē
aut compulſionem nõ habeat, priuſquam prouintiam ingre
diatur, ego etiam putarem quod delegatus ille nõ poſſet de
cauſa cognoſcere, antequam legatus prouinciam intraret,
cum enim tunc legatus non habeat exercitium iuriſdictio-
nis, non poteſt alteri dare illud, ad hoc tex. in l. obſeruare. §.
pen. ff. de offi. proconſu. Commiſſiones autem cauſarum de
bet quo ad perſonas & loca facere, ſeruata forma, capituli
27 ſtatutum, de reſcriptis lib. 6. vt probat ibi tex. in prin. †Sed an
poſſit committere cauſas, vel de eis per ſemetipſum cogno-
ſcere ſimpliciter & de plano &c. gloſ. aſſumit late hunc arti-
culum, in capitulo fin. de hære. libr. 6. & arguit pro & contra,
finaliter tamen concludit ad partem negatiuã, quia ſoli prin
cipi reſeruatum eſt tollere iuris ſolemnitates, cum ipſe ſit ſu
pra iura, vt in capitulo propoſuit, de conce. præben. Idem ſe-
28 quitur gloſ. in clem. ſæpe. de verbo. ſigni. †& ex hoc etiam di-
cimus quod non poterit cauſam committere appellatione
remota, quoniam ſoli principi hoc eſt reſeruatum. ff. a qui.
appe. non licet. l. prima in fin. Sed an delegatus legati poſſit
ſubdelegare. archi. in capitulo ſecundo de offic. lega. lib. 6. ar-
guit primo quod ſic, nam delegatus proconſulis hoc poteſt.
ff. de offi proconſu. l. legatus. ſed legati æquiparantur procõ-
ſulibus in dic. capitulo ſecundo, ergo &c. ſed concludit con-
trarium, per. cap. cum cauſam de appe. ad fi. ibi non niſi dele-
gatus &c. dicit tamen quod vnum articulum poterit ſubde-
legare vtputa citationem, per not. per Hoſtien. de offi. de leg.
29 paſtoralis, † ſi tamen eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſa-
rum poſſet vnam vel aliquas ex illis ſubdelegare vt not. glo.
in dicta l. legatus, & in capitulo ſuper quæſtionum. §. ſi vero.
de offic. deleg. & in dicto capitulo cũ cauſam de appe. Idem
ſequitur Ioan. And. in noue. in dicto capitulo ſecundo & idē
tenuit Inno. in capitulo cum Bertoldus, de re iudi. dando in-
tellectum ad illum tex. Abbas tamen ſiculus tenet ibi cõtra
rium per illum tex. & quia legatus proconſulis hoc poteſt, vt
ſupra, & idem tenet Bal. in l. a iudice. C. de iudi. ſed ego teneo
30 opi contrariam de qua. ſupra communis eſt. †nam generale
eſt, quod ſolus delegatus a principe ſubdelegare poteſt, vt in
l. a iudice prælleg. & in dicto capitulo cum cauſam. & in ca-
pitulo paſtoralis. in prin. de offic. deleg. quæ regula in legato
non reperitur viriata. nec obſ. d. cap. cum Bertoldus. quia loq
tur in articulo nõ iuriſdictionali, puta nuda receptione teſtiũ,
quam delegatus inferioris etiam facere poteſt, iuxta tex. capi
tuli ſuper quæſtionum. §. primo de offic. deleg. & gloſ. in cle.
iudices. eo. tit. & ſic intelligit illum tex. ibi Innoc. & commu-
31 niter doc. †ad. l. legatus. dico quod imo facit contra. ſi habeas

literam negatiuam ſicut multi habent. & ego habeo. ſed ſup
poſito quod habeas affirmatiuam, vt alii habent, dicas quod
illæ text. loquitur in legato, qui habet vniuerſitatem cauſa-
rum, de quo non eſt dubium, quin poſsit ſubdelegare, vt præ
diximus, non iñ loquitur in delegato proconſulis ad vnam
cauſam particularem, & de hoc eſt titulus quęſtionis noſtrę,
32 & iſtum etiam intellectum amplectitur ibi gloſ. †Nunc au-
tem quæritur de appellatione interponenda ad legatum, an
ad eum poſſit appellari omiſſo medio, & Spec. in d. §. ſequi-
tur. refert Ioann. in capitulo ſi quis verum. 2. quæſtione ſexta.
tenuiſſe quod nõ, quia hoc eſt ſpeciale priuilegiũ domini pa-
pæ, tamen dicit ipſe contrarium de facto ſeruari, quia vices
papæ gerit de quo remittit ad no. per eum plenius. de appel.
§. nunc tractemus. verſic. & nunquid eſt, ſed glo. in dicto ca-
pitulo primo. de offic. leg. indiſtincte tenuit poſſe ad legatũ
appellari ommiſſo medio, quam ſequitur ibi Abb. Sicu. ad
quod facit quædam doct. not. quam ponit Spec in d. tit. de le
ga. §. nunc oſtendendum. ver. legatus. vbi tenet quod legatus
concurrit cum quolibet ordinario in prouinci alibi decreta
ſiue ſit maior ordinarius, ſiue minor, ſicut ergo poteſt ab ar
chidiacono appellari ad epiſcopum, ita poterit ad legatum,
ex quo cum eo cõcurrit in iuriſdictione, nec dicetur proprie
ommiſſo medio appellari, ex quo cenſetur epiſcopus pro-
pter concurſum, quem habet cum quolibet ordinario in p-
33 uincia, ut prædictum eſt. †Sed iuxta hoc quæro, an appellatio
ne interpoſita ad legatum ſuper aliquo grauamine, poſſit il-
le, ominiſſo articulo grauaminis de conſenſu partium proce
dere in negocio principali, & glo. in capitu. Romana. in prin
cip. de foro compe. lib. 6. dicit quod ſic, ex eo quod per viam
querelę ipſe poteſt adiri. Idem tenet ibi Hoſtien. & Ioan. An-
dre. in nouel. ſed Ioan. de fantu. quem ſequitur Domi. tenet
contrarium, quia ex quo alius pręuenit ipſum in iuriſdictio-
34 ne, ſuper ipſa cauſa adiri non poteſt, †facit de foro compet ē.
propoſuiſti. & de appell. vt debitus. & 21. quæſt. prima, per-
uenit. qui tex. expreſſe loquitur in legato papę, ut non ſe poſ
ſit intromittere de cauſa inchoata coram epiſcopo ſuæ pro
uinciæ, ad hoc etiã facit, quia iuriſdictio non ſui iudicis non
poteſt prorogari per eccleſiaſticam perſonam ex ſolo cõſen
ſu partium, ſed requiritur proprii epiſcopi licentia ſiue con
ſenſus. de foro competen. ſignificaſti, & in dicto capitulo Ro
mana in princip. ſed Egidii. de bellame. deciſ. dcviij. dicit ꝙ
iſta opin. non placuit do. de Ro. primo quia non eſt uerum ꝙ
præuentio adimit iuriſdictionem alias habenti ipſo iure, li-
cet paret exceptionem contra pręuẽtum, & licet ad hoc fun
dandum, nil alleget, ego tamen allego no. per Inno. & Com
poſt. in capitulo cum m. de conſtit. ubi expreſſe hoc tenent,
hic autem facultas excipiendi tollitur, quia utraque pars cõ
35 ſenſit, † ſed obiicies, petetit pars pęnitere ante lit. conteſt. p
l. ſi conuenerit. ff. de iuriſ. omnium iudicum ſed dicas quod
quoniam illa lex loquitur quando agitur de iuriſdictione
nouiter danda ſecus ſi de iuriſdictione non declinanda,
ut hic, pro quo eſt tex. ſecundum. unum intellectum. in ca-
pitulo primo. de iudi. & ibi tenent doc. ex quo limitatur illa
lex. non obſt. capitulo ſignificaſti. & capitulo Romana. quæ
tæ. de conſenſu epiſcopi requirendo loquuntur in proroga-
tione iuriſdictionis in non ſuum iudicem, ſecus autem in le-
gato, q iudex eſt, licet hoc caſu eius iuriſdictio declinari poſ
36 ſit, †ſed dubitari poſſet aliqs ordinarius, utpote archiepiſco-
pus Cantuarien. eſt legatus natus, utrum a ſententia quam
profert tanquam archiepiſcopus, poſſit appellari ad eum
tãquam ad legatum, & colec. deci. Ro. deci. 316 tenet quod
non, quia cenſeretur ab eodem ad eundem appellari, quod
eſt reprobatũ, ut in capitulo Romana. in princip. de appel. li.
6. in tantum quod conſuetudine illud induci non poteſt in
cap. non putamus. de conſue. eo. lib. nec ob. ſecundum eum,
cap. poſtulaſti. de conceſ. praben. & cap. a collatione. de ap
pel. lib. 6. quia ibi epiſcopus vt canonicus nõ proceſſit ſolus,
ſed cum aliis, & ideo poteſt appellari ad eum, q procedit ſo-
lus, ſed ego credo contrarium fore verum de iure, pro quo in
duco glo. in cap querelam in 1. glo. de elect. & in §. tria, verſi.
quamuis. 3. quæſt. 7. quæ communiter approbantur a doct.
quia tamen ille eſſet ſuſpectus qui primo iudicauit, debet in
ſecunda inſtantia cauſam delegare, vt dicunt illę glo. argu.
l. prætor. ff. de iuriſd. omnium iudicum, alias poſſet recuſari
ut ſuſpectus, iuxta glo. d. §. tria. pro qua bene facit tex. in cap.
37 ad hæc. ſi in una. de appel. †Sed pone quod quis ita dicit ap-
pello ad archiepiſcopum, vel ad legatum, vel ad papam re
ſeruans mihi optionem, coram quo magis uellem proſequi
appellationem. Item quid ſi appellatur a ſuffraganeo p utrã
que partem, & una pars appellat ad archiepiſcopum alia ad
legatum, quis cognoſcet de iſta appellatione. Spec. in tit. de
appel. § nunc tractemus. uerſic. ſed pone aliquis. dicit in pri-
ma quæſtione fuiſſe obtentum, quod papa de huiuſmodi ap-
pellatione cognoſcet, ad quem ommiſſis mediis appellatur

ſt. de

ff. de re iudic. contra pupillum. & capitu. ſi duobus. de appel.
quidam tamen dixerunt talem appellationem non ualere
propter incertitudinem. cap. ſecundo. de elec. lib. 6. & ff. de
inter. ac. l. de ætate. §. nihil intereſt. ff. de iniur. pretor edixit,
38 in prin. †Quo ad ſecundam quæſtionem dicit, tenere appella
tionem, quæ interponitur ad legatum, ſicut dicitur in papa
per d. cap. ſi duobus, quod dicit fore uerum, ſi ei indetermi-
nate legatio fuerit commiſſa, quoniam tunc pleniſſima eſt
interpretatio facienda. de donat. cum dilectus. de verbo. ſig.
olim, alias autem non debet prohibere ſubiecto epiſcopi, ne
coram ipſo reſpõdeat, & ſic non contradicit. vndecima quę
ſtione prima. peruenit. ſed Ioan. And. ibi in addi. dicit quod
infra tempus appellationis interponendę poterit unum ex
iſtis eligere, remittit tamen ad not. per ſe in regula in alterna
tiuis. de re iudi. lib. 6. in mercu. vbi diſtinguit, quia aut quæri
mus de iure ciuili, aut de iure canonico, ſi de iure ciuili, indu
bitate appellatio tenet, quia lex dat iudicem appellationis
certum, ſcilicet immediatum ſuperiorem. ff. de appel. l. im-
peratores. C. eo. titu. præcipimus. ergo ad illum intelligitur
39 appellatum. †& idem dicimus de iure canonico ſi appellatur
ab archidiacono ad epiſcopum, uel ad archiepiſcopum, qa
tunc intelligitur appellatum ad epiſcopum, cum ad archi-
epiſcopum, non potuerit appellari, ommiſſo medio, niſi con
ſuetudo eſſet in contrarium, tunc enim diceres, ut in ſequen
tibus, ſi vero appellatur de epiſcopo ad archiepiſcopum, vel
ad papam, tunc ſi infra decem dies declarat quem iſtorum
eligat, valebit appellatio. Idem ſi non declarat, habet tamen
probabilem cauſam dubitandi. per capitulũ unicum. de po-
ſtu. prę la. lib. 6. ſi uero non habet probabilem cauſam, appel
latio non tenet, quia iudex ad quem debet eſſe certus. ſecun
da quæſt. 6. propter. & cap. ab eo. Idem tenet glo. in cap. ſi is
cui. de offic. delega. lib. 6. do. de Ro. deciſ. 213. tenent iſto ulti
mo caſu contrarium, nam in minus dubitabili caſu admittı
tur libellus alternatiuus. de in integ. reſtit. capitulo conſtitu-
tus. nec eſt neceſſe quod infra decem dies declaret ad quem
iudicem appelat, quia ſatis declarat quãdo proſequitur cau-
ſam appellationis, & per citationem ſatis certificat aduer-
ſarium, & per hæc ceſſant rationes Ioan. Andr. in contrariũ.
Domini. in §. poſt datam. ſecunda quæſt. ſexta. vbi Archid.
tenet talem appellationem nõ tenere, reduat opiniones ad
concor. iſto ultimo caſu, dicens quod appellatio eſt recepta
a iudice, vel approbata a parte, & iudex terminum aſſigna-
uit appellationi proſequendæ, cum illa termini aſſignatio vi
cem peremptorii obtineat, procedit opin. Ioan. And. intereſt
enim illo caſu appellati ſcire coram quo iudice debeat com
parere, ſufficeret tamen ſi tempore aſſignationis termini,
appellans declararet ſibi iudicem appellationis, quia ex hoc
eſſet ille certificatus, ſi uero prædicta termini aſſignatio non
eſt facta, tunc procedat opin. do. de Ro. non enim ſine citatio
ne poterit procedi, iuxta not. in d. capitulo ſæpe. quo caſu ex
citatione ſatis certificabitur appellatus coram quo iudice
debeat comparere, & ſic etiam ipſe Domi. tranſit. in dicto ca
pitulo ſi is de offic. delegat. lib. 6. Ego ſalua correctione crede
40 rem appellationem alternatiuam tenere. †ad quod induco
talem rationem, nullo iure cautum reperitur, quod debeat
in appellatione exprimi iudex ad quem appellatur, ſed ſatis
eſt, qđ quis appellet, ad qđ iudicio meo, facit tex. in l. impe-
ratores. in prin. ff. de appe. vbi ſi appellat ad principẽ omiſſo
medio, licet ſit contra ius, cum leges non admittant appella
tionem ommiſſo medio, non tamen vitiatur propterea ap-
pellatio. ſed de ea cognoſcet competens iudex, hoc eſt im-
mediatus ſuperior, ecce quod eſt de ſubſtantia appellationis
expreſſio iudicis ad quem, alias in caſu præmiſſo vitiata fuiſ
ſet appelatio, non obſt. ſi dicatur qđ eo caſu eſſet incõueniẽs
ſi terminus eſſet præfixus a iudice a quo ad appellationem
proſequendam, cum ille terminus vicem peremptorũ ob-
tineat, ut in d. cap. ſępe. nam dico quod hoc caſu diſpoſitio il
lius. capituli non haberet locum, cum propter incertitudi-
nem iudicis ad quem, talis citatio non arctaret. ad quod fa-
ciunt not. in ſimili per Bart. de citatione ad locum, omnino
incertum, in l. ſi ut proponis. la. ſecunda. quo. & quando iud.
olſi a principio appellans declaraſſet iudicem ad quem, & ſi
dicas pone quod appellans differt in primo fatali proſequi
appellationem, & appellatus circa finem eiuſdem uult illã
proſequi, iuxta text. in auc. ei qui. C. de temp. appel. & in capi
tulo oblatæ. de appellat. dico quod poterit eligere vnum de
illis ſuperioribus, coram quo proſequatur, ſicut appellãs po-
tuiſſet, nam appellatio, tunc eſt effecta communis. C. de ap-
pellatio. ſi quis libellos. & capitulo interpoſita. §. ille deniq;
41 eodem. titulo † Rurſus ſi obiiciatur data incertitudine qua-
liter iudex a quo concedet apoſtolos, ad hoc dicendum, ꝙ
dabit illos ad iudicem competentem, licet non declaret ad
quem, prout voluit Bald. in l. cum proponas. C. de bonis
auth. iudi. poſ. prædicta intelligerem fore vera, quando appel
latio foret interpoſita alternatiue, ſi uero foret copulatiue vt
pote ad archiepiſcopum, & ad papam, uel ſic ad archiepiſco
pum, & ad legatum, tunc ad eum qui eſt ſuperior inter hos
expreſſos cenſeretur interpoſita. pro quo iudicio meo facit
tex. in capitulo ſi duobus. in prin. de appe. & licet ibi a diuer-
ſis fuiſſet appellatio interpoſita, nulla ratio diuerſitatis eſt qñ
42 ab eodem. †Iuriſdictio enim maior abſorbet ad ſe illam mi-
norem, vt ibi, pro quo eſt bo. tex. in ar. in l. contra pupillum.
ff. de re iud. niſi talis appellans addiiceret ad unum eorum,
quem duxero eligendum, nam ante eius electionem non cẽ
ſetur determinate ad ſupremum iſtorum appellatum, vnde
tenendus foret modus qui in appellatione alternatiua, ꝓpter
43 eius incertitudinem. †Vlterius quæro, an de appellatione in-
terpoſita ad papam legatus poſſit ſe intromittere, gloſ. in ca-
pitulo conſtitutus. de appel. dicit quod non, niſi partes con-
ſentirent. Idem tenet in capitulo cupientes. in prin. de ele-
ctio. in ſexto. nam per hunc conſenſum videntur renuncia-
re appellationi ſuę, ſed Specu. tit. de lega. §. nunc oſtenden-
dum. verſic. 33. dicit hoc fore verum, ſi velit eam diffinire, ſi
tamen vult tantum de ea cognoſcere ad effectum, ut eã ma
gis inſtructam tranſmittat ad papam, licite hoc facit, vt pro-
batur expreſſe per text. in dicto capitulo conſtitutus. allegat
ipſe ad idem capitulũ ad petitionem. de accuſ. & 2. quæſtione
ſexta decreto. 2. quæſt. 1. nomen, & de ſta. reg. ea quæ. quod ve
rũ eſt niſi cauſam iam examinatam ipſe remiſiſſet ad papã,
quia eam per remiſſionem iam deſierit eſſe iudex amplius
de ea intromittere ſe non poterit, vt in cap. licet. de offi. lega.
& capit. intimaſti. de appel. & C. de relatio. l. prima. & hoc eſt
ſpeciale in legato propter cõiunctionem quam habet cum
papa, quia repręſentat perſonam eius, ſecus autem eſt in alio
iudice inferiore, cum iure reperiatur cautum, ita tenet Abb.
Sicul. in dicto capitulo conſtitutus. Aduerte tamen quod ge
neraliter eſt verum in quocunque iudice etiam inferiore, ſe-
cundum Spec. vbi ſupra, videlicet quod ſi appellatus proſeq-
tur ius ſuum coram iudice inferiore, & appellans opponit ſu
per illo fore appellatum ad ſuperiorem, & qđ propterea non
debet ſe de cauſa intromittere, appellatus autem ſi appella-
tionem negat, vel dicit eam non legitime interpoſitam, vel
ei fuiſſe renunciatum, aut fuiſſe deſertam, iudex ille inferior
audire poterit partium allegationes, & probationes ſup eis.
argu. de appel. Romana. §. ſi vero vocans. lib. 6. niſi forte ſupe
rior iam inceperit de eã appellatione cognoſcere, quia tunc
inferior nullo modo debet nec poteſt ſe de ea intromittere,
ſed vbi iſtud ceſſaret bene poſſet, in tantum quod ſententia
ſuper hoc lata, partibus præiudicaret niſi ab ea appellaretur.
ff. de iudic. ſi quis ex aliena. & de appel. capit. ſollicitudinem.
& ſic dicit ſe proceſſiſſe in cauſa quę vertebatᷣ inter archiepi-
ſcopum Piſanum, & commune ciuitatis Piſanæ, licet ꝓ par-
te communitatis diceretur fuiſſe appellatum ad ſedem apo-
ſtolicam, & licet Spec. non alleget, habuit tamen omnia præ-
dicta ab Innoc. in dicto capitulo conſtitutus. de quo vide eun
dem de offi. deleg. paſtoralis. vbi latiſſime proſequitur iſtum
44 articulum. † Adde alium caſum in quo legatus ſe poſſet in-
tromittere de appellatione interpoſita ad papam ſcilicet vt
obuietur ſcandalo, argu. l. æquiſſimum. ff. de vſufru. hæc fuit
ſententia Hoſtienſ. in dicto capitulo conſtitutus. de appel.
45 †Quid ſi legatus, qui non eſt de latere pronunciauit, & appel
latur ab eo ad legatum de latere, qui eſt in prouincia, an hæc
appellatio tenebit, & Vincen. dicebat quod non, quia ſunt pa
res, ſed Spec. titu. de lega. §. ſupereſt. verſic. quid ſi lata. tenet
contrarium, quia legatus de latere maior eſt, vt in capitulo
ptimo de offic. leg. lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Legatus qua beneficia conferre poſſit. infra annum ſuæ legationis & qua non.*
2 *Legatus non cardinalis cum poteſtate legati de latere an beneficia conferre poſſit.*
3 *Verba generaliter poſita cum alterius præiudicio intelligi non debent.*
4 *Legatus de latere beneficia in curia vacantia conferre non poteſt.*
5 *Legatus de latere an beneficia deuoluta conferre poſſit, & infra numero 6.*
Executor apoſtolicus beneficia deuoluta conferre poteſt.
A legato emanata non dicuntur ab apoſtolica ſede emanata.
6 *Legatus non de latere beneficia deuoluta non confert.*
7 *Legatus de latere an ſit aliud, & aliud ſedes apoſtolica.*
8 *Abſolui non poteſt a legato ille, cuius abſolutionem ſibi papa reſeruauit.*
9 *Legatus etiam de latere appellatione Romani Pontificis non venit.*
Iurans non alienare bona eccleſię pontifice inconſulto, cum conſenſu legati alienare non poterit.
10 *Legatus ſi beneficia conferre negligat, an ei tempus Lateranenſis. concilij currat.*
Et infra. nu. 12.

Legato

11 *Legatus quando incipit currere ſemeſtre ad beneficia conferenda.*
13 *Collatores ſi ita die eadem concurrant, ita quod de prioritate horæ non appareat quid erit agendum.*
14 *Legatus ſi ex ſpeciali papæ commiſſione conceſſit cuidam, ut in certo monaſterio in monachum reciperetur, an probationis annus monaſterio reſeruetur.*
15 *Legati mandatum de recipiendo aliquem in monachum, quod non fuit adimpletum per receptionem, an finita legatione expiret.*
16 *Legatus de latere an hoſpitalia conferre poſſit,*
Et infra num 29.
Hoſpitalia an in titulum dari poſſint.
17 *Hoſpitalia quando ueniant eccleſiarum appellatione.*
18 *Legatus de latere adminiſtrationes beneficiales concedere poteſt.*
19 *Argumentum a contrario ſenſu locum non habet, ubi in iure contrarium habetur.*
20 *Collatio beneficiorum inter fructus epiſcopatus connumeratur.*
21 *Iuriſdictio legati uti extraordinaria, & non naturalis in conferendis beneficiis ſtricte interpretanda eſt.*
22 *Legatus de latere an beneficia patronalia conferre poſſit.*
23 *Conſuetudo an ius patronatus tribuere poſſit.*
24 *Superior ubi ex inferioris negligentia de beneficiis prouidet, in ſequentibus ordinario collatori non præiudicat.*
25 *Legatus an conferre poſſit hoſpitalea S. Ioannis.*
26 *Ius patronatus beguinarum eccleſiaſticum, & non patrimoniale cenſetur.*
27 *Papa ſi mandat prouideri de beneficio ſpectante ad collationem patronorum laicorum non ueniunt hoſpitalia, S. Ioannis.*
28 *Legatus an conferat beneficium, quod ad clerici, & laici præſentationem ſpectet.*
29 *Legatus an poſſit ſe intromittere de beneficiis ſpectantibus ad collationem laici.*
30 *Legatus an poſſit conferre beneficia iure ſpeciali ad aliquam perſonam eccleſiaſticam quo ad collationem ſpectantia.*
Verbum, auctoritate noſtra, delegationem ſapit.
31 *Legatus beneficia conferens habenti alia de eis mentionem facere debet.*
32 *Mentio ſpecialis quæ dicatur.*
Mentio expreſſa ubi requiritur, generalis non ſufficit.
33 *Legatus conferens beneficia uigore ſpecialis facultatis ſibi conceſſæ, an debeat facere mentionem de beneficiis quæ prouiſus obtinet.*
34 *Legatus quando beneficia in uim ſpecialis commiſſionis confert, formam circa perſonam, cui prouidet tenere debet.*
35 *Legatus motu proprio conferens beneficium ſi de alio, quod obtinet mentionem non fecerit, an teneat collatio.*
36 *Prouiſio de beneficio facta habenti aliud quare ſurreptitia ſit.*
37 *Legatus de latere, an de beneficiis uacaturis ſe intromittere poſſit.*
Quid de legato inferiore.
38 *Legatus an finita prima reſeruatione poſſit.*
Secundam facere.
39 *Legatus miſſus licet ordinariam habeat iuriſdictionem mittentis tamen formam ſeruare debet.*
40 *Legatus quas eccleſias reſeruare non poſſit.*
41 *Legatus an poſſit in eccleſia non collegiata multa reſeruare beneficia.*
42 *Eccleſia collegiata quæ dicatur.*
43 *Collegii ius in uno reſeruatur.*
44 *Collegii in poſſeſſione aliquem eſſe quomodo cognoſcatur.*
Vniuerſitates ſine quæ ſint.
45 *Plures quando inſimul conueniunt an in collegium, uel ut ſinguli conuenire dicantur.*
46 *Legatus an poſſit ſimul reſeruare duo beneficia ad alicuius collationem uel inſtitutionem ſpectantia, uel unum ad præſentationem, aliud ad inſtitutionem eiuſdem.*
47 *Inſtitutio eſt de iuriſdictione.*
Vide infra. num. 49.
Collectio, collatio, præſentatio, & inſtitutio adeo diuerſa ſunt ut uno expreſſo aliud non ueniat.
48 *Legatorum facultas circa reſeruationes, quantum reſtringi debeat.*
50 *Legatus ſi reſeruauit beneficium, quod ad epiſcopi collationem ſpectat, & hac pendente reſeruatione, aliud, quod ad ipſius, & alterius collationem ſpectet reſeruatio ualeat.*
51 *Beneficium monoculare quando in gratia expectantis, comprehendatur.*
52 *Legatus lite ſuper prima reſeruatione pendente, an aliam facere poſſit.*
53 *Maioritas in eccleſiis quomodo conſideretur.*
54 *Præpoſitura an & quare ſit in eccleſia poſt epiſcopum maior.*
Maioritatis ſigna quæ ſint.
55 *Titulus eccleſiæ parochialis non uacat ob id quod ad tempus datur, prout eſt commenda.*
56 *Parochialis eccleſia uicariatum ad tempus habens ad ordines accipiendos non arctatur.*
Caſus euenturi conſiderandi non ſunt.
57 *Curatorum appelatione perſonatus eiuſdem eccleſiæ non curatus non comprehenditur.*
58 *Legatus an ſe impedire poſſit in duabus dignitatibus, quæ ita æqualem in capitulo maioritatem habent quod quæ ſit poſt epiſcopum maior apparere non poſſit, & infra num. ſequen.*
60 *Conſuetudo multum ualet, ut illa maior dignitas reputetur, quæ in prouincia communiter maior reputatur.*
61 *Legatus an reſeruationem primi uacantis, cum clauſula, quod duxerit acceptandum facere poſſit.*
62 *Decretum appoſitum in expectatiua data tum beneficiu acceptandi ante acceptationem non ligat.*
63 *Legati decretum in reſeruationibus, uel aliis diſpoſitionibus poſitum an ignorantes liget.*
64 *Legatus de latere ſupra, uel contra ius diſponere non poteſt.*
65 *Legatus collationi ſuæ reſeruare, inhibere, & decernere poteſt.*
66 *Legati hodie in ſuis literis ponunt illa verba ſcienter, uel ignoranter, ſicut papa.*
Decretum ſolius papæ ignorantes ligat.
67 *Legati decretum annullat quicquid per ſcientem in contrarium fit.*
68 *Decretum quare ignorantes afficiat.*
69 *Decretum uim ſententiæ latæ cum cauſæ cognitione habet.*
70 *Inferior facere non poteſt, quod non ſententia uim ſententiæ habeat.*
71 *Legati reſeruationes nullum ius ei, cui conferuntur, tribuunt.*
72 *Reſeruatio, quam legatus facit, quandiu duret.*
73 *Iuriſdictio an perpetuata uideatur, ſi executor per legatum deputatus in reſeruatione proceſſum fulminauit, uel poteſtatem ſuam intimauit.*
74 *Legatus ſi canonicatum conferat ſub reſeruatione præbendæ uacaturæ, an illa reſeruatio expiret.*
75 *Reſeruatio an expiret per legati reuocationem.*
Res integra non dicitur ſi executor literas recepit.
76 *Legatus ſi reſeruauit beneficium alicuius collationi pertinens, & executores dedit, qui proceſſum fecerunt, demum beneficium uacat, quod legatus alteri confert, & executores contulerunt ei, pro quo reſeruatum erat, quis potior erit.*
77 *Ordinarius iuriſdictionem, quam alii dedit, reuocare poteſt.*
Legatus nullum ius ad beneficium uacaturum dare poteſt.
Legatus reſeruationem beneficii uacaturi factam reuocare poteſt.
78 *Legatus ſi finita prima reſeruatione ſecundam facit, an de prima mentionem facere debeat.*
Et infra num. 79.
79 *Legatus in beneficiorum conceſſionibus ſeruare debet, quod papa ſeruat.*
80 *Motus proprius contra intentionem concedentis non operatur.*
81 *Expectantium auctoritate papæ, & auctoritate legati reſpectu uacaturarum quis præferatur.*
82 *Legatus de latere an eccleſias ſuæ legationis unire poſſit, uide infra ſub num. 84. & 88.*
83 *Legati de latere poteſtas in mutatione, ſeu alteratione eccleſiarum modica eſt.*
84 *Legatus de latere ſecularem eccleſiam religioſam facere non poteſt.*
Legatus res eccleſiæ alienare non poteſt.
85 *Legatus quo iure beneficiorum collationem habeat.*
86 *Vnio aliquando ad eccleſiarum fauorem fit.*
87 *Cle. ſi una de reb. eccle. non alien. limitatur.*
89 *Iure ſuo ſine culpa, cum cauſa tamen priuari poteſt.*
90 *Legatus an in permutationibus eccleſiarum auctoritatem interponere poſſit.*
91 *Legatus nunquid ſe intromittere poſſit de eccleſia collegiata habita tantum, ſed non actu.*
92 *Legatus eccleſiarum collegiatarum ſtatus alterare non poteſt.*
93 *Legatus aliquam dignitatem in eccleſia ſupprimere aut extinguere, nec ad tempus, nec in perpetuum poteſt.*
Legatus fructus beneficiorum uacantium ad aliquod tempus epiſcopo uel fabricæ eccleſiæ applicare poteſt.
94 *Legatus quam poteſtatem habeat circa electionum confirmationes.*
95 *Quæ eccleſiæ hodie per regulas cancellariæ reſeruatæ ſint.*
96 *Legatus beneficiorum reſignationem recipere non poteſt.*
97 *Legatus an alteri facultatem recipiendi beneficiorum reſignationem committere poſſit.*
98 *Confeſſio qualificata ſeparari non poteſt.*
99 *Legatus an poſſit committere renunciationem recipiendam, & collationem faciendam de beneficiis ex cauſa permut.*

Quæſt. XI.

1 Nono quæro de poteſtate legati circa beneficia conferenda. †ad quod reſpondetur quod lagatus de latere poteſt ex ſuæ legationis officio infra ſuam legationem beneficia conferre, dum tamen non ſint eccleſiæ cathedrales, aut regulares, aut collegiatæ, ſeu principales dignitates poſt pontificales in cathedralibus, dummodo illæ ſint electiuæ, vt in capitulo de liberatione de offic. leg. li. 6 legati autem inferiores puta nati ſiue miſſi, hoc non poſſunt, niſi eis ſpecialiter concedatur, vt probat tex in
2 capitulo primo de offic lega. lib 6 †Sed vidi dubitari, ſæpe contingit quod papa deputat aliquem non cardinalem legatum ſuum cum poteſtate legati de latere. Vtrum ille poſſit beneficia conferre, & videtur quod ſic, ex quo enim legatus de latere hoc poteſt, & ille datur cum poteſtate legati de latere, proculdubio videtur quod ipſe poſſit, & iſtā partem

tem ſequuntur in pratica do.de Ro.&c ita vidi ibidem iudica
ri,& dicebant antiqui patres inter eos ſemper de ſtilo fuiſſe
ſic obſeruatum, & propterea eſſet difficile in iudicio obtine
re contrarium, ſed de iuris rigore ego tunc dicebam contra-
rium. & multi ex dominis inclinabant in hanc partem,pro
quo facit tex in dicto capitulo primo in diuerſis partibus.pri
mo ibi cum dicit, quantumcunque plenariam legationem
obtineat,non enim potuiſſet magis exagerare,ſi enim dixiſ-
ſet plenam legationem, veniret quicquid in capitulo inclu-
di poteſt,ſicut dicimus de plena proprietate, vt eſt tex.in l.fę-
minæ.§.illud.C.de ſecun.nup.ſed vt magis exageraret, adie-
cit adhuc,quantumcunque, probat etiam hoc ille tex. in ſe-
quentibus ibi,niſi hoc alicui ſpecialiter duxerimus indulgē-
dum,ſi ergo ſpecialiter non indulgeatur,quantumcunq; ge
neralis, & ampliſſima poteſtas ei concedatur,huiuſmodi fa-
cultas non comprehenditur,vt in capitulo qui ad agendum
de procu.lib.6.& in clem non poteſt.eo.titu.& in l.pompo-
nius.ff.de procurato.ad quod facit quia quæ ſpeciali nota di-
gna ſunt &c. vt in l. item apud labeonem. §. ait prætor. ff.de
3 iniur.†Præterea uerba generaliter poſita non debent intelli-
gi cum alterius præiudicio, vt in capitulo ſuper eo.de offic.
deleg. & capitulo ex tuarũ de aucto.& vſupal. & l 2.§.ſi quis
a principe.& §.merito.ff.neqd in loco publico. igitur nō de-
bent illa verba cum poteſtate legati de latere intelligi, vt in-
cludant poteſtatem conferendi beneficia, cum hoc cederet
in præiudicium ordinariorum collarorum,& in eorum ſcā-
dalum,ad quod euitandum fuit edita diſpoſitio. d.cap.1.hoc
idem fundat illæ tex. in ſi.vbi dicit,qui ſicut honoris pręroga
tiua letantur, ex quibus verbis innuitur quod illud fuit con-
ceſſum legatis cardinalibus propter prærogatiuam tanti cul
minis, quæ ratio ceſſat in quocunq; inferiori etiam dato eſt
illa clauſula, & quacunque alia ampliſſima, cum ipſe digni-
4 tatem & culmen cardinalatus non obtineat.†Aduerte tamē
quod legatus etiam de latere beneficia vacantia in curia nō
poterit conferre.in cap.2.de præben.libr. 6. Idem ſi ſint alias
quomodolibet ſedi apoſtolicę reſeruata,quia ad talia officiũ
legati ſe non extendit,de offic.lega.cap.niſi ſpecialis. & cap.
quod tranſlationem.& cap. vt noſtrum.de appel.idem tenēt
5 do.de Ro.deciſ.121.†Sed quid de beneficiis deuolutis.glo. in
d. cap.2.tenuit quod legatus illa poterit conferre.idem tenet
gloſ.in clem. ſi de beneficio.de præbend. quia executor apo-
ſtolicus, qui eſt delegatus, poteſt illa conferre per illum tex-
tum,ergo & legatus.Specu.titu.de legat.§. nunc tractemus.
verſ.ſed nunquid.latius aſſumit hunc articulum,& primo di
cit videri,quod non poſſit, quia non ipſe,ſed papa eſt apoſto-
lica ſedes.ar.93.diſt.legimus. prope finem.Immo aliud eſt ſe
des apoſtolica, & aliud eſt legatus.arg.de ſenten. excom.ꝙ
de his,& aliud eſt Romana eccleſia,aliud eius legatus.eod.ti.
ea noſcitur. nec dicitur emanare a ſede apoſtolica, quod ab
eius legato emanat, vt not. Innoc.de fil.presbitero.cap. pen.
& ex quo papa ſibi aliquid reſeruauit, non venit in generali
6 legatione.†ſed tandem ipſe concludit contrarium, per.cap.
venarabilis. de præben.& arg. de præſump.mandata.quia &
quod metropolitanus facit ſedes apoſtolica dicitur facere.
64.diſt.ordinationes.legatus autem qui non eſſet de latere,
hoc non poſſet,per.d.c.1.nec obſt.c.literas.de ſupplen. negli.
præla.quia illud ibi contingit virtute mandati apoſtolici,nō
autem ex officio legationis, & ex his dic. Spec. habes pro &
contra, an nomine ſedis apoſtolicæ comprehendatur lega-
7 tus vel non. † & quia iſte articulus incidit hic,& eſt no. ideo
pro veritate huius articuli eſt dicēdum, quod aut quęrimus,
ubi agitur de reſeruatis papæ,& tunc nomine ſedis apoſtoli-
cæ non venit legatus,ſic intelligitur text.cum gl.in cle.quia
contingit.de reli. domi.aut ſumus in non reſeruatis, & tunc
comprehenditur legatus, pro hoc eſt gloſ. in c.cupientes.in
princip.de elect.lib.6.facit tex. de verbo.ſig.veniens.in prin.
eo. lib.ſed hoc limita niſi appoſita eſſet dictio taxatiua tan-
tum,vel dumtaxat,ut in clem.grauis.de ſenten.excom.nam
tunc non ueniret legatus,ut dicit ibi Lap.hoc tñ eſt indubita
tum ꝙ appellatione papæ non comprehenditur legatus etiā
8 de latere †ex quo infertur, ꝙ ſi papa dicit, reſeruamus nobis
abſolutionem talis excommunicati, nec penitentiarij eius
neque legati ſedis apoſtolicæ illum abſoluere poterunt, Ita
diſtinguit hunc articulum Domi. in c.ſi abbatem. de elec.li-
9 6.† Adde etiam quod appellatione Romani pontificis non
comprehenditur legatus etiam de latere, ut not. Lap. & Io.
de imo.in clem. cum ex eo. de ſenten. excom. ad quod alle-
gant.capit.1.& 2.cum ibi not de feu. vbi Ioan. And.tenet ꝙ
qui iurauit non alienare res eccleſiæ Roma. ponti. inconſul-
to,non poterit alienare cum conſenſu legati, in his autem q̃
ex ſpeciali concluſione papæ legatus exercet, appellatione
ſedis apoſtolicæ venit legatus, quia quod ipſe facit, eo caſu
papa facere videtur,iuxta gloſ. ca dilectus de fil. presbitero-
[illegible] ex his poteris ſumere praticam, quia quando lega-
tus exercet aliquid,quod venit in generali legationis officio
tunc non dicet ſe facere auctoritate papæ, ſed dicet auctori-
tate noſtrę legationis, vbi vero illud ſibi competeret tantũ
ex ſpeciali commiſſione ſibi facta, tunc dicet ſe illud facere
auctoritate ſedis apoſtolicæ, ad quod optime facit glo.in ca.
10 literis.de reſcrip.†Iuxta præmiſſa dubitabatur, an legato ne
gligenti conferre beneficium currat tempus Lateranen con
cilii, Lap.in d.clemen.ſi de beneficio.tenet quod ſic,quia le-
gatus eſt ordinarius in capitulo ſecundo. de offic.leg.libr.6.
ſed ordinario currit tempus Lateranen.concilii. in capitu-
lo ſecundo.de conceſ.pręben.igitur & legato.fatetur tamen
quod licet ſibi currat tempus tamen poterit conferre,donec
prælatus ſuę legationis iure proprio,vel deuoluto poteſt con
ferre, poſtquam aũt deuoluta eſſet collatio ad prælatum
extra ſuam legationem, tunc quouſque ad papam ſit de-
uoluta collatio, legatus non poterit conferre, per dictam
clementinam ſi de beneficio. & ita tenet ibi Ioannes
11 de Imol. Sed illud ſemeſtre a quo tempore incipiet currere
legato,dicas quod ab eo tempore quo inferiori ordinario col
latori ratio eſt, quia ipſe concurrit cum quolibet ordinario
collatore,& quod ſupra dixi legatum conferre poſſe benefi
cia ad collationem ordinariorum ſuæ prouinciæ ſpectantia
12 †limita verum,dummodo ſpectēt ad eos iure proprio,ſecus
ſi iure deuoluto,quia nullo iure repetitur, ꝙ in his concur-
rat cum ordinario,ſicut nec in his capitulum ſupplet negli-
13 gentiam epiſcopi,prout not. Innocent. in capitulo cum in
cunctis.de elect.ſuper verſic.capitulum.& Archid.in capitu
lo unico.ne ſede vac.lib.6 & Ioan.And.in nouel.in capitulo
quamquam de elec.lib.6.iſta duo ultimo dicta tenent dom.
de Ro.deciſ.316.iſtud ſecundum eſt ſatis dubium, ſed pro-
pter auctoritatem Deci.ſeruaretur in practica.& ſecundum
prędicta poſſent tres collatores concurrere in beneficio va-
cante ſcilicet papa,& legatus,& ordinarius. † quid autem ſi
concurrerent in eadem die,ita quod non appareret de prio-
ritate horę,dicendum ad hoc quod ſi confeſſione aduerſarij
de hoc conſtaret, illud ſufficeret, licet enim titulus benefi-
cii ex integro non poſſit probari per confeſſionem,iuxta no.
per Ioan.And.in capitulo eum qui.de eo qui mit.in poſ.lib.
6.in nouel.poteſt tamen probatio ipſius tituli per confeſſio-
nem coadiuuari,de quo habemus glo. ſingularem capitulo
duobus.de reſcrip. li.6.Idem & a fortiori vbi per teſtes,uel in
ſtrumenta de prælatione horę conſtaret, vbi autem illa ceſ
ſarent, tunc ſi inſtrumentum vnius collationis haberet ho-
ram, & aliud non haberet,illud quod habet horam,præfer-
retur,cum habeat magis claram & determinatam probatio
nem.Ita voluit Bald. in l. de rebus. C.de dona. ante nupt. vbi
vero omnia iſta ceſſarent recurrendum eſſet ad diſpoſitionē
c.ſi a ſede . de præben.lib.6.
14 Sed quęro de quæſtione,quæ fuit diſputata per fratrem Iacobum, quam ſic proponebat.le
gatus cui ſpecialiter papa commiſit,vt auctoritate apoſtoli-
ca poſſet in quolibet monaſterio ſuę legationis vnum mo-
nachum ponere, conceſſit cuidam,vt reciperetur in certo
monaſterio in monachum,& in fratrem, quæritur utrũ an-
nus probationis monaſterio reſeruetur,arguebat pro & cō
tra,& finaliter cōcludebat ꝙ beneficium annualis probatio
nis reſeruatur monaſterio,non tamen competit eis illa vo-
luntaria repulſio,quæ competeret, ſi legatus non ſcripſiſſet.
ad mandatum ergo legati illum recipient.ad quod alias non
tenerentur,& in hoc ualet gratia legati, ſed ſi probabunt iu-
ſtam cauſam repulſionis, illum minime compelluntur reci
pere,& ſic gratia ſatis confert, & ius commune non ląditur
& ſic tenuit Io.An.in regula indultum,de reg. iu.li.6.in mer
cu.& hoc eſt not.ad intellectum & practicam facultatum
quas hodie communiter habent legati de conferendis bene
ficiis regularibus in titulum, ubi enim deberent facultatem
& cōferēdi in cōmēdā nō eſſet opus in cōmēda hoc pratica-
re. An aũt huiuſmodi mādatum de recipiēdo aliquē in mo
15 nachum, quod non fuit adimpletum per realem ipſius rece
ptionem expiret legatione finita, licet executor ſuper hoc
fulminauerit cenſuras,Federi.de ſenis.conſ.297.tenet quod
ſic,ab identitate rationes.capitulo præſent.de offic.lega.lib.
6.†Vlterius quæro vtrum legatus de latere poſſit cōferre ho
ſpitalia,& facit dudum,quā hoſpitalia prohibentur dari in ti
16 tulum beneficialem, præterquam in duobus caſibus qui ha
bentur in clement.quia contingit. §.ut autem.de reli domi.
glo.in clem.per literas,de pręben, tenet,quod legatus nō po
ſit talia hoſpitalia conferre.Lap. de caſte.in tractatu de ſino
do .quæſtio.duodecima.dicit quod ſi ſpectant ad patronat.
laicorum, non poterit conferre,ſecus ſi ad patronatum cle
ricorum. ſed dicit quod de facto legati indiſtincte conferūt
Dom.in capitulo lin.de offi.lega.lib.6. in hac materia facit
longam diſtinctionem,aut eccleſia eſt principalis. & hoſpi
tale eſt acceſſorium, & tunc ſi eccleſia eſt de illis, quæ [illegible]
ca-

cadunt in poteſtatem legati, de quibus in capitulo delibera-
tione. eodem titulo & planum eſt, quod legatus non po-
rit, aut hoſpitale eſt principale, & eccleſia eſt acceſſoria, &
tunc dic vt dicetur infra de hoſpitali penitus ſeparato, ex
quo autem cognoſcatur quod iſtorum ſit principale, &
qđ acceſſorium, ego remitto ad gloſam valde notabil. in di-
cta clementina per literas. aut neutrum eſt acceſſorium, ſed
ſunt æque principalia, & ſimul unita, & tunc ſi eccleſia non
caderet in poteſtate legati, nec hoſpitale poterit conferre,
vt probat gloſa in dicta clementina literas. aut hoſpitale eſt
totaliter de per ſe ſine eccleſia, & tunc ſi eſt collegiatum,
quod eſſe poteſt, vt in capitulo cum olim. de arbitr. & de do-
na. inter dilectos. non poterit legatus de illo ſe intromittere,
ſicut nec de eccleſia collegiata poteſt, per dictũ capitulũ deli
17 beratione, † nam appellatione eccleſiarum veniunt hoſpita-
lia in materia proportionali vtriuſque, ut not. Ioannes An-
dreas in capitulo primo de in integr. reſti. ratio tamen qua-
re legatus non confert eccleſias collegiatas eſt, quia non
præſumitur quod multitudo quę habet eligere in collegia-
ta, exhæreditet ſicut vnus qui habet prouidere in non colle-
giata, quę ratio etiam in hoſpitalibus ęque militat, aut ho-
ſpitale non eſt collegiatum, & ſi eſt de patronatu laicorum,
non poterit conferre, aut non eſt patronatum, vel eſt de pa-
tronatu clericorum, & tunc poterit conferre, vt ſenſit Ioan-
18 nes Andreas in dicto capitulo finali. † nam habemus regulã,
quod legatus de latere poteſt concedere iſtas adminiſtratio-
nes beneficiales, a qua regula non reperimus iſtum caſum
exceptum, ergo &c. Nec obſtat dicta clementina per lite-
ras, per quam ſe fundat ibi gloſ. quia illud ibi probatur a con
trario ſenſu, qui ſenſus contrarius non habet locum vbi ha-
bemus in iure contrarium, vt voluit gloſa in capitulo ſigni-
ficaſti. de foro competen. & capitulo permittimus. de æta. &
qualitate, libro ſexto, hic autem habemus contrarium text.
in dicto capitulo primo. Ioannes de Imol. in dicta clementi-
na per literas, ſequitur ſimpliciter illam gloſ. nullum funda
19 mentum ad hoc allegans † ego in hoc, ſaluo iudicio meliori
diſtinguerem, quia aut prouidetur de hoſpitali, vt de benefi-
cio, quod tantum habet locum in illis duobus caſibus, de qui
bus in dicta clementina quia contingit. & tunc legatus de il-
lo non poterit ſe intromittere pro hoc gloſa in dicta clemẽ
tina literas, & probat ille textus qui in principio dat regulam
quod per literas ſedis apoſtolicæ, aut legatorum eiuſdem nõ
intelligatur prouideri de hoſpitali, poſtmodum excipit ab
hac regula, niſi in literis ſedis apoſtolicæ hoc caueatur ex-
preſſe, & ſic in hac exceptione non facit mentionem de le-
gato, vnde tacite omittendo uidetur de eo denegare, vt in l.
cum prætor. ff. de iudiciis. & in caſſ. te, de præſumptionib.
poteſt etiam, & aliter fundari per illum textum a contra-
rio ſenſu.

Nec obſtat ſi dicatur quod illud argumen-
tum non habet locũ
cum cõtrarium reperiatur in iure, ſcilicet in capitulo primo,
de officio legati, libro ſexto, dicendum quod ille textus hoc
non diſponit, nam ſolum dat legato de latere poteſtatem cõ
ferendi beneficia, conſtat autem quod ſub hac generalitate
non veniunt hoſpitalia, vt in dicta clementina literas, ergo
illud capitulum primum, non probat de hoſpitalibus, nec in
hac materia eſt agenda larga interpretatio, cum ex ea fieret
præiudicium ordinariis, quo caſu etiam facultate conferen-
di licet vtilitas veniat in alium deriuanda, ſit ſtricta interpre-
tatio, vt eſt textus notabilis in capitulo is cui. de præbend. li-
bro ſexto, & ibi tenet Dominicus. †

20 Collatio enim beneficiorum inter fructus epi-
ſcopatus computatur, iuxta glo-
ſam in c. cum olim. de maioritate & obedientia, non ergo
ad eam legatus debet extẽdere manus, niſi quatenus ſibi a iu
re expreſſo conceditur, Item quia ſuſcitaretur inter eos & le
gatos ſcandalum, ad quod obuiandum fuit editum illud ca-
pitulum primum, ut ibi ſupponitur in principio. †

Item quia iuriſditio & poteſtas legati etiam
in cõferendis beneficiis
eſt ſtricte interpretanda tanquam non naturalis ſed extraor
dinaria, & ſuper inducta, prout in iſtis terminis voluit gloſa
in clementina ſecunda, de officio ordinarij, aut agitur de
hoſpitali diſponendo aliter, quam ut de beneficio puta de-
putando in corectorem, & tunc cum hoc ſpectet ad ordi-
narium, vt in dicta clementina quia contingit, & in capitu-
lo de xenodochiis, de religioſis domibus, legatus idem face-
re poterit, cum concurrat cum eo in poteſtate, iuxta theo-
22 ricam ſuperius traditam. † Aduertendum tamen quod &
ſi legatus de latere habeat poteſtatem conferendi beneficia
hoc tamen fallit in his, quæ ſunt de iure patronatus laico
rum, illa enim non poteſt conferre, ut in capitulo dilectus, de
officio legati. & in capitulo cum dilectus, de iure patrona-
tus. quod limita verum ſi ad eos ſpectet ex fundatione illud
ius patronatus, ſecus autem ſi ex titulo, quia ceſſat tunc ra-
tio prohibitionis. quæ eſt ne laici retrahantur a fundatione
eccleſiarum, ita voluit Federicus de ſenis. conſilio ſexageſi-
moquinto, & dominus Cardinalis. in dicto capitulo dilectus
in dicta clementina per literas, quod eſt valde notabile ad
illos parrochianos, qui in multis locis prætendunt ius patro
natus ad ſe expectare ex conſuetudine, & licet inducant quã
dam pręſumptam fundationem, non tamen eſt præſumptio
omnino concludens. cum non omnes parrochiales eccleſię
fundentur per parrochianos. Item quia licet ipſi fundarent
tanquam ſingulares, non propterea alii parrochiani, qui nõ
eſſent eorum hæredes ſuccederent in tali patronatu, vnde re
linquendum eſt illud magis conſuetudini, & ſic ſecundum
prędicta de talibus parrochialibus poſſet legatus prouidere,
23 quod eſſet notandum.

An autem conſuetudo prædicta poſſit eis
dare ius patrona-
tus non eſt præſentis ſpeculationis, ſed vide de hoc per Archi
diaconum ſeptuageſima prima diſtinctione, hortamur, & p
Ioannem Andream in regula quod alicui gratioſę, de regu-
lis iuris libro ſexto, in mercurialibus ponit Abbas in c. quere
lam, de electionibus, & dicitur ſpectare ad ius patronatus lai
ci, etiam, ſi ſpectet ad clericum, dum tamen non ratione ec
cleſiæ, ſed ratione patrimonii, vel alias ad eum ſpectaret. vt
probat tex. in dicto capitulo cum dilectus. de iure patrona-
tus, ſi tamen ſpectaret ad pręſentationem perſonæ eccleſia-
ſticæ, tunc legatus bene poterit illud conferre, vt in dicto
capitulo dilectus, & in dicto capitulo cum dilectus, non ta-
men ex hoc præiudicare patrono quo minus occurrente
alia uacatione poſſit præſentare, ut in dicto capitulo dilectus
24 ſic etiam dicimus, ubi ſuperior ex negligentia inferio-
ris prouidet de beneficio, non enim in ſequentibus præiu
dicatur ordinario collatori, ut in capitulo ſicut, in fine de ſup
plenda negligentia prælatorum.

25 Sed vidi dubitari quid ſi ſpectet ad iſtos hoſpi
talarios ſancti Ioannis, &
dubium facit quia eorum hoſpitalia ſaltem in materia odio
ſa non veniunt appellatione eccleſiarum ut uoluit gloſa in
capitulo cupientes. in principio. de electione. libro ſexto
& ſic ius patronatus eorum non debeat cenſeri ius patrona
tus eccleſiæ, ſed contrarium eſt verum. ex quo enim non
cõpetit eis ratione perſonarum ſiue patrimonii, iudicari de
bet ratione eccleſiæ ad eos pertinere. ad quod in ſimili facit
deciſ. Rotę ducenteſimatertia. in antiquis. quæ dicit quod
26 ſi iſtæ beguinæ habent ius patronatus non cenſetur patri-
moniale, ſed potius eccleſiaſticum, ex quo ratione perſona-
rum eis non competit. ex quibus inferrem limitationem ad
quæ nota. gloſ. in dicta clementina, per literas, & per docto.
in capitulo cum in illis. §. primo. de præbendis libro ſexto.
27 † quod ubi papa mandat prouideri de beneficio ſpectante ad
præſentationem laicorum patronorum, niſi hoc exprimat
in conceſſione, non debetur huiuſmodi beneficium, ut intel
ligitur eo tantum caſu, quo illi laici ex fundatione, conſtru-
ctione, vel dotatione eſſent patroni, ſecus autem alias ſi ex
præſcriptione, uel conſuetudine, uel priuilegio. † quid tamen
ſi ſpectet ad præſentationem clerici & laici ſimul. an legatus
poterit illud conferre. Gaſpar de cal. in dicto capitulo dile-
ctus. tenet alias fuiſſe conſultum quod ſic, ut potius attenda-
tur cauſa permitens, quam prohibens, dicit etiam quod
alias fuit conſultum, & deciſum contrarium, & hanc ulti-
mam opinionem, ſequitur Abbas Siculus, ibi ad quod indu
cit not. per gloſam, in capitulo vnico de iure patronat. libro
ſexto facit. l. ſi communem. ff. quemadmodum ſeruus amit.
ubi maior retinet ſeruitutem ex perſona minoris, ad idem
capitulo ſacris de ſepulturis, cum ſimilibus. ſed contrarium
tenẽt dñi de Rota Dec. ducenteſimaſexageſimaſexta. in an-
tiquis, in ſimili materia, uidelicet in caſu capituli ſecundi
de præbendis, libro ſexto. ut licet illa reſeruatio non exten-
datur ad beneficium ſpectans ad ius patronatus laici, iux-
ta gloſam ibi, ſecus ſi ſpectet inſimul ad ius patronatus
laici & clerici, quia magis dignum trahit ad ſe minus
dignum &c.

Et argumentum eorum quæ textus dicit de
arbitris laico, & clerico in
cauſa ſpirituali. in capitulo per tuas, de arbitris, ſed licet pro
pter auctoritatem Rotæ forte in practica iſtud obtineret in
terminis, in quibus loquitur, tamen de iure uerior uidetur
opinio contraria ad quam etiam facit id quod notat. Barto-
lus in l. ateyus. de aqua pluuia. arcenda de diruptione do-
mus cuius pars ſuperior eſt non delinquentis, & pars infe-
rior eſt delinquentis. nec obſtãt fundamenta deci. quia non

loquuntur vbi agitur de extendendo pœnam de uno ad alterum prout eſt in propoſito, & iſtam etiam partem tenet Federicus de ſenis conſilio ſexageſimoquinto, & hæc ſunt menti tenenda.

29 Sed pone quod beneficium non ſpectat ad præſentationem laici, ſed ad collationem eiuſdem, prout interdum contingit in regibus, qui ex priuilegio apoſtolico interdum habent beneficia aliquarum eccleſiarum conferre, ut dixit gloſa decimaſexta quæſtione ſeptima in ſumma in capitulo imperium. decima diſtinctione & textus in capitulo dilectus, clementina tertia. de præbendis, an legatus poterit ſe de iſtis intromittere, & tenerem quod ſic, quod ſatis cõcluditur ex prędictis, ad idem faciunt notata per Archidiaconum. & Ioannem Andream in nouella, in capitulo ſecundo, de præbendis, libro ſexto, vbi tenent huiuſmodi beneficia comprehendi in generali reſeruatione facta de uacantibus in curia, per illum textum, licet interdum Romani pontifices ab his conferendis abſtinuerunt propter ſcandalum vitandum. hoc idem ſenſit dominus Nicolaus papa tertius de quo refert Speculator titulo de legato. §. nunc tractemus. verſiculo ſed nunquid legatus, quod aſſumptus ad pontificatum contulit præbendam quã ipſe ante ſuam promotionem obtinebat in eccleſia Landunen. rex tamen Franciæ dicens collationem illius ad ſe ſpectare, eam alii contulit de facto. conſulo tamẽ quod propter ſcandalum uitãdum legatus ab horum collatione abſtineat quemadmodum in papa dicunt Ioannes Monachus, & Ioãnes Andreas. in nouella in dicto capitulo ſecundo, de præbẽ-
30 dis. Vlterius quæro pone quod ad aliquem eccleſiaſticum ꝑtinet collatio beneficii de iure ſpeciali, puta ex priuilegio, uel præſcriptione, nunquid legatus poſſit talia beneficia cõferre, Federicus de ſenis conſilio ſexageſimoquinto, tenet ꝙ ſic, nam præſentatio pertinet ad patronum de iure ſpeciali, & de gratia, ut in capitulo. quoniam. de iure patronatus, nihilominus legatus confert talia beneficia, ut prædictum eſt. ſed Abbas ſiculus in dicto capitulo dilectus. dicit iſtud fore uerum in priuilegio generali, ſecus ſi papa contuliſſet alicui priuilegium ſpeciale, ut poſſet certa beneficia conferre, de illis enim legatus ſe non poſſet intromittere, quia ſpecialis promiſſio derogat generali, ut in capitulo ſtuduiſti. de officio legati, & capitulo dudum, de præbendis, libro ſexto, ſed ego indiſtincte teneo opinionem Federici, quia textus in dicto capitulo primo, de officio legati, libro ſexto, indiſtincte dat facultatem legato de latere conferendi beneficia intra ſuã prouinciam vacantia. Nec obſtant iura in contrarium allegata, quia loquuntur in eo qui ex ſpeciali facultate Papæ habet poteſtatem conferendi beneficia in genere, tunc enim ſi alius habeat ab eodem facultatem magis ſpecialem, generi derogatur per ſpeciem, ſecus tamen eſt in legato qui iure ordinarię ſuæ poteſtatis, poteſt beneficia conferre, non enim eius poteſtas tollitur, etiã ſi papa mandet alii ſpecialiter prouideri. ſicut alterius ordinarii collatoris, ut in capitulo dilectus. clementina ſecunda. de præbendis, niſi eſſet appoſitum decretum in mandato ſpeciali, uel inhibitio intimata ordinario collatori, aut reſeruatio fuiſſet facta, uel alii modi afficiendi beneficium interueniſſent. de quibus in capitulo primo, & capitulo ſi ſoli, vbi gloſa longa & magiſtra, de conceſſione præbend. libro ſexto, & capitulo ſi poſtquam. de præbendis, eodem libro, & per gloſam, & doctores in capitulo ſi eo tempore. de electio. eodem libro. capitulũ ſtuduiſti. nõ loquitur in collatione beneficiorum, & ſic ſumus extra caſum illum. nec inde poſſunt trahi argumenta contra iura quæ ſuperius induximus quę expſſe in caſu noſtro diſponunt Et pręſertim quia illo caſu adhuc opus eſſet illi, qui uult declinare iuriſdictionem legati, quod exciperet cauſam fore delegato ſpecialiter commiſſam, per ea quæ notat Innocentius in capitulo cęterum. & capitulo cum cõtingat. de reſcriptis. & capitulo 1. de conceſſio. præben. lib. 6.

Nec obſt. dictum capitulum dudum. quod multum videtur in ꝯtriũ vrgere, nam ibi poteſtas recipiendi reſignationes. & conferẽdi beneficia reſignata competebat legato ex poteſtate delegata, quia ibi ponitur verbum auctoritate noſtra, quod uerbum ſapit delegationem, iuxta gloſam in capitulo vnico, de clericis ægro. libro ſexto. †Sed aduertendum quod in collatione, quam facit legatus alias obtinenti beneficia, debet fa-
31 cere mentionem de beneficiis, quæ ille obtinet, alias collatio. & prouiſio eſt ipſo iure nulla, ut in capitulo finali. de officio legati. libro ſexto, & in clementina ſecunda. eodem titulo. hoc tamen in permutatione non procedit, & ſic limita prædicta iura, quod patet, quia loquuntur in libera collatione, illa autem quæ fit cum permutationibus non eſt libera. cum ſi fieret alteri tertio foret nulla, ut in clementina unica, de rerum permutatione. & ita uoluit Federicus de ſenis conſilio ſeptuageſimotertio. nec ſufficit qualiſcunque men-
32 tio, ſed requiritur ſpecialis, ut ibi dicit textus, † ſed quam dices ſpecialem mentionem, dicas non ſufficere mentionem in genere, ut pote ſi dicat, confero tali beneficium non obſtãte quod habeat aliam beneficia, prout voluit gloſa in dicta clementina ſecunda. allegando textum in dicto capitulo nõ poteſt. §. finali. de præbendis. ſimile dicimus quod vbi requiritur expreſſa mentio non ſufficit in genere haberi mentionem, iuxta gloſam in capitulo ſi epiſcopus. de præbendis, libro ſexto, & in capitulo inquiſitores. de hæreticis. eodem libro, & in clementina per literas. de præbendis quod valet ad iſta priuilegia hodierna quæ habent huiuſmodi clauſulas derogatorias, de expreſſa mentione requirenda, de quo remitto ad ea quæ ſuperius in eodem tracta-
33 tu dixi quæſtione ſeptima.†

Sed dubium eſt quid ſi legatus cõfert beneficia vigore ſpecialis facultatis ſibi a papa conceſſę, vt pote, quia iure legationis non poteſt conferre, vel quia non eſt de latere, vel ſi eſt tamen beneficia ſunt reſeruata, an in horũ collatione debeat facere mentionem de beneficiis, quæ obtinet is cui prouidetur, Archidiaconus, & Ioannes Andreas. in capitulo is cui. de præbendis, libro ſexto, ſentiunt quod ſic, & pro eorum dicto facit, quia delegatus debet facere, ſicut delegans feciſſet. vt in capitulo ſuper literis. de reſcriptis, in fine, ad idem facit gloſa in dicta clementina ſecunda, quæ vult, quod ſicut ordinarii non tenentur facere mentionem, ut ibi, ita nec eorum delegati. Idem dicas per contrarium, vt ex quo papa facit, vt in capitulo ſi motu proprio de præbendis libro. ſexto, ſic & eius delegati. ſed Dominicus licet ſub dubio in dicto capitulo is cui, videtur ſentire contrarium, per textum in dicta clementina ſecunda, quæ tantum hoc onus exprimendi imponit legatis, aliis autem ſine hac expreſſione facultatem conferendi concedit igitur iſte legatus qui non confert iure legationis, poterit ſine hac expreſſione conferre.

Item quia iſtæ expreſſiones nõ ſunt fiendę, niſi in iure, iuxta gloſam in clementina prima, de præbendis, non tamen reperitur in iure quod hoc caſu debeat huiuſmodi expreſſio fieri. ego tamen tenerem opinionem contrariam de qua ſupra. propter motiua pro illa parte inducta, & ita ſentit gloſa in dicta clementina ſecunda, in gloſa finali.

Nec obſtat textus in dicta clementina ſecunda, ibi, in aliis autem &c. nam ſub illis uerbis delegatus ſedis apoſtolicæ non poteſt comprehendi. cum enim fuiſſet in principio clementinæ expreſſus legatus, illa clauſula generalis ſubſequens, in aliis autem &c. non poteſt comprehendere delegatum papę, qui eſt maior legato quoad ſibi commiſſa, ut in capitulo ſedes de reſcriptis, & in clementina non poteſt. de procuratoribus, & quod ſit maior eo. facit de officio lega. ſtuduiſti, & capitulo ſane, clementina ſecunda, de officio delegati. & præſertim hoc procedit, vbi ex generalitate illa uolumus iuris communis diſpoſitionem violare, ut contingit in caſu noſtro, per prædicta, quo caſu ſtricta interpretatio eſt facienda, iuxta regulam, quæ a iure. de regulis iuris, libro ſexto, & per gloſam, & doctores, in auctentica quas actiones. C. de ſacroſanctis eccleſi. & per hæc reſpondetur ad ſecundum motiuũ quod in contrarium inducebat Dominicus de gloſa, clemẽtinę primę, de præbendis, vnum tamen ego putarem quod illo caſu non deberet fieri ſpecifica mentio de primis beneficiis, iuxta diſpoſitionem dictæ clemtinæ ſecundæ quia illa loquitur quando confert beneficia iure legationis, non autem quãdo iure ſpecialis commiſſionis, vt in caſu propoſito, quo ſufficeret generalis mentio, ut in papa ſufficit, vt in dicto ca-
34 pitulo non poteſt. §. finali. cuius vices iſtæ gerit. † Aduerte tamen quod quando legatus confert beneficia in vim ſpecialis commiſſionis debet tenere formam circa perſonam cui prouidet, de qua in capitulo is cui. de præbendis, libro ſexto. & ideo ipſi obtinent a papa apponi in huiuſmodi facultate quod poſſint conferre beneficia idoneis perſonis quotcunque, & quæcunque, & qualiacunque beneficia obtinentibus, vt iam ego vidi, & cum hoc ſe eximunt ab obſer-
35 uantia illius capituli.†

Quid tamen ſi legatus motu proprio hoc expreſſo in literis confert alicui beneficium, de alio quod obtinet non habita mentione, nunquid valebit collatio. ſicut valeret, ſi papa feciſſet per capitulum ſi motu proprio, de præbendis, libro ſexto, gl. in d. c. ſi. de officio legati, libro ſexto, arguit primo quod non, quia in papa eſt ſpeciale, quia non eſt ligatus legibus, ſicut legatus. C.

de

de legibus. digna vox. & capitulo propoſuit. de conceſſione
præbendæ, ego aliud in papa, aliud in legato, ſed concludit
contrarium, nã ſolum in impetratione beneficii requiritur
iſta mentio, ſecus autem in motu proprio, vbi non poſſumus
dicere fore aliquam impetrationẽ, nec eo caſu poteſt impu-
tari illi, cui facta eſt collatio, cum ipſe prædictum beneficiũ,
non impetrauerit, & in hac concluſione tandem relidet glo-
ſa. Et idem tenet gloſa in dicta clementina ſecunda, de offi-
cio ordinarij. primam partem tenuit Ioannes Monachus in
dicto capitu. finali & Archidiaconus in dicto capitulo ſi mo-
tu proprio, ſed Ioannes Andreas in nouella, in dicto capitu-
lo finali. videtur ſequi illas gloſas, Lapus tamen ibi tenet pri-
mam opinionem per dictam clementinam ſecundam, quę
indiſtincte loquitur, & tex. in dicto capitulo ſi motu proprio,
loquitur ſpecialiter in papa, & idem tenet Paulus in dicta cle
mentina ſecunda, Ioannes de Santutiis. tenet illas gloſas, &
idem ſequitur Dominicus in dicto capitulo finali ex hoc fun
36 damento, †ideo enim eſt ſurreptitia prouiſio facta de benefi-
cio habenti alias beneficium, quia non præſumitur quod ſi
papa hoc ſciuiſſet, contuliſſet illi beneficium, uel ad minus
non ita facile conceſſiſſet, vt notat Innocentius de exceptio
nibus, cum eccleſiaſticæ, quæ ratio ſolum militat contra im
petrantem, non autem contra illum, cui fuit prouiſum mo-
tu proprio, cui propter dictam non expreſſionem, nihil cul-
pæ poſſet aſcribi. Idem tenet dominus Cardin. in dicta cle-
mentina ſecunda, ſed Ioannes de Imola tenet opinionem cõ
trariam, & dicit eam magis communem, & ad hoc inducit,
quia nedum aliter facta collatio teneret ex defectu volunta-
tis, quia non præſumitur, quod habenti beneficium contuliſ
ſet aliud legatus, verum etiam ex defectu poteſtatis, quia iu-
ra dant poteſtatem legato conferendi beneficia ſub hac con
ditione, & adiecta hac qualitate ſcilicet dummodo faciat
mentionem de beneficiis quæ ille obtinet, & iura quæ hoc di-
cunt generaliter loquuntur, nec diſtinguunt, an motu pro-
prio, uel ad inſtantiam legatus prouideat, & ego ſequor hãc
partem, & præcipue ex hoc vltimo fundamento, quod ego
fortifico ex alio, quod iudicio meo firmat ex toto illam con-
cluſionem ſi enim mentio iſta eſſet fienda per legatum pro-
pter vitandam ſurreptionem, ſufficeret eam generaliter fie-
ri, vt in dicto capitulo non poteſt. §. finali. de præbendis, libro
ſexto, quia tamen non tantum ad hoc inductum fuit, ſed
etiam pro forma in collatione legati danda, fuit neceſſe
quod eſſet mentio ſpecialis, vt in dicta clementina ſecun-
da, de quo late ſuperius eſt dictum, & hoc etiam coadiuuat
pratica, nunquam enim legati conſueuerunt huiuſmodi
clauſulam motus proprii in ſuis prouiſionibus apponere,
quaſi de nullo ſeruiat.

Verumtamen quoniam multa ſuperius diximus de be-
neficiis vacantibus, & eorum prouiſione fienda per legatos,
37 †ſupereſt inueſtigare an de beneficiis vacaturis legatus ſe po
terit intromittere, & dicendum quod ſic faciendo reſerua-
tionem de eiſdem, dum tamen ſit legatus de latere, inferior
enim legatus, ſicut non poteſt conferre, ſic nec reſeruare,
vt dicit gloſa in capitu. pręſenti de officio legat. libro ſexto,
adhibita tamen in hoc moderatione, vt poſtquam in aliqua
eccleſia cathedrali, vel collegiata fecit aliquam reſeruatio-
nem, illa pendente non faciat aliam in eadem, & poſtquam
alibi reſeruauit beneficium ſpectans ad collationem alicu-
ius, inquantum illa pendet non faciat reſeruationẽ de alio
beneficio quod ad illius ſpectat collationem in dicto capitu
38 lo præſenti, de officio legati, libro ſexto. † Ex quo infertur
quod illa finita poterit ſecundam facere, quod etiam tenet
gloſa ibi, ſed quid ſi fuit finita per hoc quod ille pro quo ema
nauit conſeruatio conſecutus eſt beneficium pro ipſo reſer-
uatum, demum legatus ad eandem collationem vult face-
re aliam reſeruationem, an teneatur de prima facere men-
tionem. Ioannes monachus ibi in addit. arguit quod ſic argu
men. capituli finali. eo. titulo, & per capitulum mandatum.
de reſcriptis. cum capitulis ſequentibus, quod enim ibi ſer-
uat papa, ſeruare debet legatus, argumen. de reſcriptis ſuper
39 literis, in fine. †nam licet legatus habeat ordinariam iuriſdi
ctionem, quia tamen miſſus eſt. ſeruare debet formam mit-
tentis, ſubdit tamen quod non dicet. non obſtan. ſicut dicit
papa, ſed dicet etiam ſi pro alio reſeruationem fecimus, quæ
non pendet, hæc dicit vera in vacatura, ſed ſi vacantem con-
ferret, non eſt neceſſe facere aliquam mentionem. idem ſe-
40 quitur ibi Ioannes Andreas in nouella. † Nec etiam quãtum
cunque plenariam legationem obtineat, reſeruare poterit
eccleſias cathedrales, uel regulares, aut collegiatas, aut prin-
cipales dignitates poſt põtificales in eccleſijs cathedralibus,
dummodo ad eas conſueuerint, qui præficiuntur per viam
electionis aſſumi, vt in capitulo deliberatione. eodem ti-
tulo, & libro.

41 Pro declaratione tamen prædictorum quæritur, † an in
eccleſia quæ non eſt collegiata poterit inſimul lega-
tus reſeruare multa beneficia, dicas quod ſic, quia de iure
antiquo hoc poterat, niſi fuiſſet eius poteſtas reſtricta, ut di-
cit gloſa in dicto capitulo præſenti, igitur ſtari debet iuri an-
tiquo, ubi non eſt muratum, conſtat autem quod tex. in di-
cto capitulo præſenti, loquitur tantum in eccleſia cathedra
li, uel collegiata igitur &c. & hoc tenet ibi Ioannes Andreas
in nouel. quod intellige niſi ex alio capite impediretur ut pu
ta, quia ſpectarent ad collationem eiuſdem, quia tunc non
poſſent vt in dicto capitulo præſenti.

42 Sed quam dices eccleſiam collegiatam, gloſ. in capitulo nobis. de iure pa-
tronatus, tangit ſed non bene determinat. & idem glo capi.
ſtatutum. de electio. libro ſexto. Innocentius tamen in capi-
tulo poſtulaſti. de iure patronatus. & Hoſtienſ. & Ioannes
Andreas in capitulo nobis. eodem titulo, late aſſumpſerunt
iſtum articulum, ex quorum dictis aliquibus additis ſic con
cludo, quod primo deueniendum eſt ad primam inſtitutio
nem eccleſiæ, & ſi a principio fuit inſtitutum, ut eſſent
ibi plures, ut collegium, erit collegiata eccleſia, & intelli-
ge quod debuerũt inſtitui ad minus tres, quia pauciores nõ
conſtituunt collegium, vt uoluit gloſa, decima diſtinctione
capitulo primo. & in capitulo primo. de electione. & in dic.
43 capitulo nobis, pro quibus eſt textus in l. neratius. de uerbo-
rum ſignificationibus, † ſi tamen a principio fuiſſent tres, vel
plures, & omnes deceſſiſſent excepto uno, non propterea pe
riret collegium, immo in illo uno conſeruaretur ius collegij
ut in l. ſicut. §. fina ff. quod cuiuſque uniuerſitatis, & per glo
ſam in capitulo ſecundo, de poſtulatione prælatorum & in
dicto capitulo ſtatutum. libro ſexto, immo & ſi omnes mo-
rirentur no propterea ius collegii periret, ſed aliquo uel ali-
quibus ibi poſtea inſtitutis, reſurgeret ius collegii, ut no-
luit Innocentius in dicto capitulo poſtulaſti. & in capit. cum
ex iniuncto. de noui operis nunciatione. Si uero nõ apparet
de primęua inſtitutione, & eccleſia habet priuilegium ſuper
iure collegii, cenſebitur collegiata, & hoc uoluit Federicus
de ſenis conſilio ſexageſimoprimo, ſi uero non habet priui-
legium, recurendum eſt ad quaſi poſſeſſionem, ut ſi ſit in qua
44 ſi poſſeſſione collegii, cenſeatur collegiũ, alias non, † cogno
ſcetur autem quod ſit in quaſi poſſeſſione collegii, ſi exer-
cet iura pertinentia ad collegium, ut puta quia conſueuerũt
facere ſindicum, & per eum iurare vel litigare. l. pri. ff. quod
cuiuſque uniuerſitatis. & in capitulo imperatorum. & capi-
tulo in pertractandis, de iuramen. calumniæ. uel habent ſi-
gillum commune, ut in capitulo ſignificante. de appel. vel
conſueuerunt eligere prælatum, & idem in ſimilibus quæ
ſunt ſigna uniuerſitatis, nec eſt neceſſe quod habeant inter
ſe aliquem tanquam capitulũ non enim eſt hoc de ſubſtan-
tia collegii. vt not. Innocentius de præbendis. cum non igno
tes. ad quod facit quod not. de maioritate & obed. capitulo
1. & cap. cum nobis olim. de electio.

45 Quid tamen in dubio quia forte ex nullo prędictorũ cõ-
cluditur fore collegium, dicas quod in eccleſiis cathedrali-
bus & regularibus. in dubio præſumitur plures conuenire ut
collegium, ut uoluit Hoſtien. in d. cap. nobis in aliis autem ec
cleſijs ſecularibus eſt ſecus, per notata per Innocentium in d.
capitulo poſtulaſti. & idem tenuerunt domini de Rota deci-
46 ſione. 878. in antiquis. †

Subſequenter quæro, an legatus poſſit ſi-
mul reſeruare duo
beneficia ſpectantia ad præſentationem alicuius, vel etiam
ad inſtitutionem, vel vnum ad præſentationem aliud ad in-
ſtitutionem eiuſdem. ſolutio videretur quod ſic, quia textus
in dicto capitulo præſenti, prohibet de pertinentibus ad col-
lationem, ergo ſecus in præſentatione & inſtitutione, ſed
Ioannes Andreas in nouella dicit quod illud ſibi non placet
attenta mente cõcedentis, allegat not. in clementina vnica.
de rerum permutatio. in gloſa penultima, & idem ſequitur
Domini. in dicto capitulo præſenti, quia papa vult excludere
grauamen, quod fiebat ordinariis, qui ſic grauarentur per re-
47 ſeruationem præſentationis ſicut collationis. † in inſtitutio-
ne autem abſolute dicit, quod legatus non poſſit eam reſer-
uare ſibi, quia illa eſt iuriſdictio, & legatus non poteſt inhibe
re ſubditis ordinarii, ne ſuper ſpectantibus ad eius iuriſdictio
nem habeant recurſum ad eum. Ego tamen ſalua correctio-
ne in omnibus iſtis tenerem contrarium, immo quod lega-
tus de latere poſſit inſimul reſeruare plura beneficia ſpectan
tia ad præſentationẽ, vel ad inſtitutionẽ, aut mixtim vnũ ad
præſentationem, & aliud ad inſtitutionẽ eiuſdẽ, & ad hoc in
duco tale motiuũ. certũ eſt, quod iſti modi prouidendi ſ. per ele-
ctionem, collationẽ, præſentationẽ, & inſtitutionẽ adeo ſunt
diuerſi, quod vno expreſſo non venit alius, vt in capitulo cũ

in illis. §. cum autem. de præbendis. libro ſexto, conſtat an-
tem quod capitulũ præſenti. loquitur de collatione ergo nõ
debet extendi ad alios modos prouidendi. non obſtat motí-
uum Ioan. And. quod de mente Papæ conditores illius decre
ta. fuit idem diſponere in caſibus prædictis. nec etiam obſtat
glo. in dicta clementina per eum inducta, quę dicit quod tex
tus in dicto capitulo cum in illis. loquitur in materia odioſa
ſecus autem in materia fauorabili, ubi datetur eadem ratio.
nam dico quod de hac mente papæ non conſtat per uerba,
quia illa ad hoc non ſeruiunt, ut prædiximus, non per ratio-
nem, quia diuerſa ratio eſt, quod patet, quia magis grauatur
ex reſeruatione legati is ad quem ſpectat collatio, quam ad
quem ſpectat præſentatio vel inſtitutio, quia collatori tolli-
tur plenaria diſpoſitio quam habet in beneficio, quod non
eſt in præſentante, uel inſtituente, ad quod etiam faciat tex-
tus de officio legati, dilectus ibi plus iuris & c. † Rurſus, quia
48 ut paulo ſuperius diximus, ſequendo Ioan. And. & glo. in di
cto capitulo pręſenti. reſtringẽdo facultatem. legatorum cir
ca reſeruationes cum agimus de eorum præiudicio, & de te
exhorbitanti a iure, quod ipſis facultatem reſeruandi bene-
ficia indiſtincte concedebat. de iure patronatus. cũ dilectus,
ut non reſtringatur hæc facultas ultraquam per dictum cap.
præſenti, & deliberatione; reperitur reſtricta, quo caſu debet
fieri ſtricta interpretatio, nec expreſſo uno modo prouiden-
di, debemus extendere ad alium, iuxta gloſam in dicta cle-
mentina, quam illi pro contraria parte inducebant, & iuxta
textum in dicto capitulo cum in illis. §. cum autem. & quod
de inſtitutione. dicit Domini. non eſt uerum, & contra-
49 rium tenet Paulus in dicto capitulo præſenti. † Nec ob-
ſtat quod ſit iuriſdictionis, quia non propterea concludi-
tur quod legatus non ſe poſſit de illa i...omittere, ex quo
a iure datur ſibi generalis poteſtas reſeruandi beneficia,
& in dicto capitulo. & deliberatione. ſicut in alus re-
ſtrinxerunt, hanc facultatem, reſtrinxiſſent in hoc ſi
uoluiſſent.

50 Quid tamen ſi reſeruauit legatus beneficium quod ſpectat ad collationem epi-
ſcopi, & hac reſeruatione pendente reſeruat aliud, quod ſpe
ctet ad collationem ipſius & alterius, quid valet reſeruatio
ſecundi. glo. in dicto capitulo præſenti. mouet quæſtionem,
& cõcludit quod, quia licet ſpectet ad collationem alterius
tamen etiam ſpectat ad collationem illius, & allegat ſimile
de eo quod dixit de reſcriptis. ſtatutum. §. cum uero. in gloſa
ſecunda, & qui iurat ſuum non eſſe, iurat, & ſibi commune
non eſſe. ff. de uerborum ſignificationibus. l. pupillus. § ulti-
mo. ad hoc. ff. de legatis. tertio. l. ſi quis ſeruos. ubi teſtatore
legante ſeruos ſuos, & qui totum, & qui in parte ſui ſunt, le-
gati eſſe videntur.

Nec obſtat de præbendis, cum in illis, in fine quia illud induxit intentio papæ, qui illum
ſolum gratiare intendebat, nec etiam obſtat id quod dixit in
capitulo cum aliquibus. de reſcriptis, libro ſexto, quia ſimili-
tudo & identitas rationis illud inducit. & illam gloſam, ſe-
quuntur Archidiaconus, & Ioannes Andreas in nouella, in
d. capitulo præſenti. quos etiam ſequitur Dominicus, & ex
51 illa gloſa. infertur quod cum de iure ſi quod beneficium mo
noculare in gratia expectantis non comprehenditur, niſi de
monocularitate fiat mentio, ut notat Archidiaconus in ca
pitulo ſi pro clericis pauperibus, de præbendis, libro ſexto, &
gloſa in clementina prima de præbendis, quia non eſt uериſi
mile, quod papa uoluerit grauare eum, qui tantum beneficij
habet collationem, quod ſi quis per ſe ſolum habet collatio
nem alicuius beneficii, ſimul etiam cum alijs habet collatio
nem alterius, quod iſte non dicetur monocularis collator,
quia quod ſpectat ad collationem ſui, & alterius, etiam ſpe
ctat ad ſui collationem, per ſupradicta & hanc ſententiam
tenuerunt domi. de Ro. deciſione. 151. in antiquis. licet non
allegent iſtam gloſam.

52 Et quia in ſuperioribus dicitur, legatum certis caſibus, de
quibus in dicto capitulo præſenti. qui ſupra ponuntur pendẽ
te una reſeruatione non poſſe aliam facere quæro an ſi ſuper
prima pendet lis, nunquid poſſit aliam facere, Archidia. in
dicto capitulo pręſenti. dicit quod non, quoniam patria ad-
huc pendet, cum finale iudicium ſit inſpiciẽdum. de frigid.
& malefic. fraternitatis, facit clementina prima. ut lite pen-
dente. & facit quod notat Compoſtellan. de reſcriptis,
capitulum, ſuper gloſa finali. ſecundum Ioannem An-
dream in nouella.

53 Rurſus quoniam in ſuperioribus diximus, iux ta dictum c. deliberatione.
quod non poterit reſeruare maiores dignitates poſt pontifi
cales in cathedralibus, dum tamen ſint electiuæ, cum maio
rites conſideretur ut circa multa, reſpectu enim ordinis arch
presbyter eſt maior Archidiacono, & reſpectu adminiſtratio
nis Archidiaconus eſt maior archipresbytero, de quo per glo
ſam vigeſimaprima diſtinctione in nono. Quæro de qua ma
ioritate hoc intelligemus, & gloſa in dicto capitulo delibera-
tione, intelligit de maioritate prælationis, in qua inſpicien-
da eſt conſuetudo cuiuſque eccleſiæ. circunſcripta tamen
conſuetudine de iure communi, Archidiaconus eſt maior,
vnde ille tex. intelligitur de illo, qui præeſt capitulo, & con-
uocat capitulum, addit Ioannes Andreas ibi in nouella. hoc
etiam intelligendum eſſe de maioritate quæ ſit in actu, non
54 in habitu tantum, licet caſualiter deducatur ad actum, † ex
quo infert ſe ſemel conſuluiſſe in eccleſia Taurinen. præpoſi
turam eſſe maiorem dignitatem in eccleſia poſt epiſcopum,
quia immediate ſedebat, & ſcribebat poſt epiſcopum, & vo-
cabat capitulum, tenebat ſigillum non ut miniſter, ſed vt
præſidens, iubens ex illo literam ſigillari. conſeruabat priui-
legia, & iura capituli velut maior. in collationibus, & corre-
ctionibus ſpectantibus ad capitulum erat maior & primus,
hæc ſunt ſigna maioritatis, non obſtante quod vacante ec-
cleſia Archidiaconus gerebat vices epiſcopi, quo tempore
imperabat præpoſito, quia tunc faci illa ut alius, id eſt vt ge-
rens vices epiſcopi, ad quod faciunt argu. de tanquam de ele
ctio. cum inter canonicos, cum concordan. Item quia tem-
55 poraliter illa facit, quod eſt ſatis ponderandum. † nam vide-
mus quod id quod habetur ad tempus non facit vacare titu-
lum parrochialis eccleſiæ, vt patet in commenda de electio-
ne. nemo deinceps. libro ſexto. quod ſecus eſſet ſi haberetur
56 perpetuo. de præbenen. de multa. † Item videmus quod ha-
bens temporalem vicariam eccleſiæ parrochialis non arcta
tur ad ordines recipiendos. per capitulũ licet canon. de ele-
ctione libro ſexto. quod ſecus eſſet ſi haberet perpetuum,
in clementina vnica. de offic. vica. Item talis geſtio venit per
caſum aduentitium ſcilicet mortis. ideo non debet haberi
in conſideratione. ff. de in lit. iur. l. prima. non enim ſunt pon
derandi caſus euentus. ff. de re iudicata. l. ſi quis ab alio. ff.
qui & a quibus ma. l. non ſi. l. Iulianus. cum concordan. faci t
vigeſimatertia quæſtione quinta. de occidendis. de homici.
capitulo ſecundo, & idem tenuit in additio. ad Specul. tit. de
57 præbendis † ubi etiam dicit ſe conſuluiſſe in eccleſia Ferra-
rien. quod appellatione curatorum quo ad extrauagan. exe-
crabilis. Ioan. vigeſimiſecundi, non comprehenditur perſo
natus eiuſdem eccleſiæ alias non curatus, licet ſede vacante
per ſtatutum eccleſiæ habeat adminiſtrationem ſpiritualiũ,
& temporalium. poſſibile enim eſſet quod habens talem per
ſonatum, quandiu viueret exercitium prædictum non habe-
58 ret, vt quia forte ſedes ſuo tempore non vacaret. †

Sed pone quod in eccleſia ſunt duæ dignita- tes, quæ ita habent in capi-
tulo maioritatem ęqualiter, quod quæ ſit maior poſt epiſco-
pum apparere non poteſt, puta quia quilibet, in ſolidum, vel
ambo ſimul maioritatem exercent, vel forſan alternis vici-
bus, & ambæ ſunt electiuæ, nunquid in vtraque impediatur
legatus. Ioannes Andreas in dicto capitulo deliberatione. in
nouella, dicit ipſum impediri. cum iſtæ duæ ſint vnitæ quo ad
maioritatem, ergo debent cenſeri pro vna, quoad illum tex
tum, & ſi ille textus. dixiſſet dignitatem in ſingulari maior
eſſet dubitatio, ſed dicit dignitates in plurali, & ſic videtur
includere caſum iſtum.

Nec obſtat ſecundum eum quod iſta plu ralitas dignitatum
videatur reſpicere pluralitatem eccleſiarum, quoniam non
negatur propter hoc quod pluralitas dignitatum poſſit eſſe
in eadem eccleſia, & ſic neceſſario tex. non probat, quod vna
tantum dignitas excludatur a poteſtate legati, & per hoc ſol
uitur contrarium de. capitulo ſi pluribus. de præbendis, libro
ſexto, quia ibi non poterat includi niſi vnum beneficium tã-
tum, & pro iſta parte facit capitulũ cupientes. §. ſi vero de
electione libro ſexto, vbi ſicut vnus opponens arctatur, ſic &
duo, nec eſt differentia, an ius maioritatis conſiſtat in duo-
bus, vel in vno. ff. ſi certum petatur. ſingularia. bene facit ra-
tio. l. generaliter. ff. de fideiuſ. quia ſi dicis alteram ſolam in-
cludi. deſignare non potes quæ ſit incluſa, cum igitur vtra-
que ſit principalis, in vtraque conſiſtit hoc ius. ff. de ſolutio. l.
59 ſi duo. ad finem †

Sed aduerte quia poſſet cõtingere caſus, in quo iſtę maio-
ritates eſſent inter duos diſtributę, ita quod quædam ea-
rum competeret vni dignitati, quædam alteri, & tunc eſ-
ſet magna dubitatio, quæ iſtarum cenſeretur maior, ut
alias contigit in facto.

Præpoſitus vnius eccleſiæ collegiatæ, qui aſſu mebat per electionẽ, habe-
bat adminiſtrationem temporalium illius eccleſiæ, & proga
tiuã in ſtallo chori. & prim. ũ locũ in capitulo, decanus eiuſ-
dem

dem eccleſię, quia etiam per electionem aſſumebatur, habẽs curam animarum, & iuriſdictionem in canonicos ipſum eligentes, & omnes clericos illius eccleſiæ, non tamen ſuper præpoſitum, tenebat ſigillum capituli ad cauſas, & claues, & librum ſtatutorum, habebat etiam primum ſtallum in choro. in ſiniſtra parte chori, ac regebat chorum in diuinis, conuocabat etiam capitulum, fuit dubitatum quis iſtorum eſſet maior. & domi. de Rota coram quibus euenit iſte caſus, fuerunt uarii, quibuſdam uidebatur quod præpoſitus eſſet maior, quia in ſedẽdo tenebat primum locum, tam in choro, quam in capitulo, & quia in proceſſione præcedebat ipſum, finaliter tamen fuit concluſum per omnes dominos decanum præfatum fore maiorem, præſertim propter iuriſdictionem, & curam quam habet in eligẽtes, & omnes alios clericos, quæ magis arguunt maioritatem, quam illæ quæ competebant præpoſito. hoc tenet deciſio rotę quadringenteſima quinquageſima ſexta, in hoc tamen ut ibi ſubiungit
60 collec. deci. † multum ualet conſuetudo, ut illa reputetur maior dignitas, quę in prouincia communiter maior reputatur, iuxta notata per Innocentium de præbendis, de multa. & in capitulo primo. de conſuetudine, libro ſexto, per Archidiaconum. & Ioannem Andream in nouella. Et prædicta bene notand. ea quibus cognoſcitur maioritas dignitatum, quod facit ad regulam cancellariæ, quæ reſeruat dignitates maio-
61 res poſt pontificales in eccleſiis cathedralibus. †

Sed quæro iuxta prædicta, an legatus poſſit facere reſeruationem primi uacantis cum clauſula, quod duaerit acceptandum. ſolutio. dicit Ioannes Andreas in capitulo ſi eum cui. de præbend. libro ſexto. in nouel. quod iſtud uidetur dubium, quoniam per talem clauſulam impeditur ordinarius collator ſaltem ad tempus ſucceſſiue ſuper pluribus beneficiis, quod uidetur contra mentem. dicti capituli pręſenti. Lap. Abb. dicit, quod hoc non eſt contra mentem illius capituli cum ibi in duabus reſeruationibus legatus intenderet prouidere de duobus beneficiis, hic autem agitur de reſeruatione unius beneficii tantum, licet cum facultate acceptãdi, nec agitur de poteſtate auferenda ei, ad quem ſpectat collatio, niſi in uno beneficio. ſed ibi prohibetur in pluribus. Idẽ tenet Ioan. de lig. & pro hoc facit. capitulũ ex parte. lo. primo de officio delegat. ubi literę generales aptę concludere plura beneficia, ſi quoad rem non includiſſent niſi unum beneficium, dicuntur ſpeciales. cum ergo hęc forma non grauet ordinarium niſi in uno, uidetur permiſſa in dicto capitulo pręſenti. & hanc partem ſequitur etiam domi. in dicto capitulo ſi eum cui. & iſtam partem ego credo fore ueram. Nec obſt. id quod inducebat Ioannes Andreas quod ordinarius collator impeditur ſaltem ad tempus in libera collatione uacantis beneficii, nam cum modicum ſit tempus huius impedimenti, non eſt habendum in conſideratione. quia in mora modici temporis non eſt præiudicium. ff. de iudi. ſi debitori, immo forte poſſet dici. quod etiam durante illo menſe dato ad acceptandum in reſeruatione legati antequam expectãs
62 acceperit, poterit ordinarius libere cõferre. † de iuris enim rigore data expectatiua cum beneficio acceptandi. decretum in ea appoſitum non ligat ante acceptationem. quæ eſt euẽtus conditionis, vt in capitu. quia cunctis. de conceſ. præben. libro ſexto. poſtea tamẽ ex quadam æquitate fuit inductum. vt ſi apponeretur menſis ad acceptationem faciendam, illo durante decretum ligaret. vt in clementina cum ei quem. §. ſecus. de conceſſione præbenda & illud fuit ius nouum exorbitans a iure antiquo. & ita tenuerunt ibi Laurentius & Guiel. quos ſequuntur domi. card. & Ioannes de Imola. cum ergo ille text. tantum loquatur in papa præfigente menſem acceptationi, non habebit locum in legato. ne ius exorbitans extendatur. hoc tamen vltimum non affirmo, ſed cogi-
63 tandum relinquo. †

Sed quæro an decretum legati poſitum ĩ huiuſmodi reſeruationibus uel aliis diſpoſitionibus afficiat ignorantem. Archidia. in capitulo ſi apoſtolicæ. de præbend. libro ſexto recitat opi. compoſte. not. de reſcrip. ad audientiam. ad fi. verſiculo Item quæritur, vbi tenet quod decretum eius interpoſitum ſuper beneficio vacante vel vacaturo non ligat igno-
64 rantes. & eſt ratio. † quia alius a papa etiam legatus de latere non poteſt ſupra vel contra ius diſponere. de fili. præsby. capitulo penultimo & vltimo. ſed iſtud eſt tale, ſcilicet quod ignorans ligetur decreto. ff. de decre. ab or. fa. l. finali. ergo legatus hoc non poterit. facit clementina prima. & ſecunda de electione & quod not. 82. diſtinctione propoſuiſti. ad fi. & duodecima quęſtione ſecunda de laicis. In contrarium facit
65 † quia legatus poteſt ſuæ collationi reſeruare, inhibere, & decernere, vt in dicto capitulo ſi ad apoſtolicæ. & in dicto capitulo præſenti. ergo eius decretũ ligat ignorantes. & hanc partem tenent Innocen. & Hoſtien. in c. cum dilectus de iurepatronatus, & Hoſtien. in ſumma titulo de præbend. §. a quo, ad fin. verſiculo quid ſi legatus. & pro hoc uidetur tex. expreſſus in dicto capitulo cum dilectus. & dicto capit. quia cunctis. §. adiiciebatur. § ex parte. ſed Archidiacon. in dicto capitulo ſi apoſtolicæ qui ſequitur opinion. contrariam reſpondet ad iura contraria. & dicit quod in dicto capitulo cum dilectus fuit notificatio facta ordinario collatori, capitulũ quia cun-
66 ctis. loquitur in decreto papę. † vnde hodie legati in ſuis literis ponunt illa uerba. ſcienter vel ignoranter ſicut papa. ſecũdum Ioannem Andream, Zen. tenet opinion. compoſte. quia de ſolo decreto papæ reperitur expreſſum quod ligat ignorantes Ioan. de Lignan. tenet opinion. Innocentii & Hoſtiẽ. dicens quod hoc non eſt contra ius. nam ligare ignorantem quoad pœnam hoc eſt contra ius, nec etiam quoad hunc effectum decretum papæ ligat ignorantes. ſed ligare quo ad annulationem actus contra facti. hoc non eſt contra ius. Lapus abbas in capitulo ſtatutum. de præbendæ. libro ſexto te-
67 nuit opinio. contrariam. & idem Pau. in dicto capitulo primo. † Ex his omnibus remanet vna communis concluſio & indubitata quod decretum legati annullat quicquid in contrarium fit per ſcientem. ſed quando per ignorantem eſt maximus opinio. conuerſus. nam compoſte. Zen. & Paul. & Archidiaco. tenent quod non liget. Innocen. & Hoſtien. Ioan. de Ligna, tenen contrarium. Ioannes Andreas non clare eligit. ſed domin. in dicto capitulo ſi apoſtolicæ. ſequitur iſtam ſecundam partem & inducit tex. in dicto capitulo cum dilectus ubi dicit eſſe expreſſum. nec obſtat ſi dicas. quod ibi decretum fuit inſinuatum. papa enim non ſe refert ibi ad inſinuationem, ſed ad decretum. ego tamẽ crederem opinio. compoſtel. & ſequacium fore de iure veriorem. per fundamenta ſuperius pro hac parte inducta. nec eſt verum quod illa annullatio non ſit pœna. quia immo eſt. cum per tale decretum ligentur manus ordinarii collatoris & auferatur ab eo poteſtas conferendi quæ ſibi competebat. ad prædicta
68 etiam facit. † nam ratio quare decretum afficit ignorantes eſt, quia habet vim ſententiæ latæ cum cauſę cognitione. vnde ſicut illa ligat ignorantem, ſic & decretum. nec obſtat ſi dicas decretum ponitur in gratia. uel reſeruatione non adhibita cauſę cognitione. ergo non debet habere vim ſententiæ.

69 Nam reſpondetur quod princeps approuando decretum videtur velle quod habeat vim ſententiæ latæ cum cauſę cognitione. hoc tenet Innocen. in capitulo primo. de prębend. libro ſexto. & in hoc bene dicit. poſtea tamen male dicit in eo quod ſubiũgit idem in quocunque inferiore. & reprehendit eum Hoſtien. ibi. & Ioannes Andreas. in nouel.
70 † quoniam inferior non habet hanc poteſtatem, ut non ſententiam, faciat obtinere vim ſententiæ. Et ille tex. in dicto capitulo cum dilectus. vbi domin. facit totum ſuum fundamentum, non probat id ad quod inducitur. nam ex illo minime probatur quod decretum irritans fuiſſet appoſitum in huiuſmodi reſeruatione.

Et ideo concluſo quod is in cuius fauorẽ emanat huiuſmodi reſeruatio quãprimum poterit, eam faciat intimari ordinario collatori. & tunc demum quod in contrarium fecerit ordinarius pręfatus, non tenebit.

71 Notandum tamen quod per huiuſmodi reſeruationes legatorum nullum ius nec in re nec ad rem tribuitur ei in cuius fauorẽ emanant. quia hoc reſpectu vacaturorum legatus dare non poteſt contra concilium generale. de præbend. dilectus. lo ſecundo. & ibi tenet Abbas ſiculus & in dicto capitulo cum dilectus.

72 Vlterius quæro quandiu duret reſeruatio beneficii quam facit legatus, tũdem dura interim quo legatus eſt in officio, ſi tamen deſit eſſe legatus antequam in vim reſeruationis eſſet proceſſum ad collationem beneficii reſeruati iam vacantis, cenſetur reuocata reſeruatio, ut
73 in dicto capitulo pręſenti. † & per illum textum relinquitur ſuperflua illa quæſtio, quam mouit Specul. in titulo de legato. §. nunc tractemus. verſiculo ſed ecce. qui quærit ſi executor deputatus per legatum in reſeruatione ſua fulminauit proceſſum. vel intimauit poteſtatem ſuam &c. an uideatur per hoc ſua iuriſdictio perpetua. & quid ſi in legatione alius ſibi ſuccedit. an quo ad ſucceſſorem duret præfata legatio totum hoc tollitur per dict. capitulum præſenti, vbi requiritur quod ſit proceſſum ad collationem beneficii vacantis ad hoc, vt reſeruatio non expiret. & ita tenet Ioann. Andre. ibi in addit.

74 Sed an ſi conferat legatus canonicatum ſub reſeruatione præbendæ vacaturę an illa reſer-

uatio expirat iuxta formam dicti capituli præſenti. & breuiter licet ſint opin. tamen ueritas est quod expirat. nec ex tali collatione canonicatus facti per legatum, adhæret præbenda. quia non reperitur hoc in iure. ſicut nec adhæreretur ſi fuiſſet facta per ordinarium. ut no. gloſa in dicto capitulo ſi, in ſi. de conceſ. præbend. libro ſexto. Item ad hoc facit dicta decre. præſenti. quæ omnes actus affectiuos præbendæ excludit, ſi ad collationem præbendæ vacantis non ſit proceſſum. & ita tenent ibi Ioan. de Fantu. & Domi.

75 Sed an huiuſmodi reſeruatio expiret per reuocationem legati, eſt dicere an legatus poſſit reuocare reſeruationem per ſe ſactam ab hoc dicit glo. in dicto capitulo præſenti. quod poteſt eam reuocare, ſed contra hoc facit quæſtio quam diſputauit Stephanus prouincialis, quærebat. ſi metropolitanus dedit executore qui conferret Titio beneficium ad ſe deuolutum, ſi eſſet idoneus, & cum executor inchoaſſet, metropolitanus dedit illud ſcienter Seio. quis ſit potior in beneficio. & ibi arguit pro & contra. finaliter concludit quod contra factum proprium non eſt licitum venire. de cle. coniu. diuerſis, nec dicitur res integra, ex quo executor literas recepit. de reſc. c. capitulum. de conceſ. præben. ſi capitulo ſi 6. ſed Ioan. Andre. ibi in noue. dicit quod iſta quæſtio non eſt proprie contra gloſſ. quæ loquitur de vacatura. Pet. de Anch. dicit quod ſi ille pro quo emanauit mandatum conſenſit proceſſui, non poteſt reuocari, alias ſic. nec ob. de præben. ſi tibi abſenti. lib. ſexto, quia loquitur in collatione ordinarii. facit quod no. in c. de præben. cum non ignores. Ioan. de Imo. dicit veritatem huius materiæ colligi ex not. in capitulo in cauſis. de electione & de conceſ. præben. conſtitutus. quia ſi fuit conceſſa illa facultas executori animo donandi ſibi illam poteſtatem ſicut fit multotiens, quia prælati pro magno dono concedunt facultatem conferendi beneficium vacans. licet hoc non poſſint de vacaturo, tunc procedit opinio Stepha. ut non poſſit reuocari. ſecus ſi fuit conceſſa poteſtas fauore eccleſiæ ſecun-
76 dum eum. Sed pone ad declarationem prædictorum quod legatus reſeruauit collationem ſiue beneficium pertinens ad collationem alicuius, & dedit executores, qui fecerunt proceſſum. deinde vacauit beneficium ſpectans ad illius collationem. legatus contulit alteri, executores vero contulerunt illi pro quo erat reſeruatum, quis erit potior. Lapus abbas dicit quod Ioan. Andr. conſultus ab eo reſpondit ſibi illum fore potiorem, pro quo reſeruatio erat facta. nam ſi pendente reſeruatione legatus non poteſt aliam facere, multo minus poterit collationem facere. ſed contra iſtud dictum facit glo. in dicto capitulo præſenti. concludit tamen Lapus, quod licet legatus poſſit ex cauſa reuocare reſeruationem, antequam beneficium vacet, non tamen poterit poſtea, maxime re non integra & alteri conferendo etiam ſine cauſa. Ioann. de fan. dicit quod non uidet, quare legatus non poſſit reuocare reſeruationem per ſe factam, quantumcunque res non ſit integra, dum tamen ad collationem alias non ſit proceſſum. nec obſtat ſi dicatur quod res non eſt integra, ex quo aliqui proceſſus ſunt facti, quia licet impediat reuocationem tacitam, quæ fieret per mortem legati, non tamen impedit expreſſam ſecundum eum. Ioannes Andreas in addi. Speculi. eodem titulo. §. nunc tractemus circa principium. verſiculo Item legatus, tenet quod reſeruatio poteſt reuocari. ſed prouiſio non. ſed domi. dicit quod poſſunt opinio. reduci ad concordiam. quod aut legatus confert ignorans primam reſeruationem vel non facta mentione de illa. & procedat opinio Lapi. quia non eſt ueriſimile quod uoluit illam reuocare in dubio, non facta mentione de illa. argumento. de re iudicata. cum olim, aut facit ſcienter, quia exprimit non obſtante tali reſeruatione, & tunc procedat opinio Ioannis de Fantu. qui videtur reſeruationem reuocare, quod poteſt, & idem tenuit Ioannes Calder. in dicto capitulo cum dilectus. de iurepatronatus, & Abbas Siculus. in capitulo cum olim de re iudicata & hanc partem ego crederem fore ueram. cum una limitatione ad id quod dicitur quod ſi non facta mentione de prima reſeruatione contulit beneficium reſeruatum alteri, non teneat præfata collatio. quia præſumitur circumuentus. ut in capitulo cum olim. hoc enim non procederet ſi non diu ante fecerat hanc reſeruationem. nam in facto proprio non præſumitur ignorans. de reſcrip. capi. ab excommunicato nec obliuio ſit eſt de receoti. de ſententia excommunicationis illorum. & pro hac concluſione probanda facio talem conſiderationem. iſta enim reſeruatio non impeditur reuocari propter executorem, quia illi nullum ius ex tali facultate confertur, cum vtilitas ueniat deriuanda in tertium. & præſertim vbi de beneficio vacaturo fieret reſeruatio. idem ſi de vacante.
77 †cum ordinarius poſſit reuocare iuriſdictionem quam alicui dedit. ſiue res ſit integra ſiue non, ut in lege iudicium ſolui tur. ff. de iudicio. rurſus nec impeditur reuocatio propter il-

lum in cuius fauorem emanauit quando eſt de vacaturo quia ad vacaturum beneficium nullum ius poterit penitus legatus dare. ut in dicto capitulo dilectus. lo ſecundo de præben. ex quo infertur quod expreſſe & etiam tacite poteſt legatus reuocare reſeruationem quam fecit de beneficio vacaturo. †quod
78 tamen ſi finita prima reſeruatione legatus facit ſecundam, an debeat facere mentionem de prima, Ioan. Mo. in dicto capitulo præſenti in addi. arguit quod ſic. ad quod inducit capitulum finale eodem titulo, iuncto capitulo mandatum. cum capitulo ſequen. de reſcr. nam quod ſeruat papa ſeruare debet legatus in conceſſionibus beneficiorum. de reſcrip. ſuper literis in ſi. & licet legatus habeat ordinariam & lariſſimam, quia tamen miſſus eſt debet ſeruare formam mittentis. tamen dicit quod non eſt neceſſe quod dicat non obſtant. ſicut dicit papa. ſed ſatis eſt quod dicat. etiam ſi pro alio reſeruationem fecimus quæ non pendet. prædicta vera dicit in va-
79 catura. †ſi enim vacantem confert, non eſt neceſſe aliquam facere mentionem. ſecundum Ioannem Andream ibi in noue. Ioann. de Fantu. dicit quod ſi prima fuit reuocata antequam eſſet ſortita effectum non eſt neceſſe de ea fieri mentionem. non obſt. capitulum mandatum. & alia iura in contrarium inducta quia diſponunt mentionem fieri debere de his quæ ſunt valida. vbi tamen prima reſeruatio fuiſſet ſortita effectum, neceſſe eſt de ea fieri mentionem per dictum capitulum mandatum, quia non eſt ueriſimile legatum voluiſſe grauare ordinarium duplici reſeruatione. & iſta opinio placet Domi. niſi reſeruatio fuiſſet facta motu proprio per legatum. nam in ea non poſſet notari ſurreptio per dictum capitulum, ſi motu proprio. ſed hoc non
80 credo uerum. † nam motus proprius licet tollat ſurreptionem, non tamen operatur contra intentionem concedentis, iuxta gloſſ. in clementina per literas. & in clementina ſi Romanus. de præben. & per Ioannem Andream in dicto capitulo ſi motu proprio. In præſenti autem articulo non eſt veriſimile fuiſſe de mente concedentis grauare ordinarium in duplici collatione vt prædiximus. prædicta ego intelligo vera, vbi ageretur de vacatura, ſi tamen legatus conferret vacantem teneo opinio. Ioannis And. de qua ſup. nam in hoc
81 caſu ceſſat odium, quod eſt in reſeruatione.†

Sed cum poſsint eſſe ſpectantes auctoritate papæ, & auctoritate legati reſpectu vacaturarum, prout late in ſuperioribus diximus. Quæritur qui præferantur. hoc eſt hodie clare deciſum per capitulum his, qui, de præben libro ſexto. ubi diſponitur, quod illi qui expectant auctoritate apoſtolica præferuntur. niſi legatus non ex officio legationis, ſed ex facultate ſibi data a ſede apoſtolica hoc feciſſet. nam tunc auctoritate papæ feciſſe videretur, vt dicit ibi text. & in c. ſi apoſtolicæ eodem tit. & lib. additur idem eſſe ſi reſeruationem legati papa confirmaſſet, quia omnia noſtra facimus quibus auctoritatem
82 impartimur. C. de vete. iur. enu. l. 1. †

Et vlterius quæro an legatus & præſertim de latere poſſit ad inuicem vnire eccleſias ſuæ legationis, vel vnam alteri ſubiicere, ſicut epiſcopus poteſt. vt in capitulo ſicut vnire. de exceſſ. præla. quæſtio iſta eſt ſatis difficilis. Hoſtien. in capitulo finali de confirma. vti. vel inuti. ſentit quod non, & ad hoc inducit text. ibi, Innocen. poſuit duas opiniones. Prima, quod poſſit in præiudicium eccleſiæ vnire, licet non in præiudicium dioceſani. ponit ſecundam opinionem quæ ſibi plus placet, ut nullo modo poſſit legatus vnire. per illum textum, nam ſi valuiſſet illa conceſſio de qua in tex. illo, verba conceſſionis importabant plenam exemptionem, quia contulit legatus ille in ſpiritualibus & temporalibus. Specu, titu. de lega. §. nunc oſtendendum, verſiculo quinto, tenet ſub dubio forte, legatum poſſe vnire duas eccleſias, dummodo præiudicium ex hoc non inferatur ordinario dioceſ. ſed Ioannes Andreas ibi in addi. hoc tenet ſine dubio forte. dicens legatum poſſe vnire beneficium ſpectans ad collationem epiſcopi. etiam menſæ epiſcopi ſeu eccleſiæ Cathedralis. & hanc opinionem ſequuti ſunt Domi. de Ro. deciſione. 61. & deciſio. 121. & ad textum in dicto capitulo finali dicunt quod ibi fuit vnio facta exemptis, & ſic magnum præiudicium inferebatur ordinatio loci. ſecus vbi vnio fieret eccleſiæ ſubiectæ, & pro hac opinio. multum facit illud vulgare dictum Specu. ſæpius repetitum in hanc materia. in titulo de legat. §. nunc oſtendendum. vbi dicit legatum in ſua legatione concurrere cum quolibet ordinario ſiue ſit Archiepiſcopus ſiue epiſcopus ſiue alius inferior. ita quod quicquid iſti poſſunt, ſiue de iure, ſi-
83 ue de conſuetudine poterit legatus. †ſed Federi. de ſenis conſilio. centeſimononageſimoquinto videtur concludere quod nulla nel modica eſt poteſtas legati de latere in mutatione ſiue alteratione ſtatus eccleſiarum. non enim ſecundum eum poteſt vnire vnam eccleſiam alteri in perpetuum

præ-

præiudicium iuris ordinarii. vt in dicto capitu. finali. ſi enim
valeret vnio priuaretur ordinarius in perpetuum iure confe-
84 rendi illam eccleſiam, † nec etiam poteſt ſecundum eum
eccleſiam ſecularem facere religioſam.iuxta formam capi-
tuli ad audientiam. lo. ſecundo de eccleſia. ædifi. nec obſtat
ſecundum eum, quod epiſcopus hoc poteſt. nō enim ſequitur
ergo & legatus. nam epiſcopus alienat rem eccleſiæ tamen
cum conſenſu capituli, quod non poteſt facere legatus ſecū
dum eum.argumen. duodecima quæſtione ſecunda ſine ex-
ceptione. nec epiſcopus poteſt alienationem facere cum au-
ctoritate legati ſine conſenſu capituli ſui.per capitulum pa
ſtoralis.de his quæ fi.a præla.do.Car.tenet quod ſine præiudi-
cio ordinarii legatus vnire poſſit.& dicit ſe vidiſſe conſilium
collegii Papien.illud concluſiſſe. do. Andr.in dicto capitulo
fin.ſimpliciter tranſit recitando alios. & vltimo tranſit cum
ſecunda opinio. Innocen. Abbas Siculus diſtinguit quod aut
eſt legatus non de latere, & non poterit. cum enim non poſ-
ſit conferre beneficia.vt in capitulo primo de offi. lega.libro
ſexto nec vnire poterit, cum maius præiudicium irrogetur
epiſcopo ex vnione, quam ex collatione. ſi vero eſt legatus
cardinalis & eccleſias collegiatas vnire uel ſubiicere non po
terit, per capitulum pe.de offic.lega.libro ſexto vbi generali
ter interdicitur ſibi poteſtas conferendi vel aliter diſponen-
85 di de dictis eccleſijs, aut ſunt eccleſiæ non collegiatæ, † & tūc
attento quod legatus habet collationem beneficiorum non
ex iure legationis, quia ad hoc non ſe extendit legatio. ſed in
quandam prærogatiuam ex ſpeciali priuilegio, vt dicit text.
in dicto capitulo primo hæc poteſtas tanquam extraordina-
ria, & ſuper inducta debet reſtringi. vt voluit gloſſ. in cle-
mentina ſecundo de officio ordin. licet ergo poſſet conferre,
non poterit vnire propter perpetuum præiudicium quod in-
ferrur Dioceſano in eo quod aufertur ſibi collatio in perpe-
tuum.poſtea tamē inclinat in partem contrariam, quia tex.
in dicto capitulo finali non impugnat vnionem, ſed dicit
quod per eam non præiudicetur ordinarii iuribus. ad hoc
86 etiam facit, † quia interdum vnio fit in fauorem eccleſiarum
vnde eſt neceſſaria decima quæſtione tertia. vnio. & in cle-
mentina ne in agro. §. ad hæc de ſta. regu. cum ergo legatus
habeat ordinariam iuriſdictionem in loco, poterit prouide-
re neceſſitatibus & vtilitatibus eccleſiarum, & iſta pars ſecū
dum eum eſt verior de iure, licet alia ſit ęquior, & quod poſ-
ſit unire ſequitur ipſe in capitulo ſicut unire. de exceſſ. præla.
in tantum quod ſecundum eum etiam menſę epiſcopali uel
87 menſę capituli eccleſiæ Cathedralis unire poterit. † ex quo
habes limitationem ad clementinā ſi una. de re. eccleſię.
nam in legato ceſſat ratio illius clem. ſi vna. de Domi. Ro.
deciſio. 121. ego in eccleſiis nō Cathedralibus collegiatis uel
regularibus tenerem illam partem quod legatus poſſit illas
unire. per fundamenta pro hac parte inducta, quę etiam con
cludunt in legato, qui non eſt de latere. & ſi obijciatur, quod
qui non eſt de latere, non poteſt beneficia conferre ut in di-
cto capitulo primo, dico quod hoc non cōcludit. per ea quæ
no. per doct. in capitulo ſicut vnire. de exceſſ. præla. ſignāter
per Abbatem Siculum & per domi. in capitu. ſi tibi abſenti
de præben. libro ſexto. ſufficit enim ad hoc, quia legatus ha-
bet iuriſdictionem ordinariam epiſcopalem. & concurrit
cum quolibet ordinario, ut in ſuperioribus diximus. ratione
cuius hoc expeditur vt in dicto capitulo ſicut vnire. nec eſt
88 neceſſe quod habeat facultatem conferendi beneficia. † ſi ve
ro eccleſia eſt Cathedralis aut regularis ſiue collegiata lega-
tus non poterit eam vnire, vt voluit Fede, in all. conſilio. cu-
ius ratio eſt quia nedum præfatas eccleſias legatus non po-
teſt conferre, immo nec de eis quouiſmodo diſponere. vt in
dicto capitulo deliberatione. reſtat reſpondere ad dictum ca-
pitulum fin. de confir. vti. vel inuti. quod eſt fundamentum
omnium contrarium tenentium, & ſtat reſponſio. quia ibi
non dicitur, quod vnio facta per legatum non teneat, ſed
quod per eam non præiudicatur ordinario in iuribus ſuis.
nec enim ibi vertebatur in dubium de validitate vnionis,
cum auctoritate papę fuiſſet confirmata, ſed de effectu eiuſ-
dem quo ad pręiudicandum iuribus ordinarij, tantum dubi-
tabatur. & ſi obijcias vlterius, pręiudicatur ordinario quo ad
collationem. reſpondeo hoc eſſe ex natura vnionis, alias au-
tem deſineret eſſe vnio, ſatis autem eſt quod in alio iura ſua
remanent illę ſa & ex hoc dicitur relegatus a præiudicio. vt
89 in capitulo ſecundo de religi. domi. † nec etiam eſt nouum
quod iure ſuo quis priuetur etiam ſine culpa dummodo ſub
ſit cauſa. prout in capitulo renouantes. 22. diſtinctione. de
quo eſt ibi gloſſ. no. & in capitulo ſecundo de conſti. & in ca-
90 pitulo antiqua de priuile. †

Ex prædictis infertur ad queſtionem, an in huiuſmodi eccleſiis
poterit legatus quo ad illas interponere auctoritatē in pmu-
tationib. quæ de illis fiunt. & dicendum ꝙ non per prædicta,
quia tex. in dicto capitulo. prohibet omnem diſpoſitionem.
& hoc tenet Fede. in dicto conſilio. in aliis autem beneficiis
ſecus erit dicēdum, cum habeat iuriſdictionem ordinariam
concurrentem cum quolibet ordinario in prouincia ſibi de
91 creta, vt dicit Feder. conſilio. 73. † Sed pone quod eccleſia eſt
collegiata habitu tantum, ſed non actu, nunquid legatus po
terit de ea ſe intromittere. ſolutio. Lap. Abba. dicit quod ui-
det quod ſic. puta ſi omnes de collegio ſunt mortui. ad hoc
16. quæſtione ſeptima. & hoc diximus, in contrarium facit
not. Ioan. & Archidia. in dicto capitulo & hoc diximus, & In
nocen. in dicto capitulo ſecundo. de no operis. nunciatione
& gloſſ. capituli ſtatutum. de electio. libro ſexto, & hanc
vltimam partem tenet Lapus in dicto capitulo deliberatio
ne. iſtud tamen dictum Lapi limita. niſi auctoritate ſuperio
ris deſierit eſſe collegiata. nam eo caſu nullum veſtigium
nec ſpes collegii remanet iuxta no. per Innocen, in dicto ca-
pitulo ſecundo. de noui operis nuntiatione. † infertur etiam
92 ex prædictis, quod legatus non poterit alterare ſtatum huiuſ
modi eccleſiarum, de quibus in dicto capitulo deliberatio-
ne in principio. Itaque non poterit aliquam eccleſiam ex
prædictis de ſeculari efficere regularem, iuxta capitulum ad
audientiam il ſecundo. de eccleſi. ędi. & ita tenuit Fede-
ri. de ſenis in dicto conſilio. 195. † nec etiam poterit aliquam
93 dignitatem ſupprimere aut extinguere in eccleſia ad tēpus
vel in perpetuum. cum hoc ſit ſolius papæ. de conſtitut. cum
acceſſiſſent & ibi not. & vigeſima ſecunda diſtinctione, om-
nes, ex cauſa tamen poterit ad aliquod tempus fructus digni
tatum vel beneficiorum vacantium applicare epiſcopo vel
fabricæ eccleſiæ, prout ordinarius poteſt. ut not. per gloſſ. &
docto. in capitulo unico. ut eccleca benefic. in fine & in ca-
pitulo ſi propter tua debita de reſcrip. libro ſexto, & hoc te-
net Speculo titul. de legato. §. nunc tractenus verſiculo
pen ultimo.

94 Quæro quam † poteſtatem habeat legatus circa confirmationes electionum. di-
cendum quod ſi eſt de latere & intra prouinciā, poterit con
firmare electiones archiepiſcoporum, & epiſcoporum, &
aliorum inferiorum exemptorum, ut in capitulo ſi abbatē.
de electio. libro ſexto & pondera tex. ibi intra prouinciam,
ſi enim exiuiſſet ex toto prouinciam, non poſſet has confir-
mationes facere. ut in illo. text. a contrario ſenſu. ſi tamen eſ
ſet intra terminos legationis, etiam ſi eſſet extra prouinciā
vbi eſt eccleſiam, in qua fuit facta electio, bene poſſet con-
firmare per capitulum. nouit. de offic. lega. Ita tenet gloſſ. in
95 dicto capitulo ſi abbatem. † hodie tamen cum eccleſiæ Ca-
thedrales & metropolitanæ ac collegiatæ, & etiam mona-
ſteria virorum quæ excedunt certam ſummam ſint reſerua
ta per regulas cancellariæ, non ſe poſſet legatus de illis in-
tromittere. per ea quæ ſupradiximus de reſeruatis, niſi ſpe-
cialem facultatem deſuper haberet.

Supereſt nunc quærere de facultate legati circa reci-
piendam reſignationem beneficiorum. & quod per ſe poſſit
eam recipere non eſt dubitatio, cum pertineat ad ordinariū
ut in capitulo admonet. & capitulo quod in dubiis. de renun
tiatio. & intelligo de ordinario qui poteſt inuitum deſtitue-
re, ut not. Innoc. in dicto capitulo quod in dubiis, & gloſſ. in
clementina unica. de renuntia. cuiuſmodi eſt legatus, quia
concurrit cum quolibet ordinario ut ſæpius eſt dictum. ſed
96 dubium eſt an poſſit committere alicui facultatem recipien
di reſignationes beneficiorum, & Archidia. in dicto capitu-
lo. deliberatione. § prohibemus. tenet quod non, per illum
text. ſed Ioan. Andr. in noue. dicit quod contra Archidia. fa
cit ille text. qui non vitiat commiſſionem, ſed conceſſionē,
nec iſtud eſt inconueniens, quia renuntiatio poteſt eſſe ſine
collatione. & in renuntiando nullum eſt peccatum, tamen
pro & contra facit de tempore. ordin. litera. in fine. ipſe ta-
men tenet opinio. Archidia. & ad illum textum in dec. §.
prohibemus. reſpondet quod ſi illud verbum conceſſionem
intelligeretur ideſt collationem. faceret pro opinio. contra-
ria. ſed poteſt intelligi pro conceſſione huius poteſtatis. ſcili
cet receptionis renuntiationis, & collationis faciendę. & ſic
debet intelligi.

97 Et tunc facit pro Archidia. & idem tenet ibi Paul. cum quibus recitando
ſolummodo tranſit domin. licet tamen iſta uideatur opinio
communis, ego tamen dubito an ſit uera. primo quoniam
dictus. § prohibemus, non ponit iſtos duos articulos de rece
ptione reſignationis & collatione fienda fuiſſe commiſſos ꝑ
legatum diſtincte, immo præſupponit coniunctæ. in quantū
dicit quod legatus non poterit committere quod recepta re
ſignatione ab hiis qui eam facere voluerint, poſſit conferre.
itaq; ſub uno constructo pouit iſta, & illud de receptione re
ſignationis venit qualificatiue ad cōmiſſionē de cōferendo.

58 †quo caſu iſta ſeparatio fieri non poteſt per nota. de confeſſione qualificata per Barto. in l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de libe. legat. & per Bald. in l. unica. C. de conferen. & per gloſſ. & Bald. in l. ſecunda. C. de donatio. ante nuptias. Item quia in ſola commiſſione receptionis reſignationis ceſſat ratio illius textus, quæ eſt, ne detur via ad vacatura conferenda, cum talis poteſtas conferendi in commiſſione non fuiſſet data. capitulo literas. præalto. non facit ad propoſitum. & hanc concluſionem, ſcilicet quod diſiunctim iſta poſsint committi per legatum. primo committendo facultatem recipiendi reſignationem, & ea recepta facultatem conferendi, tenent domi. de Ro. deciſ. 400. †Sed quid ſi legatus committit renunciationem recipiendam & collationē faciendam de beneficiis ex cauſa permutationis, an ualeat. ſolutio. Lapus abbas in dict. § prohibemus tenet quod ſic, & eſt ratio, quia illa non eſt proprie collatio, cum non ſit liberalis ſaltim in eo dando. ut in clemen. prima. de rerum permutation. Idem tenet Federi. de ſenis. in dicto conſilio. 194. Idem domin. dicto §. & pro ea parte inducit, quia ceſſat ratio illius text., l. de iure ad uacaturas contra concilium.

SUMMARIUM.

1 *Legatus an concilium congregare poſſit.*
Concilia præſente legato papa celebrata inueniuntur.
2 *Papa priuilegium congregandi concilium ſibi reſeruauit.*
3 *Legatus ſi iure legationis concilium prouinciale facit, qui ad illud vocari debent.*
Capitula eccleſiarum cathedralium an ad concilium prouinciale vocanda ſint.
4 *Epiſcopi quod veniant ad concilium compelluntur.*
5 *Abbates epiſcopo ſubiecti an ad concilium prouinciale uenire teneantur.*
6 *Epiſcopi, & alii habentes epiſcopalia inſignia cum eis concilio, vel ſinodo intereſſe debent.*
Archiepiſcopus in concilio etiam palium habere debet.
7 *Epiſcopi de conſuetudine in præſentia legati mitris tantum albis abſque alio ornamento utantur.*
8 *Epiſcopi ſemel ad concilium vocandi ſunt.*
Citatio unica in actu extraiudiciali ſuffit.
9 *Legatus an ſtatuta in concilio facere poſſit.*
10 *Conſentire videtur, qui uocatus, ut contradicat, tacet.*
11 *Statuendi facultas ad iuriſdictionis limites extenditur.*
12 *Statuta infra tempus arbitrarium ignorantes ligant.*
13 *Legatus contra ius commune ſtatuere non poteſt.*
Legatus iuri communi pœnam addere poteſt, vide infra ſub numero ſequenti.
14 *Legatus per ſtatutum ſuum facere poteſt, quod caſus diſpenſandi, qui papæ reſeruati non ſunt, ſedi apoſtolicæ reſeruati ſint.*
15 *Legatus ex iuſta cauſa ſtatutum in ſubditorum præiudicium facere poteſt.*
16 *Legatus ſtatuendo ſtatuta legatorum præceſſorum renotare poteſt.*
17 *Capitulum uacante ſede ſtatuta reuocare poteſt, ſicut epiſcopus.*
18 *Legatus ſtatuta, & conſuetudines eccleſiæ vtilia reuocare non debet.*
19 *Legatus ſtatuendo an contra priuilegia per ſedem apoſtolicam conceſſa diſponere poſſit.*
20 *Legatus non poteſt derogare numero canonicorum in eccleſia per ſedem apoſtolicam ſtatuto.*
21 *Legatus an ſtatuta interpretari poſſit.*
22 *Capitulum prouinciale de omnibus cauſis ciuili de prouincia cognoſcere poteſt.*
23 *Vocati ad concilium pro negotiis in uocatione nominatis in aliis ius reuocandi domum habent.*
Et infra num. 25.
24 *Citatio, quæ fit in cauſa criminali, omnia, de quibus accuſatus impetitur, continere debet, aliter non ualet.*
26 *Concilium prouinciale de cauſis epiſcoporum criminalibus cognoſcere, ſed non decernere poteſt.*
Accuſatio epiſcopi quando tractatur, quot epiſcopi intereſſe debeant.
27 *Concilium prouinciale licet epiſcopum deponere non poſſit, pronuntiare tamen deponendum poteſt.*
28 *Epiſcopi qui in concilio cum archiepiſcopo & legato conueniunt, an cum eo ordinarii ſint.*
29 *Concilium prouinciale ut ſuſpectum recuſari poteſt.*
30 *Concilium generale vt ſuſpectum recuſari non poteſt.*
Princeps in cauſa propria ut ſuſpectus recuſari non poteſt.
31 *Sententiæ, vel mandata, vel ordinationes quomodo in concilio formari debent.*

Quæſt. X.

1 Decimo quæro † an legatus poſſit congregare concilium. Spec. mouet hanc quæſtionem in tit. de lega. §. ſuper eſt verſ. ſed nunquid legatus arguit primo, quod etiam generale concilium poſſit congregare, vt 1. diſtinctione § porro. 17. diſtinctione regula. multa enim concilia præſente legato papæ celebrata inueniuntur. ſine præſentia domini papæ 17. diſt. capitulo ſexta. 58. diſtin. capit. ſecundo 1. quæſtione ſeptima, conuenientibus, ſed Hugu. & Lau. & gloſſ. in dicto §. porro tenent contrarium, niſi haberet ſpeciale mandatum ad hoc, & ſecundum hoc intelligunt iura iuuantia legatum poſſe congregare conciliū, ex commiſſione enim ſibi facta poteſt congregare conciliū generale. ſi de generali factū ſibi mandatum, & particulare.
2 †priuilegium enim de concilio congregando ſibi Romanus pōtifex ſpecialiter reſeruauit. ſecunda quæſtione ſexta. ideo & propterea in generali legatione non tranſit. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. prima in fi. arg. de elec. quod ſicut in fi. ſed in contrarium inducit, quia metropolitanus & primas ſuo iure faciunt prouincialia concilia. 18. diſt. ſi quis epiſcoporum & de accuſat. ſicut olim. & epiſcopus facit ſinodum ſuam. 18. diſt. non oportet. 38. diſtin. quando. 12. quæſtione ſecunda placuit. & capitulo epiſcopus. non ergo omnibus illis inferior erit legatus Roma. eccle. quo ad hoc. Immo poterit concilium prouinciale facere & particulare cum epiſcopis ſuæ prouinciæ. nec obſt. capitulū ideo in contrarium allegatum, quod loquitur in cōcilio generali quod habet fieri vocatis epiſcopis diuerſarum prouinciarum. & idem tenet Archidiaco. in dicto. § porro. propter concurſum quem habet cum quolibet ordinario vt prædiximus. †
3 Sed quæro ſi iure ſuę legationis facit cōcilium prouinciale, qui debent vocari ad illud. reſpondeo quod vt apparet ex dictis ſuperius per Specu. debet vocare ſuæ prouinciæ epiſcopos. Et idem tenet Innoc. in capitulo graue. de præben. quem ſequuntur communiter docto. de capitulis autem eccleſiarum Cathedralium dubitatur Innocen. tandem videtur ibi concludere quod niſi ſpecialiter eorum intereſſit non ſunt vocanda. ſed Abbas Siculus contrarium dicit per capitulū fin. de his quæ fi. a præla. & licet ille tex. multum videatur facere pro eo. ego tamen tenerem opi. Innocen. Nam iura quæ de hac vocatione loquuntur tantum de epiſcopis faciunt mentionem. ut in capitulo quoniam quidam & capitulo ſi epiſcopos. & capitu. placuit. & capitulo ſi quis epiſcoporum. 18. diſtinctione ad idem tex. apertus in dic. capitulo ſicut olim. ibi cum ſuffraganeis ſuis. Item quia iura quæ de diffinitionibus conciliorum prouincialium loquūtur tantum de epiſcopis faciunt mentionem, vt patet. 2. quæſtione ſexta placuit. & capitulo ſi epiſcopus. 11. quæſtione tertia ſi epiſcopus forte. cum quatuor. capitulis ſequen. 6. quæſt. 3. ſeptote. 18. diſtione capitulo primo & ſecūdo ad illud. capitulū fin. de his quæ fi. a præl. eſt reſpenſio ſecundum Innocen. in dic. capitulo graue. quod loquitur de honeſtate. vel vbi agitur de eodem præiudicio. confirmatur iſta ſolutio quatenus, dicit de honeſtate per hoc quod tex. ibi dicit debeat imitari. quod ſonat in quandam vrbanitatem.
4 non autem dicit compelli. †epiſcopi autem nedum inuitantur, ſed compelluntur per pœnas & cenſuras, quod veniant tanquam pars concilii. vt in dictis. capitulis quoniam quidē.
5 & ſi epiſcopus. & placuit. & ſi quis epiſcoporum. † Sed quid de Abbatibus ſubiectis epiſcopo, an ad concilium prouinciale venire teneātur, & Gotfredus in capitulo quod ſuper his. de maioritate & obedient. tenet quod non, quia epiſcopi inde reuerſi publicabunt eis, quæ ibi fuerint acta in ſuis epiſcopalibus conciliis decimaoctaua. diſtinctione capitulo finali de accuſa. ſicut olim. nec obſtant iura quæ dicunt omnes clericos venire debere ad concilium prouinciale, quia intelligūtur de clericis habentibus cauſas. decimaoctaua diſtinctione capitulo propter, & idem tenet ibi Hoſtien. & Ioannes Andreas vbi tamē inter eſſent Abbates, ſi ſunt priuilegiati in inſignijs epiſcopalibus habendis deberent habere mitras iuxta determinationem capituli vt apoſtolicæ de priuilegiis li.
6 ſexto ex quo text. †collige quod epiſcopi & alii habentes inſignia epiſcopalia cum interſunt in concilio prouinciali, aut in ſinodo epiſcopali. debent intereſſe cum inſigniis epiſcopalibus. archiepiſcopus etiam cum intereſt concilio prouinciali vltra inſignia epiſcopalia debet habere palium, & inde eſt quod antequam illud habeat non poteſt tale concilium congregare. vt in capitulo quod ſicut. §. præterea. de electio-
7 ne †ex quadam tamen modeſtia quę ſatis iuſtificatur ex dic. capitulo vt apoſtolicæ inoleuit conſuetudo. quod in præſentia legati epiſcopi vtantur mitris tantum albis abſque alio ornamento. vt dicit Ioannes Andreas in nouel. in dicto capitu. ut apoſtolicæ, & illud etiā ſeruatur in capella papæ vbi quando prælati interueniunt in pontificalibus, ap. ſe habet mitram aurificatam cardinales vero albas de damaſco cæteri vero prælati albas de lino tantum deferunt mitras, ſeruant etiam epiſcopi & alii prælati hanc modeſtiā corā legato ſedis apoſtolicę, quod non deferunt rochetum diſcopertū ex toto coram

eo.

8 eò,ſed coopertum clamide vel mantello. quod not. † Quæ-
ro quotiens iſti epiſcopi ſint citandi ad concilium. dicas q̃
ſufficit vnica citatio. & hoc quia fit ad actum extraiudicia-
lem.ad quod allego glo. in d.cap. ſi epiſcopus. 18.diſtinct. &
in clem. 1.de hære.ex quibus ſumitur doctrina not. quod ad
9 actum extraiudicialem ſufficit vnica citatio. † Vlterius quæ-
ro an legatus in hoc concilio poſſit facere ſtatuta. dicẽdum
quod nedum in cap.prouinciali, ſed etiam extra poterit ſta-
tuta condere, quæ ſtatuta erunt perpetua,ita quod durabũt
ẽt,poſtquam ille exierit prouinciã,vt in c fi.de offi.leg. diſpo
nere aũt habent iſta ſtatuta præcipue circa exceſſus corrigen
dos,mores reformandos, vt in d.cap.ſicut olim.& in d.capit.
quoniam quidem.hac adhibita diligentia,vt ſi in eis aliquid
tractetur, quod aliorum præiudicium tangat, illi vocentur
antequam ad ſtatuendum procedatur,ad quod tex.cum gl.
in d.cap.fin.de hiis,quæ fi.a præla.& ſi eſt tale, quod genera-
liter tangat laicos,etiam illi ſunt vocandi . vt ſi ageretur de
diſponendo ſuper matrimoniis, vel de nouis feriis inducen-
dis in feſtorum obſeruatione,ut in capit. 1.de conſe.diſtinct.
3.& in cap.fin.de feri.& glo.in d.capit.de hiis,quæ fi. a præla.
alias non poſſunt in aliorum pręiudicium ſtatuere.ſi tamen
vocati conſentirent,vel pręſentes non contradicerent,illud
10 ſufficeret. vt dixit Innocent.in cap. veſtra.de locat.† quando
enim quis vocatur,ut contradicat ſi velit, & ipſe tacet vide-
tur conſentire.vt uoluit Innocent.in capit. 1.de hiis,quæ fi. a
maior.par.cap.ad quod facit.l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de in-
te.actio.& cap.cum in poſitionibus.de iureiur.lib.6. in fi.ſed
de quibus poterit ſtatuere.glo.in d.§.porro.3.diſtinctio.dicit
quod de minoribus non autem de maiorib. tu dic quod de
omnibus illis poterit ſtatuere quæ ſub iuriſdictione ſua ca-
11 dunt.†nam regula eſt quod ad limites iuriſdictionis, exten-
ditur ſtatuendi facultas vt not.Innocen.capit.cum acceſſiſ-
ſent.de conſtitu.& Bartol.in l.omnes populi. de inſtit.& iur.
12 † & ſi quęras infra quantum tempus ligabunt huiuſmodi
ſtatuta. dices quod infra tempus arbitrarium ligant ignorã-
tes. nec ob. authen.ut factæ non.conſtit.princ.colum.5. quę
dicit de duobus menſibus, quia obtinet in principe tantum.
ita not.Hoſtien.in ſumma tit.de conſtit. § quando conſtitu
tio.& Bart.in d.l.omnes populi. & dixi de ignorantibus,quia
ſcientes ſtatim ligantur,iuxta gloſ.cap.cum ſingula.de præ-
ben.lib 6.& capit.hoc conſultiſſimo de re.eccleſ.non alien.
13 eodem li.† An autem poſſit legatus ſtatuere contra ius com
mune.reſpondeo quod non,ut in cap.ſuper his,de maio. &
obed. inferior enim non poteſt legem ſuperioris tollere . &
intellige,ſiue velit in totum eam reuocare, ſiue eam limita-
re,aut aliquid addere,vt in clement.ne Romani.de elect.in
princip.tamen poterit addere pœnam ad ius commune,vt
dicit ibi glo.& probat tex.in cap.vt animarum.§.ſtatuto.de
conſtit.lib.6.ex quo iuſtificatur id quod no.Hoſtien.& Ioan.
14 Andr.in cap.cum inhibitio de clande.deſpon.† vbi tenent
quod legatus poteſt facere per ſtatutum ſuum , quod caſus
diſpenſandi, qui non ſunt reſeruati papę ſint ſedi apoſtolicę
reſeruati. quod eſt ualde not. & quod diximus de pœna au-
genda.intellige,quando cum pœna maneret ſalua iuris cõ-
munis diſpoſitio. ſecus autem eſſet ſi mutaretur ut in d.cle-
men.ibi addere.& ex hoc infertur quod vbi actus de iure cõ
muni eſt validus, non poterit decerni nullus ex diſpoſitio-
ne ſtatuti.iux.not.per Ioan.Andr.in addit. ad Specul.tit. de
elect.de materia hac uide latius per Ioan.Andr.in capit.fin.
de offic.archipresbyt.& in capit.fin.de appell.lib.6. in noue.
15 † Quæro an ex iuſta cauſa poterit ſtatutum facere in pręiudi
cium ſubditorum.& quidam putarent quod nõ, cum diſpo
nere in pręiudicium alterius ſoli principi competat. iux.no.
per Innocent.de conſtit.quę in eccleſiarum. & cap.cum ac-
ceſſiſſent,ſed tene contrarium per tex.in l.venditor. §.ſi con
ſtat.ff.comun.predio. non obſt.in contrarium inducta, quia
debent intelligi quando per ſpecialem diſpoſitionem,utpo
te per reſcriptũ,vel aliquid huiuſmodi vellet inferior a prin
cipe in alterius præiudicium aliquid diſponere. ut not. Bar-
16 tol.in l.antiocenſium. ff.de priuileg.credi.† Sed dubitari po-
teſt an ſtatuendo poſsit reuocare ſtatuta aliorum legatorũ
pręcedentium vel inferiorum.ſolutio quod ſic, quoniã prę-
cedentes legati non poterunt ſequentibus legatis ęquali au
ctoritate functuris legem imponere,quoniam par in parem
non habet imperium . ut de elect.innotuit.& multo minus
inferior in ſuperiorem.vt in cap.inferior ſedes.21.diſt.& ca-
17 pit.cum inferior.de maior.& obed.† facit in ſimili,quoniam
cum capitulum ſede uacante ſuccedat in epiſcopali iuriſdi-
ctione, ſicut epiſcopus poſſet ſtatuta ſuorum prædeceſſorũ
reuocare.ita etiam poterit capitulum ſede uacante, ex quo
ęquali poteſtate quo ad iuriſdictionem utitur reuocare ſta-
tuta epiſcopi.ita no.Io.Andr.in cap.vnico.de maio.& obed.
lib.6 in noue.& Lapus & Domi.ibi.& Ioan.de Imo.in d.cle-
18 men.ne Romani.in princ.† conſuetudines tamen vel ſtatuta
eccleſiæ honorabilia,ſiue vtilia , non poſſunt nec debent re-
uocare per no.per Inno.in capitulo accedentibus.de priuile-
19 † Sed an poſſit ſtatuendo vel alias diſponere contra priuile-
gia per ſedem apoſtolicam conceſſa, in hoc reperiuntur glo.
contrariæ. nam gloſ.in capit.pro illorum de præben.tenet q̃
non poteſt.contrarium no. gloſ.in cap. ſi Abbatem.de elect.
li 6.dicas pro concordia, quod aut legatus vult directe diſpo
nere contra priuilegiũ papæ tollendo illud in toto vel in par
te,& non poteſt,ita procedit gloſ.in dicto capit.pro illorum.
aut vult hoc non veniendo directe contra priuilegium , ſed
in hiis quæ expreſſe ex priuilegio permittuntur, & tunc po-
teſt.& ita procedit gloſ.in dicto cap.ſi Abbatem. vbi priuile-
gium non prohibet præciſe abbatem tranſire, ſed quod poſ-
ſit cum licentia.in contrariũ tamen præciſe prohibetur nul-
lum recipi in canonicum. Ita tenet domi.in dicto capitulo ſi
Abbatem.ſed iſta concordia in ſecũda ſui parte licet habeat
bonum ſenſum,nõ tamẽ recte illud explicat, vnde tene ſim-
pliciter gloſ. d.cap.pro illorum.& ad gloſ. contrariam.dicas
quod ibi dabatur facultas expreſſa legato ex eo quod com-
prehenditur ſub nomine ſedis apoſtolicæ.prout late no.in d.
29 cap.ſi Abbatem. & diximus ſupra.† & ex hiis infertur,quod ſi
ex priuilegio apoſtolico certus numerus canonicorũ eſt in
21 eccleſia ſtatutus. non poterit legatus ei derogare,† & circa in
terpretationem ſtatutorum legati notandum eſt, quod ſi de
eis aliqua dubitatio oriatur, quæ ſit ita difficilis, vt merito de
beat ad ſuperiorem recurri.tunc ſi durat legatio ſua,ipſe po-
terit interpretari.vt dicit gloſ. in cap.ex parte.el.3.de verbo.
ſigni.quia eius eſt interpretari , cuius eſt condere.vt in l.cum
de nouo.C.de legi.& cap.inter alia de ſenten. excom.capitu
lo cum veniſſent de iudi.cap.ordinarii. de offic.ord.lib.6.ſi ta
men finita fuiſſet legatio,cum iam poteſtas eius defecerit,non
poterit interpretari.ut dicit Ioann. Aud. in dicto capitulo ex
parte.ad quod faciunt no.in ſimili per Bar.in l.omnes populi.
ff.de iuſti. & iur. optimum tamen eſt quod papa quando in-
terpretatur,requirat ab eo qualiter intellexit cõſtitutionem
vt iuxta eius mentem,eam interpretetur. vt fecit papa in d.c.
ex parte,aut dubium eſt leue,& tunc iudex,coram quo verti
tur cauſa , poterit interpretari. ſicut dicimus in dubio legis,
vel priuilegii,vt voluit Innoc.in capitulo cum ſpeciali.de ap
22 pel. † Subſequenter quæro de iuriſdictione capituli prouin-
cialis,ad quod eſt dicendum, quod cognoſcere poteſt de om
nibus cauſis ciuilibus prouinciæ.nedum per appellationem,
ſed per ſimplicem querelam.vt in capit. 1 .de iudi.vnde impe
titi ſuper præmiſſis in prouinciali concilio reſpondere tenen
tur,ac ſi citati eſſent. 18.diſ.propter eccleſiaſticas & cap.quo-
niam quidem,ſed in criminali non tenentur reſpondere,ni-
ſi ad hoc ſint citati.& niſi in citatione ſint expoſita omnia ſu-
per quibus accuſantur. 9. quæſtione ſecunda capitu. vltimo.
quod autem dictum eſt de ciuilibus intelligunt quidam in
prouinciali uel epiſcopali concilio.ſed in generali dicũt cui
libet competere ius reuocãdi domum. ſed contra eos eſt ar.
23 ſecunda quæſtione ſexta ſi inacus. † hoc tamen teneas indubi
tanter quod ſi ad particulare vel generale concilium pro ali
quibus ſpecialibus negotiis in vocatione nominatis vocarẽ-
tur, quod in aliis, & in criminalibus cauſis, haberent vocati
ius reuocandi domum. hæc fuerunt verba Inno. in capitulo
24 graue. de præbend. † Ex quibus notanda ſunt aliqua,primo.
qualis debeat eſſe citatio quæ fit in cauſa criminali. debet
enim continere expreſſe omnia ſuper quibus accuſatus im-
petitur.alias non eſt legitima , nec arctat ad comparendum.
ad quod ego allego.gloſ.in capitulo iudices. 3.& tex.in capi-
25 tulo ſi primates. 5.quæſt. 2. † Secundo nota ex prædictis quan
do vocatus ad concilium. & ibi conuentus, habeat ius reuo-
candi domum. & hoc locum habet tam in concilio genera-
li quam in prouinciali. & circa id quod dicit Innocen. quod
26 de cauſis criminalibus poteſt concilium cognoſcere. † adde
quod de cauſis epiſcoporum etiam criminalibus poterit hoc
concilium cognoſcere non tamen poterit eas diffinire. 3.quę
ſtione 8.capit. 1.& 3.quæſt. 6. quamuis liceat. & c. dudum &
capit.multum ſtupeo.& cap. accuſatus. & quando tractatur
accuſatio epiſcopi in ipſo tractatu neceſſarii ſunt. 12.epiſco-
pi.vt in d.cap. 1.3.quæſt.8.& cap.hæc quippe.3.quæſt.6.nec in
his. 12.computatur archiepiſcopus. 15.quæſt.7.felix. & ſimi
liter nec legatus cũ in eius poteſtate concurrat. & prædictus
numerus eſt neceſſarius non ſolum in criminali accuſatio-
ne epiſcopi,ſed ẽt ſi ciuiliter de crimine ageretur.vtpote ſi ex
cipiatur contra ipſum,vt remoueatur ab epiſcopatu. 23.diſt.
illud.34 diſtinctione quorũdam.nam poſt talem ammotio-
nẽ vel repulſionem adeo remanet infamis , vt intelligibilis
ſit,in capitulo ſuper eo. de elect. ſecus ſi pro contumacia epi-
ſcopus excommunicaretur, vel ſuſpenderetur nam hoc ſo-
lus archiepiſcopus vel legatus facere poſſet.ita no.Innoc.in
27 d.cap.graue † licet tamen concilium prouinciale non poſsit
deponere epiſcopum,poterit tamen pronuntiare eum depo
nen-

28 nendum.iuxta glo.2.q.6.biduum,†ſed an iſti epiſcopi,qui in
prouinciali concilio conueniunt cum archiepiſcopo, vel le
gato.ſint ordinarii cum eo. Solutio ſecundum Innocen.vbi
ſupra quod ſic.2.quæſt.6.placuit. & cap.ſi epiſcopus accuſa-
tus.11.quæſt.3. ſi epiſcopus forte. & quatuor.cap.ſe.6.q.3.ca.
ſcitore.18.d.c.1.& 2.idem tenet Hoſt.in d.cap.graue.& gloſ.
29 & Arch.3.q.8.in ſumma.†Sed an concilium iſtud prouincia
le poterit ut ſuſpectum recuſari. Vinc.in cap.1.de iudic.te-
net quod ſic.quem ſequuntur communiter doctor.ad idem
glo.in cap.in ſingulis.de ſta.re.& tex.in clem.paſtoralis.§.pi-
ſana. de re iudi.quod procedit, nedum ſi omnes de concilio
ſint ſuſpecti, ſed etiam ſi maiores, qui præſident principa-
lius in concilio prouinciali,ſunt ſuſpecti,vt dixit Vincen.ad
quod facit in argu.cap.fin.de procur.ſed quando non eſſent
omnes ſuſpecti.nec principaliores,tunc tota poteſtas conci
lii reſideret penes habiles & non ſuſpectos.arg.c.cum nobis
olim.de elect.& c.cum ſuper Abbatia.de offic.delega.& vbi
ageretur ad depoſitionem epiſcopi vel priuationem ab ec-
cleſia.quo caſu.12.epiſcoporum numerus requiritur ut præ
diximus, vbi ꝓpter ſuſpitionem aliqui ex illo numero deeſ-
ſent,tunc ſecundum Inno.ubi ſupra.metropolitanus vel le-
gatus præſidens concilio, alios loco ipſorum eligeret de ea
ꝓuincia,ſi haberi poſſent.alioquin de vicina.ar.65.d.c.ſi for-
30 te.† cõcilium tamen generale minime ut ſuſpectum poteſt
recuſari. propter intereſſentiam papæ, cuius iudiciũ nullus
euadere poteſt.ut in c.cuncta per mundum.& cap.per prin-
cipalem.& cap.aliorum.9.quæſt.3.nam & in cauſa ſua prin
ceps poteſt eſſe iudex.nec recuſari valet ut ſuſpectus.ut not.
glo.in cap. ſi quis pecunia.79.diſt.& in cap.conſuetudo.16.
quæſt.5.& Innoc.in cap.ex parte, de verborum ſignif.& legi
ſtæ in l.unica.C.ne quis in ſua cauſa ius ſi.di.per tex.in l.pro
xime.de hiis.quę in teſta.delen.quanto magis poterit iudica
re in aliena.nec remoueri a iudicando propter ſuſpitionem.
31 †Sed quæ erit forma pronunciandi ſententias,vel mandata,
aut alias ordinationes in prouinciali concilio.ad hoc dicen
dum,quod non eſt uis.vtrum pronuntiantes dicant. Nos cõ
cilium,aut nos archiepiſcopus,vel legatus de conſenſu no-
ſtri concilii ſecundum Archid.qui ita not.17.d.§.1.& Bal.in
l.1.C.de vindicta manumi.

SVMMARIVM.

1 *Legatus in alienatione rerum eccleſiaſticarum auctoritatem interpone-re poteſt.*
Quid de prælatis inferioribus.
2 *Legatus alienandi licentiam dare poteſt abbati, vel priori, qui iurarunt non alienare ſine epiſcopi conſenſu.*
3 *Alienatio rerum eccleſ. Romanæ in legatione non continetur.*
4 *Legatus an poſſit ſuam auctoritatem interponere in alienatione rei eccle-ſitæ extra prouinciam, ſi eccleſia, cuius res alienatur, eſt intra prouin-ciam,& infra nu.7.*
5 *Conſenſus actum præcedere & ſequi poteſt.*
Decretum in ipſo actu præſtatur.
6 *Conſenſus epiſcopi in alienationibus non eſt actus iudicialis, ſed volunta-tis expreſſio.*
8 *Alienatio rerum eccleſiarum hodie inconſulto Romano pontific. inter-dicta eſt.*
Limita vt infra num. 10.& 11.
9 *Legatus hodie in alienationibus eccleſiæ ſine papa auctoritatem non in-terponit.*
10 *Alienatio rerum eccleſiarum ob ſummam neceſſitatem quæ celeritatem deſideraret,quod papæ auctoritas expectari non poſſet, fieri poteſt.*

Quæſt. XI.

Vndecimo quæro de facultate legati circa auctoritatem interponẽ
1 dam in alienationibus rerum eccleſiaſticarũ.† teneas quod
poteſt in rebus eccleſiæ alienandis ſuam auctoritatem inter
ponere,quia hoc poteſt nedum epiſcopus.ut in cap. ſine ex-
ceptione.12.quæſt.1.& c.in uenditionibus.17.q.4.& capit.1.
& cum apoſtolica. de hiis.quæ fi.a præl.verum etiam inferio
res,qui habent eccleſias,pleno iure ſubiectas.Itaque habent
iuriſdictionem epiſcopalem in loco.vt contingit ſępenume
ro in abbatibus.ita tenet Innoc.in c.ſtatuimus. de tranſact.
& gloſ.in clem.1. de rebus eccleſiæ non a lie. ergo & legatus
hoc poterit, quia concurrit cum eis in iuriſdictione, & hoc
tenet expreſſe Specul.tit.de lega.§.conſequenter. verſ.fin.&
Arch. in cap.in venditionibus.17.q.4.& Ioan.And.in c.2.de
feu.fallit tamen ubi prælatus iuraſſet nõ alienare Rom. pon
tif.inconſulto.ut voluit Specul.in d.§.ver.cæterum. & Ioan.
2 Andr. in d.capit.2.† Sed quid ſi aliquis prior uel abbas iurat
non alienare ſine conſenſu dioc. epiſcopi vel alicuius abba-
tis,infra legationem conſtituti.& in hoc dicendum,quod le
gatus huic licentiam dare poterit,propterea quia concurrit
cum quolibet ordinario ſuæ prouinciæ,vt prædictum eſt,ſe-
cus tamen eſt ſi non intuitu dignitatis, ſed perſonæ,vel ami
citiæ huiuſmodi perſonam deſignaſſet.ita not. Spec. in d.§.
conſequenter. verſ. quid ſi aliquis prior.ſubiungit tamen in
verſ.ſe. iuxta primum caſum hoc verum eſſe.ſi ille prælatus
qui iuxta formam inſtrumenti erat conſulendus, fuiſſet de
ſua legatione.ſecus tamen ſi eſſet extra ſuam prouinciam,
quia tunc vices eius non poſſet ſupplere.& hoc idem tenuit
Fed.de Sen.conſi.195.nec putarem illo caſu fore neceſſariũ
conſenſum capituli eccleſiæ cathedralis. cum ipſe non ha-
beat capitulum,licet in epiſcopo interponẽte auctoritatem
conſenſus ſui capituli requiratur. vt eſt text.not.in d.cap.cũ
apoſtolica. ſi eccleſia tamen alienans haberet capitulum
eius cõſenſus requireretur.& alię ſolennitates requiſitę, qa
non poteſt legatus iuris ſolennitates tollere,ut ſuperius di-
3 ctum eſt.† non tamen res eccleſiæ Romanæ poſſet alienare,
nec in legationis mandato hoc continetur.iux.no.per Bart.
in l.prohibere.§.plane. ff.quod ui aut clam.ad quod facit ẽt
4 l.mandato generali.& l.procurator tutorum.de procu.†Sed
quæro ſi eccleſia cuius res alienantur eſt intra ſuam prouin-
ciam.res autem quæ alienantur ſunt extra.an poſſit legatus
in hiis alienandis ſuam interponere auctoritatem,& videre
tur quod non,per no.per glo.10.quæſt.2. hocius porrectum.
& in d.cap.in uenditionibus.quę dicunt epiſcopum in cuius
dioc.res ſunt,debere interponere auctoritatem,ad quod in-
ducunt,l.ſi prædium.C.de prædi.mino.Innoc.tamen & Ho
ſtien.in cap.paſtoralis,de priuileg. dicunt quod requiritur au
ctoritas diocęſani eccleſiæ,& per conſequens ſufficeret con
ſenſus legati.ad hoc d.capit.in venditionib.alii dicunt,quod
vtriuſque requiritur auctoritas vt not. Ioan.And.in d.capit.
paſtoralis. Pau.tamen in clem.1.de re.eccleſ. non alien.dicit
quod opin.Innoc.& Hoſtien.eſt uera,quia ad epiſcopum ec
cleſiæ ſpectant iura & diſpoſitio ipſius eccleſiæ.& conſequẽ
ter dotis & bonorum eius.10.q.1.regenda,& cap.decretum,
nec obſt.l.ſi prædium. præal.quia loquitur in minore, in cu-
5 ius rei alienatione requiritur decretum iudiciale.†Sed in ec
cleſia ſufficit conſenſus qui poteſt præcedere & ſequi.decre
tum tamen præſtatur in ipſo contractu,ut not.in capit.cum
conſuetudinis.de conſue.& cap.dudum,de re.eccl.non alie.
lib.6.& ideo nil mirum ſi iudex in cuius dioc. ſita eſt res,po-
6 teſt illud interponere,quia poteſt de illa iudicare.†ſed con-
ſenſus epiſcopi eſt quædam poteſtatis ligatę relaxatio.ſecun
dum quam inferior nil poteſt ſine licentia, & non eſt actus
iudicialis, ſed voluntatis expreſſio. vnde præſtari poteſt om-
ni tempore. & quantum ad minorem dicit quoſdam legi-
ſtas dicere, quod vterque poteſt auctorizare, & ſecundum
eum hoc eſt verum. cum vterque poſſit iudicialiter cogno-
ſcere.C.vbi in rem actio.l.fin.de foro compet.cap.ſane & c.
fin.& ſic recitando tranſit Ioan.de Imo.in d.clem. ſed dom.
card. tenet quod uterque epiſcopus poterit interponere au-
ctoritatem.& pro epiſcopo rerum facit dic.l.ſi prædium.pro
epiſcopo vero eccleſiæ, facit l.magis puto.§.illud.ff.de re.eo
rum. quo ad alienationem tamẽ rerum minorum tutius eſt
quod etiam interueniat decretum iudicis rei ſitæ per dic.l.ſi
prædium.ego crederem opin.Innoc.& Hoſtien.& Paul. fore
veram.ad quod multum ſtringunt motiua dom. Paul. facit
etiam ad idem text.in cap.nouerit.10.quæſt.1.vbi probatur
quod ad epiſcopum ſpectat cura eccleſiæ una cũ dote ſua.
7 ex quo inferri poterit, quod legatus etiam quo ad poſſeſſio-
nes extra ſuam prouinciam conſtitutas poterit interponere
auctoritatem ſuam. quo autẽ ad rei minoris alienationem
tene quod vterque poteſt ut ſuperius dixit & tenet Bal. in d.
l.ſi prædium.& in l.1.C.de contrahen.emp.poſt Iac.de Aret.
8 †conſidera tamen circa prædicta quod hodie etiam in caſib.
a iure permiſſis non licet alienare res cuiuſque eccleſiæ. vel
monaſterii. aut pii loci inconſulto Romano pontif. & con-
trafacientes grauibus pęnis inuoluũtur. vt in bulla Pauli pa-
9 pæ.ij. per uiam cõſtitutionis edita continetur.†ex quo infer-
tur qđ in huiuſmodi alienationib.non poterit legatus aucto-
ritatem interponere ſine ſpeciali facultate ſibi a papa con-
ceſſa per Spec.in dic.§.conſequenter ver.cæterum.& Ioan.
10 And.in d.capit.1.de feu.†quid tamen ſi ſubeſſet ſumma ne-
ceſſitas,quæ tantam celeritatem deſideraret, quod commo
de non poteſt auctoritas papæ expectari, an non obſtante di
cta cõſtitutione Pauli poſſit fieri alienatio. dicendum quod
ſic.ad hoc glo.no.12.quæſt.2.placuit.& text.ff.de pet.hæred.
diuus.ff.de admin. tut. l.tutor qui repertorium.§.1.& hoc te
net Hugu.& Archid.in c.abbatibus.12.q.2.& ſic diſputando
terminauit Paul.in quæſtione quæ incipit condemnatus.in
vlt.membro.idem tenet dom.card.in clem.1.de re.eccl.non
11 alie.ad quod etiam facit tex.cap.fin.de eccleſ.ædif.† ex qui-
bus infertur limitatio ad iura quæ exigunt ſolennitatem in
rebus eccleſiæ alie. ut intelligantur. niſi tanta neceſſitas &

tam urgens interuenitet,quod non poſſet obſeruantia ſolen
nitatis prædictæ obſeruari,ut eſt tex.cum gloſ.in d.c.placuit,
& hoc modo limitabis.d.conſtitutionem Pau.limita etiam
niſi res eſſent modicę, quod ſatis innuit.dic. conſtitutio, ad
quod etiam facit tex.19.q.2.terrulas.

SVMMARIVM.

1 *Legatus prouinciam ſuam viſitare poteſt,& procurationem recipere.*
Quid de legato non de latere.
2 *Legatus viſitando an formã alijs uiſitatoribus præfixam ſeruare debeat.*
3 *Eccleſia Rom.contra ſe & ſuos priuilegiare non conſueuit.*
Legatus de latere.iura communia ſeruare tenetur.
Legatus ordinarius eſt.
4 *Legatus procurationem petit viſitatione finita.*
5 *Legati procurationem,a quocunque maluerint, petere poſſunt.*
6 *Legato non debentur expenſæ quæ in vecturis equorum fiunt, quando procuratio fit ratione viſitationis eccleſiarum,ſecus in ea, quæ fit ratione neceſſitatis.*
7 *Legatus papæ expenſis ſubditorum alitur, ſecus in legato Cęſaris.*
8 *Neceſſitas Rom.eccleſiam excuſat.*
9 *Nuntij per archiepiſcopum pro negotijs prouinciæ miſſi procurandi ſunt.*
10 *Priuilegium in corpore iuris clauſum ex rationis idẽtitate extendi debet.*
11 *Camera apoſtolica legatis hodie ſalarium dat, vt ſubditi a procurationibus releuentur.*
12 *Abſolutio facta poſt receſſum legati de eo,qui ob non procurationem ſolutam inciderat in cenſuras,& vt abſolueretur,legatus vices ſuas commiſerat,an valeat.*
13 *Commiſſiones tot ſunt quot perſonæ abſoluendæ ſunt.*
14 *Legatus, vel eius commiſſarius non poteſt poſt receſſum excommunicare, nec abſoluere.*
15 *Excommunicatio contra non ſoluentes procurationem non ligat eos, qui per impotentiam ſoluere nequeunt.*
16 *Excommunicatio in habentis plura beneficia non comprehendit illum, qui recepit ſecundum,cuius fructus alteri debentur.*
17 *Excommunicatio non ligat exemptos a ſolutione procurationis per apoſtolicum priuilegium.*
18 *Excommunicatio lata contra non ſubditum denegantem procurationem ab eo exactam vltra taxam lateranen.concilij non tenet.*
19 *Excommunicatio generaliter lata contra non ſoluentes procurationem, an ignorantes liget.*

Quæſt. XII.

1 Duodecimo quæro †an legatus poſſit uiſitare prouinciam ſuam, &
recipere procurationẽ a locis uiſitatis. Solutio.quod ſic pro
quo eſt tex.de cenſi.cap.procurationes.facit etiam ad idem,
nam ut ſuperius dictum eſt concurrit cum quolibet ordina
rio ſuæ prouinciæ, & ſi eſt de latere poterit uiſitare loca, ẽt ſi
ſint exempta,quia exempti ſibi ſubiiciuntur,ut in capitu.ve
niens.de uerborum ſignific.lib.6. ſi autem non eſt de latere
hoc non poterit in exemptis, quia ſibi non ſubiiciuntur, ſed
tantum in non exemptis,an autem in caſu ſpeciali clem.at
tendentes.de ſta.re. poſſet ſicut ordinario conceditur. deci
dere poteris per ea quæ dixi ſupra quæſtio.8.ubi tractatui,
an illis caſibus ſpecialibus,quib. a iure datur iuriſdictio ordi
nario in exemptos,competat illa legatis qui non ſunt de la
2 tere.†Sed an debeat ſeruare formam præfixam aliis uiſitato
ribus per cap.Romana.de cenſi.lib.6. Solutio eſt, ſecundum
Hoſt. & Ioan.And.in d.cap.Romana.§.fin.quod non arcta
tur illa cõſtitutione ad quod aſſignant triplicem rationem.
Prima,quia uices papæ gerit.94.d.cap.fin. Secunda ratio eſt,
quia maior eſt epiſcopo,de offic.deleg.ſane.qui non includi
tur ſub clauſula generali.de ſenten.excommu.quia pericu
3 loſum.ad idem,cap.ſedes.de reſcri.†Tertia ratio eſt,quia Ro
mana eccleſia contra ſe & ſuos priuilegiare non conſueuit,
de cenſi. cum inſtantia.ſed Io. de Imol. ibi dicit quod iſte ra
tiones ſunt ſatis generales, unde ſecundum eum poſſet te
neri contrarium.nam legatus etiam de latere tenetur ſerua
re iura communia. nec illa tollere poteſt.ut in gloſ. cap fin.
de hære.lib.6. & per glo.in clem.ſæpe.de uerborum ſigni.f.&
idem tenet ibi domi.nam ille tex. dicit illam formam uiſitã
di ab omnibus ordinariis ſeruandam fore. conſtat autem ꝙ
legatus eſt ordinarius.vt in cap.a de offic.leg.lib 6. & adhuc
eius iuriſdictio eſt reſtringenda tanquam extraordinaria,vt
4 not.glo.in clem.2.de offic.ordin.†Et quando perit procura
tionem ratione uiſitationis non poterit eam petere,niſi uiſi
tationis officium fecerit.vt in d.cap.procurationes. ſecus ta
men dicunt ibi Ioan. Andr.& doctor.in procuratione quæ
legato deberetur non ratione uiſitationis, ſed ad eius onera
ſupportanda,de qua in cap.accedentes.de præſcri.& ca.cum
inſtantia.de cenſi.illa enim a locis non uiſitatis eſt ſibi exhi
5 benda,& idem tenet Fed.de Senis conſ.111.† & huiuſmodi
procurationem de qua proxime diximus poterunt legati. &
nuntii ſedis apoſtolicæ a quocunq; maluerint petere, & q[illegible]
fuerit requiſitus debet eis ſuper hoc parere,adeo quod con
tumaciter reſiſtentes,pote.uni per diſtrictionem eccleſiaſti
cam ad hoc compelli.ſi tamen exactus ab eo ſentiret ſe gra
uatum vltra ſuam facultatem,poterit agere cõtra non gra
uatos ad reſidui reſtaurationem, ut in d.cap.cum inſtantia,
debentq; illi in hoc eſſe moderati, quod ſi neceſſario d[illegible] et
trahere moram in aliquo loco, ne locus ille propter ip[illegible]
mium aggrauetur.ab aliis eccleſiis,vel perſonis recipiẽt p[illegible]
curationes, quæ nondum fuerant ſuis procurationibus ag
grauatę,vt in d.cap.procurationes, nec ultra poſſibilitat[illegible]
& facultates,in hoc ſunt eccleſiæ grauandæ.imo ſi vna non
ſufficiat,plures debent coniungi ad procurationẽ exſoluen
6 dam.ut ibi dicit tex.† Eſt & alia differentia inter iſtas procu
rationes, quoniam in prima procuratione.l quæ fit ratione
viſitationis eccleſiarum, non debentur legato expen quæ
fiunt in vecturis equorum vel ferraturis,iuxta not per Inno
cent.in d.cap.1. de cenſi.lib.6. Sed in ſecunda procuratione
quæ ratione incumbentium neceſſitatum eis debetur, om
nia iſta ueniunt.& ſic poterit ſaluari glo. in capit.2. de cenſi.
eodem lib. & ita etiam tenet ibi Ioan. Andr.in noue & Fed.
7 de Seni.in præal.conſilio.† Et ex prædictis infertur vna diffe
rentia inter legatum papæ & legatum Cęſaris,nam legatus
papæ alimentatur expen. ſubditorum, ut in prædictis iurib.
legatus autem Cęſaris expenſis imperatoris mittentis.i[illegible]
ſten.ut nulli iudicum.§.nulli.col.9.hanc differentiam inter
iſtos ponit glo.in cap inter cætera,de offic.ordinar. vbi dic.[illegible]
8 Hoſt.†quod Rom.eccleſiam excuſat neceſſitas, quia nõ poſ
ſet omnibus prouidere.Item priuilegium ab antiquo obten
tum.quod tamen epiſcopi vellent imitari, ſed non debent,
arg.in cap.1.de tempo.ord & in cap.in cauſis.de re iudic.ſed
hoc vltimum de epiſcopo limitat Abbas ſiculus in d.cap.in
ter cętera.niſi expenſa eſſet grauis,& epiſcopus mitteret pro
communi negotio nuntium.ad quod induci[t] no per Innoc.
de ſta.regu.capit.1.ad quod ego induco no.per Hoſtien.in d.
9 cap.procurationes.† vbi quærit an nuntii quos archiepiſco
pus mittit pro negotio totius prouinciæ ſint procurandi, &
dicit quod ſic,allagat de iureiuran. ego N. de maioritate, &
obed.dilecti. & de pœnis,Romana lib 6.& idem dicit de ar
chiepiſcopo,qui pro negotiis prouinciæ in aliquo loco mo
ram trahit,ut in cap.vt prætéritę,de electio. eadem enim ra
10 tio eſt in archiepiſcopo,quæ in legato ergo idem ius † ſed di
ces licet vbi eſt eadẽ ratio ſit idem ius, tamen priuilegia non
debent extendi per identitatem rationis, de priuileg.cap ſa
ne.ſed reſponderi poteſt ſecundum eum illud uerum in pri
uilegio corpore iuris non clauſo. ſecus autem in clauſo. ut
eſt in propoſito,idem ſequitur ibi Ioan. Andr.& no.hoc ulti
mum pro extenſione priuilegiorũ, pro quo ego induco glo.
11 in capit.cum illorum.de ſenten.excommun.† hodie tamen
vt ſubditi releuentur a procurationibus legatorum.conſue
uit camera apoſtolica eis ſalarium cõſtituere, & ponit Ioan.
Andr.taxam ſalarii tam in legatis de latere, quam in aliis in
d.capit.procurationes,ſed experientia docet quod hodie eſt
aucta illa taxa Sed iuxta prædicta quærit Fede.in d.conſilio.
12 †pone quod clerici alicuius ciuitatis qui non ſoluerunt par
tem ſibi contingentem de procuratione legati, & ſic incur
rerunt cenſuras inflictas per legatum, ante receſſum legati
purgauerunt contumaciam ſuam, & ſoluerunt, & legatus
commiſit uices ſuas alicui, qui abſolueret omnes illos, qui
quidem cõmiſſarius ante receſſum legati, aliquos abſoluit,
aliquos vero poſt eius receſſum,& ſic poſt finitam legationẽ
quęritur an valeat abſolutio facta poſt receſſum legati, & ar
guit quod ſic, ex quo ante receſſum legati cępit vti iuriſdi
ctione.de offic.lega.capit.vltimo.ſecus ſi res eſſet integra ex
toto vt ibi. ſed in contrarium inducit, quia licet cæperit vti
iuriſdictione quoad quoſdam, hoc non debet prodeſſe quo
13 ad alios,vt not.de off.deleg.licet,† quia tot videntur eſſe cõ
miſſiones quot ſunt perſonæ abſoluendę ff de mino.l.etiam
2.quęſt. 3.abolitio.cum ſimil.ad hoc optime facit de offic.de
leg.cap.ſi.§ officium.lib 6.& de hæret.ne aliqui.a contra
14 rio.eodem lib †item ſicut legatus vel eius commiſſarius nõ
poteſt excommunicare poſt receſſum ſuum, & ſentẽtia per
eum lata poſtea non ligaret, vt no.de ſenten.excommun.a
nobis.Ita nec abſoluere poteſt eius commiſſarius poſt ipſius
receſſum,quia eadem eſt ratio.ſi tamen negotium omnium
iſtorum clericorum eſſet connexum,tunc perpetuatio facta
quo ad vnum intelligeretur facta quoad omnes.ut no Ho
15 ſtien.in d.cap.licet. † Aduerte tamen circa prædicta, & tene
menti,quod generalis ſententia excommunicationis,vel al
terius cenſuræ, aut penę lata contra non ſoluentes procura
tionem,non ligat eos,qui propter impotentiam ſoluere ne
queunt,ita no. Abbas ſiculus in cap p. & g.de offic.deleg.ad
quod inducit.nam talia uerba generalia ciuili modo ſunt in
telli·

16 telligendæ. l.ſi cui.ff.de ſeruit.† Ad quod ego induco ea quæ
in ſimili no.Ioan.Andr.in cap.ſi tibi conceſſo. de præben. li.
6. vbi dicit quod ſi legatus per ſuam conſtitutionem excom
municet habentem in eadem ciuitate duo beneficia, nõ in-
currit illam excommunicationem ille, qui cum haberet pri
mum, recepit ſecundum , cuius fructus alteri debebantur.
æquitas enim quæ in ſimili caſu excuſat a pœna concilii ge-
neralis, ut in d.cap.ſi tibi conceſſo. merito excuſabit iſtum a
pœna conſtitutionis legati. Item quia lex debet eſſe honeſta
17 & iuſta.†dicas etiam ſecundum Cald.conſil.9.in tit.de ſen-
tent.excommunic. quod talis ſententia non ligat exemptos a
ſolutione per priuilegium apoſtolicum , quod procedit etiã
ſi ſpecialiter eſſet & nominatim lata contra illos, quia lega-
tus habet poteſtatem excommunicandi eos quando eſſent
rebelles & contumaces in ſoluendo.iſti autem non ſunt hu
iuſmodi,ex quo legitimo priuilegio ſe tuentur, ſed ego non
crederem propter hoc ex cõicationis ſententiam fore nul-
lam, cum per ſuperiorem & in ſubditũ ſit lata. loquor quan-
do eſſet ſpecialiter lata in aliquem, eſſet tamen iniuſta & cõ
ſtito de ueritate, ſine difficultate relaxanda. ad hoc glo.4.q.
5. quiſquis.& in cap.2. de teſti.cogen. & quod no. Innocent.
Hoſtien.& Ioan.Andr.in cap.p.& g. de offic.deleg. ad quod
etiam induco tex.cap.venerabilibus.§.idem quę. de ſentent.
18 excommunic.lib.6.† Item non tenet excommunicatio lata
contra ſubditum denegantem procurationem exactam ab
eo vltra taxam in Lateran. concilio conſtitutam.de exceſſ.
prælat.cum ad quorundam.hoc tamen indubitanter teneas,
19 † quod ſi ſententia excommunicationis eſſet in genere lata
contra non ſoluentes, non ligaret ignorantes. iuxta not. per
Ioan. Andr.in nouc.in capitu. vt animarum. de conſtitutio.
libro ſexto , quod limita , niſi ignorantia fuiſſet craſſa & ſu-
pina vt ibi textus dicit.

SVMMARIVM.

1 *Legatus non de latere an abſoluere poſſit ab excommunicatione a iure la-
ta propter violentam in clericum manuum iniectionem.*
2 *Iniuria enormis quæ dicatur.*
Et infra num. 4.
3 *Quid de legato de latere.*
5 *Quid de legato nato.*
6 *Legatus miſſus ſubditos exiſtentes intra prouinciam abſoluere poteſt.*
7 *Legatus miſſus ſubditos extra prouinciam abſoluere poteſt.*
8 *Poteſtas de iure communi competens ad alienum territorium de conſenſu
ſui iudicis prorogari poteſt*
9 *Legatus miſſus ſubditos alibi excommunicationem incurrentes abſolue-
re poteſt.*
10 *Legatus miſſus abſoluere poteſt non ſubditos in ſuam prouinciam venientes
ſi ibi excommunicationem incurrunt.*
11 *Legatus de latere ſubditos tam in prouincia quam extra abſoluere ab ex-
communicatione poteſt.*
Legatus de latere in quibus ab alijs differat, remiſſiue.
*Legatus de latere in caſibus papæ reſeruatis regulariter ſe intromittere
non poteſt.*
*Legatus de latere abſoluere poteſt in caſibus, ſi abſolutio papæ non ſit
reſeruata.*
13 *Legatus miſſus an abſoluere poſſit ab excommunicatione per hominem la
ta, & num. ſeq.*
14 *Legatus de cauſis coram alijs pendentibus non ſe impedit.*
15 *Excommunicatus ſatisfacere debet de eo, pro quo excommunicatus eſt,
& quomodo.*
Et infra num. 18.
16 *Iniuriæ ſatisfactionem quis remittere non tenetur, ſed rancorem ſic.*

Quæſt. XIII.

Tertiodecimo quæro de facultate legati circa abſolutionẽ
a ſententia excommunic.impendendam. & pro veritate hu
ius quæſtionis diſtingue. quia aut quærimus in excommuni-
1 catione lata a iure. aut in lata ab homine.† Primo caſu ſi eſt
inflicta propter violentam manuum iniectionem in cleri-
cum iux.cap.ſi quis ſuadente.17.quæſt10.4.& capit. non du-
bium.& cap. parrochianos.de ſenten.excommun. & percuſ
ſio non eſt ænormis, legatus poterit abſoluere. quoniam epi
ſcopus illo caſu poteſt vt in cap.peruenit.& in cap.cum illo-
2 rum.de ſentent.excommun. aut percuſſio fuit ænormis.† &
voco ęnormem, vel ex perſona iniuriata, utpote ſi in epiſco
pum vel abbatem ſit manus iniecta, vel ex re ipſa, utpote ſi
ad mutilationem membri, vel maximam ſanguinis effuſio-
nem fuerit proceſſum. ut eſt tex.in d.capit.cum illorum.ad-
de quod etiam ex loco dicitur atrox iniuria. ut ſi in loco pu-
blico fuerit illata. ut in §.atrox.inſtit.de iniur. & in hoc caſu
legatus, qui non eſt de latere, ſe nõ poteſt intromittere. quia
caſus eſt reſeruatus papæ. vt in dictis. capitulo peruenit. & cũ
3 illorum.†ſed in legato de latere. ſunt opi. contrariæ nam Ho-
ſtien. in capitulo ad eminentiam. de ſenten. excommunic. te
net quod poteſt. quia tex. ibi loquitur indiſtincte. & indiffini-
ta æquipollet vniuerſali iuxta not. in capitulo ut circa. de
electione libro ſexto. & maxime ſecundum eum probatur.
ſecundum aliam literam , quæ habet dictionem vniuerſalẽ,
omnis. ſed idem Hoſtien. ſentit contrarium in capitulo pen.
de offic. legat. ubi dicit quod pro ænormi iniuria ſolus papa
4 abſoluit. † tamen quo ad legatum appellat ænormem iniu-
riam homicidium & membri mutilationem. ſecus autem
in effuſione ſanguinis etiam cum effractione oſſis. & illam
opi. Hooſtien. ſcilicet quod in ænormi iniuria non poſſit. ſe-
cus eſt Spec. titulo de legat. §. nunc dicamus.ver. quod etiam
dixi. ſed doct. in dicto capitulo ad eminentiam. communiter
tenent opi. primam. ſcilicet quod legatus de latere hoc poſ-
ſit etiam in ęnormi iniuria. & hanc etiam tenent Archid. &
Ioann. And. in capitulo eos. de ſenten. excomm. libro ſexto.
in noue. pro qua facit text. in dicto capitulo ad eminentiam.
qui generaliter loquitur. eſt expreſſus tex. ad idem. in capitu
5 lo quod tranſlationem de offic. lega. †Et circa abſolutionem
iſtorum, dicendum quod legatus natus , Ideſt qui ratione ec-
cleſiæ ſuæ legatus eſt, non poteſt tales abſoluere, ut in dicto
capitulo excommunicatis, quod intellige, niſi alias ſint ordi-
narii epiſcopi. nam tunc & ſi non poſſint tanquam legati na-
ti, poterunt ſaltim tanquam epiſcopi in non reſeruatis papę.
non tamen in iſtis tanquam legati poterunt. licet Abb. Sicu.
dixerit contrarium , & male. in dicto capitulo excommuni-
catis. quia ſic nulla eſſet inter eos, & miſſos legatos differen
6 tia, cuius contrarium voluit ille tex.†legatus uero miſſus po
teſt abſoluere ſubditos exiſtentes intra prouinciam ſuam. ex
tra prouinciã vero ſuam extraneos nequeunt abſoluere. nec
7 etiam intra prouinciam, vt dicit ibi tex.†ſed an ſubditos ſuos
poſſit abſoluere extra prouinciam Vinc. tenet ibi quod ſic.
ſed contrarium ſentit ibi gloſa & communiter docto. quia
text. indiſtincte prohibet extra prouinciam abſoluere. & ita
dicit Ioan. Andr de facto ſeruari & idem ſentit Specu. eo. tit.
§. nunc dicamus. verſi. circa. quod procedit ſecundum Hoſt.
etiam ſi habeant licentiam iudicis territorii. quia poteſtas da
tur legatis cum limitatione non ergo debent excedere limi-
tes poteſtatis ſibi conceſſæ per priuilegium. de priuile. c. ſanc.
8 † & ex hoc no:. quod licet poteſtas competens de iure com-
muni poſſit prorogari ad alienum territorium cum conſen-
ſu iudicis territorii. ſecus in ea quæ competit ex priuilegio.
9 † Sed quid ſi ſubditi legato alibi. ſcilicet extra prouinciam in
currerunt excommunicationem. an legatus intra prouinciã
poterit eos abſoluere. & Hoſti. dicit ibi quod non. per illum
tex. qui dicit aliunde contingat accedere. ſed Specu. in dicto
§ illud refert quoſdam tenuiſſe contrarium. & hanc partem
tenet Abbas Sicu in dicto c. excommunicatis. nam quemad
modum poteſt ſubditos ſuos punire de delicto alibi commiſ
ſo. vt in c. cum cõtingat de fo. comp. & in l. 1. C. vbi de crimi.
agi oportet ita & abſoluere poterit. ad quod etiam inducit
gloſ. 16. quęſt. 1. capit. placuit. & ego induco gloſ quæ melius
facit in cle. cum ex eo. de ſen. excom. in glo. ſi. quia gloſ. indu
10 cta per eum loquitur in foro pœnitentiali. †Sed quid ſi non
ſubditi venerunt ad prouinciam & ibi incurrerunt excom-
municationem. Hoſtien. tenet quod abſoluet eos legatus, q̃a
iſti non dicuntur aliunde accedere, cum non ueniant excõ-
municati. ex quo ibi dicebat Abbas antiquus, quod licet
ſcholaris veniens ad ſtudium excommunicatus non poſſit
abſolui ab epiſcopo loci illius ſtudii, ſecus tamen eſſet ſi ibi
incurriſſet excommunicationem. ſi autem quæramus de le
11 gato de latere. dicas quod abſoluere poterit quoſcunque tã
ſubditos quam extraneos, tam in prouincia ſibi decreta quã
extra. ut in dicto capitulo excommunicatis. a contrario ſen
ſu & ibi tenet glo. ex quibus collige aliquas differentias inter
legatum de latere & alios legatos. in quibus autem differãt
vide glo. in capitulo primo. de offici. lega. libro ſexto. & ibi
Ioann. And. in noue. poteris etiam ex diſcurſu huius tracta-
12 tus differentias inter eos colligere. Quo ad alios vero caſus
in quibus a iure infligitur ſententia excommunicationis
non poterit legatus ſe intromittere abſoluendo, ſi abſolutio
eſt reſeruata papæ. iuxta notata per Ioann. Adre. in dicto
capitulo eos, in noue. Nam de reſeruatis papæ regulariter ſe
non intromittit. ut in dicto capitulo quod tranſlationem.
& capitulo niſi ſpecialis. eodem titulo. ſi tamen abſolutio
non eſſet reſeruata papæ poſſet abſoluere. quod eſt in omni
bus excommunicationibus inflictis a iure. ubi papa ſibi ſpe-
cialiter eam non reſeruat. ut capitulo nuper. de ſententia ex
communicationis. quod etiam procedit in ſententiis latis
per conciliorum prouincialium, aut ſinodalium ſtatuta iux
ta no. per Ioan. Andr. & ſequentes in c. graue. de præb. & per
13 Archid. 17. diſtinct. §. 1. † aut ſumus in ſecundo membro
prin-

principali,ſcilicet in excommunicatione hominis,& in hoc
caſu in latis per viam ſententię generalis,ut pote ſi iudex ful
minet ſentẽtiam excommunicationis in omnes furtum fa-
cientes,iuxta tex.in cap.ex frequentibus.de inſtitu.& not.in
capit.a nobis.lo.1.de ſenten. excomm. poterit legatus etiam
ſi non ſit de latere abſoluere,quia poſſet epiſcopus per dicta
iura cum quo concurrit legatus, ſi vero per uiam ſententiæ
particularis ſiue ſpecialis fuerit lata,& tunc ſi per papã, non
ſe intromittet legatus de ea abſoluendo, quia maior eſt eo ,
idem ſi per ipſius delegatum lata fuiſſet,ut in capit.ſtuduiſti.
de offic.lega.quia quo ad illam cauſam ſibi commiſſam ma
ior eſt quocunque ordinario vt capit.ſane.lo.2.eodem tit. ſi
vero per alium inferiorem non poterit ſe de ea intromitte-
re,nec eam reuocare ſine cauſæ cognitione,& ſecũdum tra-
mites iuris de offic.delega.cum contingat de offic.ordin. ad
reprimendam.de ſenten.excommun.per tuas, ita tenet Spe
cul. titu.de leg.§.nunc dicamus. verſic. quod autem dicitur
14 † forma autem ſecundum quam ſe poterit intromittere in
hoc caſu,hodie eſt data expreſſius, nam ſi proceſſit inferior
excommunicans ad partis petitionem,non poterit ſuperior
ſe intromittere de abſoluendo ab ea niſi ad eum fuerit ap-
pellatum.ſi vero ex officio ſuo inferior proceſſit,vt pote pro
defenſione ſuorum iurium,vel alias,tunc per uiam querelæ
etiam ſe poterit intromittere,vt in cap.venerabilibus.§.1.&
2.& 3.de ſentent.excommun.lib.6.& licet ille tex. loquatur
de archiepiſcopo,idem tamen eſt in legato,qui de cauſis co
ram aliis pendentibus,non ſe poteſt impedire uia ſolius que
relæ,ſed per tramites iuris, vt no.domi.in capit.Romana.in
princip.de foro competen.lib.6. & latius dixi ſupra.quæſtio.
8.nec tunc abſoluet,niſi citata parte, in cuius fauorem excõ
municatio iuxta text.in §.ſententias.cap.Romana. de appel
lat.lib.6. ad quod faciunt no.in cap.qua fronte. de appell.fa-
15 cit etiam glo.in capit.excommunicatos.11.quæſt.3. † debet
quoq; fieri ſatisfactio per excommunicatum.de eo pro quo
eſt excommunicatus,ſed de modo ſatisfaciendi eſt difficul-
tas, quando eſt excommunicatio inflicta pro iniuria vel læ-
ſione irrogata clerico.quidam enim dicunt quod uera ſatiſ-
factio verſatur circa expen.damna & intereſſe,quia clericus
non debet petere extimationẽ iniurię,alii uero dicunt,quos
ſequitur Hoſtien.in cap.ea noſcitur.de ſenten. excommun.
quod non ſufficit flectere genua & petere veniam,imo iniu
riãs tenetur ſatisfacere de iniuria illata,quæ extimabitur iux
ta qualitatem perſonę iniuriatę, & quãtitatem iniurię, quę
emenda dabitur iniuriato, vt in capitu.olim,de iniu. & hæc
opinio.ſecundum abbatem ſiculum, ibi eſt uerior, licet alia
ſit æquior,ſed tu dicas latius,quia aut quis eſt excommuni-
catus pro debito,aut pro delicto ſiue pro contumacia. ſi pro
debito oportet,ut prius de eo ſatisfaciat ſi poteſt.ſi enim im
potens eſſet ad ſoluẽdũ abſoluetur ſine ſatisfactione, præſti
ta cautione vt quamprimum ad pinguiorem fortunam per
uenerit ſatisfaciet.c.odardus, de ſoluti. aut eſt excommuni-
catus pro delicto , utpote quia manus in clericũ intulit vio-
lentas,uel aliquid ſimile,& tunc teneas opinio. Hoſtien. de
qua ſupra.nec obſt.ſi dicatur quod clericus non debeat pete
re ſatisfactionem iniurię, nam hoc eſt falſum per d.capitulũ
16 olim.† licet enim teneatur dimittere rancorem non tamen
iniuriam,hoc eſt ſatisfactionem iniuriæ.90.diſtinctio.ſi quis
contriſtatus,& gl. in cap.primo,de male.cleri.immo ſi iniu-
ria ſibi facta cederet in iniuriam eccleſiæ, non deberet nec
poſſet eam remittere, iuxta not.in cap.contingit. de ſenten.
excommunicatio.per gloſ.& Innocent.& per gloſ.cap. par-
rochianos. eodem titulo, & hæc ſatisfactio debet fieri iniu-
17 riato,ſi eſt clericus ſecularis.† ſi autem eſſet religioſus,debet
fieri non ſibi,ſed monaſterio ſuo,quia ipſe nil proprium ha-
bet,ſed quicquid habet eſt monaſterii , vt cap.nolo.& capit.
non dicatis.12.quæſtio.1. & etiam de iniuria illa actio datur
non ſibi,ſed monaſterio.de quo vide gloſ.in dicto capit.par-
rochianos, ubi tamen is qui debet habere ſatisfactionem,re
conciliatus foret,& alias componeret cum excommunica
to,ex quo ille reddit ſe contemptum , debet fieri abſolutio,
18 vt in capit.cum deſideres.§.fin.eodem titulo,† ſi vero eſt ex-
communicatus pro cõtumacia, iterum ſubdiſtingue,quia ,
aut illa contumacia eſt in non parendo , aut in non compa-
rendo,primo caſu, ſi quando pro contumacia in non paren
do, utpote quia iuſſus noluit maleficium,uel offenſam emẽ
dare,& tunc ſi offenſa eſt manifeſta , non debet exhiberi ab-
ſolutio, niſi prius ſufficiens præſtetur emenda , ſi uero dubia
eſt offenſa,ſatis eſt,quod de parendo mandatis excommuni
catorum,competens cautio præbeatur,ut in capit.ex parte.
lo.1.de uerborum ſignificat.ſi uero eſt excommunicatus pro
contumacia in non comparendo,& tunc ſubdiſtingue,quia
aut contumacia eſt dubia, utpote, quia ipſe excuſat eam,di-
cens ſe fuiſſe captum in itinere , cum ueniret ad iudicem ,
vel alio legitimo impedimento detentum, & tunc protinus
eſt ſibi iuxta formam eccleſiæ abſolutionis beneficium con
cedendum, vt in dicto capit.venerabilibus. §. idem eſt,ſecus
autem ſi contumacia nõ eſt dubia,ſed de ea conſtat, vel per
partis confeſſionem,vel alias,tunc enim non abſoluitur, ni-
ſi ſatisfacto de expen. ac præſtita cautione de ſtando in iudi-
19 cio,ut in §.ſecus eiuſdem.capitu † Et quoniam ſæpe contin-
git, quod legati propter remotionem locorum non poſſunt
ſufficienter informari, quanta ſit ſatisfactio imponenda ex-
communicato,cautela erit, quod ipſi abſoluant, & abſolu-
tis iniungant,vt ordinariis ſuis,vel aliis,de quibus uidebitur
ſe repræſentent , & iuxta eorum mandatum ſatisfaciant de
eo,pro quo fuerunt excommunicati. & ſi hoc iuxta manda
tum legati cum primum commode poterunt,non adimple
uerint, ipſo facto reincidunt in ſententia m excommunica
tionis, qua primo ligati tenebantur.totum hoc probat text.
in dicto cap.eos.de ſenten.excommun.lib.6. & ſic eſt ille ca
ſus,in quo ante ſatisfactionem præſtitam exhibetur excom-
municato abſolutionis beneficium,cũ alias regulariter con
trarium ſit dicendum,vt prædiximus.poſſet etiam in hoc ca
ſu teneri alia practica vt committeretur ad partes abſolutio
fienda & ibi præmiſſa ſatisfactione fieret per commiſſariũ ,
20 & iſtud ſolet magis eſſe in practica † & in curia Romana, &
curiis legatorum ſedis apoſtolicæ, propter præmiſſam ratio
nem ſolent committi huiuſmodi abſolutiones in partibus ,
ut dicit Ioan.Andr. in nouc. in dicto capitulo eos,ſimiliter
etiam quando propter periculum mortis inſtantis,vel aliud
impedimentum inferiores abſoluunt in caſib. reſeruatis pa
pæ,vel legato, debent eis iniungere in vim iuramenti præſti
ti ut cum liberati fuerint ab impedimẽto, ad Romanam ec-
cleſiam, vel eius legatum accedant iuxta eorum mãdatum
ſatisfacturi,ut in d.capit.ea noſcitur, quod ſi illi non faciant
quamprimum commode poterunt eo ipſo in eandẽ ſenten
tiam excommunicationis reincidunt, vt in d.c.eos.

SVMMARIVM.

1 *Legatus in omnibus caſibus diſpenſare poteſt,in quibus ordinarij ſuæ prouinciæ poſſunt.*
2 *Epiſcopus contra canonem pœnitentialem diſpenſare poteſt.*
Pœnitentiæ hodie arbitrariæ ſunt.
3 *Pœnitentiæ in moderatione ſacerdos quem reſpectum habere debeat.*
4 *Contritio cordis quid operetur.*
5 *Pœnitentiæ vt medicinæ infligendæ ſunt.*
6 *Pœnitentiam totam ſacerdos iniungere ſemper non debet quæ pro peccato debetur.*
7 *Diſpenſator tenax eſſe non debet, ſi dominus eſt largus.*
8 *Epiſcopus an contra canonem non pœnitentialem diſpenſare poſſit.*
9 *Papa eſt ſupra iura.*
10 *Iura ſuperioris per diſpenſationem vulnerantur.*
11 *Crimina maiora,vel minora quæ dicãtur,arbitrio iudicis relinquendũ eſt.*
12 *Delictum ex contemptu magis grauatur.*
Peccans publice ob ſcandalum magis peccat.
13 *Delicti maioritas ex pœnæ maioritate arguitur.*
14 *Pęna maior quare imponatur pro vxoricidio quam matricidio.*
15 *Pœna maior al. imponitur in crimine,quod magis bono reipublicę nocet,licet quo ad Deum minus ſit.*
16 *Pœna maior pro furto, quam pro blaſfemia imponitur, licet blaſfemia maior ſit.*
17 *Pœna criminum ob tria aggrauatur.*
18 *Pœna maior pro homicidio,quam pro periurio imponitur,licet per iurium maius ſit.*
19 *Delicta ex cauſa,perſona,loco, tempore, qualitate, quantitate, & euentu, grauantur.*
20 *Delictum in ciuitate commiſſum magis punitur,quam in rure commiſſum.*
21 *Delictorum ſeu peccatorum grauitas differt eo modo,quo grauitas ęgritudinum.*
22 *Epiſcopus ex magna cauſa diſpenſare poteſt , etiam vbi ſibi permiſſum non eſt.*
23 *Epiſcopus ex cauſa contra iura ſtatuere poteſt.*
Procurator generalis per dominum ſpecialiter promiſa ex cauſa immutare poteſt.
24 *Pœna ubi pro aliquo actu imponitur, epiſcopus diſpenſare non poteſt.*
25 *Epiſcopus an contra propriam conſtitutionem diſpenſare poſſit.*
26 *Actus contra iuramentum factus tenet, licet faciens periurus ſit.*
27 *Pactum contra iuramentum in ſpiritualibus tenet.*
28 *Epiſcopus diſpenſare non poteſt , quando aliquod inopinatum occurrit, de quo dubitare debeat,ſed ad papam diſpenſationem referre debet.*
29 *Diſpenſandi poteſtas alicui data ad caſum non expreſſum extenditur.*
30 *Diſpenſandi facultas data in maiori an in minori data videatur.*
31 *Receſſus omnis a iure odioſus eſt.*
32 *Diſpenſandi facultas legato conceſſa ob patriæ conſuetudinem non violandam reſtringitur.*
33 *Conſuetudo ſicut.l. communem interpretatur, ita & priuilegium legato conceſſum.*

Pri-

34 *Priuilegij verba ob ſcandalum euitandum reſtringenda ſunt.*
Legati apoſtolici mandato ſecundum ius commune & ſecundum vires ſuæ poteſtatis intelliguntur.
35 *Priuilegium de percipiendis decimis conceſſum an decimas nouales com prehendat.*
36 *Legatus habens poteſtatem diſpenſandi cum ſpurijs, & cum inceſtuoſis, an cum ſpurio, & inceſtuoſo ſimul diſpenſare poſſit.*
37 *In diſpenſationibus reſpectu diſpenſati de maiori ad minus non arguitur.*
38 *Diſpenſatio motu proprio facta late interpretari debet.*
39 *Diſpenſatio an ad conſecutiua, & connexa trahatur.*
40 *Electus in epiſcopum ſi ſuper prorogando conſecrationem vltra tempus iuris habuit diſpenſationem, nunquid per idem tempus retinebit beneficia quæ tempore promotionis obtinebat, an vacabunt ſtatim, cum tempus de conſecrandis epiſcopis lapſum fuerit.*
41 *Priuilegium alicui conceſſum, ut plures eccleſias curatas retineat, nũquid ſecum videatur diſpenſatum, vt in earum neutro reſidere teneatur.*
42 *Eccleſias plures tenere quare prohibitum ſit.*
43 *Diſpenſatus ad ordinem diaconatus presbiter eſſe non poterit, & ſi ad presbyteratum, epiſcopus eſſe non poterit.*
44 *Legatus diſpenſare cum religioſis poteſt, in caſibus, in quibus Abbas põt.*
45 *Abbas in quibus caſibus diſpenſet remiſſiue.*
Et infra num. proxi. ſeq.
46 *Legatus de latere diſpenſare generaliter poteſt & pœnas mitigare vbicunque non prohibetur.*
47 *Legatus de latere an cum eo diſpenſare poſſit qui in excommunicatione celebrauit.*
48 *Mandato in generali non veniunt ſpecialem denominationẽ deſiderantia.*
Legatus cauſam ſimpliciter, et de plano decidendam committere non põt.
49 *Legatus contra concilium generale diſpenſare non poteſt.*
50 *Legatus de reſeruatis ſedi apoſtolicæ ſe intromittere non poteſt.*
Reſeruata ſedi apoſtolicæ quæ ſint, remiſſiue.
51 *Legatus lite pend. an poſſit in fauorem alicuius ex litigantibus diſpenſare in caſibus, in quibus diſpenſatio ei conceditur.*
52 *Priuilegium nulli præiudicans lite pendente impetrari poteſt.*
53 *Diſpenſatio facta in præiudicium eius cui ius quæſitum fuerat, non valet.*
54 *Impetrans contra aliquem, vt beneficio priuetur, & in euentum ſibi de eo prouideatur, an ille poſſit hoc beneficium reſignare, & an alias illud impetrare poſſit.*
55 *Impetratio conditionata in euentum priuationis, ſi ob mortem priuatio impedita fuit, effectum non habet.*
56 *Crimen hæreſis ipſo iure de beneficio priuat.*
57 *Beneficium propter delictum vacans ob mortem vacare non poteſt.*
58 *Pronuntia contra mortuum quomodo fiat.*
59 *Epiſcopus an cum accuſatore diſpenſare poſſit.*
60 *Accuſator in accuſatione deficiens in minori eſt delicto, quam ſit accuſatus.*
61 *Pœnitentia an ex toto completa eſſe debeat ad diſpenſationem obtinendã.*
62 *Papa legem, quam alijs impoſuit, pati debet.*
63 *Legatus vel epiſcopus an poſſit cum depoſito per ſententiam diſpenſare.*
64 *Sententia diffinitiua per inferiorem lata etiam ſi iniuſta ſit, ex inſtrumentis nouiter inuentis etiam de partium conſenſu per ipſum inferiorem reuocari non poteſt.*
65 *Iudex inferior videns ſententiam criminalem iniuſtam eam exequi non debet ſed principi ſcribere. vt eam reuocet.*
66 *Legatus, vel epiſcopus, ſi contra ſententiam depoſitionis aliquem clericum reſtituit, an contra infamiam clericus reſtitutus ſit.*
Famam reſtituere eſt de principi reſeruatis.
67 *Clericus depoſitus a beneficio patrono non inuito patronato reſtitui poſſit. ſ*
68 *Diſpenſatio an ſit nulla, ſi papa priorem cuiuſdam prioratus, qui erat de iure patronatus laicorum, ad aliquam cathedralem eccleſiam promouit, & cum eo ante vacationem dicti prioratus motu proprio diſpenſauit, quod prioratum & eccleſiam retinere poſſit vſque ad ſedis apoſtolicæ beneplacitum, decernendo ipſum prioratum per conſecrationem, vel poſſeſſionis adeptionem non vacare nulla facta mentione patronatus dicti laici.*
69 *Impedimenta duo vbi ſunt, vno remoto, aliud ſublatum non cenſetur.*
70 *Beneficia patronata quare ſine patronorum conſenſu non conferantur.*
71 *Spes firma de futuro de certo effectu trahente cõſequentiam neceſſariam ad ipſam cauſam, quando ex aliqua cauſa de præterito oritur habetur perinde ac ſi effectus ſecutus eſſet.*
72 *Spei iuris de futuro præiudicium in principis gratia, quando ponderandum ſit.*
73 *Spes in beneficijs vacaturis illicita eſt.*
Beneficia antequam vacent ſperare malitioſum eſt.
74 *Papa in terris iudicem de ſe iudicantem non habet.*
75 *Legatus, vel epiſcopus an poſſint ſuper beneficiorum pluralitate diſpenſare.*
76 *Per patientiam multa tollerantur, quæ aliter non tollerarentur.*
77 *Diſpenſatio vtriuſque epiſcopi requiritur, quando plura beneficia ſimplicia in diuerſis diœceſibus eſſent.*
78 *Beneficia plura ſimplicia an ſine diſpenſatione retineri poſſint.*
79 *Beneficia duo curata, aut eccleſias duas parrochiales inſimul ſine diſpenſatione retineri non poſſunt.*
80 *Epiſcopus an in pluralitate parrochialium diſpenſare poſſit.*
81 *Epiſcopus ex cauſa duas eccleſias vnire poteſt.*
82 *Eccleſiarum appellatione curatæ non veniunt.*
83 *Epiſcopus in ſimplici & curato beneficio diſpenſare poteſt.*
84 *Beneficium curatum quod dicatur.*
85 *Cura quando dicatur eſſe fori iudicialis.*
86 *Eccleſia curata non cenſetur, quæ parrochianos non habet.*
87 *Eccleſia, cimiterium, vel ius ſepeliendi ſine cura habere poteſt.*
Baptizandi ius parrochiam non facit.
88 *Curatus non dicatur, qui voluntarie curam exercet.*
89 *Cura quando apud totum collegium eſſe cenſeatur.*
90 *Beneficium curatum reſidentiam requirit.*
91 *Eccleſiarum parrochialium pluralitatem iura abhorrent, & quare.*
92 *Sacerdos in inceſſu grauis eſſe debet.*
93 *Mores interiores ex motibus exterioribus indicantur.*
94 *Beneficiorum pluralitas canonibus eſt inimica.*
95 *Pœnæ quæ imponantur obtinentibus plures parrochiales ſine diſpenſatione.*
Pœnæ c. ſi cet canon, vt locum habeat ſufficit quod curatus habeat liberũ exercitium omnium animarum, vel maioris partis.
96 *Poſſidere quis dicatur, ſi quis tenet eccleſiam, & alter campanile, quod eſt fortalitium.*
Poſſeſſio nedum de facto ſed de iure pacifica eſſe debet.
97 *Beneficia curata plura habens, vel alias incompatibilia cum diſpenſatione an per vltimi adeptionem vacent prima.*
98 *Clemen. gratia, de reſcrip. limitatur.*
99 *Prælatus primi beneficij ſi nollit habere ratum tranſitum ad ſecundum, an primum vacet.*
100 *Beneficio ſine ſuperioris licentia tacite, nec expreſſe renunciari non poteſt.*
101 *Ordinarij ſi habentibus dignitates, vel beneficia plura curata aliud conferre velint diſpenſationem ſuper primis obtentis exhiberi facere debent.*
102 *Beneficia plura incompatibilia ſine diſpenſatione obtinens ad aliud ſimile obtinendum inhabilis eſt.*
103 *Vacatio an inducatur per aſſecutionem ſecundi, ſi beneficium aliquo tempore pacificum fuit poſtea litigioſum factum ſit.*
104 *Venditor rem emptori tradidiſſe non dicitur, ſi ſuper eiuſdem dominio in limine contractus quæſtio moueatur.*
105 *Euictio in limine contractus quando imminere dicatur.*
106 *Beneficium ſecundum pacifice poſſidens tanto tempore, quod primum vacauerit, ſi ſuper ſecundo lis poſtea moueatur, & euincatur ad primum redire poteſt.*
107 *Beneficij poſſeſſor ſi alium, qui ſibi litem moueat ſubmittit iurare compellitur, quod per malitiam ſibi litem moueri non fecit.*
108 *Legatus cui conceditur facultas diſpenſandi ſuper curatorum beneficiorum pluralitate, cum literatis, & ſublimibus perſonis tantum diſpenſare poterit.*
109 *Diſpenſatio ſuper beneficiorum pluralitate intelligitur de his quæ canonice obtinet.*
110 *Diſpenſatio facta ſuper duob. beneficijs curatis obtinendis de primis canonicum intelligitur.*
111 *Diſpenſationes ſuper beneficiorum pluralitate obtentæ ex quibus ſurreptitiæ reddantur.*
112 *Diſpenſatio nõ tenet ſuper beneficijs, ſi vnum etiam minimum taceatur.*
113 *Diſpenſationem ſuper beneficiorum pluralitate ampliare volens de præcedẽ mentionem facere debet.*
114 *Diſpenſatio ſecunda de illegitimo ſuper beneficiorum pluralitate de illegitimatis defectu mentionem facere debet.*
115 *Diſpenſatio ſi in indulgentia de plurib. beneficijs obtinendis continetur hæc clauſula, dummodo in beneficio, in quo non reſidet, per alium idoneũ ſeruiat ſi hanc conditionem non obſeruet.*
116 *Dictio dummodo modum, & non conditionem, denotat.*
117 *Beneficia duo incompatibilia habens ex diſpenſatione ſi tertium incompatibile ſine diſpenſatione recepit, quod ex primis duobus vacet, an ambo.*
118 *Beneficium obtinens minus canonice ſi impetrat priuilegium quod illud licite retinere valeat, fructuum mentione non habita nunquid hæc diſpenſatio ſibi opituletur.*
119 *Fructuum mentio an in impetrationibus beneficiorum ſit facienda.*
120 *Legatus legationis iure circa gradus prohibitos in matrimonio contrahendo diſpenſare non poteſt.*
121 *Matrimonio in gradu prohibito contracto, ſi demum diſpenſatio obtineatur, vtrum requiratur, quod de nouo contrahatur.*
122 *Legatus ſiue de latere, ſiue alius inferior ad bellum gerendum an licite deputet.*
Irregularitas eſt de iure poſitiuo.
123 *Clericis quando arma capere licitum ſit.*

Quæſt. XIIII

Quartodecimo quæro de facultate legati circa diſpenſatio-
1 nes faciendas † circa quod in primis teneas regulam generalem quod legatus poteſt diſpenſare in omnibus caſibus, in quib. epiſcopus, ſiue archiepiſcopus, ſiue patriarcha, vel quilibet alius ordinarius ſuæ prouinciæ, quia ipſe ordinarius eſt
in

In prouintia ſibi decreta, utpote in ea uices domini papę ge
rens, & pleniſſimam & maiorem poſt principem in ea ha-
ber poteſtatem, ita dicit Specul. tit. de lega. §. conſequenter.
in princip. ad huius ergo materię euidentiam oportet uide-
re, in quibus caſibus poſſint epiſcopi, & alii ordinarii diſpen-
ſare, & Specul. in hoc articulo, de lega. §. nunc de epiſcopo-
rum, procedit per caſuum enumerationem, & quoniam ibi
caſus illos quiſque per ſe uidere poterit & ne uerboſus, &
prolixus exiſtam, compendioſor, & vtilior modus tradendi
hanc doctrinā mihi uidetur, per talem diſtinctionem, quod
aut quæritur nunquid poſſit epiſcopus diſpenſare contra ca
2 nonem ſuperioris, aut contra canonem proprium. † Primo
caſu aut eſt canon pœnitentialis, & poteſt & nedum epiſco-
pus, ſed quicunq; ſacerdos, qui vſum clauium habeat, nam
hodie pęnitentiæ ſunt arbitrariæ, ut in capitulo ſignificauit,
& capit. Deus qui. de pœnitent. & remiſ. & in capitulo men-
ſuram. de pęniten. diſtinctio. prima, & capit. de hiis. 50. diſtin
ctio. & capit. tempora pœnitudinis, 26. quęſtio. ſexta, de quo
eſt optimus text. capit. quem pęnitet. de pœni. diſtinctio. pri-
3 ma, † & in hac moderatione & mitigatione debet ſacerdos
principaliter habere reſpectum ad quantitatem delicti, de
quo magiſter. 5. ſen. diſtinctio. 16. & magis ad contritionem
delinquentis. tanta enim eſſe poſſet eius contritio, ꝙ etiam
pro magno crimine leuiſſimam pœnitentiam ſibi iniunge-
4 ret, vt in dicto capit. menſura. † contritio enim non tantum
operatur ad dimiſſionem culpæ, & per conſequens pœnę æ-
ternæ, verum etiam, & penæ temporalis, tanta enim eſſe poſ
ſet alicuius pęnitentis contritio, quod per eam etiam omnis
temporalis pœna tolleretur, itaque tūc ſacerdos nullam pec
catori pęnitentiam iniungeret, iuxta glo. in cap. menſuram.
5 de pœni. diſtinct. prima, & in cap. omnes. 47. diſtinctione, † &
conſidera in hac iniunctione pœnitentiæ quoniam iſtæ pœ
næ ſatisfactoriæ ſunt infligendæ ut medicinæ, vnde ſicut in
arte medicinæ non ſunt medicamina determinata, quia nō
omnibus eadem competunt, ſed uarianda ſunt ſecundum
arbitrium medici nō propriam uoluntatem exequentis, ſed
medicinæ artem, ita pęnæ ſatisfactoriæ poſitæ in canone nō
competunt omnibus, ſed variandæ ſunt ſecundum arbitriū
6 ſacerdotis diuino iudicio regulatum, † & ſicut medicus ali-
quando prudenter non dat medicinam ita efficacem, quæ
ad morbi curationem ſufficiat, ne propter debilitatem natu
ræ maius periculū oriatur, ita ſacerdos diuino inſtinctu mo-
tus non ſemper totam pœnam, quæ peccato debetur iniun-
git, ne peccator ex magnitudine pœnæ deſperet, & a pœni-
tentia totaliter recedat, ita dicit ſanctus Thom. 4. ſenten. di-
ſtinctio. 18. & in hiis magis ad miſericordiam quam ad rigo
7 rem eſt condeſcedendum † nam ſi dominus eſt largus, diſpen
ſator non debet eſſe tenax, ut in capit. allegant. 26. quæſtio.
7. ſunt tamen aliqui caſus in quibus ſacerdotes inferiores nō
poſſent pœnitentias imponere, ſed debent ſuperiori ſcilicet
epiſcopo pœnitentes remittere, de quibus per gloſ. in cap. 2.
8 de pœnit. & remiſ. lib. 6. Si uero non eſt canon pœnitentialis
tunc ſi expreſſe indulget, uel negat inferiori diſpēſationem,
res eſt clara. ſeruāda eſt enim in hoc diſpoſitio, ſi autem nec
expreſſe indulget, nec expreſſe negat, tunc aut dicit expreſſe
diſpenſationem poſſe fieri, licet non declaret per quem, &
poterit epiſcopus diſpenſare, hoc tenet Innocent. in cap. di-
lectus de tempore ordin. ad quod facit glo. in cap. præterea,
de æta. & qualit. & in cap. poſtulaſti, de cle. excom. mini. & ra
tio eſt, quia alias illa uerba nihil operarentur, nā reſpectu pa-
9 pæ non ſunt neceſſaria, † cum ipſe ſit ſupra iura, ut in cap. pro
poſuit, de conceſſ. præben. etiam ſi ſint in concilio generali
edita. de electio. capit. ſignificaſti. ſi uero loquitur conſtitu-
tio generaliter nil diſponendo de diſpenſatione, & tunc in
delictis diſpenſare poteſt in adulterio. & minoribus crimini
bus, ubi expreſſe nō reperitur ſibi prohibitum. in maioribus
vero non poteſt niſi reperiatur ſibi permiſſum, ut uoluit Ho
ſtien. in capitulo at ſi clerici. §. de adulteriis. de iudic. & pro-
batur ſatis aperte per illum textum, in aliis vero delictis, re-
gulariter non diſpenſat, niſi vbi reperitur ſibi diſpenſatio cō
ceſſa. ut in dicto §. de adulteriis, ubi communiter hoc tene-
10 tur. cuius ratio eſt, † quia per diſpenſationem vulnerantur iu
ra ſuperioris. 23. quæſtio. quarta, diſplicet, quod etiam patet
per diffinitionem diſpenſationis quæ ponitur per gloſ. in §.
niſi rigor. 1. quæſtio. 7. quod vulnus non eſt licitum inferiori
inferre iuri. vt in capitu. cum inferior. de maioritate, & obe-
dient. eſt textus expreſſus in clement. ne Romani, in princip.
11 de electio. † quæ autem dicantur crimina maiora, uel mino-
ra, hoc eſt relinquendum arbitrio iudicis, ſecundum do. An.
in d. § de adulteriis, quē ſequitur Abbas ſiculus, qui in hoc
habet conſiderare, an delictum cauſet irregularitatem. arg.
capitu. niſi cum pridem. de renunt. debet etiam conſiderari
12 animus delinquentis & contemptus. † nam ex contēptu ma-
gis agrauatur delictum, vt eſt glo. in capitulo. homo chriſtia-
nus. 40. diſtinctione & in capitulo cum quidā. de iurur. & qui
magis contemnit, magis peccat. vt dicunt illæ gloſ. ad idem
13 glo. in capitulo de homine de cele. miſſa. † quæ dicit publice
peccantem magis peccare propter ſcandalum quod aliis ir-
rogat, ad idem gl in capitulo nemo. 32. quęſtione quarta. ali-
bi etiam datur regula, quod ex maioritate pęnæ arguitur ma
ioritas delicti, vt in capitulo non afferamus. 23. quæſtione pri
mo. licet caſualiter propter pronitatem hominum ad pec-
candum, quandoq; propter minus delictum imponitur ma-
ior pęna, vt patet in capitulo admonere. 33. quæſtione ſecun
14 da † ubi imponitur maior pœna pro uxoricidio, quod eſt mi-
nus quam pro matricidio, quod eſt maius. & hoc ideo, quia
magis homines ſunt inclinati ad occidēdum vxores, quam
matres, verum eſt tamen, quod ex grauitate pęnarum nō ſuf
ficienter arguitur maioritas criminum propter id quod no-
15 uiſſime diximus. † & etiam quoniam in hijs criminibus, quæ
magis nocent quieti & bono rei publicæ, imponitur maior
pœna a lege, licet quo ad Deum ſint minora. nam ſecūdum
16 hanc menſuram regulantur pœnæ legum in re publica. † vn
de videmus quod pro furto imponitur maior pœnam quam
pro blaſfemia, licet blaſfemia ſit longe maius delictū. cū ha-
beat Deum pro obiecto directe. quam furtum quod habet
damnum in rebus proximi, ad quod facit tex. in l. aut facta.
§. fina. de pœni. ibi cum dicit. ubi metalla ſunt. nam ut dicit
Auguſtinus de Ancona in li. de eccleſiaſtica poteſtate. quęſt.
17 25. artic. 4. † pœna criminum aggrauatur propter tria. primo
propter peccati maioritatem, & ea cōſideratione peccatum
infidelitatis grauius debet puniri, quam aliquod aliud. cum
nullum peccatum ſit grauius ipſo. imo ipſum eſt grauius om
nibus peccatis. opponitur enim immediate bono diuino. vn-
de Exo. capitulo vigeſimo, ſtatim cum Deus dixit, non ha-
bebis Deos alienos coram me. nec adorabis idola. nec coles
ipſa, ſubiunxit. ego enim ſum Deus fortis & zelotes. ad hoc
etiam facit. dictū capitulū non afferamus. Secundo propter
peccantis pronitatem, & ſic peccatum ſciſmatis grauiter &
inaſſueto modo in iudæis legimus fuiſſe punitum. quia iudæi
proni erant ad contentiones & ſciſmata excitanda. iuxta il-
lud quod dixit Moyſes. deutero. 31. ego enim ſcio contentio
nem tuam, & ceruicem tuam duriſſimam adhuc viuente
me & ingrediente vobiſcū. ſemper contentioſe egiſtis ꝯ do
minum. quanto magis cum mortuus fuero & 1. eſdre. 4. cap.
ſcribitur. inuentum fuiſſe in libris hiſtoriarum antiquorum
patrum. quod ciuitas illa puta Hyeruſalem. vbi iudæi habita
bant a diebus antiquis aduerſus principes rebellabant & ſedi
tiones & prelia concitabantur in ea. vnde propter hanc pro
nitatem, Chore Datan & Abiron, concitantes ſciſma aduer
ſus Moyſem, pœna inaſſueta puniti ſunt, ut patet nu. 16. Ter
tio propter nocumenti grauitatem. ſecundum enim præſen-
tem iuſticiam quandoque pro maiori culpa grauius quis pu
18 nitur. † quia grauius nocumentum imminet hominibus in-
terdum ex minori culpa, quam ex maiori, & inde eſt, quod
maior pœna imponitur pro homicidio quam pro periurio.
nō obſtante quod longe maius peccatum eſt periurium quā
homicidium, ad quod etiam facit text. in dicta l. aut facta. §.
fi. ad idem induco tex. in l. ſacularii. h. in egipto. ff. de extraor.
19 crimi. † agrauantur etiam generaliter delicta ex hijs circun-
ſtantijs quæ ponuntur in dicta l. aut facta, ſcilicet cauſa. per-
ſona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu, quæ ibi
20 ſigillatim tex. proſequitur. quem vide † alibi etiam probat tex.
quod delictum commiſſum in ciuitate, grauius iudicatur ꝙ
commiſſum in rure vt in l. cum ancillis. C. de inceſt. nup. &
ibi Bal. & vt magis reſolute & medullitus hæc materia intel-
ligatur, dicendum eſt ſecundum Tho. prima ſecundæ. quæ-
21 ſtione 73. articulo tertio † quod grauitas peccatorum differt
eo modo quo grauitas ęgritudinum, ſicut enim bonū ſanit-
tatis conſiſtit in quadam proportione humorum per conue-
nientiam ad naturam animalis, ita bonum virtutis conſiſtit
principaliter in quadam commenſuratione humani actus
ſecundum cōuenientiam ad regulam rationis, manifeſtum
eſt autem quod tanto eſt grauior ęgritudo, quanto per eam
tollitur debita humorum commenſuratio per commenſu-
rationem prioris principii, ſicut ægritudo quæ in corpore hu
mano prouenit ex corde, quod eſt principium vitæ, vel ex ali
quo quod appropinquat cordi periculoſior eſt, ſic & peccatū
tanto grauius eſt, quanto deordinat circa aliquod principiū,
quod eſt prius in ordine rationis, ratio autem ordinat oīa in
agibilibus, ex fine, & ideo quanto peccatū contingit in actib.
humanis ex altiori fine, tanto peccatum eſt grauius, conſtat
aūt ꝙ obiecta actuum, ſunt fines eorum, & ideo ſm diuerſi-
tatem obiectorū, attenditur diuerſitas grauitatis in peccatis,
& quia res exteriores ordinantur ad hominē tanquā ad finē,
homo autem ordinatur vlterius in Deum ſicut in finem, in-
de eſt ꝙ peccatū qđ eſt circa ipſam ſubſtantiam hominis ſi-
cut homicidium, eſt grauius peccato qđ eſt circa res exterio-
re,

res, ſicut furtum, & adhuc inter omnia grauius eſt peccatũ,
quod immediate & directe cõtra Deum committitur ſicut
blaſfemia infidelitas & huiuſmodi, horum peccatorum in-
ter ſe unum eſt grauius altero ſecundum quod eſt circa ali-
quid principalius, uerbi gratia inter peccata quæ commit-
tuntur circa res proximi, grauius erit quod committitur cir
ca res, quę ſunt apud eum cariores, ſicut adulterium quod
committitur circa vxorem, quam furtum quod committi-
tur circa res exteriores, quę minoris ſunt extimationis, & quia
peccatum habet ſpeciem, ex obiecto, inde eſt quod differen-
tia grauitatis quæ attenditur penes obiecta, eſt prima & prin
cipalis, tanquam conſequens ſpeciem aliqua autem quę ag
grauãt peccatum puta perſona locus & tempora &c. de qui
bus præmiſſimus, aggrauant, non ita principaliter, ſed per
modum circunſtantiæ, nec tamen per hoc credas quodlibet
peccatum ſpirituale, quod immediate tendit in Deum, fore
magis graue quolibet alio peccato, quod non ſit directe &
immediate in eum tendit poſſent enim in peccato carnali,
vel alio huiuſmodi quod in Deum directe non tendit tales
& tante occurrere circunſtãtiæ, quod ex illis efficeretur gra-
uius quam aliquod peccatum ſpirituale, ut dicit Thom. in
dicta quæſtio. 73. articulo quinto, ſic etiam uidemus in ęgri-
tudinibus corporalibus interdum enim vna infirmitas quæ
eſt in membris remotioribus a corde eſt grauior & pericu-
loſior, quam aliqua quæ leuiter cordi appropinquat, & hæc
ſunt bene notanda, quia nedum ad hanc materiam ſeruiũt,
ſed ad forum conſcientiæ valent, & ad ſacerdotes pœniten-
22 tias imponentes † illud tamen quod diximus epiſcopum nõ
poſſe diſpenſare, niſi ubi repetitur ſibi permiſſum, limita fo-
re verũ, niſi ſubſit magna, & vrgens cauſa, & hoc tenent Do
min. de Ro. deciſio. 209. ad quod facit. l. ſi hominem. ff. man-
23 da. † ex qua probatur, quod ex cauſa poterit epiſcopus ſtatue
re contra iura & ſic a fortiori diſpenſare, ſicut enim procura
tor generalis poteſt ſpecialiter prouiſa per dominum ex cau
ſa immutare ut ibi, ita epiſcopus contra canones ex prædi-
cta cauſa noua diſpenſare, ſed hoc dicit Abbas Siculus in di
cto §. de adulteriis fore uerum, quando cauſa ſuperuenit de
nouo, vel ſi eſt antiqua, non fuit alias ueriſimiliter cogitata
per papam, ſicut intelligitur illa lex in procuratore. ut nota.
ibi Bartol. & idem tenet ipſemet Abbas in capitulo cum di-
24 lectis. de electio. Adde tamen quod vbi pœna imponitur epi-
ſcopo pro aliquo actu, ibi minime poterit diſpenſare, ita te-
net Hoſtien. in capit. primo, de ſuple. negli. præla. niſi expreſ
ſe hoc ei conceſſum reperiatur ad idem gloſ. capitu. præſen-
tium, prima quæſt. 5. facit ad idem cle. ſi una. de re. eccle. non
alien. & l. prima. ff. de auto. tu. in quibus probatur, quod non
poteſt quis auctorizare in facto proprio hoc tamen intellige
quando epiſcopus punitur propter actum ipſum ſuper quo
occurrit diſpenſandum, ſecus autem ſi puniretur propter ip
ſam indiſcretam diſpenſationem, hoc tenet gloſ. 70. diſtin-
ctio. capit. ſanctorum.

25 Secundo † vero membro principali an poſſet epiſco-
pus diſpenſare contra propriam conſtitutionem, Innocent.
in capit. dilectus, de tempore ordin. in addit. dicit quod non,
quem ſequitur Archidiac. in capit. licet canon, de electio. li-
bro ſexto, ſed contrarium ſentit Innocent. in capit. cum ad
monaſterium. de ſta. regu. ubi tenet quod conditori canonũ
licet contra ſuam conſtitutionẽ diſpenſare etiam ſine cau-
ſa, quia ſicut fuit motus ad condendum, ita ad tollendum,
ſeu diſpenſandum, & ad hoc ſecundũ dictum facit quod no
ta. Ioan. Andr. in regula generi per ſpeciem. de regulis iuris,
libro ſexto, in mercu. & in regula. cui licet. eodem titulo, &
ibi. ubi dicit epiſcopum poſſe diſpenſare contra ſuam conſti
tutionem, & hoc dicit ſeruare uniuerſum, & minime ſunt
mutanda, quæ certam interpretationem ſemper habuerũt,
hoc tamen limitat dominus An. in dicto §. de adulteriis, ni-
ſi conſtitutio tranſiuerit in priuilegium vel contractum, ad
hoc facit quod not. Bartol. in l. quod ſemel. ff. de decre. ab or.
fa. fallit etiam ſi conſtitutio eſſet iurata, quia tunc ſtante cõ-
ſtitutione non poteſt propter iuramentum contra eam ue-
nire. ut in dicto capitu. dilecto, de præbend. hoc tamen ego
non admitterem, licet enim ille eſſet periurus in contraue-
niendo, non tamen propterea dici poſſet diſpenſationem
non tenere, ad quod facit text. in capit. ſicut ex literis de ſpon
26 ſa. † faciunt etiam nota. per Innocent. in dicto capitulo dile-
cto. de præbend. & per Ioan. Andr. in regula mutare de regu
lis iuris, libro ſexto, in mercur. & per gloſ. in capitulo fin. de
procur. eodem libro, quæ de reuocatione procuratorum fa-
cta contra iuramentum tractat. in quibus omnibus habe-
tur, quod actus factus contra iuramentum tenet. licet faciẽs
ſit periurus, ad capitulũ dilecto. præallega. reſpondet ibi In-
nocent. ſpeciale eſſe ibi quando actus ſpiritualis fit contra iu
ramentum, ut non teneat, ſecus ſi actus temporalis, ſed Io.
Andr. & communiter doctores, ibi reprobant illud dictum.
27 † immo dicunt etiam in ſpiritualibus tenere id quod fit con
tra iuramentum, pro quo eſt text. in dicto capitu. ſicut ex lite
ris. nec obſtat, text. in dicto capitulo dilecto, quia illa fuit al-
legatio partis, quæ licet in decre. ſit inſerta, non propterea fa
cit ius. ut dicit glo. in capitu. audiuis. de electio. & in clem. di-
28 ſpendioſam, de iudic. † Et notandum quod vbicunque dixi-
mus in ſuperioribus poſſe epiſcopum diſpenſare, intelligen-
dum eſt, niſi aliquid inopinatũ in caſu illo occurrat, ex quo
merito ipſe debeat dubitare, tunc enim potius ad papam de
bet diſpenſationem referre. iuxta no. per Archid. in cap. vir-
ginem. 27. quęſtio. 1.

29 Sed circa † prædicta quęro, an poteſtas diſpẽ-
ſandi data epiſcopo, vel
alii cuicunque ex iuris diſpoſitione, extendatur ad caſum
non expreſſum ex identitate. reſpondeo quod ſic, ad quod
induco glo. nota. in clement. vnica. de offi. curat. quæ vult,
quod quemadmodum epiſcopus poteſt diſpẽſare ad ſepten
nium cum rectore promoto ad eccleſiam parrochialem iux
ta. cap. cum ex eo, de electio. libro ſexto, ita per identitatem
rationis poterit eo caſu diſpenſare cum vicario perpetuo ec
cleſiæ parrochialis, ad idem facit gloſ. in capitulo cum illo-
rum. de ſententia excommunicat. & nota. per Ioan. Andr. in
30 capit. procurationes de cenſi. † & prædicta faciunt ad. quęſt.
valde difficilem, an ſi datur alicui facultas diſpẽſandi in ma
iori, videatur data facultas eidem diſpenſandi in minori, &
per prædicta uideretur quod ſic ab identitate immo a maio-
ritate rationis. Item quia in facultate data alicui diſpenſan
di nemini ſit præiudicium niſi concedenti, quo caſu contra
ipſum larga interpretatio fieri debet iuxta glo. in capit. quia
circa. de priuileg. & Innocent. capit. cum dilecti. de donatio.
& capit. dudum. de priuileg. facit capit. cum tibi. & cap pen.
de uerborum ſignificatio. & text. iuncta gloſ. in capit. fin. de
ſimo. Et pro deciſione huius dubij uidetur text. expreſſus. in
capitu. per venerabilem. in principio, qui filii ſint legitimi,
ubi in facultate diſpenſandi tex. arguit a maiori, ſed pro cõ
traria parte facit quod not. Vincent. in dicto §. de adulteriis.
31 & Archidiacon. in dicto capitulo virginem. † Item quia om
nis receſſus a iure communi eſt odioſus. ut in regula quæ a
iure. de regulis iuris, libro ſexto, & per gloſ. & doctor. in au-
thentica quas actiones. C. de ſacroſanctis eccleſiis. ad idem
gloſ. in capit. ordinarii. de officio ordinar. libro ſexto, & uide
tur text. in capitu. is cui. de præbend. eodem lib. ſed pro con-
cordia dicendum ſecundum Ioan. Andr. in capitulo fin. de
ſimo quem ſequitur Abbas Siculus in dicto §. de adulteriis,
quod aut facultas diſpenſandi conſideratur quo ad ius con-
cedentis, & tunc larga interpretatio eſt facienda, ut in capi-
tu. cum dilectus de conſue. aut conſideratur ex parte eius
cum quo diſpenſatur, & tunc ſtricte eſt interpretanda, ut mi
nus recedatur a iure communi, quam fieri poſſit, in eo enim
reperitur odium, quia ius commune contradicit, & ideo ſa
tis eſt ei, quod diſpenſatio aliquid operetur, argument. opti-
mum in capit. primo. & ſecundo, de fil. presbiter. lib. ſexto, &
32 capit. quod dilecta. de conſanguit. & affinita. † Sed contra pri
mum membrum diſtinctionis facit dictum capitu. quod di
lectio. ubi facultas diſpenſandi conceſſa legato reſtringitur,
propter conſuetudinem patriæ non uiolandam, facit etiam
dictum capit. is cui. de præben. contra ſecundum uero mem
brum facit tex. in cap ex parte. lo. 3. de deci. ubi reſpectu eius
cui eſt conceſſum priuilegium de decimis percipiendis in
parrochia aliena contra iuris communis diſpoſitionem tex.
arguit a maiori. ex quibus iſta materia redditur ualde diffi
cilis. ſed ad iſta contraria poteſt reſponderi ad dictum capit.
quod dilectio. dicas quod illud facit cõſuetudo quæ eſt opti
ma legum interpres. ut in l. ſi de interpretatione. ff. de legi,
33 & capit. cum dilectus de conſuet. † & cum interpretetur le-
gem communem vt in dictis iuribus, ſic etiam interpreta-
tur priuilegium legato conceſſum, quod eſt lex priuata. 3. di-
ſtinctio. priuilegia, & in hoc eſt nota. ille text. in dicto capitu.
quod dilectio. potes etiam dicere quod illud eſt propter ſcã-
34 dalum euitandum, ut ibi innuit text. † ex quo not quod pro-
pter ſcandalum euitandum reſtringenda ſunt uerba priui-
legii, & hæc not. pro interpretatione facultatum legati apo
ſtolici. mandata quoq; eorum intelliguntur ſecundum ius
commune, & iuxta vires ſuæ poteſtatis, vt in cap. ſuper qui-
buſdam. §. præterea. §. fin. de verborum ſignificat. ad capit. is
cui ſtat ſolutio, quod ibi ſit reſtrictio ex parte eius in quem
facultatis effectus venit deriuanda, & ſic cõcordat ad ea quę
ſupra diximus. ad capit. ex parte. reſpondeo quod identitas
rationis immo maioritas quæ erat ibi, facit quod verba ca-
35 piantur in pleniori ſenſu, quem poſſunt habere, † nam priui-
legium de percipiendis decimis conceſſum abbati de quo
ibi, ex ſuo lato ſignificato bene comprehendebat decimas
nouales. & ideo a maioritate rationis ad eas extenditur. etiã
ſi ma-

ſi materia alias ſit odioſa. ex quo verba ſaltem in lata ſignifi
catione ſumpta ad hoc ſeruiunt. pro quo gloſ. nor. in capitu.
36 quamquam. de vſuris. lib 6. & in clement. 1. de decimis. † Ex
his infertur ad quæſtionem quæ fuit diſputata Bononiæ per
Ioan. Cal. ut refert Bart. in l. ſi ita. ff. de liber. & poſthum. lega
tus habebat poteſtatem diſpenſandi cum ſpuriis & cum in-
ceſtuoſis, contingit quod quidam erat ſpurius, & inceſtuo-
ſus ſimul, an legatus poſſit cum hoc diſpenſare, & in hac quę
ſtione Vincen. in dicto §. de adulteriis. cap. at ſi clerici. tenuit
quod non, per l. vtrum paſſam. §. præſcriptione. ff. de adulter.
vbi licet quinquennio præſcribebatur in crimine adulterii,
non tamen quando ſimul concurrit cum inceſtu. Idem te-
net ibi Ioan. Andr. & dom. An. dicens quod hæc facultas di-
ſpenſandi inquantum ius relaxat & a iure communi deuiat
eſt ſtricte interpretanda, & pro hac parte dicit fuiſſe Bonon.
in prædicta diſputatione concluſum, & hanc eandem con-
cluſionem tenuit Bart. d. §. præſcriptione. & in d. l. utrum paſ-
ſam. ſed in l. a. in princ. ff. de verbor. obligat. tenet opin. con-
trariam. quia hic ſumus in beneficiis, in quibus larga debet
fieri interpretatio, ut in l. fin. ff. de conſti. princ. vnde verba in
benignam interpretationem ſunt redigēda iuxta quam ſub
diſpoſitione ſimplicium comprehenditur mixtum, ut in d.
l. ſi ita. ſed hoc non obſtante ego teneo contrariam opin. de
qua ſupra, quæ eſt communis pro qua faciunt ea quæ ſupe-
rius ſunt inducta. ad idem facit. l. adeo. § cum quis. ff. de ac-
quir. rer. domin vbi mixtum cenſetur ſpecies de per ſe. ergo
non venit in facultate legati, cum ſit res ſeparata, nec obſt.
Solutio Bartol. qui dicit quod ibi mutatur rei ſubſtantia. hic
non, nam dico quod ſumus proprie in terminis illius tex. vbi
mixtum cenſetur eſſe diuerſa ſpecies quando non poteſt re-
duci ad ſimplicia componentia, & ita eſt hic, quia homo iſte
niſi diſſolueretur & deſineret ex toto eſſe non poſſet eſſe o[i]
ſi mixtus & ſi deſineret, iam alius crearetur & non ipſe. ad l.
ſi ita. quam Bar. allegat pro ſe, dicendum quod immo facit
contra eum, quia de rigore iuris text. ibi dicit ſub ſimplicib.
non venire mixtum, ſed in illo caſu ex benigna æquitate iu
riſconſultus voluit contrarium interpretari, non ergo illa æ-
quitas debet extendi ad caſum non expreſſum contra iuris
rigorem, per ea quæ no. in l. placuit. C. de iudi. & eſt text. in l.
1. C. de legi. faciunt no. in cap. fin. de tranſac. Item ex alio ruit
hoc motiuum, quia in d. l. ſi ita, licet quo ad quotas hæredi-
tatis. idem habeat mater in mixto, ſicut in ſimplici, non ta-
men habet tantum in quantitate, & ſic non per omnia eſt
idem in ſimplici quod in mixto. prætere a adhuc ex alio mo-
tiuum Bar. non ſtat. nam iſta materia tanquam exorbitans a
iure ex parte eius cum quo diſpenſatur, non fauorabilis, ſed
odioſa, non extendenda, ſed reſtringenda eſt, vt late in ſupe
37 rioribus diximus † ex prædictis infertur quod in diſpenſatio-
nibus reſpectu eius, cum quo diſpenſatur, non arguitur de
maiori ad minus, vnde ſi eſt diſpenſatum cum aliquo in ma
iori, non uidetur cum eo diſpenſatum in minori, prout not.
Hoſtien. & Ioan. Andr. in c. poſtulaſti. de reſcript. & Spec. tit.
de leg. §. uidendum. verſ. ſed nunquid nocet, & idem tenet
ibi Ioan. Andr. in additio. qui hoc limitat niſi illud minus in
cluderetur in maiori, ut ſi eſſet diſpenſatum cum aliquo, vt
promoueretur in presbiterum, per conſequens videretur cū
38 eo diſpenſatum, quod promoueatur in diaconum. † Adde
ad prædicta quod quando diſpenſatio fit motu proprio, de-
debet late interpretari. arg. ſi motu proprio. de pręben. lib. 6.
pro quo eſt tex. in cap. ſi pluribus. eod. tit. & ſi. ex quo limita-
bis omnia prædicta & hoc tenet Ioan. And. in c. cum in cun
39 ctis. §. cum uero, de elect. † Ex prædictis infertur ad quæſtio-
nem an diſpenſatio trahatur ad conſecutiua & connexa, &
dicendum, quod ſi illa diſpenſatio eſſet inutilis, niſi trahere
tur ad conſecutiua, tunc trahitur ad illa, vnde ſi papa diſpen
ſat cum minore 25. annis ad obtinendum eccleſiam parro-
chialem, in conſequentiam uidetur cum eo diſpenſare nę
intra annum promoueatur in ſacerdotem, iuxta ca. licet ca-
non, quia alias eſſet inutilis illa diſpenſatio, cum per lapſum
anni cenſeretur priuatus ea. ſi ordines non reciperet. iuxta
dictum c. licet canon, quos tamen ſtante minori ætate reci-
pere non valeret, ita no. Arch. in c. cum ex eo. de elect. lib. 6.
pro quo facit hodie tex. in clem. ne in agro. §. cæterū. de ſtat.
reg. ad prædicta facit glo. in c. quia in tantum. de præb. & ca.
non poteſt. de præbend. lib. 6. ubi uero conſecutiua ſiue con-
nexa non eſſent huiuſmodi, tunc diſpenſatio non traheretur
ad illa, niſi fuiſſet facta motu ꝓprio, quia eo caſu uigore hu-
ius clauſulæ, eſſet largo modo interpretāda per prædicta, ita
40 tenet Io. An. in d. §. cum vero, c. cum in cunctis † ex quo infer
tur ad quæſtionem, electus, & confirmatus ſiue prouiſus in
epiſcopum habuit diſpenſationem ſuper prorogando con-
ſecrationem ſuam vltra tempus iuris, nunquid ꝓ idē tps reti
nebit beneficia, quæ tempore promotionis obtinebat, vel ua
cabunt, cū primū fuerit elapſum tempus de conſecr. epiſc.

a Iure præfixum. Io. An. in d. §. cū uero, dicit, ꝙ ſi diſpenſatio
fuit facta motu proprio, non vacabunt, ſecus ſi ad poſtulatio
nem ꝓꝓ prædicta, ſed D. An. dubitat de hoc ſecundo dicto,
quoniam priora beneficia vacant per conſecrationem, vel
per negligentiam commiſſam circa cōſecrationem haben-
dam, conſtat autem non fore negligentem illum electū qui
ex apoſtolica diſpenſatione differt conſecrationem. igitur
retinebit priora beneficia, & iſtam partem ſequitur ibi Abb.
Siculus, ſed opi. Io. And. vr̄ mihi magis conſona iuri, quū d. §.
cum vero, dat facultatem conferendi huiuſmodi beneficia
elapſo tpe de conſecrandis epīs, a canonib. diffinito. ponde
ra verbum a canonibus, non. n. dixit a priuilegio Item ad idē
facit, quia iſtud fuit conceſſum electis confirmatis epīs per
ſpeciale priuilegium contra iuris cōis regulas, ut pulchre de
ducit Oldr. conſ. 14. & non in pęnam negligentiæ circum ſu
habendo cōſecrationis munus, ergo teneri debet in ſuis ter-
minis, & ſic excluditur motiuū D. An. & Abbatis, præterea
illa diſpenſatio ſuper differenda conſecratione conceſſa epi
ſcopo ſatis eſt ꝙ operetur in hoc ꝙ differendo conſecratio-
nem epīs non puniatur, nec debet ad alia extendi contra mē
tem iurium, & in damnum eccleſiarum, quas forte ille obti
nebat, quæ per totum tps illius indulgentiæ, quod forte eſſet
longum, non per proprium paſtorem, ſed per mercenarios
41 gubernarentur. † Et ex prædictis infertur ad aliam quæſtionē
indulgetur alicui ꝙ poſſit plures eccleſias curatas licite reti-
nere, nunquid uideatur ſecum diſpenſatum, ut in neutra ea
rum teneatur reſidere, & uideretur ꝙ ſic, ne alias intelligen
do diſpēſatio uideatur inutilis, & hoc tenet glo. 7. q. 1. ſi quis
in clero. imo indulgentia hoc principaliter concedere uide
42 tur, † illa. n. uidetur cauſa prohibitionis, ne quis plures obti-
neat eccleſias, quia non poteſt in vtraq; reſidere, & per ſe cu
ram animarum gerere, ſed Spec. tit. de leg. §. uidendum. verſ.
quid ſi indulgetur. tenet quod huiuſmodi indulgentia non
liberat eum, quin minus teneatur in earum altera reſidere,
niſi hoc in ea expreſſe dicatur. nam ambitioſa eſt, & ideo re-
ſtringenda de præb. quia in tm̄. & c. ſe. & conſulit ipſe, quod
vt vtrique ſatisfaciat, modo in una modo in alia reſideat. &
hanc opi. ſentit gl. in d. c. non poteſt. de præb. quæ dicit, quod
ille poterit eligere vnam ex illis in qua reſideat. Idem Ancn.
in d. c. ſi quis, in clero. & D. Car. in clem. 1. de pręb. & ego con
ſulerem, quod ipſe reſideret in maiori, & principaliori. ar. c.
extirpandæ. § qui vero. de præb. licet aliquādo ad modicum
tps poſſet perſonaliter ad minorem ſe conferre. extra prædi
ctos autem caſus non extendas diſpenſationē de caſu ad ca
43 ſum. † vnde ſi cum illegitimo eſt diſpenſatum ad ordinem
diaconatus, nō poterit eſſe presbiter, & ſi ad presbiteratum,
non poterit eſſe epīs, & ſic aſcendendo. ita tenet Inno. in c. di-
lectus. de conceſ. præb. & pro eo induco glo. c. nos conſuetu
44 dinem. 12. diſt. & c. ſcriptum. de elec. † poterit etiam legatus
diſpenſare cum religioſis, illis caſibus, quib. eorum Abbas di
ſpēſare poteſt, & hoc ꝓꝓ regulam generalem, quam in prin-
cipio huius artic pręmiſimus. in quibus autem poſſit Abbas
cum religioſis diſpenſare vide Spec. tit. de lega. § ſunt quoq;.
verſ. Abbas quoq;. & ver. ſe. vſque ad ver. prohibetur autem.
45 † & inter cęteros caſus qui ibi enumerantur, eſt vnus in quo
diſpenſat. ſ. in regulę obſeruantiis remittendis. ut 20. q. 4. c. ſi.
& ibi gl. & eſt tex. de conſe. diſt. 5. carnem. ſaltem in his quæ
non ſunt de ſubſtantia regulę. contra ſubſtantialia. n. profeſ
ſionis. puta caſtitatem, paupertatem, & obediendiam, nō po
teſt Abbas diſpenſare, ut in c. cum ad monaſterium. in fi. de
ſta. regu. debet tamen ſubeſſe cauſa iuſta diſpenſandi, alias
non diſpenſatio, ſed diſſipatio diceretur, de quo latius infe-
46 rius dicemus. † extra caſus autem in quibus ordinarii prouin
cię poſſunt diſpenſare an legatus diſpenſare poſſit, & Spec.
tit. de leg. §. conſequenter. ver. item legatus. dat in hoc regu-
lam generalē, ꝙ legatus de latere poteſt generaliter diſpen
ſare, & pęnas mitigare, vbicunque non prohibetur, ut in ca.
fi. de tranſac. ad fi. & pro hac concluſione induco gl. in c. qua
de cauſa. 2. q. 5. & in c. dilectus, de fil. presbit. hęc tamē doctri
na ex ſuperiorib. conuincitur falſa, nam cū diſpenſando cō-
tra ius uioletur ſaltem in parte ius per papam editum, non
licet inferiori hoc facere, niſi ſit ſibi permiſſum ut in d. cle-
47 ment. ne Romani. in prin. & in d. cap. cum inferior. † ad hoc,
etiam facit quod no. Io. And. in c. clerici. de clericis. excom.
mini. vbi Hoſt. dixerat quod legatus de latere poteſt diſpen-
ſare cum eo qui exiſtens in excommunicatione celebrauit,
dum tamen non in cōtemptum clauium illud fecerit, dicit
enim Io. An. hoc dictum potius fore verū de conſuetudine,
quam de iure, cum eis hęc facultas a iure non concedatur.
48 Idem tenet in c. 1. de ſent. exc. lib 6. in nouel. † præterea illa
quæ ſpecialem demandationem deſidrant in generali man
dato non cōprehendunť, ut in l. 1. in prin. & l. fi. ff. de offi. eius
cui manda. eſt iuriſ. Ad idem etiam facit glo. in capi. fin. de
hæret. lib. 6. & in clement ſæpe. de uerborum ſignificat. quæ

dicunt quod legatus non poteſt committere cauſam ſimpli
49 citer & de plano cognoſcendam. † Vnum tamen eſt indubi-
tatum omnino quod contra cōcilium generale legatus mi-
nime poteſt diſpenſare prout no. gl. in c. cum dilecti. de elec.
& in cap. dilectus el primo, de præbend. & in clemen. prima,
50 de electio. † Aliud etiam indubitatum exiſtit, quod de reſer
uatis ſedi apoſtolicæ ſe intromittere non poteſt legatus, ut
in cap. niſi ſpecialis, & cap. quod tranſlationem, de offic. leg.
& quæ ſint illa reſeruata ponitur late per Spec. tit. de leg. §.
§. nunc oſtendendum. per totum, & ibi Ioan. Andr. in addit.
51 & per Innocent. in capit. dilectus, de tempore ordinar. † Sed
quæro an illis caſibus quibus conceditur legato diſpenſare,
poſſit lite iam pendente diſpenſare in fauorem alicuius ex li
tigantibus. Ad quod dicendum eſt, quod reſpectu accuſati
poterit diſpenſari non obſtan. litis pendentia, dum tamen
52 ex ea alii non fiat præiudicium. † nam & priuilegium per
quod nulli alteri præiudicatur impetrari poteſt lite penden.
ut not. Innoc. in cap. 1. & fi. vt lite penden. ſecus tamen ſi per
talem diſpenſationem alteri colligitāti præiudicaretur, hoc
tenet Specul. tit. de lega. §. qualiter, verſi. ſed videtur, & idem
tenet Innocen. cap. dudum. il ſecundo, de electio. & ibi per
Ioan. Andr. idem tenet Archid. in cap. ſi quis presbiter. 50. di
53 ſtinct. † Ex quo infert Ioan. de Lign. in dicto §. de adulteriis,
quod ſi eſt obtentum contra aliquem impetitum de crimi-
ne, quod in euētum, quod ille priuaretur beneficiis ſuis pro-
pter crimina prouideretur alteri de ipſis, non valeret diſpen
ſatio cum ipſo facta in præiudicium impetrantis, cui ſaltem
ius ad rem fuerat quæſitum, ad quod facit capit. conſtituere-
tur. 50. diſtin. & expreſſe in cap. quamuis, de reſcript. lib. 6. ex
qua ratione concluderem idem eſſe, etiam ſi nondum lis in
choata fuiſſet propter ius ad rem alteri acquiſitū. & hoc per
54 dicta iura. † ex quo ego inferrem ad practicā quotidianam,
impetrat quis in forma iuris contra aliquem, vt priuetur be-
neficio, & in euētum ſibi de eo prouideatur, an ille poſt hoc
poſſit beneficium reſignare, & an alius poſſit illud impetra-
trare. & per prædicta uidetur dicendum quod non, ſed iuxta
hoc uide domin. An. in conſil. 43. qui dicit quod ſi ſolum iſte
modus vacationis eſt adiectus in impetratione primi, tunc
vacante beneficio per reſignationem iſte impetrans nō ha-
beret. per capit. ſuſceptum. de reſcriptis, lib. 6. ſi tamen ſciret
reſignans impetrationem, uideretur in fraudem impetran-
tis hoc feciſſe. per cap. 2. de renunc. lib. 6. ſed contra domin.
An. facit tex. in cap per tuas, il primo, de ſimo. in fi. ibi male
conſcius & cætera, & in capit. dudum. il ſecundo, in fi. de ele-
ctio. potius enim cōſcientia criminis ductus quam alia frau-
de iſte præſumitur reſignare, quod magis laudandum quam
uituperandum eſt. & hoc idem tenet Ioan. Andr. in additio.
ad Specul. tit. de rerum permut. & ita uidi ſæpius determina
ri in rota. ſed tamen ſi ille impetrans haberet nedum per pri
uationem, ſed etiam ſi quouis alio modo vacaret tunc res eſ
ſet indubitata, quod deberetur primo impetranti etiam ſi
vacaret per reſignationem, præterquam ſi reſignatio fieret
in curia per c. 2. de præben. lib 6.

55 Ex prædictis infertur, quod ſi ſtante impe
tratione in forma
de qua ſup. ille qui de crimine accuſatur lite pendente mo-
reretur extra curiam, quod in vim gratiæ expectatiuę talia
beneficia poſſent acceptari, nec obſt. impetratio, quoniam
nō habuit effectum cum eſſet conditionata in euentum pri-
uationis, quæ quidem priuatio fuit impedita propter mor-
tem ſuperuenientem, quia crimina morte extinguūtur. 24.
quæſt. 2. cap. primo, & ſecundo. & l. diffinitio. ff. de publ. iud.
& in l. 3. C. ſi pen. appel. & in l. fin. C. ſi reus vel accuſat. mor.
fue. & hoc vltimum voluerunt Dom de Ro. deciſ. 493. quæ
incipit Titius erat expectans, prædicta uera ſunt vbi delictū
erat tale propter quod delinquens erat priuandus beneficio
56 per ſententiam, ſi tamen eſſet ipſo iure priuatus, † prout eſt
in crimine hęreſis, quod ipſo iure beneficio priuatur ut in cap.
ad abolendam §. 1. de hęre. & cap. quicunque. eodem tit. lib.
6. eo caſu iſte crimi noſus non poſſet reſignare in præiudiciū
impetrantis, quia cum nullum ius habeat, non poteſt illud
57 per reſignationem uacare † Idem etiam dico ſi moriatur, nā
cum ante iam per delictum beneficium uacauerit, non po-
teſt amplius per mortem uacare, & de delicto illius etiam
poſt mortem inquireretur propter beneficium impetratū, ſi
eut, & inquiritur propter bona, vt in l. item ſi uerberatum. ff.
de rei vend. & 2. quæſt. 4. cap. in primis. faciunt ad hoc not. in
cap. 1. ut lit. pen. lib. 6. & quod not. Dom. de Rota in præal. de-
58 ciſ. & per Petr. de Anch. conſil. 64. † de modo autem pronun
ciandi contra mortuum in tali caſu. uide gl. no. in §. per con
59 trarium. inſtitu. de hære. quæ ab in teſt. deffe. † An autem poſ
ſit diſpenſare cum accuſatore, qui non probauit. Spec. tit. de
lega. § nunc de epiſcoporum. verſic. nunquid cum accuſato
re, tenet hoc quod non, quem ſequuntur Ioan. Andr. & do-
min. Andr. in dicto §. de adulteriis, tum quia non egit pœ
nitentiam, tum quia puniendus eſt de præſumpta calumnia
ſed domi. Card. tenet oppoſitum, quia eadem ratio eſt in ac-
cuſatore & in accuſato. & hoc quatenus diſpenſatio nō tan
git intereſſe priuatum, ſed per hoc non tollit motiuum tenē
tium opinionem contrariam. Abbas Siculus tenet eandem
opinionem & hoc argumento a maiori, ſi enim diſpenſat cū
60 accuſato, a fortiori cū accuſatore, † quia accuſator deficiens
in accuſatione, eſt in minori delicto, quam ſit accuſatus. tū
quia accuſatus ſi uere commiſit delictum, teneretur de uero
delicto ſed accuſator tenetur tantum de quadam præſum
pta calumnia & propterea cum ex præſumptione contra eū
procedatur, mitius cum eo eſt agendum. iuxta not. per Inno
cent. in capitulo quia verſimile, de præſump. nec obſtat mo
tiuum contrarium, quod iſte non egit pęnitentiam; quia imo
dico, quod aget prius pęnitentiam, & nedum inchoabit,
immo perfecte aget eam iux. tex. in dicto §. de adulteriis. vbi
dicit poſt peractam pœnitentiam &c. & tunc demum cum
ipſo diſpenſabitur, & nota iſtud de peragendo pęnitentiam
ante diſpenſationem, quia eſt contra domin. Andr. in dicto
§. qui tenuit ſufficere agere partem pęnitentię. per c. ex teno
re. de temp. ord. ſed hoc reprobat Abb. per d. §. de adulteriis
& ad dictum cap. ex tenore. reſpondet quod loquitur in alio
caſu. ſ. quando peccatum erat occultū, & eſt illud quoddam
conſilium, ſecus vero in peccato manifeſto, & in eo caſu in-
telligitur d. §. de adulteriis. ſed aduerte quia iudicio meo cō
tra opinio. domi. card. & Abbatis. facit quoniam non digne
pœniteret iſte, ſi perſiſtit in calumnioſa accuſatione, nec etiā
ſi deſtitit, eſt cum eo diſpenſandum propter præiudicium, quod
ex hoc inferetur accuſato, cuius opinionem iſte læſit. & quē
iniuſte diffamauit. niſi præſupponas, quod iſte deſtitit ab iniu
ſta accuſatione, & accuſato ſatisfecit, quo caſu poſſet iuſtifi-
cari iſtorum opinio. ſed iuxta illam contrarietatem. quæ eſt
61 inter domi. And. & abba. † in hoc an ad diſpenſationem obti
nendam requiratur penitentiam fore completam ex toto,
placet mihi illa diſtinctio de qua ſuperius dixit Abba. vt di-
ſtinguatur inter crimen occultum & publicum, in publico
enim vt ſatisfiat ſcandalo, caute agendum eſt, vt dicit Inno.
in d. c. ex tenore, & ideo debet ex toto eſſe pęnitentia comple
ta. & ex hiis poterunt eſſe legati apoſtolici, & alii inferiores
prælati inſtructi. vt etiam illis caſibus, quibus poſſunt diſpen
ſare, priuſquam diſpenſent, iniungant pœnitentiam delin-
quenti. & ſi crimen fuerit publicum ſiue notorium, faciant
quod iſti agant & compleant ex toto pęnitentiam iniunctā.
& vt ſcandalum ſedetur apud eos, qui ex crimine ſunt ſcan-
dalizati, impleatur pęnitentialiter, quod ad eorum notitiam
62 deueniat. iuxta no per Innoc. in dicto capitulo ex tenore † &
licet papa iuribus poſitiuis, non aſtringatur, quia tamen pari
debet legem, quam aliis impoſuit, de conſti. cum omnes. de-
beret cum diſpēſat cum criminoſis idem facere. præſertim,
63 quia ratio hoc exigit. †

Sed quæro iuxta prædicta an cum iam depoſito per ſententiam poſſit epiſcopus
vel legatus diſpenſare, & in hoc variæ reperiuntur gloſ. nam
in capitulo ideo. ſecunda quæſtione ſexta gloſ. diſtinguit. an
ſit verbaliter depoſitus, an actualiter, vt primo caſu poſſit epi
ſcopus reſtituere. ſecundo non poſſit. alia gloſa eſt in capi-
tulo ſi quis presbiter. 7. quæſtione prima, quę diſtinguit depo
ſitum ex crimine, & depoſitum ex contumacia, vt primo ca-
ſu non reſtituat, ſecundo ſic. alia eſt in capitulo ſi epiſcopus
nona quæſtione tertia, q̄ dicit, quod ſi fuerit depoſitus iniu-
ſtę, puta per falſos teſtes, epiſcopus poterit reſtituere. alias nō,
ſed videtur loqui in degradato. referendo eam ad tex. glo. in
capitulo clerici. de cleri. excomm. mini. videtur conclu dere,
quod non poſſit reſtituere depoſitum. niſi fuiſſet iniuſtę depo
ſitus. in capitulo ex tue. de cleri. non reſi. tetigit, ſed nihil fir-
mauit. Specula. titulo de legat. §. nunc oſtendendum. verſicu
lo nono, latius attingit hunc articulum; tandem concludit,
quod aut quęritur de degradato actualiter, aut de depoſito
verbaliter, primo caſu, aut petitur de iure reſtitutio, vt quia al
legatur falſitas teſtium, vel qd ſimile, & poteſt, vt in præall.
cap. epiſcopus, aut de gratia, & hoc non poteſt, quia ſoli prin-
cipi eſt reſeruatum vt in dicto capitulo ideo, ſecundo uero
caſu, ſin verbaliter depoſito dicit indiſtincte quod poteſt, &
ad hoc allegat dictum. §. de adulteriis, & idem ſentit collec.
in d. §. de adulteriis, & Abbas Siculus, quia ille textus loquitur
indiſtincte, & quia ſequitur poſt illum. §. ſi vero, qui loquitur
de depoſito. & idem ſentit gloſa in capitulo quamuis de re-
ſcriptis libro ſexto. & Archidiaconus in capitulo primo. 15.
quæſtione vltima. ſed ego allego eundemmet Archidiac. in
cap. contumaces. 1. diſtinctio. qui tenet contra opinionē iſto-
rum dicens ꝙ ſi ſententia non eſt nulla, imo tenet, nullus in-
ferior a papa poterit depoſitū reſtituere, niſi forte contra ſen
tentiam iniuſtam imploraretur coram ſuperiore remedium

iii

In integrum reſtitutionis ex iuſta cauſa,& in caſu a iure per-
64 miſſo,& hæc opinio mihi placet†non enim conceditur inferioribus facultas reuocandi ſententias diffinitiuas per eos latas, etiam ſi ex inſtrumentis nouiter repertis reperirentur eas fuiſſe iniuſtas,in tantum quod nec ad hoc conſenſus vtriuſque partis ſufficeret,iuxta gloſ.nota.in l.ſi diuerſa.C.de tranſactio.immo ſoli principi hoc eſt reſeruatum quod procedit
65 etiam in cauſa criminali.†ibi tamen in tali caſu,ne innocẽs cõdemnetur,ſuperſedere debet iudex inferior,qui tulit ſententiam, ne eam exequatur,& reſcribere principi,ut ſententiam reuocet,de quo ſunt duo text.not.in l.prima,§.ſi quis vltro. ff.de quæſtionibus.& in l. Diui fratres. ff. de pœnis. ad hoc etiam facit dictum capitulum. ideo nec obſtat text, in dicto §.ſi uero, dicti capituli at ſi clerici.ſuper quo ſe fundat Abbas nam ille textus non loquitur in depoſito, ſed in deponendo, & tunc ſequitur ille.§.de adulteriis limitando, & determinando illum.§.ſi uero,vt; licet conuictus,vel confeſſus de crimine digno depoſitione, veniat deponendus ſi tamen in adulterio,& in minoribus criminibus,cum eo fuerit per epiſcopum diſpenſatum, non ueniet tunc deponendus,& ſic loquitur ante ſententiam, ſi bene ponderetur, & ita fundat potius iſtam partem,& per conſequens contrariũ eius,ad quod Abb.illum inducebat.

66 Sed iuxta hoc quæro pone quod legatus, vel epiſcopus reſtituit contra ſententiam depoſitionis, quam tulerat contra clericum,an per conſequens cenſeatur reſtitutus contra infamiam,quam ex prædicta ſententia occaſione criminis incurrerat.& Innocentius,& Hoſtienſis & communiter doctores in capitulo unico cum te ab. de re iudica.tenent quod non, quia reſtituere famæ eſt de reſeruatis principi, ſed Abbas Siculus ibi,& in dicto §.de adulteriis in hoc caſu quo diſpenſatio nõ fit principaliter ſuper infamia,ſed uenit acceſſorie,tenet opinionem cõtrariam, pro quo inducit textum in l.prima,§.de qua.ff.de poſtula.ad idem facit gl.in capitulo Domino ſancto.50.diſtinctio.& in § hinc colligitur ſecunda quæſtione tertia,quæ dicunt quod vbicunque epiſcopus poteſt diſpenſare, poteſt illo caſu infamiam tollere,ſed tamen illæ gloſ.ſunt intelligendæ acceſſorie, & in conſequentiam
67 modo prædicto. †

Sed an in beneficio patronato clericus depoſitus, vel priuatus beneficio poſſit reſtitui inuito patrono. gloſ. mouet quæſtionem in dicto capitulo quamuis.de reſcriptis,& refert varias opiniones,ſed opinio Bartholomei Brixienſis,fuit quod ſi depoſitus appellauit reſtitui poterit, alias non,& hæc opin.communiter approbatur per capitulum decernimus. 16. quæſt. ſeptima, ſecũdum Ioannem Andream & idem tenet Ioan. Calderinus. ſed domin. facit ibi longam diſtinctionem, dicens quod aut reſtitutio fit per papam, & tunc ſi ſunt patroni eccleſiaſtici,ualet argumen.capitulo dilectus.de officio lega.& capitulo cum dilectus.de iure patronatus, aut patroni ſunt laici, & tunc aut facit mentionem de iure patronatus laicorum,& ualet argumen.dicto capitulo quamuis.in fine ibi niſi aliud exprimatur, aut non facit mentionem,& non ualet reſtitutio,quia ex quo iſte eſt priuatus, iam erat quæſitum ius patrono, nec in dubio papa intendit illi præiudicare,niſi hoc exprimat, quo caſu bene poteſt ſibi præiudicare, ut not.Ioan.Andr.in capitulo ſecundo, de præbendis,libro ſexto,aut fit per inferiorem,& ſi per legatum de latere.in patrono eccleſiaſtico, valet quia poteſt ſibi præiudicare, ut in dicto capitulo dilectus,& in dicto capit.cum dilectus,ſecus autem in patrono laico,cui præiudicare non poteſt, vt notat gloſ.in dicto capit. cum dilectus, aut reſtitutio fit per alium ordinarium inferiorem a legato,& tũc ſi adhuc retinet ius, ut quia appellatum eſt a ſententia,& poterit, ut uoluit Bartholo. Brixienſis aut ex toto erat iure ſuo priuatus, & tunc
68 non poterit.per d.cap.decernimus.†

Ex his infertur ad quæſtionem,papa quẽdam priorem cuiuſdam prioratus, qui erat de iure patronatus laicorum promouit ad aliquam eccleſiam cathedralem & cum eo tempore promotionis, vel cito poſt,& ante uacationem dicti prioratus, motu ſuo proprio diſpenſauit, quod dicta promotione non obſtante,eundem prioratum cum dicta cathedrali eccleſia retinere poſſet vſque ad beneplacitum ſedis apoſtolicæ, decernendo ipſum prioratum per munus conſecrationis, vel aſſecutionem poſſeſſionis minime uacare, nulla facta de iure patronatus dicti laici mẽtione, dubitari poſſet utrum huiuſmodi gratia ſiue diſpẽſatio fuerit nulla,& ſurreptitia,& Domini de Rota in hac quæſtione fuerunt varii, maior tamen pars dicebat eam fore ſurreptitiam, vt habetur deciſio.334. quæ incipit ſuppoſito facto,& motiua dominorum fuerunt, quia nedum infertur alicui graue præiudicium, cum tollitur ſibi ius quod habet de præſenti, immo cum tollitur ſibi ſpes proxima,& propinqua iuris habendi,ut in l.inde neratius.ff. ad l.aquiliam,& l.ſtatius. §.Cornelio. ff.de iure fiſci, ad idẽ facit.C.communia de legat.l.fi.nam quæ incontinenti fiunt ineſſe videntur.in l.lecta. ff.ſi certum petatur, & in capitulo officii. de electio. de teſti. cogen. præterea, de reſtitutione ſpoliatorum.literas.

69 Secundum motiuum eorum eſt,quia vbi ſunt duo impedimenta,vno ammoto, non uidetur aliud ſublatum. ff.de ſeruitu. vrbanorum prædiorum.l.ſi domus.de filiis presbiterorum capitulo ſecundo, libro ſexto, de auctorita. & uſu pali. ex tuarum.de priuile.paſtoralis modo hic uidentur duo impedimenta. unum capitul. cum in cunctis. de electio. aliud eſt de iure patronatus,igitur primo ſublato, aliud non videtur ſublatum, maxime quia utrunque videtur eſſe ſupra ius. & non poſſe aliter fieri quam ex plenitudine poteſtatis.& in caſu præſenti licet papa utatur plenitudine poteſtatis in vno caſu,non propterea uidetur quod velit uti in alio.quia talia tanquam odioſa ſunt reſtringenda. vt in regula quæ a iure de regulis iuris, libro ſexto,non autem trahenda de caſu ad caſum.ff.de liber.& poſthumis.l.cum quidam de priuilegiis ſane.de reſcr. ſuſceptum.lib.6.

Tertium motiuum eſt, quia licet iure ſuo vtatur epiſcopus interponendo auctoritatem ſuam in permutationibus,ut in cap. quæſitum de rerum permutatione, tamen ſi beneficium eſt patronatum pro intereſſe patroni vocare tenetur eundem, vt notat Innocentius de renunc.quod in dubiis, & Ioannes Andreas in capitulo unico, de rerum permutatione lib.ſexto,& gl.in clemen.vnica,eodem titulo,ſic ergo in caſu iſto, quia potuit intereſſe patroni vt haberet priorem reſidẽtem, ad quam reſidentiam ammodo non tenebitur propter dignitatem epiſcopalem.

70 Quartum †propter idẽtitatem rationis, nam ratio quare inductum eſt quod beneficia patronata non conferantur ſine conſenſu patronorum eſt, ne turbati ex hoc, a fundatione eccleſiarũ retrahantur prout legitur,& no.in c.cum dilectus de iure patronatus quæ ratio militat in propoſito pp ſpem vacandi.

71 Quintum motiuum eſt quia quando ex aliqua cauſa de præſenti oritur ſpes firma de futuro, de certo effectu trahente conſequentiam neceſſariam ad cauſam ipſam,habetur perinde, ac ſi effectus ipſe eſſet productus, ut ff.ad l.aquil. l.huic ſcripturæ.§.primo,& l.ita vulneratus in princip. eodem tit.in l. damni.§.Sabini.ff.de damno infecto,modo ſi uacaret beneficium non poſſet ſine cõſenſu patroni conferri, ergo idem quando eſt in huiuſmodi proxima diſpoſitione uacandi.præterea, quia princeps in dubio non uidetur velle præiudicare iuri in re quæſita alteri,ut in l.ſecunda, §.ſi quis a principe.& §.merito.ff.ne quid in loco pub.nec etiam iuri ad rem,vt in capitulo quamuis.de reſcriptis.lib.ſexto.Sed collector deci. qui fuit pro parte contraria cum aliquibus dominis, inter quos erat Martinus epiſcopus Pampilonen. inducit multas rationes efficaces in cõtrarium & adducam in medium eas,
72 quæ mihi uidentur efficatiores quarum eſt una,†tũc in gratia principis eſt ponderandum præiudicium ſpei iuris de futuro, cum ſpes illa eſt radicata in aliquo iure de præſenti, & non aliter,ut per gloſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liberis & poſthumis,& ibi Bartol.& per Ioan.Andr. in regula ſine culpa de regulis iuris,lib.6.in mercu.facit.ff.de iniuſto. rup.te.l.ſi quis exhæredato.§.irritum.induco etiam ad idem, l.quod ſeruius.ff.de conditio.ob.cau.& l.ſi uxor. §.diui.ff.de adulte.ſed certum eſt, quod antequam vacet tale beneficiũ non poteſt dari talis ſpes, quinimmo reprobatur a iure per tex.in capit.primo,& ſecundo,& in terminis eſt text.in cap. fin.de conceſſione præbendæ, & per hoc tollitur primum & quintum motiuum tenentium contrarium.

Item quia non poteſt dici ex hoc inferri præiudicium patrono cum non data vacatione nullum ius ſibi cõpetat ad præſentandum,præterea patronus præſentando iſtum a principio, approbauit ſemel perſonam eius & voluit, quod haberet illud beneficium,non ergo amplius requiritur eius conſenſus,ſi papa velit cum illo ſuper beneficio diſpenſare, cum in hoc iure ſuo utatur,iux.not.per Innocen.in cap.innotuit.de elect.& cap. niſi cum pridem.de renun.Adhuc pro iſta parte facit deciſio quæſtionis ſupra proximæ.ubi dictum,& cõcluſum eſt,quod cum depoſito qui appellauit, ex eo quod ſtante appellatione depoſitio adhuc nõ habuit effectum, poterit ordinarius diſpenſare,etiam ſi beneficium ſit de iure patronatus laicorum inuito vel non vocato patrono. Ita ergo in propoſito, ex quo adhuc non vacauit prioratus.

Item pro hac parte faciunt ea quæ not. in capit. ex eo de electio. libro ſexto, pone enim quod rector parrochialis eccleſiæ, qui iuxta formam capituli licet canon. de electio. eodem lib. debebat facere ſe promoueri in ſacerdotem, alias lapſo anno eſt priuatus ipſo iure beneficio, prope finem anni obtinet ſecū diſpenſari per ordinarium iuxta formam, dicti capituli cum ex eo. valebit ne diſpenſatio facta per ordinarium etiam inconſulto patrono ſi eccleſia eſt patronata certe ſic. ut nota. ibi Ioan. Andr. in nouel. ita ergo in propoſito erit dicendum, & iſta pars uidetur verior de iure. poſt hæc autem ſuperuenit Aegid. de Bellamera, collector Decl. qui in deciſio. 752. latiſſime proſecutus eſt iſtam quæſtionem, & tandem concluſit inclinando in primam partem per motiua pro illa parte inducta, & nititur reſpondere ad fundamenta opinio. contrariæ. ad primum motiuum reſpondet ſemper, perſiſtendo in eo quod pro parte ſua fuerat inductum, quod iſta ſpes de futuro eſt habenda in conſideratione, quia habet neceſſariam conſequentiam ad ius de præterito, ſed tam hoc ſublatum
73 eſt per ea, quæ induximus nouiſſime, † cum in beneficiis uacaturis talis ſpes ſit illicita, & nedum ſi ſperentur uacare per mortem, ſed etiam per reſignationem, & hoc vltimum probat text. in capitulo deliberatione. §. prohibemus. de officio lega. libro ſexto, eſt enim ambitio quædam reproba. ſperare beneficia antequam vacent. & ad iuſtificationem huius facit quod ipſe inducit in ſolutione ad ſecundum, cum loquitur de legitimatione ſimiliter ad ſolutionem, quam dat ad dictum Innocent. in dicto capitulo in notum. & capitulo niſi cum pridem. ibi in reſponſione ad ſextā rationem dicēdo quod illæ rationes concludunt quo ad hoc, an ex tali diſpenſatione conferatur titulus, vel non conferatur. non autem quo ad ualiditatem diſpenſationis prout eſt in diſpenſante, præterea & clarius ipſe loquitur ſeo caſu, quo ſnullus titulus eſt apud eum, cum quo diſpenſatur. in caſu tamen noſtro eſt titulus apud illum, cum quo diſpenſatur licet ſperetur de futuro uacare, & ſic illæ rationes non faciunt ad propoſitum, immo ſtant ſemper illa dicta Innocent. ad illud de diſpenſatione, capitu. cum ex eo, reſpondet quod ibi diſpenſatio fit de iuſtitia, quia in fauorem eccleſiæ, iſta autem de mera gratia, quia in fauorē perſonæ, ſed iſta ſolutio nō ſtat, quia cum iſta ſint de iure poſitiuo, papa libere ex mera gratia poteſt ſine aliqua cauſa in eis diſpenſare iuxta not. per Innocent. in capitulo cum ad monaſterium. de ſta. regu. quem ſequuntur communiter doctor. & ſi diceres contrarium immo cauſam requiri, quia data eſt ei poteſtas in ædificationē, & non in deſtructionem, iuxta illud ſecundæ Corinth. 13 ad hoc dico, quod illud procederet quantum ad Deum. in ſoro
74 tamen iudiciali ſtaretur tali diſpenſationi; † cum papa non habeat in terris iudicem qui de factis ſuis habeat iudicare, vt in capitulo cuncta per mundum. & capitulo per principalem, nona quæſtione tertia, eo maxime quia in eo ſemper præſumitur cauſa, iuxta not. per Innocent. & doctor. in capitulo quæ in eccleſiarum, de conſtitutio. & per legiſtar in l. ſinali. C. ſi contra ius vel utu. pu. & in iſtam partem ego inclinarem propter fundamenta ſuperius inducta quæ mihi uidentur multum efficacia, & adduco etiam ad idem text. in argumentū in l. quotiens. ff. ſoluto matrimonio, & in l. cum a ſocero. ff. de iure dotium. quæ iura multum faciunt ad propoſitum, & ex prædictis etiam manet reſponſum ad fundamenta Aegidii, & aliorum tenentium contrarium, ſed in practica obſeruaretur deciſio Roman. propter ſuam auctoritatem, & quia multæ illarum ſunt fundatæ in ſtilo, & etiam cauſauerunt ſtilum.

Supereſt nunc tractare de facultate legati circa diſpē-
75 ſationem faciēdam in pluralitate beneficiorum † circa quod eſt opinio. quorundam quod epiſcopus & ſic per conſequens legatus poterit diſpenſare quod quis plura beneficia ſimplicia obtineat ut in capitulo penult. de electio. & 16. quæſtio. prima, poſſeſſionis, ad idem facit de præbend. de mulcta, vbi papa ſibi reſeruata facultatem diſpenſandi ſuper pluribus curatis, igitur ſuper nō curatis poterit ordinarius epiſcopus diſpenſare. argument. capitul. nouem. de præſumpt. & capit. qualis. 25. diſtinctio. & l. cum prætor. ff. de iudic. ſed quia prædictis obſtat capitulum ſanctorum. 70. diſtin. vbi interdicitur epiſcopo facultas diſpenſandi in pluribus præbendis reſpondent per contrariam conſuetudinem fore derogatum illi canoni. quam conſuetudinem dominus papa ſcit & tollerat, alii vero dicunt, quod etiam in duobus ſimplicibus nō poterit epiſcopus diſpenſare, per dictam capitulum ſanctorum. qui canon nō reperitur expreſſe reuocatus. ſtare igitur debet in ſuo vigore, nam quod non mutatur quare ſtare prohibetur ut in l. præcipimus. C. de appellat. C. de teſta. l. ſanci-
76 mus, nec obſt. tollerantia papæ in contrarium inducta † quoniam multa, per patientia tollerantur & cætera, ut in capit. cum iam dudum. de præbend. & 31. quæſtione prima, hac ratione. in fin. & 32. quæſtio. 7. apoſtolus. ad idem facit gloſ. in capit. dudum il ſecundo, de electio. Speculat. tamen in dicto tit. de lega. § videndum. verſic primo, dicit quod prior opinio eſt verior & communiter obſeruatur, & hanc opinio. Spec. tenet gloſ. in dicto capit. ſanctorum, & illum textum intelligit quando illæ præbendæ non eſſent in eodem epiſcopatu, ſed in diuerſis. ad quod etiam facit glo. in c. ſi quis iam tranſlatus. 21. quæſtio 2. ſed Innocent. in cap. fin. de cler. non reſi. dat alium intellectum ad illud. capit. ſanctorum, dicit enim quod ille tex. non prohibet quod ex diſpenſatione epiſcopi quis ſit canonicus in duabus eccleſiis, ſed tantummodo prohibet, ne ſit præbendatus in duabus eccleſiis, hoc eſt ne percipiat præbendam in duabus, & hanc interpretationem videtur ſecundum eum eccleſiam recepiſſe de facto, & eſt ratio, quia, ſi perciperet præbendam notaretur in eo cupiditas; vt in dicto capit. cum iam dudum.

Item diminuerentur præbendæ aliorum, in quorum præiudicium non debet epiſcopus diſpenſare, poſſet etiam addi alia ratio, quia diminueretur cultus diuinus in eccleſia, ſed quod ſint canonici tantum, & interſint electioni & aliis conſiliis honor eſt & utilitas eccleſiis propter multos conſiliarios 64.
77 diſtinctio. extra conſcientiam. † ſed nota illas gloſas quæ nolunt, quod quando beneficia plura ſimplicia eſſent in diuerſis dioceſibus, vtriuſque epiſcopi diſpenſatio requireretur, ad hoc bonus textus in capitulo cum illorum, de ſententia excommunicatio. ex quib. notanter infertur quod in faciendo diſpenſationem circa beneficium, inſpicitur locus beneficii & non locus originis illius, cum quo diſpenſatur. ad quod eſt gloſ. in capitulo cum ex eo. de electio. lib. ſexto, quæ hoc dicit expreſſe. ſed illud quod de pluribus ſimplicibus dictum eſt, limita verum ſi ſint in diuerſis eccleſiis, ſecus autem ſi ſint in eadem eccleſia, nam in illis epiſcopus diſpenſare non poſſet, ſed ſolus papa, vt in capitulo literas, de conceſſione præbendæ & in capitulo primo, de conſuetud. lib. ſexto, vbi damnatur conſuetudo contraria. ſed aduerte quia illa iura loquuntur in duabus dignitatibus, vel officiis, vel in duabus præbendis, ſi ergo tenet beneficia alterius qualitatis vtpote duas capellanias vel duo altaria, vel beneficium curatum, & vnum altare etiam intra eandem eccleſiam, ſecus eſſet, quia illa iura tanquam pœnalia non debent extendi ad caſum non expreſſum, & iſta fuit concluſio Lapi, ſua allegat. 116. Idem tenet Federicus de Senis, conſilio 190 & Abbas Siculus conſilio 70. quod magis eſſet ſine dubio, quando ille capellanus nullum ſeruitium arctaretur facere in choro eccleſiæ cum aliis canonicis.

78 **Sed circa præmiſſa quæro** numquid de iure communi poterit quis plura talia beneficia ſimplicia ſine diſpenſatione aliqua obtinere, & quia materia hæc eſſet longa & extra noſtrum propoſitum, qui tantum in hoc articulo de diſpenſationibus agimus, ideo remitto ad ea quæ not. per gloſ. in dicto capitulo dudum. & in capitulo gratia, de reſcriptis, libro ſexto, & ibi per doctores, & per Innocentium in capitulo cum iam dudum. de præbendis, & per doctores in clementina gratiæ de reſcriptis. & per Speculator. in dicto §. vi-
79 dendum, verſiculo illud etiam. † duas autem eccleſias parrochiales ſiue duo beneficia curata nullus poterit inſimul retinere ſine diſpenſatione, vt in dicto capitulo dudum. & 7. quæſtio. prima, ſicut alterius, & capitulo referentes & capitulo ad hæc. cum ſequentibus. de præbendis, immo per adeptionem ſecundi, uacat ipſo iure primum, ut in capitulo de. mulcta, de præbendis. & dicto capitu. ſi quis iam tranſlatus. hoc tamen fallit in aliquibus caſibus, quib. etiam ſine diſpenſatione poteſt unus plures parrochiales eccleſias retinere, de quibus vide gloſam in d. cap. dudum, & per Speculat. in d §. videndum, verſic. & nota.

80 **Sed an† epiſcopus** in pluralitate parrochialium poterit diſpenſare, & in hoc inter antiquos fuerunt variæ ſententiæ. Ioannes enim gloſator decre. in capitulo ſanctorum, 70. diſtinctione. & in dicto capitulo ſi quis, iam tranſlatus, tenet quod ſic, per dictum capitulum ſanctorum, nec obſtat textus in capitu. de mulcta. de præbendis in fi. vbi dicitur circa ſublimes autem & literatas perſonas quæ maioribus ſunt beneficiis honorandæ cum ratio poſtulauerit, per ſedem apoſtolicam poterit diſpenſari. ergo non per alium, nam reſpondet quod per hæc verba, tātum indiſcreta & vaga diſpenſatio interdicitur eis, quod enim non mutatur quare ſtare prohibetur, & idem tenet Innocent. de temporibus ordinandor. capit. dilectus, ſed Bartholomeus Brixienſis, qui fecit ſuper decreto additio. ad gloſ. Ioannis tenet opinionem contrariam in dicto capitu-

loſanctorum. & capitulo ſi quis iam tranſlatus: Idem tenet
gloſ.in dicto capitulo de mulcta.& in dicto capitu.dudum.
ſed Speculator in dicto §. videndum. in dicto uerſiculo &
nota.diſtinguit quia aut in diſpenſatione conſideratur utili-
tas & neceſſitas eccleſiæ,aut prærogatiua meritorum, & ex-
cellentia perſonæ, primo caſu poterit epiſcopus in tali plura
81 litate diſpenſare,& ſic poteſt intelligi opinio Io.†nam etiam
ex hac cauſa poteſt unire duas eccleſias quod eſt fortius, vt
in cap. ſicut unire, de exceſſ. prælatorum.

Secundo vero caſu ſcilicet cum diſpenſatio
fit propter merita perſo-
næ, tunc ſolus papa diſpenſare poteſt, & ſic intelligatur di-
ctum capitulum de mulcta. ad quod inducit capitulũ inno-
tuit.de electio.in fine, & in hoc caſu procedit opinio tenen-
tium contrarium,& hanc opinio. tenent Petr. & Abb.anti-
quus,& Hoſtienſ.in dicto capitulo de mulcta.licet Hoſtien.
dicat curiam tenere quod in omni caſu in pluribus curatis
papa ſolus diſpenſet,ſed Ioan. And.videtur uelle illud etiam
eſſe de iure, per dictum capitulum de mulcta. & idem tenet
Innocent.in capitulo dudum .il ſecundo,de electione. Ab-
bas Siculus, dicit quod de iure placet ſibi illa diſtinctio de
qua ſupra,ut iura iuribus concordentur, videlicet ut diſtin-
guatur inter diſpenſationem, quæ fit propter vtilitatem,
uel neceſſitatem eccleſiæ,& illam, quæ fit propter prærroga-
tiuam perſonæ, & eandem concluſionem tenet Archidiac.
in dicto capitulo ſanctorum.referens opinionem Goffred.in
dicto capitu.de mulcta.qui ſatis audacter in hac materia lo-
quebatur,ſed præmiſſis non obſtantibus,ego tenerem hanc
diſpenſationem in duobus curatis ſoli papæ indiſtincte fore
reſeruatam,& ita ſtilus curiæ recipit,& pro hac concluſione
facit text.apertus in dicto capitulo dudum. il ſecundo,§.ue-
rum.cum §.nos uero.de electione,ubi pluralitatem curato-
rum obiectam cõtra electum excuſabat eius procurator di-
cens ſecum fuiſſe per archiepiſcopum diſpenſatum,& papa
non facta prædicta diſcuſſione an propter neceſſitatem, uel
utilitatem eccleſiarum, fuiſſet facta diſpenſatio, an propter
fauorem perſonæ, ſtatim repulit illam excuſationem tan-
quam friuolam, quod ideo fecit, ut ibi dicit Innocent. quia
notorie erat friuola. ad idem facit textus in dicto capitulo
de mulcta.in fine,nec obſtat textus in dicto capitulo ſancto-
rum. ubi contraria opinio uidetur habere fundamentum,
nam poſſet dici quod non loquitur in duabus eccleſiis cura-
82 tis,†ſed ſimpliciter dicit in duabus eccleſiis.ſub qua appella-
tione non comprehenduntur curatę, ut eſt textus apertiſſi-
mus. in capitu.cum in illis.de præbendis libro ſexto,in prin-
cipio, & ubi ille tex.in dicto capitulo ſanctorum, faceret in
contrarium, adhuc poſſemus dicere eſſe correctum per iſta
83 iura decretalium,quæ ſunt præmiſſa.†in ſimplici uero & cu
rato bene poſſet epiſcopus diſpenſare, cum in duobus cura-
tis tantum ſit ſibi adempta poteſtas ut patet per ſupradicta.

Ex quibus infertur, quod cum hæc di-
ſpenſatio ſit
reſeruata papæ, non poterit legatus ſe de ea intromittere.
84 †Sed quod dicemus fore beneficium curatum? dicas ſecun-
dum Innocent. in dicto capitulo de mulcta quod hic large
ſumitur cura animarum,ſiue in foro pœnitentiali habeat fa
cultatem audiendi confeſſiones, & abſoluendi ſiue in foro
85 iudiciali. † & dicitur cura fori iudicialis quando habet quis
facultatem excommunicandi, & abſoluendi, ſiue uiſitandi
eccleſias, & corrigendi, ut eſt textus nota. in dicto capitulo
dudum.& idem tenet glo. in clementina unica.de officio ui
carii. Idem tenet Innocentius in capitulo cum ſatis. de offi-
cio archidiacona. Item non eſt uis,ſecundum eum,ſiue ha-
beat parrochianos de facto,ſiue non habeat, dummodo ha-
beat parrochiam,in qua habeat ius parrochiale,& hanc opi
nionem tenuerunt ibi Ioannes Calderin. & multi alii. idem
tenet Speculator in clementina §.uidendum. uerſiculo ſed
quæritur,& dominus Cardinal.in clementina unica, de offi
cio uicarij. & in dicto capitulo de mulcta, & Archidiacon.
capitulo licet canon.de electio.libro ſexto,ſed Hoſtienſ.ubi
& Iarius in capitulo quia nonnulli, de cleri.non reſiden. te-
86 nuit opinio.contrariam quo ad hoc ultimum dicens,†quod
non cenſetur eccleſia curata ea quæ realiter non habet par-
rochianos,licet alias fuiſſet parrochialis, & idem tenet Fede
ricus de Senis conſilio 135. & Paulus in dicta clementina
unica, de officio uicarij. ad quod facit glo. in capitu.licet ca
non.de electio. libro ſexto, addit etiam Feder. in dicto con-
ſilio, quod recepiſſe aliquos ad ſepulturam non facit eccle-
87 ſiam fore curatam, uel parrochialem†nam ſine cura poteſt
eccleſia habere cimiterium, uel ius ſepeliendi. ut not. Archi
diaconus de ſepul.capitulo primo,libro ſexto,& hoc ex con
ſuetudine, vel auctoritate epiſcopali, ad quod allego gloſ. in
clementina per literas.de præbend.idem no. Hoſtienſius de
clericis non reſiden.quia nonnulli.nec etiam ius baptizandi
facit parrochiãm ut nota. Paul.in clement.unica, de bapt. &
Fel. vbi ſupra,& hoc vltimum tenet Pau. dominus cardin.in
88 clementina vnica, de baptiſmo.† Adde etiam quod ſi aliquis
voluntarie exercet curam, ita quod nec ipſe arctatur eam
exercere, nec parrochiani ad eam ire, talis non dicitur cura-
tus, facit ad hoc quod de fratribus prædicatoribus & mino-
ribus deputatis ſecundum formam clementinæ dudum. de
89 ſepulturis.dicit glo.in clem.dudum, de ſepulturis. †

Item vbi in eccleſia non eſt aliquis perpetuo
inſtitutus ad curam ani-
marum exercendam,ſed modo exercetur per hos, modo per
illos, ut interdum contingit in eccleſiis quibuſdam, ubi ad
nutum capituli conſtituuntur & remouentur iſti, qui hanc
curam exercent, tunc apud totum collegium cenſetur eſſe
cura & non apud iſtos qui eam exercent,neque apud aliquẽ
in particulari.Ita tenet Innocent.in capitulo cum non igno
res.de præbend. & iſte modus tenetur in hiſpania in dioceſ.
Burgen. ubi in omnibus eccleſiis parrochia. in quibus duo
aut plures presbiteri ſunt, ponitur qui adminiſtrat curam
animarum per manum epiſcopi ad nutum ipſius, & ad libi-
tum ipſius remouetur, ibi ergo ille qui curam adminiſtrat
90 non cenſetur curatus† & quoniam beneficium curatum re-
quirit perſonalem reſidentiam, ut in capitu. quia nonnulli.
de cleri.non reſid.& cap.extirpandæ.§.quia uero.de præben.
niſi in caſu ſpeciali de quo ibi, in tantum ut non poſſit con-
ſuetudine aliqua introduci,quod rector curatus poſſit ſerui-
re per ſubſtitutum, quia in hoc eſt electa induſtria perſonæ,
de ætat.& qualita.cum ſit ars arcium, iuxta nota. per Archi-
91 dicona. 11, quæſtio.prima, ſacerdotibus.† inde eſt quod iura
multum abhorrent pluralitatem parrochialium eccleſiarũ
in eadem perſona, propterea quod impoſſibile eſt eandem
perſonam reſidere perſonaliter continuo in diuerſis eccle-
ſiis parrochialibus, prout requiritur, & etiam propter aliud,
quia infertur aliis præiudicium, dum unus qui uix poteſt
unum officium debite adimplere, vult ſtipendia plurium ſi-
bi applicare, vt in dicto capit. quia nonnulli.unde contingit
illud apoſtoli.1. Corinth.11. alius quidem eſurit, alius autem
ebrius eſt, datur etiam materia ſcandali dum multa benefi-
cia uni dantur, & de aliis non habetur ratio debita & inde
murmurationes oriuntur, ut in capitulo primo, 16. quæſtio.
7.nutritur inſuper ambitionis & auaritię uitium, ut in capit.
quia in tantum, de præbend. quod maxime a ſacris canoni-
bus exprobatur in clero, ut habetur in §.primo,& capit.1.&
2.& per totum.47.diſtinctio.& cap.Archidiaconum Floren
tinum.75.diſtinctio.& capit.fratrem noſtrum, & §.prohibe
tur.& cap.peruenit.86.diſtinct.reprobatur etiam quia diſſo
lutionis materiam præſtat, multos enim nouimus qui dum
paupertate erant grauati, honeſtam ducebant uitam, ditati
autem de patrimonio Chriſti, laſciuijs & turpitudinibus ua-
cant cõtra quos inuehit dominus per prophetam, filios enu-
triui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me ingraſſati enim
& impinguati ac dilatati, recalcitrauerunt, datur quoq; præ-
dictis materia euagationis, modo enim ſunt in vno benefi-
cio modo in alio non iuxta commoditatem beneficiorum,
ſed iuxta opportunitatem ſolaciorum, commendata eſt ſi-
quidem nobis recluſio, & ſeceſſus ab hominum conſpecti-
bus, ut in capit.quamquam.14.quæſtio.1.& præſertim ubi lu
di theatrales & cantica ſecularia exercẽtur, ad quæ nedum
clericus ire non debet, ut in capit.presbiteri.34.diſtinctio. ve
rum ſi per antea ibi erat, illis aduenientibus fugam iubetur
arripere.de conſecratio. diſtinctio. 5.capitu.non oporteret.il
92 primo,† grauis enim in inceſſu debet eſſe ſacerdos, ut ex gra
uitate itineris, grauitatem indicet mentis, ut in §.fin. 41.di-
93 ſtinct.† multum enim iſti motus exteriores indicant de mo-
ribus interioribus, ait enim philoſophus quarto ethicorum,
ſicut enim ex motibus corpora iudicantur ita & mores, &
tex.in clemen.2.de vita & honeſtate clericorum dicit quod
per decentiam habitus extrinſeci, morum interior honeſtas
comprobatur. ex hoc ergo quod clericus, eſt vagus huc atq;
illuc diſcurrendo, arguitur eius inconſtantia, ait enim Sene-
ca ad lucillum, epiſtola 2. ex his quæ mihi ſcribis, & ex hiis
quæ audio, bonam ſpem de te concipio, nõ diſcurris, nec lo
corum mutationib. inquietaris, ægri animi iactatio iſta eſt,
primum enim argumentum cõpoſitę mentis exiſtimo, poſ-
94 ſe conſiſtere, & ſecum morari. † Poſtremo pluralitas prædi-
cta eſt inimica canonibus, ac certum cõtinet periculum ani
marum, iuxta text. in d.cap.quia in tantum, plura ex iſtis po-
nit, & alia adducit inconuenientia, tex.in extrauag.execrabi
lis.Ioan.22.in princip. ea propter diuerſas pœnas reperimus
a iure impoſitas hiis qui plures parrochiales eccleſias ſine le
95 gitima diſpenſatione obtinent. † eſt enim prima, quod per
aſſecutionem ſecundæ curatæ eccleſiæ ipſo iure uacat pri-
ma, ut in dicto capitulo de mulcta, & in capitulo ſi quis iam
tranſlatus. 21. quæſtione ſecunda, & capitulo ſi qui epi-

ſcopi. 92.diſtinctio. immo vlterius requiritur fructuum per
ceptio, quamuis enim haberet poſſeſſionem, ſi tamen fru-
ctus ex aliquo impedimento iuris, vel facti percipere non po
teſt, adhuc prima non uacat, ut in capitulo ſi. tibi conceſſo.
de præbend. libro ſexto, & ſi haberet aliquam partem non ta
men maiorem partem fructuum adhuc non cenſetur ef-
fectualiter poſſeſſionem habere ad effectum prædictum, ad
quod facit gloſ. in dicto capitulo ſi tibi conceſſo, & clarius
Ioan. Andr. in Nouel. in capitulo commiſſa. de electio. libro
ſexto, & ibi Domin. & quod not. Innocen. in dicto capitu. de
multa. de præbend. licet quoad effectum pœnæ capitulo li-
cet canon. ſufficiat quod curatus habeat liberum exercitiũ
curæ animarum, vel maioris partis ut dixit gloſ. in dicto ca-
96 pitulo commiſſa, & in dicto capitulo ſi tibi conceſſo. †

Sed quid ſi duo concurrunt ad poſſeſſionem, & unus tenet eccleſiam, al-
ter uero campanile, quod eſt fortalitium, an ille, qui te-
net eccleſiam, dicatur eam poſſidere, & dicendum quod
non, cum de facili poſſet expelli, ad quod ego induco textũ
in capitulo piſanis. de reſtitution. ſpoliatorum ſi tamen ille
qui tenet campanile eſt ita obſeſſus quod euadere non po-
teſt, cum ipſe non dicatur tenere, ſed teneri, ut patet ex not.
in l. prima, §. penultimo, ff. de ui & ui arm. tunc qui tenet ec-
cleſiam diceretur poſſidere, vt not. Angel. de Aretio. in §. in
ſula inſtitu. de rerum diui. & requiritur vltra hoc, quod illa poſ-
ſeſſio ſit pacifica, nedum de facto verum etiam de iure, iuxta
glo. in dicto capit. commiſſa, & quę communiter approba-
tur, licet Innocent. in capitu. conſtitut. de appell. & in dicto
capit. de multa, tenuerit contrarium & male. ſi tamen per
eum ſtaret quo minus haberetur, ſibi imputaretur, & cenſe-
retur poſſidere, ut in clement. gratiæ, de reſcriptis, & proce-
dit hoc nedum ſi cum iuſto titulo adipiſcatur ſecundum,
verum etiam ſi de facto eius poſſeſſionem modo præmiſſo
acquirat, ne melioris conditionis ſit ſtultus quam ſapiens,
ut eſt text. in capitu. cum qui, in principio, de præbend. libro
97 ſexto, † & ubi habens plura curata, uel alias incompatibilia
cum legitima diſpenſatione, reciperet aliud incompatibi-
le, ad quod diſpenſatio non ſe extenderet, per adeptionem
illius ultimi vacarent prima, ut in clement. ſi plures de præ-
bend. ſi tamen ille caute agens abſtineret a poſſeſſione ulti
mi, eo caſu quo collatio de illo facta non tenet, ut in capit.
ordinarii, de officio ordina. lib. ſexto, tunc euaderet pęnam,
98 iuxta glo. nota. in dicta clement. ſi plures, † ex quo habes opti
mam limitationem ad dic. clement. gratiæ. quatenus dicit
quod ille per quem ſtat quo minus poſſeſſionem habeat, ha
betur pro poſſeſſore. illud enim non procedit, quotiens ille
de facto & nõ de iure poteſt habere poſſeſſionem, & propter
hanc tacitam priuationem ſiue renunciationem primi, quæ
99 inſurgit ex aſſecutione ſecundi incompatibilis, † dicimus,
quod ſi prælatus primi beneficii noluerit habere ratum tran
ſitum ad illud ſecundum, & noluerit illum retinere in pri-
mo beneficio. poterit illud agere nec primum nagabit, de
quo eſt gloſ. not. 7. quæſtio. prima, ſi qui uero, & in dicto capi
100 tulo, ſi quis iam tranſlatus, † nam ſicut expreſſe ſine licentia
ſuperioris illi beneficio non poteſt renunciare, ut in capitu.
quod in dubiis. & capitulo admonet, de renunciatio. ita nec
tacite, hodie autem aucta eſt pœna in caſu prędicto, per dic.
extrauaga. execrabilis. §. qui uero, ubi diſponitur, quod ſi ha-
bẽs dignitatem, perſonatũ, uel officium, uel aliud beneficiũ
curam habens animarum annexam, aliud ſimile obtineat,
cum per adeptionem ſecundi, aut ſi per eum ſtat, quo minus
adipiſcatur, ipſo iure uacet primum, debet abſque morę di-
ſpendio in manibus ordinarii illud primum incompatibile
dimittere uerbaliter, & realiter cum effectu, alioquin ipſo
facto etiam ipſo ſecundo beneficio eſt priuatus, & nedum
ad ſacros ordines, uerum etiam ad quæcunque eccleſiaſtica
101 beneficia obtinenda inhabilis reputatur, † eſt etiam diſpoſi-
tum circa eos qui plures dignitates, aut perſonatus, ſine be-
neficia curam animarum habentia obtinent cum ſufficien
ti diſpenſatione, ut ſi ordinarii collatores alicui ex talibus
aliud ſimile uoluerint conferre, prius coram ſe faciant exhi-
beri diſpenſationem ſufficientem ſuper obtentis, atque illa
oſtenſa non procedant ad collationem, niſi etiam ad haben
dum ultimo collatum cum primis ſufficientem habeat di-
ſpenſationem, vel ſi ea quæ ſic obtinebat, libere ac ſponte re
ſignet, aliter collatio facta nullius roboris penitus exiſtit. vt
102 in capit. ordinarii. §. fin. de offic. ordinar. lib. ſexto † eſt & alia
pœna quia obtinens plura incompatibilia ſine diſpenſatio-
ne. efficitur inhabilis ad aliud ſimile conſequendum, vt in di
cto § fin. dicto capit. ordinarii, immo hodie eſt inhabilis ad
alia quęcunque cuiuſcunque qualitatis exiſtant ſeruato mo
deramine extrauag. execrabilis de quo ſupra dictum eſt, ſed
quoniam ſuperius diximus, ad hoc, ut per aſſecutionem in-
compatibilis uacatio inducatur, requiri quod poſſeſſio ſit pa
103 cifica de iure nedum de facto. †

Quæro quid ſi aliquo tempore fuit pacificum beneficium de
iure, poſtea autem fuit effectum litigioſum, an inducatur va
catio per aſſecutionem, ad hoc reſpondet gloſ. in dicto ca-
pitulo commiſſa. quod ſi incontinenti in ipſa aſſecutione
poſſeſſionis eſt ſibi mota quæſtio, non cenſetur pacificus poſ
ſeſſor, quia quæ in continenti fiunt & cætera, ſi autem ali-
quandiu pacifice poſſedit, tunc ſecus, & dicit iuxta hoc La-
pus quem ſequitur Domin. in dicto capitu. commiſſa. quod
requiratur quod ſit pacifica aliquandiu, id eſt per menſem,
vel duos. argu. de frigi. fraternitatis, ſed aduertendũ, quia
ille textus. non loquitur in caſu noſtro, nec reperio aliquo
iure determinatum hoc, ſed poſſet per ſimile determinari
per ea, quæ dicuntur in contractu emptionis, & venditionis,
104 † ut non dicatur venditor tradidiſſe rem emptori, ſi mouea-
tur ei quæſtio ſuper dominio eiuſdem in limine contractus,
ut eſt textus in l. ſi poſt perfectam. C. de euictio. & glo. inſtit.
de ſuſpectis tu. §. nouiſſime, & quemadmodum limen in do-
mo eſt pars ultima domus, ut in §. dictum inſtitutio. quibus.
105 modis tu. patr. pot. ſolui. † Ita dicetur imminere euictio in li-
mine contractus quando ſtatim in perfectione ipſius contra-
ctus, & eius abſolutione imminet euictio. Idem ego crede-
rem in caſu noſtro, ſi ille in ipſa apprehenſione poſſeſſionis
turbaretur de iure, vel de facto, adderem etiam idem forn ſi
paulo poſt, quia quæ incontinenti fiunt ineſſe uidentur, ut l.
lecta. ff. ſi certum petatur. & capitulo officii. de electio. quod
arbitrio iudicis relinquerem ea quoa iure non eſt determi-
natum de officio delega. de cauſis, & l. prima. ff. de iure deli-
beran. Angelus tamen de Aretio in §. inſula. inſtitutio de re-
rum diuiſione, ponit tres dies. argumentum. l. quarta, §. cum
igitur. ff. de ui & ui armata, ſed melius eſt quod te referas ad
106 iudicis arbitrium ut prædixi. † veruntamen licet ille tanto
tempore pacifice poſſideret ſecundam, quod ipſo iure uaca-
ret prima. ſi tamen moueretur ſibi poſtea lis ſuper ſecunda
& uinceretur, in ea poterit libere redire ad primam non ob-
ſtante quod alteri fuiſſet collata, dummodo a principio pro-
babiliter neſciſſet defectum iuris ſui in ſecunda, ac etiam
cum primum illud deprehendit, deſtitit a proſecutione ſe-
cũdæ, & ſine difficultate qualibet eam dimiſit, quæ duo ſunt
bene ponderanda, de quo eſt textus nota. in cap. ſi beneficia.
107 de præbend. lib. 6. quod eſt not. & quotidianum. †

Quid tamen ſi malitioſe poſſeſſor beneficij ſubmittit
alium, qui ſibi moueat litem ad effectum, vt prius benefi-
cium incompatibile non uacet † & Bartolus in dicta l. ſi poſt
perfectam, dicit in materia ſimili, quod compellitur iurare,
quod per malitiam non fecit ſibi moueri litem, & eodem
modo compellitur iurare ille qui litem mouit. argumen. l.
primę. C. de poſt. addit Ange. de Aretio in dicto §. nouiſſime,
quod reperta poſtea fraude, & colluſione, poſſunt extra ordi-
nem puniri, ut l. prima, ff. de collu. detegen. coniuncta l. pri-
ma. ff. de crimine ſtellionat. & ibi Bart. vltra prædicta etiam
ego crederem, quod pœnæ ſuperiores editæ contra tenen-
tes plura incompatibilia haberent locum contra iſtum, ex
quo per eum ſtat, quo minus pacifice poſſideat, ut in dicta
108 clementina gratiæ, & in dicto capitulo commiſſa. † ſed quo-
niam ſæpe contingit, quod legato de latere conceditur fa-
cultas diſpenſandi ſuper pluralitate curatorum & alias in-
compatibilium, aduertendum eſt quod non poterit talis le-
gatus in uim huius facultatis diſpenſare in huiuſmodi plura-
litate, niſi cum ſublimibus, vel literatis perſonis, quia man-
datum papæ referendum eſt ad iis, ut in capitulo de multa.
de præbend. prout nota. Innocent. in capitulo dudum. il ſe-
cundo, de electio, & in capitulo cum ad monaſterium. de
ſta. re. facit in argum. capitu. cauſam quæ de reſcriptis. idem
tenet Speculat. in dicto §. uidendum. uerſiculo quid ſi papa.
niſi nominatim cum certa perſona diſpenſari mandaſſet,
nam tũc cum legatus ſit nudus miniſter, deberet cum eo di-
ſpenſare alia inquiſitione non facta, cum ſacrilegium cen-
ſeatur illum indignum reputare quem princeps elegerit, ut
109 dicit Speculator. vbi ſupra. †

Item ſi fuit diſpenſatum ſuper pluralitate beneficiorũ
intelligitur de his, quæ canonice obtinent, ut eſt text. in ca-
pit. ſi gratioſæ. de reſcriptis, lib. ſexto, ad quod etiam facit no
110 not, per Innocent. in dicto capitulo dudum. † & ſi eſt diſpen-
ſatum ſuper duobus beneficiis curatis inſimul obtinendis,
intelligitur de primis tantum, vnde ſi aliquod ex illis permu
taret, vel alias dimitteret, non ſe extenderet diſpenſatio ad
illud nouiter loco illius obtentum, pro quo eſt gloſ. in capi-
tulo ordinarii. de offi. ordin. lib. ſexto, & not. Innocentius in
dicto cap. dudum. & domini de Rota deciſ. 343. niſi aliud in
diſpenſatione contineretur. ſcilicet quod loco dimiſſi, vel di-
miſſo.

111 miſſorũ &c. vt conſueuit apponi. † huiuſmodi etiã diſpenſatio
nes ſuper pluralitate beneficiorũ obtente redduntur ſurre-
ptitiæ interdũ ex falſa expreſſione, vt pote ſi expreſſit ſe tene
re canonicè eccleſias, ſuper quibus inſimul retinendis pete-
bat diſpenſari, cum reuera minus canonicè ipſas obtineret.
Idem ſi dixit earum prouentus fore tenues, & exiles, cum re
uera eſſent pingues, hæc omnia probat text. in dicto capitu-
112 lo dudum. † ſurreptio etiam poteſt circa hoc committi ta-
citurnitate, vt pote ſi non faciat mentionem obtinens di-
ſpenſationem de beneficiis quæ obtinet, & ſi taceat unum,
quantumcunque minimum non tenet diſpenſatio, vt not.
Speculat. titulo de lega. §. videndum. uerſic. ſed nunquid. &
ſi ſint curata debet facere mẽtionem de cura, quę ipſis immi
net, vt eſt textus cum glo. in clement. prima, de præbend. &
ibi Paulus, & domin. Cardin. & Ioannes de Imo. hoc tamen
intellige, ſi illa cura eſſet principalis, ſecus ſi annexa alicui
113 ſpeciali beneficio, † nam tunc eſt habenda in conſideratio-
ne iuxta text. in capitulo ſuper eo, de præbend. libro ſexto, &
ita tenet domin. cardin. in clement. prima, & ſi prius habeat
aliquam diſpenſationem ſuper huiuſmodi pluralitate, &
nunc eam ampliat, debet de priori facere mentionem, iux-
ta ea quæ not. Innocent. in capitulo veniens. de præſcriptio.
faciunt ad idem not. per Ioan. Andr. in additio. ad Specul. ti-
tulo de clericis non reſiden. & eſt textus, & ibi tenet Domin.
114 in capit. ſecundo, de decimis lib. ſexto, † & ſi eſſet illegitimus
& fuerat cum eo diſpenſatum ſuper beneficiis obtinendis,
debet tam facere mentionem de prædicto defectu in diſpen
ſatione, quam de nouo ſuper pluralitate beneficiorum in-
compatibilium obtinet, vt eſt text. in capit. ſecundo, de filiis
presbytero. lib. ſexto.

115 Sed † quid ſi in indulgentia de pluribus obtinen-
dis cõmunicatur iſta clauſula, dum-
modo in beneficio in quo nõ reſiderit faciat idonee per aliũ
deſeruiri, nunquid ſi non obſeruauerit hunc modũ vel con
ditionem, valeat diſpenſatio? glo. in capit. non poteſt. de præ
bend. lib. ſexto, tenet quod diſpenſatio hoc non obſtante va
116 leat. † quia iſta dictio dummodo ſapit modum, non autem
conditionem, & idem tenet Innocen. in dicto capit. dudum.
lo ſecundo, & Speculat. in dicto §. videndum. verſic. ſed quid
ſi indulgentia, ſubiungit tamen quod iſte propter negligen
tiam poſſet priuari, vt in capitulo relatum, & capitu. ex tuæ.
117 de clericis non reſiden. † Quid tamen ſi habens duo incom-
patibilia ex diſpenſatione recipit tertium incompatibile ſi-
ne diſpenſatione, quæritur quod ex primis duobus vacet, an
ambo vacare cenſeantur. Speculat. mouet quæſt. vbi ſupra,
verſic. quid ſi habens, & arguit pro & contra, finaliter dicit,
quod cũ duo prima habeantur loco unius propter indulgen
tiam vacabit utrunque, ut in capitulo de multa. de præben.
præſertim cum diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum
ſit odioſa. ſed ego limitarem quando diſpenſatio eſſet ſimpli
citer ad duo, quia tunc intelligitur de primis, ut in ſuperio-
rib. dictum eſt, vbi autem diceretur, quod illa prima, vel ali-
quod illorum poſſit dimittere & loco dimiſſi, vel dimiſſorũ
aliud recipere &c. ut hodie communiter ponitur in diſpen-
ſationibus, tunc crederem quod ille diſpenſatus poſſet eli-
gere quod ex illis duobus vellet retinere, argum. cap. præte-
118 rea. & cap. referente. eodem tit. †

Sed pone quod aliquis male tenuit beneficiũ,
puta quia minus canonice in-
ſtitutus, vel quia diſpenſatio, quã habuit, non fuit ſufficiens,
poſtmodum impetrat indulgẽtiam, quod beneficium illud
valeat licite retinere, non habita mentione de fructib. quos
inde male percepit, nunquid iſta diſpenſatio ſibi ſuffrage-
tur? & primo uideretur, quod de fructibus illis mentionem
deberet facere, cum in percipiendo eos cenſeatur fur, & la-
tro, vt in dicto capit. dudum. ſed Specul. vbi ſupra, verſic. ſed
pone quod aliquis. concludit contrarium, dicit enim purga
tum fuiſſe vitium illud, nam conceſſo ſibi quod licite poſſit
beneficium illud retinere, videtur ſibi conceſſum quod fru-
ctus perceptos habeat, tanquam enim nouus & verus præla
tus, ſuccedit in illis fructibus & ad eum pertinent. 10. quæ-
ſtio. ſecunda, ſi quis epiſcopus. 12. quæſtio. ſecunda, de laicis,
& capit. relatum. lo ſecundo, de teſtamen. vnde non niſi ſibi
ipſi reſtituere tenetur. de officio ordinar. cum uos. in fi. quaſi
per canonicam adeptionem prælaturæ, actio confundatur,
ſicut per addit. hæreditatis, ut C. de hære. actio. vt debitum,
& l. ſequen. ſed Ioan. And. in additio. in loco prædicto, tenet
diſpenſationem non tenere, & dicit ſe fuiſſe expertum cum
cum papa Ioan. pro quodam ſcolari ſuo, cui cum papa iuſti-
ficaſſet titulum quem habebat ad beneficium, noluit ſibi re-
mittere præteritos fructus, niſi ea conditione, quod eorum
medietas cameræ apoſtolicæ ſolueretur infra certum tem-
pus, ſubiungit tamen quod dictum Specu. poſſet procedere,
ſi illos fructus in vtilitatem eccleſię conuerteret, abſit enim
quod iſtemet qui peccauit, illos reciperet iure fructuum, ad
quod bene facit, de ſimo. audiuimus, in fine, cum cõcordan.
vltimę glo. & hoc bene not. ad nouas prouiſiones & gratias
ſi ne titulo, vel ſi nulli in quibus de poſſeſſione quam vicioſe
impetrans tenuit debet facere mentionem, iuxta tex. in l. au-
119 ctoritate. C. vnde vi & ibi per Bart. † Poteris enim per prædicta
edoceri an etiam de fructibus perceptis debeat mentionem
facere, vbi tamen fructus fuiſſent pauci percepti, non foret
curandum ar. c. reuera. de conſe diſt. 2. & eorum quæ no. glo.
in auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nup. & authen. mi-
120 nori. C. qui. da. tu. pol. † Circa gradus vero prohibitos in ma-
trimonio contrahendo legatus non poteſt diſpenſare iure le
gationis. iuxta nota. per Innocen. in capitulo fina. de tranſac,
verumtamen quoniam quandoque habent facultatem di-
121 ſpenſandi circa matrimonium in gradibus prohibitis, † quæ
ro ſi duo qui erant in gradu prohibito cõtraxerunt, demum
obtinuerunt diſpenſationem, vtrum requiratur quod de no
uo contrahant, poſt habitam diſpenſationem, & videretur
quod ſic, ex quo primum matrimonium ſtante impedimen-
to nullum fuit, nec videtur ſufficere, quod de nouo cohabi-
tent, cum ad matrimonium contrahendum nedum conſen
ſus ſit neceſſarius, vt in capitulo cum locum. & capitulo ve-
niens. de ſponſalibus. ſed etiam verba requirantur. vt in capi
tulo tuæ. eodem titulo, ſed hiis non obſtantibus dicas quod
ſi iſti poſtea ſcienter cohabitant, tacite uidentur de nouo cõ-
trahere matrimonium, & priora verba intelliguntur tacite
repetita; ſecus tamen eſſet vbi ignorantes diſpenſationem,
cohabitarent, quia tunc in primo errore viderentur perſeue-
rare. Ita tenet gloſ. nota. in capitulo finali. de coniug. ſeruo-
rum, & in capitulo non debet. de conſanguinitate & affinita
te. hoc idem ſentit gl. in capitulo primo de eo qui du. in ma.
quam po per adul. & in capitulo ſi quis ingenuus vigeſimano
na quæſtione ſecunda. Idem tenet Baldus in l. ex libera. C. de
122 ſuis & legitimis hæredibus. †

Ad prædicta addere potes quæſtionem, an
licite deputetur lega-
tus, ſiue de latere, ſiue alius inferior ad bellum exercendum,
vt interdum factum reperimus, & ubi incideret dubitatio
quo ad irregularitatem, eſſemus ſiue dubio. nam papæ licen-
tia excludit omnem irregularitatem, cum irregularitas ſit de
iure poſitiuo ut in capitulo, is qui, de ſententia excommuni-
catio. libro ſexto. & tenet gloſ. de conſecratione diſtinctione
prima, in ſumma, & Innocentius in capitulo niſi cũ pridem.
de renunciatio. & papa eſt ſupra ius poſitiuum, ſumus ergo
in hoc an deceat ſecundum honeſtatem. & dicendum ſecũ
dum Innocen. in capitulo olim. el primo, de reſtitutione ſpo
liatorum, quod ad recuperandum res ſuas uel eccleſiæ præla
tus poteſt præponi militibus & bellatoribus. Idem tenet glo.
capituli igitur. vigeſimatertia quæſtione octaua, a fortiori ſi
pro fide, vt pote contra turchos bellum initetur, vt in capitu
lo ex multa de voto, non vt præſit directe viris ſanguinum,
ſed vt militibus neceſſaria miniſtret, tractatus teneat, ſenten
tias proferat, & negocia cuncta diſponat, vt dicit Speculato.
titu. de lega. §. iuxta. verſiculo clericus ergo, & hoc officium
dicit ſe habuiſſe in bello quod eccleſia Romana habuit con
tra ciuitates ſibi rebelles Romandiolę. Item & hortari pote-
rit bellatores, & dicere viriliter pugnate, & rapire non tamẽ
dicere debet occidite, vt dicit Speculato. ubi ſupra, ad quod
etiã faciunt notata per Ioannem Andream in capitulo ego
123 N. de iureiuran. † Nam etiam contra ſarracenos non de-
cet ipſos arma capere ut in dicto capitulo ex multa. fallit ta-
men hoc, ubi ciuitas, uel patria ab infidelibus inuaderetur,
nec per laicos ſolos poſſet defendi, tunc enim licitum eſſet
clericis arma ſumere, & in propria perſona pugnare. ut in
capitulo peruenit. de immunitate eccleſiarum, dummodo
manu ſua non occiderent uel mutilarent, quia tunc irregu-
laritatem incurrerent. ut in capitulo petitio. de homici. ſed
hoc eſſet uerum niſi aliter non ualerẽt proprias perſonas de-
124 fendere † eo enim caſu neceſſaria defenſio propriæ perſonæ
ab irregularitate excuſaret, ut in clem. furioſus de homici.

SVMMARIVM.

1 *Legatus iuriſdictionem voluntariam extra prouinciam exercere poteſt, in contentioſa ſecus.*
2 *Legatus diuerſarum prouinciarum facta vnius prouinciæ etiam iuriſdictionis contentioſæ in alia expedire poteſt.*
3 *Legatus an cauſas antequam prouinciam ingrediatur delegare poſſit.*
4 *Legatus extra prouinciam exiſtens excommunicare non poteſt.*
Excommunicatio ſine cauſæ cognitione ferenda non eſt, niſi in notorijs.
5 *Excommunicatio an die feriata fieri poſſit.*
6 *Legatus a ſententia excommunicationis extra prouinciam abſoluere non poteſt.*
Abſolutio cauſæ cognitionem, & citationem requirit.

7 *Legatus excommunicationem iniuſtam ſine cauſæ cognitione extra territorium an facere poſſit.*
8 *Legatus extra prouinciam ſuam ad partium & iudicis territorij conſenſu iuriſdictionem contentioſam exercere poteſt.*
9 *Legatus de latere extra prouinciam exiſtens non poteſt dare licentiam abbati exempto, vt ad aliud monaſterium tranſeat.*
10 *Legatus extra prouinciam, & epiſcopus extra diœceſim beneficiorum reſignationem recipere non poſſunt.*
11 *Iuriſdictionis contentioſæ illa ſunt quæ in inuitum redduntur.*
12 *Legatus extra prouinciam, & epiſcopus extra diœceſim, an edicta, quæ ad confirmandas electiones præmittuntur decernere poſſint.*
13 *Edictum eſt quædam interlocutoria ſententia.*
Interlocutoria inter iudicij acta annumeratur.
14 *Sententia interlocutoria, etiam in iuriſdictione voluntaria quandoque fertur.*
15 *Citatio prima iudicij iuriſdictionis eſt voluntaria.*
Citationes quæ fiunt in principio iudicij cauſæ cognitionem non requirunt.
16 *Electionis confirmatio an extra territorium fieri poſſit.*
17 *Legatus inferior an in præſentia legati de latere officium ſuum exercere poſſit.*
18 *Legati iuriſdictio generaliter non eſt delegata, ſed ordinaria.*
19 *Sedis apoſtolicæ nomine papa, & legatus venit.*
20 *Legatus de latere ſi ſuperueniat quid de cauſis coram minore legato pendentibus faciendum ſit.*
21 *Legatus cui papa nomine legationis aliquas cauſas commiſerat ſtante aduentu ſecundi legati maioris in illis auctoritate apoſtolica non legationis proceſſerat, nunquid poſt ſecundi aduentum poterit in illis procedere.*
22 *Capi. volentes. de offic. lega. limit.*
23 *Legatus nunquid vti poterit facultatibus ſibi a ſede apoſtolica conceſſis cum illis quæ de legatione ſua non ſunt.*
24 *Prohœmium diſponentis mentem arguit.*
25 *Iuriſdictio delegata ad perſonas non expreſſas etiam de earum cõſenſu prorogari non poteſt.*
26 *Epiſcopus familiares ſuos ordinare poteſt.*
27 *Legati ſine cauſa diſpenſationes facere non poſſunt.*
28 *Papa ſolus contra iura diſpenſat, quando ius poſitiuum in eius voluntate fundatum eſt.*
29 *Diſpenſandi cauſa triplex eſt, neceſſitas, vel vtilitas, vel meritorum prærogatiua.*
30 *Diſpenſatus ſine cauſa quo ad Deum tutus non eſt.*
31 *Papa in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis ſine cauſa diſpenſare non debet.*
32 *Papæ non ad deſtructionem eccleſiæ, ſed ad ædificationẽ poteſtas data eſt.*
33 *Papa ſine magna cauſa in his, quæ iuris diuini ſunt non diſpenſat.*
34 *Simonia cum papa committitur in his, quæ ſunt prohibita, quia ſimoniacha.*
35 *Prohibita quia ſimoniaca quæ ſint.*
36 *Simoniaca de iure diuino quando in beneficijs eccleſiaſticis committatur.*
37 *Beneficia eccleſiaſtica habere connexitatem cum ſpiritualibus quare dicatur.*
38 *Papa ſicut quilibet alius in vitium ſimoniæ incurrere poteſt.*
Papa vti diſpenſatoris res eccleſiæ ſunt, & non ut domini.
39 *Simonia cum papa non committitur in his quæ ſunt ſimoniacha, quia prohibita.*
40 *Diſpenſatia contra ius poſitiuum ſine cauſa facta quo ad Deum non ſuffragatur.*
41 *Simonia non committitur circa vendenda officia, quæ iuriſdictionem ſpiritualem annexam non habent.*
42 *Legatus ſi ex papæ conceſſione habeat quod ablata incerta cameræ apoſtolicæ applicet, an licite ſecundum Deum id facere poſſit.*
43 *Ablatorum incertorum erogatio cui ſit facienda.*
Et infra numeris ſequentibus.

Quæſt. XV.

1 Quintodecimo quæro† vbi & quando legatus iuriſdictionem ſuam & poteſtatem exercere valeat, & dicendum quo ad primam partem quæſtionis, ſcilicet ubi, quod aut quærimus de iuriſdictione voluntaria, aut de contentioſa, ſi quærimus de voluntaria poterit eam exercere etiam extra prouinciam ſibi decretam, vt in l. prima, & ſecunda, ff. de offic. proconſu. ſi autem quæramus de contentioſa non poterit eam extra territorium exercere, vt in capitu. nouit. de officio legat. & ibi glo. magiſtra, & glo. in capitulo ſi abbatem. de electio. lib. ſexto, nam quantum ad eam extra territorium, cenſetur priuatus, ut in l. præſes. ff. de officio præſidis. & in l. fin. ff.
2 de iuriſdictione omnium iudicum, †ſi tamen in diuerſis prouincijs eſſet deputatus, tũc facta unius prouinciæ, etiam ſi eſſent de contentioſa iuriſdictione, poſſet in alia expedire, vt
3 eſt tex. in dicto capitulo nouit. & ibi nota. †An autem poſſit delegare cauſas antequam ingrediatur prouinciam, Specul. in dicto capitu. de lega. §. nunc dicamus. in principio, tenet quod ſic, de quo quia ſuperius quæſt. 8. latè dictum eſt, non eſt vlterius hic inſiſtendum.

4 Sed† iuxta prædicta quæritur nunquid legatus exiſtens extra prouinciam poſſit excommunicare gloſ. in dicto cap. nouit. tenet quod non. Idem tenet Specu. in dicto §. nunc dicamus. verſi. ſed nunquid poteſt legatus, quia excommunicatio cauſæ cognitionem requirit, ſine qua ferenda non eſt, vt 2. quæſt. prima nemo. 15. quæſtione 4. nemo epiſcoporum. ſedere autem pro tribunali non poteſt quis in alterius prouincia. ut 9. quæſtione ſecũda epiſcopum, & quaſi per totum 2. diſtinct. denique in l. cum vnus. §. penult. ff. de bonis aucto. iudic. poſſi. tamen fallit in notorijs in quibus cauſæ cognitio non requiritur. de fil. presbiter.
5 quoniam. & capit. ad noſtram il tertio, de inſtitutan. & idem tenet Hoſtien. in dicto capitulo nouit. † Ad prædicta facit ille quæ in ſimili not. Lapus, & Ioan. de Imo. & domi. in capitu. ut animarum. de conſtitutio. lib ſexto, vbi tenet quod ſi excommunicatio fertur cum cauſæ cognitione, non poteſt ferri die feriata, vbi vero ſine cauſæ cognitione, vtpote ſuper
6 notorio, ferri poterit die feriata. † An autem poſſit abſoluere a ſententia excommunicationis extra prouinciam ſuam. & gl. in dicto capitulo nouit. tenet quod non. cuius ratio poteſt eſſe. quia abſolutio requirit cauſæ cognitionem, & etiã citationem eius, in cuius fauorem emanauit, vt voluit gloſ. in capitu. excommunicatos. 1. quæſtione tertia, facit tex. in capit. Romana. §. ſententias. de appellatio. lib. ſexto, & quod not. doctor. ibi. & in capitulo qua fronte. de appellatio. ergo tanquam pertinens ad contentioſam iuriſdictionem, non
7 poterit extra territorium exerceri. vbi tamen ſuum errorem recognoſcens, videns ſe male & iniuſte excommunicaſſe, vellet tollere excommunicationem ſine cauſæ cognitione, poſſet illud facere extra territorium argumen. extra de ſententia excommu. ſacro. §. ſi vero iudex, ſecundum Innocen. in dicto capitulo nouit. & idem tenet Specu. in dicto §. nunc dicamus. verſic. quid ſi legatus. hoc tamen ego intelligerem, quando ſine cauſæ cognitione tulit illam iniuſtam excommunicationem. tunc enim pariter & ſine cauſæ cognitione poſſet eam reuocare, iuxta nota. per glo. in capitu. ſecundo, de reſcriptis, per Innocent. in capit. querelam. de electio. & per doctor. in capit. ceſſante. de appellatio. & per Bartol. in
8 l. quod iuſſit. ff. de re iudica. † Vnum tamen indubitanter teneas, quod de conſenſu partium & iudicis territorij, poterit legatus extra prouinciam ſuam exercere iuriſdictionem cõtentioſam, ſicut & alias quicunque ordinarius & hoc tenet Speculator in dicto §. nunc dicamus. verſicu. & breuiter, & doctor. in dicto capitulo nouit, ad quod facit gloſ. in capitu. ſi ut litigantes. de officio ordinarij. lib. ſexto, & in clementi. quamuis. de foro competen.

9 Sed† quæritur iuxta præmiſſa, pone quod eſt legatus de latere, & vult dare licentiam abbati exempto, vt ad aliud monaſterium, vel eccleſiam tranſeat, quod poteſt facere, ut in capitu. ſi abbatem, de electio. libro ſexto, an hoc poſſit facere exiſtens extra prouinciam, & gloſ. in dicto capit. tenet quod non, cum iſtud ſpectet ad contentioſam iuriſdictionem. ad hoc etiam videtur facere tex. ibi qui dicit, ſi ſit in prouincia de latere noſtro
10 miſſus. ex qua gloſ. infert. ibi domi. †quod legatus extra prouinciam & epiſcopus extra diœceſ. non poterunt recipere reſignationem beneficij, quia iſta ſunt paria. dare licẽtiam deſerendi eccleſiam, & admittere reſignationem eiuſdem, ſed neutrum iſtorũ mihi uidetur uerum de iure. nam dare prædictam licentiam tranſeundi, non eſt de contentioſa iuriſdictione cum non fiat parte contradicente citata, nec in iudi-
11 cio contradictorio, †illa enim ſunt de cõtentioſa iuriſdictione, quæ redduntur in inuitum. ut not. in l. 2. ff. de officio procõſ. etiam ſi legatus debeat pro informatione ſua ſe inſtruere an expediat hanc licentiam dare, aut denegare, nec obſt. tex. in dicto capit. ſi abbatem. nam requirit quod ſit legatus deputatus in prouincia, non autem quod ſit actualiter & corporaliter in prouincia, & per hoc etiam reprobatur illud quod de reſignatione beneficiorum inferebat domi. & ita videmus in practica continuo ſeruari, quod epiſcopi extra ſuas diœceſ. recipiunt reſignationes beneficiorum ſuæ diœceſ.
12 †Ex his infertur ad quæſtionem, an legatus poſſit extra prouinciam illa edicta decernere quæ permittuntur ad confirmandas electiones. iux. tex. in capit. fin. de electio. lib ſexto, quæ etiam debent permitti in inſtitutionibus, quæ fiunt ad præſentationem patronorum. iuxta glo. & doctor. ibi, & eadem quæſtio eſt de epiſcopo exiſtente extra diœceſ. & domi. in d. cap. fin. refert Gal. de Cal. in rubr. de elect. conſil. 12 allegare pro & contra in articulo, & primo quod nõ poſſit, quia
13 iſtud uidetur ſpectare ad contentioſam iuriſdictionem, †nã edictum iſtud eſt interlocutoria quædam, ut not. Io. Andr. in cap. Romana. de foro competen. lib. ſexto, in verſic. citati,

in

in nouel. interlocutoria autem numeratur inter acta iudicij
vt in c. quoniam contra. de probatio. ergo per ſupradicta
non poterit fieri extra territorium, arguit, quod non ſit de
contentioſa iuriſdictione, quia non redditur in inuitū. per il-
lud enim edictum nō cogitu r quis venire ſi nolit. ſed admit
titur ad contradicendum, ſi uelit, nec ſequitur licet ſit iſta
interlocutoria, quod propterea pertineat ad contentioſam
14 iuriſdictionem, †cum ſecundum eum etiam in uoluntaria
iuriſdictione Iudex quandoque interloquatur hoc eſſe faciē
dum, uel nō, & ita remanet ibi Gaſ. de cal. nec aliter decidit.
ſed dom. in d. cap. fina. tenet iſtam partem, ad quod inducit,
15 †quoniam prima citatio iudicii non eſt contentioſæ, ſed uo
luntariæ iuriſdiction. iuxta glo. not. in clemen. prima de iud.
non enim citationes quæ fiunt in princ. iudicii requirūt cau
ſæ cognitionem, ut not. Innocen. de reſcriptis. cum cōtingat
& de officio. delega. prudentiam, & de accuſa. licet. ex quo
concluditur, quod extra territorium fieri poterit, ad prædi-
cta ego induco ea quæ eleganter notat Bald. in citatione hu-
iuſmo. li quę per edictum proponitur contra intereſſe putā-
16 tes in l. teſtamentum. C. de teſtamen. †ſed contra prædicta vi
deretur facere quod not. Ioan. And. in capitulo fin. de offi. vi
ca. lib. 6. in nouel. ubi ſentit quod confirmatio electionis non
poteſt fieri extra territorium, quaſi uelit quod illud ptineat
ad contentioſam iuriſdictionem, ſed illud non eſt contra-
rium quia ſuperius dicta non loquuntur de confirmatione
electionis, ſed tantum de edicto decernendo, quod extraiudi
ciale cenſetur per prædicta, ſed quantum ad ipſam cōfirma
tionem vel inſtitutionem, domi. in d. capitulo fina. facit ta-
lem diſtinctionem, quod quædam eſt confirmatio quæ fit in
contradictorio iudicio, ut quia cōparauit contradictor, &
iudicium eſt agitatum inter partes, & tunc confirmatio ob-
tinet uim ſententiæ iuxta glo. in d. cap. fina. & ideo talis con
firmatio nō poterit fieri extra territorium. quædam uero eſt
confirmatio, uel inſtitutio, quæ non fit in contradictorio iu-
dicio, utpote, quia nullus apparuit contradictor, & tunc qa
talis confirmatio, uel inſtitutio fit ſine cauſæ cognitione, ꝓ-
dicto ſtoria, eſt uoluntariæ iuriſdictionis & poterit fieri extra ter
ritorium, & licet confirmator debeat inquirere de meritis
electi, & de forma electionis ex officio, etiā nullo contra
dictore cōparente, non tamen illud in contradictorio iudi-
cio, & ideo non minus pertinet ad iuriſdictionem uolunta-
riam. nam & collator debet inquirere de perſona eius, cui de
17 bet beneficium conferre. de præbēdis. grauę. †Vlterius quæ
ro an in præſentia legati de latere inferior legatus poſſit offi
cium ſuum exercere, & hæc quæſtio videtur decidi per capi-
tulū uolentes de officio lega. ubi probatur quod non poſſit.
ad idem facit. capitulū denique. uigeſimaprima diſtinctione
ubi tex. dicit quod in præſentia epiſcopi non poteſt benedi-
cere ſacerdos. ſed ipſi epiſcopo debet deferre. ad idem facit
capitulum antiqua. de priuilegiis. & l. finali. ff. de officio pro
conſul. in contrarium facit gl. in capitulo ecce. nonageſima-
quinta diſtinctio. ubi dicitur quod præsbiter poteſt benedi
cere in præſentia epiſcopi, ad idem capitulo peruenit. unde
cima quæſtione prima & l. in hac. C. de donatio. Hoſtienſ. in
dicto capitulo uolētes. ſoluens hanc contrarietatem dicit ꝙ
quędam eſt poteſtas reuerentialis, ſiue inſignialis, & hanc nō
debet exercere inferior in præſentia ſuperioris, vt in dicto ca
pitulo. denique. & in dicto capitulo antiqua, quædam eſt
poteſtas iuriſdictionalis, & iſtā regulariter exercet inferior
licet maior magiſtratus ſit præſens, fallit tamen ſecundū eū
quando agitur de quadam paritate, vt quia idem officium
conceditur duobus ab eodem ſuperiore, tunc enim ſtatur
diſpoſitioni ipſius ſuperioris, & iſtum dicit fore caſum in di
cto capitulo uolentes, ſed abbas ſiculus ibi dicit ſibi non pla
cere iſtam diſtinctionem quia quatenus loquitur de inſi-
gniis, habemus textum in contrarium in capitulo. ut apoſto
licæ. de priuileg. libro ſexto. vbi Abbates quibus eſt conceſ-
ſus mitrarum uſus, utuntur eis in præſentia epiſcoporum
qui ſunt maiores. item tex. in dicto capitulo uolentes. diſpo
nit quod inferior legatus non exerceat poteſtatem ſuā. præ-
ſente legato de latere, & hoc propter reuerentiam ſedis apo
ſtolicæ. ergo non pro reuerentia Cardinalis tantum, & per
conſequens aliud dicendum eſt, vbi concurrit reuerentia al
terius, & non papæ quapropter ipſe concludit quod quiſq;
poteſt vti officio ſibi iniuncto, & inſigniis ſibi conceſſis per
ſuperiorem, licet alius maior eo ſit præſens, fallit ſi eſſet pꝰs
his qui ſibi conceſſit, vt in dicto cap. antiqua. & l. finali. præ-
alleg. uel niſi aliud a iure diſponatur. Vt in d. capit. uolentes
ſed Barto. in l. 4. §. ſi tam vicinum. ff. de dam. infec. aliter dicit
videlicet, quod quidam habent iuriſdictionem generaliter
delegatam in aliquo caſu. & tunc ſuperueniente maiore ceſ
ſat eorum iuriſdictio. vt in dicto capitulo volentes, ſi vero ha-
bent iuriſdictionem ordinariam, dicit quod circa inſignia,
& ſimilia minor defert maiori, & non vtitur eo præſente. vt
in l. fin. ff. de offic. procon, & ibi not. & in dicto capitulo anti-
qua. de priuile. ſed circa ea quæ pertinent ad iuriſdictionis
exercitium. non debet ceſſare, vt in auctentica de defen. ciui.
§. nulla. colu. tertia. & per gloſam C. de pa ſacra. lar. l. nihil. li
bro. 11. iſta diſtinctio. Bart. concordat cum illa Hoſtien. præ-
terquam quo ad intellectum dic. capituli volentes. quē Bar.
18 iudicio meo non recte intelligit †quia iuriſdictio legati non
eſt generaliter delegata. ut ipſe dicit, ſed eſt ordinaria, vt in
capitulo ſecundo de offic. legat. libro 6. & ideo crederem ve
rius eſſe quod ideo in dicto capitulo volentes, illud eſt. quia
illa iuriſdictio licet ſit ordinaria eſt tamen non naturalis, nec
ordinario modo inducta ſed extraordinario quodammodo,
vt dicit gloſ. in clementina ſecunda de offic. ord. & etiam vi
ce ſuperioris puta papæ exercetur. vnde mittendo ſecūdum
cum maiori auctoritate, videtur velle in eius præſentia mi-
noris auctoritatem ſuſpendere. ad quod multum facit quod
inferius dicetur in illa quæſtione an dando ſecundum lega-
tum videatur reuocare primum, in reliquis uero placet mi-
hi diſtinctio Hoſtien. & Barrol. & ille tex. in dicto capitulo. ut
apoſtolicæ, quem Abbas inducit ꝓ ſe in inſigniis &c. potius
facit contra eum, quia ibi vſus mitrarum reſtringitur abba-
tibus in præſentia epiſcoporum, ut maioritas dignitatis in
epiſcopis appareat, & etiam ſtat pro hac parte tex. in dicto ca
pitulo denique. cui ipſe non reſpondet. illa etiam reſponſio
19 quam dat ad illud capitulū volentes. non procedit † quoniā
nomine ſedis apoſtolicę quo ille tex. vtitur nedum venit pa-
pa ſed etiam legatus. vt nota. docto. in capitulo ſi abbatem
20 de electio. libro ſexto & late ſuperius dictum eſt. † Sed pone
quod coram minore legato pendebant aliquæ cauſæ, quid
faciet de illis ſuperueniente legato de latere. reſpondeo ſecū
dum Specu. titu. de legato. §. ſupereſt. verſiculo ſed quid erit,
quod ipſe ammodo de illis ſe non intromittet, quod ego
intelligerem quamdiu maior legatus, in prouincia maneret
ret, quaſi tunc cenſeatur ſuſpenſa eius iuriſdictio. per di-
ctum capitulū uolentes, ſed maior legatus ſuper ueniens de
eis cognoſcet. ff. de iudi. ſi iudex. de officio ordinarii. pa-
ſtoralis. de eo qui mitti. in poſſeſ. cauſa rei ſeruan. cum ue-
niſſent. ſi tamē aliquas cauſas delegaſſet. minor legatus. & de
legati ante aduentum legati de latere de illis cognoſcere ce
piſſent continuabunt non obſtante aduentu maioris. argu-
mento capituli fina. de officio legat. ab illis tamen iudici-
bus appellabitur ad legatum de latere tanquam ad ſuperio-
21 rem ſuccedentem in locum primi, †ſed quid ſi dominus pa-
pa primo legato commiſerat diuerſas cauſas ſingulares ex-
preſſo nomine legationis, & ipſe ante aduentum ſecundi le-
gati maioris in illis proceſſerat auctoritate apoſtolica non le
gationis, nunquid poſt aduentum ſecundi poterit in illis ꝓ-
cedere, reſpondet ad hoc Specu. in dicto. § uerſ. ſed pone po-
ne quod poterit hoc facere, ut in capitulo ſtuduiſti de officio
22 lega. de officio ordina. paſtoralis. §. præterea. †ex quo infero
not. limitationem ad dictum capitulū uolentes. ut ille text.
intelligatur de illis quæ ad minorem legatum pertinent ra-
tione legationis de iure communi, ſecus autem ſi ex ſpecia-
li commiſſione ſibi competerent, per dictum capitulum
ſtuduiſti. ex quo tex. probatur idem eſſe, nedum ſi cepiſſet il-
la negocia ante ingreſſum legati, ſed etiam ſi non cepiſſet il-
la, quod iudicio meo foret limitandum, niſi illa ſpecialiter
commiſſa primo, fuiſſent etiam ſecundo legato maiori com
miſſa. nam tunc ſtat ratio dicti capituli uolentes, & ſi ille
maior legatus exiret prouinciam animo redeundi ad il-
lam, primus non poterit uti iure ſuo, quia pro præſenti ille
maior habet. Ita tenet Specula. in d. §. uer. ſed quid ſi ſecun-
dus, ſubiungit tamen de mente iuris fore quod ille egreſſus
non ſit nimis longe. ff. de officio præſi. l. illud. & ſubiungit ip-
ſe in uerſic. ſequen. quid ſi iſte de latere, exiſtens in prouincia
cōcedit primo ut ſuum officium exequatur, reſpondet quod
hoc non poterit, quia etiam ſi uelit a ſe abdicare imperium
non poteſt. ff. de officio præſi. legatus. niſi hoc faceret ſibi ſub
23 delegando. † Supereſt nunc tractare de una quæſtione not.
quandoque enim contingit quod ultra ea quæ legato com-
petunt de iure communi, habet multa, quæ ſibi competunt
iure ſpeciali in uim facultatum ſibi conceſſarum a ſede apo
ſtolica. nunquid poterit uti illis facultatibus cum illis, qui nō
ſunt de ſua legatione, & dicendum quod non, quod patet ex
prohemio earundem facultatum ubi dicitur, ut his qui ſint
de legatione tua poſſis te reddere gracioſum, ex quo infertur
quod non cum aliis uoluit legatum has facultates exercere.
24 †nam prohemium arguit mentem diſponentis. ut in l. fin. ff.
de hære. inſtitu. Præterea in aliquibus facultatibus ego uidi
quod papa concedit legato, quod poſſit eis uti cum familia-
ribus ſuis, etiam ſi ſint extra legationem, ex quo innuitur
quod in aliis ubi non eſt expreſſum, & etiam in illis expreſſis
cum illis qui non ſunt familiares, non poterit uti, quia quod
de uno conceditur, de alio negatur. ut in capitulo qualis ui-
ge-

geſimaquinta diſtinctione,& capitulo nouem. de præſum.&
15 l. cum prætor. ff. de iudi. †item cum iſta ſit iuriſdictio delega-
ta in huiuſmodi caſibus ſibi ſpecialiter demandatis non po-
teſt protogari ad perſonas non expreſſas etiam de earum cõ
ſenſu, ut in c. pen. & gl. de officio deleg. erat tamen, qui alias
in quæſtione facti obiciebat contra hoc, quod de familiarib.
6 dictum eſt. de gl. c. eos de tempo. ord. lib. 6. †quæ habet quod
epiſcopus poteſt familiares ſuos ſine fraude receptos ordina
re, quaſi per hoc ſint ſubditi ſui, ad quod reſpondebam dupli
citer. Primo quod illud procedit in epiſcopo, qui in dioce. ſua
cenſetur habere domicilium, in qua reſidere tenetur, iuxta
not. per Innocen. in c. fin. de eo. qui mi. in po. & in c. ex ore de
priuile. & per conſequens ſui familiares cenſentur ibi domi-
ciliati, ſecus tamen in legato, qui in prouincia ſibi decreta
non cenſetur habere domicilium, cum potius tanquam uia-
tor ibi permaneat. ergo idem in ſuis familiaribus eſt dicẽdũ.
Secundo reſpondebam quod illa gloſ. non eſt ſimpliciter ue
ra, ſed debet intelligi de illis qui totaliter tranſtulerunt do-
miciliũ ſuum ad dioce. epiſcopi, alias enim promoueri non
poſſent. ut in cap. fin. eo. titu. & li. & not. 71. diſtinctio. prima-
tes & ſic debet intelligi illa gl. ſecundum Federi. de ſe. conſil.
188. in hijs autem quæ competerent legato de latere de iure
communi poſſet exercere poteſtatem ſuam cum non ſubie
ctis, dũmodo legitime eius iuriſdictio eſſet prorogata ſicut
& quilibet alius ordinarius poteſt, ut in l. eſt receptum. ff. de
iuriſdictio. omnium iudicum. & in l. prima. ff. de iudi. & in l.
ſi quis ex conſenſu. de epiſcopa. audien. & capit. ſignificaſti. de
foro competen. de quo ſuperius in eodem artic. dictum eſt.
7 †Iuxta prædicta autem quæro de quæſtione ualde neceſſaria
& utili, legatis conceditur eis facultas ſpecialis diſpenſandi
in multis caſibus per bullas apoſtolicas, an poſſint huiuſmo-
di diſpenſationes facere ſine iuſta cauſa Solutio eſt ꝙ non,
cuius ratio eſt, quoniam ſuperior non uidetur eis conceſſiſſe,
ꝙ diſpenſent, niſi cum iuſta cauſa & adhibita cauſæ cogni-
tione, & ſi aliter diſpenſatur, non ualet diſpenſatio, & ipſe di
ſpenſas peccat, & punitur. l. diſt. qui in aliquo, ita tenet Inno.
in capitulo cum ad monaſterium de ſta. reg. quem ibi lequũ-
tur omnes docto. tenet etiam in cap. dudum. lo. 2. de electio-
8 ne †ſecus tamen dicit eſſe in papa qui ſola voluntate poterit
contra iura diſpenſare, nã ſi ſola ipſius uoluntate conſiſtunt
iura, & ſola uoluntate poterit ea relaxare, item quia ipſe non
eſt aſtrictus legibus, ut in l. princeps. ff. de legibus & in l. digna
uox. C. eo. tit. tamen ſicut d. l. dicit, bene facit ſi ſuam legem
ſeruat. Aduerte quia hoc quod de inferioribus dictum eſt, ut
ſcilicet non diſpenſent ſine legitima cauſa uerum eſt, ſed id
quod dicitur de papa, procederet quando ius poſitiuum eſſet
fundatum in ſola principis uoluntate, & non haberet funda
mentum ſuper aliqua ratione naturali, & hoc uidetur innue
re Innocen. in uerbis ſuis. unde ſanctus Thomas. 1. 2. quæſtio
ne 92. ar. ultimo. ut refert Ioann. Andr. in capitulo de multa.
de præben. dicit quod diſpenſatio ex ipſo nomine importat
commenſurationem boni communis ad ſingula, vnde gu-
bernator familiæ, dicitur diſpenſator quia diſpenſat ſingula
ſingulis, & tali diſpenſatore indigemus, qui interdum legem
vniuerſalem ex cauſa relaxet, hæc aũt facultas diſpenſandi,
non cuicũq; cõmittenda eſt, ſed illi qui põt legem condere,
& tollere & ſic per papam, vel principem, vel eorum auctori
29 tate facienda eſt diſpẽſatio. †diſpenſans autem habere debet
intuitum rationis & boni vniuerſi, & cauſę propter quam di
ſpenſat, quæ ſecundum Io. Andr. vbi ſupra poteſt eſſe triplex
ſcilicet neceſſitas, vel vtilitas, aut euidens prærogatiua meri
torum. ſi autem nuda voluntate mouetur, non habens intui-
tum ad aliquod præmiſſorum, non meretur dici diſpenſatio
ſed diſſipatio, nec ipſe eſſet prudens & fidelis diſpenſator, de
quo in Euangelio Lucę duodecimo. quis putas eſt fidelis di-
ſpenſator & prudens, quem conſtituit dominus ſuper fami-
liam ſuam quinimmo infidelis eſt, qui non habet intuitum
ad bonum commune. Item imprudens, non conſiderando
30 cauſas, †ex quo ſequitur ꝙ quo ad Deum nõ eſt tutus is cum
quo ſic diſpenſatũ eſt. ad hoc. 11. quæſt. 3. ſi is qui præeſt. bene
facit. 24. q. 1. manet. & tex. in cap. non debet. de conſangui. &
1 affi. in prin. †ubi probatur quod papa in gradibus conſangui-
nitatis & affinita. non debet diſpenſare ſine cauſa & licet di-
ſpenſatio concernat fauorem priuati, diſpenſans tamen de-
bet ad id moueri propter bonum commune. nam ſublimis,
vel literatus, cum quo diſpenſat, prodeſſe poterit multis, ad
prędicta etiam facit tex. in d. capitu. de multa in fin. ibi cum
dicit. cum ratio poſtulauerit. Ad idem quod not. Hoſtien. in
capitulo. quia intantum. de præben. qui inducit beatum Ber-
nar. qui non ſubſiſtente rationabili cauſa appellat illam non
32 diſpenſationem. ſed diſſipationem. † Ad id etiam facit,
quoniam non eſt data poteſtas papæ ad deſtructionem ec
cleſiæ. ſed ad ædificationem, vt apoſtolus dicit ſecunda
Corin. ultimo. Idem tenet Archid. in capitulo conſequens.

33 11. diſtin. vbi late proſequitur iſtum articulum. † Illud tamẽ
apud omnes indubitatum exiſtit, quod in hiis, quæ ſunt de
iure diuino, non poteſt papa ſine magna cauſa diſpenſare.
vt uoluit glo. in capitulo non eſt. de uoto. & in capitulo quã-
to de iureiuran. & eſt tex. cum glo. in c. & ſunt quidam 25. q.
1. & glo. in c. quæ ad perpetuam. eadem cauſa. & q. & tenet
Inno. in c. cum ad monaſterium. de ſtatu regu. & in c. cum in
ter. p. de renunciatio. & c. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio
& glo. in c. auctoritatem. v. q. 6. †ex quo nimium decipiuntur
34 qui putant, quod cum papa non committitur ſimonia. quũ
cõmittitur ſaltẽ in hiis quæ ſunt prohibita, quia ſimoniaca, li-
cet ſecus ſit in hiis quę ſunt ſimoniaca quia prohibita de quibus p
gl. in c. ex parte. il 1. de offi. delega. & in cap. cum pridem. de
35 pac. †ſunt autem prohibita, quia ſimoniaca illa quæ in vete-
ri vel in nouo teſtamento vendi ſunt prohibita, prout dicũt
glo. prædictæ, qualia ſunt ſacramenta, †quid autem in bene
ficiis eccleſiaſticis, & Abbas ſiculus. in capiulo primo. de ſim.
tenet quod ſi habent vſum clauium, aut executionem alicu
36 ius ordinis annexam, committitur in eis ſimonia de iure di-
uino, itaque nec papa in his excuſaretur de quo uide per eũ
late ibi, & in c. extirpandę. §. qui uero de præbendis. vbi tan-
dem idem concludit. Idem tenet ſanctus Thom. ſecunda ſe
37 cundæ quæſt. c. artic. 4. †vbi dicit ꝙ habere beneficia eccleſia
ſtica dicitur ſpiritualibus annexum, quaſi ab eis dependens,
non enim competit niſi habenti ordinem clericalem, & per
conſequens huiuſmodi, nõ poſſunt eſſe ſine ſpiritualibus, &
propter hoc ea nullo modo vendere licet, quia eis venditis
38 intelliguntur etiam ſpiritualia venditioni ſubiici, & in eadẽ
quæſtio. arti. 1. dicit quod papa poteſt incurrere vitium ſimo
niæ, ſicut & quilibet alius, immo in eo peccatum grauius eſ-
ſet quanto maiores inter alios obtinet locum, quãuis enim
res eccleſiæ ſint eius & principalis diſpenſatoris non tamen
ſunt eius vt domini. hoc ultimum tenet etiam Archidia. in
39 cap. non decet. 16. diſtinctione. †in his autem quæ ſunt ſimo
niaca quia prohibita, utpote illa quæ a iure tantum poſitiuo
ſunt uendi prohibita, papa non committeret ſimoniam, ut
dicunt glo prædictæ, & eſt ratio quia ipſe non ſubiicitur iuri
poſitiuo. cum ſit ſupra legem. C. de legi. digna vox in §. fina
li. quibus modis. teſtam. infir. inferior tamen qui cum eo cõ
traheret bene ligaretur etiam pœnis iuris poſitiui. iuxta ea
quæ dixi late. in ſimili quæſtione, tradidit Ioan. And. in reg.
cui licet. de regu. iur. lib. 6. in mercur. niſi appareret quod cũ
40 eo voluit diſpenſare. †quæ tamen diſpenſatio etiam contra
ius poſitiuum non ſuffragaretur quantum ad Deum, immo
& diſpenſantem, & eum cum quo diſpenſatur, ligaret. niſi
cum iuſta cauſa fieret. iuxta ea quę paulo ante diximus. &
etiam vt dicit Ioan. And. poſt Hoſtien. in d. c. 1. de ſimo. quia
iſtud eſt ſpecies mali, & ideo uitandum iuxta apoſtolum, vt
in c. cũ nõ ab omni. de vi. & hon cler. & propter ſcandalum,
& exemplum aliorũ deberet papa, & curia Romana ab his
prę ceteris abſtinere de uoto. magno. de re iudica. in cauſis.
41 †Idem dicit innocen. in c. 1. ne præla. vi. ſu. circa vendenda
officia, quæ non habent iuriſdictionem ſpiritualem annexã
ſed ſunt in mera temporalitate, licet enim in eis non com-
mittatur ſimonia tamen abſtinendum eſt a venditione pro
pter ſpeciem mali. in habentibus tamen iuriſdictionẽ anne
xam ſpiritualem committeretur ſimonia, per dictum c pri-
mum & ſecundum. prela. ui. ſuas. par glo. in ſumma. 1. quæſt.
3. & ibi Archidia. Idem no. glo. ea. c. & q. c. ſaluator. † Ex his
42 infertur ad quæſtionẽ. Papa concedit legatio facultatatem,
prout ego uidi, quod omnia ablata incerta applicet camerę
apoſtolicæ in expeditionem contra turcos, an licite & ſecũ-
dum Deum iſtud fieri valeat, & per prædicta uidetur dicen-
dum quod ſic. dum tamen re vera in illos uſus conuertã tur.
alias autem cum ad pauperes iſta pertineant, ut in capitulo
cum tu. de vſu. & decimaquarta quæſtione quinta non ſane.
non eſſet tutum quantum ad Deũ, ipſos fraudare. ad quod
facit in ſimili quæſtio diſputata de qua per Ioan. And. in ca-
pitulo finali de teſtamen. libro ſexto. in nouella. adde etiam
43 quod dicit Hoſtiẽ. in dicto capitulo cum tu. † ubi tenet quod
hęc erogatio potius facienda eſt pauperibus illius loci, in
quo datum eſt damnum, ubi erant illi, quibus reſtitutio
erat fienda, quam extraneis. tum quia melius eſt quod vi
cini utilitatem ſentiant quam extranei. C. de ſerui. l. ſecun-
da. & l. præſes. tum quia veriſimilius eſt, quod inter il-
los inueniretur is, cui damnum datum eſt, uel eius hæres
quam inter extraneos. iſtud tamen eſt de conſilio. non de
neceſſitate, unde ſi in alios pauperes fieret diſtributio, ſa-
tis eſſet ſecundum Federic. conſi. trigeſimotertio. †& ſi eſ-
ſet ſpes, quod poſſent reperiri illę certæ perſonæ, quibus eſt
fienda reſtitutio non deberet epiſcopus ad quem pertinet
horum incertorum diſtributio, & per conſequens legatus, q
huiuſmodi facultatem haberet nimium feſtinare in occupã
dis huiuſmodi rebus. ut uoluit Lapus alle. 24.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Legati iuriſdictio ad certum tempus data eo finito, expirat.*

2 *Legati geſta poſt reuocationem ante notitiam ualent.*
Limita ut infra num. 5.

3 *Geſta per delegatum reuocatum ualent, antequam reuocatio ad eius notitiam perueniat.*

4 *Error communis geſta per eum, qui etiam non habet poteſtatem, ualere facit.*

5 *Decreti irritantis clauſula ignorantes ligat.*

6 *Legatus notitiam ſuæ reuocationis habere non præſumitur, etiam ſi publice ſit facta.*

7 *Legati poteſtas per egreſſum prouinciæ, ſi reuerſurus non eſt, expirat.*

8 *Legatus poſtquam reuocatus eſt cauſas inchoatas per eum uel auditorem ſuum perficere non poteſt.*

9 *Legatus prouinciam egrediens, ſi ſtatim reuerſurus ſit, eius iuriſdictio non finitur.*
Legatus ſi a papa uocatus exierit, abſque ſpeciali mandato redire non debet.

10 *Legati iuriſdictio finitur quo ad negotium, quod ad papam retulit.*

11 *Legati morte eius legatio perſonalis finitur.*

12 *Legati poteſtas an mittentis obitu expiret.*

13 *Legati poteſtas habentis ſpeciales facultates circa diſpenſationes faciendas qui earum virtute cum aliquis diſpenſauit, an ex hoc ſit perpetuata, ut morte pontificis ſuperueniente cum aliis diſpenſare poſſit.*

14 *Cardinalium cœtus ſede uacante an legatum reuocare poſſit.*

15 *Minor quandoque maioris factum reuocat.*

16 *Legatus legationi ſuæ ſine licentia eius, qui eum miſit renunciare non poteſt.*

17 *Legatus, primus per dationem ſecundi reuocatus non cenſetur.*

18 *Tutor in teſtamento datus non reuocatur per ſecundum in codicillis datum.*

19 *Procurator primus quare per ſecundi dationem reuocetur, & non per dationem ſecundi tutoris, & legati.*

20 *Legati minoris auctoritas non reuocatur per ſuperuenientiam maioris, ſed ſuſpenditur.*

21 *Legati ſtatuta perpetuo durant.*
Legati indulgentiæ perpetuo durant.

22 *Legatus per uiam ſententiæ, & non ſtatuti generalem ſententiam excommunicationis proferens in furtum facientes, an legatione uita duret.*

23 *Legatus ſi alicui artem interdicat, an legatione finita interdictum duret.*

24 *Legati licentia finita legatione an duret.*

25 *Epiſcopi licentia data ſubdito, ut ubi uelit ordines accipiat, per eius obitum expirat.*

26 *Legati iuriſdictio per non ſubditum in eum prorogata an finita legatione expiret.*

27 *Legatus ſucceſſorem non habet.*

Quæſt. XVI.

Sextodecimo quæro qualiter finiatur iuriſ
dictio legati. de hoc
uide glo. not. in c. præſenti, de offic. lega. lib. 6. quæ ponit mul
tos modos quibus illa finitur. ſed adde ſpe. titu. de leg. §. fini-
tur, qui plures modos recitat. † Primus eſt tempore. quando
1 uidelicet ad certum tempus datus eſt argum. de offic. deleg.
de cauſis. quo caſu elapſo tempore ſtatim expirat. Idem ego
dicerem, quādo legatus eſſet deputatus ad certum negociū
etiam ſine termini præfinitione. nam finito negotio & tota
liter expedito, uidet expirare legatio. ad quod facit id quod
ſcribitur Thobię, 12. ubi angelus finito negocio ad quod miſ
ſus fuerat, dixit ad utrunque Thobiam. tempus eſt, ut reuer
tar ad eum, qui miſit me. ad quod facit in ſimili glo. in capit.
præſentium. 7. q. 1. finitur etiam reuocatione. ex quo videli-
2 cet reuocatus eſt. † Sed iuxta prædicta quæritur de quæſtio,
ne quæ ſæpiſſime occurrit. Papa reuocat legatum in conſiſto
rio. quæ reuocatio ad legati notitiam non peruenit, utrum
valeant geſta per eum poſt reuocationem, & ante notitiam.
Item an in dubio præſumatur ipſum habuiſſe notitiam re-
uocationis. hāc quæſtionem mouet Cal. in conſ. ſuis in t. de
of. lega, conſi. 4. ubi reſpondet ad primum, quod acta ualent.
per tex. in c. audita. de reſti. ſpoliato. & quod ibi no. doc. † ubi
3 valent geſta per delegatum reuocatum, antequam reuoca-
tio perueniat ad notitiam eius, idem tenet Io. An. in c. 1. §. ea
parte de conceſ. præb. lib. 6. in nouel. faciunt in ſimili, quæ de
reuocatione proc. dicuntur in c. ex parte decani. de re ſcri &
c. ex inſinuatione. & c. in noſtra. & c. mandato. de procurā. &
in cle. vnica. de renunciatio. & c. 2. de procura. lib. 6. item ne-
gari non poteſt ſecundum eum, ꝙ licet reuocatum fuerit of
ficiū legationis, tñ ex quo legatus hoc ignorauit, & bona fide
exercuit, officium ipſum. putans ſe non fore reuocatū, quin
ratione ſaltem bonę fidei, quā habuit in exercendo officiū.
& propter vtilitatem illorum qui bona fide ad eum recurre
4 runt, debeant valere. † nam iſte error communis facit valere
geſta etiam per eum qui poteſtatem non habet. ff. de officio.
præto. l. barbarius. C. de ſenten. l. 2. & in §. tria. 3. q. 7. nō obſt.
l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. & gl. in d. c. præſenti. de officio
legat. nam intelligi debent modo præmiſſo, ſcilicet cum ad
notitiam eius peruenit reuocatio per ſupradicta, & ad prædi
ctam opinio. quem mihi placet ego induco not. per Innoc.
in c. cum contingat. de reſcriptis. & c. quia cunctis de conceſ
5 ſio præben. libro 6. † hæc tamen omnia limitanda ſunt niſi
appoſita eſſet clauſula decreti irritantis. nam illa afficit igno
rantes, ut in c. quia cunctis. de conceſſio. præben. li. 6. cuius ra
tio eſt ſecundum Innoc. ibi duplex. prima, quia illud decre-
tum obtinet vim ſententiæ, & ſic ligat ignorantes, quemad-
modum ſententia. ſecunda, quia per hanc appoſitionem de
6 creti oſtendit papa velle mandatum ſuum ſtatim ligare. † Cir-
ca ſecundum autem ſcilicet an præſumatur notitia reuoca-
tionis dicas quod in dubio præſumitur ignorantia, ut in l. ve
rius. ff. de probatio. & in regula præſumitur. de regulis iuris li.
6. & ſi dicas hic præſumitur ſcientia, quia forte publice fuit
facta reuocatio, iuxta c. quod dictis. 16. diſt, & c. 1. de poſtula-
tio prælato. & l. ſi tutor. cum ſua gl. C. de pericu. tu. reſponde
tur quod illud non procedit quo ad illos. qui ſunt extra pro-
uinciam, uel alias habent probabilem cauſam ignorandi. ut
in c. ſi qui ma. accuſa. poſ. & per gloſ. c. propoſuiſti. 82. diſtinc.
7 † Item finitur eius poteſtas, ſi prouinciam egreditur nō reuer
ſurus ff. de officio præſi. l. 3. & de offic. lega. nouit. & cap ſi &
tunc finitur legatio quo ad ſe. ſed in cauſis cœptis, non finitur
iuriſdictio, quo ad alios, quibus cauſas ipſe delegauit. & intel
lige cauſas cœptas eſſe per ſolum citationis edictum. de offi-
8 cio delegat. gratum † cauſas autem quas legatus inchoauit p
ſe, aut auditorem curiæ ſuæ, perficere non poterit poſtquam
reuocatus eſt modo prædicto, cum deſinat eſſe legatus, & fa
ctus ſit priuatus. ſi tamen egreditur ut ſtatim reuertatur, non
deſinit eſſe legatus, nec eius iuriſdictio finitur. nec enim ui-
detur egreſſus ꝗ ſtatim reuerſurus eſt. ff. de diuor. l. diuortiū.
ff. de in rē uerſo. l. ſi pro parte. § ſi notiſſimi. & de verborum
9 ſignificatio. nam & ego † ſed ſi vocatus a papa vel principe ꝗ
eum miſit exierit non debet abſque ſpeciali mandato redi-
re. unde ſi poſtquam modo præmiſſo legatus exiuit prouin-
ciam audita morte papæ, uel alia conſideratione vellet ad
prouinciam redire, & officium legationis ibi exercere,
non audietur, vt patet ex premiſſis. ut dicit Specu. in di-
10 cto §. finitur. † Item ex quo aliquod negocium retulit ad pa-
pam, quo ad illud deſinit eius poteſtas, vt in capit. licet. de of-
ficio legat. facit ad idem de appel. intimauit. & C. de relatio.
11 l. prima, † finitur etiam morte legati, & hoc quando per-
ſonalis eſt legatio. ut in c. mādata. de pręſumptio. ſecus enim
eſſet ſi annexa foret dignitati, ut in legato nato, qualis eſt ar
chiepiſcopus Cantuarien. ut in c. 1. de officio lega. dignitas. n.
non moritur. 12. quæſtione. 2. liberti. & c. ſi gratioſæ. de reſcri
12 ptis. libro 6. † Sed quæritur an morte mittentis expiret pote-
ſtas legati apoſtolicæ ſedis. de hoc olim erat concertatio, ut
refert Specu. in d. § finitur, verſic, pone igitur quæ hodie eſt
determinata. per c. 2. de officio lega. lib. 6. ubi dicitur: quod
cum eius iuriſdictio ſit ordinaria, minime expirat per obitū
concedentis, ſed iuxta hoc occurrit dubitatio ſi iſte tex. pro-
cedit quo ad illa quæ ſibi competunt de iure communi ex
13 officio legationis † ſed pone quod in aliqua prouincia eſt ali
quis deputatus. legatus & ultra ea quæ ſibi competunt de iu-
re communi. habet a papa ſpeciales facultates circa diſpen-
ſationes faciendas uel alia huiuſmodi. qui in uim dictarum
facultatum cum aliquibus diſpenſauit. nunquid ex hoc ſit
perpetuata poteſtas illius, adeo vt ſuperueniente morte pon
tificis, poſſit etiam cum aliis diſpenſare, vel ſuis facultatibus
vti, & Spec. titu. de lega §. videndum. uerſicu. quid ſi is. dicit
ſe obtinuiſſe, quod non expiret. ſed Ioan. And. in c. ex tua. de
filiis presbi. tenet hoc dictum procedere, quando cum certis
expreſſis perſonis diſpenſare debebat. & emanauit litera per
viam commiſſionis, non per uiam gratię factę diſpenſare
debenti, ſi tamen in fauorem diſpenſare debentis emanauit
facultas. & maxime cum in certis perſonis, ut ſæpe contin-
git. hoc enim caſu, cum perfecta ſit gratia, non expirat re in-
tegra morte concedentis. ut clare probatur in c. ſi cui nulla.
de præb. lib. vi. & adhuc primo caſu ſcilicet quando in fauo-
rem eorum cum quibus erat diſpenſandum, poſſet ſubdiſtin
gui ſecundum eum. an is qui diſpenſat, fecerit actum com-
munem omni diſpenſationi, & tunc durat eius poteſtas. an
ſolum ſpecialem quoad aliquam diſpenſationem. & tunc
non procederet dictum Specu. quia tantum in illo caſu eſſet
ſua poteſtas perpetuata. iuxta no. per gl. & doc de offi. deleg.
14 licet. ad hoc etiam. c. ſi. §. officium. de off. deleg. li. vi. † Sed nū
quid ſede apoſtolica uacante cœtus cardinalium poſſit reuo
care legatū, quem papa miſit, & uidetur quod non. de maio-

ria

rita & obedien. cum inferior. ff. de minor l, minor aũt magi
ſtratus cũ enim a papa de cõſilio cardinaliũ miſſus fuerit, ne
ceſſe eſt, ut ab omnibus reuocetur, argu. c. i. de regulis iur. ff.
de pactis. ab emptione ſed gl. in c. 2. de officio lega. libro. 6.
& Hoſtien. in c. tum ex literis. de in integrum reſtitu. & Spec.
in d. §. finitur verſi. ſed nunquid tenent quod reuocare poterit
15 ex magna & euidenti cauſa & non aliter. †bene enim minor
reuocat quandoque factum maioris. l. diſſ. accedens ſed Io.
And. in d. c. tum ex literis. & in addit. ad Specula. d. §. & uerſi.
dicit quod illud hodie non eſt verum, per clem. ne Romani.
de elec. Item quamprimum legatus ingreditur portam urbis
Romæ deponit ex toto imperium. ut ff. de officio procon. l.
16 fin. †Sed quæritur an legatus poſſit renunciare legationi ſuæ
& receder e de prouincia ſibi commiſſa, & redire ad mitten-
tem, ſine licentia eius, qui miſit eum. Reſpondetur quod nõ,
vt in l. 2. §. & cum placuiſſet, ff. de origi. iur. nam & legatus
Cęſaris abdicando a ſe non amittit imperium. ff. de officio
procon. legatus. & 6. q. 1. deniq; & 17. q. 2. Gonſaldus. immo
17 punitur uoluntarie deſerens. ff. de leg. l. 1. †Sed iuxta prædi-
cta dubitatur, an per dationem ſecundi legati cenſeatur re-
uocatus primus. & glo. in c. in galiatum. 25. q. 2. tenet q non.
& idem tenet Specu. in d. §. finitur. ver. in ſumma. ſed Ioann.
Cal. in c. ſua. de offic. uicarii. tenebat contrarium, ſed quia cõ
tra eum facit tex. in c. uolentes. de officio lega. ubi per ſuper-
ueni entiam maioris legati non reuocatur minor, ſed ſuſpen
ditur exercitium ſuæ poteſtatis, præſente maiore, reſpondet
ipſe quod ille tex. loquitur in legatis diuerſæ ſpeciei. ſecus au
tem ſi eſſent eiuſdem ſpeciei, ut quia ambo de latere, uel am
bo miſſi. ſed Abbas Siculus tenet primam partem. per tex in
d. c. uolentes. qui indiſtincte loquitur. nec illa diuerſitas quã
facit Ioann. Cal. procedit. nam ſi dando ſecundum legatum
de latere, non uidetur reuocatus primus, qui non eſt de late-
re, qui habet minorem poteſtatem, a fortiori non uidetur re
uocatus ille, qui eſt de latere, qui habet maiorem, & proce-
dit hoc arg. a maiori. de elec. cũ in cunctis. de ſacroſan eccle.
18 authen. multo magis. †ad idem facit. l. 2. C. de teſtamen. tute.
ubi habetur quod pater dando ſecundum tutorem in codi-
cillis, non cenſetur reuocare primũ quem dederat in teſta-
mento, ſed ambo pariter erunt tutores & iſta eſt communis
19 opi. quam etiam tenet Ioan. An. in d. c. volentes. †Sed quæ eſt
ratio diuerſitatis, quare per dationem ſecundi procuratoris
reuocatur primus, & non per dationem ſecundi tutoris,
uel legati, ratio eſt quia procurator conſtituitur fauore ſo-
lius conſtituentis, ſed legatus fauore ſubditorum, & tutor fa
uore pupilli, imputet ergo ſibi dominus, ſi in conſtitutione
noui procuratoris, ſibi non proſpexit, ar. C. de procu. l. mari-
20 tus. †licet tamen per ſuperuenientiam maioris legati nõ tol-
latur, nec reuocetur facultas minoris ſuſpenditur tamen du
rante illius pręſentia, vt in d. c. volentes de quo late ſuperius
21 dictum eſt. †aduertendum tamen, quod & ſi legati poteſtas
in caſibus prædictis expiret, ſtatuta tamen per eum edita per
petuo manent, ut in c. fi. de offic. lega. Item & indulgentiæ p
eum conceſſę, quia fauorabiles ſunt, & ideo extendendæ. de
quo eſt gl. in d. c. fi. Idem tenet Inn. co. ii. c. quod tranſlatio-
22 nem. †ſi tamen per viam ſententiæ generalis, & non ſtatuti,
generalem ſententiam excommunicationis proferret in fur
tum facientes, vel aliquid huiuſmodi, illa non duraret vltra
tempus ſuæ legationis, iuxta glo. no. in c. a uobis. lo. 1. de ſen.
excom. intellige hoc quantum ad effectum producendum
de futuro, ſi enim durante legatione aliquis incurriſſet excõ
municationem non expiraret, nec tolleretur illa excommu
nicatio per hoc, quod poſtea expiraret iuriſdictio legati, ſed
23 opus eſſet abſolutione. †in cęteris vero pœnis, quæ per eum
inferrentur, quæ habent ſucceſſionem, vtpote ſi interdixit
alicui ne vteretur arte ſua, vel officio ſuo, diſtinguẽdum eſt,
quia aut hoc fecit cum cauſæ cognitione, & tũc ſimpliciter
interdicendo videtur in perpetuum interdixiſſe, vt in l. 1. C.
de poſtu. aut fecit ſine cauſæ cognitione, & non durabit vl-
tra tempus legationis, vt in l. ſi ff. de pęni. Ita no. per Innoc. in
24 d. c. quod tranſlationem, & per doct. in d. l. 1. C. de poſtu. †An
autem licentia per eum data duret finita legatione & gl. in
ſimili in c. pe. de cleri. non reſi. tenet quod non, dicit enim, q
licentia expirat per mortem cõcedentis. Ita ergo diceremus
finita legatione eadem ratione, quia vtroq; modo ſimiliter
finitur poteſtas legati, ſed in contrarium facit, quod dicit In-
nocen. in d. c. quod tranſlationem, de quo ſuperius diximus,
videlicet quod nõ expiret indulgentia per finem legationis,
quia agimus de re fauorabili, & ideo extendenda, & no t. hãc
rationem ad materiam d. l. 1. de poſtu. & l. fi. de pęni. & ad idẽ
facit gl. in c. cum ex eo. de elec. lib 6. quæ de diſpenſatione lo
quitur. Idem tenet Guil. quem ſequitur Ioan. de Imo. in cle.
25 fi. de elec. †vbi tenent, quod ſi epiſcopus dedit licentiam ſub-
dito ſuo, vt a quocunque vellet epiſcopo reciperet ordines,
non expirat hæc licentia per obitum epiſcopi, contrarium
tenuit Bal. in d. l. 1. C. de poſtu. & allegat no. per glo. in l. ſi cer
tarum. §. fi. ff. de re ſta mili. ſed illa non ob iudicio meo, quia
gloſa ibi loquitur in reſeruatione vacaturæ præben. quæ eſt
odioſa, & ipſi iuri, & ordinatio collatori præiudicialis & ita
nõ eſt ſimile, prætere a illud hodie eſt deciſum, p c. præſenti.
26 in prin. de offi. leg. li. 6. †Sed circa prædicta quæritur de quæſtio
ne notabili, pone, q duo, qui non erant ſubiecti legato, proro
gauerunt iuriſdictionem in eum, demum pendente cauſa,
expirauit legati officiũ & ptãs, an duret ipſius iuriſ. prorogata.
Hoſtien. mouet quæſtionem. in cap. nouit, de offi. lega. & tan
dem concludit, quod aut prorogatio fuit facta non expreſſo
nomine proprio, & tunc tranſit poteſtas in ſucceſſorem lega
tum, aut fuit expreſſum nomen proprium, & tunc idem le-
gatus etiam finito officio legationis poterit cauſam diffini-
re, & hanc diſtinctionem dicit probari per capitulũ quoniã
abbas, de offic. deleg. ſed ſpecu. tito. de lega. §. nunc dicamus.
verſicu. ſed pone, improbat hoc ultimum membrum, q a nõ
potuit prorogari iuriſdictio legati expreſſo tantum nomine
proprio tacita dignitate, quoniam tanquam Petrus vel Mar
tinus, iuriſdictionem non haberet, ſed ſolum ratione digni-
tatis, & priuatorum conſenſus, cum iudicem efficere non po
teſt qui nulli præeſt iuriſdictioni, ut. ff. de iudi. l. 1. & a in prin
cip. & l. priuatorum. C. de iur. om. iud. & cap. ſignificaſti de fo
ro competen. & ſic tranſit ibi nihil determinando, ſed inti.
de compe. iudi. adi. §. 1. verſi. quid ſi duo piſani, diſtinguit an
fuerit iuriſdictio prorogata ratione illius dignitatis, & trãſ-
ſit in ſucceſſorem aut ratione perſonæ ſuæ, & tunc non tran
ſit in ſucceſſorem, ſed ipſemet finiet, dũmodo alias habeat
aliam iuriſdictionem, ſi enim nullam haberet iuriſdictionẽ,
expiraret omnino illa poteſtas prorogata, Abbas Siculus, in
d. c. nouit, tenet indiſtincte expirare, cum deſinat illa iuriſdi
ctio, quę fuit prorogata, & ſic deeſt fundamẽtum, nec ad ſuc
27 ceſſorem poteſt fieri tranſmiſſio. cum legatus nõ habeat pro
prie ſucceſſorem, immo eo remoto expirat eius poteſtas om
nino & deſinit, & quando alius creatur, de nouo incipit eſ-
ſe ar. c. dilecto, de præben. & hæc opi. Abb. ſatis procedit, vbi ex
preſſe conſtaret, q iuriſdictio legati fuit prorogata. ubi tamẽ
de hoc non appareret expreſſe, tunc ſi ille haberet aliam iu-
riſdictionem, in dubio cẽſeretur illa prorogata, cum potius
in hoc viſę fuerunt partes habuiſſe reſpectum ad perſonam
& confidiſſe de ea, quam ad dignitatem vel officium, iuxta
ea, quæ in ſimili no. glo. in c. fi. de teſta. lib 6 & Bald. in l. fin.
C. commu. de legat. & per conſequens cum prorogatio non
poſſit aliter fieri quam reſpectu iuriſdictionis, uidetur partes
prorogaſſe illam iuriſdictionem, quæ firmior, & magis dura
tura fuiſſet apud eum.

PARS II.

SVMMARIVM.

1 *Legati inferiores a quibus creari poſſint.*
Et infra. num. 3.
2 *Conſilium ciuitatis ſine adunantia generali ardua non expedit.*
3 *Officialium, & ſindicorum electio ad conſilium ciuitatis ſpectat.*
Infirmi expectandi non ſunt, vt in conſilio adſint.
4 *Abſentes in actibus vniuerſitatis & collegij an, & quando expectan-
di ſint.*
5 *Legatus quando creatur quæ perſonæ ad conſilium vocandæ ſint.*
6 *Minores. 25. an in conſilio vocem non habent.*
7 *Clerici de vniuerſitate ſeculari non ſunt.*
Clerici an laicorum procurationes ſuſcipere poſſint.
8 *Clerici & epiſcopi principum conſiliarij eſſe poſſunt.*
9 *Homicidium nedum facto, ſed etiam conſilio committitur.*
*Clerici an conſilium dare poſſint, qualiter latrones, vel homicidæ pu-
niendi ſint.*

Quæſt. I.

NVnc vero de ſecunda parte princi-
pali tractatus noſtri agen-
dum eſt, ſcilicet de legatis inferiorum. †Iux-
ta quam materiã primo quæritur quis poſ-
1 ſit tales legatos creare. † Et ſciendum in pri-
mis quod illi non poſſunt deputari ad prin-
cipem deſtinandi per ſolos priores, aut recto
res ciuitatis, ſed oportet magnum conſilium, & aduuantia
generalis congregetur, de quo eſt tex. no. in l. quotiens. C. de
2 legatis. lib. 10. & ibi Bart. †ex quo poterit inferri, quod & ſi
alias conſilium ciuitatis repreſentet totam ciuitatem, & poſ
ſit expedire ea, quæ incumbunt ciuitati, iuxta glo. in rubrica
C. quæ ſit long. conſue. & l. ita tamen in princi. ff. ad treb. tũ
hoc

hoc fallit in arduis, ubi magnum conſilium & adunãcia ge
neralis requiritur. item colligitur ex prędictis quam magnũ
negocium & quanti ponderis eſt legatum ad principem de
3 ſtinare. † ex quo infertur a cõtrario ſenſu quod in legatis mit
tendis ad inferiores, non requiritur adunantia generalis, ſed
ſufficiunt priores, qui gubernant ſiue cõſilium ciuitatis, per
prædicta, ad hoc facit tex. in l. 2. & in l. procuratores. C. de de
cu. lib. 10. vbi probatur quod electio officialum, & ſindico-
ſpectat de iure cõi ad ↄſiliũ ciuitatis, & ita tenet Bar. in d. l. 2.
quando tamen vocantur ad conſilium omnes, ſufficit quod
ſint in conſilio. illi, qui ſunt in ciuitaet, nec ſunt expectandi
illi qui ſunt abſentes, hoc tenet Bar. in dicta l. quoriẽs, & pro
batur per illum tex. ibi cum dicit, intra vrbem, ex quo infer-
4 tur, quod non ſunt expectandi infirmi, vel aliter impediti, vt
ſint in conſilio. † & ex hiis no. vnam differentiam inter ius ca
nonicum & ius ciuile, nam de iure canonico licet ſit regula
re, quod in actib. uniuerſitatis vel collegii, abſentes nõ ſint
vocandi in tribus caſibus, de quibus per glo. in c. præſentium
de teſt. lib. 6. & in aliis caſibus æqualiter grauibus, ut uoluit
do. An. & Abbas ſiculus in c. cum omnes, de conſtitu. quia
caſus excepti extenduntur per idemtitatem rationis, de cõ-
ſi. vti. uel inuti. dilecta, & per glo. in l. 1. C. de condi. ind ebi. &
in l. cõ ges. C. de prędi. mino. tamen de iure ciuili non reperi-
tur caſus in quo abſentes ſint vocandi, vt ex prędictis patet,
& loquor de abſentibus ex cauſa voluntaria, vel alias culpa
ſua, ſecus autem ſi ex cauſa neceſſaria, & ſine culpa ſua ab-
ſentes fuiſſent, tunc enim vocandi forent, vel alias ad eos eſ
ſet eundum, iuxta no. per glo. & Innocen. de elec. bonæ. il. 1.
& latius per Innocen. & noui ope. nunc. cap. 2. & per Bart. in
l. omnes populi. ff. de iuſt. de iure. in repet. † Sed quæro ex quo
5 ad creationem legati ad principem deputandi, debet voca-
ri magnum & generale conſilium ciuitatis, quæ perſonæ
ſint ad hoc vocandę, ad hoc reſpondet Innoc. in d. c. 2. de no-
ui. oper. nunc. & dicit quod debent vocari omnes maiores.
14. annis. ſiue ſint mares, ſiue mulieres, ſiue virgines, ſiue cõ
iugatæ, ſiue viduę, & minorum tutores. allega. ff. quod cuiuſ
que vniuer. ſi mancipium, & l. placet, & l. nulli. ff. de mino. l.
filius. §. ſi vidua. Item filiifamilias etiam vocandi ſunt, ſi ali-
bi quam in domo paterna habent domicilium, ſi uero cum
patre habent domicilium, non ſunt vocandi, immo tantum
pater eſt uocandus. ff. de mino. placet; ſed in hoc quod dicit
Innocen. de maioribus. 14. annis uocandis. Hoſtien. tenet cõ
trarium, per no. de præben. ſuper inordinata, & de offic. dele
gat. cum viceſimum. Idem tenet Bart. in l. ſpurii. §. minores.
6 ff. de decu † dicens minores. 225. annis non habere vocem in
conſilio. per illum tex. Idem tenet Bald. in l. exigendi. C. de
procu. ſubiungit etiam, quod id quod de mulieribus dictum
eſt etiam non ſeruatur de conſuetudine, & ita tenet ibi Io.
And. & idem ſeq. ſpec. titu. de ſindi. in ver. quid de mulierib.
clerici tamẽ ad iſta uocandi non ſunt qa nõ ſunt de uniuerſi
tate ſeculari, quia aliud eſt clerus, aliud populus, ut probat
7 tex. in capitulo primo. de præben. † An autem clerici vel prę
lati poſſint eſſe legati uel ambaſiatores, principum ſecula-
rium, dicendum quod ſic. hoc probat tex. de appel. cum pa-
rati. & decimatertia. diſtinctione. ſi epiſcopus, & in capitulo
per uenerabilem qui fil. ſint legit iuncta ſuperſcriptione, &
iura quæ prohibent ne clerici ſuſcipiãt procurationes laico
rum, ut in capitulo ſecundo & capitulo ſed neque procura-
tiones, ne cleric. uel mona. cum multis ſimi. debent intelli-
gi, quando generaliter aſſumerent officium procuratio-
nis pro ſecularibus, ſecus in uno negocio particulari, vt pro-
batur per iura prædicta, hoc uoluit Innocentius. in capi-
tulo unico. de obligatio. ad ratiocin. vbi autem negocia
eſſent ſpiritualia & pia, licite poſſet clericus & prælatus
horum executionem & procurationem etiam generaliter
ſuſcipere, quia nõ reperitur hoc prohibitum, immo exerci-
tium horum debet circa iſta uerſari, ut patet. 86. diſtinctio.
8 c. peruenit & 87. diſ. c. 1. & 2. cum ſimilibus, † & inde eſt quod
clerici, & epiſcopi poſſunt eſſe conſiliarii principum ſecula-
riũ, prout eſt in Hiſpania, ubi omnes epiſcopi ratione eccle-
ſiarum ſuarum habent quod ſint de conſilio regis, caueant
tamen ne dent conſilium ſpecialiter, & nominatim de mor-
te alicui inferenda, uel membri mutilatione, nam tunc eſsẽt
9 irregulares. † cum nedum facto, uerum etiam & conſilio ho
micidium committatur, ut in c. Henricus in fi. de cler. pug.
in due. & in c. ſi quis viduam. l. diſ. de quo late per gloſ. de ho
mi. ſicut dignum, & l. d. cap. de hiis. Idem eſt ſi darent conſi-
lium in genere, puta dicentes latrones vel homicidę, taliter
ſunt puniendi, dum tamen caſus occurreret de præſenti, ſe-
cus autem ſi de præſenti non occurreret, nam tunc in gene-
re poſſet conſilium dare. Iſta ſunt verba Hoſtien. quem ſequi
tur Ioan. And. ne cleri. vel mo. c. clericis. Idem tenent in cap.
ex literis, de exceſ. præla. Idem tenet Bal. in authen. habita. C.
ne filius pro pa. In hoc vltimo de conſilio circa mortem vel
mutilationem dato, ad quod etiam faciunt uot. per docto. in
c. ſententiam ne cleri. uel mona. ſed limita prædicta vbi ex il-
lo conſilio princeps, uel alius iudex ſecularis moueretur ad
mortem, uel mutilationem inferendam, ſecus autem ubi ſi-
ne præfato conſilio iam deliberatus erat illud facere, nam eo
caſu conſilium prædictum, non dat cauſam morti ſeu muti-
lationi, & propterea non cauſat irregularitatem. Ita no. Ab-
bas Siculus in d. c. ex literis.

SVMMARIVM.

1 *Legationes quomodo ordinandæ ſint.*
2 *Oratores magni ad negotia magna mittendi ſunt.*
3 *Legatorum multitudo mittenda non eſt, ſed tres ſufficiunt.*
Legatorum alter ſi moriatur, exercitium apud alios remanet.
4 *Legationis munere filij famil. non excuſantur, & quare.*
Decurio deputatus legatus officium præſidis ſine licentia acceptare non poteſt.
5 *Decuriones voluntarie ſe abſentare non poſſunt.*
6 *Clericus, etiam peregrinationis cauſa ad longum tempus ſine epiſcopi licentia ſe abſentare non poteſt.*
7 *Legatus an negotijs proprijs tempore legationis ſe interponere poſſit.*
8 *Legationes plures quando quis ſuſcipere debeat.*

Quæſt. II.

1 Secundo quæro † ſecundum quem ordinem le-
gationes deferantur, ad hoc re
ſpondet tex. in l. ſciedum. §. fi. ff. de leg. quod ordinarim ſunt
iniungendę, videlicet vt illi qui primi ſunt prius ſubeant, &
ſic per ordinem ſubſequentes, ſi tamen qualitas negocii exi-
geret, ut hic ordo non teneretur, peruerti poteſt. vtpote ſi ex
ſecundo ordine, & tertio legatio defertur minoribus, & ta-
men qualitas negocii exigeret, qđ de antiquioribus ſeu ma-
2 ioribus legatus deputaretur, vt dicit ille tex. no. † ex quo in-
fertur quod ad magna negocia, magni & excellentes amba-
ſiatores ſiue oratores ſunt mittendi, ſic & exemplis ſacrę ſcri
pturæ docemur, nam ad miſterium incarnationis Chriſti vir
gini annunciandum, qđ inter oĩa fuit excellentius, non An-
gelus, ſed Archangelus miſſus eſt. vt patet Luce. 1. ſecundum
etiam diuerſitatem rerum agendarum diuerſi ad diueſa mit
tendi ſunt, non n. omnes valent ad omnia, ſed certi ad certa
meliores & deteriores reperiuntur, vt in ſimili dicit text. in l.
3 1. §. ſed hiis. C. de vet. iur. enu. † neque multitudo legatorum
mittenda eſt, ſufficiunt enim ad plus tres legati, vt dicit tex.
in dicta. l. ſciendnm. §. fi. & ſi aliquis ex illis moreretur vel ali
ter impediretur, totũ exercitium ambaſiatæ maneret apud
alios, pro quo eſt tex. in l. 2. C. de lega. lib. 10. & ibi tenet Ang.
& ſi filius ſuſcepit legationem pro patre, vt eum excuſaret,
non propterea excuſabitur, quin ex perſona propria deberet
iniunctam legationem ſuſcipere, vt in l. filius decurio. ff. eod.
4 † non enim filiifamilias ab hoc munere legationis excuſan-
tur, cum non habeant ſumpum ex ſuo in hoc facere, ſed ſo-
lo miniſterio compleatur, vt in l. filio propter patrem. eod.
tit. ſi tamen decurio ſit ille, qui deputatur legatus non poteſt
acceptare officium ſine licentia præſidis, vt in l. ſi quis decu-
rio. C. de decu. li. 10. ſecundum vnam lecturam, & hoc quia
5 aſtrictus eſt gubernationi rei publicæ. † ex quo infertur quod
multo minus cauſa voluntaria poſſunt ſe abſentare ſine hu-
iuſmodi licentia, ad quod facit tex. l. illud. ff. de offi. præſidis,
6 qui loquitur in præſide prouinciæ † & ex hac ratione infertur
quod clericus non ſe poteſt abſentare ab eccleſia ſua etiam
peregrinationis cauſa ſine licentia epiſcopi ſui, vt c. nõ opor
tet. lo. 2. de conſe. diſt. 5. quod intellige ad longum tempus,
bene tamen ad breue tempus, & ponit tex. exemplum ad tres
7 ſeptimanas in c. ſi quis in clero. 7. q. 1 † Poſtquam autẽ ſuſce-
perunt legationen adeo diligenter & operoſe eidem intẽde-
re debent, quod neque propriis negociis ſe poſſunt interpo-
nere, vt in l. Paulus. § fi. ff. de leg in l. legatus. eo. tit. fallit hoc
in hiis quæ ad iniuriam eorum vel damnum commiſſa ſunt
vt in dicta l. legatus. & in l. de. eo. tit. poteſt quoque ſi tutor eſt
pupilli ſui nomine cauſam inſtituere & defendere, eod. titu.
l. ſi abſenti. §. qui legationis. fallit etiam in domo quam eme-
re poteſt in propria patria durante legatione, ut in l. legatus
creatus eod. tit. & eſt ſpecialitatis ratio propter neceſſitatem
habitationis, quia domus vnicuique tutiſſimum refugium
8 eſt. ff. de in ius vocan. l. plerique. † & nedum vnam legatio-
nem poteſt quis ſuſcipere, ſed etiam plures, dummodo ipſe
ſubeat ſumptus & itineris compendium, vt in l. eundem plu
res, eodem titu.

SVMMARIM.

1 *Legationem habens ex quibus cauſis ſe excuſare poſſit, & infra. numero ſequenti.*
2 *Legationis tranſmarinæ officio functus biennij vacationem habet.*

Lega-

3 *Legationem ad inimicum vel amicum inimici quis ſuſcipere non poteſt.*
4 *Amicus inimici mei eſt meus inimicus.*
Legatus ſe excuſare non poteſt, quod alij meliores correperiantur.
5 *Appellatio an neceſſaria ſit, ſi excuſationem legitimam habenti onus iniungatur, vel contradicere ſufficiat.*
6 *Munus publicum ceſſante iuſta excuſatione ſubire recuſans quomodo puniatur.*
7 *Muneris ſibi iniuncti ab onere pecunia ſe redimens quomodo puniatur.*
8 *Legati an & quando aliquem loco ſui ſubſtituere poſſint.*
9 *Subſtitui quis in officio non poteſt, qui vti principalis dominus ſuſcipere nequit.*
Subſtitutus ſi in officio delinquat an principalis teneatur.
10 *Legati qui deputari non poſſint.*

Quæſt. III.

1 **Tertio quæro** quibus ex cauſis poſſit ſe excuſare is, cui legatio eſt iniuncta. †Ad quod
dicendũ quod diuerſis ex cauſis hoc ei licet, excuſatur enim
ſi habet tres filios incolumes vt in l. 1. C. de legatis. libr. 10. &
eſt ſpeciale in hoc caſu cũ in alijs muneribus iniunctis, quinque exigantur, ut l. nepotes de his qui num. libe. li. 10. de quo
vide gl. in d. l. nepotes. & ea quę no. inſti. de excu. tuto. in prin.
& eſt ratio huius ſpecialitatis, quia hic peregre vadit & eos
2 deſerit. †Item & qui legatione transmarina functus eſt, biennij vacationem habet ut in l. 3. C. eo. Item excuſatur ſi inſtituta accuſatione contra aliquem mittatur legatus ad eum
vel ad aliquem amicum vel domeſticum eius, vt ff. eo. l. ſciendum. §. ſi accuſatio, & poteſt eſſe ratio propter præſumptam
inimicitiam, quæ oritur ex accuſatione, vt in c. cum pe. mã-
3 conella. de accuſa. † ex quo infertur quod ad inimicũ ſuum
nõ compellitur quis ſuſcipere legationem, nec ad amicum,
vel domeſticum inimici, vt patet ex prædictis nam inimici
mei amicus, vel domeſticus, cenſetur inimicus meus, vt in d.
§. ſi accuſatio. & in l. liberi. C. de in offi. teſta. & in c. repellan-
4 tur, de accuſa. †competit etiam alia excuſatio ſi, forte ſecundum ordinem adhuc non venit ad eum turnus, niſi neceſſitas aliud expoſceret, tũc ille ordo & turnus non deberet neceſſario ſeruari, vt in dicta l. ſciendum. § fi. nec etiam ſe poſſet excuſare dicens quod alii reperiuntur meliores & ſufficientiores eo. iuxta gloſ. in c. quid ergo. 11. quæſt. 3. & de alijs
excuſationibus, & modo & ordine eas proponendi, vidi gl.
not. in rubrica. C. de excuſa. mune. li. 10. vbi etiam tractat gl.
5 †an ſit neceſſe appellare, ſi iniungatur onus habẽti legitimã
excuſationem, uel ſufficiat ſolum eam allegare & contradicere, de quo vide etiam ea quæ not. in l. hij qui ad ciuilia. C.
de appella. & latiſſime per Inno. in c. 1. de hijs quæ fi. a maio.
6 parte c. †Sed quæritur qua pœna puniatur qui legationem,
vel aliud munus publicum ſibi iniunctum, non vult ſubire
ceſſante legitima excuſatione, cum enim ſit munus neceſſarium, tenetur quis illud ſubire vt in l. 1. §. 1. ff. de mun. & ho.
& l. munerum. §. legati. eo. titu. Ad quod reſpondetur, quod
loco illius debet eligi, qui interim bona cõtumacis habebit,
& contumax ille, duplicato tempore habebit officium exercere. C. de decu. l. ſi ad magiſtratum libro 10. & ibi Bart. & ſi
in contumacia perdurauerit per annum, perdit bona ſua &
applicantur curiæ vt l. quamuis. eo. titu. eſt & alia pœna, nam
poteſt poni ſub banno vel in carceribus donec acceptet, vt
eſt text. no. cum gloſ. in l. præſes. C. de ſuſpectis tu. & ibi tenet
7 Bal. † Quid autem ſi per pecuniam ſe redimit ab onere officij ſibi iniuncti. dicas quod ille indebite facit, vt in l. illud. C.
de excuſ. mune. li. 10. & eſt tex iuncta. gl. in l. extimationem.
ff. de mun. & hono, qui text. probat quod in pęnam eſt cogẽdus eſt ſuſcipere officium, & ſi ſoluere cepit pecuniam cõ-
8 pellitur eam totam integre præſtare. † ſed an legatus poſſit
alium ſubſtituere loco ſui, ad legationem expediendam uel
per ſeipſum debeat ipſam expedire, hæc quæſtio ſoluitur per
text. in dicta l. ſciendum, §. legati. ubi dicitur quod legati
nullos alios quam filios ſuos vicarios dare poſſunt, hoc tamen fallit eo caſu, quo abſenti eſſet iniuncta legatio, eamque gratuitam ſuſcepiſſet, nam tunc per alium et non ſuum
filium, poteſt legationem mittere, ut in l. ſi abſenti. in princi
eodem. tit. nec tamen ſufficit qualemcunque ſubſtituere ſed
9 debet eſſe qualificatus. †ille enim qui non eſt habilis ad officium, ſi principaliter ſibi deferretur, non poteſt loco alterius
in eodem officio eſſe ſubſtitutus, per tex. in l. parabolani. C.
de epiſcopi & clerici. & ibi not. tenet Bal. & ſi ille ſubſtitutus
negligenter ſe habeat, imputatur ei qui ipſum ſubſtituit, vt
in capitulo ſi compromiſſarius, de elec. lib. 6. & ſi ipſe delinquat in officio, etiã tenetur principalis qui eũ deputauit, ut
in l. nam & ſeruius. §. fina. ff. de nego. geſtis, quod intellige ſi
ille propria auctoritate illum ſubſtituiſſet, ſi tamen iudicis
decreto eſſet ſibi ſubſtitutus, nõ tenebitur de facto illius. niſi
in ſubſidiũ, & ſic debet intelligi. l. ex facto. eo. tit. ad quod facit. l. imperatores. ff. ad munici. prædicta tamen limita, niſi debitam diligentiam ille fecerit in eligendo dignam perſonã,
nam tunc delictum, quod in adminiſtratione ſubſtitutus perpetrauit. ſibi non imputabitur, ut uoluit glo. no. in c. ad hoc
10 de offic. archi. †Conſiderandum eſt etiam quod ſunt, qui nequeunt deputari legati, utpote qui eſt debitor reipublicæ, debitores autem fiſci, non prohibentur legatione fungi. Præterea qui non poſſunt poſtulare, non poſſunt legatione fungi,
hoc totum probatur per d. l. ſciendum. in princip. & § 1. qui
autem prohibeantur poſtulare, proſequere text. in l. 1. quaſi
per totum. ff. de poſtu. ex quo arguitur quanta integritas, &
probitas in oratoribus exigatur, quod præcipue vbi ardua
deſtinantur negocia obſeruandum eſt, tales ſiquidem erant
quos imperator miſerat ad Ioannem papam, de quibus papa ſic orſus eſt, laudamus legatorũ veſtrorum perſonas ipatii & demetrii, fratrum & coporum noſtrorum, quos clementiæ veſtrę gratos fore. ipſa manifeſtauit electio. nam tãtæ cauſæ pondus, non niſi perfectis in Chriſto potuiſſet iniũgere, tam quero pietatis tam quę reuerentiæ, plenos afflatus, niſi per amantes, minime dignaremini deſtinare, verba ſunt
textus in l. inquit. C. de ſumma. trini.

SVMMARIVM.

1 *Legato ſalarium conſtitui poteſt.*
Legatus etiam ſi ſalarium recipiat, priuilegiis legationis vtitur, ſecus in alijs officijs.
2 *Caſus ſpecialis per rationis identitatem extenditur.*
3 *Legatus ad reſtitutionem ſalarij non tenetur, quod pro certo tempore recepit, ſi ante illud tempus moriatur.*
4 *Legati duo ſeu ambaſiatores ſi deputati ſint, & vnus deceſſit, vel alias officium non implet an eius ſalarium ſocio accreſcat.*
5 *Officium ſi ſolet per vnum regi, ſi duobus datum fuit, ſalarium diuidi debet.*
6 *Legati ſeu ambaſiatores vltra ſalarium donaria recipere poſſint ab his, ad quos mittuntur.*
7 *Decuriones legationis cauſa res ciuitatis donare poſſunt.*
8 *Dona precioſa legatis facta ab his ad quos mittuntur, an eis, vel ciuitati quæ eos miſit, cedant.*
9 *Præſumptio eſt pro eo, quod fieri ſolet.*
10 *Legatus ſi ab hoſtibus capiatur an ciuitas, quæ eum miſit, redimere teneatur.*

Quæſt. IIII.

1 **Quarto quæro** †an legato debeat conſtitui ſalarium, & dicendum quod ſic, ut
in l. legatus. §. fin. & l. ſequen. §. 1. ff de lega. & l. uniuerſi. C. eo.
lib. 10. & eſt vnum ſpeciale circa hoc in legatione, nam qui
aliqua officia publica recipiunt cum ſalario, non gaudent
priuilegio officii illius, ſed tantum illi qui gratis & ſine ſalario illa exercent, ſpeciale tamen eſt in legato, ut etiam ſi ſalarium percipiat, priuilegiis tamen legatis conceſſis utetur,
ut probat tex. not. in dicta. l. uniuerſi. & ibi tenet Bar. & ratione huius ſpecialitatis crederẽ eſſe, quia huiuſmodi munus
non expeditur ſine ſumptu, vnde non eſt iuſtum, quod ille ſuis
ſtipendiis militet reipublicę, ex qua ratione idem crederem
ſeruandum fore in alijs quæ ſumptum deſiderant in eorum
2 expeditione † nam caſus ſpeciales extẽduntur per identitatẽ
rationis, ut in capitulo cum dilecta. de confir. uti. & inuti. &
per glo. in illud. C. de ſacroſanct. eccle. & in l. 1. C. de cond. in
debi. & l. lex quę tutores. C. de admini. tuto. & in l. ob æs. C.
3 præd. mino. †& ſi legatus percepiſſet ſalarium pro certo tempore, & ante lapſum temporis mortuus fuiſſet, non teneretur ad reſtitutionem ſalarii pro reſiduo tempore ut in dicta
l. legatus. §. fina Sed an ſi nondum fuiſſet ſibi totum ſalariũ
ſolutum poſſent ex integro conſequi hæredes ſui & dicas quod
ſic. per tex. in l. 1. §. diuus. ff. de varij. & extraordi. cogni. & ibi
glo. not. & per glo. & Bart. in l. diem functo. ff. de offi. aſſeſſo.
immo & officialibus quos ipſe habuit neceſſarios ad legationem quibus cõſtituit ſalarium neque ſoluit, debet poſt eius
mortem ſatisfactio ſalarii impendi vt probat tex. in dicta. l.
4 diem functo. †Sed quæro iuxta hoc. ſi duo legati erant deputati ſiue duo ambaſiatores, quorũ unus deceſſit, vel alias officium non implet, an ſalarium illius accreſcat conſocio, qui
ſolus impleuit, reſpondeo quod non, pro quo eſt tex. in l. ſecunda. C. de legatis. lib. 10. & ibi tenet Bart. & hoc ideo eſt quia
ambo erant deputati ad idem officium, ſecus ſi ad diuerſa, &
habẽtia diſtincta ſalaria, eo enim caſu ſi unus impleret utrũque officium, haberet vtrunque ſalarium, quia ſuſtinet vicem duorum. ita tenet ibi Auge. ad quod facit. l. binos. C. de
aduo. diuer. iudi. †Sed quid eſſet in caſu contrario, quando
ad vnum officium ſalariatũ quod conſueuerat regere vnus
fuerunt aſſumpti duo, an quilibet in ſolidum habeat totum

ſala

ſalarium, vel debeat diuidi inter duos pro medietatibus, & Barr. in dicta. l. binos, tenet quod debet diuidi, per illum tex.
6 & idem Bald. de quo uide ibi. †Vltra ſalarium etiam recipere poſſunt donaria, quæ eis fiunt ab hiis, ad quos deſtinantur legati, ut eſt glo in l. non eſt tiere. ff. ex qui. cau. ma. hii etiam ad quos mittuntur aliquibus muneribus debent illos donare, ut probat text. in l. diuus. ff. de boni. dam. & debet in quantitate huius doni inſpici qualitas ciuitatis donantis, & eius cui donatur, ut in l. iubemus. §. ſcientes, & ibi not. C. de ſacro ſan. eccleſi. & l. cum plures. §. penul. & l. tutor. ſecundum di
7 gnitatem, in princip. ff. de adm. tuto. †et licet regulariter donare de rebus ciuitatis ſit prohibitum decurionib. ut in l. ambitioſa. ff. de decre. ab or. fac. tamen hoc caſu donare poterūt per iura prædicta, et ſic tenet Barto in dicta. l. ambitioſa. †ſed
8 iuxta prædicta quæritur fuit aliqua res precioſa data legatis ambaſiatoribus ab hiis, ad quos mittuntur, utrum illa cedat eis, an ciuitati, quę eos miſit, hęc quæſtio fuit alias de facto in ambaſiatoribus Mediolanenſibus miſſis ad Imperatorem, & tangit eam gl. in l. qui proprio. §. procurator. ut in cæteris. ff. de procura & l. ſi vero. §. Item quicquid. ff. ſolu. matrim. & vtrobique videtur eſſe de mente ſua, quod aut fuit ſibi donatio facta intuitu legationis, & tunc cedat ciuitati, aut intuitu perſonarum ipſorum ambaſiatorum, & tunc eis cedit. Ia. co. de rauen. quem ſequitur Cy. in l. manifeſtiſſimi. C. de furr. ſupponit in dubio præſumi, quod eis fuerit donatum intuitu ciuitatis, vt. C. de ſumma. trini. epiſtola. liquet, in fin. tamen nihilominus donata pertinent ad ambaſiatores, & non debent reſtitui. primo, quia ambaſiatores ſunt liberę perſonæ & poſſunt ſibi acquirere, nec intelligitur alia perſona in huiuſmodi donatione, niſi fuerit expreſſa. arg. ff. de verborum obligationibus. l. ſi quis ita ſtipulatus. §. griſogonus. ff. de leg. 1. l. ciuitatibus. Secundo ratione quia ſic fieri cōſueuit, quod remaneant ipſis ambaſiatoribus, & ipſi ea ſibi retineant, &
9 iſta ratio concludit ſecundum eum† quoniam præſumendū eſt pro eo quod fieri ſolet, ut ff. de pact. l. iur. gentium. §. pactorum. Bar. etiam in dicta. l. ſi uero & l. qui proprio. indiſtincte tenet donum cedere ipſis ambaſiatoribus, pro quo dicit eſſe tex expreſſum, in l. ſocium qui in eod. §. ſin. ff. pro ſocio, hoc tamē limita, niſi ex qualitate doni appareret quod donator uoluit illud cedere ciuitati, utputa ſi donauit ambaſiatori Leonem, hoc vltimum tenet Ioan. And. in capitu. a collatio
10 ne de appel. libro. 6. in noue. †Prædictis ſubiungitur quæſtio notabilis. In ſuperiori quæſtione præmiſimus de lucro, quid tamen de damno, ut ecce ciuitas mittebat legatū vel oratorem, ille captus eſt in via a lattonibus. quæritur vtrum ciuitas teneatur eum redimere, & uidetur quod non, ſecundum ſpeculatorem. titulo de iudic. § ſpiritualia. verſiculo pone, quod mandaſti, pro quo inducit, nam potius videtur hoc imputari caſui fortuito, quam mandato. ff mand. l. inter cau ſas. §. non omnia. item quæ fortuitis caſibus &c. C de pigno. actio. l. quæ fortuitis. item imputet ſibi qui per iter periculoſum locauit operas ſuas. ff. como. ſiue certo. §. ſed interdum, immo quod plus eſt merces data, repeti poſſet. ff. loca. ſi vno §. cum quædam. ff. de condi. ob cau. ſi pecuniam. In contrarium tamen inducit. l. cum duobus §. cui quidam. ff. pro ſocio. ff. de fur. l. ſi ſeruus communis, nec ob. prædictus. §. ſed interdum quia neceſſitas officii eum excuſat. ff. de hiis qui. vt indig. l. poſt legatum. §. aduocatum. poteſt dici ſecundum eū quod aut nuncius iſte ſe obtulit, & cauſa lucri ſui principaliter fuit opera data, & tunc ſibi imputet, quia nihil conſequitur, ar. ff. ex qui. ca. ma. l. ſi data, & l. rei. ff. de po. l. 1. §. ſæpe. aut ſe non obtulit, ſed iuſſus, ſeu inſtanter ſollicitatus fuit, & tūc nihil eſt quod ſibi debeat imputari. ff. de regul. iuris. l. non poteſt dolo carere. ff. de hiis qui no. infa. furti. §. qui iuſſu. ff. de aqua plu. ar. quāquam. vnde ęquum eſt ut ad reſartionem dāni omnes contribuant. ff. ad l. rodiam. de iac. l. 2. §. ſi nauis. ff. ne quid in lo. pu. prætor. §. viarum. Barto. tamen in l. ſi ſeruus communis. §. quod vero. ff. de fur. dicit hanc quæſtionem de facto contigiſſe Bononiæ. tempore Ioan. And. & omnes doct. Bononien. dixerunt debere ſibi damnum reſarciri, de curialitate non de iuris rigore, per l. inter cauſas. §. non omnia. ff. mand. ſed dicit quod quidam antiquus doctor reperitur qui late proſecutus eſt iſtam quæſtionem. ſ. Ioan. faſion. de Piſis, & primo arguit quod non debeat fieri emenda de iure, ut in dicta. l. inter cauſas. §. non omnia. Preterea ambaſiatores habent certum ſalarium, ergo &c. ut l. idemque. verſicu. ſed & ſi ad vecturam. ff. manda. item habēt facere iſtas operas ſumptu ſuo, & periculo ut l. ſuo ſumptu, ff. de oper. liber. præterea debuit cogitare hoc euenire poſſe, vt l. ſi quis domum. §. primo. ff. loca. In contrarium facit quia officium ſuum nō debet alicui eſſe damnoſum, ut in dicto. § quod vero. & in l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmo. teſta. ape. præterea officium legationis eſt munus neceſſarium, vt l. 1. §. primo. ff de mune. & hono. & l. munerum. §. legati. co. tit. ergo non debet ei eſſe nocivum in aliquo, vt l. poſt legatum. §. aduocatū præallega. & l. cum poſtulaſſem. in fi. ff. de dam. infe. & p hoc videtur eſſe reſponſum ad omnia contraria, quæ loquuntur de procuratoribus, quorum officium eſt voluntarium, finaliter tamen præfatus Io. ſic diſtinguit, aut illa ambaſiata fuit procurata & tunc non debet ſibi emandari, ſicut nec procuratori, ut in dicta. l. inter cauſas § non omnia. facit etiam ad hoc. ff. de excuſa. tuto. l. tria honera. ibi non affectata, & quod ibi not. ſi uero ambaſiata non fuerat procurata, & tunc, aut portabat res non neceſſarias ad ambaſiatā, vtputa propter pompam ſui duxit plures equos, quam deberet, uel alias res, & tunc non debet ſibi emendari. Si vero portabat res neceſſarias ad ambaſiaram, debēt ſibi illa emendari, ut in dicta l. cū duobus. §. da mna & §. quidam ſagariam. qui duo tex. probāt iſtam diſtinctionem, quod vltimo dictum eſt limita ſi dictæ res alias non fuiſſent perituræ, ſecus ſi perituræ fuiſſent naturaliter, ut in d. iuribus probatur, & ſic tranſit Barto. ubi ſupra, ſed aduertendum puto quia iſta iura vltimo inducta ſcilicet l. cum duobus. §. damna. & §. quidam ſagariam. ex quibus iſti fundant intentum ſuum, loquuntur in ſocietate, non autem in mandato, immo in caſu noſtro eſt in contrarium text. in dicta l. inter cauſas. §. non omnia. ſed tenendo opi. prædictā poteris dicere, quod idem eſt in mandato. ar. l. ſi pecuniam. §. ſi. ff. de condi. ob cau. ad idē facit d. l. inter cauſas. §. impendia. & ff de nego. geſt. ſed an vltro, & in dicta l. ſi ſeruus communis. §. quod uero. ad d. §. non omnia reſponderi poteſt dupliciter. Primo quod loquatur in mandato voluntarie ſuſcepto, ſecus in mandato iſto legationis, quod ex neceſſitate ſuſcipitur ut ſuperius diximus. Secundo reſpondetur, quod ille tex. loquitur quando caſus fortuitus ille non contingit mandatario occaſione mandati. Ita voluit Innocen. in capitulo ſicut. lo. 3. de iur. iuran.

S V M M A R I V M.

1 *Legati legatione durante conueniri poſſint. Et infra, num. 4.*
2 *Legatus pro repræſalijs capi non poteſt.*
3 *Legatus ſi durante legatione delinquat iudicium ſuſcipere cogitur.*
4 *Legatus de delictis ante legationem commiſſis conueniri non poteſt.*
5 *Legati, vel alij qui ius reuocandi domum habent, an in cauſa beneficiali declinatorium habeant.*
6 *Superiores duo ubi contraria mandant, illi qui inter eos ſuperior eſt, obediendum eſt.*
8 *Legatus qui ius reuocandi domum habet, ſi in legatione non impediatur ob id, quod petitur ab eo, reſpondere tenetur.*
9 *Legatus legatione durante a muneribus ciuilibus, & honoribus excuſatur.*
10 *Legati nec iniuriari, nec carcerari debent. Legati dicuntur ſancti, & quare.*
11 *Signa demonſtrant aliquem eſſe talem.*
12 *Legati excommunicati, ſi ad papam veniunt ab eo quamdiu in curia manent, abſolui cenſentur.*
13 *Legatus a tempore quo creatus eſt, legationis habet priuilegia.*
15 *Legati proprie qui dicantur.*
16 *Nuncij vel miſſi potiuſquam legati dicuntur illi, qui per priuatos nobiles mittuntur. Legationem procurantes legatorum priuilegijs non gaudent.*
17 *Legati non dicuntur reipublicæ cauſa abeſſe, qui negotij ſui cauſa in legatione ſunt.*

Quæſt. V.

1 Quinto quæro quibus priuilegiis gaudeant legati, dicendum eſt quod multis, †nō enim durante legatione poſſunt conueniri ratione contractus, niſi durante legatione contraxiſſent, vt in l. 2. §. leg. in l. non alias in princi. ff. de iudi. in hijs autem quæ ante legationem contraxerunt, ſi ſuper hiis Romę conueniantur compe tit eis ius reuocandi domum, ſi tamen perfecta legatione Romæ ſubſiſtant, ibidem conueniri poterunt, ut in d. l. 2. §. omnes autem & §. ſe. Idem quod dixi de contractu intellige, ſi conueniatur etiā de quaſi contractu, vt in l. de eo. co. ti. fallit tamen ubi ageretur ex quaſi contractu, qui non ſolo animo contrahitur, ſed aliquo exteriori actu, vtpote in actione negotiorum geſtorum, tunc compellerentur legati iudicium ſuſcipere, ut in l. interdum. §. ſin. ff. co. ti. quem tex. ſic intelli
2 git Bar. in d. l. de eo autem. †ex quibus infertur, quod legatus non poteſt capi pro repræſaliis. quod procedit nedum in loco, ad quem deſtinatur legatus ſed nec alibi per loca, quæ itinerando pertranſit. Ita tenet Bar. in d. §. legatis. & in tractatu repræſali. Item neque reali actione conueniuntur durante legatione, ut in dicta l. non alias §. fina. & hoc procedit, ſi ante legationem eam rem ſuper qua conueniuntur poſſidebant, ſecus autem ſi legationis tempore poſſidere cęperint, ut in l. ſi le-

ſi legationis.cod. ti.ratione etiam hæreditatis per eum aditę
etiam ſi durante legatione aduiniſſet non conuenitur legatio
ne durante, vt in d. l. de eo autem. ſed ciſi ſatiſdet de legato,
vel debito ſoluendo, mittuntur legatariu, & creditores hære-
ditarii in poſſeſſionem rerum hæreditariarum ut in §. ſi.ciuſ
dem.l.& ſi reſtitueretur ei hæreditas, etiam non conuenietur
durante legatione, vt in l.ſed & ſi reſtituatur in princi.eo.tit.
vbicunque tamen in caſibus prædictis legatus vellet agere
contra alium, compellitur ſe aduerſus omnes defendere, ut
ind.l.2.§.ſed ſi agant, nã tunc impeditur eius legatio ex con
uentione quam facit, & ideo merito eſt ſibi imputãdũ, quaſi
ipſe velit ſe impedire, ſed contrarium videtur in authen.
de ſanctiſſi. epiſcopi. §. reuerendiſſimus colat. 9.ſed illa au-
then. loquitur in caſu diuerſo, ſcilicet quando legatus agit
cauſam tanquam procu.nam tunc cogendus eſt ſubire tan-
tum reconuentionem illorum contra quos agit. ſecundum
Innocen.& Ioan.And.in c.ſi.de fo.compe. ſed prædicta limi-
ta, niſi ageret ſup iniuria ſibi illata, aut furto vel damnis quæ
paſſus eſt, vt dicit ibi tex.in delictis tamen non ſubuenitur ip
3 ſis.† nam & ſi legatione durante relinquant, coguntur iudi-
cium ſuſcipere, vt in d.l.non alias.§.legati, de delictis autem
perpetratis ante legationem, non conueniuntur durante le-
gatione, vt in l hos accuſare.in princi. ff. de accuſa. qđ intel-
lige ad hoc vt in accuſatione procedatur, ſed bene proponi-
tur ſolummodo accuſatio & interponitur per ipſum cautio,
de iudicio ſiſti, finito legationis officio.ff.de adulte. l.ſi adul-
4 terium cum inceſtu. §.fin. † Præterea in re tempore peritura
etiam iudicium ſuſcipere cogitur, vt puta ſi legatus conue
niatur damni infecti nomine, & hoc quatenus neceſſitas cau
ſæ exigit, videlicet quia in hoc caſu vel cauebit ſufficienter,
aut vicinũ in poſſeſſionẽ mitti patiatur. & ſi dies actionis ext-
tura erit, litem conteſtetur, vt contra actionem non præſcri-
batur, vt in d.l.ſed & ſi reſtituatur.§. ædiſi.& ſi eſſet actio quę
per conteſtationem non perpetuaretur, vtpote, actio de do-
lo, vt C.de dolo.l fi. vel in integrum reſtitutio ut in l.fi.C.de tẽ
po in inte. reſtitu.pe. tunc cogeretur vſque ad ſententiam p-
5 ſiſtere, vt dicit ibi Bar.† Ex hoc autem infertur ad. q. an lega-
tis uel alijs qui habent ius reuocandi domum detur hæc de-
clinatoria in cauſa beneficiali, & Innocen. in cap. ſi.de foro
compe. refert quoſdam tenuiſſe, quod in cauſis electionum
non detur hoc iuris beneficium, ratio eſt, quia deſiderant ce
leritatem, ad quod faciunt iura, quæ ſupra proxime inducta
ſunt, facit etiam c.oblatę, de appe.ff.de feri.l.1.§ ſed excipiun
tur.& l.2 & 3 .quod poſſet intelligi quando agitur de electio-
nibus prælatorum, ſed ſecus in electionibus canonicorum,
ubi non eſt tantum periculum, & idem ſequitur ibi Io. And.
& Archi.in c.vocatio.5.quæſt.2.prædicta tamen intelligo ve
ra, quando exiſtens iam in curia fuit citatus, tunc enim in mi
noribus beneficiis, per quæ non vacat eccleſia, competeret
ius reuocandi domum, vbi vero antequam fuiſſet deputatus
legatus, præceſſiſſet citatio uel appellatio extraiudicialis fuiſ
ſet ſibi intimata, cum hoc caſu fuerit præuentus, vt in capitu
lo propoſuiſti, de foro comp.hoc non obſtante procedetur in
cauſa. Ita not.compo.in c. 1.de elec.libro 6. & ita dicit ſerua
ri in curia, nec enim iuſtum eſt quod propter legationem ſi-
bi iniunctam ab inferiore, declinet reſpondere ad mandatũ
6 ſuperioris † Qm̃ ubi duo ſuperiores contraria mandant, obe-
diendum eſt illi, qui inter eos eſt ſuperior, vt eſt tex. in capit.
Iulianus, & c qui reſiſtit. 11.quæſt.3.& l.cõtra pupillum. ff. de
re iudica. nec ob.cap.expoſuit, de dilatio. ubi Burdegalen.ar-
chiepiſcopus poſt citationem fuerat neceſſitatus ad curiam
Romanam venire, & tamen habuit ius reuocandi domum,
nam ad hoc reſpondet, quod ibi non fuit miſſus per inferio-
rem, ſed papa eum venire fecit pro ſubſidio eccleſiæ Roma-
næ, quam ob cauſam fuit taliter impeditus, quod cum ſuffra
ganeis ſuis, quos prædicta cauſa tangebat, non potuit plene
deliberare, & ideo merito non fuit coactus reſpondere, vel
aliter poſſet dici iudicio meo, quod ibi non competit ius re-
uocandi domum, nam cogitur in primo iudicio reſpondere,
ſed propter legitimum impedimentum ſuperueniens, indul
getur ſibi noua & cõpetens dilatio, & in hoc ille tex.eſt valde
7 not.† Vnum tamen eſt notandũ ꝙ ubi aliquis petit ius reuo-
candi domum, quia legat, uel alias ſi non impediatur in lega
tione propter illud quod ab eo petitur, tenetur reſpondere,
ut, ſi petatur, ꝙ reſpondeat interrogationibus, uel alteri cau-
ſæ, de qua ſe põt faciliter expedire, per.l.ſi legatarius in prin.
ff ad trebel.hoc tenent domi.de Ro.deci.72.& 186.in anniqs.
8 † quod autem remedium detur creditoribus, ſi ille longo tẽ-
pore eſt affuturus cum magno ipſorum diſpendio, vide In-
cen. in capitulo dilecto, de verbo ſignifica. & per Barto. in l.
9 ignorare. C. de reſtitutione. militũ & ibi per Bald.† legato
etiam prodeſt legatio. nam durante, excuſatur a muneri-
bus ciuilibus & honoribus, vt C. de legatis. l. quarta. libro.
10. & tranſmarina legatione perfuncti, vacationem habent
biennio, non autem eam habent qui in loco proximo reipu-
blicæ obſequium exhibuerunt eodem titu. libro.1. gaudent
etiam priuilegio reſtitutionis in integrum, ſi læſi fuerint, quẽ
admodum abſentes reipublicę cauſa, ut in l.prima.C.ex qui.
10 cau.maio.& l.cum quidam, in princip.ff, de acquirenda hæ-
redi.quod valet ad multa.† Competit etiam legatis aliud ma
ximum priuilegium non enim debent ab aliquo pulſari, & ꝑ
conſequẽs nec carcerari, aut iniuriari, quam ſeruitutem de
iure gentium habent. ſancti enim habentur legati, immo ſi
quis legatum pulſaſſet quintus Mucius dari eum hoſtibus
quorum erant legati, præcipiebat. & id utilius eſſe, quam ſi
hoſtes non recepiſſent. totum hoc probat tex.in l.fina.ff.de le
gatio.idem probat.tex.ff.de re diui.l.ſanctum. ubi dicit text.
quod dicuntur ſancti, quia ab iniuria hominum ſunt defen-
ſi atque muniti, & dictum a ſanguinibus, ſunt enim ſangui-
nia quędam herbæ quas legati populi Romani ferre ſolebãt
ne quis eos violaret, ſicut, legati græcorum ferunt ea quæ vo
11 cantur cericia. † & eſt ille text. not.quod per ſigna deprehen
ditur quem eſſe talem, pro quo etiam facit tex.in capitu.ſi iu
dex laicus, de ſente. excommuni.libro.6.& in l. Item apud
labeonem.§ ſi quis virgines.ff.de iniur.& in capitu.ad audiẽ
12 tia, de ſenten.excom †item & ſi legati ſiue oratores veniunt
ad papam excommunicati, conſueuit papa eos abſoluere a
cenſuris quamdiu in curia manent, iuxta not. per Ioan. And.
in capitulo apoſtolicæ de exceptio.& per Hoſtien. & Io.And.
capitulo veniens.el ſecundo de teſti, qui ſubiungunt ibi quod
finita legatione, ſtatim reincidunt in primam excommuni-
cationem. Item & ſi illis in legatione abſentibus contra eos
præſcribatur, reſtituẽdi ſunt, ut in l.legatus.ff.ex qui.cau.ma.
13 † Et conſiderandum circa prædicta quod tempus legationis
ad priuilegia pręfata prodeſt, ex quo legatus eſt, non autem
ex eo tantum quo Romam venit, in l.legato.ff.de legationi.
ad quod etiam facit.l.tempus.ff.de vaca. mune. vbi non datũ
illud tempus nimis ſtrictum, ſed cum quodam laxamento
itineris, in quo etiam annumeratur nedum tempus, quo va
dit legatus & eſt in legatione, uerum & tempus quo redit ab
ipſa, imputaretur tamen ſibi ſi plus iuſto, temporis conſum-
pſerit, vel in itinere, uel in alio loco commoratus, ad quod
etiam tex. in l.Item hi qui reipublicę ff.ex qui cau. ma. vel ſi
non egit rectam viam, ſed illam quæ eſt ex circuitibus, vt in
l.non ſolum.§.primo.ff. de excuſa.tuto.

14 Ex his etiam † poteſt inferri, quod ſi legato aſſi-
gnatur certum ſalarium ꝑ ſingulos
dies diſtributum, quod debet illud. habere iuxta moderatio-
nem prędictam, ar.dictę. l.tempus, & illo caſu ſi ultima diẽ
veniret in principio diei, tota illa dies ſibi cederet lucro. ut
15 eſt tex in l.ſecunda.ff. de uerborum ſignificationibus, † præ-
terea aduertendum eſt, quod proprie legatus dicitur, qui a
ciuitate vel prouincia ad alium mittitur, ut per totum titu-
lum de legation. Item legatus eccleſię ad papam in auth. de
ſancti. epi. §. ſi uero epiſcopi. Item qui mittitur a principe,
16 vel a papa.ff.de offi.aſſeſſ.l.diem functo.† qui autem per pri-
uatos licet nobiles mittuntur non dicuntur legati, ſed po-
tius nuntij vel miſſi. de hoc eſt glo. notabilis in rubrica. C.de
legationi.lib.10.priuilegiis autem legatorum non gaudent,
qui data opera legationem procurabunt, ut in l.& qui data
opera.ff.ex qui.cau.maio.facit tex.in §.Item tria onera.in ſti-
17 tu.de excu.tutor.† nec vere dicitur reipublicæ cauſa abeſſe,
qui ſui priuati negocii cauſa in legatione eſt ut in l. nõ uere,
eodem titu.ſed quid ſi partim ob rem publicam puta vt fide
litatem iuret, partim pro ſe, ut feudum acquirat, vel reconci
lietur principi, abeſt. glo. ibi dicit debere iudicari ſecundum
quod principalius intendebat, & in hoc grauant multi be-
neficiati conſcientiam ſuam, quia ueniunt principaliter ad
Curiam Romanam pro negociis propriis, occaſione aliquo
rum negociorum, ſecũdario ſuſceptorum pro eccleſiis ſuis,
volunt percipere fructus beneficiorum ſuorum in abſentia,
ac ſi pricipaliter pro negociis eccleſiarum ſe abſentaſſent,
ad prædicta etiam bene facit gloſ. in capitu lo cum pro cau-
ſa de procurato.

SVMMARIVM.

1 *Nuncii qui ad literas deferendas deputantur, curſores ſiue cauallarũ nun-
cupantur in vulgari.*
2 *Curſor literas alij manifeſtans in falſum incidit.*
*Curſor literas aperiens, ſed alij non manifeſtans, ſi eas non tradidit in fal-
ſum incidit.*
3 *Acta cauſa ſibi data aperiens, præter iudicis voluntatem, contra illa au-
diri non debet.*
4 *Literas alterius apperiens, & ad alterius iniuriam diuulgans iniuriarum
actione tenetur.*
*Literarum clauſuram aperiens ſi eas non aperiat, nec legat, eas aperire
non dicitur.*

Nun-

5 *Nuncius ſcienter portans literas por homicidio committendo de homicidio ſubſecuto punitur.*
6 *Nuncij, per quos maleficiorum tractatus fiunt, puniuntur.*
Nuncius literas portans de homicidio irregularis eſt.
7 *Clericus portãs literas per principem alteri miſſas ut viſis ipſis portantem ſuſpendat, ſi patibulo tradatur, irregularis eſt, ſi eas ſibi traditas legit.*
8 *Nuncius ſi pro literis portandis ſalarium habeat, & portatæ per aliũ fuerint præſentaræ illi, ad quem diriguntur, an præſentans ſalarium habere debeat.*
9 *Nuncius impeditus in termino literas non portans, an integrum ſalarium conuentum habere debeat, vel pro rata.*
10 *Nuncius literas perdens quomodo teneatur, & nu. ſeq.*
12 *Nuncius literas perdens cui teneatur an mittenti, uel ei, ad quem mittebatur.*
Actio furti ei, cuius intereſt, competit.
14 *Nuncius neceſſarius, eſt vel epiſtola, quando inter abſentes contrahitur.*
15 *Donatio abſenti facta quando valeat.*
16 *Nuncius ad contrahendum deputatus, ſi per dominum reuocatus ſit, etiam ſi reuocatio ad eum non peruenerit, non valet, quod cum eo agitur.*
17 *Nuncius priuati generalis eſſe non poteſt, ut vigore generalis mandati ad ſpecialia deſcendat.*
Verba inſtrumenti talis fecit ſuum procuratorem, actorem, factorem, & nuntium ſpecialem, quem effectum habeant.
18 *Procurator actum ut nuncius faciens non ualet, quod agit.*
19 *Nuncius verba in domini perſonam concipit.*
20 *Nuncius ex tribus cognoſcitur.*
21 *Procurator ex tribus cognoſcitur.*
22 *Conſtitutio alicuius ſi per verba communia facta ſit, & ut nuncius, & vt procurator agere poterit, limit. ut infra. nu. 25. & 27.*
25 *Stipulatio per nuncium fieri non poteſt.*
26 *Nuncius per literas credentiæ conſtituitur.*
28 *Literæ credentiæ, quæ nunciis & oratoribus dantur, quid importent & nu. ſeq. & nu. 30. & ſub. nu. 31. & 32.*
31 *Præſumptio et alia alia in reb. tacitis ratione loci vel tẽporis ſummitur.*
33 *Credenti fatue, & leniter imputandum eſt.*
34 *Literarum credentiæ latori ſine iuramento creditur.*
35 *Literarum credentiæ lator, rem ſibi ſecreto datam ſecreto ſeruare debet.*
Secreta reuelantes pacem uiolant, ſi inter federatos violatio ſecreti interueniat.
36 *Antiani iurantes tenere aliquam credentiam, ſi eam in damnum communis reuelant, ab officio remouentur.*
Secreta principis hoſtibus reuelans pœna mortis punitur.
37 *Nuncius rem ferens alicui, ſi dolo & culpa ſua eam perdat, cuius periculo (perdat.*
38 *Nuncio ſine literis an, & quando credatur.*
39 *Nuncio ſine ſigno, an & quando credatur.*
40 *Bidellus tradens librum portanti ſignum ſcolaris an excuſetur, ſi nuncius infideliter egerit.*
41 *Nuncij caſus fortuitus mittenti nocet.*
42 *Nuncium mittens, qui impeditus fuit, an euadat excommunicationem inflictam, ſi in diem ſtatutam res aliqua ſoluta non ſit.*

Tertiæ partis. Quæſt. I.

Nouiſsime aũt ſupeſt de tertia parte principali tra
ctare, ſ. de nũciis q̃ diuido in duas part.
in prima tractabo de nũciis ad negocia. In 2. de nũciis ad in-
1 dicia. †Circa primũ dicẽdũ ꝙ interdũ nũcii deputanť ad lite
ras deferendas, & vocanť in uulgari Curſores ſiue caualarii,
q̃ hñt hoc officiũ, alii aũt non hñt hoc officiũ, ſed ut ſeruiãt
patronis ſuis vel amicis hoc onus ſubeũt, & iſti ĩ primis hoc
2 ſeruare dẽnt, ꝙ illi tm̃ aſſignent lr̃as, ad quẽ diriguntur,† ſed po
ne ꝙ nõ cõſignãt ſibi, in ꝙ crimẽ incidũt, q dã dñt ꝙ incidũt
in crimẽ ſtelionatus. Bart. in l. titio. ff. ad munici. dicit, ꝙ ſi ta
lis curſor illas manifeſtauit alteri incidit in crimẽ falſi. ut in
l. 1. §. is cui depoſita. ff. de fal. & l. ſi q̃s aliq d. §. q uni. & §. ſc. ff.
de pœ. hoc tñ intellige qñ manifeſtauit, vel dedit lr̃as aduerſa
rio mittentis, ſecus aũt eſt ſi ipſemet aperuit, non tñ tradidit
aduarſario mittẽtis, nec ſibi illas oſtẽdit, nã eo caſu nõ inci-
dit in pœnã falſi. ꝙ apparet q̃a ſpãle eſt ĩ eo, q aperuit teſtm̃,
ſed puniretť alr̃ extraordinarie crimine ſtelionatus, de off. de
3 leg. c. cũ olim. el 3. Ita tenet Bar. in l. q teſtm̃. ff. de fal. † Vltra
p̃miſſa ẽt dicẽdũ, ꝙ is qui acta cãæ clauſa ſibi data, aperit præ
ter iudicũ uolũtatẽ, in pœnã ſui nõ debet ꝯ illa audiri, ut eſt
4 tex. no. in d. c. cũ olim. itẽ qui literas alterius aperiret & diuul
garet ad alterius iniuriã, teneť actione iniuriarũ, ꝓ quo indn
co tex. no. in l. 1. §. ſi q̃s tabulas. ff. depoſi. ſed q̃s dicať literas
aperire, dicas ad hoc, ꝙ non dr̃ literã aperire, q clauſurã qua
litera claudiť trahit, ſi alias literã non aperiat nec legat, pro
quo eſt tex. no. in l. ſi quis in graui. §. ſi q̃s tabulas. ff. ad ſilla. &
5 ibi tenet Bar. †iuxta p̃dicta q̃ro, mãdaui titio ꝑ literas, ꝙ cõ-
mitteret homicidiũ, quas literas dedi nũcio, vt ad eũ defer-
ret, an nũcius, q ſciẽter portauit literas, puniať de homicidio
ſubſecuto, iñdco ꝙ ſic. ut no. Cy. in l. nõ iõ minus. C. de accu
ſa. Itẽ ſi mandaui titio. & titius ſcio, oẽs tenenť, ut ff. ꝙ vi. aut
clam. l. ſi ego. vbi eſt tex. ſingularis. Ita tenet Bal. in l. ũnica. §.
ne autem. C. de cadu. tollen. Idẽ tenet Bar. in l. 1. §. incidi. per
illũ tex. vbi dicit eſſe caſum ꝯ nuncios, ꝑ quos fiũt iſti tracta-
tus maleficiorũ vt puniantur, ꝓ quo ẽt eſt gl. in l. ſciente. ff. ad.
6 l. cor. de parri. † Ex quo infero oẽs iſtos fore irregulares, nec
ad ordines promoueri poſſe, nec in ſuſceptis miniſtrare, nam
præſtant operã homicidio, ad qđ facit id qđ in fortiorib. ter-
minis no. Hoſt. & Io. And. in c. ſuĩani, ne cleri. vel mona. ubi
7 tenent † ꝙ ſi vnus princeps vel dñs mittebat literas ad aliũ, vt
ipſis viſis deberet talẽ ſuſpendere patibulo, & has literas de-
dit clerico legendas, q & eas legit, quib. lectis ille de quo ſcri-
bebať, traditus eſt patibulo, ꝙ clericus q literas legit, eſt irre-
gularis rõne p̃miſſa, nec. n. fuit ſine culpa cũ. n. in legendo lit-
terã peruenit ad illũ locũ ubi de morte inferenda agebať, de
8 ſiſtere debuit a lectura. † Vlterius q̃ro, pone ꝙ nuncio, q lite-
ras defert, certũ ſalariũ eſt conſtitutũ, vt contingit continuo
in iſtis curſorib. ſiue caualarijs, ſed illę literę ꝑueniunt ad ma-
nus alterius, taliter ꝙ ꝑ illũ, & nõ ꝑ primũ nunciũ, cui fuerãt
aſſignatę, præſentantur illi, ad quẽ diriguntur, an iſte, q eas p̃ſen-
tat, poſſit petere ſalariũ p̃dictũ, dicas ꝙ ſic, de quo eſt text. no.
in l. titio cũ eſſet. ff. ad muni. ſi tñ iſte ſecũdus indebite habuit
huiuſmodi literas, vt eas p̃ſentaret, & ſupplantaret, & defrau
daret primũ nunciũ ſuo ſalario, poterit ille primus ꝯ. ſm age
re ad intereſſe, iuxta gl. in d. l. titio. & ibi tenet Bart. ꝑ. l. q no-
9 mine. ff. de fal. † ſed quid ſi nuncius ille iuſto impedimenso de
tentus non potuit in termino ſibi præfixo literas præſenta-
re, an dẽat hr̃e ex integro ſalarium conuentũ, & dicerẽ ꝙ nõ,
ſed dẽt hr̃e ꝓ rata, id eſt vt iuxta exigentiã ſui laboris ei ſatiſ-
fiat, prout venientib. in tali termino conſueuit ſatisfieri. ad
qđ induco no. ꝑ Bar. in l. 1. §. diuus. lo. 2. ff. de vari. & extraordi.
cogni. ꝓ quo facit tex. in l. ſi vno. §. cũ quida. ff. loca. induco
ad hoc gl. in l. pe. C. de condi. ob. cau. & cũ in hoc non ſit cer-
ta merces ſtatuta, recurrendũ eſt ad id qđ pręſtari conſueuit.
10 prout voluit gl. not. in l. excepto. C. loca. Vlterius q̃ro † an iſte
nuncius, q detulit litterã ad aliũ perferendã, teneatur, ſi eam
perdidit. & dicas, ꝙ tenetur de dolo, & lata culpa, in duob. tñ
caſibus teneretur de oĩ culpa, & ẽt de caſu fortuito, ſi cuſto-
diã eius rei promiſit, aut ſi mercedẽ ob eã ꝑferendã accepit,
11 tex. eſt no. in l. eũ q. §. ſi epiſtola. ff. de fur. † Alii aũt nuncii ſiue
mandatarii tenentur ſm qualitatẽ materiæ, in qua deputati
ſunt, nã ſi erat materia, q̃ requirebat exactiſsimam diligẽtiã,
tenebuntur ẽt de leuiſsima culpa, ſi vero exactam diligentiã
12 tm̃, tunc tenebuntur de leui culpa, vt not. Bar. ibi. † Sed dubi-
tari poſſet cui teneať, an illi, q miſit literã, vel ei, ad quẽ mit-
tebatur. & clarũ eſt. ꝙ ei q miſit, q̃a cũ eo ꝯxit, & nõ cũ alio,
ad quẽ mittebatur, ſi tñ ageretur ex delicto eius, vtpote, quia
ipſe doloſe ſubtraxiſſet, vel occultaſſet, & tũc ẽt is, ad quẽ li-
tera dirigebať, poſſet ꝯ ipſum ex illo delicto agere, ſi mõ in-
tereſſet ipſius literas illas hr̃e, vt probat tex. in d. §. ſi epiſtola.
nã actio furti ſpectat ad oẽm illũ cuius intereſt rẽ ſubtractã
nõ fuiſſe, ut in l. ſi. C. de furtis. & ſeruo co. & in §. furti. inſtitu.
de obli. q̃ ex delic. naſ. Idẽ ſi literæ illæ eſſent eius ad quẽ mit-
tuntur, ꝑ d. inra. qđ contingit qñ litera erat iam tradita illi ad
quẽ mittebatur, vel nuncio eiuſdẽ, ſeu ſi eius tm̃ gratia ſcri-
pta fuiſſet, vt ſi petieris a me, ut te alicui cõmendarẽ, & eas
cõmẽdatitias tibi miſero literas. ff. de acqui. re. do. l. ſi epiſto-
13 lã. † Circa nuncios vero q deputanť ad ꝯctus vel quaſi ꝯctus,
dicendũ eſt ꝙ in obligationib. q̃ conſenſu perficiuntur, de q-
bus inſti. de oblig. q̃ ex cõſenſu, vt ſunt emptio & uenditio
&c. ad perfectionẽ ꝯctus & validitatẽ eo caſu quo inter ab-
ſentes ꝯhitur, neceſſarius eſt nuncius uel epiſtola, ut ꝓbat ibi
14 tex. ad idẽ eſt tex. in l. cõſenſu. ff. de actio. & oblig. † ex quo in-
fertur ꝙ ſi non mediante nuncio uel epiſtola, ego vendidi ti
bi abſenti fundũ, & tu hoc ſciens ratũ habuiſti, & dixiſti teme
re, nil cenſebiť actũ, qđ ꝓbať ꝑ p̃dicta, ad idẽ eſt gl. no. in d. l.
cõſenſu. & in l. 1. ff. de ꝯhen. emptio. q̃ cõtra tenenť ꝑ doc. li-
cet in matrimonio ꝯriũ dicant Hoſt. & Io. An. in c. ex literis.
lo. 2. de ſpon. & in c. dilectus eo. ti. ſed eorũ opin. reprobať per
p̃dicta, cũ iſta ſpecialitas nõ ꝓbetur iure aliquo, & hoc ẽt eſt
15 de mente ſpecu. ti. de ſpon. in princi. † Idẽ dicimus fore in do
natione, ſi. n. dicã dono talẽ rẽ tali q abſens eſt, nõ acquiriť ſi-
bi ꝑ talẽ donationẽ, niſi nuncius vel epiſtola interueniat, pro
quo eſt gl. no. in l. illud. C. de ſacroſ. ec. facit. l. abſenti. ff. de do
na. in princ. & ibi tenet Bar. Idem tenet Bal. in l. neq; ambigi.
C. eo. & ibi eſt gl. quæ tñ ſubiungit, ꝙ qñ per rei traditionem
realem fit donatio, perficitur ẽt inter abſentes qñ res illa acce
16 ptatur, & ſic poteſt intelligi ille tex. † Et propter prædicta dici
mus, ꝙ ſi nuncius deputatus ad cõtractum ſit per dominum
reuocatus, ẽt ſi reuocatio ad ipſius notitiam non peruenerit,
non ualet tamen quod cũ eo agitur, quia ipſe ex ſe nihil agit,
nec cum eo aliquid agitur, ſed interuenit vt nudum organũ
domini, & ideo ceſſante domini voluntate, nil cum eo diſpo
ni põt, vt ff. de manu. vin. l. ſi pater. & hanc opin. tenet Ioann.
And. in noue. in cap. fina. de procu. lib. 6. & reprobat gloſ. in l.
prima. ff. de ꝯhen. emptio. q̃ ꝯriũ tenet, Idẽ tenet Cyn. in l. mã
17 datũ. C. de manda. † Ex prædictis ẽt infertur, ꝙ nuncius priua-

ti non pôt eſſe generalis, ita φ in vim illius generalis manda
ti, ipſe deſcendat ad aliqua ſpecialia, tūc enim nō eſſet tanq̃
organū, ſed ipſe per ſe aliquid ageret vltra id quod dñs dixit,
& hoc vr uelle tex. ff. de proco. l. 1. & hæc verba quæ cottidie
ponuntur in inſtrumentis. ſ. talis fecit ſuum procuratorem,
actorem, factorem, & nuncium ſpecialem prout de nuncio
loquuntur non habent effectum, niſi in hiis quæ ſpecialiter
18 inſeruntur. vt ex prædictis patet. † dicimus etiam quod ſi il-
le qui eſt tantum procurator fecit actum vt nuncius, non va-
let quod agit. ut in l. multum intereſt. C. ſi quis alte. vel ſibi,
& ex hiis videtur velle pe. vt refert ibi Cy. quod illud quod
quis facit vt nuncius, non poſſit validari ratihabitione, ſi mā
datū non præceſſit, non. n. fuit picca vel organum, mandato
non precedente. Ita tenet Bar in l. qui aūt. §. conſtituere. ff. de
conſt. pecu. tenet &t gl. quā ſequūtur pe, & Cy. & Bal. in l. mul
19 tū intereſt. C. ſi quis alte. vel ſibi. † Ex p̄dictis colliguntur aliq̃
differentiæ inter nunciū & ꝓcuratorē. & inter cæteras eſt illa,
φ in actu gerendo ꝓcurator ꝯcipit uerba in p̄ſonā ſuā, nomi
nādo dñm, non ſic aūt in nuncio, q̃ cōcipit uerba in perſonā
dñi. & eſt vt picca & organū. loq̃tur. n. per ſe ſed nō a ſe. & pp
p̄dicta dicimus. φ & ſi in redhibitoria, ſcientia procuratoris
ementis rē vicioſam, noceat dño. vt in l. cū mancipiū. ff. de
ędi. edic. ſecus tñ eſt in ſcientia nuncij ementis ut dicit ibi gl.
20 Notandū vlterius ſm Bal. in d. l. multū. φ ex trib. cognoſcitur
nuncius. primo ex forma mādati. ſi mādatū eſt ei ut nuncio.
ſecundo ea cōceptione verborū. ſi cōcipit uerba in perſonā
dñi. Tertio ex mō acquiſitionis. ſi acquirit dño directā actio-
21 nē directa via † ex tribus &t cognoſcitur procurator. ſ. ea for-
ma mandati, ſi hēt mandatū tanquā procurator. & ea conce-
ptione verborū, ſi cōcipit uerba in propria perſona, & ad vti-
litatē dñi & ea mō acquiſitionis, ſi acq̃rit vtilē dño via obli-
qua, & non directā actionē immediate. vt in l. cū per eos. co.
22 tit. † ſed pone, φ conſtitutio ſit per verba cōia. vt pote mādo
tibi, φ geras negotia mea, vel cōtrahas ꝑ me. reſpondet Bal.
ubi ſ. φ poterit ꝯhere, prout ſibi placuerit. tāquam nuncius,
uel tanquā ꝓcurator in hiis q̃ vtroq; mō geri poſſunt. ſed ſi
nō poſſet actus geri, niſi vno mō, ſolummodo videbitur ſm
23 illū modū gerere actū. † vt eſt videre in ſtipulatione, q̃ nō pôt
fieri per nunciū. vt ff. de verbo. oblig. l. 2. in prin. & in fideiuſ-
ſione. vt eſt gl. no. ff. manda. l. ſi in hæredē, intelligor. n. mādaſ
ſe, vt, contrahas, ſm φ natura negocij requirit. iuxta not. per
24 Inn. c. cū cām. de tuta. calu. † & idē dicerē ubi in mandato po
nerentur illa uerba q̃ conſueuerunt apponi. facio te procu-
ratorē & nunciū meū &c. p̄dicta tñ ego limitarē dupliciter.
25 † Primo ubi certa forma data fuiſſet, alias aūt in generaliter
commiſſis, nulla ſpeciali forma data, non poſſet vt nuncius
26 interuenire, per ea q̃ paulo ante dixi poſt Bar. † nec ob. ſi dicas
quod per literas credentiæ, quæ ſunt generales, cōſtituitur
nuncius, vt inferius dicetur, ille tamē non habet ſpecificam
formam, nā dicendū φ immo habent, attento, φ uerba ſunt
cōmiſſa nūcio, & ſpecialiter expreſſa ea, q̃ facturus eſt, prout
27 literæ credentiæ indicant. † Secundo limitarē ſi verba expreſ
ſa in geſtione actus non repugnarent, ſi enim conciperet ver
ba i p̄ſonā ſuā, nō poſſemus dicere, φ gerebat actū ut nūcius,
28 nec ꝯ, ꝓ quo eſt tex. aptus in d. l. multū intereſt. † Subſequen
ter q̃ro circa eandē materiā quid. importent iſtæ literę credē
tiæ, q̃ ſepiſsime nuncijs, uel oratoribus dantur, ad qđ eſt di-
cendū ſm Bar. in l. Lucius. ff. de fideiuſſor. φ q̄nq; ſunt multū
generales, ut tali latori præſentiū dabitis plenā fidē in hijs, q̃
ea parte mea uobis dixerit, & tūc uigore earū nil poterit age-
re in p̄iudiciū ſcribentis huiuſmodi nuncius, qm̄ iſtę literæ
magis ſunt commendatitię, quaſi dicat iſtę lator eſt fidelis p̄-
ſona, poteſtis de ipſo confidere. C. qđ cū eo. l. fin. ff. de dolo. l.
eleganter. §. ſi. ff. manda. l. ſi uero non remunerandi. §. cū qui-
29 dā, † fallit ſi ea qualitate perſonæ ſcribentis aliud appareat, vt
ſi ille de quo ſcribebat erat factor, uel inſtitor ſuus in aliqua
mercātia, q̄a tūc uř uoluiſſe, φ adhibeat ſibi fidē in negocio
illius mercantiæ, caſus eſt ad hoc not. in l. cuicunq;. §. ſed &
cū fullo. uer. plane. ff. de inſtito. ar. ff. de uerborū obli. triticū,
30 & ibi nota. † & ea hoc ego dicerē, φ ſi mediante nuncio cepi
ꝯtrare cū aliquo certū negociū, & poſtea illi nuncio dedi li
teras credentiæ, uideor dediſſe circa illā materiā, quā eo me
31 diāte ceperā cū illo ꝯtrare, ad qđ &t facit vltra prædicta † qm̄
rōne loci uel tp̄is, aliud & aliud, in rebus tacitis p̄ſumitur ut
in l. cluſuibus ff. de contrahen. emptione, q̄nq; illæ literæ ſunt
magis ſpeciales utpote tali latori pręſentiū de intentione no
ſtra plenarie informato dabitis plenā fidē, uel ſup tali nego-
cio dabitis plenā fidē, & in hoc aduerte quia mandatur tm̄, ut
ei credatur in eo qđ refert, non aūt mādatur. ut cū eo aliquis
ꝯtus celebretur, aliud eſt enim credere referenti, quia hoc
nullā diſpoſitionē cōtinet, aliud eſt ꝯhere, ſi ergo cū tali cele
bretur aliquis ꝯtus, nō obligat mandantē, q̄a exceſsit fines
mandati, ut ff. manda. l. diligenter. fallit rōne p̄ſonæ, ut ſi eſſet
32 inſtitor ut p̄dictū eſt. † fateodū tñ eſt φ ſi ſum paſſus aliquod

dammum ratione illius credulitatis, poſſum agere ad ratio-
nē illius damni per actionem mandati, utputa ſi ille lator li
terarum dixit mihi ea parte ſcribentis. quod ſi, ego uellem ta
lem librum pro tanta quantitate, mitterem pro ipſo, ego cre
dens miſi, & in hoc expendi, dominus non uult dare librum.
potero iſtud damnum repetere, ut. ff. manda. l. ſi tibi manda
uero. §. fina. quod ego intelligerem qñ credulitas mea eſſet
probabilis, φ quando ſit ex prædictis colligitur. alias autē im
33 putandum eſt ei, qui ſatne & leuiter credit ut in l. 3. ff. quod
cum fal. tuto. & in c. cum dilectus, quod me. cau. & adhuc il
lo caſu quo agi poſſet, ſi in credentia hoc non continebatur
quod nuncius retulit, non eſſet agendum contra dominum
ſed contra nuncium ar. d. l. ſi tibi mandauero. §. fi. & ita ego
intelligerem iſtā materiam, niſi dominus conſueuiſſet talia
34 mandare nuncio. † Sed an tali latori ſit credendum ſine iura
mento. & videretur φ non, per l. ſeopompus. ff. de dote præ-
le. ſed contrarium tenet Barto. in dicta. l. Lucius. quia fides
huiuſmodi eſt approbata ab utraque parte, ſ. a mittente, &
ab eo, qui recipit, ergo &c. vt no. ff. de ſer. l. 1. nec ob. d. l. ſeo-
pompus, quia loquitur ꝯ inuitum, † Et notandum iuxta prę
35 miſſa. φ pp hanc fidem quę iſti data eſt ſuper credentijs ipſe
debet ſecreto ſeruare rem ſibi cōmiſſam, dummodo ſibi ſe-
creto ſit iniuncta, & talis ſit ex cuius reuelatione dñs ſuus
damnum pateretur, & ſi ꝯ faciat, puniēdus eſt. Ita tenet Bal.
in vſib. feudo. quib mo feu. amitta. in princip. immo ſi inter
federatos ad pacem, violatio talis ſecreti interueniret, reue-
lantes ſecretum uiderētur uiolare pacem, & pace carere de
bent, ſicut alias dř de uaſallo, quod amittit feudum, ſi credē
36 tiam domini manifeſtauerit. & ſi antiani alicuius ciuitatis
iurauerunt tenere aliquam credentiam, & eam reuelant in
damnum communitatis, debent ab officio remoueri, ſic no.
Bald. in titu. de pace conſtan. in verſic. credentia. in vſib. feu-
do. immo qui hoſtib. reuelauit principis ſecreta, pœna mor-
tis punitur, ut in l. ſi quis aliquid. §. transfugę. ff. de pęni ego
limito prædicta vera dum tamen ſecretum ſit ſuper re ho-
neſta & alteri non nociua, alias autem etiam ſi iuraſſem nō
reuelare, teneor reuelare ei cui poſſet prodeſſe & nō obeſſe
ut uoluit gloſ. not. in cap. ego N. de iure iuran. pro quo facit
tex. in c. hoc vř. 22. q. 5. φ bene no † Subſequenter quæritur
37 miſi tibi rem aliquam, quæ perijt culpa vel dolo nuncij qui
eam portabat, cuius periculo pereat, & Bart. poſt gl. in l. eum
qui. §. fin. ff. como. diſtinguit, aut fuit actum a principio ut ꝑ
teipſum referres, & tunc eo ipſo quod remittis per alium, es
in culpa, ar. l. ſi procuratorem. §. ſi tutores. ff. manda, aut non
fuit actum, & tunc aut fuit in culpa eligendo nūcium, & pe-
rit periculo remittentis, vt in d. §. fi & intellige culpam ſecū
dum contractus naturam, aut in hoc nō fuit in culpa, & nō
tenetur, ut ibi & l. argentum. eodem titu. aut dubitatur vtrū
fuerit actum, ut per ſeipſum reportaret vel non, & tunc ex
qualitate perſonarum, & rei, & ex eo quod conſuetum eſt
fieri hoc perpendi poterit, ut in l. vel vniuerſorum. ff. de pig.
actio. & l. plenō. §. equitij. de ſu. & habi. prædicta vera ſunt
quando pereunt culpa nuncij ipſius mittentis, ſi autem cul-
pa nuncij eius cui debet referri, & tunc diſtingu. quia aut cō
ſtabat, quod ille eſſet nuncius ſuus, & ſi mittebat eum, ut ſibi
traderet, ſtatim eſt excuſatus ut in d. §. fin, aut mittebat eum
vt ipſum moneret, ut rem ſibi tranſmitteret, ſed non dice-
qat per eum, & tunc tradens non eſt excuſatus, aut dubitaī,
an eſſet nuncius, uel non, & tunc, aut dominus conſueuerat
talem nuncium deſtinare ad hoc, & credendum eſt, ei quod
ſit eius nuncius, ut in l. fina. ff. quod cum eo. & l. ſi quis ſeruū.
& l. fugitiui. ou. ff. de ſolut. aut non conſueuerat eum mitte-
38 re ad hoc † & non debet quis ei credere ſine literis, & q̃ cre-
dit imputet ſibi ut in l. qui hominem. §. ſi nullo. ff. de ſolut. &
de eo per quem fac. erit. l. prima. § primo. & ff de fur. l. ſi quis
vxori. §. labeo. & idem tenet Innocen, in c. prudentiam. de
offic. dele. non eſſe credendum nuncio ſine literis, niſi agere
tur de modico prꝫiudicio, tunc enim crederetur nuncio, dū
39 modo eſſet notus, & diſcretus ſecundum eum. † idem quod
in literis dicas in ſigno. & hoc tenet domi. An. in c. ſignifica-
uit, de appel. & hoc facit ſm eum ad id, quod communiter
fit, cum mittitur nuncius cum aliquo ſigno mittentis puta
annulo, vel cultello ad aliquid recipiendum de domo ſua,
vel amici ut ſic ſigno dato, fides adhibeatur nuncio to refe-
rēdo, ſatis enim excuſatur, qui vigore illius ſigni aliquid tra-
didit nuncio, hoc tamen limita, n. ſi perſona, quæ tradit ſi-
gnum, potuerit illud ſubripere. ar. eorum quæ nota. in l. vni-
ca. C. de lati liber. tollen. & in capitu. eccleſia, el ſecundo ut
lite penden. Item limitat quando mittens ſolitus erat talia
ſigna mittere, & ad prædicta benefacit quod Barto. not. in
l. ſi quis vxori. §. apud labeonem. ff. de furtis, vbi per illum,
40 tex. tum. dicit † quod ſi bidellus tradidit librum portanti ſi-
gnum ſcholaris, cui veriſimiliter debuit credere, excuſa-
tur licet nuncius infideliter egerit, Sed Abbas ſiculus in di-

cto

cto c.ſignificanit limitat hoc in hiis, quæ ſunt leuis præiudi-
cii, nam in grauibus non credit illum excuſandum, ar. in ca.
literas, de præſump. & eorum quæ not Inno. in c, quia veriſi-
mile, eodem tit. ꝙ ego limitarem, niſi dominus cõſueuiſſet
ſub illis ſignis nunciũ mittere pro huiuſmodi reb. etiam gra
uibus, nã tunc ẽt in illis obligaretus, & hoc ſatis colligitur ex
dictis Bart. in d. §. apud labeonẽ. ad idem allego text. in l. uel
uniuerſorum. de pignora. act. & in l. qui ſemiſſes. ff. de uſu. &
l. ſi negocia. ff. de negoc. geſt. idem dicendũ ſi conſuetudo lo-
ci hoc haberet, ar. l. licet. C. loca. & l. ꝙ ſi nolit. §. quia aſſidua.
41 de ędil. edic. † cõſidera tamẽ iuxta prædicta, ꝙ ubi caſus oc
curriſſet in perſona nuncii ipſius mittentis, quantumcunq;
ſine culpa ſua, ſi obligatio rei quam deferebat erat alicuius
generis, utpote, quia debebatur pecunia in genere, non autẽ
debitũ erat in ſpecie, ſemper caſus ille fortuitus nocebit mit
tenti, caſus eſt in c. ſignificante, de pigno. nam genus perire
non poteſt, ut in l. incendium. C. ſi certum petatur, veruntamen ille qui miſit propter diligentiam debitam, quam fe
cit eo caſu, ſub iuramento ſoluere tenebatur ad diem, excu
ſabitur a periurio, ut in dicto capitulo ſignificante: Idem &
ab omni pęna, ut in l. cum a matribus. C. qui. pe. tuto. & in l.
42 præſes. C. de appellatio. † ſi tamen excommunicatio eſſet
obiecta, ſi ad diem non fuiſſet ſoluta pecunia, etiam illo caſu
mittens talẽ nuncium prædicto modo impeditũ, nõ euade-
ret excõicationem prout uoluit Io. An. in nouel. in c. ꝗꝗ. de
uſu lib. 6 ad qđ inducit c. uenerabi. §. ideoq; de ſent. excom.
eo lib. ſed ego dicerem conſtito de huiuſmodi impedimẽto
excõicatum huiuſmodi debere ſine quacunque difficultate
abſolui, per illum tex. ad quod facit in ſimili glo. 3. q. 5, capi.
quiſquis, & c. 2, de teſt cogen.

S V M M A R I V M.

1 *Nuncios ad iudicia creat ordinarius in ſua iuriſdictione, & de legatus in cauſis ſibi commiſſis.*
2 *Nuncius ab arbitro creatur in cauſis in eum compromiſſis.*
3 *Nuncius ſuperiorum iudicum arbitri uti poſſunt.*

Quartæ par. Quæſt. I.

VLtimo loco agendum eſt de nũciis deputatis ad iudicia. cir
ca quos quęro primo, quis poſſit eos deputa-
re, & dicẽdũ ꝙ quicũq; iudex in cauſa corã
1 eo pendẽte hoc poterit facere. † Itaq; ordina
rius poterit nũcium gñalẽ iuxta limites ſuæ
iuriſdictionis creare, & delegatus ad idẽ in
cauſa ſeu cauſis ſibi commiſsis pro quo eſt tex. in l. ſecunda.
C. de ſportu. & in authẽ de iudicib. § neceſſitatem. colum 6.
& ratio huius eſt, quia conceſſa alicui iuriſdictione, videntur
2 conceſſa oĩa, ſine quib. illa nõ põt commode expediri ut in
c. ꝓterea, & c. ex literis, de offi. deleg. & in l. fina. ff. de officio
eius cui man. eſt iuri. † imo & arbiter hoc põt in cauſa de qua
in eum eſt cõpromiſſum, ut eſt tex. not. in l. ſed & interpella
ſus. §. arbiter. ff. de arbi. & ibi tenet Bal. hñt ẽt delegati & ar-
bitri aliud remedium in hoc, q. põt uti nũciis ſuperiorũ iu-
dicũ, vt eſt teſt. in auth. de defen. ciui §. deinde eos, ibi ex pro
uinciali officio col. 3. & hoc tenet Bar. in extrau. ad reprimẽ
3 dã in ver. ꝑ nuntiũ † & debẽt eſſe iurati a principio officii de
fideliter exequẽdo ſuum officium, ut eis credatur iuxta no.
per glo. & Innocen. in c. quoniam ꝯ. de probatio, & no. in c.
cum parati. de appel. ar. C. de fide inſtrum. l. comparationes,
& C. de ſecund. nup. l. hac edicta. §. his illud.

S V M M A R I V M.

1
2 *Nuncii poſſunt eſſe infames. Infamis procurator eſſe poteſt. 2.*
3 *Nuncium iudex ſuo periculo eligit.*
Nuntium uidetur iudex deputare, eo ipſo, quod ei actũ citationis cõmittit.
4 *Nuntium in cauſa ſua, an iudex deputare poſſit, & num. ſeq.*

Quæſt. II.

1 Secundo quæro quales debeant eſſe huiuſmodi nũ
cij conſtituti. † & Bar. in d. extrau. ad repri-
mendam, verſic. per nuncium, dicit quod ad hoc officium
publicum, poſſunt conſtitui etiam infames licet ſit officiũ
nam uiliſſimis perſonis congruit ſm mores noſtros, ut ipſe
dicit. ergo ab hoc infamia non repellit ut. C de infam. l. 1. lib.
deci. & l. nec infamis. C. de decurio. ſed ſm leges deberent eli
2 gi perſonæ diuites, & approbatæ, ut in auth. de iud. §. hos
omnino col. ſexta. ſed ad illam conſuetudinem, quę habet
iſtos infames, & uiles ad hoc officium deputari † inducit Bar-
tolus, quod infamis poteſt eſſe procurator. inſtit. de excep §.
fin. põt ẽt eſſe arbiter in l pedius. ff. de arbitris. & ff. de poſtu. l.
1. §. ſed ęquiſſimum, & ſi dicas quomodo credetur ei, cũ ſit
infamis, & infamis non poſſit eſſe teſtis, de hoc dicetur infra
in illa quæſtione. an. ſ. nuncio debeat credi ego non indiffe-
renter admitterem illã cõſuetudinem quæ viles, & infames
admittit ad hoc officiũ, cũ de iure vt dictũ eſt debeant eſſe ꝑ
ſonæ legales, & approbatę, ſed põderatorẽ in hoc q̃ta fides
ex conſuetudine ipſis attribuaẽ, & ſi in modicis tñ eis credi-
tur, admitterem hanc conſuetudinẽ. ubi tñ magnis daretur
ipſis fides non admitterem talem conſuetudinẽ, quia eſt irra
tionabilis & ideo repudianda, per c. penul. & fin. de cõſuetu.
3 † caueat tamen iudex qui nuncium eligit, ut debite eligat, nã
ſuo periculo eligit. ut in dicto. §. hos omnino, & ibi gloſ.
& ſi non apparet expreſſe, ꝙ ſit creatus nuncius, non eſt curã-
dũ, hoc enim ipſo ꝙ iudex committit ſibi actũ citationis, vr
eũ nunciũ deputare. niſi cõſuetudine ad alios ſpectaret nun-
4 ciorũ deputatio, vt voluit Bar. in d. verſ. per nunciũ. † Sed iux
ta prædicta quæro, an iudex poſſit aliquẽ deputare nunciũ in
cã ſua. vtpote adiudicauit alicui ꝑdiũ, vel ſup poſſeſſorio iu-
dicauit ꝓ eo, an poſſit ſibi dare facultatẽ, ꝙ ꝓpria auctorita-
te poſſit intrare poſſeſſionẽ, in hoc fuerunt uariæ opinio. in-
ter doc. nã Dy in l. iuſſe poſſider. ff. de acquiren. poſſeſſio. te-
nuit ꝙ nõ p. l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. Oldra. & Iacob. de
arena. tenent ꝯtrium, licet cõis modus eſt per executorẽ hoc
5 fieri, vt in l. ſi is cui. § miſſus. ff. vt in poſſe. l. † & ꝙ qs poſſit eſſe
nuncius in re ſua, probatur in l. cũ qui. §. ſi epiſtola. ff de furtis.
& idẽ tenet Bar. in d. l. iuſſe. non ob. motiuũ ꝯrium q̃ loqui
tur, qđ ſibi in ſe ſua demãdaretur iuriſdictio. ſed hic ſola exe-
cutio facti, demandatur, qđ fieri põt per ꝑdicta & hoc idẽ te-
net Bal. in l. nec ex vera. C. de acqui. poſſe. & iſtã. partẽ ego te-
neo, pro qua ẽt induco gl. in l. meminerint. C. vñ vi. facit ẽt. l.
dotis. C. ſolu. ma. & probatur ꝑ text. in c. cũ olim el. 2. de offi.
deleg. vbi principalis fuit deputatus nuncius ad deferendum
papæ proceſſũ remiſſionis, q̃ fiebat per iudices delegatos, ve-
rũ tñ cautius, & honeſtius, ad huiuſmodi deputãtur alii nun
cij q̃ ipſemet partes principales, vbi tñ pars non haberet hãc
auctoritatem a iudice, non dẽt ſua propria auctoritate poſ-
ſeſſionẽ rei ſibi adiudicatę intrare, vt eſt tex. in l. miles. §. q. in
dicati, ff. de reiudi. facit. l. q. reſtituere. in princi. ff. de rei. ven.

S V M M A R I V M.

5 *Nuntius an ſine iudicis ſpeciali mandata ex ſolo officio ſibi generaliter iniuncto citare poſſit, & nu. ſeq.*
3 *Citatio ad partis petitionem, & iudicis mandata fieri debet.*
4 *Iuriſdictio iudicii per citationem primam perpetuatur.*

Quæſt. III.

1 Tertio quæro † an ſine mandato ſpeciali iudicis poſſit
nuncius citare ex ſolo officio ſibi generaliter in
iuncto Inno. in c. qm ꝯ. de probatio. quẽ ſequitur Io. And. di-
cit ꝙ nuncius publicus generalis põt citare ſine ſpeciali cõ-
miſſione, ſed Cyn. in l. neminem. C. de exhiben re. dicit ꝯtriũ,
qđ probat ꝑ illũ tex. idẽ ſequitur Io. And in additio. ad Spec.
2 ti. de dilat. in princip. Bal. tñ in l. ſi qñ. C. de teſtibus, † dicit ꝙ in
citatione reali, puta in captura perſonæ, requiritur ſpecialis
commiſſio iudicis, & ſic intelligitur d. l. neminem. ſed in ci-
tatione uerbali, refert aut requirit cauſæ cognitionẽ, ſeu iu-
dicis motum, & idẽ dicendũ eſt, aut non requirit cauſæ co-
gnitionẽ, ſicut eſt in ſimplici citatione ad comparendum in
cã corã iudice, & tunc põt ſaluari opinio Inno. vt ſufficiat ge
neralis auctoritas nuncii ſine ſpeciali commiſſione, & ſic di-
cit ſeruari Florentię, de cõſuetudine, ego putarẽ requiri ſem-
3 per de iuris rigore cõmiſſionẽ iudicis ad citandũ, † citatio. n.
dẽt fieri ad petitionẽ partis, & de mandato iudicis, vt in c. 1.
de iudi. & c. propoſuiſti. de fo. cõp. appellatur ẽt interlocuto-
ria illud mãdatũ de citãdo. vt in l. cũ clericis. C. de epi. & cle.
4 ergo per iudicem debet ferri. † Præterea per primam citatio-
nẽ perpetuatur iuriſdictio iudicis, de officio deleg. ꝑgratum
& ẽt ꝓuenitur, ut in d. c. propoſuiſti. ff. de iudi. l. ſi quis poſtea,
& de vtroq; eſt gl. cle. 2. vt lite penden. Ex quo innuitur, ꝙ ille
actus dẽt emanare a iudice, vbi tñ in verbali citatione vſus
induxiſſet ꝯtriũ, ego acquieſcerẽ conſuetudini, & ſtilo, quẽad
modũ corã nobis faciunt curſores papæ, q̃ de ꝯſuetudine ad
ſolã partis requiſitionẽ ſine ſpeciali mandato noſtro citant.

S V M M A R I V M.

1 *Nuntio citanti, an citatus credere teneatur, & infra numero quinto.*
2 *Nuntij in aliquibus partibus certa ſigna, quibus cognoſcuntur habent.*
Nuntijs extra prouinciam citantibus ſine literis credendum non eſt.
3 *Nuntius cum aliquem grauat puta pignorando, literas habere debet.*
4 *Nuntius deputatus ad mittendum aliquem in poſſeſſionem, ſi eam per alium occupatam inuenit, violenter illum expellere non debet.*
5 *Nuntius, ſi literas non habet, perſonas clariſſimas citrare non poteſt.*
7 *Citatio in maioribus cauſis per nuntios duos fieri debet.*
8 *Citatio aliquando non per literas, ſed per ſigilla fieri ſolet.*
9 *Nuntio delegatorum ſine literis credendum non eſt.*
10 *Actor an poſſit literas citatorias portare, ut eas reo intimet.*

Quæſt. IIII.

1 Quarto quæro † an citatus teneatur credere nuncio ci-
tanti, dicas ſecundum Bartolum in dicta ex-
trauaganti ad reprimendam. ver. per nuncium, ex quo in cu-
ria talis iudicis deputatur ille nuncius, poterit citare quoſcũ-
que ſubditos iudicis intra territoriũ, & in eadem prouincia,
nec eis aliter fides debet fieri, & iſtud dic. Barto. coadiuuari
poteſt. per ea quæ not. Innocen. in cap. quoniam contra, de

probat, ubi tenet nunciũ citantẽ debere cum litteris iudicis
citare, niſi ſit gñralis nuncius ad faciendas citationes deputa-
2 tus, † in multis tñ partibus ſeruatur, ꝙ tales habẽt certa ſigna
quibus cognoſcantur, vtpote in curia Romana habent illas
bachetas nodoſas, & ſi huiuſmodi officiales ſine inſignis p̃-
dictis uenientes, uel literis iudicũ, uellent aliquã executionẽ
facere in p̃iudiciũ partis, poſſit eis reſiſti uiolenter, ut in l. itẽ
apud labeonẽ. §. ſi qs virgines. ff. de iniu. iuncta. l. ſi qs ignorãs.
ff. loca. ſm Bar. in l. prohibitũ. C. de iure fiſci. li. 10. dicit tñ Bar.
in d. uer. per nunciũ, ꝙ ſi ipſi citarẽt extra prouintiã nõ eſſet
eis credẽdũ ſine literis, ut in §. eos in auctenti. de collatio. col.
3 9. facit ẽt l. unica. C. de mãda. princi. † adde ẽt ꝙ ubi nuncius
uult aliquẽ grauare realiter, utputa pignorando eũ, uel exigẽ
do res aliquas ab eo, tũc requirit, ꝙ nuncius hẽat literas, qa
agit de magno p̃iudicio. ut in l. miſſi oppinatores. C. de exac.
tribu. & l. facultas. C. de iure fiſci. li. 10. imo ſi ſine literis talia
uellet attentare, poſſet ei uiolenter reſiſti per d. l. facultas. ad
4 qd ẽt induco gl. notab. in c. ex literis, de offic. deleg. † adde ẽt
iuxta hoc, ꝙ ſi iudex deputauit aliquẽ nudũ miniſtrũ ad mit
tendũ aliũ in poſſeſſionẽ beneficii, ſiue alterius rei, & hanc
poſſeſſionẽ nuncius reperit occupatã p aliũ, nõ dẽt illũ uiolẽ
ter expellere de poſſeſſione, niſi hoc eſſet ſibi expreſſe cõmiſ
ſum, qđ tñ raro, & nõ ſine cã cõmittendũ eſt, qđ procedit ẽt
ſi ille poſſeſſor nõ eſſet corporaliter in re poſſeſſa. ubi tñ ſnĩa
lata eſſet p̃ſentibus partib. ꝯ poſſeſſorẽ, tunc uiator ſiue nun
cius a iudice miſſus poterit dare poſſeſſionẽ, quã alius tenet
maxime ſi ſine uiolentia hoc fieri põt. p̃dicta in hac additio-
ne poſita tenet Inn. in c. cum olim el. 2. de priuileg. in uer. per
5 portatũ. † ubi tñ verbotenus uellet citare partẽ ut cõpareat
corã iudice, tũc eſſet ſibi credendũ, ſi notus eſſet, & ſic intelli
gant ea q̃ p̃miſimus. p quo ẽt facit gl. in l. ſed & interpellatur.
ff. de arbi. ſi aũt eſſet ignotus utputa, quia ad aliã prouintiã
tranſmittebatur, tũc eſſet litera neceſſaria, ut in l. palatinos. C.
6 de cola. ſun. fiſca. li. 11. & ibi tenet Bar. † itẽ clariſſime pſonæ
nõ poſſunt citari p nunciũ ſolũ, ſi nõ hẽat literas. p quo facit
tex. iuncta gl. in l. quotiens. C. de digni. li. 12. & ibi tenet Bart.
refert tñ Specu. in ti. de citatione. §. ſequit. uer. 1. in fi. uber. de
7 bona curio. dixiſſe, † ꝙ licet in minorib. cauſis iudex poſſit ci
tare p unũ nunciũ tñ ſm conſiliũ ſuũ in maiorib. fieret cita-
tio p duos. C. de appellatio. in offerendis, 4. q. 3. ubi numerus.
8 & c. in oĩ negocio. de teſti. † Conſueuerunt ẽt aliq iudices ci-
tare nõ per literas, ſed p ſigilla ſua, q̃ ad citationes hẽnt depu
tata, & ſic eſt de more in ciuitate Salamantina. & hoc de iu-
re admittitur. ita not. gl. quã ſequuntur docto. in c. ſignifica-
9 uit. de appellatio. prædicta pcedunt in iudice ordinario, † nã
nuncio delegatorũ nõ eſt credendũ ſine literis, de offi. deleg.
prudentiã in princi. facit qđ no. Specu. ti. de citatione. §. 1. ſub
iungit tñ ibi, ꝙ ſi citaret p certũ, & notũ nunciũ, credendum
eſſet illi ẽt ſine literis, ad qđ faciunt ea q̃ de ordinario citan-
10 te p nunciũ ſuperius dicta ſunt, † vbi aũt p literas iudicis fit
citatio indubitãter tenendũ eſt, ꝙ nõ eſt neceſſarius nuncius
publicus, ſed p quẽcunq; fieri poterit, ſatis eſt. n. ꝙ citatus vi-
det literas iudicis, vñ credere dẽt, ꝙ ille q eas defert, eſt nun-
cius miſſus a iudice. ar. ff. de leg. 1. l. ſeruũ filii. §. eũ q cirogra-
11 fum. & C. de donatio. l. 1. † Sed q̃ro, an actor ipſe poterit porta
re literas citatorias, ut intimet reo. & videtur expreſſum ꝙ
ſic. ff. de fur. eũ q §. ſi epiſtola verſ. ſed ſi interfuit, ubi quis pro
ſeipſo portat epiſtolam, ſi tñ pars negaret literas fuiſſe ſibi p̃-
ſentatas, oporteret, quod per legitimas probationes de hoc
conſtaret, ſecundũ Bart. in dicta extraua. in verſic. per literas.

SVMMARIVM.

1 *Nuntio dicenti aliquem citaſſe, an iudex credere debeat.*
2 *Nuntius ſi, partem citatam eſſe referat, an contrarium probari poſſit per iuramentum partis dicentis non fuiſſe citatam, vt infra nu. ſeq.*
4 *Nuntio non creditur extra ſuum officium.*
5 *Nuntius ſi dicat ſe certo modo retuliſſe, & notarius contrarium ſcripſit, cui magis credendum ſit.*
6 *Nuntius ſi primo vnum, poſtea contrarium dicat, dicto primo ſtandum eſt. Nuntius publicus abſente iudice referre poteſt.*
7 *Nuntij relatio late ſcribi debet. Pro nuntij verbis, nec teſtis non p̃ſumitur.*
8 *Relatio obſcura, & incerta non ſufficit.*

Quæſt. V.

1 Quinto quæro † an iudex debeat credere nuncio dicen
ti ſe aliquẽ citaſſe, & in hoc excludo vnũ ca-
ſum indubitabilẽ qa ubi literæ ſunt neceſſariæ, ꝙ qñ ſit, la
te dictũ eſt in pximo articulo, illo caſu nuncio nõ credet, re-
manet ergo dubitatio, vbi p nunciũ põt legitime fieri cita-
tio. & glo. cõiter tenuerunt, ꝙ ei credatur quo vſq; probet ꝯtrũ
vt voluit glo. c. propoſuiſti. 82. di. c. 2. in §. itẽ teſtes. 4. q. 3. & ꝙ
credatur ei ſi ſit nuncius iuratus tenet gl. in c. cũ parati. de ap
pellatio. idẽ tenet Bar. in l. 1. §. cura carnis. ff. de offi. præfec. vr.
2 & in l. magis puto. §. illud. ff. de re. co. † fuerunt tñ aliq doct.
antiqui dicentes, ꝙ p ſolũ iuramentũ partis negantis ſe fuiſ-
ſe citatã, pbaretur ꝯtrũ eius qđ nuncius referebat. ſed Hoſt.
in d. c. cũ parati dicit ꝙ hoc arbitrabitur bonus iudex habito
3 reſpectu ad cauſæ quantitatẽ, & perſonarũ qualitatẽ, † quid
enim ſi nuncius dicit ſe citaſſe epm, & eps iurat ſe nunq̃ ab
illo citatum, credemus ne potius nuncio vili q̃ epõ iurato, di-
cit, tñ Io. And. in addi. ad Specu. tit. de citatione. §. ſequitur, ꝙ
caueat iudex in hoc ꝙ recte arbitretur, nam ſi male arbitrare
tur, grauatus poſſet appellare, & iudex appellationis reuoca-
ret grauamen pbatis corã eo circunſtantiis, ex quibus cõlliget
4 primũ iudicẽ aliter debuiſſe arbitrari. † & quod diximus cre-
di debere nuncio, intelligendũ eſt de citatione, ſed ſi extra
eã aliqd aſſereret, vtputa ꝙ pars ſibi dixerat ſe nolle venire,
uel ꝙ citatus intulit ſibi iniuriã nõ crederet ſibi, rõ eſt, qa ſuf
ficit ſibi credi in officio ſuo, ſ. ꝙ citauerit, non ergo in aliis q̃
ab hoc ſunt ſeparata, nec poſſunt dici annexa. qa ſine iſtis per
5 fecta eſt citatio. ita tenet dñs Ant. in d. c. cũ parati. † Sed quid
ſi nuncius dicit ſe certo mõ retuliſſe, & notarius ꝯtrũ ſcripſit
cui erit magis credendũ, an notario vel nuncio? Io. Andr. in
addi. ad Spec. ti. de inſtru. edit. §. nunc dicendũ refert Cyn. in
l. ſi quis decurio. C. de fal. poſt Iacob. de Are. tenere ex quali-
tate perſonarũ hoc debere iudicari, vñ ſi tabelio ex prius ge-
ſtis eſt ſuſpectus, potius credetur nuncio, ſed ubi hoc ceſſaret
in dubio, ſtaretur ſcripturę notarij. ff. de libe. cau. diui fratres.
6 ff. de legi. tu. l. legitimos † qd tñ ſi nuncius eſt ſibi ꝯtrius, qa pri
mo dixit vnũ, poſtea dicit ꝯtrũ. Solutio ſtãdũ eſt primo d. ar.
c. p tuas. de probatio. & c. literas. de p̃ſumptio. ita tenet Bart.
in conſ. 86. & iſte nuncius publicus põt referre ambaſiatã ſuã
notario cauſæ ẽt abſente iudice qñ nõ requiritur in hoc cau
ſæ cognitio. ſed eſt quędã relatio. ita no. Bal. in l. præcipimus.
7 C. de appellatio. † Aduertendũ tñ, ꝙ relatio nuncii dẽt ſcribi-
late, ita ꝙ in ea exprimatur forma q̃ in citatione fuit ſeruata
per extenſum, alias nõ ſufficeret, licet. n. pro verbis iudicis p̃-
ſumatur, quatenus natura uerborũ eſt apta cõprehendere,
nõ tñ ſic eſt in uerbis nuncii, ſicut dicimus in teſte. C. de viu.
l. 1. & in l. ſciendũ de verbo. oblig. & ibi not. ita not. Bart. in l.
8 4. §. prætor ait. ff. de dam. infec. † ex quo infero, ꝙ ſi cõmiſſa
rius deputatus ad executionẽ citationis in partib. dicat cita-
tionẽ executã, prout in literis cõtinetur, non ſufficit, quia ta
lis relatio eſt incerta & obſcura, & hoc vltimũ tenet Egid. de
9 Bela. deciſio. 209. † qualiter aũt puniendi ſunt, ſi negligenter,
uel infideliter tales nuncij ſe hẽant in officio ſuo, determina
tur p tex. in l. fi. C. de ſpor. remouendi. n. ſunt, & alij idonei lo
co eorũ ponendi, & mulctandi pecunialiter, qđ fieri põt per
quoſcunq; iudices ẽt delegatos, iuxta diſtinctionẽ illius tex.
immo & corporaliter puniuntur, quia tamen delegati iudi-
ces has pœnas corporales imponere nequeunt, ad ſuperiores
iudices hoc referre dẽnt, quatenus officio exuti, pęnas ſuant
corporales, ut ſciant cauſas non eſſe a ſe deludendas, nec lu-
cri gratia, aliquod eis vicium imponendum, hæc pauca di-
xiſſe ſufficiat ad honorem domini noſtri Ieſu Chriſti, cui eſt
honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

TRACTATVS DE Præſtantia Patriarchali

R. D. MATTIAE VGONII EPISCOPI.

Reuerendiſsimo in Chriſto Patri, & D. D. Marco Sacroſan. Rom. Eccl. Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali. Cornelio Veneto D. ſemper colendiſsimo. Matthias Vgonius Brixianus Phamaauguſtæ Epiſc. inter iuris profeſſores minimus, commendationem, & perpetuam reuerentiam. D.

PArua puſillus præſtãtię tuę aſcripticius, affert munuſcula, ſiue vrbana ſint, ſiue ruſticula. Reuerendiſſime Pater Conſtãtinopoleos Patriarcha, ac princeps, & D. ſemper auguſtę. Salutãdus omnino occurrebas hoc nouicio patriarchatus titulo, ab omnibus æque, ſed a nobis aulicis, & mancipiolis tuis in primis illico, ubi renunciatum eſt te nõ immerito, eo ampliſſimæ dignitatis munere, Deo Optimo, Iulio Pont. Maximo,

mo. Maximo uirtute ꝓpria, ac totius ſacri ſenatus ſuffragiis bene iuuantibus auctum fuiſſe. Nō aliter tamen, ꝙ parthico more, & inſtituto. Vt. n. parthi reges principeſque ſuos ſine munuſculi alicuius libamine ſalutari prohibebāt, ita & nos qui orthodoxæ fidei diuinis inſtitutis philoſophamur, ſancti prophetæ edicto monemur, Ne in conſpectu Dñi Dei nři uacui apparere debeamus. Hoc illi, vt rñderet ꝗ;ū eorū reges, ꝗ in terris Diis immortalib. ſiſes credebāt, cæteris p̄ſtarēt hominib. Nos uero, ut atteſtamur utriuſq; hoīs noſtra ꝑa oīa Dei Opt. max. eſſe, ac oē datū optimū & oē donū ꝑfectū deſurſum a patre luminū deſcendere. Quo factū eſt, ut ea cōſideratione ipſius regis regū, & Dñi Dominātiū maieſtatē, uarius interdū agrorū quadrupedūue primitiis, immaculatarū nōnunꝗ hoſtiarū admirabili diuinoq; ſacro, Et ſæpiuſculæ hymnis, laudib. & cāticis in humilitate, & ſyncęritate cordis nři placere, nobiſq; iugiter, poſt innumerabilia piacula nřa, reꝯciliare ſtudeamus. cū iſthæc igiř mecū p̄ſiculatē, hortari me oīa & ꝑſuadere, imo quodā quaſi œſtro, & ꝑtinaci ſtimulo impellerre, trahereq; videbantur, ut dignitatem tuam pari modo ſalutarem. Sed ubi conſilii decretum adnuili, cœpi tunc demum in me ipſum deſcendere, uireſque omniſque omnis ingenioli, ac fortunarum mearum diligētius intueri, quæ licet imbecilli earum tenuitate me in ipſo exordio iāſuper deterruiſſent, ubi tamen econtra, tanquam fulgentiſſimum te ſidus erraticum ſummo rerum in faſtigio conſtitutum Nihilque in me eſſe, quod celſitudini dignitatis tuæ conſentaneum uideretur agnoui, pœnituit, ut uerum fatear ſententiam accepiſſe, & profecto niſi manſuetudinis tuæ uerisſimilis hæc perſuaſio pedem me ſiſtere coegiſſet, ſtatuēdū mihi fuiſſet, te ineptis ſtrangulatiſque duobus aut trib. uerbulis fronte perfricata, paganorū more ſalutare. Cęterum ubi humanitatem, clæmētiam, perſpicuamque corneliorū munificētiam, qua, bona cum aliorum omnium uenia, ꝗui noſtri principes facillime ſuperas, recenſui, ſtatui omnino hoc ſaltem ineptiarum mearum enchendiolo, quod nuperrime de patriarchali præſtantia. cum Bonfilio noſtro, uiro eruditiſſimo, cubiculi tui ſilētiario optimo, tuæq; dignitatis ſtudioſiſſimo in uaticano luſitauimus, illico gratulari. Vt hoc ſaltem qualicūq; panegyrico, mens optima eruditioris amplioriſue muneris defectum atteſtaretur, ac perpetuo te colere & nō deſiſteret Quare ne ambitioſa forte oratione eruditiſſimas aures tuas diutius offendam, accipe, ſi placet, agelli huius nři, non forte bene culti. præfationis, ac muneris loco, vaccinia, qualiacūq; ſint, atq; humi naſcentia fraga, Itaq; benigna, ac ſerena, ut ſemper ſoles, fronte, Nos de te loquentes audi. Qđ ſi parua hæc dignitatis tuæ frontiſpicia probaueris, ſeu potius nigro obeliſco, acerrimo illo tuo iudicio pumicāda ſignaueris, dabis audaciores poſt hac uires, ſtudium maius, animumque potentiorem ut diſcam teneros crulis infringere deures.

Phamaugustanus Bonfilius interlocutores.

QVid rides Bonfili? quid geſtis? Quid frontem lepide ſerenas, & te mihi totum exhilaras. Habes ne quicꝗ in penetralibus quod in publicum, exire poſſit.

BONFI. Tu ſolus iſthæc nřa, quę publice decantantur, ignoras gaudia.

PHA. De gallo forte ſuccinis.

BONF Hem, qđ de gallo. Imo de cornelio inquā ego, Hero, principiq; noſtro, quē pleno patrū in ꝯſeſſu Iulius Pont. Max. prælibaris & Rei. p. uneneræ, & gentis cornelię, & ipſius laudib. ꝑelariſſimis, patriarcham Conſtantinopolitanum, totius ſacri ſenatus ſuffragiis in ſententiam euntib. nuperrime deſignauit.

PHA. Sciebam hoc, & propterea de gallo ſcomatis grā, nō abre, uerbū feci. Erythrea. n. Sibilla magnifico illo in uaticinio, ꝙ illuſtriſsimę turbæ danuū decātaſſe uř. Conſtantinopolitanę urbis excidium deplorans inquit. in bizātio gallus nō cantabit. & Hircus nō ballabit Pro gallo patriarcham, ꝙ Galero uertice purpureo, quadripartitis crucis Dominicæ Chriſtis inſigniretur, ſeu ꝙ is puigil ouium ſuarū cuſtos, tanquam ales excubitor, contra hæreſeon tenebras, quæ in oriētali ecleſia maxime pullulabāt, die noctuq; diuinas laudes argutiſſime decātando, dormitantes populos ſuos argueret obſecraret, increparet, & lucem illuminantem omnem hominem uenientem in hunc mundum ꝑdiceret. Hircū uero imperatorē appellabat ꝙ Hircinam barbā. græcorum more geſtās ſponſam ſuam, hoc eſt Ro. imperium, in alterius gentis amplexus, tranſuerſa euentib. hirqs, ſua ignauia, ſuiſq; delictis, ita exigentib. tranſferri permitteret.

BONFIL. Vafredictū, ſed poſteaꝗ expectando ſacri conſiſtorii miſſionem ocii ſtud habemus. dic, ſi placet, Laconice aliꝗ ex his q̄ vřorū canonū iureconſulti de patriarchalis dignitatis p̄ſtātia ꝯſcribūt, ne fuerim inutili ocio ipſi ꝯteramus.

PHA. Cupio mi Bonfili & tibi & his viris optimis, qui tecum ſunt, quique placides aures præbuiſſe, & intenti ora tenere videntur, morem gerere, Sed ſatis vereor, ne ſacri ſenatus abitio paucula illa, quę pro temporis anguſtia ſabantiq; memoriæ imbecillitare dici poſſent, intercipiat.

BONFIL. Nihil eſt quod nobis dubitandum ſit, quoniam, ut audio ardua quædam negocia ſuperuenere ꝗ ponti. Max. æquo forte longiorem moram inicient.

PHA. Poſteaquam igitur ita animo ſedet, expertar nouo quodam dicēdi genere aliqua ex multis, quæ uberrimo hoc in tractatu dici poſsent recēſere. Sed quoniam omnis, quæ a rōne ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, dēt a diffinitione proficiſci, ut intelligař qđ ſit de quo diſputetur, prout ſuis in officiis tuus inquit Cice. & ꝓſequitur iuriſcōſultus. ff. de ori. iur. l. 1. Præmittendum nobis erit, quod patriarcha patrum, hoc eſt ep̄orū princeps appellatur. 21. diſ. cleros. Non tñ poſt hoc græcanicū nomen, Ep̄orū uel ſacerdotum principem, aut ſummum ſacerdotem latine, uel incompoſite appellari permittunt eum ſacri canones, ſicut ēt nephas eſſe perhibent, quod Ro. pon. uel patriarchæ ſeſe vľes pontifices inſcribant. Quia, ut inquit pelagius eadem 21. diſt. c. nullus, ſi vnus patriarcha vľis dř, cæteris derogatur. Et Greg. ſcribens patriarchæ Alexandrino ea diſ. cap. ecce. ſuperbe, inquit, appellationis uerbum, uniuerſalem me papam dicens, imprimere curaſti. & infra Ego autem nō verbis quæro proſperari, ſed moribus, Nec honorem eſſe deputo, in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco. Meus nanque eſt honor uniuerſalis eccle. meus honor eſt fratrum meorum ſolidus uigor, Tunc ego honoratus ſum cum ſingulis quibuſque honor debitus non negatur. Si. n. me vniuerſalem papam ueſtra ſanctitas dicit, Negat ſe hoc eſſe, quod me fatetur vniuerſum. ſed abſit hoc. recedant uerba, quæ ueritatem inflāt & caritatem vulnerant. Hæc ille. Poſſunt tñ patriarchæ primæ ſedis prouinciarum ſuarum ep̄i nuncupari. 99. diſ. primæ ſedis ep̄s Poſſunt & primates dici. Nam licet primas, & patriarcha diuerſorum ſint nominum, eiuſdem tamen q̄nq; ſunt officii, ſi large huiuſmodi nomina conſideremus, ſecus uero ſi ſtricte, & proprie accipiantur. 99. diſt. in. de primatibus Si. n. ſacrorum canonum inſtituta ſcrutari libeat, apparebit nimirum Patriarchas proprie & ſtrictæ loquendo eſſe tantummodo quatuor eoſque, maioris eſſe dignitatis & iuriſdictionis, quā ſint omnes alii primates, ut inquit Spec. de om. iudi. ver. ſecundum canones. Et no. extra de priuileg antiqua. & 22. di. ꝑ 10. Et per eundē Spe. ti. de diſpenſa. §. ſunt quoq; ver. & no. ubi dicit ꝙ primas & patriarcha idē ſūt, licet noīa ſint diuerſa Nec eſt inter eos realis drīa, ſed vocalis 99. diſ. ꝓuinciæ. Sed ꝙ nihilominus quatuor iſti principales proprie uocātur patriarchæ videlicet Conſtantinopolitanus. Alexandrinus Antiochenus. & Hieroſolymitanus. Et ſubdit ꝙ alii oēs ꝓprie appellanř primates. vt Aquileien. Gradens. Toletanus. Cantuarien. Bituricen. & ſimiles. 9 q. 2. nullus primas. Iſti tñ primates, ut ipſe ꝓſequiř improprie q̄nq; vocanř patriarchę. Nulli tñ archiep̄i primates vocari poſſunt, niſi illi qui primas ſedes tenent, ut inquit text. ea. diſt. nulli. Iſti igitur quatuor principales patriarchæ ꝑp amꝑliorē dignitatē, & iuriſdictionis prærogatiuā poſſunt et ſuper illuſtres appellari, ut inquit idē Spe. d. ti. de iuriſ. om. iudi. uer ſm cano alleg. 99 diſ. ꝑ 10. extra de priuile. antiqua 93. diſ. c. 1. & de offi. leg. officii. li. 6. in ſi Maximi. n iudices, vt papa, imperator. & ſm cū, quatuor patriarchæ prædicti ſuperilluſtres appellanř 96. diſ. duo. 6. q. 1. in apibus 9. q 3. cuncta ꝑ mundū ff. ad l. Rodi de iac. deprecatio. Conſueuerunt ēt ſacri cano. iſtos patriarchas q̄nq; uocare antiſtites. d. c. antiqua. Quod tñ nomen, ut inquit Ab. panor. ibi, multū eſt cōe ep̄is & aliis ſuperiorib. cū Antiſtes dicař quaſi anteſtans Retinēt quoq; patriarchæ ipſi q̄nq; priſca ep̄orum vel archiep̄orū noīa. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus nulli. Et in aūt. de eccle ti. in prin. & alibi. Et ꝑꝑea patriarcha Conſtantinopolitanus Maximus q̄nq; appellař ep̄s. 19. diſt. c. ſi. Aliqñ uero primæ Iuſtinianæ vrbis ep̄s dř. 16. q. 1. frater nř. Imo interdū papa Romanorū nuncupař. 24. q. 2. Sane profeciť. Ibi liē Romanorū ēt eccleſia. ante paucos annos dioſcorū, ꝗ fuit papa eiuſdē ecc. ēt poſt eius mortē Anathematizauit &c. Qđ iō forte dici potuit, ꝗ a vrbs Conſtantinopolitana dicta fuit noua Roma ut infra patebit, & Græci ipſi Romani ꝑꝑea appellabanř Licet poſt amiſſum imperiū nō amplius Romani ſed Romæi ludibrii forte gratia, nūcupati fuerint. Dictæ quoque ſedes patriarchales, interdū ſedes apoſtolicę dictæ fuere. Vt docet tex. 1. q. 7. conuenientib. ibi. Et Tharraſco archiep̄o Conſtantinopolitano & Ioannæ & Thoma apocriſariis apoſtolicarum ſedium orientalium. Quod quidē ratione non ca

ret: Cum & ipſe patriarchales ſedes a beato Petro & ab aliis Chriſti apoſtolis inſtitutæ & eorum pontificio iniciatæ fuerint, prout ſtatim apperebit.

BONFIL. Egregie uI hæc omnia teneo. Sed vnde quæſo patriarchæ, ſiue primates iſti habuerunt originem?

PHA. Poſſem, niſi tpis inſtantia arctaremur, hoc loco recenſere quõ Abrahã, Iſaac, Iacob, Moiſes, & Aaron. Aliiq; plerique antiquorũ in lege veteri Patriarchæ, primates, pontifices ſacerdotes aut leuitæ fuerint. Ge. 15. Exodi. 31. & leuitici quaſi p to. 21 di. in prima. 22. diſ. ſacroſan. tam. & alibi. Quõ Chriſtus Dei filius agens in humanis ſummus ſacerdos, & patriarcha fuerit. Quõ et ipſe apoſtolos, diſcipuloſq; ſuos, epõs archiepõs, primates, patriarcaſq; ac ſimplices quoſdã eorũ ſacerdotes deſignauerit. Et beatũ Petrũ apoſtolorũ & epõrũ omnium principẽ eſſe voluerit. 21. diſt. in nouo, & c. ſeq. 1. diſt. conſiderandũ. 24. q. 1. manet. Et c. quodcũq; 92. di. legimus. ubi bo. gl. 75. diſ. ubi ẽt gl. dicit ꝙ Paulus & Barnabas fuerunt epi. Quõ idẽ Petrus primã patriarchis ſedẽ apud Antiochiam erexerit, illiq; annis ſeptẽ præfuerit. Vbi ẽt celebrato apoſtolorũ cõcilio primũ chriſtianorũ nomen originẽ habuit, cũ antea non chriſtiani, ſed diſcipuli, & fratres oẽs nuncuparentur, vt l. & no. in d. c. ſacroſan. & 7. q. 1 mutationes 24 q. 1. rogamus, & 22. di. renouãtes. Quõ ſubinde idẽ Petrus pfecto Antiochiæ Ignatio Patriarcha. ipſe Angeli iuſſu nutu Dei maximi Romam contenderit, hicque primam fidei noſtræ ſedem patriarchalẽ collocauerit. Cui annos. 25. menſes. 7. & dies. 7. Deo bene adiuuante ſanctiſſime præfuit. Ac deinum ſæuiente Neronis perſecutione illam ſanguine ſui martyrio cõſecrauit, anno poſt Chriſti obitum. 28. Vbi & Paulus uas electionis eadem die pro Chriſto ſanguinem fudit. 21. diſt. quamuis 22. diſt. ſacroſan. & 2. quæ. 7. beati. & in cap. fundamenta de elec. in 6. ubi ẽt per Archi. Quomodo etiam beatus Iacobus apoſtolus & domini frater, ſecundum carnem, iuſtus cognomine nominatus ab ipſo Petro altero Iacobo, & Ioanne apoſtolis. primus eccleſiæ Hieroſolimitanæ Epiſcopus ſeu patriarcha fuit ordinatus. 66. diſt. porro, de conſe. diſt. 1. Iacobus. Ex cuius quidem conſecratione eccleſia traditionem accepit ac epiſcopis omnibus formam dedit, ut minus quam a trib. epiſcopis conſecrationes eorum non celebrarentur. Vnde epi nõ ſunt qui minus quam a tribus ordinati ſunt epiſcopis, Quia prohibitum eſt a ſanctis patribus, ut qui ab uno uel a duobus ſunt ordinati epiſcopis non nominentur epiſcopi, quod ſi nomen non habent qualiter officium habebunt, Vt inquit formaliter tex. 68. diſt. corepiſcopi. §. quod autem. Vnde ſi quis forte ab uno electo non conſecrato, & a duob. epiſcopis conſecratis conſecraretur, non poſſet dici rite conſecratus, quia qui ab illo conſecratur, quem non conſtat ius conſecrandi habuiſſe, iterum conſecrandus eſt. Quia ſi ille ius conſecrandi non habuit, Iſte ex olei effuſione nil cõſecrationis accepit, ut dixit tex ad literam. 68. di. præsbyteri. § Qđ ergo. Sed quoniam iſthæc omnia altiorem requirerent indaginem, redeundo ad propoſitam quæſtiunculam, ut propius accedamus, De patriarcharum, ſeu primatum origine tibi luculenter reſpondet Lucius papa. 80. diſt. urbes, Dum in inquit. Vrbes & loca in quibus primates præſidere debent, non a modernis, ſed multis ante Chriſti aduentum ſtatutæ ſunt temporib. Quarum primates gentiles ẽt pro maioribus negociis appellabant. in ipſis uero urbibus poſt aduentum Chriſti, apoſtoli & eorum ſucceſſores patriarchas & primates poſuerunt. Ad quos epiſcoporum negocia, ſalua tamen in omnibus apoſtolica auctoritate, & maiores cauſę poſt apoſtolicam ſedem ſunt referendæ. Quod quidem & clemens papa. c. ſeq. affirmat dicens. in illis uero ciuitatibus in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum atque primi legis doctores erant. epiſcoporũ primates vel patriarchas beatus Petrus poni pcepit, qui reliquorum cauſas epiſcoporum & maiora negocia in fide agitarent. In illis autem, in quib. dudum apud prædictos ethnicos, erant eorum Archiflamines, quos tamen minores eſſe tenebant, quam memoratos primates, Archiepiſcopos inſtitui pcepit. in ſingulis uero reliquis ciuitatibus ſingulos, & non plures epiſcopos, poni præcepit, qui epiſcoporum tantum vocabula ſortirenẽ. Quoniam neque inter ipſos apoſtolos par fuit inſtitutio, ſed unus prefuit omnibus.

BONFIL. Plures ergo ſunt iſti patriarchæ.

PHA. Si de primariis, ueris, & maximis patriarchis loquimur, quatuor ſunt prout ſupra meminimus, ſeu quinque ſtã ut circunſpectius loquamur, uidelicet. ſanctiſſimus papa ſenioris Romę. Conſtantinopoleos. Alexandriæ, Antiochiæ, & Hieroſolimorum, ut inquit tex. 22. diſt. ca h. & c. ſacroſan. c. de Conſtatinopolitana. & c. renouantes, & extra. de priuileg. antiqua. Reliq uero primates, qui priuilegio, uel uſu patriarchale, nomen uendicauerunt, licet temporum uiciſſitudine quandoque primatum, aliquando Archiepiſcoporum & interdum Epiſcoporum inter ſeſe nomina confundant, plures fuere. Sed mihi in pñtia ſex tm̃ occurrunt. uidelicet Aquileiẽ. Graden. Bituricẽ. Cantuaricen. Toletanus, & Piſanus. Ex quib. tñ omnib. Aquileien. & Graden. Patriarchalia ſibi cõſtantius nomina retinuere. De aquileiẽ. aũt ſcribit Archid. 21. diſt. in c. cleros, meminit text. 9 q. 3. nunc uero vbi papa eum commonet ut eumens. eccleſiæ Antiſtitem in cõſecratione diutius protelare nolit, quia alias ab eo conſecratus abibit, per quod manifeſto colligitur, quod epiſcopus Cumanus ſubeſt Patriarchatui Aquileien. de graden. loquitur tex. 22. diſt. erubeſcant in ſuſcriptione. & in c. ex. literis. de offic. dele. Et q̃uis glo. in c. in illis. 80. diſ. dicat patriarchã Graden. non eſſe patriarcham Venetiarum, quia locus Gradi multũ diſtet a uenetiis. Tamen Petrus de monte epiſcopus noſter brixianus ſuo in repertorio in uerſic. patriarcha. dicit Nicolaum. V. ſuis. temporibus uniſſe patriarchatum graden. & epiſcopatum Venetiarum. Et propterea credit ipſe quod amplius nõ uocetur Patriarcha Graden. ſed patriarcha Venetiarum, & bene, quia id hodie in communem ſniam ſine ſcrupulo receptum fuit. de Bituricen. habetur. 9. q. 3. conqueſtus & in c. nunc vero. Et meminit glo. 22. diſt. diffinimus. & alibi. de Cantuarien. facit uerbũ gl. 21. diſt. cleros. in uerſi. Archiepiſcopis. Toletano patriarchii, ſeu primatię priuilegiũ conceſſiſſe uidetur. concilium Toletanum. 53. diſtinc. cum longe eumque inter patriarchas minores commemorat. Spe. tit. de diſpenſa. §. ſunt quoque uer. & no. ꝙ primas. Piſanum autem patriarcham aſſerit Archi. & dominicus poſt eũ in c. diffinimus 22. diſt. Sed ut præmiſſimus. & ſubdunt idem Archid. & Geminia. ubi ſupra. Illi quinque patriarchæ fuere principaliores maiores & antiquiores. Gaudentque maioris dignitatis iuriſdictionis & præſidentię prærogatiua.

BONFIL. Pontifex ergo Rom. & ipſe quoque patriarcha nuncupatur.

PHA. Si ad nomen ipſum alludere uelis, nullus eſt, qui magis congrue patriarcha appellari poſſit, ſed ſi auctoritatem quæris, lege libellũ, qui uocatur prouincialis in camera apoſtolica, de quo meminit glo. in cle. pleriſque. de elec. in uerſi. religioſos Audi etiam ſęmellas per urbis ſtationes. & templa aſſidue diſcurrentes, quæ tibi ueterum annales recitabũt & atteſtabuntur quinq; eſſe in urbe ſedes, & eccleſias patriarchales videlicet. S. Ioãnis Lateran. S. Petri in vacatino. S. Pauli. S. Mariæ Maioris. & S. Laurentij. extra muros. Quod etiam approbat Ioan. mon. in c. fundamẽta, de ele. in 6. his duobus mendoſis uerſiculis uidelicet. Paulus Virgo, Petrus. Laurentius, atq; Ioannes. Hi patriarchatus nomen in urbe tenẽt. Et Hug. ut refert Archi. ibi dicit ꝙ ſunt quinq; cõputata ecclia Lateran. quã alii excludũt. licet prima patriarchalis exiſtat, vt patet. 23. diſt in nomine Dñi ibi. Præſidente quoque reuerendiſſimo ac beatiſſimo Papa Nicolao in Baſilica lateran. patriarchii quę cognominatur Cõſtãtiniana, & clarius. 54. diſt. Hadrianus ibi. Conſtituit ibi ſynodũ cũ Hadriano papa in patriarchatu lateran. in ecclia. S. Saluatoris Et in c. cũ Hadrianus ſecundus ad Rom ponti. ab eccleſia Dei Genitricis dñæ nſæ q̃ dr̃ ad pſepe tractaheret ad lateran. patriarchium. Sunt ẽt ſm Archidia ibi q̃ dicãt ꝙ ſunt tm̃ quatuor ſedes patriarchales cõputata ecclia lateran. & excluſa eccle. beati petri. Cũ hæc nõ ſit patriarchalis, nedũ epãlis, eo ꝙ ſubſit Epo portuenſi, & in eius diœceſi exiſtat, ſed hoc vr̃ mirabile. ut inqt ipſe, q̃a eccleſia beati Petri prima orbis eccleſia appellat̃. 24. q. 1. futurã. ubi tex. loquẽdo de Conſtan. Imper. inqt Et fabricã tẽpli B. Petri primæ ſedis ĩſtituit, adeo ut ſedẽ ĩperialẽ relinq̃ret. & B. Petro ſucceſſoribuſq; eius pfuturã. ↄcederet. Vñ ecclia ipſa B. Petri dr̃ caput cæterarũ ecclia rũ. 3 queſt. 6. dudũ ibi. Et ſicut B. Petrus apl̃us primus fuit oĩum apoſtolorũ, ita & ecclia ſuo noĩe ↄſecrata dñn inſtituẽte prima ſit, & caput cæterarũ. Quare ut ſubdit idẽ Arc. Lau. dixit ibi, ꝙ ergo eccleſia B. Petri maior eſt Latera. Arch. ad hoc 10. q. 1. Sãctorũ in prin. ubi in ordine literæ ponit̃ eccleſia B. Petri ante eccleſiã Saluatoris hoc eſt S. Ioan. Lateran. Et ordo ſcripturæ in prælationib. q̃nq; attenditur extra de elec. quorumdã li 6. ubi. gl. & doc. no. in c. cũ dilecta, de reſcrip. de præb. mãdato. in ver. ordinẽ. de offic. deleg. ſtatuimus li. 6. & alibi. Præterea ut addit idẽ Archi. Bonifacius papa, 4. obtinuit ab imperatore, ut legitur in chronica, ꝙ eccleſia beati Petri apoſtoli eſſet caput oĩum eccleſiarum. Licet cõiter teneatur ſm eũ, quod eccleſia Lateran. quæ intitulatur nomine ſaluatoris. De qua habetur in d. c. ſanctorũ, eſt maior aliis, & Romana eccleſia appellatur, & ꝙ eſt ibi prima ſedes apoſtolici patriarchii ſm Hug. Ad hoc ẽt facit, ꝙ in Cronica legitur, ꝙ Conſtantinus intra Lateranen. palatium eccleſiæ Saluatoris noſtri conſtruxit, quam eccleſiam cenſuit eſſe in toto orbe terrarum matrem eccleſiarum. Et dicit ipſe Archi. in c. ſi qui de præſcrip. in 6. ꝙ eccleſia Lateranen. quæ eſt patriarchalis appellatur. Ro. eccleſia, & quod ibi papa, ſiue ſummus patriarcha frequen-

quentius reſidet.23.diſt.c.1. primo reſpon.

BONFIL. Quid eſt obſecro, ꝙ in vrbe nō vna, ſed quin
que erectæ fuere eccleſiæ & ſedes patriarchales, licet eatum
vnus ſit patriarcha & ſummus pontifex?

PHA. Non memini me id apud quempiam hactenus in
ſpecie legiſſe, ſed duplex mihi occurrit ratio. Prima, ꝙ huiuſ
modi quinque ſedes patriarchales pro quinque principalio-
ribus patriarchis honoris gratia ſtatutæ fuerint, unum, quo-
tiens contingeret cōcilia generalia in vrbe celebrari, Seu pa-
triarchas ipſos pro maximis reipu chriſtianæ negociis diſti-
niendis ad vrbem accedere, eorum vnuſquiſque & ſedē, &
eccleſiam tanquā in patria, vel prouincia hic haberet præ-
cipuam. Cum vrbs Ro. cōis totius mundi patria dicatur. ff ad
munici. l. Romæ. & ff. de verb. ſig. l. eum qui vectigal. cum ſi,
Siue & ſecundo, ut per hoc demonſtraretur Patriarchā pon-
tificemq; Ro, tanq̄ caput & principem totius orbis quatuor
alios patriarchas ſibi ſubiectos habere. Seq; eccleſiarū oīum
in vna Ro. eccleſia Typum gerere, ac aliis oībus ſedib. præeſ-
ſe, ut eccleſiæ ipſius vlis vnitas oſtenderetur. Cum in articu-
lis fidei vnica ſit Chriſti ſponſa eccleſia extra quam nemo
ſaluari poteſt, de ſum. tri. & fi. catho. c. Firmiter. Et hanc ratio-
nem ſentire vr̄ Archi. alleg. c. fundamenta, ubi dicit ipſe, ꝙ
per quinq; eccleſias patriarcha. prædictas, vr̄ ꝙ vrbs, & eccle-
ſias Ro. vniuerſum orbem repræſentet, & ad eius exemplum
cōpoſita fuerit. Cū habeat, quatuor ſedes patriarcha in vrbe,
q̄ ſunt in vniuerſo orbe, de quib. in alleg. c. antiqua de priui

BONFIL. Iſta mirifice me delectant. Sed redeamus, ſi
placet ad id, quod de patriarcharum origine, & ſedium præ-
dictarum erectione dicere cœperas.

PHA. De primitiua ipſorū inſtitutione generaliter dici cę
ptum erat. Nunc vero, ut ſciamus quis patriarchales ſedes p̄-
dictas præcipue inſtituerit audi Nicolaū papā ſcribentē me-
diolanenſibus. 22. diſ. c. 1. ubi ait. oēs ſiue patriarchæ in cuiuſli
bet apicem, ſiue metropoles, primatus, aut epatuum cathe-
dras, uel eccleſiaſticas cuiuſcunq; ordinis dignitates inſtituit
Ro. eccleſia. Illam vero ſolus ipſe fundauit, & ſ̄ petram fidei
mox naſcentis erexit, qui B. Petro æternæ vitæ clauiger o ter
reni ſimul, & cęleſtis imperii iura commiſit. Non ergo quæ-
libet terrena ſnīa, ſed illud verbū, quo conſtructum eſt cęlū,
& terra ꝑ qđ deniq; oīa condita ſunt elementa. Ro. fundauit
ecclīā, Iſtius certe priuilegio fungit̄, cuius auctoritate fulcit̄.

BONFIL. Quis uero patriarchas iſtos ſucceſſiuis tem-
poribus eiſdem ſedibus pręficere conſueuit?

PHA. Omitto Ro. patriarchæ electionē, cū te ſiſta in pu-
blicā tranſierit notionē, & iura ſatis aperta, notaq; ſint. 23. di.
in nomine dñi. 79. di. per to. ex. de ele. vbi periculū li. 6. iuncta
cle. ne Ro. e. ti. De aliis vero quatuor principalib. patriarchis
regulariter dici pōt ꝙ ipſi quoq; ſicut reliq epi, archiepi, & pri
matesa ſuis capitulis & epis eligebant̄ Quia quælibet cōgre
gatio dci ſibi de iure cōi eligere platī ſuū, niſi priuilegiū, uel
conſuetudo legitima ſit in ꝯriū, & q aliter adeptus eſt eccle-
ſiā expellendus eſt. ex. de elec. c. 1. Et quaſi ꝑ to. de cā. poſſeſ. &
ꝓpric. cū eccleſia. cū vulgar. In ſpecie vero de h is habet̄. 63.
di. nullus. in c. Hadrianus. & in c. noſce. & in authen. de eccle-
ſiaſti. tit. colla. 9. in prin. Hodie vero, q a (proh dolor) principa
liores illæ quatuor ſedes patriarchales ad infideliū manus &
ditionē maximo cū totius rei. p. chriſtianæ dedecore iam tot
elapſis luſtris ꝑuenere, dictæq; dignitates nō ſolū canonico-
rū ſuorū collegiis, ſed clero quoq; & populo chriſtiano, ac ꝓ-
pria ſede carent. Solus Ro. pontifex de ipſis ſicut & de oībus
aliis cathedralib. totius eccleſiæ militantis canonice diſpo-
nit vigore ſpecialiū reſeruationū, quas Ro. pont. a certo tpe
de huiuſmodi eccleſijs fecere. ut patet in extrauag. Io. 22. ex
debito. Benedicti. 12. ad regimen. & vrbani. 6. ac. aliorū ſucceſ
ſorū, q ꝑ regulas ſuas cancellarię ſimiles ſemꝑ reſeruationes
facere cōſueuerunt. Vn̄ bn̄ dicebat Lan. in cle. in plerisq; de
elec. ut ibi refert. Card. Zaba. q. 8. ꝙ oīs ꝓuiſio epatuū, & epo-
rū hodie ſpectat immediate ad papā, niſi ſpecialiter de priui
legio, uel cōſuetudine cōcedat̄ inferiorib. de offi. ord. duo ſi-
mul de cler. ęgro. c. 1. li. 6. Et quo ad quatuor patriarchas præ-
dictos in terminis eſt extrauag. Bonifacij. 8. Incipit S. R. E. de
qua meminit gl. fi. in cle, cām de elec. & in d, cle. in plerisq; in
ver. chriſtianis, & Io. An. in c. ſi abbatę, de elec. & alibi. In qua
ꝑ ipſum Bonifaciū de fratrū ſuorū conſilio & de plenitudine
ptātis apoſtolicæ ꝓuiſum & decretū fuit, ꝙ q̄diu ciuitates pa
triarchaliū ſediū p̄dictarū ſub infideliū, aut ſciſmaticorū di
tione detinebunt: Canonici earū ad electionē poſtulationē,
ſeu quāuis aliā prouiſionē de ꝑficiendo ſibi patriarcha nullo
mō ꝓcedere dēant, niſi id primo ad apoſtolicæ ſedis noticiā
deducat̄, cū decreto irritante. Huic aūt edicto & cōſtitutioni
cām dediſſe vr̄ quidā canonicus Conſtantinopolitanus qui
mortuo Petro patriarcha, cū ſolus in bizātio remāſiſſet, abis
concanonicis ſuis in remotis agentib. ipſe ſolus p̄tendens oē
ius collegii Conſtantinopolitani apud ſe vnū remanſiſſe, ad
electionē patriarchę proceſſit. Licet electus ab eo iuri, quod
ex electione huiuſmodi ei competebat, in manibus ſummi
pontificis ſponte ac libere reſignauerit.

BONFIL. Ius ergo totius collegii in vno canonico con
ſeruari potuit?

PHA. Ita voluere gloſ. & canoniſtæ in c. gratū, de poſtu.
præla. in c. bonę el. 2. de ele & vr̄ ꝓbari ſ̄m doc. in l. ſicut ff qđ
cuiuſq; vniuer. no. & ſequit̄ gl. & barto. ibi. Non tñ poſſet ille
ſolus ſe ipſum eligere. Quia duplici officio duas perſonas re-
quirente fungeret̄, qđ eſſe nō pōt. Cū inter electū & eligentē
ſicuti inter dantē & recipientē dēat eſſe diſtinctio perſonarū
ar. optimo ex̄, de inſti. c. fi. & iſte q ſe ipſū eligeret, de ambitu
nōiādus veniret, vt leg. & not. in c. ꝑ veſtras, ex̄ de inrepatro.

BONFIL. Nunquid ergo pereunt iura collegii, ſi omnes
de collegio mortui ſunt, uel expulſi?

PHA. Minime, ſed hāc hæſitationē ponit. Inn. in c. 2. de
no. ope. nuncia. not. in c. cū ſup, de cau. po. ſeſ. & propric. Eſt
ꝓ gl. in c. ſtatutū. de elec. li 6. & concludit Abb. Panor. ꝙ aut
collegiū fuit deſtructū auctoritate & voluntate ipſius colle-
gii, & ipſo facto extingūnt̄ oīa iura, & oīa priuilegia collegii,
Aut deceſſerunt, ſeu expulſi fuerūt oēs de collegio ꝑp eorū
delictū, Et tunc in collegio eccleſiaſtico conſeruant̄ oīa iura
collegii apud ipſam eccleſiā. Sed in collegio ſeculari eſt du-
biū, q̄uis dicat ipſe, ꝙ alii renuerunt idem eſſe in collegio ſe-
culari, vt ſ. Iura eiuſdē cōſeruent̄ dictis caſib. apud præceden-
tes parietes ipſius. Poſſet tñ dici ſ̄m eū ꝙ ſi ius collegii eſt col-
latū loco, Tunc non extinguitur tale ius, licet deſint collegia
ti, ut puta. Si collegiū, vel vniuerſitas ſcolarium deſineret ꝓ-
pter bellū, vel peſtem, Quia tunc iura collegii conſeruarent̄
apud ciuitatē ipſam, cui ius & priuilegiū ſtudii collatū fuit.

BONFIL. Præfati igitur patriarchæ hodie a ſolo pa-
pa eliguntur?

PHA. Nec ab alio quidē ſtantib. p̄miſſis eligi pn̄t. Quā-
uis caloieri, & papates quidā hæretici & ſciſmatici apud Bi-
zantium commorantes, Pſeudo patriarchā quem iā Conſtan
tinopolitanū hodie de facto eligant, quē Turcarū imperator
trib. millib. nummū aureorū confirmat. Dignitate patriar-
chali & eius redditib. ſub haſtā publicā miſſis. Quē quidē per
fidiſſimi quidā græcorū nō aliter ſequunt̄, venerant̄, ac eius
execrationes & monita obſeruant, q̄ ſi canonice, & legitime
eidem dignitati præfectus fuiſſet. Quo ut, idē antipatriarcha
patriarchæ noſtro catholico inſidietur. Ac ſæpiſſime per vni
uerſas orientis ciuitates, & oppida quæq; inquiſitores & ex-
ploratores mittat ad confirmandos græcos oēs eidē ſedi ſu-
biectos in perfidiſſimi dogmatis ſui erroribus. Qđ quidē ego ip-
ſe alias apertiſſime didici ex quodā Nicolao Turcopolo ca-
loiero, Cum patriarchæ ſandi cretenſiſq; archiepi ſuo eius in
metropolio vicariū agerē ſ. n. tanq̄ Pſeudo illius patriarchę
Metropolita, & magnus apocriſarius, vniuerſam inſulā illā
peragrando conuenticula quotidie, & contiones in græcorū
eccleſiis habebat. Edicebat deinde, ac ſub pœnis & cenſuris
eccleſiaſticis, pſeudo patriarchæ ſui nomine mandabat, græ-
cis vniuerſis; Ne Ro. pont. aut patriarchæ latino. (Ita. n. ipſe pa
triarchā noſtrū quadam cū ſubſanatione appellabat) ſeu lati
norū eccleſię mō aliquo adhęrerent, docēs latinos oēs tanq̄
ethnicos, hæreticos, & excōicatos & intus & foris euitandos
eſſe, ea potiſſimū, priſci, ac dudū ab eccleſia damnati erroris
pertinacia, ꝙ diceret Romanā eccleſiā ſymbolo Niceno ad-
didiſſe, ſpiritū ſanctū ex filio ꝓcedere, cū eo in ſymbolo de pa
tre tm̄ mētio habita fuiſſet. Atq; cōi ſanctorū patrū illorū de
creto ſancitū, ꝙ quiſquis auſus fuiſſet, eidem Symbolo quip
piam addere, Anathema foret. Non conſiderans perfidus ac
delio, ꝙ eccleſia vlis gn̄rali in concilio lugdunen. de ſum. tri.
& fi. cath. c. fideli li. 6. & de cōſe. di. 5. c. pe. & vlti. & extra. eo.
tit. c. firmiter, ſnīā eccleſiæ. Ro. aprobauerit, & ꝯriā ueluti hæ
reticā & ab oī prorſus ueritate alienā dānauerit, Cū nemo ſa
næ mentis vnq̄ dubitauerit ſpiritū ſanctū æternaliter ex pa-
tre filioq; vnica ſpiratione procedere, Non tanq̄ ex duob. ſed
tanq̄ ex vno principio, Nec potuiſſe dici, ꝙ a patre ſolo ꝓce-
deret, cū expreſſio patris in ſancto trinodi numinis vinculo,
filiū nō excludat, ſed eum potius includere non dubitetur.
Cum pater & filius ſit una eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſim
plex omnino. Vnde ſpūs ſanctus non pōt ab uno procedere.
quin ab altero ꝓcedat. d. c. firmiter. Ex quo reſultat, ꝙ illud
qđ in d. ſymbolo dicitur. Filioq. non fuit additio ſed potius
quædam contra malignos uerbi Dei interpretes, declaratio.
Qui aūt declarat addere non dicit̄, ut hr̄ de ele. in cle. Statu.
& de iu. pa. in cl. 1. pro quo facit elegās regula illa q̄ colligit̄
ex, l. 1. ff. de pac. ꝑ doc. ibi, & ꝑ Abb. Pano. in c. Monaſteria. de
ui. & hone. cle. ꝙ l. Quotieſcūq; copulatiue ponit̄ inter duo,
quorū alterū eſt ſequela ſeu effectus alterius, copula exponit̄
ꝑ. i. ergo in caſu noſtro. illud. q̄ ſtabit expoſitiue, ſeu interpre
tatiue, & nō additionaliter uel copulatiue, ergo &c. Mone-
bat quoq; idē Turcopolus coloieros, & papates oēs, ut poſt

diuinas laudes diurnas atq; nocturnas papã Ro. & patriarchã latinũ cũ oĩb. eorũ ſectatorib. auctoritate eiuſdẽ pſeudo patriarchæ excõicarẽt. Quos ipſe quoq; execrabat & Anathematizabat. ꝙ eorũ ẽt eccleſias ab ingreſſu latinorum, ne polluerẽtur, cuſtodirẽt. Et ſi qñ forte cõtigiſſet, ꝙ in tẽplis ſuis latini celebrarẽt, ſeu ẽt ad diuina audiẽda cõuenirẽt, ꝙ parietes & pauimenta oĩa illico aqua abſtergerent, & orõnib. antrq̃ ipſi ibi celebrare pſumerent, recõciliarent. Filios inſuper ſuos, quos aliqs latinorũ ſeu eorũ ẽt græcorũ, quos catholicos appellant, baptizaſſet, Tanq̃ male baptizatos ad ꝯfirmãdos afferrẽt, ſeu ẽt papates ipſi ſua, & dicti pſeudo patriarchę auctoritate rebaptizarent. Quę toties ortodoxa fides ẽt gñali in concilio fieri prohibuit, de bap. cap. fin.

BONFIL. Expecto vt huius perditiſſimi hoĩs finem narres non ario imparem, qui inteſtina oĩa in latrinæ cuniculũ dimiſit, dum conatur filium ab ęterna & ineffabili Dei patris ſubſtantia ſeparare, & non . . . . aſſerere.

PHA. Audies, ut arbitror, non multum diſſimilem exitũ ut. n. Arrius pfida inteſtinorũ oĩum præcordia q̃ diuinã trinitatẽ vnicam eſſentiã. ſubſtantiam. atq; naturã, ſecare conabantur, in latrinę cloacam deiecit. Ita Turcopolus totius ſanctæ trinitatis deitatem confundens, buſtum oẽ ſuum poſt cineres inter hæbreorum fœdiſſima Cacabula diſcerpere iuſſus fuit. Dum. n. pmiſſos & alios pleroſq; græcorum, ac hæreticorum, & ſchiſmaticorum errores publice diſſeminare pgit, ſæculari auxilio iplorato, non ſine magno Romeorũ ſuorũ tumultu, capit in carcerẽ cõiicit, ad qõnẽ ponit. Cũq; ſpõte. pertinaciter intrepide fateretoĩa Nec adduci poſſet. ut erroneã ſñiam mutare vellet. Sed p fide græca, ita. n. dicebat ipſe fidei vnitatem, & Chriſti ueſtem inconſutilem ſcindẽs, libẽtiſſime mori atteſtaretur, Vidẽtes hominem perditiſſimum in profundum malorum deſcendiſſe, & in manib. Sathanæ commorari, in eum veluti perfidiſſimum relapſum, & incorrigibilem hęreticum, ſentẽtiam hęreſeos dictauimus, ſacriſque ordinibus exauctoratum extra de hęreti. ad abolẽdam curiæ ſæculari quæ igne corpus eius fœdiſſimum purgari iuſſit, reliquimus, extra eo. tit. excommunicamus. i. Cineres uero ipſius, quos miraculis coruſcaturos græculi quidam eiuſdem ſectatores, ut acceperamus, †dictitabant, Ne peior ex inde error ſuſcitaretur, inter turpiſſimas iudęorum appellarũ proluuies efundi præcepi.

BONF. O factum bene, ſed miror quod cretenſes illi ſemper mendaces, pigri uentres, & malæ beſtiæ, Teſte Paulo ad titum. c. 1. cõmẽti aliquid nõ excogitauerint.

PHA. Deterruit forte ipſos miraculum ingens, atq; Ridiculum quod caloieræ cuidam eiuſdem Turcopoli diſcipulæ contigit. Hæc. n. cum unius oculi lumine capta eſſet, Sperans ex contactu cinerum, ſeu rogi illius, priſtinam lucem recipere, nocte intẽpeſta illuc cæcutiendo profecta. Facto ex ſaliua, & cinerum reliquiis collyrio, ubi proſtrata Turcopoli numine inuocato oculos ambos liniuit, eadem fere hora, oculi ſani lumen proſſus ammiſit, Sed poſteaquam ad Tribunal meum, ut cauſam diceret, tracta fuit, ad fidei catholicę unitatẽ ſpõte recurrens, errorẽ oẽm ſuũ ad arbitrium noſtrũ ſatisfactione cõgrua exhibita, publice abiurauit. Turcopolũ ueluti diaboli filiũ & hęreticũ pfidiſſimũ, cũ oĩ eius falſa & dãnata diſciplina fugiẽdum eſſe palam proteſtata fuit, & declamauit, extra de hære. d. c. ad abolendam, cum ſimil.

BONFIL. Nunquid pręter Conſtatinopolitanum, alii quoque pſeudo patriardhæ inueniuntur.

PHA. Audiui antiochenum etiam patriarcham in mõte libano a quibuſdam ſciſmaticis ep̃is & caloieris, qui Chriſtiani diui Thomæ Apoſtol, ſiue de la centura nuncupantur. eligi, & inthronizari, ibique magno Soltano Babylonię imperatore permittente, ſatis conuenientes redditus ad dignitatis ſuæ ſtatum poſſidere. Quod quidem poſtea ex eiuſdem patriarchæ antiocheni literis comendariciis, quas quidam eius nepos in creram ad patriarcham landum attulerat apertius didici.

BONF. Qua lingua utebatur patriarcha ille antiochenus.

PHA. Aſſyria. Nam litteræ illæ hunc in pręſcriptione titulũ habebant. Buttos. Batrach. Endach. Andach. Abbd. Abhit. Alla. Hoc eſt Petrus patriarcha antiochiæ ſeruus ſeruorum Dei.

BONFIL. Monſtra profecto hęc ſunt in eccleſia Dei, cum maximo malo, & dedecore reipublicę Chriſtianę, Sed hæc uiderint illi quorum intereſt. Quoniam autem de electione patriarcharum, & epiſcoporum, quæ noſtris temporibus fit a Romano põtifice loqui cęperas, Dic ſi placet, in quo differant electiones iſtę ab illis, quas capitula, & collegia alia facere conſueuerant.

PHA. In multis, ſed in his præcipue, quia electi collegialiter a maiore parte capituli, ſi legitime electi erant, requirebantur ante omnia, præſentata eis electione ſua nunquid ei dẽ cõſentire vellent, Et ſi conſenſum præbebant, ipſimet poſtea a papa, uel ſm aliquos, a patriarchis ſuis cõfirmationẽ petebant. illi uero ad quos pertinebant cõfirmationes ex officio ſuo examinabant perſonam electi, & formam electionis, etiam ſi nõ obiiciebatur aliquid electo. extra. de electio, capit. cum inter. cum nobis olim. c. venerabilẽ. & c. nihil eſt. Quod ſi electus reperiebatur idoneus ſcientia, morib. & ætate. Et de legitimo matrimonio natus, confirmabatur. c. cũ in cunctis, extra eo. tit. & quaſi per to. Ante vero huiuſmodi cõfirmationem de reb. illius eccleſiæ ad quam electus fuerat, nihil diſponere poterat, extra eo. tit. noſtr. Alias autem quicquid iuris per talem electionem acquiſiuiſſet, ueniebat irritandũ. Et quicquid egiſſet, irritum denũciabat, extra eo. qualiter. Quę etiam in poſtulationib. ſibi locum uẽdicabant extra eo. bonæ memoriæ cũ ſi. Quãuis aliter dici cõſueuerit in his qui vltra mare eligebant, uel erãt ualde remoti. d. c. nihil §. ulti. in electionibus. aũt, quas facit ſummus pont. ad eccleſias cathedrales, ſciſcitato prius conſenſu eligendi, †quis noſtris temporibus pauci ſint, q hoc expectent, cum ipſi potius ſeſe & precib. & qñq; precio offerant, & principũ aures fatigent papa proceſſum & indagiñe pſonæ eligendæ, & eccleſiæ ad quã eligi debet Alicui ex Reuerendiſſimis Dñis Cardinalib. committit, quib. bñ cũcta ſe habere, nihilq; canonicũ obſtare in conſiſtorio referentib. papa ad relationẽ Cardinalis & interdũ ſine relatione aliqua. uel proceſſu. Maxime ſi pſona promouendi eſt nota, promouendos eligit, ac eligendo ſimul confirmat oẽm prticarũ electionũ circuitũ penitus euitãdo. Vt hr̃ p Ioan. And. & alios in c. cum olim, de cauſa poſſeſ. & propric. & pulchre ac clare ponit. Abb. Pano. in a. lle. c. noſtri. ubi dicit ipſe ꝙ iſti p̃lati. q hodie promouentur per papã ſtatim cũ ſunt pronũciati per pontificẽ epiſcopi, poſſũt adminiſtrare, quia talis papæ promiſſio hẽt uim electionis & cõfirmationis ſimul. Nã immediate ꝙ papa pnũciat aliquẽ p̃latũ. ille ſic pnunciatus, eſt uerus p̃latus Nec ad eſſe grãæ requiritur lr̃a uel bulla. Sed ſufficit ſolũ factũ principis. licet. n. lr̃a ſit de ſubſtant. a probatoria non tamen eſt de ſubſtantia grãę nor. Bal. in l. humanũ C. de legi. & Io, An poſt Arch. in . . . Verũ tñ eſt ꝙ p extrauag. Bonif. viij. Incipit iniuncto. Prælati hodie recipi nõ dñt a ſubditis ſine lr̃is apoſtolicis. Nec ipſi p̃mo ad eccleſias ad quas eligunt, accedere debẽt, uel bonorũ adminiſtrationẽ recipere ſine eis. Alioqn qcquid p ipſos p̃latos medio ipe actũ fuit irritum hr̃: & fructib. earũdẽ eccleſiarũ priuari dẽnt. Subditi uero p̃latos ſine eiſdẽ litteris recipientes ſeu eiſdẽ p̃latis obedientes a bñficiorũ ſuorũ pceptionẽ ſunt ſuſpenſi; donec ſuper hoc ſedis apoſtolicæ gratiam meruerint obtinere. De qua extrauag. meminit idem Abb panor. in c in noſtra: de reſcript. prope fi. & in d. cap. noſtri. in 2. colum. in princ.

BONFIL. Quid ſi papa eligeret aliquẽ in ep̃m, & ipſe electioni de ſe factæ nollet cõſentire. Nnuqd ad hoc cogi poſſet.

PHA. Diuus Auguſt. ad Ep̃atũ inuitus tractus fuit. & alii plerique. uiri ſanctiſſimi, ut ſcripſit idẽ Augu. ad Valeriũ. & ibi no. 40. diſt. ante oĩa; ubi inquit ipſe; Vis mihi facta eſt merito peccatorũ meorũ. & tex. 23. q. 4. diſplicet dic ita ad litterã. Attẽde qd dixerit Apoſtolus. Qui ep̃atum deſiderat, bonũ opus deſiderat, & tamen multi, ut epiſcopatum ſuſcipiãt tenẽtur, inuiti perducuntur, includũtur. patiunt inuiti mala. q̃ nolũt donec eis adſit uoluntas ſuſcipiendi operis boni, & c. itẽ Gregorius in regiſtro ſuo ꝙ habetur. 8. q. 1. in ſcripturis inqt. Sicut locus regiminis deſiderantibus negandus eſt, ita fugientib. offerẽdus eſt, Et ſicut ſcriptũ eſt, ne qſq̃ ſumat honorem. Sed q uocat̃ a Deo tanq̃ aharõ & c. ubi gl. in uer. fugiẽtib. arguẽdo ad partes inquit, ꝙ iura q̃ dñt inuitũ non debere cogi, intelligũtur de penitus inuito. Sed ꝙ ab initio pmouẽdus debet cogi, ut conſentiat. Tñ nullus eligendus eſt, niſi ab initio diſſentiat. 1. q. 6. c. vlti. Tepide. n. debet diſſentire, ſicut fœminę, ut inquit ipſa gl. 12. q. 2. honorant. Alias ſi diceret nolo cũ forte vellet, faceret ꝯ cõſcientiã, extra de pſump. c. ult. Vel ſi forte ſe excuſando diceret nõ ſum dignus Licet Hug. dixerit ꝙ poſſet ſimulare ſe nõ eſſe idoneũ. 22. q. 2. utilẽ. p q̃ iura concludebat Archi. Ioãnes An. Geminia. & alii in c. n electio de ele. in 6. ꝙ nemo ad ꝯſentiendũ præciſe põt cõpelli. putat tñ Archidiaconus ꝙ peccet mortaliter ille, qui ſe putat dignũ ad prælaturam, & eã ſibi oblatã nõ recipit alleg. ꝙ ſe. & no. in d. c. in ſcripturis. Qd tñ verũ putat, ubi alius æq; bonus deeſſet, ut ibi colligit in uer. qui. n. Dẽt nihilominus electus uires ſuas metiri, ut dr̃. 1. q. 1. nõ eſt putãda. & 49. di. §. 1. in fi. Et ꝙ nõ poſſit cõpelli remittit ad no per ſe. de. poſtu. p̃la. c. 1. in fi. co. li. Sit ergo cõcluſio, ꝙ a principio cogi põt, vt de nolẽte fiat nolẽs. Sed ſi in opinione ſua pſeuerat, & alius inueniri valeat. nequaq̃ cogi põt. 74. di. c. ubi iſta didiciſti, cũ ſuis ꝯco.

BONFIL. Lepide aliqñtulũ uagati ſumus. Nũc uero, ut ad patriarchas redeamus, qs eorũ in ſeſſionib. publicis primũ locũ obtineat. Seruat̃ ne inter eos mos, & iſtitutũ aliorũ ep̃orũ.

PHA.

PHA. Minime, inter alios. n. prælatos cuiuſque ordinis, regulare eſt, quod ille qui primo electus, & publicatus fuit, alios poſt eum electos & publicatos in gradu dignitatis eiuſdem præcedat. Ita vt primas priori tempore electus & publicatus, primatem, archiepiſcopus archiepiſcopum, epiſcopus epiſcopum, & protonotarius, uel Abbas protonotarium, ſiue abbatem reſpectiue præcedat, niſi maioris adminiſtrationis, officii vel priuilegii aut conſuetudinis legitimæ ratio eis aliquid vltra tribuat. Pro quo eſt tex. Greg. 17. diſt. c. fi. cuius hęc ſunt uerba. Epiſcopos ſecundum ordinationis ſuæ tempus ſiue ad conſidendum in concilio, ſiue ad ſubſcribendum uel in qualibet alia re, ſua attendere loca decreuimus, & ſuorum ſibi prorogatiuam ordinum uendicare. Tempus uero ordinationis non ad eccleſias, ſed ad perſonas referatur ſicut ex cõſuetudine cardinalium. ſ. Ro. eccleſiæ, & epiſcoporum vniuſcuiuſq; prouinciæ euidenter apparet, pro quo eſt bonus text. concilii Gãbilonen. 18. diſt. placuit. & Item Greg. ſcribens Anglorum epiſcopo, de maior. & obe. c. 1. ubi dicitur Hunorum ſit iſta diſtinctio, ut ipſe prior & maior habeatur qui prius communitatis conſilio & concordi actione fuit ordinatus. Sed in propoſito noſtro. Alia eſt prælationis ratio in his quos Cathedræ & maioris adminiſtrationis prærogatiua præferri iubet, ut iu papa, & patriarchis quatuor principalibus qui maioris ſunt adminiſtrationis, & propria præeminentiæ loca habẽt. Qui autem maior eſt adminiſtratione licet poſt alios eligatur & recipiatur, aliis tamen præferri debet. de conſue. cum olim, de maior. & obed. ſtatuimus. ff. de albo. ſcriben l. 1. utrobique perſcribentes. Et in his quatuor ſeu quinque patriarchis prioritas ſedis prioritatẽ dignitatis declarat, vt inquit Io. An in c. antiqua. de priui. per illum text. probat text. in c. ex ore. eod. tit. & in c. 1. & in d. c. ſtatuimus. de maior. & obed. Quorum conſideratione ſacrorum canonum, & legũ decreta, ac eccleſiæ & fidei noſtræ ſacratiſſimorum patrum traditiones, rationabiliter ſtatuere, quod inter omnes totius orbis antiſtites, ſanctiſſimus Roma. eccleſiæ patriarcha. primum, Conſtantinopolitanus. ſecundum, Alexandrinus. tertium, Antiochenus. quartum, & hieroſolymitanus. quintum locum obtineret.

BONFIL. Vide quid dicaeris.

PHA. Nihil a me dictum puta, ſed audi Anacletum papam. 22. diſt. ſacroſancta, vbi inquit. prima ergo ſedes eſt cęleſti beneficio Romana eccleſia, quam (vt memoratũ eſt) beatiſſimi Petrus & Paulus ſuo martyrio cõſecrauerunt. Secunda autem ſedes apud Alexandriam, quæ beati Petri nomine a Marco eius diſcipulo atque euangeliſta conſecrata eſt. Tertia uero ſedes apud Antiochiam, eiuſdem beati Petri apoſtoli habetur nomine honorabilis, quã prius quam Romam veniret illic habuit, & Ignatium epm̃ conſtituit ibi.

BONFIL. Iſthæc non bene capio, mihi. n. uideris non perſiſtere, cum aliquando tres, nonnunquam quatuor, & interdum. Quinque ſedes patriarchales commemores.

PHA. Habenda eſt temporum & ſcribentium ratio, vt tibi in ſcirpo nodus nullus remaneat. Qui. n. ponti. Roman. poſt erectas patriarchales ſedes omnes rectius patriarcham ſcripſere. patriarchas quinque eſſe circunſcriptis ſucceſſiuis temporibus non ab re aſſeruerunt. Qui. vero pontificem maximum tãquam culmen omnium dignitatum eacipere maluerunt, quatuor tãtummodo patriarchas annotauere. Sed qui priſca & rudiora ſurgentis eccleſiæ incrementa cõſcripſerunt, tres ſolummodo patriarchas eſſe dixerunt, prout feciſſe uidetur Anacletus in alleg. c. ſacroſancta. Anacletus n. clementi ſucceſſit, aliquibus ea apoſtolis domini adhuc in humanis agentibus, qui poſtea ſub principe Traiano diem clauſit extremum, ut intelligamus eius temporib. Conſtantinopolitanam & hieroſolymitanam eccleſiam inter ſedes patriarchales loca non habuiſſe, quæ tamen paulo poſt adeptæ fuere. Nam concilium Conſtantinopolitanum in c. conſtantinopolitanæ, eadem diſtin. hoc modo ſtatuit. Conſtantinopolitanæ ciuitatis epiſcopũ habere oportet primatus honorem poſt Romanum epiſcopum, propter quod ſit Roma noua. Et ſucceſſiue ſexta uniuerſalis ſynodus eadẽ met. diſt. inquit. Renouantes ſancti Conſtantinopolitani decreta concilii petimus ut cõſtantinopolitana ſedes ſimilia priuilegia, quæ inferior Roma habet, accipiat. Non tamen ut eccleſiaſticis rebus magnificetur, ut illa, ſed hæc ſecunda poſt illam exiſtens priuſquam Alexandrina ſedes numeretur. Deinde Anthiochena, & poſt eam hieroſolymitana. Cęterũ ne quiſquam exiſtimaret quinq; ſedium prędictarum loca eſſe mutabilia, uel alicuius diſpoſitioni ſubiacere. 8. Synodus ea. diſ. c. fi. ſubiunait. Diffinimus neminem prorſus mundi potentũ quenquam eorum, qui patriarchalib. præſunt ſedibus, inhonorare, aut mouere a proprio throno tentare, præcipue quidem ſanctiſſimum papam ſenioris Romæ, deinceps Cõſtantinopoleos patriarcham, deinde uero Alexandrię, antiochię & hieroſolymorum. Quæ quidem omnia concilium quoq generale approbauit, extra de priuil. antiqua, ubi ad literam dicitur antiqua patriarchalium ſedium priuilegia renouantes, ſancta uniuerſali ſynodo approbante, ſancimus, ut poſt Rom. eccl. quæ diſponente domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, utpote mater uniuerſorum Chriſti fidelium & magiſtra, cõſtantinopolitana primum, Alexandrina, ſecundum, Anthiochena, tertium Hieroſolimitana, quartum. locum obtineat, ſeruata cuilibet propria dignitate.

BONFIL. Quid piaculi commiſſum eſt per eccleſiam Alexandrinam quod prærogatiua ſua priuata fuerit? & de ſecunda facta ſit tertia?

PHA. Nihil.

BONFIL. Nihil? ergo ſine cauſa uel culpa ſua perperam ſpoliata fuit.

PHA. Recte inſtas. Quęſtio. n. eſt brocardica Bar. Brixien. conciuis mei. Nam ſatis vr̃ peruerſum, & contra eccleſiaſticam probatur eſſe cenſuram. ut aliorum ſatiſfaciendo voluptatib. ſuis quis priuetur officiis, quẽ ſua culpa. vel facinus ab officii, quo fung ĩ, gradu non deiicit, vt forma ſtringit Greg. 56. diſt. c. ſatis peruerſum, cum rem quæ culpa caret, in damnum vocari non conueniat, extra de conſtit. cognoſcentes. Sed tu ipſe enim tex. in c. ſine culpa, de reg. iu. in 6. & in l. ſi putator ff. ad l. aqui. Regulam poſitionis & exceptionẽ, cum dicas, & bene. ꝙ ſine culpa niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus. Inferendo a cõtrario, ꝙ ſi cauſa legitima, vel rationabilis ſubſit, hoc fieri poſſit, quia priuilegium alicui conceſſum ea cauſa corrigi, alterari, & in totum tolli poteſt per cõcedentem, maxime aũt per papam de ſent. excom. c. ſi. in ſi. de priuil. ne aliqui, tacit de iud. cum uenissent. ponunt glo. & doct. in d. c. antiqua, in quæſtione propoſita. vbi gl. prædicta dat aliquas fallentias ad d. regulam his duob. verſiculis. paupertas, odium, victum, fauor, & ſcelus, ordo, perſonas ſpoliãt & loca iure ſuo. Neceſſitas itaq; conſtituendi aliam ſedem patriarchalem in gręcorum prouinciis ad Chriſti fidem paulo ante conuerſis & fauor imperatoris, qui ſedem imperatoriam eccleſiæ Ro. relinquerat, & imperium Rom. ad græcos tranſtulerat, ac in Bizantio, quam nouam Romam appellabat, ſedem imperii collocauerat. Quique aſſiduis laborib. & & vigiliis rempubl. Chriſtianã in utraque toga augere, tueri, perpetuare non deſiſtebat, promeruit, ut ſedes epi ſui ſecundam dignitatem eccleſiaſticarum prærogatiuam aſſequeretur. Et eccleſia alexandrina libens, ut creditur, ac ſine ſtomacho, vel iniuria ſibi in charitate nõ ficta præmiſſorum ratione cederet. Cum ęquum uideretur vt duo magna luminaria inter dignitatum eccleſiaſticarum aſtra, primum. & ſm̃ locum eccleſiæ militantis obtinerent. ar. extra de maior. obed. ſolitæ. Vnde in propoſito noſtro bene dicebat. Nicol. papa. 9. q. 3. cõqueſtus Diſſinimus ut ita, ſm̃ Nicenas regulas, ſua priuilegia, ſicut antiqua conſuetudo illis antiquitus contulit, ſeruentur eccleſiis, præterquam ſi apoſtolica ſedes aliquam eccleſiam, vel ipſius rectorem quolibet ſpeciali priuilegio decreuerit honorare. & gl. in c. duo ſimul, extra de off. ord. in verſ. ſpeciali, dicit ibi eſſe argum. ꝙ papa põt detrahere vni eccleſiæ, & alteri conferre, quod quidem, ut inquit ipſa, nullus dubitat. 16. quæſt. 1. frater noſter. 9. quęſt. 3. nunc uero & cap. per principalem.

BONF. Maior his rationib. adductus quare eccleſia hieroſolimitana primum potius inter ſedes patriarchales locũ nõ obtinuerit, quæ ut teſtantur canones, quos ad hoc citaſti, poſt oẽs alias vltimũ aſſecuta fuit. Si. n. ſedes Conſtantinopolitana gratia decoris, & retributionis, intuitu Cõſtantini magni ſęculi illius imperatoris ſecundã totius orbis dignitatẽ obtinuit, quare obiecto ſancta hieroſolymitana eccleſia ꝙ Chriſti Dñi Dei noſtri cęli, ac terrę, & omnium quæ ipſius cęli ambitu terminãtur, imperatoris Maximi, natalicũ ſolum fuit, vbi Chriſtus ipſe ſummus ſacerdos, & pontifex ſm̃ ordinem Melchiſedech, panem & uinum ac ſe ipſum hoſtiã uiuentem, & immaculatam, Deo Patri pientiſſimo, in reconciliationem periclitantis totius generis noſtri obtulit, ubi in vexillo ſalutiferæ crucis caput eccleſiæ ſuæ militãtis, patriarchalemq; ſedem ſuam primus omnium erexit, non debuit potius primum, aut ſaltem ſm̃ inter huiuſmodi dignitates locum, in aliqualem retributionem tam precioſi, & inæſtimabilis muneris obtinere.

PHA. Mallem Bonfil hoc loco audire, tecumq; mirari, & dicere, ꝙ temere, inepte, & in concinne aliquid diſſerere. Cum maxima ſit ratio quæ pro religione facit. ff. de relig. & ſump. fune. l. ſunt perſonæ in ſi. Cum pſalmographus quotidie nobiſcũ atteſtetur, ꝙ dñi eſt terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & uniuerſi qui habitant in eo. Et cum Ieſus Nazarenus, quẽ unxit Deus Spiritu ſancto, ſicut habetur in actibus apoſtolorum. 10. c. cunctus oleo pietatis pręconiorum ſuis

ſuis

ſuis ſm apoſtolum caput ſit totius eccleſiæ extra de ſacra vn ct. c. r. ver. ſed ubi Ieſus, & in cle. 1. de iureiu. in prin. Cuius ēt eccleſiæ eſt fundamentum, & lapis angularis, ut leg. & no. in cle. r. de ſum. tri. & fi. cath. in prin. Ac ſpōſus dilectus. 56 diſ. ſponſus. Sed ne hæſitationem hanc illotis, ut inquit iuriſcōſ. manibus, prætereamus quam Inno. 3. ſuo in regiſtro patriarcham Conſtantinopolitanū ſibi obiecisſe ſcribit, cum uehementer increpando, ꝙ ſedē R. aliarū caput matrē, & magiſtrā appellaſſet. Dicā nō ſine pia tñ reuerētia & quadā puſillanimitate q̄ mihi ad ſolutionē in mentē uenere. nemo ꝗppe eſt, qui dubitet Dei noſtri Ieſu Chriſti natiuitatē, ſacerdotalis ſacrificii inſtitutionē, crucē & amarā ualde paſſionē, una cū glorioſa, ac triumphali reſurrectione ſua, pia & neceſſaria redemptione noſtra, decoris, laudis, & gloriæ obſequia omnia promeruiſſe, & nimirum ſi antiquiores fidei noſtræ patres pro meritorum, & dignitatis reuerentia patriarchales ſedes erexiſſent, non niſi irreligioſi, irreuerentes, ingrati, & iniqui, dici meruiſſent, ꝙ rerum ordinem peruertentes primā feciſſent ultimam, ac monſtrum horrendum ingens, pedes capitis loco geſtans in eccleſia Chriſti nutrire uoluiſſent. Sed abſit hoc ingratitudinis, inſipientiæ, & inurbanitatis uicium ab illis ſanctiſſimis & præſtantiſſimis fidei orthodoxæ patribus, qui tanq̄ baſes & fidei noſtræ ſolidiſſimæ columnæ, Dei ſpū repleti, eam conſtantiſſime firmauerunt de ele. fundamenta li. 6. non. n. ignorabant ipſi, q paſſionis, & reſurrectionis, ac tot miraculorū teſtes fuerant, ꝙ ſicut eccleſia R. beatiſſimorum Petri & Pauli apoſtolorū eius, ita eccleſia hieroſolymitana, imo totius orbis uniuerſalis eccleſia, Chriſti ſaluatoris noſtri martirio, ac precioſiſſimo ſanguine conſecrata nō immerito dici poſſet. Quodque ppca, ſi pientiſſimā hanc conſiderationem in his patriarchalibus ſedib. diſtinguendis habere uoluiſſent, hieroſolymitana ante oēs alias ſumma omniū cum reuerentia dedicari, primumq; ſibi locum uēdicare debuiſſet. Sed quia, ut præmiſimus, neceſſitas cōſtituendi quartam ſedem patriarchalem apud græcos & reliquos neophytas eiſdem cohærentes, qui ab aliis ſedib. nimis forte diſtare uidebantur, patres illos optimos cogebat, iccirco coniuncta neceſſitate ipſa cū perſpicua decentia ſedis imperialis, ne ingratitudinis ēt uicio laboraſſe dici poſſent, ſedem ipſam conſtantinopolitanam ethnicorum exemplo in patriarchalem erexere ſpiritu Dei, ut creditur, cooperante, cum tunc forte in conſiderationem nō ueniſſet hieroſolymitana. prout colligi pōt ex iurib ſupra deductis. 80. diſt. urbes, & c ſeq. Congrue. n. eo modo diuiſus uidebatur vniuerſus, omnium Chriſti fidelium orbis, ad hoc vt prouinciæ oēs patriarcham ſui caput agnoſcerent, & ad illud pro grauiſſimis reipubl. Chriſtianæ cauſis, eorum appellationibus, & grauaminibus audiendis, pertractandis, ac fine debito terminandis non incōmode recurrere poſſent. Quod ſi meliorem diuiſionē habito reſpectu ad ſphæricam totius orbis deſcriptionem fieri potuiſſe diceretur, nō incongrue forte reſponderi poſſet, ꝙ ſancti illi patres, qui Dei ſpiritu regebantur, cōſiderantes, ac præuidentes quæ regiones, & gentes ad Chriſti fidem cōuerſæ, conuertendæque forent, ſcientes ſaluatoris noſtri ſnīam, ꝙ nō eſt opus ualentib. aut omnino de ſalute deſperatis medicus, ſed tm̄ male habētib. Matthei. 9. & Marci. 11. ibi tm̄modo fidei doctores, prædicatores, ac ſummos patriarchas, atq; pontifices ponere curauerunt, ubi neceſſario ponendos fore ſancta inſpiratio irreprehenſibiliter eos edocuit. Quibus tamen omnibus rite peractis. Non neceſſitate aliqua, ſed ſola pietate, & reuerentia Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti inducti, ciuitatem ipſam Hieroſolymitanam, pari cum aliis patriarchalib. priuilegio decorare uoluerunt. Et ne rerum ordo cōfunderetur, aut eainde ſcādalum vel indignatio exoriri poſſet, antiquum aliarum ſedium inſtitutum, & uetuſtiſſimā partem priſcorum traditionem remanere iuſſerunt ar. opti. 65. diſt. q̄m. Quod quidem ea potiſſimū ratione colligi pōt, quia pp nimiam Alexandrinæ, & Antiochenæ ſedis uicinitatem, Metropoles ep̄atus, & prouincias aliquas, eiſdē prius aſſignatas, ab eis auferre, & Hieroſolimitanæ aſſignare ꝯpulſi fuerunt, ut prædicta quoq; ſedes patriarchii membris congruis non fraudaretur. Quod quidem in uiam notorii deduci, & ea libello illo prouinciali, de quo ſupra uerba fecimus, manifeſto colligi poſſet.

BONF. Eſt ne igitur concors ſacrorum canonum ſnīa ꝙ iſti quatuor patriarchæ prælatos oēs alios p̄cedere d̄eant?

PHA. Negauit ſolus. Hoſt. in alleg. c. antiqua. Defendendo, ut inquit Abb. Panor. ibi, dignitatem ſuam eos præcedere cardinalem Hoſt. quia, ut dicebat ipſe. ep̄s Hoſt. præcedit oēs alios, & ſequitur papā immediate, & hoc habuit ex priuilegio eccleſia. Hoſtienſ. quia eius epiſcopus conſecrat papam & imperatorem ungit.

BONFIL. Videretur ergo quod imperator ordinem eccleſiaſticum haberet.

PHA. Non defuere aliqui, ut Nicolaus furioſus ſecundū Landi. (ut refert Archi. ſupra gloſ. ſi. 63. diſt. in c. Valentinianus) qui dicerent, ipſum habere ordinē ſubdiaconalem, quia gerit officiū ſubdiaconi, cum miniſtrat epiſcopo. Vt inquit gl. prædicta, quæ ſubdit, ꝙ non eſt verum ꝙ habeat ordinem clericalem, ſed habeat tantum militarem characterem. t. q. 1. quod quidam. & 1. di. ſi quis poſt, ſecundum eundem Arch. cum quo concordant ſcribentes omnes in c. venerabilem de elec. & in cle. Romani de iu. iu. & alibi.

BONFIL. Quare ergo vngitur?

PHA. Quia in veteri teſtamento non ſolum ungebatur ſacerdos, ſed ēt Rex, & Propheta. Sicut patet in 3. regum. c. 19. ubi Dn̄s hoc præcepit heliæ dicens. Vade & reuertere in domum tuam per deſertum in damaſcum. Cumq; perueneris illuc vnges Azabel in Regem ſuper Syriam. Et Ieſum filium Nanſi vnges Regē ſup Iſrael. Eliſeum autem filium Saphat, qui eſt de Abel vnges prophetam pro te, ut habetur tranſumptiue de ſacra vnct. c. 1.

BONFIL. Non ergo coronatur, ut dici ſæpe audiui, nec vngitur a papa imperator, ſed ab epiſcopo Hoſtien.

PHA. Imo. ſed qui per alium facit, per ſe quandoque facere dicitur, de reg. iur. qui per alium li. 6.

BONFIL. Quomodo, & a quibus eligitur, cōfirmatur, vngitur, & coronatur, imperator?

PHA. heu ohe. Bonfili quorſum? Nonne vides, quod dum multa muſſitādo ingeris, inſtitutum egredimur, & quod longius tempus, alium tractatum, hæc indagatio requireret.

BONFIL. Dic ſi me amas omnino aliquid quandoquidē & tempus ſuppetit. Et gratius aut iocundius audire poſſemus nihil, inſtante maxime, vt aiunt, Maſſimiliani Romanorum Regis in Italiam aduentu, ut a pont. Maxi. conſecretur, & coronetur imperator.

PHA. Poſſent ea his aliqua ſacri palatii apoſtolici cerimoniarum magiſtri, qui ordinarium pontificium, non aliter q̄ libros ſibillinos priſca religio, ſeruant, melius forte referare. Sed quantum ad nos attinet tex. habemus in c. ad apoſtolicæ, de re. iu. li. 6 in c. venerabilem de elec. Et in cle. Romani de iureiura cum concor. Ex quibus per gl. & doc. colligitur ad quod ēt Annaliſtæ ſcribere conſuerunt, uidelicet, quod regnante Ottone. 3 Anno Chriſti milleſimo ſecundo, Decreto Greg. 5. pont. Max. ſtatutum fuit, quod ſolis Germanis imperatorem eligere liceret, ſede imperiali uacante Quod tamē ius ad ſeptem principes redactum fuit. Tres eccleſiaſticos, & quatuor laycos. uidelicet archiepiſcopum Maguntinum Coloniensem, & Treueren. Item ad comitem Reni, ducē Saxoniæ. Marchionem brandeburgenſem, & Regem Boemiæ, Qui olim erat dua. Dicunt tñ quidam, quod Rex Boemiæ de neceſſitate uocandus non eſt, niſi cum alii diſcordant. Nec iſtud ius habuit ab antiquo, ſed hodie de facto tenet, ſecundum Hoſt. in d. c. venerabilem. Et gloſ. & ſcribentes in d. c. ad apoſtolicæ. De quibus tñ plura ponuntur per doc. ubi ſupra, & per Ioan. And. in addi. Spe. de reſcrip. præſenta. §. ſi. uer. licet quod imperator. Et qualiter antiquitus ab exercitu, uel per. Ro. imperator eligeretur habetur. 93. diſt. legimus. ff. de orig. iur. l. 2 §. poſtea §. deinde. & C. de ueteri iu. enucl. l. 1. §. hec [illegible] Ponit Bal. in l. cun[illegible] populos. C. de ſu. tri. & fide catho. habetur alibi ſæpiſſime.

BONFIL. Quis poteſtatem hanc eligendi, his ſeptem principibus germanis conceſſit?

PHA. Vide tex. in d. c. venerabilem. §. r. ibi. Verum illis principibus ius, & poteſtatem eligendi Regem, in imperatorem, poſtmodum promouendum, recognoſcimus, ut debemus, Ad quos de iure, ac antiqua conſuetudine noſcitur pertinere, Præſertim cum ad eos ius & poteſtas huiuſmodi ab apoſtolica ſede peruenerit. Quæ Romanum imperium in perſonam magnifici Karoli a græcis tranſtulit in germanos, Perquem tex. dixit gl. ibi in verſi tranſtulit, quod legitur in cronicis, quod cū eccleſia Romana opprimeretur ab Aſtulpho Rege Lombardorum, auxilium petiit a Conſtantino, & Leone eius filio imperatoribus Conſtantinopolitanis, Qui cum nollent patrocinari eccleſiæ Romanæ Stephanus papa ſecundus natione Romanus imperium tranſtulit ad Karolum magnū, qui fuit filius Pipini, Quem Zachar eius prædeceſſor ſubſtituerat Ludouico Regi francorū, quem deppoſuerat, De quo habetur. 15. q. 6. Alius. Et tranſlatio illa facta fuit ſm eā Anno Domini DCC. LXXVI. Qui Karolus coronatus fuit a Leone papa III. Elapſis poſt hoc annis quindecim A qua gl. paulum ēt diſcrepant Platyna & alii pontificum Romanorum vitas, & geſta colligentes, in vitis eorundem Stephani, & Leonis. Subdit ēt alitera, glo. in d. c. venerabilem, ꝙ regnū mundi tranſlatum eſt tandem ad Teutonicos, & ꝙ ipſi habent regnum Romanæ eccleſię, de conſecratio diſt. 5. in die. Et ſic, patet quod imperium Romanū non eſt amplius apud græcos, Licet largo nomine ille græcus, appellet imperator.

de

de maior. & obed. ſolitæ. Sicut rex ſcaccorum dr rex. Quia extra eccleſiam non eſt imperium. 23. quæſt. 1. §. ſed illud.

BONF. Si Pipinus, & Karolus magnus fuerunt Galli, nõ vr, ꝙ imperium Ro. a Græcis ad Germanos, ſed ad gallos potius primo tranſlatū fuerit, & exinde ad germanos, prout ēt qui geſta Karoli, rolandi, & palatinorum decantant, ad lyræ tactum recenſere conſtituerunt.

PHA. Non fugit doctores noſtros hæc hęſitatio. unde inquit Panor. in alleg. c. uenerabilem, ꝙ quidam dicunt uerū eſſe ꝙ primo imperiū tranſlatum fuit in frācos, & poſtea in germanos, pro quib. facit tex. 63. diſt. Ego Ludouicus, ubi gl. dixit ꝙ imperium fuit apud francos, ſed ꝙ poſtea teutonici virtutib. illud promeruerunt, ſicut fecerunt Romani 28. q. 1. §. ex his. Alii uero dicunt, ut ſubdit idem Panor. ꝙ imo idem Karolus fuit germanus, uel præſuppoſito, ꝙ fuerit franchus, tñ in perſonā ſuam fuit tranſlatum imperiū in germanos, vt ſic poſt eius mortē imperium veniret in germanos. Sed illud certum eſt, ꝙ imperium in germanos tranſlatum fuit, vt in d. c. venerabilem, & de conſe. diſt. 5. in die. Dicunt tñ nonnulli in alleg. c. venerabilem, noua quadam inueſtigatione, vt inquit idem Panor. nullo iure probati, ꝙ ex ſola natione Germanorū debeat eligi imperator. Et ad tex. in alleg. c. uenerabilem, & ad ſimiles dicunt, ꝙ imperiū in germanos fuit tranſlatū actiue, quia fuit data principib. illis Alamaniæ poteſtas eligendi Imperatorem, non tñ prohibetur eis quin poſſint eligere de alia natione, licet ab olim non fuerit aliquis extra nationem illā electus. Et hanc opi. ſentit. d. cardinalis in d. c. venerabilem. Quæ non placet d. Abb. Panor. quia per tex. ibi confundi vr. Dum inquit ꝙ imperium tranſlatū fuit in Germanos in perſonam magnifici Karoli. certumq; eſt, ꝙ imperium hoc modo tranſlatum fuit in perſonam Karoli paſſiue, & nõ actiue. Nec eſt indecens, ut de certa gente, vel natione debeat eligi. Quia uidemus hoc ēt quãque ſeruari in dignitatibus eccleſiaſticis tam ex priuilegio, q̃ ex conſuetudine, ut probatur in c. cum dilectus, de conſue. & in c. abbate, de verb. ſig. papa aũt hoc ſic facere potuit ex magna cauſa tunc occurrēte, cū poſſit facere quicquid Chriſtus potuit. alias aũt Chriſtus ipſe non fuiſſet diligens paterfamilias, ſi non dimiſiſſet in terra aliquem loco ſui, qui in expediendis cauſis poſſet omnia facere quæ ipſe Chriſtus, quam argumētationem facit Inno. in alle. c. ad apoſtolicæ. de re. iud. in 6 & in c. ſuper his de uoto, & in c. quanto. de iureiu. & de hoc per Hoſt. in c. quanto. de tranſla. præla. Dei. n. & papæ idem dr eſſe conſiſtorium ar. in c. Romana. de off. ord. li. 6. Vnde merito dr ꝙ papa poteſt omnia, quod tñ intelligitur claue diſcretionis non errante, ſm Inno. in d. c. quanto. eſt tex. 24. q. 1. in c. manet. Et præcipue prędicta ſunt vera ſm eundem Panor. vbi ſup. tenēdo cõem opinionem canoniſtarum, de qua per eum, in c. nouit de iudi. ꝙ. ſ. imperator recognoſcit imperiū a papa. Quod patere poteſt ex eo ꝙ Romani per uim, & oppreſſionem acquiſiuerunt imperium. Quod aũt dr. 24. q. 1. §. 1. ꝙ. ſ. virtutib. illud acquiſiuerunt, intelligi debet de uirtutibus politicis. nõ aũt de Theologicis, ut ibi. no. Et uerificatur magis dicta concluſio temporib. noſtris quia, ut diximus, & probat tex. in d. c. venerabilē, electores non habuerunt hanc poteſtatē a pop. R. uel ab aliquo imperatore, ſed a ſede apoſtolica. Vnde imperator hodie poteſt legitimare iuriſdictionem, & poteſtatem ſuā ex auctoritate eccleſiæ Quod nõ poterant alii imperatores ante hoc facere, de qua per Innoc. in c. quod ſuper his de uoto, & latius per Bal. in l. cunctos populos. C. de ſum. tri. & fi. cat. Vbi iñ probat ipſe, ꝙ imperium eſt a Deo permiſſiue, formaliter, & effectiue. Vnde in d. c. uenerabilem, præmiſſorum cõſideratione, imperator appellatur aduocatus, & defenſor eccleſiæ R. & tenetur pro poſſe eccleſiam ipſam defendere, & exaltare, vt in d. cle. Romani. de iureiur. & in d. c. ego Ludouicus, & in c. tibi dño 63. diſt. quod ēt procedit in aliis mundi totius principibus, bonus text. 23. q. 5. ab imperatorib. c. adminiſtratores. c. principes. & c. regū. Vnde merito dici conſueuit, ꝙ imperator & principes ipſi poſſent deponi, ſi ſine cauſa legitima denegarent impendere auxilium eccleſiæ R. oppreſſę. Et hoc fortius procedit tenendo opinio. canoniſtarū. de qua ſupra, ꝙ. ſ. imperium immediate procedit a papa, licet mediante Deo, ut per eūdem Panor. in d. c. nouit, & ubi ſupra, & eſt bo. glo. in clem. ad noſtram. de hęre. & tex. 22. diſtin. cap. 1. & 2. in extrauag. Bonifacij viij. unam ſanctam.

BONFIL. Nunquid omnes illi ſeptem principes conſentire debent in electione imperatoris?

PHA. Minime, ſed pualet quicquid fit a maiori parte eorum, ſicut cõiter contingebat in electionib. prælatorū, ut extra de elect. in cap. licet.

BONFIL. Hanc autem eorum poteſtatem nunquid habent exercere, ut ſinguli, an uero, ut collegium.

PHA. Hoſt. tenuit, ꝙ ut ſinguli, ſed oppoſitū tenuerunt alii multi, vt proſequitur Io. An. in addi. ſpe. de reſcr. præſen. §. vlt. ver. pen. Et hæc contraria opi. plus placet Panor. in allega. c. venerabilem, ea potiſſimum ratione, quia iſti electores vñr eſſe ſuffecti in locum pop. R qui ut vniuerſitas, ſibi eligebat imperatorem. Vnde ſurrogatum debet ſapere naturam eius in cuius locum ſurrogatur, vt extra ut lit. pen. in c. eccleſia. Item ſufficit in dicta electione, quod facit maior pars eorum, ſicut contingit regulariter in actib. collegialibus, ut in l. quod maior ff. ad municip & in cap. 1. de his, quæ fi a maio. parte. c. item dicti omnes electores debent ſimul conuocari, & ſimul actum electionis expedire. Vnde notãter dicit text. in d. c. venerabilē, ꝙ plus obeſt electioni contemptus unius, q̃ contradictio multorum, & eſt ratio, quia contradictio minoris partis præſentis non impediret electionē maioris partis, ſed cõtemptus unius poſſet facere totā electionem retractari ut in c. ꝙ ſicut de elect. & in c. bonæ. co. tit. vnde in propoſito notãter dixit Bar. in l. omnes populi. ff de iuſti. & iu. ꝙ vbicunque maior pars præualet minori parti, ēt in actib. ad ſingulos ſpectantibus, quod omnes ad quos actus pertinet, debent ſimul conuocari, ar. in l. maiorem. ff. de pact. & ponit Panorm. in c. 3. de iure patr.

BONFIL. Quantum tempus indulgetur iſtis electorib. ad eligendum, imperio vacante.

PHA. Ex tex. in alleg c. uenerabilē, no doct. ꝙ ad eligendum Imperatorem nõ eſt tempus a iure præfixum, vnde electorib negligentibus eligere, poteſtas eligendi non deuolutur illico ad papam, ſed debent prius ab ipſo papa admoneri præfixo eis aliquo termino infra quē eligere debeant, quod ſi non fecerint, tūc poteſtas eligendi deuoluitur ad papam, ut probatur in d. c. uenerabilem. eſt bo. glo. in d. c. ad apoſtolicæ, de reg. iu. lib. 6. Et idem cõiter ſeruatur, ubi tps a iure, vel ab homine non eſt præfixum, ut no. doct. & Abb. Panor. vbi ſupra & in c. 2. de conceſ. præb. Et hoc ideo eſſe dicunt, ne defectu, uel negligentia electorum ſedes apoſtolica careat defenſore ſine ſui culpa. Poſſent etiã dicti electores in electione imperatoris uariare recedendo. ſ. ab eo, in quem nõ conſenſit maior pars, & accedere ad nominationem alterius ſicut ēt obſeruatur in electione papæ ſm doct. ibidem in c. licet. & in c. cum in iure. d. tit. de elect. quamuis tamen ad electionem papę duę partes concurrere debeant, ut habetur in c. ubi periculum. co. tit. li. 6 Poſteaquam igitur electus fuerit imperator modo præmiſſo in regem Romanorum. Electio prædicta cum decreto præſentatur papæ, quæ cum perſona electi, per ipſum papā examinatur, & ſi approbatur electus, aſſumitur in regem. Deinde papa ipſum dignū eſſe, & in imperatorem promouendum fore pronunciat, demum per papam, ſeu de mandato ipſius ungitur, ultimo per manus papę corona aurea coronatur, prout ſeriatim ponit Guiel. & ſcribentes poſt eum in clement. Romani, per illum tex. de iureiur. & in ſæpe alleg. cap. venerabilem.

BONFIL. Præſtat ne dño papæ homagiū uel obedientiæ, aut reuerentiæ iuſiu aliquod imperator dum conſecratur, ſicut faciunt epiſcopi & prælati alii.

PHA. Debet ut ſcribunt doct. in alleg. locis antequam Italiam ingrediatur vel ibidem iura aliqua exerceat, in manibus alicuius legati, uel nuncii apoſtolici ſummi pontif. & eccleſię R. nomine recipientis tactis ſacroſanctis Euangeliis præſtare fidelitatis homagium huiuſmodi ſub tenore, uidelicet. Ego Maximilianus Romanorum rex annuente domino futurus imperator. Promitto, ſpondeo, polliceor, atque iuro coram Deo, & B. Petro me de cætero protectorem, procuratorem, & defenſorem fore ſummi põtif. & huius S. R. E. in omnibus neceſſitatibus, & utilitatib. ſuis cuſtodiendo, & conſeruando poſſeſſiones, honores, & iura eius, quantum diuino fultus adiutorio potero ſm ſcire, & poſſe meum, recta, & pura fide. Sic me Deus adiuuet, & hęc ſancta Dei euangelia. De quo ad literā habetur in cle. Romani de iureiur. Alia ēt iuri forma habetur. 63. diſt. tibi dño. vbi magnus otto. D. Io. papæ. 12. iuſm ipſum præſtitit huiuſmodi ſub tenore uidelicet. tibi. d. Io. papæ ego rex otto promittere & iurare facio per patrem, & filiū, & Spiritumſanctum, & per lignum hoc uiuificæ crucis, & per has reliquias ſanctorū, ꝙ ſi permittente dño Romam uenero, S. R. E. & te rectorem ipſius exaltabo ſm meum poſſe, & uitam aut membra nunquam, neque ipſum honorem, quem habes mea uoluntate, aut meo conſilio, aut meo cõſenſu, aut mea exhortatione perdes. Et in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciam De omnib. q̃ ad te, aut ad Romanos pertinent ſine tuo conſilio. Et quicquid de terra S. Petri ad noſtram poteſtatem peruenerit, tibi reddam, & cuicunque Italicum regnum commiſero, iurare faciam illum, vt adiutor tui ſit ad defendendum terram S. Petri ſm ſuum poſſe. Dicit tamen ſpec. ti. de iureiu. § 1. ver. illud autem poſt opti. quem refert, & ſequitur. glo. in d. cle. Romani, in uer. tibi dño, ꝙ cum primo eligitur in regē præ-

ſtat

ſtat iuramentũ, de quo in d.c. Tibi dño legato apoſtolicæ ſedis, poſtmodũ vero, qñ coronatur iterũ illud præſtat. d. papæ.

BON. Nunquid caput & manus imperatoris vnguntur, ſicut ſeruatur in prælatis?

PHA. Vnctio capitis & manuum eſt ep̃alis. Ep̃i.n. caput vngitur, ut oſtendatur repreſentare perſonam illius, de quo dr̃ p propħetã. Sicut vnguentũ in capite &c. Caput.n. viri Chriſtus eſt. Manus aũt eius vnguntur, vt oſtendat accipere p̃tatem bñdicendi, & cõſecrandi. Sed imperatoris vnctio a capite ad brachium eſt tranſlata, ita ut ex tunc non vngatur in capite, ſed in brachio, ſiue humero, vel in Armo, in quib. principatus congruæ deſignat̃, iuxta illud qđ legitur, Factus eſt principatus ſuper humerũ eius, Ad qđ ẽt ſignificandũ Samuel fecit poni armum ante Saul, cui dederat locũ in capite ante eos, q fuerant inuitati, Vt dicit formaliter tex. in d.c. 1. de ſacra vnctio. Et confirmant Hoſtien. & doc. in alleg. c. antiqua, de priuile. Vbi atteſtantur q imperator vngitur oleo ſancto in humeris per papam, ſiue per alium, cui id papa commiſerit. Qđ ẽt fatetur Io. And. in d.c. venerabilem, de elec. in ver. in ungimus. Et licet tex. ibi innuere uideatur, q ad papam ſpectat imperatorem ſuis manib. vngere, & coronare. Dicit tñ Hoſtien. Io. And. & Panor poſt eos, ibi q card. Hoſt. imperatorẽ vngit ex antiqua conſuetudine, de mandato papæ. Sed papa ſuis manib. eũ coronat corona aurea. Et Pe. de monte in dictionario ſuo in ver. imperator, atteſtatur ſe vidiſſe huiuſmodi praticam ſeruari tpe. ſ. memoriæ D. Eugenii papæ quarti, qui Romæ coronauit. D. Sigiſmundũ. Quæ ẽt praticam breui tunc ſeruanda erat, vt dicit ipſe in perſonam. D. Frederici. 3. patris huius noſtri Maximiliani. Qui iam tunc, vt proſequitur, In Italiam intrauerat ut coronaretur, a d. Nicolao V. A quo quidem cum poſtea hac de cauſa vrbem intraſſet, anno Chriſti. 1452. die. 9. martii obuiantibus ei prius 12. card. ab ipſo pontifice, qui ẽt eidem obuiauit ad ſcalas. ſ. Petri exceptus fuit, vna cũ Leonora filia regis Luſitaniæ eius vxore. Et cum idẽ pontifex poſtmodum die. 18. eiuſdem menſis in eccleſia. S. Petri miſſam celebraſſet, benedixit imperatori, & imperatrici, ut in nuptiis fieri conſueuit, eoſq; imperatoria corona donauit, ut teſtatur platyna in vita eiuſdem pontificis.

BONFIL. Quot igitur coronis coronatur imperator? Et quibus? & vbi?

PHA. gl. in d. cle Romani & doc. poſt eam dicunt quod triplici corona coronatur. prima eſt ferrea, quam recipit ab archiep̃o Colonienſi in Aquiſgrani eiuſdem dioceſis Ferrũ, ut inq̃t ipſa, fortitudinem deſignat, qua vincere dẽt rebelles, & in fideles cõculcare. Secũda eſt argentea, quã ingreſſus Italiam recipit a mediolanen. archiepo in villa modecien. eiuſdẽ dioc. Quamuis tñ Henricus imperator de quo in illo text. illam mediolani receperit in eccleſia. S. Ambroſii. Argentũ uero deſignat munditiam, & claritatem, quia oſtenditur ipſum principem talẽ eſſe debere. Tertia eſt de puro auro, qua coronatur per papam Romæ in eccleſia. S. Petri ad altare. S. Mauritii. Aurum aũt quod omnib. metallis eſt excellentius, deſignat ipſum imperatorem aliis regibus in potentatu & iuſticia excellentiorem eſſe debere. Ex his ẽt tribus metallis dabatur myſtice tributum Romanis ſm gl. ibi, q̃ remittit in ad. no. in c. inter dilectos de fiant. tu in uer. indictio, quę quidem tributa quolibet luſtro. hoc eſt quolibet quinquennio dabãtur hoc mõ. Quia primo quinquennio dabatur aurum, ad conſeruandam remp. Secundo quinquennio dabatur argentum pro ſtipendiis. Tertio dabatur ferrum pro armis fabricandis ut no. in auctẽn. ut præponatur nomen imperatoris in prin. col. 5. Sed quo ad premiſſas coronas dicit car. in d. cle. in uer. porto. ſub uerſi, quęro, quia ut hic patet, q aliqui dicunt, q ſecunda corona imperatoris eſt ferrea, & prima argentea, & q ſic hodie ſeruatur. Sed forte alias ſeruabatur, prout dicit gl. prædicta. Et hoc idem affirmat. D. Iacobus. Aluarotus in c. 1. quis dica. Comes. vel marchio in vſu feudo. Et q̃uis dictum ſit, q coronari dẽt corona aurea per papã in in eccleſia beati Petri, tñ poſſet ẽt alibi coronari, quia locus nõ eſt de ſubſtantia coronationis, ſed modus uſ. de teſti. ſpo. c. ſi ſm Guil. quẽ refert, & ſequitur Io. de Imo. in alle. cle. Romani in uer. quæro in quo loco, Sicut ſi papa nõ eſſẽt præſens in vrbe Romana poſſet eum coronari facere per manus legati ſui in vrbe, ſicut factũ fuit tpe henrici in d. cle. Romani Et licet papa declaraſſet, vel pronunciaſſet eundem imperatorem debere conſecrari, & coronari per manus ſuas, tñ hoc adimpleri intelligit̃. Si fit per aliũ nomine papæ, quia in hoc nihil eſt præiudiciale. Alias aũt non ſufficeret ſtantibus illis uerbis per manus noſtras, q̃ denotant papã id perſonaliter eſſe facturum ut hĩ per gl. ſing. in cle. 1. de vi. & ho. cle. in ver. publice. & proſequitur. D. card. in alle. cle. Romani. q. 21. Imperator igitur approbatus. conſecratus, ſeu vnctus, & coronatus modo præmiſſo, eſt ſuper oẽs reges. 7. q. 1. in apibus Et oẽs nationes ſunt ſub eo. 11. q. 1. §. hæc ſiquis ver. volumus. Et ius tagio. in d.c. uenerabilem, in uer. germanos. ipſe eſt princeps mundi & dominus ff. ad l. Ro. de iac. depreccatio. Et non ſolũ Chriſtiani, ſed etiam iudæi ſub eo ſunt. C. de iudæ. l. iudæi. Et omnes prouincię ſunt in eius poteſtate. 63. diſt. Hadrianus. & omnia ſunt in poteſtate imperatoris. 8. diſt. quo iure. 23. q. 8. conuenior, & C. de quadrien. præſcr. bene a Zenone, ſed de his quidem ſatis, ſuperque dictum ſit.

BONF. Dic igitur, ſi placet, ut proſequamur, quod cœperas, q̃. aut qualia ſunt iſtorũ quatuor patriarchatũ priuilegia.

PHA. Si audiremus græculos quoſdã grandia uerba trutinantes, ac pertinaciter contendentes, omnes apoſtolos pari conſortio honorem, & poteſtatem cũ Petro accepiſſe iuxta tex. 21. diſt. in nouo, concinderemus nihil eos differre ab apoſtolico, ſumendo max. argũ a tea. in c. renuuantes. 22. diſtin. vbi dr̃, q patriarcha Cõſtantinopolitanus habet ſimilia priuilegia quæ inferior Roma, & facit quod affirmat imperator. C. de ſacroſ. eccleſ. l. omni nouatione. Ibi non abſque ſcientia uiri reuerendiſſimi ſacroſanctæ legis antiſtitis urbis Conſtantinopolitanæ, quæ Romæ ueteris prærogatiua lætatur, & in auct. de eccle. tit. in prin. ubi loquitur de eodem patriarcha ibi, & in ſubiectis ſibi prouinciis locum obtinere eũ ſedis apoſtolicæ Romæ. Quæ de aliis quoque tribus patriarchis ſenſere ſcribentes per tea & no. in c. mos antiquus, & in c. ſeq. 65 diſt. & fatetur card. in cle. in pleriſque de elec. q. 16. vbi dicit, quod quatuor principales patriarchæ habent priuilegia ſimilia, cum D. papa. Quod alii quoque docto. & ibi, & in d. c. antiqua, & alibi ſæpiſſime fatẽtur in cõi. Sed quicquid dicatur ſi huiuſmodi priuilegia, † & prærogatiuas, ad ea. quæ ſunt poteſtatis, vel decoris in ſpecie referamus, glo. & doct. de quibus infra ad pauca quædam, non autem ad omnia priuilegia apoſtolica paritatẽ hanc reducunt. Et inſtendo primo motiuũ text. in d. c. in nouo, dum dicit omnes alios apoſtolos pari conſortio honorem, & poteſtatem cum Petro accepiſſe. Reſpondent quod licet alii ep̃i apoſtolos alios repreſentantes, quo ad ordinem, & rationem cõſecrationis pares ſint apoſtolico, tñ ſicuti Petrus oĩb. apoſtolis, ita papa, eius loco, omnibus epiſcopis, maior eſt adminiſtratione. 2. q. 7. puto icc irco. n. dr̃ papam ordine, & conſecratione parem eſſe cuicunque ep̃o. 24. q. 1. loquitur dñs in princ. Quia non eſt ſuperiorem ordinem reperire in eccleſia Dei ordine epiſcopali, & ob hanc cauſam papa ſe uocat ep̃m, ut no. in d. c. in nouo, in prin. 3 glo. & 32 diſt. c. 1. & per gl. in prohe. 6 in uer. epiſcopus. & in c. quia periculoſum. in uer. de epiſcopis. de ſent. excom eo lib. Nec hoc quidem incongruum uidetur, quia poteſt aliquis eſſe æqualis, uel maior alio in ordine, & tñ minoris erit dignitatis. uel præeminẽtiæ in adminiſtratione, ſicut dicimus de achipreſbitero eccleſiæ cathedralis, qui cum ſit ſacerdos, maior eſt archidiacono, qui eſt tñ diaconus ordine, ſed minor eſt illo dignitatis prærogatiua & adminiſtratione. 25. diſt. perlectis ibi. Archipreſbiter vero ſe eſſe ſub archidiacono, eiuſque præceptis, ſicut epiſcopi ſui ſciat ſe obedire, & q ſpiritualiter ad eius miniſterium pertinet, ſuper omnes preſbiteros in ordine poſitos curam agere, & aſſidue in eccleſia ſtare, & qñ epiſcopi ſui abſentia contigerit, ipſe vice eius miſſarum ſolennia celebret & collectas dicat uel quib. ipſe iniunxerit &c. Eſt autem Archidiaconus generalis ep̃i vicarius, eiuſque oculus nuncupatur, extra de off. Archid. ad hæc & quaſi per to. In propoſito ergo licet papa par ſit ordine & conſecratione, maior tñ eſt adminiſtratione, & pręeminentiæ dignitate omnib. patriarchis, primatibus, & epiſcopis cum eorum omnium & totius orbis ſit iudex, dominus, & moderator. 9. q. 3. cuncta per mundum Solus. n. ipſe habet plenitudinẽ poteſtatis. 2. q. 6. qui ſe ſcit. Subſequẽter autem priuilegia quatuor iſtorum patriarcharum ſpecifice tãguntur p tea. & doc. in ſæpe alle. c. antiqua, de priuil. vbi aſſignatis ſuis cuiq; præſidentiæ locis, inquit tex. ita q poſtea q̃ antiſtites earum a R. ponti. receperint pallium, in quod eſt plenitudinis officii pontificalis inſigne, præſtito ei fidelitatis. & obediẽtiæ iur̃o. Licenter & ipſi ſuis ſuffraganeis pallium largiantur, recipientes pro ſe profeſſionem canonicam & pro R. eccleſia ſponſionem obedientiæ ab eiſdem. Dominicę vero crucis uexillum ante ſe faciant ubique deferri. Niſi in urbe Romana & ubicunque ſummus ponti. pręſens fuerit. A ut eius legatus utens inſigniis apoſtolicæ dignitatis. in omnib. autem prouinciis eorum iuriſdictioni ſubiectis ad eos, cum neceſſe fuerit prouocetur. Saluis appellationib ad ſedẽ apoſtolicam interpoſitis. quib. ab omnib. humiliter deferendũ.

BONF. Præclara ſunt hæc auctoritatis inſignia, ſed nunquid hodie iſthæc ab eis ſeruari poſſent.

PHA. Et poſſent quidem, & deberent iudicio meo, pro ornamento & decõre huius militantis eccleſiæ, quæ regio apparatu in ueſtitu deaurato circundata uarietate, a dextris domini. aſtitiſſe dicit̃ a propheta pſalmographo. Nemo. n. iniuriam facit, qui iure ſuo utitur, extra de elect. cum eccle-

ſia.

ſa ff.de reg.iur.nullus.vnde bene dixit glo.in d.c.cum eccleſia,quod & ſi quis vtendo iure ſuo alteri noceat, ita ut ei auferat propria commoda, non dr̃ ei facere iniuriam, dum tamen non faciat animo nocendi. ff.de aqua plu.arcend. ſi in meo.ff.de dam.infec. proculus.ff.de ſerui.urba.prædio. cum ea.& 16.q.1.illud cum ſim.illud autem facere poſſe dicimur quod de iure poſſumus.ff.de iudi.l.cum prętor. & ff.de vſur. l.cum quidam.§.ſi pupillo.cum concor. Et indultum a iure beneficium non eſt alicui auferendum de reg.iur.in 6.Maxime ſine cauſa,& ea non bene cognita,ut dicit glo.ibi, & no. extra de appel.cum ſit,& in d.c.antiqua. Et priuilegia eccleſię cōceſſa, perpetuo inuiolabiliter ſunt ſeruanda,niſi in caſibus,de quibus ſupra meminimus,cum de patriarcha Alexandri. facto de ſecundo tertio diſſereremus, 25.q.2.c.1.2. & 3. ibi priuilegia eccleſiarum, & ſacerdotum intemerata, & inuiolata cunctis decernimus manere temporib. Et infra priuilegia eccleſiarum & monaſteriorum,ſanctorum patrū auctoritate inſtituta nulla poſſunt improbitate cōuelli,nulla nouitate mutari &c.principis itaque beneficium decet eſſe manſurum,de reg.iur.lib.6.cum ſi,Vnde licet imperator & papa ſoluti ſint ipſi legib.Summa tñ ope eas cuſtodire,& quantum in eis eſt ſeruare, ac ab aliis ſeruari facere debent, C.de leg.digna uox. 9.q.3. cuncta per mundum.cap.cum ſimus debitores,& quali per tot.cum vulgar.

BONF. Habeo, ſed qui ſunt legati deferentes inſignia apoſtolicę dignitatis.& q̃ aut qualia ſunt huiuſmodi īſignia.

PHA. Hoſt.& docto.in alleg c.antiqua, ſcribunt legatos ultramarinos, qui de latere Dñi. papæ proficiſcuntur ultra mare,uti huiuſmodi inſignis,quæ ſunt ueſtis rubea, palafrenus albus.frænum,& calcaria deaurata,adeo quod etiam religioſi,qui effecti ſunt epiſcopi vel cardinales poſſunt huiuſmodi inſignus, & ueſte rubea uti cum legati de latere ultra mare proficiſcūtur.Licet alias ex diſpoſitione iuris,& ex antiqua eccleſiæ traditione habitum religionis ſuæ deferre teneantur. extra de ui.& hon.cle.clerici il 2.quamuis.n.habitus non uideatur eſſe in emiſſione uoti religionis. Tamē eſt obligationis,& uoti ipſius ſignum,ut dicunt theologi, & ponit diuus Tho.2 2.q.185.artic.8.

BONF. Præmiſſorum argumento uideretur quod cardinales aliquando veſte rubea indifferenter non uterentur.

PHA. Sacri generalis concilii circunſpectiſſima traditio extra de ui.& hon.cle.d.c.clerici. Indumentorum generalē normam quibuſcunq; clericis indifferenter tradens inquit. Clauſa deferant deſuper indumēta nimia breuitate,vel longitudine nō notanda,pannis rubeis,aut uiridib. necnon manicis,aut ſotularib. cōſuticiis,fręnis,ſellis,pectoralibus,calcaribuſue deauratis,aut aliam ſuperfluitatem gerentib. nō utantur, & infra. pontifices autem in publico, & in eccleſia ſuperindumentis lineis omnes utātur,niſi monachi fuerint. quos oportet ferre habitum monachalem &c. per quē text. dixit Abb.Panor.ibi poſt Hoſt.in c.antiqua, de priuile.quod panni rubei,& frena,& calcaria deaurata,& ſimilia ornamēta, ſunt inſignia papæ & ſui eius legati, cum proficiſcitur ultra mare.Ex quo infertur ſm eum,quod de iure cōi etiā cardinales non poſſunt uti huiuſmodi coloribus, & ornamenti,licet conſuetudo habeat oppoſitum, & forte eos excuſat priuilegium, & papæ tollerantia,qui quotidie talem habitū approbat.Et non immerito quidem,cum ſint pars corporis ſui.arg.6.q.1.§.ſiquis cum militibus ſm Lau. & card.in cle.a. de celebra. miſſa. Et illuſtrari ac coruſcare debeant radiis dignitatis ipſius papæ.ar.in auth.de conſul. §.ſi uero, in l.princeps.ff.de leg.Quia dicunt̃ filij ſpeciales Ro.eccleſię.de pęn. & remiſ.§.ſiquis uero.lib.6. & ſunt perſonæ illuſtres ſecūdum doct.in l. 1.§.fin.in uer.iudicaturus.ff.de offi.præfec.præto. & Bal.in c.cum acceſſiſſent,in 2.col.de conſtit.Alex.de Imo.in rub. ff.de iuriſdi.om.iud.probatur in d.c.ſiquis cū militibus, & alibi.Sunt patres leuitici generis,qui domino papæ in executione ſacerdotalis officii coadiutores exiſtūt. extra qui fil. ſint legit.per uenerabilem.§.rationibus.Vnde ſicut honoris prærogatiua lætantur,ſic amplioris dignitatis auctoritate in ornamentis,inſignis, & indumentorum decentia prę omnibus aliis merito decorandi ſunt de offi. leg.officii & c.ſe.lib. 6 & dicit card.Zab.in d.cle.Romani.§.porro.quod licet Marcellus papa conſtituerit.15. card.Romæ eſſe pp baptiſma & ſepulturas hominū,quod tamen illa officia hodie non exercent,ſed eſt ſummus gradus in eccleſia poſt papam, de offic. leg.c.1. & 2.lib.6. Qua etiam conſideratione factum fuit, ut Inno.iiij.patria Genuen.ex nobili familia Fliſca oriundus ſtatueret, ut domini cardinales equo in publicum uecti galero rubeo uterentur, cauſa honeſtandi tanti ordinis, & dignitatis,ut atteſtatur platina in eiuſdem Inno.uita, & primus quidem omnium cognomen hoc cardinalium Syluester papa ſanctiſſimus inueniſſe uidetur. 2.q.4.præſul.q a cardine portæ ita appellati fuere ſecundum Archi. poſt alios in c.ſacroſancta.22.diſt.quaſi ſe regant,& alios.Sicut.n.oſtium regitur per cardinem, ſic eccleſia Dei per iſtos regitur,vt inquit ipſe.& per illum tex.ſubdit q cardinales ēt dñr ab eccleſia Roma.quæ eſt cardo & caput aliarum, vt ibi habetur, & 25.q. 6.§. vlt.reſpon.primo, & C.de ſum.trinit.l.inter claras. Et vt proſequitur ipſe,duplici ſimilitudine ſic nuncupantur,quia ſicut domus habet oſtium & cardines ſic eccleſia habet papam qui eſt oſtium,& card.qui ſunt cardines ſuper quib. fundatum eſt oſtiū tale. vel ideo quia ſicut oſtiū præeſt,& cardo ſubeſt,ita papa p̄eſt & card.ſubſunt.Quidā in dñt,q cardinales fuerūt ante Syluestrū,videlicet, tpe pōtiani papæ,qui nō ponitur in catalogo pontificum,ut refert idem Arch.in ca. vbi periculū.de elec.in 6.qui fuiſſe dicitur anno Dñi.ccxxxi. cuius temporibus fuerunt ccxxvi.cardinales,ut habetur in cronica martiniana.& atteſtatur card Zab.poſt Matth. in d. cle Romani.§.porro.& alii poſt eū. Poſuit nihilominus platyna pontianum natione Romanum in ordine pontificum 19.anno Chriſti.245.electum fuiſſe,ac pro fide exulem factū in ſardinia multas calamitates, & tormenta perpeſſum,uixiſſe in pontificatu annis.9. menſibus 5. diebus duobus. Demumque in præfata inſula martyrio vitam terminaſſe.

BONF. Vos autē d.epi. Quare igitur colore uiridi,uobis prohibito,Galerum veſtrum ſuffulcitis ɜ concilii decreta.

PHA. Hoc,ut uerum fatear, nuſquam me legiſſe memini,nec etiam qño, aut a quo epiſcopi huiuſmodi pileo decorati fuerint. Sed ne aridulis prorſus labellis hoc quoque prætereamus,dicam opinando,quod mihi occurrit,ut aliis ſaltem melius cogitandi uiam præbeam.Hanc ego eccleſiæ R. traditionem , ut alia pleraque,ab antiquis ethnicorum flaminib. priſcos illos patres ad nos traduxiſſe exiſtimauerim. Flamines.n.ipſos interdum filo,infula nōnunquam & qñq; pileo uſos fuiſſe legimus,ut auguſtiores inter alios apparerēt 20.diſt.c.cletos. praſinum, ſeu uiridem ſerici colorem iccirco additum crediderim ut hoc quoque maieſtatem pontificiam augeret,& atteſtaretur epiſcoporum ſupremā in eccl. Dei dignitatem, in hoc etiam cæteris inferioris gradus clericis pręſtare, ut quod ipſis prohibitum omnino eſſe dignoſcitur,pontificib. concedatur. Ad hoc,ut uidentes,& annotates epiſcopos ipſos prohibito colore uti eandem dignitatem ueluti legibus huiuſmodi ſolutam magis intuerentur, admirarent̃,& uenerari diſcerent, cum ſoli principi, qui ſupra legem eſt, prærogatiua iſta ratione ſupremæ poteſtatis ſuæ reſeruari uideatur. Pro quo facere poteſt , quod uoluit Hoſt.& doct.in alleg.c.antiqua, dum dicunt,quod ueſtis rubea, quæ etiam eſt prohibita clericis,ut ſupra diximus,& cætera ornamenta,de quibus ibi ſunt inſignia papæ uel legati eius,cum proficiſcitur ultramare.

BONF. Non videtur prorſus abſurdum,ſed repetamus (ſi placet)patriarcharum alia priuilegia & dignitatis ſuæ inſignia,quibus uſi fuerint priſcis, aut noſtris temporibus.

PHA. Non legimus plura apud noſtrates præſertim, q̃ ea,quæ in iurib.ſupra allegatis continentur.Vidi tamen quędam græcorum pontificalia,in quibus patriarchales cerimonię inter alias continebantur. Audiui quoq; uiuæ uocis oraculo ſępiuſcule a quibuſdam diuæ Sophiæ Conſtantinop.canonicis uiris ſane ętate, doctrina & moribus grauiſſimis, q patriarcha Conſtātinopolitanus in ſede ſua patriarchali ɔſtitutus,omnib.fere ornamentis,& inſignis, & prærogatiuis quibus pontiſ.R.in pręſentiarum utitur,uti conſueuerat. Vidi etiam colendæ memoriæ. d. Hieronymum landum patritium Venetum & Creten.archiepiſcopū,qui a ſanctæ recordationis Xyſto.iiij.pont.maximo patriarcha Cōſtantinopolitanus deſignatus fuit,cuius ego ſilētiarium,ac demum vicarium in ſua eius metropoli annis pluribus egi,qui cum eſſet uir ingenii perſpicaciſſimi, cordis maximi , & eloquii diſertiſſimi, ut patriarchalem dignitatem iniit , reuolutis ſtatim ſacrorum canonum, ad eandē dignitatem facientibus, decretis,pontificalibus,& libellis,quibuſcunque,auditis demum Græcis omnibus,qui de huiuſmodi dignitate aliquid ſaperēt,cæpit ſtatim cappa cardinea, & rubei,& uiolacei coloris,biretoque & ueſtib. rubeis,& publice, & priuatim uti. Cunq; mula in publicum ueheretur eadem cappa cardinea indutus,manticam, ueſtiariam,quam ualiſiam appellant, & clauam argenteam.aulicis ſuis pręcedentibus & capellanis, ac quibuſdam abbatibus ſubſequentibus, per urbem Rom. omnib. intuentibus palam deferri facere. Calcaribus item, & fręnis deauratis utebatur.Galerum uero,Græcorum prædeceſſorum ſuorum more,panno nigro tectum,cruce maxima ſerici rubei,verticem & uniuerſam fere ſuperficiem tegente,ſericeo uiolato ſuffultū,maximis redimiculis, & cordulis uiolaceis pendentibus geſtabat. Huius autem Galeri ornamenta ex cuiuſdam quondam patriarchæ Ioſeph, qui in urbe diem clauſerat extremum,Galero,qui forte in templo,ubi ſepultus erat, poſt eius exequias,ut fit,appenſus fuit,

acce-

acceperat, extra vrbem præterea crucem dominicam argẽteam ubique locorum præmittebat, populis ſibi obuiantib. benedicebat. Ad pontificem Max. alioſque catholicos principes omnes, de maximis & grauiſſimis reip. Chriſtianæ reb. ſcribebat. Eoſque ad reformãdam eccleſiam hanc noſtram, & quorumcunque Chriſtianorum mores hortabatur. Concilii generalis conuocationem ualde utilem, & neceſſariã noſtris temporibus eſſe oſtendebat, ſeque eiuſdem concilii præfectum, & magiſtrum ratione dictæ ſuæ dignitatis ea antiquo inſtituto eſſe, ac quotiens, inſtante neceſſitate, papa illud conuocare recuſaret, ſeu negligeret, ad ſe conuocationem deuolui ſæpiſſime dictitabat, indulgentiarum annos & quadragenas concedebat. Ac de iniunctis pœnitentiis centum dies interdum ad minus relaxabat. Bulla plumbea more Rom. pontificis in literis publicis utebatur, In qua græcis literis dicebatur. Hoc eſt Hieronymus miſeratione diuina patriarcha Conſtantinopolitanus, & nouæ Romæ, is etiam apud pontif. maximum ſæpiſſime egit, ut in capella apoſtolica ac publicis ſeſſionibus, & itinerationibus primũ poſt beatitudinem ſuam locum, iuxta ſacrorum canonum traditionem, obtineret. Quod quidem nunquam aſſequi potuit, cum pontifex ipſe potius ſæpiſſime conatus fuerit hominẽ ab huiuſmodi inceptis, & nouitatib. ſtomacum, & indignationem, ut dicebat ipſe, mouentibus, auertere, concitando alias illius ſpem optimam ad cardinalatus apicem, ſi ab hiſce perturbationibus deſiſteret, pro quo etiam ad beatitudinem ſuam. Res. p. Veneta eum ſenatus rogatorum, ut id aſſequeretur, ſæpiſſime ſcripſit in caſſum, quotiens autem idẽ Iaodus ritu pontificio miſſarum ſolennia ſua in metropoli agebat, epiſcopi omnes creten. & totius orientis, qui illic degebant, pallio, & mitra induti ter capite profunde inclinato, obedientia reuerentiali eum ſalutabant, ac duo ſeniores eidẽ miniſtrando aſſiſtebant. Apoſtoli quoque, & ſacri euangelij lectiones vtraq; literatura decantari faciebat, prout R. pontifex facere conſueuit. Is etiam publico edicto iuſſerat, ut totius orientis, & vniuerſæ ditionis ſuæ ſacerdotes quotiens ſacra myſteria agerent pro Rom. pont. & demum pro Hieronymo patriarcha Conſtantinopolitano collectam ſeu orationem & dicerent & decantarent. Addebant canonici, & uiri illi Conſtantinopolitani patriarcham ſuum conſueuiſſe eum in publicum ſolenniter ueheretur, Conopeolum vmbraculum, quod ombrellam appellant, ac ſellam cũ puluinarib. aureis, & alia pleraque huiuſmodi inſignia præmittere, quæ ipſum auguſtiſſimũ reddebant, ac R. pont. ſimillimũ.

BONF. Virum profecto ſtrenuiſſimum narraſti, ſed ſcire cupio quid alii patriarchæ ſedis apoſtolicæ beneficio deſignati, facere conſueuerint, in hoc priuilegiorum cerimoniatum, & prærogatiuarum ſuarum concurſu.

PHA. Nihil, quod ipſe ſciuerim, tum quia hoc forte uidebatur faſtum, & inanem quandam arrogantiã extra prouincias & ſedes ſuas præſeferre, quod nihil vtilitatis, aut dignitatis, ſed ſtomachum potius indignationem, & odium, afferre poſſet. Tum quia idem Iaodus, ut iſthæc deinceps ſopirẽtur, pontificio edicto cauſam dedit. Quo totius ſenatus approbatione ſancitum fuit, ut quatuor dignitates patriarchales prædictæ nõ niſi reuerendiſſimis patribus cardinalis, ſeruato ordine ſucceſſiuo, deinceps concederentur, quæ tamen ſanctio moribus, & vſu minime recepta ſeu approbata fuit, cum hodie quoque ĩo edicto ſit, prælatis aliis benemerẽtibus, licet minoris præeminentiæ exiſtant, & iunioribus cardinalibus eas conceſſas fuiſſe, præcedunt tamen patriarchæ ipſi omnes urbis prælatos poſt reuerendiſſimos cardinales regulariter. Et, ut aliquid priſtinæ dignitatis oſtendant, mantelli fimbriam ad mulæ ceruicem voco aurato deuinciunt, ſicut domini cardinales capparum ſuarum extremitatem anteriorem alligare ſolent, quod quidem aliis prælatis inferioris gradus a curiæ Rom. cerimoniarum cenſoribus minime concedi videtur.

BONF. Accepi omnia, ſed quædam adhuc mentem perturbant hæſitatiunculæ, quæ dum allegabas. c. renouantes. 22. diſt. interloquendum ſubiere. Ibi. n. dicitur quod ſedes Conſtãtinopolitana ſimilia priuilegia, quæ inferior Roma habet accipiat. Quid. n. eſt, quod hæc noſtra, inferior Roma, comparatione Bizantii, quæ eſt noua Roma, nuncupatur.

PHA. Non ideo Roma hæc noſtra inferior appellatur, quod minor dignitate, excellentia, vel prærogatiua aliqua exiſtat, ſed tex. ille reſpectum potius habuit ad ſitum loci, conſiderans, quod loca uerſus orientem ſuperiorem, ea uero, quæ uerſus occidentem tendunt, inferiorem ſitum occupare dicuntur, tãquam remotiores a tumore terræ, ut inquit Arch. ibi. Eſt ergo inferior rõne loci, non aũt inæqualitate dignitatis.

BONF. Sed dic in quibus conſiſtit iſta priuilegiorum ſimilitudo, de quibus in d. c. renouantes.

PHA. Dixi iam quædam, ſed inter alia, paritatem hanc deducunt quidam. Ex eo, quod ad ipſos patriarchas non aliter quam ad ſummum pont. appellari poſſit, omiſſis omnib. mediis. alleg. tex. 9. q. 1. ſi clericus, ubi concilium Calcedon. præmiſſo remedio ordinariæ, & gradariæ appellationis in ſi. alternatiue dicit. Aut certæ ad Conſtantinopolitanæ regiæ ciuitatis ſedem, ut eorum ibi negocium termineretur. Quod et approbare uidetur cõcilium generale, generaliter de omnibus patriarchis loquendo in d. c. antiqua ibi. In omnib. autem prouinciis eorum iuriſdictioni ſubiectis, ad eos, cum neceſſe fuerit, prouocetur, quod quidẽ intelligunt mediis omnibus omiſſis, ut priuilegii verba aliquid ultra ius cõe operẽtur. Contra quod tamen inſtare uidentur glo. Io. An. & Ant. de Butr. ibi aſſerentes hoc eſſe ſingulare priuilegium papæ. 2. q. 6. ad Romanam. & d. c. antiqua. cum ſi. ſed Iono. Hoſt. & neutericti ibidem contrarium affirmant. Imo, ut inquit Ab. Panor. magis eſt cõis, & uerior opi. Cumputatis omnibus doctorib. tenentib. partem affirmatiuã, quod ad eos appellari poſſit omiſſis omnibus mediis, & cam approbat etiam ſpecu. in tit. de appell. §. nunc tractemus. ver. ſed nunquid, & glo. 22. diſtin. renouantes. Secundam priuilegiorum eorundem ſimilitudinem dicit glo. prædicta in hoc eſſe. Quia ſicut papa deponit quoſcunque epiſcopos, ita & patriarchæ deponunt eis ſubiectos. 2. q. 5. qđ ſuſpecti. §. ueniamus, ubi patriarcha Conſtantinopolitanus, Anaſtaſium perennorum epiſcopum cõdemnauit, & depoſuit, quia ad concilium prouinciale uenire recuſabat. confirmat hoc idem Spec. per illum tex. in tit. de lega. §. nunc oſtendendum. uer. 17 & uer. quod autem dixi circa fi. illius. §. & ſubdit glo. prædicta, quod eccleſia Alexandrina habet forte in hoc ſimilia priuilegia Romæ. 63. diſt. quñ. & c. mos antiquus. Quod etiam approbat Spec. vbi ſupra.

BONF. Nunquid ergo patriarchæ prædicti, ſicut epiſcopos deponunt, ita quoque eos confirmare, vel inſtituere, aut alio quouis modo eccleſiis paſtorum ſuorum ſolatio deſtitutis præficere poſſunt.

PHA. Regula canonica habet, quod omnis res per quaſcunque cauſas orit per eaſdemmet ſoluitur, & cõ, quia eius eſt tollere cuius eſt condere extra de re iud. omnis res eum ſim. Sed quod hoc facere poſſint aperte innuit tex. in cle. in pleriſque iuncta glo. in uer. ſuperiorum de ele. ibi. n. Clemens. v. prouidet, quod nullus de cætero, quantacunq; dignitate præpollens, niſi ſpeciali ſuper hoc auctoritate ſedis apoſtolicæ fulciret, de paſtore prouidere auderet cathedrali eccleſiæ, ſibi qualitercunque ſubiectæ, quæ clero careret & ſubditis Chriſtianis. glo. autem, card. & doct. ibi in uer. ſuperiorum, hoc decretum emanaſſe aſſerunt pp quatuor patriarchas principales, qui hoc facere conſueuerant eligendo forte, & confirmando ſimul, prout nunc quoque ſummus pontifex, indifferenter facit. Si ergo papa hoc iñ fieri prohibet in caſu, quando eccleſia populo, & clero caret, ſequitur a contrario, quod ſi ipſæ eccleſiæ clerum & populum haberent, patriarchæ hoc minime facere prohiberentur, cum unius excluſio, ſit alterius incluſio, ut leg. & no. ff. de iudi. l. cum prætor in glo. in uer. uidetur. ff. de ſep. uio. l. 1. §. ſiqui. & ar. in c. nonne, extra de præſumptio. Poterant ergo, ſicut iis patriarchæ in caſu electionis aut poſtulationis electos epiſcopos, vel archiepiſcopos ſibi ſubiectos cõfirmare, ſicut faciebat ẽt pont. Ro. extra de cauſa poſ. & proprie. cum ſuper, vbi patriarcha Hieroſolymitanus confirmauit epiſcopum eccleſiæ Bethlemitanæ. Poterant quoq; forte dicti patriarchæ epiſcopos, vel alios prælatos ſuos ab vna eccleſia ad aliam æqualem uel ſuperiorem transferre, ſicut facit papa, cum iſta eſſet de maiorib. cauſis, quæ ad eoſdem patriarchas ex ſuis prouinciis referri poterant. 2. q. 6. omnis oppreſſus. pro tamen & contra extra de transla. epiſcopi. c. 1. ubi patriarcha Antiochenus reprehenditur, & mulctatur eo quod archiepiſcopum iam confirmatum de archiepiſcopauerit, & ad epiſcopatum tranſtulerit, ad inferiorem adminiſtrationis gradum eum deſcendere faciendo quod nõ licuit, quia ut innuit tex. ibi maiorem paruificare, & magnũ quodammodo minorare ac epiſcopare archiepiſcopũ, immo potius ipſum de archiepiſcopare non licet. Et quamuis tex. ille non plene probet quod ad patriarchas non ſpectet tranſlatio, iñ pro, & contra fortiter arguere poſſemus, niſi de induſtria iſthæc uariis ex cauſis ſilẽtio potius inuoluenda eſſe exiſtimaremus, cum noſtris præſertim temporibus has & huiuſmodi grauiores cauſas ad ſolum papam referẽdas eſſe, & doct. & ſacri cano. atteſtentur. vnde dicit glo. in d. c. 1. in uer. pertineant quod ad ſolum, papam pertinent omnia quæ his verſiculis comprehenduntur, uidelicet, reſtituit papa ſolus, deponit & ipſe. Diuidit, ac unit, eximit, atque probat. Articulos ſoluit, ſynodumue facit generalem, transfert, & mutat appellat nullus ab illo. Et remittit gloſ. ad concor. de ſingulis prædictis. extra de exceſ. præla. ſicut unire, & de off. deleg. quod tranſlationẽ in glo. 2. de quib. ẽt habetur alibi ſæpiſſime.

BONF. Dixiſti ſupra, ſi recte memini, Iadum patriarchã

tuum

rium crucem ante ſe ubicunque locorum ire feciſſe, ac populis ſibi obuiantibus benedicere conſueuiſſe. Nunquid extra prouincias ſuas legitime benedicere poterat.

PHA. Pulcherima eſt quæſtio quam poſuit card. Zab. patauinus uidetur in ſæpe alleg. c. antiqua, & arguendo ad partes concludit ſe tandem conſuluiſſe pro negatiua, quamuis tamen conſilium illud in conſiliorum ſuorũ uolumine nõdum reperire potuerim, & ut dixi, cõtrariũ a Lando patriarcha ſeruari uidi, & ita maiores ſuos ſemper ſeruaſſe teſtabãtur uiri illi optimi Conſtantinopolitani, pro quib. facere uidetur tex. in c. le. archiepiſcopo, de priuile. ubi permittitur archiepiſcopo per prouinciã ſuam itineranti, & in locis exemptis, crucem deferre, & populo benedicere. illa. n. crucis delatio benedictionem quoddammodo repreſentare, & unũ ex altero pendere uidetur. cõtra quod tñ fortiter arguit cardin. vbi ſup. Hoc maxime fundamento, ꝙ per benedictionẽ peccata ſaltem uenialia relaxantur, ſi deuote ſuſcipiatur, ut dixit gloſ. in prohe. 6. in uer. benedictionem ad hoc. 1. q. 1. dictum, & c. maledicam, & c. ſeq. Dixit. n. dñs ad Aaron numeri. 6. c. & tranſumptiue. d. c. dictum, uos ponite nomẽ meum ſuper filios Iſraei, & ego dñs benedicã eis. Sic & peccata venialia per generalem confeſsionem, quæ fit in exordio miſſę per ſacerdotem & populum, & per orationem dominicam remittuntur, de pęn. diſt. 3. de quotidianis, & item per aſperſionem aquæ benedictæ, de conſe. diſt. 3. Aquam. per elemoſynam, & ieiunia, de pę. diſt. 3. Sane cauendum, per eucharistiam deuote ſumptam, de conſe. diſtin. 2. cum omne. per extremam unctionem. de ſacra unct. c. 1. in prin. per deuotam pectoris tunſionem, de pęn. diſt. 1. tres ſunt actiones, quæ omnia ponit Hoſt. extra de pę. & remiſ. omnis & glo. pdicta poſt eum. Intelligens nihilominus, ꝙ uenialia remittantur dictis caſibus in eo qui non eſt in peccato mortali, ut no. de pę. diſt. 1. perfecta. in ultima glo. mortale. n. ut inquit ipſa dimitti poteſt ſine ueniali ſed non econtra, quia mortale opponit̃ charitati, veniale uero feruori charitatis. Vnde ſublato priori tollitur poſterius, ſed non econtrario. In propoſito igitur noſtro, ſtando in argumentis dicti cardinalis proprii iudicis, & non alterius eſt ligare, vel ſoluere extra de pę. & remiſ. c. omnis. Sed patriarcha non eſt iudex aliarum prouinciarum ſibi non ſubiectarum, ergo licet ex priuilegio illuc deferre poſſit crucem, peccata tamen dimittere, & conſequenter benedicere non poteſt. Contra hoc tamen, ſubſtinendo conſuetudinem & auctoritatem patriarcharum, dici poſſet hanc iuriſdictionem gratioſam, & uoluntariam eos bona fide præſcripſiſſe, ſtante maxime delatione crucis, & forte conſenſu principis, uel priuilegio aliquo, quod in corpore iuris clauſum non reperitur, eiſdem per pontifices maximos aut generalia concilia ꝯceſſo. Vnde ex quo in poſſeſsione, uel quaſi benedicendi modo præmiſſo manẽt, pro eis præſumitur, & hãc quidem opi. coadiuuare poſſemus multipliciter, ſi latius inſtãdum foret, per ea quæ le. & no. in d. cle. archiepiſcopo in c. abbate, de priuil. lib. 6. Et per omnia illa iura, quę dicunt patriarchas habere ſimilia priuilegia Rom. pont. &c.

BONF. Multum profecto his patriarchis ſacri canones tribuere uidẽtur, ſed qua modeſtia, quoue moderamine poteſtate eis attributa uſi fuerint pulchrum fuiſſet uidere.

PHA. Tantum quoque ſuas ceruices erexere ut de omnimoda paritate, & præcellentia cum Ro. pont. contendere non erubuerint. Vnde Dioſcorus patriarcha Alexandrinus auſus fuit, Leonem papam ſanctiſsimum excõicare, ut habetur. 21. diſt. in tñ. Sed eius temeritas in chalcedonen. concilio conculcata fuit, ubi ſancti patres eum ſine ulla reſtitutione damnauerũt quia, ut inquit text. ibi, ponens in cœlum os ſuum, lingua eius tranſeunte ſuper terram, excõicationem in S. Leonem papam dictauit. Acacius quoque patriarcha Conſtantinopolitanus Alexandrinum & Antiochenum patriarchas excõicauit, & depoſuit, eo ꝙ ſibi aſsiſtere nollent in hæreſi, & pertinacia ſua. Et propterea ipſe quoque ab uniuerſali ſynodo depoſitus fuit, ut habet̃. 24. q. 1. c. 1. & 22. diſt. Qua traditione, iuncta eius glo. quinimmo patriarchæ Conſtantinopolitani ꝓtendẽtes hoc eis licere, auſi fuerunt quoq; concilia generalia conuocare & celebrare, promulgando ẽt in eis canones generales abſque ſcientia, & auctoritate Ro. pontif. licet poſtmodum caſſa, & irrita declarata fuerint, ut patet 17. diſt. multis. Vbi pelagius papa increpat epiſcopos, q conuenerant ad concilium, ſeu uocationẽ Ioannis patriarchæ Conſtantinopolitani, & de huiuſmodi & aliis pluribus contentionibus æmulationib. & irritamentis uidere, ac colligere poſſet ſtudioſus ſacrorum canonum lector, additis regiſtris. Inno. iij & aliorum Ro. pont. ac plurib. uariorum ſcriptorum annalib. quæ tamen ſilentio præterire ſatius fuerit.

BONF. Quo iure dicebat laudus tuus ad patriarcham ſpectare conuocationẽ generalis concilii papa recuſante, uel negligente huc facere, ſi neceſsitas inſtaret.

PHA. Aliud tempus, aliaue ſtudia materia hæc, quã longiori filo contexere cæpimus, ea poſtulat. Ibi forte, ſi dñs dederit extremam manum imponere, de his & aliis pluribus, plenius uidere poteris. Nunc uero, ne calculus eorũ quæ diximus pedem recte ambulantis oſtendat, audi primo quid regulariter ſancitum ſit a ſacris canonibus. 17. diſtin. multis. Vbi ad literam dr̃. Multis denuo apoſtolicis & canonicis atque eccleſiaſticis inſtruimur regulis, non debere abſq; ſnĩa Ro. pon. concilia celebrari, Qua pp. ut iam dictum eſt, Recte non concilium, ſed conuenticulum veſtrum uel conciliabulum caſſatur, & quicquid in eo actum eſt irritum, habetur & uacuum &c. Et Iulius papa ſcribens orientalibus epiſcopis ex. di. dicebat. Regula ueſtra nullas habet uires, nec habere poterit, quoniam ab orthodoxis epiſcopis hoc cõcilium actũ non eſt. Nec Ro. eccleſiæ legatus interfuit Canonibus præcipientibus ſine eius auctoritate concilia fieri non debere. Nec vllum ratum eſt, aut erit vnquam concilium, quod eius non fuerit fulcitum auctoritate. Sed de his ſatur eſt cum dicit Horatius euoe.

BON. Fugis tanquam muſipula ſup prunas, & ueſtri inquiunt canoniſtæ, Proſequamur igitur de iuriſdictione quã habent patriarchæ in ſubditos ſufraganeorum ſuorum.

PHA. Magna eſt inter ſacrorũ canonum profeſſores altercatio, varia aũt & multiplex eſt quæſtio, ſed paucis contentus, illud nõ omittam, qd plerïq; generaliter affirmare nõ dubitauerunt: Videlicet ꝙ maiores, & difficiliores cauſæ oĩum prouinciarum ſuarum ita ad ipſos patriarchas, ſicut ad papã totius orbis cauſæ maiores referri poſſunt, ut ab eis decidant̃ & fine debito terminentur, prout & ſ. tetigimus. Pro quibus vr̃ tex. anacleti papæ. 3. q. 6. oĩs oppreſſus. ibi. Si aũt difficiles eſſent cauſę, aut maiora negotia orta forent, ad maiorem ſedẽ referant̃, & ſi illic facile diſcerni non potuerint aut iuſte terminari, ubi fuerit ſummorum congregatio ſub metropolitano congregata, q̃ per ſingulos annos fieri ſolet, & debet iuſtę & Deo placite corã primate, aut patriarcha eccleſiaſtica negocia, & corã patricio negocia ſecularia iudicentur in cõi, concor. text. 18. diſt. de conciliis ibi. Ac ſi forte inter ipſos de maioribus peccatis, qd abſit, naſcitur cã, quæ prouinciali examine nequeat diffiniri fraternitatem tuam de totius negocij qualitate metropolitanus curabit inſtruere, Vt ſi, corã poſitis partibus, nec tuo res fuerit ſopita iudicio, ad noſtrã cognitionem quicquid illud eſt transferatur. Et facit & textus. 17. diſt multis cum ſi. Per quæ iura inferri conſueuit, quod patriarcha ſit ordinarius iudex oĩum prouinciarũ ſuarum, Quodque de cauſis ſuffraganeorum ſuorum, & ſubditorum eorundem principaliter cognoſcere poſſit, ſicut papa cognoſcit de cauſis totius orbis, tanq̃ vłis ordinarius eiuſdem. 9. q. 3. cũcta per mundum cũ ſeq. atque ſi. Contra iſtud tñ fortiter ſtringit tex. in c. duo ſimiliter extra de offi. or. ubi dr̃, ꝙ de cauſis ſubditorum archiepõrũ & epõrũ ſuorũ patriarcha non cognoſcit, niſi per appellationẽ legitimam, aut vigore conſuetudinis, vel priuilegii. Vñ ibi decidi, & colligi vr̃, ꝙ ſicut ab epis appellatur ad archpm metropolitanum. de niſi ord. Paſtoralis, ita ab archiepõ appellatur ad patriarcham, cum ſit iudex archiepõrum, & pro hoc vr̃ tex. 9. q. 3. nullus primas ubi ad literam dr̃. Nullus primas, nullus metropolitanus Dioceſani eccleſiam uel parochiam, aut aliquem de eius parochia, ꝓſumat excõmunicare, uel iudicare, aliquidue agere abſque eius cõſilio, uel iudicio. Et infra Sed ſi quid agere tentauerit, gradus ſui periculo quidẽ eſt ſubiacebit, & quid egerit irritũ erit, & vacuum, & Concor. tex. ex. cauſa & q. in c. conqueſtus ibi. Primates. n. uel patriarchas nihil priuilegii habere præ cæteris epiſcopis, niſi quantũ ſacri canones cõcedunt, & priſca conſuetudo illis antiquitus contulit diffinimus &c. Sed cõtra hæc, & ſimilia iura ꝓ dñis patriarchis, iudicio quidem, dupliciter reſponderi poſſet. Primo ꝙ tex in cap. nullus primas, & in c. conqueſtus cum ſi. nõ obſtant, quia ſi bene inſpiciantur loquũtur ſimpliciter de archiepis primatibus, uel patriarchis minoribus prout ex eorum lectura, & præſcriptionibus euidenter colligitur. Sed iſti quatuor principales maioris ſunt prærogatiuæ, dignitatis, & iuriſdictionis, quam ſint iſti alii, prout ſupra aperte docuimus, ergo ex diuerſis nõ debet fieri illatio. ff. de mino. l. Papinianus. ff. de neg ge. l. cum actum cũ ſi. Et ſi diceretur. quod ſaltem tex. in alleg. c. duo ſimul. loquitur de patriarcha Heliæ qui eſt unus de quatuor principalioribus, prout atteſtatur vltima gl. ibi. & patet, quia decretalis illa ſcribitur Turonen. archiepõ, qui ſubeſt patriarchio eiuſdem, Reſponderi poſſet, ꝙ nec primum nec ſm iure probat̃. Seu aliter ad omnia huiuſmodi iura dici generaliter poſſet, ꝙ potius faciunt, pro, q̃ ꝯ, & maxime tex. in d. c. duo ſimul. ibi cõpelli nõ debent iudiciũ patriarchæ ſubire. Nemo. n. dicit ſubditos ſuffraganeorũ ſuorũ cogi deſerere iudicia ſua ordinaria & ſubire iudiciũ papæ, uel patriarchæ. Sed dr̃ liberũ eſſe, & in facultate dictorũ ſubditorum utrum velint corã ordina-

dinario ſuo immediato, an vero coram papa, vel eorum patriarcha experiri, cum & iſti ſint eorum generales & uniuerſales ordinarii, reſpectiue tñ. Et ſi forte diceretur, q̃ argũ a contrario ſenſu locum nõ habet in illo. tex. prout ſentire vr gl. ibi in uer. uoluerint ſubaudiendo ad tex: maxime, & allegando de fo. compe. ſignificaſti. Reſponderetur, q̃ illa ſubauditio eſt literæ uiolatio, quia non ſumus in caſu, in quo dici poſſit argũ a contrario ſenſu ceſſare, ut pote, quia contrariũ præciſſe de iure reperiat̃, vel in alleg. ca. ſignificaſti, vel alibi, prout ſolenniter limitat gl. in cle. 1. de ſen. excõ. in ver. obſeruare, & uo. in c. publicato, extra de elec. in ult. glo. & alibi, qa ut ſupradiximus, negatur, q̃ cõtrarium ſtatutum ſit in iure, quo ad iſtos quatuor principales patriarchas, qequid ſcripſerint doct. ibi, & Io. An. poſt illos, qui excuſando eos dixit, q̃ ſi uolumus tenere ibi argũ a contrario ſenſu, debemus ſupplere ad literam, & intelligere, q̃ archiepiſcopus requiſitus fuit ibi ut iuſtitiã faceret. Quod eſſet diuinare, & nihil ultra cões regulas aſſerre. Sed dignitatem potius & iuriſdictionẽ patriarchalem archiep̃ali coæquare, cum data negligentia epi, archieps quoque hoc idem poſſe dicatur inter ſubditos ſuffraganei ſui. De quo tñ articulo. Latius diſſerunt in c. paſtoralis, de off. or. quo aũt ad tex. in d. c. ſignificaſti. quẽ alleg. glo. ad oſtenden. q̃ ſubditus nõ poteſt prorogare iuriſdictionem alterius iudicis ſine conſenſu ſui ordinarii immediati: rñ. q̃ de minorib. iudicib. loquitur, non aũt de maiorib. & ſuperilluſtribus, ſicut ſunt papa, & patriarchę, prout ſup. anno tauimus, & qui ſunt eorũ ẽt vniuerſales ordinarii reſpectiue, ut diximus, quo ca ſu non dñr ipſi ſubditi ſuffraganeorũ iuriſdictionẽ prorogare, ſed ad proprios iudices ire. Quam quidem ſententiã, qui negare ſatagunt, pro ſe iura adducũt, quæ eos accuſant, cum fateantur eos habere ſimilia priuilegia Ro. pont. quod ſi non negant Ro. ponti. totius orbis iudicem eſſe ordinarium, hoc quoq; fateantur oportet, ſi iudaizare nolunt, q̃ patriarchæ pari modo iudices ſint prouinciarum ſuarum, & omnium ſubditorum ſuffraganeorum ſuorum. Et re uera non cauillando, uel non violando literã, & ſenſum iurium hanc concluſionẽ aperte probare vñr, tex. 2. q. 6. omnis oppreſ. 18. diſt. de conciliis & in d. auth. de eccleſiaſti. titul. in prin. vbi loquendo de patriarcha Conſtantinopolitano dr̃ & in ſubiectis ſibi prouinciis locum obtinere eũ ſedis apoſtolicæ Ro. & cõcilium Nicenũ. 65. diſt. ad literam inquit. Mos antiquus perduret in ægypto, uel lybia, & pentapoli, ut Alexandrinus eps horum omniũ habeat poteſtatẽ, qñquidem & Ro. epo parilis eſt mos, ſimiliter aũt & apud antiochiam & cæteras prouincias honor ſuus unicuiq; ſeruet eccleſiæ. Quod ſi forte præmiſſis nõ obſtantib. aliquis adhuc iudaizare vellet, poſſemus ẽt & aliter ſoluere coniungendo prædicta, & inhęrendo eiſdemmet iuribus, quæ in ɔ̃trium allegantur, quę excipiunt caſum contrariæ conſuetudinis, cũ poſſimus, quaſi per uiam notorii, deducere, patriarchas hãc iuriſdictionem cõtentioſam in omnes ſubditos ſuffraganeorum ſuorum ex antiquiſſima & immemorabili conſuetudine ſemper obtinuiſſe, ac ſine contradictione exercuiſſe, ſiue ex diſpoſitione iuris cõis, ſiue ex beneficio priuilegiorũ ſuorum, ſiue ex legitima, & canonica præſcriptione hoc proceſſiſſe dicatur. Quod quidem nos ipſi, & orientales uniuerſi in uiridi obſeruantia ſæpiſſime ſeruari vidimus coram patriarcha lando, & manus noſtræ eius reſcripta in caſu propoſito contrectauerunt. Non. n. poſſumus quæ uidimus, & audiuimus pro ueritatis ſacrificio non loqui. Poſſunt ẽt patriarchæ cauſas archiepiſcoporum, eporum, & aliorũ quorunque in prouinciis ſuis committere, ac quoſcunq; de dictis prouinciis compellere ad ſuſcipiendas eorũ delegationes, ſeu commiſſiones. alias ſtantib. his quæ ſupradiximus arg. C. qui. pro. ſua. iuris. l. unica, ubi per doct. quo aũt eos, qui non eſſent de eorum prouinciis, nec ſibi mediate, aut immediate ſubiecti dici poteſt, ſicut in archiepiſcopis dicere conſueuimus, q̃ licet cauſas non ſubditis ſuis delegare poſſint, non tñ eos ad acceptandas tales delegationes compellere ualerent. Sed ſi eas acceptarent bene ualerent, no. extra de off. ord. paſtoral. & in l. ſi prior. ff. de eo cui man. eſt iuris. Et ſi dr̃ delegare poſſent omnia, quæ ſunt meri imperii ad eos ſpectantia bona gl. de off. or. quod ſedes, & extra de rap. in c. 1. in archiepiſcopatu. & in c. illud. 23. q 4. & altera gl. in c. peruenit. 95. di. quæ dicit, q̃ nihil habet archiepiſcopus, qđ ſit meri imperii, quod non ſit delegabile. Præter tamen vſum pallii, qui eſt perſonaliter, & alteri concedi non poteſt, extra de auctor. & vſu. pal. c. 2. & c. ex tuarum. eod. tit.

BONF. Niſi mens, ingeniũq; me fallit, hæc quæ aſtruis, negari nõ poſſunt, ſed antequam hinc diuertamus, dic ſi placet, qs eſt ille patriarcha Heliç de quo nuprime uerba feciſti.

PHA. Ita qñq; cognominari legimus patriarcham Hieroſolymitanum; ut habetur. 65. diſt. Qm̃, ubi concilium Nicenum dicit ad literam. Qm̃ mos antiquus obtinuit & uetuſta traditio, ut Heliæ. i. Hieroſolymitanorum epo honor deferatur, habeat conſequenter honorem, manente ĩñ metropolitanę ciuitatis honore proprio & c. Et, ut inquit glo. ibi, ciuitas Hieroſolymitana appellata fuit Helia ab helio queſtore, qui ſitum ciuitatis mutauit, cum primo dicta fuerit ſalẽ, poſtea Hierõ, deinde Salomonia quaſi Hieron, hoc eſt ſacrificiũ ſalem, uel ſacra Salomonia. Seu ẽt dr̃ ciuitas regis magni, ut inquit tex. in c. & ſi Chriſtus, extra de iureiur. vnde dicit glo. 76. diſt. in c. ieiunium, in uer. anagogen, q̃ ciuitas Hieruſalem allegorice ſignificat eccleſiã iſtam militantẽ. Anagogice cœleſtem eccleſiã triumphantem. Tropologice aĩam fidelem Deo ſeruientem. Et de iſto patriarcha Hieroſolymitano loquit̃ tex. extra de off. leg. uolentes, ubi ſ̃m aliquos uidetur, q̃ patriarcha Hieroſolymitanus in ꝓuincia ſua ſit legatus natus ſedis apoſt. licet alii cõtrarium ſenſerint. Sed redeo ad poteſtatẽ patriarcharũ, qui ultra præmiſſa poſſunt diſpenſare cum epo aut alio collatore ſibi ſubiecto, qui pp malam collationẽ beneficiorum ſuſpenſus fuerat per concilium prouinciale a collatione beneficiorum, extra de præb. graue. ad fi. Quod facere non poſſet metropolitanus cui inferiore, nec ipſum conciliũ, licet eũ ſuſpendiſſet, prout ibi patet, quod eſt ɔ̃ illud, quod regulariter dr̃ de præn. diſt. 1. multiplex. §. uerbũ q. ſ. dñs par ius eſſe uoluerit & ligandi & ſoluendi. ſed ut inquit tex. in d. c. graue hoc ideo fuit, ut de facili hæc ſuſpenſio non remittatur, & ut in hoc quoq; quatuor patriarchales ſedes, ſpecialiter honorẽtur. Quod ẽt affirmat ſpe. ti. de diſpen. §. ſunt quoq; in prin. Vbi addit, q̃ dici põt, q̃ iſti quatuor Patriarchæ poſſunt diſpenſare, cum ſuis ſubditis vbicunq; non prohibentur ar. 65. diſt. mos antiquus, & extra de priuil. antiqua ad fi. Quod quidẽ clarius ẽt patet per iura ſup. alleg. Sunt ẽt patriarchæ iſti, ut diximus, iudices ordinarii prouinciarũ & omnium archiepõrũ & eporum ſuorum. 11. q. 1. ſi clericus. 21. diſ. c. 1. 65. diſ. de perſona. 17. diſt. multis. 10. q. 3. quia cognouimus, & 9. q. 3. conqueſtus. ubi bona glo. cũ ſuis ɔcor. Item non ſolũ per appellationẽ pñt adiri ſuper iniquitate ſñiæ, ut plene Ie. & no. in d. c. paſtoralis. de off. ord. ſed ẽt & patriarchę, & archiepi aditi poſſunt principaliter ſuper nullitate ſñiarum promulgatarum a ſuis ſuffraganeis, prout ſentit Bar. in l. expreſſum in vlt. col. ff. de appel. & proſequitur, & exclamat Abb. pa. & neoterici poſt eũ in c. ex literis, de off. dele. in fi. Quod dicit ſinglr̃ eſſe no. ut quemadmodũ appellatio deuoluit cauſam ad ſuperiorẽ, ut poſſit ẽt ſñiam reformare, ut in c. Raynaldus, & in c. Rainutius, de teſta. ita quoq; cauſa nullitatis. Quod tñ dictũ limitat Philip. de Peruſio in c. dilecto de appel. in repet. in 11. col. q. 9. circa fi. ut ꝓcedat. ſ. diſtin. Bal. de qua ibi, qñ expreſſe petitur ſñiam nullã declarari, & in melius reformari. Secus uero, ſi peteret tm̃ ſñiam, nullã declarari & c. Præmiſſa tñ reſtrictio non procederet quo ad patriarchas pp liberam eorũ iuriſdictionem ordinariam, ſed locũ forte habere poſſet, quo ad archiepos, qui reſtricta, & miniori iuriſdictionis prærogatiua gaudent, ut patet ſupra per ꝑmiſſa. Abſoluunt ẽt iſti quatuor patriarchæ excõicatos a ſuis ſuffraganeis, & fortius. ubi recuſarent, vel procraſtinarẽt eos abſoluere, quos ẽt abſoluere poſſunt, cum reincidentia extra de off. or. ad reprimendã. Se quoque interponunt, & cognoſcere poſſunt de ualiditate, uel inualiditate appellationis interpoſitæ ad papam per ſubditos ſuffraganeorũ ſuorum, ſi reclamarent ad eos. declarando eoſdem excõicatos bene appellaſſe ar. c. ſollicitudinem de appel. ubi per doc. Oeconomos ẽt in eccleſia Metrapolitanorũ & aliorũ ſuffraganeorũ ſuorũ, ſi non habeant, ordinare poſſunt. 9. q. 3. per ſingulas, & ea. cum ſimus. archiepi aũt, & epi eorundẽ patriarcharum ſuffraganei ſine iuſſu eorũ ordinari non poſſunt. 65. diſt. placet ubi per Arch. & alios, & per Inno. extra de temp. or. nec epi. Et ſi tales archiepi, vel epi in locis remotis ex præcepto patriarchę, vel per eius literas ordinantur, ſtatim expletis duob. menſibus, ſe debent conſpectui patriarchæ ſui præſentare, ut ab illo moniti, & de eccleſiaſticis reb. plenius inſtructi, quid obſeruare debeant recognoſcãt, quod ſi quis. infirmitate detentus hoc facere non poſſet, dẽt ſaltẽ literis ſuis impedimentũ patriarchæ ſignificare ea. 65. diſt. ſiquis eum ſi. patriarcha ẽt impeditus poteſt conſecratiõnes ſuorũ ſuffraganeorũ aliis committere. Et cõſecrandi tenentur ab illis commiſſariis munus cõſecrationis recipere. extra, de off. or. quod ſedes, ubi perſcribentes. Itẽ patriarchæ legati poſſunt ex cauſa reuocare indulgentias, priuilegia, facultates & licentias papæ, & ẽt prędeceſſorũ ſuorum patriarcharũ, ſ̃m ſpe. in tit. de leg. §. ſupereſt uidere. uer. item patriarcha alleg. de cle. non reſi. c. pe. ubi de hoc. Licet Io. An. in addit. ad ſpe. ibi hoc reſtringat, ut procedat, de licẽtia papæ, ſeu q̃ hęc potius ſit quędam temperatio q̃ reuocatio. Cum vero occurrit ipſorũ patriarcharum ordinatio, oẽs archiepiſcopi, & epi eorum ſuffraganei ſui debent eſſe præſentes, ſi fieri poteſt, cum ille, qui aliis preeſt debeat conſtitui ab omnibus illis

lis epiſcopis, quib. præeſt, vt inquit tex. 66. di. archiepiſcopus
BON. Quę ſunt igiṫ ꝓuincię, & loca ſuffraganeorū patriar
chæ noſtri Conſtantinop. cuius maxime cā verba facimus?
PHA. Audi de his verba imperatoris, in allc. auth. de ec. ti
dum inquit prædictarum .n. quatuor ſynodorum dogmata,
ſicut ſanctas ſcripturas accipimus, & earum regulas, ſicut le-
ges obſeruamus, Ideoq; ſancimus ſm̄ earū diffinitiones, ſan-
ctiſſimum ſenioris Ro. papam primū ēt oīum ſacerdotum,
Beatiſſimum aūt archiepm̄ Cōſtantinopoleos nouæ Ro. ſm̄
hr̄c locum, poſt ſanctam apoſtolicā ſedem ſenioris Ro. Aliis
aūt oībus ſedibus preponatur, Per tp̄s aūt Beatiſſimum archi
epm̄ primæ Iuſtinianæ noſtræ patriæ habere ſub ſua iuriſdi-
ctione epiſcopos prouinciarum datiæ mediterraneæ, daciæ
ripenſis, ꝑuallis, Dardaniæ, & mœſiæ ſuperioris, atq; panno-
niæ, & ab eo hos ordinari. Ipſum vero a proprio ordinari cō-
cilio, & in ſubiectis ſibi prouinciis locum obtinere cum ſedis
apoſtolicæ Ro. ſm̄ ea quæ difinita ſunt a ſanctiſimo papa Vi-
gilio. Vr̄ ēt ꝙ oīs illirici prouincia, vna cum eius primate ar-
chiepı̄s & epı̄s ſubſit eidem patriarchæ conſtan. per tex. ſatis
clarum & apertum. C. de ſacroſ. ec. l. oī. ubi formaliter dr̄, Oī
nouatione ceſſante vetuſtatem & canones priſtinos eccleſia
ſticos qui vſq; nunc tenuerunt ēt per oēs illirici prouincias
ſeruari ꝑcipimus, ut ſi qd dubietatis emerſerit, id oporteat nō
abſq; ſciētia viri reuerēdiſſimi ſacroſanctę legis, antiſtitis, ec-
cleſię vrbis Cōſtantinopolitanæ. quæ Romæ veteris prærroga
tiua lætatur, ꝯuentui ſacerdotali, ſanctoq; iudicio reſeruari.
BON. Quis fuit ille vigilius de quo ſupra?
PHA. Papa. 61. poſt beatum Petrū. Qui tp̄ibus Iuſtiniani
ſenioris quintā generalē ſynodū habuit apud Conſtantino-
polim ꝯ̄ Theodorum, & alios hæreticos ſectatores ſuos, Aſ-
ſerentes B. Virginem, matrem fuiſſe puri hoīs & Dei, qua hę
reſſ cū ipſo hęreſiarcha damnata ea in ſynodo ſtatutum fuit,
ꝙ virgo Maria deinceps θεοτόκος diceret ꝓut venerabilis Be-
da, in libello de tp̄ibus atteſtaṫ, & cōſtat in actionib. dicti cō-
cilii, quas alias in eccleſia Veronenſi, dum illic vicarium age
rem, perlegi, & hr̄. 17. diſt. c. ſexta & c. ſequen. licet in nomi-
ne ipſius pontificis plærique decretorum text. currupti ſint,
qui pro vigilio Iulium perperam ſcribūt. qui eo potiſſimum
argumento mendoſi deprehendunṫ. Quod concilium quin-
tum de quo ſupra ſub Iuſtinianis imperatorib. celebratū fue-
rit, vigilio ſedi apoſtolicæ præſidēte circa annos Chriſti. 534.
Et eo ꝙ Iulius pontifex maximus ad hæc tp̄a attingere non
potuerit, cū diu ante imperantib. ſ. Conſtantino anno ſalutis
chriſtianæ. 342. ſedē ap̄licā rexerit, ſi Bedæ, Iſidoro & aliis tē-
porum ſcriptorib. credimus, Is eſt igitur Vigilius papa qui Cō
ſtantinopolitano in concilio quinto ſedi Conſtantinopolita
næ priuilegia plurima conceſſit. licet ſedes prædicta multa
ēt prius in Niceno cōcilio priuilegia obtinuiſſet, quæ oīa per
ſextam ſynodum & vniuerſale concilium renouata fuere,
prout ſupra meminimus citatis ad hoc eorum canonibus.
21. diſ. Renouantes & extra de priui. antiqua cum ſi.
BON. Debuit eccleſia Conſtantinopolitana, ut arbitror,
multis tunc honeſtata fuiſſe miniſtris?
PHA. Hoc tibi enucleatiſſime deſcribit impator in auth.
ut deter. ſit numerus clericoꝝ col. 1. ibi ſancimus nō vltra, qui
dē. 60. ꝑsbiteros in ſanctiſſima maiore eccleſia eſſe. Diaconos
aūt maſculos centū. Quinquaginta aūt fæminas. Subdiaco-
nos vero. 90. Lectores aūt cētū & decē, Cantores. 25. Ita ut ſit
oīs numerus Reuerend. clericorū ſanctiſſimæ maioris eccle-
ſiæ in quadringentis. 25. & inſup. 10. ex his q vocanṫ hoſtiarii,
BON. Vnde iſtud mulierum commercium cum clericis?
ac tot diaconorum, & ſubdiaconorum concurſus?
PHA. Coniunctæ erant & (vt inquit idē tex. paulo ſ̄. tres ca
pellæ, ſiue eccleſiæ eidē patriarchali copulatæ, ubi forte erāt
diuerſa collegia, videlicet domus glorioſæ virginis & Dei ge
nitricis Marię. ædes S. Martyris Theodori, & ędes ſanctę Hele
næ, in quib. diuerſimodæ habitabāt, & deſeruiebāt, ꝑdicti oēs
diacones, ſubdiacones, diaconiſſæ atq; ꝑsbiteri, miſſas & alia
diuina officio ꝯcelebrantes, q ēt oēs ex eiuſdē maioris eccle
ſię redditib. nutriebanṫ, Diaconorū vero ſubdiaconorū, & le
ctorū ꝯcurſus ibidē hēbaṫ, ut ſub eccleſiaſticis ꝑceptorib. in ſa
cris cerimoniis iſtruerenṫ. Qđ ī pleriſq; ēt latinorū eccleſiis ad
huc ſeruari videmus, q̄ oīa inuere vr̄. tex. ibi iunctis gl. & doc
BON. Magnus profecto clericorrum numerus.
PHA. Sed maiorē. imo maximū, vt arbitror, dixiſſes, ſi au-
diuiſſes imꝑatoris text. C. de ſacroſ. ec. in l. nō plures dū inqt.
Nō plures, q̄ Nongenti quinquaginta decani ſacroſanctæ hu
ius ampliſſimę vrbis deputenṫ eccleſiæ, Nulliq; his ꝯdendi,
uel mutandi, uel in defuncti locū ſubſtituendi pateat copia.
BON. Vah iſthęc me copia ꝑdit. Sed q obſecro ſūt decani?
PHA. hi nimirū de ſtricta nominis ſignificatione, q decē
præſunt, ſeu q dignitatē decanalē habēt in eccleſia. De quib.
& quorū officio hr̄. ex. de cle. nō. reſ. in c. ex parte ubi ꝑ gl. &
ſcribē. & no. per Io. An. ni c. cum in iure ex. de of. dele. Vñ fit,
vt decanus dicaṫ honorabilis pars capl̄i de cōceſ. præb. poſt
electionē gl. in c. inter uniuerſas ext. de elec. Sunt & decani,
hoc eſt archiꝑsbiteri rurales, q ſunt lōge inferioris dignitatis
& ꝑeminentiæ. De quib. in cle. 2. de reſc. in gl. & per doc. ibi,
& in c. ad hæc de oſt. arch. Aliter tñ apud legiſtas accipiunṫ?
qui. ſ. decē ꝑſunt famulatorib. ſiue militib. principis, q inſpe-
cta prioritate tp̄is ſeruitiorū, inde ab primicæriatus officiū
transferuntur. C. de deca. li. 12. ſed in l. nō plures. de qua ſu-
pra largo quodam ſignificatu decani accipiuntur pro cano-
nicis prout exponunt gl. & doc. ibi in uer. decani.
BON. Quæ aūt erant illę diaconiſſæ, de quib. locutus es ſu
pra & quid ad eas in eccleſia Dei agere ſpectat.
PHA. Dixi aliquid in libello de eccleſiaſtico interdicto. 4.
an not. fol. 43. ver. quare aūt moniales &c. Nā ut inqt Io. An.
in c. 1. de ce. miſ. licet mulieres dicanṫ incapaces characteris
ordinū clericaliū, large tñ dici poſſunt aliquē, quaſi ordinē
eccleſiaſticū accipere in cōſecratione, uel benedictione mo
nialiū, & hoc mō aliq̄ ex eis fieri dñr diaconiſſæ. 27. q. 1. diaco
coniſſ. ubi tñ gl. exponit diaconiſſam. i. abbatiſſam, ſed ali-
bi accipiṫ ꝓ monacha ꝯſecrata, uel benedicta, q̄ licet hmōi
benedictione clericalē characterē, ut dixi, nō receperit, nec
ēt auctoritatē tangendi ſacra uaſa, aut miniſtrandi in altari,
uel dicendi, dñs uobiſcū, ut hr̄ ac le. & no. in c. 1. de coha. cle.
& muli. & in d. cle. 1. de ce. miſ. ubi per doc. recipit tñ ꝑtātem
legendi euangeliū cū homelia in matutinis & diuinū offi-
cium alta uoce pſallendi. BON. Egregie, ſed quo ritu cele-
brabanṫ ſacra myſteria in eccelia Cōſtātinopolitana, PHA.
Græganico. BON. Eſt ne aliqua inter nos, & ipſos circa hæc
dr̄ia? PHA. Idē eſt uerborū ſenſus, ſed nos azimis ipſi uero in
fermentato ꝯficiūt. BON. In hoc igiṫ ab orthodoxa fide diſ-
ſentiunt? PHA. Minime imo eccleſia eorū mores, & ritus to-
lerat, & ſuſtinet, dūmodo periculū animarū nō generent, &
eccleſiaſticę non derogent honeſtati, ext. de bap. c fi. & de ri
tu ſacramenti corporis Chriſti per eos infermētato & per
nos in azimis le. & no. in c. fi. de ce. miſ. & de con. di. 2. ſcriptu
ra. poit diuus Tho. aqui. in 3. par. ſum. q. 74. ar. 4. ubi ꝯ̄ gl. d. c.
fi. tam ipſe q̄ Theolo. alii, & canoniſtæ ibi inſurgunt, cū ipſa
gl. cum hug. dixerit ꝙ ſi latinus ſacerdos in pane fermenta-
to conficere uellet nihil ageret. Quod quidē reprobant oēs,
tenentes concorditer, ꝙ imo conficeret q̄uis ꝑꝑ traditionē
eccleſiæ grauiſſime peccaret, ita conficiendo, & puniendus
foret. Ponit aūt diuus Tho. ubi ſup. duas rōnes inter alias po
tiores, qa potius celebrandū ſit in azimis q̄ infermētato. Pri-
ma eſt qa Chriſtus hoc ſacrificiū inſtituit prima die azimo-
rū. Mat. 27. c. quo die nihil fermentati erat in domib. iudæo-
rū, & ſic ꝑſumere debemus. ꝙ Chriſtus hoc ſacrificiū in azi
mo inſtituerit. Secunda eſt quia melius conuenit deuotioni
fidelium, & ſinceritati huius ſacramēti, ut fiat potius in azi-
mo, q̄ infermentato, quia uix pōt panis fermentatus rūpi q n
aliqua mica cadat. Itē facit illud ap̄li ad Cor. Non in fermen
to ueteri, ſed in azimis ſinceritatis & ueritatis, tñ, ut dictum
eſt, non minus in fermentato q̄ in azimis ꝯficeret ſacerdos
latinus, ſi uerba cū intentione ꝯcurrerent. ar. illius tex. in c.
fi. de cel. miſ. ubi ſm̄ Abb. Panor. præſupponiṫ, ꝙ ille presbit.
ſ. Cecilię brix, q̄ eccleſia adhuc eſt in rerū natura, celebrabat
& conficiebat. BON. Quid eſt ergo, ꝙ ſacerdotes, & ep̄i græ
ci uxores ducunt, & filios ex eis legitimos ſuſcipiunt, qđ lati
ni nephas, & piaculū quoddā ducunt, ſi eorū ritus & uiuendi
modus a fide recta non diſcrepant. PHA. Auctoritate, & per
miſſione ſactorū canonū, iſthæc eis conceduntur. Græci. n.
in minorib. ordinib. conſtituti matrimoniū licite ꝯ̄hereꝑoſ
ſunt, eoq; non obſtante ad maiores ordines aſcendere ac in
matrimonio ſic ꝯ̄cto. eiſdē ordinib. uti, eorumq; filii nihilo-
minus legitimi dñr. Quod ex eo proceſſit, quia eccleſia oriē-
talis uotū continentiæ in primitiua eccleſia non admiſit ex
tra de cle. coniu. cū olim. ubi de hoc. BON. Quis igitur hmōi
cōtinentiæ iugum, & uoti caſtitatis laqueū latinis impoſuit.
PHA. Ipſimet, dum melioris forte uitæ frugē aſſequi ſperāt,
qđ colligi ur̄. 31. diſt. Nicena. ubi formaliter dr̄ Nicena ſyno
dus uolens corrigere hoīum uitā in eccleſiis commorantiū,
poſuit leges, quas canones uocamus, in quorū tractatu uide
baṫ aliquib. introducere legē, ut ep̄i, presbyteri, diaconi, ſub-
diaconi cū coniugib. quas ante conſecrationē duxerant, nō
dormirent, ſurgens aūt pannutius confeſſor ꝯ̄dixit, honora-
biles ꝯfeſſus nuptias, & caſtitatē dicēs eē cū ꝓpria ꝯiuge ꝯcu
bitū. Suaſit itaq; ꝯcilio ne poneret legē, grauē eē aſſerēs cau
ſam, q̄ aut ipſis, aut eorū ꝯiugalib. occaſio fornicationis exi-
ſteret, & hoc qdē pānutius, licet nuptiarū eēt inexpertus ex-
poſuit, ſynodusq. laudauit ſn̄iam eius, & nihil ex hac parte
ſanciuit. ſed hoc in uniuſcuiuſq; uolūtate nō neceſſitate per
miſit &c. Vides igiṫ qūo niceni concilii decretū liberas cleri
corū uolūtates reliquerit, quā qdē ſanctionē conſtantiſſime
græci, & orientales oēs approbauerunt. Latinis nihilominus
in eo non perſiſtentib. ſed ſibi ipſis continentiæ legem, &

votorum in dictis. vnde inquit ſexta ſynodus ea.diſt.31.in c. quoniam. Quoniā in Romani ordine canonis cognouimus traditū eſſe eos, qui ordinati ſunt diaconi, uel presbiteri confiteri, ꝙ non ſuis iam copulentur uxorib.&c. & glo.ibi colligit, ꝙ per illum text. aſſignatur differentia inter orientales, & occidentales, quia forte latini approbauerunt canonem, quē orientales reprobauerint. Et ꝑpea dicebat Steph. papa. ea.diſt.c.fin. Aliter ſe orientalium traditio habet eccleſiarū, aliter huius S.Rom.eccleſiæ. Nam earum ſacerdotes, diaconi, aut ſubdiaconi in matrimonio copulantur, iſtius autē eccleſiæ, uel occidentalium nullus ſacerdotum, a ſubdiacono vſque ad epm licentiam habet coniugium ſortiendi &c. & 32.diſt.c.1.dicitur omnium ſacerdotū tam excellens eſt electio, ut hæc quæ in aliis membris eccleſiæ uacant a culpa, in illis tñ habeātur illicita. Cum.n.extra clericorum ordinem cōſtitutis nuptiarum ſocietati, & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum. Ad exhibendam tñ perfectæ cōtinentiæ puritatem nec ſubdiaconib.carnale connubium quidem conceditur, ut, & qui habent, ſint tanquam non habentes, & qui non habent, permaneant ſingulares, & ſere per totam illam diſt.hoc idē diffinitur. Concor.84 diſt.cum in pteriro ubi cōcilium car.2.inquit, cum in præterito cōcilio de continentię, & caſtitatis moderamine tractaretur. Iſti tres gradus cōſcriptione quadā caſtitati ꝑ ꝯſecrationē annexi ſunt. Epos inq̄, presbiteros, & diacones ita placuit, ut condecet ſanctos antiſtites ac Dei ſacerdotes necnō & læuitas, uel qui ſacramētis diuinis inſeruiunt, continentes eſſe in oīb. & capitulis ſeq.

BON. Nūqd ergo hodie eccła poſſet ſtatuere ꝙ epi & clerici oēs latini, ſicut gręci matrimoniū contrahere poſſent.

PHA. Iſtam qōnem mouit gl.in d.c.cū olim, de cle.cōiu. Et dicit ipſa pro fundamento, ꝙ ex conſtitutione eccleſię introductū fuit, ut qui ad ſacros ordines vult promoueri, prius continentiā profiteri debet expreſſe.28.diſt.nullū. Siue ēt tacite ea.diſ.diaconi ibi.quicūq; ſane tacuerint, & ſuſcepei int manus impoſitionē, profeſſi cōtinentiā, ſi poſtea ad nuptias peruenerint, a miniſterio ceſſare debebunt. Per quæ dicunt doct. & Panor.ibi poſt eos, ꝙ opi. gl. quæ fuit Vinc.in hoc uī veriſſima. Et quoad propoſitā qōnem ſubdūt indubitatum eſſe ꝙ eccleſia quoad clericos in minorib. conſtitutos, q ad continentiā non ſunt obligati ex uoto tacito, vel expreſſo, ſtatuere poſſet, ꝙ matrimoniū contraherent, & demum ad maiores ordines aſcenderent ac in ꝯtracto matrimonio perſeuerarent, & ſic intelligunt.glo.in c.quæ ad perpetuam.25. q.1.quæ dixit ꝙ papa ꝯ ſtatutum eccleſiæ, quod nō ſit ita generale, diſpenſare poteſt, ſicut de continentia ſacerdotum, quod probant ratione, quia ut inquit Inno.in c. placet de cōuer. coniu.continentia non eſt de ſubſtantia ordinis in clericis ſecularib. Nec eſt ēt de iure diuino, quia aliter gręci quoque peccarent, nec excuſaret eos conſuetudo, quia illa non ualet, nec prodeſt contra legem diuinam, extra de cōſuet.c. fi.imo filii nati ex tali matrimonio reprobato lege diuina eſſent illegitimi. Et ſubdit Abb.Panor. ꝙ non ſolum credit eccleſiā poſſe hoc ſtatuere, ſed credit ꝙ pro bono & ſalute animarum ſalubre ſtatutum, ſi ſtatueretur ꝙ qui vellent continere, & magis mereri relinquerētur uoluntati eorum. Non valentes aūt continere, poſſent matrimonium ꝯhere, quia experientia docente ꝯrius prorſus effectus ſequitur ex illa lege continentiæ, cum hodie clerici non uiuant ſpūaliter nec ſint mundi, ſed maculentur illicito coitu, cū ipſorū grauiſſimo peccato, ubi cū propria uxore eſſet caſtitas, ut dicit text. in d.c.Nicena. Vnde deberet eccleſia facere ſicut bonus medicus, qui ſi medicina, experientia docente, potius officit, q̄ prodit, eā tollit. Ergo in ꝑpoſito noſtro, quo ad illos clericos, qui iā ſunt in ſacris ordinib.conſtituti dici pōt ſm eundem Panor.ꝙ in caſu quo tenetur ordinatus ex uoto expreſſo, vel tacito, papa non poſſet diſpenſare, niſi ex maxima & vrgēti cā, ꝙ uotū eſt de iure diuino, & ſolū cōmutari dēt in maius bonū extra de uo1.c.1.& de facili non reperit in homine cōtinētie maius bonū. Nuptiæ.n.replent terrā, ſed uirginitas paradiſum. Vt inquit Ambr.32.q.1.nuptiæ. Vbi uero clericus eſſet in ſacris conſtitutus ignoranter, utpote qui eſſet iuris ignarus, & neſciret ſe uotū continentię tacite emiſiſſe ſuſcipiendo ſacros ordines, forte ꝙ papa facilius cū eo diſpenſare poſſet. Quod tñ ex alio ēt capite non credit Panor.ꝙ ſ. ex facili cauſa diſpēſare poſſet. Quia hoc eſſet diſpenſare ꝯ ſtatutū vlis eccleſiæ, quo caſu papa non diſpenſat, niſi maxima cā ſubſiſtente, maxime ubi ſtatus vlis eccleſiæ decoloratur. bonus tex.in 1.q.7.& ſi illa no.40.di.ſi papa in gl.in uer.a fide. Vnde in propoſito dicere conſueuerunt. Canoniſtæ ꝙ papa ex magna cā diſpenſare pōt ꝯ uotū religionis, & caſtitatis. Exemplificando magnā cām in quodā rege infideli, qui obtulit ſe, cū regno ſuo Chriſtianū facere ſi quædā pulcherrima monialis profeſſa ſecum diſpenſatiue matrimoniū ꝯheret. It ēexemplificant in quodā rege antiquo habente unicū filiū monachū profeſſum, qui petebat, ꝙ papa ſecū diſpenſaret, ut abſolute matrimoniū ꝯhere poſſet, uel ſaltem ad tps, qđ hēt maius dubiū, donec valet ſobolē ex eodē matrimonio ſuſciperet. Ne in regno ſuo ſucceſſor ſibi deeſſet. De qb. per Innoc. & per ipſos canoniſtas, extra de ſta.mo.in c.cū ad monaſterium, & latius per Io.An.in reg.actus legitimi, & in regula ſemel Deo de re.iur.in mercuria, quicquid cōtra hoc ſcripſerint B.Thom.& ſacri Theologi.

BONF. Beaſti me hodie hoc tuo patriarchali ſympoſio, meq;, quod maxime cupiebam, hac in re doctiorem reddidiſti, uellem autem ſi phas foret. Te adhuc de quibuſdam, quę animum pulſant interrogare.

PHA. Vt lubet, ſed de his alias.audio.n.campanæ tinnitū ſacri ſenatus abitionē, ac recepimi canere, eundū igitur nobis eſt q̄nquidē Reuer.D.Agrigentinus iā progreditur. Vos igitur uiri optimi valete oēs. Quod ſi quēpiā ueſtrū his meis nugis offendi, ueniā concedite quæſo. Non.n.oīa poſſumus oēs, ego quippe paratus ſum a uobis omnib. & ēta nondum anniculo diſcere, & minores quoſcunq; poſt meā correctionem, in bono imitari.12.diſt.de Conſtantinopolitana.38.diſtinc.nullus.24.q.3.ſi habes de hac re ſententiam.

TRACTATVS DE Officio quatuor prælat.

Quibus omnis anima ſubijcitur, integerrimi eccleſiaſtici, ac ſacrorum canonum ardui profeſſoris,

D. IO. HVGONIS SELESTAD.

QVEM NOMINAVIT QVADRIVIVM Eccleſiæ, illumque dicauit.

R.P.D. Remundo de Gurgo. S.R.E. Presbytero Cardinali, tituli Sanctæ Mariæ Nouæ, Legato de latere per Germaniam.

TEſte Malachia cap.2. Labia ſacerdotum cuſtodiunt ſciētiam, & legem Dei ex ore eorum requirunt, qm̄ ſunt angeli dñi exercituum. Sed heu. quis credit auditui eorū, & brachio dñi qđ ipſis reuelatum eſt. Eſa.3. Puto inſtare iſta tpa periculoſa, de quib. uas electionis prænuntiauit.ad Thim.2 epiſ. c.3.& 4. Erunt inquit in nouiſſimis diebus, & inſtabunt tpa periculoſa in quibus homines ſanam doctrinam non recipient, ſed ad fabulas conuertentur. Coaceruantes ſibi magiſtros prurientes aurib. qui ſemper diſcunt, ſed ad ueritatem non perueniunt, qui legem Dei abiiciunt, & eloquiū ſancti Iſrael blaſphemant. E quorum numero plures ſunt paſtores qui ignorant intelligentiam, omnes in uiam ſuā declinant, unuſquiſq; ad auaritiam ſuā, a ſummo, uſq; ad nouiſſimum. Non dicunt ubi eſt dñs, & tenentes legem domini neſciunt eum. Michee tertio. Cum prophetis mercede docent, & in pecunia diuinant. Et quia ſcientiam Dei repellunt, repellūtur a Deo, ne fungantur ſibi ſacerdotio. Oſee.4. Fit ergo tandē ut qualis ſit ſacerdos, talis fiat populus. & implebitur ſermo propheticus. Eſa.24.& Greg.in paſtorali. Cauſa ruinę populi ſacerdotes mali, inſuperq; principes populi infideles, ſocii furum. Omnes diligunt munera, ſequunt retributiones. pupillo non iudicant, & cauſa uiduæ nō ingreditur ad illos, iniquas leges cōdunt, ut in iudicio pauperes opprimant. Eſa.1.diuinas leges non attendunt, per quas iudiciū uerū facerent, oppreſſo ſubuenirent, uiduamq; defenderent. Quærūt conſiliarios quos Deus non miſit, nec unctione ſua unxit, & ſuper populū ſuū principes conſtituit. Hiere.14.qui conſilia cogitant quæ non poſſunt ſtabilire. Nec prophetam aduertunt qui dicit. Pſal.20. Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat aūt cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum. Quomodo ipſis ſalus cum ab inuicem gloriam quærunt, & gloriam quæ ſolius Dei eſt contemnunt. Ioan. quinto, gloriantur nobilitate carnis, ſed non nobilitate uirtutis, honores paternos petunt, ſed labores paternos non aduertunt. Quid enim deiecit Ludouicum regno Franciæ

niſi

niſi uitium 15.quæſt.1.capit.alius.Et ad illud promouit Pipinum ducem niſi uirtus,& defenſio quam impendebat eccleſiæ.de electio.& elec.po.capi.venerabilem.in gloſ.Sed quid Carolum Magnum eiuſdem Pipini filiũ ſedi apoſtolicę reddidit tam gratum, ut obtineret ſacrum Romanũ imperiũ, niſi quod Dei timorem habuit,clerum honeſtauit,ac Rom. eccleſiam a multiplicib.perturbationib. Aſtulphi Regis Lõgobardorum,ac filii eius deſiderii liberauit,ſed & Ottonem Saxonum ducem clementia quia ſedem apoſtolicam pacificauit pluresq; eccleſias cathedrales fundauit & inſtituit pius ac benignus pupillorũ pater ac defenſor fuit in Romani imperij Imperatorem ſublimauit,ac promouit. Cum autẽ Moderni principes noſtri temporis propriæ innituntur prudẽtię ac conſtitutiones pontificum parũ attẽdunt,immo potẽtię plus inhærent quam ſapientiæ.Nec conſiderant ſapientiam uiribus præualere,de conſtitutio,c.ne inniatris.Idcirco reuerẽdiſſime Pater ad glorioſiſſimum,& inuictiſſimum dominum,dominum Maximilianum Romanorum Regem ſemper auguſtum Tractatulum ſcribere deliberaui de quatuor prælatis eccleſię principalibus,quibus omnis anima ſubiicitur,cum ſcitu & approbatione Reuerẽdiſſimi in Chriſto Patris & Domini,domini Berchtoldi ſanctę ſedis Maguntin.archiepiſcopi,Nihilominus tamẽ utile,& proficuum mihi viſum eſt fore, ut idem Tractatulus nõ tantum approbatione præſulis ſanctę ſedis Maguntinen.dilectę filię S R.E.Verum etiam ſanctæ ſedis apoſtolicæ, ac auctoritate ſanctę Matris eccleſię Romanæ.Quæ caput eſt,& magiſtra omnium eccleſiarum roboretur approbatione. Cum integrum ſit iudiciũ quod plurimorum ſententiis cõfirmatur 64.diſt.ex conſciẽtia.C.de fideicommiſſ.l.ultima.de offic. leg. cap. prudentiã. Suſcipiat igitur eundem veſtra paternitas Reuerendiſſima eumque auctoritate apoſtolica cõfirmet, & roboret.incompleta compleat,incorrecta corrigat, ſuperflua & inutilia reſecet,ut pluribus placeat,ac vberes fructus eccleſiæ Dei & ſacro Rom. imperio quod intra eccleſiã eſt,afferet.de ſumma trinit.& fide catholica damnamus.§.nullo.in fi. Veſtra quoque Reuerendiſſima Paternitas incrementum eccleſiæ Dei verbo,pariter.& exemplo procuret,ut eidem ſalus ex inimicis eius, & de manu omniũ qui eam oderunt eruat & nos ſeruuli de manu inimicorum noſtrorum liberati, in ſanctitate, & iuſtitia ſeruiamus omnipotenti Deo & domino noſtro Ieſu Chriſto omnibus diebus noſtris.Cui laus eſt & gloria,poteſtas,& victoria,per infinita ſeculorum ſecula.

SVMMARIVM.

1 *Charitas, ſi præcipuum officium paſtoris.*
2 *Charitatis ſumma laus.*
3 *Apoſtolorum piſcatio qualis.*
4 *Sacerdotum poteſtas ingens.*
5 *Lex veritatem potius & ſimplicitatem diligit quã ſubtilitatem.*

Prologus.

1 PAſtoralis curę officium ſeu pręcipuũ ac excellentiſſimũ ipſa charitas eſt, † quæ tanta debet eſſe in paſtore, quod cum Petro poſſit dicere. Animã meã pono pro te dominæ. Ioa. 13. Hæc eſt enim quæ eccleſiam ædificat, quoniam ſcientia inflat,ſed charitas ædificat.1.Corin.8.& prouer.10. Hæc eſt quæ operit multitudinem peccatorum,quoniam uniuerſa delicta operit charitas.Hæc patiens eſt,& benigna.non æmulatur,nõ agit perperam.Nec quærit quę ſua ſunt.Sed omnibus omnia cõicat.1. Corin.13.Hæc omnibus virtutib. comparata inuenitur precioſior,quoniã eſt iſta precioſa Margarita quam inueniens abſcondit,& pro ea uniuerſa quæ habet uendit.Matth.13.Sine ea cæteræ uirtutes nihil ſunt,ſine ea nemo poteſt peruenire ad regna cęlorum. Quoniam eſt ueſtis nuptialis, qua carẽs proiicitur in tenebras exteriores Matt. 22. Hæc ẽt ab alto de ſinu patris filiũ Dei traxit in uterũ uirginis,ut a faucibus diaboli nos eriperet ne perderet quos in carne creauerat. Ex charitate enim Dei, filius pro nobis natus dolẽs, & gemens, qui prius erat pater factus eſt frater,& qui prius Deus,factus eſt ſocius iam in nobis omne amabile nos perpetua charitate diligens, ideo attrahẽdo
2 miſerans Hiere.33.Hæc eſt enim † quæ hominem Deo cõformem facit, eſt enim Deus charitas,& qui manet in charitate,in Deo manet & Deus in eo Ioan.4.& 13:per hanc homo cognoſcitur Dei filius.& diſcipulus,ſi ab eo vere diligat eius proximus.Hæc eſt radix omnium bonorum fortis,& ualida ſicut mors de pę.diſt.2.c.valida Hæc eſt illa uirtus quam prę cæteris omnib. dñs commendauit apoſtolis. Hoc eſt pceptũ meum,ut diligatis inuicem ſicut dilexi uos.Io.15. quoniam maiorem charitatem nemo habet,ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Matth.17. Hanc etiam Chriſtus tribus diſcipulis plus cæteris monſtrauit.Lucę.6.quoniam affectus eius in ipſis pluſquam in aliis uigult.Nam ipſi præcæteris electi ſpeciem diuinitatis quam reliqui mortali carne circundati uidere non poterant ipſi uidebant. Sicque in charitate radicati, & fundati alios diſcipulos verbo pariter, & exemplo illuminauerunt. Hi poſt aſcẽſionem domini rectę fidei cum charitate ſumentes,& in toto orbe terrarum ſuper homines ſpargentes, magnam hominum multitudinem concluſerunt,ita quod rumperetur, & cum ipſi eſſent de eccleſia iudęorum, aliis ſociis qui erant de eccleſia gentium an-
3 nuerunt. † Paſtoribus videlicet, & præſidibus. Cæteriſque in delatis doctrina peritis qui labores apoſtolicos ſequerentur,ut eos adiuuarent,in qua multitudine non ſolum vulgares,& populares,ſed & diuites,& pauperes ſeruos & liberos, nobiles & ignobiles,reges atque principes,ac imperatorem prendiderunt, & ita Deus per piſcatores lucratus eſt imperatorem, vt fieret ſocius & domeſticus qui prius fuerat exul, & alienus, & per potentiam eccleſiam intrare compelleret quos timor & charitas nequaquam attraheret. Hoſtienſ.23. quæſtio.capit.princeps. Eandem autem eccleſiam ſponſam ſuam quam ipſe Chriſtus ſibi in ſuo ſanguine deſponſauit papæ, epiſcopo, & proprio curato, ac imperatori regendam commiſit,tribus primis omnem animam ſubiiciendo in ſpiritualibus,& quarto in temporalibus, & hi ſunt quatuor flumina de paradiſo terreſtri egredientia,& totam terram irrigantia. Gen.2.hi ſunt quatuor animalia ante & retro oculis plena. Ezech.1. Apoca.4. Totam terram per ueritatem,doctrinam,ac iuſtitiam perluſtrãtia.Nam eorum ſonus in omnem terram exiuit. Hi ſunt quatuor annuli aurei in quatuor angulis archæ Dei poſiti, per quos duobus uectibus aureis in eiuſdem annulis inductis tota Dei archa ſuſtentatur portatur & vehitur.25.diſtinctio.36. capitulo qui eccleſiaſti-
4 cis. Ad verbum enim illorum † omne negotium pendet. & qui ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio,decreto iudicis morietur.Luc.22.91.diſtin.capitulo duo. in his pluſquam in cæteris debet uigere charitas, ut Deum ſuper omnia,& proximum tanquam ſe,immo pluſquam ſe diligat,& ſua non ſolum terrena tribuẽtes. Verum etiam animam, & corpus pro Deo exponentes & proximo, ut uere dicere poſſint cum Petro. Domine tecum parati ſumus & in carcerẽ, & in mortem ire.Hi quadriuium in inuio,ideſt in mundo faciunt,debeant perire eternaliter cum diabolo quos Deus de lacu baratri uoluit redimere ſuo ſanguine precioſo. His a Dño ſpecialiter duæ poteſtates tanq̃ duo gladii ſunt traditę, ſacra uidelicet pontificum auctoritas,& regalis poteſtas,per quas mundus regitur uniuerſus. De quibus primo uidẽdum eſt vnde proceſſerunt. Deinde qualis poteſtas, unicuique ſit tradita,& qualiter ſit charitas per eos augumentanda, atq; eccleſia augenda.extra de ſum.tri.c.damnamus. Stilo quidẽ
5 cõpaginatus groſſo,ſed utili & uero.† Cum ẽt lex non amplexetur ſubtilitatem,ſed magis ueritatem, & amicam ſimplicitatem.C.de ue.iu.enucle.§.omnia.precor ergo ut lector non contemnat,ſed magis errata corrigat & emendet,ac incompleta. Cum non ſit corrigendus qui ſua dicta,aut male facta eccleſię ſubijcit ac nouit emendanda. eſt enim q factũ emendat ſubtiliter laudabilior eo q illud primus adinuenit.

SVMMARIVM.

2 *Sacerdotij origo,qualis,& vnde.4.*
Chriſtus dominus e tribu Iuda ortus.
2 *Chriſtus in hoc mundo vtraque poteſtatæ vſus eſt.*
3 *Poteſtatem mundi binam Chriſtus voluit eſſe diſtinctam.*
Pontifices legibus imperatorijs quomodo vtantur.
5 *Sem filius Noe,fuit dictus Melchiſedech.*
Romanorum reges cur etiam pontifices dicti.
6 *Homines ſunt in duplici differentia.*

De origine ſacerdotij & imperij.

1 Habent autem ſacerdotium, & imperium unũ † principium unde proceſſerunt. 10.d.c.cõſtitutione.in gl.Nam in ueteri teſtamento ante legẽ ſacerdotium & imperium primogenito competebant. Sed Iſrael trãſtulit imperium a Rubem primogenito ſuo ad tribum Iuda,ut habetur Gen.49.& ſacerdotium tranſlatum eſt ad tribum Leui. quando populus Iſrael fuit in Egypto, ut hr̃ primi Rgũ.2. de tribu aũt Iuda ortus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus,& ad eãdem ipſe tranſtulit ſacerdotiũ,ut habetẽ Hebræ.5.& extra de cõſtitu. tranſlato ſacerdotio. Ideoq; ipſe Chriſtus utraque poteſtate uſus eſt.10. diſt.c.quoniam idem.
2 † Quædam.n.fecit ut imperator, cum uendentes, & ementes de tẽplo flagello eiecit & cathedras uendentium & emẽtiũ colũbas euertit, & numulariorũ ęs effudit ſui pcepti auctoritate denuntians, & dicens. Nolite facere domũ pris mei do-

domum negotiationis.1.q.3.ex multis.Quędam aūt fecit, vt
ſacerdos. Quando ſe obtulit hoſtiam diſcipulis dicens. Hoc
eſt.n.corpus meum. Ipſe.n.ſacerdos Dei patris dr̃ filius Dei
ſm humanitatem. In qua ſe pro nobis acceptabile ſacrificiū
obtulit Deo patri, ut ſit ipſe ſacerdos qui eſt ſacrificiū de cō
ſe.diſt.2.c.ſacerdos. Sed licet Chriſtus utraque ſit vſus pote-
3 ſtate.†Ipſas tamen diſtinctas eſſe uoluit, quatenus ſpiritualis
a carnalibus diſtaret incurſibus, & Deo militans minime ſe
negotiis ſecularib. implicaret. Ac uiciſſim ille non rebus di-
uinis præſidere uideretur, qui eſſet ſecularib. negotiis impli-
catus. Chriſtus.n.Deus, & homo & meditator Dei, & homi-
num actibus propriis, & dignitatib. diſtinctis officia poteſta
tis utriuſque diſcreuit propria uolens medicinali humilita-
te ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſus in inferno de
mergi, ut Chriſtiani imperatores, pro æterna uita pontifici-
bus indigerent, & pontifices pro curſu temporalium rerum
tantum imperialibus legib. vterentur.10.diſt. c.qm̃.idem.96.
diſt.cum ad uerum.& 21.diſt.c.cleros.& in auc.qūo oportet
epiſcopos, & clericos.in prin.coll.1. Traxit autem originem
4 †ſacerdotium & imperium a Noe & filiis eius poſt diluuiū.ſ.
Sem, Iaphet, & Cham, qui cū nudatus iaceret in tabernacu-
lo ſuo, & a patre Chanaam, ſ.a Cham deſideretur, alii duo fi
lii, Sem & Iaphet, humeris ſuis pallium imponētes, & retror
ſum incedentes, operuerunt uerenda patris ſui, & facies eo-
rum erant auerſę ne patris virilia uiderent. Sed cum euigi-
laſſet Noe, & didiciſſet quæ filius eius minor ſibi fecerat, ip-
ſum maledixit, & duobus fratrib. ſubiecit. Sed poſtquam ad
benedicendum primogenitum ſuum.ſ.Sem ueniſſet, ipſum
ſimpliciter benedixit dicēs. Benedi. Deus Sem. ſit Chanaam
ſeruus eius, in ipſum transferens imperium & ſacerdotium.
Benedicendo aūt Iaphet. Habitabitq; in tabernaculo Sem.
ſit Chanaam ſeruus eius, ut patet Gene.9. idem etiam Sem,
iuxta translationem hebraicam alio nomine dicebat̃ Mel-
5 chiſedech. † Qui erat ſacerdos Dei altiſſimi, & vrbē Salem
condidit. quæ poſtea dicta eſt Hieruſalem, ut patet Gen.14.
Chain aūt in primo genitus habuit ſacerdotiū, tunc habuit
ēt imperium. Nam ante legem ſacerdotium, & imperiū pri-
mogenito competebant, & ab eadem origine proceſſerunt,
ideo reges Romanorum non ſolum dicebantur reges, ſed ēt
pontifices. Nam maiorum hæc erat conſuetudo, ut rex eſſet
& ſacerdos, & pontifex, unde & Romani imperatores ponti
fices dicebantur.31.diſt.c.cleros. §.nam & maiorum. Cum
autem poſt diluuium a Noe & filiis eius ſit diſſeminatū uni-
uerſum genus humanum ſuper terram, ut habetur Gen. 9.
& ab eiſdem traxit originē imperium ſimul & ſacerdotiū,
ut habitum eſt. Supereſt nunc conſequenter uidere de trib.
ſtatibus hominum ab ipſis deſcendentium, ſcilicet clerico-
6 rum, nobilium, & ſeruorum. † Eſt aūt aduertendum. Quod
omnis homo, aut eſt clericus, aut laicus. Sunt aūt clerici quā
tum ad præſens ſpectat, per quos mundus vniuerſus regitur,
papa, epiſcopus, & curatus proprius. his tribus ſubiicitur om
nis anima. Laici uero aut liberi ſunt, aut ſerui. Sed cum vni-
uerſus mundus pontificali, ſeu ſacerdotali auctoritate, & re
gali poteſtate regatur.96.diſt.duo. Idcirco aliquid erit in pri
mis dicendū de pontificali, ſeu ſacerdotali dignitate. Quan
tum ad tres prælatos principales quib. animę ſubiiciuntur.
Et primo, de papa. Secundo, de epiſcopo. Tertio, de curato.
Secundo erit dicendum de legati poteſtate & eius nobilib.
ſeu officialibus, ac libertate & tuenda pace. Tertio erit uidē-
dum de ſeruorum conditione & eorundem, reſpectu ſacer-
dotalis auctoritatis, & regalis poteſtatis ſubiectione.

De officio primi prælati, qui eſt papa.

Prima pars.

NVnc autem conſequenter uidendū eſt in ſpeciali de ſuperioritate & officio trium prælatorum ſpiritualium. Quib. omnis anima ſubiicitur, & quia in eccleſia catholica papa tenet principatum tā in tpalib. q̃ in ſpiritualib. Ideo primo uidendū eſt de eius ſuperioritate. Secundo, de utriuſq; gladii ptāte. Tertio, de omnis iuris in pectore ſuo reconditione. Quarto, de oī animarū ſubiectione. Quinto, de decimarū decimæ partis ſubleuatione & receptione.

S V M M A R I V M.

1 *Papa in eccleſia catholica eſt in ſpiritualibus & temporalibus ſuperior.*
2 *Papa a quo, & quando indicari poſſit.*
3 *Cardinales ſunt fratres papæ, & eccleſiæ Romanæ ſeruiunt.*

De papæ ſuperiotitate.

1 Eſt autem † papa ſuperior in eccleſia catholica tam in ſpiritualibus quam
in temporalibus, quia habet plenitudinem poteſtatis. Nam
eius poteſtas plena eſt. Ideo ab eo plena auctoritate ſancitur
nullius conſuetudinis præpediente deciſione ꝓprias ſequen
do tantum uoluntates remoueatur, ſed firmius atque incon
cuſſe teneatur.11.diſt.capit.conſequens.& in glo. ſuper uer-
bo, plena. Eſt autem papa caput omnium quo ad maiorita-
tem. Nam vnus Deus tantum eſt caput noſtrū dominus ſpi-
ritualium & temporalium, quia ipſius eſt orbis & plenitudo
eius, extra de decimis.c.tua nobis.& de maior.obed.c.ſolitę.
& de elec.& elect.po.c.ſignificaſti.in fi. dominus autem om
nia commiſit Petro & ſuis ſucceſſorib. hæc Hoſt. in ſumma
ti.qui filii ſint legit.§.qualiter.& a quo.verſic.ergo. Ideoque
2 †omnia iudicaturus a nemine iudicādus eſt. neque.n.ab Au
guſto neque ab omni clero, neque a regibus, neque a popu-
lo iudicabitur.9.q.3.cap. nemo. niſi in crimine hæreſis cum
deprehenditur a fide deuius.40.diſtin.cap.ſi papa. & cum ſe
ſubmittit iudicio alicuius.2.q.7. Nos ſi. & cum ſe ſubmittit
confeſſori ſuo, tenetur ei parere, & ligabit eum ſententia il-
3 lius.9.q.3.cap.nemo.in glo.†Facta enim ſubditorum iudicā
tur ab eo, ſed facta ſua iudicantur a domino. Et aliorum ho-
minū cauſas Deus uoluit per homines terminare, ſed ſedis
iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. ead.
quæſtio.2.capit.facta. & cap.aliorum, regit autem papa api-
cem Chriſtianæ religionis conſilio ſuorum cardinalium, q
ſunt eius fratres, & ſeruiunt eccleſiæ Romanæ.96.diſtinct.
Conſtantinus. Et aſſiſtunt ei coadiutores in executione of-
ficii ſacerdotalis, extra de electio. & elect.po.ca.fundamen-
ta. §.decet.lib.6.

S V M M A R I V M.

1 *Papa an & qualiter utrumque gladium dicatur habere.*
2 *Imperator imperium tenet ab eccleſia Romana.*
3 *Deuteronomij præcepta in nouo teſtamento ſeruari præcipiuntur.*
Excommunicatio morte comparatur.

De duplici papæ poteſtate.

1 Habet autem papa vtrunque † gladium ſpiritua-
lem, ſcilicet & temporalem, quia
dominus noſter utrunque commiſit Petro, vnde & dixit. Ec
ce duo gladij hic. Ideo etiam dominus dominorum nō ſine
cauſa dixit, tibi dabo claues regni cœlorum. Non dixit cla-
uem, ſed claues, ſcilicet duas, vnam qua claudat & aperiat, i.
liget & ſoluat quo ad ſpiritualia. Et aliam qua utitur ad tem
poralia primum per ſe exercet, ſed alium commiſit impera
2 tori.†Nā imperator ab eccleſia Ro. imperiū tenet. hęc Hoſt.
in ſum.tit.qui filii ſint legi.§.qualiter & a quo, ſub §.ergo.&
ſub uerſ.tū auctoritatib.& uacante imperio ſupplet defectū
imperii extra de fo.comp. c.licet. ideoq; ad eū tāquā ad ſupe
riorē in omnib. cauſis, tā ſecularibus, q̃ ſpiritualib. eſt recur-
ſus, extra de elec.& ele. po.c.licet. in patrimonio nanq; eccle
ſię plenā gerit in tpalib. ptātē, ac in aliis regionib. iuriſdictio-
nē exercet tpalē abſq; præiudicio aliorū, vnde ſicut in Deu-
ter. cōtinetur. Si difficile & ambiguū apud te iudiciū eſſe per
ſpexeris, inter ſanguinē, & ſanguinē, cauſam, & cauſam, le-
prā, & leprā, iudiciū uideat̃ uariari, recurrendū erit ad ſacer-
dotes Leuitici generis, & ad iudicē qui fuerit illo tpe, qui in
dicabūt tibi iudicii ueritatē, & facies q̄cūq; dixerint, q p̄ſunt
loco quē elegerit dn̄s, ſequeriſq; eorū ſn̄iam. Qui aūt ſuper-
bierit nolēs obedire ſacerdotis imperio, q eo tpe miniſtrat,
dn̄o Deo tuo decreto iudicis morietur. hæc in Deute.17.c q̃
3 eſt ſecunda lex ex vi vocabuli. † & qđ in eodē continetur in
nouo teſtō ſeruare præcipitur. Sunt autē ſacerdotes Leuiti-
ci generis fratres noſtri, q nobis iure Leuitico in executione
ſacerdotalis officii coadiutores exiſtunt. Is vero ſuper eos ſa
cerdos exiſtit ſiue iudex cui dn̄s inquit Petro. Quodcūq; liga
ueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. Eius vicarius qui
eſt ſacerdos in eternum ſm ordinē Melchiſadech cōſtitutus
a Deo iudex viuorū & mortuorū. Tria quippe diſtinguit iudi-
cia. primū inter ſanguinē, & ſanguinē. Per qđ criminale intel
ligitur & ciuile. Vltimū inter leprā, p qđ eccleſiaſticū & cri-
minale notatur. Mediū quod ad vtrum refertur tam eccleſia
ſticū q̃ ciuile, in quibus cū aliquid fuerit difficile, vel ambi-
guū ad iudiciū eſt ſedis apoſtolicæ recurrēdum. Cuius ſn̄iam
4 qui ſuperbiens cōtempſerit obſeruare, mori præcipitur. †Idē
per excommunicationis ſn̄iam velut mortuus a communio
ne fidelium ſuperari. Paulus etiam ut plenitudinem ptātis
exponeret, ad Corin. ſcribens ait. Neſcitis quoniam Angelos
iudicabitis, quanto magis ſecularia, extra qui filii ſint legiti.
cap.per uenerabilem.§.rationibus.63.diſtin.tibi domino 15.
q.6.alius, & c. omnes hymnos ſanctorum. & capitu. iuratos
1.q.4.quia præſulatus.22.diſtin.c.glo.ſuper verbo, celeſtis.

S V M M A R I V M.

1 *Papa poteſt ſupra ius diſpenſare diuinum.*
2 *Papa dicitur cęleſte arbitrium & facit de nullo aliquid.*

Sta-

3 *Statuta humana temporum mutabilitati ſunt ſubdita.*
Iura quando varientur.

De ſummi pontificis oraculo.

1 Sunt autem omnia iura in ſcrinio pectoris †papæ recondita. 18. diſt.
cap. quoniam quidem. in glo. extra de conſti. cap licet. lib 6
Et ſupra ius poteſt diſpenſare de plenitudine poteſtatis diui-
næ. extra de conceſ. præben. & eccleſ. non uac. propoſuit. &
vicarius Dei in terris. extra qui filii ſint legit. cap. per uenera
bilem. §. rationibus. Nam locum eius obtinet, extra ut ec. be
nefi. ſine diminu. confer. & extra de tranſla. cap. inter corpo-
2 ralia. § epiſcopi. & cap. quanto. & c. licet. †Vnde papa dicitur
cæleſte arbitrium, ut C. de ſum. trin. l. 1. in fi. & ideo etiam na-
turam rerum immutat ſubſtantialia vnius rei alteri appli-
cando. argum. C. l. communia de leg. a. & de nullo poteſt ali
quid facere. C. de rei uxo act. l. una. in prin. & de conſe. diſtin
ctio. 2. cap reuera. & ſententiam quæ nulla eſt facit aliquam.
3. quæſtione 6. capitu. hoc quippe. quia in his quæ vult eſt ei
dem pro ratione uoluntas, ut inſtit. de iur. nat. §. ſed qd prin-
cipi. Nec eſt qui ei dicat cur ita facis. de pœ. diſtin 3. § ex per-
ſona. Idem etiam de iniuſtitia poteſt facere iuſtitiam, corri-
gendo iura, & mutando. extra de appel. cap. ut debitus. & ex
3 tra de conſan. & aff. c. nõ debet. † vnde ſi ſecundum uarieta-
tem temporum ſtatuta, quandoque varientur humana re
prehenſibile non debet iudicari præſertim cum urgens ne-
ceſſitas, vel euidens utilitas id expoſcit. Quoniam ipſe Deus
ex his quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit.
in nouo. Nam ſecundum varietatem perſonarum, cauſarũ,
locorum, & temporum, contingit quandoque iura variari.
29 diſt. ſciendum. 4. diſt. erit autem 32. q. 4. ca. quis ignoret. &
c. obiiciuntur. & 13. quæſt. 8. capit. occidit. & de tranſl. cap. vlt.
& de ſentent. excom. cap. ſuper. co. 2. extra de tranſa. c. quan
to. ſuper uer. uicen. in glo.

SVMMARIVM.

1 *Papæ omnes animæ a Deo ſunt commiſſæ.*
Papa dicitur pater pauperum, & cui cauſa ad eũ principaliter ſpectat.
2 *Blanditiis impii nonnunquam ſunt conuertendi.*
3 *Pœna temporalis quando & apud quos locum teneat.*
4 *Principes ſeculi ad quid conſtituti.*

Quod papæ ſunt omnes animæ commiſſæ.

1 Commiſſæ autem ſunt papæ omnes animæ a Deo. †Quoniam in perſo-
na Petri ſibi dictum eſt a domino Io. 21. Paſce oues meas. Ex
illa commendatione, ſeu commiſſione pater pauperum di-
citur. Nam cauſa pauperum ſpecialiter ſpectat ad eum ex-
tra de præſc. c nihil. ideoq; debent ſibi omnes animæ ſubiici.
aut per manſuetudinẽ, & hoc per ſacerdotes. Quæ enim ſin
cera intentione extraneos a Chriſtiana religione ad fidem
2 rectam cupiunt reducere, †debent blandimentis non aſperi
tatibus ſtudere, ne quorum mentem reddita a plano ratio
poterat prouocare, pellat procul aduerſitas. Nam quicunq;
aliter agunt & eos ſub hoc velamine a cõſuetaritus ſui cul
tura volunt remouere, ſuas illic magis quam Dei probantur
cauſas attendere 45. diſtin ctio cap. qui ſincera, aut per rigo-
rem, & hoc per nobiles fieri debet, vt malus quandoque ti-
mendo, quod non vult pati, vel relinquat impedientem ani
moſitatem, vel ignoratam compellatur cognoſcere verita-
tem, ut timens, vel reſpuat falſum de quo contendebat, vel
quærat uerum quod neſciebat, & uolẽs iam teneat quod no
3 lebat. 23. quæſt 6 cap. uides †Expedit namque ut temporalis
pœna cohibeat, quos timor Dei a malo non reuocat, extra
de uita & hone. cle. c. ut clericorum, & adducat pœna quos
hucuſque cohibuit culpa, ut filii perditi redirẽt, qui alios co-
gere tentabant ut perirent. Nam ad magnam cenam conui
uas dominus iubet cogi, exite inquit in vias, & ſæpes, & quoſ
cunque inueneritis cogite intrare. ca. q 6. ca ſciſmatici. Sunt
4 enim principes ſeculi ad hoc cõſtituti, ut intra †eccleſiã ade-
ptæ poteſtatis culmine diſciplina eccleſiaſticam muniant,
qm intra eccleſiã poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi ut qđ
non præualent ſacerdotes efficere per doctrinæ ſermonẽ, po
teſtas hoc imperet per diſciplinæ terrorem. Qui ſæpe regnũ
terrenum cæleſte regnum proficit, ut qui intra eccleſiam po
ſiti contra fidem & diſciplinam agunt, rigore principum cõ
terantur, ipſamque diſciplinam, quam eccleſiæ utilitas exer
cere non præualet, ceruicibus ſuperborum poteſtas princi-
palis imponat. 23. q. 5. c. princeps ſeculi.

SVMMARIVM.

1 *Paſtoris eccleſiæ cura erga oues Chriſti, qualis ſit.*
2 *Papa cur ab omnibus ſacerdotibus decimam decimæ capiat.*
3 *Clerici quibus debeant decimas.*
Intellectus c. nouum. de decimis.
4 *Decimæ a quibus, & de quibus perſoluendæ.*
5 *Ius diuinum diſſuetudine inumbratum debet per papam illuminari.*
Iudicantium officium.

Quod papa habet ſubleuare decimam decimæ.

Cum autem papæ, vt prædictum eſt, ſint a Deo, omnes animæ com
miſſæ, & ſibi debeant ſubiici, aut rigore, aut manſuetudine.
1 †Debet eas amore paterno cuſtodire, ne lupus rapax gregẽ
inuadat, non dilaniare, neq; excoriare. eas etiam paſcere de-
bet, ne propter inopiam & penuriam uerbũ veritatis, & no-
men Dei periurent, & non ſolum illas quæ nobis amici, ve-
rum etiam & illas quæ ſunt nobis inimici, iuxta dominicam
exortationẽ, quæ dicit. Benefacite his qui uos oderunt. Ma-
the. v. ac etiam apoſtoli dicentis Si inimicus tuus eſurierit,
ciba illum Si ſitit, potum da illi. ad Roma. 12. ut uerus poſſit
eſſe uicarius in terris illius qui ſolem ſuum facit oriri ſuper
bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Math 5. ut
autem eiſdem ouibus Chriſti pabulum poſſit miniſtrare, &
2 eas defendere Tunc iure diuino habet ſubleuare ab omnib.
ſacerdotib. decimam partem decimæ de uniuerſis decimis,
quæ ſacerdotibus offeruntur. Cum enim dominus Aaron
& filios eius in ſacerdotium uocaſſet, & iugiter ſibi in taber
naculo miniſtrarent, & peccata, & iniquitates ſanctuarii ſi-
mul & ſacerdotii ſui portarent, & ſuſtinerent, & pro quoti-
diana miniſtratione decimas, & primitias quas ipſe Deus in
ſignum vniuerſalis dominii ſibi retinuerat, ſacerdotibus da-
ri diſpoſuiſſet. & leuitis præceptum fuit. quod poſtquam leui
te & ſacerdotes decimas ſubleuaſſent primitias eorum do-
mino afferre deberent. i. decimam partem decimæ, tam de
area, quam de torcularibus, & vniuerſa quorum decimas.
accipiebant. primitias offerre debebant, & illud offerre debe
bant de cunctis optimis, & electis, & dare Aaron ſummo ſa-
3 cerdoti, ut patet Num. 18. †æquales tamen clerici non debẽt
æqualibus dare decimas, cum ab ipſis non recipiũt eccleſia.
ſtica ſacramenta, nec eis ſubſint. Non enim leuitæ a leuitis re
ceperunt decimas, ſed ſacerdotes a leuitis, ſic & inferiores ſu-
perioribus, quibus ſubſunt, tenentur ſoluere decimas de pa-
trimonialib. bonis, & aliis ex euentu licite acquiſitis, & hoc
manifeſte dicit decretalis, extra de decimis, capitulo nouũ.
quæ ſic exponit, clerici a clericis. ſ. non ſubditis ſed ſibi æqua-
libus. Nõ. n. leuitæ, ſed ſacerdotes, & ſic ſuperiores ab inferio-
ribus. extra de deci. c. 1. uer. rurſus leguntur, & hoc ideo, quia
cum æquales ſint, nõ dr̃ alter alteri ſpiritualia miniſtrare, ne-
que miniſtrat. Ergo ſuperiorib. ſibi miniſtrantibus ſpiritualia,
tenentur dare. & hæc eſt ratio, quia illi profecto clerici. ſ. infe-
riores patrimonium habentes, uel aliunde licite acquirẽtes,
q a clericis ſuperiorib. & curam animarum ſuarum habenti-
bus ſpiritualiũ miniſterorũ, labores accipiunt. 13. q. 1. §. his ita
4 decimas eis dare hẽnt. † Quia quilibet fidelis chriſtianus te-
netur ipſas dare de licite acquiſitis. extra de deci. ca. ex tranſ-
miſſa. niſi eximatur priuilegio ſpeciali, & pro maiori parte de
patrimonialibus ſic obſeruatur. Nunquid ergo rectores ec-
cleſiarum, & alii qui immediate ſubſunt epiſcopis tenentur
ſoluere eis decimas de redditibus ſuis eccleſ. Et quidem cõ-
ſuetudo tenet q non. ſed de iure communi planum eſt q te-
nentur ſoluere etiam decimam decimarũ. c. 1. uer. rurſus. &
c. 2. & ca. ex tranſmiſſa, quia quilibet tenetur, niſi ſpecialiter
ſit exemptus, ut no. & pro ea. extra de deci. c. a nobis. & ca. ex
parte tua. 1. ad finem. hæc Hoſt. in ſum tit. de deci. §. a quib.
ver. ego intelligo. & ver. nunquid. Hoc ius cum ſit diuinum,
5 vt apparet per diſſuetudinem inumbratum, †ſummus pont.
deberet illuminare extra de treu. & pa. c. innouamus, & vſq;
ad eff u. ſanguinis defendere. vbi. n. dñs, vel eius apoſtoli, &
eos ſequentes ſancti patres ſententialiter aliquid diffinierũt,
ibi non nouam legem Rom. pont. dare, ſed potius quod præ
dicatum eſt vſque ad animam & ſanguinem debet confir-
mare. Si. n. quod docuerunt apoſtoli & prophetæ deſtruere,
quod abſit, niteretur, non ſententiam dare, ſed magis errare
conuinceretur. 25. q 1. ſunt quidam. & qui alios in iuſtitia de
bet confouere, ſuum proprium ius debet negligere, extra de
ſup. negli. prælato. c. licet. Nam ſicut lex dicit, parum eſt ius
eſſe niſi ſit per quem ius reddat & teneatur. ff. de ori. iur. l. 2. §.
poſt originem. 96. diſt. c. duo ſunt in glo. ſuper ver. quibus.

De officio ſecundi prælati, qui eſt epiſcopus.

Secunda pars.

Secundo nunc conſiderandum erit de ſecundo prælato cui animæ ſubiiciuntur
qui eſt epĩs, ſed quia epĩs, immediate ſubeſt papæ in eccleſia ca
tholica, ideo primo uidendum eſt de eius auctoritate Secũ-
do, quia non dñs, ſed procurator eſt bonorum eccleſiæ. Ter-
tio, quod de bonis eccleſiæ debet egenis, & pauperib. ſubue-
nire. Quarto, qualiter debet per imperatorem eccleſiam ſuã
defendere. Quinto, qualiter habet canonicam portionem
ſubleuare. Sexto, an epiſcopus canonica portione poſſit pri-
uari temporis diuturnitate. Septimo, an canonica portione

poſſit priuari ex delicto & iniquitate. Octauo, an poſſit eadē
priuari ex conſuetu.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopi omnes ſunt ſub papa.*
Epiſcoporum auctoritas eſt ſemiplena.
Archidiaconi officium quale ſit.
2 *Archidiaconus eſt epiſcopi oculus.*
3 *Epiſcopatum quatenus ambire liceat.* 5.
Corrumpitur quis, præmio, prece, aut promiſſione.
4 *Principatus ſanguini non deferendus, ſed uitæ integritati.*
6 *Imperator in electionibus epiſcoporum quando poſſit intereſſe.*

De auctoritate epiſcopi, & eius electione.

1 Sed aduertendum, † quod oēs epiſcopi ſunt ſub papa, & eorū auctori
tas eſt ſemiplena, ipſos quoq; uocat fratres, & in partē ſollici
tudinis ſunt uocati, & non in plenitudinem poteſtatis. 2. q. 6.
c. decreto, & c. qui ſe ſcit. His in adiutoriū ſunt ſeptē Archi-
diaconi, ab apoſtolis electi, & inſtituti, ut docent actus apo-
ſtolorum act. 7. 93. diſt. c. diaconi. & ſeq. Pertinet aūt ad offi-
ciū archidiaconi. Conuerſatio clericorū tam in urbe q̄ extra
poſitorum. Doctrina eccleſiaſticorum, correctio delinquen-
tium. De tertio in tertium annū viſitatio per parochiam vni
uerſam cū ep̄s non pōt, extra de off. arch. c. ut archi. 26. diſ. c.
2 perlectis. † Nam archidiaconus eſt oculus ep̄i, ut loco ep̄i per
epiſcopatū proſpiciens, quæ corrigenda uiderit corrigat, &
emendet, niſi fuerint ardua negocia, ꝙ abſq; maioris ſui præ
ſentia nequeāt terminari, extra de off. arch. c. ad hæc. §. item
in epiſtola. Sit aūt in corrigēdo exceſſus ſubditorum, & ma-
xime clericorum, ad reformandos mores prudens. & diligē-
tes attendat ne ſanguis eorū, de ſuis manib. requiratur, ex-
tra de off. archid. c. irrefragabile. ut poſſit dicere cum Paulo.
Mundæ ſunt manus meæ a ſanguine omnium ueſtrum. 43.
diſt. c. epheſiis. Nam nō admittitur excuſatio, ſi lupus come
3 dit oues, & paſtor neſciat. extra de re. iud. c. quamuis. † Sed ad
epiſcopatum nemo per amicitiam, parentelam, vel clamo-
rem populi, aut per pecuniam debet promoueri, qn̄ ſi quis
ep̄atum deſiderat, data pecunia potentes perſonas minime
ſibi ſuffragatrices, adhibeat. Nec ad decretum ſibi faciendū
clericos, uel ciues ad ſcribendum adhibito cuiuſlibet gene-
ris timore compellat uel præmiis quibuſlibet exhortetur. 1.
q. 6. ſi quis Nam præmio, prece, ac promiſſione, ſępe populus
corrumpitur. ideoque ſi quis ita temerarius extiterit, ut ta-
lem excuſationem afferens aſſeueret ꝙ literas populi acce-
perit a ſuperiori, confirmari nullatenus debet, nec in fine lai
cam cōionem, niſi de hoc pęnituerit, accipere. extra de elec.
cap. oſius. ideo Moyſes amicus Dei, cui facie ad faciem locu-
tus eſt Deus, non potuit vtique ſucceſſores principatus filios
ſuos facere, & poſteris ſuis propriam relinquere dignitatem.
4 Sed extraneum de alia tribu eligere. Ieſus ſcilicet Ioſue, † vt
ſciremus principatum in populo non eſſe deferendum ſan
guini, ſed vitæ. At nunc cernimus plurimos hanc rem bene-
ficium facere, ut non quærant eos in eccleſia columnas eri-
gere, quos plus cognoſcunt eccleſiæ prodeſſe. Sed quos ipſi,
vel amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti, vel pro quib.
maiorum quiſpiam rogauerit, & ut deteriora taceam, qui ut
clerici fierent muneribus impetrant. 8. q. 1. c. Moyſes. & c. ſi
ergo, quia ſicut locus regiminis deſiderantibus negādus eſt,
ita fugientibus offerendus. ea. q. 1. c. in ſcripturis. 60. diſ. ante
omnia. ibidem ſuper verſ. fugientib. in gloſ. ideo ēt dicit lex.
5 † quod ad epiſcopatum nemo promouēdus eſt per ſimoniā,
& prece & non precio debet ordinari, & eligi. profecto. n. in
dignus eſt ſacerdotio, niſi fuerit ordinatus inuitus. Sane ſi qs
antiſtes ſedem pecuniæ interuentu ſubiiſſet, aut ſi quis ut al
terum ordinaret, vel eligeret, aliquid accepiſſe detegitur, ad
inſtar publici criminis & læſæ maieſtatis accuſatione propo
ſita a gradu ſacerdotii retrahatur. Nec hoc ſolum deinceps
honore priuari. ſed perpetuæ quoq; infamiæ damnari decer
nimus, ut eos quos par facinus coinquinat, & æqua utroſq;
ſimilis pœna committeretur. C. de epiſ. & cle. l. ſi quemquam.
in auc. de ſan. epiſ. §. præ omnib. colla. 9. conſt. fi. ideoque cū
in electionib. ep̄orum contingat aliquam oriri diſcordiam,
6 † debet imperator illuc intrepidus accedere, ne pp̄ eligentiū
diſcordiam contingat eccleſiam deſolari. Et eos exhortari,
ut uiduatę prouideant eccleſiæ, ne pp̄ carentiam paſtoris. lu
pus rapax oues inuadat, ſicut fecit inclitus imperator Valen
tinianus cum eccleſia Mediola. paſtore careret, fertur dixiſ-
ſe ſuffraganeis eiuſdē eccleſiæ Mediol. Talem in ſede ponti-
ficali conſtituere procuretis, cui & nos qui gubernamus im-
periū ſincere noſtra capita ſubmittamus, & eius monita cū
tanquam homines deliquerimus ſuſcipiamus, neceſſario ve
lut medicamētá curantis. 63. di. c. valentinianus. & extra de
iudi. c. nouit. §. non igitur.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopi cura qualis eſſe debeat.*
Epiſcopus eſt rerum eccleſiæ procurator.
2 *Epiſcopus an & quando poſſit res eccleſiæ uendere vel donare.*
2 *Canonici ſunt epiſcopi membra.*
4 *Epiſcopus qualis eſſe debeat.*

Quod epiſcopus bonorum eccleſiæ procurator eſt, non dn̄s

1 Debet autem epiſcopus, † non ſolum prædicatio
ni & orationi, & ſacrorum diſpen
ſationi, quod eſt eius propria cura, intendere. Sed etiam de-
bet res ſuas, iuxta exigentiam erogare. eſt enim rerum eccle
ſiæ, & bonorum eccleſiaſticorum, ſicut & alii prælati procu
rator, & non dominus. extra de don. c. fraternitatem. 12. q. 1.
c. ult. 23. q. 7. c. quod aūt. & conditionem eccleſiæ tenetur fa
cere meliorem non deteriorem, ut in c. fraternitatem. extra
de in integ. reſt. c. requiſiuit. nec res eccleſiæ debet uendere,
2 uel alienare. uel donare, † irrita. n. erit donatio, uenditio, uel
commutatio, rei eccleſiaſticæ abſque ſubſcriptione, & col-
laudatione clericorum, extra de his quę fi. a præ. ſine con. ca.
c. irrita. 12. q. 2. c. non liceat, & c. alienationes. & c. ſine exce-
ptione. permittitur tamen ei donare rem paruam, ſeu aliena
re. 13. q. 2. c. terrulas. extra de do. c. cæterum. & rerum eccle-
ſiaſticarum permutationem facere pro re maiori, uel ęqua
li ſub pragmatica ſanctione. uel ſi tantum eccleſiæ conſule
rit. extra de re. permu. c. ſi princeps. 12. q. 2. c. ſi quis qualibet.
Eccleſiam etiam ſibi commiſſam regere debet conſilio ca-
3 nonicorum, † qui ſunt eius membra, unde non decet ep̄m
omiſſis membris in eccleſiæ negotiis aliorum cōſilio uti. ex-
tra de his quæ fi. a præla. ſi conſen. ca. c. nouit. & c. quanto, &
cum hoc debet epiſcopus ſpeculari mores & uitam populi,
ſibi ſubiecti, & intendere ad eorum ſalutem. Vnde ep̄s hoc
negligēs eſt in peccato mortali, & dicitur canis impudicus,
2. q. 7. c. qui nec. Debet etiam uitare familiaritatem praui ho
minis, ideo presbyteros, diacones, & clericos boni teſtimonii
debet penes ſe habere, quia uita paſtoris debet eſſe in exem
plum diſcipulis. ca. q. 7. c. peruenit. & c. epiſcopi. & c. cum pa
4 ſtoris. Nam ſecundum ſanctorum patrum inſtituta debet ir
reprehenſibilis inueniri cum oporteat epiſcopum irrepre-
prehenſibilem eſſe. 1. Thimo. iij. ex officio enim ſuſcepto nō
licentiam peccandi, ſed neceſſitatem bene uiuendi ſe ſciat
aſſecutum. 40. diſt. ca. oportet.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus nihil agit ſine eleemoſina.*
Liberalitas cuiuſlibet modum habere debet.
2 *Epiſcopo non eſt ſatis bene uelle, ſed & benefacere.*
3 *Vita pecuniæ præferenda.*
4 *Sacræ res quando alienabiles.*

De ſubuentione pauperum, per epiſcopos.

1 Epiſcopus autem locum, & mentem debet muta
re. † Nec ſolum lectionem, & orationē
debet credere ſibi ſufficere, ut remotus nihil ſtudeat de ma-
nu fructificare, ſed manum largam habeat neceſſitatem pa
tientibus occurrat, alienā inopiam ſuam credat, quia ſi hoc
non habet, uacuum nomen ep̄i portat. In ipſa r̄n liberalita-
te modus adhibendus eſt rerum & perſonarum. Rerum, ut
non omnia uni, ſed ſingulis quædam præſtentur, ut pluribus
prodeſſe poſſimus, iuxta illud prophetę, Pſal. 111. diſperſit de
dit pauperib. Perſonarum ut primū iuſtis deinde peccatori-
2 bus ſubueniatur. † Non quod peccatores, ſed quia homines
ſunt. 86. diſt. c. fratrē noſtrū. Non. n. ſatis eſt ep̄o bene velle,
ſed & bene facere. Ep̄s namq; pauperibus, & infirmis qui de-
bilitate faciente ſuis manib. laborare non poſſunt victum &
ueſtitum inquantum ſibi poſſibilitas fuerit debet largiri. diſ.
82. c. ep̄s. eſt. n. grandis culpa ep̄o, ſi eo ſciente egeat fidelis. Si
ipſum ſciat eſſe ſine ſumptu & famem tollerare ac ærumnā
perpeti. Qui præſertim egere erubeſcit. Si in captiuitate, uel
in carcere pęnis, & ſuppliciis pp̄ debitū iuſtus aliquis excru-
cietur. Si tp̄e periculi ſui quo rapitur ad mortē non adiuuet.
3 † Plus. n. debet valere apud ep̄m morituri uita, q̄ propria pe-
cunia. 86. diſt. c. nō ſatis. Itē dn̄s non vult ſimul effundi opes,
ſed diſpenſari. Pulchra eſt. n. liberalitas in ipſo quoque pau-
peris dato menſuram tenere. ea. diſt. c. non ſatis. & c. ſe. nec
ad hoc ſolum debet propriam effundere pecuniam. ſed etiā
uaſa myſtica, & dominica confringere. ead. diſt. eſt etiam. in
fi. 12. quæſtio. 2. c. aurum. Pro redemptione nanque captiuo-
rum, iuxta traditionem ſacrorum canonum & legalium ſta
tutorum licite ſacræ res, & uaſa myſtica uenduntur. 12. q. 2.
4 ca. ut ſacrorum canonum. † Sacræ enim res quæ rite per pon
tificem conſecratæ ſunt, ueluti ædes ſacræ & dona quæ rite
ad miniſterium Dei dedicatę ſunt, per cōſtitutionem impe-
rialem alienari prohibentur, præterquam in cauſa redem-
care ſancimus. C.de inceſt.& inutili.nu. l.cũ ancillis.l.qui ꝯ.
in auth.de ĩceſtis & nepha.nup.§.1. coll.3.ꝯſt.1.niſi ætas ſexus
uel iuſta ignorantia excuſet co. tit.l.qui ꝯ. & ſi quidẽ in agro
hoc factũ eſt fundus cũ mancipiis,& pecorib.cęteriſq; rebus
q̃ cultui ruſtico ſuſtinenẽ fiſci iuribus uendicenẽ. Si uero in
ciuitate factũ eſt dimidia pars bonorũ cõfiſcatẽ.l.cũ ancilis.
ſed auth. de inceſt. & neph.dicit pœnam oĩum confiſcatio-
11 nem tam dotis q̃ aliorum. † Condemnatorũ ſeu proſcriptio
rũ non fiunt lucrũ iudicib.aut eorũ officiis neq; ſm vetere- le
ges fiſco applicantur, ſed vel aſcendentib. & deſcendẽtib. &
ex latere vſq; ad tertiũ gradũ ſi ſuperſint vxores eorũ dotem
& ante nuptias donationẽ accipiũt.Si vero ſine dote ſint do
tem de ſubſtantia viri accipiunt partem legib. definitã ſed &
ſi neminẽ prædictorũ hẽnt q deliquerint eorũ bona fiſco ſo-
cianẽ. C.de bo.proſcri.in auth.ut nulli.§.fi. Angariæ,& peran
garię,illa ſunt, quædã munera,q̃ tenentur prouinciales exhi-
bere imperatori dum tranſitum facit per loca cũ expeditio-
ne,& eſt angaria munus mere perſonale,videlicet ut quis ſer
uiat imperatori in expẽſis imperatoris.Sed perãgaria eſt onus
mixtũ,ſcilicet ut ſeruiat imperatori in expenſis propriis.ff.de
mu.& ho.l.patrimoniorũ.C.de ſa.ſan.eccle.l.neminẽ.extra
12 de immu.eccle.c.nõ minus in gl.†Subditi tenentur exhibere
naues & plauſtra ipſi imperatori in ſua expeditione pro por-
tandis & vhendis armis & reb. de loco ad locũ,ut probaẽ in
d.l.neminẽ.& in l.2.& in l.curſum.C.de curſu pub. li.12.vtrũ
aũt qñ fiſcus ex aliqua cã neceſſaria accipit plauſtra, uel na-
ues ſubditorũ dẽat eis ſoluere,dic ꝙ ſic ſm And.de iſer.in l.ſi
locus.ff.quẽadmodũ ſerui.amit.& de capt.in bello §.ſi depor
tatũ. Extraordinaria collatio ut qñ imperator ꝑꝑ aliquã im-
minentẽ neceſſitatẽ publicã vult indicere & ponere aliquã
collectã extraordinariã ꝓ defenſione Imperii,& iſtud tale im
poſitũ vocaẽ ſuperindictũ,& cenſeẽ inter regalia, qa ſoli im-
peratori licet imponere ꝑ ſuũ reſcriptũ. C.de ſuperindicto li.
10.& eſt munus extraordinariũ ut ibi no.gl.ſup rubrica.Et ſic
eſt extraordinaria collatio,ut in hoc tex.& d.l.neminẽ, non
tñ eſt intelligẽdũ ꝙ ſi vaſſalli indictum ſoluant dñis eorũ ꝙ
ẽt teneanẽ ſoluere imperatori ne duplici onere grauenẽ.l.na-
uis onuſtæ in § tũ aũt.ff.ad l.rhod.de iac.cũ ibi no.ſm Andr.
de iſer.hęc Iaco.de Aluarotis.Poteſtas faciẽdi magiſtratus eſt
13 de regalib.† qm̃ ex lege regia populus Romanus tranſtulit in
principẽ oẽm p̃tatẽ ſuã, vt l.poſt princ.ff.de offi.pręfec.pręto.
& l.1.in 4.col.C.de veteri iu.enucl. & quod hæc p̃tãs ſit apud
principẽ probaẽ in auth. de defen. ciui. ꝑ totũ.& de pa.iu.ſir.
in §.iudices cũ ibi no.in gl.& de pa.te. in §.iudex.in cõſti.feu
dõ. Argentaria eſt de regalibus ut in quocunq; prædio priua-
to fodiatur argẽtũ,aurũ, uel aliud metallũ princeps uel eius
fiſcus habeat certam partem. C.de metallariis. l.4.& l.cũcti.
& l.per annos.ff.de ver.ſig.l.inter publica,ubi dicit decimam
14 partẽ fiſco applicãdã niſi cõſuetudo eſſet in ꝯriũ, †Dicit Bal.
de palatiis in ciuitatibus deputatis pro iuſtitia exhibẽda.ſed
Andr.de iſer. intelligit de domibus quas imperat in ciuitati
bus conſueuit habere, C.de ope.publ.l.prætoria. Vtrum aũt
prædicta palatia per non vſum intelliguntẽ præſcripta, dicit
An.ꝙ non per.l.præſcrip.in eo. tit. de ope. publi. facit qđ no.
in c.non liceat.extra de præſcrip.& qđ hẽ in l.fi.C.de ſac ſan.
eccle.Piſcationũ redditus ſubaudiendũ eſt cõſuetus, vt quia
fiſcus exigit publicũ vectigal piſcationũ.Sunt piſcationes cõ
munes tam in mari quã in fluminibus publicis. ff.de re.diui.
l.2.& l.1.licet piſcationes ſint cõmunes in mari & in flumi-
nibus,

nibus tñ earum iuriſdictio & protectio ſpectat ad principem
vt no.in d.l.2.de re.diui.Salinarum ſcilicet publicarum.ff.qđ
cuiuſque vniuer.l.1.in prin.vel ex quibus debet ſolui publi-
15 cũ vecti gal in d.l.inter publica in fi.de verb.ſig.†Omnia bo-
na delinquentis ob crimen lęſæ maie.confiſcantur.in authẽ.
ut nulli iudicum in fin.Vnde qui conſpirat in principem,uel
eos qui ſunt ad latus eius,incidit in crimen læſæ maieſta. ſo-
la ordinatione & tractatu,licet non ſequatur euentus & vlto
re gladio debet puniri & bona efficiuntur fiſci.vide de hoc
Bal.in l.quiſquis.C.ad l.Iul.maie.vide ẽt plene per Bar.in ap-
paratu ſuo ſuper extrauagan.ad repri. Theſarus eſt pecunia
ab ignotis dñis. vetuſtiori tpe abſcondita. C.de theſauris.l.1.
lib.10.depoſitio pecuniæ cuius memoria non extat.ff.de acq.
re.domi l.nunq̃.§.theſaurus,qñq; propriе dicit.ff.de acq.poſ.
l.peregri.in prin.& ff.ad exhiben.l.theſaurus.inſti.de re.diui.
in gl.Aliqñ inuenit in loco cæſaris.id eſt iure patrimoniali.ſ.
a caſu & non data opera,tunc medietas eſt inuentoris & alia
imperatoris. Sic ẽt de theſauro in loco religioſo inuento ut
hic in tex.dr̃,licet aliqui dicant qđ theſaurus inuentus in lo-
co religioſo totus ſit inuẽtoris,inſtit.de rerum diuiſio.§.the-
ſauros.14.q.5.c.ſi quid inueniſti.in glo.[Vnde concluditur in
16 hac materia ꝙ interdum †theſaurus reperitur arte magica,&
improbata,& tunc ſiue quis reperiat in ſuo fundo ſiue in alie
no totum acquiritur fiſco.C.de theſau.l.1.& ipſe quærens pu
nitur ut ibi,quia prohibetur talis ſcientia. C. de maleficis per
totum.in ſuo fundo uel re ſua & tunc eſt totũ ſuum ſiue re-
periat data opera ſiue a caſu dummodo non arte reprobata,
ut in d.l.1.C.de theſauris.In fundo alieno, & tunc a caſu, aut
arando, uel aliter quocunque caſu & non ſtudio perſcrutãdi
data opera,& tunc medietas eſt inuentoris. alia vero medie-
tas debet eſſe dñi illius loci ubi repertus eſt theſaurus, vt d.§.
theſauros,& in d.l.1.in fi.de the.Si vero reperit̃ in fundo alie-
no data opera ẽt nõ magica,& tunc inuentor nihil dẽt hr̃e ſi-
ue hunc theſaurũ quæſierit dño volente ſeu ignorante,uel eo
inuito,ut in d.l.1.C.de theſau.circa med.ſed totus acquiritur
ipſi dño loci,vt ibi no.gl.& in d.l.theſau.In loco proprio Cę
ſaris & tunc ſi data opera nihil lucratur,ſed in totum acquiri
tur Cæſari.ſi vero reperit a caſu & tunc lucratur medietatẽ,
alia vero medietas eſt Cæſaris.vt hic. & in d.l.3.§.fi.ff.de iu.
fiſ.eodem modo diſtinguendum eſt, qñ quis reperit et theſa-
rum in locis fiſcalibus,uel in locis publicis, vel in locis reli-
gioſis.vel in monumentis. Quia aut data opera & tunc totũ
acquiritur.fiſco ſeu illi ciuitati cuius erat locus publicus, ut
in d.§.theſauros.Aut a caſu,& tunc medietas erit fiſci.Altera
aũt repertoris vt probatur in d.l.3.in §.fi.licet quidam volue
runt dicere ꝙ theſaurus repertus a caſu in loco religioſo ſit
totum repertoris per.d.§.theſauros, quod non eſt verum in
iſto text.& ad hoc vide gl.in d.locis,& in l.1.in princ.ff.de re.
diui.Aut in loco a caſu qui in nullius bonis eſt & tũc in totũ
inuentoris eſt ut tenet Cy.& Bal.in l. lapilli.ff.de re.diui.ſed
per quam actionem petatur theſaurus repertus,dic ut in d.§.
theſauros.& in d.l.1.de theſauris, hæc Ia.de aluar.ſuper vſus
17 feud. †Imperator habet ſceptrum cum quo debet oſtendere
clementiam iuſtis & innocentibus,vt inter improbos tuta ſit
Innocentia.3.di.factæ,& reos ad ſe fugientes a ſęuitia domi-
norum liberare.inſtit.de his qui ſui uel alie.iu.pacem ſerua-
re & libertatem dare, & vt hoc poſſint habet Pedagium qđ
datur a tranſeuntibus in locis cõſtitutis a principe, uel ab eo
qui hẽt auctoritatem Guidagium quod datur ꝓ ducatu per
terram alicuius vt ſecurus vadat.Salinatium qđ datur pro ſa
le vt ſ.poſſint vendere uel emere, hæc in c.ſuper quibuſdam,
de verb. ſig. Tributũ perſonale qđ indicit̃ perſonis & in hoc
eſt ordo pro modo fortunę & fit cum ſolicitudine. Patrimo-
niale qđ fit cum diſpẽdio rerum & indicitur poſſeſſionibus.
Mixtum qđ fit cũ vtroq;. Gladium vt iuſtitiam faciat & vni-
cuiq; ius ſuum reddat, & delinquentes puniat,& in corrigẽ-
do non debet eſſe negligens ne iram Dei ꝫ ſe prouocet. 23.
q.5.c.ſi quos.Vnicuiq; ẽt ius ſuum conſeruet. Nam iure hu-
mano dr̃ hæc villa mea eſt,hæc domus mea eſt.7.di.c.quo iu
18 re.†Summa aũt iuris in duo genera deducitur. Aut enim in
rem ſunt,aut in perſonam, aut enim agit vnuſquiſq; cũ eo q
ei obligatur ex contractu vel ex maleficio.Quo caſę prodite
ſunt actiones in perſonas per quas actor intendit aduerſariũ
dare,aut facere oportere,& aliis quibuſdam modis.Aut cum
eo agit qui nullo iure ei obligatus eſt. Mouet tamen alicui
de alia re controuerſiam quo caſu proditæ actiones in rem
ſunt.Veluti ſi rem corporalem poſſideat quam Titius ſuam
eſſe affirmat inſti. de act.

S V M M A R I V M.

1 *Imperium quomodo augeatur.*
Romuli & Remi cautela pro augendo imperio.
2 *Immunitas quæ regna auxerit.*

De auctu imperii.

1 **C**reſcit autem & augetur †Imperium Roma.ꝑ liber
tatem quam imperator Romanus ha
bet & poteſt dare,& reos & impios a noxa liberare & hono-
ri & famę reſtituere.ſic enim Remus & Romulus feciſſe le-
guntur. Cum enim Romulus ciuitatem condiderat quam
ex nomine ſuo Romam nominauerat,Aſylum vna cum Re
mo conſtituiſſe perhibetur.quo quiſquis confugeret ab om
ni noxa liber eſſet , augere cupiens, & quærens creare mul-
titudinem ciuitatis.Cum autem ad Aſilum fugientibus pol
licitus eſſet magnam finitimorum multitudinem,aliquam
apud ſuos cõciues offenſam contraxerant,ad ſe fugientes in
ciuitatem recepit. Denique latini Tuſciq; paſtores,& etiam
trãſmarini Phriges,qui ſub Enea, & Archades ſub Euandro
duce influxerant & ita ex variis quaſi elementis cõgregauit.
corpus,ut unum populum Romanum efficeret.hæc Aug.li
1.de ciuitate Dei,cap.34.& Eutropius lib.1.de Romulo , vt
habetur in glo.ibidem.& idem narrat Titus Liuius de urbis
2 origine.Sic etiam feciſſe legitur †Ninus Belus rex Aſſyriorũ
qui mortuo patre in ſolatium doloris imaginęm patris ſibi
fecit cui tantam reuerentiam exibebat,ut quibuſcunq; reis
qui ad eam confugiſſẽt parceret.Sicque populum augmen-
tauit,& ciuitatem ampliauit,ut eſſet ciuitas itinere triũ die-
rum.Hæc in ſcholaſtica hiſto.in li.Gen.cap.28.& Ione.3.Sic
etiam iudas Machabeus & tota Iudęa peruenit ad ſocietatẽ
& amicitiam Romanorum,& ad imperium.Quoniam vide
bant quod nullus apud Roma. neq; coronam,neq; purpurã
neq; diadema,portabat propter ſuperbiam , & apud omnes
qui eos in pace recipiebant libertatem,& pacem ſeruabant.
& quia curiam fecerunt ſibi,& quotidie conſulebant trecẽ-
tos viginti,cõcilium agentes ſemper de multitudine,ut quę
digna ſunt gerãt. & committant vni hominum magiſtratũ
ſuum per ſingulos annos dominari vni terre ſuæ ſuæ. & om
nes obediunt vni. & non eſt inuidia neque zelus inter eos.
primo.Macha.8.

S V M M A R I V M.

1 *Libertatis diffinitio.*
Et de laude eius.
2 *Seruitus cuius iuris ſit,& unde prodiit.*
3 *Vinum fuit cauſa ſeruitutis.*
Seruitus incepit ſub Pharaone.

Quid ſit libertas.

1 **E**ſt autem libertas naturalis,facultas eius quod cui
que facere libet niſi quod ui aut iure ꝓ-
hibetur.inſti.de iu.pſo.ff.de ſtatu.ho.l.libertas,& eſt libertas
res inæſtimabilis.inſt.de his qui manumit.non poſſunt.§.ſed
cum libertas, de reg.iur. l.1. nam eius ęſtimatio eſt infinita.
eo.titu.non eſt.§.infinitas,& etiam omnibus rebus fauorabi-
lior.eo.ti.l.libertas.2.iſta.l.primo.oẽs hoĩes liberi naſcebant̃.
cum ſeruitus eſſet incognita,inſti.de liber.§.quæ res ſed,poſt
q̃ ſeruitus inuaſit ingenuitatẽ ſeu libertatẽ ſecutũ eſt bñficiũ
manumiſſionis.Eſt autem ſeruitus de iure gentium, non ꝙ
eam primo adinuenit. Sed quod eã approbauit.d.c.ius mili-
tare in glo.ſuper ver.ſeruitutes. Videtur autem †ſeruitus eſſe
2 inducta ex præſcriptione ſeptennii,vt di.7.in gl.Quę incipit
a iudiciis ſuper illo verbo,iuſtificationib.vbi hr̃ quod domi-
nus dixit per Moyſen filiis Iſrael.Si emeris ſeruum hæbreum
ſ.qui ante ſeruus non fuit ſex annis ſeruiat tibi,niſi annus Iu
bileus interueniat.Septimo anno egredietur liber, & gratis
cũ quali veſte intrauit. Si Prius habuerit vxorem cum filiis
& liberis & uxore exeat,ſi dominus dedit vi vxorem cũ filiis
mulier erit dñi.Sed ſi elegerit ſeruus manere cum dño amo-
re dñi, vel uxoris,vel filiorum.offerat eũ dñs diis.1.ſacerdoti
bus,& applicabit ad oſtiũ tabernaculi, & perforabit aurem
eius ſubula inſignum perpetuę ſeruitutis,& erit ſeruus eis vſ
que dũ uiuet ſeu uſque dum ad annum Iubileum. Exod.21.
Vr̃ etiam ꝙ inducta ſit †ſeruitus ex ebrietate.manebat enim
antequam vinum inueniretur omnib. incõcuſſa libertas ne
3 mo ſciebat a conſorte naturæ ſuæ obſequia ſeruitutis exigere
Hodie ſeruitus non eſſet ſi ebrietas non fuiſſet.35.diſt.cap.6.
dic. & di.1.c.ius gentium in glo.ſuper uer.ſeruitutes, Serui-
tus incepit ſub rege Pharaone in Egyto. Quando fames totã
terram oppreſſerat , per ſeptennium & homines cogeban-
tur vendere pecunia res mobiles,pecora,& iumenta, agros,
& poſſeſſiones & ſeipſos in ſeruitutem regiam,ne fame peri
rent.Gene.48.

S V M M A R I V M.

1 *Hominum tria genera ſecundum ius gentium.*
2 *Serui unde denominati.*
3 *Manumiſſio quid ſit.*

Quod iure gentium tria cæperunt genera hominum.

1 Sed cum vno communi nomine omnes homines ap-
pellarentur † iure gentium tria cæperunt eſſe ge-
nera hominum. liberti. ſ. & his contrarium ſerui. & ter-
tium genus libertini qui deſierant eſſe ſerui.inſti. de liber.§.
quæ res. in ſeruorum conditione nulla eſt differentia in li-
beris aũt multæ,aut.n.ĩgenui,aut libertini. ingenuus eſt is q
ſtatim vt natus eſt liber eſt ſiue ex duob. ingenuis matrimo-
nio conſtante natus eſt,ſiue libertinis duob.ſiue ex altero li-
bertino,& altero ingenuo,ſed & is q ex matre naſcit̃ libera,
patre uero libertino ingenuus nihilominus naſcit̃.Seruus au
tem eſt is qui alieno dño ꝯ naturã ſubiicitur, ſerui aũt ex eo
2 appellati ſunt † ꝙ imperatores captiuos vendere iubent. Ac
per hoc ſeruare,nec occidere ſolent, & alio nomine manci-
pia dicta ſunt,eo quod ab hoſtib. manu capiuntur,ſerui ẽt,
aut naſcunt̃,aut fiunt.Naſcuntur aũt ex ancillis noſtris. fiunt
aũt iure gentiũ-i.ex captiuitate aut iure ciuili, ut cum liber
homo maior.20 an.ad pretium participãdũ venũdari paſſus
eſt.inſti.de ingenuis.& inſti.de iu.perſonarũ libertini q ex iu
ſta ſeruitute manumiſſi ſunt,eſt aũt manumiſſio datio liber
tatis. † Nam q̃diu aliquis in ſeruitute eſt manui, & poteſtati
3 ſuppoſitus eſt,& manumiſſus liberatur a domini poteſtate.
ff.de liberti.l.liberti. §.manumiſſio autem.

SVMMARIVM.

1 *Manumiſsio quot modis fieri ſoleat.*
Et infra num.2.
Seruo libertas quomodo donabatur.
Vindicta prætoris quid ſit.

Quot modis manumiſſio fiat.

1 Multis autem modis manumiſſio procedit. † aut ex ſa
cris conſtitutionib.in ſacroſ.ecc.ſ.ſub aſpectu
populi,& antiſtitis qualicunq; ſcriptura vice actorum inter
ueniente.C.de his qui in eccleſia Dei manumit,l... & 2.Aut
vindicta,i.cauſa cognita coram prætore quę ideo dr̃ dari uia
dicta.Quia vindex quidam ſeruus in uice illorum primo ſic
fuit manumiſſus.ff.de origine iuris.l.1.& 2.§.initium.Vel ut
quidam dicunt ſm̃ Boetiũ.Vindicta erat uirga prætoris qua
ter percutiebatur manumiſſus & dicebat prætor,ter aio te li
berum.Aut inter amicos,& ad hoc erant neceſſarii quinque
teſtes. vt. C.de lati.lib.l.1.§ ſed ſcimus.§.ſed ſi q aut p̱ epiſto
lam.aut per teſtamenta.Aut alia qualibet vlt.uolun. † ſed &
2 aliis modis libertas ſeruo competere poteſt qui tam ex uete
ribus q̃ ex noſtris conſtitutionib.introducti ſunt, ſerui uero
a dominis ſæpe manumitti ſolent adeo ut uel in tranſitu ma
numittantur veluti cum prætor,aut preſes,aut proconſul in
balneum uel theatrum ibant.inſtitu.de liber.§. ſerui. vero.

SMMARIVM.

1 *Libertas trimembris eſt.*
2 *Libertas qualis a primordio vrbis Romæ fuerit.*
3 *Ius aureorum annulorum quibus competat.*
Dominorum ſęuitia in ſeruos reprehenditur.
4 *Libertas maior quæ ſit.*
5 *Romanorum mos in recipiendis hoſtibus vltro ſeſe dantibus qualis.*
6 *Paulus apoſtolus qualiter ciuis Romanus fuerit factus.*
Et quid eſſe Romanum ſibi profuerit.

De libertatis diuiſione.

1 Tripartitus eſt aũt ſtatus libertatis,inferior,minor,
& maior ĩferior.n.fiebat ex. l.Elia ſen-
tia,& dedititiorum numero,& hi erãt oĩ tp̱e vitę ſuæ ſerui &
cum moriebant̃ fiebãt liberi, ꝙ prodeſſet eis,quia bona ut pe
culiũ a dño occupant̃ ſed hęc quidęm cõditio peſſima iam
ex multis tp̱ib.in deſuetudinẽ abiit.inſti.de libe. §.libertino
rũ,& ſeq.Minor & fiebat ex l.iunia Norbana & erat latinorũ
& hi ut liberi totã uitã ſuã peragebant.at in ipſo ultimo ſpiri
tu ſimul animam atq; libertatẽ amittebant,& quaſi ſeruorũ
ita bona eorũ iure quodãmodo peculii ex:l.iunia. & Largia-
no S.C.manumiſſores detinebãt.Sed hæc conditio & nomẽ
non frequentabat̃, ideoq; pietas imperialis oĩa augere & in
meliorem ſtatũ reducere deſiderans duab. conſtitutionib.
hoc emẽdauit.C.de dedi. lib. tol. C.de latiber.tollen.l.1.&
in priſtinũ ſtatũ reduxit.Quia & a primis vrbis Romę cuna-
bulis vna atq; ſimplex libertas competebat.Ideſt eadem quã
habebat manumiſſor niſi ꝙ.ſ libertinus ſit qui manumittit.
Licet manumiſſor ingenuus ſit.Sicque his conditionib.ac.l.
iunia & ſenatuſconſulto Largiano.& edicto diui Traiani im
peratoris in perpetuum deletis.omnes libertos ciuitate Ro-
ma decorauit, & ut ciuitate Roma. fruantur conceſſit,
ut ſcilicet, ciues Romani efficeretur impetrando ius au-
reorum annulorum vel natales inſti.de liberti.§.libertinorũ
& de ſucceſ.li.§.vlti.Sed impetrare ius aureorum annulorum
aut.natales nõ eſt inuito patrono faciendũ. ff.de natali.reſti.
l.2.in fin.& l.pe.& l.fi.Hodie tamen liberti aureo annulo nõ
3 egent. † Sed cum ciues Romani fuerint denuntiati & liberta
ti donati ſubſequenter habebunt ius aureorum annulorum
& regenerationis. Tenentur tamen ſeruare reuerentiam eis
qui ad talem eos perduxerunt honorem, Eruntque perpetui
liberi & ingenui ſi manumiſſoribus eorumque filiis in confu
ſam, & liberam ſuam venerationem & reuerentiam deuo-
tionemque ſeruauerint. Quibus videlicet conſeruatis nunq̃
ad priorem relabentur fortunam. in auth. vt liberti.de cete.
§.habeant. Hoc etiam tp̱e nullis hominibus qui ſub imperio
noſtro ſunt liceat ſine cauſa cognita legibus in ſeruos ſuos ſ̃.
modum ſęuire. Nam ex noſtra cõſtitutione diui pii Antonii
Qui ſine cauſa ſeruum ſuum occiderit,non minus puniri iu-
betur,quam ſi alienum ſeruum occiderit.Maior ẽt aſperitas
dominorum eiuſdem principis conſtitutione coherceretur.
Nam Anto. conſultus a quibuſdam præſidibus prouinciarũ
de his ſeruis qui ad ſacram edem vel ad ſtatuam principis cõ
fugiunt pręcepit.Vt ſi intolerabilis videatur ſęuitia dñorum,
cogantur ſeruos ſuos bonis conditionibus vendere, vt præ-
tium dñis daretur.inſti.de his qui ſui uel alie.iuris ſunt.§.ſed
4 hoc tp̱e.Maior & † iuſta libertas.& hęc eſt cum quis efficitur,
aut naſcitur ciuis Roma.inſti.de liber.§. libertinorum.& hi
ſumma libertate gaudebant,nec a quoquam poterant incar
cerari,aut flagellari, nec in vinculis detineri aut condemna
ri,niſi præſentes haberent accuſatores,& locum defendendi
reciperent ad abluenda crimina quæ eis obiicerentur ut pa-
tet Actuum.25. Et qñcunq; tales cęſarem adhibant. Fert̃ n.
Romę hanc fuiſſe conſuetudinem qñ monarchiam totius
quaſi orbis acquirebant, vt quecunq; gens cum pace & coro
nis eis occurriſſent,darẽt eis libertatemq̇, intantum ut fratres
illorum dicerentur,ciueſq; Romani appellarentur.Dabant-
que p̃tãtem ædificandi curiam,& habendi conſules ſicut, &
5 ipſi habebant. † Pater ergo Pauli de giſcali oppido inde vbi na
tus fuerat tranſlatus in Tharſum Ciciliæ, quodam tp̱e vniẽ-
tibus Romanis per Ciciliam occurrit eis ipſe cum aliis Thar
ſenſibus,ut pote nobilibus exceperuntque eos cũ pace.Tunc
Romani conceſſerunt eis prædicta. Ibiq; pater Pauli penulã
accepit.Poſt cuius mortem ob recordationem eius hanc ve-
ſtem ſibi Paulus retinuit.Hæc in gl.ord.ſuper epiſtola Pauli.
2.Thimo.4 ſuper verſic.penulam, & ſunt verba Hierony.Sic
Paulus fuit ciuis Ro.natus, & penulam veſtem conſularem
a patre hæreditario iure poſſedit. 19. diſt.c. Si adiutorium in
gl.ſuper ver.ciuem.Ideo cum in Philippis quę eſt prima pars
Macedoniæ ipſe & Sylas capti eſſent, & multas plagas ſuſti-
6 nuiſſent,& occulte eos eiicere voluiſſent,dicebat Paulus † cæ
ſos nos publice indemnatos homines Ro.miſerunt in carce-
rem,qui audientes timuerunt & deprecati ſunt eos,vt patet
Act.16.Similiter cum in Hieruſalem ſit per tribunum iuſſus
flagellari,dixit centurioni.ſi hominem Romanum indemna
tum,licet flagellari, quo audito receſſerunt qui erant cũ tor
turi,& timuit tribunus poſtq̃ reſciuit ꝙ ciuis Romanus eſſet
eo quod alligaſſet eum,vt patet Act.22.Paulus ẽt cum in Cę
ſarea apud feſtum præſidem in cuſtodia ſeruaretur.& eo ſe-
dente pro tribunali cum a iudæis accuſaretur, dixit ad tribu-
nal Cęſaris ibi me oportet iudicari Ceſarem appellans & di-
cens, Ceſarem appello. Feſtus aũt cũ concilio reſpondit Cęſa
rem appellaſti, Cęſarem adibis, ſic etiam cum apud Agrip-
pã feſto præſide præſente ſtaret teſtificaturus maiori,& mino
ri de Chriſto, feſtus quærens quid Auguſto ſcribere deberet,
Cum ſine ratione ſibi videretur fore vinctum mittere,cauſas
non ſignificare, demum Agrippa dixit feſto,dimitti poterat
homo hic,ſi non appellaſſem,vt patet Act.25.& 26.

SVMMARIVM.

1 *Libertas quot modis perdatur.*
2 *Venundari ſe permittenti ſex requiruntur.*
3 *Reſtitutionis locus non eſt ſtatu re mutato.*
Capitis diminutio quotuplex ſit.

Quot modis libertas amittitur.

1 Euaneſcit aũt & perimitur † libertas p̱ capitis dimi
nutionem.i.per ſtatus commutationem.
eſt enim capitis diminutio, prioris ſtatus commutatio,acci-
dit aũt tribus modis.eſt.n. quædã capitis diminutio, & eſt cũ
aliquis ſimul & ciuitatem, & libertatẽ amittit.qđ accidit in
his qui ſerui pœnæ efficiunt̃ atrocitate ſnĩę.Sed hodie p̱p̱ has
pęnas nemo ingenuus fit ſeruus,in auth.de nup.§ ſi uero.col
la.3.& §.qđ aũt,ſic dicit Accur.inſtit.de c.dimi.in gl.ſup ver.
Maxima atrocitate uel libertis ut ingratis circa patronos cõ-
demnatis, uel qui ſe ad prætiũ participandũ venundari paſſi
2 ſunt.& hoc fit iure ciuili.Ad hoc tñ † ſex requiruntur. Primũ
ꝙ ſit maior.20.an.vt C.de libe.cau.l. ſi miniſterium. Secun-
dum ut eius animi ut prætium participet. C. de libe. cau.nõ 3
ideo.Tertium quod in ueritate participet. ff. quibus ad libe.
procla.non licet. l. ſecunda. Quarto quod emptor credat ip-
ſum

ſnm ſerunm. ff. de libe. cau. l. prima, §. ſi quis ſciens. & l.
qui ſciens. Quintnm ut is qui venditur ſciat ſuam condi-
tionem. ff. quibus ad libe. proclama. non licet. l. his qui ſe. Sex-
tu quod uenditor ſciat ipſum eſſe liberum. ff. quibus ad libe.
procla. non lic. l. 4. ſi aliquid iſtorũ deficiat iuri cõi prouocat
ingennitatem, alias non & ſi mannmittitur, ut ff. de ſtat. ho.
l. homo liber. ff. de lib. cau. l. ſi pariter. niſi redderet pretium,
& dominus ſponte ſuſciperet, nec etiam dominus compelli
3 tur, q̃a non eſt mutanda ſolemnitas †quia cum ſtatus rei mu
tatus ſit, non eſt locus reſtitutioni. ff. de mi. Si ex cauſa. §. papi
nianus. ff. de in integ. reſti. diuus. hæc Hoſt. in ſum. ti. de ſer. nõ
ord. §. qualiter ſeruus liber fiat, verſic. aut iure ciuili, & ſeq. in-
ſtitu. de iure perſo. ſuper uer. maior. in gl. aut amittitur liber-
tas iure gentium. i. ex captiuitate, puta quia in bello iuſto ca
piuntur & ſpolians dominus rei fit. 23. quæſtione quinta di-
cat, diſtinct. ius naturale. ff. de acquiren. rerum domi. l. na-
turalem. §. penul. hæc Hoſtien. in ſumma. de treu. & pace. §.
quid ſit iuſtum bellum Minor ſine media capitis diminutio
eſt cum ciuitas quidem admittitur, libertas uero retinetur,
quod accidit ei cui aqua & ignis interdictus fuerit, uel ei qui
in inſulam deportatus eſt, minima eſt cum ciuitas retinetur,
& libertas, ſed ſtatus hominis commutatur. Quod accidit in
his qui cum ſui iuris fuerint ceperunt alieno iuri ſubiecti eſ
ſe, uel ecõtra Velut ſi filiusfamilas a patre emancipatus fue-
rit, & eſt capite diminutus. inſtituta de cap diminu.

SVMMARIVM.

1 *Libertas diuina quæ ſit.*
2 *Iubileus annus quam libertatem inducebat.*
3 *Seruitutis laxatio qualiter fiebat in iubileo.*
4 *Sacerdotes vocantur dij.*

De libertate diuina.

1 Eſt & alia libertas, & hoc eſt de iure diui. quã †Deus
inſtituit, & filiis Iſrael per Moyſem ſeruũ
ſuum ſeruari præcepit. & hoc eſt in parte aliqua maior quã
ſit imperialis, quia non tantum eſt de perſonis, ſed etiam de
rebus, & poſſeſſionibus. De rebus, quantum ad debitorum re
uerſionem. De perſonis, quantum ad ſeruitutes relaxationẽ.
Sed imperialis tantum eſt de perſonis, in alia autem parte li
bertas diuina eſt minor quam ſit imperialis, quia libertas di-
uina ſolummodo poterat acquiri ĩ ſeptimo anno & iubileo.
Sed imperialis ſemper poterat acquiri, ut præhabitum eſt de
manumiſſione tactum eſt. De libertate diuina, quantum ad
debitorum remiſſionem eſt ſciendũ, quod in anno ſeptimo
ſicut præcepit Deus iudæi non debebant arare, nec ſeminare
nec metere, nec fructus ex oliuetis, aut uineis colligere, ut di-
2 cit Auguſtinus ſuper exod. 23. †& in eodem anno erat debito
rum remiſſio in quo ab amico uel proximo, aut fratre, nemo
quicquam poterat repetere, aut exigere. Nam in codẽ erant
impotentibus debita dimiſſa, ab extraneis autem poterant
debita repeti, & exigi, ut patet Exod. 23. Leui. 25. & Deut. 15.
De reuerſione, uel remiſſione poſſeſſionum erat a domino
inſtitutus iubileus, id eſt quinquageſimus, in quo omnes poſ-
ſeſſiones redibant ad priſtinam cognitionem. Non. n. pote-
rat terra uendi in perpetuum, ſed tãtum uſque ad iubileum,
quia domini erat, & iudæi erant aduenæ, & coloni, & ideo
quicunque poſſeſſionem ſuam uendiderat tantum vſque ad
iubileum uendere poterat, ſic erat de agris. Sed ſi quis domũ
intra muros uendiderat licentiam redimendi habuit donec
unus annus impleatur. Sed ſi non redem erat & anni circulus
euolutus erat emptor poſſidebat eam, & poſteri eius in perpe
tuum, nec etiam in iubileo redimi poterat. Sed ſi domus in
villa erat quæ muros non habebat agrorum iure vendebat,
& ſi ante iubileum redempta non fuerat in iubileo reuerte-
3 batur, vt patet Leui. 25. de perſonis quantum ad †ſeruitutis
relaxationẽ præcepit namq; dominus, quia ſi quis hæbreus,
uel iudæus, vẽditus fuerit ſex an. ſeruire deberet, niſi iubileus
interueniret. In 7. anno deberet dimitti liber, & quemcun-
que libertati donaret vacuum abire non deberet permitte-
te. Sed de torculari gregibus & area viaticum date debebat,
vt patet Exod. 21. Deute. 15. & hæc libertas non ſolum daba
tur in anno. 6. ſed etiam in quinquageſimo, id eſt in iubileo,
in quo erat ſumma & perfecta libertas. Et remittebantur, de
bita, & ſeruitutes & vnuſquiſque ad priſtinam familiam re-
dibat. & etiam exules permittebant ire ad terram ſuam ut
patet Leuiti. 25. ſi autem ſeruus ob dilectionem domini vel
vxoris uel liberorum elegerat manere cum domino, offere-
4 bat eum dominus †diis, id eſt ſacerdotib. & applicabat ad ho-
ſtium tabernaculi, & perforebat cum ſubula in aure, in ſignũ
perpetuę ſeruitutis & erat ſeruus eius vſque in perpetuum,
vſquedum viueret, ſeu vſque ad annum iubileum, ut patet.
Exod. 21. & Deut. 15. Hanc libertatem quantum ad ſeruitutis
relaxationem cum iudæi nõ ſeruarent, & ſeruos, & ancillas,
libertati non donarent. Ipſi in captiuitatem & ſeruitutem
incidebant, vt patet Hiere. 32.

SVMMARIVM.

1 *Vita homicidæ olim ſeruabatur.*
Homicidium caſuale an ſit puniendum.

De ciuitatibus refugii in quibus erat libertas.

Sed etiam ex præcepto Dei leuitis erant conſti
tę vrbes ſex ad inhabitandum cũ
ſuburbanis, in quib. erat libertas, & erant in fugitiuorum au
xilia ſeparata, ut in eis animam ſuam ſaluaret, & vitam qui
nolens ſanguinem funderet, & ad vnam earum fugeret, aut
proximum ſuum neſcius occideret. Hæc autem erat. l. homi
1 cidę †cuius vita erat ſeruanda. Qui percuſſerit proximum
ſuum neſciens, & qui heri & nudius tertius nullum contra
eum odium habuiſſe comprobatur enim ad unam harum
ciuitatum confugierit ſtabitq; ante portam ciuitatis & lo-
quetur ſenioribus vrbis illius eaq; ſe comprobent innocentẽ
ſicq; ſuſcipient eum & dabunt ei locũ ad habitandum. Cum
que vltor ſanguinis eũ fuerit perſecutus non tradent in ma
nus eius, quia ignorans percuſſit proximum eius, nec ante bi
duum, triduum ve eius probatur inimicus, & habitauit in ci
uitate illa donec ſtet ante iudicium cauſam reddẽs facti ſui,
& moriatur ſacerdos magnus qui fuerit in illo tempore, tũc
reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem & domũ, de
qua fugerat, ut patet Exod. 21. nume. 35. Deuteronom. 19. &
23. & Ioſue. 20.

SVMMARIVM.

1 *Imperium per religionem conſeruatur.*
2 *Eccleſiaſticæ res a pedagiis, guidagiis ſunt immunes.*
3 *Clerici cum rebus ſuis qua gaudeant immunitate.*
4 *Priuilegia eccleſia. & eccleſiaſticorum ſunt ex conſtitutione etiam diuina*

De conſeruatione imperii,

Viſo iam de tributo imperiali, quod in ſignum ſu-
biectionis imperii fuit inſtitutum ad per-
ſolnendum, ſimulq; viſo per quid imperium augmentetur,
reſtat iam videre per quid imperium conſeruetur. Conſer-
1 uatur autem imperium per religionem, vnde dicit impera-
tor, rem publicam magis religionibus quam officiis & labo
rib. corporis contineri. ideo ſtatuit ꝙ in qualibet ciuitate. in
quolibet oppido, vel uico, uel caſtello, vel municipio, quicũ
que voto chriſtianę religionis meritum eximię ſingulariſq;
virtutis oĩb. intimauerit, ſecuritate potiri debeat ꝑpetua, &
ex fide gloriari & gaudere, uniuerſos inſuper quos conſtite-
rit cuſtodes animarum, vel eccleſiarum eſſe, ſanctorum lo-
corum, ac religioſis obſequiis deſeruire, attentationis mole-
ſtiam non ſuſtinere. 23. quæſt. 8. cap. in qualibet ciuitate: non
ſolum autem gaudent cuſtodes animarum, vel eccleſiarum
ſecuritate corporũ, ſed etiam rerum. nam †eccleſiaſticę per-
2 ſonę cum rebus, quas non negotiandi cauſa deferunt, vel de
ferri faciunt. vel tranſmittunt, neque guidagiis, neque peda-
giis, quo quomodo debent grauari. extra de cenſi. & procur.
c. quanquam pedagiorum, inſuper etiam eccleſiæ per colle-
ctas, vel taleas a laicis, nequaquam debent moleſtari. extra.
de immuni. eccle. capitulo qui nõnulli. §. ſane. libr. ſexto. ex-
tra. de verb. ſignifica. capitulo ſuper quibuſdam. C. noua. ve-
cti. inſti. non poſſe. l. 1. & 2. & de ſacroſanct. eccle. l. placet. De
concernentibus tamen plebem, vt eſt inſtructio viarum &
pontium. Innocen. dicit, quia eccleſia tenetur per l. ad inſtru
ctionem. C. de ſacroſan. ecc. Verum ſi quando forte epiſco-
pos ſimul cum clericis tantam neceſſitatem, & utilitatem,
proſpexerit, vt abſque vlla coactione ad releuandas utilita-
tes, uel neceſſitates communes. Vbi laicorum non ſupperũt
facultates ſubſidia duxerit per eccleſias conferenda laici hu
militer, & deuote recipiant cum gratiarum actione, ſed pro
pter impudentiam quorundam prius debet Rom. ponti. con
ſuli, cuius intereſt communibus utilitatibus prouidere. †Vl-
3 terius eccleſiæ, aut eccleſiaſticę perſonæ talis, collectis, aut
cæteris exactionibus ſub pœna excommunicationis nequa
quam debent prægrauari. debent ẽt eccleſiæ, & earum perſo
nę cũ ꝑ loca tranſit imperator in angariis, vel ꝑangariis ſub
uenire. C. de ſacroſanct. eccle. l. neminem. Subſequenter om
nia priuilegia, quæ gñalib. conſtitutionibus, vniuerſis ſacro-
ſanctis eccleſiis orthodoxę religionis retro principes præſti-
terunt, firma & illibata in perpetuum, & oĩa ſtatuta, & con-
ſuetudines ꝯ libertates eccleſiæ, & earum perſonas inductas
caſſa, & irrita haberi, C. de ſacroſanct. ecc. l. priuilegia. & l. caſ
ſa. C. de epi. & cle. l. omnia priuilegia. habent autem eccleſiæ
4 & eorum perſonę libertates & priuilegia non tũ ex cõſtitu
tione humana, ſed ẽt ex ꝯſtitutione diuina. nã cũ fames totã
terrã egipti oppreſſerat rex Pharao, quid diuinæ. l. non tñ non
hebebat. omnib. aliis ſeruitute ſubiectis, ſacerdotes & poſſeſ

ſiones eorum in priſtina libertate dimiſit, & eis alimoniam de publico miniſtrauit, domino ex tunc pronuntiante ſacerdotes in omni gente liberos eſſe debere, extra de immunita. eccleſi. capitulo non minus. vigeſimatertia quæſt. 8. cap. tributum. §. quamuis.

S V M M A R I V M.

1 *Imperium conſeruatur etiam pace.*
2 *Bellare unus contra alium, an licitum & quando.*
3 *Armorum uſus inſcio principe interdictus.*
4 *Violentiam inferre an & quando permiſſum.*
5 *Gladium vnum altero egere quomodo dicatur.*

De alia imperii conſeruatione.

1 Non ſolum autem conſeruatur †imperium per religionem, ſed etiā per pacem. non enim licet hominem homini inſidiari, cum enim natura inter nos quoddam genus cognationis inſtituerit, hominem homini inſidiari Nephas ff. de iuſtiti. & iure. vt vim. & hoc ius per pactum renuntiari non poteſt. ff. de pact. ius agnationis. C. de pa. po. l. abdicatio. ff. de reg. iur. l. iura ſanguinis etiam ſi ad inuicem principes conſentiant. ff. de pact. ius publicum. nam ciuilis ratio naturalia perimere non pōt. v. di. §. 1. ff. de capi. dimi. l. eas. inſti. de iure. nat. gen. & ciuil. §. ſed naturalia. vnde uidetur quod bellum quod tota die exercent principes noſtri temporis iniuſtum ſit. hæc Hoſtien. in ſum. de treu. & pace. §. quid ſit iuſtum bellum. verſi. l. autem.
2 nullus etiam poteſt †bellare contra alium niſi illud fiat auctoritate principis. 22. quæſtione prima, capitulo quid culpatur. in glo. ſuper uer. principes. C. ut armorum vuſus. l. prima lib. 11. nam naturalis ordo mortalis mortalium paci accōmodatus hoc poſcit, ut ſuſcipiendi belli auctoritas atque cōſilium penes principes ſit. 23. quæſt. prima. cap. quid culpatur quia poteſtas gladii tantum a principe habetur. ea. quæſt. prima. capitulo militare. & quęſt. 2. cap. primo. & quæſt. 3. cap. ille gladium, ſuper ver. poteſtate. in gloſ. ſolum ergo bellum, quia ex perpetuo ædicto principis de rebus repetēdis. aut pulſandorum hominum cauſa geritur iuſtum cenſetur. 23. q. 2. cap. iuſtum. cap. dominus noſter. §. cum ergo. & breuiter qui auctoritate ſui iudicis, recte interueniente accipit gladium, ſiue iubentis, ſiue conſentientis, iuſtum eſt. 23. quęſtio. 4. ille gladium. & quæſt. 5. cap. miles. & capi. ſequen. & cap. dicat. §. præterea. & qui auctoritate propria accipit gladium gladio feriendus eſt. 23. quæ. 1. §. 1. & qui iniuſſa, id eſt ſine iuſſu principis, bellum, ingerit tenetur. l. iul. maieſtatis. ff. ad. l. iul. maieſtatis. l. 3. ad idem. in authen. de mand. princi. coll. 3 & de armis collat. 6.
3 † Nec etiam licet mouere vel portare arma. inſcio principe. C. vt armorum vſus inſci. prin. interdi. ſit. in rubro, & nigro lib. 11. quamuis neceſſitate iminente ſufficiat auctoritas magiſtri offorum ſicut traditur. C. de fabricen. l. fin. lib 6. Solet tamen princeps aliquibus concedere quando ad aſpiciendos agros, vel ob aliam cauſam proficiſcuntur, ꝙ cingulo poſſunt vti cum tamen ad nullius læſionem aſpicere uideatur. C. de præpo. ſacr. cubi. l. fina. lib. 12. Nulli etiam licet arma ſumere, aut alium impugnare ſine auctoritate iuris. Nemo tamen debet in propria cauſa iudex eſſe, debet autem recurrere ad iudicem, cuius copiam ſi quis non poterit habere, recurrat ad principem, alias illicite aget. Nec etiam propter periculum, debet aliquis, †violētiam inferre ſine au-
4 ctoritate iudicis, niſi immineret periculum mortis. Nā omnes legales. & omnia iura permittunt vim vi incontinenti repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ extra. de homi. c. ſignificaſti. 2. ēt de ſen. excom. c. ſi uero. nam alias vī violentia inferri. ff. quod me. cauſa. quare cōſuluit Hoſt. in ſumma. de treu. & pa. §. quid ſit iuſtū bellū. verſ. ſi ergo. qđ ſi dn̄s qui immediate ſubeſt principi de uaſſallo ꝓprio cōqueratur, & velit tutiorē viā eligere, quo ad animā ꝙ nō dicat ſibi ius, ſed auctoritate principis gladiū aſſumat, vel ad diœceſanū vaſalli recurrat. Ad cuius monitionē ſi obedire noluerit excōicabit ratione peccati, extra de iudi. c. nouit. & ſi ꝑ annū excōicatus. ſteterit, ex tūc dioceſanus ipſum & res eius exponat. argu. 11. q. 3. rurſus. & c. quicūq;. extra de hære. excōicamus. §. 2. †Sic recurrere debet brachiū ſeculare. ad eccleſiaſticū ſicut e cōuerſo fit, extra. de iud. c. cū non ab homine. §. vlt. & de excel. præl. c. tanta. in fin. & in hoc caſu ēt vř loqui. extr. de hom. c. poſtulaſti. hoc eſt ꝙ forte innuitur, quando dicitur quod unus gladius ſemper altero eget. 10. diſtin. cap. ſi in auditorium. & cap. ſeq. 96. diſt. cap. cum ad uerum. & cap. duo ſunt. hæc Hoſt. in ſum. ubi ſupra.

S V M M A R I V M.

1 *Pacis violatorum pœna.*
Et infra num. 2.
2 *Pœna pauperum corporalis.*

De obſeruatione pacis.

1 Tenentur autem omnes homines ſeruare pacem, tam clerici quam laici. Si enim clericus de pace violata pulſatus fuerit, aut pacis violatorem in contubernio ſuo habuerit & coram epiſcopo ſuo ſufficienti teſtimonio conuictus, comiti in cuius comitatu hoc facinus perpetrauerit. 20. lib. perſoluat, & de tanto exceſſu ſecundum ſtatuta canonum epiſcopo ſatisfaciat, ſi inobediens fuerit officio, & beneficio priuetur, & vt proſcriptus habeatur in conſti. ſeu. de pace tene. Et vt inuiolata inter omnes ſeruetur, duces, comites, marchiones, valuaſores, & omnium locorum rectores cum omnibus locorum primatibus & plebeis a decimooctauo anno vſque ad ſeptuageſimum iureiurando aſtringantur, ut pacem teneant, & locorum rectores adiuuent in pace tuenda, & in fine vniuſcuiuſq; quin-
2 quennij omnium ſacramenta renouentur de pace tenen. † ſi quis igitur aliquid ius de quacunque re uel facto contra aliquem ſe habere putauerit, & iudicialem adeat poteſtatem & per eum ſibi ius competens exequatur. ſi quis vero temerario auſu prædictam pacem uiolare præſumpſerit ſi ciuitas eſt pœna centum lib. auri cameræ noſtræ inferenda puniatur, oppidum uero. 20. lib. mulctetur, duces vero marchiones, & comites, quinquaginta lib. auri præſtent, capitanei quoque maiores, valuaſores. 02. lib. auri puniantur. Minores aūt valuaſores & omnes prædictæ pacis violatores. 3. lib. auri. inferre cogantur, & damnum paſſo ſecundum leges ſarciant. Iudices uero ſeu locorum defenſores, uel quicunque magiſtratus ab imperatore uel eius voluntate conſtituti, ſeu cōfirmati qui iuſtitiam facere neglexerint. & pacem violatam vindicare ſuperſederint damnum omne ac iniuriam paſſo reſarcire compellantur. Inſuper ſi maior iudex eſt ſacrario erario pœnam. 10. lib. auri præſtet. maior autem pœna trium libra-
3 rum auri mulctetur. †Qui uero ad prædictam pœnam perſoluendam dignoſcitur inopia laborare, corporis cohertionem cum verberibus patiatur, & procul ab eo loco quem inhabitat. l. miliaria perquinquennium uitam agat. conuenticulas quoque omneſque coniurationes in ciuitatibus, & extra occaſione parentelæ & inter ciuitatem, & ciuitatem, & inter ꝑſonam & perſonam ſiue inter ciuitatem, & perſonam omnibus modis fieri prohibemus. Et in præteritum factas caſſamus ſingulis coniuratorum pœna vnius libre auri puniēdis in conſtit. feu. de pa. iura. fir. ſetuan. te.

S V M M A R I V M.

1 *Innouatio ſacramentorum pacis eſt quinquennalis, & vnde habuerit originem.*
2 *Reges olim ter inungebantur.*

De origine ſacramentorum pacis.

Vlterius autem eſt aduertendum quod nouatio ſacramentorum de pace iur. fir. ſer. quæ de quinquennio in quinquennium fieri debet, prout dictum eſt, non ſolum habet originem, & auctori-
1 tatem ex. l. imperiali, ſed etiam ex. l. diuina. †Nam in veteri teſtamento in 7. anno, qui erat annus remiſſionis in quo ſeruitutes relaxabantur, & debita remittebantur ſicut dictum eſt. 24. cap. Legebatur. l. cunctis audientibus, vt patet Deute. 31. Similiter fiebat innouatio legis & regni, quando rex eligebatur. Nam ſicut legitur de rege Saul, qui ter fuit inunctus in regem ſuper populum Iſrael. Primo in Ramatha, vbi fuit domus Samuelis. 1. Regum. 10. Secundo fuit vnctus in regē in Maſphat, ubi Samuel ſummus ſacerdos & propheta congregauit populū, & ꝑdixit eis ius regni, & innouauit regnū. 1. Regum. 11. Tertio fuit vnctus in regem Galgala, ubi populus immolabat, & Samuel regem Saul inungebat corā archa domini, & ibidem regnum innouauit. 1. Regum. 11. Eodem
2 modo rex Dauid ter †inunctus fuit in regem. Primo in domo patris eius. 1. regum. 16. Secundo in Hebron, ſuper tribum Iuda. 2. regum. 2. Tertio iterum in Hebron, ſuper totum populū Iſrael. 2. regu. 5. & tunc innouauit regnum cum ſenioribus Iſrael, cum quibus percuſſit fedus coram domino. 2. regum. 5. Hoc quoque modo rex Ieſias innouauit regnum, & legem cum ſacerdotibus Leuitis & prophetis, & ſenioribus populi, & ſtetit rex in gradu ſuo, & legit rex omnia verba libri ſederis qui inuentus eſt in domo domini. & percuſſit ſedus corā domino adiurauitque omnes qui reperri fuerant, iuxta pactum domini Dei patrum ſuorum, vt ambularent poſt dominum & cuſtodirent præcepta eius. 4. regum. 23. & Paralipome. 23. Sic etiam, & Eſdras poſt captiuitatem Babylonicam regnū & legem innouauit, quando ſtetit ſuper gradum ligneum quem ad loquendum fecerat, & ſacerdotes & leuitecum eo, & legit librum legis domini cunctis audientibus, vt habetur Neæmiæ. 8.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Imperialis ſolertia circa qua verſari debeat.*
Prælati ſibi mutuum debent impartiri, & auxilium & conſilium.
2 *Aequitas rigorem præcedere debet.*
3 *Epiſcopi ad principum voluntatem non poſſunt redigi.*
Receptatores æquali pœna cum receptatis feriendi.

De excommunicatione violatorum pacis.

1 Sed decet imperialem ſolertiam †ita reipublicę curam gerere, & ſubiectorum commoda inueſtigare, vt regni vtilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorum ſtatus ſeruetur illęſus in conſti. feu. alie. p Fel. l. imperialem. ideo non ſolum iudices, ſeu locorum defenſores, aut alii magiſtratus ab imperatore, vel eius voluntate conſtituti, ſeu cōfirmati, violatores pacis debent vindicare, & in eos iuſtitiam miniſtrare. Verum etiam epiſcopi & prælati eccleſiarum violatores pacis dēnt eccleſiaſtica cenſura, donec ad ſatisfactionem veniāt coherecere, vt in conſti. feu. de pa. iur. fir. §. epiſcopos. Qua de re debēt epiſcopi & prælati ſibi mutuum impertiri auxilium & conſilium. extra de treu. & pa. ca. 1. §. ſi quis & de tranſac. c. fi. in princi. Nec hoc alicuius amore, vel odio ꝑtermittere debent, quod ſi quis in hoc opere Dei tepidus inuentus fuerit, damnum proprie dignitatis incurrat. 90. diſtin.
2 cap. præcipimus, † Debet enim quilibet prælatus, & maxime epiſcopus de plano & abſque coactione. Poſtmodum autem iuriſdictione & poteſtate diſcordantias ad concordiam reuocare, nonageſima diſt. ca. p. 1. & 5. q. 2. cap. ſi primates. & litigantes reconciliare. ff. de vſufruc. l. ſi vſufruc. §. æquiſſimum. ff. de offic. præſi. l. illicitas. §. ne potentiores. hæc Hoſt. in ſum. ti de treu. & pac. §. quid operatur. ſub verſicu. in ſumma, hoc ſciendum. & ſi quem pacis violatorem, ſeu treugas pacis nō ſeruantem poſt tertiam admonitionem excōmunicauerit, tunc eandem ſententiam in ſcripturā cæteris vicinis epiſcopis denuntiare debet, quorum nullus excommunicatum in communionem recipiat, immo ſcriptam ſententiam quiſque confirmet. & ſi quis hoc violare præſumpſerit ordinis ſui periculo ſubiaceat extra de treu. & pa. capit. 1. non enim poſ-
3 ſunt †epiſcopi ad voluntatem principum, ſeu regum redigi. Sed reges & principes ex illorum pendent iudicio. Talib. igitur inſtitutis talibuſq; fulti auctoritatibus, plerique pontificum, alii reges, alii imperatores excommunicauerunt. 96. di. capit. duo. Sed nec debent tantummodo excommunicari & panno imperiali ſubiacere violatores pacis, verum etiam receptatores eorundem. Et receptatorum genus eſt peſſimum, nam ſine illis nemo diu latere poteſt, & perinde debent puniri ſicut latrones. ff. de recepta. l. fin. & ff. offic. præſidi. l. congruit, & idem forte eſſet ſi eos nō reciperent, ſed cum eos poſſent apprehendere accepta pecunia uel parte ſurreptorum eos dimiſerint, cum in pari cauſa videantur eſſe cum eis. ff. de recep. l. 1. in fi. immo iure Longobardorum ſi poſtquam deprehenderint eos dimiſerint omne damnum, pro quo deprehenſi fuerint tenentur emendare, vt in Lombar. de fur. & ſer. fu. l. ſi quis furem. ſimiliter & de eorum præda ementibus, vt dicit imperator, noſtram indignationem ſubeunt & eiuſdem pœnis ſunt feriendi, & præterea bona publicetur, & domus deſtruantur. in conſtitu. feu. de pa. te. & iur. fir. §. epiſcopos.

De officio ſubditorum.

Quinta pars.

Poſtquam determinatum, eſt de quarto prælato eccleſiæ, cui animæ ſunt ſubiectæ in temporalibus, qui eſt imperator, qualiter eccleſiam habet defendere, ac iura & priuilegia eius conſeruare, viduas quoque & orphanos ab inſidiatoribus, & vi calumniantium defenſare, Iam quinto erit videndum de inferioribus & ſubiectis, & ſeruis, vnde proceſſerunt, & qualiter maioribus & ſuperioribus debeant exhibere reuerentiā, & obedientiam. Similiter qualiter vice verſa, maiores, & ſuperiores inferioribus debēt impendere dilectionem, ſic enim adinuicem cōnectuntur maior & minor, prælatus, & ſubditus, vt ſi maior minori non exhibuerit dilectionem, nec minor debet ei exhibere reuerētiam. 96. di. c. eſto ſubiectus. Primo ergo ergo erit videndum de laicalis, & ſeruilis ſtatus origine. Secūdo de eiuſdem erga ſacerdotes ſubiectione. Tertio, qualiter laici & inferiores ſacerdotibus dēnt honorem exhibere. Quarto, qualiter laici & inferiores dominis tēporalibus dēnt ſubeſſe. Quinto, qualiter laici & inferiores dñis tēporalibus dēnt obedire. Sexto, qualiter vice verſa maiores minorib. & ſuperiorib. minorib. dēnt dilectionē impendere. Septimo qualiter maiores minores, & ſuperiores inferiores & minores debent defendere, & illicita prohibere. Octauo, qualiter in diuerſitate graduum eccleſia habet conſiſtere.

SMMARIVM.

1 *Seruilis conditio vnde ortum habuerit.*
2 *Seruorum bonorum laudes & priuilegia.*
3 *Ars magica quem habuerit inuentorem.*

De laicis & ſeruilis ſtatus origine.

Deſcendit autem ſtatus ſeu conditio ſeruilis a Cham, filio Noe minore.
1 hic fuit a patre maledictus, & in ſeruitutem duobus fratrib. ſubiectus ex eo quod patrem deriſit, poſtquam inebriatus in tabernaculo nudatus iacuit, ut habetur Gen. 19. iuſtum enim fuit, vt ſeruituti ſubiiceretur, ne ulterius inſurgeret, & iuſtos & bonos derideret, ſicut enim virga & onus conueniunt aſino, ſic panis & diſciplina. & opus ſeruo Seruum enim inclinant operationes aſſiduæ, & in opera debet conſtitui. ſic. n. concedet illum. Nam ſeruo maliuolo tortura & compedes. eccleſiaſtici. 33. Sed hoc de ſeruis indiſciplinatis rebellibus
2 & inobedientibus, †quoniam de ſeruis bonis, & obedientib. dicitur. ſeruus ſenatus ſit tibi dilectus, quaſi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illū, ſi eſt tibi ſeruus fidelis ſit tibi quaſi anima tua, quaſi fratrem. ſic eum tracta. Eccleſiaſtici. 7. & 33. Seruus ab ebrietate ſumpſit exordium. Manebat enim antequam vinum inueniret omnibus inconcuſſa libertas, nemo ſciebat a conſorte naturæ ſuæ obſequia ſeruitutis exigere. Non eſſet hodie ſeruitus, ſi ebrietas non, fuiſſet obrepſerat quidem iam fraternæ prælationis inuidia. Manebat tamē adhuc paternæ pietatis reuerentia, læſa eſt pietas dum deridetur ebrietas. 35. diſtinct. capi-
3 tulo ſexto. dic. Ab eodem Cham, filio Noe, minore inuenta eſt Ars magica & regnabat in Bracia, & dicebatur Zoroaſtes, qui etiam ſeptem artes liberales. in 14. columnis ſcripſit, ſeptem eneis, & ſeptem latericii contra vtrunque iudicium, vt dicit in ſcolaſtica hiſtoria. trigeſimoſeptimo capitulo Gene.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotibus obedientia & reuerentia præſtanda ab omnibus.*
2 *Laici de rebus eccleſiaſticis pro libito ſuo diſponere non debent.*
Reges nunquid ad decimas teneantur.

De laicis erga ſacerdotes.

1 Omnes autem homines ſiue liberi, ſiue ſerui, ſūt†ſubiecti ſacerdotali dignitati, & ei tenentur obedire, & reuerentiam exibere. Nam omnes homines, & omnes principes epiſcopis obedire. Bea. Pet. præcipiebat. extra. de maiorita. & obedien. capitulo omnes principes. & capitu. ſolitę. & 96. diſtinctione. duo ſunt. Lex enim Chriſti omnes homines ſacerdotali ſubiecit poteſtati. nona diſtinctione, ſuſcipitis. Dedit enim Chriſtus ſacerdotibus principatum multo perfectiorem principatui terreno In iuſtum enim videtur ſi ſpiritus cedat carni, ſi a terrenis cœleſtia ſuperantur, & diuinis preferantur humana. ead. diſtinct. capitulo ideo ſacerdotibus decimas primitias & oblationes ex conſtitutione diuina, quæ Deus in ſignum uniuerſalis dominii ſibi retinuit, tam prędiales quam perſonales, tāquam Deo dare tenentur de omnibus & ſingulis bonis quæ poſſi-
2 dent, Nec † eas quoquomodo in alium vſum conuertere, aut pauperibus pro ſua voluntate conferre, licet uitam clericorum deteſtentur tanquam abhominabilem, extra de deci. ca. tua nobis. Ad quas ſoluendas non ſolum vulgares. & populares, verum etiam reges & alii nobiles tenentur. decimaſexta quæſtione prima. capitulo reuertimini. & capitulo decimæ, vigeſimatertia quæſtione quinta, capitulo dicat aliquis, de conſec. diſtinct. quinta. cap. 40. vbi dicitur quod ita quis tenetur ad decimas rerum ſicut tenetur ad decimas dierum. Hæc Hoſtien in ſum. titu. de pœ. re. §. cui confitendum. ſub. §. cui rex. fin. uerſicu. 9. Vnde qui non ſoluit decimam Dei, reuertetur ad decimam diaboli, & bannum domini papæ incurrit. decimaſexta queſtione prima capitu. ſtatuimus, & hoc tollit fiſcus quod non tollit Chriſtus. 16. quæſt. ſeptima. cap. maiores.

SVMMARIVM.

1 *Subditi qualiter ſe habere debeant erga ſuperiores, maxime preſbiteros.*
2 *Sacerdotes ad quid a Deo inſtituti.*
3 *Sacerdotes arguere, aut iudicare nunquid liceat laicis.*
4 *Conſtantinus quam reuerentiam habuit erga ſacerdotium.*

De ſacerdotii reuerentia.

Similiter ſubditi & inferiores maioribus nõ ſolum debent exhibere obediẽ
1 tiam,ſed etiam honorem & reuerentiam,†ſacerdotibus ſpecialiter.Ipſi enim ſacerdotes pro populo interpellant,& peccata populi comedunt, quia ſuis precibus ea delent & cõſumunt. prima quæſtione prima capitulo ipſi ſacerdotes. & non ſolum pro populo, ſed etiam pro regibus & imperatoribus,in authen.quomodo oportet epiſcopos & cleri.collatio. prima.Sunt enim ſacerdotes a Deo ad hoc inſtituti,ut portent inquitates ſanctuarii,& peccata populi.Nume.18.ideo ab omnibus ſunt uenerandi,honorandi,obediendi, & timẽdi,nõ dilacerandi, aut detrahendi,quia ab his a quibus ſe po
2 pulus benedici,ſaluari & ĩſtrui cupit , †nullatenus debet eos arguere,aut iudicare.6.quæſt.prima.capitulo ſacerdotes populus enim ab eis docendus eſt & corrigendus,nõ ipſi ab eo, quia diſcipulus non eſt ſupra magiſtrum . Dei ergo ordinationem accuſat,qui eos qui ab eo conſtituuntur ſacerdotes accuſare vel damnare cupit:ſicut enim ſuperuacuis laborat impendiis qui ſolem certat facibus adiuuare,ſic ſi aliquis putat ſe Deo in hoc placere quod ſeruos ſuos accuſat,vt meliores fiant.dicit ſe hoc agere, in vanum laborat,& plus inuidię agitatur ſtimulis quam charitatis. ea.quæſt.capitulo.ſi omnia.Oues enim ſuum paſtorẽ non debent reprehendere, nec uulgus dominum arguere, quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.Peius enim malum fore non æſtimo quam chriſtianos ſuis inuidere ſacerdotibus.ea. quæſt.prima.capitulo ſunt
3 plurimi.in fin.†Qualis enim condemnatio eis imminet qui in patres peccant diuina ſcriptura oſtendit. Si enim Cham qui non operuit pudenda patris,maledictus eſt, multo ampliori cõdemnatione ſunt digni,qui patribus legatione Dei fungentibus contumeliam inferũt.ſecunda quæſtione ſeptima.capitulo qualis condemnatio.ideoque inferiores & laici ſacerdotes tanquam patres legatione Dei fungentes venerari debẽt, & ſi mali fuerint. Exemplo Chriſti qui mundatos a lepra iuſſit ſacerdotes accerſiri,& in teſtimonium mũdationis ſacrificium in l.conſtitutum offerri,vt habetur Matthæ.8.& Luce.17.debent etiam attendere reuerentiam, & honorem Conſtantini principis,quam habuit erga ſacerdo-
4 tium. † Cui cum in ſcripto oblatę accuſationes contra epiſcopum fuiſſent. Libellos quidẽ accuſationis accepit & eoſdem quos accepit.incendit.dicens,Ite & inter vos cauſas veſtras diſponite,quia indignũ eſt ut nos iudicemus Deos. Fertur quoque eundem dixiſſe, Vere ſi propriis oculis vidiſſem ſacerdotem Dei,aut aliquem eorum qui in monachali habitu circum amicti ſunt peccantem , clamidem meam expoliarem.& cooperirem eum,ne ab aliquo videretur.96.diſt.c. in ſcripturis.& 11.q.1.c.ſacerdotibus.

S V M M A R I V M.

1 *Laici quibus parere & obſequi debeant.*
2 *Chriſtiani ſublimioribus mundi poteſtatibus quomodo obedire teneantur.*
3 *Poteſtates in mundo ad quid a Deo ordinatæ.*

De obedientia inferiorum ad ſuperiores.

Conſequenter etiam ſubditi & inferiores non ſolũ debent obe
1 diare ſacerdotibus & eis eſſe ſubiecti. Sed etiam†regib. principibus,ac aliis dominis temporalibus,ſic enim princeps apoſtolorum Petrus ſcripſit, dicens.Subditi eſtote omni humanæ creaturæ pp Deum,ſiue regi tanquã præcellenti,ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum laudem vero bonorum extra de ma.& obe.capitulo ſolitę. Omnis.n.anima poteſtatibus ſublimioribus ſit ſubdita,quoniam non eſt poteſtas,niſi a Deo,quæ autem a Deo ſunt,ordinata ſunt.Itaque qui poteſtati reſiſtit,Dei ordinationi reſiſtit.Qui autem reſiſtunt,ſibi ipſi damnationem acquirunt.Nam principes non timori boni operis, ſed mali, ideo enim & tributa præſtant.ad Roma.13.eſt autem tributum probatio ſubiectio
2 nis.extra de cen.c.omnis anima. † Magnum quidem & ſpeciale eſt documentum,quo chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubiecti , ne quis conſtitutionẽ terreni regis putet eſſe ſoluẽdã. 11.q.j. magnum. Illud exẽplo Chriſti ſoluere exortantur. Nam cenſum Cæſaris, quẽ ſolui iuſſit, ipſe ſoluit . Cum enim Chriſtus ueniſſet Capharnaũ , tunc acceſſerunt qui didragmam accipiebant ad Petrum,& dixerunt ei, magiſter veſter non ſoluit didragmam.Quod cũ intimare ueller Chriſto,ab eo puentus,iuſſus eſt in mare hamũ mittere,& primũ piſcem quem extraheret ore aperto & ſtatere inuento pro tributo ſolueret ut habetur Matth.18. 28.q.8.c.tributum. Dedit aũt Chriſtus eundem cenſum nõ debito,ſed ne ſcandalizaret alios.28.quæſt. 1. iam nunc. 11. quæſt.1.cap.magnum ſuper uer.ſoluit.in gl. Nõ ſolum autẽ Chriſtus imperiale tributum ſoluit, verum etiam poteſtatẽ imperialem commendabat, ac eandem a Deo traditã oſten
3 debat,†cum non ſit poteſtas,niſi a Deo ordinata ad vindictã malefactorum laudem uero bonorum,ideoque Pilato dicebat.Non haberes poteſtatem aduerſus me ullam,niſi tibi datum eſſet deſuper Ioan.19.Similemque poteſtatem tradidit Deus famulo ſuo Moyſi ut puniret noxios & defenderet iuſtos nã dixit Moyſi. Maleficos ne patiaris uiuere Exo. 22. Sed de iuſtis & innocentibus ne occiderentur , aut calumniam ſuſtinerent aliquam dicebat.Inſontem iuſtum non occides, quia aduerſor impium.Exo.23.

S V M M A R I V M.

1 *Reuerentia per ſubditos quibus & qualiter exhibenda.*
2 *Adminiſtratorum ſecularium dignitatum munus & cura .*
3 *Male uiuentes per ſacerdotes prius monendi , demum per magiſtratus coercendi.*

De inferiorum reuerentia ad dominos.

1 Regibus & principibus ſicut †obedientiam ſubditi,& inferiores debent exhibere. Sic ẽt honorem & reuerentiam ex præcepto domini,eccleſiaſticis. ita dicit Hoſten.in ſumma. de offic.ord. §. quis poſſit conſtituere,ſub uer.principes. Tenent enim principes intra eccleſiam adeptę poteſtatis culmina, ut per eandem poteſtatem diſciplinam eccleſiaſticam muniant . Sępe enim per regnũ terrenum cęleſte proficit ,ut qui intra eccleſiam poſiti contra fidem agunt,& diſciplinam rigore principum conterantur ,qui ergo ſunt adminiſtratores ſecularium dignitatum, & ad tuitionem eccleſiarum,pupillorum,ac uiduarum pro-
2 tectionem†rapaciumque refrenationem conſtituti ſunt,procul dubio quoties ab epiſcopis & eccleſiaſticis uiris conuenti fuerint eorum quærimonias attentius audiant,& ſecundũ quod neceſſitas expetierit abſque negligentia examinent & diligẽti ſtudio corigant , ſed ſi uenerationem uelint mereri, prius debent uirtutem impartiri.23.q.5.cap.principes ſeculi,& cap.adminiſtratores.Debetur etiam principibus honor, & reuerentia propter tranquillitatem,& pacem,qua debent eccleſiam Dei pacificare & tueri. Ipſis namque principibus a Chriſto eccleſia Dei eſt commiſſa, ut eam tueantur & defendãt,& ſiue augeatur pax,& diſciplina eccleſiæ per fideles principes , ſiue ſoluatur ille ab eis rationem exigit, q eorum poteſtati ſuam eccleſiam credidit committendam. Cognoſcant ergo principes ſeculi Deo ſe debere rationem eſſe reddituros propter eccleſiam , quam a Chriſto tuendam ſuſci-
3 piunt.Sunt enim plures inceſtuoſi,patricidę, homicidæ,†ſed aliqui ex illis ſacerdotum nolunt ammonitionibus aurem accommodare , uolentes in priſtinis perdurare criminibus, quos oportet per ſecularis potentiam diſciplinæ a tam praua conſuetudine coherceri, qui per ſalutifera ſacerdotum monita noluerunt reuerti.ea.q.5. cap. principes.& c.inceſtuoſi. Quomodo enim poteſt eſſe fidelis in ſubſtantia Dei, qui fidem exhibere nõ potuit domino Carnali. Diſcant ergo ſubditi fidem,reuerentiam,& obedientiam dominis temporalibus exhibere.Nam ſi apud carnales dominos in minimis fideles fuerint, incipient eis apud Deum præmia maiora committi, nam ornat doctrinam domini qui ea quæ conditionis ſuæ apta ſunt facit.ea. q.5.c.ſi apud carnales.

S V M M A R I V M.

1 *Maiores inferioribus dilectionem debent.*
2 *Fidelitatis vices ſunt reciprocæ.*
3 *Paſtores exemplo eſſe debent gregi.*

De ſuperiorum dilectione in ſubditos.

1 Iam nunc viceuerſa qualiter†maiores & ſuperiores minorib. & inferioribus debeant impẽdere dilectionem.epiſcopi ſacerdotibus, ut ipſis ab epiſcopis quaſi epis honor deferatur,cũ epi ſe ſcire debeãt eſſe ſacerdotes. 95. diſt. capit.eſto ſubiectus , ſacerdotaliter & non crudeliter in ipſos deſeruire. cum ſcriptum ſit.Forma eſtote gregi non ut dñantes in clerum. 10.q. 3.c.quia cognouimus.Nec a ſubditis debent exigere aurum vel argentum,ſed potius erudire.Nam beatius eſt dare q̃ accipere . Non debent filii theſaurizare parentibus,ſed parentes filiis,ſed attendere dictum apoſtoli Petri,dicentis. Paſcite qui in uobis eſt gregem dñi non coacte,ſed ſponte ſecũdũ Deum nõ turpis lucri cauſa,neq; ut dñantes in clero.Sed forma facti gregis ex animo,& cũ apparuerit princeps paſtorũ percipietis immarceſſibilis gloriæ coronã.ea.diſt.& c.16.q.1.
2 c.prædicator.Illud†animo diligenter pertractantes, qđ eaſdem uices fidelitatis tenentur ipſis, quas ſi non reddiderint merito cenſentur malefici, ſicut ille qui in eorũ præuaricatione,uel faciendo,vel cõſentiendo,deprahenſus fuerit perfidus & periurus.20.q.5.c.de forma fidelitatis. in fi. ac verbũ recolẽtes Domicii cur te habeam ut principem, cum tu me nõ habeas ut ſenatorem. di.96.c.eſto.Sicut.n.ſacerdotes miniſtri Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei.1.Cor.4. ideo omnem curam ſubinferentes debent miniſtrare in fide uirtutem,in uirtute ſcientiam,in ſcientia abſtinentiã, in abſtinen-

ſtinentia patientiam,in patientia pietatem, in pietate amo-
rem fraternitatis,in amore fratris charitatem. Hæc.n.ſi ipſis
aſſint & ſuperent non uacuos, & ſine fructu conſtituent in
dñi noſtri Ieſu Chriſti cognitione,cui n.nõ præſto ſunt hæc,
cæcus eſt & manu tentans obliuionem purgationis ueterũ
delictorum ſuorum.2.Pet.1.Ad hoc ẽt hortatur Paulus Thi-
3 mo.dicens.†Exemplum eſto fideliũ,in uerbo,in cõuerſatio-
ne,in charitate,in fide,in caſtita.1.Thimo 4.Illud pro certo
ſcientes,iuxta dictum B.Greg.Quod ſi prælati peruerſa unq̃
perpetrant tot mortib. digni ſunt, quot in ſubditos ſuos per-
ditionis exẽpla tranſmittunt.Deterius quippe in populis pre-
lati delinquunt. Ac per hoc ipſi grauius q̃ cęteri puniuntur,
vnde neceſſe eſt ut tanto ſe cautius a culpa cuſtodiant,quan
to per praua quæ faciunt nõ ſoli moriuntur.11.q.3.c.pcipue.

SVMMARIVM.

2 Superiores defendere ſubditos tenentur.
2 Statuta legi diuinæ contraria ſunt nullius momenti.
3 Menſuras eſſe iuſtas & pondera,eſt de cura ſuperioris.
4 Annonam vilius ementes vt carius vendant de templo ſunt expellendi,et de annonę diſpoſitione.5.
6 Monopoliſtarum pœna.8.
7 Pauperum delectus qualiter habendus.
Ludo quatenus utendum & quibus.

De tuendis ſubditis a maioribus.

Sicut ſuperiores qui ſpirituales inferioribus,
& minoribus debent impen-
1 dere dilectionem & erudnionem.†Sicut principes,comites,
ac alii nobiles ipſis debent impendere defenſionem. Face-
re iudicium & iuſtitiam & liberare de manu calumniantiũ
ni oppreſſos,ac peregrino, pupillo & uiduæ quæ a poteſtati-
bus facilius opprimũtur præbere auxilium.43.q.5.c.regum.
Neque debent condere.ll.conſtitutiones vel præcepta,quæ
diuinæ legi eſſent contraria,aut quæ forent ꝯ libertatem ec
cleſiaſticam. 2.q.1.c.Deus omnipotens, & extra de elec.c.ſi-
gnificaſti. Quia omnis Chriſti actio eſt noſtra inſtructio.hæc
Iac.de Aluar. ſuper uſus feu. de pa. tenen. & eius uiolatorib.
2 ſuper uer.regni. Si.n.†ſtatuta, aut ll.uel præcepta conderent
quæ diuinæ legi eſſent ꝯtria non eſſet eis obediendum. 11.q.
3.c.ſi is qui pręeſt.& duobus.c.ſeq.Similiter ſi ſtatuta vel leges
ꝯ eccleſiaſticam libertatem cõderent, uel conſuetudines ꝯ
eandem obſeruari mandarent,de facto ſunt excõicati,& in
fra duos menſes de eorum capitularib. debent deleri, extra
de ſent.excõ.c.nouit.Nec debent ſubditos talliis & exactio-
nib.indebitis grauare.14.q.4.c.non ſane. Nec eos concutere
aut tyrannicam rabiem ꝯ eos exercere, ſemper ante oculos
ſententiam Io. habentes Luc.3.dicentis. Neminem concu-
tiatis,neq; calumniã faciatis, ſed eſtote contenti ſtipendiis
ueſtris.23.q.1.c.paratus.ad fi & c.militare.in fi.& 86 diſtin.c.
non ſatis.in fi.hæc Hoſt.in ſum.tit.de pœ.& re §.cui miles.de
beat ẽt diligenter aſpicere, ut in terris eorũ dominio ſubie-
3 ctis iuſta ſint†pondera & menſuræ,nec eas aliquis lucri cau
ſa mutare præſumat,aut tranſeuntib.carius quicq̃ q̃ merca-
to vendere poſſit,uendere præſumat,extra de emp.& uend.
c.placuit.& c.ut menſuræ.Prohibere quoq; debent homici-
dia,ſacrilegia,adulteria,furta,vſuras,& rapinas. Nec cũ eiſ-
dem quoquomodo participare quin potius illa debent cohi
bere, cũ ad hoc cõſtituti ſint.23.q.5.c.inceſtuoſi. Nam tales
punire non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſteriũ.ea.q.
ca.homicidas. Qui n.poteſt obuiare & perturbare aduerſos
& non facit.nihil aliud eſt q̃ fauerẽ impietati eorũ,cũ nõ ca
reat ſcrupulo ſocietatis occultę, qui,manifeſto facinori deſi
nit obuiare.ea.q.3.c.qui poteſt. Sed ẽt diligenter attendere
debẽt ne quis turpis lucri cauſa tpe meſſis,vindemiæ,pp cu
piditatem,& non pp neceſſitatem aut pp rempublicam,an
4 nonam comparat,uel uinum uilius, ut uendat†carius.14.q.
3.c.quicunque,tales.n.expellendi ſunt,& de templo Dei eii
ciendi,cũ abhominabiles exiſtimantur,& iuſtitiam Dei mi
nime conſiderantes, per immoderatũ pecuniæ ambitũ pol
luuntur,merces ſuas plus periuriis onerando q̃ pretus 88.di
ſtin.eiiciens.& c.qñ.& c.quid aliud.[talibus dardanariis quĩ
annonã vexare & attemptare ſolẽt pp auaritiã obuiãtũ eſt,
tã mãdatis q̃ cõſtõnib. Mandatis deniq; ita cauet. Præterea
debebis cuſtodire ne dardani ullius mercis ſint,ne aut ab his
q̃ coẽptas merces ſupprimũt,aut a locupletiorib.qui fructus
ſuos ęquis pretiis uendere nollent,dũ minus uberes puẽtus
expectant ne an nona oneretur. Pęna autẽ in hoc uaria ſta-
tuitur. Nam plerunque ſi negotiantes negotiatio interdici-
tur, interdum relegari ſolent, & onerantes annonam adul-
terinis ſtateris diuus Adrianus in eos pœnam. l.Corneliæ ſta
tuit. ff ad l.Cor.de fal.l.pen.§.ſi uenditor. Ideo in conſtit.de
5 feu.dicitur,† ꝙ qnilibet comes cum 7.uiris boni teſtimonii
poſt natalem S.Mariæ,quos ſibi eligat & de qualibet prouin
cia cum ipſis ſagaciter diſponat quanto pretio ſm qualitatẽ
tpis ſit annona uidenda vtiliter prouideat. Quicunq; uero ꝯ
deliberationem ipſius infra anni terminum altius modium
& carius uendere præſumpſerit tanq̃ violator pacis habeat
& tõdẽ.20.libras,comiti exoluat quaoti modios ſiue mali-
dios altius vendiſſe conuictus fuerit. de pace tenẽda, & eius
viola.§.poſt natalem.pariterque attendant ne quis,cuiuſcũ-
que veſtis vel piſcis,uel pectinum forte aũt echini,vel cuiuſ-
libet alterius ad uictum , vel ad quęcunq; vſum pertinentis
ſpeciei,vel cuiuſlibet materię, vel ſacro, iam elicito, aut in
poſterum eliciendo reſcripto autem pragmatica ſanctione,
uel ſacra noſtræ pietatis annotatione monopolium audeat
exercere, ne ve quis illicitis habitis cõuentionib. coniuret,
aut paciſcatur,ut ſpecies diuerſorum corporum negotiatio
nis nõ minoris q̃ inter ſe ſtatuerint uenundentur. Aedificio-
rumq; artifices , vel ergalabi aliorumque diuerſorum operũ
profeſſores, & balneatores penitus arceantur pacta inter ſe
componere,ut ne quis quod alteri commiſſum ſit opus im-
pleat,aut iniunctam alteri ſollicitudinẽ alter intercipiat, da
ta licentia unicuiq; ab altero inchoatum & derelictũ opus
per alterum ſine aliquo timore, omniaque huiuſmodi faci-
nore denũtiandi,ſine ulla formidine,& ſine iudiciariis ſum-
6 ptibus.†ſi quis aũt monopolium auſus fuerit exercere bonis
propriis expoliatus perpetuitate damnet exilii. Cæterũ pro-
feſſionum primatus. Si inpoſterum, aut ſuper taxandis rerũ
pretiis, aut ſuper cuiuſlibet illicitis placitis, aut ſi fuerint cõ-
uenientes huiuſmodi ſe pactis conſtringere.40.lib. auri ſolu
tione percelli decernimus,quos ſi punire neglexerint in l.li
bris auri puniri debent.C.de monopo.l.vni. Similiter etiam
cunctos quos in publicum quæſtum incerta mendicitas uo-
cauerit,ac in ſingulis integritatem corporis,& robur anno
rum cõſiderent,ut mendicitate,uel illicito quæſtu nictum,
& amictum ſibi non procurent.Cum laboris & artificio ſibi
prouidere poſſunt,quos ſi inuenerint ſuper eos dominiũ cõ-
7 ſequãtur†ac ſeruituti ſubiiciant. C.de uali.mendican. l.uni-
ca.li.11. Maledicos ẽt qui ꝯ Deũ aũt aliquẽ ſanctorũ ſuorũ,
& maxime beatam Virginem linguam in blaſphemiã re-
laxare præſumpſerint punire nõ prætermittant.Si diues fue
rit.40.ſolidorũ alioquin.30.ſiue 20. & ſi ad id nõ ſufficiat qn
que ſolidorũ uiualis monetæ pœna mulctetur. nullã in hoc
miſericordiã habiturus.extra de maledi.c.ſtatuimus. §.præ-
terea.Ideoq; ludũ prohibeant.Nam per ludũ homines qñq;
blaſfemare Deo & maledicere conant & inſtrumenta con-
ficere,nec admittant ut q̃ttancunq; quis diues vnũ ſolidum
ludat, ut dicit noua. l.Iuſtiniani. C.de relig.& ſump. ſune.l.
alearũ uſus. In uia.n.publica ne quid in ea fiat quo deterius
ſit Similiter & in flumine ,ripa ue quo iter nauigii deterius
fiat cauere debent. ff. de uia publ.l.prætor. ff.de flu.l.ait præ-
tor. presbyteris ẽt,& monachis,colonis agricolis,ruſticis, &
mercatoribus,ac eorum animalibus,quib.arant, vel ſemina
portant ad agrum congruã ſecuritatem.extra de treu. & pa.
c.innouamus,ſed & ſi qñq; iuſtitia exigẽte aliquos delinquẽ
tes debent punire illos aſperis verberib. & dolorib.iuxta eo-
rum.placitum non ſubiiciant.Ne dum in caute ſubdita per-
cutiant membra,ipſi ſibi debitã reuerentiã ſubtrahant,iux-
8 ta illud qđ quidã ſapiẽs dicit.†Leuiter caſtigatio reuerentiã
exhibet caſtiganti,aſperitatis autẽ nimiæ increpatio,nec in-
crepationem recipit,nec ſalutẽ.45.diſ.c.cum beatus.'eſt. n.in
pęnis ſemper benignior interpretatio faciẽda , extra de reg.
iur.cap.in pęnis lib.6.ff. eo.l.factum cuique.§.in pœnalibus.
Illa enim ſunt digniora imitatione , quæ ſunt excellentiora
pietate.9.diſ.c. ult. Sana quippe ratio.Nam plus debet agere
erga corrigendos beniuolentia,quam ſeueritas.45.diſtinctio
ne cap.licet plerumque.

SVMMARIVM.

1 Ordinis habenda ratio eſt in eccleſia.
2 Membrorum officia ſunt diſtincta.
3 Natura ius quodam cognationis inter homines inſtituit.

De ordinum diſtinctione in eccleſia.

Sed cum unaquęque creatura in uno ſtatu uiuere,&
1 manere non poteſt†cum corporum natura
in uno ſtatu manere non poſſit,ſed aut ſemper creſcit,aut de
creſcit,de conſecra.diſt.5.c.ne tales, ſenſus,cogitatio,huma-
ni cordis ad malum proni ſunt ab adoleſcentia ſua. Gen. 8.
Neceſſarium fuit ut eccleſia diuerſos gradus , & ordines di-
ſtinctos inſtitueret,quia nec aliter eccleſia ſubſiſtere poſſet,
ut ſicut uarietas membrorum per diuerſa officia, & robur
corporis ſeruat & pulchritudinem repræſentat , ita uarietas
perſonarũ per diuerſa nihilominus diſtributa officia,& for-
titudinem,& uenuſtatem ſanctæ Dei eccleſiæ manifeſtat. Si
2 cut enim in uno corpore multa membra habemus.†Omnia
autem membra non eundem actum habent . Ita in eccleſia
multa membra ſunt ſecundum ueridicam Pauli ſententiam
in uno & eodẽ ſpirituali corpore,conferendum eſt hoc offi-
cium uni , alii committendum eſt illud. Neque enim quan-
tum libet exercitata uni perſonæ uno tempore duarum rerũ
offi

officia committenda ſunt, quia ſi totum corpus eſt oculus ubi auditus? & ſicut indecorum eſt in corpore humano, ut alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium ſimulque turpiſſimum eſt ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa. 89. diſ. c. ſingula. Ad hoc igitur diſpenſationis prouiſio gradus & ordines diuerſos conſtituit eſſe diſtinctos, cum vnaqueque creatura in vna eademq; qualitate gubernari vel viuere nō poterit. Ad exemplum cæleſtium militiarum nos inſtruit. Dū ſunt Angeli, ſunt & Archang. in pṫāte & ordine differentes, vt dū reuerētiā minores potiorib. exhiberēt, & potiores minorib. dilectionē impēdrēt, ex qb. tandē fieret pax & ꝯcordia & ex diuerſitate contextio, & recte officiorum gereretur ſingulo-
9 rum adminiſtratio. 89. diſtinctio. cap. ad hoc. † quia natura inter nos ius cognationis inſtituit. ff. de iuſt. & iur. ut uim, ut ſic tandem ipſum qui eſt rex regum per quem reges regnāt, & uera pax, & ſalus omnium ſempiterna & indeficiens letitia ſine fine uidere mereamur, qui ad nos de cœlis dignatus eſt deſcendere & pacem inter Deum, & homines reformare IESVS Chriſtus Dominus noſter qui eſt benedictus in ſeculorum ſecula. Amen.

FINIS.

TRACTATVS DE Epiſcopis conſummatiſs.

IVRIVM DOCTORIS D. IOANNIS BERTACHINI

De Firmo, fœliciter exorditur.

Epiſcoporum materiam paſſim p ſacri iuris codices deſcriptam in uno colligēdam eſſe duxi reuerende domine, quā ſummis vigilijs, breui tamen tempore ſub hoc nō longo libello clauſi, ego Ioan. Bertachinus de Firmo, minimus iuris doctor, ſeruus tuus, æſtimans alijs non minorem expletionē ob uarios utriuſque iuris articulos miro quodam ordine declaratos, quam utilitatem ob epiſcoporum frequentem neceſſarium Chriſtianæ religioni uſum protinus allaturam. Libellum igitur almo nomini tuo dicaui, quem reuerenda dominatio tua libens ſuſcipiat, corrigat & emendet. Quippe ſi ore tuo laudatus vel emendatus extiterit, cæterorum reprehenſiones non metuens, perpetuum autori nomen acquiret. Itaq; munuſculum hoc libens ſuſcipe, quod reuerend. dom. tuæ ſeruus libens offero, tatus ſeruitutis meę futurum apud eam perpetuum pignus. Sed ne libelli ordo legētem lateat, ſcias uelim reueren. domine opuſculum ipſum in quatuor libros eſſe diſtinctum. Cauſam enim efficientem continet primus, in quo quando, ubi & a quibus eligētur epiſcopus plene tractatur. Secundus materialem cauſam cōplectens, quis poſſit & debeat, uel non eligi in epiſcopus apte dictabit. Tertius formalem cauſam perſtringens, qualiter creetur, confirmetur, conſecreturque epiſcopus enarrabit. Quartus uero de finali cauſa tractans, quanta ſit epiſcoporum poteſtas, auctoritas, dignitas, & priuilegia copioſe oſtendet, degradationeſque eorum ſimul attingens. Rubricę autem per ſingulos libros ſingulorum diſtinctiones materiamque monſtrabunt, In primis pleraque præmittam, quæ mihi neceſſaria uiſa ſunt pro intelligentia dicendorum, quæ quidem etiam ad decorem tractatus plurimum conferre uidebuntur.

SVMMARIVM.

1 *Petrus primam ſedem apud Antiochos locauit.*
2 *Epiſcopus primus quis fuerit.*
3 *Presbyter primo ordinatus quis fuerit.*
4 *Epiſcopi ab apoſtolis proceſſerunt.*
5 *Metropolitanus quis dicatur.*
6 *Ciuitas metropolitana quæ ſit.*
7 *Pontifex maximus dicitur princeps ſacerdotum.*
8 *Clericus unde dicatur.*
9 *Clericorum ſpecies multæ.*
10 *Epiſcopus dicitur caput diœceſis.*
11 *Epiſcopus iuriſdictionem habens in ſua diœceſi nunquid eam perdat per aduentum cardinalis legati in prouinciam.*
12 *Epiſcopus an puniat delinquentes in ſua diœceſi, ſi alias erat exemptus.*
13 *Archiepiſcopus in prouincia exiſtens dicitur ordinarius epiſcoporum.*
14 *Epiſcopus in ſua diœceſi poteſt dici pontifex & ſummus ſacerdos.*
15 *Appellatione epiſcopi an ueniat presbyter & alij inferiores.*

PRAELVDIA.

Ducenteſimæ tertiæ olympiadis anno ſecūdo regnante Tiberio Cæſare regum a cruce affixum dominum noſtrū Ieſum Chriſtum, qui uiuens in humanis ſacerdotes inſtituit apoſtolos ſuos, & eorum principem Petrū dnm dixit. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. 21. diſt. in nouo. & ſeq. 50 diſt. conſiderandum. 24. quæſt. 1. manet. & c. quodcunque. vel uerius cum dixit, Petre ſi diligis me, paſce oues meas. c. ſignificaſti. de electio. & glo. in dic. c. in nouo. & probatur in epiſtola claras. Apoſtoli vero cum eſſent. 12. in multa meſſe pauci, rogatus fuit dominus meſſis ut mitteret alios operarios in meſſem ſuā, quo factū ut fuit. 72. diſcipuli ſint ſuperadditi quorum typum, ſeu figuram gererent preſbyteri per diuerſas ciuitates & orbis loca diſperſi. d. c. in nouo. in fi. Sic conſtat in nouo teſtamento fuiſſe primitus inſtitutum ordinem ſacerdotalem, quē etiam fuiſſe in teſtamento veteri non negamus, quia legimus Moyſen, & Aaron cū filius eius primos fuiſſe ſacerdotes a Deo optimo maximo inſtitutos, 21. diſtin. in princ. 22. diſtin. ſacroſancta. exod. 31. ca-
1 pit. † Petrus autem princeps apoſtolorum ordinatus, primā apud Antiochos ſedem locauit, quam 7. annos ſub nomine Chriſti ſuo titulo gubernauit. Vbi primum nomen Chriſtianorum fuit exortum, ut legitur in d. cap. ſacroſancta. 22. diſt. & 7. q. 1. mutationes Fideles enim prius diſcipuli domini noſtri Ieſu Chriſti uel fratres appellabantur, poſtea uero congregato apoſtolorum concilio in Antiochia apud eorū principem, & eius mandato, Chriſtiani a Chriſto ex ipſorum decreto appellati de cętero extiterunt. Petrus igitur a domino Ieſu per angelum iuſſus, ut Romanam ſuperſtitionem perimeret, Antiochenis Ignatium dimiſit epiſcopum, ipſe uero Romam contendit, vbi annos 25. menſes 7. dies 8. cathedrā regens epiſcopalem, tādem feritate Neronis Romanam ſedem ſuo ſanguine martyrioque conſecrauit, anno 39. poſt obitum Chriſti, cum quo Paulus vas electionis anno primo dominicę paſſionis conuerſus eadem die pro Chriſto ſanguinem fudit 21. diſtinctio. quamuis. 22. diſtinct. ſacroſanctam. 2 quęſtio. 8. beati.

2 Primum epiſcopum † legimus fuiſſe Iacobum q iuſtus dicebatur a Petro, Iacobo. & Ioanne apoſtolis in Hieroſolymitana eccleſia inſtitutum. 66. diſt. porro. de conſec. diſt. 1. Iacobus
3 frater. † Poſtea vero Mathiam fuiſſe primum presbyterū ordinatum refert Iſido. 21. diſt. cleros. in princ. cum glo. Videns autem Petrus Chriſtianarum ouium cuſtos ſingulis ciuitatibus ad ueram fidem conuerſis neceſſarium eſſe paſtorem, facta diſtinctione prælatorum loco primatum, ſeu primi flaminum, qui ante Chriſti aduentum ciuitatibus præſidebāt, patriarchas conſtituit, ubi uero archiflamines, ꝑfecit archiepiſcopos, in alijs uero ciuitatibus epiſcopos ordinauit. 80. diſtin. vrbes. & in c. in illis. 96. diſt. prouincia. Erant enim primitus prouincię ante Chriſti aduentum, ut ſupra diſtinctę d. capit prouincię, diœceſes uero fuiſſe diſtinctas tempore Dionyſii, docet ibi glo. per c. 1. 13. q. 1. & in gl. quæ intelligit diœceſes. i. parochias. Nec obſt. c. 1. 80. diſt. ubi etiam gloſ. ſed caſtellis & paruis ciuitatib. ſolum presbyteri non epiſcopi præponebantur, 80. diſt. epiſcopi non in caſtellis. c. illud. & c. ſeq. nec ſunt dandi epiſcopi locis inter ſe propinquis, ſed deſtinet arbitrio boni uiri. ead. diſtin. §. ſemel. & c. ſeq. cum gloſ.
4 † ex prædictis plane oſtenſum eſt ab apoſtolis epiſcopos proceſſiſſe, quorum loco ſucceſſiſſe epiſcopos legitur. in c. quorum. 98. diſt. & 12. q. 1. uidentes. 21. diſt. in nouo. & glo. in d. c. porro. 66. diſtinct. Erat etiam in primis ordo uel uſus corepiſcoporum, qui minores epiſcopis minutis locis præerant, & ſolos minores ordines conferebant. 68. diſtinct. inter epiſcopos. & c. ſeq. hi ob inſolentiam epiſcoporum officia vſurpantes, & ne tertius ordo in primitiua eccleſia poneretur quandoquidem inter diſcipulos domini geminus fuerat, ſcilicet apoſtolorum. 12. & diſcipulorum. 72. ab eccleſia reprobati,
5 ab aula receſſerunt. 68. diſtin. §. hi uero. & c. corepiſcopi. † Diximus ſupra triplicem eſſe ordinem prælatorum primitus inſtitutum. ſ. patriarchalem, archiepiſcopalem, & epiſcopalem, hic addo ꝙ etiam alius reperitur qui dicitur metropolitanus, epiſcopis prouinciæ præſidens. 22. diſt. cleros. uerſic. ordo. Patriarcha autem ſummus patrum interpretatur Romanus fuerat Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolmitanus

nus, & Conſtantinopolitanus. d.c.cleros.cum gloſ.& melius
per Spec.in tit.de diſpen.§.ſunt quoque.circa princ.Archie-
piſcopus dicitur ſummus epiſcoporum, præſidens omnibus
epiſcopis, & metropolitanis, ſed metropolitanus a menſura
ciuitatum interpretatur, qui præſideat prouinciæ.10.vel 11.
6 ciuitates habenti.d.c.cleros.& not.3.quæſt.4.ſcitote.† Dici-
tur autem ciuitas Metropolitana quæ habet archiepiſcopũ,
vel patriarcham ſecundum Barto.in l.1.C.de metropo.beri.
lib.11.Item & quę maxima eſt habens epiſcopum metropo
litanum, ſecundum Nic.de Nea.in l ſi duas.§ grammatici.ff.
de excu.tut. Quæ uero epiſcopum habet, non dicitur metro
politana, ut tenet Bar.in d.l.1.epiſcopus dicitur quaſi ſuperio
tendens curam.ſ. ſubditorum ferens quaſi ſpeculator in ec-
cleſia poſitus ad ſpeculandum mores & uitam ſubditorum.
d.cap.cleros. ea quo patet ꝙ epiſcopus nomen eſt operis, nõ
honoris.8.q.1.qui epiſcopatum. & tenet Azo in ſumma. C.
de epiſ.& cler.in princ.& in rubr. & Spec.tit. de inſtru.edi.§.
14.verſ.de epiſcopo.in fi.

7 Omnium vero † ſuperior dicitur pontifex, qui princeps ſacerdotum, ſummus
ſacerdos, uel pontifex maximus nuncupatur.d.c.cleros.ver.
pontifex. hic etiam papa dictus eſt a pape, quæ eſt dictio ad-
miratiua, quaſi admirabiliter in terris, cum Dei uices gerat
ſecundum glo.in proę.cle.§ nec ſane.Is caput eſt & cardo ec
cleſiæ Chriſtianæ tenens locum Petri, cui etiam in poteſtate
ſucceſſit.21.diſt ſacroſan.ver.hic uero.21.diſt.in princ. & io
c.in nouo. Et quia primos ordines eccleſię declarauimus, cõ
8 ſequens eſt ut de minorib. ſubnectamus.† Eſt enim clericus
generale nomen, dictus a cleros grecæ, latine ſors, eo ꝙ Ma-
thias primus clericus fuit ſorte electus.d.c.cleros.in prin.cũ
glo.& glo.in c.porro 66.diſt.& glo.in auct.presbyteros. C.de
epiſ.& cle.12.q.1.duo ſunt. vbi etiam dicitur clericum dici re
gem, quia ſe & alios uirtutib.regat, & ſic io Deo regnum ha-
bent clerici, quod ſignificatur per coronam capitis.i.clericã
in ſignũ futuri regni.quod in Chriſto expectant. Raſura ve-
ro capitis eſt temporalium depoſitio, cum ſolo victu debeãt
eſſe contenti clerici, ut ibi not. Ideo vero dixi ſupra genera-
le nomen eſſe, quia clericorum appellatione, veniunt preſ-
byteri & diaconi.11.q.1.de perſona. Item alii minores ordi-
nes, ut ibi in fi.72.diſt.capit.pen.not.in d c.cleros.in princ.&
in d.auth presbyteros.& in Spec.de inſtru.edi.§.14.uer.quid
de præpoſitis &c. Epiſcopus autem non uenit appellatione
clericorum. ſecundum Spec.in tit.de reſcrip.præſent.§.filii.
ver.quid ſi in reſcripto.& in ti.de lega.§. poſtremo.uer.quid
ſi diſpenſatum.& arg.in c.fi.de præ.& dig.& in c.ſolet.de ſen
tent.excom. item nec monachi, not.io l.omnes.§.præterea.
C.de epiſ.& cler.& in l.generaliter.in prin.eod.tit.16.q.1.le-
gi.in Spec.de reſcri.preſenta.§.fi.uerſ.item nota, ꝙ ſi literæ,
ubi etiam Ioan.And.in addit.dicit idem in conuerſis mona-
9 ſterii.† Clericorum uero ſpecies ſunt multæ uidelicet ſacer-
dos dictus quaſi ſacrum dans, Presbyter qui ſenior interpre-
tatur, neduin ætate, ſed dignitate & honore. Antiſtes quaſi
ante ſtans, ſupra ſe neminem habens. Vates a ui mentis. Fla
mines a flamine, ſeu filo quem diebus feſtis deponebant, &
pileo utebantur pro eminentia dignitatis. Leuitæ dicti a le-
ui innentore, qui dicũtur diacones.i.miniſtri. de quibus not.
92.diſt.diaconi.& c.ſeq.ſubdiaconi vero ſunt qui ſub præce
ptis diaconorum eſſe debent, quos grȩci uocant hypodiaco
nes, hebræi nathineos.i.latores aquarum. Lectores a legen-
do dicti Pſalmiſtæ a pſalmis canendis.Cantores a cantu.Prę
centor qui primus in cantu uocem emittit. Succentor dicit
qui ſubſequitur primum, ſed cõcentor qui ſimul canit.Aco
lythi dicũtur ceriferi, qui cereos ferunt in ſacrificiis, & dum
euangelium decantatur. Exorciſta, eſt qui per nomen domi
ni Ieſu Chriſti adiurat ſuper habentes ſpiritum immundũ.
Oſtiarii dicuntur ab oſtio templi, ad cuius cuſtodiam poſiti
ſunt, ut infideles reiiciant a limine templi, & fideles admit-
tant, licet omnia declarantur in d.c.cleros.

10 Iuxta prædicta præmittendum eſt etiam† epiſcopus dicitur caput diocęſis ſiue eo
lus membra dicuntur ſubditi.not.in c.cum non liceat.de re
ſcrip.quod eſt verum, etiam ſi ſubditi ſunt canonici, ſed alii
in dignitate conſtituti, cum omnes ei debent exhibere reue
rentiam ſm doct.ibidem Item dicitur caput cleri, ſicut pote
ſtas dicitur caput laicorum ſm Bart.in l.nulli. ff.quod cuiuſ.
vni.oo.Itẽ dicitur præſes ciuitatis.not.in l.illicitas.§.qui vni-
uerſas.ff.de off.præſi.& tenet Bal.in l.ſiue pars.in fi.C.de dila
ti.vbi etiam dicit epiſcopum dici de maioribus magiſtratib.
ciuitatis rei competere merum & mixtum imperium. quod
etiam tenet Bal.in auc.cauſaq;.C.de epiſc.& cler.& in marg.
ver.vniuerſitatis.ver.3.2.q.7.ſi quis epiſcopus. & Spec.de iu-
riſd.om.iud.ver.2.no.ꝙ epiſcopus.facit.c.cum epiſcopus.de
off.ord.lib.6 25.diſt.perlectis.11.q.1.de perſona, & alias infra
dicetur. Ideoque poteſt epiſcopus clericos carcerare ſecun-
dum Bar.in d.auct.cauſa.carceratio.n.eſt meri imperii ſi fiat
ad pœnam, ſecus ſi ad cuſtodiam cum hanc faciant minores
iudices, ſecundum Bar.in l.imperium.3.col.ff.de iuriſd.om.
iud.Item epiſcopus ſolus dicitur diocȩſanus in tota diocȩſi.
c.cum olim.& ibi doct.de præſcri.c.cum epiſcopus.ff.de off.
ord.in 6.& glo.in clem.1.de ui.& hon.cle. Non tamen quili-
bet ordinarius dici poteſt diocȩſanus ſm doctor.in d.c.cum
olim.& in d.cle.1.& tex.cum glo.in ca.ordinarii. de off.ord.
lib. 6. nec ordinarius dicitur niſi qui per electionem creatur
cap.cum ab eccleſiarum. & ibi gloſ.& doctor.de offic. ord.
11 cap decernimus. de iud. & Spec.de off ordi.§.1.& 5.† Scien-
dum eſt autem ꝙ epiſcopus habens iuriſdictionẽ in ſua diœ
ceſi, ut prędiximus, eam non perdit per aduentum cardina-
lis legati io prouinciam ſecundum Bar.in l.fin.ff.de off pro-
con.& leg. & ideo eius ſubditi debent coram epiſcopo, non
coram legato litigare. ſecundum Bart.vero in l.3. C.de me-
ta.& epi.lib.12.de quo uide not.in capit.uolentes.de off.leg.
12 † Sed an epiſcopus puniat delinquentes in ſua dięceſi, ſi alias
erat exemptus, vide glo.ord.6.quęſtio,3.placuit. & in capit.
cum capella.de pri. & capit.tuatum. & ibi in capitu.ſignifi-
cationibus.de fer.& in cap.ad abolendam.de hæret. & infra
dicetur in quarto lib.

13 Prædictis adde † quod archiepiſcopus in prouincia exiſtens dicitur ordinarius
epiſcoporum, vt in Spec.de ſententia.§.6.uer.quid ſi epiſco-
pus.ubi dicit epiſcopum ſenem vel debilem qui manus inie
cit in clericum poſſe abſolui a metrapolitano tanquam or-
nario ſuo, vel etiam a capitulo vacãte ſede metropolitana,
per c.cum olim.de maior. & obed. & no.9.q.3.c.2. & per to-
tum. Nec omitto ꝙ epiſcopus non poteſt excommunicare
archiepiſcopum delinquentem in ſua diœceſi ſecundũ Bal.
in Marg.ver.epiſcopus.ver.13.& quod per Inno.io c.a nobis.
de ſent.excom.Nec etiam eſt prætereundum hic quod car-
dinalis in titulo ſuo habet iuriſdictionem epiſcopalem no.
In c.cum in eccleſiis. de maio.& obed.& in c.1.eod.titu.lib.
6.& doct.io c.cum te.de re iudi. Qui cardinalis dicitur quaſi
cardo, qui eſt ſub oſtio, quod oſtium repreſentat papã ſecun
dum Arch, 22.diſt.ſacroſancta.de quo pluties.infra cum ſer
14 mo incidet pertractabo.† Vlterius eſt præmittendum quod
epiſcopus in diœceſi ſua dici poteſt pontifex, & ſummus ſa-
cerdos, 11.q.1.inolita.& c. de perſona.Spec.de iuriſdic.omn.
iud.uerſ.ſecundum canones. ꝙ intellige ratione ordinis, nõ
ratione iuriſdictionis, ut ibi tenet Spec. ſed etiam ratione or
dinis reſpectu inferiorum.de ſac.vnct.c.1.§.fronte. de conſe.
diſt.2.de eis.& ſeq.2.q.7.accuſatio.18.diſt.ſi epiſcopus.ſecũ-
dum Spec.eod tit.uerſ.ſi tamen ſcias.alias uero ſecus eſt.99.
diſt. Dicitur etiam epiſcopus perſona egregia ad quem volẽ
tem teſtificare mitti debet iuramentum ad domum ſecun-
dum glo.in l.ad egregias. ff.de iureiur.& not.in auct. ſed iu-
dex.& ibi Bal.C.de epiſc.& cler.ideo autem dici uolẽtem ꝙ
& inuitus oõ cogitur per l.nec honore. cum auct.ſed iudex.
præallegat.11.q.1.nec honore.& ſeq. Item epiſcopus dicitur
perſona illuſtris. ſm Bart.in l.omnes populi.4 q.1.principa-
li. ff.de iuſtit.& iu.ſed Bald. in l.ad ſimilitudinem.C.de epiſ.
& cler.dicit epiſcopum ſimilem perſonæ illuſtri, non tamẽ
eſſe illuſtrem, cum ſimile non ſit idem, cardinalis uero dici-
tur illuſtris ſecundum Bal.ibi. & in l.1 ff.de off.præfe.ui.imo
dicitur perilluſtris ſecundum Spec.de iuriſdi.om.iud.io §.1.
ver.maxime.& verſ.ſecundum can.

15 Poſtremo † præmitto ꝙ appellatione epiſcopi venit presbyter, & alii inferiores.93.diſtin.legi
mus.in fi & tenet Spec.tit de inſtru.edi. §.nunc vero aliqua.
ver.77.quid de prępoſitis.Itẽ venit dux, comes, rex, ſm Spec.
tit.de reſcrip præſen.§.fi.uer.ſed nunquid expreſſo Sacerdo-
tis uero appellatione continentur diaconi, ſuadiaconi, & alii
qui clerici ſecundum Spec.de inſtru.edi.§.nũc uero aliqua.
ver.quid de præpoſitis.per c.ſi quiſquam.de coha.cle.& mu.
& ca.ſanę.de cler.coniug.vſus tamen communis loquendi
hoc non tolerat.Item uenit epiſcopus, quia ſacer eſt.31.diſt.
cleros.quod eſt verum, præterquam in materia odioſa, vel
pœnali ſecundum doct.& Abb Sicu.in c.non poteſt.de re iu
dic.& in rub.de ui.& ho.cle.Et quia ſupra numerati ſunt or-
dines clericorum & prælatorũ, addendi ſunt duo alii.ſ.ar-
chidiaconus, & archipresbyter, qui ſub eo eſt, quorũ officia
& aliorum quos ſupra memorauimus quę dicãtur, punitur.
26.diſt.in c.perlectis.& de ſingulis infra in tractatu multa di
cemus.His ergo præmiſſis ad rem ipſam de qua diſſerere ſta-
tuimus, deueniamus.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus ob quam cauſam ſit eligendus.*
2 *Electio epiſcopi intra quantum tempus fieri debeat.*
3 *Epiſcopo nondum mortuo & non ſepulto, an alius ſit eligendus.*
4 *Fama ſi ſit de morte epiſcopi qui tamen viuit, an electio de altero facta valeat.*

Capi

5 *Capitulum ſi intra tres menſes non elegit epiſcopum, intra quantum tempus debeat eligere ſuperior.*
6 *Tempus trium menſium datum ad eligendum epiſcopum, an ſit utile vel continuum, & a quo tempore currat dictum tempus. 7.*
8 *Capitulum canonicorum ſi eſt prohibitum a papa eligere epiſcopum ſine licencia, an ei currat tempus trium menſium ad eligendum datum.*
9 *Epiſcopus ſi eſt depoſitus, intra quantum tempus eligi debeat alius.*
10 *Electio epiſcopi commiſſa ad certum tempus, nunquid poſſit fieri poſt illud tempus, & ante illud tempus. 11.*
12 *Electio epiſcopi nunquid die feriato fieri poſſit, et quid de ſententia. nu. 13.*
14 *Tempore feriato procedi poteſt in criminalibus.*
15 *Teſtes an cogantur die feriata deponere.*
16 *Decretum iudicis an die feriata poſſit interponi. Et quid de citatione. numero 17.*
18 *Inſtrumenta per nuncios an fieri poſſint feriata die in Dei honorem.*
19 *Uſuraria cauſa, matrimonialis, decimalis, & alimentaria an poſſit dieb. feriatis tractari.*
20 *Feria meſſium, vel vindemiarum, an proſint reis non occupatis in meſſib. vel vindemijs.*
21 *Dies rogationum an ſint feriati.*
22 *Pendente compromiſſo facto de electione epiſcopi an currat tempus trium menſium praefixum ad eligendum.*
23 *Compromiſſum an principaliter ſuſpendat inſtantiam cauſae.*
24 *Compromiſſum de cauſa appellationis nunquid tollat iuriſdictionem iudicis appellationis, cum pars paenam compromiſſi ſoluere poſſit.*
25 *Compromiſſum an ſuſpendat terminum probatorum praefixum a iudice.*
26 *Electionarij epiſcopi privati propter electionem indigni reſtitutae per papam, an debeant integrum tempus ad iterum eligendum.*
27 *Canonici intra quantum tempus iterum eligant, ſi prima electio non valuit.*
28 *Epiſcopus an eligi poſſit adminiſtratore per papam dato eccleſiae.*

De cauſa efficienti.

3

Liber I.

PRimus hic liber titulo cauſae efficientis inſcriptus in tres partes diuiditur. In prima enim quando ſit epiſcopus eligendus. In ſecunda ubi ſit eligendus plene tractabitur. & quoniam quaelibet electio quinque requirit ad ſui validitatem, ſcilicet cauſam, humilitatem eligentis, habilitatem electi, deliberationem, & formam electionis, ſecundum Bart poſt gloſſam in l. ſerui electione. in princip. ff. de legatis tertio.

1 Quaero primo † quando & ob quam cauſam ſit eligendus epiſcopus. Reſpond. quod tunc eligi debet quando vacat ſedes epiſcopalis, & eccleſia eſt odinata paſtore, ne damnum eccleſiae inferatur, ut not. in c. vt circa in prin. & in c. quae ſit. in prin. de elec. in 6. & in c. cupientes. eodem tit. & libro, & tenet Specul. de electio. § 1.
2 circa principium. † Secundo quaero intra quantum tempus debeat fieri electio epiſcopi. Reſpon. quod intra tres mẽſes a die uacationis, ſiue per mortem, ſiue per renunciationem uacat eccleſia. c. ne pro defectu, & ibi glo. & doct. & in cap. cum in cunctis. de elect. 50. diſt. poſtquam. 63. diſt. obeuntibus, quod verum eſt, niſi electores ſint intra dictum terminum impediti, ſm gl. in d. c. ne pro defectu. quae dicit dictum tempus impeditis non currere ſi praecedat eorum proteſtatio, maxime quando per papam ſunt impediti, ut ibi per glo. & doct. & infra plene dicemus. cõfirmatio vero & cõſecratio intra quantum
3 tempus fieri debeat dicetur infra in 3. lib. † Tertio quaero, an nundũ mortuo vel non ſepulto epiſcopo, ſit alius eligendus. Reſpon. quod non, immo electio facta non tenet. ca. bonae. il 2. ibi glo. & doct. de elect. 79 diſt. nullus. il 2. nec dicitur epiſcopus is qui loco uiuentis electus eſt. 7. q. 1. nouatianus. & c. nõ furem. immo tal s debet deponi. 17. q. 1. cum qui 3. q. 1. auditumus. 2 q. 1. in primis. Quinetiam eligentes eum perditionẽ acquirant apud Deum. 7. q. 1. denique. praedicta vera ſunt niſi epiſcopus uiuens infirmus, aliũ ſibi petat ſurrogari, ut contingit in beato Gregorio qui fuit aſſumptus ad epiſcopatum viuente epiſcopo, cui ſucceſſit, 17 quaeſt. 1. §. ecce his & c. ſeq. & § ecce quod. Poteſt autem dari epiſcopo ſeni coadiutor, qui ei ſuccedat. 7. q. 1. petiſti. & c. ſeq. Et not. quod ſi quis, epiſcopo viuo ſubſtituatur, quia ſua auctoritate tranſiuerit ad aliã eccleſiam cõtra formam canonum ſubſtiturus debet ei ſuccedere 7. q 1. §. eſt etiam quidam. & c. eos ſacerdotes. Sciendum eſt autem quod capitulum poteſt alium poſtulare praelatum, quando epiſcopus eſt tali morbo comprehenſus, ut factus ſit prorſus inutilis, ſm Bart. in l. poſt ſuſceptam. ff. de excuſ. tut. & quod no. per Inno. in ca. licet hely. de ſimo. Et hic domini Veneti videntes Franciſcum Foſcari ducem tali ſenio confectum, ut eſſet inutilis, alium ſibi ducem creauerũt, quo factum fuit ut Franciſcus dux ex dolore, ut aiunt, pau-
4 cos poſt dies perierit. † Quarto quaero quid ſi ſit fama de morte epiſcopi qui tamẽ uiuit, an tunc electio facta de altero valeat. Reſpon. quod non. immo ſecundo ſi primus poſtea nominatur non conualeſcit electio quae fuerit facta ab initio nulla, ex quo eccleſia non uacabat, ſecundum Angel. in l. ſi quis bona. §. vtrum, in fine, ff. de acquirenda haereditate, per
5 capit. ea, & capitulum conſtitutus. de reſcriptis. † Quinto quaero, ſi capitulum intra tres menſes non elegit epiſcopum propter quod eligendi poteſtas transfertur in ſuperiorem, vt dicemus in 3. par huius primi lib. & no. in capit. ne pro defectu. de elec. Intra quãtum tempus debeat ſuperior eligere. reſpon. quod intra tres menſes. tex. eſt & ibi gl. & doc. in d. c. ne pro
6 defectu. † Sexto quaero an tempus trium menſium datum ad eligendum ſit vtile uel continuum reſpond. quod eſt vtile, ſecũdum gl. in d. c. ne pro defectu. ubi uide per doc. Sciendum aũt quod in quocunq; actu tẽpus praefixũ eſt utile, aut continuum ſm gl. ord. in cle. 1. de reſti. in integ. In appellationibus uero tempora ſunt cõtinua. l. 2. & ibi doc. C. de tempo. ap. & tenet Bal. in addi. Spec. de appe. ver. tempora. ſed in ſtatutis tempus debet eſſe vtile, ſm Bal. in l. ſiue pars. in fin. C. de dila. & in l. 2. C. de edil. act. Alias in dubio ſemper intelligitur continuum ſecundum gl & doc. in rub. ff. de diuer. & temp. praeſcrip. Bald. in l. 1. C. de fer. gl. & Bal. in l. in peculiariis. ff. eo. tit. quod verũ eſt ſiue praefigatur ante litem conteſta. ſiue poſt ſm Bar. ibi in 3. col. & in Spec de dila. §. 1. Item verum eſt niſi in totum ſit feriatum. ſm Bal. in l. ſi quando. C. de teſt. vel pro maiori parte, ſm Bal. ibidem. & Hoſt. in c. licet cauſam. de proba, & Lanfranc. Brixi. in c. qm contra verſ dilationes. 5. colu. de probat.
7 quod eſt notandum. † Septimo quaero a quo tpe currat tẽpus dictorum trium menſium. Reſpon. quod a die ſcientiae vacationis, nõ a die vacationis eccleſiae, ſm Inno. & doc. in d. c. ne pro defectu. de elec. & tenet Bal. in marg. ver. tempus. ver. 5. vbi idem dicit in tempore praeſentandi, quod no. Idem in tempore appellãdi gl. & doct. in auth. hodie. C. de appel. not in l. 3. C. quo. & quan. iud. in l. 1. §. biduum. ff. quando appel. ſit. ibi Spec. de appel. § reſtat ver. ſed nunquid hoc tempus. gl. in c. 1. & in c. concertationi. eo. ti. li. 6. quod Intellige ut currat a die vere ſcientiae non conſumptę, ut qñ quis eſt citatus ad domum ex quo praeſumitur ſcire ſcententiam, quo caſu poteſt appellare etiã poſt decem dies a die notificationis per aedictum factę ad domum. ſed ſm do. de Rota in deci. 244. item cũ iura. & Philip. de franc. in c. bonae. de appel. ver. 8. debet ut dicit verum niſi citatio ad domum procedat quae facta ſit ad ſententiam, quia illa iuncta cum notificatione facta poſt ſententiãm ad domum inducit veram ſcientiam adeo quod ab ea notificatione currit tempus appellandi ut ibi qd̃ bene not. per Bal. in l. 1. in fi. C. ex quib. cau. maio. Et intellige currere dictũ tẽpus a die ſcientiae facta cõputatione de momento ad momentũ. not. in d. auth. hodie. & in d c. cõcertationi. & ibi gl. & doc. in cle. ſicut. eo. tit. & in Spec. eo. tit. ver. ſed nunquid hoc tempus. & ver. ſed nunquid dies. in d. §. reſtat. & not. in c. quo ad conſultationem. de re iudi. 2. q. 7 anterior. Item intellige verum & ſi non habuit copiam ſententiae, ſecundum Bal. in addi. Spec. de appella. verſi. tempus appellandi. ſed in Specu. tenet cõtra in ver. ſed nunquid hoc & Bald. & Pet. de ſuncti. in l. 3. C. quo. & quãdo iudex, qui dicunt currere tale tempus a die praeſentationis ſententiae ad domum ſuam ſi abeſt in loco propinquo, alias ſecus, vt ibi Bar not. in l. non ſolũ. §. morte. de ope. no. nuncia. per c. ſe cauſam de elec & Ioan. Pap. in ſumma ti. de appella. a diffi ver. coram vobis. Dicunt quod debet fieri notificatio ſententiae in publica forma, vt currat talis terminus appellandi. Item verum appellans habuit copiam iudicis a quo, etiam ſi habere non potuit in publico non currit ei tempus dummodo proteſtetur, ſecundum Speculatorem in ſupra dicto uerſic. ſed nunquid hoc tempus, & tenet domi. Philip. in capitulo ex ratione. in prin. & in capitulo fin. verſi. 10. quaeritur. de appel.

Item verum niſi ſententia fuerit lata contra procuratorem, quia tempus appellandi currit ſtatim a die ſententiae. l. 1. §. & ibi Bart. ff. quando appel. ſit. Inno. But. & Imo. in c 1. ut lit. non conteſt Ange. in conſi. tutor. & c. Spec. de appel. §. 1. uer. caeterum. & §. reſtat. uerſi, t. in fi. quod eſt uerum, ſi procurator eſt factus dominus litis ſm do. Gemi. & Lap in c. 2. de confeſſ. in 6. Tu etiã uide deciſ. Rotae. 263. ex hoc inſurrexit Inno. in c. bonae. de appel. & per Bal. in l. ubi ff. de eden. Item verum quando notificatio fuit facta per publicum officialem cui debet credi, ſecundum Bal. & Pet. de ſun. in l. prima. C. de temp. app. & adde quod citatus ad ſñiam non pręſumitur ſcire ſñiam contra ſe latam ſm Bal. & Pet. de ſun. in d. l. 1. Sed hęredi alicuius cõdemnati quando currat tẽporis apellãdi, dic quod a die ſcientiae & aditae hęreditatis. l. fi. & ibi Cy. Bal. & Saly. in l. fi. C. ſi pen. appel. mors interu. ubi doc. praedicti dñt tempus appellandi non currere haereditate iacente uel intra tempora deliberandi. Idem in tpe nul-

nullitatis ſecundum Bal.in d.l.ſi.quod Salv.ibi dicit eſſe ue-
rum niſi nullitas incidenter deducta ſit ſimul cum appella-
tione.ſecus ſi principaliter & ſeparatim, ut ibi per eos quod
no. Et intellige quod hæres habet ſolum tēpus quod reſtat defun-
cto, ſecundum Bal.in d.l.ſi. & Philip.in d.cap.ex ratione .ulti.
car. Idem dic in tempore appellationis proſequendæ ut cur-
rat hæredi a die ſcientiæ ſuæ, & ſi defunctus ſciuerit ſecundū
Bal.no.in addi.Spec.de ap.uer.no.quod hæredi.& eſt tex. ſing.in
d.l.fin.C.ſi pen.app.mors inter. ſecundum doc. quod no.tempus
autem appellandi ab interlocutoria quando currat, dic quod ſi
iudex interloquendo grauat debet appellari infra 10. dies a
die illati grauaminis.d.c.concertationi.& tenet Spec.in d.§.
reſtat.ver.ſed quid dices.in princ.de app.& ita ſecundum eū
debet intelligi quod no.Hoſt.in c.ut debitus.in ſi.de ap.ver.
maiorib. Tale enim grauamē habet uim diffinitiuæ l.ſi quis
iuſiurandum.cum glo.C.de re.cre.& Hoſt.& Spec.ubi ſupra
merito debet appellari ab eo.infra 10.dies.ſicut a diffinitiua.
Si uero iudex non interloquendo tacite ſed expreſſe grauat
ut exequendo,capiendo,carcerando,vel detinēdo.poteſt ap
pellari poſt 10. dies a die cœpti grauaminis,quia tunc graua-
men cenſetur habere cauſam ſucceſſiuam, cum dici nō poſ
ſit quod medium vel finis grauaminis ueniat ad executionē
premii. Nam cum uere proceſſit declaratio de ſic faciendo,
ſed incepit a facto æque principali medium & finis grauami
nis eſt ſicut principium,nullumq; eorum præualet alteri, un
de non ſolum principium grauat, ſed etiam medium & fi-
nis. Itaq; licet ſit excluſum ab appellando a grauamine me-
dio vel finali a quibus nondum elapſi ſunt 10.dies, ideo po-
teſt hodie appellari,ſecundum Hoſt.& doct.in ca Romana.
de appel.in 6.& Spec,in d.§ reſtat.ver.quid dices. & Arch.in
c.concertationi.eod.tit.facit gloſ.in l.2.C.de ſer.& aqua.ibi,
alii dicunt quod etiam, & quod no.per glo.& Bar.in l.mariti.§.
ſex menſium.ff.de adult,& in l.eum qui.§.in popularibus.ff.
de iniur.& quod per Barr.in l.ab hoſtib. §. ſed quod ſimplici
ter.circa medium. ff.ex quib.cauſ.maior.ibi,pro cuius euidē
tia debes ſcire &c. Pau.de Caſt.conſil.25.& Bar.in l.2.ſi qnis,
in ius uoc non ie.Phil.in c.ſuper eo.de appel. Bal.in l.1.C.de
epiſ.aud.& Bald.in addit.Spec.de ap.uer.a grauamine,quod
ſemper eſt in fi.& in uerſ.iudex.quod eſt uerū niſi iudex pro-
nunciauerit iuſte captum,quia tūc intra 10.dies a die pronū-
ciationis debet appellare ſi ſciuit nec poteſt appellare poſt,tanquā
a præſenti grauamine, ex tunc cum appellat ſecundum Bal.
no.in additio.Spec.de appel.uerſ.iudex.& Bal.in c.1.de teſti.
8 & Phi.in c.ex parte.de appel.quod tene menti.†Octauo quæ
ro,ſi capitulum canonicorum eſt prohibitum a papa eligere
epiſcopum ſine licentia,vel etiam ex conſuetudine, an cur-
rat ei tempus trium menſiū,de quo ſupra dic quod ſic, ſi fuit
in mora petendi licentiam,alias non,ut in c.ſi.de elec.debet
enim tunc capitulum petere licētiam,ut ibi, terminus ergo
currit impedito ſi potuit obuiare impedimento & nō obuia
uit,ut ibi no.& in l.quibus diebus.in prin.& ibi doctor. ff.de
condit. & demonſtr. Et intellige.ſ.ante elect.debere peti li-
centiam, quæ debet actum præcedere ſecundum Bal. in l. 1.
pen.col. C.qui admit. & dicemus.infra in 4 lib. Scias autem
quod talis licentia debet præſtari cauſa cognita , alias actus nō
valet ſecundum Bal.Pau.de Caſt.& Io.de Mon.ſpet.in l.ſed
ſi lege.§ prætor.ff.de in ius uoc.quod no.Idem & in decreto
dicitur quod cauſæ cognitionem requirit,ſecundum Barto.
doct.& Pau.de Caſt.in l.cum hi.§ nuli igitur.ff.de tranſac.l.
ſed ſi hac.§.pen.& ibi Bar.de in ius uoc. ubi dicit verum,niſi
in his quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis.quod no. Adde etiā
in decreto iudicis cauſam requiri,quæ dicit allegari & pro-
bari ſecundum Pau.de Caſt.in d.§.uult igitur.etiam Bart.in
l.1.C.de prædi.cur.lib.11.glo.& Bar.in l.item ſi ſuſpectus.ff.
de procur.glo.in c.ſi quando.de reſcr. Nec talis cauſæ cogni
tio probatur per aſſertionem nuntii. ut tenet Paul.de Caſt.
conſil.69.& ibi Spec.de procur.§.ſed quid ſi ſolutioni. debet
enim probari per inſtrumentū de tali cognitione confectū,
ut ibi.& Pau.de Caſt.in d.l.cum hi.§.ſi pretor.contra Spec.in
tit.de emp.& uend. §.nunc dicēdum.uer.& hic.& quod no.
in l.ſciendum. per doct.& Io.de Por. ff.de uerb.oblig.& ideo
Bal.in marg.uer.differunt dicit ſcripturam requiri ad probā
dum cauſæ cognitionem in decreto adhibitam, quod no.in
practica . Poſt longum uero tempus præſumitur adhibitam
in decreto cauſæ cognitionem ſecundū Ang.in l.qui in alie
na.§.1.ff.de acquir.hæred.facit quod no.in l.ſi filius.C.de per.
hære. Sed ſi decretum ſine cauſæ cognitione interponatur,
eſt nullum l.1 §.hoc autem.ff.ne uis fi.ei.l.eum uero.§.ſubuē
tum.& ibi Bart.ff.de fideic.Bart.in l.1.C.de prædi.cur.lib.11.
no.in c.1 de reb.eccl.non alie.12.q.2.ſine exceptione. & Fed,
de Se.in conſ.137. & ſequenti.Idem & ſi ex falſa cauſa ſit in-
terpoſitum ſm Bar.in l.ſciæ egreſſæ.ff.de tut.& cur.da.ab his.
ubi dicit uerum etiam ſi falſa cauſa non ſit expreſſa per l.1.
§.hæc uerba.ff.ne uis fiat ei.& tenet Bart.in l.qui teſtamēto.

ff.de excu.tut.& no.in d.§ ſubuentum. & in l.Iuſte.ff.de acq.
poſ.& in l.ſi is ad quem.de acq.hære. & in l.& ſi præſes. C.de
prædi,mino.Pau.de Caſtr.in d.l.cum hi.§.ſi prætor. Quæ om-
9 nia tene menti quia quotidiana ſunt.†Nono quæro ſi epiſco
pus eſt depoſitus intra quantum tēpus debeat alius eligi.Re-
ſpon.quod intra tres menſes numerandos a die depoſitionis dū-
modo nō eligatur intra tres dies a depoſitione,caſus eſt no.
in c.nullus.il 2.79.diſtin.ubi vide.Decimo quæro an electio.
10 †epiſcopi commiſſa ad certum tempus poſſit fieri poſt illud
tempus. Reſpon.quod non,quia promiſſum ad tempus uide
tur prohibitum poſt tempus.l.ſi quis ita.ff.de vulg.& pupil.l.
ſtatuliberum.§ ſtichum,& ibi Bar.de leg.2.& Bart.in l.ſcire.
§.conſequens.de excu.tu.& in conſ.ſuo a domino Cyn.&c.
Bar.in l.poſt mortem.C.de fideic.& Paul.de Caſt.in conſ 61.
Illud tamen no quod ſententia lata hora nonæ, licet citatio ad
ſummam fuerit ſicut pro hora ante nonam , valet ſecūdum
11 Bar.in conſ.pluries contingit &c.† Vndecimo quæro,an ele
ctio epiſcopi commiſſa ad certum tempus poſſit fieri ante
tempus illud.Reſpon.quod nō,vt tenet Bart.in l.cum pater.
12 §.a filia.de leg.2.† Duodecimo quæro,an electio epiſcopi fie
ri poſſit tempore feriato. Reſpon.quod ſic,ut tenet Spec.titu.de
fer.§. 2.verſ.quid de cauſis.per not.in c.oblatæ.in fi.de appell.
videlicet propter periculum moræ,ut ibi,& in ca.poſtquam.
50.diſt.& c.ne pro defectu de elect.quod eſt uerum etiam in
cauſa electionis ut tractari poſſit tēpore feriato , ſi ex officio
procedatur.no.ſi in forma iudicii ſecundum Spec. vbi ſupra
§.1. Poteſt etiam tempore feriato tractari cauſa ex cauſa mi
ſerabilium perſonarum, quia in operibus miſericordiæ non
ſit diſtinctio temporum.arg 77.diſt. utinam. de conſ.diſt.4.
nunquam.& tenet Spec.in d.§.2.poſt prin.& ita pridie de fa-
cto cōſului pro eccleſia S.Franciſci de monte Acton.Idem
in his quæ pertinent ad pacem & concordiam ſecundū Spe-
cul.ubi ſupra qui idem dicit in his quæ appellationem non
admittunt, & in his quæ dilationem non capiunt,vt abſolu
tio ab excommunicatione.per c.qua fronte,de appel. Poteſt
etiam tempore feriato fieri appellatio, non tamen appella-
tionis cauſa tractari ſecundum Spec.ubi ſupra 1.col.& tenet
Hoſt.Butr.& Imo.in c.præterea.de dila.l.1.& ibi doct.& Bal.
C.de fer.ubi etiam Bar.& in l.omnis.ff.de fer.& Bal.in rubr.
C.de in ius vocan.& l.2.C.de tempo.appell. Quid de nuncia
tione noui operis,gloſ.tenet fieri poſſe, in l.1.§.nunciatio.ff.
de oper.no.nunc.vide ibi per Bar.& doct.& Io.Andr.ſingula
riter in additio.Specu.de fer.§.2.in addit. M. Quid de libello
an poteſt die feriato offerri.Specu. idem tenet quod ſic per l.
miles.§.ſexaginta.& ibi uide. ff.de adult.Bald.tenet in l.1.C.
de feriis, & Ludo.pon.in l.1.ff.de in ius uocan.& Lanfran.in
element.ſæpe,uerſic. de plano.de uerborum ſignif.quod eſt
verum etiam in cauſa appellationis, ſecundum Hoſt. Butr.
& Imo.in d.c.præterea. & Bar.in additio.Spec.de appell.tit.
2.verſ.fin.ſed uide omnino Bal in l.prima,3.colum.C.qui ad
13 mittit. Quid de ſententia.† dic eam regulariter non ualere,ſi
feratur die feriata. l.ſi ut proponis.la prima , & ibi doctor.C.
quomodo & quando iudex,quod verum eſt in diffinitiua, ſe
cus eſt enim in interlocutoria, ſecundum Bald in l.in mino-
rum.2,colum.C.in quibus cauſis in integrum reſtitutio.non
eſt neceſſ.Item niſi quando ſtatutum permittit procedi ſine
iuris ſolennitate ſecundum Bart.in l.prima. ff.de teſtamen.
milit.& in l.filius.ff.de dona.& Bald.in l.milites. C.de teſta-
men.milita. Item niſi inſtantia ſit peritura , quia die ultima
etiam feriata ferri poteſt ſententia, ſecundum glo.in c.fin.de
iudi.ubi uide per doctor.& Spec.ubi ſupra,uer.quid ſi cauſa.
Vbi dicit verum in feriis ruſticis non in ſolennibus, nec quan
do culpa commiſſa eſt,ut ibi per Ioan.in addit.item niſi pro
cauſa pia & miſerabilium perſonarum, ut ſupra dictum eſt
Spec.in d.§.2.verſ.primo.

Item verum in ſentētia iudicis, vel arbitri , ſecus
in laudo arbitratoris.l.fina. & ibi do
ctor.& Bal.C.de fer.& Bal.in l fin.3.q C.de contrahen.empt.
& Bald.in c.1.de fer.& in l.1.ff.eodem tit. Bart.& doct.in l.ſi
feriatis.ff.de arbit. in Spec eodem tit.§.fin.uerſ.ſed nunquid
amicabilis. uerſic.ſed ſecundum præmiſſa. & verſ.quid ſi ar-
biter.Hoſtien.in ſumma.eodem titu. §.in quibus. verſ.item
feriata.& verſ.item obſtat. & Lanfr.in tractatu de arbitrio.5.
par. 10.quæſt. Et adeo ſi eſt lata die feriata eſt nulla extra di-
ctos caſus, ut precium conceſſum confirmari non poſſit, ſe-
14 cundum Bald.poſt Cy.in l.pen.C.de arbitr.†Et adde quod in
criminalibus tempore feriato procedi poteſt. l.prouinciarū.
& ibi doctor.C.de fer.ubi etiam Bart.dicit per ſtatutum poſ
ſe diſponi quod in criminalibus tempore feriato proceda-
tur,& ita communiter, per Italiam ſtatuta diſponunt. Idem
& in ciuilib. in his quæ ſunt uolūtariæ iuriſdictionis.l.actus.
C.de fer.ſed contentioſæ ſi actus eſt fauorabilis ut datio tuto
ris,conſtitutio alimentorum, & ſi.per l.2. ff.eo.idem ſi actus
non eſt,ſed res eſt peritura.l.1.2.ff.eod prædicta uera in feriis

in

in utilitatem hominum inductis ſecundum docto. poſt glo. in d.l.actus.& Cy.in l.fin.cod.tit.Secus ſi res non ſit tempore peritura, quia non poteſt procedi niſi de conſenſu partium tempore feriato in neceſſitatem hominum.l.1.ff.de fer.& l. ſi feriatis. niſi in appellatione q̃ qualibet die pôt interponi. l.1. C.eodem tit.ſupra dixi.ita tenet Bart.in l.omnes. ff.eod. tit.Prædictis adde quod feriæ non obſtant in cauſa ſpoliationis,ſecundum Bald.in additio.ſpec.de pet.& poſ.uer.primo. Nec in cauſis publicis,& funerariorum.l.publicas. C.de fer. Nec in cauſa criminali quãdo reus eſt in carcere, ſecus ſi nõ eſt in carcere.l.diuus.ff.de feri. quod verum ſi uelit reus carceratus ſecundũ Ang.& Pau.de Caſt.nec contra famoſos latrones etiam ſi non ſint in carcere.dic.l.prouinciarum.& ibi docto. C.eodem tit.nec capturæ uel executioni.l.omnes.per Bar.C.eodem tit.Nec in cauſa poteſtatis admittendi uel nõ, ſecundum Bar.in l.ſi pater.ſi tempore appel.mors inter.Nec in cauſa contra contumacem ſuſpectum ſecundum gloſ. & Bart.in l.2.ff.de feriis.Nec in bonorum poſſeſſione, ſecundũ Bal.in l.1.in 4.colum.C.qui admitti.Nec in examinatione teſtium,ſed in iuramento eorum ſic. not.in l.ſi quando.& ibi Bar.& doctor. C.de teſti.in Specu.de feriis.§.ſequitur.uerſic. quid ſi tunc teſtis.& ſeq. & ibi Bald.in additio. uerſic.ſecundo.& Lanfran.in clem.ſæpe.uerſic.de plano.de uerb.ſign.& in c.quoniam contra. ver.teſtes.10.colum. de probatio.& gl.

15 in clemen. iudices.de offi.deleg.† Illud autem not.quod teſtes non coguntur die feriata deponere ſecundum glo.& doctor.& Pau.de Caſt.in l.1.in princ.ff.de feriis.quod uerum eſt ſi litigantes renuntiauerunt feriis, ſecundum Paul.de Caſtr. idem per glo.fin.& ibi Bal.in l.omnes,la ſecunda,C.eodem titu. quod eſt notan.

16 Nunc quæro quid † de decreto iudicis an die feriata poſſit interponi. reſpondeo ꝙ non ſuper alienationibus rerum minoris &.ſi.ſed ſecus eſt in tranſactionibus de alimentis. Primum probatur in l.actus. per Bal.C.de fer.l.pen.& ibi.Paul.de Caſtr.ff.eod.tit.& Spec. ubi ſupra,uer.ſi.etiam probatur in l.cum hi.in prin. per Pau.

17 de Caſtr.ff.de tranſac.†Item quæro quid de citatione?Reſpõdeo quod commiſſio de citando facta die feriata per iudicẽ non ualet, ſed actus nuncii ſeu inſinuatio citationis & relatio ſic,ſcilicet ut compareat die non feriata,ſecundum Bal. in l.fin.C.de feri.idem Bart.in l.4. C.de donat.ante nup.dicit non ualere commiſſionem citationis ad comparẽdum die feriata,ſecus pro die non feriata. Citatio ergo die feriata nõ arctat citatum.l.1.& ibi doctor.ff.de feri.gloſ.in c.bonæ.il ſecundo,de elect.quod uerum eſt in feriis ꝑ in Dei honorẽ inductis,non in feriis hominum cauſa inductis, ſecundum Bart. in l.1.§.nunciatio.ff.de oper.no.nuncia.tu uide ad prædicta Spec.tit.de cita.§.1.& ibi Bald.in addit.ver.4.& Bal.in marg. ver.citatio.ver.26.& Tancre.in ſumma de citat. 5.q.cum ſequen.& Lanfran.in cap.quoniam contra. uerſ.citationes.de probat.& Pau.de Caſtr.in l.1.§.1.ff.de fer.ubi dicit eſſe nullã ipſo iure, adeo quod non interrumpit præſcriptionem per l. ſi mater.ne de ſta.defunc.nec perpetuat iuriſdictionẽ.ſecundum Pau.ibi.& in conſi.79.per c.cum plures.de offic.deleg.

18 in 6.ꝙ tene menti.† Sed quæro an inſtrumenta per nuncios fieri poſſint die feriata in Dei honorem,ſiue de contractibus initis inter partes ſiue de teſtamentis. Reſpon.ꝙ ſic,ſecundũ Spec tit.de fer.§.2.uer.quid ſi in feriis.ubi dicit quod l.actus. C.de fer.non ob.cum intelligatur de actibus contentioſę nõ

19 uoluntariæ iuriſdictionis.†Quid autẽ de cauſa uſuraria matrimoniali,decimali, & alimentaria,an poſſint dieb.feriatis tractari,uide plene per Spec.in d.§.2.Vltimo adde hic in ma

20 teria feriarum duo dicta ſingularia.†Primum eſt quod feriæ meſſium vel uindemiarum non proſunt reis non occupatis in meſſibus uel uindemiis, ſecundum Bar.in l.1.de agri.& cẽſi.lib.11.licet Innoc.in cap.fi. de fer. contra teneat.ſed Spec. eodem tit.§.1.ver.item no.quod feriæ,dicit dictas ferias prodeſſe aliis quam ruſticis & colonis,ſed militibus,artificibus, clericis, & aliis, quoniam licet perſonaliter non intendant, tamẽ per alios ſcilicet colonos,& factores uacãt vindemiis, & meſſibus, ſic quod in eis ſunt occupari, unde eis proſunt feriæ.& hoc modo poteſt intelligi dictum Innoc. dictum uero Bar.militabit in iſtis qui nec per ſe nec pro alios ſunt oc-

21 cupati circa curam meſſium,vel uindemiarum.†Secundum eſt quod dies rogationum ſunt feriati de mane tamen, quoniam fiunt rogationes,& letaniæ, ſecundum Bal. & Ioan.de monte Spernel. in l.in ius uoc.per glo.in fi. verſ.pontificem. de in ius uoc.quod facit pro ſtatuto firmano quo diſponitur eſſe feriatam diem qua fit cernita,& nõ de ſero,& ita practi-

22 catur.†Declmotertio quæro, an pendente compromiſſo facto de electione epiſcopi currat tempus trium menſium pręfixum ad eligendum. Reſpon.quod ſic, vt c.ſi compromiſſarius.de elect.lib.6.& glo.in cle.quamdiu.de appell.quod eſt mirabile,cum alias compromiſſum ſuſpẽdat terminum inſtantiæ appellations in auct.ſi tamen.& ibi doct. C.de temp. ap.in cle.quamdiu.de appel.& Bald.in l.properandum. C.de iudi.quod eſt uerum ſi factum ſit a domino litis, vel a procuratore habente ſpeciale mandatum etiam ante litem conteſta.ſecundum doct.vbi ſupra.item uerum ſi compromiſſum ſit acceptatum per arbitrum.nam ante acceptationem non dicitur compromiſſum factũ.l.ſi cum dies.in prin. cum glo. ff.de arbit.vnde ante acceptationem compromiſſi currit inſtantia appellationis ut ibi, immo etiam requiritur ꝙ cauſa appellationis incipiat agitari coram arbitro intra tempora quæ ſuperetat de cauſa appellationis per tex.in auct.de his qui ingredi.ad ap.circa princ.Nec obſt.cle.quamdiu.quia loquit̃ de iure canonico, & ſeruari debet in foro ſuo, & ita conſuluit Rapha.ful.in conſil.lata ſententia diffinitiua &c. Quõ refert & ſequitur Lanfran.in trac.de arbit.7.parte 49.q.quod eſt notandum.Intellige autem ſuſpenſionem fieri, modo videlicet,quia compromiſſum facit ſubduci de medio inſtantiæ tempus quo durauit compromiſſum, ita finito compromiſſo coniungitur tempus præcedens cum ſeq. d. auct. ſi tamen.& ibi docto.& d.cle.quamdiu.in glo.ver.currere. Item intellige verum quod compromiſſum ſuſpendit terminum hominis iuris.tex.eſt ſingu.in d.cle.quamdiu.ſecundum Philip.in c.ex ratione.9.colum.de appell. Item verum quod ſuſpendit inſtãtiam appellationis ſi fiat compromiſſum de negocio principali, ſecundum Bal.in l.eos.§.ſuper his. C.de appel.& no.in d.cle.quamdiu.& Philip.in dic.c.ex ratione.q.4. Item uerum quia ſuſpendit etiam terminum præfixum ad petendum uel recipiendum apoſtolos ſecundum Bald.in l. eos.§.apoſtolos.C.de appell & Phil.vbi ſup.5.q.Item uerum niſi ex forma ſtatuti præfigentis terminum cauſæ appellationis conſtet vel deprehendatur inſtantiam prorogari nõ poſſe, tunc compromiſſum non ſuſpendit inſtantiam.ſecundũ Fede.de Sen.in conſ.277. quod incip.Io.And.uoluit ꝙ compromiſſum &c.& tamen Bal.in addi.Spec.de appel.ver. conſtitutio epiſcopi.vbi uide quod no.ſingulariter ad limitationem.d.auct.ſi tamen,& ſimi. etiam tenet Io.Andr.in addit. M.in fi.But.Imo.Sicu.& Philip.in dic.c.ex ratione.6.q.Item verum ſi compromiſſum fiat in arbitrum, ſecus ſi in arbitratorem, quia tunc currit inſtãtia ſicut ſi eſſet factum pactum extra iudicium ſecundum glo.no.in d.clem.quamdiu.ut tenet Philip.in d.cap.ex ratione.vlt.q.verſ.poſtremo quæritur contra Fede.in d.conſi.ſed certe glo.in d.clem.quamdiu probat contra, unde credo quod dom.Philipp.errauit, vel litera

23 eſt corrupta.† An autem compromiſſum ſuſpendat inſtantiam cauſæ principaliter, communis concluſio docto.eſt q̃d non in d.auct.ſi tamen.in l.properandum.& ibi Bal.quod eſt uerum etiam ſi iuramentum accedat ſecundum gloſ. & doct.in d.l.properandum.& Lanfran.in tract de arbit.7.parte, q.49.vbi etiam dicit quoſdam putare inſtantiam prædictam poſſe prorogari ſi partes iurent nõ opponere exceptionem de lapſu inſtantiæ, ſecundum doc.ibi, quod procedit niſi iudex ex actis perpendat de lapſu inſtantiæ, quia tunc poteſt pronunciare inſtantiam peremptam, etiam ſi partes nõ apponerent, quia dicitur ei eſſe notorium ſi conſtet ex actis, & in notoriis iudex ſupplet ex officio etiam parte non inſtãte, ſecundum Innoc.in c.ex inſinuatione.de appell.& in cap. per tuas.de teſt. Ang.in l.ſi.ff.ſi pars hære.pe,& in l.ſi pars.ff.

24 de inoff.teſtamẽ. Sciendum eſt autem circa prædicta †quod compromiſſum de cauſa appellationis nõ tollit iuriſdictionem iudici appellationis, cum pars poſſit ſoluere pœnã compromiſſi,& redire ad iudicem appellationis. glo.eſt ſingu.in d.clem.quamdiu.de in c.ſignificationibus de off. deleg.& in l.ſi quis rem.de arbit. Philip.in d.c.ex ratione.7.q.Ang.in auctẽn.de iudi.§.quia uero.in fi.quia coram arbitro non inducitur litis pendentia.d.l.ſi quis rem.quod perpetuo no.Adde etiam in clem. uerum eſſe etiam ſi appellatione facto compromiſſo ſuccubuerit per laudum quia poteſt ſoluere penã & non ſtare laudo. Sed litigare coram iudice appellationis proſequendo appellationem laudo nõ obſtante, ſecundum glo.ſing. in d.clem.quamdiu.ibi, & idem primo, quod tamen uerum eſt niſi ſit clauſula toties quoties &c. ſecundum Lap. & Card.in q.5.& Philip.in d.c.ex ratione.ult.q.Item uerum niſi laudum ſit emologatum tacite vel expreſſe, ſecundum Bal.in d.auct.ſi tamen,de temp.appell. Item uerum in arbitro non in arbitratore, ſecundum Bal.d.l.eos. §.apoſtolos.de appel.& Bal.in d.l.ſi quis rem.ff.de arbi. Ang.in l.qui fidem. ff.de tranſa. & Philip.in d.c.ex ratione,uer. ultimo quæritur,

25 ibi, ultimo limitatur.in 13.col. † Poſtremo notandum eſt ꝙ compromiſſum ſuſpendit etiam terminum probatoriũ præfixum a iudice, ſecundum dom.de Ro.in deci.360.Item fuit dubitatum utrũ curſus &c. & But.in c.licet cauſam.de probat.6.colum.uerſ.quæro an curſus &c.& Philip.in d.c.ex ra

26 tione.6.q. quæ omnia bene no.quia ſunt utilia & quoti.† Decimoquarto & penultimo q̃ro, an electionarij epiſcopi priuati

uati propter electionẽ indigni reſtituti per papam habeant
integrum tempus ad iterum eligendum. Reſpon. quod ſic, ſe-
27 cundum gloſ. in ca. ſi electio. de elect. lib. 6. †Decimoquinto
quæro, intra quantũ tempus eligant canonici iterum ſi ele-
ctus primo non conſentit, uel renunciat, vel moritur vel nõ
tenet electio. Reſpon. intra alios tres menſes. ca. ſi electio. &
28 ibi glo. & doctor. de electio. in 6. †Vltimo quæro, an dato per
papam adminiſtratore eccleſiæ poſſit epiſcopus eligi dic quod
non. glo. eſt in capit. is cui. de electio. in 6. & infra dicetur. 2.
lib. quæſt. 44. vbi vide plenius.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopi electio an in eccleſia fieri debeat, et an alibi poſſit fieri. 2. & qualiter poſſit mutari locus. 3.*
4 *Electio epiſcopi an poſſit fieri in terra tyranni.*
5 *Electio papæ mortui an poſſit fieri in terra vicina mari.*

In quo loco fiat electio epiſcopi.

Pars II.

Sequitur ſecunda pars principalis primi libri in qua uidẽdum eſt in quo
1 loco ſit celebranda electio epiſcopi. Primo igitur quæro †vtrũ
electio epiſcopi fieri debeat in eccleſia. Reſpon. quod ſic. ca.
pit. cum terra. & c. quod ſicut. de elect. & Spec. eo. tit. §. 1. uerſ.
debent autem in 4. col. Nec mirum quia & alii actus, ſeu cõ-
tractus pii poſſunt in eccleſia celebrari ſecundum docto. &
Bart. in l. nemo. C. de ſacroſan. eccleſ. & in auct. quib. mo. na.
effic. legi. §. quandocunque uero. collat. 6. lib. 1. & 2. C. de his
qui in eccle. manu. Idem dico de contractib. inter uiuos qui
non poſſunt tute de eccleſia egredi ſecundum Bart. & doct.
in d. l. nemo, per l. præſenti. §. cum autem. C. de his qui ad ec-
cle. confu. idem & in creatione ſindici ſecundum Bal. in d. l.
nemo. idem in reformatione ſtaturorum. idem in citatione
nuntii uerbali. idem in datione tutoris ſecundum Bal. in d. l.
nemo. & Benedic. capram. in c. decet. in r. car. de immu. ec-
cle. idem in iuramento teſtis ſecundum Bal. poſt Bart. in d. l.
nemo. Cum actus iurandi ſeu iuramentum ſit quid ſpiritua-
le, & ita ſeruatur in practica, de iuramẽto autem partis eſt
minus dubium, quia iurare poteſt pars ſuper altari, ergo in
eccleſia l. generaliter. C. de re. cre. & Bald. in d. l. nemo. idem
in examinatione teſtium quæ fieri poteſt in eccleſia ſecun-
dum doct. Bar. & Bald. in d. l. nemo, & doct. in d. c. decet. Sed
ſciendum eſt quod alii contractus non poſſunt in eccleſia
celebrari. dic. capit. decet. Nam dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus emẽtes & uẽdentes eiecit de templo, quia domus ſua
debebat eſſe domus orationis non domus negotiationis. 1.
q. 3. ex multis. 63 diſt. conſequens. & tenet Bart. & Bal. in d. l.
nemo. & not. in l. baſilicam. C. de oper. public. Si tamen con-
tractus in eccleſia celebretur ualet, licet contrahentes pec-
cent mortaliter, & d. c. decet. & tenet Bar. in d. l. nemo. quod
no. Adde prædictis quod nec habitatio in eccleſia permiſſa
eſt ſecundum Bald. in d. l. nemo. Item nec conuiuia etiam a
clericis fieri poſſunt in eccleſia niſi forte hoſpitii penuria ur-
geat uiatores, qui poſſunt in eccleſia hoſpitari & conuiuari.
42. diſt. in. nulli. & c. præcedenti. Sed quid de laudo arbitrato-
ris lato in eccleſia. Reſpond. quod valet cum magis accedat
contractui quam iudicio, in auct. ut diſſe. iud. § ſi uero con-
tingeret, ut tenet Bal. in d. l. nemo. contra Io. And. in c. decet.
Sententia uero arbitri uel iudicis in eccleſia lata nõ tenet ſe-
cundum Io. And. & doct. ubi ſupra, & Lanfran. Brixi. in c. quo
niam contra. de prob. in ſumma ſua de arbit. 5. par. 10. q. in fi.
Alia autẽ acta iudicialia in eccleſia facta non ualent ſi ſunt
ſecularia & contentioſa, ſecus ſi uoluntaria ſecundum do-
ctor. & Bartol. in d. l. nemo. Prædicta uera ſunt coram iudice
laico. nam iudex eccleſiaſticus poteſt indiſtincte ius reddere
in eccleſia de qualibet cauſa. dicto cap. decet. & tenet Bal. in
dicta l. nemo. Vltimo nota. quod citatio uerbaliter in eccle-
ſia fieri poſſet, non realis ſecundum Bal. in l. etiam. 7. colum.
C. de exec. rei iudic. l. præſenti. & ibi Bartol. C. de his qui ad
eccle. conſu. l. plerique. per doct. de in ius uocan. ſed ibi Ang.
tenet contrarium, & male, & tenet Bald. in dicta l. nemo. &
ſupra diximus, uerſic. idem in citatione nuncii uerbalis, quæ
2 omnia tene menti. †Secundo quæro an electio epiſcopi poſ-
ſit alibi fieri quam in eccleſia. Reſpond. quod ſic, uidelicet in
ciuitate vel extra, dummodo locus ſit idoneus, & in eccleſia
non poſſit capitulum commode conuenire. 13. diſtinctione,
quanto. 23. diſtinctio. in nomine, capit. cum terra, & ibi glo.
& doctor. & capit. quod ſicut. & capit. cumana. de electio. &
3 tenet Specul. eodem titulo, §. primo, in quarta colum. †Ter-
tio quæro ſi locus mutatur, ut quia electio in eccleſia fieri
non poſſit debeat in citatione locus inſeri & cauſa mutati
loci. Reſpon. quod ſic, ſecundum Spec. de elec. §. 1. col. 4. arg. c. bonæ.
el. 1. de elec. c. 1. de dila. & c. ſi. de reſcrip. in aliis vero citatio-
nibus aliorum iudicum ad alios actus valet citatio ſine loci
expreſſione quando citans eſt ordinarius, & habet certum tribu-
nal. alias ſecus ſecundum Bar. Ang. & doc. in l. ſi vt proponis. la. 2. C.
quan. & quando iud. Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſ. per. l.
falci. c. cum parati. de appel. quia debet talis citatio intelligi
de loco conſueto. l. pen. ff. de iuſti. & iu. citatio vero delegati
non tenet niſi cum certi expreſſione ſecundum doc. & Bart. in d. l. ſi
vt proponis. de quan. per Bal. in l. ut perfectius. C. de Anna. ex-
cept. & in Spec. de cita. §. 1. ver. itẽ quod citans eſt delegatus.
no. in c. ſi. & ibi gloſ. de reſcrip. & Lap. in deci. 48. circa fi. quod
eſt verum niſi certus locus ſit ei ſolitus ad iudicandum ſecundum
4 gl. & doct. in d. c. ſi. facit. l. ſi locus. cum ſimi. ff. de iudi. †Quar-
to quæro an electio epiſcopi fieri poſſit in terra tyranni. Reſpon.
quod ſic, ſi ibi ſit maior pars capituli, ſecundum Innoc. in c. cum ex
iniuncto. de oper. no. nun. Bald. in auth. decernimus. in hu. C.
de ſa. ſan eccle. & in Marg. ver. tyrannus. ubi dicit quod ſi tyran-
nus occupat ciuitatem de qua canonici recedant pro maiori
parte ob metum tyranni, & non poteſt ſine periculo vel me-
tu pars forinſeca ire ad intrinſecos, & facere electionem in
eccleſia, & loco ſolito, tunc pars intrinſeca deberet ire ad ex-
trinſecos, & facere electionem in alio loco cõgruo, ſi autem
forinſeci poſſunt cum bona honeſtate, & pace venire ad in-
trinſecos, & facere electionem in loco tuto, & ſolito, debent
accedere ad intrinſecos. Sed ſi maior pars eſt intrinſeca, &
tunc ſi forinſeca timet ſibi vim inferri, non tenetur ire nec
mittere, ſi vero timet offenſam circa perſonam non circa
actũ electionis, tenetur mittere procuratorem, alias eis impu-
5 tatur, quod nota. †Quinto & ultimo quæro incidenter, vtrũ
electio papæ mortui in mari poſſit fieri in terra vicina mari.
Reſpondeo quod ſic, ſecundum Ioannem Andr. in capitulo
ubi periculum. de electione libro ſexto, & Angelus, & in l.
ſanæ. ff. de iniuris. & plene ponit domi. meus dominus Bar-
tho. cepol. Veronenſis in titulo de ſeruit. ruſti. titulo de ma-
re, & alias infra dicen.

S V M M A R I V M.

1 *Ius eligendi epiſcopum ad quem primitus pertinebat.*
2 *Clerus cum canonicis an debeat intereſſe electioni epiſcopi.*
3 *Dignitates duas vel officia habens in capitulo, an etiam habeat duas voces.*
4 *Capitulum nunquid poſſit admittere in electione epiſcopi aliquem qui de iure vel conſuetudine intereſſe non poteſt. 5. 6.*
7 *Canonici an praſcribant ius eligendi epiſcopum per quadraginta annos. 8.*
9 *Canonici abſentes an ſint requirendi in electione epiſcopi.*
10 *Citatio canonicorum exiſtentium in ciuitate qualiter fienda.*
11 *Citatio canonicorum abſentium quo in loco fieri debeat, & ad quam domum. 12.*
13 *Citatio ad domum ſemper fieri poteſt quando citatus prius quam ſemel, fuerit in iudicio.*
14 *Canonicus vagabundus an citari debeat ad electionem epiſcopi.*
15 *Vagabundus quis dicatur.*
16 *Canonicus pupillus an ad electionem epiſcopi ſit citandus.*
17 *Canonicus nondum in ſacris conſtitutus an poſſit dare vocem in electione epiſcopi.*
18 *Canonicus ſi tempore quo vacauit eccleſia non erat in ſacris, tempore vero electionis fiendæ ſic, an ſit vocandus ad electionem epiſcopi.*
19 *Conuerſi an ſint vocandi ad electionem epiſcopi vel prælati, & an dicantur religioſi. 20.*
21 *Canonicus ſupernumerarius an ad epiſcopi electionem ſit vocandus.*
22 *Canonicus ſupernumerarius nunquid debeat habere quotidianas diſtributiones ex fructibus creſcentibus eorum qui habent præbendas.*
23 *Canonici ſupernumerarij ſorrogantur in loco numerarij decedentis ſecundum ordinem quo quilibet eorum fuerunt primo creati.*
24 *Canonici abſentes quos conſtat non poſſe venire commode vel ſine periculo an ſint citandi ad electionem epiſcopi.*
25 *Canonici abſentes an poſſint alteri committere vices ſuas.*
26 *Canonicus abſens an poſſit dare vocem per literas in electione epiſcopi.*
27 *Voces canonicorum abſentium an accreſcant præſentibus.*
28 *Canonici abſentes requiſiti & nolentes intereſſe electioni epiſcopi, an poſſint priuari vocibus ſuis.*
29 *Hora certa diei qua fieri debet electio epiſcopi an in citatione canonicorum abſentium debeat inſeri. 30.*
31 *Canonici abſentes moniti vel citati ſi ſunt contumaces, an poſſint de benignitate expectari.*
32 *Electio epiſcopi an poſſit fieri per arbitros ſpecialiter electos a capitulo ad eligendum prælatum.*
33 *Electio epiſcopi an fieri poſſit per ſuperiorem uel papam 34.*
35 *Arbitris non eligentibus intra terminum iuris nunquid ius eligendi ad epiſcopum deuoluatur an ad ſuperiorem. 36.*
37 *Capitulum vtrum perdat ius eligendi epiſcopum ex eo quod longiſſimo tempore non elegit.*
38 *Electionarius an ſeipſum poſſit eligere.*

Cano-

39 *Canonici abſentes citati & contumaces an poſſint electionem epiſcopi, fa ctam a praeſentibus ratificare.*
40 *Canonici electionary epiſcopi facta electione, an poſſint variare.*
41 *Iure eligendi an priuentur canonici ſcienter indignum eligentes. Et num. 42.*
43 *Electio poteſtatis ſi eſt commiſſa prioribus, & priores fecerunt electionem inualidam, poterunt iterum eligere.*
44 *Canonici eligentes an praeſumantur ſcire qualitates electi.*
45 *Electio epiſcopi an fieri poſſit per extraneum etiam cui non ſit commiſſa a capitulo, ſaltem capitulo praeſente & non contradicente.*
46 *Vnus ex his quibus eſt commiſſa electio an poſſit committere, eligere, vel pronunciare electionem ſi alij nolint.*
47 *Canonicus excommunicatus an poſſit eligere epiſcopum.*
48 *Electio epiſcopi ſi pluribus eſt commiſſa, an debeant ſimul eligere.*
49 *Canonicis diſcordantibus, an ſuperior debeat eligere, & an eligere debeat cum eiſdem qualitatibus cum quibus canonici eligere debebant. Et infra num. 50.*
51 *Papa ſi reſeruauit ſibi prouiſionē de epiſcopo, an canonici poſſint eligere.*
52 *Canonici an dicantur eſſe in quaſi poſſeſſione iuris eligendi.*
53 *Electionary an poſſint eligere ſub conditione vel alternatiue.*
54 *Canonicus exiſtens in peccato mortali an poſſit eligere.*
55 *Canonici an poſſint iterum eligere quando electus non conſentit electioni.*
56 *Epiſcopus viuens an ſucceſſorem poſſit eligere.*
57 *Electio epiſcopi an poſſit fieri per canonicos ſine patriarchae ſuperioris conſenſu.*
58 *Electio epiſcopi an poſſit fieri ab interdictis, vel ſuſpēſis. Et an ab haereticis vel non catholicis. 59.*
60 *Canonici abſentes citati quo caſu non fuerant citandi, an debeant expectari.*
61 *Electio epiſcopi an fieri poſſit per vnum tantum ſi alij canonici ad certam diem citati non comparuerint.*
62 *Electio epiſcopi facta per eum qui violenter quaſi poſſidebat ius eligendi, an valeat. 65.*
63 *Electio epiſcopi an fieri poſſit per procuratorem falſum.*
64 *Canonicus ſi ſucceſſit in nouam dignitatem qua concedi conſueuerat non canonico, an habeat duas voces in electione.*
66 *Cautela ſingularis circa miſsionem in poſſeſsionem nouiter factam.*
67 *Tenuta ex inordinato proceſſu conceſſa, nunquid retineri poteſt loco pignoris donec ſatisfiat de primo debito. 68.*
69 *Canonicus an poſſit intereſſe electioni epiſcopi ſi re vera non ſit canonicus, ſed epiſcopus ei per literas ſcripſit tanquam canonico, qui tamen epiſcopus eum poſtea negabat eſſe canonicum. Et infra num. 70.*
71 *Electio facta per canonicum poſſeſſorem iuris eligendi, an eſſetur ſi canonicus eligens ſuccumbat in cauſa ſibi mota ſuper canonicatu, vel iure eligendi.*
72 *Canonicus in electione an poſſit dare vocem pro fratre vel filio.*
73 *Electio facta a canonicis ſi vnus eorum qui intereſſe debebat ex neceſſitate receſſit, ſed cum licentia, an valeat.*
74 *Electio epiſcopi ſi fiat vno contempto qui citari debuerat, an valeat ipſo iure.*
75 *Electio epiſcopi facta a duobus, quorum alter non habebat ius eligendi, an valeat.*
76 *Principes laici an adeſſe poſſint in electionibus epiſcoporum.*
77 *Suſpenſus an poſſit eligere.*
78 *Epiſcopus an poſſit ordinari a rege vel principe.*

A quibus eligatur epiſcopus.

Pars III.

Nunc ad tertiam partem principalem huius primi libri tranſeamus, in qua plene uidendum eſt a quibus ſit eligendus epiſcopus.
1 Primo igitur quaero † ad quem primitus pertinebat ius eligendi epiſcopum. Reſpond. quod ad papam ſpectabat. 22. diſtinct. capit. 1. & tenet glo. in c. quamquam. de elect. lib. 6. poſtea uero aliter fuit prouiſum ſecundum d. gl. quia conceſſum fuit ius eligendi epiſcopum canonicis eccleſiae cathedralis, ut in capit. in geneſi. c. eccleſia. il ſecundo, de elect. ca. cumana. cap. cum in ueteri. c. congregato. & ca. bonae. il ſecundo, de elect. c. cum eccleſia de cauſa poſ. & propr. & c. conſtitutis. de appel. & Spec. de elect. § 1. circa princ. hinc dicitur quod epiſcopus vel praelatus debet eſſe electus, & nō datiuus. ſecundum
2 Bald. in l. quicunque. C. de bonis quae liber. † Secundo quaero an clerus cum canonicis debeat intereſſe electioni epiſcopi. Reſpon. quod non, niſi conſuetudo ſit in contrarium, cap. cum eccleſia. de cauſ. poſ. & propr. cap. 1. & c. cumana. de electio. c. conſtitutis. de appell. & gl. cap. cum in eccleſiis. de praeben. in 6. Canonici enim ſoli de iure ſolum habēt in electionibus, non alii etiam habentes dignitatē ſine canonicatu ſecundum Innocent. in cap. 2. de inſtit. & Sicu. in c. cum olim. de re iud. vbi dicit uerum niſi conſuetudo ſit in contrarium, ut etiam infra dicetur. Olim uero ſine conſilio cleri non po-
3 terat epiſcopus eligi. 63. diſtinc. cap. fin. † Sed an habens in capitulo duas dignitates, vel officia, habeat etiam duas uoces, vide glo. Innocent. Ioan. Andr. Butr. Sicu. & doctor. in d. cap. cum olim. de re iud. Ad excludendum autem clerum ab electione epiſcopi, vel actibus capitularibus competit canonicis actio negatoria in qua libellus inſtituatur, & in eo negetur clericis ius eligendi competere una cum canonicis epiſcoporum in eccleſia, concludaturque eis inhiberi ne in futurum utantur iure eligendi, & eis ſilentium imponi ſecundum Spec. in ti. de cau. poſ. & prop. §. ſequitur. ver. negatoria. in princ. quod not. in pract. Quinimmo clerici qui electioni epiſcopi intereſſe non debent poſſunt per capitulum expelli de capitulo tanquā turbatores iuris eligendi, ut tenet Bar. in l. 1. § hoc interdicto. ff. de itiner. actuque priua. Et bene aduertant canonici ne patiantur alios eligere epiſcopum, quia patiendo, perderent ipſi poſſeſſionem iuris eligendi, quae tamen non perditur ſi ſemel nō eligant ipſi ad quos pertinet ius eligendi ſi alii non eligant, ut tenet Flor. not. in l. ſi ſit cōſtituta. ff. quemad. ſer. amit. & Innocent. in cap. querelam. de elect. Item perditur poſſeſſio iuris eligendi. ſi cano. quamprimum non agant cū turbantur, niſi ſint impediti agere, quia iudicem non habent, vel ſi iudex ſit infirmus ſecundum Innoc. in c. 2. de reſtit. in integ. & Flor. in l. loci. §. ſciendum. ff. ſi
4 ſer. ven. quod bene not. † Tertio quaero nunquid capitulum poſſit admittere in electione epiſcopi aliquem qui de iure intereſſe non poteſt, vel de conſuetudine. Reſpon. quod ſic, vt c. ſcriptum. de electio. quod eſt uerum ſecundum Compoſt. ibi ſingul. ut refert Ioan. in nouel. dummodo vnus de capitulo non contradicat, quia admitti debet nemine diſcrepante non aliter, ut ibi. quod etiam ſequitur Lud. pon. in ſing. uerſi.
5 collegium. verſ. omnes. Quarto quaero an poſſint admitti in electione epiſcopi clerici, qui alias intereſſe non debent cū proteſtatione eis facta a canonicis, quod unx eorum non ualeat ſi de iure non debeant intereſſe. Reſpon. quod ſic, ut in
6 cap. cumana. & ibi dom. Card. de elec. † Quinto quaero an ex conſuetudine admittantur qui alias admitti non debent in electione epiſcopi. Reſpon quod ſic, ſi conſuetudo probetur. c. cumana. cum glo & ibi docto. de elect. quae conſuetudo intelligitur. ſ. per 40 annos, ut ibi cum glo. in cap. cum eccleſia. de cauſa poſ. & propr. conſuetudo enim tribuit iuſeligendi, vt d. c. cumana & d. c. cum eccleſia. & tenet gloſ. in c. cum in eccleſiis. de praeben. in 6. & eſt tex. cum glo. in cap. querelam. eod. tit. c. bone. de poſtu. prael. & c. ea noſcitur. de his quae fi. a
7 ma. par. c. & ibi per doct. † Sexto ſubſequenter quaero utrum canonici praeſcribant ius eligendi epiſcopum per 40. an. Reſpondeo quod ſic, ut ſupra proxi. q. dictum eſt, ſecundum gl. & docto. in d. c. cumana. & tamen Innocen. in c. quo ad conſultationem. de re iudic. & Bald in l. 2. 3. col. C. de ſer. & aqua. ubi dicit Bal. hoc ideo eſſe. quia omnia iura ſpiritualia. & eis annexa praeſcribuntur ſpacio 40 ann. non attenta cauſa continua vel diſcontinua. c. de quarta. de praeſcrip. & Innocent. vbi ſupra, & Flo. in l. ſeruitutes. 8. col. ff. de ſerui. Intellige tamen verum ſi electiones per dictū tempus factae fuerint confirmatae per ſuperiorem omnes vel ſaltem unica tantū, quia ſola electio ſine confirmatione non acquirit electoribus ius eligendi ſeu poſſeſſionem dicti iuris. Sed ſaltem unica confirmatio requiritur in contradictorio iudicio ſecundum Innoc. in c. cum uenīſſent de reſt. in integ. & Bal. in marg. uerſ. electio. ver. 1. idem etiam tenet Bal. in c. ſi vaſallus. quid ſit inueſti. in uſi feud. vbi dicit unicam electionem confirmatam acquirere quaſi poſſeſſionem iuris eligēdi, uel duas, uel tres non confirmatas, ut ibi per Bal. idem tamen Bal. in l. 2. 17. colum. C. de ſerui. & aqua. tenet non requiri confirmationem, ſed ſufficere quod canonici habeant eum pro electo uel paſſi ſint eligi ſecundum Innoc. in c. in literis. de reſti. ſpol. & ibi
8 nide. † Illud tamen notatur quod ſi una electio facta ſit dicto tempore, poſſunt canonici dicere quando altera fieri debet eſſe in quaſi poſſeſſione iuris eligendi, quia iam alias tali anno elegerunt talem & ſufficit eis, ut tenet Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itine. actuque, poteſt facere quod in ſimili tenet Spec. tit. de iuriſd. om. ind. ver. & ſunt hic in argumentū, vbi dicit quod iuriſdictio nō dicitur praeſcripta contra eum qui longiſſimo tempore nō exercuit eam ſi caſus non occurrit in quo exercere potuiſſet. p no. in c. 2. de ca. mo. & alias. ſ.
9 dicemus in alia. q. † Septimo q̄ro an canonici abſentes ſint requirēdi in elect. epiſcopi. Reſpondeo ꝙ ſic, quia canonicus licet abſens debet uocari ad omnes actus c. no. in auct. hoc ius porrectū. & ibi dnc. & Bar. C. de ſacroſ. ec. Ang. in auct. de ali. & emphy. § hoc etiam. colla. 9. & probatur in d. c. cum eccleſia. & in c. quaerelam. & in c. cumana. & in c. cū inter uniuer. & ibi glo. not. de elect & Spec. eo. tit. §. 1. 2. col. plus. n. nocet contemptus unius quam contradictio multorum. c. ꝙ ſicut. & c. uenerabilem. & c. bonae. de elec. 2. eo. tit. & c. bonae. il 2.
de

de poſtu. præla. pro quo facit quia etiam canonici non reſidentes habent uocem in electionibus, ut tenet Innocent. in capitulo clericos. de cleric. non reſid. & Bald. in marga. ver. clericus, verſicu. & 9. Intellige tamen quod ſaltem per unicam citationem ſunt requirendi ſecundum Innocent. in c. cum nobis. de elect. & Ang. in l. 2. C. quomodo & quando iudic. & dom. meus do. Pet. de ſun. in l. ea quæ. eod. tit. & alter do. meus do. Io. de Prato in l. ſi is qui. ff. de procu. †Item intellige uerum niſi periculum ſit in mora, quia tunc etiam eis nõ citatis fieri põt electio. gl. eſt not. 17. q. vlt. c. nul. 26. q. 6. aurelius. Debet autem abſentibus præfigi terminus habilis ad comparendum inſpecta loci diſtantia, qualitate perſonarũ & temporis, argum. c. 3. de dila. non tamen nimis longus ne periculum ſit in mora. c. cũ inter. & c. ne pro defectu de elec. ſecundum Spec. ubi ſupra. Sed de quo loco abſentes ſunt citandi. †Reſpondeo ꝙ de prouincia ſi ſunt in ea cum pro præſentibus habeantur ſecundum glo. in c. quia propter. de electio. & eſt tex. & ibi Bal. & Ang. & doct. in l. fi. C. de præſcrip. longi tempo. Quod tamen intellige ſi ſit conſuetudo. d. c. in geneſi. ſecundum glo. in cap. cum inter. eodem tit. Item uerum ſi abſentes poſſunt uenire ſine periculo ſecũdum dictã glo. & c. quod ſicut. §. ſi autem. eodem tito. Item etiam extra prouinciam ſunt citandi ſi cõmode venire poſſunt, ut tenet gl. ĩ c. cũ in eccleſiis. de præb. in 6. per corã, & in gl. c. de corã. nõ ſm iuris paritatem ſm cõem uſum loquẽdi. Quæ autem dicatur prouincia alias dicemus. Standum eſt de perſona remoto loco citentur abſentes ſecundum glo. in d. ca. cum in eccleſiis. per c. in geneſi. & glo. in d. c. cum inter. & ubiq; per per docto. Quinetiam dicit glo. in d. c. cum in eccleſiis. quod citatio abſentium non eſt de ſubſtantia electionis per c. eccleſia. de elect. & ideo conſuetudo ſeruãda an citent. uel nõ

10 per c. cum contingat. de for. comp. quod bene no. †Sed quõ fiat citatio canonicorum exiſtentium in ciuitate. Reſpõdeo quod per campanam eſt conſuetudo. c. in cauſis. de elect. extra ciuitatem uero ſtantes citãtur per literas, uel per nunciũ glo. & doct. in d. c. coram. & c. cumana. eo. tit. Sic & alias cõſiliarii citantur per campanam ad conſilium ſecundũ Bart. in l. 2. C. de decu. lib. 10. Bal. & Paul. de Caſtr. in l. 1. ff. de procu. Et no. quod ſi unus ex canonicis noluit intereſſe termino aſſignationis quem faciunt præſentib. uel abſentibus ad cõparendum electioni tali die fiendæ, tamen debet ad electionem citari niſi fraude latitauerit ſecundũ Spec. de elec. §. 1. & ibi Io. And. in addit. Hi vero qui fuerunt præſentes in aſſignatione termini non ſunt amplius ad electionem citandi, arg. l. 1. ff. de act. emp. quia certus certiorari nõ debet, ut ibi, & tenet glo. & Bar. in l. nomen. C. quæ res pig. obl. poſ. l. fi. de tranſ. l. emptor. C. de euic. Bart. in l. quidã. §. fi. ff. de admi. tut. & in reg. eum qui certus. li. 6. Spec. iõ vbi ſ. in 4. col. ver. item licet abſens. cum uoluit citari dr̃ abſentem ẽt qui ſciat mortẽ epi. imo citatio fieri dẽt publice in domo habitationis qñ canonicus per dolũ latitat nolẽs intereſſe electioni, ut Spec.

11 & adde no. per gl. in c. inter vniuerſas. de elec. †Congruẽter hic q̃ri põt in quo loco fieri dẽat citatio canonicorũ abſentiũ. R̃ndeo ꝙ aut ſcitur ubi canonicus eſt, & ibi citari dẽt vbi eſt, aut ignorat̃, & tunc in loco ubi ꝯſueuit morari citandus eſt p edictũ. c. fi. de eo qui mit. in poſ. cã rei ſer. c. ex parte. & c. tuæ. de ele. non reſi. c. ex parte. de fo. comp. & tenet Spe. de cita. §. ſeq. ver. illud ẽt. & uer. ſeq. & in ti. de elec. §. 1. 2. col. Pro quo facit, quia citandus ſi põt reperiri dẽt perſonaliter requiri, alias debet perquiri, quo non inuento citet̃ ad domum, q̃ ſi nõ hẽt uicĩ pclama, ut not. tradit Bal. in l. fi. C. de iu. dot. impe. ideo Bar. no. in l. ſi m̃. de le. 2. docet cautelã in practica ut nuncius referat ſe diligenter perquiſiſſe, & non inueniſſe,

12 ideoq; citaſſe, ad domũ ſolitę habitationis, ꝙ no. †Poſſet dubitari ad quã domũ ſit fienda citatio. Si citandus plures domos hẽat, in quarũ una habitabat tpe hyemis, in altera tpe æſtatis, & rñdeo ꝙ ad utranq;. Itẽ ſufficere põt quoq; relatio ſimpliciter. ꝙ ad domũ citauerit, ẽt ſi nõ exprimat̃ ad quam ſm Bar. in l. qđ ſi dubitet. in fi. ff. de acq. hęr. alias aũt citatio ſufficit ad domũ in qua habitat p maiori parte anni, ut no. p

13 Bar. in l. cum delationis. §. ſab. ff. de fun. inſtr. †Nec ꝑtereo ꝙ citatio ad domum ſemper fieri poteſt qñ citatus prius ẽt ſemel fuerit in iudicio ſecũdũ Bar. in l. 3. §. ait ꝑtor. ff. de dam. infe. ſed idem Bar. in l. ſcire §. oportet, ff. de excu. tut. dicit ꝙ citatio ad domum ſufficit in ſubſidium, ꝙ maxime uerũ eſt poſt lit. conteſt. ſecundũ Bal. in c. 1. 6. col. de mil. uaſal. qui cõtu. eſt io v ſi. feti. & Cy. in auc. ſed ſiquis. C. teſti. & c. ſi aduerſarius, & ibi per Inno. de eo q mit. in poſ. de hoc tñ articulo, vide etiam per Bar. in l. 1. §. 1. ff. de lib. agno. & in d. §. ait pretor. & per Bald. in add. Specul. de citat. uerſ. quidquid & in Spec. & plenius per Bal. in l. vt pfectius. C. de anna. excep. & in ſuo ꝯſilio. Quidam nomine bellus. & Ang. in auc. vt ſpon. lar. §. ad hoc. colla. ia. & in l. 4. per gl. & doc. & Pe. de ſun. C. quõ & qñ iud. Flor. in l. in lege Aquil. ſi deletũ. ff. ad l. Aquil. & Lãfr.

in c. quoniam contra. uerſ. citationes. de proba. Subdi poteſt alia quæſtio prædictis cõtermina. ſ. utrũ citatio ad domũ præſumatur innotuiſſe citato, dic ꝙ ſic ſm gl. & Bar. in l. ſi tutor. C. de pericu. tu. gl. in l. & ſi legibus. C. de epiſ. And. facit. l. quinquaginta. de excu. tut. & l. ſcire. §. oportet & ibi Bal. ff. eo. tit. Bar. in l. quidam decedens. in fi. ff. de admi. tut. Philip. in c. bonæ. 3. col. de appel. Extra dicit, ex citatione domi facta inducitur præſumpta ſcientia & non vera. Ideo etiam poſt decem dies poteſt citatus domi apellare, vt ſingulariter tenẽt domini de Rota in deci. 364. Item cum iura ubi etiam dicitur idem in citato per edicta, vt dixi ſupra prima par. 7. q. ubi vide omnino. Poteſt autem citatus domi iurare ſibi non innotuiſſe citationem ſecundum Nic. de neap ſingulariter in l. ſcire. §. ſufficit. ff. de excu. tuto. Concluditur ergo valere citationem ad domum etiam ſi citatio non innotuit vt ſupradictum eſt, & no. in l. licet. & ibi Bar. C. de repud. Bal. & doc. in l. diſſentientibus. eo. tito. l. vt perfectius. C. de Anna. except. l. 4. §. ait ꝑtor. & ibi Dy. & Bar. ff. de dam. inſe. Bart. Ang. & Pet. de ſun. in l. ab eo. C. quomo. & quando iud. Io. And. in Mercu. in regula, præſumitur, & in capit. ex tuæ. poſt Inno. de cleric. non reſid. quod tamen verum eſt ſi fiat in ſcriptis cum ſchedula, vel coram nuncio, & teſtibus, non ſi nudo verbo, ſecundum Bald. in d. l. vt perfectius. qui dicit verum eſſe etiam in criminalibus, & tenet Spec. de cita. §. ſequitur. verſ. ſed nunquid ſufficit, & Inno. in d. capit. ſi aduerſarius. & Bal. in l. conſentaneum. C. quo. & quan. iud. & in marga. ver. citatio. verſ. 34. Item vtrum ex forma ſtatuti citatio debeat innoteſcere citato ſecundum Bald. in dicta l. diſſentientibus. per glo. not. in l. ſecunda §. ſi aduerſus. C. quãdo appellan. ſit. Item verum niſi citatio fiat ad ſummam excommunicationis, ſecũdum Inno. in d. c. ſi aduerſarius. & Bal. in d. l. ut perfectius. ubi vide. In inquiſitione vero non ſufficit citatio ad domum de iure communi ſecundum Bal. in addi. Spec. de cita. verſ. quicquid dicat Innoc. &c. Item nec quando examinatio teſtium fit ad perpetuam rei memoriam ſecũdum Bal. in marg. ver. citatio. verſ. 11. & Innoc. in c. ſignificauit. de teſt. vide Bal. in d. verſi. quicquid dicat. & per Bart. in d. §. ait prætor. Clericus vero citandus eſt ad domum ſui beneficij, & hoc in. l. oẽs. & ibi Bal. C. de epiſ. & cle. & Bal. in l. ab eo. C. quomodo & quando iud. licet Inn. aliter loquat̃. & Bal. in d. l. ut perfectius, ubi vide. Item & abſens cauſa reipublicæ poteſt citari ad domũ ſecundum Bal. in l. 1. C. ex quibus cauſis maio. Carceratus autem poteſt citari ad domum, & ad carcerem. l. 2. & ibi Bal. C. eo. titu. ex quibus cau. maio. ubi etiam ſubdit quod citatio ad carcerem eum nõ arctat, quia reſtituitur aduerſus proceſſũ,

14 quod bene nota. Octauo quęro vtrũ canonicus vagabundus debeat citari ad electionem epiſcopi, reſpondeo ꝙ non, ẽt ſi intra terminũ electioni pręfixum fuerit aliqñ intra fines diœceſis. tutius tñ eſt eum citari ad domum ſm Spec. de elec. §. 1. 2. col. ad fi. In aliis vero actibus vagabundus ubi citandus ſit, dic ꝙ ad domum q̃ dimiſerit. ſ. per edictum ſm Bal. in d. l. vt perfectius. 3. col. & Inno. in d. c. ſi aduerſarius. Ang. in l. hæres. §. 1. 4. col. ff. de iudi. Spec. ti. de acto. ver. ſed quid ſi debitor vagatur. & Io. papi. in ſumma vero in termino, in ſi. rei. Sed quis

15 dr̃ vagabundus. †Reſpondeo is qui non habet domum propriam uel conductam. gl. ſingu. l. 4. §. ait prætor. de dam. infe. doc. Ang. & Pet. de ſun. in l. hæres abſens. §. 1. ff. de iud. ſed Bar. in l. 1. C. de tyron. li. 12. dicit ꝯ. d. gl. quam ſequitur Bal. in l. 1. C. ubi de cri. agi. oportet, dicit enim Bar. ꝙ is dr̃ vagabundus qui propriã habitationẽ non hẽt. Itẽ is dr̃ qui non ſtat firmus in loco. d. l. 1. & ibi Bart. C. de tyroni. Itẽ qui terras deſerit ſm Bar. in l. quiſquis. C. de agric. & cenſi. li. 11. Itẽ qui vagat̃ orbẽ. l. 2. & ibi Bar. C. de colo. pale. li. 11. l. 1. eo. tit. Ang. in d. l. hęres. §. 1. & Pau. de Caſt. in l. ſcriniarios. C. de teſta. mili. põt aũt vagabundus vbicunq; cõueniri tã p cauſis ciuilibus q̃ criminalibus, vt per Bart. in l. ſi qs. ff. ad municip. in d. l. hæres abſens. §. 1. & ibi doc. de iudi. per Bal. in l. cũ longi. C. de præſcrip. lon. temp. & in l. 1. ubi de cri. agi oportet. & in addi. Spec. de cõp.

16 iudi. adi. uer. uagabundus. Nono q̃ritur †an canonicus pupillus. i. minor. 14. annis ſit citãdus ad electionẽ epi. Reſpondeo ꝙ nõ, vt. c. ex eo. de elec. io 6. & Io. An. in addi. Spe. de ele. §. 1. 3. col. & ibi Spec. uer. an pueri uo. in c. 2. de æta. & qua. Bal. & Pau. de Caſt. in l. fi. C. de teſt. mili. ubi dicunt pupillũ non hẽre uocẽ in capit. qđ eſt uerũ ẽt in creatione ſindici. Sed adultus. i. maior. 14. ſicut in d. iuri. & tenet Bald. in addi Spec. de ſind. uer. pupilli. Inn. in c. cñ ex iniũcto. de ope. no. nun. ubi dicit ꝙ egreſſus pupillarẽ ætatẽ põt dare uocẽ in capitulo. Dy. no. in l. 1. §. 1. ff. de decu. dicit ꝙ maior. 25. anno. hẽt uocẽ in c. nõ minor. tu tene qđ prius dixi. Et adde ꝙ in aliis conſiliis publicis minorẽ. 25. annis adeſſe nõ licet. licet gl. contrariũ dicat ſ. quod minor. 17. annis non hẽt uocẽ in conſilio, ſed maior ſic, & hoc modo intellige opi. Dy. ſm Bal. in l. adminiſtrãtes. §. eorum. ff. de excuſa. tuto. & Bald. in l. exigendi. C. de procurato. in penulti. colum. & per Bartol. poſt Dy. in l. de pupillo.

in prin.ff.de oper.no.nun.contra gl.ibi per l.ſpurii.§.mino-
res.ff.de decurio.ubi Bar.tamen ꝯ.& per l.ad rempublicã.ff.
de mune.& hono.& in Spe.de ſindi.§.1.uer.ſed cuius ætatis.
17 Decimo quæro † an canonicus nondum in ſacris conſtitu-
tus poſſit dare uocem in electione epiſcopi. Reſpondeo ꝙ
non,quia non habet uocem in capitulo ſecundum Ange.in
auctẽ.de alie.& emphy.§.hoc etiam.a.colum.contra col-
lat.9.& in clem.ut hi qui.in princip.de æte.& qualita.& ibi
per doctor. ubi dicit quod canonicus ſaltem debet eſſe ſub-
18 diaconus ut poſſit dare uocem in electionibus.†Sed hic quæ
ri poteſt quid ſi canonicus tempore quo uacauit eccleſia nõ
erat in ſacris,tempore uero electionis fiendæ ſic.Reſpondeo
quod admittitur,quia tempus electionis inſpicitur.gloſ.eſt
not.& ibi doctor.in clem.ut hi qui.verſ.conſtitutus.de æta.
& qualit.& not.in c.cum inter.R.in fi.de elec.& in c.apoſtoli
cę de excep.Pro hoc facit.quia teſtis conditio inſpicitur qua
lis ſit tempore iuramenti, nõ qualis fuerit tempore actus de
quo debeat teſtificari ſi culpa ſua ſtatum, uel conditionem
mutauit ſecundum glo.in l.3.§.duæ cauſæ.ff.ad carbo.Bal.
& doct.in l.1.C.de teſti & Bal.in cap.1.qui teſt.ſint neceſ.in
vſi.feu.& Azo in ſum.de teſta.circa fi.Et per dicta poteſt de-
terminari quæſtio Barto.in l.præcipimus.§.ſane C.de appel.
quod ſi per ſtatutum diuerſificantur ſalaria conſultorib.dan
da,uidelicet maius doctori quam non doctori,& aliquis nõ
erat doctor tempore quo conſilio ſuo cauſa fuit commiſſa,
ſed tempore conſilii factus fuerit doctor,debebit ei præſtare
ſalarium maius inſpecto tempore conſilii,facit etiam Bart.
no.ibi.dicit inſpicienda uerba ſtatuti.quod not. Supradicta
procedunt in electoribus. In electo uero requiritur capaci-
tas omni tempore,maxime tempore electionis.gloſ.eſt in c.
dudum.de elect.c.cum bonæ.de æta.& quali.cap.poſtulaſti.
de cler.excom.mini.& tenet Bal.in rub.C.de condi.ob turp.
cau.per l.fratres.ff.de pęnis.dicens quod electus debet eſſe hi
laris tempore quo inſacculatur,& tempore quo de ſacculo
extrahitur ad officium,quod no. contra rectores terrarum,
qui cum ex forma ſtatuti ciuitatis debeant eſſe milites,uel
doctores,accepiũt electionem ante aſſumptam militiã,vel
doctoratũ,quia de iure debent eſſe milites uel doctores tem
pore electionis,ſicut tempore quo ſubeũt magiſtratum per
19 prædicta †Vndecimo quæro an conuerſi ſint vocandi ad ele
ctionem epiſcopi vel prælati. Reſpondeo ꝙ non ſecundum
Ang.in auct.de ali.& emphy.§.hoc etiam.collat 9.& not.in
c.ea co.de elect.in 6.unde etiam per Innoc.in c.cum M.de cõ
ſti.& Ioan.Andr.in c.1.de procur.in no.Fri.de.de ſen.in con-
ſil.117 not.in c.& ſi Chriſtus de iureiur.per doct.in cap.cum
olim.de arbi.per doct.in auct.hoc ius porrectũ.C.de ſacroſ.
eccl.& in Spec.de ſindi.§.1.verſ.quid de conuerſis.& Ludo.
20 pon.in ſing.ver.capitulum.†Conuerſi enim nõ dicuntur re-
ligioſi,ſed poſſunt ꝯhere matrimonium & teſtari ſm Bal.in
auct.ingreſſi.1.q.C.de ſacroſ.eccl.de quo uide etiam Bal.in l.
placet.C.de ſacroſ.eccl.& in ſuo conſilio.Super hoc puncto
duo ſunt uidenda &c.& in conſilio tria puncta &c.& per gl.
in cle.1.de reli.do.quod intellige verum in conuerſis eccleſię
ſecularis, qui poteſt reſeruare ſibi bona & contrahere ſecun
dum Bar.ubi ſupra,ſed an conuerſus poſſit eſſe teſtis ſine li-
centia ſuperioris.dic ꝙ non. ut tenet Bal.in addi.Spec.de te-
ſte.ver.monachus vel canonicus. Scias autẽ ꝙ conuerſa,uel
monialis non poteſt ꝯhere matrimonium ſecundũ glo.in l.
mulieri.& Titio.de condi.& demon.& Bal.in auct.niſi roga
ti.1.col.C.ad treb.vbi etiam dicit Bal.ꝙ conuerſæ S.Franc.
non dicuntur propriè Deo dicatæ & ſi.ibi,ſi qua earũ eſt gra
uata fideic.ſuccedit ſubſtitutus. Non autem eccleſia vel cõ-
uentus fratrum, qui non habetur pro filio ſicut alia mona-
18 Eligi an poſſit quis epiſcopus per fauorem alicuius.
19 Conſtitutus in minoribus ordinibus an poſſit eligi epiſcopus.
20 Eligendus an ſit epiſcopus vnus de numero canonicorum.
21 Poteſtas eligendi epiſcopum, ſi aliquib. data eſt, an illi poſtulare poſſint.
22 Epiſcopus ſi ſit unus electus extra capitulum, utrum eius ſuperior ſit poſtulandus an concedat eum vel non.
23 Epiſcopus electus per papam an poſſit a populo ſibi inimico tanquam ſuſpectus recuſari.
24 Epiſcopus an poſſit eligi is qui alterum habet epiſcopatum.
25 Beneficia plura habens an poſſit eligi epiſcopus.
26 Clericus retinere uolens duo beneficia curata perdit utrunque.
27 Eccleſias curatas duas retinens contra iuris diſpoſitionem, nunquid confiteri, & abſoluere poſſit prioris eccleſiæ parochianos.
28 Præbendas duas nunquid poſſit quis habere.
29 Dignitates uel perſonatus an alicui liceat habere.
30 Animarum curam habeat in eccleſia ſi eſt diſpenſatus ad aliud beneficium etiam ſi ſit perſonatus ſimilem curam non habens, an poſſit retinere archidiaconatum.
31 Epiſcopus an habeat authoritatem diſpenſandi cum clericis habentibus duo beneficia curata.
32 Diſpenſatio conceſſa habenti plura beneficia e quibus vnum erat occupatum, & to cito de illo ſuper aliis obtinuit diſpenſationem nunquid ualeat.
33 Beneficium curatum quod dicatur.
34 Epiſcopus nunquid poſſit habere præbendam annexam dignitati epiſcopali.
35 Epiſcopus an poſſit creari ſine titulo epiſcopali.
36 Statutum puniens turbantem aliquem in poſſeſſione in pœna 150. librarum & reſtitutionem poſſeſſionis ablatæ in quo non habeat locum.
37 Statutum dicens quod teſtis falſum deponens puniatur in pœna centum librarum & ad intereſſe partis læſæ in duplum, an ſit validum.
Et infra num. 38.
39 Filios habens an poſſit creari epiſcopus.
40 Filius epiſcopi an poſſit habere præbendam in eccleſia patris.
41 Epiſcopatui an quis renunciare poſſit ut detur conſanguineo ſuo.
42 Mancus corpore uel aliter uitiatus an poſſit eligi epiſcopus.
43 Bigamus an poſſit epiſcopus eligi.
44 Bigami an ſint in eccleſia iterum benedicendi cum matrimonium contrahunt.
45 Bigami carent omni priuilegio.
46 Abſens an in epiſcopum eligi poſſit.
47 Religioſus diſparis cultus an poſſit eligi epiſcopus eccleſiæ.
48 Electus ſi irritatur, quia factus ſit ordine non ſeruato, an ipſe electus erit infamis.
49 Electus epiſcopus an poſſit renuntiare epiſcopatum, ut euitet onera & eorum praſtationem. 50.
51 Vicinus renuncians vſui putei uel clibani ut non teneatur ad collectam pro refectione, nunquid talis renuntiatio teneat.
52 Papa ſi antequam eligeretur promiſit cum iuramento dominis cardinalibus renuntiare, an ſit aſtrictus iuramento.
53 Electus in epiſcopum nunquid poſſit renuntiare antequam acceptet.
54 Minor. 30. annorum an poſſit eligi epiſcopus.
55 Miniſtri eccleſiæ cuius ætatis eſſe debeant.
56 Monachari quis non debet ante. 14. annum.
57 Infans an poſſit eſſe de conſilio vel de prioribus.
58 Epiſcopus an eligi poſſit exiſtens in peccato mortali.
59 Vſurarius an poſſit in epiſcopum eligi.
Et quid de periuro. 60.
61 Apoſtata nunquid eligi poſſit epiſcopus.
62 Et quid de homicida.
63 Mandator homicidii an repellatur ab epiſcopatu.
64 Statutum de homicida an habeat locum in mandante.
65 Mendicans nunquid poſſit eligi vel poſtulari ad aliquem epiſcopatum vel archiepiſcopatum diuitem.
66 Monachus rector eccleſiæ parochialis vtrum poſſit eligi epiſcopus a minori parte canonicorum.
67 Monachus an poſſit eligi epiſcopus. 72.
68 Monachus factus epiſcopus an ſit ſolutus a regula monaſtica.
69 Monachus epiſcopus factus cui eccleſiæ acquirat.
70 Nouitius & nondum profeſſus an poſſit eligi Abbas.
71 Epiſcopus ſi factus eſt monachus vt quia tranſiuit ad monaſterium dimiſſo epiſcopatu, an poſſit poſtea redire ad alium epiſcopatum, quam dimiſſum.
73 Cardinalis an poſſit eligi ad epiſcopatum, & ſic ad inferiorem dignitatem.
74 Monachus vel canonicus regularis an poſſit creari cardinalis.
75 Abbas vnius monaſterii an poſſit eligi epiſcopus.
76 Licentia tranſeundi ad epiſcopatum an poſſit concedi Abbati electo per capitulum ſede vacante, cui Abbas eſt ſubiectus
77 Epiſcopus an poſſit eligi is qui fuit inimicus hoſpitalitatis.
78 Viſitatore vel adminiſtratore eccleſiæ cathedrali, dato per papam, an poſſint eum canonici epiſcopum eligere.
79 Epiſcopus an quis poſſit eligi ad clamorem populi.
80 Schiſmaticus nunquid in epiſcopum poſſit eligi.
81 Baſtardus, vel aliter illegitime natus an poſſit eligi epiſcopus.
82 Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum illegitime nato eum ad ſacros ordines promouendo.
83 Illegitime nati non poſſunt ad ſacros ordines promoueri.
84 Literarum ignarus an poſſit eligi epiſcopus.
85 Operam dans libris poeticis an debeat in epiſcopum eligi.
86 Epiſcopi de iure ſunt cancellarii ſtudiorum, ad quos pertinet cura inueniendi magiſtros qui literas doceant.
87 Epiſcopus an aliquis eligi poſſit extra dioceſim.
88 Clericus de aliena dioceſi electus epiſcopus an poſſit ad epiſcopatum tranſire ſine licentia ſui epiſcopi.
89 Poſtulandus ſi eligitur epiſcopus vel eligendus poſtulatur, an valeant electio vel poſtulatio.
90 Electio an valeat de eo cuius ſtatus quæſtio oritur ex poſtfacto.
91 Superior ex iure electionis ad ipſum deuoluto, nunquid debeat eligere cum eiſdem qualitatibus quibus canonici eligere debuiſſent.
92 Electio prælati ſi alicui committatur, quis per eum debeat eligi.
93 Titius ſi eligitur alio cognomine non expreſſo, an valeat electio.
94 Eligi an poſſit alter poſt depoſitionem primi electi ſi electio ſecundi facta fuit ante præſentatas literas reſtitutionis.
95 Infirmus ex morbo epileptico an poſſit eligi in epiſcopum.
96 Demoniacus promoueri an poſſit.
97 Canonicus qui ſcienter eligit indignum an poſſit promoueri in epiſcopum.
98 Clericus ſecularis nunquid poſſit eligi epiſcopus regularium.
99 Epiſcopatu qui eſt dignus an poſſit eligi ad archiepiſcopatum vel maiorem dignitatem.
100 Epiſcopus nunquid poſſit eligi is qui ante electionem fuerat requiſitus, & conſenſit electioni de ſe fiendæ.
101 Hiſtrio an eligi poſſit epiſcopus.
102 Clericus hiſtrio vel buffonus ſeu mimus vel ioculator non gaudet priuilegiis clericalibus.
103 Epiſcopus an eligi poſſit de qualibet natione.
104 Imperator teutonicus debet eſſe ex iure electionis, non ex iure ſucceſſionis.
105 Expectatiuam primi epiſcopatus vacaturi ſi quis habet ad papam, an ſibi præiudicetur per renuntiationem beneficii factam in fraudem ſui ut cogatur acceptare beneficium renuntiatum, ne forte habeat primo vacaturum per mortem quod erit pinguius.
106 Seruus an poſſit eligi epiſcopus vel ad ſacerdotium promoueri.
107 Epiſcopi plures an in una eccleſia eligi poſſint.
108 Epiſcopus unus an duabus eccleſiis dari poſſit.

109 *Eremita an poſſit eligi epiſcopus.*
110 *Vita communis prævalet vitę eremiticæ.*
111 *Ambitioſus in epiſcopum an poſſit eligi.*
112 *Epiſcopatum quem quis habet an poſſit deſerere & ad aliummaiorē tranſire, mediocritate prioris deſpecta.*
113 *Clericus de licentia epiſcopi poteſt de vna eccleſia tranſire ad aliam.*
114 *Epiſcopus nunquid renuntiare poſſit epiſcopatui propter infeſtationem pauperum.*

De cauſa materiali epiſcopi. Quis eſſe poſſit vel non eps.

Liber II.

Supra oſtendimus in primo libro a quibus, vbi, & quando epiſcopus
eligatur. Nunc uidendum eſt quis poſſit vel non ad epiſco-
patum aſſumi ut ſic cauſa materialis huius noſtri tractatus
per ordinem abſoluatur.
1 Primo igitur quæro generaliter †quis ſeu qualis eligi dēat epiſcopus.
Reſpon. quod eligendus eſt uir bonæ uitæ literatus, conſtitu
tus in ſacris, ex legitimo matrimonio natus, in temporalib.
circunſpectus, & in ſpiritualibus, qui poſſit iura eccleſiæ tue-
ri, prudens, docilis, temperatus, caſtus, ſobrius, cautus, humi-
lis, affabilis, miſericors, in lege Dei inſtructus, in ſcripturarū
ſenſibus acutus, in dogmatibus eccleſiaſticis, exercitatus, do
ctus, pauidus, maturus, & qui reprehendi non poſſit. Deo, &
hominibus placens, hoſpitalis, moribus ornatus, & manſue-
tus hæc omnia probantur. 61. diſt. epiſcopum non oportet. c.
cum in cunctis, in prin. de elec. c. niſi cum pridem. §. pro deſe
ctu. de renun. lib. 6. c. ſi. 37. & 38. diſtin. per totum. 86. diſt. fra-
trem. c. conſtitutus. il 2. de app. 23. diſt. qui epiſcopus. 8. q. 1. c.
oportet, & ſeq. 25. diſt. §. nunc autem. & in Spec. de elect. §. 1.
verſ. celebrata. & uer. & etiam poteſt in auct. quo opor. epiſ.
§. 1. & hæc de Deo, quæ omnia bene no. & infra ſingulariter
pręſtringemus de ſingulis. Cardinalis uero qualis eſſe debeat
ponit Hoſt. in ſum. de pœni. §. cui conſiderandum, verſ. cui
cardinales, ubi uide. tametſi pauca concurrant in aliquibus
2 & forte dici poteſt quis eſt hic & laudabimus eum. † Secun-
do quæro an electus debeat eſſe talis in quo fieri poſſit colla
tio numeri ad numerum, meriti ad meritum, et zeli ad zelū.
Reſpon. ſic c. quia propter. c. in geneſi. c. eccleſia. il 2. de elect.
& Spec. eo. tit. §. 1. ver. publicatione. Collatio autem numeri
ad numerum, fit quia de duobus uel plurib. in elec. concur-
rentibus debet præferri is in quo maior numerus canonico-
rum conſenſit. Sed meriti ad meritum collatio fit, ſi electo
rum unus eſt maioris meriti quā alter ut ille præferatur. Col
latio uero zeli ad zelum fieri dicitur inſpecto zelo, in utraq;
parte canonicorum eligentium diuerſos, ut ea pars præfera-
tur quæ eſt maioris auctoritatis, & maiori zelo in eligendo
ducta eſt, & quæ digniorē elegit ut plene ponit Spec. ubi ſup.
dum ponit exempla de apoſtolis qui elegerunt Mathiam &
non Ioſeph iuſtum, licet conſanguineum eorum. Ex quo no
ta, quod magis idoneus eligi debet, ut in d. iu. & tenet Inno.
in c. cum olim. de teſti. ſecundum Bald. in marg. verſic. elect.
3 ver. idoneum. & infra dicemus in alia q. † Tertio quero an ta
lis collatio fieri debeat quando vnus tantū eligitur. Reſpon.
ſic ſecundum Io. And. in addit. Spec. de elect. §. 1. ver. publica
tione. & in c. quod propter. uer. omnes. & in c. eccleſia. in glo.
not. ſecundum Inno. de elect. uidelicet ꝙ fiat tunc collatio
zeli ad zelum & meriti ad meritum, non autem numeri ad
numerum, licet Spec. ubi ſupra indiſtincte dixerit non fieri
4 collationem. † Quarto quæro utrum excommunicatus poſ-
ſit eligi epiſcopus. Reſpon. non. ſecundum Spec. de lib. con-
cep. §. fi. ad fi. c. poſtulaſti. de cle excom. mi. glo. & doct. in ca.
per inquiſitionem. & c. illa. de electio. glo. doct. & Philip. in c.
conſtitutis. in præſentia. de ap. not. in cap. cum dilectus, & ibi
doct. de conſue. glo. & doct. in c. ſi forte. in princ. de elect. in
6. per Arch. 63. diſt. nullus. Excommunicatus. n. non recipit
titulum dignitatis ſpiritualiter ſecūdum Bar. in l. Barbarius,
10. colum. ff. de off. præſi. & Bal. in marga. uer. excommunica
tus. ver. 2. quod verum eſt etiam ſi eſt excommunicatus mi-
nori excommunicatione, quia nō poteſt eligi licet poſſit eli
gere ſecundum gloſ. in d. c. illa. & dixi ſupra primo lib. 3. par.
31. q. Quin etiam talis electus non poſſet confirmari ſecundū
Bart. in d. l. barbarius. 10. col. dum dicit quod auctoritas non
tenet ad confirmandum excommunicatum, licet aliter lo-
quatur in 5. col. hoc tamen uide per doct. poſt Inno. in c. poſt
electionem. de conceſ. præb. & dicemus infra 3. lib. 2. par. Po-
teſt autem excommunicatus monachari ſecundum Bal. in
l. cui ſub prætextu. C. de ſacroſ. eccl. & Io. An. in mercu. c. de-
lictum perſonæ in 6. Poteſt ne imperator eligi qui eſt excom-
municatus. no. in c. uenerabilem. de elect. & ibi vide etiā per
5 doct. † Quinto quæro an ſuſpenſus poſſit eligi epiſcopus, Re-
ſpon. ꝙ non, imo poſtulari per gl. & doct. in c. illa. de elect. &
no. in c. cum dilectus. & ibidem glo. de conſuetu. quia irregu
laris cenſetur. no. in c. 1. cum glo. de poſtu. præla. & no in c. ſi.
de exceſ. præla. quod verum eſt ſiue ſit ſuſpenſus a beneficio,
ut c. qui inquiſitionem. cum glo. de electio. ſiue ab officio. c.
cum dilectus. de conſue. ſecundum d. glo. per ca. cum bonæ.
de æta. & qual. & ibi etiam uide quod ſuſpenſus non poteſt
eligi. Idem & ſi interdictum non ſeruat ſecundum glo. in c.
per inquiſitionem. per c. ad hęc. de poſtu. ubi no. & tenet glo.
in d. c. illa. de elect. Idem dicit in eo qui eſt ſuſpēdendus, quia
eius opi. grauata eſt apud bonos & graues, ſecundum d. gloſ.
per cap. laici. 32. diſtin. quod no. Aduerte tamen quia Bald.
in marg. ver. ſuſpenſus. verſ. 8. refert Inn. in c. cum in cunctis.
de elect. quod ſuſpenſus poteſt eligere ſed non eligi, quia de-
bet intelligi quod poſſit eligere. ſ. ſi eſt ſuſpenſus per ſenten-
tiam legis non ſic per ſententiam hominis gloſ. eſt in c. apo-
ſtolicæ. de exce. & ita debet intelligi. c. cū dilectus. de cōſue.
& dixi ſupra 1. lib. vlt. q. tertiæ partis. & 31. q. Prædictis adde
quod ſuſpenſus ingerens ſe diuinis fit irregularis. c. is cui. de
ſent. excom. in 6. & c. 1. eod. tit. & lib. quod uerum eſt ſi ſit ſu
ſpenſus ab officio, non ſi a beneficio ſecundum Bal. in marg.
ſuſpenſus. ver. 5. Et debet abſolui a ſolo papa. not. in d. c. 1. &
c. is cui. ſecundum doctor. & Philip. in c. reprehenſibilis. 1. co
lum. de app. & Inno. in c. cum I, de re iudi. Illud not. quod ſu-
ſpendi quis non poteſt niſi prius moneatur. d. c. reprehenſibi
lis. & ibi doct. ſicut nec excommunicari nec interdici, ut ibi,
quod eſt uerum quando fertur ab homine propter cōtuma-
ciam. Secus ſi propter crimen & in pœnam criminis, tunc
enim monitio non requiritur ſecundum Inno. ſing. in c. 1. de
exceſ. præla. & in ca. ad hæc. quoniam. de appell. & probatur
in c. tam literis. de teſti. facit c. Romana. §. ſed nec, de appell.
lib. 6. Quid autem differat ſuſpenſus propter crimen a ſuſpē
ſo propter criminis infamiam. uide per Abb. anti. in tit. de in
fa. in c. cum decorem. de uita & hone. cleri. & Bal. in marga.
uer. ſuſpenſus. uer. fi. Vltimo ſcias quod ſuſpenſio epiſcopi af
ficit etiam eius uicarium quo ad iuriſdictionem ſecundum
glo. & doct. in cap. 1. de offi. uica. lib. 6. & dicetur. infra 4. lib.
6 †Sexto quæro an concubinarius poſſit eligi epiſcopus, & mi
niſtrare diuina. Reſpon. quod non 33. diſtin. c. ult. & in c. ſen-
tentia & c. maritum. & ibi glo. 34. diſt. curandum. & c. præci-
pimus. 30. q. 5. c. qualis. ſecūdum. d. gl. in d. c. maritum. quod
7 no. †Septimo quæro an qui duxit meretricem in vxorē poſ-
ſit eligi Reſpon. non 33. diſtin. maritum. Scias tamen quod
non eſt culpandus qui meretricem accepit in uxorem ſicut
fecit Oſeas propheta. 32. q. 1. non eſt culpandus. quod no. pro
his qui ex uoto putant Deo placere matrimonio contracto
8 cū meretrice. † Octauo quæro an filiusfa. poſſit eligi in epm.
Reſp. ſic. Sed liberatur a patria poteſtate quā ſoluit dignitas
epalis. in auc. ſed dignitas. & ibi doc. C. de epiſ. & cle. & ī auc.
conſtitutio quæ de digni. §. illud. no. in c. indecorum. & ibi gl.
de æta. & qualit. per Bal. in l. ſacroſancta. de epiſ. & cle. in l. ſi
maritus. de patria poteſta. Bar. in l. 2. & in l. patre. ff. de his qui
ſunt ſui vel alie. iur. quod uerū eſt quo ad fauorem, non quo
ad odium ſm Bar. in d. l. 2. in fi. & in l. patris. ff. de in ius uoc.
9 †Ex quo Bart. not. infert in d. l. 2. in fine, quod ſtante ſtatuto
vel conſuetudine qđ curia ſuccedat decedenti ſine filiis in
poteſtate conſtitutis non ſuccedit curia patri epiſcopi, cum
fui fauore. i. propter ſucceſſionem cenſeatur epiſcopus in
poteſtate patris manere. Sicque epiſcopus filiusfa. excludet
curiam, quod tenet etiam Bal. in l. apud hoſtes. in fi. C. de ſuis
& legi. & Pau. de caſt. in l. omnes populi. de iuſti. & iu. & Lud.
pon. in ſing. ver ſtatutum. ver. quæro. nunquid. Item infertur
qđ filiusfa. clericus tranſmittit ius deliberandi, quia agit de
ſuo commodo, ideo retinet ſuitatem ſecundum Bald, in d. l.
apud hoſtes. † Sed hic quæro an epiſcopus filiusfam. teneatur
patrem ſuum honorare & eum ſibi præponere. Reſpondeo,
quod ſic, cum etiam papa hoc facere debeat ſecundum Bal,
10 & Ludo. pon. in l. prætor ait in fin. ff. de in ius voc. quod ego
puto verum in his quæ domi. non quæ foris fiunt ne ſit cōtra
ꝙ tenet Bal. in l. ſenitū. v. col. C. q. teſt. facere poſ. ubi dicit ma
iorem eſſe auctoritatem magiſtratus quam paternam ꝙ no,
Diximus ꝑ epiſcopalem dignitatem ſolui ius patrię poteſta-
tis. congruum eſt hic addere. q. † quid de ſimplici ſacerdote
11 & dic non ſolui ſicut nec per prælaturam inferiorem ad epi
ſcopalē ſecundum Bald. in marg. prælatus. verſic. 7. no. in d. l.
ſacroſanctæ. & ibi Bar. de ſacroſ. ecc. & doct. in d. c. indecorū.
de æta. & qualit. licet Bartol. aliter loquatur in d. l. patre fu-
rioſo. de his qui ſunt ſui vel alieni iu. Bal. tñ in l. apud hoſtes.
præalleg. dicit idem quod in epiſcopali quod nota. † An aūt
per monachationem ſoluatur, dic ꝙ ſic ſecundum gl. & Bar.
in l. ſi ex cauſa. §. papi. ff. de mino. Bar. in authen. idem. C. de
bo. quæ lib. & Bal. in d. l. apud hoſtes. & in dicta l. ſi maritus.
de patria poteſta. Ratio eſt ſecundum Bart. quia monachus
tranſit in poteſtatem alterius. ſ. monaſterii, ergo nō debet re

ma-

manere ſub poteſtate patris.ego credo reddi poſſe aliam ra-
tionem quia cum monachus ſit mortuus mundo,niſi quan-
tum ad com edendum.l.Deo nobis.de epiſcopis.& cleric. &
Barro.in d.l.patre furioſo.& Bald.in authẽ.excipitur.de bo.
quæ libe.non poteſt dici quod ſit in poteſtate,cum mortuis,
ſupra.eſſe vel dominari inutile ſit.& prædicta vera de mona
chatione filii.Idem tamen eſt ſi pater fiat monachus,quia ꝑ-
dit patriam poteſtatem ſecundum Barto.in d.l.patre.ſi ue-
ro pater fiat epiſcopis, non perdit patriam poteſtatem ſi fi-
lios habet ſecundum Bal.in l.fina.§.neceſſitatem.prima.co.
C de bonis.quæ libe.item prædicta vera ſunt quando digni-
tates prędictę,ſ.epiſcopalis,monachalis,& ſacerdotalis ſunt
perfectæ collatæ filioſfami. quia per ſolam electionẽ ad epi-
ſcopalem dignitatem non dicitur ſublata paterna poteſtas
glo.eſt nota.in l.ex eo tempore.de teſtamen.mili.Sola enim
electio dignitatem non tribuit,vt plenius dicetur infra ter-
tio lib.ſecunda parte & tertia principali.Non ommitto ꝙ ꝑ
dignitatem militarem vel doctoralem nõ finitur patria po-
teſtas.not.in l.ſi maritus.& ibi Bald.C.de pa.pote. idem puto
dicendum de aliis. dignitatib. ſecularibus ut inſtit.qui.mo.
ius.pa po.ſol.§.filiusfa.niſi in caſibus no.3.l.fin. C. de decur.
lib.10.& per tex.in authen.conſtitutio quæ de dignita §.1.&
§.generaliter.& hoc tenet glo.in d.§.filiuſfa. †Nono quæro
13 an inuitus eligatur epiſcopus. Reſpond. quod non ut no 64.
diſtin.vbi.cap.honoratus.& cap.geſta.not.Bald.in l.nec eme
re.C.de iure delib.& per Bal.& Pe.de ſuncino.in l.ſi ad ſcriba
tum.C.de appel.no.in authen.quomo.opor.epiſcopos.§.ſed
etiam.no.7.quæſt.omnes.etiam per Ioan.An.& But.in capi.
fin.de pollu.præla. Idem in clerico. qui inuitus non creatur
66.diſtin cap.1.& per totum.& melius in cap.quæris.de æta-
te & qualitate.Immo epiſcopus promouens inuitum & relu
ctantem debet deponi.d.cap.vbi.& glo.cap.nihil.de electio.
alias etiam dicitur quod epiſcopus promouens clericum in-
uitum debet ſuſpendi per annum.74.diſtinct.cap.primo, li-
cet tamen inuitus quis non promoueatur tamen quaſi inui-
tus promouendus.eſt.7.quęſt.1.qui epiſcopatum.& in capit.
in ſcripturis.glo fi.ca.licet.de proc.in 6 1.quęſt.6.ſicut.& idẽ
glo.l.ſi quemquam.& ibi doct.& Bal.C.de epiſcopis & cleri.
unde dicitur quis velle ſi ſit coactus.ut ibi,& tenet glo. in au-
thẽ.quomodo oportet epiſcopos.§.1.ubi uide.Decimo quę
14 ro†an eligi poſſit epiſcopus is qui quæſiuit epiſcopatum da-
ta opera.Reſpondeo.non.l.ſi quemquam.& ibi Bal.ſupra.de
epiſ.& cle.& in auth.quomo.opor.epiſcopos.§.1.non enim
per ambitionem fieri debet epiſcopus.1.quæſt.1.nullus itaq;
1.q.6.ſicut.& d l.ſi quemquam.& ibi dicemus in alia.q.Sic er
go non debet quis precib.epiſcopatum obtinere,ut d.iuri.&
9.q.1.in ſcripturis.glo.in can.cum in veteri.de elect.& ca.per
inquiſitionem.eod.titu.1.q.1.ordinationes. pro quo eſt,quia
ambaſiatores data opera electi non gaudẽt priuilegiis.l.vni-
uerſi,& ibi Bar.C.de leg.lib.10.quod no.contra prælatos no-
ſtri temporis, qui nimia opera & ambitioſa procurauerunt
cardinalatum,ſed Deus ipſe bene prouidit.†Vndecimo quę
15 ro an eligi poſſit epiſcopus is qui fecit aliquod pactum iura-
tum canonicis electoribus.Reſpon.quod non ut.cap.per in-
quiſitionem.& ibi glo.de elec.8.quæſt.3.cap.1.& 2.glo.in c.
venerabilem.de elec.quod eſt verum ſi dictum pactum cum
iuramento faciunt antequam fiat electio.ſequitur.ca.ſi poſt
d.cap.1.& 2.vbi vide.Bal.tamen in l.ab anaſtaſio.C.mandati.
dicit prælatum committere ſimoniam etiam ſi poſt promo
tionem donat promotori,quod not. ſed credo falſum eſſe ꝑ
nota.in d.c.1.& 2.Et hoc facit contra pontifices qui ut eligã
tur promittunt & iurant dominis cardinalibus maria & mõ
tes,& ſimiliter contra prælatos.†Duodecimo quæro utrum
16 poſſit eligi epiſcopus is qui ſi promoueretur in ſuperbiã pro-
ſiliret.Reſpon.non.40.diſtin.cap.1.63.diſt.valentinianus ubi
dr̃ ꝙ Ambroſius ideo fuit electus quia ceſſauit cauſa in eo,
ex qua fuit prohibitus neophitus.i.qui noulter uenit ad reli-
gionem Chriſtianam.ſ,ſuperbia futura.ut ibi.& 61.diſt.§.his
omnibus.& tenet glo.in ca.officii de elect.Scias autem Am
broſium fuiſſe poſtulatum ab imperatore. ante ſuſceptum
baptiſma.61.di.ſic beatus.Decimotertio quæro†vtrũ ꝑ ſimo
17 niã quis poſſit ꝓmoueri ad ep̃atũ.Rñdeo non.c.ꝑ inquiſitio-
nẽ.& ibi glo.& docto.de elect.8.q.1.Moyſes.8.q.2.c.1.l.ſi quẽ-
q̃,& ibi Bal.& docto,C.de epi & cle.in auth.quom.opor.epi
ſcopos.§.1.51.diſt.cap.fi.idem etiam in promotione clerici
dicendum eſt.1.q.1.quibuſdam.& cap.pueri: Item nec eccle
ſia debet pecunia quæri.7.quæſt.1.ſancitum eſt.Sed an preces
inducant ſimoniam.Reſpondeo ſic.d.cap.moyſes.& ibi glo.
1.quæſt.1.ſunt nonnulli,quod eſt uerum niſi pręces fundan-
tur pro digno.1.q.1.quibuſdam in fi.ſm.d.glo. quo caſu & ꝓ
conſanguineo digno porrectę non inducunt ſimoniam.1.q.
3.latorem.& ibi not.Imo.nec etiam pro ſeipſo ſi dignus eſt,
c.tua.de ſimonia.nec eſt contra.c.tua.de æta.& quali.ſi bene
inſpiciatur.vide ibi per docto,& omnino per gl.1.q.1.ordina-
tiones.& cap.ſeq.Circa prædicta etiam not.ꝙ papa recipiens
aliquid pro promotione alicuius, licite recipit,nec dr̃ cõmit-
tere ſimoniã, licet dans turpiter det & de ſimonia teneatur
ſecundũ Bar.in l.Barbarius.2.col.de officio præto.vbi etiam
dicit in 5.col.quod electus per ſimoniam poteſt confirmari.
Committitur aũt ſimonia man, precibus & obſequio.1.q.
1.ſunt nonnulli.8.q.1.Moyſes.intellige manu ſiue detur pe-
cunia,ſiue quicquid aliud.1.q.3.per totum.Decimoquarto
18 quæro†vtrum quis eligi poſſit ep̃s per fauorem alicuius.Re-
ſpon.non 8.q.3.c.1.63.di.omis electus.18.q.7.ſi quis deinceps
& ſe q.d.imo electus dẽt deponi.ut dicemus.inf.4 li. Decimo
19 moquinto quęro†vtrum conſtitutus in minoribus ordinibus
poſſit eligi epiſcopus Reſpon.ꝙ olim non,ſed hodie ſic.24.di.
§.ecce.cum gl.77.diſt.c.1.de ęta.& qualita.c.a multis.Innoc,
Abb.& doc.in c.cum olim.in gl.2.de re iud.not.in c.cum in
cunctis.§.inferiora.& c.dudum.de elec.c.licet canon.eo.tit.
in 6.Bal.in marg.ver.clericus.ver.26. Si autem non eſt in ſa-
cris conſtitutus, eligi non poteſt.d.ca.dudum.& ibi per gl.&
in glo.in c.cũ in cunctis eod.tit.60.diſt.c.fin.61.diſt.c.1.& ca.
oſius.& §.ſecundum aliud eſt. Poteſt tamen poſtulari, vt ibi
& gl.in d.c.dudum.Sic imo laicus non poteſt eligi in epiſco-
pum,ſed poſtulari.d.c.1.& in ſumma.61.diſt.& gl.in c.literas.
63.diſt.per.c.innotuit.de elec.quod eſt verum niſi laicus ſit
talis bone vitę quæ clericalem uitam tranſcendat.exemplo
beati Nicolai qui ex laico fuit electus epiſcopus, & Seueri q
ex lanificio fuit aſſumptus ad archiepiſcopatum.& Ambro-
ſij qui nondum baptizatus fuit electus archiepiſcopus.61.di.
§ his auctoritatibus.& c.ſeq.Sed quia gradatim quis eſt ad ſa
cros ordines promouendus.48.diſt.in princi.& cap.1.ſicut.&
ibi glo.61.diſt.nepotibus.quæ ſpacia temporum debeant eſ-
ſe intermedia.ponit tex.nota.77.diſt.in ſingulis.& c.ſeq.ubi
vide. Cardinalis vero non poteſt creari niſi ſaltem ſit diaco-
nus,& ſit in ſacris conſtitutus ſecundum glo.& docto.in cle.
2.de æta.& quali. & Hoſt.in cap.2.de offi.Arch.Decimoſex-
20 to quæro†an eligendus ſit epiſcopus vnus de numero cano-
nicorum.Reſpondeo ſic,ſi in c.quis idoneus reperiatur,alias
vnus extra cap.eligi poteſt & debet.c.ne pro defectu.& cap.
cum inter canonicos.& ibi doct.de elec.Dyn.in l.diuus mar-
cus.ff.de tuto.& curato.da.ab his. Quinetiam valet elect.de
eo qui eſt extra capitulum,licet in c.ſit alius æque idoneus ſe
cundum gloſ.& doct.in d.c.cum inter,& in c.in cauſis.eo.ti.
cum gl.vbi dr̃ quod capitulum poteſt huic fauori renuncia-
re & alium eligere de aliena eccleſia,quamuis in proprio ca-
pitulo ſit alius dignus.& not.in c.cum vintonienſis.eo.ti. qd̃
no.ad.c.in nomine domini.23.diſt.cũ gl.& ibi doc.& hoc in
c.nullus inuitis.61.di.& in d.c.cum inter canonicos.Sed qd
ſi pars capituli maior eligat vnum extra ca.pars vero minor
eligat alium ex cap.quis præferatur. Reſpondeo, quod ele-
ctus a maiori parte ſecundum doc.& hoc in d.c.nullus inui-
tis.contra gl.ibi & gl.in c.fi.de cleri.peregri.& tenent docto.
poſt glo.in d.c.cum inter.Idem eſt ẽt ſi vnus de.c.eligat vnũ
de.c.alii vero eligãt extra capitulum, quia præfertur electus
extra capitulum ſecundũ.d.gl.in c.nullus inuitis.quod not.
21 Decimoſeptimo quæro†quid ſi data eſt poteſtas eligẽdi ep̃m
aliquibus an illi poſsint poſtulare.Reſpondeo ꝙ ſic,quia po-
ſtulatio eſt contermina electioni mandatę ſecundũ gl.nota.
in d.c.nullus in fine.Ex qua not.ꝙ mandatarius poteſt ex ſe
gerere actum vicinum mandato ſecundum.d.gloſ.per.l.iam
tñ §.fi.ff.iudi.ſolui.quod not.ad.l.diligenter.ff.mandati cum
22 ꝯcordantiis. Deciomoctauo q̃ro ſi electus ſit epiſcopus vnus
extra ca.quod fieri poteſt.vt ſupra dictum eſt in 16.q.Vtrum
ſuperior eius ſit poſtulandus an concedat eum uel non.reſpõ
deo ſic.85.diſt.c.fi.& in gl 63.diſt.literas.cum gloſ.quin cogi
debet concedere talis ſuperior gl.eſt in c.in cauſis.de elec.&
in d c.literas.not.7.q.1.omnes qui gemebant.9.q.3.nunc ve-
ro.de iure patro.c.nullus.prædictis adde quod papa debet eli
gi vnus de collegio cardinalium.79.di.opotebat. Sed talis ex
ceptio hodie contra papam opponi non poteſt ſecundũ doc.
& Ab.Sic.in c.licet de electione.ibi vide. Decimonono quę-
23 ro†an epiſcopus electus per papam poſsit a populo ſibi inimi
co recuſari tanquam ſuſpectus.reſpon.ſic, ſecundum Inno-
cen.in capit.ſuper his.de accuſationibus.immo talis electus
qui ſit cauſa ſcandali in populo cogitur renunciare,uel cum
altero permutare.capit.niſi cum pridem.§.1.& ibi docto.&
Inno.de renuntiationibus.tenet Lud.pont.in ſingu.verſicu,
epiſcopus.verſi poſt &c.
24 Vigeſimo quæro †an eligi poſsit epiſcopus is q̃
haber alterum epiſcopatum
reſpon.quod non ſed bene poteſt poſtulari.ca.1.& ibi docto.
de poſtula.prælato.& ſi eligatur non valet electio, cũ ſine li-
centia papæ non habeat liberam voluntatẽ,licet ſecus ſit in
Abbatibus & aliis inferioribus prælatis.iuxta.c.ſi abbatem.
de elec.in 6.& ibi glo.per.c.niſi cum pridem.de renun.vbi eſt
ſpeciale in epiſcopis & eſt gloſ in c.in cauſis.de elec.& dicit
duo

duo requiri ſcilicet quod poſtuletur et ex cauſa vtili uel ne-
ceſſaria.7.q.1.omnes qui in fi.ſed quã poſtulatur non poteſt trã
ſire ſine ſpeciali licentia papæ,cum tranſlatio epiſcoporũ ſit
de reſeruatis papæ.c.quod tranſlationem.de offic.lega.et gl.
et doc.in d.c.ſi abbatem.Et adde ſecundum Bar.in l.1.C.de
metropoli.li.11.quod non eſt noſtrum ſi vnus epiſcopus ha-
beat duos epiſcopatus vel plures.econtra vero ſic dicetur. in
25 fra eodem. in alia quæſtione. Vigeſimoprimo quæro†an ha-
bens plura beneficia poſſit eligi epiſcopus. Reſpondeo quod
ſic,ſed acceptando epiſcopatum, uidetur alia beneficia re-
nunciare ſecundum Inno.in c.in noſtra.de reſcrip. quem ſeq
tur Bal.in marga.uerſi.epiſcopus. verſi.2 & notatur in c.du-
dum.de electio.& in c.non poteſt.de præben.in 6. cũ gl.& Io.
de Imo.in c.ex literis.in prin.de probationibus. in c. cum in
cunctis.de electio Si tamen epiſcopus habens duos epiſcopa
tus nolit alterum renunciare priuatur utroque. cap.de mul-
ta.& ibi gloſ.& docto.de præben.& not in c. dudum. & in c.
cum uenerabilis.de consuetudine.niſi habeat vnitos.c.ſicut
de exceſ.prælatorum.et dicetur.infra.eodem.Nec mirũ quia
non poteſt clericus habere plura beneficia curata.c. dudum.
de elec.& c.nemo.eo.tit.in 6.80.diſt.epiſcopi non 70.diſt.ſan
ctorum,quod eſt verum niſi ſint vnita, notatur in c.de mul-
ta.de præben.& in d.c.ſicut.in extrauagan.Ioan. execrabilis.
Bal.in prima conſtitutio.C.in fi.in Spe.de diſpen. §.videndũ.
in verſi.illud vſque ad finẽ. 10 q.3.vnio.Item niſi vnũ pẽdeat
ab altero.c.cam te. de ætate,& qualitate.c.extirpandæ.de p̄-
ben.c.dudum.§.inſuper.de elec.glo.ordi.2 .q.1. in ſumma.
Item niſi vnam eccleſiam habeat in titulum, alteram in cõ-
mendam ſecundum.d.gl.& not.in d.c.dudum.21.q.1.qui plu
res.& ibi gl.& gl.70.diſt.ſanctorum.commendatę vero ec-
cleſiæ dicitur procurator non prælatus.61.diſt. obitum.& c.
catanenſis.Item niſi propter hominum raritatem.21.q.1.c.1.
& gl.in ſumma.& d.c.dudũ. Item niſi eccleſia adhereat præ-
bendæ ſecundum.d.glo.in ſumma.& in c.extirpandæ.§.qui
vero.de præben.Item niſi eccleſiæ ſint tenues quæ ſingulæ re
ctorem de per ſe non inuenirent.d.c de multa.per doct.in d.
c.dudum.10.q.3. vnio.gl.ord.in ſumma,ubi ſupra.Dicuntur
vero tenues quando ad ſuſtentationẽ nõ ſufficiunt.gl.eſt no
tabil. & ibi doc.in d.c.dudũ.qđ eſt arbitrariũ & ꝯſuetudo.in
ſpicitur in c.1.21.q.1. Item niſi ex diſpenſatione a papa obten
ta. d. c.de multa & ibi gl.notabilis. & doct.& d.c.dudum.&
d.c.ſanctorum.21.q.1.relatio.Et ſcias quod valet diſpenſatio
quod promotus ad epiſcopatum habeat beneficia de iurepa
trona.ſecundum Rotam in deci.334.ſuppoſito in no.habens
autem expectatiuam uacaturam dicitur habere beneficium
& ideo eſt capax alterius ſecundum Rotam in deci.450.ſi le-
gatus. in nouis. Nec ſufficit diſpenſatio ab archiepiſcopo ſe-
cundum gloſ.in d. capit. dudum.niſi ambo beneficia eſſent
exigua ſecundum doctor.in d.c.de multa.in Spec.de diſpen
ſationibus,§.uidendum,uerſ.illud,& ibi Bald.in addit.uerſ.
quando in pluralitate,& per glo.ordinariam.in 21.q.2.ſi quis
iam tranſlatus, quam uide omnino quia plene diſputat, an
ſolus papa, uel epiſcopus diſpenſet in pluralitate epiſcopo-
rum,& in Spec.ubi ſupra,uerſ.duplex,& ſeq.& infra dicetur
in alia quæſtio.in 4.lib.ubi uide omnino. Circa prædicta no-
26 tandum eſt†quod clericus uolens retinere duo beneficia cu
rata perdit utrunque d.cap.dudum,de electio.& ibi doctor.
& capit.de multa.de præben.& cap.cum uenerabilis,de con
ſuetu. & ſupra diximus.

Sed an perdat priora beneficia ſtatim quod recipit aliud nouum.

Reſpon.ſic d.cap.de multa.& plenius per glo. ordinariam in
dicto cap.ſi quis iam tranſlatum,quod in epiſcopo non pro
cedit,quia electus uel confirmatus non perdit priora benefi
cia niſi adeptus ſit poſſeſſionem epiſcopatus ſecundum dic.
glo.ordinariam.per cap.cum in cunctis, de electio.& cap. ſi
qui epiſcopi.92.diſtin.& tenet glo.in d.cap.de multa, quæ di
cit non perdi priora beneficia niſi decurſo temporę expreſ-
ſo ad conſecrandum epiſcopum per cap.cum in cunctis, uel
niſi perfecta translatione ſecuta per d.cap.ſi quis iam transla
27 tum.†Iuxta pręͣdicta quæro nunquid retinens duas eccleſias
curatas contra iuris diſpoſitionem poſſit confiteri & abſol-
uere prioris eccleſiæ parochianos. Reſpondeo non,quia iu-
dex curum animarum eſſe deſiit ſtatim quod ſecundum be-
neficium acceptauit,tex.eſt notab.cum glo.in dicto cap.du
dum. Vltimo nota quod uacant priora beneficia etiã ſi quis
ſciens ſe inhabilem facit ſe in epiſcopum conſecrari, gloſ.
28 eſt notab.in capit.cum qui,de præbend.lib.6.†Quæro etiam
nunquid poſſit quis habere duas præbendas. Reſpon.non,ut
c.literas,de conceſ.præb.glo.in d.c.dudum. & not.in d.c. de
multa glo.& Bar.in l.cum plures.C.qui milita.poſſunt.li.12.
& in c.cũ iam dudum,& ibi glo.Inno.& doct. de præben. q.
29 17.ca.1. ſed †nquid liceat habere plures dignitates vel perſo
natus.Reſponde.non.d.cap.dudum.uerſi.licet autem. & ibi
glo.& doc.& d.cap.cum iam dudum. in d. c. de multa, vbi
dicitur uerum in eadem eccleſia etiam ſi curam non habẽt
30 animarum.quod not.†conſequenter quæro an habens curã
animarum in eccleſia ſi eſt diſpenſatus ad aliud beneficium
etiam ſi ſit perſonatus ſimilem curam non habens poſſit re-
tinere archidiaconatum. dic quod non licet archidiacona-
tus curam habeat, ſed non ſimilem curę,parochialis eccle-
ſiæ.ut tenet glo.in cap.non poteſt.de præben.in 6.& Spec.de
diſpen.§.videndum. ver.quid ſi habens eccleſiam.Sed an di-
ſpenſatio comprehendat ut in neutro beneficio debeat reſi-
dere. dic quod non niſi expreſſe actum ſit.unde debet in al-
tero reſidere, videlicet nunc in uno,nunc in alio ſecundum
glo.& doc.in d.cap.non poteſt.& in ſpe.ubi ſupra ver. quid ſi
indulgetur. Et no.quod ſi in diſpenſatione continetur quod
ſi in beneficio non reſideat debeat cõmode ſeruire, valeat
diſpenſatio etiam ſi non ſeruiat, ſed poteſt priuari gl.eſt in d.
cap.non poteſt.Innocen.Hoſtien.Compoſt.& docto.in d.ca.
dudum.de pręſump.cap.fin.& in Specu.ubi ſupra uer.quid ſi
indulgentia.& in capitulo.relatum.de cleri.non reſiden.Vlti
mo circa prędicta ſciendum eſt†quod epiſcopus habens au-
31 ctoritatem diſpenſandi cum clericis habentibus duo bene-
ficia curata non poteſt diſpenſare cum clericis non haben-
tibus duo beneficia curata ſecundum Floren.in l.3.§.modũ.
ff.de ſerui.Archi.Ioan.And.& doc.in cap.non poteſt.de prę
32 ben.†Nec prætereo quod non tenet diſpenſatio conceſſa ha
benti plura beneficia de quibus vnum erat occupatum, &
tacito de illo ſuper aliis obtinuit diſpenſationem. glo. no.in
cap.cum qui.de præb. in 6. Quinetiam impetratio ſecundi
beneficii non valet ſi non ſit facta mentio de primo quod im
petrans tenebat iniuſte ſecundum .d.glo.& ibi doc.Sed ꝙ dr̄
33 beneficium curatum.Reſpon.quod illud cui ineſt inquirere
corrigere,reformare,præcipere,interdicere,ſuſpẽdere,excõ-
municare, abſoluere,ſecundum Specu.titu.de diſpenſatio-
nibus.§.uidendum.verſi. ſed quære quod beneficium.vbi vi
de.Ad cardinalatum vero poteſt promoueri qui habet infe
riora beneficia,nec illa vacare intelliguntur ſecundum cõ-
munem opinionem docto.Hoſtien.Ioan.And. & Butri.in c.
eccleſia.el ſecundo.de elect.licet ibi Siculus contradicat, &
male ſit locutus ad emulationem,quia cardinalis eſſe cupie
bat,& ita ſeruat vſus curiæ Romanæ.Quinetiam retinet *epi*
ſcopatum & archiepiſcopatum, qui fit cardinalis ſecundum
Hoſtien.& But. ibi contra Ioan. de Imo. Abba. & facit gloſ.
34 1.93.diſt.quod no.†Sed nunquid epiſcopus poſſit habere præ
bendam annexam dignitati epiſcopali. Reſponde ſic, ſi eſt
conſuetudo vel conſtitutio. ca.ex literis.& ibi Ioan.de imo.
de probatio.cap.quod noſtris.cap.poſtulaſti.de conceſſione
præben.& in cap. penult. de præb. libro. 6. quæ omnia tene
menti. Vigemoſecũdo quęro†an epiſcopus poſſit creari ſine
35 titulo epiſcopali.Reſpondeo non 70.di.ſanctorũ. Item ſi ha-
beat titulum vel eccleſiam, quæ tamen careat populo Chri-
ſtiano & clero.ſecus altero tantum,ut in cle.vt pleriſque.&
& ibi glo.& doc.de elec. quandoque etiam epiſcopus de fa-
cto eſt,vt in barbaria ſecundum Inno.capitulo literas.de cõ
ceſ.præben.& Bal.in marga.verſic.prælatus.verſic.12. Ciui-
tati vero ſubmerſę poteſt dari epiſcopus. vt tenet Bald. in
titulo de pace conſtan.ſecũda. colum. Quem etiam vide in
§.nos Romanorum.ſecunda col.ubi ponit an ratione diœce
ſis dicatur epiſcopus is qui datur ciuitati ſubmerſę per papã
inſcium de ſubmerſione. ſed populo qui nunquam habuit
epiſcopum non poteſt dari epiſcopus.16.quæſt.1.fęlix.quod
eſt verum ſecundum gloſ.ibi niſi auctoritate papæ, vt ibi in
capitulo frater veſter.in fine.& capitulo pręcipimus.& ita fe
cit Pius ſecundus pontifex maximus temporibus noſtris, ꝗ
Corſignano villę unde in agro Senenſi originem traxit epi
ſcopum de nouo creauit. voluitque Pienſiam appellari. Itẽ
poteſt epiſcopus dari populo qui epiſcopum habuit ante
mileſimum annum, ſi per dictum tempus medium epiſco-
po non caruit ex crimine ſuo. 16. quæſt. 3. licet ſecundum
glo.in d.c.fœlix.& alia ſupra diximus.Et not.quod is qui pa
titur ſe eligi epiſcopũ eccleſię carentis clero,& populo Chri
ſtiano punitur, ſcilicet demum ſi conſecretur non ſi eligatũ
tantum.tex.eſt cum glo.in d.clem.in pleriſque.nam illa con
ſtitutio eſt pœnalis plura requirens ad pœnæ commiſſionẽ
ſcilicet quod eligatur & conſecretur,unde altero deficiente
pœna non committitur ut ibi.& l.mancipia.cum gloſ.C.de
ſer.fugi.l.ſi heredi plures.de condi.inſti.glo.33.quæſt.5.noti
ficaſti.Propter quam legem mancipia.Ia.But. poſuit ibi no.
36 quæſtionem,†quod ſtatutum puniens turbãtem aliquem in
poſſeſſione in pœna.150.librarum. & ad reſtitutionem poſ-
ſeſſionis ablatę non habet locum in eo qui turbauit & non
abſtulit poſſeſſionem quia deficit alterum de requiſitis a ſta-
tuto,ſcilicet ablatio poſſeſſionis, merito non habet locũ pę-
na,at.d.c.quod etiam,tenet ibi Raph.Fulg.dicens ſe alias de
facto conſuluiſſe,& Saly.& doct.Cato Papienſis contra Bal.
ibi.

ibi.Contra quem etiam tenet Ludo.pon.in fin.verſi.delictũ,
ver.ſtatutum &c. Vbi etiam dicit ſe de facto obtinuiſſe in ſi-
mili.quæſt.videlicet,dicit conſtiturio epiſcopalis quod exe-
cutor teſtamẽti intra annũ non exequens excõmunicetur,
& reſtituat epiſcopo bona diſtribuenda. Talis conſtitutio nõ
habet locum in eo qui bona non habuit ab hærede. ut ſic ta-
lis intra annum non exequens non debeat excommunicari,
quod perpetuo tene menti.ad hæc facit.cap.vbi periculum.
§.cæterum de electio in 6. ubi in electione requiritur liber
tas & uoluntas,& tenet Pau.de Caſt.in conſi.99.ubi dicit ce
ſare legis vel ſtatuti diſpoſitionem ſi deſit alterum de requi
ſitis in ea.ſed vide Ang. & Imo,in rub.de ſol.l.ſecunda.in gl.
fi.& Pau.de Caſt.in l.prima.cum glo.ff.quorũ bonorum. Et
mihi ſuperioribus diebus occurrit quæſtio ſimilis in qua con
ſului & multi præclari doc.maxime dominus Petruſpaulus
de ſancta Anatolia vicarius epiſcopi firmani, dominus Ber.
Lippus Aretinus aduocatus curiæ generalis prouinciæ An-
conitanæ ſe ſubſcripſerunt.dicit enim ſtatutum Firmianum
37 †quod teſtis falſum deponens puniatur in pœna centum li-
brarum & ad intereſſe parti leſæ in duplum,conſului nõ hẽre
locum contra Conſtantinum & ſocios qui falſum depoſue-
runt in cauſa criminali in qua ex eorum atteſtationibus etiã
ſi fuiſſent veræ non inferebatur præiudicium parti ideſt fiſco
cum quo cauſa agitabatur, ex quo fuerunt in cauſa appella-
tionis producti ſuper articulo cõtrario,ad inſtantiam partis,
quod de iure fieri non debuit ſecundum Bart.not.in authen.
qui ſemel.C.quõ & qñ iud.& Bald.in marga.verſiculo teſtis.
ſecunda.columna licet.ex officio iudicis produci potuiſſent
ſecundum Barto.in l.ſecunda.§.ſi ex publico.ff.de adulte.in
§.fina.inſt.de quæſtionib.in l.unius.§.cogniturum. eodem ti
tulo. & in l.diui fratres.de pœnis.& Bal.in l.prima C.ſent re
ſcin. non poſ. in l.edita. 9. colum.C.de edend.in l.presbite
ri.de epi.& cler.in addi Specu.de inquiſitione.verſic.antep.
quod no.Concluſi ergo ſtatutum non habere locum ex quo
ceſſabat alterum de requiſitis ad pœnæ commiſſionem. ſci
licet intereſſe partis læſæ. argum.tamen contra in l.3. §. ſed
ſi alius.ff.ad ſille.vbi Bart.not. quod ad pœnam pluribus fa-
ctis impoſitam non requiritur concurſus omnium factorum
ſed.in caſu noſtro fuit appoſita pœna uni facto ſcilicet falſo
teſtimonio requirenti plures qualitates, & non pluribus fa-
38 ctis,igitur non obſtat.tene menti perpetuo.†Sed in quæſtio-
ne ſtatuti de turbanre,de qua ſupra dixi,adde ſingu. qđ illud
ſtatutum hẽt locum ẽt ſi per vnum actum turbantur plures
poſſeſſiones in una re, quia omnes accuſant & plures pœnæ
ſunt imponendæ,quia quot ſunt perſonæ turbatæ,tot turba-
tiones dicuntur & totidem pœnæ ſunt exigendæ ſecundum
Bart.not.in l.1.§.ſi ad plures.ff.de ſepulch.viola.ubi etiam di
cit quod tot dicuntur inſultus quot ſunt perſonæ inſultatæ,
quod etiam nota.inſtitu.de iniuriis.§.patitur.verſicu.itaque.
& §.ſicut.& ibi docto. quod liga tibi ad digitum.

39 Vigeſimotertio quære †utrum qui habet filios
poſſit creari epiſcopus.Reſpõ-
deo quod ſic,ſecundum glo. 27.diſtione.de ſyracuſanæ. quæ
dicit verum ſi longa continentia præceſſerit,per ea.prius.&
ibi glo.ead.diſtinctio.probat.8.quæſtione prima moyſes. ibi
potuit,itaque ſucceſſores principatus filios ſuos creare. 12.
quæſt. 1.ſunt manifeſte.12.q. 2.cp̃s.qui filios in auth.quom.
opor.epiſcopos. §.primo collat. prima.ubi loquitur tex.de
nepotibus epiſcopi. Quod verum etiam intelligi debet niſi
nimis tenere eos diligat, ut præſumatur eorum cauſa bona
eccleſiæ dilapidare.alias enim non prohibetur ſecundum di
cta iura.& glo.in d.cap.de ſyracuſanæ,quæ dicit idem in ha-
bente patrem,vel fratrem de quibus etiam ſit timor, quod
nota. licet non ſeruetur in vſu hoc etiam decent, exempla
quotidiana cum in curia videamus multos epiſcopos habere
filios vt eſt tempore noſtro epiſcopus Caietanus.ſ.Franciſcus
patritius Senenſis.& Archiepiſcopus Candiæ nobilis Vene-
tus,& alii plures.Scimus etiam Ioan.And.fuiſſe filium cleri-
ci natum tamen ante patris clericatum vt ipſe refert in ad-
di.Spe.tit.de fil.presby.Et nota quod habens filios cum pmo
uetur debet cauere ne bona eccleſiæ dilapidet propter filios
& inuentarium conficere d.capitulo ſint manifeſtæ.& tenet
glo.66.diſtinctio. cateníenſis.& eſt text.in d. capitulo de ſyra
40 cuſanæ.†Nunquid filius epiſcopi poſſit habere præbendam.
in eccleſia patris.Reſpondeo quod ſic,ſi eſt legitimus ſecun
dum glo.8.quæſt.prima. apoſtolia. Illegitimus vero in eadẽ
eccleſia ſeculari non poteſt eſſe canonicus ut ibi per gl.aliud
tamen beneficium filius etiam legitimus habere non poteſt
41 in eccleſia patris, & idem in cæteris deſcendentib.arg.capit.
conſuluit,de iure patrona.& de inſtitutione. cap. ad decorẽ
forte aliud in tranſuerſalibus, & aſcendentibus argu.de pœ-
ni.diſtin.prima.cap.bonæ.ſecundum dictam glo. Succeſſiue
quæro an poſſit quis renuntiare epiſcopatut ut detur con-
ſanguineo ſuo. Rñdeo ſic, ſm d. glo.8.quæſtio,1.apoſtolica

& ita faciunt hodie multi cardina, volentes.benefacere ſuis.
42 Vigeſimoquarto quæro †an manchus uel aliter viriatus poſ-
ſit eligi epiſcopus.Reſpondeo non,c.1.2. 3.& ſeq.de corpo.vi
tia.55.diſt.qui partem, & per totum.c. ſi quis a medicis.& c.
ſi euangelica. de cleri.ægrotante. cap.2.de cleri. pugnante in
duello.c.2.in Spec.de cor.vitia. Dicuntur autem corpore vi-
tiati non caſu ſed propria voluntate abſciſſi. 55.diſt. corpore
vnde qui ſibi amputat virilia etiam, vt caſte viuat neſciens
aliter viuere caſte, non poteſt eſſe epiſcopus uel ſacerdos c.ſi
quis & ſeq.eadem diſt.Idem etiam ſi ſibi volens digitum ab-
ſcindat,non ſi caſu.d.ca.qui parum.ſed eunuchus ſic.ea.diſt.
eunuchus.quod not.Item caſtratus a medico uel ſecatus pe-
dem in infirmitate poteſt eligi epiſcopus & cõſecrari.ea.diſ.
c.ſi quis in infirmitate. non tamen debet ire ad altare cum
baculo ſecundum gl.ibi per.c.nullus epiſcopus.de conſecra.
diſt.1. Item & cui ab hoſtibus abſcinditur digitus.c.lator ea-
dem diſt.Infirmitas vero ſuperueniens poſt infirmitatem nõ
impedit ea. diſt.ca.p̃cepta. Quid de cæco an põt eligi epiſco-
pus.dic quod non. 55.diſt.c.fi.49.diſt.hinc & enim. hic etiam
adde ſingulariter quod is qui parum manchus eſt corpore,
poteſt promoueri, licet ſupradictum ſit manchũ non poſſe
ad epiſcopatum promoueri,ut tenet Bal.in l. eundens. ff. de
ædil.edic.Laud.de ſan.in l.in quorum.27. col. de pignoribus
facit in argumentum. 12.q 2.terrulas.& gloſ.in authen.mi-
noris debitor.C.quando mulier tutę.officio fungi.poteſt.ad
de hic omnino tex.notabilem.49.diſt.hinc. & enim. & no.in
Spec.de diſpenſatio.§.iuxta.verſi.item in teſtamento. Vigeſi-
43 moquinto quæro †an bigamus poſſit eligi epiſcopus.Reſpon
deo non.li.diſt.c.1.28.q.vlti.de biga.c.1.2.3.& c.4.33.diſtinc.
maritum.c.laici. & in Spe.de biga.vbi dicit verum ſecundũ
docto.etiam cum diſpenſatione Papæ,ſed glo.in c.lector.34.
diſt. per.cap.nuper.de biga.l.diſt.ſi quis viduam,tenet cõtra-
rium.& dicit.d.gl.ſemel fuiſſe diſpẽſatum cum archiepiſco-
po Panormitano. Idem dic & in cardinali qui bigamus eſſe
non poteſt niſi papa cum eo diſpenſet ſecundum Bald.in ca.
at ſi clerci. de iudiciis. Et propterea dominus Antonius Ro-
ſelus monarcha noſtri temporis non potuit obtinere cardi-
nalatum ſibi promiſſum ab eugenio pontifice. quem domi-
nus Antonius defendit in cõcilio Baſilienſi. Eugenius enim
nolens ſeruare fidem excuſabat ſe quia dominus Antonius
fuerat bigamus,& cum requiſitus eſſet de diſpenſatione. Re-
ſpondit domino Antonio allegante pro ſe dictam glo. & do-
ctrinam Bal.ubi ſupra ſe nolle diſpenſare. ex quo Spec.nega-
bat poſſe,ſic quod fuit deluſus,propter quod dominus Anto-
nius indignatus compoſuit pulchrum libellum contra præ-
latos, & ex curia aufugit ad ſtudium Paduanum ubi multos
annos legit me audiente,& tandem obiit non credens aliqd
eſſe ſupra tecta domorum. Idem etiam dicitur de domino
Ioan. de Ligna. qui cum fuerit bigamus non potuit eſſe car-
dinalis, ut audio,intellige autem bigamum ineligibilem ẽt
ſi vnam vxorem habuit ante baptiſmum,alteram poſt.28.q.
4.c.fin.ſed in c.1.& in ſumma dicitur contrarium ſecundum
Hieronymum. vide ibi.poteſt tamen bigamus ex cauſa eſſe
ſub diaconus.d.c.lector.Ratio autem quare bigamus non po
teſt eligi quadruplex eſt,ſcilicet propter ſacramenti vnitatis
defectum ex quo carnem diuiſit. Item propter p̄rogatiuam
ordinum.Item propter ſignum incontinentię.Item quia nõ
habet fontem hortandi uel ſuadendi viduitatem iuxta illud.
Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum. Itaque dicit
gl.ord.26.diſt.in princi. Poteſt autem bigamus monachari
ſecundum Bald.in l.qui ſub prætex.C.de ſacroſan. eccl.ſicut
excommunicatus,ut ibi.& Ioan. An.in regula delictum per
ſonæ,in mercuria. Sed clericus in ſacris non poteſt fieri biga
mus.34.di.præcipimus.& §.prohibeantur.& c.cognoſcamus.
Item nec rector vniuerſitatis ſecundum Bal.in authen. ha-
44 bita.penul.col.C.ne filius pro patre. Quæro nunquid bigami
ſint in eccleſia iterum benedicendi cum matrimonium cõ-
trahunt.Reſpondeo qđ non ut c.vir autem.de ſecundis nup.
ubi dicitur quod quia in primo matrimonio fuerint benedi
cendi,non debet eis benedictio iterari. de quo etiam in cap.
1.& ibi gl.& doc.eo.tit.ubi etiam dicit gl. poſſe iterari ſacra-
menta.ſ.penitentiæ extremæ vnctionis & manus impoſitio-
nis.1.q.1.manus.& ca.quod quidam.vide de conſecra.diſt.4.
ſecus eſt in ſacramento baptiſmi.ea. diſt. oſtendimus.& cap.
ne ſan.bap.reite.dicemus.infra eo.3.libr.vlti.parte principa-
45 li.†Vltimo not. ꝙ bigami carent omni priuilegio & dicũtur
eſſe de foro ſeculari etiam ſi conſuetudo ſit in contrarium.c.
1.de biga.lib.6.& tenet Specula.tit.de cleri.coniug.ver.biga-
46 mi.Vigeſimoſexto quæro † vtrum abſens poteſt in epiſcopũ
eligi.Reſpondeo ſic,etiam ſi non ſit citatus.not.63.diſt.ſacro
rum,& tenet Bal.in l.ſi.3.q.C de contrahen.emptio.& in l.ut
perfectius.C.de anna.exce.per.c.quia propter.de elec.ſed me
lius probatur in c.innotuit.eodem titu.facit. l.vnum ex fami
lia,& ibi Bar.de leg. 2.

Nec

Nec mirum quia dignitas etiã abſenti poteſt con-
ferri.arg.l.cum furioſus,& ibi doc. &
Per.de ſun.de iudi.& l. 1. C.de dig. libr. 12.Item & præbenda
ſecundum Bald.in l.ſcimus. §.ſed & ſi quis C.de la.liber.tol.
47 Vigeſimoſeptimo quæro † an religioſus diſparis cultus poſſit
eligi epiſcopus eccleſiæ Reſpondeo ſic.cle.1.§.fin.cum gloſ.
& docto. de electione. quod verum niſi in diſcordia fiat ele-
ctio,quia tunc non valet.ca. quotiendam.eodem titulo in 6.
niſi opponatur cõtra diſcordantes exceptio excommunica-
tionis,uel ſi quia etiam ſi concordarent cum aliis non vale-
ret votum eorum. igitur tunc tenet electio ſecundum gloſ.
ibi uero diſcordia.& ibi per doct.Secus tamen eſt in abbate
& aliis inferioribus prælatis, quia eligi non poteſt ex diſpari
religione.dicta clementina. 1 in primo reſponſo. vide not.in
c.cum monaſterium.cum gl.& ibi doct.de electione Vigeſi-
48 mooctauo quæro † ſi electus irritatur. quia factus ſit ordine nõ
ſeruato an electus erit infamis. Reſpondeo non, ſecundum
Innoc. in c.cum poſt.de elec.& Bal.in margari.ver.elec.ver.
25.& eſt tex.in d.conſideramus.& c.ſuper eo. & ibi docto.
de elect. Secus ſi electio irritetur propter uitium primæ ele-
ctionis d.c ſuper eo.vnde talis poteſt eligi in eccleſia niſi fue-
rit prima electio irritata vitio perſonæ dicto cap. ſuper eo.&
49 doct. Vigeſimonono quæro † vtrum electus epiſcopus poſsit
renuntiare. Reſpon.ſic cum conſenſu ſuperioris.alias non,ſe
cundum doc.& Bal.in l.ſi a ſcribatur.C.de appel.quod eſt ve-
rum ſiue ſit confirmatus,ſiue non. ca. inter corporalia.& ibi
gl.& doc.in prin.ver.vnde cum non maius de tranſla.pręl.&
gl.in c.cum in cunctis.de ele.multo for.ſi eſt conſecra.d.c.in-
ter corporalia. de quo etiã no.per gl.63.di.quanto.& in ca.2.
de re.in inte.& per Bal.in mar.ver,electio. ver.fi. ubi dicitur
quod electus ante cõfirmationem renuntiat in manibus eli-
gentium per.d.c.2.nam poſt debet renunciare in manibus ſu
perioris.c.admonet.& c.quod in dubiis,& vbique per gloſ.&
doc.de renun.quod no. Item verum etiam ſi electus primo
conſenſit ſm gl.doc.& Philip in c.conſtitutus.in fi.de ap.ſed
plenius ponit glo.in c ſi elect.de elect.in 6.Bal.tamen rub.C.
de fi.inſtr.2.col. dicit quod electio nõ arctat inuitum niſi ac
ceptet. No. tñ q̃d ſi electus renuntiauit poteſt poſtea acceptare
ſi electores in eadẽ voluntate perſiſtant.gl.in c.licet. in fi.de
procu. in 6. Sed vtrũ electus poſſit relinquere eccleſiam,vel
epiſcopatum & tranſire ad monaſterium ſine licentia papę.
Reſpon.non.ut in c.niſi cum pridem.de renun.& gl.in d.cap.
admonet. quæ dicit quod ratio eſt, quia maior fructus ineſt
curę paſtorali quam religioni.per c.in ſcripturis. 8.q.1.& ca.
ſuggeſtum.& c.ſciſcitati.ea. q.adde no.electus autem ad epi
ſcopatum debet intra menſem poſt præſentationem electio
nis acceptare,alias ipſo iure priuatur beneficio electionis,ni
ſi ſit talis perſona quæ non poſſet ſine ſuperioris licentia cõ-
ſentire, quo caſu debet requiri ſuperior, & intra congruum
tempus licentia non procedente poterunt iterum electores
eligere. c.quam ſit.de elec.& in extraua.ſi religioſis.ſecũdũ
Specu.& Io.An.in addi.de elec.§. 1.ver.celebrata 3.col.Illud
etiam ſcire debes quod electus ſciẽs ſe idoneum peccat mor
taliter cum renuntiat ſecũdum Archi.& Io. An. in nouella.
in ca ſi electio.de elec.in 6.& Pet.de Sun.in l.qui ad ciuilia.C.
de appel. & ſupra dixi quod tamen verum eſſe intelligo ſi ſi-
502 ſtrio, vel buffonus, ſeu mimus, vel ioculator non gaudet priuilegiis clericalibus. gl. eſt in cap. ſi iudex laicus de ſenten. ex com. in 6. & tenet Ange. in authen. de monachis. col. 1. Adde etiam prædictis quod nedum eſt a iure vetitum hiſtrionem eſſe epiſcopum, ut ſupra ſed etiam ſi epiſcopus, vel clericus interſit cōuiuio in quo ſuperueniat hiſtrio, vel ioculator debet recedere ne videat geri ludos obſcenos. de conſe. diſt. 5. non oportet miniſtros. 34. diſt. presbiteri. Hoc tamen non faciūt pleriq; prælati qui mimos & ioculatores domi retinēt, & fouent & in conuiuijs plurimum eos exercent. Quinetiā dico qꝫ in cōuiuiis prælatorū ſunt prohibiti turpes ludi, confabulationes, cantationes, plauſus, & riſus inconditi, & latuę cum his uti diabolicum ſit, ut dicit no. tex. de conſe. di. 5. nullus præsbyterorum. 22. q. 1. clericum. debēt autē plati in conuiuiis uti lectionibus ſacrarum ſcripturarum, ut fabulę ociosę non interponantur, & ut animę ad bonum ædificentur. tex eſt no. 40. di. pro reuerentia. debet etiam in menſa prælatorum uidelicet in principio fieri benedictio & in fin. actio gratiarum. ea. diſt. cap. non liceat. & ita cōiter ſeruant prælati. Debet & eorum prandium eſſe in hora tertiarum, non ante. d. c. nō licet. Non tamē debent prælati lautis epulis & multo labore quæſitis uti. nec inter epulas & conuiuia affluere, inter delitias alias tanquam immemores domini noſtri Ieſu Chriſti crucifixi nudi pauperis & eſurientis ſunt in tenebris exterioribus mittendi vbi fletus eſt & ſtridor dentium, ut dicit tex. no. non ſeruatus in uſu. in c. eccleſiæ princeps. 35. diſt. quinetiam corripiendi ſunt epiſcopi qui cōuiuiis inuigilant & occupantur. 44. diſt. multis. & ſeq. maxime ex ſimbolis. S. quando pro rata conferunt ad conuiuia facienda. ca. di c. non oportet. & alias ĵ. dicetur in 3. lib. 1. parte principali. hæc cum reuerentia dicta eſſe uelim & conſcientia ſuggerē-
503 te. Sexageſimotertio quæro, an epiſcopus eligi poſſit de qualibet natione. Rñ. qꝫ ſic, ſicut et papa, dummodo non ſit infidelis vel hæreticus ſecundum Bal. in tractat. ſciſmatis. 13. col.
504 † Imperator vero eſſe debet theutonicus ex iure electionis non ex iure ſucceſſionis. cap. venerabilem. & ibi glo & doc. de electi. vnde imperium tranſlatum eſt ad eos ut ibi, quia habent theutonici regimina eccleſiæ Rom. de conſecra. diſt. 5. In die. ex quo ſequitur quod imperator Græcorum improprie dicitur imperator, ut in dicta glo per capitulū ſolitę. de maiorita. & obed. Item debet eſſe chriſtianus non paganus d. capitu. venerabilem. & tenet Barto. in rubri. digeſtorum.
505 † Sexageſimoquarto quæro, ſi quis habet expectatiuam primi epiſcopatus vacaturi ad papam, an ſibi præiudicetur per renunciationem beneficii factam in fraudem ſui vt cogatur acceptare beneficium renunciatum, ne forte habeat primo vacaturum per mortem quod erit pinguius. Reſpon. quod non, ſecūdum Bal. & Imo. in l. filiæ meę. ff. ſol. mat. quod no. etiam pro aliis beneficiis inferioribus quorum quis habeat
506 expectatiuam. † Sexageſimoquinto quæro, an ſeruus poſſit eligi epiſcopus uel ad ſacerdotium promoueri. reſpon. quod non. 53. diſt. nullus. & capitulo nullus. nec mirum, quia prohibetur eſſe iudex quod eſt minus. l. ſeruus. C. de iud. niſi in caſibus ibi not. per gl.

Item non poteſt eſſe tutor, inſtitu. de tuto. §. eſt autem ibi, capite libero, quod eſt verum niſi in teſtamento dummodo non prohibeatur eſſe liber. inſti. qui dare tuto poſ. etiam ſi ſit alienus dummodo in teſtamento detur ſub conditione ſi fiat liber, ut ibi, uide Bartolum in l. ſi hæreditas. §. fina. ff. de teſtamen.
507 tute. † Sexageſimoſexto quæro, an plures epiſcopi in vna eccleſia eligi poſſint. Reſpon. quod non, ſed ſinguli in ſingulis eccleſiis eſſe debent. 80. diſtinctione capitulo in illis. in fi. & capitulo ſeq. 13. quæſtione prima capitulo primo & prima quæſtione ſecunda ſicut. 7. quæſtione prima in apibus, quia vnus eſt princeps inter apes, vna grus inter plures, vnus rex uel imperator Romæ, princeps vnus altero interempto, iuxta illud Lucani. Fraterno primi maduerunt ſanguine muri. & l. fina. ff. de rerum diui. hæc omnia probantur in dicto capitulo ſicut. ſic nec plures metropolitani eſſe poſſunt in eadem prouincia. c. centeſima diſtinctione ubi vide & nota. Item nec duo ad vnam præbendam eliguntur, ſm Bal. in c. præterea. de prohi. ſen. aliena. per Fede. de quo in c. maiorib.
508 de præben. Io. An. in c. in duobus. de reſcrip. in 6. † Sexageſimoſeptimo quæro quid econtra an vnus epiſcopus dari poſſit duabus eccleſiis. Reſpon. qꝫ nō. 70. diſ. ſanctorum. & ibi gl. ordin. in d. capitulo in illis. & 1. quæſt. 1. cap. 1. & 2. de elec. c. dudum. & in cap. nemo. eo. tit. lib. 6 cap. de multa. de præbē. ſic nec vnus Abbas dari poteſt. duobus monaſteriis. 21. q. 6. vnum abbatem. gloſ. tenet & Bart. in l. prima. C metropo. li. 11. dicunt duos epiſcopos dari vni eccleſiæ eſſe monſtrum, non econtra. ſcilicet vnum dari duabus eccleſijs. vide tamen quod plenius dixi. ſupra eo. 20. quæſt. cum ſe. Sed nec vnus poteſt habere plures præbendas ſecundum gl. in capit. dudum, de elec. & Bart. in l. eis. C. qui mil. poſ. li. 12. poſt gloſ. ibi. & per Innoc. capitulo cum iampridem. de præbend. & ſupra. 21. q.
509 & c. literas. de cōceſ. præb. Sexageſimooctauo q̄ro an Eremita poſſit eligi epiſcopus. Reſpon. quod ſic, ſecundum glo. no. 16. quæſt. prima qui vere. per. cap. cum monaſterium de elec. Et no. quod habent priuilegia clericorum ſecundum. d. gloſ. Differt autem Eremita a monacho, quia eremita propriis bonis non renuntiat, ſecundum. d glo per. §. econtra. 19. q. 3. ſecus in monacho, vt ibi, & not. 16. quæſt. prima placuit. Item Eremitæ ſubſunt epiſcopo. 93. diſt. nulla ratione. ſ[illegible] quæſtione tertia ſi autem 15. quæſt. 1. qui vere. cum gloſ. ſicque cenſentur perſonæ eccleſiaſticæ vt ibi, & per glo. in l. ſecunda. ff. de in ius voc. Innoc. in d. capit. cum monaſterium. de elec. &
510 not. in cap. 2. de exceſ. prælato. †

Sciendum autem quod plus valet uita communis quā eremitica, ideo eremita poteſt fieri monachus non econtra, niſi de licentia abbatis ratione debilitatis ſecundum gloſ. in c. ſi clericatus. 16. q. 1. 20. q. 4. monachum. Adde quod Eremita prohibitus exire clauſtrum nō poteſt citari ſed ſuus prælatus ſic pro eo, vt tenet Bar. in l. 2. ff. de in ius voc. Itē adde quod Eremita non ligatur voto caſtitatis & poteſt contrahere matrimonium ſecundum Ludo. Pon. in ſing. ut eremita. verſi. eremitæ ſunt perſonę. ubi alleg glo. in c. ex parte. de ele. coniugat. ubi etiā ibi per doc. Item nec voto paupertatis cum poſſit habere proprium & teſtari de bonis ſuis, ſicut fecit Paulus primus eremita qui collobium ſuum. i. veſtem ſine manicis qua vtebantur olim virgines & diaconi. & quæ hodie eſt dalmatica reliquit in teſtamento Anaſtaſio epiſcopo Alexandrino, tunicā vero reliquit beato Antonio. 19. quæſt. 3. econtra Paulus. & glo. in c. cum ad monaſteriū. de elec. Plus dico quod eremita non poteſt creari abbas ſicut nec epiſcopus, cum niſi profeſſus poſſit ad abbatiam promoueri ita dicit gloſ. in d. ca. cum monaſterium. per. c. cauſam. eo. ti. & ibi optime probatur qđ not. Scias etiam quod eremita eſt ciuis loci in quo commoratur ſecundum Bal. in l. in adoptione. 2. col. C. de adop. quod not. ad id. quod traditur in l. 1. ff. ad municip. ubi ponit an &
511 quando & qui dicantur ciues. † Sexageſimonono quæro an ambitioſus poſſit eligi epiſcopus. Reſpon. non. 1. quæſtione prima nullus itaq; 1, quæſt. 6. ſicut. l. ſi quemquam & ibi Bal. C. de epi. & cleric. & ſupra dictum eſt in alia. q. Dicitur autem

ambitioſus is qui deſiderat prçeſſe, non prodeſſe. Nam qui deſiderat epiſcopatum vt proſit non ut præſit bonum opus deſiderat. 8. quæſt. 1. qui epiſcopatum. Ideo Hieronymus ſanctus dixiſſe fertur quod tunc fuit laudabile epiſcopatum appetere quando dubium non erat per hunc ad martyrii gloriam peruenire. Et adde quod infra dicetur in proxima. q. 9.
112 Septuageſimo quæro † an quis poſsit epiſcopatum quem habet deſerere & ad alium maiorem trãſire, mediocritate prioris deſpecta. Reſpon. non. 7. q. 1. §. ambitionis. c. non oportet. & c. epiſcopus. debet enim epiſcopus ſtare contentus ſuo epiſcopatu ut ibi. & c. epiſcopum. & c. propter. & ſe. per totum. quinimmo ſi cauſa ambitionis, vel cupiditatis tranſeat debet vtraq; carere eccleſia. ea. q c. eos. c. ſi quis epiſcopus. & ſeq. & eſt glo. in d. §. ambitionis. quod no. contra multos qui hodie vnum epiſcopatum renuntiant & alium pinguiorem acquirunt, & cras alterum, & nunquam ſatiantur, ſemper cupientes pinguiorẽ. dicitur autem certis caſibus quis epiſcopatum ſuum relinquere & tranſire ad alium quos ponit. d. gl. uidelicet ex cauſa leuitatis, & ex cauſa neceſsitatis, & ex cauſa utilitatis, & ex cauſa humilitatis; & ex cauſa cupiditatis. No. tamen quod ſi cauſa neceſsitatis tranſit ceſſante cauſa recuperat priorem eccleſiam. ea. q. c. paſtoralis. facit. c. cum ceſſante. de appel. ſi uero tranſeat cauſa cupiditatis priuatur utraq; eccleſia, ſed poteſt repeti a priori eccleſia cui debet reſtitui. c. non oportet. & capitulo ſi quis uero. Idem ſi cauſa leuitatis ut priuari poſsit ſi prius admoneatur ſecundum dictam glo. nam non videtur abſens ab eccleſia habere eam pro derelicta, cum ex iuſta cauſa poſſit abeſſe. cap. quoniam frequẽter. vt lite non conteſt. & no. in capitu. ex tuę. de cleric. non reſi. Si vero ex cauſa vtilitatis communis tranſierit, dic licuiſſe. Nam Petrus princeps apoſtolorum epiſcopus antiochenus cum incepiſſet Romæ vigere primum caput ſuperſtitionis contra nouellam Chriſti religionem cupiens ibidem fieri primum caput ſanctitatis Ignatium epiſcopum dimiſit Antiochenis. Ipſe vero Romam contendit, vbi poſt. 25. annum ſimul cum Paulo doctore gentium Romanam ſedem ſuo ſanguine conſecrauit. 7. quæſtione prima mutationes. 22. diſtinct. ſacroſancta. & diximus. ſupra in prælud. huius tracta. Sed intellige quod cauſa vtilitatis communis tranſlatus epiſcopus non cogatur ad priorem redire eccleſiam. 7. quæſtione prima §. quia vero. adde quod ſi neceſſitas iubeſt quod epiſcopus trãſeat debet inuitus tranſire neceſſitate cogente. ea. q. cap. ſcias. At qui cauſa humilitatis dimiſit epiſcopatum ad monaſticam domum conuerſus non poteſt ad epiſcopatum redire. ea. q. hic nequaquam. & c. ſeq. niſi de licentia ſuperioris ſecundum gloſ. ibi, poteſt tamen creari Abb. ſecundum. d. gl. per. capit. ad ſupplicationem. de renun. 16. quæſtione prima ſi quos. & capitulo parochia. not. etiam quod qui fuit plebanus ſi fiat monachus poteſt poſtea redire ad plebaniam. d. cap. ſi quos. quod eſt mirum, & facit pro plebano montis fortini qui ſuperiori anno dimiſſa plebe ingreſſus eſt religionẽ minorum. Nec omitto quod ſi ceſſet ambitio poteſt ex cauſa vtilitat[illegible] eccleſiæ quis auctoritate ſynodali trãſire ad alium
113 epiſcopatum. 7. quęſt. prima epiſcopus de loco. † Clericus vero de licentia epiſcopi poteſt de vna eccleſia trãſire ad aliam d. capitulo epiſcopus de loco. in fi. Sed an cogatur per epiſcopum clericus tranſire, videtur quod ſic, argu. capitu. ſicut. de exceſ. præla. facit. cap. quæris. de æta. & qualit. argu. contra in
114 cap. geſta. 74. diſt. cogita. †

An autem epiſcopus ob infeſtationem parentum poſſit renũciare epiſcopatui. Reſpondeo non. ſeptima, quæſtione prima ſuggeſtum, quia in perſecutionibus non debet epiſcopus eccleſiam ſuam deſerere. ead. q. cap. ſciſcitaris. & ſeq. quando autem liceat epiſcopo ſubditos relinquere. not. ea. q. ibi ad unato. ubi uide. & no. in capitulo poſt tranſlationem. de renũcia. quæ omnia tene menti.

Finis ſecundi libri.

S V M M A R I V M.

1 *Canonici conuenati quid in primis facere debeant pro electione epiſcopi celebranda.*
2 *Forma ſcrutinij in electione epiſcopi fienda qualis eſſet debeat & quid facere debent ſcrutatores. 3.*
4 *Canonici ſinguli an debeant ſe ſubſcribere inſtrumento electionis ſcrutatorum. 5. 6.*
7 *Collatio numeri, zeli, & meriti qualiter fienda.*
8 *Collatio facta aliquibus abſentibus an poſsit ratificari.*
9 *Electio epiſcopi quot vicibus & locis ſit publicanda.*
10 *Scrutator publicans electionem an debeat vti verbo ſingularis vel pluralis numeri.*
11 *Canonici ſi in pronunciando epiſcopi electionem diſcordant, quæ pars præferri debeat.*
12 *Electio epiſcopi ſi ſit facta non ſeruata forma conſtitutionis ſynodalis an valeat.*
13 *Epiſcopus an poſsit eligi populo acclamante.*
14 *Publicatione facta populo de electione epiſcopi & decantato hymno, quid vltra faciendum.*
15 *Epiſcopus electus portatus, & inthronizatus an puniatur de tali pompa tanquam ambitioſus.*
16 *Prælati ſplendide viuentes, & cum ſolita pompa, an poſſint reprehendi.*
17 *Epiſcopus electus & inthronizatus ad altare, an impune poſſit populum benedicere.*
18 *Electo in epiſcopum inthronizato, quid eſt vlterius faciendum.*
19 *Subſcriptio quod ſit.*
20 *Sigillum an obliget ſigillantem ſi non legerit & ſciuerit contenta in ſcriptura cui ſigillum apponit.*
Et infra num. 21.
22 *Sigillum ſolum an probet.*
23 *Sigillum an poſſit alteri committi, & an habeat vim commiſſioni. numero. 24.*
25 *Sriptura priuata an habeat de neceſsitate ſigillari.*
26 *Iudicis ſigillum an ſit neceſſarium in literis citatoriis.*
27 *Sigillans ſi non dicat ſe ſigillum appoſuiſſe an ſufficiat ſigillatio.*
28 *Sigillatio nunquid poſsit fieri cum ſigillo alieno.*
29 *Sigillo communis vel alterius magni domini an credatur.*
Et an ſigillo epiſcopi.
Et numero. 30.
31 *Sigillum commune an authenticet ſcripturas priuatas alias inualidas.*
32 *Sigillum ſi negetur eſſe alicuius quomodo probetur.*
33 *Capitulum, vel populus, vel alius dominus nunquid poſsit habere plura ſigilla.*
34 *Sigillum ſociorum quo uſi ſunt mercatores ſocii durante ſocietate apud quem remanere debeat.*
35 *Caſtelanus arcis an credere debeat nuntio portanti generale ſignum domini arcis, & ei reſtituere.*
36 *Sigillum ſi quis remoueat de literis alterius, an teneatur de falſo.*
37 *Falſas literas portans nunquid teneatur de crimine falſi.*
38 *Literas alterius retinens an teneatur de mora ſi periculum contingit ex mora ex intereſſe.*
39 *Literas alterius ſcriptas qui lacerauit aut combuſsit, an de crimine falſi teneatur.*
40 *Sigillum doctoris an dicatur publicum.*
41 *Rem ſi quis reſtituat alicui portanti ſigillum domini cuius res eſt, an reſtituens liberetur.*
42 *Sigillum communis non poteſt negari.*
43 *Sigillum papæ quale debeat eſſe.*
43 *Forma ſigilli imperatoris qualis eſſe debeat.*
45 *Sigillum auctoritatis eſt multiplex, & ſigillum papæ, epiſcopi, & aliorum dominorum.*
46 *Electio facta ſub hac forma eligo poſtulandum, vel poſtulo eligendum an valeat.*
47 *Electio an valeat per hæc verba, eligo & poſtulo, vt melius de iure naturali poteſt.*
48 *Electio prima ſi fuit nulla, an ſecunda valeat priore non caſſata.*
49 *Electione facta per procuratorem an ius eligendi conſumetur ſicut quando ſit per principales.*
50 *Electio an poſsit fieri per uerba, volo eligere.*
51 *Verba, volo relinquere, an importent redditum.*
52 *Aditio hereditatis an importetur per uerba volo adire.*
53 *Scriptura non eſt neceſſaria ad ſubſtantiam gratiæ papalis, licet ſecus quo ad probationem.*
54 *Electio facta per metum nunquid valeat.*
55 *Electio an fieri debeat per omnes electionarios ſimul & ſemel.*
56 *Electio nunquid ſit præſentanda electo.*
57 *Electio facta per verbum eligo, an valeat, licet non dicatur in epiſcopum.*
58 *Electio an ualeat ſi omnes canonici non ſunt præſentes in ſcriptura.*
59 *Electio commiſſa aliquibus an fieri debeat nomine committentium.*
60 *Canonica electio an requirat diſpenſationem.*
61 *Electio prælati nunquid ſcribi poſsit per notarium laicum.*
62 *Clericus in minoribus conſtitutus ſi fiat tabellio perdit beneficium quod habet.*
63 *Laici an poſsint intereſſe electioni prælati ſimul cum canonicis.*
64 *Libellus generalis, peto electionem tanquam minus legitime factam caſſari, an valeat.*
65 *Generalis libellus, Titius eſt mihi obligatus, non expreſſa qualitate vel cauſa an procedat.*
66 *Libellus peto caſſari electionem epiſcopi contra conſuetudinem factam nunquid valeat.*
67 *Nomen domini noſtri Ieſu Chriſti & ſpiritusſancti gratia nunquid in electione epiſcopi ſit inuocandum.*
68 *Electio facta per impetum vel iracundiam an valeat.*
Et an clandeſtine facta.
Et numero. 69.
70 *Forma tradita in electione epiſcopi, an ſit ſeruanda in electione propoſiti de-*

decani, Archipresbiteri piebani, ſimilium perſonatuum.
71 Appellari an poſsit ab electione fienda vt impediatur ne fiat.
72 Appellatio an valeat ne excommunicatus abſoluatur.
73 Appellatio nunquid valeat ne relapſus in hæreſim tradatur iudici ſeculari.
74 Appellari an poſsit a futuro grauamine.
75 Electio epiſcopi cuius expenſis fiat.
76 Sumptus quos facit tutor accuſatus de ſuſpecto in cauſa ſuſpecti ei mota per pupillum vel alium pro pupillo quis compenſabit.
77 Electus in epiſcopum antequam conſecretur quid iurare debeat.
78 Scrutinio facto & collatione an debeat electio epiſcopi publicari.
Et infra num. 79.
80 Vnus ſi habuit quinque voces, alius quatuor, alius tres de duodecim canonicis, an præferatur is qui habuit plures voces.
81 Electio in qua fuit omiſſa collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum, & zeli ad zelum quę fieri debuit poſt ſcrutinii publicationem nunquid valeat.
82 Electio facta de idoneo non ſeruata forma mandati ad eligendum, an ſit valida.
83 Conſilium alicuius ſi ex pacto requiritur in aliquo actu & non fuit requiſitum, an actus valeat.
84 Conſilium eius a quo requirendum fuit, & fuit requiſitum, an ſequendũ.
85 Conſilium alicuius ſi requiratur qui de iure non poteſt admitti ad aliquod officium an eius conſilium ſit ſequendum.
86 Iudex an teneatur ſequi conſilium in ſententiando.
Et infra num. 87.
88 Sententia lata per iudicem antequam reddatur conſilium petitum, & eo non expectato an valeat.
89 Cauſa donec pendet a conſilio ſapientis apud quem ſunt acta cauſæ, non currit inſtantia.
90 Cauſa ſi de conſenſu partium commiſſa ſit conſilio ſapientis, poteſt per iudicem reuocari, etiam inuitis partibus.
91 Conſilium ſi fuit requiſitum poſt tempus quo requiri debuit, videlicet poſt tractatum electionis, an ualeat electio.
92 Conſenſus epiſcopi ſi fuit requiſitus in aliquo actu, non poteſt adhiberi poſt actum.
Et quid ſi requirit licentiam. 93.
94 Electio epiſcopi, an poſsit aliter fieri quam per ſcrutinium.
Et infra num. 100.
95 Arbitri in electione epiſcopi qualiter procedere debeant.
Et quæ ſit forma uerborum. 96.
97 Electio epiſcopi per inſpirationem quomodo fiat.
98 Canonici cum epiſcopum eligunt per inſpirationem an debeat quilibet dicere, eligo, vel eligimus.
99 Electio per inſpirationem an impediatur per contradictionem vnius tantum.
101 Electus in epiſcopum qualiter poſſeſsionem epiſcopatus acquirat.
102 Imperator qualiter acquirat poſſeſsionem imperii.
103 Epiſcopus electus an debeat corporaliter apprehendere poſſeſsionem bonorum.
104 Poſſeſsio ſine apprehenſione non tranſit in eccleſiam ex contractu permutationis, vel alio titulo particulari.
105 Poſſeſsio ſine apprehenſione an tranſeat in filium.
Et quid de monaſterio.
107 Bona dotalia an tranſeant in uirum ſine poſſeſsionis apprehenſione.
Et quid de emptore. 108.
109 Poſſeſsio ſine traditione tranſit in eccleſiam ex vi conſuetudinis.
110 Poſſeſsio ciuiliſsima quæ dicatur.
111 Poſſeſsionem epiſcopatus adeptam an epiſcopus retineat ſi forte per tyrannum expellatur.

PRIMA PARS.

Qualiter eligatur epiſcopus.

IAm cauſa formalis in hoc tertio libro formanda eſt & tri-
pliciter. Nam primo quæ ſit eligendi forma
videbimus. Secundo confirmationis electi
1 Tertio conſecrationis eius materiam attin-
gemus. Primo igitur q̃ro, quid facere debeãt
in primis canonici coadunati in eccl'ia, vel
alio loco iuxta ea quæ plene dicta ſunt in 1. lib. 2. parte princi
pali, pro electione epiſcopi celebranda. Reſpon. quod debẽt
primum deliberare de modo eligendi, uidelicet an per uiam
ſcrutinii eligere, an uero per uiam compromiſsi. & de ipſa de
liberatione facta debet inſtrumentum confici, quo confecto
ſi deliberauerint ſcrutinium facere tres eligant de capitulo,
ut c. quia propter de elec. uel tres extra capitulum qui tamẽ
poſsint de conſuetudine electioni intereſſe, uel plures tribus
uel etiam pauciores prout eis uidebitur. dummodo unus tm̃
nõ eligant, q̃ ſcrutatores dicunt, & de dicta electione fiat pu
blicum inſtrumentum vt tradit Spec. ti. de elec. §. primo. ver.
omnibus autem. Bal. in l. 1. in antepenult. col. C. qui admit. ad
bo. poſſeſ. poſsũt. dum ponit formam electionis epiſcopi ſub
breuibus verbis. gl. tamen in d. c. quia propter. dicit tres eligẽ
dos eſſe ſcrutatores non plures nec pauciores, aliquid tamen
2 non allegat. †Secundo quæro de forma ſcrutinij, reſpondeo,
ꝙ debẽt dicti ſcrutatores cõtrahere in angulo eccleſiæ. c. ꝙ
ſicut. in prin. de elec. & c. qua fronte. de appellationibus. & ibi
ſingulos canonicos ſeparatim conuocare incipiendo ab eo
qui primam vocem habet in electione. per. c. auditis. de elec.
eoſque admonere ꝙ remotis ab eis odio, timore, pretio, pre-
ce, iuxta. c. accuſatores. 4. q. 5. & cap. quatuor. 11. q. 3. 7. diſt. ſi
quis pecuniam. c. cum æterni. de re iudi. in 6. de teſti. quoties.
cum ſimi. in eum conſentiãt, qui magis eccleſię vtilis & ido-
neus eis videatur. & eos adiurent per Deum viuum & in vir-
tute ſpiritusſancti & ſub animæ ſuæ periculo, quod in eũ con
ſentiant, vt ſupra, quo facto quilibet canonicus reſpondeat,
credo talem eſſe meliorem, & eum eligo & nomino in paſto
rem & epiſcopum, quę omnia in publicam formam redigan
tur. ſ. monitio, adiuratio, & receſſio vt no in cap. cum inter. de
3 elec. & tradit Spec. plenius. in d. §. 1. verſi. hoc confecto. †Ter-
tio quæro quid vltra ſit faciendum a ſcrutatoribus. Reſpon.
ꝙ inter ſe facere debent collationem de his canonicis q̃ eli-
gendi videãtur de merito ad meritum, de numero ad nume-
rum, de zelo ad zelum, qua collatione facta eum eligant in
quem inuenient omnes aut maiorẽ partem capituli cõſen-
ſiſſe, iuxta c. quia propter. & c. in geneſi. de elect. Poſtea vero
vnus ex ipſis ſcrutatoribus de mandato vel conſenſu ſociorũ
electum publicet coram capitulo, de quo mandato fiat in-
ſtrumentum publicum expreſſo nomine publicandi electi,
ne publicans alium per fraudem nominet, vt tenet Spec. ubi
ſupra ver. is igitur. Hoſt. tamen in c. 3. de proba. & gl. in c. cum
ab vno. de re iudi. dicit magis credi duob. dicẽtib. de alio fuiſ-
ſe concluſum quam vni alium publicanti. Sed cautior eſt
opi. Spec. quam tene. & nota quod talis publicatio debet fieri
in ſcriptis ſm conſuetudinem, cum de iure non ſit cautum
requiri ſcripturam ſm Spec. vbi ſupra. verſi. quo facto, & di-
cit probari in c. dilectus. de elec. & eſt tex. gl. & doc. in c. quia
4 propter. eo. tit. ubi vide. †Quarto quæro, an ſinguli canonici
debeant ſe ſubſcribere inſtrumento electionis ſcrutatorum.
Reſpon. ſic, in Spec. de elec. §. 1. ver. & huic inſtrumento. ſed
ibi Io. An. in addi. tenet contrarium dicens de conſuetudine
non ſeruari, quia in magno capitulo eſſet nimis longa mora
ſi fieret ſubſcriptio ſingulorum, prædicta tamẽ intellige qñ
5 in votis eſſet diſcordia. †Quinto quæro, quid ſi in votis eſſet
concordia, quia totum capitulum conſentit de vno eligen-
do. Reſpon. quod ſcrutatores ſolum ſcrutari debent vota ſin
gulorum & ſcribere ea, & in communi publicare. Collatio
vero, electio, & ſolennizatio fient per alios canonicos. cap. in
geneſi. de elec. & in Specu. ubi ſupra verſi. ſi vero capitulum.
6 Hoſt. in ſumma eo. tit. §. qualiter. ver. eligant. †Sexto quæro,
dictum eſt. ſupra in 3. q. ꝙ vnus ex ſcrutatoribus completo
ſcrutinio debet de mandato ſociorum vota ſingulorum pu-
blicare, an ad hanc publicationem requiratur voluntas alio
rum canonicorum, dic quod ſic, in Spec. vbi ſupra ver. com-
pleto. & probatur in d. ca. quia propter. & ſubdo hic quod fa-
cta dicta publicatione fieri debet electio per capitulum ſi nõ
ſit actum quod fiat per ſcrutatores, quinetiam & p alios fieri
poteſt tacente capitulo ſecundum Spec. in uer publicationẽ.
& not. in d. c. quia propter. in d. capitulo in geneſi. & per Bal.
7 in l. 1. antepe. col. C. qui admit. Septimo quæro quomodo fiat
collatio numeri zeli & meriti, dic ut ſupra 2. li. 2. q. ibi ple-
8 ne. †Octauo quæro, an collatio facta aliquibus abſentib. poſ-
ſit ratificari. Reſpon. ſic, no. in d. c. in geneſi. & tenet Spe. ver.
9 ſi collatio. alias ver. publicatione. in fi. †Nono quæro, quot vi
cibus & locis ſit publicanda electio. Reſpon. quod in duabus,
videlicet in cap. coram canonicis. c. in cauſis. circa prin. & c.
cum inter canonicos. eo. ti. d. c. quia propter. ſecundo pulſata
campana ibidem per alium ex ſcrutatoribus publicetur ele-
ctio coram clero, & populo ad ſonum campanę conuocato.
c. cum inter. & in c. in cauſis. 8. q. 1. licet.

Sed quæro quid ultra fieri debet poſt publicationes
prædictas, reſpon. quod debet cantari hy
mus, Te Deum laudamus, Te dominum confitemur, ut tra-
dit ſpec. ubi. ſupra uer. cõſequenter autem. & ibi ponitur for-
ma publicationis. & dicit Spec. ubi ſupra uer. & no ꝙ fieri po
teſt per ipſum capitulum publicatio de qua ſupra, ſi tamẽ nõ
fiat ea publicatio non uitiatur electio, quia publicatio ad ca-
pitulũ non eſt de ſubſtantia, dummodo non ſit electio clan-
deſtine facta ſm Spec. ante ver. celebrata. Pro prædictis facit
quia omiſſio ordinis. uel leuis ſolennitatis. non vitiat actum
l. 1. §. fi. & ibi Barto. ff. de uen. inſpi. & Bal. in l. fi. § primo quar-
ta col. C. de iu. delib. & in rub. C. de ſucceſ. edic. & in l hac cõ-
ſultiſſima. C. qui teſt. fa. po. & in l. rem non nouam. poſt gloſ.

Ibi. C.de iudi.& no.in l.diuus.3.col.ff.de reſti.in inte.& in l.2.
§.prius.de vulg.& pup.in l.cum hi. §. ſi prætor.ff.de tranſla.&
in l.1.§.ſi plures. 7.colum.ff.de exerci. & ſcias quod talis pu-
blicatio fieri debet populo ad finem habendi conſenſum po
puli expreſsũ uel tacitũ ſcilicet per taciturnitatẽ ſine cõtra-
ditione.62. diſt.c.nulla cum gl. & no.in d.c.licet 8.q.1.Indu-
citur aũt conſenſus populi etiam ex teſtimonio lato per po-
pulum pro electo.22.di.reliqui populi.ergo conſenſus requi-
ritur ut ſupra dictum eſt.& no.in c.quãto. c.plebs.& c.noſce.
c. clerici.& in §. electiones.ea.diſt.quod not. Decimo quæro
10 an ſcrutator publicans electionem debeat vti verbo ſingu-
laris numeri eligo, vel verbo pluralis numeri, eligimus. Re-
ſpond. ꝙ verbo ſingularis numeri.c.ſicut.de elec.in 6.c.cũ ab
vno.cum glo.& doc.de re iudi.in 6. ubi etiam dicitur verum
eſse, ſiue electio fiat per ſcrutinium, ſiue per compromiſſũ,
& tenet Io.And.cõtra Spec.in d.§.1.ver.& not.quod ſi aliqs.
ſecus tamen eſt dicẽdum in ſententia plurium iudicum pro
nunciata per vnum ex ipſis.d.cap.cum ab vno.de re iud in 6.
11 quam not.in prati.† Vndecimo quæro quid ſi canonici in p-
nunciando diſcordant. Reſpon.maior pars debet præferri ſe-
cundum Spec.in d.§.1.ver.quid ſi canonici.& gl.in c. cum ab
vno.de re iudic.in 6.poſt Hoſt.in c.3. de proba. & infra dicẽ.
12 Duodecimo quęro quid ſi electio epiſcopi ſit facta non ſerua
ta forma conſtitutionis ſinodalis emanatæ per prius circa ci
tationes abſentium. Reſpon.quod ualet ſecundum Io. And.
in addi.Spec.de elec.ſuper rub.ad finem,eſt autem nulla ele
ctio facta non ſeruata forma tradita per concilium generale
Lateranenſe. cap. eccleſia ueſtra. de electio. cap. cum poſt.
cap.eccleſia.capit.cumana.& cap.congregata.eodem titulo
13 † Decimotertio quęro,an poſsit eligi epiſcopus populo accla
14 mante.Reſpon.vt ſupra.2.lib.quęſt.44.† Decimoquarto quę
ro facta publicatione populo,& decantato hymno, vt ſupra.
quid vltra ſit faciendam.Reſpon. quod dum cantatur hym-
nus, dẽt electus ſi præſens eſt portari ad altare eccleſiæ cathe
dralis, ibiq; eſt intronizandus in ſede epiſcopali. c. eccleſia
veſtra.de elec.tenet Spec. vbi.ſupra ver.conſequenter.& ibi
15 Ioan.And.in addi.& Io.And.in c. qualiter.eo.tit.† Sed nun-
quid electus ſic portatus & inthronizatus puniatᷣ de tali pom
pa tanquam ambitioſus,ſeu pompoſus.Ręſpon.non,quia ta
lis conſuetudo enim excuſat quæ fit ratione dignitatis,& ca-
none permittente.d.c.eccleſia. & tenet Io.And.ubi ſupra in
addit.in ſede epiſcopali,facit lex gracchus.C.de adul.& quod
dixi de conſuetudine non eſt mirum , quia etiam in electio-
nibus ſeruanda eſt.l.illud.in prin.& ibi Bart. ff. quod cuiuſqꝫ
vni.no.Quæ conſuetudo excuſat a pęna.l. quid ſit fugitiuus.
§. apud labeonem.ff.de ædi. edi.gl.ordi.4.diſt.deniqꝫ.& ideo
Bart.in d.§.apud labeonem.notabiliter dicit quod celebrans
contractum alias de iure vſurarium,non punitur.ſi talis con
tractus ſit in frequenti vſu in patria,quod etiã tenet do. meus
Barth. Cæp.in trac.de contrac.ſimu.in prin.5.col.& Bal.in l.
1.11.col.C.de his quæ pę.no.conſuetudo enim poteſt appro-
bare & improbare contractum,ſecundum Bal. in l.per diuer
ſas.1.col.C.man.& ideo not. dicit Flo.in l.ſi quis donaturus.
de vſuf.quod contractus pęnalis conſuetus eſt permiſſus etiã
ſi ſtatuto caueatur quod in contractibus pœna non poſsit ap
poni,alias autem bene & male, in auth. omnes. C.commu.
de ſucces.dixit quod conſuetudo non excuſat a pœna. con-
trarium enim verius eſt,vt ſupradictum eſt,& eſt gl.not.in c.
cũ venerabilis.de conſue. quæ dicit conſuetudinem excuſa-
re a pœna electum ſe ingerentem adminiſtrationi antequã
confirmetur,& eſt gl.in c.ſane.de tempo. ordi.quæ dicit con
ſuetudinem excuſare a pœna temporali,non ab æterna. Idẽ
in his quæ ſunt contra ius poſitiuum non ꝯ ius naturali,vide
ẽt Pet.de anch.in d.c.cum venerabilis.& Bart.Cæp.in ſingul.
ſuis.127.ꝙ bene not.& nedum electus pro dicta pompa non
tenetur ad pœnam,vt ſupra ſed nec etiam in foro conſcien-
tiæ peccat ſecundum Innoc.in c.1.de treu.& pa.dum dicit ꝙ
conſuetudo excuſat a peccato.ſed contrarium dixit in cap.
1.de conſue.ſecundum.Bal.in margar.ver.conſuetudo.verſ.
1.& hoc vltimum cõfirmat gl.no.& ſing.in d.c.deniq; 4.diſ.
quæ dicit conſuetudinem excuſare a pœna temporali non
gehennæ. In caſu tamen noſtro credo electum non peccare
pompa inthronizationis cum fiat ratione dignitatis , non
ratione ſuę perſone, igitur &c. Dicta ergo gl.procedit in his
quę ſapiunt peccatum de ſui natura, vt in his conſuetudo nõ
tollat pœnam gehennæ.

Adde prædictis quod conſuetudo pecca-
tum auger non mi-
nuit. 24.quæſt.prima ſciſma.ver.nec enim leuiat.32.quæſt.7.
flagitia cum glo.de ſimo.c.non ſatis, in fi.cum gl. & ideo ve-
niale peccatum ſit mortale dum placet.25.diſt. criminis, &
tenet glo.not.in dicto capitulo non ſatis. Quandoque tamẽ
conſuetudo delictum excuſat,maxime propter pecantium
multitudinem.capitulo ſane.& ibi gloſ..de tempo.ordin.Sed
intellige quo ad pœnam temporalem , non quo ad pecca-
tum per ſupradicta.& adde.32.quæſt.4.obiciuntur.† Ex qui-
16 bus inferri poteſt quod pręlati ſplendide viuẽtes,& cum ſo
lita pompa reprehendi non poſſunt, prout etiam tenet expꝛeſ
ſe Ioan.And.in addi.Specu.prælleg.ibi quod ſi popinat vel
ſi ſplendide viuat non eſt locus pœnę.contrarium tamẽ no.
in cap.eccleſiæ principes.35.diſtin.ut plenius dixi ſupra.2.li.
in 62.vbi uide omnino quæ dicta ſunt de vita prælal.Hic ta
men addo quod omiſi circa modum veſtiendi & reliqua. vi
delicet quod epiſcopus debet habere vilem ſuppellectilem,
menſam ac victum pauperem,& hoſpitiolum prope eccle-
ſiam.45.diſt.epiſcopus.cum glo.quæ dicit hodie non ſerua-
ri.ſ.tpe g oſſatoris,& multominus hodie temporibus iſtis.&
poteſt dici quod illud olim erat. ſ.quo tempore reges erant
paſtores ouium . Adde etiam quod corripiendus eſt epiſco-
pus qui laſciuit in veſtibus.21.q.3.omnis iactantia.cum glo.
& cap.percipimus. quod dicit ibi glo.verum eſſe ſi facit ad
uoluptatem, alias ſecus, poteſt tamen vti eis epiſcopus ſm
conſuetudinẽ regionis ne vileſcat dignitas epiſcopalis. Sed
non poteſt epiſcopus habere veſtes de pannis rubeis, vel viri
dibus quas gerere debet deſuper clauſas.hæc omnia proban
tur in cap.clerici.de vi.& ho. cler. Purpura vero & cendalo
vti poteſt epiſcopus exemplo Chriſti, qui & purpurea veſte
vtebatur.Gregorius tamen dicit quod ſi vſus purpurearũ ve
ſtium non eſſet in culpa,ſermo Dei nõ tam manifeſte expri-
meret quod diues indutus purpura & Byſſo deſcendit ad in
feros.An autem epiſcopi poſſint vti veſtibus laicorum,dicit
quod non , cum extra domum ire non debeant ſine proprio
habitu.22.q.4.epiſcopi.cap.ſine ornatu.& ſeq. Ex quo inferẽ
quod nec poſſunt epiſcopi, vel clerici laruis ſe exercere , vt
etiam melius probatur in c.cum decorem.de ui. & ho.cler.
in l.minime.C.de epiſ.aud.in auth.de ſan.epi. §.fin.colla.9.
imo laruas ad ſe uenientes admittere prohibentur.de conſe.
diſt.5.nullus. quæ oĩa not ꝯ multos curiales.illud ẽt non eſt
ommittendũ ꝙ multis diſplicet qui pompis inuigilant ꝙ epi
debent uti rocheto,ſeu camiſia linea ſuper veſtib.niſi ſit epi-
ſcopus,uel alius pręlatus monachus qui retinet habitum ſuũ
& rochetum ferre non poteſt text. eſt not.in cap.clerici. de
17 vi.& ho cler. † Decimoquinto quæro vtrum epiſcopus ele-
ctus,& inthronizatus ad altare,ut ſupra poſſit impune popu
lum benedicere.reſpõ.duplex eſt benedictio,una ſ.cõis quæ
ſimpliciter ſit cum ſigno crucis,quam faciunt epiſcopi, ab-
bates,& omnes alii ſacerdotes celebrantes.ut in cap.1.de cõ
ſe.diſt.1.& c.ſe.ca.di.25.di. §.ecce.& hanc facere poteſt ele-
ctus die inthronizationis, quią nõ eſt adminiſtrationis. alia
eſt benedictio ſolennis quę ſit cum verbis.Sit nomen domi
ni benedictum &c.de hac benedictione intelligitur.cap.mi
niſtrare.ut ibi. Sed epiſcopus ſic, vt dicto capitulo miniſtra-
re.& capitulo conuenit.in fine. de conſecratione diſtinctio.
5.Item nec eam facit abbas niſi ex priuilegio a papa obten-
to.c.abbates.de priuileg.in 6.per cuius conceſſionem ei fa
ctam a papa non uidetur conceſſa ſibi exemptio in reſtitu-
tione ordinarii nec fieri prouidendum ordinario, ſiue cum
proteſtatione ſiue ſine. cap.inter monaſterium . & ibi Ioan.
And.& Abb. de re iudi. Et hanc benedictionem ſollemnem
non põt facere electus ante cõfirmationẽ & ꝯſecrationẽ cũ
illa ptineat ad ordinem epalem, merito non uenit niſi ex cõ
ſecratione epiſcopi iuxta glo.in cap. tranſmiſſam.de electio
ne.& not.in cap.ſicut.§.præterea.eo.titu.& in cap.inter.cor
poralia.de tranſla.præla.ite vero Ioan.And.in addi.Spec.de
elect.§.1.uerſicu.quęritur.in addi.M.vbi ſic dicit fuiſſe alias
in curia iudicatum.Quid de cardinali non epiſcopo.Reſpõ.
quod etiam ſolennem benedictionem facere poteſt doc.in ca.
primo. de ſupl.neglig.pręlato,vbi etiam dicunt quod is po-
teſt uti inſigniis epiſcopalibus.Circa prædicta etiam ſcire de
bes quod non debet ſacerdos miſſam celebrans aſſiſtente
epiſcopo benedictionẽ facere niſi epiſcopus benedicere no-
lit.gl.eſt no.de conſecra.diſt.1.miſſas.& no.in §.eccleſiæ.95.
diſt. quod no. ut ſcias reddere rationẽ quare in fine miſſæ ſa
cerdos non benedixit ſed epiſcopus & quandoque ſacerdos
18 & non epiſcopus. † Decimoſexto quęro inthronizato ele-
cto quid ſit vlterius faciendum. Rñ.capitulum debet ſcribe-
re ſuperiori.ſ.metropolitano ſi ſit,vel alteri qui ſuperior ſit,
non ſit debet pape ſcribere literas ſigillo capituli & ſingulo
rũ munitas & a canonicis ſubſcriptas, quę litere decretum
appellantur,in quo electio facta ſeriatim narretur,& confir
matio peratᷣ ſub forma ꝗ tradit Spec.de ele.§.1.ver. celebra-
ta igitur.& probatᷣ.in c.innotuit.& in c.cum inter can.eo.tit.
ita tñ ꝙ in ſubſcriptione quilibet dicat. Ego T.ſupradictis oĩ
bus & ſingulis conſenſi & conſentio , & manu propria ſigno
& ſubſcribo. Nec debet dicere ĩterfui, ut tenet Spe.ut ſ̃.3.co.
& no.in d.c.cum inter. Subſcribere vero prior debet qui pri
mã vocẽ habet ratione dignitatis vel ordinis.de ma.& ob.c.
1.& c.per tuas.& c.ſtatuimus.17.diſt.§.hic.& c.ſe. vel ꝗ ma-

ior eſt inter omnes, ſecundum Spe. ubi ſupra. Item in ſubſcri
ptione debet aliquod ſignum apponere putaante uel retro,
ut ibi tenet Spec. de quo etiam not. in capit. cum inter nos.
de re iud. pro eo uero qui ſcribere neſcit aliud ſubſcribat &
mentionem faciat ꝙ ſcribit pro T. neſciente ſcribere, ut no.
in c. cum inter nos. & Spec. vbi ſ. & dicetur. ſ. eo. tit. in mate
ria ſubſcriptionis in fi. in tus dicat. Acta ſunt prędicta tali an
no, tali loco, & die, ut ibi ſequit Spe. Qualiter aūt fiat inſtru-
mentum electionis. vide Spe. in d. § j. ver. liquet. ubi ēt ponit
formam libellorum qñ confirmatio petitur electionis. in cō
cordia celebratę, vt ibi, ver. cæterū, ſi in electio. uel in diſcor
dia, ut in uer. ſi vero duę Et qm̄ de ſubſciptione ſup. fecimus
mentionē cōuenıēter hic addemus quædam circa materiā
ſubſcriptionis ſilentio non prætereunda, cum materia ſit vti
19 lis & quotiana, vt pratica docet. †Sciendum eſt igitur ꝙ ſub-
ſcriptio dicitur teſtimonium quaſi teſtificari videat̄ qui ſub-
ſcribit. l. fin. & ibi Bald. C. ſi cer. pet. vnde ſubſcribens nō ob-
ligatur qñ ſubſcribit vt teſtis, vel ut notarius, ſecus ſi tanquā
pars principalis. l. gaius. ff. de pig. ac. l. fideiuſſor. §, pater. & ibi
Bar. de pign. l. emptor. §. lucius. & ibi Pau. de Caſt. ff. de pact.
l. ita ſtipulatus. §. griſogonus. de uerb. oblig. l. ſi pater. & ibi
Bal. C. de fideiuſ. Bar. in l. ſicut. §. nō uidetur. quibus mo. pig.
ſol. & in l. quę dotis. ſol. mat. Nocet ergo ſubſcriptio ei qui ſe
ſubſcribit vt principalis, vt ſupra dictum eſt, quod eſt uerū
Et ſi tota ſuperior ſcriptura ſit facta per aliū, quia ſubſcriptio
obligat ac ſi totam ſcripſiſſet ſubſcribens, ſm Bal. in d. §. lu-
cius. & tex. Bar. & doc. in d. § griſogonus. & in l. hac conſultiſ
ſima. & ibi not. C. de teſt. & in l. fi. C. de re. alie. facit. d. l. fide-
iuſſor. §. 1. ff. de pign. & Pau. de Caſt. in d §. lucius. ꝙ eſt verū,
ſi ſubſcribens legit & ſciuerit contenta in ſcriptura præcedē
ti, cui ſubſcribat non aliter. l. fi. & ibi Bal. C. plus valere quod
agitur. & Pau. de Caſt. in con. 348. & infra dicetur in materia
ſigilli. Quod no. pro his qui ſe ſubſcribunt in folio puro albo
non ſcripto quia licet poſtea ſcribatur ſuperius non obliga-
tur qui prius ſubſcripſit, & ita pluries conſultus reſpōdi, ma
xime in ciuitate mea a quodam magno ciue in cauſa graui
quæ dormit.

Accedit prædictis ꝙ ſubſcriptio facta a po-
puliſ obſeſſis in carta alba
ſibi tranſmiſſa a tyranno obſidente, qui poſtea ſcribat capi-
tula & pacta quæ uult non obligat populos, qa in ea ceſſat
verus conſenſus, immo conſtat metus inſtantis diſcriminis.
Item quia totus contractus eſt collatus in voluntatem alte-
rius partis tantum contra. l. pen. & C. de contrahen. emp. ita
ſingu. dixit do. meus Io. de prato in l. ſi procuratorem abſen-
tem. & ibi Ange. ff. de procu. & in l. ſi qua per calumniam. C.
de epiſ. & cler. inſuper tene menti quod ſubſcribens vt prin-
cipalis non vt notarius vel teſtis vr̄ conſentire & prę ſumitur
ſcienter facere niſi contrariū probetur, ſecus ſi ſubſcribit ut
teſtis uel notarius, cū tunc non obligetur. d. l. ſicut. §. non ur̄
& per Bar. & ideo Bald. in l. mutue. C. ſi cer. pet. dixit ꝙ ſub-
ſcriptio nō nocet ſubſcribenti ſi fiat ad probationem actus
quia non vr̄ fieri animo obligandi, ſecus tamen ſi fiat ad eſſe
contractus; per dictam, l. fideiuſſor. §. pater. de pignorib. Sub
ſcriptio autem ſine ſigillo non nocet, & econtra in caſu. l. ad
teſtiū. §. ſi quis & ibi Bar. ff. de teſti. Habet & ſubſcriptio vim
depoſitionis, ſm Bal. in l. fi. 5. oppo. C. de edi. di. Adri. tol. & l.
fin. & ibi Bald. C. ſi cer. pet. Et adde quod ſubſcriptio etiam.
vnica ſufficit licet noua ſigillatio fiat. l. ſi teſtm̄. & ibi Bar. de
teſta. Item ſubſcriptio trahitur ad tempus ſigillationis, ſm
Bart. ibidem, vbi etiam dicit quod & illa trahitur ad ſuum
tempus quicquid ante actum eſt, & vide ꝙ not. in l. tribunus
§. 1. ff. de teſta. mil. Item trahit ad ſuum tp̄s depoſitionē teſtiū
ſubſcriptorum, ſm Bal. in d. l. fi. 5. oppo. Prædictis ſubdendū
eſt ꝙ ſubſcriptio non requiritur in ſcriptura propria manu
facta. l. cum antiquitas. & ibi Bald. C. de teſta. & l. cum taber
nam §. idem quęſiit. ff. de pig. ꝙ eſt uerum niſi in doctore cō
ſulente qui debet conſilium etiam ſua manu ſcriptum ſub
ſcribere, ſecundum Pau. de Caſt. in d. l. cum antiquitas. in fi.
ubi idē dicit inſtrumento notarii ꝙ no. Et tene menti ꝙ ſub
ſcriptio facta per errorem nō nocet. l. titius. de reſcin. ven. l.
fi. & ibi Bal. C. plus valere ꝙ agitur. Ideoq; dici poteſt ſuſpe-
ctum inſtrumētum ēt ab eo qui ſe ſubſcripſit ſi de errore cō
ſtet, ſecundum Bart. in l. 1. § fi. ff. quemad. teſt. aper. alias non
ſubſcribentem obligat, ſecundum Bal. in tract. ſciſma. 18. co
lū & ſciendum ꝙ ſi ſubſciptio fiat a dn̄o habet uim mandat
l. etiam. & ibi Bald. C. quod cum eo. Nec tacendum eſt ꝙ ſub
ſcriptio facta a teſtibus facit eos præſumi fuſſe rogatos, licet
aliter non conſtet, ſm Bar. in l. domitius. ff. de teſtam. ꝙ ta-
men limita vt ibi per Ioann. de Imo. Adde etiam quod ſub
ſcriptio facta per alium de mandato debitoris qui ſcribere
neſciat, obligat mandantem ſecundum Abb. & Imo. in c. cū
inter. de re iud. quod no. quia eſt vtile & quotianum. † Vlti-
20 mo ſing. no. quod ſi commune deputauit bancherium ad
exigendas collectas, & notarium qui ſcriberet ſingulas ſolu
tiones in libro, ſi aliquis ſoluit bancherio qui ſe ſubſcripſit in
libro talis, ſubſcriptio probat pro debitore iterum conuen
to ad ſoluendum fiſco contra ipſum bancherium. l. fiſco. &
ibi Bar. C. de cōue. fiſ. debi. li. 10. quæ omnia tene menti. Nūc
21 tractemus † aliqua de materia ſigilli contermina ſubſcriptio
ni adeo quidem vt multa ſuperius dicta de ſubſcriptione lo-
cum habeant & in ſigillantem, nam & ſigillum non obligat
ſigillantem, niſi legerit & ſciuerit contenta in ſcriptura cui
ſigillum apponit, ſicut nunc ſubſcriptio. l. 2. & ibi Bar. & Bal.
C. de reb. alie. non alie. & tenet Io. de prato. in l. qui procura-
torem. in fi. ff. de procura. Inno. in cap. 2. de fi. inſtru. & Bal. in
marg. verſ. ſigillum. verſ. verum. & Pau. de Caſt. conſi. 368. nā
& ſi ignoranter ſigillat, non obligatur, ſecus ſi ex certa ſcien
tia, ſecundū gl. & Bal. in d. l. quæ dotis. ſol. mat. & in l. in frau-
dem. §. ſicut. de teſt. mili. & in l. ſicut. §. nō videtur. ff. qui. mo.
pig. ſol. & Pau. de caſt. in d. conſi. aduerte tamen quod Inno.
in c. quanto. de his quæ ſiu. a præla. dicit ſigillari poſſe etiam
ſchedulam non lectam, vt refert Bald. in marg. ver. ſigillum.
ver. pęn. ego de hoc dubito per ea quæ ſupra proxime dixi, &
in materia ſubſcriptionis cogita. Et quod dictum eſt. ſupra
ſine ſigillo non nocere ſubſcriptionem in caſu. l. ad teſtium.
§. ſi quis & ibi Bart. ff. de teſta. dicit verū eſſe ſecundum Bart.
ibi etiam in mercatoribus, quod etiam tenet Bar. in 1. conſti.
ff. 2. col. Bald. tamen aliter loquitur in l. 2. in fin. C. de re. alie.
non alie. quem etiam uide in l. contractus. 4. col. C. de fide. in-
ſtru. & in l. falſis. in fi. C. de fur. ubi dicit quod ſigillum ſub ſcri
22 ptura eſt ſolus & mutus teſtis. † Etiam adde quod ſolum ſigil-
lum non probat mandatum ſecundum Inn. in d. c. quanto. &
Io. de prato. in d. l. ſi procuratorem. & Bald. & doc. in l. fi. vlti.
colu. C. de procu. niſi ſit productum a perſona domeſtica eius
cuius eſt ſigillum, quo caſu ſemiplene tantum probat ſecun
dum Io. And. ſingulariter per Hoſtien. in c. 2. de ſol. alias non
probat. vt ſupra, maxime ſi ſine ſcriptura productum ſit ſecū
dum Io. An. in c. quanuis. de procu lib. 6. in nouel. In practica
tamen vidi ſeruatum contrarium quia comitatiui veniunt
cum prioribus ciuitatis nomine communitatis eorum cum
ſigillo tantum, & creditur eis, ſic etiam faciunt plerunq; can
cellarii magnorum principum in curia Romana cum habē-
tes ſolum ſigillum dominorum ſuorum expediunt eorum
23 negotia. † Quæro an ſigillum poſſit alteri committi. Reſpon.
quod ſic, ſecūdum Bal. in l. 2. C. de re alie. non. quod eſt verū.
ſ. perſonæ fideli ſm Inn. in c. 2. de fide. inſtru. & Bal. in marga.
24 ver. ſigillum. ver. penul † Quęro ēt an ſigillum hēat vim com
miſſionis Reſpon. quod ſic. immo etiam vim habet cōfirma
tionis ſecundum Bal. in cap. 1. 1. col. de pace Conſtan. Bart.
in l. in fraudem. §. ſicut. de teſt. mili. per. l. tribunus. §. 1. eo. ti.

25 Quæro an ſcriptura priuata debeat de neceſſitate ſi-
gillari. reſpon. non, immo nec etiam literæ
mutuæ, ſecundum Bart. in l. cum tabernam. §. idem quæſijt.
ff. de pign. ꝙ dicit verum qñ eſt ſcriptura propria manu con-
fecta, vide etiam Bar. in 1. conſti. ff. 2. col. & in d. l. ad teſtium.
§. ſi quis. ſi tamē addatur ſigillum, facit dici ſcripturam indu-
bitatam, ſm Bal. in l. in bonę fidei. 4. col. de reb. cre. & iureiur.
Sed an ſigillum ſuperioris ſit neceſſariū in approbatione le-
gis. Reſpon. non, ſecundum Bal in c. 1. 7. col. de pa. Conſtan. &
Io. de prato. in d. l. ſi procuratorem quod tamen non ſeruant
hodie rectores prouinciarum confirmantes ſtatuta terrarū,
quia ſigillāt ea forte potius pro lucro quam pro neceſſitate.

26 Item quæro an ſigillum iudicis ſit neceſſarium in
citatoriis literis. Rñ. non, quando ſunt
ſcriptę per manum publicam, alias ſic, ſecundum Bal. in ad-
di. Spe. de cita. ver. literæ. facit tamen prę ſumi commiſſionē
citationis quando citatio fit a nuncio cum literis ſigillatis,
ſecundum Ioan. And. & docto. in c. quoniam contra. de pro
27 batio. ſed in hoc ſeruatur ſtilus. † Vlterius not. perpetuo ꝙ ſi
ſigillans dicat ſe ſigillū appoſuiſſe non ſufficit ſigillatio, ſecū
Innocen. in cap. 2. de fid. inſtrumen. quem ſequitur Bald. in
marg. ver. ſigillum. verſ. 6. & probatur in d. l. ad teſtium. §. ſi
quis & hinc inoleuit pratica qua dicitur. Et noſtri ſigilli feci
mus impreſſione muniri, qua ēt utimur conſultores, dum in
conſilio dicimus, & ſolito ſigillo ſigillaui. Iuxta prędicta ſciē
dum etiam dici ſigillatum quod eſt inuolutum in carta. 1. in
alia re ſigillata. d. l. ad teſtium. §. fi. & ibi Bart.

28 Poteſt etiam ſigillatio fieri cū ſigillo alieno. d. §. fi.
& ibi Bar. Ioan. de Pra. poſt Bart, in d.
l. ſi procuratorem. glo. no. 97. diſt. nobiliſſimus. Inno. in cap. ſi
gnificauit. de appe. Bald. in l. fi. §. 1. C. de iu. delib. Pet. de peru.
in trac. de duo. frat. 11. par. 28. colum. ꝙ eſt verum ſi cōmittit,
alias non ſm Bal. in rubr. C. pro ſoc. Item verum ſi fiat expreſ
ſa mentio ꝙ ſit alienū, ſm Bart. vbi ſupra & in Spec. de prob.
§. videndum. ver. ſed no. & Phil. in d. c. ſignificauit. Item verū
ēt in rebus eccleſiaſticis, argu. capituli cum inter. de re iud.
& docto. & Goffred. in d. capitul. ſignificauit. Item uerum

ſi non habet ſigillum ſuum, alias ſecus in Specu.de inſtrum.
edit.§.8.uerſic.item quod ſigillum. ubi uide omnino. & gl.
not.in d.c.nobiliſſimus.97.diſt.& d.c.ſignificauit.65.diſt.epi
ſcopus. Hic tamen adde, quod ſi quis ſigillat cum ſigillo ſu
perſonæ abſentis, uel ignoratis, non dicitur falſarius ſi con-
ſueuit ſigillare in perſona domini ſecundum Bal.in rubr. C.
de fi.inſtru.5.col.& no.in c.2.eo.ti.in nouo.

29 Nunc quæro † an credatur ſigillo communis, vel alterius magni Dom. Reſp. q̃d
ſic, ſi eſt not... ..as non. Sed literis priuatis etiam ſigillatis nõ
creditur niſi probetur ſcriptas ſigillataſque per illum talẽ,
& hoc ſiue per iudicem ſiue per aduerſarium, ſecundum Io.
de pra.poſt gl.& doc.in d.l.procuratorem.2.col.de procu. &
ibi Bar.qui etiam addit probari eo ipſo quod notarius atteſta
30 tur ſigillum poſitum ad roboris firmitatem, quod no. †Quid
de ſigillo epiſcopi, dic ei credendum eſſe. l. ſi qua per calum-
niam.& ibi doc.& Bar.C.de epiſ.& cleric.imo etiam auctẽ-
ticat ſcripturas pertinentes ad officium epiſcopi, etiam ſine
teſtibus, ſm dn.de Ro.in deci. 22.fuit dubitatum &c.in uo.&
in iuriſdictionem, non autem teſtamenta niſi ſit cõſuetudo,
ſm Bal.in l.ſi pen. col. C. de fidei.cum. Inno.vero in cap.poſt
ceſſionem.de proba.vt refert Bald. in marg.verſi.credulitas.
ver.4.dicit in extraiudicialibus tantum credi literis epiſcopi
ſigillatis. Tu adde eis credi etiã de ſacerdotio clerici, ſm Bal.
in l.eam quam.C.de fideicom.in 4.col. & not.in d.l. ſi qua p
calumniam. Item & de nominibus excommunicatorum
quæ debet epiſcopus populo notificare per literas ſigillatas
& edicta in locis publicis, & per literas epiſcopis vicinis.11.q.
3.cui ę cum gl. Adde ſing.quod per literas epiſcopi inſtitutio
nem in beneficio continentes probatur præambula præſen-
tatio facta a patro. ſecundum Rotam in deciſ.427.ſed tene-
31 to ut no. †Quid de ſigillo communis an auctenticet ſcriptu-
ras priuatas alias inualidas, dic quod non, niſi ſit ea publico
ad id ſpecialiter deputatum apud certum officialem, ſm Bal.
no.in rub C.de fi.inſtr.vlti.car.ver.Gemi.&c.Sed ſigillum re
gis poteſt auctenticare ſcripturas regi fauorabiles, puta ſentẽ
tiam pro eo latam, ſm Bal.in l. nec exemplo.de proba. Sigil-
lum uero priuatum nullam fidem facit. d. c.poſt ceſſionem.
& ibi no. No.tñ q̃ ſigillum probat contractum ubi deficit no
tarius.no.io c.a.de fo.comp.in 6.in nouel.& in l.hac conſul-
tiſſima.C.qui teſt.fa.poſ.in fi. ſm Bal.in cap.1.2.col.de pa. con
32 ſtat.& Io de pra.ubi.ſupra.†Quæro ſi negetur ſigillum eſſe ta
lis quomodo probetur. Reſpon.probari per teſtes qui dicant
illud vidiſſe ſigillari, ſm Barto.in l.ſi quis ex ſignatoribus. ff.
quemad.te.ape.& Philip.in c ſignificauit.de appel.alias dr̃ q̃
ſigillum præſumitur eſſe eius qui dubitat an ſit ſuum q̃a for
te illud non recognoſcat.gloſ.eſt no.in l.1.in fi.quemad.teſt.
33 ape.†Quęro an capitulum uel populus vel alius dominus poſ
ſit habere plura ſigilla. Reſpon quod ſic.l.ad diuerſos effectus
uel actus deputata, ita tñ q̃ deputata ad vnum actum nõ poſ
ſit apponi in altero ut fidem faciãt.d.c.ſignificauit.& c.ad no
ſtram.& ca.ſuggeſtum.de appel.Et ideo cõe Firmi habet tria
ſigilla. ſ.maximum ad ſigillandum electiones prætorũ, ma-
ius ad ſignãdum cartus cõis q̃ eſt apud regulatores cõis. Ter-
tium eſt minus uel paruum quo vtuntur priores populi ad ſi-
gillandum literas quotidianas quorũ quodlibet habet diuer
ſas formas, & eorum officia non permiſcentur. Vlterius quę-
34 ro †apud quem ſociorum remaneat ſigillũ quo vſi ſunt mer-
catores loci durante ſocietate.reſpon.etiam apud maiorem
partem eorum nõ remanere poſt diuiſionem ſm Bal.in rub.
35 C.pro ſoc.†Quęro vtrũ caſtellanus Arcis crédere debeat nũ-
cio portãti generale ſigillum dñi arcis, & ei reſtituere arcem.
Reſpon.non, quia ꝫ ſignum ſpeciale requiritur, ſm Bal.ſing.
In c.ſignificauit. & ibi Philip.de ap. & ibi But.Abb.& gl.alias
eſt.c.ſignificante.& Bart.in l.ſi quis vxori. §.apud labeo.ff.de
fur.& in l.Lucius.ff.de fideiuſ.& Io.de prato in d.l.ſi procura-
36 torem †Quæro quid ſi quis ſigillum remoueat de literis alte
ſic non obſtante excommunicatione uel appellatione ex-
traiudiciali.c.noſtri.1 2.& ibi doct.de appel.ubi uide. Et ſcias
ꝙ qui potior eſt electus præfertur in poſſeſſione acquirenda
aliis poſt nominatis in electione ut tenet Bal.in l.1. C.de edi.
27 dini Adt.toll.† Vigeſimotertio quæro an electus contra quẽ
opponitur ne confirmationem obtineat poſſit ſe defendere
ſumptib prælaturæ. Reſpondeo ſic.ſed Ang. & Pan.de Caſt.
in l.fin.§ in computatione. C.de iur.delib. & no.in c.ut præ-
teritæ, & ibi Inno. de elect. qui ponit quid iuris ſi capitulum
ſuccumbit in cauſa & adde hic dictum Bal.in l.1.C.de bonis
28 mater. † Vigeſimoquarto quæro utrum admittatur aliquis
opponens cõtra electionem ad impediendam confirmatio-
nem. reſpondeo ſic,ut patet ex his quæ diximus ſupra in plu
ribus quæſtionibus præcedentibus, & probatur in c.cum in
eccleſiis.de præb.in 6. & intellige admitti aliquem ex cano-
nicis agendo ad caſſationem electi uel opponendo contra
electionem pro intereſſe eccleſiæ ſuæ. Item etiam aliquem
ex laicis ſaltem denuntiando ſuperiori propter periculũ ani
marum ſecundum Specul. tit.de elect.§.1.uer.Inno.23.diſt.
qui epiſcopus in fi.& ibi glo.& in cap.illud. & ibi glo. Vigeſi-
29 moquinto quæro † an facta electione prælati non requiſito
eo qui debuit intereſſe ſi fiat alia electio eo requiſito poſſit
impediri confirmatio per illum ſcilicet, ut petat primã ele-
ctionem caſſari. Reſpondeo ſic, ſecundum Flo. in l.ſeruitute.
30 ff.quemadmo.ſer.amit. Vigeſimoſexto quæro † ſi contra ele-
ctum, uel eligendum opponitur exceptio notorii defectus
ad impediendum electionem vel ſtipulationem, vel confir-
mationem, utrum opponens poſſit pœnitere & ab exceptio
ne recedere. reſpondeo quod non, ut c.ab eo.& ibi docto.de
elec.in 6.poſt gl.ex quo no.ꝙ excipiens non poteſt pœnitere
a iudicio recedere ad præiudicium aliorum.ut ibi, quod ad-
de ad no.in l.deſtituſſe.de iud.alias ẽt dr̃ ꝙ excipiens non dẽt
recedere a iudicio niſi iudex admittat uel reſpuat exceptio-
31 nem ſm Bal.in marg.uerſ.appellatio.uer.48 † Sed utrum ap
pellans ab electione epiſcopi pro ſuo intereſſe ad impediẽ-
dum confirmationem poſſit renuntiare appellationi. Reſp.
non.c.quamuis.de elect.in 6.ſecundum Ang.& Pet.de Suu.

in l.ſi quis libellus.C.de appella. vnde apparet quod appella
ri poteſt etiam a confirmatione,uel conſecratione electi, ſi-
cut ab electione vt ſupra,& tenet Spec.tit.de appel.§.5.verſi.
ſed quid dices.vbi vide.

SVMMARIVM.

1 *Electus nondum confirmatus an dicatur epiſcopus.*
2 *Confirmatio an habeat vim ſententia diffinitiua vel interlocutoria.*
3 *Electus nondum confirmatus an poſſit adminiſtrare bona eccleſia.*
Et quid de papa.4.
5 *Imperator aut Rex an ante coronationem habeant auctoritatem & iuriſ-
dictionem.*
6 *Electus an poſſit adminiſtrare pendente lite mota contra electionem.*
7 *Metropolitanus confirmatus an poſſit adminiſtrare ante palium re-
ceptum.*
8 *Epiſcopus confirmatus antequam conſecretur quid poſſit facere.*
9 *Abbas nondum benedictus an conferat ordines pſalmiſtarum.*
10 *Confirmatio electi epiſcopi an proſit canonicis electoribus.*
Et proſit electo.11.
12 *Sententia lata contra electum in cauſa confirmationis an noceat ele-
ctoribus.*
13 *Confirmatio an inſtribuat quando diſpenſatio requiſita deficeret.*
14 *Confirmatio ſi eſt obtenta in forma communi quando non tribuit ius tri-
buat facultatem praſcribendi.*
15 *Electus in epiſcopum confirmatus per papam nunquid conueniri poſſit co-
ram inferiore.*
16 *Electio an remaneat valida ſi confirmatio ſit inutilis, & caſſetur.*
17 *Confirmatus an conſequi debeat poſſeſſionem quando excommunicatio con
tra confirmationem oppoſita eſt, vel appellatio interpoſita.18.*
19 *Electus in epiſcopum an poſſit inueſtire antequam confirmetur, & an iu-
ramenta fidelitatis recipere.*
20 *Electio inualida an validetur per confirmationem.*
21 *Confirmatio rite facta an perficiat electionem & prælaturam.*
22 *Electus & confirmatus in epiſcopum an concedere poſſit indulgentias.*
23 *Confirmatus non canonice an poſſit remoueri ſi error communis habeat
eum pro confirmato.*
24 *Electus in epiſcopum & confirmatus non autem conſecratus an poſſit co-
gnoſcere de cauſa criminali minorum ſuorum clericorum.*
25 *Excipiens de crimine contra electum & confirmatum, nunquid debeat ſe
obligare ad pœnam.*

Vltimo de cauſa finali cõfirmationis epiſcopi. Quarta pars,
ſecundæ principalis. De effectu confirmationis.

Vltimo de cauſa finali confirmationis tracta-
1 turus. † Quæro primo an ele-
ctus nondum confirmatus dicatur epiſcopus. & dic qđ non,
cum illud nomen veniat ex confirmatione non ex ſola ele-
ctione, & intellige ſi confirmationi accedat, etiam conſe-
cratio,ut not.in cap.1.de tranſla.præla.& in cap.quſi. de auto.
& vſu.pal.Et hinc no.dixit Bal.in l.ſi nondũ. C.de ſur.ꝙ non
dicitur occidiſſe epiſcopũ q occidit electum nondum con-
ſecratum,facit.61.diſt.nulla ratio, ubi dicitur quod non eſt
inter epiſcopos habendus qui ab epiſcopis prouincialibus ſi-
mul cum iudicio metropolitani non eſt cõſecratus. Abbas
vero electus etiam nondum benedictus dicitur Abbas,& po
teſt uti baculo paſtorali.& mitra ſm Abb.& Hoſtien.in cap.
inter monaſterium de re iud.& Io.And.& Io.de ligna.in cle.
attendente.§.ſtatuimus.de ſtatu monacho.not.in c 1.de æta.
2 & qualita.& in cap. meminimus. de accu. † Secundo quæro
an confirmatio habeat vim ſententiæ diffinitiuę vel interlo-
cutorię. Reſpon. quod ſi eſt facta cauſa cognita citatis citan-
dis,habet vim diffinitiuæ, intantum quod appellatio ab illa
ſi interponitur debet regulari tanquam appellatio a diffini-
tiua. Si vero eſt facta ſine cauſæ cognitione,& tũc habet vim
interlocutoriæ ſecundum gl not.in c.ſi.de elec.in 6. per not.
in c.cum olim.de do.& contu.& in c cõſtitutis.el.2 de appel.
& tenet Bald.in addi. Spec. de appel.ver per diffinitiuam.ubi
etiam dicit quod facta in contradictorio iudicio confirmat
electionem etiam nullam, ſecus ſi fiat de plano. de hoc uide
per Ioan.de Imo.& Phil. in c.conſtitutis,& ibi But.de appel.
& per Io.And.in c.auaritiæ.de elec.lib.6. & ad de quod ſi con
firmatio facta ſit per errorem,quia credidit confirmatus fuiſ
ſe citatos citandos per ſuperiorem cuius officium eſt & non
partis excuſatur a pœna d.c.auaritiæ.& c.qualiter.de accuſa.
ſecus eſt ſi ſit erratum in iure ut eſt gl.no.in d.c.ſi.quam not.
3 † Tertio quæro an electus nondum confirmatus poſſit admi
niſtrare bona eccleſiæ. Reſpon.non capit.qualiter.& ibi glo.
& doc.in capitulo cum in cunctis.cum glo. capitulo noſtri.
& cap.nihil. & ubique per doc.de elec.& cap.auaritiæ.eo.tit.
in 6.& in cap.cum iam dudum.& ibi glo. de præben.& Bal.
in l.ſi tutor. C.in quibus.cau.in integ. reſti. non eſt neceſ. ubi
dicit non valere geſta per non confirmatum, imo propterea
dicendum eſt.d.c.qualiter. & d.cap.noſtri.cum gloſ.& tenet
Ioan.

Ioan.And.in addi.Spe.de elec.§.1.uerſic.pñr.in addi. M. an-
te ſi.quod eſt verum niſi electus in.concordia ſit valde remo
tus a curia Romana.ſ.extra Italiam,ne periculũ ſit in mora
d.c.nihil.& ibi glo.& doc.vide ẽt per glo.in cap.uerum de fo.
comp.Item verum ſi ſit immediate ſubiectus papæ ſm d.gl.
in d.c.nihil.Item verum ẽt in ſpiritualib.vt ibi per gl.& doc.
Item verum ẽt in ſuffraganeo ſecundum.d.glo.Item uerum
niſi alienet res tempore perituras ſm glo.in d.cap. qualiter,
quod poteſt,diſpenſatiue ut ibi & gl.in d.c.noſtri.Sic & alias
vacante eccleſia reſeruantur prælato futuro bona & fructus
c.cum nos.de offi.or. cũ glo.12.q.2. hæc huius placiti niſi res
perituræ, ut fructus,quia vendi debent ſecundum d.glo. quã
no.Poteſt tamen electus nondum confirmatus vtilia eccle-
ſiæ facere,quæ facta tenent etiam ſi electio caſſetur,ut eſt gl.
in d.c.nihil. quod eſt verum ẽt ſi ſit intruſus nõ canonice ele
ctus,ut ibi per glo.& docto.quid icunt per intruſum eccleſiæ
quæri potuiſſe,ꝙ not. Et ſcias quod ſoluens penſionem Abb.
intruſo a quo conduxit rem liberatur, ſecus ſi conduxit ab
Abb.vero uel monacho,niſi.Abb.ille intruſus,fuiſſet per ſu-
periorem.confirmatus,cum confirmatio ſit iuſta cauſa cre-
dendi eum eſſe verum Abbatem ſecundum Inno.& doc.in
d.c.nihil.& Bar.in l.ſi vrbana.ff.de condi.inde.Non tñ poteſt
intruſus inutilia facere.ſm Bal.in c.1.qui ſuc.ten.& Inn.in c.
peruenit.de arb.& quod ſupra dixi electum non confirmatũ
puniri ſi adminiſtret;& intellige verum niſi conſuetudo ali-
ter ſe habeat,quæ cum excuſat a pœna ſecundum glo. & Pe.
de Anch.in ca.cum venerabilis.de conſue.facit gl. in c. ſanc.
de tem.ord.& alias plenius diximus.ſupra.in 1. parte huius.
3.li.Ex prædictis ergo collige quod confirmatio transfert ple
nam adminiſtrationem,immo ẽt ius coniugale,ut in c.inter
corporalia de tranſ.prę la.& gl.in d.c.noſtri.& ibi doc.de quo
ẽt vide per Innoc.in cap.uenerabilem. de præſc.& per Bald.
4 in c.1.qui ſuc.di.& iterum per Inn.in c.1.de mai.& obe.†Iux
ta prædicta quæri poteſt quid de papa. dic ꝙ cum eligitur vr̃
cõfirmari ideoq; ſtatim adminiſtret.c.ubi periculum.de ele.
in 6.23.diſt.in noĩe dñi.glo.in d.c.nihil.de ele.Bal.in l.fi.C.de
qua.præſ.& in c.1.ꝗ feu.da.poſ.Io.An.in nouel.de an.& uſu.
pal.& Spe.tit.de reſcri.præ.§.fi.ver.item quod obtentum.per
c.ſi quis pecunia.79.diſtin.cum ſi.& ſubdit ibi ꝙ tunc utitur
media.bulla.ſ.cum capitib.apoſtolorũ ſine ſuo noĩe, & hoc
ante coronationem.Item ſubdit ibi de donõne ciuitatis Bo-
noniæ.& prouinciæ Romandiolę facta eccleſiæ per Rodul-
phum regem Alamaniæ non coronatũ an valuerit,quod no.
5 †Quid de imperatore vel rege ante coronationem habeant
auctoritatem vel iuriſdictione Rñ.ſic.l.bene.a Zenone. & ibi
gl.Cy.& doc.de qua.præſcr.& Bart.in l.ex co.ff.de teſt.mi.&
l.ſed & reprobari.in prin. ff.de eſtcu.tu.& in extrau.ad repri.
ver.reges.& Bal.in tit.de pa.conſtan.§.hoc quod nos.& Pau.
de Caſt.conſil.104.Item imperator ante coronationem vtitr
media bulla ſm Bal.in add.Spe.de reſcri.præ.vet.donatio.&
ibi per Spe.§.fi.ver. Item ꝙ obtentum. Item & tunc dr̃ Rex
Romanorum non imperator ſm Bar.in 1.conſt.ff.in fi.prin.
& prædictis adde not.per Spe.§.fi.ver. item quod obtentum
& Inno.in c.venerabilem.de elec.& in c.cum.M.de conſt.&
per Io.An.in addi.Spe.de ſuc.ab inte.§.1.ver.ſed.ex facto. &
in d.§.l.fi.in add.M.vbi dicit ꝙ põt imper.nõ coronatus legi
timare. de quo ẽt D.Ant.Roſſel.ĩ trac.legitimat.2.li.11.col.2.
Sal.& d.l.bene a Ze.& in q.mediolanẽ.quidã &c. Et per Pa.
de Caſt.conſi.211.facit ẽt.quia ius imperii,tranſit ab electio-
ne,adeo quod committens cõtra eum tenetur.l.iul. ma. ſm
Bar.in d.ver.reges.Immo plus dicit Bar.per glo.in cle.1.de iu-
reiur.quod ſi duo imperatores electi ſunt in diſcordia, uterq;
habet adminiſtrationem donec unius electio confirmetur.
Vnde ſiue in concordia,ſiue in diſcordia quis electus ſit im-
perator, adminiſtrationem habet, etiam ante confirmatio-
nem,ut dicit ibi gl.& Bar.vbi ſ.& glo.in c.quanto.63.diſt.&
gl.in c.legimus.93.di.& c.auaritię.de ele.in 6.quę omnia no.
6 Quarto quæro an electus poſſit adminiſtrare pẽ
dente lite mota contra electionẽ
Rñ.ſi ei pacificam eccleſiæ poſſeſſionem acquiſiuit.c.conſt.
el.2.de app.& no.in d.c.nihil.de elec.Quod facit pro poteſta
te ciuitatis qui poteſt proſequi officium ſi incepit, alias non
pendente lite contra ipſum mota de officio,ut in Spec.de cẽ
ſi.§.pe.ver.pone.immo non debet mitti in poſſeſſionem pen-
det lite contra electionem motam ſecundum Ioan.And.ibi
7 in addi. quod no.†quinto quæro an metropolitanus cõfirma
tus poſſit adminiſtrare ante pallium receptum.Rñ.ſic.c.ſuf.
fraganeus metropolitani confirmati ante ſuſceptum palliũ
põt epiſcopum ſubiectũ metropolitano conſecrare de man
dato metropolitani.& eſt glo.in c.1.c.diſt. quæ dicit verũ in-
tra tres menſes poſt electionem ſui non poſt per tex. in d.ca.
8 1.†Sexto quæro quid poſſit facere epiſcopus confirmatus an
tequam conſecretur.Rñ.ꝙ põt omnia quæ ſunt iuriſdictio-
nis,uidelicet iudicare,excommunicare,corrigere,iuramen-
ta recipere a vaſſallis,confirmare,inueſtire,beneficia confer
re. & ſim.c.noſtri.de ele.c.1.de tranſl.& glo.ord.& doc.in c.
tranſmiſſa de ele.ubi dicit quod hæc oĩa ueniunt ex cõfirma
tione;per quam etiam tranſfertur dominium prælaturæ ſm
Inno.in c.ex parte.de arbi.& Bal.in mag.verſic.electio.verſi.
3.& infra.Poteſt etiam electus confirmatus iurare indemnita
tem eccleſiæ pro reb.eius.8.q.& c.fi.28.diſt.de ſiracuſanæ.cũ
gl.Non tamen poteſt epiſcopus confirmatus antequam con
ſecretur exercere ea q̃ ſunt ordinis.ſ.ordinare clericos,chriſ-
mare,deponere,benedicere virgines,conſecrare eccleſias,&
altaria,cum prædicta ueniant ex conſecratione ſecundum.
d.glo.in d.c,tranſmiſſa.per c.ſicut.§.præterea.eo.tit.& arg c.
inter corporalia de traſla.& quod dixi de ordinatione,intel-
lige.ſ.clero aſtante.24.diſ.epiſcopus.Item intellige facta exa
minatione de perſonis ordinandis,alias.n.ordinatus cõfeſſus
crimen,vel conuictus abiiciendus eſt a clero.24.diſt.ſi quis p̃-
sby.Quod dixi de chriſmate adde quod clerici a proprio epo
debent accipere oleũ ꝑ chriſmate.95.diſ.§.chriſma.Inciden
ter quæro†de abbate nondum benedicto,an cõferat ordines
pſalmiſtarum.Reſpon.non ſecundum Inno. in cap.1.de ſup-
ple.negl.præla.& Bal.in mar. ver.Abbbas. verſicu.2. poteſt
tamen benedicere monachos.c.ſtatuimus.de ſup.negl. præl.
& glo.in c.alienationes.12.q.2.quæ etiam dicit quod Abbas
non conſecratur niſi cum ordinatur in ſacerdotem, ſed tan-
quam abbas benedicitur, & manus ei imponitur ab epiſco-
10 po ſecundum dictum glo. †Septimo quæro an confirmatio
electi proſit canonicis electoribus.Reſpon.ſic quia eis acqui
rit quaſi poſſeſſionem iuris eligendi ſecundum Inno.in c.cũ
ueniſſent.de reſti.in integ.& Bal.in marg.ver.electio.verſic.
1.uide ẽt Bal in l.2.16.co .C.de ſer.& in c.ſi vaſſallus.quid ſit
inue.in uſi.feu.Inno.in c.in literis.de re.ſpo.& in c.cum ec-
11 cleſia.& ibi doc.de cã poſ.& ꝓprie.& alias.ſupra dixi.†Octa-
uo quæro an confirmatio proſit electo.Reſpondeo ſic,qa ac
quirit ei dominium prælaturæ ſecundum Inn.in c.ex parte.
de arb.& Bal.in mar.ver.electio.ver.3.Item prodeſt quia trãs
fert in eum poteſtatem adminiſtrãdi,ut ſupra plene diximus
12 in 3.4.5.q.vbi vide. † Nono quæro quid econtra an ſnĩa lata
contra electum in cauſa confirmationis noceat electoribus
Reſpon.non ſecundum Inno.in ca.querelam.in prin.de ele.
& Pet.de ſun.in l.1.C.quibus res iudi.non no.Bal.vero in l.ſi ſi
ne.C.ad velleia.dicit nocere ſi in iudicio eſt diſputatum de
non iure eligentium,alias ſecus,quod no.
13 Decimo quęro †an confirmatio tribuat ius quã
do diſpenſatio requiſita defice-
ret, dic ꝙ non ſecundum Bal in mar.ver.cormatio.ver.2.&
Io.papi.in ſum.de exc.contra inſtrumenta ver.vlterius cõfir
14 matorium.† Vndecimo quæro ſi confirmatio eſt obtenta in
forma communi an quando non tribuit ius tribuat faculta
tem præſcribendi.Rñ.ſic.ſm Abb.anti.in c.dudum.de elec.
quem refert Bal.in mar.verſic.electio.uer.fi.& Inno.in c.1.de
deci.quod ego alias allegababam in cauſa ardua quæ vigea-
bat inter commune Firmi & dominum iulium dominum
Camerini contra quẽ dicebam cucurriſſe præſcriptionem in
territorio caſtri Giſmundi prius confirmatione tituli obten
ta in forma communi per commune Firmi a pontificib.& le
gatis.Aliud autem ius non tribuit talis confirmatio.ca.fi.de
confirma.uti.vel inuti.ſecundum Spe.tit.de leg.§.nunc oſtẽ
dendum.ver.11.de appel.c.1.de præb.c.dilectus & uide de tali
confirmatione in forma communi.obtenta in Spe.de reſcri.
præ. §.4.ver.ſequitur.†Duodecimo q̃ro utrum electus cõfir
matus per Papam poſſit conueniri coram inferiore.Reſpon
deo ſic,ſi contra perſonam electi agatur de ſimonia, ſecus ſi
agatur contra confirmationem ſecundum doc.poſt Inno.in
c.de cętero.de re iu.& Bal.in mar.verſic.confirmatio.verſi.5.
16 †Decimotertio quæro an electio remaneat valida ſi cõfirma
tio ſit inutilis,& caſſatur.Reſpon.ſic,niſi iudex infringẽs ad-
det cauſam ex vitio electionis,vt tenet Bal.in l.quidã. §.ſed
cum veteres.C.de neceſ.ſer.hær.inſ.& eſt caſus in d.c.ad ꝓbã
dum.de re iudica.& ibi docto.& not.per glo.& docto. in c.ſi
17 confirmatio.de elec.in 6.†decimoquarto quæro an confirma
tus conſequi debeat poſſeſſionem quando excommunica-
tio contra confirmationem oppoſita eſt.vel appellatio.inter
poſita.Reſpondeo.ſic.c.conſtitut.el 2.& ibi doc.de app.†Deci
18 moquinto quæro an electus petens confirmationem teneа-
tur crimine ambitus.Reſpon. non cap.cupientes.de ele.in 6.
ſecundum Bart.in l.Barbarius.2.colum.ff.de offic.prætо.fa-
cit enim lege permittente.ergo non tenetur.l.grachus. C.de
19 adult.†Decimoſexto quæro an electus poſſit inueſtire ante
quam confirmetur,& an iuramenta fidelitatis recipere. Rñ.
non,quia non pertinet ad iuriſdictionem quæ non peruenit
niſi ex confirmatione ſecundum gloſ.in capit.tranſmiſſa de
electio.& per Bald.in cap.1.qui ſucc.tẽ.in vſi.feu. adde not.in
20 c.cum olim.de re iud.& dixi ſupra.eo. quæſt.6.†Decimoſepti
mo quæro vtrũ electio inualida validetur per cõfirmationẽ.

Reſp.non,ſi eſt innalida reſpectu perſonę electi,quia nalidat
confirmationē per l.ſi conſtat de app. ſecus ſi eſt innalida rō
ne eligentium. Idem eſt per l.ex conſenſu.§.1.eod.tit.Si uero
eſt nulla rōne formæ & eligens eſt talis qui poſſet illud mu-
nus concedere ualidatur ſi ɔfirmatio fiat ex certa ſcientia,
alias non, ſed ſi non poſſet eligens illud concedere non ualı
datur per cōfirmationē ab eo factam ſm Inno. in c.nihil.de
elec.Bar.in d.l.ſi conſtat.& Pet.de ſun.poſt Bal.in l.nomina-
tiones C.de app.Bal.uero.in l.quicunq;.C.de bo.quæ lib.di-
cit quod electio non canonica a prin.non pōt confirmari ēt
ſi eccleſiæ expediat per c.audiuis.de elect.idem tenet Bal.in.
addi.Spe.de app.ver.per diffinitiuam,dicit φ electio quacū-
que rōne nulla,ualidatur per confirmationē factam in ɔdi-
ctorio iudicio,& hoc eſt uerum. ſecus ſi fiat de plano, quia
tunc diſtinguitur ſm Inno.in d.c.nihil.& Io.And.in c.ſi.de
elec.in 6.in no.ſm Bal.ubi ſ̃.uide ēt Bal.in addit.Spec.de elec.
21 uer.cuius gras.† Decimooctauo quæro utrum confirmatio.
rite facta perficiat electionem & prælaturam.Reſp.ſic.no.in
auct.de defen.ciui.§.interim.& in c.tranſmiſſa.de elec.& te
net Bal.in l.2.20.col.C.de ſer.ubi dicit quod electio non in-
22 digens confirmatione perficit prælaturam, quod no † Deci-
mono no quæro an electus confirmatus poſſit concedere in
dulgentias.Reſp.ſic ſm Hoſt.in ſum.de pę.& re.§.ſi quis poſ
ſit.uer.ſed nunquid, ubi dicit φ melius facit ſi abſtinet a tali
conceſſione anteqũ conſecretur,uide ēt per gl.& doc.in c.ac
cedentib.de exceſ.prælat.in gl.nunquid. Sed quas indulgen-
tias poſſit e͠ps conſecratus, concedere. Spec.in tit.de pęn.&
re.uerſ.porro dicit φ poteſt concedere pro 30.& 40. diebus,
& uſq; ad certum tp̃s per c.cum ex eo.eo.tit.Item in aliqui-
bus uigilijs,& feſtis,uel de ueſpera ad ueſperas,& inter octa-
uas quadrageſimę de quo ēt no.in c.ſi.de off.deleg. Et ſcias
φ in conſecratione eccleſiæ non poteſt indulgentia poni ul-
tra annum ēt ſi a plurib. e͠pis cōſecratur.d.c.cũ ex eo.& tenet
Spe.ubi ſ̃.& dicit ibi Io.And.in addi.uerum eſſe ēt ſi legatus
conſecrat.& in Spe.de leg.§.ſuperest uer.poteſt ēt indulgē-
tiam.& uer.ſeq.ubi dicit uerum niſi habeat in literis uel ul-
ue uocis oraculo a papa maiorē poteſtatem. Vigeſimo quæ-
23 ro† utrum confirmatus non canonice poſſit remoueri ſi er-
ror communis habeat eum pro confirmato. Reſp.non,ſm
Inno.in d.c.nihil.de elect.& tenet Bal.in marga.uerſ.epiſco-
24 pus.uerſi.4.& alias ſupra dixi.† Vigeſimoprimo quæro & pe-
nultimo an electus & confirmatus,non aũt conſecratus poſ
ſit cognoſcere de cauſa criminali minorum clericorum ſuo-
rum. Reſpondeo non,ſecundum gl.not.in d.cap.tranſmiſſa,
de electio.& ibi per doctor. quia ſicut non poteſt eos ordina
re,ita nec punire , cum etiam minores clerici poſſint quan-
doque deponi.11.quæſtio.3. epiſcopus.15.quæſt.7. ſi autem
ſecundum dic.gloſ.quæ etiam ſubdit in fi. quod de crimine
per modum exceptionis oppoſito poteſt cognoſcere,& iudi
25 care epiſcopus non conſecratus.quod not.† Vigeſimoſecun
do & ultimo quæro an cum quis excipit de crimine contra
electum & confirmatum,debeat ſe obligare ad pœnam.Re
ſpondeo ſic , ſcilicet ad extraordinar. capitulo ſuper his. de
accuſatio.ſecundum Speculato. de lib. concept. §.decimo-
quinto, prima colum.

De conſecratione epiſcopi . Tertia pars princ. tertij lib.

Supereſt nunc de conſecratione epiſcopi pertractare , in qua eodem ordine procedemus quo confirmationis materiam explicauimus. Nam primo de cauſa efficienti. Secundo de cauſa materiali. Tertio de cauſa formali. Quarto de cauſa finali ſeriatim eſt oſtendendum . Circa primam uidebimus quando, ubi,& a quibus conſecrandus ſit epiſcopus. Circa ſecundam quis poſſit conſecrari uel non. Circa tertiam qualiter conſecretur . Circa quartam uero de effectu conſecrationis plura ſubdemus.

S V M M A R I V M.

1 *Conſecratio an fieri debeat poſt confirmationem e'ecti .*
2 *Epiſcopus intra quantum tempus debeat conſecrari .*
3 *Conſecratio epiſcopi , an differatur propter pallium metropolitano non traditum .*
4 *Epiſcopus quo tempore debeat conſecrari.*
5 *Epiſcopi confirmatio qua die fieri debet,& qua hora.6.*
7 *Epiſcopus qui conſecratur an debeat eſſe ieiunus.*
8 *Virgines quo tempore conſecrari debeant .*

Quando fiat conſecratio epiſcopi . Prima pars tertiæ.

Primo igitur tractaturus quando ſit conſecrandus e͠ps.

1 Quæro primo † an conſecratio fieri debeat poſt confirmatio
nem electi. Reſpon. ſic. ca.prouida.de elec.in 6.quin ſi primus
fiat non valet,ſm gl.no.& doc.ibi not.in c.cum nlim. de do.
& contu.& dixi. ſ̃. in materia confirmationis. Secundo quæ-
2 ro † intra q̃tũ tp̃s debeat e͠ps conſecrari. Reſpon. q̃d intra tres
menſes numerandos a confirmatione.c.centeſima.di.c.qm̃ q-
dam.75.di.qm̃.& gl.in c.cũ in cunctis & in c.ne pro defe de
elec.quæ dicit verum per dicta iura,niſi ſit impeditus legiti-
me.& not.18.diſt.de ſyracuſanæ. & dixi plenius ſupra in ma
3 teria confirmationis ſub.rub.qñ confir. e͠pi fie.debe.1.q.† Ter
tio quæro an conſecratio e͠pi differatur pp̃ pallium metropo
litano non traditũ. Reſpon.ſic.ſi metropolitanus fuit in mo-
ra petendi pallium,& ſic poſt tres menſes.c.diſ.qm̃ quidam.
cũ gl.ord.& tenet gl.in c.ſuffraganeis.de elec.vnde ante mo
rã cōmiſſam pōt ipſe ſuffraganeis committere epiſcopi con
ſecrationem.& ita loquitur d.c.ſuffraganeis, qui etiam di-
cit gl.in d.c.qm̃ quidam φ electus conſecratus ante ſuſcepũ
pallium non pōt iura epiſcopalia exercere nec virgines con-
ſecrare uel clericos.nec ſynodum celebrare,per.ca.q̃d ſicut.
in fi.de elec.& c.ſignificaſti.eo.ti.& gl.in c. pallium.c.dū mo
tunc dicetur eccleſia viduata p. c.inter corporalia.de tranſla.
ſm gl.in d.c.ſicut.§.præterea.vbi ēt dr̃ φ non pōt alienare bo
na eccleſiæ vt ibi in fi.q̃d not.Quarto quæro quo tp̃e debeat
4 epiſcopus conſecrari.Reſpon.φ inter ſolemnia miſſarum.ſ.
inter epiſtolam,& inter euangelium.ca.q̃d ſicut.§.ſuper eo.
de elec.papa vero conſecratur anteqũ cantetur hymnus an-
gelicus Gloria in excelſis Deo &c.vt ibidem & alias infra di
5 cetur.† Quinto quæro qua die fieri debet epiſcopi confirma-
tio.reſpondeo,quod dominica.51.diſt.c.ſi.75.diſt.cap. quod
6 dic. Sexto quæro qua hora.reſpon.quod hora tertiarum ſm
gl.in ſi.in d.c.ſi.51.di.& eſt tex.in c.tempus.& c.ordinationes.&
ibi gl.45.diſt.ubi gl. reddit rationes,videlicet quia eadem ho
ra ſpiritusſanctus ſuperuenit apoſtolis.de conſe.diſt.1.nocte.
Itē quia eadē hora Chriſtus Deus noſter fuit in cruce affixus.
ut ibi.Item & quia eadem hora Paulus & Barnabas fuerunt
ordinati.d.c.quod dic.Adde iſt quod hora non eſt de ſubſtan
tia conſecrationis, & ideo ſi fiat parum ante uel poſt horam
tertiarum non uitiatur.c.ſane.de temp.ord.& tenet gl.in c.
ordinationes.ſic ēt nō eſt de ſubſtantia tempus miſſę de qua
ſupra diximus.quia ēt ſine miſſa poteſt epiſcopus conſecrari
& ſine vnctione quæ ſuppletur,nec vitiat ſecundum.d.gloſ.
7 ordin.† Septimo quæro an epiſcopus qui conſecratur debeat
eſſe ieiunus.reſpondeo ſic.75.di. in prin. Itē & per epiſcopum
ieiunum conſecrari debet & ſic ante prandium, nō poſt.ca.
diſt.quod a patribus.& gl.in ſi.in cap.ſacramenta.de conſe.diſt.
8 3.quod not.† Sed quo tempore virgines conſecrantur.vide.
2 0.quæſt.1.virgines.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus quo in loco ſit conſecrandus.*
2 *Et an poſſit conſecrari ubi eſt papa.*
3. *Conſecratio epiſcopi an in eccleſia debeat fieri.*
4 *Conſecratio mandata per papam fieri in una eccleſia,an poſſit fieri in alia .*

Vbi fiat conſecratio. Secunda pars.

1 Secundo videamus ubi fiat conſecratio epiſcopi.† Vnde primo quæritur quo loco ſit conſecrandus.reſpondeo quod metropolitanus debet conſecrari in ciuitate metropoli.& nō alibi.62.
2 diſt.c.vlt.& ibi gl.16.diſt.c.1.† Secundo quæro an poſſit conſecrari ubi eſt papa.reſpon.ſic,qñ papa ſibi conſcripſit ius cōſecrandi talem metropolitanum,quod poteſt.14.q.1.pudēda
3 & gl.in d.c.vlti.† Tertio quæro an conſecratio fieri debeat in
4 eccleſia.reſpon.ſic. ut in §.ſuper eo. in c.ſicut.de ele.† Quarto quæro an conſecratio mandata per papam fieri in una eccleſia poſſit fieri in alia. uide per And.de iſer.in c.quo tempo. ac mi.in vſibus.feudo.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus per papam creatus a quo conſecrari debeat .*
2 *Epiſcopus electus per capitulum an poſſit conſecrari per metropolitanum.*
3 *Electus in epiſcopum ſubditus metropolitano , an poſſit conſecrari per ipſius metropolitani ſuffraganeum de mandato metropolitani .*
4 *Metropolitanus an poſſit conſecrari a ſuffraganeis ſuis .*
5 *Epiſcopi vicinæ prouinciæ an ſint requirendi in conſecratione metropolitani quando in propria prouincia deſunt epiſcopi .*
6 *Conſecratio epiſcopi inchoata per unum,an poſſit ab alio compleri.*
7 *Epiſcopi quot requirantur in conſecratione epiſcopi.*
8 *Epiſcopus nunquid poſſit ordinare clericos aliena diœceſis.*
9 *Epiſcopus ſolus an valeat clericos ordinare .*
10 *Epiſcopus an poſſit ordinare clericum inuitum nolentem promoueri ad maiores ordines ex conſcientia ob peccatum occultum .*

Car.

11 *Cardinalis non epiſcopus an poſſit conferre minores ordines.*
12 *Conſecratio epiſcopi an requirat populi conſenſum.*
13 *Conſecratio epiſcopi facta ab excommunicatis, hæreticis, vel ſchiſmaticis, an valeat.*
14 *Excommunicati & hæretici ſacramenta conferunt, & verum corpus Chriſti conficiunt.*
15 *Sacerdos excommunicatus an poſſit priuatum officium dicere.*
16 *Epiſcopus an ire debeat ad papam pro conſecratione ſi metropolitanus differat conſecrare.*
17 *Populi conſenſus an requiratur cum metropolitanus conſecratur per ſuos ſuffraganeos.*

A quo fiat conſecratio. Tertia pars.

Tertio declaremus a quibus fieri debeat cõſecratio, ut ſi cauſa effi-
1 ciens circa eam prout ſupra propoſuimus abſoluatur. † Pri-
mo igitur quæro per quē conſecretur epiſcopus per papam
creatus. Reſp. quod per ſolum papam, uel eius commiſſariū
ſpecialem, non per alios inferiores. gl. no. eſt in c. ſi corpo. in
2 fi. de elec. in 6. facit in arg. c. meminimus. de accu. † Secundo
quæro an epiſcopus electus per capitulum poſſit conſecrari
per metropolitanum. Reſp. ſic. c. inter corporalia. in prin. de
3 tranſla. 64. diſt. c. 2. & 3. † Tertio q̃ro an electus ſubditus me-
tropolitano poſſit conſecrari per eius metropolitani ſuffra-
ganeum de mãdato metropolitani. Reſp. ſic. c. ſuffraganeis.
de elec. ꝙ eſt uerum ante moram cõmiſſam in petendo pal-
lium, ut ſ. diximus in 4. q. circa cauſam efficientem. ſ. eo. in
materia conſecrationis. ubi uide. & dic uerum eſſe ẽt ſi me-
tropolitanus mandans nondum ſuſceperit pallium, ut ibi.
4 † Quarto quæro utrum metropolitanus poſſit cõſecrari a ſuf
fraganeis ſuis. Reſp. ſic. 51. diſt. c. fi. 66. diſt. c. 1. hodie tñ papa
præſcripſit ſibi ius conſecrandi metropolitanos ſm glo. in d.
5 c. fi. per c. pudenda. 24. q. 1. † Quinto quæro an epiſcopi uicinæ
prouinciæ ſint requirendi in conſecratione metropolitani
qñ in prouincia propria deſunt epi. Reſp. ſic. ſ. ab epo qui ſo-
lus remanſit uel populo ſi eps negligat 65. diſt. ſi forte. 6. q. 1.
pontifices. & tenet gl. in c. qm̃ quidam. 100. diſt. & in Spec. de
prob. § 3. ver. 10. ibi, & generaliter ſcias. ſed qñ eſt conſecran
dus eps fieri requiſitio eporum per metropolitanum. 65. diſt.
non debet. & tenet Spec. ubi ſ. qui epi cõprouinciales debẽt
ſimul cum metropolitano epm conſecrare. 62. diſt. nulla rõ
64. diſt. c. ẽt. & c. quia. 65. diſt. c. 1. 2. & 3. Epiſcopus uero ſolus
põt clericum conſecrare. i. ſine epis aliis, ſed cum clero ſuo.
67. diſt. in ſumma. c. 1. & 2. & ibi uide. Et alias adde quod ſ. di
xi ꝙ epi alium conſecrantes debẽt eſſe ieiuni. 75. diſt. ꝙ a pa
6 trib. & gl. in c. ſacra. de conſe. diſt. 1. quod no. † Sexto quæro
an cõſecratio epi inchoata per unum poſſit per alium com-
pleri. Reſp. ſic ſi eps inchoans impeditus ſit modo ea perfice
re, ſicut dr̃ in miſſa. 23. diſt. quorundam. & tenet gl. 8. q. 1. ni-
7 hil de miſſa uero plenius. j. dicemus in 4. lib. † Septimo quæ-
ro quot epiſcopi requirantur in conſecratione epiſcopi. Re-
ſpon. quod tres, ſicut tres apoſtoli Petrus Iac. & Io. ordinaue
runt Iacobum primum archiepiſcopum. 66. diſtin. porro. 64.
diſt. epiſcopi. & c. cõprouinciales. 63. diſt. in prin. & in c. 1. 68.
diſt. §. quod aũt. ubi dr̃ quod aliter cõſecratus non dr̃ epiſco
pus. & ꝓbatur. 80. diſt. epi. non in caſtel. verſ. eps. non ab uno
ſed a plurib. epis debet ordinari. 51. diſt. c. fi. 80. diſt. c. frater-
nitatem. quod intellige de epis comprouincialib. d. c. cõpro
uinciales. & c. ordinationes. d. c. epi. ſi qui uero epi cõprouin
ciales ſunt abſentes, poſſunt ẽt per literas conſenſum præſta
re. d. c. epi. & c. ordinationes. 64. diſt. c. 1. 2. & 3. 65. diſt. Requi-
tur ẽt metropolitanus. 62. diſt. nulla ratio. & c. extra cõſcien
tiam. & c. quia. 63. diſt. c. fi. ea. diſt. 65. diſt. c. 1. & per totum.
Quinetiam requiritur cõſenſus primatis ſi primas ſit in pro-
uincia. 63. diſt. §. ſi aũt. & c. de perſonis. qui ſi nolit conſenti-
re, ſufficit archiepiſcopus ſm gl. in d. §. ſi autem, quæ ẽt dicit
in cõfirmatione epi non requiri conſenſum primatis. Poteſt
tñ primas inconſulto papa ſuum ſuffraganeum conſecrare
ſm d. gl. quam uide, & no. Et adde ad hoc ꝙ talis primas nõ
debet intereſſe concilio metropolitani. 92. diſ. c. pen. 11. q. 1.
8 ſi cle. & no. gl. 18. diſt. de cõciliis. † Incidenter hic q̃ro utrum
epiſcopus poſſit ordinare clericos alienæ diœceſis. & dico qđ
non. 70. diſt. in princ. & c. 1. & per totum, niſi de licentia pro
prii epiſcopi. c. 2. & 3. ea. diſt. cuius licentiæ formã ponit Spec.
in ti. de temp. or. & de cle. pereg. Item niſi de licentia epiſco
pi papæ. ea. diſt. c. fraternitatem. Sed aliter ordinatus non po
teſt pſallere, uel legere in pulpito. 92. diſt. nõ liceat, niſi a pro
prio epo ſuſcipiatur qui poteſt. 9. q. 2. c. fi. Quinetiam eps ne-
dum clericos alienos, ſed nec altaria in diœceſi poteſt conſe
crare. 9. q. 1. epiſcopus in diœceſi. alias debet deponi ſm glo.
ibi per c. nullum. 9. q. 2. niſi diſpẽſatiue ſm d. gl. itẽ niſi uadat
9 rogatus in d. c. nullum. † Quæro etiam an ſolus eps valeat cle
ricos ordinare. Reſp. non, quia clerus aſtare dẽt ei. 24. diſt. eps
ſine. & ibi glo. 15. q. 7. c. fi. ubi intellitur ſolus & ſine aliis epis
non ſine clericis. imo nec poteſt cauſas diffinire ſine conſen
ſu capituli. 15. q. 7. eps. Item nec beneficia conferre. c. ea no-
ſcitur de his quæ fi. a præ. ſine conſenſu c. & in gl. in d. c. eps ſi
10 ne. † Item quæro an eps poſſit ordinare clericum inuitū no-
lentem promoueri ad maiores ordines ex cõſcientia ob pec
catum occultum. Reſp. ꝙ ſic, ſi eſt utilis eccleſiæ, ꝙ alii mino
res ei ſunt præferendi & beneficia perdit ſi nolit dicta de cau
ſa promoueri & eccleſiæ nõ ſit utile. & idem ſi pro uolunta
te recuſet non ex cauſa peccati. no. in c. quæris. de æta. & qua-
11 li. ubi uide. † Circa prædicta ẽt ſcire debes quod cardinalis ẽt
non eps poteſt conferre minores ordines ſm Hoſt. & Io. An.
12 in c. 1. de ſup. neg. præla. de his ẽt dicetur infra 4. lib. † Octauo
quæro an conſecratio epiſcopi requirat populi conſenſum.
Reſp. ſic. no. 72. diſt. nulla ratio. cum gl. 8. q. 1. licet, non tñ caſ
ſanda eſt cõſecratio facta ſine dicto conſenſu ſecundū d. gl.
dr̃ aũt populus conſentire expreſſe, uel tacite. ſ. eo ipſo ꝙ nõ
diſſentit. ſecundum d. gl. per c. ſi ſeruus. 54. diſt. & ff. ſol. matr.
13 l. 2. facit regula qui tacet. cum ſi. † Nono quæro utrum con-
ſecratio epi facta ab excõicatis, hæreticis, uel ſchiſmaticis va
leat. Reſp. non. 1. q. 7. daibertū. 9. q. 1. c. 1. cum gl. quod intelli-
ge de excõicatis qui nunq̃ fuerunt in gremio eccleſiæ & nu-
mero catholicorum, nam ſi prius fuit inter catholicos, ſi po
ſtea fuit excõicatus eius ordinationes ab eccleſia tollerant̃.
d. c. 1. §. ſed excõicati. & ſe. & c. ordinationes & ſic ĩtellige gl.
in c. fi. de ord. ab epo qui renun. epi. q̃ dicit qđ nõ dr̃ ꝯſecra-
tio quo ad executionē, & dicemus infra 4. li. Quinẽt dicit. d.
14 gl. † qđ excõicati & hæretici cõferunt ſacramenta, & uerum
corpus Chriſti conficiunt, per no. 1. q. 1. dominus. & c. ſe. & ibi
per glo. & c. non nocet. & c. dictum. §. quod uero. arg. contra
ca. q. odit Deus ſacrificia hæreticorum. dic ut ibi & glo. in ca.
nos dicimus. & text. 24. q. 1. ſchiſma. ibi; non eſt Chriſti cor-
15 pus qui ſchiſmaticus ꝯficit ſi ueritatis duce dirigimur. † Sed
nunquid ſacerdos excõicatus poſſit priuatum officium dice
re. Reſp. ſic, non tamen officiando eccleſiam. glo. eſt not. 28.
diſt. presbyterum. adde. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. Non autem
poteſt ſpiritualia tractare excõicatus uel ſuſpenſus gl. eſt in
c. cum bonæ. de æta. & qualit. & not. in c. ueritatis. de dolo &
contu. & infra dicetur in 4. lib. ubi plenius. Decimo quæro
16 † an epiſcopus poſſit ire ad papam pro conſecratione ſi me-
tropolitanus differat conſecrare. Reſp. ſic. 9. q. 3. nunc uero.
cū papa poſſit clericos cuiuſlibet eccleſiæ ordinare ut ibi, qđ
17 no. † Vltimo quæro an populi conſenſus requiratur cum me
tropolitanus conſecratur per ſuffraganeos ſuos. Reſp. ſic 63.
diſtinc. metropolitano.

SVMMARIVM.

1 *Conſecrari in epiſcopum an aliquis poſſit non examinatus.*
2 *Epiſcopus non legitime electus an poſſit conſecrari.*
3 *Conſecrari epiſcopus an poſſit adeptam poſſeſſionem epiſcopatus.*
4 *Hæreticus ad fidem reuerſus factus epiſcopus an ſit iterum cõſecrandus.*
5 *Epiſcopus an tempore ſchiſmatis conſecrari poſſit.*
6 *Epiſcopus ſemel conſecratus nunquid iterum poſſit conſecrari.*
7 *Baptizatus ſemel, non poteſt iterum baptizari.*
8 *Baptiſmus liberat iudæum a patria poteſtate.*
9 *Baptiſmus an poſſit laico conferri.*
10 *Et quid de euchariſtia.*
11 *Baptiſmus an inuito conferatur.*
12 *Et an poſſit conferri in extremo uitæ.*
13 *Baptizari an ſufficiat in ſolo capite.*
14 *Baptiſmus an cum alio liquore poſſit fieri quam cum aqua.*
15 *Semi natus an poſſit baptizari.*
16 *Eccleſia ſemel conſecrata an iterum poſſit conſecrari.*
17 *Caſus in quibus eccleſia exigit iteratam conſecrationem.* 18.

De cauſa materiali. Quis epiſcopus conſecretur. Secunda pars, tertiæ princ.

Circa cauſam materialem conſecrationis quæ-
1 ro † an aliquis non examinatus poſſit in epiſcopum conſecra
ri. Et reſpon. non. 23. diſt. qui eps. cum glo. & eſt gl. 47. diſt. de
2 Petro. & alias ſupra diximus in materia confirmationis. † Se
cundo quæro an conſecrari poſſit epiſcopus qui non ſit legi
time electus. Reſpondeo non. 62. diſtinctio. nullus. & in glo.
prima, quæſtio. prima, ſi qui. Bald. in capitulo primo, in fine,
qui feu. da. poſ. Ioan. And. in capitulo licet, de tranſla. & ideo
conſecratio non facit epiſcopum, uel papam niſi præcedat
ſolennis electio ſecundum Baldū in l. dilectus. C. de manu.
3 † Tertio quæro an poſſit epiſcopus conſecrari ante adeptam
poſſeſſionem epiſcopatus. uide doctores, & Innocent. in ca-
4 pitulo ſtatutum, de appellatio. † Quarto quæro ab hæreti-
cus ad fidem reuerſus factus epiſcopus ſit iterum conſecran
dus. Reſpond. ſic, 1. quæſt. vlt. daibertum. non tamen eſt ite-

tum baptizandus ſecundum glo.& Bal.in l.nihil.C.de manu.
5 vin.† Quinto quæro an eṗs in ſchiſmate conſecrari poſſit.re
ſpon.non, imo conſecratus habetur pro nō conſecrato.nec
6 ipſe pōt alios conſecrare.24.q.1.pudenda. † Sexto quæro an
eṗs ſemel conſecratus poſſit iterum conſecrari. Reſp.nō.68.
diſt.in ſum.& in c.1. idem in clerico cōſecrato a proprio eṗo
uero.ſecus ſi ſit conſecratus ab eo qui uere non ſit eṗs.& cō-
ſecrandi poteſtatē non habuit,quia iterum debet a uero eṗo
conſecrari.ea.diſt.presbyteri quos.& §.quid ergo Not.ēt hic
ꝙ ordinatus per ignorantiam antequā baptizetur debet iterū
poſtea baptizari ſed non debet poſt baptiſmum iterum ordi
7 nari.1.q.1.ſi quis per ignorantiā †Et ſcias ꝙ baptizatus ſemel
non pōt iterum baptizari.68.diſt.c.1.& c.eccleſiis.1.q.1.hāc
regulam.C.ne ſa.bap.re.per totum.gl.& doct.in l.nihil.C.de
ma.uin.de conſe.diſt.4.oſtendimus.de conſe.diſt.1.eccleſiis,
quod uerum eſt niſi de primo dubitetur.68.diſt.§.quod aūt.
Punitur uero ſi ſcienter rebaptizatur,nō ſi ignoranter,cum
quo diſpenſat eṗs.de conſe.diſ.4.qui bis uel.4.unde.Pōt aūt
quis baptizari ſub cōditione ſi non fuit amplius baptizatus,
& ita ſeruatur in practica in his qui naſcuntur in periculo ui
tę,& baptizantur domi ab obſtetricib. nam poſtea in eccle-
ſia iterū baptizantur ſub conditione prædicta ſecundū Bar.
in l.1.ne ſa.bap.re.non autē ſine condītione.1.q.1.quod qui-
8 dam. † Hic ēt adde quod baptiſmus liberat iudæum a patria
poteſtate.28.q.1.iudęorum.& glo.in c.iudęi.de iudę.non tñ
perdit ius ſucceſſionis ſibi competens in hæreditate patris ut
9 ibi quod not † Sed an poſſit baptiſmus conferri a laico. Re-
ſpond.ſic in extremo uitæ ſi ſi deficit ei ſacerdos.de conſe.
diſt.4.ſanctum.30.q.1.ad limina.1.q.1.quod quidam, ubi ēt
dicitur nō eſſe poſtea iterandum ſi conualeſcat.3.q.3.ſuper
quib.imo ēt a fœmina dicto caſu. non aliter.de conſe.diſt.4.
mulier,ſed non a ſemetipſo ēt in caſu neceſſitatis.gl.eſt not.
10 de conſe.diſt.4.baptiſmi,quod no.† Quid in eucharistia.Re
ſpon. ēt a laico poteſt conferri in caſu neceſſitatis ſi deſit ſa-
cerdos.arg.d.c.ſanctum,& eſt gl.& ibi per doct.in c.ſane.de
11 off.ord.per d.c.ſanę.†An autē baptiſmus conferatur inuito.
12 reſpon.non.45.diſt.de iudæis.† Poteſt tamen alicui conferri
baptiſmus in extremo uitæ.reſpon.ſic,d.c.ſane. ſed non po-
teſt baptizatus in extremis promoueri ad dignitatē epiſco-
palem vel presbyteralē.67.diſt.c.1.& ibi per gl.& doc. Quæ-
13 ro etiam †an in ſolo capite ſufficiat baptizari. Reſp.ſic,argu.
l.ſi ex diuerſis.ff.de relig.& tenet Innoc.& Io.in c.debitum.
14 de bap.& gl.de ꝯſe.diſt.4.proprie.de pę.diſt.1.uulgaris.† Sed
non poteſt fieri baptiſmus cum alio liquore quā cum aqua.gl.
eſt de conſe.diſt.4.baptiſmi. Et ſufficit ſpargit etiam unam
guttam aquæ ſuper corpus licet cautius ſit ſuper maiori par-
te corporis aquam fundi ſm Inno.ubi ſup & d.glo.quod no.
15 †Quid autem dices de ſeminato cuius pars extra corpus ma
tris apparens baptizatur. Reſp.non ſufficit, cum tunc natus
nō dicatur ſm Hoſt.in ſum.de bap.§.quæ ſit forma.uerſ.hoc
dixit.& uerſ.quid ſi aqua.unde eius anima ad inferos deſtina
tur ut Chriſtū uidere non poſſit ob uitium originalis pecca-
ti.de conſe.diſt.4.nulla præter.& c.firmiſſime.30.q.1.ad limi
na.Bar.tenet in l.3.C.de poſth.hæ.inſti.dicit ꝯtrium allegans
canoniſtas tenere in titu.de bap. ꝙ ſufficiat partem corporis
16 baptizari,quod credo verius. † Conſequenter quæro an ec-
cleſia ſemel conſecrata poſſit iterum conſecrari. Reſp.non
niſi fuerit igne cōbuſta, uel ſanguine reſperſa, vel ſi in ea ſit
facta fornicatio,ēt a uiro cum uxore.ca.eccleſiis,cum gl.67.
diſt.ſed ꝯtrum dixit gl.in c.eccleſiis ſemel de conſe diſt.1. quā
dicit coitū in ſomno uel cū uxore nō maculare eccleſiam,
nec tunc eſt iterum cōſecranda. Quod dixi de combuſtione
intellige.ſ.pro maiori parte ſm gl.in d.c.eccleſiis. de cōſecr.
diſt.1. quæ gl.idem dicit ſi comburitur ita ꝙ deſtruatur inte
17 tius,vel exterius. Sunt ergo multi caſus †in quib. eccleſia exi
git iteratam conſecrationem. Primus eſt quando dubitātur
de conſecratione.de conſe.diſt.1.ca.eccleſia, uel altaria 68.
diſt.§.ꝑ ergo. Secundo eſt qñ motum eſt altare maius eccle
ſiæ,de conſe.diſt.1.ſi motum.quod intellige ſm gl.ibi ſi adeo
motum eſt ꝙ formam amiſerit per augmentum uel per di-
minutionem, dummodo pro maiori parte ſit immutatum,
alias ſecus, idem & fortius ſi de loco ad locum ſit mutatum
ut ibi,uel ſi enormiter fracta eſt tabula altaris conſecrata ſe
cundum d.gl.per c.1.de dedica.eccle.Tertio eſt ſi ſanguis in
eccleſia per homicidam ſit effuſus.d.c.ſi motū. & c.eccleſiis
ſemel Quarto eſt ſi eccleſia ſit exuſta d.c.eccleſiis. Quinto
eſt ſi parietes funditus deleti reficiantur altari amoto. d.c.ſi
motum.& ibi gl.alias uero ſalib.tñ exorcizatur ut ibi.ſed ui
de melius in c.de fabrica.ea dis.& gl. in d.c.eccleſia uel alta-
ria.Sexto eſt ꝑꝑ adulterium. in d.c.ſi motum.1.diſt.c.eccle-
18 ſiis.& ſupra dixi.& ca.ſignificaſti.de adul.† Prædictis adde ꝙ
quando in eccleſia ſepelitur paganus non conſecrata non
poteſt illa eccleſia conſecrari,nec in ea poteſt miſſa celebra
ri niſi cadauer iactetur foras & mundetur eccleſia.de conſe.
diſt.1.In eccleſia.ubi ratio eſt ſm gl.ibi, quia infideles ab ec-
cleſia.expelluntur.21.diſt.cleros.in fin.23.diſt.perlectis.§.1.
de quo etiam vide de conſe.diſt.1.eṗs nullus.cum glo.unde
eccleſia non cōicat mortuis quib.non cōicat uiuis. §.ſecus
de ſepul.24.q.2.in ſumma.& c.2. Ideoque ſi fęmina Chriſtia
na prægnans deceſſerit non eſt in eccleſia ſepelienda ꝑꝑ par
tum quem habet in utero infidelem non baptizatum mor-
tuum, ſed prius partus eſt excidendus & extra cœmiterium
ſepeliendus ut ſeruat conſuetudo ſecundū dictam gl. quā not.
Si uero eccleſia in qua infidelis ſepultus eſt ſit prius conſecra
ta poteſt in ea celebrari miſſa.Sed exhumandum eſt eius ca
dauer niſi ſit certū an ſit fidelis uel infidelis. de conſe.diſt.1.
eccleſiam in qua.& ibi gloſ.quod tene menti.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus quando eſt conſecrandus an requiratur aliqua examinatio, vel inquiſitio.*
2 *Forma conſecrandi epiſcopum quæ ſit.*
3 *Clericorum ſinguli ordines qualiter conſecrentur.*
4 *Epiſcopus cum conſecratur nunquid debeat iurare ſe honoraturum legatum de latere.*

De cauſa formali. Qualiter epiſcopus conſecretur.
Tertia pars tertiæ princ.

Reſtat hoc tertio loco uidere de cauſa forma
li conſecrationis epiſcopo-
1 rum.† Unde quæro primo an quando conſecrandus eſt epi-
ſcopus requiratur aliqua examinatio,vel inquiſitio. Reſpō.
2 ſic, 23.diſt.qui eṗs.cum glo.& eſt gl.47.diſt.de Petro.† Secun
do quæro quæ ſit forma conſecrandi eṗm. Reſp.quod duo
eṗi debent ponere & tenere codicem euangeliorum ſuper
caput eius qui conſecratur & uno ſuper eum fundente be-
nedictionem reliqui eṗi aſſiſtentes manib.ſuis eius caput tā-
gant.75.diſ.ordinationes.& ibi glo.no.& c.eṗs.23.diſt.ubi ēt
dicit gloſ. quod oēs eṗi aſſiſtentes dicuntur conſecrare non
unus tñ,cum cōſecrare dicatur ſimul ſacrare.24.q.1.puden
da.dicit tñ d.gl.ꝙ liber euangeliorum non eſt de ſubſtantia
conſecrationis.Item debet fieri unctio in capite conſecran-
di ad inſtar regum,quia prophetæ uncti fuerunt.d.c.ordina-
tus.& ibi gl. quæ etiam dicit dictam unctionem non eſſe de
ſubſtantia.Similis eſt ordinatio presbiteri,quia eṗo eum be-
nedicente & manū ſuper eius caput tenente ēt omnes preſ-
byteri aſſiſtentes manus ſuas tenere debent iuxta manum
eṗi.23.diſt.presbyter.Debet aūt presbyter ipſe ſtare indutus
ſtola in utroque humero. ſ. tam tpe ſuæ ordinationis quā tpe
conſecrationis miſſæ.23 diſt.§ ſicut autem.& ca.eccleſiaſti-
ca. ubi ēt dicitur quod & ſacerdos ſumens euchariſtiam ēt
tempore infirmitatis debet eſſe indutus ſtola ſicut & tēpore
ordinationis,alias ſubiacet nexui excommunicationis.d.c.
eccleſiaſticę.in fi.quod no.quia hoc communiter ignoratur
& communiter non ſeruatur,ſicque moriuntur excommu-
nicati fere omnes dictum canonem nō ſeruantes ſi uera eſt
lect.glo ibi quæ intelligit text.ibi, aut ſacramentum corpo-
ris & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti ſumpturus. ſ. ꝙ
æger ſacerdos ibi ſumat euchariſtiam circundet ſe ſtola.ſi
quis autem aliter egit excōmunicationi debitæ ſubiacebit.
Poſſet tamen aliter intelligi.ſ.quādo ſacerdos ſumit eucha-
riſtiam alteri infirmo dandam, ſe debet ſtola circundare, ali
ter excōmunicationi ſubiaceat. & hoc quia ſeruatur in vſu
ſi litera uelit hoc dicere,quod nō credo,non eſt clericis tam
periculoſa conſtitutio.ſed ibi Arch.dicit in hoc ſtandum eſ-
ſe conſuetudini nec audebam hoc prius dicere quod conſue
tudo excuſaret a pœna,quia ut ſupra alias diximus, conſue-
tudo non diminuit pœnam per gl.ord.4.diſt.denique.quod
3 no.& cogita.Qualiter† autem conſecrentur ſinguli clerico-
rum ordines,& de forma ordinationum uide plene.23.diſt.
4 c.diaconus.& ſe.† Tertio quæro an epiſcopus cum conſecra-
tur debeat iurare ſe honoraturum legatum de latere. Reſp.
ſic.c.ego.N.de iureiuran.& alias ſupra diximus in prima par
te huius tertii libri.& tenet Speculat. in tit.de leg.§.primo,
uerſic. honorandus . Reliqua circa formam conſecrationis
vide ſupra in proxima rubrica,per totum,& in rubrica a qui
bus fieri debet conſe. per totum.in qua etiam conſuetudo
ſeruatur.capitu.nihil.in fine,& ibi glo.de electione 24. quæ-
ſtio.prima pudenda .

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus non conſecratus an dicatur habere eccleſiam pleno iure.*
2 *Epiſcopus conſecratus an conferre poſſit ſua prima beneficia.*
3 *Epiſcopus non conſecratus an poſſit ordinare clericos ſuos.*
4 *Metropolitanus electus & confirmatus an ante ſuſceptum pallium poſſit iura epiſcopalia exercere.*

Epi-

5 *Epiſcopus an quis dicatur ante conſecrationem.*
6 *Conſecratio an valeat ſi electio epiſcopi fuit inualida.*
7 *Epiſcopus conſecratus ſi reperiatur laborare morbo epileptico ſeu caduco an poſſit conficere ſacramenta ſeu celebrare.*
8 *Epiſcopus dum conſecratur an poſsit acolythum ordinare.*
9 *Epiſcopus conſecratus ſi conſecrat clericum inhabilem ad ordines ſacros qualiter puniatur.*

De cauſa finali. Quarta pars de effectu conſecrationis epiſcopi.

VLtimo De cauſa finali circa conſecrationem videa
1 mus,†primo ergo quæro an epiſcopus nõ cõ
ſecratus dicatur habere eccleſiam pleno iuro. Reſpon.non
ſed demum poſt conſecrationẽ, quod patet, quia contra eũ
poteſt excipi tempore conſecrationis.cap.ſuper his.de accu.
& tenet gl.in c.cum in cunctis.de elec. vbi tamen dicit gl.ꝙ
epiſcopus ante conſecrationem dicitur maritus eccleſiæ, ut
ſine licentia papę renũciare non poſſit eccleſiã ipſam.per c.
inter corporalia.de tranſ.præl.†Secũdo quæro an epiſcopus
2 conſecratus poſſit ſua prima beneficia conferre Rñ.ſic, non
autem ante poſſet.d.c.cum in cunctis.cum glo. quo caſu dr̃
plenius tranſlatus.21.q.1.ne pro cuiuſlibet. Item nõ poteſt
tũc repelli niſi per accuſationem d.c.ſuper.his. & c. qualiter,
3 de accu.& tener.d.glo.quam nor. † Tertio quæro an epiſco-
pus non conſecratus poſſit ordinare clericos ſuos, chriſma-
re,deponere,benedicere virgines,eccleſias,vel altaria conſe
crare rñ.nõ. quia omnia prædicta veniunt ex conſecratione
glo.eſt or.in c.tranſmiſſa.de elec.& c.ſicut.§.prętcrea.eo.tit.
4 c.inter corporalia. de tranſla. præla. & plenius dixi ſupra in
materia confirmationis,† Quarto quęro an electus cõfirma
tus metropolitanus ante ſuſceptum pallium poſſit iura epã
lia exercere.rñ.nõ,imo nec uirgines cõſecrare, nec clericos
ordinare,nec ſinodũ celebrare.glo.eſt in c.qm̃ quidam.c.di.
per.c.ſicut.in fin.de elec.& c.ſignicaſti.eo.tit.& glo.c.di.pal-
lium.imo tunc dicitur eccleſia viduata.per c. inter corpora
5 lia.præallega.& alias.ſupra diximus.†Quinto quæro an dica
tur epiſcopus antequam conſecretur.rñ.non,immo dr̃. ele-
ctus.c.2.de tranſ.c.niſi.de aur.& uſu.pal.& plenius dixi in ma
teria confimatio.†Sexto quæro an conſecratio valeat ſi ele-
ctio epiſcopi fuit inualida.rñ.non.52.diſt.nullus cum glo.1.
q.1.ſi qui epiſcopi Bald.in c.1.in fi.qui feu.da.poſ·Ioan.And.
in c.licet.de tranſla.hinc eſt ꝙ conſecratio non facit epiſco
pum,uel papam, niſi præcedat ſolennis electio ſecundum
Bald.in l.directis.C.de manu.teſta.& alias.ſupra diximus.Se-
7 ptimo quæro an epiſcopus conſcratus ſi reper.atur labora-
re morbo epileptico ſeu caduco poſſit conficere ſacramen-
ta ſeu celebrare.rñ non, imo prohibitus eſt accedere ad alta
re,ſed ſuæ eccleſię dabitur viſitator.glo.eſt in ca.cum inter
can.de electio.per c.1.& 3.7.q.2. & plenius dixi.ſ̃.2.li.Octa-
8 uo quæro an epiſcopus dum conſecratur poſſit acolythum
ordinare.rñ.non,quia ipſe debet inter ſolennia miſſarũ con
ſecrari,videlicet inter epiſtolã & euãgeliũ,& ſiſr acolythus,
nec debet acolythum ordnaire ante cõſecrationem ſuã ne
vnitas diuini officii diuidat̃. diuideret̃ autẽ per actũ ordina-
tionis acoliti.rex.eſt no.eũ gl.ĩ c.ꝙ ſic §.ſup eo.de ele.ubi ẽt
dr̃ qđ ſolus papa põt die cõſecrat.ſuæ alios ordinare,quia ip
ſe conſecratur antequam in miſſa cantetur hymnus angeli-
cus. Gloria in excelſis Deo. qua conſecratione facta a papa
miſſam incipit & perficit ſolenniter in qua miſſa poteſt ordi
nes celebrare vt ibi,ꝙ no.& alias diximus.ſ̃.eo.ubi vide.†Vl
9 timo quæro ſi epiſcopus conſecratus conſecrat clericum in-
habilem ad ordines ſacros, qũo puniatur.rñ.ꝙ perdit ius cõ
ferendi illum ordinem,non alios.etiam maiores.1.q.1.ſi qui
epiſcopi.cum glo.& no.in c.literas,de temp.or.ꝙ eſt verum
ſm d.glo.ſi ſciẽter ordinauit inhabilem notorie, alias enim
non potuiſſent eum repellere ab ordinatione per c.ex teno-
re.de temp ord.& alias ſupra dixi &c.

LIBER QVARTVS.

De cauſa finali

NVnc de cauſa finali quartus hic liber tractabit, in quo de auctoritate dignitateque epiſcopi, ac de ius degradatione, depoſitioneq; prout in principio propoſuimus videdum eſt. diſtinguit̃ aũt his quartus liber in octo partes princ. In prima.n.dicemus qualis debeat eſſe uita epĩ. In ſecũda q̃ ſit epĩ auctoritas,& ptãs,circa ſpiritualia.In tertia q̃ ſit eius poteſtas circa temporalia,videlicet circa perſonas.In quarta quæ ſit poteſtas in temporalibus circa res. In quinta quæ ſit poteſtas epiſcopi circa iudicia.In ſexta quæ ſit poteſtas eius circa vltimas voluntates alienas.In ſeptima uidebimus de uicario epiſcopi.In octaua uero plene tractabimus de epiſcoporum degradatione. Quam vltimam partem ſimiliter in alias diſtinguemus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus creatus, confirmatus, conſecratusque qualiter ciuitatem ſuam ingredi debeat.*
2 *Epiſcopus an recedere poſſit de curia papæ iturus ad ſuam diocęſim ſine papæ licentia.*
3 *Vita epiſcopi in propria diocęſi commoranti qualis eſſe debeat.*
4 *Epiſcopus quo in loco debeat reſidere.*
5 *Epiſcopus crucem præ ſe ferens ex dignitate epiſcopatus an præſente legato de latere inſignijs utente debeat crucem dimittere.*
6 *Epiſcopus an cum mulieribus debeat conuerſari.*
7 *Clericus habitans cum conſanguinea niſi ſit mater, vel ſoror carnalis eſt ſuſpectus de fornicatione.*
8 *Concubinatus ut ſit permiſſus quæ requirantur.*
9 *Vxorem an poſsit habere epiſcopus.*
10 *Ludus an ſit epiſcopo permiſſus.*
11 *Epiſcopus nunquid ſine peccato poſsit intereſſe ludis & ſpectaculis hiſtrionum.*
12 *Menſa epiſcopi qualitas qualis eſſe debeat.*
13 *Item & qualitas veſtimentorum.*
14 *Epiſcopus an licite intereſſe poſsit in cauſa ſanguinis.*
15 *Epiſcopus vnus an alterum teneatur honorare.*
16 *Cardinalum quis præferri debeat.*
17 *Arma quando mouere poſsit epiſcopus.*
18 *Legatus principis ſecularis an poſsit eſſe epiſcopus.*
19 *Epiſcopus an poſsit excommunicare principem laicum ſuæ diocæſis.*
20 *Epiſcopus an poſsit eſſe delegatus iudicis laici.*
21 *Epiſcopus vel clericus adminiſtrans bona principis laici an poſsit ab eo carcerari pro ratione reddenda.*
22 *Clericus vel epiſcopus an poſsit ſe immiſcere in negotijs ſecularibus, puta in tutelis.*
23 *Et quid ſi ante ſuſceptam dignitatem epiſcopalem vel ordinem clericalem erat tutor.*
24 *Et quid de conuerſis.*
25 *Clerici coguntur ad tutelam miſerabilium perſonarum.*
26 *Epiſcopus vel clericus an poſsit eſſe negotiator.*
27 *Clericus negotiator, vel artifex nunquid poſsit conueniri coram iudice mercatorum uel artis ſuæ.*
28 *Epiſcopus an poſsit uerſari in negotijs ſecularibus.*
29 *Epiſcopus uel clericus an poteſt eſſe fideiuſſor.*
30 *Clericus fideiuſſor laici coram epiſcopo conueniri debet.*
31 *Epiſcopus an poſsit eſſe procurator vel aduocatus litium.*
32 *Laici nunquid clericus poſsit eſſe procurator generalis.*

Prima pars quarti libri. De vita epiſcopi.

Primo igitur quæro circa primam partem princi
palem huius quarti libri in qua de
1 uita epĩ dicturi ſumus†qualiter epiſcopus creatus, confirma
tus, conſecratuſq; ciuitatem ſuam ingredi debeat. Reſpon.
quod ei intranti debet clerus & populus obuiare proceſſionaliter & honorifice eum ſuſcipere, cum epiſcopi, uice Chriſti fungantur in terris ac eius dñi noſtri legatione. 7.q.1.oẽs. qui.2.q.7.accuſatio.in fi.21.diſt.in nouo.& tenet Spe.in titu. de leg.§.1.circa princ.unde ſicut dño Ieſu Chriſto cũ uiueret in humanis & ingrederetur Hieruſalẽ tanq̃ ſacerdos & propheta magnus, obuiauit populus & pueri cum palmis oliuarum ſternentes ueſtes in terra ut ſuper eis graderetur dñs noſter.ita & epĩs honor eſt exhibẽdus, qui Chriſti legatione funguntur, ut ſup.& quia dixi Chriſtũ intraſſe in Hieruſalẽ tanq̃ ſacerdotem, notanter dictũ eſſe uelim. per prius.n.pluries Chriſtus intrauerat, non tñ fuit honorifice ſuſceptus a populo. Sed illa die iam nota erant & populo manifeſta miracula eius. Qui cum fuiſſet inter ſacerdotes ante aſſumptus ad ſacrificandum in templo, fuit ex beatæ Virginis matris eius relatione ſcriptus in codice, ſacerdotum nomina continente, prout mos erat apud hebræos in Hieruſalem ſub his uerbis. Ieſus Chriſtus filius Dei viui & Mariæ matris eius uirginis. Erat.n.mos hebræorum loco ſacerdotis mortui aliũ ſurrogare, qui bonus uir populo uideretur, eiuſq; nomẽ in quodam codice ſcribebatur cum nomine patris & matris, nec fuiſſet inter ſacerdotes ſcriptus ĩ illo codice ꝓ filio Dei uiui & Mariæ Virginis Ieſus Chriſtus niſi apprime uerificarũ eſſet euidẽter apud hebræos ꝙ uirgo eſſet apparuiſſetq; uirgo inſpectorib. deputatis ad clauſtra pudica pſpicienda Maria mater eius. quæ cũ prout aſſeruerat ſacerdotib. ſe uirginem eſſe quæ Chriſtum ex Deo uiuo pepererat uirgo reperta fuerit, tunc nomen Ieſu Chriſti fuit inter ſacerdotes ut ſup. ſcriptum in codice pro filio Dei ac Mariæ Virginis. poſteaq; pluries Ieſus ſacerdos ſacrificauit in tẽplo, qđ facere non potuiſſet in numero ſacerdotum, ut refert Ioſephus. hic codex de quo ſupra memorauimus hebręorum perfidia occultatus

eſt ne conuincantur, quod & ipſi Chriſtum pro filio Dei &
Virginis approbauerunt, dum cum in codice ſcripſerũt pro
tali.& aſſumpſerunt in ſacerdotẽ. pleriq; tñ hebræorum nõ
diffitentur, & maxime docti qui antiquorum hiſtorias didi-
cerunt prout & philedſus uir noſtra ætate doctiſſimus in
quadam ſua traductione q̃ fecit in latinum ſermonẽ aper-
te teſtatur omnia de quib. ſupra dixi latiſſim ereferens. Eſt &
alia ratio quare epiſcopus honorifice ſuſcipiendus eſt, cum
ſuam ciuitatem ingreditur quia prælati ex urbe uenientes
ob reuerentiam ſummi pontif. quem tetigerunt & oſculati
ſunt recedentes ab eo honorandi ſunt a populis. c.cũ olim eſ
ſemus.de priuileg.& tradit Spec. tit.de lega. §.ſi quæritur ui
dere.circa prin.quod no. ut ſcias reddere rationẽ quare talis
honor redditur ẽpis cum intrant diocęſim. Et adde ꝙ ẽt mo
nachi debẽt cum clero obuiam ire proceſſionaliter ẽpo ſm
Bal.in l.fi.C.de bo.lib. ſecũdo.alias infra dicetur in q.an mo-
2 naſteria diocęſis ſubſint ẽpo.uide ibi.Secundo quęro†an ẽps
poſſit recedere de curia papę iturus ad ſuam diocęſim ſine li
centia papæ. & dic ꝙ non imo nec ẽt cardinalis ſecundum
Io.And.in c.eccleſia.il 2.de elec.debet.n. cardinalis morari
3 incuria papæ.9.diſt.nobiliſſimus. † Tertio quæro qualis eſſe
debeat uita ẽpi qui nõ in propria diocęſi cõmoratur. Reſp.
ꝙ debet uacare lectioni ſacrarum ſcripturarum, quas ẽt do-
cere debeat alios. Item & orationi, ſecunq; debet habere pre
ſbiteros, diaconos, & alios bonos clericos.2.q.7.ẽpi. 36.diſt.
c.fi. ubi dicitur ſic feciſſe Moyſem qui ſemper erat in taber-
naculo docens & orans ſicque hoſtes ſuos uincebat oratio-
nibus, licet perſonaliter ad bellum non accederet. Item dẽt
ẽps oportune,& importune,& ſine intermiſsione eccleſiam
ſuam inſtruere, eamq; prudenter regere, & amare, ut a uitiis
abſtineat,& uitam cõſequatur ęternam, eccleſia uero cum
magna reuerentia doctrinam ẽpi ſuſcipere debet, cum quo-
que diligere tanq̃ Dei legatũ & ueritatis præconem.7.q.1.ſi-
cut verſ.ẽps. Debet autẽ ẽps docens in templo loqui pruden
ter & aptare uerba iuxta capacitatem audientium, ſitq; do-
ctus, irreprehenſibilis, maturus.8.q.1.oportet. Debet ẽt apud
ſe ẽps retinere familiares honeſtos & bonę uitæ uiros.2.q.7.
peruenit.Si.n.malos ſibi adhibeat & improbos homines ſuę
uitæ qualitatem oſtendit, cum ex ſocietate qualitas præſu-
matur.28.q.1.ſæpe.18.q.2.diffiniuimus.81.diſt.clericus,& te
net gl. in d.c.puenit.& Bar.in l.ſi plures.§.q̃uis.& §.ſi parens.
ff.de ad.tut.Subditos ẽt debet ẽps oẽs ęqualiter ſubleuare, iu
uare, fouere, 8.q.1.clemens. Item debet pacem procurare in-
ter ſubditos,& amouere diſcordias.90.diſt.ſtudium.imo po
teſt excõicare nolentes pacem inire.ea.diſ.placuit, & c.præ-
latum. Quinetiam ẽpi vicini debent ei fauere ut pacẽ ponat
inter diſcordes.100.diſ.pręcipimus deponi autem poteſt qui
in hoc alicui fauere negligit ut ibi.3.q.1.nulli.Sed ſi epiſco-
pus mortuus eſt vel infirmus, tenentur alii uicini ẽpi uices
4 ſupplere.7.q.1.pontifices.& glo.in d.c.præcipimus.†Quarto
quęro ubi dẽat ẽps reſidere. Reſp. ꝙ in eccleſia ſua, ſaltem in
feſto nataliũ dñi noſtri Ieſu Chriſti, Epyphaniæ, Paſchæ, Pen
tecoſtesq;, alias aũt per triennium a cõione ſuſpenditur.7.q.
1.ſi quis in clero. Item debet ẽps in ſua cathedrali eccleſia re
ſidere.i.in loco ubi eſt eccleſia, non in ipſa eccleſia.de con-
ſe.diſt.3.ẽps ſi.in gl.41.diſt.ẽps velim. Item debet dieb.feſtis
dñicalib. intereſſe diuinis officiis in ſua eccleſia cathedrali.
de conſe.diſt.3.ẽps. Nec poteſt per diocęſim uagari, niſi for-
te cauſa uiſitationis.7.q.1.placuit. Imo ĩ re propria diuitius q̃
oporteat ſtare non debet, ne curam eccleſiaſticam conten-
nere uideatur, ut ibi cum propriam utilitatẽ pręponere non
debeat vtilitati eccleſiæ, ut tenet ibi gl.& no.12.q.4. quicun
que. Quinimo debet ẽps uagabundus ſi monitus non reuer-
tatur in monaſterio recludi.ea.q. ꝑuenit.quod intelligit glo.
ſi per ſex menſes aberit ab eccleſia propria.per ca.ex tuæ. de
cle.non reſi.uel per annum de iure ciuil.ut in §.illud, in auc.
qũo opor.ẽpos. Poteſt aũt ex cauſa neceſſitatis, puta hoſtili-
tatis vel peſtis relinquere propriam cathedrã & alibi in dio-
5 cęſi permanere.ea.q.tpis.& §.ẽpalium.† Quinto quæro vtrũ
ẽps ex dignitate ẽpatus præ ſe crucẽ ferens, vt Firmanus, de-
beat crucẽ dimittere præſente legato de latere inſigniis vtẽ.
Reſp.ſic.c.antiqua.de priuil.& ibi no.& tenet Spec.ti.de leg.
§.ſequitur.ver.hic ẽt no.facit not.argum.l.contumaciam.§.
qui ad maius.de re iud. debet.n.ẽps honorare legatũ de late-
re, ex ui iuri ſui, quod præſtare debet in cõſecratione, ut in c.
ego.de iure iu.& tenet Spe.in tit.de leg.§.1.uer.honorandus.
Et hinc inoleuit conſuetudo ꝙ ẽpi aſſiſtentib. dñis card. nõ
portant rochetum, ſaltẽ diſcoperiũ, nec dñi cardinales aſſi-
dente papa, nec prætores ciuitatum baculũ iuſtitiæ ferunt aſ
ſiſtente prouinciæ præſide, ſed quia ẽpi præ ſe crucem ferãt.
6 vide gl.in c.fi.ut lit.pen.& alias infra dicemus.† Sexto quæ-
ro hic utrum ẽps poſſit cum mulierib. conuerſari. Reſp. nõ.
l.cũ qui.& ibi doct.C.de epiſ.& cle.81.diſt.cum oportet.c.in
omnib.c.ſeq.& per totũ.Spe.idem tenet in tit.de renun.§.2.
ver.ſed qualiter &c. Imo etiam cum cõſanguineis ſuis prohi
bitus eſt epiſcopus conuerſari nimia cõſuetudine. 22.diſtin.
interdixit.unde Hieronymus. Hoſpitiolum tuum, aut raro,
aut nunqnam mulierum pedes terant ꝙ nõ poteſt toto cor
de cũ Deo habitare, qui fęminarum acceſſib. copulatur.32.
diſ.hoſpitiolum. Pręterea fertur Aug. noluiſſe habitare cum
ſorore.81.diſt.legitur.idem probatur.34.diſ.c.1.de coha.cle.
& mulie.c.1.& tradit Spec.ubi ſup.quod tñ intellige niſi cũ
propria matre, ſorore, amita, uel aliis conſanguineis in qui-
bus ceſſat mala ſuſpitio.c.a nobis.de coha.cle.& mu.81.diſ.
volumus.& quod no.in c. cum in iuuentute. de præſum.81.
diſt.c.cum omnib.& c.fœminas. Prædicta ẽt intellige in cle-
ricis quibuſcunq;, ut in dictis iurib.d.c.uolumus.c.cum om-
nib.c.non oportet.& c.clericus.& per totũ 32.di. interdixit.
34.diſt.c.1.& d.c.a nobis.& c.1.de cohabi.cle.d.l.cum qui.in
auct.de mona.§ his vero.de epiſ.& cler.§.ẽpm vero.& C.eo.
ti.auct.ẽps.& Bar. tenet in l.& ſi ꝯ.C.de nup.ideo Ang.in au
7 cten.qũo oportet ẽpos.§.quarta.dixit†clericũ habitantẽ cũ
conſanguinea niſi ſit mater, vel ſoror carnalis eſſe ſuſpectũ
de fornicatione, quod no.ꝯ clericos foroiulienſes & aptutio
nes qui retinent fęminas & concubinas in quib. hodie cadit
antiqua qõ, an concubina clerici, ſequiẽ forũ clerici, de qua
per doct.in c.cum quædam.de iuriſd. om.iud. ubi dicunt ꝙ
ſic. ſecus tñ in concubina laici. l.de iure.ad fin. ff. ad muni.
8 † Quot aũt requirantur ad hoc ut concubinatus ſit permiſ-
ſus.ponit Bar.in l.1.ff.de concub.& Bal.in addi.Spec.de ſuc-
ceſſ.ab inteſt.uer.naturalis filius.uide ibi, quia non eſt de ma
9 teria.†Sed an uxorem habere poſſit epiſcopus. Reſpon.non
hodie licet olim apoſtoli uxores habuerint non ad concubi
tum ſed ad ſeruitiũ.21.diſt.omnino. hodie non epiſcopis &
clericis promptioribus ad ſpiritum carnis quam erant apo-
ſtoli prohibitum eſt ab eccleſia non extra ſubſtantiam ordi
nis clericalis, ſed quia eccleſia nõ tñ confidit de clericis ho
diernis quantum de apoſtolis, ideo prohibiti ſunt. 81. diſt. ſi
quis.& c.cum olim.& per totum.& in ti.de cle.coniu. Si quis
autem uxorem accipit, vel concubinam retinet, perdit ec-
cleſiaſtica beneficia.c.1.& per totũ.de cle.coniuga. Item non
gaudet priuilegiis clericalibus, maxime illo ꝙ cõpetit ex ca
ſu ſi quis ſuadente diabolo. 17.q.4. ut tenet ſimplr̃ Io.Andr.
in c.1.de cler.coniu.in 6. Item a collectis nõ eſt immunis ſed
ſolũ ꝑ crimẽ euaderet pęnã mortis ſm Ab.anti.in c.ex par
te de cle.coniu.& Bal.in mar. ver.clericus.uer.fin. & in Spe.
de cler.ꝯiu.in prin.Ion.in d.c.ex parte. Idẽ in clerico incedẽ-
te ſine habitu & tõſura, q a ẽt põt impune offendi ſm gl.in l.
ſi qs ignorãs.ff.loc.& in l.itẽ apud labeonẽ.§.ſi qs uirginẽ.ff.
10 de iniur.qđ no. Septimo q̃ro vtrũ ẽps poſſit ludere. Reſpõ. ꝙ
nõ in auth.interdicimus. & ibi doc. C.de epiſ.& cle. 35.diſt.
ẽps.& ibi gl.alias dẽt deponi, ut ibi qđ eſt verũ in q̃buſcũq;
clericis ſm.d.gl.p.c.clerici.de vi.& ho.cle.ubi eſt caſus ꝙ nec
ludere, nec ludis aliorũ intereſſe dicunt. Item nec ludi parti-
ceps eſſe põt clericus, vt ibi. & d.auth.interdicimus. Itẽ verũ
in ludis taxillorum uel alearũ & aliis in quibus verſetur ſola
fortnua, vel ẽt fortuna & ingenium ut in dictis iurib. Ex quo
infertur ꝙ ludus ſcachorũ qui ſolo ingenio dr̃ non eſt prohi-
bitus cle. & ẽpo ſm cõem opi.doct.ubi ſ. ꝯ Cy.& Iac.de are.
in d.auth.interdicimus.& in l.ſi quis cũ ſciret.de vſuca.ꝑ Iac.
qui ꝯ tenuerunt eum & per illũ ludũ clerici poſſunt abſtrahi
a diuinis. hanc opin. clerici tanq̃ inimicam omnino nõ ſer-
11 uant.qđ not. †Octauo quæro an epiſcopus poſſit intereſſe lu-
dis & ſpectaculis hiſtrionũ. Reſpon.non.c.clerici.de vita &
honeſta.cleric.de conſecra.diſt.5.non oportet miniſtros.34.
diſt. presbyteri. Immo recedere debet de loco etiam de men
ſa ſi ſpectacula geri incipiant per hiſtriones, ut ibi, & dixi ſu-
pra li.2.quęſt.62.ubi etiam dixi quod nec ipſe epiſcopus po-
teſt eſſe hiſtrio, vel minus, nec ludos facere.per ca.maritum.
33.diſt.gloſ.capit.donare.81.diſt.gloſ.in capit.ſi iudex laicus.
de ſenten.excom.in 6 & Ange.tenet in auth. de mona.1.col.
Debet etiam epiſcopus prohibere fieri ludos in cõuiuiis ſuis
& cantilenas decantari, planſus & riſus inconditos fieri, &
laruas ad eſſe. per tex.no.de conſe. diſt.10.nullus presbitero-
12 rum, 22.di.1.clericum ut plenius dixi in d. q.62.†Nono quæ-
rõ de quantiate menſe epiſcopi. Rñ. ꝙ debet in principio fie-
ri benedictio menſe, & in fine actio gratiarum. 44.diſt. non
liceat. Item debet inter epulandum lectionibus. vti ſacrarũ
ſcripturarum vt euitentur confabulationes & animę ędifi-
centur ad bonũ vt dicit tex.no.ea.di.pro reuerentia. Item de
bet ẽpi prandiũ fieri hora tertiarũ, nõ ante.d.c.nõ liceat. Nec
dẽt epulis lautis longo labore q̃ſitis vti, ne videaẽ immemor
Chriſti pauperis eſurientis & nudi.35.diſt.eccleſiæ principes.
Iem non debet epiſcopus cõuiuiis in uigilare 44.diſt.multis.
& ſe.maxime ex ſymbolis.ea.diſt.non oportet. Item debet ha
bere epiſcopus ſupellectilem menſa vilem dictumque pau-
perẽ.45.diſ.ẽps.cũ gl.quæ dicit de conſuetudine non ſeruari.
de quo plenius dixi. ſupra 3.li.1.parte.14.q.ubi omnino vide.

De-

13 Decimo quæro † de qualitate veſtimẽtorum epiſcopi. & dic
quod corripiendus eſt epiſcopus qui laſciuit in fulgidis ueſti
bus. 11. diſtinct. 3. omnis iactantia, cum glo. & c. præcipimus
quod glo. dicit uerum ſi facit ad uoluptatem, alias non, po-
teſt enim & debet epiſcopus uti ueſtibus ſecundum conſue-
tudinem regionis ne uileſcat dignitas, ut ibi. Item debet uti
veſtibus deſuper clauſis non tamen de pannis rubeis uel uiri
dibus, ut d. c. clericus. ubi hæc omnia probantur. Purpura ue
ro & cendato poteſt epiſcopus uti exemplo Chriſti q̃ purpu-
rea ueſte utebatur. Gregorius tamẽ dicit quod ſi uſus purpu
rearum ueſtium non eſſet in culpa. ſermo Dei non tam ma-
nifeſte exprimeret quod diues indutus byſſo & purpura de-
ſcendit ad inferos. Et ſcias quod epiſcopus non poteſt uti ue
ſtibus laicorum, nec extra domum ire debet ſine proprio ha
bitu. 20. q. 4. epiſcopi. c. ſine ornatu. & ca. ſeq. quod facit con-
tra epiſcopos qui lautius ſe exornant utẽdo ueſtibus alienis,
quia prohibitum eſt per cap. cum decorem. de uita & hone.
clerico. l. minime. de epiſcopa. audien. in auct. de ſanctiſ. epi-
ſco. & cler. §. fi. colla. 9. Immo laruas ad ipſum uenientes ex-
pellere debet. de conſecra. diſtin. 5. nullus. Sed quid ſi epiſco-
pus eſt monachus. Reſpondeo debet uti veſtibus & habitu
monachali, quia retinet habitum ſuum. Vnde Rocheto uti
non poteſt qui monachis prohibitus eſt. tex. eſt no. in d. c. cle
rici de ui. & ho. cle. De his uide quæ diximus ſupra 14 q. pri-
14 mæ partis princip. 3. lib. vbi uide omnino. † Vndecimo quæ-
ro an epiſcopus poſſit intereſſe cauſę ſanguinis. Reſpondeo
non. c. clericis. ne cleri. vel mona. c. ſententiam. eod. tit. cap.
ex literis. de exceſ. prælato. cap. in archiepiſcopatu. de rapto.
c. conqueſtus. de foro compet. & tenet Specul. de iuriſd. om.
iudic. §. fi. ver. & not. quod epiſcopus, & ideo epiſcopi haben
tes iuriſdictionem temporalem cõmittunt laicis cauſas ſan
guinis ſecundum Spec. vbi ſupra, & Bal. in l. 1. 2. col. C. ubi de
crimi. agi oportet. ubi dicunt uerũ generaliter. ſed Io. Andr.
in addit. Specul. ibidem dicit uerum etiam ſpecialiter. & no.
in c. fi. ne cle. uel mo. in 6. Quinetiam epiſcopus poteſt com-
mittere criminis inquiſitionem ſecundum Arch. in c. 2. in fi.
de off. uicar. in 6. & eſt tex. in d. c. fin. Et ita practicauit domi-
nus meus dominus epiſcopus Modruſien. gubernator Fani
qui commiſit mihi tunc prætori cauſam capitalem læſę ma
ieſta. illorum de Mondulfo quos tempore mortis Pauli pon
tificis fecit tres uno ictu gladii decapitari cum magna po-
puli admiratione. Fit etiam irregularis epiſcopus ſi de facto
comparet in cauſa ſanguinis quæ uertitur corã iudice ſuo:
Reſpondeo, uidelicet ſi auctorauit in ea, non ſi ex curioſita-
te interfuit ſecundũ Spec. ti. de diſpenſa. §. 4. uerſ. ſed quid de
iudice, & uerſic. præcedenti. & uerſ. quid ſi epiſcopus. idem ſi
epiſcopus interrogatus a ſuo iudice quid facere debeat de ta
li crimino ſo. Reſpondeat quod faciat eum mori, vel ſi dicit
quod eſt malum ſi euaſerit, quia irregularis eſt. ſecus ſi dicit
quod iuſtitiam faciat, uel conſulat iuriſperitos ſecundum
Spec. in d. uer. quid ſi epiſcopus, uide omnino per doct. Inno
cent. & Ioan. Andr. in d. c. ſententiam. Ex his patet quod epi-
ſcopus poteſt habere merum imperium, ut ibi, & in auctent.
cauſa quæ ut ibi Bal. de epiſc. & cler. ſecus eſt autem in aliis
prælatis inferioribus ſecundum Bald. in addit. Spec. de iuriſ-
dict. omn. iud. uerſi. epiſcopi, & ib ſpec. in uerſ. ſecundum ca
non. Ponit quæ dicantur meri imperii pertinentia ad epiſco
pum, uidelicet clericorum depoſitio, uel perpetua ſuſpenſio.
5. quæſt. 5. delatori. de iudi. c. at ſi cleri. de uita & hone. cler. c.
vt clericorum. §. ſi quis de cle. excom. mini. cap. latores. Item
excommunicatio. de off. ord. paſtoralis. 1. reſpon. Item pur-
gationis indictio. 2. quæſt. 5. per totum. Item diſpenſatio. 50.
diſtin. ut conſtitueretur. Item ſolennis pœnitentiæ impoſi-
tio. 50. diſtin. in capite. & cap. accedentibus. de exceſ. prælat.
Item eccleſiarum erectio. de conſe. diſtin. 1. nemo eccleſiam
& ca. eccleſias. Item conſecratio uirginum. 20. q. 1. deuotiſ.
de elec. c. quod ſicut. Item clericorum ordinatio. c. inter cor
poralia. de tranſlat. & d. c. quod ſicut. Item chriſmatis confe
ctio ut ibidem. Item eccleſię conſecratę reconciliatio. de cõ
ſecratio. eccle. uel alta. c. aqua. hæc omnia ponit Spec. ubi ſu
pra, & ſubdit quod hodie epiſcopus nihil habet meri impe-
rii, cũ omnia valeat delegare etiam ea quæ ſunt ordinis ſal-
tem epiſcopo niſi uſum palii, & dicit Spec. hoc tenere Ioan.
in c. peruenit. 95. diſt. uide ibi. Ex quibus autem cauſis epiſco
pus uel clericus fiat irregularis, uide plenius in Specu. de di-
15 ſpen. §. 4. per totum. quæ omnia no. perpetuo. † Duodecimo
quæro an epiſcopus unus debeat alterum honorare. reſpon.
ſic, ſcilicet maiorem & digniorem qui eſt præferendus. C. de
off. mag. l. nemo. & Hoſt. in ſum. poſt princip. & glo. inſtit. de
bon. poſ. §. aliam. eſt enim unus maior altero ſecundum di-
gnitatem eccleſiæ. nota. in capito. ſi forte. in fin. de eo. in 6. 2,
quæſtio. 7. puto. & tenet Bald. in cap. 1. de electio. qui or. fur.
ſu. Spec. de cita. §. 4. uerſ. porro ſi ſunt plures. 80. diſtinct. in il-
lis. in fi. 21. diſtin. in nouo. Et not. quod cæteris paribus debet
conferri prior in ordine epiſcopatus, & qui plus aliis labora-
uit per eccleſiam Dei. 17. diſtinctio. §. fin. cum glo. de maior.
& obedien. cap. primo, 74. diſtinctio. epiſcoporum. 75. diſtin-
ctio. cap. fin. in fin. pro quo facit, quia Iacobus maior dictus
eſt, quia prius adhęſit domino Ieſu Chriſto, licet poſtea na-
tus fuerit quam Iacobus minor, ut legitur in hiſtoria ſcho-
laſtica in teſtamento nouo. capitu. & cum ſediſſet. quod ue-
rum eſt niſi ſit metropolitanus uel alius ſuperior, quia præfe
ratur, licet potius fuerit ordinatus, ſecundum glo. in d. §. fin.
& ibi in præalleg. capit. placuit. Speculat. in d. uerſic. porro ſi
cut concurrit epiſcopus cum prælatis inferioribus quibus
præfertur, etiã ſi primo fuerit ordinatus, ut ibi. Alias dicitur
quod præponi debet qui prior in literis papæ fuerit nomina-
tus. 43. diſtinctio. ſit rector. in fin. cum glo. & tenet Speculat.
in d. verſic. porro. ſi ſunt plures. quod not. Nec mirum videa-
tur quod epiſcopus præferri debet cardinali presbytero. nã
Auguſ. epiſcopus ſcribens Hieronymo cardinali presbytero
dixit quamquam ſecundum uocabula quę uſus obtinuit epi
ſcopatus ſit maior presbytero. Auguſt. tamen Hieronymo
minor eſt. 2. quæſtio. 7. quamquam. certe ſi cardinalis ut erat
Hieronymus fuiſſet epiſcopo præferendus non dixiſſet Au-
guſtinus epiſcopus ſe maiorem Hieronymo, ſed quia crede
bat ſe meritis eſſe minorem non ex dignitate, ideo talibus
verbis vſus qui nec mendacium dicere potuiſſet etiam ex
humilitate. 23. quæſtio. 2. cum humilitatis, ſecundum gloſ.
in d. cap. quamquam. hoc tamen hodie non ſeruatur ut do-
cet uſus, & adde quod omnes epiſcopi poſſunt eſſe pares me
ritis ſi puritatem ſeruent in uita. & in martirii qualitate, ſicut
cõtingit in Petro & Paulo qui capita apoſtolorum paſſi ſunt
Romæ ubi erat caput gentilitatis, & principaliter populus
Romanus inimicabatur fidei Chriſtianæ. 2. quæſtio. beati. &
16 dixi ſupra in præludiis. † Quis autem ex cardinalibus præfe-
ratur. uide per Hoſt. & Bu. in cap. antiqua. de priuileg. & ibi
17 etiam per doct. † Decimotertio quæro utrum epiſcopus poſ
ſit arma mouere, & ſic an eius uita poſſit in armis uerſari. re
ſpon. non. 24. quæſt. 8. in prin. & per totum. quod eſt uerum,
niſi contra hoſtes fidei Chriſtianæ. ca. q. c. igitur. & in c. cum
pridem. Item niſi pro defenſione eccleſiæ. 23. quæſt. 3. fortitu
do. & glo. 23. quæſt. 8. quicunque quibus caſibus poteſt bellis
intereſſe epiſcopus. capit. igitur. pręalleg. 23. quęſtio. 3. Maxi
mianus. ubi dicit quod Paulus apoſtolus bello interfuit con
tra hoſtes fidei. & eſt gloſ. in d. cap. igitur in fi. argum. contra
36. diſtinct. cap. fin. ubi dicitur quod Moyſes orabat in tem-
plo, non autem pugnabat in exercitu, ſed illud olim, hodie
ſecus immo punitur epiſcopus qui non aggreditur hoſtes ec
cleſiæ ſecundum gloſ. in dicto capitulo igitur. in fine, in quo
bello ſi moriatur, cœli premium conſequitur. 23. quæſtio.
octaua, omni timore.

Sed an epiſcopus arma moueat ut recuperet
caſtrum ſibi occupatũ. Re-
ſpon. quod non, quia ſolus princeps armatus. ut not. in proę
mio inſtitu. ita tenet Bal. in l. 2. & 4. colum. verſ. ſed nunquid
poteſt. C. de ſerui. credo tamen contrarium per prædicta, &
no. 23. quæſt. 8. his ita. c. igitur. & c. hortatu. Alias autem epi-
ſcopus militare prohibetur. 23. quæſt. 8. reprehenſibilis. ubi
uide. Poteſt tamen epiſcopus caſtrum illud etiam per prodi
tionem recuperare ſi aliter non poteſt. ut tenet Bal. ubi ſup.
verſ. ſed nunquid epiſcopus. & tenet Innoc. in c. olim. il 1. de
reſtit. ſpol. ubi dicit furtum rei proprię eſſe permiſſum quan
do aliter recuperari non poteſt ſi ſcandalum non oriatur ſe-
cundum doct. ibi. & in c. quia pleri que. de immunit. eccleſ.
per Innocent. qui dicit clam, & furtiue damnis propriis con
ſuli poſſe. facit gloſ. in l. ſi coloni. C. de agri. & cenſi. lib. 11. &
tenet Flo. in l. ſi ſeruus. in princip. ff. ad leg. Aquil. Bald. in l. ſi
manumiſſori. in fin. C. de obſeq. pa. præ. & tenet dominus
meus Alexan. de Vincen. in c. potuit. de loca. & Ludoui. pon.
in fi. verſi. furtum. verſ. quandocunque. Facit etiam, quia po-
teſt quilibet cauſam furtiuam furari, & domino reſtituere.
capit. qui cum fure. & ibi docto. de furtis. Quinetiam dico ꝙ
poteſt epiſcopus ſi ſuum caſtrum ſibi ablatũ recuperare non
poteſt alium pro eo. furari, & illud ſibi retinere quouſq; ſibi
ſuum reſtituatur ſecundum Innoc. ubi ſupra quem ſequitur
Bald. in dicta l. ſecunda & 9. colum. verſi. ſed quid ſi non po-
teſt &. Bal. in Marga. verſic. caſtrum. verſi. fin. docto. in dicto
capitulo olim. & Alexan. ubi ſupra. Flo. in dicta l. ſi ſeruus. in
princi. in 3. colum. ubi dicit quod tunc epiſcopus non eſſet
irregularis, ſi contingeret mors alicuius, epiſcopo tamen ad
hoc non aduertente. & no. in capitulo poſtulaſti. de homi. &
gloſ. no. 24. q. 3. Maximianus. & j. dicetur. Et ſubdit notabili-
ter Bal. ubi ſupra in d. c. & 5. col. ver. ſed nũquid autem. quod
poteſt epiſcopus facere ſibi per ſuperiorem dari tale caſtrum
pro ſuo in ſolutum. quod etiam tenet Innocent. in d. c. olim.
Sed caueat epiſcopus ut dum confirmationẽ uel adiudica-
tionem dicti caſtri pro ſui poſtulat, ſnõ ſubticeat ueritatem,

quia ſibi adiudicatio non prodeſſet ſecundum Bald.ibi,quia
etiam infert quod partiales terrarum imperiantes a ſuperio
re bona exitiorũ conceſſione non gaudent,quod not. con
tra caſſianos. Prædictis adde ꝙ eṗs habens iuriſdictionẽ rega-
lem poſſit indicere bellum ſm Inn.in c. quod in dubiis. de
pœn.ubi etiam dicit eṗm non fieri irregularem ſi in bello p
ipſum indicto homicidium committatur.niſi ipſe commit
tat.ut refert Bal.in marg.uer.aṗs.uer.24.& 23.q.2.de occidẽ
dis.& glo.23.q.3.maximianus. ubi idem dicit in clerico agẽ-
te ꝯ aliquem de crimine,ſi iudex reum morti tradat.per ca.
poſtulaſti.de homi.Quid autem ſi clericus uadit ad bellum
cum populo contra ſubditos populi rebelles,dic eſſe irregu
larem.ſi ipſe aliquem occidat in bello,non ſi lapides proii-
ciat ſimul cum aliis,licet hic occidatur ſm Inn.in d.c.olim.
de reſtit.ſpol.& Bart.in marg.uer.congregate.uer.t.in fi.qđ
18 nota. † Decimoquarto quæro an epiſcopus poſſit eſſe lega-
tus principis ſecularis.Reſpon.ꝙ ſic,& idem in quolibet cle
rico.c.cum parati.& ibi doc.de appel. Ex quo ſequitur quod
debet epiſcopus obedire principi ſeculari,de quo per Bal.in
tit.de pace conſtan.§.in ciuitate.in prin.& eſt glo.23.q.8.in-
prehenſibile.18.diſt.ſi epiſcopus. Non tamen poteſt epiſco-
pus ire ad principem ſine conſilio metropolitani epiſcopo-
rum comprouincialium.23.q.8.ſi quis epiſcopus. Debet aũt
potius papæ ꝙ̃ principi obedire epiſcopus ſecundum gloſ.in
d.c.reprehenſibile,& ideo iuſte fecit alias epiſcopus Taruiſi-
nus qui iuſſu Pij pontificis excommunicauit ducem Sitlich
inſiào vel inuito illuſtri dominio Venetorum. Idem dic in
clerico, quia debet potius obedire eṗo quam principi ſecu-
lari,niſi habeat feudum ab illo.no. per doct.in d.c. cum para
ti.per doct. in c.cum ab homine.de iud.Item poteſt epiſco-
pus eſſe conſiliarius principis ſecularis no.in auc.habita.per
doct.moder. C.ne ſi pro patre. Quinetiam poteſt epiſcopus
præſtare homagium principi laico ratione temporalitatis,
no.in c.antiqua.de priui.& tenet Spec.de feu.§.a.circa prin.
19 † Nunquid autem epiſcopus poſſit excommunicare princi-
pem laicum ſuæ diocęſis.Reſpon.ſic.glo.eſt 11.q.3.ſi autem
& glo.in c.omnes.de maior.& obed.& glo 96.diſt.duo ſunt
38.diſt.qm̃ quidẽ.63.diſt.ualentinianus.& c.dilecto.de ſent.
excom in 6.Immo ſi princeps habet plura domicilia ſub di
uerſis epiſcopis, poteſt a quolibet excommunicari ſecundũ
gloſ.in d.c.omnes & gl in d.c.ſi autem.per l.aſſumptio.ff.ad
muni.quod intellige.ſ.ab eo in cuius diocęſi deliquit ſm gl.
in d.c.omes eſt n.obediendum epiſcopo.c.ſi quis uero.11.q.
3.alias Deum offendit qui epiſcopo non obedit.ca.q.quicũ-
que.& ſeq. Immo debet dentibus dęmonis laniari.ca.q.ab-
ſit.omnes.n. principes Petrus apoſtolus iuſſit epiſcopis obe-
dire.c.omnes.de maior.& obed. Ideo princeps poteſt ab epi
ſcopo iudicari non econtra.c.imperator.in fi.in ſumma.96.
diſt.11.q.1. ſacerdotibus.ubi etiam dicitur ꝙ epiſcopi ſunt a
regibus honorandi,non iudicandi. Princeps autem eṗo nõ
obediens eſt infamis,& partem regni cęleſtis habere non po
teſt,& a conſortio fidelium & eccleſiæ limine repellendus
eſt.11.q.3.ſi autem.facit quod legitur in hiſtoria ſcolaſtica in
lib.Heſter, de Alexandro rege Macedoniæ poſt captam Ty-
rum cum iret ad obſidendam urbem Hieruſalem cum exer
citu & obuiaret ei Iadus ſacerdos habitu pontificali indu-
tus,ea equo deſcendit & ſummũ ſacerdotem ueneratus eſt
genibus flexis exiſtimans ſe Deũ adorare,ſicque furore ſuo
depoſito populo pepercit & hinc dicit Bal.in l.eam quam.
11.col. C.de fideic. ꝙ eccleſia eſt maior imperatore,ſed de-
bet epiſcopus cum principe mitius agere quam cũ aliis ſe-
cundum glo.ibi per c.de reb.ta.q.a.quæ omnia tene menti.
20 † Quæri etiam poteſt iuxta prædicta utrum epiſcopus poſſit
eſſe delegatus iudicis laici,& dico quod ſic per c.in archiepi
21 patu de rapto.& doctor.in c.a.de iudi.† Sed an epiſcopus uel
clericus adminiſtrans bona principis laici poſſit ab eo carce
rari pro ratione reddenda, dic quod non ſecundum gloſ.&
doct.in c.dilectis.de appel.quod uerum eſt niſi eſſet in fuga,
uel ſuſpectus,quia clericus capi poteſt,ut præſentetur epiſco
po,& eṗs ut præſentetur papę uel ſuperiori ſecundum Inno.
in c.ut famę.de ſent.excom. Ioan.Andr.in c.nullus de pign.
no.in ca.cum non ab homine.de iudi.& ita intelligitur. c.ſi
clericus.& ibi Io.And.eod.tit.lib.6.ubi dicitur clericum pro
debito ciuili capi non poſſe, ſed in crimine deprehenſus cle
ricus an & quando capi poſſit uide per Bald.in c.1.§.de pace
22 iur.fi.in uſi.feu.& alias infra dicetur † Decimoquinto quæ-
ro,an clericus, uel epiſcopus poſſit ſe immiſcere in negotiis
ſecularib. puta in tutelis. & dic quod ſic ſi uelit,quia inuitus
non cogitur.86.diſt.peruenit.& tenet Ang.in l.2.C.de legit.
tuto.& Bar.in l.legitimos.§.fi.ff.eo.ti.ſed Spec.in tit.de tuto
re.§.generaliter. uer.opponitur ꝙ eſt eṗs dicit qđ epiſcopus
uel monachus uel clericus in ſacris, uel alius regularis reli-
gioſus non poteſt eſſe tutor.88.diſt.in neque apud.21.q.3.Cy
prianus de epi.& cler.l.generaliter. quæ eſt canonizata.16.
q.1.generaliter.& in auct.de ſanc.epiſ.§.Deo autem amabi-
les. quod eſt uerum in teſtamentaria vel datiua. Clericus.n.
non eṗs poteſt legitimam exercere tutelam.d. c.peruenit.&
ibi gloſ.not.87.diſt.irreligioſam.non tamen inuitus.in auct.
presbyteros.C.de epiſc.& cler. Sed epiſcopus & regulares ęę
uolentes non poſſunt ſe immiſcere tutelæ legitimę. d.auct.
presbiteros.in fi.87.diſt. epiſcopus gub. ubi dicitur uerum p
ſeipſum,quia per alium poteſt,Bald.in addit.Specu. de tuto-
re.uer.clerici.dicit quod clerici poſſunt eſſe legitimi tutores.
niſi ſint monachi uel epiſcopi. Poteſt autẽ dici ꝙ epiſcopus
& regulares uolentes poſſunt eſſe tutores per d.c.peruenit.
ſecundum Specu ibi. Excuſatur uero clericus etiam in mi-
noribus conſtitutus a tutela.ut dicit per d.auc.presbyteros.&
ibi Bald.ſed cum uult debet ſatiſdare ſecundum Bart.in d.
l.legitimos.§.fin.ubi dicit ſecus in monacho canonico regu
lari & epiſcopo.Clericus autem debet eſſe tutor filiorum al-
terius clerici ſecundum Guil.in dicta auct.presbiteros. ſed
ibi Ray.tenet contrarium. & Bar.in l.ſed milites.in prin.de
excuſ.tu.ſed Nic.de nea.in l.adminiſtrãtes.§.qui.corporis.te-
net opin.Guil.Quinetiam dicit Bar.in d.l.ſed milites. ꝙ cle-
ricus uſq; ad quartum gradum cogitur eſſe tutor agnatorũ,
quod eſt uerum ſi uagans & talis qui non uacet diuinis,alias
eſt immunis a tutela & cura.d.l generaliter.& ibi Bartol.de
epiſc.& cler.Et not.ſing.quod clericus extraneus,ut quia ſit
auus pupilli ex filio ſuo non legitimo non poteſt eſſe tutor
eius ſecundum Bart.in ca.uanes filius domini Gualteru &c.
23 † Sed quid ſi ante ſuſceptam dignitatem epiſcopalem uel or
dinem clericalem erat tutor.Reſpon.non finiri tutelam an-
te ſuſceptam ut tenet Spec.tit.de tutore.§.generaliter.uerſ.
ſed quid ſi eam,ſed ibi Io.And.in addit.dicit non cogitur eã
exercere,ergo poteſt ſi vult Angel.in l.ad agnatos.ff.de ſuis
& legi. dicit ſimpliciter non finiri tutelam ſuſceptam ante
24 ſacerdotium,quod not. † Vlterius quęro quid de conuerſis.
Reſpondeo quod ſi ſunt profeſſi non poſſunt eſſe tutores,
alias ſic.in Spec.de tutore.uerſ.quid de conuerſis.no.27.q.1.
25 ut lex.cap.ut priuilegia.uer.hoc autem de priuileg.† Vltimo
ſcias circa prædicta quod clerici coguntur ad tutelam miſe
rabilium perſonarum.d.c.peruenit.87.diſt.ca.1.& 2.88.diſt.
c.1.de epiſ.& cler.l.orphanotrophos.& Spec.ubi ſupra,uerſ.
illud autem.ſed & ibi reſidet quod poſſint ſed non cogitur
26 quæ omnia bene no.† Decimoſexto quæro an epiſcopus uel
clericus poſſit eſſe negotiator.Reſpon.non.c.ſi.de ui.& ho-
ne.cleri.14.q.4.c.1.Adde quod in negotiatis priuilegium per
dit.c.quamquam.de conſt.in 6.clem.fin.& ibi doct.eod.tit.
Quinetiam & in aliis patrimonialib.ſi iotarim non delinat
negotiari ſecundum do.Genin.in d.c.quamquam,& tenet
do.meus Io.de Prato in conſilio omnipotentis Dei poſtula-
to ſuffragio.7.col. Non tamen perdit priuilegium canonis ſi
quis ſuadente.17.q.9.ſecundum Innoc.in c.Ioannes.de cle-
ric.coniuga.Prædicta uera niſi clericus ſit inops,quia poteſt
artem aliquam exercere & negotiari licite tamen.c.1.ne cle.
uel mo.91.diſt.clericus.& glo.in d.c.clerici.14.q.4.uide glo.
27 ſexta,quæſtio.1.uos autem. † Sed nunquid clericus negotia-
tor vel artifex poſſit conueniri coram iudice mercatorum,
uel artis ſuæ. Reſpondeo ſic ſecundum Bald. nota. in addi-
tio. Specul.de reo uerſic.ſcholaris clericus. & in titu.de cler.
coniuga.uer.2.ubi etiam dicit ꝙ nec habet immunitates cõ
ceſſas aliis clericis.quod no.perpetuo. Et dic idem eſſe in cle
rico buffono vel mimo qui priuilegiis non gaudet clericali
bus, ſecundum gloſ.in cap.ſi iudex laicus.de ſenten.excom
municat.in 6.& Ang.in auc.en.da mona. & alias ſupra dixi
28 † Decimoſeptimo quæro circa uitam epiſcopi an poſſit epi-
ſcopus uerſari in negotiis ſecularibus. Reſpon.quod non,ni
ſi quatenus ſpectent ad eccleſiam ſuam.11.q.1.c.quidam cũ
29 glo.23.quæſt.ult.ſæpe.& cap.his a quibus. † Ex quo infertur
quod epiſcopus uel clericus non poteſt eſſe fideiuſſor.d.ca.
te quidem.& cap.clericus.de fideiuſ.quod uerum niſi ex ne
ceſſitate, quia cauſa pietatis tenetur ſubuenire.86.diſt.non
ſatis ſecundum d.gl.Item niſi pro eccleſia ſua.in auc.de ſan.
epiſ.§.aliũ.collat.9.& gl.in l.cum alis.C.loca.Item niſi inter
ſe uiciſſim fideiubeant.l.oẽs.§ in hac.C.de epiſ.& cler.Item
niſi fideiubens renuntiet priuilegio ſm d.gl.quæ in conclu-
dit quod clericus non dẽt fideiubere,ualet tñ fideiuſſio facta
ab eo.per c.pen.& vlt.de fideiuſ. Itẽ niſi clericus fideiubeat.
iudic.ſol.quod poteſt,non aũt de iudicio ſiſti ſm Bart.in l.3.
ff.de fideiuſ.Item nec pro gabellariis ſecundum Ang.in d.§.
30 alium.† Prædictis adde clericum fideiuſſorẽ laici debere co
ram eṗo conueniri ſm Bar.in d.l.1.§.ſi quis in ius uoc.non.
& Bal.in addi.Spec.de compe.iudi.adi.uer.laicus.& alias in-
31 fra dicemus quod no.† Decimooctauo quæro an epiſcopus
poſſit eſſe procurator vel aduocatus litium. Reſpon.non.d.
c.te quidem.& ibi gl.11.q.1. Sicut nec clericus ſecundum d.
glo.& no.17.q.5.denique.14.quæſt.2.cap.1.uide not.in l.pla-
cet.& in l.repetita.de epiſc.& cler.in c.1.& per totum.de po-
ſtu.

42 ſtu.& Ludo.in ſing.verſ.procurator.in ver.clericus.† Sed nũ quid clericus poſſit eſſe procurator laici generalis. Reſpon.ꝙ non.21.q.3.Cyprianus.& cap.per venerabilem. qui fi.ſint legiti.unde etiam per Inno.cap.1.de obli. ad ratio.& in c.ſacerdotibus.& in c.ſed nec.ne cle.uel mona.& doc.in c.1.& 2.de poſtu,& in cap conſtitutus.per io. Philip.de app. & Fride.de ſe.conſi.263.& in l.placet.C.de epiſ.& cle. Pro eccleſia uero uel perſona eccleſiaſtica coram iudice eccleſiaſtico poteſt eſſe ꝓcurator.d.c.conſtitutis.in præſentia.& ibi doc.de appel. alias regulariter ſecus cle.religioſus.de procura.& ibi doc. & procedit regula d.c.conſtitutus etiam in clerico in dignitate conſtituto per.c.accedentes.& ubi doc.de præſcrip.cap.in noſtra.de procu.& d. cle religioſus.& ibi doct. Poteſt tamen clericis actificio ſe immiſcere & tenetur operas impendere pro eccleſia.gl.eſt in c.vos autem.16.q.1.quæ gloſ.etiam dicit in fi.quod ſi legatio defertur alicui de eccleſia, tenetur eam ſuſcipere.3.q.1.nulli.cum gloſ. quod adde ad no.ſupra 16.q.

SVMMARIVM.

1 Epiſcopus nunquid habeat poteſtatem ſoluendi animas a nexibus peccatorum.
2 Pænitentibus in extremo vitæ pæna imponitur arbitrio ſacerdotis vel epiſcopi.
3 Abſolutionem a iuramento contractui appoſito an epiſcopus concedere poſſit.
4 Epiſcopus a quo petitur abſolutio a iuramento contractus vſurarij uel ſimulati, nunquid poſſit de deliberatione uel vſuraria prauitate contractus cognoſcere.5.
Iudex an ſit epiſcopus inter laicos ratione peccati.
6 Caſus in quibus epiſcopus cognoſcere poteſt inter laicos.
7 Iudex laicus an cognoſcat de delicto laici commiſſo in clericum uel in eccleſiam.
8 Remiſſio iniuriæ factæ ab offenſo non tollit ius fiſci.
9 Offenſo non creditur in articulo mortis conſtituto excuſante offenſorem.
10 Caſus in quibus percutiens clericũ nõ tenetur ire ad papam, vt abſoluatur.
11 Viſitationem per dioceſim ſuã an teneatur facere epiſcopus quolibet anno.
12 Epiſcopus viſitans quid inquirere debeat.
13 Epiſcopus viſitans dioceſim an poſſit propria auctoritate rumpere oſtia domorum & intrare cauſa hoſpitandi.
14 Epiſcopus accedens extra ſuam dioceſim in aliam ad chriſmandum vel conſecrandum, nunquid debeat habere ſumptus ab eo in cuius dioceſim vadit.
15 Iuramentum cum ſit quid ſpirituale, epiſcopus qualiter illud præſtet.
16 Laicus qualiter iurare debeat.
17 Iuramentum per Deos alienos an ſit licitum. Et an valeat ſi iudæus iurat per euangelia, uel per Ieſum Chriſtum.18.
19 Cardinali teſtificanti an credatur ſine iuramento.
20 Creare & priuare canonicum ad ius ſpirituale pertinet.
21 Epiſcopus ſi litigat cum abbate de iure epiſcopali, & vterque probat poſſeſſionem dicti iuris, quæ probatio præualeat.
22 Epiſcopus ſi petit eccleſiam ſitam intra dioceſim ſuam contra presbiterum, cui incumbat probatio.
23 Canonici an epiſcopo reuerentiam debeant.
24 Epiſcopo furioſo nunquid capitulum coadiutorem dare poſſit.
25 Epiſcopo viuente ſi quis ſubſtituatur eo quod ad aliam eccleſiam ſua auctoritate tranſiuit, nunquid ipſe ſubſtitutus ſuccedet in eccleſia.
26 Pœnitentia iniuncta per epiſcopum alicui confitenti an poſſit diminui per ſacerdotem inferiorem.
27 Pœnitentiam a papa iniunctam an epiſcopus permutare poſſit.
28 Conſtitutiones nunquid epiſcopus poſſit facere in ſua dioceſi.
29 Conſtitutio epiſcopi, etiam ſi pœnam excommunicationis iniungat, non requirit ſcripturam de neceſſitate.
30 Conſtitutio epiſcopi non trahitur ad caſus veteres.
31 Cardinalis an conſtitutiones facere poſſit.
32 Et quid de legato.
33 Epiſcopus an ſuis conſtitutionibus ligetur.
34 Excommunicationem ſi epiſcopus incurrit ex participatione, non poteſt ſeipſum abſoluere.
35 Imperator eſt ſolutus legibus.
36 Reges omnes ſubſunt imperatori.
37 Papæ nunquid omnes reges ſubſint.
38 Poteſtas ciuitatis condens ſtatuta ſimul cum populo an eis ligetur.
39 Excommunicare an poſſit epiſcopus ſcienses furtum & non reuelantes.
40 Furem reuelans per incantationem an teneatur actione iniuriarum.
41 Incantator qui incantat pro ſanando corpore infirmo vel ad remouendam aeris tempeſtatem ne fructus perdantur, an puniatur.
42 Excommunicare an poſſit epiſcopus ſubditum ſuum extra dioceſim. Et quid de ſtatuto circa ſolemnitatem teſtamenti.43.
44 Statutum excludens fœminas extantibus maſculis an habeat locum extra territorium.
45 Statutum circa litis deciſionem non porrigitur ad ea quæ ſunt extra territorium.
46 Statutum puniens homicidam in centum, an habeat locum contra ſubditum delinquentem etiam extra territorium.
47 Statutum quod non valeat inſtrumentum ſine certa ſolemnitate non habet locum extra territorium.
48 Statutum prohibens alienari in forenſem an habeat locum in ſubdito exiſtente extra territorium.
49 Statutum quod filiusfamilias poſſit teſtari nunquid intelligatur de bonis ſitis extra territorium.
50 Statutum diſponens quod primogenitus ſuccedat patri, an habeat locum in bonis alibi ſitis.
51 Statutum puniens delicta regulariter an liget delinquentem extra territorium. 52.
53 Pertinentia ad dignitatem epiſcopalem in ſpiritualibus quæ ſint.
54 Epiſcopus an præſcribat contra libertatem eccleſiæ, inferioris exiſtentis.
55 Eccleſiam ſuam & iuriſdictionem totam vſe abdicare & eam alteri concedere nunquid poſſit epiſcopus.
56 Epiſcopus decimas poſſidens in aliena diœceſi an iuuetur ſua quaſi poſſeſſione.
57 Beneficium eccleſiaſticum quod vacauit in curia papæ an epiſcopus poſſit conferre.
Epiſcopus an pro ſe retinere poſſit beneficia vacantia.
58 Epiſcopus ſcienter promouens excommunicatum ad ordines ſacros an cum eo videatur diſpenſare.
59 Clauſula ex certa ſcientia quid operetur.
60 Item clauſula non obſtantibus.61.
62 Nullum a principio non conualeſcit ex poſt facto.
63 Epiſcopus an debeat inſtituere vel confirmare præſentatum patrono eccleſiæ.
64 Quæſtio patronatus ſi non finitur intra quatuor menſes, an epiſcopus eligere poſſit lite pendente.
65 Epiſcopus ſi non confirmat præſentatum a patrono deponi debet.
66 Quæſtio de patronatu ſi ſit inter epiſcopum & patronum, an epiſcopus lite pendente ponat economum in beneficio pro fructibus conſeruandis.
67 Epiſcopus prohibens ſolui decimas plebano, an teneatur interdicto vnde vi.
68 Excommunicatum nunquid abſoluere poteſt epiſcopus motu propio.
69 Epiſcopus an poſſit abſoluere ab omni excommunicatione lata a iure.
70 Ius an perdat epiſcopus in clerico eccleſiæ exempta ſicut in eccleſia excepta.
71 Licentiam celebrandi diuina in loco interdicto an concedere poſſit epiſcopus.
72 Interdictum an poſſit fieri contra ſingulares perſonas.
73 Interdictum pro delicto alieno an ferri poſſit contra populum.
74 Interdictum latum contra populum non afficit clerum, nec econtra.
75 Clero interdicto, non dicuntur eccleſiæ interdictæ.
76 Interdictum poteſt ſuſpendi ad tempus.
77 Clericus celebrans contra interdictum qualiter puniatur.
78 Dignitatem nouam in eccleſia an poſſit ſolus epiſcopus creare ſine conſenſu capituli.
79 Epiſcopus nunquid poſſit eccleſias parochiales facere conuentuales.
80 Monaſteria diœceſis an ſubſint epiſcopo.
81 Caſus in quibus transfertur eccleſia de loco ad locum.
82 Abbas quas ob res poſſit per epiſcopum deponi.
83 Excommunicationis ſententia epiſcopi an ſit timenda.
84 Excõmunicatus iniuſte nunquid ſit vitandus in extraiudicialibus ſi prius appellauit.
85 Clerici forenſes an ſine licentia epiſcopi poſſint in ſua diœceſi exercere officia ſacerdotalia.
86 Archidiaconus vel archipresbiter, præpoſitus vel decanus an poſſit alicui conferre curam animarum vel præbendas eccleſiæ.
87 Eccleſiam vnam an poſſit epiſcopus alteri ſubiicere.
88 Eccleſias ſuæ diœceſis an poſſit epiſcopus vnire.
89 Laico nunquid epiſcopus poſſit locare commoditatem decimarum.
90 Poſſidens decimas in aliena diœceſi non iuuatur ex quaſi poſſeſſione niſi de titulo vel priuilegio doceat.
91 Decimæ dicuntur eſſe in bonis eccle. ſicut oblationes.
92 Decimæ nunquid ſint ſoluendæ in ipſo fundo.
93 Iudæi compelluntur ſoluere decimas ex prædijs ſuis.
94 Epiſcopo debetur quarta pars decimarum de iure communi.
95 Epiſcopus cum miſſam celebrat ſi cadit ex aliquo morbo ita quod non poſſit miſſam perficere, an alius ſacerdos eam compellere poſſit.
96 Et an ſupplens debeat eſſe ieiunus.
Et numero 96.
97 Ieiunius quis dicatur.
98 Sacerdos celebrans nunquid debeat eſſe ieiunius a peccato mortali.
99 Epiſcopus vel ſacerdos an poſſit ſine cauſa neceſſaria dimittere miſſam inchoatam imperfectam.
100 Epiſcopus vel ſacerdos dum celebrat miſſam an poſſit ſtare capite cooperto.
101 Epiſcopus non poteſt miſſam celebrare ſine præſentia ſaltem trium diaconorum, & aliorum presbiterorum, & miniſtrorum.
102 Metropolitanus quam poteſtatem habeat.
103 Epiſcopus ſine conſenſu metropolitani an poſſit ordinare clericos ſuæ diœceſis cuiuſcunque gradus.
104 Ius ordinandi eccleſias ſibi ſubditas an ad epiſcopum ſpectet.

Epi-

305 *Epiſcopus qui fundauit eccleſiam in aliena diœceſi an poſſit conſecrare.*
306 *Sacerdotales ordines an conferre poſſit epiſcopus excommunicatus.*
307 *Caſus. 172. in quibus epiſcopus poteſt diſpenſare, deſcripti ab hoc nu. vſque ad num. 114.*
315 *Cardinalis legatus an abſoluere poſſit capientem ipſum cardinalem.*
330 *Pœna matricidij inducta de iure ciuili quæ ſit.*
331 *Prohibitus edere carnes, an poſſit edere oua, caſeum, & lac.*
332 *Lardum nunquid veniat appellatione carnis.*
344 *Epiſcopus an diſpenſet cum homicida.*
Et in quibus cauſis non poſſit diſpenſare.
Et num. 145. 146. 147.
348 *Priuilegia epiſcoporum numerantur. 149. 150.*

De poteſtate & auctoritate epiſcopi circa ſpiritualia. Secunda pars quarti libri.

Sequitur ſecunda pars principalis huius quarti libri, i qua videbimus de auctoritate & poteſtate epiſcopi circa ſpiritualia.
2 †Primo igitur quæro utrum epiſcopus habeat poteſtatẽ ſoluendi & liberandi animas a nexibus peccatorum. Reſpõ. φ ſic videlicet ex poteſtate per Chriſtum dominum noſtrũ Petro tributa dum dixit ei tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ędificabo eccleſiam meam, & quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit legatum & in cœlis & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. 24. quæſt. 1. quodcunq; & c. manet. 24 q. ſecunda. legatur. in fin. & in euãg. Matthæi. 16. cap. quod intellige verum de alio peccato præter quã de peccato in ſpiritumſanctum, quod eſt irremiſſibile tã in hoc quam in altero ſeculo. de pœniten. diſt. 1. poteſt etiam. & ibi glo. ordi. tex. & glo. 25. diſt. qualis. & tenet Bar. in l. qui ea mẽte. ff. de fur. quod intelligitur de eo quod finalis impœnitentia dicitur quæ in ſpiritumſanctum blaſphemia nuncupatur cum ſine declaratione peccati ſiue deſperatione veniæ uſque ad mortem incluſiue quiſque in peccato perſeuerat. Quo caſu iuſtum eſt ut ſine fine puniatur, qui ſine fine peccauit. de quo loquitur d. Agu. voluiſſent iniqui ſi potuiſſent ſine fine viuere vt potuiſſent ſine fine peccare. Oſtẽdunt quia in peccato ſemper viuere cupiunt qui nunquam deſinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iuſtitiam iudicantis pertinet ut nunquam careant ſupplicio, qui nunquam voluerunt carere peccato. nam aſſidue peccantium non miſeretur Deus. 93. diſ. diaconi ſunt in fi. & ibi glo. Vulnus enim iteratum tardius ſanatur de pæniten. diſt. 3. inanis.

Item nec venia datur impœnitenti. 24. q. 2. legat. ideoque ſemper obnoxius pœnę perſiſtit. de pæ. diſt. 7. in fi. ibi, qui operatur finem peccandi, ob hoc etiam ſine fine torquetur qui nunquam virtute ditatur &c. Cætera vero peccata in ſpiritumſanctum quæ multipliciter dicuntur ſecundum glo. ord. in d. cap. poteſt remiſſibilia ſunt licet enim maiori difficultate remittantur. d. c. qualiter. cum. glo. no. Item intellige verum quod epiſcopus habet auctoritatem circa peccata in uita peccatoris, non poſt mortem. 24. q. 2. in ſumma & ca. 1. & 2. & de ſen. excom. a nobis. el 2. ubi dicitur uerum niſi conſtitutus in extremis excõicatus qui per papam viuus erat abſoluendus ante mortem petierit pænitentiam quam non habuit morte præuentus, tũc. n. põt per epm abſolui mortuus. d. c. a nobis. & glo. 21. q. q. 6. ſi aliqui. Sunt aũt recipiendi ẽt hi qui in articulo mortis pœnitent. 26. q. 6. cognouimus. c. de his c. his. qui & ſeq. & per totum, quia latro vnius momenti pęnitentia meruit eſſe in paradiſo cũ Chriſto. ea. q. ſi pbiter. Non. n. ↄſiderãda eſt mẽſura tpis, ſed doloris. de pæ. di. 1. menſurã. dicit in Augu. φ ſero pænitentib. pæniteñtiã dare poſſumus nõ ſecuritatẽ & dicit ipſe ſe nõ dicere φ dãnabit, ſed nec dicere φ liberat. de pæn. di. 1. nemo. & gl. in d. c. ſi pbiter vbi ẽt ſubdit gl. φ raptori ẽt pœnitenti deneganda eſt ſepultura. per capitu. ſuper. de rap.

2 Sed circa prædicta ſcias †quod talibus in extremo pœnitentibus pęna imponitur ex arbitrio ſacerdotis vel epiſcopi. 26. q. 7. tẽpora pœnitudinis. c. ſeq. & cap. pænitentibus. & ſeq. & infra dicetur. ſi ſi pœna ei iniuncta non ſit ſufficiens in alio ſeculo ſupplebitur in purgatorio ſecundum theologos, ita tenet quod pro quolibet peccato mortali ſeptem annorum pœnitentia peragatur. 33. q. ſecũda hoc ipſum. ubi ratio redditur quia ſoror Aaron propheteſſa dum murmuraſſet aduerſus Moyſen fratrem patris ſui, lepra ex uoluntate Dei percuſſa eſt, cunque Moyſes patruus rogaſſet dominum pro ea mandauit ei dominus eam extra caſtra ſeptem dieb. egredi, ſicq; mũdata extitit, hæc fuit figura ut p ſeptẽ dieb. ſeptẽ anni darẽt ad purgatione peccati, vt ibi. redditur rõ & alia ratio p Theologos l. quia propter peccatũ ſeptiformis gratię ſpiritusſancti amittitur, igitur per ſeptennem pęnitentiam recuperetur ſecũdũ gl. ibi, tñ limita verum eſſe niſi enormitas criminis vel perſonæ dignitas aliud ſuaderet. 33. q. 2. §. hoc autem. & gl. 30. q. 4. ſi pater. & in d. §. hoc autem. quæ tandem concludit pęnam eſſe arbitrariam per. d. c. tempora. & c. menſuram. Caſus aũt epo reſeruati in quibus abſolui pœnitentem ponuntur per gl. ord in c. 2. de pę & remiſ. li. 6. & ibi etiam vide per docto.

gna. vbi ſupra uer. quoniam. quia quid de ſtatuto. in 8. Cart.
48 verſic. examinando an ſtatuta, ubi dicit etiam ſtatutum pro
hibens alienari in forenſem habere locum etiam in ſubdito
exiſtente extra territorium. per. l. 1. ff. de fun. do. inſti. qui. alie.
non licet. §. 1. l. cum lege. C. de condit. ob cau. adde etiam ꝙ
ſtatutum prohibens aduocare non ligat ſubditum extra ter-
ritorium. l. ex ea. ff. de poſtu. capit. ſi ſententia. de ſentent. ex-
commu. in 6. & Ioan. de Lig. vbi ſupra. †Item ſtatutum quod
49 filiusfa. poſſit teſtari, non intelligitur de bonis ſitis extra terri
torium, ſecundum Ioan. de Lig. ibidem. verſicu. aliqua ſtatu
ta permittunt, & Bart. in dicta. l. cunctos. ſeptima quæſt. vbi
etiam dicit ſtatutum quod ſpurius poſsit inſtitui non habere
locum extra territorium, quod no.

50 Quæro autem quid de ſtatuto quod primogenitus ſucce-
dat patri an habeat locum in bonis alibi ſitis. Barto. in d. l.
ver. ſed poſſet dubitari. in 10. quæſt. concludit quod ſi ſtatutū
concipit verba in bonis, ut quod bona veniant ad primo-
genitum, & tunc intelligitur de ſitis in loco ſtatuti, ſed
ſi concipit verba in perſona primogeniti, vt quod primo
genitus ſuccedat, & tunc ſi decedens non erat de loco
ſtatuti, licet ibi haberet bona, tñ ſtatutum non porrigitur
ad eum nec ad eius filios, ſi autem erat de loco ſtatuti, & tūc
primogenitus ſuccedit in bonis ſitis in loco ſtatuti uigore ſta
51 tuti, in aliis vero de iure cōi, quod tene menti. †Poſtremo ſci
re debes ꝙ ſtatutum puniens delicta regulariter nō ligat de
linquentem extra territorium ēt ſi expreſſim dicatur in eo ꝙ
delinquens extra territorium puniatur, quia tunc nec ualet
nec effectum habet, vt tenet Bart. in d. l. cunctos. 8. q. ꝙ dicit
verum niſi in capientibus ex naufragio. Item niſi in loco cō-
federato. Item niſi qñ non vindicatur a iudice loci commiſſi
delicti, ſed Bar. ibidem in vlti. car. verſi. viſo an forenſis. poſt
multa dicit ꝙ aut ſtatutū expreſſe dicit de ſubdito extra ter-
ritorium delinquente, & valet, aut ſimpliciter diſponit non
faciendo mentionem de ſubdito delinquente extra territo-
rium, & tunc ſi de iure cōi eſt delictum, debet delinquens pu
niri, ſi uero eſt delictum de iure municipali tantum, & tunc
ſecus in temporalibus, ſed in ſpiritualibus ſic, per dictum ca-
pitulum ut animarum, de hac tñ quæſtio. uide ēt per Bal. in l.
mercatores. C. de merca. & commer. & in l. 2. de eunuch. &
in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſco. & cleri. & Ang. in l. ſi va
cantia. 9. carta. de bonis vacant. lib. 10. Non eſt omittendum
hic vnum ſingulare verbum Bal. in l fi. C. ſi a non comp. iud.
52 † ꝙ ſi ex forma ſtatuti quis eſſet capiēdus qui de iure cōi capi
non poſſet, & Iudex loci ſtatuti ſcribat ad alium iudicem ꝙ
talem capiat, vel ꝙ exequatur talem ſñiam quæ de iure cōi
non haberet paratam executionem, ſed ex forma ſtatuti, tñ
non tenetur ille iudex capere uel exequi qui alias teneretur
ſi captura ſubſiſteret de iure cōi. Nunc vero quia ſolum præ-
mittitur a iure municipali ꝙ non ſortitur effectum extra ter
ritorium, ſecus dicendū eſt ſm Bal. vbi ſ. quod no. perpetuo
53 ad not, in l. a diuo. §. 1. & ibi per Bar. & doc. ff. de re iudi. †Deci
monono quæro, quæ ſint pertinentia ad dignitatem epiſco-
palem in ſpiritualibus. Reſpond. ꝙ plura ſunt, videlicet chriſ-
ma, oleum ſanctū. 85. diſ. chriſma. & c. ſeq. de cel. miſ. te refe-
rente, c. ꝙ ſicut, de elec. c. inter corporalia. de tranſla. præla.
Item conſecratio altaris vel eccleſiæ & clericorum ordina-
tio. 78. diſt. q̄uis corep̄is. de conſec. diſt. 1. nemo eccleſiam. &
c. eccleſias. d. c. ꝙ ſicut. & c. inter corporalia. Item cōſecratio
virginum, 15. q. 1. deuotis. Item eccleſiæ conſecratę reconci-
liatio. de conſec. ecc. vel alta. c. aqua. Item clericorum depoſi
tio uel ſuſpenſio, 5. q. 5. delatori. de iudi. c. at ſi clerici. de vi. &
ho. cle. c. ut clericorum. §. ſi quis. de cle excom. mi. latores. Itē
excōicatio. c. paſtoralis. 1. reſpon. de offic. ord. Itē purgationis
indictio, 2. q. 5. per totum. Item diſpenſatio. l. diſt. ut conſtitue
retur. Itē ſolemnis pęnitentiæ impoſitio. l. diſt. in capite & c.
accedentib. de exceſ. præla. & hæc omnia plene ponit Spec.
in tit. de iur. om. iu. verſ. ſm cano. & dixi ſupra in rub. de vita
epi. 13. q. & no in c. quanto. de conſue. & in d. c. q̄uis. Sed limi
ta verum eſſe niſi ep̄s ſit hæreticus. 23. di. § verum. in fi. & de
pręſcri. cum non liceat. item niſi ſit interdictus, ſuſpenſus, uel
excōicatus. d. § verum. & c. ꝙ ſedem. de offi. ord. item niſi ep̄s
non velit ea miniſtrare niſi per ſimoniā. 1. q. 1. quibuſdam. c.
per tuas. cl. 2. de ſimo. & Innoc. in c. 1. de ſciſm. & ibi vide per
doc. item verum ſi ſit conſecratus, ut plene diximus, ſupra. 3.
li. in materia conſecrationis. 3. parte. ubi uide omnino, & de
ſingulis infra dicemus. & de multis dictum eſt ſupra. Vigeſi-
54 mo † quæro an ep̄s præſcribat cōtra libertatem eccleſiæ infe
rioris exiſtentis. Reſpond. ſic ſpatio. 40. annorum, licet non
ad pręiudicium eccle. Romanæ, ſm doc. Sicu. & Bal. de peru.
in c. ad audientiam. de præſcri. Prelatura vero nullo tpe præ-
ſcribi pōt ſm Bal. in l. 1. 4. col. C. de emanci. libe. Sed prælatus
inferior ab ep̄o an præſcribat ſibi ius interdicendi, excōican-
di, vel abſoluendi in eccleſia ſeculari. Reſpon. ſic, etiam quo
ad clericos ſibi non ſubditos. c. cū olim. & ibi Sicu. & doc. de
præſcri. ubi ēt dicunt prælatum poſſe ſubditos ſuos excōica-
re uel abſoluere. capit. cum in eccleſia. de maio. & obedien.
55 Vigeſimoprimo quæro vtrum ep̄s poſſit eccleſiam ſuam, &
iuriſdictionem totam a ſe abdicare, & eam alteri cōcedere.
Reſpondeo ꝙ non, niſi hoc fiat per ſententiam. c. cum inter.
& ibi doctores, & Abb. Sicu. de re iudicata, & dicetur in ma-
56 teria de vicario epiſcopi, vbi plenius, Vigeſimoſecundo quæ-
ro an epiſcopus poſſidens decimas in aliena diœceſi inuetur
ſua quaſi poſſeſſione. Reſpon. non, niſi de titulo vel priuile-
gio doceat. c. ſi ad decimas. de reſti. ſpol. in 6. & tenet Bal. in l.
vis eius. in fi. C. de probat. Et adde hic ꝙ ſi epiſcopus dicit ali-
quam eccleſiam ſitam extra diœceſim eſſe ſuam, vel perſonā
poteſt conueniri negatoria, ſecundū Bal. in l. 2. 14. q. C. de ſer.
57 uitu. †Vigeſimotertio quæro, an epiſcopus poſſit conferre be
neficium eccleſiaſticum quod vacauit in curia papæ. Reſpō.
non, ſecundum Bar. in l. 1. ff. de teſta. tut. & ita ſeruat vſus. Vi-
geſimoquarto quæro, an epiſcopus poſſit pro ſe retinere be-
neficia vacantia. Reſpon. non, ſed debet ea aliis cōferre. c. fi.
de inſti. & capit. relatum. de pręb. & tenet do. Lau. de Fano. in
rub. de re. eccle. non alie. in 6. 24. q. vbi dicit verum. ſ. cū con-
ſenſu

ſenſu capituli, nō ſine. Sed papa & legatus de latere conferūt
beneficia ēt ſine conſenſu capituli. c.1. & 2. de off. leg. lib. 6.
Bal. vero in marg. ver. ep̄s. uer. 2. dicit ꝙ ſolus ep̄s confert be-
neficia & præbendas, non aūt prælati inferiores, ſm Innoc. in
c. cum ſatis. de of. arch. Idem dicit Bal. ibid. in ver. 19. ꝙ ſolus
ep̄s in eccl. minorib. hēt ius inſtituendi & deſtituendi, ſm In-
no. in c. nouit. de his quæ fi. a præla. quæ oīa tene menti, & in-
58 tellige, vt ſ. †Vigeſimoquinto quæro, an ep̄s promouens ſciē
ter excōicatum ad ordines ſacros videatur cū eo diſpenſare?
Rñ. ꝙ non, ſm Inno. in c. cum ſuper. de of. dele. & Ioā. Pap. in
ſumma, in libel. ſecundo ver. nec fuiſſe iudicē cōpetentē, qa
ep̄s faciēs aliquid ſcienter ɔ̃ ius, non vr̃ in dubio diſpēſare, &
tenet Bal. in addi. Spec. de diſpen. §. qualiter. ver. nunqd ſupe-
rior, & ibi Spe. uer. dñt aūt. & ver. nunquid. nā & factū ſupe-
rioris temerarium non pōt dici diſpenſatio, ſm Bald. in l. bo-
norū. C. qui admit. & ibi Spec. ver. dñt aūt. ad fi. præall. Requi-
ritur ergo ſm Spe. ꝙ conſtet per inſtr̃m vel per teſtes ꝙ ep̄s
voluit diſpenſare, alias promouendo ſcienter indignum nō
intelr̃ diſpenſare, quod eſt notandum perpetuo. imperator
aūt concedens ſcienter incapaci vr̃ cum eo diſpenſare. l. qui
dam conſulebat. & ibi doc. de re iu. l. fi. per glo. & doc. C. ſi ɔ̃
ius vel vtil. publ. l. imperialē. C. de nup. p Inn. in c. veniēs. de fi.
presb. gl. & doc. in c. cū eccleſiaſticæ. de excep. Bal. in additio.
Spec. ubi ſup. ver. nunquid ſuperior. in fi. cum ſi. idem in pa-
pa qui ſcienter promouens indignum, puta homicidam, vel
apoſtatam, vr̃ cum eo diſpenſare, ſm Bart. in l. barbarius. 5.
col. ff. de of. præt. gl. & doc. in d. c. cum eccleſiaſ. & Bald. in d. l.
imperialis. vbi dicit ꝙ papa promouens ſpurium ad epiſcopa-
tū vr̃ cū eo diſpenſare, ideo aūt dixi ſcienter, qa ſi facit igno-
rans, nō dr̃ velle. l. ſi per errorem. de iuriſ. om. iud. vnde ſi ſcri-
bat pro indigno, præſumit circumuentus, ut tenet Inno. in c.
59 cum te. de reſcr. & Bal. in marg. ver. papa. ver. 4. †Et no. ꝙ dēt
fieri mentio in literis de ſcientia papę, vel principis, alias ſcīa
eius nihil operat̃, ſm Bal. no. in prǫlu. fe. in 15. col. Hic ſolet in
literis poni cl̄a non ob. tali lege, quæ operatur diſpenſationē
cum inhabili per no. in c. 1. de conſti. in 6. & in c. ei cui. de prę
ben. eo. li. item talis cl̄a facit pręſumi papam facere de pleni-
tudine ptātis qñ facit ɔ̃ ius cū ſine dicta clauſula ceſſet dicta
præſumptio, vt tenet no. Bald. in l. ſi teſtm̃. C. de teſta. ideo dic
in cl̄a ex certa ſcientia quę facit pręſumi papā facere de pleni-
tudine ptātis, nō tñ ꝙ videatur tollere ius tertij, ſed tñ ius cō-
cedentis. nā ad tollendū ius tertij requiritur cl̄a ſpecialis, ſm
Bal. ī auth. hoc inter liberos. C. de teſt. & iō pōt ſuſpecto cām
delegare ſcienter, & intelr̃ recuſatio tūc partib. ſublata, ſm
gl. in c. ad hoc. de reſcr. de quo vide in c. cū olim. & ibi doc. de
of. del. & in c. cū inter. de excep. & Phil. in c. poſtremo. de ap.
& alias ī. dicet̃. illud ēt tene mēti circa pręd. icta, ꝙ cl̄a nō ob.
tali lege non eſt in literis neceſſaria qñ eſt cl̄a ex certa ſcien-
tia, qa dicit cl̄ę ſunt paris potentiæ, ſm Bar. in l. idem Vlpi. §.
ſunt & alij. ff. de excu. tut. & ibi Nico. de Neapo. & Bar. in l. fi.
C. ſi ɔ̃ ius vel uti. publ. ubi dicit ſufficere cl̄am, non obſtante
60 aliqua, vel uide ēt Bar in auth. quod ſine. C. de teſta. †No. etiā
perpetuo ꝙ clauſula ex certa ſcientia operatur vt in dubium
reuocari non poſſit conceſſio, ſm Bar. in l. conficiuntur. §. co
dicilli. ff. de iure codicil. uide etiam Pau. de Caſt. in conſ. 105.
Adde de cl̄a non obſtantib. ꝙ tūc gñalis non operatur quā-
do plura obſtant, ſed tunc requiritur ſpecialis non obſtāte ta
li & tali, ut dicit Bal. in l. 1. pe. col. C. de furt. & in l. 1. C. de ſer.
ꝙ eſt uerū, niſi in reſcripto principis qui non tenet̃ ſcire ſing.
ɔſtit. & ideo ſufficit cl̄a gñalis, vt dicit Bald. in auth. nauigia.
61 C. de fur. ꝙ no. †Nec prætereo ꝙ cl̄a non obſtantib. ſi uenit
ad deſtructionem canonum, vel conciliorum, debet ſpecia-
liter canonem nominare, ſi vero ad deſtructionem decreta-
lium, ſufficit generalis ſine ſpecificatione decretalis, ſm Ar-
chi. in c. 1. de conſti. li. 6. & Bal. in l. humanū. C. de legi. Ia. Al-
ua. in c. 1. de cōſti. anti. in uſi. feu. Sed ſi uenit ad deſtructionē
alicuius legis ſufficit gñalis non obſtante aliqua lege in ɔ̃riū
faciente, nec requirit̃ ſpecificatio legis. Nec tñ ſufficit cl̄a nō
obſtante aliqua lege, ſi ultra non procedat, ſm Bar. in d. l. fi. C.
ſi ɔ̃ ius uel uti. publi. uide in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. & in
l. 1. C. de nat. lib. & Bal. in l. fi. ſi cōtra ius. & in l. oēs. de quadri.
pręſcri. & in l. omnes. C. de præſcr. xxx. ann. & per Bald. in
62 rub. C. de preci. impe. offe. †Vigeſimoſexto quæro, ſi ep̄s intra
tempus præſentandi patrono eccleſiæ cōpetens inſtituat ali-
quem in beneficio patronato, & patronus intra tp̄s nullum
præſentet epo. an valeat inſtitutio, ſeu collatio facta per epi-
ſcopum. Reſpon. ꝙ nec valet, nec conualeſcit, ex eo ꝙ nemi
nem intra tp̄s præſentauit patronus. no. in c. illud. de iure pa.
Et tenent Domini de Ro. in deciſ. 357. & in deciſ. 319. quæ in
cip. Item ꝙ permutatio. & tenet Sicul. in c. cum Bertoldus.
de re iud. pro quo facit, quia quod nullum eſt a principio nō
conualeſcit ex poſtfacto, ſm Inno. in c. prudentiam. de offic.
deleg. & Bal. in l. fi. §. neceſsitatem. 6. col. C. de bo. quæ lib. &
in l. quidam. C. de fideicō. & hoc tene mētu, qa ſępe ɔtingit.

63 †Vigeſimoſeptimo quæro, vtrum ep̄s dēat inſtituere, vel con
firmare pñtatū a patrono eccleſię. Reſpon. ꝙ ſic, ſi reperit eū
eſſe idoneum. 16. q. 7. monaſterium. in c. decernimus. & Inn.
& doc. in c. cū Bertoldus. de rę iud. ubi dicit ꝙ aliū non opor
tet inſtituere, & inſtitutus nō dēt cōfirmari, ſed caſſari ēt ſi p-
prio motu inſtituat, & non ad præſentationē veri patroni. d.
c. decernimus. & no. in c. ex frequentib. de inſti. & not. in d. c.
illud, & dñi de Ro. in dictis deciſ. 367. & Sicu. in d. c. cum Ber-
toldus, ubi ēt dicit ꝙ ep̄s in beneficio pōt inſtituere clericū
a patrono nō præſentatum, ſi ad ep̄m ſit deuolutū ius ex deli
cto patroni, qa nō idoneū uel indignū pñtauit, ſed tp̄s eſt ela
pſum per. c. cū vos. de offi. ordi. vel per negligentiā patroni. c.
1. 2. & 3. & c. cū te. de iure patr. & doc. in d. c. cū Bertoldus. qđ
tene menti. Et ꝙ dixi de indigno præſentato p patronū intel
lige ꝙ ad ep̄m ius deuoluat̃ ſi tp̄s p̄ſentādi eſt elapſum, alias
enim patronus præſentans indignū non perdit ius iterū præ-
ſentandi ſi tp̄s ſibi adhuc ſupereſt. no. in d. c. cum vos. p Inno.
& Bal. in marg. patronus. uer. 1. facit. c. cū in cunctis, de elect.
& qđ no. in c. tā literis. & ibi doc. de teſti. & ita dēt intelligi di
ctum Ang in auth. de ſan. epiſ. & cle. §. ſi quis orator. qui dicit
ibi eſſe tex. ꝙ patronus præſentans indignū priuatur iure præ
ſentandi. Item ꝙ dixi de negligentia patroni, intellige. ſ. intra
quatuor menſes ſi patronus eſt laicus, uel intra ſex, ſi clericus.
c. 1. & ibi gl. & doc. de iure patr. in 6. & gl. in d. c. cū vos. ſi uero
ſūt duo patroni. ſ. laicus & eccleſia, uel clericus, ratione ſocie-
tatis habent ſex menſes ad præſentandū, & ſic laicus gaudet
priuilegio ſocii clerici. c. cū patroni. gl. not. & ibi doc. in d. c.
1. de iure patr. in 6. & tenet Flo. in l. ſi cōem. ff. quemad. ſer.
amit. arg. illius. l. ubi uero. & ſocius gaudet priuilegio ſocii in
indiuiduis cōibus, & no. in l. adminiſtrātes. §. corū. ff. de excu.
tu. & Bar. in l. 1. C. ſi in cōi eadēq; cā in inte. reſti. po. Qđ no. p
patronatu altaris in eccleſia ſancti Angeli de firmio, cuius pa
troni ſunt prior dictæ eccleſiæ, & Iacobus Bertachinus geni-
tor meus vt tp̄s pręſentandi ſit ſemeſtre ambobus per p̄dicta.
64 †Adde p̄dictis ꝙ ſi quæſtio patronatus nō finit̃ intra quatuor
menſes ep̄s eligit lite pendente ſine præiudicio tñ obtinentis
uel obtenturi in cā p alia vice. c. qm̄. & c. cū pp. de iure pat. &
ibi p doc. ꝙ tene menti. Sed. pone ꝙ patronus eligit intra tp̄s,
ſed non præſentat ep̄o electū, qa electus moriatur intra tp̄s,
an priuet̃ iure eligēdi. Reſpon. non, ſm Dy. in l. 1. §. eleg. iter.
ff. de li. agn. facit. l. inter. ff. de mino. l. Lucius. de pet. hære. & l.
ɔ̃ maiores. de inoffi. teſt. ꝙ ēt no. Quæro retento dicto thema
65 te principalis quæſtionis †quid iuris ſit, ſi ep̄s non confirmat
præſentatum a patrono. Reſpon. ꝙ ep̄s dēt deponi, ſm gl. no.
21. q. 2. c. 1. ubi uide oīno p doc. & eſt tex. 16. q. 7. decernimus.
66 †Poſtremo dubitatur ſi ſit qō de patronatu inter ep̄m, & pa-
tronū, an ep̄s lite pendente ponat economū in beneficio p
fructib. cōſeruandis. Rñ. ſic, p c. cū vos. de offi. ord. & gl. no. in
c. cū te. de iure pat. & vbiq; p doc. q̄ oīa tenē mente, quia ſunt
de pane lucrando. Nec omitto de patrono ꝙ ali dēt de bonis
eccleſiæ ſuæ ſi aliunde viuere nō pōt. 15. q. 7. ɔ̃ ſanctorum. &
cap. ſeq. c. nobis. de iure patro. videlicet de fructib. ſuperfluis,
ſm docto. & Ange. in l. competens. C. de alen. lib. ac paren. li.
67 Dy. & Bar. in l. filius. §. fin. de li. ag. †Vigeſimooctauo quæro,
an epiſcopus prohibēs ſolui decimas plebano teneatur inter-
dicto vnde vi. Reſpon. ſic, ſm Inno. in c. querelam. de elect. &
Flo. in l. ſeruitutis. pe. col. ff. quemad. ſer. amit. quod intellige
ad intereſſe pecuniariū ipſi plebano, vt ibi per Flo. per. c. cer-
tificari. de ſepul. ꝙ intereſſe eſt iuramento probandum, ſm
Flori. ibidē per. c. in primis. 1. q. 1. Quinetiam cogitur ep̄s talē
prohibitionē reuocare quā fecit parochianis plebani, & man
dare eis ꝙ ſoluant plebano ſicut prius ſoluebant ſm Flo. ubi
ſupra & Io. And. in c. conquerente. de reſti. ſpo. in nouel. Sed
nō poteſt epiſcopus dicta de cauſa uel alia in ius vocari dum
ſacra colit. ſm Spec. in ti. de reo. ver. itē ep̄s. ubi uide & ſigna.
68 †Vigeſimonono quæro, an ep̄s poſſit abſoluere excōicatum
proprio motu. Rñ. ſic ſm Bal. in l. pacto quo pœnam. pe. col.
C. de pac. ubi dicit uerū ēt nemine citato, ſecus tñ ſi eū excōi
cauit ad inſtantiam partis, idem dicit ibi Bal. in tenura uel ca-
ptura facta parte non citata, ut reuocari debeat & ſine citatio
ne. facit gl. not. in l. minor. ff. de euic. gl. & Ludo. pon. in l. 3. §.
ſi procurator. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Ang. in l. 2. & Pet.
69 de ſun. in l. ea quæ. C. quō & qñ iud. Trigeſimo quæro †an ep̄s
poſſit abſoluere ab omni excommunicatione lata a iure. Rñ.
ſic, niſi ſit reſeruata papæ. c. nuper. & ibi doc. de ſent. excom.
Quo caſu etiam cardinalis legatus de latere pōt abſoluere, li
cet non abſoluat excōicatum ab homine, ſm Bal. poſt glo. in
c. poſt tranſlationem. de offi. leg. & adde ꝙ epiſcopus ordina-
rius poteſt abſoluere excommunicatum ipſo iure, non ſi per
ſententiam alterius, cum talis abſolui debeat ab excommu-
nicante uel eius ſuperiore in eadem iuriſdictione, ſecūdum
Inno. in c. prudentiam. de offi. deleg. & Bal. in mar. ver. abſolu
tio. ver. 9. Archi. in c. 2. de ſen. excom. in 6. & no. in d. c. nuper.
70 ubi uide per doc. aduerte tamen quod excōicatus ipſo iure ſi
ſit

ſit denuntiatus per epiſcopum debet abſolui per Papam. alias
ſolus epiſcopus poteſt abſoluere. no. in c. tua, de ſent. excom. &
ibi doct. Omittendum non eſt ꝙ excõmunicatus per delegan-
tem non poteſt abſolui per delegatum, ſed excõicatus per vnũ
delegatũ poteſt abſolui per aliũ delegatum & per delegantẽ,
ſm Innoc in d. c. prudentiam. & Bal vbi ſup. verſi. 10. quod not.
70 † Trigeſimoprimo quæro an epiſcopus perdat ius in clerico
eccleſię exemptę, ſicut in eccleſia exempta. Rñ. ſic ſm Inno. in
c. recepimus. de priui. & Bal. in Mar. ver. in eccleſia. ver. 11.
71 † Trigeſimoſecundo quæro an epiſcopus poſſit concedere
licentiam celebrãdi diuina in loco interdicto. Reſpõ. non, ſm
glo. & doct. Philip. in c. ad hæc. de appel. ver. ſi ipſe violat inter-
dictum eſt ipſo iure ſuſpenſum ab officio, & iuriſdictione, nec
poteſt excõmunicare, & eius ſententia eſt nulla. c. tanta. de ex-
ceſ. prælat. Secus tamẽ eſt in Papa, ſm glo. & doc. in d. c. ad hæc.
Poteſt autem epiſcopus facere ſibi celebrari tẽpore interdicti.
no. in c. quoniã eps. de priuile. & ibi Ioan. And. in nouel. & doc.
ibid. Item ſcias poſſe epiſcopos celebrare diuina tẽpore inter-
dicti clauſis tñ ianuis, & voce ſubmiſſa, nec pulſatis campanis,
niſi ipſi fuerint cauſa interdicti. c. quod nõ. nullis. de priuile. ſed
non poteſt Papa concedere licẽtiam excõmunicato, vel inter-
dicto celebrandi diuina ſm Inno. in c. præterea. de app. dũ alle-
72 gat. c. nulli. de ſen. excom. & ibi per doc. quod eſt mirabile. † Et
no. ꝙ interdictũ ferri non poteſt cõtra ſingulares perſonas, ſed
demum cõtra vniuerſitatẽ. excõicatio vero etiam cõtra ſingu-
lares perſonas fertur. c. qua fronte. & ibi doc. de ap. & c. is cui. de
ſen. excõ. in 6. Nec ferri poteſt niſi præcedente monitione. c. re
prehenſibilis. & ibi doc. de app. & priuat a ſacramentis eccleſię
ſm Bal in c. 1. 5. vol. C. de hære. inſti. & per gloſ. in c. ſ quod in te.
de pęnis. Sed ſi interdictũ ponatur cõtra ciuitatẽ, afficit etiam
ſuburbia, ſicut interdicta eccleſia etiã cimiteria & cappellæ cẽ
ſentur interdicta c. ſi ciuitas. & ibi no. de ſenten. excõmu. in 6.
73 † An autẽ interdictũ pro delicto alieno ferri poſſit cõtra popu
lũ. Rñ. ſi[illegible] c. ſi ſententia. de ſen. excõ. in 6. licẽt ſecus ſit in excõi-
74 catione ſm I[illegible]no in c. grauẽ. eo. ti. in anti. Plus addo † hic quod
interdictũ l[illegible] contra populũ non afficit clerũ nec ecõtra. c. ſi
ſentẽtia. de ſen. excõ. in 6. & Pau de Caſt. cõſi. 196. Et ideo poſ-
ſunt & debent ſingulis diebus in eccleſijs & monaſterijs Miſſę
celebrari ianuis clauſis. voce ſubmiſſa. & cãpanis nõ pulſatis,
excluſis ſecularibus interdictis, vel excõmunicatis, adeo quod
canonici, vel clerici nõ celebrantes nõ conſequunt̃ quotidia-
nas diſtributiones. c. alma §. addicimus. de ſent. excom. in 6. &
præd. dictus ordo ſeruari debet ſingulis diebus, exceptis feſtiuis. ſ.
Paſchæ, Natalis, Pentecoſtes, & Aſſumptionis. Quibus apertis
ianuis alta voce & pulſatis cãpanis celebrantur diuina officia,
excluſis excõicatis, admiſſis tñ interdictis, dumtamen ab altari
arceãtur cui cauſam interdicto dederunt. d. c. alma. §. in feſtiui-
tatibus. Et ſi ſuperueniat excõicatus dum celebrantur diuina,
debet Miſſa ſuſpendi ſm Bal. in l. caſus. C. de teſta. & per Inno.
in c. vt famæ de ſent. excõ. Aduertas etiã quod interdũ ſunt de
eccl[illegible]ia deijciẽdi. d. c. alma. Immo etiã nõ interdicti, cũ omnes
afficiat interdictũ niſi prælatos. vt tenet ibi gl. ver. interdictis. ꝗ
not. Quod dixi de feſtiuitatibus Paſchæ, Natalis, Pẽtecoſtes, &
Aſſumptionis, intellige. ſ. incipiẽdo a veſperis vigilię vſque ad
veſperas diei feſtiui tantũm. ſecũdum glo. no. in d. c. alma. ver.
Aſſumptionis quæ glo. etiam ibi no eſſe maius feſtum, feſtum
Aſſumptionis. quam Natiuitatis virginis, quod benẽ not.
75 † Prædictis adde quod interdicto clero nõ dicuntur interdi-
ctę eccleſiæ, & ideo poteſt in eis per alios clericos celebrari. gl.
eſt in c. ſi ſententia. de ſentẽ. excõ. in 6. & no. in c. per exemptio
nẽ. de priuileg. eo. lib. Licẽt autem ſit interdictus populus, poſ-
ſunt eius ciues audire diuina extra ciuitatem in alio loco non
interdicto d. c. ſi ſẽtẽtia. §. 1. niſi & ipſi fuerint interdicti, vt ibi-
dẽ in tex. & gl. & per doc. & vide in d. c. ꝙ nullus. de priuile. vbi
etiã per doc. Nec debet forẽſis admitti in eccleſia qñ tempore
interdicti celebrant̃ diuina ianuis clauſis, & voce ſubmiſſa, niſi
priuilegiati ſint ut admittant̃ d. c. licẽt. in prin. de priuileg. in 6.
Quod priuilegium certæ perſonæ puta epiſcopo duci, baroni,
vel militi cõceſſum etiam ad eius familiam debet extendi. d. c.
licẽt. § 1. quod verum, niſi ad hũc finem aliquem ſibi de fami-
lia fecerit qui non erat, ſecundũ glo. not. ibi, quam tene menti.
Vlterius ſcias ꝙ tẽmpore interdicti chriſma die Cęnæ confici
poteſt. i. die Iouis ſancta qua dñs noſter Ieſus Chriſtus moritu
rus de proximo vltima vice cęnauit cum diſcipulis ſuis. c. qm̃.
de ſent. excõ. in 6. Poteſt etiam tempore interdicti cõcedi ba-
ptiſmus & confirmatio. d. c. quoniã. & ibi glo. quæ etiam dicit
annuatim die Cęnæ cõficiendũ eſſe nouum chriſma, & vetus
cremandum, per c. litteris. de conſe. diſt. 3. vbi caſus. Circa prędi-
76 cta etiã not. † ꝙ interdictum poteſt ſuſpẽdi ad tẽpus, qua ſuſpẽ
ſione ſublata non dicitur nouum interdictũ, quia durat primũ
ꝙ interim non ceſſauit tẽpore ſuſpenſionis, ſm Inno. in c. cùm
inter. de conſue. & Bal. in l. 4. §. fi. ff. de ſerui. & in Mar. ver. ſuſpẽ-
ſus. vbi etiam dicit Bal. effectum eſſe talem, quia tẽpore ſuſpen
ſionis nõ poteſt appellari, quod poſſet ſi eſſet nouum, & dicit
ibi Bal. hanc q. occurriſſe ſibi de facto tẽpore domini Ioan. de
Eulogio, qui ſepultus eſt in eccleſia Firmana in ſua ferrata ca-
pella iuxta altare maius, facit in ſimili. quia ſaluus cõductus ſu-
ſpendit bannum ꝙ etiam durat tẽpore ſalui cõductus, ſm Bal.
77 ibi, quod no. † Sed clericus celebrans cõtra interdictũ quomo-
do puniatur. Inno. in c. 1. de poſtu. præla. dicit eũ priuari benefi
cio & fieri irregularẽ, & in c. irrefragabili. de offi. or. vide no. in
c. ſi ciuitas de ſent. excõ lib. 6. An autem clericus ſuſpenſus lu-
cretur fructus medij temporis, vide Bart in l. cum allegas. C. de
re mil. lib. 12. qui arg. illius l. dicit ꝙ non. Sed quid de excõmu-
nicato, vide Innocen. in ca. ex inſinuatione. de appel. & Bal. in
Marg. verſi. clericus. verſi. 27. & tene menti prædicta.
78 † Trigeſimotertio quæro, an ſolus epiſcopus poſſit in eccle-
ſia dignitatem nouã creare ſine cõſenſu capituli. Reſpõ. non,
ſed cum cõſenſu capituli ſic, ſm Compoſt. Inno. & Hoſti. in c.
cum acceſſiſſent. de conſuetudi. quod verum niſi de mandato
Papæ, quia ſolus poteſt, ſm Bald. in c. cùm olim. eod titu.
79 † Trigeſimoquarto quæro vtrum epiſcopus poſſit eccleſias
parochiales facere conuentuales. Reſpõ. ſic dummodo faculta
tes eccleſiarum ſufficiant, ſm Abb. anti. in c. cùm veniſſent. de
conſti. & Bal. refert in Marga. ver. epiſcopus. ver. ſi.
80 † Trigeſimoquinto quæro, an monaſteria diœceſis ſubſint
epiſcopo. Rñ. ſic. quo ad legẽ iuriſdictionalẽ, videlicet quo ad
canonicã ſubiectionẽ, obedientiã, reuerẽtiã. inſtitutionẽ, cor-
rectionem, reformationẽ, iuriſdictionẽ, cauſarum pęnitentiã,
& omnium ſacramentorũ collationẽ not. in c. conquerente.
ver. nos autem de offi. ordi. & in c. dilectus. eo. tit. no. 16. q. 1. per-
uenit. & c. interdicimus. vbi dicit ꝙ monachi recipiunt ab epi-
ſcopo chriſma, oleum, cõſecrationes altariũ, & ordinationes.
18. q. 2. hoc tantum & c. ſeq. & c. monaſteria. 12. diſt. de his. cũm
glo. & c. cũm perſonæ. de priuile. in 6. Item etiam quo ad viſita
tionẽ. d. c. monaſteria. Subſunt etiã monaſteria Metropolita-
no quo ad ordinem pſallendi in eccleſia ſeruandum. 12. diſ. de
his. & ibi glo. quę dicit ſecus quo ad ordinẽ viuẽdi qui pertinet
ad abbates, vt ibi. & no. 18. q. 2. nullam. Itẽ & quo ad aliud, quia
non poſſunt decimæ ſolui monachis, vel eccleſijs, dari ſine cõ
ſenſu epi. 16. q. [illegible]. decimas. Itẽ nec poteſt monaſteriũ transferri
de loco ad locum cauſa vtilitatis niſi cõſenſu epiſcopi. 16. q vl-
81 ti. & ibi glo. not. † Ex quo no. caſus transferendi eccleſias de lo-
co ad locum ſcilicet ob vtilitatem vt ibi. Aliæ cauſæ ponuntur
de conſec. diſt. 1. tribus videlicet cum neceſſitas perſecutorum
ineſt ad onus locorũ. Item cum difficultas locorum fuerit. Itẽ
& dum malorũ ſubtilitate grauantur, vt ibi cum glo. & no. 25.
q. 2. ita nos. Item propter aeris intemperiem. 73. diſt. quorundã.
alias regulariter ſecus. 19. q. 3. quæ ſemel. & ibi gloſ. quæ omnia
dicit in fi. ꝙ ſi eccleſia deſtruatur locus remanet ſacer. per l. ſ. de
ſacra. de contrahen. empt. gl. in d. c. ſi quis vult. dicit ꝙ prior ec-
cleſia perdit priuilegium ſuum, per c. & hoc dicimus. 16. q. 7. vi
de not. in l. inter ſtipu. § ſacram. de verb. obli. Sed quid de lignis
eccleſiæ dirutæ an poſſint poni in ædificijs priuatis, dic ꝙ non
a laicis, ſed a clericis ſic, in ædificijs tamen alterius eccleſiæ, vel
rei eccleſiaſticæ, ſecundum d. glo. in d. c. quæ ſemel. per c. ligna.
de conſec. diſt. 1. ꝙ not. tu qui ædificas. Et quia ſupra dixi de iu-
riſdictione epiſcopi in monachos, ſcias epiſcopum eſſe iudicẽ
ordinarium etiam monachis. d. c. conquerente. verſi. nos autẽ.
cum glo. de offi. ord. not. 11. q. 1. de perſona, ꝙ intellige quo ad
legem iuriſdictionalem qua etiam monaſteria, & eorũ capel-
læ ſicut & eccleſiæ ſeculares ſubſunt epiſcopo qui poteſt vigo-
re dictæ legis conferre omnia ſacramẽta, coercere delicta, & de
cauſis cognoſcere. 50. diſt. accedens. 18. q. 2. hoc tantum 13. q. 1.
interdicimus. Item intellige ꝙ corrigere poteſt epiſcopus mo
nachorũ delicta abbate negligẽte ad quẽ prius pertinet corre-
ctio monachorũ, ad epiſcopũ vero ſubſidiaria tantũ. c. quanto.
de offi. ord. c. 1. cum glo. de ſta. monac. Quinetiam valet cõſue-
tudo ꝙ eps corrigat monachos quos de iure debeat corrigere
82 abbas. c. non eſt. de cõſue. lib. 6. † Not. etiã ad prædicta ꝙ poteſt
abbas incautus negligens, ſuperbus, fornicator, indiſcretus, cru
delis, vel ebrius, deponi per epm, & vicinos abbates. 18. q. 2. ſi
quis abbas. cũ glo. quia in epi poteſtate etiã abbates ſunt, ea. q. c.
abbates. & c. monaſteria. quia omnis cura diœceſis ad eũ perti-
net etiã in monaſterijs. 9. q. 3. c. 2. 93. diſ. nulla. & tenet gl. in d. c.
abbates. quod intellige deponi poſſe ab abbatia, nõ ab ordine.
16. q. 7. inuentũ. [illegible] q 7 in ſuin. quod tñ non procedit in abbate
ordinis Ciſtercienſis ſm glo. in d. c. ſi quis abbas. Subſunt etiam
monaſteria epiſcopis, quia fundari nõ poſſunt ſine licẽtia epi.
18. q. 2. quidã. & §. monaſteriũ. c. de monachis. & ca. ſeq. de cõſe.
di. 2. nemo. quod verũ eſt qñ fit de nouo. non qñ deſtructũ re-
paratur ſm glo. in d. c. de monachis. 16. q vlt. ſi quis vult. de iu-
dæ C. de iudi. cum ibi not. Quo autem ad legem diœceſanam
nõ ſubſunt epiſcopis monaſteria, quæ lex cõſiſtit in exactione
cathedratici in tertia, vel quarta decimarũ & in hoſpitio, quia
omnes eccleſiæ præter monaſteria ſubſunt epiſcopo quo ad
prædicta. 16. q. 1. cum pro vtilitate. 10. q. 3. inter cætera. Capel-
læ tamen monachorum ſubſunt huic legi. d. ca. conquerente.
15. q. 3. ſtatuendum. niſi monaſteria ſint exempta cum capellis.
ſecundum glo. ord. in d. c. dilectus quam no. perpetuo. Aduer-

te autem ꝙ ſeruitia debẽt epiſcopis monaſteria exhibere, quæ
ex antiquo præſtare conſueuerint.18.q.vlti.ſeruitium. Item &
cenſum ordinatum.18.q.2. Eleutherius. ſm d.glo.& aliam or-
di.glo.quæ omnia ponit.10.q.1.in prin. Quinetiã epiſcopo ob-
uiam cum clero debent ire proceſſionaliter monaſteria etiam
exempta, ut tenet Bal.in l.fin.C.de bo.lib. Adde prædictis non
poſſe epiſcopũ reuocare quæ conceſſit monaſterio.12.q vlti.
quia ideo. Item adde ꝙ abbas qui nõ vult ſubeſſe epõ non de-
bet habere ab eo iura epiſcopalia, nec ab alio.18.q.2.abbatibus.
Poſtremo ſcire oportet ꝙ ſi epſ cõcedit curam monacho po-
teſt reuocare ſm Bal.in Mar.ver.epſ. verſi.23. Sed nunquid epſ
poſſit in monaſterio publicè Miſſam celebra. Rñ. non, niſi de
licentia abbatis.18.q.2.abbas.& c.ſeq.& c.luminoſo.& hoc ne
per id oſtendatur monaſterium eſſe ſibi ſubiectũ, ꝙ ex eo præ-
ſumeretur ſecundum glo.ibi.& 7.q.1.pontific. Vltimo ſcias ad
prædicta ꝙ non poteſt abbas relinquere monaſterium ſine li-
centia epiſcopi.18.q.2.abbas. Item nec alius prælatus prælatu-
ram ſuam. vt ibi per glo de renunc.c.admonet.16.q.vlti. c.fin.
71.diſt.c.1.& c.2.vbi vide & tene menti.

83 † Trigeſimoſexto quæro an epiſcopi ſententia excõmunicatio-
nis iniuſta timenda ſit. R ñ ſic.12 q.3.ſententia. & c.epſ.§ ſi ergo.
& § cum autem.& c.quibus epiſcopi.de ſen.excõ.glo. in c.1.de
offi.or.in 6.& in ca.1.in prin.quod me cauſa. & tenet Bal.in ad-
dit.Spec.de app.ver.appellãs. Nam excõmunicatio afficit cor-
pus & animam.11 q.3.audi denique.quod intellige niſi qñ lata
eſt poſt appellationem, quod fieri poteſt ſm Pau.de Ca in rub.
ff.de re iud.in fi.& per Bal.& doc.in l fi. C.ſi a non compe.iud.
& per Inno.in c.ad hęc.de appel. Item niſi contineat errorẽ in-
tolerabilem, ſm glo.in d.c.ſententia per c.tuas.de ſen.excom.
Item niſi lata ſit pro indebitis exactionibus. per c.cùm ad quo-
rundam.de exceſ.præla. ſm d.glo. Et not.ꝙ iniuſta excõicatio
nocet ad participandum ſm Ange.in § nullum. in auc.de ſan.
epi.col.9 Caueat tñ epiſcopus ne iniuſtè, vel pro cauſa leui ex-
cõmunicet ſacerdotes, quia tunc per vicinos epiſcopos debet
ſuſpẽdi vſque ad tempus ſynodi ſi prius fuerit monitus 11 q.3.
epiſcopi ſi ſacerdotali. Alias dr ꝙ epiſcopus iniuſtè aliũ excõ-
municans videtur ſeipſum excõmunicare.24.q.3.concipimus.
Sed qua pœna puniatur epiſcopus iniuſtè excõmunicans.not.
24.q.3.de illicita. & in d.ca.epiſcopi ſi ſacerdotali. quia a ſacra
cõmunione debet abſtinere quàmdiu ſuperiori videatur. d.c.
de illicita hodie vero ſm glo.ibi debet tantum ab ingreſſu ec-
cleſiæ coerceri per c.ſacro de ſentẽ excom. vbi vide etiam per
84 doct., Sed nunquid excõmunicatus iniuſtè ſit vitandus in ex-
traiudicialibus ſi prius appellauit. dico ꝙ nõ, ſecundum glo.in
c.dilectis.de appel.& not.in c.ſolet. Reſpon.de ſenten.excõ-
munica.in 6 cum glo.not.vbi vide, & ſupra prædicta.

85 † Trigeſimoſeptimo quęro an ſine licentia epiſcopi poſſint
clerici forenſes in ſua dioceſi exercere officia ſacerdotalia. Re
ſpon.non.16.q.1.cũctis. vnde nec Miſſas celebrare publicè, nec
baptizare præſens ſine iuſſu epiſcopi, vt ibi cum glo. quæ dicit
verum niſi ab alijs presbyteris inuitentur per c.epiſcopi.7.q.1.
& c.nullus primas 9.q.2. priuatim tamen poſſunt celebrare.c.
fi.de cle.pere ſm d.glo. Et aduertat epiſcopus ne admittat cle-
ricum peregrinum non habentẽ literas teſtimoniales proprij
epiſcopi, quia alias punitur.21.q.5.c.1.cum glo.quibus adde no.
in l.ſi qua per cal.C de epiſ.& cle.

86 † Trigeſimooctauo quæro an ſine conſenſu epiſcopi poſſit
archidiaconus vel archipresbyter Prępoſitus vel Decanus cõ
ferre alicui curam animarum, vel prębendas eccleſię. Rñ.non,
alias qui contra facit debet excõmunicari. 16.q.7.nullus omni
no.& ibi per glo.ordi.quæ dicit verum niſi de mandato epiſco-
pi, per c.ſi in plebibus.63 di ad epiſcopum. ergo prædicta per-
tinent ut ibi.& in c.inuentum.ca.q & 1 q.1.c.3.10.q.1.c.1.& c.re
genda.12.q.2.præcipimus.& c vendentes.11.q.1.quiſquis.

87 † Trigeſimonono quæro an epiſcopus poſſit unam eccleſiam
alteri ſubijcere. Reſpond.ſic.c.ſicut.de exceſ.præla.glo. in c.ab-
bas.16.q.2. vbi etiam dicit glo.in fi quòd vna eccleſia poteſt ſe
ſubijcere alteri ſine præiudicio epiſcopi.per ca.inter.de do.vbi
omnino vide doct.

88 Quadrageſimo quæro † ſucceſſiuè an epiſcopus poſſit vni-
re eccleſias ſuæ dioceſis. Reſpõ.quod ſic ſicut Papa vnit epiſco
patus.c.ſicut.& ibi not.de exceſ.præla. Solus enim Papa poteſt
vnire epiſcopatus, nõ tamen legatus habens generale manda-
tum, vt ibi cum glo.& glo.& doct in c.1.de transla.præla.16.q.
1.c.& temporis.& ſeq. 1.q.1.relatio. licèt autem epiſcopus poſ
ſit vnire eccleſias.d c.ſicut. non tamẽ poteſt res vnius eccleſiæ
dare alteri eccleſiæ.c.1.de reb.eccle.nõ alie. ſm d.glo. Nec præ-
tereo ꝙ ſi eccleſiæ ſubditæ vni epiſcopo, puta quæ ſunt ab eo
ædificatæ, ſunt in dioceſi alterius epiſcopi, fieri debet inſtitu-
tio, conſecratio, & vnio per epiſcopum in cuius dioceſi ſunt
ſituatæ dictæ eccleſiæ, glo.eſt not.in d.c.ſicut.per c.ſi qui epiſco
porum.16.q.5.quod not.

89 Quadrageſimoprimo quæro nũquid epiſcopus poſſit loca-
re laico commoditatẽ decimarũ. dic ꝙ ſic.glo.eſt 1.q.3. peruę-
nit.& firmant Bal.& Ioan.de Imo.in l.vſufructu ff.ſolu.matri.
quod intellige quo ad commoditatẽ, non quo ad ius ſpiritua-
le.d.c.peruenit.& c.altare.& doct.vbi ſup. & not.in c.2.de loca.
in c.cauſam.de præſcripti.in c.2.c.quàmuis.& ca.prohibemus.
de decimis.& tenet dominus Lanf.de Fano. in l.in quorum.5
col.ff.de pigno. Ioan.de Imo.in d.c.noſtra.in 3.col.de loca.vbi
dicit ꝙ poteſt laico locari decima ad modicum tempus, quia
intelligitur locatus fructus decimæ nõ ius ſpirituale, quod etiã
ad modicũ tẽpus concedi non poteſt. vt ibi per glo. fructus ve
rò eccleſiæ locari poſſunt.d c.noſtra.& ibi doc. Itẽ & vẽd l.c.ſi-
ne præla. vi.ſu. & ita ſeruatur in vſu magnis prælatis curialibus
locantibus fructus beneficiorum ſuorum. Poſſunt autem per
Papam laico cõcedi decimæ ex priuilegio. c. quàmuis.de deci.
not.in c.2.de præben.in 6.doc.in c.cauſam.de præſcript.96.diſt.
benè quidem.quod verum etiã cõnexis, videlicet quia per lai-
cos poſſidere nõ poſſunt, niſi eis ex priuilegio cõcedantur per
Papam.de iurepa.c.de iure.& c. cùm dilectus. Nec etiã præſcri-
bi.ſecundũ doc.in d.c.cauſam. Ioan. And.in c.1.de cenſi.& Fed.
de Sen.in cõſi.laicus de prædio.&c. Poſſent etiam per epiſcopũ
concedi decimæ in alimoniam alicui pauperi. not.10. q.1.c.pe.
& fi.doc.in c.cauſam.quæ.de præſcrip.vbi dicunt verum reſpe-
ctu fructuum & ad tempus. Bal.tamen in auc.excipitur.in fi.C.
de bo quæ libe.dicit conceſſionem decimarum alicui factã in-
telligi pro omnibus annis, non pro vno tantum. Et no ꝙ cum
cõmoditas decimarum & fructus conceditur laico, non tran-
ſit cõceſſio ad hæredem.c.ad hoc.& ibi glo. & doc.de decimis.
& glo. in c.peruenit.1.q.3. Nec omitto, clericis decimæ dandæ
ſunt.c.1.de deci.16.q.1.reuertimini.quod eſt verum etiã de red-
ditibus molendini.c.ex trãſmiſſa. & ibi doc.de deci. Item verũ
etiã de operibus artificialibus & negotiationibus quæ ſubſtan
tiales dicũtur. Item de fructibus prædiorum, quia prædiales ap-
pellantur. Item ex fructibus animalium, vt c.1.ad apoſtolicam.
& ibi glo.ordi.& doc.de deci. quod dixi de fructibus intellige.
ſcilicet collectis, non pro colligendis.i.qui colligi debuerunt
ſecundùm Bal.ſing.in l.pen.7.col. in lect.antiqua.C.de cõdi.in-
ſer. Et intellige decimas ſolui debere per poſſeſſorem fundi, li-
cèt euictus ſit ei facto ſuo ſecũdùm Bal.& Ioan.de Imo.in l.cũ
mulier.la 2 ff.ſol.mat. Item intellige ſoluendas de fructibus nõ
deductis expenſis ſecundum Bar.Bal Imo.Ioan. de Por.& doc.
in l fructus.eo titu.& Bal.in l.1.1.col.C de fru.& li.expen.quod
intellige de prędialibus in qua debentur ex fructibus prędiorũ,
non in decimis perſonalibus.i.quæ debentur ex artificio & in-
duſtria perſonę, quia illæ debẽtur deductis expenſis ſecundum
Bal.in Mar.ver decimæ.ver.2.& ver.fi.per l.ſi a parte. § fin.ff.de
peti hære.quod benè notatur. Prædictis adde ꝙ decimæ in du-
bio præſtari debent eccleſiæ parochiali.c.cùm contingat. & c.
ad apoſtolicæ.de decimis. Si tamen eſſent duæ eccleſię, vna ſci
licet baptiſmalis. i. matrix. altera verò ſpecialis, in dubio debẽt
præſtari baptiſmali & matrici eccleſiæ, niſi cõſuetudo ſit in cõ-
trarium pro alia eccleſia.c.ex tranſmiſſa. de deci. & tenet ſing.
Ioan. And.in addi.Spec.de deci.& in addi mag.vbi refert mul-
tas opi.& debet hanc ſeruari. Et ego pridie ſecundum hanc iu-
dicaui de facto hic Ceſenę in cauſa mihi commiſſa per Reue-
rendiſs. dñm Gubernatorem & epiſcopum Ceſenæ do. Ioan.
de Venturelis de Amelia. Adde not.in c. de reſti.ſpolia.& in
90 c.1.de præſcript.lib 6. † Et not.ꝙ qui poſſidet decimas in aliena
dioceſi non iuuatur ex quaſi poſſeſſione, niſi de titulo vel pri-
uilegio doceat.c.ſi ad decimas.de reſti.ſpol. in 6 ſecũdùm Bal.
in l.vis eius.in fi.C.de proba.plus ſcire debes quod decimę prę-
teriti temporis ſolui debent per antiquum poſſeſſorẽ, non per
emptorem fundi ſecundũ glo in c.tuæ de deci. & doc. in l.im-
peratores.ff.de publica. Sed Feder.de Sen. in d.conſil. laicus de
prædio &c. Tenet eſſe in electione clerici contra quem eas pe-
91 tat, quod eſt notandum perpetuo. † Sciendum etiam ꝙ decimę
dicũtur eſſe in bonis eccleſiæ ſicut oblationes.c.cauſa.de verb.
ſig.& tenet Spec.tit.de deci.in 1.col. Quinetiã inter immobilia
computantur ſecũdum glo.in c.1.de contro.inter vaſ.& epiſco
pum.in vſi.feu. Et intantũ decimæ debentur eccleſiæ, quod po
teſt eccleſia pro ſuo intereſſe decimarum agere contra eũ qui
incẽderit fructus in campis etiã ſuis ſecundùm Flor.in l æquiſ-
92 ſimum § fructuarius.ff.de vſufru. † Inſuper not.ꝙ decimæ ſunt
ſoluendæ in ipſo fundo, ſecũdùm Bal.in l. pen.col.C.de fruc.
& li.expen. quem etiam vide in l.fin.2.col. C.de condi.inſer.ſi
tamẽ clericus velit eas ſibi portari ad domũ, vel ad horreum,
poteſt cogere debitorem.16.q.1.reuertimini, & ibi gl & tenet
do.meus Barth.Cœpol.in trac.de ſeru.cau.72.poteſt etiam ire
ad fundum, vt ſup. & fundum ingredi pro decimis recipiendis
etiam inuito domino fundi, ſm do Barth. Cœp.in titu de ſer-
ui.ruſtic.ca.1.& Spec.tit de deci.ver.fi.vbi etiã dicit eas ad hor-
reum ferendas ſi clericus velit.quod not. Nec omitto ꝙ etiam
de palea quæ etiã eſt in fructu, ſolui debet decima ſicut de alijs
fructibus, vt tenet Spec.in d.ver.fi.& Bal.in l.fi. .col in lec an-
tiq C.de condi.inſer.quòd eſt notandum. De horto etiam ſol-
ui debet decima per c.ex parte el 1.de decimis, ſecundùm Bar-
tho.Cœpol.in tract.de ſerui.titu.de horreo.vbi vide.

33 † Præ-

94 †Prędicta vera ſunt etiã in Iudęis, quia decimas ſoluere com
pelluntur ex prędijs ſuis. c. de terris, de iude. Et ſcias ꝙ qui ſolue
re recuſat decimas poſt trinam monitionem, poteſt excõmu-
nicari. 16 q. 7. omnes. Punitur autem laicus recipiens decimas
diſpendio damnationis æternæ, & ſacrilegus dicitur. 16. q. 7. de-
cimas quinetiam debet eccleſiaſtica ſepultura carere. c. prohi-
bemus. de decimis. & tenet glo not. in c. ad hoc. de deci. & in c.
cauſam de præſcrip. Nec poſſunt decimæ tolli per ſtatutũ, ſm
Bal. in l. fi. C. ſine cenſu uel reli. Et ſcire debes ꝙ clericus non te
netur ad decimas qui fructus amiſit ex incurſu hoſtiũ, ſm Bal.
in l. acceptam. in fin. C. de uſu. Quomodo autem decima detur
in feudum. uide Bal in c. 1. de cõtiue re. feu. in uſi. feu. Poſtremo
ꝙ decimarum præſtatio diutina ius acquirit ſm glo & Bart. in
l. cum de in rẽ uerſo. 3. col. ff. de uſu. de quo in c. 1. de præſcript.
in 6. Decimarum uero præſtatio non præſcribitur, ſecundum
94 Bar. in l. comperit. C. de præſcript. 30. anno. †Vltimo tene mẽ-
ti quòd decimæ non cẽſentur remiſſæ per Papam clericis qui-
bus conceſſit eos excommunicari non poſſe pro decimis non
ſolutis. ſm Bald. in l. omnibus. C. de uectig. & cõmiſ. Nec igno-
res ꝙ de decimis quarta pars debetur epiſcopo de iure cõmu-
ni. c. de quarta. de præſcrip. cum ibi not. quæ omnia tene mẽti.

95 †Quadrageſimoſecundo quæro, ſi epiſcopus donec Miſſas
celebrat cadit ex aliquo morbo, ita ꝙ non poteſt Miſſam per-
ficere an poſſit alius ſacerdos eam complere. Reſpon. quòd ſic.
7. q. 1. illud. & c. nihil. 25. diſt. c. 1. & ideo epilentici prohibentur
celebrare Miſſam. 7. q. 1. c. pen. & fi. Intellige tamen ꝙ Miſſa de
nouo non inchoetur, ſed inchoata per epiſcopum qui cecide-
rit perficiatur ſcilicet proſequendo in loco in quo deficit epi-
ſcopus, uel alius ſacerdos qui celebrando ceciderit niſi oratio
cępta ſit, quia ea debet a principio inchoari per alium. Idem in
conſecratione quę etiam in principio debet inchoari ſm glo.
no in d. ca nihil. Idẽ dicit d. glo de baptiſ. ut inchoatus per unũ
poſſit per alium compleri Idem in ordinatione ſacerdotis 23.
96 diſt. quorundam. ſm d glo †Sed an tale ſupplens debeat eſſe ie
iunus d. glo. tenet ꝙ ſic, quia idem dicit notabiliter talem Miſ
ſæ ſuppletionẽ fieri poſſe uſque ad horam nonam. Matutinũ
uerò & ueſpertinũ officium cęptum per unũ poteſt qñdocun
que per alium perfici ſm d gl ꝙ dixi de ieiuno, intellige verũ,
quia ſacerdos nõ poteſt niſi ieiunus dicere Miſſam alias eſt ex
cõmunicatus. d. ca nihil. & debet eſſe ieiunus a cibo & potu, ut
ibi, & de conſec. diſt. 2. liquido. Idem etiam in baptiſmo, quia a
ieiuno fieri debet, de con. ſe diſt. 4. vt epiſcopi niſi ieiuni quod
tamen in hac patria non ſeruatur in qua baptiſmata cõiter fiunt
poſt prandium, ſed Senis fiunt de mane, & a ieiunis, & in eccle
ſia ſancti Ioan. Idem & in ordinum collatione & receptione.
75. diſt quid a partibus & glo. in c. ſacramenta de conſe diſt. 2.
97 †Sed quãdo quis dicitur ieiunus. Rñ ſi cõmedit ante mediam
noctem ſm glo in d. c. nihil. Item ſi facta eſt digeſtio ſumpti ci
bi de conſec diſt. 2 tribus. ſm glo. in d. c. ſacramenta vnde ſi ele
rzcus ſentiat ſibi cibum in ſtomacho non digeſtum, abſtinere
debet a celebratione Miſſæ d. c. tribus. & gl in d. c. nihil ꝙ mul
ti non ſeruant, vel ex ignorantia, uel ex contemptu canonis.
Dicitur autem ieiunus etiam ſi cepit medicinam nõ ſi aquam
calidam, ſm glo. in d. c. nihil. per c. ex par. de cele. Miſ. Sic ergo
medicina non rumpit ieiuniũ, ſm d. glo. & tenet Tho. de aqui.
2. 2. q. 44. art. 6. Sed contra not. in c. contraria. de conſec. diſt. 5.
ſed tu cõcorda ꝙ prima opi. procedit ſi ſumatur medicina pro
infirmitate repellenda. Secunda verò opinio procedit quando
98 medicina ſumitur pro ſanitate cõſeruanda. †Nunquid autem
ſacerdos celebrans debeat eſſe ieiunus a peccato mortali. Rñ.
ſic, de cele. Miſ. c. de homine. & gl. in d. c. nihil. quam etiã dicit
no ꝙ ſi dum celebrat occurrit ſibi memoria peccati mortalis,
debet Miſſam perficere, & poſtea confiteri, licèt peccet tunc
conficiendo illud corpus domini noſtri Ieſu Chriſti ſacratiſſi-
mum. Quod qui manducat indigne, iudicium ſibi manducat.

99 †Quadrageſimotertio quæro ſucceſſiuè, nũquid epiſcopus
vel ſacerdos poſſit ſine cauſa neceſſaria dimittere Miſſam in-
choatam imperfectam. Rñ. ꝙ non, alias eſt excõmunicatus. d.
c. nihil 7. q. 1. ca cauſa uero poteſt, ut quia ſibi aliqua cauſa paſ-
ſionis ſuperueniat. Vel quia videat puerum morientẽ ſine ba-
ptiſmo, poteſt enim tũc baptizare Miſſis ſolennibus intermiſ-
ſis, ſed non ſine cauſa. Alias ſuſpendi debet a communione. de
cõſe. diſt. 1. nullus epiſcopus cum glo. ubi uide omnino. Dicit̃
autẽ Miſſa imperfecta. ſ. antequàm detur benedictio. de cõſec.
100 di. 1. Miſſas. † Acceſſoriè hic quæro, an epiſcopus uel ſacerdos
dum celebrat Miſſam poſſit ſtare cum capite cooperto, dic ꝙ
nõ, alias cõmunione priuatur. d. c. nullus epiſcopus. 7. q. 1. illud.
30. q. 5. mulier. Quinetiam qui Miſſas audit dum euangelium
legitur, debet ſtare non ſedere. de conſec. diſtin. 1. apoſtolica.
Itẽ debet aliquid Deo offerre in altari qui audit Miſſam ſolen-
nem ad inſtar ſanctorũ patrum quos ad hoc monuit Moyſes
loquens ea verbo dñi, non apparebis in cõſpectu meo uacuus,
de conſe di. 1. omnis Chriſtianus. Nec prętereo ꝙ excõicandus
eſt qui die ſolenni Miſſam non audiuit, ut ad ſpectandũ uadat.
de conſe. di. 1. qui dic. Tenetur enim quilibet audire Miſſam &
perfectã, ſeu integram quolibet die ſolenni. alias debet cõione
priuari de conſec. di. 1. omnes fideles. c. Miſſas & ca. celebrãdas.
101 quod no. †Prædictis adde ꝙ non poteſt ẽps Miſſam celebrare
ſine præſentia ſaltẽ triũ diaconorũ, & aliorum presbyterorũ,
& miniſtrorũ. de cõſec. di. 1. ẽps Deo & in c. iubemus. Sacerdos
autem non debet celebrare Miſſam niſi ſaltem duo interſint,
alias verò non verificarentur verba ſua. Dñs vobiſcum. c. hoc
quoque. de cõſec. diſt. 1. ſed immo poteſt etiam vno aſtante. 7.
q. 1. illud. & eſt gl. in d. c. hoc quoque. & no. de fi. presby. c. propo
ſuit. de vit. & hon. cle. c. vt quiſque. Sed & ſolus quis incluſus
poteſt Miſſam dicere cũ præſentia Dei ſuppleat pro omnibus
ſm d. glo. quam perpetuo no. Et quia ſupra dixi de verbis. Dñs
vobiſcum ſcias vſum dictorũ verborũ fuiſſe figuratũ in veteri
teſtamento in quo legitur Booz ſic ſalutaſſe meſſores ſuos. Rñ
ſio vero. Et cum ſpiritu tuo, ſumpta eſt ea epiſtola Pauli ad Ti-
motheum. Aduertat tñ epiſcopus ne cum primo ſalutat popu
lũ dicat. Dñs vobiſcũ, ſed dicat, pax vobis, vt imitetur Chriſtũ,
qui per reſurrectionem primam vocẽ dixit diſcipulis, pax vo-
bis, poſtea vero dicat Dñs uobiſcum vt ſe oſtẽdat in numero
ſacerdotũ. Quibus iniũctũ eſt ſic populũ ſalutare, hoc dicit d.
glo. no. quã ſigna, vt ſcias cõfabulari & rationẽ reddere de his.

102 †Quadrageſimoquarto quæro, quam poteſtatẽ habeat Me-
tropolitanus. Rñ. ꝙ eſt ſuperior & ordinarius in prouincia. 8.
q. 7. per ſingulas. el. 1 & lo. 2. & ibi glo. Item habet procurationẽ
& viſitationẽ. c. cùm ex offi. de præſcrip. & alias ſ. diximus in q.
de ẽpo viſitante diœceſim. Non tñ poteſt incõſulto epiſcopo
ſuo ſuffraganeo de cauſis ſubditorũ eius ſe intromittere. 9. q. 3.
cõqueſtus. niſi in caſibus exceptis. c. paſtoralis. de offi. ord. vide-
licet qñ epiſcopus eſt actor. vt ibi glo. in d. c conqueſtus. quæ ſe
eus dicit ſi ẽps eſt reus. Quo caſu Metropolitanus eſt iudex in-
tra ẽpm & clericum 11. q 1. ſi clericus. 6. q. 2 c. 2. ſm. d. glo. Nec
valet ſententia lata per eum niſi in cauſa appellationis. d. c. cõ-
queſtus. & ibi glo. 11. q. 1. peruenit. de offi deleg. c cũ in ignore-
mus. ſm. d. glo. de offi ord c. quæſitũ. & c. ſeq ſm glo. in d. ca. per
ſingulas. Poteſt tñ cognoſcere de cauſa ſui ſuffraganei rei per
ſolam querelã ſm. d. gl per c. ſi clericus aduerſus. 11. q. 1. Item ei
debetur honor & reuerẽtia ab epiſcopis ſuis. d ca. per ſingulas.
lo 1. cum glo Metropolitani verò cauſa cum ſubdito debet co
ram Papa cognoſci & decidi. 2. q. 7. Metropolitanum. Poſſunt
etiam epi ſuffraganei Metropolitanum ſuum corrigere. 11. q. 3.
ſaluo. 63. di. Salonitanæ. Quod intellige. ſ. cum charitate repre-
hendere. 2. q. 12. præſumunt. & gl. in c ſi autẽ. 9. q. 3. Sed an poteſt
Metropolitanus ordinare clericos vel œconomos quos ẽps ſuf
fraganeus recuſauerit ordinare. Rñ ſic 9. q. 3. cum ſimus. glo. in
ſumma. Non tñ poteſt cauſas clericales ẽpi cognoſcere ſine a-
liorum ſuffraganeorũ cõſenſu. 9. q. 3. ſaluo. & c. archiepiſcopus.
& c. ſi autẽ. & c. nullus primas. 11. q. 1. ſi clericus. & vide. 16 di. c.
1. 10 q 3. quia & per glo. 7. q 2. ẽps. non poteſt Metropolitanus
abſoluere excõicatum a ſuffraganeo. d. c. nullus primas cũ glo.
quę tenet ẽpm poſſe abſoluere excõmunicatũ ab archidiaco-
no qui dr̃ vicarius ẽpi. de offi. archid. c. 1. vide gl. 25. di. perlectis.
poteſt tñ Metropolitanus abſoluere ſi ẽps qui excõicauit recu
ſet. c. qua fronte. de appell c. ad reprimendã. de off. or. & gl. ord.
in d. c. conqueſtus. 11. q 3. Subeſt etiam Metropolitano quilibet
ẽps ſuffraganeus quo ad ordinẽ pſallendi & cãtandi ſeruandũ
in qualibet diœceſi, qui ſeruatur in eccleſia Metropolitana. 12.
diſt. de his. ꝙ verum eſt etiam in monaſterijs, vt ibi. Item ſubeſt
vt non poſſit ſuffraganeus a presbyteris parochialibus aliquid
exigere præter ſolitum. 10. q. 3. quia cognouimus. ca cauendũ.
c. inter cætera. & c. relatum. Circa prædicta etiam not ꝙ poteſt
Metropolitanus cogere ſubditum epiſcopi quem ipſe abſol-
uit parere epiſcopo. d. c. ad reprimendam. de offi ord. & glo. re
cte in d. c. conqueſtus. Item poteſt ſententiam epiſcopi notoriè
iniuſtam corrigere. c. ſollicitudinem. de appel ſecũdum d. glo.
Reliquos caſus in quibus epiſcopi ſubſunt ei, vide per Archid.
in d. c. conqueſtus. poſt d glo. inſuper addo ꝙ Metropolitanis
eiſdẽ caſibus ſubeſt Patriarchis, Primatibus prouinciæ, in qui-
bus epiſcopi ſubſunt Metropolitano, de quibus ſupra dictum
eſt, vt d. ca. conqueſtus. vbi etiam dicitur, quòd epiſcopo mor-
tuo poteſt Patriarcha res epiſcopi diſpẽſare. i. res eccleſiæ quod
ſibi non licèt viuente epiſcopo 12. q. 2. non liceat. & ſciendum
poſſe epiſcopum eximi a iuriſdictione Metropolitani apoſto-
lica auctoritate. 17. q. 1. frater.

103 † Quadrageſimoquinto quæro, an epiſcopus ſine conſenſu
Metropolitani poſſit ordinare clericos ſuæ diœceſis cuiuſcun-
que gradus, & de cauſis cognoſcere. Reſpond. ſic 9. quæſtio. 3.
capitu per ſingulas. lo 2. Item poteſt ſubditos anathematizare,
ſecundum glo. ibi, licèt olim ſecus. 11. quæſtio. 3. nemo epiſco-
porum, alia vero nõ poteſt cum Metropolitanus ſit ſuperior,
vt ſupra in proxima. q.

104 † Quadrageſimoſexto quęro, an ad ẽpm ſpectet ius ordinan
di eccleſias ſibi ſubditas Rñ. ſic. 70 di. ſanctorũ glo. & doc. in c.
ſicut. de exceſ. prælat. ꝙ verum eſt etiã ſi fundator eccleſię laicus
Centeſimoſeptuageſimoprimo diſpenſat epiſcopus cum
clericis depoſitis condemnatis vel degradatis ſolo verbo. vt
plenè in ſpe. de leg. §. nunc oſtendendum.verſicu.nono,vide
glo.l.di.miror.
Centeſimoſeptuageſimoſecundo diſpenſat in caſibus poſi-
tis.68.diſt.quamuis.& c.corepiſcopi.hos caſus pro maiori par-
te ponit Spec.vbi ſup.& d.Bonaguida de Ari.in ſuo tract.de di-
ſpen.ſed Spec.in tit.de leg.§.nunc de epiſcoporum. ver.prohi-
betur.& glo.ordi.in d.c.miror.l.di.ponunt caſus in quibus non
144 poteſt eps diſpenſare,quos breuiter perſtringamus.† Dic ergo
ꝙ epiſcopus non diſpenſat cum homicida. d.c.miror, ꝙ intel-
lige vt dixi ſup.verſi.155.& per d.glo.Item nec in legitimis quo
ad dignitates, perſonatus & beneficia curata ſecundum Spec.
in d.§.verſi.vtrum autem.& in c.j.de fil.præsbyt. in 6. Item nec
in minore 14.ann.ad dignitates.vt ſup.verſi.45.Item nec cum
corpore vitiatis.55.diſt.ſi quis.& ſup.ver. l.Item nec cum biga-
mis & viduarum maritis.de biga.ca.j.34.diſt.lector. & ſup.verſ.
33.Item nec cū eo qui duxit duas vxores, vel qui duas nuptias
de facto contraxit ſecūdum Spe.ibi.item nec cum pręsbytero
duas nuptias benedicēte.de ſecun.nup.c.j.quia talis benedictio
eſt prohibita.vt ibi.& in c.vir. eo.tit.alias.ſup.plenè diximus in
3. li. item nec cum faciente duellum ex quo mors vel mutila-
tio fuerit ſecuta,ſecundum Spec.in d.verſic.prohibetur.& ſup.
verſic.11.item nec cum eo qui de iniuſta excommunicatione
conqueritur coram iudice ſeculari.21.q.vlt.c.pen.item nec cū
ſimoniaco.1.q.j.ergo valet in ordine ſecundum Spec. ibi & in
tit.de leg.§ nunc oſtendendum.verſi.23.item nec cum infami
bus.2.q.3.§.hinc colligitur.& §.notādum. item nec cum igno-
bili eligendo in canonicum contra formam conſtitutionis ſe-
cundum Arch.in c.licèt canon.de elec.in vi. niſi ex cauſa iuſta
ſecundum Io. de Li. in c. at ſi clerici.de iud.& dominos Rotę
in deci.nouis.vt refert Lud.pon.in ſing.ver.diſpenſatio.ver.po
ne in eccleſia Item nec vt quis habeat duas præbendas. in vna
eccleſia.c.literas.de conceſ.præben.& in Spec.vbi ſup.d.c.ꝓhi-
betur.& ibi Io.And.in addi.Item nec ꝙ monachus habeat ad-
miniſtrationem alterius monaſterij vel officium. Io. And. ibi
vide.no.in c.cum ſingula.de præben.in vi. ſed vide ſup. ver.44.
Item nec cum penitus illiterato vt fiat clericus ſecundū Spec.
45 vbi ſup.& dixi ſup.ver.29. † Item nec cum ſolenniter peniten-
tibus,vt ibidem dixi.Item nec cum ſeruis & obligatis certis cō
ditionibus.50.diſt.non confidat.54. diſt. per totum. Item nec
cum obligatis ad ratiocinia præſtanda iuxta diſt.c.j.de oblig.ad
ratio.vbi vide.Itē nec ꝙ quis ordines ſacros aſſumat ſine tem-
poris internallo.d.c.non cōfidat, ſecus de maioribus. de eo.de
temp.or.item nec in his quæ ſunt maiora adulterio.de iud.c.at
ſi clerici.§.in adulterijs.& Spec.vbi ſup.ver.verum vt item nec
circa canones imponentes pęnam depoſitionis vel ſuſpenſio-
nis in enormibus.50.diſt.miror.12.q.2.de viro.de acc.c.inquiſi-
tionis.1.reſpon.quibus no.in c.nihil.de cle. item nec in crimi-
nibus in quibus poſt peractam pęnitentiam impeditur execu-
tio officij.de quibus in Spec.de diſpen. §. iuxta.ver.ſunt quoq;
niſi fortè reperiatur ei expreſsè permiſſum. d.c.at ſi clerici. ſm
Spec.in d.§.nunc de epiſcoporum. ver.prohibetur. 1.col.item
ne chriſmet pueros alienæ diœceſis.de relig.do.c.j.item nec cū
non ordinato miniſtrāte vt aſcendat ad ordines ſuperiores vt
dixi ſup.ver.18.item nec ꝙ quis plures ordines ſacros recipiat,
ſed ſi ſuſceperit ab alio poteſt epiſcopus diſpenſare cum ordi-
nante & ordinato extra tempora ſtatuta, ut d. ver. prohibetur.
2.col.& in titu.de leg § nunc oſtendendū.ver.52.& ſe.& dixi
ſup.eo.uer.l.itē nec cum ſuſpenſo a Papa uel commiſſario Pa-
pæ.21.diſt.cum inferior.& Spec.d.verſi. prohibetur.2.col.item
nec cum ordinato ſine diſpenſatione qui canonicum impedi
146 mentum habebat.71.diſt.ſi quis ſine.† Item nec cum religioſo
uel plebano leges uel phiſicam audiente,ſed Spec.in d.§.nunc
de epiſcoporum.uer.prohibetur, & in §.nunc oſtendendum.
uer.86.præal.Item nec ꝙ duo ęqualiter præſint uni eccleſiæ, &
in q.2.c.pen. Item nec cum ſuſpenſo in concilio propter inor-
dinatam collationem beneficiorum, quo caſu ſolus Papa, &
quatuor principales patriarchæ diſpenſant.c.graue in fi.de prę
ben.Item nec in his quæ ſpecialiter ſedi Apoſtolicæ reſeruant
in priuilegium ſpeciale in quibus ſolus Papa diſpenſat de con-
ſan.& affi.c.non debet,& c.cum dilectio.quos uide in Spec.eo.
titu.§.nunc breuiter.Item nec in his in quibus Papa nō diſpen
ſat.d.§.nunc breuiter.& Spec.in d.uerſi.prohibetur.1.col.Item
nec cum poſtulatis.c.ſi.de poſtu.præla.per Inn.& Bald.in mar.
uer.epiſcopus.uerſi.3.Item nec in ordinibus ſecundum Inno.
in c.ſi.de obli.ad ratioci.& Bal.vbi ſup.ver.7.Item nec cum nō
reſidente vt habeat fructus præbendæ.Inno.tenet in c.clerico.
de cle.non reſi.& Bal.vbi ſup. ver.7. Itē nec diſpenſat archieps
cum ſuffraganeo quod alter ſuffraganeus tranſeat ad aliam ec
cleſiam.in Spe.vbi ſup.ver.verum vt tanta. Item nec ecōtra ca-
nones niſi irregulatitatem inſtuentes.in Spec.ibidem.ver.ſed
quæritur ſecundum eum ubi vide. Item nec cum patientibus
147 defectum,vt ibidem. verſi. ſed cum epiſcopus. † Item nec cum
excommunicato maiori excōmunicatione miniſtrante ſcien-
ter, nec cum interdicto cum quibus ſcienter miniſtrantib. nō
diſpenſat etiam legatus nec ſynodus. 11.q.3. ſi quis epiſcopus
damnatus.& c ſeq.& c.placuit. de cle. excōmuni. mi. c.illud.de
eo qui fur.or.ſuſce.c.j.2.q.5.qua de cauſa. Sed ſolus Papa poteſt
cum talibus diſpenſare.de ſen.excom.c.cum medicina.§.fin.de
re iudi.c.cum ęterni.libr.6. & no. ꝙ tales ſunt irregulares & re-
mouēdi ab officiis vel beneficijs. de cleri.excom. mi.c.latores.
& per totum.& Spec.vbi ſup.ver.ſed nūquid poteſt epiſcopus,
vel legatus,ſecus ſi ignoranter probabili ignorantia. c.Apoſto
licæ.eo.tit.quia cum talibus diſpēſat epiſcopus quo ad pęniten
tiam imponendam ſecundum Spec.vbi ſup.per d.c.de illis.Itē
nec diſpenſat cum electo tacente defectus ſuos & confirmato
ſi ſunt duo electi, ne alteri fiat præiudicium ex diſpenſatione ſe
cundum Spe.ver.quid ſi electus in epiſcopum. vbi vide omni-
no.Item nec cum illegitimis vt patri ſuo ſuccedant in benefi-
cio ſecundum quoſdam,vt refert Spec.vbi ſup.ver. cæterū ꝓhi
betur,vbi vide opin.hincinde Legati verò de latere quibus ca-
ſibus diſpenſent.vide plenius in Spec.eo.titu.§.conſequens ali-
qua.Sed de diſpēſationibus patriarchatus,vide in §. ſunt quoq;
nonnulli.& ibi archiepiſcopis.ver.archiepiſcopus autem.De di
ſpenſationibus verò abbatum,vide eo.§.ver.abbas quoq;.Et de
forma diſpenſationis,vide plenius.eo.tit.§.qualiter autem.
148 Centeſimoſeptuageſimotertio quæro † quæ ſint priuilegia
epiſcoporum. Reſpon. vltra ea quæ dicta ſunt.ſup.in proxima
q.multa eſſe. & primo non poteſt eccleſia conſtrui niſi prius
epiſcopus ponat crucem in loco vbi eſt conſtruenda, atrium
deſignet,& primum lapidem ponat.de conſe.diſtin.j. nemo.&
Spec.de diſpen.§.nunc de epiſcoporum.verſi.generaliter autē.
Item poteſt ipſe conſecrare,reconciliare,pęnitentias ſolennes
imponere,indulgentias concedere,de cauſis matrimonialibus
cognoſcere,ordinare & chriſmare de conſu.c.quāto. de exceſ.
præla.accedentibus.16.q.j.interdicimus.de pę.& re. cum ex eo.
in ſi.de conſe. eccl. vel al.conſuluiſti. & c.aqua.50. diſt.in capi-
te.Item poteſt quinquageſimam vel cēteſimam dare de don.
c.Apoſtolicæ.12.q.2.bonæ.de his quæ ſi.a præla. ſine cōſen.ca.
c.paſtoralis.Item poteſt ſolenniter excommunicare.q.3.debēt.
Item literas dimiſſorias dare,aliter non videlicet ordinatio ab
epiſcopo facta.8.q.2.illud.& c.dilectiſſimi.de offi. archi.c.vt no
ſtrum.Item poteſt annulum aureum portare in digito,de vi.&
ho.cle. c.clerici. Item poteſt duos de ſuis canonicis ſecum ha-
bere.de cle.non reſi.c.ad audientiam. Item poteſt parochias li-
mitare,& cimiteria ordinare.13.q.eccleſias.& d.cap.paſtoralis.
Item conſtitutiones facere in ſua diœceſi. de conſec. diſt.j. oēs
baſilicę.16.q.7.omnes.de fer.c.ſi.11.diſt.catholica.& Spec. vbi
ſup.Io.And.in c.ſi.de app.lib.7.no.in glo.ſi.in ſi. Item poteſt ge
neralem ſynodum facere.18.diſt.epiſcopus.de ma.& obe.c.qđ
ſuper.Item poteſt hæreticos condemnare.de hæreti.c.ad abo-
lendam.§.is.& contra eos inquirere.eod.titu.c.excommunica-
mus.§.ſi.nec hic poteſtas ipſius admittitur, licèt inquiſitio al-
teri committatur.not.in c.per hoc.de hæreticis. in 6. 1.reſpon.
& in Spec.vbi ſup.& hoc vltimum tenet Bal. in auct.habita.C.
149 ne filius pro patre. † Item poteſt facere eccleſias cenſuales. de
iurepat.c.præterea.de cenſi.c.ſcientes.Item poteſt inſtituere &
deſtituere clericos.de fil.pręsbyt. c.ex tua.de inſti.c.ex frequen
tibus.de his quæ ſi.a pręla.c.nouit.Item non incurrit ſentētiam
excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſicut aliæ per-
ſonæ.de ſent.excom.c.quia periculoſum.vbi vide omnino per
glo.& doc.Item alias proceditur contra epiſcopum contuma-
cem quàm contra alios.de priuileg. c.quia pōtificali. quæ con-
ſtitutio habetur in c.2.de offi.deleg. in 6.Item in modo iuran-
di,vt

di, vt ſup. plenè dixi in alia quæſt. ſub rub. de poteſtate epiſcopi circa ſpiritualia. Item nec cogitur teſtificare de iure can. c. fin. 11. q. j. nec honore. in auct. de ſan. epiſ. § nulli. Item tempore generalis interdicti poteſt epiſcopus audire diuina. de priuileg. c. nõnulli. & c. quoniam. & ibi doc. & Io. And. in nouel. item poteſt ſibi quem vult eligere confeſſorem. de pœni. & re. c ſi item non cogitur ſubire iudicium niſi præcedat iuſſio imperialis ſecundum Azo in ſum C. de epi. & cle. & in Spec. vbi ſup. item liber eſt a patria poteſtate ſecundum Pet. ibidem. & plenius dixi ſup. in 2. lib. no. de ęta. & quali. c. indecorum. 54. diſt. ſi ſeruus. itẽ habet priuilegia de quibus. 11 q. j. quicq̃. item contra eũ plures teſtes requiruntur. 2. q. 4. præſul. & ſeq. & dicetur inf. tit. de degrada. Alia priuilegia vide per Io. And. in addi. Spec. vbi ſup. & adde alia. videlicet quia ſententia ſuſpenſionis non cõprehendit epiſcopos niſi expreſſe actũ ſit. c. quia periculoſum. de ſent.
150 excom. ver. ſententiæ. per glo. no. † Item quia quis non poteſt habere campanam publicè niſi de licentia epiſcopi. de priuile. cap. patentibus. Item in altari quo ipſe Miſſam cantauit, nullus eadem die poteſt Miſſam dicere. de conſe. diſt. 2. in altari. item ſi ſit diſcordia de iurepat. vel idoneus rector nõ præſentatur per patronos, poteſt epiſcopus de illa eccleſia tollere reliquias & oſtia claudere, & inhibere ne celebretur in ea, & ibi conſtituere œconomum, qui conſeruet fructus donec de rectore prouideatur c. 2. de iurepat. & c. dum vos. de offi. ord. item cognoſcit de cauſis matrimonialibus. & aliis ſpiritualibus de accuſ. præl. c. accedentibus. 21. diſt. per lectis. Goſ. in ſum. de diuor. § fin. de quibus Abbates cognitionem non habent. d. c. accedentib. vbi vide. item ſine libello cognoſcit inter clericos non ſubditos de cauſa ciuili per no. in Spe. de lib. conce. §. 10 verſi. 4. item & quando audiuit cauſam iudicis fugientis ne rationem reddat in Spec. vbi ſup. verſi. 5. item & quando agitur de non canonicæ obtentis ſine conſcientia diœceſani, vel de diutina vacatione, vel de aliis grauaminibus eccleſiarum, & quando ex officio procedit. eo §. verſi. 8. item & quando appellatur a ſentẽtia epĩ, non poteſt in libello appellationis dici ſic in aliis ꝙ per perſonam iudicauit, vt in Spec. de appella §. 0. ver. ſciendum. Reliqua priuilegia epiſcoporum, quæ multa ſunt, vide latè per totum hunc tractatum & in ſingulis quæſtionibus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus clericum ſibi ſubditum ab alio detentum repetere nũquid poſſit. numero 2.*
3 *Clericum carcerare an poſſit epiſcopus.*
4 *Relaxari quis debet præſtans fideiuſſorem vel pignora etiam ſtante ſtatuto quòd quis de carcere non relaxetur niſi ſatisfaciat creditori.*
5 *Clericus carceratus ſi moriatur in carcere, an epiſcopus efficiatur irregularis.*
6 *Manus inijcere contra clericum an poſſit epiſcopus vt eum capiat vel caſtiget.*
7 *Epiſcopus nunquid ſubditum ſuum repertum in curia Papæ citare poſſit.*
8 *Romæ vel in curia Papæ nũquid epiſcopus poſſit clericum ſuum ſibi ſubditum ordinare.*
9 *Epiſcopus ſine capitulo an poſſit corrigere clericos ſuos.*
10 *Perſonis infamibus an poſſit epiſcopus infamiam remittere.*
11 *Collegium Cardinalium an poſſit cum infami diſpenſare. Et quid de Papa. 12. Et quid de rege. 13 Quid denique de populo vel ciuitate. nu. 14.*
15 *Reſtituere ad honores an poſſit epiſcopus.*
16 *Epiſcopo nunquid credatur de clerico ſuo quem fortè repetit a iudice laico & aſſerit eum eſſe clericum.*
17 *Epiſcopus an ſuccedat in gubernio ſcholarium collegiatorum mortuo gubernatore teſtamentario relicto a fundatore collegij.*
18 *Agere an poſſit epiſcopus pro iniuria illata ſuo vicario vel ſubdito.*
19 *Excommunicare quemquam an poſſit epiſcopus pro propria iniuria.*
20 *Pater an poſſit agere pro iniuria illata filio.*
21 *Remittere iniuriam illatam clerico an poſſit epiſcopus.*
22 *Iniuriam filio illatam an pater remittere poſſit.*
23 *Corpus vſurarij defuncti an epiſcopus poſſit ſequeſtrare quouſque hæredes caueant de vſuris reſtituendis.*
24 *Cadauer debitoris non poteſt a ſepultura ſuſpendi vel ſequeſtrari ad inſtantiam creditorum.*
25 *Reus criminis mortuus lite pendente an debeat a ſepultura ſuſpendi.*
26 *Cadauer miſſum in alieno ſepulchro non poteſt exhumari ſine licentia epiſcopi.*
27 *Rector eccleſiæ an poſſit ſepulchrum viuus concedere alteri.*
28 *Filiusfamilias licet non poſſit teſtari, tamen poteſt ſibi ſepulturam in vltima voluntate eligere.*
29 *Sepultura vbique poteſt eſſe.*
30 *Sepulchrum nunquid probetur eſſe alicuius ex litteris ſuper eo inſculptis vel pictis.*
31 *Succeſſores an cogantur ſepelire defunctum etiam hæreditate non adita.*
32 *Clericum alienæ diœceſis an epiſcopus poſſit punire delinquentem in ſua diœceſi.*
33 *Correctio qualis per epiſcopum fieri debeat clericis.*
34 *Epiſcopus an puniat exemptum delinquentem in ſua diœceſi.*
35 *Tueri an debeat epiſcopus implorantes auxilium ſuum & eccleſiæ.*
36 *Monachos an epiſcopus corrigere poſſit.*
37 *Epiſcopus tanquàm pater pauperum an debeat eorum curam habere & eos alere.*
38 *Epiſcopus an tranſigat de clerico vel de conuerſo ſine decreto.*
39 *Clericus an obſes ab epiſcopo dari poſſit.*

De poteſtate, & auctoritate epiſcopi in temporalibus circa perſonas.

Tertia pars Quarti Libri.

Videmus tertio loco de poteſtate, & auctoritate epiſcopi in temporalibus circa perſonas, prout in principio quarti libri decreuimus.

1 † Primò igitur quæro an epiſcopus poſſit repetere clericum ſibi ſubditum ab alio detentum. Reſp. ſic c. dilectis. & ibi doct. de appel. c. ſi iudex laicus, & ibi glo. de ſen. excom. in vi. eſt verũ etiam inuitum quem defendere & repetere poteſt, etiam a iudice laico ſecundum Bald. & Pet. de Sun. in l. j. ff. de rei vend. & Bar. in l. præcepit. C. de cano. ſta. lib. 10. item verum niſi clericus ſuus ſit factus monachus. 19. q. j. c. j. & q. 2. c. j. Sed quid de ciui-
2 tate. † Reſpon. ꝙ poteſt ciuem, vel comitatum ſuum ab alio detentum repetere ſecundum glo. in auct. de man. princ. § patrocinia. col. 3 & glo. & doct. in d. c. ſi iudex. no. in l. j. §. per hãc. per Bar. & doc. ff. de rei ven. vbi dicit ꝙ villa habens maſſarios obligatos ad opera, poteſt eos vendicare cauſa adiecta. l. de iure ad muni. & Inn. & Imo. in d. c. dilectis. vbi ibidem dicunt in quolibet ſuperiore cuius ſubditus obligatus ad onera per alium detineatur. Item poteſt ciuitas & ſuperior petere iuſtitiam fieri ſuo ciui vel ſubdito, & violenter ablata reſtitui. 23. q. 2. dominus. Item in patre, quia poteſt repetere filium. c. ſi. de conuer. infide. & glo. in d. c. ſi iudex. Item no. in pratica ꝙ tunc libellus debet concipi in perſonam detentatoris non contra ipſum ſubditum ſecundum Bart. in l. denique. §. j. de lib. exhi. & in d. l. j. per hanc. Inn. & Io. And. in d. c. auditis. & in c. cum olim. de app. Inn. & doc. in c. cum inter de re iud. per c. inter quatuor. de ma. & obe. Sed poteſt dari libel. contra ſubditos. not. in d. c. cum inter, & c. ſuper eo. quod verum eſt quando ſubditus a ne mine detinetur ſecundum Bart. in d. l. denique. §. primo, quod no. in pratica.

3 Secundò quæro vtrum epiſcopus poſſit clericum carcerare. Reſpon. ſic ſecundum Bal. in auct. cauſaq; C. de epiſ. & cler. & quia carceratio quando fit ad pœnam eſt meri imperij non quando ad cuſtodiam, cum tunc etiam pedaneis iudicib. permiſſa ſit ſecundum Bal. in l. imperium. 3. col. ff. de iur. omn. iud. & alias ſup. diximus. epiſcopus autẽ habet merum imperium. d. auc. cauſaq; & ibi Bald. & dixi ſup. eod. lib. igitur &c. Intellige autem ꝙ põt epiſcopus clericum carcerare niſi velit clericus fideiubere de iudicio ſiſti. de ſen. excom. c. ſi clericos. & gl. in c. ſi epiſcopus de offic. ordi. in vi. Idem etiam eſt in laico qui volens fideiubere non poteſt carcerari quando fideiuſſoribus eſt relaxandus, ut per Bar. in l. j. ff. de cuſto. reo. & in l. 2. de publi. iudi. Ang. in l. 2. ff. de exe. rei in. l. nemo carcerem C. de exacto. tribu. lib. 10. Lud. Pon. in l. j. ff. qui ſatiſ. cog. Ang. Are. in tracta. malefi. ver. ꝙ fama. in materia capturæ. 10. q. niſi ſit captus quis per bãnũ ſecundum And. in apoſtil. in l. lege cor. & ibi no. ff. ad ſille. Item verum niſi alias aufugerit de carcere ſecundum glo. ibi no. & doct. no. & quod dixi de fideiuſſione idẽ eſt ſi captus velit præſtare pignora, quia non debet carcerari glo. eſt ſin. ſecundum Pau. de Caſt. in l. more. ff. de ſeruis. Prædictis addo ꝙ ſi iudex nolit relaxare volentem fideiubere vel pignus præſtare, tenetur ei act. iniuriarum ſecundum Bart. no. in l. ſi verò §. qui pro rei. C. qui ſatiſd. cog.

4 † Poſtremò no. ꝙ debet quis relaxari præſtans fideiuſſorem vel pignora etiam ſtante ſtatuto ꝙ quis de carcere non relaxetur niſi ſatisfaciat creditori no. in l. ſtatuli be § rationes. ff. de ſtatulib. Nec mirum, quia verbum ſatisfacere prolatum a l. vel ſtatuto intelligitur cum pignore vel fideiuſſore, ſed prolatum ab homine intelligitur de vera & effectuali ſatisfactione ſecũdũ Bal. no. in l. j. ff. qui ſatiſ. cogan. Bal. tamen in l. per diuerſas. t 2. q. C. man. dicit ꝙ ſatisfacere dicitur qui præſtat fideiuſſorem, per auc. ſi quando. C. de conſti. pecu. & l. promiſſor. ff. eo. Sed diſtingue vt ſup. & tenementi perpetuo.

5 † Tertiò quęro ſi clericus carceratus moriatur in carcere; an epiſcopus efficiatur irregularis. reſpond. non, ſecundum Bald. in l. j. in fi. C. qui ad lib. perue. non poſ. & plenius in l. pen. C. ad l. Aquil. vbi dicit verum niſi ponat eum in loco arcto in quo aerem carceratus nõ videat, vel de facili mori poſſit. quod no. contra epiſcopos crudeles.

6 † Quartò quæro an epiſcopus poſſit manus inijcere contra clericum vt eum capiat vel caſtiget. reſpon. ꝙ non, quia debet alij mandare, qui clericum capiat vel verberet. 85. diſt. non liceat.

ceat.C.de epiſ.& cleri.l.ſed neque glo. in c.cum epiſcopus. de
offi.ordi.in vi.& intellige quod non deber laico committi cle
ricorum verberatio in pęnam. c.vniuerſitatis. de ſent. excõm.
niſi ſit clericus corrigibilis.c.vt famæ.eo.tit.& ex glo.fin.35.q.j.
Not.autem ꝙ capiens clericum de mandato epiſcopi in excõ
municatione non incidit ſecũdum glo.in d.c.cum epiſcopus,
per c.vt famæ.de ſent.excom.in vj.c.ſi clericos.eo. tit.lib.6. qđ
verum eſt ſecundum glo.in d. ca.non liceat ſi capiens ſit cleri-
cus,ſecus ſi laicus per d.c.vniuerſitatis. & adde quòd poteſt epi
ſcopus proprijs manibus capere vel verberare clericum ſi non
habet alium clericum per quem id fieri faciat ſecundum di-
ctam glo.

7 † Quintò quæro an epiſcopus poſſit citare ſubditum ſuum
repertum in curia Papę.reſpon.ſic ſecundum Abb. in c.memi
nimus.de app.quod eſt verum.Bal.ibi.& doct. & Philip. ibi etiã
realiter.i.faciendo cum capi & carcerari. Item verum ẽt extra
Romam in quocũque loco ſit Papa per c.2.de appel.in 6. Inn.
in c.ego de iureiur. & Phi. vbi ſup. Roma enim dicitur omnis
locus in quo eſt curia Papæ.d.c.2 de appel.& Inn.vbi ſup.Quã-
do autem curia Papæ eſt Romæ,quod ſup.dictum eſt fortè pro
cedit,quia Roma eſt communis patria.l.Roma.ad muni.& do
cto.in l.2.§.omnis.ff.de iudi.l.ſed & probari.§. licet.ꝑ Bart.ff.de
exec. tu. quod eſt verum quo ad clericos Romæ reſidentes ſe-
cundum Nico.de Nea.ibidem,& tenet But.in c. fi.de foro cõp.
vbi dicit quod l.Roma.ff.ad muni.hodie eſt correcta,quia pro-
cedebat olim cum Roma erat Imperatoris,vel qñ dominaba-
tur toto orbi,hodie verò eſt in dominio Papæ. c. fundamenta.
de elec.in 6.glo.& Bar.in l.j.§.cum vrbem.ff.de offi. præfec.vr.
& Bal.in rub.imperator Loth.in vſi.feu.ideo hodie ſecus,ſecũ-
dum Io.de Imo.in d.c.fi.tenet contra, videlicet ꝙ etiam hodie
ſit communis patria.per cap. cum expediat,de elec.in 6.& hoc
mihi magis placet,cum hodie nõ minus iuriſdictionis habeat
Papa in vrbe Roma,quã habuerit olim Imperator in ea, ergo
idem iuris eſſe debet,arg.l.illud.ff.ad l.Aquil.item verũ etiam
quo ad laicos Papæ.non ſubditos,ut Romę poſſint conuenire
ſecundum Io.de Imo.contra But.in d.c.fi.quod verum eſt etiã
perſonaliter ſecundum Bald.no.in d.c.meminimus,de app. &
dicas idem de curia Imperatoris in quo omnes conueniri poſ-
ſunt tanquam Romę ſecundum gl.& doc.in c. fi.de foro cõp.
Prædicta verò nedum in epiſcopo, ſed etiam in quocunq; ſu-
periore reperiente ſubditum ſuum Romæ vel in curia ſecun-
dum Abba.& Phi.in d.c.meminimus.quod no.

8 † Sextò quæro iuxta prædicta nunquid poſſit epiſcopus Ro
mæ vel in curia Papæ ordinare clericum ſuum ſibi ſubditum.
reſpondeo ſic ſecundum Abba.antiq. in c.omnibus. de appel-
latio.quem refert & ſequitur Bald.in marg. verſicu.epiſcopus.
verſi.penult.quod no.

9 † Septimo vtrum epiſcopus ſine capitulo poſſit corrigere
clericos ſuos.reſpon.non.c.nouit.de his quæ fi.a præla. & c.j.de
exceſ.præla.quod eſt verum niſi conſuetudo ſit in contrariũ,
vt ibi,& in c.non eſt.de conſue.lib 6.vbi etiam monachos cor-
rigere poſſe epiſcopum de cõſuetudine traditur, & tenet Lud.
Ponta.in ſing.ver.præſcriptio,ver.quæro vtrũ requiſitioni &c.
ſecus in Abbate.vt in c.Ioannes.& ibi doct. & Io.And. de reg.
iur.& in c.quanto.de offi.ord.14.q.2.c.nullam, niſi quãdo eſſet
nimis ſeuerus,quia debet tunc ſibi capitulum adiungi.c.repre-
henſibilis,& ibi docto. de appel. & intellige quod tunc Abbas
debet corrigere ſecundum rationem,non autem ex vi iuriſdi-
ctionis,vt tenet Bal.in l.ſi filius.C.de patria poteſtate.Adde qđ
non poteſt epiſcopus ſine capitulo cauſas diffinire.15.q.7.epi-
ſcopus.item nec beneficia conferre. c.ea noſcitur, de his quæ
fiunt a præla.& ibi per docto.item nec clericos ordinare.24.di-
ſtinct.epiſcopus ſine.Sciendum eſt autem quod epiſcopus qui
non poteſt corrigere clericum,non poteſt corrigere laicos &
populum.8.q.j.quid autem. Finaliter ſubde quod bene poteſt
epiſcopus concedere inueſtituram ſine capitulo ſecundũ Bal.
in l.pen.in princ. C. ad Treb. Sed quid poſſit facere epiſcopus
ſine capitulo no.75.diſt. ſi quis. 12.quæſt.ſecũda,ſine c. aliena-
tiones, & c.nos.15.quæſt.ſecunda,epiſcopus. c.nullus, & in tit.
de his quæ fiunt a præla. ſine conſenſu capituli. per totum, vbi
vide & infra dicetur.

10 † Octauò quæro nunquid epiſcopus poſſit perſonis infami-
bus infamiã remittere.reſpondeo ſic, videlicet omni caſu quo
poteſt diſpenſare,glo.eſt no.50. diſt. domino ſancto.in glo. ex
hoc verbo.2.q.1.§.hinc autem,& glo.15.q.8.hi qui. in Spe. ſine
proba.§.id autem.Io.de Imo.in c.cum te. de re iud.quod eſt ve
rum acceſſoriè ſecundum Abb.Sicu.ibi contra Hoſt. in d.c.cũ
te.& ideo epiſcopus diſpenſando cum adultero videtur etiam
cum infamia diſpẽſare.c.at ſi clerici.§.in adulterijs. de iudicijs,
& nota quod abolita infamia, ceſſant omnes alię pęnę ſecun-
11 dum Bal.in l.ſi qua illuſtris.C.ad Tertul. † Sed an collegiũ Car-
dinalium poſſit cum infamia diſpenſare. Reſpond.quod ſic va-
cante ſede Apoſtolica ſecundum Bar. in l.infamem. in fi.ff.de
pub.iudi.Innoc.& doct.& in d.c.cum te.& Ang. de Amelia in
conſi.Reuerendiſſimus in Chriſto Pater &c.Bar.in l.j.§.de qua
re.ff.de poſtulan.quod eſt verum quo ad ſpiritualia, vel etiam
quo ad temporalia in his qui ſunt ſubditi eccleſiæ, alias nõ ſm
12 Bar.in d.§.de qua re.& Innoc.in d.c.cum te. & ibi doct. † Quid
de Papa.reſpond.quod poteſt cum infamia diſpenſare in terris
eccleſiæ ſecundum Bart. in d.§.de qua re.& ibi Bart.in d.l.infa-
mem.in fi.idem dic in Imperatore.Secus tamẽ eſt in rege vt ibi
13 per Bar.† qui dicit verum ſi rex ſuperiorem recognoſcat, alias
poteſt & ipſe cum infamia diſpenſare,& per doc.poſt Innoc.in
d.c.cum te.Sed eſt mirum,quia rex etiam ſuperiorem recogno
ſcens poteſt longe maiora & ęquiparatur præfecto ſecundum
Bart.in l.j.in prin.ff.quod quiſque iuris. & dicitur Imperator in
regno ſuo,vt dicit Bal.in l.nec exceptio.C.de proba.immo aſ-
ſimilatur Imperatori.c.1.§.ſi vaſſallus.de pace iur.fir.in vſi. feu.
& propterea credo eum poſſe reſtituere ad famam ſicut & Im-
perator poteſt. Cogita tamen quia non audeo cõcludere con-
14 tra Bar.vbi ſup.† Quid dices de populo vel ciuitate.Reſp.quod
ſi non recognoſcit ſuperiorẽ,vt in Tuſcia poteſt cum infamia
diſpenſare,aliàs non ſecundum docto. & But.in d.c.cum te.&
Bar.in d.l.infamem.in fi.& in d.§.de qua re.vbi etiam dicit Bar.
quod ciuitas diſpenſat cum infamia irrogata ex forma ſui ſta-
tuti,non cum irrogata de iure communi.Bal.verò. in c.iniuria.
de pa.iur.fir.in vſib.feu.dicit populum non reſtituere infamem
per viam indulgentiæ, ſed per viam reſtitutionis in integrum.
15 quod no.in pratica. † Vtrum autem epiſcopus poſſit reſtitue-
re ad honores. reſpond. non ſecundum Hoſtien. & docto. in
d.cap.cum te.

16 † Nonò quæro vtrum epiſcopo credatur de clerico ſuo quẽ
fortè repetat a iudice laico & aſſerat eũ eſſe clericum. Reſpon.
ſic,ſi per literas ſuas facit ei fidem de clericatu, vel ſi pronun-
ciauit eum eſſe clericum, non autem ſi literas miſſiuas & teſti-
moniales miſerit ſecundum Bal. in l. ſi qua per calumniam.C.
de epiſc.& cle. vbi vide quod etiam dicit credi probationibus
de clericatu factis coram epiſcopo qui debet de quæſtione in-
cidenti clericatus cognoſcere.& interim iudex laicus detinens
non debet innouare contra detentum,vt ibi per Bald.& no.in
c.ſi iudex laicus.de ſen.excom.in 6. Debet autem iudex ſtatim
remittere ſi captus incedens in habitu,& tonſura alleg. ſe cleri
cum. Aliàs non niſi cauſa cognita de clericatu d. c. ſi iudex, &
Bal. vbi ſup. Cum verò remittitur ad epiſcopum debet remitti
ſub fida cuſtodia ſecundum Ang.& Pet.de Sun.in l.eos §.ſuper
his.C.de appel.Et ſcias quod ſi eſt clericus ioculator, vel buffo-
nus,qui per annum artem illam exercuerit, & tertio monitus
non deſtitit,vel ſi eſt clericus vxoratus non incedens in habi-
tu & tonſura, vel bigamus, vel degradatus,qui omnes nõ gau-
dent priuilegijs,non eſt ad epiſcopum remittẽdus.de vi. & ho-
ne.cler.c.j.in ſexto de cler.coniug.c.j.de big.c.j. de pęn. c. fin.in
fi.in 6.& ita tenet glo.ordi.in d.c.ſi iudex.

17 † Decimò quæro † an epiſcopus ſuccedat in gubernio ſcho
larium colligatorum mortuo gubernatore teſtamentario re-
licto a fundatore collegij.Reſpond.ſic ſecundum Pau.de Caſt.
in conſi.193.quid ſic iudicauit in quæſtione de facto Paduæ cũ
eſſet contentio de rectore collegij vel ſancto ędificati a Reue-
rendiſſimo domino Pileo Cardinali Rauennatis.

18 † Vndecimò quæro an epſ poſſit agere per iniuriam illatã
ſuo vicario vel ſubdito.Reſpon.ſic, ſecundum Inno. in c.dile-
ctis,& doc de appell.c.contingit.de ſen.excom.Io And.in c.ad
Apoſtolicæ.de re iud.in 6.in nouel.& Bald. in Marg. ver.cleri-
cus.ver.9.quod eſt verum ſi iniuria fuit facta in contumeliam
epiſcopi.aliàs non ſecundum Bar.in l.j.§.ſi.ff.de iniur. Idem di-
cit ibi Bar.in ciuitate vel domino vt agere poſſit pro iniuria il-
lata ciui vel ſubdito ſuo vel officiali, ſi contumeliam domini
facta ſit,non aliàs quod etiam tenet Lud.Pon. in l.ſed ſi hac. §.
liberos.in fi.ff.de in ius voc.Idem tenet Inno. in d. c.dilectis.&
Bal.in Mar ver.dominus.ver. fi. Sed limita verum eſſe niſi pro
iniuria burſali pro qua non agit dominus ſecundum Bald. in
c.iniuriarum.1.col.de pace iur. fir. in vſi. feu.Prædictis adde qđ
iniuria illata clerico vel eccleſiæ nedum poteſt per epiſcopum
vindicari vt ſup.ſed etiam per quemlibet de populo poteſt iu-
dicium deduci tanq̃ publicum crimen. l. ſi quis in hoc genus.
& ibi Bar.C.de epiſ.& cleri. Item poteſt ex officio iudicis non
implorato inquiri & puniri vt ibi, & intellige quod poteſt in
iudicium deduci a quolibet.ſ.qui ſit de illo loco de quo eſt cle
ricus aliàs non, & ideo ſi iniuria eſt illata clerico, villę vel ca-
ſtri,poteſt quilibet de illo caſtro vel villa agere pro ea,nõ qui-
libet de ciuitate pro ea agere.Item ita ſing.dicit Bald.& Pau.de
Caſt.in l.j § huius ſtudij.in fi.ff. de iuſt.& iur. vbi idem dicit de
iniuria illata iudici quod no. inſuper tene menti quod epiſco-
pus agere poteſt pro iniuria & damno dato eccleſiæ ſuæ ſecun
dum Archi.in c.olim.in prin.de iniur.& damno dato. Sed non
agit pro iniuria illata præceſſori ſuo ſecundum Bal.in l.fina.§.
neceſſitatem.1.col.C.de bo.quæ lib.Nec dicitur iudex in cauſa
propria quando cognoſcit de iniuria illata eccleſiæ ſuæ ſecun-
dum Inn.irrefraga.de offi.ordi.Illud not.ꝙ epiſcopus non põt
19 † excommunicare quemquã pro propria iniuria.27.q.4.inter
20 querelas.Succeſſiuè dubitatur † an pater poſſit agere ꝑ iniuria
illata

illata filio.Reſpon.ſic.l.ait prætor.§.filio.ff.de iniu.l.filiusfamil-
lias,in prin.& ibi Io.de Pra.2.col.ff.de pro.dicens verum eſſe ſi
pater agat tanq̃ adminiſtrator legitimus,ſed ſi agat pro iniuria
ſua quæ reſultat ex iniuria filii agere debet nomine ꝓprio, per
no.in l.j.§.vſq; adeo. ff. de iniu. & dicit verum etiam ſi filius eſt
bannitus,arg.d.§.vſq; adeo.in l.non ſolum.§ q̃q̃.eo.tit.ſed vide
Cyn.in conſi.cauetur.l.municipali quod querela &c iniuria.n.
facta filio cenſetur facta patri etiam principaliter ſm Bar.not.
in l.ambitioſa.3.col. ff. de decre. ab or.ſaci.Poteſt tamen filius
pro ea agere patre abſente.l.ſi libertus,& ibi Bar.ff.de in ius vo.
quod eſt verum ſi pater procuratorem non dimiſit vel procu-
rator nolit agere vel ſi pater eſt præſens & ſuſpectæ vitæ. Sed ſi
eſt præſens & bonę vitæ & non vult agere,filius non agit ſolus
ſecundum do.Ioan.vbi ſup.in d.l.filiusfa.in princ.ff.de procur.
Prædictis adde ꝙ iniuria facta vxori dicitur facta viro . inſti.de
interdictis.§.pariter.& tenet Bal.in l.j.C.de in ius vo.Item iniu
ria illata procuratori videtur illata domino.ſ.ab eo qui procu-
ratorem impediuit ſecundum Bal.in l.oſſa.ff.de relig.Itē iniu-
ria facta monacho videtur facta abbati & monaſterio, & ei cō-
petit actio ſecundum Bal.in l.præſes.in fi.C.de tranſac.Idem in
quocunque ſuperiore ſecundum Inn.in d.c.contingit.de ſent.
excommu.Intellige tamē ꝙ & monachus agit pro iniuria ſibi
illata ſi prælatus eſt abſens & non dimiſit procuratorem gl.eſt
no.12.q.j.non dicatis,quia facit pro eo qđ ſup.dixi de filiofami.
ſecundum domi. Io.de Pra. & vide quod dicit Innoc.in c.non
dubium.de ſenten excommu.

21 † Duodecimò quæro ſucceſſiue nunquid epiſcopus poſſit
remittere iniuriam illatā clerico vel ſubdito ſuo, & dic ꝙ ſic,
cum conſenſu capituli,ſicut & Abb.ſecundum Bar.in l.præſes.
ad fi.C.de tranſac. Inimo nec illatā ſibi remittit epiſcopus ſine
capitulo.no.in c.non dubium.de ſen. excom. ſecundum Io.de
Pra.in d.l.filiusfa.in princip.de procur. Ergo multominus re-
mittit illatam ſibi & c.vt per Io.And. in c. cum conſideres. de
ſent.excomm.in nouel.& Bald.in c.j.6.col.qui feu.da.poſ.illatā
verò eccleſiæ ſuæ remittit epiſcopus inquantū concernit per-
ſonā ſuam tātum ſecundum Inn.in c.olim.de iniur. & damno
dato,ſed intellige,vt ſup Sciendum tamen quod de inſultu &
damno ſubditorum non poteſt dominus facere remiſſionem
ſecundum Bal.in Mar.ver.dominus.verſi.fi.& quamuis epiſco
pus remittat iniuriā non tamen tollitur inquiſitio iudicis laici
permiſſa ex diſpoſitione legis ſi qs in hoc genus.de epiſ. & cler.
ſecundum Bal.ibi,vbi etiam ſubdit Bald.idem in quolibet iudi
ce inquirēte vt per remiſſionē iniuriæ factam ab offenſo non
tollatur inquiſitio ne fiat præiudicium fiſco , & alias inf. plenè
dicemus in alia.quæſt. Adde no.ꝙ pater ſpiritualis,vel dñs tem
poralis non poteſt non accuſando remittere iniuriam ſubdito
illatam vel filio ſpirituali ſecundum Inn.in d.c.contingit.vt re
fert do.Io.de Pra.in l.filiusfa.2.col.ff.de procur. Dicitur autem
epiſcopus remittere iniuriam ſalutando iniuriantem viua vo-
ce per literas , & eam ſibi a principio ad animum non reuoca-
uit alias ſecus ſecundum Innoc.ibidem. Item & alias per tactū
manuum,per riſum reciprocum, per computationem, & per
conſeruationem mutuum dicitur iniuria remitti. l.in ipſius.fa-
mil.erciſ.glo.inſti.de iniur.§.in ſum.Pau.de Caſt.in l.j.ff.de pac.
& Bal.in l.vt in epiſtola.C.de fideicom.& in auth.ſi dicatur. C.
de teſti.vel ſi vnus conſtituatur tutor ab altero.l.athletę. §. dāt
remiſſionē,& § inimicitiæ.& ibi glo.& Bart.ff.de excu.tuto.&
glo.inſti.eo.tit.§ inimicitiæ.Item per indicia vt qui alteri ſerui-
uit ſecundum Bal. in d. l.in ipſius. Item per venditionem feudi
per vaſſallum factam inimico ſuo,per quam præſumitur prius
facta reconciliatio ſecundum Bal. ſingulariter in c.j. 4.col.de
ꝓhi.feu.alie.p Fede.per l.creditor.§.j. ff.man. & ſic per quēquā
contractum celebratum inter inimicos probatur præſumpti-
ue remiſſio iniuriarum ſecundum Bald.ibi, & no. Item per le-
gatum factum ab vno alteri ſecundum Bal.in d.l.ipſius. in fi. &
no.in l.3.§.fi.& ibi Bart. ff. de adi. lega.quæ omnia tene menti.
22 Subſequenter quæro † an pater poſſit remittere iniuriam filio
illatam,& dico ꝙ ſic ſecundum Bart.poſt glo.in l.in perſonam.
ff.de pac.l.ſed ſi vnius.§.filiusfa ff.de iniur. & in conſi. in q quā
quæritur.quod verum eſt niſi pater ſit vilis perſona ſecundùm
gl.& doc.in d.l.in perſonam.& Bart in l.Lucius. ff ſol.mat.hē
verum niſi filius fuerit iniuriatus à cōiuncta perſona ſecundū
Bar.in d.l.Lucius,quod bene no.

23 Decimotertiò quęro an epiſcopus poſſit ſequeſtrare corpus
vſurarij defuncti ne ſepeliatur quouſq; hæredes caueāt de vſu-
ris reſtituendis. Reſpon.qđ ſic,vt tenet Ang.in auc. vt defunc.
24 à cred.non do.colum.v. † Acceſſoriè hoc infero quod cada-
uer debitoris non poteſt à ſepultura ſuſpendi vel ſequeſtrari
ad inſtantiam creditorum.in auc.vt cum de appel. cog. §. me-
minimus,& no.in l.ſi quis ſepulchrū.§.hoc dictum, & ibi Bal.
C.de reli.Nec poteſt approbari vt quis non ſepeliatur. in Spe.
de ap.verſ.8.§. 2. Cadauera enim ſepulturæ interdici regulari-
ter non poſſunt niſi in caſibus expreſſis in iure , vt ibi per Bal.
quibus adde ꝙ occidens ſeipſum carere debet eccleſiaſtica ſe
pultura.23.q.5.placuit,& ibi gl.dicit ꝙ debet ei concedi cani-
na ſepultura,& tenet gl.in c.ex parte.de ſepult. Secus ſi caſuali-
25 ter ſe perimat.d.c.ex parte. † Sed quid de reo criminis mortuo
lite pendente.reſpon.non dēt à ſepultura ſuſpendi. l.1.§.quo-
ties,& ibi Imo.ff.de iniur.per c.mulier.16.q.1.& no.in ca.inter
monaſterium.§.1.de ſta.mona.per Cy.in l.1.C.q teſt.ſac. poſſ.
Ang.& Imol.in l.defuncto.ff.de publi.iud.& Ang.Arc.in trac.
male.ver.inquiſiti non comparent. Bal. verò in l. 1.penul.col.
C.vt ex delic.defuncto.dicit quod non poteſt ſepeliri niſi ha-
26 bita licentia à iudice qui eum cōdemnauit.† Vlterius no.hic
quod cadauer miſſum in alieno ſepulchro nō poteſt exhuma-
ri ſine licentia epiſcopi ſecundùm Baldum notabiliter in l.oſ-
ſa.ff.de religi.Excommunicato vero cōfeſſo & abſoluto in ar
ticulo mortis à ſimplici ſacerdote quod fieri poteſt ſecūdùm
Inno.in c.de cętero.de ſent.excom.Abb.antiq.in c.fi.de ſepul.
& Bal.in mar.ver.ſacerdos.c.paſtoralis. de offi.ordina. Bart. in
l.1.3.q.princi.in prin.ver.de tempore de ſa.ſan.eccl.& aliàs.ſu-
pra diximus non poteſt interdici ſepultura, licèt non ſatisfece-
rit ſecundùm Abb.in d.c final.& Bal. vbi ſupra.ſi tamen excō-
municatus non ſit confeſſus ſi fuerit de facto ſepultus non po
teſt exhumari niſi eſſet ſepultus contra ædictū eccleſiæ ſecūdū
Bart. not. in l principaliter.C.de lib.cau. Nec fit irregularis ſa-
cerdos ſepeliens excommunicatum etiam ſcienter , licèt gra-
uiter peccet.vt tenet Spe.ti.de diſpenſa.§.4.verſi. quid de illo.
Sed vide no.in c.epiſcoporum.de priui.in 6.vbi patet quod ab
ingreſſu eccleſiæ remouetur,& in clemen.eos q. de ſepul. vbi
dicitur ꝙ ipſo iure eſt excommunicatus. & ideo iuſte felicis
memoriæ Cardinalis Firmanus qui cum eſſet legatus prouin-
ciæ noſtræ Marchiæ Anchonitanæ puniuit priorē ſancti Sal-
uatoris de Firmo qui proprio auſu ſepeliuit cadauer circupel-
loni ſuſpenſi per comitem Franciſcum Sforciam,& vt aiūt in
puncto mortis deſperatus diabolum inuocauit, propter quod
27 non fuit in eccleſia ſepeliendus per prædicta.† Sed an poſſit re
ctor eccleſiæ ſepulchrum vnius concedere alteri.dic quod nō
ſecundùm Bar.in l.1.§.1.ff.de operib.publi.niſi ex iuſta cauſa,vt
quia commode alibi ſepeliri non poteſt ſecundùm Archi.quē
refert & ſequitur Lud.Pon.in ſing.ſepulchrum.ver.quæro nū-
quid prælatus. Poteſt tamen in teſtamento quis legare ſepul-
chrum alteri ſecundùm doc.Bar.in l.3.§.ſi quis hæreditarium.
ff.de ſepul.vio.Non autem ius ſepulchri venit in fideicommiſ.
ſecundùm Bald.in l.cum virum.vlt.col. C.de fideicom. Circa
28 prædicta ſciendum † eſt quod licèt filiusfa.non poſſit teſtari,ta
men poteſt ſibi ſepulturam in vltima voluntate eligere.cap.li
cèt.de ſepul.in 6.& Bart.in l.filiusfamil.la 2 ff.de teſt. & in l.qui
in poteſtate.eo.titu.Sic & quilibet poteſt eligere ſibi ſepultu-
ram vbiq;& in quacūq; eccleſia.13.q.2.c.ſoror.c.ſeq. & c.ebrō.
ſalua tamen quarta parochiali eccleſiæ debita. c. de his.& cap.
cum ſuper.de ſepul.c.ſi.eo.tit.ī vj.& cle.dudum.§.verū.eo.titu.
& no.variatio non admittatur in electione ſepulchri ſecundū
Spe.de inſtru.edi.§.12.ver.quid ſi quis iurauit,& in ti.de ſepul.
ver.& no.quod intellige ſi electio fuit facta cum iuramēto vt
ibi,ſed an poteſt eligi ſepultura in eccleſia interdicta. vide In-
no.in c.vt plura.de priui. Item an per monachum eligi poſſit ī
alia eccleſia extra monaſterium ſuum.vide Inno.in c.nimis.de
exceſſio. prælat. Viri autem & vxoris vna debet eſſe ſepultu-
ra . d. cap. ebron. & cap.ſequent. de ſepultu.c.de vxore.& cap.
29 ſi quis.eo.titu lib.6.† Item no.quod ſepultura poteſt eſſe vbiq;,
quia domini eſt & terra & plenitudo eius.13. q.5.vbicūq; no.
in c.ſacrum.de ſepul.& flo.in rub.ff.de relig.& Bar.Cępo.de ſer
ui.vrb.c.fi.in fin.Sed in dubio debet quis ſepeliri in eccleſia in
qua recepit ſacramenta & audit diuina officia.c.1.& ca.noſtra
de ſepul.& c.is qui.eo.titu.lib.6.& gloſ.13.quæſtio.2.nunc.& d.
c.vbicunque.filius autem etiam non hæres patris habet ius ſe-
30 pulchri l.quæ,& ibi Bar.ff.de releg.† Nūquid autem ſepulchrū
probetur eſſe alicuius ex literis ſup eo inſculptis vel pictis.Bar.
tenet ꝙ non in d.l.vel quæ.& no.in l.mon umentorum. C.eo.
ti.An autem ſepulchrum ſit in commercio,dic ꝙ ſic & poteſt
obligari,niſi ſit factum religioſum per immiſſionem cadaue-
31 ris in monumento,& ibi Bald.C.quæ res pig.da poſ.† Quæro
vlterius an ſucceſſores cogantur ſepelire defunctum etiam nō
adita hæreditate.Reſpon.ſic,etiam per officium iudi.l.qui erat
& ibi Bar.ff.fa.er.nō tamen inducitur aditio ex eo, ꝙ filius vel
hæres ſecerit ſepelire defunctum & maximè ſi proteſtat̄ quòd
non facit animo adeundi.l.ſcriptus,& ibi Bar. de reli. quod be-
ne no.& aliàs ſupra diximus.

32 † Decimoquartò quæro an epiſcopus poſſit punire clericū
aliæ diœceſis delinquentem in ſua diœceſi. Reſpon. ſic adeo ꝙ
euitari non poteſt forus delicti per eum commiſſi, licèt in lai-
co ſecus ſit ſecundùm Bal.in auc.qua prouincia.4.col.C.vbi de
crimi.agi oportet.not.in cap.romana.§.contrahentes.de fo.cō
pe.lib.6.cum gl.quia ratione delicti ſortitur ibi forum . cap. 1.
de rap.cap.poſtulaſti.de fo. competen.Et no.ſi clericus habens
beneficium in vna diœceſi delinquat in aliena,poteſt condem
nari ab epiſcopo diœceſis in qua deliquit ſed executio pertinet
ad epiſcopum in cuius diœceſi beneficium habeat.d.c. poſtula
ſti.& ibi doc.& Imo.de fo.comp.quod no.Scias autem ꝙ cleri
cus pri-

cus priuatus beneficio propter homicidiũ,furtũ,& periurium. c.cũ nõ ab hoĩe.de Iudæ.& Io.de Imo.in d.c.poſtulaſti.ĩ princ. & ſubdit ibi Io.de Imo.qđ epiſcopus exequitur ſnĩam latã per iudicem laicũ contra clericum reconuentum ad inſtantiã iudicis laici pronuntiantis,qđ etiam tenet ibi Abb.ſic.& no.in c. romana.§.contrahentes,de fo.compe.in 6.& Io.An.in ca.1.de mutu.peti.& hoc eſt tutius,licèt quidam dicant quod hoc etiã fieri poſſet per laicum in patrimonialibus clerici, vt tenet Io. de Imo.vbi ſupra.& do.in d.cap. 1 .quòd no.

33 † Decimoquintò quæro qualis correctio per epiſcopũ fieri debeat clericis.Reſpon.qđ potius verbalis quã realis.ideſt non verberibus ſed verbis.45.di.in ſum.c.1.2.& 3.quinimmo debet deponi epiſcop⁹ qui quærit timeri potius verberibus q̃ verbis. ea.di.epiſcopum.Sit tñ prudens epſ vt ſtatim nõ credat,ſed veritatem prius inquirat nec à correctione incipiat.86. diſt.ſi qd vero.Sed an examinet præſentibus clericis,vide ibi gloſ.& no. alias infra dicemus.Illud tamẽ tene menti quod poteſt epiſcopus ſubditum alterius epĩ excommunicare ob prędam factam in dioceſi excommunicantis,vel alibi factam ĩ illius dioceſim

34 adductam.6.q.3.c.vlt.& cap.1.de rapt. † An autem epiſcopus puniat exemptum delinquentem in ſua dioceſi. dic ꝙ ſic , per d.iura,& in c.1.3.q.6.de hære.ca.ad abolendam.in fin. vbi dicĩt ꝙ nullum priuilegium iuuat delinquentem,& de priui.ca.tuarum.in fi.& quia ratione delicti rumpitur priuilegium.11.q.3. priui.C.vbi ſe.vel clar.l.1 C.vbi de crimi.agi oportet. auct. qua in prouincia.& quod per Inno.in c irrefragabilis.& in c.paſtoralis.de offi.or.& d.c.romana.§.contrahentes.& hoc verũ ſi delinquit circa rẽ nõ exẽptã , puta male gerẽdo ſe in officio ſuo vel alienando res eccleſiæ,gaudet priuilegio exemptionis & à ſolo Papa punitur,non ab epõ ſecundùm gl.no ca fi.6.q 3.per c.cum capella.de priui.& c.ſignificantibus.de fer.v bi etiam vide per doc.& hoc adde ad q.ſupra proximam.

35 † Decimoſextò quæro vtrũ epiſcopus debeat tueri implorantes auxilium ſuum & eccleſiæ.Reſpon.ſic ſcilicet viduas,& pupillos.87.di.c.1.& in ſum.& per totum.88.di. in ſum & cap. 1.cura verò viduarum , & orphanorum nõ debet epiſcopus ꝑ ſe agere,ſed per alium.88.di.epiſcop⁹ gubernationem.quinẽt debet epiſcopus & quilibet ſacerdos refutare dona opprimentium pauperes,pupillos,& viduas.90.diſt.eorum.

36 †Decimoſeptimò quæro nunquid epiſcopus poſſit corrigere monachos,vt plenè notaui.ſupra đ auctoritate epiſcopi circa ſpiritualia.quæſtio.35.vbi vide.

37 † Decimooctauò quæro an epiſcopus tãquam pater pauperum debet habere eorum curam,& eos alere. reſpon. vt plenè dixi infra proxima parte.2.q.vbi omnino.& in q.15.

38 † Penultimò quæro an epiſcopus trãſigat de clerico vel cõuerſo eccleſiæ ſine decreto.Reſpon.non ſecundùm Bal.in l.ſi hæredes.C.de teſ.ma.

39 † Vltimò quæro an epiſcopus poſſit in obſidẽ dare clericũ ſuum.reſpon.non,niſi cum auctoritate Papæ.c.ex reſcripto.de iureiuran.38.q.8.& prædictam glo.cum no.

SVMMARIVM.

1 *Dominus eccleſiæ ſuæ an dicatur epiſcopus.*
2 *Epiſcopus cum ſua familia nunquid debeat de bonis eccleſiæ ſuæ ali.*
3 *Clericus non poteſt ſalua conſcientia de fructibus ſui beneficij prouidere .*
4 *Teſtari an poſſis epiſcopus,& quid de cardinali regulari. 5.*
6 *Bona epiſcopi præſumuntur eſſe eccleſiæ niſi contrarium probetur .*
7 *Viduæ bona quæ ſtatim acquiſiuit mortuo viro.præſumuntur de bonis viri.*
8 *Filius præſumitur in dubio acquiſiuiſſe de bonis patris.*
9 *Quæſita ex bonis eccleſiæ & ex bonis clerici proprijs ſunt diuidenda pro rata patrimonij inter hæredes & eccleſiam.*
10 *Bona de domo epiſcopi vel clerici mortui tranſportata per conſanguineos eius in domibus eorum ante propalatam mortem defuncti præſumitur eſſe eccleſiæ.*
11 *Epiſcopus monachus an poſſit teſtari.*
Et quid de ſimplici monacho.12.
13 *Teſtamentum cõditum ante ingreſſum monaſterij an rumpatur per ingreſſum.& quid ſi in teſtamento facto ante ingreſſum eſt hæres aliquis inſtitutus,& nihil eſt in monaſterio relictum.14.*
15 *Ingreſſus monaſterium an poſſit teſtamentum prius factum corrigere vel reuocare.*
16 *Templarij an olim teſtari poterant.& quid de eremita. 17. & nunquid ẽt clericus.18.*
19 *Epiſcopo vel clerico quis ſuccedat ab inteſtato .*
20 *Epiſcopus ſi patitur præſcribi rem eccleſiæ, an teneatur conſeruare indemnem eccleſiam ſuam.*
21 *Prælatus an poſſis renuntiare præſcriptioni in præiudicium eccleſiæ ſuæ præſcribentis.*
22 *Appellationi an prælatus poſſit renuntiare in præiudicium eccleſiæ vel capituli cuius eſt procurator.23.*
24 *Legatum ſi ſit epiſcopo ſimpliciter de re quã poſſidet,an debeat illud reſtituere eccleſiæ.*
25 *Epiſcopus vel clericus ſi inſtituatur hæres ſimpliciter vel expreſſe contẽplatione eccleſiæ an teneatur conficere inuentarium.*
26 *Repudiare an poſſit epiſcopus legatum factum eccleſiæ vel ſibi contemplatione eccleſiæ.*
27 *Epiſcopus ſuſpectus de rerum eccleſiæ dilapidatione an ſit remouendus. & quid de legato ſuſpecto.28.*
29 *Aliquis non remouetur ab officio donec de cauſa ſuſpitionis cognoſcitur .*
30 *Cauſæ ſuſpitionis multiplices.*
31 *Cauſa non omnis ſufficiens ad recuſandum delegatum , ſufficit contra ordinarium .*
32 *Iudex delegatus cum clauſula,recuſatione remota poteſt ex cauſa recuſari ſi notorie erat ſuſpectus.*
33 *Recuſatio iudicis cauſam requirit etiam ſtante ſtatuto quòd iudex poſſit tanquam ſuſpectus recuſari.*
34 *Inuentarium an teneatur epiſcopus facere de rebus eccleſiæ.*
35 *Hæres an teneatur conficere inuentarium .*
37 *Hæres ſi omiſſit facere inuentarium præſumitur adire hæreditatem lucroſam,& tenetur vltra vires hæreditarias .*
37 *Procurator an inuentarium conficere teneatur.& quid de curatore.38.*
Quid etiam de executore teſtamenti.39.
40 *Fiſcus an inuentarium teneatur conficere. & quid de eccleſia.41.*
42 *Pater legitimus adminiſtrator bonorum filij an teneatur conficere inuentarium.*
43 *Monaſterium an teneatur conficere inuentarium de bonis ingreſſi. & qd de fideicommiſſario.44.*
45 *Hoſpitalarius tenetur conficere inuentarium.*
46 *Epiſcopus ſolus ſine capitulo nũquid poſſit recipere canonem poſt tempus ab emphyteota qui cecidit à iure ſuo propter canonem non ſolutum in tempore.*
47 *Feloniam vaſſallo an epiſcopus remittere poſſit.*
48 *Exceptio canonis non ſoluti non poteſt opponi per tertium , ſed ſolum per dominum.*
49 *Eccleſia an per actus epiſcopales geſtos ab epiſcopo dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione iuris epiſcopalis.*
50 *Epiſcopus an poſſit inquirere pro legatis pijs factis pauperibus.*
51 *Tranſigere de rebus eccleſiæ nunquid epiſcopus poſſis ſine decreto .*
52 *Remittere an poſſit epiſcopus quartam ſibi debitam de relictis pijs factis à teſtatore.*
53 *Caſus in quibus quarta non debetur epiſcopo.*
54 *Quarta epiſcopalis peti debet per epiſcopum ab eccleſijs quibus ſunt facta relicta non ab hæredibus teſtatoris.*
55 *Epiſcopus ſolus ſine capitulo an poſſit aliquem inueſtire de feudo antiquo uel emphyteoſi.*
56 *Epiſcopus an emphyteoſim dare poſſit cum pacto quòd emphyteota non cadat à iure emphyteutico ob canonem non ſolutum.*
57 *Emphyteoſim antiquam finitam an epiſcopus teneatur concedere ſucceſſoribus eiuſdem emphyteote.*
58 *Fundum eccleſiæ melioratum an epiſcopus auferre poſſit colono & alteri locare maiorem penſionem offerenti.*
59 *Cenſum vel penſionem an augere poſſit epiſcopus colono vel emphyteote ꝑ fundo meliorato induſtria emphyteote vel coloni.*
60 *Conſanguineis an poſſit epiſcopus dare feudum uel emphyteoſim.*
61 *Prælatus concedens in emphyteoſim an poſſit adducere pacta contra naturam contractus emphy.*
62 *Emphyteoſis eccleſiaſtica dari conſueta per epiſcopum ad tertiam generationem maſculinam,an poſſit dari ad tertiam maſculinã, & femininã.*
63 *Rem ſolitam emphyteoticari ad tempus,an epiſcopus concedere poſſit in perpetuum.*
64 *Rex non ſolitas dari in emphyteoſim an epiſcopus poſſit concedere.*
65 *Agere an poſſit epiſcopus pro rebus eccleſiæ ſibi ſubiectæ.*
66 *Inquirere nunquid poteſt epiſcopus pro rebus eccleſiarum cõtra detẽtores.*
67 *Epiſcopus concedens caſtrum cum iuribus ſuis,an videatur etiam concedere iura ſpiritualia.*
68 *Venditio fundi non comprehendit eccleſiam,etiam ſi non ſit aditus ad eam niſi per fundum.*
69 *Iuſpatronatus eccleſiæ an veniat in generali confiſcatione bonorum.*
70 *Conceſſio caſtri facta per principem quomodo intelligatur.*
71 *Relictum factum ad certum pium vſum,an epiſcopus conuertere poſſit in alium pium vſum.*
72 *Teſtator ſi reliquit mille diſpenſanda pro male ablatis, ſi male ablata non aſcendant ad hanc ſummam,reſiduum in quibus debeat conuerti. 73.*
74 *Relictum ſi ſit factum pauperibus,an poſſit illud epiſcopus conuertere in fabricam eccleſiæ.*
75 *Relictum pro virginibus maritandis factum an poſſit per epiſcopum cõuerti in alium pium vſum.*
76 *Relictum pro eccleſia conſtruenda poteſt per epiſcopum conuerti in vſum eccleſiæ iam conſtructæ.*
77 *Teſtator ſi reliquit certam quantitatem pro eccleſia conſtruendam ſi ibi nõ poſſit conſtrui,poſſit legatum in alium pium vſum conuerti.*
78 *Relictum tali eccleſiæ pro miſſis canendis , quando in alium vſum poſſit conuerti.*
79 *Legatum factum pro pauperum ſuſtentatione an poſſit conuerti in redemptionem captiuorum.*
80 *Legatum factũ hoſpitali conſtructo ſine epiſcopi auctoritate, an poſſit per epiſcopum conuerti in alimentis pauperum*

81 Lega-

81 *Legatum pium ſi fiat caducum,nunquid conuertatur in alium pium vſum.*
82 *Legata pia quæ & quod modis dicantur.*
83 *Legata ad piam cauſam facta per vſurarium non præſtita cautione de reſti tuendis vſuris,vel facta per criminoſum non gaudent priuilegijs indul tis à iure relictis ad piam cauſam.*
84 *Legata pia ante omnia deducuntur tanquam es alienum.*
85 *Alimenta ſi ſunt legata pauperibus ab vſurario,qui etiam reliquit pro re ſtitutione vſurarum,an legatum alimentorum detrahetur ante oĩa. 86.*
87 *Quilibet de populo petere poteſt pia legata perſolui.*
88 *Legatum factum incapaci,ſi fiat monachus vel conuerſus debetur ei.*
89 *Legata pia in teſtamento non continente hæredis inſtitutionem an valeant.*
90 *Legatum ſi fiat arbitrio tertij non expreſſo ad quid,cui debetur.*
91 *Captatoria voluntas ad piam cauſam quòd valeat quomodo intelligatur.*
92 *Legata pia in teſtamento imperfecto facta an debeantur.*
93 *Legata pia an vitientur ex cauſa præteritionis vel exhæredationis .*
Vigeſimaquarta ſi eſt canonicus delegatus in cauſa canonici, vel de collegio in cauſa collegiati.c.cum R de offi deleg. & Spe vbi ſupra in verſ.l item ſi eſt canonicatus niſi cauſa eſſet inter duos de collegio, vel etiam propter parem affectionem ſecundum gl.& Philip in d.c.poſtremo.11.col.facit.l.nõ ſolum. de rit.nup.& in Spe.de recu.§.cauſas.circa medium.

Vigeſimaquinta ſi alter de familia fuit iudicis aduocatus in cauſa & iudex nimis faueret cauſam eius ſecundum doc.& Phi.in d.c.poſtremo.x.col.alias non, ideſt ſi non minus faueat ſecundum gl.Inno.But.& doc.in c.ex inſinuatione.de appel.

Vigeſimaſexta ſi filius iudicis ſit aduocatus in cauſa vel procurator vnius partis ſecundum d.Phili.vbi ſupra, quod no.

Vigeſimaſeptima ſi iudex delegatus eſt vaſſallus impetrantis ſecundum Spe.in d.§.ſupereſt.ver.1.in prin.

Vigeſimaoctaua ſi eſt clericus impetrantis ſecundum Ioan. And.in d.c.legitima.

Vigeſimanona ſi iudex eſt commenſalis inimici alterius partis ſm Spec.verſicu.item ſi eſt familiaris. Ioan.And.in d.c.legitima.& d.c.accedens.& ibi But.Abb.& doc.vt lit.non conte.

Trigeſima ſi eſt ſubditus inimici alterius partis.d.c. accedens,& ibi Abb.

Trigeſimaprima ſi eſt delegatus in cauſa inter conciuem & foranſem, non ſi eſt ordinarius d.c.accedens.per Abb Sicu.licet ibi But.dicat eſſe arbitrarium ex qualitate perſonæ iudicis. & tenet Spe.vt ſupra verſi.item ſi ſit de tertia.quod no.

Trigeſimaſecunda ſi eſt iudex nimis fauorabilis vni parti.d. c.accedens.& in c.ad hoc.de reſcrip.& Io. And.in d.c.legitima. niſi iudex reducat factum ad memoriam partis ſecundum Cy. in l.1.C.vt quæ deſunt aduoc.par.& Imo.in l.4 §.hoc autem iudicium in fi.ff.de dam.infec.Relinquitur tamen arbitrio iudicis quando quis dicatur eſſe nimis fauorabilis vni parti ſecundum Butri.& Sicu.in d.c.accedens.ſed debet tunc exprimi ſpecialis cauſa fauoris in recuſatione, vt ibi per Ioan.An.& in d.c.legitima.dicitur autem nimis fauere quando multum animosè procedit in præiudicium partis.c.2.& ibi Imo.& Sicu.de reſti.in inte.quod no.perpetuo.

Trigeſimatertia ſi iudex eſt conſanguineus vnius partis vel affinis ſecundum Spec.ver item ſi ſit conſanguineus.& not.in d.c.poſtremo.3.q 9.abſens.el 2.& Spec.ver.quid ſi non eſt.l.aut affinitate.ff de procu.niſi ſit religioſus bonæ obſeruantiæ. vt Chartuſien ſecundum Vincen.& doc.in d.c.poſtremo.& Spe. vbi ſupra.item niſi ſit Papa ſecundum Phi.ibi 6.q.facit.c.1.in fi. cum gl.de conce.præb.lib.6.Hoſt.& Ioan.An.& Sic.1.glo.in c. querelam.de elec.

Trigeſimaquarta ſi iudex eſt ſuffraganeus alterius partis.d. c.accedens.& Spec.vbi ſupra ver item ſi eſt ſuffraganeus.& ibi Ioan. An.dicit verum etiam ſi ſuffraganeus habet cauſam cum ſubdito ſuffraganei ſui coram ſuffraganeo ſuo, quia poteſt ſuffraganeus recuſari ſecundum Ioan.And in addi.ver.ſed ſi con queror.contra Spe.ibi.

Trigeſimaquinta ſi iudex delegatus eſt ſuperior alterius partis.c.cauſam quę.& ibi Inn.& doc.de offi.deleg.niſi ſit ſuperior vtriuſque partis. vt ibi.

Trigeſimaſexta ſi fuit ſocius in domo alterius partis ſecundum Sic.in d.c.accedens.& no.in d.c.inſinuante de offi.deleg. ſecundum Spec.vbi ſupra.ver.quid ſi ſocius limitat verum eſſe durante ſocietate, non poſt.

Trigeſimaſeptima ſi iudex habet cum alio ſimilem cauſam, c.cum cauſa.& ibi Sicu.de iudi.vbi etiam declarat quando dicitur eſſe ſimilitudo.

Trigeſimaoctaua ſi iudex fuit cõmenſalis alterius partis vel familiaris.c.inſinuante.de offi.dele.3.q 5.accuſatores.

Trigeſimanona ſi pars loquatur iudici ad aurem ſecundum Spe.in diſputa.& allega.in fi.& Ioan.de Imo.in d.c.accedens niſi in cauſa procedatur ſine ſtrepitu, quia tunc poteſt pars alloqui iudicem ad aurem ſecundum Bar.no.in extrauag.ad reprimendam ver.ſine ſtrepitu.& Lanfran.in cle.ſępe.de ver.ſigni. ver.ſine ſtrepitu.Item niſi iudex releuet id quod pars ſibi dixit ad aurem, quia tunc non eſt ſuſpectus, vt in Spe.depoſiti.ver 7. § quid ſi poneret.& Butr.& doc.in d.c.accedens.quod not.

Quadrageſima ſi fuit teſtis in cauſa non poteſt poſtea eſſe iudex in eadem, ſecundum Spe.ver.item ſi fuit.

Quadrageſimaprima ſi iudex eſt comes aduerſarij vel pars ſit de familia iudicis ſecundum Spe.ver.item ſi comes.& Io.And. in d.c.legitima.

Quadrageſimaſecunda ſi iudex eſt de groſſero.i.impeditus ſecundum Bal.in l.fi.16.q.C.de hære.inſti.Cy.in l.certi.C.loca. Ioan.& Gemi.in c.ſtatuto.§.aſſeſſorem.de reſcri.in 6.

Quadrageſimatertia ſi pars appellauit a ſententia iudicis in alia cauſa.c.propoſuit.& c.ad hoc.de appel & Ioan.Pe.Papi.in ſum.in libello recuſa.verſ.frater dicti Andr.vbi vide omnino.

Quadrageſimaquarta quando ſubeſt cauſa maior.cauſis in iure expreſſis ad recuſandum ſecundum Inno.in d.c.cum ſpecialis.& Lanfran.in c.quoniam contra.ver.recuſatio.de proba.

Quadrageſimaquinta quando ſubeſt aliqua cauſa ſufficiens ad recuſandum arbitrum vel procuratorem, quia ſufficit etiã contra iudicem ſecundum gl.in d.c.inſinuante.& Spe.vbi ſupra ver.ſi.Quadrageſimaſexta ſi iudex eſt vitricus, vel priuignus vnius partis ſecundum Spe.in ver.itẽ ſi ſit conſangineus.

Quadrageſimaſeptima ſi iudex eſt in cauſa propria vel ſuorum.l.1.C.vt ne.in cauſa ſua & Spe.ver.item ſi velit frater.

Quadrageſimaoctaua ſi aduerſarius iudex ex cauſa timeat, vel mulieres diligat ſecundum Spe.ver.item ſi ſit inimicus.& ibi Io.And.in addi.per c.quatuor.11.q.3.& c.cum æterni.de re iudi in 6.ver.caueat.& ſeq 3.q.5.quia ſuſpecti.ad fi.Quadrageſimanona ſi iudex eſt de minoribus q de tanta ſumma nõ valeat cognoſcere, vt in Spe.vbi ſupra ver.itẽ quod eſt de minoribus.

Quinquageſima ſi agẽdum priuilegio Papę, quia alius non valet de eo cognoſcere c.dum veniſſet.de iudi.in Spe.vbi ſupra ver.item ſi agitur.Quinquageſimaprima ſi cauſa eſt iniuriarum & iudex eſt ſocer, vel gener. vel agnatus vel cognatus ſecundum Spec. verſic item in l.cor.Quinquageſimaſecunda ſi iudex eſt pater, vel filius, patronus, vel maritus, & eſt cauſa criminalis ſecundũ Spe.ver.item ſi maritus.Non in cauſa ciuili in qua filius poteſt eſſe iudex in cauſa patris & econtra ſecundum Spe.ibi per.l.in priuatis.ff.de iud.3.q.5.tria in fi.verſ.cognitores . Quod intelli-ge ſaltem vſq; ad lit.conteſt.per l.ſenatus de offi.preſi.Item intellige.ſ.delegatus non ordinarius ſecundum Spe.per l.qui iuriſdictionẽ. ff.de iu.om.iud.ſed Ioan.An.ibi in addit.aliter loquitur, ſcilicet quod in contentioſis non poteſt eſſe iudex , in voluntarijs ſic, & hoc magis placet. Quinquageſimatertia ſi iudex eſt vicarius epiſcopi recuſati.quia etiam ipſe ſuſpectus eſt ſecundum Io. And.de Imo.in c.inſinuante.de offi dele.& Phili.in d.c.poſtremo.11.col.de appel.& c.ſi contra vnum.in fi.de offi deleg.nõ econtra.vt ibi, licet Bal.contra.in l.1.C.ſi quacũ. prædi.po.& Phil.in c.dilecti.14.q de app.ſi tamen vicarius recuſatur adiri debet epiſcopus qui de cauſa ſuſpitionis cognoſcat, nec tunc arbitri eliguntur.c.2.de conſc.lib 6.& d.c.ſi contra vnum. Ang.& Pet.de Sun. in l.præcipimus.C de app.

Quinquageſimaquarta ſi eius anteceſſor in officio fuit recuſatus.& ſic dignitas, quia tunc etiam ſucceſſor eſt ſuſpectus, vt quia etiam pertineat ad dignitatem ſecundum Bald.not.in c.de cauſis.8.col.de offi deleg. & Phili.in d.c.poſtremo.10.col.

Quinquageſimaquinta ſi iudex comminatur parti ſecundum Paul.de Caſt.conſi.22.& Hoſt. & Io.An.in c.cum ceſſante.de appell.quas cauſas tene menti , quia alibi non inuenies

31 ita plenè collectas.Scias autem† ꝙ non omnis cauſa ſufficiens ad recuſandum delegatum ſufficit contra ordinarium, ſecundum Specu.de recuſa.§.cauſa. Item ſcire debes, quod iudex datus de conſenſu partium non poteſt recuſari niſi ea cauſa orta poſt conſenſum d.c.inſinuante. de offic. deleg. ſed tunc bene poteſt appellari.c.cauſam.de re iudi.ꝙ no. Recuſatio etiam ſuſpendit iuriſdictionem ſicut appellatio text.eſt not. cum glo. 2.q.6.quoties.el 1.& no.in c ſuper eo.de appel.Quinimmo proceſſus poſt recuſationem factus non valet ipſo iure.gloſſ.eſt in d.c.cum inter.de exce.& no.in c.1. de app. & per Bal.in l.quia poterat.ff.ad Treb.vbi Ange.aliter loquitur, & tenet Archi.in c.cum plures.de off.deleg.in 6 & Paul.de Ca in conſ.12.Inno. tamen dixit valere proceſſum ſi non appellatur. in c.cum ſup. & in c.ſuſpitionis.de offi.deleg.& Spec.titu.de recu.§ qualiter. ver.pe.& vide.2.q.6.quoties.& no.in d.c.legitima. & Innoc.in c.vt debitus.eo.tit.& in c.ſicut de eo qui mit.in poſ.cau. rei ſer. Nec omitto ꝙ proceſſus coram iudice etiam notoriè ſuſpecto valet, ſi non fuit recuſatus.no.in d. c.poſtremo. & ibi doct.

32 & Phil.de app.tene † menti perpetuò ꝙ iudex delegatus cum clauſula, recuſatione remota, poteſt ea cauſa recuſari ſi notoriè erat ſuſpectus, ſecundum Inn.ſin.in c.ex tranſmiſſa.de foro compe.Quinimmo non tollitur recuſatio facta delegatione cum clauſula appellatione remota.d.c.poſtremo. & ibi Io.An. Sicu. & Phi. Bar.& Doct.in l.fi.C de ſen Io. And.in c.ſuper eo.el 2.de app.& dicit Sicu.poſt glo.ſing.in c.ad hoc.de reſcri ꝙ delegari non poteſt cum clauſula recuſatione remota.quod etiã tenet Gemi.in c.iudex.de offi.deleg in 6.& gl.2 q.6. ſi quis in quacunq;.& Phili.in d.c.poſtremo.3.col.qui tamen in 4. colũ. firmat contrarium. Illud etiam addit ꝙ recuſatio iudicis fieri poteſt ẽt per tertium.c.cum ſuper.& ibi Doct.de offi deleg Et aduertẽ quia ſi minor iudicem non recuſet qui recuſari põt, reſtituitur in integrum ſm Imo.in c.ex parte. el 2.de offi.dele. Quæ recuſatio in cauſa reconuentionis fieri non poteſt ſm Bar.gl & Docto.in auth.& qua re.C.de ſen.Illud tene menti ꝙ recuſationis cauſa probata ſi iudex pronuntiat cãm eſſe nõ legitimam, ſñia eſt ipſo iure nulla. ſecus ſi pronuntiat recuſantem nõ eſſe audiendum & cauſa recuſationis , quia ſententia valet niſi appellet ſm Inno ſing.in c.cum ſpãli de appel.quod eſt verum ſi cauſa fuit vna de expreſſis in iure, alias non, ſm Lãfran.in c.qm̃ ꝯtra.verſi.recuſatio. Adde prædictis ꝙ recuſatio iudicis excuſat a pœna promiſſa de ſtando eius ſententię ſecũdum Bar.in conſi.ꝙ recuſatio excuſet &c.

33 † Poſtremò ſciendum eſt quòd recuſatio iudicis cauſam requirit etiam ſtante ſtatuto quod iudex poſſit tanquam ſuſpectus recuſari ſecundum Bald.in l.ſ.circa princip ff ſolu. ma trim.item debet fieri in ſcriptis ſecundum gloſſ. & Doctor.in cap ſecundo requiris.de appel.& not.in l.fin.& in l.apertiſſimi. C.de iudi & Lanfran.vbi ſupra,quæ recuſatio ſi non admittatur poteſt appellari non ante, quia a ſuſpecto iudice non appellatur.c.nouit.& ibi Docto.de appel.

34 Duodecimo quæro † vtrum epiſcopus teneatur facere inuentarium de rebus eccleſiæ. Reſpon.ſic.18.q.ö.de ſyracuſane.12.q.2.manifeſta.& tenet Specu.de inſtrumen.edi.§.fina.14. verſic. ſed an tenetur inuentarium. idem dic quando epiſcopus eſt executor teſtamentorum, quia conficere debet inuentarium etiam coram iudice laico. ſecundum Angel.in l.1 § hæc ſtipulatio.15.colum ff.ſi cui pluſquam.per leg.falci.idem in tutore ſecundum Spec.vbi ſupra & l.tutor qui repertorium. ff.de adminiſtr.tuto.l.fina C.arb.tutel.& Angel.in d §.hæc ſtipulatio. quod eſt verum etiam die feriata in l.actus.C.de fer. item verũ etiam antequam ſatiſdet ſecundum Bald in l.fina.§.1.C.de iure delib per l.fin.C.de tu.qui ſa.noo de. Item verum cum decreto iudicis ſiue in princ.ſiue in fine inuentarij poſito ſecundum Bald.in l.ſi tu.C.de magi.conue.Item verum etiam ſi fiat ſine citatione abſentium niſi quando ex inuentario eſſent conueniendi ſecundum Bald in l.fina.§ cum igitur.5.colum. C.de iu.delib item verum etiam ſine citatione creditorum pupi. ſecundum gloſſ & Barto.in l.tutores.C.de adminiſtr.tutor.Item verum in iudicio & quampluimum poteſt etiam per vnum notarium ſecundum gloſſ.& Barto.in d.l.tutores. & Bartol.in l fina.§ cum igitur de iure delib.item verum etiam ſi viliſſima bona habeat pupil.ſecundum Ioann. Andr.in addit.Specu.de actore.ab vniuer. verſicu puberes.ſed Barto. contra in l.mediterraneæ.C.de anno. & tribu.lib.10. Item verum niſi teſtator ei remiſerit confectionem.l fin.C.arbit.tute.& ibi Cyn.& Docto.& Barto in l.confirmanda.ff de confirm.tuto & in Specu. de tuto.§ fin.verſicu.autem.& ibi Ioan.And.in addit Quæ remiſſio valet etiam ſi ex forma ſtatuti tutor teneatur facere inuentarium ſecundum Bald.ibi quod oot.& vide Barto. Ange. & Rapha & Ioan.de Por.in l.nemo poteſt.de legat.1.& intelligitur facta remiſſio etiam tutori legitimo ſecundum gloſſ.in d.l.tutores.vide etiam Barto.in d l.in confirmando quod iudex poteſt ſi pupillo viderit expedire tutorem cogere ad inuẽtarij confectionem etiam ſi teſtator remiſerit, & tenet Barto. in l.tutor qui repertorium.2.col.vbi etiam dicit poſſe ex cauſa remitti etiam per iudicem, quod bene nota & tene menti, quòd inuentarium non legitime factum per tutorem non irritat tutelam.l.fina.& ibi Barto.C.de magi.conue. Dicitur autem inuentarium tutoris eſſe perfectum quando a tutore eſt habitum pro perfecto etiam ſi ſit in eo clauſula proteſtans io co ponere quo de nouo apparet ſecundum Barto.not. in d.l. tutor. qui ver.nihil nocet, & inuentarium tutori ſi continet bona tutoris pro bonis pupil.l.ſi.2.reſponſo.C.arbit.tut. quod eſt verum, etiam ſi in eo ſit proteſtatio quod poſita non ponẽda habeantur pro non poſitis ſecundum Barto. not. in l.2. §.itẽ ſolent.in fin.ff.de offic.præfec.vrb. Non tamen tenetur tutor ſi omiſit ponere in inuentario rem minimam ſecundum Barto. in d.l.2.§.item ſolent.ſecus eſt autem in inuentario hæredis, qa vna res omiſſa facit hæredem priuari beneficio fal.ſed non facit teneri vltra vires hæreditarias ſecundum Ange.in l.Paulus. ff.ad leg falcid.Ioan.de Imo.in l.creditoribus.eodem titu. Bar. verò in l.reſcriptum.ff.de his quib. vt indig. dicit quòd priuatur beneficio fal & in totum perdit beneficium inuentarij, tu dic pro concordia quòd aut omiſit per dolum & in totum perdit beneficium, aut culpa vel errore, & tunc ſecus ſecundum Bald.in authen.ſed cum teſtator.C.ad leg.falcid. vel alias quia aut res eſt minima procedit vna opin aut eſt magna & procedit alia opinio.ſecundum Bartol. in d.l.item ſolent.Bartol.tamen in d.l.Paulus.dicit quòd in totum perdit hæres beneficiũ inuentarii.idem Bald.in l.fin.§.cum igitur C.de iure deliberã. diſtinguit quod aut bona fide hæres omiſit, & non priuatur, aut dolo, & tunc ſecus.& ſupra proximè dixi.

35 Quæro etiam † quid de hærede an teneatur conficere inuentarium. Reſpon.ſic, ſi non vult teneri vltra vires hæreditarias.d.l.fina.& ibi Docto. C de iu.delib.quòd hæres poteſt conficere etiam ante additionem de voluntate, non de neceſſitate ſecundum Bald.in d.l.fi. §.1.Item verum ſiue ſit hæres in totum ſiue pro parte.d.§.fina. & Barto.tenet in tracta.inuentarij.in princ.& Ang.in l.1.§.hęc ſtipulatio.ſi cui pluſquam per l.falcid. Tempus autem conficiẽdi inuentarij de quo in d.l.fina.currit hęredi a die additionis niſi malitiosè diſtulerit adire, quo caſu etiam ante additionem tempus currit ſecundum Barto.in d.§ cum igitur. 1. colum. & ibi per Bald.& Doctor.& Barto. in l.ſtatuliberos. §.ſi quis.ff.de ſtatulib.& in Specu.de inſtrum.edi.§.fina.verſic.in huius.& ibi Ioan.And.in addi.

36 † Et not.quòd ſi hæres omiſit conficere inuentarium, præſumitur adire hæreditatem lucroſam & tenetur vltra vires hęreditarias ſecundum Bald.in l. filium quem habentem.vlt.car. C.fami.erciſ.non tñ tunc perdit legitimam ſm glo & Docto. in authen hoc amplius.C.de fideicom.& per Bald.in authen. ſed cum teſtator.C.ad l.falci.& in authen.de hære.& fal.§.ſi verò.col.1.& Ludo.Pon.in authen.ſimiliter.C.eo.tit.& in l fin.§. ſin autem. C.de iure delibe & Pan.de Caſt.conſi.90. quod not.

37 † Succeſſiuè quæro quid de procuratore an teneatur conficere inuentarium. Reſpon.ſic, ratione adminiſtrationis reddendę, non ratione officij, ſecundum Bald.in authen.ſed cum teſtator.præal.& per Barto.in d.§.cum igitur, quo caſu ab ipſo procuratore debet ſubſcribi ſecundum Barto.& Bald.in d.l fi. §.1.quod eſt verum ſi quid ad eum ex adminiſtratione peruenerit, vt tenẽt Bald.in l.nulli.3.col.C.de epiſ.& cleri.

38 Conſequenter quæro † quid de curatore. Reſpon. quod curator bonorum tenetur conficere Inuentarium ſecundum Bald.in d authen ſed cum teſtator.adeo quod poteſt ei obijci exceptio inuentarij non confecti ſecundum Bald.ibi, & ego alias de facto obtinui, vt not.in l.1.§.fi.& ibi Barto.ff.de ven.in poſſeſ.mit.Ange.in authen.vt lice.ma.& auiæ.in princ.colum. 8.quod eſt verum niſi ſit curator ad vnam rem tantum ſecundum Specu.de inſtru.edi §.14.ver.ſed an teneatur inuentariũ, & in ti.de actore.verſi puberes.Et idem ſi eſt datus hæreditati iacenti, quia etiam tunc debet apud acta Inſinuari ſecundum Bald.in authen.ſi omnes.C.ſi vt ſe ab hę.abſti.ſi vero eſt curator ad litem non tenetur conficere inuentarium niſi poſt inceptam adminiſtrationem, debet tamen cauare rem pupi ſal. fore.ſecundum Barto.in l.1.ff de cur.bo.dan.Ang.in l.1.C.qui pe.tu.Bald.in addi.Specu.de cur.verſi.1.vide glo.Bald.& doc.in l.de creationibus.C de epiſ.cle.& Bald.in d.l.nulli.3.colum.contra.Barto.in l ſi vacantia.de bo.vacan.lib.10.& in l.tutor qui repertorium.1.co.vbi tenet ſimpliciter quòd curator non tenetur facere inuentarium.& in l.ſi hæreditas.in fi.princ.ff.de teſta.tu & in l 2.ſi ad ſpeciem ff.rem pu.ſal.fore.vide in Spec.vbi ſupra d.verſi.puberes.& ibi Ioan.And.in addi.quod non teneatur, quod oo.

39 † Vlterius quæro quid de executore teſtamenti. Reſpon. quod tenetur conficere inuentarium ſi eſt datus ad diſtributionem vniuerſorum bonorum non ſi ad certam rem ſecundum Spo. de inſtr.edi.§.14.ver.ſed an teneatur inuentarium, & ibi Bald. in addi.verſi.executor tenetur.ſed Bald.in d.l.nulli.3.col.C.de epiſ.& cle.dicit quod tenetur facere de perceptis tantum, ſi tamen non faciat, non tenetur vltra vires ſicut hæres, quod eſt verum nec iure fori nec iure poli.i.in foro conſcientiæ ſecundum Ange.in l.1.in prin.§.hæc ſtipulatio ſupra al.& Io.Andr in addi Spe.vbi ſupra verſi.an teneatur inuentarium quod no.

Item quæro an actor tutoris teneatur conficere inuentariũ. Reſpon.non ſecundum Barto.in d.l.tutor qui repertorium.de admi.tu.Coadiutor verò tutoris ſic, ſecundum Barto.ibidem.

40 Quid dicemus † de fiſco.dic quod non tenetur ſecundum Bart.in l.2.§.an bona.ff.de iur.fi.quod eſt verum quando bona perueniunt ad fiſcum ex confiſcatione, vt ibi, & tenet Ang in d.§.hæc ſtipulatio.& Bald.in l.fi.4.q.C.de iure delibe.vbi dicit fiſcum non teneri conficere inuentarium ſiue ſuccedat ex delicto ſiue in bonis vacantibus.ſecus ſi ſuccedit vt hæres, quod ſi non conficit perdit falcidiam & tenetur ad integra legata, text.eſt cum gl.& ibi Ang.in authen.de hære.& falci.§.ſi.colla 1.& tenet Ang.in d.§.hæc ſtipulatio.1.col.reſtituitur tamen in integrum fiſcus ſicut minor ſi nõ conficit inuentarium ſecundum Ang.in auth.vt cum de app.cogno.§.ſi verum Bal tamen in l.3.C.ad l.falci.ſimpliciter dicit fiſcum non teneri ad inuentarij confectionem, quia non tenetur vltra vires bonorum, & ideo cedendo hæreditati liberatur.ſed in l.1.C.de hære.ven.dicit quod tenetur conficere inuentarium.

Prædictis adde quod ſi hæreditas perueniat ad fiſcum non vt hæreditas ſed bo.fiſcus non tenetur vltra vires bonorum etiam ſi non confecit inuentarium, vt tenet Barto.in rub.ff.de

41 acqui.hære.& Bal.in l.ſi infanti.2.col.de iur.deli. Quæro † quid de eccleſia. Reſpon quod non tenetur conficere inuentarium de hæreditate delata ad eam, quia poteſt adire damnoſam etiam ſine beneficio legis & inuentarij, & tñ non tenetur vltra vires. in auth.ſicut alienatio, & ibi Bald.C.de ſan.eccle.immo poteſt eã dimittere ſine bñficio reſtitutionis in integrũ, vt tenet Bal. in l.fi.5.col.de iu.delib.& Angel.in d l.1.ff.hæc ſtipulatio. & in auth de al.& emph.§.ſi vero quidã.de hære.& fal §.fi. & Bar in l.1.4.q.quartæ principalis.C.de ſac.ſan.ecc. vbi dicit idẽ in pauperib.vel clericis inſtitutis intuitu eccleſiæ vt non teneãtur vltra vires ẽt ſi non fecerint inuentarium idem tenet Bart.in eccleſia, & eccleſiaſtica perſona.in l.fi.§.fi.C.de iure delib.& in authẽ.ſed cũ teſtator.C.ad l.fal.vbi arguit pro & contra.

42 Vlterius quæro † quid de pr̃e legitimo adminiſtratore bonorũ filij Reſpon. quod nõ tenet cõficere inuẽtariũ qñ in bonis habet vſumfructũ ſm

Marti.Sil. ſl.cū oportet.§ ne aſſt.ver.rōcinia.& ibi Bal.in prin. C.de bo.q̄ lib.& tenet Bal.in auth.cauſa quæ fit.de epiſ & cler. Ang.in d.§.hæc ſtipulatio.& Cy.in d.l.cū oportet.3 q.& Franc. Por.in tractatu de duo.fra.1.parte.q.49.Spec.tenet contrarium in tit.de inſtru.edi.§.fi.verſi.quid de patre,quia licet non teneatur reddere rationem, tamen non poteſt alienare,& ſubdit in Specu.quòd ſi non habet vſumfructu, indubitanter tenetur conficere inuentarium pro filijs tutoris,eſt op.Specu.licet non ſit communis.Si tamen pater ſuccedat filio non tenetur facere inuentarium,nec etiam de bonis arrogati ſecundum Bald. in l.iubemus.vlti.col.C.ad trebel.Item nec filius qui ſolam legitimam acceptauit ſecundum Bald.in l.1.7.colu.C.quando non pe.par.

43 † Quæro etiam an monaſterium teneatur conficere inuentarium de bonis ingreſſi.Reſpon.non ſecundum Bald in d.l.iubemus.vlt.col.C.ad treb.& Ang.in d.§.hæc ſtipulatio.in 1.col.

44 † Quid dices de fideicommiſſario.Reſpon.ꝙ tenetur conficere illud,alias tenetur vltra vires hæreditaris ſecundum Ang. in d §.hæc ſtipulatio.& in l.1.§.is qui quadringenta.ff.ad treb. Bald.& doc.in l.fi.C de iure delibe.& Bald l.filium quem habentem.pe.col.famil.er & Spe de inſtru.edi. § fi.ver.quid ſi hæres & ſeq & ibi Io.Andr.in additio.vide Bart.in l.in ratione §. quod vulgo.ad l Fal.in l.prima §.fi. C.de iure deliberā. Et adde quòd fideicommiſſarius vniuerſalis debet conficere inuentarium intra tres menſes ſecundum Bald.in l.cum ſecundum C. de fideicom.quòd tempus currit ei a die cedēti.fideicom.ita ꝙ peti poſſit niſi per hæredem difficultas ingeratur, quia recuſet reſtituere, currit enim tūc tempus a die recuſationis ſecundum Io.Andr.no.in addi.Specu.vbi ſupra d.verſ.quid ſi hæres. quod no.Sed an fideicom.gaudeat beneficio inuentarij confecti ab hærede.vide per Barto.in d.l.in ratione § quod vulgo.& Ang.in d § hæc ſtipulatio & in auth.de hęr.& fal § hinc nobis. 12.q & Bald.in l.filium quem pe.col. C.fami.ercil.& in l.fi.§.1. 7.colu & Paul.de Caſt.in § & li præfatam.de iu.delibe.Bald.in auth.ſed cum teſtator.ad l.fal.in Spe.vbi ſupra §.fi.verſi quid ſi hæres rogatus.& ibi Io.And in addi.

45 † Vltimo ad materiam addo ꝙ hoſpitalarius tenetur conficere inuentarium,alias non poteſt agere in iudicio.l.orphanotrophos.& ibi Bald C.de epiſ.& cle & Specu.in d.§.fi.verſi. orpha.ſunt etiam orphanotrophi, & ibi Io.Andr.in addi.quæ omnia tene menti.

46 † Decimotertio q̄ro an epiſcopus ſolus ſine capitulo poſſit recipere canonem poſt tempus ab emphyteuta qui cecidit a iure ſuo propter cano.nō ſolutum in tempore. Reſpon.quòd non ad præiudicium eccleſiæ, quæ poterit emphyteutam expellere niſi capitulum poſtea ratificauerit ſolutionem factam epiſcopo.c.paſtoralis.de his quæ fi.a præla.ſed Spe ti.de loc.§. 6.ver.26 tenet quòd immo præiudicet arg.l.aduerſus C.de vſu. ibi Bal.dicit non præiudicari eccleſię ſi epiſcopus recipit minorem canonem quod no.bene.

47 † Sed vtrum epiſcopus poſſit remittere feloniam vaſſallo vide per Bald.in c.1.9.col.qui feu.da.po.l in vſi.feu. Adde quòd emphyteuta eccleſiæ non cadit a iure ſuo propter canonem non ſolutum niſi eccleſia velit ſecundum Barto in auth qui rem.C de ſac ſan eccl.& plenius in l.2.C.de iure emphy.& Bal. poſt Specu.in addi.Specu.ver.loca.empyteuta cadit & Ang.in auth.de non alie.§ ſi vero.col.2.idem eſt in emphyteuta priuato ſecundum Bal.vbi ſupra & Bart.in l.1.ff.ſi ager.vecti & in d. l.2.C.de iu.emphy.Ex quo infertur † quòd exceptio canonis non ſoluti non poteſt opponi per tertium ſed ſolum per dominum ſecundū Bar in d.l.2.1.q.& in d.l.1.& in tractatu repræla. 5.q.prin.& Bal.in addi.Spe.de loca.ver.exceptionem canonis. & ibi Spec.§.6.ver.66.& ſeq & Bal.ibi in ver.ſi emphyteuta cecidit.& plenius in l.ſolemnibus.C.de rei vē.& in d auth qui rē. de ſac.ſan.ec.& Imo.in c.potuit.de loc.& in c.fi.10.car.de præſcri.vide Ang.in d.§ ſi vero. Poteſt tamen per tertium opponi exceptio emphyteuſis finitę ſecundum Bald.in addi.vbi ſupra verſi.ſi emphyteuta cecidit.quod no.

48

49 † Decimoquarto quæro an per actus epiſcopales geſtos ab epiſcopo dicat eccleſia ſua eſſe in quaſi poſſeſſione iuris epiſcopalis.Reſpon.ſic ſecundum Bal.in l.2.16.col.verſi.ſed pone ꝙ epiſcopus.C.de ſerui.& aqua.quod nota pro articulis.

50 † Decimoquinto quæro an epiſcopus poſſit inquirere pro legatis pijs factis pauperibus Reſpon.ſic.licet inquiſitio non cadat in cauſis ciuilibus ſecundum Barto in l.ſi vacantia & ibi Ang.in ver.præſes prouinciæ.C.de bo.vac.lib.10.Ratio eſt,quia dicitur epiſcopus pater pauperum.vt dicit Bald.in l.precibus. 20.col.C.de impu & ali.ſubſti.vnde ad ipſum tanquam ad patrem pertinet cura filiorum,argu.l fi.C.de bo.quæ lib & l.1.C. de bo.ma & dicemus infra in materia executorum.

51 † Decimoſexto quæro,vtrum epiſcopus poſſit ſine decreto tranſigere de rebus eccleſiæ. Reſpon.ſic,ſi habet plenam adminiſtrationem,vt tenet Bald.in l.quoties.C.de fideicōm.Barto. no.in l.nulli ff.de tranſac.dicit quod poteſt epiſcopus tranſigere ſi res apud ipſum remaneat per tranſactionem licet per ea det vel faciat aliquid non ſi rem tradat alteri,quod dicit verum ſi ipſe poſſideat rem ſecus ſi aduerſarius. Bald.autem in l. præſes.C.de tranſac dicit quòd epiſcopus poteſt tranſigere de rebus eccleſiæ non incorporatis,ideſt quæ non ſunt de menſa, & ſine decreto ſuperioris,ſed ſecus dicit in rebus corporatis quæ ſunt de menſa & ab epiſcopo bonafide poſſeſſa, & pacifice,quia inconſulto Papa non poſſunt per epiſcopum alienari propter iuramentum quod præſtant epiſcopi generaliter in promotione eorum ſecundum Hoſtien.in c.vt ſuper.de reb. eccle.non alie.& Bald.in d.l.præſes.vide tamen Inn & doc.in d.c.decętero. de tranſ.illud etiam perpetuo nota quod dixit Bald.in marg verſi.rector.ver.1.poſt Inno.in c.veniens.de tranſac.videlicet quòd epiſcopi auctoritas requiritur in tranſactione rectoria eccleſię duratura poſt eius mortem.

52 † Decimoſeptimo quæro an epiſcopus poſſit remittere quartam ſibi debitam de relictis pijs factis a teſtatore. Reſpon. ſic, quia illa ſibi debetur, vt ſupra non vt eccleſiæ ſecundum Bald.in l præſes.C.de tranſa.Quartam verò doctrinarum ſibi debitam non poteſt donare ſine conſenſu capituli ſecundum glo doc.& Hoſti.in d.c.de quarta.de præſcri.& glo.3.q.3.c.1.in fi.no.12.q.3.c.fin.& in c.paſtoralis de dona.Scias autem quòd epiſcopalis pars regulariter debetur epiſcopo de relictis factis ad pium vſum ea diſpoſitione canonum,ideoque canonica eſt appellata, probatur 2.q 1.de his.& c.antiquos.12.q 2.nobis.c. vulteranę.& c.conceſſo.c.quatuor c.de redditibus.& c.cognouimus.16 q.1.conſtitutus.& c.ad hæc.de off.or.c conquerente. de teſta.c.officij.& c.requiſiſti.& ibi per Innocen.c fi.de ſucceſ. ab inteſt c.de quarta de præſcri.Quæ pars epiſcopo debetur ex lege iuriſdictionis ſecundum Inno in c.1.de ſtatu mo. Debetur autem in compenſatione onerum quæ ſuffert a ſingulis eccleſijs ſuę dioce videlicet quòd epiſcopi onus eſt in celebrando ordinis conferendo chriſma conficiendo, oleum ſacrum benedicendo,baſilicas dedicando,moniales benedicendo,prædicando, pęnitentias iniungendo, & alia exercendo,quæ pertinent ad eius officium,vt plenè Specu.in d.c.1.& Pe.de Peru.in tra.canonicę epiſcopa.1.c.Item ſcias quòd de iure communi dicta pars canonica eſt quarta.d.c.vulteranę & c nobis.c.conceſſio & c de redditibus. c.de quarta.& c.conquerente.& ibi Hoſti.& Ioan.And.contra glo.dicunt verum niſi conſuetudo aliter ſe habeat,quia eam alterat, & tenet Ioan.Andr.in d.c.requiſiſti.& hoc verum hodie olim vero erat tertia.13.q.1.de his. & c.decernimus.16 q.1.conſtitutus. Aliquando erat medietas. 10.q.1.antiquos hæc tenet Per.vbi ſupra c.2.in princ. Nec ignores dictam canonicam deberi epiſcopo de relicto ſacto eccleſiæ ſuæ diœceſis etiam ſi idem teſtator epiſcopo reliquit aliud, quia relictum ipſum in quarta non computatur.no.in c.1.de offi.teſta.& tenet D.meus Io.de Por.in l.ſi cum dotem §.ſi pater.ff.ſolu.matri.vide tamen omnino Pet.in d c.2.1.q.Item debetur ei quarta canonica de relictis factis hoſpitali auctoritate epiſcopi conſtructo ſecundum Bald.in l.orphanotrophos.C. de epiſ.& cle.& in l.ſi quis ad declinan § in omnibus.eod titu. 13.colum.vbi vide omnino.& in auth.hoc ius porrectum de ſac.ſan.eccl.& in ſuo conſi.In Chriſti nomine amen.Quidam ciues ameliani &c.Non autem quando conſtructum fuit ſine auctoritate epiſcopi ſecundum Bald.vbi ſupra. in dubio vero nec hoſpitale ſoluere debet ſi per tempus quod non ſit memoria in contrarium ſe tuetur quod non ſoluerit,alias ſecus vt firmat Bald.in d.§.in omnibus.15.colum.verſi.2.quæſtio hæc eſt. vbi vide omnino. Sed plenius loquitur do.Pe.vbi ſupra 4 c.14. q.ibi,decimotertio &c.ver.quo ad primam q & ver.quo ad ſecundum.q.& per Ioan.Andr.in d.c.requiſiſti.de teſt.verſic.pijs locis,vbi dicit quod poteſt epiſcopus petere quartam de relictis hoſpitali niſi relicta ſint ad priuilegiatos vſus de quibus in cap.fina.de teſtamen.Item debetur epiſcopo quarta de legato ad pium vſum licet res legata non ſit apta ad pium vſum ſecūdum Bald in l.ſi filius C.famil.erciſcun. Item debetur etiam de relictis factis monaſterijs exemptis ſecundum Innocent.in d. cap.1.de ſtatu mon.& Bald.in d § in omnibus.15.colum.vbi dicit verum quando monaſterium exemptionem canonicam & generalem, non ſic propriam & ſpecialem, per quam locus eximitur a lege diœceſana, & a lege iuriſdictionis . ſed vide plenius per Petr.vbi ſupra 4.cap.quæſtio 5. cum ſequent. & ſeq. Item debet epiſcopus eam habere etiam ſi in teſtamento non ſit nominatus ſecundum Bald.in d §.in omnibus. 2.colū. per l.fideicom § interdum. de legat. 3. Item epiſcopo quarta debetur etiam de his quæ teſtator infirmus inter viuos diſpenſat. tenet.eſt cum gloſſ.in clemen.dudum.verſicu.indirectè. de ſepultu. Petr.vbi ſupra cap. 3 Item de relictis factis pro mortuarijs, & funeralibus. & de omnibus quæ pro anima perueniunt ad eccleſiam parochialem ſecundum Bald.in dict. § in omnibus.9.colum. verſicu.ad tertium. reſpondet epiſcopus, quòd eſt verum etiam de candelis, quæ dantur ad manus diſtribuendas in funere. gloſſ.eſt not.in d.clemen.dudum.verſicu. funeralibus. & dic eſſe caſum.in cap.conquerente. de offi ordin.& in c.offi.de teſtam.ꝙ de mortuarijs debetur quarta epi-

ſcopo & Pet. vbi ſupra 7.c.vlt.car.verſ.quid ſi relinquatur pro mortuarijs. & ibi declarat mortuaria dici quæ quis pro anima ſua reliquit in morte ſecundum Ioan. Andr.in d.cap conquerente. Item & ea quæ offerunt pro mortuis vt ibi per Ioan.de Ligna. Funeralia verò dicuntur ea quæ cum funere deferuntur d.clem.dudum.verſicu.funeralibus. & Pet.vbi ſupra. item quarta debetur de quarta parochiali debita eccleſiæ ſecundũ Ioan.Andr.in c.certificari.de ſepul.& Bald.in d.§.in omnibus. 10.colum. vbi dicit verum niſi eccleſia parochialis ſit extra diœceſim, vt ibi verſicu & hoc eſt verum. 11.colum. & Fed.de Senis in conſil.6. Item quarta debetur epiſcopo de relictis factis eccleſiæ etiam non curatę ſecundum Bald. vbi ſupra 11. colum.verſic.ſed hic quæritur. Item quarta debetur vnica ambobus epiſcopis de relicto facto eccleſiæ ſitæ in cõfinibus duarum diœceſum ſecundum Bald.ibi verſi.vlterius quæritur an ſi. Item debetur de relictis factis hoſpitali pro malè ablatis, niſi aliud obſtet epiſcopo ſecundum Bald.in d.§.in omnibus. 16. colum. verſi.ſed nunc incidenter. item de relicto facto vultui ſancto vel imagini virginis pictę in aliquo certo loco ſecundum Bald.ibi.12.colum.verſicu vlti.circa hanc. Item debetur quarta epiſcopo de relictis factis eccleſiæ fratrum minorum ſancti Franciſci ſecundum Pet. vbi ſupra,cap.4.ad fin. vbi concludit contra Feder de Sen. in conſil.146. cum aliqui boni viri &c. ſed Bald.in d.§ in omnibus.5.colum.tenet opin. Fed.in d.conſi.in quo caſu tempore meo fuit iudicatum & conſultũ contra bonæ memoriæ D.Nic.de Capranica Epiſcopum Firmanum pro eccleſia annuntiante pro hæreditate Antonij Lucæ,inter quos etiam ego ad inſtantiam fratris Iacob de Monte Branduno ſanctæ vitæ viri conſului ſatis diffusè pro dicta eccleſia. item debetur quarta de relictis fraternitati ſcopatorum, vel alteri fraternitati,vt videtur concludere Bald.in d.§ in omnibus.12.colum. verſic.denuo quæritur. vbi plenè, ſed plenius vide per Pet.vbi ſupra 4.c.14.q. verſi.quo ad quartam queſtionem,vbi vide.item debetur quarta de relicto facto pauperibus certi loci vel hoſpitalis non ſi factum eſt in pauperibus in genere ſecundum Bald.ibi. 4.colum verſicu.ego enim dico ſecundum Petr.vbi ſupra 5.cap.6.qõ.dicit quod vtroque caſu debetur quarta niſi legatum factum ſit pauperibus vt ſingularibus perſonis,puta cuilibet pauperi pro tunica,quia tunc nõ debetur quarta epiſcopo. Alios multos caſus in quibus epiſcopo quarta debetur de pijs relictis vide latius per D. Petr.in tracta.canonicę.

53 † Sed ſubdendi ſunt plerique caſus in quibus quarta non debetur, videlicet de relicto facto pauperibus in genere. c.requiſiſti de teſtam.& tenet Pet.vbi ſupra c.9. verſi.item ſi executor datus.& Fed.de Sen.conſi.46.& Pau.in l.id quod pauperibus.17 q & in auth.ſimiliter.ad fi.C.ad leg fal.vbi dicit verum, maximè ſi certis perſonis nominatim relictum ſit.quod etiam dixi ſupra proxi.ſecundum D.Pet.item nec a non ſubditis epiſcopo ſecundum Ioan.And in c.cum in officijs.de teſt.& Bal. in Mar.ver.libel.ver.1 & in d.§.in omnibus.3.colum.vbi vide. Item nec de relicto facto vni ex fratribus minoribus pro libris vel alimentis ſecundum Bal.in d.§.in omnibus.5.colum. item nec de relicto pro Miſſis dicendis ſecundum glo.in d.clem.dudum.de ſepult.& Bald.vbi ſupra verſicu.& per hoc apparet, q opin. & plenius per Petr. vbi ſupra 7.c.principali. item nec de relicto ad fabricam, vel alium certum vſum ſecundum Bald. vbi ſupra 5.colum.verſic.ſecunda concluſio eſt quod eſt verũ etiam ſi relictum ipſum ſit factum arbitrio Titij,& Titius arbitretur de eo ſuper fabricam ſecundum Barto.no. in l.vnum ex familia.§.1.de lega 2. Item nec de relicto nullo facto fratribus minoribus ſancti Franciſci ſecundum Bald.vbi ſupra 5.colum. verſic.tertia concluſio eſt. Item nec de relicto pro fabrica facto fratribus prædicatoribus niſi aliter inter eos & epiſcopum pactum ſit initum ſecundum Bald.vbi ſupra 6.col. verſicu.venio ergo ad quæſtionem. Ita nec de relictis factis eccleſiæ ſuæ extra diœce.ſuam ſecundum Bald.ibi.11.colum.verſic.vlterius quæritur &c. Item nec de relictis factis vniuerſitati ſcholariũ, vel mercatorum ſecundum Bald.ibi 12.colum. in fi. item nec de relictis ad certos vſus.c.fi.de teſtamen.& Barto.tenet in d.l. vnum.§.1.de leg.2.item nec de relicto facto eccleſiæ, nõ pro anima, ſed ob magnum ſeruitium ab eccleſia teſtatori collatum ſecundum Innocen.in cap.officij. de teſtamẽ.& Bald.vbi ſupra 16.colum.verſic.adde dicit Innocen.item nec de relicto viduæ facto. & per eam poſtea donato hoſpitali vel eccleſiæ ſecundum Bald.ibi.verſicu.ſed pone. item nec pro relicto facto ad pingendum imaginem Chriſti vel ſanctorum, vel pro calice & li. ſecundum Bald.ibi.17.colum.verſic.ſi autem relinquatur.& Pet.vbi ſupra 7.c.principali vbi plenius.Reliquos caſus in quibus ceſſet quarta epiſcopalis,vide latius per D. Pet.in d.tracta.& maximè in 8 c.in principio.

54 † Circa prædicta ſciendum eſt quod quarta epiſcopalis peti debet per epiſcopum ab eccleſijs quibus ſunt facta relicta,non ab hæredibus teſtatoris ſecundum Bald.in d §.in omnibus.2. colum.ſed aliter loquitur D. Pet.vbi ſupra in d.cap.3.principali.vbi vide.idem tamen Petr. in conſil. cum quæritur an ante annum dicit quartam eſſe petendam ab executoribus, ſed ſolutis legatis debet peti a legatarijs eccleſijs, & allegat Hoſtien. & Ioan.And.in c de his.de ſepult.& hæc magis placet. Reliqua circa materiam quartæ epiſcopalis. vide per Pet.in d. tracta. & Bald.in d.§.in omnibus, & Paul. de Caſtr. in conſil. 241. cum ſeq vbi ponit an de relicto fructuum ad cultum certæ capellæ debeatur quarta epiſcopo.vide ibi.

55 † Decimooctauo quæro vtrum ſolus epiſcopus ſine capitulo poſſit aliquem inueſtiri de feudo antiquo vel emphit. Reſpon.quod ſic, quia tunc non dicitur alienare ſecundum Abba.Ant.in cap.2.de feud.Bald.in Mar.verſic.prælatus. verſic ſi. Et ideo dicitur quod ſolus prælatus ſine capitulo poteſt concedere inueſtituram, vt tenet Bald.in l.penult.in princi. C.ad Velle.quod verum eſt poſt confirmationem ſui non ante ſecundum Barto.in c.tranſmiſſa.de elect & Bald.in c.1. qui ſucceſ.te.in vſi.feu.non tamen poteſt epiſcopus inueſtire de feudo nouo ſine conſenſu capituli ſecundum Pau.de Caſt. conſi. 160.in primo dubio. 2.colum.vide etiam per Bald.in cap.2.qui feu.da.poſ.2.colum.& ibi etiam vide an ſuperior poſſit dare in feudum res eccleſiæ habentis alium prælatum inferiorem immediatum vide per eum in 4.col.

Pro prædicta deci. facit quia emphi. iterum dari poteſt alicui ſine ſolemnitatibus quando res fuit ſolita dari emphit. alias non ſm Barto.in authen.qui rem.C.de ſacroſanc. eccleſ. An autem concedat feudum maſculo & fęminę ſimul ſtante conſtitutione,vel conſuetudine quod feudum detur maſculo.vide per Bald in cap 1.verſicu.conſuetudo.qui feu.da. poſ.in vſib.feud.vbi plenè.

56 † Decimonono quæro an poſſit epiſcopus dare emphyteu. cum pacto quod emphyteuta non cadat a iure emphy ob canonem non ſolutum. Reſpon. ſic. quia & tunc omnino emphyteuta cogitur ſoluere canonem.ita tenet Barto.in l.fundi. C.de fun.patri.lib.11.& in l.2.3.quæſt.C.de iure emphy.& Bald. in addi.Specu.de loca.ver.an valeat. poſt Specu.ibi.& Paul. de Caſt in conſi.137.

57 Vigeſimo quæro † an Epiſcopus antiquam emphyt. finitam teneatur concedere ſucceſſoribus eiuſdem emphyteutę, & ſic illis de quarta generatione. Reſpondeo ſic, excluſis extraneis ſecundum Barto.in l.prima § permittitur. ff.de aqua quotid & æſti. & in l.1.de priuileg.credit. & l.ſi mihi & Titio. de verborum obligatio. Ludo.Ponta.in l.1.3.colum.& in ius vocan.vt eant. & Bald.in additio.Specu.de locatio.ver.emphy.debet ponus, & ibi Specu.quod eſt verum niſi deſcendens ille ſit pauper miles,vel minor ſecundum Ioan.de Imo.poſt Ioan.Andr.in cap. potuit.de loca. Et intellige prædicta in deſcendentes, non in agnatis emphyteutæ, in cuius patria finita eſt emphyteuſis, nec in aſcendente, vt ſentit Barto.in d.§.permittitur, quia loquitur per verum deſcendentem, non per verum proximiorem,vel ſi. idem ſentit Bald in dicto verſicu.emphyteu.vbi dicit de poſteris, & ſolemnis Doctor, D. Anton.de Gradania.de facto conſuluit, qui refert Petr.de Anchar.in conſil.plenè & ſubtiliter conſultum reperi &c. & ita hoc anno conſultus reſpondi cuidam ciui Ceſenenſi.quod tene menti,quia alij non tangunt, in inquilino autem ſecus eſt,cũ finito tempore non cogitur dominus domum locare licet de vrbanitate locare deberet ſecundum Hoſtien.Ioan. Andr & Butr. in c.1.de loca. & eſt caſus in l.ne cui.& ibi Bald. C.locat. vbi dicit verum niſi eiſdem ſit permiſſa relocatio.quod not.

58 † Vigeſimoprimo quæro an poteſt epiſcopus auferre colono fundum eccleſiæ melioratum & alteri locare maiorem penſionem offerenti. Reſpon.quòd non, vt tenet Paul. de Caſt conſi.61.

59 † Vigeſimoſecundo quæro an poſſit epiſcopus augere cenſum vel penſionem colono vel emphyteutæ pro fundo meliorato induſtria emphyteutæ vel coloni. Reſpon. non, ſecundum Bald.in l.fin. C.de alluuio.& Bartol.in l.quicunque. C.de omni agro deſer.lib.11.quod not.

60 † Vigeſimotertio quæro nunquid poſſit epiſcopus conſanguineis dare feudum,vel emphy. Reſpon. quod non, aut perpetuum,ſed ad tempus ſic.videlicet vſque ad tertiam generationem ſecundum Barto.not.in auth.quibuſcunque. vbi vide per Bald. C.de ſacroſanct. eccleſ. & per Bald. in c.1.vlti.colum. qui feu.da.poſ.& in c 1.poſt glo.vlti.col. ſi inter do.& vaſſ.is or. immo ſi in perpetuum concedatur intelligitur ſ. in tertiam generationem & non vltra ſecundum Alber.de Roſa ſingulariter.in procemio.C.ver.perpetui.quod ſemper not.

Prædicta intellige niſi concedatur deſcendentibus in infinitum expreſſim, quod poteſt fieri, non autem extraneis hæredibus in infinitum,quia tunc non egreditur tertiam generationem ſecundum Bald.in authen.defuncto.C.ad Tertul. quod not.

61 † Vigeſimoquarto quæro an prælatus concedens in emphyteuſim poſſit adducere pacta ↄ naturam contractus emphy.ſi.

non,

non, ſm Pau. de Caſt. in conſi. 160. quod tene mẽti, pōt tñ cōcedere in emphi. caſarenum eccleſiæ cum pacto quod ædificetur domus in eo, & poſt certum tempus ad eccleſiam reuertatur, vt tenet Barto. in l. iubemus §. ſane. C. de ſac. ſan. eccle. ſed pro quanta penſione poteſt dare in emphi. caſarenum, vel res eccleſiæ ruinoſas & ſteriles, vide Bart. & doc in auth. perpetua. C. de ſac. ſan. eccle. & in auth. qui rem. eo. ti. vbi dicit quod poteſt concedi talis res cũ diminutione ſextæ partis penſionis ſi plus non inuenitur, alias ſecus vt detur reſtitutio in integrum. per c. 1. de in integ. reſtitu.

62 † Vigeſimoquinto quæro an emphit. eccleſiaſtica conſueta dari per epiſcopum ad tertiam generationem maſculinam poſſit dari ad tertiam maſculinam & fœmininam. reſpon. quòd non, vt tenet Bart. in d. auth. qui rem. cui adde no. per Bal. in c. 1. ver. conſuetudo. qui fe. da. po. in vſ. fe.

63 † Vigeſimoſextò quæro nunquid epiſcopus rem ſolitã emphiteuticari ad tempus poſſit cōcedere in perpetuum. reſpon. non, ſm Bart. in d. auth. qui rem. C. de ſac. ſan. eccle. quod not.

64 † Vigeſimoſeptimo quæro an epiſcopus poſſit res eccleſiæ non ſolitas dari in emphi. concedere. reſpon. non, quia ſolum conſuetas dare poteſt in emphi. c. 1. de feu. & in tit. epiſcopum vel Abb in vſib. feu. & Bar in l. ſi vacantia. C. de bo. vacan. lib. x. & doct. in c. potuit. de loca & Pau. conſi. 136. quinetiam rem emphiteuticari ſolitam non tenetur epiſcopus amplius dare ſi eam apud ſe retinuit eamque de menſa effecit ſecundũ Bar. in d. l. ſi vacantia. dicitur autem de menſa res eſſe effecta ſeu incorporata quãdo deſcripta eſt in libro continente res menſales, vel quando epiſcopus declarauerit rem eſſe de menſa ſecundum Bart. ibidem, vbi dicit eſſe caſum, vel ſtatim quod arma epiſcopi ſunt impoſita rei dicitur eſſe menſalis ſecundum Ang. not. in d. l. ſi vacantia. vide tamen per Cano. & Inn. in c. vt ſuper. de reb. eccle. non alienan. & ibi Ioan. de Imol. qui tenet contra Inn. in eo quod dicit rem retentam a prædeceſſore per annum dici menſalem.

65 † Vigeſimooctauo quæro nunquid epiſcopus poſſit agere pro rebus eccleſiæ ſibi ſubiectæ. reſpon. quòd ſic, ſcilicet nomine eccleſiæ non ſuo ſecundum Bart Bald. & doc. poſt glo. in l. ſciendum. C. de ſac. ſan. eccle. ratio eſt quia epiſcopus habet intereſſe generale in rebus eccleſiarum omnium ſuæ dioce. & facit quod not. in c. cum olim. de reſtit. ſpolia. per Inno. vbi dicit eum agere poſſe pro iniuria & damno dato eccleſiæ & quod not in c. dilectus. de appell. & in c. ex parte. de reſcr. & in c. cum dilectus. de ſucceſ. ab inte. quod verum ſi eccleſia vacat, vt ibi not. & tenet Spec. ti. de actore. ver. item epiſcopus. & quilibet. vlti. colu. & ideo ſi eccleſia vel altare non vacat non præfertur rectori eius habenti ſpeciale intereſſe ſecundum Bart. & Bald. vbi ſupra. Item verum ſi epiſcopus eſſet ſuſpectus de dilapidatione quia non admittitur ad agendum niſi caueat ſecundum Spe. vbi ſupra ver. in ſumma notandum. Agit etiam epiſcopus pro ſuo capitulo cum cautione de rato etiam ſi bona ſunt diuiſa ſecundum Bal. in mar. ver. prælatus. ver. 6. poſt glo. & Inno. in c. edoceri. de reſcrip.

Et not. quòd rectorias petit nomine ſuo, ſed res eccleſiæ nomine Eccleſiæ ſecundum Inn. in c. literis. de reſti. ſpolia. & Bal. vbi ſupra ver. 10. & intellige quòd epiſcopus debet agere per procuratorem nõ per ſe. 14. q. 1. c. 1. cum gl. 5. q. in c. fi. nec agens pro re eccleſiæ debet ſoluere decimam vigore ſtatuti ſecundũ Bald. not. in auth. ſed hodie. C. de epiſ. & cle. & Bal. in l. nulli eo. titu. arguendo de forenſe ad clericum, ſed prima opin. verior eſt iudicio meo. Scias autem quòd ſicut epiſcopus debet agere nomine eccleſiæ, ita & tutor nomine pupilli, videlicet tutorio nomine ſecundum Barto. in l. 1. §. ſufficit. de admini. tut. l. ſi quis. §. 1. iud. ſol.

66 † Vigeſimonono quæro nunquid epiſcopus poſſit inquirere pro rebus eccleſiarum contra detentatores. Reſpon. quòd ſic, licet in ciuilibus alias inquiſitor non admittatur de iuribus ſingularium perſonarum ſecundum Inn. in c. ad noſtram. el 2. de iureiur. & Bal. in l. ſcimus. C. de ſac. ſan. eccle. & in l. inciuile. C. de fur. quod not. quia regulariter inquiſitio eſt prohibita in ciuilibus, vt ſupra & l. reſcripto. §. ſi quis. ff. de mu. & ho & Bart. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adu. niſi in caſibus not. in c. 1. vt eccleſia. benè. per gl. & Bal. in l. iubemus C. de prob. & per Ang. in l. ſi vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. & per Inn. in d. c. ad noſtram. vbi dicit Papam poſſe inquirere omni caſu. Idem & quando aliquid committitur ſi res eccleſiæ ſecundum Inn. in c. quoniam frequenter § ſunt & alij. vt lit. non conteſt. & Bald. in d. l. ſancimus. & in mar. ver. inquiſitio. ver. 3. Idem & ratione publicæ vtilitatis. l. 1. §. ius publicum. ff. de iuſtitia & iure. 1. diſt. ius publicum. & Bald. in d. verſ. 3. & Barto. in d. l. ſi vacantia. Idem etiam ratione miſerabilium perſonarum in earum vtilitate. l. ne quicquam. § aduocatos. de offi. procon. & leg. 2. Barto. in l. 4. §. hoc autẽ. de dam. infe. & Lud. Pon. in ſing. ver. inquiſitio. vbi Inn. dubitat. Idem etiam ratione piæ cauſæ ſecundum Bal. in l. 2. C. ſi manci. ve. ne proſti. & Bart. in d. l. ſi vacantia. li cōtra tencotes bona diſtribuenda in piam cauſam, quod not. idem in odium vſurariorum ſecundum Bald. in c. iniuria. 5. col. de pa. iur. fir. in vſib. feu. quæ omnia not.

67 Trigeſimo quæro † an epiſcopus concedens caſtrum cum iuribus ſuis videatur etiam concedere iura ſpiritualia. reſpon. non, ſecundum Inno. in c. ex literis. de iure patro. vbi dicit quòd non videtur concedere ius conferendi beneficia nec ius colligendi decimas, nec alia ſpiritualia, vt refert Lud Ponta. in ſing. ver. epiſcopus. Ius vero patronatus annexum caſtro venit in venditione caſtri ſecũdum Inn. in d. c. ex literis. & Bal. in mar. ver. caſtrum. ver. 1. glo. in l. in modicis. ff. de contrahen. emptiõ. in l. quædam. de acqui. rer. dom. & Bar. in l. hanc legem de contrah. emp. Doct. in d. c. ex literis. Pau. de Caſt. in conſi. 55. idem dicit in feudo, & emphi non in locatione caſtri, vel villæ. Item venit & in pignore caſtri. c. cum Bertoldus. de iud. Non tamẽ poteſt ſpecialiter pignorari, vt ibi, ſed patronatus liberti ſic ex cauſa ſecundum Bart. in l. ſi his qui §. iura. ff. de pi. Item poteſt dictum ius patro. locari. d. c. ex literis. & ibi Doct. Item poteſt vẽdi cum vniuerſitate. c. cum ſecundum. eod. titu. & Bald. in l. 1. in fi. C. de bo. lib. & in l. fi. pen. col. C. de edi diui Adri. tol. Doct. & Pau. de Caſt. in l. 1. in fi. prin. ff de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. Nõ autem ſpecialiter. c. de iure. de iurepa. ſicut nec donari ſine epiſcopi licentia. ſed cum licentia ſic, ſecundum Feder. de Senis conſi. 217. quod incipit, li opinio. lo. & not. in d. c. ex literis. & ibi Inno. & per glo. in clem. fi. eo. tit. ver. relicti. Nec etiã venit in donatione oĩum iurium ſm Bald. in d. l. fin. pen. col. vbi plenè, & adde ꝙ not. Bald. in l. 1. C. de iu. pat. & in l. a procuratore. C. mandati. ſciendum etiam ꝙ licet ius patronatus cum hæreditate transeat in hæredem etiam antequam hæres ſit miſſus in poſſeſſionem bonorum poſſit hæres præſentare ſm Bald. in d. l. pen. col. tñ in fideicom. non venit vt tenet Bald. in l. cũ virum. 5. q. in lec. anti. & in lect noua. vlt. col. de fideicom. & in d. l. fi. quod eſt mirabile. Tranſit ẽt ad hæredem extraneum. gl. eſt in l. ſi operarum. ff. de op. lib. & Bald. in c. decedenti. 2. col. q feu. da. poſ. & in l. venia. C. de in ius voc. & gloſ. & Arch. 16. q 7. conſiderandum. Doct. in c. 1 & in cle fin eod. tit. de iurepat nõ tñ tranſit ad filium non hæredem, nec ad filiam dotatam pee ſtatutum excluſam ob exiſtentiam maſculi ſm Fede. de Sen in conſi 139 Item quæritur an filius & c. ſed bene tranſit ad bonorum poſſeſſorem ſm Fede. in d. ꝯſi. 217. vbi dicit illud poſſe in codicillis relinqui, quod eſt not. & ſcias ꝙ iuſpa. non venit in vẽditione palatij in quo eſt eccleſia patronata ſm Inno. in d. c. ex literis. & Bal. in Mar. ver. caſtrum. ver. 1. ſed Bar. in l. ſi mercedẽ. §. 1. ff. de act. emp notabiliter dicit iuſpa eccleſiæ non venire in venditione fundi in quo eſt eccleſia ad quam ſit auditus ex via publica, & non ex fundo vide gloſſ in l. ſi venditor. ff. de reli. & ſump. fun. & quod per Bald. in l. cui fundus. ff. de priuil. cred. &
68 Lud. Pon. in ſing. ver. venditio facta de fundo. † Tene menti qđ venditio fundi non comprehendit eccleſiam etiam ſi non ſit aditus ad eam niſi per fundum ſecundum Bald in l. fi. pen. col. C. de edic. diui Adria. tol.

69 † Sed quæro vtrum in generali confiſcatione bonorum veniat iuſpatro. eccleſiæ. Rñ. non, ſm glo Bar. & Doct. in c. paſtoralis. de re iud. licet Bar. Brixien. teneat ꝯrium. 16. q. 7. filijs. & p̃dicta vera ſi confiſcatio eſt facta per iudicem ſecularem, vt s. ſecus ſi per eccleſiaſticũ ſm Io. de Imo. in l. in inſulam. ff. ſolu. mat. vbi loquitur ſub dubio forte, ar. no. per glo. in c. quia diuerſitatem. de conceſ. præb. Flor. vero in l. iam. § ſi fundus. ff. de ſerui. indiſtinctè loquens tenet iuſpa. in ꝯfiſcatione cōprehẽdi.

111 † Incidenter quæritur an Papa poſſit ſine conſenſu Cardinalium dare in feudum ciuitates eccleſiæ. Reſpon.non,ſed caſtra ſic.ſecundum Bal.in l.penul.C.de bonis quæ lib.vbi etiam ſubdit poſſe Papam vendere de rebus eccle. non alie.non tamen ad impinguandum conſanguineos ſuos. Et adde quod poteſt Papa concedere in feudum res cuiuſcunque eccleſiæ ſecundū Bal.in c.1.pe.col.qui feu.da.poſ.Quinetiam poteſt Papa ſine cōſenſu Cardinalium alienare de bonis eccleſiæ,vt not.ī c. ad audientiam,& ibi doc.de præſcr. licet contrarium no. 10.q.2.non liceat Papæ, & ibi vide plenè per Archi.& per Io.An.in c.ſuper eo.de hęre.in 6.Poteſt etiam ſolus Papa concedere laico iuriſdictionem temporalem & alia iura pertinentia ad Romanam eccleſiam.d c.ad audientiam.& ibi doc.dixit tamē Pa.de Caſt. in l j.ff.de leg quòd Papa nihil graue facere poteſt ſine Cardinalibus,ſed hodie prouiſum eſt aliter per conſtitutiones ſacri Cōſiſtorij quas an Papa ſeruet ignoro. An autem ſolus Papa poſſit ſine Cardinalibus facere negotia ardua, Ioan.And.in d.c.ſuper eo de hær.in vj. dicit quod nō quod eſt uerum de poteſtate ordinaria,ſecus verò de poteſtate abſoluta, quia omnia poteſt, vt tenet Alb. de Roſ.in d.rub.ff.de legi.& do.Gemi.in d.c.ſuper eo.& Pau.de Caſt.vbi ſupra. quę omnia not. perpetuo licet de his nihil ad nos.

112 † Trigeſimoſeptimo quæro ex quibus ca. poſſit epiſcopus alienare bona eccleſię.Reſpon.ꝙ ex cauſa neceſſitatis,quia debitum vrgeat.Item ex cauſa pietatis,vt pro redemptione captiuorum vel pro alimonia pauperum.Item ex cā vtilitatis. Item ex cauſa incommoditatis.glo eſt ordina.12.q.2.in ſumma quæ etiam dicit omnes alias cauſas poſſe reduci ad iſtas tanquam principales,& tenet Lau.de Fa.in d rub.de reb.eccle.non alien. Aliter verò nō eſt permiſſa alienatio.12.q.2.monemus.qđ no.

113 † Trigeſimooctauo quæro an tractatus requiratur in alienatione rerum eccleſiaſticarum. Reſpō.ſic,ſaltem vnicus.de reb. eccle.non alie.in 6.c.j.& ibi Doct.facit glo.in cle.cauſam.§.verum.In gl.licet error.de elec.& tenet Io. An.in addi. Spe.de loca.§.ſequitur.ver.ſcias, vbi dicit verum niſi in monachis nigris ſancti Benedicti vigore conſtitutionum dicti ordinis requirētium tractatus duorum dierum interpellatorum. Sed quę ſit forma tractatus vide in Spe. vbi ſupra etiam dicit quòd debet inſtrumentum fieri de per ſe deipſo tractatu.vt ibi in ver.ſcias. & Pau.de Caſt conſi.lxxxix.& Lau.in clemen.1. de re.eccle.nō alie.& alias dicemus.

Not.tamen quòd in alienationibus temporalibus. vel ad vitam non requiritur tractatus,ſecundum Hoſt & Io.Mon.quādo cauſa pietatis conceditur alicui ad vitam aliqua poſſeſſio. immo tunc nulla ſolennitas requiritur ſecundum eos per cap. poſſeſſiones.16.q.1.& c.illud 2.q.6.quinimmo ſolus epiſcopus ſine c.eas facit ſecundum Archi.in d.c.poſſeſſiones, niſi faciat in fraudem eccleſiæ.12.q.2.epiſcopus ſecundum Archi. vbi ſupra.Item niſi concedantur ſpiritualia. per c. ea noſcitur. de his quæ fiunt a præla. quod intellige etiam in conceſſione beneficij eccleſiaſtici quam non facit epiſcopus ſine conſenſu capitu. ſed Papa vel legatus ſic.c.ſi abbatem.de elec.de offi. leg.c.dilectus.cap.1.& 2. eo.titu.lib.6.de ver.ſigni.c.1.1.reſpon. ſecūdum La.& Abba.ita dicit d.Lau.in d. rub.de reb.eccle non alie. 25. q.vbi firmat conceſſionem ſpiritualium, & temporalium fieri debere per prælatum cum expreſſo conſenſu capituli, adeo quòd non ſufficit præſentia per glo.in c.1.ver.perpetuis.de reb. eccle.non alie.in 6.& Archid.23 q. 5.in ſumma.Valet tamē cōſuetudo quod epiſcopus ſolus alienet res eccleſiæ ſi pretium recipiat & conuertat in vtilitatem eccleſiæ de cuius neceſſitate conſtet.not.in cap.cum cauſa.& ibi Sicu.& docto.de re iudi. Sed non valet conſuetudo quòd fiat alienatio ſine ſolennitate c.ſine excep.12.q.2.vt ibi quod not.ſed in hoc vltimo aliter diximus ſupra q. 6.vbi vide omnino.

114 † Trigeſimonono quæro an licentia alienandi concedenda epiſcopo per Papam vel clerico per epiſcopum debeat eſſe ſpecialis.Reſpon.ſic,quia generalis non ſufficit.c.2.de re.eccl.non alie.

alie.in 6.facit.c 2.de preb.eo.lib.& c.qui ad agēdum.de procu. eo.li.glo.in cle.1.de oſſi.ordi.in c.ne captandę de conceſ preb. in 6. & in l.magis.§.ne tamen.ff.de re.eorum.in l.ob ęs.C.de præd.mi.& Lau.de Fa.in d.rub in 4.q.ideo Barto.in l.in pupillo rum.§.ſi prætor.ff de rebus eorum, dicit quod male facit epiſcopus ſi cōcedit licentiam alienandi rem minus damnoſam niſi rem ſpecificet, vel ſaltem debet epiſcopus concedere purè dictam licentiam, quæ conceſſio valet ſecundum Bartol. ibidē.

115 Quadrageſimo quęro † an valeat alienatio rei eccleſiaſticę ſolenniter facta per epiſcopum vel clericum in caſu prohibito. reſpon. non, ſecundum veram opi. & communem Ant. de Bur.in c.1.de in inte.reſt.per c.in ratione. de reb.eccl.non alienan.in 6.& idem tenet Ioan.de Imo. per.c.2.eo. titu.in 6.ibi in forma & caſibus.& Archi.in d.c.2. licet glo. Io. teneat contrarium.12.q.2.in ſum.& c.ſine.per.c.fi.de reb.eccle.non alie.in 6. 3.q.Tu potes ſaluare glo.Io.ſecundum But.in d.c.1.& in c.cum vos.& in c.tua.de his quæ fi.a præla.vt teneat alienatio quæ cōmuni opi.reputabatur eſſe vtilis eccleſiæ.licet non eſſet, fuit ta men facta ſolenniter, & ita procedat d.glo.alias vero proceda opi.But.Imo.& aliorum quòd eſt notandum perpetuo.

116 † Quadrageſimoprimo quęro vtrum epiſcopus vel clericus alienans res eccleſię caſu quo non teneat contractus, ſed reſcindatur debeat reſtituere pretium emptori, de hoc no.in c.ſi qua de reb.12.q.2.dic ſecundum Io.de Imo.in c.ſi quis presbyterorum.de reb. eccle. non alie. quod ſi epiſcopus habet bona propria, tenetur de euictione emptori rei eccleſiæ ſine ſolenni tate ementis ab ipſo epiſcopo, & ſic epiſcopus emptori debet de bonis proprijs pretium reſtituere ſiue emptor fuerit bonę fidei ſiue malę.Sed glo.in c.vulteranę.12.q.2. diſtinguit inter bonam fidem emptoris, & malam, vt emptor bonę fidei repetat pretium, non autem ſi eſt malęfidei, & lic ēt emens rem eccleſiæ ſine ſolennitate iuris ſemper dicatur malęfidei, quia contra iura mercatus, vt in regula qui contra iura. in 6. l. quemadmodum.C.de agri.& cenſi.lib.11.in l.j.C.de fide inſtru.& iu. haſt.li.x.& tenet Bal.in l.qui a quolibet.de contrahen.emptio.verum eſt ſecundum gl.vbi ſupra quoad vſucapionem, vt rē emptam non præſcribat.non autem vt ingreſſus contra venditorem non habeat hanc diſtinctionem de bona & mala fide, & tenet gl.& Ioan.An.in c.ad audientiam.de reb. eccle. non alie. & Vin.Odof.& Lau in d.c.vulteranæ.& Inno.in d.c.ſi quis prę ſbyterorum.& glo.& Bal.in l.iubemus.§.lana. vbi vide de ſac. ſan.eccle.Pe. de Anc. in d. c. ſi quis dubitans ſe non firmat.ſed in d.c.ad audientiam.tenet quod indiſtinctè agat ad pretium, & ibi idem tenet But.qui in d.c. ſi quis ſequitur præal. diſtin. & ideo Inno.vbi ſupra ſubdit quoſdam tenere & non male quòd conductores rerum eccleſiaſticarum ſi ſunt bonæfidei habeāt actionem contra locatores. Alias non, niſi ſibi de euictione proſpexerint, facit.l.1.& 2.C.ne rei do.vel temp. de hoc tamen latius loquitur d.m.d. Lau.in d.rub.in 1.carta.vbi vide.

117 † Sed quæro incidenter quid ſi quis emat rem fideicom. ſub iectam quę vendi non poteſt regulariter.iuxta auc. res quæ. C. communia deleg.an repetat pretium ſi res euincatur ab eo.Reſpon. quòd ſic etiam ſi ſcienter emit, ſed ad duplam non agit etiam ſi ſit ſtipulatus, quin etiam perdit melioramenta, ſi verò bonafide emit, agit ad duplam & repetit melioramenta, caſus eſt no.in l.fi.§. fi.C.communia deleg.licet ergo contra legem mercatus ſit, tamen pretium non perdit, vt ibi licet ſecus ſit fauore eccleſiæ, quia perdit pretium.l. iubemus.§. œconomus.& ibi doc.& Bal.C.de ſac.ſan.eccle.& ſupra diximus.

118 Ex quibus inſertur ad q.quæ de facto mihi occurrit.† dicit ſtatutum ciuitatis Firmanę quòd forenſis non acquirat immobilia, certe forenſis emens non perdit pretium licet emptio non valeat, vt firmat ſingulariter Bal.in d.l.fi.§.fi.C.commu.dele.qđ tene menti.Idem dico in caſu alterius ſtatuti Firmani diſponētis non valere contractum non inſinuatum, quia ſi fiat venditio non ſeruata forma ſtatuti quo caſu eſt nulla. poteſt tamen pretium repeti per prædicta, quod ſimiliter not.& facit quòd emptor ex cōtractu a lege reprobato re ſibi euicta pretium rę petit ſi illud fuerit ſibi ſtipulatus in caſu euictionis ſecundum Barto.not.in l.j.in fi.C.in quib.cau.colo.cen.lib.xi. alias illud ꝑdit.l.1.C.de præſcrip.30.anno. vbi emēs a fiſco rem vt alienam non repetit pretium rei ſibi euictæ. vide ibi glo.Bart.& docto. An autem & quando emptor perdat pretium cum venditio reſcinditur, vide vltra prædicta text. not.& Barto. in l.3.ff.de his qui in frau.credito.& per Bal.in c.1.§. notādum. qui feu.da. poſ.& in c.1.ver.demum.de prohi.feu.aliena per Federi.& in l. habi. §.ſi ita.de lega.1.

119 † Prædictis adde quod emens ſciēter rem alienam ēt pretiū non repetit, nec de euictione agit ſecundum Bal.in l.non dubitatur.C.de euic.& in l.ſi fundus.eo. titu. ſed bene agit ex capite rei non defenſę ad intereſſe ſecundum Bal.in l.ſi ſtatus. in fine. C.de euic.

120 † Sed pone quod quis emit bona hæretici quæ poſtea vendicat inquiſitor hæreticæ prauitatis, vtrum pretium debeat emptori reſtitui. Reſpond.quod non ſecundum Bald.in l.fin.§.fin. C.cōmunia delega.Sed Bar.in d.l.2.in fin. ff. de his quæ in frau. credi.diſtinguit quod aut pretium fuit conuerſum in vtilitatē venditoris, & tunc tenetur inquiſitor reſtituere emptori rē & pretium, aut non, & tunc ſecus, idem tenet Bartol. in l. chyrographis §.fi.de admini.tuto.dicit ſimpliter pretium nō reſtitui. de hoc etiam vide per Cyn & Moder.in l.fi. C.ad l.iul.maieſta.

121 † Poſtremo ſingulariter not. ꝙ ſi executor teſtamenti vendidit rem hæredis in caſu non permiſſo, transfert in emptorem vſucapiendi conditionem, & publicianam.& ſic pretium eſt cō uerſum in vtilitatem hæredis, nō tenetur emptor reſtituere hę redi rem niſi pretium ei reſtituat hæres, vt tenet Bal.in l.fi.C.de vxo.mili,. vbi refert ſe hæc audiuiſſe à Bar. viuę vocis oraculo, ideo tene menti perpetuo.

122 † Quadrageſimoſecundò quæro vtrum prælatus vel clericus alienans contra formam ius res eccleſiæ ſuæ, poſſit propria auctoritate contrauenien s apprehēdere poſſeſſionem rei quā alienauit dic quod ſic, vt in auct.vt decreto commu. rerum eccle.§.decętero.collatio.5.& tenet Lau.in d.rub.de reb.eccle.nō alie.in 6.15.q.vbi vide.Quod verum eſt in ęconomo qui poteſt pro eccleſia occupare propria auctoritate rem permutatā, etiā cum principe qui eam tranſtulerit in alium. vt in Spec. de acto re.verſi.item quòd vult nouo. Poteſt autem prælatus alienans contrauenire. l.iubemus.§.ſanè.& ibi gl. Bar. Bal.& doct. C.de ſac.ſan.eccle.& Pau.de Caſt.in conſi.134.& in c.ſi quis presbyterorum.de re.ec.non ali.quod eſt verum etiam ſi iurauit.c.intellecto.de iureiur.& Lau. vbi ſupra 13. q.nec mirum, quia poteſt quis venire contra ſuum cōtractum qui de iure non tenuit. l.j.& ibi Car.& docto.& Bar.C.de lib.cau.c.noſtri. & ibi gloſ.de elec. quod verum eſt pro intereſſe alterius, non pro ſuo vt ibi & l.ſi is qui.§.fi.ff.de exe.rei iudi. licet glo. in l.modeſtinus.ff.de exec.& ita tenet Flo.in l.venditor.in ſin.princi.ff. cōmunia ꝑd. de quo per Bar.in l.poſt mortem.ff.de adoptio.

123 † Quid de marito alienante fundum dotalem.Reſpō. poteſt conuenire ſecundum glo.not.in inſti.qui ali.non licet. l.j. §.& cū lex.& ibi Cy.C.de rei vxo.ac.& Bar.contra gloſ.in l. cum vir.ff. de vſuca.Idem.& in minore qui contrauenienſ non repellitur exceptione dominij, ſicut nec prælatus cōtraueniens ſecundū Bart.in l.ſi alien.ff.ſol.mat.& in d.l.iubemus.§ j.Bar.in auct.hoc

124 ius por.C.de ſac.ſan eccle.† Venditor etiam poteſt venire contra contractum ſimulatum ſecundum Barto. in l.emptor.ff.de aqua plu.ar.& in l quemadmodum.C.de agri.& cen.lib.xi.licet aliter loquatur bar.in l.ſicut.§. ſuperuacuum.in fi. ff. quib.mo. pig.ſol.vbi vide.Quid de prohibito alienare. Reſpon.quod poteſt venire cōtra alienationem a ſe factam.l.quoties.& ibi Bal. C.de fideicom.& Pau.de Caſt.conſi.13.vbi dicit verum in pro hibito à lege, non à teſtatore, & vide etiam per Pau. de Caſtr.in conſi.17.& quod not.in l.1.C de contra.iudi.& in l.fin.C.ſi ma. fac.Quid dices de donatione, dic quod non potes opponere de exceptione ſimulati contractus, ſed extraneus ſic ſecūdū Bart. in conſi.Martinus de Eugubio &c.in fi.Idem dic in alienationē rem litigioſam, quia non poteſt reuocare alienationem ſecundum Inno.in c.inter dilectos.de dona.

125 † No.tamen quòd contra factum ſuum quis venire non poteſt etiam ex perſona alterius.l.ſi non for.§.ſi filius.& ibi Barto. ff.de.condi.inde.Sed an venditor poſſit euincere rem venditā. Reſpon.non.l.ſeruum.& ibi Bar.ff.man. quod eſt verum etiam ſi dominium ſibi ſuperuenit ſecundum Bal.in l.1. C.de hęr.vē.

Et ſciendum quod ſi ius eſt alteri quæſitum, non poteſt quis venire contra factum ſuum.l.ſi quis ius.& ibi Bal.C.de reb. ecc. Nec poteſt qui actum facit ſolenniter allegare nullum ſecundum Dy.conſi.12.

126 † Sed quid de conſentiente alienationi, an poſſit venire cōtra eam.Bar.poſt glo.in l.cum pater.§.libertis.de le.2.dicit nota biliter quòd ſic, quod eſt verum niſi doloſè conſenſerit, quia tunc non admittitur ad reuocandum alienationem cui doloſè conſenſerit ſecundum Bal.in l.quoties. C.de fideicom.& ita conſultus reſpondi ſocio meo domino. Proſpero aduocato inſigni.

127 Adde † etiam quòd vxor quæ conſenſit viro obliganti rem ſuam creditori, poteſt vendicare rem ab emptore etiam pretio non reſtituto quod etiam poteſt hæres matris. l.ſi ſciens.& ibi Bal.C.ad velle.Pone quod nullus de contrahentium ſoluit gabellam an poſſit quilibet eorum opponere de nullitate contractus Reſpon.ſic ſecūdum Bal.no.in l.acceptam. 12.q. C.de vſu. vbi dicit hoc eſſe ratione publici fauoris, ſed contra in l.cū mulier.& ibi doc.ff.ſo.ma.& ī l.fi.§.pe.ff.eo.per quę fac.erit.Et ſciēdum quod non poteſt quis allegare vel excipere quòd non iure exercuit officium, quia ſufficit de facto exercuiſſe.l.t.& ibi Fran.de Capi.l.j.poſt Bal.in vj.col.de eodem.quòd eſt notādum.

128 † Poſtremo quæritur quid de rege qui immoderatè donauit iura regni.Reſpon.quod poteſt contrauenire ſecundū Pau. de Ca.in conſi.72.

129 Vltimo no.ad propoſitum quòd † procurator falſus qui egit non poteſt dicere ſe non procuratorem quando ſucceſſit domino,

mino, vt dicit Bartol. no. in l. modeſtinus. ff. de excep.

130 Quadrageſimotertio quæro † vtrum prælatus vendens rem eccleſiæ poſſit habere fidem de pretio. Reſpon. non ſecundũ Bal. in l. in ciuile. C. de rei vend. idem tenet ibi Bal. in procuratore fiſci per l. ſi procu. §. ſi ab eo ff. de iure fiſci. quod etiam tenet in l. in contractibus. §. ſed quoniam. C. de non nume. pecu. ubi idem dicit in procuratore minoris vel eccleſiæ. Idem in procuratore priuati ſpeciali non in generali, quia ſpecialis procurator vendens non poteſt habere fidem de pretio, ſed generalis ſic niſi ſit ei prohibitum ſecundum Bar. in l. i. ff. de offi. procu. cæſa. & in l. i. ff. de vſu. rei iudi. & in l. a diuo §. ſed ſi emptor. ff. de re iudi. vbi etiam dicit quod procura. ſpecialis ad vendendum certum fundum pro certo pretio non poteſt habere fidẽ de pretio, nec aliter transfert dominium in emptorẽ, ſicut nec vendendo pro minori pretio quàm habeat in mandato, ſed ſi non habet mandatum limitatum ad pretium diſtinguitur, ut per Bar. in d. § ſed ſi emptor. & Bal. in d. l. in ciuile. quod aut erat expreſſa cauſa, quæ ex pretio erat de præſenti implenda, & tũc niſi impleatur non poteſt habere fidem de pretio, aut nõ erat adiecta cauſa & tunc poteſt, dummodo bona fides adſit, vt q̃a rem carius vendat ad vtilitatem domini, quia tunc perinde eſt ac ſi haberet ſpeciale mandatum niſi in procuratore fiſci eccleſiæ & minoris, vt per doc. vbi ſupra, & dictum eſt ſupra.

131 † Sed quid de executore teſtamenti vendẽte pro ſatisfactione cauſæ piæ. Reſpond. ꝙ nõ poteſt habere fidem de pretio ſecũdum Bar. in d. § ſed ſi emptor. de re iu. & Bal. in d. l. in ciuile. & in addi. Spe. de emp. & vendi. ver. quando commiſſarii contra Spe. ibi, ver. interdum. quod eſt verum niſi habeat liberam ſecundũ Bartol. in l. alio ff. de ali. & cib. leg. Et prædicta vera etiam ſi habeatur fides de minima parte pretij, quia non trãſfertur dominium in emptorem ſecundum Bal. in d. l. in ciuile & tenuit Bar. in l. fiſtulas. §. qui fundum ff. de contrahen. emp. & dicit Bal. vbi ſupra contractum valere, & ex eo agi poſſe. vide omnino ibi. & tenet Bal. in l. cum vẽdente. C. ſi certum petatur. idem Bald. in l. fin. §. ſi autem legata. C. de bo. quæ libe. dicit quod talis executor non poteſt habere fidem de pretio, & ſi habeat, non tenet cõtractus. Poſſunt tamen dicti executores vendentes confiteri receptiſſe pretium ſecundum Spe. vbi ſupra, quod intellige ſecundum Bar. in d. § ſed ſi emptor ſi in inſtrumẽto dicitur quod habuit & recepit dictum pretium, vel ſi conſtet pretium conuerſum eſſe in cauſam ob quam fuit facta venditio, quia tunc cõfeſſio tanquam vera valet ſecundum Bartol. ibidem, qui ſubdit ſufficere ſi in inſtrumento dicitur quod recepit pretiũ, q̃d confeſſus eſt verum eſſe in talem cauſam, licet alias non cõſtet de conuerſione in illam cauſam, ſi cauſa in mandato fuit expreſſa vel etiam ſi cauſa vere ſubeſſet vt ibi per Bart. quod not. Idem dic de procuratore fiſci cuius confeſſio de recepiſſe ſufficit ſecundum Bar. in d. l. ſi procurator. §. ſi ab eo. ff. de iure fiſci ꝑ l. 2. § fi. C. de quad. præſcri.

Adde circa prædicta plene not. per Bar. in l. 3. § non tantum. ff. de inſtito. & Pau. de Caſtro. in l. ſi in autem. ff. de pac. & not. ꝑ Io. Pe. Papi in ſumma de execu. ſen. ver. per publicum nuntium.

132 Quid † de factore mercatorum ſeu inſtitore. dic eum poſſe habere fidem de pretio cum vẽdit, niſi fuerit prohibitum, vel niſi dolo verſetur vẽdendo alicui receſſurum de fuga ſuſpecto vel cui diligens paterfa. nõ vẽderet niſi præſenti pecunia, vt firmat Bal. in d. l. in ciuile quod bene no.

133 † Subſequenter quæro quid de creditore vendente pignus. Reſpon. quod poteſt habere fidem de pretio per l. eleganter. §. ſi vendiderit. ff. de pig. ac. & ibi Bar. ratio eſt, quia pretium ipſe habiturus eſt, ergo poteſt expectare quantum vult ex quo ſequitur quod de reſiduo quod reſtituere debet debitori non poſſet habere fidem, quia ceſſaret tunc dicta ratio. & per hoc credo poſſe limitari quod dicitur in d. § ſi vendiderit. In tutore verò dic idem quod in procuratore minoris, vt ſupra dictum eſt.

134 † Quando autem dicatur haberi fides de pretio. Reſpon. ꝙ tunc, ſcilicet quando actum eſt quod pretium ſoluatur ad certum terminum. Nam de pretio quod quis ſe ſtatim recepturũ putauit non dicitur habita fides l. 3. & ibi Bartol. ff. de pig. act. vbi Bal. notabiliter dicit fidem non dici habitam ab eo qui decipitur. quod not. & hæc ſemper exclamabat in ſcholis do. Io. de Pra. Item nec quando actum eſt inter contrahentes q̃d pretium incontinenti ſoluatur ſecundum gloſ. & Bald. in l. in ciuile. C. de rei vendicat. vide etiam gloſſ. in §. venditæ inſti. de contrahen. empt.

135 † Et no. quod ſi vẽdens dicit emptori, ego confido de te vſque ad x. dies & non vltra, reuertitur dominium ad ipſum vendentem poſt x dies ſine retraditione rei pretio non ſoluto intra 10. dies. gloſſ. eſt no. ſecundum Bald. in d. l. in ciuile. q̃d ſemper not.

136 Quadrageſimoquartò quæro † vtrum epiſcopus poſſit mutuare pecuniam eccleſiæ ſine auctoritate ſuperioris Bal. tenet quòd ſic. in l. etiam. C. de fideicom. immo nulla ſolennitas requiritur in eius alienatione ſecundum gloſſ. 12. q. 2. in ſumma. per l. lex quæ tutores. § fi. C. de admi. tu. l. fin. C. quando dec. opus nõ eſt. xcvj. di. bene Scias autem quod ĩ dubio præſumitur mutuum fauore eccleſiæ cui expedit quod dominium tranſeat in recipientem propter periculum quod poſſet contingere ſecũdum Bal. ĩ d. l. etiam. Sed aduertat prælatus, q̃a peccat mortaliter mutuando pecuniam eccleſiæ, quinetiam excõmunicatus ſecundum Archi. & Io. Fantu. in c. qui Chriſti. 12. q. 2. item punitur mutuans pecuniam fiſcalem qui deportatur. & bona confiſcantur. l. 2. C. de his qui ex pu. ratio. mu. pe. ac. lib. 10. Recipiens verò quia pęna quadrupli punitur. l. eo. & fiſcus autem & eccleſia ęquiparantur. l. fin. C. de ſac. ſan. ec. & c. j. de in integrum reſti. in vj. & tenet Lau. de Fano in d. rub. de reb. ecc. non alie. in vj. ix. quæſtio. quod not.

137 † Incidenter quæro ſi recipiens mutuam pecuniam eccleſiæ emat prædium ex ea an ſibi acquirat. dic quod ſic non autẽ acquirit eccleſiæ. Secus eſt prælatus vel monachus emat de pecunia eccleſiæ, quia eccleſiæ acquiritur etiam ipſis inuitis & contrarium paciſcentibus cum venditore, vt tenet Bal. in d. l. etiam. ad fi. vbi etiam ſubdit non valere contractum emptionis & venditionis cum pecunia eccleſiæ ſcientibus emptore & venditore, ſed recipiens pecuniam eccleſię pro pretio nõ cõmittit furtum, vt ibi, quod no. Sed an res empta de pecunia eccleſiæ ſit eccleſiæ. Reſpon. ſic per prædicta, niſi pecunia eccleſiæ fuerit altera mutuata, quia per mutuum trãſiuit pecunię dominium in recipientem. qui poſtea emẽs ex ea ſibi acquirit nõ eccleſiæ, ſecus verò ſi ematur de pecunia eccleſiæ non mutuata ſecũdum Bal. no. in d. l. etiam. & ſupra proxime dictum eſt. Vnde ſi Cardinalis mutuat pecuniam nepoti ad emẽdum poſſeſ. nepos emens ex ea ſibi acquirit, vt tenet Bald. in ca. eccleſia. ut lit. pen. quod verum credo niſi conſtet de fraude. l. fraus. de legi. l. mancipia. C. ſi quis alteri vel ſibi. ſecus ſi pecunia eſſet eccleſię per l. quoties. C. de rei vendicat. Idem dic in re empta de pecunia pupi. quia efficitur pu. ſed empta ex pecunia redacta ex venditione rerum pupilli non eſt pupilli. no. in l. Titium & Meuium §. altero. & ibi Bar. ff. de admi. tu. & per Bartol. in l. circa. eo. titu. & in l. imperator §. fi. de leg. 2. & in l. 2. quando ex facto tut. & in l. quamuis. C. de pig. & no. in l. patruus. C. communia vtriuſq. & Bar. Cęp. in l. Labeo. §. item ſi domin⁹. de verb. ſignifica. quod intellige ſi empta ſit a tutore, non ſi a negotiorum geſtore l. filię. de ſol. ſecundum Bartol. in d. § altero. & in d. l. 2. quando ex facto tu. item intellige eſſe in electione pupil. an velit pecuniam repetere vel velit vendere rem emptam ex ea. l. curator. C. arb. tut. & ſi velit rem competit ſibi pro ea vtilis rei vendicatio. item & hypothecam poteſt eligere ſecundum glo. & Bar. in l. idemque. ff. qui po. in pig. ha. & not. in d. l. quamuis. ꝙ not. quia ſpecialis eſt in pupil. idem in eccleſia ſecundum gloſ. & Bal. in l. ſi tutor. C. de communi ſeru. manu. in alijs enim ſecus eſt, ſi res empta ex pecunia aliena non ſit ſpecialiter hypothecata, quia non datur hypotheca ad rem ipſam domino pecuniæ d. l. quamuis. & ibi Bar. & Bal. vide tamen in l. licet & ibi docto. & Ang. C. qui pot. in pig. ha. vbi dicitur non dari hypothecam in re niſi expreſſe ſit conſtituta, & ſic debet intelligi. d. l. licet ſecundum gl. & Bart. in d. l. idemque quod no. Datur autem hypothecaria ſi ad emptionem ipſius rei fuit pecunia mutuata. l. ſi & ibi Bar. C. de pig. Facit etiam, quia res empta de vſuris eſt hypothecata ei a quo fuerunt extortę vſuræ per emptorem. ſi vſurarius eſt effectus non ſoluendo, ſecundum Specu. de vſuris. §. 1. ver. Pone vſurarius. & ibi Bal. in addi. & Lap. in alle. 8. & Bart. Cęp. in d. §. Item ſi dominus. 5. q.

138 † Circa prædicta ſciendum quòd res empta præſumitur de pecunia peruenta ad ad manus emptoris ſecundum Bart. in l. Imperator. § fi. de leg. 2. per l. ſi. C. de pig. & Bar. in l. ſi. §. fin. C. ad Mace. quod intellige. ſcilicet de ea quæ peruenit ad eum parũ ante emptionem per no. in l. ſi ventri. §. final. & ibi Barto. ff. de priui. credi.

139 † Quęritur etiam quid de re empta de pecunia dotis. Reſpõ. quòd cenſetur dotalis verè vel putatiuè ſecundum ea q̃d erat pecunia ipſa dos vera vel putatiua. no. in l. ſi conſtante. ff. de iure do. & tenet Bar. in l. ſi cum dotem. § fina. ff. ſolu. matr. licet cõtrarium no. in l. ex pecunia. C. de iure do. Sed gloſſ. ibi concordat. vbi vide.

140 † Prædictis adde quod res empta de pecunia vxoris donata viro poteſt vendicari. l. vxor marito. ff. de dona. inter virum. & ibi Bartol. Item adde quod res empta de pecunia mea nomine alterius, non eſt mea, ſed ementis vel eius hæredis. l. ad probationem. la prima. & ibi Bald. C. de proba. Sed an res empta de pecunia peculij fiat peculiaris. dic quòd ſic, & ideo inter fratres diuidenda, ſicut reliquum peculiarium ſecundum Bal. in l. certum. 3. col. ff. ſam. erc.

141 † Itẽ quęri poteſt quid de re empta ex pretio pignoris venditi per creditorem. Reſpon. quòd efficitur creditoris. l. ſi & ibi Bal. C. de diſtra. pig. Sed quid de re empta per vxorem de pecunia viri. Reſpon. non poteſt vendicari per hæredes viri cum ad pretium detur eis actio. l. j. & ibi Bal. C. ſi quis alteri vel ſibi. Res

verò

verò per filium empta de reſiduis fructibus fundi paterni aſſi-
gnati filio pro alimẽtis dicitur profectitia & quęrit patri, niſi
filius eſſet emancipatus ſecundum Bartol.in l.cum oportet.in
princi.2.col.C.de bo.quæ liber.quod no Et quia ſupra in prin-
cip.huius q.diximus poſſe prælatum mutuare pecuniam eccle
142 ſiæ ſine ſolennitate, quæro de ratione.† & reſpondeo quia pe-
cunia eſt res mobilis quæ poteſt alienari ſine decreto. Ita dicit
Bal.in d.l.etiam.C.de fideicom.& no.in l.1.§.fuit quæſitum. &
ibi doct.Ludo.Pon. ff. ad trebel. & eſt not.text. in l.Iulia. ff.de
peti.heredi.& Ang.in auc.de nup.§.& quia parum.& quod per
Bar.in l.vxorem.§.legauerat.de leg.3.glo.& Bar in l.interdum.
ff.de condi.inde. Tamen ſeruando ſeruari poteſt pecunia ſecũ
dum glo.in d.§.fuit quæſitum.& Ang.in l.i.ff.ſol.mat.quod ve
rum ſcilicet vt conſeruetur ad oculum non vt afferat vtilitatẽ
ad vſum ad quem deſtinata eſt ſecundum Bar in d.§.fuit.& ſic
debet intelligi d.l.Iulia.vide Bar.in l.poteſt.ff.de auc.tut Et no.
quòd ſine decreto poteſt alienari pecunia.l.lex quę tu.C.de ad
miniſtratio.tuto.niſi ad emptionem prędij ſit deſtinata.l.quid
ergo.§.quid ergo.de contrario iudi.tut. Raynal. Bal. & Angel.
in l.cætera.§.ſed ſi parauerit.de leg.j.& Ludo. in d.§.quid ergo.
& in ſingu.ver tutor.ver.pecunia. vbi etiam dicit per d.§. quid
ergo. quòd non poteſt tutor ſibi ſatisfacere de pecunia pupil.
deſti.ad emp.prædij.licet poſſet alias propria auctoritate.arg.l.
fiſtulas.§.i.de contrahen.emp. Dicunt tamen Bal.& Ang. in d.
§.ſed ſi parauerit.quòd ſtatutum loquens de bonis mobilibus
habet locum etiam in pecunia deſtinata ad emptionem præ-
dij,quod eſt not. Et quod dictũ eſt pecuniam cenſeri rem mo-
bilem, intellige verum etiam ſi eſt redacta ex venditione rei
immobilis,vt tenet Bald.in l.ea demum.C. de coll. quod tene
menti perpetuo.

143 Quadrageſimoquinto quæro, † vtrum ep̃s iurans nõ alie
nare bona eccleſiæ poſſit ea donare capitulo. Bald.in l.volun-
tas.in lectu.antiqua.C.de fideicom.& in l.dudum. C.de cõtra-
hen.emp.tenet quod ſic,facit quod no.in cle.fin. de reb. eccle.
non ali. Immo etiam in canonico vni de capitulo poteſt epi-
ſcopus donare vt ibi no.ſecũdum Bald. in d.l.dudum. Pro quo
facit.quia prohibitus alienare poteſt alienare in conſortes.l.ſi.
C.nõn lice.habi.metro.lib.11.§.cum pater.§.15.& ibi Barto. de
leg 2.& in l.ſi domus.§.fi.de leg j.& in l.ſi mihi titio. de verbo.
obli.& in l.voluntas.& ibi Bart.C.de fideicom. quod eſt verũ
ſecundum Bald. ibi in i.col.niſi ſit eadem ratio prohibitionis,
quod no. Et adde quòd prohibitus vendere extra familiam po-
teſt donare vni de familia,puta ſorori ſecundum Bal.in d.l.vo
lunt.1.col. Quinetiam poteſt dare in dotem ſorori ſuę vel eius
viro, vel etiam conſtituere ſibi dotẽ poteſt fœmina prohibita
alienare ſecundum Bal.ibi 2.col vide no.in auc.res quæ. C. cõ-
munia.de leg.& Paul.de Caſt.conſil.13. vbi ponit an certa res
prohibita alienari a teſtatore poſſit in dotem dari. Nota tamẽ
quod prohibitus alienare extra familiam, ſi alienat liberatur
ſoluens pœnam quam ſi non ſoluat familiæ, debetur res alie-
nata ſecundum Bal.no.in l.i.11.q. C. de his quæ pe. no. poteſt
autem prohibitus alienare extra familiam,alienare partem al-
terius per ipſum redemptam.d.§.15.& ibi Bar. quod ſupra no.
& infra. Item poteſt alienare in eum qui fuit de familia tem-
pore mortis. vel tempore teſtamenti. ſecundum Bald. in d.
l.volũtas. in fi. Item poteſt alienare in extraneum ſi in familia
nullus ſit niſi alienans quia non ſit qui reuocare poſſit ſecun-
dum Pau.de Caſtro conſi.xliij Item poteſt alienare de conſen
ſu illorum de familia in quemcũq; extraneum. l.qui Romæ.§.
cohæredes.& ibi Dy.Barto.& docto.de verborum obliga.facit
l.nihil.§.omnibus.de legat.j.l.quoties.& ibi Bart. & doct.C.de
fideicom. Item poteſt alienare partem ſibi aliter quæſitam
quam per ius accreſcen. vt tenet Bald.Imol.& Ioan.de Por.in
l.ſi teſtamento.in prin.de vulg.& pup. Item ſi alienetur primo
in vnum de familia,poteſt ille ſecundo in extraneum alienare
d.§.15.& ibi Barto. & tenet Bald.in d.l. voluntas. & ſupra dixi.
Ideoque Ray de for.in d.§.15. dat cautelam quòd prohibitus
alienare alienet in vnum de familia,quia tunc poſtea poteſt in
extraneum alienari.quod no.
144 † Sed nunquid prohibitus alienare poſſit conſentire alienã
ti. Reſpon. quod aut quis eſt prohibitus alienare ratione iuris
vt vſufr. & poteſt conſentire proprietario alienãti fundum in
quo ſibi debetur vſusfructus.C.de vſu.l.nihil. Aut eſt prohibi-
tus ratione imbecillitatis. vt quia minor.l.mili. & tunc poteſt
conſentire alienanti,ſicut nec alienare vt tenet Barto.no.poſt
gloſ Dyn.in l.ſi fundus.§ fi.ff.de pig. vide etiam Barto. in l.fi.2.
col.C.de pac.& in l.cum pater.§.libertis. poſt gloſ.de lega.2.&
in l.iubemus. C.ad velle.& quod per Bald. in d.l. voluntas. &
melius in l.2.C.ſi aduer.do.vbi dicit poſt Iaco.But.quòd ſtatu-
tum prohibẽs minori alienationem bonorum ſuorum,vide-
tur etiam prohibere ne conſentiat alteri alienanti, quod eſt
notandum.

Quæro etiam vtrum prohibitus
145 † alienare poſſit actiones in iudicio intentare. Reſpon.non.l.
aut prætor.§.1.ff.de iure delib. Sed excipere poteſt ſecundum
Bart.in l.libertus.in fi.ff.de in ius voc. Sed an prohibitus aliena-
re niſi in legitimos videatur tacite grauatus de reſtituendo le-
gitimis. Bald.tenet quòd ſic,in l.1.in fi. C. de dona.cauſa mor.
Idem & ſi teſtator prohibeat hæredem alienare, quia videtur
tacite eos inuicem grauare de reſtituendo alter alteri. gloſ.eſt
ſingu.ſecundum doct.in l.codici.§.inſtituto. ver.ſuis.de leg 2.
& tenet Bartol. in l. vel ſingu.de vulg.& pupil. & Bald. in l. ab
eo. C.de fideicom.
146 † Quæro an prohibitus per contractum poſſit alienare per
vltimam voluntatem, dic quòd non ſecundum Bal.in c. quia
5.de iudi.& Lau.de Fa.in l.in quorum.C de pigno.17.col. vide
omnino per Bald.in l.ea lege.2.q. C.de condi.ob cauſam.& in
l.ſi quis.§ certum.C.de ſecũ.nup.& in l.cum ſeruus.§ fi.de leg.
1.& glo.in rub.C.non lice.habita.me.libr.11.& per Bald. in l.ſi
ita.§.ea lege.de ver.obliga.& no.in l.pe.§.Iul.de leg.1.& j°.cod.
147 † Quęro etiã an prohibitus alienare, poſſit alienare in eccle
ſiam vel clericum. Reſpõ.quòd ſic, quia talis prohibitio etiam
per ſtatutum inducta intelligitur de forẽſi, vt in eum non poſ-
ſit alienari, quod ſtatutum valet præterquam quo ad eccleſias
vel clericus ſecundum Bar.no.in l.filiusfa.§.diui.3.col.de leg.j.
& in l.1. C. non licere habi.me. & in l.dudum. de contrahen.
empt.& in l.ſi ita quis.§.ea lege.de verb.obliga.& per Bal. in l.
ea lege.6 q.C.de condi.ob cauſam.& in l.voluntas. de fideicõ.
& in l.iubemus.& in l.fi.5.col.de ſacroſan. eccle.Pau. de Caſtr.
in conſi. cxciij.Fede.de Se.conſi.lxxix.Ioan. de pla.in l.2. C.de
pręd.naui.lib.11.& alias hoc anno conſului in ardua q. vertente
te de hæreditate. d. Catharine de ſeruigliano relicta hoſpitali
de amandula.quod venientes ab inteſtato tentarunt exclude-
re vigore ſtatuti Firmani prohibentis forenſes acquirere in ter
ritorio ciuitatis, licet quidam alij ſequentes conſilium ſolem-
nis doc. domini Cataldini de viſſo tentauerunt cõtrarium &
male & contra omnem ſententiam doc.vbi ſupra quam etiam
tenet Pau.de Ca.in conſi cexcvi.& Bar.in d l.fin.de ſac. ſan. ec-
cle.Io. An.in c.ſi.de immu.eccl.& doc.cañ in c. eccleſia ſanctę
Marię.de conſti.quod maximè concludebam quod tale ſtatu-
tum non ob. quin ſaltem ęſtimatio rerum prohibite acquire-
re debeatur.licèt ipſas relictas ſibi acquirere, & acquiſitas tene
re non poſſet vigore ſtatuti.vt tenet Bar.no.in l.filius.§. ſi quid
de leg.1.& Bal.in l.cum quæſtio.in fi.C.de lega & in l. cum ſer
uus.§.fi.de leg.1.& d.Lau.in l. i qu orũ de pig. Adde quòd prę-
dictum ſtatutum non habet locum contra filios, qui cum de-
beant nominatim exhęredari.l. nominatim. de lib. & poſthu.
& dictum ſtatutum ſapiat quandam exhæredationem filiorũ
forenſium ſuccedere prohibitorum, tenendum eſt eos non
comprehendi à ſtatuto expreſſe non loquente de filijs, vt te-
nuit Ioan.de Imo.in d.l.ſi ita quis.§.ea lege.de verb.obli.quem
conſulendo refert & ſequitur clariſſimus doc. d. Benedictus
capra in conſilio ſuo ſecundum quòd ego conſultus pluries re
ſpondi de facto.

148 Iuxta prędicta quæri poteſt † an prohibit⁹ a-
lienare teneatur curare etiam ne per alium alienetur. Reſpõ.
ſic, vt not. in d.§. ea lege. & per Bald.in rub. C.qui admit.in fi.
quòd not. Immo.non poteſt dare occaſionem quod alienetur
ſecundum Bald.in l.quoties.C.de fideic.per text. ſingu. in cap.
j.§.fina de inueſti.de re.al.fac.in vſi.feu.& gloſſ. in d.§. ea lege.
Item quæro an prohibitus alienare poſſit habere res pro de re
lictis. Reſpon.non per not.in l.ſeruus.ff. de ſtip. ſer. ſecundum.
Bald.in d.l.voluntas in fi. Quomodo autem intelligitur prohi-
bitio alienandi extra familiam. Reſpon.intelligi ſcilicet vſque
ad quartum gradum.text.eſt ſingu.& ibi Iac.de Bel. in auc. de
reſti.fideic.per quem do.meus Ioan.de Prato. ſic de facto con-
ſuluit.
149 Succeſſiuè quæritur † an prohibitus alienare poſſit repudia
re hæreditatem. Reſpon.ſic l qui autem de his quæ in frau.cre.
l.ſi ſponſus §. ſi maritus. de dona. inter vir. ſecundum Pau. de
Caſt.in conſi.cccvij.quod not.
150 † Nunquid prohibitus alienare poſſit permutare Reſpon.
non ſecundum Bald.in auc.res quæ.pe. colum. C. communia
de leg.vide tamen per Io. An in addi.Spec. de rerum permuta.
vlti.col.& Pau.de Caſt.in conſi.xvj.
151 † Item quæri poteſt nunquid prohibitus alienare poſſit ir
reuocabiliter alienare in extraneum. Reſpon. quod ſic,ſi ipſe
inſtituit hæredem vnum de familia teſtatoris grauantis. Secus
autem ſi inſtituat extraneum ſecundum glo.no.& Bar.in l. pe-
to.§.prędium de leg.2. & refert & ſequitur Ang. in repertorio
ſuper ver.alienatio prohibita.ante fi.& hoc adducebam in cau-
ſa polonij de moliano anno præterito.
152 † Poteſt etiam dubitari nunquid prohibitus alienare poſſit
iuramentum deferre & dic quod non.l. iuſiurandum ex con-
uentione.§.pupil.& ibi Bar.de iureiuran. Quod teſtator prohi
beat res eccleſiæ legatas alienari. Reſpondeo quòd intelligitur
etiam de ſolennitate iuris vt alienari non poſſint ſecundum
Pau.

Pau.de Caſt.in d.conſi.15.An autem prohibitus alienare in potentiorem poſſit alienare in filium proprij corporis. Reſpon. quod ſic,ſed non in adoptiuum. Item & in patrem ſecundum Bald.in l.ea lege.5.q.C.de condi.ob cauſa.vbi vide omnino in 9.col.Item an prohibitus alienare poſſit obligari ad alienãdũ. Reſpondeo non.l.ſi reſoluendam. & ibi Barto.C.de prędi.mi. Sed an poſſit permittere. Rñd. ꝙ ſic, quia compromittere non eſt alienare ſecundũ Bal.in l.ij.§.fi.C.cõm.de leg.qđ nota.

153 † Dubitari poſſet an prohibitus alienare certam rem poſſit de ea tranſigere.& dico quod ſic,etiam dimittendo rem parti cum qua tranſigit, quia tunc non dicitur alienare ſecundum Bald.ſingu.in c.j.in fin de contro. inter val. & ali. in uſi. ſeud. ſed in l.quoties.C. de fideicom. dicit quod non ſi prouocat ad iudicium ſecus ſi prouocatus & ſi habet plenam adminiſtrationem vt vaſallus prælatus & tutor,alias nunquam tenet trãſactio. Et adde quod alienationis appellatione venit tranſactio. l.j.ff.ſi quid in frau.patro.ſecundum Bal.in l.i.C.ſi aduer.trãſac. quod eſt uerum ſi res tradatur non alias ſecundum Barto.in l. nulli.ff.de tranſact.quod facit contra dictum Barto.in d.cap.1. in fine.

154 Circa prædicta tenementi † quòd prohibitus alienare non poteſt vſumfruc.conſtituere,etiam per menſem, ſed bene poteſt eum locare ad tempus non longum. Item poteſt permittere fructus dare & ad centum annos ſecundum Bal.in c.1.7.col.qui feu.da.poſ.Ang. uero in auc. de non alie.§. hoc igitur.col.2.aliter loquitur. vide Barto.& Bald.in l.codicil. § inſtit.de lega.2. vbi dicunt quòd prohibitus alienare poteſt permittere vel vendere fructus rei ad mille annos niſi vendẽdo fructus conſtituat emptori ius vſusfructus ſecundum Bart. ibi,& eſt tex.in l ſi C.de re.alie.non alie. quòd nec vſumfructũ conſtituit qui non poteſt alienare,vt ſupra dixi ſecundum Bal. in d.7.col poteſt tamen fructus alienare.d.l.ſi & Bar.tenet in d. §.inſtituto.& Bal.in c.1 § donare.in prin.qualiter ſeu.ol. po. al. Nec omitto quod prohibitus alienare ſub pœna poteſt impunè conſtituere hypothecam verbalem. ſed non pignus tradere ſecundum Bald.in c.1 § rurſus.vlti col.qui.mo ſeu.amit.ſed Bar.in l qui habebat.de le.3.dicit quod poteſt pignorare dummodo non pignoret pro tanta quantitate,vt nõ ſit ſpes luitionis.Idem tenet Barto.in l.legata.§ fi.de ſup leg & in l.rem legatam.in fi ff.de adi lega.& Bald.in l.voluntas.pe col. C.de fideicom.& in l.fi.C.de re.al.non ali. Adde etiam quòd prohibitus alienare non poteſt in contractu fideiubere pro alienante ſecundum Bal.in l.exceptione.C.de euict. Item adde quòd prohibitus alienare per teſtatorem poteſt renunciare fauori prohibitionis ſui cauſa introductę ut tenet Pau.de Caſtr.conſi.16. & Io.And.in c. Raynutius.de teſta.& no.

155 † Sed nunquid prohibitus alienare patiatur pręſcriptionem gloſſ.not.in l.1.C.ſi aduerſ.vendi. tenet quod non .& eſt text.cum gloſſ.& ibi Bart. in l.alienationis. de verb.ſign.& Bal. poſt glo.in l.2.de vſuc.pro emp.& Pau.de Caſt. in cõſi.16.Bar. in l.vbi lex.& ibi vide.ff.de vſuc.& plenius per Bal in l. filiusfa. §.diui. de leg.1. in fi. & ibi dicit quòd res prohibita alienari ſi alienetur poteſt præſcribi quando res eſt maioris non quando eſt minoris.vide etiam per doct.Sien.& d.Balio. in c.cũ non liceat.de præſcri.& quod per Bal in fi.pe.col. C.in qui.cau.in integ.reſti.non eſt neceſ.& in l.acceptam.22.q.de vſur. Illud etiã tenementi quod dicit Bal.in l. voluntas.1.col. C. de fideicom. quòd prohibitus alienare nõ poteſt inueſtire corporaliter,ſed per annulum ſic,niſi in corporalibus.

156 † Poſt prędicta quæro vtrum prohibitus alienare poſſit hæredem inſtituere.& dic quòd non.l. ſi quis.§.certum. & ibi Bal. C.de fideic.& Bal.in l.humanitatis.2.col.C.de impu.& ali. ſubſti.quod verum,niſi quo ad effectum mutandi iudicij,quia tũc non dicitur alienare quis inſtituendo hæredem.l.ex hoc.§.alienare.& ibi Bar.ff.de allegatis.iu.mu.cauſa facit.Item nec poteſt transferre ab inteſtato.l.codicillis.§ materiæ. & ibi Bar. de leg. 2.de quo tamen vide Bar.in l.quemadmodum.C.de agri.& cẽ. li.11.& plenè per Bal.in l.ea lege.5 q.8.col. C. de condi. ob cau. vbi dicit quòd aut prohibitio exprimit ab inteſtato ſuccedentium qualitatem, & tunc videntur prohibiti etiam ab inteſtato ſuccedere. aut prohibitio non facit mentionem de talibus quibus a iure defertur, & in eos non videtur extendi prohibitio.& uide Bart.in rub.C.qui admit.ad fi. vbi etiam dicit quòd prohibitio alienãdi,intelligitur etiam ne quis ab inteſtato ſuccedat,& per contra. Idem in l emancipati. pen. col. C de col. tenet ꝙ ꝓhibitus alienare tenet̃ ꝓuidere ne ſibi ꝑ ꝯtab. ſuccedatur.Sed Bart.in d.l.quẽadmo. dicit ꝙ prohibitus alienare in certas perſonas non poteſt eis ex teſtamento relinquere nec legare.Item debet curare ne ab inteſtato perueniat,ſecus ſi alienatio ſit ſimpliciter prohibita & ĩdiſtinctè, quia poteſt prohibitus relinquere ex teſtamento. vt ibi per Barto.& vide omnino Pau de Caſt.conſi.cclxxix.

157 Iuxta pręmiſſa quęritur † nunqđ prohibitus alienare poſſit,alienare eſt cauſa neceſſitatis.Reſpõ.ſic.l.pater filiũ.ĩ prin.& ibi Barto.de le.3.no.ff.de fun.do.in l.j. & ibi Bar.C.de prædi.mino.l.alienationes fami.Ber.per Bar.in l.filiusfa.§. diui. de leg.1. in l.peto.§.prędium.de leg. 2. vbi dicitur poſſe propter debita teſtatoris.vide etiam per Alb.de Roſ.in trac.ſtatutorum.2. parte.2.q.vbi tenet idem. Item etiam propter dotem vel donationem propter nup.ſecundum Barto. in d.§.diui. & tex. Bartol.& doct. in auth.res quæ.C.cõia de legat. & per Bal.in l.2.in fi.C.ſi aduer.ven.pigno.vbi dicit poſſe de iure cano.vendi per vxorẽ creditricem viri defuncti relictas domos pro conſtruendo hoſpitali & alienari prohibitas a teſtatore, ſed hoſpitale fieri dẽt alibi facta mutatione loci arbitrio epiſcopi,quod eſt notandũ. Sed limita ſecundum Bal.in auc.hoc ius pretium. de ſacroſan. eccl.vt verum ſit ſi non ſint alia bona teſtatoris de quibus poſſit vxori vel creditoribus ſatisfieri.Quinetiam dicit ibi Bald.qđ ex quo relicta eſt domus ad certum pium vſum,puta ad hoſpitalitatem ibi tenendam,non poteſt in alium vſum mutari auctoritate Papæ, & ſic non poteſt creditor eas diſtrahere, quod no.ad id quod ſupra proximè dixi ſecundum Bal.in d.l.2. & vide tex.cum glo.no.in auc.de al.& emphy.§.ſanctiſſimas.ubi cõtrarium probatur de iure ciuil.ſcilicet quod non poſſit ẽt in caſu neceſſitatis diſtrahi res alienari prohibita,quod maximè procedit in relicto facto eccleſiæ cum prohibitione de non alienãdo,quia vt verba teſtatoris aliquid operentur iuxta l.ſi quando de lega.j.intelligitur facta prohibitio etiam in caſibus a iure ꝑmiſſis ſecundum d.Bar. Cep.in rub. ff. de verborum ſignificationibus.14.col.per d.§.ſanctiſſimas.col.9 .vide ibi Ang.ĩ §.hoc etiam 3.col.vbi dicit veritatem eſſe ꝙꝙ ſi ſunt alię res eccleſiæ ſię quas alienando poſſit ſatisfieri,nõ poteſt res relicta eccleſię cum prohibitione de non alienando alienari , vt ſic intelligat dictum Inno.in ca Raynaldus. de teſta. & quod no.in d.§.ſanctiſſimas.& in ca.verum de conditio.appo.& ſentit Bal. in d.§. vltima colum.vbi ſupra. ſed ſi alia bona deſint, prohibitio nõ aſtringit.d.l.pater.filium.de leg.3.quod no.

Adde alias cauſas neceſſitatis ex qbus poteſt prohibitꝰ alie- alienare,ſcilicet propter famem.l.2.C.de pa.qui fi.di.Item & ꝑ cauſam remunerationis ſecundum Barto. in 3.conſti.ff.in prin. vlti.col. per.l.iubemus nullum.C.de ſac.ſanc.eccl.& adde no ꝑ Bal.in l.imperialem.de prohi.feu.ali.per Fede.& in §.libellarię qbus mo.feu. amit. & in l.hac edictali. §.his illud. C. de ſecun. Subde ad materiam nup. prædictam quod prohibitio alienandi cum cauſa dicitur facta quando apponitur perſona in quã res deueniat ſi contra prohibitionem alienetur,alias enim dicitur nuda ſecundum Cy.in l.ea lege.C.de cõdi.ob cauſam . Bar. in l.filius.§.diui.de leg 3.& in l.pater.§.iul.agrippa. de lega.3 & ĩ l.3.§.ſed ſi non conſtat.ff.vbi pupil.ed.deb.& in l.Lucius.ĩ prin. de leg 3.& in l.quoties.& ibi Bal. & doc. C. de fideic.& Paul.de Caſt conſ.ccxxxij in 3. col.& in conſil.xcij.

158 † Vltimò ſcias quod non nocet præceptum factum hæredi de non alienando ſi nõ eſt datus ſibi ſubſtitutus ad quem res ꝑueniat.Caſu quo alienatio fiat conſuluit Ang.no.conſi. In Dei nomine amẽ.punctus talis eſt,Andreas &c.Secus ſi ſit datus ſibi cohęres per gl.ſing.& doc.in d.l.codicillis.§.inſtituto. de leg. 2.& Bar.in l.vxorem.§. hæres. de leg.3.& in conſil. proponitur ꝙ in teſtamento &c.& vide Bal.in auc. cui relictũ.3. col. C.de indi.vi.tol.& in l.j.7.q.C.de his quæ pe. no. Ang. in auc.de nup. § præfatę. Pau.de Ca.in l.inter omnes.ff.qui ſatiſd. cog. in Spec. de teſta.§.pe.ver. Item quid ſi inſtitutus.Bar.in l.paterfa. in fi.ff. de hære.inſtit.& in l.vxorem.§.hęres.de lega.3 in quibus iuribꝰ deciditur quæſtio ſimilis. videlicet cui debeatur hæreditas alicui relicta ſub conditione non dato ſibi ſubſtituto vel cohære de in defectum conditionis.

159 Quadrageſimoſexto quæro † ſi epiſcopus iurauit non alienare bona eccleſiæ,an poſſit vendere fructus poſſeſſionum eccleſiæ ad x. vel xx.annos . Rñ. ſic ſecundum Archi. & Io.Fan. in c. abbatibus.12.q.2. per. gl. pe §. quæritur. de lega. 2.& tenet Lau.de Fa.in rub.de reb.eccl.non alie.6.q lib.6.Et adde quod iale iuramentum debet intelligi de bonis menſę epiſcopalis.nõ de feudalibus.vel emphyteuticis ſecundum Bal.in auct.en.hoc ius porrectum.4.col.de ſac.ſanc.ecc.per no.in c.vt ſup.de reb. eccl.non alie.& in c.2.de feu quod eſt no.

160 Quadrageſimoſeptimò quæro † an geſta per epiſcopum intruſum valeant. Reſpon aut loquimur de his quæ non fiunt ꝑ modum iuriſdictionis, vt contractus qui non valent facti ab ĩtruſo de facto,nec a ſchiſmatico .xij q.ij.alienationes.cum glo. Ideo Bald.in l.ſi is qui.ff.de eo qui pro tu.ſingu.dixit quod pręlatus intruſus in quaſi poſſeſſione prælaturæ etiam cum auctoritate ſuperioris non poteſt alienare , quod verum credo niſi ex communi errore habeatur pro legitimo , vt infra dicet, aut loquimur quando auctoritas ſuperioris inualida interuenit,vt quia excommunicatus fuerat confirmatus qui erat inhabilis ad ſpiritualia ſecundum Innocen.in capitulo, nihil. de elec. Si actus erat neceſſarius,videlicet , ſi voluntarius concernẽs proprietatem rerum,non videlicet,ſecus ſi vſumfructum,quia videlicet celebratus a prælato bonæ fidei, & habente adminiſtrationem

ſtrationem facti, licet non iuris, ſeu ius plenum. Ita tradit Bart. in l. Barbanus. 10. col. ff. de offi prætn. vbi etiam ſubdit quod geſta per prælatum apoſtatam promptum per Papam ignoranter valēt, licet verè non valeat promotio & non ſit epiſcopus, quia communis error eum approbat. Secus tamen in homicida qui promotus ad epiſcopatum eſt epiſcopus donec remoueatur ſecundum Bar. ibi poſt Inno. in c. cum noſtris. de conceſ. præben. ſi tñ prædicti ſcienter promoueantur per Papam, videtur cum eis diſpenſatum, & indiſtinctè valeant geſta eorum ſecundū Bal. vbi ſupra. Quinetiam Bar. poſt gl. in l. iuſiurandum ex cōuentione. §. j. ad fin. de iureiur. dicit quod contractus prælati non legitimè electi non valet, ſed ex communi errore habeatur pro prælato, quo caſu valent eius geſta, vt ſupra dixi, ſecundum Bar. in d. l. Barbarius. Et idē ſi a prin. tenuit elect. vel inſtitutio prçlati, ſed ex poſtfacto fuit ex iuſta ratione caſſata, quia prius geſta tenent, ſecundum Bar. in d. §. j. in fi. & in l. quoties. ff. de acquir. hæredi. & in d. l. Barbarius. adde etiam not. in d. §. j. in l. 2. ff. quod fal. tu. & per Bal. poſt gl. in d. l. ſi tutor. C. in quibus cau. in int. e. Nec prætereà dictum Bar. in l. Barbarius. 11. col. quod proceſſus factus coram epiſcopo putatiuo valet etiam eo remoto, licet ſecus ſit in eius conſtitutionibus, ſed proceſſus factus cū prçlato vel epiſcopo putatiuo non valet, licet ſecus ſit cum putatiuo tutore, quod perpetuo no. ſed an excommunicatus a falſo prælato ſi celebrat fiat irregularis ſciens eum eſſe falſum prælatum. vide per Bar. in l. 2. C. de ſerui. Et ſcias quod epiſcopus non canonicè confirmatus non tenetur, quia ſufficit error communis ſecundum Innocē. in c. nihil de elect. & Bald. in Marg. verſ. epiſcopus. verſ. 4.

161 † Quid de excommunicatione lata ab eo qui eſt ī quaſi poſſeſſione prælaturæ. Reſp. non valet, ſi verè non eſt prælatus ſm. Inn. in c. cum dilectus. de conſue. & Flo. in l. ſeruitutes. 7. colū. ff. de ſeru. dicitur n. lata ab incompetenti iudice, quæ eſt nulla. c. j. §. eos. de priui. in vi. 2. q. j. in primis. de conſue. ad audientiam. de iudi. at ſi clerici. l. j. ſi a non cōpe. iu. ſed Bart. in d. l. Barbarius. 40. col. tenet contrarium in ſpiritualib. tantum. Poteſt autē epiſcopus non canonice electus ſed toleratus ordinare clericos. j. q. j. ſi qui. ſed an epiſcopus non legitimè inſtitutus poſſit auctorari alienationib. rerum eccleſiaſticarum, quas faciunt clerici. credo quod non, quia prohibitus alienare non poteſt alienanti conſentire. l. ſi fundus §. j. & ibi Bar. ff. de pig. & per Bar. in l. fin. C. de pact. & in l. 2. C. ſi aduer. ven. pig. & in l. voluntas. C. de fideicom. & in l. cū pater. §. libertis. de leg. 2. & dixi ſupra in alia q. 45. cogita. ſciēdum tamen quod præſumitur pro eo qui diu fuit in quaſi poſſeſſione prælaturç ſecundum Ang. no. in l. qui in aliena. §. j. ff. de acquirenda hæreditate, quod not.

162 Quadrageſimooctauo quæro † an epiſcopus cogat vſurariū ad reſtitutionem vſurarum ei remiſſarum. Reſpon. quod ſic. videlicet vt eas ſoluat pauperibus ſecundum Bald. ſing. in auct. habita. C. ne fil. pro pat. & Ludo. Pon. in ſing. verſ. vſurarius. verſic. communis concluſio &c. Quod not.

163 Quadrageſimononò quæro † vtrum epiſcopus feudatarius committens feloniam perdat feudum. Reſpon. quod ſic in vita ſua tantum cum poſt mortem eius feudum ad eius eccleſiā reuertatur, cui nocere non debet delictum prælati ſecundum doct. poſt Archi. in cap. verum. de foro compe. Ex quo patet quod delictum prælati viuentis, nocet eccleſiæ, non autem poſt mortem prælati quod etiam tenet Bal. in l. meminerint. C. vnde vi. vbi ſimpliciter dicit delictum prælati non nocere eccleſiæ, cuius bona confiſcari non poſſunt ob delictum prælati. Tu dic verum eſſe, niſi delictum ſit commiſſum a prælato & conuentu. quia illud nocet eccleſiæ cui non noceret delictum ſolius prælati. gloſ. eſt no. in c. 2. de ord. cog. 16. q. 6. ſi epiſcopum. & c. placuit. & §. ſi ergo. 25. q. 2. ita nos. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. & quod per Bal. in prælud. feud. vlt. col. Delictum verò prælati commiſſum ante prælaturam an noceat eccleſiæ. vide per Bal. in c. j. de cap. cor. Sed commiſſum poſt prçlaturam vtrum noceat, vide vltra prædicta etiam per Bald. in c. j. qualiter do. propri. in vſibus feud. Et nota quod in acquirendis feudis factum prælati nocet eccleſiæ, & maximè in pœnis quærendis ſm Bal. in c. finit. in fi. de prohi. feu. al. per Fed. quod dicit verū niſi magnū præiudiciū eccleſiæ verterēt.

164 † Et vltra prædicta an delictum prælati noceat eccleſiæ, vide glo. Bart. & doct. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & in d. l. meminerint. eodem tit. & in d. l. iubemus. in fi. per Bar. Bal. & doct.

165 † Quid ſi epiſcopus non ſoluat quod debet. Reſpondeo eum priuari feudo in vita ſua tantum ſecundum Bald. in c. j. §. fin. de cap. cor. in vſibus feud. & ſupra dictum eſt. Sed an præiudicet eccleſiæ epiſcopus recipiendo canonem ab emphyteuta iam priuato. vide in Specu. de loca. §. nunc verò aliqua. verſicu. 26. & ſeq. & ibi Bal. in addit. verſ. ſi prælatus. vbi tenet quòd ſic ſicut ſyndicus communis præiudicat hoc caſu communi. vt ibi per Specu. & Bald. quod no. Item in priuato domino recipiente canonem, quia videtur ſibi recōciliare emphyteutam priuatū vt ibi per Bal. ver. eo ipſo. & Spe. ver. 23. & verſ. 24. vbi dicit verū ſi ſciēs receperit. Secus ſi ignorās, vel cū proteſtatione, ſaluo iure ſuo &c.

166 † Acceſſoriè quæritur an delictum patris noceat filio in feudo & dic quod non ſi feudum fuerit antiquum. ſ. de quo auus fuerit inueſtitus, ſed ſi incœpit a patre, & tūc aut pater ſtipulatus eſt illud pro ſe & filiis ſuis & dicendum eſt quia cum ſit ex contractu quæſitum ius filio, delictum patris non nocet filio ar. l. ſi. de pactis. Secus ſi ſimpliciter, quia tunc feudum tranſit ad filiū. c. cum vero Conradus. qui feu. da. poſ. quod verū ſi ſit hæres patris, vt in titu. an agna. vel fi. & tunc delictum patris nocet filio de iure ciuili. de conſuetudine verò feudorum dic quod ſi delictū concernit perſonam domini, vt quia inconſulto domino alienauit, vel feloniam in dominum commiſit, vel inueſtiturā nō petijt, & tunc nocet filio indiſtinctè. d. §. denique. Secus ſi non concernit perſonam domini, quia tunc aut fuit cōceſſum pro ſe & filiis & non nocet filiis indiſtinctè ſecundum Cyn. & Per. Bald. & Bar. in l. 2. C. de li. & eorum lib. aut ſimpliciter quo caſu ad deſcendentes tranſit in infinitum & nocet filiis, non autem agnatis qui venire poterant in defectum filiorum. d. c. ſi vaſallus culpam. & c. j. ſi vaſallus feu. pri. Ita dicit Paul. de Caſtr. in d. l. adoptiuum. Sed tu etiam vide Bald. in l. qui ſe patris. 8. colum. C. vnde lib. vbi dicit quod delictum patris viuo auo commiſſum nō nocet filio, quia nepos ex eo ſuccedit auo in feudum, licet pater ſit eo priuatus facto ſuo, quod not. & vide omnino Bal. in c. j. de cenſi. 4. col. qui feud. da. poſ. & in c. j. 6. col. quibus mod. feud. amit. & in c. 1. §. 1. de ſuc. feu. & plenius in d. c. j. ſi vaſ. feu. priue. & Bald. in l. j. de re. diui. & in l. adoptiuum. de in ius voc. & in l. t. de bon. libe. & in c. inſuper. 3. col. de prohi. feu. al. per Fed. per Bart. in l. emancipatum. § j. de ſenatore. & in l. diui. de iurep. & in l. 3. de interdic. & rele. Dyn. in regula, non debet. in vi. Hoſt. in ſum. de feud. titu. quib. mod. feu. amit. Pet. de Anch. in regula ea quæ. in vi. Bald. in d. l. C. de leg. hære. & in l. fin. C. de lib. cauſa. & in c. ſi vaſallus culpam. ſi de feud. fue. contro. & in Spec. de feud. §. nūc dicamus. verſ. Pau. de Caſt. in conſ. 160. & Lud. in d. l. adoptiuū.

167 † Item quçro quid de delicto patris in maieſtatem principis. Reſpon. nocet filiis maſculis vt repellantur ab omnium & extraneorum ſucceſſione. l. quiſquis. verſ. filij & ibi doct. & Sal. C. ad l. Iul. maie. ſed filiabus fœminis non nocet quo ad ſucceſſionem paternam & maternam, niſi in legitima. d. l. quiſquis. verſ. ad filias. non autem quo ad ſucceſſionem extraneorum omnimodam. vt ibi per Sal. delictum verò fratris non nocet alteri in portione innocentis ſecundùm Bald. in l. eam quam. 5. colum. C. de fideicommiſ. quod bene not.

168 Quinquageſimò quæro † vtrū epiſcopus habeat loco filij ita quod excludat ſubſtitutum quando volens ingredi monaſterium profeſſus eſt in manibus epiſcopi, non inuento monaſterio quod eum reciperet. Reſpon. ſic, ſicut & monaſterium ſecundum Bal. in aucten. niſi rogati. in fin. C. ad Treb. quod intellige verum niſi locus pius ſit ſubſtitutus ſecundum Ange. in auctent. de ſanctiſſi. epiſc. §. ſed hoc de præſenti. in princip. col. 9. text. & Bald. in aucten. niſi rogati. & ibi glo. Barto. & doct. Item verum niſi in caſibus in iure expreſſis tātum, vt ibi per Bal. verſ. 10. quæro in auct. ſi qua mulier. 2. col. C. de ſacroſanc. eccle. Item verum niſi fuerit dictum de filiis de proprio corpore natis ſecū dum docto. ibidem. & Bald. in l. Deo nobis. C. de epiſcop. & cle. & Barto. in conſ. Matnenſis quidem. Item niſi ſit dictū ſine hærede maſculo, quia monaſterium nō habetur loco hæredis maſculi. & ideo non habetur loco filij nec excludit ſubſtitutum ſecundum Bald. ibi in pen. colum. Item niſi dictum ſit, ſi filium non genuerit ſecundum Bald. ibidem. Item niſi ponens dictam conditionem ſi ſine liberis deceſſerit loquatur de ſeipſo. nam ſi ipſe ingreditur monaſterium, tunc ſubſtituens vel legatarius vel donatarius ſuccedit prout diſpoſuit. nec tunc monaſterium habetur loco filij. cum perſona cui appoſita eſt conditio ſit eadem cum perſona apponente non diuerſa. vt ſing. dicit Ioann. And. in addi. Specu. de ſta. mo. verſ. 5. in addi. m. & Bal. in d. auct. niſi rogati. vltima col. Item habetur pro filio & excludit ſubſtitutum etiam a bonis ſibi reſeruatis per hæredem ingreſſum tēpore ingreſſus ſecundum Bald. ibi. Item niſi hæres grauatus ingrediatur monaſterium vltimo vitæ ſpiritu, vel quando ingrediatur in vltima ſua ſenecta. ſecundum Bald. ibi vlt. colum. immo reuocatoria actio competit ſubſtituto contra monaſteriū. vt ibi. quod not. Itē niſi in monaſterio ſororū tertij ordinis, quod nō habet̄ pro filio, & ſubſtitutū nō excludit ſm Bal. ibi ad fi. Itē ī monaſterio fratrū minorū S. Fran quod eſt incapax ſucceſſionis, & pro filio nō hr̄ ſm Bald. ſin. l ver. ſubſtitutio. Itē niſi quo ad emphyteuſim ingreſſi, in qua monaſteriū nō hr̄ loco filij cū in eā nō ſuccedat niſi in vita monachi cuius fuerat ſm Inn. in c. in præſentia. de prob. & Bal. in d. auc. niſi rogati. 3. col. quē ēt vide oīno ī auc. ingreſſi. & ibi Bar. de ſacroſ. eccl. & in Spe. de loc. § nūc verò aliqua. ver. no. & Bal. in c. 1. de co. q. at. bel. de. & Bart. in l. ſi ita qs §. ea. l. de ver. ob. & Flo. in l. an vluſ. Itē niſi in Treb. debita ingreſſa quā tāquā filius eius nō detrahit monaſteriū ſm Ang. ſin. l. Marcellus. § fi. ff. ad Treb. Itē verū quod hr̄ pro filio & excludit ſubſtitutū etiā ſi teſtör prohibuit ſm Bal. ibi. 2. col. Itē niſi cōditio filiorū ſit appoſita in contractu qa tūc nō hr̄ monaſteriū pro filio ſm Bal. ibi 3. col. ver. itē ſi eccleſia. p gl. p l. ſi ita. qs. § ea l. de verb. obl. & in c. j. de mili. vaſ. q cōtu. eſt. in vſib. feu. quod verū etiā in contractu em-

phyteutico vel feudali.vt quia quis ſtipulatur emphyteuſim vel feu.pro ſe vel filiis,non intelligitur de monaſterio ſecundum Bald.in d.auct.3.colum.ſeq.& plenius in auct. ingreſſi.7.colum. & ſupra dixi.Item niſi in his quæ ſui natura non tranſeunt ad hæredem extraneum vt feudum ī quo monaſterium pro filio non habetur ſecundum Bald.in d.auct.niſi rogati.verſicu.extra no.& vide Bald.in l.qui ſe patris.j.col.C.vnde lib.& in d.auct.ingreſſi.verſ.quid de feudo.& in d.c.j.de eo qui ar.bel.Item niſi qñ ſuccedendum eſt in certis rebus non in vniuerſis ſecũdum Bal. in d.auct.niſi rogati.4.col.Item niſi quo ad reuocandum donationem ſecundum Bald.ibi in vlti.colum.

169 Prædictis ſin. † adde quòd grauatus fideicom.ſi ſine filiis deceſſerit ſi ante ingreſſus teſtatus & partem bonorũ reliquit extraneo partem monaſterio,ſubſtitutus admitiitur ad partem ex tranei,non ad partem monaſterii ſecundum Bal.ibi in vlti.col.

170 Vltimò adde hic † quòd eccleſia cuius rector cleric⁹ eſt a patre inſtitutus & grauatus fideicommi.ſi decedat ſine filiis,habetur pro filio & excludit ſubſtitutum.vt not.dicit Barto.in l. hæredibus.§.Titius.ff.ad Trebel.quæ omnia tene menti perpetuo.

171 Quinquageſimoprimò quæro † an epiſcopus poſſit exigere a ſuis ſubditis aliquid præter ſolitum,vel præter ius. Reſpon.16. q.j.nulli epiſcoporũ. & c.prędicator aliàs ſibi de iure reſiſti poteſt,niſi oſtendat ſibi a iure conceſſum eſſe quod petit ſecundũ glo.ibi per c.hoc tantum.& c.Eleutherius.18.quæſt.2.9 quęſtio. 3.c.conquęſtus.Quinetiam de iure ſuæ diœceſis nõ poteſt epiſcopus quicquam minuere.16.quæſtio.j.conſtitutum. ſicut nec Imperator qui dicitur ſemper Auguſtus.no.in prooemio inſtitu.ff.& C.per glo.& docto.

172 Quinquageſimoſecundò quæro † an epiſcopus debeat habere in eccleſia ęconomũ qui bona miniſtret & diſpenſet. Reſpond.ſic.16.quæſt.7.quoniam in quibuſdam.& ibi gl.ord. Qui ęconomus debet per ipſum epiſcopum eligi.9.quęſt.cũ ſcimus. de epiſcop.& cleri.l.omne.& ibi vide omnino per Bald.niſi cõſuetudo ſit quòd capitulum eligat.capitu.cum cauſam.de elec. ſecundùm d.glo.Et poteſt dari ęconomus etiam eccleſiæ conuentuali.d.cap cum ſcimus.& tenet d.glo. Dicitur autem ęconomus cui res eccleſiæ gubernandæ mandantur.l. iubem us.§. ęconomus de ſacroſanct.eccleſ. Poteſt verò ęconomus conſtitui in perpetuum & ad tempus ſecundum Innocẽ.in c. ad hæc. de reſcrip.poſt Hoſtien.Et not.ꝙ propriè dicitur ęconomus in rebus canonicorum.nam in epiſcopalibus dicitur vice dominus ſecundùm Bal.in addi.Specu.de his qui ab.no.in iud.deue. in verſ.ęconomus.& glo.in d.c.quoniam in quibuſdam. 89.di. volumus.Item not. quod ęconomus debet eſſe de clero.d.cap. quoniam.& ibi gloſ.nec poteſt eſſe laicus.ea.q.in 9.vbi vide.

173 Quinquageſimotertiò quæro † vtrum epiſcopus vel rector eccleſiæ obligetur per procuratorem qui recipit mutuum pro eccleſia.Reſpon.non,niſi in tribus caſibus.

Primò quando procurator habet mandatum ſpeciale ad recipiendum mutuum.

Secundò quando eſt præpoſitus contractibus ſeu negotiis eccleſiæ.

Tertiò quando eſt procurator generalis cum libera.aliàs verò non obligatus dominus niſi ſit verſum in eius vtilitatem.Et propterea mutuans factori vel propoſito ad recolligendũ fructus,vel ad cuſtodiam locorum,non repetit a domino niſi ſit verſum in eius vtilitatem.Ita dicit not.Bald.in auct.hoc ius por. 6.col.C.de ſacroſanct eccleſ.poſt Innocent.in cap poſt quibuſdam.de fideiuſ.vbi vide omnino.

174 † Sed nunquid confeſſio dicti procuratoris ſufficiat. Reſpõdeo ſecundum Bald.& Bart. in dicta auctent.hoc ius porre. qđ ſi procurator habet mandatum ad recipiendum mutuum pro alio pro aliqua cauſa ſufficit confeſſio de recepto,licet mentiatur confitens.Secus ſi habet mandatum generale,quia non ſufficit confeſſio ad obligandum dominum,ſed requiritur probatio per coniecturas.Si verò nullum habet mandatum , & tunc requiritur vera probatio conuerſæ pecuniæ mutuæ in vtilitatem domini,cum confeſſio ſola recipientis non ſufficiat,vt ibi, quod not.

175 † Adde etiam quòd confeſſio de recepto facta a procuratore non valet ad præiudicium domini,niſi re vera procurator recipit ſecundum Bald.not.in l.ad hoc.C.de quadr. præſcrip. quod eſt verum ſi procurator habet mandatum ad recipiendum mutuum,vel etiam ad confitendum , quia intelligitur ſcilicet ad confitendum de recepta tantum.vt ſingulariter tenet Barto.in l.2.in fi.ff.ſi certum petatur.& in l.non abſtulit.C. de noua. vbi vide omnino.Secus tamen eſſet in procuratore habente mandatum pinguius,ſcilicet ad confitendum receptiſſe etiã ſi re vera non receperit per not.vbi ſupra.quod perpetuo not.

176 †Quinquageſimoquartò quæro vtrum epiſcopus ſuccedens in epiſcopatu teneatur ſtare locationi ad centum annos factę per præceſſorem de re eccleſiaſtica. Reſpondeo non , ſecundũ Bald.in cap.j.verſicu.conſuetudo.qui feud.da.poſſ.in vſibus feu. quod credo verum niſi talis locatio facta ſit cum ſolennitatib. requiſitis in alienationibus rerum eccleſiaſticarum , cum locatio rei eccleſiæ ad centum annos ſit alienatio ſecundum Dyn. & Batto contra glo.in l.codicillis.§ inſtituto.de legat.ſecundo. Ioan.de Imo.in l.ſi filio.§.fin.ff.ſoluto matrimo.glo.in clemẽ. j.de rebus eccle.non alie.& ideo prohibita eſt.immo etiam ad 24.annos,niſi ex cauſa vtilitatis.in auten.de alie.& emp.§.locationis.ſecundum Bald.in l.quæcunque.in principio.C.de bon. quæ libe.aliàs enim fieri non poteſt.& facta irritatur in totum ſecundùm Bald.ibidem.Et cum permiſſa eſt requiritur ſolennitas iuris in alienationibus requiſita. cap. alienationes.12.quæſt. 2.ſecundum Bald. vt ſupra.

177 † Aduertas etiam quod prælatus non poteſt locare res eccleſiæ in perpetuum uel ad vitam ſuam vel conductoris,quia non poteſt locare niſi ad modicum tempus ſecundum doct. & Ioã. de Imo.in l.ſi filio.§.fin.ff.ſoluto matrimo.& not.in clement.j. de rebus eccleſ.non ali.& Bald.in l.iubemus.in princi.de ſacroſanct.eccleſ.hoc verum eſt niſi cum ſolennitate iuris,ſcilicet cũ conſenſu ſuperioris & conuentus ſi ſit per clemen j.§.ſi quis autem.& ibi Stepha.de rebus eccle.non alie.& Lau.in Rub. eodẽ titu.libro 5.vlti.quæſt.& ſupra dixi.Item poteſt locare in quinquennium in clauſula quod finito vno quinquennio,aliud incipiat ſecundum Lapum in deciſi.12.& Butri.& in cap.ad apoſtolicæ.de dona & Bald.in titu.qui ſeu da poſ.in vſibus feud.4. column. Item poteſt locare ad nouem annos ſecundum Bald. in dicta l.iubemus.& docto.& Imol.in dicto §.fin.quod verum etiam conſanguineis ſuis quib. ad longum tempus locare non poteſt,nec in emphyteu.dare.nec aliter alienare , nec pecunias eccleſiæ concedere ſecundum Bald.in auctẽ.quibuſcunque.C. de ſacroſanct.eccleſ.Et quod ſupra dixi in perpetuum intellige ſcilicet de 30.annis.quæ locatio ad 30. annos dicitur perpetua, non autem locatio ad . 9.annos ſecundum Bald.in addit.Spec. de loca.verſ.locatio.ad 29.annos.quę etiam non permittitur.vt ſupra diximus.

178 † Sed quid ſi prælatus vendat fructus eccleſiæ non ad modicum tempus,& ſtatim recipit pecuniam , an contractus valeat ſine ſolennitate iuris.Reſpond.quòd non,ſi prælatus vendit ius percipiendi fructus ad longum tempus vel locat. Non ob. cle.j. ſupra allega.quia ad euadendum pœnam ſufficit ſuperioris licentia,non autem ad contractus validitatẽ. Sed ſi prælatus vendat fructus percipiendos per ipſum & tradendos religioſo , ſufficit forma dicta clement.j.in laico verò tenet alienatio in præiudicium alienantis,non in præiudicium ſucceſſoris. cap.fin.ne præla.vi.ſuas.& ita Paulus in dicta clementi.& Domi. Lau. vbi tenet ſupra vlti.quæſt.

179 † Nunquid autem poſſit epiſcopus concedere ad vitam pro penſione quatuor librarum quandam rem cuidam tanquàm benemerito,qui eccleſiam in futurum ꝓmittat defendere. Reſpondeo non tenet conceſſio in præiudicium ſucceſſoris ſecũdum Oldr.in conſi.223.quem ſequitur Domi. Lauren. vbi ſupra in 28.quæſt. quod not.

180 † Quæri poteſt an ſi prælatus locauit nomine eccleſiæ, ſed inutiliter vel etiam vtiliter,forma tamen nõ ſeruata,poſſit ſucceſſor reuocare.Innocẽ.& Hoſti.dicunt quòd ſic in c. cum vos. de his quæ fi.a præla.de procur.c.2. Sed ſi fuit ſolennitas ſeruata & contractus non fuit vtilis, tenet contractus,ſed reſtitutio in integrum datur.cap.pen.de in integrum reſtitut. Ioan.Fan.in c.abbatibus.& in c.ſine exceptione.12.quæſt.2.diſtinguit,quòd aut contractus eſt factus nomine eccleſiæ,aut nomine proprio. primo caſu aut in vtilitate eccleſiæ,aut non:ſi in vtilitatem , & tunc aut interuenit auctoritas epiſcopi,aut non: ſi verò non in vtilitatem eccleſiæ,& tunc aut fuit ſeruata ſolennitas, aut non, primo caſu eſt nulla.ſecundo caſu non tenetur ſucceſſor ſtare contractui.ita refert Dom.Lauren.vbi ſupra q.7.quinetiã vide in tertia quæſtione.

181 Iuxta prædicta † etiam ſubnectendum eſt quòd locatio non dicitur alienatio niſi fiat in perpetuum pro modica penſione ſecundum Bald.in c.j. §.donare.quali feud. po. alleg.

182 † Sed poteſt dubitari an prælatus teneatur ſtare colono prædeceſſoris ſui.dic quòd non,argumen.l.filio.§.j.& ibi doct.ff.ſoluto matrimo.ſecundum Bald.in l iubemus. in princip. C. de ſacroſanct.eccleſ.& in l.j.§.cumque ex ſtipulat. de rei vxo.ac.vide not.in l.emptionem.per doct. C. loca.

Adde prædictis locationem factam per præbendarium finiri morte locantis. not. in cap.quærelam.ne præla.vi.ſu.& tenet Bald.in l.ſi quis domum.In princip.in 3.no.ff.loca.& infra dicetur.An autem epiſcopus teneatur ſtare inſeudationi factæ per ſuum præceſſorem.dic quòd ſic.vt per Archidia.25 quæſt. 2.deceſſorum. & Bald.in c.1. in verſicu.[Marchio] qui feud.da. poſſ. quod verum ſi infeudatio fuit perfecta. ſecus ſi inchoata, quia ſucceſſor eam perficere non tenetur ſecundum Bald.in c.j.qui ſuc.diſt. Idem & ſi prædeceſſori conceſſa fuerit per Papam licentia infeudandi,quia non tenetur ſucceſſor infeudare ſecundum Bald.in dicta verſicu.Marchio. Quinetiam ſucceſſor prçlati non tenetur inueſtire de feudo eueniente die illum cui prçceſſor conceſſit fɶudum & iueſtiuit de feudo duraturo vſq; ad illam

illam diem ſecundum Bald. not. in cap. j. 2. colum. quid iu. ſi poſt alie. ſeu. inue. de ſeudo in vſibus feud.

183 † Sed nunquid ſucceſſor teneatur ſtare infeudationi ſui præceſſoris deponendi omnino a prælatura & beneficio. vide Bal. in dicto capitulo primo. vbi etiam dicit quòd prælatus ſuperior mediatus poteſt reuocare infeudationem illicitè factam per prælatum inferiorem de re eccleſiaſtica. Sed an ſuperior mediatus infeudet. vide Bald. in capitulo primo quarta columna qui feud. da. poſſ. in vſibus feudis. Item an prælatus poſſit remittere feloniam vaſallo eccleſię. vide Bal. in c. j. vi. columna qui feu. da. poſſ. in vſibus feud.

184 † Quid de rege ſucceſſore in regno. dic eum teneri ſtare infeudationi præceſſoris ſecundum Bal. in dicto capitulo j. vltima columna qui feud. da. poſſ. & not. in capitu. nouit. de iudi. Poteſt tamen rex ſucceſſor reuocare donationes factas a præceſſore enormiter regum lędentes. non aliàs ſecundùm Specu. de inſtrumen. edi. § nunc autem in fin. & ibi Bald. verſiculo quid ſi rex. & Paulus de Caſt. conſilio 72. vbi etiam dicit quòd ipſemet rex donans hoc poteſt. quod not. contra Pontifices immoderatè donantes iura eccleſiaſtica. aliàs dixi ſupra. Quando autem rex ligetur pacto præceſſoris, ponit Bald. in l. digna vox. C. de lega.

185 † Circa prædicta etiam ſciendum eſt quòd ſucceſſor in eccleſia tenetur ratificare geſta præceſſoris ſecundùm Archidiacon. in dicto capitu. deceſſorum. & Bald. in capitu. primo prima columna qui ſuc. diſtin. ratio eſt quia ſuccedit in onere & honore ſecundum Bald. in Margari. verſi. dignitas. verſiculo primo, ſed male geſta tenetur reuocare ſecundùm Baldum in leg. quæcunque. C. de bon. quæ libe. vbi etiam dicit in Papa qui poteſt reſcindere geſta præceſſoris contra ſtatutum eccleſiæ. & infra dicetur.

186 † Quæro quid de canonico, dic eum non teneri ſtare locationi præceſſoris. capitu. fin. & ibi nota. ne præla. vi. ſu. & ibi gloſ. & docto. & gloſ. in capitulo alienationes. 12. quæſtione ſecunda. & ibi Archidia. dicit verum quando fundus locatus erat fertilis. ſecus ſi ſterilis idem tenet Hoſtien. in capitu. nulli. de rebus eccleſ. non alie. Bald. in l. emptorem. C. loca. & in l. ſi quis domũ. ff. eodem titu. & in l. j. C. de iure emphyteu. & in conſilio quis canonicus ſucceſſor. Item tenetur ſtare conductori ſecundum Bald. in dicta l. j. in prima columna. & docto. in l. ſi filio. § finali ſoluto matrimo. ſed intellige vt ſupra. Creditor verò miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto tenetur ſtare colono ſecundum Barto. in leg. in venditione. § primo. ff. de bon. auct. iudi. poſſi. quod nota.

187 Quæri poteſt ſubſequenter † an ſucceſſor obligetur ex contractu præceſſoris ad debitum & ad forum, etiam ſi in eo fuit renuntiatum priuilegio fori. Barto. tenet quòd ſic in capitu. primo. qui ſuc. diſt. vbi vide omnino. & not. in capitu. dilecti. & ibi doct. de foro compeeten. & glo. not. in capitu. fina. de pact. in vi. per capitu. primo de ſol. quod ligatur pacto præceſſoris, quod verum eſt ſi debitum fuit contractum per vtilitatem eccleſiæ, alias non. per not. cap. j. & ſecundo, de ſolut. & glo. in capitu. fin. de officio ordin. in 6. & Abbas antiq. in dicto capitu. primo. & Bald. in Margari. verſi. ſucceſſor. & in leg. ſecunda. C. de libe. præte. & nota. in capitulo dilecti. Paul de Caſtro conſilio 51. & Ioan. de Imo. in dicta leg. ſi filio. § fina. vide etiam per Innocent. in capit. cum ſecundum. de præben. & in dicto capitu. fin. ne præla. vi ſu. & Bald. in Margari. verſicu. prælatus. verſicu. 4. vbi dicit poſt Innocent. in dicto capitu. fin. quod ſi prælatus contraxit nomine proprio, nõ obligatur ſucceſſor. ſi verò contraxit nomine officij vel dignitatis, obligatur ſucceſſor, quod procedit etiam in rectore eccleſiæ. ratio eſt, quia vtrique loco vſufructuarij & procuratoris habetur: ſecus dicit in præbendario qui tantum loco vſufructuarij habetur. Ideo non obligatur ex contractu præceſſoris ſecundùm Innocen. & Bald. vbi ſupra. & tenet Bald. in capitu. j. prima colũ. qui ſuc. de. & in l. ſecunda. C. de libe. præt. quod not. Et adde Bal. in dicto verſicu. 5. quòd ſucceſſor in prælatura bene tenetur ex contractu præceſſoris legitimo non in præiudicium eccleſiæ. ſecus ſi in vtilitatem proprię perſonæ redundauit, quia tunc tenetur ſucceſſor. Ad pœnam verò iniunctam & commiſſam contra prælatum præceſſorem tenetur ſucceſſor. ita demum ſi ad eam teneatur præceſſor nomine prælaturæ. non ſi nomine proprio ex proprio delicto, tunc enim ſucceſſor non tenetur niſi quatenus ſua prælatura ſit locupleta ſecundum Barto. in l. prima. ff. de priua. delict. per not. in capitu. dilecti. de ordin. cog. quod nota.

Sed an teneatur ſucceſſor ſtare contractui in diem vel conditionali facto per præceſſorem Bal. tenet quod non in capitu. primo quid iuris. ſi allegat. fue. inue. de feud. & ſupra.

188 Et quia tetigi paulo ante de ratificatione. quæro hic † an ſucceſſor in prælatura poſſit ratificare geſta nomine prælati præceſſoris, & dic quòd ſic in dubio. vel ſi ſunt geſta nomine tanquàm prælati & nomine eccleſiæ ſecus ſi nomine tanquam prælati ſecundùm Barto. not. in l. bonorum. ad fin. ff. rem ra. hab. de quo etiam per Barto. in l. ſi quis. § ſi creditor. ff. de ſolu. & Dyn. in regula. ratum in vi. ſecus tamen dicit Bart. & dicta leg. bonorum. in canonico cuius nomine geſta non poſſunt ratificari per ſucceſſorem in canonicatu, quia ſucceſſor ſuccedit in præbendam, ſed in iuribus canonicatus ſuccedit capitulum ſecundum Barto. ibi, & Dyn. vbi ſupra. & quod per Innocent. in cap. quod ſicut. de electio.

189 Vlterius quæro † quid de ſucceſſore in iuriſdictione vel caſtro dic quòd non teneatur ſtare colono ſecundum Bald. in l. ſi filio. ff. ſoluto matrimonio.

190 Poſtremo quæritur † nunquid epiſcopus teneatur ſtare cõpromiſſo præceſſoris. & dic quòd ſic. nota. in capitu. præſentata. & ibi docto. & Imo. de teſtimo. quod eſt verum ſi ſit vtile eccleſiæ, aliàs non: vt tenet Specu. titu. de arbitro. § finitur verſicu. quid ſi prælatus & Lanfran. Brixi. eodem titu. vi. parte j. columna.

191 Quinetiam not. poſt prædicta † quòd epiſcopus ſucceſſor tenetur exequi & obſeruare præceptum ſeu commiſſionem factam præceſſori ſuo per Papam ſecundum doct. poſt gloſſ. in l. tale pactum. § finali. ff. de pact. Non autem ſucceſſor ſuccedit in tutelam nec in compromiſſum delatam præceſſori ſecundum Bald. not. in l. ſecunda. § ſed & ſi quis. tertia colum. C. communia de legat. quod adde ad nota. in capitulo quoniam Abbas. de officio delegat. & per doct. in l. qui liberis. § hæc verba. de vulgaris & pupillaris cum ſimil. Sed an ſuccedat in officio executorię teſtamenti delatæ præceſſori. vide Specu. de inſtrument. edi. § 14. verſicu. ſed quid erit in prælato. & Barto. in dicto § hæc verba qui tenet quod ſic ſi fuit appoſitum nomen appellatiuum. vide etiam per Barto. in l. a filio in princip. ff. de alimẽ. leg. & Bald. in l. fin. 26. quæſtione C. de hære. inſtitu. quem etiam vide in l. cum proponas. C. de fideicommiſ. lib. & per Lanfran. titu. de arbitr. vj parte ſecun. colum. & infra dicetur titu. de epiſcopo executore.

192 † Succeſſiuè dubitatur an epiſcopus ſuccedat in legato facto præceſſori ſub nomine dignitatis. & dico quòd ſic per l. quod princip. de legat. 2. niſi factum ſit vicario epiſcopi ſecundùm Barto. ibi in fine. quod not. Sed an reſcriptum impetratum cõtra præceſſorem afficit ſucceſſorem. vide in Specul. de reſcript. præſentia. § 2. Item quid de citatione a præceſſore. vide in Spe. de cita. § 4. verſ. & not.

193 † Vltimò non eſt ſilentio inuoluendum quòd prælatus ſucceſſor tenetur ad funeralia & ad ſumptus infirmitatis ſui præceſſoris, quia eccleſia arctatur ad id onus cum ex bonis eccleſiæ ſit alendus prælatus 12. quæſtio. præ. illis autem qui. 16. quæſt. j. quoniam quicquid prima quæſtione ſecunda. clericos. Item debet de eiſdem curari infirmus. capitu. j. & capitu. de rectoribus de ecle. ergo. facit l. verbo victus. de verborum ſignificatio. & quod nota. in l. alimenta. C. de negociis geſtis. Item & debet ſepeliri prælatus vel rector ſumptib. eccleſiæ, etiam ſi velit epiſcopus vel prælatus ipſe pro hoc largiri centeſimam bonorum eccleſiæ. 12. quæſtione ſecunda. bonę rei. de donatio. capitulo apoſtolicę. quod intellige ſcilicet in vita. quia id non poteſt in teſtamento diſponere pro magnificando ſepulchro ſuo ſecundùm Ioannẽ Andr. & doct. in dicto capitu. apoſtolicę. quod tamen non eſt in prælato inferiori. quia tantum largiri non poteſt vt ſupra. Et intellige ſepeliri debere ſumptibus menſę ſuæ etiam ſeparatis a menſa capituli ſecundum Dominũ Petr. de Perrſio in tractatu canonicæ paroch. c. 8. vbi etiam plene vide, quid de Papa, quid de Cardinali, & quid de Abbate, & quid de aliis clericis cuius ſumptibus ſint ſepeliendi.

194 † Quinquageſimoquintò quæro an prælatus cuius eccleſia eſt hæres in ſtitura cum onere fideicommiſ. facit de reſtituendo alteri eccleſię poſſit reſtituere ſine capitulo. Bald. dicit quòd ſic. in l. penult. in princip. C. ad Trebell. vbi etiam dicit poſſe reſtitui etiam ſoli prælato eccleſiæ cui fieri debet talis reſtitutio. quod eſt perpetuo notandum.

195 † Quinquageſimoſexto quæro an epiſcopus vel eccleſia ſua habens bona communia cum alio poſſit diuidere ea. Reſpond. quòd non, niſi prouocetur ad diuiſionem a ſocio ſecundum Barto. & Bald. in l. iubemus. C. de ſacroſanct. eccleſ. gloſ. & docto. in l. j. C. de fun. do. Item niſi expediat eccleſiæ, vt quia habeat ſocium rixoſum ſecundùm Barto. vbi ſupra, & Ang. in dicta l. ſecunda. Item verum niſi in bonis ſtabilibus, ſecus in fructibus quos poteſt indiſtinctè diuidere, vt ibi per Barto. ſicut & minor ſecundum Ioannem And. in additio. Specu. de cur. in j. addit. & Lau. de Fano in rub. de rebus eccleſ. non alie. libro 6. in 14. quæſt. Et quæ dicta ſunt de epiſcopo & eccleſia, intellige niſi bona habeant communia cum alia eccleſia, qui eam poteſt ad diuiſionem prouocare ſecundum Bald. not. in l. fin. C. communi diui. Item intellige niſi fructus dilapidentur per ſocium, ita q prædium eſſet quodammodo inutile eccleſiæ, & maxime ſi ſocius eccleſiæ ſit vir potens ſecundum Guil. & Salyc. in d. l. iubemus. quod not. Item niſi ſocius ſit inhoneſtus, quia indu-

cat mulieres in prædium commune,arg.glo.not.in l. non aliter.ff.de vſu & habi.Prædicta locum habent etiam in pupillo vt prouocari poſſit ad diuiſionem non prouocare niſi ſibi expediat.d.l.fi.& ibi doc.& Bar.in d.l.iubemus.& l.ſi pupillorum. ff.de rebus eorum.vel quia habeat ſocium rixoſum ſecundum Bal.in d.l.fi.& Ang.in d.l.2.C.de fun.dota.Bar.in l.inter pupillos.de auct.præſtan.& in l.quod dicitur.de tutelis. & in d.l.iubemus.& in l.ſi conuenerit.ff.pro ſocio.& Bald.in conſilio. diuiſio facta a princip.Vbi etiam dicit quod diuiſio facta ſine decreto iudicis non tenet per.l.non ſolum.& l. etiam vectigale. de prædi.mi.

196 †Et no.perpetuo ꝙ ſi pupilli habeant ſociũ maiorẽ qui eos prouocet ad diuiſionẽ debet fieri diuiſio nedũ inter ipſos & ſocium, ſed etiã inter ipſos pupillos ſecundum Bartol. in dicta l.inter pupillos.ad fi.

197 Quinquageſimoſeptimò quæro † an epiſcopus poſſit emere bona ſuæ eccleſiæ.Reſpondeo non,etiam palam & bona fide ſecundum Cyn.in auct.quibuſcunque. C. de ſacroſanct.eccleſi.& Ludouic.in ſingul. verſiculo tutor. verſiculo adminiſtrans &c.quod eſt uerum ſecundum Cyn.ibi etiam cum auctoritate ſui ſuperioris.& Baldus in leg.cum ipſe.C. de contrahen. empt. Secus tamen dicendum eſt in tutore qui poteſt palã & bona fide emere bona pupil.cum auctoritate tutoris ſecũdum docto.& Ludouic.vbi ſupra per gloſ.not. in l.neque.C.de procur.l.pupillus.§.Item ipſe.& ibi Barto.& doct.in l. tutores.ff.de auctoritate & tuto.& not.in dicta leg.cum ipſe. & ibi Bald. docto.& Barto.dicunt verum palam & bona fide,ideſt pro iuſto pretio & contractus ſit pupillo vtilis.idem not.in l.ſi in emptione.§.finali.& ibi gloſſ.& docto.ff.eodem titu.& Ludo.Pon.in l. j.§.fuit quæſitum.ff.ad Trebellia.

198 † Quid autem in executore teſtamenti.dic cum poſſe emere ab altero ſuo collega in executoria factis ſubhaſtationibus palam & bona fide pro iuſto pretio,non autem gratis accipere ſecundum Bald.in dicta leg.cum ipſe.& in dicta auct.quibuſcunque & Barto.in leg.alio.de ali.legat.& in dicta leg.ſi emptione. §.tutor.& Ioannes Andreas in additio.Specul. de loca.§.nunc verò aliqua verſi.cn.ſed quid erit.in additio.m.quod not. Alius. verò adminiſtrator poteſt emere palam & bona fide ſecundũ Barto.in d.auct.quibuſcunque. Poteſt autem epiſcopus emere a capitulo ſine decreto ſuperioris ſecundum Bald.in leg. voluntas.in principio. C.de fideicommiſ.& Ioannes Andreas in mercu.in regula, qui tacet.

199 † Quinquageſimooctauò quæro an & qualiter epiſcopus dicatur poſſidere bona eccleſiæ. Reſpondeo quod nomine ſuo dicitur habere naturalem poſſeſſionẽ, ſed nomine eccleſiæ naturalem & ciuilem ſecundùm Innocent.in capitu in literis. de reſtitutio.ſpoliato.& Flo.in l.ſeruitutes.5.columna.ff.de ſerui-

200 tu.Bald.in leg.ſecunda.19.columna.C.eodem titulo. Quid † de vſufructuario.Reſpondeo dicitur poſſidere naturaliter in Specu.de loca.§.j.verſiculo illud.leg.naturaliter.in principio.ff.de acquirenda poſſeſſione.& Barto.in leg. ſi fur.ff.de vſufruct. Et ideo fructus non cedunt vſufructuario niſi ſint a ſolo ſeparati per ipſum vel alium eius nomine.vt ibi & nota.in leg prima §. interdum. Et per Barto.in leg.idem eſt.§.vnde vi.ff.de vi.& vi arma.in leg.& ſi quis in tantam.C.vnde vi.ſed vſufructuarius dicitur poſſidere ciuiliter & naturaliter ſecundum gloſſ.& Bart. in leg.ſi plures.§.deiectum.ff.de vi & vi arma.gloſſ.& Barto.in l. ait prætor.§.is autem.ff.ex quibus cauſ.maio.& in dicta l.naturaliter.Bald.in leg.prima.C.communia de ſucceſſio. & Angel. in repertorio.verſicu. vſufructuarius. Colonus autem non dicitur poſſidere. leg.ſi pignus.& ibi gloſſ ff. de pignoribus actio. gloſſ.& Barto.& docto.in leg.prima.C.communia de vſufruct. leg peregre.§ quibus.de acquirenda poſſeſſione gloſſ.& Bartol. in leg.non ſolum.§.quod vulgo.ff.de vſu.Bartol.in leg.qui legatorum.§.qui vulgo.de vſucap.pro hęrede.quod eſt verum pro ſe,nam pro domino dicitur poſſidere dicto §.quibus, & tenet Barto.in dicta leg.ſi quis intantam.Tutor etiam nõ dicitur poſſidere ſecundum Barto.in leg prima.penult.columna verſiculo ſed pone in tutore.ff.de acquirenda poſſeſſione. Item nec conductor vel inquilinus.in Specu. de loca.§.5.verſiculo ſed nunquid finito.& §.6.verſicu.4.Creditor autem cui poſ.corporalis pignoris tradita eſt,dicitur poſſidere naturaliter & ciuiliter ſecundum Paulus de Caſtro in l.j.§.per ſeruum.el 2.de acquirenda poſſeſſione,no.in l.3.§.fi.ff.eodem titu.& in l. ſciendum.verſ. Creditor.ff.qui ſatiſda.cogan.

201 † Quid de emphyteuta.dic quòd dicitur habere poſſeſſionẽ naturalem & dominus ciuilem ſecundum Barto.in leg. ſecunda,prima quæſtione.C.de iur.eman.In leg. ſi ut certo.§.ſi duobus.in fin.ff.commo Monachus verò & ſeruus non dicuntur poſſidere.leg.a poſſidentibus.& ibi Baldus.C.de rei vendicatio. Præſumitur verò poſſidere nomine eccleſiæ ſecundum Innocentius,in capitu.cum officiis.de teſtamen.& Bald.in auct.licẽtia.C.de ediſcopis & cler.

202 Quinquageſimononò † quęro an epiſcopus præſumatur facere cum conſenſu capituli.Reſpon.non ſecunduum Barto.in l.actor.ad fin.ff.rem ratam habe.de quo vide Innocent. & doct. in capitu.ea noſcitur.de his quæ fi.a prçla. vbi eſt caſus gloſſ. quòd non poteſt prælatus inferior ſine capitulo pręſentare epiſcopo.& nota.in capitu.nouit eodem titu. Poſſunt autem eſſe in eadem eccleſia plures pręlati,ſcilicet ſuperior & inferior, & vnus ſub altero qui ſubalternetur alteri ſecundum Innocentius in capitu.cum eccleſia. de præ. Baldus in Margarit. verſicu.prælatus. verſicu.11.

203 Sexageſimò quæro † an epiſcopus excuſetur ignorãtia iuris, dic quòd non ſecundum Innocentiũ, in capitu. conſtitutus. de appellat. & Baldus in Margari.verſicu.beneficium.verſic.4. & ideo dicitur quod epiſcopus debet eſſe literatus,ſufficienter.capitu. cum in cunctis de elect.& plenè dixi ſupra in libro ſecundo. Sed an excuſet alios ignorantia iuris in lucro vel quaſi. Reſpondeo non,l.ſi emancipata.& ibi Bartol.C. de iur & fa.igno.Item nec mulieres vltra quam maſculos,niſi in caſibus a iure expreſſis ſecundum Bartol.in l. nec paſſim. C. eod. titulo Nec in illis excuſat ſi potuit conſulere peritiores.aliàs ſic.l.iuris.& ibi Bal. & doc. C. qui admitti. vbi etiam dicit Baldus poſt Bartol. præſumi pro ea vbi non eſt copia peritorum, ſcilicet quòd nõ potuerit conſulere peritiores. aliàs ſecus quod not. Item neminẽ excuſat ignorãtia iuris ẽt vilicum ſi clam facit actum ſecundum gloſſ.in l. prima, C. de interdic. matrimonio. & in l. qui contra. C.de inceſt. nup. & Lu.Pon.in ſingu.verſi.ignorantia.verſi.nullus. l.2.& ibi Bartol. ff. ſi quis in ius voc. non ic. & in l. ſi quis id quod verſi.doli mali.ff.de iuri.om.iud. Item nec ruſticum ſtantem in ciuitate vel prope ad quam commode venire poteſt, ſecus ſi ſtat in montibus & non conuerſetur in ciuitate vel loco vbi eſt copia peritorum ſecundum gloſſ. not. in l. athletæ ff. de excu.tuto.& tenet Baldus. & doc. in d.l. iuris ignorantia.C.qui admitti.& Bald.in l. ſcripturę C. de fide inſtru. vbi refert ſe aliàs tenuiſſe non excuſari ruſticum qui potuit conſulere peritiorem & non conſuluit. licèt contrarium tenet Raph. in d.l.iuris.& ibi Franc.de Capi.liſte.& idem ſi conſuluit imperitũ potuerit conſulere peritiores cum ſecundum Baldum ibi. vide Barto.in leg.bonorum.ff. de bonorum poſſeſſio.

204 † Et nota ruſticum non excuſari ignorantia iuris in his quæ fiunt ad conſeruandum iuris rigorem. l. ambiguitate. & ibi doct. & gloſſ. C.de teſta. Bald. & Paul. de Caſtr. in d. l.iuris. & ideo dicit ibi Baldus not. emiſſionem formæ a ruſtico factam vitiare, licèt per errorem omiſſa ſit, quod tene menti. Item ſciendum quod non excuſat ruſticitas in his quæ ſunt contra honeſtatem ſecundum Baldum in l. quicunque. penult.columna. C. de ſer. ſugi. Pręſumitur autem pro ruſtico,ideſt quòd ignoret ius ſecundum Bald.in l. 2. C.de fideic.per l.pater.in prin.ff.de doli exce.

205 Sexageſimoprimo quæritur † non eſt dubium quòd epiſcopus poteſt concedere ad vitam alicui pro bene meritis de bonis eccleſiæ. xvij. quęſt.1.poſſeſſionis.& aliàs plene diximus in alia quæſtione: An ſi hoc dicitur in inſtrumento ſit ſatis abſque eo quòd aliter merita probentur. Reſpon. non, quia ſpeciale eſt fauore eccleſiæ. infra de reb. eccle. non alie. Lau.de Fano.in rubri.eo.titulo,in 6.quæſt. Et ideo inſtrumentum in quo dicitur præcedente tractatu legitimo non probat in præiudicium eccleſiæ, niſi aliter conſtet de tractatu per aliud inſtrumentum. quod etiam tenet Specul. de loca. §. ſequitur.verſic.ſcias.& Paulo de Caſtro conſilio lxxxix. & Bart. in Auc.ſi quis in aliquo.ad fin. C.de rel. & alias dixi. ſupra. in quæſt.de tractatu. Sic in ſimili dicitur quòd inſtrumentum ſententiæ non probat in verbis viſo libello lit. conteſt. & niſi aliter conſtet de libello & alijs actis ſecundum doct.& Bel. plenè in dicta auctent.ſi quis in aliquo 3.col.& Bar.& doctor. in l. ſciendum.de verborum obligatio.& doctor.in capitulo quoniam contra.de proba.quod eſt verum quo ad partes nõ quo ad iudicem qui cum non poſſet iudicare,niſi nouerit acta,ſatis dicitur acta nouiſſe ſi in ſua ſententia ſint illa verba.viſis actis, ſicque ſententia tenet quę ſine illis verbis eſſet nulla ſecundum Bartol.& doct.in l.2.ff.de iud.etiam ſi ſententia eſſet iuſta ſecundum Bart. doct.& Ioan.de Pra.in l.multum.ff.de condi.& demonſt.Bartol.in l. properandum. §. & ſi quidem. C.de iudi.& in l.2.C.de eden.& not.in l.1.C.de rela.quod eſt notandum quando opponitur de nullitate ſententię, quòd iudex acta non viderit.ſi autem opponitur contra. d. ſententia etiam continet dictam clauſulam. Viſis &c.dicens dicta acta non pręceſſiſſe obtinent quamuis dicta clauſula eſſet in ſententia,quia non probantur acta per illa verba. Viſis &c.vt ſupra dictum eſt niſi tranſiuerit in rem iud.quo caſu pro ea præſumitur etiam quo ad acta ex verbis ſententiæ,viſis actis ſecundum Inno. & doct.in c.bonæ el j.de elec.& Compoſt.in c.in præſentia,de renun.& do.de ro.in deci.lxxxij.Pau.de Caſtro.in conſi.3.& d.m. Fran. de Capi. liſte. in d. auct. ſi quis in aliquo. & quod per

Bald.

Bald.in l.emancipatione.C. de fide inſtru. Pro ſententia enim quæ tranſiuit in rem iudi. præſumitur quòd fuerit lata riè, & rectè etiam ſi acta non producantur. no. in c. cum inter. & ibi doctor. & Capra de re iudi. Sicu in capitulo ſicut eo. titu. & Innocen. in d. capitulo bonæ. Item verum ſecundum Pau. de Ca. in d. conſilio 3. niſi in ſententia ſit clauſula viſo libello, cuius tenor talis eſt, videlicet quia ſi tenor actorum & libelli ſit regiſtratus in ſententia probantur acta per ſententiam, quod no. perpetuo. Item verum niſi addatur in ſententia. viſo libello lit. conteſt. & actis de quibus ego notarius rogatus ſum ſecũdum Lanfran. Brix. ſingu. poſt Hoſti. in capitulo quoniam contra falſam. de proba. 21. columna. Item nec ſententia lata eſſet parte præſente & non contradicente, vel etiam contra abſentem citatum & contumacem ſecundum Paulum de Caſtro in dicto conſilio 3. Innocent. in d. capitulo cum in iure. de offic. delega. Bartol. in l. fin. ff. quando appel. ſit. & in l. prima. & ibi Petr. de Sun. C. de tela. & Bartol. in auct. ſi quis in aliquo. in fin. & Ang in leg. optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipula. & in auct. vt ſpon. largi. & hoc inſuper tertia columna, doct. Modern. in l. ſciendum. de verborum obligatio. & Bald. in Marga. verſiculo ſententia, quinta columna. & in addi. Specu. de appellat. verſicu. & quando. Secus autem ſi ſit lata contra abſentem non contumacem, quia acta non præſumuntur niſi producantur ſecundùm Innocen. in dicto capitu. cum in iure. & in capitu. innotuit. de eo qui fur. or. ſu. licet Butr. contra. & male. in capitulo in præſentia. de renuntia. qui dicit idem ſi contra abſentem & contumacem, ſed primum verius ſecundùm Paulus de Caſtro in dicto conſilio 3. & uidetur ſequi Barto. in dicta l. prima. C. de tela. quod not. Item niſi ſit ſententia antiqua, quia pro ea præſumitur etiam quo ad acta ex verbis viſis actis, non ſine dictis uerbis, niſi ſint alia verba, videlicet ſententialiter promulgata, quæ idem important ſecundùm Pau. in dicto conſilio, ſecunda columna. Innocent. in dicto capit. cum in iure. & Barto. in l. admonendi 10 colum. ff. de iureiuran. Cyn. & Bald. in leg. emancipatione. C. de fide inſtrument. inſtitu. de fideicommiſ. §. finali. Abb. & doct. in dicto capitu. cum inter. de re iudi. Ioannes Andr. in dicto §. quoniam contra. de probat. Ioan. Pet. Papi. in ſumma titu. de ſententia. verſicu. viſa lit. conteſta. Dicitur autem ſententia antiqua ſcilicet lata per biennium ante, ſecundum Hoſtien. & doct. in dicto capitu. cum inter. quod not. perpetuo. & ita intelligitur dictum Barto in l. illud. ff. de acquirenda hæreditate. dum dicit acta non præſumi. licet ſententia producatur.

206 † Prædictis ſin. adde quod ſi petatur executio laudi quod producitur ſine compromiſſo. non poteſt petens obtinere, ſecundùm Bal. ſingulariter in Margari. ver. lit. cont. lis mota. Sed Ange. & Innocent. dicunt contrarium in leg. ſciendum. de verborum obligatio. tu intellige dictum Bald. verum ſi latum fuit laudum parte abſente. Si enim pars fuit præſens, procedit opinio. Angel. & Imol. vel aliter potes concordare opinio. ſcilicet vt procedat opin. Bald. in laude nouiter lata, in antiquo verò procedat opin. Ange. & Imola. & ita tenet Bald. ipſe ſingu. in conſilio. In Chriſti nomine amen. quia in priuilegio &c. quod not. perpetuo ad intellectum eius quod dicit Baldus in additio. Specul. de appellat. verſicu. & quando formatum. in fin. vbi dicit præſumi pro laudo. & tenet Dyn. in conſilio. Tholomæus mancntis. facit. leg. herennius. § Gaia. ff. de euict. Pro prædicta concordia facit, quia delegatio præſumitur ex ſententia antiqua in qua tenor delegationis eſt inſertus ex ſententia de recenti ſi opponatur ſecundùm doct. & Innocent. in d. c. cum in iure. & Ioan. Pe. Papi. in ſum. de ſnĩa diffiniti. verſi. cuius quidẽ tenor.

207 † Redeo nunc ad materiam huius quæſtionis principalis de meritis probandis aliter quam per confeſſionem prælati donantis de bonis eccleſiæ pro benemeritis, dic rationem eſſe, quia prælatus aliter non poſſet concedere de bonis eccleſiæ, id eſt ſine meritis præcedentibus, meritò ſua confeſſio non probat materiã præceſſiſſe, cum aliàs ſola confeſſio donantis ſufficeret quando donator eſſet talis qui nullis præcedentib. meritis poſſet donare ſecundùm Bald. not. in leg. ſi fortè. ff. de ca. pe. & ita intellige plenè not. de probatione meritorum per Bald. in leg. ſecũda. C. ne li. po. antepenultima quæſtio & in l. ſi donatione. C. de coll. & in præl. feud. §. char. verſiculo dubitatur de tali quæſtio. & in l. liberi de inofficio teſtament. & in l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ. & per Bar. in l. ſi tibi. §. ſi pactum. ff. de pact. & in leg. per diuerſas. C. manda. Pro concluſione prædicta qua dixi confeſſionem prælati circa merita non nocere eccleſiæ, facit, quia & confeſſio adminiſtratoris reipublicæ uel curatoris non nocet rei publicæ uel minori quod recepit pecuniam cõmunis ſeu in cauſam cõmunis vel minoris ſi aliter de vera numeratione non conſtet ſecundùm Barto. in l. a diuo pio. §. ſed ſi emptor de re iudi. in leg. ſi procurator. ff. de iure fiſci. & in leg. ciuitas. ſi certum petatur. & in leg. ambitioſa. de dec. ab ord. faci. vbi etiam dixit confeſſionem prælati non nocere eccleſiæ, & aliàs dixi ſupra eodem.

208 † Vltimò prædictis eſt ſubnectendum quod merita præcedentia faciunt præſumi donationem ſecundum Bal. in capitu. ſi cautio. de fide inſtrumentorũ. & in l. 2. de iure dot. & Paul. de Caſtro in l. traditionibus. C. de pactis. quem caſum adde Barto. poſt gloſ. in l. quæ dotis. ſoluto matrimonio, dum enumerat caſus in quibus donatio præſumitur.

209 † Sexageſimoſecundo quæro nunquid epiſcopus poſſit committere curam rerum eccleſiaſticarum uel officiorum alicui laico, & dic quod non. 89. diſt. iudicatum & maximè propinquis. & ibi & in §. propinquis. & in capitu. decenter quod nota contra epiſcopum Recanatenſem, Dominũ And de Fano qui res Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Loreto commiſit Alberto fratri ſuo contra dictos canon. Et adde quod non poteſt epiſcopus de bonis eccleſię dare conſanguineis ſuis niſi pro ſuſtentatione. 10. quæſtione ſecunda, epiſcopus. & dixi plenius ſupra in alia quæſtione.

210 † Sexageſimotertiò quæro an epiſcopus agere poſſit pro quarta ſibi debita ex legatis pijs. Reſpond. ſic, videlicet contra executores teſtamentarios pro legatis nondum ſolutis, ſed pro ſolutis agit contra legatarios ſecundum Dominium Petrum de Peruſio in conſilio cum quæritur an ante annum. & Hoſti. & Ioan. An. in cap. de his. de ſepul. & dixi ſupra in quæſt. de quarta epiſcopali. quæſt. 17. in fi. vbi vide omnino.

211 † Sexageſimoquarto & vltimo quæro ſi epiſcopus iurauit non alienare bona eccleſiæ Papa inconſulto, an poteſt alienare bona quæ deſierunt eſſe de menſa. Reſpon. ſic, quia dictum iuramentum intelligitur de bonis menſalibus tantum, non alijs. cauſa eſt in capitulo fi. de feu. & tenet d. Paul. de Caſtr. in conſil. cxxxiiij.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus agens pro eccleſia ſua an repellatur exceptione quòd non ſit epiſcopus legitimè electus vel confirmatus.*
2 *Epiſcopus admittitur cum cautione de rato cum dubitatur de eius prælatura.*
3 *Tutor vel alia perſona agens nomine alieno ante lit. conteſt. debet ſe oſtẽdere talem quali nomine agis.*
4 *Procurator habens duo mandata, ſcilicet generale & ſpeciale, qualiter ea producere debet.*
5 *Procurator contra quem non eſt oppoſita exceptio mandati ante lit. conteſt. cogitur iudicis officio poſt lit. conteſt. non vi exceptionis producere mandatum.*
6 *Statutum de procuratore quòd oſtendat mandatum, intelligitur etiam de tutore & curatore.*
7 *Epiſcopus qualiter probet ſe eſſe epiſcopum vel prælatum quando ſibi opponitur exceptio quòd non ſit epiſcopus.*
8 *Tabellio quomodo quis probetur eſſe.*
9 *Epiſcopus an poſſit in cauſa eccleſiæ conſtituere procuratorem poſt lit. conteſt. vel ante. Et quid de parte & marito. 10. 11.*
12 *Pater vel mater poteſt procuratorem conſtituere in cauſa matrimoniali filij ſui. Et quid de curatore. 13.*
14 *Epiſcopus an poſſit eſſe procurator capituli.*
15 *Epiſcopus ſolus an poſſit reuocare procuratorem conſtitutum ab ipſo & à capitulo.*
16 *Teſtis an poſſit eſſe epiſcopus in cauſa eccleſiæ ſuæ.*
17 *Quilibet de capitulo nunquid poſſit eſſe teſtis in cauſa epiſcopi vel capituli. Et nunquid dictis teſtibus aliquid diminuatur de fide ratione præſumptæ affectionis. 18.*
19 *Iudex an poſſit eſſe epiſcopus in cauſa eccleſiæ ſuæ. Et an arbiter. 20.*
21 *Notarius ſi creatur doctor, perdit officium notarij, ita quod non poteſt inſtrumenta conficere, ſed confecta bene valent.*
22 *Epiſcopus an poſſit iudicare de his quæ fecit vnà cum canonicis tempore ſui canonicatus.*
23 *Iudicare ſecundum ſuam conſcientiam an debeat epiſcopus.*
24 *Iudex quando inſpicere vult locum litis, debet monere partes vel citari facere vt interſint tali die & loco.*
25 *Epiſcopus exiſtens extra diœceſim nunquid cauſam alicui delegare poſſit.*
26 *Criminoſum quando epiſcopus condemnat, an poſſit in ſententia ſibi pœnas applicare.*
27 *Iudex ſcholarium in locis ſtudiorum an ſit epiſcopus.*
28 *Epiſcopus agens pro rebus eccleſiæ an teneatur ſoluere ſportulas, ſtante ſtatuto quòd agens ſoluat ſportulas.*
29 *Epiſcopus loci an ſit adiungendus laico ordinario recuſato pro ſuſpecto.*
30 *Vnus ex pluribus iudicibus recuſari poteſt, ſecus quando ſolus eſt in cauſa.*
31 *Appellare an poſſit epiſcopus pro populo vel ſubditis condemnatis ſine ſpeciali mandato.*
32 *Libellus qualiter concipiatur quando epiſcopus agit ad iura epiſcopalia.*
33 *Sede vacante quod geritur contra epiſcopum an valeat.*
34 *Epiſcopus agens an tanquam epiſcopus teneatur reſpondere quando reconuenitur.*
35 *Eccleſiam ſuam tenetur defendere epiſcopus.*
36 *Epiſcopus non debet propria authoritate eccleſias ab alio detentas occupare.*

 37 *Tutor*

37 *Tutor quòd debeat defendere pupillum qualiter intelligatur.*
38 *Reſtitutionem in integrum an epiſcopus ſine mandato ſpeciali petat pro eccleſia.*
39 *Procurator an cauſam reſtitutionis in integrum tractare poſſit.*
40 *Procurator qualis requiratur, an petendam reſtitutionem in integrum.*
41 *Iuramentum epiſcopi ſuper contractu an impediat reſtitutionem in integrũ pro eccleſia.*
42 *Conſenſus epiſcopi an requiratur in prorogatione iuriſdictionis quam facit clericus.*
43 *Epiſcopus nunquid poſſit interpretari ſtatuta, & alia dubia occurrentia coram epiſcopo.*
44 *Statutum quando dicatur recipere interpretationem a iure communi.*
45 *Iuriſdictio epiſcopi an ſit firmior quam vicarij ſui iuriſdictio.*
46 *Epiſcopus an cogatur punire clericum condemnatum à iudice ſeculari pro crimine antequàm efficeretur clericus.*
47 *Iudex laicus non poteſt condemnare clericum niſi ratione præuentę iuriſdictionis ante clericatum.*
48 *Clericum in fraudem factum non poteſt laicus in corpus punire de facto, niſi prius eum degradet epiſcopus.*
49 *Clericus pendente lite factus executionem non cognitionem iudicis laici euitat.*
50 *Clericus in minoribus conſtitutus iuriſdictionem laici declinans ſi poſtea vxoratur depoſito habitu clericali a quo punietur.*
51 *Epiſcopus an teneatur exequi ſententiam iudicis laici.*
52 *Debitor factus clericus perdit beneficium ſtatuti concedentis inducias quinquennales.*
53 *Epiſcopus an poſſit venire contra compoſitionem factam cum vicario ſuo de pœna depoſitionis in pecuniariam transmutata pro crimine.*
54 *Epiſcopus ſi vicario concedit licentiam componendi, de quibus delictis intelligatur.*
55 *Epiſcopus tanquàm ſuperior an exequi poſſit ſententiam archidiaconi.*
56 *Exceptio nullitatis non impedit executionem ſententiæ quando ſententia ex forma ſtatuti habet executionem paratam.*
57 *Epiſcopus pro obedientia ſua an poſſit agere.*
58 *Epiſcopus clericum ſuum repertum in curia Papæ an poſſit citare.*
59 *Cognoſcere nunquid poſſit epiſcopus de cauſa delegata ſuo vicario.*
60 *Compromiſſum factum in epiſcopus, vel abbatem an transeat ad ſucceſſorem.*
61 *Aduocare an poſſit epiſcopus ad ſe cauſam coram ſuo vicario vertentem.*
62 *Epiſcopus ſi agit contra abbatem ad iura epiſcopalia nunquid in iudicio veniant tam iura quæ debet Abbas & monaſterium, quàm iura quæ debent laici.*
63 *Epiſcopus an prohibere poſſit iudici laico ne procedat contra clericum qui falſum depoſuit teſtimonium coram ipſo iudice laico.*
64 *Laicus falſum deponens coram non ſuo iudice, an per eum puniatur. numero 65.*
66 *Iudici laico an epiſcopus poſſit prohibere ſub pœna excommunicationis ne exequatur teſtamentum in quo inceſtuoſus ſit hæres.*
67 *Epiſcopus nunquid in integrum reſtituat aduerſus ſententiam ſui vicarij.*
68 *Reſtitutio in integrum à quo debeat concedi.*
69 *Epiſcopus qui duos vicarios inſolidum conſtituit, poteſt adhærere ſententiæ vnius cui vult, quando illi contrarias protulerunt.*
70 *Tribunal an epiſcopus poſſit eligere in quocunque loco ſuæ diœceſis. & quid de iudice laico. 71.*
72 *Arbitri ſuſpitionis cauſa electi ſibi eligunt tribunal, nec coguntur iudicare in loco iudicis recuſati, dummodo deputent locum idoneum.*
73 *Reductio ad arbitrium boni viri à laudo lato per duos arbitros quorum vnus ſit clericus, alter laicus, an petatur coram epiſcopo.*
74 *Epiſcopus an poſſit agere in iudicio pro iniuria illata vicario ſuo vel alteri ſubdito.*
75 *Agere an poſſit epiſcopus pro rebus eccleſię.*
76 *Sententia iudicis laici an epiſcopus obſeruet & eam exequatur.*
77 *Epiſcopus cui Papa commiſit caſum ſibi reſeruatum, an dicatur delegatus vel ordinarius.*
78 *Delegatus in cauſa ſibi ordinaria an delegatus dicatur vel ordinarius.*
79 *Conſenſus epiſcopi an requiratur quando clericus vel canonicus agit in iudicio. & quid de monacho num. 80.*
81 *Filiusfamilias an in iudicio poſſit ſtare ſine conſenſu patris.*
82 *Pater ſi eſt abſens filiusfamilias agit etiam in aduentitiis dummodo caueat de rato.*
83 *Conſenſus ſi ſit præſtitus in vna cauſa filij, & generaliter in qualibet alia cauſa, qualiter intelligatur.*
84 *Conſenſus non præſtatur per ſolam præſeentiam, ſed per verbum conſentio.*
85 *Viuere quis præſumitur niſi de morte conſtet.*
86 *Proceſſu publicato ſi opponitur de patria poteſtate, actor poteſt probare de morte patris.*
87 *Ratihabitio patris non validat iudicium factum per filiumfamilias ſine conſenſu patris.*
88 *Epiſcopus an agere poſſit ſine conſenſu capituli.*
89 *Conſenſus epiſcopi an requiratur quando capitulum agit.*
90 *Capitulum litigans ſine prælato, æquiparatur minori litiganti ſine curatore.*
91 *Epiſcopus ſi eſt de crimine inquiſitus vel accuſatus, nunquid poteſt defendere probando innocentiam ſuam per ſuos familiares & domeſticos.*
Teſtes domeſtici regulariter non admittuntur. 92.
93 *Teſtes domeſtici qui dicantur.*
94 *Epiſcopus an ſit iudex totius collegij in quo ſunt clerici & laici.*
95 *Epiſcopus an ad forum iudicis ſecularis trahi poſſit.*
96 *Clericus ſi ſit executor teſtamenti debet inuentarium facere coram laico iudice.*
97 *Clericus pro laico fideiubens an poſſit coram iudice laico conueniri.*
98 *Clericus coram laico conueniri non poteſt, etiam ſi Papa faciat legem generalem quod clerici conueniri poſſint in curia ſeculari.*
99 *Epiſcopus ſi expellatur an agat interdicto recuperandæ poſſeſſionis, vel qualiter.*
100 *Interdictum vti poſſidetis datur contra iudicem occupantem primam iuriſdictionem.*

Quinta pars quarti libri.

De poteſtate & auctoritate epiſcopi circa iudicia.

Nunc quinto loco uideamus de poteſtate & auctoritate epiſcoporum circa iudicia.

1 † Primò igitur quæro, an epiſcopus agens pro eccleſia ſua repellatur exceptione ꝙ non ſit epiſcopus legitimè electus uel confirmatus. Reſpon. ſic. xliii. diſt. i. in mãdatis. xxiii. q. 4. c. tres pſonas. 7. q. 1. nouatianus. & c. factus. 62. diſt. c. 1 & 2. 12. q. 2. alienationes. de elec. c. qualiter. c. per inquiſitionem. c. noſtri. & cap. bonę. el 1. 8. q. 3. c. talia. & ſeq. & tenet Spe. tit. de actore. §. 1. uer. item contra prælatum.

Aduerte tamẽ ad formam excommunicationis contra prelatum agentem, quia non debet dici, tu es epiſcopus, ſed debet dici tu non es epiſcopus, nec in quaſi poſſeſſione epiſcopatus, nec haberis pro epiſcopo, quo caſu debet ipſe ante lit. conteſt. docere ſe eſſe epiſcopum, & de ſua poſſeſſione uel quaſi, ſecundùm Spe. ubi ſupra. uer. ſed pone quidam in fi. ubi ſic concludit reiectis multis opi. aliorum qui dicebant poſſe probari uſque ad ſentẽtiam ſe eſſe epiſcopum, uide tamẽ per Bal. in l. 2. 20. col. C. de ſerui. ubi dicit ꝙ agens nomine eccleſię debet probare ſe eſſe epiſcopum & canonicè inſtitutum, nec ſufficit quaſi poſſeſſio, ſed ſi agit nomine ſuo ſic, ut ibi, & per Inn. in c. in literis. de reſti. ſpol. debet ergo omnino oſtendere electionem, & prę laturam ſuam, alias ſuccumbit, & tenet gl. & doct. in l. 2. C. de eo qui pro tutore. Adde tamẽ ꝙ epiſcopus uel prelatus ex poſſeſſione pręſumitur epiſcopus quando lis nõ eſt inſtituta de prę latura uel de eccleſia, ſed de alia re agat ut prę latus, ſecundum Bal. no. in addi. Spe. de arbit. uerſ. ſed quid ſi compromittitur cã donationis, ſecundum Ang. in l. qui aliena. § 1. ff. de acqui. hæ. dicit ꝙ prælatus qui diu fuit in quaſi poſſeſſione prę laturę præſumitur fuiſſe canonicè inſtitutus.

2 No. etiam quòd cum dubitatur de eius prælatura, admittitur cum cautione de rato, ſecundum Ang. in l. tutores. C. de admi. tu. clericus uerò agẽs ad benęficium debet probare ſe clericum aliter quam per poſſeſſionem habitus & tonſuræ, ut tenet Flo. in l. ſicuti. §. ſi quæratur. ff. ſi ſer. uen. quòd no.

3 † Sed quæro quid de tutore, uel aliis perſonis agentibus nomine alieno. Reſpond. quòd ante lit. conte. oſtendere debet ſe eſſe talem quali nomine agit, ſecundum Spe. ubi. ſupra. uer. ſed pone. ubi idem dicit in ęconomo, ſindico & procuratore, nec mirum, quia de perſonis primo quęrendum eſt. l. ſi quęramus. ff. de teſta. l. conficiuntur. ff. de iure codi. Et ideo procurator debet ante lit. conte. producere mandatum. l. licèt & ibi doc. C. de procu. & Bar. in l. damni. §. qui alieno. ff. de dam. inſe. qđ eſt uerum etiam ſi ſit procurator in rem ſuam. i. ceſſionarius in tẽtãs actiones directas, nõ ſi utiles, ut ſupra, ſecundum Bal. in l. 1. 4. q. in fi. C. de ac. & ob. & Bar. in l. qui ſtipẽdia. C. de procu. & ſic debet intelligi Spe. ubi ſupra, qui dixit ceſſionarium poſſe poſt lit. conte. oſtendere ceſſionem, quod intelligitur. ſ. ſi intentat vtilem, quod no. Procurator tamen poteſt quandocunque vſque ad ſententiam producere mandatum & iudicium validatur niſi ſit via præcluſa ad producendum vt dicit ſtatutum quòd procurator ante li. conte. producat mandatum, vt dicit ſtatutũ ciuitatis Firmi ſecundum Bald. no. in l. ſaltus. 13. colum. C. de furtis. & in l. ſi vxorem. 2. colum. C. de condi. inſer. quia ſtatutum non intelligitur de procuratore in rem ſuam ſecundum Bald. not. in l. 1. C. de act. & ob. quod perpetuo tene menti in practica.

† Et pulchrè no. quòd procurator habens duo mandata. ſ. generale & ſpeciale, ſi producat generale in cauſa requirente ſpeciale, ualet iudicium ſi poſtea producatur ſpeciale, tempore tamen quo non ſit præcluſa uia præclutioni, ſecundum Bal. no. in d. l. ſaltus. uer. ad tertium.

5 † Nec prætereo, quòd procurator contra quem non eſt oppoſita exceptio mandati ante lit. conteſta. cogitur iudicis officio poſt li. conte. non ui exceptionis producere mandatum

tum,licèt pars petierit copiā mandati duntaxat gl.eſt ſing.in c.j.
de elec.in 6.ſecundum Bal.in l.exceptionem. 2.col. C. de pro-
ba.Curator verò debet oſtendere mandatum ſeu curam ad in-
ſtantiam actoris,ſecundum Spe.de inſtru edi. §.xvij. ver. pe. &
6 §.xvj.ver.item cautus.† Quinimmo ſtatutum de procuratore,
quod oſtendat mandatum intelligitur etiam de tutore & cura
tore.vt tenet no.Bal.in l.ꝙ ſi nollit.§.quòd in procuratore.ff.de
edi.edic.pro quo facit quia curator æquiparatur procuratori. l.
neque & ibi Bar.C.de procu.& Bar.in l.cum ſemel.in fi.ff.de tu
te.ergo ſtatutum de vno habet locum in altero æquiparatorū
per gl.ſing.ſecundum Pe.de Anc.in c.ſi poſtquam.§. fi. de elec.
in 6.facit gl.in cle. Abbates.de reſcrip.& in c.2.de confeſſis. lib.
6.ꝙ no.In procuratore non in rem ſuam dictum ſtatutum nō
habet locum,vt ſupra proxime diximus.ſecundum Bal.in l.j.C.
de ac.& ob.tenet menti omnia prædicta.

7 Secundo ſucceſſiuè † quæro quō episcopus probet ſe eſſe episcopū,
vel prelatum quando ſibi opponitur exceptio ꝙ non ſit epiſco
pus.Reſpon.ꝙ multipliciter.ſ. per bullas ſeu literas electionis.
vt plenè in Spe.de ele.§.j.Item per ordinis collationem ſibi fa-
ctam,quæ ſimiliter ſcripturam exigit.2.q.j.legum.glo.2. q.6.in
ſumma.& tenet Abbas ſic in cap.bonę.el.2.de elec.Item tertio
probatur prælatura per communem opi.ꝙ pro prælato habea
tur,vt tenet Spe.de proba.§.j.ver.qualiter autem aliquis. Item
ex diuturnitate temporis quæ facit præſumi prælatum canoni-
ce promotum fuiſſe ſecundum Ang.in l.qui aliena.§.j. ff.de ac-
qui.hęre.& Inno.in c.bonę. de elec. niſi defectus conſtet ex in-
ſpectione ſcripturæ ſecundum Inno.in c.propoſuiſti.de proba.
& Pau.de Caſt.in conſil.xlviij.& Bart.in l.hi qui ad ciuilia.C.de
appel. Non autem probatur prælatura per præſcriptionem, cū
nullo tempore præſcribatur ſecundum Bald.no.in l.1. 4.col.C.
de emā.lib.hic etiam repete dicta ſ. proxima q.in j.col.

8 † Sed incidēter quæro de quæſtione ſimili.videlicet quomo
do quis probetur eſſe tabellio. Et reſpondeo quod multiplici-
ter.Primo per inſtrumentum ſuæ creationis a principe, ſecun-
dum Inno.in c.cum P.tabellio. de fi. inſtru. vel ab inferioribus
habentibus poteſtatem a principe.vt hodie videmus in comiti.
bus Palatinis.ar.l.j.C.de eman.li.c.accedentibus.de conceſ. pręben.
Inno.& Hoſti.in c.G.perpetuus.de fi.inſtru.& Bal.in mar.
ver.notarius.ver.xvj.& in l.1.6.q.C.de teſt.& Bar.in l.j.ff.de offi.
procon.& leg. vel a regibus ſupremam poteſtatem habentibus
ſecundùm Inno.in d.c.cum P.tabellio. vel a quolibet ſuperiore
habente ſubditos, quia poteſt eos creare notarios ſecundum
Iac.de Bel.in d.au c.de tabel.ar.§.vt tamen.eo.ti.Bar.in l. nec ei.
§.fi.ff.de adop.no.in auc.de defenſo.ciui.§.idem.& in auc.de iu-
di.§ vnoquoq; col.6. no. in l. ex prouinciali. C. de falſa mone.
C.de offi.comi largi.l.pręcepit.& Bal.in mar.ver. notarius. ver.
5.licèt idem Bal.in trac.de tabel.teneat contrarium in 1.q. vide
Inno.vbi ſupra & Ang.in auc.de tabel.in prin. Nō tamē poteſt
notarius creari a iudice,ſecundùm Bald. in rub. C.de fi.inſtru.1.
col. ſed à populo, vel ciuitate ſic, qui tamen non poteſt extra
territorium inſtrumenta conficere,ſed facta in territorio valēt
vbique locorum ſecundum Bar.in d.l. nec ei.§. eorum. & in l.j.
ſupra.de offi.procon.& leg.& Ioan.de Ligna.in trac.de ſen.ex-
com.11.car. ver. ſecundo dicebam. Item probatur quem eſſe
notarium per teſtes deponentes quod talis publice fungebatur
officio tabellionatus,& quod plura inſtrumenta confecit plu-
ribus perſonis ſecundum Inno.in d.c.fi.de fi. inſtru Barto. poſt
Guil.de Cu. & Ia.de Bel.ī barbarius.ff.de offi.pręt.& Bal.in trac.
de tab.3.q.quem etiam vide in addi.Spe.de inſtru.edi. ver. con-
ſuetudo.ver.ex ſola.& ver.licèt quis.Ang in auc.de tabel.in prī.
& in auc.de hære.& fal.§.hinc nobis.col.j. Item probatur per fa
mam publicam & communem opi. ꝙ ſit habitus & reputatus
per no.ſecundum bal.in d.l.3.q.& in d. verſ. licèt quis. maximè
iuncto exercitio ſecūdum Inno.in c.j.de fi.inſtru.& Bal.in mar-
ga.notarius.ver.14. Azo,in ſum.de fi.inſtru.Bar.in d.l.Barbarius.
in fi.vide Bal. in d.l.j.6.q.C.de teſta.vbi etiam dicit ꝙ qui nō eſt
notarius ſi gerat ſe pro notario,tenetur de falſo per l.eos.§.qui
ſe.ff.de fal.Nec tunc valent inſtrumenta per eum confecta per
l.ſi aliquid C.de ſuſcep & Arch.li.12.& Bar.in d.l.barbarius. 11.
col.vbi etiam dicit quod tunc tenetur partibus ad intereſſe, ꝙ
no.Item probatur præſumptiuè quod fuerit notarius quando
inſtrumentum eſt antiquiſſimum,ſecundum Inno.not.in c. ve
niens.de ver.ſig.& Bal.in auc.quas actiones. ad fi. C. de ſac. ſan.
eccle.quod tene menti pro inſtrumentis antiquis. Non tamen
probatur ꝙ ſit notarius ex ſua quaſi aſſertione in inſtrumēto,
Et ego T.notarius &c.ſecundum Bal.not. in d. verſi. licèt quis,
Item nec per quaſi poſſeſſionem tabellionatus quando fuit
prohibitus eſſe notarius,ſecundum Bal.in d.3.q.& vide Bart. in
l.Herennius ff.de decu.Item nec pro matricula ſecundum doc.
Bal.& Pau.de Caſt.l.ſcriniarios.C.de teſt.mili.Bart.in l.ex eo.in
fi.ff. eo.tit. niſi alia accedant vt exercitium officij quod iniun-
ctum matriculæ probat ſecundum Barto.in l.ſcriniarios.& in l.
petitionem.de aduo.diuer.iud.per Bal.qui tamen in d.l.ſcrinia-
rios.ſentit contrarium per l. ſi ſolennibus. C. de fi. inſtru. dum
dicit præſumi pro matricula.vide Barto. in l.matriculam.C.de
præpo.agn.in re.libro 12.

9 † Tertiò quæro,an epiſcopus poſſit in cauſa eccleſiæ conſti-
tuere procuratorem poſt li.conteſt.vel ante.Reſpond. quòd ſic,
ſecundum Specul.titu.de procura § ſecundo verſiculo.Item ꝙ
fuit conſtitutus vbi plenè.& ibi Bald.in addit. verſicu.pater an-
te litem conteſtatam non poteſt & Barto.in l.prima.C.de bon.
mate.& in l.nec ciuitatis.ff.de procura.glo.ordin. quinta quæſt.
tertia.capitu. finali.Ratio eſt,quia habet epiſcopus plenam non
nudam adminiſtrationem vt ibi.& aliàs diximus.Barto.in l.pri-
ma.ff.de procura dicit ſimpliciter quod poteſt epiſcopus pro
eccleſia conſtituere procuratorem vel ſindicum.& not.in cap.
petitio.de procura.Sed & actorem cum auctoritate ſuperioris
ſecundum gloſ.in l.item eorum.§.actor.ff.quod cuiuſque vni-
uerſi nomine.

10 † Quæro etiam quid de patre.Reſpondeo quòd tanquàm le-
gitimus adminiſtrator & habens vſumfructum poteſt conſti-
tuere procuratorem, & ante litem conteſtat. videlicet vt
agit ad vſumfructum ſibi debitum in bonis filij, non ſi ad pro-
prietatem,quæ cum ſpectet ad filium non habet pater ius agen-
di,meritò tantum poſt litem conteſt conſtituit procuratorem
non ante ſecundum Specu.vbi ſupra,ſed quando poterit. & ibi
Ioan.Andr.& Bald.ibi in additio.verſicu.pater.& Ludo.Pon.in
conſilio 237.ſpectabilis.d.&c.quòd not.ad glo.in l. prima. C.de
bon.mater.& Dom.Andr.Zaffi.de Piſis in conſilio in quæſtio.
qua quęritur an hoc modo.& ſing.ſubdit Ludoui.Pon.conſilio
præallegat.quòd iudicium eſt nullum niſi filius maior infantię
poſt conſentiat iudicio & conſtitutioni dicti procuratoris per
l.cum non ſolum.verſiculo vbi autem in vnum.C.de bon.lib.
Pater verò ante litem conteſta.non poteſt procuratorem con-
ſtituere pro filio niſi vt ſupra dictum eſt,ſicut nec alia coniun-
cta perſona,ſecundum Bald.in additio Spec. vbi ſupra, & tenet
Specu.in dicto §.ſecunda verſicu.quid ſi canonicus.Cyn. in leg.
exigendo.8.quæſtio.C.de procura.& Ludoui.in dicto conſilio.
11 Ex quibus infertur ad quæſtionem, † quæ nunc de facto verti-
tur in foro Firmano in cauſa Paulinæ, cuius maritus conſtituit
procuratorem ante litem conteſta.ad agendum in cauſa non
dotali nec parafrenali,cum vxor non conſenſerit adminiſtra-
tionem marito de bonis ſuis non dotalibus,& ſic de tertia ſpe-
cie bonorum, quæſtio eſt de qua loquitur Bartol. in l. mari-
tus.C de procura.& in l.finali.C.de pact.conuen. dico enim, ꝙ
conſtituere non potuit talem procuratorem ante litem conte-
ſtat.non tanquàm coniuncta perſona, argument. l. ſed & hæ.
in princip.ff.de procura.quæ coniuncta perſona non conſtituit
procuratorem pro coniuncta ante litem conteſta. vt ſupra di-
ctum eſt. Item non tanquàm adminiſtrator legitimus, quòd
poſſet ſi haberet adminiſtrationem Vnde cum non ſit admini-
ſtrator,fatuum eſt dicere quòd poſſit conſtituere procuratorē,
cum hoc caſu ſit maritus tanquàm perſona extranea, quę ſine
mandato non conſtituit procuratorem pro alio, per not.in l.
maritus.C.de procurat.& patet, quia procurator non poteſt a-
lium conſtituere niſi poſt litem conteſta.quia fit tunc dominus
litis.l.nihil.& l.nulla.& l.quod quis,& ibi doct.C.de procurat.&
in l ante litem.ff.eodem titu. ꝙ nota perpetuo.

12 Aliud notabile dictum addo hic,† quòd pater vel mater po-
teſt procuratorem conſtituere in cauſa matrimoniali filij ſui.c.
accedens.& ibi doct.de procura.

13 † Quid de curatore? Reſpondeo quòd ante litem conteſta.
non poteſt ex perſona ſua conſtituere procuratorem, ſed debet
auctorari minori conſtituenti.l.neque.& ibi Barto.C.de procu.
ſed poſt litem conteſt.poteſt ex perſona ſua.vt ibi. Item verum
in actione hęreditaria,ſecus in actione quæſita ex cōtractu ſuo,
vt per Barto.in l.2.ff.de cur.bon.dam.& vide de hoc in Specul.
de inſtru.edi.§.14.verſ.ſed nunquid ante lit. conteſta.

14 † Quartò quęro an epiſcopus poſſit eſſe procurator capituli.
Reſpon.ſic.c.prędentium de teſtibus.& Ioan.de Prato tenet in
l.licet.§.is cui.ff. de procuratoribus.

15 † Quintò quæro.an ſolus epiſcopus poſſit reuocare procura-
torem conſtitutum ab ipſo & a capitulo. Reſpond.quod ſic, ſe-
cundum Barto.not.in l.ſi per epiſtolam.ff.de acquirenda hære-
ditate. quod eſt notandum.

16 † Sextò quæro,an epiſcopus poſſit eſſe teſtis in cauſa eccle-
ſiæ ſuæ.Reſpō.ſic.c.inſuper.de teſti.quod verum eſt niſi cauſam
agat per ſe,quia non poteſt eſſe actor & teſtis.c.fin.de iura. calū.
vnde cautela eſt quod cauſam per alium agat per d.c.inſuper.&
tenet Specu.titu.de teſte.§ j. verſicu.ſed nunquid rector. Ioann.
Andr.in c.præſentium de teſti.libro 6. Item non poteſt eſſe te-
ſtis in cauſa in qua ipſe agit poſt reuocationem procuratoris
niſi alium procuratorem conſtituat ad eam agitandum, ſecū-
dum Hoſtien.& Ioan.And.in d.c.præſentium.in nouella in pri
ma col.& no.in d c.inſuper.& in c.cum nuncius.de teſti. ſed po-
teſt eſſe teſtis de contractu per ipſum celebrato pro eccleſia
ſecundum Archid.in c.fin.de teſti.libro 6.& Ioan. Andr.in no-
uella.& in Specu.eo.ti.§.j.verſ.ſed pone quod adminiſtrator.&
ibi Ioan.And.in addit.quę vide omnino,& maximè circa q.au

adminiſtrator eccleſiæ finito officio poſſit eſſe teſtis pro eccleſia de cõtractu per eum celebrato, quia diſtinguit plures caſus. vide Pau. de Leaza.ibi in dicto cap. inſuper.& in c. cum nũcius. Quando autem bona ſunt diſtincta, poteſt epiſcopus eſſe teſtis in cauſa eccleſiæ ſecundùm Bald. in l. parentes. C. de teſt. Quid de abbate dic quod poteſt eſſe teſtis in cauſa monaſterij ſi ipſe cum capitulo conſtituit procuratorem ad cauſam, nõ ſi ipſe ſolum, vel ipſe cauſam agitat d.c. præſentium. de teſti. in 6.& Spe. vbi ſupra verſ. ſed nunquid rector.& Bart. in l. qui teſta. in prin. ff. de teſtamen. licet Bald. in addi Spe. de iura. calum. ver. Abbas. indiſtinctè dixerit Abb. eſſe teſtem in cauſa monaſterij, ſed intellige vt ſupra & tene menti.

17 † Septimo quæro nunquid quilibet de capitulo poſſit eſſe teſtis in cauſa epiſcopi vel capituli. Reſpon. ſic. 14.q.2. ſuper prudentiam. de teſtibus. c. inſuper.& c. tuis. & c. veniens. el 2. quod eſt verum tam in cauſa criminali quàm ciuili vt ibi, & in cap. cum nuntius. eodem titu. 2.q.7. laior. de accu. olim. de ſimonia. c. licet.& tenet Specu. de teſte.§ 1. verſ. ſed nunquid in cauſa, quod verum in defectum aliorum non aliter ſecundùm Specu. ibi g c & ſi Chriſtus. in fi. de iureiuran.& Bal. ibi in addit. verſ. 2. 12.q. 2.c. 1 in fi. Item verum niſi teſtis de capitulo ſentiat commodũ particulare vt ſinguli ſecundum Ioan And. ibi in addit. d. verſ. ſed nunquid.& in d.c. cum nuntius in nouella. doct & Barto. in l. item ſi §. vniuerſitatis. ff. de re. diui.& in l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur ff. de in ius voc. Et ideo Bald. in l. parẽtes. C. de teſti. dicit quod ſi teſtis ſentit commodum burſale, repellitur in cauſa vniuerſitatis, aliàs non. idem Bal. in l. j. § cum autem C. de cadu. tol. dicit quod quando agitur de publica vtilitate principali, licet de priuata in conſequentiam teſtes admittũtur, quia nõ debet publica vtilitas impediri ratione priuatę, quod not. Item admittuntur ſinguli de vniuerſitate in his quæ ſciri non poſſũt niſi per illos de capitulo,& conſtitutio ſindici, electio prælati & ſimilia, ſecundùm Barto in l. ſi librarius in fin de re. iut. in c. veniens de teſti. not in l. ex conſenſu. C. de re. publi.& Barto. in dicto § vniuerſitatis.

18 † Aduerte tamen quod dictis teſtibus diminuitur aliquantulum de fide ratione præſumptæ affectionis ſecundùm Ioann. And in addit. Specu. vbi ſupra, quem refert & ſequitur Bald. in d § vniuerſitatis. dicens de fide diminui pro motu & arbitrio iudicis quando non concernit commodum ſingulorum, quod etiam tenet But. in c. cũ nuntius. de teſti. & Bartho Cæp in tractatu de ſerui ruſti. titu de ſerui. paſcendi. vbi ſingulariter loquitur in hoc articu. Si tamen concurrunt cum alijs extra capitulum eorum fides præfertũ teſtibus de capitulo, ſecundùm O. ſoſ. ſingu. in l. j. C. vti poſſi & Ludo. de ſcetanen in conſi. In Dei nomine amen. In accuſatione prædicta &c. In inſtrumento autẽ ſindicatus poſſunt eſſe teſtes illi de capitulo, ſecundum Bald. in d. § vniuerſitatis & Barto. in d. l. ſi librarius. in fin.

Nec eſt omittẽdum quod poteſt reus inducere pro ſe teſtes de vniuerſitate, quando actor eis vſus eſt, ne plus videatur licere actori quam reo glo eſt not. in d. c. cum nuntius. per l. nõ debet de regu. iur. In criminali verò cauſa contra capitulum poſſunt ſubditi teſtificare etiam ſi accuſetur ab vno de capitulo, ſecundùm Specu in d ver. ſed nunquid in cauſa per c. in omnibus princip. eodem titu. ar. 2.q.7. lator.& c. ex parte. de accu. c. per inquiſitionem de elect. Secus ſi vnus de vniuerſitate accuſat extraneum, quia non poteſt vti teſtibus de vniuerſitate, vt tenet Specu ibidem per c. ſuper. 14 q. 2.& c. de accuſatoribus vero.& c. accuſatores. quæſt. 5. de accu. c. repellantur quod eſt not.

19 † Octauò quæro nunquid epiſcopus poſſit eſſe iudex in cauſa eccleſiæ ſuæ Reſpond. ſic, ſecundùm doct. Barto.& Bal. in l. j. C. ne quis in ſua cauſa & Barto. in l. eſt receptum ff. de iuriſd. omn. iudi. c. ſi clericus laicum in fin. de foro competen. & tenet Specu. titu. de arbi §. ſequitur. verſ. ſed nunquid. Abbas Sic. & Bald. in c. cum olim. de præſcrip & Ioan. de Imo in c. cum venissent. de iudi & in Spec. de deleg § ſupereſt. verſ. quid ſi prælatus alicuius eccleſiæ.& per Hoſti. in ſumma de ſent.& re iu. § quia debet. verſ. ſed nunquid poteſt epiſcopus Ioan. Andr. in c. venerabili. de cenſi. ante fin. gloſ M. Sed poteſt epiſcopus accuſari tãquàm ſuſpectus ſicut conſanguineus epiſcopi ſecundùm glo.& doct. in c. cum ſuper de offic. delega & in d. c. cum veniſſent. Cyn.& Pet. in d. l. j. Ioan. Andr Butr.& Imo.& Abb. in c. inſinuante de offic deleg & Philip. in c poſtremo. de app. Item poteſt epiſcopus eſſe iudex in cauſa ſui officialis conuenti coram eo ſecundùm Bald. in addi. Specu. de compe. iud. adi. verſ. Officialis. Non tamen dicitur iudex in cauſa propria quando cognoſcit de cã; vel iniuria eccleſiæ ſecundùm Innoc. in c. irrefragabili. in fin de offic. or. Item & Papa poteſt eſſe iudex in cauſa propria per ſe vel delegatum ſuum ſecundùm Bart. in d l.& eſt receptum. de iuriſd. om iudi.& Bald in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. Idem in rege ſecundùm Barto. ubi ſupra & Innocẽ in c. ex parte. de verborum ſignific. Idem in comite vel barono, vt ibi per Barto. idem in Imperatore l proximè & ibi Barto. ff. de his quæ in teſta. delen l & hoc ita. § Tiberius.& ibi Barto. ff. de hæredib. inſtituend.& in d. l.& eſt receptum,& in l. ſpadonem. §. ſi ciuitatis. ff. de excuſatione tutib.& Bald. in d. l. cum antiquioribus. Idẽ in ciuitate non recognoſcente ſuperiorem, ſecundùm Barto. in dicta l. proximè.& in d. §. Tiberius.& l. l. j. C. ne quis in ſua cã. Idem in domino feudi ſi eſt in quaſi poſſeſſione vaſallagij, vt in cauſa propria contra vaſallum iudicet ſecundum Bald. in additio. Specu. titu. de feu. ſed in c. fi. j. colum. de prohi. feud. alien. per Fede dicit quod pares curiæ i. alij uaſalli cum iuramento iudicant; vel Papa quando dominus non recognoſcit ſuperiorem. & vaſalli magis fauent domino, videlicet quando iuſtitia deficit inter uaſallos uerò dominus iudex eſt ſecundùm Bald. in d. c. fin. per c. ſi clericus de foro competent. & adde domi. Bald. in c. ad fi. de pace iura firman. in vſibus feudo.

20 † Nonò quæritur ſucceſſiuè nũquid epiſcopus poſſit eſſe arbiter de cauſa eccleſiæ. Reſpon. ſic, ſed etiam arbitrator ſecundum But.& doct. in c. cum olim. de præſcri.& in Specu. de arbitro § ſequitur. verſ. ſed nunquid. Abbas & Ioan. And. in c. inſuper. de teſt. quod no. quia compromiſſum de cauſa eccleſiæ fieri poteſt in epiſcopum. Item etiam in rectore eccleſiæ fieri poteſt de re eccleſiæ ſuæ d. c. cum olim.& ibi doct. & Ioan. Andr. & Specu. ubi ſupra. Nec finitur compromiſſum factum in epiſcopum qui poſtea fiat archiepiſcopus ſecundùm Ioan. Andr. not. in additio. Specu. de leg. § reſtat. ubi idẽ dicit in delegatione & Ioan de Pra. in l. falſa. de condit.& dem. quod eſt notãdũ.

21 † Aduerte tamen quod ſi notarius creatur doctor perdit officium notarij, ita quod non poteſt inſtrumenta conficere, ſed confecta bene ualent ſecundum Barto. in l. vniuerſos. C. de decu. libro 10 & l. 2. C de tabul. eo. lib. l. 3. eodem titu & quod not. in l. ſi quis decurſor. C. de falſis. Sed intellige quod perdit exercitium, non enim deſinit eſſe notarius ſicut nec doctor factus comes, vel miles deſinit eſſe doctor. Ideo admittitur ad priores dignitates, ſecundùm Barto. in l. Alexandrinus. C. de decurio. lib. 10.& Ioan. de Prato in l. falſa de condi.& demonſt. pro hoc facit quia forenſis factus ciuis non perdit beneficium quod prius habebat ſecundùm Ioan. de Pra ibi. argumen. d. l.

22 Decimò quæro † an epiſcopus poſſit iudicare de his quæ fecit vnà cum canonicis dum ipſe erat canonicus Barto. tenet quod ſic, in l. 1. § ſolent. ff. quando appellandum ſit. Barto. in c. cum in literis. de iureiu. Inno. in c. irrefragabili. de offic. ordin. not. in c. poſtulaſti. de conceſ. præben. ubi uide per docto.

23 † Vndecimo quæro an epiſcopus debeat iudicare ſecũdùm conſcientiam ſuam Reſpondeo non, ſed ſecundum acta ſecũdum Bald in c. ſacramentum. in fine de conſuetu. rec. feu. in vſibus feud & Ioan And in nouella poſt Innocen in c. venerabili. de cenſi licet Bald. in l. eam quam 4. columna. C. de fideicommiſ. dicat epiſcopum iudicare debere ſecundùm veritatẽ, Papa verò & Imperator qui ſunt ſupra legem poſſunt iudicare ſecũdum conſcientiam, ſecundum Bartol. in l. j. in fine C. ut quæ deſunt aduo. pãt ſed iudices inferiores debẽt iudicare ſecundum acta. l. illicitas § ueritas ff. de offic. præſi.& tenet Bald in l. 2. in fi. C. de ſenten. experi reci. docto. in l. apud. C. de fide inſtrument. Ang. in auct. de teſti. in princip glo.& docto.& Gemi in c. j. de re iudi. in 6.& glo. inſtitu. de actio. §. penul. quod uerum niſi quãdo iudex iudicat de ætate, quia tunc ſecundum ſuam conſcientiam ætatem alterius exiſtimare poteſt. l. minor 25. an. ex aſpectu. ff. de mino & ibi Barto. Item niſi iudicet de notorio etiam per acta non improbato ſecundum Bald in dicto §. ueritas per not. in l. 1 & ibi glo. C. qui & aduerſus quos. Et ſubdit ibi Bald. quod iudex probationem factam debet ſeruare licet probatio fieri non debuerit, quod etiam tenet Innocen. in c. cum Bertoldus. de re iudi. in gl. Item uerum niſi iudicet in cauſa confiniũ. l. ad officium ff. regun. ubi not dicit Bart quod iudex debet accedere ad locũ de quo eſt quomodo confinium quando opus eſt,& oculis inſpicere,& ſibi creditur, in finalibus enim iudicijs oculata fides multum operatur. l penulti. ff. finium regun. in tãtum quod cæteris probationibus prævalet probatio per inſpectionem oculorum, ſecundum Azo not in ſum. C. ad l. Aquil. & Bald. in l. 1. C ſi aduer. lib.& in l. contra negantẽ. C. ad l. Aql. & Paul. de Caſt. in conſi. 48.& conſi. 178.& quod per Innocẽ. in c. propoſuiſti. de proba.& quod per Bald. in rub. C. eodem titu. j. colum. Plus dico quod talis probatio oculata poteſt fieri quãdocunque etiam poſt publicatas atteſtationes, immo etiã poſt concluſum in cauſa ſecundum Bald. ſingu. in l. 1. C. quando prouoc. non eſt ne. quod nota ad limitationem not. in c. fraternitatis. de teſti. cum ſimi.

24 † Adde ſingulariter quod quando iudex vult ire ad inſpiciẽdũ oculis locum litis, debet partes monere uel citari facere ad intereſſendum tali die & loco ſecundum Barto. no. in l. qui bona. §. huic ſtipulationi. ff. de dam. infec. item dicta regula de qua ſupra quod iudex iudicare dẽt ſm acta procedit niſi iudex uideat aliquem arma portare, quia poteſt eum punire ſine alia probatione ſecundum Bald. not. in l. ad officium pręallega. Et ſciendũ quod iudex iudicat ſecundum conſcientiam in his quę cõſtãt ſibi ut iudici ex actis, non vt priuato ſecundum Bart. in d. §. veritas. Nec pᵽterea quod iudex ſi uidet coram ſe delictum committi,

mitti, poteſt illud punire etiam ſi delictum aliter nō probetur ſecundum Ang. in l. 1. ff. de fer. ſed Pau. de Caſt. tenet contra in conſi. 296. unde quod dicit gl. in d. l. 1. C. qui & aduer. quos. Ego tñ ī pratica ſemp̄ ſū ſequut⁹ opi. Ang. ne delicta remaneãt impunita, & maxime puniri plures blaſphemos ex ſolo auditu meo.

25 † Duodecimò quæro an epiſcopus exiſtens extra dioceſim poſſit delegare cauſam alicui. Specu. titu. de reſcrip. præſenta. §. 6. in fi. tenet qđ non, arg. l. 3. ff. de offic. præſi. l. fi. ff. de iuriſd. om. iud. l. fi. de offi. præf. uigi. c. excōicatis. & c. fi. de off. leg. ſed Io. An. in addi. ibi tenet ꝯñ p̄ c. nouit. de offi. leg. Tu adde qđ epiſcopus delegando cauſam videtur eam abdicare a ſuo vicario per not. per Innocen. in c. Romana. de appella. ſecundum Do. Philip. in c. dilecti. 2. q. eodem titu. quod not.

26 † Duodecimotertiò quæro quando epiſcopus condemnat criminoſum, an poſſit in ſententia ſibi pœnas applicare. Bal. tenet quod non, in auct. bona damnatorum. C. de bon. damn. & Ange. in auct. vt nul. iudi. §. vt autem. in princip. Quinetiam dicit Bald. in l. 1. C. de epiſcop. audien. quod non debet epiſcopus pœnam ſuæ cameræ applicare quando de iure debet eam inter pauperes erogare, aliàs ſic, quod bene notent epiſcopi ne perditum eant animas ſuas, de iure enim debēt omnes pęnas in pios vſus conuertere, non ſibi uel ſuæ cameræ applicare niſi ex cauſa neceſſitatis ſecundum Ioan. And. in c. irrefragabili. & c. dilectos. de offi. ordi. in nouella. & Ang. vbi ſupra, qui dicit per epiſcopos hodie ſeruari contrarium.

27 † Decimoquartò quæro an epiſcopus ſit iudex ſcholarium in locis ſtudiorum. Reſpond. ſic, auct. habita. C. ne filius pro patre. quod eſt verum ſecundum Bald. in 5. colum. ſi conueniantur. non ſi agant. Item uerum in cauſis ciuilibus, non in criminalibus. Item uerum ſimul cum rectore ſtudij & poteſtate ciuitatis, quibus tamē maior intelligitur vt ibi per Bald. in 6. quæſtio. verſicu. ſi dubitatur. Adde quod tale officium, & quodlibet aliud attributum epiſcopo tranſit ad eius ſucceſſorem in prælatura, ſecundum Bald. in l. fin. in 25. quæſtio. C. de hæredi. inſtitu. & not. in capitu. quoniam Abbas, de officio delegat. & aliàs diximus ſupra.

28 † Decimoquintò quęro an epiſcopus agens pro rebus eccleſiæ teneatur ſoluere ſportulas, vel capita ſoldorum ſtante ſtatuto quod agens ſoluat ſportulas. Reſpon. non, ſecundum Bald. in auct. ſed hodie. C. de epiſcop. & cle. ſed contrarium tenet Bald. in l. cum clericis. eodem titulo. Idem tamen Bald. in l. nulli. eodem titu. tenet cum opinione Bar. ſtatuta enim laicorum clericos non afficiunt. not. in auct. caſſa. C. de ſacroſanct. eccleſ. & not. per Barto. in l. cunctos populos. 6. quæſtio. C. de ſum. trinit. & fide catho. & Pau. de Caſt. conſi. 196. Et ideo ſtatutum de declinante forum laici clericum non comprehendit ſecundum Barto. in l. ſi quis ſub conditione. in fin. ff. de condi. inſtitu. quod bene nota.

29 Decimoſextò quæro an epiſcopus loci ſit adiungendus iudici laico ordinario recuſato pro ſuſpecto. Reſpon. ſic. auct. ſi uero. C. de iud. & no. in l. apertiſſimi. eodem titu. in Specu. de recuſa. §. 2. circa princip. & Lanfran. in c. quoniam contra. verſicu. recuſationes ſecunda columna de probat. ordinarius enim iure ciuili non poteſt tãquàm ſuſpectus remoueri. Sed ſibi datur adiunctus. d. auct. ſi contigerit. quod fallit in caſu l. j. C. ſi qua prædi. videlicet quando iudex infert parti iniuriam fieri, quia tunc facta proteſtatione de tali iniuria contra eum poteſt in totum, tam ipſe, quàm tota ſua familia recuſari. caſus eſt ſingul. ſecundum doct. & Barto. in d. l. j. & tenet Barto. hoc declarans in l. ſi quis. C. de appellat.

Fallit ſecundo quando ordinarius ſuccedit alteri ex litigatoribus. l. In l. ff. de iudi.

Tertiò quando infirmitate perpetua infirmatur. l. ſi longius. ff. eodem titu. non ſi febre, ſecundum doc. & Petr. de ſun. ibi per l. fin. ff. de uaca. munc.

Quartò ſi fuit in cauſa aduocatus, ſecundum Bal. in d. l. apertiſſimi. 2. col. & doc. in l. prætor. ff. de iuriſdi. omn. iudi. & Petr. de ſun. in d. l. Iul.

Quintò quando eſt ſuſpitio ꝙ ſit ſibi contrarius. l. omnes. de appella. & Bald. in d. l. apertiſſimi. & Lanfran. ubi ſupra. de iure vero canonico etiã ordinarius cum cauſa recuſatur. c. ſuſpitionis. & c. cum ſpeciali. de offi. deleg. c. ſecundo requiris. de appell. c. legitimam. eodem titu. in 6. c. inter monaſterium. de re iudi. c. 3. de foro compe. Et quod diximus ſupra epiſcopum adiungendum eſſe ordinario ſeculari recuſato, intellige niſi cauſa ſit epiſcopi agentis. quo caſu alter iudex aſſociabitur argumē. in auct. de epiſc. § ſcimus. de foro compe. c. ſi quis contra, vel ad ſuperiorem recurritur. 11. q. j. peruenit, vel ad arbitros. 11. q. j. ſi clericus. ſecundum Specu. de recuſa. § j. verſ. ſed cum diximus. Quod diximus de legato, intellige etiam ad vniuerſitatem cauſarum, ſecundum Bald. in l. fin. C. de iudi. contra gl. ibi in delegato vero ſpeciali idem eſt per capitulum ſuſpitionis. cum ſimilib. Quintò etiam dico ꝙ delegatus in vna cauſa, ſi ſit aduerſarius meus in alia cauſa, poteſt recuſari ſecundùm Butr. in c. j. de iudi. & gl. in c. cum ſuper. de offic. delega.

30 † Adde prædictis ꝙ etiam vnus ex pluribus iudicibus poteſt recuſari, nedum quando ſolus eſt ī cauſa. c. cauſam. de offi. dele. & c. cum ſuper. eo. ti. & tenet Phil. in c. poſtremo. vlti. col. de appel. Poteſt etiam iudex indiſcretus & qui conſueuerit eſſe iniquus recuſari ſecundum Bal. in cap. ad noſtram. in fi. de proba. Sed & compater patris qui iudex eſt, poteſt recuſari. glo. eſt in c. cum R. de offi. delega. ſed Io. An. in c. romana. §. quod ſi obijciatur. de appel. in 6. dicit talem cauſam non eſſe determinatũ à iure, ſed eſſe dubiam. vide Io. An. & Inno. in 8. col. & Sicu. in d. c. ſpeciali. & in Spe. de appella. § nunc dicamus. j. col. & Imo. in c. prudentiam. de offi. delega. & Phil. in d. c. poſtremo. vl. col. Et not. ꝙ recuſatio iudicis fieri poteſt etiam per tertium. c. cum ſuper. & ibi doc. de offi. delega. Poteſt etiam impetrans ignorãter delegatum recuſare qui ſit coniunctus alteri parti ſecundũ Io. An. & Imo. & Phi. in d. c. poſtremo. quod no. Reliqua plenè dicta circa materiam recuſationis diximus ſupra eo. in alia q. vbi vide omnino.

31 † Decimoſeptimo quæro an epiſcopus poſſit ſine mandato ſpeciali appellare pro populo ſuo, vel ſubditis condemnatus. Rñ. ſic c. dilectus prope princip. de appel. & tenet Spe. eo. titu. §. 1. ver. pen. & ibi Bal. in addi. ver. epiſcopus. & quilibet. Idem dicit in quocunque ſuperiore qui poteſt ſine mandato pro ſubditis appellare, argumen. d. c. dilectis. & c. conſuluit. el. 1. eo. ti. 2. q. 6. nō ſolent. & Spe. vbi ſupra, qui dicit verum, quod appellare poteſt tam nomine proprio, quàm ſuorum. Idem dicit Spe. in ca. vt appellare poſſit pro epiſcopo negligēte, per c. dilecti. de ma. & obe. Alius autem pro alio regulariter in cauſa ciuili non poteſt appellare ſine mandato, & ſi ratũ habeat is pro quo appellatur. d. c. non ſolent. & c. dilecto. de pręben. & Spe. vbi ſupra. ver. item dixerunt. licèt idem Spe. eo. ti. & §. in ver. porro. dicat cõtra. quod alius pro alio poſſit appellare, & is pro quo appellatur ratum habet intra tempora appellandi. l. bonorum. ff. rem ra. ha. in criminalibus vero dic quod quilibet de populo poteſt appellare ſine mandato pro condemnato ad mortem l. non tantũ & ibi doc. & Bar. ff. de appel. l. abditos. C. eo. ti. & de epiſ. aud. per Bal. quod eſt verum, etiam ſi condemnatus renunciauit appellationi, quia renunciatio non nocet extraneo ſecundum Bar. in d. l. abditos. C. de epiſ. audi. Item uerum etiam per clericũ in Spe. de aduo. §. 1. ver. in cauſa autem criminali. no. in c. ſententiam. de cle. vel mona. Ang. & Imo. in d. l. non tantum. de appel. Item verum tam nomine condemnan. quàm appellationis, vel ſimpliciter, ſecundum Bar. & Imo. in d. l. non tantum. Item verum etiam ſi ſit condemnatus ad mortem ciuilem, vel ad mutilationē membri ſub conditione, vt per Bar. in l. ſtichũ. ff. de pec. lega. Bal. in l. fi. ff. de neg. geſt. & Angelus Aret. in trac. maleficiorum. ver. appellante. 1. col. vbi etiam ponit an ſi condemnatus ad mortē appellauit, poſſit tertius proſequi, de quo ibi, & per Ioan. de Imo. in dicta l. non tantum. & Bal. in d. l. abditos. vbi vide.

32 † Decimooctauo quæro quomodo libellus concipiatur qñ epiſcopus agit ad iura epiſcopalia. Reſpon. ſi peto talem condēnari ad præſtandum mihi epiſcopo talis eccleſię iura epiſcopalia competentia in tali eccleſia &c. vel ſic. quando epiſcopus vult petere eccleſiam aliquam cum iuribus ſuis, dico talem eccleſiam ad me pertinere tanquam epiſcopum talis eccleſiæ, videlicet in temporalibus & ſpiritualibus quam tenet occupatam indebitè Titius. Quare peto eum condemnari ad reſtituēdum mihi dictam eccleſiam cũ omnibus domibus, decimis, poſſeſſionibus, & iuribus ſuis. ita tradit Spe. in tit. de offi. ordi. ver. epiſcopus. ſed uide plenius in Spe. de relig. do. ubi ponit formam petendi eccleſias & iura eccleſiarum & dignitatis, forma autem de qua ſupra procedit non obſtante generalitate, cum libellus generalis ſuper iure epiſcopali admittatur. c. olim. de præſcrip. c. 2. de libel. obla. c. conquerenti. de offi. or. Sed quomodo formetur libellus quando eſt quæſtio inter duos epiſcopos de quadam eccleſia. uide in Spe. de procu. uer. quid ſi ſit. & in titu. de relig. do. ubi plenè.

33 † Decimonono quæro an ualeat ꝙ geritur ſede uacante ꝯtra epiſcopatum. Reſpon. non, ſed eſt reuocandum, quia eccleſia fungitur uice minoris. de in integ. reſt. c. 1. xij. q. 2. ſi qua de rebus. de iureiur. c. ſicut ſecundum Spe. ti. ne ſe. uac. uer. & not. ubi etiam ſubditi poſſ. tunc procuratorem, uel uiſitatorem conſtitui qui tractet cauſas & negotia epiſcopatus. l. aij. di. obitum. & c. ſeq. 7. q. 1. conſtitutum. in hoc tamen capitulum prouidet de cõſuetudine creando procuratorem per c. ia qui. de ma. & ob. ſ. in Spec. ubi ſupra & Io. An. in c. j. ne ſe uac. in 6. Philip. in c. bone. de ap. & Ray. de For. in l. a tutoribus §. fi. ff. de admi. tut. poteſt etiam ipſum capitulum habere curam & cuſtodiam rerum eccleſiæ uacantis ſecundum Inno. in c. j. vt eccleſia benefi. & Bal. in mar. vet. mors uer. fi. Nec mirum, quia tunc iuriſdictio eſt apud capitulum Bar. in l. ubi abſunt. ff. de tuto. & cura. da. ab his. non tamē quo ad collationem beneficiorum ſecundum doc. & Io. An. in c. 1. ne ſede uac. Collegium uerò Cardinalium ſede Papali uacante habet iuriſdictionem ſi periculum imminet & in cauſis arduis ſecundum glo. & doc. in c. 1. de ſciſma. in 6. vide gl. in cle.

ne

ne Romani.de ele.& per doct.in cap.cum ex eo.de præben.Po-
teſt etiam capitulum confirmare electum ſubditum epiſcopo,
vel metropolitano ſede uacante.cap.cum olim.& ibi gl.& doc.
de ma.& ob.ſed vide glo.or.in c.his.eodem titu.quę ponit om-
nia quæ poteſt capitulum ſede vacante.& not.eodem titu.cap.
cum olim.& de hære.cap.ad abolendam.& de offic. ordin. cap.
irrefragabili.

34 Vigeſimò quæro † an epiſcopus agens teneat̄ reſpondere tanquàm epiſco
pus quando reconuenitur.Reſpon.ſic,vt tenet Specu.titu. de acto
re,verſicu.item contra prælatum.argumen.l.qui neque.ff.de re.
co.& c.cum deputati.de iud.Sed ſi nolit.Reſpond.non ideo re-
mouebitur ſecundùm Specu.titu.de reo. verſi. & nunquid erit.
Secus tamen eſt in tutore,vel curatore nolentibus. Reſpō. quia
tunc remoueri poteſt ab officio ſecundùm Specu.ibi.verſiculo
item tutor.per l.3.C.de procura.quod eſt verum ſecundum Io-
an.And.ibi.ſi iudici videatur,licet ſecus ſit in patre, quia cogit̄
omnino defendere cum remoueri non poſſit ſecundum Spec.
vbi ſupra,verſicu.ſed quare,vtrum pater. in fin.

Aduerte tamen quòd epiſcopus dum ſacra colit non poteſt
citari ſecundum Barto.& doct.& Fran.Padua.in l.2.ff.de in ius
voc.& aliàs dixi ſupra eodem. Illud tamen nota. quòd epiſco-
pus repetens male alienata non poteſt reconueniri ſecundum
Specu.titu.de reconuen.& doct.in cap.j.de mutu.peti.immo po
teſt epiſcopus propria auctoritate ingredi poſſeſſionem rei ec-
cleſiæ quæ fuerit alienata non ſeruata iuris forma.in auctent. vt
decętero permu.non fi.§.decętero columna 5.& Lau.de Fano.
in Rubri.de rebus eccle.non alie.in 6.15.quæſtio.& ſupra, eodē
quarta parte.quia quæſt.

35 † Vigeſimoprimò quæro vtrum epiſcopus teneatur defende
re ſuam eccleſiam,dic quod ſic.cap.pen.de iura.calum. & Spec.
tenet in titu.de reſtitu.in integrum.§.2.verſic.ſed nunquid præ-
latus.immo debet mortem ſubire pro defenſione ſuæ eccleſiæ
& fidei Chriſtianæ.gloſ.eſt not.23.quæſt.8.conuenior.quod in-
tellige eccleſiam defendere cum iuſtitiam foueat, aliàs nō,im-
mo peccat ſi negligit eccleſiam defendere cum iuſtitiam fouet,
niſi veriſimiliter ſperet ad tempus poſſe ſine lite rem eccleſię
recuperare,ſecundum Innocen & Abb.in cap.nihil.de præſcri.
vbi not.quod epiſcopus poteſt licitè dimittere iura eccleſiæ vel
pauperum quando non poteſt ſine contentioſo iudicio recu-
perare. Et adde ꝙ epiſcopus & clericus tenentur patrocinari in
cauſis & negocijs eccleſiæ ſuæ gloſ.eſt not.3.quæſt.j. nulli Item
& alias operas impendere,puta fabriles ſi ſciat.gloſſ.eſt not.16.
quæſt.j.vos autem.quod not.Sed an debeat defendere eccleſiā
vacantem.vide in Specu.de acto.verſic.item epiſcopus.vbi ple-
nè ꝙ ſic,& not.in cap.cum dilectus.de ſuc.ab inteſt. Peccat etiā
epiſcopus ſi iniuſtè exigat pro eccleſia 14.quæſt.2.ꝙ debetur. &
gloſ.ea.quæſt.cap.j.quæ dicit,ꝙ non debet epiſcopus agere ma-
lam cauſam eccleſiæ.ideo doct.Innocen.& Butr.poſt gloſ.in c.
fin.de præſcrip.& glo.in cap.bonę de poſt.præla.el 2.& in c.ge-
negalis.54.diſtin.& ibi Archid.dnt quod prælatus non tenetur
contra conſcientiam,& contra iuſtitiā tueri iura eccleſiæ ſi no-
toria eſt iniuſtitia,immo poteſt ſolus rem per eccleſiam iniuſtè
poſſeſſam reſtituere ſi eccleſia habet rem ſine cauſa, vel ex cau-
ſa lucratiua,non ſi ex oneroſa,quia timerit, quo caſu debet do-
mino denunciare vel eccleſia agat poſtea de euictione nec tūc
debet reſtituere ſecundum Innocen.in d.cap.fin. ſed ſi eſt noto
ria iniuſtitia & ſolus prælatus ſciat,non debet reſtituere ſed ta-
cere,nec tunc retinendo peccat, nec defendendo, ſecundùm
Archid.vbi ſupra.ſi verò & alij ſciant,non poteſt ſolus prælatus
reſtituere niſi cum conſenſu capituli,ſecundùm Hoſti. in ſum-
ma.de præſcrip.rei immobilis § quæ exigūtur, & ſic capitulum
contradicat repetitioni quæ fit per dominum prælatus debet la-
uare manus ſuas,& dimittere defenſionem capitulo, ſecūdùm
Ioan.de Imo.& Domi.Bald.de Peru.in dicto c.fin.quod not.

36 † Et ſcias ꝙ non debet epiſcopus occupare propria auctorita
te eccleſias ab alio detentas,aliàs perdit ius ſuum.16.quæſtio.6.
placuit.vbi etiam per glo. Prędicta cardinalis facere poteſt non
per ſe,cum litigare debeat per procuratorem,vt in Spe.de acto-
re.verſ.item in illuſtribus.& not.in l.pen.cum auct.C.de procu.
Sed an poteſtas vel defenſor vniuerſitatis teneatur eam defen-
dere.Reſpon.ſic,ſecundùm Specu.de reſtitu.in integ §.2.verſic.
ſed nunqd prælatus.& not.in l.defenſores.C.de defen.ciui.& in
l.eum qui.C.de procur.Sic etiam tutor debet pupillum defen-
dere etiā ſi pro alio prius fuit aduocatus in cauſa illa.vt in Spec.
de aduo.§.j.verſ.ſed nunquid clericus.& §.3.verſ.penul.Dicitur
autem tutor non defendere quando non facit ea quæ faceret
quilibet ſe defendens.l.generaliter & ibi Barto.ff.de admini.tu
to.vt ſi nō ſoluat ſalarium iudici,procuratori,aduocato, vel no
tario.ſecundùm Barto.ibi. quòd nota.

37 † Et not.ꝙ tutor promittens defendere pupillum, intelligi-
tur ſcilicet in cauſa iuſta,ſecundùm Bal.in l.fin.§.defenſionem.
C.de admi.tut.Debet autem tutor ꝓmittere defendere pupil-
lum ſine vlla cunctatione,ſecundùm doct & Bar.in l.j.in prin.
ff.de tuto.& ra.diſt.quo caſu debet repromittere rem pupil. ſal-
uam fore,ſecundùm Bald.in d.§.defenſionem.illud etiam ſcire
debes ꝙ prælatus & prætor vniuerſitatis fungūtur vice tutoris,
vt in Specu vbi ſupra,verſicu.prælatus.ideo quilibet tenetur ad
defenſionem,vt ſupra, plenè oſtenſum eſt.

38 † Vigeſimoſecundò quæro,an epiſcopus ſine mandato ſpe-
ciali petat reſtitutionem in integrum pro eccleſia. Reſpōd.ſic,
ſecundùm Specu.de reſti.in integrum.ver.prælatus autem no-
mine.idem dic in actore vniuerſitatis,patre,tutore,curatore,&
quolibet alio legitimo adminiſtratore, ſecundùm Barto. in l.j.
C.etiam per procura.cauſam reſtit.in integ.agi poſ.per l.pater.
ff.de reſti.in integ & Specu.vbi ſupra,vbi etiam dicit idem in
ſindico.& tenet glo.in l.reſpublica.C.ex quibus.cau.ma. Barto.
& Bald.in d.l.j.Secus tamen eſt in coniuncta perſona quæ ſine
ſpeciali mandato non poteſt petere reſtitutionem in integrū
pro coniuncta per l.ꝓcurator.ff.de mino.ſecundùm Spe. vbi ſ.

39 † Sed hic quæro incidenter an procurator poſſit tractare cau
ſam reſtitutionis in integrum.Reſpō.ſic,ſi eſt ſpecialis, quia ex
parte actoris,nam ex parte rei etiam procurator generalis di-
ctam cauſam tractat,ſecundùm Specu.ibi.verſi. verum cauſa.

40 † Succeſſiuè quæro qualis procurator requiratur ad petendā
reſtitutionem in integrum. Reſpon.ꝙ generalis ſufficit reſtitu-
tio ſi incidenter petatur,vt ibi per Specu.verſ.ſed nunquid pro-
curator.& ibi Ioan.And.in addit.& not.in cap. ſuſcitata.de re-
ſtitu.in integrum.& tenet Barto.& Bald.in d.l.j.C.etiam per ꝓ-
cu.& Barto.in l.illud.§.ſi talis.ff.de mino.& Pau.de Caſt.conſil.
26.& Ioan.Petr.Papi.in ſumma in libel.rei.ver.ſimon procura-
tor.Ang.in l.ſi quis mihi bona.§.ſed vtrum.de acquir. hære. no.
in l.coram.de reſti.in integ.in Specu.de procura.§.ratione igit̄.
ſed aliàs requiritur ſpeciale mandatum.l.quando principaliter
petenda eſt vt dictis iuribus,& tenet Barto. in l. indebitam.ff.de
condi.& demonſtra.& in l.eum procuratoriò.in princ. de ope.
no.nun.Barto.tamen in d.§.ſi talis.dicit ſemper requiri ſpeciale
mandatum,de quo ſi dubitetur ſufficit ratihabitio ſeu cautio.
quod no. Et intellige verum etiam ſi petatur aduerſus interlo-
cutoriam quę grauat etiam poſt 10.dies, ſecūdum Ioan. Andr.
ſupra,in d.c.coram.ꝙ not.Dic autem eſſe ſpeciale mandatum
quando exprimitur ſcilicet in tali cauſa contra talem,ſecundū
doc.& Barto.in d.§.ſi talis.& in d.l.j.& in l.Titius.in prin.de lib.
& poſthu.& in l.generali.de ri.nup.in d.§.ſed vtrum.& per Bar.
in l.filiusfa.§.j.ff.de dona.ſic aliàs dicitur ſpeciale mādatum ad
contrahendum matrimonium niſi exprimatur perſona cum
qua contrahatur.cap.fin.de procu.in 6.l.generali.& ibi Barto.ff.
de ritu nupt.quæ omnia tene menti perpetuo.

41 † Vigeſimotertiò quæro,an epiſcopi iuramentum ſuper con
tractu impediat reſtitutionem in integ. pro eccleſia. Reſpond.
non,quia immo eccleſia reſtituitur aduerſus contractum epi-
ſcopi etiam iuratum.cap.j.cum glo.de reſtitu.in integrum in 6.
& ibi doct.& in c.grauis.de depo.in nouel.& tenet Bart.in l.ge-
neraliter.in prin.C.de re.cre.& iureiu.& in §.item ſacramenta.
4.columna de pa.iur.fir.in vſibus feud.Secus tamen dicendum
eſt in iuramēto ſindici vniuerſitatis,ſecūdum Bald.in d.l.gene-
raliter,idem in iuramento minoris qui non reſtituitur aduer-
ſus contractum iuramento vallatum.ſecundum Barto.in auct.
ſacramenta.C.ſi aduerſus ven.& in l.nam & poſtea.§.ſi minor.
ff.de iureiur.& Barto.in d.c.item ſacramenta.in prin.de pa.iur.
fir.in vſibus feud.quod eſt notandum,quia eſt vnus de caſibus
in quibus eccleſia & minor ęquiparantur cum aliàs ſecus ſit,vt
aliàs ſupra diximus.

42 † Vigeſimoquartò quæro an conſenſus epiſcopi,vel licentia
requiratur in prorogatione iuriſdictionis quàm facit clericus.
Reſpon.ſic,ſcilicet in expreſſa,non in tacita,vt tenet Pau.de Ca.
in l.j.ff ſi quis in ius voc.non ie.& not.in c.dilecto.& ibi per Inn.
de offi.Archid.ſic ergo clericus expreſſim non poteſt prorога-
re iuriſdictionem alterius iudicis ſine expreſſo conſenſu epiſco
pi.c.ſignificaſti.& c.Romana.de foro compe glo.& Barto.in l.
j.ff.de iudi.& Bald.in mar.verſ clericus.verſ.21. quod verum eſt
quando iudex eſt omnino non ſuus ſecus ſi omnino nō eſt in-
competens ſecundum Inno.in d.c.dilecto.vt refert Do. Ludo.
Pon.in ſing. verſ.clericus non poteſt.

43 † Vigeſimoquintò quæro nunquid epiſcopus poſſit inter-
pretari ſtatuta & alia dubia occurrentia coram epiſcopo. Rn̄d.
ſic.not.17.diſt.nec licuit.& c.inter alia.de ſen.excō & tenet Bar.
Cępo.in Rub.de verb.ſigni.vlti.parte principali.q 4. Aliàs dr̄ ꝙ
interpretatio ſtatutorum fit a conditoribus ſecundum Bar.in
l.omnes populi.3.q.6.principali.17.col.ff.de iuſti.& iur.Dicitur
autem fieri interpretatio ſtatuti quando fit extenſio, vel reſtri-
ptio ſm Bald.in Rub.C.de verbor.ſignifi.in princip.de qua ma-
teria vide plenius per Barto.in l. omnes populi.6.q.principali.
de iuſti.& iure.& Pau.de Caſt.conſ.51.& in conſi.196. Et not.ꝙ
coram Papa,vel Imperatore nō poteſt fieri ſtatutorum inter-
pretatio ſecundum Bal.in l.cum de nouo.C.de leg. & Bart.Cę-
44 po.vbi ſupra,verſ.quæro tertio quando.† Item nota ꝙ ſtatutū
dicitur recipere interpretationem a iure communi niſi quādo
per aliud ſtatutum prohibeatur ſecundum Bal.in l. maximum
vitium 5.col.C.de liber.præte.vel prohibeatur per l.ſecundum
Bald.

Bald.in l.iubemus.§.fin.C ad Trebel. Intellige tamen ꝙ ſtatutũ remouens interpretationẽ intelligatur de extrinſeca q̃ pōt circũſcribi, nō de intrinſeca ſm Bal.in l. .C.de libe.ptc. Itẽ intellige de friuola ſecundùm Barto & Bald.in d.l.omnes populi. vbi dicunt poſſe fieri interpretationem paſſiuam a iure cōmuni, etiam ſtante dicto ſtatuto vt ibi.& tenet Dom. Ant.Roſel.in arbo.conſan.75.col.Operatur tamen prædictum ſtatutũ ꝙ argui non poſſit ex mente interpretata, vt tenet Bart.in l. Labeo. ff.de ſup.leg.& Bald.in l.non dubium.C.de legi. item operatur ꝙ communis vſus loquendi non admittatur ſecundùm Bar.in d.l.Labeo.item operatur ꝙ ſtatuta non extendantur ex identitate rationis ſecundùm Bald.in l.2 C.de pat.qui fil.diſtra. Item ꝙ expreſſa vulgaris non contineat tacitam pupillarem ſm Bal. in l.precibus.C.de impube.& ali.ſubſt.& Pet.de Anch. in c.j.vlti.col.de conſti.in 6.videlicet quando in ſtatuto dicitur ꝙ verba intelligantur ad literam ſecundum Bal.vbi ſupra. Item operatur vt in alijs ſtatutis non habeat locum argumentum a contrario ſenſu ſecundùm Bal.in l.cum patrem.C.de condi. inſer. Item intelligitur de interpretatione extenſiua non de reſtrictiua ſm Bal.in l.non dubium.7.col.de legi.quod not.

45 † Vigeſimoſextò quæro an epiſcopi iuriſdictio ſit firmior q̃ iuriſdictio vicarij ſui.Reſpon.ꝙ ſic,niſi in caſibus not.in c.2.de offi vicar.in quib.regulariter debet vicarius adijci, vt dicit Ang. in alphabeto ſuo.verſ vicarius.habent tamen ambo eandem iuriſdictionem in qua tamen epiſcopus dicitur eſſe maior. ideoq; poteſt prohibere ne delegatus ſui vicarij procedat in cauſa ſecundùm Barto.in l.iudicium ſoluitur.ff.de iudi.& dicetur infra in Rub.de vica.epiſcopi.

46 † Vigeſimoſeptimò quæro an epiſcopus cogatur punire clericum condemnatum a iudice ſeculari pro crimine antequàm efficeretur clericus. Barto.tenet ꝙ ſic.in l.cum quędam in prin. de iur.om.iu.& Cyn.in l properandum.§ ſin autem. C. de iudi. Inno.in c.j.de offi or dicit ꝙ ſic,ſed non cogitur a laico, ſed laicus ab epiſcopo cogitur exequi.ꝙ not.infra quæſt.41.

47 † Circa hanc q.ſcias ꝙ iudex laicus non poteſt condemnare clericum niſi ratione præuentę iuriſdictionis ante clericatũ, & ideo ſibi non prodeſt ſi captus per laicum fiat clericus cum captura ſit citatio realis quæ inducit præuentionem, vt tenet Io. And in c.j.de obli.& ratioci.& tenet Barto.in l j.ff.de pęn. Item niſi ratione degradationis ſubſecutæ actualiter iuxta not.in c.2. de pęnis.in 6.videlicet quando degradatio eſt facta non pro termino pœnę ſed pro præambulo alterius pœnæ ſm Iacob.Butr. in l.2.ſi ex noxa.cauſa aga.Item niſi in fraudem ordo clericalis aſſumatur, vt tenet Bald.in l.officiales.C de epiſcop.& cle. Præſumitur verò in fraudem quando donec eſt in carcere fit clericus, vel quando de crimine diffamatus ſecundùm Barto. in dicta leg. prima. ff.de pœnis.vel quando eſt accuſatus vt ibidem, quod not.

48 † Et ſciendum ꝙ quando clericus fit in fraudem non poteſt eum laicus punire in corpus de facto niſi prius eũ degradet epiſcopus ſm Bald.in l.officiales.& in auct.cauſa quæ eodem titu. vbi dicit Cyn.& Dyn audiuiſſe hoc in voce a Ioã.And.in ſcholis,& licet Bart.in l.nemo.l.j.ff.de reg.iur. & in d.l.j.ff.de pœnis. & Bald.in l.j.C.an ſeruus ex facto ſuo. Ante clericatum non cōdemnatus per laicum non eximitur ab eius iuriſdictione ſm Barto.in d.l.cum quædam.quem etiam vide in l j de pœnis.vbi dicit ꝙ factus clericus poſt ſententiam non eximitur a iuriſdictione laici ſi ad clericatum peruenit ſuo proprio motu, ſecus ſi tractus ſit a ſuperiore, vt ſic poſſit fieri executio in rebus ſuis. Primo caſu quando proprio motu, aliàs non. In perſonam verò nunquàm fit executio niſi præcedat degradatio, vt ſupra dixi ſecundùm Ioan.And.& Barto. Et adde quod Bal.in d.l.cum quædam.dicit ſcholarem ſi fiat clericus poſt delictum non euitare iuriſdictionem laici niſi ante delictum fecerit votum de ſe clericando, quia tunc ſi clericatus poſt euitat pœnam & iuriſdictionem laici.& per Bald.in l.j.in fin.C.an ſeruus ex facto ſuo.

49 † Nec prætereo hic quod clericus pendente lite factus euitat executionem nō cognitionem iudicis laici. & tenet Bal.in addi.Specu.titu.de reo.verſ.ſi lite pendente. & ibi Specu.verſ. ſed quid ſi eſt.vbi loquitur in criminalibus.& ſupra dixi. ſed etiam vide not.per Bal.in l.ſi quis poſt ea & ibi Pet.de Sun.ff.de iudi.& Bald.in d.l.j.& Tancre.in ſumma. de iuriſdict q.3.

50 † Illud etiam not.ꝙ clericus in minoribus conſtitutus declinans iuriſdictionẽ laici ſi poſtea vxoratur depoſito habitu clericali,non poteſt puniri a iudice,ſed debet puniri per epiſcopũ cui tempore delicti ſubditus erat, vt ſingu.tenet Bald.in l.affinitatis.C.communia.de ſucceſ.

51 † An autem epiſcopus teneatur exequi ſententiã iudicis laici,Bald.tenet ꝙ non.in l.j.C.de execu.rei iudica.prædicta in criminalibus.In ciuilibus verò dic ꝙ clericatus aſſumptus in fraudem non liberat debitorem ab obligatione prius cōtracta.l officiales.& ibi Bal.C.de epiſcopis & clericis & in auct.cauſa quæ. eodem titu.& not.in dicto cap.j.& ibi Ioan.And.in nouella de oblig.ad ratioci.& in Specu.de reo.verſicu. ſed quid ſi pendente.vbi dicit cauſam eſſe finiendam coram iudice laico, coram quo fuit cępta ante clericatum aſſumptum, quod ſi ſciuiſſet cōpater meus ſer Iacobus Graſſus procurator filiorũ morbide de Moliano,non feciſſet eos clericari poſt ſententias latas contra eos a iudice ſeculari,propter quod poſtea fuit occiſus.

52 † Et nota in propoſito ꝙ debitor factus clericus perdit beneficium ſtatuti concedentis inducias quinquennales ſecundùm Ioan.Andr.in c.fin.de excep.in 6.in nouella.

53 † Vigeſimooctauò quæro,an epiſcopus poſſit venire cōtra compoſitionẽ factam cum vicario ſuo de pœna depoſitionis in pecuniariam tranſmutata pro crimine.Reſpond.ꝙ ſic,vt firmat Pau.de Caſt.conſi.117.j.colum.vbi dicit ꝙ compoſitione per vicarium facta non obſtante poteſt epiſcopus de nouo inquirere,& eum conuictum deponere, quia pœna depoſitionis non poteſt in pecuniariam tranſmutari niſi per eum qui habebat poteſtatem diſpenſandi de crimine c.licet.& ibi glo. de pœnis.per Hoſti.in l.in archiepiſcopatu.de rapto.de colla. dete.c.j. per glo.& Innocen.Nec intelligitur vicario in dubio conceſſa poteſtas diſpenſandi de criminibus ſm Pau.de Caſt.in d.conſil. Quinetiam epiſcopus diſpenſando ſine cauſa cum pœna depoſitionis peccaret tranſmutando eam in pecuniariam.c.irrefragabili.de offi ord C.de deſerto l.j.lib.12.& Innocen.in c. diuerſis.de cleri.qui.& in c.veniens.de fil.presbyterorum Quæ compoſitio de crimine an & quando fieri poſſit,vide glo. nota.q.1. ſi primates.Adde quia diſpenſatio in crimine cauſam requirit. c.innotuit.de electio.j.q.7.niſi licet de iure ſola voluntas Papæ vel principis diſpenſationis habeatur pro cauſa c.cum noſtris. verſ.quid verò de conceſſ.præben.ſecundùm Bald.in l.reſcripta.C.de preci.imper.offeren.& Ant Roſe.in tractatu legitimatio.2.lib.in cauſa formali.in 4.colum.quod no.

54 † Poſtremò ſciendum ꝙ ſi epiſcopus concedit vicario licentiam componendi, intelligitur, ſcilicet de delictis leuibus. & in quibus pœna eſt arbitraria,nō in grauibus in quibus pœna eſt a iure taxata nota in c.dilectus.de officio ordina. de pœnis.c.j. & Pau.de Caſt.tenet in d.conſi quod ſemper nota.

55 † Vigeſimonono quæro vtrum epiſcopus tãquam ſuperior exequi poſſit ſententiam Archidiaconi,dic ꝙ ſic, immo poteſt etiam de nullitate cognoſcere exequendo, & reſtitutionem in integrum concedere reſcindendo eam, vt in Specu.de execut. ſenten.§ nunc videndum.verſ. vt autem. Scias autem ꝙ aliàs executor ſententiæ nō tenetur ſeruare ordinem iuris, ſecundũ Innocen in c.ex ratione de appellat.& in c. ad petitionem. de accuſato.& Baldus in l.j.penulti.columna & finali.C.de iuris & facti ignoran.& Baldus in Margari.verſ.executio. verſicu. 9.& ſequenti.Debet tamen prius videre ſententiam quàm exequi, ſm docto.& Per.de Sun.in l.ſi prætor ff.de iudic. Sed an executor cognoſcat de viribus ſententiæ vide in c. paſtoralis. & in c. ad audientiam.de offi deleg. Item an cognoſcat de errore ſententiæ, vide Barto.in l.pen.in fin.ff.de conceſ. Non tamẽ poteſt executor pronunciare ſuper exceptione nullitatis.Sed debet remittere ad iudicem primum. Secus in alijs exceptionibus quæ poſſunt opponi poſt ſententiam, ſecundùm Barto in d.l.pen.in fin.ff.de confeſ.& Innocẽ.in d.c.cum in iure de offi deleg. Ang. in l.ſi vt proponis.ta .C.quomodo & quando iud. Quod autẽ exceptio nullitatis opponi poſſit coram executore etiam delegato ad exequendum.no. in c.de cætero.& ibi glo & doct.de re iud.& in l.j.& ibi Barto.C.de exec.rei iudi.Sed an talis exceptio nullitatis impediat executionem ſententię, vide Barto.in l.4.§. condemnatum.de re iudi.in l.ſi prætor.in fin.ff de iud.in l.j.ff ꝙ vi aut clam.in l.j.C.quando prouoc.non eſt nec.& in l.j.C.ne liceat in vna cauſa tertio prouo.in l.ſi.C.ſi ea ſal.inſtru.in extrauag. ad repri.verſ.ſummariæ.& Bald.in auct. quæ ſupplicatio. C.de precibus impe offe.& in addi.Specu.de execu.ſenten.verſ. ſed quomodo poſſunt.& in marga.verſicu.iudex a quo. Ang.in l.j. ff.nil no.ap.pen.& in d.l.1.quando prouoc.non eſt nec. & plenius per Pau.de Caſt in l.ſi feriatis ff.de fer. & in conſilio 71. & Lanfran.in cle.ſæpe.verſicu.ſummariæ.de verborum ſignifica. & in c.quoniam contra.verſicu.ſententia.verſ.videmus hic, de proba.& in verſ.exceptiones.ubi plenius.

56 † Sed vnum ſingulare hic non omitto quòd exceptio nullitatis non impedit executionem ſententiæ quando ſententia ex forma ſtatuti habet executionem paratam, ſecundùm Paul.de Caſtro in dicto conſilio 71.vbi allegat Ang.el.ſingu. hoc dicentem in dicto §.condemnatum.de re iudi.quod nut.pro ſtatuto Firmano.

57 Trigeſimò quæro † an epiſcopus agere poſſit pro obedientia ſua. Reſpō. ſic, ſecundùm Innoc.in cap.edoceri.de reſcrip.& tenet Bald.in Mar.verſicu.prælatus.verſ.6.vbi vide.

58 † Trigeſimoprimò quæro, an epiſcopus poſſit citare clericum ſuum repertum in curia Papæ.dic ut ſupra 3. parte huius 4.libri.5.quæſtio.

59 † Trigeſimoſecundò quæro vtrum epiſcopus poſſit cognoſcere de cauſa delegata ſuo vicario. Reſpondeo ſic, ſi eſt delegata ſub nomine dignitatis tantum, non ſi ſub proprio nomine tantum, vel ſub nomine proprio & dignitatis, quia cognoſcit

epiſcopus

epiſcopus vicario remoto vel mortuo ſi ſub nomine dignitatis tantum cauſa fuit vicario ſuo commiſſa, vt ſupra ſi non ecõtra, quia vicarius non cognoſcit de cauſa delegata epiſcopo. ita Innocen. in cap. cum teſt. de reſcrip. ſed vide doct. in cap. quoniam. Abbas de offi. delega. & in capitu. ſtatutum. & ibi gloſ. in princip. de reſcript. in 6. & in clemen. ſecunda eodem titu. & in Specu. de lega § fin. verſic. quid ſi cauſa & Philip. in cap. dilecti. 5 quæſtio. de appe. Hic addit quòd delegatio facta alicui ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem eius ſecundùm Barto. & doc. in l. qui liberis. § hæc verba. de vulga. & pupilla. & Bald. in l. fin. 26. quæſtio. C. de hæred. inſtitu. & in dicta l. quoniam Abbas. & ibi doc. de offi. deleg. idem tamen Bald. aliter loquitur in l. 2. § ſed & ſi quis. ſecunda colum. C. communia de leg. & in l. ſi plures. penul. colum. C. de condi. inſer. per cap. ſtatutum. de reſcrip. in 6. vide glo. in l. tale §. fin. ff. de pact. Bal. in l. cum proponas. C. de fideicommiſ. lib. dicit quod commiſſio facta alicui ſub nomine dignitatis etiam expreſſo nomine proprio tranſit ad ſucceſſorem, in dubio autem præſumitur facta ſub proprio nomine. l. cuius bonis. ff. de cur. furi. l. antepenul. ff. de tut. Bald. Ange. & Innocen. in l. maritum ff. ſoluto matrimo.

60 Iuxta prædicta quæro † quid de compromiſſo facto in epiſcopum vel abbatem an tranſeat ad ſucceſſorem, & dic quod non, etiam ſi ſit factum ſub nomine dignitatis, ſecundum Bar. in d. l. qui liberis. §. hæc verba & Bald. in dicta l. fin. 26. q. & in dicto § ſed & ſi quis. ſecunda colum. vide tamen Bal. in dicto cap. j. § Marchio. qui feu. da. poſ. & in l. cum proponas C. de fideicõmiſ. lib. in auct. ſi tamen. C. de tempo. ap. & in titu. de inueſtit. in mari. fac. in vſibus feud & Flo. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum ff. pro ſoc. per Barto. in l. more ff. de iuriſ. omn. iudicum. Innocen. in cap. fin. de offic. delega & plenè per Lanfran. in tract. de arbi. 6. parte, ſecunda columna & adde quòd compromiſſum factũ in regem non tranſit ad ſucceſſorem in regno ſecundùm Bald. in d. l. 2. § ſed & ſi quis, ſecunda colum. C. communia de legat. quem etiam vide in 6. columna verſicu. quærit hic Petr. & c. Officium verò executoris commiſſum alicui ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem ſecundùm Bart. & doct. in dicta l. qui liberis. § hæc verba. quod not.

61 † Trigeſimotertiò quæro vtrum epiſcopus poſſit aduocare ad ſe cauſam vertentem coram ſuo vicario. Reſpond. ſic, ſecus eſt tamẽ in cauſa vertente coram alio inferiore ordinario, ſcilicet Archi. vel Abbate. capitu. penult. de foro competen. & tenet Archid. 11 quæſtione prima de perſona. Ioann. de Imola in capitu paſtoralis. de offic. ord. Philipp. in capitu. vt noſtrum. 3. nor. & in verſicu. vlti. de appella. prædicta deciſio eſt vera, quia epiſcopus poteſt ex toto reuocare vicarium ſuum ad libitum ſuum in. c. le. 2. de reſcript & gloſ. in clemen. fin de procu. & Philip. in c. dilectis. 2. quæſtio. de appel ergo multoſortius poteſt ei auferre partem iuriſdictionis, ideſt notionem vnius cauſæ tantum, ſecundùm Innocen. in cap. Romana. de appella. Philipp. vbi ſupra & doct. & Petr. de Sun. in l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. quod tene menti.

62 † Trigeſimoquartò quæro, ſi epiſcopus agit contra abbatem ad iura epiſcopalia an iudicio veniant tam iura quæ debet Abbas, & monaſterium, quàm iura quæ debent laici. Bald. tenet ꝙ ſic, in l. ſi ex multis. C. de anna. excep.

63 † Trigeſimoquintò quæro an poſſit epiſcopus prohibere iudici laico ne procedat contra clericum qui falſum depoſuit teſtimonium coram ipſo laico. Reſpond. quod non, ſecundùm Bald. & Petr. de Sun. in l prima. C. quomodo & quando iudi. gl. Petr. de Sun. & doct. in. l. nullum. C. de teſti. Ange. in l. ſi vacantia. 9. car. C. de bon vac. libro decimo. Lanfran. in cap. quoniam contra. verſicu. confeſſionet. 6. columna de proba. & Ang. Are. in tract. malefic. verſicu. falſario Fed. de Se. conſilio 88. Archid. & Ioann. de Paradiſo magiſter Ioann. Andr. in capitu. presbyter. el ſecundo, ſed But. & Hoſtien in dicto capitu. verum. tenẽt contrarium, & Ludouicus Pon in ſing. verſicu. teſtis. verſiculo poſt iudex poſt rationem Ioannes Andr in capitu. at ſi clerici. de iudi. & in capitu. j. de mutu. peti. Innocen. in capitu. penul. de pe. & in capitu. vetum. de foro competen. & hoc credo verius per no. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & in capitu. ſi diligenti. de foro competen. & in auct. ſtatuimus. de epiſcopis & clericis. Sed retenta prima opinio. not. quòd licet clericus pro delicto non poſſit puniri per laicum. 11. quæſtione prima clericus nullus. 96. diſtinctio. in ſcripturis. capitu. ſi iudex. de ſententia excommunica. in 6. niſi in caſibus ibi not. per gloſ. & aliàs ſupra diximus, tamen etiam fallit quando clericus delinquit corã ipſo laico iudice falſum deponendo, vt ſupra dictum eſt, & ſic ratione periurij commiſſi coram laico ſecundum doct. & Bal. poſt Cyn. in d. l. nullum.

64 Incidenter quæri poteſt † quid de laico deponente falſum coram non ſuo iudice, an per eum puniatur, licet alias non eſſet competens & dico quod ſic, ſecundùm doct. & Barto. in dicta l. nullum. vbi dicit poſſe puniri teſtem falſum a iudice cauſarum ciuilium coram quo falſum depoſuit, quod etiam tenet Bartolus in l. penultima. C. de proba. & in l. diuus. la ſecunda. ff. de fal. & per gloſſ. in l. ſimili. C eodem titu. & per Ange. in leg. ſi vacantia. verſicu. ſed nunc quæro. de bon. vacan. libro 10. & Ange. Aretin. vbi ſupra in 6 columna.

65 † Et not. perpetuo quòd teſtis Anconitanus examinatus per iudicem Firmanũ ad inſtantiam capitanei Anconitani poteſt puniri per iudicem Firmanum examinantem, & per capitaneũ Ancon. committentem, quinetiam per prætorem Anconæ inter quos tres habet locum præuentio, ſed ſi vtrobique fiat condemnatio, potior eſt conditio exequentis. ita dicit ſing. Bald. in l. nullum. ſed Ioan. Petr. Papien. in ſum. de iuramento teſtis. ver. falſitatem. in fi. aliter loquitur dicens quòd pœna extraordinaria imponitur per examinationem, ſed ordinaria per committentem, quod adde ad Bald. in dicta l. nullum. & ſcias quòd dicta regula non procedit in arbitro examinante, quia teſtem falſarium non poteſt punire, vt tenet Specu. titu. de teſte. in princip. verſicu. item excipitur quòd eſt corruptus: delegatus verò punire eum poteſt ſicut ordinarius dicta l. nullum. & ibi doct. & Cyn. & Ioannes Pap. vbi ſupra, ſed qua pœna puniatur Reſpõd. quòd extraordinaria, ideſt arbitrum ſecundùm gloſ. & doct. in d. l. nullum. & Ioannes Papien. vbi ſupra intellige quòd ſi arbitraria ſit minor quam ordinaria, ſuppleatur per ordinariam, ſecũdum gl. & doct. & Pet. de Sun. in l. nullũ. contra Pet. & Cy. ibi.

66 † Trigeſimoſextò quæro ſucceſſiuè an epiſcopus poſſit prohibere iudici laico ſub pœna excommunicationis ne exequatur teſtamentum in quo inceſtuoſus ſit hæres inſtitutus. Reſpõ. ſic, ſecundùm Bald. in l. conſulta. C. de teſtamen. Item & ne exequatur teſtamentum vſurarij, vt ibidem per Bal. item poteſt ꝓhibere iudici laico ne procedat ĩ cauſa clerici litigantis coram ipſo laico ſecundum Innocen in capitu. contingit. de ſententia excommunica. & tenet Bald. in Margari verſicu. iudex. verſicu. 79. Bald. & Pet. de Sun in l. prima. ff. de rei vendica. vbi etiam dicunt quòd poteſt epiſcopus eũ repetere, & aliàs ſupra diximus plenè. Aliàs tamen Bald. in l. prima ſecunda colum. C. quomodo & quando iudi. dicit quòd nõ poteſt epiſcopus iudicem laicum excommunicare, quod nõ credo ſemper verum per prædicta, & quod per Innocen. in capitu. j. de offi. ordin. & Bald. in margari. verſicu. iudex. verſicu. 31. & ſupra dixi in alia quæſt. tene menti prædicta, quia quotidiana.

67 † Trigeſimoſeptimò quæro vtrum epiſcopus reſtituat in integrum aduerſus ſententiam ſui uicarij, licet ſit idem tribunal, & appellatio de vno ad alium non permittatur per capit. 3. de conſue. in 6. Reſpondeo ſic, ſecundùm doct. & Philipp. in cap. dilecti. 9. quæſtione de appella. & Abb. in capitu. ex literis. 6. columna de reſtitutio. in integrum. Ang. in reperto verſicu. vicarius & Petr. de Sun. in l. a proconſulis. C. de appella. Item reſtituit epiſcopus aduerſus ſententiam ſuam. capitu. penul. de reſti. in integrum. & doct. in capitu. cum Bertoldus. de re iudic. Item econtra vicarius reſtituit aduerſus ſententiam epiſcopi ſecundùm Ange. ubi ſupra facit. l. præfecti. de mino. & l. fin. C. vbi & apud quem. & not. in dicto capitu. ex literis. Philipp. in dicto capitu. dilecti. 10. quæſtione contra Abbatem dicto capitu ex literis, prima columna ratio eſt, quia eſt vtriuſque idem tribunal & par iuriſdictio. dicto capitu. 2. de conſue. Aliàs etiam dicitur ꝙ idem iudex reſtituit aduerſus ſententiam ſuam d. l. præfecti. & dicto capitu. pe. Legatus verò aduerſus ſententiam Papæ non reſtituit, ſed aduerſus ſuam ſic. dicto capitu. ex literis. & gloſſ. & doct. in dicto cap. cum Bertoldus.

68 † Et not. quod regulariter reſtitutio in integrum debet concedi a prætore ciuitatis. l. 1. & ibi doct. C. ubi & apud quem & per Ang. in l. cum prætor. ff. de iudi. & in l. ſi vacantia. C. de bon. vac. libro 10. & Barto. in l. 1. de offic. præto. vr. & in l. 1. de offic. conſu. per Bald. in l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. de leg. 1. quod verum eſt in laico non autem in clerico minore, qui etiam pro bonis patrimonialibus petit reſtitutionem in integrum corã epiſcopo per text. ſingu. in capitu conſtitutus. de reſtitu. in integrum: quod eſt mirabile cum aliàs regulariter clericus non ſit priuilegiatus in rebus ſuis patrimonialibus ſecundum glo. not. 16. q. 4. poſſeſſiones. Item fallit in collectis. capitu. quanquàm. de cenſib. in 6. & ibi doct. & Archid. Item fallit in aliis caſibus expreſſis in iure ſecundum Butr. Imo. & Sicu. in capitu. ſi diligenti. de præſcript. per not. in Specu. de reſti. in integrum. § ſed qualiter. verſicu. ſed nunquid. & in capitu. penult. de iudi. & in c. cum dilectus. de conſue. & in capitu. eccleſia. de conſtitu. in capitu. fin. & ibi glo. de vi. & ho. cleri. in cap. ex literis. & ibi gloſſ. de pigno. in capitu. 1. de cleri. coniug. in 6. & Ioann. de Imo. in c. fin. in fin. repe. de præſcript. & quia ſupra dixi vnum eſſe tribunal vicarij & epiſcopi & idem officium, dic adeo uerum eſſe, quia excommunicatio, uel ſuſpenſio de epiſcopo afficit vicarius eius ſecundum gloſſ. & doct. in c. 1. de offi. vica. in 6. quinetiam recuſatio epiſcopi afficit eius officiales ſm Imo. in c. inſinuante. de offic. deleg. Quod autem facit vicarius dicitur facere epiſcopus gloſ. eſt in c. 1. de capel. mo. in 6. Et poteſt epiſcopus cognoſcere de nullitate ſententiæ vicarij ſui & econtra ſm Bald. in d. c. dilecti. & ibi Phili. 11. q. de appel. Item poteſt epiſcopus reuocare interlocutoriam ſui vicarij ſicut poſſet ipſe vicarius ſm Bald. in d. c. dilecti.

dilecti.& ibi Philip.12.q.& glo in c.1.de conſue.in 6.quod intel lige quando vicarius poſſet,non aliàs, ſm Do.Philip. per vo.in cap.cum ceſſante.de appella. Itẽ poteſt epiſcopus reuocare admiſſionem appellationis per vicarium factam omni caſu quo poſſet ipſe vicarius & econtra ſecũdùm Dom. Philip.in d.c.dilecti. in 13.q.per not in d.c.2.de conſuetu. in 6.

69 † Vltimò not.ꝙ epiſcopus qui duos vicarios in ſolidum cõſtituit poteſt adhærere ſententiæ vnius cui vult quando illi cõtrarias protulerunt ſecundùm Bald.in dicto c.dilecti. vlti.colũ. & Philip.15.quæſt.quod not.

70 † Trigeſimooctauo quæro an epiſcopus poſſit eligere ſibi tribunal in quocunque loco ſuæ diœceſis. Reſpon.ſic.c.cum epiſcopus.de offi ordi.in 6.& tenet Bal.in l.teſta.C.de teſta. not.in c.qua fronte.de appella.vbi etiam dicitur verum ſiue in eccleſia,ſiue in palatio.Ita & in camera ſua ſecundùm doct.in d.c.cũ epiſcopus. Prædicta vera ſi eligat pro loco iuridico, ſecundum doct & Archid ibidem & facit 2.q.2.præceptum. nõ tamen in domibus laicorum quando cauſa eſt ſpiritualis,vt confirmatio electionis & ſi.quæ tamen confirmatio facta etiã in domo laici valet ſecundum Inno.Hoſti.& doct.in d.c.qua frõte.& ibi Bal. & Philip.& dixi ſupra in materia confirmationis.2.parte principali.Scire autem debes ꝙ deputatio loci ad ius reddendum dicitur interlocutoria,quæ reuocari & mutari poteſt ſi partibus innoteſcat,ſecundùm Bald.in c.fi.pen.col.de prohi.feu.alie.per Fed in vſibus feud.

71 † Sed quæro quid de iudice laico ordinario. Reſpondeo ꝙ debet ius reddere in loco conſueto.glo.eſt in l.2.ff.de arbitr.& in l.pen.& ibi Bar.de iuſt.& iur.& per Barto.in l.cum ſententiã. C.de ſent.& in l.j C.de ſent.ex peri.reci.& in l.j C.de confeſ.ꝙ eſt verum niſi conſenſu partium aliter prouideatur, quod fieri poteſt etiam extra territorium niſi alter iudex illius loci prohiberat ſecundum Barto.in d.l.pen.& infra.Item niſi ex neceſſaria cauſa,vt quia ruinam minetur locus ſolitus iuris.c.ſtatuimus.de offi.or.in 6.Item niſi ex cauſa procedatur de plano qa tunc in quolibet loco ius reddi poteſt,& ſententia ferri ſecundùm Bar.in l.nec quicquàm.§ vbi decretum.ff.de offi.procon.& lega.& in l.j.2.col.C.de confeſ.Item verum niſi ſit iudex nõ habens certum tribunal,vt bariſellus vel capitaneus montaneæ ſecundũ Bal in d l.penul.& Ang.in tract.maleficiorum. verſi. ad banchum iuris.& Bal.in c.fi.pen.col.de prohi.feu.ali.per Fed.ꝓ gl.in l.cũ ſñiam.C.de ſen.& vide Bal in l teſtamenta.C.de teſta. Item verum niſi partibus placeat alius locus.quia loci prorogatio fieri poteſt ſm Bar.Bal Ang.& Per.de Sun.in d.l.cum ſentẽtiam.& Bal.in d c.fi.pen.col.de prohi.feu.alie.per Fride. & Bart. in l.pen.de iuſti.& iure.Lanfran.in c.quoniam contra verſ.ſñia. verſ.præterea eſt de ſolennitate.de prob.& dixi ſupra proximè. in delegato dic ꝙ ipſe locum eligit qui partibus non ſit incongruus.l.ſi locus.ff.de iudi.quod intellige.ſ.in territorio delegãtis ad quem partes poſſint cum honeſtate venire ſm doct.ibi. & Spec.de reſcri præſenta.§.fi.verſic.pen.vide etiam in §.1.verſ. quià ſi vagatur.Arbiter autem debet laudare in loco expreſſo in compromiſſo ſi locus eſt expreſſus.l.ſi cum dies.§.ſi arbiter. ff.de arbi.Quinetiam locus poteſt quandocunque a partib. eligi in quo arbitri cognoſcant & laudent ſm doct.ibi. & in Spec. de arbi.§ fin.verſ.de loco.ad fi.In dubio verò locus facti compromiſſi debet ſeruari,vt ibi,& doc.& Per.de Sun.in d.§ ſi arbiter.& intellige de loco in genere.i.de ciuitate & territorio,non de loco ſtrictè,vt de domo ſm doct. vbi ſupra.& Ludo. in ſing. verſ.ſententia arbitri.Item intellige vel in cõtinentib ędificijs. d.§.ſi arbiter.& ibi Bar.Item intellige de loco cõpromiſſi ſi partes ibi domicilium habeant,aliàs tacitè videtur actum de loco domicilij partium ſecundùm Guil.& docto.ibi.

72 † Et not.ꝙ arbitri ſuſpitionis cauſa electi eligunt ſibi tribunal nec coguntur iudicare in loco iudicis recuſati dummodo deputent locum idoneum,ſm Bal.in ſing.in d.c.fi.pen.colũ.de prohi.feu.alie.per Fed. Arbiter verò laicus in eccleſia non poteſt locum eligere ſed clericus ſic,ſm Bal.in l.2.ad fi.C.de ſacroſanct.eccle.Et prædicta procedunt quo ad acta & ſententiam. Executio autem ſententiæ corporalis debet fieri loco ſolito & non alibi etiam in loco confederato ſm Bal.no.in rub.C.de fide inſtru.in fi.& in l.executorem.11.col.C.de execu. rei iud.niſi ex cauſa fieret alibi ſm Bal in d. rub. in fi.ꝙ no.pro pratica.

73 † Trigeſimononò quæro vtrum reductio ad arbitrium boni viri a laudo lato per duos arbitros quorum vnus ſit clericus, alter laicus petatur coram epiſcopo.Et reſpon.ꝙ ſic,ſm Bal. & Pet.de Sun.in l.præcipimus.vlti.colũ.C.de appel.& Lanfran.in tract.de arbit.7.par.q.43.vbi plenè.Idem & quãdo laudum eſt iuratum,quia ratione iuramenti in dubio petitur corã epiſcopo.not in cap.cum.C.laicus.de foro competen.in 6.& in c.venerabilem.de elec.& tenet But.& Capra.in c. quintauallis.de iureiur.Item ſi laudum ſit latum ſuper matrimonio vel alia re ſpirituali.dicto cap.quintauallis.& ibi doct.Item ſi laudũ contriat euidens peccatum.c.nouit.de iudi.c.2.de arbi. Item ſi pro parte eccleſiæ petatur reductio,quia epiſcopus eſt iudex cum eccleſia reum trahat ad forum ſuum.capitu.cum ſit generale. de foro competen.ſecundum doct & Capra.in dicto capitu. quintauallis.verſicu.circa quartum. vbi plenè.

74 Quadrageſimò quæro † an epiſcop' poſſit agere in iudiciu pro iniuria illata vicario ſuo vel alteri ſubdito.Reſpond.vt dixi ſupra eo.libro 3.parte 11.q.vbi uide.

75 † Quadrageſimoprimò quæro,an epiſcopus poſſit agere pro rebus eccleſiæ.vide ſupra eo.lib.4.parte 28 q.

76 † Quadrageſimoſecundò quæro,an epiſcopus obſeruet ſententiam iudicis laici & exequatur eam.Inno.tenet ꝙ ſic, in d.c. j.de offi or quem ſequitur Bald.in marg.verſ. iudex. verſ.11.ſed Bald.in l.j. C.de execu.rei iudi.dicit ꝙ non tenetur exequi.quod verum ſcilicet cogente iudice laico,ſed econtra ſic, ſecundum Inno.in d.c.j.ꝙ no.ſed an epiſcopus cogat ad aliquid iudicẽ laicum per eccleſiaſticam cenſuram diximus ſupra eo.in alia q.

77 † Quadrageſimotertiò quæro,an epiſcopus cui Papa commiſit caſum ſibi reſeruatũ.i epiſcopo dicatur delegatus vel ordinarius.Reſpon.aut commiſſio eſt facta perſonæ, & dicitur nõ ordinarius,ſed delegatus,aut eſt facta dignitati, & dicitur ordinarius.ita tenet Spec.titu.de leg.§.finitur.verſ.pone ergo, & ibi Bald.in addi.verſ.legatus eſt.ubi etiam dicit Bal.ꝙ ſi commiſſio ſit facta alicui non habenti territorium dicitur delegatus,legatus verò dicitur ordinarius,adeo ꝙ eius iuriſdictio non finitur morte Pontificis ſecundum Bald ibi,qui dicit idem in iuriſdictione epiſcopi vel præſiden.Gerit autem legatus vices Papæ, c.cum venerabilis.de conſue.& c.mandata.de præſump.& omnia poteſt niſi quæ Papa ſibi reſeruauit.c.2.& c.quod tranſlationem.de offi.leg.vnde non poteſt reuocare ſententias delegatorum.c.1.eodem titu.Nec retractat negocia ad ſuperiorem delata per relationem.c.licet tran.eodem titu.vel per appellationẽ. c.conſtitutus.de appel.nec promittit non vacãtes eccleſias, vel præbendas.de præben.c.dilectus.ita tenet gl.& ibi per eos.in d. c.ꝙ tranſlationem.Item poteſt legatus quicquid poteſt epiſcopus in ſua diœceſi,argum c.j.& 2.de offi.leg.& in Specu.de lega. §.29.& ſeq.& Ang de Amelia in conſi.reuerẽdiſſimus in Chriſto pater.Item maior eſt omnibus in ſua prouincia poſt principem.l.ideo.de offi.procon.& leg.l.4.de offi. præſi.

78 † Quæro incidenter an delegatus in cauſa ſibi ordinaria dicatur delegatus vel ordinarius.Reſpon.ꝙ eſt delegatus etiam ſi in delegatione ſint verba præceptiua.glo.eſt in d c.cum aliquibus. de reſcrip.in 6.& ibi per doct.Item verum ſi dicitur in reſcripto auctoritate noſtra procedas, vel ſi quid additur vel detrahitur ꝙ alias poſſet tanquàm ordinarius.Aliàs verò dicitur ordinarius,& commiſſio dicitur ſuſcitatio iuriſdictionis, ſecundum Ang & Ludo.Pon.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.de verbo.oblig & Abb.in c licet in corrigendis.& ibi not.de offi.ord. Sed & tunc fungitur vice delegãtis in cauſa delegata, etiam in qua ſit alius ordinarius.l.& ſi prætor.& ibi Barto.ff de offi.eius cui mand.eſt iuriſdic.aliàs eſt.l.2.§.& ſi prætor.& ibi Ange.uide Guil.de Cu. poſt glo.in l.ſæpe.de re iudi & Bald.in addi.Specu.de lega.verſi. ſed quid ſi commiſſio.ubi dicit ꝙ in cognoſcendo erit delegatus,in iudicando erit ordinarius propter hoc infert cum commiſſio ſit epiſcopo a proceſſu debet appellari ad Papam, ſed a ſententia ad metropolitanum ſecundum Iacob.But.in l.qui ꝓcuratorem dat.ff.de procur.Sed Bald.concludit in totum eſſe delegatum ne diuerſo iure cenſeantur.l.eum qui.de vſucap.ex cuius opin.infero quod ei ſportulæ debentur quæ ex forma ſtatuti vel conſuetudinis debentur delegato,licet ordinario non debeantur,quod not.perpetuo.

79 † Quadrageſimoquarto quæro vtrum conſenſus epiſcopi requiratur quãdo clericus vel canonicus, qui poſſunt habere ꝓprium.12.q.j.certè agit in iudicio.Reſpon.non,vt no.in c. ex literis.de proba.& tenet Specu.titu de actore.§.j ver.ſed nunquid Abbas monacho,& plenius in verſ quid de clericis conuentualium eccleſiarum.gl.no.in cle.j.de re.eccle.non alie.dicit ꝙ Inno.tenet in c cum & plantare.§ in eccleſijs.& ibi Hoſtiẽ. de priuil.ꝙ presbyteri non poſſint agere magnas cauſas ſine conſenſu patronorum exemptorum,qa tales gerunt vices epiſcoporum.argu.12.q.2.ſi qua.& c placuit.vbi uide omnino. & Ioã.de Imo.in d.c.ex literis.qui dicit non requiri conſenſum epiſcopi quando clericus agit contra alium clericum,ſecus ſi contra extraneum nomine eccleſiæ reſidet,tamen Imol. finaliter etiam tunc eum agere poſſe ſine conſenſu epiſcopi. quod not. Poteſt etiam clericus compromittere ſine conſenſu epiſcopi ſecundum Bal.ſin.in l.j.§ & poſt operis.ff.de no.ope.nun.in apoſtillis.Non tamen prorogat clericus iuriſdictionem iudicis ſecularis ſine licentia epiſcopi.cap.ſignificaſti.& c. Romana.de foro competen.glo.& Barto.in l j.ff.de iudi.Bald.in Mar.verſic.clericus.perſ 21.quod eſt verum quando ille eſt penitus incompetens iudex,aliàs ſecus.ſecundum Innocen.in capitu.dilectus.de offic.Archi.& aliàs dixi ſupra.Item uerum in prorogatione expreſſa,in tacita enim non requiratur epiſcopi conſenſus.not.in cap.dilecti.de foro competen.& Pau de Caſtr.in l.j. §.ſi quis in ius voc.non ie.& ideo Specu.in titu.de compe.iud.adi.§.j.verſi. in clericis autem ad fin.& ibi Ioan.And.in addit. dicunt quod

clericus

clericus in non ſuum iudicem conſentire poteſt quatuor concurrentibus. Primo quòd ille ſit ordinarius. Secundo quòd ſit eccleſiaſtica perſona. Tertio cum conſenſu epiſcopi ſui. Quarto cum conſenſu vtriuſque partis. Non autem epiſcopus cogit clericum ad prorogandum iuriſdictionem iudicis non ſui ſecundùm glo. & doct. in d.c. ſignificaſti. de foro compet.

80 Quæro † quid de monacho. Reſpon. nec agere nec cōueniri poteſt in iudicio ſine conſenſu abbatis, & idem dico de canonico regulari, vel quocunque ſubdito obedientiæ alterius. c.j. de ſyndico. 6.q.j. monachi. quia pro mortuo hr̄ monachus, & nihil habet. 16. quæſtio. j.c.j. & 2.q.7. placuit. in auctên. de monachis. §. illud quoque. & §. ſi verò. 12.q.j. non dicatis. & in auctên. apud quos oportet cauſam. dice. mo. colū. 7. de ſta. mo. c. cum ad mona. l. repetita. in fin. de epiſco. & cleri. & Specu. in titu. de actore. §. j. verſ. item excipitur contra actorem, quod eſt verum niſi ſit in ſtudio cum licentia abbatis, quia poteſt ibi ſtare in iudicio ſine licentia abbatis pro contractu inito cauſa ſtudij, vel pro iniuria ſibi facta in ſtudio ſecundum Spec. ibi glo. & Barto. in l. ſi longius. § ſi filius ff. de iudi. & Bald. in auctên. habita C. ne ſi pro pa. & quod not. in c. ex parte tua. de accu. rectè dictum eſt cum licētia, quia ſine licentia Abbatis exiſtens in ſtudio eſt excommunicatus ſecundum Ioan. And. vbi ſupra in addi. & text. cum gloſſ. in c. 2. ne cle. vel mo. libro 6. qđ tene menti. Item niſi monachus accuſetur ſecundum Bald. in l. fin. §. neceſſitatem. 5. col. C. de bon. quæ liberis. quod not.

81 † Nunc quæro quid de ardua & vtili quæſt. verum filiusfami. poſſit ſtare in iudicio ſine conſenſu patris. Reſpond. quòd non poſt litem conteſta. l. fin. §. neceſſitatem. & ibi gloſ. & doct. C. de bon. quæ libe. nam in lit. conteſta. neceſſarius eſt patris conſenſus non ante ſi non opponatur ſecundum Bal. ibi. & in l. j. C. qui admit. Et ſufficit vnicus conſenſus in lit. conteſt. pro tota cauſa ſecundum Bald. ibi vi. col. & ibi Barto. & tenet Pau. de Caſt. cōſil. 52. & in Specu. vbi ſupra verſ. ſed nunquid ſufficit. & infra dicetur. quod eſt verum etiam ſi præſtetur curatori filiofami. minori. quia ſufficit in toto iudicio & in executione ſecundū Bal. in d. l. fin. §. ſi autem. eodem titu. quo caſu ſi quādo curator agit etiam pater debet conſentire vt ibi, & infra dicetur. Et procedit dicta regula quòd conſenſus requiratur etiam in cauſis in quibus pater non habet vſumfructum, quia non vult quo caſu in ſignum etiam requiritur conſenſus ſecundum Barto. in d. §. neceſſitatem. & in Spec. de actore verſicu. hoc quoque. & ibi Ioan. Andr. in addit. inter quos, vbi etiam dicit in fin. quod quandocunque præſtari poteſt dicto caſu. & ita de facto vidi pluries practicari, & ſic debet intelligi gloſ. no. in l. 3. §. ſi filio. ff. communi diui. & quod per Barto. in l. 3. §. vſuras. ff. de contra. iudi. tut. & in l. quoties. ff. de noxa. & glo. in d. §. neceſſitatem. Si verò pater nō habet vſumfructum, quia non poteſt & tunc eius conſenſus nō requiritur ſecundum Barto. ibi. & eſt expreſſum in c. fin. in fin. de iudi. in 6. & tenet Barto. in l. inter liberos. §. fin. ff. de adult. vide in Specu. vbi ſupra verſ. ſed quid ſi dubitatur. Item procedit dicta regula quando filius agit nomine proprio, non ſi nomine alieno tanquam procurator alterius, quia patris conſenſus non requiritur c. qui generaliter. de procu. in vi. & Barto. in l. filiusfa. §. ipſe quoque ff. de procu. & in l. ſi longius. §. ſi filius. ff. de iudi. poſt glo. & in d. §. neceſſitatem & Specu. de actore verſic. ſed an egeat. & ibi Ioan. And. in addit. & glo. in c. fin. in fin. de iudi. in vi. quod facit filiusfa. etiam inuito patre, vt tenet Bal. in d. §. neceſſitatem. 2. colū. idem ſi agat filiusfamil. tanquàm tutor alterius, quia nec tunc conſenſus requiritur, tenet Specu. vbi ſupra verſ. ſed nunquid tutor, & ibi Ioan. And. in addit. & Bald. in d. §. neceſſitatem. 4. col. & ibi Barto. poſt glo. quod eſt verum etiam ſi agat contra ſuum patrem tanquàm tutor alterius, quo caſu poteſt agere ſine conſenſu patris, etiam venia non petita ſecundum Bald. in d. §. neceſſitatem. 3. colum. quod not. Item procedit dicta regula ſi filius agat iure actionis, & ſic iure ordinatio. ſecus eſt ex officio iudicis non implorato in forma iudicij, vt in bonorum poſſeſſione. l. j. per Rayn. Barto. & Bald. C. qui admit. & ibi glo. not. & ſingu. ſecundum Ludo. in l. j. 4. colum. ff. de arbi. Item verum niſi caſibus in quibus minor poteſt agere ſine tutoris vel curatoris auctoritate, quia in his agit ſine conſenſu patris filiusfami. ſecundum Specu. vbi ſupra verſic. ſed nunquid in caſibus. & ibi Ioan. Andr. in addit. & Ludo. in fin. verſ. filiusf. poteſt. Caſus verò prædicti ponununtur in c. ex parte. de reſtitu. ſpolia. vbi vide per doct. Item verum niſi in filia pro dote materna vel aduentitia vel abſente patre in auctên. quod locum, & ibi Barto. Bald. & docto. C. de colla. & Bald. in d. §. neceſſitatem. j. colum. Non autem pro ſua dote repetenda. vt in Specu. vbi ſupra verſ. item filia fuit. Item niſi in cauſa criminali ad ſe defendendum compareat filiusfamil. l. noxali iudicio. & ibi Barto. in l. quoties. ff. de noxa. & Bart. in d. l. ſi longius. §. j. & Bal. in d. §. neceſſitatem. Sed nec agendo requiritur conſenſus in cauſa matrimoniali, ſiue in crimine publico, ſiue in priuato ſecundum Bald ibi 5. colum. in l. ſi longius. §. j. præallega. & Bart. poſt gloſ. in d. §. neceſſitatem. & Specu. in in d. verſ. ſed quid ſi dubitatur. ad fin. & verſi. ſed nunquid in publicis & Barto. in l. filiusfam. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. niſi in cauſa iniuriarum ciuili ſecundum Bald. vbi ſupra & vide in Specu. vbi ſupra verſicu. quid ſi filiusfami. egit iniuriarum. Et quod dixi de cauſa criminali intellige verum, niſi ſtatuto caueatur quòd pater teneatur pro delicto filij ſecundum Bal. in d. 5. colum. quod not. Item verum niſi in compromiſſo quod facit filiusfa. ſine conſenſu patris, ſed coram arbitro non ligat ſine conſenſu ſecundum Bar. & Ange. in d. §. neceſſitatem. Sed ibi Bal. in 6. col. tenet contrarium poſt glo. ſ. ꝙ non requiratur coram arbitro conſenſus patris. Io. An. in addi. Spec. de iuriſ. om. iud. §. expedito. vbi tenet quòd etiam poſtea non requiritur conſenſus. & tenet Hoſt. in ſumma de arbitro. §. de qua re. ver. impeditur & tenet Specu. titu. de actore. verſicu. ſed an filio. vbi vide Io. An. in addi. vbi diſtinguit inter arbitrum & arbitratorem. Coram arbitratore verò indiſtinctè non requiritur conſenſus ſecundum Innoc. in cap. quintauallis. de iureiu. & Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum pro ſocio. & ita aliàs de facto conſului & adde quod in l. licèt. §. ſed & ſi. in lectura noua. ff. de pac. dicit quod filiusfa. poteſt compromittere ſine conſenſu patris per illum text. & ibi Guil. de Cu. gloſſ. & Bald. in d. §. neceſſitatem. vbi Bald. dicit verum etiam ſi ſtatutum diſponat quod filiusfa. non poſſit obligari ſine conſenſu patris. Si tamen filiusfam. agat ex laudo lato, requiritur conſenſus patris, ſecus ſi agat ex contractu ſecundum Bart. in d. §. ſed & ſi. Item verum niſi filiusfa agat pro viatico abſente patre, vel pro furto, vel actione in factum l. in factum. & ibi Bar. de actio. & obli. & infra dicetur. Item niſi agat de peculio. l. vſque ad macedo. & tenet Specu. vbi ſupra verſicu. item cum agit. vbi plene, & ibi Ioan. An. in addi. Item niſi in īterdicto quod vi aut clam. in actione depoſiti, & in actione commodati, & in actione iniuriarum ſecundum Specu. vbi ſupra verſicul. ſed in aliis quatuor, per l. filiusfa. ff. de actio. & obli. & in l. lex cor. §. in lege ff. de iniur. in l. ſi longius. de iudi. Item niſi pater ſit vilis perſona vel bannitus ſecundum Ioā. And. in addi. Specu. vbi ſupra verſi. ſed & filius. per l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſol. mat. Item niſi in caſtren. vel quaſi. gloſſ. eſt in d. ca. fi. in fi. de iu. in 6. l. filiusfa. in prin. & ibi Bart. & docto. de procu. & ibi Io. de Pra. & Specu. vbi ſupra ver. hoc quoque. & verſic. ſed quid ſi filiusfa. qui vult quo caſu ſi filius eſt minor. datur ei curator ad litem ſeu bonis non perſonę ibi per Specu. & Io. de Pra. in d. l. filiusfa quod not. in practica. Item niſi in bonis clerici. qui agit ad quęſita ſibi etiam ſine iuſſu patris, vel conſenſu d. cap. fi. §. fi. & Bald. in d. §. neceſſitatem. 3. colum. & Specu. vbi ſupra verſicul. ſed cum clericorum. Item in cauſa beneficiali d. cap. fi. de iudi. in 6. & Ioan. de Pra. vbi ſupra item niſi pater ſit furioſus. text. eſt ſing. ſecundum Bar. in l. cum hæres. ff. de acqui. hære. item niſi filiusfa. ſit in ſtudio, quia videtur pater ei conſentiſſe, vt ageret ſecundum glo. & Bart. in d. l. ſi longius. §. ſi filius. ſicut diximus ſupra de monacho in alia. q. & Spe. ver. item excipitur contra actorem. item niſi pater ſit abſens in longinquis partibus. d. l. ſi longius §. 1. ff. de iud. & ibi per Bart. & doct. & Bal. in d. § neceſſitatem. 3. colum: & in auc. quod locum in princ. de colla. quo caſu filiusfa. minori datur curator ad litem non perſonæ ſecundum Bar. in d. §. 1. & in l. ſi infanti. C. de iure deli. & in Spe. verſi. quid ſi ſcholaris minor. quod verum in cauſis ſpiritualibus vel criminalibus in quibus pater non auctoratur cum ſibi nihil quæratur ſecundum Bart. in l. & ſi infanti. & idem quando pater non habet vſumfructū, quia & tunc filio minori dandus eſt curator ad litem. l. fi. § ſin autem. & ibi Barto. de bon. quæ lib. & ſupra eo. ſiue pater ſit p̄ſens, ſiue abſens ſecundum Bal. in d. §. neceſſitatem. in prin. qđ no. Et ſcias quod curatorem prædictum petit filiusfa ſibi dari etiam ſine conſenſu patris ſecundum Bald. in d. §. neceſſitatem. 3. colum. idem in aliis præparatoriis iudicii vt ibi quod eſt notandum.

82 Et circa prædicta ſciendum eſt † quòd ſi pater eſt abſens, filiusfa. agit etiā in aduentitiis dummodo caueat de rata ſecundum Bal. in l. 1. C. de bo. mater. Quod dixi de curatore dando filiofa minori. dic verum tam in cauſa criminali, quam ciuili vt pater, & curator ſimul liti adſint ſecundum Spe. ſupra eo. ver. ſed quid ſi dubitatur ad fi. vbi vide omnino & ibi Bal. in addi. verſic. quando conuenitur. & ibi Spe. uer. quid ſi ſcholaris. ubi tenet quòd nō admittitur ſine curatore, & tenet Bald. in d. §. 1. colum. item niſi pater nolit conſentire, & cauſam inſtan non habet ſecundum Bal. in d. auc. quod locum. niſi pater reperiri non poſſit. d. §. ſi filius. & ibi Bart. item niſi in cauſa ſpirituali ſecundum Bar. in d. l. ſi infanti. item niſi ſit tutor, aduocatus, aſſeſſor, magiſtratus, & executor teſtamenti. quæ omnia poteſt ſine patris conſenſu ſecundum Bart poſt gloſſ. & Bal. d. §. neceſſitatem. 2. & 4. colum. & ſupra eo. tetigimus. item niſi filiusfa. petat executionem ſententiæ pro eo late ſi in primo iudicio pater conſenſit. ut ibi per Bald. pen. colum. item niſi filiusfa. ſit contumax in iudicio & latitet, quia poteſt banniri etiam ſine patris conſenſu, ut ibi per Bald. 4. colum. & Paul. de Caſt. conſil. 13. item patitur miſſionem in poſſeſſionem etiam ſine conſenſu patris filius

lius contumax. ſed cautela eſt quòd pater tunc citetur ſecundũ Specu.vbi ſupra verſi. ſed quid ſi conuenitur. Item niſi in petitione inſinuationis ne currat præſcriptio ſtatuti ad inſinuandũ ſecundum Bald.in 21.oppo.C qui admit.& Bald.in d.§.pen.col. & Domi.Tinda.in tract inſinua.6.quæſt.in fin. item niſi ad interrumpendum præſcriptionem quando ſufficit ſola citatio, non quando lit.conteſt.etiam quęritur ſecundum Bald.in d.§. pen.col.& in d.l.j.2.colum.vbi tamẽ ſimpliciter loquitur. Item niſi in interdictis ſi filius caueat de rato pro patre & agat de ꝓfectitiis,non de aduentitiis ſecundum Bald.in d.§.vlti.colũ per .j.C.ſi per vim vel alio modo.Item niſi filiusf.minor hæres extranei petat curatorem dari hæreditati dummodo ſit ſaltẽ pupillus doli capax,ſm Bald.in l.fi.§.ſinautẽ.C. de bon.q̃ liber. Itẽ niſi in cãreconuentionis filij ſi in j.cã, conuentionis pater cõſentit ſecundum Bald.in d.§.neceſſitatem.pen.col.Item niſi in cauſa appellationis ſi præſtitus ſit in cauſa princ.Bald. in d. pen. col.ſecundum Ray.de For.tenet contra in conſi. caſus talis eſt, an ſi fuerit adhibitus.Item niſi in extraordinariis patre abſente ſecundum Bald.ibidem. Item niſi filiusſa. agat cõtra patrẽ quo caſu dandus eſt curator liti, quia finita,ceſſat cura ſecundum Specu.vbi ſupra verſicu.quid ſi filiusfa.contra ipſum,& gl.Bart. & doct.in d.§.neceſſitatem.ſed quibus caſibus agere poſſit filius contra patrem,vide glo.in c.fin.in fin.de iudi.in 6.& not.in l.lis nulla.ff.de iudi.& ibi doct.Item niſi filiusfam.recipiat præceptũ ſi pater ſit extra prouinciã,vel ſi filius mentitus ſit de patria poteſtate, vel ſi eſt in quaſi poſſeſſione ſui iuris ſecundum Bald. ſing.in d.§.5.colum.licet ibi Barto.aliter loquatur.ſed Specu.in verſi.ſed nunquid tenet præceptum. dicit ſimpliciter præceptũ fieri non poſſe filiofa.ſine conſenſu patris. Bald.in addit. Spec. de ſen.ver. filius dicit idem in præcepto ſimplici,ſed guarentigiatum dicit valere ſine patris conſenſu.vide Bal.in addit.Specu.titu.de appel.verſ.minori.25.annis.vbi loquitur aliter. Item niſi pater ſit monachus, q̃a caret conſenſu,& eſt mortuus mũdo.quinetiam per ingreſſum amiſit patriam poteſtatem ſecũdum Specu.de ſta.mona.verſ.12. quod not. Conſenſus autem patris incipit eſſe neceſſarius in conteſt.lit.non ante.ſecundum Bald.in d.§.3.col.& in d.l.j.2.colum. qui admitti.vbi dicit,quod in præparatoriis iudicij non requiritur conſenſus,ſed in lit. cõteſt.vel ante.orta tamen cauſa litis nondum motę poteſt præſtari ſecundum Bald.in d.§.7.col.quod not.ſi tamen ſuperueniat poſt,non valet ſecundum Bart.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.de acqui.hæred.ſed in d.§.neceſſitatem. reſidet in cõtraria opin.quod ſufficiat quandocunque præſtari:quod etiam firmat Ioan.And.poſt Specu.in addit.tit.de actore,verſ.ſed pone quòd lit.conteſt.& ſupra dixi.& per glo.& Ioan.de Pra.in l.filiusfa.ff. de procu.& Pet.de Sun.in l.licet.de iudi.vera opin.eſt quod poteſt pater poſtea conſentire ſi a princ.litis fuit abſens ſecundum glo.ſing.& Ioan.de Pra.& doct.in l.filius.de proc. quæ gl. etiam not.vult ſecundum Ange.& Bal.& Ioan.de Pra ibi quòd ſi pater reuerſus non conſentit iudicium non valet, quod eſt notãdum.Non tamen poteſt pater reuerſus retractare iudicium ſecundum Specu.vbi ſupra verſ.ſed pone quod filius.

83 Illud etiam nota † quòd ſi conſenſus ſit præſtitus in vna cauſa filij & generaliter in qualibet alia cauſa intelligitur de cauſa præſente non de futura,niſi expreſſim & de futuris dictum ſit ſecundum Bal. in d.§.neceſſitatem.7.col.debet autem præſtari conſenſus etiã ambobus filiis inuicem litigantibus.non tamen poteſt pater litem conteſtari pro & contra ſecundum Bal.ibi pen.col.& ſufficit conſenſus etiam generalis niſi in criminalibus. Item niſi ad petendum reſtitutionem in integrũ.Item niſi in his quæ requirunt ſpeciale mandatum. Item niſi quando indefinita non æquipollet vniuerſali ſecundum Bal.ibi vlti.col.& in Spe. verſ. ſed quid ſi pater filio.& ibi vide omnino per Ioan. And.in addi.& in verſ.ſed nunquid ſufficit Bar.& Bal.in §.neceſſi & Pau. de Caſt.in d.conſ.52.poteſt etiã præſtari conſenſus a patre per nuntium,vel epiſtolam ſecundum glo.Imo.Ang.& doct.in l.ſi cum dotem.l. ſi patri.ſolu.matri.& Bart.in d.§.iuſſum.& in l.filius.in fin.de dona.l.honores.de decu. & Bald. in auth. cauſa quæ.C.de epiſc.& cle.vbi ſing.dicit verum ſi filiusfa. eſt maior 25.annis.aliàs enim requiritur quòd præſens conſentiat, idem firmat Barto.& Bald.in d.§.neceſſitatem.& tenet Spec.verſ.ſed nunquid poterit,quòd intellige ſecundum Ioan.And.in addit. ſi pater eſt non præſens in iudicio.nam ſi eſt abſens extra ꝓuinciam non requiritur eius conſenſus, vt ſupra dictum eſt, quod dixi de nuntio,intellige etiam de non ſpeciali ſecundum Bald. not.in rub.C.de confeſſis.& Ludo. Pon.in ſin.verſ. conſenſus.
84 verſ.glo.ordi.&c. † Et ſcias conſenſum non præſtari per ſolam præſentiam,ſed ſolum per verbum conſentio ſecundum Bald. in d.§.8.col. Aliàs dicitur præſtari prӕſumptiuè, quia pater abſens præſumitur in dubio conſentire filio agenti ſecundũ Bar. in l.j.in fin.C.de decur.libro 10.& Ang.in d.§.ſi pater. Item importatur per alia ſigna,vt quia pater fauet cauſę filij cum aduocatis ſecundum Bal.vbi ſupra.Item ſi ſimul agant pater & filius ſecundu Bal.in l.ſi.C.ad mace.& Bar.in l.cum pater.§.libertus. de leg.2.item & ſi pater pro filio fideiubeat de iudicio ſiſti ſecundum Ioan.And.in addi.Spe. de actore. ver. ſed quid ſi præſente.Idem ſi pater dedit ei generale vel ſpeciale mandatum ſecundum Spec.ver.ſed quid ſi pater filio. Non poteſt autem pater reuocare conſenſum iam præſtitum ſecundum Bald.in d.§.5.colum.Sed an cogatur pater conſentire.d.c.quòd ſic,ſcilicet captis pignoribus,& mulcta indicta ſecundum glo.Bart. & doc.in d.§.neceſſitatem.& ibi Bal.qui etiam dicit & per bannum cogi.& tenet Spec.vbi ſupra ver.ſed quid ſi pater nolit,& ibi Ioan.An.in addi.quod eſt verum etiam ſi pater iurauit nõ conſentire, vt ibi verſicu. ſed quid ſi iurauit. Idem & ſi iurauit filius etiam cum pęnę promiſſione renuntiando diſpoſitioni. d.§.neceſſitatem ſ litigare ſine conſenſu patris ſecundum Spe. ver.ſed nunquid filiusfa.poteſt pacto.& ver.ſequ. Item verum niſi iuſta cauſa proponatur ex qua pater nolit conſentire ſm Spe.vbi ſupra ver.ſed quid ſi pater.in fi At ſi pater nolit cõſentire tenet iudicium,maxime ſi iudex interloquatur procedendum eſſe vel ſe ratificaturum totum iudicium ſecundum Bal. licèt non firmet in d.§.& Ioan.Andr.in addi.verſicu.ſed quid ſi pater,not.

Circa prædictam materiam ſingulariter
85 † adde quòd ex quo quis prӕſumitur viuere niſi cõſtet de morte præſumitur litigans eſſe filiusfa.cuius pater viuere præſumitũ ſecundum gloſ.& Bar. no.in l.ſed ſi de ſua.in prin.de acqui.hęre.& Fed.de ſenis.conſi.ccix.Et ideo iudicium agitatum per Titium tanquam hæres patris eſt nullum niſi probet de morte patris,cum pater viuere prӕſumatur.no.in l.nec nos.& ibi Bald. C.de capt.ad quòd adde no.per Bal.in d.§.neceſſitatem.in fin. & ita hoc anno de facto obtinui pro Antonio de offida.Prædicta tamen vera ſunt niſi agens eſſet in quaſi poſſeſſione ſui iuris per longum tempus,quia pater eius prӕſumitur mortuus & iudicium valet ſecundum Spe.ver.ſed ſi iſte eſt alienigena.vbi etiam dicit quòd ſi pater eſt alienigena non poteſt filio agenti exceptio.obijci de conſenſu patris deficiente cum etiam patre abſente de lõginquo filius agat vt ibi & ſupra dixi plenius. Quinetiam dicit ibi Specu.quòd poteſt de morte patris doceri per famam.quod no.

86 † Et no.vltra prædicta quòd etiam ſi publicato proceſſu opponitur de patria poteſtate poteſt actor probare de morte patris quia articulus eſt diuerſus ſecundum Spec.vbi ſupra verſi. quid ſi poſtquam quod no.in practica ſi forte contingat quòd cautus aduocatus rei opponat paulo ante ſententiam contra proceſſum actoris de nullitate ratione conſenſus paterni deficiẽtis,cũ pr̃ actoris viuus præſumat̃ vt ſic faciat ruere iudiciũ aduocat᷑ actoris ſtatim ꝓbet mortẽ patris actoris,& obtinebit ꝑ prædicta. Sed hoc verum eſſet niſi per ſtatutũ eſſet prӕcluſa via probãdi poſt publicationem proceſſus, tunc enim nõ poſſet mors probari niſi forte dicas etiam poſſe cum nouus ſit articulus.vt ſupra dixi ſecundum Spe.& hoc credo verius, tamẽ cogita.Cautius tamen eſt quòd actor in termino probatorio probet eſſe liberum a patria poteſtate per mortem patris vel aliter ne ſibi poſtea opponatur præſumptio vitæ paternę ad ruinam iudicij per prӕdicta.

87 † Poſtremo no.quòd quandocunque poteſt opponi exceptio de conſenſu patris deficiente in iudicio maximè ſi reus a principio ignorauit ſecundum Spe.vbi ſupra ver.ſed quid ſi p̃ſente.& ver.ſe.& doct.in d.§.neceſſitatem. de qua exceptione vide plenè in Spe.de excep.§.dicta.ver.quid de illa non habes. Adde vltimo quòd ratihabitio patris non validat iudicium factum per filiumfa.ſine conſenſu patris ſecundum glo. & doct. in d.§.neceſſitatem.quam ſequuntur doc.& Pet.de ſun.in l.licèt.ff de iudi.Io.de Pra.in l.filiusfa.ff.de procur.& Bart.in l. qui bona.§.iuſſum.de acqui.hære.quod verum eſt ſi pater eſt præſens,ſecus ſi fuit abſens quia poteſt quandocunq; reuerſus ratificare & conſentire.vt tenet glo.& doc.in d.l. filius.& ſupra dixi.Item verum niſi interdictis ſecundum Bal.in d.§.neceſſitatem. vlti.col.Item niſi ratificet in ſignum repudiati vſusfruct᷒ ſecundum Ioan.An.in addi.Spe.de actore, in addi. inter quos. & Bar in d.§.neceſſitatem.& in d.§.iuſſum.quòd bene no.

21 Decimò quæro † ſi legatum eſt factum pauperibus poſt mortem hæredis,an ſi hæres ſoluit illud in vita ſua poſſit iterum epiſcopus cogere ad ſoluendum poſt mortẽ hæredis.& dic ꝙ ſic.vt dicit Bar.l.cũ pater § a filia.de leg.2.ſed contrarium tenet Bal.in l.poſt mortem.penult. col.de fideicom. vbi plenè & ibi concludit ꝙ poteſt hæres in vita de conſilio epiſcopi eligere pauperes & præſtare legatum quod ſit præſtãdum poſt mortem ſuam. ex quo ibi Bal.Secundo notabiliter infert,ꝙ vxor hæres in vita ſua grauata poſt mortem diſtributioni bonorum inter puellas nobiles poteſt in vita ſua puellas eligere,& maritare. Item dicit ibi Bald. ꝙ hæres poteſt in vita ſua monaſterio dare hæreditatem quam teſtator reliquit monaſterio poſt mortem hæredis.Scias autem ꝙ executor datus ad diſtribuendum poſt mortem hæredis non poteſt diſtribuere viuo hærede.ſm Ang.no.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.el 2.ff.ad Treb. Ang.vbi dicit verum niſi

22 de conſenſu hæredis.& tenet Bal.in l.poſt mortem.† Sed quid ſi hæres ſiue executor ſoluit legatum.an cogatur per epiſcopũ iterum ſoluere.Reſpondeo ſic.ſi ſoluit legatum pium, non diuiſum per teſtatorem.Secus ſi ſoluit iuxta diuiſionem teſtatoris ſcilicet quantum cuiq; teſtator reliquit ſecundum Spe.ubi ſup.ver.62.denuo quæritur &c. vbi etiam dicit non cogi hæredem iterum ſoluere ſi ipſe bene ordinauit,& militer,& diſcretè.i.quantum quiſque prudens & deuotus fideicommiſſarius facere potuiſſet,alias non,ne videatur vſurpaſſe officium alienum per c.tua.de ho.& in regu.non eſt lib.6.& l.culpa eſt.ff.de regu.iur.quod tene menti perpetuo,quia vtile eſt.

23 † Vndecimò quæro nunquid epiſcopus cogat teſtamentarios executores diſcordes ad ſe cõcordandum & exequendũ. Reſpondeo ſic.videlicet termino eis præfixo ad concordãdũ, quo elapſo,& eis diſcordantibus ipſe exequitur ſecundũ Bald. in l.id quod pauperibus.ver.3.quæro.5.col.C.de epiſco.& cler. quod eſt uerum in relictis pijs, non in aliis in quibus præſes.i. epiſcopus loci eſt diffinitor ſecundum Bald. in l.2.§ j.C. commu.de lega.Item poteſt tunc epiſcopus cui vult gratificare ſecundum Bald.& Pau.de Caſt.in l.& ſuum.§.hodie.ff.de pact.& Bal.in addi.Spe.de inſtru.edic.ver.inter executores.& ibi Spe. § nunc verò aliqua.ver.quid ſi plures.& verſic.ſed quid erit.& Bald.in ver.ſi executores.eo.titu.quod dicit verum ſi partes diſcordantes ſunt ęquales.alias maiori parti ſtandum eſt ſecundum Bald. in d.ver. inter executores.quem etiam vide in l.viduę.C.de nup.vbi aliter loquitur & limita ſm Spec.ubi ſ.verſ. 52.ſed qd erit qđ verum ſit niſi minor pars opponat & probet aliqđ rationabile,& dicit ibi Ioan.in addi. qđ tertius de tribus impedit

impedit actum duorum prohibendo. Sed tūc iudex eſt adeundus qui iudicet quę cauſa ſit potior ſm Lamber. qđ no. ad l. duo
24 ex tribus. de re iudica. cum ſimi. † Circa prædicta tñ not. quod præfertur voluntas executoris conſanguinei ſecundum Salyc. ſingulariter in l. imperator. ff. de pac. quem refert Ludouic. Pon. in ſing. verbo, executor. ver. ſi executores.
25 † Vltimò non obliuiſcaris φ ſi ſunt executores teſtamentarij quorum vnus concordet cū voluntate hæredis in transmutando locum eccleſiæ conſtruendæ iuſſu teſtatoris, qa ſi hæres & vnus executor nolit trāſmutari præfertur eorum voluntas volūtati duorum executorum volentium locum mutare ſm Io. And. ſingulariter in addi. vbi ſ. ver. 65. in addi. vide qđ ibi.
26 † Duodecimò quæro ſi executor male arbitraƭ in exequendo, an eps corrigat. Rñd. ſic. ſm Bal. in addi. Spec. de inſtru. edi. ver. executor ſi male. & ibi Spec. ver. quid ſi malè. Ideo Bald. in l. 2. §. j. C. communia de lega. dicit not. arbitrium executorum corrigi arbitrio iudicis. & alleg. Spec. vbi ſup. tu intellige de epiſcopo vt dictum eſt. Et adde quòd poteſt epiſcopus ſurrogare alium ſi executor teſtamētarius ad pias cauſas non ſit ſufficiēs. ſecundum Ang. in authen. de eccle. tit. §. ſi quis ędificiū. col. 9. & aliàs ſup. diximus.
27 † Decimotertiò quæro an epiſcopus poſſit declarare poſt annum ſi is cui teſtator commiſit declarationem intra annū nō declarauit perſonas quibus aliquid dandum erat vel vſuras reſtitui. Reſpondeo ſic, vt tenet Bal. in l. 2. §. ſed & ſi quis. 4. col. C. communia de lega.
28 † Decimoquartò quæro cōtra quem agat epiſcopus ad quartam ſibi debitam de pijs legatis. Reſpondeo φ agere debet ꝯ executores teſtamentarios pro legatis nondum ſalutis. aliàs ꝯ legatarios ſecundum Perr. de Peru. in conſil. cum quæritur, an ante annum. & Hoſtien. & Ioan. And in cap. de his. de ſepul. & alias ſup. dixi in quæſtione de quarta epiſcopali.
29 † Decimoquintò quęro an eps curare teneatur ne committatur fraus per teſtamentarios executores. Rñd. φ ſic. immo ſi ad ipſum deuoluitur executio non debet fraudem cōmittere nec ſibi aliquid applicare. vt tenet Bal. & Flo. in l. altius. ff. ſi ſer. vend. cum enim ſit merus executor, non debet aliquid lucrari
30 ſecundum Bal. ibi q dicit, φ epiſcopi hoc malè obſeruant. † Et no. φ Io. And. in addi. Spec. vbi ſup. ver. ſed quid erit. in addi. m. dicit epiſcopum emere poſſe de bonis expoſitis venalibus palam tñ & bona fide, non clam & mala fide. & ita dicit ſeruare dominos Cardinales qui ſunt executores teſtamentorū aliorū
31 Cardinalium. † Sed nunquid executores teſtamentarij poſſint ſibi applicare de bonis & inter ſe diſtribuere, dic φ non etiam ſi ſunt pauperes ſm Odoſ. & Bal. in l. ſi mandauero. §. ſi tibi centum. ff. mandati & Bald. in l. ei qui. C. de diſtra. pig. & in l. ſi quis ad decli. § in omnibus. C. de epiſ. & cle. & in l. id quod pauperibus. eo. tit. & in l. ſi is. C. de fur. & Flo. in d. l. altius. Item nec coniunctis ſuis niſi ſint pauperes, & bona fide dent ſecundum Bal. in d. l. id quod paupertbus. 7. quæſt. & in c. primo, vlt. col. ſi inter do. & vaſſal. lis oria. & Ioan. And. in addi. m. & Bar. in l. tutor petitus. § j. ff. de exc. tuto. vbi dicit φ nec filijs ſuis executor poteſt dare niſi ſint pauperes, & pater ipſe dans non habeat vſumfructum in his quæ dat.
32 † Decimoſextò quæro an epiſcopus poſſit dari executor in teſtamento Reſpon. φ ſic. ſiue ad piam cauſam, ſiue ad prophanam ſm Spec. vbi ſup. ver. 88. de epo autem. & ibi idem dicit in archiepo Patriarcha & Cardinali. & in extrauagāti Ioan. Frangipanem. in prin. Ex quo not. quod eps & alij ſuperiores prælati poſſunt ſe immiſcere negotiis ſecularibus, ut ibi quod eſt verum niſi in cauſa ſanguinis & in alijs prohibitis. 24. q. 3. ſępè. 15. quæſt. 4. cap. j. in fi. de rapto. in archiepiſcopatu & Spec. ubi ſup. vnde poteſt eſſe iudex & arbiter de conſenſu partium. de epiſ. aud. l. epiſcopale. & l. ſi qui ex conſenſu. c. ex parte. de arbit. Item pōt eps gerere curā carceratorum & pauperum. d. l. nulli. de epiſ & cle. d. l. ſi quis ad decli. eo. titu. & ppea dicitur eps. i. ſuperintendens uel Spec. 21. diſt. cleros. & dixi ſup. in prælud. In aliis verò ſecularibus negotiis ſi ſe immiſceat eps reijciendus eſt a clero. 88. diſt. epiſcopus. nec debet cauſis ſecularibus ſe intromittere ne vileſcat dignitas epiſcopalis ead. diſt. prælatū. Item nec debet tuitionem teſtamentorum aſſumere niſi tanq̄ ordinarius. c. nos quidem. & c. tua. & c. Ioannes. de teſta. nec etiam cauſis ratiocinorum ſe debet inuoluere, vt plenè per Spec. in d. ver. de epiſcopo autem. & dixi ſup. in alia quæſt.
33 † Incidenter quæritur nunquid fratres minores ordinis. ſ. Franciſci poſſint creari executores teſtamentorū in teſtamento. & dico quod non per cle. exiui de Paradiſo. de verb. ſign. & tenet Bart. in l. a filio. de ali. lega. & in l. j. 3. col. de leg. 2. poſſunt tamen dari conſultores executoribus ſm Bald. in auc. ingreſſi. 2. col. C. de ſac. ſan. eccl. ſm Bar. in l. j. §. ſi plures. 5. col. ff. de exercito. dicit contrariū ſcilicet quod niſi conſultores dari poſſunt, & ſi dantur non valet datio, immo poteſt executor ſine eorū conſi. exequi quod etiā tenet Bal. in rub. de inſti. 5. col. niſi teſtator vltra proceſſerit annullando actum executoris exequentis ſine conſilio dictorum fratrum ſm Bal. ibi in 4. colum. vide tñ Bart. in 3. lib. minoricarum. & in l. quidam. §. Papi. ff. de admini. tu. & in l. cū pater. § hæreditatem. de leg. 2. & Bal. in d. l. id quod pauperibus. 4. col. C. de epiſ. & cle. quod no. Alij verò religioſi non poſſunt ſine licentia ſuperioris executorum officio fungi. c. religioſus. de teſtamen. in 6. Pau. de Caſt. cōſi. 46. Sed monachus non poteſt eſſe executor niſi ad piam cauſam & de licentia Abbatis. c. ſi de teſtam. in 6. & Spec. de inſtr. edi. § nunc verò aliqua. verſi. 74. vbi plenè, & ibi Ioan. And. in addi hoc ſirmat dicens φ vacante monaſterio requiritur licētia epiſcopi, quod nota. Idem dic de canonico regulari ſm Spec. vbi ſupra ver. 75. Abbas verò & plati inferiores poſſunt executores creari ſm Spec. verſi. 76. & Pau. vbi ſup. ſeruus autem executor dari non poteſt ſecundum Io And. in addi. ubi ſup. & Bald. in d. l. id quod pauperibus. ſi tamen fiat legatum pium, valet, quamuis executor datus eſſe non poſſit. & ibidem per Io. And.
34 † Et not. φ licet ſine ſuperioris voluntate fuerit religioſus executor conſtitutus poteſt tamen exequi ſecundum Fride. de Sen. conſi. 99. & conſi. 26. & Ludo. Pon. in ſingu.
35 † Decimoſeptimò quęro nunquid epiſcopus executor teſtamentarius debeat conficere inuentarium coram iudice laico. & dic φ ſic ſm Ang in l. j. § hæc ſtipulatio. ff. ſi cui plusq̄ p l Fal. 15. col. & Spec. ubi ſup. ver. 57. ibi cogetur autem. & verſic. 85. ſed nunquid iudex. per d. l. nulli. 2. reſpon. & alias dixi.
36 † Decimooctauò quæro an epiſcopo alleganti teſtamentarium executorem nō feciſſe executionē intra annum & ſic ius exequendi eſſe deuolutum ad eum incumbat onus probandi negatiuā. Reſpon. φ ſic ſm Bal. & doc. in l. fi. in fi. ff. vbi pu. edu. deb. pro quo facit, quia negatiua debet probari per allegantem qū eſt cauſa intentionis ſuæ ſm Innoc. in ca. ſuper his. de accuſ. & Bar. & doc. in l. in illa. & in hoc iure de verb. oblig. & Bar. in l. ergo. ff. ex quib. cau. ma. & in l. ſi per alium. §. docere. ff. ne quis eum. & in l. ei. & in l. ab ea. ff. de proba. & in conſi. Marti. de Eugubio. & in l. ſi quis. C. de fabri. lib. 11. & in l. 2. poſt Cy. C. de iur. emphy. & in l. actor. per Bal. C. de proba. & alias dixi ſup.
37 † Decimononò quæro vtrum eps poſſit hæreditatem diſtribuendam inter pauperes dare ſpurio teſtatoris. Rñd. non etiā pro alimentis, licet alimenta ſpurio debeantur per ea cum haberet. de eo qui du. in vxo. quod eſt verum etiam ſi teſtator ꝓhibuit ſuo ſpurio alimenta præſtari ſm Bal. in d. l. id qđ pauperib. vlt. col. ver. vlti. quæritur. Ita determinat Bald. in d. l. in pen. col. ver. quæro vlterius facit. l. fin. ff. de excep. Si tamē epiſcopus ſpurio conceſſit non poteſt fiſcus eam ei auferre tanq̄ ab indigno, ſed ipſe epiſcopus ſic ſm Bal. vbi ſup. per no. per Inn. in c. in literis. de offic. deleg. Nec ſpurius poteſt præſcribere res ſibi datas etiam per longum tempus, quia titulus ſuus eſt reprobatus, ſed longiſſimo tempore ſic propter bonam fidem præſumpta auctoritate ſuperioris, arg. l. & generaliter. ff. de noxa. vt tenet Bal. vbi ſup. quod no. perpetuò. Et ſubdit Bal. φ coniunctorum appellatione ſpurij non continentur ſm Dyn. conſi. 18. In Chriſti nomine. Conſiderata & c. vide glo. in clem. j. de baptiſ. Inno. in c. nonnulli. de reſcrip. & Bar. in l. j. de accuſa.
38 † Sed quæritur nunquid ſpurius poteſt creari executor teſtamenti paterni. Reſpond. ſic ſecundum Bald. in l. eam quam. 15. quæſt. C. de fideicom. in lect. anti. & in l. ſi quis ad decli. vlt. col. C. de epiſ. & cler.
39 † Item quæri poteſt vtrum executor teſtamentarius poſſit eligere ſpurium teſtatoris & ei reſtituere hæreditatē inter pauperes diſtribuendam. Rñd. φ non. ſicut nec epiſcopus. vt ſup. dixi. vt tenet Bald. in d. l. id quod paupe. antepen. col. C. de epiſ. & cle. vide tamen no. per Bart. & Angel. in l. Lucius. §. in teſtō. de leg. j. Io. And. in addi. m. Idem niſi ſit pauper, quo caſu ei vt pauperi non vt filio poteſt dari de bonis diſtribuendis ſi non demeruit. quod no. Poteſt tñ executor eligere filium teſtatoris legitimum ſi eſt pauper, non aliàs ſm Bald. not. in c. j. § iniuria. 4. col. de pace iura. fir. in vſi. feu.
40 Vigeſimò quæro † vtrum eps poſt annū poſſit eligere pauperes intra annū non electos per habentē ius eligendi eos ex teſtō. Rñ. non, ſed dēt diſtribuere bona inter pauperes electos ab executore poſt annū, licet executor ſit priuatus ob nō factā executionē. i. diſtributionem ſm Bart. in l. 2. ſed & ſi quis. in fi. com. de leg. & Bald. in l. cum quidam. la 2. de leg. 2. & in l. executorem. C. de execu. rei iudi. & But. in c. nos quidem. de teſta. ſed Bald. ipſe aliter loquitur in l. captatorias. de teſta. mili. & in l. illa inſtitutio. de hære. inſti. & in l. id quod pauperibus. de epiſ. & cle. & in d. §. ſed & ſi quis. ver. quæro teſtator. & Franc. de cap. liſte. in l. quamdiu. C. qui admitt. ubi dicit poſt Bar. vbi ſup. φ executor priuatus per lapſum anni poteſtate exequendi poteſt eligere poſt annum & epiſcopus debet inter electos diſpēſare dicta bona. tu dic ut per cano. in d. c. nos quidem. & per Pau. de Caſt. in conſi. 145. in fi. Hic etiam ſubdo φ epiſcopus poſt annū elapſum & qui declarare debeat vigore teſtamenti cum monaſterio deberetur legatum debet declarare fauore pię cauſę alias. n. hæres debet declarare ſecundum Bal. no. in l. 2. §. ſed & ſi quis. 4. col. C. communia de lega. quod eſt no. & tenet Bal. in d. l. captatorias.

41 † Vigeſimoprimò an epiſcopus ſit executor ad diſtribuendum male incerta ablata, ſi non apparet is cui fuerit oblatum. Reſpond. ſic ſecundum Bal. in auc. alearum vſus in prin. C. de alea. quo caſu debet fieri diſtributio inter pauperes loci in quo rapinæ factæ ſunt ſm Bal. in l. j. C. de bo. aut. iud. poſ.

42 † Vigeſimoſecundo quæro vtrum epiſcopus ſit citandus ad deſcriptionem inuentarij fiendi per hæredem ſcriptum in teſtamento continente relicta in piam cauſam facta. Ang. tenet q ſic in auth. de hære. & fal. §. ſi vero expreſſim. col. j. in 10. col. vbi etiam ponit formam dictæ citationis. Quinetiā epiſcopus videns hæredes non exequi teſtamenta, poteſt eis bona cū fructibus interdicere, vt voluntas defuncti penitus impleatur. c. ſi hæredes de teſta. quod intellige ſi poſt annum non ante ſecundum glo. ibi per auc. hoc amplius. C. de fideicom. & in auc. de eccle. titu. §. ſi quis ædificationem. colum. 9 alias hæres priuatur cum ſe facit indignum qui non obedit iuſſibus teſtatoris. 9. q. j. Silueſter. ibi, vt indignis hæreditas &c. Et hinc dicitur quod epiſcopus debet eſſe fautor teſtamentorum ſecundum Bald. in l. j. vlti. quæſt. C. de his quæ pœ. no. vel etiam dicitur defenſor teſtamentorum d. c. ſi hæredes. & ibi glo. ro l. hæreditas. §. ſi defuncto. de peti. hæredi. & glo. in d. §. nos quidem. de teſta. Item dicitur tutor vltimarum voluntatum qui non debet pati laicos occupare ſpiritualitatem. vt inquit Bal. in l. ſi teſtamentum. C. de teſta. quod nor.

43 † Vigeſimotertiò quæro vtrum epiſcopus poſſit eſſe executor teſtamenti per vſurarium facti non præſtita cautione de reſtituendis vſuris. Reſpondeo non, tenet Bal. in l. executorem. 3 col. C. de execu. rei iudi. vbi etiam dicit Bald. quod epiſcopus non poteſt dare licentiam vſurario vt teſtetur cautione non præſtita, quod no. quia nō valet teſtamentum vſurarij niſi præſtetur dicta cautio vel niſi ipſe reſtituat antequā teſtetur. c. q̄q̄. & ibi doc. de vſur. in 6 de quo plenius vide per Pau. de Caſt. cōſilio 383. & Ang. in l. Gallus. §. j. & §. forſitan. de liber. & poſth. in ſuo repertorio. ver. teſtamentum. & Io. de Imo. in l. filio præterito. in repet. ff. de iniuſto teſta. & Bald. in l. falſus. 5. col. C. de fur. & in §. fi. C. ſi a non compe. iudi. & in l. pactum inter hæredes. C. de pac. & in d. l. executorem. & Bar. in l. palam § non ſolum ff. de ritu nup. & in l. quid ſi fugitiuus. in prin. C. de edi. edic. & in cōſi. exiſtentes &c. Pau. de Caſt. in l. prætor. §. ſi dominus. ff. de eden. Prædicta vera in vſurario manifeſto. d. c. q̄q̄ & tenet Bart. in l. 2. in prin. ff. de fur. Item verum etiam ad pias cauſas vt tenet Bar. in l. j. 6. quæſt. C. de ſac. ſan. eccle. in repet. Item verum etiam ſi habeat licentiam teſtandi ab epiſcopo ſine dicta cautione ſecundum Bald. in d. l. executorem. Item nec valet teſtamentum etiam cum dicta cautione ſi poſtea teſtator perſeueret in exercendis vſuris ſecundum Bald. in dic. l. executorem. 8. colum. & Iac. But. in conſi. ſuper facto noſtræ quæſtionis, qđ verum niſi clam faciat vſuras ſecundum Bal. vbi ſup. confirmatur autem teſtamentum vſurarij per ſuperuenientem cautionem prædictam ſm veram & communem opi. doc. & Bald. in l. 1. C. de contrahe. & in l. ſeruis. C. de lega. & in l. ex libera. in fi. C. de ſuis & legi. & in l. vniuerſa. C. de preci. impera. offe. & in l. j. § filiusfam. poſt Cyn. in apoſtillis de leg. 3 & in d. l. executorē. & in addi. Spe. de teſta. verſi. j. & Bart. in l. qui ſoluendo. de hære. inſti. & Io. d. l. filio præterito. pen. col. & fi. & ibi Ioan. de Imo. in § ſi filiusfa. la 2. per Bar. de teſta. Nico. de Mata. in conſi. cum in confectione Angel. in auc. de nup. § i. quidem colum. 4. Ioan. And. & docto. in d. c. q̄q̄ & in clem. j. de vſu. & Lau. de Fa. in l. in quorum. 17 colum. ff. de pig. quæ communis opi. procedat potius de æquitate q̄ de rigore iuris, & eſt vera etiam ſi dicta cautio præſtetur in articulo mortis & ſic poſt teſtamētum ſm Io. And. in d. c. q̄q̄ & Bal. in d. l. executorem. 8. col. Teſtamentum verò non vſurarij vel vſurarij non manifeſti, rumpitur ſi poſt teſtator incipiat fœnerari ſm Bald. no. in l. 2. in fi. de contrahe. † Et no. qđ ſi vſurarius poſt præſtitam cautionem interpellatus
44 vt vſuras reſtituat ſit in mora, habetur perinde ac ſi non cauiſſet ſm Bald. in auth. cui relictum. 4. col. de indi. uid. toll. Debet autem cauere vſurarius volens teſtari. d. c. q̄q̄. etiam ſi habet priuilegium a Papa de liberè teſtando ſecundum Bar. in l. ſi quando. § illud. C. de inoffi. teſtam. Quam cautionem poteſt vſurarius præſtare etiam coram honeſtis perſonis quando aliter ſtaret per epiſcopum vel ſacerdotem quin etiam præſtet, vel quādo eſſet apud barbaros vbi non eſſet epiſcopus vel ſacerdos ſecundum Bal. in d. l. executorem. vbi etiam vide per Bald. quid iuris ſit quando vſurarius non inuenit fideiuſſorem, poteſt tamen vſurarius teſtari prohibitus nō præſtita cautione donare cauſa mortis vel inter viuos omnia ſua bona ſecundum Bald. in d. l. executorem. tertia colum. & Pau. de Caſt. in conſil. 381. vbi etiam ſingulariter dicit domi. Pau. de Caſt. quod d. c. q̄q̄ habet locum in mero vſurario. i. in eo qui mutuat ad vſuram qui propriè dicitur vſurarius ſm Hoſt. in ſumma. de vſur. in prin. Non autem in mercatoribus vēdentibus ad terminum in credentiam pro pretio cariori vel alios contractus vſurarios celebrantibus ex quo principale propoſito eorum eſt mercari nō fœnerari, quod tene mentis.

45 † Sciendum eſt etiam quod vſurario promittente ſacerdoti reſtituere vſuras in articulo mortis quæritur actio. & exceptio eis quibus reſtitutio fieri debet no. in d. ca. quamquàm. & Spec. tenet. vbi ſu p. ver. item pone eum quidam.

46 † Subſequenter notandū eſt quod poteſt vſurarius in teſtamento facto nō ſeruata forma c. q̄q̄. conſtituere executorē & ſi omnia bona ſint reſtituenda pro vſuris qui executor præferri dēt epō niſi cōſtitutio ſit ī cōtrium, vel niſi fraudis ſuſpicio deprehendatur, vt tenet Bald. in d. l. nulli. 2. col. & Pau. de Caſt. in conſi. 383. in fi. Sed quid de ſubſtitutione pupillari facta pupillo vſurarij non ſeruata forma. d. c. q̄q̄. Bald. in l. humanitatis. vlt. col. C. de impu. & ali. ſubſti. tenet eam valere in bonis ſubſtituendis, non in aliis, quod eſt notādum. Poſtremo ſcire debes quod non poteſt vſurarius vendere bona ſua niſi ſaluo iure hypothecæ in eis pro reſtitutione vſurarū, vt tenet Bal. in d. l. executorem. 1. col. C. de executio. rei iudi. quod nota.

47 † Vigeſimoquartò quæro vtrum epſ cogat ad reſtitutionem vſurarum etiam ſocium vſurarij qui participauit de vſuris Bal. tenet q ſic in l. j. 15. q. C. pro ſoc. quod verum intellige. ſ. in loco in quo vſuræ extortæ ſunt ſm Pau. de Caſt. in l. ait prætor. §. ſed ſi dominus. de eden. item verum id eſt perſonis a quibus extortæ fuerit ſi certæ ſunt & compareant vel hæredes alias pauperibus ſunt dandæ. ſ. loci in quo extortæ ſunt ſm Pau. de Caſt. in d. § ſed ſi dominus. & Fede. de Sen. in conſil. 22. & no. in c. cū tu. & ibi Ioan. And. de vſuris. de qua reſtitutione vide plenè per glo. ordi. in regula pactum. lib. 6. Ang. tamē in repertorio. ver. vſuræ. dicit poſſe reſtitui pauperibus cuiuſcunque loci. facit. 12. q. j. cap. ex his. & alias ſup. diximus, idem ſi vagabundus ſit is cui fieri debet reſtitutio, quia pro eo pauperibus ſunt reſtituendæ ſi expenſæ itineris excederent quātitatē vſurarū ſm gl. in d. c. cū tu. & ibi per doct. Idem & ſi is a quo ſunt extortæ non repetat ſm An. no. in c. 2. de vſu. & Ang. in d. ver. vſuræ. Debet autē reſtitutio fieri per vſurariū. d. c. cū tu. & c. ſicut dignū. §. ecce. de homicidio. 14. q. 5. c. pe. Inn. in c. plerique. de immu. eccle. facit. 1. q. j. non eſt. vel etiā p epm loci in ſubſidiū. no. in d. c. 2. de vſu. in 6. & Hoſt. in d. c. cum tu. cuius dictum niſi intelligatur ſic. ſ. in ſubſidiū, non eſſet verū ſm Ang. vbi ſup. & Archid. in d. c. 2. &
48 ibi Io. And. in nouel. & Pau. in conſi. 146. † Circa prædicta non eſt omittendum q ſi quis hēt furnū vel molendinum & mutuat pſonis vt vadant ad furnū vel molendinum ſuū, dr vſurā exercere, & dēt fieri reſtitutio talis vſuræ æſtimandæ ſm quantitatē acceſſus & lucri pauperibus illius loci nō pſonis quib mutuauit, vt no. Io. Cal. in c. ſi de vſu. quem refert & ſequitur Pet. de Peru. in trac. de ſocietate. 4. parte 9. col. verſi. ſed nunquid ſi
49 dñs quod no. perpetuo, quia quotidie de facto contingit. † Pro practica verò ſciendum eſt q qñ fit reſtitutio vſurarum debet edictum gñale proponi vt compareant omnes qui ſoluerint vſuras tali, & hoc ſi certi non ſunt hi a quibus extortæ fuerunt, alias. o. nominatim ſunt citandi. no. in c. 2. de vſu. in 6. Io. no. in c. ſignificauit de teſta. & Ang. in d. ver. vſuræ. Iudæi etiā poſſunt cogi ad reſtitutionem vſurarum per indirectum. ſ. priuādo eos communione Chriſtianorum. glo. eſt in c. de terris de deci. per c. poſt miſerabilem. de vſu. vbi vide, ſed non ſeruatur.

50 † Vigeſimoquintò an epſ poſſit diſtribuere inter pauperes bona peregrini mortui inteſtati. & dico q ſic, per text. in auth. omnes peregrini. C. cōia. de ſuc. vnde no. q epſ etiam cauſæ inteſtati eſt diſtributor ſm Bald. ibi, quod eſt verum ſi non ſint agnati vel legitimi hæredes vt ibidem. Dr autem peregrinus is qui eſt extra ſuam patriam. in auc. vt diffe. iud. in prin. & ibi Iac. Bel. in lec. & no. in l. ciues. in fi. C. de incol. lib. 10. Item quando non eſt in loco vbi habitat ſm Bartol. in l. j § habitat. ff. de his qui deie. vel effu. Et poteſt tanq̄ vagabundus vbiq; conueniri. Bal. in l. cum longi. C. de longi. temp. præſcrip. Sed quia auc. loquitur etiā de aduenis, ſcias q aduena dr quaſi incola. l. pupillus. §. aduena. de verb. ſig. & no. in l. hæres abſens. §. ſi quis tutela. ff. de iudi. Intellige tñ de incola qui receſſurus eſt ſecūdum Flo. poſt glo. in l. Aquil. ſi delctum. ff. ad l. Aquil. Et propterea in quæſtione de facto tenui alias ſimul cum Vicario Reuerendiſſimi dñi epi Firmani cō Cōmune Firmi † q epſ tanq̄ diſtri-
51 butor bonorū ſuccedere debeat cuidam Lombardo qui inteſtatus deceſſit in Firmana diœceſi, & ſine agnatis, licèt habitaſſet in diœceſi p duos annos qa propriè aduena dicebatur. i. quaſi incola non propriè incola, quia receſſurus per prædicta. Aduenæ verò veniunt appellatione populariun ſm Bald. no. in c. j. de forma fide. in vlt. feu. per tex. ſing. in auc. de quæſtore.

52 † Vigeſimoſextò quæro ſi vnus de tribus vel quatuor executoribus teſtamētarijs mortuus ſit, an epſ aliū ſurroget in locū illius, an verò alii ſuperſtites exequant pro eo Rñd. q fauore vltimarū uolūtatū alii exequunt, ſiue vnus ſit mortuus, ſiue abſēs in remotis, ſiue nolit exequi c. fi. in fi. de teſta. ī 6. quod eſt verū niſi teſtator aliud iuſſerit. ut ibi. & Bar. in l. g proprio. § ſi duob. ff. de pen. ſed Bal. in l. nulli. ult. col. de epi. & cle. dicit idē, & addit q nō pōt epſ aliū loco mortui ſui rogare, nec ſe illis adiūgere, qa non ſupplet in caſu fortuito, ſed in dolo & negligētia ſuc, Spec. in d. § nunc uero. o aliqua. uer. quid ſi ſunt plures, dicit q ſi teſtator

teſtator mandauit executoribus ſolui certas res certis perſonis,
poſſunt conſocij executores defuncti vel abſentes ſoluere, li-
cèt malè faciant ſi modo requirant abſentem, ſed ſi mandauit
res vēdi, vel pecuniam diſtribui arbitrio executorum, non pōt
vnus ſine altero exequi, ſi verò iuſſit teſtator fundari eccleſiam
vel aliud opus nouum fieri ad piam cauſam debent omnes nō
vnus ſine altero interuenire, ſi tñ vnus diſcordet debet epiſco-
pus cogere omnes, nec debet tunc vnus alium ſurrogare etiam
altero mortuo, omnibus tñ diſcordantibus vel negligentibus.
Epiſcopus gratificat illis qui pauperibus locis vel perſonis pro-
uidere intendunt. ita tradit Spec. vbi ſup. & ibi Io. And. in addi.
& Bal. in add. ver. inter executores. Item ibi Io. And. in addi. pri
ma dicit ꝙ vno mortuo abſente, vel nolente exequi alter re-
quiritur niſi teſtator alter cauerit. d. c. ſi in fi. de teſta. in 6. vbi ēt
53 gloſ & doct. † Sed an executoribus abſentibus epiſcopus exe-
quatur, vide Bal. in c. ſi facta. ſi de feu. fue. contr. in vſi. feu. Item
quid ſi de duobus tantum executoribus alter deceſſerit, Spec.
vbi ſup. ver. 49 dicit poſt multas opi. ꝙ ſi teſtator eos conſtituit
coniunctim vel ſimul & inſolidum. diſtributio accreſcit alte-
ri. Secus ſi diſiūctim & in partem, quia loco defuncti alius per
epm ſurrogatur qui nō tenetur cauere ſicut nec ſi fuiſſet teſta-
mentarius, dummodo ſurrogationi ipſius conſenſerint legata
rij. Io. And. in addi. refert opi. Iac. de Are. qđ ſolus ſuperſtes nō
poſſit niſi conſtet de contraria voluntate teſtatoris, licet in tu-
toribus ſit ſpeciale, quod no. ſi tñ de quatuor duo ſint mortui
poſſunt ſuperſtites exequi ſecundum Paul. de Caſt. conſi. 146.
per rationem. c. ſi. & ibi doc. de teſta. in ſexto.
54 † Quid autem ſi vnus tantum executor datus eſt & deceſſit.
Rñdeo ſi deceſſit re integra epiſcopus ſuccedit, & exequitur.
aliàs hæres executoris, vt tenet Spec. verſic. 81. & ibi Ioan. And.
in additio. vbi etiam Bald. in verſi. ſi omnes, vbi dicit epiſcopū
exequi ſi omnes ſunt mortui qui dati fuerunt executores ſm
Spec. in verſi. 50. dicit quod ſi ſolus datus eſt & deceſſit, vel plu
res & omnes mortui ſunt, exequitur hæres, qui ſi non eſt cer-
tus, debet epiſcopus tanquàm legitimus executor exequi, ſed
nullo dato executore epiſcopus deputabit, ſm uerò quoſdam
Spec. ibi uerſi. 81. dicit in fine ꝙ mortuo executore poteſt epi-
ſcopus alium ſurrogare ut ibi. & in uerſi. 69 ſed ſi aliter. & uerſ.
ſequen. An autem unus executor poſſit ſine altero exequi Bal.
in additio. Spec. ubi ſup uerſic. inter executores, dicit quod de-
bent ſimul oēs conuenire, ſed uno nolēte poteſt alter exequi.
c. ſi. de teſtamen. in 6. ſm Bar. in l. qui proptio. §. ſi duobus. ff. de
procur & tenet Ioan. And. in addi. in uerſi. an executor. tu etiā
uide Bal. in d. l. nulli. & l. ſi apud. & ibi Petr. de Sun. C. de appell.
& in l. 2. §. 3 C. commit. delega. & Dyn. in l. ſi plures. ff. de admin.
tuto. Sed an executio poteſt diuidi inter eos. uide An. Bo. in
apoſtillis in l. ſi quis Titio. de leg. 2. ubi dicit fieri, ſecundum qđ
no. in l. in uenditione. §. fi. ff. de bo. auct. iudi. poſ. & inſti. de ſuſp.
tu. § quod ſine. Et ſciendum quòd mortuo executore incerto-
rum reſtituendorum ſuccedit epiſcopus eius loco ſecundum
Bal. in addi. Spec. ubi ſup. uer. ſi moritur. & ibi Spec. uer. ſed po-
ne. & uerſi. ſed quid erit, quod no.
55 † Vigeſimoſeptimò quæro utrum eps executor cogat filios
teſtatoris ſoluere qđ teſtator reliquit pro anima arbitrio filio-
rū. Rñd. ſic, non obſtan. quod in legato non ſit expreſſa quan-
titas, ut tenet Spe. in d. §. nunc uerò aliqua. uer. 26. quod intelli-
git ibi Io. And. in addi. ut peti poſſit inſpecta conditione per-
ſonæ, numero filiorum, & facultatibus defuncti, quod no. quia
ſpeciale eſt hoc caſu ut ualeat legatum incertum fauore piç
cauſç. & tenet Bal. in l. nulli. 2. col. C. de epiſ. & cleri.
56 † Vigeſimooctauò quæro utrum ſi hæres nolit exigere a de
bitoribus hæreditarijs quō ſuccurratur pauperibus uel legata-
rijs. Rñdeo quod epiſcopus cogere debet ad agendum ne uo-
luntas defuncti impediatur. ut in Spec. vbi ſup. verſi. 39. ubi etiā
dicit cogi poſſe offi. iudi. uel condi. ex l. nulli. de epiſ. & cler. ad
inſtantiam legatariorum, quod not. Adde quod ſi hæres con-
uentus per executorem teſtamenti excipit contra eum quod
agere nō poſſit aliqua de cauſa, cogitur mero officio epiſcopi,
uel prætoris tradere rem legatam legatario ſecundum Spec. in
uerſi. 41. ibi uide, & ita de facto uidi ſeruari.
57 † Quæro coram quo iudice agat executor cōtra hæredem,
vel debitorem hæreditarium, vel etiam legatarius ꝯ eoſdē, vel
contra executorem. Reſpondeo quòd coram epiſcopo loci in
quo defunctus domicilium habuit. vel originis, vel etiam corā
iudice laico vtriuſque loci ſecundum Spec. vbi ſupra verſi. 44.
vbi vide omnino. & in verſic. 87. quid ſi epiſcopus in cuius, &
c. ſeq. quod intellige ſecundum Io. And. ibi in addi. in prin. di-
uiſim non coniunctim. i. ſimul, & ſemel. Idem etiam dicit ibi
Io. in epiſcopis, quia quilibet exequetur in ſua dioceſi quando
teſtator bona poſſedit in diuerſis locis ſub diuerſis epiſcopis,
quod intellige ſi habuit bona in dioceſi originis & in dioceſi
domicilij. ſi verò in neutra, ſed in tertia, & tunc præfertur eps
originis. Sed ſi dioceſis originis eſt dubia præfertur eps domi-
cilij, de quo etiam ſi dubitatur prçferetur eps loci in quo defun
ctus eſt ſecundū Io. And. ibi per dictam l. nulli quod bene no.

58 † Vigeſimononò quæro vtrum executor teſtamēti debeat
reddere rationem epo Rñd. ſic ſm Bald. in addi. Spec. de inſtr.
edi. verſic. omnis executor. & in d. l. id ꝙ pauperibus. vlt. col. de
epiſ & cler. & plenius in l. nulli. 3. col. eod. tit. & ibi Spec. ver. 47.
qđ dicit verum prçſentibus hçredibus & legatarijs etiā quibus
nō ſit integrè ſolutum cum ipſorum interſit. Idē in tutore, cu-
ratore, & geſtore negotiorū ſm Spec. ibidem per l. 2. ff. de neg.
geſt. in l. j in princ. de tut. & cu. da. ab his. l. actus. ff de admi. tu.
C. eo. tit. l. rationes C. de arbi tu. l. tutorem. cum ſi, quod no. Et
intellige ꝙ ratio addi debet epo. vt ſup. per cle. eos qui de teſt.
per quam patet etiā exemptos nedum ſubditos teneri & poſſe
per epm delinquentes puniri, immo tenentur offerre rationis
redditionem etiam non petitam vt ibi per glo. & tenet Ioan.
And. in addi in d. ver. 47. quod etiam no. Et ſubdit ibi Io. And.
ꝙ etiam officio nondum finito tenetur reddere rationem de
male geſtis licet ſecus ſit in tutore. l. ſi finita. & ibi Bar. de tu. &
rat. diſtr. l. aduerſus. & l. rationes. C. de admi. tu. l. j. §. finito. de
contra. iudi. tu. Bar. in l. j. in prin. ff. iudi. ſol. & in l. 3. §. 2. eo. tit. &
Io. And. ibi dicit ꝙ eſt verum etiam ſi ſit ſuſpectus & hēt adiun
ctum ſm glo. & Bar. in l. ſi tutor. §. ſi tutori. ff. de tute. & ratio. di
ſtrahen. ſecus tamen in curatore vt ibi & l. cum curatore & ibi
Bart. de admi. tu. Et ſciendum ſm Io. And. in addi. ꝙ tutor vel
curator de geſtis ante tutelam vel curam poteſt conueniri du
rante tutela vel cura & alter contutor vel curator auctorizat,
ſed ſi conſocium non habet, dādus eſt curator, pro geſtis verò
tempore tutelç vel curæ extra officium vt pro furto vel iniuria
oritur actio durante officio, quæ tamen non intentatur niſi fi-
nito officio, ſi verò actus concerneret officium, non naſcitur
59 actio pro eo niſi finito officio. † Nec prætereo quod ſi ſunt plu
res tutores vel executores. non poteſt vnus reddere rationem
ſine altero, ne ratio diuidatur cum ſimul tota reddi debeat ab
omnibus ſm Bald. no. in l. ſi plures. 7. colum. C. de condi. inſer.
Et debet ratio reddi nedum pupillo, ſed etiam agnatis eius hæ-
redibus ab inteſtato. l. ſi pater. & ibi Bald. C. cōia de ſuc. Nec de-
bet reddi amplius quàm ſemel ſi is qui reddidit habet apochā
de ratione reddita. l. ſemel. & ibi Bar. C. de apo. pu. lib. 10.
60 Requiruntur † autē in redditione rationis plura.
Primò quòd chartæ rationū ex-
hibeantur & pupillo reddantur. l. fin §. inter cætera. & ibi Bar.
ff. de liber. lega. l. ſi ita fuerit. & ibi Bart. de ma teſta. in §. quæri-
tur. l. ſi cui libertas. & l. cum ſeruus. in fi. & ibi Bartol. & Ioan. de
Pra. de condi. & demon. & Ioan. de Pra. in l. prima. §. officio. &
ibi Bart. ff. de tu. & ra. diſtra.
Secundò quòd reddatur quicquid pupillo ſoluendum eſt.
l. non ſolum. §. is qui reddidit de liber. leg. l. ſi quis ita. §. duo. de
ſta. liber. l. quamuis. de condit. & demonſtrat. l. cum teſtamen-
to. ff. de ma. teſta.
Tertiò ꝙ oſtendantur debitores pupilli fuiſſe idoneos tem-
pore contractus initi cum eis a tutore.
Quartò ꝙ ei cuius patrimonium adminiſtratum eſt rō red-
datur, oſtendatur, & computetur. d. l cum ſeruus.
Quintò ꝙ reddatur ratio de non geſtis quæ geri debuerunt
ſicut & de geſtis, & ſit certus ꝙ tutor ex cā fideiuſſionis agno-
uit. C. de hære. tut. l. pe. l. qui hæredes. & l. aduerſus.
Sextò ꝙ inſtrumenta reddantur pupillo pro quibus pōt in
litem iurare contra hæredes tutoris dolo vel lata culpa non re
ſtituentis. l. aduerſus & l. is qui. C. de in lit. iur.
Septimò ꝙ etiam fructuū & reddituum ratio habeatur ſm
qđ cōiter ꝑcipi potuiſſent. ff. de adm. tu. l. ſi ſine § Modeſtinus.
el 2. Ita tradit no. Ludo. Pon. in conſi. omnipotentis Dei poſtu
lato ſuffragio, quo ad primum &c. quod vide. & omnino per
glo. & per Bal. in l. cum teſtamento. C. de teſtamen. manu.
Octauò adde requiri ꝙ ratio reddatur plenè, & bona fide
ſecundum Bal. in l. pen. 7. col. C. de condi. inſer.
Nonò ꝙ oſtendatur primo introitus quàm exitus ſecundū
Nico. de Nea. in l. Spadonem. §. ratiocinatio ff. de excu. tuto.
61 Prædictis † adde quòd cum ratio redditur, probatur
nihil eſſe ſubtractum eo ipſo ꝙ non proba-
tur contrarium ſecundum Bar. in l. qui ſub conditione. de ꝯd.
& demon. Dicitur autem reddita ratio quādo poteſt iuuari be
nigna & ꝓbabili ſuppletione ſm Bal. in l. j. 7. col. C. de ſer. fugi.
& ſciendum ꝙ rationis redditio poteſt a teſtatore remitti. l. cū
neceſſitatem. & ibi Bar. C. de fideicom. l. Aurelius. & ibi Bar. de
lib. leg. Debet verò reddi ratio in loco vbi geſta eſt. C. vbi de
62 ratioci. agi opor. l. j. & ibi glo. & docto. & Bald. † Et no. ꝙ is qui
debet rationem reddere poteſt petere poni calculatores q re-
uideant & iudicent de reliquis. l. ſicut libertas. & ibi Bart. ff. de
condi. & demon. Et quia ſup. proximè dictum eſt ꝙ pōt remit-
ti redditio rationis. dic talem remiſſionem non operari libe-
rationem ab eo ꝙ debetur nec a dolo. l. ſi ſeruus vetitus & ibi
Bar. de leg. j & Io. And. in addi. Spec. ubi ſup. ver. nōtandum. in
addi. quç eſt in fine formç ibi poſitç circa ꝯſtitutionē executo-
ris, qđ tene menti, quia quotidie de facto occurrit. Operat̄ aūt
talis remiſſio duntaxat ne ſcrupuloſa fiat exactio ſm Bart. no.
in l. ne quicq̄. §. de plano. ff. de offic. procon. & le. Idē eſt etiā qñ

teſtator committit conſcientię executorum ſecundum Ioan. And.ſingu.in addi.Spe.vbi ſup.verſi.48 & Bald in d.l.nulli.

63 † Sed an pater teneatur reddere rationem adminiſtrationis filio de aduentitijs. Rñd. non.l.cum oportet.§. non autem & ibi doct.& Bar.C.de bo.quæ lib l.cum non ſolum.§. hoc proculdubio eod tit qđ verum eſt niſi adminiſtrauerit vt datiuus. l.ſi ſupſtite.C de dolo.l.Aurelius.§.Titio.ff.de lib. leg ſm Lud. Pon.in ſing.ver.rõ verò quæro vtrum pater. Item niſi ſit nuor filij emancipati ſm Bald. in d. l.ſi ſuperſtite. & in l.licet.in ſi.ad l.Falc.& in auc.eidem de ſecun.nup.in l.cum oportet §.fin.de bo.quæ lib.& hoc voluit dicere Ludo. vbi ſup vide tñ Bald in l.orphanotrophos C.de epiſ & cle.& glo.& Bar.in l ſi is qui.in princ.ff.de tu.& cu.da.ab his.& Ang in auc.de nup.§.ſed qđ ſei. col.4

64 † Quid econtra an filius curator patris furioſi teneatur reddere rationem glo.tenet ꝙ ſic in d.l.ſi is qui.ſecundum Ludo Pon.vbi ſup.idem dic in matre tutrice quæ teneatur reddere rationem l.hac ędictali.§.is illud.de ſecun.nup.l.2 C. quãdo mu.tu.offic.fun.po.l.ſciant C.de ſuis & leg cum ſi. Supra diximus ꝙ executor tenetur reddere rationem epiſcopo,ſed an cõ ſocio executori.Io.An.tenet ꝙ ſic in d.addi.m.in Spec. vbi ſup. ver.an executor per l.3.§ 7 de admi.tut vbi contutor rationem exigit a contutore quod dixit verum ſ.extra iudicium.non in iudicio per l.2.C de admi tuto. vbi no.ꝙ curator a concuratore rõnem non exigit.& l.actus.ff.eo. tit. Executores ergo debẽt ſibi inuicem actus communicare quos faciunt,alias qui nõ facit vel qui non communicat ſocio adminiſtrationem poteſt vt ſuſpectus deferri, quæ accuſatio eſt publica & cuilibet competit fauore pię cauſę,videlicet quando executor vnus nõ admitteret ſocium ad exequendum in piam cauſam, & maximè ſi ipſe non fideliter exequeretur. Idem etiam eſſet quo ad alia relicta non pia ratione priorum ſecundum Io.And.vbi ſup. in ſi.& tenet Bald.in addi d.ver.inter executores.vide etiam Bar. in l.qui proprio.§.ſi duobus.ff.de procur.text.glo.& doc.in c ſi. de teſta.in 6.vbi eſt no.cauſ.

65 † Sed nunquid ſit ſtandum libro executoris cuius in ſo teſtator ſtari iuſſit Spec.tenet ꝙ ſic in verſi.48. vbi dicit verũ niſi male geſſerit in officio & de mẽdacio arguatur, quod no. Probat autem liber executorum in nummis non in magnis expenſis,vt tenet Bal.in l.id quod pauperibus.vlt col.C.de epiſ.& cle. Probat etiam eius iuramentum ſi ẽpo videatur ſm Bal.ibidem quod eſt verum in nummis,vt dicit idem Bald.in l.nulli.3.col. eo.tit.quem etiam vide in rubr. C.de fide inſtr & Pau.de Caſt. conſi.15.vbi bene loquitur & Dyn. in l.3.§.de officio. ff.de tu.& ra diſt.quæ omnia tene menti perpetuo.

66 Trigeſimò quęro † an ſucceſſor epiſcopi teſtamentarij executoris ſuccedat etiam in officio executoris.Spec.in d.§ nũc vero aliqua. verſi ſed quid erit in prælato. tenet ꝙ ſic, & allegat multa iura, vel ſecundum eum poteſt diſtingui ꝙ ſi factus eſt executor teſtamenti epiſcopus expreſſo nomine proprio ſine nomine dignitatis non tranſit eius officiũ ad ſucceſſorem, ſi verò eſt expreſſum nomen dignitatis ſine nomine proprio, & tunc trãſit cum ſucceſſor ſuccedat in onere,& honore, ſed ſi vtrunq; nomen eſt expreſſum,& tunc idem ſ.vt non ſuccedat in tali officio ſm Io.And.ibi in addi. vbi addit hunc tertium caſum.Bar. tñ in l.qui liberis.§ hæc verba,de vulga.& pupil.& in l.a filio.in prin.ff.de ali.leg.& Bald. in l.fi.2 6.q.C de hæredi.inſtitu.dicunt contrarium in hoc tertio membro.ſ.vt tranſeat ad ſucceſſorẽ tale officium, ſi fuit appoſitum nomen appellatiuum, de quo ẽt vide per Bal.in l.cum proponas.C.de fideicom.lib.& Lanfr. in tractatu de arbitro.6.parte.2.col Poteſt etiam diſtingui ſm Spec.vbi ſup. quod ſi teſtator erat extraneus prælato videatur habitus reſpectus ad dignitatem, & per conſequens ſucceſſor admittitur,ſi verò erat coniunctus,& tunc ſecus,cum reſpectu ſanguinis potius quam dignitatis præſumatur eius officium a teſtatore commiſſum. Ita etiam tenet glo. not. in c.ſi.§.ſi.ad ſi. de teſta.in 6. per c.requiſiſti. de teſta.12. q. 2.Pontifices.quæ diſtinctio ſatis placet & bona eſt.

67 † Trigeſimoprimò quæro an epiſcopus executor teſtamẽti poſſit diſtribuendo bona de illis eccleſiæ ſuæ dare. Rñd.ſic ſi habet conſocium,quo caſu etiam ſibi,& coniuncto ſuo pauperi & eccleſiæ ſuæ dare poſſet,non ſi ſit ſolus,niſi valde indigentibus ſecundum Ioan. And. in addi. vbi ſup. hic, ſed quid erit in addi.m.quod ſing.no.de executore autem quid iuris dixi ſup.

68 † Trigeſimoſecundò quæro an mortuo epiſcopo executore legitimo ſuccedat capitulum in officium exequendi. Spec. tenet qđ nõ,& Io.And.in addi.vbi ſup verſiculo. item circa legitimos de quo etiam per Io.And.in c. Ioannes.de teſta. in nouella.verſi.diœceſanum. Itẽ dic verũ eſſe epiſcopo infirmo vel abſente ſm Spec & Io.And.vbi ſup. ver. quid ſi epiſcopus. Archiepiſcopus verò non ſuccedit in d. officium epiſcopo mortuo,vel abſente,ſed demum epiſcopo negligente ſm. c.pe vbi ſup.ver item nunquid archiepiſcopus. Sciendum tamen eſt ꝙ epiſcopo mortuo ſuccedit capitulum in officio compellendi executores ad exequendum, quod officium competebat ẽpo, quia talis compulſio eſt iuriſdictionis in quam ſuccedit capitulum Sede vacante.vt tenet Io.And.in d.c.Ioannes. & in d.addi. ꝙ no. Iudex etiam ſecularis implere poteſt officium exequẽdi epiſcopo mortuo, vel abſente ſecundum Spec.vbi ſup.ver.ſed nunquid iudex ſecularis. quod tene cordi.

69 † Trigeſimotertio quæro ſi teſtator mortuo cępit diſtribuere ẽps loci in quo teſtator deceſſit, nunquid poſſit poſtea ẽps originis impedire. Rñdeo non, ſed quilibet eorum admittitur cum habeant parem poteſtatem per l.nulli.de epiſ.& cler.Nec vnus poteſt retractare qđ alter legitimè fecit ſm Spec. vbi ſup. ver quid ſi epiſcopus in cuius. item & epiſcopus loci originis, & ẽps domicilij habet parem poteſtatem diſtribuendi d.l.nulli. præſuppoſito ꝙ teſtator natus in vno loco habeat domicilium in altero ſm quoſdam. Alij verò dixerunt ẽpm domicilij præferendũ niſi in loco originis ſint facultates defuncti diſtribuendę vt tenet Spec. ibi. ver.ſed quid ſi fuit natus,Tn dic ſm Io And.ibi in addi alterum epiſcopum cogi ad exequendum literas alterius ẽpi pronunciantis Bald. autem in d.l.nulli.vlti. col poſt glo.dicit ꝙ ſi bona ſunt in vtraq; diœceſi, ſcilicet originis,& domicilij,vterq; epiſcopus exequitur quiſq; res ſitas in ſua diœceſi, ſi in vna tñ ille ſolus exequitur, ſi verò in neutra, ſed in tertia,& tunc præfertur ẽps originis ſi certa eſt, ſed ſi eſt dubia pfertur ẽps domicilij, qđ ſi eſt dubiũ exequitur ẽps loci in quo deceſſit ſm Iac de Bel ſm Bal.ibi ꝯcludit pferri eũ q cle ricus exequitur,& ſic locus eſt pūctioni,qđ eſt notãdũ ppetuo.

70 † Trigeſimoquartò quæro quid ſi quis in mari deceſſit quis exequetur eius teſtñ. Et Rñdeo, ꝙ epiſcopus ciuitatis p quem locus maris regitur.arg.l.inſulę.ff.de iud.l.pupil §.territorium. de verb.ſig.ſed ſi locus maris nõ diſtringatur per aliquã ciuitatem,epiſcopus viciniorus ciuitatis exequi poteſt ſm Io.And.in addi.Spe.vbi ſup.ver.quid ſi epiſcopus in cuius diœceſi. facit gl. no.in c vbi periculum.de elec in 6.qđ tñ limitat Io.And. verũ eſſe in his quæ teſtator moriens in mari ſecum haberet in naui,& niſi domiciliũ ſuũ eſſet vicinũ, ſed in loco remoto haberetur ratio loci in quo ſunt res teſtantis, vt ibi,quod nota.

71 † Ex prædictis infertur ꝙ cum hodie Veneti diſtringant hoc mare Adriaticũ, ſaltẽ ex præſcriptione tanti temporis qđ non ſit memoria in ꝯnum,quæ præſcriptio ſufficit eis ad quærendã iuriſdictionem maris,vt no.in d. c.vbi periculum.verſi.territorium,& tenet Bal.in rub.ff.de re.diu.2.col Bar.& Ang.in l.ſanè. ff.de iniur.& Ang in conſi.thema ſuper quo ꝯſilium quęritur. & d.m.Bartho.Cępo.in trac.de ſer.ruſti.c.de mare.

Patriarcha Venetiarum erit executor teſtamentorum omnium qui in Adriatico Mari decedunt,qđ tñ intelligo niſi quis in Mari deceſſerit propè aliquod littus vel oppidum per centũ miliaria,quo caſu iuriſdictio ſpecialis in Mari competat populo vicino ſm Bar ſing.in trac. Tiberia.2 parte.de inſula.in prin. propter quod dictum audiui do.meum.Barth. Cęp. in voce ſe de facto obtinuiſſe contra Ianuenſes, quod nauis Ianuen ſium capta in Mari propè Modonũ per octoginta miliaria fuit iuſtè capta per Venetos Modoni dominos,& ſic dominos loci maritimi in octuageſimo miliario propè Modonum. ſic in q noſtra dicendum puto epiſcopum loci ciuitatis vicinę Mari debere exequi teſtamentum defuncti intra centum miliaria ꝓpè littus vicinæ ciuitatis per prædicta not.& cogita.

72 † Trigeſimoquintò quæro epiſcopus mandat executori teſtamentario ad piã cãm ꝯſtituto ꝙ exequatur in tribus terminis an ſi executor ſit ꝯtumax in tertio termino,priuetĩ ptãte exequendi intra annũ Bal.tenet ꝙ ſic.in l.3.C.de ꝑc.Nã ſi per ẽpm moneat hẽt annũ ad exequẽdũ.l.nolli.& ibi doc.& Bal.de epi. & clc & c.nos quidẽ.de teſt. Annus verò currit executori a die ſciẽ,nõ ignorãti ſm Bar.& Bald. in l quinquaginta.de exec.tut. quod eſt verum etiã ſi in conſtitutione epiſcopi dicatur ꝙ annus currat ei a die mortis,qa ſubaudit̃ & ſcięt ię ſm Bal.in addi. Spec.vbi ſup.ver.executor dẽt exequi.in ſi. vbi vide omnino, & per Bar.in l.genero.ff.de infamibus,& in cõſilio Camerinenſis epiſcopus,& Bal.in l.j.3.col.C.de cad.tol.vbi dicit valere conſtitutionem prædictam contra ſcientes vel ſupinæ ignorãtes, non contra ignorantes iuſte. etiam ſi expreſſe contrarium dicat.quod etiam tenet Pau.de Caſt.conſi.145.2.col. Bald.in l.id qđ pauperibus.t.3.& 4. colum.dicit ꝙ per monitionem inducetur ſcientia,vel per conſtitutionem abſque alia monitione,qđ etiam vide per Bal. in cap.j.vlti. colum. quo tempore mil.& in d.l.j.de cadu. tol. ſed in l.captatorias. de teſta.mili.dicit executorem ignorantem ,& abſentem excludi poſt annum per c.ſi. de procu.in 6.vide etiam per Fran. de Pap.in l.quamdiu.C.qui admit.& oĩno per Bal.in addi.Spec. d.ver. executor debet exequi.Currit autem annus ignoranti ſi ignorantia fuit ſupina. vt dicit Bal.in l.3.C.de liber.cau. vt quia fuit præſens teſtamento in quo creatus fuit executor, & eſt conſtitutio epiſcopalis qđ intra annum fiat executio, quã ignorare ſupinũ eſt ſecundum Pau.de Caſt.in d.conſi.3.col.Item nõ currit annus ſi legata pia ſunt in diem, vel ſub conditione ſm Bart. & Bald. in l.quidam teſtamento.§.Stichus.de legat.3.& Bald.in d.l.id quod pauperibus.2.queſt.4 col.vbi dicit ꝙ ſi legatur ad pias cauſas poſt mor-

tem

tem filij,non currit tempus executori interim, ſed demũ mortuo filio,quod no. Item currit ſi executor ſimulauit ſe ignorare ſecundùm Ang.in l.1.ff.ſi quis omiſ.cau.teſta.

73 † Prædictis adde ꝙ executor per mortẽ teſtatoris monetur ad exequendum ſm Bar.in auc.hoc amplius.4. col.C.de fidei. quod ſ.dictũ eſt de anno.intellige ſm Bal in d.l.nulli.2.col. ſi qualitas executionis fiẽdæ patitur ꝙ etiã tenet Bal.in d.l.id qđ pauperibus.1.q.3.col. dũ debet. quod ſi fieri debet monaſteriũ quod intra annũ impoſſibile eſt fieri, durat officiũ executoris etiã poſt annũ ſm Fride.de Sen.cõſi.25.& dixi ſ.in 1.q.vide omnino Spec.vbi ſup.ver.pen.vbi dicit idem.& ſubdit ꝙ in pijs legatis ſex menſes ſunt ad exequendum numerandi ab inſinuatione teſtamenti per tex. in auc.ſi autem legatum. de eccl.titu. col.9.vel a tẽpore binæ monitionis fiendam executori ſecundum Spec.ibi.& ſup.dixit,item dicit in Spec. ſm alios terminũ ad exequendum tãquàm a iure non taxatum eſſe arbitrio epiſcopi, vel iudicis, immo ſi bis monitus nõ exequatur, priuatur officio ſm Spe.ibi.& Bal.in l.3. C.de procu. & ſ.dixi quod not.

74 †Vltimo ſubdit Spec.ibi in fi.ꝙ quàmprimum epiſcopo cõſtat de malitia executoris nolentis exequi,non eſt expectãdus, ſicut nec alias contumax manifeſtus per c.ibi.de iudi. & l.fi.de tempo. app. Poteſt tamẽ ex cauſa terminus prorogari per epiſcopum executori ſecundùm Bal.in d.l.nulli.2.col in fi.videlicet ex cauſa.

75 †Sed quid ſi ſtatutum breuiat tale tempus.Reſpon.ꝙ breuiatum vel prorogatum intelligitur cum prioribus qualitatibus.l. ſuperuacuam.& ibi Bal.C.de tẽpo.in integrum reſtit.pe. & l.cõtractibus.C.de non nume.pecu.& alias ſup.diximus in alia q.

76 † Trigeſimoſexto quæro ſi epiſcopus dicit ſe perdidiſſe memoriale ſibi datum continens quantitatem reſtituendã de bonis teſtatoris,& perſonas quibus reſtitutio fieri debebat,& vult ipſe diſtribuere,& exequi tãquam in caſu incerto, an audiatur. dic quod non,niſi coniecturę ſuadeant quid & quibus ſit reſtituendum ſecundùm Bal.in d.l.id quod pauperibus.12.q.

77 † Trigeſimoſeptimo quomodo epiſcopus diſtribuat alimẽta inter pauperes,an det vni quantum alteri,& dic quod ſic,videlicet de cibo, & potu etiã ſi vnus plus quàm alter comedat, & bibat.veſtimenta verò debet præſtare ſm quãtitatem perſonarũ.vt tenet ſingu.do.m.Barth.Cœp. in tract. de ſeru.ruſti.tit. de aquæductu 3 q.prin.vide omnino,& tene menti perpetuo.

78 † Trigeſimooctauo an epiſcopo præferatur executor in teſtamento datus etiã ad reſtituenda omnia bona tanquàm malè ablata inuẽta.Bal.tenet quod ſic in d.l.nulli.2.col.C.de epiſ. & cle.lo.An.in c.ſi de teſt.in 6. in nouella. quod eſt notandũ.

79 †Trigeſimonono quæro an epiſcopus,vel executor exequi poſſit abſente vel inuito hærede Bal. tenet quod ſic in d.l.nulli.cum pro ſua conſcientia non hæredis debeat diſtribuere. & tenet Dy.in l.legatum. ff.de vſufruc lega. ſed quomodo diſtribuant ſi teſtator non declarauerit ſummam diſtribuendã.Reſpõ.quod eſt in arbitrio epiſcopi,vel executoris inſpecta dignitate perſonæ teſtatoris, numero filiorum & facultate bonorũ ſecundum Bald.in d.l.nulli. vbi alleg.Iaco.de Are. in tractatu executorum ſic tenuiſſe,quod no. & tenet Spec.vbi ſ.verſi.21. & Ioan. And.ibi in addi.quod eſt notandum.

80 Quadrageſimo quæro †an epiſcopus debeat diſtribuere ꝓ anima teſtatoris ſi non conſtet quod fuerit chriſtianus. Reſpõ. ſic ſecundùm Bald.in d.l.nulli.3.col.

81 †Quadrageſimoprimo quæro ſi executor renuntiat officiũ epiſcopo,an poſſit pęnitere. Reſp. ſic videlicet re integra,alias non, vt tenet Bald.in l.deleri.C.de fideicom.li.& in l.2. §.ſed & ſi quis.3.q.C.communia de lega.

82 †Quadrageſimoſecundo quęro an epiſcopus executor poſſit dare fundum pauperibus quem teſtator iuſſit vendi, & dari pauperibus. Reſpõ.non, niſi fortè emptorem non reperiat, vt tenet Bal.in l.voluntas.in fin.C.de fideicom. in lectu.anti.ꝙ eſt no. Pro quo facit,quia poteſtas obligatus dare baliſtas cõmunitati. non poteſt dare pretium earum, nec dãdo illud liberatur, quia non poteſt dare aliud pro alio ſm Barto.not.in l.1. C.de fabri.lib.11.Ego tamen in multis pręturis meis feci cõtrarium. ſed tu not.quia facit ad multa.

83 † Quadrageſimotertio quæro an epiſcopus poſſit dare fraternitatibus legatum factum ad pium vſum. Reſpondeo ſic,ſiue fuerit expreſſus pius vſus,ſiue nõ,quia ſubintelligitur ſecundùm Bald.in l.id quod pauperibus.21.q.de epiſc.& cle. Sed legatum factum pauperibus in genere epiſcopus diſtribuit tanquàm pater pauperum,prout vult. vt tenet Bald. in l.ſi quis ad decli.in prin 3.col.eo.titu.facit quod no.in c.2.de ſepul.& in c. ſi pater.de teſta.in 6.

84 †Quadrageſimoquarto quęro nunquid epiſcopus pro pauperibus ſubſtitutus pupillo excludat matrem pupilli. Reſp.ſic, ſecundũ Barr.in l.centurio.ff.de vulg. & pup.ſed Bal.tenet contrarium in d.l.ſi quis ad decli.4. col. quem vide plenius loquentem in l.precibus.ver.procedo vlterius.C.de impu.& alijs ſubſti.dic vt ibi per Bal.& doct.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius epiſcopi an dicatur ordinarius vel delegatus.*
2 *Vicarius epiſcopi an alium vicarium creare poſſit.*
3 *Vicarius epiſcopi nunquid dicatur habere eandem iuriſdictionem quam habet epiſcopus.*
4 *Vicarius epiſcopi an cognoſcat de cauſa delegata epiſcopo, & econtra.*
5 *Vicarius curam animarum nunquid dicatur habere.*
6 *Vicarius epiſcopi mortuo epiſcopo, an perficere poſsit cauſas iam inchoatas viuo epiſcopo.*
7 *Epiſcopus an teneatur de imperitia vicarij ſui. Et quid de poteſtate ciuitatis.8.*
9 *Poteſtas non tenetur de geſtis extra officium per ſuos officiales niſi ad exhibendum eos ſi poteſt.*
10 *Geſta per vicarium an valeant ſi de eius mandato non conſtat.*
11 *Vicarius qualiter à delegato diſcernatur.*
12 *Vicarius archiepiſcopi,an habeat iuriſdictionem in ſuffraganeos eius.*
13 *Epiſcopus ſi eſt priuilegiatus, vt ab eius ſententia non poſsit appellari, an ſuus vicarius eodem priuilegio gaudeat.*
14 *Vicarius epiſcopi an poſsit remoueri ad libitum epiſcopi.*
15 *Generalis vicarius epiſcopi an poſſit cognoſcere de criminibus.*
16 *Vicarius an poſsit ferre ſententias corporales ſine poteſtate.*
17 *Vicarius epiſcopi nunquid diſpenſare poſsit cum clerico adultero,vel in caſibus in quibus poteſt epiſcopus.*
18 *Recuſatio epiſcopi an includat recuſationem vicarij ſui.*
19 *Vicario ſuſpecto nunquid etiam epiſcopus eſt ſuſpectus.*
20 *Vicarij ſi ſunt duo inſolidum conſtituti per epiſcopũ qui in cauſa proferant contrarias ſententias, quæ præualebit.*
21 *Generalis vicarius epiſcopi nunquid conferre poſsit eccleſiaſtica beneficia.*
22 *Laicus an poſsit eſſe vicarius epiſcopi.*
23 *Vicarius epiſcopi nunquid ſuccedat in legato facto ſuo præceſſori ſub nomine dignitatis.*
24 *Vicarius epiſcopi primus an cenſeatur renocatus per conſtitutionem ſecundi. Et quid in procuratoribus.25.*
26 *Procurator vnus ſi habet mandatum generale, & alter ſpeciale quod præualebit. Et quid in legatis Papæ.27.*
28 *Delegatus primus an videatur reuocatus per vltimum. Quid de ordinarijs 29. Item de tutoribus 30. Et quid de executoribus vltimarum voluntatum 31.*
32 *Conſenſus vicarij epiſcopi abſentis nunquid ſufficiat in collatione beneficij eccleſiaſtici,quando ſine conſenſu epiſcopi fieri non poteſt.*
33 *Vicarius epiſcopi an poſsit eligere ſibi tribunali in cauſis agitãdis etiam in eccleſia de conſuetudine.*
34 *Vicarius epiſcopi abſentis nunquid poſsit cognoſcere de cauſa ſuſpitionis allegatæ contra delegatum epiſcopi.*
35 *Vicarius archiepiſcopi nunquid cognoſcet de appellationibus interpoſitis ad archiepiſcopum.*
36 *Vicarius epiſcopi ſi ſententiã protulit, an ad epiſcopum ſit appellandũ. 38.*
37 *Vicarius epiſcopi poteſt ne reſtituere in integrum aduerſus ſententiã ſuam ſicut poteſt epiſcopus.*
39 *Vicarius epiſcopi vigore reſcripti Papalis poſsit conueniri extra diœceſim.*
40 *Cognoſcere nunquid poſsit vicarius epiſcopi de cauſa beneficiali ciuiliter mota.*
41 *Sententia an poſsit dici perperam lata in libello appellationis, quando appellatur a ſententia epiſcopi.*
42 *Epiſcopus nunquid cauſam vertentem coram ſuo vicario poſsit ad ſe aduocare.*
43 *Epiſcopus an poſsit agere per priuilegia illata vicario ſuo.*

Septima Pars quarti libri.

De vicario Epiſcopi.

Iam reſtat tractare ſeptimo loco de vicario e-
1 piſcopi. † Vtrum vicarius
epiſcopi dicatur ordinarius vel delegatus. Reſpon. quod dici-
tur ordinarius ſecundum not.in c.2.de conſue.lib.6. & ibi glo.
& doct.in c.licèt de offic.vica.eo.lib.& glo.25.diſt.perlectis. &
in clem.2.de reſcrip.& ibi per doc.in Spec.de offi.ord.§.1.verſ.
2.argu.c.romana.in prin.de appella.in 6.& Ioan.And.vbi ſup.
2 in addi.contra Goffre.vbi videas.† Secundo quęro an vicarius
epiſcopi poſſit creare alterum vicarium,& dico quod nõ,licèt
ſit ordinatus ſecundùm Hoſt.in c.clericos.de offi.vica.& tenet
3 Bal.in Marga.verſi.vicarius. †Tertio quæro an vicarius epiſco-
pi dicatur habere eandem iuriſdictionem quam habet epiſco-
pus.& dic quod ſic,licèt ſit maius imperium epiſcopi quam vi
carij quinimmo ſi vicarius delegat cauſam alicui,poteſt epiſco
pus prohibere delegato ne procedat in cauſa, vt tenet Barr. in
l.iudicium ſoluitur.ff.de iudi. Adde quod vicarius abſentis vel
mortui debet habere iuriſdictionem ordinariam non delega-
tam ſecundùm Barto. in l.ne quicquàm. § vbi decretum. ff.de
offic.procon.& lega.& in l.1.3. col.de offi.eius cui man.eſt iu.
Ideo vicarius interponit decreta voluntaria & cõtentioſa ſm
Inno.

Innoc.in c.G.perpetuis.de fide inſtru. & Bal.in Marg.ver.vicarius.ver.2.Ideo etiam vicarij iuriſdictio dicitur ſuſpēſa epiſcopo ſuſpenſo,vel excommunicato ſm glo.& doc. in c.1. de offi. vica.in 6 ſecus in delegato excommunicati.vt ibi per Archi.in fi.vbi etiā per doct. & alias de hac materia plenius dicat ſup.eo.

4 †Quarto quæro an vicarius epiſcopi cognoſcat de cauſa delegata epiſcopo & econtra. Reſpon.non.vnde epiſcopus non cognoſcit de cauſa delegata ſuo vicario ſub nomine proprio & dignitatis,vel proprio tantum. Secus ſi ſub nomine dignitatis tantum,quia cognoſcit epiſcopus vicario mortuo,vel remoto,vt per Innoc.in eam te.de reſcrip. & per doc.in ca quoniam abbas.de offi delega.& in c.ſtatutum. & ibi gl de reſcrip. in 6.& glo.in clem.2.de reſcrip.& in Spec.de delega § fi.verſi. quid ſi cauſa.& Philip.in c.dilecti.5 q.de appel. & ſupra plures diximus in pluribus quæſtionibus ſimilibus. vbi vide.

5 †Quinto quæro an vicarius dicatur habere curam animarū. glo.tenet quod ſic.& doct.in c.ſuper eo.de præben. in 6.in ver. annexæ.& not.in cap.ex parte. de offi.vica.& in c dudum.el 2. de electio.

6 †Sexto quæro an vicarius epiſcopi poſſit mortuo epiſcopo perficere cauſas iam inchoatas viuo epiſcopo. Reſpon. quod non,per no.in Spec.de offi.or.§.1.ver.auditores autem palatij. vbi loquitur in auditoribus palatij Papæ, vt viuo Papa dicātur ordinarij,& tamen mortuo Papa non poſſunt expedire cauſas inchoatas vt ibi,& firmat ibi Bal.in addi verſ.2. Nec mirū quia perdit vicarius iuriſdictionem morte epiſcopi, vt ibi & tenet Archi.in c.1.in fi. de offi vica.in 6. Idē in delegato cuius iuriſdictio conquieſcit morte delegantis.l.& quia & ibi doc.ff.de iu. om.iu.vbi per Bart.& tenet glo.in l.venditor.§ 1.ff.de iudi.

7 †Septimo quæro an epiſcopus teneatur de imperitia vicarij ſui.Reſpō.non,ſm Bal.in rubri. C.de pœna iudi.qui ma. iud.& c.cum venerabilis.de excep.ibi not ſm Pau.de Caſt.conſi 117. ſed idem Bal.in Marga.ver epiſcopus.ver.9. dicit poſt Inno. in c.ad hæc.de offi Archi.quod epiſcopus tenetur de facto ſui vicarij, quia ſibi imputet cur talem elegerit.

8 †Quid dices de poteſtate ciuitatis. Reſpon. non tenetur de imperitia aſſeſſoris ſui ſed de dolo & culpa ſic,ſecundū m Bal. vbi ſup.in d.rub.vbi plenè loquitur. Dicitur autem eſſe in culpa poteſtas qui conducit aſſeſſorem imperitum. not.in l.1.§ fi.
9 & ibi Ang de Perig.ff.de publi. † Et not quod poteſtas non tenetur de geſtis extra officiū per ſuos officiales niſi ad exhibendum eos ſi poteſt,vel niſi mandauerit, vel niſi ratum habuerit ſecundum Bal vbi ſup.& plenius in l.obſeruare. §.proficiſci.de offic.procon.& lega.& per Barto.in l.familiæ. ff.de publica. liē niſi poteſtas ex peccato expreſſo ſe obligauerit pro familia quæ in officio delinquit, vel etiam quando extra officium geſſit ſecundùm Bal oo in d.rubri & ita cōmuniter practicatur ex forma electionum. Tenetur autem poteſtas in dubio pro familia quando in officio delinquit, nō vt tenet Bar.in l.debet.in princip.ff.nau.cau. ſtabu Tenetur etiā de delictis furto, barataria, vel cōcuſſione commiſſis per officiales quos poteſtas miſit in comitatum ſecundùm Bart.in l.1.C.de execu.& exacto.lib.12. & ideo poteſtas nō debet eſſe leuis officialibus ſuis, nec etiam ſubditis.l.obſeruandum & ibi Bart.ff.de offi.præſi.

20 †Octauo quæro an geſta per vicarium valeant ſi de eius mādato non conſtet.Bal.tenet quod nō in c.1.§.1.in fi.ſi inter do. & va.de inueſti.lis on. Idem dic in delegato qui non poteſt citare niſi eum copia ſuæ delegationis ſecundùm Inno. in c.paſtoralis.de reſcrip.& not.in c.præterea de dila. Barto.in l.a.ff.ſi quis in ius voca.nō ie.& in auc.qui ſemel.C.quomodo,& quādo iud.in l.ſi quis ex aliena & in l.eum furioſus. ff.de iudi.Paul. de Caſt.conſi.48.& in Spec. de cita. §.iam de citatione.Inn.in c.cùm iure.de offi deleg.Ludo.in ſing.verſ.habes.in c.1.

21 †Nono quæro quomodo cognoſcatur vicarius a delegato. Reſpon.ſecundùm Bart.in l.1.in fi.ff.quis, & a quo appel.quod vicarius intelligitur is qui gerit vices ordinarij in eodem loco,& tribunali, quo conſueuit ordinarius, nec de vno ad alium appellatur. Delegans verò dicitur cui cōmittitur vniuerſitas cauſarum a quo appellatur ad delegantem, quia eſt idem auditorium ſecundum Bar.ibi qui hoc colligit ex dictis Inno. in c.romana de offi.ordi.& vide Bart in l.2.C.de offi.eius qui vi.al.ge. & alias ī.dicetur.ſed melius allegaſſet Bart no. in c.romana.de ap.in 6.& in c.2.de conſue.eo.lib.& ī.declarabitur.

82 Decimo quæro †an vicarius archiepiſcopi habeat iuriſdictionē in ſuffraganeos. Reſpō.non,ſi archiepiſcopus ſit in prouincia.& hoc propter reuerentiam dignitatis epiſcopalis.caſus eſt cum glo.in c.a.§.fi.& ibi doct.de offi.ordi.lib.6.idem dicit ibi glo. in eius delegato, & multofortius cum maior ſit iuriſdictio vicarij quam delegati,& propter indemnitatem tribunalis uel auditorij. per not.in c.romana.1.reſpōſo.de appel.in 6. Nec quæro quod ſententia per vicarium archiepiſcopi ſuſpendentis, interdicentis, vel excommunicantis ſuffraganeum in caſu prędicto valet & ligat ſecundum glo.in d.c. 1.verſic.attenient.de offi.ordi. in 6. quæ ſubdit quod tunc vicarius eſt puniendus.

13 †Vndecimo quæro ſi epiſcopus eſt priuilegiatus, vt ab eius ſententia nō poſſit appellari an vicarius ſuus gaudeat eodem priuilegio. & reſpon. quod non ſecundùm Barto. & doct.poſt glo.in l.a.proconſulibus. C.de app vbi etiam dicunt idem ſi ex forma ſtatuti a ſententia poteſtatis prohibita eſt appellatio, vt non intelligatur prohibita a ſententia vicarij poteſtatis. quod etiam tenet do. Philip. in ca.dilecti. 6.q.de app.quod perpetuo tene mente.

14 † Duodecimo quæro an vicarius epiſcopi poſſit remoueri ad libitum epiſcopi.& dic quod ſic. not.in cle.2. de reſcript.& tenet Bald.in l.ſolet.§.ſicut. ff.de offic. conſu.vbi idem dicit in quolibet vicario cuiuſcūque ſuperioris, quod etiam tenet Gemi.in c.1.de offi 6.in 6. & Phil. in c.vt noſtrum de ap.quod eſt verum etiā ſi ſit conſtitutus cum iuramento de non reuocando ſm Inno.in c.dilecto.& ibi Io. And.de pręben.& tenet Pau. de Caſt no.in conſi.55 quod no.Sed an eius geſta valeant ante reuocationem.dic quod ſic ſm Inno.in c.intimaſti.de appe.& Bal.in d.l.ſolet. §.ſicut.ff.de offic.conſu.vide omnino.

15 †Decimotertio quæro an vicarius generalis epiſcopi poſſit cognoſcere de criminibus.Bar.dicit quod non.niſi habeat ſpecialem commiſſionē.in l.1.§.cum vrbem ff.de offi.præfec.vrb. Sed poteſt intelligere ꝙ vicarius poteſt inquirere de criminibus, vt referat epiſcopo non vt puniat ſm Ang in repertorio. ver.vicarius.per not.in c.2.de offi.vica.lib.6.& in c.laicus de foro compe.& cap.ad noſtram.el 2.de iureiu.per Ioan.And.poſt Inno.& Hoſti.cautela eſt ergo ꝙ epiſcopus cum vicarium cōſtituit det ei plenam auctoritatē & inquirendi & puniendi de criminibus & ita de facto ſeruatur. Et quod dixi de ſpeciali cōmiſſione, intellige.ſ.quod in ea ſint expreſſa crimina. vel aliqua epiſcopo ſpecialiter reſeruata, & poſtea ſit adiecta clauſula generalis ſecundū glo.not.in c.2.de offi.vica.lib.6. poſt Hoſti.in c.ſignificaſti,de offic.archi. & per not.in l.ſed & ſi quis.§. quæſitum.ff.ſi quis cau.& no.in c.1.de cōmodato.& in c.ſedes. de reſcri.& in c.qui ad agendum §.1.de procu.in 6.Ex prędictis patet quomodo debeat intelligi dictū Bal. in auc. & omnino. C.ne vxor.pro ma.vbi in 3.col.dixit vicarium generalem poſſe expedire omnes cauſas ī. ſanguinem per l ſuggerente. C.de offi.eius qui vi.al.ge.Quinetiam ſecundùm Bal.ibi poteſt concedere repræſalias.quod no. Adde prædictis quod vicarius officialis principis omnia poteſt præter membri abſciſſionem ſe-
16 cundùm Bart.in l.obſeruare.ff. de offi procon & lega.†Sed an vicarius poſſit ferre ſentētias corporales ſine pōtate dic quod nō niſi poteſtate abſente.not.in l.2.cum glo.C.de offi eius qui vi.alte.ge. & tenet Bart.in d.l.obſeruare, & propterea ſuperioribus diebus irritaui ſententiam vicarij poteſtatis terræ ſancti Archangeli latam contra incendiarium,de qua commiſſiona mihi facta per Reuerendiſſimum d.Ioan. de Amelia epiſcopū & gubernatorem Cæſenæ dñm meum præcipuū lucratus ſui pro ſportulis 20.aureos. Aduerte tamen quia aliter dicitur ꝙ geſta per vicarium dicuntur geſta per ſuperiorem vel epiſcopum.glo.eſt in c.1.& ibi doct.de ca.monacho.lib.6. item vicarius dicitur omnia poſſe quę poteſt is cuius vices gerit ſm Archi.in c.fi.de off. vica.lib.6.maximè quia vtriuſque eſt idem tribunal.no.in c.2.de conſue.in 6. & in c.romana.in prin. de app. eo.lib.& ſup.alias diximus pluries in alijs q.

17 †Decimoquarto quæro an vicarius epiſcopi poſſit diſpenſare cum clerico adultero, vel in caſibus in quibus poteſt epiſcopus. Reſpon.non ſecundum Pau.de Caſt conſi.17. vbi etiā dicit no.quod ſi vicarius habet ab epiſcopo auctoritatem cōponendi pœnas, non poteſt componere quando pœna eſt a iure taxata,nec in delictis grauibus.& alias ſup. plene diximus in a-
18 lia parte vt tabula docet. † Decimoquinto quæro an recuſatio epiſcopi includat recuſationem vicarij ſui.Reſp.ſic.c.inſinuante & ibi doc.de offi.dele.licet Bal.cōtra & malè.in l.1.C.ſi quacunque prædi. pote.niſi ſalues Bal. & eius dictum procedat qñ vicarius eſt cōſtitutus ab alio quàm a ſuo ordinario, niſi eadē cauſa ſuſpitionis eſſet in vtroque.& ita dicit. do.Phil.in d.c.dile-
19 cti.14.q.de ap.†Sed quid econtra an ſuſpecto vicario, ſit etiam ſuſpectus epiſcopus. Reſpon.non.c.ſi contra vnum.de offi.deleg. in 6. de his dixi ſup. in alia q. in qua plenè poſui materiam recuſationis.

20 †Decimoſexto quæro ſi duo ſunt vicarij inſolidum conſtituti per epiſcopum qui in cauſa proferant contrarias ſententias. Reſpon. quod ea præualet quàm confirmat epiſcopus ſm Bal. in c.dilecti.vlt.col.& ibi Phil.15.q de appel.quod eſt notan.

21 †Decimoſeptimo quæro nunquid vicarius epiſcopi etiā generalis poſſit conferre eccleſiaſtica beneficia. Rñ.non niſi habeat ſpecialem commiſſionē c.cum in generali. de off vi.in 6. Poteſt tñ vicarius inſtituere pręſentatum a patrono eccleſię.c. ex frequētibus.& ibi doc. poſt glo.de inſtitu.& tenet Lud.Pō. in ſingu.ver.rector.ver.fundatores.& ita de facto ſeruatur.

22 † Decimooctauo quæro an vicarius epiſcopi poſſit eſſe laicus.dic ꝙ non,ſed aſſeſſor vel conſultor ſic, ſecundùm Innoc. Butr.& Imol. in c.decernimus.de iudi. & Lanfran.in tit.de arbitro. .pat.ad fin.& ego alias ſup.plenè dixi.

23 †Decimonono quæro an vicarius epiſcopi ſuccedat in lega
to facto ſuo præceſſori ſub nomine dignitatis. Bar. tenet quod
non. in l. quod princip. de lega. 2 & dixi ſup.

Vigeſimo quæro an vicarius epi poſſit cogno
ſcere de cauſa matrimonia-
li, & ſpirituali. Reſpondeo quod ſic. c. penul in fi. de reſtit. in in-
teg. & tenet Ang. in repertorio. verſi. vicarius.

24 †Vigeſimoprimo quæro an vicarius epiſcopi primus cēſea-
tur reuocatus per conſtitutionem ſecundi. Rñ. quod ſic. ſm Io.
And in c. ſua. de offi. vica. in nouella. & doc. Mod. in ca. 1. eo. tit.
in vi. facit. l. ſi quis cum procuratorio. §. ſi. ff. de procu. & ca. non
iniuſtè. eo. tit. Ex quo infertur quod collatio beneficii eccleſia-
ſtici facta per primum vicariũ de ſpeciali mandato epi non te-
net facta poſt conſtitutionem ſecundi vicarij, ſed dic verùm ſi
facta fuit poſt notificationē factā primo vicario de reuocatio-
ne ſua, vel de cōſtitutione ſecundi. Alias tenet vt cōcludit. do.
m. Io. de Prat. in d. l. ſi quis cum. §. fin. vbi dicit ſic fuiſſe de facto
determinatum Paduæ in quęſtione tūc occurrēti per l. ſi fortè.
ff. de offi. procon. Quinetiam dicit verùm eſſe niſi prius fuiſſet
amotus culpa ſua, quia non teneret collatio vel alia geſta per
eum etiam ignorātem de conſtitutione ſecundi per tex. ſing a
Canoniſtis nō pōderatum in c. 1. §. adiiciebatur. de cōceſ. præb.
in 6. Sed Canoniſtæ ad hoc alle. Inn. in § qualiter & qñ. de acc.
25 & in c. veritati. de do. & contu. ꝙ no. perpetuo. †Sed quid in ꝓ-
curatoribus & dic idem. ſ. quod per cōſtitutionē primus intel-
ligitur reuocatus d. l. ſi quis cum procuratorio. §. fi. ff. de procu.
& ibi Doc. in c. nō iniuſtè. eo. tit. & in Spec. eo. tit. §. 1. verſ. item
quod eſt reuocatus. & in §. ratione autē formę. ver. ſed cū dato.
& in tit. de leg §. finitur. ver. in ſumma. quod eſt verũ ſi ſecūdus
ſit cōſtitutus ad idem cōtra eādem perſonam, ſecus ſi ad aliud
vel contra aliũ ſm doc. & Io. de Pra. in d. §. fi. & ibi Pau. de Caſ.
& glo in l. cum ſemel. ff. de tutel. Item verum niſi ſit cōſtitutus
ſecundus citra reuocationem primi ſm doc & Pau. de Caſt. in
d. § fi. ſi verò non ſit dictum in conſtitutione ſecundi nō reuo
cando primum, vel ſi tūc cenſetur primus reuocatus etiam ſi
ſecundus renuntiauerit mandato in titu. quib. mod. teſta. infir.
§. poſteriore. & in Spec. de proc. §. ratione autē formæ. verſ. ſed
cum dato & glo. in c. ſi duo. eo. tit. lib. 6. & dñi de Rota in deci.
ſuis. & Pau. de Caſ. & Ioan. de Pra in d. §. fi. & Io. And. in addi. d.
ver. ſed cum data. Item verum etiam ſi cōſtitutio ſecundi pro-
curatoris ſit nulla ipſo iure ſm Ioan. de Pra. in d. §. fi. per not. in
l. planè. de leg. 1. & quia voluntas inutilis voluntas eſt. l. fin. ff. de
26 bo. eorum. †Quid autem ſi vnus habet mādatum generale, al-
ter ſpeciale Reſpon ſm prævalet ſm dominos de Rota in De-
27 ci. 299. & Pau. de Caſt. in l. nō iniuſtè. de procu. †Item quæritur
quid in legatis Papæ, dic quod primus per conſtitutionē ſecun
di non reuocatur. c. volentes. de offi. lega. & gloſ. ſingu. 25. q. 2.
in galliarum & tenet Spe. tit. de offi. deleg §. finitur. ver. in ſum-
ma. & doct. Moder. in d. l. ſi quis cū procuratorio. §. fi. ff. de pro-
28 cura. †Quid in delegatis, an per vltimũ videatur reuocatus pri-
mus. dic ꝙ ſic. c. paſtoralis. §. præterea. & ibi doct de offi. deleg.
& tenet Ange. in d. l. ſi quis. § fi. per no. in l. cum prætor. ff. de iu-
di. ſed Io de Pra. ibi diſtinguit quod aut in ſecūdo reſcripto fit
mentio de primo. & procedit quod dictũ eſt. alias non quæ di-
29 ſtinctio probatur in c. cæterum de reſcri. † Quid de ordinariis.
dic quod primus non dicitur reuocatus etiam ſi habet genera-
lem iuriſdictionē. & ſecundus ſpecialē, ut l. 1. C. de offi præfec.
vr. & no. in c. ſtuduiſti. de offi. deleg. & Io. An. in addi. Spe. de cō
pe. in addi. §. 1. & quod habetur in c. prudentiam. de offi. deleg.
& tenet Io. de Pra. in d. l. ſi quis eum. §. fi. vide omnino ſing per
Bal. in l. 1. vbi autem. C. de cad tol. & Pau. de Caſt. in d. §. fi. & in
l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. ff. de leg. 1. & quod per Bart. in l.
in ſacris. C. de proxi. ſac. ſcri. lib. 2. & per Bal. in auc. habita. C.
ne filius pro pa. in q. de inquiſitore. & alias ſup. dixi.

30 † Penultimo quæro ſucceſſiuè quid in tutoribus. Rñ. quod
primus nō reuocatur per conſtitutionē ſecundi. l. 2. C. de teſta.
tu. glo. & doc. in d. l. ſi quis cum. §. fi. ff. de procu. Spec. in d. §. fini
31 tur. ver. in ſumma. & gl. in d. l. Galliarum. †Vltimo idem dic in
executoribus vltimarum voluntatum, quia per donationem
ſecundi in codicillis factam nō cenſetur reuocatus primus in
teſtamento datus ſm Ange. & Ioan. de Pra. in d. §. fi. arg. glo. &
ibi per not in c. fi. de teſta. in 6.

32 † Vigeſimoſecundo quæro nunquid ſufficiat cōſenſus vica
rij epi abſentis in collatione beneficij eccleſiaſtici qñ ſine con
ſenſu epi fieri non poſſit fortè propter conſuetudinem. Rñ. ſic
ſm Archi. qui dicit ſe ſic in curia Roma. de facto obtinuiſſe. in
c. reatina. 63. di. per tex. in c. ex frequentibus. de inſti. Sed Fride.
de Sen. in conſi. 258. alias conſi. 95. tenet contrarium per c. 1. in
fi. ne ſede vacāte in 6. vt refert Ludo. Pon. in ſing. ver. vicarius.
ver. ex antiqua. ſed iudicio meo text. in d. ca. 1. in fi. potius facit
pro Archi. niſi velis intelligere ꝙ de conſenſu vicarij, nihil di-
cit, immo tenet collatio ſine cōſenſu abſentis epiſcopi, nec di-
cit ꝙ ſufficiat conſenſus vicarij, ſed non ſequitur collatio fieri
poteſt ſine conſenſu epi abſentis non poteſt cōſentire. cogita.

33 †Vigeſimotertio quęro an vicarius epi poſſit eligere ſibi tri-
bunal in cauſis agitādis, etiā in eccleſia de cōſuetudine. Rñ. ſic.
not. in c. qua fronte. & ibi doc. & Phil. de appel. & alia ſup. dixi.

34 † Vigeſimoquarto quæro vtrum vicarius epiſcopi abſentis
poſſit cognoſcere de cauſa ſuſpitionis allegatæ contra delega-
tum epiſcopi, & dic quod ſic ſi epiſcopus eſt abſens in longin-
quo loco, non ſi eſt præſens, vel abſens in loco propinquo ſm
Io. An & Abb. in c. ſi contra vnũ. de offi. deleg lib. 6. quod not.

35 † Vigeſimoquinto quæro nũquid vicarius archiepiſcopi co
gnoſcat de appellationibus interpoſitis ad archepiſcopũ. Rñ.
ſic. c. dilecti. & c. dilectis. & ibi doc. de appella. Idem dic in vica-
rio epiſcopi vt ibi. & tenet Phil. in d. c. dilecti. 2. q.

36 † Vigeſimoſexto quæro an ſi vicarius epiſcopi ſentētiā pro-
tulit, an ad epiſcopum ſit appellandum. & dic ꝙ non, ſed ad ſu
periorem epiſcopi etiam ſi conſuetudo ſit in cōtrarium, quia
vtriuſque eſt idem tribunal. vt in c. 2. de conſue. lib. 6. & l. præci-
pimus. in princ. ibi, vel vicarius. & ibi doct. C. de appel. quod eſt
verũ ſi vicarius eſt generalis, nō ſit ſpecialis, tunc enim ad epi-
ſcopum tanquàm ad delegantem eſt appellandum cum nō ſit
tunc idem tribunal ſm glo. in d c. 2. & ibi not. in c. Romana. de
appellatio. eo. lib Ioan. An. in cle 2. de reſcrip. Hoſti. in ſumma
de appellatio. in regula a quo. & ad quem. in §. vt autem. Quod
intellige niſi conſtet de fraude epiſcopi qui ideo fecerit ſpecia
lem commiſſionem vicario, vt ad epiſcopum appelletur, non
ad archiepiſcopum. Vnde ſi epiſcopus cōmittit ſpecialiter vi-
cario ſuo collationem alicuius beneficij vel alium articulum,
debet appellari ad ipſum epiſcopum ſm dños de Rota in deci.
371. item ſi epiſcopus. & Gemi. in d. c. 2. de conſue. in 6. & Phil.
in d. c. dilecti. 3. q. niſi vt dictum eſt cōſtet de fraude etiam pro-
pter coniecturas. iuxta no. in c. 2. de renun. in 6. tunc niſi non ap
pellaretur ad ipſum ſm doct. vbi ſup. tenet Spec. tit. de appel. §.
nunc tractemus. verſ. ſed ſm præmiſſa. & Abb. in d. c. dilecti. in
fi. Lap. & Gemi. & Ioan. Mo. in c. Romana. in prin. de app. in 6.
dicentes quod valet ſententia excōmunicationis in forma cō-
ſtitutionis lata per archiepiſcopũ contra ordinarios huiuſmo
di fraudem committētes ſm Spec. vbi ſup. quod not. perpetuo.
A ſententia vero inferioris prælati ad epiſcopum fieri poteſt,
vel ad eius vicarium ſm Ioan. And. & doct. in d. c. 2. de conſue.
lib. 6. & Phil. in d. c dilecti. 4. q. item a delegato vicarij appella-
tur ad epiſcopum ſm Archi. in c. 2. de app. in 6 & tenent dñi de
Rota in deci. 35. item licèt. & Phil. in d. c. dilecti. 4. q. quod not.
Et ſubde quod regulariter appellatio a vicario generali nō po
teſt fieri ac eum cuius vices gerit, ſed a ſuperiorem domini ſui
tam de iure ciuili, quàm canonico. glo. eſt in l. 1. ff. de app. per l.
præcipimus. C. eo. tit. & Bart. in l. 1. §. 1. ff. ſi quis & a quo app. &
Philip. in d. c. dilecti. 8. q. ſed vide in l. a proconſulibus per Bal.
& in d. l. præcipimus. per Bart. & vbique per Salyc. in l. abditos.
C. de epiſ. audi. & de appel. & Phil. vbi ſup. 3. q. & tenet Ange. in
repertorio. verſi. vicarius.

37 †Vigeſimoſeptimo quęro vtrum vicarius epiſcopi poſſit re-
ſtituere in integ. aduerſus ſentētiam ſuam ſicut poteſt epiſco-
pus. Reſpon ſic, per no. in l. perfecti. ff. de mino. & tenet Abb. in
c. ex literis. de reſti. in integ & Phil. in d. ca. dilecti. 9. q. & Ange.
vbi ſup. itē poteſt epiſcopus ipſe reſtituere aduerſus ſentētiam
ſui vicarij, licèt in appellatione ſecus ſit ſm not. in d. c. 2. de cō-
ſue. in 6. ita tenent doc. & Phil. in d. ca. dilecti. 9. q. & Per. de Sun.
in d. l. a proconſulibus. idem & econtra. quia vicarius reſtituit
aduerſus ſententiam ſui epiſcopi ſm Phil. in 10. q. per l. fi. C. vbi
& apud quem. ſed Abba. tenet contrarium in c. cum ex literis.
de reſt. in integ.

38 † Vltimo ſcias quod licèt a ſententia vicarij non appelletur
ad epiſcopum, vt ſup. dictum eſt per d. c. 2. de conſue. tamen vi
carius de nullitate ſententiæ latę per epiſcopum, & contra co
gnoſcit ſm Bal. ſingu. & Phil. in d. c. dilecti. 11. q. quod no. perpe
tuo ad limitationem. d. c. 2. de conſuetu.

39 †Vigeſimooctauo quæro an vicarius epiſcopi vigore reſcri
pti Papalis poſſit conueniri extra dioceſim. Reſpōdeo ſic. ſ. in
loco vicino ſm Ioan. And. & doct. in ca. ſtatutum. §. ſi verò. de
reſcrip. in 6. & Ang. in repertorio. verſi. vicarius.

40 †Vigeſimonono quæro nũquid vicarius epiſcopi poſſit co-
gnoſcere de cauſa beneficiali ciuiliter mota. Reſpon. ſic, non
tamen quando criminaliter agitur ad priuationem beneficij,
ſm Ioan. An. in c. 2. de offi. vica. in 6. ſed Lapus ibi tenet contra,
ſcilicet vt vicarius nō cognoſcat de inſtitutione facta per epi-
ſcopum ſine ſpeciali commiſſione epiſcopi. 21. diſt. inferior. &
ibi Archi. de elect. cle. ne romani. in princ. facit. c. dudum. §. nos
igitur. de præben. in 6. & Ang. in repertorio verſi. vicarius.

41 Trigeſimo quæro †quando appellatur a ſen-
tentia epiſcopi an in libello
appellationis dici poſſit quod ſententia perperam lata ſit. ſicut
dicitur qñ appellatur a ſententia aliorum iudicum inferiorũ,
vel vicarij dic ꝙ non, vt tenet Spec. in ti. de appel. §. ſequitē. ver.
ſciēdum. & dixi ſup. in q. de priuilegijs epiſcoporum. vbi vide.

42 †Trigeſimoprimo quæro an epiſcopus poſſit cauſam vertē
tem coram ſuo vicario ad ſe aduocare. Reſpond. vt plenè dixi
ſupra de poteſtate epiſcopi circa iudicia. vbi dixi quod ſic, ſe-
cundum

cundum d.Phil.in c.vt noſtrum de appel.

43 † Trigeſimoſecundo quæro an eps poſſit agere per priuilegia illata a vicario ſuo. Reſpō vt ſup.dixi in rubri.de auctoritate, & poteſtate epiſcopi in temporalibus circa perſonas.vbi vide.

SVMMARIVM.

1 *Degradatio quid ſit.*
2 *Degradatio eſt duplex.*

Octaua Pars quarti libri.

De degradatione & depoſitione epiſcopi.

Agredimur nunc octauam partem principalē huius quarti libri in qua
de degradatione epiſcopi per quatuor cauſas.ſ.efficiētem,materialem,formalem, & finalem, prout ſ.fecimus procedemus.
Primo ergo videbimus a quibus fiat degradatio,cum hoc pertinet ad cauſam efficientem.Secundo quis epiſcopus vel clericus ſit degradandus,i.ex quibus cauſis,cū hoc pertineat ad cauſam materialem. Tertio qualiter fiat degradatio,cum hoc ſpectet ad cauſam formalem.Quarto vero de effectu degradationis,vt ſic explicetur cauſa finalis. Singulæ verò partes j.per ru-
1 bricas demōſtrabuntur. † Sed præmitto in primis quod degradatio eſt priuilegiorum & ordinum ſacrorum amotio,vel priuatio ob crimē atrox facta contra clericū conſtitutū in ſacris, probatur in c.2 de pœnis.in 6.& in c.nouimus. de verb.ſign.in c.cùm non ab homine de iudi.& in c.qualiter & quādo.de accu.Sed diſpoſitio eſt a dignitatibus & honoribus amotio, vt in Spec.de accu.§.2.verſi. vel dici poteſt.& probatur in iuribus ſ. alleg.Differunt ergo degradatio & depoſitio,quia degradatio propriè eſt ab ordinibus depoſitio verò ab honoribus & dignitatibus ſm Spec.ibid. Item depoſitio dicitur verbalis degradatio, ſed degradatio eſt actualis ſm Spec.vbi ſup.ver. deponitur autē,& veri.degradatus.& j.melius declarabo. Item differt degradatio nō ſolennis a depoſitione ſolēni, quia in maioribus criminibus ſolēnitas adhibetur,uidelicet per inſigniū amotionē,alias non ſed incarceratur.itē cum ſolenniter depoſito ſolus Papa diſpenſat,alias uero epiſcopus ſm Spec.ubi ſ.ver. epi-
2 ſcopus. † Vlterius præmitto quod duplex eſt degradatio.ſ.verbalis,& actualis, formas uero earū ponemus infra in tertia parte principali ſub rubrica, qualiter fiat degradatio epiſcopi.

SVMMARIVM.

1 *Degradatio an per Papam, vel eius commiſſarium fieri poſſit.*
2 *Epiſcopus an poſſit deponi per legatum.Et quid ſi in prouintia non ſint tot epiſcopi quot requiruntur. 3.*
Et quis numerus requiratur. 4.
5 *Epiſcoporum quis numerus requiratur in ſententia, vel in actuali degradatione.*
6 *Sententia epiſcoporū contra epiſcopū ſi omnes non ſint cōcordes an valeat.*
7 *Solus epiſcopus cum abbatibus vicinis deponit abbatem ab abbatia nō ab ordine, & quam ob rem poſſit deponi.*
8 *Epiſcopi quot requirantur in cauſa depoſitionis diaconi & ſubdiaconi, & quot in depoſitione presbyteri. 9.*
Item quot in depoſitione clerici in minoribus conſtituti. 10.
11 *Imperator a quo deponi debeat.*
12 *Imperator incorrigibilis poteſt pro quolibet peccato deponi.*
13 *Papa an poſſit ab Imperatore iudicari.*

Prima pars de degradatione & depoſitione epiſcopi, de cauſa efficienti, a quibus fiat.

His præmiſsis veniamus ad materiam cauſæ efficientis in qua,vt ſup.propoſuimus
1 tractandum eſt a quibus fiat degradatio. † Primo igitur quæro an per Papam,uel eius cōmiſſariū fieri poſſit,& dico quod ſic. 9.q.3.per principalem.1.q.per principalem.5.q.4.§.quod uerò. 3.q.8.cuius in agendo.3.q.6 quamuis.& c.dudum.5.q.4.c.12.& tenet Abba.in c.non poteſt.de re iudi.& Spec.in tit. de deleg. §.nunc oſtendendū.uerſi.17.vbi plenè. Cauſa tamē talis debet in publica ſinodo agitari.5.q.4.nullus epiſcopus. itē debet per 12.epiſcopos cognoſci dummodo ſentētia ſedi apoſtolicæ reſeruetur.d.c duodecim.& d §.quod verò.& d.c.cuius in agendo.de tranſla.præla. c.inter corporalia.3.q.6.accuſatus. & cap. quàmuis.& c.dudū. licèt ex cauſa q̄nque eccleſia ſolerauit aliter fieri.ea. qō hi quippe. regulariter uero procedit quod prius dictum eſt niſi Papa de mādato ſpeciali aliter prouideat ſm glo.not.in ſumma.5.q.4.prædicta procedunt in epo conſecrato in cuius cauſa requiruntur.12.epi.ut ſ.& 3.q.8.c.fi.2.q.5. nullam damnationē.glo.& doc.in d.c.nō poteſt. quod intellige.l.præter propriū Metropolitanum.15.q.7.c.1.& 2.& c.ſi quis timidus.c.fœlix.& c.ſi autem.50 diſt.ſtudeat.9.q.3.ſaluo. & d. c.inter corporalia.& tenet Spec. de accuſ.§.4.verſi illud. & d. c.hoc quippe.ſi verò epiſcopus non eſt conſecratus ſex epiſcopi ſufficiunt in ſua cauſa cognoſcēda.21.diſt.c.illud. & ibi glo. not. Archi.3.q.8.in ſum.Sicu.& Balio. & doct. in d.ca.non poteſt. Cardinalis autem a ſolo Papa deponi non poteſt, niſi & collegium Cardinalium præſtet aſſenſum ſecundùm Inno. in c.ex geſtis.de cle.non reſi.quod verum de poteſtate ordinaria, ſecus de abſoluta.& ita procedit opi.Abb.ibi cōtraria,quod eſt
2 notandum. † Secundo quæro an epiſcopus poſſit deponi per legatū. Reſpō ſic accedētibus alijs epiſcopis vt ſup.ſecundum Spec.in titu.de leg.§.nunc oſtendendum verſi.17. ibi idem di-
3 cit in Patriarcha. † Tertio quæro quid ſi in prouincia non ſint tot epiſcopi quod ſup.diximus eſſe neceſſario. Reſpō.tunc vocandos eſſe epiſcopos vicinos.65.diſt.ſi fortè.6.q.4.c.1. & 2.alio-
4 quin fieri non poteſt ſm glo.in ca.ſi.1.q.8.quod not. † Quarto quæro an dictus numerus epiſcoporū requiratur indiſtinctè. Reſpō.non, ſed demum quando cauſa principaliter agitur cōtra eum per viam accuſationis, non ſi per viam exceptionis, quo caſu ſufficit maior numerus cū cauſa per procuratorem agi poſſit ſecundùm glo.in d. c.illud.
5 † Quinto quæro an dictus numerus epiſcoporum requiratur in ſententia,vel in actuali degradatione. Reſpō.ꝙ in ſententia requiritur.vt tenet Spec.ti.de accu.§.1.ver & eſt notandum ꝙ in hac executione.& no. in c.non poteſt.de re iudi. & ibi Abb. & Balio.& in c.2.de pœ.lib.6 & ibi Ioan.And.& doc.vide plenè.ſed idem Spec.vide ſup ver degradari non ab ordinibus.dicit ꝙ quando fit degradatio ab ordinibus eſt neceſſaria præſentia epiſcoporum & alia ſolennia quod etiam tenet.eo.titu.§.4. cæterum cum & ibi plenè.& no.in c.latores.de cle.excom.mi.
6 † Sexto quæro an valeat ſententia epiſcoporum cōtra epiſcopum ſi omnes non ſunt concordes. Rū.non, licèt enim in alijs iudicibus ſufficiat maioris partis concordia, tamē ſpeciale eſt in hoc quæ enim concordia requiritur.6.q.4.ca.1.2.3. & 4. & Spec.tit.de accu.§.4.ver. ſed nunquid. & tunc debet ſentētia proferri per Metropolitanū vicinæ prouinciæ. d.c.1. & 2.alias ad Primatē prouinciæ recurrendū eſt.ea.q.c.ſi inter epiſcopos.
7 † Septimo quæro de depoſitione abbatis. Rū.ꝙ ſolus epiſcopus cum abbatibus vicinis deponit abbatem ab abbatia,nō ab ordine, ſi eſt negligens abbas deponendus, vel ſi eſt ſuperbus, fornicator.vel crudelis.18.q.2.ſi quis abbas.cum glo.
8 † Octauo quæro quot epiſcopi requirantur in cauſa depoſitionis diaconi & ſubdiaconi. Reſpō. quod tres de ſer.nō ord. c.miramur.& ibi glo.& doct.
9 † Nono quæro quot epi requirantur in depoſitione presbyteri, dic quod ſex, niſi qñ ſit propter hæreſim quia vnus tantū ſufficit,cōuocatis tñ abbatibus,prælatis,religioſis,& literatis diœceſis.c.1.de hæ.in 6.& ibi gl.& doc.& Sicu.& Balio.in d.c.nō pōt. gl.15.q.7.ſi autē & ſeq.c.eps.17.q.2.nullā gl.in d.c.2.de pœ.in 6. & Spe.de acc §.2.ver.degradatio.& in §.4.ver.illud.& ibi elige ſm doc.vbi ſ ꝙ eps propè diœceſim nō cōputatur in d.nu.15.q.7. felix.& §.ſi autē.c.ſeq.& Spe.in d.§.4.ver.illud.vbi vide de hoc.
10 Decimo quæro † quot epiſcopi requirantur in depoſitione clerici in minoribus conſtituti. Rū.vnus tantum ſufficit.d.c.2. in prin.de pœ in 6.& doc. in d.c.non poteſt. quod eſt verum cum præſentia ſui capituli ſecundum glo.in d. c.2. per c.qualiter.el 2.de accu.& c. 1.de exceſ.præla.15.q.7.epiſcopus.niſi conſuetudo ſit in cōtrarium.c.3.de conſue.& glo.in d.c.2.Solus vero epiſcopus nō cognoſcit contra conſtitutum in ſacris. d.c.fœlix. & ſed d.c.nō poteſt.in Spec.titu.de ſenten.in § 8.ver.1.& ſup.dixi.
11 Vltimo quæro † incidēter a quo deponi debet imperator gl. no.in c.ad apoſtolicæ.de re iud.in 6.tenet ꝙ a Papa.idem tenet Bal.in l.fi.C.de legi.& Bal.in l.reſcripta.C.de preci.impe.offe.& Spec in tit.de leg.§.nunc oſtendendum ver.20.Item a populo Romano a quo habuit poteſtatem ſm Bar.poſt Guil.de Cu.in l.non ambigitur.ff.de legi.& vide Bal. poſt glo.in c.1.vlti.col.ſi inter do.& vaſal.lis oria.in uſi.feudo.& Bart.in l.ſed reprobari.
12 in prin.ff.de exec.tu.Et no.quod † Imperator incorrigibilis poteſt pro quolibet peccato deponi.glo.eſt not.40.diſt.ſi Papa.in glo.M.in ſi.Papa vero propter hæreſim deponitur. d.c.ſi Papa. cum glo.& in c.ad apoſtolicæ.de re iud.ꝙ eſt verum ſi non velit corrigi alias ſecus ſecundum d. glo. in d.c.ſi Papa.nō tamen propter inſufficientiam. licèt ob eam alij prælati poſſint deponi,vt eſt glo.in c.1.de renun.in 6.Et quod dictū eſt de Papa hæretico, verum eſt etiā ſi Papa ſtatuerit ſe nō poſſe deponi propter hæreſim,vel accuſari ſecundum glo.in d. c.ſi Papa.
13 Sed nunquid † Papa poſſit ab Imperatore iudicari. Reſp.non. 96.diſt.in ſcripturis. Item nec ab alio,quia ſuperiorem non habet.9.q.3.patet.& per totum.2.q.3.mandaſtis.& per glo.per c. aliorum.9.q.3.& c.nemo.ea.q. Poteſt tamen ſe ſubijcere cōcilio generali.2.q.7.nos ſi incompetenter.& doct.poſt Bart.in l. & ſi receptum. ff.de iuriſ.om.iud. Alias ab eo iudicari nō poteſt ſecundum glo.in d.c.nemo.& in d. c.mandaſtis.per §.hinc etiam.17.diſt.& in d.c.ſi Papa.40.diſt.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus in enormibus criminibus irretitus an deponi debeat.*
2 *Incantationes quod prodeſſe infirmitatibus poſſint credere nemo debet.3.*
4 *Remedium contra maliam impedientem matrimonij copulam quod ſit.*
5 *Depoſitio epiſcopi vel clerici ſacrati fit propter incorrigibilitatem.*
6 *Deponitur quis propter homicidium, & in monaſterium detruditur.10.*
7 *Tranſactio de crimine habet vim confeſſionis.8.*
9 *Tranſactione prohibita per ſtatutum ſuper furto intelligitur de pœna criminali, non de reſtitutione rei.*
11 *Citatio non requiritur in notorijs ſi conſtet non competere defenſionem.*
12 *Depoſitio fit propter falſum teſtimonium prolatũ, vel propter falſitatem in aliqua quarta commiſſam.*
13 *Epiſcopus deponitur propter ebrietatem ſi non abſtineat.*
14 *Superior ſi epiſcopum non ritè electum conſecrat, cõſecrans & conſecratus deponendi ſunt.15.*
16 *Superior deponi debet qui confirmat electum non confirmandum.*
17 *Epiſcopus conferens dignitatem indigno uel inhabili ratione ętatis priuatur poteſtate conferendi.*
18 *Superior promouens dignum inuitum & reluctantem deponitur.*
19 *Recuſans venire ad Synodum quãdo vocatus eſt a Metropolitano, (ſi cauſa iuſta ſibi non adeſt) deponitur a communione.*
20 *Epiſcopus vel clericus frequentans tabernas eſt deponendus. Item ſi vſuras exercet.21.*
22 *Epiſcopus qui in adipiſcendo epiſcopatu eſt vſus Regio fauore, vel ſeculari poteſtate, deponi debet.*
23 *Corripiendus eſt epiſcopus circa pauperum defenſionem negligens.*
24 *Deponi debet epiſcopus qui in aliena dioceſi clericos ordinat, vel altaria conſecrat niſi ſit rogatus a Metropolitano & epiſcopis prouincię.*
25 *Clericũ forenſem non debet epiſcopus in eccleſia ſuæ dioceſis inſtituere proprij epiſcopi literas dimiſſorias non habentem.*
26 *Epiſcopus viſitans alium epiſcopum in eius dioceſim, debet a viſitato ſuſcipi honorificè iuxta ſui qualitatem.*
27 *Epiſcopus quærens promoueri loco viuentis deponi debet. Item communicans excommunicatis.28. Item propter ſui ſimplicitatem.29. Et etiam propter negligentiam.30.*
31 *Epiſcopus pro crimine notorio deponitur. Item pro crimine capitali.32.*
33 *Epiſcopus monialem carnaliter cognoſcẽs, aut filiam ſpiritualem venit deponendus.34.*
35 *Clericus ob adulterium ciuiliter conuentus beneficio priuãdus eſt, ſed criminaliter conuentus, ab ordine deponi debet.*
36 *Epiſcopus vel ſacerdos ob reuelationem confeſſionis ei factę in forma pœnitentiæ de peccatis deponendus eſt.*
37 *Epiſcopus qui quærit timeri verberibus potius quam verbis deponi debet.*
38 *Epiſcopus aſſumens curas & negotia ſecularia eſt deponendus. Item ordinans clericum per ſimoniam.39.*
40 *Oblata voluntariè recipere poteſt epiſcopus.*
41 *Notarius epiſcopi an poſſit aliquid recipere pro ſcriptura ordinationis a clerico ordinato.*
42 *Notarius poteſt recipere mercedem tam pro Protocollo quàm etiam pro extenſione Protocolli vel inſtrumenti publicatione.*
43 *Mercedem notario quis ex contrahentibus ſoluere debeat.*
44 *Pecuniæ verbum in ſcriptis prolatum qualiter intelligatur.*
45 *Pecunia an veniat appellatione auri & argenti.*
46 *Epiſcopus non ſeruans conſtitutiones Concilij, vel eccleſiæ Romanæ, an deponi debeat.*
47 *Pœna epiſcopi alienantis quæ ſit.48.49.*
50 *Epiſcopus excommunicatus celebrans deponitur.*

Secunda Pars.

De cauſa materiali degradationis, vel depoſitionis. Quis deponi debeat & quare.

Dicamus nunc ſecundo loco de cauſa materiali degradationis, videlicet quis degradari vel deponi poſſit, & ſic
1 ex quibus cauſis. Circa hoc igitur quęro † an epiſcopus in enormibus criminibus irretitus deponatur, & reſp. ſic, quia ſine cauſa nũquàm fieri poteſt degradatio vel depoſitio, vt c. non poteſt. & ibi doct. de re iud. fit ergo propter crimina enormia. de verbor. ſignifica. nouimus. ca. qualiter & quando. de accuſa. & c. tua. de pę. vtputa propter crimen hæreſis c. ad abolendam de hære. & ibi Butr. & doc. c. excõmunicamus. eo. tit. Item propter falſitatem cõmiſſam in literis apoſtolicæ ſedis. c. ad falſariorũ. de falſis. Item propter coniurationẽ contra epiſcopum. 11. q. 1. ſacerdotum. & c. coniurationũ. & ſeq. ſed & talis alia pœna punitur. ea. q. c. ſtatuimus. in prin. 3. q. 4. clericus. Item propter ſortilegium. 16. q. 7. admoneant. & tenet Spec. de compe. iudi. addi. §. 1. verſi in quibuſdam. Item ſi ſit incantator. d. c. admoneant. Item ſi conſuluit Incantatores, Magos, vel Aruſpices. 26. q. 5. ſi quis epiſcopus. vbi dicitur quod debet deponi, immo & degradari. d. cap. admoneant. pertinet enim ad curam epiſcoporum extirpare incantatores & ſortilegos. 26. q. 5. contra idolorum. & c. epiſcopi eorũ. Qui verò dicantur Magici, qui Nigromantici, qui Idromantici, qui Augures, qui Præſtiges, qui Aru-
2 ſpices. vide plenè per tex. not. 26. q. 5. nec mirum. Prædictis † adde non eſſe ſeruandos dies Aegyptiacos ſeu hæreticos, vel Calendas & certa tempora. 26. q. 7. nõ obſeruetis. c. ſi quis Calen. & c. non licèt. & c. quis exiſtimaret. Nec credat quis incantationes poſſe infirmitatibus prodeſſe. c. admoneant. præal. licitum eſt tamẽ infirmis vti herbis & lapidibus virtuoſis. ea. q. c. ſi. iuxta illud, In herbis & lapidibus ſunt virtutes. vt plenè ponit Plinius de Naturali hiſtoria per totũ, & maximè in vltimis libris, & ſimiliter Solinus & alij naturales.

3 Quæro hic incidenter † de quæſtione de facto vertẽte in Curia Reuerendi dñi. mei epiſcopi Firmani. duo, ſcilicet vir & vxor ſimul ſteterunt per biennium nec vnquã obſtante malia potuerunt conſummare matrimonium, adeo quod ſe inuicem odiunt vſque ad mortẽ, & thori quærunt ſeparationem, nõ eſſe eis ante triennium concedendam per epiſcopum. ex quo ſtatim de impedimẽto copulę nõ conſtat, quia non ſunt frigidi naturaliter, ſed ſunt per accidens maleficiati, quo caſu debent per triennium conari ad coitum, & ſi interim copula carnalis ſequi non poſſit, & ambo ſic aſſerant & iurent, accedente etiã iuramento ſeptem propinquorũ ſi ſint, vel ſeptem vicinorum in defectum propinquorum, qui iurent ſe credere quod cõiuges aſſeruerunt. ſ. ſimul carnaliter non potuiſſe coire, pronuntiandũ eſt per epiſcopum eis licere cum alijs contrahere. tex. eſt cum glo. not. in c. laudabilẽ. de frigi. & ma. c. ſi. eo. titu. & in Spec. eo. tit. 33. q. 1. in ſumma. & ca. re-
4 quiſiſti. & c. ſi per ſortiarias. Sed † quod ſit remedium contra d. maliam impedientẽ matrimonij copulam. Spec. refert ridiculoſum dictum Goff. qui antiquos incantatores dicit mandaſſe cuidam maleficiato tenere per diem & noctẽ brachas ſuas in capite. Ego didici aliud a Sbardelato de ſancta Victoria, noſtri temporis incantatore famoſo, qui a me tunc dicti oppidi prætore captus & in tortura examinatus, inter cætera cõfeſſus fuit ſe liberaſſe a dicta malia Dominicum Bartolini de Petritulo, qui per trienniũ cũ vxore coire non potuerat. mandauit enim quod Dominicus & vxor in aurora diei (quam hic nõ infero) Soli recedentes de domo irent ad molendinũ, nec ſe vnquàm retrouoluerent, ſtatimq; molendinum molere facerẽt, & ante molam ſic coirent. iuſſus ſe feciſſe. Dominicus retulit, & diabolicum hoc remediũ ſibi profuiſſe aſſeruit, additis certis iniquis verbis quæ hic non infero, ne quis diſcat, & tali remedio fortè vtatur in præiudicium animæ meæ, quę in æternũ de mala doctrina cruciaretur, ſicut in æternũ ſcriptura doceret & loqueretur iuxta no. in Spec. de exce. & repli. §. 4. verſ. item no. ſecundùm Ober. 2. col. vbi plenè loquitur contra ſcribentes malam doctrinã. Salubre verò & licitum remedium eſt quod prodijt Ignatius Triciñ. archiepiſcopus, videlicet quod cõiuges ſic impediti corde cõtrito & ſpiritu humiliato Deo & ſacerdoti ſua peccata ſingula cõfiteantur, & profuſis lachrymis largioribus eleemoſynis orationibus, & ieiunijs dño ſatisfaciant, qui vel liberabuntur ſicut domus Abimelech orationibus Abrahe, vel epiſcopo permittente ſeparabuntur, vt pulchrè ponitur in d.
5 c. ſi quis per ſortiarias. quod benè no. † Itẽ fit depoſitio epiſcopi vel clerici ſacrati propter incorrigibilitatem. c. cùm non ab homine. de iud. 17. di. nec licuit ſm Spec. in d. §. 1. ver. in quibuſdam. de compet. iudi. addi. & doc. in d. c. 2. de pœ. in 6. & glo. or. in c. ad reprimẽdam. de offi. ordi. & Ang. Are. in tractatu maleficiorum. ver. caput. ſed non ſtatim pro prima contumacia ſm
6 glo. 81. diſt. c. 1. † Item propter homicidium quis deponitur, & in monaſterium detruditur. c. ſi quis viduam. & c. ſi epiſcopus. 50. di. & in c. 1. cum glo. de homicidio. 2. q. 7. §. quia ergo. & glo. in d. c. 1. quod eſt verũ etiam ſi propter iram ſit cõmiſſum. licèt animus occidendi defuerit. 50. diſt. §. ſi verò. & c. ſtudeat. nõ ſi per caſum, tunc enim clericus homicida nõ deponitur ab ordine. 50. diſt. clerico. & c. ſeq. alias ſic. vt ſ. quia debet epiſcopus vel ſacerdos cauere ne ſe morti alienæ immiſceat. 23. q. 8. ſi in mort. hinc dicitur quod clericus homicida nõ poteſt exercere officium ſacerdotale. 50. diſ. miror. Et prædicta vera etiã ſi quis homicidium cõmiſit ante baptiſmum dicto facto auxilio vel mãdato, quia ſi poſt fiat, clericus deijci debet. d. c. ſi quis viduã. 50. diſt. licet vera ſunt verbaliter intelligendo, non actualiter ſm Butr. poſt Hoſt. in c. at ſi clerici. de iudi. ca. 2. de homici. per
7 Hoſti. Et no. † quod ſi epiſcopus cõfeſſus eſt ſe dediſſe, vel promiſiſſe centũ Titio, ne ipſum accuſet de homicidio, non oportet deponi, quia pręſumitur dediſſe vel promiſiſſe cauſa vitandæ vexationis ſm Bal. in c. iniuria. 7. col. de pa. iu. firman. in vſi. feu. Ioan. An. in c. 1. de accuſa. in 6. in nouella & ibi Io. Mo. pro quo facit, quia metu futuræ litis licèt de lite tranſigere. l. 2. & l. tranſigere & ibi Bart. & doct. C. de tranſac. quod verum eſt, niſi in crimine adulterij, vt ibi. & Pau. de Caſt. cõſi. 117. de quo etiã vide glo. in in auc. vt lice. ma. & auiæ. §. fi. Item niſi crimen ſit tale pro quo de iure eſt pœna corporalis, ſed ex forma ſtatuti eſt pecuniaria ſm Cy. & Bal. ibi. in 7. col. & Bart. in l. licèt. §. idem.
8 vlti. col. in lec. noua. ff. de pecu. † Et ſciendum eſt quod trãſactio de cri-

de crimine habet vim confeſſionis per glo. in l.ſi dno.ff.de iu-
reiur. & in l.quoniam.ff.de infami. & per Bar. in d.l.tranſigere.
quod verum niſi tranſigat de proſequēda lite coram tali iudi-
ce.c.quamuis.de elec.in 6.& tenet Ang.in repertorio.ver.trā-
ſactio. Nec retinendum eſt quod tranſactio de crimine quādo
fieri poteſt nō impedit inquiſitionem a ſtatuto permiſſam de
delictis ſecundùm Bart.& Bald.in d.l.tranſigere.9. col. licèt in
6.col.Bart.referat Iac.de Belui.diſputaſſe contrarium, accuſa-
tionem verò impedit indubitanter, vt tenet Barto.in l.accuſa-
tionis.C.quod me.cau.

9 Vltimo ſcias †quod prohibita trāſactione per ſta-
tutum ſuper furto intelligitur de pœ-
na criminali, non de reſtitutione rei ſm Bal.ſing.l.iuriſgen.§ ſi
10 paciſcar.ff.de pact. Redeo ad materiā homicidij † & dico quod
propter homicidiū fit depoſitio, vt ſup. ſcilicet per ſentētiam,
non ipſo iure, etiam ſi ſit notorium ſm Bal. in l. cum fratrē.C.
ad Sil. Notorium enim requirit ſententiam.c.cùm ſit romana.
§.1.de appel.& Bar.in l.emptorem.§.1.de act.emp.& Bal.in c.1.
qualiter do. propriè. priue. vbi dicit quod licèt culpa ſit noto-
ria.requiritur ſententia.quia notoriū pro ſententia non habe-
tur qñ requiritur iudicis miniſterium ad priuandū vel punien
dū, vt tenet Bald.in l.1.C.ne fi.pro pat.dum dicit patrē pro filio
obligatum pro filio teneri demū lata ſententia,& quod noto-
rium non tenet pro ſentētia.quibus adde no.in c.propoſuit.de
11 appel. † Citatio verò non requiritur in notorijs ſi conſtet non
cōpetere defenſionē.alias ſic.c.fi.de offi.deleg.in 6.Inno.in ca.
rua.de coha.cle.& mul.Sicu.in c.cùm olim.de reiu.Phil.in ca.
ex inſinuatione.in fi.de appel.glo. in c.ad noſtrā. el 3.de iur.iu.
no.in c.3.de teſti.cog.Itē no.in c.tua qui ma.accu.poſ.& in c.per
inquiſitionē.de elec. & Bal.in d.l.cum fratrem. C.ad Sille.& in
Marg.ver.notoriū.ver.3.glo.in l.1.C.qui & aduerſus quos: cum
12 ſi. † itē fit depoſitio propter falſum teſtimoniū prolatum, vel
propter falſitatē in aliqua charta cōmiſſam.c.ſi epiſcopus.cum
glo.50.diſt.19.diſ.in memoriā.5.q.6. presbyteri. †item propter
ebrietatem ſi non abſtineat.35.diſt. epiſcopus. non tñ propter
vnicam tantum ſm Spec.tit.de accu.§.2.ver. & no.itē propter
14 ludum vt ibidē ſed neutrū iſtorū ſeruatur. †item ſi epiſcopum
non iure electū ſuperior conſecrat.quo caſu conſecrans & cō-
ſecrandus deponendi ſunt.72.diſt.nullus.& ibi glo. cum ſi. ibi
15 alleg †item qui conſecrat indignū.50.diſt ex pœnitentibus.51.
diſt.aliquantos.& glo. in c.illud.23 di.cōſecrans verò ſacerdo-
tē & habilem priuatur eo ordine quē inhabili contulit.1.q.1. ſi
qui epiſcopi, & ibi glo. & dixi ſ.in 3.lib.tertia parte principali.
16 † Itē & ſuperior debet deponi qui cōfirmat electū non cōfir-
mandum, quia ſit indignus non idoneus, vel aliter electio nō
ſubſiſtat ſi ſcienter confirmatur. 81.diſt.tantis ſecūdum glo.in
c. nihil. de elec.quæ refert varias pœnas prorogatas cōtra pro-
mouentes indignū. Quia qñque priuatur poteſtate iterū cōfe-
rendi ordinē illum quē illicitè conceſſit alteri.1.q.1.ſi qui epi-
ſcopi.36.diſt.qui eccleſiaſticis.50.diſ.ex pœnitentibus. Qñque
ſuſpēditur a celebratione Miſſæ per annū.50.di.nullus. Qñque
17 deponitur.81.diſt.tantis † Et ſcias quod epiſcopus cōferens di-
gnitatē indigno, vel inhabili ratione ætatis priuatur poteſtate
conferēdi quæ deuoluitur ad capitulū, vel ad Metropolitanū.
c.cùm in cunctis.& ibi glo.& doc.de elec. Et quoniā ſupradixi
de cōfirmante non confirmandū adde quod ſi fuit negligens
in inquirēdo de qualitate electionis & electi, priuatur poteſta-
te confirmandi ſucceſſorē confirmati. Item & ſuſpēditur a be-
18 neficio ſuo donec reſtituatur.d.c.nihil & ibi doc. †item depo-
nitur ſuperior promouēs dignum inuitū & reluctantē. d.c.ni-
19 hil.per glo.84.di.vbi. †item deponitur a cōmunione qui recu-
ſat venire ad Synodum qñ vocatus eſt a Metropolitano ſi cau-
ſa ſibi iuxta non adeſt 18.di. ſi quis epiſcoporū. Quinetiam ex-
cōmunicandus eſt eps per duos menſes ſi clero ſuo non cōicat
20 ea quę geſta ſunt in Synodo Metropolitani.18.di.c.vlti. † itē de-
poni debet eps vel clericus qui retinet, vel frequētat tabernas.
44.di.nulli licèt.& c.pe.de vi.& hon.cleri. quod verum eſt niſi
21 cauſa neceſſitatis, vt cum ſit in itinere.d.c.pe.& ea.di.cleri. † Itē
deponitur ſi vſuras exerceat.47.di.eps.& ſe. & glo. in c.maritū.
35.di.quo caſu etiam debet degradari.47.diſ.ſi quis.& c.qm.14.
q.3.quoniā immo non poteſt ſe ſacramentis immiſcere. d.c.ſi
quis.cum glo. Cum talibus tñ mitius egit qñque Reuerendiſſi-
mus do meus epiſcopus Firmanus hoc anno, cum pius ſit in
22 ſuos. † Item debet deponi epiſcopus qui in adipiſcēdo epiſco-
patū eſt vſus Regio fauore vel ſeculari poteſtate.63.diſ.omnis
electio.16.q.7.ſi quis deinceps.& ſe. Item qui cōſentit, vel tole-
rat fornicationes clericis ſuis.83.diſ.ſi quis eps. & ibi gl. Quine-
tiā dicitur canis impudicus qui ſuorum clericorū delicta con-
ſentit, cum & clerici ſub nomine ſanctitatis delinquētes dican-
tur eccleſiam matrē deſtruere.ea.diſ.nemo. Nam error cui nō
reſiſtitur approbatur.ea.diſt.error.& in ca.negligere.2.q.7. Nec
ſufficit epiſcopo benè viuere quo ad ſe, ſi vitia ſubditorū non
corrigat.ea.di.quid enim. dicitur autem conſentire epiſcopus
qui nō corrigit corrigēda.ea.diſt.c.cōſentire. ſed etiam dicitur
miſerrimus eps qui gloriatur laudari a ſubditis delinquētibus,
ſicque parcit eorum delictis, vt delinquētes ipſum laudent ne
corrigātur, cum paſtor nullus placere poſſit lupis & gregibus:
tex.eſt not.in c.fi.ea.diſt.quod not.

23 Prædictis adde quod † corripiēdus eſt epiſcopus ne-
gligēs circa pauperum defenſio-
nem, releuationem oppreſſorum, tuitionem eccleſiarū, & de-
linquentium ſubditorum correctionem.84.diſt.in ſumma.&
in c.1.& 2.idem & ſi tolerat in eccleſia fieri ſpectacula, laruaſq;
ingredi templa, etiam ſub prætextu ſpectaculorū. & c.cum ad
decorem.de vi.& ho.cleri. quod verum eſt niſi ſpectacula fiāt
ad pias cauſas, vtputa repręſentatio paſſionis domini noſtri Ie-
ſu Chriſti, Magorum, & ſimiles memoriā veterum actuum re-
nouātes ſm glo.ibi quam no perpetuo. Quinetiam larua re ſe
non debent clerici, vt ibi.nec etiam ſęculares vti debent habi-
tu clericali vel monachali.l.mime. C.de epiſc.au. & in auc. de
ſan.epiſ. §.fi.immo nec cōuiuijs interesse poſſunt epiſcopi vel
clerici in quibus choreæ, ſaltationes, cātationes, & corporum
motus obſcœni exerceantur.24.diſt.presbyteri. Sed de cōuiuio
recedere debent cum prædicta geri incipiāt & ioculatores ſu-
peruenient.de conſe.diſ.5.non oportet.ergo nec ipſe choreas
ducere poteſt clericus, vt ibi a fortiori.argu.multomagis. C.de
24 ſac.ſan.ec.& dixi ſ.in rubr.de vita epi.vbi plenius vide. † Itē de-
poni debet eps qui in aliena dioceſi clericos ordinat, vel alta-
ria cōſecrat, niſi rogatus ſit a Metropolitano & epiſcopis pro-
uinciæ.9.q.3.c.1.& 2.c.epiſcopū.c.epiſcopi. c.pe. & c.nullum.6.
q.1.eps in dioceſi.vbi dicitur quod ex diſpenſatione per annum
ſuſpenditur ſm glo. ibi dū concordat dicta iura in pœnis con-
traria. Nō enim debet eps diſponere eccleſiam alienæ diœceſis.
ſicut nec vir debet alienā vxorē adulterare.ea.q.c.ſicut. Quine-
tiam in propria dioceſi nō poteſt eps alienos clericos ordina-
re ſine literis proprij dioceſani.glo.eſt no.9.q.2.in ſumma.per
c.1.& per totū.17 diſt. dixi ſ.in rub. de poteſtate epi in ſpiritua.
Nec ad hoc ſufficiunt literæ Archidiaconi ca.ſignificaſti. el 3.
de offic.archi. Poteſt tñ epiſcopus ſuperior clerici ordinati ab
alio epo ipſum clericum ſuſcipere in dioceſi, maximè ratifican-
do ordinationem factam per alium epm. c.fi.cum glo.ord.9.q.
2.quod not. Adde prædictis quod non poteſt eps eccleſiam ab
ipſo fundatam in aliena dioceſi conſecrare.16.q 5. ſi quis & c.
laïor.omnes enim eccleſiæ diœceſis ſubſunt epiſcopo dioceſa-
no.16.q.7.omnes baſilicę.61.diſt.obitum.10.q.1. c.3.9.q.3.16.q.
2.abbates. & ibi gloſ.10.q.2.eps habeat. quod eſt verum niſi in his
eccleſijs quæ ex priuilegio ſpeciali ſunt exemptæ. de priui.c.cū
& plantare.& gl.in d.c.omnes.& alias ſ. dixi iuxta prædicta ſci-
25 re debes † quod non debet epiſcopus clericum forēſem in ec-
cleſia ſuæ dioceſis inſtituere proprij epiſcopi dimiſſorias lite-
ras non habentem. 21.q.2.c.1.71.diſt.c.1.2.& 3. Alias punitur epi-
ſcopus vel excōmunicatione, vel ad tempus depoſitionis ſe-
cundum glo.ibi.quę etiam dicit requiri literas nec ſufficere ta-
citum conſenſum, qui tamē ſufficit quando clericus tranſit ad
aliam eccleſiam eiuſdem dioceſis.

26 Vltimo adde circa prædicta † quod epiſcopus viſitans
alium epiſcopū in eius dioceſim de-
bet a viſitato ſuſcipi honorificè iuxta qualitatem ſui, de cuius
viſitati licentia poteſt eps viſitās Miſſam celebrare, & verbum
Dei prædicare in eccleſia viſitati.7.q.1.epi. vbi idem dicitur in
27 presbyteris quod no. † itē debet deponi eps qui quærit promo-
ueri loco viuentis.7.q.1.cum qui. .q.2.audiuimus.2.q.1.in pri-
28 mis.poſt principium. † item & qui cōmunicat excōmunicatis.
29 11.q.3.Theugaldum.& c.qui cōmunicauit. †item & propter ſui
ſimplicitatē.18.q.2. ſi quis abbas.cum gloſ.74.diſt.epiſcopū.itē
30 † propter negligentiam.71.diſt dictum.ſm d.glo. Abbas verò
ex cauſa minima poteſt deponi.d.c.ſi quis abbas.de ſimo.c.per
ruas. & c.licèt Hely.ſm d.gloſ. vt quia ſit incautus, crudelis, im-
pius, fornicator, ebrius, ſuperbus, d c.ſi quis abbas.item deponi-
31 tur † epiſcopus pro crimine notorio.30.q.1.c.fi.in glo. †itē pro
32 crimine capitali.50.diſt.ſi quis epiſcopus. Item pro criminibus
tantum a iure expreſſis.non pro alijs.glo.eſt ordi.in ſumma.15.
q.8.& vide 81.diſt.c.1.& ibi glo.de tempo.or.c.ex tenore.& c.fi.
33 & c.ſicut de elec. †item deponi debet eps carnaliter cognoſcēs
monialem, quod etiā in clerico ſtatutum eſt.27.q.1.ſi quis epi-
ſcopus.30.q.1.ſacerdos, quo caſu laicus debet excōmunicari. d.
c.ſi quis eps.& ibi per glo. quod benè notēt hi qui cum monia-
34 libus quotidie coeunt. † Itē debet deponi eps carnaliter cogno-
ſcēs filiā ſpiritualem, ac 15.annis pœnitentiā agere debet pere-
grinando, demum in monaſterium clauſus debet Deo ſemper
ſeruire d.c.ſi quis ſacerdos.& c.non debet.vbi etiam dicitur de
presbytero qui fornicans cum filia ſpirituali debet deponi &
peregrinari 12.annis.ſi crimē fuerit notorium populo. Si verò
epiſcopus fornicatur cum vxore aliena 10. annis pœnitētiam
facere debet ſm glo. in d.c.non debet. ſed fœmina laica perdit
bona quæ ſunt pauperibus eroganda.& in monaſterio recluſa
debet perpetuo Deo ſeruire.d.c.ſi quis. Dicitur autem filia ſpi-
ritualis.i.quæ baptizata eſt ab eo. Item quę ei ſua peccata cōfite-
35 tur.30.q.1.§.filia. † Clericus verò ob adulterium ciuiliter cōuen-
tus beneficio priuandus eſt, ſed criminaliter conuentus debet
deponi

deponi ab ordine.c.qualiter & quando.§ ſi.de accu.quod verū
etiam ſi illud non cōmiſit,ſed iactauerit ſe commiſiſſe ex quo
ſcandalum ſit ſecutum.c.quam ſit.de exceſ.præ.iunctis not.per
Inno.in c.bonæ.de æta.& qual.facit.81.diſt.ſi quis epiſcopus. &
c.ſi quis ſacerdotum.& Pau.de Caſ.in conſi.117.vbi etiam dicit
quod epiſcopus delinquit ſi non deponit clericū adulterum
cum quo diſpenſet permutādo pœnam depoſitionis in pecu-
niariam.de offi.ord.c.irrefragabili.& glo.5.q.2.ſi Primates.nec
poteſt vicarius epiſcopi componere de dicto crimine pro pecu
nia vt ibi per Pau.in d.conſi.Quinetiam dicit ibi Pau.ꝙ epiſco-
pus poſſit diſpenſare cum ſimplici adulterio, vel cum leuibus
criminibus.ꝑ c.at ſi clerici.de iu.d.c.qualiter.in prin.1.q.1.notū.
36 Item deponendus † eſt epiſcopus, vel ſacer-
dos ob reuelationē cōfeſ-
ſionis de peccatis ei factæ in forma pœnitentiæ.de pœni.diſ.6.
ſacerdos.3.q.7.c.ſi in prin.cum glo.quod verum eſt ſi quis cō-
feſſus eſt ei,vt Deo,non ſi vt ſibi ſoli,ſm glo.in d.c.ſacerdos.&
in c.ſi.6.q.2.ad idem eſt quod no.in c.ſi ſacerdos.de offi.or.& in
c.omnis vtriuſque ſexus.ver.caueant.de pœ.& re.Inn.in c.qm̄.
de teſti.& in c.qualiter.de accu.& Bal.in Mar.ver.ſacerdos.ver.
4.item eſt verum niſi de conſenſu cōfitentis ſm Ioan. And.in
c.conſanguinei.de re iu.ſed an ſacerdos debeat,vel poſſit reue-
lare proditionem ſibi reuelatam in confeſſione pœnitentiali.
dic ꝙ non in ſpecie,ſed in genere ſic, videlicet dicendo Prima-
tibus loci fieri tractatū,non tñ ſpecificando perſonas ſm doct.
& Bui.in d.c.omnis. Tenetur tñ ſacerdos cōfeſſus crimen ep̄o
illud reuelare vigore excōmunicationis factæ de crimine illo
reuelando ſm gl.& doct.in d.c.ſacerdos.quod intellige,vt ep̄s
37 proſit,nō vt noceat,vt ibi. †Item deponi debet ep̄s qui quærit
timeri potius verberibus quam verbis.45.di.ep̄m.in ſi.& in ſū.
38 & not in c.1.& 3.† Itē & qui aſſumit curas & negotia ſęculana.
88.diſt.epiſcopus autem.& c.prælatum.21.q.3.in ſumma.& ca.
1.2.& 3.& per totum,quia nemo militans Deo ſe negotijs ſecu
laribus implicet.d.ca.1.& 2. vbi idē dicitur de clericis.& ſ̄.alias
diximus. & probatur.11.q.1.te quidem. Quinimmo tanquàm
peſtis eſt fugiēdus clericus negotiator. 88. diſt. negotiatorem.
Poteſt tñ & debet clericus viuere ex artificio dummodo va-
cet offi-io & beneficio,cui non debet detrimentū auferri per
39 artificium clerici.91.diſt.clericus.& ca ſeq.& alias ſ̄.dixi.† Item
debet deponi ep̄s ordinās clericum per ſimoniam.1.q.1. ſiquis
epi-opus.& c.ſicut epiſcopū.1.q.2. & c.ex multis.1. q.3.immo
etiā ordinatus per ſimoniam habetur pro nō ordinato, vt ibi.
& c.ordinationes.& c.placuit.1.q.1. ea quæ.1.q.3.1.q.1.quicūque
ſtudet. Nō enim dicitur bonus paſtor ouibus qui ſimoniacus
40 eſt.1.q.1.c.refertur.& c.vulnerato †Poteſt tñ epiſcopus volūta-
riè oblata recipere. d.c.ſicut ep̄m.q.1.quicquid.Et dicitur ſimo-
nia etiā ſi detur poſt ordinationem, vel promotionē ſm Bal.
in l.ab Anaſtaſio.§.abbati Fit autē tribus modis ſimonia,videli
cet manu dando pecuniā,vel rē quamcunque.Item obſequio.
Item lingua 1.q.1.ſunt nonnulli. & intelige obſequio qū indi-
gnus eſt, vel dignus ſi ſeruit indignè, ſi alias omnino ſeruiret
dignus digna ſeruiens, nō dicitur ſimoniam cōmittere niſi ex
pacto ſeruiat ſm gl.ibi per c.venerabilis.de ſimo. quod dixi de
lingua, intellige de precibus quibus etiā fit ſimonia, ut in d.gl.
& in c.Moyſes.8.q.1.& vide glo.1.q.1.in princ.& alias ſ̄.plenius
41 dixi in 2. lib.† Sed an notarius epiſcopi poſſit aliquid recipere
pro ſcriptura ordinationis a clerico ordinato. & dic quod nō.
immo etiam nec Archidiac.pro examinatione ordinandorū.
in d.c.ſicut ep̄m 1.q.2.Debet autem ſcriptura cōfici de ordina-
tione clericorum. 1.q.1.legum. & gl.in d.c. ſicut.& tenet Abb.
Sicu.in c.bonæ. el 2.de elec. Quod dictū eſt de notario epiſco-
pi intellige verum ſi ſit ſalariatus ex publico ſm gl. vbi ſ. alias
ergo licitè recipit.& ideo Innoc.in c.1.de ſimo. & Bal.in Mar.
ver.ſoluere. in fin dicit quod non eſt ſimonia ſoluere notario
pro mercede. Alias autem notario debetur merces pro quali-
bet ſcriptura vt ibi, nec ſine mercede cogeretur notarius roga
ri de contractibus,vel teſtamentis.l.prætor. in prin.cum glo.ff.
de eden.& vide omnino Bart.in l.1.C.de tab.lib.10. & in l.1.§.
x ff.fur.aduer.nau.cau.ſta.& in l.munerum. §.1.ff.de mu.& ho
& Bal.in l.prouidendum.C.de poſtu.Sed cogitur notarius a iu
dice non a parte ſm Bart.in l.qui teſtamento.§.ſi.ff.de teſta.
42 Et nota ꝙ † notarius poteſt recipere mercedē tam pro
Protocollo quàm etiam pro extenſione Pro-
tocolli vel inſtrumenti publicatione,quam petere poteſt offi-
cio iudicis,& actione ex locato ſm Bart.in l.argētarius.in prin.
ff.de eden.& not.in l.ſi.C.de prin.agē.in te & in l.in ſacris.in ſi.
C.de proxi.ſac.Scri.lib.12.& Guil.de Cug.in d.l.argentarius.vi
de etiam Bal.in tractatu de tabel.9.q.& intellige dari ſibi actio-
nem vtilem ex loca.ſm Bart.in l.1.§.2.ff.de va.& extraordi.co
43 gni.†Sed quis ſoluat mercedē notario ex contrahentibus.Rñ-
deo venditor,niſi ſit eccleſia ſm Ang.in auc.de alie.& emphy.
§.hoc etiā.col.9.vide Cyn.& Bal.in l.eos.C.de vſu.l.debet.ff.de
edi.edic.tenementi. Item ep̄s vendens eccleſiaſtica beneficia,
præbendas vel altaria per ſimoniam cōcedens, debet ſuſpēdi.
1.q.3.ſi quis ep̄s.& c.quęſitū.cum glo.ſed hoc de conſuetudine
. non ſeruatur ſm Archi.10.q.1.ſanctorū.vt refert Lud.Pon.in
ſin.verb oblię.ver.fructus. Et intellige ſimoniam cōmitti,ſiue
detur pecunia,ſiue aliæ res quæcunque ſint.1.q.3.totum.vbi dr̄
quod pecuniæ appellatione veniunt omnia quæ in terra ſunt.
& tenet Bart.in l.1.§.an poteſt.ff.de conſti.pe.& in l.quiſquis.de
leg.3.l.pecuniæ.de verb.ſigni.bona.§.ſi.ff.ad trebel. immo etiā
iura.d.l.pecuniæ.& glo.in d.c.totū. Item & ſpecies.d.l.quiſquis.
ſm d.glo. Item & quæ conſiſtunt pondere,numero vel mēſu-
ra.l.talis ſcriptura.in prin.& ibi Bar.de leg.1.Non tñ pecunia in
ſacculo ſignata vel in archa,ſed numerata tantū ſm Bat. vbi ſ̄.
Item nec pecunia reprobata.l.eleganter. §.qui reprobos.de cō
di.inde.& Bart.in l.quamuis. de auro & arg.lega. Sed ſm cōem
vſum loquendi venit pecunia.i.nummi tantum ſm Bart. in d.
l.talis.quod verū eſt in mutuo.l.3.§.mutui. ff.quod cum eo. Dr̄
verò quis recipere pecuniam quomòdocūque recipiat cōmo
dum burſale.l.1.§.pecunia.& ibi Bat ff.de calum Dicta eſt autē
pecunia,quia nota pecudum primo fuit ſignata ſm Plin.de Na
tura.hiſto.lib.33.c.3 & ibi ponit quæ prior fuit forma in ære, &
quare denarius,'& quare quinarius, & quare ſextertiū fuerint
dicta.& quando primus fuit inuentus aureus.vide ibi.
44 Prædictis adde ꝙ † verbum pecuniæ in ſcriptis
prolatum intelligitur ſtrictè ſm
Inno in c.ſedes in ſi.de reſcrip.& Lud.Pon.in ſingu.ver. pecu-
nia.ver.verbum pecuniæ. Itē ſcias quod appellatione pecuniæ
veniunt etiam debita nondū exacta.vt tenet ſing. Flo.in l.pro-
cul.ff de vſufru.& ſic nomina debitorum.vt ibi. Et gl in d.c.to-
tum.Item & totum patrimoniū.l.cogi in princ.& ibi Bar.ff.ad
trebel.& in d.l.talis. hinc eſt quod qui habet pecuniam dicitur
habere omnia l.2.& ibi Bal.C.de cōſti pec. Alias dicitur pecu-
niam eſſe vitā hominis ſm Bal.in l.ſi tuis. de oper.lib per not.
in l.aduocati. de aduo.diuer.iud. & Bal. in d.l.2. Itē & pecunia
dicitur fideiuſſor in neceſſitatibus, vt ibi,& hęc practica docet.
45 † Non tñ pecunia venit appellatione auri vel argēti ſi ſculpta
eſt ſi poteſt expēdi, ſecus ſi pecunia eſt antiqua, vel teſtator nō
habet aliud argentū vel aurum ſm Bar.in l.quintus. ff.de auro
& arg.lega.quod no.perpetuo.De hac Propertius Elegiam pul
chram cōdidit.Ergo ſolicitè tu cauſa pecunia es,|Per te imma-
turum mortis adimus iter. Tu vitijs hominum crudelia pabu-
la præbes.Semina curarū de capite orta tuo.Tu petum ad pha-
rium tandētem lintea portus.Obruis inſano terque quaterq;
mari. Nam dum te ſequitur primo miſer excidit ore. Et noua
lōginquis piſcibus eſca natat. &c. De eadem pecunia ego alias
ad fratrem meum Antonium Bertachinum Elegiam edidi ex
Caſſia in qua ſic dixi. Carmina pro nummis cantantur ſi mihi
nummi.Sunt nummis cedāt carmina vana feris. Sunt nummi
fratres, ſunt nummi vita ſaluſque. Eſt nūmus ſanguis delitięq;
hominū.Cui deſunt nūmi quiſquis ſit gloria & omnis. Deficit
indigenis,deficit omnis bonos. Hæc incidēter dicta eſſe velim.
46 Sed redeo ad materiam & dico†quod epiſcopus debet etiā de-
poni ſi non ſeruat conſtitutiones Concilij,vel eccleſiæ Roma
næ ſi credat eccleſiam Romanam potuiſſe ſic ſtatuere, ſed ip-
ſe contēnat pro libito voluntatis.4.diſt.§ ſi.Sed ſi credat eccle-
ſiam Romanam nō potuiſſe ſic ſtatuere, punitur vt hæreticus.
19.diſt nulli fas.Ita tradidit glo.not in c.generali de electio in
6.& glo 2.q.7.ſacerdotes.& § hoc & ſi legibus.4.diſt.vbi no.Itē
deponi debet ſi palam alienet res eccleſiæ Cathedralis,vel alte
rius ſibi ſubiectæ quæ rectorem habeat,non ſi clam ſm Archi.
12.q.2.monemus per tex.in c.vlti.3.q.vlti.quod Ioan Fabri di-
cit verum,niſi rem alienatam incontinenti reſtituat eccleſiæ.
Vguno autem dicit cum eo diſpenſandum ſi rem eccleſię cito
47 reſtituat †Sic ergo pœna epiſcopi alienantis eſt depoſitio.d.c.
monemus.c.apoſtolicos.& c.diaconi.glo.in c.ſi quis presbyte
rorum.de re.eccle.non alie.10 q.2.ſi quis epiſcopus.& ibi gloſ.
12.q.2.vulteranæ.& c.abbatibus.17.q.4.c.1.& c.nullus.14 q.4.c.
1.de re.eccle.non alienan.c.nulli.c.a.eo.tit.in 6.l.iubemus.§.ę-
conomus.de ſac.ſanc.eccle.quod verū niſi celeriter reſtitutio
fiat eccleſię,vt ſup.diximus & d.c.ſi quis presbyterorum.Celer
verò reſtitutio dicitur quamprimum ab eccleſia interpellatur
ad reſtituendum.ar.d.c.ſi quis.35.q.9.quod quis de eloc.c.noſti.
ſm d Lau.in rub.de reb eccle.non alienan.in 6.13.q.& glo.in d.
c.ſi quis presbyterorum.
48 Illud tamen no.†quod ſi neceſſitas inſtat alienandi
& alienatio celeritatem requirit, vt cō
ſenſus capituli de facili & ſtatim haberi non poſſit,vel etiā au-
ctoritas poſtulari & impetrari non habet locum pœna contra
alienantem inducta ſm Pau.in cle.1.de foro compe.& Lau. te
net in d.rubr.q.39.in ſi facit quod no.12.q.2.placuit.glo.in l.di-
uus.de peti.hęre.& in l.tutor qui repertorium de admini.tuto.
tex.in l.ſi longius.ff.de iudi.& in l.ſi cum dotem.§ ſi pater.ff.ſo
lu.ma.quod not.pro excuſatione prælati, vel clerici alienantis
non ſolenniter de bonis eccleſiæ. Adde idem eſſe quando alie-
natur res inutilis & vilis,quia non punitur ſm glo.not in ca.1.
17.q.4.12.q.2.terrulas. vide Ang.in auc.de ali.& emphy.§.hoc
etiam.col.9. & Lau.de Fa.in d.rub.& in l.in quorum.28.col.ff.
49 de pig.& alias dixi ſ̄.eod. † Hic ſubde quod epiſcopus alienans
nedum

nedum debet deponi, ſed etiã debet res alienatas in caſu prohibito reſtituere eccleſiæ. 10. q. 2. c. vlti. & no. in c. fi. de reb. eccl. non alie. in 6. Nec poteſt epiſcopus alienare bona eccleſię ſine conſenſu recto ris illius eccleſiæ. d. c. fi. & ibi glo. 12. q. 2. placuit. & c. abbatibus. Sede verò epiſcopali vacante non poteſt res eccleſiæ alienare. 12. q. 2. ſi qua de rebus. & c. nouit. ne ſede vacan. ſed vacante ſacerdote ſic cum auctoritate epiſcopi ſecundum glo. in d. c. ſi. per c. fraternitatem. 21. diſt. 10. q. 1. decretũ. hęc omnia not. & adde ſup. in rub. de auctoritate epiſcopi in temporalibus circa res in quæſtionibus de alienatione rerum eccleſiaſticarum, vbi plenè. Ex his declarata eſt ſecunda pars principalis ſcilicet cauſa materialis depoſitionis, per verſiculos licèt nõ
50 per quæſtiones. † Quibus adde alium caſum ſcilicet quãdo excommunicatus celebrat, quia deponi debet ſecundum Speculatorem de accuſa. §. 5. verſi. porrò. vbi vide.

SVMMARIVM.

1 *Degradatio verbalis qualiter fiat.*
2 *Epiſcopus degradandus an debeat ſtare indutus habitu põtificali tempore degradationis.*
3 *Teſtes quot requirantur in cauſa criminali ad deponendum epiſcopum. Et quid de alijs actibus. 4.*
5 *Caſus in quibus vnicus teſtis ſufficit.*
6 *Cardinalis legatus ſi aſſerat ſe habere certas commiſſiones nec oſtendit literas, an ei credatur.*

Tertia Pars.

De cauſa formali degradationis qualiter fiat.

1 De cauſa formali degradationis nunc diſſeramus. Quæro igitur † primo degradatio verbalis cum ſupra in principio huius partis octauæ principalis dixerimus eſſe duplicem ſcilicet verbalem & actualẽ. & dic quod verbalis degradatio fit ſolo verbo, vt cum hoc crimen vel cauſam aliquam de quibus ſup. proximè diximus ſententia depoſitionis profertur, ſicut fecit Clemens Papa quartus qui publicè tulit ſententiam depoſitionis cõtra 11. epiſcopos pręſentes qui adhęſerant Manfredo Principi Tarentino qui regnum Siciliæ occupauerat, & eius coronationi interfuerunt, vt refert Spec. in tit. de accu. §. 1. ver. & not. quod cuius forma eſt huiuſmodi, videlicet. Et quia nobis cõſtat te tale crimen flagitioſum cõmiſiſſe, ideo te ſententialiter ab omni clericali ordine dicimus deponendum, vt tradit Spec. eo. § ver. itẽ quæritur. & probatur in c. nouimus de verb. ſigni. & in c. accedens. 50. diſt. & 11. q. 3. epiſcopus. & in c. veritatis. de dolo & contu. & in c. qualiter & quando. de accu. Intellige tñ quod crimẽ in ſententia declaretur ſm Spec. vbi ſup. Actualis vero degradatio fit quãdo poſt ſententiam verbalem de qua ſup. diximus inſignia ordinum ſibi ſolenniter detrahuntur. & hæc dicitur depoſitio ſolennis de qua habetur 11. q. 3. epiſcopus & in ca. 2. de pœ. in 6. & in Spec. vbi ſup. verſi degradatur in §. 2. Huius forma eſt, quia ſuperior degradandi coram iudice ſeculari cui tradi debet degradandus publicè primo radat ei caput, deinde abradat cum vitro, vel ferro loca capitis & manuũ in quibus vnctio facta fuit tempore ordinationis, deinde detrahat ei induto omnia inſignia quæ collata fuerunt tempore ordinationis eruatque habitum clericalem & induat laicale, & dicat iudici laico quod eum recipiat in ſuum forum.

Primo autem auferat ei veſtimentũ quod datum fuit ordinato. poſt vero alias veſtes & gradatim vſque ad veſtem quam habuit in ſuſceptione tonſuræ. ſic ergo patet quod degradãdus primo veſtiri debet habitu clericali cum ornamẽtis ſm qualitatem ſuæ dignitatis & ordinum ſuorum. videlicet quod presbyter induatur cum calice in manu ac ſi vellet dicere Miſſam. diaconus vero veſtiatur vt diaconus, ſubdiaconus vt ſubdiaconus epiſcopus vt epũs. & ſic de ſingulis. Et cum ei exuitur veſtis dicat epiſcopus exuens ad terrorem aliorum non ad ſubſtantiã degradationis, presbyter exuimus, vel auferimus tibi veſtẽ ſacerdotalẽ & te honore ſacerdotali priuamus, & ſimilibus verbis vtatur in ablatione aliorum inſignium. In remotione vero vltimæ veſtis dicat. auctoritate Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus ſancti ac noſtra auferimus tibi habitũ clericalẽ, deponimus, degradamus, exuimus & ſpoliam⁹ te omni ordine & priuilegio clericali. hęc forma probatur in c. 2. de pę. in 6. & tradit Spec. in verſi degradatio.

2 Secundo quæro † an epiſcopus degradãs debet ſtare indutus habitu pontificali tẽpore degradationis. Rñ. non, de neceſſitate, ſed poteſt ſi velit ſm Spec. & §. 2. ver. item hoc eſt vis de accuſa quod not.

3 Tertio quæro † quot teſtes requirãtur in cauſa criminali ad deponẽdum epiſcopum. Reſpon. quod duo vel tres ſufficiunt, quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum. 2. q. 4. §. ex præmiſſis. c. 1. ca. placuit. & c. in omni. de teſtibus. c. nouit. de iud. c. cum eſſes. & c. relatum. de teſtamentis. l. vbi numerus. ff. de teſti. Sed contra Cardinalẽ epiſcoporũ requiruntur 72. contra Cardinalem presbyterum requiruntur 84. contra diaconum requiruntur 26. contra ſubdiaconũ 7. c. nullam. & c. præſul. 2. q. 4. & tenet Spec. in tit. de teſte. §. reſtat. de nume. in prin. Qui quidem teſtes debent iurare de quinque. Primo dicere veritatem. 3. q. 9. horta. Secundo pro vtraque parte. 14. q. 5. nõ ſanè. Tertio quot non admiſceant facultatem. d. ca. nullã. 2. q. 4. Quarto quod nec odio, nec amore, nec pro cõmodo proprio teſtificent. de teſt. c. quoties. Quinto quod dicat quicquid de re ipſa nouerit, etiam ſi non fuerit interrogatus. c. cum dilectus. de accu ita tradit no glo. in d. c. nullam. quam no. pro forma iuramẽti teſtium. Contra Papam verò duo teſtes ſufficiunt ſm glo. in d. c. pręſul. in prin. per not. de pœ. diſt. 2. principium. quod no. quia in hoc Papa deterioris eſt conditionis quam Cardinalis. Quod dictũ eſt de Cardinali intellige etiam ſi ſit quæſtio contra ipſum de commiſſo crimine etiam ante Cardinalatum adeptum, quia d. ca. præſul. loquitur indiſtinctè ſm quoſdam. Archi. tamen ibi tenet contrarium, ſed non procedit in crimine hæreſis vel ſciſmatis, quia tali priuilegio non gaudet Cardinalis glo. eſt in c. 1. de ſciſma lib. 6. in uerſi. Cardinalis. Item intellige verum de rigore iuris, & quando teſtes non ſunt vſque adeo idonei. nam ſi ſint idonei & vitæ laudatæ ac immutandæ de æquitate duo ſufficiunt. d. c. nullam. § ſed hoc. & tenet Ioan. And in c. licèt vniuerſi. de teſti. & tenet Lud. Pon. in ſing. verſi. teſtis. ver. duo teſtes. Pro purgatione vero epiſcopi requiruntur 12. teſtes. 2. q. 5. omnibus. in ti. ſed in purgatione presbyteri, 7. in purgatione diaconi tres requiruntur. ca. q. ſi legitimi. & Spec. in d. § in 2. col. quod not.

4 Sed quid de alijs † actibus, quot teſtes requirantur. Rñdeo quod regulariter duo teſtes ſufficiũt, d. l. vbi numerus. quod eſt verũ niſi expreſſim in aliquo caſu maior numerus requiratur, vt in teſtamẽto in quo regulariter requirũtur ſeptem. l. hac conſul. C. de teſta. licèt inter liberos duo ſufficiant. in auc. hoc inter liberos. eod. tit. Idem in pijs voluntatibus. c. relatũ. el 1. de teſta. Idem in Codicillis legatis & donationibus cauſa mortis in quibus quinque teſtes ſunt neceſſarij. l. fi. C. de codi. l. ſin. C. de dona. cauſa mor. Alios verò caſus quamplures in quibus requirũtur vltra duos teſtes, vide omnino in Spec. vbi ſup. d. §. reſtat. de numero per duas columnas. vbi vide quod dixi de codicillis & donationibus, eſt verum niſi per ſtatutũ teſtium numerus minor requiratur in eis, vel etiam in teſtamẽtis, quod ſtatutum requirẽs duos teſtes in teſtamento habet locum etiam in dona. cau. mor. ſm Bal. in l. fi. C. de teſta. ſed cõtrarium ſenſit in hoc Bal in d. l hac cõſul. 4. col. verſ. ſed quæ. omnĩ quid. C. qui teſta. face poſ. & Bar. in l. 3. in fi. ff. de leg. 1. vbi vide & no.
5 † In caſibus tñ vnicus teſtis ſufficit. primo ſi concurrunt cum eo alia indicia vel adminicula, vt iuramentum partis. l. admonẽdi. ff. de iur. iu. in l. in bonæ fidei. C. eo. tit. c. ſi. eo. ti. Item in cauſis paruis ſi teſtis eſt honeſta perſona ſm Inno. in c. prudentiam. de offic. dele. Item qñ in loco non eſt niſi vnus in arte peritus l. ſemel. C. de re mili. lib. 12. & Bart. in 1. conſi. Item & qñ teſtator mandat ſtari dicto vnius ſm Bar in l. theopõpus. ff. de do. præle. Item in nuncio vt ibidẽ. & per Bart. in l. a diuo § 1 ſuper rebus de re iudi. Inno. in ca. qñ contra. de proba. Item & qñ dubitatur an aliquod inſtrumentum eſſet ſcriptũ manu alicuius notarij, quia ei creditur an ſcripſerit, l. ſi quis decurio. C. de fal. & Petr. de Sun. in l. iuriſiurandi. C. de teſti. Itẽ qñ vnicus eſt partibus confidatus ſi partes conſentiant in eius perſona & dicto. quia tunc plenè probat, ſi in perſona tantum quia tunc ſemiplene ſm Bal in d. l. in bonæ fidei. 5. col & in Specu. de teſte. §. iuc reſtat verſ. hoc ſi. Item ſoli Principi creditur etiam in facto proprio & ſine die & Conſule ſm Bal. in l. ex his. vlti. col. C. de teſt. mili. l quæro in fi ff. de ædil. edi. & Pau. de Caſt. conſi. 35. Itẽ creditur ſoli Regi ſm Pau. in d. conſi. & c. nobiliſſimus. 97. diſt. & Bald. in l. 1. ff. de offi. præfec. Item vnus expertus probat conſuetudinem ſm Barto. in l. de quibus. de legi. Item ſoli Cardinali credendum eſt ſm Bal. in Marg. ver. credulitas. vbi alleg. Inn. in c. cũm olim. de priuil. quod eſt verum in cõmiſſis ſibi a Papa ſm Bal. in l. iuriſiurãdi. C. de teſti. & probatur in d. c. nobiliſſimus. & glo. in c. ad apoſtolicæ. de re iud. in 6. quod credatur Cardinali legato etiã literas cõmiſſionis non oſtendenti, quod etiam tenet Barto. in l. 1. C. de ſuperindi. lib. 10. & Bal. in l. ſi qua per cal. de epiſco. & cler. & alias ſupra dixi.

6 Et adde quod ſi † Cardinalis legatus aſſerat ſe habere certas cõmiſſiones, puta legitimandi, creandi notarios, reſtituendi infames & ſi non oſtendit literas, ſed publice facit tales actus, præſumitur quod mandatum habuit & valent actus ratione cõmunis erroris & ei creditur præſumptiuè ſm Bal. in l. exemplo. in fi. C. de proba. & not. in c. ex literis. de teſti. in marg. Item vni teſti creditur de inſidijs factis per Papam. 79. diſt. ſi quis Papa. 6. q. 1. §. verum. & Specu. in d. §. reſtat de nu. 4. col. Item creditur ſoli Papæ glo. eſt in c. 1. de renun. & in cap. ad apoſtolicæ. de re iu. in 6. per c. cum

nobis.

nobis.In ſi.de teſti & ibi Bal.licèt Ang contra in l. iuriſiurandi.C de teſt Item & de reuocatione mádati creditur parti cũ iuramento & vno teſte.c ca inſinuatione. de procu. Item creditori nõ credit̃ ſup eo ꝙ eſt ſuperſtuũ ꝑtio rei vẽditæ l ſi. § ſi verò.C.de inte do.iinpe.Item quando quis probabiliter ignorauit.de ſen. excoin. c. ſi verò et 2.argu.tamen contra in c. pe. de præſump. ſed ibi non erat cauſa probabilis. item creditur dicto vnius abbatis contra epiſcopum qui meſſem vicini eaarauit ante Miſſæ celebrationem vel ſolennia. lxxavj. di. tanta item creditur vni extra iudicium ſeu tanquam ſocio. 22. q 4. innocens.item ad probandum baptiſmum vel eccleſiæ conſecrationem.de cõſec.diſt.4 ca.cum itaque.& c.paruulos.& diſt. 1.ſolennitates.item cum dubitatur de voluntate muti vel morientis,ar. 16.q.6 qui recedunt.& c.ſeq. Item dictũ vnius teſtis reddit ſigillum dubium in teſtamento poſitum l. .§.ſi ff quẽadmo.teſta.ape.Item in probatione terminorum creditur ſoli vẽditori l eos ff fini.regun.ſecundum vnam lec. & ita ſeruatur.item ad impediendũ matrimonium cõtrahẽdum.de teſti. c.ſuper eo.de ſponſa.c.præterea.el 2. item ad faciendum indicij purgationem. de purga.canoni. c.cum in iuuentute. item creditur ſoli ſacerdoti quod aliquis pęnitentiam fecerit. de ſimonia capi.nemo & ar.de teſti.c.teſtimoni.de pę & re. c. omnis vtriuſque.Item vni tanquam recitatori propter eius fidem indubitatam.8.q.1.talia.28.di de ſyracuſanę.23.q. 4. inter querelas.ſecundum vnam lectu.item creditur ſoli executori.de appel.cap cum parati ff. de re.eorum. l. magis.§.ne tantum.& in Spe.de accu § 1 ad ſi.& de cita § ſequitur.

Item patri ſolo creditur aſſerẽti filium inuitum eſſe factum monachum. 20 q.3. præſens.Item olim credebatur ſoli epiſcopo.11.q 1.quicunque vide.6.q.1 ſi tantum & ſeq.Item vnus teſtis facit præſumptionẽ. l 2.in ſi ff quemad.in.teſta.aper.l Theopõpus de do. præle. Item creditur vni teſti, cum fama.vt plenè in Spec.de teſte. §. reſtat denu.4.col.ver.15.Item vnus teſtis,proficit ſed non ſufficit,quia clericus vni militi ab hoſtibus remiſſo ſuffragantibus meritis vitę prioris l.deſertorem. §. is qui ad l. non omnes.§.a barbaris.ff de re mi. Item vni creditur cum iuramento ſi dicat ſe per vim perdidiſſe,probata prius violentia.c. fin. quod met. cau l.ſi quando. C.vnde vi.Item creditur iuramento vnius circa fraudem aduerſarij.de in integ reſti.c.ea literis.de re in.c.cũ Bertoldus. Item vni teſti creditur in cauſa denuntiationis.de teſtib.c.omni.de iudi.c.nouit.Item vnus teſtis probat ſemiplenè in Spe.de proba § ſi.hos caſus ponit Spe.in d §. reſtat.3. & 4. col.tu adde ſecundum Bal.in l.ne in arbitris.C de arbi.in 3 col. Item ad probandum quod clericus fuerit percuſſus a laico.ca. peruenit de reſti. cogen. Item & cauſa abſentiæ probatur per vnum teſtem cum iuramento partis. c. inſinuatione. de reſti. in integ.ſecundum Bal.vbi ſupra,qui etiam ponit octo alios caſus de ſupradictis.quos not.

SVMMARIVM.

1 *Degradatio ad quem finem fiat.*
2 *Percutiens degradatum an incidat in canonem.ſi quis ſuadente. 17 q 4.*
3 *Degradatus ſi conſecrat de facto,an conficiat verum corpus Chriſti dicendo verba conſecrationis.*
4 *Conſtitutus in mortis articulo pęnitentiam accipere poteſt etiam ab hęretico.*
5 *Degradatio an remoueat characteres de anima.*
6 *Mortuus ſi reſurgat an recuperet omnia bona ſua.*
7 *Doctor priuatus ob delictum,doctorari iterum non poteſt.*
8 *Epiſcopus depoſitus an repetat expenſas factas in rebus eccleſię ante depoſitionem.*
9 *Depoſitus ad quem iudicem debeat appellare.*
10 *Epiſcopus an poſſit accuſari a ſuis ſubditis vt deponatur.*
11 *Iudæus,paganus,aut hæreticus an poſſit accuſare Chriſtianum.*
12 *Laici an poſſint accuſare clericos & teſtificari contra eos.*
13 *Epiſcopus vel ſacerdos pendente accuſatione de crimine facta ad finem depoſitionis an poſſit miniſtrare diuina.*
14 *Epiſcopus accuſatus de dilapidatione non poteſt lite pendente agere vel conueniri.*
15 *Epiſcopus ſi fuit depoſitus,deinde fuit reſtitutus per Papam, ſed ante præſentationem literarum reſtitutionis fuit alter electus a capitulo nunquid in præiudicium reſtituti ſubſiſtat electio.*
16 *Epiſcopo depoſito propter delictum,iuriſdictio ad quem reuertatur.*
17 *Epiſcopus depoſitus an poſſit aliquid declarare ſuper contractibus initis per ipſum tempore prælaturæ.*
18 *Epiſcopus an poſſit priuari prælatura & rebus, & puniri perſonaliter pro delicto.*
19 *Geſta per epiſcopum depoſitum vel tranſlatum,qui ignorat ſuam depoſitionem vel tranſlationem an valeant.*
20 *Geſta per procuratorem reuocatum etiam ignorantem quando valeant.*
21 *Notificatio reuocationis fieri poteſt per procuratorẽ cum ſpeciali mãdato.*

Quarta pars.

De cauſa finali & effectu degradationis.

Vltimò cauſa finalis degradationis eſt attingẽda cum qua hu-
1 ius operis finem concludemus.Quæro igitur primo † ad quem
finem degradatio fiat. Reſpon.vt degradatus tradatur iudici ſe-
culari puniendus.c.nouimus.de ver.ſignifica.c.2.de pę.in 6. &
Bal in l.1.C.an ſeruus ca facto ſuo tunc enim traditus dicitur
factus de foro ſeculari.de iudi.c.cum non ab homine. c. noui-
mus.de ſentẽ.excommuni.nã antequam tradatur iudici ſecu-
lari eſt de foro eccleſiaſtico.c.at ſi clerici.in ſi.de iudi.in tantũ
quod debet viuere clericaliter & horas dicere.lxxj. diſt. dictũ.
& Specul.de compe.iu.ad § 1.ver.in quibuſdam.Secundo quæ-
2 ro † an percutiens degradatum incidat in cano. ſi quis ſuaden-
te.xvij.q.4. Reſpon.ſic,vt per gl.& doct.in c.2.de pę.in 6.& vide
glo.l diſt.accedens 54.diſtin.c.5.lxxxj.diſt.dictum.
3 Tertio † quæro ſi degradatus conſecrat de facto, an cõficiat
corpus verum Chriſti dicendo verba.Hoc eſt enim. & c. gloſſ.
tenet.quòd non.in dicto capitu. 2.in fin. ſed vide plenius per
c.2.de cleri excommunica.mi & in ſumma.9.q.1.depoſitus nõ
conficit ſicut hæreticus ſecundum gl.1.q.1.nos dicimus & glo.
9.q.1.c.1.in ſi gl.m.ſed reprobatur per Ber.& docto. Item ſi cõ-
ficit illud ſacerdos criminoſus toleratur a v.q.vlt.c.vlt. Et † ꝙ
4 conſtitutus in mortis articulo poteſt accipere pęnitentiam &
ab hęretico.13.q.2.ſi quem.vide ea.q.c.penul.& fina.Item & lai-
co.de conſecra.diſtin.4.ſanctum nõ tamẽ a ſeipſo ſecundum
gl.de cõſec.diſt.4 baptiſmi.& aliàs.ſupra dixi in alio li. Quarto
5 † quæro an degradatio remoueat characteres de anima.dic ꝙ
non.& ideo ſi degradatus moriatur & miraculoſo reſurgat,
non debet iterum ordinari ſecundum Sicu.& doc in c.non po-
teſt.de re iu.per gl.in c.2.12 q.5 2.& no in d.c.2.de pęn in 6.pro
6 quo facit. † quia mortuus ſi reſurgat recuperat omnia bona ſua
ſecundum Flo.in l.ſeruitutem. §. ſi ſublatum.ff de ſerui. vrba.
præd.& Bar poſt gl.in l.3 ff.de legi.vbi etiam dicit Bar quod &
tunc recuperat filios,ſed non vxorem.quod not. licèt ſit de ra-
ro contingentibus.Addo etiam quod degradatus ſi reſtitua-
tur non debet iterum ordinari.1.q. 3. ſi epiſcopus. ſecundum
Spec.de diſpen.§.nunc de epiſcopo.in m. ver. lav. quod not.
7 Sed ſcias quod † doctor priuatus ob delictum non poteſt ite-
rum doctorari ſecundum Bal.in ſi C.de liber.& eorum libe.
8 Quintò quæro † an epiſcopus depoſitus repetat
expenſas factas in rebus eccleſiæ
ante dispoſitionem. Reſpõ. ſic,ſecũdum Dy.& Nico.de Neap.
in l.a tutela ff de contra.ind.tut. Idem in qualiber adminiſtra-
tione depoſita adminiſtrationẽ ſecũdũ Dy.& Nic. ibidem,qđ
not Et intellige verum niſi ſumptus ſit maior quam res in qua
facta ſunt ſecundum gl.& Bar.in l.ſiue hæreditaria.ff.de nego.
geſt.Idem in procuratore qui repetit ſumptus litis per ipſum
factos pro domino.l.1 & ibi Bal.C manda.l.procuratorem eo.
ti.tex.& Bar.in l.idemque.§.idem labeo.ff eo ti.Pro quibus ſum-
ptibus poſſunt retineri inſtrumenta cauſæ.l.quæ omnia §. pla-
ne.per Bar.ff de procu.l ſumptus.ff de pec.l.in rem § ſi & l.qui
proprio.§.fina.ff de procu gl.in l 1 ff.de pro aenc.& in l. ſi non
ſot.§.ſi centũ.ff.de condi.inde.item datur actio mandati.d. l. 1.
C mandati.Et prædicta vera niſi improbè facti ſunt.l ſi contra.
& ibi Bal.C.eo.tit.idem in tutore qui expendit de ſuo d.l.a tute-
9 la.quod not Sextò quæro † ad quem iudicem debeat depoſitus
appellare. Reſpon ꝙ ad Papam.2.q.5.omnes epiſcopi c.ad Ro-
10 manam.& ſeq.3.q.6.accuſatur.
Septimò quæro † an epiſcopus poſſit accuſari a ſuis ſubditis
vt deponatur. Reſpon ſic .q.7.ſi quis.& § ex his.& c.Paulus.c.
lator.c.ſeq.quapropter & c.ſi quid quod verum niſi a crimino-
ſis.2.q.7.præſumunt. item intellige facta prius examinatione
de eis.ea.q.clericos.adde omnino ad prędicta.6.q.1.ex merito.
11 Poſſunt etiam pręlati a ſubditis ſuis reprehendi.2.q.7.admonẽ-
di.† Sed an Iudęus, vel paganus, vel hęreticus poſſit accuſare
chriſtianum, Reſpon.non.2 q.7.pagani.c.ſi hęreticus & c. non
poteſt.item nec tales poſſunt eſſe teſtes contra chriſtianum.d.
c.non poteſt.& tenet Bal.in l.qui accuſare. C. de eden. l. quo-
niam.& ibi docto.C.de hære.Ang tenet in auc.iuliuran. quod
præſta.§.1.quod eſt verum,niſi cum alio idoneo, vel niſi aliud
adminiculum cum eo concurrat ſicut infamis qui cũ idoneis
adminitur ſecundum Iac.& Bal.in l ſi quis ea ar. in prin. ff. de
eden.& Bal.in l.1 C.de ſum.trini.& in l.1.C.de teſta & in l.2. C.
de rab.& Pau. de Ca. conſi.xci. Item verum ſi ex aduerſo ſunt
alij teſtes idonei,quia tunc iudęus repellitur,aliàs ſecus ſecun-
12 dum Bal.in addi.Spe.de accu.ver.infamis. † Sed an laici poſſint
accuſare clericos & teſtificari contra eos. dic ſecundum Ca-
no.ꝙ nõ in capitulo ipſi apoſtoli. & c teſtes. 2. q. 7. quod no.
13 Dubitari poteſt † an epiſcopus vel ſacerdos pẽ-
dẽte accuſatione ꝑdicta de cri-
mine facta ad finẽ depoſitionis poſſit miniſtrare diuina. Reſp.
nõ.2.q.5.presbyter ſi a plebe. ſecundum Fran.de capi. ſiſte in l.
reum de procu idem in clerico,qui tamen interim nõ poteſt

priuari beneficio d c.præsbyter. cum gl & intellige vſq; ad purgationem .i. executionem ſuam cum iuramento coram epiſcopo & ſeptem clericis vocatis ab epiſcopo. vt ibi. An autem interim miniſtraret temporalia. not. in c. nihil. § fi. de ele. & in c. cōſtitutus de appel. item an deponendus antequam deponatur poſſit īfeudare. vide Bal. in c 1. quid iur. ſi ad. de feu ſue. inue. in vii. feu. Tutor verò accuſatus de ſuſpecto poteſt pendente lite adminiſtrare. l. quod ſi forte. § ſunt quidam. & ibi Bar. ff. de ſol. & aliàs ſupra diximus.

14 † Et no ꝑpetuo ꝙ epiſcopus accuſatus de dilapidatione nō poteſt lite pendente agere vel conueniri ſecundum do. Fran. in d l. reum. Adde ꝙ prodigus vel dilapidator bonorum. etiam notoriè non priuatur ipſo iure ab adminiſtratione bonorum, ſed per ſententiam iudicis ſecundum Bal. in addi. Spe. de actore. ver. lex nō interdicit. vbi vide omnino. & per Bald. in l. cum fratrem. C. ad ſil. vbi dicit ꝙ poteſt cōtrahere & teſtari niſi ſententia ſit cōtra eū lata. vide omnino Bar. in l. tres. §. nō ſolū. de admi. tut. & in l. is cui lege. poſt gl de teſta. & in l. ſi quis cū ſciret. ff. pro empt. & in l. is cui bonis. de ver. obli. & no. in c. ex parte. de conſue. quæ omnia tene menti.

15 † Octauo quæro eps fuit depoſitus, deinde fuit reſtitutus per Papam. ſed antequam præſentaret capitulo literas reſtitutionis fuit alter electus a capitulo. an in præiudicium reſtituti ſubſiſtat electio dic ꝙ nō ſm gl. & doc. in c. innotuit. de ele. ar. tex. ibi ante ſuſceptionem literarū. & not. 8. q. vlt. ar. 7. q. 1. eos. & c. tranſmiſſa. de renun. l. 1. de manda prin. l. neque. C. de nup. l. 2. ff. de decu. & dixi ſupra in 5. lib.

16 † Nono quæro epiſcopo depoſito propter delictum ad quē reuertatur iuriſdictio Reſpon. ꝙ ad Papam non ad archiepiſcopum ſecundum Hoſti & Io. An. poſt gl. & ibi doct. in c. veniēs. de præſcrip vbi vide omnino.

17 Decimo quæro † an eps depoſitus poſſit aliqd declarare ſuper contractibus initis per ipſum tempore prælaturæ Reſpon. nō ſm Bal. c. 1. 2. col in fi. qui ſuc. di. in vſibus feu. & Io. An in c. ex parte. de ver. ſig. in nouella quod not. Et adde hic nū. ꝙ epiſcopus ſuſpenſus a pontificali dignitate per annum poteſt celebrare nec fit irregularis. vt tenet Spe. titu. de diſpē. §. 4. ver. quid ſi epiſcopus. Sed quibus modis cōtrahatur irregularitas vide plene ibi per Spe. in § iuxta. per totum. vbi ponit multos caſus expreſſos in iure. Nam irregularitas nō cōtrahitur niſi in caſibus in iure expreſſis. tex. eſt ſing. in c. is qui. de ſen excom. lib. 6 ſecundum But. & Phil. in c. dilectus. de appel. quod no.

18 Vndecimò quæro † an eps poſſit priuari prælatura & rebus & puniri perſonaliter pro delicto. Reſpondeo ſic, ſecundum Bar in l. 1. §. item ſolent. ff. de offi præfec. vrb. & no. in c. 2. de pœ. in 6. & dixi ſupra co. 1. q.

19 † Duodecimò & vltimo quæro an geſta per epiſcopum depoſitum vel tranſlatum, qui ignoret ſuam depoſitionem vel tranſlationem valeant. Bal. tenet ꝙ ſic in l. falſus. 11. col. C. de fur. & Bar. in l. barbarius. 12. col. ff. de offi. prætο. ar. c. audita. de reſtitu. in integ. idem in geſtis per nuntium reuocatum inſciū ſuę reuocationis, ſi impropriè eſt nūtius, ſecus ſi propriè ſecūdum Bal in d l. falſus. 1.. col. quem etiam vide in l. ſi liberam. C. quod cum eo & in l mandatum. C. mandati. Geſta etiam per iudicem reuocatum inſciū reuocationis valent. l. ſi forte. ff. de offi. proconſ. quod verum eſt niſi eſſet reuocatus propter ſuū delictū, quia tunc eius geſta nō valerent etiam ſi ignoraret cōſtitutionem ſecundi, caſus eſt ſingu. in c. 1. § adijciebatur. de cōceſ. præben. lib. 6. & Inno. in c qualiter & quando. de accu. & in c. veritatis. de do. & contu. & Ioan. de Pra. in l. ſi quis cum procuratorio §. vnius. ff de procu. adde no. in l. meminiſſe. de offi. procō. & lega. & per Bal. in d l. falſus. 11. col. in procuratore verò dic etiam eius geſta valere anteq̃ ſibi reuocetur reuocatio ſui qđ intellige. ſ. quo ad obligādū dñm nō quo ad tranſlationem re integra. ſecus ſi procurator ſit obligatus ad tradēdū ſm Bal. no. in d. l. ſi libera. qđ cū eo. quē ēt vide in d. l. mādatū. 4. q. & per Bar. in l. j. C. de ſatiſdando & oīno per Pau. de Ca. cōſ. 55.

20 in 4. q. vbi † dicit notan. quod geſta per procuratorē reuocatū etiā ignorātem non valent ſi quatuor concurrant. Primo ꝙ ſit cōſtitutus ad actus extraiudiciales. Secundo qđ actus geſtus ſit talis qui geri nō poſſit ſine expreſſa volūtate dñi. Tertio ꝙ reuocatio non redundet in damnum pecuniarium tertij vel procuratoris. Quartò qđ ſi ſit talis actus quem dominus de neceſſitate facere nō habeat, & hæc ſunt vera niſi ī caſu cle. cū illuſio. de renū. ita Pau. vbi ſupra per not per Cy Iac. & doc. in d. l. mandatum. Eſt autem notificanda reuocatio mandatarij ſecundum gl & Bar. in l. ſi pecuniam. § ſi ſeruum. de condit. ob cau. Dy. in l ſi pater. de manumiſ. vindi. Cy & Bal in d l mandatum. & l ſi mandaſſem. & ibi Bar. ff. eo. ti. & in l. ſi procuratorē. & ibi gl. Bar. & doc. ff. de procu. Bar. in l. ſi quis mihi. § fi de acqui. hære. Marti. Syl. in conſi. factum tale eſt. Pet. de ponte. & c. gl. in c. 4. de renun. & in c. quamuis. de procura. in 6. Bal. in addi. Spe. eo. tit. ver. quando reuocat. quod intellige. maximè ne ſoluatur procuratori a debitore creditoris. vt per Bart. in l. ſi non ſor. §. qui filio. ff. de condi. inde bi. item intellige quod fiat notificatio per edicta in locis publicis affixa ſecundum Bald. in d. l. mandatum vlt. col. videlicet quando perſona eſt incerta. alias ei debet notificari ſm Bar. in l. qui hominē § ſi Titius. ff. de ſol. item debet fieri talis notificatio iudici & parti ante concluſū in cauſa nō poſt, quo caſu valet ſententia. c. auditis. de procur. & Io. de Pra. in l. ante litem. 3. col. ff. de procura. & Lud. Pon. in ſingula. ver. procurator. ver. ſi procurator. item dic verū etiam ſi mandatum erat ad maleficium committendum non nominando certam perſonam quia ei debet notificari reuocatio cui factum fuit mandatum ſm Inno. in c. ad audientiā. de homicid. & Bal. in d. l. mandatum ad fi qđ no. idem eſt in conſilio dato ad maleficium committendū, quia cōtraria diſſuaſione reuocari debet ſecundum Inno. & Bal. vbi ſ. Sic & notificatio reuocatę delegationis fieri debet delegato ſecundum Bal. in l. mandatum 6. col ſ alleg. & Ange & Pet. de Sun. in l. iudex datus ff. de iudi.

21 Et nota † ꝙ talis notificatio reuocationis fieri poteſt per procuratorem cum ſpeciali mandato. vt ꝑ gl. & Bar. in l. j § 1. ff. de libe. agno. Scienti autem de neceſſitate fieri nō debet niſi fieri deberet vt ſciens aliquid faceret vel nō faceret. l. item veniunt. § petitam. & ibi Bart. ff. de peti. hęre. & tenet Bar. in l 2. §. fi. ff. ſolut. mat. quem etiam vide in l. quidam decedens. ff. de admi. tut. & in l. nomen. C. quæ res pig. obli. poſ. qđ no. Et hic ſit finis huius tractatus, cum laude & gloria Dei optimi maximi, ac Virginis intemeratę Matris eius. Amen.

ANTONII DE PRÆTIS
Iuris vtriuſque Doctoris.

De iuriſdictione Epiſcop. defenſione, Clipeus paſtoralis nuncupatus.

Omnibus reuerendiſſ. In Chriſto Patribus dominis Epiſcopis, Antonius de Prætis S. P. D.

PHiloſophi dixiſſe. P. R. vos non latet finis eſt ratio, & regula eorum, quæ ſunt ad finem, ob id cum beatitudo ſit vltimus, ac omnium perfectiſſ. finis ad ipſam quilibet peruenire conari deberet, verum propter hominis imbecillitatem, qui potius humanis, quàm diuinis detinetur deſiderijs, eccleſia ipſa filios genuit, quos pro apoſtolis ſuper omnem terram Epiſcopos conſtituit, vt ipſi vitę ac integerrimo morū exēplo, regiminis poteſtate, & cōi omniū vtilitate patres imitētur antiquos, in quorum ſedibus, ipſi poſiti fuerūt. vnde ne neſciatis quid vobis faciēdum ſit, in Actibus Apoſtolorū legitis, attēdite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam Dei, quā Chriſtus ſanguine ſuo acqſiuit. ex veſtra igitur doctrina, & ſanctiſſimis monitis Chriſti fideles varij reddūtur ornati virtutibus, & quāuis in hac vita nihil difficilius, nihil laborioſius, nihilve periculoſius ſit Epi officio, cū hoīes ſint a natura procliuiores ad malum apud Deū, tamē nihil beatius ſi militet eo modo, quo Imperator noſter Ieſus Chriſtus præcipit. memores enim eſſe debēt epiſcopi nominis Chriſti, nec nō agnoſcere eccleſiaſticæ primordia monarchiæ, ad quā Chriſti auſpicijs ipſi peruenerūt, vt bene ſuper cathedram ſedere, ac honorem cathedrę accipere valeāt, nō aūt ipſam iniuria afficiāt. quocirca optimi, ac integerrimi antiſtites, cū humeris veſtris onus huiuſmodi impoſitum fuiſſe cognoſcatis, ad gregem vobis diuinitus cōmiſſum die. noctuq; attēdere ſtudeatis, quo digni regnantiū cum Chriſto cathedram teneatis, quā quidē tenētes, nec digni, nec ſanctorum filij dicūtur, niſi eorum opera exerceant. cū autem inter cętera domū Dei, nō domū orationis, ſed prophanā rent eſſe perſpiciatis, maximū vobis exhibetur negotiū, quoniam ſi Chriſtus in tēplo lapidibus inſenſatis cōſtructo ad correctionē populi, vēdētes, & emētes de ipſo eiecit, mēſas euertit, ac cathedras diſſipauit, eo magis cū in tēplo Dei, quæ dicitur Chriſti eccleſia, viuis ex lapidibus cōſtructa videatis multos nomine ſacerdotes, paucos verò re, qui militātes ſm carnē, & contra ipſius Ieſu Chri imperatoris noſtri præcepta eccleſiā ipſā contemnunt, vos ad ipſorū correctionē accingi neceſſe eſt. verum enimuero cū ſitis ipſi paſtores gregē vobis cōmiſſum orationis clipeo tueri debetis, & ſicut ille Samaritanus illius ſemiuiui relicti, & in ſtabulū conducti, vulneribus infundendo vinū, & oleū medicamēta adhibuit, ita & vos gregi veſtro vulnerato ea medicamēta adhibere ſtudeatis, qbus etiā vſus fuit Moyſes in Iſraelitiū populū, qui grauiter peccauerat ante oculos Dei: ipſe autē cū præeſſet populo peccāti, & dixiſſet, deſcēde, peccauit populus tuus, obicē ſe ad imperū Dei iraſcētis oppoſuit, quo quidē tēperamēto (vt decet pręſules) quotidie vti nō deſinatis

ſinatis contra contemptores eccleſiæ Chriſti quandoque diſtrictione gladii, quo feriantur, quandoque cõſolatione baculi, quo ſuſtententur, quandoque amore non tamen emolliẽte, quandoque rigore nõ tamen exaſperante vtamini, quia tamẽ charitas refriguit, vbi iniquitas abundare cœpit duram videmini cœpiſſe prouinciam. Sed patres optimi, ne ſubtilibus, ac longe repetitis argumentis diu vobiſcum agam attendite Petrũ, & Paulũ, tunc enim nihil difficile, nihil laborioſum, nihil periculoſum vobis videbitur, nam ex huiuſmodi difficultate, labore, & periculo finem beatitudinis optatum, ac legitime certantibus, promiſſum conſequemini. Nec vos moueat, deterreatq; ꝙ vt capita videamini quãdoq; a membris derelicti, & ob id cum ipſis cæteriſq; clericis quandoq; diſceptare, & iudicio cõtendere vobis neceſſe ſit, quia virtus in infirmitate perficitur, nec huiuſmodi diſputationes, ſiue contentiones tanti eſſe debent, vt ſcindatur charitas, quin potius firmi ferratis inſitmos, vnde cognoſcite vos epiſcopos diuinitus velut Aaron vocatos, tunc & ipſi ſe eſſe veſtra membra cognoſcẽt, ſubditi enim ſolent caſtigato capite ad illius exemplum reſipiſcere, & tandem corpus vnum cognoſcetur omnes autem membra Chriſti. intelligatis quid tuendum, & quid vobis cauendum fuerit. vnde licèt parum, aut nihil ocij adſcribendum, habeam, quia tamen vos, ſeu veſtrum nonnullos in huiuſmodi diſceptationibus, & contentionibus, quandoq; vidi, videoque multum laborare, contra quoſdam qui priuilegiorum prætextu ſe exemptos a veſtris iuriſdictionibus iactitant, vt ocio, luxuq; vitę vitam ducant atque priuilegiorum huiuſmodi ſupercilio tumẽtes vitiorum caligine tenentur ne lumen veritatis videãt, multa ac diligenti vigilantia Deo quidem auſpice vobis oſtẽdere volui, & vires exemptionis, & veſtræ iuriſdictionis efficaciam, vt vos per iuſtitiæ ſtudium expergiſcamini, ne vos quoque in magnum negligentiæ malum cum illis prolabamini. & vt ipſi caueant antiqua caligine ne ſuis priuilegijs in periculoſum errorem, ac indies ad deteriora ſeipſos inducãt. quæ quidem omnia, omnium pace ſcripſiſſe voluerim licèt ſit onus meis ingenii viribus impar. ſed quoniam inter cætera multi prætextu ꝓthonotariatus apoſtolici dicũt ſe a bordinariis exemptos, ideo multa de exemptione, & de ipſius prothonota. prærogatiua explicare ſtudui, preſertim cum ea, aliaque, ſuper quibus quæſtiones ſæpius oriuntur (liceat vera loqui) pleniſſimè nouerim expertus. ea igitur omnia, & ſingula legatis, vos rogatos velim, & lecta veſtro muniri ſubſidio procuretis, non enim me latet eos, qui ſcribunt, multos ſibi iudices abſcribere, ſed certe eos iudices deſidero, qui bonas (vt aiunt) calent literas, nam & melioribus, & doctoribus cedere minime dedignabor, cęterũ vt ea, quæ ſcripſi in incerto vagari non videantur, cuiuſdam priuilegii Leonini ſummam præmittendam duxi eo nanque cognito, facilius cognoſci poterit ab omnibus, recte quidem ſentientibus, quis vere dicatur exemptus ratione prothonotariatus apoſtolici, ac alio quouis modo. nec nouum, mirumve vobis videri debet quare Leoninũ priuilegium iter cętera elegerim olim R. D. Canonicis Flor. conceſſum, nam ſi & concedẽtis ſanctitatem, magnificentiam, ac in omnes liberalitatem maximam, ipſorumque canonicorum nobilitatem, integritatem ac ſingulorum honeſtatem, uirtutemque eximiam perpenderitis, certe mirari deſinetis. ut igitur opuſculum præclarius, & & commendatius teneatur, quo nobiliori, ac illuſtriori exemplo, ac fundamento ſolidatur, ipſius Leonini priuilegii exemplo, ceu numine quodam terreſtri uti. malui, ab ipſo nanque uelut ſummo principio pendent quæcunque ſcripſi, ideo huic ueluti auctori ab omnibus ferretur acceptum quicquid unquã in hoc meo paſtorali clipeo utilitatis repertum fuerit.

Summa Leonini priuilegij olim R.D. Canonicis Florentinis conceſſi.

Leo Papa X. cupiens ut eccleſia Flor. per pię memo. Eugenii Papã IIII manibus proprijs cõſecrata, ĩ qua quinque dignitates, & triginta ſeptem canonicatus, & totidem prębendę, quorum maior pars de iure patronatus laicorum, uidelicet artis lanę ciuitatis Floren. & aliorum ciuium dictę ciuitatis exiſtũt per nobiliores, ac locupletiores dictæ ciuitatis ciues obtineri ſoliti, ac quinquaginta, & vltra capellaniæ perpetuæ, ſeu ſimplicia beneficia conſtituta eſſe noſcebantur, ac in qua idem Leo prædeceſſor, dum in minorib. eſſet canonicus fuerat, & ad quam antequam dies eluceſcat vſq; ad veſperas Chriſti fidelium multitudo ad inibi miſſas & alia diuina officia audiendum innume. confluebat, per amplius decoraretur, ac eorundem fidelium deuotio, & concurſus cum ſpirituali conſolatione augeretur, & pro ſalute animarum fidelium, tam viuorum, quàm mortuorum preces ad Deũ copioſius effunderentur, conſideratione ſeu reſpectu re. memo. Cle. Papæ VII. qui tunc in minorib. conſtitutus dictæ eccleſiæ ex diſpenſatione, & conceſſione apoſtolica præerat inductus motu proprio. & certa ſcientia per ſuas in forma breuis literas Archidiacono, & capitulo dictę eccleſię directas perpetuo ſtatuit, & ordinauit, quòd ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus per hæc verba, videlicet. Vos filij Archidiacone, ac alij in dicta eccleſia pro tempore dignitates obtinentes, ac illius canonici ꝓ tempore exiſtentes, noſtri, & dictę ſedis notarij ſitis, & eſſe cẽſeamini, ac rocheto, cappa, & habitu per dictæ ſe. notarios de nu. participantium geſtari ſolito vti, & quoties vobis placuerit vti libere poſſitis, illumque, ac rochetum, & cappam huiuſmodi in choro dictæ eccleſiæ quando diuinis, & proceſſionibus, ac funeralibus, intereſſetis, & alijs in quibuſuis actibus, in quibus, cum cotis, & almutijs intereſſe catenus conſueueratis. Nec non vobis, & quilibet veſtrum dignitates, canonicatus, & præbendas pro tempore obtinentes omnibus, & ſingulis honorib. libertatib. immunitati. exemptionib. gratijs, fauorib. & indultis, quibus cęteri dictę ſe. notarij etiam de dicto participãtium nu. exiſtentes, vtebantur, potiebantur, & gaudebãt. ac vti, potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum ſine tamen eorundem de nu. participantium exiſtentium notariorũ huiuſmodi præiudicio vti, potiri, & gaudere. & hæc de priuilegio hactenus qito ad rem noſtram, cætera, quæ in reſcripto continentur omitto cauſa breuitatis, & quia ſunt extra rem noſtram.

ARGVMENTVM IN CLIPEVM PASTORALEM,

Per Dominum Antonium de Pratis. de Conſilice.

Vt clipeum hũc paſtoralem doctiſſime lector libentius intuearis, & te intuentem ſpes pulcherrima foueat, argumentum iſtud legere te mini me pigebit. In his enim quæ in ipſo continentur clipeo diligenter legendis viã oculis ignorantię caligine opertis apertam inuenies. Nam

In j. ca. agitur de exemptione in genere & de ratione inſcriptionis opuſculi.

In ij. ca. de formis exemptionem præſtantibus, & quomodo fiat populus, capitulum, & collegium.

In c. iij. de noua, & pulchra Theorica canonicatus, & canonicorum, ac ipſorum vt ſingulorũ exemptione ad capitulum non extendenda.

In iiij. c. de ratione fina. priuilegij protho. exemptionem excludente.

In v. c. de auctoritate capituli in cõdendis ſtatutis, & differentia iuris antiqui, & extrauagan. Pauli II.

In vj. c. de maioritate inter perſo. eccle. & de ꝓcedentia Vicarij, Epiſcopi, de Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Cardinalibus, & de multis alijs in materia notabilibus.

In vij. ca de vnitate, ſeu vnione Epĩ, & Vicarij ſubtilis, & noua inueſtigatio, & ꝙ Vicarius, & Epiſcop⁹ nõ ſunt duo capita.

In viij. c. de nouo intellectu Cõcilij Lateran. in x. ſeſſione in materia prothonotariatus apoſtolici, & deciſione exemptionis de qua in Leoni priui. & prothonotariorum nobilitate.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit exemptio, & de eius diffinitione.*

2 *Epiſcopus dicitur max. ordinarius, & fundat ſuam iuriſdictionem de iure communi in tota ſua dioceſi, & in qualibet eius parte.*

3 *Capella ædificata fit in poteſtate Epiſcopi in cuius territorio poſita eſt, & appellatione ordinarij comprehenditur Epiſcopus.*

4 *Eadem eſt ratio ordinarij inferioris, quæ eſt ipſius epiſcopi, quo ad ſubiectionem, & collationem.*

5 *Teſtator ædificans capellam non poteſt eam eximere ab epiſcopi poteſtate.*

6 *Teſtator facere non poteſt quin leges in ſuis caſibus, locum habeant.*

7 *Epiſcopus poteſt Capellanum amouibilem poſitum in capella teſtatorem facere perpetuum.*

8 *Exemptio eſt ſtrictiſſimi iuris, & odioſa ideo reſtringenda, & quare libellus inſcribatur clipeus paſtoralis.*

9 *In præiudicium tertij ſtrictiſſime eſt procedendum.*

10 *Cum incommodo alicuius quicquam fieri non debet, etiam de principis licentia.*

11 *Clauſula de plenitudine poteſtatis, & ex certa ſcientia nunquam intelligitur in præiudicium tertij.*

12 *Clauſula appellatio. remota non intelligitur reſpectu tertij, etiam ſi ſtatutũ appellationem remoueat.*

13 *Statutum tribuens exequutionem inſtrumento guarentigiato non habet locum quando agitur hypothecaria.*

14 *Omnis receſſus a iure communi eſt odioſus.*

15 *Diſpenſationes ſunt ſtricti iuris.*

16 *Quando conſtat de mente principis reſcriptum non reducitur ad intellectũ iuris, ſed forma eſt ſeruanda etiam dura, & diſpenſatio extenditur, ad incluſa, & annexa.*

17 *Papa, vel alius princeps in dubio nunquam videtur velle auferre ius alteri quæſitum.*

18 *Verba Papę vel alterius principis, ita debent ſtrictè intelligi, vt minus quam poſſint ·ę dant ius commune.*
19 *Priuilegia exemptionis eam non includunt ratione rei contractus, & delicti in locis non exemptis.*
20 *Priuilegium ſi nihil aliud operaretur non eſt ita ſtrictè interpretandum.*
21 *Priuilegium continens & fauorem, & odium, dicitur odioſum.*
22 *Princeps vult actus ſuos regulari a iuſtitia fori, & poli.*
23 *Princeps non intendit propter modicum exceſſum vituperari.*
34 *Clauſula motus proprij, & ex certa ſcientia non operantur, vbi agitur de intereſſe tertij.*
25 *Clauſulæ prędictæ inter ſe differunt.*

De exemptione in genere. Et de ratione inſcripti opuſculi. Capitulum I.

Cùm in hoc paſtorali clipeo principaliter agatur de exemptione, videamus neceſſe eſt iux. Ciceronis præceptum lib. 1. offic. & Alexand. in Rubri. de offi. eius. colum. 3. quid ſit exemptio, vt intelligatur id, de quo diſputatur, quod etiam fecit Vlpian. in l. 1. ff. de iuſti. & iure. & in l. j. ff. ſi cert. peta.
1 † Exemptio igitur eſt quædam libertas, qua exemptus eripitur, vel liberatur ab ordinarij iuriſdictione. hãc diffinitionem
magiſtraliter ponit glo. in c. cum olim. el primo, verſi. dioceſani de priuile. & ibi dominus Abbas, quem ſequitur dominus
Philippus Decius in conſi. cxiij. col. pen. & idem in conſi. clij. col. 1. & Dominicus in c. ſi Papa de priuileg. lib. 6. dicit ꝙ exemptio libertas appellatus. vbicunq; igitur eſt libertas. ibi eſt exẽptio, & ſic diffinitio conuertitur cum ſuo diffinito, ratio autẽ
2 videtur eſſe, quia Epiſcopus, † qui maximè dicitur ordinarius, fundat intentionem, ſeu iuriſdictionem ſuam de iure communi in tota ſua dioceſi, & in qualibet eius parte, & eodem modo Archiepiſcopus fundat intentum ſuum in eccleſijs ſitis in ſua prouincia quo ad Archiepiſcopalem iuriſdictionem, vel poteſtatem, & in ſitis in eius dioceſi quo ad epiſcopalem, vt notat Anto. de cau. poſſe c. fina. colum. 1. de epiſcopo autẽ eſt tex. in c. cum epiſcopus de offi. ordina. lib. 6. & patet. x. quæſtio. 1. per totam cauſam. iũcto c. omnes baſilicę. xvi. quæſt. 7. & hoc tenet Abbas in capitu. cum capella. de priuile. ipſe nanque ratione territorij regulariter habet iuriſdictionem ordinariam contra omnes de ſuo territorio, ſeu dioceſi. capitu. cum cõtingat de foro competen. quia territorium eſt vniuerſitas agrorũ intra fines cuiuſq; ciuitatis, & dicitur ſecũdum quoſdam, quia magiſtratus eius loci intra ſuos fines habent ius terrendi. i. ſubmouendi. l. pupillus. §. territorium. ff. de verbo. ſignificatio. gl. in cap. fina. de conſti in 6. & regulariter epiſcopus habet diſponere, & conferre omnia beneficia exiſtentia in ſua dioceſi, notat Roma. in conſi. 429 epiſcopo enim ſunt ſubiecta, quã ſubiectionem epiſcopus probat duobus medijs. Primo per acceſſum ſynodum per prælatum. Secundo per ſolutio. cẽſus vt no. in dicto c. ti. quo ad ſubiectionem vniuerſalem, & quia dixi, ꝙ epiſcopus eſt maximè ordinarius, ſciendum eſt, quod appellatione ordinarij comprehenditur epiſcopus in his quæ pertinẽt ad epiſcopum dicit Archidiac. de offi ordina. lib. 6. & Anto. de
3 But. in c. conſultationibus de iure patrona. † vnde ædificata, & dotata Capella etiam ſecundum diſpoſitionem teſtatoris ſtatim fit in poteſtate Epiſcopi, in cuius territorio poſita eſt. d. c. omnes baſilicæ, & capitu. cum ex iniuncto in fi. de hæreti. & eſt dictum Innocen. in capitu. cum venerabilis per illum textum.
4 de exceptio. & cordi. in conſi. cxviij. duo videnda. in fi. † & qđ dicitur de epiſcopo, idem eſt de alio ĩferiori ordinario quo ad ſubiectionem, & collationem gl. in clementi. j. verſic. ordinarium, vbi Imo & Cardin. quæſtio. 14. vt lib. penult. cum multis alijs, de quibus per Decium in cõſi. cxxj. col. 1. & ſic iuriſdictio
5 epiſcopi eſt adeo fauorabilis, quòd teſtator ædificans Capellã non poteſt eam eximere ab epiſcopi poteſtate dicit Bart. in l. quoties. §. fina. ff. de adminiſtratio. tuto. & notat Abbas in cap. cum dilectus. in 4. no. de conſue. cũ ergo ſtatim poſt mortẽ teſtatoris erecta fuerit, & dotata capella, & ad diſpoſitionem ordinarij (vt dictum eſt) pertineat, non potuit teſtator in præiudicium ordinarij, aliquid ſtatuere, & impedire quominus ibi Ca
6 pellanus cõſtituatur, † quia teſtator facere non poteſt quin leges in ſuis caſibus locum habeant. l. nemo poteſt. ff. de lega. 1.
7 † & propterea epiſcopus, capellanum amouibilem per teſtatorem in capella poſitum, perpetuum facere poteſt per ea, quæ not. Imo. in l. 1. ff. de condit. inſtitut. & pro hoc facit conſilium Pauli de Caſt. conſi. ccclviij. lib. 1. & ita iudicauit Rota, vt per Lud. Gomeſ. ſuper reg. de triẽna. poſſe. q. 32. nec etiam aliqua eccleſiã ſine auctoritate epiſcopi ędificari debet etiam ſi ædificans eſſet exemptus de conſecra. diſti. 1. c. nemo, & ſi fuerit de facto ædificata, Epiſcopus eam reuocabit ad ſuum dominium dicit gl. in cap. cum olim. in ver. reuocari. de priuil. & exceſſi. priuile. ſed redeundo ad principalem materiam, cum exemptio ſit iuriſdictionis priuatio, & libertatis cõceſſio ſecundum Do-
8 minicum in c. 1. de priuile. in 6. in primo not. ſequitur, † quòd eſt ſtrictiſſimi iuris, & odioſa ideo reſtringenda cum præiudicet iuri ordinariorum dicit dominus Abbas in c. cum dilectus de donatio. cum igitur exemptio redundet in damnum paſtorale, præſertim quando quis ea nimis licenter velit abuti, ideo epiſcopus vt ſuam iuriſdictionẽ velut proprium corpus tueatur, & defendat, vtitur clipeo ad inſtar ſcuti maioris totum corpus defendentis, quemadmodum olim pedites, clipeis, & equites ſcutis vtebantur, ob id non immerito hoc opuſculum inſcribitur clipeus paſtoralis, defendit enim paſtoralem iuriſdictionem contra præſumptam exemptionem ſicut tuetur epiſcopus populum orationis clipeo dicit tex. in c. fertur. 1. q. 1. vbi dicitur vulnerato paſtore quis curandis ouibus adhibet medicinã, aut quomodo populum orationis clipeo, tueatur qui iaculis hoſtium ſe feriendum exponit, & ſicut baculo paſtorali cuſtodit gregem ſibi commiſſum, dicit Archidia. in c. diſciplina. xlv. diſtin. vt habetur his verſibus, In baculi forma præſul datur hæc tibi norma. Atrahæ per primum medio rege, punge per immum. Atrahæ peccantes rege iuſtos punge vagantes, ſed in concilio epiſcopus in præſentia Papæ, & ſuperioris baculo non vtitur cum plenitudo cuſtodię ſit Papę commiſſa, alijs autem in partem ſollicitudinis, vt habetur in cap. ad honorem. de aucto. & vſu pal. in eius præſentia epiſcopus eo non vtitur, ſed ſequendo materiam propoſitam, dico ꝙ exemptio eſt odioſa, & ſtricti iuris, ideo reſtringenda. Quod quidem
9 primo probatur, † quia in præiudicium tertij ſtrictiſſime ſemp̄ eſt procedendum. l. 2. §. ſiquis a principe. ff. ne quid in lo. pu. nã ſiquis ſimpliciter impetrauerit a principe vt poſſit ædificare in loco publico, credendum eſt eum ita poſſe ex huiuſmodi licẽ
10 tia ędificare, † vt cum incommodo alicuius id non fiat etiam de licentia principis niſi expreſſe diceretur in reſcripto, hoc idem habetur in c. cum dilectus de conſuetu. vt in beneficialibus iux. c. pen. & fina. de præben. li. 6. vt latè per Io. Staph. in tracta. de literis gra. & iuſti. ſo. 3. & in huiuſmodi conceſſionibus, ſeu priuilegijs ſemper intelligendum eſt quòd Papa vel princeps ſic conceſſit vel priuilegium indulſit, vt non lędat ſiue impediat iuſtitiam alicuius. dicit gl. in c. petentibus. argu. illius tex. de priuileg. vnde licet quis regulariter poſſit non ſolum in ſuo fundo, ſed etiam in alieno venari, aucupari, vel piſcari. inſtitut. de re. diui. § ferè autem, intelligitur dummodo fundo alieno damnum non inferat, hoc autem probatur per text. in l. quoſdam. C. de metal. lib. 11. vbi denegatur copia perquirendi ſaxa humo operta ſi defoſſis in altum cuniculis alienarum edium fundamenta labefactent, præiudicium ergo territorij præcete-
11 teris conſiderandum eſt: hinc eſt, † quòd clauſulę, quæ ſolent apponi in reſcriptis, videlicet de plenitudine poteſtatis & ex certa ſcientia, nunquam intelliguntur in præiudicium tertij, cui non præſumitur, quòd princeps voluerit præiudicare. c. ſuper eo de offi. delega. c. ex tenore. de aucto. & vſu pa. & illa clau
12 ſula in reſcriptis etiã apponi ſolita videlicet appellatione † remota non intelligitur reſpectu tertij etiam ſi ſtatutum appellationem remoueat. d. c. ſuper eo not. Bar. in l. j. §. interdum. ver. quæro imperator. ff. a qui. appe. non lice. facit glo. in l. creditor in prin. ff. manda. quæ dicit in ver. poſſe. quòd titulus. ff. nil no. appella. penden. non habet locum reſpectu tertij, & ſtatutum,
13 † tribuens exequutionem inſtrumento guarentigiato non habet locum quando agitur hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, vt no. Bal. in l. 1. colum 1. C. communia dele. & ita tenet Deci. vbi multa allegat in conſi. cxxxix. colum. 3. cum ſeq.
14 2. probatur † quia omnis receſſus a iure communi, prout in caſu exemptionis eſt odioſus, ideo reſtringendus quod etiam fie-
15 ri videmus in diſpenſationibus, † ſunt ipſę quoque diſpenſationes ſtricti iuris, quia deuiant a iure communi. c. quòd dilectio de conſang. & affi. c. j. & 2. de fi præsb. in 6. gloſſ. in capitu. ordinarij. de offi. ordi. eo. lib. dominus Abbas in c. olim. de ver. ſigni & prædicta procedunt in dubio, quando non conſtat de mente concedentis. d. § ſi quis a principe, vbi enim conſtat de mente principis tunc ipſius mens debet attendi. capitu. porrò. capitu. accepimus. de priuile. vbi dicit dominus Abbas, quòd
16 priuilegij continentia ſeruanda eſt, † nam quando conſtat de mente Papę, vel alterius Principis, tunc reſcriptum non reducitur ad intellectum iuris communis, ſed forma eius eſt ſeruanda, licèt ſit dura. vt notab. tradit Anto. de Butr. in cap. ex parte el ſecundo in gloſſ. 1. de foro competen. facit tex. in cap. in memoriam. 21. diſtinctio. non omitto, quòd licèt diſpenſatio ſit ſtrictè interpretanda, & tanquam odioſa non extendenda in diuerſis, & ſeparatis ſpeciebus, tamen ſecus eſt in incluſis, & annexis, vt not. Ioan. And. in addit. Specula. in titu. de leg. §. fina. & idem dicendum in conſequutiuis, vt not. gloſſ. in c. quia in tantum. de præben. quia conſequutiua dicuntur incluſa, & connexa, nam quando quis fuit per Papam diſpenſatus, vt nõ teneatur ſe facere ad ordines promoueri, ita debet habere vocem in capitulo, & percipere quotidianas, diſtributiones, niſi conſuetudo contrarietur, ac ſi promotus eſſet, quia per Papam impedimentum fuit ſublatum. not. Ioan. Andr. in clementi. vt hi qui de ætate, & qualitate. in gloſſ. annexę. ea enim ſunt

annexa,

annexa,& incluſa,non autem ſeparata,quòd autem exemptio
debeat ſtrictius interpretari.2.probatur per ea quæ dicit Bart 2.
per illum textum in l.j.C.de legi.Ioan. And. & Anto. de Butr.
in capitulo cum olim de priui.& per textum in capitu.priuile-
gia.3.diſtinct.quod etiam ſequitur glo.in c.j. de conſtitutio. in
6.prout in terminis conſuluit Oldra.in conſi.cclxviij.& Rom.
in conſil.clxxx.in fi.& Inocen.in plurlbus locis, & hoc proce-
dit quando vt dixi,præiudicando tertio receditur a iure com-
17 muni,† quoniam Papa,vel alius princeps in dubio nunquam
videtur velle auferre ius alteri quæſitum , niſi dicat expreſſe
d.§.ſi quis a principe,& c.ſuper eo de officio deleg. quinimmo
18 ſemper verba† Papę vel alterius principis ita debent reſtringi
vt minus quàm poſſint lędant ius commune,& ne tertio præ-
iudicium inferratur,hoc dicunt Moderni in dicto.c. ſuper eo.
qui tex.quotidie allegatur,dicit dominus Abbas , & hoc adeo
verum eſt quòd quamuis exemptionis priuilegium ſit latum,
19 † non tamen includit exemptionem ratione rei,ratione con-
tractus,& ratione delicti in locis non exemptis , nam dictis ra-
tionibus,etiam contra aliàs exemptos ordinarius ſua vtitur iu-
riſdictione,de j.& 2.eſt tex.& docto.ibi in cap. romana. §. con-
trahentes.de foro competenti lib.6.de.3,eſt gloſſ. in clementi.
paſtoralis de re iudi. & Domi. in dicto c.j. de priuile.in 6. & de
omnibus eſt glo.magiſtralis in c.tuarum nos in ver. priuilegij.
de priuileg.& exceſſi priuileg.vbi latiſſimè limitatur tamen di
cta concluſio de ſtricta interpretatione facienda niſi, ſi non
20 præiudicaret tertio † priuilegium nihil aliud operaretur,quia
ita ſtrictè priuilegium non eſt interpretandum quòd receda-
tur a verbis & quòd nihil conferat dicit Ioan.And.in cap.cau-
ſam de reſcriptis & hoc modo intelligitur deciſio Lapi in al-
lega.cxxx.quòd dubij colum.fina.verſicu.ad aliud , vbi dicit ꝙ
ſiquis habet licentiã a Papa vt poſſit ꝓmoueri a quocũq; anti-
ſtite,vt ſe pius contingit,non requiritur licentia prælati ſui qa
priuilegium Papæ nihil operaretur,& ſic etiam intelligitur ꝙ
dicit dominus Abbas in conſil.lxxxiiij.illud in ſumma colum.
fina.ſecundum Fely.in d.c.ſuper eo. vnde dicit Bal.in l.j.ij. col.
de conſtituti quòd ſi Papa dat aliquid, vel confirmat intelligi-
tur ſemper ſaluo iure alterius per allegata ibi per eum, & dicta
concluſio de ſtricta interpretatione.Primo ampliatur quando
21 in priuilegio,†concurrit ratio fauoris,& odij nihilominus pri-
uilegium præſumitur odioſum per textum in cap. vlt. de ſen-
22 tentia excommunica.in 6. † quia Princeps vult omnes actus
23 ſuos regulari a iuſtitia , & fori, & poli, † nec vnquam intendit
propter modicum exceſſum vituperari.l. quoties. C. de preci.
impera.offer.cum in principe iuſtitia ſit ſicut virtus archite-
tonica quaſi imperans & præcipiens quod iuſtum eſt, ideo nõ
mirum ſi actus principis reguletur a iuſtitia. Secundo amplia-
tur quando priuilegium conceditur motu proprio , & ex cer-
ta ſcientia,vt per Abba.& alios in c.cauſamque el ſecundo de
teſti.& per Decium in d.c.ſuper eo.& per eundem in conſilio
33.colum fina.ver.præterea,vbi dicit , † quòd clauſulę motus
proprius.& ex certa ſcientia non operantur quando agitur de
24 intereſſe,& præiudicio tertij,vt per Pau.de Caſtr.in conſi. clix.
quæſtio iſta vertitur in fi. vnde ex prædictis quicquid ſit con-
cludendum eſt pro veritate,quòd vigore alicuius reſcripti,ſeu
priuilegij ſub forma præmiſſa quis nõ eximitur ab ordinario,
cum nulla in eo reperiatur exemptionis forma,quæ requiritur
ad ipſam inducendam ex mente glo.nota.in d c. cum epiſco-
pus.ver.non exemptio quæ dicit, vide in c.ſi Papa de priuileg.in
6.vbi ponuntur formę,ex quibus cognoſcitur exemptio ab or
dinario,& de quibus in ſequen.capitulo.ſed aduertendum eſt,
vt nihil omittam , quòd in multis clauſulæ motus proprius &
25 ex certa ſcientia,† inter ſe differunt,nam quando princeps ali-
quid concedit ex certa ſcientia videtur informatus de qualita-
te , & conditione rei conceſſæ, puta quando ſcribit pro ali-
quo beneficiando vt illi prouideatur de tali beneficio, quia
tunc perinde eſt,ac ſi huiuſmodi prouiſionem faceret de ple-
nitudine poteſtatis,& dicta clauſula idem operatur,quod clau-
ſula non obſtante.l.idem Vlpianus ſcribit.§.fin.ff.de excuſatio.
tuto.vt latè per Ioannem Staphi.in ſuo tractatu de literis gra-
tię,& iuſtitię fol.octuageſimo quinto. vbi multas ponit differẽ
tias, inter quas ponit. 3. loco hanc differentiam quòd motus
proprius non tollit ius tertij,ſecus autem eſt de certa ſcientia,
ut ibi per eum , uide etiam Dominicum in c. quamuis. de re-
ſcri.li.6.ubi recitat opi. Lap.Abb.& opi.Ioan.de Lign.& Ioan.
de Fan.quæ ſunt contrariæ quo ad iſtum motum proprium in
præiudicando tertio,uel non ,uide ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Formæ quibus exemptiones cognoſcuntur, & ipſarum tenor eſt inſpicien-
dus.*
2 *Quis non poteſt dici exemptus deficiente aliqua forma ex prædictis,vel
deficientibus aliquibus verbis expreſſe exemptionem denotantibus in
priuilegio.*
3 *Vulgare dictum,quòd populus,collegium, vel capitulum non eſt aliud niſi
homines,quomodo intelligatur.*
4 *Capitulum alicuius eccleſiæ propriæ non ſunt canonici ſeparatim intel-
lecti.*
5 *Homo poteſt tripliciter conſiderari.*
6 *Totum conſtituitur ex ſuis partibus.*
7 *Congregatio ciuium,& canonicorum facit ciuitatem,& capitulum.*
8 *Quando priuilegium Papæ alicui indultum dicatur derogare iuri ordinariæ
poteſtatis,& quod ita debemus interpretari leges,ſtatuta, & priuilegia
principum,vt in eis non arguatur tyrannides.*

De formis exemptionem præſtantibus, & quomodo fiat populus, capitulum,ſeu collegium.

Capitulum II.

Quoniam ſæpe diſputari contingebat ſuper exem-
ptionum materia,ideo ut lites amputarẽ-
1 tur,deſignati fuerunt quidam modi,ſeu quædam formę,† qui-
bus exemptio ipſa ab ordinario cognoſci poſſet,prout de om-
nibus pleniſſime conſtat in d.c.ſi Papa de priuile.in 6.maxi. qñ
aliter in literis Papę non ſunt uerba aliàs exprimentia exem-
ptionem,quia prædictum c.ſi Papa alijs modis derogatum nõ
fuit ut ibi in fine,quando ergo Papa in ſuo priuilegio aſſeren-
do dicit aliquam eccleſiam exemptam,uel exiſtere iuris beati
Petri,cum omnes eccleſię ſint de iure beati Petri,ſi aliqua ſpe-
cialiter recipiatur uidetur quid noui concedi,unde dicitur exẽ
pta,uel ſi diceretur,in priuilegio,quòd eccleſia, uel capitulũ,
uel clerici,uel canonici nullo mediante ad Papam pertineant
ut in c.cum olim eſſemus de priui.& ſi diceretur ſit libera,uel
potiatur libertate Romanæ eccleſię,ut in c.cum olim propter
eo.tit.iſtiuſmodi,& aliuſmodi modis de quibus in d c. ſi Papa,
quos omitto cum ibi habeantur diſtincti , exemptio conce-
di,& elargiri ſolet, prout etiam habetur per Inno. in c. accepi-
mus.eo.ti.forma igitur priuilegij ſemper eſt inſpicienda, & ip-
ſius tenor diligentius eſt attendendus vt ſciatur an quis ſit a iu-
riſdictione epiſcopi ſubtractus.c.recepimus de priui.& exceſſi.
2 priuilegia.verum cum † in aliquo priuilegio nulla de formis,
ſeu modis prædictis,vel etiam verba aliqua exemptionem de-
notantia reperiantur,prout in dicto Leonino priuilegio non
poteſt dici quòd aliqua eccleſia,vel canonici,vel capitulũ, vel
clerici ſint exempti a iuriſdictione ordinaria etiam ſi in priui-
legio Papa dicat,quòd recipit ſub ſua protectione , quia verba
huiuſmodi non eximit quem a iuriſdictione epiſcopi d c. reci-
pimus.in fi.prout etiam latiſſimè habetur per Deci.in d.conſi.
clij. per totum. vbi elegantiſſimè more ſuo ſcripſit ſuper hu-
iuſmodi materia,verum quia in facto contingere poſſet,quòd
in aliqua eccleſia chate.canonici gauderent,vt ſinguli alia gra
dus ꝑrogatiua puta prothonotariatus apoſtolici, vt in eccleſia
Flo.vigore dicti Leonini priuilegij,nã in dicta eccleſia q̃ primũ
quis obtinet aliquẽ canonicatũ , vel dignitatẽ ſtatim protho-
notarius efficit̃,qa gradus hmõi ſequit̃ canonicatũ , & dignita-
tẽ virtute ipſius priuilegij , vt in eccleſia S. Petri in vrbe & alijs
quamplurimis locis,verum non eſt ob id dicendum, quòd ca-
pitulum ſit exemptum,dato quòd vt prothonotarij ipſi cano
nici geſtarent continuè habitum iuxta determinationem cõ-
cilij Lateranenſis in x.ſeſſione,prout quibuſdam literarum pe
nitus expertibus,viſum fuit,dicunt enim ſi canonici,vt ſingu-
li ſunt exempti capitulum eſt exemptum, cum ipſi faciant ca-
pitulum,vnde vt huiuſmodi opinio falſa,& erronea radicitus
3 euellatur,dico quòd illud tritum,† & vulgare dictum , videli-
cet quòd vniuerſitas,populus,collegium,vel capitulum nõ eſt
aliud niſi homines iuxta gl in l.ſicut ff.quod cuiuſque vni de-
bet intelligi de hominibus collectiuè ſumptis , quia homines
ſeparati non faciunt vniuerſitatem, populum, collegium, vel
capitulũ,ſed ſaltẽ duo requitũtur de iure canonico, vt faciant
collegiũ.c.j.de electio.& per Zaba.in cle.& ſi principalis. de re-
ſcrip.licèt tres de iure ciuili requirãtur, vt in l.Neratius.de ver.
ſigni.quod tenet ẽt Archi.x.q.1.c 1.& Inn.in c.poſtulaſti. de iu-
re patro.tñ d.Anto.in d.c.1.de elec.dicit ꝙ duo faciunt cõgre-
gationẽ,tres verò collegiũ ,& ſic colligitur ex prædictis, ꝙ ho-
minũ collectio nõ ſingularitas faciat collegiũ,populũ,vniuer
4. ſitatẽ,& capitulũ,vnde dico† ꝙ capitulũ alicuius eccleſiæ non
ſunt canonici ſeparatim ĩtellecti,ſed canonicorũ collectio in
vnũ corpus miſticũ abſtractiuè ſumptũ , cuius ſignificatio eſt
5 inuẽta ꝑ intellectũ,† nã homo poteſt tripliciter cõſiderari, pri
mum vt eſt per ſe quoddam indiuiduum ex anima,& corpore
naturaliter conſtitutum.l.ſi dictum.§.in ſtipulatione.ff.de eui
ctio.2.poteſt conſiderari vt eſt quoddam corpus iconomicũ.
i.princeps,& caput familię.l.pronũtiatio.§ familię. ff.de verb.
ſigni.& ſicut eſt pater familias,abbas,vel prior alicuius mona-
ſterij.3.ꝯſideret̃ vt eſt corpus ciuile,ſeu polliticũ ſicut eſt ep̃s ci
uitatis,& prætor,& hoc ſi ꝯſiderat̃ in ꝑeminẽtia ſed ſi conſide-
ret̃ i ꝯgregatione,tũc homo naturalis efficitur politicus , & ex
multis ꝯgregatis fit populus,collegiũ,vel capitulũ l.rerũ maxi.
6 ff.de vſuca.† totum enim ex ſuis partibus conſtituitur ciues au
tẽ ſunt partes ciuitatis , & canonici partes capituli ſeparatim i-
tellecti,iõ ciuitas & capitulũ nõ eſt aliud,q̃ multitudo ciuiũ,&

7 canonicorum,† qui omnes ſimul congregati ſi ſunt ciues fa-
ciunt ciuitatem,ſi ſunt canonici faciunt capitulũ,& ſic ex hac
theorica philoſophica quam ponit ẽt Bal. in l.etiam.c.de exe.
rei iudi.declaratur illud vulgare dictũ de quo ſupra. & in quo
multi hallucinantur,ſed redeundo ad exemptionem, non o-
mitto vltra prædicta, quòd exemptio ſimpliciter non concedi
tur per priuilegium per id, quod in terminis habetur in c. pa-
8 ſtoralis,de priuile.vbi dicitur,† quòd propter priuilegium Pa-
pę indultum aliquibus clericis non intelligitur derogatum iu-
ri ordinariæ poteſtatis, niſi Papa concedat exemptionem ab
ordinario,aliquo ex dictis modis, vel formis, vel verbis eam
exprimentis,hoc colligitur ex illo text. quem ſequitur in hoc
Iaſon in l.q in rerum.§.ſiquis poſt.ff. de leg j. & quòd hoc ſit
verum probatur argu.tex.& glo.nota.in l.ſi qua loca.C.de fun.
& ſalti.rei domi.lib.11.& in l.auctoritatem.C.vnde vi.vbi habe
tur quòd nulla lex, aut ſtatutum eum ſenſum recipere poteſt
vt per illud credatur conditor ſpoliatores in ſua occupatione
tueri,& eiectos,ac ſpoliatos a reſtitutione excludere, & ita te-
net etiam Alexan.in conſi.lix.col.4.lib.1. nec debet dici quòd
fiat iniuria Papę ſi ita interpretetur ipſius diſpoſitio, ſeu priui-
legium,vt per hoc eum bonum,& iuſtum principem æſtime-
mus,& opinemur dicit Alex.in conſi.cxiij.col.pen.lib.4 vbi di
cit per hoc inferẽdo, quòd diſpoſitio generalis facta per prin-
cipem,nõ intelligitur in dubio fauere vſurpatoribus,quia hoc
eſſet arguere tyrannidem in principe. Immo Papa in odium
ſpoliantium excipit eos a generali diſpoſitione priuilegiatiua,
vt patet in cle.1.de cau.poſ.& proprie.& ſic pari modo in caſu
noſtro eſt dicendum, quòd priuilegium ſi expreſſe non con-
cedit exemptionem ab ordinario,priuilegiatos non intelligit
eſſe exemptos a dicta iuriſdictione,& hoc modo pręſumemus
mẽtem Papę fuiſſe,qualem legis, & boni principis eſſe debet,
alias ſi priuilegiũ huiuſmodi interpretaremur potius eſſet ini-
quum,iniuſtum,& peccati nutritiuum contra naturam priui-
legii,quia quandoque exempti ſolent ſub tali prætextu multa
mala committere,vnde ſi omnia iſta in lege ſecularium prin-
cipum concurrere debent,videlicet vt ſit iuſta, & nemini in-
iuriam inferat vt dicunt docto.in l.humanum. C.de legi. quid
in l.& priuilegio eccleſiaſtico ſpectandum eſt, debet enim ge-
rere imaginem legis diuinę dicit Auguſti.lib 8.de ciuita.dei.&
tex.in c ſana 9.diſtinctio.ſed lex,vel priuilegium inuitans ho-
mines ad peccandum,& defendens cuiuſmodi uidentur priui
legia ſi ſic interpretarentur priuilegia,ſed quædam corruptio-
nes,& ad malum incitationes:ſit ergo concluſio quòd exẽptio
non præſumitur,niſi expreſſa dicatur,modo de quo ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus eſt ius incorporale,& indiuiduum, & duobus communicari non poteſt,cum canonia ſit mater,præbenda filia.*
2 *Quæ in iure conſiſtit ſicut hæreditas,& ius ſucceſſionis,ſunt indiuidua.*
3 *Dignius trahit ad ſe minus dignum.*
4 *Epiſcopus habet iuriſdictionem contentioſam in clericos.*
5 *Clerici ſunt res ſpirituales quia deputarunt ſe Chriſto.*
6 *Canonicatus cum ſit ius incorporale, & indiuiduum, non poteſt diu manere ſine re corporali.*
7 *Spiritualia non proficiunt ſine rebus corporalibus.*
8 *Canonicatus naſcitur ex electione,& inſtitutione.*
9 *Canonicus dicitur a canone,& eſt maior omnibus clericis.*
10 *Canonicatus eſt beneficium ſpirituale quod dat ſtallum in choro, & locum in capitulo.*
11 *Præbenda naſcitur ex inſtitutione,& officio,& dicitur a pretio, & quid habeat cum canonicatu.*
12 *Canonici dicuntur membra capituli.*
13 *Capitulum eſt nomen appellatiuum,& intellectuale.*
14 *Anima illigata corpori craſſo actus corporeos non exercet niſi per corporis organa.*
15 *Corpus non eſt de eſſentia animæ.*
16 *Capitulum nihil poteſt operari niſi per canonicos tanquam organa.*
17 *Canonicorum negligentia nocet capitulo.*
18 *Capitulum ſeu vniuerſitas vt perſona ficta per ſe nihil operatur.*
19 *Facta a capitulariter congregatis nocent ipſi capitulo.*
20 *Facta capitulariter,vt noceant,quomodo fieri debeant,& a quibus.*
21 *Præiudicatur animæ per malam corporis operationem.*
22 *Dictum apoſtoli ad Roma.xiiij. quomodo intelligatur ſecundum Auguſti.*
23 *Anima ex corporis ornatu nõ efficitur dignior,nec pulchrior,nec perfectior.*
24 *Anima licet vnita ſit corpori,& materię,virtutem tamen habet ſuperantem materiam.*
25 *Ornamentum extrinſecum ſolum non eximit ab ordinario.*
26 *Gradus,vel dignitas in capitulo cum ſit perſona ficta ſubſiſtere non poteſt.*
27 *Similitudo rei corporalis ad ſpiritualem quomodo debeat intelligi.*
18 *Canonicatus,& dignitates,& huiuſmodi non ſunt capaces prothonotariatus.*
29 *Diſpoſitio loquens de perſonis nunquam comprehendit collegium,vel capitulum.*
31 *Priuilegia derogantia quibuſcunque perſonis non derogant collegio.*
01 *Collegium non venit appellatione perſonę.*
32 *Procurator conſtitutus contra omnem perſonam non poterit agere contra vniuerſitatem,niſi ſit procurator rei ad defendendum.*
33 *Si eccleſia eſt exempta canonici ſunt exempti,& clerici.*
34 *Priuilegium exemptionis præciſe attenditur vt uerba ſonant.*
35 *Diſpoſitum in caſu vero,non procedit in caſu ficto.*
36 *Diſpoſitum reſpiciens perſonas non comprehendit collegium.*
37 *Perſonæ appellatione late ſumpto vocabulo quando poſſit comprehendi capitulum,& vniuerſitas,attenditur ſubiecta materia.*
38 *Actus actiuorum cadunt in ſubiectum bene diſpoſitum.*
39 *Excommunicatio contra quaſcunque perſonas prolata non comprehendit vniuerſitatem quia non habet animam.*
40 *Canonici capitulariter congregati non conſiderantur vt protho. nec vt epiſcopi.*
41 *Non eſt abſurdum quòd quis diuerſo iure cenſeatur ratione diuerſæ qualitatis concurrentis in eandem perſonam.*

De noua,& pulchra Theorica Canonicatus, & canoni-
cotum, ac ipſorum vt ſingulorum exemptione
ad Capitulum non extendenda.
Capitulum III.

Verum vt plenius demonſtretur quòd exemptio Ca-
nonicorum vt ſingulorum non extenditur ad
capitulum,pręmitto pro faciliori intelligentia, quòd canoni-
1 catus ſecundum doctores,† eſt ius incorporale,& indiuiduum,
quod duobus communicari non poteſt capitulo dilecto de
præben. ibi turonenſe concilium præbendarum inhibet ſe-
ctionem quando præbenda eſt annexa canoniæ, ſecundum
Abba.in capitulo tuę fraternitatis,& in capitulo maiorib.& in
d.capitulo dilecto de præben.cum canonia cenſeatur mater &
prębenda filia,quia ex canonia procedit,& pro ea eſt inſtitura
vt per Roma.in conſilio cccexliij. non poteſt ergo commu-
nicari duobus.quare ſi duo fuerunt ſimpliciter recepti in cano
nicos,& vna tantum præbenda vacet debetur primo recepto,
& ſi de prioritate non conſtaret locus eſt gratificationi, quia
nunquam præbenda poteſt reſcindi vt not. Anto. in capitulo
cum M.de conſtit.columna 14. incorporalia nanque, & indi-
2 uidua non poſſunt diuidi,qualia ſunt, † quæ in iure conſiſtunt
ſicut hæreditas,& ius hęreditariũ,ſiue ius ſucceſſionis, de quib.
in l.j.ff.de re.diui. §. quædam hinc poteſt inferri ad praticam,
quæ quotidie occurrit,quòd ſi quis vult agere contra clericũ,
& laicum in vno, & eodem libello ſuper iure hæreditario ad
quẽ, vel ad quos illud ius pertineat,cauſa hmõi dẽt ventilari co-
rã iudice eccleſiaſtico ratione clerici dignioris laico: dignius
3 enim † trahit ad ſe minus dignum, nec in vtroque foro poteſt
contendi ratione iuris hæreditarij indiuidui iuxta doctrinam
Barto.in l. pręcipimus. §. eodem obſeruando. C. de appel.per
illum tex.& per doct.moder.in l.imperium.ff.de iuriſd.omniũ
iudi.nec ad rem pertinet, quòd in hæreditate res corporales
contineantur,nam fructus qui ex fundo hæreditario percipiũ
tur corporales ſunt, & id,quod ex aliqua obligatione hæredi-
taria nobis debetur plerunque corporale eſt veluti fundus,ve
ſtis,& pecunia quia ipſum ius ſucceſſionis, & obligationis hæ-
reditarię incorporale eſt. vnde in curia eccleſiaſtica diſputari
debet, vt ſępius habui in facto in curia Archiepiſcopali Flo ne
continentia cauſæ diuidatur contra text.in l.j.& 2.ff.qui. re. ad
eum.iudi.ea & per doc.in l nulli prorſus. C. de iudi.& late per
4 Soci.in conſil.12.circa 4.q.libr.j.vbi dicit,† quòd ſolus epiſco-
pus habet iuriſdictionem contentioſam in clericos ſuę dioce-
ſis.c.quamo.de offi ordi.11.q.1.capitulo de perſona.quod etiã
procedit quo ad clericum in minoribus conſtitutum.capitulo
5 j.& 2.de fo competen.c.in olira.11.q.1. † quia clerici ſunt res ſpi
rituales,ex quo ſeipſos deputarunt in Chriſti ſeruitium. c. qui
portio 12 q.1 & per Inno.& Ioan.Andr.in capitulo ſignifican-
tibus de offic. deleg. quod priuilegium etiam extenditur ad
laicum conueniendum cum clerico, dummodo cauſa ſit con-
nexa,& indiuidua,quicquid dicat Bald.in l.edicto. capitulo de
edict.diui Adri.tollen.columna 12.circa fin. quem allegat Ro-
chus,de iure patro.verſiculo.ius.ibi.2.quæſt.columna 8.& hoc
eſt veriſſimum,prout tenuit Alexand.in conſilio clxix.colum.
5 in fi.libr.2.viſo puncto, & idem in conſilio cxxij. viſo pun-
cto.libr.4.ſed ne longius vagari videar,dico in quæſtione pro-
6 polita,† quòd canonicatus eſt ius incorporale,& indiuiduum,
ſed non poteſt diu manere ſine re corporali, ſicut nec anima
ſine corpore vt corporaliter viuat,& actus corporeos exerce-
7 at.j.q.3.c.ſiquis obiecerit,vbi dicit text. † quòd ſpiritualia non
proficiunt ſine rebus corporalibus,ſicut nec anima ſine corpo
8 re corporaliter viuit.c. dilectus. el 1. de pręben. † & canonica-
tus huiuſmodi naſcitur ex electione, & inſtitutione, & rece-
9 ptione in canonicum & fratrem,canonicus autem,† dicitur a
canone,eo quia canon græce.latine dr̃ regula. unde canonici
debet eſſe & uiuere ſub regula,& canonici cathedralis eccleſię
habent

habent præeminentiam & maioritatem ſuper alios clericos ci
uitatis, & diœceſis, & dñr pars corporis eccleſiæ, & epiſcopi, q a
ipſe eps eſt caput & ipſi ſunt membra, & eſſe canonicũ alicuius
eccleſiæ cathedralis eſt magnus honor: no t. Rom. in ↄſ. cxxxvj.
& minor 4. annis poteſt eſſe canonicus etiam in eccleſia Ca-
thedrali licèt non habeat vocem in capitulo. c. cum ex eo de
electio. lib. 6. & concludunt communiter doctores, quòd ma-
ior ſeptennio poteſt in clericum ordinari, & beneficium acce
ptare. cap. j. de regula. & vide omnino Roma. conſi. ccxxiiij. qui
10 prædicta limitare videtur. † & eſt beneficium ſpirituale quod
dat ſtallum in choro. & locum in capitulo. c. cum inter. de re-
nun. prout latè habetur per Cardi. in cle. ſi. in j. q. de præbend. &
per Staphi. in tractatu de literis gratiæ & iuſtitię fo. 7. cum ſeq.
vbi plenè de canonicatu, & canonicis & de eorum dignitate,
11 effectu creationis canonicatus per Papam. † præbenda verò
naſcitur ex inſtitutione, & officio quia ex quo quis habet offi-
cium debet habere beneficium, perdendo vnum perdit & alte
rum. c. inter cętera de præben. c. ſi quis ſacerdotum. lxxxj. diſt.
& not. Inno. in c. cum M. de conſtitu. verſi. canonicos canonia
verò eſt quoddam ius ſpirituale, quod creatur ex electione, &
receptione in fratrem, & ee diſert a præbenda, tamen ſumẽdo
large præbendam nihil habet commune cum offi. hinc eſt ꝙ
laico poteſt conferri. vt no. Anto. in c. cum. M. de conſtitu. vlt.
Car. ibi. 2. quęro & præbenda dicitur a pretio, potiuſquã a prę-
beo not. Rom. in conſi. cccxlv. & tantam habet connexitatẽ
cum canonicatu, ꝙ ille qui aſſequitur præbendam canonicalẽ
per conſequens conſequitur canonicatum illum, pro quo fuit
inſtituta. & docto. dicunt ꝙ ſi Papa dat alicui canonicatum ſu
pra numerũ ſub exceptione p̃bendæ, & poſtea prębenda vacãs
ſibi conferatur, eo ipſo intelligitur collatus canonicatus, qui
cũ p̃benda vacauit & alter canonicatus primo collatus per Pa
pam deſinit no. Roma. in conſi. cccxliij. & idem Anto. vbi ſu-
12 pra, & epiſcopi. † Canonici dicuntur membra, vt dixi eccleſię,
vel capituli, per quæ capitulum ipſum ſuos cooperatur effect⁹,
13 † nam capitulum eſt nomen appellatiuum, intellectuale, & in-
corporale, ſicut cætera nomina appellatiua, vnde cum non ſit
corporale nihil per ſe facere poteſt niſi per ſua membra quẽ-
14 admodum anima. † velut illigata corpori craſſo nihil ageret
niſi per organa corporis, aut certè aliquid materiale non exer
cet. d. c. ſiquis obiecerit. quamuis ſecundum Theologos.
15 † Corpus non ſit de eſſentia animę, ſed ex natura ſuę eſſen-
tiæ habet ꝙ eſt corpori vnibilis, vnde proprie non eſt in ſpe-
cie, ſed quid compoſiti cum corpore, quo indiget vt corpora-
liter viuat, & operetur, & ſic tenet inferiorem gradum intelle-
ctualitatis, quam Angelus, qui corpori non vnitur. ex quib. pa-
16 tet ꝙ cum capitulum ſit intellectuale, & incorporale. † Nihil
per ſe poteſt operari niſi per canonicos tanquam organa, quo
17 rum negligentia † dicto capitulo tanquam intellectuali cur-
rit honoris præſcriptio ſecũdum Pauinum in tractatu de offi.
& poteſtate capituli ſede vacante in 5. præambulo colum. 4.
in prin. ea enim quæ geruntur ab ipſis canonicis capitulariter
congregatis & proſunt, & nocent ipſi capitulo quia.
18 † Vniuerſitas, & capitulum vt perſona ficta non poteſt be-
19 ne, vel male operari quæ tamen † fiunt a capitulariter congre-
gatis nocent capitulo, hoc modo videlicet.
20 † Communicato conſilio pulſata campana, vel alia conſue
tudine loci ſeruata, vnde in p ratica, ſi vniuerſitas alicuius loci
accuſatur, quòd commiſerit delictum aliquod, actor autem,
vel accuſator probat ꝙ omnes homines illius loci ſimul cõmi
ſerint, non tamen probat ꝙ communicato conſilio, pulſata
campana, vel alijs ex loci conſuetudine ſeruatis delictum hu-
iuſmodi fuerit commiſſum, tunc debet ſuccumbere cum agat
ineptè, & temerariè contra vniuerſitatem vt refert Pau. de Ca-
ſe conſuluiſſe & habuiſſe in facto in l. ſi ita. ff. ꝙ cuiuſq; vniue.
col. 4. in §. ſicut municipij ibi in quæſtione glo. vide. quæ refert
Dec. in conſi. 221. nu. 2. & aduerte ꝙ etiam tota vniuerſitas te-
netur ex delicto maioris partis, & in puniendo fit exequutio
contra omnes etiam qui delicto non cõſenſerũt, ne alias pro-
pter difficultatem probandi delictum illud remaneat impuni-
tum ſecundum Hoſti. & Io. And. & Anto. in c. dilectus. 2. de ſi-
mo. & vide Zabare. in cle. 1. de pęn. tenetur etiam ex delicto of-
ficialium quos elegit Ioã. And. in d. c. dilectus, item ex delicto
vnius de vniuerſitate ſi id ratum habeat idem Io. An. in c. gra-
uem. de ſen. excommunica. & hoc etiam probatur quia vide-
21 mus † ꝙ animæ præiudicatur per malam corporis operationẽ,
& ſic anima damnatur niſi Dei miſericordia ſeu gratia iuuatur,
quod adiutorium ſi homo per liberum non deſerit arbitrium
22 ſemper eſt homo bonus, ſed ſi deſerit, deſeritur. † nam dicit apo
ſtolus ad Roma. 13. omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti vt
referat vnuſquiſque ſecundum ea, quæ per corpus ſiue bonũ,
ſiue malũ geſſit, quem locum Auguſtinus in opuſculo de prę-
deſtina ſancto. lib. j. c. xij. declarando dicit per corpus geſſit id-
eſt tempore, quo anima fuit in corpore, & ſic per corpus intel-
ligit corporis tempus, quo quidem tempore corpus animale
geſtamus olim fruituri ſpirituali, ſed ſciendum eſt, quòd etiam
ſolo animo, non per corpus, nec per vllum corporis membrũ
multa mala geruntur prout cum dicit inſipiens in corde ſuo
nõ eſt Deus, vnde ad rem redeundo dico quòd bona, vel ma-
la adminiſtratio canonicorum capitulorum congregatorum
conſideratur modo prædicto, ſed aduertite domini canonici
in conſtitutione ſindicorum ſeu procuratorum veſtrorum vt
rectè adminiſtretis, quòd quando conſtituitur ſindicus licèt in
inſtrumento non exprimantur nomina ſingulorum canoni-
corum, ſed dicatur tale capitulum conſtituit talem ſindicum
valet conſtitutio ſi eſt ſigilum capituli appoſitum, & id opera-
tur auctoritas ſigilli no. Io. And. in addi. Specu. de ſindi. §. j. &
idem ſi ſigillum non apponatur ſed nomen decani, vt ſi dicat
decanus. & capitulum conſtituunt, & hoc admittitur in curia
Roma. Bal. in pace conſtantiæ. §. damna dicit quòd non eſt ne
ceſſaria expreſſio nominum. Barto. autem in l. j. de albo ſcri. di-
ſtinguit inter vniuerſitatem magnam, & paruam vt primo ca-
ſu exprimantur nomina. in 2. non, notarij Florentini de ſtilo
ſuo in huiuſmodi mandatis exprimunt nomina ſingulorum,
& hoc puto tutius per regulam quòd omnes tangit ab omni-
bus approbari debet, ſignum autem approbationis fuerit ex-
preſſio ſingulorum verum ſi corpus, vel corporis membra no
biliori, & digniori veſtitu extrinſeco ornentur, & extrinſeca va
rietate circundentur anima.
23 † Non efficitur pulchrior, vel dignior, vel perfectior, quia
nec pulchritudinem, nec dignitatem, nec perfectionem reci-
24 pit a corpore, quia ſecundum Theologos † licet anima ſit vni
ta corpori, & materię, virtutem tamen habet ſuperantem ma-
teriam vnde remanet in ſuo eſſe deſtructo corpore, idem dicẽ
dum eſt de capitulo quo adhoc animæ ſimili, prout late per do
ctores, & maximè per Paul. de Caſt in d. l. ſed ita. §. ſi. & idem de
canonicis ipſius capituli membris operatiuis, nam non eſt di-
cendum, quòd canonici poſſint dici exempti virtute alicuius
priuilegij puta prothonota. ipſis vt ſingulis conceſſi propter or
namentum extrinſecum non propter exemptionem ab ordi-
25 nario, † quia ornamentum extrinſecum non eximit aliquem
ab ordinario maximè cum in priuilegio nihil de exemptione
dicatur per ea, quæ ſupra dixi, & per dictum. c. paſtoralis. priui-
legium igitur huiuſmodi non efficit dictum capitulum di-
gnius, quia cum ſit incorruptibile ſicut anima non, poteſt re-
cipere extrinſecus aliquem perfectionis gradum a mem-
26 bris corruptibilibus, † nec etiam gradus, aut nobilitas, ſeu di-
gnitas in capitulo ſubſiſtere poteſt cum ſit perſona repręſen-
tata. l. mortuo. ff. de fideiu. c. romana. § in vniuerſitate cum ibi
nota. de ſententia excommunic. in 6. vt per Gomeſ. ſuper regu-
la. de annali poſſe. q. 12. nu. 3 & ſic ex prædictis dicamus neceſ-
27 ſe eſt nullo modo capitulum exemptum, ratione & ſimilitu-
dine prædictis, quam ſimilitudinem † rei corporalis ad ſpiritua-
lem intelligamus non ſimilitudine participatiua eiuſdem qua
litatis, ſed ſimilitudine proportionatiua, quemadmodum di-
cimus Theologicè loquendo ſicut ſe habet aqua ad tollendas
maculas corporales, ita gratia ſe habet ad tollendas ſpiritua-
les; quia per modum ſimilitudinis proportinatiuè corporalia
transferũtur ad ſpiritualia, & ſi daretur caſus ꝙ huiuſmodi p̃-
rogatiua prothonotariatus non fuerit conceſſa canonicis, ꝑut
ſingulis, ſed obtinentibus dignitates, & canonicatus pro tem-
pore, vt in priuilegio Leonino, & ſic dignitatibus, & canonica-
tibus, & per conſequens rebus incorporalib. quid dicemus, po-
teſt reſponderi, quod cum dignitates, & canonicatus vt ſupra
dixi ſint incorporalia cum non patiantur ſectionem.
28 † Non ſunt capaces per ſe dicti protho. vel alterius gradus,
vel dignitatis. nam requiritur inſtrumentum corporeum, quia
non poteſt rei incorporali, & intellectuali inhærere, quis nan-
que dicere poteſt archidiaconatum, archibresbyteratum, & ca
nocatum prothonotarium. Certè nemo niſi ſit inſipiens, &
penitus literarum expers, ſed bene, & rectè archidiaconum, ar-
chipresbyterum, & canonicum prothonotarium nominabit,
prout habetur clarè in dicto Leonino priuilegio, dicitur enim
in eo, vos, filij archidiacone &c. noſtri, & dictę ſedis notarij ſitis,
& eſſe, cenſeamini. Quare concludo quòd ſi per aliquod priui
legium aliqua concederetur exemptio aliquibus canonicis
concederetur vt ſingulis, niſi aliud diceretur, non autem ipſi
capitulo per ſupradicta, & hoc probatur, quia priuilegij verba
non poſſunt capitulo adaptari, requirunt enim perſonam
ſingularem, non autem repræſentatam, vt eſt capitulum. dicta
l. mortuo, & d. §. in vniuerſitate cum ibi notatis, nam (vt dixi)
in capitulo nec gradus, nec nobilitas, nec dignitas ſubſiſtere
poteſt, ſed benè in ſingulis de capitulo. cum ergo verba priui-
legij non conueniant capitulo, neque ipſa diſpoſitio conue-
nire videtur. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de aqua quotti-
dia. & æſti. addo etiam aliud videlicet cum in dicto priuilegio
nulla fiat mentio de capitulo, vt patet in Leonino prædicto,
neceſſe eſt vt dicamus quòd diſpoſitio loquens † de perſonis
29 nunquam comprehendat collegium, uel capitulum niſi ex-
preſſe dicatur vt latè per plura infra, & multas rationes probat
Rom. de collegio Auditorum Rotæ loquẽs in cõſi. cccxxxvj.

30 quod indultum, nam dicit ibi ꝙ priuilegia derogantia. † Qui-
buſcunq; perſonis nō derogāt collegio præſertim dominorū
31 Rotę, quia collegium nō uenit appellationę perſone. † unde
per huiuſmodi rationem infertur quòd procurator ꝯſtitutus.
32 † Cōtra omnē perſonā nō poterit agere cōtra uniuerſitatem,
uel collegium, ſeu capitulum per dictum Bal. in rub C. ad tre-
bel. & in auc. Item quicunq; de epiſcopis, & cle. ſequitur Fely.
in c. cum te, in 2. col. de reſcriptis, & ſecūdum communem opi-
nionē prædicta locum habēt in procuratore actoris, prout Ro-
ta iudicauit atteſtante famoſiſſimo doctore domino Ludoui-
co Gomeſ. Rotę moderno auditore ſuper regula de idiomate.
q. 2. nu. 5. ſecus ſecundum eū in procuratore rei ad defendendū
quod eſt fauorabile, vt ſentit Alex. in apoſti. ad Barto. in l. mor-
tuo. ff. de fideiuſſo. & concluſio de exemptione vltimo apertè
probatur per tex. in c. per exemptionem de priuileg. in 6. vbi di
33 citur. † ꝙ ſi eccleſia eſt exempta, ſunt etiam exempti canonici,
& clerici, ſi verò canonici ſoli ſunt exempti, tūc tā canonici, ꝙ̄
clerici dicuntur exempti, nō tamē eccleſia, niſi aliud expreſſe
in priuilegio dicatur, ſic etiam ſi capitulum eſſet exemptum, ca-
nonici dicerētur exempti, vt pulcherrime per Deci. in d. conſi.
clij. ratio eſt, dicit archidiaconus in d. c. per exemptionē, & hoc
eſt veriſſimum, quia exemptio quanto ſtrictius poteſt debet in-
terpretari cum ſit (vt in primo capitulo dixi) in præiudicium iu
riſdictionis ordinariæ quæ valde eſt fauorabilis. xj. q. 1. c. perue-
nit, & per totam cauſam, & dicit Ange. in l. fi. col. fi. verſicu. 3.
34 quæritur de conſtitu. quòd priuilegium † exemptionis præciſe
attenditur vt verba ſonāt. in fortioribus terminis qn̄ in priuile-
gio nulla penitus de exemptione eccleſiæ, vel clericorum, vel
canonicorum, vel capituli facta ſit mentio ergo exemptio. nul
la de ea facta mentione non poteſt eſſe in cōſideratione per ea
quæ inferius dicētur, ꝙ aūt capitulū nō poſſit dici exemptum
vigore huiuſ. aut ſimilis alterius priuilegij cōfirmat. q. 1 vniuer-
ſitas, collegium, capitulū, & ſimilia cū ſint nomina intellectua-
lia, & corpora ficta in his, in quibus faciēda eſt ſtricta interpreta
tio nō cōprehēduntur cū nō ſint vera corpora ſed ficta, diſpoſi
35 tum aūt † in caſu verò nō habet locum in caſu ficto in odio-
ſis, quia fieri debet mētio ſpecifica de vniuerſitate, de collegio,
vel de capitulo tex. eſt in c. graue de præben. ver. & hoc ipſum.
l. 3 hæc autem verba. ff. de nego. geſt. & ſatis notum eſt ꝙ diſpo
36 ſitum † reſpiciēs perſonas tm̄ nō comprehendit collegium, vel
capitulū niſi expreſſe, vt latè dicatur per plura iura per Roma.
in d. conſi. de quo ſupra. nam licèt aliàs ſit verum quòd appella
37 tione † perſonæ lato ſumpto vocabulo, & in materia fauorabi-
li poſſit comprehendi capitulum, vniuerſitas, & quælibet alia
perſona, vt dicit Bal. in l quicunq; col. 3. C. de ſer. fugi. tamē vbi
ſubiecta materia nō eſt proportionata ad hoc nunquā ſub tali
vocabulo, ſeu verbo etiā cū dictione vl̄l nec capitula nec vni-
38 uerſitates includi poſſunt, q̄a actus † actiuorum debēt cadere in
ſubiectū bene diſpoſitū, vt in propoſito dicit no. Dominicus in
cap. ſicut. col. 2. 7 q. 1. vbi ex hoc infert quòd excommunicatio
39 prolata cōtra quaſcunq; perſonas † nō cōprehēdit vniuerſita-
tem. d. §. in uniuerſitate. quia excommunicatio ligat animam,
vniuerſitas autem non eſt materia ſubiecta ad hoc cum ani-
mam nō habeat, & hoc idem dicit Decius in l. ſi familia col. 2.
ff. de iuriſ. omnium iudi. & fallit in c. cū te col. 12. & ſeq. de re-
ſcrip. & prędicta multo fortius procedūt in caſu noſtro, cum ut
dixi nec gradus, nec nobilitas nec ulla dignitas poſſit ſubſiſtere
in perſona ficta. repręſentata, & imaginata: unde ex his, quæ nō
uidētur habere ꝯdictionē iudicio meo omnibus cōſtare debet
quod uigore huiuſmodi priuilegij nō eſt exēptum capitulum:
& quamuis (ut dixi) ignaris uideatur ꝯriū propter exemptionē
canonicorum, tamē nō ſequitur ꝙ capitulariter cōgregati fa-
ciāt, ut protho. exemptum capitulum, q̄a tūc nō conſiderantur
40 † prothonotarij, nec ut epiſcopi, ſed ut canonici, licèt haberent
mille dignitates, prout uidemus in aliquibus capitulis inter ca-
nonicos nonnullos epiſcopos, & tamē nō ut epiſcopi, ſed ut ca
nonici lucrantur diſtributionē, ſeu diſtributiones quotidianas,
ut ī eccleſia Florētina, nec eſt uerū ꝙ per prędicta naſcatur ali-
quod abſurdū, uidelicet ſi ut ſinguli ſunt exempti, & capitula-
riter cōgregati ut capitulum dicantur ſubiecti, & ſic diuerſo iu
re cenſeantur, quia illa regula ꝙ quis diuerſo iure nō cēſeatur,
41 non militat in caſu de quo diſputatur, nō eſt abſurdum † ꝙ re-
ſpectu diuerſę qualitatis concurrentis in idem corpus, qui di-
uerſo iure cenſeatur, ut nota. in d. c. per exemptionem. & in c.
cum Capella de priuile. cum igitur ſint diuerſa, debent diuerſo
iure cenſeri. l. Papinianus. ff. de mino nam canonici ſeparatim
conſiderati ſunt quid diuerſi a capitulariter congregatis, quia
ſeparatim quilibet agit ueram perſonam ſimul autem congre
gati agunt fictam, præterea ſicut quis poteſt habere plura domi
cilia. c. ex parte. de foro competen. & quo ad unum forum cen
ſeretur uno iure, quo ad alium alio iure. d. c. cum capella, nihil
ergo abſurditatis habet ꝙ homines alicuius collegij, puta ca-
nonici, aliqua gradus pręrogatiua ſint exempti ab ordinario,
capitulariter autem congregati ut capitulum ſint ſubiecti, quia
(ut dixi) ſeparati habentur ut perſona uera, congregati colle-
ctiuę, ut perſona ficta, quæ aliquam gradus prærogatiuam non
admittit, qua gaudeant exemptione, niſi exprimatur in priuile-
gio modo de quo ſupra hactenus igitur ſatis ſuperque dictum
ſit, quòd ſtante forma dicti prothonotariatus priuilegij uel
alia ſimilis exemptio, ſingulorum non extenditur ad capitu-
lum.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa finalis priuilegij colligitur ex ipſius præfatione.*
2 *Aſſertioni concedentis priuilegium ſtatur.*
3 *Ratio finalis inductiua, & impulſiua prothonotariatus canonicorum Flor.*
4 *Petitio reijcitur a Principe quando petitur ab eo exemptio ab ordinario.*
& proth. qui non ſunt de nu. partici. dicuntur habere nomina ventoſa.
5 *Eccleſia reijcere ſolet clericos ſine capite vt acephalos.*
6 *Heremitæ ſubijciuntur epiſcopo loci in quo morantur.*

De Ratione finali priuilegii protho. exemptionem excludente. Cap. IIII.

Quoniam dubitabatur ſæpiſſime an forma huiuſmo
di priuilegij protho. de qua ſupra alio non
expreſſo eximat canonicos vt ſingulos ab ordinario, non erit
inutilis, ac penitus infructuoſa diſcuſſio huius quæſtionis, cum
quotidie oriātur quæſtiones & lites inter protho. & locorum
ordinarios. Vnde vt veritas habeatur ſemper inter cætera con-
ſideranda eſt ratio, & cauſa finalis, & impulſiua priuilegij con-
ceſſi, quæ, vt eſt anima legis, ita eſt anima priuilegij. l. cū pater.
§. dulciſſimis. ff. de leg. 2. nam tota virtus & legis, & priuilegij, &
ſimilium in ipſa ratione conſiſtit ſecundum Roma. in ſingu.
1 delj. incip. tu ſcis, quæ quidem † ratio colligitur ex præfatione,
prohemio priuile. vt probatur per tex. in l. 1. ff. de origi. iur. cum
ibi not. & in l. ſi. ff. de hære. inſtituen. nota. Barto. in l. cum his. ff.
de tranſactio. & Bal. in 1. conſtitu. C. §. quib. And. Sicu. in conſi.
2 lxxv. omnia quæ facitis col. 3. ibi. 2. lib. 1. vbi dicit ꝙ † aſſertioni
concedentis ſtatur, & allegat doctri. Bar. in l ambitioſa. ff. de de-
cre. ab ordi. facien. col. pen. & habeť ꝑ Areti. diſti. qui. mo. teſtā.
infir. § ſed ſi quis priore. col. 2. & ne diſcedamus ab exemplo ſu-
prapoſito velut ab auriga noſtro videamus rationem dicti Leo
3 nini priui. ſ. vt cæterorū priuilegiorum rationes cognoſcamus.
Ratio † igitur finalis inductiua dicti Leonini fuit vt concedēs
ornaret eccleſiam Florētinam ornando canonicos veſtitu pul
chriori, & eos circundando varietate, licèt ipſi canonici pro-
priè non vtantur habito de quo in dicto priuilegio, non enim
vtuntur cappa vt in eo diſponitur ſed quodam mantello cum
batulo ad inſtar Auditorum Rotę, adeo ꝙ habitus huiuſmodi
non eſt ex mente concedentis priuilegium, voluit enim orna-
re dictam eccleſiam ornando canonicos veſtitu pulchriori, &
quadā varietate ex quibus dicta eccleſia redderetť pulchrior, &
ornatior, vt expreſſe habetur in dicti Leonini præfatione, & ad
hoc impulſus, & motus fuit intuitu, & conſideratione Archie-
piſcopi Florētini. tunc domini Iulij Cardinalis de Medi. nuncu
pati ipſius concedentis ſecūdum carnem fratris patruelis, qua-
re dicendum eſt ꝙ in dicto priuilegio ea tantum videntur cō-
ceſſa, quæ rationes prædictę complectuntur, non autem ea, quę
non eſt veriſimile dictum concedentem concedere voluiſſe,
videlicet exemptionem ab ordinario & canonicorum, vt ſin-
gulorum, & ipſius capituli: nam ſi conceſſionem ipſam veli-
mus, certè dicta finalis ratio non militabit, quia tunc non or-
naſſet ipſam eccleſiam, ſed penitus deformaſſet: quid enim eſt,
corpus ſine capite, nō militabit etiam ratio impulſiua, quia nō
eſt veriſimile, ꝙ ſi intuitu, impulſu, & reſpectu Archiepiſcopi
conceſſit huiuſmodi priuilegium, voluerit contra ipſum con-
cedere quod vtique feciſſet, ſi canonicos, & capitulum ab ordi
nario exemiſſet, ꝙ autem hoc concedere minimè voluerit di-
ctę rationes promptiſſimè demonſtrant, & ꝙ etiam nō ſit veri-
ſimile ipſum hoc voluiſſe, probatur per id, quod eleganter dixit
4 Roma. in conſi xxxvij. † ꝙ non eſt ſignanda petitio, per quam
petitur à ſuperiore exemptio. ſ. vt membra ſeparantur a capite,
ideſt ab obedientia ſuperioris niſi cōcurrat aliqua vrgens cau-
ſa, & hoc probat per tex. in c. cum non liceat. de præſcript. vbi
dicitur cum non liceat membra capite recedere, ideſt ab obe-
diētia, vt ſupra dixi &c. & ſequitur Fel. ibi qui diſcurrit per mul
tas cauſas petendi exemptionem, quas ibi vide & dicit text. in
c. ſanè. de priui. & exceſſi. priuile. ꝙ priuilegium non eſt dandū
niſi certa ratione inſpecta, & cū magna deliberatione: & licèt
in caſu dicti priuilegij nō fuerit facta petitio, ſed motu proprio
& certa ſcientia dicti canonici & dignitates obtinentes fuerūt
creati apoſtolici, poteſt tamen dici ꝙ a pari procedant principē
aliquid concedere ad petitionem alicuius, vel motu proprio
intuitu, vel impulſu alicuius, vt dicto Leonino, & hoc ratione
præiudicij iuris alteri quæſiti, vt ſupra dixi in c. j. in fi. & ideo in
caſu huiuſmodi eadem mens concedentis conſideranda vide-
tur, quæ conſideratur ad petitionem partis ſupplicantis, & ſic
ex his cognoſcitur difficultas exemptionis concedendę, maxi.

ex dicto c.cum non liceat,vbi etiam in fine dicitur non obſtā
te aliqua præſen p̃none,quib. quidem conſideratis, manifeſtè
apparet q̃ dictum Leoninum priuilegium cõcedendo vllam
exemptionem remanet ſine aliqua ratione , ergo ſine anima,
ergo mortuum,quod non eſt dicendum.quia quamuis quo ad
exemptionem ceſſent omnes rationes, ergo & ipſius diſpoſi-
tio,vt communis eſt omnium Doctorum ſententia ſecundũ
Roma.in conſi.180.col.3.in fi.& per tex.in l.Titia. §.vſuras. de
leg.3.& c.cum diu.63.diſt.tamen in ceteris remanet in ſuo ro-
bore,videlicet quo ad ornatum,& alia,quæ in dicto priuilegio
continentur,& ſic hmõi ꝓthonotarij dicuntur habere nomi
na ventoſa.vt dicit Iaſon in l.1.col.2. ff.de offic.eius , nam ſi re
priueris nec nomen habere mereris dicit glo. in c.cor epiſco-
pi 68.diſt.& Paul.de Caſt.in conſi.307.lib.2.vt dicimus de Car
dinalibus Rauẽnaten.qui non merentur dici Cardi. dicit gl in
c.pudor.32.q 2.Abbas in c.bonæ.il 1.col.1.de poſt.præla. & idẽ
de cano.Mediolanen qui dicuntur Cardinales, quamuis ergo
dicantur proth.non ſunt veri ſed abuſiui,ſicut rex ſchacorum
non dicitur propriè rex,& idem dicimus de epiſcopis nullate-
neñ. & comitibus pallatinis, qui tales propriè non dicunt,ſed
abuſiuè & latè per Iaſon in l.id quod num.25.de lega.1.dicen
dum eſt ergo q̃ in tales protho. abuſiuos nulla poteſt cadere
exemptio niſi geſtarent continuè habitum , vt latè de hoc di-
cam in c.fi.infra eod. præterea cum in eo non inueniatur ali-
qua ex formis,ſeu modis prædictis,vel alia verba exemptionẽ
ſignificantia peccatum eſſet irremiſſibile in hoc ſeculo , & in
futuro , q̃ intentionis Papæ fuiſſet canonicos flore.nobiliſſi-
mos quorum nomen exiuit in omnem terram eſſe acepha-
los.i.ſine capite, vt dicit text.in c.nulla ratione.iuncta gloſſ.ibi
5 94.diſt.† huiuſmodi autem acephalos eccleſia reijcere ſolet,
6 vt clericos ſine capite,& velut excommunicatos: vnde † here
mitæ ne dicantur acephali ſubijciuntur epiſcopo,in cuius dio-
ceſi morantur iuxta gloſſ.in d.c.nulla ratione.& glo.in cap qui
vero.16.q.1.vbi multa habentur de huiuſmodi heremitis.

SVMMARIVM.

1. *Vniuerſitates poſſunt ſtatuta condere quæ ipſarum negotia concernunt.*
2. *Condere ſtatuta non eſt iuriſdictionis propriè.*
3. *Iuriſdictio deriuatur a dictione.*
4. *Capitulum ſede vacante habet ordinariam iuriſdictionem.*
5. *Capitulum poteſt condere ſtatuta dummodo ſint licita , nec tangant epiſcopum.*
6. *In alienationibus rerum eccle.requiritur aucto.epiſcopi & capituli,exiſtẽte iuſta cauſa alienandi.*
7. *In alienationibus dictarum rerum formaliter duo requiruntur ſolemnitas, & iuſta cauſa,de iure antiquo,& ordinario.*
8. *De iure antiquo,& ordinario etiam ſine ſolemnitate dummodo adſit fauor eccleſiæ, valet contractus alienatio.*
9. *Fauore eccleſiæ eſt in electione epiſcopi,ſeu rectoris eccleſiæ an velit contractum valere,non autem illius cum quo contraxit.*
10. *Vtilitas eccleſiæ facit contractum ipſum claudicare de iure communi , & ordinario,ſecus ex diſpoſitione extrauagantis Pau. II.*
11. *Quando quis iurauit non alienare inconſulto Ro.Ponti.alienatio licita, & etiam vtilis non valet.*
12. *Ius antiquum,& ordinarium,differt ab extraordinario.*
13. *Limitatio gloſſ. cap.1 ne ſe.vacan.non habet locum de iure extraordinario.*
14. *Diſpoſitio d.extrauagantis Pau. II. idem operatur quod lex,& dicitur cõſtitu.generalis,& vbique ligat.*
15. *Diſpoſitio d.extrauagantis vbi a princi.non fuit recepta,non militat attenta præſcriptione xl.annorum.*
16. *Conſilium pro vtilitate eccleſiæ vbi militat extrauagans prædicta.*
17. *Cautela pro vtilitate eccleſiæ ſtante dicta extrauagante.*
18. *Debitores ſuper iure creditorum paciſci non poſſunt .*
19. *Superiori de iure debetur honor,& reuerentia .*
20. *Statutum loci inferioris non poteſt aduerſari ſtatuto ciuitatis ſuperioris .*
21. *In generali confirmatione non comprehenduntur illicita.*
22. *Statuentes in præiudicium domini incidunt in l.Iuliam maie.*

De auctoritate capituli in condendis ſtatutis,& differentia iuris antiqui & extrauagantis Pauli II. & eius diſpoſitione. Cap. V.

Quandoque in aliqua Cathedrali eccleſia canonici occaſione huiuſmodi præſumptæ exemptionis capitulariter congregati ſolent ſtatuere inter ipſos aliquid contra epiſcopum vel eius vicarium , ob id nunc videamus ad capitulum poſſit aliquid ſtatuere, vel ſtatuendo deliberare contra honorem & reuerentiam epiſcopi, vel eius generalis vicarij ſub aliqua formidabili pœna. & licet difficultas huius quæſtionis pendeat ab hoc , videlicet an condere ſtatuta ſit iuriſdictionis, ſed quia eſſet longa diſputatio vos remitto ad notata per Bartol.Bald.& alios in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure.vbi etiam latè per Modern. & maxi. per Iaſo.nume.33.& in l.imperium. ff.de iuriſd.omnium iud.Alex.

1 in l.1.ff.eod.in 4.col.concludit q̃ omnes † populi, & vniuerſi-
tates poſſunt facere ſtatuta , quæ concernant ipſarum vniuer-
ſitatum negotia.l.2.in fi.& l.fi.C.de conſtitu.pecu.Barto.in l.fi.
ff.de colle.illi.& in l.fi.de iuriſd.omnium iudi. & tamen omnes
populi & vniuerſitates non habent iuriſdictionem,vt patet in
l.ſi duas.§.eſt autem. ver.debet ff.de execu.tuto.nut. Bar.in l.1.
2 ff.de dam.infec.† condere ergo ſtatuta non eſt iuriſdictionis ,
3 niſi iuriſdictio capiatur largè prout deriuatur † a dictione, qđ
idem eſt quod poteſtas & iuris quaſi legitima poteſtas dicit gl.
in l.iuſiurandum in authen.de defen.ciui & hoc modo ſtatue-
re eſt iuriſdictionis,ideſt legitimæ poteſtatis quæ in ſtatuen-
do & populis,& vniuerſitatibus a Principe eſt permiſſa. capi-
4 tulum autem,† ſede vacante habet iuriſdictionem ordinariã
a iure communi ita q̃ poteſt dare iudices,& omnia facere , q̃
ad iuriſdictionem pertinent prout tenet glo.in c.2.ne præla.vi.
ſuas in glo.2.facit.l.& quia de iuriſd omn.iudi.& tex.in clem.1.
& 2.de hære.no. Ioan.And.in c.fi.de ſupp.negli.præla.in gloſſ.
pen.in nouella,& idem in c.ſi epiſcopus. eod.tit. latè per Pauinum in tractatu de offi & poteſta.capi ſe.va.in 2.q.princ. vnde
eum capitulum ſit nomen collectiuum , ſic vniuerſitas & alia
nomina collectiua, quæ conſtituunt vnum corpus miſticum,
5 vt per eundem Pauinum in 2 præambulo,dicendũ eſt,q̃ † pōt
condere ſtatuta dummodo ſint licita,nec tangant epiſcopum,
vel eius iura vel generalem ſtatum illius eccleſiæ, ſic intelligi-
tur tex.in c.cum conſuetudinis.de conſuetu.& ibi Innoc.& in
c.nouit.de his,quæ fi.a præla.caput autẽ capituli eſt prælatus ,
qui cũ capitulo facit dictum corpus miſticum,vnde in aliena-
6 tionibus rerum eccleſiæ † ipſe prælatus cum capitulo & epiſco
po interponere debet auctoritatem alias contractus huiuſmo
di non valent,vt not. Abb.in c.1.col.3.de his quæ fi.a præla. &
eſt tex.in c.in venditionibus.x.q.4. & not. Archid.in c.nullam.
18.q.2.& ſequi.Bald.in l.fi §.neceſſitate.colum.pen.C.de bon.
quæ libe.& hoc eſt verum,dummodo adſit iuſta cauſa alienan
7 di.c.1.de re.eccle. non alienan. & ſic † in alienationibus dicta-
rum rerum eccle.formaliter duo requiruntur , ſolennitas, ſci-
licet,& iuſta cauſa de iure antiquo, & ordinario, vt latè p̃ De-
cium in conſi 162.vbi de materia,ſed ſi fauor eccleſiæ adſit ſe-
8 cundum idem ius antiquum † dictus contractus valere poteſt
non ſeruata dicta ſolennitate,quod probatur per glo.& Doct.
in c.1.in verſ.ſede ne ſe.vacan vbi habetur , q̃ licet contractus
alienationis rerum eccleſiæ initus forma non ſeruata ſit nul-
9 lus,fauore tamen † eccleſiæ eſt in optione epiſcopi, vel recto-
ris an velit contractum valere nec ne , & in hoc concordant
omnes per text.in c.ſi quæ de reb.12.q.2.vbi videtur text.ad li-
teram,ibi in iudicis erit epiſcopi cõſtitutum ſi pretium debeat
recipi nec ne.& propter hoc dicit Iaſon.in l.cum his.§.eam trã
ſactio.ff.de tranſact.q̃ contractus huiuſmodi claudicat , quia
eccleſia poteſt ipſum ratificare.non autem qui cum ea contra-
xit,per allegata ibi per eum,quod etiam voluit Decius in con
ſi.124.vbi dicit, q̃ prohibitio ſtatuti non extenditur ad caſum
in quo alienatio fuit facta pro vtilitate eccleſiæ,argu.12. q.2. c.
ſine exceptione,vbi alienatio, quæ in bonis eccleſiæ prohibe-
tur non habet locum , quando alienatio cedit in vtilitatem
eccleſiæ.notatur etiam per gloſ.in ſumma ea.cauſa. & q.nota-
tur.in c.1.de reb.eccle.non alienan.in 6.cum alijs,de quibus ibi
10 & ſic,† reſpectu vtilitatis eccleſiæ dictus contractus claudicare
de iure communi, & ordinario , ſecus autem ex diſpoſitione
extrauagantis Pau. II. ambitioſę,quia alienatio alias ſit licita ,
& vtilis eccleſiæ contractus tamen claudicare non poteſt per
inferius dicenda,nam per dictam conſtitutionem extrauagã-
tem prohibetur alienatio cum clauſula inconſulto Rom.Pō-
tifice ibi alienatio verò inconſulto Romano Pontifice,huiuſ-
modi verba importare videntur , q̃ hodie contractus aliena-
tionis rerum eccleſiæ nullo modo valere poſſint initi Roma-
no Pontifice inconſulto,& ſic ipſa alienatio modo de quo in
d.extrauaganti,videtur reſeruata Roma. Pontifici tam licita ,
q̃ illicita,& hoc ne detur occaſio alienandi inconſultę res ec-
cleſiæ,quod probatur per text. in c.aduerſus. de immu.eccl.ibi
propter imprudentiam quorundam Roma. Pontifex primus
conſulatur,quem text inducit dominus Abbas ex mente Ioã.
11 Andr.& aliorum in c.fi.de eccle.edi pro illa quæſtione,qñ † qs
iurauit non alienare inconſulto Roma.Ponti. de qua etiã per
Abba.& alios in c.vt ſuper.de re eccle.non alie.vbi per illa ver
ba poſita in iuramento concludunt Doct.q̃ etiam licita alie-
natio , & vtilis prohibetur d.c.aduerſus , quæ omnia idem ar-
guunt in caſu dictis extrauagan.iudicio meo, nam in ea eſt ea-
dem clauſula,ſcilicet inconſulto Romano Pontifice.ergo.idẽ
12 videtur dicendum quod de caſu q.domini Abba.& ſic † ius or
dinarium & antiquum in hoc differt a nouo , & extraordina-
rio.ratio autem differentiæ poteſt eſſe quia ius ordinariũ ſim-
pliciter diſponit nõ poſſe fieri alienationes hmõi ſine licentia
epiſcopi , ius autem extraordinarium dictæ extraua . ſtrictius
diſponit dum dicit incon .ro Roma. Ponti. quæ verba ſunt
maioris efficaciæ, q̃ illa verba ſine licentia epiſcopi, & ſic tam
reſpectu ſuperioris maioris q̃ reſpectu verborũ magis impor-
tantium

tantum mihi videtur ꝙ diſpoſitio extrauagantis magis ſtrin-
gat, ideo non eſt mirum ſi maiorem effectum pariat, alias di-
cta extrauagans videretur ſuperflua cum ſatis, ſuperq; per ius
ordinarium diſpoſitum fuiſſet, his ergo rationib. limitatio, de
13 qua † in d.glo. non militat de iure extraordinario hodie ꝓpter
dictam extrauagantem, quæ cum ſit nota, non autem ignota,
& non vagetur in incerto ſed reperiatur inſerta ſub volumine
14 certo idem † operatur, quod lex, vt dicunt Abbas & Doct. oēs
in c. paſtoralis. de fi. inſtrum. & in l. cum prolatis. ff. de re iudi. &
ſic dicitur conſtitu. generalis, & vbiq; ligat, vt latè per domi-
num Ludouicum Gomeſ. Epiſcopum Sarñ. Sacri palatij audi-
torem in prohemio regularum cancellariæ. q. 2. nume. 15. & in
q. 5. num. 7. & hoc credo veriſſimum vbi dicta cōſtitutio Pau. a
primo. fuit recepta, vt in ciuitate, & dioceſi Florētina, vbi mul
15 toties caſus hmōi habui in facto, ſed qa † in multis locis a prin
ci. non fuit recepta dicta extrauagans vt ius ſcriptum per con-
ſuetudinem legitimam & præſcriptam ſublata fuit, & nō ob-
ſeruatur, ideo dicta limitatio glo. quo ad claudicationem con
tractus militat, prout in dioceſi Imoleñ. & alibi, vbi ex lon-
gęua conſuetudine ſpacij xl. annorum, & vltra fuit præſcripta,
prout de iure requiritur per text. in c. fi. de conſue. vnde ſi quis
in loco, vbi dicta extrauagans locum habet vellet eccleſiæ ſuæ
16 conſulere † conſiderando contractum iam initum vtilem eſſe
dictæ ſuæ eccleſiæ prius habeat a Roma. Pontifice confirma-
tionem contractus, & ea obtenta cogi faciat per iudicem com
petentem illum, qui contraxit cum eccleſia ad obſeruantiam
dicti contractus, & hoc ne poſſit allegari nullitas, ſed vt facilius
17 cogi poſſit † cautela eſt, ꝙ in contractu apponatur iuramen-
tum per ea, quæ dicit D. Abbas in c. debitores. in 1. de iureiur. &
Beatus Thom. 99. q. per totam, quia iuramentum dirigitur in
Deum principaliter, & principalis obligatio illi acquiritur, li-
cet effectus concernat priuatam vtilitatem & licet poſtea alle
garetur nullitas contractus quæ allegari non poſſet, ſi (vt dixi)
prius haberetur confirmatio, acceſſorium tamen, & ſic iura-
mentum debet ſeruari, & ſic iſto caſu etiam de iure extraordi-
nario contractus claudicaret iuxta dictam gloſſ. quæ omnia
aduocati notare debent pro vtilitate ſuorum clientum eccle-
ſiæ propriè conſulere volentium, & aduertant ꝙ in obtinen-
da confirmatione apponi faciant clauſulam nōn obſtante cō
ſtitutione Pauli II. & ſępe habui in facto in archiepiſcopali
curia Florentina, prædicta autem ſequendo rem noſtram de
ſtatuto condendo per capitulum procedunt etiam ſi capitu-
lum ſtatueret cum Archidiacono ſuo vel Præpoſito, vel alio,
qui poſt epiſcopum præſit ipſi capitulo, ſecus autem ſi ſtatua-
tur ſuper his quæ non tangunt epiſcopum, vel eius iura vel ec-
cleſiæ ſtatum, ſed tantum ſingularia capituli negotia, puta ꝙ
certis modis quotidianæ diſtributiones, ſiue obuentiones ob-
ueniant, vel diſtribuantur vel ꝙ certo modo ad capitulum ca-
nonici vocentur puta per talem campanam, vel per aliū quē-
uis modum, vel ꝙ certis temporibus, etiam non vocati veniāt
ad capitulum prout notabi. dicit gl. magiſtralis in c. 2. de verb.
ſignifi. in 6. verſi. ſtatutum, & ad eam gloſſ. ſecundum Domi-
nicum quotidie recurrimus pro iſta materia, & habetur per
Abba. in c. 1. de his, quæ fi. a ma. parte cap. ſuper glo. verſi. conſti
tutum, & prædicta confirmantur argu. text. in l. debitorum. C.
18 de pact. † vbi debitores ſuper iure creditorum paciſci nō poſ-
ſunt, vnde Bald. ibi infert ꝙ non licet ſubditis facere legem, vel
contractum aliquem in præiudicium ſuperioris, quod etiam
militat in laicis qui licet poſſint contra ius ciuile ſtatuere qđ
principaliter in ſuum fauorem eſt introductum, cui poſſunt
renuntiare, non tamen cōtra ſuperiorem, quia nō eſſet ratio-
nabile. dicit Abbas in c. fi. de conſuet. qui quidem ſuperior eſt
eorum non ſolum dominus ſed & creditor, prout poteſt poni
exemplum ꝙ capitulariter congregati ſtatuerent ꝙ ſub pœna
priuationis diſtributionum quotidianarum in præſentia epi-
ſcopi locus dignior poſt epiſcopum non concedatur vicario
ipſius, certè huiuſmodi ſtatutum, eſt contra honorem, & reue
rentiam domini Epiſcopi per ea, quæ infra latius deducam, vñ
ſequitur, ꝙ nec valet nec ſeruari debet, tanquam ſtatutum, &
pactum factum contra creditorem, & dominum vel ſuperio-
19 rem † cui de iure debetur honor, & reuerētia, vt notat Archi.
in c. conqueſtus. 9 q. 3. & dicit Rochus de Curte in c. fi. de con-
ſuetu. col. 79. in 9. illati. per tex. in d. c. cum non liceat. ꝙ nō va-
leret etiam conſuetudo contra reuerentiam, & obedientiam
debitam prælato, & hoc confirmatur, quia ſi caueretur ſtatu-
to alicuius caſtri, ſeu loci inferioris, ꝙ Notarius non matricu-
latus non poſſit conficere inſtrumentum huiuſmodi ſtatutū
20 non poteſt † aduerſari ſtatuto ciuitatis ſuperioris, prout erat
ſtatutum tale in caſtro Caſtillionis Aretini, nunc Florentini
nuncupati, quod contradicebat ſtatuto Florentino, quo caue-
batur ꝙ Notarij matriculati Florentiæ poſſent conficere in-
ſtrumenta in toto territorio Florentino, vnde quia dictum ſta
tutum Caſtillionis erat contra honorem ciuitatis Florentię, fa
cta fuit in dicta ciuitate quædam reformatio, in qua habetur
ꝙ ſtatuta Caſtillionis contra honorem communis Florentiæ
ipſo iure non valeant cum de iure ſtatuta ciuitatis nō poſſint
tolli ab inferiori & loco ſubdito argu. clem. ne Roma. de elec.
in 21. diſt. cum inferior, immo etiam quod plus eſt ſi dicta ſta-
tuta loci inferioris non ſunt annullata, ſed generaliter appro-
bata a ciuitate non videntur approbata ea, quæ contradicunt
prout per plura iura probat Roma. in conſi. 218. præſens caſus
21 vbi loquitur de ciuitate Piſana, quia † in generali cōfirmatio-
ne non videntur confirmata illicita, & iniuſta, vt notat Bart.
in l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. ergo probatur ꝙ contra
honorem ſuperioris inferior non poteſt ſtatuere, & quod di-
xi de ſtatuto Caſtillionenſi tenet Decius in conſil. 17. col. 1. &
ſeq. vnde merito huiuſmodi ſtatuta non ſolum ſunt annullan
da, & caſſanda tanquam facta a non habente poteſtatem, ſed
22 quia dolo fiunt, & in præiudicium domini, ſtatuentes † inci-
dunt in l. Iuliam maieſtatis. l. 3. in fi. ff. ad l. iul. maie. ſecundum
Barto. in d. l. omnes populi. in 8. q. primæ quæſtionis alias pœ-
na arbitraria puniri debent per nota per Bald. in l. nemo mar-
tires. C. de ſac. ſan. eccle. & per ea, quæ latè poſuit Fely. in c. cum
omnes. de conſtitu. colum. 4. in prin. cum ſequen. & quę poſuit
in d. c. conſuetudinis. de conſuetu. ex quibus omnibus deductis
latè deciditur illa magna quæſtio olim mota contra vnum ex
canonicis Florentinis per capitulum ex quo, ipſe noluit obtē-
perare cuidam deliberationi, & partito facto ab ipſo capitulo
archiepiſcopali reuerentiæ deroganti ratione præcedentiæ vi-
carij in præſentia domini archiepiſcopi, & ob id capitulū pri-
uauit dictum canonicum quotidianis diſtributionibus huiuſ-
modi cauſa fuit commiſſa in Rota, & per dominos fuit deci-
ſa contra capitulum cum reſtitutione expenſarum, & diſtribu
tionum, vnde quia ſæpius diſputatur a capitulis cathedralium
ſuper huiuſcemodi præcedentia vicarij, declarandum eſt in ſe-
quenti capitulo an de iure, vel de conſuetudine canonici poſ-
ſint, vel debeant in præſentia epiſcopi ipſum vicarium præce-
dere. quibus cognitis fortè ceſſabit huiuſmodi ambitio, quæ
vt euitetur, non aliam ob cauſam, Deus ſit mihi teſtis, velut
maximum, & abominabile peccatum, & hæc ſcribere volui, &
quo ipſius ambitionis indignitas perſpiciatur euidentius, &
enim indignum eſt, vt gloriam & honorem qui debetur ſupe-
riori transferamus in nos. & ob id homines ambitioſi ſedum
inter ſe certamen ſuſcipiunt animorum ſuorum diſſidium de-
clarando, dum ambitioni omni ſtudio innituntur.

SVMMARIVM.

1 *Maioritas, quomodo cognoſcatur inter perſonas eccleſiaſticas.*
2 *Spiritualia temporalibus ſunt digniora.*
3 *Habentes dignitatem cum adminiſtratione præferūtur habentibus ſine adminiſtratione.*
4 *Ordo prælationis parit concordiam pacis.*
5 *Prælationes regulantur per regulas iuris, & ordinem naturalem.*
6 *Maiorem ſeruire minori nulla iuſtitia ſuadet.*
7 *Officia conſiſtunt in adminiſtratione ſine iuriſdictione & prærogatiua, vel præeminentia.*
8 *Prælationes conſiderabuntur quandiu mundus durabit.*
9 *Chriſtiana religio habet ſuos gradus.*
10 *In cathedralibus varię ſunt dignitates.*
11 *Dignitas eſt nomen generaliſſimum, & comprehendit omnem habentem gradum aliquem præeminentia præter epiſcopos, & Cardinales.*
12 *Perſonatus minus dicit quàm dignitas.*
13 *Dignitas, perſonatus, & officium differunt ſumendo propriè.*
14 *Dignitates quæ ſunt in eccle. Floren.*
15 *Epiſcoporum ordo eſt quadripartitus.*
16 *Patriarcha quid ſit.*
17 *Archiepiſcopus quid ſit.*
18 *Pallium ad quid Archiepiſcopo detur.*
19 *Archiepiſcopus a quibus, & quo tempore Præpoſitus fuit in prouincijs.*
20 *Archiepiſcopus comprehendit etiam primatem.*
21 *Archiepiſcopus differt a primate.*
22 *Archiepiſcopus quòd habeat numerum x. epiſcoporum ſub ſe non eſt neceſſe.*
23 *Metropolitanus vnde dicatur.*
24 *Alciatus annotat duos errores in decretis contra Iſidorum, & Gratianum.*
25 *Dignitas epiſcopalis in primitiua eccle. maior omnibus fuit.*
26 *Epiſcopus dicitur ſuperintendens.*
27 *Epiſcopi, & clerici quomodo debeant ſe habere adinuicem.*
28 *Cardinalatus in primitiua eccle. tanti non æſtimabatur quanti hodie.*
29 *Gradus prælatorum non ſunt niſi duo.*
30 *Tres actus hierarchici qui ſint.*
31 *Duo ordines leguntur inter diſcipulos Chriſti.*
32 *Epiſcopus, & presbyter olim idem erant.*
33 *Epiſcopus quo tempore fuit Præpoſitus,*
34 *Archiepiſcopus quo tempore fuit Præpoſitus.*
35 *Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus in quod nomen ſonant,*

36 *Cardinalatus quo tempore fuit creatus.*
37 *Archidiaconus eſt maior archipresbytero.*
38 *Archipresbyter in diuinis præcedit Archidiaconum.*
39 *Archidiaconus dicitur epiſcopi vicarius.*
40 *Vicarius generalis epiſcopi eſt maior Archidiacono.*
41 *Conſuetudo quòd archidia. præcedat vica. improbatur iure diuino naturali canonico & ciuili.*
42 *Vicarius epiſcopi aſſociatur epiſcopo a iure.*
43 *Vicarius epiſcopi non debet eſſe laicus & qui poſſint eſſe vicarij.*
44 *Vicarius epiſcopi quòd aſſocietur epiſcopo a iure probatur ratione iuriſdictionis ordinaria quæ ſolum datur a principe, & a lege.*
45 *Vicarij & epiſcopi vnum, & idem tribunal, & officium.*
46 *Verba illa non arabis in boue & aſino, quomodo myſticè intelligatur.*
47 *Vicarius Papæ an debeat præcedere auditorem Cameræ.*
48 *Auditor Cameræ & contradictarum habent iuriſdict. delegatam.*
49 *Vicarius coruſcat ex radijs epiſcopalibus.*
50 *Vicarius ſecundum quoſdam non eſt dignitas.*
51 *Vicarius generalis epiſcopi eſt in dignitate conſtitutus.*
52 *Dignitas vicarij, epiſcopi eſt radicata in vicariatu, & vicarius dicitur prælatus.*
53 *Rector vniuerſitatis ſcholarium præcedit epiſcopos ſcholares.*
54 *Vicerector debet honorari vt rector.*
55 *Vicarius epiſcopi præcedit canonicos etiam epiſcopos in ſedendo, & ambulando.*
56 *Fratres minores in Thuſcia vadunt ante prædicatores, qui ſunt minoribus digniores.*

De maioritate inter perſonas eccleſiaſticas, de præcedentia vicarij Epiſcopi, de Patriarchis, primatibus, archiepiſcopis, Cardinalibus, & de multis alijs in materia notabilibus. Cap. VI.

Cùm igitur Tractaturi ſimus de maioritate inter perſonas eccleſiaſticas, videamus primum, quis dicatur maior, a qua quidem maioritate tota pendere videtur materia præſentis capituli, vnde Fely. in rubri de maio. & obed loquitur remiſſiuè: ſuper hoc multa tamen allegat more ſuo ſolito, Abbas autem in c. ſolitæ. eod tit. in 7. nota.
1 ſingulariter dicit ꝙ maioritas dignitatis † & officij in homine cognoſcitur eo, quo quis melioribus præeſt, prout videmus, ꝙ qui ſpiritualibus præeſt dicitur maior illo, qui præeſt tempo-
2 ralibus. ſpiritualia nanque † temporalibus ſunt digniora, de hoc eſt text. clarus in c. inter corporalia de tranſla. epiſcopi, & eſt text. in auth. de defen. ciuit. §. 1. vbi dicitur quanto quilibet præeſt melioribus, tanto maior ipſe, & honeſtior eſt, ꝙ ſequitur Bald. in conſi. 355. Archidiaconus in 2. col. lib. 1. facit etiā text.
3 in l. 2. C. vt digni. or ſer. lib. 12. † vbi habentes dignitatem cum adminiſtratione præferuntur habentibus dignitatem ſine adminiſtratione, & ſic ea his maioritas dignoſci poteſt, & etiam ex multis alijs de quibus per domi. in c. 1. de offic. lega. in 6. qui refert Hoſti. in ſumma, & connumerat 11. prærogatiuas honoris, & præeminentiæ vide ibi, eas omino ne meum opuſculum nomen omitteret in immenſum creſcendo. his igitur contētus ſui quo ad materiam ſubiectam plura cumulauit Car. Iac. in ſuo tracta. conſi. fa. 58. cum ſequ. poteritis ibi latius videre, ſed in materia noſtra, certè huiuſmodi inueſtigatio non eſt inutilis, decidit enim multas contentiones, quoniam ea ea naſci-
4 tur quidem prælationis ordo, qui † quidem parit concordiam pacis, & vnitatem eccleſiæ conſeruat. nam vt infra patebit inter habentes dignitatem ſæpius diſputari ſolet quis debeat præ-
5 ferri, nec mirum debet videri cum prælatio † reguletur per iuris certam regulam & ordinem naturalem, vt ait Auguſt. in li. quæſtio. gene. nam dicit, eſt ordo naturalis hominibus ſeruiant
6 fœminæ viris, & filij parentibus, quia nulla iuſtitia † eſt vt maior ſeruiat minori, & id habetur regiſtratum. 33. q. 5. in c. eſt ordo. quod idem videmus fieri propter eandem cauſam in offi-
7 cijs eccleſiaſticis, quæ conſiſtunt in quadam † adminiſtratione ſine iuriſdictione, & abſque prærogatiua, ſeu præeminentia ſecundum Doct. in c. de mulcta. de præben. vt ſunt ſindici, procuratores, ſacriſtæ, cuſtodes, & id genus officialium, vt per Rotam deciſio 173. de theſauraria in nouis vbi habetur circa huiuſmodi officia bona deciſio, de ipſorum antem ordine habetur in c. perlectis. 25. diſt. vbi per Iſidorum diſtinguuntur. & nota ꝙ habentes huiuſmodi officia non dicuntur in dignitate ſi non habent adminiſtrationem cum iuriſdictione, vt camerarius Papæ, qui eſt in dignitate. no. Rom. in conſil. 173. & præ-
8 lationes † prædictæ quandiu mundus durabit ſemper conſiderabuntur ab hominibus dignitate aliqua fulgentibus, maximè cum ſpiritus ſuperbiæ ſæpius homini inſidietur perſuadendo, ꝙ ſicut angeli Angelis, dæmones dæmonibus ita, & homo homini præeſſe debet, ſed in futuro omnis euacuabitur prælatio dicit Magiſter Sententiarum lib. 2. diſt. 6. ex mente Apoſtoli 1. Corin. 13. nam in hoc mundo quod tenemus imperfectum eſt, nec ad plenum cognoſcimus. itaque cū euenerit id, quod perfectum eſt, quodammodo delebitur quod nunc dimidia-
9 tum eſt. † chriſtiana tamen religio habet ſuos gradus, habet ſuas ætates, & ætatum acceſſus, quemadmodum & natura & licet in futuro ceſſauerit prælatio, quod intelligendum eſt de prælatione ambitioſa, & ſuperbia ſpiritus inducta, non tñ ordo diuinitus ordinatus, vel maioris ceſſabit, aliquis enim erit maior alio, ſed nō ꝑerit, qa in domo Patris mei māſiones multæ ſunt, dicit glo. in c. ad hoc. 89. diſt. per illum tex. multum notabi. vbi dr̄ ꝙ graduum, & ordinum diſtributio eccleſiæ conſeruat vnitatem & concordiam dum vnus præfertur, & præeſt alijs ne fiat ſciſma in c. licet. 45. diſt. politia etiam Ieſu Chriſti magiſtratuum gradus & ordines quoſdam habet, quorum primus eſt diaconorum. 2. presbyterorum, ſiue epiſcoporū, ſummus autem apoſtolorum. vnde accedendo ad materiam pro-
10 poſitam cum in cathedralibus eccleſijs † variæ ſint dignitates, ex quibus prælationum diſputationes oriuntur, videamus, 2. quid ſi dignitas quod erit multum vtile cum de ipſa ſoleat fieri mentio in literis expectatiuis, & quandoque in nouis prouiſionib. & hoc pp perſonatum & officium, quia dignitas habet
11 ſe ad perſonatum & officium tanquam genus ad ſpeciem. † nā dignitas eſt nomen generaliſſimum aptum comprehendere omnem habentem gradum aliquem præeminentiæ dicit domi. in c. 1. de conſue. lib. 6. per gl. in c. deniq; 4. diſt. Oldr. autem dicit in cōſi. 150. in eccleſia valeā ꝙ ſi prædicta nomine ꝓpriè ſumanē neutrum eſt alterum, quia longè differunt inter ſe, cū dignitas ſit quædam præeminentia cum adminiſtratione vel iuriſdictione, l. honor. ff. de mune & hono. & dignitas eſt qcqd ex conſuetudine dignitas reputatr̄ no. Roma. cōſi. 449. quia ita conſuetudo ſicut ius cōe dignitatem inducere pōt, dicit idem Rom. in conſi. 173. vnde epiſcopatus & abbatia ſonant indignitatem dicunt Doct. in c. 2. de præben. lib. 6. licet epiſcopalis dignitas non ſit dignitas, ſed culmen dignitatis dicit Archi. in c. licet. de præb lib. 6. & idem dr̄ de dignitate Cardinalatus, vñ de ipſorum dignitate debet fieri expreſſa mentio, quia nō cōprehendunt ſub noīe dignitatis cum ſint in culmine. no. Ioan. And. in c. dilectus. de conceſ. præb. & ſic verba generalia, quæcunq; dignitates non ſufficerent dicit Io. And in c. quia periculoſum. de ſnīa excōi. lib. 6. & hoc multo fortius militat in dignitate Cardinalatus cum ſit maior epiſcopali, & quacunq; alia hodie. vnde reuera Cardinales pñt dici in culmine dignitatis, nec immeritò cū ea ipſorum gremio naſcatur ſucceſſor Petri & Chriſti vicarius. archidiaconatus autem eſt nomē dignitatis, examinat. n. ipſe clericos promouendos, & alia exercet, quæ demonſtrant adminiſtrationem iuriſdictionis c. ad nos. & ꝑ tot. tit. de offi. Archi. & dicit Inn. in d. c. de mulcta. ꝙ archi. rōue noīs ſonat indignitatē ēt ſine iuriſdictione rōne ꝯſuetu-
12 dinis ſed perſonatus † minus dicit ꝗ dignitas: nam eſt quidam honor ſine adminiſtratione, officiū verò, vt ſ. dixi eſt ſeriū eccleſiaſticarum adminiſtratio ſine iuriſdictione, & aliqua ꝓro-
13 gatiua, differunt ergo dignitas † perſonatus, & officiū ꝓpriè loquendo, ſed largè ſunt quodammodo ſinonima, & alterū in altero cōuertibilia, vt genus, & ſpecies, his igr̄ mō ꝑdicto ꝯſideratis, diſcutiamus ꝗ dignitates in cathedralib. præferanr̄, & ꝓ clariori diſcuſſione nō diſcedamus ab eccleſia Floren. velut
14 exemplo oīum nobiliſſimo: ſunt, n. in ea † poſt reueren. Dñm archiepm̄, & eius gñalem vicarium Reue. Dñi Archid. archiepi presby. Præpoſitus Decanus, & Subdecanus, deinde Canonici, ſed antequā decidamus ipſorum prælationes, demōſtre-
15 mus epōrum ordinem eſt. n. † quadripartitus, nā ſunt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Metropolitani, & Epiſcopi, quo ad primū
16 Patriarcha. † dr̄ ſummus patrū, quia primum poſt apoſtolicū tenet gradum, vnde qa ſummo honore decorar̄ tali noīe cen-
17 ſer̄, arch. eps aūt † dr̄ ſummus epōrū i. primus, & tenet vicem apoſtolicam, & præſidet tam Metropolitanis, ꝗ cęteris epīs: nā dr̄ archieps ab archos, qđ ē princeps, quaſi princeps epōrū. vt
18 dicit archieps Florē. in ſua ſumma tit. 21. c. 3. ſubdens, † Pallium ei dari in ſignū plenitudinis ptātis, ſeu pontificalis dignitatis, qa eſt ſ. epos, de quo in c. ad honorem. & ibi glo qñ debeat vti. & forma ſub qua dar̄ de auctō & vſu pal. & ipſe archieps præ-
19 poſitus fuit ab apoſtolis † in ꝓuincijs, nam Apoſtoli videntes prouincias longè ante Chriſti aduentum diuiſas fuiſſe, in illis ꝓpoſuerūt archiepōs, primates, & Patriarchas c. prouinciæ. 99.
20 diſt. & in c. vrbes. 80. diſt. archieps † comprehendit primatem, vt dicit text. in d. c. cleros, dum vult ꝙ præſideat Metropolitano, & tunc de archiepiſcopo primate intelligitur. & non de nudo archiepiſcopo, qui pro eodem ponitur cum Metropoli-
21 tano, ſed inter archiepiſcopum † & primatem differentia tantum eſt in nomine dicit gloſſ. in c. 1. 99. diſt. vbi per totam diſt. de primatibus, & de his etiam habetur 80. diſt. per totam, & plene per Reuerendi. Cardi. Iaco. in tractatu de concilio fac. 55. colum. 1. lit. A, & B, vbi idem in lit. D, dicit ꝙ non eſt neceſſe,
22 ꝙ archiepiſcopus habeat † numerum x epiſcoporum ſub ſe ꝑ text. in c. ſcitote. 6. q. 3. & probat exemplo archiepiſcopi Flore. & Piſani, & Tarātaſien. qui non habent niſi duos epiſcopatus, & ciuitates ſub ſe, licet hodie archiepiſcopus Florē habeat tres epiſcopatus,

epiſcopatus, & ciuitates computato epiſcopatu burgi ſancti Sepulchri, & hæc quo ad archiepiſcopum, quo verò ad Metro
23 politanos dicuntur a menſura † ciuitatum, ij nanq; habēt x. vel xj. tantum ciuitates, & epiſcopatus, licet archiepiſcopi poſſunt hr̄e vſq; ad cētū ita tenet dictus Car. in d. tracta. fac. 56. col. 1. lit. A, ſicut archiepiſcopus Rauēna habet ſub archiepiſcopatu 24. epiſcopatus, licet fortè hodie in curia ſæculorū aliquos ipſorum amiſerit, quo ad iuriſdictionem archiepiſcopalem, quicquid ſit hodie ijdem ſunt archiepiſcopi, & Metropo. præſunt enim prouincijs, & idem important, vt in auct. de mona. §. fi. & de non alie. §. nos igitur, & ſic ſunt ſinonima differētia, tm̄ eſt in nomine, vt ſupra dixi de primate, & archiepiſcopo, oēs aūt vno & eodem vocabulo epiſcopi nominantur, ſed pp diſtinctionem ptātis quam acceperunt ſingulariter ſinguli pri
24 uato noīe cenſent, Alciatus tn̄ † in lib. 2. ſuarum diſpūctionū. c. 23. vbi annotat duos errores in decretis ſanctorum patrum, reprehendit Iſidorum, & Gratianum eius ſequacem, qui dīt 21. diſt. Metropolitanos dici a menſura .i. num. ciuitatum ꝙ ſm eum falſum eſt cum Metropolis græcè dicta ſit quaſi matrix ciuitas: metropoles aūt ſm Suidam dicuntur vrbes, vnde coloniæ deductę ſunt, q̄ñ his quaſi coloniarum matres ſunt. Reſtat, vt de epiſcopis aliquid differamus, quorum dignitas, & gra
25 dus † in primitiua eccleſia maior omnib. fuit, & a iure diuino originem habuit, licet temporum viciſſitudine nunc videatur aliquantulū depreſſa ſed cām hmōi depreſſionis ignoro Deus ſcit de ipſarum excellentia dixi iuxta ea, quæ habentur per R. P. D. Ludo. Gomes. epm̄ Sarnē. Rotę auditorem in prohemio regu. cance. in 1. q. num. 17. vt ibi per eum, epiſcopus ergo con
26 ſiderata ipſius origine † dr̄ ſuperintendens, & curam ſubditorum gerens quaſi Speculator, & Præpoſitus in eccleſia, & commodis, vſibusq; aliorum proſpiciens, nec alio ſpectans. q̄ vt pſit quāplurimis prout habetur in d. c. cleros, & debet ſe habere in clericos, vt patet c. eſto. 95. diſt. vbi epi & clerici ſeinuicem
27 diligere debent, habentur. n. vt filij, & patres † epi nanque loco Aaron, clerici vero loco filiorum & vt in veterib. legimus auctoribus epiſcoporum dignitas, quę maior omnibus alijs in primitiua eccleſia fuit, vt dixi originem a iure diuino habuit, & in excelſo honoris faſtigio adeo poſiti fuerunt epiſcopi, ꝙ negligerent Cardinalatus officiū, nec immerito, poſt Papam enim immediatè ſubſcribebāt, deinde Cardinales. & animaduertite ꝙ omnes epiſcopi ſunt eiuſdem meriti, & eiuſdem ſacerdotij vbicunq; fuerint & ꝙ potentia diuitiatum, & paupertatis humilitas non facit epiſcopum vel ſublimiorem, vel inferiorem dicit tex. in c. legimus 93. diſt. ꝯ idiotas, qui ſolent contemnere epiſcopum paruę ciuitatis dicit ibi glo. & nōta quòd ſubſcriptio maximè attenditur vt oſtendit text. in §. hinc etiā. 17. diſt. vbi ex ordine ſcripturæ præfert archiepiſcopus Mediola. archiepiſcopo Rauēnati, & ſic actus hmōi denotat maioritatem, vt in c. fi. de offi. lega. in 6. licet tex. in c. epiſcopos. ea. diſt. reddat rōnem ſubſcriptionis, & aliorum actuum ſimilium: qs autem ipſorum ſit maior hic non decido cum non ſit materia noſtra, faſtigium autem huiuſmodi durauit vſq; ad Bonifacij VIII. tēpora, vt refert Io. And. in c. cum aliquibus. de reſcrip. in 6. & in c. cum apoſtolus. de cenſibus. & ꝙ Cardinalatus in
28 primitiua † eccleſia non æſtimaretur tanti, quanti hodie, pbatur, quia Cardinalatus non dicitur gradus, nec ordo eccleſiaſticæ hierarchiæ a Chriſto inſtitutę, nec gradui apoſtolorum ſuccedens ſicut epiſcopatus, & ſacerdotium, quia in huiuſmodi
29 hierarchico ſtatu † non ſunt niſi duo gradus prælatorum, videlicet illorum, qui Apoſtolis ſuccedunt, vt ſunt epiſcopi, archiepiſcopi, & alij ſuperiores, & illorum. ſ. minorum, qui ſuccedunt ſeptuaginta duobus diſcipulis Chriſti, & ij dicuntur
30 prælati 2. ordinis, vt ſunt presbyteri † curati probat tex. in ſumma 21. diſt. vnde ex iure ordinario tres actus hierarchici conueniunt primariè, & eſſentialiter, & immediatè a Chriſto, qui ſciunt purgare, illuminare, & perficere per ſacramentorum miniſtrationem, & prædicationem, facit tex. in c. cor epiſcopi.
31 68. diſt. vbi dicit, non legimus amplius, q̄ duos ordines, † inter diſcipulos domini. in 12. apoſtolorum & 72. diſcipulorū num. (vnde tertius) loquendo de corepiſcopis, proceſſerit ignoramus, quod autem rōne caret, extirpare neceſſe habet homo prudens, & vt ſciatis vſus corepiſcoporum fuit in primitiua eccleſia, & ipſe tamen erant minores epiſcopis, ideo præerant locis minutis & ſolos minores ordines conferebant. §. inter eos. 78. diſt. ſed quia vſurpabant epiſcoporum officia, fuerūt reprobati. §. ij vero ea. diſt. & ſic in primitiua eccleſia non erat Cardinalatus, ſed quiſque nomine ſui ordinis erat contentus, &
32 olim idem erat epiſcopus, † ꝙ erat presbyter dicit tex. in c. legimus. 93. diſtinct. & in c. olim. 85. diſtinct. nam iſta nomina erant ſinonima ante prælationem, quæ fuit tempore Petri, ſed poſtquam vnuſquiſque eos, quos baptizauerat ſuos eſſe dicebat non Chriſti, cum prius eccleſiæ communi presbyterorum
33 conſilio gubernarentur, decretum fuit † vt vnus de presbyteris præponeretur, qui epiſcopus cognominaretur, quaſi ſuper intendens, vt dicitur in dictis iuribus. iuncto d. c. cleros. &

gloſſ. in d. c. legimus. Et ij præponebantur non per caſtella, & villas, ſed per ciuitates, vt in c. epiſcopi. cum dito. ſeq. 80. di-
34 ſtin. poſtea † apoſtoli videntes prouincias (vt dixi) diuiſas præpoſuerunt archiepiſcopos, primates, & patriarchas, de Cardi-
35 nalibus nihil agebatur. & epiſcopus ſonat in nomen dignitatis, ideſt culminis dignitatis, vt ſupra dixi presbyter ętatis, diaconus hoſpitalitatis. d. cap. legimus: vnde epiſcopum attentius audire debemus, & ab eo ſuſcipere doctrinam fidei, monita verò vitę a presbyteris inquirere, a diaconis ordinem diſcipli
36 nę accipere nos oportet † poſt hæc creſcens multitudo presbyterorum, & diaconorum ad vrbem concurrentium fuit neceſſe ꝙ vrbani presbyteri, & diaconi ab eis diſtinguerentur ſub nomine Cardi. & hoc tempore beati Petri. cap. oportebat. 79. diſtinct. ſicut in ſimili dicuntur canonici Cardinales in eccleſia Compoſtellana & Rauennaten. 7. q. 1. cap. paſtoralis. gl. in clemen. dignum. de celebra. Miſſ. & vt latè per dictum Cardi. Iaco. fac. 43. lit. A, & B. de epiſcopis hactenus. Nunc accedendo ad rem propoſitam videamus de Archidiacono, & archipresbytero, & certè archidiaconus quem diaconi inter ſe eligunt eligendo eum, quem induſtrium noſcunt, & archidiaconum nuncupant. d. c. legimus. ſecundum Domi. & archid. in c.
37 quanquam. 2. q. 7. cum ſit † ratione dignitatis, & officij maior archipresbytero præcedere debet licet ſit ordine minor ſicut Abbas in minorib. maior eſt presbytero dignitate, & officio, minor autem ordine, vnde dicit Domi. in cap. epiſcopus. 17. di-
38 ſtin. ꝙ in diuinis † archipresbyter præcedit Archidia. non autem in alijs: archidiaconus enim extra Miſſam præcedit archipresbyterum veluti ratione loci, vocis, iuriſdictionis, & ſimilium. & ſic licet archipresbyter ſit archidiacono maior ordine, non eſt tamen dignitate, dicit gloſſ. in cap. 1. de offi. archid. & Ana. in c. ad deliberandum. de iudę. colum. 10. dicit ſe vidiſſe bis diſputari Bononiæ cum ibi ipſe eſſet archidiaconus, & ſic intellige glo. & text. in c. 1. de offic. archid. & 33. q. 5. eſt ordo. 93. diſtinct. a ſubdiacono & cap. ad hæc. de offic. archidia. de quibus vide Hoſtien. in ſum. titu. de offic. Archi. & dicit Card. fac. 38. colum. 1. lit. B, quòd ratione ordinis ſimplex epiſcopus eſt maior etiam presbytero Cardinali, vt habetur in d. c. quanquam. & per ibi dicta, tamen cum archid. rationibus prædictis ſit maior archipresbytero non obſtante ordinis ratione. d. cap. perlectis. 25. diſtin. non eſt dubium ꝙ non ſolū archipresbytero, ſed etiam alijs dignitatibus, & canonicis præfertur, non obſtante etiam quòd archipresbyter habeat curam animarum, & in pertinentibus ad ipſam curam, gerat vices epiſcopi, vt in eccleſ. Floren. prout p Decium in conſi. 18. de decanatu autē, & Præpoſitura, non poteſt dari certa regula quo ad maioritatem inter ipſos: ipſa enim arguitur ex iuriſdictione & adminiſtratione quas ipſi habent in eccleſijs, vt per Ioan. And. in cap. deliberatione. de offic. legat. in 6. nam quandoque præfertur Præpoſitus, quandoque decanus, & ſic appellamus maiorem diuerſis reſpectibus, vt in c. ecce. 95. diſtin. nam quem eſſe Præpoſitum non eſt de iure dignitas niſi quando ſuccedit Præpoſitus in locum archidiaconi, ſed archidia. & archipresbyteratus eſt dignitas, & idem de decanatu, niſi ſit ruralis, vt p Rom. conſi. 440. ſed ſi in materia noſtra probabitur, ꝙ de iure vicarius epiſcopi debeat præferri archidiacono, præfertur etiam alijs, quam ob rem pro ſolutione articuli videndum eſt quis ſit maior vicarius, an archidiaconus, & licet archidiaconus
39 dicatur etiam vicarius † epiſcopi per text. in c. 1. de offic. archi. & in d. c. ad hæc. eod. titu. & glo. in d. c. perlectis, vbi diſputat an iuriſdictio archi. ſit ordinaria, & videtur concludere ꝙ ſolus epiſcopus in ſua ciuitate, & diœceſi ſit ordinarius niſi ſecus ſit de conſuetudine præſcripta, Decius etiam in conſi. 18. num. 1. cum ſequen. in lib. 40. conſiliorum, multa dicit de archidiacono, & archipresbytero & de ipſorum dignitate, & præeminentia. Ioan. And. tamen dicit in d. c. ad hæc, quem omnes ſequuntur, ꝙ de iure communi archidiaconus tantummodo gaudet his, quæ continentur inter verſi. in quadam verò, & verſicu. ſequentem: ſi autem alijs gaudere velit ei neceſſe eſt probare cōſuetudinem, prout in dicta eccle. Flore. archidiaconus tantum præeſt examini clericorum promouendorum, vt ſæpius dum eſſem ibi vicarius generalis vidi, & interfui, id autem habet a iure, vnde per illum actum ſolum nec ille, nec alij ſimiles præferri debent vica. generali, qui in tota diœceſi habent genera-
40 lem iuriſdictionem, & ſic eſt † maior adminiſtratione ipſo archidiacono, ſed qui præeſt melioribus, & maioribus, vt dictum eſt, debet præferri. ergo vica. præferendus eſt ipſi archidia. ratione prædicta & per conſequens archipresbytero, & alijs dignitatibus, ac canonicis per illam vulgatam regulam ſi vinco vincentem te, ergo vincam & te. cap. auctoritate. de conceſ. præben. in 6. & maxi. in eadem cauſa vincendi & hoc tenet dominus Abbas in conſil. 21. & ſequen. in 1. volum. per
41 rationes allega. ibi per eum. & dicit Abbas † improbatam conſuetudinem iure diuino, naturali, canonico, & ciuili per quā archidiaconus præfertur Vica. Epiſcopi & quòd potius dicitur peſtis, q̄ conſuetudo propter ambitionem, vecordiam, &

ſtultitiam,

ſtultitiam,a qua dicitur proceſſiſſe,vt in d.capit.legimus. & ita etiam refert dictus Cardi.Iaco.fac.67.colum.1.lit. B, ſequitur etiam Felyn.in dicta Rubr de maio.& obedien.& huiuſmodi conſuetudo dicit Roch. eſſe contra honeſtatem in cap. fina. de conſuetu.colum.8.& ſi quis diceret, ut quidam imprudenter dicere ſolent,prædictam præcedentiam locum habere ſolum in abſentia epiſcopi non autem in præſentia, ne videantur duo capita,reſpondeo quòd eſt eadem ratio abſentiæ, & præſentiæ,quo ad hoc,nec poſſunt conſiderari niſi ab inſipientibus, vt duo capita,prout in ſequenti capitulo plenius dicam,

42 nam vicarius † aſſociatur epiſcopo a iure in iuriſdictione adminiſtranda adeo quòd ita poteſt vicarius præſente epiſcopo illam exercere, ſicut abſente, ꝙ autem aſſocietur probat text.

43 in cap.in nona actione.16.q.7.nam † dicitur ibi indecorum eſt vicarium epiſcopi laicum eſſe,& viros eccleſiaſticos iudicare: in vno enim & eodem officio nõ debet diſpar eſſe profeſſio, iuxta illud non arabis in boue & aſino,ideſt homines diuerſæ profeſſionis ſimul non ſociabis,quia ius & ratio abhorret in vnitate difformitatem & diuerſitatem,vnde vnum in eſſentia debet eſſe vnum etiam in apparatu in forma exteriori, hoc idem etiam dicit text.in cap.cum cauſam quæ de elect. ſed intellige prædicta diſtinguendo:nam in temporalibus laicus poteſt eſſe vicarius,in ſpiritualibus autem non poteſt eſſe etiam clericus coniugatus,vt per Ioan.Andr.in cap.fin.de elect.coniu.& per Archid.in d.c.in nona,monachus poteſt eſſe vicarius de licentia ſui Abba.dicit Ioan.Andr.in cap.fin. de cleri.ęgro. de mendicante vide Pau.in clem.1.de regu.ſed epiſcopus non poteſt eſſe vicarius alterius epiſcopi not.glo.in clem.plerique. de electione.& ſic datur intelligi ꝙ eſt maxi.vnitas epiſcopi,&

44 vicarij,& ꝙ vicarius detur, ſeu † aſſocietur a iure vel a lege.2. probatur ratione iuriſdictionis ordinariè: habet enim ordinariam non delegatam,vt notiſſimi iuris eſt,cum ergo ſit ordinarius datur a iure,quia epiſcopus non poteſt ordinariam iuriſdictionem dare, ſed ſolum princeps, vel ipſa lex.ita tenet gloſſ. & Doctores in cap.Romana.de appella.lib. 6. verſicu.generaliter. vnde cum huiuſmodi ſocietas fiat a iure non eſt mirum

45 ſi † epiſcopi & vicarij ſit vnum & idem tribunal & officium, epiſcopi auctoritate,vicarij verò miniſterio dicit Archid.in d. c.in nona.& Bald.idem tenet in titu.de pac.iura.firm.§.ex præmiſſis.verſicu.item pone.vbi dicit ꝙ vicarius eidem tribunali & iuriſdictioni præſidat cum capitaneo,& ſic ſtante huiuſmodi ſocietate inter eos non debet eſſe diſpar profeſſio. ſicut in

46 boue,& aſino,licet illa verba † poſſint intelligi in ſenſu miſtico ſecundum notata 6.diſtinct.§.is ita. ſcilicet non eris tardus in bene operãdo,vt aſinus,ſed laborioſus,& ſollicitus, vt bos, & ſic contra illud dictum, ne videantur duo capita multum ſtringit dicta ſocietas facta a iure de epiſcopo. & vicario, ſed melius in ſeq.capi.reſpondebo,& ꝙ ſit idem conſiſtorium, & tribunal epiſcopi & vicarij facit text.in cap.2. de conſuetu. lib. 6.& in d.c.Romana.de appella.non tamen in omnibus & per omnia dicit ibi gloſſ.& intellige, quo ad iuriſdictionalia & in his,quæ ſunt fori contentioſi no.Roma.in conſil.371.in alijs ſecus:& ſic non erit idem in omnibus,vt per eundem Roman. in conſil.399. & per Feder.in tracta. permuta quæſtio.26. ſed epiſcopus habet maius imperium,quàm vicarius poteſt enim prohibere delegato vicarij ne procedat in cauſa delegata tenet Barto.& ita dicit in l.iudicium ſoluitur.ff.de iudic.cum ergo vicarius generalis participat de iuriſdictione epiſcopi modo prædicto præferri debet archidiacono & alijs, quia aggregatum ſapit naturam illius cui aggregatur, vel aſſociatur. c.& temporis qualitas. 16.q.1.vnde præ omnibus debet honorari prout honoratur Papa(liceat magna componere paruis) poſt Chriſtum.c.fin.23.diſtinct.cum Papæ & Chriſti ſit vnum & idem conciſtorium.cap quanto.de tranſla.prælato.per Hoſti. debet ergo vicarius reſpectiuè honorari, ſicut Papa Chriſtum repreſentans cum ipſe quoque repręſentet epiſcopum & cum eo faciat idem tribunal ſicut Papa cum Chriſto,& ex his † for

47 tè tentari poſſet dicendo quòd vicarius Papæ deberet præferri auditori camerę & contradictarum cum ipſe vicarius videatur habere iuriſdictionem ordinariam illi autem delegatam, cum in Rom.cur.nullus niſi Papa habeat iuriſdictionem ordinariam ergo & ipſius vicarius, ergo maior dictis auditoribus, rationibus de quibus ſupra in vica.epiſcopi,& ꝙ ſolus Papa habeat ordinariam notat archid in cap.experientia.11.qõ 1.legitur,& notatur in clem.ne Romani.de electio.& ꝙ ipſi audito

48 res † habeant delegatam probatur cum ipſi non habeant certam adminiſtrationem reſpectu territorij,vt de iure requiritur vt quis dicatur ordinarius cap.cum contingat.de foro compe. & omnes iudices in Rom.cur.iudicant aut ex generali delegatione,aut ex ſpeciali a Papa ſibi facta dicit Specu.in titu.1. §.2. verſicu. ſed nunquid.in fine. iſtud tamen non audeo firmare, nec quo ad præcedentiam,nec quo ad iuriſdictionem, ſed relinquo practicis,& antiquis curialibus, ſed ne diſcedam a principali materia noſtra dico ꝙ vica.epiſcopi ita debet honorari præſente epiſcopo,ſicut abſente, hac ratione, quia ipſe vica-

49 rius † ita coruſcat ex radijs huiuſmodi dignitatis epiſcopalis epiſcopo præſente, ſicut abſente,vt patet exemplum in auguſta quæ radijs martialibus imperatoris coruſcat, iuxta text.in l.fœminæ de Sena.§.hoc ita.in authen.de conſuli. & quis dixerit abſente tantum Imperatore, certè nemo, niſi ſit inſipiens, quia iura prædicta generaliter, & indiſtinctè loquuntur, & Barto. Floria. Cuma. & alij in l.quòd principi. de legat. 2. arguunt & inferunt de auguſta ad vicarium epiſcopi in terminis noſtris, vt ibi per eos,& ſic ita præſente, ſicut abſente epiſcopo, quemadmodum auguſta præſente,& abſente Imperatore, vicarius generalis dicitur coruſcare radijs epiſcopalibus

50 licet (vt quidam dicunt) propriè loquendo † vicariatus non ſit dignitas eccleſiaſtica alioquin non expiraret per prouiſionem factam a ſuccedente in epiſcopatum,ſed eſt quędam pręeminentia non determinata ad aliquam eccleſiam coruſcans ex radijs epiſcopalibus (vt dixi) & eſt ſpectabilis,& de medijs magiſtratibus,vt dicit Specu.in titu.de iuriſd.omnium iudicũ. verſicu. medij ſunt. Ioan. tamen Staphi.in tractatu ſuo de lit.

51 gratiæ, & iuſti.fol.58. tenet quòd vica. epiſcopi generalis † ſit in dignitate conſtitutus, vnde infert quòd illi iuxta diſpoſitionem cap.ſtatutum.de reſcrip. lib.6. poſſunt cauſæ committi, ſecus autem eſt in vica.foraneo,vt habetur in clem. & ſi principalis.de reſcript. & hoc probatur apertè ex practica quotidiana:nam quotidiè committuntur cauſæ vicarijs epiſcopi & ſic apparet ex tali vſu ꝙ vicarius ſit in dignitate conſtitutus, nec poteſt negari cùm habeat ordinariam iuriſdictionem, & præeminentiam cum adminiſtratione,vt dictum eſt ſupra eo. loquendo de dignitate per tex.in d.l.honor.& huiuſmodi præ-

52 eminentia eſt radicata † in ipſo vicariatu ratione iuriſdictionis,quæ de ſui natura habet dignitatem annexam, vt notatur in c.licet is.de procura.in 6.& dicit glo.in clem. auditor. de reſcrip.ꝙ dignitas eſt eſſe vicarium epiſcopi. & latè intelligendo, vicarius dicitur prælatus not.Anto.de iudi.in cap. decernimus,& hoc ratione iuriſdic.cum admini. & qui dicantur prælati in regularibus vide ibi per Ant.& huiuſmodi poſſunt cauſæ a ſe.apoſtolica delegari dicit Fed.de Sen.in tractatu permuta.q.16.& ſic eſt perpetua cum ſit a iure licet varientur perſonæ vices gerentes:dignitas tamen adhæret vicariatui adeo ꝙ creato vica.ſtatim ſit in dignitate, ſicut adhæret dignitas epiſcopatui,& abbatiæ,& ſic non obſtat,quod ſupra dicebatur ꝙ vicariatus non ſit dignitas per rationem ſupra allegatam,quia per prædicta ſatis tolli videtur, vnde cum vicarius ſit in dignitate conſtitutus ratione præeminentiæ cum adminiſtratione, debet præſidere in choro,niſi ſit ibi vt canonicus in apparatu canonicali,quia tunc ſederet vbi ſi non eſſet vicarius ſecundũ Domi.in c.a collatione.de appella.lib.6. vbi etiam dicit ꝙ re-

53 ctor † vniuerſitatis ſcholarium licet ſit ſcholaris,tamen in actibus ſcholaſticis præfertur epiſcopis, qui ſunt, vt ſcholares in gymnaſijs.ad quod facit quod voluit Bald.in l.ſi quando.C.de appella.de ſententia lata per regem vt comitem, quia appellabitur tanquam a ſententia Comitis,& non Regis.& quod dixi

54 de rectore habet † etiam locum in vicerectore,debet enim ſedere,& honorari,vt rector,quia gaudet prærogatiuis rectoris ſecundum Barto.in l.ſi filius. ff.de leg.& hoc tenet Roma. in ſuo ſingu.340.Barto.per text.iuncta gloſſ.in c.pręcipimus. 94. vbi dicit text tunc enim ſicut illius locum tenens honorabitur glo.dicit tandiu habebit priuilegium, quandiu eius locum tenebit, honorabitur ergo vicerector,vt rector ex perſona rectoris,& non ſua,ex quibus manifeſtè probatur ꝙ epiſcopi vi-

55 ca.† debet præcedere canonicos in ſedendo,& ambulando etiam epiſcopos,quia & in ſedendo in choro, & ambulando in funeralibus,vel proceſſionibus non ſedent,nec ambulant, vt epiſcopi, ſed vt canonici. vicarius autem, vt ſupra demonſtratum,eſt maior dicitur archidiacono nedum canonicis ergo nullum dubium eſt ꝙ præcedere debet, & quia tenet locũ epiſcopi.d.c.præcipimus.& l. 2.C.de offi.eius qui vi. alte. ge. ꝓut latè per celeberrimum Doctorem dominum Franciſcum Pauinum olim Rotę conſumatiſſimum auditorem in dicto tractatu x.q.partis 2.verſicu.an autem vicarius capituli. quod etiam ſequitur Rochus de Curte in tractatu de iurepatr.col.8. vbi allegat Abb.in cap.auditis.de elect. & Felyn.in prohęmio Gregoriano,& hoc Flore.obſeruatur,nam epiſcopi,qui in eccleſia prædicta obtinent canonicatus, vel aliquas dignitates non p̄cedunt alios in choro,& in c.niſi ex gratia, & ex liberali conceſſione capituli antecedente conſenſu Reuer.domini archiepiſcopi,alias ſederent,& ſtatum haberent in loco ꝓprio ſui canonicatus,vel dignitatis.nec obſtare videtur ꝙ vicariatus non ſit dignitas vt quidam dicunt,quia immo eſt dignitas, vt probatum eſt ſupra, vnde prælatio,& præcedentia huiuſmodi cauſatur,& hoc ratione iuriſdi.& magiſtratus,quam ipſe vicarius gerit, in quo repręſentat ipſum epiſcopum principalem,& cum eo facit vnum,& idem tribunal, ut ſupra dixi latè.præterea non diſcedendo a materia præcedẽtiæ nolo omittere ꝙ licet in hoc dominus Abbas in d.conſil.& in c.ſtatuimus.de maior.& obed.dixerit non valere contrariam conſuetudinem,

tudinem. Bald. tamen in c. cum olim. de ꝯſue. dicit ꝙ cõſuetu-
do deſignat loca ſedendi, & non debent præpoſterari, & hoc
ſequuntur Hoſti. & Imo. in d. c. ſtatuimus. & idem Bald. in l. ob-
56 ſeruare. §. antequam. ff. de offi. proconſu. nam in Tuſcia † ex cõ
ſuetudine digniores poſtponuntur, fratres enim minores va-
dunt ante prædicatores, qui ſunt digniores, ſed hoc fortè tole-
ratur eo quia in proceſſionibus & funeralibus, qui ſunt magis
proximi honorato, & digniori, quamuis poſteriores vadant,
ſunt tamen digniores, ad hoc glo. in §. aliam. inſtit. de bon. poſ.
verſ. altiore, ſecus eſt in ſedendo, quia qui ſedet primus magis
propinquus honorabiliori, & in altiori ſede dignior eſt. d. §.
aliam, & 95. diſt. c. epiſcopus, ideo qui ſedet ad manum dexte-
ram ſuperioris magis honoratur, ꝗ qui ſedet ad ſiniſtram, ita
tenet Alex in c. epiſcopos. 17. diſt. vbi allegat Bald. poſt glo. in
l. decernimus. C. de ſac. ſanct. eccle. & ſic ex prædictis ſtante di-
ſtinctione prædicta inter ſedendum, & ambulandum, quo ad
proceſſiones, & funeralia opi. Abba. videtur melior, ſtudioſi
tamen cogitent, & quia materia huiuſmodi maioritatis eſſet
nimis longa, videlicet quomodo attendatur inter homines di
uerſis reſpectibus inferioris ad ſuperiorem in honore, & obſe-
quio videatur Albe. de Roſa. in ſuo dictionario. ver. maioritas.
vbi multa de prælatione, & ordine ſedendi, & ambulandi.

SVMMARIVM.

1 Impoſſibile eſt plurium nu. diuerſorum eſſe vnam formam.
2 Vnitas epiſcopi, & vicarij eſt ſimilis vnitati animæ, & corporis proportionatiuè loquendo.
3 Reprobatur a Theologis opinio Platonicorum, quo ad vnitatem animæ, & corporis.
4 Anima vnitur corpori ſicut forma ſubſtantialis.
5 Veniens non eſt aliud niſi agens, quod facit materiam eſſe in actu.
6 Epiſcopus, & vicarius dicuntur vnum ratione vnitatis immediatè, quia duplicitas reprobatur a canone in eadem re.
7 Epiſcopus eſt agens principale, vicarius, inſtrumentale.
8 Epiſcopus habens iuriſdictionem actu non inuenitur ſine vica.
9 Vnitas epiſcopi, & vicarij, & eorum actiones probantur exemplo fabri ferrarij.
10 Opus productum non proportionatur inſtrumento, ſed principali agenti.
11 Actiones vicarij non debent attribui ipſi, ſed epiſcopo, ibi habes vulgare dictum curialium, videlicet de cautelis.
12 Non eſt inconueniens quod in ſe diſtincta vniantur ad aliquid vnum.
13 Epiſcopus, & vicarius vniuntur a iure ad vnum, & idem officium.
14 Epiſcopus, & vicariuus, non ſunt duo capita, ſed vnum tantum etiam ſi ambo ſint in loco eminentiori.
15 Vicarius in præſentia, & in abſentia epiſcopi ſemper præferri debet cano. & digni. obti.
16 Ambitio quare ſit peccatum.
17 Ius canonicum intendit dirigere hominum in Deum.
18 Conſuetudo contra canones inducitur ex permiſſione Papæ.
19 Nuptię quando ſint benedicendæ.
20 Conſuetudo in nuptijs benedicendis attenditur.
21 Virgo ſi nubat bigamo quare poſſit benedici.
22 Dicto prudentum, & ſeniorum ſtandum eſt.
23 In omnibus capitulis ſunt emuli & capita etheroclita.

De vnitate, ſeu vnione epiſcopi, & vicarij, ſubtilis, & noua inueſtigatio, & ꝙ epiſcopus, & vicarius (vt quidam dicunt) non ſunt duo capita. Cap. VII.

Dicunt quidam, ſatis imprudenter, exponendo quid
ſibi velit vicarij vocabulum ꝙ ſi vicarius epi-
ſcopi præcedit canonicos, ſeu dignitates obtinentes in ipſius
præſentia ſequitur abſurdum ꝙ duo capita ſunt ipſi capitulo,
& cęteris clericis contra naturam, nec vnquam dici poteſt, cũ
ſint duo dicantur vnum caput, quia iuxta Philoſophi ſenten-
1 tiam † impoſſibile eſt plurium nu. diuerſorum eſſe vnam for-
mam, ſicut eſt impoſſibile quod eorum ſit vnum eſſe cum for
ma ſit eſſendi principium, epiſcopus autem, & vicarius ſunt
duo nu. diuerſi ergo non poſſunt dici duo capita, & maximè
ſi ambo permittantur in loco eminentiori, certè huiuſmodi
argumentum videtur primo aſpectu fortiſſimum, veritate ta-
men inſpecta non militatur in hac quæſtione ſi rectè conſide
ratur text. in d. c. in nona actione, & in d. c. 2. de conſuetudine.
ex quibus habetur ꝙ officium epiſcopi, & vicarij eſt vnum, &
2 idem, & ſic eſt quædam vnitas inter epiſcopum † & vicarium
ſimilis vnitati animæ, & corporis proportionatiuè loquendo,
non participatiuè eiuſdem qualitatis, vt ſupra dixi de capitulo,
ſed non eodem modo, quo Platonici dicebant ꝙ ſcilicet ani-
ma vnitur corpori ſicut motor, quia ſecundum eos neceſſe
erat in huiuſmodi vnione ꝙ eſſent aliquæ diſpoſitiones me-
diæ inter animam, & corpus. ſ. potentiam ex parte animæ per
quam moueret corpus, & habilitatem ex parte corporis ꝑ quã
eſſet corpus ab anima mobile, conuenit enim motori aliquid
3 diſtans per media magis propinqua mouere quod † reprobat
a Theologis dicit ſanctus Thomas in 1. parte ſummæ. q. 76. ar-
4 ti 6. & 7. nam anima intellectiua † vnitur corpori ſicut forma
ſubſtantialis, ergo nulla diſpoſitio accidentalis, cadit media in-
5 ter animam & corpus, † quia vniens non eſt aliud niſi agens,
quod facit materiam eſſe in actu ſecundum Philoſophum, ſed
in quęſtione noſtra epiſcopus vniẽdo, & ſociando ſibi vicariũ
a iure datum nihil aliud facit niſi quia ponit materiam in actu
& forma, quæ facit per ſeipſam rem eſſe in actu, nam epiſco-
pus, vt ſupra dixi præſtat auctoritatem, vicarius autem miniſte
6 rium adminiſtrando iuriſdictionem & ſic dicitur vniti † rõ-
ne vnitatis immediatè, & ſic non datur gradus aliquis inter
eos, & hanc vnitatem conſiderarunt Canoniſtæ, & Legiſlato-
res dum vnum, & idem officium dixerunt, & idem conſiſto-
rium epiſcopi & vicarij, & etiam parem profeſſionem cum ſit
incongruum vnum, & idem duplici iure cenſeri. arg. c. cogno
uimus. 12. q. 2. nam duplicitas reprobatur a canone ne miſte-
rium vnitatis diuidatur argu. tex. in c. quod ſicut. §. ſuper eo.
de electio. & hoc confirmatur per ea, quæ dicit Marſilius in l. ſi
quis obrepſerit. ad l. cor. de fal. verſi. & 1. poteſt ampliari, vbi di
cit ꝙ non datur gradus inter vicarium, & præſidem, vt ibi ꝑ cũ,
& circa hanc materiam vide notabilia verba Decij in conſil.
143. col. 2. & Abba. in c. cum olim. il 2. in prin. de offi. delega. &
Angel. in auth. de collato. §. ad hæc prohibemus. verſi. ibi quæ
poſſent, & Franciſcum de Arc. in conſi. 131. conſultiſſimè do-
mine. colum. 2. & Fely. in c. grauè, in vlti. colum. de offi. ordin.
& Roma. in ſingu. 76. & Corſetum in not. 20. verſi. teſtis, & Ia-
ſon. in l. ſed ſi hac. § præter ait. ff. de in ius vocan. prædicta autẽ
ſimilitudo primo probatur, nam quemadmodum anima ſine
corpore non viuit corporaliter, alias falſum eſt cum antequã
in corpore ſit viuat dicit gl. in d. c ſi quis obiecerit, ſi epiſcopus
ſine vica. nõ poteſt inſtrumentaliter, & diſpoſitiuè iuriſdictio-
7 nem exercere, ipſe enim epiſcopus † eſt agens principale vica
rius autem agens inſtrumentale, hinc eſt ꝙ non (vt credimus)
8 inuenitur epiſcopus habens iuriſdictionem † actu & eam exer
cens ſine vica. 2. probatur: nam ſi eſt vnum agens principale, &
inſtr̃m vnum certè dicetur vnum agens, & vna actio, non duo
agentes & non duæ actiones. vnitas autem epiſcopi & vicarij
9 † probatur etiam cum ſuis actionibus exemplo fabri ferrarij,
qui percutit malleo, & tamen eſt vnus percutiẽs, & vna tãtum
percuſſio. epiſcopus autem in propoſito noſtro eſt agens prin-
cipale auctoritate mouens, vicarius verò eſt inſtr̃m diſpoſitio-
ne mouens motum, opus tamen eſt vnum, & vnum agens, ac
10 effectus, ſiue † opus illud productum ad formam non propor-
tionatur inſtr̃o, ſed principali agenti. nam videmus quandoq;
ꝙ hmõi agens principale per viliora. inſtr̃a nobiliores produ-
cit effectus, puta medicus perducit infirmum ad ſanitatem per
cliſtere, & alia huiuſmodi viliora idem dicendum eſt de vica.
inſtrumentaliter operante, vel diſpoſitiuè, nam illi quicquid
11 agitur † non attribuitur, ſed ipſi epiſcopo agenti principali,
quemadmodum actiones fabri, & cuiuſuis alterius non attri-
buũtur malleo nec alicui ĩſtr̃o, ſed fabro, cuius virtute inſtr̃m
ad opus applicatᷓ motum ab ipſo, nam dedecet miniſtrum ſibi
arrogare fumos magnifici tituli, licet temporib. noſtris (exper-
tus loquor) non deſint, qui & pertinacia & malignitate qua-
dam quæcunq; per huiuſcemodi inſtrumenta geruntur non
agenti principali, ſed ipſis inſtrumentis, ſeu miniſtris temere
aſcribere ſtudẽt. id autem ſępiſſimè euenire ſolet tum ex qua-
dam agẽtis principalis imbecillitate, & ſocordia, tum alio ani-
mi vitio & mihi, & fortè multis notiſſimo, quod quidem mini
ſtris ipſis licet immeritò, multum nocere ſolet, ideo qui rei ſuę
conſulere volunt illud vulgare curialium animaduertant, vi-
delicet de cautelis, alioqui ipſos forſan pœnitebit expertus lo
quor. verum, vt in pluribus eorum, qui ſunt hmõi opinionis,
vel irę impetus, vel inuidiæ liuor, vel peccandi licentia, vel are
na temeritatis, vel limus libidinis vel petra ſuperbiæ, pertina-
cięq; animum impurum detinent, in quo multum malitię fer
mentum reſidet, & ea omnia perſuadet ipſis ambitio, ex quib.
malunt iraſci inſtr̃o, vel ut miniſtro malleo ꝑ fabrũ ꝑcutienti,
ꝗ culpam propriam agnoſcere. quo fit, ꝙ quotidie cogitant de
ipſo mutando, non autem de forma vitæ ſuæ mutanda, nec cõ
ſiderant, ꝙ non alij diſcedunt a ſpeculo, ꝗ acceſſerint, ſed poſt
diſceſſum non meminerũt quales ſe ſe conſpexerint, ob id ani
mi morbos, vt neuos & tubera corporis curare non ſtudent,
ſed potius permanent in petris ſuperbiæ, & pertinaciæ dum
conſtanter aſſeuerant inſtrumento, ſeu miniſtro ſuo fungẽti
officio, non agenti principali velut fabro geſta etiam iuſtiſſi-
ma debere aſcribi, & dimouendo oculos a veritate non conſi
derant, ꝙ ſicut anima mouet partes groſſiores corporis ꝑ in-
ſtrumentum ſpiritus virtutis motiuè ſm̃ Philoſophum. ita &
epiſcopus per vicarium Dei negotium agentem in malis pu-
niendis, vt inſtrumentum mouet iuriſdictionem, quaſi partes
groſſiores, ex quibus facilè cognoſci poteſt, ꝗ difficilem huiuſ-
modi miniſtri prouinciam ſuſcipiant & prætertim quando in-
cidunt in illud, de cautellis nec certè mirum videtur, quia qui
Chriſto ſeruit iuſtitia miniſtrando hominibus placere mini-
mè

mè poteſt. quòd autem miniſtro velut inſtrumento operanti
opus aſcribi non debeat, patet: nam reuocato mandato ipſius
vicarij vt miniſtri vel eo mortuo deficit illa vnio, non tamen
quia ſit aliquod medium, ſed quia remouetur illud inſtrumen
tum, quo facta fuit illa vnio ex qua cauſatur inſtrumenti per
cuſſio, & ſic partes groſſiores quieſcunt ob defectum inſtrumẽ
ti ſpiritus virtutis motiuè, cum per ſuperius dicta non detur
epiſcopus exercens iuriſdictionem ſine vica. vnde vt iuriſdi-
ctionis exercitum inſtrumentaliter, & diſpoſitiuè reuiuiſcat,
neceſſe eſt, ꝙ alius creetur vicari. & noua fiat vnio: nec eſt in-
12 conueniens † ꝙ ea, quæ ſunt in ſe diſtincta vniantur in relatio-
ne ad aliquid vnum vt Theologi dicunt de ſacramentis nouæ
legis, ꝙ rebus uerba addantur. licet ergo epiſcopus & vica. ſint
13 in ſe perſonæ diſtinctę vniuntur tamen † a iure ad vnum, &
idem officium tanquam materia, & forma, quæ ſimul iuncta
efficiunt vnum tantummodo effectum ſcilicet iuriſdictionis
exercitium & ſic vniuntur ad aliquid vnum, ſed ſi epiſcopus,
& vicarius conſiderentur ſeorſum, & vt ſinguli duę perſonæ
diuerſæ, puta ſortes, & Plato, ſecus dicendum eſt: nam vicarius
epiſcopi dupliciter poteſt agere, & operari, ſicut quodlibet
aliud inſtrumentum, nam agendo actionem, quæ ſibi natura-
liter competit inquantum eſt Plato, eſt quid diuerſi ab epiſco-
po, agendo autem vt inſtrumentum inſtrumentaliter, & diſpo
ſitione dedendo ad perfectionem ſuam, & exercendo iuriſdi-
ctionem, tunc non vt duæ perſonæ, ſed vna tantum conſide-
rantur, & eo caſu actus attribuitur principali agenti non inſtru
mento, vt dictum eſt, cum inſtrumentum per ſe ſine motu mo
uente nihil operaretur. conſideratis verò vt duabus perſonis
diſtinctis multa media & multi gradus inter ipſos cadunt &
tunc procedit dictum philoſophi, quod videbatur contrariũ.
ex prædictis igitur omnibus ſatis demonſtratum eſt ꝙ epiſco-
14 pus, † & vicarius non ſunt duo capita, ſed vnum caput, vt pro-
baui tum rationibus tum auctoritatibus quod procedit, & in
præſentia, & in abſentia epiſcopi ratione de qua ſupra & quòd
non ſint duo capita facit text. in extraua. vnam ſanctam. cum
dicit igitur eccleſiæ vnius, & vnicè vnum corpus, & vnum ca-
put, non duo capita, quaſi monſtrum Chriſtus, videlicet Chri-
ſtiq; vicarius, Petrus Petriq; ſucceſſor & ſic iſte text. probat ꝙ
non ſunt duo capita: ex quo infertur ꝙ vterq; debet reſpectiuè
15 honorari præ ceteris. vnde † concludendum eſt ꝙ de iure vica
rius ſemper debet præferri canonicis, & dignitates obtinenti-
bus, nec aliqua conſuetudo in contrarium vnquam allegari
põt vt ſupra dixi, quia pullularet ex radice ambitionis, quod
eſt maximum peccatum vt infra, & eſſet contra honeſtatem,
ergo irrationabilis quæ nunquam valet. d. c. fi. de conſue. & iu-
dex ſequendo theoricas, de quibus in d. c. fi. per Abba ſuper gl.
in ver. niſi fuerit ibi vlti. & ponderando finem huiuſmodi con
ſuetudinis non poterit iudicare bonam conſuetudinem cum
procedat (vt dixi) de radice ambitionis, & per conſequens ex
16 peccato, nam ambitio, † ſemper eſt peccatum, quia importat
inordinatum appetitum honoris, & huiuſmodi appetitus di-
citur ſecundum Tho. 2. 2. q. 131. tribus modis, primo enim ap-
petit homo teſtimonium ſuæ excellentiæ quam non habet a
ſe, ſed a Deo, & ſic ſupra ſuam proportionem. 2. honorem ſibi
cupit non Deo. 3. cupiens honorem quieſcit in eo, nec refert
ipſum honorem ad aliorum vtilitatem, & ſic manifeſtè con-
ſtat ꝙ ambitio ſemper eſt peccatum, ergo fini æterno contra-
17 rium, ergo non valet inducta contra canones, quia † ius cano-
nicum intendit hominem dirigere in Deum & venit ad bo
num publicum eccleſiaſticum, niſi tamen eſſet inducta con-
18 tra canones † ex tacito conſenſu, & auctoritate Papæ permit-
tentis induci conſuetudinem, vt dicit Abbas. in c. vir autem de
19 ſecun. nup. nam nuptiæ † ſunt benedicendæ ſi alias nullus con
trahentium fuerit benedictus, nam ſi alter fuit benedictus be-
nedictio iterari nõ poteſt, cum alter ſine altero benedici non
20 debeat, niſi conſuetudo † alicuius eccleſiæ aliter ſe haberet
Papa permittente. licet Bea. Tho. dicat. 92. diſtin. quòd ſi virgo
21 † nubat bigamo debet benè dici, quia ſaluatur aliquo modo
ſignificatio etiam in ordine ad primas nuptias quia Chriſtus &
ſi vnam eccleſiam ſponſam habeat, habet tamen plures perſo
nas deſpõſatas in vna eccleſia, ſed anima non poteſt eſſe ſpon
ſa alterius, quàm Chriſti, ergo ſi. 2. nubat non debet benedici
propter defectum ſacramenti. dictum tamen beati Thomæ
forte procederet, vbi dicta conſuetudo vigeret modo de quo
ſupra, vt dicit etiam in d. c. fi. in glo. fin. & ſic eſſet præſcripta eo
modo, de quo ibi. quæ tamen conſuetudo in aliqua eccleſia
22 debet probari per prudentes, & ſeniores, quorum † dicto ſtan-
dum eſt, quando aliter veritas haberi non poteſt. c. fi. 20. diſtin.
& refert dominus Abbas in c. cum olim de conſue. Quare au-
tem quæſtio huiuſmodi præcedentię oriatur contra iuris com
munis diſpoſitionem, & conſuetudinem nemini debet videri
mirum, quia ſpiritus malignus, qui præeſt ambitioſis ipſorum
ſaluti aduerſarius, ac ipſorum ſitiens exitium non dormit,
verum obambulat vt Leo famelicus, atque rugiens captans
vndique quæ deuorare poſſit, nullum non aditum tentans &
præſertim per ambitionem inſidiãs. præterea, vt dicit Paulus
in dicta quæſtione decima partis 2. in 3. colum. verſicu. ſed nũ-
23 quid in omnibus capitulis † ſunt emuli, & aliqua capita ethe
roclita ex quibus quæſtiones huiuſmodi ſolent originem ha-
bere, quot enim capita, tot ſententiæ, & maximè occaſione
præſumptæ exemptionis, quam putant aliquando ſibi compe
tere virtute nonnullorum priuilegiorum ob aliam cauſam
forſan conceſſorum, quemadmodum poſſumus dicere de
quæſtione nuper orta inter Canonicos Floren. & dominum
Archiepiſcopum Floren. vigore dicti Leonini priuilegij, vn-
de pro ↄcluſione exemptionis huiuſmodi reſtat, vt demõſtre
mus quòd priuilegium prothonota. quod hodie ob gratiam
alicuius conceditur nonnullis clericis nullam præſtat exem-
ptionem ab ordinario, quando nihil de ipſa in priuilegio di-
citur modo, & forma prædictis, & poſtquam de huiuſmodi
prothonot. priuilegio exemplum ſupra præpoſuimus pro de-
fenſione ordinarię iuriſdictionis, & pro intellectu faciliori po
namus etiam exemplum Lateranẽſis Concilij in capitulo ſe-
quenti, & deciſionem dicti Leonini priuilegij cum intellectu
dicti Concilij, quæ omnia erunt ſatis notabilia, & non modi-
cam in cauſis huiuſmodi vtilitatem afferentia.

SVMMARIVM.

1 *Notarij tempore primitiuæ eccleſiæ ſcribebant geſta Martyrum.*
2 *Clauſula concilij Lateranẽ. de non Concedendis exemptionibus niſi citatis, quorum intereſt, & ſine cauſa rationabili.*
3 *Priuilegia ad vnum finem inducta non debent contrarium operari.*
4 *Statuto danti aliquam formam non poteſt derogari per clauſulam generalem non obſtantium.*
5 *Regula de non tollendo iure quæſito alteri intelligitur principaliter, & occaſionaliter.*
6 *Papa in concedendis gratijs ſemper mouetur ad faciendum fauorem.*
7 *Epiſcopatus non ſolum eſt honoris, ſed oneris.*
8 *Difficilius tollitur ius quæſitum ex cauſa oneroſa, quàm lucratiua.*
9 *Regula de non tollendo iure alteri quæſito intelligitur a iure communi, & ordinario.*
10 *Ius commune eſt fortius, & magis firmum iure ſpeciali.*
11 *Differentia inter conſeruationem iuris communis, & iuris ſpecialis.*
12 *Impedimenta inducta de iure poſitiuo ſola voluntate Papæ poſſunt tolli.*
13 *Verba reſcripti potius improprianτur, quàm quòd tertio præiudicent.*
14 *Clauſula non obſtante collatione facta intelligitur de inualida.*
15 *Ius alteri quæſitum nunquam tollitur a Principe niſi de eo fiat expreſſa mentio.*
16 *Materia prothonotariatus vbi in iure tractatur.*
17 *Concilium Lateranenſe habet locum in prothonota. continuè habitum gerentibus.*
18 *Litera Domini noſtri Domini Pauli Papæ III. declaratoria dicti Leonini priuilegij.*
19 *De prothonotarijs, & de eorum nobilitate, & de his qui nunc dicuntur participantes.*
20 *Prothonotarij ſunt in dignitate conſtituti.*

De nouo intellectu concilij Lateranen. in decima Seſſione, & de materia, & origine prothono. apoſtolicorum, & eorum nobilitate, & deciſione exemptionis de qua in Leoni priuileg. Cap. VIII.

Olim prætextu exemptionum multa oriebantur ſcandala in maximum ordi-
nariorum detrimentum, ideo de anno Domini 1515. 4. no.
Maij Pontificatus Leonis Papæ X. anno 3. in decima Seſſione
ſacroſancti Lateranẽ. Concilij, edita fuit inter cętera quędã
conſtitutio ſuper exemptione, & immunitate, ac libertate, q-
bus notarij, ac etiam alij officiales ſed. Apoſtolicæ, tam in ciui
libus, q̃ in criminalibus vti ac potiri poſſunt, & debent, & poſt
huiuſmodi conſtitutionem poſita fuit quædam forma gene-
ralis ſuper dictis exemptionibus concedendis, conſtitutionis
autem prædictæ verba ſubſtantialia ſunt infraſcripta videli-
1 cet. † Notarij autem dictæ ſedis, quorum officium, in ipſis pri-
mitiuæ eccleſiæ initis a fe. re. Clem. Papæ pri. ad ſanctorum
geſta perquirenda, atque conſcribenda noſcitur inſtitutum, ad
prothonotariatus officium aſſumpti habitum, & rochetum
deferentes, & alij noſtrę, & dictæ ſedis officiales actu ſua offi-
cia exercentes, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus ab om-
ni ordinariorum iuriſdictione ſint exempti, alij verò Nota-
rij habitum non deferentes prothonotariatus, niſi illum infra
trimeſtre poſt præſentium publicationem aſſumpſerint, &
ipſi ac alij, in poſterum aſſumendi habitum, & rochetum hu
iuſmodi continuè non geſtantes, atque alij noſtri, & dictæ ſe-
dis officiales officia ſua actu non exercentes, tam in crimina-
libus,

ſibus, quàm in ciuilibus ratione cauſæ ſummam vigintiquin-
que ducatorum aure. de came. non exceden̄. duntaxat eo-
rundam diœceſanorum, & ordinariorum iuriſdictioni ſub-
iaceant: in ciuilibus vero cauſis ſummam huiuſmodi exceden.
plena gaudeant exemptione, & dictorum diœceſanorum, &
ordinariorum iuriſdictione penitus ſint exempti, exemptio-
2 nes † autem de cętero abſque rationabili cauſa, & quorum
intereſſe minimè citatis pro tempore conceſſis nullius robo-
ris, & momenti eſſe decernimus. Certè dictum Concilium
primo aſpectu videtur concedere plenam exemptionem hu-
iuſmodi Prothonotarijs etiam Rochetum & habitum non
deferentibus, vltra dictam ſummam 25. ducatorum a iuriſdi-
ctione ordinaria, Rectius tamen intuenti, & mentem Con-
cilij conſideranti maxi. per infra dicenda contrarium pro ve-
ritate apparebit, & pro declaratione, & veri inueſtigatione,
non diſcedamus a dicto Leonino priuilegio velut auriga no-
ſtro, & illi, vt Bononienſes carocio, continuè adhęreamus.
Nam Canonici Florentini, & dignitatis obtinentes creati
fuerunt Notarij dictę ſed. vt ſupra demonſtratum fuit, & ta-
men quia nec fuit derogatum dictæ clauſulæ, nec vlla fuit
mentio facta in dicto priuilegio de exemptione, præfati Cano
nici, nec dignitates obtinentes non poſſunt gaudere exemp.
aliqua vt ſupradictum fuit in 4. capitu. & in præſenti decla-
rando dictum Concilium plenius, & clarius dicetur: nam di-
ctum priuilegium, vt ex præfatione colligitur, quæ in huiuſ-
modi conceſſionibus conſiderari debet, fuit conceſſum in-
tuitu, & fauore dicti domini Archiepiſcopi, certè data exem-
ptione indultum huiuſmodi contrarium operaretur effe-
ctum contra naturam, & regulam: nam inducta ad vnum fi-
3 nem, † & effectum contrarium, & diuerſum operari non
debent. l. nulla de legi. l. quod fauore. C. eodem titu. l. 3. §. quæ
duæ autem cauſæ de carbo. edict. 2. in dicto priuilegio non re-
peritur derogatum dicto Concilio niſi per clauſulam gene-
ralem, quæ non ſufficit, vbi derogandum eſt formæ traditæ
4 a ſtatuto: nam vbi † ſtatutum dat aliquam formam, prout
eſt forma, de qua ſupra in dicto Concilio de non conceden-
dis exemptionibus derogatio fieri non debet per clauſulam
generalem non obſtantibus, vt eleganter dixit Dominus Phi
lippus Decius in conſil. 10. per totum. & per Bartol. ad repri-
mendum. verſicu. non obſtantibus, & Paul. de Caſt. in conſil.
230. in antiq. & per eundem Bartol. in l. fina. C. ſi contra ius,
vel vtil. publi. & in l. ſi quis. in princip. teſtam. de legat. 2. & per
Canoniſtas in cap. nonnulli. de reſcript. cum ergo ſufficien-
ter derogatum non fuerit ipſi conſilio dicendum eſt, quòd
dictū priuilegium nullam concedat exemptionem ſ. demon-
ſtratur, quia principalis intentio Papæ concedentis fuit mo-
ta ad faciendum fauorem ipſius Canonicis ornando ipſos ve-
ſtitu pulchriori, intuitu dicti domini Archiepiſcopi, cui, ut
ſupra dixi, de iure ordinario competebat prout pro tempore
exiſtenti competit iuriſdictio contra ipſos Canonicos, & di-
gnitates obtinentes, ſed ſi vigore dicti priuilegij conceſſi,
fuiſſent exempti ſublatum fuiſſet ipſi domino Archiepi-
ſcopo ius ſibi de iure communi quæſitum contra regulam
5 de non tollendo iure quæſito, quæ procedit. † Non ſo-
lum quando principaliter ius quæſitum tollitur. ſed etiam
quando occaſionaliter. ita tenet Romanus in conſilio cente-
ſimooctuageſimo, iſte ſunt, columna penultima, & Decius
in l. pecuniam, columna ſecunda. ff. ſi certum petatur, vbi
dicit ipſe quando agitur de præiudicio tertij non ſolum con-
ſideratur quod principaliter fit, ſed etiam quando, & tertio
præiudicatur, alias dictæ regulæ nunquam eſſet locus, quia
6 ſemper Papa † in concedendis gratijs principaliter mouetur
ad faciendum fauorem gratiato, præiudicium autem inde re-
ſultans ſemper eſt ſecundarium, vnde ſi ſecundarium præiu-
dicium non conſideraretur, dicta regula ſeruiret nobis de ven
to, & hoc maximè procedit in caſu dicti Leonini priuilegij,
quia quando Papa conceſſit dictum priuilegium imminebat
dicto domino Archiepiſcopo præiudicium iuriſdictionis ſe-
cundarium, & occaſionatum a dicto priuilegio, vnde cum
non appareat Papam voluiſſe expreſsè tollere. ius quæſitum,
nec etiam ſecundario cum non derogauerit dicto Concilio,
dicendum eſt locum eſſe, vel fuiſſe regulæ, quia exemptio
huiuſmodi non potuit concedi ſine præiudicio domini Ar-
chiepiſcopi ſiue principaliter, ſiue ſecundario, vt habetur
per dictum Ludouicum Gomeſ. ſuper dicta regula de non tol
lendo, quæſtio. 3. in fine concordando opinio. Et certè iſta
fuit intentio Concilij Lateranen. dum ibi fuit appoſita clau-
ſula prædicta de non concedenda exemptione abſque ratio-
nabili cauſa, & non citatis quorum intereſt, & hoc fuit pro-
pter huiuſmodi ius quæſitum de iure communi, quod nolue-
runt ſimpliciter auferri ab ipſis ordinarijs, quibus ſi non prin-
cipaliter, ſaltem ſecundario maximum factum fuiſſet præiu-
dicium ex dicto Prothonota. priuilegio, & hæc ratio, potiſſi-
mè militat contra habitum, & rochetum non deferentes, ut
infra patebit. & licet poſſet dici quòd clauſula huiuſmodi non
comprehendit Prothonota. etiam habitum non deferentes,
quia de ipſorum exemptione dictum Concilium ſpecialiter
diſpoſuit, ſed quòd alias militet vltra gradum Prothonor. ge-
neraliter diſponendo, per quam quidem generalitatem non
videtur fuiſſe dictæ ſpecialitati exemptionis Prothonotario-
rum derogatum: tamen dictum conſilium cum dicta clauſu-
la aliter fuit interpretatum, vt infra patebit, & videtur recta
interpretatio. Nam conſiderandum eſt, quòd iuxta Pauli ſen
tentiam ad Thi. 3. epiſcopatus non tantum eſt honoris, ſed
7 etiam oneris, † & non tam dignitatis nomen, quàm functio-
nis, quàm officij, quàm ſollicitudinis, ſonat nanque inſpecto-
rem, & commodis aliorum vſibusque proſpicientem, quare
poteſt dici, quòd qui aſſumitur ad epiſcopatum, aſſumitur ad
graue onus, & quòd aſſumptus huiuſmodi dignitate fruitur
ex cauſa onerosa, non lucratiua. quod tamen non dico ex
cauſa oneroſa alia ratione, quàm ea, de qua Paulus intelle-
xit, ne fortè quis erraret, intelligendo cauſam oneroſam, vt
Legiſtæ intelligere conſueuerunt, nec etiam intelligo de epi-
ſcopis, qui munus hoc oneroſum non ob aliud concupierūt,
quàm ob ambitionem, aut quæſtum, aut tyrannidem, rem
profecto pernicioſam adepti fuerunt, cum non bene ani-
maduertant epiſcopi vocabulum. verum intelligitur de his
epiſcopis, qui vocati, vt Aaron ſecum expendunt quantum
ſollicitudinis ea dignitas habeat adiunctum. cum igitur veri
epiſcopi ſint ex cauſa oneroſa prædicta & non lucratiua, di-
cendum puto, prædictam clauſulam appoſitam fuiſſe in di-
cto Concilio, ne de facili epiſcopis non citatis, & ſine cauſa
rationabili iuriſdictionis ius ipſis de iure communi quæſitum,
quod dicitur efficacius cuiuſcunque priuilegij etiam Protho-
notariatus prætextu auferri poſſet, quod intelligo de protho-
notariatu ficto, non de vero, cum veri prothonotarij ge-
ſtent habitum, & ob id prærogatiua gradus huiuſmodi exem-
ptionem meruiſſe videtur per infra dicenda, & hoc conſo-
num, & rationi, & menti dicti Concilij videtur, vt minus,
quàm fieri potuerit ordinariè iuriſdictioni detraheretur. &
dic veros prothonot. etiam non participantes dummodo ha-
8 bitum gerant: nam de iure difficilius, † auſertur ius quæſitum
ex cauſa oneroſa, quàm ex cauſa lucratiua. l. penult. C. de reuo.
his quæ in fraud. credito. & not. in l. 1. §. dolum. ff. de his quę in
fraud. pat. & in §. ſi quis in frau. ea. l. & per glo. § ſi quis in fraud.
inſtitu. de actio. Et cum alia ſit ratio lucri, alia damni. l. Procu-
lus. ff. de damn. infect. l. fina. C. de codi. l. fina. §. licentia credito-
ribus. C. de iure delibe. & ita tenet Deci. in conſil. 292. nume. 3.
vnde eſt quòd ex tali onere iniuncto epiſcopis a iure commu-
ni, & non ſpeciali in ſua diœceſi contra omnes competat. non
eſt dubium quòd ipſis eſt ius quæſitum pleno iure ordinario,
intentio autem principis nunquam videtur eſſe in præiudiciū
iuris alteri quæſiti de iure communi l. 2. §. merito. & §. ſi quis a
Principe. §. ne quis in loco publi. & c. quamuis. de reſcrip. in 6.
& ideo ſi prædictæ regulæ mens, ſeu intentio rectè conſidere-
9 tur, debet intelligi, † de iure quæſito a iure communi ſeu or-
10 dinario, quod Papa non præſumitur tollere ex quo eſt † ius
fortius, & magis firmum, quàm ius extraordinarium, arg. text.
in l. Scio. §. Medico. ff. de annu. lega. ſed ius proueniens ex iure
ſpeciali, puta ex aliquo priuilegio, vel commiſſione eſt fragi-
lius, & non eſt radicatum, & ob id facilius poteſt tolli per aliā
commiſſionem, vel aliud priuilegiū. l. eius. §. ſi in militia miſ-
ſus. ff. de teſta. mi. & ideo regula prædicta non reſpicit ius ſpāle,
ſed ordinarium, & commune, ita tenet Io. de Ana. poſt Cardi.
in c. ad petitionem. de accuſ. col. 4. & ratio differentiæ aſſigna-
tur per Deci. antiquum Phllip. Decij fratrem in l. 2. §. 1. ff. de iu
11 di. vbi dicit ꝙ ille, † qui tractat de conſeruando ſibi iure quęſi
to de iure communi, prout epiſcopus pro defenſione ſuæ or-
dinarię iuriſdictionis, tractat de damno euitando, vt dicit ibi
gloſſ. ſed qui nititur conſeruare ius quæſitum de iure ſpeciali
tractat de lucro captando. horum autem non eſt par ratio, cū
alteri magis faueatur. d. l. fin. §. licentia, & ſic difficilius tollitur
ius quæſitum de iure communi, quàm de iure ſpeciali. & pro
hoc facit dictum not. Cald. in conſil. 12. de reſcript. vbi dicit ꝙ
12 † impedimenta inducta per actum iuris poſitiui poſſunt ꝑ Pa-
pam ſola eius voluntate cōtraria tolli, & hoc Papa facit ratio-
ne ſuæ prærogatiuę, vt tradit Bal. in l. nuptias. ff. de ſenat. & ple-
nius in l. qui fundos. C. de omni ag. deſer. lib. 11. per illam regu-
lam nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & prædicta probantur qn
ſi Princeps alicui dat, vel cōfirmat aliqd, ſemper intelligit ſal-
uo iure alterius, vt not. Bal. in l. 1. col. fi. ff. de cōſti. princ. & dicit
idem Bald. in c. ſuper eo. per illum tex. de offic. deleg. ꝙ potius
13 verba reſcripti † debent impropriari, quàm ꝙ tertio præiudi-
cium inferatur, & ideo ſi Papa conferat alicui benificiū cum
14 clauſula. † Non obſtante collatione alteri facta prius, intelligi
tur de collatione inualida, q̄ prius facta fuiſſet, & nō de valida,
& hoc ſolum reſpectu iuris cōis epiſcopo competentis, qa illi
per illam clauſulam derogatum non videtur. voluit. Cōpoſt.
in c.

in ca.cauſamque.de reſcrip.ſequitur Domi.in c.ſi poſtquam.de
pręben.col.ſi.in 6.& per Alex.in conſi.cxxv.viſo ritu.quæſtio-
nis columna 2 libro 2. & in conſilio vigeſimotertio viſo pro-
ceſſu.col.3.libr.5.& in conſi.3.ex his col.2.co.lib.vt autem ius
15 quęſitum a principe tollatur,intellige ſemper quæſitum de iu-
re communi,non ſpeciali,& ita requiritur,ꝙ de tali iure quæſi-
to expreſſa ſiat mentio,alias illi derogatum non videtur, vt te-
nuit Alex.in d.conſi. 3. vbi ad hoc plura adducit,& præ cęteris
facit quod not.Bar.per illum tex.in l.prædict. C. de loca. ꝓdio.
ciui.lib.11.vbi dicit ꝙ ſi princeps rem vni primo conceſſit, illā
poſtea etiam motu proprio alteri concedere non poteſt, niſi
expreſſè dicat non obſtante conceſſione facta tali, quod tenet
& ſequitur Deci.in d. conſi. ccxcij.col.2. vnde ſtātib.prædictis
rationibus,auctoritatibus,& doctrinis veriſſimis, & conſidera-
ta ordinaria iuriſdictione ipſorum epiſcoporum, quæ fundata
eſt ſupra firmam petram,vt dixi ſupra in cap.j.in prin. domini
de Rota,ac alij iudices, coram quibus cauſæ huiuſmodi agun-
tur,conſiderando quòd de materia prothonotarij,& de ipſorū
16 exemptione nihil, vel parum iure cautum reperitur. † Præter
id quod ponit Ioan.de Platea in l fin. C. de decu.li.10.& in l.2.
C.de præmi libr.12.& præter vnum verbum Alexand. in con-
ſi.77.viſis codicillis colum. 2. & ea quæ remiſſiue alleg. dictus
Lud.Gomeſ.in prohemio ſuper regu.cance. quæſtione 7.num.
4.de origine,& officio protho. vbi multa cumulauit, vide per
eum, & ad quem vos lectores remitto, ne verba illius tranſ-
plantare videat. pro deciſionibus cauſarum ſolent recurrere
ad dictum lateranenſe concilium maxime quando agitur de
exemptione,quod vt dixi videtur indiſtinctè iure quodam ſpe
ciali prothonotarios exemptos facere etiam rochetum,& ha-
bitum non gerentes, & certe verba concilij hoc dicunt aper-
te,tamen ponderando dictam clauſulam, vt formam poſitam
in dicto concilio, & mentem concilij nolentis iuri alteri quæ-
ſito de iure communi ita de facili præiudicari, dicti domini au
17 ditores † concludunt dictum concilium tantum habere lo-
cum in gerentibus continue habitum, & rochetum,licet non
ſint de participantibus,vt dixi.& ī dicta opinio.fuerunt ipſi au-
ditores rotę in cauſa quæ vertebatur coram ipſis inter D. Ca-
no.Florent.& ipſum reuer.d. Archiepiſcopum.vt mihi per lite
ras, quas adhuc habeo retulit reue d. Dionyſius Melocius de
Fauentia dictæ cauſæ procurator acutiſſimus. conſiderarunt
enim(ſcripſit ipſe)in cætera ꝙ ſi cōcilium prædictum haberet
locum in non gerentib habitū naſceretur abſurdum, qđ qui-
libet etiam viliſſimus propter licentiam peccandi obtineret
huiuſmodi prothonota gradum nec habitum geſtaret obſtan
te paupertate.id enim obtineret pro tribus,vel quatuor dena-
rijs vt poſſet eximi a iuriſdictione ſui epiſcopi ꝙ eſſet iniquū di
cit glo.in c.cum & plantare. §. pen.de priuile.& excep.priuile-
gia vt quotidie fieri videmus.concedentes enim circunueniū
tur ab amicis, vel amicorum amicis,ſuppreſſa qualitate impe-
trantis,& ego audacter de hoc loquor quia habui in facto ī dio
ceſi Flor. vbi per nouem annos continuos vicariatus munere
functus ſui,nam quidam presbyter ruſticus, & literarum peni-
tus ignarus, quem alias propter quoddam atrox crimen puni-
ueram,in feſto natiuitatis Domini ſuam parochialem eccleſiā
ſine paſtore clauſam reliquit,& alio ſe cōtulit venādi,vel aucu
pandi cauſa,& alia faciendi pro ſuę voluntatis arbitrio. popu-
lus, qui in huiuſmodi ſolennitate Chriſti ſeruitio erat inten-
tus,exclamabat. tandem querela peruenit ad curiam noſtram.
citatus audaciſſime comparuit,nam Herculem (vt aiūt) in ſinu
gerebat,& interrogatus delictum cōfeſſus fuit, ex quo iuxta cō
cilium Agatenſe ſuſpendi debebat à communione ꝑ triēniū,
vt de hoc eſt tex.in c.ſi quis in clerico.7.quæſtione.1.mitius ta-
men procedendo dictam pęnam minuendam putaueram.ſa-
tis mihi videbatur impunitum non dimittere, ne ſimili teme
ritate ad ſcelera maiora (vt ſolent) impuniri accingeretur, &
peruerſitas huiuſmodi facti præſumptoribus non tranſiſſet in
exemplum.c quam ſo.de transla.epiſcopi,ipſe tamen vt & car
cerem,& pęnam vitaret,priuilegium prothon.oſtēdit, creatus
enim fuerat prothonot.per mendicata (vt aiunt) ſuffragia, ego
vero conſiderando ipſum priuilegium duxi nō fuiſſe de mēte
concedentis ꝙ dictus ruſticus eo tam licenter abuteretur pri-
uilegio, prout ſolet rota conſiderare mentem,& nō uerba re-
gularum,iuxta textum in l.ſcire oportet.§.aliud.ff.de excuſ.tu-
to.& tex.in c.quanto amplius.& ibi gloſſ. de priuileg. nā verba
deſeruiūt intentioni,& nō econuerſo.c.petitio veſtra,& ibi gl.
in verſi.intentio.de procurato.vbi dicit gl. ꝙ recurritur ad in-
tentionem per allegata ibi per eam, ſicut in teſtamēto cōſide-
ratˉ mens teſtatoris potius q̄ verba,& hoc etiam habet locum
de æquitate, vt per Lud.Gomeſ. in cōpēdio vtriuſq; ſigna.nu.
57.& in regula de valore exprimēdo.num. 7. vnde licet magis
Deo,& iuſtitiæ,q̄ hominibus ſatisfacere deberem, maxi.atten-
ta qualitate,& bonitate concedētis ipſum priuilegiū, tñ dictū
preſbyterum ruſticum impunitum dimiſi ob reuerentiā dicti
Reuerendiſſ.cōcedentis,ſurreptionis alicuius aliter non habi-
ta ratione, q̄a ſi qualitatē ſuam impetrās expreſſiſſet, vel ami-
corū amici circūuenti non fuiſſent, non prothonotarius, ſed
vix prothonotarij ſeruus creatus fuiſſet.c.ſuper literis.de reſcri.
deberent igitur Reueren.de latere legati (pace tantorum viro
rum dixerim) animaduertere qualitates non ſolum impetran
tium,& pro huiuſmodi priuilegijs ſupplicantium,ſed etiam il-
lorum,qui intercedunt pro talibus, ne poſtea illis dicere con-
tingeret (non putaram) ſed redeamus ad Rotam, quæ eſt ma-
ter æquitatis,& veritatis,& multū abſurditates,ac abſius abhor
ret,quod cęteris iudicibus maximum eſt exemplum, non mi-
rum fuit ſi conciliū prędictū modo,de quo ſ̄.interpretata fuit,
ne tanti gradus excellentia vileſceret,& hęc quæ dixi de cauſa
prædicta,fuerūt mihi per dictū do.procuratorē relata, ſingula
nanq; mihi per ſuas referebat literas, quia cauſæ pondus ſatis
magnū ab ipſo dño Archiepiſcopo mihi iniunctum (licet in-
uitus) ſuſceperam,nam corā dictis Rotæ iudicibus contende-
batur non ſolum ſuꝑ dicto Leonino priuilegio,ſcilicet ēt ſuꝑ
literis ī forma bullæ à.S.D.N.D.Paul.III.emanatis, cū ipſe dñs
Archiepiſcopus illi vt iuſtiſſimo omnium principum principi
ſignificaſſet q̄dam moleſtiam ſibi illatam prætextu dicit Leo-
nini priuilegij ſuper præſumpta exemptione dicta moleſtia ꝓ-
poſita fuit de more in ſignatura gratiæ per Reue. in Chriſto P.
ac grauē,conſumatumq; virū do. Thomā Campegiū Feltren.
epiſcopum referendariū integerrimū, & nūc cācellariæ Apo
ſtolicæ regentē digniſſimū. vbi inter cæteros grauiſſimos,do-
ctiſſimos,& integerrimos viros aderat reuerē.& illuſtriſ.ac om
nium ſplendidiſſimus omni virtute ille Laurent. Card.Cam-
pegius,qui non ſolum Campegiæ domus nobiliſſime,ſed incli
tæ ciuitatis Bonon.decus & ornamētum luculentis,& cu.Ro.
condimentum in toto terrarum orbis habitus fuit,vnde nemi
ne diſcrepante poſt longam diſceptationē ſupplicatio ſignata
fuit per ſuā ſanctitatē de anno Dñi 1537. v.Idus Aprilis. Pon-
tificatus ſui anno 3.ex qua quidem iuſtiſſima ſignatura emana
tæ fuerūt in forma bullæ prædictę & infra ſcriptæ literæ,cui au-
tem conueniat acceptū fieri quicquid malorū ſublatū,& quic-
quid bonorū ſequutū fuerit ex hmōi negocio cū omnibus in
noteſcat ſilentio præterire volui, hoc tñ dicā auctoritate tāto
rū virorū ampliſſima, ac tua iuſtiſſima & ſanctiſſima manu ſe-
des illa Archiepiſcopalis Flor.liberata fuit ab illa ꝓſumpta exē
ptione,mihi uerò cuius in hac re patrociniū & dñorum meo-
rū opera ſatis ſuperq; oīb.notiſſima ſunt,non ſolū præmiū ali-
qđ perſolutū fuit, ſed nec ēt vlla fuit habita gratia, quin aliq̄d
ſatis magnū ij,qui vel ſoluere, vel ſaltē gratiā habere debebāt,
mihi ſe dediſſe arbitrati ſunt & arbitrātur,ea enim eſt fortuna-
torum,& diuitum natura,vt cū ipſi, q̄uis aliquid magnū acce-
perint,ęque ēt à ſe aut poſtulari aut expectari aliquod ſuſpican
tur ſed in collocādo hoc beneficio vtinā mores hominū, nō
fortunam ſequutus fuiſſem,nam ſine ſpe alicuius remuneratio
nis,quemq̄ (licet inuitus) forſan nō offendiſſem,id aūt mihi vi
cariatus tunc munere fungēti,facere neceſſe fuit, qđ q̄dē feciſ-
ſe me minime pęnitet,q̄nquidem,ſedes illa omniū digniſſima
& beneficiū liberationis hmōi mei gratia (vt notū eſt) in ſe col
latum,& nonnullorū ingratitudinē, vel potius iniuriam mihi
de ipſa bene merito pro remuneratione illatā omnibus demō
ſtrabit, verū quo magis vos quoq; antiſtites optimi ītelligatis
me non temere hæc dixiſſe,nolui dictas literas,ſeu bullam vos
ignorare,quoniam aliq̄n forſan vos illā meminiſſe iuuabit, il-
larū igitur literarū ſummam accipiatis, eamq; legatis quæſo.
Paulus epiſcopus &c. Nos igitˉ, quorū eſt vnicuiq; qđ ſuū eſt,
q̄tum cū Deo poſſumus conſeruare,te à quibuſuis excōicatio
nis &c.hmōi ſupplicationibus,inclinati tibi & ꝓ tēpore exiſtē
ti Archiepiſcopo Floren.vt literas prædictas,quo ad hoc archi
diaconus,& alij dignitates obtinētes, ac canonici pręſati dictę
ſe.notarij exiſtāt ac Rochetto,cappa,& habitu prędictis vt pre
mittitur vti,illaq; geſtare,& deferre,nec nō honoribus,liberta
tibus,immunitatibus,exemptionibus gratijs fauoribus, & in-
dultis ſ̄.dictis alias vti,ac Archidiaconus, & capitulum preſa-
ti notarios,tabelliones, & iudices ordinarios creare,& illegiti-
mos ligitimare,& cum eis diſpenſare, vt præfertur poſſint, &
alias iuriſdictione tamē ordinaria dumtaxat excepta firmis &
illęſis,ac in ſuo robore permanētib tu, & pro tempore exiſtēs
Archiepiſcopus Floren.iuriſdictionem ſpiritualem, & tēpora
lem,ac mixtim Archiepiſcopo Floren.pro tēpore exiſtenti de
iure,vel de conſuetudine, aut per appellationem ſeu alias ſpe
ctantē in quibuſcunq; cauſis ſpiritualibus, ciuilibus atq; mi-
xtis,nec non inceptis,& non cęptis, etiā per appellationē pen-
dentib.per te,vel vicarios tuos,aut alios delegatos, vel ſubde-
legatos, ſeu deputatos, vel deputandos te exercere, ipſoſque
Archidiaconū,& canonicos pro tempore exiſtētes ex offi.aut
etiam per viam denuntiationis, ſeu etiam accuſationis, vel in
forma iuris ad iudicium euocari facere,& contra eos ad corre
ctionem procedere,& alia quę ad Archiepiſcopum Florē pro
tēpore exiſtente de iure,vel cōſuetudine pertinēt facere,& exe
qui libere,& licite valeas in omnibus,& per omnia perinde,ac
ſi dictæ literæ nō emanaſſent auctoritate apoſtolica tenore ꝑ-
ſentiū de ſpeciali gratia concedimus & indulgemus, te, & pro

tempore exiſtētem Archiepiſcopū Florē. quo ad hoc aduerſus dictas literas in priſtinum. & eum in quo anteq̃ ille emanaſſent quomodo libet erāt ſtatum reſtituimus, reponimus, ac plenariè reintegramus diſtrictius inhibentes, & infra iſta sūt verba formalia dictę bullæ licet principiū ſeu pręfationē illius omiſerim ne opuſculum iſtud nomen proprium opuſculi verbis ſuperfluis amitteret, ſatis.n.mihi viſum fuit ſubſtantialia ſcribere,& quę ad rem propoſitam non faciūt omittere,ne vos lectores tędio quodam afficerem in legendis bullis.verū lectores benigni, quia principalr̄ ī hoc meo opuſculo agitur de prothonotarijs ęquum mihi viſum fuit aliquod de ipſorum nobilitate in fine ipſius perſtringere, vt ipſum veut riuulus quidam eadem met materia claudatur. † Sciendum igitur quòd olim prothonotarij præferebantur epiſcopis,& Archiepiſcopis ſecundum Brixien. in verbo prothonot. & ij quidam erant quatuor prothonotarii, qui vices euangliſtarū gerebant:nam ſicut euangeliſtæ præpoſiti fuerunt ad euangelizandum & deſcribendum opera Chriſti. teſte Hieronymo in prologo euangeliorum,ſic & iſti quatuor prothono.fuerūt præpoſiti ad ſcribendum geſta Papæ, ad quod facit gl. in rub. de tabu.li.10.& varijs nominibus appellantur,curia tamē (vt alia nomina omittam) in literis Papę eos notarios appellat.

10 cap.cum redemptor.12.q.2.& quoniam. † Sunt in dignitate conſtituti l.j.& ibi Bart.C.de mand.princip.l.eadem.§.hac lege.ff.ad legem Iul repe.& tex.in l.j.& 2.C.de princip.li.12.vbi habetur in princip.l.1.præclaram nobilemq́ue militiam ſpectabilium tribunorum notariorum, ideo illuſtres etiam dicuntur propter aſſiſtentiam Papæ,& hoc oſtendit glo. in l.1. de offi.quęſto.vbi glo.ponit.2. ordinem quæſtorum, qui eſt candidatus ſiue cancellarius principi,prępoſitus libris,& ſententiis in ſenatu legendis.l.2.§ deinde.ff.de origi.iur.quod ꝓprie conuenit prothonota.in conſiſtorio apoſtolico.ideo nō eſt mirum ſi præferebātur prælatio autem durauit vſque, ad tempora Pii ſecundi, qui voluit epiſcopos pręcedere, hodie verò huiuſmodi prothonotarii ſunt ſeptem participantes,& defendētes rochetum, & pileū more prælatorum. & fuerūt inſtituti per Clementem primum,& Fabianum ad ſcribendū geſta martyrum,ideo dicūtur prothonotarii, quaſi primi notarii,& his datur locus poſt epiſcopos, huiuſmodi autem nomine cenſentur ad differentiam aliorum notariorum.

HIERONY. GIGANTIS
IVRISC. FOROSEMPRON.
De reſidentia Epiſcoporum.

SVMMARIVM.

1 *Papa à Deo datum eſt, vniuerſalis Eccleſiæ imperium.*
2 *Papa non puri hominis, ſed veri Dei in terris vices gerit.*
3 *Legis virtus conſiſtit non in lege ſimpliciter, ſed in legis obſeruantia.*
4 *Plenitudo adiectione non indiget.*
5 *Proditor dicitur eſſe veritatis, qui non libere veritatem pronunciat.*
6 *Doctores veritatem annunciare debent.*
7 *Mali Principes non ſunt bonis Principibus contumeliæ.*

PROOEMIVM.

LÆtatus ſum in his quę dicta ſunt mihi,quòd in ſacroſancto generali Tridentino Concilio, iuſſu ſanctiſſimi Domini noſtri Pauli III.cōgregato,inter cætera tria principaliter tractanda ſunt. Hæreſum,videlicet extirpatio, Diſciplinę eccleſiaſticæ,ac morum reformatio,& quod tertium eſt, Pax ęterna totius eccleſiæ.Quod & mihi clarius cōſtitit ex illa admodum chriſtiana Reuerendiſſimorum Dominorum Cardinalium,qui ipſi concilio pro ſanctitate ſua, ſanctaque Apoſtolica ſede legati præſident,admonitione, hortationeve ad Patres in prima eiuſdem concilii ſeſſione habita: quam cum ſæpius legerim incredibili,fateor, lætitia affectus ſum: quod tā ſanctū ac pro honore,& ſalute Chriſtianæ religionis maxime neceſſarium opus tam diu à religioſis & chriſtianis mētibus deſideratum fieri cęperit,† res profecto tanto paſtore digna,cui Vniuerſalis eccleſiæ imperium à Deo datū eſt:vt habetur 22.diſt.c.1.& qui Ieſu Chriſti ſeruatoris noſtri, cuius vices in terris gerit,locum obtinet c. Inter corporalia.in princ.

2 uerſi Nō.n.humana,extra,de tranſ.præl. † Et non puri hominis,ſed ueri Dei in terris vices gerens, idem conſiſtorium cū Deo obtinet.c.quanto,eod.tit.& ibi Hoſtien. Cuiuſq; cęptis, vt tam ſanctū,chriſtianumq; opus ad debitum finem perduci valeat,fauebit Altiſſimus,de cuius re agitur valeamus poſt modum cum Eſaia Propheta cap.eius.x.dicere. Laudate cœli,& exultet terra: quia conſolatus eſt Dominus populū ſuū. Verum cum animo ſæpius voluerim, quoniam pacto tanta hæreſium multiplicatio,Diſciplineq́ue eccleſiaſticæ, ac morum deprauatio, noſtris hiſce temporibus inualuerit, ex quibus Reſpub.Chriſtiana nunc tot, tantiſque exagitatur procellis:Id maxime eueniſſe arbitratus ſum,ex eo,quòd epiſcopi,quibus Dominici gregis cura à Deo demandata eſt,illam adeò neglexere, quòd non curent in eorum eccleſijs(ut diuino tenentur iure)reſidere. Cui errori ni opportune occuratur in poſterum,fruſtratoria profectò facile erit(ut arbitror)quæcunq; circa præmiſſa in dicto ſacroſancto concilio fiet reformatio.quę aut debitum non ſortietur effectum,aut ſortitum breui tēpore duraturū eſſe non immeritò dubitari poterit. Nam etſi ſcriptum ſit, quòd id quod ſancta Synodus ſemel iudicauerit,nulli

3 retractationi ſubijciatur.xxiiij.quæſtio.1.capit.maiores.† Virtus tamen non in lege ſimpliciter, ſed in legis obſeruātia conſiſtit,vt habetur Ioan.capitu.7. ibi: Nonne Moyſes dedit uobis legem,& nemo ex uobis facit legem?ex legis.n. cōtēptu cūcta mala proueniunt:eſt enim hominum natura ad malum potius quàm ad bonum prona,vt habetur Geneſis c.6.Cumq; mecum cogitarē aliquid,pro ingenioli mei tenuitate ſcribere,deterrebat me ſubiecti qualitas,quæ uirū longè maioris auctoritatis,quam ego ſim,ſiquidem nulla in me auctoritas eſt, requirere videbatur, onus huiuſmodi meis humeris impar iudicebam: uerebarque inſuper ne detractoris potius quam ſcriptoris nomen mihi ipſi apud aliquos uendicarem:à quo uitio ab ineunte ætate alienus prorſus fui. Vrgebat ex alio Chriſtianæ religionis zelus, qui me ad ſcribendum impellebat, etſi ſcriptum ſit quòd ſuperuacuis laborat impendijs, qui ſolem quæ rit facibus adiuuare, c.ſi omnia.7.q.1. Et inenarrabili ſapientiæ tot tantorumq; patrum in dicto ſacroſancto concilio congre-

4 gatorum nil addi valeat, † plenitudo.n. adiectione non indiget, præallegato c.ſi omnia,& capitu.bene quidem.96.diſtinct. Dū itaq; in dubio qd mihi agēdū eſſet uerſarer, occurrit illud, quod Moyſi dixiſſe Dñm Exodi cap.4.perhibetur: Perge, ero ī ore tuo, & docebo quid loquaris: & ad Paulum, ut habetur Act.capitu.18.idem Dominus dixit.Ne taceas,ſed loquere: ꝓpterea ꝙ ego tecum ſum. Chriſtianæ igitur religionis zelo accenſus,non inanis gloriæ cupidus, nec detractionis ſtudio allectus,breuem hunc noſtrum libellum de Epiſcoporū reſidētia conſcribendum duxi: & ſi ſciam me quā plurimis rem minus gratam facturum,qui potius mundo q̃ Deo ſeruiūt. Nihilominus cū magis nos Deo quàm hominibus placere oportet, iuxta illud Pauli ad Galat. 1. Si hominibus placerem Chriſti ſeruus non eſſem,decreui de Epiſcoporum reſidētia,quę ſentio li

5 bere loqui admonitus à Chryſoſtomo dicēte,† ꝙ proditor dr̄ eſſe veritatis non ſolū qui mendacium aſſeuerat, ſed qui nō libere veritatem pronunciat,quàm pronūtiare oportet,cuiꝰ verba habentur in c.nolite. 11.q.3.& habetur in cap.ſcimus.43.di-

6 ſtinct. † ꝙ doctores nullo modo etiā propter futurā perſecutionem deſiſtere debent, quin veritatem annuntient: præſertim cum melius ſit pro veritate ſupplicium pati,quàm ꝓ adulatione beneficium,ut ad Caſſulanū dicebat Auguſtinus,& tranſūptiue habetur.11.quæſt.3.c.nemo periorū,& ſcriptum eſt in c. quiſquis ead.cauſa & q. ꝙ qui metu alicuius poteſtatis veritatē occultat: Dei iram contra ſe prouocat, cum magis hominem quàm Deum formidet. Vtinamque nō eſſent omnibus,& palā nota tot mala,quæ vndiq; ex epiſcoporum non reſidētia, non ſolū in eorū ſubditorū, ſed in totius chriſtianæ religionis detrimentum proueniunt. Hoc profectò me ad ſcribendum cogit,compellitve a Propheta admonitum,dicente: Exclama, ne ceſſes,& quaſi tuba exalta uocem tuam, cuius verba habentur in c.ſit Rector.xliiij.diſt.Et ut Hieronymi verbis in Sophonia.co.1.ſcribentis contra malos epiſcopos,utar,dicam: Scio me offenſurum plurimos, quòd de epiſcopis hæc interpreter, ſed presbyteri mali,qui Suſannam uiolare cupierunt, cæteros presbyteros,qui bene vixerunt non condemnāt:& mali principes

7 † quos deſcribit ſermo propheticus: non ſint bonis principibꝰ contumeliæ, ſubdens:Stulto enim flagellato inſipiens ſapientior erit. Si autem inſipiens ſapientior fit, quanto magis ille qui ſapiens eſt?Et cum ſcriptum ſit cap.11. ad Coloſſ.& ad Corin.x.Omnia quæcunque facitis,in verbo, aut opere, in nomine patris Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, quod etiam tradit in capit.non licet.xxvj.q.5.& in c.non obſerueris, ead.cā.q.7. Redemptoris noſtri,eiuſque glorioſæ matris nominibus inuocatis deſcendam ad ea,quæ de Epiſcoporum reſidentia ſcripturus ſum.Ex quibus quàm neceſſaria ſit eorundem reſidētia ad ſalutem animarum, cum dominici gregis eorum cuſtodiæ & curę commiſſi, tum ipſorum epiſcoporum facile apparebit. Et primum operepretium eſſe arbitor intelligere unde epiſcopi nomen deſcendat.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus unde dicatur.*
2 *Epiſcopi latinè ſpeculatores interpretantur.*
3 *Epiſcopis nihil ſublimius reperitur.*

4 *Epiſco-*

4 *Epiſcopum, nil aliud quàm epiſcopalia opera deſignant.*
5 *Epiſcopo nihil eſt miſerabilius, quando non ſanctè uiuit.*
6 *Epiſcopi nomen, eſt oneris non honoris.*
7 *Epiſcopi non reſidentes cauſa ceſſante, Peculatores dicuntur.*
8 *Epiſcopi tenentur ſubditorum curam gerere.*
9 *Primatum eccleſiæ concupiſcere, nec ſanctum vtile eſt.*
10 *Tria in epiſcopatu conſideranda ſunt.*
11 *Epiſcopatum appetere propter gradus celſitudinem, præſumptuoſum eſt.*
12 *Epiſcopatum appetere vt proximo proſit eſt laudabile.*

CAP. I.

1 Epiſcopus græcum eſt vocabulū & dicitur ab epi, quod eſt ſupra: & ſcopos, quod eſt inten
dere, inde dictum, quòd ille, qui alijs præficitur, eorum curam
gerere debeat: & epiſcopos ſi uelimus, latinè ſuperintenden-
tes dicere poſſumus: vt intelligat non ſe eſſe epiſcopum qui
præeſſe dilexit, non prodeſſe: verba ſunt Auguſtini. xix. de Ci-
ui. Dei regiſtrata in c. qui epiſcopatum. 8. q. 1. Idem dicit Tho.
2. 2. q. 18. artic. 1. Azo in ſumma. C. de epiſc. & cle. in princ. Ber
ta. in tracta. ſuo de epiſcopo in præludijs col. 2. verſic. Epiſco-
pus dicitur. Nico. de Lira ſuper 1. Pau. ad Philip. & 1. ad Timo.
c. 3. & 1. Pet. c. 2. in fine Archiep. Floren. in ſumma, parte 3. tit.
xix. c. 1. Hiero. ſuper. 1. ad Timoth. cap. 3. Cardina. de Turre cre
mata in c. 1. 84. diſt. col. 1. verſicu. Reſpondeo, & in c. legimus.
col. 4. 93. diſt. & idem in c. fratrem. 96. diſt. & Hiero. in epiſto-
la ad Euagrium. Iſidor. autem in lib. 7. ethimol. cap. 12. cuius
verba recitātur in c. cleros. 21. diſt. dixit, quod epiſcopus ex eo
dicitur, quòd epiſcopus efficitur ſuperintendat, curam videli
2 cet gerens ſubditorum. † Nam epiſcopi latinè ſpeculatores
interpretantur. Eſt enim epiſcopus in eccleſia ſua Speculator
præpoſitus, ideo dictus, ex eo quod ſpeculetur, & proſpiciat
populorum ſub ſe poſitorum uitam & mores. Idem dicit Spe
cul. lib. 1. in prohemio numer. 10. & Archiep. Flo. in ſua ſum-
ma, part. 3. c. 2. Curare igitur debet epiſcopus omni conatu, vt
ea, quæ ex vi nominis (quod aſſumere voluit) agere tenetur,
exequatur: ne tanto ſublimi nomine ſe indignū reddat. Ideo
Ambr. in lib. de dignitate ſacerdotali. cap. 3. de epiſcopo lo-
3 quens dicebat: † Nihil ſublimius Epiſcopis reperiri, vt cum
dignitatem epiſcopatus epiſcoporum oculis demōſtremus,
dignè noſcamus, quod ſumus, & quod ſumus profeſſione,
actione potius quàm nomine demonſtremus: vt nomen cō-
gruat actioni, & actio reſpondeat nomini: ne ſit nomen ina-
ne, & crimen immane: ne ſit honor ſublimis, & vita defor-
mis, ne ſit deifica profeſſio, & illicita actio: ne ſit religioſus
amictus, & irreligioſus prouectus: ne ſit gradus excelſus, & de-
formis exceſſus: ne habeatur in eccleſia cathedra ſublimior,
& cōſcientia ſit humilior: ne locutionem ſimulemus colum
binam, & mentem habeamus caninam: ne profeſſionem mō
ſtremus ouinam, & ferocitatem habeamus lupinā: ne dignè
nobis per Prophetam reſpondeatur à Domino: Populus hic
labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Ergo
fratres ſicut Senatorem Clamys ornat, ſicut agricultura ruſti
cum, ſicut barbarum arma, ſicut nautam nauigationis peri-
tia, & ſingulos quoſque opifices, operis ſui qualitas, ipſos de-
4 monſtrat auctores: † Sic epiſcopum non aliud niſi epiſcopa-
lia opera deſignant. vt ex bono opere magis quàm profeſſio-
ne noſcatur plus eſſe epiſcopus, quàm quod nomine vocite-
5 tur. † Quia ſicut nihil eſſe diximus epiſcopo excellentius: ſic
nihil eſt miſerabilius ſi de ſancta uita epiſcopus periclitetur.
Hæc ſunt Ambroſij Mediolanenſis epiſcopi uerba. Quomo-
do ergo Epiſcopi nomine quiſquam ſe dignū putet, qui pro-
pria derelicta eccleſia, in aliena commoretur diœceſi? relictis
his, quibus ei præeſſe datum eſt, & eorum cura neglecta quo-
6 modo abſens ſubditorū uitam, moreſque ſpeculabitur? † No
runt enim Epiſcopi nomen eſſe oneris non honoris, vt Au-
guſti. dicebat, cuius verba tranſumptiuè habentur in dicto c.
qui epiſcopatum. 8. q. 1. & per Azonem in ſumma. C. de epiſc.
& cleric. & Specul. in tit. de inſtrum. edict. §. decimoquarto.
verſi. de Epiſcopo, in fine.
7 † Eapropter epiſcopos, ſine legitima cauſa non reſidentes,
& fructus, redditus, & prouentus eccleſiarum ſuarum perci-
pientes, iam non amplius ſpeculatores, ſed peculatores ue-
rius dixerim, renuſit enim onus curæ eis competens, & com-
modum illi annexum amplexantur, contra pietatem, chari-
tatem, & iureconſulti ſententiam, dicentis: Non eſt ferendus
is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem illi annexū
8 renuit. † Tenetur igitur epiſcopus ſubditorū curā gerere, quę
vt dixit Archi. in dicto c. qui epiſcopatū. 8. q. 1. eſt vigil ac one-
roſa, & ſollicita cuſtodia animarum alicui commiſſa vt curet
ne pereant, ſed ſaluentur: quæ competit ex lege, vel ex com-
miſſione ſuperioris, aut cōſuetudine præſcriptione approba-
ta: quoniā igitur pacto epiſcopus abſens à ſua eccleſia prædi-
cta adimplebit? quę ſi exequi nolebat epiſcopatū ambire nō
9 debuiſſet. † Ideo dicebat Chriſoſtomus: Primatū eccleſię cō
cupiſcere, nec iuſtum eſt, nec vtile. quis. n. ſapiens vult ultro ſe
ſubiicere ſeruituti & periculo tali, vt det rationē pro omni ec-
cleſia? niſi forte qui non timet Dei iudicium, abutens primatu
eccleſiaſtico ſeculariter: videlicet conuertat eum in ſecularē,
quod vtiq; faciunt pleriq; epiſcopi noſtri temporis: utilitatem
ſolum, & dignitatem amplexantes, & quod in epiſcopatu prin
cipaliter, & finaliter eſt conſiderandum, negligētes, ſcilicet epi
ſcopalem operationem, per quam utilitati ꝓximorū intendit,
10 vt inquit Tho. 2. 2. q. 185. articul. 1. ubi dixit, † ꝙ in epiſcopatu
tria conſiderari poſſunt, quorum unū eſt principale & finale,
ſcilicet epiſcopalis operatio, per quam ſaluti proximorum in-
tēditur, iuxta illud Ioānis ca. vlt. Paſce oues meas. Aliud aūt eſt
altitudo gradus, quia epiſcopus ſuper alios cōſtituitur, iuxta il-
lud Matthæi 25. Fidelis ſerus & prudens, quem conſtituit Do-
minus ſup familiam ſuam. Tertiū, quod in conſequentiam ſe
ad iſta habet, ſcilicet reuerentia, & honor, & ſufficientia tēpo-
raliū, ſecundum illud 1. ad Timoth. 5. qui bene præſunt dupli-
ci honore digni habentur, ſubdēs, quòd epiſcopatum appetere
ratione circunſtantium bonorū eſt manifeſtè illicitum, cū ad
cupiditatem pertineat vel ambitionem: unde contra phari-
ſeos dixit Dominus Matth. 23. Amant primos recubitus in cæ-
nis, & primas cathedras in ſinagogis, ſalutationis in foro, & vo
11 cari ab hominibus rabi. † Appetere autem epiſcopatū ꝓpter
gradus celſitudinem, præſumptuoſum eſſe dicit: unde Domi-
nus diſcipulos arguit, Matth. 20. primatum quærentes, dicens:
Scitis quia principes gentium dominantur eorum, ubi Chryſo
ſtomus dicit, quòd per hoc oſtendit Dominus, quod gentile
eſt primatum cupere, & ſic gentium cooperatione eorum ani
12 mam æſtuantem conuertit. † Sed epiſcopatum appetere ut ꝓ-
ximis proſit eſt laudabile, & virtuoſum: & ſecundum hoc ulti-
mum intelligitur illud Pauli ad Timoth. 3. Qui epiſcopatum
deſiderat, bonū opus deſiderat, pro cuius dicti declaratione vi-
deatur Cardi. in d. c. qui epiſcopatū, & in c. ſunt eccleſia, & vtro
bique Per præpoſitum. 8. quæſt. j. vbi concludunt, quòd non
niſi ut quis alijs proſit, licitum eſt epiſcopatum deſiderare: ex
quo facile percipi poteſt, quàm neceſſarium ſit epiſcopo reſi-
dere in ſua eccleſia, & curam ſibi commiſſi gregis ſuſtinere, ad
quod etiam plura dicit Ambroſius in loco præallegato ad Ti-
moth. 3. Tomo eius 5.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi ex diuini iuris præcepto, tenentur ad animarum curam.*
2 *Reſidentia in epiſcopis eſt de iure diuino.*
3 *Vicarij epiſcoporum non Paſtores, ſed mercenarij ſunt.*
4 *Paſcere oues ſibi commiſſas, eſt epiſcoporum onus.*
5 *Epiſcopus qui Chriſti oues non paſcit: Chriſtum non amat.*
6 *Epiſcopo non reſidere vituperabile eſt.*

Cap. II.

1 Tenentur epiſcopi ex diuini iuris ꝑcepto ad aīarum curā, vt hētur ꝑ Tho. 2. 2. q. 185. art. 5. & ibi
Caietanus Cardi. ſancti Xyſti, qui hūc articulū plenè examinat:
2 concludens, † ꝙ cum epiſcopus iure diuino teneatur ad curā
animarum per conſequens eodem diuino iure reſidere, cum
reſidentia neceſſaria ſit ad curam gregis ſibi commiſſi, datū eſt
enim epiſcopo paſcere Chriſti oues, dicente Domino Paſtori
vniuerſalis eccleſiæ. Paſce oues meas, Ioā. c. ult. non autem di-
xit, Paſcere fac, ſeu paſcere facies, vel curabis ut paſcantur oues
meæ: ſed paſce dixit Petro Dominus, ut oſtenderet per ſe pa-
ſcere oportere, non per alium mercenarium, ut paſſim faciūt
epiſcopi non reſidentes eccleſias ſuas regentes, & gubernan-
3 tes per Vicarios ſeu pauperes epiſcopos titulares, † hi enim nō
Paſtores, ſed mercenarij ſunt, de quibus loquitur Dominus Io-
an. capi. 10. dicens. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus
4 ſuis: † Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius nō ſunt
oues propriæ, videt lupum uenientem, & dimittit oues, & fu-
git, & lupus rapit & diſpergit oues: Mercenarius aūt fugit, quia
mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus. Et ideo hu
iuſmodi onus paſcendi oues ſibi commiſſas proprium eſt per
ſonæ epiſcoporum, qui, ut dicit, Auguſtinus in lib. de Ciuita.
Dei, ad dilectionem proximi uidentur ordinari, cuius curæ ſu-
per intendunt, de quo Thom. 2. 2. q. 184. artic. 7. Et idem Augu-
ſtinus in quolib. dicit, quòd epiſcopi propria & præcipua cura
5 eſſe debet circa cuſtodiam gregis ſibi commiſſi, † & qui Chri-
ſti oues non paſcit, Chriſtum non amat. Hinc Dominus Si-
moni Petro dixit: Simon amas me? cui reſpondenti, quòd ſic,
dixit Dominus: Paſce oues meas. Cùm autem de iure diuino
teneantur epiſcopi ad animarum curam per ſe gerendam, &
in neceſſariam conſequentiam ad reſidendum, cum paſcere
oues Chriſti abſens per ſe non poſſit: & propterea dicebat
6 Cardinal. de Turre cremata in ca. peruenit in prin. 7. q. 1. † qđ ui
tuperabile nimis eſt epiſcopo non reſidere, cum leuitatis & in
ſolentiæ ſit, propriæ eccleſiæ curam deſerere, & per alia loca
uagari, allegat illud eccleſ. 32. Rectorem te poſuere curam illo-
rum habe: ideo non excuſabitur epiſcopus non reſidens legi-

ti ma ceſſante cauſa facit rea. in cap. Pontifices. vij q. 1. dicens,
epiſcopos, qui dominici gregis curam ſuſcipiunt atque ſolici
tudinem ab adminiſtratione eorum diſcedere non oportet,
vt accepti talenti pulchritudo nō deleatur, ſed certamen co-
rum ſalubriter augeatur, & triplicetur fructus.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopi Apoſtolorum loco ſucceſſere.*
2 *Eccleſia appellat epiſcopos patres.*
3 *Epiſcopi habere debent vitæ ſanctitatem.*
4 *Epiſcopi habere debent curæ poteſtatem.*
5 *Epiſcopi eccleſiæ vtilitatem afferre debent.*
6 *Prælati mali ſal infatuatum dicuntur.*
7 *Boni prælati ſunt ſal.*
8 *Epiſcopus eſt totius propriæ eccleſiæ condimentum.*
9 *Epiſcopi dicuntur filij eccleſiæ.*
10 *Epiſcopus quare Patri comparatur.*
11 *Epiſcopus non reſidens quomodo patri comparabitur.*
12 *Epiſcopis per propriam diœceſim vagari non licet.*
13 *Reſidere eſt deſeruire.*
14 *Epiſcopus hoſpitium ſuum, longe à ſua eccleſia non habeat.*
15 *Ignorantia iuris, non præſumitur in epiſcopo.*
16 *Turpe eſt epiſcopo canones ignorare.*
17 *Epiſcopus non reſidens monitus, eſt expellendus.*
18 *Epiſcopus ad reſidendum moneri poteſt etiam à ſuis ſubditis.*
19 *Etiam laicus & fœmina intimare poteſt epiſcopo, vt veniat ad reſiden-
dum.*

CAP. III.

1 Succeſſere epiſcopi Apoſtolorum loco, vt habe-
tur in c. uidētes. 12. q. 1. & in c. In nouo.
21. diſ. & habetur in c. quorum. 68. diſt. Notat Præpoſ. in c. Ac
cuſatio. 2. q. 7. & idem in c. Cor epiſcopi. 68. diſt. Hier. in epiſto
la ad Marcellam aduerſus Montanum, dicens, apud nos Apo
ſtolorum locum epiſcopi tenent. Idem dixit gloſ. Nicolai de
Lira ſuper Ioan. 11. & Actu. Apoſt. 4. Idem dixit Hier. in epiſto
la ad Euagrium Tomo epiſtolarum 2. Et Aug. cuius verba ha
bētur in dicto c. quorum. 68. diſt. exponens illa verba Pſalmi
44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos princi-
pes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui Do-
mine, dicit quod patres miſſi ſunt Apoſtoli: filij nati ſunt &
2 conſtituti epiſcopi: † ſubdēs, quòd eccleſia patres illos appel-
lat, ipſos illa genuit, & conſtituit in ſedibus patrum. non er-
go te putes deſertam, quia non uides Petrum, quia non uides
Paulum, quia non vides per quos nata es: de prole tua creauit
3 tibi paternitas. Hæc ſunt Aug. verba in d. c. quorum † Et ca di
ctis verbis pſalmi prędicti 44. Archi. Floren. in ſua ſumma,
parte 3. titu. 20. cap. 1. Tria notat. Primum, quòd epiſcopi ba
bere debent uitæ ſanctitatem, ibi: pro patribus tuis nati ſunt
4 tibi filij. † Secundum, quod habere debent curæ poteſtatem,
5 ibi: Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. † Tertiū
quod eccleſiæ epiſcopi afferre debent vtilitatem, ibi: memo-
res erunt nominis tui domine. Cùm igitur Apoſtolorum fi-
lij ſint epiſcopi ſecundum Aug. ſententiam, eorum opera &
pręcepta imitari tenentur, iuxta illud Saluatoris noſtri: Si fi-
lij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite, Ioā. c. 8. Et dicebat Hie.
cuius verba tranſumptiuè habentur in c. non eſt. 40. diſt. Nō
eſt facile ſtare in loco Petri & Pauli. & tenere cathedram re-
gnantium cum Chriſto. Non ſanctorum filij ſunt, qui loca
ſanctorum tenent: ſed qui eorum opera exercent, Idem Hie.
ad Heliodorum, de quo habetur in c. non omnes. 2. q. 7. Non
omnes epiſcopi ſunt epiſcopi, ſcilicet merito & re, attende
Petrum: ſed Iudam conſidera, Stephanum ſuſcipe: Nicolaum
reſpice. Non facit eccleſiſtica dignitas Chriſtianum. Corne-
lius centurio adhuc æthnicus dono S. Spiritus mūdatur, preſ-
byteros puer Daniel iudicat: Infatuatum ſal ad nihilum pro
deſt, niſi vt proiciatū foras, & à porcis cōculcetur. pro quorū
verborum declaratione uideri poteſt Ioannes de Turre cre-
6 mat. † Cardi S. Xyſti in d. c. non omnes, vbi inter cætera dixit
quod mali prælati ſal infatuatum dicuntur, allegat illud Mar
ci. c. 9. Si ſal inſulſum fuerit in quo illud condities? & Lucę. 15. ſi
ſal euanuerit, in quo illud condietur? Nec in terra, nec in ſter-
7 quilinio, ſed foras mittendo. † Boni enim inquit prælati ſunt
ſal: per quorum vitam & doctrinam ſalubriter ſubditi con-
diuntur, & præcauent à putrefactione peccati. Hinc ſeruator
Matth. 5. Vos eſtis ſal terræ: ſubdens idem Card. quod cum
prælati euaneſcunt, mala etiam uita & abſque uera & bona
doctrina: ſiunt ſal inſulſum abſque ſapore doctrinæ, & uitæ,
8 vt dicantur ſal infatuatum. † Et dicit Hier. in dialogo Ortho
doxi & Luciferiani, quòd ſicut ſal omnem cibum cōdit, nec
eſt aliquid per ſe tam ſuaue, quod abſque eo guſtum demul-
ceat: ita mundi totius, & propriæ eccleſiæ condimentum eſt
epiſcopus, qui ſi infatuatus fuerit ſiue per negationē, ſiue p hę-
reſim, ſiue p libidinē, & p vniuerſa peccata, à quo alio poterit
cōdiri, cū ipſe fuerit oſum condimētū? Et Amb. in lib. de digni-
tate Sacerdotali, c. 6. ad epm loquens, inquit: Si n. meruiſti talis
poſſidere ſaporē, ut inſipiētū poſſis arua cōdire, cur ſtatuatus ta-
li uitio immundis te porcorum conculcandū pedibus præbui
ſti, ita ut nec alios, nec te ipſum poſſis condire? Hi profectò e-
runt epiſcopi non reſidentes, legitima cauſa ceſſante. Euanuit
nanq; eorum ſal. cum quæ epī propria & ſubſtantialia ſunt ad
implere renuant, uidelicet curam ſibi cōmiſſi gregis gerere, p-
priæ, ac ſubditorum immemores ſalutis. Quō ergo Apoſtolo-
rum loco ſucceſſiſſe tales dicemus Epiſcopos? Quomodo eos
Apoſtolorum filios nuncupabimus, non reſidentes? ſi Apoſto
9 lorum uitam, moresq; non imitenē? † Dicunē epī filij Eccleſiæ
p generationem baptiſmatis, & exhibitionem aliorum ſacra-
mētorum, ac per electionem, & inſtitutionem, & Eccleſia eos
Patres appellat, c. quorum uices. 68. diſtinct. quia cum Apoſto
lorum loco ſucceſſerint, pp eorum prædicationes & miniſte
rium, homines conuertuntur, pullulat, & creſcit Eccleſia: ut in-
quit Præpoſi. in d. c quorum, & ibidem gloſſ. in uerbo. Illos di-
10 xit, † quod Epiſcopus ideo patri comparatus, & Eccleſia filio,
quia ſicut filius ſine patris auctoritate litigare non poteſt. l.
ult. C. de bon. quę liber ſic eccleſia ſine auctoritate ſui prælati.
ut habetur in c. cauſam, & in cap. monachi. 16. q. 1. & quibus
alijs de cauſis epiſcopus dicatur eccleſiæ filius & pater, uide per
Card. in dicto c. quorum uices. qui tripliciter epiſcopi perſonā
11 conſiderat, & bene declarat. † Si ergo epiſcopus pater dicitur
eccleſiæ, quomodo epiſcopum non reſidentem eccleſiæ, pa-
trem eſſe dicemus? ſi eccleſiam ſuā dereliquerit, & illius curā
neglexerit, ad quam iure etiam diuino tenetur ex debito ſui
paſtoralis officij: iam non amplius eccleſiæ pater erit, ſed vitri-
cus appellandus. Et ſi Apoſtolorum loco ſucceſſerūt epiſcopi,
cur Apoſtoli verba nō ſequūtur, dicentis 13. c. ad Rom. Reddi-
te ergo omnibus debita, cui tributum, tributū: cui uectigal, ve-
ctigal: cui timorem timorem: cui honorem, honorem: nemi-
ni quicquam debeatis. Norunt epī ſe in ſuis teneri reſidere ec-
cleſijs, ac illas inſtruere, prudēter miniſtrare, ac monere: ut à ui
tijs caueat, & abſtineat populus. 7. q. 1. c. ſicut veri. epm, & in eo-
rum Eccleſijs diebus feſtiuis in diuinis intereſſe, de conſ. diſt. 3.
c. epſ. quomodo hiſce debitis epī non reſidentes ſatiſfacient? ſi
contra ſacrorum canonum ſtatuta ac diuini iuris præcepta p-
prias eccleſias derelictas habentes, per alienas uagentur diœce-
12 ſes? non ignari, † quòd non ſolum id ſibi uetitū eſt, verum etiā
per propriam diœceſim eiſdem uagari non ſit permiſſum. niſi
uiſitationis gratia, vij. quæſt. 1. c. placuit, & fuit decretum quinti
Carthaginenſis Concilij. & Grego. Papa ut habetur in cap. per-
uenit. 7. quęſt. 1. mādauit Anthemio diacono, q Pigmeniū A-
phicanæ ciuitatis epm in eccleſia ſua non reſidentem, ſed ua-
gātem, moneret, vt in ſua reſideret eccleſia, q ſi id facere moni
tus recuſaret, illum in monaſterium deponeret, & ipſi Grego-
rio ſignificaret: & ibidem dicit Card. quòd uituperabile nimis
eſt epō non reſidere in ſua eccleſia, & leuitatis & inſolentiæ eſ-
ſe, propriæ eccleſiæ curam deſerere, & per aliena loca uagarī,
contra illud eccleſ. 32. Rectorem te poſuerunt, curam illorum
13 habe. † Reſidere enim eſt deſeruire, vt no. in c. cōquerēte, d cle
ri. non reſiden. & habetur per Card. in d. c. peruenit. parum nan
que eſſet reſidere, niſi reſidēs curam ſuæ eccleſiæ haberet, ī qua
perſonatum tenet, c. quia nonnulli. de cleri. non reſident. &
notat Goffred. in ſumma eiuſdem tituli in princ. & Cardi. in d.
c. peruenit. Hinc ſancitum eſt ne epiſcopus hoſpitium ſuum lon
14 ge ab eius eccleſia habeat. 41. diſt. in. c. epſ. † & ſi abſens fuerit per
tres menſes ſine legitima cauſa, & monitus nō reuertatur ī mo-
naſterio, detrudatur. d. c. peruenit, & ibi gl. & docto. & in cap. ſi
quis, ead. 7. q. 1. habetur, quòd ſi epiſcopus ſaltē in feſtiuitatibus
Natalis Domini, Epiphaniæ, & Pentecoſtes in ſua non reſede-
rit eccleſia, à Cōmunione per triennium ſuſpenditur: nec ex-
cuſatur prætextu iuris ignorantiæ, vt uoluit Innoc. in c. cōſtitu-
15 tus, de appella. † Nā in epō ignorantia iuris non præſumitur, c.
cum ſis, & ibi Cardi Zabarella in princ. in 1 not. extra, de con-
16 uer. & coniug. & cū in cunctis, de elec. † Turpe enim eſſet epi-
ſcopo canones ignorare, c. uel non eſt. extra de tempor. ordinā
cum illos ſcire debeat, c. ſtatuimus. 61. diſt. ubi not. per Cardi S.
Xyſti, facit tex. in c. nulli. 38. diſt. & c. omnes, ead. diſt. De iure au
tem ciuili, epiſcopus ſi ultra annum ſine legitima cauſa abſens
ſteterit, ab eius eccleſiæ œconomo illi adminiſtrari expenſæ nō
17 debent. † Immo ſi abſens fuerit, & monitus per literas ſuorum
ſacerdotum non redierit intra tempora à iure ſtatuta ab epi-
ſcopatu eſt expellendus, & alius eo melior in epiſcopatu ordi-
nari conuenit, ut eſt tex. in auc. de ſanct. epiſ. collat. ix. in §. in-
terdicimus, ad idem tex. in §. illud etiam. in auc. quō opor. epiſ.
18 † Et moneri poterit epiſcopus etiam à ſuis ſubditis, ut ad reſi-
dendum redeat in ſua eccleſia, vt in prææallegato capitul. per-
19 uenit. 7. quæſtio. † Quinimò hanc intimationem poterit epi-
ſcopo facere etiā laycus, vt dicit gl. in d. capitu. peruenit, in uer-
bo Deputare, & non ſolum maſculus, ſed etiam fœmina, ut vo-
luit prææallegata glo. Epiſcopo tamen non redeunte ad reſidē-
dum

dum in ſua eccleſia, non poteſt procedi ad electionem alte-
rius epiſcopi eius loco ſine auctoritate illius, qui ad hoc iuriſ-
dictionem habet, vt declarat Præpoſi. in d. c. peruenit, dicens:
Ita procedere, quod habetur in c. qualiter, de cleri. nõ reſidẽt.
Cum inferior in ſuperiorem iuriſdictionem non habeat, c.
cum inferior, de maio. & obediẽt. c. inferior. 21. diſtin. & hoc
etiam tenent Innoc. Hoſt. & Ioan. And. in d. c. qualiter, quos
refert, & ſequitur Card. S. Xyſti in d. c. peruenit. 7. q. 1.

SVMMARIVM

1 *Epiſcopus dicitur caput cleri.*
2 *Epiſcopus dicitur caput ſuæ eccleſiæ.*
3 *Membra langueſcunt capite ſemoto.*
4 *Exercitus fortiſſimi ſine capite ruunt.*
5 *Petitio exemptionis per quam membra à capite ſeparantur, non eſt ſignanda.*
6 *Caput eſt pretioſius cæteris membris.*
7 *Vulnus capitis mortale cenſetur.*
8 *Locus dicitur religioſus, vbi caput eſt ſepultum.*
9 *Sanctorum feſta ibi celebrantur, vbi eorum capita reperiuntur.*

Capitulum IIII.

1 Dicitur Epiſcopus caput cleri, ſicuti Poteſtas dicitur
caput laicorum, vt inquit Bart. in l. nulli. ff. ꝙ
cuiuſcunq; vniuer. nomine: Dicitur & caput ſuæ diœceſis, cu-
ius membra ſubditi dicuntur, vt not. in cap. cum non liceat.
de præſcript. vbi Abb. in 1. no. & habetur per Bertach. in præ-
ludijs ſui tracta. de Epiſcopo. col. 2. in fin.
2 † Dicitur & caput ſuæ eccleſiæ non interius influendo, ſed
exterius gubernando eam, ſicut caput naturale dirigit per
ſenſus in eo abundantes, cætera eiuſdem corporis membra,
vt inquit Card. S. Xyſti. vij. q. 1. in c. non autem, col. j. verſic. Ad
primum, & inquantum eſt epiſcopus caput ſuæ eccleſiæ, pro-
uidere debet, & ſollicitus eſſe, vt pax & vnitas ſeruetur inter
ſuos ſubditos, de qua ſollicitudine dicitur ad Ephe. 3. ſollici-
ti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis Card. in cap. 1. 2.
colum. verſ. 8. Epiſcopus. 84. diſt. Quomodo ergo epiſcopo in
ſua eccleſia non reſidente, ſpiritualibusque relictis operi-
bus, & negocijs ſecularibus forſan incumbente ſtabit clerus,
3 eccleſia, & diœceſis ſine capite? † Langueſcunt etenim mem
bra, & putrida fiunt capite ſemoto. Vnde Gregorius in ſuo
paſtorali, c. 18. de epiſcopis loquẽs, qui ſpiritualibus operibus
relictis ad ſecularia ſe conuertunt, prout non reſidentes epi-
ſcopi ſæpe faciunt, inquit: Voluptatem nanque cenſent, ſi
actionibus deprimuntur: laborem reputant, ſi in terrenis ne-
gotijs non laborant: ſicque fit vt dum ſe urgeri mundanis tu-
multibus gaudent, interna quæ docere alios debuerant, igno
rent: vnde ſubditorum quoque vita torpeſcit, quia cum pro-
ficere ſpiritualiter appetit in exemplo eius, qui ſibi Prælatus
4 eſt, quaſi in obſtaculo itineris offendit: † languente enim capi
te membra incaſſum vigent. Videmus & fortiſſimos exerci-
tus plerunque cum ſine capite ſunt ruere, & facillime diſſipa-
ri. Hinc dicebat Gregorius in dicto ſuo paſtorali, eod. 18. c. ꝙ
in exploratione hoſtium fruſtra exercitus ſequitur ſi ab ipſo
duce itineris erratur: quanto magis id fiet, quando duce, & ſic
capite carebit.
5 † Et adeo caput neceſſarium eſt, & illi membra reſponde-
re tenentur, quòd dicebat Roman. in conſ. 37. quòd petitio
exemptionis ſuperiori facta, per quam membra à capite ſepa-
rentur non eſt ſignanda, ſeu concedenda. Hinc ſancitum eſt,
quòd ſubditus contra prælatum obedientiam non præſcribit.
c. cum non liceat, & ibi doct. de præſcri. vbi not. Abb. in 1. no.
6 † quòd caput cæteris membris eſt pretioſius, & nobilius: &
de capitis excellentia uideatur Bal. in c. 1. §. ad hæc de pac. iu-
7 ramen. firmand. in vſib. feudor. † Et aliàs dicitur, quòd vul-
nus capitis mortale cenſetur c. ſignificaſti, el. 2. de homic. Et
caput principale hominis membrum eſt, L. cum in diuerſis,
& ibi Bart. ff. de relig. & ſumpt funer. Et propterea dicit tex. 1.
q. 1. in c. Illi conferunt, in fine, quòd amputato capite fruſtra
iactat quis habere reliqua membra.
Et vbi ſolum caput eſt ſepultum, & non vbi reliqua mem-
8 bra, † locus religioſus dicitur. d. l. cum in diuerſis, & l. oſſa. ff.
de relig. & ſumpt. funer.
9 † Et ſanctorum feſta ibi celebranda ſunt, vbi illorum capi-
ta reperiuntur. Et vbi eſt Papa, qui Vniuerſalis eccleſię caput
eſt, ibi intelligitur eſſe tota eccleſia, vt dixit Bald. in d. l. cum
in diuerſis, & capite dolente, cætera membra languent. 5. q. i.
c. Verum: Nec quis eſſe poteſt ſine capite, nam acephalus eſ-
ſet, tex. cum glo. in c. nulla ratione. 93. diſt. Quonam igitur pa-
cto, clerus, diœceſis, & eccleſia ſe habere poterint epiſcopo
ſuo capite abſente? Cõſiderent quęſo, cõſiderent epiſcopi cõ-
tra quos Chriſoſt. homel. 86. ex cap. Matth. 26. in 2. Tomo ait,
Cũque oporteat ipſos animarum habere curam noſtrarum,
hoc prætermiſſo illi ſollicite curant, quæ publicanis, quæſto-
ribus, atq; villicis curãda ſunt, de his quotidie cogitãt, & pui-
gilant, ſubdens: hoc non fruſtra deploro, ſed ut & harum rerũ
mutatio quædam in melius fiat.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus dicitur Vicarius Dei.*
2 *Epiſcopus non reſidens, quomodo Chriſti Vicarius erit?*
3 *Epiſcopi dicuntur Vicarij Chriſti, quia Apoſtolorum loco ſucceſſere.*

Cap. V.

1 Dicitur Epiſcopus Vicarius Dei in terris. 33. q. 5. c. cum
caput, c. unico. §. ad exhibendũ, de ſacr. unct. ꝙ
verũ eſt in ſua diœceſi tantũ, & ſic eſt particularis Dei Vicarius.
Papa autem eſt uniuerſalis Dei Vicarius, in toto orbe terra-
rum, vt not. Hoſtien. in ſumma, in titu. de offi. legat. in § quòd
pertineat, verſi. in ſumma, & Alberic. in rub. C. de epiſc. & cler.
& habetur in c. ad honorem, de auc. & vſu. pal. & in ca. decreto.
2. q. 7. ad idem textu. 34. q. 5. c. Adam, & c. mulier, ubi not. Car-
2 din. in fine. † Quomodo Dei Vicarius erit epiſcopus non reſi-
dens, ſi Chriſti oues deſerat? & illarum curam ſibi diuino iure
demandatam, negligat? dicente Domino: Qui diligit oues
meas, me diligit. Ideo dicebat Chryſoſtomus in oratione de
beato Philogenio Tomo 3. de Epiſcopo loquens. Vide igitur
quàm multa propter hunc gregem paſſus ſit Chriſtus, Homo
factus eſt: ſerui formam aſſumpſit, conſputus eſt, alapis cæſus
eſt, poſtremò ne mortem quidem recuſauit, & ignominioſiſ-
ſimam, quin & ipſum ſanguinem effudit, itaque ſi quis uolue-
rit illi commendatus eſſe, curam habeat ouium illius, publi-
cam quærat utilitatem, fratrum ſuorum ſaluti proſpiciat, nul-
lũ enim officiũ hoc Deo charius eſt. hęc ſunt Chriſoſtomi ver
ba, ex quibus facilè norit epiſcopus, non reſidens, iuſta ceſſan-
te cauſa, quàm pernitioſam rem agat proprię ſaluti, non reſi-
dendo in ſua eccleſia. Quid enim homini prodeſt ſi totum mũ
dum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? ut habe
tur Marci capitu. viij. Quomodo igitur Chriſti Vicarius dice-
tur epiſcopus non reſidẽs, cum Chriſti, cuius uices gerit, actio-
nes non imitetur? & illius dogmata adimplere recuſet? gre-
gem videlicet ſuum regere, & illius curam habere? Scriptum
eſt enim Actu. Apoſtolorum, cap. xx. Attendite uobis, & vni-
uerſo gregi, in quo uos Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos rege-
re eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. † Vicarij Dei
3 dicuntur Epiſcopi, quia Apoſtolorum loco ſucceſſere. Ideo
dicitur, quòd qui eos & eorum uerba recipit, Deum recipit:
qui autem eos ſpreuerit, eum, à quo miſſi ſunt, ſpernit: & ipſe ĩ-
dubitanter ſpernetur à Domino, ut habetur in capit. in nouo.
xxi. diſtinct. hæc reſidentibus epiſcopis & curam ſibi commiſſi
gregis gerentibus conueniunt, hi enim Domini mandata ad-
implent, & Dei Vicarij meritò nuncupandi ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus nuncupatur legatus Chriſti.*
2 *Epiſcopus non ſuſtinens curam ſuarum ouium Chriſti legatus non dicetur.*
3 *Epiſcopus ignorans chriſtianæ fidei doctrinam, Chriſtum ignorare dicitur.*
4 *Epiſcopus, iuſta ceſſante cauſa, non reſidens, dicetur Antichriſti legatus.*

Cap. VI.

1 Nuncupatur epiſcopus legatus Chriſti & ſpiri-
tualis pr̃, Clemẽ. Si qs de Pẽ. no. Præ
poſit. in c. in nouo in prin. 21. diſt. & in c. Sicut vir. 7. q. 1. ubi Car
din. Turre cremar. in fine dicens, quòd Epiſcopi legati Chriſti
ſunt, in quorum perſona dicitur 2. ad Corinth. 5. Pro Chriſto
legatione fungimur. Idem dixit Speculat. in titul. de legat §. 1.
vbi inquit, quòd epiſcopi Chriſti legatione funguntur: unde
qui eos perſequitur, Chriſtum perſequi dicitur. allegat. vij. q̃ſt.
1. cap pi. omnis qui. Idem dixit Barbat. in tract. ſuo de præſtant.
Cardina. quæſt. 1. primæ partis numero. 18. & num. 49. Quomo-
do igitur dicemus Chriſti legatione fungi epiſcopum non reſi
dentem, & curam ſibi commiſſi gregis negligentem? Chriſti
enim mandata tenuit adimplere qui Ioan. capitu. ultimo. Pe-
tro, dixit, Paſce oues meas, & ut nos ſaluos faceret nõ recuſauit
2 mori, gregem ſuũ ſuo precioſo ſanguine redimens. † Num igi
tur epiſcopus Dominici gregis curam ſuſtinere renuẽs Chriſti
legatus dicetur? cum illius actiones non imitetur, quæ noſtræ
ſunt inſtructiones, ſed illius gregẽ, cuius curã aſſumpſit, aberra
re permittat, quẽ docere tenetur, Chriſtianæ fidei doctrinam
25. diſtinc. c. audire, 86. diſtin. cap. cum multa, & ſi ſciat & illam
docere nolit, non eſt cõſectandus. 36. diſt. ca. omnes ad finem.
3 † Si verò illam ignoret, Chriſtum ignorare dicitur. 38. diſt. c. ſi
iuxta, & Chriſoſtomus in lib. de ſacerdotio dicebat, ꝙ opor-
tet epiſcopum in ſingulos dies ſementem facere, ut ipſa ſal-
tem aſſuetudine doctrinæ ſermonem auditorum animi reti-
nere poſſint: & Aug. in homelia de Paſtoribus, de epiſcopo lo-

quens,inquit:Cum ergo Præpoſiti ſint,ad hoc,vt his,qui ſubiecti ſunt conſulant,non in eo,quòd præſunt omnino vtilitatem ſuam attendant:ſed eorum quibus miniſtrant Quiſquis præpoſitus eſt vt in eo,quòd præpoſitus ſit gaudeat, & honorem ſuum quęrat,& commoda ſua ſola reſpiciat:ſe paſcit nō
4 oues.† Epiſcopus igitur in ſua eccleſia,iuſta ceſſante cauſa nō reſidens,non amplius Chriſti ſeruatoris noſtris legatus dicetur,ſed Antichriſti.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi, quare arietes dicantur.*
2 *Epiſcopi vita irreprehenſibilis eſſe debet.*
3 *Paſtores,quando dicantur limpidiſſimam aquam bibere.*
4 *Caput ſubditorum ſunt omnes qui præſunt.*
5 *Nemo plus nocet in eccleſia Dei quàm malus prælatus.*
6 *Peccatum prælati eſt infirmitas capitis.*
7 *Peccatum prælati eſt error paſtoris,qui toti gregi nocet.*
8 *Peccatum prælati eſt error magiſtri.*
9 *Error prælati,eſt error medici.*

CAP. VII.

1 Dicuntur epiſcopi Arietes, quia per eorum exēpla gradientes populum quaſi ſubſequentes ouium greges trahunt, vt dixit Archiep. Floren. in ſua ſumma parte 3.titu.xxxi.cap.10.§.2. ſubdens, quòd epiſcopi ſunt Arietes ſpirituales, patres eccleſiarum & duces gregum. ad idem text.in cap.ſciſcitaris.7.queſt.1.
2 † Ideo Epiſcopi vita irreprehenſibilis eſſe debet, vt dixit Apoſtolus ad Timoth.1.capi.3.vbi dixit, quod oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe,vnius vxoris virum,ſobrium, prudentem,ornatum,pudicum,hoſpitalem, doctorem, non vinolentum,non percuſſorem:ſed modeſtum, non litigioſum,non cupidum: ſed ſuæ domui bene diſponentem: filios habentem ſubditos,cum omni caſtitate, ſubdens:oportet autem illum & teſtimonium habere bonum, ab his qui foris ſunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli: nec debet contraria his, quæ prædicat facere: ſiquidem eorum vita vt ſpeculū ſubditis eſt. Ideo Gregorius in ſuo paſtorali in 1 parte.cap.2.epiſcopos arguens dicebat:Sunt nonnulli,qui ſolerti cura pręcepta perſcrutantur, ſed quæ intelligendo penetrant,viuendo conculcant:repente docent quę non opere, ſed meditationem didicerunt: & quod verbis prædicant,moribus impugnant, Vnde fit vt cum paſtor per abrupta graditur, ad precipitium grex ſequatur Subdens: Hinc nanque Dominus per Prophetam contra contemptibilem paſtorum ſcientiam quæritur,dicens: cum ipſi limpidiſſimā aquam biberitis,reliquam pedibus veſtris turbabatis,& oues meæ quæ conculcatæ pedibus veſtris fuerant paſcebantur, &
3 quæ pedes veſtri turbauerant,hęc bibebant:dicens idem Gregorius, † quòd Paſtores aquam limpidiſſimam bibunt, cum fluenta ueritatis rectè intelligentes hauriunt: ſed eandem aquam pedibus turbare eſt, ſanctæ meditationis ſtudia male uiuendo corrumpere: quam eorum pedibus turbatam oues bibunt, cum ſubiecti non ſectentur verba, quę audiunt: ſed ſola quæ conſpiciunt exempla prauitatis imitentur. Subdens,quòd qui ad ſanctitatis ſpeciem deductus vel verbo cæteros deſtruit, vel exemplo: melius fuiſſet vt hunc ad mortem ſub exteriori actu terrena acta conſtringerent,quàm ſacra officia in culpa cæteris imitabilem demonſtrarent.Et idē Gregorius in dicto ſuo paſtorali cap.3. Epiſcopum admonet ne temere ſacra regimina viribus impar adeat,ne per concupiſcentiam culminis ducatum ſuſcipiat perditionis:Et idem Gregorius in eodem ſuo paſtoral. ca.9.in prima parte de Epiſcopo loquens,inquit:Cum regimen ſuſcipit attendat ne per exemplum praui operis phariſæorum more ad ingreſſum regni tendētibus,obſtaculum fiat: quia iuxta Magiſtri uocē,nec ipſi intrant:nec alios itrare pmittūt.Subdēs,ꝙ cōſiderare dēt eps, ꝙ cū cām populi electus ſuſcipit, quaſi ad ęgrū medicus accedit,inquiens: Si ergo adhuc in eius corpore paſſiones uiuunt,qua præſumptione percuſſo mederi properat, qui in facie vulnus portat:& in capi.12.eiuſdem operis dicebat idem Gregorius, quòd tantum debet actionem populi, actio tranſcendere epiſcopi:quantum diſtare ſolet à grege, uita paſtoris. Et idem capitu.loco præallegato, inquit: Sit rector operatione præcipuus, vt vitæ uiam ſubditis bene viuendo denunciet: & grex, qui paſtoris uocem moreſque percipit, per exempla, melius quàm per verba, gradiatur, ſubdens inferius: illa nanque uox libentius auditoris cor penetrat: quàm dicentis uita cōmendat, qui quod loquendo imperat: oſtendendo adiuuat, ut fiat,& idem c.18.eo.lib.dicit,† Caput nan
4 que ſubditorum, ſunt omnes, qui præſunt, & vt recta pedes valeant itinera carpere: hoc proculdubio debet caput ex alto prouidere, ne à prouectu ſui, in itinere pedes torpeant:cum curuata rectitudine corporis,caput ſeſe ad terram declinat,ſubdens:Sic itaque Paſtores erga interiora ſtudia ſubditorum ſuorum feruceant:quatenus in eis exterioris uitæ quoq; prouidentiam non relinquant, nam quaſi iure à percipienda prædicatione gregis animus frangitur,ſi cura exterioris ſubſidij à paſtore negligatur. Et magnus eſt in populo error cum epiſcopus errat,qui alios docere & corrigere debet,vt dicebat Hiero.in Dialogo Luceferiani & Orthodoxi,qui habetur in 2.
5 Tomo epiſtolarum eiuſdem. Inde dicitur † quòd nemo plus nocet in eccleſia Dei,quàm malus prælatus, vt inquit Gregor. in præallegato Paſtorali ſuo in prima parte,capit.2.ubi de hoc duæ aſſignantur rationes,Prima:quia nullus audet eum redarguere,propter ordinis & dignitatis excellētiam & reuerentiā. Secunda; quia alijs ab eo exemplum ſumunt delinquendi. Et ad probandam præmiſſam concluſionem, videlicet quod nemo plus nocet in eccleſia Dei,quàm malus prælatus, Cardi.S.
6 Xyſti in capitu.nemo.83 diſtin.quatuor aſſignat rationes.† Primam:eam peccatum prælati,eſt infirmitas capitis:quæ plus nocet toto corpori, ꝗ̄ infirmitas cuiuſcunque particularis membri,cum capite languente cętera corporis membra inficiātur. vi.q.1.c.verū, & c.ex merito, facit ad hoc illud Poeiæ, dum ca-
7 put ægrotat, cętera membra dolent,† Secundam rationē eſſe dicit quia pręlati peccatum eſt error paſtoris: qui toti gregi eſt periculoſus.ait enim Gregor.in regiſtro. Languente Paſtore, grex inſidiatoris dentibus laniandus exponitur. vij.q.1.capitu
8 quamuis.† Tertiam adducit rationem:quia peccatū pręlati eſt error magiſtri & doctoris: cuius vitium & errores, facillim. diſcipuli ſequūtur.Hinc eſt ꝙ illius error ualde periculoſus ee ſecundum Greg.& habetur in capitu.precipue.xi. q.3.vbi dicit tur:ꝙ ſcire debēt ṗlati tot mortibus ſe dignos eſſe, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla trāſmittunt.† Quartam ratio-
9 nē inquit eſſe:qnia error prelati,eſt error medici, qui dū dēret uitę medicamē exhibere ſubditis:mortis exhibet exēpla. Ideo ſubditorum errata prelato imputantur.1.q.1.c.quicquid. Et ideo dicebat Leo Papa,vt habetur in c.miramur. 61.diſt.quod integritas prẽſidentium,ſalus eſt ſubditorum. Quot autem modis malus pręlatus nocere dicatur:uidendus eſt Card. in pręalleg. cap.nemo.83.diſtin.

SVMMARIVM.

1 *Baculus epiſcopi quid ſignificat.*
2 *Epiſcopus dicitur Paſtor Dominici gregi.*
3 *Epiſcopi reſidentes boni,non reſidentes mali dicuntur Paſtores.*
4 *Epiſcopi non reſidentes ſemetipſos,non gregem paſcunt.*
5 *Paſtor non excuſatur ſi lupus ouem comedit,& ipſe dicat hoc neſcire.*
6 *Epiſcopus tenetur Deo rationem reddere pro animabus male cuſtoditis.*
7 *Curuitas baculi Epiſcopalis,quid ſignificet.*
8 *Baculus epiſcopi deſignat curam gregis.*
9 *Epiſcopus propter aliquam perſecutionem,non poteſt gregem ſuum derelinquere.*

CAP. VIII.

1 Aſsignatus eſt epiſcopo baculus, per quem ſignificat cuſtodia,ꝗ̄ ut Paſtor hēre dēt̄ grege ſibi cōmiſſo,ut dixit Archidiac. c.diſciplina. 45.diſtinct. Sunt enim epiſcopi poſiti ad aliorum cuſtodiam & curam,cap.cum in cunctis,in princ.de elect.ideo ſunt cuſtodes ſubditorū ſuorum,ſicut Paſtores ouium ſuarum. de quibus Augu. ſuper illis uerbis Pſalmi.Qui habitat,Angelis ſuis mandauit de te ut cuſtodiant &c.dicit.ꝙ epiſcopis ideo altior locus poſitus eſt,ut ipſi
2 ſuper intendant: & populum cuſtodiant.† Hinc dicitur epiſcopus Paſtor Dominici gregis,de quo Eccleſ.capit. xviij. Qui miſericordiam habet,docet & credit,ſicut Paſtor, gregem ſuū & Eſaię.xl.dicitur,ſicut Paſtor gregem ſuum paſcet. Vnde epiſcopis dicitur. Act.xx. Attendite uobis & vniuerſo gregi, in quo poſuit uos Spiritus ſanctus regere eccleſiam Dei. & 1. Petri,ca.5.dicitur,Paſcite eum qui in uobis eſt gregem.& dicebat Hieron.ſuper illud ad Epheſ. 4. Qui non ędificat eccleſiam Chriſti, nec plebem ſibi ſubiectam inſtruit, ut ſubiecto populo eccleſia Chriſti conſtruatur; nec Apoſtolus, nec Propheta,nec Euangeliſta,nec Paſtor, nec Magiſter eſt appellandus.
3 † Et ſicuti Epiſcopi in eorum reſidentes eccleſiis, & curam ſibi commiſſi gregis gerentes, boni dicuntur Paſtores: ita non reſidentes,mali Paſtores appellandi,ſunt,de quibus Hiero. loco pręallegato ad Epheſ.4. ſic loquitur. Nonne uidentur uobis falſi eſſe Paſtores,qui non paſcunt oues,cum diſciplina,ſed quaſi mercenarii,nequaquam gregis ſalutem cogitant? quòd erraraiut non conuertentes, quod periit non quęrentes; ſed tantummodo de ouibus lac & lanam, cibum videlicet & ueſtimenta capientes? Non reſidentes epiſcopi ſemetipſos non gregem ſibi commiſſum paſcunt, de quibus Ezechiel cap.

cap. 34 dicitur, Væh paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos, Nonne greges paſcuntur à Paſtoribus? Et inferius ibidem dicitur, Lac comedebatis & lanis operiebamini: gregem autem meum non paſcebatis, Quod infirmum fuit, non ſolidaſtis: quod ægrotum, non ſanaſtis: quod fractum, non alligaſtis: & quod errabat non reduxiſtis; quod perierat, nō quæſiſtis: & diſperſæ ſunt oues meæ, ea eo quod non eſſet Paſtor, Et dixit Dominus: Ecce ego ipſe requiram ſuper Paſtores gregē
5 meum, † & de manu eorū. Nec accuſatur Paſtor ſi lupus oues comedit, & ipſe dicatur id neſcire. cap. quamuis, extra de regul. iur. Et ibi glo. in uerbo Paſtor, dixit quod Paſtor ſeu Prælatus īquirere & corrigere debet ſubditorum exceſſus, aliàs ſanguis eorum de prælatorum manibus requiretur. c. Irrefragabili, de offi. ordin. 1. reſpon. c. vlt. de regul. & c. cum ad monaſterium §. vlti. de ſtat. regular. & de accuſatio. cap. qualiter & quando §. penult. & glo. in c. niſi cum pridem. §. verum in glo. in verbo
6 deſigendo, † de renuncia. quæ dixit, quod epiſcopus tenetur reddere rationem Deo pro animabus ſibi commiſſis ſi male cuſtodierit oues ſuas.

Archiepiſcopus Floren. in 3. parte ſuæ ſummæ titu. 20. cap. 2.
7 §. 9. † dicit quòd baculus Paſtoralis epiſcopi deſignat, quæ ad Paſtoris officium ſpectant. Nam curuitas, quæ eſt in capite baculi ſignificat, quòd epiſcopus debet uagos colligere. Per ſtipitis rectitudinem ſignificatur, quòd infirmos ſuſtentare debeat: Per ſtimulum, qui eſt in pede ipſius baculi ſignificatur, quòd epiſcopus debet pungere & ſollicitare lentos & pigros: Gloſ. autem ordinaria in cap. pri. Pauli ad Tit. dicit quod baculus epiſcopi ab inferiori pungit, & in ſummo ad exteriora extenditur in ſe rediens, quia epiſcopus gladio uerbi pungere debet, id eſt aſpere redarguere peccantes: quòd eſt ex inferiori natura, & correctos in anteriora dirigere: ita tamen ad propriam conſcientiam ſui redeat conſideratione, ſi fortè in ſe habeat, quæ alijs annunciat.

8 † Vnum eſt quòd huiuſmodi baculus ſubſtantialiter deſignat curam, quam de ſuo grege habere debet epiſcopus, qui
9 adeo huiuſmodi curæ obnoxius eſt, † quod propter aliquam perſecutionem non poteſt gregem ſuum deſerere. cap. ſciſcitaris. 7. q. 1. facit illud Ioan. 10. vbi ha habetur quod ille eſt mercenarius, non uerus Paſtor, qui lupum uenientem uidet, & dimittit oues & fugit. Et quàmuis contrariare videatur quod dixit Dominus Apoſtolis, quorum loco vt ſupra vidimus epiſcopi ſucceſſere, dicitur enim Matth. 10. ſi uos perſecuti fuerint in vna ciuitate, in aliam fugite. Tamen circa hoc Thomas 2. 2. q. 185 articu. 4. dicit quòd epiſcopi obligant ſe ad exequendum paſtorale officium propter ſubditorum ſalutem. Ideo vbi ſubditorum ſalus exigit præſentiam Paſtoris: eo caſu Paſtor gregem ſuum perſonaliter deſerere non debet, nec propter aliquod temporale commodum, nec minus propter aliquod perſonale periculum: cum bonus paſtor animam ſuam ponere debeat pro ouibus ſuis. Quando verò ſubditorum ſaluti prouidere poſſet per alium, tunc paſtori. & ſic Epiſcopo licet propter aliquod eccleſiæ commodum vel perſonæ ſuæ periculum, gregem ſuum deſerere. Et propterea Auguſtinus in epiſtola ad Honoratum dicebat: Fugiant de ciuitate in ciuitatem ſerui Chriſti, quando eorum quiſque a perſecutoribus ſpecialiter quæritur, vt ab alijs qui non ita quæruntur, non deſeratur eccleſia. Hunc tamen articulum vtrum & quando liceat epiſcopo per aliquam perſecutionem ſuam relinquere eccleſiam, & ab ea ſe abſentare, latè examinat Thomas d. parte 2. 2. q. 185. articu. 4. Et ibidem Caietanus Cardi. Nicolaus de Lira ſupra Matth. 10. Ioan. de Turrecremata Cardi. S. Xyſti in d. cap. ſciſcitans. 7. q. 1. quorum dicta nunc omittam referre, quia de hoc latius dicetur infra in illa quæſtione, an licitum ſit epiſcopo ex cauſa non reſidere, de qua infra capitu. 17. Et vtinam tota difficultas in hoc conſiſteret. Tot enim morboſæ oues non reperirentur, ſi epiſcopi in eorum reſiderent eccleſijs, & curam commiſſi ſibi gregis, vt tenentur, haberent: & tantummodo quærendum eſſet, Vtrum legitima eos cauſa a reſidentia excuſaret.

S V M M A R I V M.

1 *Mitra quam gerit epiſcopus, quid ſignificet.*
2 *Appendentia mitræ quid deſignent.*
3 *Nil eſt difficilius & periculoſius, quàm epiſcopi uita.*
4 *Deus epiſcopos ſuo reſeruauit iudicio.*
5 *Malus prælatus, coruo æquiparatur.*
6 *Epiſcopus non eſt Dominus, ſed diſpenſator fructuum ſui epiſcopatus.*
7 *Epiſcopus gregem ſuum renuens paſcere, paſtorem ſuum conuincitur non amare.*
Epiſcopus ſurripiens quod pauperibus eſt dandum, omnium prædonum ſuperat crudelitatem.
8 *Epiſcopi, pauperes adiuuare debent, protegere & ſublenare.*
9 *Epiſcopus retinens aliquid de eo quod eſt pauperibus erogandum, mortaliter peccat.*
10 *Res eccleſiæ, quibus caſibus licitè alienentur.*

Capitulum IX.

1 Mitram gerit epiſcopus bipartito cornu, q̄ ſignificat vtriuſque teſtamēti veteris & noui diſciplinā, q̄ in epiſcopo eſſe debet, vt dixit. Archid. in cap. diſciplina in fine 45. diſtinc. & habetur per Archiep. Florent. in ſua ſumma parte 3. titul. xx. capitu. 2. §. 9. Ioannes de Turrecremat. Cardin.
2 & Præpoſit. in dicto cap. diſciplina. in fine. † Appendentia autē mitræ, duo ſignificare poſſunt, vt inquit idē Archiepiſc. uidelicet expoſitiones doctorum, quæ ſunt ſecundum duplicem ſenſum, uidelicet literalem & ſpiritualem. Ideo talis ſcientia eſſe debet in epiſcopo, ut ſibi ſubiectos rectè regere & gubernare habeat, ne à vera Chriſtiana religione aberrent, vt caſtè & honeſtè uiuant, à malo caueant, præſertim ab hæreſum labe, & ſi fortè ceciderint, reſurgant eius admonitionibus correctionibusque. Oportet igitur epiſcopum importunè & ſine intermiſſione eccleſiam docere, eamq; prudenter regere & gubernare, ut à vitijs ſe abſtineat: ad hoc ſalutem cōſequi poſſit æternam. Eccleſia autem cum ſumma reuerentia, ſui epiſcopi doctrinam ſuſcipere debet, illumque amare, ac uti Dei Legatum & ueritatis præconem diligere: ut habetur 7. quæſt. 1. capit. Sicut vir §. epiſcopum. Prædicta omnia quomodo adimpleri poſſunt ab epiſcopis non reſidentibus, ipſi conſiderent epiſcopi, de quorum re agitur, de eis enim ſcribens Auguſtinus ad Valerium dicebat: Ante omnia peto ut cogitet religioſa prudentia tua, nihil eſſe in hac uita & maxime hoc tempore facilius & leuius, ac hominibus acceptabilius epiſcopi aut presbyteri & diaconi officio, ſi perfunctoriè atq; adulato
3 riè res agatur: ſed nihil apud Deum triſtius & dānabilius. † Subpens nihil eſſe in hac uita & maxime hoc tempore difficilius, laborioſius, ac periculoſius epiſcopi presbyteri, aut diaconi officio: ſed apud Deum nil beatius, ſi eo modo militet epiſcop9, quo noſter Imperator præcepit. vt habetur in ca. ante omnia. 40 diſtin. Ex his patet oportere epiſcopum Chriſti Imperatoris noſtri dogmata ſequi eiuſq; mandata ſeruare, quod facientes
4 ueri epiſcopi ſunt, an aūt id faciant epiſcopi non reſidentes in eorum epiſcopatibus ipſi iudicēt, vel potius Deus omnipotēs, qui eos ſuo reſeruauit iudicio c. Accuſatio. 2. q. 7. & 6. q. 1. capi. oues, in princ. propterea dicebat Auguſtinus in homil. vij. q̄d non omnis epiſcopus, qui dicit Pax uobis, quaſi columba eſt audiendus: cum corui de morte paſcantur, cuius verba re
5 giſtrata ſunt in capit. non nominis. 2. q. 7. vbi gl. in uerbo † Corui, dicit quòd coruo æquiparatur malus prælatus. Idem habetur in c. Sicut, ead. & cauſa & q. & dicit Cardi. S. Sixti in d. cap. non omnis. quòd bonus prælatus columbæ, malus aūt coruo comparatur. De iſtis epiſcopis, qui nomine tantum, non autem re epiſcopi ſunt. loquitur Aug. dicens, qui nec regiminis ſui in ſe rationem habent, nec ſua detegunt delicta, nec filiorū crimen corrigunt, canes impudici magis quàm epiſcopi dicēdi ſunt, cuius uerba tranſumptiuè habentur in capitu. qui nec regiminis. 2. q. 7. debent enim epiſcopi ſicut alios dignitate præcellunt: ita & religione præcellere. c. ex multa, de uot. capit. Vilisſimus. 1. q. 1. Et cū ad aliorū curam poſiti ſint, c. cum in cunctis, in princ. de elec. quo iure (bone Deus) poſſunt ſine legitima cauſa ſe abſentare ab eorum eccleſijs? quomodo abſentes ſubditorum pacem, vt ex debito paſtoralis officij tenētur procurabunt? quam procurare tenentur? ca. ſtudium. 92. diſtinct.
6 † Et cum epiſcopus non ſit Dominus, ſed diſpenſator fructuū, redditūum, & prouentuum ſui epiſcopatus c. Epiſcopus. x. q. 2. & tenetur pauperibus prouidere, cum in hoc conſiſtat gloria epiſcopi, vt inquit Hiero. ad Neopotianum, & habetur in capit. gloria epiſcopi. 12. quæſt. 1. & dicatur, pater pauperum, qui filijs ſuis prouidere tenetur, cum Iob dicat, capitu. xxxix. Pater eram pauperum, vt dicit Bald. in l. precibus. C. de impu & alijs ſubſtit. quorum pauperum neceſſitatibus quantum et poſſibile ſit prouidere debet cap. Epiſcopus. 82. diſtinc. c. nō ſatis. 86. diſtinc. Immo pauperibus theſaurizare tenetur, cap. Cum Apoſtolus de conſtit. & Cardinal. Zabarella in capit. requiſiſti. §. ſecus. colū. 2. verſiculo, & quia epiſcopus de teſtam. accedit illud Hieron. in libr. de ſeptem ordini. eccleſiæ dicentis, Ante omnia curam habe pauperum, quia propter nos Chriſtus pauper factus eſt cum eſſet diues: ut inopia illius nos ditaret. debet ergo epiſcopus ſollicitam curam & diligentiam adhibere prouidendi pauperibus, ad quod facit illud Lucæ. vij. quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis in tempore tritici menſuram? Super quibus verbis Bernardus in libro de Conſideratione, inquit, ſic præſis ut prouideas, ut conſulas, ut procures, ut conſerues, præſis vt proſis, ut fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ad quid? vt des illis eſcam in tempore. Et Gregorius ſcribens, Secundo, cuius verba habentur. 86. diſtinct. in cap. fratrem noſtrum de epiſcopo loquēs dicebat: Nec ſibi credat ſolum lectionem

& orationes ſufficere, vt remotus nihil ſtudeat de manu ſru-ctificare: ſed largā manū habeat, neceſſitatē patiētib⁹ ꝯcurrat, alienā inopiā ſuā credat: q̄a ſi hęc nō hēt vacuū nomen epi te-net. Quomodo pauperibus prouidebit epiſcopus lōge ab eius eccleſia permanēs & a filijs ſuis abſens? inter extraneos, vt ple-runque quidam faciunt epiſcopi, etiam quandoque voluptuo ſè omnem eccleſiæ ſuæ cenſum conſumantes, Noſſe enim de-berent ſe diuino iure teneri ad paſcendum oues eiſdem com-
7 miſſas, † de quibus loquens Gregorius in Paſtorali ſuo dice-bat. Si dilectionis teſtimonio eſt cura paſtoralis, quiſquis uirtu tibus pollens gregem Dei renuit paſcerē: paſtorem ſuum con-vincitur nō amare. Epiſcopus aūt ſurripiens quod pauperibus erogandum eſt: omnium prædonum crudelitatem ſuperat. verba ſunt Hieron. ad Neopotianum, qui inuehit contra præ-latos & epiſcopos, qui opibus ſtudent & auaritia immerſi ſunt, quæ habentur in dicto. c. gloria epiſcopi. 12. q. 1. & ibi Præpoſit. in fine, qui & ipſe contra diuites prælatos, qui in affluentia re rum & diuitijs uiuūt inuehit, dicens; Multi enim ſunt Prelati, qui de bonis eccleſiæ vitam ducunt voluptuoſam, & ventre pleno de ieiunijs diſputant, & de pauperibus loquūtur, quibus
8 ſe compati fingunt: ſed facto negant & mentiuntur. † Debent epiſcopi pauperes adiuuare, protegere, & ſubleuare: nam ſcribit Apoſtolus ad Galat. 2. Tantum vt pauperum memo-res eſſemus, quod etiam ſolicitus fui idipſum facere. Licitū ta-men eſt epiſcopo quandoque reſeruare quæ tempore neceſſi-tatis expendenda eſſent, ut illa eſurientibus in maiori neceſſi-tate erogentur, vt dixit Hiero. ad Neopotianum, & habetur in d. cap. gloria epiſcopi, ſed reſeruata affinibus & conſangui-neis ſuis erogare, vel voluptuoſè conſumere hoc improbū & deteſtabile eſſet, cum ex eis neceſſitatibus pauperum ſubue-niendum ſit. Vnde Ambroſius 12. q. 2. c. aurum dicit, Aurū ec-cleſia habet non vt ſeruet, ſed vt eroget & ſubueniat in neceſ-ſitatibus, & inquit idem Ambroſius in lib. de off. cuius uerba reaſſumit beatus Thomas 2. 2. q. 185. artic. 7. loquendo de epi-ſcopo, Eſt approbanda liberalitas, ut proximos ſeminis tui ne deſpicias, ſi egere cognoſcas, non tamen vt illos ditiores fieri
9 velis ex eo, quod tu conferre potes inopibus. † Quinimò ſi epi ſcopus aliquid retineat de his quæ ſunt pauperibus eroganda, mortaliter peccat, vt idem Thomas dicit loco præallegato. Nec debet epiſcopus permittere aurum ſuum in teca rubigi-nari, cum hoc nimis crudele ſit & proximū fame mori & car-ceribus cruciari: vnde ait Saluator Math. 6. Facite vobis amicos
10 de mammona iniquitatis. † Quinimmo dicebat Ambroſius in præallegatò lib de officijs, & tranſumptiuè habetur in d. c. aurum. quòd in quinque caſibus alienari licitè poſſunt res ec-cleſiæ. Primo, pro alimonia pauperum: Secundo, pro redem-ptione captiuorum. Tertio, pro loco religioſo ædificando: Quarto, pro cimiterio ampliando: Quinto, pro Mortuorum ſepulturis conſtruendis: & his quinque caſibus etiam vaſa pre-tioſa & ſacra, alienari poſſent alteri eccleſiæ in ſua forma, lay-cis verò non, niſi confracta & conflata.

SVMMARIVM

1 *Epiſcopus, quare annulum portet.*
2 *Epiſcopus, quare annulum portare debeat in quarto digito.*
3 *Prælati inferiores epiſcopo, annulum de iure portare non debent, niſi ex pri uilegio.*
4 *Epiſcopus non reſidens, quomodo erit ſponſus eccleſiæ?*
5 *Charitas eſt perfectionis uinculum.*
6 *Matrimonium ſpirituale contrahitur inter epiſcopum & eccleſiam.*
7 *Statutum in fauorem viduæ conditum, locum habet etiam in ea quæ virū prorſus inutilem habet.*
8 *Matrimonium quod contrahitur inter epiſcopum & eccleſiam, an contra-hatur per ſolam electionem ſecuta acceptione.*
9 *Dictio, Quaſi, regulariter eſt nota improprietatis.*
10 *Electus etiam ſecuta acceptatione ante confirmationē poteſt ſine auctorita te ſuperioris electioni renunciare.*
11 *Electus ante confirmationem habet tenue ius.*
12 *Coniugium inter electum & eccleſiam propriè dicitur ſecuta confirma-tione.*
13 *Matrimonium contractum inter electum & eccleſiam diſſolui non poteſt, niſi auctoritate ſuperioris.*
14 *Carnale coniugium ſolo conſenſu perficitur, ſecus in ſpirituale.*
15 *Eccleſia ſecuta confirmatione dicitur epiſcopi uxor.*
16 *Comparatio de ſpirituale ad carnale matrimonium; quando ſit.*
17 *Quaſi coniugium dicitur ante confirmationem.*
18 *Matrimonium inter electum & uniuerſalem eccleſiam non contrahitur ante confirmationem.*
19 *Epiſcopus non dicitur ante conſecrationem.*
20 *Epiſcopus eſt uerus ſponſus ſuæ eccleſiæ, ideo annulum portat.*
21 *Falſus denarius, non eſt denarius.*
22 *Spirituale non eſt propriè matrimonium ante confirmationem.*
23 *Spirituale matrimonium contrahitur etiam cum ſimplici beneficio.*
24 *Carnale & ſpirituale matrimonium, quibus caſibus conueniant.*

Capitulum X.

1 ANNULUM portat epiſcopus in ſignum quod ſit ec-cleſiæ ſuæ ſponſus. glo. Ioan. Monach. in rub. de poſt. lib. 6. Card. in c. Sicut alteri⁹, col. 2. 7. q. 1. vbi dixit ꝙ inter epm̄ & ecclīam fœdus cōiugij celebratū, ꝙ in electione ini tiatur, retificatur in cōfirmatione, in cōſecratione intelligitur conſumatum: in cuius ſignum epiſcopus annulū portat, quo mortuo, eccleſia vidua dicitur. Idem voluit Præpoſit. in d. capi-tu. Sicut, & tenuit Imol. in c. clerici officia, col. ult. nume. 17. ex-
2 tra. de uit. & hone. clericorum, vbi etiam dicit † ꝙ epiſcop⁹ an-nulum portare debet in quarto digito, ut ſciat ſe debere ſerui-re eccleſiæ corde & animo: fertur enim in quarto digito annu lus, quia ibi vena eſſe dicitur à corde procedens. xxx. q v. cap. fę
3 minæ, ſubdens † quòd inferiores prælati, ut ſunt Abbates & alij, annulo uti non poſſunt, niſi ex priuilegio eis conceſſum fo ret. Idem dixit Imol. in capitu. accedens, extra. de præben. col. j. nume. 7. vbi uoluit quod de iure communi ſolus eps̄ annulū. portare debet, cæteri verò prælati non. Idem dixit Abb. in ca. penult. de uita & honeſt. cler. & quemadmodum uiro uiuente uxor carnalis non poteſt ab alio deſponſari: ita nec epiſcopi ſponſa, ideſt eccleſia cum illi alligata ſit, eo uiuente ab alio de-ſponſari non poteſt, aliàs adulterari diceretur. d. capitulo. Sicut alterius, Et ſicuti non licet carnali ſponſo ſuo eodem tempore duas habere vxores: ita epiſcopo non licet uno eodemque tē-pore duos habere epiſcopatus duarum enim uxorum eodem tempore ſponſus eſſe non poteſt. l. cum qui duas. C. de adul. c. nuper. extra de bigam. & habetur per Ioan. Monac. in rubr. de poſtul. prælat. lib. vi. ideo Paul. 3. ad Timot. dixit. Si quis epi-
4 ſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, † oportet. n. epi-ſcopum irreprēhenſibilem eſſe, vnius vxoris virum. Qūo autē ſponſus eccleſiæ erit epiſcopus, qui non reſidendo. ſpōſæ ſuæ eccleſiæ adhærere recuſat? Scriptum eſt nanque: Relinquet ho mo patrem, & matrem & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne una. Matth. xix. Mar. x. & uiri vxores ſuas, vt corpora ſua diligere debent: nam qui ſuam diligit uxorem, ſemetipſum diligit. Paul. ad Eph e. c. v. inquit, Si Chriſti Legati & uicarij ſunt epiſcopi, ac eccleſiæ ſponſi ſicut Chriſtus eccleſiam uniuerſa-lem dilexit, & ſemetipſum pro ea tradidit, vt illam ſanctifica-ret, mundās eam lauacro aquæ in uerbo uitæ: ita epiſcopi eccle ſiam ſuam, cui præſident, diligere debent, reſidendo in eadem, & ſic ſuæ ſponſæ adhærendo, & eidem ſubditos bene regendo
5 & cum charitate gubernando, † quæ charitas perfectionis eſt uinculum, Paul. ad Coloſ. 3. ca. & ſicuti vir poteſtatem ſui cor-poris non habet ſed vxor: Paul. ad Corint. vii. ita epiſcopus ſui corporis poteſtatē non hēt, ſed eius ſponſa, videlicet eccleſia, q̄ matrimoniū inter ipſam & ſpōſum ſuum epiſcopū ex ſe diſſol uere non poteſt, id enim ſolus Papa non alius diſſoluere poſ-ſet. c. 2. de tranſl. epiſ. ita dixit Io. monach in d. rubric. de poſtul. prælat. lib. vi. epiſcopus ſuæ eccleſiæ ſponſus eſt, Papa vero eſt vniuerſalis eccleſiæ ſponſus, ut habetur per Card. in d. capit. Si cut alterius. 7. q. 1. col. 2. facit tex. in c. Eccleſiæ meæ. 97. diſtinc. & capit. quoniam de immunit. Eccleſ. in vi. vbi Pontifex dicit. Nos iuſtitiam noſtram & eccleſiæ ſpōſæ noſtræ nolētes negli-gere &c. & dixit Abb. in c. Niſi cum pridem, colum. vltim. ver
6 ſi. Verum. in. 4. no. † ꝙ inter epiſcopum & eccleſiā eſt matrimo nium ſpirituale, quod contrahitur apud Deum & fide media inter Deum & epiſcopum recipiētem eccleſiam. Et cùm epi-ſcopus continuam reſidentiā facere teneatur, cogitent epiſco-pi quàm durum eſſet eccleſiam ſuam ſine ſpōſo dimittere: cū paria ſint ſponſum non habere, vel penitus inutilem habere, vt habetur per Abbatem in c. Bonæ, el. 1. de poſtulat. præla ad quod facit tex. ille mirabiliter, vbi non fuit admiſſa per Papam poſtulatio capituli Rauēnatēn. eccleſiæ de perſona Cardina-lis, quia cùm Papæ aſſiſtere teneretur inutilis fuiſſet dictæ ec-cleſiæ. Ad idem facit text. in l. quotiens. ff. qui ſatiſd. cogan. & in l. accuſaturus. ff. de adult. Bald. in l. 2. C. de eunuch. & textus in l. non putauit. §. non quàmuis, iuncta gloſſ. & ibi Baldus ff.
7 de bonor. poſſeſſio. contra tabul. † ideo dixit gloſſ. ſingularis in l. final. C. de plagi. & ibi Bald. quòd ſtatutum æditum in fa-uorem viduæ, locum ſibi vendicat in ea, quæ maritum prorſus
8 inutilem habet. Sed quæro, an matrimonium ſpirituale, quod contrahitur inter epiſcopū ecclīam contrahatur per ſo-lam electionem ſecuta acceptatione electi, ante tamē cōfirma tionem? Hanc quæſtionem mouent doctores maxime Præ-poſ. Nouatianus 7. quæſtio 1. ubi concludit ꝙ ſic. allegat pro fundamento, tex. in cap. cum inter canonicos. de elect. & tex. in c. inter corporalia in §. Sicut, de transla. epiſcopi. Ad idem ad-ducitur tex. in c. Sicut. 7. q. 1. Idem voluit Ioan. An. in d. c. inter corporalia, col. 2. uerſ. maxime. Idē tenuit Hoſt. ibidem, & in d. c. cum inter canonicos. hoc idem voluit Imol. ibidem dicens, quòd per conſenſum eligentis & electi contrahitur matrimo-nium inter eos: nam ſicuti per mutuum conſenſum cōtrahitur matrimonium carnale: ſic & ſpirituale, quaſi ad illius exēplum, idem not. Imol. in c. fina. col. 1. de transla. epiſcopi, & in d. capit.

inter

inter corporalia.in verſicu.Sicut autem,vbi dixit quòd vincu-
lum matrimonij ſpiritualis contrahitur inter perſonas eli-
gentis,& electi,& fit indiſſolubile in actu confirmationis,
& licèt dicat inter eligentes & electum matrimonium con-
trahi,intelligitur inter eligentes vti eccleſiam repræſentan-
tes;& ſic ipſam eccleſiam, vt dicunt ibidem Doct.in d.c.cum
inter canonicos.Hanc opinionem ꝙ contrahatur matrimo-
nium inter eccleſiam & electum epiſcopum ante confirma-
tionem tenuere etiam Abb.Anto.de But. Cardina.Zabarella,
Petr.de Ancha.& alij tam in d.c.cum inter canonicos,quàm
in d.c.inter corporalia.§.ſicut autem,cõtra quam tenere licèt
prima facie durum videatur propter tantorum Patrum aucto
ritatem: nihilominus contrarium de iure verius eſt(mea qui-
dem ſententia) ſcilicet ꝙ per ſolam electionem & electi acce
ptationem ante confirmationem non ſit contractum matri-
monium ſpirituale inter eccleſiam & electum. Et hanc partẽ
iurib.& rationibus probabo inferius.Diſcurramus igitur iura
per quæ mouentur præallegati Doctores ad tenendum ſupra-
dictam concluſionem.

Primo allegant pro fundamento eorum opinionis,text.in
d.c.cum inter canonicos,extra de elect.vbi dicitur,ꝙ per mu
tuum conſenſum eligentium & electi,quaſi coniugale vincu
lum ſpirituale eſt contractum.Hoſtiẽ.ibi dicit ꝙ dicitur quaſi
coniugale,ad exemplum coniugij carnalis. Nam ſicuti ꝑ mu-
tuum conſenſum carnale contrahitur: ſic & ſpirituale.Cardi.
ibidem in 8.oppo.dicit ꝙ dicitur quaſi coniugale ad iudican-
dum ꝙ nomine coniugij intelligitur de carnali. argumento
text.in c.debitum.de bigam.ſubdens ꝙ illa dictio,Quaſi,ibi eſt
expreſſiua veritatis.Abb.ibidem colũ.vlti.in gloſſ.ſuper dicto
verbo.Quaſi idem ſentit,ſubdens ꝙ dicitur quaſi coniugium,
quia coniugium ſpirituale dicitur contrahi ad inſtar carnalis:
Vnde iſtud quaſi coniugium dicitur,quia verum coniugium
& proprium dicitur carnale.& ſic ex dicto text.dicunt eorum
concluſionem probari.

9 Mihi autem videtur dicendum † ꝙ ille text. non ſolum ꝓ-
bat opinionem Doctorum,ſed totum contrarium,quia illa
dictio,Quaſi ibidem ſtat in ſuo proprio ſignificatu,alio reſpe-
ctu,eſt enim regulariter nota improprietatis,vt fatentur ibi
Doctores & tenet glo.in c.Parrochiani.de decim.& in l.in fa-
cto.ff.de condict.& demonſt.& glo.in c.prout de dolo & con
tu. Ideo bene dixit ibi tex.ꝙ per mutuum conſenſum eligen-
tium & electi quaſi coniugale vinculum ſpiritualiter ſit con-
tractum,quia antequam electio confirmetur per ſuperiorem
inter electum & eccleſiam,ſeu electores illam repræſentantes,
non poteſt propriè dici coniugium ante confirmationem:
quia licèt in carnali matrimonio per mutuum conſenſum cõ
trahentium verum matrimonium cõtrahatur,vt in c.ſufficit.
10 27.q.2.& c.fi.de ſponſa.duo:in ſpirituali ſecus eſt,† quia ante
confirmationem poteſt electus quantumcunq; electionem
acceptauerit,illi renuntiare ſine auctoritate ſuperioris,vt con
cludunt Doct.poſt glo.in d.c.cum inter canonicos. Idem vo-
luit Inno.in d.c.inter corporalia.in verbo,Confirmationem,
dicens ꝙ electus licèt acceptauerit electionem ante confirma
tionem,poteſt eccleſiam relinquere,cum habeat tenuè ius,al
legat text.in c.ſuper his.de accuſat.& text.in d.c.cum inter ca-
nonicos.de quo habetur per gloſſ.in c.ſi electio.de elect.lib.6.
11 †Ex cuius verbis videtur probari opinio noſtra.Quia ſi electus
ante confirmationem habet tenuè ius,ergo ſequitur ꝙ matri-
monium non eſt contractum eo caſu,quia ſi eſſet contractũ,
vtique haberet plenum ius,& ſic vr̃ ſentire in illis uerbis Inno.
quod ſupra dixi ꝙ ante confirmationem non dicatur contra-
ctum coniugium ſpirituale,quamuis electus electionem acce
ptauerit. Ideo dicitur quaſi contractum.& hic eſt verus intel-
lectus illius text.in d.c.Cum inter canonicos. Nec procedit in-
12 tellectus doctorum ad illum text.dum dicunt,† ꝙ dicitur ibi
quaſi coniugium,quia verum coniugium eſt carnale,quia ſi-
cuti inferius dicam ſequuta confirmatione non amplius quaſi
coniugium,ſed coniugium dicetur.

13 †Nam ſicuti matrimonium carnale ſolo contrahentium
conſenſu contrahitur.& eſt indiſſolubile regulariter:ita poſt
confirmationem electionis eſt in matrimonio ſpirituali.con-
tracto,inter electum confirmatum & eccleſiam,quod diſſol-
ui non poteſt,niſi auctoritatè Papæ,vt in c.Sicut.7.q.1.c.fin.de
transl.epiſ.& in c.inter corporalia ſupra alleg.& ſic ſequuta cõ
firmatione verum ſpirituale coniugium eſt contractum vt in
iuribus proximè allegatis,& iſto caſu eſt ad inſtar matrimonij
carnalis,quod eſt indiſſolubile,dicente Apoſtolo.Quos Deus
14 coniunxit,homo non ſeparet.† Et in hoc differunt carnale,
& ſpirituale coniugium,quia carnale ſolo cõſenſu perficitur,
ſpirituale autem non perficitur ex conſenſu eligentium & ele
cti ante confirmationem,& ideo non ſequuta adhuc confir-
matione,dicitur Quaſi coniugium,vt in d.c.cum inter canoni
cos.Sequuta verò confirmatione,dicitur coniugium,vt in d.
c.inter corporalia.§.ſicut autem epiſcopus,& in c.quoniã fre-
quenter.§.ſi verò aliter.vt lit.non conteſt.immo ſequuta con-
15 firmatione † eccleſia dicitur vxor epiſcopi,vt in c.ſicut vir,&
in c.ſicut alterius.7.q.1.& ex his clarè patet ꝙ intellectus Ho-
ſtien.& aliorum ad tex.in d.c.inter canonicos,dicẽtium quòd
ibi dicitur Quaſi coniugale ad inſtar carnalis matrimonij ſiue
coniugij,vel vt dicebat ibidem Cardi.in 8.opp.& ibidem Abb.
ꝙ ibi dicitur Quaſi coniugium ad oſtendendum ꝙ nomine
coniugij intelligitr̃ de carnali,nõ ꝓcedit qđ maximè apparet
in d.c.ſicut vir,vbi dicitur ꝙ ſicut uir non debet adulterare vxo
16 rem ſuam:ita † nec epiſcopus eccleſiam ſuam vt illam dimit-
tat. Et ſic conſtat ꝙ comparatio de ſpirituali ad carnale coniu
gium eſt,quando epiſcopus eius ſponſam dimittere non põt,
ſine auctoritate ſuperioris,quod eſt poſt confirmationem ele
ctionis,quod etiam probatur in d.c.ſicut alterius.7.q.1.vbi tex.
dicit,ſicut alterius vxor,nec adulterari ab aliquo,vel iudicari,
vel diſponi niſi a proprio viro eo viuente permittitur: ſic nec
vxor epiſcopi,quæ eius eccleſia intelligitur. Et inferius ibidem
dicitur & ſunt verba Apoſtoli,alligata eſt vxor legi viri,quan-
diu vir eius viuit: eo verò defuncto,ſoluta eſt a lege viri.Simi-
liter ſponſa epiſcopi,quia ſponſa vxorq; eius dicitur eccleſia,
illo viuente illi alligata eſt: illo verò defuncto ſoluta eſt. Ex
quo manifeſtè conſtat verum coniugium inter epiſcopum &
eccleſiam eſſe poſt confirmationem,quo tempore epiſcopus
eſt alligatus eccleſiæ vxori ſuæ,& ab ea ſua propria auctoritate
17 ſine ſuperioris licentia diſcedere non poteſt. † Quaſi verò con
iugium dicitur ante confirmationem: quia vt ſupradictum
eſt,tunc poteſt electus propria auctoritate ab eccleſia recede-
re,& hoc ſenſit glo.in d.c.cum inter canonicos,in verſi.diſcre
tioni noſtræ,in verbo Quaſi.Ad idem facit tex.in d.c.inter cor
poralia.§.ſicut autem,ibi,Cum non debeat in dubium reuoca
ri,quin poſt electionem & confirmationem canonicam,inter
perſonas eligentium & electi coniugium ſit ſpirituale contra-
ctum.Ecce ꝙ non dicit quaſi contractum,vel quaſi coniugiũ,
ſed coniugium: quia ſequuta confirmatione eſt verum ſpiri-
tuale coniugium. Ad idem eſt text.in c.fina.eo.titu.de tranſl.
epiſc.vbi dicitur.ꝙ ſicut nec legitimi matrimonij vinculum
quod eſt inter virum & vxorẽ,homo diſſoluere poteſt,Do-
mino dicente in Euangelio,Quos Deus coniunxit,homo nõ
ſeparet: ſic & ſpirituale fœdus cõiugij quod eſt inter epiſcopũ
& eccleſiam.

Nec ſimiliter rationibus prædictis videtur poſſe procedere,
quod voluit Ioan.And.in d.c.Cum inter canonicos,in 1.col.
dum dicit quòd quaſi coniugale dicitur,quia ſicut per mutuũ
conſenſum carnale cõtrahitur:ſic & ſpirituale ad ipſius exem
plum vel quaſi vinculum eſt inter electum & eligentes.Sed ve-
rum vinculum eſt inter electum & eccleſiam generalem,nã
circa primum eius dictum ſatis ex ſupradictis conſtat illud nõ
procedere.Circa verò ſecundum quod inter electum & eccle-
ſiam vniuerſalem ſit verum vinculum:hoc etiam (ſalua tanti
viri reuerentia) non procedit,maximè in terminis illius tex.c.
18 Cum inter canonicos.† & eſt ratio,quia inter electum non cõ
firmatum & eccleſiam vniuerſalem,nullum contrahitur ſpiri
tualis coniugij vinculum,niſi ſequuta confirmatione. Et licet
coniugium ſpirituale contractum,inter electum confirmatũ
& eccleſiam,ad quam in epiſcopum eſt electus,auctoritate Pa
pæ diſſolui poſſit:tamen contractum cum eccleſia vniuerſali
nunquam diſſoluitur,quod tamen,vt dictum eſt,non contra-
hitur,niſi demum ſequuta cõfirmatione,vt habetur per Hoſt.
in d.c.Cum inter canonicos in 1.col.in verſ.diſcretioni veſtræ,
ibi quaſi coniugale Ange.de Caſt.in d.c.Cum inter canonicos,
in fine dixit,quòd ſi illa dictio,Quaſi,ibidem poſita,referatur
ad verbum contractum (de quo ibi) tunc ſtat impropriè: quia
non eſt verum quòd ſit quaſi contractum,ſed verè eſt contra-
ctum ipſum vinculum.Si verò referatur dicta dictio,Quaſi,ad
verbum coniugale:tunc ſtat propriè,& eſt nota improprieta-
tis & erit ſenſus,quòd ſicut per conſenſum viri & mulieris cõ-
trahitur vinculum & matrimonium carnale: ita per conſen-
ſum eligentium & electi contrahitur quaſi vinculum & ma-
trimonium ſpirituale ad ſimilitudinem carnalis. Dicendum
eſt,primum eius dictũ,non eſſe verum,quòd illa dictio,Quaſi,
relata ad contractum ſtet impropriè,intelligendo quòd verè
ſit contractum vinculum coniugale,inter electum & eccle-
ſiam in terminis prædicti c.Cum inter canonicos,per ſuperius
dicta.Quo verò ad ſecundum quòd ſi illa dictio,Quaſi,refera-
tur ad verbum coniugale ſtet propriè,& ſit ſenſus quòd ſicut
per conſenſum viri & mulieris contrahitur carnale coniugiũ:
ita per conſenſum eligentium & electi contrahitur quaſi ma-
trimonium ſpirituale,ad ſimilitudinem carnalis,dico quòd ve
rum eſt quòd dicto caſu illa dictio,Quaſi,ſtat in ſuo proprio
ſignificatu,& ſic eſt nota improprietatis:quia quaſi vinculum,
non verè vinculum,non ſequuta confirmatione,contrahitur:
ſed dum Angelus dicit hoc eſſe ad ſimilitudinem carnalis,hoc
non eſt verum: quia vt ſupra dictum eſt carnale coniugium
contrahitur inſolubile mutuo partium conſenſu:ſpirituale au
tem ſola electi voluntate eſt ſolubile ante confirmationem:
ſecus poſt,vt latè dixi ſupra. Et ideo ſpirituale non eſt ad inſtar

carnalis niſi ſequuta confirmatione, per iura ſuperius allegata, videlicet tex in d.c. Inter corporalia, & final. de transl. epiſc. & c. Sicut alterius. & c. Sicut vir. 7.q.1. & concluſiue illa dictio. Quaſi in dicto c. Cum inter canonicos, ſiue referatur ad vinculum, ſiue referatur ad contractum, ſiue referatur ad illud verbum Coniugale, ſemper eſt nota improprietatis per ſuperius dicta.

Secundo loco pro fundamento eorum opinionis quòd ſpirituale coniugium inter electum & eccleſiam, ſequuta electi acceptatione, ante confirmationem ſit contractum, adducunt doct. tex. in d.c. Inter corporalia in §. Sicut autem epiſcopus, ibi non ſit maius vinculum epiſcopi ad eccleſiam, quam electi, maximè confirmati: inferentes quòd per illam dictionem, Maximè, includitur quòd idem vinculum ſit ante confirmationē, qui intellectus dari non poteſt illi textui, quia falſum eſt quod idem ſit vinculum inter electum & eccleſiam ante confirma-
19 tionem, † quod eſt poſt. Dum enim loquitur ille tex. de epiſcopo, intelligitur de confirmato, & etiam conſecrato, quia ante conſecrationem non dicitur epiſcopus, ſed electus: glo. in c.1. de religio. domi. in glo.1. not. Abb in c. cam te. in 1. not. de reſcript. glo in c. tranſmiſſa de elect. in glo. fi. Bald. in prohœmio decretal. col. 7. Butr. conſi. 16 Cardin. in c. meminimus, de accuſ. Imol. in clemen. 1. de pœn. Cum igitur epiſcopus eccleſiam ſuam ſine auctoritate Papæ dimittere non poſſit, Electus autē non confirmatus ſic, vt ſupra dictum fuit, patet manifeſtè quòd illa dictio, Maximè, ſtat ibi īpropriè. Quinimmo ille text. ineuitabiliter probat contrarium, & ſic opinionem noſtram, dicitur n. in d. §. Sicut epiſcopus in prin. quod ſicut epiſcopus conſecratus ſine licentia Romani Pontificis non poteſt ſuam eccleſiam dimittere: ſic electus & confirmatus, cum non debeat in dubium reuocari, quin poſt electionem & confirmationem canonicam inter perſonas eligentium & electi, coniugium ſit ſpiritualiter contractum, non dicit Quaſi coniugium vel Quaſi ſpirituale, vt dictum fuit in d.c. Cum inter canonicos, vbi nō aderat confirmatio. Et dum text. dicit quòd non debet in dubium reuocari ſequuta confirmatione, quin ſit contractum coniugium ſpirituale: ſequitur quod ante confirmationem poterat id in dubium reuocari, quia eo caſu eſt quaſi non verè cōiugium, vt in d.c. Cum inter canonicos, induci etiam poteſt & alio modo tex. in d.c. Inter corporalia §. Sicut autem epiſcopus in verſ. Sicut ergo epiſcoporum, pro opinione noſtra contra doctores, dicitur n. ibi quod ſicut epiſcoporum tranſlatio, depoſitio & ceſſio, ſic & electorum poſt confirmationem ſpiritualis coniugij ratione ſoli eſt Romano Pontifici reſeruata. Si igitur diceremus quod illa dictio Maximè poſita in illo tex. induceret quod idem vinculum coniugij ſpiritualis eſſet inter eccleſiam & electum non confirmatum, quod eſt electi & cōfirmati: ſequeretur quòd ſicuti electi & confirmati ceſſio fieri non poteſt ſine auctoritate Romani pontificis, idem eſſet in ceſſione electi non confirmati, quod tamen non eſt: quia electus non confirmatus cedere poteſt ſine auctoritate Pōuficis ſecundum docto. in d.c. inter canonicos, & dictum fuit ſupra, ideo ſanè conſideranti tex in d.c. Inter corporalia §. ſicut epiſcopus, non ſolum non probat doctorum opinionem: ſed totum contrarium, & dixit Præpoſit. in d.c. ſicut alterius. 7.q.1.
20 † quòd epiſcopus eſt verus ſponſus ſuæ eccleſiæ, in cuius ſignū annulum portat.

Tertio adducunt doctores pro eorum opinione text. in c. quoniam frequenter. § ſi verò aliter, vt lit. non conteſt. Ponderantes illa verba electione maximè confirmata, per quæ verba dicunt diſponi quòd idem ſit ante confirmationem electionis. Ad quod reſpondetur vt ſupra dictum fuit quod confirmata electione, coniugium dicitur: vt in dicto textu, ante verò confirmationem dicitur quaſi coniugium, vt in præallegato cap. Cum inter canonicos, & hoc modo intelligendo iura iuribus concordantur & declarantur. Et licèt gloſ. in dicto §. Si verò aliter in verbo Maximè dicat quòd ibi illa dictio, Maximè, ſtet propriè, hoc non eſt verum, per ſupradicta, dici autem poterit quòd ſtet propriè, hoc eſt, pro dictione propriè. nec eſſet mirum, quia videmus quòd ſæpe in iure vna dictio impropriatur, ne reluceat abſurdus intellectus legis, & verior eſt illa opinio quam glo. ibi dicit aliquos tenere quòd illa dictio Maximè ſtet pro dictione Tantum, quæ expoſitio magis conuenit vero intellectui dicti text. nam ſi intelligeremus quòd illa dictio Maximè ibi ſtaret in ſuo proprio ſignificatu, & ſic quod concluderet quòd idem eſſet ante confirmationem, vt Doctores dicunt, ſequeretur quod inter eligentes, per quos eccleſia repræſentatur, & electum ante confirmationem eſſe verum ſpirituale coniugium: quod tamen falſum eſſe ſuperius liquido demonſtrauimus. Et licèt Doctores dicant quòd ante confirmationem contrahatur ſpirituale coniugium inter eccleſiam & electum: vinculum autem indiſſolubile non cauſetur, niſi poſt confirmationem, vt patet in præalleg. c. final. de tranſl. epiſ. & latius ſupra viſum fuit, ex hoc manifeſtè conſtat, quòd ante confirmationem non eſt verum coniugium: cum propria coniugij ſubſtantia ſit indiſſolubilitas, iuxta illud Apoſtol. Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. accidentia n. vt inquit Philoſophus, magnā partem conferunt ad cognoſcendum, quod quid eſt dicere. n. ibi eſſe matrimonium vbi ſubſtantia matrimonij deeſt, de contrarium in ſubiecto ponere, quod quàm ſit abſurdum, nemo eſt qui neſciat. Hinc dicimus
21 † quod falſus denarius, non eſt denarius, neque in numero denariorum computandus gl. in l. 1. C. de hæret. & ratio eſt, quia caret ſubſtantia denarij. Item dicimus quod condemnatus intelligitur is, qui rite condemnatus eſt, l. 3 §. condemnatum. ff. de re iudic.

Oſtenditur etiam opinionem doct. non eſſe veram, ex diffinitione carnalis matrimonij, cui aſſimulatur ſpirituale: eſt. n. maris atque fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, vt habetur per doct. in rub. extra de ſponſal. & per Hoſtien. in ſumma eo. tit. in princ.

Et probatur concluſio noſtra etiam per text. in c. fi. de tranſ. epiſc. vbi dicitur quod ſpirituale fœdus coniugij, quod eſt inter epiſcopum & eccleſiam in electione initiatur, in confirmatione ratificatur, in conſecratione intelligitur conſumatum. Nam ſi initiatur in electione: ergo ante confirmationem nō eſt coniugium, quia dicitur ibi quòd ratificatur confirmatione, licet enim electores publicato electionis ſcrutinio, non poſſint ab electione diſcedere. c. publicato de elec. meritò dicit text quod initiatur per electionem. Tamen quia electus etiam acceptata per eum electione ante confirmationem ab ea ſua auctoritate, vt ſupra dictum fuit, recedere poteſt: patet quod conſenſus eligentium & electi ſimpliciter coniugium non inducit, cum pariter electores eccleſiam repræſentantes, & electus non obligentur. Et ſic inter eos non eſt propriè contractus: ſed quaſi, id eſt, impropriè. Cōtractus nanque propriè eſt quando eſt vltro citroque obligatorius. l. Labeo. §. contractum. ff. de verbor. ſignif. Sunt enim cōtractus a principio voluntarij & ex poſtfacto neceſſarij. l. ſicut. C. de actio. & obligat. hinc eſt quòd dicitur in d.c. fi. quòd coniugium ſpirituale ratificatur in confirmatione, quia ante validum non erat per ſolum eligentium & electi conſenſum: ſed ad ſui eſſentiam requirebatur approbatio Papæ. Nam dicere poſſumus quòd per electionem & electi acceptationem inducantur ſponſalia, quæ ſunt initium matrimonij ſpiritualis: ſicuti ſunt initium matrimonij carnalis. l. oratio. ff. de ſponſal. glo in c. fi. de transl. epiſ. in verbo licèt, & quamuis dicta gloſa dicat quòd per electionem initiatur matrimonium quo ad electores, qui publicata electione ab ea recedere non poſſunt. d.c. publicato, de elec. tamē concludit quòd per conſenſum electi coniugium perficitur, ad quod nihil allegat. Immo contrarium eſt verius, vt ſupra oſtēdi. Item ex eo patet quia ante confirmationem perſona electi examinari debet, & etiam videri an electio ſit canonica, & ſic requiritur quòd electio ſimul cum perſona electi approbetur, quod fit per confirmationem. c. cum nobis. olim de elect. non ſic eſt in matrimonio carnali, quòd ſolum contrahentium conſenſu perficitur: nec poſt ſe expectat aliam approbationem. c. cum locum. §. 1. de ſponſal. c. Tuæ fraternitati. eod. tit. & ideo Hoſtien. in d.c. fi. de tranſla. epiſc. dicit quòd per electionem initiatur, quia eſt ſpes futurarum nuptiarum argumento l. 1. & l. oratio. ff. de ſponſa & 30.q.5. c. noſtrates. & licèt electores, vt dictum eſt, electione publicata ab ea recedere non valeant: tamen quia electus non confirmatus renuntiare poteſt, adhuc non eſt matrimonium. Ipſo autem electo conſentiente & electionem acceptante dicit Hoſtien. quòd aliquid erit vltra, & ſic non dicitur aliàs dixerat quòd matrimonium propterea inducatur, ſubdens poſtmodum circa finem quòd per conſenſum eligentium & electi ac confit mantis, quo ad ſubſtantiam, matrimonium plenum erit. Et hoc idem dixit ibidem Innoc. in princ.

Nec obſtat quod dicit Ant. de Butr. in d.c. fi. de tranſl. epiſc. quòd vinculum matrimonij momento perficitur, nam ſtatim eſt, vel non eſt: ergo non habet principium, medium, nec finem in partes per tex in c. 2. 27.q.2. vbi dicitur quòd matrimonium eſt res indiuidua, quia illud procedit in matrimonio carnali, quod vnico contextu, & temporis momento, per mutuum conſen-
22 ſum contrahentium perficitur. † Secus in ſpirituali, quod ante approbationem Papæ non eſt propriè matrimonium, & videmus ſimilitudinem de matrimonio carnali, videmus quod quandoque etiam carnale matrimonium non ſtatim eſt perfectum ex ſolo contrahentium conſenſu, vt puta, ſi puella dicat conſentire in aliquem per verba de præſenti, uti in eius maritum, ſi pater ſuus voluerit uel conſenſerit: tali caſu ante conſenſum patris, non erit inter contrahentes matrimonium. c. per tuas, extra de condict. appoſit. Butr. in cap. Veniens, el 2. de ſponſal. vbi dixit, hoc procedere etiam in foro cōſcientiæ: Ita dicere poſſumus in matrimonio ſpirituali quòd conſenſus electi habet in ſe implicitam & annexam conditionem, ſi Papa conſenſerit: hinc eſt quod ante conſenſum & approbationem Papæ, non erit matrimonium inter electum & eligentes, per quos ipſa repræſentatur eccleſia.

23 Con-

23 † Contrahitur & ſpirituale matrimonium etiam cum ſimplici beneficio vt voluit glo.in c.accedens,extra de præbend. Vbi Anto.de Butr.& ibidem Imol.col.1.num.7.dicunt quod tali caſu non dicitur propriè matrimonium,ſed quaſi,nã cum ſolo Epiſcopo eccleſia matrimonium contrahit, quia ratione dicunt ꝙ de iure communi ſolus epiſcopus dicitur ſponſus ſuæ eccleſiæ,& ſolus annulum portare debet.

24 † Quibus autem caſibus carnale & ſpirituale matrimonium conueniant,hic non ponam. cum non ſit præſentis ſpeculationis,vide Card.S.Xyſti in d.c.Sicut vir.7.q.1.Erit ergo ex præmiſſis firma concluſio,ꝙ inter eccleſiam & & electum nullum dicitur contractum ſpirituale coniugium,etiam ſequuta acceptatione electi,niſi conditionatum, ſi Papa approbauerit, ſequuta autem Papæ, aut alterius ad id ab eo auctoritatem habentis approbatione,tunc verum erit coniugium.Item ex præmiſſis colligitur verus & ſanus intellectus ad text.in præallegato c.Cum inter canonicos.de elect.& ad tex.in c.Inter corporalia.§.ſi autem epiſcopus,de tranſla.epiſc.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi dicuntur oculi.*
2 *Epiſcopi quare dicantur oculi Domii.*
3 *Epiſcopus interpretatur ſuperinſpector.*
4 *Epiſcopus non reſidens, dicetur oculus tenebroſus.*
5 *Oculus cæcus & nequam, dicetur epiſcopus non reſidens.*
6 *Epiſcopus dicitur ſomnum oculis dare quando ſubditorum curam negligit.*

Cap. XI.

1 Dicuntur epiſcopali oculi,quia Chriſtus per eos ſpeculatur & ſuperintendit curæ ſui gregis, vt inquit Cardi.Turre cremata.in c.accuſatio.2.q.7.& eſt text.in c.oues.in princ.6.q.1.vbi dicitur ꝙ epiſcopi a Deo ſunt iudicandi,qui eos ſibi oculos eligit.& dicit idem Card.in d.c.oues.in 2.col.verſ.ad quartum in verbo oculos,ꝙ Deus ſibi epiſcopos oculos eligit,quia per eos contemplatur,ſpeculatur, & ſuperintendit cuſtodiæ ſui gregis.Vnde Zach.proph.c.2.dixit,q vos tangit,tangit pupillam oculi mei,& dicit idem Cardi.in d.cap.
2 oues.† Quod epiſcopi dicuntur oculi Domini, quia ſicut per oculos dirigitur pes vt non offendat,& totum corpus ne ruat: ſic Dominus elegit Apoſtolos Matth.x.& Lucæ x.aut eorum ſucceſſores epiſcopos,vt per eos tanquam videntes,oculos pedes,ideſt,ſubditos & totum corpus eccleſiaſticum dirigat,& ꝑ vias rectas ducat,ne ſi cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadant,Matth.15.& Lucæ 6.& Ambro.in lib.de dignitate ſacerdotali,cap.6.Tomo 5.ad epiſcopum loquens,inquit: Oculorum etiam in corpore officium,ideſt,in eccleſia voluntarius appetiſti,vt reliquum per te corpus ducatum lucis haberet:& nunc quadam lippitudine & caligine vitiorum obtenebratus,nec te ipſum luci idoneum præbes,& alijs adimis lumẽ. Quę verba epiſcopo non reſidenti conueniunt,ſubdens idem Ambro.de quibus oculis dicitur in Euangelio, Si oculus tuus ſimplex fuerit,totum corpus tuum lucidum erit,ideſt,ſi epiſcopus,qui lumen promeruit præeſſe in corpore, ſimplicitate eſt ſancta & innocentia decoratus,omnis eccleſia ſplendore luminis radiatur,ſi autem oculus tuus nequam eſt, totum corpus tuum tenebroſum eſt,ideſt,ſi epiſcopus,qui videbatur corpori ſubdito lucem præbere obnubiletur nequitiæ cæcitate, quid cætera facient membra,quibus lux adempta eſt oculorũ? ideſt,quid ſęcularis factura eſt multitudo,cum voluptatibus illicitis,& actionibus vetitis ad ſimilem facinorum voraginem epiſcopus multitudinem populi prouocauerit? vt nulli iam iã illicitum eſſe videatur quod ab epiſcopo quaſi licitum perpetraretur,ſed ipſum magis credunt homines eſſe laudabile, quicquid epiſcopus habuerit delectabile.Subdẽs: Epiſcopus enim a cunctis indubitanter uocaris, præſertim cum ipſo nomine cenſeris,ſi tamen actio concordet nomini,& nomen ſe ſociet
3 actioni.† Nam quid aliud interpretatur epiſcopus, niſi ſuper-
4 inſpector? Hæc ſunt aurea Ambroſij verba. † Quomodo igitur epiſcopus dirigat ſubditos ſuos in vias rectas & iuſtitiæ tramites,ac animarum ſalutem,ſi ipſe a recta aberrans via, & ſuæ ipſius ſalutis immemor,ſubditorum curam negligat? eccleſia eius ſponſa relicta apud exteros commoretur? iam non amplius oculus dicetur, non reſidens epiſcopus, niſi tenebroſus & luce carens. Et propterea de eo dici poteſt, quod Pſalmiſta inquit,Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. Quæ verba declarans Gregorius in ſuo Paſtorali cap.1.circa finem inquit,oculi quippe ſunt,qui in ipſa honoris ſummi facie poſiti,prouidendi itineris officium ſuſcepetunt,quibus ij nimirum,qui ſubſequuntur inhærent dorſa. obſcuratis ergo oculis dorſum flectitur,quia cum lumen ſciẽtiæ perdunt qui præſunt,profectò ad portanda peccatorũ onera curuantur qui ſequuntur. Et Hieronymus in dialogo Luciferiani,exponens illa verba Domini in Euangelio dicentis,Lucerna corporis eſt oculus,exponit,ideſt,lumẽ eccleſiæ eſt epiſcopus.Subdens:Si oculus tuus ſimplex eſt:totum corpus tuũ lucidum erit,Si verò oculus tuus nequam fuerit,omne corpus tenebroſum eſt.Nam cum ideo epiſcopus in eccleſia conſtituatur vt populum coerceat ab errore. quantus erit error in populo,cum errat ipſe,qui docere debet? quomodo poteſt peccata dimittere qui ipſe peccator eſt? quomodo ſanctum ſacri legus faciet? vnde ad me lumen introiet cum oculus meus cæcus ſit? Proh dolor Antichriſti diſcipulus eccleſiam Chriſti
5 gubernat.Hæc ſunt Hieronymi verba.† Oculus cæcus & nequam erit epiſcopus, ſine iuſta cauſa non reſidens in eius eccleſia. Hinc enim morum & diſciplinæ eccleſiaſticæ deprauatio;cum oculus Domini cæcus factus ſit.Hinc hæreſes radices & incrementa ſuſcipiunt,& clàm ſparſæ pullulant, cum non ſit qui Chriſti oues per vias rectas ducat, & lapſas ab erroribus reuocet. Et ideo bene dicebat Hiero.in epiſtola ad Heliodorum,cuius verba regiſtrata ſunt in c.non omnes epiſcopi.2.q. 7.Non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi. Attende Petrum:Iudam conſidera:Stephanum ſuſcipe: Nicolaum reijce. Non facit eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum.Et Chriſoſt.ſuper Matth.inquit,multi ſacerdotes,pauci ſacerdotes, multi in nomine, & pauci in opere. Videte ergo fratres quomodo ſedetis ſuper cathedram,quia non cathedra facit ſacerdotem,ſed ſacerdos cathedram,non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. Iſta habentur in c.multi.40.diſtin.& epiſcopis dici poteſt illud, quod habetur Prouer.6.Non dederis ſomnum oculis tuis,nec dormitent palpebræ tuæ. ſuper quo Hieron. dicit, quòd ſomnum oculis dat, qui ſubditorum curam negligit, dormiat autem, qui reprehenſibilia eorum geſta cognoſcit,ſed hæc propter mentis tedium digna inuentione non corrigit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi tenentur annis ſingulis eccleſias ſuæ diæceſis uiſitare.*
2 *Epiſcopus ſi aliquo iuſto impedimento detentus erit, poterit uiſitare per alium.*
3 *Epiſcopus iuri uiſitandi nullo pacto renunti are poteſt.*
4 *Epiſcopi tenentur de extorſionibus, quæ fiunt per uiſitantem eius nomine.*
5 *Negligentia in epiſcopo turpiſſima eſt.*
6 *Epiſcopus iuſta ceſſante cauſa non reſidens & fructus ſui epiſcopatus percipiens,manducat panem doloris.*

Cap. XII.

Tenentur epiſcopi annis ſingulis eccleſias ſuæ diœceſis viſitare c.decernimus. c.epiſcopum, & c.relata.9.q.1.c.Cum venerabilis.§ quia ergo, extra de cenſibus, & latè per Marianum Sonzinum ſeniorem & per Pauli-
2 num in eorũ tractatibus de uiſi.† Quòd ſi forte epiſcopus vel infirmitate detentus,vel maioribus impeditus negotijs,huiuſmodi officium per ſe adimplere non poſſit, id per alium ſufficientem adimplere poterit.ead.cauſa.& q.c.epiſcopus.per cũctas,& c.ſi epiſcopus.de off.ordi.lib.6.& ibi not.per doct.maxi
3 mè per Petr.de Anch.† & huic iuri uiſitandi epiſcopus nullo pacto renuntiare poteſt:cum uiſitare & corrigere ſit publicũ ius,vt per Præpoſit.in d.c.relata,& epiſcopi uiſitantes eorum diœceſes in primis & ante omnia diligenter inquirere debẽt, de clericorum uita & moribus. Item de baptiſmo, de ordine miſſarum,& de officijs in eccleſia celebrandis,vt not.10.q.1.c. Placuit,& ibi Præpoſit.& dicebat Cardin.S.Xyſti in d.c.relata, ꝙ ſanctè ſtatutum eſt,ꝙ epiſcopi omni anno ſuas uiſitẽt diœceſes.Primo,ut errores & hæreſes extirpent:Secundo, vt nouos in fide inſtruant.Tertio,ut confirment exemplo Apoſtolorum,qui cum audiſſent ꝙ Samaria recepiſſet verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem,qui imponentes manus ſuper illos,accipiebant Spiritum ſanctum, Actu.8. in quo intelligitur ſacramentum confirmationis, quod a ſolis epiſcopis,non ab alijs inferioribus,conferri poteſt,& non ſolum tenetur epiſcopus in viſitatione confirmare ſubditos in fide, & inquirere de moribus emendatione dignis:ſed in prædicatione uerbi Dei,& in lucris animarum,potius ꝙ̃ in deprædandis, & ſpoliandis ſubditis,& ſcandalizandis fratribus operam dare debet:vt in concilio Cabilonenſi ſtatutum fuit, de quo habetur in c.cauendum.x.q.3.

Hoc onus viſitationis epiſcopi non reſidentes adimplent per eorum Vicarios,ſeu Suffraganeos mercenarios, quorum aliqui ſæpenumero potius lucrum ꝙ̃ animarum ſalutem quęrunt,ſubditos excoriantes:mercenarij enim ſunt, nec de ouib. curant.Hinc eſt ꝙ ſubditi non videntes eorum paſtorem, deprauantur in moribus, labuntur in hæreſes, lapſi non reſurgunt, cum non ſit qui eos corrigat & moneat. Ideo dicebat Hier.ſuper 34.Ezech.de epiſcopis loquens,diſperſus eſt populus Dei,vel uitijs,vel hęreticorum errore,eo ꝙ nõ eſſet paſtor bonus,qui poneret animam ſuam ꝓ ouibus:ſed omnes mercenarij,

cenarij,qui lucra tantum de gregibus conſiderant, & cum lupum viderint fugiunt, quorum negligentia grex Domini de-
4 uoratur a beſtijs.† Et ſciant epiſcopi quòd quando per alium ſuam diœceſim viſitant, ſi viſitans in viſitatione delinquat plus debito extorquendo a ſubditis,ipſi de hoc tenentur,vt habetur per Ioan.Andr.in cap.ſi epiſcopus,& ibidem Archid.de off.ordi.in 6.facit in argumentum text.in l.1.in fi.ff.de exercit. & in l.obſeruari.§.proficiſci.ff.de off.procon.Si epiſcopi vt humano diuinoque tenentur iure in eorum eccleſijs reſiderent, & eorum ſubditos per ſeipſos viſitarent, curamq; ſibi a Deo commiſſi gregis haberent,intenderentq; extirpationi falſæ doctrinæ (vt facere debent vtq; habetur in gl. Nicolai de Lira ſuper 1.ad Timoth.1.) vtiq; reſpub.chriſtiana, quæ nunc tot tantiſque exagitatur procellis, in portu (vt aiunt) nauigaret.Nec Tridentinum fortè ſacroſanctum concilium conuocare, ad extirpandas hæreſes, & morum, diſciplinæq; eccleſiaſticæ re-
5 formationem faciendam,fuiſſet opus.† Et quamuis negligentia in epiſcopo turpiſſima ſit cum ei eccleſiæ cura demandetur,vt inquit Cardi.in d.c.relata.10.q.1.Abhominabilis pro-
6 fecto in eo erit non reſidere iuſta ceſſante cauſa, † & ideo epiſcopis non reſidentibus & fructus, redditus & prouentus eorum epiſcopatuum percipientibus, non ſolum dici poteſt ꝙ colligunt vbi non ſeminant, vt habetur Math.25.quinimmo colligunt vbi deſtruunt: ſed veh illis, panem etenim doloris comedunt, reddituri rõnem ante tribunal Dñi, in tremendo illo vniuerſalis iudicijs die,ſcriptum eſt enim, qui non laborat non manducat.2.ad Theſſa.3.& forte non immerito dixerit quis magnam partem tot errorum, de quibus in dicto ſacroſancto concilio tractandum eſſe traditur, ex non reſidentia epiſcoporum proceſſiſſe,vel ſaltem ad ſummum multiplicaſſe atque creuiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi ſunt columnæ eccleſiæ.*
2 *Epiſcopi quare dicantur columnæ eccleſiæ.*
3 *Epiſcopi non reſidentes ceſſante cauſa non ſunt columnæ eccleſiæ.*
4 *Epiſcopus non ſollicitus in prædicationis officio,dicetur canis mutus latrare non valens.*

Cap. XIII.

1 Noſſe deberent epiſcopi ſe eccleſiæ columnas eſſe, vt no.Cardi.2.q.7.c.Accuſatio, de quibus loquitur Pſal.74.Ego cõfirmaui columnas eius.& de epiſcopis loquens tex.in c.1.3.q.8.inquit Accuſatores epiſcoporũ omni careant ſuſpitione, quia columnas ſuas dñs firmiter ſtare voluit:non a
2 quolibet agitari.† Columnæ eccleſiæ dicuntur epiſcopi, quia per eos tanquam columnas ſuſtentari debet eccleſia. Hi ſunt columnæ, quibus domus eccleſiæ innititur, Iudicum 16. Hi ſunt columnæ ligni Sethin,qui debent etiam imputribiles per mũditiam eſſe:Exo.36.& auro charitatis cooperiri debent,vt columnæ tabernaculi, Exo.36.Ornari debent velut columnæ argenteæ diuinorum eloquiorum,vt caſta habeant eloquia,& examinata vt recta prædicent:nam dr̃ 1.ad Timoth.3.Oportet epm̃ doctorem eſſe.Hi ſunt columnæ æreæ,de quibus.4.Reg.c.25.ærei enim eſſe debent epi per donum fortitudinis,vt ſint in bello huius præſentis militiæ fortes, & cum antiquo ſerpente pugnent. Hi ſunt columnæ marmoreæ: de quibus Heſter.1.& Canti.5.quia epiſcopi per munditiã caſtitatis albi eſſe debent, & frigidi,contra luxuriæ ardorem:ſtabiles & firmi, contra ad-
3 uerſa: ita dicit Cardi.in præallegato c.1 3.q.8.† Quomodo ergo columnæ eccleſiæ dicentur epiſcopi, legitima ceſſante cauſa,non reſidentes? quomodo ſolliciti erunt & vigilantes circa pauperum defenſiones? releuationem oppreſſorum & tuitionem monaſteriorum? ad quæ de iure tenentur,& ea ſi facere neglexerint,aſpere corrigendi ſunt.vt habet̃ 84.diſtin.c.1.Vbi Card.in 2.col.facit tex.in c.ad reatum.81.diſt.& in c.epiſcopus. 88.diſt.& c.1.& 2.87.diſt.& c.nuntiatum, & cap.peruenit.84. diſtin.Et niſi epiſcopus ſollicitus ſit corrigere malos & delinquentes: ei imputabuntur ſubditorum peccata.c.1.86.diſtin.& ideo dicebat Euſebius in epiſtola de morte Hieronymi ad Damaſum,Quot enim vel noſtro exemplo, vel noſtri negligentia,peccatis moriuntur:tot de manu noſtra requiret dominus, quanto enim eſtis altiores gradu:tanto maioribus cruciabimi-
4 ni cruciatibus.Non eſtis domini:ſed Paſtores.† Et niſi epiſcopus ſollicitus ſit in prædicationis officio,& in docendo: dicet̃ canis mutus latrare non valens.Eſa.61.c.Si Rector.43.diſt.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus vti paſtor ſollicitus eſſe debet in cuſtodiendis ouibus ſibi commiſſis.*
2 *Ab epiſcopo requiret dominus ouem quæ ſua negligentia perierit.*
3 *Epiſcopo imputatur ſi qua ouis eius negligentia pereat.*
4 *Epiſcopus intentus eſſe debet hæreſum extirpationi.*
5 *Epiſcopus remiſſus in extirpatione hæreſum,remoueri debet ab epiſcopatu.*
6 *Docentes hæreſes expellendi ſunt & ſeuerè puniendi.*
7 *Hæreſis labes dicitur.*
8 *Diligentia in quocunque opere mater eſt, Nouerca eruditionis eſt negligentia.*

Cap. XIIII.

1 Et inquantum paſtor Epiſcopus nutriendi, paſcendi,& diligenter cuſtodiendi, oues ſibi commiſſas, aduerſus lupos ſollicitus eſſe debet:de quo habetur Lucæ 2.Paſtores erant in eadem regione vigilantes,& cuſtodientes vigilias noctis,ſu-
2 per gregem ſuum. † Et debet epiſcopus inquantum eſt ſpeculator ſollicitus eſſe,& animabus ſubditorum inuigilare,ne ipſarum aliqua perſequutoris gladio pereat: quoniam quæ ſua perierint negligentia:de manu eius requiret Dominus, dicente Domino per prophetam Ezechiel.c.33. Et ſi ſpeculator uiderit gladium venientem,& non inſonuerit buccina,& populus non ſe cuſtodierit, veneritq; gladius & tulerit de eis animã:
3 ille quidem in iniquitate captus eſt, † ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram,& dicit gl.in c.tua nos,in verbo iuramenti,extra de eccle.ædifican.ꝙ ſi propter epiſcopi negligentiam aliqui perierint: ipſi imputabitur.allegat.26.q.6.c. ſi presbiter.Et beatus Benedictus in ſua regula ad Abbatem loquens,inquit. Magnopere debet ſolicitudinem gerere Abbas, & induſtria ſua curare,ne aliquam ex ouibus ſibi creditam,perdat: Nouerit enim infirmarum ſe curam ſuſcepiſſe animarũ: non ſuper ſanas tyrannidem.
4 † Inter cætera ad hæreſum extirpationem ſummoperè intentus eſſe debet epiſcopus & in hoc inuigilare,vt not.doct.in c.excommunicamus.§.volumus,de hæret.& ibi Cardin.Zabarella.Et cum ad hæreticos extirpandos idoneus eſſe debeat gl.
5 in c.In cauſis.§.quia verò. † Et ibidem idem Cardi.in 4.not.de elec. ſi epiſcopus in hoc ſit remiſſus, remoueri debet. Idem volunt doct.in d.c.excõmunicamus in §.volumus,& ibi Abb.
6 †Et obſtare principijs debent epiſcopi,cũ modica fauilla ſit,niſi ei in tempore occurratur,ſæpe magna fiat.Ideo docentes hæreſes,abijciendi ſunt:& ſeuerè puniendi:vnde Apoſt.1.ad Cor. 5.dixit,auferte malum a uobis ipſis, modicum.n.fermenti totam maſſam corrumpit,facit illud Poetę.Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.& alibi dixit principijs obſta,ſero medicina paratur, cum mala per longas conualuere moras. Nec me quiſquam increpet, ſi quandoq; Poetarum verſus allego in hoc libello,nam & Auguſtinus Lucani verſus allegauit, vt habetur in ca.Nec mirum.36.q.5.Et Hieronymus Vergilij carmina vt habetur de conſecr.diſt.5.c.nunquam. Quinimmo & Bar.ſolemnis doctor ac ciuilis lumen iuris in l.1.C.de digni.li. 10.allegauit verſus vulgares Dantis,& Hier.cuius verba habentur in c.Reſecandæ. 24.q.3. dixit ꝙ Arrius vna ſcintilla in Alexandria fuit,& quia cito non eſt extincta,totum orbem depo-
7 pulata eſt flamma eius. † dicitur enim hæreſis labes,clemen.1. §.1.de hæret.& eſt contagioſa ſicut lepra, eadem clemen.1.§. vtrum,& ibi Cardi.Zabarella,ideo niſi ei in tempore occurratur,admodum creſcit, vt accidiſſe videmus noſtris hiſce temporibus in hæreſi Lutherana, quæ cum a principio curari debuerit,quod & facillimè fieri potuiſſet,neglecta ab his,quibus tunc id curæ eſſe deberat,adeo creuit vt debacchetur per omnes ferè chriſtianorum partes:quo factum eſt vt pro illius extirpatione ſacroſanctum Tridentinum concilium congregare neceſſe fuerit.Quòd ſi epiſcopi in ſuis (vt tenentur) reſediſſent eccleſijs, & dominici gregis curam non neglexiſſent: hæreſis prædicta tot ſaltem & tantas ſibi non vendicaſſet vires,& ideo benè dicebat Hiero.ſuper 10.Eccleſ.ꝙ per negligentiam epiſcoporum omnis eccleſiæ corruet altitudo: cũ illecebræ ſint, vbi tegmen putabatur eſſe virtutum.Studebit igitur epiſcopus quantum enixius poterit principijs obuiare, nam vt iuriſconſultus inquit,melius eſt in tempore occurrere, ꝗ poſt vulneratam cauſam remedium ſumere.Euigilabit in corrigendis ſubditorum erroribus,in quo omnem eius diligentiam & ſtudiũ
8 ponet,† nam ſicuti in quocunque operę diligentia mater eſt: ita nouerca eruditionis eſt negligentia,c.nihil.83.diſt.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia in epiſcopo turpis eſt.*
2 *Epiſcopus ab officio ſuſpendendus eſt,ſi negligens ſit punire clericorum inceſtus & fornicationes.*
3 *Epiſcopus non corrigens ſubditorum crimina,canis impudicus dicendus eſt.*
4 *Delinquentium culpa in negligentem epiſcopum referuntur.*
5 *Negligentia epiſcoporum ipſis tria affert mala.*
6 *Error cui non reſiſtitur approbatur.*
7 *Tria ſunt mala quæ in ſubditorum damnum ex epiſcopi negligentia reſultant.*
8 *Delictum quod non corrigitur facilius multiplicatur.*

9 *Qui non corriguntur facilius delicta continuant.*
10 *Tria mala reſultant ex epiſcoporum negligentia in totius vniuerſitatis de-
trimentum.*
11 *Difficilius corrigitur malum quod in plures tranſit.*
12 *Remiſſio in prælato æquiparatur pigritiæ agricolæ.*
13 *Epiſcopi onus ingens eſt.*

Cap. XV.

2 Turpis † admodum in epiſcopo eſt negligentia. Illa nã-
que non ſolũ ſibi, ſed & alijs nocet, vnde Apoſt.
4. ad Timo. inquit, noli negligere gratiam, quæ in te eſt. Ne
ſint ergo epiſcopi negligentes, ſed ſubditorum curam cum
omni ſolicitudine habeant. Eis enim Apoſt. ad Romanos c. 7.
ait, Solicitudine nõ pigri, ſpiritu feruentes, domino ſeruientes.
Et Greg. in c. nontiatum. 84. diſt. reprehendit epiſcopos Cam-
paniæ, qui vigilantes non erant circa ſubditorum curam, man
dans illos moneri dicens, ꝙ ſi moniti non ſe corrigant ad eum
mittantur. Epiſcopus qui corripere ſubditos negligit, eo ipſo
videtur dare & permittere ſecuritatem delinquendi, vt not.
Cardi. in c. ſi rector. 43. diſt. in. Iuſtitiæ enim inimica, bonitas eſt,
palpare criminoſos & eorum vulnera in diem iudicij incurata
reſeruare. c. Si quis diaconus. 50. diſt. Et dicebat Greg. cuius ver-
ba refert Cardi. in d. c. Si rector, ꝙ plerunque nimis taciti, dum
quorundam mala reſpiciunt, & cum ſilentio linguã premunt:
quaſi conſpectis vulneribus vſum medicaminis ſubtrahunt, &
eo mortis auctores fiunt: quo virus, quod loquendo poterant
eijcere, noluerunt & dicitur in cap. Si quis epiſcopus. 83. diſt. &
3 fuit decretũ Gregorij VII. † ꝙ epiſcopus negligens fornicatio-
nem clericorum, vel crimen inceſtus in ſua parochia com-
miſſum punire, ab officio ſuſpendi debet. Ideo Symachus Pa-
pa dicebat non eſſe grandem differẽtiã an læthum inferas vel
admittas: nam mortem languentibus probatur infligere, qui
hanc cum poſſet non excludit, vt habetur 83. diſt. c. 1. Et ideo
dicebat Aug. cuius verba habentur in c. nemo quippè, eadem
3 diſt. † ꝙ epiſcopus, qui ſubditorum crimina non corrigit: ma-
gis canis impudicus quàm epiſcopus dicendus eſt. Error enim
cui non reſiſtitur, approbatur & veritas cum minime defen-
ditur, opprimitur, & negligere cum poſſis perturbare peruer-
ſos, nil aliud eſt quàm illis fauere: cum non careat ſcrupulo ſo-
cietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Hæc
habentur in c. error ead. 83. diſt. & in c. facientis. 86. diſt. in. nec
prodeſt epiſcopo ſuo non pollui errore, ſi conſenſum per ne-
gligentiam erranti præſtet, vt dicebat Pius, cuius verba haben-
tur ead. diſt. c. quid enim, & dicebat Greg. ꝙ erranti conſenti-
re videtur: qui ad reſecanda quæ corrigi debent non occurrit.
c. conſentire ead. 83. diſt. in c. oſtendit. 11. q. 3. & Anacletus Papa
contra epiſcopos, qui vt ſubditis placeant, & ab illis amentur,
eos non corrigunt, inquit: Nihil illo paſtore miſerius, qui glo-
riatur luporum laudibus: quibus ſi placere voluerit, atq; ab eis
4 amari elegerit, erit inde ouibus magna pernities. † Et delin-
quentium culpæ in negligentem epiſcopum referuntur, qui
eos neglexit corrigere, vt habetur in c. 1. & 2. 86. diſt. in. Epiſco-
pus etenim probat ſe vitia odio habere, ſi errantes cõdemnet:
cum primus innocentiæ gradus ſit, odiſſe nefanda. & dicitur ꝙ
latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum prauita-
te conſenſum: nec prodeſt alicui proprio non puniri, qui alie-
no peccato puniendus eſt. Hæc Ioannis VIII. verba ſunt, quæ
habentur in c. facientis. 86. diſt. & dicitur in Canone Apoſto-
lorum c. 57. ꝙ epiſcopus, qui negligẽtius circa clerum, aut po
pulum agit, nec eum in pietate erudit, a communione ſegrega
ri debet: Si verò in ea ſocordia perſeueret, deponitur, & dice-
bat Iſidorus ꝙ prælati negligentes in correctione culparum
ſubditorum aſſimilantur dormienti, de cuius manu cadit ba-
culus paſtoralis, vt refert Cardi. in d. c. ſi quis epiſcopus. colũ. t.
5 num. 5. 83. diſt. † Ex epiſcoporum negligentia ipſis tria mala ſe
quuntur ſm Cardi. in c. ſi quis epiſcopus. 83. diſt. Primum eſt cõ
fuſio, nam ſicuti patri honor eſt bonos habere filios: ita filio-
rum malitia in patris confuſionem recidit. Eccl. 22. ca. confu-
ſio enim patris, eſt de filio indiſciplinato. Secundum malum
eſt. culpa ſubditorum, quorum nanq; culpæ in ſuum traiicitt
prælatum, qui eos non corrigit. 23. q. 4. ca. ſi is qui. & ead. cauſa.
q. 5. c. qui vitijs. Ideo dicebat Gregorius in ſuo paſtorali, quod
ſi Rector minus contra culpas attendat, culparum omnium
reus ipſe tenetur. Exemplificat in medico, cuius negligentia ſi
infirmus perierit, ipſe reus mortis erit infirmi. c. 1. 81. diſt. vbi di
cit ille tex. non eſſe differentiam an lœthum inferas vel admit
tas, mortem enim languentibus probatur infligere, qui hãc cũ
poſſit non excludit, facit tex. in c. facientes. 86. diſt. ad idem fa-
6 cit tex. in c. error. eadem diſt. † vbi dicitur ꝙ error, cui non reſi
ſtitur approbatur, & veritas cum minimè defenditur opprimi-
tur, negligere quippè cum poſſis perturbare peruerſos, nil aliud
eſt q̃ eis fauere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui ma-
nifeſto facinori deſinit obuiare. Nam conſentire erranti vide-
tur, qui ad reſecanda, quæ corrigi debent non occurrit. 83. diſt.
c. conſentire, facit illud Senecæ Tragœdis 6. qui nõ vetat pec
care, cum poſſit, iubet. Tertium malum dicit Card. loco prædi
cto eſſe pœna temporalis, quia tales epiſcopi deponendi ve-
niunt, ut in d. capit. Si quis epiſcopus. Hinc dixit Dominus. 1.
Regum cap. 4. eo ꝙ nouerat Heli indignè agere filios ſuos, &
eos non corripuit, iuraui domui Heli ꝙ non expietur iniqui-
tas domus eius victimis & muneribus in æternum.
7 † Tria alia demum dicit idem Cardina. præallegato loco
eſſe mala, quæ ex prælatorum negligentia in corrigendis ſub-
ditis procedunt, in eorundem ſubditorum delinquentium dã
num. Quorum primum eſt excæcatio. Nam delinquẽs inter-
dum cum non corrigitur, id quod facit, credit vel non eſſe ma
lum, vel minus malum. Ideo dicebat Gregorius. Nonnulla ve
hementer increpanda ſunt, ut dum culpa ab auctore non co-
gnoſcitur quanti ſit ponderis: ab increpantis ore ſentiatur. &
dicitur Prouerb. c. 29. Virga & correptio tribuit ſapientiam.
8 † Secundum malum eſt multiplicatio delictorum. Nam fa
cilius delictum multiplicatur quod nõ corrigitur, allegat Ber-
nardum dicentem ꝙ impunitas, eſt ſcelerum mater, radix im-
pudentiæ, tranſgreſſionum nutrix, & licèt locum non citet,
ſcias id Bernardum dicere in lib. de conſideratione, lib. 3. vbi
dicit ꝙ impunitas incuriæ ſoboles, inſolentiæ mater, radix im-
pudentiæ tranſgreſſionum nutrix eſt. Et dicitur Eccleſ. cap. 8.
quia non fertur citò contra malos ſententia, idcirco abſque ti-
more vllo filij hominum mala perpetrant, ad quod facit quod
dixit Hier. ad Paulinum. c. 4. ꝙ ſeruitores Dei quantum ædifi-
cant in eccleſia Dei ex vitæ merito: tantum nocent ſi deſtruẽ
tibus non reſiſtunt. & dicebat Ambro. ſuper epiſtola 1. ad Co-
rinth. ꝙ peccatum vnius, quod cognitum non arguitur, mul-
tos contaminat.
9 † Tertium malum, quod in damnum ſubditorum redundat
ex epiſcoporum negligentia: dicit idem Card. in d. cap. ſi quis
epiſcopus 83. diſt. erit perditio: nam qui non corriguntur, fa-
cilius delicta continuant, & tandem perduntur, allegat id qđ
habetur Prouer. 22. vbi dicitur, Noli ſubtrahere diſciplinam
a puero, ſi enim percuſſeris eum virga: non morietur, Tu uir-
ga percuties, & animã eius de inferno liberabis facit quod ha-
betur in c. ut clericorum, de vit. & honeſt. cleri. & 23. q. 4. ca. eſt
iniuſta. quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi.
Ideo dicebat Caſſiodorus lib. 1. epiſto. 15. malum cum perſeue-
rat augetur, & remediabile bonum eſt accelerata correctio. &
Sene. in lib. de moribus dicebat, vitia tranſmittit ad poſteros:
qui præſentibus culpis ignoſcit.
10 † Rurſus dicit idem Cardi. in d. c. ſi quis epiſcopus, Tria alia
eſſe mala, quæ ex prælatorum negligentia reſultant ex nõ cor-
rectione errorum ipſorum ſubditorum, quæ in damnum to-
tius vniuerſitatis redundant. Primum quorum eſſe dicit infe-
ctionem, nam ſicuti morbida ouis, niſi ſanetur, totum inficit
gregem: ſic vnius peccatum non correctum, alios inficit. Alle
gat ad hoc Origenem ſuper illud Nume. 25. ſuſpende puerum,
In patibulo coguntur prepoſiti rationem reddere, ne forè
non docuerint, non monuerint, nec ſollicitè arguerint eos,
qui peccatum peccauerunt, Ne contagium diſpergeretur in
plures.
11 † Secundum malum eſſe dicit corrigendi difficultas, nam
quanto in plures tranſit infectio: tanto difficilius erit corrige
re, adducit glo. ordi. ſuper illud Iob 4. c. ſtatuus, ſe præmenti-
bus dicens ꝙ qui diuiſi corrigi potuerunt: iniquitatum ſuarum
pertinacia vniti perdurant, facit illud Poetæ, ſero medicina pã
ratur, cum mala per longas conualuere moras.
Tertium malum ꝙ in uniuerſale damnum redundat dicit
eſſe rebellionem ad omne bonum, nam delictum incorre-
ctum, non ſolum inficit alios: ſed ineptos omni bono reddit,
ita vt nullum ad eos ſpirituale bonum valeat introduci, Iob c.
14. Vna, vni iungitur, ne ſpiraculum quidem incedat per eos,
quod ideo dicitur ſecundũ gl. ibi. quia nulla ſpiritualis exhor-
tatio apud tales proficit, propter quæ omnia meritò prælatus
negligens ſubditorum peccata corrigere rationabiliter venit
12 vituperandus & puniendus. † Hinc dicitur ꝙ remiſſio in præ-
lato æquiparatur pigritiæ agricolæ, Prouerb. ca. 24. Per agrum
pigri hominis tranſiui, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum
repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ. Et
remiſſio in prælato eſt ſicut defectus latratus in cane gregem
ſeruante, quem lupus inuadit, vt inquit Cardi. in c. ſed illud nõ
ocioſè. 45. diſtinct. colum. 2. uerſicu. circa ſecundum facit illud
Eſaiæ ca. 56. Canes muti non ualentes latrare, de iſtis loquens
Theophilactus Archiep. Bulgariæ ſup. Lucæ 12. Scio etenim,
inquit, multos, qui uidentur virtute ac pietate, & fide præditi
damnoſos eſſe eccleſiæ, & non ſolum facultates, ſed etiam
animas perdere. Exempli gratia, peccauit quiſpiam peccato,
quod animam offendit, niſi prudens ſit qui præſidet, & tan-
tum habeat virtutem abſque iudicio vel ex immodica incre-
patione, uel ex intempeſtiua illius manſuetudine corripi-
tur is qui lapſus eſt, & non ſanatur, ſed conteritur.
Nec parcere debent epiſcopi ſi quando viderint aliquem

in hæreſim lapſum nec illum corrigant, ſæpe etenim dum vni
parcunt, vniuerſis exitium moliuntur, vt inquit tex. in d. c. Sed
illud non ocioſè. 45. diſt. dicens ꝙ vni parcere, eſt omnes in di
ſcrimen adducere: quia ex vno peccatore populus polluitur,
ſicuti ex vna oue morbida vniuerſus grex inficitur. Et ideo di-
cebat Hier. cuius verba recitantur in c. reſecandæ ſunt putridæ
carnes & ſcabioſa ouis a caulis repellēda: ne tota domus, maſ-
ſa, & peccata ardeāt, corumpantur, putreſcant, & intereant, &
quanto doctior erit epiſcopus: tanto grauius peccat cum negli
git ſubditorum curam. Et Theophilactus ſuper illud Lucæ c.
12. teneamus inquit, fratres (de epiſcopo loquens) ſi is qui ni-
hil ſcit omnino dignus eſt plagis: quæ excuſatio liberabit eos,
qui ſcienter deliquerunt: maximè ſi doctores fuerint, grauior
enim eſt eorum condemnatio.

13 Ingens eſt profectò epiſcopi onus. Ideo Chriſoſtomus † in
lib. 6. de ſacerdotio, Tomo 5. de ſe ipſo loquens, inquit: & con-
ſiderans quàm graue eſſet, ab eo ipſo die, quo tute epiſcopatus
ſuſpitionem hanc inieciſti, factū eſt identidem, vt corpus hoc
ab anima propemodum diſſolueretur: Tam ingens pauor, tā
ingens meſtitia, animum meum occupauit. Nam cum apud
me conſiderarem Chriſti ſponſæ gloriam, ſanctimoniam, ve-
nuſtatem, ſpiritualem prudentiam, ornatum, tum verò animi
mei vitia expenderem: fiebat vt aſſiduis tum illatum etiam me
gemitibus luctibusq; proſequerer. Quo in animi angore, dolo-
req; dum verſarer, hiſce memet verbis conueniebam. Quis nā
conſilij huius auctor fui? Quid tandem tantum peccauit eccle
ſia Dei? Quænam tanta res ipſius eccleſiæ dominium excita-
uit, induxitq; vt illam tanto cum eius dedecore, mihi morta-
lium omnium ignominioſiſſimo, regēdam traderet? Et idem
Chriſoſt. lib. 3. de ſacerdotio ſimiliter de epiſcopo loquens, in-
quit: Nam quem nulla cupiditas trahit vt ſeſe in eo munere
collocatum oſtendet, ac tāquam digito ab alijs monſtretur, is
certè ab eo ſolio deturbari non formidat. Porrò autem qui id
non formidat: hic cum ea libertate, quæ chriſtianas mentes de
cet omnia exequi poterit: dura enim, acerba, atq; adeo multis
referta incommodis illorum eſt ſeruitus: qui honoris huiuſmo
di caſum reformidant, ob quem ſæpenumero ſit vt hominum
& Dei optimi defenſionem ſubire cogantur. Et inquit Grego.
in 1. parte ſui Paſtoralis c. 8. quòd tunc bonum fuit epiſcopatū
quærere: quando per eum vnumquenque dubium non erat
ad ſupplicia grauiora peruenire.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopi canones ſeruare, & a ſubditis ſeruari facere debent.*
2 *Epiſcopi appellantur cuſtodes ſacrorum Canonum.*
3 *Epiſcopus Canones non ſeruans dicetur canis impudicus.*
4 *Ab epiſcopo Canones non ſeruante recedi poteſt.*
5 *Subditi reſiſtere poſſunt epiſcopo Canones non ſeruanti.*
6 *Epiſcopus quando dicatur Canones ex contemptu non ſeruare.*
7 *Epiſcopus compellere debet ſubditos ad Canones ſeruandos.*
8 *Epiſcopus Canones non ſeruans, magis punitur quàm ſecularis Princeps leges contemnens.*

Cap. XVI.

1 Epiſcopi † Canones ſeruare, & a ſubditis ſuis ſeruari
facere debent, quia ſacrorum canonum mi
niſtri ſunt. 21. diſt. c. 1. Ioan. Monach. in cap. cupientes, de elect.
lib. 6. nume. 121. Ad idem text. in clemen. 1. de æta. & qualit. &
c. cum ſimus. 9. q. 3. in quibus locis habetur quòd epiſcopi ca-
2 nones ſeruare non violare debent. † Immo appellantur epi-
ſcopi cuſtodes ſacrorum canonum. 24. q. 3. c. Cum quilibet, in
fine, & alibi dicuntur miniſtri ſacrorum canonum & decreto-
rum Pontificum. 21. diſtin. c. 1. Ideo non debet epiſcopus a re-
gulis, a ſacris canonibus præſtitis negligentia vel præſumptio-
ne diſcedere. 22. q. 2. c. Igitur, in fine, Nec canones violare. 61.
diſtin. c. ſtatuimus. 11. diſtin. c. 2. 12. diſt. c. ridiculum, & ſcriptum
eſt. 9. q. 3. quòd epiſcopi debitores ſunt ſacras regulas cuſtodi-
re. 6. q. 3. cap. Cum ſcimus. & habetur per Paul. de Caſt. in conſ.
3 403. incipiente Illa, quæ infirmari in 1. volu. † Et epiſcopus ca-
nones non ſeruans, dicitur canis impudicus, Ita dixit Domi-
nus Angel. de Clauaſio, in ſua ſumma, quæ Angelica nuncupa-
tur in verbo epiſcopus allegat. 2. q. 7. c. qui nec regiminis. Qui-
nimmo ſi epiſcopus canones non ſeruat, vel non ſeruari fa-
ciat, venit contra proprium iuramentum. vt not. Card. Zaba-
rella in c. Ego enim, in 1. not. extra de iur. iuran. & Abb. in c. ſci-
ſcitatus col. 2. de reſcrip. & eſt periurus vt not. idem Abb. in d. c.
4 Ego enim. allegat glo. in c. ſacerdotes. 2. q. 7. quæ voluit, † quòd
a prælato non ſeruante canones poteſt ſicuti ab excommuni-
cato recedi, quod vltimum procedere dicit idem Abb. quan-
do epiſcopus ex contemptu canones non ſeruat, nec ab alijs
ſeruari facit, aliàs ſecus eſſet vt etiam habetur per Felyn. in d. c.
Ego enim, colum. 3. Et idem Fely. in c. Cum non liceat de præ-
5 ſcrip. Et ibidem Abb. Et ſi † epiſcopus canones nō ſeruat, ſub-
diti ei reſiſtere poſſunt. Fely. in c. Si quando col. 1. de reſcript. &
habetur per glo. ſupra allega. in d. c. ſacerdotes. 2. q. 7. Sequitur
Roma. ſingulari ſuo 494. incipiente Curialis. & Fely. in d. c. Ego
enim. & in d. c. Si quando, & in d. c. Cum non liceat, colu. 3. & in
c. 1. col. 3. verſi. capio, de conſti. Præpoſ. in c. nulli fas. colu. 1. 16.
6 diſtin. † Dicitur autem epiſcopus canones ex contemptu nō
ſeruare, quando illis ſine cauſa contrauenit ſecundum gloſſ. in
cap. metropolitanum. 2. q. 7. Felyn. in dicto cap. Ego enim, col.
2. numero 7. de iur. iuran. Et circa hoc quando dicatur quis ali-
quid in contemptum facere, vide quæ allegat & copioſè ſcri-
bit Felyn. in cap. 2. de maiorit. & obedien.
7 † Et compellere debet epiſcopus ſubditos ad ſeruandos ca-
nones, vt habetur in cap. Subdiaconus. 32. diſtin. Vbi Præpoſit.
not. ad quod allegat tex. in clemen. 1. de offi. ordin. Quomodo
ergo epiſcopum non reſidentem canones ſeruare dicemus?
Quomodo illos a ſubditis ſeruari faciet, quos non reſidendo
ipſe ſeruare recuſat? Sponſam etenim ſuam eccleſiam, cui ex
canonum & diuinæ legis præcepto adhærere debet, derelictā
reliquit, & ſubditorum curam ſibi a ſacris canonibus pariter
demandatam ſubire renuit. Et cum ipſe canones non ſeruet,
quinimmo illis contraria operetur, iam non amplius cano-
num cuſtos, obſeruator, aut miniſter dici poterit: ſed illorum
tranſgreſſor, vbi legitima cum non excuſet cauſa cur non reſi-
8 deat. † magis enim delinquit epiſcopus canones non ſeruans,
quàm ſecularis Princeps leges contemnens: cùm magis epi-
ſcopi canonibus aſtringantur, quàm legibus principes ſecula-
res, vt voluit Alex. de Imol. conſi. ſuo 1. in 5. volumine.

S V M M A R I V M.

1 *Perſequutio quam patitur epiſcopus an ſit iuſta cauſa non reſidendi.*
2 *Epiſcopi obligant ſe ad exequendum paſtorale officium propter ſalutem ſubditorum.*
3 *Epiſcopi eſſe debent in fide integri, in preſſura probati, & in perſequutione proſcripti.*
4 *Epiſcopi debent eſſe conſtantes in tribulatione.*
5 *Epiſcopus gregem ſuum relinquere non debet vbi ſalus ſubditorum requirit eius præſentiam.*
6 *Vtilitas plurimorum vtilitati vnius præfertur.*
7 *Epiſcopus excuſatur a reſidendo quando propter eccleſiæ ſuæ commodum ſe abſentat & eccleſiæ poteſt æque benè per alium deſeruiri. Idem ſi propter perſonæ ſuæ periculum.*
8 *Petrus fugit Herodis furorem.*
9 *Epiſcopus quando licitè fugit vt euitet perſequutionem.*
10 *Qui epiſcopus perſequitur, Chriſtum perſequi dicitur.*
11 *Epiſcopus qui Monachus efficitur excuſatur a reſidentia.*
12 *Epiſcopus ex quibus cauſis licitè petat ſibi indulgeri vt ſuam poſſit dimittere eccleſiam.*
13 *Epiſcopus ſi ignoret ſcientiam in qua regere debet ſuam eccleſiam, licitè illam dimittere poteſt.*
14 *Competens ſcientia in epiſcopo toleratur.*
15 *Epiſcopus omnino indoctus non eſt tolerandus.*
16 *Epiſcopi indocti ſunt aſini deferrati.*
17 *Epiſcopus indignè promotus decapitari meretur.*
18 *Malitia plebis cui epiſcopus præeſt eſt iuſta cauſa quòd epiſcopus petit licere ſibi ſuam eccleſiam dimittere.*
19 *Pro euitando graui ſcandalo licitè epiſcopus ſuam dimittit eccleſiam.*
20 *Bigami non poſſunt eligi in epiſcopos.*
21 *Bigami ex diſpenſatione Papæ licitè promouentur ad epiſcopatum.*
22 *Paulus Apoſtolus bigamiam inſtituit.*
23 *Papa facilius diſpenſat cum bigamo interpretatiuo, quàm cum vero.*
24 *Bigamus ex diſpenſatione Papæ poteſt etiam eſſe Cardinalis.*
25 *Epiſcopus epiſcopatum dimittere non poteſt etiam ex cauſa ſine authoritate Papæ.*
26 *Epiſcopus tenens regalia ab imperatore a quo vocatur licitè excuſatur a reſidentia.*
27 *Epiſcopus vno & eodem tempore vocatus a Rege & a Pontifice prius ad Pontificem ire debet.*
28 *Epiſcopus ad regis curiam non vocatus accedere non debet.*
29 *Epiſcopi negligentes punire ſubditorum errata, appellantur canes impudici.*
30 *Epiſcopus promotus ad Cardinalatum excuſatur a reſidentia ſuæ eccleſiæ.*
31 *Cardinales dicuntur pars corporis Papæ.*
32 *Cardinales epiſcopi iurant fidelitatem Pontifici vt faciunt cæteri epiſcopi.*
33 *Papa cum Cardinalibus totum orbem iudicat.*
34 *Cardinales ſine licentia Papæ ex curia diſcedere non poſſunt.*
35 *Status cardinalium a Deo inſtitutus eſt.*
36 *Cardinales aſſiſtunt Papæ ſicuti apoſtoli Chriſto.*
37 *Epiſcopus cui propter infirmitatem neceſſe eſt aerem mutare, excuſatur a reſidentia.*
38 *Epiſcopus vocatus ad curiam Romanam, excuſatur a reſidentia.*
39 *Allegans impedimentum illud probare tenetur.*
40 *Epiſcopus abſens ab eius eccleſia pro tractandis negotijs vniuerſalis eccleſiæ*

fiat excuſatur a reſidentia.
41 *Epiſcopus ſtans ad ſeruitia Papæ excuſatur a reſidentia.*
42 *Epiſcopi qui ſunt auditores Rotæ clerici Cameræ apoſtolicæ vel ſecretarij, Papæ, an a reſidentia excuſantur.*

Cap. XVII.

1 Sed quæritur, quibus caſibus epiſcopi excuſentur a reſidendo in ſua eccleſia, & primo videndum eſt ſi epiſcopus aliquam perſequutionem patiatur, an iſta ſit iuſta cauſa non reſidēdi. Circa hoc Thomas 2.2.q.185.arti.5.ad partes arguit & pro parte negatiua quòd epiſcopo non liceat etiam propter perſequutionem temporalem corporaliter deſerere gregem ſuum, adducit illud Ioan.10.quòd ille eſt mercenarius non verè Paſtor, qui videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit. Vnde dicit Gregorius in homelia, quòd lupus ſuper oues venit, cum quilibet iniuſtus & raptor fideles quoſque ac humiles opprimit. ſubdens idem Thomas, quòd ſi epiſcopus propter perſequutionem alicuius Tyranni gregem ſibi commiſſum corporaliter deſerat: videtur quòd ſit mercenarius, non Paſtor.

Secundo adducit ꝙ Prouerb.6.dicitur, Fili ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam. ſubdens: diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum. Quod exponens Gregorius in paſtorali ſuo, dicit, Spondere pro amico, eſt animam alienam in periculo ſuæ conuerſationis accipere. Quiſquis autem alijs ad viuendum in exemplum proponitur, non ſolum vt ipſe vigilet, ſed etiam vt amicum ſuſcitet admonetur: quod facere non poteſt epiſcopus, ſi corporaliter ſuum deſerat gregem. Ex quo videtur quòd epiſcopus non debeat ex cauſa perſequutionis corporaliter ſuum gregem deſerere.

Tertio adducit, ꝙ ad perfectionem epiſcopalis ſtatus pertinet, quòd proximis curam impendat: ſcilicet ei qui eſt in ſtatu perfectionis profeſſus, nō licet ut omnino deſerat ea quæ perfectionis ſunt. Ergo videtur quòd epiſcopo non liceat ſe corporaliter ſubtrahere ab exequutione ſui officij.

Pro contraria autem parte quòd liceat ex cauſa non reſidere, allegat quod habetur Math.10.Si vos perſequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Et propterea dicit Thomas loco proximè allegato reſpondendum eſſe quòd in qualibet obli-
2 gatione præcipuè attendi debet obligationis finis. † Nam obligant ſe epiſcopi ad exequendum paſtorale officium propter ſalutem ſubditorum, hinc eſt quòd vbi ſubditorum ſalus exigit præſentiam perſonæ paſtoris, non debet paſtor perſonaliter ſuum deſerere gregem, nec propter aliquod temporale cōmodum, nec etiam propter aliquod perſonale periculum imminens, cum bonus paſtor animam ſuam ponere teneatur pro ouibus ſuis. Vbi verò ſubditorum ſaluti poſſet ſufficienter in abſentia Paſtoris per alium prouideri: tunc eidem licet vel propter aliquod commodum eccleſiæ vel perſonæ periculum, gregem ſuum corporaliter deſerere. Vnde Aug in epiſtola ad Honoratum dicebat, Fugiant de ciuitate in ciuitatem ſerui Chriſti, quando eorum quiſque ſpecialiter a perſequutoribus quæritur: vt ab alijs, qui non ita quæruntur non deſeratur eccleſia. Cùm autem omnium commune periculum eſt, hi, qui alijs indigent nō deſeruntur ab his, quibus indigent. Nam ſi pernitioſum eſt nautam in tranquillitate nauem deſerere, quanto magis in fluctibus? allegatur tex. in c. ſciſcitaris 7.q.1.& ad prædicta facit quod habetur in c. ſuggeſtum.7.q.1.vbi dicitur quòd afflictionum amaritudo a piè mentis propoſito epiſcopum recedere cogere nō debet: ɔſiderando quāta pro abſolutione nr̄i ac liberatione Dn̄s ac redēptor noſter ꝑtulerit, vt hr̄ Math.24.& Marci 13. Hinc eſt ꝙ epiſcopus propter opprobrium malorū hominum quieti ſe tradere nō debet, vt ſe ſaluet, & filios orphanos relinquat. vt dicitur in d.c. ſuggeſtum
3 † Epiſcopi enim, vt dicebat Cyprianus, debent eſſe in fide integri, in preſſuris probati, in ꝑſequutione proſcripti, vt habetur in c. Nouatianus.7.q.1. Ideo dicitur. Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam. c. ſancimus.43.diſtinct. Preſſuram autem metuere non debent, qui alios in preſſuris conſolari tenentur. Ideo Paulus 1.ad Corinth.1.dixit. Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. In tribulatio-
4 ne proſcripti, hoc eſt, † conſtantes debent eſſe epiſcopi. vt cū Apoſtolo conſtanter dicant ilud 1. ad Corinth.4. Tribulationem patimur: & ſuſtinemus blaſphemiam: & obſecramus, Ita dicit Cardi. S. Xyſti in d.cap. Nouatianus: & dicebat Gregor. in Homelia quòd ſtare in periculo ouium non poteſt, qui in eo quòd ouibus præeſt, non diligit oues, ſed lucrum terrenū quærit: & ideo opponere ſe contra periculum trepidat ne hoc quod diligit amittat.

5 † Erit ergo ex præmiſſis ſecūdum Thomam loco ſupra allegato diſtinguendum, ꝙ aut ſalus ſubditorum exigit præſentiā perſonæ paſtoris, & eo caſu epiſcopus propter aliquam temporalem perſequutionem non debet corporaliter ſuum gregem relinquere, etiam ſi adſit aliquod commodum temporale. vel aliquod perſonale periculum. Bonus enim Paſtor animā ſuā ponere tenetur pro ouibus ſuis. Matth.c.10. nam quoties ſalus eius corporis multis nocere poſſet, attendi nō debet.
6 † Siquidem plurimorum vtilitas vtilitati vnius præferenda eſt. c. ſcias.7.q.1. Aut ſaluti ſubditorum prouideri poterit in abſentia ſui paſtoris per alium, & tunc vel propter aliquod commodum eccleſiæ, vel ꝑp aliquod perſonæ Paſtoris periculum epiſcopo ſuum gregem perſonaliter relinquere licebit.

7 † Primus igitur caſus in quo epiſcopus non reſidens excuſatur erit, quando ſe a ſua eccleſia abſentat, vel propter eccleſiæ ſuæ commodum, vel ꝑp perſonæ ſuæ periculum, & ſubditorū ſaluti poteſt æque benè per alium prouideri, ſecundum Thomam loco ſupra allegato, & ꝙ propter uitandum periculum perſonæ ſuæ id facere liceat, Patet exemplis ſanctorum Patrū, Helias enim fugit a facie Achab, & ſe in torrente abſcondit, deinde in Sareptam ad viduam venit.3.Reg.19. Dauid fugit a facie Saul.1.Reg.24.& Hieremias in Aegyptum fugit, Hier.43. Dominus etiam & Redemptor noſter dixit Apoſtolis Matth.11. Si vos perſequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.
8 † Et Petrus fugit Herodis furorem. Act.12. Paulus in ſporta dimiſſus euaſit. Act.9. Quinimmo & Dominus nonne legitur ſæpiſſimè inimicorum inſidias declinaſſe, nam propter Herodem in Aegyptum fugit. Math.2.& euaſit quando de ſupercilio montis voluerunt ipſum præcipitare. Lucæ 4. Et quando Iudæam reliquit & in Galilęam tranſiuit. Ioan.4. Prudentiæ enim ſummæ eſt pericula pro tempore & loco declinare, & alijs ꝓficere, quāuis vbi veritas & iuſtitia exigit ſit fortitudinis & perfectionis propter iuſtitiam pati. Matth.5. de quo nobis Saluator exemplum reliquit, ipſe enim mortis pericula declinauit donec venit hora eius, & tunc non fugit, ſed quærentibus ſe obtulit dicens, Quem quæritis, & reſpondentibus illis, Ieſum Nazarenum, dixit, Ego ſum, præmiſſa recitantur per Cardina. in c. ſciſcitaris.7.qō.1. Et Nicol. de Lyra ſuper Matth.10.dicit ꝙ conſideranda eſt perſequutio.
9 † Nam aliquando eſt perſonalis. vt quando aliquis quærit ad mortem non principaliter, quia fidelis ſit, ſed determinatè propter odium perſonæ, & tunc dicit eſſe fugiēdum ſicut Paulus fecit, qui quærebatur ad mortem in Damaſco, vt habetur Actu 9. patet quia alij fideles permittebantur tutè in Damaſco habitare: ſed quærebant ſolum interficere Paulum. Ideo a fratribus dimiſſus per murum fugit perſonalem perſequutionē. Si verò non eſt perſequutio perſonæ, ſed eſt fidei, & iuſtitiæ, tunc dicit, quod ſi homo percipiat probabiliter ꝙ ex eius fuga ſequatur deriſio fidei, & iuſtitiæ depreſſio: fuga erit mala, & peccatum mortale, quando autem hoc probabiliter non appareret, ſed magis contrarium, quia ex fuga tali poteſt fieri alibi vtilitas eccleſiæ, ex perſiſtentia autem non niſi miniſtrorū eccleſiæ, occiſio a canibus obſtinatis infidelibus, & tunc eſt fugiendum, vt quis alibi proficiat. Et prædicta concluſio, ꝙ quando eccleſiæ poteſt æque benè per alium prouideri licitum ſit epiſcopo propter perſonæ ſuæ periculū illam relinquere. Tenet etiam præalleg. Card. in c aduerſitas.§ hoc etiam.in 1.colū. verſi. circa autem iſtam.7.q.1. Et probatur per text. ibi ad litteram: Vbi idem tenet Præpoſit. & eſt text. notab. in c. omnis q.7.q.1.vbi tex. dicit, quod ſi Rex piiſſimus & iuſtiſſimus Dauid ſciuiſſet peccatum eſſe fugientes perſequutionem & tranſeūtes de loco ad locum, & de ciuitate in ciuitatem recipere: ta-
10 les nequaquam recepiſſet. Qui enim Domini epiſcopos perſequuntur, eoſque de ciuitatibus ad ciuitates tranſire compellunt, non eos tantum perſequuntur: ſed & Dominum nr̄um Ieſum Chriſtum, cuius legatione funguntur, nec ipſi in hoc peccant epiſcopi, qm̄ non ſpontè, ſed coactè hoc agunt.
11 † Secundus caſus, in quo epiſcopus reſidere non tenetur, eſt quando efficitur monachus. text. eſt in c. hoc nequaquam.7.q.1. An autem liceat epiſcopo curam epiſcopalem deſerere, vt ad religionem ſe transferat? & videtur dicendum ꝙ non regulariter, quia ſtatus epiſcoporum eſt perfectior ſtatu religionis, & nulli licet de ſtatu perfectiori ad minus perfectum tranſire, nam ſtatus epiſcopalis in eo conſiſtit, ꝙ aliquis ex diuina dilectione ſe ad hoc obligauit, vt proximorum ſaluti inſiſtat. Et ideo tam diu ad hoc obligatur, ꝙ curam paſtoralem retineat, quādiu poteſt ſubditis ſibi commiſſis ad ſalutem proficere, quod negligere non debet neque propter diuinæ contemplationis quietem, cum Apoſtolus propter ſubditorum neceſſitatem etiam a contemplatione futuræ vitæ ſe differri patienter toleraret, iuxta illud ad Philip.1. Ecce quid agam ignoro, coarctor enim e duobus, deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto: multo magis melius eſt, permanere autem in carne neceſſarium eſt propter vos, & hoc confidens ſcio, ꝙ manebo. Nec relinquenda eſt epiſcopalis cura propter quæcunque aduerſa vitanda, uel lucra acquirenda, dicitur enim Ioan.x. Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis, nam ſi ſecus faceret, potius mercenarius q̄ paſtor eſſet. Dicendum tamen eſt quod licitum erit epiſcopo religionem ingredi & curam

curam epiſcopalem deſerere, quãdo impeditur procurare ſub-
ditorum ſalutem propter proprium defectum vel conſcien-
tiæ ſcrupulum, veluti ſi ſit homicida vel ſymoniacus, ſiue etiã
propter corporis defectũ, vt puta ſi ſit ſenex vel infirmus, ſiue
defectum habeat, qui ad regiminis curam officiat vel irregula-
ritatis, vt puta ſi ſit bigamus: Aliqñ autem ex defectu ſubdito-
rum, in quibus proficere non poteſt, vnde Gregorius in dialo-
go 2. dicebat æquanimiter portandi ſunt mali vbi inueniunt
aliqui qui adiuuent boni, Vbi autem omnino fructus de bonis
deeſt, fit aliquando de malis labor ſuperuacuus. hinc eſt ꝙ ſæ-
pe agitur in animo perſectorum, ꝙ cum laborem ſuum ſine
fructu eſſe conſiderant in loco alio ad laborandum cum fru-
ctu migient. Aliquando etiam impedimentum contingit ex
parte aliorum, quod eſt qñ de prælatione alicuius graue ſuſci-
tatur ſcandalum, dicente Apoſtolo 1. ad Corint. 8. Si eſca ſcan-
dalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum,
quod tñ procedit dummodo ſcandalum non procedat ex ma
litia aliquorum volentium fidem aut iuſtitiam eccleſiæ con-
culcare. Nam propter huiuſmodi ſcandalum paſtoralis cura
non eſt dimittenda: illud Math. 15. Sine illos qui ſcilicet ſcan-
dalizabant de veritate doctrinæ Chriſti, cæci ſunt & duces cæ-
corum: hæc Tho. loco ſupra allegato, quæ reaſſumpſit Cardi.
S. Xyſti de Turre cremata in d. c. hoc nequaquam. 7. q. 1. Et ha
betur in c. Niſi cum pridem. §. Intueri extra de renunt. vbi ſex
enumerantur cauſæ, ex quibus licitè aliquis petit ſibi concedi
ꝙ ſuam poſſit dimittere eccleſiam cui præeſt, quæ ſunt ſupradi
12 ctæ, † videlicet conſcientia criminis, non tamen omnis crimi-
nis, ſed illius tantũ propter quod ipſius officij exequutio poſt
peractam pœnitentiam impeditur. Secunda erit cauſa corpo-
ris debilitas quæ vel ex infirmitate, vel ex ſenectute procedit, ꝑ
quam quis inhabilis ad exequendum paſtorale officium reddi
13 tur. † Tertia erit cauſa defectus ſcientiæ cum ipſa ſcientia cir-
ca ſpiritualium adminiſtrationem ſit potiſſimum neceſſaria, &
circa tẽporalium curam opportuna. Ideo epiſcopus, qui com-
miſſam ſibi eccleſiam in ſpiritualibus & temporalibus ſalubri
ter regere debet licitè illi renuntiat ſi ſcientiam in qua ipſam
14 regat ignorat. † Et licèt deſideranda ſit eminens ſcientia in pa-
ſtore, ſi tamen in eo competens, ſit toleranda eſt, vt inquit In-
15 noc in d. c. Niſi cum pridem, extra de renunt. † Epiſcopus tamẽ
omnino indoctus non eſt tolerandus, quem Pius ſecundus,
16 teſte Platina in eius vita, † aſino comparandum dixit, & Io.
Monachus in ſua glo. in c. ex eo de elect. in 6. indoctos epiſco-
pos appellat aſinos defetratos, vt refert Fely. Sandeus auditor
Rotæ in c. Siquando in verſi. ſtat difficultas, & dixit ſtupenda
gloſa de reſcrip. vbi allegando gl. in l. qui cum vno in princ. in
17 ver. Temperatio in fine ff. de re militar. dicit † quòd epiſcopus
indignè promotus decapitari meretur: ſubdens quòd talia nõ
ſunt dilatanda propter illud Terentianum, Obſequium ami-
cos, veritas odium parit, dicens idem Felyn. quòd oportet qui
principibus vult placere, ambulare inter laudem & Placentiã
non Veronam verſus: hoc tamen fallit in sereniſſimo Princi-
pe & duce ac dominio Venetiarum, cui ſemper amica veritas
& inimica adulatio extitit.

18 Quarta † cauſa propter quam licitè epiſcopus poteſt ſuam
eccleſiam relinquere eſt malitia plebis, cui præeſt quãdo adeo
duræ eſt ceruicis, quòd epiſcopus proficere nequeat apud ip-
ſam, quinimmo propter eius duritiem, quanto magis epiſco-
pus ſatagit, eo magis induratur.

19 Quinta † cauſa erit pro graui ſcandalo euitando, quod ali-
ter ſedari non poteſt.

20 Sexta † cauſa eſt irregularitas ẽpi vt ſi fortè ſit bigamus, biga
mi enim eligi in epiſcopos non poſſunt. 50. diſtin. c. fina. 26. di-
ſtin. c. 1. 28. q. vlt. c. 1. & c. 12. & 3. extra de bigam. 33. diſtin. c. mari-
21 tum, & cap. layci, † quod procedere dixit Specul. in tit. de biga-
mis, etiam ſi accederet diſpenſatio Papæ. In contrarium autem
quòd immo ex diſpenſatione Papæ quis bigamia non obſtan-
te poſſit ad epiſcopatum promoueri, eſt glo. in c. lector. 34. di-
ſtinc. allegat text. in c. nuper de bigam. & c. Si quis viduam. 50.
diſtin. nam dicit dicta glo. quòd Lucius Papa diſpenſauit cum
Archiepiſcopo Panormitano, & communior opinio tam ca-
noniſtarum, quàm theologorum eſt ꝙ Papa diſpenſare poſſit
cũ omni bigamo, ſiue vero, ſiue interpretatiuo, vt promoueca-
tur ad omnes etiam ſacros ordines, necnon ad beneficia & di-
gnitates: ita refert & ſequitur Io. de Turre cremat. Cardin. in d.
c. lector. 34. diſtin. & ſequitur Archiep. Flor. in ſua ſumma par-
te 3. lib. 28. c. 3. & Præpoſi. in ſumma. 50. diſtin. colu. 5. verſi. quin
22 to quæro, vbi dicit, † quòd Paulus bigamiam inſtituit, ideo nõ
eſt dubium, quòd Petrus, qui maior eſt in adminiſtratione ec-
cleſiæ poſſit ſuper ea diſpenſare. ſubdens, quòd credit hanc eſſe
veriorem opinionem. Staphileus epiſcopus Sibicenſis, & Ro-
tæ auditor, quẽ cognoui in Gallia Tranſalpina, dum illic apo-
ſtolicum ageret nuntium pro Leone X. Pont. max. de anno
milleſimo quingenteſimo decimonono, in tractatu ſuo de li-
teris gratiæ & iuſtitiæ, carta vltima, dicit quòd Papa ex certa
ſcientia poteſt cum bigamo diſpenſare ad omnes ordines, ſed
de poteſtate ordinaria id facere non conſueuit, & quòd Papa
diſpenſare poſſit cum bigamo iam vero quàm interpretatiuo
tenuit etiam Petr. de Anch. in. conſi. 124. Incipiente circa biga
23 mos: Benè verum eſt, ꝙ dicit † quòd Papa facilius diſpenſat cũ
bigamo interpretatiuo quàm cum vero. c. a nobis, & c. debitũ.
extra de bigam. Quia bigamia interpretatiua eſt inducta per
conſtitutiones eccleſiaſticas, canonicas vel concilia, vera au-
tem eſt inducta ab Apoſtolo c. 1. 25. diſtinc. & Acutius, & c. de-
24 mon. † Quinimmo bigamus ex Papæ diſpenſatione poteſt
etiam eſſe Cardinalis ſecundum Bald. in c. At ſi clerici. de iudi.
cuius contrarium tenuit Specul. loco ſupra allegato. Et ideo
propter Speculatoris dictum, Dominus Anto. Roſellus cele-
berrimus iurium doctor aſſequi non potuit Cardinalatum ſibi
ab Eugenio pontifice promiſſum, quem defenderat in conci-
lio Baſilienſi. Eugenius enim ei fidem datam ſeruare nolens,
excuſauerat ſe, quod non poterat ipſum Dominum Antoniũ
ad Cardinalatum promouere ex eo quòd eſſet bigamus, & in-
ſtante Domino Antonio quòd ſecum ſuper bigamia diſpen-
ſaret, allegando præallegatum dictum Bald. & gloſſ. in d. c. le-
ctor, Reſpondit ſibi Papa, quòd ex quo contrarium tenebat
Speculator id fieri non licebat, de quo indignatus Roſellus
compoſuit libellum contra prælatos & põtificis poteſtatem,
quem vocant monarchiam, & ſe reduxit in ſtudium Padua-
num, vbi per multos annos legit, vt dicit Io. Bertachi. in tracta-
tu ſuo de epiſcopo lib. 2. col. 8. in fine, & col. 9. in princ.

25 In † prædictis autem caſibus in quibus dictum eſt, quòd epi
ſcopus cedere poteſt, non poterit fieri talis ceſſio niſi auctori-
tate Romani Pontificis. Ideo dixit Innocentius tertius in di-
cto c. Niſi cum pridem, Si pennas habeas quibus ſatagas in ſo-
litudinem euolare, ita tamen ſunt ſtrictæ nexibus præcepto-
rum, vt liberum non habeas abſque noſtra permiſſione vola-
tum, & in prædictis videndus eſt poſt alios Abb. in d. c. ſi cum
pridem, qui plura ponit circa prædictas ſex cauſas ex quibus li-
cet epiſcopo ſuam dimittere eccleſiam.

26 Tertius † caſus in quo epiſcopus excuſatur a reſidentia eſt
quando tenet regalia ab imperio & ab Imperatore vocatur,
nam eo caſu ad eum ire tenetur, vt notatur per Archid. in c. ſi
vobis, 23. q. viii. & per Alberic. in rubr. C. de epiſc. & cleric. Ad
idem etiam tex in c. ſi epiſcopus. 18. diſtin. & ibi gloſſ. *in verbo*
Regia dicit quòd hoc non ſolum procedit quando epiſcopus
habet feudum a Rege vel Imperatore, verum etiam ſi voca-
retur propter negotium regni. & ibidem not. Præpoſi. quòd
epiſcopus vocatus a Rege poteſt eccleſiam ſuam deſerere &
ſe ab ea abſentare vt ad Regem ſe conferat. ſubdit tamen quòd
ceſſante hac cauſa non debet epiſcopus ſua ſpõtè Principum
curias frequentare, & ſuam deſerere eccleſiam, quod utique
faciunt plerique noſtri temporis epiſcopi. concordat text. in
authen. quomodo opor. epiſc. in §. illud. colum 1. gloſſ. tamen
in cap. cum parati, de appellat. tenet quòd quando epiſcopus
non tenet feudum a Rege, potius ire debet ad mandatum &
vocationem ſui archiepiſcopi, quàm Regis, & hoc idem vo-
luit ibidem Hoſtien. Innocen. verò ſimpliciter tenet quòd po
tius ad Regis vocationem quàm Archiepiſcopi ire teneatur
per text. in d. c. ſi epiſcopus. 18. diſtinct. qui indiſtinctè loquitur
Cardi. autem S. Xyſti in d. c. ſi epiſcopus. dicit quod ſi epiſcopus
in regalibus ſubſit Principi, & ei Princeps primo præcepit, ꝙ
ſecum vadat in expeditione: tenetur ei obedire ratione rega-
lium, & talis cauſa excuſat ipſum ſi vocatus non eat ad Si no-
27 dum etiam monitus a ſuo archiepiſcopo. † Quando verò epi-
ſcopus a Rege & a ſummo Pontifice vno & eodem tempore
vocaretur, tunc potius ad Pontificem quàm ad regem ire te-
neretur, cum Pontifex vice Chriſti ſuper omnes fideles etiam
ſuper Imperatores, & Reges Imperium teneat. Ita dixit In-
nocen. in d. cap. cum parati, quem ſequitur Præpoſit. in d. cap.
ſi epiſcopus. in fine. Quinimmo etiam ſi epiſcopus prius voca
tus fuiſſet a Rege, quàm a Pontifice, potius ad Pontificem,
quàm ad Regem ire tenetur. Ita voluit Cardinal. in præallega
to cap. ſi epiſcopus. 18. diſtinct. & in c. reprehenſibile. 1. colum.
28 verſi. Reſpondeo dicendum. 24. q. 9. † Si verò vocatus non eſ-
ſet epiſcopus ad Regis curiam, ad eam accedere non debet,
nam vt idem Cardi. dicit in d. c. ſi vobis. 23. q. 8. Turpe eſt quòd
epiſcopi non inuitati & nòn vocati ſe inferant ad ſeruitia Im-
peratoris vel alterius Principis ſecularis, & ſubditorum curã
deſerãt & deuotionis officia: quod inquit nõ facerent epiſco
pi, ſi mortem ſpiritualem timerent, & ꝙ de ouibus ſuis ratio-
nem Deo reddituri ſunt ſummo iudici conſiderarent. ſubdẽs
utinam etiam de curia Romana hoc in partem obſeruaretur,
in qua plures epiſcopi non deuotionis gratia, ſed ambitionis
ſpiritu propulſati conueniunt, ut altiora quærant, aut bñficia
bñficijs addãt, aut honores honoribus, quærẽdo officia & lega-
tiones, quæ curæ animarum ſibi commiſſarum habent pluri-
mum impedimenti. ſubdens idem Cardina. Vtinam ſum-
mi Pontifices conſiderarent quanta negligentia circa anima-
rum curam committitur ex abſentia Prælatorum a ſuis ec-
cleſijs.

29 † Et

29 † Et appellantur epiſcopi, negligentes punire ſubditorum peccata, canes impudici, vt habetur in ca. nemo. 81. diſt. Et non reſidens epiſcopus idolo comparatur, vt inquit Præpoſi. in d. c. nemo, allegat illud Zachar. cap. 9. O paſtor & idolum relinquens gregem.

30 † Quartus erit caſus quo epiſcopus iuſtè excuſatur non reſidens ſi ad Cardinalatus apicē promoueatur. ſunt enim domini Cardinales aſtricti curæ vniuerſalis eccleſiæ, Innoc. in c. bonæ memoriæ, de poſtulat. & ibi Abb. tenentur nanque aſſiſtere Pontifici conſulendo in rebus agendis tangentibus totam Chriſtianam rempublicam, vt patet in c. per venerabilem qui
31 fil. ſunt legit. & in c. fundamenta, de elec. in 6. † Hinc eſt ꝙ Cardinales dicuntur pars corporis Papæ, vt in ca. decreto. 2. q. 6. Et dicit Hoſtien. in ca. antiqua de priuil. & ibidem Anto. de Butr. quòd licèt epiſcopi iurent fidelitatem Papæ, vt in c. ego enim, de iur. iuran. Tamen Cardinales tanquam viſcera & pars corporis Papæ, non præſtant huiuſmodi iuramentum, debent tamen ſe præ cæteris aſtrictos reputare ad ſeruandam fidelitatem
32 ipſi ſummo Pontifici. † Hoc tamen procedit in Cardinalibus presbyteris & diaconis: ſed Cardinales epiſcopi iurant vt epiſcopi, vti faciunt cæteri epiſcopi, non tamen tanquàm Cardinales. ſecundum Hoſtien. & Ioan. And. in d. c. antiqua. & habetur per Martin. de laude in tract. ſuo de Cardinal. in 4. q. & non præſtatur iuramentum Cardinalibus in ſignum ſingularis cōfidentiæ, quam de ipſis habet Papa, nam ſicuti cardine oſtium regitur Prouerb. c. 25. ita conſilio & aſſenſu dominorum Cardinalium Papa regit, diſponit, & ordinat vniuerſalem eccleſiam. vt inquit Cardina. in c. quanquàm. col. 2. verſic. 2. quòd ſicut. 2. q. 7. de quibus Bernardus in lib. de Cōſolatione ad Eugenium Papam inquit, Hi quoque qui tibi continuo aſſiſtunt ſe-
33 niores populi orbis iudices &c. & Abb. in c. 2. 1. col. inquit, † ꝙ Cardinales ſunt pars corporis Papæ, cum quibus Papa totum orbem iudicat, allegat tex. in dicto ca. per venerabilem qui filij ſint legit.

34 † Facit quia Cardinales non poſſunt ex curia diſcedere ſine licentia Papæ, vt dicunt Ioan. Andr. & docto. in ca. veſtra, el 2. de elect. Subdendo, quòd Cardinales habent alas ligatas, vt ex curia ſine Papæ licentia non diſcedant, quod etiam dixit Marti. de laude in tract. ſuo de Cardi. q. 43. Hinc eſt, quòd percipiūt fructus ſuorum beneficiorum etiam in abſentia. ca. cum dilectus de cleric. non reſiderit. vt latè per Old conſi. 46. vbi dixit. quòd ius commune habet illos pro reſidētibus ex quo Romanæ eccleſiæ ſeruiunt, quæ omnium eccleſiarum mater eſt, & aliarum eccleſiarum ſollicitudinem gerit præallegato c. bonæ, el 1. de poſtulat prælat. de quo per Marti. de Laude in dicto tra-
35 cta ſuo. q. 68. † Et Reuerend. dominorum Cardinalium ſtatus à Deo inſtitutus eſt ſaltem figuratiuè, vt per Card. in capi. quanquàm. 2. q. 7. & Marti. in præallegato tract. ſuo de Cardinalibus. q. 7. vbi ad hoc allegat tex. in c. per venerabilem in verſi. rationibus, qui filij ſint legit. not. Abb. in capitu. ex geſtis, de cleri. non reſident.

In contrarium autem quòd immo Cardinales teneantur reſidere in ſuis epiſcopatibus videtur facere text. in c. 2. de cleric. non reſident. vbi habetur quòd Anaſtaſius presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli priuatus fuit ea eo quod parochiam ſuam per annos quinque cōtra Canonum inſtituta deſeruerat, & in alienis demorabatur partibus, hoc tamen non obſtante cōcluſio ſuperius fundata de iure procedit quòd Cardinalis habens epiſcopatum excuſatur à reſidentia, quæ concluſio firmatur etiam ex his, quæ latè ad partes arguendo adducit Andr. Barba. in tract. ſuo de præſtant. Cardina. par. 1. q. 2. vbi per quatuor columnas examinat illam quæſtionē, an epiſcopus creatus Cardinalis poſſit in titulum retinere epiſcopatum ſuum & ad tex. in d. c. 2. reſpondetur, quòd loquitur in Cardinali, qui deſeruerat eccleſiam ſui tituli, debebat enim ille Cardinalis eſſe presbyter Cardinalis & abeſſe ſine Pontificis licentia, & iuxta non ſubſiſtente cauſa, omnes enim eccleſiæ ad quas intitulantur Cardinales Romæ ſunt. Ideo Cardinales in ſuo titulo reſidere dicuntur, quando Romæ exiſtunt, nam Romæ exiſtentes Papæ adhærent vt tenentur, ſi enim diceremus Cardinalem teneri reſidere in epiſcopatu, cuius adminiſtratio ſibi per Papā commiſſa eſt, eſſet dicere quòd aſſiſtere Papæ non teneretur,
36 quod non eſſet ſanum per ſuperius dicta. † Nam aſſiſtunt Cardinales Papæ ſicut Apoſtoli Chriſto aſſiſtebant, vt dixit Auguſtinus de Anchona in libr. de poteſta. eccleſiæ, & dicitur in ca. fundamenta de elec. in 6. quod Cardinales ſunt fratres, coadiutores, conſiliarij, & aſſiſtentes domi. Papæ, de quibus latè ſcripſit Card. S. Xyſti. in d. ca. quanquàm. 2. q. 7. & Barbat. & Marti. Lauden. in eorum tract. de Cardin.

37 † Quintus erit caſus in quo epiſcopus à reſidentia excuſatur, quando ei propter infirmitatem neceſſe eſſet aerem mutare, vel ire ad balnea pro ſe ſanando, hoc tamen procedere intelligitur niſi immineret neceſſitas ſeu periculum ſuæ eccleſię, cui eius obuiaret præſentia, tunc enim etiam per infirmitatem nō poſſet epiſcopus ſe à ſua eccleſia abſentare, ſed ægritudinem patienter ſuſtinere deberet etiam vſque ad mortem incluſiuè potius quàm ſuam deſerere eccleſiam, iuxta verbum Domini dicēns Ioan. c. 10. bonus paſtor animā ſuam ponit pro ouibus ſuis, & hanc concluſionem tenet Thomas de Vio, Cardin. S. Xyſti ſuper Thomam 2. 2. q. 185. artic. 5.

38 † Sextus erit caſus, quo epiſcopus à reſidētia excuſatur, quando vocatus fuit ad curiam Romanam, ex qua recedere non poteſt & reuerti ad ſuam eccleſiam ſine licentia Papę, Ioan. And. in c. eccleſia, el 2. de elect. & 8. q. vlt. c. 1. notatur in ca. conceſſo, vbi Cardin. de Turre Crema. 12. q. 2. & in c. quilibet, vbi not. 8. & Bertachin. in tracta. ſuo de epiſcopo, lib. 4. in 1. par. colum. 2. verſi. quarto, an epiſcopus, cum nanque tali caſu epiſcopus ad eius libitum ſine licentia Papæ ex curia diſcedere non poſſit à reſidētia interim excuſabitur. Licentiā tamen petere tenetur, alioquin non excuſaretur, quia excuſatio fundamentum iuris
39 nō haberet, † allegans enim impedimentum illud probare tenetur tex. & ibi Bart. in l. qui commeatus. ff. de re milit. & Bart. in l. 2. §. quod diximus. ff. Si quis caut. & ibi Alex. Bart. in l. præſes. C. de appel. & Fely. in c. ſciſcitatus de reſcrip. nō enim excuſaretur epiſcopus à reſidentia, niſi tale probaret impedimentum, quia iuris diſpoſitionem contra ſe habet quod reſidere teneatur, vt ſupra viſum fuit.

40 † Septimus erit caſus quando pro tractandis negotijs vtilitatem vniuerſalis eccleſiæ tangentibus epiſcopus ſe abſentat ab eius eccleſia, excuſatur enim tunc à reſidentia, ita dixit Caietanus Cardina. S. Xyſti, in 2. 2. Thomæ. q. 185. artic. 5. Et rationem adducit, quia bonum partis ordinatur ad bonum totius. Tenetur enim particularis eccleſia exponere paſtorem ſuū pro bono vniuerſalis eccleſiæ etiam ſi damnum pateretur, quod maximè procedit quando epiſcopi mittuntur a pontifice nuntij, vel legati ad Reges, Principes, ſeu potentatus, vt eſt nunc apud Sereniſſimum & Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum, Reuerendiſſimus dominus Ioannes della Caſa electus Beneuentanus vir profectò, omni laude dignus, ac ſumma doctrina & integritate præditus: ſiue quando deputantur ad gubernandum aliquas prouincias, ſiue ciuitates eccleſiæ Romanæ ſubiectas: ſiue pro aliqua alia expeditione, negotium vel vtilitatem vniuerſalis eccleſiæ concernente, ſiquidem vniuerſalis vtilitas vnius vtilitati præfertur. 7. q. 1. c. Scias, & pro iſta concluſione faciunt quæ dixi ſup. c. 10. vbi oſtenſum fuit, quòd inter epiſcopū & eccleſiam vniuerſalem dicitur contractum verum coniugale, vinculum ſpirituale, quod non diſſoluitur etiam ſi epiſcopus dimittat eccleſiam ſuam cum auctoritate Pōtificis, ex quo patet, quod maius eſt vinculum epiſcopi ad eccleſiam vniuerſalem, quàm ad particularem, quia vinculum cōiugij ſpiritualis contractum inter epiſcopum & ſuam eccleſiam poſt cōfirmationem electionis diſſolui poteſt auctoritate Pontificis, per ea quæ dixi loco præallegato.

41 † Octauus erit caſus, in quo epiſcopus non reſidens excuſabitur, quando ſtat ad ſeruitia Papæ, illi enim ſeruientes eccleſiæ vniuerſali ſeruire dicuntur. c. cum dilectus, & ibi Abb. in 3. no. de cleri. non reſiden. & idem eſſet quando epiſcopus moram traheret mandato Pōtificis in Romana curia: nam tunc Reip. cauſa abeſſe dicetur, vt dixit Abb. in d. c. cùm dilectus, allegat text. in l. ſed ſi per prætorem in fine, & in l. reipub. ff. ex quibus cauſ. maior.

42 † Quid autem dicendum ſit de epiſcopis qui ſunt auditores Rotæ, clerici Cameræ Apoſtolicæ, ſecretarij Papæ, abbreuiatores de Parco maiori, vel minori, vel alia habent offitia in curia Romana? an à reſidentia excuſentur? circa hoc Thomas de Vio, Cardi. S. Xyſti ſuper Thomam 2. 2. quæſt. 185. articu. 5. dixit eos in foro conſcientiæ à reſidendo non excuſari. Ego autem in huiuſmodi articulo licèt alias legalem fecerim diſtinctionem, attamen quia circa hoc ſacroſanctum Concilium aliquam de facili faciet deciſionem, quid ſentiam pro nunc conticere decreui.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Patriarchæ, omnes epiſcopi nomine veniunt.*
2 *Epiſcoporum appellatione etiam in materia pęnali veniunt Archiepiſcopi & Patriarchæ.*
3 *Archiepiſcopus dicitur epiſcoporum princeps.*
4 *Archiepiſcopus enixè intendere debet curæ animarum.*
5 *Patriarchæ & Primates ſunt epiſcopis & archiepiſcopis maiores.*
6 *Patriarcha Græca lingua dicitur ſummus patrum.*
7 *Patriarcha immediatè ſedere debet poſt Papam.*
8 *Principales Patriarchæ quatuor ſunt & qui ſint.*
6 *Qui ſint Patriarchæ qui ſedere debeant ante Cardinales in Concilio.*
10 *Sunt alij etiam quatuor Patriarchæ, quorum vnus eſt Patriarcha Venetiarum.*
11 *Supraſcriptiones decretalium ius faciunt, & ex illis arguitur.*
12 *Patriarchatus Gradenſis extinctus & loco illius creatus Patriarcha Venetiarum.*

13 *Ciuitas Venetiarum aliarum ciuitatum Regina.*
14 *Primus epiſco. Venetiarum Obeliatus.*
15 *Epiſcopi Venetiarum ſemper electi fuerunt à Senatu.*
Patriarcha Venetiarum eligitur à Senatu.

Capitulum decimumoctauum.

1 Prædicta, quæ diximus de epiſcoporum reſidentia, vendi
cant etiam ſibi locũ in Archiepiſcopis & Patriarchis. Epiſcopi
etenim Archiepiſcopi & Patriarchę omnes ſub vno & eodem
nomine epiſcopi comprehẽduntur & nuncupantur, licèt pri-
uato vĉatur nomine propter poteſtatis diſtinctionẽ, vt eſt tex.
in c. cleros. 21. diſt. & ibi no. Præpoſit. 4. col. & habetur per glo.
io ca. quia periculoſum, in verbo de epiſc. de Sent. excom. in 6.
2 & ibidem no. Domini. in fin. †Quod epiſcoporũ appellatione
etiam in materia pœnali veniunt Archiepiſcopi & Patriarchę
in cõcernentibus officium pontificale, quod ibidem ſequitur
Philip. Frãc in fine. Quinimmo à fortiori tenetur Archiepiſco
3 pus reſidere, cũ ipſe ſit ſupra epiſcopos. † Dicitur enim Archi-
ẽps epiſcoporũ princeps, vt inquit Archiepiſcopus Flor. in ſua
ſumma par. 3. tit. 20. c. 3. §. 1. Archos enim Græcè, Latinè prin-
ceps ſignificat Hinc eſt ꝙ pallio vtitur, quod in ſignũ plenitu
dinis Põtificalis dignitatis datur, quia ſupra epiſcopos eſt. Ideo
maiorem curã habere debet quàm epiſcopus cum nõ ſolum
laycorũ & clericorum curã ſuſtinere debeat, ſed etiam epiſco-
porum ſub ſe exiſtentiũ cura illi incumbat Ea propter Grego-
rius Papa Siagrio epiſcopo Auguſtadinẽſi ſcribens, vt habetur
in c. rationis. 100. diſt dicebat, rationis ordo nos admonet, vt cũ
vſu pallij aliqua priuilegia largiri debeamus, ſed quoniã cũ ho-
noris augmento cura quoque ſolicitudinis debet excreſcere,
vt cultui veſtiũ, actionis quoque ornamenta cõueniant, opor-
tet vt ennaius in cunctis ſtudijs ſe veſtra fraternitas exerceat, &
4 circa ſubiectorũ actus ſit cura vigilãs. †Et dicitur Archiepiſco
pus quaſi epiſcoporum princeps, quia enixè intẽdere debet cu
ræ & virtutibus eminere, vt dixit idem Archiepiſcopus Flor. in
d. 3. parte ſuæ ſummę, eo. tit. 20. c. 4 § 3. ſidere ergo debet actio
nomini. Ideo dicebat Greg. in ſuo paſtorali, ne ſit nomen ina-
ne: Honor ſublimis & vita proclíuis: Deiſica profeſſio, & illici
ta actio, Religioſus amictus, & irreligioſus profectus, Gradus
excelſus, & deformis exceſſus, Cathedra ſublimior, & cõſcien
tia humilior, locutio columbina, & mens canina.

Idem dicendũ eſt de Patriarchis & Primatibus, quod de epi-
5 ſcopis † & Archiepiſcopis diximus, ſunt enim Papa inferiores
& maiores epiſcopis & archiepiſcopis. Nec inter Patriarchã &
Primatem eſt aliqua realis differentia, ſed vocalis tãtum, vt di-
xit Archiepiſcopus Floren loco ſuperius allegato c. 4. in princ.
ad idem eſt glo. in c. Vrbes, in verbo Patriarchas. 80. diſt. & glo.
6 in c. Si quis. 2. q. 6. & ibi Præpoſit † Et dicitur Patriarcha Græca
lingua Summus Patrum ſiue patrum Princeps interpretatur:
primum enim poſt Papam locũ tenet c. cleros. §. ordo epiſco-
7 porum. 21. di. Ideo immediatè ſedere debet poſt Papam, & ſic
ante Cardinales, vt no. Prępoſit. in c. diffinimus. 22. di. Allegat
Hoſt. in c. antiqua de priuileg. & idem Præpoſ. in c. renouãtes,
ead. diſtin. in 1. notabili, vbi dicit ꝙ Patriarchæ principales ante
Cardinales ſedere debent: & Card. S. Xyſti in d. c. diffinimus, in-
quit ꝙ Patriarchæ habent prærogatiuã in ſedendo in Cõcilijs,
in rñdendo, & in ſubſcribendo, & ipſis ſubſunt Archiepiſcopi,
8 vt dixit glo. in ca. cõqueſtus. 9. q. 3. † Et quatuor ſunt principa-
les Patriarchæ. Primus Conſtantinopolitanus. Secundus Ale-
xandrinus. Tertius Antiochenus. Quartus Hieroſolymitanus,
vt habetur in d. c. diffinimus, ad idẽ tex in c. renouantes. 20. diſ.
9 †Et iſti quatuor ſunt, qui honorãtur in ſedendo in Cõcilio an-
te Cardinales. Primo enim ſedet Papa tanquam caput vniuer-
ſalis eccleſię. Secundo loco ſedet Card. Hoſtien. qui hoc habet
ex priuilegio, ex eo ꝙ Papam cõſecrat, & vngit Imperatorẽ, vt
no. Hoſtien. in c. antiqua, de priuileg. demum ſedẽt prænomi-
nati quatuor Patriarchæ ordine prætaxato, vt dixit Petrus de
Monte Venetus in ſua Monarchia Cõciliorum in rub. de ge-
10 neralis Concilij congregatione. q. 5. † Sunt & aliæ quatuor Pa-
triarchales ſedes poſt prædictas. ſ. Aquilegien. Brixicẽ. Gradẽ.
& Piſan. de quibus per Archid in d. c. cleros. 21 diſt. vbi eſt glo.
quæ mentionẽ facit de prædictis. Iſti autem quatuor poſterio-
res an ſedere debeant ante Cardinales, Petrus de Monte loco
præallegato dixit, ꝙ putat in hoc ſeruandam cõſuetudinẽ Cu-
riæ, ſed de iure dicendum videtur, ꝙ prædictæ quatuor ſedes
Patriarchales presbyteris Cardinalibus præferãtur, quod vide-
tur probari in ca conſtitutis, de appella. in ſuprascriptione, vbi
Põtifex ſcribens Patriarchę Gradenſi, & presbytero Cardinali
11 præponit Patriarchã Cardinali presbytero. † Subdẽs ꝙ ſupra-
ſcriptiones decretalium ius faciunt, & ex illis arguitur not. glo.
in c. quorundam, de elec. in 6. in ver. prędicatorum & 10 c. ſi. de
12 pact. eo. lib. † Sciendũ tñ eſt, ꝙ Patriarchatus Gradenſis hodie
eſt extinctus, quia etiam illa ciuitas deſolata eſt, & dictum Pa-
triarchatum de anno Domini Milleſimo quadringenteſimo
quinquageſimo primo, Nicolaus Põtifex Maximus, eiuſdem
nominis quintus ad Inclytam Venetiarum ciuitatem aliarum
13 ciuitatum, †quę Chriſtiano nomini parent Reginam tñãſtulit,
quæ antea per annos ſexcentũ ſeptuaginta nouẽ in circa epi-
ſcopum habuerat, vt illam maioris dignitatis prærogatiua de-
coraret, ſic illius requirentibus excellentia, nobilitate, & meri
tis, quam ciuitatem per antea Adrianus pontifex eiuſdem no-
minis primus ad Apoſtolatus apicẽ, anno domini ſeptingen-
teſimo ſeptuageſimo ſecundo aſſumptus epiſcopatu ornarat.
14 †Et primus ciuitatis epiſcopus Obeliatus Eneagrij Tribuni Me
tamauceni filius fuiſſe dicit ab vniuerſo ciuitatis prædictæ cle-
ro & populo aſſiſtẽte Mauricio ipſius ciuitatis principe electus
15 vt teſtatur hiſtoria, †& ſic cõtinuatis temporibus epiſcopi, do-
nec ciuitas epiſcopatũ habuit, & poſt erectionẽ Patriarchalis
ſedis Patriarchæ pro tempore vſque in præſentem diem ab il-
luſtriſſ. Senatu electi & denominati fuere & Apoſtolica ſede
approbati. Quanto igitur excelſiori dignitatis gradu præcellũt
epiſcopi, Archiepiſcopi & Patriarchæ in eccleſia Dei: tãto ma
gis aſtricti ſunt animarũ curæ & ouium ſuarum regimini, dici
tur enim in Cõcilio Toletano. 2 c. 2. ꝙ quantum quis prçcelſi
culminis obtinet locum, tantum neceſſe eſt præcedat cæteris
gratia meritorum, vt in eo quod præſidet ſingulis ſingulariter
ornetur eminentia ſanctitatis, habens ſemper in ore gladium
veritatis, & in opere efficaciã luminis, iuxta illud Pauli ad Ti-
moth. 1. Potens ſit exhortari in doctrina ſana & contradicẽtes
reijcere, prædicta exequi quum poſſunt nõ reſidentes epiſcopi?
contra quos Damaſus epiſtola eius. 4. inquit. Videtur mihi me
retricibus ſimiles, quæ ſtatim vt pariunt infantes ſuos alijs nu-
tricibus educandos tradunt, vt ſuam citiùs libidinem explere
valeãt, ſic & iſti infantes ſuos. i. populos ſibi cõmiſſos alijs edu-
candos tradunt vt ſuas expleant libidines, i. pro ſuo libitu ſecu-
laribus inhæreãt curis, & quod vnicuique viſum fuerit, liberius
agant, pro talibus enim animæ neglıgũtur, oues pereunt, mor
bi creſcũt, hæreſes & ſchiſmata prodeunt, eccleſiæ deſtruuntur,
ſacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt: Non taliter
Dominus docuit, nec Apoſtoli inſtituerunt, ſed ipſi qui curam
ſuſcipiunt, ipſi peragant, & ipſi proprios manipulos Domino
repræſentent: nam ipſe ouem perditam diligenter quęſiuit ip-
ſe inuenit, ipſe proprijs humeris reportauit, Lucę 15. nosq. et id
ipſum facere perdocuit, ſi ipſe pro ouibus tantam curã habuit,
quid nos miſeri dicturi ſumus, qui etiam pro ouibus nobis cõ-
miſſis curam impendere negligimus, & alijs eas educãdas tra-
dimus? Corrigãtur hæc inquit fratres neceſſe eſt, quia qui plus
laborat, maiorẽ mercedem accipiet. Cogitent quæſo, cogitent
iſti ſummi Patris, qui altiorem locum obtinent, ꝙ totius pro-
uinciæ gloria Metropoli vendicatur, Et quicquid in membris
laudis eſt, omne id referĩ ad caput, vt dixit Hieronymus in epi-
ſtola Paulę & Euſtochij ad Marcellã epiſtolarũ Tomo primo.

Hæc ſunt quæ Chriſtianæ religionis zelo de epiſcoporũ re-
ſidentia per me Hieronymum Gigantẽ Foroſempronienſem,
ac Almæ huius ciuitatis Venetiarum ciuem, Inter vtriuſque iu
ris Doctores minimum, hoc paruo cõſcripta ſunt libello, quæ
vtinam in Terram bonam cadant & fructum afferãt, iuxta il-
lud Marci. c. 4. quod vt fiat Deum optimum, maximum humi-
liter deprecor. Laus Deo.

HENRICI BOTTÆI
BRIXIANI
Iuris vtriuſq; Doctoris.

De Synodo Epiſcopi, & de ſtatutis Epiſcopi Synodalibus.

CVM animo meo reuoluerẽ multos tractatus de
Synodo generali, quæ alio noĩe Conciliũ gene-
rale appellaĩ, & quod rarius celebraĩ quàm ex-
pediat vtilitati reipublicę Chñanæ, eſſe a doctiſ
ſimis viris editos, ſed de Synodo epali, quę quo-
tanois celebratur in ſingulis ẽpatibus, nullũ ad-
huc tractatũ ſpecialem (quem viderim) eſſe editum, nec in ali-
quo loco materiam eſſe per quempiam aggregatam, quàmuis
ipſa materia frequẽter, & quaſi quotidie in practica curiarum
eccleſiaſticarũ verſetur, Ego igiĩ Henricus de Bottis patria Bri
xianus, partim hortatu venerãdi do. Andreæ Cognici. I. V. D.
officialiſq; Mimateñ. fratres mei honorandi, & amici ſingula-
ris, partim publicæ vtilitatis reſpectu, decreui pingui (vt aiunt,
Minerua, in vnum ceu corpus colligere ea, quę de Synodo epi)
deq; ſtatutis epi Synodalibus diuerſis in locis ſcripta ſũt. Et qa
diuiſio animũ legẽtis incitat, mẽtẽ intelligẽtis pręparat, memo
riã artificio reformat, & quælibet res diuiſa meli' intelligiĩ,
vtq; ait D. Ambroſi'. Scire qd facias, & neſcire quo ordine, nõ
eſt per-

eſt perfectè cognitionis. hic Tractatus noſter diuidetur in tres partes. In prima agã de ſignificatione dictionis ſynodus, quotuplex ſit, quo modo diffiniatur, vnde originem habuerit, per quem cõgregetur, & quo tempore, quo modo puniatur negligens congregare, quotiens in anno, & vbi debeat celebrari, & an ſit de l. diœceſana, an de l. iuriſdictionis, & ad quid ſit vtilis. In ſecũda parte tractabo, qui ad ſynodum epiſcopi venire debeant, & qua pœna puniri debeant non venientes, & qui excuſentur, ſi non venerint. In tertia verò parte attingam, quid in ſynodo epiſcopi agi & tractari poſſit, & debeat, & de ſtatutis epiſcopi ſynodalibus differam, & in hoc vltimo late & vtiliter Deo propitio inſiſtere eſt animus.

SVMMARIVM.

1 *Synodus Græcè, Latinè Concilium, vel cætus dici poteſt.*
Synodus, & Concilium ſinonima ſunt, & idem ſignificant.
2 *Synodus propriè accipitur pro congregatione, quàm epiſcopus facit in ſua diœceſi.*
Synodus epiſcopi quandoque Concilium appellatur.
3 *Synodi appellatione in materia odioſa ſynodus epiſcopi tantũmodo venit.*
Diœceſis largè, vel propriè quid ſignificet.
4 *Synodus triplex eſt.*
5 *Synodus epiſcopi quomodo diffiniatur.*
6 *Congregatio ad plura adaptatur, quàm ſynodus.*
Diffinitio ob aliquas fallentias non immutatur.
7 *Synodus epiſcopi facta ob pecunias, vel ambitionẽ, ſynodus propriè nõ eſt.*
8 *Diffinitum propriè accipitur.*
Conciliũ per alium quàm per Papam congregatũ cõciliabulũ appellatur.
9 *Synodus vnde dicatur.*
Concilium vnde dicatur.
10 *Argumentum ab ethymologia vocabuli quando procedat, & nu. ſeq.*
12 *Synodus epiſcopi vnde originem habuerit.*
13 *Synodus epiſcopi an de iure diuino ſit.*
Lex apoſtolica differt a lege Euangelica, Moſayca, & Prophetica.
Diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio.
14 *Synodi generalis congregatio de iure poſitiuo ad Papam ſpectat.*
15 *Epiſcopatus de iure diuino eſt.*
Synodus epiſcopi Papæ auctoritate confirmatur.
15 *Papa epiſcopis non poteſt poteſtatem faciendi ſynodos ſuas auferre.*
Papa legem apoſtolicam, & per apoſtolos determinata tollere non poteſt.
17 *Papa dempto Petro maior eſt apoſtolis.*
Papa quomodo poſſit contra legem apoſtolicam ſtatuere.
18 *Papa tolerandus non eſt, ſi contra vniuerſalem eccleſia ſtatũ facere velit.*
19 *Synodi epiſcopi congregatio ad epiſcopum ſpectat.*
20 *Synodi prouincialis congregatio ad archiepiſcopum ſpectat.*
21 *Capituli congregatio cui ſpectet, & inſ. nu. ſeq.*
23 *Synodus epiſcopi ſi non congregetur per epiſcopum, conuenticula dicitur.*
24 *Epiſcopus pro ſynodo cõgreganda ab archiepiſcopo licentiã petere nõ debet.*
25 *Synodus per Metropolitanum ſiue primate congregari poteſt.*
26 *Synodus congregari poteſt per epiſcopum electum, licèt non conſecratum.*
27 *Synodus prouincialis per archiepiſcopum ante receptum pallium congregari non poteſt.*
28 *Epiſcopus ante conſecrationem, eccleſiam pleno iure habere non dicitur.*
29 *Pontificis appellatione electus non venit.*
30 *Synodi congregatio magnam inquiſitionem requirit, vide inf. ſub nu. 32.*
31 *Synodi conuocatio eſt meri imperij.*
Excommunicatio eſt meri imperij.
32 *Archiepiſcopus ante palliationem electus dicitur.*
Epiſcopus electus ius prælaturæ habere dicitur.
33 *In ſynodo prouinciali epiſcoporum quale ſit effectum.*
34 *Synodus congregari poteſt per promoſum per Papam ante conſecratio.*
Limita vt inf. nu. ſeq.
36 *Synodus celebrari non poteſt per nominatũ in epiſcopum per Regẽ Franciæ.*
37 *Synodum epiſcopalem celebrare non poteſt electus tantum, & non confirmatus, limita vt nu. ſeq.*
39 *Synodus an congregari poſſit per electum, & confirmatũ ante inductionem in poſſeſſionem.*
40 *Synodus epiſcopi ſede vacante per capitulum congregari poteſt.*
41 *Capitulum ſede vacante viſitare poteſt.*
42 *Capitulum ſede vacante in iuriſdictione epiſcopo ſuccedit.*
43 *Epiſcopi prouinciæ ſede archiepiſcopali vacante ad Concilium prouinciale faciendum, ſe congregare poſſunt.*
44 *Concilium generale congregari poteſt per Archiepiſcopum, & Primatem, eccleſia vacante paſtore.*
45 *Epiſcopus ſi omittat congregare ſynodum quomodo puniatur.*
46 *Verbum futuri temporis alterius executionem requirit.*
47 *Archiepiſcopus ſuum ſuffraganeum excommunicare, et ſuſpendere poteſt.*
48 *Synodus epiſcopi ſi per principem celebrari prohibeatur, talis princeps vt hoſtis reipublicæ, & tyrannus puniri debet.*
49 *Synodus epiſcopi quo tempore celebrari debeat.*
50 *Concilij Baſilienſis Decretum factum in 15. Seſſione, vti ante ſciſſurã, obſeruandum eſt.*
Viſitationis faciendæ tempus eſt in arbitrio epiſcopi.
51 *Synodi celebrandæ tempus quando epiſcopus determinare non debeat.*
Synodus prouincialis tempore hyemis celebrari non debet.
52 *Synodus epiſcopi, vel prouincialis ſemel in anno celebrari debet.*
53 *In ſynodi epiſcopi ſtatuta Concilij prouincialis referri debent.*
54 *Synodum bis in anno ex cauſa epiſcopus congregare poteſt.*
55 *Synodus epiſcopi bis in anno de conſuetudine celebrari poteſt.*
Synodus prouincialis quòd bis in anno non celebretur conſuetudo valet.
Conſuetudo per decem annos inducitur, ſi alia requiſita interueniant.
56 *Synodus epiſcopi in quolibet loco ſuæ diœceſis celebrari poteſt.*
57 *Synodus epiſcopi in eccleſia celebrari poteſt.*
58 *Synodus quando poſſit per epiſcopum extra diœceſim celebrari.*
59 *Epiſcopus expulſus, iuriſdictionem ſuam extra diœceſim exercere poteſt.*
60 *Epiſcopus fugitiuus ob peſtem in aliena diœceſi ius dicere poteſt.*
61 *Synodus epiſcopi de l. diœceſana, & de l. iuriſdictionis mixta eſt, & ſub nu. ſeq. & nu. 63.*
Legis diœceſanæ, & legis iuriſdictionis quæ dicantur.
62 *Legis diœceſanæ appellatione aliquando lex iuriſdictionis venit.*
Abbates ad ſynodum epiſcopi venire tenentur.
Et an compelli poſſint venire.
64 *Iudex inter varias opiniones mediam eligere debet.*
65 *Clerici diœceſis epiſcopo ſubditi ſunt.*
66 *Clericorum appellatione veniunt clerici cuiuſcunque gradus.*
67 *Subiectionis ſignum eſt, ſi quis ad epiſcopi ſynodum accedat.*
68 *Epiſcopi curam animarum ſuæ diœceſis principaliter habere debent.*
69 *Epiſcopus in ſynodo cum prælatis, & presbyteris curatis de his, quæ ad curam animarum pertinent, tractare debet.*
Prælati officium circa tria verſatur, videlicet correctionem, iudicium, & animaduerſionem.
70 *Synodus epiſcopi propter tria vtilis eſt.*

Prima Pars.

1 Ad primam igitur partem deueniendo, † inſequendo iureconſultum, in l. 1. in princ. ff. ſi cert. peta. Quæro primo quid ſignificet hæc dictio ſynodus. Reſpondeo. Synodus eſt Græca dictio, quę Latinè Concilium, cętus, vel comitatus dici poteſt. c. 1. §. ſynodus. 15. diſt. & not. Panormita. in c. Oſius. not. 4. de elec. & idem Panormi. in c. cõquerente. col. 3. ver. 10. de offi. ordi. & in c. ego N. col. 2. de iureiur. Alber. de Roſa. in dictiona. in verbo ſynodus. §. 3. Pau. de Caſt. in l. ſi minor. C. ſi aduer. liber. Et iſta vocabula ſynodus, & Concilium, ſunt ſynonima, & idem ſignificant, vt inquit Panormi. in ca. ſicut. 1. not. de accuſa. Et licèt ſynodus ſit genus generaliſſimum, auctore Bald. conſi. 262. lib. 2. quem refert & ſequitur do. & præceptor meus do. Philip. Deci. in d. ca. Oſius. col. 2. & ſæpè accipiatur pro Concilio generali. c. 1. c. nec licuit. 17. diſt. c. 1. de ſponſ. & matri. c. fi. de preſcrip. & alibi ſæpè. & etiam accipiatur pro Concilio prouinciali. ca. non oportet.
2 c. epiſcopus. ca. ſi quis autem 18. di. tamẽ propriè † accipitur pro cõgregatione, quam facit eps̃ in ſua diœceſi, cũ clericis ei ſubditis, ſ. in Hoſt. in ſum. de conſti. §. quis poſſet. col. 2. ver. ſed tale concilium. Card. Zaba. in proœ. cle. §. ſanè. & in cle. 1. in prin. 8. no. de priuileg. Panor. in locis proximè alle. & in ca. 1. not. 1. de offi. ordi. & in c. fi. no. 2. de præſcrip. & in c. ex geſtis. no. 1. de cleri. non reſi. Fely. in d. c. ego. col. 3. Card. Alex. in c. ſi quis epiſcoporum. not. 2. 18. diſt. 1. quæ ſynodus epiſcopi quãdoque appellatur Concilium. c. quando. 38. diſt. c. abbates. 18. q. 2.

3 † Ex prædictis infero, appellatione ſynodi ſimpliciter in materia ſtricta, odioſa, & exorbitanti tãtum venire ſynodum epi, per c. Rodulphus. de reſcript. vbi verbum diœceſis quod largè ſumptum ſignificat ciuitatem, & comitatum, in reſcripto ad lites odioſo accipitur tantum pro comitatu, quia illud eſt propriũ ſignificatũ, & illum tex. ad hoc pro notab. alleg. Mattheſi. notab. 95. incip. nota vnum, quem refert & ſequitur do. meus Philip. Deci. in rubric. de proba. col. 3. verſi. ſed ſaluando, vltra quos adde, quod idẽ tenet Panor. in d. c. Rodulphus. 1. not & in c. cum contingat. 1. not. de fo. compe. Areti. in l. 1. ff. de teſta.

4 † Secundo quæro, quotuplex ſit ſynodus. Rñ glo. loquens tñ in Cõcilio, quod idem eſt q̃ ſynodus, quia ſunt ſynonima, vt ſ. dixi in c. cõueniẽnbus. 1. q. 7. ponit vnã diuiſionẽ, quã nõ refero, quia cõiter nõ tenetur. Alia verò gl. in ſumma. 17. di. ponit vnam aliã, quam ſequitur ibi Card. de Tur. Cre. col. 2. Hoſt. in ſum. tit. de cõſti. §. quis poſſit. ver. Cõciliorum. Card. de Tur. in ſum. de eccleſia Dei. lib. 3. c. 3. Imo. in ca. graue. col. 5. vbi & Panor. col. fi. de præben. & idem Panor. in d. c. ſicut. 1. not. de accuſ. & in diſpu. incip. epiſcopus. col. 17. Areti. in d. c. ſicut. 1. nota. vbi & Ioan. de Ana. col. 3. Anto. de Roſ. in trac. de Cõcilijs. col. 19. ver. nunc aſſumamus. quæ diuiſio gl. prædictæ, eſt talis, ſ. triplex eſſe Cõciliũ, ſeu triplicẽ eſſe ſynodũ. Quędã eſt ſynodus gñalis repræſentãs vniuerſalẽ eccleſiã, cuius latè meminit Gratia. 16. & 17. diſt. Altera eſt ſynodus prouincialis, quã archieps̃ cũ ſuis ſuffraganeis celebrat. de qua Gratia. diffusè trac. 18. di. & de his duabus ſynodis quę magno dãno Chriſtianitatis raro celebrãtur, nõ eſt animus in pœnitentiarũ tractare. Tertia eſt ſynodus

epiſcopalis,quam quilibet epiſcopus in ſua dioceſi celebrat, &
de hac quāta potero breuitate rudi, & cōmuni ſtilo differam:
nam eleganti ſtilo ſe exornari hæc materia non poſtulat.
5 †Tertio quæro quomodo diffiniatur ſynodus epi.reſpō.Eſt
congregatio legitima,quam facit eps cum clericis ſibi ſubditis
in ſua dioceſi,in qua de his quæ curæ paſtorali incumbunt tra-
ctari debet.quàm diffinitionē in parte ponit Car. de Tur. Cre.
in ſumma.17.diſt.col.3.ver.tertia ſpecies. Primo loco ponitur
congregatio loco generis,quia ſub ea dictione comprehendi
tur, & ſubeſt ſynodus res diffinita. Ad plura enim adaptatur
6 cōgregatio†quàm ſynodus,quia aliqñ capitulum eccleſiæ col
legiatæ dicitur facere congregationem.c.1.de elec.aliqñ capi-
tulum eccleſiæ Cathedralis.c.congregato.eo.tit.Interdum dī-
citur congregatio canonica.c.1.de fil.presby. & monachi etiā
dñr facere congregatiunculas.ca.cellulas.18.q.2.aliqñ dicitur
congregatio aquarum,& ſic de ſimilibus,merito ergo ponitur
loco generis tanquàm plura importans & comprehendens q̄
ſynodus diffinitum. Secundo loco ponitur legitima differētiæ
cauſa,quia multæ ſunt congregationes,quæ nō ſunt legitimæ,
prout ſunt cōgregationes furū, & peccatorū. Tertio loco dr̄,
quam facit eps &c.etiā differētiæ cauſa ad denotandū alias eſſe
ſynodos cōtentas ſub genere,ut ſynodus generalis,& ſynodus
prouincialis,quæ fuit aliter ab alijs. cū igitur diffinitio hæc cō-
ſtet ex genere & differentijs, vr̄ bona. iuxta theoricam Bart.in
l.1.ff.de teſta.Poſſet circa hanc diffinitionem multa dici,oppo
nendo de nō ſufficientia,ſed hæc miſſa facio, quia non ſcribo
ad pompā, & non ſunt vtilia. etiā quia omnis diffinitio in iure
eſt periculoſa.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iu. propterea ſufficit
ipſam pcedere,ſm illud quod regulariter fit,authore Panor.in
rub.de iudi.vbi omnes Moderni. vnde vna, vel aliquæ fallētiæ
non immutāt diffinitionem, vel ſubſtantiā diffiniri, vt ſcribit
Card.Alex.in rub.de appella.col.8.omnia tamen verba diffini-
tionis clariſſima euadent ex quæſtionibus,quas ſtatim ſubijciā,
quia ſuper vnoquoque verbo formabo quæſtionem.
7 †Ex prædicta diffinitione infero, ſynodum epi factā ob cō-
gregādas pecunias, vel ob ambitionē,ſeu aliam ſimilē cauſam
nō propriè dici ſynodum,quia nō eſt legitima, cū legitimū il-
lud eſſe dicatur,q eſt iuſtū.ca.legitima.de appel.in 6.no.in c.cū
ſpeciali.eo.ti.in antiq.nec res propter quas fit huiuſmodi ſyno
dus.ſ.cōgregatio pecuniarū vel ambitio, ſunt de his,quæ curæ
paſtorali incumbūt.c.ſunt quidā 8.q.1.c.gloria epi.12 q.2.ergo
cū talis ſynodus nō conueniat diffinitioni, nō debet ppriè dici
8 ſynodus,quia illud quod†diffinitur propriè accipitur,vt no.in
d l.1.ff.de teſta. vbi diffinitio teſtamēti nō cōpetit codicillis, ga
licèt large accipiēdo dicantur teſtñ, nō tñ propriè.gl.in l.2.C.
cōia de lega.& not.do.Philip.Deci.in rubri.de probatio.col.3.
verſi prædicta ſaluatio.facit.c.multis.17.diſt.vbi Cōciliū gene
rale congregatū per aliū quam Papam nō debet dici Cōciliū,
ſed cōciliabulum,quia nō conuenit diffinitioni Cōcilij gñralis.
9 † Quarto quæro, vnde dicatur ſynodus. rñdeo dr̄ a ſin q eſt
con,& odos, quod eſt via, quia ad ſynodū homines per diuer-
ſas vias vadunt, auctore Car. de Tur.Cre.in d.§. ſynodus.15.di.
& in ſumma de eccleſia Dei.lib.4 ca.1.Anto.de Roſ.in trac.de
Concilijs.col.2 ver.& dr̄.& Calepino in vocabulario.in verbo
ſynodus. ſi verò appellare velis ſynodum epi Cōcilium, prout
poſte ſup.dixi in 1.q.dic q dr̄ Cōciliū a cōmuni intētione,qua-
ſi cōcidium.d in,l,literam trāſeunte, vel cōcilium dictum eſt a
cōmuni intētione, eo q in vnū dirigat mētis obtuitū, vnde q
ſibi nō cōſentiūt,nō agūt cōciliū, quia nō cōſentiūt in vnū,ita
dicit tex.in d.§.ſynodus.15. diſt.Zab.in proœ.cle. §.nec ſanè.q.1.
10 † Ex hoc vr̄ inferri poſſe valere argumētū ab ethymologia
vocabuli.Quod intellige verū,qñ ethymologia nō habet ſe in
plus, vel minus q̄ vocabulum, ita q deriuatio & ethymologia
nō excedat ſignificatū vocabuli,& ecōtra,ſm Hugo in c.priui
legia.3.di.relatū,ibi per doc.quē ſequitur do.meus Phil.Dec.in
c.1.2.lec.col.pe.ver.aliā cōcluſionē.de iudi. & in l.2. §.appella-
ta.ff.ſi cer.pet.Eſt verū q doct.in hac materia varie loquunt̄ in
dictis locis, & quot ſunt capita tot ſunt ſenſus, igitur quia hæc
materia parū vtilis vr̄,& opi.Hug.eſt ſolidior,ſufficiat in pœni
tentiarū remiſſio,vide itaq; vltra doct.in præallega.locis.Alex.
& Iaſ.in l.1.ff.de acqui.poſ. Ang.inſti.de teſta. In princ. Fely.in
proœ.Grego.col.14.ver.2.cōcluſio.vbi latè,& do.meū Philip.
Deci.in rub.de cōſti.col.5 in 1.lec.& alterum do.meū do.Frāciſ.
Cur.in trac.de feu.1.par.q.7.vbi conatur dare nouam doctrinā.
11 †Ex dictis in prædicta illatione ſubinfero in caſu præſenti
non valere argumetum ab ethymologia vocabuli, quia ethy-
mologia habet ſe in plus quàm vocabulū: nam omnes qui va-
dunt per diuerſas vias,non dicuntur ire ad ſynodū, nec omnis
cōmunis intentio dicitur cōcilium,propterea nil mirū, ſi hæc
materia,vt ſup.dixi,ſit parum vtilis, & ideo leuiter trāſeunda.
12 †Quinto quæro,vnde originē habuerit ſynodus epi.rñ.for-
ma præceſſiſſe vr̄ in Cōcilio, qđ Iacobus apoſtolus & eps Hie-
roſolymitanus legitur celebraſſe Hieroſolymis cū ſenioribus
ibidē exñtibus pro abolenda ſuſpitione orta cōtra Paulū,vt hr̄
Actorū.c.21.ita Car.de Tur in ſū.17.di.col.4.ver.tertia ſpecies.
vbi Car.Alex.refert & ſequitur Car.de Tur.in ſum.de eccl.Dei.
13 lib.3.c.3.col.fi. † Ex hoc vr̄ inferendū ſynodum epi eſſe de iure
diuino, quia illud dr̄ eſſe de iure diuino, quod reperit̄ in ſacra
pagina.glo.in verbo videlicet in ca.cū diuerſis.de priuile.in 6.
quā ſequuntur.ibi doc.& Gemi.in c.ius humanū.col.3.in 2.op
po.vbi Fely.etiā poſt Panor.col.1.diſt.1.ſed acta Apoſtolorū,in
quibus reperit̄ origo primæua ſynodi epi ſunt in ſacra pagina,
vt probat̄ in c.ſicut.§ cæterū.15.di.ergo ſequitur ipſam ſynodū
epi eſſe de iure diui.pōt tñ dici,q licèt ſit de iure diui.modo p̄-
dicto,tñ eſt de lege apoſtolica.quæ differt a lege euāgelica,Mo
ſayca, pphetica, & naturali, q̄ etiā ſunt de iure diuino,vt ſcrib.
Spe in prin.ſui Speculi.col.3.ver prima eſt lex naturalis.cōtra-
riū q immo nō ſit de iure diuino vñr ſentire doc.in ſum. 17.di.
dū dñt epm facere ſynodū ex iur.diſpenſatione, vt ī.dicā. in 6.
q prin.in 1.q.ibi acceſſionè poſita:nā diſpēſatio præſupponit iu
ris cōmunis relaxationē,& ſic q cōtrariū ſit de iure determina
tū,quia diſpēſatio eſt iuris cōis relaxatio. glo.in c. at ſi clerici.§.
de adulterijs.de iudi.itē in cōtrariū vr̄, quia cōgregatio ſynodi
gñalis ſpectat ad Papā nō ex iure diuino,ſed iure poſitiuo.c.re-
gula.17.di.vbi Car.Alex.no.4.ergo vr̄ dicendū q ſynodus gña-
lis ſit de iure poſitiuo, pariter & ſynodus epiſcopalis erit de iu
re poſitiuo.Quid tenēdū? Illatio eſt verior,quia ſynodus epi eſt
15 ex diſpōne iuris diuini inſtituta,vel liquet ex ſ.dictis. † facit p
illatione,quia epiſcopatus eſt de iure diuino,vt latè concludit
do.Io.de Sel.in trac.de bene.1.par.q.3.col.5.ver.præmiſſa limi-
tantur.& Io.Maio.in 4 Sen.di.24.q.3.in 2.conclu. Io.Gerſon.
in trac.de ſtatu eccleſiaſt.c.de ſtatu prælatorū.cōſideratione 1.
& 2.ergo & ea quæ ſūt acceſſoria ad epiſcopatū cuiuſmodi eſt
ſynodus debent eſſe de iure diuino.regula.acceſſoriū. de regu.
iu.in 6.cum ſi. fateor tñ ſynodum epi eſſe cōfirmatam auctori-
tate Papę, vt dicit Car.de Tur.in c.ſynodū. in fi.verbis.17.diſt.
Gemi.in c.nec licuit.col.1.ver.glo.1.ea.di.Nec obſt.allegata in
contrariū,quia doctores dicētes ſynodum epi fieri ex iuris di-
ſpenſatione,nō accipiunt diſpēſationē propriè,ſed largè, pro-
ut idem eſt q diſpoſitio ſeu determinatio. quod & alias ita ac-
cipitur,vt patet in c.olim 95.diſt.vbi Archi.& alij. Non obſtat
aliud de cōgregatione ſynodi generalis,quæ eſt de iure poſiti-
uo,quia rñdeo q licèt ſit de iure poſitiuo,q ad ſolū Papā per-
tineat conuocatio ſynodi gñalis,tñ ipſa ſynodus gñalis eſt de iu
re diuino,vt pbatur Actorū.ca.15.vbi apoſtoli cū Petro fecerūt
Cōcilium gñale,primū facit Matthęi.c.18.ſic ergo fateor,q de
iure poſitiuo ſit introductū,q conuocatio ſynodi epi pertineat
ad epm,ſed nihilominus ipſa ſynodus epiſcopalis erit introdu
cta de iure diuino eo modo quo ſ.dixi. & ſic diuerſis reſpecti-
bus erit de iure diuino, & ſic de iure poſitiuo. vel pōt dici verū
eſſe ad Papā pertinere congregationē ſynodi gñalis de iure po
ſitiuo ſecundarię,ſed primarię & principaliter eſt de iure diui-
no,vt vult glo.in verbo iuſſione.in c.cōcilia. §.hinc etiā.17.diſ.
& gl.in c.dudum.3.q.6. quas notabiles eſſe ibi dīt doct.& vide
Car.Alex.in d.§.hinc etiā.col.2.alia vtilia circa hoc dicentem.
16 †Ex prædicta illatione vr̄ ſubinferendū,Papā non poſſe epi-
ſcopis auferre poteſtatē faciendi ſuas ſynodos, quia licèt Papa
poſſit diſpenſare cōtra legē apoſtolicā, vt dicit gloſ.in c.lector.
33.diſt.in c propoſuit.in verbo diſpenſare. de conceſ.præbē.&
vtrobiq; doct.& latè Fely.in c.quæ in eccleſiarum.col.7.ver.an
autē.de conſti.& in c.fi.col.fi.de ma.& obed. non tñ pōt tolle-
re legē apoſtolicā & determinata per apoſtolos,immo vſq; ad
ſanguinē debet illa obſeruare & defendere.c.ſunt quidā. 25.q.
1.facit,quia diſpēſatio facilius concedit̄ q̄ abrogatio legis & ſta
tuti,vt no.Ant.de But.in cle.fi.de reſcrip.& latè dicā ī in 3. par.
artic.4. in princ. Contrarium determinat Card.de Tur.Cre. in
d.c.ſunt quidam.col.3.ver.5.cōclu.mouetur per d c.lector. 33.
diſt.& c.presbyter.82.di. Et hoc vult Petr.de Pal.patria Brixia.
& propatruus magnifici dñi Comitis de Varax. in 3. Sent. diſt.
40.q.2.col. pen.dum ait Papam poſſe tollere ſtatuta primitiuæ
eccleſiæ. Et idē vult Henr.Bohic. in c 1.di.col.3.de cōſtit. Quid
tenēdum? puto ſub illationem veram de poteſtate Papæ ordi-
naria,& opinionē dñi de Palude. & Car.etiā verā de poteſtate
17 abſoluta, quia reuera Papa eſt † vt ſ. dixi maior apoſtolis dē pto
Petro, cuius ſucceſſor eſt, qui Petrus fuit maior omnibus apo-
ſtolis adminiſtratione.glo.in ver.Pari.in c.in nouo 21.diſt. vbi
doct.no.dñs Phil.Dec.in ca.tranſlato.2.lect.col.3.de conſtit.Si
tamen pōderes iura alleg.per Card de Tur.loco proximè alle-
ga.reperies ea loqui in diſpenſatione.licèt ipſemet Card. ibi pa
rificet Papam diſpenſare contra apoſtolos,& tollere ordinata
per alios.Fely.in d.c.quæ in eccleſiarum. col.7. quærit an Papa
poſſit ſtatuere cōtra apoſtolū, & tamen omnia quæ allegat po
ſtea loquuntur in diſpenſatione, & clari iuris eſt, aliud eſſe di-
ſpenſare cōtra apoſtolū,& tollere ordinata per apoſtolum,&
reuera nuſquam legi, aliquā conſtitutionē Papæ tollentē ordi
nata per apoſtolos in totū. Igitur fortè ſecurius eſt dicere de le
ge apoſtolica, ſicut de alijs legibus diuinis. ſ. Papam poſſe ſta-
tuere contra legem apoſtolicam interpretando, uel declaran-
do,vt no.in d.c.quæ in eccleſiarū,ſed non in totum tollere. vel
dico q licèt de poteſtate abſoluta Papa poſſit tollere ordina-

ta per

ta per apoſtolos, ſi ñ hoc facere velit, non eſt tolerandus,quia
ordinata per apoſtolos cõcernunt vniuerſalem ſtatũ eccleſiæ,
18 † ſed Papa volẽs facere ea,quæ ſunt cõtra vniuerſalem ſtatum
eccleſiæ,non eſt tolerãdus, vt not.Inno. in c.quanto.de cõſue.
vbi omnes ſequuntur,de quo dicto Inno. vide Fely. in c. ſi qũ.
col.6.ver.dicta per iſtum.de reſcri.ſa.quod no.idem Fely.in d.
c.quæ in eccleſiarum.col.16.ver. & per iſtam declarationẽ. de
cõſti. Redeundo igitur ad propoſitum,puto ꝙ ex quo Synodi
epiſcoporum cõcernunt vniuerſalem ſtatu eccleſiæ,& vtilita-
tem maximã afferunt,vt ĩ.dicã in vlti.q.huius 1.partis,fueritq;
a temporibus apoſtolorũ obſeruatæ , Papam attentãtem ipſas
auferre nõ eſſe tolerandum, hæc tñ ſub correctione dicta ſint.

19 † Sexto quæro ad quem ſpectat cõgregatio Synodi epi. rñ.
ad ep̃m in eius diœceſi.c.ep̃s.18.diſt.vbi ita not.Gemi.& Card.
Alex.in prin.& eſt tex.etiã in c.fi.ea diſt.& not.glo.fi.quàm ibi
in fi ſequit̃ Archi. in c.ꝓpter eccleſiaſticas.ea di.not.etiã Hoſt.
in ſumma tit.de cõſti. §.quis poſſit.ver.quædã ep̃alia.Imo.in c.
graue.col pen.ver.circa ſextũ.de præb facit,quia congregatio
gñalis Cõcilij ad ſolũ Papã pertinet. c.licuit.c.Synodũ. c.regu-
20 la.17.di.Et cõgregatio ſynodi † ꝓuincialis ſpectat ad archiep̃m.
c.ſi ep̃s.& c.ſi quis ep̃orum.vbi Alex.18 di.ca.ſicut.§ præterea.
de elec.ẽt ſine auctoritate Primatis. c.de cõcilijs.ea di fa.quod
21 † no.Inno.in c.irrefragabili.ver. ſed quæro. de of.ordi.vbi dicit
ꝙ ſi ep̃s interuenit in capitulo,vt ep̃s,cõuocatio capituli perti-
22 net ad eũ.fa.inſuper † quod no. idẽ Inno. & cæteri in c.1.de ma.
& obe. vbi dicunt cõgregationẽ capituli eccleſiæ particularis
pertinere ad eũ, qui eſt maioris dignitatis.ſed ep̃s eſt maior om
nibus in ſuo ep̃atu, ergo ad eũ debet ſpectare cõgregatio ſyno
23 di.fa. † etiã quod no. Card.Alex.in d.c.ſi quis ep̃orũ.18.diſ. & in
c.regula.17.di.vbi poſt Bar.in l.2. de decur.lib.10. quẽ ibi ſequit̃
Ioan.de Pla.in prin.dicit, ꝙ ad magiſtratũ ſeu rectorẽ ciuitatis
ſpectat cõuocare Cõcilium ſeu adunantiã ciuitatis, ꝙ ſi nõ cõ-
greget̃ ſynodus per ep̃m nõ erit dicẽda ſynodus,ſed potiùs cõ-
uẽticula,ſeu cõciliabulum,arg. c.multis.17. di.vbi ſynodus ge-
neralis cõgregata per aliũ quàm per Papã ita appellatur.fac. ẽt
quia feriæ nõ merẽtur dici feriæ, quę indicũtur ab illo, qui eas
nõ indicere. l.a nullo. C.de fer. & ſentẽtia nulla nõ meret̃ dici
ſentẽtia.c.ſi.de re iudi.in 6.l.4.§.cõdemnatum. ff. de dam. inſe.

24 † Circa prædictã ſextã quęſtionẽ,primo acceſſoriè quęro,an
ep̃s debeat petere licentiã a ſuo archiep̃o pro cõgreganda ſua
ſynodo. Rñ.ꝙ nõ,vt dicit glo.in ſum.17.di.quàm ibi ſequit̃ Ar
chi.Gemi.col.1.Car.Alex.col.2. ver.no.2.& eſt alia gl.in verb.
cõcilia.in c.propter eccleſiaſticas.18.di.& hoc no.Hoſt.in ſum.
de cõſti.§.ĩ.ꝓximè allegato ver.itẽ ep̃s.Imo.in d.ca graue.col.
6.Ratio huius põt eſſe,quia ep̃s facit ſynodum in ſua diœceſi ex
iuris diſpoſitione,auctore Card.de Tur.Crem.in ſum.17. diſ.in
fi.& in sũma de eccleſia Dei.lib.3.c.4. ſequit̃ Car.Alex.in ſum.
25 15.diſt.facit † pro prædictis, quia Metropolitanus põt celebrare
ſuã ſynodum ſine auctoritate Primatis.glo.in verbo Metropo
litanus.in c.de Cõcilijs,vbi Archi.Gemi. & Card.Alex.col.1.18.
di.& no.glo.in d.ſum.17.diſt.vbi omnes Inno.in c.graue.col.1.
de præben.quę ibi referuntur & ſequũtur Ioan.And.& cæteri.

26 † Secundo acceſſoriè quęro an electus & cõfirmatus in epi-
ſcopũ,& non cõſecratus poſſit cõgregare ſynodum. Rñ prima
27 facie videtur dicendũ ꝙ non,quia archiepiſcopus † nõ poteſt
ſynodũ prouincialem cõgregare antequàm receperit palliũ.
c.quod ſicut.§.præterea.de elec.no.glo.1.in c.1.diſt. vbi doct er
go vr idem dicẽdum in ep̃o ante conſecrationẽ, quia ſicuti ar-
chiep̃s accipit plenitudinẽ poteſtatis per aliũ.ca.niſi.de auct.&
vſu pa.ita & ep̃s ante cõſecrationẽ non dr̃ habere eccleſiã ple-
28 no iure, † quia cõtra eum poteſt excipi tẽpore cõſecrationis.
c.ſuper his.de accuſ.vt dicit glo.in c.cum in cunctis.§.cũ verò.
in verbo ad quem ſpectant.de elec. vbi Ioan.An.Zaba.Panor.
do.meus Phil.Deci.nu.6.Bertach.in tracta.de epiſc.in 4.par.3.
partis lib.3.q.1.Item & 2.ep̃s cum eſt in ſynodo,debet eſſe cum
indumentis põtificalibus,vt dicam ĩ.in 3.par.ver.3.ep̃s.ſed ele-
ctus & cõfirmatus ante conſecrationem nõ poteſt vti pontifi
calibus indumẽtis quia in cõſecratione talia indumẽta ei con-
ceduntur per cõſecrantes,& benedicũtur,vt videre licèt in põ
tificali, immo videtur quod rocheto & indumentis lineis ele-
ctus & cõfirmatus ante cõſecrationẽ nõ poſſit vti.c.clerici of-
29 ficia ver.põtifices.de vi.& hon.cler. † quia appellatione põtifi-
cis non venit electus & confirmatus ante cõſecrationem , ſ̃m
glo.in verbo pontificum in clem.2.de celeb.Miſſa no.Panor.
in c.eã te.de reſcrip.vbi Fely.col.2. & idem Panor. in c.quãto.
de offi.ord. ergo videtur ꝙ non poſſit congregare ſynodum .

30 † Item & tertio cõgregare ſynodum exigit diſcuſſionẽ ma-
ioris inquiſitionis,vt not. Inno .in d.c.niſi.in fi.vbi Card.Zaba.
& Imo.ſequuntur,ſed talia non videtur poſſe facere electus &
confirmatus ante cõſecrationẽ capi. trãſmiſſam. ibi præterea.
de electio.Et ita per hoc ſolum fundamentũ tenet do.Franciſ.
de Ripa.in d.c.eam te.col.2.ver.iſtud notab.recipit.lib.2.inter-
preta.& hoc ſentit Panor. in d.c.niſi. col.1.verſi.aduerte. dum
alleg.d.c.trãſmiſſam.cõtrarium tenet Inno.in d.c.trãſmiſſam.
in fi.verſi.ſequitur ibi Card.Zaba.q.7.& Panor.col.fi. mouẽtur
31 iſti principaliter,quia cõuocatio ſynodi † eſt meri Imperij,ſed
electus cõfirmatus poteſt ea, quæ ſunt meri imperij, vt not.in
d.c.tranſmiſſam.nam vt ibi not.glo. poteſt excõicare,quod eſt
meri imperij,vt ibi no.Inno.& omnes,& dicam latè ĩ.in . .par
te.arti.5.in 2.limitatione.ergo ſequitur quod poteſt cõgregare
ſynodum. Itẽ mouetur & 2.per d.c.ſicut,vbi eſt ſpeciale io ar-
chiepiſcopo ante palliationem . Quid tenẽdum? ſecunda opi.
magis placet,& eam ſentit glo.in d.c.tranſmiſſam.in verbo de
talibus.ibi ea verò quæ ſunt ordinis, quia referẽdo ea quæ ſunt
ordinis omittit congregationem ſynodi,& tñ in alleg.c.ſicut.
in §.præterea. ratio eſt,quia poteſtas congregandi ſynodũ nõ
confertur in conſecratione epi,& non eſt de his quæ ſunt ordi
nis,ſed eſt de his,quæ ſunt iuriſdictionis,vt latius ĩ.dicã, in 11.
q.& pro hac 2.opi.multa poſſent allegari,quæ poteſt electus &
confirmatus ante cõſecrationẽ, vt excõmunicare, abſoluere,
iudicare,diſpenſare,concedere indulgentias,& alia multa quę
ſunt iuriſdictionis,quæ no glo.in d.c.tranſmiſſam.& Bertachi.
in trac.de ep̃o.lib.4.in 4.par.2.partis princip.q.6.Fely. in d.c.eã
te.col.1.ver.reſtringuntur, vbi do.Franc.de Ripa. etiam col.3.
de reſcrip.Item pro hac 2.opi.poteſt adduci,ꝙ capitulũ Cathe
dralis eccleſiæ poteſt ſede vacãte cõgregare ſynodum,quia eſt
iuriſdictionis, vt dicam ſtatim, in 4.q.acceſſoria, ergo electus
& confirmatus hoc poſſe debet.nõ obſtant allegata in contra-
riũ, pro d.c.ſicut. quia ideo archiepiſcopus nõ poteſt ante pal-
liationem cõgregare ſynodum,vt ibi determinatur,quia ante
32 palliationẽ † dicitur electus tãtùm per d.c.niſi.de aucto.& vſu
pa.ita Fely.in d.c.eam te.col.5.1.ver. 4.reſtringitur.ſed ep̃s con-
firmatus licèt non habeat eccleſiam pleno iure, vt ſupradictis
eſt ante conſecrationẽ,tñ ex electione dicitur habere ius præla
turæ,ſ̃m Inno.in c.ex parte.de arbi.quem ſequitur Bertachi.in
loco proximè alleg.& vltra poteſt omnia quę ſunt iuriſdictio
nis.d.c.tranſmiſſa.Non obſt.illud de pontificalibus indumẽtis,
quia habitus de iure parum habetur in cõſideratione. c.porre-
ctum.de regul. & ideo ſicuti Miſſa nõ eſt de ſubſtantia in ſyno
do,ſed de ſolennitate,vt ĩ.dicam par.3.nu.1.Ita & indumenta
pontificalia.vnde vicarius epi qui poteſt eſſe in ſynodo nomi
ne epi,vt inf.dicam 2.par.in prin. & pariter capitulum qui po-
teſt congregare ſynodum ſede vacante,non vtuntur indumẽ-
tis pontificalibus. Ex quo paret ꝙ indumenta pontificalia nõ
ſunt de ſubſtantia ſynodi. Non ob.etiam ꝙ congregatio ſyno-
di de his,quæ exigunt diſcuſſionẽ maioris negocij,quia loquẽ-
do de ſynodo epi hoc eſt falſum, & allegata ſup loquuntur in
ſynodo prouinciali, vt clarè apparet, & lata differentia eſt in-
ter illam & ſynodum epi, quia in ſynodo epi nõ tractãtur niſi
negocia vnius diœceſis, & vnus eſt iudex, ſed in ſynodo ꝓuin-
ciali tractantur negocia multarũ diœceſum, & epi ſuffraganei
33 ſunt in ea † in cognoſcendo,vt coniudices.ca.ſcitote.6.q.3.& in
diffiniẽdo vt aſſeſſores.15.q.7.c.epiſcopus,& c.ſi quis ita. vt no.
Anto.de Butr.& Imo 3.c.graue.de præben.quos refert & ſequi
tur Card.Alex.in c.propter eccleſiaſticas.col.fi.18.diſt. nil mi-
rum igitur ſi congregatio ſynodi ſeu Concilij prouincialis, ſit
de his quæ exigũt diſcuſſionem maioris negocij, & propterea
prohibeatur electo in archiepiſcopum ante palliationem, vt
d.ca.ſicut. §.præterea.de elect.vbi Imo.col.2.iſtud notat ex illo
tex.dicens electum in archiepiſcopum non habere ante pallia
tionem exercitium eorum, quæ ſunt ordinis,nec eorum, quæ
ſunt iuriſdictionis,ſi ſint magnæ poteſtatis,vt eſt cõuocare Cõ
cilium. Et ſi dixeris,quæ ſunt ergo illa in epiſcopo quæ ſunt ma
ioris diſcuſſionis,quę ante conſecrationẽ eis prohibentur eidẽ,
in d.c.tranſmiſſam . Reſpondeo quòd ſunt illa quæ ſunt iuriſ-
dictionis,& ordinis copulatiue, prout vult.d.ca.vtendo copu-
latiua,& ſicuti eſt degradatio actualis teſte Panormi. ibi col.fi.
ante finem poſt alios.

34 † Ex prædictis infero primo, ꝙ prouiſus per Papam ante cõ-
ſecrationem,poteſt conuocare ſynodum ſuam, quia prouiſio
Papæ habet vim electionis & cõfirmationis, ſ̃m Inn.in c. cùm
olim.in prin.de cau.poſ.& prop.not.glo.in ca.1.de elec. in 6.&
varias auctoritates adducit Fely.in d.c.cam ic.col.2.ver. exten
duntur prædicta,vbi Franciſ. de Ripa.col.4.nu.11.& idem Fe-
ly.in c.cùm Bertoldus.col.2.de re iudi.& in c.meminimus.col.
35 2.ver.limita niſi.& in ca.accedens.2.not.de accuſ.† ſed hoc in-
tellige verũ dummodo prouiſi de epiſcopatu per Papam expe
diuerint bullas ſuæ prouiſionis, vt determinatur in extrauagã-
ti Bonifacij V I I I. incip.iniũctę.poſita in ti.de elec.in extraua.
cõmunibus.de qua meminerunt Imo.& Panor.in ca.qualiter.
de elec.& Panor.in c.noſti.col.1. eo.tit.do.meus Philip.Dec.in
rub.de conſtit.col.9.ver.2 prædicta.in 2.lectura .

36 † Secundo infero, ꝙ nominati ad epiſcopatum per Regiam
maieſtatem Chriſtianiſſimi Regis Franciæ ad formã primi De
creti cõcordatorũ cum Leone X. nõ poſſunt ante prouiſionẽ
faciendã per Papam cõgregare & celebrare ſynodũ. Ratio eſt
quia illa nominatio,quę vt puto eſt non ſolennis nullũ ius tri-
buit, vt probatur in d.c.quod ſicut. vbi no.hoc Panor.1.no.de
elec.& do.meus Philip.Deci.in rub. de poſtu.præla.col.fi. ad fi.

37 † Tertio infero, ꝙ electus tantum & non confirmatus, non

poteſt celebrare Synodum epiſcopalem, quia licèt electus ha-
beat adminiſtrationem in habitu, nō tñ habet exercitium niſi
per confirmationē, vt no.glo.magna in c.quanto.63.diſt.quæ
eſt not.ſm Panor.in d.ca.tranſmiſſam.col.1.vbi Imo.in fi.ver-
bis cōmendat. de qua gl vide Card. Alex.poſt Archi. & Gemi.
in d.c.quāto.col.2.& in c.1.diſt.24.col.7. & in c.de Siracuſanæ.
col.2.28.diſ Fely.in c.cùm Bertoldus.col.1.de re iudi.Do.meū
Phil.Deci.in c.poſtquàm.2.not.de elec.quæ glo.eſt adeo vera,
ꝙ non valet conſuetudo in contrarium.c.cum venerabilis.de
quo tñ vide do.meum in d.c.poſtquàm.col.2.nu.7.vbi latè.
38 † Limita prædictam illationem nō procedere in exemptis,
& immediatè ſubiectis Papæ exiſtētibus vltra Italiam,& a Ro-
ma valde remotis,& electis in cōcordia,quia ex quo tales ante
confirmationem adminiſtrare poſſunt.c.nihil.§.fi.de elec.vbi
omnes doct.& etiam notant doct.ſup.nominati in locis præ-
dictis,puto,ꝙ tales poterunt congregare,& celebrare Synodū
ſuam ante confirmationem faciendam per Papam.
39 † Tertio acceſſoriè quæro, an electus & cōfirmatus ante in-
ductionem in poſſeſſionē poſſit congregare ſuam Synodum.
Rñdeo breuiter ꝙ ſi alius ſit in quaſi poſſeſſione prælaturæ, li-
cèt iniuſtè non poteſt electus & confirmatus cōgregare Syno
dum, ſi autē alius nō ſit in quaſi poſſeſſione, quia prælatura eſt
vacans,puto ꝙ poſſit congregare Synodum,dummodo nō ſit
cōſuetudo,ꝙ prælatus non adminiſtret ante inſtallationē,arg.
in his.12.di.ita puto dicendū per ea, quæ no.Panor.in d.c.tranſ-
miſſam.col.3.ver.ego pro cōcordia.de elec.quem ſequitur do.
Roch.de Cur.in tract.iuriſpa.in verbo ius.q.5.& Io.de Selua.in
tracta de benefic.2.par.q.15.& Aufrerius in addi.deciſ.Tholo.
443.incip.an habens.Franciſ.Ripa.lib.Reſp.a.c.32.col.1.vbi di-
cunt ꝙ electus & confirmatus ante inductionem in poſſeſſio-
nem poteſt exercere ea,quæ ſunt iuriſdictionis epiſcopalis,ſm
diſt.prædictam,ſed Synodus epī eſt de his quæ ſunt iuriſdictio-
nis epiſcopalis,vt infra dicā.q.ſeq. & q.11.principali, ergo &c.
40 † Quarto acceſſoriè quæro,an ſede vacante capitulum eccle
ſiæ Cathedralis poſſit cōgregare Synodum epī.videtur ꝙ non,
quia hoc non reperitur expreſſum ergo & c.c.illa,ne ſede vacā.
cōtra determinat do.Franciſ.Pauin.in trac.de poteſt.c.ſede va-
cāte in 1.par.q.7.col.2.ver.ex præmiſſis. monetur quia Synodus
eſt præparatorium ad viſitationem, & quædam viſitatio gene
ralis præambula viſitationis particularis,vt probatur ſecundū
41 eum in c.ſicut.de accuſ.ſed capitulum poteſt † viſitare ſede va-
cante,vt ſcribit Panor.in c.cùm olim.de maio.& obed. & latè
ipſe Pauinus loco proximè allegato ergo poteſt.& illud quod
eſt præparatoriū.l.oratio.ff de ſpōſa.moueor alia ratione, quia
42 † capitulum ſede vacante ſuccedit epiſcopo in iuriſdictione,
vt no.in d.c.cùm olim.& latè ſcribit Pauinus in d.tract.q.10.in
1.par.ſed Synodus eſt de i.iuriſdictionis,vt ĩ.dicam hac eadem
parte.q.11.ergo capitulum ſuccedit in Synodo celebrāda. facit
43 † quia ſede Metropolitana vacante epiſcopi prouinciæ ſe con-
gregare poſſunt ad Concilium prouinciale celebrandum, ſm
Hugo.Archid.& Gemi.in c.placuit.18.diſt.& in c.propter ec-
cleſiaſticas.lo3.in fi.ead.diſt.quos ſequitur Card de Tur.Crema.
in c.de Conciliis.in fi.& Card.Alex.in prin ead.diſt facit etiam
44 † quia ſi eccleſia careret paſtore, Archiepiſcopi & Primates
poſſunt congregare Conciliū generale,vt ſcribit Gemi in d.c.
propter.in verbis finalibus.Card.Alex.in c.propter Synodum.
col.2.& col.pen.17.diſt. Non obſt.quod allegatur in cōtrariū,
quia illud dicitur expreſſum quod venit ex mente legis. l. no-
minis.§.verbum.ff de verbo.ſignifi.not. gloſ. in verbo expreſ-
ſum, in l.prætor ait.§.1. vbi Moder.ff.de no.ope.nunc. ſed iura
volunt, ꝙ ea quæ ſunt iuriſdictionis ſede vacante regulariter
tranſeant in capitulū,vt not.in locis præallegatis, ergo ex con-
ſequenti volunt quod tranſeat Synodus quę eſt iuriſdictionis.
45 † Septimo quæro,an epiſcopus omittens cōgregare & cele-
brare Synodum debeat puniri & qua pœna. Reſp. ꝙ ſic, & eſt
ſuſpendēdus ab executione officij,vt probatur in ca.ſicut.in fi.
de accuſ. vbi Hoſt. quem ibi.3.col.ſequitur Ioan.And. dicit ꝙ
illud c. eſt canon ferendę ſententiæ,& non latę,& ratio poteſt
46 eſſe,quia verbum futuri † tēporis ſuſpendatur ibi poſitū requi-
rit executionem alterius,propterea eſt canon ferēdæ ſentētiæ,
vt not.Pan.in c.cùm in cūctis.§.fi.col.pen.ver.nō obſt.de elect.
& Fely.in c. Rodulphus col.20.ver.ſubiaceat.de reſcrip.poterit
ſuſpendi per Archiepiſcopum cui ſubeſt.c.1.34. diſtin.in fi.vbi
Archi.Gemi.& Card.Alex.in fi.Gemi.& Phil.Franc.in c.fi.col.
47 fi.de exce.in 6.not.ꝙ † Archiepiſcopus poteſt excōmunicare,
& ſuſpendere ſuum ſuffraganeum, licèt nō poſſit ſolus remo-
nere ab epiſcopatu.Adde ꝙ etiam archiepiſcopus ex negligen
tia omittēs cōgregare Synodum prouincialem, debet puniri,
48 vt probatur in d.c.ſicut.& in c.quoniam 18.diſt.† Adde etiā ꝙ ſi
princeps ſecularis impediat celebrationē Synodi epiſcopi, eſt
puniēdus veluti hoſtis reipublicæ,& tyrannus, & tot mortibus
dignus eſt, quod ſalutaria bona erāt faciēda in Synodo, ideo ſi
epiſcopus volebat in Synodo propulſare hęreſim.habēdus eſt
princeps eum turbans tāquàm hæreticus, ſi vero facturus epi-
ſcopus erat Synodum gratia reformationis, habēdus eſt prin-
ceps eum turbans,vt hoſtis reipu. Ita puto dicendū per ea,quæ
not.Card.de Tur.Cre.in d.c.qm̄.col.2. quem ibi.col.1.ſequitur
Alex.vbi dicūt ꝙ princeps turbās cōcilia generalia,vel prouin
cialia eſt puniēdus modis ſ.dictis.Idē igitur dicēdū puto in tur
bāte Synodum epī, quia eadē ratio militat, ergo idē ius debet
eſſe.l.illud.ff.ad l.aquil.cū ſi.& vltra dico,ꝙ princeps impediēs
celebrationē Synodi epiſcopi, poteſt excōmunicare per epm̄,
per d.c.qm̄.iūcta glo.in verbo cōione,peccat enim ſe intromit
tendo de his, quæ pertinent ad ſpiritualem poteſtatem, vt per
pulchra exempla oſtendit Cardi.de Tur.in c.imperium.10.diſ.
49 † Octauo quæro,quo tēpore debeat celebrari Synodus epī?
Rñdeo quo ad Synodū prouincialem benè reperitur cautū,
in c.habeatur.& in c.propter eccleſiaſticas.18.diſt.ſed de Syno-
do epī nō reperi in decreto, aut decretalibus determinatū cer-
tum tēpus,licèt enim c.fi.18.di & c.ſicut.de accuſa.velint,ꝙ ce
lebretur poſt Synodum prouincialem,vt in ea publicētur ſta-
tuta ipſius Synodi prouincialis non tñ determinant quo tēpo
re,niſi ꝙ ĩ.ſex menſes a monitionibus. Sed hodie ſm decretū
Cōcilij Baſilieñ.eſt determinatū,ꝙ celebretur poſt octauā Do
minicę Reſurrectionis,vel alia die ſm cōſuetudinē diœceſim,
vt patet in 15.Seſſione Cōcilij Baſilieñ.quàm ad verbum ponā
50 ĩ.in 3.par.& videtur obſeruandū dictum decretū † Cōcilij Baſi
lieñ.quia.ſ fuit factū ante ſciſſurā ipſius Cōcilij. nam Fely in c.
Rodulphus.col.29.verſ.ſed vera.de reſcrip.allegat.20.Seſſionē
dicti Cōcilij Baſilieñ. tanquàm factam ante ſciſſurā ipſius Cō-
cilij,dicēs ita facere R.do.Anto. archiepiſcopū Florentinū op-
pugnatorē ipſius Cōcilij. Ergo vult ꝙ decreta facta ante dictā
20.Seſſionē ſint obſeruanda,prout eſt ſ. dictum decretū factū
in 15.Seſſione,ꝙ ſi nolumus obſeruare dictū decretū, quia Ro
mana eccleſia nō recipit decreta dicti Cōcilij Baſilieñ. puto ꝙ
ex quo nō eſt determinatum a iure tēpus certū, eſſe in arbitrio
epī determinare,prout neceſſitas ſua ferit,ſicut dicitur de con-
uocatione Cōcilij generalis,aut Cōcilij primatis,in quibus cū
nō ſit determinatum certum tēpus, quo debeant celebrari, eſt
in arbitrio debētium cōuocare,arg.c.de cauſis.de offi.deleg.vt
in ſpecie tenet Card.Alex.in d.ca.propter eccleſiaſticas. col.fi.
in fi.fac. quia tēpus viſitationis faciēdæ ex quo nō eſt a iure de-
terminatū eſt in arbitrio epī.Maria.in trac.de viſita.col.15 li.7.
51 puto tñ ꝙ epūs † nō debeat determinare tēpus celebrandæ Syno
di tēporibus quibus vacādū eſt abſtinētiæ, aut cōtemplationi,
vt in Quadrageſima, in quatuor Temporibus, vel in feſtis die-
bus, quia dictis Temporibus nō debet celebrari Synodus pro-
uincialis,vt no.do.Card.Alex.in c.habeatur.in fi.per illum tex.
& d.c.propter.ea.diſt. nec pariter in hyeme debet determinari
tēpus celebrādæ Synodi epī, cum in hyeme periculoſa ſit itine
ratio,& propterea illo tēpore nō debet etiam cōgregari Syno
dus prouincialis,vt no.d.Card. Alex.in c.qm̄. col.2. in princ.18.
diſt.ſit igitur diſcretus & prudens epiſcopus in determinando
tēpus,memor ꝙ eſt poſitus quaſi ſignū ad ſaginam.c.qualiter
& qñ lo 2.de accuſ. & ꝙ ſi fatiget plus debito ſuo ſubditos non
meretur nomē epiſcopi,aut pōtificis.c.quia cognouimus.10.q.3.
52 † Nono quæro, quotiēs debeat in anno celebrari Synodus
epī; Rñdet Pet.de Palude.in 4.Senten.diſt.24 q.5.cōclu.9.ꝙ bis
debet celebrari,mouetur per c.habeatur.18.diſt.& per ca.ſicut
de accuſa.Sed pace eius dixerim,hoc non eſt verū,quia ſufficit
de iure ſemel in anno celebrari.ca.abbates.18.q.2. ibi, ſemel in
anno,vbi ita not.Card.de Turre Cre.facit. c.quod in dubiis ibi
tuam Synodū.de ma. & obe. c.annis ſingu.18.di.licèt ſit palea,
tñ allegatur a Panor. in c.ex ore.2.not. de priuileg. & ita tenet
Panor.in d.c.ſicut.2.not.de accuſ.ſumma Silueſtri.in verbo cō
cilium.§.fi.Nō obſtant alleg.in cōtrarium. 1.d.c.habeatur,quia
ille tex.loquitur in Synodo prouinciali,ut omnes doc.ibi atte-
ſtantur,& illud.c.eſt hodie correctum per c.qm̄ ea. diſt. & c.cū
ſit de iudæ. vbi probatur hodie ſufficere ſemel in anno celebra
ri Synodum prouincialem. Nō ob.d c.ſicut.quia ibi plurale re-
fertur ad plurale,quia epiſcopi quaſi incōgrue dicerētur in epi
ſcopali Synodo publicare ſtatuta prouincialia, ideo dicitur in
epālibus Synodis,vnde Card.Zaba.ibi.in 1.no.dicit, ꝙ ſicut Sy
nodus ꝓuincialis debet ſingulis annis celebrari per archiepōs,
ita & Synodus epālis,& idē ibi 2.not.no.Panor. & in c.cōque-
rēte.col.3.ver.10.habet.de offi.ordi.dicit ꝙ annuatim epūs debet
celebrare Synodum,& idē Panor.dicit in c.olim.1.no. de cēſi.
& in c.graue.3.no.de præben. tene igitur ſecundā opin.ſ. ꝙ ſuf-
ficiat ſemel in anno celebrari, licèt olim ſm Panor. in d. ca.ſi-
cut.2.no.fiebat bis in anno,alleg.d.c.qm̄ ſed poteſt dici illud.c.
loqui in Synodo prouinciali,vt patet intuenti,niſi fortè dicas,
53 ꝙ Synodus epālis regulabatur ſm Synodū prouincialē, † quia
in Synodo epī debēt referri geſta & ſtatuta in Cōcilio prouin
ciali.c.fi.18.di. Sed cōtra hoc facit,quia debet fieri Synodus epī
infra ſex menſes poſt Synodum prouincialē, vt determinatur
in d.c.fi. & quādo fiebant cōcilia prouincialia bis in anno, nō
poterant bis in anno celebrari Synodus epiſcopales infra ſex
menſes ſaltē cōmodè & ꝙ quid ſit,ſi olim bis in anno celebra
bant Synodus epiſcopalis,ſicuti ſynodus prouinciales, ex quo
hodie ſufficit ſemel celebrari ſynodus ꝓuinciales, idē erit di-

cendum

cendum de Synodis epiſcoporum, vera eſt igitur inconcuſſe ſecunda opinio, & ideo tenenda.

54 †Limita eam primo, quādo epiſcopus ex cauſa vellet bis in anno celebrare Synodum, quia poteſt, arg. gl. in c. ſi epiſcopus. de offi. ordi. lib. 6. quæ dicit eam poſſe ex cauſa pluries in anno viſitare, & idem not. glo. annis in cle. attendentes. de ſta. mona. & omnes poſt Hoſti. hoc not. in c. mandamus. de offi. archidia. & Maria. in trac. de viſita. lib. 12. q. 1. facit quod not. Card. Alex. in c. de Concilijs. col. 1. 18. diſt. vbi dicit Concilium prouinciale poſſe etiam bis hodie in anno celebrari, ſi neceſſitas cogat.

55 †Limita ſecūdo, quando ex cōſuetudine eſſet introductū, ꝙ Synodus epiſcopi bis celebretur in anno, prout eſt Lugduni. quia tunc poſſet bis celebrari, vt determinatum fuit in Cōcilio Baſilienſi, Seſſione 15. de qua ſupra feci mentionem in 8. q. & eandem ponam ſ. in 3. par. in 17. actu. ꝙ ſi nolis adhærere dictæ determinationi Concilij Baſilien. puto nihilominus adhuc limitationē veram, moneor, quia valet conſuetudo, ꝙ Synodus prouincialis non celebretur quolibet anno, ſm Gemi. poſt Hugo. in c. habeatur. 18. diſt. & tamen talis conſuetudo eſt contra ius, vt patet ex ſupradictis, ergo debet valere conſuetudo quod ſynodus epiſcopi bis celebretur in anno, quę eſt pręter ius, & ideo puto ſufficere 10. annos, ad introducendam talem conſuetudinem, iuxta glo. in verbo conſuetudo in c. fi. de conſuet. in 6. de qua vide Panor. in c. fi. col. 7. ver. quantum autem ad tempus. eo. tit. in anti. vbi do. Roch. de cur. col. 41. verſi. ſecunda eſt concluſio. plura allegat. quę videri poſſunt, intellige tamē, dummodo cum tempore 10. anno. interueniant alia requiſita ad introducendā conſuetudinē, de quibus vide doct. in d. c. fi. Et aduerte, epiſcopum non debere vltra talem cōſuetudinem grauare ſubditos venire ad Synodum, niſi ex cauſa, vt dixi in pręcedenti limitatione, per c. his qui. de maio & obe. vbi ſuperior non debet compellere venire ſubditos ad capitulum ſeu congregationem vltra ſolitum.

56 †Decimo principaliter quæro, vbi epiſcopus poſſit celebrare ſuam Synodum? Rñdeo in quocunque loco ſuæ diœceſis eligere voluerit, vt probatur in d. c. abbates. iuncta glo. in verbo vacatione. 18. q. 1. facit, quia Synodus eſt de lege iuriſdictionis, vt ſup. dixi. q. 8. ſed epiſcopus poteſt in quocunque loco diœceſis exercere iuriſdictionem. c. cùm epiſcopus. de offic. ord. in 6. non debet tamen celebrari in loco valde remoto reſpectu eorum qui venire debent, ſicuti in Synodo prouinciali, no. Cardi. Alexan. in c. quoniam. in prin. 18. diſt. col. 1. vbi etiam tractarentur correctiones morum clericorum, optarem epiſcopum congregare Synodum in loco non publico, vt in aliqua aula, vellemque claudi oſtia, ne laici, qui oppido quàm infeſti ſunt clericis. c. laicos. 2. q. 7. audiant crimina clericorum, per ea quæ
57 dicam infra in 3. parte. ver. 8. † fateor tamen in eccleſia poſſe celebrari Synodum epiſcopi, vt not. Ioan. An. in c. decet. in prin. de immu. eccle. lib. 6. quem ibi ſequitur Gemi. col. fi.

58 †Quæro acceſſoriè an epiſcopus poſſit celebrare ſuam Synodum extra diœceſim ſuam? Rñdeo ſic, ſi ſit expulſus a ſua diœceſi. & diœceſani petat licentiam, & per alium non poſſit celebrare in ſua diœceſi, per clem. 1. §. eiſdem. de ſo. compe. vbi probatur epiſcopum poſſe exercere iuriſdictionē extra diœceſim,
59 † ſi ſit expulſus a diœceſi, & petat licentiam ab epiſcopo loci. de quo vide Hoſtien. Ioan. And. & Anto. de Butr. in c. ex tuarum. de auctorita. & vſu pallij. Henri. Bohic. in c. quāto. col. fi. de offi. ordi. facit not. per gl. in verbo etiam celebrare, in fin. cle. archiepiſcopus de priuile. & in c. fi. de auctori. & vſu pallij. Immo e-
60 piſcopus fugitiuus † propter peſtem poteſt ius dicere in aliena diœceſi, vt ſcribit dominus Fran. de Ripa. in tract. de peſte. in 3. particula ſecundæ partis verſic. quintum peſtis priuilegium, & ſi vis ſcire, quem ordinem tunc ſeruare debebit epiſcopus, lege dñm Rochum de Curte. in c. fi. q. 16. verſ. 4. limitatur. de cōſue. cum igitur Synodus ſit mixta de l. iuriſdictionis, vt ſup. dixi, ſequitur quod poterit celebrare Synodum extra ſuā diœceſim, qñ eſſet expulſus, vel quando peſtis eſſet in ſua diœceſi, vel ex alia cauſa ſimili ſeruatis ſeruandis, quæ not. in d. §. eiſdem.

61 † Vndecimo quæro an Synodus epiſcopi ſit de l. diœceſana de l. iuriſdictionis. Antequam reſpondeam videndum eſt quæ dicantur eſſe de l. diœceſana, & quæ de l. iuriſdictionis. Et præmitte hæc vocabula eſſe magiſtralia & a doctoribus inuenta, vt dicit Inn. in c. 1. col. 1. de ſtatu monacho. hoc præmiſſo breuiter expediendo, dico quod glo. in ſum. 10. q. 1. & glo. magna. in c. dilectus. de offic. ordina. videtur velle ꝙ ea quæ cōſiſtunt in recipiendo dicantur eſſe de l. diœceſana, ea verò quæ conſiſtunt in conferendo, ſeu dando, vel faciendo ſunt de l. iuriſdictionis. Sed hæc doctrina glo. nō placet Innoc. in d. c. 1. & Ioan. And. in d. c. dilectus. quia procuratio eſt de l. iuriſdictionis, & tamen conſiſtit in recipiendo. Item ſecundum ipſam glo. Synodus eſt de l. diœceſana, & tamen potius conſiſtit in faciendo quàm in recipiendo ſecundùm Hoſtien. in d. c. dilectus. quem ibi ſequuntur Ioan. And. & Anto. de But. prædicta tamen doctrina glo. placet Bal. in l. ſi quis ad declinādam. §. in omnibus. col. 1. C. de epiſc. & cler. dicēs opi. gloſ. non eſſe totaliter ab interpretatione nominis alienam. Placet etiam Mariano in tract. de viſitatione epiſcopi. col. 2. lib. 1. & lib. 11. colum. 33. verſ. quid de capellis. & Cardin. Alexand. in c. 1. 10. q. 1. colum. fin. dicenti, quòd legendo. d. c. dilectus eam ſemper tenuit. Innoc. autem in d. cap. 1. dicit quod de l. diœceſana, & iuriſdictionis non poſſet dari generalis propria, & inuariabilis doctrina, propterea ibidem diuidit hæc duo enumerādo ſigillatim quæ ſint de l. diœceſana, & quæ de l. iuriſdictionis. Et tandem dicit illa eſſe de l. diœceſana a quibus exempta ſunt de l. iuriſdictionis. & hęc dicta Innocen. ſequitur Imol. in d. c. dilectus. colum. 2. ver. item etiam. Cardin verò Zabar. ibi ſcilicet in d. cap. dilectus. q. 1. dicit quod cum in hoc non poſſit dari certa doctrina, ideo qui dicit aliqua eſſe de l. iuriſdictionis, ita quòd non ſint, de l. diœceſana, vel econtrario, debet hoc probare inducendo iura dicentia, quod tale quid ſit de l. diœceſana, vel de l. iuriſdictionis, & ſi nihil probet, ſuccumbet, ſi enim non probetur eſſe aliquid de prædictis, dicuntur eſſe de iure epiſcopi ſimpliciter. Felyn. autē in d. c. dilectus. colum. fi. dicit poſt Anto. de But. conſi. 9. incip. in nomine domini. colum. 2. prædictum modum loquendi de l. diœceſana & de l. iuriſdictionis non eſſe bene doctrinalem, & Fely. idem repetit in c. auditis. colum. 1. de præſcri. igitur Felyn. poſt Butr. d. conſi. 19. quædam competere epiſcopo ratione ordinis, quædam ratione iuriſdictionis, quædam ſunt ſimplicis poteſtatis ſeu dignitatis, & ex his patet quàm diuerſę ſint opiniones in hoc articulo. Quid tenendum? doctrina Innoc. quàm ſupra retuli, eſt communis, teſte Panormita. in d. c. dilectus. colum. 2. ver. in glo. 2. & Pet. de Rauen. in compen. c. c. eo. titu. de offic. ordin. colum. 26. & ideo mea ſententia eſt ſequenda. attento quòd de hoc non habemus deciſionem iuris aper-
62 tam, per not. in c. 1. de conſtit. † Aduerte tamen quod appellatione legis diœceſanæ aliquando venit lex iuriſdictionis. c. auditis. de reſti. in integ. Imol. & Panormita. 1. not. cap. auditis. vbi Panormita. & Moder. & c. 1. not. de pręſcrip. ex parte de regula. & not. Hoſt. in ſum. titu. de offi. ordina. §. quid pertinet. colum. 2. verſi. & not. Aſteſanus in ſumma. lib. 6. titu. 43. arti. 3. His præſuppoſitis, & redeundo ad quæſtionem principalem. Reſpondeo quòd glo. in d. c. dilectus tenet, quòd Synodus ſit de l. diœceſana. Iſtud etiam tenet Innocen. in d. c. 1. de ſtatu monacho. Hoſtien. loco proximè allega. & Imol. in d. c. dilectus. colum. 2. & in c. quod ſuper his no. 2 de maio. & obedien. & pro hac opinione adducitur. c. epiſcopus. 18. diſt. & c. fi. 18. q. 2. vbi probatur monaſteria eſſe exempta a Synodo epiſcopi: ergo per doctrinam communem, quam ſupra retuli. erit Synodus de l. diœceſana. Contrarium, quòd immo ſit de l. iuriſdictionis, tenet Hoſtien. in d. c. dilectus. quem ibi. colum. 2. refert & ſequitur Ioan. And. & Cardin. Zabar. q. 2. & not. Ioan. And. in c. conquerente. col. 4. vbi Zaba. 10. not. eo. tit. Gemi. in c. 1. 10. q. 1. col. 1. mouentur iſti, quia Abbates non ſubſunt epiſcopo. l. diœceſana, ſecundum cōmunem doctrinam ſupra relatam, ſed Abbates tenentur venire ad Synodum epiſcopi. d. c. quod ſuper his. de maio. & obed. c. fi. 18. diſt. item mouentur quia vocare ad Synodum, tenere Synodum, præſidere in Synodo, & cōtemnentes venire ad Synodum, punire non eſt pati, nec recipere, ſed potius agere, ergo &c. Hanc opinionem etiam amplectitur Card. Alex. in d. c. 10. q. 1. col. fi. dicens ꝙ vocatio ad Synodum tanquàm præambulum & acceſſoriū iuriſdictionis dicitur de l. iuriſdictionis. Alij autē dicunt ꝙ Synodus epiſcopi eſt mixta de l. diœceſana, & de l. iuriſdictionis, vt tenet Hoſt. in d. ca. quod ſuper his, quē ibi ſequitur Ioan. And. & Panor. colum. 1. & ſentit Card. Alex. in c. epiſcopus. colum. 2. 18. diſt. poſt Cardin. de Turre. & Gemi. ibi mouetur Hoſtien. prout referunt Ioan. And. & Zabar. in d. ca. quod ſuper, quia Synodus in eo quòd eſt Synodus, eſt de l. diœceſana. in eo verò quòd ibi aliquid ſtatuitur, vel ordinatur, vel iudicatur, eſt de l. iuriſdictionis, idem dicit Panormi. dicens Synodum epiſcopi reſpectu cōuocationis eſſe de l. diœceſana. & ideo abbates non poſſe compelli venire, niſi ſit cauſa rationabilis. d. c. epiſcopus. 18. diſt. ſed reſpectu eorum quæ ſtatuuntur in Synodo, non eſt de l. diœceſana, ſed eſt de l. iuriſdictionis, quia ad iuriſdictionem ſpectat ſtatuere, & ſtatutis obedire. dominus verò Card. de Turre, in d. c. 1. 10. q. 1. col. 2. aliter declarat Hoſtien. dicens quòd conuocatio actiua ad Synodum eſt de l. iuriſdictionis, ſed obligatio obediendi vocationi epiſcopi eſt de l. diœceſana, quia lex diœceſana conſiſtit in recipiendo honorem, ſed hæc declaratio do. Cardi. pręſupponit doctrinam glo. de l. diœceſana. & de l. iuriſdictionis eſſe veram. de qua egi ſup. in princ. huius q. ſed dicta declaratio videtur eſſe cōtra mētem Hoſt. ſup. relatam volentis cōuocationem Synodi indiſtinctè eſſe de l. diœceſana, propterea parū curanda eſt hæc declaratio
63 do. Card. de Turre Cremata. † Quid tenēdum? verior & tutior videtur mihi opinio vltima quæ fuit originaliter Hoſt. in d. ca. ꝙ ſuper his, ex eo ꝙ per eam cōcordãtur opiniones. arg. c. literas. §. ſanè. de reſti. ſpolia. & l. adeo. §. cū ex aliena. ff. de acqui. re. do. & per id quod not. Anch. conſi. 120. inci. inter contraria. &
64 varia. col. 1. vbi dicit † iudicem inter varias opiniones benè facere ſi eligat mediam. & Ancha. ſequitur Fely. in c. 1. col. fi. ver.

ſecundo not.de conſti.facit gloſ.in l.Neſennius.ff.de neg.geſt.
ſed tenendo hanc opinionē mediantur & concordantur opi-
niones, ergo tutius eſt eam tenere.
65 †Duodecimo quæro, qui dicantur, & ſint clerici ſubditi epi-
ſcopo? Rñdeo omnes clerici alicuius dioceſis ſunt ſubditi epi-
ſcopo eiuſdem, quia epiſcopus habet fundatam intentionem
ſuam ſuper omnibus eccleſijs, & perſonis ſuæ dioceſis, adeo ꝙ
contrarium aſſerenti incumbit onus probandi.c.ſi perſonæ.§.
ſi verò.vbi ita notant Gemi.& Phil.Francus.1.not. de priuileg.
in 6.fa.c.omnes baſilicæ.17.q.7.c.conſtitutus.c.cùm venerabi-
liš. de re.domi.ca.cùm venerabilis, de excep.vbi do.Phil.deci.
66 10.not.& idem do.Deci.conſi.121. in cauſa.col.1. † Et appella-
tione clericorum ex larga ſignificatione omnes clerici cuiuſ-
cũque gradus auctore Panor.in c.bonæ.el 1.1.no.de poſtu.præ-
la.& in rub.de vit.& honeſt.cleri.col.2. ad Synodum tamē epi-
ſcopi non tenētur venire omnes clerici ſubditi epiſcopo, vt ĩ.
67 dicam.in 2.parte.† Aduerte tñ, ꝙ ex eo ꝙ quis accedit ad Syno
dum epiſcopi, eſt ſignum ſubiectionis, vt vult Spec.tit.de teſte.
§.nunc videndum.ver.intendit probare, & probatur hoc in c.
fi.de cau.poſ & proprie.auctore Nico.de Mileis in ſuo reperto.
in verbo epiſcopus.§.1.
68 †Decimotertio quæro quæ incumbant curæ epiſcopi? Rñ-
deo, ſanctus Tho.2. 2.q.184.art.6.verſi. ad ſecundum dicēdum
eſt dicit, ꝙ epiſcopi principaliter habēt curam animarum om-
nium totius dioceſis, presbyteri autem curati & Archidiaconi
habent aliquas ſubminiſtrationes ſub epiſcopis, vnde ſuper il-
lud.1.ad Corin.c.12.opitulationes, alij alijs gubernationes, di-
cit glo.opitulationes.i.eos qui maioribus ferũt opem ſa c.epi-
ſcopus.12.q.1.& hęc dicta ſequitur d.Cardi.de Turre Cremata.in
ſumma.17.diſt.ver.ad quartum.col.3.& in c.ordinationes.ver.
ad tertium.col.3.1.q.1.& in ca.quæcunque.10.q.1.vbi hoc pro-
bat octo pulchris rationibus, quę hic bellè ponerentur, ſed nõ
ſum merus tranſcriptor, licèt ibi ad verbum referat do.Cardi.
Alexan. ſicut faciunt plerique Modernorum cupientes alienis
69 dictis cartas ſuas implere, ſed his † omiſſis redeamus vnde di-
greſſi ſumus, epiſcopi igitur qui habent principalē curam ani-
marum in Synodo, debent præcipuè tractare cum presbyteris
curatis & alijs prælatis, de his quæ ſpectant ad curam animarũ
totius dioceſis, necnõ quæ ſunt ad eccleſiæ cæterorumque cor
rectionē, arg c.non oportet.18.diſt. & debēt ſe exercere in me
ditatione euangeliorum & canonicorum præceptorũ.c.quo-
niam quidem.ea.diſt.incumbunt etiam plura alia curæ epiſco-
pi, quę enumerat Goff.in ſum.tit.de offi ordi.col.4.ver.officiũ
prę̨latis præcipuè circa tria ſcilicet correctionem, iudicium, &
animaduerſionē, & latius enumerat Hoſtien.eo.tit.in ſumma.
§.quid pertinet ad officium de omnibus tamen non debet tra-
ctari neceſſario in Synodo epiſcopi, ſed tantum de his quæ ſu-
pra dixi, & de his quæ infra dicam in tertia parte.
70 †Decimoquarto quæro ad quid ſit vtilis Synodus epiſcopi?
Rñdeo, Ioan.de Imo.in c.graue.col.7.de præben.dicit de men
te iuris fieri Synodum epiſcopi ad intimandum ea, quæ facta
fuerunt in Synodo prouinciali.allegat.c.fi.18.diſt.& etiã proba
tur in c.ſicut de accu.ſed dic vltra eum Synodum epiſcopi eſſe
vtilem & fieri maximè propter alia tria. Primo ad directionē
per modum regulæ faciendo ſtatuta, licèt enim epiſcopi non
poſſint facere ſtatuta, quibus ligetur tota fidelium vniuerſitas,
poſſunt tamē facere ſtatuta in dioceſibus ſuis, vt dicam ĩ.in 3.
parte. Secundo ad correctionem malorum, multa enim mala
ſiũt a clero per dioceſim, quæ malè corriguntur a prælatis in-
ferioribus, ideo expedit celebrari Synodos, vt multi cõgregati
cõtra tales inſurgant. Tertio ſit Synodus epiſcopi ad eruditio-
nem & exhortationē paternam, prę̨latorum enim eſt erudire,
inferiores ſacerdotes maximè, quia in multis eſt magna ſim-
plicitas, quæ plus periculoſa eſt in his, qui alios regere habent
& ideo ſit ſermo in Synodo epiſcopi, vt ĩ.dicã in 3.parte, hæc
in effectu tradit Cardi.de Turre in ſumma.18.diſt. & Ioan.Ger
ſon. in 2.par. in Sermone habito in Concilio Remenſi. 2.Do-
minica poſt Paſcha.in prin.quæ incipit Bonus paſtor. & ex his
ſit expedita prima pars huius Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus in ſua Synodo intereſſe debet.*
Et per vicarium intereſſe ex cauſa poteſt.
Viſitare poteſt epiſcopus per vicarium.
2 *Concilium generale, Papa per vicarium congregare poteſt.*
Legatus nomine Papæ in Concilio generali intereſſe poteſt.
3 *Epiſcopus ex delicto vicarij tenetur.*
Epiſcopus ſub pœna peccati mortalis reſidere tenetur, niſi cauſa ſubſit.
4 *Abbates capellas, vel populum ſubiectas epiſcopo habētes, ſiue ſint exempti, ſiue non, ad Synodum epiſcopi venire tenentur.*
Abbates non habentes capellas vel populum ſub ſe, ſi non ſint exempti, ad Synodum venire tenentur.
Synodus eſt mixta de lege diœceſana, & lege iuriſdictionis.
Abbates non exempti ad Synodum venire non coguntur, niſi de conſuetudine ſoleant venire.
Abbates ad Concilium prouinciale accedere bonum eſt.
Abbates non habētes capellas, vel populum ſub ſe, ſi exempti ſint ad Synodum quando venire tenentur.
5 *Abbates in quibus caſibus venire ad Synodum tenentur, etiam ſi ſuperiores Abbates habeant venire tenentur.*
6 *Abbates quando ad Synodum venire tenētur ſufficit quòd generaliter vocentur.*
7 *Sacerdotes per abbates eccleſijs ſuis præfecti eis auctoribus ad Synodum venire tenentur.*
8 *Abbates ordinis Ciſtercienſis quando ad Synodum epi uenire non teneātur.*
9 *Monachi ad eccleſias parochiales tranſlati ad Synodum venire tenentur.*
Secus in Monachis clauſtralibus, vt infra.nu.11.
10 *Monachi eccleſiæ Regularis officialis tenentur ſecundum earum mores.*
12 *Fratres mendicantes ad Synodum uenire non tenentur.*
Limita vt infra.nu.13.
Fratres mendicantes per epiſcopum ad proceſſionem venire coguntur.
14 *Prælati omnes ſeculares an ad Synodum ire tenentur.*
Presbyterorum, & ſacerdotum appellatione Prælati ſeculares veniunt.
15 *Prælati ſtricti dicuntur, qui iuriſdictionem contentioſam habent.*
Prælati ſtrictè dicuntur rectores parochialium eccleſiarum.
16 *Sacerdotes curam animarum habentes ad Synodum ire tenentur.*
17 *Secus ſi non habeant, nec ſint beneficiati.*
Clerici omnes ad Synodum ire tenentur, quando epiſcopus vellet aliquid concernens totum clerum ſtatuere, & infra nu.20.
18 *Clerici beneficia ſimplicia habentes ad Synodum ire debent.*
Synodus epiſcopi ad viſitationem eſt præparatoria.
19 *Doctoris dictum intelligitur ſecundum legem quam allegat.*
21 *Clerici omnes ad Synodum ire tenentur, quando epiſcopus in Synodo ſua notificaturus eſt ſtatuta Concilij prouincialis.*
22 *Canonici Cathedralium eccleſiarum ad Synodum quando venire teneātur, & inf.nu.ſeq.*
Canonici Cathedralium eccleſiarũ non dicuntur eſſe in dignitate, ſed in quaſi dignitate.
24 *Dictio, maximè, importat idem eſſe in caſu contrario.*
30 *Canonici collegiatarum eccleſiarum ad Synodum ire non tenentur.*
Limita vt inf.nu.31.
Canonici collegiatarum eccleſiarũ ad Concilium prouinciale non uocantur.
32 *Capita collegiatarum eccleſiarum curam animarum habentium, vel iuriſdictionem ab epiſcopo dependentem ad Synodum venire tenentur.*
33 *Laici ad Synodum epiſcopi ire tenentur, quando eſt notificaturus ſtatuta Concilij prouincialis, & audiant, intellige vt inf.nu.35.& 36.*
34 *Laici a Synodo excludi debent quando negotia tantũ clericorũ tractantur.*
Laici electioni cum canonicis intereſſe prohibentur.
37 *Ad Synodum epiſcopi ire debent illi, qui ex conſuetudine accedere debent.*
38 *Conſuetudo veniendi ad Synodum ſpacio 10.annorum inducitur.*
39 *Ad Synodum epiſcopi omnes accedere tenētur, qui ſunt læſi volentes querelam proponere.*
40 *Ad Synodũ quòd quis uenire non teneatur, præſcriptione ſe tueri nõ poteſt.*
Obedientia præſcribi non poteſt.
Cathedraticum præſcribi non poteſt.
41 *Prælatus alius quàm epiſcopus ſi præſcribat ius celebrandi Synodũ in aliquo loco, & quod ad eam certi venire teneantur, tales per epiſcopum cogi non poſſunt ad ſuam Synodum venire.*
Viſitandi ſubditos epiſcopi poteſtas præſcribi poteſt.
Imperium merum inferior ab epiſcopo præſcribere poteſt.
42 *Ad Synodum uenire debentes procuratorem mittere poſſunt.*
Curati in Synodo de duobus rationem reddunt.
Citatus ſimpliciter per procuratorem comparere poteſt.
43 *Doctor illam opinionem tenere uidetur, quàm plenius examinat.*
44 *Dictio præſertim, ſtat comparatiuè.*
45 *Citati perſonaliter uenire ad Synodum, procuratorem mittere non poſſunt.*
45 *Curati reddituri rationem de his ad quæ tenentur, per procuratorem reddere non poſſunt.*
47 *Epiſcopi in Concilio generali perſonaliter comparere debent.*
48 *Epiſcopi in Synodo prouinciali an ſint uti iudices, uel aſſeſſores, uel ut collegium.*
Citatus ut compareat uti coniunctus, ut uigore ſtatuti conſenſum pręſtet in contractibus minoris, perſonaliter comparere debet.
49 *Ad Synodum non uenientes, puniuntur.*
Limita ut inf.nu.52.
50 *Ad Synodum uenientes, ſed non in termino puniuntur.*
51 *Idem ſi ueniant, & illicentiati recedant.*
Ad iudicium ueniens & non ſtans vſque ad receſſum iudicis ueniſſe non dicitur.
53 *Monitio in Synodo facta uim trinæ citationis habet.*
54 *Citatio vnica ſufficit, & non peremptoria in actibus extraiudicialibus.*
55 *Excommunicatio vbi profutura non eſt, fulminanda non eſt.*
56 *Ad Synodũ uenire quis excuſatur, ſi in citatione cauſa iuxta exprimatur.*
Idem ſi congregaretur per epiſcopum ob malam cauſam.
57 *Infirmitas, ſenectus, et neceſſitas, ad Synodum uenire debentem excuſant.*
Infirmitas quæ excuſet ad Synodum uenire debentem.
Infirmitas leuis ab horis diuinis dicendis non excuſat.
58 *Peſtis excuſat non uenientem ad Synodum, ſi ſit magna, ſecus ſi parua.*

59 Infirmitas

59 *Infirmitas per medicos, per ſamiliares, & per iuramentum cum alijs coniecturis probatur.*
60 *Aetas an excuſat non venientem ad ſynodum.*
61 *Neceſſitas grauis aliquem ad ſinodum venire excuſat.*
62 *Impedimentum non veniendi ad ſinodum per vnum teſtem probatur.*
Impedimentum tale, an per iuramentum probetur.
63 *Ad ſinodum obligatus, venire excuſatur, ſi veniendo cultus diuinus deſtitueretur.*
Diuino cultui fauendum eſt.
64 *Impedimentum non veniendi ad ſinodum excuſat quando ab eo, qui venire debet, non cauſatur.*
65 *Item excuſat, ſi adhibita fuit diligentia vt remoueretur.*
Limita vt ibi.
Impedimentum qui remouere poteſt, impeditus non dicitur.
66 *Impeditus ad ſinodum venire coram honeſtis perſonis proteſtari debet & inf. nume. ſeq.*
Impedimenta quæ excuſent ad ſinodum venire.
68 *Impeditus ad ſinodum venire procuratorem, vel nuntium mittere non tenetur.*
69 *Impediti ad ſinodum venire excuſatio per nuntios vel cum literis fieri poteſt.*
70 *Impeditorum ad ſinodum venire, literę ſufficiunt vbi nuntius non inueniretur.*
71 *Impediti ad ſinodum venire, nuntius nuntiando impedimentum debet offerre ſe illud probaturum.*
Impeditus ſcribens literas impedimenti id probaturum ſe offerre debet.
72 *Impediti nuntius ſi in latrones incidat mittens excuſatur.*
73 *Impediti ex iuſta cauſa non venietes ad ſinodum, ſi excommunicentur, ſunt excommunicati, & abſolutione indigent.*
Limita vt inf. nu. 74. 75. 76. & 77.
78 *Excommunicatio ab intentione excommunicatoris regulatur.*
79 *Iudex ſententiam latam declarare poteſt.*
Iudex lata ſententia teſtificari poteſt, ad animi ſui declarationem.
80 *Clauſula bona in cenſuris ferendis ſeruanda.*
Contemptus ex inditijs, & coniecturis probatur.
Contemnere dicitur ille, qui contra ius facit.

Secunda Pars.

Veniendo ad ſecundam partem huius tractatus, quæ-
ro primo qui debeāt venire ad ſynodum epiſcopi, Reſpōdeo.
1 Primò † debet intereſſe epiſcopus. ca. epiſcopus. in princ. 35.
q. 6. puto tamē ex cauſa poſſe epiſcopum intereſſe per vicariū,
qui præſidebit nomine epiſcopi. arg. c. ſi epiſcopus. de offi. ord.
in 6. vbi probatur epiſcopum poſſe viſitare per vicarium. Ra-
tio eſt, quia ex quo viſitatio competit iure ordinario, pōt alteri
demandari, vt dicit glo. ibi. cum igitur ſynodus competat epō
iure ordinario, vt dixi in 1. parte. q. 6. idem iuris eſſe debet. l. il-
lud. ff. ad l. Aquil. cum ſimilibus, & hoc indubitatum videtur,
quia de iure canonico ordinarius omnia non prohibita dele-
gare poteſt, vt not. in c. quod ad ſedem. de offi. ordina. vbi etiam
dicitur ordinariū de iure canonico poſſe delegare ea, quæ ſunt
meri imperij ſed celebratio ſynodi eſt meri imperij, vt dixi ſup.
1. parte in 2. quæſtione acceſſoria ad ſextam quæſtionem prin-
2 cipalem, ſequitur ergo ꝙ poteſt delegari. Corroboratur, † quia
Papa poteſt celebrare concilium generale per legatum. §. por-
rò. 3. diſt. c. regula. 17. diſt. & c. ſexta in princ. 16. diſt. puto tamen
quod vicarius epiſcopi vel alius qui pro epiſcopo ſynodo in-
tereſt, de iure debeat habere ſpeciale mandatum ſicuti legatus
qui intereſt concilio generali nomine Papæ. iuxta gl. in d. c. re-
gula, quam ibi omnes ſequuntur. & no. Panor. in diſputatione
incipiente epiſcopus. col. 17. verſi. item non omnes. Sed videat
3 epiſcopus cui demandet, quia ſi vicarius † delinquat in illo ne-
gotio tenetur. arg. legis primæ. in princ. ff. de exercito. actio. &
l. obſeruari. §. proficiſci. ff. de offi. proconſulis, & ita no. Archid.
in d. c. ſi epiſcopus. quem ibi referunt cæteri. & Hoſtien. in c. ad
hæc. vbi Card. Zaba. q. 5. & Butrius col. fi. ff. de offi. archid. dñi de
Rota in antiquioribus deciſ. j. titu. de offic. vicar. & in antiquis.
deciſ. 432. incip. vttum, & in nouis deciſ. 278. incip. ſi vicarius
Bertachi. tracta. de epiſcopo. 7. parte libri 4. q. 7. propterea me-
lius eſſet ipſum epiſcopum perſonaliter intereſſe quia ad reſi-
dentiā perſonalem ſub pœna peccati mortalis tenetur epiſco-
pus, niſi alias ſit commodum eccleſiæ, vel perſonæ detrimētū.
vt not. Thom. 2. 2. q. 185. arti. 5. vbi latè dominus Card. Caieta-
nus in commentariis, & quia ſanguis ſubditorum de manibus
prælatorum requiritur. c. irrefragabili. in princ. de offic. ord. vbi
gl. j. multa allegat ad propoſitum. hinc etiam dominus apud
Ezechielem. cap. 34. conquęritur dicens, vos lac comedebatis,
& lanis operiebamini, gregem autem meum non paſcebatis,
ego dñs ſuper paſtores requiram gregem de manibus eorum.
& 3. reg. c. 2. dicitur. Cuſtodi virum iſtum qui ſi lapſus fuerit, erit
anima tua pro anima illius.
4 † Secundò venire debent ad ſinodum epiſcopi Abbates, ha-
bentes capellas vel populum ſubiectum epiſcopo ſub ſe, ſiue
ipſi abba. non ſint exempti, ſiue ſint exempti. quo ad nō exem-
ptos, eſt gl. in c. quod ſup his. de ma. & ob. q̄ omnes ibi ſequunt.
& no. Imo. in c. dilectus. col. 2. de offi. ord. Card. Zab. in c. graue.
q. 3. vbi & Imo. in prin. de præben. quo autem ad abba. exēptos
eſt tex. in c. ex ore. de priui. vbi Panor. 2. no. & in fi. ſui commen
ti, & etiam eſt text. in c. j. iuncta glo. in verbo inſtituta. de priuil.
in 6. & no. glo. in verbo videtur in c. vt Apoſtolicæ. & in c. exce-
ptione, in verbo curam. eo. tit. in 6. Io. And. in c. fi. de cauſa poſ.
& prop. Archid. in c. abbates. col. fi. 18. q. 2. Bal. in l. ſi quis ad de-
clinandum. §. in omnibus. C. de epiſ. & cle. Hoſt. in ſum. titu. de
offi. ord. §. quid pertinet. col. 8. verſi. ſi autem. Fede. de Senis. ꝯſi
lio 183. ſtatuto epiſcopi. in prin. & conſi. 89. reueren. pater. col. j.
Alb. in dictionario. in verbo ſinodus. Gemin. in cap. 2. col. 6. de
conſti. in 6. & in d. c. epiſcopus. lo 2. 18. diſt. vbi vterque Card. &
idem Gemi. in ca. ſi Papa. §. idem. col. j. de priuileg. in 6. Imo. in
c. conquerente. col. 12. de offi. ord. omnes doct. in d. c. quod ſup
his. fa. c. cū capella. de priui. in antiquis. Abbas tamen antiquus.
in d. c. ex ore dicit hoc non ſeruari ex conſuetudine. rñdens ad
illum tex. loqui qñ epiſcopus in ſinodo ſua vult publicare ſta-
tuta concilij prouincialis in quo Abbas non fuit. iuxta c. fi. 18.
diſt. prout refert Imo. in d. c. quod ſuper his. colum. 2. Sed certè
cōmunis opinio eſt in contrarium, vt liquet ex adductis ſupra,
& incōuincibiliter probatur in d. c. ex ore ibi ſtatuta ipſius. quæ
verba non poſſunt referri niſi ad ſinodum epiſcopi. Limita qñ
abbates exempti habentes capellas, vel populum ſub ſe, habe-
rent etiam priuilegium non veniendi ad ſinodum epiſcopi ſe-
cundum doctores in præallegatis locis, & probatur in c. qm̄ ꝑ
confeſſionem. de priuileg. & in c. nimis. de exceſ. præla. ſm vnū
intellectum. vide glo. in d. c. dilectus. de offi. ordi. Hoſt. in ſum-
ma. eo. titu. §. quid pertinet. verſi. capellæ etiam monachorum.
Imo. in d. c. quod ſuper his. col. j. Alex. in d. c. epiſcopus. 18. diſt. ſi
verò abbates non habeant capellas, vel populum ſub ſe, tunc
dic ꝙ ſi non ſint exempti debent etiam venire ad ſinodum epī
ſecundum Hug. in d. c. Abbates. 18. q. 2. & Inno. in d. ca. graue. in
prin. quos ſequitur Ioan. And. in d. c. ꝙ ſuper his. in nouella. vbi
bonus tex. & no. Panor. in d. c. ex ore. 2. not. Gemi. in c. epſ. lo 2.
col. j. vbi Car. de Turrecr. circa medium commenti. & Alexan.
col. 2. 18. diſt. & videtur probari in d. cap. abbates. in princ. & in
c. annis ſingulis. & in c. fi. 18. diſt. Cōtrarium videtur ꝑ dictum
c. epiſcopus & per c. fi. §. fi. 18. q. 2. vbi dicitur non eſſe cogendū
abbates ire ad ſinodum epiſcopi. & ita tenet glo. in c. quod ſup
his. Quid tenendum: prior opinio eſt communis & verior, q̄a
ſinodus eſt mixta de lege dioceſana & de lege iuriſdictionis ſm
Hoſt. in d. cap. ꝙ ſuper his. quem ibi ſequitur Panor. col. 2. poſt
Io. And. vt latè dixi ſup. in j. parte. q. 11. ſed abbates non exempti
ſubijciuntur epiſcopo lege iuriſdictionis. d. c. Abbates. d. c. dile-
ctus. d. c. conquerente. verſi. nos autem. de offi. ord. & notāt oēs
poſt Innoc. in c. quanto. eo. titu. & in c. cum contingat. de foro
compe. & hanc rationem ponit Card. Alexan. in d. c. epiſcopus.
col. 2. Non ſunt tamen hoc caſu Abbates non exempti cogen
di per epiſcopum venire ad ſinodum ſuam. ſecundum Archi.
in d. c. Abbates, niſi cauſa rationabilis ſuadeat. vt dicit gl. in d. c.
ꝙ ſuper his. vbi d. Ant. de But. col. fi. Card. Zaba. q. j. & ſcribunt
Gemi. & Card. Alex. in d. c. epiſcopus. Anto. de Roſel. in trac. de
concilijs. col. 29. verſi. nunc aſſumamus. & hoc clarè probatur
in d. c. epiſcopus non debet. 18. diſt. & in dic. c. fi. §. canonica. 18.
q. 2. quæ ita debent intelligi. Fallit hoc niſi ipſi abbates non
exempti ex conſuetudine venire ſoleant ad ſinodum epī per
d. cap. fi. in prin. quia tunc poſſent cogi. & ita per illum tex. not.
Hoſt. in ſumma. titu. de offi. ordina. §. quid pertinet. col. 7. verſi.
item venire. Aduerte etiam ꝙ etiam circumſcripta conſuetu-
dine, bonum eſt ꝙ tales Abbates ad ſinodū epiſcopi accedant
propter ſtatuta quę in ſinodo fieri poſſunt, quibus poterūt reſi
ſtere ſi ſint præſentes. c. Nicena. 31. diſt. ita Imo. in d. c. quod ſup
his col. 2. ubi Card. Zab. q. j. in fi. dicit Tutius eſſe ꝙ tales Abba.
veniant ad ſinodum epiſcopi, propter euitandas opi. fa. q̄a ꝑꝑ
ſtatuta bonum eſt etiam Abbates accedere ad ſinodum ꝓuin-
cialem licèt regulariter accedere nō teneantur, auctore Gemi.
in d. ca. epiſcopus. quem ibi ſequuntur vterque Card. ſi autem
Abba. non habeant capellas vel populum ſub ſe & ſint exēpti,
non tenentur ire ad ſinodum epiſcopi, ſecundum gl. in d. c. qđ
ſuper his. q̄ ibi omnes ſequuntur & in alijs locis proximè alle-
gatis, & bene fac. text. d. cap. quod ſuper. ibi tibi lege dioceſana,
ſubditos, & probatur in d. c. ex ore. ante fi. ratio eſt quia ex quo
tales Abbates non ſunt ſubditi epiſcopo non aſtringūtur, nec
ligantur ſtatutis eius, vt not. in cap. j. de conſti. Fallit niſi ex con-
ſuetudine tales Abbates venire deberent ad ſinodum epiſco-
pi. c. fin. in princ. 18. q. 2. per quem ita not. Hoſtien in ſum tit. de
offic. ordi. §. quid pertinet. verſic. ſunt autem. ſup. allegato. vide
quæ dicam infra ver. non ire.
5 † Amplia primo, ꝙ Abba. tam exempti, q̄ non exempti in
caſibus in quibus dixi eos debere venire ad ſinodum epiſcopi,
etiam debent venire licèt habeant alios Abbates ſibi ſuperio-
res, ſm Lap. inter conſilia Fed. conſi. 89. inci. reuerendę pater.

† Amplia

6 † Amplia ſecundo q́ Abbates in caſibus pręmiſſis debẽt ac-
cedere ad ſinodum epiſcopi, etiam ſi non fuerunt ſpecialiter
vocari modo generaliter vocentur, vt vult Innoc. in d.c.quod
ſup his, ſequitur Phil.Frán.in d c.vt Apoſtolicæ.4.no.de priuil.
in 6.quod intellige verum, quando Abbates habẽt populum
ſub ſe vel capellas ſubditas epiſcopo, alias ſi non habeant ſpe-
cialiter debent vocari ſi credimus Imol. in d.c.quod ſuper his.
col 1.& vnica citatio ſeu vocatio ſufficit glo.in c.ſi eṗs.18.diſt.
quam ibi ſequuntur doc.& Panor in c.ex literis.col.4.de cõſti.
7 & in c.cum cauſa.col.2.& 3.de offi.deleg † Limita & intellige
primo prædicta procedere, quando ipſi Abbates exercent cu-
ram animarũ per ſe, quia ſecus ſi capellis, & eccleſijs ſibi ſubdi
tis præficiuntur ſacerdotes, tunc enim ſufficit ipſos ſacerdotes
ire ad ſinodum epiſcopi, auctore Abbate antiquo in d. c.quod
ſuper his, quem omnes ibi ſequuntur, & Car.de Turre.& in c.j.
8 col fin.10.q.j.† Limita ſecundo quando Abbates eſſent Ciſter-
cien.ordinis, quia ipſi non coguntur venire ad ſinodum eṗi in
caſibus prædictis, ſecundum glo. in d.ca epiſcopus.lo 2.18.diſt.
quam ſequitur Archid.poſt Lap.in d.c Abbas 18.q.2.colum.2.
in ver.in glo.& Card.Alex.ſequi videtur in d. cap.epiſcopus.In
prin.& pro hac limitatione facit ca. cum ſecundum ordinem,
de reſc.ſed tamen hoc eſt durum, licet doc. ſimpliciter ſequan-
tur qa nullibi reperitur expreſſum nec c.j. de ſta mo. & cap.ex
tuarum.de priuil.quæ allegãtur pro limitatione aliquid faciũt
vt videre licèt. Non obſt.d.c.cum ſecundum ordinem, quia in
caſu illius.c.ſunt expreſſe priuilegiati de iure, non autem in ca
ſu huius limitationis reperiuntur de iure priuilegiati, ergo nec
nos eos priuilegiatos facere debemus. arg. c.conſuluiſti.2.q.4.
l.de pretio.ff.de publicia.cogita.

9 † Tertiò ire debent ad ſinodum epiſcopi monachi transla-
ti ad eccleſias parochiales c.de monachis.16.q.j. no. Archid. in
d.c. Abbates.18.q.2.colum.2.Gemi. & vterque Card. in d.c.eṗs.
lo 2.18. diſt dicentes hoc ideo eſſe, quia tunc ratione eccleſia-
10 rum, & populi ſubditi ſunt epiſcopo, facit † quia tales monachi
debent officiare eccleſias illas ſeculares non ſecũdum morem
monachalem, ſed ſecundum morem attributum illi eccleſiæ,
glo.pen.in cle.fi.de cele.miſ ubi Card.Zab q.6.glo. in cap.2.16.
11 q j.& no.vterque Card.in c quando.38.diſt. † Simplices autem
monachi clauſtrales non tenentur venire ad ſinodum eṗi glo.
in c conuenientibus.1.q.7.& tradit vterque Card in d.c.epiſco-
12 pus Felyn.in d.c.quod ſuper his.col.prima, nec pariter † mendi-
cantes tenentur venire c.nimis.lo 2.de exceſ prӕla.& no Hoſt.
in ſum. eo.titu.§.qualiter. ver.ordo autem, & ſcribunt Gemin.
vterque Card.& Fely in locis proximè allegatis, licèt ipſi men
dicantes poſſint cogi per epiſcopum venire ad proceſſiones ge
nerales quæ fiunt ex magna cauſa, vt ſcribit Gemi in d.c.quan-
do.38 diſt.Panor.in d c.nimis & in c.dilectus.col.fin.ubi Fely.
de offi.ordi.Ang.de Clauaſ.in ſum.in verbo epiſcopus.§.11.de-
13 cil.Tholo.484.incip. vtrum archiepiſcopus. † Ex hoc vr̃ poſſe
inferri ipſos mendicantes poſſe cog.venire ad ſinodum eṗi qñ
fieret ex magna cauſa, puta fidei vel alia ſimil.argu. eius q́ no.
Archi. in d. c.quando. in fi.vbi dicit ire ad letanias ſeu proceſ-
ſiones & venire ad ſinodum ſeu concilium ęquiparari, & ſeq̃
Felyn.in d.c.dilectus.col.3.verſi.circa vndecimum.de offi.ord.

14 Quartò ire debent ad ſinodum epiſcopi omnes prӕlati ſe-
culares ſecundum Imo.in d.c.graue.colum.6. verſi.ad ſinoda-
le de præben & de horum conſilio epiſcopus qui præeſt in ſi-
nodo & habet ordinariam iuriſdictionem debet omnia gere-
re auctore eodem Imo.ibi colu.6 & idem repetit ibi col. pen.
nihil alle Imo.pro probatione prędictorum, ego intelligo hoc
de prӕlatis ſecularibus non exemptis, & puto probari in d c.fi.
18 diſt.ibi presbyteros.& in d. ca quod ſuper his ibi ſacerdotes
diocceſana.de maio.& obe.nam appellatione presbyterorum,
& ſacerdotum comprehendi poſſunt prӕlati ſeculares.ar.c.le-
gimus.93.diſt.& c.olim.idem.93.diſt.& glo. in verbo commu-
nione.in c quoniam.18.diſt.nam ex quo non ſunt exempti ſu-
biiciuntur epiſcopo.vt dixi ſup.in 1.par.q.12 liganturq́; ſtatutis
epiſcopi, & ab eorum ſententia appellari debet ad epiſcopum.
15 c.Romana.§.j. de appel. in 6. † Prӕlati autem ſtrictè dicuntur
omnes qui habent iuriſdictionem contentioſam glo. in uerbo
prӕlati.in clem.dudum.de ſepul.glo.in verbo prӕlatis. in d.§ j.
ubi Gemi. & Phi Fran. dicunt tales prӕlatos eſſe ſubditos eṗo.
adde Pan.idem tenentem q́ glo.prӕalleg.in c.fi.vlt.no de pęn.
& re.& in c.cum ab eccleſiarum.de offi.ord.Do.meũ Phi. deci.
in rub.de poſ.prӕla col j.largè autem prӕlati dicuntur etiam re
ctores parochialium eccleſiarum ſecundum Panorm. in locis
prӕalleg.de quibus ſi intelligantur prӕdicta planum eſt per ea
quæ ſtatim dicam, ſed puto Imol.intelligere de prӕlatis ſtrictè
dictis, & ſic de his qui habent iuriſdictionem fori contentio.vt
ſup.dixi Hi n.prӕlati cum ligentur ſtatutis epiſcopi, debẽt cor-
rigere clericos ſibi ſubditos ſecundum ſtatuta epiſcopi, ex quo
ſunt ſubditi epiſcopo debent præſtare epiſcopo obedientiam
quæ prӕſlatur epiſcopo in ſinodo. d.c.q́ ſuper his. Cõſequens
ergo eſt q́ uenire debent ad ſinodum epiſcopi, & hoc apertè
vult Collectarius in c.ſicut.ver.ſed quid ſuppoſito. de acc.

16 † Quintò ire debent ad ſinodum epiſcopi ſacerdotes habẽ-
tes curã animarum.d.c.quod ſuper his.de ma. & ob. vbi ita in-
telligit Io. And.in nouel.ſupplens ad verbum ſacerdotes l.cu-
ratos, quem ibi ſequitur Card. Zab.3.opp.Inno. & Pan.j.no.&
probatur etiam in c.quando.38.diſtin.vbi Gemi & Card Alex.
no.Inn.in d.c graue. in prin. vbi omnes de præb. q́ procedit ẽt
ſi ſint præſentati per exemptos ſecundum Arc. & Io. And. in
c.j.§.illum.per illum tex.de verb.ſig in 6.vbi Ge.& Fran.alii aũt
17 ſacerdotes † non habentes curam animarum nec beneficiati
non tenentur ire ſecundum glo.j.in d.c.cap quod ſuper his vbi
D Ant.q.j.ſequitur Card. Zab.3. opp.& Imo.j.no.Si tamen eṗs
vellet aliquid ſtatuere in ſinodo concernens totum clerum,
vel procedere ad reformationem morum, poſſent omnes cle-
rici dioceſis cogi venire ad ſinodum, auctore Pan.in d. c.quod
ſuper his. 1.no. Innoc. In d.c.graue. quem ibi ſequitur Io.And.
col. 2.& Zab. col. 3. dum dicunt quòd vocandus eſt totus cle-
rus ad ſinodum epiſcopi.

18 † Sextò venire debent ad ſinodũ epiſcopi omnes clerici be-
neficia ſimplicia habentes q̃uis non habeant cura animarum.
Ita dicunt aliqui per c.fi.de cenſi. vbi a contrario ſenſu ſecun-
dum Inno. Card.Zab.& alios probatur beneficiatos qui inſti-
tuũtur perpetuo in oratorijs, & capellis viſitari poſſe per eṗm
loci, & obligari ad ſolutionem procurationis, facit quia ſino-
dus epiſcopi eſt præparatoria ad viſitationem & quædam viſi-
tatio generalis præambula viſitationis particularis ſecundum
Fran. Pauinum in trac. de poteſtate. cap.ſede vacan.j. parte.q.7.
col.j.& probatur ſecundum eum in c.ſicut.de accu. ergo ſi be-
neficiati poſſint viſitari, ſequitur q́ debent venire ad ſinodum
epiſcopi ipſius viſitationis præambula, quia cui iniungitur ꝯſis
iniungitur antecedens.l.ad rem mobilem. ff. de procur. Sed q́
tales non teneantur venire affirmat Card.Zab.in d.c.quod ſup
his.in 3.oppo. ſufficit enim curatos ire qui poſtea publicẽt po-
pulo & cæteris eccleſiaſticis ſtatuta in ſinodo epiſcopi facta, ſi-
cut faciunt eṗi de ſtatutis concilij generalis vel prouincialis,
vt dicam infra 3.parte. ver.ſextus actus. Præterea tales benefi-
ciati non ſubſunt epiſcopo lege dioceſana, cum non habeant
eccleſias quarum ratione teneantur ad cathedraticum, & ad
quartam decimarum, & ſimilia, vt in c. conquerente. de offic.
ord.ſecundum Panor. in d.c.quod ſuper his. 1.no.poſt Hoſt.&
Io. And.ibi non obſtant allegata in contrarium, quia multi te
nent contra Inno.in d. c.fin.& fortè melius auctore Pan. ibi in
finalibus uerbis.vel poteſt dici diuerſam rationem eſſe in viſi-
tatione, & ex ſeparatis non fit illatio.l.Papin.exuli. ff.de mino-
ri.Non ob.dictum domini Pauini, quia d.c.ſicut allegatum per
ipſum hoc non probat ſi rectè inſpiciatur, nam q́ ibi fit mẽtio
de teſtibus ſinodalibus inſtituendis nihil ad propoſitum viſita
tionis ſit, quia illi non dicuntur viſitare, ſed inueſtigare abſque
vlla iuriſditione quæ correctione, vel reformatione digna sũt,
de quibus dicam latius infra 3.parte.in tractu. cum igitur ille
tex.non probet intentionem Pauini, ſequitur dictum eius nõ
19 eſſe verum, quia dictum doctoris † intelligitur ſecundum tex.
quem allegat, ut inquit Bar.in l.non ſolum §.liberationis.col.j.
ff.de lib lega.& idem Bart. in l.cum quidam.ff de his quibus ut
indig.& in l.4.in prin.ff de vulga. & pup col.pen.Cępol.in auc.
nouo iure.colum.10.C.de ſer.fugi. Io And.in ca.cum nuntius.
de teſti.& infinita conſilia allegare poſſem, quæ alias addidi ad
Bar.meum in d.§.liberationis.ſed prudens omitto, vti nõ mul-
tum neceſſarium nec vtile.

20 † Limita primò quando epiſcopus vellet aliquid ſtatuere
in ſinodo concernens totum clerum, vel procedere ad refor-
mationem morum, ut ſup.proximè dixi verſi. quintò ire, quia
tunc ſimpliciter beneficiati venire tenerentur.

21 † Limita ſecundo quando epiſcopus notificaturus eſſet in
ſinodo ſua, ſtatuta concilij prouincialis, quia hoc caſu omnes
clerici debent accedere ad ſinodum epiſcopi ſecundum Hug.
in c.ſi 18.diſt.quem refert & ſequitur Card.de Turre. & ille tex.
hoc probare vr̃ ibi diacones & clericos &c.facit quia hoc laici
debent venire ut dicam inf hac eadem parte. verſ.ſeptimo ire.

22 † Primò ex prædictis inferendum videtur canonicos cathe-
dralium eccleſiarum non teneri venire ad ſinodum epiſcopi,
quia canonicatus dicuntur ſimplicia beneficia, & canonici di-
cuntur ſimpliciter beneficiati.ut nn.Panor.in c.nouum genus.
col.2.in fi.de deci.vnde canonici cathedralium eccleſiarũ non
dicuntur eſſe in dignitate. c.ſtatutum. in prin.vbi Gemi.no.4.
de reſcrip. in 6. licet dicantur eſſe in quaſi dignitate, vt ſcribit
dñs Fran.de Ripa.in 1.lib.reſp.c.23.col.j.nu.7.

23 † Limita primò quando in ſinodo epiſcopi tractarent̃ tan-
gentia canonicos cathedralium eccleſiarum, quia tunc debẽt
inuitari.arg.d.c.fi.vbi probatur cathedralium eccleſiarũ ca-
nonicos debere uocari ad ſinodum prouincialem ſi tractentur ea
quæ ipſa capitula contingunt.& idem videtur dicendum de ſi-
nodo epiſcopi, hoc velle puto ibi Io.And.ĩ nouella ſup verbo
inuitari. dum dicit canonicos eccleſiarum cathedralium debere
inuitari ad ſinodũ eṗi, ſi tractentur tangentia eos, quia de eorũ
conſilio fieri debent.c.nouit.c.ſeq.eo.ut.& idem q́ Ioan.And.

dicit

dicit Car.ibi.q.3.facit quia doctores ſępè arguunt de ſinodo,p-
uinciali ad ſinodum epiſcopi.vt inf.dicam in 3.parte in 7.actu.
Aduerte tñ quia licet ſecundum Vincen.Innoc.Hoſt.& Ioan.
And.in d.c.fi.in d.c.graue.de præben.tex.in d.c.fin.intelligatur
modo prædicto.ſ.canonicos cathedralium eccleſiarum debe-
re vocari ad ſinodum prouincialem, ſi tractētur tangētia eos,
tamen tex.ibi probat ꝙ ſiue tractentur tangentia eos ſiue nō,
24 quod ſunt inuitandi,quia dictio † maximè ibi poſita importat
idem eſſe in caſu contrario,ſm Pan.in c. damnamur. col.pen.
de ſum.tri.& fid.catho.vbi additio plura allegat loca. item in
d.ca.fi.ponitur verbum debeant,quod importat neceſſitatem.
glo.2.in c.propoſuit.de appel.vbi docto.& per hæc Card. Zab.
in d.c.fi.3.q.& in d.c.graue.q.5.tenet ſemper vocandos ad con
cilium prouinciale canonicos cathedralium eccleſiarum pro
tutiori.idem tenet Pan.in d.c.graue.col.fi.&in d.c.fi.j.& vlt.no.
Et per hæc & ſupradicta vr idem dicendum in ſinodo epi,arg.
d.c.fi.Quid tenendum? Ego puto canonicos cathedraliū eccle
ſiarum debere per epm vocari ad ſuam ſinodum de neceſſitate
iuxta ſecundam opin.ſed ipſi non tenentur venire niſi de ho-
neſtate vel niſi tractentur tangentia eos, vel niſi epiſcopus in-
digeret conſilio ipſorum canonicorum, iuxta primam opin.
25 quod latius ſtatim declarabitur. † Limita ſecundo illationem
prædictam,quando canonici cathedra. eccleſiæ haberent ſub
ſe populum ſubditum epo,vel ſub ſe haberent capellas ſubdi-
tas epiſcopo,quia ſiue ſint exempti ſine non,puto eos ire debe
re ad ſinodum epiſcopi,arg.c.cū capella.de priui. & per ea quæ
dixi ſupra de abbatibus in prin.huius ſecundæ partis. nume.4.
26 † Limita tertio quando epiſcopus in ſinodo ſuo vellet facere
ſtatuta,quia ex quo tunc debet epiſcopus requirere concilium
capituli ſui & ſic canonicorū cathedralis eccleſiæ,vt no. Arch.
in ſum.18.diſt.& in c.2.de conſt.in 6.& latè dicam inf.in 3.par-
te.actu.18.nume.137.puto hoc caſu canonicos cathedralis ec-
cleſiæ debere venire ad ſinodum epiſcopi. Sublimita quando
epiſcopus contra capitulum præſcripſiſſet ꝙ non teneatur re-
quirere conſilium capituli ſecundum Pet.de Anch.in repe.c.j.
in 5.q.9.q.prin.de conſti.de quo vide quod diffusè dicam inf.in
3.parte dicto actu.18.nu. 139. quia hoc caſu nō haberet locum
27 limitatio prædicta. † Limita quarta ī duobus caſibus quos ſup.
poſui ante hanc illationem,& capitulum cathedralis eccleſiæ
non eſſet exemptum a iuriſdictione epiſcopi, quia ſicuti cleri-
ci ſimpliciter beneficiati in illis caſibus tenerentur venire ad
28 ſinodum epiſcopi.† Limita quinto quando canonici cathedra
lis eccleſiæ haberent iuriſdictionem dependentem ſeu reſor-
tiſſantem ab epo, vt quia appellaretur ab ipſis ad epm, iuxta
c.Romana.§ j.de appel.in 6.quia hoc caſu puto ꝙ deberent ire
ad ſinodū epiſcopi,per ea quæ dixi ſup.hac eadem parte. ver.4.
29 quæro.† Limita ſexto quando canonici cathedralis eccleſię ha
berent iuriſdictionem communem in aliquibus locis dięceſis
cum epo,vt eſt dare exemplum in dominis meis canonicis ec-
cleſiæ Lugdu.qui in ciuitate Lugduni habent ſuper clerum iu-
riſdictionem communem cum Reuerendiſſimo d.Archiepo,
nam cum in ſinodo epi debeant corrigi mores clericorū c.an-
nis ſingulis.ca.quoniam quidem.18.diſt.& latè dicam inf.in 3.
parte.ver.9.actus.puto ꝙ tali caſu deberent venire canonici ca
thedralis eccleſiæ ad ſinodum epiſcopi, quia quo ad illos qui
ſunt iuriſdictionis communis,ſunt coniudices,propterea veni
re debent,ſicuti epi deberent ire ad ſinodum prouincialem,qa
ibi ſunt coniudices,vt ſcribit Alex.in ca. pp eccleſiaſticas.lo j.
30 col.fi.18.diſt. † Secundò ex prædictis infero, canonicos colle-
giatarum eccle.nō teneri uenire ad ſinodum epi,quia ſi cano.
cathedralium eccleſiarum non tenentur venire,ut ſup. dixi qa
dñr habere ſimplicia beneficia,a fortiori ratione non tenentur
venire canonici collegiatarum eccleſiarum qui non ſolū dñr
habere ſimplicia beneficia,ſed etiam dñr clerici ſecūdi gradus
auctore Gemi.& Card.Alex.in c.epos.17.diſt.col.2.videlicet.n.
argu.a maiori ad minus negatiuè. glo.in verbo multo fortius.
in c.cum in cunctis.in princ.de elec.vbi doc.& in auth. multo
magis.C.de ſa.ſan.eccl.facit quia canonici collegiatarum eccl.
non vocantur ad concilium prouinciale, vt no. Card. Zab. in
d.c.fi.j.not.de his quæ fi a præl.ſine conſenſu ca. & tñ canonici
cathedralium eccleſiarum vocantur ut ibi. Limita.j. in duob.
caſibus in quibus omnes clerici beneficiati tenentur venire ad
ſinodum epi,quos poſui ſup.ante primam illationē præceden-
31 tem. † Limita 2.quando canonici collegiatarum eccleſiarum
haberent populum ſubditum ſub ſe vel capellas ſubditas ſub
ſe,vt dixi ſup.in præcedenti illatione de canonicis cathedralis
32 eccleſiæ in 2.limitatione. † Limita 3.in capitibus ipſarum col-
legiatarum eccleſiarum habentibus curam animarum vel iu-
riſdictionem dependentem ab epo: nam hoc caſu ipſa capita
tenentur ire ad ſinodum epiſcopi,vt ſup.ver.4.ire. & ver.5. ire.
& in præcedenti illatione, limitatione quinta.

33 † Septimò ire ad ſinodum epiſcopi debēt omnes etiā laici,
quando epiſcopus in ſua ſinodo notificaturus & publicaturus
eſt,ſtatuta edita in ſinodo prouinciali ſeu archiepali.cap. fi.18.
diſt.vbi ait Archi.quem ibi ſequitur vterq; Car. ꝙ tantum hoc
caſu venire laici debent ad ſinodum epi,idem ſcribit Panor.in
diſpu.incip.epiſcopus.col.18.ver.ad concilium, qui Pan.in d.c.
quod ſuper his.j.no.de ma.& ob.vult laicos etiam ex alia cauſa
vocari poſſe ad ſinodum epi,& maximè qn̄ tractarentur nego
tia tangentia ipſos laicos,idem vult Gemi.in d.c.fi.5.not.dicēs
laicos poſſe intromitti in ſinodo epi, quādo fiunt actus tangen
tes ipſos,vt quia publicantur conſtitutiones tangentes omnes
de dioceſi, ſed intellige ꝙ in dictis caſibus intromitti pñt non
quidem vt iudicent vel doceant,ſed vt audiant. c.dicendus.62.
diſt.fac.propter eccleſiaſticas.in prin.18.diſt. & quod no. Car.
34 conſi.8.inci.quod ſtatutum,ſub rub.de conſti. † Sed vbi tracta-
rentur correctiones, vel negotia tm̄ clericorum debent laici
excludi a ſinodo,auctoribus Io.And.Car.Zab. & Pan. In d.c.fi.
de his quæ fi.a præla.ſine conſenſu ca.& co.Pan. in d.diſpu.eps.
col.16.Felyn.in c.Apoſtolicę col.5.de excep.& in c j.in prin.de
ſponſa.Card.Alex in c.j.col.13.15.diſt.mouentur iſti arg. c.maſ-
ſana. de elec. vbi laici prohibentur inter eſſe electioni prælati
cum canonicis,& expreſſius ꝓbatur in extraua.Bonifacij octa-
ui.quę inci.debent ſuperioribus ſita inter extraua.communes.
tit.de offi.ordi.vbi epiſcopus viſitans monaſteria debet tantū-
35 modo ducere ſecū perſonas clericali charactere inſignitas. † In-
tellige tamen primo prædicta ꝙ laici debent in caſu.j.ꝑdicto
venire ad ſinodum epi de congruitate,quia de neceſſitate non
debent venire,quia ſufficit clericos ire & poſtea nuntiare lai-
cis auctore Archi.in d.c.fi.quem ibi ſequuntur Gemi. & Card.
de Turre dicentes,ꝙ laici veniunt ad maiorem fidem habēdā,
36 quia magis creditur verbis epi q̄ clericorum.† Intellige 2.præ-
dicta vera ꝙ laici debent ire ad ſinodum epiſcopi in prædicto
primo caſu eſſe vera,qn̄ in ſinodo archiepali aliquid noui ſta-
tutum fuit,alias non coguntur venire ad ſinodum epi,ēt quan
do publicantur ſtatuta concilij prouincialis,vt no. Archid. in
d.c.fi.quem ibi ſequuntur Gemi.& Card.de Turre.

37 † Octauò ire ad ſinodum epi,debent illi qui ex conſuetudi-
ne accedere ſolent vt probatur in fi.c.in prin.18.q.2.vbi dicitur
ꝙ monaſteria debent epo conſueta ſeruitia, & per illum text.
ita no.Hoſt.in ſum.tit.de offi ordi.§.quid pertinet.col.7.verſic.
ſint autem quædam.ibi item venire coguntur ſequitur Aſteſa-
nus.in ſum.lib.6.tit.43.art.3.Confirmo.j.quia iuriſdictio acqui-
ritur conſuetudine.c.cū cōtingat.de fo. compe.l.j. C.de eman,
multa ad hoc allegat.d.Rochus de Cur.in c. fi.col.16.verſicu.8.
infertur,de conſue.ſed ſinodus eſt mixta de lege iuriſdictionis
& de lege diœceſana vt dixi ſup.in 1.parte.q.11.ergo ſequitur ꝙ
ex conſuetudine poſſunt aliqui obligari venire ad ſinodū epi,
& eiuſdem ſubijci iuriſdictioni ſinodali,confirmo ſecundo qa
alius ab epiſcopo,poteſt præſcribere poteſtatem congregandi
ſinodū quo ad certos eccleſiaſticos, vt dicam ſtatim hac eadē
parte.ver.his prælibatis,ergo eps quo ad certos qui ad ſuam ſi-
nodum venire non tenebantur poteſt acquirere ex conſuetu-
dine ꝙ venire teneantur licet ceſſante cōſuetudine de iure nō
38 tenebantur.& puto ꝙ ad inducendam talem † conſuetudinem
ſufficiant 10.anni,quia eſt præter ius iuxta glo. in verbo con-
ſuetudo in c.fi.de conſue.in 6.glo.in verbo ſtatuimus. in c.vt li
tigantes,de of.ord.co.lib.de quibus gloſ.vide Panor. in d.c.fin.
col.7.verſi.quantum verò de conſue.vbi d.Rochus colum.42.
ver.2.conclu.multa alleg.niſi fortè talis conſuetudo eſſet con
tra Abbates exemptos,nō habentes populum, vel capellas ſub
ſe, vel ꝯ mendicantes quos ſup. dixi de iure non teneri uenire
ad ſinodum epi,quia tunc requireretur cōſuetudo præſcripta
ſpacio 40.anno.quia eſt contra ius per ea quæ dñr in dictis lo-
cis intelligo etiam ꝙ in tali conſuetudine interueniant alia re
quiſita ad inducendam conſuetudinem de quibus lege docto-
res in d.c.fin.quia non eſt materia peculiaris huius propoſiti.

39 † Nonò accedere ad ſinodum epiſcopi debet omnes lęſi qui
querelas ſuas in ſinodo epiſcopi contra aliquos proponere, &
de eiſdem rationem habere uolunt.c.propter eccleſiaſticas. in
prin.lo 2.18.diſt.qui tex.licèt loquatur in his qui proponere vo
lunt ſuas querelas in ſinodo prouinciali, tamen idem iuris eſt
in iſtis qui querelas ſuas proponere uolunt in ſinodo epiſcopi,
per ea quæ dicam inf.in 3.parte huius tractatus in 8.actu. Ratio
huius eſſe poteſt,quia in omni iudicio debent eſſe tres pſonæ,
ſcilicet actor,reus,& iudex,vt not.in rub.extra de iudi.ſed ſi iſti
non veniunt nullus eſſet actor, ergo venire debent.

40 † His prælibatis,incidenter primo quæro, an quis ex ſup. di-
ctis ſe poſſit tueri præſcriptione,ꝙ non teneantur venire ad ſy
nodum epi,videtur prima facie dicendum ꝙ ſic,quia iura epa-
lia poſſunt præſcribi per inferiorem. ca.auditis.c.cum olim.de
pręſcrip.vbi omnes doctores,& plura ad hoc allegat dominus
Balbus.in tract.præſcriptionum.j.parte 5.partis.q.11.quæ vide-
ri poſſunt,multa certè dici poſſent circa hanc quæſtionē. pau
cis tamen abſoluendo,& capiendo ea quæ magis ſtringunt,pu
to contrarium verius,ſcilicet ꝙ quis ex ſup.dictis non poteſt ſe
tueri præſcriptione.Moueor primo, quia in ſynodo epi debet
præſtari obedictia.c.quod ſuper his.de maior.& obed.ſed obe-
dientia non poteſt præſcribi.c.cum nō liceat.de maior. & obe.
Secundo moueor,qa in ſynodo epi debet ſolui cathedraticum
vt di-

vt dicam.j.in 3.parte,ſed cathedraticum non poteſt præſcribi.
vt ibi dicam, ergo nec obligatio veniendi ad ſynodum. argu.
auc.multomagis.C de ſacroſan.eccle.vbi potentior eſt prohi-
bitio in cauſa quàm in cauſato.
41 † Limita qñ alius prælatus q̃ eps ſiue ille ſit extraneus, ſiue
ſubditus epiſcopo.præſcripſiſſet ius celebrandi ſynodum in ali-
quo loco,quodq; ad ea certi venire debeant,nam hoc caſu pu
to illos certos non poſſe cogi per epm in cuius diœceſi ſunt, ire
ad ſinodum ſuam,cum in conſequentiam præſcripſerint liber
tatem non eundi ad ſynodum epi, cum ſint obligati ire ad ſy-
nodum alterius prælati.Moueor primo ex notatis in d. c.cum
non liceat,vbi cōcluditur ꝙ licet plena exemptio ab obedien-
tia ſuperioris non poſſit præſcribi per ſubditum, tamen poteſt
præſcribi ꝙ alteri q̃ epo ſuperiori debeatur obedientia,quo ca-
ſu ſubditus præſcribit libertatem ꝯ ſuum ſuperiorem.ſecundo
moueor ex eo quod not.Fely.in c.cum ex officij. col.5. verſi.li-
mita.3.eo.tit.& dominus Balbus.loco proximè alleg. q.16. vbi
concluditur poteſtatem viſitandi ſubditos epi,exigendique ab
eiſdem procurationem,poſſe præſcribi per inferiorem, adeo
ꝙ hoc caſu ſubditi epi non poſſunt viſitari aut procurari per
epm q̃uis in dictis duobus caſibus iura clamant obedientiam
& procurationem non poſſe præſcribi,ut patet in dictis.c.cum
non liceat.& c.cum ex officij.Tertiò moueor quia inferior ab
epo poteſt præſcribere meiū impetium in certa parte alicuius
diœceſis nomine ſuæ dignitatis, vt latè no. Pan.poſt antiquos
in c.cum contingat. col.j. de foro compe. ſed ſinodus eſt meri
imperij authore Inno.in c.tranſmiſſam.in ſi. verbi.de elec.ergo
ſequitur ꝙ poteſt præſcribi,prout poſſet dari exemplū in Lau-
ſanenſi capi.quod in certis parrochijs, ut accepi, habet iuriſdi-
ctionē epiſcopalem & ibi exercet omnia quæ ſunt iuriſdictio-
nis epiſcopalis,ex præſcriptione tanti temporis,de cuius initio
non extat memoria,iuxta ca.j.de præſcrib.in 6. & in caſu huius
limitationis procedere poſſunt iura. primo loco adducta quæ
per hæc ſunt ſoluta.
† Item & ſecundo incidenter quæro an ſup. dicti quos dixi
42 debere venite ad ſinodum epiſcopi,debeant venire perſonali-
ter,an autem ſufficiat mittere procuratores. Prima facie vr ꝙ
debeant venire perſonaliter ,quia epi tenentur comparere p-
ſonaliter in cōcilio generali,niſi ſint legitimè impediti,ut ſcri
bit dñs Ant.de Roſel.in trac.de concilijs.car.9.verſ.qui autē ad
concilium venire debent, adeo ꝙ ceſſante impedimento non
poſſunt comparere per procuratorem vt ibi dicit. Et idem eſt
in debentibus ire ad ſinodum prouincialem,quia debent com
parere perſonaliter,niſi in caſu neceſſitatis , vt ꝑbatur in c.eps.
& in c.placuit.18.diſt.no.Panor.in c.ſi. 3.not. de his quæ fiunt a
præla.ſine conſenſu capi.& ita vr dicendum in debentibus ve
nire ad ſinodum epiſcopi.& ita videtur tenere Imo. in d.c.qđ
ſuper his.col. 2.de maiori.& ob. vbi dicit ꝙ ſi Abbas habeat ec
cleſias ſibi ſubiectas in diuerſis epatibus,& eodem tpe quilibet
eps cōgreger ſinodum,poterit perſonaliter ire ad vnam, & ad
aliam poterit mittere alium, loco ſui, eo caſu quo tenetur ire
ad ſinodum pp dictas eccleſias. itē curati in ſinodo debent red
dere rationem de duobus.ſ.qualiter officium adminiſtrent,ſe
cundo qualiter baptizent.c.quādo.38.diſt.& inſ.dicam ſed hoc
non vr poſſe fieri per alium,ſicuti confiteri,& impetrare veniā
quis non poteſt per alium , & ſimilia facere quæ ponit glo. in
c.poteſt quis de regu.iur.in 6.Item nec addiſcere poteſt,quis,p
alium.Panor.in c.j.col. 3. ver.not.hæc.de ſum.tri.& ſi.catho.In
ꝯtrarium vr quia non repetitur hoc caſu prohibitus vſus procu-
ratorum,& edictum de procur.eſt prohibitorium.c.j.in princ.
de procur.in 6.l.j.§ vſus.ſſ.de procu.facit quia citatus ſimplici-
ter non tenetur comparere perſonaliter, ſed poteſt compare-
re per procuratorem.c.pe.de iura.calum.vbi ita not.Pan. 2.not.
& no.in c.j.de iudi.in 6.ſed nullibi reperitur ꝙ ſup.dicti debeāt
cōparere perſonaliter,ergo & c.& pro illa parte videtur tex.in
d.c.ſi.de his quæ fiunt a præla. ſine conſenſu capi. ibi & eorum
nuntij,vbi Imol.ita tenet.videtur etiam tex.in c.eps ad ſinodū.
18.diſt.& licet illa capitula loquantur in debentibus venire ad
ſinodum prouincialem,tñ idem vr dicēdum in ſinodo epi , q̃a
de vna ad aliā ſępè arguunt & inferunt doctores,ut inf.ſrequē-
ter videbis. Quid tenendum ? Puto ſecundam opinionem ve-
riorem per iura ſup.allegata. & quia epiſcopus poteſt intereſſe
ſinodo per alium,vt ſup.dixi in prin.huius ſecundæ partis, & ēt
43 quia Imol.qui † eandem opinio.tenet in d.c.ſi.plenius exami-
nat articulum quam alibi,quo caſu dicendum eſt,ꝙ velit ſequi
hanc opinio.vt eſt pulcher tex.in l.diui.circa medium. ſſ.de iu-
re pat. de quo vide Fran.de Curt. in l.admonendi. col.22. ſſ.de
iureiur.Pan.in c.bonæ lo 2.col.penult.de poſtu.præla.Barba.in
reper.c.Rayn.col. 64. de teſtam. Corſetus ponit in ſingula. in
litera,O,in verbo opinio.Card.Alex.in c.ſi vir.col.j.de cogna.
ſpiri Nec obſt.ſi dicas.Imol.dicere hoc procedere præſertim in
canonicis.ob difficultatem ꝙ omnes ſimul eant , quia rñdeo
44 ꝙ ex quo vtitur dictione præſertim † vult idē iuris eſſe in alio
caſu contrario,quia dictio præſertim ſtat comparatiue.Panor.
in c.per tuas.lo j.col.2.ver.no.tamen de ſimo.vbi Io.de Ana.&
in c.illo vos de pig. fateor tamen tutius eſſe quòd ſup. nomi-
nati perſonaliter eant,propter ſtatuta quæ ibi fiunt quibus con
tradicere poſſunt ſi ſint eis nociua argu. ca.Nicena.31.diſt.per
ea quæ dicit Imol.in d.c.quod ſuper his.colum.2. de ma. & ob.
45 † Fallit j.quando aliqui eſſent citati.vt perſonaliter veniant ad
46 ſinodum gl.2.in d.c.ſi.vbi Panor.col.3.† Fallit 2. in curatis qui
reddituri ſunt rationem de his quæ ſup. dixi quos non puto in
illo caſu poſſe per procuratorem comparere.arg.ca.paſtoralis.
de iud.& glo.in c.j.de confeſ.in 6. hoc tamen tempore quo epi
non exigunt hanc rationem cum curatis nec eorum vicarijs,
puto valere conſuetudinem ꝙ comparere perſonaliter nō te-
neantur.arg.c.cum ceſſante.de appella.non obſt.alleg.in con-
47 trarium, † quia ideo epiſcopi debent cumparere in concilio
generali perſonaliter , quia ſunt coniudices,teſte Roſello vbi
ſup.& habent vocem deciſiuam ſecundum Panor. in diſputa.
incip.epiſcopus.col.17.& ibi col.18.ver. ad concilium prouin-
ciale,expreſsè dicit inferiores non vocari ad concilium epale
ad communicandum vel ſtatuendum , ſed vt facta in concilio
prouinciali intimentur.Item vt epiſcopus corrigat & querelas
audiat non obſt.quoq; illud quod dicitur de debentibus ire ad
concilium prouinciale,quia epiſcopi qui,prout probatur in iu
ribus præallegatis debēt perſonaliter cōparere in ſinodo pro-
48 uinciali † ſunt vti iudices,aut ſaltem aſſeſſores, vt no.Innocen.
in c.graue.de præben.vbi omnes ſequuntur.& no.Pan.in d.c.ſi.
j.not.Immo epiſcopi in ſinodo prouinciali dicūtur eſſe vt col
legium ſecundum Pet.de Ancha.in c.ſicut.de accuſa.quem ibi
in finalibus verbis ſequitur do.Fely. Propterea ſi epiſcopus vel
let tractare cauſas criminales aliquorum clericorū in ſinodo ,
quo caſu conſenſum capituli cathedralis eccleſię debet requi-
rere ſecundum aliquos,quos refert domi.Felyn. in c.irrefraga-
bili.col.3.de offi.ordi.canonici debent perſonaliter compare-
re.arg.eius quod not.Alex.in l.fin.C.de procur. ubi dicit quod
citatus vt compareat tanquàm coniunctus, vel cōſanguineus
vt ex forma ſtatuti conſenſum præſter in contractibus mino-
ris,vel mulieris debet perſonaliter comparere.hoc tamen ceſ-
ſat hodie, quia ex conſuetudine generali epiſcopi in cauſis cri-
minalibus non requirunt conſenſum, vel conſilium capituli,
quæ conſuetudo valet.c.non eſt.de conſuetu.in 6.Ad alia pa-
tet reſponſio ex ſupradictis.
49 † Secundò principaliter quæro qua pœna puniri debeant ſu
pradicti ſi non veniant ad ſynodum epiſcopi. Reſpon. debent
excōicari.tex.eſt in c.ſi.18.diſt & in c. quod ſuper his. de maio.
& obe.iam totiens alleg.ibi per cenſuram. poſſunt ēt ſuſpendi,
vel interdici,quia appellatione cenſuræ cōtinetur excōicatio,
ſuſpenſio, & interdictum.c.querenti.de verbo.ſig.
50 † Amplia primo hoc procedere etiam licèt veniant ſed nō
in termino competenti hoc eſt in termino aſſignato.per c pla
cuit.& c.ſi eps.18.diſt.vbi vterque Car.no.ſi iſti veniant ſynodo
iam incepta , non debent puniri , quia ex quo veniunt præſu-
muntur fuiſſe impediti.arg.l.diuus.ſſ.de in integ.reſt.ita Gemi.
in c.ſi epiſcopus.col.j.18.diſtin.
51 † Amplia ſecundo hoc procedere non ſolum ſi nō veniāt,
ſed etiam ſi veniant & illicentiati recedant.c.ſi quis autem. 18.
diſt.c.rurſus.11.q.3.cap.j.de iudicijs. fa.ꝙ not Inno.& Panor.in
c.conſuluit.col.3.de offi.deleg.vbi dicunt ꝙ ſi canonicus ſit vo
catus ad electionem,& die præfixa non fiat electio, ſed differa-
tur,ſi poſtea recedat , præſentes eo nō citato vlterius poterunt
procedere,ad electionem.faciunt etiam notata per Bart. in l.ſi
facta §.Iulianus.vbi Alex.col.14.ſſ.de dam.infe.vbi dicit ꝙ ve-
niens ad iudicium & non ſtans vſque ad diſceſſum iudicis,non
dicitur veniſſe niſi licentiatus habeat. facit etiam quia laici nō
debēt exire de Miſſa ante Benedictionem, nec clerici de horis
ante Benedicamus domino,vt no.Cardi.Zab.in clem.j.in prin.
8 not.de cele.Miſſa.a ſimili ergo venientes ad ſynodum , & re-
cedentes ante generalē licentiam quæ fit in benedictione epi,
dum dicit,vt poſſitis illęſi ad propria redire, non cenſentur ve-
niſſe, & ideo poſſunt excommunicari, interdici, vel ſuſpendi,
ꝙ no.contra multos qui ſtatim incępta ſynodo recedunt .
Limita & intellige quando dicentes venire eſſent contuma
52 ces & ter citati ſeu moniti , aliàs non deberent † excōicari , in-
terdici,vel ſuſpendi c.ſacro.de ſent.excom. auctore Car. Alex.
in d.c.ſi quis epiſcoporū.8.diſt.poſt Archi.ibi, Monitio tamen
53 vna † ſi fuerit facta in ſinodo habet vim trinæ monitionis.glo.
ſecunda,in c.ſi epiſcopus.18. diſt. quam ſequitur Panor. in c.ex
literis.col.4.de conſti.& in c.cum cauſa.col.2.de offic. deleg.&
in c.cum nobis.colum. fin.de elec.Felyn.in c.cum ſit Romana.
colum.6.ver.9 no.de appel.& in c.quoniam.§. porro.colum.7.
ver.aduerte tamen.ut lit.non conteſt.vbi pulchrè.& Io. Lapus
in repet.c per veſtras.car.66.colu.quarta, ver.ſecundum quod
ex verbis de do.inter vi.& vxo.Fran. de Ripa in d.c.j. nume.82.
colum.37.de iudicijs.Ratio huius eſt,quia in actibus extraiudi
54 cialibus regulariter † non requiritur peremptoria citatio , ſed
ſufficit vnica,vt no.in dictis locis,& not.Bar.in l.ſi tēpora.C.de
fide inſtru. & iuribus haſtę. fiſcal. lib.10. & in extrau.ad repri.
in verbo termino, & glo. in clem.j. in verbo requiſiuerunt de
hære.

hære.de qno vide latè Felyn.in d.c.ex literis.col.5. verſ.in glo.j.
de conſtit. Roma.ſingu.424.incip.ego dixi doctores. in l.de pu
pillo.§.ſi quis ipſi prætori.de ope.no.nunc.Alex.in l contuma-
cia.in 8.fallen.ff.de re iudi.Hippol.in l.de vnoquoq;. num.168.
eo.titu.quod hactenus obſeruaui,quia in ſinodo monco in ge
nere omnes debentes venire ad ſinodum de iure uel conſuetu
dine ꝙ veniant in proxima ſinodo,ſed quia ſum tardiſſimus in
ferendis cenſuris eccleſiaſticis, quas video paſſim negligi, no-
lui adbuc pro hac referre cenſuram etiam in genere.vbi enim
55 non ſperamus † cenſuras profuturas, non debemus eas fulmi-
nare,vt dicit Gemi.poſt Hoſt.in c conſtitutionem.§.fi.de ſent.
excom.in 6.quem ibi ſequitur Phil.Fran. & Lapus loco proxi-
mè allega.Collectarius in rub de ſent.excom.col.fi. Fely.in c.j.
col.pen.ver.quarta eſt.d.Ant.de offi.deleg. & in c.Apoſtolicæ.
col.2.de excep.Ex ſupradictis infertur debentes venire ad ſino-
dum epiſcopi,peccare mortaliter ſi non veniant,quia excom
municatio non fertur, niſi pro peccato mortali.ca.nemo epi-
ſcoporum. 11.quæſt.3.

56 † Tertiò principaliter quæro, an in aliquibus caſibus excu-
ſentur qui debent venire ad ſinodum epiſcopi,ſi non veniant?
Reſpondeo ſic, in caſibus ſequentibus. Primo ſi in citatione
exprimeretur iniuſta cauſa, & idem ſi ſciretur ſinodum cōgre
gari per epiſcopum propter malam cauſam,& ſi eſſet talis cul
contradicere non auderent,ſi pręſentes eſſent, puta ſi eſſet ſup
fauore præſtando principi excommunicato,ſecundum Inno.
ſingulariter in d.c.quod ſuper his.de maio.& obe quem ibi re-
ferunt & ſequuntur omnes, & Pet. Rauennas in compendio
iuris canonici titu.de maio.& obed.col.6. Felyn.in c.veniens.
col.2.de accu.facit not.in c.ſi quando.de reſcrip.& in c.inquiſi-
tioni.de ſent.excom.& per legiſtas.in l.2.ff.ſi quis in ius vocan.
non ier.& per d.Phil.Dec.in c.prudentiam.in prin.col.12.ver.
& notandum eſt.de offi delega. in quibus locis multa ſcribun
tur per quæ poſſet exornari hæc materia, ſed ego nō ſcribo ad
57 pompam,nec delector in verbis ſuperfluis. † Secundo excuſa-
tur quādo debentes venire eſſent infirmitate,ſenectute,neceſ-
ſitate,vel alia grauiori cauſa detenti.argu.c.peruenit. c.placuit.
c.epiſcopus.4.18.diſt.qui tex.loquuntur in ſinodo prouinciali,
ſed extēdi poſſunt ex identitate rationis ad ſinodum epiſcopi,
per iura vulgaria.Quæ autem infirmitas excuſet,dicerem ſebrē
quartanam vel aliam ſimilem leuem infirmitatem non excu-
ſare.argu.l.quæſitum.ff.de re iudi.& ita not.glo.j.in d.c.placuit.
facit quod no.Card.Zab.in c.j.q.7.de celebra.miſ.vbi dicit leuē
58 infirmitatem non excuſare ab horis dicendis.† Sed peſtis bene
excuſaret quæ excuſat a comparendo in iudicio Bar. in l.recu-
ſare.§.ſi quis alio.ff ad Treb.Panor.in cap.dilecti.col.5.de dolo
& contu.not.pulchrè Fran.de Ripa in tract.de peſte.in 3.parte.
2.partis.q.4.quod intellige verum quando peſtis eſſet magna.
Leuis.n.peſtis nō excuſaret authore Card. Alex.in d.c.placuit.
col.fi.Item quilibet alius morbus ſonticus excuſaret.d.l.quæſi-
59 tum. † Qualiter autem probatur infirmitas, reſpondet Cardi.
Alex.in d.c.placuit.col.2.probari primo per medicos.l.ſemel.
C.de re milita.lib 2.ſecundo per familiares.argu.l.conſenſu.C.
de repu.tertio probatur per iuramentum infirmi accedentibus
alus coniecturis,vt quia facies eſt attenuata.de quo vide Bar.in
d.l.quæſitum. vbi dicit hanc excuſationem etiam poſſe fieri p
quemlibet ſine mandato,quem ſequitur do.Fran.de Ripa loco
60 proximè allega.q.5.Quo autem ad † ętatem dicunt aliqui ęta-
tem 70.anno. excuſa. quia hæc excuſat a tutela.§. item maior.
inſti.de excu.tut.l.vnica.C.de ętate. ſed ſecundum Card. Alex.
in d.c.placuit.in prin.cum nō inueniatur iure expreſſum relin-
quendum eſt arbitrio iudicis.c.de cauſis. de offic. deleg.l.j.ff.de
61 iur.delib. † Quo ad neceſſitatem, dic ꝙ non quælibet excuſat
ſed requiritur ꝙ ſit grauis.c.peruenit.c.epiſcopus el i.18. diſt.&
varios caſus ponit dicens excuſationem præſtare ſi quis impe-
ditur propter tempeſtatem,vel flumen, vel quia vocatus eſt ad
teſtimonium,vel ad dignitatem,vel ſi quis incipit abeſſe cauſa
reipublicę,vel ſi domeſtico ſunere impeditur, vel ſi maius ne-
gotium quem trahit, & timore hoſtium percurſus ſit aliaque
multa impedimenta accidere poſſunt propter miſerandā ſor-
tem hominis,quæ non poſſunt commodè enumerari, & ideo
relinquuntur arbitrio iudicis.glo.not.in ca.ſi iuſto. de ele.in 6.
62 † Poſſunt autem probari impedimenta prædicta vel ſimilia cir
cumſcriptis ſupradictis per vnum teſtem.ſecundum Car.Alex.
in d.c.placuit.poſt glo.ibi in verbo rationem.immo deficientē
teſte per iuramentum ſi credimus Car. de Turre cremata ibi p
ea quæ no Ioan. And.in additio.ad Spec.titu.de appella.§.nunc
breuiter. ver.quid ergo. & ratio eſt quia non tractatur de graui
præiudicio alterius glo.fi.in ca.ſicut. de ſent.excom.Si aūt age-
retur de præiudicio alterius,tunc an impedimentum poſſit ꝓ-
bari per iuramētum ſtaretur arbitrio iudicis,vt vult Phil.Fran.
in c.cupientes.§.per viginti.col.3.ver item nota ex glo de elec.
in 6.poſt Bartol.& Ang.in l.ſecunda.§.quod diximus.ff.ſi quis
cautio.& Panor.in cap.ex ratione de appel.vbi dominus meus
col.12.verſi.4.principaliter multa dicit.quod non examino,qa
non pertinet propriè ad pręſentem materiam.

63 † Tertiò excuſatur ſupradicti quos dixi debere venire ad ſi-
nodum epiſcopi,quando diuinus cultus deſtitueretur ſi veni-
rent.argu.c.fin.de cle.non reſid. & c.fin.de reſcrip.in ſexto, ita
ſcribit Panor.in d.c.quod ſuper his.j.not. de maio.& obe. Car.
Alex.in c.propter eccleſiaſticas.lo j.colum.tertia.18.diſtinc.&
Imol.in d.c.graue.colum ſexta,verſi.ad ſynodale.de præbend.
ſumma Silueſtrina.in verbo conſilium §.6.fa.c.pen.& quæ ibi
notantur.de conſti.Item facit quod no.Ioan.And. in ca.quòd
omnes.de reg iur.in ſexto, facit etiam quia fauendum eſt diui-
no cultui.c.in his.vbi Card.Zaba j.notab.de priuileg & clem.r.
de decimis.vnde vulgo dici ſolet, maledictū negotiū, propter
quod dimittitur diuinum officium.

64 † Aduerte tamen prædicta impedimēta & ſimilia ita demū
excuſare,niſi culpa debentiū venire,impedimenta ipſa veniāt.
l.fideiuſſor.§.j.ff. qui ſatiſd. cogan.l.de die.§ planè.eod titu.ita
Archid.in d c.peruenit.18.diſt.ꝙ Card.Alex.ibi circa medium
intelligit verum,quando culpa ad hoc, vel circa hoc eſt adhibi
ta,per ea quæ notantur in c.imputari.de reg.iur.in 6.Adde ꝙ
ſi culpa impedimenti nō fuit ordinata ad finem commodi ex-
cuſat.per glo.in c.ſtatutum.§. cum verò. in verbo.non audens.
de reſcrip.in ſexto, & latè tradit Felyn. poſt multos quos alle-
gat in c.cum ſuper.colum.vndecima,verſic.limita ſecundo.de
excep.quem omnino vide.

65 † Aduerte etiam prædicta impedimenta ita demum excuſa-
re,dummodo probetur adhibitam fuiſſe diligentiam vt remo
uerentur.authore Inn.in c ex tranſmiſſa de præſ. quem ibi oēs
referunt & ſequuntur.& Felyn.ibi ad corroborationem addu-
cit multa.& dominus meus Phil.Dec. in d.ca.cum inter. col.9.
verſi.prædicta concluſio.de exce.& in c.cum ſit Romana.3.no
tab.& in c.ex ratione.colum.15.verſ.3.& vlt.de appel.Ratio præ
cipua huius eſt,quia non dicitur impeditus qui poteſt remoue
re impedimentum ſecundum Bald.in l.ſed ſi prætorem. §. pri-
mo.verſi.ſed nec ad eos.ff.ex quibus cauſis.& ſequuntur docto
res præallegati.& dominus meus Phil. Deci. in l.qui poteſt. in
principio.ff.de reg.iur.

Limita primo, niſi notorium eſſet quod omnis diligentia
eſſet fruſtratoria. ut per Felyn. in d.c.ex tranſmiſſa.col.3

Limita ſecundo, quando difficile eſſet remouere impedi-
mentum, quia tunc excuſatur ſi fecit quod potuit.Bar.in l.qui
commeatus. ff. de re milita.dominus Dec. in dic. l. qui poteſt.
in princip.

66 † Aduerte denique vtile eſſe quod impediti impedimentis
prædictis,protestentur coram honeſtis perſonis iuxta Inno.&
Panor.in d.cap.ex tranſmiſſa.vbi Felyn.colum. quarta, limitat
tribus modis,quæ omnia ſeruirēt optimè hic, ſed ego panno-
ſus,non audeo tanti comitis vtriuſque iuris me in ſignibus or-
nare. Tu igitur qui teneris ire ad ſinodum epiſcopi, ſi impedi-
mento aliquo ex prænarratis detinearis, vel ſimilibus, puta qa
habes funus celebrandum & corpus alicuius ſepeliendū.argu.
gl.ſecunda,in c.conſuluiſti. dece. Miſ. vel quia in Parochia tua
multi ſunt infirmi,vel multæ ſunt mulieres de proximo paritu
ræ,& tu es ſolus in parochia tua presbyter, & inſtat tēpus eun-
di ad ſinodum epiſcopi,adhibe omnem diligentiam remouen
di impedimentum vel eidem prouidendi aduocando aliū pre
sbyterum idoneum quod ſi hoc facere non poſſis, proteſteris
coram honeſtis perſonis,vel capias cartā teſtimonialem a no-
tario,vel authentica perſona, quam mittas tuo epiſcopo cum
67 literis tuæ excuſationis,optima enim cautela eſt,† ſemper pro-
teſtari ſi credimus Fely.in d.c.ex tranſmiſſa.colum.quarta,in fi.
& Iaſ.in l de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.colum.tertia, verſi.2.
no.ff.de no.oper.nun. & in l.properandum. §. ſi autem vterq;.
colum.ſecunda.C.de iudicijs.& hoc propter euitandas tot opi-
niones in hac materia impedimentorum,& etiam ad euitādas
pęnas infligendas per epiſcopum contra non comparentes in
ſinodo, & de prædicta materia proteſtationis impedimenti,
vide latè do.Franc.de Ripa in tracta.de peſte.in 3. particula.ſe-
cundæ partis prin.q.6.

68 † Iuxta prædicta quæro primo quid ſi debentes venire ad ſi-
nodum epiſcopi ſint impediti aliquo ex prædictis impedimen
tis, an debeant mittere procuratorem, vel nuntium? reſpon-
dendo puto non teneri mittere procuratorem expreſſum, ex
quo non teneatur comparere & ſunt ex iuſta cauſa impediti,
per gl.in c.primo,in verbo abſentia, quo tempore mil. inueſti.
in feud de qua vide Socin.conſil.66.incip. viſa donatione.co-
lum.ſeptima.verſi.ſed iſtis lib.tertio,& eſt alia glo.ſimilis in ver
bo iudicata.in d.l.quæſitum.ff.de re iudi. vbi Alex. latè colum.
ſecunda,verſi.item nota.de qua tamen materia vide Archi. in
c.ſi ęgrotatus.quinta quæſt. tertia, latè omnes & maximè Pan.
in c.querelam.colum.penult.de procu.Bart.in l.prima.ff de di-
uer.& temp.præſcrip.& in l.non exigimus.§. ſi quis in iudicio.
vbi Alex.& Iaſ.ff.ſi quis cautio.Felyn in c.accedens.tertia con-
clu.ut lit.non conteſta. ubi dicit paſſum eſſe difficilem: ſufficit
69 igitur † ꝙ impediti ſe excuſent, & excuſatio poterit fieri p nun
tios certos,uel per excuſatores cum literis ipſorum impedito-
rum.cap.prudentiam.in prin.de offic.delega.no.glo.in verbo

nuntium

nuntium in c.bonæ.lo j.de electio.vbi Panor.col.8.glo.in c.cupientes in verbo propoſitam.eo.tit.in 6.ubi doctores Barto.in l.penult.ff.de publi.iud.& in terminis huius materiæ, not. glo. in d cap.placuit.18.diſt.in glo.2.quam ibi commendant Arch. Gemi.& vterque Cardi.dicentes,quòd per illam gl.ſufficit nuntius certus,ſine literis,dummodo ſit qualificatus,& honeſta p-
70 ſona,ſecundum glo.ibi. † Immo ſi non poſſit reperiri nuntius, ſufficiunt literę ipſorum impeditorum.arg.d.c.placuit.ibi excuſationes ſuas literatoriæ,quæ tamē literę debent eſſe ſubſcriptę per ipſos impeditos ſe excuſante,vt no.Card.Alex. in d.ca.placuit.3.no per illum tex.Et ſi dicas illud c.loqui in literis epiſcoporum quibus adhibetur fides. ca.poſt ceſſionem. & ibi no.de proba.ad hoc reſpondeo,quòd ſicuti literis epiſcoporum adhibetur fides vbicunq; ita literis ſubditorum ipſius epiſcopi adhibere debet fidem executionibus factis per presbyteros & curatos ſibi ſubditos,quia ſunt eius nuntij quibus adhibenda eſt fides vt no.in c.quoniam contra falſam.de proba.& in c.cum parati.de appel. quemadmodum igitur in præiudicium aliorum adhibet epiſcopus fidem literis presbyterorum ſibi ſubditorū, ita etiam in hoc caſu in quo agitur de leui præiudicio fidem adhibere debet.

71 † Sed quia epiſcopus non tenetur ſoli nuntio excuſanti credere ſi nolit,vt not.Panor.in d.c.querelam.colum.prima,verſi. an autem iudex,ita etiam fortaſſis dicendum eſt in literis presbyterorum ideo conſulo quòd quando mittetur ſolus nuntius,ꝙ ipſe nuntius nuntiando impedimentum illius qui venire debebat ſe offerat probare illud eſſe verum, hoc enim caſu ſi poſtea ferat epiſcopus aliquam cenſuram contra impeditum non valebit,vt no. Panor.in d.c.querelam. colum.prima, facit quod nor.Bar.in d.l.quæſitum.ff.de re iud. ubi omnes ſequunt, pari modo ſi mittantur ſolę litterę: conſulo etiam ꝙ ſcribens offerat ſe probaturum impedimentum ob quod non accedit ad ſinodum:tunc enim puto ſententiam poſtea latam per epiſcopum vel eius officiarios contra impeditum ſic abſentē eſſe nullam per ſuperius dicta.

72 † Adde quòd ſi tales nuntij miſſi per impeditos incidant in latrones,& capiantur,excuſantur mittentes per l.cum a matribus.C.qui petan.tuto.per quam.l.ita not.Archid poſt Laurent. in cap.epiſcopus.el primo 18.diſtinct. quem ibi ſequuntur Gemin.& Alexand.

73 † Secundò iuxta prædicta quæro, quid ſi impediti aliquibus ex prædictis impedimentis non compareant, & excommunicentur,an ſint excommunicati, & indigeant abſolutione. Reſpondeo per glo.in c.primo,in verbo cōcurrerit. quarta queſt. quinta,vult ꝙ ſic,& idem vult glo.fin.in cap. ſecundo, de teſti. cogen.ubi Ioan.And.do. Anto.& Imo.ſententia ipſius d.Ant. mouentur primo quia ex quo proferens ignorat illa impedi-
74 menta cenſetur voluiſſe ligare,ſed excommunicatio † regulatur ab intentione excommunicatoris,ſecundum gl.magnam. in c. Apoſtolicæ.de cle.excommu.miniſtran.quam gloſ. ibi ſequuntur doct.Card.Zab idem no in repeti.c.perpendimus.colum.18.ver.oppono.ad hoc,de ſenten.excom.& Panor. in c.ſi ſacerdos.colum.fi.de offi.ordi.& in c.præterea.lo ſecundo, columna quinta,de appel.Card.Alex.in c.ſi.18.diſt. Ioan.Lupus. in c.per veſtras.colum.ſecunda, carta 67.de dona. inter virum & vxo.ſecundo mouentur quia ſenten. diffinitiua contra non comparentem in termino valet,& tenet, ſi iudex neſcit impedimentum glo.in l.quæſitum.ff.de re iudi.ubi doct. ita etiā dēt tenere hoc caſu excommunicatio quæ alias tenet licet ſit iniuſta.c.j.11.quæſt.tertia. Tertio mouentur quia pro hoc eſt caſus in c.venerabilibus.§.porrò.ver.idem eſt etiam.de ſent.excom. in ſexto,vbi Gemi.poſt Lap.col.ſecunda, & Phil.Fran.hoc notaur,contrarium tenet quando eſſent impediti impedimento facti.Hoſtien.in d.ca.ſecundo,de teſti.cog.vbi Bald.ſequitur,& Spec.in tit.de contuma.§.penult. ad finem. & de iure. hanc ſecundam opinio.putat veriorem Panor.in d.c.ſecundo,col.fin. Mouentur primo iſti, quia taliter impediti non ſunt in culpa vel in dolo vnde nō incurrunt excommunicationem quæ nō fertur niſi pro peccato mortali.c.nemo epiſcoporum. 11.q.3. Secundo mouentur,quia non eſt veriſimile, quòd excommunicator voluerit ligare taliter impeditos.argu. cap.vt noſtrum. §.porrò.ut eccleſiaſti.benefi.Tertio mouent per c.Odoardus. de ſolutio.ubi excommunicatio lata contra eum qui non eſt ſoluendo mandatur relaxari,& nō abſolui,& ſic per illum tex. ſententia excommunicationis ibi lata ratione impotentię videtur nulla,ita videtur quòd in hoc caſu ratione impedimenti debeat dici nulla.Quid tenendum? prima opinio eſt communis,vt dicit domi. Anto.de But.in d.c.ſecundo,vbi idem atteſtatur Felyn.colum.pen.ver.fateor tamen,& idem atteſtatur dominus Fran.de Ripa in tract.de peſte.in 3.particula.2.partis verſicu.ſeptimo dubitatur.num.23. cum igitur ſit communis, eſt tenenda,& pro hac opinione bene facit, quia vbi eſt dubium de vinculo excommunicationis ſcilicet an teneat vel non debemus interpretari ꝙ teneat,ut ſcribit Panor.in c.cum tu. col. fin.de teſti.intelligendo tamen vt ibi per eum, & Felyn. etiam ibi colum.fin.item pro hac allegat Felyn. in dic. cap.ſecundo, quia excommunicatio nunquam dicitur nulla niſi reperiatur in iure expreſſum,vt per glo.in cap.præſenti.de ſenten. excommunicatio.in ſexto,ſed nullibi reperitur expreſſum,& hoc caſu ſit nulla ergo &c.Non obſtant allegata pro ſecunda opin. quia ad ea reſponderi poteſt vt per Felyn.in d. c.2.colum.pen. & dici poteſt in caſibus ſequentium limitationum ſeu fallentiarum ipſam eſſe veram & procedere.

75 † Limita igitur primo, prædictam primam opinionem & eam intellige, vt procedat in foro fori, quia in foro poli, ſeu conſcientiæ non procedit,& ideo ſi impedimentum ſit legitimum in foro animæ non comparentes non ſunt excommunicati,nec indigent abſolutione, vt vult glo.in d.c.ſecundo & ibi omnes ſequuntur, & bene faciunt pro hac limitatione ea quæ dicam infra in ſecundo articulo cōcluſione prima,in decimatertia limitatione, quæ omnino videas.

76 † Limita ſecundo,quando impedimentum eſſet cognitum excommunicatori, quia tunc ex quo ſenten. excommunicat. continet errorem intolerabilem non valet.c.per tuas.de ſenten.excom.ita Panor.in d.cap.ſecundo, colum.ſecunda, in fin. vbi Felyn.col.penult.ver.limita ſecundo Panor.in c. p.& g.colum.7.ver.de quibus poſſet.vbi Felyn.col.2.ver. ſubdunt moderni.de offi.d.elega.Et hoc caſu poteſt eſſe ſatis cognitum excommunicatori,ſi receperit nūtium vel literas excuſantes ob impedimentum & ſe offerentes probare ipſum impedimentum vt ſup.dixi in fine præcedentis quæſtionis.

77 † Limita tertio, niſi ex verbis ſententia appareret & deprehenderetur quòd excommunicator voluerit ſolum excōmunicare in caſu contemptus, vel contumaciæ, vt quia dixit excōmunico eos qui contumaciter,vel ex contemptu non comparuerunt: nam hoc caſu non eſſent excommunicati qui impediti eſſent prædictis impedimentis ſi non comparerent ſinodo epiſcopi,cum non dicatur contemnere qui non poteſt ob impedimentum.glo.in verbo diſtulerit. in ca.quàm ſit.de elec. in ſexto,ita Panor.& Felyn in dic.cap.ſecundo,col præalleg.

78 Amplia † limitationem iſtam tertiam non ſolum procedere quando expreſſit excommunicator illa verba qui cōtumaciter non comparuerunt.ſed etiam quando omiſit. ſecundum d.Franciſcum.de Ripa loco proximè allegato.nume.34.Mouetur quia voluntas iudicis debet eſſe talis quæ velit punire ſolū contemnentem alias iniuſta foret talis ſentētia, ergo talis prę-ſumitur qualis eſſe debuit vt notatur in l.ex facto. ff.de vulg.& pupilla.Sed certè hęc ampliatio eſt periculoſa,quia per eam videtur deſtrui communis opinio. ſup.relata. & fundamēta quę pro ea adducta ſunt propterea ſequor ſimpliciter limitationē. Saluo quòd fateor excommunicatorem conſtito ſibi de non contemptu,poſſe declarare ſuæ intentionis non fuiſſe excommunicare non contemnentem. nam iudex lata ſententia pōt
79 eam declarare † l.ab executore.ff.de appellat.in princ.ca.olim. c.ex parte.lo 3.de verbo.ſign.& notat glo. magna in fine in §. his ita.35.quæſt.nona,& omnes doctores in c. qualiter & quando.el primo,de accu.vbi Felyn.colum.decimatertia, ver ſic fallit primo iſta regula per tres col.latè examinat.& Alexan. hoc ponit in l.iudex.colum.ſecunda. ff.de re iud. & dominus meus Phil.Dec.in cap.primo,colum.ſeptima, nume.39.ver.tertia eſt ſpecies de poſtul præla.Immo teſtificari poteſt iudex lata ſententia,ad animi ſui declarationem. vt notat idem dominus Decius conſi.43.incip.pro tenui.colum.fin.cum igitur excommunicatio reguletur ab intentione excommunicatoris, ut ſupra dixi poteſt iudex ſuam declarare intentionem, quod ego pluries iam feci.mandaui tamen ad cautelam abſolui, ſed ſine expenſis.Non obſtant (redeundo ad propoſitum) notata in d.l.ex facto.quoniam procedunt quando hoc ex verbis deprehendi poteſt alias ſecus,quia propoſitum in mente retentū non operatur.l.ſi repetendi. C. de condic. ob cauſam, cogita. Et vide
80 † nonne bonum eſſe quod in omnibus cenſuris ferendis vteremur dicta clauſula ſcilicet excommunico,interdico, ſuſpendo,ſi ex contemptu non parueris,vel comparueris,& meo iudicio eſſet optimum, quia per hoc mederetur multis cenſuris quæ iniuſtè plerunq; feruntur, eo quod ignoramus occultas excuſationes eorum quos excommunicamus, interdicimus, vel ſuſpendimus. Et video quod ſimilis clauſula ponitur in c.ſi quis ſuadente diabolo. 17. quæſtione quarta. ibi ſuadente diabolo, quæ verba requirunt dolum in percutiente, ſecundum Panor. in cap.ſecundo, colum.tertia, vbi dominus meus Phil. Dec.colum.ſexta verſic.tertia concluſio, de conſtitu.& notat etiam Panor.in c.cum non ab homine. colum.tertia, de iudi. vbi etiam dominus meus colum.quinta, verſi.non obſtat.propterea in monitorijs in forma deſignificauit, quæ a curia Romana emanant,ponūtur ſequentia verba, iniquitatis filios detentores,& temere vel malitioſè occultantes, vel nequiter detinentes,& Card.Zab.in clemen.diſpendioſam.quæſt.23.in oppoſitione ibi poſita. de iudic. dicit ꝙ ſi excommunicentur qui non ſoluerunt decimas, debet hoc modo dici. ſi verum eſt ꝙ non ſoluerint excommunico. Et ſi dicas,omnes dicent ſe non

con-

contempſiſſe,& per hoc neruus eccleſiæ perdetur,quia nõ præſumitur contemptus vel dolus.l.dolum. C. de dolo. Reſpõdeo quòd niſi probet non contempſiſſe vel id notoriè appareat,habebuntur pro excommunicatis,quia contemptus probatur ex coniecturis & indicijs d.l.dolum,& ex quo non paruerunt vel comparuerunt ad mandatum ſuperioris, præſumuntur contempſiſſe,quia fecerunt contra ius diſponens quòd pareatur ſuperioribus.c.ſecundo,de maio.& obe.& in dubio faciens cõtra ius dicitur contemnere.glo.in verbo contemptis.in cap.cum illorum.de ſenten.excom.quam ſequitur Felyn.in c.cũ quidã.colum.quarta,verſi.quinta declaratio.de iureiuran.ſi autẽ probent vel notorium ſit non contempſiſſe, nonne ſatius eſt declarare non incidiſſe eos in cenſuris quàm eos abſoluere, cogita.Et per hęc ſit finis huius ſecundæ partis.

SVMMARIVM.

1 *In ſinodo ante omnia Miſſa ſpiritusſancti cantari debet.*
2 *Fundamentum a Deo in omni initio fieri debet.*
3 *Iudex in principio ſententiæ, nomen domini inuocare debet.*
4 *In ſinodo epiſcopi Miſſa de ſubſtantia non eſt.*
5 *In ſinodo epiſcopi,cantari debet Pſalmus 68. in cip.ſaluum me fac, & Letania.*
6 *Pontificale fidem facit, & allegari poteſt.*
7 *In ſinodo epiſcopi,epiſcopus veſtibus epiſcopalibus indutus eſſe debet.*
Proceſſiones ab archiepiſcopis, cum veſtibus archiepiſcopalibus fieri debent.
8 *Prælati in ſinodo exiſtentes cum veſtibus, quibus induuntur in diuinis, ſtare debent.*
9 *In ſinodo epiſcopi,ſinguli iuxta ſuam prærogatiuam ſedere debent.*
10 *Epiſcopus ſinodi caput primum locum tenere debet.*
Epiſcopus dicitur caput ſuę diœceſis.
11 *Epiſcopus a ſubditis ſuis dominus dici debet.*
12 *Superioritatem denotat in altiori loco ſedere.*
13 *Papa in conſiſtorio primum obtinet locum.*
14 *Præſcriptio valet, per quam prælatus in ſua parochia epiſcopum præcedit.*
15 *Abbates in ſinodo epiſcopi ſecundum locum tenere debent.*
16 *Canonici cathedralis eccleſiæ collegialiter procedẽtes,vt in proceſſionibus, abbates præcedunt.*
17 *Abbates exempti ante non exemptos ſedere in ſinodo debent.*
18 *A dextris ſedere, honorabilius eſt, quàm a ſiniſtris.*
19 *Locus dignior in ſeſſionibus eſt ille, qui eſt apud epiſcopum.*
20 *Vicarius epiſcopi, qui archidiacono præfertur, tertium locum in ſinodò obtinet.*
21 *Officialis generalis epiſcopi, tertium locum in ſinodo tenet.*
22 *Officialis generalis epiſcopi archidiacono,& cæteris clericis præfertur.*
23 *Archidiaconus quartum locum in ſinodo habet.*
24 *Archidiaconus licet archipresbyterum in diuinis non præcedat ſecus eſt in ſedendo, & eundo.*
25 *Archidiaconus, præpoſito maior eſt.*
26 *Archipresbyter ciuitatenſis quintum locum in ſinodo tenet.*
Canonici eccleſiæ cathedralis,qui dicuntur clerici primi gradus locũ nouum in ſinodo habere debent.
27 *Canonici cathedralis eccleſiæ præcedunt canonicos collegiatarum eccleſiarum.*
28 *Canonici collegiatarum eccleſiarum in ſinodo decimum obtinent gradum.*
29 *Plebani ſeu archipresbyteri rurales in ſinodo vndecimum locum habere debent.*
Clerici ſeculares ſimplices omnibus religioſis præferri debent & quare.
30 *Religioſi & monachi iuxta eorum antiquitatem duodecimum locum in ſinodo habere debent.*
31 *Laici vltimum locum in ſinodo epiſcopi obtinent.*
32 *Clerici laicis præferuntur.*
33 *Conſuetudo locorum in iſtis prælationibus,& ſeſſionibus attendenda eſt.*
34 *Prædicatio ſeu ſermo in ſinodo epiſcopi fieri debet.*
Et per quem fieri debeat.
Epiſcopus viſitans, prædicare debet.
35 *Conſuetudo non valet, quòd curati non teneantur prædicare per ſe, vel per alium.*
36 *Statuta facta in concilio prouinciali legi debent in ſinodo epiſcopi.*
37 *Teſtes dicuntur viſi per partem, ſi eius ſubſtantialia viſa ſunt.*
38 *Statuta ſinodalia in ſinodo epiſcopi publicari debent.*
39 *Epiſcopi in ſinodis debent publicare iura canonica aliquas pœnas imponentia.*
Epiſcopi in ſinodis ſtatuta concilij generalis de nouo facta publicare debent.
In ſinodo epiſcopi ſtatuta.71.concilij generalis legi debent.
40 *Publicatio ſtatutorum omnem ignorantiam tollit.*
41 *In ſinodo epiſcopi querelæ omnium læſorum legi debent.*
42 *Accuſati in ſinodo quando ius reuocandi domum habeant.*
43 *In ſinodo epiſcopi legi debent nomina omnium qui intereſſe debeant.*
44 *In ſinodo epiſcopi mores clericorum corrigi debent.*
45 *In ſinodo ſummaria inquiſitio fieri debet de his, quæ notoria ſunt, & quomodo talis inquiſitio fieri debeat.*
In ſinodo de delictis dubijs inquirendum non eſt.
46 *In ſinodo inquiſitio generalis de malis fieri debet.*
Epiſcopus debet prouidere circa ea, quæ in ſua diœceſi reformatione indigent.
47 *In ſinodo epiſcopi reuerentia epiſcopo præſtari debet.*
48 *Obedientia eſt de lege iuriſdictionis.*
49 *Obedientia debenda epiſcopo in ſinodo remitti non poteſt.*
50 *Obedientia epiſcopo debita qui ſubditos præſcribi non poteſt actiuè, nec in totum.*
51 *Obedientia in tribus conſiſtit.*
52 *Reuerentia,& honorificentia quomodo inter ſe differant, & nume.53.*
Epiſcopatus eſt dignitas dignitatum.
54 *Obedientia, quæ conſiſtit in reuerentia per exemptos epiſcopo præſtatur.*
Obedientia propriè dicitur,quæ conſiſtit in mandatorum ſuſceptionem.
55 *Epiſcopus contra ſubditos agere poteſt, vt ei obedientiam præſtent.*
56 *Obedientiam præſtare volentes epiſcopo in primis ſtatuta in ſinodo epiſcopo ſeruare debent.*
57 *In ſinodo epiſcopi eligi debent teſtes ſinodales, qui inueſtigent ea quæ reformatione & correctione digna ſunt.*
58 *Idem ſit in ſinodo prouinciali.*
59 *Idem ſit in capitulis monachorum.*
60 *Teſtes ſinodales extra ſinodum conſtitui poſſunt.*
61 *Teſtes ſinodales varijs nominibus appellantur.*
62 *Teſtium ſinodalium officium per annum durat.*
63 *Teſtes ſinodales in principio ſui officij iurare debent, & qua forma iurare debeant.inf.nume.ſeq.*
65 *Teſtes ſinodales quam poteſtatem habeant.*
66 *Teſtes ſinodales neminem citare poſſunt.*
67 *Teſtibus ſinodalibus an credatur vt inf.nu.68.& 69.*
70 *Teſtes ſinodales ſubſcribere ſe non debent.*
71 *Teſtes ſinodales, ſi non probant, quod denunciant, pœna falſi puniri debent.*
72 *Teſtes ſinodales an poſſint officium ſuum exercere ſine licentia archidiaconi viſitantis.*
73 *Teſtes ſinodales quis alere debeat.*
74 *Cum teſtibus ſinodalibus concurrere debent archipresbyteri rurales, qui omnia mala ad epiſcopum referre debent.*
75 *In ſinodo epiſcopi,curam animarum habentes, de duobus rationem reddere debent, ſcilicet qualiter officium ſuſceptum dicantur, & qualiter baptizent.*
76 *In ſinodo epiſcopi ſinodaticum ſolui debet, quod etiam cathedraticum appellatur.*
Limita quinque modis, vt inf.nume.90.& 91.
77 *Sinodaticum, & cathedraticum quare ſic appellentur.*
78 *Epiſcopus exactiones nouas in ſinodo facere non debet,& nume.ſeq.*
80 *Pro ſinodatico quantum ſoluatur.*
81 *Solidorum appellatione de aureis intelligitur.*
82 *Solidi 72.olim libram faciebant.*
Ducati 86.hodie libram faciunt.
83 *Sinodaticum donatum non cenſetur per generalem exemptionem alicui factam.*
Sinodaticum ſoluitur in ſignum ſubiectionis in ſpiritualibus.
84 *Sinodaticum in ſpecie epiſcopus a ſe abdicare non poteſt.*
85 *Glo.vltima opin.tenenda eſt.*
Cathedraticum in generali donatione non venit.
86 *Cathedraticum ſoluere tenentur Abbates ratione Cappellarum epiſcopo ſubiectarum.*
87 *Cathedraticum præſcribi non poteſt.*
88 *Conſuetudo ſuper ſolutione cathedratici, & ſuper modo, & tempore ſoluendi valet.*
89 *Conſuetudo ſuper diminutione & augmento cathedratici valet.*
90 *Cathedraticum de qua moneta ſolui debeat.*
Cathedraticum mutatur, ſi pecunia mutetur.
Cathedraticum in ſignum ſpecialis priuilegij epiſcopis reſeruatur.
92 *Cathedraticum vt præſcribatur tempus immemorabile requiritur.*
93 *Tempus immemorabile vim priuilegij, & conſtituti habet.*
94 *Cathedraticum non ſoluere excuſantur ſubditi in locis, in quibus vſus non eſt ſoluendi tale cathedraticum.*
95 *Epiſcopus in ſinodo ſua clerum conſulere debet ſi eccleſiæ prædium ſine cauſa alienare velit.*
96 *In ſinodo epiſcopi futurum paſcha annunciari debet.*
97 *Paſcha vt die Dominica celebretur ex Angelica reuelatione inſtitutũ ſuit*
98 *Præſcriptio in ſinodo epiſcopo poteſt interrumpi per ſinodalem proclamationem,quando lis cum aduerſario conteſtari non poteſt.*
99 *Epiſcopus in ſuo ſinodo inquirere debet,ne hæreſis diœceſim inficiat.*
100 *Sinodus epiſcopi quo tempore celebrari,& qua forma fieri debeat.*
101 *Epiſcopus in cauſa hæreſis iudex ordinarius eſt.*
102 *Epiſcopus hæreticos proprijs expenſis proſequi debet.*
Epiſcopus de quibus hæreſibus cognoſcere non poſſit.
103 *Epiſcopus in ſua ſinodo ſtatuta condere poteſt.*
104 *Statuta facere iuriſdictionis eſt, vide inf. nu.107.*
105 *Epiſcopus in ſua diœceſi iuriſdictionem, & merum imperium habet, & numeris ſequentibus.*

108 *Sta-*

108 Statuta epiſcopi largè, & impropriè conſtitutiones dici poſſunt.
109 Statuta epiſcopi largo modo canones dicuntur.
Canonis appellatione venit omnis conſtitutio eccleſiaſtica.
110 Statuta epiſcopi reformationes dici poſſunt.
111 Epiſcopus ſtatuta extra ſinodum etiam facere poteſt.
112 Epiſcopus ſtatuta facere poteſt, etiam ſine cauſæ cognitione contentioſa, & extra territorium, & die feriata.
113 Epiſcopus ſine citatione ſtatuta facere poteſt.
114 Electus & confirmatus in epiſcopum ſtatuta facere poteſt.
115 Epiſcopus putatiuus ſtatuta facere poteſt, & valent donet remoueantur.
116 Indulgentiæ conceſſç a prælato putatiuo valent ad ſalutem.
81 † Sextodecimo infero non ualere ſtatutũ epiſcopi diſponẽs
reſtitutionem uſurarum & male ablatorum incertorum uel
xertorum per alium diſpenſari non poſſe quam per ſeipſum,
ratio eſt, qa de iure talia poſſunt diſpẽſari per hõtes, nec eſt ne-
ceſſe recurri ad epiſcopũ, niſi in caſu negligẽtię, ut not. Arch.ĩ
c.fi.de teſta.ĩ 6.de quo uide ibi doc.& in c.cũ ſit.de iudeis. lo. 2.
ubi.d.Fel.col.2.& 3.referr duas opi.& tandem tres concluſio-
nes, quas non refero ne excedam metas, hanc illationem po-
nit Cal.conſi.5.inci.An ualeat ſtatutum epiſcopi, ſub ti.de cõ-
ſti. Gabriel biel in 4.ſen.diſt.15.q.2.dub.4.poſt Ang.de claua.in
uerbo reſtitutio.2.§.14. Et idem Calde.conſi.13.incip.ſi epiſco-
pus ſub rub.de uſur. Contrariũ huius illationis uult Fed. de ſe-
nis.conſilio 32.quem alleg. Ana.in d.capitu.cum ſit.colum.4.

ſed non reperio.& Bald.in l.nulli.col.2.verſ.iuxta hoc quero.C.
de epiſ.& cle.Car.Zaba in cle.2.§.ad hoc.in 10.q.de peni.& re-
mi. Quid tenendum? Fel.in d.c.cum ſit.col.fin.in fin. ſic diſtin-
guit.aut epiſcopus per ſtatutum reſeruat ſibi ex toto diſpenſa-
tionem talium, & procedat prima opi.Cal.ꝙ tale ſtatutum nõ
valeat, aut epiſcopus vult adiungi ęquali poteſtate, & procedat
ſecunda opi.tenentium valere ſtatutum. Imo verò in clement.
dudum.de ſepul.col.11. dicit epiſcopum ſibi poſſe reſeruare ab-
ſolutionem, ſed non reſtitutionem, ſed nihilominus tene di-
ſtinctionem Fel.
82 † Decimoſeptimò infero nõ valere ſtatutum epiſcopi quòd
vſurarius non poſſit conueniri poſt decem annos, quia eſt cõ-
tra ius & in præiudicium animarum. Ita Bald.in prohę. Grægo.
quem refert & ſequitur Barb.in cle.ne Rom.col.10.de electio.
Decimooctauò infero non valere ſtatutum epiſcopi diſpo-
nens ꝙ per vnũ teſtem de veritate, & tres de fama, vel quatuor
ſingulares, vel per confeſſionem factam extra iudicium corã
quocunque presbytero, poſſit quis conuinci de crimine vſura-
rum, quia hoc ſtatutum eſt contra ius canonicum authore Fe-
de.de ſenis, conſi.17.incip. nunquid conſtitutio.col.4.verſ.ſolu-
tio.& per totum conſilium, quem ſequitur Pet.de Ancha.in re-
pe.c.1.in 12.q 1.col.4.rer.domi.Fed.de conſti.Bal.in l.oẽs popu-
li.col.3.vbi Baptiſta de S.Seue.col.28.verſ.ſed altius.ff.de iuſti.&
iure.Gemi.in c.quanquàm.col.6.de vſur.in 6.poſt Pet.de Anc.
vbi Philip.Fran.col.3.verſ.& ex his infertur.in prin. illius c.Lã-
fran.in cle.diſpendioſam.col.fin.de iud. Pet.Rauennas in com-
pen.iur.c.tit.de vſur.col.14.vbi limitat quando fieret ex magna
cauſa, puta quia in diœceſi frequẽtantur vſurę. Collectarius in
c.cum omnes.col.2.de conſti.Fely.in c.1.col.2. verſ. & pro iſta.
de reſcri.& idem Fely.in c.2.col.3.verſ.2.concluſio de proba.&
in d.c.quod ſuper his.col.2.Pan.in c.cum in diœceſi.in fin. ver-
bis vbi dicit eſſe communẽ opi.& idem ibi repetit allegãdo cõ-
cordãtias Io.de Ana.de vſu.Iaſ in l.admonendi.col.77.nu.159.
ff.de iuſti.& iure. Quibus adde Barba.in cle.ne Roma.in princ.
col.9.verſ.& ex iſtis, de ele.iam totiens alle.vbi ponit diſtinctio-
nem.poſt Bal.in c.cum omnes.de conſti.col.8.& 9. dicens, aut
loquimur de ꝓbanda qualitate certi & determinati contractus.
puta emptionis factæ cum Titio, & procedat illatio quam nũc
feci. Aut agitur de probanda qualitate perſonæ in genere, puta
ꝙ talis fuerit vſurarius manifeſtus ad impugnandum teſtamẽ-
tum ſuũ, quia omnis ſpecies eſt eiuſdem qualitatis & conditio
nis, & ſufficit probatio generalis, ſicut ad probandum quẽ eſſe
furem manifeſtum, tandem ibi dicit hoc ita demum eſſe verũ
ſi longis temporib. in aliquo loco ſtatutum epiſcopi eſſet pra-
cticatum, de quo etiam vide Bal.cõſi.406 incip.in cauſa.1.par-
te ego non recederem a communi opin.vide quæ dicam infra
in conclu.17.in illatione.13.
83 † Decimonono infero non valere ſtatutum epiſcopi per qđ
diſponit valere teſtamentum vſurarii, nõ pſtita cautione, iuxta
c.quanquàm.de vſur, ita Bald.in l.executorem. col.2.verſ.dubi-
tatur.C.de executi.rei iudi. Refert & ſequitur Io.de Ana.in d.c.
cum in diœceſi.col.4.verſ.quarto probat.& in c.quia in omni-
bus.col.17.verſ.an forma.de vſur. Ange.de Peruſio, in diſputa-
tione incip.aſtenſis miles.q 6.Car.Zab.conſi.81.incip. an vſura-
rius.col.2.verſi. item epiſcopus.
84 † Vigeſimò infero non valere ſtatutum epiſcopi per qđ de-
clarat quem eſſe vſurarium manifeſtum aliter quàm ius diſpo-
nat, & not.in d.c.quanquàm.ita Bald.conſi.264. incip. plura pũ-
cta.2.parte.& idem Bal.conſi.31.incip.quidam Thomas. in fi.
eadem parte.& conſi.276.incip.vtilitas eſt.4.parte. Baptiſta de
Sancto Seueri.in l.omnes populi.col.29.verſ.fuit etiam Bono-
niæ conſultum.ff.de iuſti.& iure. Cõtrarium in terminis tenet.
Cald.conſi.15.inci.qualiter ſumatur tit.de vſur. Car.Zaba.in cle.
1.de ſepul.q.19. Mouentur ibi quia licet ius ſtatuat certos mo-
dos probandi vſurarum manifeſtum vt in d.c.quanquàm.non
tamen ius reſtringit illos caſus in tantum vt aliter nõ poſſit ꝓ-
bari vel ſtatui. Quid tenendum, primam opin.tenet Io.de Ana.
in c.cum in diœceſi.col.4.poſt Sal.in conſi.inci.in nomine ſal-
uatoris. Idq; quatuor rationib. Primo ratione impoſſibilitatis,
quia ſtatutum videtur continere impoſſibile, vt is ſit vſurarius
manifeſtus qui non eſt, & videtur mutare id quod eſt impoſſi-
bile per eum mutari. Secundo quia tale ſtatutum facit inteſtabi
lem contra.l.1.C.de ſacroſan.eccle. Tertio quia epiſcopus non
ſtatuit contra ius. Quarto quia inter manifeſtum & non mani-
feſtum eſt longa differentia. Non obſtat fundamentum Calde.
quia epiſcopus non poteſt aliter ſtatuere quàm ſtatutum fuerit,
in d.c.quanquàm.rationibus quas nunc adduxi poſt Sal & quia
ex quo declaratur quem eſſe vſurarium eſt pœnale, non debet
id promitti epiſcopo aliter poſſe declarare quàm ius determi-
net.argu.regulæ in pœnis de reg.iur.in 6.& regulæ odia.eod.tit.
85 † Vigeſimoprimò quæro non valere ſtatutũ epiſcopi ꝙ cõ-
tractus factus per aliquem de familia vſurarii præſumatur vſu-
rarius, quia eſt contra ius cum peccata ſuos debent tenere au-
thores.c.2.de his quæ fiunt a maio.parte c.ita Ang.in d.diſputa.
incip.aſtenſis refert & ſequitur Philip.Fran.in d.c. quanquàm.
in

87 in ptin.col 3.de vſu.in 6. † Vigeſimoſecundò infero non valere ſtatutum epiſcopi per quod promittit valere locationem rerum eccleſiæ ad non modicum tempus, quia eſt contra cle.j.in fin.de rebus eccle.non alienan. vbi Laudu.ita notat, quem ſequitur ibi Zaba.§ ſi quæit.6.

88 Vigeſimotertiò infero non valere ſtatutū epiſcopi ꝙ qs poſſit habere duo beneficia in eadem eccleſia in beneficijs vniformibus, quia eſt contra.c.1.de conſue.in 6.vbi ita notant Gemi. & Philip.Fran.col.2.ſecus ſi epiſcopus faceret ſtatutum ꝙ quis poſſit ī eadem eccleſia eſſe duplex, vel triplex in beneficijs, difformibus, vt ibi dicunt.

89 † Vigeſimoquartò infero non valere ſtatutum epiſcopi, per quod adminiſtratores eccleſiarum prohibentur facere conditionem eccleſiarum meliorem, cum de iure hoc liceat, vt probatur in c.2.de loca.prout ibi declarat Card.Zaba.ita Maria.Soci.conſ.272.incip.non proſequendo.col 4. verſ. confirmantur præmiſſa.libro 2.

Vigeſimoquintò infero non valere ſtatutum epiſcopi ꝙ excommunicato patre vxori & liberis interdicatur communio, quia eſt cōtra ius, vt patet in c.quoniam.11.q.3.Ita Collectarius in c quod in dubiis.col.2.de ſent.excom. Viſo ſuper quibus nō poſſit epiſcopus facere ſtatuta, nunc videamus ſuper quib. poſſit ſtatuere.

Nona concluſio.

90 Epiſcopus † poteſt facere ſtatuta contra leges ciuiles, authore Gemi.ī c.2.ante fi.de conſue. dicente hoc ſentire glo.pen.in c.j.in fi.de loca.ſequitur & refert Fely.in c.quod ſuper his.col.fi.de maio.& obe.Bald. tamen in l. omnes populi.col.3.ff.de iuſti.& iure.iam toties alleg.cōtrariū videtur velle, per id quod dicitur in auth.iuſiurādum ꝙ præſtatur ab his.in prin.quem refert & ſequitur Barb.in cle.ne Romani.col.7.verſ.item epiſcopi.de elect.Sed dic ꝙ tex.in d.auth. loquitur in adminiſtratoribus ſecularibus, & illa lex Imperatoris non ligat epiſcopos, vt no.in c.eccleſia Sanctæ Mariæ de conſti. ideo epiſcopus iurat tātummodo ſeruate canones.c.ego enim. de iureiurand.

91 † Limita cōcluſionem quando leges eſſent incorporatæ in canonibus & approbatæ per canones.tales.n.leges dicuntur ius canonicum.gloſ.in verbo tractatus.in c.j.de rebus eccle.non alienan. in 6.quæ habet multas ſocias quas refert Fely.in c.2.col.22.verſ.lex poſitiua.de reſcrip.& idem Felyn. cum cauſa.col.4. verſ ad illud.de re iudica.Card. Alexan.in Rub.decret. col.j.

92 †Ex hac concluſione ſic limitata infero valere ſtatutum epiſcopi ꝙ in ſua curia poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ vſque ad quatuor annos, ita Bald.in c.cū omnes.col. pen.

93 de conſti.Non tamē valeret ſtatutum epiſcopi ꝙ in curia † ſua clerici non poſſint opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quia eſt contra libertatem clericorum & contra naturalem rationem vel mentem contrahentium ſecundum Bald.in d.c cum omnes.col.fin.Vnde dicit Dominus Anto.de But.in c. fin.de ſolu.quem ibi ſequitur Imo.ꝙ lex ciuilis quæ volebat ꝙ

94 infra quinquennium poſſit † opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, licet hodie ſit limitata ꝙ infra biennium tantum poſſit opponi.l.in contractibus.C.de non num pec.tamen ex quo ſemel competit eccleſiæ, & eccleſiaſticæ perſonæ poteſtas opponendi exceptionem prædictam infra quinquennium ex diſpoſitione legis antiquæ ꝙ etiam hodie poterit opponere infra quinquennium,& non tenebitur probare, ſed creditor qa non potuit quinquennium ad biennium reduci in præiudicium eccleſiæ,& eccleſiaſticæ perſonæ.arg.not.per Io. And.in c.nouit. de iudic.hoc dictum refert & dicit menti tenendum Maria. Soci.conſi.241.circa primam difficultatem.colū.8.verſ.confirmo hoc,lib.2.de quo vide latè Fely.in c.ſi cautio. col.17.verſ.modo fallit primo.de fide inſtr.Iaſo.in l.cum quis.colū.6.verſ. ſed hic moneo.C.de iuris & facit ignorantia, qui Iaſ.male refert.Dom. Anto.hinc etiam dicit Bald.in d.l cum quis.col.pen.verſ.& iſta procedunt,& Ang.Are.in §.idem iuris.col.1.verſ.ꝙ autem dixi. inſti.de excep. de iure canonico curſum biēnij non tollere creditori neceſſitatem probandi pecuniam non fuiſſe numeratam poſt Dyn.& Inno.intellige tamen dictum Dom.Anton.præalleg.ꝙ non potuit tolli exceptio non numeratæ pecuniæ p Imperatorem, ſed epiſcopus bene poteſt reducere ad quatuor annos, vel minus tempus, ſed non omnino tollere.Circa hanc illationem vide quod ſcribit Bald.in l.ſi quis ex cautione.q.fin. quem ibi ſequitur Sal.q 5.C.de non nume. pecu.

Decima concluſio.

95 Epiſcopus poteſt † facere ſtatuta ſecundum ius canonicum,& illud innouare & declarare quando eſt dubium per ſuum ſtatutum.Ita Hoſt. Ioan. And.Zaba.& But.in c.fin.de offi.Archipresby.nihil allegant, ſed cōcluſio probatur in d c.quod ſuper his.de ma.& obe.a cōtrario ſenſu not.in c.j.de conſti.in 6.Et concluſionem ſequitur Bap.de S. Seueri.in d.l.omnes populi.col.27.verſi.ſucceſſiuè.ff.de iuſti.& iure.Alex.de Imo. conſi.106.incip.perſpectis.col.5.lib.2.

Exemplum quando innouat, vt ſi epiſcopus faceret ſtatutū de contentis in c.licet cano & in c.cum ex eo.de ele.in 6. & ſic de ſimilibus quod olim factum fuit in ſtatutis ſynodalib. Lugduni in quibus reperiuntur omnia c.6.loquentia de curatis.Idē ſi epiſcopus faceret ſtatutum quod ad probationem matrimonij verba requirantur, prout eſt tex.in c.tuæ.de ſponſa.& matri. vbi Cardi.alle.col.11.verſ.quæritur circa prædicta ponit & declarat quomodo debeat intelligi tale ſtatutū. Et epiſcopus tūc videtur confirmare ipſum ius cōmune, quia ſolet magis timeri quod ſpecialiter eſt ſtatutum.c.quanquàm.23. diſt. c.quia in cauſis.de procu.c.ſi aduerſus.de hære.Fit etiam hæc innouatio ne aliquis ex ignorātia iuris communis ſe ſatagat excuſare.cle.

96 j.in §.fin.de pœnis.Et operatur † tale ſtatutum ꝙ datur noua facultas agendi ex eo ſecundum Panor.in c.ex parte.Io 3.1 no1.& latius.col.2.de ver b.ſign.poſt Bar.in l.j.ff.ad l.falc.& idem Pan. no.in c.cauſam quę.col.fin.de reſcrip. vbi Phi. Dec.etiam.col.fi. allegat eundem Pano.in Rub.de regula.col.fi.& alios vt videt licet, vltra quem adde Dom.Iaſo.in l.ſi ita ſtipulatus.colum.1.ff. de obli.Operatur etiam ꝙ ſi allegetur tale ſtatutum epiſcopi in alieno foro, non eſt opus producere.Panor.in c.paſtoralib.col.2.de fide inſtr.vbi Fel.col.1.dicit eſſe notabile. Operatur etiam tale ſtatutum ꝙ ſi quis iurauerit ſeruare ſtatuta epiſcopi, ſi non ſeruat ſtatutum epiſcopi diſponens idem quod ius commune incurrit periurium.Bald.in l.receptitia.col.2.uer. ſed dubitatur. C de conſtitu.pecu.quod pro ſing.refert Roma.ſing.304.iudex iurat.Operatur etiam tale ſtatutum, quia ſi imponat eandem pœnam quam imponit ius canonicum contraueníenti, incurreret quidem pœna iuris canonici in effectu, ſed non quia contrauentum ſit iuri canonico ſed quia cōtrauentum eſt ſtatuto epiſcopi ſecundū Gemi In c.quāquàm.col.3.de vſur. In 6.ſubijciens rationem quia aliud incurrere pœnam iuris communis, aliud pœnam ſtatuti.c.2.de conſt.in 6.Sed Phil.Fran.in d.c.quāquàm.col.7.tenet contrarium quod magis placet, quia epiſcopus non poteſt tollere pœnam iuris canonici, vt dixi ſupra cōclu.5.vide quod dicam infra in 13.conclu.in fin.vbi late tractabo.Operatur etiam tale ſtatutum ꝙ ſi quis renuntiet iuri communi uel iuri ſimpliciter nō intelligitur renunciatum ſtatuto. Bal.in l.2.& in l.poſt tres.ff.ſi quis cau ſequitur Lanfran. in tracta.de interpreta.ſtat. col.1. Exemplum quādo epiſcopus declarat ius canonicum, vt in c.ex tuę.in verbo ſpoliari.& in c.qualiter.de cleri.non reſi.nam aliqua iura vidētur velle ꝙ fiat priuatio beneficij clerici nō reſidentis ipſo iure, vt in d.c. Aliqua verò iura videntur velle & fiat priuatio per ſent.c. inter quatuor. eodem titu.nam ſuper hoc dubio valet ſtatutū epiſcopi diſponens in alteram partem, ita Imo.in d.c.ex tuæ.col.6.in princ.de cle.non reſi.ſequitur Fel.in d.c.quod ſuper his.totiens alle.col. pen.ver.omnia iſta.Dom.Roch.de Curt.in c.fi.col.29.in 10.caſu.Et ibidē col.11.verſ.tertio limita.de conſuetu.Ioan.de Ana. in c.cum in diœceſi.col.fi.de vſur.Barb.in cle. ne Romani. col. 33.verſ.poſtea dum.de elec.facit quod dicit Ana.in c. fraternitatis.de hæret.vbi dicit epiſcopum diſpenſare vbi eſt conflictus

97 † opinionum eo modo poteſt epiſcopus per ſuum ſtatutū firmare certam opin.ſuper intellectum iuris dubij ſecūdum Ana. ibi.vt expreſsè dicit Fel.in d.c.quod ſuper his allegans text.iuncta expoſitione Ioan.And.in d.c.ex parte.3.quod eſt notandū attento conflictu opinionum, quem hodie inter doctores no-

98 ſtros videmus.Facit etiam † quia in materia peccati valet conſuetudo vbi ius eſt dubium ſecundum Panor.in c.cum venerabilis.de conſue.refert cum aliis locis, & ſequitur Do. Roch.d. verſ.tertio limita, quem vide, ſed ſtatutum & conſuetudo a pari iudicantur nec differunt niſi ſicut tacitum & expreſſum, vt not.Car.Alex.in c.omnes.col.j.diſt.in 1.ergo &c. facit etiam qa

99 inferiores † a Papa poſſunt diſtinguere ius Papæ.Alex.cōſi.106. perſpectis.col.5.verſ.ſeptimo probatur.lib.2 facit etiam qa vbi diuerſitas inter doctores an danda ſit abſolutio a iuramēto vel non, epiſcopus eſt iudex competens.Fel.poſt Panor.& alios in c.1.col.5.verſ.ſed aduerte. de iureiuran.

100 † Aduerte tamen ꝙ talis declaratio ſeu interpretatio quam facit epiſcopus per ſuum ſtatutum, ligat tātummodo ſubditos epiſcopi, nam interpretationem generalē quæ liget omnes homines ſolus Papa uel princeps poteſt facere.c.inter alia.de ſent. excom.l.fin.C.de leg.no.gl.in verbo interpretatus.in c.1.de poſtula.prælato.vbi Panor.col.5.Et Dominus meus Philip. Deci. col.8.in lectura.Valentina ſequitur & declarat, in qua materia vide etiam eundem.Dominus Deci.in capitu. cum veniſſent. columna 2.de iudiciis.

101 † Aduerte etiam ꝙ ſtatutum diſponens idem ꝙ ius commune nō debet dici ſtatutum authore Anch.in c.1.in 2.q.12.quæſt. principalis.de conſti.& Pau.de Caſt.in l.1.col.2. ff.ad l.falc. vbi Imo.col.4.dicit immo debere dici ſtatutum.argu.l.ſi creditori. iuncta.l.ſeq.ff.de leg. 2.dicens ita debere intelligi gl.in c.1.de cōſti.in 6.vbi Philip.Franc.colum.5.de quo vide Fel.in c.paſtoralis.col.j. de fide inſtrumen.

102 † Ex

102 †Ex his infero epiſcopum poſſe ſtatuere ꝙ non conſtitutus in ſacris non habeat vocem in cap.ſecundum glo in cle. vt hi, qui de ętate & quali.Gemi.in c.fi.§.vbi verò.col.3: de appel. in 6.Hoſt.Ioan.And.Zabar.Anto.de But.in c.fi.de offi.archi.iam toties alleg.Alex.conſi.106.perſpectis.col.5.lib.2.& tñ iſtud eſt diſpoſitum & determinatum a iure.vt in d.clem.vt hi qui.

103 †Circa hanc concluſionem aduerte,ꝙ ſi Papa reuocaret illud ius ſecundum ꝙ epiſcopus fecit ſtatutum prout poteſt. ca. propoſuit.de conceſſ. præben. cenſeretur reuocare ſtatutum epiſcopi. gl.in verbo facti.in c.1.de conſti.in 6. quam cõiter tenent ibi Doct.licet Ioan.de Ligna.ꝯrium tenuerit, de quo vide Aret.in §.ius ciuile.col.4.verſic.circa ſecundum.inſti.de iur.na.gen.& ciui.Alex.in l.1.col.4.verſi.extra glo.ff.ad l.falc. & latè Fely.in c.1.col.13.verſ.ſublato.de reſcri.vbi ponit 12.limitationes quæ hic aptè ponerentur,ſed quia nihil adderem,& omnes habent Felyn.breuitatis ſtudio omitto,& remitto cupientem ſaturari ad illic dicta.An aũt epiſcopus poſſit facere ſtatuta ſm leges ciuiles.ĩ.dicam in 7.ampliatione, conclu.13.

Vndecima concluſio.

104 Epiſcopus poteſt facere ſtatuta conformia †conſuetudini, licet conſuetudo ſit contra ius,quia tunc ex viribus conſuetudinis valębunt talia ſtatuta, Ita D. Anto.de Butr.in cap.cum dilectus. colum.10.verſicu.ex quo infertur, de conſuetu.Feder.de Senis.conſi.17.quæſtio talis,verſicu.ad octauum.Socin.conſi.145.circa primum. col.2. verſicu.confirmatur.volu.1.Et iſtud in effectu voluit Alex.conſi.106.proſpectis.col.5.verſi.nono probatur.vol.2. ſequitur D. Roch.de Curte.in c.fina.col.29.verſic.10.caſus.de conſuetud. Fely.in d.c.quod ſuper his.col.6.verſic.fallit octauo. de maio. & obed.D.meus Philip.Dec.in d.c.1.col.7. verſi.& iſta concluſio.de poſtul.præla.

Duodecima concluſio.

105 Epiſcopus poteſt facere ſtatuta contra conſuetudinem, ita Ioan. Andr. in regula †quod omnes.de reg.iur.in 6.in mercuriali.vbi dicit ꝙ ſi ſit conſuetudo in aliquo loco ꝙ abſentes percipiant tantum, quantum ꝓſentes poteſt epiſcopus cum cap.ſtatuere ꝙ abſentes nihil percipiant,dummodo Canonici tunc præſentes comprehendantur ſi ſe abſentent,ſequitur ibi Philip.Franc. Henri. Bohic in c. cum omnes.1.diſtinct.col.3.de conſti.Miluus in repertorio in verbo epiſcopus.§.33.Collectarius in c.audientiam,de cler.nõ reſiden.vbi Panor.colum.1.verſicu.ſed circa.fa.c.cum omnes, de conſti.vbi D.Philip.Dec.2.not.1.& 2.lectu.multa allegat.& Felyn.ante eum.colum.4.& idem Fely.in d.c.quod ſuper his. colum etiam 4.verſicu.fallit ſexto. Rochus loco proximè alleg verſi.ſextus caſus. Ratio huius concluſionis duplex aſſignatur. Prima quia in tollenda conſuetudine non fit contra legẽ ſuperioris. Secunda quia conſuetudo, vt plurimum eſt contra ius, vt in caſu præmiſſo. Et propterea ſtatutum contrarium conſuetudini quod reducit nos ad ius commune debet valere,has rationes latius Fely.& D.Rochus locis proximè allega.(vt videre licet) confirmant.

Amplia intantum veram concluſionem ꝙ epiſcopus ſolus requiſito conſilio capituli, licet non habito conſenſu poteſt per ſuum ſtatutum tollere, ſi valde enorme præiudicium patiatur eccleſia. argum.not.in c.2.de conſuetu.in 6.fa. quod dicam infra in 4.limita.11.concluſionis, ita Panor. in conſil.77. epiſcopus Lucanus.1.parte.ſequitur Fely.in d.cap.cum omnes. col.4.de conſtitu.

Decimatertia concluſio.

106 Epiſcopus poteſt facere ſtatuendo †adiuuare ius commune,ſcilicet apponendo pœnam vbi ius non apponit,vel aggrauando pęnam a iure impoſitam c.innotuit.vbi D.Anto.& Panor.in not.de eo qui fur. ord. ſuſcep.cap.2.§.ſtatuto.de conſti.in 6. not.gloſſ. in verbo tolli. in clem.ne Romani.de elect.quam omnes ibi ſequuntur.Et Pan. in c.cum conſuetudinis.colum.2.de conſuet.& in c.cum dilectus.colum.4.eodem titu.vbi additio plura allegat loca. Et in cap.fi.colum.2.de offi.lega.& in c.licet.col.2.de offi.ordi. & in cap.fi col.3.de vita & honeſt. cleri. in c.ex frequentius.4.not. de inſtit.in c.a nobis.lo 1.in 1.nota.vbi bonus text.de ſenten.excommunica.Hoſtien.Ioan.And.Zaba.& Butrius in d.cap.fi.de offi.Archipreſ.Ancha.in c.1.in 4.membro 11.q.de conſti.in repe.& idem Anch.conſi.425.incip.viſo & diligenter.col.fi.Bal. in rubr.de conſtit.col.2.vbi dicit hoc ideo eſſe quia epiſcopus habet merum imperium,vt ſupra dixi,& idem Bal.in l.omnes populi.col.4.ff.de iuſti.& iure.Card.zaba.in clem.fin.§.ꝙ ſi forte.3.nota.de pœnis.Roma.conſi.428.incip.in terminis. col.2. Fely.in c.quod ſuper his.colum.5.verſicu.fallit 7.vbi plura allegat.de maio.& obed.Bal.in l.programmata.colum.1. C.comi. vel epiſtol.Imol.in c.ex tuæ.de cler.non reſiden. Hoſtien.in c. ex parte.lo 3.de verbo.ſign. Pau.de Caſt.in l.non eſt nouum.ff. de legi.vbi dicit talia ſtatuta pœnalia non tollere ius commune.Gemi.& Card.Alex.in ſumma.18.diſt.col.1.& 2. & in c.mãcipia.in prin.54.diſt.Io.Fabri in §.ſed quod principi.inſti.de iure natu gent.& ciuili.& Ange.Areti.in §.ius ciuile.colum.3.ea. rubr. Alexand.conſil.55.incip.proſpectis.colum.14.volum.4. dominus Rochus de Curte in cap.fi.colum.39.verſic.octauus caſus.de conſuetud.ratio huius concluſionis eſt, quia pœnam apponere ſtatutis dependet a iuriſdictione. Panor.in c.quæ in eccleſiarum.colum.2.verſic.tertio vero caſu.de conſti.vbi dominus meus Philip.Dec.colum.4.verſi.2.concluſio. allegat in multos idem tenentes.Fely.in c.irrefragabili.§.cęterum.col.2. verſi.limita tertio.de ordi.ſed epiſcopus habet iuriſdictionem, immo merum & mixtum imperium, vt ſupra dixi, ergo poteſt adijcere pœnam. Bene facit quia etiam inferiores prælati ab epiſcopo vt prælati religioſorum poſſunt addere pœnas ad ius commune ſtatuendo,vt eſt text.in clem.cupientes.§.quòd ſi forte.de pœnis,vt ibi intelligit Paul.de Leazar. quem ibi.3. no.ſequitur Card.zaba.& Gemi.in dicta ſumma.18. diſt.in col. pen.vbi Cardi.Alexandri.col.fi.Et nota bonum eſſe ꝙ epiſcopus imponat & addat pœnas ad ius commune, quia iura parũ proficiunt ſine pęnarum adiectionibus, vt no.glo.1. in clem.1. de æta.& qualita.& dicit Collec.in c.irrefragabili.in fi.de offic. ordi.non ſufficit epiſcopum ſtatuere niſi puniat.

107 †Amplia primo ꝙ epiſcopus nedum põt addere pœnam iuri canonico,ſed etiam iuri diuino modo prædicto d.c.a nobis. lo 1.de ſen.excom.d.c.2.§.ſtatuto.de conſtit.in 6. de quo vide quod ſupra dixi in 1.concluſio.huius materiæ ſtatutariæ.

108 †Amplia ſecundo ꝙ epiſcopus poteſt addere pœnas ſpũales pœnis tpalib.in delictis iam temporaliter punitis per ius canonicum,ſm Bal.in l.ſi quis ſeruo.col.fi.C.de fur.exempla ponunt ĩ.in illationib.debent tñ pęnę hę ſolum imponi pro futuris culpis.zaba.in clem.1.in prin.q.32.de priuileg.

109 †Amplia tertio ꝙ ẽps põt in ſuo ſtatuto apponere pœnas excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti abſq; præmittẽdo trinam monitionem,licet regulariter requiratur trina monitio.c.ſacro.de ſen.excom.ita Henr.Bohic in d.c.ſacro. col.1. Maria.Soc.conſi.174.inci.pro facto.in fi.lib.2.poſt Fed.c.conſi.
110 108.inci.qõ magis,hinc eſt ꝙ ẽps põt facere †ſtatuta latæ ſñiæ. glo.fi.in c.nullus.3.q.4.& glo.in verbo ꝓ futuris in c.Romana. §.caueant.de ſen.excõm.in 6.vbi Gemi.& Phil.Fran.ver.7.differentia.Io.An in c.quod tranſlationẽ.col.1 in Nouel.de offi. lega.vbi Pan.idem notat col.fi.Et Alber.in dictionario.in verbo epiſcopus,ſumma confeſſo.lib.3.tit.27.q.7.ſumma Bertolina.in verbo epiſcopus.qõ.12.Et ſimiliter legatus poteſt facere ſtatuta latæ ſñiæ.Imol.in c fi.col.1.de offi.lega.

111 †Subamplia adeo eſſe veram ampliationem ꝙ tales cenſuræ æquiparantur cenſuris latis a canonibus vniuerſalibus.Vnde ſicuti religioſi non abſoluunt a cenſuris iuris, niſi in caſib. permiſſis,ita nec a cenſuris per ſtatuta ſynodalia.cle.1.in prin. de priuileg.Et ſi ꝯriũ faciunt ſunt excõicati ipſo iure, nec poſſunt abſolui per ſedem apoſtolicam,poſſuntq; denunciari excõicati per locorum ordinarios, vt ibi dicitur, & ibi eſt caſus ſpecialis in quo ordinarius exercet iuriſdictionem contra religioſos exemptos,quem iam practicaui & exercui bis, quãuis per religioſos reclamaretur.

112 †Ex hoc infero ꝙ ſicut abſolutio ad cautelam non habet locum in cenſuris latis per canones,vt notatur in c.ſolet.de ſen. excommuni.in 6.ita nec in cenſuris ſtatutorũ ſynodaliũ, ita Bonifacius de Vitalinis in d.cle.1.col.5.verſ.nota ꝙ ſententia.

113 †Circa tamen hanc pęnam cenſurarum, optarem vt raro vterentur epiſcopi, quia ex frequentia ducuntur in contemptum authore Pan.in c clericos.2.no.de coha.cleri. & mulier. & vtinam non eſſent in iure,& in ſtatutis epiſcoporum tot cẽſuræ latæ ſententiæ, quarum notitiam in promptu etiam docti & experti in iure non habent,& ideo potius ſunt in laqueũ chriſtianis q̃ in vtilitatem,ꝑꝑ ea optarem eas mitigari & loco multarum ex ipſis alias pœnas imponi temporales,quia multi earum occaſione damnantur.Gerſon autem in lib.de vita ſpirituali animæ lectione 4. col.14. corrol.5. optat tales cenſuras penitus tolli, & idem Gerſon in 2.parte.in tracta.circa irregularitatem in quodam caſu ibi inſerto, Incip.quidam ſcholaris. colum.2.tales cenſuras poſt Scotum reprehendit,quia ſunt in laqueum animarum.

114 †Amplia quarto ꝙ vbi canon imponit pœnam per ſñiam ẽps põt imponere pœnam ipſo iure,authore Barba.in clemẽ.ne Romani.col.32.verſi.glo.in verbo tollit.de electio. allegat in argu.d.c 2.§.ſtatuto.de conſt.in 6.vbi Gemi no.7.de quo tamẽ præfatus Barbatia loco proximè alleg.eadem col.verſ.ſed dubito.Subdubitat ꝑꝑ dictum Bald.in l.programma. C.comi. vel epiſtolas,& alia q̃ allegat,tandem ibi.col.33. verſi.ſi autem eſſet dubiũ dicit ampliationẽ verã qñ eẽt dubiũ de intellectu iuris.fa.ea q̃ dixi ſupra in x.ꝯcluſione huius arti.1.

115 † Amplia quinto adeo eſſe veram concluſionem, ꝙ a pęna impoſita per ſtatutum epiſcopi non eſt licitum appellare, ſm Bal. in l. vnica. col. 3. verſi. reſtat. C. ne ex delicto defunc & idem notat Fel. Sandeus in c. cum omnes. col. 2. de conſtitutio. Ratio
116 eſt quia † a pęna legis vel conſtitutionis non appellatur. c. ꝗa nos. de appel. l. ſi qua pęna. ff. de verb. ſigni. & not glo. in verbo priuatos. in c. cupientes. §. inſuper. de electio. in 6. vbi Gemi. & Phil. Franc. & latæ moræ ſuo tradit Feli. in c. Rodulphus. col. pe nul. verſi. appellari. de reſcri. & idem Fely. in c. qualiter & quando el 1. col. 16. de accuſa. Car. Zaba. in cle. 1. §. ſi quis. q. 11. de ſequeſtra. poſſeſſio. & fructuum. Hippolytus in l. 1. nu. 139. C. de raptu virgi.
117 † Limita hanc ampliationem non procedere nec eſſe verā quando appellaretur a declaratione pęnę ſtatuti epiſcopi incurſæ, facta per iudicem, quia hoc caſu poteſt eſſe licitum appellare. Ratio eſt, quia talis appellans forſitan non fuit ligatus pęna ſtatuti epiſcopi, in multis enim caſibus contrauenientibus ſtatutis epiſcopi non ligantur, quos ponam infra in ſecundo articulo in limitationibus primæ regulæ. 112 no. Panor. in c. peruenit. lo 1. col. 2. de appel. vbi D. meus Phi. Deci. etiā col. 2. & notatur in locis in ampliatione alleg. ſi. quia appellari poteſt a ſententia declaratoria incurſæ excommunicationis. Fel.
118 d. c. Rodulphus. col. pen. ver. & appellari. de reſcri. † Amplia ſexto vt epiſcopus ſtatuto ſuo poſſit propter delictum imponere pęnam perpetuo inhabilitantem ad beneficium eccleſiaſticū gl. inhabilis. in cle. 2. de vita & honeſta cleri. vbi dominus Car. Zaba. q. 1. & Pano. in apparatu. Ancha. in repe. c. poſtulaſti. col. 11. ver. & ex iſta opi. de foro compe. vbi loquitur de ſtatuto epiſcopi inhabilitante ad beneficia clericum conuictum de adul
119 terio. † Amplia ſeptimo ꝙ epiſcopus poteſt imponere per ſtatutum ſuum eaſdem pęnas clericis, quas leges imponunt laicis tale delictum committentibus, vel etiam principum vel populorum ſtatuta, dummodo tales pęnę, vel talia ſtatuta nō ſint contra ius canonicum. Ancha. conſi. 18 in q. col. 1. & col. fi. Gemi. in c. ſynodum. §. neq; vllam. vbi Card. Alex. in fi. per illū tex. 17. diſt. facit tex. in c. dignum. 3. q. 9 gl. & quod. ibi notat Arch. in c. quia iuxta. 5. q. 6. & vtrobique ita expreſsè ſcribit Card. Alex. & Car. de turre cremat. in d. c. dignum. per illum tex. Fely. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. q. 16. in fi. col. 46. ver. ex hoc nota. de conſtitu. hinc dicit Bal. in repetitio. l. 1. C. de ſumma trinita. quē ibi refert Baptiſt. de ſancto Seueri. col. 63. ver. tu circa epiſcopū poſſe ex officio ſuo & identitate punire clericos pęna qua laici puniuntur per ſtatutum ſuum, facit quod dicit Panor. in c. de
120 cauſis. in fi. de offi. deleg. † Amplia octauo vt etiam epiſcopus poſſit apponere pęnam pecuniariam ſtatuto ſuo vltra pęnam iuris, & valebit tale ſtatutum, dummodo non procedat ex radice cupiditatis, ſecundum Hoſtien. in ſumma. titu. de offi. ordi. §. quid pertinet. colum. 2. verſicu. non tamen, vbi dicit tale ſtatutum non videri rationabile, quia præſtat audaciam delinquendi. argu. c. pauper. 11. q. 3. & multa ad hoc allegat idem Hoſti. in ſumm. titu. de conſuetu. §. qualiter. verſicu. quid de conſuetudine. ſed ampliationem ſimpliciter tenet Panor. in capit. licet. colum. 1. in fi. verſicu. ſecundo caſu. de pœnis, & in capitu. de cauſis. colum. 2. de offic. deleg. Per not. in d. c. fi. de offi. archipresbi. & Gemi. etiam tenet in c. quoniam. 18. diſtinct quem ibi. colum. 3. verſicu. vos latius ſequitur Cardi. Alexand. Ad-
121 uerte † tamen tale ſtatutum debere intelligi de pecunia tempore ſolutionis, & tempore quo oritur obligatio currente, niſi aliter diſtineritur per ſtatutum. Bald. in l. illud. colum. penu. verſicu. vltimo quæro. C. de ſacroſanctis eccleſi. Alexan. conſi. 36. viſis his. in prin. lib. 5.
122 † Subamplia primo hoc intantum verum eſſe ꝙ competit epiſcopo actio ad exigendum huiuſmodi pęnam pecuniariā, ſecundum Archi. in c. ſi vos. 23. q. 5. Cardi. Alexan. in d. ca. quoniam. col. 3. Fely. in c. irrefragabili. § cęterum. col. 1. verſi. adde etiam. de offi. ordina.
123 Subamplia ſecundo ꝙ epiſcopus † poteſt talem pęnam pecuniariam ſibi retinere, & in ſuos vſus conuertere. autore Hoſtien. in ſumma. tit. de offi. ordina. §. ſi quis pertinet. col. 3. verſi. non tamen debet. Pano. in d. c. licet. in fi. Car. Alex. poſt Archi. in d. c. quoniam. Fely. in d. §. cęterū. col. 2. ver. 2. concluſio. alias ſi imponeretur pęna pecuniaria non per ſtatutum ſed per ſen-
124 tentiam debet eam † epiſcopus conuertere in pium vſum, ſi alias commodè poſſit viuere, ſm doct. in locis proximè alleg. & Henri. Bohic in c. presbyteri. 2. diſtin. de pęnis, dicentem ita debere intelligi. c. cum dilectus. de offi. ordi. Fel. in d. §. cęterū. col. 3. ver. tertia concluſio dicentē. poſt Hoſt. honeſtius eſſe ꝓ euitanda ſuſpitione cupiditatis ꝙ deputet in piū vſum, & plures allegat auctoritates ſubijciens prælatos hoc malè ſeruare, propterea præſumptio eſt ꝙ quæſtus cauſa imponant tales pęnas pecuniarias. teſte Henri. Bohic in d. c. irrefragabili. 2. diſtinctione bi pulchra dicta ꝯ prælatos allegat, dicens tamen ad inferiores non pertinere iudicare de epiſcopis, vtrum ſ. bene operentur vel non, & ſi quæras quæ ſit ratio differentiæ inter ſtatutum & ſententiam. Reſpondet Fely. vbi ſupra epiſcopum ideo honeſtius retinere pœnam ſtatuti quàm ſententiam, ꝗa ſtatutum punit non ipſe epiſcopus, ideo videtur ceſſare ſuſpitio cupiditatis, ſed in ſententia ipſemet immediatè punit.
125 † Ex quo videtur inferendum ꝙ epiſcopus iuſtè retinet ſibi pecuniam in quam officialis ſuus condemnauit ſubditum, ꝗa ipſe immediatè non punit. Sed contra qui facit per alium, per ſeipſum facere videtur. Regula qui facit, de regu. iur. in 6. & cōtra fa. c. 2. de conſue. in 6. Et certè honeſtius eſt ꝙ huiuſmodi pecuniam epiſcopus eroget in pauperes, & vt ad hoc inuitet, ego conſulo fratribus meis officialibus, ꝙ in ſententia cōdemnationum pecuniarum ſemper addant hanc clauſulam, ſcilicet conuertendam in eleemoſinam reuerendiſſimi Domini epiſcopi vel alium pium vſum. Et ſi habeas peſſimum epiſcopum, qui nullas faciat eleemoſinas & conuertat redditus epiſcopatus in malos vſus, prout apud quoſdam fieri malo exemplo chriſtianorum videmus, fortè tutius eſt omittere illam clauſulam, ne ep̄m tuum exponas periculo, quia non cōuertet hmōi pecuniam in tales vſus. Puto tñ ꝙ ſi ep̄s ſit pauper & eui denter indigens, ꝙ poſſit ſibi retinere licet appoſita fuerit in ſententia d. clauſula, quia ordinata charitas incipit a ſeipſo. c. niſi. de autho. & vſu pallij. & quia obligatus ad faciēdum elee-
126 moſinam † nomine alterius poteſt ſibi facere eleemoſinam ſi eſt in neceſſitate euidēti, vt not. Gemi. in d. c. qm̄. col. fi. 18. diſt. vbi Car. Alex. col. pen. Fely. in d. §. cęterum. col. 3. verſi. limita duplici ter poſt multos quos allegat.

Hic multa dici poſſent de his condemnationibus pecuniarijs, quib. proh dolor frequēter abutimur, ſed quia vagarer extra propoſitum ꝯ morem meum, quia hic intendo tātummō tractare de pœnis pecuniarijs ſtatutorum ep̄i, ſufficiat remiſſio. vide igitur Doctor. in d. §. cęterum. vbi Fel. col. 3. ꝯcluſione 3. multa dicit, & Doctor. ibi, & in d. c. dilectus. de offic. ordi. & in d. c. presbyteri. & in d. c. licet. de pęnis. Roma. ſingula. 433. in ci. ſed poſito vbi additio. Aufrerium in clem. 1. de offi. ordi. in 7. q. princ. Gemi. & Car. Alex. in d. c. qm̄. 18. diſt. Bartho. Chaſſa. in
127 cōſuetudid. Burgūd. fol. 49. in ꝗbus locis cēt videbis an † iudex eccleſiaſticus poſſit imponere pœnam pecuniariam, & cōis opinio eſt quòd ſic, quod latius non examino, tanquam extraneum.
128 † Limita dictam ſextam ampliationem, quando epiſcopus paſſim & pro quolibet delicto vellet imponere per ſtatutum ſuum pœnam pecuniariam, quia non pōt: eſſet enim incitare ad delinquendum, ſm Hoſti. in ſumma. tit. de cōſuetu. §. qualiter. verſi. & ſi oēs, ſequitur Fely. in d. §. cęterum. col. 2. verſic. limita hanc concluſionem. & Card. Alex. in d. c. quoniam. col. 3. diſt. 18. in quo peccant plures officiarij epiſcoporum, quibus commiſſum eſt negotium faciēdorum ſtatutorum, & in quolibet ſtatuto, vt forſi tan complaceant ſuis epiſcopis apponunt pœnam pecuniariam, parum cōſiderantes, ꝙ etiam ipſis mortuis fortè huiuſmodi bene durabunt neſcio an maiore periculo animarum epiſcoporum & ipſorum officiariorum, quàm afflictione ſubditorum. fateor equidem eſſe melius aliquando apponere ſtatutis epiſcoporum pęnam pecuniariam, ꝗ excommunicationem vel vnam aliarum cenſurarum, quæ ſpernuntur hodie ob frequentiam, & tamen tales effectus producunt, qui poſſunt mittere animas ad inferos, ſed optarem ꝙ illa pœna pecuniaria raro imponeretur, & tunc adderetur clauſula illa conuertenda in eleemoſinam, vel pium vſum, vel ſi eſſent ſtatuta contra clericos, quòd priuarentur certa portione ſuorum redditum ad tempus, vel incarcerarentur ad tempus, aut ad ieiunium cogerentur. ſi verò eſſent laici prohiberentur ingredi eccleſiam ad tempus, vel alia pęna pęnitentiali imponeretur eiſdem, & omitteretur pœna pecuniaria, quia pecunia quocunque colore recipiatur, raro bene diſpenſatur, quoniam neſcio quo ſtulto & eludenti ſui amore, cęcos nos reddit, & incitat vt ſe potius expēdamus in illicitos, quàm licitos vſus, quod apertè conſtat, quia pluris æſtimamus vnū aureum in pauperes erogatum, quàm centum in ludo, aliove illicito vſu conſumptos. ſed ſi iſta dicas illis epiſcopis, qui nō epiſcopatum deſiderant, quod eſt bonum opus, teſte Paul. 1. epiſtola ad Timo. cap. 3. ſed deſiderant amplos redditus epiſcopatus, non eris gratus, quia tales non ſunt epiſcopi, id eſt ſuperintendentes ſaluti animarum, vel ſpeculatores gregis capiendę a dęmone meridiano, ſed ſunt verius appetitores magnorum redditum, & pluris faciunt ipſos redditus, quàm animas quibus præſunt & ꝓ quibus dominus Ieſus Chriſtus mori dignatus eſt. & quot ſint tales nunc in mundo his noſtris infęlicibus temporibus, non eſt meum enumerare, multi iam & ſcriptis, & verbis in huiuſmodi clamarunt, parum tamen adhuc correctum eſt, quin in deterius fortè itur, cauſas exprimere apertius non eſt opus, quia palam ſunt, Deus ſua benignitate ad aliquantum & ſaltem vmbratilem primitiuę eccleſiæ ſtatutū miniſtros eiſdē reducere dignetur, in quo ſtatu non erat qō de tot pęnis pecuniarijs. O tempora illa fęlicia, & verè aurea, ſed ex quo ſubolim' fętidū pecunię lucrū, ut vtar verbis Iuuenalis: Prima peregrinos, obſcęna pecunia mores.

res. intulit aurum noſtrum quoq; & argentum verſum eſt in
ſcoriam.doleo certe,quum audio laicos obmurmurare ꝯ epi
ſcopos exigentes pœnas pecuniarias, & eas in proprium com
modum transferentes,dicentes ꝙ propter auaritiam fuerunt
facta talia ſtatuta habentia pœnas pecuniarias,propterea opta
rem ꝙ ſaltem epiſcopi ſingulis annis facerent eleemoſinam
publicā de talib.pœnis,vel ſi charitas nō vrgeret,ad eleemoſinā
faciēdam,ædificari facerent aliquod pium opus in vtilitatem
publicam de huiuſmodi pecunijs.& palam nuntiarent id fieri
ex pœnis pecuniarijs ſtatutorum & ſententiarum,quod etiam
optat Gerſon in 2.parte in ſermone habito,in Concilio Remē
ſi,incip.bonus Paſtor. 2.partitione prouiſione 4.& in tracta.de
viſitatione prælatorum.c.fin.verſ.item de applicatione. nec ꝓ
excuſatione allegent epiſcopi vanam gloriam, quia prælatis
dr̄,Sic luceat lux veſtra coram hominibus &c. vt pulchrè tra-
dit idem Gerſon in tract.de temperantia in cibis,potu,& veſti-
129 tu prælatorum. c.1.col.3.† Nam ſic faciendo facient dignam
commutationem pœnæ,delicti in pium opus, imitabunturq;
Imperatorem,qui ne videatur fiſci ſui hr̄e rōnem corrigendo
mores nō vult pœnas inflictas, ſecundo nubētib. applicari fi-
ſco ſuo.l.1.C.de ſecun.nupt.& ipſi euitabunt ſuſpitionem aua-
ritiæ authore Pan.in c.vt clericorum.in fi.verbis.de vita & ho
ne.cleri. Eritq; valde honeſtum ſi ita faciunt, vt inquit idem
Pan.in c.plerique. not.4.ꝑ illum tex.de immunita.eccleſ.
130 † Secundo limita prædictam ſextam ampliationem qñ ep̄s
vellet apponere pœnam pecuniariam ſtatutis ſuis non vt ſub-
ditos eximeret ex delictis,ſed ex auaritia vt ſibi poſſit imburſa-
re,quia hoc non licet per ea quæ ſupra dixi. & in ſpecie tradit
Gemi.in d.c.qm̄.col fi.quem ibi ſequitur Cardi.Alex.col pen.
131 † Limita modo & intellige primo ꝯcluſionem ſuprapoſitā,
ꝙ ep̄s poſſit apponere pœnam ſtatutis ſuis vt procedat in caſi
bus veris,quia nō procedit & fallit in caſib.fictis,ſm̄ Bald.in l.
ſi quis ſeruo.in fi.C.de fur.Bar.in l.3.§.hæc verba.ff.de neg. geſt.
Berta.de Firmo.in tracta.de epo.2.parte lib.4.q.15. Io.de Ana.
in c.1.in fi.de rapto.ꝯcordātias ponit Car.Alex.in c.ſi in adiu-
132 torium.10.diſt.† Limita & intellige ſecundo.vt pœnæ ſtatuto
rum ep̄i ſint tp̄ales,nō aūt perpetuæ,iuxta no.in c.ex literis.de
cōſti.faciunt ea quæ dicam ī.in 3.artic.huius materiæ, in 2.con
cluſione & ſm̄ ibi dicta hanc concluſionem intellige.
133 † Limita tertio non procedere ꝯcluſionem qñ pœnę impo
ſitæ per ſtatuta ep̄i eēnt expreſſę ꝯ canones, per ea q̄ dixi ſupra
in 8.cōcluſione,& q̄ dixi ſupra in 5.ampliatione huius cōclu-
ſionis,ita Fel.in d.c.quod ſuper his.col.6.verſ.fi.oīa auth.de ma-
io.& obed. Limita quarto nō procedere, qñ ep̄s vellet facere
134 ſtatutum circa pœnas † exterminales,puta ſi quis commiſerit
homicidiū ſit ipſo iure condemnatus pœna perpetui carceris,
vel ſit ipſo iure degradatus,qa nō poteſt,ita Bal.in l. programa.
col.2.C.cōia,vel epiſtolas.idem dic ſi ep̄s faciat ſtatutum ꝙ ꝯ-
ueniens ſtatuto ſuo careat ſepultura, vel ſit inteſtabilis ipſo fa-
cto,authore Phili. Franc.in c.quāquam.col.7. verſ.in glo.ꝑſto.
de vſur.in 6.de qua limitatione vide quæ dicam ī.3.artic.con-
clu.2.verſ.quarto ſubinfero.& quod not. Alex.in l.ex duobus.
§.ēt ſi ꝯtabulas.col.1.ff.de vulg.& pupil. Ex prædicta cōcluſio-
ne ſic ampliata & limitata, infero ſequentes illationes ꝑ quas
135 clarior reddeť,veluti exemplis ad oculos poſitis.† Primo infe-
ro valere ſtatutum ep̄i excōicās cōmittētes furtum c.a nobis.
Io.j.de ſen.excōm.c.2.§.ſtatuto.de cōſtit.in 6. iam toties alleg.
136 † Secūdo infero valere ſtatutū ep̄i inhibens ne aliqua mu-
lier in loco ſuæ iuriſdictionis vtatur ornamētis fucati coloris,
vel auri,vel argenti,ſeu gemmarum, vſq; ad certā quātitatem
& menſuram & eꝯ faciētem excōicans.ratio eſt,qa nō eſt lici
tum fingere pulchritudinem nō habitam, vt patet de cōſecra.
diſt.5. c.fucare, propterea ep̄s adiuuando ius pōt addere pœnā
excōicationis ꝯ id facientes,ita Io.And.in regula ea q̄ fiunt.de
regu.iur.in 6.quem ibi ſequitur Phil.Franc.col.2.& latius Albe
ri.de Roſate in tractatu ſtatutorū.2.parte.q.198.incip.item Io.
And.vbi pulchra dicit in matrimonia ornatus mulierum, quæ
videri poſſunt.Pet.de Anch.in repe.c.1.in 3.q.11.ꝗōnis princi-
pa.de cōſti.Bapti.de ſancto Seue.in repeti.l.omnes populi.col.
38.vbi belle de ornatu mulierū.ff.de iuſti.& iure.Hēric.Bohic
in c.a nobis.Io j.col.2.diſt.de ſen.excō.Collectarius in c.cum
decorem.in fin.verbis.de vita & hone.cler. Cępol.in tracta.de
ſeruitu.& aquæ hauſtus.col.3.varia loca adducit Zanetus in re-
pe.c.1.in matrimonia caſuum cōſcientiæ,in tractatu de pecca-
tis mortalib in prin.col.2.verſ.& an ornatus mulierum. de ac-
cuſa. R. D. Thomas de Vio Caietanus in ſummula vitiorum,
in verbo ornatus.§.caput tertium. Contrarium vult dominus
Gulielmus Benedictus in repetitio c.Raynucius.in verbo cui-
dam Pet.num.43.de teſtam.dicit enim epiſcopum non poſſe
ſtatuto prohibere mulierem capite diſcooperto ire,vbera mō
ſtrando,quando ſic per incautos maritos placet,niſi eo modo
intrarent eccleſiam clericos epiſcopo ſubditos alliciendo, &
a Dei ſeruitio retrahendo. idem vult Neuiza. in Silua nuptia.
lib.4.ſo.81.verſic.non obſtat.4.alleg.in argum. c.ſi eo. de reſcri.
in 6. Quid tenendum? Prima opinio eſt communis, vt patet
ex authoritatibus adductis,& ideo ſequenda, pro qua multa al
leganiur in locis præmentionatis, quæ non tranſcribo. Non
obſtant allegata pro 2. opinione. & j. placitum maritorum,
quia mariti non poſſunt permittere vxoribus ꝙ pro volupta-
te ipſorum peccent, ſed portare veſtimenta ſuperflua eſt pec
137 catum, vt inquit † Grego.in Homelia de diuite Epulone.item
diuus Petrus in priore epiſtola.c.3.reprehendit tortos crines,
& capillaturam in mulieribus. Epiſcopus igitur qui de anima-
bus curam habet, vt dictum fuit in 1. parte ſupra, poteſt fa-
cere ſtatuta per quæ euitentur talia peccata, & ſufficit quod
voluptas maritorum ſe extendat vſque ad honeſtum habi-
tum.ad cap.ſuper eo. nihil meo iudicio facit niſi dicas quòd
probat in argumentum epiſcopum non habere iuriſdictio-
nem in mulieres tempore conditi ſtatuti, vel tempore quo
ſunt extra eccleſiam,quia nondum eſt peccatum ante ſtatutū,
quia reſpondeo ꝙ immo eſt peccatum, alias ſi non eſt pecca-
tum non poſſet imponi pœna excommunicationis. c.nemo.
11.q.3.
138 † Limita hanc illationem primo,quando epiſcopus nimiū
reprimeret ornatum mulierum, adeo ꝙ mariti non delecta-
rentur in ſuis mulieribus,& propterea inuitarentur ad maius
malum,& ita procedat 2.opinio. pro hac limitatione allego
Paul.1.ad Corin.7.vbi dicit mulierem cogitare quomodo pla-
ceat viro,quod vtique non faceret ſi nimium reprimeretur or
natus.facit.c.cum beatus.45.diſtinct.cap.denique.4.diſtinct.Et
hanc limitationem vult in effectu Alber.loco proximè alleg.
& ſequitur Zanetus etiam loco ſupra allegato, dicens, ꝙ vxor
debet potius obedire marito quàm epiſcopo,quando ornatus
non eſt de ſe peccatum,alias ſecus.
139 † Limita ſecundo quando eſſet ſtatuto epiſcopi per diſſue-
tudinem derogatum,ſecundum Gemi.in cap.in iſtis.§.leges.4.
diſtinct.quem ibi.2.colum.ſequitur Cardi.Alexan. & hoc cla-
rè notat Card Zaba.in prohę.clemen.§.vniuerſitati.queſt.2.fa.
gloſſ in c.1.de treug.& pace,quæ dicit legem non ligare quan-
do non fuit acceptata per ſubditos,hanc limitationem tenent
Iaſ.in l.rem non nouam.col.2. C.de iudic.Felyn.in d.c.j. colū.
4.verſicu.per iſtam gloſſ.Card.in Alexand.in §.leges.colum.2.
verſicu.ideo Geminianus, diſtinct.4. vide quæ dicam infra 2.
articu.limita.7.
140 † Tertio infero ualere ſtatutum epiſcopi inhibens ſub pœ-
na excommunicationis latę ſent. ingreſſum monaſterij mo-
nialium, ratio eſt quia hoc eſt prohibitum de iure quando in-
greſſus eſt frequens.cap.monaſteria,de vita & honeſt.cler. vn-
de epiſcopus poteſt adijcere pœnam. Ita Albe.de Roſa.in tra-
cta.ſuper ſtatu. .part.q.182.incip. dominus Penus.Pan.in cap.
graue.colum.fina.de præben Philip.Franc. in d.regula ea quæ.
colum.fina.Bapti de ſancto Seueri in l.omnes populi. colum.
28.verſicu.ex quorum dictis.ff.de iuſti.& iure tradunt Gemin.
& Philip.Franc.in c.j in princip.de ſtatu reg.in 6.Bald.in l.j.co
lum.13.verſicu.circa maleficium.C.de ſumma Trinita.& fide
catho.vbi dicit ꝙ forenſes non ligantur pœna ſtatuti quando
ſtatutum eſt nouiter factum. Antoninus in ſumma j.parte.ti-
tu.17.§.12.colum.2.verſicu octauum eſt.Alberi.de Roſa. in di-
ctionario.in verbo obedientia.4.§.2.Ioan.Andr.in regula ge-
neri.in mercu.de regu.iur.in 6.vbi Philip.Franc.Gemi.& Phi-
lip.Franc.in cap.vbi periculum.§.nullo.de elect.in 6.Colle-
cta.in c.quia circa,de priuileg.
Amplia illationem procedere etiam ſi monaſteria ſint exē
141 pta,quia † per hoc nec directè, nec indirectè, præiudicaretur
exemptioni monaſterij,ſed præiudicatur ipſis accidentibus ſe-
cundum Gemi.& Philip.Franc.loco proximè allega.intellige
tamen hoc iuxta ea quæ infra dicam in 2.parte huius 3.partis,
ſeu in 2.art.in 3.ampliatione,& in 5.limita.
142 † Quarto infero valere ſtatutum epiſcopi quòd ludentes ad
Azardum ſint excommunicati, vt vult Federi.de Senis,conſil.
2.incipiē.ſtatuto epiſcopi. Paul.de Caſt.in l.j. colum.j. C.de eu-
nuch.Ratio huius & illationis ſequentis ſumitur ex notatis in
c.clerici officia,de vita & honeſta.cleri.
143 † Quinto infero valere ſtatutum epiſcopi,ꝙ clericus ludens
ad azardum priuetur beneficijs,ita vult Pan.in c.quod ſup his.
col.2.de accuſa.Fely.in rub.de iudicijs.
144 † Sexto infero valere ſtatutum epiſcopi inferens ſenten. ex-
communicationis contra detinentes beneficia abſque titulo,
ita Pan.in c.ex frequentibus.per illum texr.in 4. notabi. de in-
ſtitu.fa c.j.de regu. iur.in 6.& q no.in c.in literis.de reſti.ſpolia.
145 † Septimo infero valere ſtatutum epiſcopi priuans benefi-
ciatos beneficijs, niſi oſtendant titulos ſuorum beneficiorum
infra menſem, & ſi poſt menſem non oſtendant, poſſunt de-
clarari priuati, ita Ioan. Andr.in regula mora.in mercurial.de
regul. iuris in 6. quem ibi ſequitur Philip.Franc. Alberi. in 2.
parte ſtatutorum.q.99.incip.item Ioan. Andr. Lapus alleg.78.
incipien. vacauerat. colum. 4. verſicu.ad quartam. Henricus
Bohic in cap.cum dilectus.colum. fin.de conſue. Felyn.in cap.
licet hely.colum.5.verſ.quinta concluſio.de ſimo. Alex.conſi.
138. opportunè conſideratis.col.2.volum.1.Cardi.Zaba.idem

tenet

tenet conſi. 13. lite. in Romana. in prin. vbi limitat. Limita etiã
& intellige procedere illationem in beneficijs recentibus, ſe-
cus in vetuſtis in quibus ſufficit clericum iurare habere titu.
Mil. in verbo epiſcopus carta 2. facit quod no. Pan. in c. cum ſu
per. In fi. verbis. de cauſa poſſ. & proprie. Fely. in d. c. licet hely.
col. 4. verſi. 3. concluſio. de ſimonia.

146 † Octauo infero valere ſtatutum epiſcopi ꝙ non reſidentes
priuentur ſuis beneficijs, tunc enim non requiritur alia moni-
tio, ſed benè requiritur cum vult eos declarare priuatos, iuxta.
c. cum ſecundum leges. de hære. in 6. ita Cardi. Zaba. conſi. 132.
incip. T. archipresbyter. col. 3. & conſ. 130. incip. in quãdam cau
ſa vbi dicit valere ſtatutum epiſcopi ꝙ abſentes canonici non
percipiant niſi certum quid, & illationem tenet etiam Fede.
conſi. 180. incip. quæſtio magis & Panor. conſi. 9. incip. ſtatuto
edito. 2. parte. Iaſo. in l. clam poſſidere. colu. 3. verſi. quinto no.
ff. de acqui. poſſ. vbi dicit valere ſtatutum epiſcopi priuans ipſo
iure abſentem a beneficio ſine licentia ſuperioris vltra 15.
dies. Panor. in c. quoniã. § porrò. col. 4. verſi. ſi verò non habue
rint. vt lit. non conteſta. ſequitur ibi Fely. col. 7. verſi. aduerten-
dum tamen. vbi idem dicit ſi feratur ſtatutum contra non fe-
rentes habitum, vel tonſuram ſub prædicta pœna ſa. quod no.
Oldra. conſi. 181. incip. de authoritate. Contrarium tenet Card.
Floren. in c. tuæ. de cleri. non reſiden. ut ibi refert Imol. moue-
tur, quia vbi agitur de præiudicio particulari non ſufficit gene
ralis monitio. argum. l. 1. § denunciari. ff. de ventre inſpici. alle.
etiam nota in clem. 1. de iud. vbi citatio per editum ſolum per-
mittitur in caſibus de quibus ibi. Tandem ibi dicit quòd for-
tè valet propter conſuetudinem ex qua introducta eſt talis po
teſtas priuationis faciendæ. argum. eorum quæ notantur in c.
cum contingat, de foro compe. Quid tenendum? puto primã
opin. eſſe ſequendam, vt magis communem, per ea quæ alle-
gantur pro ea, & per ea quæ dixi ſupra in x. concluſione. Non
obſtat d. § denunciari, quia beneficiati iam ſanctis mouentur
per iura, ut reſideant in beneficijs, ut toto titu. de cleri. non re-
ſiden. Immo aliqua videntur priuare ipſo iure non reſidentes,
vt dixi ſupra in x. concluſione. Præterea prima opin. requirit
in declaratione monitionem, vnde ſatis moueri ſpecialiter di
cuntur iuxta not. in d. § denunciari. Item ſtatutum ipſum ſatis
monere videtur, & ideo in caſu vbi alias requiritur trina mo-
nitio ob ſtatuti vim nulla fit monitio, vt dixi ſupra hac eadem
concluſione. in 3. ampliatione.

147 † Amplia vt etiam tale ſtatutum comprehendat beneficia-
tos, habentes beneficia in diœceſi ſtatuentis, licet ipſi reſideãt
in aliena diœceſi ſecundum Fede. dicto conſil. 108. q. magis. &
conſi. 182. ſtatuto. Pet. de Anchar. in c. 1. q. 12. in reper. de conſti.
Gemi. in c. 2. colum. 6. verſicu. vltimo quæro. eo. titu. in 6. Fely.
in d. c. quoniam. § porrò. colum. verſic. & ſi ſtatum. vt lite non
conteſt. & in cap. poſtulaſti. colum. 6. verſic. vltimo ſeruit, & in
c. fi. col. 14. de foro competen. Iaſ. in l. fin. colum. 3. verſicu. de-
cimoquarto limita. ff. de iuriſ. omn. iudi. Car. Zaba. in cap. cum
omnes. col. fin. q. 13. de conſti. Ange. de Clauaſio in ſum. in ver-
bo excommunicatio 1. § 10. & ſummam Silueſtrinam in eodẽ
verbo 2. § xv. verſicu. ſecundus eſt. Ratio huius ampliationis
eſt, quia reſpectu rei delictum dicitur factum in diœceſi licet
perſona non reſidens ſit extra. Dixi notanter habentes benefi
cia in diœceſi ſtatuentis, quia non comprehenderentur ſi be-
neficia eſſent in aliena diœceſi, authore Pan. in d. c. poſtulaſti.
col. 3. verſi. & ideo dicit.

148 † Loco huius ſtatuti communiter epiſcopi faciunt ſtatutum
præcipiens beneficiatos reſidere in beneficijs curatis ſub certa
236 † Quęro circa prædictam conclu. An per pœnam appoſitã à ſtatuto epiſcopi cenſeatur eſſe receſſum a pœna iuris cõmunis. Non reperio in ſpecie tactam quæſtionem in ſtatutis epiſcopi, ſed loquendo generaliter de ſtatutis reperio Barto. in l. 1. ff. vi bo. rap. tenere q non. Et idem tenet Bal. in l. eum. C. de fur. Panor. in c. de cauſis. col. pe. ver. aduerte latius. de offi. deleg. & multi alij ibidem relati per do. meum Phil. Dec. col. ix. ver. in fi. gl. vltra quos adde idẽ tenere Collect. in c. licet. col. fin. de pen. Gemi. & Phil. franc. in c. felicis. § per hoc. de pę. in 6. Fely. in c. q olim. ver. prima prima pęna. de iude. Mouentur principaliter p dicti per l. quotiens. ff. de act. & obli. contra opi. tenet Albe. in tract. ſuper ſtatutis. par. 1. q. 8. Gui. pape. in comme. ſtatuti, ſi qs per literas in gl. vltra pęnas. col. 1. Bal. in l. dara opera. col. 4. ver. item notand. C. qui accu. non po. & in l. qui ſepulchra. in fi. C. de ſepul. vio. vbi Sely. late comprobat. Ang. in §. fi. in auth. de ſanc. epiſ. & multi alii idem tenent quos referunt Aret. inſti. de pę. te mere litigam. col. 1. do. meus in d. c. de cauſis. Alexand. in l. 1. §. hoc edictum ff. de no. ope. nun. Iaſ. in § tripli. col. 8. verſic. in illo articulo. inſti. de act. vltre quos adde idem tenere Card. alex. in c. eos. in fi. l. diſt. mouentur principaliter iſti, quia cum ſtatutum addit aliquid ad ius commune vel detrahit idem efficitur ius proprium loci, in quo fit ſtatutum ipſum, non amplius ius cõmune eſt in illo loco. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & in alleg. etiã not. in l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de his qui no. infa. & adducunt pro caſu. l. qui cum vno §. qui poſt deſertionem. ff. de re milit. Quid tenendum? Panor. in d. cap. de cauſis dicit primam opi. veram & cõmunem, ſed do. meus ibidẽ dicit poſt Albe. & Pan. de cap. totum mundum tenere & obſeruare ſecundam opi. in practica, & eſt magis communis & æqua. teſte Hipp. de Marſil. in practi. cauſarum crimi. in § quæritur. col. 3. Ego autem quo ad propoſitum & ſtatuta epiſcopi, ſic diſtinguerem, aut epiſcopus imponit pœnam vltra à pœnam impoſitam a iure ciuili, aut ſtatutis laicorum, aut ſuis, ſeu ſuorum prædeceſſorum pro eodem delicto per ſtatuta ſua. & hoc caſu puto eſſe receſſum à pęna iuris ciuilis, & ſtatutorum, & eſſe imponendam tantummodo in foro epiſcopi pęnam ſuorum ſtatutorum, & ſic procedat ſecunda opi. Moueor quia epiſcopus poteſt ſtatuere cõtra leges ciuiles & ſtatuta laicorum, vt dixi ſupra conclu. 8. & poteſt tollere ſtatuta ſuorum prędeceſſorum, vt dicam infra conclu. xv. Aut epiſcopus per ſtatuta ſua impouit pœnam, vltra pœnam impoſitam pro eodem delicto a iure canonico, & tunc puto quod non cenſeatur eſſe receſſum à pena iuris canon. ſiue epiſcopus hoc intendat expreſſe, ſiue tacite, ſiue non licet. quo ad hoc in principe, vel populo ſtatuẽre & apponẽre pœnã vltra pęnã iuris & ſtatutorũ cõtrariũ ſit dicendũ, vt vult Bar. in d. l. j. quem omnes ſequunt in locis prealle. Ratio eſt, qa iſti poſſunt ſtatuere contra ius & ſtatuta. l. omnes popu. & ibi no. ff. de iuſt. & iu. ſed eps etiam volens nõ poteſt ſtatuere ꝯ ius canonicũ & i detrahẽdo aliqd, vt ſ. dixi in 8. cõclu. & ſi recederet p pęnã impoſitã a ſtatuto epi à pęna iuris cano eps tacite & ex ꝯſequẽti tolleret i' canonicũ, q nõ licet eidẽ. pp ea ddm eſt remanere ſemper pęnã ipſius iuris canonici, & hoc in effectu vult Gemi. poſt Lap. in c. quanquam in princ colum. 3. de vſu. in 6. vbi Phil. Fran. colum. 7. Nec obſt. ſi dicas, q ſaltem in caſibus in quibus poteſt diſpenſare, quòd apponẽdo per ſtatutum ſuum nouam pœnam vltra pœnam iuris canonici, quod in illis videtur receſſum a pęna iuris canonici p ea quæ dicta ſunt. ſupra in 8. conclu. limi. 6. quia ad hoc reſpondeo. quod epiſcopo facilius conceditur diſpenſare contra ius, quam cõſtitutionem iuris tollere, vt not. Anto. de But. in cle. 2. per glo. fi. ibi de reſcrip. de quo vide quod infra dicam in 4. art. in prin.

237 † Nec ob etiam ſi dixeris, quòd epiſcopus poteſt diminuere pęnitentiam à ſummo pontifi impoſita. ſecundum glo. in ca. tempora plenitudinis. 26. q. 7. quam ſingu. clamat Roma. ſing. 454. incip. Papa impoſuit, quæ tamen habet ſociam in c. accedens. 50. diſ. vt dicunt Mod. in c. ſi clerici. § de adulterijs de iud. ergo videtur quòd pęnam impoſitam per conſtitutionem Papæ, epiſcopus poſſit ſaltem dominuere, quia ad hoc ego reſpõdeo, quòd eſt glo. contraria dictis glo. in c. cum P. Manconella in glo. fin. de accuſ. quę videtur verior, authore do. meo Phil. Deci. in d. §. de adulterijs col. 4. Præterea illę glo loquuntur, & debent intelligi in foro pœnitentiali, & quando Papa adiri nõ poteſt, & quãdo epiſcopus diminueret ex cauſa, vt dicit Card. Zab. in cle. ſi. in §. ad hoc in 12. q. de pœni & re. quem ſequitur do. meus loco proxime alleg. ergo & c. Nec ob præterea ſi di-
238 cas quòd epiſcopus immo quilibet iudex poteſt † mitigare pęnam de iure impoſitam, vt no. Inn. in cap. 3. de conſti. Bar. in d. l. quid ergo. § pœna grauior. vbi omnes. ff. de his qui no. infa. & omnes doc. in d. c. de cauſis in glo. pen. ergo videtur quòd per ſtatutum ſuum poſſit temperare pęnam iuris? Quia ad hoc reſpondeo, quòd prædicta loquuntur in ſententia, in qua datur iudici facultas temperandi pęnam iuris, ſed extra iudicium non datur ſic facultas, immo puniendus eſt tanquam tranſgreſſor legis, ſecundum Bald. in l. non dubium C. de legi. quem refert & ſequitur Panor. conſ. xcj. incip. poſtulato, col. 5. ver. ad l. quid ergo. lib. 3. ergo & c. quòd liga ad digitum tanquam dignum no.

239 Ex primo membro ſupra dictæ diſtinctionis infero, quòd ſi p ſtatuta † epiſcopi pro eodem delicto imponantur plures pęnę, quòd per vnam, & per vltimo loco impoſitam, cenſetur eſſe receſſum ab alijs, qa pro eodẽ delicto non poſſunt regulariter plures pœnę imponi. c. at ſi clerici. § de adulterijs. in fi. de iud. l. ſenatus. ff. de accuſa.

240 † Limita primo quando per impoſitionem vnius pœnę, delictum propter ſui enormitatem non eſſet ſufficienter punitũ, vt probatur in d. § per hoc. iuncta glo. in verbo audiuimus. vbi Phil. Fran. ponit hanc limitationem. col. j. in 1. limita. & Fely. in d. c. quod olim. in fi. verbis. de iude. facit. capi. cum in cunctis. §. clerici. vbi do. meus Philip. Deci. nota. 2. de electio.

241 † Limita ſecundo quando pęna impoſita per vltimum ſtatutum epiſcopi eſſet penitus diuerſa ab aliis, vt quia prima eſſet corporalis, ſecunda eſſet ſpiritualis, vel pecuniaria, argum. d. l. quotiens. & d. l. qui ſepulchra. ita Gemi. poſt Ioan. and. in dicto § per hoc colum. 2. vbi Phil. franc. 2. & 6. limitatio.

242 † Limita tertio quando vtraque pœna per ſequeretur itereſſe priuatum, vel quando vna tenderet ad intereſſe priuatum, & alia ad vindictam, ſeu pęna eſſet ciuilis, & alia criminalis, qa vtraquę tunc imponeretur, ita Phili. Franciſ. in dicto § p hoc: in 3. & 4. & 8. limitatio. quem vide.

243 † Limita quarto quando vtraque pęna imponeretur in eodem ſtatuto & nõ in diuerſis, vt probatur in l. placet. C. de ſac. ſan. eccle. ita Phi. Franc. in d. §. per hoc. Fely. in d. c. quòd olim. colum. fin.

244 † Limita quinto quando plures pęnę imponerẽtur diuerſis perſonis pro eodem delicto, vt l. ſi quis ad declinandum. C. de epiſ. & cler. l. pen. ff. ne quis eum. ita Philip. Fran. in d. § per hoc. 7. limitatio. poſt Pet. de Ancha. ibi.

245 † Limita ſexto quando ambę pęnę imponerentur ipſo iure, quia ſtatim cõmiſſo delicto infliguntur. ita Io. de Ana per glo. ibi poſitam in d. c. quòd olim quem ibi col. fi. ver. tali primo refert & ſequitur Felyn. licet Panor ibidem ſubdubitet.

246 † Ex ſecundo membro diſtinctionis infero quòd impoſita pęna ſecundum ſtatuta epiſcopi, quòd adhuc delinquenti poſſit imponi pro eodem delicto, pęna a iure canonico impoſita pro eodem delicto, probatur in d. c. fęlicis § per hoc. de pęn. in 6. & econtrario impoſita pęna iuris canonici poteſt adhuc imponi pęna ſtatutaria, quia valet argumentum à contrario ſenſu. l. j. ff. de offic. eius, & ita tenent in ſpecie Domini. de S. Gemi.

&

& Phil.Fran.in d.c.quanquam . col pręalleg.
Fallit quando pœna ſtatuti epiſcopi,& pęna iuris canonici
tenderent ad vindictam, quia tunc impoſita vna non poſſet
imponi alia,ſecundum Pan.in d.c.de cauſis.col.2.ver. aliud du
bium.vbi do.meus Phil.Deci.col.ix.præalleg. Gemin. poſt Io.
An.in d.§.per hoc . col.j.
Et ſi vis ſcire quando pęna tendat ad vindictam,vel ad com
modum priuatum,uide Bar.in l.prætor edixit.§.j.ff.de iniuriis.
Alex.conſ.222.incip.vilis.col. 2.li.2.
Amplia limitationē veram etiam quando pęna iuris cano-
nici,& pęna ſtatutorum.epiſcopi eſſent omnino eædē, & vtra
que tenderet ad vindictā, non ad commodum priuatum, quia
tunc nō refert quæ imponat,arg c.paſtoralis.de fi.inſtru.vt no.
Gemi.in d.§.per hoc.col. 2.
Sublimita quādo pęna ſtatuti epiſcopi & pęna iuris canoni.
imponerentur ipſo iure, quia dato quòd tenderet ad vindi-
ctam vtraque imponitur ſtatim commiſſo delicto,ſecundum
Ioan.de Ana.in d.c.quòd olim, vt dixi ſupra in præced.limi. in
6.limita. An autem pœnę ſtatutorum epiſcopi habeant locū
in foro cōſcientię,vide quod dico latè infra ſecūdo ar.nu.104.

Decimaquarta concluſio.

247 Epiſcopus nedum† poteſt facere ſtatuta concernē
tia totam diœceſim,ſed etiam poteſt fa-
cere ſtatuta particularia concernentia tantum homines cer-
tos,vt canonicos collegiatæ eccleſiæ in princip.quando erigi
tur collegiatam, vt eſt caſus in c.quoniam.de vi.& ho.cle. ita
Gemi.in ſumma.18.di.col pe.vbi idem not. Cardi. Alex.col.j.
in fi.& col.fi.in princi.

Decima quinta concluſio.

248 Epiſcopus poteſt facere † ſtatuta,contra ſtatuta pro
pria,quia omnis res per quaſcunque cau
ſas naſcitur,per eaſdem diſſoluitur.c.j.de reg.iu. in antiq. hanc
conclu.ponit Imo.in c.quæ in eccleſiarum. col.fi. de conſti. &
eſt bo.tex.in c.certa.12.q.1. per quem vide quę infra dicam in
4.arti.huius materiæ.
249 † Amplia primo concluſionem adeo eſſe veram, quòd ſta-
tutum epiſcopi antiquum cenſetur eſſe reuocatū ſi tenor eius
in nouo ſtatuto ſuper eodē facto non inſeratur,authore Card.
Zab.conſ.xl.incip.in facto.col.j. vbi mouetur arg.c.j.de conſti.
in 6.& ca.non iniuſtè.de procu. circa quod tamen vide quod
pulchrè ſcribunt Car.de tur.cre.& Car.Alexan.in c. quoniam.
col.2.18.di. vbi etiam dicunt quòd ſtatutum ſecundum reuo-
cat primum ſi de eo non faciat mentionem, per.§. ſed & natu-
ralia.inſtit.de iu.nat.gen.& ciui.& ſi non conſtet quòd ſit prius
attendendus eſt ordo ſcripturæ,ſecundum Io.An.in c.1. de iu-
reiur.in 6.& ibi alia dicūtur quæ videri poſſunt, vide etiā Fely.
in c.cum dilecta.col.3.ver.ordo ſcripturę.de reſcrip.doc.in l.2.
§.prius.ff.de vulg.& pupil.
250 † Amplia ſecundo quòd ſi in ſtatutis epiſcopi vel alterius re
periantur duo ſtatuta cōtraria,ſtandum eſt vltimo. Cy. & om
nes in l.2.C.de teſta.Alex.conſi. cxli.viſo.col.3.libr.2.& conſil
xcviij.viſo.col.3.ver.& probo.lib.4.intellige veram ampliatio
nem ſi ſecundum ſtatutum contrarium primo ſit ſcienter fa-
ctum, teſte Collecta. in c.j. col.3.ver.alias credo.de conſt.
251 † Limita primo & intellige cōcluſionem, dummodo in re-
uocatione ſtatutorum interuenerit conſenſus capituli, ſi ſint
facta de conſenſu eiuſdem, quia fallit quando non interueni-
ret,authore Bal.in c cum omnes.col.ix. ver. quęrit inſuper.vbi
do.Deci.col.5.1.lec.ſequitur de cōſti.& Fely. in c.cum acceſſiſ-
ſent.col. 2.ver.ſecunda declaratio.de conſti.
252 † Limita & intellige ſecūdo quòd per ſecundum ſtatutum
cenſetur eſſe reuocatum primum ſimpliciter, quia fallit quo
ad effectum cauſatum per primum, qui effectus non cenſetur
reuocatus per ſecundum ſtatutum vel per ſtatutum contrariū
primo. Et ideo ſi per ſtatutum epiſcopi quis ſit excommunica-
tus,& reuocetur poſtea ſtatutum,talis indiget abſolutione,ita
Panor.per gl.ibi in c.non debet.de cōſan.& affi.vbi Card.Alex.
col.pen.limitat quando diceretur quòd precedens ſtatutum
haberetur pro infecto,per glo.in verbo pro infecto.in cle.1.de
immuni.ecc.de qua glo.lege Panor.in c. quæ in eccleſiarum 4.
not.de conſti.Fely.in c.1.col.8.ver.amplia ſecundo.& in c. fin.
col.4.eo. ti.vbi do.Deci.col.etiam 4.& Fely.in c.ſuper eo.col.2.
de offi.deleg.& in c.ad petitionem.colum. 2.de accu.do.Deci.
in c.1.6.not.de iudi.

Decimaſexta concluſio.

253 Epiſcopus poteſt † facere ſtatuta obligantia contra
facientes ad peccatū mortale,vt not.do.
Ani.de But.in c.2.vlti.no.de mai.& obe. per illum tex. vbi Pa-
nor.1.not.idem no.& in rub.de obſer.ieiu.col.fi.in fi. Io.maio.
in 4.ſen.diſ.15.q.4.col.2. do.Iodo. Clichtoueus ī Anthilutero.
lib.1.c.17. in reſpoſione ad vndecimam obiectionem Luthe-
ri.nu.6.& in multis alijs capi.eiuſdem lib.maxime in c.24.& c.
28.& idem dicitur in ſtatuto municipali, quod etiam obligat
ad peccatum mortale,authore Gemi.in c.2.in glo.5.de conſti.
in 6.quem ſequitur do.Deci.in c.nam concupiſcentiam.j lec.j.
col.de conſti.& Gabriel Biel in 4.ſen.di.16.q. ſtatim allganda,
de quo tamen vide quod poſt Imo.in c.cum contingat.de iure
iur.ſcribit Fely.in d.c.2.ver.ſi autem intelligas.[& idem Fely. in
c.eccleſia ſanctæ Mariæ.col.16.ver.adde omnino de conſti.vbi
inquit ſtatutum municipale non obligare contrauenientē ad
mortale peccatum niſi diſponat in materia alias damnata per
254 ius diuinum vel per Ius canonicum. † Corroboratur primo,
quia regulariter canones, leges, ſtatuta obligant in foro con-
ſcientiæ,& ad peccatū mortale,vt ait glo.in verbo cōſtituerūt
in d.c.quæ in eccleſiarum. de conſti.vbi omnes, & no. Archi.
in c.de teſtanda.de cōceſ.præben.in 6.vbi Gemi. & Philip.Frā.
col. .Card.Zab.in cle.1.not.1.de vi.& ho.cle.& in cle.dudū.§.
fina.de ſepul.Fely.in c.j.col.3.in fi.& ibi do.Deci. col.ix.verſi.ij.
eſt lex in 1.lec.de conſtitu.& vterq; in d.c.nam concupiſcentiā.
Car.Alex.in c.nulli fas.col.1.xix.diſt.Iaſ.in rub.de acqu.hæred.
col.3.& in l.nemo poteſt. col.18.uer.ſimiliter.in 2.lec.ff.de le.
1.& l.poſt diuiſionem.col.2.C.de iu.& fac.ign.Card.de tur.cre.
in c.quis autem.x.diſt. Auguſt.de Ancho.in ſumma de poteſta
te eccle.2.par.q.xliiii.§.ad tertium. Gabriel latiſſime in 4.ſen.di.
16.q.2.art.1.not.6.Antonius in ſum.1.par. titu.18.c. vnico.§.2.
Io maio.pulchre in 3.ſen.diſ.37.q.16.conclu.1.& ea.di.36. col.
x.Henricus.Herp.in Specul.præceptorum.ſermo.3.col.fina.in
præambulo.Fely.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.col.15.ver.confir-
255 mantur iſta.de conſti.† Corroboratur in ſecundo, quia non
obediens præcepto principis etiam ſecularis peccat mortali-
ter ſecundum Panor.in d.c.2.in fin.ver.& Barto.in l.is cui in fi.
ff.de ver.obli & in l.ſi quis pro eo.col.3.& in l.cum lex.col.2.ff.
de fideiuſ.& in auth.ſacramēta puberum.colum.2.C ſi aduerſ.
fideiuſ.Barb.conſi.xliii.incip.præclare.col.12.1.lib. de qua ma-
teria ſi vis ſaturari,vide Fely.in d.c.nam concupiſc entiam.col.
1.ī primis verbis,col.2.ubi limitat & ibi do. Deci.1.lec.& 2.lect.
col.3.vbi declarat. Ratio huius concluſionis eſt ſecundum ſan
ctum Tho.ſecunda 2.q.cv.arti.1.quia illud eſt peccatum mor-
tale quod contrariatur charitati,per quam eſt in uobis vita ſpi
ritualis,talis autem eſt inobedientia præceptorum ſuperiorū,
exigit enim charitas qua dominus diligitur, vt mandatis eius
obediatur,iuxta illud Ioan.c.14. Si quis diligit me, ſermonem
meum ſeruabit & in præceptis Dei continetur,quòd etiam ſu
perioribus obediatur,ad Hebrę.c.vlti.obedite ꝑpoſitis veſtris,
& ſubiacete eis,& ad Rom.c.13.omnis anima poteſtatib' ſupe-
rioribus ſubdita ſit, & Luc. 10. qui vos ſpernit, me ſpernit. Et
hanc rationem ſequuntur, & latius explicant Gabriel Biel in
loco proxime alleg ſanc. Antonius in ſumma 2.parte.tit.4.c.2.
col.fi.Car.de tur.cre.in c.qui reſiſtit.11.q.3. ver. ad primum.alia
ratio datur per Io.maio.in 4.ſen.diſt.15.ſupra allega.quia con-
trauenięns ſtatuto epiſcopi eſt excommunicādus,d.c.2.de ma-
io.& obe.ſed nemo uenit excommunicandus, niſi pro pecca-
to mortali. ca.nemo. epiſcoporum.11.q.3. ergo &c. Alias mul-
tas rationes adducit dominus Iodocus in præalleg. Antiluthe-
ro lib.1.c.10.c.11.12.& c.24.quæ uideri poſſunt.
256 † Amplia concluſionem procedere etiam ſi in ſtatuto epi-
ſcopi eſſet impoſita alia pœna,per not.Gemi. & Phi.Fran.in c.
perpetuę.ulti.not.& in c.commiſſa.etiam ulti. not. de elect.in
6.ubi dicunt quòd lex obligat ad peccatum mortale, etiam
ſi eſſet impoſita alia pœna temporalis contrafacienti,referūt
& ſequūtur hoc dictum Fely.& do.Phil.Dec.in dicto cap.nam
concupiſcentiam.Card.alex.in capit.vides.in fin.10.di.Gabriel
Biel in loco proxi.alle.verſic.& hoc latè ſum.Silueſtri.in verbo
inobedientia.§.fi.
257 † Limita & intellige concluſionem veram,quādo quis cō-
traueniret ſtatutis epiſcopi ex contemptu,& præuaricationem
duceret in conſuetudinem,quem eſt quidam contemptus in-
terpretatiuus, alias autem contrauenięns non peccaret mor-
taliter ſecundum Collecta.in c.1.de conſti.alias eſt ſecundum
Calder.vt refert Panor.in rub.de obſer.ieiu.col.fi.[& idem vult
Car.Zab. in capit.2.§ cum autem.eo.titu.de obſer.ieiu.Richar.
de media vil.in 1.quolib.q.xix.Gerſon in 2. parte operum trac.
de cogni.pecca.venial.& morta.conſiderat.6 & in eadem par.
in trac.quorundam quæſtionum,q.incip.quęritur quando cō
mittitur peccatum.Ange. in ſumma in verbo inobedientia.in
princ.Idem vult R.d.Car.Caietanus in ſummula peccatorū in
verbo clericus.§.verum horum.dicens quòd tranſgreſſio iuris
poſitiui non eſt peccatum mortale quantum ex præcepto iuris
poſitiui pendent,ſi temeritas,ſi contumacia,ſi contemptus de-
ſit.Idem vult in verbo ieiunium.§.quo ad quartum. Contrariā
opi.tenet Panor.in loco proxime alle.& etiā magiſter Gabriel
Biel,quia ſi opinio præcedens eſſet vera, nulla eſſet differentia
inter præcepta eccleſiæ, & concilia eiuſdem in obligando, quia
etiam concilia obligant ad nō contemnendum, vt dicam ſta-
tim

tim in 8.caſu.& idem tenet ſumma Silueſtri.in verb inobedië-tia.col.2.dicens opin.primam eſſe falſam,quia ex hoc ſequeretur quòd contrahens ſcienter in gradibus prohibitis à iure,nõ ex contemptu, ſed ex voluptate non peccaret mortaliter, cũ hoc non faceret ex contemptu & conſuetudine, quòd eſt abſurdum,quia talis excommunicatur ipſo iure. cle.1.de cõſang. & affin.ſed excommunicatio non fertur niſi pro peccato mortal.d.cap.nemo epiſcoporum.ergo &c.Et ideo ipſa ſumma Silueſtri.poſt ſanctum Tho.2.2.q.cxlvij.art.3.quem referũt & ſequunt Archi. & vterq; Card. in c.vtinã.lxxvi.diſt.Panor.in ca. quoniam contra falſam.vlti.not.vbi Fely.& Do.Deci.Gabriel Biel loco proxime citato.dicit ita demum peccare mortaliter contrauenientẽ preceptis & ſtatutis ſuperioris quando fruſtra-
258 tur intentio ſuperioris.† Præſumitur autem fruſtra quando cõtrauenitur ſine cauſa rationabili vera vel interpretata. Præſumitur autem nõ eſſe fruſtrata ex tribus cõiecturis. Primo qñ ex ignorãtia ꝯuenitur non affectata vel craſſa. Secũdo quãdo agitur prẽter vel contra verba ſtatutorum ſeruando intentionem ſtatuentis, ita ꝙ probabiliter credi poteſt ꝙ ſi adeſſet ſtatuens non vellet obligare. Tertio quando contrauenitur re vera intentioni ſtatuentis & veritati,ſed non ſecundum exiſtimationem contrauenientis,niſi laboraret ignorantia craſſa vel affectata. Alij opinantur ſtatuta epiſcoporum obligare ad mortale & veniale ſecundum materiam ſubiectam, & modum uerborum,vt omnes not.in d.c.nam concupiſcentiam.& ſumma Antonina in loco proxi.alleg.Io.autem Gerſon in tract.regularum mora.ca.de regulis.circa ſuperbiam.regu.11.putat ꝙ ſtatuta & præcepta ſuperiorũ non obligent ad peccatum mortale,niſi facta ſint ſuper his ad quem iam erant obligati ſubditi ꝑ legem diuinam explicitè vel implicitè,virtualiter vel formaliter, ſed ad peccatum veniale tantum,quia ſolus Deus eſt qui habet imperium æternæ uitæ & necis, & ideo in ſequenti regula quæ eſt in ordine 12.dicit. Stultum & iniurioſum eſt ſuperioribus credere omnes inſtitutiones quas uidemus reſpectu ſubditorum, obligare ad peccatum mortale, ſed multæ ut concilia, multæ ut quædam decentiæ & honeſtates, & facultates ad finem conſequendum,uel multæ ad pœnam temporalem ſi tranſgrediantur ſolum obligantes. & idem Gerſon in 3.parte operum.lib.de uita ſpirituali animę lectione 4.circa princi. ſic inquit,nulla tranſgreſſio legis naturalis uel humanæ,ut naturalis,uel humana eſt peccatum mortale,quia lex humana,ut humana non poteſt attingere ad cognitionem æternitatis in pœna nel præmio. Et aliam rationem ibi adducit poſt Durandum, quia ſcilicet prælati vel principes non poſſunt trahere ad forũ ſuum pro pœna peccati mortalis tranſgreſſores legis ſuæ, & in ead.lectio.4.corrolarijs.4.5.6.7.& 8.multa dicit & infert circa prædicta quæ videri poſſunt,ea tamen non recipit. Io.maio.in 3.ſen.diſ.37.q.16.ſupra alleg. Et hę diuerſitates opinionum cũ fatuitate animis his noſtris temporibus mouerunt magnas tragœdias per turbulentiſſimos Lutheranos.Quid tenendum?certe periculoſum eſt loqui in hac materia, hoc præſertim tempore,quia in hac materia Lutherani habent opinionem firmam quod præcepta & ſtatuta ſuperiorum nõ obligant ad peccatũ, & idem in varios miſerè labuntur errores.Ego tamen ſub correctione Romanæ eccleſiæ, cui omnia quę dicã tam hic quàm alibi ſemper ſubmitto putarem conſiderandos ſequentes caſus.
259 † Primus caſus eſt, quando ſtatuta epiſcopi ſunt facta ſuper iis ad quem iam ſubditi erant obligati per legem diuinam explicite vel implicite virtualiter vel formaliter, ſub pœna peccati mortalis, & hoc caſu indubitanter ſtatuta epiſcopi obligant ad peccatum mortale,vt vult Gerſon.loco præallegato.
260 † Secundus caſus eſt quando certũ eſt ꝙ epiſcopus ſtatuẽs intendit præcipere vel materia ſuper qua ſit ſtatutum eſt multũ neceſſaria ad ſalutem animæ, aut commune bonum, & certum eſt quòd obligat ad peccatum mortale per quæcunque verba fiat ſtatutum,iuxta illud qui nõ obedierit, Principi morte moriatur.ita Panor. in d.c.nam concupiſcentiam, col.1.ubi doct.communiter ſequuntur,& idem Panor.in cap.clerici officia.1.not.de vi.& honeſt.cle.Clauaſ.in ſumma in verbo lex.§.3.Gabriel Biel in loco ſupra alleg.ver. quoniam autem cõſtat. & Reuerẽ.do.Cardi.Caieta.i ſummula peccatorum,in uerbo præceptum.§.intentio demum.Ratio huius eſt, quia præcepta iuris poſitiuis magis ligant ex intentione legiſlatoris,quàm ex verbis authore diuo Tho.in 4.ſen.diſt.15.q.3.articul.3. ſequitur Gabri.Biel in eo.4.diſt.16.q.4.articul.j.
261 † Tertius caſus eſt, quando ſtatuta epiſcopi loquuntur per verba præceptiua, & tunc ſi materia ſit neceſſaria obligant ad peccatum mortale,nam reſiſtendo ſuperiori reſiſtitur Deo. d. c.qui reſiſtit.14.q.j. idem dic ſi loquantur ſtatuta epiſcopi per verba æquipollentia,vt per verbum inhibemus,interdicimus, ſecundum Panor.in d.c.nam concupiſcentiam,quem ibi referunt & ſequuntur omnes, & idem tradit ipſe Panor.in rub. de obſer.ieiu col.fi.& in d.c. clerici officia.& Clauaſ.etiam vbi ſupra ſequitur Gabriel.in loco proxime alleg.alias autem obligarent ad veniale tantum, vt traditur in dictis locis, & declarat pulchre do.Card.Caietanus in commenta. ad ſanctum Tho. 2.2. loco ſtatim allegan.
262 † Quartus caſus eſt, quando ſtatuta epiſcopi habent ſecum annexam aliquam cenſuram excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti latæ ſententiæ, & tunc obligant ad peccatum mortale. Idem dic ſi fiat præceptum ſimplex ſub excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti pœna,vel ſub pœna ęternę maledictionis,vt not.Io.Mo.in c.j.in prin. de ſepul. in 6.quem ibi ſequuntur Io.And.Gemi.& Phil. Franc.Clauaſ. in d. verbo lex.§.3.Io.And.in c.j.§.procurationes.de cenſi. in 6.vbi Gemi. ver.quæro quid.& Philip.Franc.4.no. Pauinus in extrauaga.Benedicti II. incip. vas electionis. ſita inter extrauag. communes.tit.de cenſi.& de his verbis vide bo.tex.in c. vnico. §.fin.de ſtatu regu.in 6. & hoc etiam not. Antoninus in ſumma 2.par. tit.4.c.2.§.3.Gabriel Biel loco ſupra alleg. & Silueſt. in verbo præceptum.§.3.idem ſi fiat præceptum in virtute ſanctæ obedientiæ ſecundum Gabrielem loco præalleg.& do.Card.Caieta.in commenta.ad Tho.ſecunda ſecũdæ.q.76.art.9.col.5. ver. quia igitur,vbi late de præmiſſis omnibus agit. Et etiã in ſummula peccatorum in verb.pręceptum.§.pęna pręceptorum.& ibi quo ad excommunicationem limitat quãdo requireretur monitio, ſed quo ad interdictum, & ſuſpenſionem vult non obligare ad peccatum mortale,ſed veniale tantum, quod no. quia per hoc vult do.Card.quòd ſuſpenſio & interdictum poſſint fieri pro peccato veniali, ſecus in excommunicatione, vt ſupra dixi.
263 † Limita & intellige tres caſus proxime relatos, quando per contrauentionem fruſtraretur mens ſtatuentis,vt quia ſine rationabili cauſa vera vel interpretatiua cõtraueniretur, vt ſupra dixi poſt Tho. & Silueſtrinam, quia fallit quando ex cauſa rationabili vera vel interpretata contraueniretur, vt ibi dixi. Et idem dicit ſumma Silueſtri.in verbo lex. §.8. vbi tamen dicit quòd ſi non ſit ſubitum periculum debet adiri ſuperior pro diſpenſatione obtinenda,quod poſt ſanctum Tho.2.2.q.96.arti. 5.tenet Antoninus in ſumma j.par.titu.17.c.vnico.§.6. & vult Panor.in rub. de obſer.ieiu.colum.fin.faciunt pro hac limitatione,quę dicam infra arti.2.concluſ.j.limit.14.
264 † Limita ſecundo quando ſtatuto epiſcopi eſſet derogatum per contrariam conſuetudinem ,dato quòd conſuetudo eſſet iniuſta,quia contraueniens prætextu conſuetudinis non peccaret mortaliter, ſed venialiter, & leuiter authore Io. And.in c.fi.de cog ſpiri.in 6.quem ſequitur Fely.in d.ca.nam concupiſcentiam.col.2.limit.j. Phil.Deci.col.2.i.lect.& 2.lect.col.3.do. Roch.de Cur.in c.fi.col.15. de conſue.& ego late dixi in trac. de cog ſpiri.in 7.poteſt conclu.j.in xxi.ampliatione,vide etiam quæ dicam infra arti.ij.concluſ.i.limita.xiij.

Limita quarto quando ſtatuta epiſcopi nutrirent commodum ſtatuentis,vt ponam loco proxi.alleg.limita.xv. & ex ibi dictis ſcilicet in d.1. concluſione poteris habere multas alias limitationes ad prædicta.
265 † Quintus caſus eſt quando ſtatuta epiſcopi loquuntur per verba imperatiui modi, & regulariter non important præceptum nec obligant ad peccatum mortale, vt probatur in cle. exiui.§.nos itaque. de ver.ſig.fallit quando ex conſuetudine talia verba importarent pręceptũ, vel materia in qua ſunt, eſſet admodum ponderoſa,vt dicit Panor.in d.c.nam concupiſcentiam.col.2.vbi Fely.ſequitur etiam,col.2.verſ.de aliquibus.
266 † Sextus caſus eſt, quando ſtatuta epiſcopi non ſunt præcepti ſed conſilii, & tunc non obligant ad peccatum mortale.c. quiſquis.c.pręcipitur.14.q.1.not.Fely.in c.1.col.6.& in d. c. nã concupiſcentiam.colum.1.de conſti.& in c.j.col.4. ver. prima declaratio.de treug.& pa.do.Deci.in d.c.1.colum.7. in 1.lectu. de conſtitutio.
267 † Septimus caſus eſt, quando ſtatuta epiſcopi loquuntur de honeſtate, & talia non obligant ad peccatum mortale ſed veniale,vt vult Panor.in c.j.col.3.ver.nota hoc dictum, per id q̃d ibi dicit Inno.de vit.& hon.cle.idem vult Panor in d. c.1.col.2. de conſti.vbi Fely.colu. 6. ver. fallit tertio.& do.Deci.col.7.in prin.vbi dicit hoc eſſe intelligendum de honeſtate quæ in effectu pro cõſilio accipitur,alias autem quæ etiam honeſtatem reſpiciunt præcepti eſſe dicuntur, cum inter alia iuris præcepta dicitur, quòd quis debet honeſte viuere.§.iuris præcepta. inſti.de iuſti.& iure.
268 † Octauus caſus eſt,quando ſtatuta epiſcopi continent conſilia reuerentiæ,& non obligant ad peccatum mortale,ſed veniale,ſecundum Fely.poſt Archi.in d.cap.1.col 4.ver.prima declaratio.de treug.& pa.Et intellige hoc quando conſilium reuerentiæ non habet præciſam prohibitionem,vt declarat do. Phil. Dec.in d.c.j. col.8.verſ.tertius caſus de cõſti.de quo omnino vide Card. Alexan.in §.hæc & ſi legibus.4.diſt. Ang.de Clauaſio in ſumma. in verbo inobedientia. in fi.
269 † Limita dictos tres caſus proxime relatos, quando quis contraueniret ſtatutis epiſcopi ex contemptu, quia mortiferè peccaret,per gloſſ.in c.qui autem.x.diſt.vbi omnes doc. & illã gloſſ.

glo.ſequitur Panor. in d.c.j. de conſti. & in alijs locis ibi relatis per Fely. colum.6. ver. hæc regulariter procedunt, & do. Phil. Deci.col.7.ver.& hoc dictum, vbi tamē ſubdubitat, ſed limitatio communiter tenetur teſte ſumma Siluestri.in verbo contēptus.§.2.& in verbo lex.§.8.& eam tenet Scotus in 4.diſt.5.q.4. & Bonauentu.in 3.ſen.diſt.vlti.prope fi.intellige tamen limitationem veram dummodo contemptus ſit talis quòd aſpernetur,& reindignetur tanquam vilia ſtatuta epiſcopi, quia ſublimitatur quando contemptus eſſet talis, quòd non ponderaret vel negligeret ſtatuta epiſcopi, quia iſtis duobus caſibus non ſemper peccaret mortaliter,vt vult Io. maio.in 3.ſen.diſt. 37.q. 16.in fin. ver. Gerſon autem in 2.par. operum.trac de cog pecca.venia.& morta.conſidera. 6. clarius loquitur, dicens, quòd quando ex certa ſcientia fit tranſgreſſio mandatorum ſuperiorum principaliter, & ſolum pro eo quòd præceperunt, eſt ibi proprie contemptus & peccatum mortale, ſimiliter, quando non reputantur ſuperiores,nec vis fit de præceptis eorum,ac ſi ipſi hoc non pręcepiſſent,& per hoc non obeditur,eſt etiā contemptus,& peccatum mortale, quando autem fit tranſgreſſio mandatorum a ſuperioribus datorū pro aliqua fragilitate. aut pro alia cauſa non eſt nominandum peccatū per contemptū.

270 † Nonus caſus eſt,quando ſtatuta epiſcopi imponunt pœnā corporalem vel pecuniariam,& vtuntur verbis communibus vt ordino,decerno,& tunc puto quòd non obligent ad peccatum mortale,vt volunt docto.in d c.nam concupiſcentiam.& Gerſon in trac de regu.moralib.c. circa peccatum ſuperbiæ.regu.xij Gabriel Biel in 4.ſen.diſt.xvj.q 3.ar.j.dubio vj.col.4.verſ. quoniam autem conſtat.iam ſupra alleg. facit quod not. Matheſ. lxxviij. incip.nota doctrinam mirabilem, vbi dicit,quòd ſi in regula imponitur pœna ieiunij religioſi contrafaciētes nō peccant mortaliter,de quo vide do.Deci.in d.c.nam concupiſcentiam.2.lec.col.3.Dixi cum myſterio paruam pœnam corporalem,quia ſi imponeretur magna,puta pœna carceris,obligarent ad peccatum mortale,ſecundum ſummam Antoninā. 2.par.tit.4.c.2.§.3.& Siluestrinam in verbo præceptum §. 3.dixi etiam vtuntur verbis communibus ob ea quæ dixi ſupra in ſubampliatione huius concluſionis,quæ in hoc caſu reſtringitur,& limitatur,circa hunc tamen caſum vide quæ late dicam infra in 2.arti.concluſi.in vlti.limita.uerſic.tertius caſus, & ibi ponam caſus, aliquos in quibus ſtatuta epiſcopi non ligant in foro conſcientiæ, per quos limitatur hæc concluſio. Aduerte ꝙ circa ea quæ ſupra dixi.multa potuiſſent trutinari, nec ut fateor eneruant ad plenam materiam,ſed contentus aliorum dictis nolui expādere alas,ne præcipitarer,maxime,quia hæc materia in multis indigere videtur deciſione Papæ teſte domino Card.Caietanus proximis diebus magno literarum damno defuncto in d.commenta.ad 2.2.ſancti Tho.q.clxxxvj.artic.ix.colum.5.quod vtinam fieret, ne in re tam ſeria homines ſcrupuloſi allucinarentur amplius.

271 † Ex prædicta concluſione infero. ꝙ ex quo ſtatuta epiſcopi obligant ad peccatum, obligant ex conſequenti ad mortem ſubeundam pro obſeruatione ipſorum,nam ſi obligant ad peccatum mortale,vt ſupra dictum extitit,obligant ex conſequenti ad mortem ſubeundam antequam quis cōtraueniat ipſis ſtatutis,vt probatur in c.ſacris iunctis ijs quę ibi dicunt & maxime Panor.2.not. de his quæ vi metuſue cauſa fiunt, vbi concludit hominem potius debere pati mortem quam communicare, excommunicatio quia communicādo excommunicatio peccat mortaliter,ſed prohibitio talis communis eſt ſolum de iure poſitiuo.c.cum deſideres.de ſen.excom.cum ſimi.ergo idē iuris dicēdum eſt de ſtatutis epiſcopi quæ ſunt iuris poſitiui quò ad ſuos.ita vult reuerē.d. Tho. de vio Caietanus Card. quondā ſancti Sixti in commentarijs ad Thomam doct. ſanctum in 1. 2.q.xcvj.articu.4. vbi idem vult eſſe ſi obligarent ad peccatum veniale tantum,quia ſecundum eum quis debet potius mori q̄ peccare venialiter, quòd vltimum etiā tenet Io.maio.in 4.ſen. di.xlix.q..xxv.verſi.contra primam concluſionem, contra hāc tamen illationem tenent moderni in ſua ſpongia aduerſus Hutenum,& in apologia aduerſus quoſdam articulos per aliquos monachos Hiſpanię exhibitos,quia ſm eos concluſio ſupra poſita eſt dubia,& diuerſę feruntur opiniones, necdum eſt aliqd ſuper ea per eccleſiam expreſsè determinatum, ſed contrariū eſt,vt puto,verū.vt patet in d.c.2.de maio.& obed. vbi mādant excommunicari violatores decreti & ſtatuti epiſcopi.iuxta intellectum doctorum,ſed excommunicatio non fertur niſi pro peccato mortali.c.nemo.epiſcoporum.xj.q.iij.ergo &c.

272 † Circa dictam cōcluſionem optarem,ꝙ epiſcopi pauca ſtatuta facerent obligantia ad culpā,& quando hoc facerent,aperte declarent mentem eorum,imitantes Pau.1 ad corinth. c. 6. ibi de virginibus autem reliqua autem ſtatuta & quaſi omnia facerent obligantia ad pęnam tantum temporalem, quia magnus fructus non oritur, ex ſtatutis obligantibus ad culpā, ſed potius oritur corruptio viæ, vt de multis cōſtitutionibus iuris poſitiui obligantibus ad culpam no.Panor.in c.cum olim.col, 2.de cle.cōiug.& do.Gerſon in lib.de vita ſpirit. animæ. lectione.4.col.pen.Petrus rauennas in compend.iuris ca. titu. de coha.cle.& mulier.colum.xj.

Decimaſeptima concluſio.

273 Epiſcopus poteſt facere † ſtatuta creando nouum delictum de nouo, & ſic ſtatuere præter ius c.2.de conſti.in vj.facit c.catholica.xi. di.& no. Panor. in c.1. not.j.de loca.& idē Panor.in c.cū cōſuetudinis.col.4.de cōſue. & in c.licet.col.2.de offi.ord.Fel.& in c.cum dilecta.col.xi.in 1. ampliatione,vbi ſoluit oppoſitionē quæ fieri poſſet de reſcrip. Bal.etiam hanc concluſionem ponit in l.omnes populi. col.4. ff.de iuſ & iu.vbi dicit epiſcopum poſſe ſtatuere in caſu omiſſo a iure, & ibi etiam ponit Baptiſt. de ſancto Seueri.col. xxxviii. ver.ſupereſt tertius caſus. Ang.Are.in § ius ciuile .col.3.Inſti.de iu.na.ciui.& gen.Barba.etiam ponit concluſionem hanc in cle.ne romani.colum.7.ver.primo caſu.de elec.Gemi. in ſumma. 18.colum.ubi etiam Card.Alex.col.2.Alex.cōſi cvi. perſpectis col.5.lib.2.domi.meus Phil.Deci.in c.prudentiam.in prin.not. 4.de offi.delega.facit ꝙ no.Soci ꝯſ 272.col.4.ver.quinto principaliter.lib.2.facit ēt qa inferiores ꝑlati ab epiſcopo poſſunt ſtatuere præter ius ſi habeant quaſi epiſcopalē iuriſdictionem, authore Gemi.poſt Fe.de.in d.ſumma. 18.diſt.penult. colum. quē ibi colum.fi.ſequitur. Cardina. Alexan. Ex dicta concluſione infero ſequentes.concluſiones per quas declarabitur.

274 † Primo infero epm̄ poſſe ſtatuere ad morū correctionē nō ſubuertendo ius cōe,ſed ſupplendo,ſtatuta facere præter ius, ꝓhibitiua atque pœnalia,qa plectēdo hoc agitur vt vita hoīum corrigat̄ c.prodeſt.24.q.5.ita Hoſti.Io. Andr.Car.Zabar.& Anto de Butri.in cap.fi. de offi.Achiep. ſequitur Baptiſt.de ſancto Seue.in l.oēs populi.col.28.verſi.ſed alias ff. de iuſti & iur. vide quod dixi ſupra concluſio.13.in 20 & 21.illationibus.

275 † Secundo infero epiſcopum poſſe ſtatuere præter ius circa mores laicorum,ſi illi mores inducāt peccatū quod reputaret eſſe eccleſiaſticum.arg. c.nouit. de iudiciis. Poſſet etiā ipſe epſ facere ſtatuta ratione loci puta ꝙ in eccleſiis certum quid non fiat,vel ꝙ ibi non vadant mulieres pictæ,vel ratione temporis, puta in die veneris ſancti, vel diebus paſchæ, vel diebus rogationum ſeu proceſſionum,facit lex cum ſuper.C de re mili.lib. 12.ſm Bal & generaliter dici poteſt epiſcopum poſſe ſtatuere indiſtincte pro honeſtate conſeruanda & peccato euitādo cū hoc ſpectet ad eccleſiaſticum,ut not.d. capit.nouit.de iudic.& in c.cum ſit generale.de foro compet.& in c.1.de emptio.& uēdit.ita Phi.Francus in regula ea quæ.col. fina.in ſin.de reg.iur.in 6.Panormi. in c.1.col.2. de raptori. Baptiſt.de ſancto Seuerino in d.l.omnes populi.colum.28.uerſic.ex quorum dictis.facit ea quæ poſui ſupra concluſio.xiii.in 2.xix. xx.& xxi. illationibus, vbi de ſtatuto epiſcopi prohibetur ſe laruare die carniſpriuii.

276 † Tertio infero epiſcopum poſſe ſibi per ſtatutum ſuum reſeruare alios caſus pro abſolutione q̄ ſint in iure expreſſi, de qbus caſibus in iure expreſſis habes gloſſ. in capitul.ſi epiſcopus. de pęni.& re.in 6.& no.Hoſti.in ſumma eo.titu.§. cui cōſitēdū. col.4.uerſ.nec in hoc.hanc illationem ponit gl.in uerb.conceſſam in cle.dudum.§.hmōi.de ſepul.ubi Card.Zab.in x. quæſt.& Imo.col.x.Panor.in apparatu.col.iiii.Bonifa. de uitali. colum. 1.& gl.in extrauag.ſuper cathedram in uerbo a iure.titul. de ſepul.in extrauag.cōibus.Gabriel Biel ſuper ſacro cano lectione.3.Henri.Bohic.in c.Deus qui. de pęni.& re. Gerſon in 2.par. operum in quadam epiſtola incipi.glorificate Deum.& in alia epiſtola incip.pontifi cali dignitati.& in ſermone habito in cōcilio Remenſi. incip. bonus paſtor.partitio.3.promiſſo.7 & in trac.de uiſita.prēla.cap. 5.colum.3.ubi ponit caſus reuerſatos per dn̄m epm̄ Cameracēſem & in ſermone de pęnitētia habito in cęna dn̄i.3.conſideratione.uerſicu.fiat etiam.ubi tamē abhorret tales reſeruationes multiplices.Phil.franc in d. capit.3. Bertachi.de firmo.in tract.de epiſco.1.par.lib.4.quæſt.xi.Ratio huius limitationis ponitur in d.gloſſ.in uerbo conceſſa.

277 † Amplia illationem procedere ut epſ etiam per ſtatutum ſuum reſeruaret caſus in præiudicium religioſorū mēdicātiū, ut dicit.d.glo.quam ibi ſequuntur omnes,dummodo nō reſeruet in iniuriam.& Collecta in c. omnis utriuſq;.colum.x.num. xxxix.de pęni.& re.præſumitur reſeruare in iniuriam,ſi omnes reſeruare uelit,uel ſi ſine cauſa reſeruet authore Imo in d. cle. dudum. col.x.uer.credo tñ.de hac tñ ampliatione dubitat Panor.in ca.ſuper. Specu. col.3. ne cle.uel monac.ex quo ius iam eſt quæſitum ipſis religioſis mendicantibus.Sed dic epm̄ ut iure ſuo ptāte a iure ſibi conceſſa, ideo nemini facere iniuriam capi.cum eccleſia uulterana.de elec. cum cōcordan. ibi poſitis.

278 † Circa hanc illationem optarem quinq;.Primo ut epi paucos caſus ſibi reſeruarēt ultra caſus de iure reſeruatos, & illos tantū reſeruarēt in quibus exigitur magna diſcretio imponētis pęnitētiam.Secundo ut eos frequenter publicari facerēt in ſuis ſinodis, & in pulpitis publicis publicari facerent, uel eos redigerent in ſtatutis ſcriptis,& cogerent oēs presbyteros capacēs cōfeſſionis audiēdæ habere ſtatuta. Tertio ꝙ in caſibus admodum occultis,cōcederent facultatem abſoluēdi in foro cōſciētię curatis,& eorū uicariis,qa aliqui arcētur ab his peccatis cōfitendis

fitendis

ſitendis ratione reſeruationis actore Ioan.maioris in 4.ſen.diſ. 17.q.5.col.pen.ver.ſecunda propoſitio. Quarto ꝙ nullas pecunias exigeret pro abſolutionibus talium caſuum reſeruatorū, quia quocunque fine exigantur præbent occaſionem ſcandali ſubditis, quod ſummopere fugere debent epiſcopi. Quinto quòd nulli caſus eſſent reſeruati quo ad minores 14.annis, qui ſunt fragiles & verecūdi, & etiam quo ad mulieres quæ ex acceſſu ad epiſcopum poſſunt venire in ſuſpitionem maritis, parentibus, aut alijs cum diſpendio famæ, & hoc quando peccata eſſent occulta. hæc quinque in effectu etiam optat Gerſon in locis ſupra allega.

279 † Quartò infero valere ſtatutū epiſcopi per qđ prohibet rectoribus eccleſiarum conſtituere vicarios ēt temporales ſine ſuo mandato & cōſenſu ſm Henri. Bohic. in c.clericos. col.2. de offi.vic.Card.Zab.in c.cū oēs.col.fi q.14.de conſti.& in cle. vnica.q.14.de offi.vic. rō huius illationis pōt aſſignari, ꝗa vicarij nō poſſunt regulariter cōſtitui à curatis ſine epo.c cū ex eo. §.porrò de electio.in 6.vbi Ioan.And.Gemi.& Philip.Francus.

Amplia illationem procedere etiam ſi conſtituentes vica-

280 rios ſint priuilegiati, † vt non teneātur reſidere in beneficijs, vt illi de quibus in c.cū dilectus.& in c.de cętero.& in c. ad audiētiam.& in c.tuæ.de cle. non reſid. quia tales nō debent ponere vicarios ſine conſenſu epiſcopi, vt conſtet ipſi epō de idoneitate vicarij, arg.c.de monachis.de præben.& in c.j.de capel.mona. in 6.vbi ſcribit do.Ioan. de Sel.in tracta.de beneſi.4. par.6. colum.fin.

281 † Ex prædictis ſubinfero epiſcopum poſſe ſtatuere ꝙ nullus admittatur ad vicariatum pro alio, atq; vices alterius in beneficio curato tenendum, niſi primo ab eodem Epiſcopo vel a ſuo commiſſo fuerit examinatus & approbatus, ex quo.n. omnibus presbyteris non curatis prohibitum eſt exercitiū curæ

282 animarū, † vt not.in c.omnis utriuſq; ſexus.de pęni.& remiſ. vbi Panor.col.3.in fi.Card.Alex.poſt Archi.& Gemi. ibi in ca. perlectis.col 6.25. diſt.præſumendum eſt hoc fuiſſe ſtatutū ex cauſa, quia omnes neſciunt curam aīarū exercere, quæ eſt ars artium.ca.cum ſit.de æta.& qualit.propterea epiſcopus poteſt eiuſdem nō approbatis inhibere exercitiū curę animarū, & ita fit cōmuniter, & utinā hoc fiat potius ad exonerationem conſcientiarū quam ob burſarum onerationem & ingrauidationem, hęc enim approbatio ad vicariatum vēditur a multis, nec ſine ſuſpitione ſimonię.c.ad noſtram.c.conſulere.de ſimo.

283 † An aūt ſemel approbati ad vicariatum poſſint reprobari, alias fuit dubitatū Lugduni dum ibi reſiderē, ſed ego nunquā

284 dubitaui, ꝙ ſic, † quia ſemel approbatus pt reprobari, gl.in c.cū ſcdm in verbo liceat de præben.quæ alleg. concor. vbi Panor. col.3.Imo.col.2.idem Panor.in c.de illis.tn fi.de deſpō. impub. vbi dicit ſemel approbatus ad curam animarū pōt reprobari. Old.pulchrè conſi.18.incip. circa primum.in prin. vbi concludit quòd admiſſus ſucceſſiuè ad duas parochiales, ſi ad tertiam fuerit repertus inſufficiens poteſt reprobari, quia maior diligētia eſt adhibenda in medico animarū quā in medico corporū, facit ꝙ ſcribit Panor.in c.cū venerabilis col.ſi. ver. & ex prædictis, de excep. vbi Fely.col.pen.ver.limita.do.meus Philip.Dec. ibi col. fi. qui multa allegat quæ non tranſcribit licet benefaciant ad propoſitum, facit etiam ꝗa ſemel examinatus pt iterū examinari.c.accepimus.de ęta.& qual.ita vbi do.Ant.in 6. no.

285 † Quinto infero valere ſtatutum epiſcopi prohibens ne vlla litera Apoſtolica recipiatur vel approbetur in ſua diœceſi, niſi primitus ipſe cōſulatur, & ſine examinatione ipſius vel ſui commiſſi ita Henri.in c.ex eo.col.j.de pęni. & re quē ibi ſequit Car.Zaba.q.1.& Pan.col.fi.qui ſubdit, caueat tñ eps ne hoc faciat in fraudem, ꝗa talis puniret.quanto.c.dilect.de priuile.ſi.n. faceret cā differendi executionē Papalē illud ſaperet rebellionem & inobedientiā ꝯ ſedē Apoſtolicā, authore Petro Rauennate in ſingularibus vtriuſq; iuris.§.3. inci.fui interrogatus. Caueat etiam eps ne hoc facta cā cupiditatis aut vēdat examina-

286 tionem, † quia committitur in talibus ſimonia ſm Card.Zab. in cle.abuſionibus.in prin.vlti.not.poſt Laur.de Pinu. de pęni. & re.quę cle.benefacit pro hac illatione, idē vult Guido Brianſonis in 4.ſen.q.15.conclu.2.correla.3.colum. penul.

287 Sexto infero valere ſtatutum epi, per quod decernit cū clere, & populo ſanctū aliquem ab eccleſia canonizatū perpetuo venerandū, ſm Inno.in c.ſi.de fer. quem ibi ſequitur Io.Andr. zaba.Bohic. Panor.col.uer.2. uer. nota quòd licet.& do.Roc. de cur.in c.ſi.q.16.in ſi.de conſue.Car.de tur.in c.1.artic.5.de cō ſec.diſt. 3. Dixi notanter canonizatum, quia ſi non eſſet canonizatus, hoc non poſſet, ſecundum præfatos doctores, & Phil. Fran.in c.1.colū.2.de reſi.& nene.ſanc.li.6.fa.c.1.eo.tit.in 6.Aduerte tamen epiſcopum non debere eſſe facilem ad introducendum feſta, ut populus impediatur ab opere, ut pulchre tradit Io.ma.in 3.ſen.37.q.23.colum.ſi.

288 † Septimo infero ualere ſtatutum epi pro cauſa neceſſaria, & iuſta ut redditus beneficii uacantis deputenē ad certū uſum, ita ꝙ ſtatutum præiudicet inſtituendo ad certum tps, arg.c.pe. de uer.ſign.& c.ſi propter tua debita.de reſcrip.in 6. ita Panor. in c.vnico.no.vlt.vt eccle.bene.Philip.Franc.in d.c.ſi propter. 3.not.vide Albe.de Roſa.in tract.ſuper ſtatutis 1.parte.q.cxlvi. incip.in eccleſia valentina. Collecta.in c. tua. colū.2.numero 11.de verborum ſignificatio.

289 † Octauo infero valere ſtatutum epiſcopi cum maiore parte capituli, quòd ad neceſſariam reparationē fabricæ quilibet canonicus conferre teneatur. c.ſi.de his quæ fiunt a maio. par. capitu.vbi omnes, & ibi Imol.2. notabi.dicit epiſcopum poſſe ſtatuere ad cōmodum ſubiecti, & ad declarationē iuris ipſius quod confirmat, vt ibi per eum.

290 † Nono infero valere ſtatutum epi & maioris partis capituli, vt quiſq; canonicorum debeat ad ſubuentionem ſcholaris pauperis docilis exiſtentis in ſtudio conferre, ita Panormit. in dicto c.fina. 2.notabi.facit in argumen.c. ſuper Specula.ne cleri.vel mo.& d.c.cum ex eo.de elec.in 6.

291 † Decimo infero valere ſtatutum epiſcopi, quòd nullus recipiatur in conuerſum vel oblatum in ſua diœceſi, niſi ut Deo ſeruiat, vel quòd nullus in conuerſum vel oblatum recipiatur in tota ſua diœceſi ſine licentia ſua: nam iſtud ſtatutum nō eſt contra ius, ſed eſt præter ius, quia primum ſtatutum prohibet fraudem, ſecundum ſit vt cautius procedatur forte ne in fraudem fiat receptio, vel ne forte perſona minus idonea recipiaī, vel ne forte plures recipiantur quam ſuppetant facultates monaſteriorum.c.vnico.§. ſane. de ſta. mona.in 6.ita Lap. allega. 86.incip.in cauſa & quæſtione.colum.2.& 3.

292 † Vndecimo infero valere ſtatutū epiſcopi quòd inſtrumētum remiſſionis vſurarum factum vſurario per creditorē non valear niſi fiat in præſentia epiſcopi vel ſui officialis, quia hoc eſt ſtatuere pręter ius, & addere aliquid quod neceſſe ſit ſeruare in tali inſtrumento præter ius, ita Cald.conſi.14.incip.an valeat conſtitutio.ſub rub.de conſti.contrarium vult Bal. conſi. ccxvij.incip. punctus.lib.5. quia in dubio ſtandum eſt inſtrumento.l.precibus.C.de proba.niſi appareat de frequētia actuū, in fraudem vſurarum. Quid tenendum, puto primam opinionem veriorem, quia tale ſtatutum ſit ad euitandum fraudes, argu.eorum quę dixi in proxima illatione. Nō obſtat.l.precibus, quia verum eſt, niſi ſtatutum vel lex repugnet.facit pro confirmatione primæ opi.quod ſcribit Alex.in l.ex duobus.§.etiam ſi contra tabulas.col.2.ff.de vulg. & pup. vbi dicit valere ſtatutum legati, quod ab initio ſeruetur certa forma legati qua nō ſeruata, ſtatutum ſit nulum.

293 † Duodecimo infero valere ſtatutum epiſcopi quòd probato aliquo vſurario etiam p teſtes ſingulares, omnia ſua inſtrumenta fingantur vſuraria etiam de duplo.Bal.in.l.dictantibus. col.2.verſi.item facit.C.de teſta.ſequitur Ana. in c.cum in diœceſi.col.2.de vſur.Fely.in c.quod ſuper his.col.2.vbi plura allegar.de maio.& obed.& Alex.in d.l.dictantibus.

Limita primo illationem non procedere quādo vſurarius reſtituiſſet vſuras ſm Bal.in rub.C.de vſur.col. 2. verſ. ſecundo quæro, quia ſecundum eundem per reſtitutionem vſurarum aboletur nomen vſurarij, per textum in c.cum tu.in verbo donec.& quod ibi notatur in glo.de vſuris.

Limita ſecūdo quādo longo tempore ante editum ſtatutū probaretur quem fuiſſe vſurariū, authore Iacobino de ſancto Georgio in.l.non eſt neceſſe.in ſi. ff. de probat. Iaſ.in l.ſi prius. col.15.ver.ſecundo ex prædicta.nu.45.ff.de ope. no. nunc vbi dicit quod per tale ſtatutū non præſumuntur retrò omnia inſtrumenta fuiſſe vſuraria, eo quia præſens ſtatus habet neceſſariam contradictionem alicuius temporis præteriti ſaltem origine ſcilicet quod aliquo tempore non fuit vſurarius.

294 † Decimotertio infero valere ſtatutum epiſcopi per quod induci faciliorem modum probandi contra uſurarios quam ſit de iure communi, utputa quòd ſufficiant teſtes de fama publica ad probandum quòd quis ſit uſurarius cum aſſertione dicentis ſe ſoluiſſe uſuras, ita Bal.in l. eos §. inſuper. C.de uſur.ſequitur Bertachi.in trac.de epiſ.in 2.parte.li.4.q.Saly.in d.§.inſuper.poſt Bal.ubi etiam Pau.de Caſt.Fede. de Sen. conſi.8.incipuomodo.in fine. Card.conſi. 15. incip. qualiter præſumatur. ſub rubr.de uſur.& idem Cal.conſi.22.incip. epiſcopus. an ſubtit de conſti. Philip.Franc.in ca.quanquā in prin.col.3.de uſur. in 6. Aduerte tamen quòd doctores prædicti non loquuntur de uſurario manifeſto, ut pōderat Io.de Ana.in d.c.cum in diœceſi.col.4.uer.ex quo infero de uſu.& hoc propter ea quæ dixi ſupra concluſiō.8.in 18.& 1.illationibus illius concluſionis, ui de quę ibi dixi, quia hæc per ibi dicta clariora euadent.

295 † Decimoquarto infero ualere ſtatutum epiſcopi quòd cōtractus factus cum uſurario præſumatur uſurarius cū hæc non ſit contrarius, ſed præter ius, ita Ang. de Peruſio in diſputatio. incip.miles aſtenſis.uer.de quarta. quem refert & ſequitur Philip.Franc.in d.c.quanquam.colum. 2.de uſur. in 6.

296 † Decimoquinto infero ualere ſtatutum epiſcopi, quòd in cauſa uſuraria epiſcopus poſſit deferre iuramentum cui uult, ſecundum Laurentium de Rodulph.in tractat.de uſuris. quæſtio.154.

297 † Decimoſexto infero ualere ſtatutū epi per quod creat homines

mines certę qualitatis notarios & tabelliones in eius iuriſdictio. ſicut in ſpiritualibus ad ſe pertinentibus, quia notarij poſſunt creari per ſtatutum, ſicuti per conſuetudinē, & hoc eſt ſtatuere præter ius, ita vult Fely poſt Card. Zab. & Panor. ibi in ca. cum P. col. pe. iunctis dictis in col. præced. ver. ſed dominus Cardinalis. de fide inſtru. facit quod not. Old. conſi. lxxv. incip. quis poſſit.

298 † Decimoſeptimo inferò valere ſtatutū epiſcopi quòd omnes panni ſerici qui ſuper defunctis afferuntur, ſint eccleſię ꝓ paramentis altaris, ita Card. Zab. in cle. quia contingit. in princ. q. viij. de relig. do. vt tamen ibi dicit hoc intelligendum eſt niſi aliud diſpoſitum fuerit a teſtatore, nam licet teſtatori apponere legem ſuæ rei. c. verum. de conditio. apposi. c. cum dilecti. de donat. & hoc niſi imponat per modum reprobatum a iure. ca. requiſiſti de teſtamentis. l. nemo poteſt. ff. de legatis primo.

299 † Decimooctauo infero valere ſtatutū epiſcopi de optando ꝓbēdam vacantem, ſecundum do. Anto. de Bu. in c. ſi. col. xxvj. de conſue. Miluum in repertorio. in verbo ſtatutum. § ix quod intellige verum quando fieret de beneficijs ad collationem ipſius ſpectantibus, authore eodem Miluo in repertorio. in verbo conſuetudo § xiiij incip. conſuetudo & ſtatutum.

300 † Decimonono infero valere ſtatutum epiſcopi quòd quilibet beneficiatus infra ſuam diœceſim, intra certum tēpus promoueatur ad ſacros ordines, alias beneficio ſuo ſit priuatus, qa hoc eſt ſtatuere præter ius, quia nullum eſt determinatum tempus niſi in curatis. c. licet canon. ca. cum ex eo. de elect. in vj. ita Cald. conſi. vi. incip. ſinodali ſtatuto. ſub rub. qui filij ſint legi.

49 Limita ſexto † in cenſuris latis per ſtatuta ep̃i, quæ nõ ligãt
in foro contentioſo, anteq̃ quis ſit declaratus in eas incidiſſe,
ſecun-

ſecundum Petrum de Ancha.conſi.189.incip.tribus de cauſis.
col.2.Mouetur per no.in ca.præſenti. de cenſi.& c.cum ſecun-
dum leges.de hæret.in 6.quem ſequitur Io.de Ana.in c.quia in
omnibus.col.5 in fi.de viū. Henri. Bohic. in c. a nobis.lo j.diſt.j.
de ſent.excommuni. Fely.in c.Rodulphus.col.29. verſ.aduerte
tamen.de reſcrip.vbi dicit hanc limit. hodie eſſe ſublatam ꝑpter
decretum concilij Baſilien.adde eundem Felyn. in c. præterea.
col.3.ver.ex dictis.de ſponſalib. circa quam vide quod pulchrè
ſcribit Gerſon in tertia parte.tract.de vita ſpirit. animæ.lec.4.
correla.14.col.j.& 2.vbi latiſſimè.& Henricus Herp. in ſpeculo
præceptorum.in 5.præcepto.ſermone.23.col.2.ver. 3.quæri po
teſt.Hip.in practica cauſarū criminalium.§.diligenter.nu.171.
& 172. Et præfati doctores ponunt exemplum in conſtitutio-
ne ſinodali, quæ excommunicat vſurarios, qui non debent pri
uari ſepultura, ſi non fuerint declarati.& Anch. loco præalleg.
dicit ſententiam ſtatuti non priuare quem exercitio actuum
permiſſorum, niſi poſt ſententiam declaratoriam, quod no.qa
ſeruit ad multa, licet videatur dubia hæc limitatio, quia excom
municatus eſt ipſo iure inhabilis ad beneficium abſque decla-
ratione alia, etiam ſi excommunicatio ſit lata ab homine, vt
tradit dominus Phil.Dec.conſi.145.incip.quæritur.colum.ter-
tia, ver.non obſtat, niſi dicas quòd in caſu domini Decij nomi
natim erat excommunicatus per iudicem & erat declaratus;
ſecus in excommunicato per ſtatutum ſinodale, qui non eſt
nominatim excommunicatus, præterea mitius agitur cum le-
ge ꝙ cum homine.l.Celſus ff.de arbitr.cogita.& vide quæ dico
inf.in 17.limitatione.verſi.alius & quartus.nu.104.
50 Limita 7. † quando ſtatutis epiſcopi eſſet per deſuetudinem
derogatum, quia non ligant, hanc limitationem ponit Cardi.
Zaba in proœ.cle.§.vniuerſitati.ver.2.quæro.& conſi.40. incip.
in facto.col.i.vbi pulchrè,& conſi.132. incip. T.archipresbyter.
col.1.verſi.item præſupponitur.Bal.in Margarita.in verbo ſta-
tutum.§.4.Pan conſi.9.incip.ſtatuto.in fi. 2. par. Felyn.in cap.j.
col.4.verſi.per iſtam glo de treug.& pace.Cardin.Alex in §.le-
ges.quarta diſtin.Baptiſta de Sācto Seuerino.in d. l.cunctos po
pulos.colum.65.ver.item infert.C.de ſumma trini. & fid.cath.
& plures idem tenentes allegat dominus Hipp. in ſua practica
cauſarum crimi.§.aggredior.nume.40.& parum ante.& etiam
tenet Gerſon. 2.par.in tracta.quarundam.q.q.4.Claua.in verbo
conſtitutio. §. primo, & in ſtatuto laicorum ſcribit Corneus
conſ.293.incip.circa ſupradictam lib.primo, facit pro hac limi
tatione glo.in verbo frangere.in dic.c.primo, de treug.& pace,
51 quæ dicit legem † præceptiuam non obligare ſi non fuerit mo
ribus ſubditorum approbata,& per illam glo.ponit hanc limi
tationem dominus Iaſ.in l.rem nō nouam.col.2.C.de iudicijs.
vbi ponit pulchra dicta ꝓ decore huius limitationis, quę bellè
hic insererentur ſed non ſum merus tranſcriptor, circa quam
glo.vide Gerſonem eleganter in 2.parte. in tracta.de ꝯctibus.
in 2.parte principali illius tractatus.16.ꝓpoſitione, facit etiam
52 quia conſuetudo excuſat a † pœna temporali glo.in verbo con
ſuetudine.in c.denique.4.diſt.glo. in verbo migraſſe. in c.cum
venerabilis.de conſuetud.& vtrobique doctores de quibus gl.
vide Panor. in cap.aqua. de conſecra.eccle.vel alia.Rom.ſing.
19.incip.an conſuetudo.Cremenſem ſing. 149. incip. mos pue-
rorum D Phil.Dec.in c.nam concupiſcentiam.colum.ſecūda,
ver.ſed reſponderi.in prima lect.colum.tertia, de conſti.& cō-
ſilio 177.incip.viſo.col. 3. D. Roch.de Curte.in c.fi.colum.10.
verſi.ſecūdo, limita.de conſuet.vbi pulchrè.& in prædictis mo
dernorū locis plures reperies authoritates, quos ideo frequen-
ter allego, quia antiquos referunt omnes vt ſim breuior. Ratio
huius limitationis eſt quia epiſcopus conſentire cenſendus eſt
ſaltem interpretatiuè in abolitione ſuorum ſtatutorum, quia
ea diu paſſim non obſeruari videns nec verbo nec facto recla-
mauit, ſm Gerſonē in tract.regularum moral.in prin. col.7.
Amplia primo limitationem procedere etiam ſi per ſtatutū
53 epiſcopi imponeretur † ſent.excommuni. dummodo ꝯtrium
ſtatuti non ſit de ſe mortale, ſecundum Ang.de Clauaſ.in ver-
bo conſuetudo §.10.ſummam Silueſtri. in eodem verbo. §.11.
& hoc clarè vult Cardin.zaba.in d. §. vniuerſitati. Ratio huius
ampliationis eſt, quia veniens contra ius per deſuetudinē de-
rogatum non peccat.d.§ leges.§.fi.4.diſt.vbi Card. Alex.in no-
tabilibus, ſed excommunicatio non poteſt ferri niſi pro pecca
to mortali.c.nemo epiſcoporum.11.q.3.ergo &c.
54 Amplia ſecundo ut primi † inducentes talem conſuetudi-
nem ex iuſta & rationabili cauſa, quam ipſe ſuperior indulxiſ-
ſet non peccauerint, ſi a prin.noluerunt obſeruare ſtatuta, quia
non eſt veriſimile epiſcopum velle ſubditos ligare, ex quo lex
ſeu ſtatutum moribus vtentium non approbatur, quia videtur
a prin.ſtatuere ſub tali conditione videlicet ſi moribus vtētiū
recipiatur.d.§.leges.vbi hanc ampliationem poſuit Gem.quem
refert & ſequitur Fely. in d.c.j.col.9.verſic. intellige quarto. de
treug.& pace.idem vult ſumma Silueſtri. in verbo cōſuetudo.
§.7.in fi.Rochus de Curte in d.c.fi.col.88.verſic. pro ſolutione.
alias autem ſi a prin. fuiſſent obſeruata ſtatuta & poſtea deſiiſ-
ſent per deſuetudinem non obſeruari, primi non obſeruantes
peccauerunt, ſecundum Felyn vbi ſupra.
55 Amplia tertio † vt procedat etiam ſi deſuetudo errore iuris
inducatur quia tenet.l.quod non ratione ſecundum commu-
nem intellectum. ff. de legib. vt tradit dominus Rochus loco
proximè allegato.ver.amplia modo.
56 Amplia quarto † quod iurans ſeruare ſtatuta epī, non tene-
tur ſeruare ſtatuta epiſcopi moribus vtentium non recepta, vt
inquit Bald.in prælud.feudo.col.5.ver.item nos dicimus.quem
refert & ſequitur dñs Franciſ.de Ripa.lib.reſpon j c.5.num.4.&
idem tradit Gerſon in lib.de vita ſpirituali animæ.lect.4.corro
lario.11.col.2.ver.nobis inſuper.
Sublimita & intellige primo limitationem prædictam ſic
ampliatam dummodo deſuetudo ex qua naſcitur conſuetudo
57 ſit legitimè præſcripta, quia † fallit quando non eſſet legitimè
præſcripta & ita intelligas quod notat Alber in trac. ſtatutorū.
2.parte.q 143.incip.quæri etiam ad fi.qui tenet contra limita-
tionem prædictam. Et ad inducendam hanc conſuetudinē ſuf
58 ficiunt decem † anni vt in indiuiduo tradit Felyn.in d.cap.j.de
treug.& pace.colum.pen.ver.demum aduerte, ſequitur domi-
nus Franciſ.Balb.in trac.præſcriptionum in 5. parte quintę par
tis.q.10.dominus Iaſ.in d.l.rem non nouam.in fi. Ang. de Cla-
uaſ.in d.verbo conſuetudo.§ 10.facit quia ad inducendam con
59 ſuetudinem † in his quæ ſunt præter ius ſufficiunt decem anni.
glo.in verbo conſuetudo.in c.fin.de conſuetu. In 6.de qua glo.
vide latè Felyn.in c.ſtatuimus.colum.2. ver.attende.dum dicit
Abbas.de maio.& obe.d. Rochum de Curte in d. cap.fi.col.40.
ver.2.eſt concluſio.de conſuetu.poſt Panor.ibi colum.7. hinc
eſt ꝙ ad inducendam conſuetudinem contra ſtatuta laicorum
ſufficiunt decem anni.vt ſcribit Alex.conſi.132.viſa facti.col.j.
lib.j. Et pariter ad inducendam conſuetudinem contra ſtatuta
capituli ſufficiunt decem anni.ſecundum Card. Alex. in c.fru-
ſtra.col. 3.ver.dicerem, argumento ſumpto.8. diſt. ſequitur do-
minus Rochus in d c.fi.col.44 ver ſexto limita.
Subter ſublimita prædictam ſublimitationem primo, quan
do a princ.editionis ſtatuti epī, ſtatutum ipſum non fuiſſet ob-
60 ſeruatum per ſubditos epiſcopo ſciente † & tolerante, qa tunc
ad inducendam conſuetudinem non requirerētur decē anni,
ſed ſufficerent tot actus contrarij ex quibus eliceretur toleran-
tia epī, puta binus vel trinus actus.argu.c.ita nos. 25.q.2. & l.j.
C.de epiſcopali audient.ita vult Panor.in d.c.j. col.2.& in c.qa
circa.col.fi.de conſang.& affi.poſt Anto.de But. ibi, vbi Cardi.
Alex.col.fi. ſequitur.& Felyn.in d.c.i.colum.pen. ver.demum.
Ang.de Clauaſ.in ſumma.in verbo conſtitutio.§.j. Et hoc non
ſolum procedit in ſtatutis epiſcopi, ſed etiam in conſtitutioni-
61 bus Papæ † vt patet ex dictis per præfatos, & Fely.in d.c.primo,
col.pen.ver.j.mo.Card. Alex.in d §.leges.colum.3. verſi. tertia,
concluſio.& ver.ego putarem. Roch.de Curte in d. c. fi.col.44.
verſi.5.limita.vbi dicit eſſe communem, & ſummam Silueſtri.
in verbo cōſuetudo.§.6.& 7. Ratio horum eſt, quia ad integri-
62 tatem legis † & conſtitutionis requiruntur tria. Primo ꝙ con-
ſtituatur. Secundo ꝙ promulgetur. Tertio ꝙ moribus vtentiū
approbetur, & ſi quid horum deſit non debet dici lex vel ꝯſti-
tutio. ſm Mat.in proœmio cle § vniuerſitati ubi Card Zaba re-
fert, & ſequitur. Alia ratio eſt quia hoc caſu non agitur de præ-
ſcribendo contra ſtatutum, ſed de impediendo vinculum ſta-
tuti noui, & ſic contrafacientes non peccant, ſm Pan. in d.c.j.
de treug.& pace. col.2. & D.Phil. Dec. in c.nam concupiſcen-
tiam.1.lect.col.2.ver.ſed reſponderi.de conſti. Alia ratio eſt, qa
ex quo epiſcopus ſcit ꝯueniri ſtatuto ſuo & nō ꝯdicit, videtur
acquieſcere illi ꝯuentioni ſeu inobſeruantiæ, & tacitè diſpen-
ſare, ut inf.dicam artic.4.in 3 ampliatione.
Subter ſublimita ſecundo qñ a prin.ſtatutum epī non fuiſſet
63 obſeruatum, epiſcopo ignorante † quia tunc videntur ſuffice-
re actus contrarij abſque tempore decem annorum, ſecūdum
Felyn.in d.c.j.colum.pen.ver.demum.ibi, ſi autem ignorat, &
idem poteſt dici hoc caſu in conſtitutione Papæ & legis, ſecun
dum eūdem Felyn.ibi col 10.ver ſi dixeris, ſed Cald. Card.Zab.
& Imo.ibi tenent ꝙ hoc caſu ad minus requirūtur decē anni,
& idem tenet Card. Alex.in d.§.leges.4.diſt.col.3.ver.3. cōclu-
ſio. Ego tñ puto ſubter ſublimitationem veram, quia allegata
in præcedenti ſubter ſublimitatione hoc caſu militant, nā hic
non agitur de tollenda lege vel de tollendo ſtatuto ſed de im-
pediendo vinculum ſtatuti, legis, vel conſtitutionis, cum ergo
hoc caſu ſtatutum a prin.non approbetur moribus eorum qui
illo debent vti, ſequitur ꝙ impeditur vinculum, & per conſe-
quens deſuetudinem tollitur etiam epiſcopo ignorante, quia
ignorantia eius nihil facit. ex quo enim non prohibuit ꝙ per
deſuetudinem toleretur ſtatutum, videtur tacitè permiſiſſe
ꝙ moribus vti debentium poſſet tolli, ſed regulariter par eſt
virtus taciti & expreſſi.l.cum quid.ff ſi cer.pet.& in materia no
ſtra ſtatutaria hoc argumento vtitur Alex.cōſi.210. incip.pon
deratis.col.2.lib.6.vide tamen quod ſtatim dicam.
Amplia prædictas duas ſubter ſublimitationes procedere ēt
ſi epſ ī ſuo ſtatuto appoſuiſſet clauſulā derogatoriā & ꝓhibuiſ
ſet tolli ſtatutū ſuū ꝯtra ꝯſuetudine, qa non obſtāte tali ꝓhibi-

tione & clauſula derogatoria ſi a princ.ſtatutũ non fuerit mo
ribus vtentium ſubditorum approbatum, potuit per deſuetu-
64 dinem tolli, quia corruente aliqua diſpoſitione † corruunt
clauſulæ in ea inſertę iuxta glo. in l.ſi patronus.§. ſi patronum.
in verbo fauiana.ff.ſi in fraud.patro.de qua gl.vide Iaſ.in §.fue-
rat.col.15.inſtit.de actio.& in l.non dubium. colum. pen. C.de
legib.hanc ampliationem ponit noſtrę ętatis vir celeberrimus
dominus Rochus de Curte in d.c.fi.colum.87.verſic.5. ego li-
mitarem de conſuetudi.

Ex his infero q prima ſublimitatio ſup. poſita habet tantũ-
modo locum in vno caſu, videlicet quãdo ſtatutum epiſcopi
fuiſſet obſeruatum.poſtea incepiſſet non obſeruari, prout di-
cit expreſſe Felyn.in d.c.j.colum.penult.ver.demum, quo caſu
ſi ageretur de tollenda conſtitutione Papæ requirerentur.40.
anni vt dicunt præfati doctores magis communiter. vt Fely.in
d.c.j.col.9.verſi ſeptima & vltima declaratio. Card.Alexan.in
d.§.leges.col.3.verſi.2.concluſio.Rochus in d.c.fi.col.42.verſi.
tertia concluſio.

Sublimita ſecundo prædictam ſeptimam limitationem, quã
deſuetudo contra ſtatuta fuiſſet tantummodo obſeruata per
65 minorem partem † populi,quia talis deſuetudo non ſufficit ad
tollendum ſtatuta epiſcopi, cum multa per patientiam toleren
tur quæ ſi deducerentur in iudicium non tolerarentur. c.cum
tamdudum.de pręben.vbi ita notat Pan.in fi.& idem Panor.in
c.cum olim.col.2.ver.ex hoc de clericis coniug in d. c.quia cir
ca poſt Anto de But.vbi Card.Alex. Felyn. in d.c.j.col.6.ver.5.
declaratio & colum.7. verſ.limita ſecundo. Rochus in d.ca.fin.
col.39.ver.octauum requiſitum.Card.Alex.in d.§.leges.col.2.
in fi.ſumma Silueſtrina in verbo lex.§ 6.in fi. & in verbo con-
ſuetudo §.7.limitatio ergo procedit quando deſuetudo fuiſſet
introducta per maiorem partem populi.

66 Sublimita tertio vbi ſubeſſet † aliqua cauſa propter quam
epiſcopus ſcit, & tolerat non contradicendo deſuetudini con
trariæ ſtatuto ſuo,puta propter ſcandalum vitandum.c.deniq;
5.diſtin.vel propter metum & vim præciſam.vt no.Bal.in l.de-
cernimus.C.de ſacro. eccl. quia nec per deſuetudinem nec per
approbationem ex dicta tolerantia inductam tollitur ſtatutũ.
per d.c.deniq;.& d.cap.cum tamdudum.de præben.ita Cardin.
Alex.in d.§.leges.in fi.4.diſtin.

Aliæ ſublimitationes poſſent hic adduci, quæ ponit domi-
nus Rochus in d.c.fi.col.90.ver.limita nunc,ſed quia nihil ad-
derem, ad illic amplę dicta te remitto.

Limita octauo principaliter concluſionem in iudęis, quos
67 † non ligant ſtatuti epiſcopi vt ſcribit Socin.conſi.119.præſup
ponitur.colum.quinta,verſi.18.libro quarto,facit quia regula-
riter canones non ligant iudęos. cap.gaudemus. de diuort. de
quo vide Felyn.in c.j.colum.41.verſic.fallit quinto.de cõſti.vbi.
d.Deci.colum.9.

Limita nono & intellige q ſtatuta epiſcopi ligent exiſtẽtes
inf.limites dioceſis,hoc eſſe verum quando conueniunt in ca-
ſibus veris prohibitis ab ipſis ſtatutis, quia non comprehẽdunt,
68 nec ligant contrauenientes in caſibus fictis † ſecundum Pau.
de Caſt.in l.ait prætor.in prin.col.3.ff.de neg.geſt.Pan.in c.cum
dilectus. col.2.de cler. non reſid.dicentem ita debere intelligi.
l.tertiam.ff.de neg.geſt.& ca.in noſtra. de iniuriis ſequitur Cla-
ua.in ſumma in verbo ſtatutum.§.15.

Ex hoc infero q ſtante ſtatuto epiſcopi excommunicante
contrahentes matrimonia clandeſtina, q tali ſtatuto non li-
69 gantur illi qui ſponſam † de futuro carnaliter cognoſcendo cõ
trahunt matrimonium præſumptum ita vult Card. Alex. poſt
Zaba.in c.is qui fidem.colum.prima.de ſponſalibus vbi dicit q
ſtante ſtatuto q contrahentes matrimonium tali die,tali pęna
puniantur,tale ſtatutum nõ comprehendit contrahentes ma-
trimonium præſumptum cognoſcendo ſponſas de futuro tan
tum,ſequitur Felyn.in rubr.de ſponſa.col.4.

70 Sublimita dictam limitationem nonam † quando caſus fi-
ctus & caſus verus ęquipararentur,ſecundũ Pan.in c.ad audien
tiam.j.no.de cle.non reſi.vbi Imo.& notat Card.Zaba. cõſi.60.
Gnaglotus.colum.3.Fely.in c.mulieres.col.fin.de ſent.excom.
& idem Fely.in c.inſinuatũ.col.2. de ſimo. vbi ponit duas alias
ſublimitationes quas vide.vide circa hæc omnino Fran.de Ri-
pa qui plura adducit in tract.de peſte.in 3.parte verſic.18.natus.
Socin.conſi.primo,col.2. ver.2.quia lib.5. ſummam Silueſtri.
in verbo ſtatutum.§.5.

Limita decimo in eis qui non perfecerunt prohibita per ſta
71 tuta epiſcopi ſed tantummodo † habuerunt animum, vel in-
choauerunt,& non perfecerunt,quia tales non ligantur ſtatu-
tis, vt vult Bart. in l.3 §.diuus. ff. ad l.Corn.quem ſequitur Pan.
in c.j.colum.4.ver.duo tamẽ notabilia.de eo qui mittit in poſ.
cauſa rei ſer.& in c.cum in cunctis.§.clerici.3.nota.de elec. per
illum tex.iuncto tex in c.perpetuę.co.ti.in 6. & idem tenet ipſe
Panor.in c.inter ſolicitudines.colum.3.verſic. nota tamen ra-
tione de purg. ca.vbi dominus Bellencinus in additionibus ad
ipſum Panor.plura allegat.idem tenet Panor.in cap.mulieres.
col. fin.de ſent. excommuni. de quo vide plura per Felyn. qui

Idem tenet in trac.de conatu.colum.3. verſi. fallit octauo.& in
c.j.colum.3.ver.fallit.8.de præſumptio. Bertach.in trac.de epi-
ſcopo.2.par.4.libri.quæſt.15.dominus Phil. Dec ſubſcribit præ
dictis in l.non vult. colum. prima, & ſecunda. ff.de reg.iur.vbi
additio.2.plura allegat.& in d.§.clerici.colum.2. vbi plura alle-
gat ipſe Dec.& ſignanter Bal.in l.vnica.circa fi.C.ſi rector pro-
uinciæ dicentem, q ſi epiſcopus excõmunicat ſtatuto ſuo eli-
gentes indignum,non ſunt excommunicati qui dederunt vo-
ces in ſcrutinio,quod dictum Bal.intellige verum in foro con-
tentioſo,in quo non præſumitur excommunicatio. c.cum in.
de teſtib. vbi Panor. in fi. ſecus in foro conſcientiæ. ſm Pau.de
Caſt.in l.ſi quis id quod.ff de iuriſd.omn.iudi.poſt Innoc.& ſe-
quitur ibi dominus meus Phil.Dec.col.2.ver.ſecũdo prædicta;
& in c.præterea.el 2.colum.fi.de appel.adde ſupradictis Hip.de
Marſi.in l.qui falſam monetam.col.4. ver. alius eſt etiam caſus
& ſic octauus.ff.ad l.Corn.de falſ.ſummam Ang.in verbo pœ-
na.§.6.& Silueſtrinam in eodem verbo.§.5. Et in prædictis lo-
cis ponuntur multę pulcherrimę deciſiones quibus decorari
poſſet hæc limitatio,ſed ego nõ libenter me induo allienis plu-
mis timens exemplum fabulæ Aeſopi de coruo, quam refert
Horatius epiſtola prima.

Ex prædicta limitatione infero, quod ſtatutum epi.excõmu
nicans contrahentes matrimonia clandeſtina, non ligat con-
52 trahentes tantummodo ſponſalia † quæ ſunt initium futurarũ
nuptiarum,ita Panor.in cap.j.colum 8.ver.tu adde.de poſtula.
præla.mouetur per gl.in verbo contrahere. in cle. fi. de ↄſang.
& affinit.& idem tenent dñs Anto.& Barba.relati per d.meum
Phil.Dec.in d.c.4.col.pen.facit pro hac illatione, quia ſtatutum
excludens filiam maritatam a ſucceſſione patris, non compre-
hendit ſponſam,ſecundum Ant.de But.& Pan.in rub.de ſpon-
ſal.ubi Felyn.colum.prima,& Cardi.Alex colum. tertia,varias
auctoritates congerunt.& Corſ.in verbo ſponſalia.in reperto-
rio.& licet dominus meus in loco præall.ſubdubitet,tñ illatio
meo iudicio clarè probatur in gl.d.clem.prima,cum ſtatutum
ſit ſtricti iuris, & ſtrictè interpretandum. vt ſunt iura vulgata,
ꝓpterea idem dominus meus Phil. Dec. in d.§. clerici.notab.3.
ſimpliciter ſequitur dictam glo.

Limita vndecimo in eis qui non fecerunt ſed tantummodo
73 conſuluerunt † fieri prohibita per ſtatuta epiſcopi, tales enim
non ligantur,quia ſtatuta debent intelligi in caſu proprio, ſm
Felyn.in c.primo,colum.quarta,ver.limita ſecundo. de offi.de-
leg. vbi dominus meus Phil. Dec. colum. 11. fallit.& idem dñs
meus in l.conſilij.colum.fi.verſi.ſexto,ſtatutum.ff.de reg.iur.
Ratio huius limitationis poteſt eſſe, quia ex conſilio nemo te-
netur,regula nullus.de reg.iur.in 6.& d.l.conſilij.Et quia conſi-
lium ſe poteſt habere ad bonũ & ad malum, & ille qui dat põt
interpretari.auctore Bald.in l.prima,colum.tertia, ver. & not.
C.de ſeruis fugitiuis,ſequitur Alex.conſil.128.incip.quoniam
abunde.colum.3.lib.4.Iaſ.in d.l.prima.col.3. verſic.3. multum.
vbi confirmat. Puto tamen taliter conſulentes non excuſari a
culpa & peccato,per glo.in verbo publice. in clem.j. de vita &
honeſta.clerico.quæ eſt ſingula.

74 Limita 12.in mandantibus † fieri prohibita per ſtatuta epi,
quia tales non ligantur quando ſtatuta epiſcopi prouident de
pęna irregulari,vt quia pęna ſtatuta multũ exorbitat a diſpoſi-
tione iuris communis. pro hoc optimè facit in ſimili text. in
cap.ſtatutum.de elec.in 6.& text.in c.cum in cunctis.de elec.in
antiquis.iuncto c.ſi compromiſſarius.co.ti.in 6. ita ſcribit Pan.
in c.mulieres.col.fi.de ſent.excommuni. poſt Bald. in rep.l.oẽs
populi.ff.de iuſt.& iure.& Bellencinus in addi ad d.c.mulieres.
multa allegat,ultra quem adde idem tenere Alexan. conſi.65.
incip. viſa quadam. per totum conſilium vbi multa adducit
lib quarto,& conſ.159.incip.in cauſa lib. 6.d Deci.in l.ſi dãnũ.
ver.ſed extra.ff.de reg.iur.& in locis præalleg.in pręceden limi
tatione & in l.ſi quis id quod.colum.ſeptima, verſic. quibus tñ.
ff.de iuriſdi. omn.iudi. vbi dicit communiter teneri,ſummam
Ang.in verbo mandatum.§.primo, in fi.ſummam Silueſtri in
eodem verbo. §. 4. Idem dic ſi ſtatuta puniant perſonam ↄue-
nientis ſtatutis epiſcopi.arg gl.in d.clem.j.de vita & hon.cle.in
verbo publicè,quia talia ſtatuta non cõprehendunt mandan-
75 tem. Ratio huius eſt, quia ille q mãdat † fieri,non dicitur verè
facere,ſed interpretatiuè,ſecundum glo.in verbo videor.in l.1.
§.deieciſſe.ff de vi & vi ar.ad quam glo.multa allegat Alexand.
d.conſ.65.colum.ſecunda,ver.ſed his non obſtan. & dominus
Phil.Dec.in d.l.ſi quis id quod.col.11.verſi. ſeptimo nota. poſt
Iaſ.ibi.col.10.verſi.a.quia.

Ex hoc videtur inferendum q cum ius canonicũ in ca.cum
inhibitio.de cland.deſponſa.imponat pęnam ↄhentibus ſpon
ſalia clandeſtina, q ſi ſtatutum epi imponat vltra pęnam iuris
ſniam excõi.q mandãtes fieri matrimonia clandeſtina non li-
gabuntur ſen.excõi.quæ licèt ſit medicinalis.c.j.de ſen.excõi.in
6.eſt tñ maior pęna quã eccleſia imponat.gl.in c. corripiantur.
24.q.3.notat Pan.in c.poſtulaſti.in fi.de iudęis,& ideo raro im-
ponitur nominatim talis pęna, ↄñs eſt igitur q ſit irregularis
& non liget mãdantes in ſtatutis epiſcopi,cogita quia nõ firmo.

Dixi

76 Dixi notanter quando ſtatutum prouidet † de pœna irregu
lari, quia ſublimitatur primo quando ſtatutum epiſcopi proui-
det de pœna regulari, vt quia nō multum exorbitat a diſpoſi-
tione iuris communis, vel vbi pęna non eſſet in iure expreſſa
& ſtatutum pęnam imponit, ſecundum Pan. in d. ca. mulieres.
col. fi. poſt Bald. ſequitur Iaſ. in d. l. ſi quis id quod col. 10. verſ. 4.
fuit diſt. ff. de iuriſd. om. iudi.
77 Secundò ſublimita † quando ſtatutum epiſcopi expreſſè cō
prehenderet mandantem, quia tunc ligaretur ſtatuto epiſcopi,
ex quo enim ſecundum diſpoſitionem iuris communis man-
dans ęquiparatur facienti d. cap. mulieres, epiſcopus poteſt ap-
ponere pęnam tam facientibus quàm mandantibus. facit cle-
ment. prima, de pœnis, vbi percutiens epiſcopum & mandans
pari pœna puniuntur.
78 Tertiò ſublimita † qñ ſtatuta epi indulgerent, vt quia remit-
tunt pęnam, tunc. n. mandantes comprehenderentur, quia ceſ
ſat odium, & fauor ampliatur vt regula odia de reg. iur. in 6. ita
Pan. in d. c. mulieres. Iaſ. in d. l. ſi quis id quod.
Quartò ſublimita quando ſtatutum epiſcopi loqueretur in
79 † rem, vt quia dicit pro furto talis pęna imponatur, & ſic de ſi-
milibus, quia tunc mandans puniretur pœna ſtatuti, vt ſcribit
Bart. in d. l. ſi quis id quod & in l. hæc verba. ff. de adulter. & in
l. aut qui aliter. § fi. ff. quod vi aut clam. refert & ſequitur Felyn.
in d. ca. mulieres. colum. 5. & dominus meus Phil. Dec in d. l. is
damnum. ver. & iſta concluſio. ff. de regu. iur. Iaſ. in d. l. ſi quis id
quod. col. 10. ver. 5. & vltimo.
80 Quintò ſublimita quando mandatarius † cogitur exequi
mandatum, quia tunc mandans dicitur verè facere ſecundum
Bar. in l. ita aūt. § geſſiſſe. ff. de admi. tut. ſequitur dominus Dec.
in l. is damnum. verſic. ſimiliter. ff. de regu. iur. ſup. allegat. Et in
caſibus dictarum quinque limitationum procedere poteſt opi
nio, quæ habet quòd mandantes ligantur ſtatutis, quam tenet
Cardin. zaba. in c. cum dilectus. colum. fin. quæſt. 14. de cōſuet.
& in clem. prima, quæſt. quinta, de vita & honeſt. cleri. & multi
alij quos allegant dominus Iaſon. & dominus Philip. Deci. in
d. l. ſi quis id quod.
Et pro declaratione duarum proximarum limitationum,
81 nota ꝙ † conſilium & mandatum differunt, quia conſilium di
citur quando quis verbo ſuadet Bal. in d. l. j. colum. 3. C. de ſeruis
fugitiuis. & fit propter ipſum cui datur conſilium.
82 Mandatum † autem dicitur qñ quis mandat aliquid fieri ꝓ-
pter ſeipſum & ſatisfactionem ſuæ voluntatis, authore Bart. in
l. non ſolum. §. ſi mandato. col. 3. ff. de iniur. ſequitur Alexand.
d. conſi. 128. quoniam abunde. lib. 4.
83 Limita 13. quādo ſtatuta epiſcopi eſſent non clara & † offu-
ſcata & probabiliter dubitaretur de eorum intellectu, qa non
ligant, ſecundū Card. zaba. conſi. 132. incip. T. archipresbyter.
colum. tertia, ver. ex his infertur, vbi concludit ꝙ ſtatutum epi
priuans beneficijs non reſidentem qui probabiliter dubitat de
eius intellectu, vt quia vnus dicit quod iuſtum fuit impedimen
tum, alius ꝙ non, alius ꝙ fuit iuſta cauſa abſentiæ, &c. & Cardi.
zaba. ſequitur Felyn. in c. humanum. colum. prima, diſtin. j. vbi
confirmat ex dictis per ipſummet Cardi. zaba. in clem. fin. q. 4.
de regula dicentem excuſari ignorantes ius poſitiuum, vel na-
turale, ſi eſt offuſcatum ꝓpter diuerſas opiniones, debet enim
84 ius poſitiuum eſſe clarum. c. erit autem lex. 4. diſt. & legis † pro-
prium eſt claritas §. nos igitur. in auth. de teſt. imperfect. ſequit
etiam Card. zab. Hippolitus de Marſi. in rub. ff. ad l. Cor. de falſ.
col. fi. nu. 69. Vnde dicit Bald. in c. fin. quem ibi. 2. nota ſequitur
85 dominus Phil. Dec. de conſti. ꝙ ſtatutum † obſcurum in cauſis
non debet allegari, & Bald. etiam ſequitur Iaſon. in l. admonen
di. in lectu. col. 13. ver. ſed conſidera. ff. de iureiuran. & in l. cum
prolatis. col fi. ff. de re iudi. & in l. captatorias col. pen. C. de teſt.
mili. in quibus locis refert etiam Iaſon. Cardin. zab. in d. clem.
fin. facit quod notat Innoc. in c. per tuas. de ſimo vbi dicit ꝙ ve
niens contra legem quam non intellexit nec eius ſenſum pp
obſcuritatem non peccat. facit etiam quod notat Bald. in l. ab
eo. colum. tertia. C. quomodo & quando iudex vbi dicit quòd
errans in ſubtilitatibus iuris non peccat, hæc duo allegat & ſe-
quitur Felyn. in c. nam concupiſcentiam. col. tertia, verſi. quin-
to, limita. de conſtitu. facit etiam, quia vbi lex eſt obſcura excu-
86 ſatur ab expenſis, † litigans in caſu in quo loquitur Pan. in c. ca
lumniam. in fi. de pęnis Iaſon in l. properandum. §. ſi autem.
colum. quarta. C. de iudic. Hippoli. in l. patre vel marito. ff. de
quæſtionibus. Et nota tu aduocate hanc limitationem, quia
per eam ſaluabis multos clientes, quoniam aliquorum ſtatu-
ta epiſcoporum ſunt obfuſcata & obſcura.
87 Limita 14. cōcluſionem in habentibus iuſtam cauſam † nō
obediendi ſtatutis epiſcopi, & non exiſtentibus contumaci-
bus nec in culpa, vel dolo malo, quia tales non ligantur ſtatu-
tis epiſcopi auctore Card zab. conſil. 33. incip. lite in Romana
curia. col. 2. ubi ſtante ſtatuto epiſcopi ꝙ non oſtendentes
titulos beneficiorum. inf. tres menſes ſint ipſo iure priuati be-
neficijs, non ligantur tali ſtatuto illi quorum titulos viderat
ſtatuentes, vel eidem ſtatuenti fuerat facta notificatio ſeu exhi-
bitio titulorum, & idem vult idem Cardi. d. conſi. 132. colum. 3.
ver. item pręſupponitur, vbi dicit ſtante ſtatuto epiſcopi quòd
abſentantes ſe ab eccleſijs ſuis vltra quindecim dies ſine licen-
tia ipſius ſint ipſo iure priuati eccleſijs, non ligan tali ſtatuto
abſentes iuſto impedimento, alias ſtatutum eſſet irrationabile
contra ea quæ dixi ſup. in hac eadem parte. arti primo. cōcl. 7.
& hanc limitationem ſequitur Felyn. in c. quoniam frequēter.
§. primo, colum. 8. ver. & ſi ſtatutum priuat, vt lite non conteſt.
88 quem vide. Idem dic ſi quis † non obſeruet ſtatuta epiſcopi ex
impotentia per ea quæ ſcribit Pan. in c. p. & g. col. quarta, verſi.
& vide prædicta. de offi. dele. vt no. Ang. de Claua. in verbo pę-
na. §. 13. facit pro hac limitatione quia iudici ex cauſa licitum
89 eſt tranſgredi † leges, vt vult Inn. in c. j. de conſti. vbi Felyn. co-
lum. 15. ver. fallit ſeptimo, poſt Bald. & Salyc. idem dicit in ſta
tuto quod ex cauſa licitum eſt tranſgredi, & varias recitat deci
ſiones, quæ hic bene ſeruirent, ſed non audeo tranſcribere, ti-
mens prolixitatem inimicam naturæ meæ, & circa illud dictū
Innoc. vide etiam Iaſo. in l. prima, colum. prima. C. de precib.
impera. offe. & in l. omnes populi. colum. quarta, ver. poteſt etiā
2. lect. ff. de iuſti. & iu. & in l. iuriſdictioni. colu. ſecunda. verſi. 2.
mouetur. ff. de iuriſdi. om. iudi. & in l. j. colum fin. ver. fallit niſi.
ff. de trāſactio. & in l. naturaliter. § nihil commune. colum. 25.
ff. de acquir. poſ. Facit etiam pro hac limitatione, quia veniens
90 ex cauſa contra ius humanum † non peccat, vt vult Archid. in
cap. vtinam. 76. diſt. quem ibi referunt & ſequuntur Gemi. &
Card. Alexand. Felyn. in d. c. nam concupiſcentiam. colum. 5.
ver. quarto, limita. vbi dominus Phil. Dec. 1. lect. colum. ſecūda,
verſi. ſecundo, ad hoc de conſti. & idem Felyn. in c. primo, co-
lum. 8. verſi. intellige hæc quatuor. de treug. & pace. & idem Fe-
lyn. & dominus Deci. poſt Panor. ibi in c. quoniam contra fal-
ſam vlti. no. de prob. Card. Alex. in § leges. col. 2. 4. diſt. ſumma
Silueſtr. in verbo inobedientia col. 2. Aduerte tamen ꝙ vbi
91 contrauenitur ex cauſa ſtatutis vel legibus, & non eſt † ſubitū
periculum, debet adiri ſuperior qui diſpenſet, ſecundum Bea-
tum Anto. in ſumma. 1. parte. tit. 17. cap. vnico. §. ſexto, & ſum-
mam Silueſtri. in verbo lex. §. 8. col. 3. & hoc vult dinus Thom.
1. 2. q. 96. arti. ſexto, vbi dominus Caietanus in commentario.
& Card. Alex. in d. §. leges.
92 Ex hoc infero ꝙ † ſtante ſtatuto epiſcopi ſententiæ latę ex-
communicationis contrahētes matrimonia clandeſtina ꝑut
eſt hic, ſi aliqui ex rationabili cauſa, puta quia timor eſt fugę,
vel raptus vel ſcandali alicuius, vt quia puella diues eſt ſub ma
lignis tutoribus, & timor eſt ne male collocetur matrimonio,
oblata occaſione & inuento viro grato, ſi teſtes nō poſſint re-
periri, & ceſſent inconuenientia propter quę eſt prohibitum
matrimonium clandeſtinum contrahi. & non poſſit inconti-
nenti haberi diſpenſatio bannorum ab epiſcopo, contrahant
matrimonium clandeſtinum, tales non videntur incidere in
ſententiam excommunicationis a ſtatuto impoſitam. Ratio
eſt, quia tales ſic contrahentes non peccant mortaliter, vt pul-
chrè determinat d. Cardin. Caietanus in quæſtionibus additis
poſt commentaria ad tertiam partē. 1. Sancti Tho. tit. de ſacra-
mento matrimonij. q. 2. ſed excommunicatio non fertur niſi
pro peccato mortali. c. nemo epiſcoporum 11. q. 3. ergo &c.
93 Limita 15. qñ aliqui ꝯuenirent ſtatutis epi ex aliqua † neceſ
ſitate, quia tales non dicuntur ꝯuenire ſtatutis & ideo non li-
gātur, auctore dño Ant. de Bu. in c. cū M. Ferrarienſis. d e cōſt.
in notabilibus. quem ibi refert & ſequitur dñs Franc. de Ripa.
no. 17. non enim dr̄ ꝯuenire iuri qui facit actum ex neceſſita-
te. c. quanto. de conſue. c. licet de ferijs. l. Cæſar. ff. de publi. cum
ſimilibus, hinc dicit Ang. Peruſinus in d. l. diuus. col. 2. ff. de pe-
titio. hæredi. quem commendat Alex. in l. ſi ex toto. col. 2. ff. de
leg. j. ꝙ propter neceſſitatem ſtatutum efficitur non ſtatutum,
& ideo ſecundum eundem ibi ſtatuto prohibente ſub pœna
ne quis in conſilio proponat de imponenda collecta, non ha
bet locum qñ imminet magna neceſſitas, quæ facit licitū qđ
alias de iure non eſt licitum. c. qđ non eſt. de reg. iur. in antiq. &
pro corroboratione infinita poſſent adduci quæ ꝑmittuntur
94 ex cauſa neceſſitatis † licet ius ꝯnum diſponat, ſed qa ordinatē
ponuntur & colliguntur a modernis ſufficiat remiſſio, vide
igitur Bellencinum in additionibus ad Pan. in d. ca. quod non
eſt. Iaſ. in l. fi. col. pen. C de teſta. col. 2. & in l. ex toto. col. 2. ff. de
leg. j. & in l. Marcellus, § res quæ. col. 2. ff. ad Trebell. poſt Alex.
Felyn. in c. cum eſſent. col. 8. verſ. 3. reſtringitur. de conſtitu. &
in c. querelam. col. pen. ver. in gl. de iureiu. & in c. cum eccleſia.
de ſimo. & in c. ſignificauit. in fi. de iudęis, & decem quæ ꝑmiſ-
ſa ſunt pp neceſſitatem ponit Franc. Curt. in l. admonendi. co-
lum. 69. verſi. ad hanc deciſionem Bart. ff. de iureiur. Gerardus
de Petra ſancta multa ponit ob neceſſitatem promiſſa in ſin-
gula. c. inci. neceſſitas. & nouiſſime dñs meus Phil. Dec. in l. quę
propter neceſſitatem. ff. de reg. iur. vbi additiones ſuperaddūt
ferè omnes remiſſiones, quas ſup. adduxi, multa etiam cumu-
lat Petrus Rauennas in alphabeto. in verbo neceſſitas, & ex al-
legatis per prædictos potuiſſe hæc materia longo ſtilo examina-
ri, ſed talibus non delector, nec etiam furtis apertis.

95 Limita.16.quando verba † ſtatutorum epiſcopi non adapta-
rentur ad caſus occurrentes, vt eſt dare exemplum in ſexta li-
mitatione decimęnonę illationis, decimętertiæ concluſionis
poſitæ ſup.hoc eadem parte.art.primo.Hanc limitationem po
nit Alex.de Imol.in l.4.§.prætor.colum.fin.ff.de dam.infec.vbi
multa ad hoc congerit.& Felyn.in c. nonnulli.in princ. col.36.
ver.vbi verba.de reſcrip.

96 † Limita.17.†quando ſtatuta epiſcopi eſſent iniqua,quia li-
cet talia ſtatuta epiſcopi non ſint ipſo iure nulla ſecundum ali-
quos,vt dixi ſup arti.j.conclu.7.tamen non ligant in foro con
ſcientiæ,vt vult dominus Decius.in c.j. col.10. ver.3.concluſ.
de conſtitu.per ea quæ dicit ibi Panor.col.3. ver.ſed quæro. vbi
dicit q lex iniuſta non eſt ſeruanda in ſoro cōſcientiæ ſeu pę-
nitentiali,talis enim nō dicitur eſſe lex:c.erit autem lex. 4.diſt.
nec nomen legis debet habere Cardin. Alex. in c. non licet.ſe-
97 cundo notab.diſtin.Et ideo condentes leges iniquas, † Deus
maledicit apud Eſaiam.c.10.& notat Card.Alex.in d.c.erit au-
tem lex. & in c.imperatores.10. diſt. Immo obſeruantes tales
leges ſeu talia ſtatuta peccant mortaliter,& eas condentes, ſeu
conſentientes eas condi. & ſecundum eas iudicantes. Ita vult
Hoſtien.in ſumma.titu.de pęniten.& remiſſio. §.quibus & qua
liter.& a quibus ſit faciēda reſtitutio, & clarius exprimit & de-
clarat magiſter Gabriel Biel.in 4.ſenten. diſtin. 15.q.5. artic.2.
conclu.6.corrola.5.& q.6.artic.tertio dubio.3.ſumma confeſ-
ſorum lib.2.titu.5.rubrica de legibus. q.105. poſt Raymundū.
qui omnia quæ nunc dicebam ponit in ſumma ſua. lib.2. titu.
de condentibus leges iniquas,ſubdens in hoc conſuetudinem
non excuſare. c.cum eccleſiæ de ſimo. Ang. de cla.in ſumma.
in verbo lex.§.22.Aſteſanus.lib.j. tit. 46. artic.tertio, quæſt.2.&
circa prædicta vide latè Io.maioris.in 3.ſent.diſt.37.q 16.cōcl.j.
vbi pulchrè Io.Fab.in §.ſed naturalia.in fin.verbis inſti.de iure
nat.gen & ciui.facit pro hac limitatione,quia præcepto etiam
ſummi Pontificis iniuſto non eſt obediendum,vt not.Inno.in
c.inquiſitioni.de ſent.excom.refert & ſequitur Panor.in cap.ſi
quando.de reſcrip.vbi omnes.fa.etiam ea quæ ſup. dixi in 2.par
te.in tertia q.princip.verſi.primo, ſi in citatione. & quæ no.Fe-
lyn.in ca.accepimus.colum.ſecunda, de fid.inſtru.& dominus
Phi.Dec.in c.nam concupiſcentiam.prima lectu.col.ſecunda,
de conſtit.ſumma Antonina.2.parte.titu.4.c.ſecundo. §.ſecun
do,colu.ſecunda, & ex dictis in prædictis locis potuiſſet excoli
98 hæc limitatio. ſed ad illic dicta te remitto. Et ſi vis ſcire † quo-
modo lex cognoſcatur iniuſta,dic poſt Panor.in d.c.primo,de
conſtitu.cognoſci legem iniuſtam ex tribus.Primo ex fine, qñ
lex non ſit ob vtilitatem publicam. Secūdo ex authoritate, qa
excedit auctoritatem condentis.Tertiò ex forma, quia non di-
ſtribuit ęquè onera ſubditis, hæc probantur in d. c.erit autem
lex.vt tradit Felyn.in d.c primo,colum.12. ver.ſecundus caſus.
& in c.eccleſia.ſ.Marię.colum.15.de conſti. Card.Zaba.in ꝓhe.
Grego.Pacificus.in prin.q.vlti.Rayn.in ſumma.2 parte.tit.de le
ge humana.c.16.ſic & ſtatuta epiſcopi poſſunt iudicari & dici
iniqua & iniuſta ex cauſis prædictis, quia in ſtatuto debent eſſe
omnes conditiones quæ deſcribuntur in d. c.erit autem lex.vt
latè dixi ſup.articu.primo,conclu.7.vnde doctores in l.omnes
populi. ff. de iuſt. & iure. ſępe argumentum ſumunt de lege ad
ſtatutum.fa.quia ſtatuta regulariter debent interpretari ſecun-
dum leges & canones vt inf. dicam articulo vltimo.& ſeptem
cauſas ad cognoſcendum ſtatuta eſſe iniqua ſcribunt Gemi.&
Phi.Franc.in c conſtitutionem.§.ſtatutum.de verbo.ſign.in 6.

99 Aduerte tñ, q ſtatuta † epiſcoporum præſumuntur nō eſſe
iniqua,quia niſi appareat aliter præſumitur q nihil iniqui con
tineant.Card.Zab.in clem.j.in prin.q.2.de ſepultur.

100 Amplia adeo eſſe† veram limitationem prædictam,quòd ſi
quis iurauerit ſeruare ſtatuta epiſcopi,non tenetur ſeruare ſta-
tuta iniqua.c.j de iureiuran in 6.& notat latè Albericus in tra-
ctatu ſuper ſtatutis.j.parte.quæſt.25.

Sublimita prædictam limitationem ſi quando ſtatuta epi-
101 ſcopi iniqua non obſeruarent,ſequeretur ſcandalum † maius,
& reſultaret maius malum. Ita Card. Alex. in c.de his.3 colu.
50 diſt.poſt ſanctum Thom.1.parte 2.quęſt.96.artic.4.& ita in
lege iniqua tradit Felyn.in cap.nihil cum ſcandalo.colum 3.de
præſcriptionibus.dicens legem iniquam eſſe ſeruandam ꝓpter
ſcandalum euitandum dummodo non ſit iniqua per ꝯrietatē
ad ius diuinum, quia tunc nullo modo eſſet ſeruanda etiam
propter ſcandalum poſt ſanctum Thom.loco proximè allega
to quem etiam refert & ſequitur Gabriel Biel. in 4.diſt. 16. q.3.
articu.primo,notab.verſi.dicitur autem lege iuſta Aſteſa. lib.j.
titu.46.artic.ſeptimo.Cardi.Alex.in c.ſi quis autem.decima di-
ſtin.Idem tenet do.meus Philip.Dec.poſt Imo. quem refert in
c.primo,ſecunda lec.col.7.ver.2.adde de conſtit.vbi ſoluit op-
poſitionem quæ fieri poſſet, faciunt pro hac ſublimitatione,
multæ deciſiones,quas ponit Fely.in d.c.nihil. & aliquas refert
Card.Alex.in d.c.de his & Barb. etiam ponit aliquas conſi.11
incip.ſcripſit.colum 8. verſic. modo ſi ita eſt volum.j.per quas
exornari poſſet hæc ſublimitatio.

102 † Ratio huius ſublimitationis poſſet eſſe,qa ea quæ ſine pec
cato committi poſſunt,poteſt quis pro euitando ſcandalo cō-
mittere,vt ſcribit Cardin.Alexand.in d.cap.de his. colum.ter-
tia,verſic.tertio, regula.ſed ille qui obſeruat ſtatutum epiſcopi
iniquum,dummodo non ſit contra ius diuinum non peccat,
ergo ad euitandum ſcandalum poteſt obſeruare ſtatutum hu-
iuſmodi quamuis iniquum.

Poſſent hic fieri multæ illationes particulares de iniquis ſta
tutis epiſcoporum,ſed quia meę illationes forte in futurū poſ-
ſent eſſe cauſa ſcandali,quod ſuadeo totis viribus euitandum,
& retrahere poſſent ſubditos ab obedientia epiſcoporum quę
eſt neceſſaria & vtilis etiam ſi mali ſint teſte diuo Petro prima
epiſt.c.2.taceo.humiliter rogans epiſcopos,vt a ſtatutis iniquis
abſtineant & ſi quæ ſint eiuſmodi facta a prædeceſſorib. eorū
tollant, memores q dominus per vocem Eſaiæ maledicit eos
qui leges iniquas condunt, vt ſup. dixi. Rogare etiam vellem
eoſdem dominos,epiſcopos vt a nimia multitudine ſtatutorū
ſinodalium abſtineant,quidam enim ita delectātur multis ſta-
tutis,& populū ſibi creditum tot ſtatutis onerant, vt ferè nihil
agant ſubditi,In quo non extet ſtatutum epiſcopi pęnale, & vt
experiētia docet nullus fructus inde ſequitur,niſi forſitan ma-
ledictum illud burſę lucrum, aut multitudo peccatorum oriēs
ex neglectu & non obſeruantia ipſorum ſtatutorū. Pauca igit̄
ſiant ſtatuta & de rebus in quibus iuxta temporum diuerſita-
tem, opus eſt prouidere, vide circa hoc quod pulchrè ſcribit
Pan.in cap.cum olim.colum.ſecunda,de cler.coniug.vbi con-
queritur de multitudine conſtitutionum iuris poſitiui. & Ger-
ſon de vita ſpirituali animæ.lectione 4.corrolario. 12. 3.parte.
& idem Gerſon de poteſtate eccleſiaſtica.cōſideratione 10.re-
gula.5.colum. fin.i.parte. & 2.parte in tract. de contractibus.3.
quaternario.ꝯſideratione.11.& alibi ſępè dominus Clictoueus
in antiluthero. lib.j. c.19. nume.7. Ex prædicta limitatione ha-
bes vnum caſum in quo ſtatuta epiſcopi non ligant in foro cō-
ſcientię, videlicet quando ſunt iniqua.

103 † Alius & ſecundus caſus eſt, quādo ſtatuta epiſcopi fundāt
ſe ſuper præſumptione, & in foro cōſcientiæ certum eſt illam
præſumptionem non eſſe veram, tunc enim præualet veritas,
exemplum.in 12.& 13.illationibus quas poſui ſup. articu. præ-
ceden. concl.14.ita Panor.in repeti.c.relatum.colum.ſexta,de
teſta.quem refert Alex.in l.nemo poteſt. ff.de lega. primo,vbi
dominus Iaſ.j.lect.colum.14. verſic. & per iſta.& 2.lect.col.17.
uerſi.tertio facit ſumma Silueſtrina in verbo lex. §. 9. & idem
vult ipſe Panor.in d.c.primo,colum.quarta,ver.item addo ad
prædicta.de conſtitu. vbi dicit legem poſitiuam non obligare
in hoc caſu in foro animę,& vide ibi latè Felyn.col.11.ver.pri-
mus caſus.& D.Phi.Dec.col.10. ver. quarta eſt concluſio. qui
plura allegat.Card.Alex.in c.fraternitas.colu. fi.12. q.2.Claua.
in ſumma.in ver bo lex.§.4.

Alius & tertius caſus eſt,quando ſtatuta epiſcopi diſtinguūt
forum conſcientiæ, a foro contentioſo, vt probatur in c.tua.
de ſponſa.& matri.

104 † Alius & quartus caſus eſt,quando ſtatuta epī imponūt pę-
nam,quia in ſoro conſcientiæ non habet locum pœna legis.vt
eſt glo.vulgaris in d.c.fraternitas.12.q.2.quàm ſequitur Pan.in
prohemio Gregoria.incip.pacificus.col.4.& in d.c.j.de conſtit.
& in aliis locis ibi relatis per additiones & modernos,& cōiter
tenetur,vt liquet ex adductis illic per Fely.col.12.verſi.3. caſus,
& eundem Felyn.in c.audiuimus.col.j.de ſimo. & in c. ſicut di-
gnum.col.fi.verſi.ſubdit.de homici.& do.Phil. Dec. in d.cap.j.
1.lectura col. 10.ver.5.concluſio.& 2.lectura. colum.7.verſi.cir
ca glo.& in l.a quoq̄. ff. de regu.iuris. Corſet.in ſingularibus.in
litera P.ſing.incip.in for.conſcientiæ.Iaſ.in §. ſed iſte colu.30.
ver.& pęnę legales.inſti.de actio. Alex. conſil.51. cum dicatur.
col.2.nu.7.lib.4.d. Iacobi.in l.eleganter.in fi. in prima lectur.ff.
q quiſque iuris.Iaſ.in l.poſt diuiſionem.col.2.C.de iuris & fa-
cti igno.Card.Alex.poſt Arch.ibi in c.quoniam.in fi.verbis.18.
diſt.& in d.c.fraternitas.Adde q opinionem.d.glo. præter eos
quos allegant ſup.dicti tenet Alber.de Roſa. in dictionario.in
verbo.pœna.col.6.ver.quid ſi plures S.Thomas.2.2. q.62.ar.3.
Petrus de Palude in 4.ſent. diſt.27.q.2. Aſteſa. in ſumma.lib. 5.
titu.29.art.3.Raynerius in panthalogia.prima parte.tit.de fur t.
cap.8. colum.ſecunda. ſumma confeſſorum.lib.ſecundo,tit.6.
q.3.& eodem lib.tit.5.de pedagiis & theoloneis.q.30.incip. ſed
quid ſi illi.& quæſt.65.incip.ſed quid ſi principalis.Ant.in ſum
ma.2.parte.c.13.§.8.Angelica ſumma in verbo lex.§.4. verſ.6.
quando.& in uerbo inobedientia.§.j.magiſter Gabriel Biel.in
quarta,ſent.diſt.15.q.4.artic.2.conclu.2.& ead.diſt.q.13. artic.j.
notab.4.verſic. ſed contra hoc. & Ioannes maior in eodem. 4.
eadem diſt.q.21.in fin. ſumma Silueſtrina in uerbo lex. §. 9.R.
d.D.Thomas de vio. Card.Sancti Sixti modernus in ſua ſum-
mula peccatorum. in verbo pęna. & in commentariis ad diuū
Thomam ad dictam 62. quæſt. art.3. ubi pulchrè. Contra verò
dictam gl.tenet dominus meus Phi. Dec.in d.c.j.col.præallega-
ta.& in d.l.a quoque.mouetur primo quia pœna dēt commen
ſurari delicto c.quęſiuit.de his quę fi.a maior.parte c.& ſi pęna
ſit cōueniens lex vr̄ iuſta, quæ fundata eſt in publica vtilitate,

quæ

quæ eſt vt delicta puniantur. c.vt famę de ſent. exc. ergo in fo-
ro conſcientiæ obligat, vt no. in d.c.j. Secũdo mouetur, q̃a obli
105 gatio ex delicto † reſpectu pęnę eſt de iure naturali vt dicit
glo. in l.ſeruus. ff. de his qui notantur infa. notat Bartol. in l.ex
hoc iure. col. fin. ff. de iuſti. & iure. ergo in foro cõſcientiæ obli
gat quia forus conſcientiæ, ſm ius naturale iudicatur, nam cõ-
ſcientia non ligat quos natura non obligat. vt dicit Bal. in l.j. in
fi. C. de vectiga. & commiſſ. notat Pan. in c.j. in fi. de reſti. in in-
teg. Tandem tñ ipſe dominus Dec. in dictis locis ſic diſtinguit,
aut lex ſeu ſtatutum eſt iniuſta ſeu iniuſtum, vt quia pęna eſt
exceſſiua & tunc ſit vera opinio gl. in d.c. fraternitas, aut verò
lex eſt iuſta ſeu ſtatutum iuſtum, vt quia pena non eſt exceſſi-
ua & tunc ſit vera ꝯtria opinio ſupradicta. Quid tenẽdum? cõis
opinio eſt cum gl. in d.c. fraternitas. vt ſup. dixi & euidenter ap-
paret ex authoritatibus adductis, fundatur opinio d. gl. in rõni-
bus quas affert Panor. in d.c.j. de conſti. prima eſt, quia pœna le-
gis imponitur per iudicem in foro cõtentioſo. 13. q. 2. §. in hoc
anteq̃ ergo imponatur per iudicem non debetur. Secunda ra-
tio eſt, quia pœna imponitur, vt cæteri metum habeant. l.aut
facta. ff. de pęnis. quæ ratio ceſſat in foro animę, quia imponi-
tur pnĩa ibi quia lęſit Deum, & primam rationem prædictam
afferunt in effectu domini Theologi quos ſup. allegaui. Non
obſtant fundamenta domini mei, vt ſtatim dicam. dictam tñ
glo. limitat quinque modis Felyn. in d.c.j. col. 13. verſic. recepit
tamen. de conſtitu. quas limitationes breuiter referam.
106 † Limitatur igitur primo qñ pęna per legem, vel ſtatutum
imponeretur ipſo iure, vel ipſo facto, quę limitatio procedit ẽt
ante declarationem factã per iudicem de pęna incurſa autho-
re Felyn. vbi ſupra. & R.d. Card. Caietano in commentariis ad
Tho. 2.2. q. 186. arti. 9. col. 3. ver. ad ſm dubium. ſed quantum ad
hoc vltimũ, ꝯtriũ tenet Bal. in vſibus feudo. tit. de feud. ſine cul-
pa non amittend. col. j. quia licet non ſit neceſſaria ſnĩa ad eſſe
eſt tñ neceſſaria ad executionem. ſequitur Archid. in c. fęlicis.
de pęnis in 6. Ang. de claua. in verbo pęna. §. 3. ſumma Silueſtri-
na. in eo. verbo. §. 23. dicens rationem eſſe, quia abſurdum eſt
ꝙ reus exequatur ſent. ꝯ ſe, aut ꝙ alius exequatur ſine iudicis
licentia. Quid tenendum. puto ſecundam opinionem veriorẽ
per ſuperius dicta. & per multa quæ ſcribit Fely. in cap. Rodul-
phus. col. 25. ver. ſed declaratoria. de reſcri. vbi prædicta. 2. opin.
limitat quatuor modis, vt videre potes ſi vis. referam vnam q̃a
bene ſeruiet huic materię ſtatutorum epiſcopi. Limita igitur
dictam ſecundam opin. reſpectu effectuum executiuorũ, quos
abſque hominis miniſterio ſecum trahit pęna ipſo iure impo
ſita, qm̃ iſti vim ſuam infligunt abſque declaratione. ſm Bald.
per illum text. in l. quæ ſub conditione. §. fin. ff. de condi. inſtit.
exempla dat ipſe Felyn. in pęnis infamiæ & excommunicatio-
nis. hanc limitationem tenet etiam ſumma Silueſtrina. in ver-
bo pœna. §. 25. & Henri. Bohic. in c.a nobis. lo. j. diſtin. de ſent.
excommunica. R.d. Thomas de vio. in locis ſup. allegatis. & in
dicto commentario ad dictam 62. q. Beati Thomæ artic. 3. dat
exemplum in pęnis excõicationis, ſuſpenſionis, interdicti, & ir
regularitatis, quæ ad ſui executionẽ nullam actionem exigũt,
niſi illius in quem infliguntur. Et nota diligenter hæc, quia hæ
pęnæ frequenter imponuntur in ſtatutis epiſcoporum, & in fo
ro animę abſq; declaratione reſpectu eorũ in quos infligũtur,
operantur effectum licet ſecus ſit reſpectu aliorum & in foro
contentioſo, vt dixi ſup. in 6. limitatione huius concluſionis.
Limitatur ſecundo d. gl. quando ſecuta eſſet condemnatio, q̃a
tunc in foro animę debetur pęna legis & ſtatuti, & hanc limi-
tationem ad dictam glo. ponunt omnes Theologi quos ſupra
citaui, & nullam aliam communiter ponunt. Limitatur tertio
quando pęna eſſet conuentionalis. Limitatur quarto quando
eſſet pęna ſubrogata in locum intereſſe, quod eſſet ineſtimabi
le, puta pro membro debilitato. Limitatur quinto quando pę
na eſſet intereſſe reſpectu recipientis. & de prædictis quinq; li-
mitationibus vide Felyn. & modernos in d.c.j. de conſtitu. Re-
manet ergo vera opinio d. glo. in c. fraternitas, demptis in di
ctis quinq; limitationibus. Non obſtat quod primo loco dicit
dñs meus, quia verum eſt ꝙ pęna eſt commenſuranda delicto,
ita ꝙ quis plus puniri non debet q̃ meruerit peccatũ, ſed bene
107 poteſt mitius puniri maximè in foro animę † in quo hodie pę
nitentiæ ſunt arbitrarię. gloſ. in c. tempora. 26. q. 7. gl. in c. men-
ſuram. de pęnit. diſt. j. notat Felyn. in c. accuſaſti. de accuſa. & in
c. ſicut dignum. in princ. col. j. de homici. etiam vbi ius expreſſe
imponit pnĩam poteſt confeſſor mitigare. Pan. in c. Deus qui.
col. 2. de pęnit. & remiſſio. & per hoc tollitur quod dicit domi-
nus meus. de pęna legis ęqua. Et ſi dicas ſaltem procedere fun-
damentum dñi mei qñ non adeſt confeſſor qui mitiget pęnã,
quia pęnitens tunc debet ęſtimare ſe eſſe obligatum ad pœnã
iuris. Ad hoc Rñ. ꝙ non debet ęſtimare hoc delinquens, quia
in foro animæ delicta ſola contritione deleri poſſunt, & quo
ad culpam & quo ad pœnam. glo. in verbo. doloris. in d.c. men
ſuram, quàm ſequitur Pan. in d. ca. Deus qui. & multi alii quos
allegat dominus meus in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs. col. 4.
verſi. & intantum. de iudicijs. Non obſtat ſecundũ fundamen-
tum, quia verum eſt pœnam delicti eſſe de iure naturali, ita ꝙ
ex quo quis peccauit iuxta ęquitatem naturalem quæ dictat,
nullum malum remanere impunitum, debet puniri, ſed quan
titas pęnę taxata per legem, vel ſtatutum non eſt de iure natu-
rali ſed poſitiuo, vt inquit Ioannes maio. in 3. ſententia diſt. 37.
quæſt. 36. colum. pen. verſi. contra quartam, vbi dicit quod pu-
nire furem eſt de iure naturæ, vel diuino, vel punire cũ aliquo
modo, ſed punire cum hoc modo, vel illo modo, puta ad du-
plum, vel quadruplum eſt humanum. Et ſi dicas pone quod
pœna legis, vel ſtatuti ſit ęqua, & non exceſſiua habito reſpe-
ctu ad ipſum ius naturale, prout vult dominus Decius, nonne
tunc illa taxatio erit de iure naturali, quia lex, vel ſtatutum po-
teſt diſponere idem quod ius naturale, & ideo tunc talis pœna
debebitur in foro cõſcientiæ. Ad hoc poteſt reſponderi quod
de iure naturali, pœnæ, non ſunt taxatę, niſi in genere, hoc mo
do ſcilicet quod delinquens puniatur pro menſura delicti, &
punitio de iure naturali non debet infligi per delinquentem.
ideo quantumcunque ſit ęqua pœna a lege taxata, nõ debetur
in foro animæ ex ſola taxatione legis anteq̃ quis ſit condem-
natus in eam per ſuperiorem, cui ex iure naturali inferior, &
ſubditus debet obedire. cogita & da veniam ſi nõ defenderim
opinio. præceptoris contra. l. dicere. ff. de arbitr. quia durum vi
debatur diſcedere a communi opinione glo. d.c. fraternitas.
108 † Alius & quintus caſus eſt quando ſtatutum haberet varios
intellectus, vt ſcribit dominus Iaſ. in l. prolatis. colum. fin. ff. de
re iud. & in l. captatorias, col. pen. C. de mili. teſt. vide quę ſupra
dixi limitatione 13. huius concluſionis. Alios multos caſus po
tes colligere ex limitationibus quas ſupra poſui. & ex his quæ
dixi ſup. 16. concl. art. j. huius 3. partis, & ex his quæ not. ſumma
Silueſtri. in verbo lex. §. 9. quos tedioſum potius q̃ ſubtile eſſet
commemorare, hactenus igitur de hac prima concluſione.

Limita decimooctauo quando in locis exemptis exiſtenti-
bus inf. limites dioceſis epiſcopi, cõtraueniretur ſtatutis ipſius,
quia ibi non ligant vt dixi ſup. hac concluſ. ampliatione tertia
ſecundum communem opinio.

Limita decimonono in caſibus poſitis ſup. etiam hac con-
cluſione limita. 8.

Secunda concluſio.

109 Statuta epiſcopi † non comprehendunt nec li-
gant exiſtentes extra ipſius dio
ceſim, probatur in cap. nouit. de offi. leg. & in c. 2. §. ſtatuto. de
conſti. in 6. in l. fi. ff. de iuriſ. om. iud. quod procedit etiam ſi ſta-
tuta epiſcopi puniant prohibita per legem diuinam vt homici
dium, rapinam, & furtum, vt probatur in d. §. ſtatuto. & in ſpe-
cie tradit Hen. Bohic in c.a nobis. lo. j. 2. diſt. col. 3. de ſent. excõ.
Ratio huius concluſionis eſt quia ſtatutum eſt quædam quali-
tas regulans principaliter territorium, & in vim conſcientiæ
perſonas, ita ꝙ non ſolum ſubditos ſed quoſcunque intra ter-
ritorium afficit. Et ideo non poteſt extendi extra territorium,
quia per hoc inſurgeret ꝙ per ſtatuta vnius epiſcopi regeretur
territorium alterius, quod eſt cõtra iura ſecundum Card. Zab.
in c. perpendimus. colum. 20. ver. ſed nunquid ſtatutum de ſen.
excom. in repe. Aliam rationem ponit Pau. de Caſt. in d. l. fin.
col. j. dicens ꝙ ideo ſtatuta non ligant extra territorium, quia
110 ibi non offenditur reſpublica ſtatuentis. † Amplia primo pro-
cedere nedũ ſi exiſtentes extra dioceſim ſint non ſubditi eius,
ſed etiam ſi ſint ſubditi, ſecundum Cardin. Zab. in d. c.a nobis.
lo. 10. q. fi. de ſent. excom. vbi Pan. & Fely. idem ſcribunt. & Phil.
Fran. in d. §. ſtatuto. col. 4. ver. aduerte quia poteſt.
111 † Amplia ſecundo procedere non ſolum quo ad pſonas, ſed
ẽt quo ad res & bona exiſtẽtia extra dioceſim, ar. l. cũ vnus. §. is
qui. ff. de bo. auth. iud. poſſiden. ita Phil. Fran. in d. §. ſtatuto. col. j.
vlti. not. & col. 4. verſi. 2. dicta regula. vide quod dixi ſup. arti. j.
conclu. 13. illatione. 8. in vnica ampliatione ibi poſita.
112 † Ex hac ampliatione infero ꝙ ſtatutum epiſcopi priuans
quem beneficiis ſuis, intelligitur de beneficijs exiſtentibus in
loco ſtatuẽtis, & non alibi facit optime in art. c. ſi compromiſ-
ſarius. §. pen. in fi. de elec. in 6. ita Panor. in d.c. poſtulaſti. col. 3.
ver. & ideo de foro competenti.

Limita hanc illationem quãdo priuatio beneficij eſſet iam
introducta a iure communi. ſecundum Felyn. in d. c. poſtulaſti.
col. 2. uer. adde quòd poſt Petrum de Anchar. ibi.
113 † Amplia tertio procedere concluſionem etiam ſi ſtatuta
ſint prohibitiua ratione alicuius ſolennitatis tantum, vt poteſt
dari exemplum in caſibus. 9. illationis poſitæ ſupra in 14. con-
cluſione. arti. primo, ita puto dicendum per ea quæ tradit Bar.
in l. cunctos populos. colum. 11. ver. circa primum. C. de ſumma
trinita. & fid. catho. quem ſequitur Franciſ. Areti. conſilio 54.
incipien. in cauſa. col. 2.
114 † Amplia quarto procedere concluſionem ẽt ſi ſtatuta epi
tollerent obſtaculum qualitatis perſonæ. vbi gratia, ſi epũs per
ſtatutum ſuum habilitaret oẽs presbyteros ſuæ dioceſis ad cu-
ram aĩarum exercendam ſine literis approbatoriis, vel ſi daret

omnibus preſbyteris ſuę diœceſis per ſtatutum ſuum licētiam
abſoluendi ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis, tales non poſ-
ſent hoc facere extra diœceſim ſtatuentis vbi eſſet ſtatutum in
contrarium per l. ſecundam. ff. de offi procoſul. & in ſimili ca
ſu ita vult Bar. in d. l. cunctos populos. col. 14.

Limita prædictam concluſionem in caſibus quos narraui
ſup. in præcedenti concluſione in octaua ampliatione, vbi ha-
bes quatuor limitationes, aliam & quintam habes ſup. in j. art.
concluſ. 13. in octaua ampliatione, quam omnino vide.

115 † Limita ſexto qñ epiſcopus per ſuum ſtatutum applicaret
clerico ſuę diœceſis læſo extra diœceſim propriam, per aliū exi-
ſtentem extra diœceſim, bona illius lędentis exiſtētia inf. ſuam
diœceſim, eṗo illius diœceſis vbi ſuit clericus ſuę diœceſis lęſus
negligente punire lędentem, quia hoc poteſt, vt vult Inno. in
d. c. poſtulaſti de fo. compe. quem ibi ſequitur Pan. col. 4. & Fe-
lyn. col. 3. ver. prima declaratio. & col. 4. verſic. tertia declaratio
qui allegat Bart. hoc volentem in d. l. cunctos populos. col. 16.
& Bal. ibi col. pen. verſi. iuxta hoc.

116 † Limita ſeptimò non procedere concluſionem quo ad ef
fectus cauſatos a ſtatuto infra diœceſim epī ſtatuentis, quia ſi re
ſpiciunt diminutionem ſtatus vt ſi quis effectus eſt infamis, in-
terdictus, vel excommunicatus, per ſtatutum epiſcopi cum hę
pęnę infligantur in perſonam porrigunt etiam effectus ſuos
extra territorium propterea ſi vadant extra territorium tales
perſonę ligabūt eas quia ſequuntur perſonas ſicut lepra lepro
ſum ar. l. ex ea ff. de poſtul. ita Pan. in d. c. poſtulaſti. col. 3. verſic.
& ideo vbi Felyn. col. 2. verſi. pęna diminutiua ſtatus, & ita tra-
dunt Bart. & Bald. & in d. l. cunctos populos. fa. no. in c. ad repri
mendum. de offic. ordi. & quæ not. Socin. conſi. 103. incip. pſis.
117 colum. 4. verſi. ſecunda ratio lib. 4.

† Limita octauò quando epiſcopus alterius diœceſis cōſen-
tiret ꝙ ſtatutum epiſcopi ſtatuentis extēderetur & ligaret inf.
territorium ſuum, ita vult Bart. in d. l. cunctos populos. col. 15.
118 verſi. 8. circa facit quia epiſcopus poteſt dare † alteri epiſcopo
territorium pro ſubditis ipſius dantis ibidem excommunican-
dis Rota deciſ. 2. tu. de conſti. in antiquioribus.

119 † Limita nono qñ ſtatutum epiſcopi originat cauſam in ter
ritorio proprio, ex facto negatiuo commiſſo in limitibus alte-
rius territorii, vt ſi epiſcopus ſtatuat ꝙ faciens furtum vbicū q;
inf. menſem a die commiſſi furti compareat coram iudice lo-
ci delicti, vel corām ſe, alias ſit excommunicatus, ſi iſte nō com
pareat coram altero, erit excommunicatus, ſecundum ſum-
mam Siluestri. in verbo excōmunicatio. 2. § 15. ver. primus eſt.

120 † Limita decimo vbi quis tenetur aliquid facere & illud nō
facit, quia factum vr̄ vbi illud facere debebat. l. qui non facit. ff.
de re. iur. c. j. de vſu in 6. exempli gratia, vt ſi ſtatuto epiſcopi ca-
ueatur ꝙ non comparēs in ſinodo qui ad hoc de iure tenetur
ſit excommunicatus curatus, diœceſis ſtatuentis ſi ſit extra dio
ceſim, & non cōpareat, ligabitur ita ſumma Siluestrina in ver-
bo excommunicatio. 2. § 15. præallegato. ver. tertio eſt quia.

Limita vndecimo vt dixi ſup. in prima cōcluſione huius ſe-
cundi articuli ampliatione texta.

Tertius articulus.

Explicitis duobus primis articulis huius ma
teriæ, venio ad tertium. &
quarto inf. quod tempus ſtatuta epiſcopi ſinodalia ligent, & an
ſint perpetua. item an extendantur ad præterita vel futura tan-
tum. Reſpondendo facio ſequentes tres concluſiones, ut ma-
teria clarior ſit.

S V M M A R I V M.

1 *Statuta epiſcopi, intra quod tempus ligent, arbitrarium eſt.*
Limita, vt inf. nu. 2. 3. 4. & 5.
6 *Statuta epiſcopi perpetua ſunt, & eo mortuo durant.*
7 *Statuta epiſcopi quando ſint ius ciuile, & quando ſint ius prætorium.*
8 *Epiſcopus ſicut prætor eſt de minoribus magiſtratibus.*
9 *Epiſcopi omnes chriſtianitatis Papam recognoſcunt in ſuperiorem.*
10 *Statuto epiſcopi ſi differatur hæreditas bonorum poſſeſſionis, agnitio in iu-
dicio neceſſaria eſt.*
11 *Præſcriptio annalis per ſtatutum epiſcopi inducta, vt interrumpatur, litis
conteſtatio requiritur.*
12 *Tempus inductum a ſtatuto epiſcopi vtile eſt, nec ignoranti currit.*
13 *Epiſcopus ſtatutum facere non poteſt circa pœnas extermonales.*
14 *Actiones pœnales ex ſtatuto epiſcopi deſcendentes annales ſunt ſicut præ-
toriæ.*
Limita tripliciter, vt inf. nu. 15. 16. 17. & 18.
19 *Statuta epiſcoporum regulariter ad futura extenduntur.*

Prima concluſio.

1 Statuta epiſcopi intra† quod tempus ligent, eſt
arbitrarium, ut notat Hoſtien.
in ſumma titu. de conſtit. § quando conſtitutio. colum. prima.
Petrus de Ancha. in c. j. in fi. 12. q. de conſtitu. Card. Zaba. in c. 2.
colum. fi. quæſt. 5. eo. tit. vbi etiam idem no. Hen. Bohic. col. fi.
Collecta. col. 2. ver. nunquid. idem & Io. de Imo. 3. ver. in ſtatu-
tis autem particularibus. Pan. col. 3. in fi. Felyn. col. 4. ver. limita
primo. D. Phi. Dec. col. 9. ver. 2. Abbas in j. lect. & hi duo vltimi
doctores allegāt plura, vltra quos adde idem tenere Card. Zab.
conſi. 132. T. Archipreſbyter. col. fin. ver. obijcitur. Phil. Fran. in
c. 2. colum. 2. de conſt. in 6. & in data ſexti. col. 4. ver. circa ſecun
dum Gemi. & Alex. in c. quod dicitis colum. fi. 17. diſt. Barto. in
l. omnes populi. colum. 12. verſi. 5. principaliter. vbi Baptiſta de
S. Seueri. col. 50. verſi. circa fin. ff. de iuſti. & iur. Ratio huius cō
cluſionis eſt quia non reperitur iure cautum intra quod tem-
pus ligent ſtatuta epiſcopi & ideo relinquitur arbitrio iudicis.
ca. de cauſis. de offi. deleg. l. j. ff. de iure deliber. ſecundum Ioan.
And. in dicta data ſexti, quem refert & ſequitur ibi Phil. Fran.
colum. præallega. Aliam rationē dat Henricus Bohic. in d. c. 2.
dicens hoc ideo eſſe, quia iuriſdictio epiſcoporum aliquando
plus, aliquando minus dilatatur & protenditur, & ideo limi-
tari non potuit ipſum tempus, ſecus in cōſtitutione principis
cum iuriſdictio principis ſit diffuſa. & idem in effectu ſentit ibi
Card. Zab. col. etiam præalleg.

2 † Limita primo quādo epiſcopus appoſuiſſet tempus intra
quod ligent ſtatuta ſua, quia hoc caſu nō eſſet arbitrarium, ſed
eſſet ſtandum determinationi epiſcopi ſecundū Henri. Bohic.
in d. c. 2. colum. fin.

3 † Limita ſecundo non procedere cōcluſionem quo ad eos
qui fuerunt præſentes in publicatione ſtatutorum, quia ex quo
ſtatim præſumitur notitia & ſcientia, ſtatim ligantur nō expe-
ctato alio arbitrio iudicis, vt probatur in c. j. de poſtul. prælato.
& in c. fi. qui matr. accuſa. poſſ. vt ſcribit Io. de Imo. in d. c. 2. ubi
idem notat Panor. & Felyn. col. 4. ver. limita primo. Phil. Fran-
cus in data ſexti. col. præallegata.

Sublimita & intellige prædictam limitationem dummodo
4 cum conſcientia interuenerit promulgatio† & publicatio ſta-
tutorum, quia aliàs quando nō interueniſſet publicatio, vt no
tat Bal. in l. vnica. § fi. per illum tex. C. de cadu. tollen. & in mar-
garita in verbo ſtatutum. §. 2. & Ang. in § fi. in fi. in auth. de nō
elig. ſecundo nuben. quē refert Alex. conſi. 39. viſis. in fi. lib. 3.
Parit. cōſi. 35. videtur. prima parte. ſcien. & ſequitur omnia hæc
dñs Phi. Dec. in d. c. 2. col. 9. verſi. ſecundo Abbas de conſtit. &
in c. j. col. 3. in 15. notabili. de poſtula. prælatorum.

Limita tertio quando ſtatuta epiſcopi afferent ſolum com-
5 modum, quia ſtatim ‡ operarentur effectum. ut dicit Bart. in
d. l. omnes populi. col. præalleg. vbi Baptiſta de Sancto Seueri-
no. carta. 12. verſi. 2. caſu adducitur ſimile de legato quod igno-
ranti acquiritur. l. cum pater. § ſundo ff. de leg. 2. & de hæredita-
te. l. hæreditatem. ff. mand. Contrarium vult idem Bart. in l. fi. ff.
de conſti. prin. & Panor. in d. c. 2. col. 4. de conſti vbi additio. &
latè Felyn. col. 4. ver. limita 3. & dominus Phi. Dec. col. 9. verſi.
quarta concluſio. Mouentur principaliter per capitulum pri-
mum de conceſſ. pręben. in ſexto, vbi priuilegiū non operatur
antequam veniat ad notitiam priuilegiati. Quid tenēdum? dic
poſt Card. Zaba. in proh. clemen. § vniuerſitati. quæſtione 5.
quem ſequitur dominus Decius loco proximè allegato quod
ſtatutum tale prodeſt ignoranti ſtatim, ſed non efficaciter. &
ita concordantur opiniones.

Secunda concluſio.

6 Statuta epiſcopi ſunt perpetua † & durant mor
tuo cōditore glo. in verbo ſta-
tuto. in c. 1. § ſtatuto. de conſti. in 6. glo. 2. in fi. in c. a nobis. lo j.
de ſen. excom. quam ibi ſequuntur Card. Zab. 2. col. ver. quæro
an ſit differentia de ſent. excom. Pan. colum. fi. ver. quo ad vlti-
mum. Felyn. ver. circa quartam q. Card. Zab. in repet. c. pręndi-
mus. colum. 21. verſi. ad quartam. eo. tit. & in conſi. 130. incip. in
quadam. in prin. vbi dicit non expedire ꝙ amplius approbētur
per epiſcopos alios ſucceſſores epī ſtatuentis. Albe. de Roſa in
tracta. ſtatutorum. 1. parte. q. 29. Barto. in l. omnes populi idem
tradit in 4. quæſt. quinta, q. prin. ff. de inſt. & iure, ubi Baptiſta de
Sancto Seuer. colum. 57. ver. quærit inſuper Bar. & idem Barr.
in l. 5. in prin. ff. de verb. oblig. & in l. fi. ff. de pœnis. Petrus de Pal.
in quarto ſenten. diſt. 18. q. 4. col. 11. verſi. quarto, ſtatuit. Mouen-
tur principaliter iſti per c. fi. de offic. lega. vbi ſtatuta legati ſunt
perpetua. & ibi 2. notab. idem de ſtatutis epiſcopi dicit Panor.
item allegatur. § Caſſa. in auth. de ſtatutis contra liberta. eccle-
ſia. facit l. ſalſo. C. de diuer. reſcrip.

7 † Ex hac concluſione infero ſtatuta epiſcopi eſſe ius ciuile,
non autem ius prætorium, ita ſentit Bald. in l. receptitia. col. j.
C. de conſtit. pecu. dum dicit ſtatutum comitis eſſe ius ciuile,
cui ęquiparatur epiſcopus, & hoc aperto ore affirmat Mathe-
ſila. not. 190. incip. not. vnum Bar. in repetitio. Rub. C. qui ad-
mitt. col. 50. & quatuor ſequen. poſt multos quos cōmemo-
rat vbi inter cætera fundamenta mouetur. Primo quia pote-
ſtas ſtatuendi regulatur a iuriſdictione glo. in l. prima ff. de iu-
riſdi. omnium iudi. & dixi latè ſupra, ſed iuriſdictio epiſcopi eſt
perpetua, ergo & ſtatutum, & per conſequens erit ius ciuile. Se
cundo q̄a epſ imponit pœnam capitalem. ſ. excommunicatio-
nem in ſtatutis ſuis, vt dictum eſt ſ. artic. 1. concluſ. 13. quia tra-
dit

dit animam ſathanæ. c. epiſcopi. 11. q. 2. c. qua fronte. de appel. ſed prætor non imponit talem pœnam ergo &c. Contrarium ꝙ immo ſit ius prætorium, tenet Bar in d. l. 5. in princ. vbi Pau. de Caſtr. Alex. & do. Iaſ. & idem Bart. in d. l. fi. ff. de pœnis. Bal. in d. c. omnes populi. col. 5. & in l. id quod pauperibus. col. 3. C. de epiſco. & cler. & in l. ſiue pars. in fi. C. de dila. in l. ſi prædiū. col. 1. C. de ædili. edicto. in l. fi. col. 1. C. de edict. diui Adriani tollen. & in Marg. in verbo epiſcopus. §. 23. Roma. conſi. 228. pro plena. col. 2. verſi. 10. facit Ancha. in c. 1. in 14. q. de conſti. in repeti. Panor. in d. ca. fin. col. 2. de offic. legat. & in c. illud col. 3. de præſcriptio. Ang. Aret. inſtitu. de perpe. & tempora. actio. in princ. col. 1. Imola. in clem. 1. de reſtitutio. in integ. Bertachi. de Firmo in trac. de epiſcopo. 2. par. lib. 4. q. 15. Alex. in l. ex duobus. §. etiā ſi contratabulas. col. 1. ff. de vulga. & pupilla. Mouentur omnes iſti, quia epiſcopus æquiparatur prætori. & ideo eius ſtatuta vi-
8 dentur ius prætorium, cum epiſcopus † ſicut prętor ſit de minoribus magiſtratibus. iuxta Barto. in l. 1. col. 1. ff. ꝙ quiſque iuris. Quid tenēdum? Alex Aret. & Iaſ. & Moder. in d. l. 5. Baptiſta de S. Seueri. in d. l. omnes populi. col. 58. ver. ꝙ autem ſup Iaſ. in §. ſed iſte. col. 5. ver. & iuxta iſtud inſtitu. de actio. dicunt primam opinio. procedere quando epiſcopi & ſimiles de iure vel de facto ſuperiorem non recognoſcunt, quia tunc habent vim ſupremi principis ſm Bar. in l. 1. §. de qua re. ff de poſtulan. & aliis locis alleg. per Iaſ. loco proximè alleg. vnde eorum ſtatuta dicuntur ius ciuile. Secundam autem opinionem, quæ eſt cōmunis dicunt procedere quādo epiſcopi recognoſcūt ſuperiorē, vt principem vel Papam, quia tūc æquiparantur magiſtratui.

Ex illatione & diſtinctione prædicta primo ſubinfero, ꝙ cū
9 omnes epiſcopi † Chriſtianitatis de iure mediatè vel immediatè recognoſcant Papam in ſuperiorem. c. 1. & per totam diſtinctionem 22. diſt. c. ego N. de iureiur. not. in ca. cùm non liceat. de præſcri. ſtatuta omnium epiſcoporū eſſe prætoria, & aſſimilari legibus prętoris de iure, ſed ſi aliqui de facto non recognoſcant, ſtatuta talium erunt ciuilia.

10 † Secundo ſubinfero ꝙ ſi per ſtatutū epiſcopi deferatur hæreditas, vel ſucceſſio aliquo caſu, neceſſariam eſſe agnitionem bonorum poſſeſſionis in iudicio, iuxta l. fi. C. qui admitti. Item debere agnoſci ĩ. 60. dies ſi ſit extraneus hæres, ſi autem hæres ſit de ſuis ĩ. annum iuxta. l. 2. & l. emancipata. C. qui admitti. Ita dicit Bart. in l. 2. in fin. ff. de bono. poſſeſ. titu. generali, ſequitur in loco proximè allega. Iaſ.

11 † Tertio ſubinfero ꝙ ſi per ſtatutū epiſcopi inducatur annalis præſcriptio, ad hoc vt interrumpatur talis pręſcriptio, requiri litis conteſtationem, iuxta. l. 1. & 2. C. quando libel. princip. datur. Ita dicit Bart. in d. l. 2. §. fi. ſequitur Iaſ. in locis proximè allegati, & Balbus in tractatu præſcriptionum. 6. par. col. 34. ver. quæro igitur primo.

12 † Quarto ſubinfero tempus inductū ex ſtatuto epiſcopi nō currere ignorāti, & per conſequens eſſe vtile, quia tēpora inducta a prætore ſunt vtilia, & nō currunt ignorātibus, iuxta gloſ. in rub. de diuer. & temp. præſcrip. ff. ita infert Bal. in d. l. id quod pauperibus. col. 3. ver. 3. quæro. C. de epiſ. & cleri. ſequitur Iaſ. in d. l. 5. col. pen. Alex. in l. optimum. C. de dolo. col. 2.

13 † Quinto ſubinfero epiſcopum non poſſe facere ſtatutum circa pœnas exterminales puta ſi quis commiſerit homicidiū ſit ipſo iure condemnatus ad pœnam perpetui carceris, vel ſit ipſo iure degradatus ſm Bal. in l. 1. col. 2. C. commi. vel epiſto. ſequitur Iaſ. in d. l. 5. in prin. col penul. & dixi ſup. in 1. arti. huius materiæ in 10. conclu. limitatione 3.

14 † Sexto ſubinfero actiones pœnales deſcēdentes ex ſtatutis epiſcoporū eſſe annales. prout durant actiones prætoriæ. inſti. de perpe. & tempo. act. in princip. l. in honorariis. ff. de actio. & obliga. Ita not. Panormi. & cæteri quos ſup. allegaui in locis citatis, & Ang. Aret. in §. ſed & iſte. col. 2. ver. vtrum autem. & in d. c. princi. de perpe. & tempo. actio. col. 2. ver. in eadem.

15 † Limita primo hanc ſubillationem procedere quādo actio intentatur ciuiliter ad pœnam applicandam parti, tunc durat ſolum anno. ſecus ſi criminaliter tunc enim durat 20. annis. l. querelam. C. de fal. ſm Bal. in d. l. recepti. col. 1. C. de cōſti. pecu. quem ſimpliciter referunt & ſequuntur do. Alex. & Iaſ. in d. l. 5. in princ. col. fi. Immo videtur ꝙ duret perpetuo, ſi pœna im-
16 pediat ordinis executionem † vel ſi ſit pœna ſpiritualis per ea quæ dicit Panor. in c. licèt cauſam. col. 10. ver. quo ad ſm. & ibi do. Deci. col. 18. verſi. poſtremo plures allegat auctoritates. de probat. vbi concluditur ꝙ de iure canonico crimina tempore non tolluntur nec præſcribūtur, de quo vide Balbum in tract. præſcriptio. 2. q. 4. partis vbi plura allegat, & ſignanter glo. in c. admonere. 32. q. 2. quæ dicit ꝙ quo ad pœnitentiam imponendam in foro cōſcientiæ nullum tempus eſt præfixum ponitq; vbi nouem limitationes ad d. l. querelam. Et ſi vis ſcire quādo actio dicatur intentari ciuiliter & quādo criminaliter vide Panormita. in rub. de iudi. vbi omnes Moderni.

17 † Secundo limita vt procedat ſubillato de iure ciuili, quia ſecus eſt de iure canonico. quoniam ſm ius canonicum remedia prætoria ſunt perpetua, & nulla tēporis præſcriptione tolluntur aut finiūtur, ſm glo. fi. in c. ſolicitè. de reſti. ſpolia. quam ſequitur Iaſ. in d. l. 5. in prin. col. fi. poſt Roma. in l. prætor. § hoc interdictum. ff. de no. ope. nuntia. Sed domi. Anto. de Butr. in d. c. ſolicitè. & ibi Pa. col penul. dicunt nullam eſſe differentiā in hoc inter ius canonicū & ius ciuile, quos ſequit ſubtilis Soci. in l. rem quæ nobis. col. 15. verſi. circa octauam quæſtionem principalem. ff. de acqui. poſſeſſio. addens vnā rationem vltra do. Anto. & Panor. quam non refero quia ex quo materia illius gloſ eſt a propoſito extranea ſufficit habere quòd non teneatur, & communiter reprehendatur a doctori.

18 † Tertio limita quando dignitas epiſcoporū eſſet perpetua, prout regulariter eſt, quia tunc licèt ſtatuta eorum ſint prætoria, tamen actiones deſcendentes ex eis non ſunt annales, ſed perpetuæ, vt videtur probare text. inſti. de perpe. & tēpo. actio. in princip. qui dicit ꝙ ideo actiones prætoriæ erant annales, quia ipſius prætoris imperium erat intra annū, ergo ſentit ꝙ ſi imperium fuiſſet extēſum in longius tempus, ꝙ actiones nō expiraſſent anno ita dicit dominus Iaſ. in d. §. ſed iſte, col. 5. ver. item aduerte, dicit tamen ſe non audere hoc firmare, quia eſt nouum & a nemine dictum, ſed ante eum iam dixerat Mateſi. notabi. 190. nota vnum ſup. allega. & certè hæc limitatio eſt periculoſa, quia ratio illa nō eſt vnica, ſed ſunt aliç. vtputa quia prætor magiſtratus erat minor. vbi dicit Bar. in l. 2. ff. quod quiſ. iu. col. 1. vnde cum ius fundetur in pluribus rationibus ceſſante vna ratione tantū non propterea ceſſat diſpoſitio iuris. c. ad diſſoluendum. de deſpon. impub. §. affinitatis. inſti. de nuptiis.

Tertia concluſio.

19 Statuta epiſcoporum regulariter † extēduntur ad futura, quia natura legis & ſtatuti eſt reſpicere futura. c. 2. c. fin. de conſtit. not. glo. in verbo commiſerint. in c. 2. eo. tit. in 6. vbi Gemi. & Phil. Franc. & in terminis tradit Bal. conſi. 217. incip. punctus an valeat. 5. par. & in Marg. in verbo cōſtitutio. & idem Bal. in rubri. C. de vſur. col. 2. vbi limitat & eū refert & ſequitur Io. de Ana. in c. cùm. tu. col. 2. de vſuris, & idem Bal. hoc etiā not. in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. quem refert & ſequitur Bertachi. in tract. de epiſcopo. 2 par. lib. 3. q. 15. Et licèt hæc materia propter ſui vtilitatem & neceſſitatem eſſet hic alto ſtilo repetenda, tamē quia in locis ordinariis amplè & perfectè traditur a Modernis, ad eoſdem ſufficiat remiſſio, præſertim cū exiguitas ingenioli mei, ad eorundem copiam nihil vel parum addere valeat. Ad hanc igitur concluſionem, vide quatuor ampliationes & decem limitationes per Fely. in d. ca fi. vbi do meus Phil. Dec. alio ſtilo vtens, ponit ſex concluſiones ex dictis ibi per Panor. quas ampliat & limitat opportunè. Cardi. Alex. ponit longam diſt. in c. ex antiquis. col. 2. & tribus ſequenti. 54. diſt. poſt Gemi. ibi latè diſputat Bapti. de S. Seueri. poſt Barto. ibi in d. l. omnes populi. col. 50. & ſequētibus. ff. de iuſt. & iure, ex quorum dictis, vel vſque ad nauſeam clara habetur hæc concluſio. Quum itaque libri eorum ſint in bibliothecis omnium vanum eſſet hic eorū dicta inſerere, & ea transferre de carta in papirum ab eo, qui vt dictum fuit, nihil addere poteſt, nec materiam clarius tractare ſciret. Et ex his ſit expeditus tertius articulus huius materiæ.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an contra ſtatuta ſua ſynodalia diſpenſare poſſit, & infra numero 10. & 11.*
2 *Poteſtas inducendi, & tollendi par eſt.*
3 *Legatus contra canones conſtituere non poteſt, ſed diſpenſare poteſt.*
4 *Epiſcopi tolerantia, interdū inducit a ſtatutis ſuis tacitam diſpenſationē.*
5 *Epiſcopus ſcribens ſi vtatur hoc verbo tolleramus, vel ſimili diſpenſare tacitè videtur.*
6 *Epiſcopus ſciens generaliter ſuo ſtatuto contrafactum eſſe diſpenſare tacitè videtur.*
Epiſcopus ſtatuto ſuo contrafaciens diſpenſare videtur.
7 *Epiſcopus contra ſtatuta ſua tacitè diſpenſare poteſt.*
8 *Inferior indignum promouens cum eo diſpenſare an cenſeatur niſi cauſæ cognitionem præmittat.*
9 *Epiſcopus poteſt diſpenſare contra ſtatutum, quod cum ſua ſynodo fecit.*
12 *Leges & ſtatuta iudici tranſgredi licèt ratione caſuum emergentium.*
13 *Abſolutio requiritur in iuramento etiam extorto.*
14 *Diſpenſatio ob cauſam publicam fieri debet, aliter diſſipatio dicitur.*

Quartus Articulus.

Venio itaque ad quartum articulum huius materiæ, pro cuius expeditione, quæro
1 an epiſcopus poſſit diſpenſare † contra ſtatuta ſua ſynodalia. in qua quæſtione Archid. in c. licèt canon. de electio. in 6. tenet ꝙ non, allegat quandam additionem. Inno. in c. dilectus. de tēpo. ordinan. col. 2. in glo. in verbo diſpenſatio, quē ſequitur Card. Zaba. conſi. 130. incipien. ad primam partē. verſic. pro hac. Mouentur iſti per Rubricam quod quiſque iuris, & c. cum omnes. de cōſtitu. Contrariam opinionē tenet idem Inno. ſibi cōtrarius

rius.in c.cùm ad monaſterium.§.abbas.col.2.verſic.Item licèt.
vt pôderat ibi Card.q.5.de ſta.monacho. idem tenet Ioan. An.
& Lap.poſt Ioan de Fantu.in d.c.licèt canon.vbi Gemi.& Phi
lip.Fran.ſequitur,& idem Phil.Fran in c.2 § ſtatuto.col 2. ver.
an epiſcopus.de conſti.in 6.Ioan.And.Cardi.Zab & do.Anto.
in d.c.dilectus.Cardi Zaba in repe c.perpẽdimus.col.5.de ſen.
excõmu idem tenet Ioan.And.in regula cui licèt.de reg iur.in
6.& in regula qui tacet.eo titu.in 6.in mercurialibus.Collecta-
rius.in d.c.cum omnes. col.2.verſi.debeat vſi illo.do.Anto.de
Butr. in ca.quæ in eccleſiarum.de conſti. vbi Imo.col.penulti.
Panormi.in ca.at ſi clerici.§ de adul.col.4.vbi Fely.col.3.& do.
meus Phil.Dec.col.9.ver.an autem epiſcopus. de iudi. Roma.
cõſi.486.incip an poſſit epiſcopus do.Iaſ May.in l.3.§ fuit quæ-
ſitum col.2.ff ad trebel.Milæus in reperto.in verbo diſpenſare.
2 §.diſpenſare poteſt contra propriũ.† Mouentur primo illi quia
par eſt poteſtas inducẽdi & tollendi.c.verbum.de pœni.diſt.1.&
c.1.de reg iu.in antiq.& ſic qui ſtatuit poteſt diſpenſando tolle
3 re. Secundo mouentur quia diſpenſatio † facilius permittitur
quàm conſtitutio tollatur nam legatus non poteſt contra ca-
nones ſtatuere,& tamen diſpenſare poteſt,vt notãter dicit do.
Anto.de But.glo.fi.ibi in clem.2.de reſcrip & ibi circa fi.refert
& ſequitur Imo.& alij quos adducit do.Phil. Dec.in loco pro-
ximè allega. & alter dominus & præceptor etiam meus domi-
nus Lancellotus Gallia.in repetitio.l.centuſio colum.32.ver.
breuiter reſpõde.ff.de vulga & pup vbi allegat ſede Panor. &
do.Philip Dec.in alijs locis, ſed epiſcopus poteſt tollere ſtatu-
tũ ſuũ, vt dixi ſup.in 18 actu.in 8.ampliatione, ergo &c. Quid
tenendum. Secunda opinio eſt communis, vt patet ex aucto-
ritatibus adductis, & hoc expreſſe dicit Philip Fran.in d.regu-
la cui licèt.de regu iur.in 6. & Felyn in d.§.de adulte vbi dicit
communiter teneri ſecundam opinionem, & Petrus Rauen-
nas in compendio iuris ca.titu.de iudi.colum.17.ver. ſed ſolet
dubitari,non obſtant alleg.fundata pro prima opinione,quia
epiſcopus non ligatur ſtatuto ſuo,vt dixi ſup.in prima conclu-
ſione ſecundi articuli,ampliatione 9.illius primę cõcluſionis.
4 † Amplia primo ꝙ etiam tollerãtia epiſcopi ſola interdum
inducit tacitam diſpenſationem a ſtatutis ſuis, & quando hoc
ſit dic in caſibus in quibus deſuetudo excuſat a ſtatutis epiſco-
pi,vt dicit glo.fi.in c.quia circa de conſan.& affini.de quo vide
quod dixi in 2.articulo huius materiæ.conclu.1.in 7.limitatio-
ne ibi poſita.
5 † Amplia ſecundo ꝙ ſi epiſcopus in ſuis literis ſcribẽdo, vel
reſpõdẽdo vtatur verbo tolleramus , vel verbo diſſimulamus,
vel ſimili,& agatur de materia ſuorum ſtatutorum, tunc taci-
tè cenſetur diſpenſare.Ita vult Panor.in d.c.quia circa in fi.ver
bis,quem ibi ſequitur Card.Alex.etiam col.fi. facit quod dicit
idem Panor.in c niſi eſſent.col.4.verſi.mihi placet.de præben.
quem ſequitur Fely.in c.1.col.7.verſi.limita hoc tripliciter. de
treng.& pace,vbi dicit,ꝙ vbicunque princeps ſcribẽdo,vel re-
ſpõdendo vtitur verbo tolleramus videtur ſuper illo actu di-
ſpenſare & habet vim diſpenſationis.
6 †Amplia tertio etiam ſi ꝯtrauentio ſtatuti epiſcopi eſſet ge
neralis & vniuerſalis ſeu maioris partis , & epiſcopus ſciret &
non cõtradiceret,tunc enim cenſeretur tacitè diſpenſare,hoc
enim caſu epiſcopus videtur velle quod vult vniuerſalis colle
ctio ſuorum ſubditorum,ita vult Anto. de But.in d.c.quia cir-
ca.in fi.refert,& ſequitur Fely.in c.omnes leges.col.4.ver.1 cõ-
clu.diſt.1.& in d c.1.col.7.ver.ſecus vbi tollerat, & eadem.col.
ver.limita tertio.vbi poſtea dicit hoc eſſe verum, quando ſta-
tuta epiſcopi nunquam fuiſſent recepta nec moribus ſubdito-
rum confirmata,alias requireretur conſuetudo legitimè præ-
ſcripta,tandem tamen Fely.ibidem col.8.verſi.& ita patientia
videtur indiſtinctè tenere ampliationem ſiue a principio ſta-
tuta non fuerint recepta,ſiue fuerint recepta modo ꝯtrauẽtio
ſit vniuerſalis , idem vult ſumma Siluestrina in verbo lex.§.6.
col.fi. vide quæ dixi circa hæc ſup.ar. 2. conclu.1.limitatione 7.
Et licèt prima facie prædictæ tres ampliationes ponantur a do
ctoribus in conſtitutionibus Papæ, habent tamẽ locum in ſta
tutis epiſcoporum & aliorum inferiorum , vt expreſſe inquit
Fely.in d.c.1.col.8.in prin.poſt Pa.in d.c.quia circa in finali.ver-
bis. Amplia quarto dictam.2.opi.adeo eſſe veram, ꝙ ſi epiſco-
pus contrafaciat ſtatuto ſuo tacitè diſpenſat. Ioan.And.in d.re
gula qui tacet.de reg.iur.in 6.in mercurialibus.
7 †Amplia quinto procedere.2.opinio ꝙ epiſcopus poteſt di-
ſpenſare contra ſtatuta ſua etiam tacitè & diſpenſare cũ tranſ-
greſſoribus ſuorum ſtatutorum circa aliquem actum itàquàm
cũ habilibus.ar.l.Barbarius philip. ff.de offi præto.ita Pa. & Car
Alex.in d.c.quia circa in fi.verbis ſequitur Fely. in d.ca.omnes
leges.col.5.ver.4.conclu.1.diſt. exẽpli gratia ſtante ſtatuto epi-
ſcopi ꝙ nullus poſſit eſſe vicarius alterius etiam temporalis in
beneficio curato niſi primo fuerit approbatus ab eodẽ , quod
ſtatutum valet,vt dixi ſup.in 1.ar.cõ.clu.17.in quarta illatione,
ſi epiſcopus conſtituat te nõ approbatum vicarium in aliquo
beneficio curato alterius, tacitè cenſetur tecum diſpenſare cõ
tra illud ſtatutum ſuum. Sed an hoc caſu requiratur cognitio

cauſę prima facie videtur dicendũ ꝙ ſic,quia inferior vbi pro-
mouet indignum notorium non cenſetur cum eo diſpenſare
8 niſi præmittat cauſæ † cognitionem vt no. Panor. in ca.cum in
cunctis.§.inferiora.de elect.& in c.innotuit.col.3.eo.titu.in c.
quia diuerſis fallacijs.col.2.de cleri.coniugat.& in c.2.col.2.de
ſciſmaticis no.Fely.in c.ſi quando.col.5.ver.ſtat difficultas.vbi
do.meus Phil.Dec.col.2.ver.ex ſupra dictis.de reſcrip.idem Fe
ly.in c.pręterea.col.2.de teſti.cog.do. Philip.Dec.in c.quę in ec
cleſiarum.col.7.ver.ſupereſt tertium membrum.de conſti. &
in d.§ inferiora.col.2.Iaſ in d.l.barbarius.col.1.verſi. ſed domi
nus Anto.ego tamen puto contrarium. ſ. ꝙ non requiratur ꝙ
epiſcopus præmittat cauſæ cognitionẽ,& ita meo iudicio vult
Panor.in d c.quia circa in fi.verbis, quando dicit idem dic per
omnia quo ad ſtatuta epiſcopi.Et moueor quia epiſcopus po-
teſt ſtatuta facere ſine cauſæ cognitione. vt dixi ſup. in hac ca-
dem tertia parte in 18.actu ampliatione 2.ſed res per cauſas per
quas naſcitur per eaſdem diſſoluitur regula.1.de reg.iur. in an-
tiq.ergo idem dicẽdum eſt in diſpenſatione a ſuis ſtatutis , per
quam in caſibus diſpenſationis reuocatur tacitè ſtatutum, fa-
ciunt etiam ea quæ nunc dicebam in rationibus huius ſecun-
dæ opinionis. Non obſtant ſuperius allegata quia loquuntur
quando epiſcopus vellet diſpenſare contra ius canonicum, in
caſibus in quibus poteſt,quia tũc requireretur cauſæ cognitio,
vt liquet ex traditis in locis præallegatis.
9 † Amplia ſexto ꝙ nedum epiſcopus poteſt diſpenſare cõtra
ſtatutum a ſe ſolo factũ , ſed etiam contra ſtatutũ ꝙ fecit cum
ſua ſynodo.ſecundũm Cardi.Alexand.in c.fi.col.5.q.5.de clan-
deſti.deſponſa.
Limita primo prædictam ſecũdam opinionem cõmunem
10 quando ſtatuta epiſcopi tranſiſſent † in contractum.quia tunc
in præiudicium tertij non poſſunt reuocari ſecundum Gemi.
in d.c.licèt canon.in princ.col.4.Philip.Francum.col.2. Cardi.
Zaba.conſi.130.col.2.vbi pulchre.Panor.in c.nouit.col.8.ver.
ego puto.de iudi.& in d § de adulterijs.eo.tit.quem ibi.col.9.ſe
quitur Fely.reſpondens ad motiuum Aretin.& dominus Dec.
col.10.verſi. prædicta concluſio vbi allegat varias auctoritates
& confirmat,quia epiſcopus diſpenſationem ſemel factam re-
uocare non poteſt vt dicit glo.in verbo ſeptennium in ca.cum
ex eo.de electio.in 6.vltra quem adde ꝙ Panor.tenet etiã hanc
limitationem in c.in noſtra.col.fi.de iniurijs.facit pro huius li-
mitationis confirmatione ꝙ not.Roma.conſi.25.quæritur. co-
lum.3.ver.aduertendum.& Alber.in tracta.ſtatutorum 1. par.
q.16.colum.2.facit etiam quia ſtatutum vallatum pacto eſt for
tius Dec.in c.quæ in eccleſiarum.col.5.verſi.primo ſecundum
ius.de conſtitutionibus.
11 † Limita ſecundo quãdo ſtatuta eſſent iurata † per ipſum epi-
ſcopum quia cum ſeipſum a iuramento abſoluere non poſſit,
non poteſt diſpenſare contra iuramentum ſecundũm Panor.
in d.§ de adulterijs. quem ibi ſequũtur multi relati per Fely. &
Dec.idem tenet Cardi.Zaba cõſil 6 incip.pro diſcuſſione.in fi.
facit ꝙ no. Albericus in loco proximè allegato.contrarium te-
net Aretin.in d.§.de adulterijs.per id ꝙ dicit Bal.in l.& ſi ſeue-
rior.col 2.ver.2.opponitur.C.ex quib.can.infa.irrog vbi tenet
quod licèt iudex in principio officij ſui iuret ſeruare ſtatuta . §.
æquius.in auth.iuſiurand.ꝙ præſta.ab ipſis,tamen poteſt ex cau
ſa alterare pœnam impoſitam a ſtatuto , quia iuramẽtum de-
bet reduci ad æquitatem.l.fi.ff qui ſatiſda.cog. nam licèt iudici
12 ratione caſuum emergentium tranſgredi leges & ſtatuta , † vt
dicit notanter Innoc.in c.1.de conſtitu.& propterea dicit Bal.
in d. l.& ſi ſeuerior. ꝙ ſi pupillus etiam doli capax cõmitteret
homicidiũ propter ꝙ a ſtatuto imponeretur pœna capitis, iu-
dex poſſet hanc pœnam alterare propter ætatem quia eſt mi-
nor dolus in eo quàm in adulto,vel maiore.Sed idem Bal.in l.
quid ergo.§.pęna grauior.col.3.& in alijs locis allegatis per Are
ti.Fely.& Dec.vult omnino contrarium,& ſic tenet limitatio-
nem ſimpliciter . Secundam tamẽ opinionem tenet dominus
Anto.de Roſel.in tract.de Concilijs.car.38.col.4.nu.414.verſ.
ſed tunc inſurgit dubium mouetur,quia ſicut poteſt tollere in
totum ſtatutum iuratum licèt incurrat periurium, ita & tene-
re debet diſpenſatio,quia ſicut poteſt tollere totum,fortiùs in
parte diſpenſando licèt incurrat periurium,hoc non facit actũ
nullum,ideo fruſtra diſputatur ſi poteſt ſeipſum abſoluere, fa-
tetur tamen ꝙ ſi vellet diſpenſare ſine periurio ꝙ nõ poſſet ſi-
ne ſuperiore , quia ſeipſum non poteſt abſoluere niſi quando
ſtatutum contineret ſolum commodum ſuum,item nõ poſ-
ſet diſpenſare ſi eſſet auctoritate apoſtolica cõfirmatum, & eſ-
ſet decretum irritans iuxta nota. in c.dilecto.de præben. Quid
tenẽdum. Fely. & clarius dominus meus Philip. Dec.in d.§.de
adulterijs dicunt.2.opinio.& ſic limitationem eſſe veram de iu
re,quia alias ſequeretur ꝙ nũquàm adeundus eſſet epiſcopus a
ſubditis pro abſolutione a iuramento contrauenienda iuxta
nota. in c.2.de iureiu. & attento etiam ꝙ Bal. eſt ſibi cõtrarius
13 † item quia in iuramento etiã extorto requiritur abſolutio ſm
glo.in verbo proprium. in c.ſi verò.de iureiur.& in glo. in ver-
bo abſoluerunt. in c.verum.eo.tit.2.autem opi.Aret.& Roſelli
eſſe

eſſe tenendam quando periculum eſſet in mora, & non poſſe
epiſcopus adire ſuperiorem pro abſolutione obtinenda. vt no
tat Inno. in c. venerabilem. in fi. de elec. pro quo Dec. in d. §. de
adulterijs, alia allegat quæ videri poſſunt, & hæc opinio con-
cordans opiniones magis placet argu. c. literas. §. ſanè. de reſti.
ſpolia. fallit tertio quando epiſcopus ſtatueret ſuper facto ſu-
per quo diſpēſare non poteſt, & ita procedat prima opinio. ita
Collecta. in c. cum omnes. col. 2. de conſtitu. Circa hanc diſpē
ſationem a ſtatutis epiſcopalibus, optarem tolli conſuetudinē
quorundam, qui paſſim pro diſpenſatione a ſuis ſtatutis ingen
tes pecunias exigere dicuntur ob quod laici clamant fuiſſe fa-
cta ſtatuta ipſa propter id ſolum, quod an ſit verum, Deus no-
uit propterea illi ſoli relinquo, audio tamen & in eccleſiaſtico
rum & laicorū ſuperioribus quotidie fieri quæ parum laudan-
da puto, aliqui exigunt quantum poſſunt, alij certum pretium
taxatum habent, & pro qualibet clauſula derogatoria ſtatuti
certum quid exigunt, alijs honeſtius facere credētes nihil exi-
gunt, ſed officiarijs ſuis exigenda relinquunt, quibus forſitan
prius vendiderant officia ſua ſub his tacitis conditionibus. Et
licèt nō ſit ſemper peccatum mortale fortaſſe prædicta facere,
tamen philoſophi illi gentiles, qui ſolo lumine naturæ erant
præditi, nec vnquàm de Chriſto mentionē audiuerant, ſi hæc
videret, vt puto, magnopere abhorrerent. Nam ſi fuit factū ſta
tutum, debuit eſſe iuſtum, rationabile, commune &c. c. erit au-
tem lex. 4. diſt. & dixi ſup. arti. 1. 7. conclu. Et ſi contra ſtatutum
ſequatur diſpēſatio debet fieri ex cauſa legitima vt notatur in
14 d. § de adulterijs. immo diſpēſatio † debet fieri ob cauſam pu-
blicam Ioan. And. in c. de multa. col. 3. de præben. quem refert
& ſequitur Alex. in l. 1. col. antepe. ff. ſolu. matri. alias non me-
retur dici diſpenſatio, ſed diſſipatio, quum autem diſpenſatur
paſſim pro pecunia, licèt cauſa diſpenſandi ſit fortè iuſta in pe-
tente, tamen in diſpenſante videtur parum honeſta, quia vēdit
id quod iuſtum eſt. Et ſi dicas, eſt in mera voluntate diſpenſan-
tis tollere in totum ſtatutum, ſimiliter tollere quo ad aliquem
particularem eſt in mera voluntate, vnde ſi tollat, & aliquid e-
xigat, nō videtur inhoneſtum quia nemini facit iniuriam. Ad
hoc dico ꝙ ex quo diſpenſandus habet vt præſuppono iuſtam
cauſam, diſpenſatio eſt debita, non voluntaria ſecundum verā
epicheiam, & not. in d. §. de adulte. propterea diſpēſans facit in-
iuriam diſpenſando a quo exigit pecuniam. ex quo habet iuſtā
cauſam petendi diſpēſationem, illa iuſta cauſa ſufficere debet.
Et ſi replices exigitur hęc pecunia vt fiat aliqua cōmutatio ſeu
compenſatio ligaminis ſtatuti, a quo diſpenſandus alijs rema-
nentibus ligatis abſoluitur. Ad hoc reſpondeo ꝙ potius debe-
ret fieri cōmutatio in aliud opus quàm in pecuniam, quæ ſua
natura male poſtea diſpenſari ſolet, nec vt clamatur ſemper in
eleemoſinas erogatur, & fortè exigitur ab eo, qui pecunia ad-
modum indiget pariter & eleemoſina, præterea ſicuti poteſtas
condendi ſtatuta in epiſcopis dependet a iuriſdictione ſpiritua
li ita & poteſtas diſpenſandi a ſtatutis eorum etiam depēdet a
iuriſdictione ſpirituali ſed pro iuriſdi. ſpirituali non poteſt exi
gi pecunia abſq; infectione ſimoniæ, vt not. in c. 1. & 2. ne præ-
la. vices ſuas, ergo &c Quicquid ſit difficile erit tollere iſta, quia
multi dedecus magnum putāt diminuere redditus eccleſiæ e-
tiam parum honeſtos, & pulchrum laudabileq; exiſtimāt ſi au
xerint redditus epiſcopatus, quod an Chriſtus quærat, ſcire ex
apoſtolorum & antiquorum doctorū ſcriptus poſſumus, Poſt-
quam aliter mederi non poſſe video, conſulerem vt ſaltem hę
pecuniæ erogarentur in eleemoſinas publicas, aut in opera pia
publica, quia hoc modo tolli poterit aliquo modo ſcandalum
ſubditorum qui hoc videntes reuerebuntur ſtatuta ſuperiorū,
& non erunt domini epiſcopi turpis lucri cupidi, vt non eos eſ-
ſe vult Paulus ad Titum. c. 1. & Petr. 1. epi c. 5. nec ſortiētur alia
nomina malorum prælatorum, quæ enumerat Archid. & alij
ibi in c. ſi rector. 44. diſt. & hactenus de hoc quarto articulo.

Quintus Articulus.

Accingo me nunc ad quintum articulū, & quæro an quis poſſit ab-
ſoluere a cenſuris latis per ſtatuta epiſcopi. Reſpōdendo facio
ſequentem concluſionem.

SVMMARIVM.

1 Epiſcopus in ſtatutis ſuis aliquem excommunicans ſi abſolutionem ſibi non reſeruet, alter abſoluere poteſt, etiam ſi ſtatutum ſit per Papam confirmatum & inf. nu. 3. limit. vt inf. nu. 4. 5. 12. & ſeq.

2 Abſoluere poſſunt ſuffraganei a ſententijs per Concilia prouincialia latis.

4 Religioſi a ſententijs ſtatutorum ſynodalium abſoluere non poſſunt.

Sententiarum appellatione veniunt excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum.

5 Abſolutio ab excommunicatione maiori per epiſcopos lata eis reſeruatur.

6 Excommunicatio ſicut eſt meri imperij, ita & abſolutio.

Excommunicare, & abſoluere, a pari procedunt.

7 Statuta epiſcopi quomodo cognoſcantur quando imponunt ſententiam excommunicationis maioris, & quando minoris.

8 Statuto epiſcopi tenentes concubinas ſi excōmunicentur, & concubinarius literas impetret abſolutionis ab epiſcopo, & antequàm per commiſſarium abſoluatur, ſemper teneat concubinam, poterit abſolui per cōmiſſarium deputatum de concubinatu poſt literas commiſſo.

9 Abſoluto in iudicio ab excommunicatione an iterum ab eadem excommunicatione in foro pœnitentiali abſolui debeat, ſi abſoluens in foro iudiciali ſacerdos non erat.

Excommunicatio, in ſe duplex vinculum habet.

10 Præſcribens poteſtatem excommunicandi an præſcribat etiā poteſtatem abſoluendi.

11 Monachus excōmunicatus ex cōſtitutione religionis ab abbate abſoluitur.

Concluſio.

Si epiſcopus in ſtatutis ſuis imponit cēſuras excommunica
1 tionis, ſuſpenſionis † & interdicti, & ſibi nō reſeruet abſolutio-
nem alter quàm ipſe, vel inferior, poteſt ab ipſis cenſuris abſol
uere. Hanc conclu. quo ad excommunicationem ponūt Ioan.
And. Imo. & Panor. in c. graue. de pręben. in fi mouenē per tex.
in c. nuper. de ſenten. excom. vbi hoc idem not. Henricus Bo-
hic vlti. diſt. Panor. col. 2. no. 5. dicens proprium ſacerdotē hoc
caſu poſſe abſoluere idē ibi tenet Fely. col. 2. Panor. in c. paſto-
ralis. §. præterea. 1. not. de offi ord. vbi Fely. col 1. 1. fallen. & idē
Fely. in c. prudentiam. § ſi 1. fallen. de offic. deleg. Pet. de Palude
noſter conterraneus in 4. Sen. diſt. 18. q. 5. ar. 1. col. 1. ſumma An-
ge. in verbo abſolutio. 1. §. 3. & ſumma Silueſtri in eodem ver-
bo primo. col. 6. ver. abſolutio ab excommunicatione ſtatuto
rum. fa. ꝙ ſcribit Archi. in ſumma. 27. di. in fi. verbis. vbi Gemi.
& Card. Alex. referunt dicentes ꝙ a ſententijs latis per cōcilia
2 prouincialia † poſſunt ſuffraganei abſoluere. idē not. Collecta.
in c. graue. col. 2. de præben. & non ſolum abſoluere poſſunt ip
ſi ſuffraganei, ſed etiam ſacerdotes ſui, vt not. Card. Alex. per il-
lum text. in c. ſi quis autem. 2. nota. 18. diſt. vbi ponit aliquos ca-
ſus in quibus non procedit, facit etiam pro hac cōcluſione. c.
ſuffraganeis de inſtitu. vbi Panor. vltimo not. Imol. in d. c. gra-
ue. col. 4. Quo ad ſuſpenſionem concluſionem ponit Inno in
c. ſi quorū dam. de ſolu. vbi dominus Anto. circa fi. dicit eſſe no
tandum. & Panor. ibi vlti. not. & glo. in verbo excōmunicatio-
nis. in clem. 1. de hæreti. Fely. in d. §. præterea. col. 2. ver. hanc pri
mam fallen. & idem Fely. in d. ca. nuper etiam. col. 2. plura alle-
gans, ſumma Ange. in verbo abſolutio. 1. §. 4. Quo autē interdi-
ctum, concluſionē ponit Cardi Zab. in d c. graue. col. fi. & hæc
tria ſ. excommunicationem, ſuſpēſionem, & interdictum, quo
ad concluſionem ęquiparat idē Card. Zaba in clem. 1. §. ſi quis.
q. 5. de reb. eccle. non alienand. per c. quærenti. de verb. ſignific.
Ratio huius concluſionis eſt, quia ſtatuta epiſcopi interpretan-
tur ſecundum ius cōmune, vt dicam ī. in ſequenti articulo. ſed
ius cōmune diſponit ꝙ quando cōditor ſibi non reſeruat abſo
lutionem videtur alijs cōcedere. d. c. nuper. ergo eam interpre-
tationem debent pati ſtatuta epiſcopi, cum dictū. c. nuper non
diſtinguat hanc rationē ponit Gemi. in ſum. 17. diſt. in verbis fi.
Amplia cōcluſionem procedere etiam ſi ſtatutum epiſcopi ſit
3 confirmatū † per Papam, ita dicit Henri. Bohic. in d. c. ex frequē
tibus. in fi. per illum tex. vbi Card. Zabar. in 4. oppoſitio. Panor.
col. fi. Card. Zaba in d. clem. 1. §. ſi quis. q. 5. ſequitur Fely. in d. §.
præterea. col. 1. Ratio huius ampliationis eſt quia confirmatio
Papæ non tollit poteſtatem ordinariam, vt nota. in c. 1. & 2. de
4 confir. vtil. vel inutil. † Limita primo cōcluſionem ſic amplia
tā in religioſis qui nō poſſunt abſoluere a ſententijs ſtatutorū
ſynodalium. clem. 1. in princ. de priuile. Et appellatione ſenten
tiarum veniunt excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictū. ſm
glo. ibi in verbo ſen. facit d. c. quærenti. de verb. ſignifi. ſequitur
Pau. de Leaza. ibi. & Panor. in apparatu. col. 2. quibus cōtradicit
Cardi. Zaba. ibi. q. 19 dicens ꝙ ſub verbo ſent. in text. ibi poſito
comprehenduntur tantum ſententię excōmunica. & non alię
puta ſuſpen. & interdicti, ſed nihilominus tene opinionē gloſ.
5 communem. † Limita ſecundo quando ſtatuta epiſcopi impo
nerent ſent. excō. maio. quia abſolutio ſent. excom. maio. reſer
uatur ſolis epiſcopis, vt dicit glo. in c. 2. de pœni. & remiſſio. in
6. vbi omnes. & videtur tex. in d. c. 1. de priui. in prin. no. Imo. in
c. ab excōmunicato. col. 5. de reſcrip. Fede. de Se. conſi. 14. incip.
monachus. col. 1. Panor. in c. 1. not. de priuile. & in cap. porrò. 2.
no. vbi dicit hoc procedere in fo. conſcientiæ. de ſent. excom.
& idem Panor. in c. monachi. col. 1. eo. titu. vbi Fely. & idem Pa
nor. in d. c. nuper. col. 3. ver. & aduerte. vbi etiam Fely. col. 2. &
idem Fely. in d. § præterea. col. 3. in princ. qui plura allegat. idē
Fely. in c. poſtulaſti. col. 13. de reſcrip. & in ca. at ſi clerici. §. de
adulterijs. col. 6. verſi. amplia. hoc etiam de iudi. poſt Panor. ibi
quos ſequitur do. meus Philip. Dec. etiā ibi. col. 12. ver. 3. abbas
dicit Collect. in d ca. nuper. col. 2. Ange. de Clauaſio in ſum. in
verbo abſolutio. § 2. facit pro hac limita. quod ſingulariter di-
cit Innoc. in ca. 2. de eo qui ordines furt. ſuſcep. vbi dicit quod
quotiens lex canonica loquitur de diſpēſatione, & relinquitur

inferiori,

Inferiori, certè intelligitur reſeruata epiſcopo, quod dictũ refe
runt ferè omnes ſupra dicti. Ratio huius limitationis poteſt
6 eſſe, quia ſicuti excommunicatio eſt meri imperij. † vt no. In-
no. in c. tranſmiſſam. in fi. ver. de elect. vbi Card. ſequitur. q. 7.
& Panor. col. fi. Card. Zaba. in c. quod ad ſedem. q. 12. & in c. pa-
ſtoralis. 3. no. de offi. or. Spec. in titu. de iuriſd. omnium iudi. co
lum 7. ver. ſecundum canones. Cardi. Zaba. in c. perpẽdimus.
in repet. col. 17. verſi. circa hoc. de ſen. excom. Bertha. de Fir. in
trac. de epiſcopo. 1. parte lib. 4. q. 11. par in d. ca. quod ad ſedem.
col. fi. vbi limitat & in c. ſi quis contra clericum. col. 20 verſi. &
excommunicatio. de fo. compe. & in c. cum contingat. col. 5.
verſi. & nota de fo. compe. vbi dicit quandoque etiã eſſe mixti
imperij. l. qñ præfertur ad inſtantiam partis, dominus & præce
ptor meus do. Franc. Purpura. in l. imperium col. 25. nu. 136. ff.
de iu om. iu. vbi Iaſ. col. 13. ſicut itaquam excommunicatio eſt
meri imperij, ita & abſolutio a ſen. excom. eſt meri imperij au-
ctore præfato do. Purp. in l. iubere cauere. col. 4. ver. ampliatur
tertio ff. de iuriſdi. om. iudi. & hoc vult Panor. in d. c. tranſmiſ-
ſam. 1. not. de elec. Goff. in c. porrò. de ſen. excom. quem refert
Archi. in c. notandum. col. 1. 24. q. 3. Hen. Bohic. in c. a nobis. lo
2. 2. diſt. col. 2. de ſent. excom. ratio eſt quia a pari procedũt ex-
communicare & abſoluere. c. verbum. de pœ. di. 1. no. Pan. in c.
fi. col. 2. de reſti. ſpolia. ſed epiſcopi habent merum imperium,
vt dixi ſup. in prin. huius materiæ ſtatutariæ, ergo nõ cenſetur
reſeruata talis abſolutio inferioribus qui non habẽt imperiũ.
Et ſi quæras quomodo cognoſcatur qñ ſtatuta epiſcopi impo
7 nant ſen. † excõ. maiorem, & qñ imponãt ſen. ex. minorẽ. Dic
quod ſi expreſsè dicatur in ſtatutis quod imponitur ſen. excõ.
maior vel minor eſt tibi clarũ. Si autẽ nõ expreſsè dicatur ſed
imponatur ſimpliciter per ſtatuta epi excõmunicatio dicẽdũ
eſt quod intelligatur impoſita ſen. excom. maior. per c. ſi quẽ.
de ſen. excõ. Ratio eſt quia excõmunicatio nõ eſt propriè pœ-
na, ſed medicina. c. 1. de ſen. exc. in 6. & ideo nil mirum ſi intelli
gatur in dubio de maiori. hanc rationem ponũt Hoſt. Panor.
& Fely. in d. c. ſi quem. & etiam ibidẽ alias duas ponit Pau. quas
vide de quo vide eundem Pa. in c. 1. de poſt præ. vbi d. meus. co
lum. 5. nu. 28. quam tñ rationem irridet Gerſon. 3. par. tract. de
vita ſpiri. animæ lect. 4. Corrol. 12. Et per prædictam rationem
tolluntur oppoſitiones quæ fieri poſſent de ſtatuto ſtrictè in-
telligendo & ſic de ſimilibus. Circa autem hanc abſolutionẽ
ab excõmunicatione per ſtatuta epi lata, no. vnũ ſingulare, ꝙ
8 ſi ſtatuto epi excõmunicentur tenentes † cõcubinas, & aliquis
cõcubinarius impetret ab epi literas abſolutionis a tali excom
municatione, & antequàm realiter & per cõmiſſariũ deputa-
tum per epm abſoluatur teneat ſemper cõcubinam, & ea abu-
tatur poſtea poterit abſolui per cõmiſſariũ deputatũ per epm
de cõcubinatu cõmiſſo poſt impetratas literas, & ſic de excõ-
municatione incurſa poſt impetrationẽ literarũ, quia ex cõti-
nuatione delicti nõ inducitur nouum delictum, ita Car. Alex.
in c. cum haberet. col. 4. ver. & ideo infert Card. de eo qui ducit
9 in matri. quam polluit per adulter. † Nota autẽ aliud quotidia
num. ꝙ abſoluti in iudicio ab excõmunicatione incurſa tam
per ſtatuta epiſcopi quàm ex alijs cauſis debẽt iterum abſolui
ab eadem excõmunicatione in fo. pœ. ſi abſoluens in foro iu-
diciali nõ erat ſacerdos. vt not. Hoſt. in c. ad aures. ſuper verbo
abſolui de ſimo. & in c. a nobis. lo 2. col. 1. ſuper verbo ſi vincu
lũ, de ſen. excõ Ratio eſt quia in ſen. excõmunicationis eſt du-
plex vinculum vnum. ſ. iudiciale quod eſt iuriſdictionis, & ab
hoc poteſt abſoluere clericus nõ ſacerdos habens iuriſdictio-
nẽ in excõmunicatum. Alterum pœnitẽtiale, & eſt ordinis ſa
cerdotalis, & huius abſolutio ſoli ſacerdoti cõpetit, vnde abſo
lutus a primo vinculo iudiciali per nõ ſacerdotem eſt adhuc
ligatus vinculo pœnitẽtiali, & non ecõuerſo, & hãc opi. Hoſt.
poſt Monaldum ſequitur Archi. in c. notandum. col. 2. 25. q. 3.
Aſteſa. in ſum. 2. par. lib. 7. tit. 13. arti. 1. col. fi. q. 23. & ſumma cõ
feſſiorum. eo. titu. q. 51. & multi alij quos refert Henri. Bohic in
d. c. a nobis. 2. di. col. 2. cõtrariam opinionẽ tenet Io. And. ibi in
nouella. col. 2. dicẽs ꝙ iudices ordinarij & delegati cõiter ſer-
uant hanc 2. opi. quia excõmunicatos a ſe abſoluunt licèt non
ſint presbyteri. Nec multum põderat ipſe Ioan. And rationes
primæ opi. quia ſatis eſt abſoluto, ꝙ per abſolutionem iudicis
etiã non presbyteri purè ſit recõciliatus cõmunioni hominẽ.
item & ſacramentorum a quibus erat priuatus per ſen. fortè
adhuc remanet illa priuatus propter culpam, ſed ab illa poteſt
abſoluere ſimplex ſacerdos, & hanc 2. opi. tandem ſequi videt
Henri. Bohic. in fin. d. 2. diſt. & Gerſon in tracta. de viſitatione
prælatorum. c. fi. col. 2. ver. item ſi abſoluatur. in 2. parte operũ.
Collecta. in d. c. a nobis col. fin. Quid tenendum. Card. Zaba. in
d. c. a nobis. in 2. opp. dicit ꝙ prima opi. eſt tutior ſed nõ neceſ-
ſaria, quia excõmunicatio eſt vinculũ fori iudicialis quo ligat
etiam nõ demerens, & inuitus, & quod tolli etiam poteſt ab
inuito, nõ expedit ergo ꝙ in foro pœnitẽtiali abſoluatur niſi
a culpa ſi qua ſuberat, vnde ſi cõtingat abſolui impœnitentem,
benè tollitur excõicatio, ſed de culpa oportet ꝙ abſoluatur in
fo. pœni. & eãdem opi. tenet ipſe Car. in c. fi. 3. no. de ſepul. ego
vidi variè obſeruari, ſed ego ſemper obſeruaui primã opi. quia
ſum licèt indignus presbyter, & abſolui pœnitẽtes ab vtroque
10 vinculo, abſentes verò mãdaui abſolui per presbyteros. † Sub
limita primo dictam 2. limitationẽ qñ inferior, vel alius præ-
ſcripſiſſet poteſtatem excõicandi prout notatur. in c. cũ ab ec-
cleſiarum. de offi. ordi. & per glo. in verbo proprij. in d. cle. 1. de
reb. eccle. non alie qm̃ tunc intelligeretur præſcripſiſſe poteſta
tem abſoluendi. ſm̃ Panor in d. c. monachi. col. 2. vbi Felyn. &
idem Fely. in d. c. nuper. col. 1. facit quia præſcripta cõdemnãdi
eſt præſcripta poteſtas abſoluẽdi, & ecõtra Bal. in d. l. imperiũ.
col. 4. Sed hęc ſublimitatio nõ eſt vera in terminis iſtis, quia in-
ferior quæ præſcripſit poteſtatẽ excõicandi contra epm, non
cenſetur præſcripſiſſe poteſtatẽ abſoluendi excõicatos ab ipſo
epo ſm̃ Panor. in c. cum olim. col. pen. de præſcrip. quẽ ſequit
Fely. & ita intelligit. in c. auditis. col. 7. ver. cæterũ pro ordinã-
da. & melius. in 22. col. in fi. quartæ declarationis. eo. ti. dicta er-
go in prin. huius ſublimitationis ſunt vera habito reſpectu ad
excõicatos per ipſummet inferiorẽ, quia tunc cẽſetur præſcri-
pſiſſe poteſtatem abſoluendi, alias non, quod nota ne erres in
11 hac re ſerioſa. † Sublimita ſecundo niſi monachus excõicatus
eſſet ex cõſtitutione ſeu ſtatutis, ſuæ religionis, quia tunc alius
quàm epus. ſ. abbas poſſet abſoluere. auctore Calde. cõſi. 6. incip.
apoſtatauerunt. Rubr. de ſent. excõmuni ſequitur Fely. in d. ca.
monachi. & idẽ Fely. in d. §. præterea & in d. §. de adulterijs. col.
prælleg. & ibi col. ſeq. ponit alias tres limitationes quę videri
poſſunt & omnia refert & ſequitur ibi. col. 12. prællec do. Phil.
12 Dec. † Limita tertio cõcluſionem principalem qñ ligati cenſu
ris ſtatutorum epi eſſent exempti, & eſſemus in caſibus in qui-
bus ligari poſſunt ſtatutis epi, vt dixi ſup. in x. ar. cõcl. 1. amplia-
tione 2. hoc enim caſu recurrendũ eſſet ad Papã qui eſt iudex
exemplorũ. ita Fede. de Sen. d. cõſi. 24. Phil. Fran. in d. c. 2. de pœ-
nit. & remiſſ. in 6. Gemi. in c. nõ ſolum. col. 3. de reg. eo. li. Fely.
in d. §. præterea. col. 1. verſi. limita hanc, & in d. c. monachi. vbi
13 plura allegat. Limita quarto niſi cõſuetudo † abſolutionẽ cen-
ſurarũ ſtatutorum epi ipſi ſoli epo reſeruaret. ita puto dicẽdũ
per id ꝙ not. Calde. d. conſi. 6. in fi. ꝙ ſequitur Fely. in d. §. prętere
rea. col. 2. vbi cõcludunt valere cõſuetudinem ꝙ abſolutio la-
ta per cõſtitutionem religioſorum ſit reſeruata magiſtro ordi
nis vel alteri capitulo, vel prouinciali per ca. cum cõtingat. de
for. comp. eo modo valeret cõſuetudo ꝙ abſolutio cẽſurarũ
14 ſtatutorũ epi ipſi ſoli epo reſeruetur. Limita quinto † in ſuſpen
ſione lata ad tempus per ſtatuta epi quia ipſi ſoli epo reſeruatẽ.
glo. in verbo excõicationis. in cle. 1. de hæret. vbi doct. quæ eſt
ſingularis auctore Pa. in c. quam ſit in fi. de exceſſi. præla. & in
c. ſi quorundam. vlti. not. de ſolu. Gemi. in d. c. nõ ſolum. col. 3.
de regula. in 6. Fely. in d. §. præterea. col. 2. & in d. c. nuper. col. 2.
& in c. tam literis. col. 1. de teſti. in quibus locis more ſuo plura
allegat, ſum. Ang. in verbo abſolutio. 1. §. 4. & in verbo ſuſpen-
ſio §. 1. Silueſtrina in eodẽ verbo. §. 8. habet ergo locum cõclu-
15 ſio ſup. poſita in ſuſpenſione quæ nõ eſt ad tẽpus. † Limita ſex-
to qñ ſuſpenſio eſſet lata in pœnam pacti per ſtatuta epi, quia
tunc ſolus epus abſoluere poſſet ita vult Panor. in d. c. tam lite-
ris. vlti. not. & in d. c. ſi quorũdam. no. Fely. in d. c. nuper. vbi do
minus meus Ant. de Solerio doctor Bononien. & legens Pari-
ſijs in recollectis, habet ergo locum concluſio in ſuſpenſione
lata per ſtatuta epiſcopi ob contumaciam.

Sextus Articulus.

Deſcendo nunc ad ſextum & vltimũ articulũ in quo ꝓmiſi tractare de in-
terpretatione ſtatutorũ ſynodaliũ, in qua materia Io. de Imo.
auriga omnium Modernorũ in c. cum dilectus de cõſuetu. ſe
remittit ad Bart. in l. omnes populi. in 6. q. principali. ff. de iuſt.
& iure. Alexander pater veritatis. in l. fi. §. in cõputatione col.
fi. C. de iure deliberan. dicit hãc materiã habere latas habenas.
& ideo ibi vnã tantum cõcluſionẽ examinat, quẽ ſequitur ibi
copioſius Iaſ. qui etiam Iaſ. alias ſemper copioſus in d. l. omnes
populi. in pe. col. & fi. in repe. idem facit, Fely. autẽ inſtaurator
iuris canonici in c. cauſam quę col. 6. de reſcrip. dicit in hac ma
teria laudabilius eſſe ſilẽtium quàm breuiloquium, hæc enim
materia eſt difficilis. auctore Bart. in d. l. omnes populi. Itaque
ego iuuenis, & minimus omniũ doctorũ mundi, ſiue corpus,
ſiue ingenium ſpectes, quiq; iudicaturæ onus graue ſuper hu-
meros habeo, adeo, vt nõ detur per ocium magnas vigilias in
hac materia inſudare, prout ipſa exigit, neſcio quid agere de-
beam, nam ſi breuis fuero, obſcurus ero, quia difficilis materia
ſine laxamento verborum nõ poteſt elucidari, ſi autem proli-
xus fuero, nõ ſuppetet tempus, & deficient vires, volebã enim
excutere omnia dicta Barto. in d. l. omnes populi, & ad ſtilum
meum ſolitum materiã deducere, ſed dum in alta mẽtis cogi-
tatione materiam reuoluerem vidi laberinthũ, quem ſi ſemel
ingrederer, nũqnãm me inde extricare poſſem: recurre igitur
ad præclariſſimũ D. Bapt. de S. Seueri. qui in d. l. omnes populi
per vltimas octo cartas ipſa dicta Barto. examinat, quod nullus
alius Modernorũ auſus eſt facere. Nec tñ omnino ſicco pede

io hac

in hac materia pertranſeam, dicam aliqua dc multis. & ea pro-
priè ad materiam huius tractatus facient, attingamq; duo pri
mo qui poſſit interpretari ſtatuta epi ſynoda. ſecũdo quomo-
do debeant interpretari, randẽ ponam aliquas remiſſiones. Ad
primum deueniendo facio ſequentes quatuor concluſiones.

SVMMARIVM.

1 *Statuta epiſcopi ſi obſcura, vel dubia ſunt, epiſcopus interpretatur.*
2 *Ius commune quando dubium eſt, ad eius conditorem recurrendum eſt.*
3 *Statutarij ab epiſcopo deputati ad ſtatuta facienda ea interpretari non poſſunt.*
4 *Statuta epiſcopi, a conſuetudine, interpretationem recipiunt.*
5 *Statuta epiſcopi, dubia vel obſcura, per iudicẽ quo ad ius litigatoris interpretari poſſunt.*
6 *Statuta epiſcopi per doctores interpretari poſſunt.*
7 *Statuta diſponentia idem quod ius commune ſecundum ius cõmune interpretari debent.*
Et recipiunt ampliationes & reſtrictiones iuris communis.
8 *Statuta epiſcopi in terminis iuris communis loquentia interpretantur, vt aliquid iuri communi addatur.*
9 *Statuta epiſcopi præter vel contra ius commune ſecundum ius commune interpretari debent.*
Limita. vt inf. nu. 11. & 12.
10 *Statutorũ uerba quomodo interpretari debeãt, vt iuris correctio euitetur.*
13 *Statuta epiſcopi ex quo ſunt eccleſiaſtica, ſecundum ius canonicum interpretari debent.*
14 *Statutum laicorum in materia ad canones ſpectante ſecundum canones intelligi debet.*

Prima Concluſio.

1 Si ſtatuta epiſcopi ſint valde † obſcura vel dubia, pro
interpretatione corundem recurrẽdum eſt
ad ipſum epiſcopũ, quia eius eſt interpretari cuius eſt cõdere. c.
ſicut. §. ex his. 11. q. 1. c. inter alia. de ſent. excõ. l. 1. §. fin. C. de legi.
no Panor. in c ex parte. lo 3. de verb. ſignifi poſt Bart. & docto.
in l. omnes populi. Et idẽ eſt in iure cõmuni, quia ſi eſt obſcu-
2 rum vel dubium recurrendum eſt ad conditorem † vt probãt
iura præalle. & not. Panor. in c. 1. col. fi. de conſti. & in c. fi. col. 2.
eo. ti. & in c. 1. 1. no. de iura. calum. in c. 5. col. 5. de poſtu. prę la. vbi
do. meus Philip. Dec. col. 7. nu. 36.
3 † Amplia adeo eſſe verum, quod ſtatutarij ab epiſcopo depu
tati ad faciendum ſtatuta, nõ poſſunt ea interpretari, quia de-
functi ſunt officio ſuo, ita Pan. in d. c. ex parte. poſt Ioan. And.
ibi, & Bart. in d. l. omnes populi.

Secunda Concluſio.

4 † Statuta epiſcopi interpretationem recipiunt a conſuetudi-
ne quæ optimè iura interpretatur. c. cum dilectus. de cõſuet. c.
dilecto. de conſang & affini. vbi Panor. no. 2. l. de interpretatio
ne. ff. de legi. no. Panor. in d c. 1. col. 5. de poſtu. præla. vbi domi-
nus meus. col. 7. nu. 37. plura allegat.

Tertia Concluſio.

5 † Si ſtatuta epiſcopi non ſunt valde obſcura vel dubia. Iudex
coram quo vertitur dubium, quantum ad ius litigatoris perti-
net poteſt interpretari ſtatuta epi. ſicut dicimus in lege cõmu-
ni vel priuilegio, vt no. Inno. in ca. cum ſpeciali. de appel. refert
& ſequitur Arch. in d. c. ſicut. circa me. Pan. in d. ca. 1. de iu calũ.
& in alijs locis quæ congerit do. Phil. Dec in d. 1. lec. col. 14. ver-
ſi. 5. conclu. de cõſti. & in d. c. 1. col. 7. ver. tertia ſpecies. de poſtu
præla. & in c. cum veniſſent. col. 2. ver. 2. conclu. de iudi. & in c.
intimaſti. 1. not. de appel. Et ſi iudex non poſſit a ſeipſo reſolui
debet ad epiſcopum recurrere, vt probatur in d. c. intimaſti. vbi
præfatus do. Decius. 1 notabi. plura allegat.

Quarta Concluſio.

6 † Extra caſus comprehenſos in præcedent. concluſionibus
doc. poſſunt interpretari ſtatuta epiſcopi, quia eis eſt data pote
ſtas interpretandi. cap. 1. de deci. l. vnica. C. de profeſ. qui in vrbe
cõſta. lib. 12. ita Goffre. & Hoſti. in ſum. tit de cõſti. col. fi. Ioan.
And. in regu. pro poſſeſſore. in mercu. col. fi. de reg. iu. in 6. vbi
Phil. Fran. circa fi. Albe. de Roſa. intra. ſuper ſtatutis. 1. par. q. 14.
Barto. in d. l. omnes populi. col. 18. in 3. q. 6. q. prin. ff. de iu. & in.
vbi Bapt. de S. Seue. car. 28. ver. 3. loco. Bart. Ad ſecundum ve-
niendo facio etiam quatuor concluſiones.

Prima Concluſio.

7 Statuta epi loquentia in puris terminis iuris † cõmunis. i. idẽ
diſponentia quod ius cõmune interpretari debent ſm ius cõ-
mune & ſatis operabuntur inducẽdo nouum modũ agẽdi. ita
Panor. in c. cauſam quæ col. fi. de reſcrip. poſt Barto. in l. 1. ff. ad l.
Falci. & idem Panor. in d. c. ex parte col. 2. de verb. ſig. & plura
ad hoc allegat do. Phil. Deci. in d. c. cauſam quæ. col fin. verſi. &
ſubijcit Abbas hic.
Amplia concluſionem adeo eſſe veram, ꝙ talia ſtatuta reci-
piunt omnes ampliationes & reſtrictiones iuris. Panor. in c. cũ
dilectus. col. 2. de ele. non reſi. & in c. ad audientiam. 1. no. eo. tit.
vbi item not. Imo. col. 1. dicens etiam extendi ad caſum fictũ,
quando caſus fictus eſt vetus, vel æquiparantur, quod eſt benè
notandum, ſequitur Fely. in c. Rodulphus col. 16. de reſcript. &
in c. at ſi clerici. prin. col. 4. ver limita niſi de iudi. Alex. in d l. 1.
§. lex falcidia. ff. ad l. fal. Iaſ. in l. qui ſe patris. col. 24. verſi. 2. refert
ſingu. Bal. C. vnde liberi.

Secunda Concluſio.

Si ſtatuta epi non loquãtur in puris terminis iuris cõmunis
8 ita debent interpretari vt aliquid addant † iuri cõmuni, nõ autẽ
per impropriationem debent reduci ad ius cõmune. arg. opti-
mũ. in d c. cũ dilectus. de cõſuetu. ita Pa. in d c. cauſam quæ. col.
fi. Idẽ dic in ſtatutis priuilegiatiuis ſm eundẽ Pan. ibi ꝙ probat
in l. 1. ff. ad muni Et ꝙ ſtatuta ita debẽt interpretari vt aliquid
addãt iuri cõi tenet Bart. in l. 2. ff. de vſur. & in l. 4. §. prætor ait.
ff. de dam. infec vbi doc. Alex. cõſi. 5. in cauſa. col. 2. lib. 2. d. Phi.
Dec. conſi. 272. viſo. col. 5. & in c. paſtoralis. col. 5. de ap.

Tertia Concluſio.

9 † Statuta epi præter vel cõtra ius cõmune debent interpreta
ri ſm ius cõmune, quia ex quo ſunt ſtricti iuris ſtatuta c in no-
ſtra. de iniur. l. 3. § hæc verba. ff. de neg. geſt. verba, corundẽ de-
bent ſtrictè & propriè interpretari, & intellectus corundẽ de-
bẽt reduci ad ius cõmune. arg. l. 2. C. de noxa. vbi ita notãt Bart.
& Bal. & gio. in d § in cõputatione. C. de iure delibe. vbi Bar. &
Alex. & Iaſ. col. fi. & idẽ Iaſ. in reper. d. l. omnes populi col. pen.
& fi ff. de iuſt. & iu. Pa. in d. c. cauſã quæ col fi. vbi do meus Phi.
Dec. col. pe. ver. ſubſequenter plura allegat. vnde dicit Iaſ. in d.
l. omnes. col. antepe. & in l. quamuis. col. 3. ff. de in ius vocan. poſt
Bal. in d. l. oẽs. col. 9. ſtatuta non debere gloſari gloſis hominis,
ſed glo. iuris. Amplia intantum eſſe verã concluſionẽ ꝙ verba
10 ſtatutorũ debẽt interpretari ſtrictiſſimè † vel largiſſimè ſi ita in-
terpretãdo euitetur correctio iuris cõis auctore Pa. in d. c. cũ dile
ctus. col. 3. ver. & ex hoc de cõſuetu. & in d c. ex par. de verb. ſi-
gni ſequit do. Phil. Dec. in d. c. cãm quæ. & in c. 2 col. 6. de cõſti.
& in c. cũ inter. 7. no. de excep. Iaſ. in l. iuſtitia. col. 1. in prin. ff. de
iuſt. & iure. & in d. §. in computatione. l. fi. C. de iure deliberan.
11 † Limita & intellige primo dictam cõcluſionẽ nõ procede-
re, qñ eſſent alia ſtatuta ſm quæ poſſent interpretari, quia po-
tius interpretarentur ſm illa quàm ſm ius cõmune, in habenti
bus enim ſimbolũ facilior eſt tranſitus. ita Pet. de Anch. conſi.
14. iſta dña. verſi. nõ obſtat. & cõſi. 422. viſo pũcto. col fi. refert
& ſequitur dñs Phil. Dec in d. c. cauſam quæ. de reſcriptis. & in
c. ex literis. 7. not. de cõſti. idẽ tenẽt Soci. cõſi. 244. circa primũ.
col. 4. ver. aliqñ. lib. 2. & cõſi. his. in præſenti. col. 2. lib. 3. do. Phi.
Dec. cõſi. 15. & pro tenui. col. 2. ver. ſolũ ſupereſt do. meus Frã-
ciſchi. Cur. cõſi. 5. col 17. & alter do. meus Franc. Purpu. in l. 1. co
12 lum. 15. nu. 141. C. de ſum. trini & fi. ca. † Limita ſecundo qñ ius
ſequeretur impropriè, nã ſi ſtatutũ propriè intelligi, vt aliquid
addat ad ius cõmune auctore Panor. in rub. de reg. vel ſi ſtatu-
tũ nõ loquatur eiſdem verbis improprijs ſicut ius cõmune, ſed
per ſimilia tũc nõ reducitur ad ius cõmune, ſed debet intelligi
vt iacet ſm Pa. in d. c. cãm quæ de reſcr. in fi. alias duas limitatio
nes ſcribit do. Alex. in d. §. in cõputatione. col pen. & Iaſ. in re-
petitio. d. l. omnes populi. col. pe. & fi. quæ videri poſſunt.

Quarta Concluſio.

23 † Ex quo ſtatuta epi ſunt eccleſiaſtica, qñ interpretantur ſm
ius debẽt interpretari ſm ius canonicũ arg. d. c. ex literis. de cõ-
ſti. vbi ita not. Bur. 7. not. Imol. col. 2. ver. itẽ not. Car. Zab. 6. op-
po. Panor. 7. not. Fely. col. 2. ver. 2. no. plura allegans ad propoſi
tũ do. Phil. Dec. 6. not. Bertachi. in trac. de epo. 2. par lib. 4. q. 15.
vbi allegat Bal. in l. ſi nõdũ. C. de fur. Bapti. de S. Seue in d. l. om
14 nes populi. col. 74. ver. quæritur, † facit quia ſtatutũ in materia
ſpectãte ad canones debet intelligi ſm canones, vt inquit do.
Dec. in c. 2. col. 1. de teſti. & ſi nõ poſſit reperiri interpretatio ſm
ius cano. recurrendũ eſt ad leges per c. 1. & 2. de no. oper. nunc.
poſt ius cõmune recurrẽdũ eſt ad ſtilũ. vt no. in d. c. ex literis. &
demũ ad cõſuetudinẽ. d. c. cũ dilectus. & l. minimè. ff. de legib.
Potuiſſent hic multa alia dici etiã admodũ vtilia in hac mate-
ria, ſed re vera ſentio meas deficere vires, itaque ſi plura cupis
videre, lege Albe. in trac. ſuper ſtatutis. 1. par. q. 9. & q. 154. incip.
Io. An. in nouel. Bar. in d. l. omnes populi. in 6. q. prin. vbi Bapt.
de S. Seue. per 8. vlti. cartas ample tractat materiã Alex. in l. 4.
§. prætor. ff. de dam. infect. & in d. §. in cõputatione. col. 3. & 4.
Io. An. in regu. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. mercur. quẽ ibi refert
& ſequitur Phil Fran. & Henri. Bohic. in d. c. ex parte. de verbo.
ſigni. in 2. di. Card. Zaba. in d. c. cum dilectus. col. 6. & ſeq. de cõ
ſue. vbi ponit 10. q. in hac materia. Alex. cõſ. 15. circa dubitatio
nẽ per totum lib. 2. Iaſ. plura bona ponit in auct. quas actiones.
col. 6 & 7. C. de ſac. ſan. eccle. Berta. de Firmo in reperto. in ver-
bo ſtatutũ. §. ſtatuta interpretantur do. Bartho. de Caſſa. multa
etiã bona in hac materia ponit in cõſuetu. Burgũdiæ. carta mi
hi. 407. vbi de interpretatione extẽſiua ponit 32. cõclu. Fely. in
c. tranſlato. aliqua ponit. col. fi. vbi do. meus etiã col. fi. in 1. lect.
Saly. in l. 2. C. de noxa. Areti. in §. ius ciuile. inſtitu. de iure natu.
gen. & ciui. vbi per 14. col. tractat. & Fely. remiſſiuè. in c. ex lite-
ris. col. 2. de cõſti. Lanfran. in tracta. ſpeciali. de interpretatione
ſtatu-

ſtatutorũ. Brunus in reperto. 3. vol. in verbo interpretario. Ex quorum dictis poterat hæc materia extendi vſque ad 3n. cartas, niſi paruitas ingenij exhorruiſſet tãtum pelagus ingredi nõ ſperans melius aut clarius tractare materiam hanc quàm præfati doctores anteſignati tractauerint. Finẽ igitur operi imponens, te oro bone lector, errata iuuentuti, hebetudini ingenij, & negotijs imputato, ſi quid autem probe dictum ſit. nõ mihi, ſed domino Ieſu Chriſto ſit gloria qui viuit in ſecula ſeculorum. Amen. Henri. Bottus faciebat anno domini 1528.

IO. FRANCISCI DE PAVINIS,

I.V. ac ſacræ Theologiæ Doctoris, ac ſacri Palatij Apoſtolici auditoris digniſſimi.

De officio & poteſtate capituli ſede vacante.

SVMMARIVM.

1 *Librorum edendorum pluralitas an reprobetur vel approbetur 2.*
3 *Aeterna retributio ſolum expectanda.*
Vir in multis expertus multa cogitat.
4 *Veritas crebro & aſſiduo vſu exagitata luce clarius ſplendeſcit.*
5 *Partitio quid conſerat.*
Principalis diuiſio debet eſſe bimembris.

PROLOGVS.

NVPER cogitanti mihi & animo reuoluenti quid ſenſerit ſapiẽs in verbis illis. Faciendi plures libros nullus eſt finis, atque quàm vane ſuper multitudine librorum ſenſerint reliqui ſapiẽtes, præcipuè Seneca in epiſtola ad Lucil. 2. & Oldr. conſil. 87. quod incipit. an expediat. & Guil. in fi. Spec. & Ioan. And. vt de noſtris tantum loquar. cum
1 propterea † librorum edendorum pluralitas, neque reprobari, neque approbari apertè videatur, hæſitantiq; opus aliquod no uum poſteritati vtile cõponere. Ecce ſe gratis obtulit libellus quem alias de mortali temperantia iamdudũ cõſcripſi in cuius parte nouiſſima legi. Quid in ſtudioſitatis virtutẽ temperantiç modeſtiæque ſubiectam. Quidve in curioſitatis vitiũ illi coincidat oppoſitũ. Ex qua cognitione facile iudico veritatẽ ſentẽtiæ ſapientis agnoſci poſſe. Multitudo nanque librorũ ad oculorum cõcupiſcentiã, in curioſitatis vitiũ noxam eſſe ſacri doctores fatentur, qñ ſcilicet ad voluptatem, quç ſolum pulchra, ſuauia, canora auribus, prudentia, adulatoria, ſapida, leuiaq; ſectatur, ſiue tentandi gratia his contraria non ad ſubeundam moleſtiam, ſed experiẽdi noſcendiq; vanam libidinem, ſiue ad cõſideranda vitia proximorum deſpiciẽdumque, atque detrahendum, aut alias inutiliter quod non expedit inquirendam. Cum tũc cognitio ſenſitiua circa quam ſtudioſitas curioſitasq; verſantur in aliquid vtile non ordinetur, quinimmo ab vtili auertit conſideratione & ordinatur ad noxam. librorũ vero multi
2 tudo ad † neceſſitatem & intelligendæ veritatis ſtudiũ in virtutis ſtudioſitatis profectũ prodeſſe laudabiliter aſſeruerant. Nõ tamen vt exinde ſuperbiant quaſi in coelo ſibi nonnulli habitare videantur, nõ etiam ad mendacium, vel iniquitatẽ, neque quod a ſtudio quiſpiam ſibi ex neceſſitate incumbẽti proinde retrahatur, neque ad ſuperſtitionẽ, ſed ad veritatis omnimodè cognitionem debitumq; finem referant. Non etiã ſupra proprij ingenij facultatem. Rectè igitur omnes arbitror in multitudine librorum curioſitatem damnantes, & ſtudioſitatẽ non ab re approbantes moraliter quoq; & honeſtè ſenſiſſe & quod verum eſt docuiſſe. Quapropter ego Ioan. Franciſ. Pauinus inter diuini & humani iureconſultos minimus qui non temporale mundanumq; meritum aut humanũ fallacem & tranſitorium fauorẽ. Sed diuini cultus augmẽtum, cõmune bonũ proximorũ vtilitatemq; eccleſiarum ac ſalutem animarũ quæro.
3 † Et æternam ſolum retributionẽ expecto, tractatum hunc eccleſiæ ſanctæ Dei donandũ nouiter edere præſumpſi, ſola ſtudioſitatis virtute perfectum, vt vacãtium dignitatũ vtilitati ac neceſſitati opportune magis & conſulte ſuccurratur. Vos autẽ quæſo o legentes dicere cum Hieronymo. vt inam omniũ tractatuum haberẽ volumina vt tarditatem ingenij eruditionis diligentia cõpenſarẽ, qui etiam ſcribit pariter multa in manu recipio vt a multis multa cognoſcam, quia in multis expertus multa cogitat, qui autẽ non eſt expertus quid ſcit ſubaudi parũ aut verius nihil, turpe quidẽ erat ignorare iura magiſtraleſque doctrinas quæ cõtinuo per ora legentiũ ignota cõcinunt. nec vſque diffido vt idẽ Hiero. ait ſuper Eſdram, & ꝙ inuidi quod libenter occultè legent hæc & ſi contra ea publicè latrant cre-
4 bro † nanque & aſſiduo vſu exagitata veritas luce clarius ſplẽdeſcit. Vos etiam precor o ſtudioſi viri & benemeriti pias per veſtra bonitate preces ad redemptorem noſtrum ſcientiarum dominum ſuppliciter effundite qſique pro me humili doctore gratis laborante, & pro terrenis cçleſtia tantum affectante, quædam quoque dogmata apulegij in fi. mercurialium per Io. An. relata ſpernere nolite nequequàm contemnenda errores partis operis huius paterno amore corrigite quòd ſanctç ſedis Apoſtolicæ veſtræq; emendationi vt cõuenit ſubijcio, & pro conſuetudine laudabili proteſtor me nihil aliud prorſus velle ſentire quàm ſedes apoſtolica, & ſancta mater teneat eccleſia, & prout Ioachim Abbas in c. 1. de ſumma trini. noſcitur fuiſſe proteſtatus. Quoniam autem vt not. in procemio inſti. §. igitur
5 partitio † animum inciat, mentem præparat, & memoriã conſeruat, & facilius per partes ad cognitionẽ totius adducimur ſm Senecam in epiſt. 88. in princ. qui etiam in epiſt. 63. ad fi. dicit, magni artificis eſſe totum cõprehendere ſub exiguo. Et vt opus hoc melius valeat memoriæ commẽdari. arg. inſti. de dona. §. & in ſumma & ff. de dona. l. 1. & quia melius ſingula per diuiſionem intelliguntur, vt probatur. l. 1. ff. de doli excep. cum ſimi. Quia etiã diuiſio principalis debet eſſe bimembris prout de die artificiali patet in l. 2 § fi. ff. de verb. ſig. cum cõcor. Ideo tractatum hunc in duas partes principaliter diuidendum fore duxi, quarũ quælibet in 10. partes principaliter ſubalternatur, præmiſſis nonnullis ad euidentiã præludijs, iuxta l. 2. ff. de orig. iu. cum inſertione dependentium quàmplurimarum quæſtionum, & ad operis perfectionem nonnullæ annectuntur extrauagantes, quarum quædã non inutiliter ſunt gloſſatæ per Zenze. & me nonnulla ſupplenda nouiſſimè ſuperaddentẽ. Prima pars principalis continet 10. quæſtiones etiã principales & magis dubias. Secunda verò pars principales cõtinet alias 10. quæſtiones principales & minus dubias. Quælibet autem iſtarum principalium quæſtionum quàm plurimas alias vtiles quçſtiones habet annexas, ad pleniorem & integriorem doctrinã huius materiæ habendam & cõſequendam, ex varijs doctoribus & locis collectas, nõ ſine maximo ſtudio, laboribus, atque vigilijs elaboratas. Cum infinitis remiſſionibus ſummaq; breuitate (qua gaudent Moderni) expolitas.

SVMMARIVM.

1 *Dictio de, in iure diuerſimodè ſumitur. 2.*
3 *Dictiones de, & a, qualiter adinuicem differant.*
4 *Regulariter dictio de, ponitur declaratiuè vel demonſtratiuè tã ad oculum quàm ad intellectum.*
5 *Dictiones quædam prout eſt neceſſarium & ſecundum ſubiectã materiam exponuntur vna pro alia æquiuocè.*
6 *Dictio in. an plus operetur quàm dictio de.*

Præludium primum.

De virtute & importãtia dictionis de, vltra Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iu. iuncta. l. meminiſſe. ff. de offi. præ. in l. fin. ff. de ſeua. & Cy. in l. a caligato. C. de nuptijs.

Ad euidentiam circa titulũ huius tractatus pri-mo præmitto de ſignificatione
1 ſiue importantia huius præpoſitionis de. † quæ diuerſimodè in iure ponitur ſiue ſumitur & primo dic ꝙ propriè deſignat materiam ſubiectam, vt hçc veſtis eſt de lana linoq; contexta &c. c. cum cauſam. de electio. & iſte fundus eſt de bonis Titij, & hic cultellus eſt de ferro. i. de hoc toto integrali. not. in l. ſed & reprobari. ff. de excu. tut. & per Barto. in l. 1. §. prætor. de bo. auct. iud. poſ. & per Bal. in l. 1. §. ius naturale. & in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. & in Spec. de conſti. vbi dixit quod dictio de, ſignificat ſubſtantiam partis. l. 1. §. nunc videamus. ff. de cõiug. cum eman. lib. & magiſter ſententiarum lib. 1. diſt. 36. in fi. ponendo differentiam inter de & ex, dicit ꝙ dictio de, ſignificat eãdem ſententiã, & proceſſum, & idem Bal. in c. cum in veteri. de electio. dixit quod dat poteſtatẽ, & facit ad quçſtionem de qua ibi per eum, & in c. ſi pro debilitate. de offic. delega. & in c. cũ pro cauſa. de procur. vbi habetur ꝙ idem eſt dicere de mandato ꝙ iuxta mandatum dicit. Quod qñque tamen deſignat originẽ, vt Petrus de Frãcia, de Pauda &c. de reſcri. cam te. de ſpon. ca. 1. de teſta. c. Raynut. ideo Bald. in l. ex atrali. C. de actio. emp. dicit
2 quod dictio de, iuncta † loco, dicit cauſam naturalẽ, ſed iuncta materiæ, dicit cauſam materialem, & ſic debet intelligi Bal. in l. pe. in fi. C. de condi. inter. qui dicit quod dictio de, dicit materiam, ad quod etiam vide Archi. 14. q. 1. ca. 1. 25. diſt. c. 1. Qñque etiam dicit cauſam proximam & immediatam ſm Bal. in l. pe. C. ad l. fal. & Bart. in l. 1. §. ſi plures. 4. col. de exercito. & in l. 1. §. emancipatus, de cõiungen. cum emãci. lib. vbi etiam dicit quod dictio propter, dicit cauſam remotam. Qñque deſignat ordinẽ promotionis: vnde videt quod diaconi de ſe eligunt archidiaconum, vel de mane fit ſero. 93. diſt. legimus. Qñque locum, vt cum

cum dr̃, ſermo Heliæ, ignẽ de cœlo depoſuit de cõſe. di. 2. c. vera. circa fi. & per totũ illud. c. Qñq; verò ſeparationẽ ab intrinſeca cauſa. l. plerique. ff. de in ius vocã. Qñque auget. vt ff. depoſi. l. 1. in prin. & in Spe. de renũ. §. 1 Qñque priuat vt ibi not. Võ verſus. Spe. precor. mortẽ, mortẽ quoque depręcor idẽ. 50. diſt. eþs. & ibi no. 50. di. cũ exaudies, & de archiepiſcopare, dedicere, i. negare. Interdũ ponitur pro a. ff. de fur. l. ſi is qui. 2. in fi. ibi ſi ſtipulate de re i. a re. & l. fullo eo. ti. & in l. ſi actione. ff. loca ibi de dño liberatus eſt, i. a dño, facit de lega. 3. l. his verbis. §. põt. & C. de fun. pa. l. 1. lib. 11. ibi de fiſco. & de fideicõ. l. 1. & commo. ſi vt
3 certo §. ſi de me. i. a me. licèt inuicẽ † differunt dictio de, & a, vt in c. pen. de offi. lega. vbi ponitur differentia inter de latere & a latere. Qñque autẽ ponitur de pro pro vt in auc. vt nulli iudi. §. grauiſſimũ. de quolibet. i. pro quolibet, & in §. neceſſariũ, ibi nulla mulier de qualibet re includatur, i. pro qualibet col. 9. & de aqua plu. arcen. l. poſt venditionẽ & interdum ſubauditur a iure. l. 1. §. lenocinij. in fine. ff. de adulte. Qñ ſumitur de, i. propter, vt de re familiari, i. propter rẽ familiarẽ. C. qñ ci. ac crimi. præiu. l. & de peti. hæredita. l. 3. licèt qñque differant. l. vti frui. ff. ſi vſusfru. pet. Qñque ſumitur de, i. ſuper. C. ſi a non cõpetẽ. iudi. l. 3. Qñq; pro valde vt deproperat, i. valde properat. C. de vete. iure enucle. l. 1. §. fi. Qñque pro ſm̃, vt de libellis, i. ſm̃ libellos C. de ſenten. ex pericu. recita l. 2. Qñque pro turpiter, vt de pactus, i. turpiter pactus. l. generaliter. de calumniatori. Aliqñ ponitur pro in, vt de pręſenti, i. in pręſenti. 17 q. 4. metuẽtes, de trãſlatio. c. 1. Qñque in, mutat naturã ex toto & ſignificatũ dictionis an adiũgitur, vt degenus, dedecus, deſeruio &c. Qñque nihil addit, vt detergere, in auctẽ. de monach. in princ. & § 1.

Regulariter autem ponitur declaratiuè vel demonſtratiuè tã ad oculũ quàm ad intellectũ. †
4 vt ff. de arbi. l. ſi de meis. ff. de fun. inſtr. l. cũ de lanionis. §. cũ de vilico. & § iuriſcõſul. & §. de publico. & § deputationibus. Qñque etiã ponitur pro cũ & ecõtra cum ꝓ dote indifferẽter, vt cũ dr̃ de cõſilio &c. vel de cõſenſu &c. vel de vtroque. ſ. de cõſenſu & conſilio, vt in c. ad aures in fine. de æta. & quali. c. cũ inter. de tenun. & c. 1. eod. tit. lib. 6. vbi per Io. An. & alios. Quid autẽ differant de, & cũ ponit Bald. in l. 1. in fin. C. de manu. vin. Et an tunc importet neceſſitatem plenè examinat idẽ Io. An. in regu. nullus eſt cõſilio in mercuria de regu. iur. eo. lib. & Zenzeli. in extrauag. execrabilis ſuper verbo de ipſorũ conſi. & per Arch. in c. 1. ne ſede vacã. lib. 6 Bart. in l. 1. § ſi plures. de exerc. i. & in l. 1. § ex incendio ff. de incen. ru. & nau. & in l. 1. de leg. & in l. 1. § nunc videamus. ff. de cõiun. cum emã. l. be. Ant. de But. in c. cum olim de arbi. & Cy. in l. id quod pauperibus. in 1 5 q C. de epiſco. & cle. & aduerte quod ſimiles
5 dictiones † prout eſt neceſſariũ & ſm̃ ſubiectam materiã exponuntur vna pro alia æquiuocè & ſynonimicè iuxta plenè not. per glo. & doc. in l. eas cauſas. ff. de . . . odi. & demõ. & per Bart. in l. 1. eo. ni. quæ inducuntur ad intellectũ . . . in ſubſtitutionũ per nonnullos repertentes. l. centurio ff. de vulg. & pupil. Et faciunt ad ſaluandũ malam grammaticam cõmunem in reſcriptis apoſtolicis in quibus etiã per alias figuras ſaluari poteſt de quibus in c. forus in fi. de verb. ſignifi. & no Ioan. An. in c. ad audientiam. inf. de reſcrip. vbi plenè per legentes.

Faciunt etiam ad quæ ſibon . . . de q. ia per Arch. 3. q. . . in princ. videlicet diuiſionis parochiarum ſiue dioceſum ciuitatis Reginæ & Mutiñ. in quibus ſic ſcriptũ reperitur. teneat Regium de Domo Dei vſque ad magnaliam. Et quęritur vtrũ prępoſitio de, ponatur incluſiuè vel excluſiuè, ita vt includat vel excludat domũ Dei. facit quod not. 35. di. c. 1. & quod terminus a quo ſumatur excluſiuè, tenuerunt Guil. Duran. in ca. ſtatutum. de præben. lib. 6. ꝙ quidã Legiſtæ voluerunt tenere per ea quæ not. glo. in l. ratio. §. fi. de actio. emp. cõtrarium tenet Arch. in d. c. ſtatutũ. & c. ſtatuimus. de quo per eundem. 13. q. 1. c. 1. quod etiã tenuit Iac. de Are. in l. 1. de libe. agno. & in l. 2. ff. de manumiſ. & Iac. de Bel. in l. 1. ff. ſi quis cau. & Nico. de Mata. in l. more Romano. ff. de fer. & Io. An. in cle. ſicut de ap. licèt idem in d. l. variauerit. & vide Old. conſi. 49. incip. conſueuit dubitari. Adde cõtrarium Pau. de Caſt. in . 5 0 2. de penſione ſoluenda de fructibus certi beneficij vel de & ſuper, quia importat taxationem. Et in quo inuicẽ differunt dictio de & ibi vide Arch. in c. ne captandę de cõceſ. præben. & in c. 2. de æta. & qualita. & Io. An. de offi. deleg. c. deliberatiuè. lib. 6. & Guil. Lap. & Imol. in cle. 2. de priui. & quod no. de pœni. di. 1. eccleſia Chriſti. & de præben. in c. ſi pro cleri-
6 cis. & de lega. 3. l. ratio. §. fęliciſſime. & quod plus † operatur dictio in, quam dictio de, voluit Old. conſil. 305. & conſil. 306. & quod aliqñ dictio ex, ponatur pro de, vide eũdem in cõſi. 329. Adde ꝙ dictio de eo, quandoque exponitur pro ideo ex vi ſequentium verborum. l. minor. §. ſi ſeruus. ff. de euictio.

SVMMARIVM.

1 *Officium quomodo ſumatur.*
2 *Officium minoris legati ſuſpenditur præſente maiore.*
3 *Statutum ſi diſponat gabellam ſoluendam de lucro officiorum, an compelletur procurator ſoluere de lucro officij procurationis.*
4 *Statutum ſi diſponit quòd condemnatus de falſo, non habeat officium, an locum habeat in condemnato in abſentia.*
5 *Dictio officium, a quo deriuetur 6.*
7 *Officium a dignitate & perſonatu quandoque differt.*
8 *Perſonatus apud Anglos, quid importet.*
9 *Religio Chriſtiana principaliter circa quid moueatur ſecundum canoni.*
10 *Miſſa & omnes horæ canonicæ dicuntur officium diuinum.*
11 *Arbiter an dicatur habere officium.*
12 *Iuriſdictio quid ſit.*
13 *Pœnitentialis a quo dependeat.*
14 *Suſpenſus ob officio an cenſeatur ſuſpenſus a beneficio.*
15 *Inſtitor ratione officij quid facere poſſit.*

Præludium ſecundum.

De virtute & importantia huius nominis officio. vltra Bal. in l. ſi quis ſolidum. de hære. inſti. & in l. qui hæredem. C. de inſti. & ſubſtitu.

Secundo præmitto circa importantiam ſiue ſignificationẽ huius ter-
1 mini Officium. Nam † officium qñque ſumitur largè, qñque ſtrictè, & qñque propriè, & qñque appropriatè. Largè quidem ſumitur pro omni arte, negotiatione, & exercitio, vt no. in l. legatis § ex offic. de leg. 3 & ibi per Barto. Et hinc dicimus quod Papa, Camerarius, Pœnitentiarius, Vicecancellarius, Legati, & generaliter alij officiales omnes dicuntur habere officium patet in c. paſtoralis. de reſcrip. l. licèt de elec. c. 2. de offic. leg. c. per noſtras. de iure patro. cle. ne Romani de iureiuran. cum ſi. Item eþs. c. cũ ex officij. de pręſcrip. Abba. & priores c. cũ ad monaſterium. §. tales. & c. ea quæ de ſtatu mona. Itẽ præpoſitus c. dudũ. de elec. Itẽ plebanus. c. de ſtatu mona. quod Dei timorem. tam præpoſitura quàm plebania dicatur officium, vt in dictis iuribus. Item Cardinalis, vt not. Cal. de. in conſi. 1. de tranſla. præla.

Quædam autem ex his non ſuſpenduntur vacãte apoſtolica ſede prout eſt officium camerarij & pœnitẽtiarij auditoris cameræ &c. vt in
2 d. cle. ne Romani. de quibus infra dicetur. † Suſpenditur etiam officium minoris legati præſente maiore, ſ. legato de latere. c. volentes. de offi. leg. Itẽ prædicator qñque ſuſpenditur ab officio prædicandi. cle. cupiẽtes. de pœnis. Itẽ magiſter ſiue doctor ab officio ſuo. clem. cũ ſicut. de magi. Itẽ aduocatus. c. ſi aduerſitatis. de hære. c. 2. de poſtula. hi ergo omnes dicũtur habere officium. Itẽ tabellio. c. ſicut. ne cle. vel mo. de immu. eccle. c. 1. & c. vt officium § ad conſcribendas. de hær. lib. 6. de quo per Bar. in l. 1. C. de man. prin. Itẽ procurator. c. poſt ceſſionẽ. de proba. ſi quidem. de procu. lib. 6. Itẽ tabernarius & macellator. cle. 1. de vi. & hon. cle. & d. l. legatis § ex offic. Itẽ cocus. cle. ad noſtrũ. de cenſi. l. ſi quid vẽditor. § fi. de ædil. edic. & per Bal. de feu. Guar. c. 1. io vtib. feu. itẽ tutor. & turrix. C. qñ immu. offi. int. fungi poteſt & ſic de ſingulis, quod magis laborioſũ eſt quàm ſubtile. Per quæ infertur ad ſtatuta dicentia quod Gibellinus nõ poſſit habere officium in ciuitate, vt excludatur etiã ab officio aduo-
3 catiouis ſm̃ Butr. in d. c. 2. de poſtu. Itẽ ſi ſtatutũ † diſponat ſoluendam gabellam de lucro officiorũ compelletur etiã ſoluere procurator de lucro officij procurationis ſm̃ Do. in d. cap. ſi quem. de procu. lib. 6. Itẽ ſi diſponant ꝙ bannitus nõ poſſit habere officium &c. non poterit eſſe legatus vel ambaſiator ſm̃ Albericum. q. 86. in q. parte ſui operis ſtatutorũ. Item ſi ſtatutũ dicat quod electus ad cuſtodiã nõ poſſit iterũ habere aliquod officium, non poterit habere aliquod ex præmiſſis, vt ſup. ſm̃ Butr. Ancha. Imo. & Abb. in rub. de offi. deleg. niſi cõſuetudo, aut præcedentia verba & ſequentia ſtatuti aliter declarent. vnde excludetur ab omni officio tã cũ iuriſdictione quàm ſine. facit via quia dignè aliquis poteſt vnum officiũ adimplere. ca. 3. de conſuetu. lib. 6. vbi concor. cum glo. ſuper verbo vnum.

Et quid ſi ſtatutum dicit ꝙ nullus poſſit eſſe de aliquo officio niſi ſit artifex, an ille qui non erat artifex tempore imburſationis, tẽpore autem extractionis ſic, poterit tale officium exercere. dic ꝙ ſic ſm̃ doct. in l. vſufruc. ſine perſona. in ti. de ſtipu. ſeruorum, facit not. no. in c. ſtatutum. de reſcri. lib. 6. in ver. canonicis, & quod habetur in l. præcipimus. ad fi. C. de ap. & ſup. in auc. ſi quis litigantium. C. de epiſc. aud. & in
4 cle. vt bi qui. in glo. in ver. conſtitutus. de æta. & qual. Itẽ † ſi ſtatutum diſponit ꝙ condemnatus de falſo nõ habeat officium, an locum habeat in condemnato in abſentia. vide Pau. de Ca. in conſi. 185. vbi etiã ponit an infamis poſſit habere officia quę non ſunt dignitas, & quomodo cognoſcitur an officiũ ſit dignitas. Sic etiam largè ſumit Cicero officium in lib. de offi. dicẽs nulla enim pars vitæ neque priuatis neque publicis neque forenſibus neque domeſticis in rebus vacare officio poteſt, in eoque colendo ſita eſt vitæ honeſtas omnis &c. facit. c. ſing. & c. ad hæc. 89. diſt. & 8. q. 1. iam nũc. & c. cum in officijs. de teſt. Sumitur

mitur etiam quãdoque officiũ pro munere, vt in tutoribus & curatoribus quorum officiũ eſt publicum auctoritate. vt inſti. de excu.tuto. in prin. vtilitate verò priuatum. ff.eo.l.athletę.§. tutela. Eſt ergo nomen generale habẽtibus quodlibet officiũ,
5 deriuaturq; ab †officio officis quod idem ſignificat ꝙ noceo noces. vt C.de ſeruitu & aqua.l.1.& de arbo.cæ.l.1.§.1.de rei vẽ di.l.in fundo. C.de teſta.ſi in nomine.& de ſerui.vrb. prædi.l.1. & per Zenze.in extrauagã.cum ad ſacroſan. Ioan.2 2.in verbo, pietatis.& de reg.iur.c.non eſt ſine culpa.& ibi per Io.An.inſti. de ingenuis.circa fi.& de rerum diui.§.fin.vnde verſus. Officit, obtuibat, legit, nocet, impeditq;.& c.nihil eſt.de elect. per an tiphraſim iſi vnde verſus. Lucus, & officium, bellum, libitinaq; parca.iſta per antiphraſim dicũtur nomina monſq;. Et ſi pręponatur huic nomini officium præpoſitio in, redit ad primũ ſenſum vt patet in teſtamento, donatione, & dote.ff.C.& inſti. de inoffi teſta.& C.de inoffi.dot. & propter hoc dicit Laud.in cle.& ſi principalis de reſcri. ꝙ officiales principum & poteſtũ tam ſuis dominis quàm ſubditis dominorũ, vt plurimum ſunt nociui &c. vide ibidem per eũ. vel ſm Io.Cal in d.c.poſt ceſſio
6 nem de proba.& Abba.ibi dicitur ab officio † quaſi rẽ ad effectum producẽdo & propter decorem ſermonis mutata eſt litera e. in o. ꝙ officium ſecundum ſuum proprium nemini debet eſſe damnoſum.c.cum nõ deceat.de elec.lib.6. & de reſcri. ſtatutum.in fi & de fideiuſſo.prouenit.

Sumitur etiam largè officium eccleſiaſticũ ſm Arch. in c.1.de conſue.lib.6. vbi etiam per Io.And. in nouel & doc.& Butr.& alios in c.de multa de præben. & ca. cum acceſſiſſent. de conſtitu. Aliquando. ſ. pro dignitate, vel perſonatu.1.q.3.epiſcopus.de cle.non reſi. c.quia nonnulli. de præb.ad hoc.de cõcel.præb.c.2. Sumitur quãq; pro priuilegio, vt probatur ex no.in rub.ff.de offi.præſe.præto. Quãq; litigare dicitur officium.16.q.1.c.de præſentium in fi. Item viſitare dr officium.c.ea quæ.de ſtatu mona. Et is cui commiſſa eſt diſpẽſatio habet officium vt procœmio.6.differt tamẽ quandoque
7 officium† a dignitate & per ſonatu de præben.c.quia ſæpe.& c. ſi.lib.6. Dicitur autem officium ſimplex, quando habet adminiſtrationem aliquam rerum ſine aliqua prærogatiua in choro, vel capitulo, vel eccleſia vltra alios ſui ordinis ſicut ſũt prępoſiti eccleſiæ Charnotẽ. Itẽ ſi quis habet id quod habet onus annexum ſiue honoris prærogatiua, ſicut ſindici, procuratores & caſtaldiones de quibus 1.q.3. ſaluator. C.de procu. l.alienã. Item vicedominus.89.diſt.§.officium. Si autem cum officio iuriſdictionem haberet, vt camerarius propriè dici poſſet quod eſſet dignitas.arg.ff.de off.præfe.auguſta.l.1. ff.de offi.præſi.l.legatus Cæſaris.C.vbi cauſæ fiſ.l.1.per totum.

Tertio modo agnoſcitur officium per conſuetudinem eccleſiæ habentem illud pro ſimplici officio.& non pro dignitate vel perſonatu. Et ſubdit quemcunque habentem dignitatem habere perſonatum, ſed
8 non ecõtra. Et eſt perſonatus† vulgaris Anglicorum quod idẽ importat quod curatus. Quando autem theſauraria, cancellaria, ſacriſtia, & ſimilia ſunt officiũ vel dignitas plenè examinat deciſio Innocẽtij 165.quæ incipit, item de theſauraria. & Pau. in cle.vt hi qui.de æta.& quali.qui videtur cõcludere ad propoſitum ꝙ habentes adminiſtrationem rerum ſiue prærogatiua non videntur in dignitatibus ſed in officio conſtituti, vt ſunt ſindici, procuratores, cancellarij, ſacriſta per d.c.ſaluator.1. q.3. ſed ſi habent adminiſtrationẽ cum iuriſdictione, tũc eſt dignitas ſm eum, vt camerarius Papæ, vt ſup.dixi, & ita not.in cle.1. de deci & ſic videtur concordare cum Archi. Et idem dicẽdũ de officio Archidiaconi, de officio archipresbyteri, de officio vicarij &c. vt quatenus habent iuriſdictionem cenſeantur eſſe dignitas, vt patet in ſingulis titulis, de officio archidiac. cũ ſeq. Aduerte inſuper ꝙ doctores præſertim Canoniſtæ dicunt, ꝙ
9 religio†Chriſtiana circa tria mouetur principaliter. ſ.miniſteria officiorum ſacramẽta ſpiritualium & negotia, quia per primam famulamur Deo, per ſecundam nobis, per tertiam proximo cõſulimus ad ſalutem, vt per obſequia exhibita Deo ſperemus æterna ſtipendia.& per fidem ſacramentorũ perueniamus ad intellectum oculorum in officijs & per abſolutionem ſiliũ in animos proximorum pacificemus in negotijs, vt ſit in negotijs charitas, in officijs ſpes, in ſacramẽtis fides exerceatur, quibus tribus generibus officiorum quaſi tecto pariete & fundamento totius dominicæ domus.1. ſanctæ eccleſiæ officium conſtituatur. Et quod in hominibus debeant eſſe diuerſa officia, & de differentia officiorum quo ad perfectionem actionẽ & decorem, vide Thomam ſecunda ſecundæ.q.183. Dicuntur
10 autem etiã omnes horæ canonicæ † & Miſſa officium diuinũ. c.1.de cele. Miſ.cum ſi. facit cle.2. de æta.& quali.& ca.penul.& vlti. de cleri. ægro. ad inſtar officij diuini. de quo in l.1. & 3. de ope.lib.19.quæſtio.1.§.fin.l.ſeruos.ff.de ma.teſta.inſti de inoff. teſt.in princi.C.de nego.geſt.l.officio. & de ſer.expor..l.ſi quis ea lege.& l.1.C.qui pe.iu.

Officium prouinciale curia præſidis prouinciæ. in auct. ſumitur quandoque pro defenſione ciuita.§.deinde eos.2.q.7.§. item cum Dauid.& officium officio ſeruire non debet not.de vſuſructu.l.neque eorum fructuũ.35.q.5. officia. dicitur etiam quandoque cura.l.2.C.de ſer.fugi.l.nemo.vel in foro.C.de epiſco.aud.l.Chriſtianus.de ſacra pag.& ad materiam vide l.cogi.§.ſi pater.ff.ad trebel.

Sumitur etiã large officium pro miniſterio & exercitio iuriſdictionis omnimodè tam voluntariæ quàm contentioſæ & tam iudicialis quàm extraiudicialis & pœnitẽtialis. de quibus
11 per glo.in cle.dudum.de foro compe. Et ſm hoc etiam † arbiter dicitur habere officium. de arbi.l.non diſtinguemus. §.officium. Et dicitur hoc officium eſſe latiſſimum cõſiſtens in dandis tutoribus & iudicibus & in omnibus ratione iuriſdictionis alicui competentibus, de quo in titu.de offi iudi. in decreta. & inſti. de offic.iudi. & an differat quomodolibet a iuriſdictione plenè traditur per Guli.de Cug.Bar.& doc.in l.1. ff.de iuriſdic. omn.iudi.vbi per Ang & per Bal.& Pau.de Caſ.in rubrica eiuſdem tit.& per eundem Bal.in l.1.C.ſi a nõ compe.iudi & in rubrica de ope.liber.Saly.in l.officio.C.de neg.geſ.plenè per Hoſti.in ſumma de officio iud.plenius per Spec.eo.titu & in Brocardis Azo.de præſidibus,& iudicibus. & dicitur quoddam nobile ꝙ ſuccedit loco actionis quoddam mercenarium, ꝙ tantum ſeruit actioni præpoſitæ principaliter.de quo per Spec. in d.tit.§ de ſeruit. voluit Inno.tamẽ ex inſinuatione de procura. ꝙ officium eſſet actio perſonalis cuius contrariũ not.in l.q[illegible] tus.de annu.leg.& in l.ſi per colluſionẽ.de actio.emp. Et prout conſiſtit in facto & exercitio differt a iuriſdictione ſicut actus
12 ab habitu, quia † iuriſdictio eſt poteſtas publica introducta ad finem exhibendæ iuſtitiæ, ſed officiũ eſt executio illius poteſtatis deducta ad finem de habitu ad actum. & nullum eſt iudicis officium ſine iuriſdictione.l.pe.§.prætor.de iuſti. & iure. & vbi non eſt iuriſdictio non apparet appropriari.l.1. ff.de ap. c.cum ſpeciali.§.porrò.eod.titu.& quòd habetur in c.ſuper literis de reſcrip.per Ioan.And. poſt Innocen.

Voluntarium autem officium eſt circa ea quæ extra iudiciũ explicantur, & tamen dependent a iudicis poteſtate vt be[illegible]orum collegio & ſimilia de quibus in c.dilectus.de offi[illegible] in ca.1. de ſtatu mona.per Innoc. & in l.cura carnis §[illegible] offi.præſec vrb. & in l.ſi aliquis. de offic.proconſul &[illegible]
13 in l.ſi res.ff.de ap.reci. † Pœnitentialia etiam depe[illegible] ca poteſtate & ordine ſacro, & nõ a iuriſdictione. de [illegible] in c.accedentibus.de exceſſi præla.& not.in c.ꝙ autem [illegible] pœniten.& remiſ.& per Inno.in c.conſul ti.de procur. Quædam [illegible] competunt ſolis iudicibus chartularijs & pedaneis vt not.in l. 1.ff.de iudicijs & per totum titulum. C.de peda.iu[illegible] patet officium ſumi poſſe prout eſt in habitu tãtum[illegible] eſt in habitu & exercitio, hoc eſt deductum de poteſta ad[illegible] de quo per Archi.31.diſt.c.ſeruãda. Item ſumi poteſt pr[illegible] in figura iudicij, & prout eſt ſine iuriſdictione vel [illegible] publica poteſtate. Ad quod not.in c.forus.de verb.ſigni.& in c.cum [illegible] de appel.& magiſtraliter dicta per Pet.de Ancha.in re[illegible] læ, ca quæ.in princ.de regu.iur.lib 6. Et de officio [illegible] tãtium & diuerſorum iudicum vide in proprij[illegible] lib. 1.C.& digeſtorum. Et officium eſt vendicare [illegible] l.1.C.de his qui. vt indi. & amicitia dicitur officiũ [illegible] de priuile.credito.& officiales multa alia ſeruiut.l.facultas.C.[illegible] iure fiſ.lib. 1.

14 An autem ſuſpenſus Ab offi[illegible] ſuſpentu[illegible] beneficio plenè examinat glo.in clem.cupientes de pœnis, & refert [illegible] varias opinio.quas dicit fore cõiungendas pro vera deciſione dic vt ibi. Et an ſuſpenſus officio poſſit prædicare in eccleſia Abb.dicit ꝙ non per c.quod Dei timorem.de ſtatu mona.[illegible] autem ſola eccleſia eſſet interdicta, ſecus per c.[illegible] epiſcopo. de ſen. excom.& c.cum voluntate eod.titu.de quibus per Bart.in c. multa.de præben.& Abb.in clem.diſpendioſam.de iudi.& per alios in cle.1.de reg.iur.& in cle.dudum.de ſepul.& in c.[illegible] nachus non doctor.16.q.1. & Inno.in ca.apoſtolicæ.de exce[illegible] & ꝙ not.doc.in cle.1 vt hi qui.de æta. & quali quod [illegible] officio non eligit neque eligitur. de quo in c.p[illegible] de elec.& ſi immiſcet ſe diuinis eſt irregularis ſm [illegible] 1.ibidem per c.[illegible] de ſent.excom.lib.6 & de interdictione officiorum per Bart.in l.fi.§.ſolent.ff.de interdi.& relega & o[illegible] fi nitur.l.1.C.ſi quis igno.rem.eſſe. Et quãdo rec[illegible] cõ fert alicui certum officium. vſque ad ſuum beneplacitum illud non expirat finito rectoratu ſecundum Sal[illegible] in contrario 3.in titu.de reſcrip. & de imburſandis ad officia vide conſ[illegible] um An ge.73. quod incipit ſup. dicta prima. An autem ſuſ[illegible] ciat quod tempore commiſſionis cauſæ quis ſit officialis & non tempore deciſionis. vide Pau.de Caſt.conſi.325.& not.in cle.plerique.
15 de ele. Et quæ poſſit facere † inſtitor ratione offi[illegible] & quomodo finito officio teneatur ex cõtractibus ipſius vide per Abb. in conſi.16. Et an ſtatutum puniens officiales fraudem cõmittens in pecunia communis habeat locũ in officialibus qui emerunt

runt daria & fraudem committunt pecunias vſurpando. vide Archiepiſ.in conſi.cix.quod incipit, prima facie. Et an quis poſſit fungi duplici officio, vide eundem in conſil cccxxiij. Et an & quando cæcus poſſit habere officium puta poteſtariam &c. vide Abb.in conſil. 48. & quod carẽs mẽbris non poſſit habere officium, no.in prohemio decretalium & de offic. & poteſtate vide Bald.in rub.de offi.delega.in penul.colum, & ibi per Ioan. Andr. & priuatio ab officio dicitur pęna.ff.de teſtamen.l.teſte. centurio ad fi.& ff de procuratori.l.mutus.§.pęna. Et quis proprie dicatur officialis vide per Anto.de Butr.in conſilio lxxiij. incipien. viſis ſtatutis.

SVMMARIVM.

1 *Virtus & natura copulæ.& nu.2.9.10.*
3 *Copula regulariter habet copulare ſub ſimili qualitate.*
4 *Verba intentioni debent deſeruire, non econtra.*
5 *Copula ſubiunctiua quomodo intelligatur.*
6 *Dictionis necnon natura. Item & dictionis ac.*
7 *Dictio atque, copulat.*
8 *Dictio & ſi, quandoque ponitur conditionaliter ad commodum proferentis.*
11 *Copula cadens inter incompaſſibilia, inducit perplexitatem.*
12 *Papa ſi confert beneficium illi vel illi, quis illorum habebit beneficium. Dictio vel ſæpe ponitur pro, &.*
13 *Dictio item, quid ſibi velit. Item & dictio idem.15.*
14 *Dictio vna, cum accentu producta coniungit. Item & dictio ſimul.*

Præludium tertium.

De virtute & importantia copulę, &, vltra Baldum in l.1.ff.de iuſtitia & iure.

1 Tertio præmitto circa importationem huius copulæ, &, quod † de natura eius & cuiuslibet copulatiuæ eſt vt copulet omnino diuerſa, & quod vtrunque copulatum veniat principaliter, allegatur ad hoc glo.ſuper rub ff de iu.& facti igno & in c.querela de ſimo. per Barto.in l.ſi finita.§. eleganter ff. de dam infect. ſed ſi ſunt plura quorum vnum additur alteri ſubſtantię vt accidens, & tunc cop [illegible] iatiua reſoluitũ per ideſt, vt no.i l.j.ff.de pac.& in l.ſi in venditione.ff de euic. & per Archi. in c.cupientes.in princi.de elect [illegible] 6.& [illegible] quęſtio.j.c.1.& ff. de tranſa.l.i.ff.loca.l.1.inſti.de tut §.cum autem per Bar.in rub.de naufra. li. 11. & in quodam ſuo aſſerto tractatello qui incipit, coniunctioque ad car lxxvi. & quod de ſui natura dictio, &, copulet diuerſa & quòd diuerſum effectum producant. Copulata verò in l ea tamẽ adiectio. ff de leg 1.& in l 2.C.per quas perſo. nobis ac.& 22.q.2. ca.ſi ne exceptione & c.cum apoſtolica de his quæ fi.a præla.c.eccleſia 2.de elec. quod tamen eſt verum niſi verba diuerſa referantur ad eundem effectum, quia tunc copulatiua nihil addit nec diuerſam diſpoſitionem inducit.lxiij.diſt.in ſinodo.23.diſt.in nomine domini.23.q. [illegible].quid ergo.& c.ſi non licet.& cle.1.de magi. vbi copulantur verba plura, & tamen nullam diuerſitatem in effectu important.

2 † Quando autem ponitur inter ſpeciem & genus aut inter diuiduum & indiuiduum tunc dic vt no. per Dy in regula gener. de reg.iu.lib 6. Regulariter autem ſtat proprie in extraiudicialibus, & in prorſus voluntariis, & requiritur quod vtrunque copulatum verificetur.l.ſi quis ita ſtipulatus ff de ver. obli. ſiue affirmatiuæ ſiue negatiuæ copulet vt ibi. Et idem in reſcriptis & iudiciis quando plura copulatiuæ veniunt ad diuerſos effectus conſequendos.c.olim.de reſcri.vbi de hoc & idẽ vbi quis ſe aſtrinxit ad plura copulata probamus. c.licet.de proba. & in l.diuus.de re iud.facit l.circa. ff de probat. Ideo cauti procuratores apponunt ſuper claueulam non aſtringentem &c.

Fallit fauore iuris publici vt not.in c.ſi forte. de ele. libro 6.& in c.conſtitutus.de app. Fallit etiam in reo iuata no.in c.1.vt eccleſia benef. actore ſcilicet non approbante, vt no.in d.l.circa. Fallit etiam quando vnum non venit vt qualitas ad reliquũ, ſed æque principaliter, vt infra c.cum iamdudum.de præben.c.exhibita de iudi. c.dilecta.& c.ex parte.de reſcript.licet Archid. videatur ſentire contra in c.2.de teſt.lib.11.

3 † Et adde quòd copula habet regulariter copulare ſub ſimili qualitate. leg.nam quòd liquidè. ff. de pę.lega. leg.Seiæ.§. Gaio.de fun.inſtru. Et quandoq; eſt ſignificatiua ordinis, & facit conditionem.l.Gallus.§ quidam recte. de liber.& poſthu.l. cum mulier.§ pe.de condi.inſtitu.l.ſtatuliberũ.de ſta.liberis. Et regulariter parificat ordinem ſequentem præcedenti & effectum eorum. leg. ſi quis titio.ff. de vſufru. accerſen. denotat etiam diuiſiones per partes & qualitatem vnius extremi alteri attribuit.l.eum qui ita ſtipulatus. de verb. obli.quod facit ad q̃ſtionem de qua ibi per doc.in d.l.ſeię.§ gaio. vide Dy. in regula.locupletari.de reg.iu.li.6. Io.An in cle.periſque de elec.& q̃ poſita inter plures ex vna parte & vnum ex alia etiam in pęnalibus diuidit æqualiter. vide Bal.in auc.caſſa.C.de epiſco.& cle. Quandoque ponitur pro etiam.C.de no.C.compo §.quibus.& no.ff.ſolu.matri.j in auc.de hære & fal.§. is igitur. Quandoque pro ſcilicet.C.de epiſco.audien.l.decernimus ibi & ſacerdotes.

Quandoque ſubauditur a iure.l. ſi arrogator §.j.ff. de adop.l. placet ad finem.C.de ſacroſanc.eccle. Quãdoque pro quia.l. fina.§.primo.C.de cura furio.

18 Et an valeat collatio beneficio. ſub conditione ſi vacat. † vide Lap. allega 6. & an requiratur declaratio, vide per eundem allega. 127. & quod præſumitur ſcientia vacationis in epiſcopo per eundem allega. 2. & quod valet collatio, licet non exprimatur modus vacandi vide per eundem allega. 6. & ſi per certum modum vacandi datur gratia ad beneficium nō venit niſi modus expreſſus niſi adijciatur clauſula vel alio quouis modo. & de virtute dictæ clauſulę plenè de his vide in c. ſuſceptum. de reſcrip. vbi vide in gratia de vacante. & quid de ordinario conferente, & per Lap. in dicta alleg. 6. vbi plenè examinat. Quid in electione & alia plura cōcernentia materias iſtas, & in allegat. 89. quæ incipit duo prælati. vbi plenè examinat materiam dicti c. ſuſceptum. & quid ſi ignoretur vltimus modus vacationis & alia pulchra. & ꝙ ſufficit probare vnum ex pluribus modis vacandi expreſſis no. in deciſio. 82. incipiente, item impetrans.

Similiter verbum quomodolibet † dimittente quod conſueuit opponi in vnionibus includit omnem modum vacandi prout ſępius determinauimus in Rota propter verbū quomodolibet, iuxta not. per Archi. in cap. indemnitatibus. de elec. & in c. 1. §. præſenti. de cler. ægro. & c. admonet. de renun. & in c. 1. de officio vica. ad qd̄ deciſio. 349. incipit, itē ſi mādat.

Additur etiam clauſula & ſi tanto tempore vacauerit quod eius collatio ad ſedem apoſtolicam &c propterea quæ habentur in cle. ſi de beneficio. de præben. immediatè, ſcilicet ex negligentia epiſcoporum vel quorumcunque ſuperiorum etiam exemptorum, vt ibi no. Propterea etiam additur dummodo collatio &c. ad nos hac vice pertineat per quam reſtringuntur clauſulæ generales quæ apponuntur in gratijs de beneficijs reſeruatis in euentum quod non eſſent reſeruata.

Additur etiam clauſula ad præſentem collationem, prouiſionem, vel quamuis aliam diſpoſitionem propter ea quæ habentur plenè in c. cum in illa. de conceſ. præben. lib. 6. & ſi nullus modus exprimitur in literis veniunt omnes modi vacandi & cuiuſcunque collatio & prouiſio vt vltima deciſio in nouis 34. incipit, item ſi mandatur. & deci. 228. incipit, Papa conferri mandauit in antiquis. Item 186. incipit, item habens gratiā. Licet aliter dicat deciſio in antiquis. 244. incipit, item cum qs impetret. ad quod facit quod no. in cle. 1. de præben. Item poteſt dici de certo reſpectu beneficium vacare in curia, & alio reſpectu vacare in partibus, vt determinant duę deciſi. in antiquis. vna eſt numero 399. incipit, item no. ꝙ vbi ex priuilegio. Alia numero 486. incipit, quidam epiſcopus.
20 Et † an ſi exiſtens in Roma. cur. facit procuratorem ad capiēdum poſſeſſionem beneficij incompatibilis ea adepta priora beneficia in curia cenſeantur vacare. no. plenè Doct. in cle. 1. vt lit. pen. & in c. 2. de præben. lib. 6. vbi etiam quærunt quid ſi fiat econtra & ad probandum vacationem beneficij ſufficit ſola fama ad effectum adiudicationis, vt vult deciſi. 221. in nouis. incipit, item ꝙ ad effectum quomodo aut alias probanda ſit mors alicuius plenè examinant Moder. Can. in c. in præſentia. de ſpōſa. & Bar. in l. 2. §. ſi dubitet. ff. quēadmo. teſt. aper.

Quomodo autem morte prælati expirat vel ceſſeat reuocari mandatū procuratoris vel vices gerentis ſiue ſint agendo ſiue defendendo & ſiue in cauſa ꝓpria ſiue in cauſa cōi plenè not. in c. cū dilectus. de conſue. & in ca. dilecti. de foro comp. & in c. ſi duo. de ꝓcur. lib. 6. & in d. cle. fi. de procu. & in deci. in antiquis. Et in Spec. de ſcin. §. 1. ver ſi. quid ſi aliqua. & de ꝓcu §. ſed nunquid procurator.
21 † Et an compromiſſum factum per prælatum de reb. eccleſiæ eo mortuo cē expiret, & ſic ſede vacante non poſſit ei p capitulum cōtinuari, vide in Spec. de arbi. §. finit. ver. qd ſi ꝑlatus. & in d. cle. fi. de procu. De vicario dic vt in d. c. pe. de offi. Vica. & in c. Romana. eo. tit. lib. 6. de quib. ſ. tangetur in qōnibus.

Et an compromiſſum factum in prælatum ſub nomine dignitatis tranſeat in capitulum ſede vacante vel ad ſucceſſorē. Bar. videtur ꝙ non in l. qui liberis. §. hæc verba. de vulga. & pupil. Ratio quia ex natura negotij in qua cōiter aliqui nō cōſueuerunt eligi vr̄ cōtēplata perſona nō dignitas p no. in c. fin. de offi deleg. & in cle. eo. tit. vide Imo. in d. clem. fi. de procu.
22 † Et mortuo Papa licet poteſtas vicarij expiret, non tamen expirat licentia per eum data alicui de celebrando in domo ſua, vt vult deciſio in antiquis. in tit. de offi ordi. Et not. quòd licet ſedes aliqua vacet, per hoc non tollitur vel impeditur mandatum Papæ, cum Papa ſit ſuper omnes. 11. q. 3. cuncta per mundum. c. propoſuit. de conceſ. præben. & ideo talem mandatum etiam ſede vacante poteſt intimari ſecundum Hoſti. & Domi. in c. quia cunctis. de conceſ. præben. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Sede vacante an circa poteſtatem capituli ſit regula affirmatiua, vel negatiua danda.*
2 *Collatio beneficiorum, præſentatio & ſimilia ſunt de fructibus reſeruandis ſucceſſoribus.*
3 *Capitulum ſede vacante an ſuccedat generaliter in iuriſdictione prælati ſui.*
4 *Gerundium verbum an inducat conditionem.*
5 *Totum non eſt aliud a ſua parte.*
6 *Regula potius eſt ſumenda ex rubrica.*
7 *Prohibitorium edictum quod dicatur.*
8 *Res quando regulatur iure ſpeciali, tunc impoſſibile eſt prohibitos enumerare.*
Omnia intelliguntur regulariter permiſſa per legem quæ non ſunt prohibita.
Remuneratio indiuidui non reſtringit genus.
9 *Legatus apoſtolicæ ſedis vicem proconſulis & præſidis prouinciæ obtinet.*
10 *Capitulum ſede vacante an poſſit exercere omnia æqualia vel minora his quæ ſibi expreſsè permiſſa reperiuntur in iure.*
11 *Regula quid ſit.*
12 *Vicecancellarij poteſtas in ſignaturis beneficiorum.*
13 *Exceptio quid operetur.*
14 *Modus vnus determinatus non poteſt aſſignari ad omnes regiones.*

Quæſtio

Quæſtio prima primæ partis principalis.

Regula affirmatina, vel negatiua an ſit danda circa officium
& poteſtatem capituli ſede vacante. Et ibi an exce-
ptio firmet regulam. vltra Bald in l.his.
ff.de legi.

1 PRimo quæritur generaliter an circa poteſta
tem † capituli ſede vacante danda ſit
regula affirmatiua, vel negatiua. Et quia tradi de-
bet regula negatiua, probatur in rub. ne ſede vac.
aliquid in Noue. quæ cum habeat orationem per-
fectam poteſt allegari pro deciſione ſin! Abb. qui alleg. not. in
rub. & in l.1. C. etiam ob chyrog. pe. & Butr. in ꝓe Greg. & ſuper
rub. lib. 6. & in auth. nullum cred. ag. facit in ſimili rubr. ne cler.
vel mo. & rubr. ne præla. vi. ſuas. & ff. ne quis eum qui in ius &c.
& ne vis fiat ei &c. & C. ne ſane. Bap. & ne fide. do. den. vbi de
hoc no. Probat ſecundo. c. 1. ne ſede vacan. Attendentes igiẽ
ꝙ ep̃ali ſede vacante non debet aliquid innouari cum non ſit,
qui ep̃ale ius tueatur, facit in ſimili. ff. nil not. app. pen. Probat
tertio. c. 2. eo. tit. ibi cum nuſquam inueniatur cautum in iure
ꝙ capitulum ſede vacante fungatur vice epiſcopi in collatio-
nibus præbendarum. Probat quarto. c. 3. eo. tit. ibi & carenti le-
gitimo defenſore, vbi ſupplent & exponunt Docto. & pro. i. vt
non faciat ꝓ opi. Lau. de qua ibi in gl. Et ꝓpterea dicit Hoſt. il-
lud debere intelligi de defenſore conſtituto a iure. ſ. prælato.
Dicens ꝓ certo quãtum ad iudicia & ea q̃ ad ep̃alem mentam
ſpectant ꝓcedi nõ põt ſede vacãte, maximè qñ modico tpe va
cat, & ita dicit procedere opi. Lau de quo in c. 1. eo. tit. vt refert
Io. And. in d. c. fi. Licet ſm Gdff. & Hoſt. in negotio contingen
te ſolum capitulum vacante ſede poſſit cõueniri per c. edocē-
ri. de reſcri. Probant hoc c. quia ſępe. de elec. lib 6. & cle. ſtatutū.
2 eod. tit. & c. præſenti. de offi. ordi. lib. 6 in fructib. † reſeruandis
ſucceſſoribus inter quos eſt collatio beneficiorum, præſenta-
tio & bona ſimilia, vt not. in c. 2. de in integ. reſti. c. fi. de offi. vi.
c. relatum. de præb. & in c. cum olim. de maio. & obedi. q text.
iuncto c. his quæ videtur ſatisfacere pro iſta parte, & ibi ſentit
Butr. in cle. 1 § fi. de ſup neg. præla.

Probat ſexto cap. ſicut noſtris. de iureiur. & c. 1. de reb. ec
cle. non alie. lib. 6. & c. 1. & c. de quarta. de pręſcr.
& c. audiris. de in integ reſt. cũ ſi. ca. ſi qua de reb. 12. q. 6. ſatiſfa-
cit. l. 1. 2. & 3. ff. de col. illi. & l. ſi præſes. C. quõ & qñ iud & in au
then. quod ſi. C. de præſcr. lon. temp. Et pro hac parte facit rõ, ut
tollatur occaſio. c. protelandi electiones. de qua in cle. ne Ro-
mani de elec. & not. in d. cle. ſtatutum. Item q̃a poſſunt conſu
lere Ro. Pont. & debent q̃ primum commodè pñt, vt probat̃
in c. 1. de cler. ægro lib. 6. & in c. veniens. de eo q dua. in ma. quã
pol. per adul. Pro hac etiam parte tit. facit quod in ſimili trade
tur de archiepiſcopo in diœceſi Suffraganeorum in c. paſtora
lis. de offi ordi. cum ſi. & hanc partẽ tenuerunt Vin. & Roſ. Be.
& Hoſt. apertè in ſumma ne ſede vac §. 3. & Archi. in cap. 1. de
maio. & obe. lib 6. & in c. 1. de inſti. eo. lib. Et nonnulli alij videñ
tur hoc tenuiſſe in c. qm̃. 100. diſt. in. Salua tñ cõſuetudine & p̃-
ſcriptione per c. irrefragabili §. exceſſus. de offi or. & c. ex parte.
de reſcri. dicentes dictum c. cum olim. cõtinere duplicẽ gra-
tiam, de quo infra latius dicetur.

In ꝯtrium verò ꝙ tradi debeat regula affirmatiua gñalis. ſ. ꝙ
3 † capitulũ ſede vacante ſuccedat generaliter in iuriſdictione
p̃lati ſui & etiam in adminiſtratione tpalium & ſpiritualium.

Probat primo rubr. de ſup neg præla. pp naturam gerũ
diorum & participiorum nominum neceſſita-
tem inducentium per not. in rub. de eden. de quo per Io. And.
in c. 1. de poſtu. præla in Nouel. vbi dicit ꝙ habent ſignificatio
nem actiuam & paſſiuam ſm ꝙ habent idem ſignificatum cũ
infinito quando additur de, vel in. Et qñque ſignificat cauſam
formalem, qñq; verò finalem, prout not. Butr in l. vnica C. de
his qui la. occul per Bald. in l. id quod pauperibus. in prin & de
epiſ. & cle. Et per eundem Ioan. And in c. in noſtra de procur.
Et diſponit & reſoluitur in verbum ubi non põt ad aliud ver
bum referri, vt gloſſ in authen. de non eligen. ſecun. nu colũ. l.
ſuper rub. & ſicut reſoluuntur ablatiui abſoluti l. a teſtato. ff de
condi. & demonſt. & de materia vide pleniſſimè per Alber. de
Roſ. in ſecundo alphabeto iuris canonici in uerbo gerundiũ,
4 & an gerundium † inducat conditionem not. Bart. in l. a. ff. de
condi. & demonſt. facit in ſimili in rubr. de ſerut. in or. fa & de
teſti. cog. & de cur. bon. dan. Nam ſicut illa dicitur eccleſia vi-
duata, quæ licet epiſcopum habet, tamen inutilem prohibet̃
habere. c. inter corporalia de tranſla. præla. quod regulare eſt
in ſupplenda negligentia, cum ſcilicet vacat ſedes fictè magis,
vel ſaltem æque regulare eſſe debet, cum vacat, fictè probat̃
hoc expreſsè in c. ſi epiſcopus. & c. fin. de ſup. negli. prelat. in 6.
& deniq; totus ille titulus in quantũ ibi determinat̃ ꝙ capitu-
lum ſede vacante vel quaſi aut verè vel fictè ſuccedat in iu-
riſdictione & adminiſtratione temporalium & ſpiritualium.

Probatur ſecundo in c. ad abolendam, de hære. & in cle. 1. &
2. eo. tit. Probatur tertio in c. 1. de maio. & obe. lib. 6. quod per-
mittit abſolutionem excommunicatorum ſede vacan. capitu-
lo ad quem tunc deuoluitur iuriſdictio. Probat c. 1. de iuſti. co.
l. vbi patet ꝙ capitulum ſede vacante inſtituit præſentatos ad
beneficia quod eſt iuriſdictionis. Probant c. cũ in cun. de elec.
& c. cum nullus. §. 2. de temp. ordi. eo. lib. Probat etiam in ſi. c. 1.
de cle. ægro. eo. lib. & cle. ne Romani. de ele. per locũ a ſpecia-
li. Probant. c. iſque. & c. cum olim. de ma. & obe. Ad hanc etiã
partem poſſunt adduci. c. vt prætериię. de elec. & c. quia ſępe.
eo. tit. lib. 6. Probat etiam extrauagans execrabilis in §. cęterũ.
Io. 22. Ad hanc partem facit ratio. c. requiſiſti. de teſta. propè fi.
& c. cum clerici. de verbo. ſig. & c. quanto. & c. nouit cum ſi. de
his quæ fiunt a præla. propter communionem quæ eſt inter p̃-
latum & capitulum. ipſi enim ſeu eccleſia ſunt quoddã totũ.
5 arg. 12. diſt. c. 1. 1. q. 4. ſi quis epiſcopus, & totum † non eſt aliud
a ſua parte, vt no. 72. diſt. nullis inuitis, & probatur de pęni. diſt.
1. vulga. ad illud facit quod dicitur de conneais. vt in c. tranſla-
to. cum concor. de conſtit. & c. 1. de iurepa. lib. 6. & l voluntas.
C. de fideicom. & quod no. in c. cum apoſtolica. de his quæ fi. a
præla. de alienatione quæ non cenſetur inter coniunctos.

Item ratio ne eccleſia vacans interim patiatur aliqđ
detrimentum. per c. nihil. §. fi. de electio.

Item ratio Fede. de Senis in q. 10. de diſpenſatione de qua
infra latè dicetur. Item quia tunc in negligentiam capituli ꝓ-
uidet Metropolita tantum, vt in d. c fi. de ſup. neg. præla. lib. 6.
Probatur hoc per Goſ. Phi. Inno. Hoſti. & Compoſt. in c. cam
te de reſcri quos ibi refert Io. An. ſuper gl. 2. Et hanc partem vi
detur tenuiſſe Lau. Hug. & Io. & Ber glo. & Inn. in iuribus præ-
alleg. & Io. Mo. & dicit Io. And. in d. c. cum olim. hoc commu-
niter teneri. Et idẽ dicit ibidem Abb. Sicu. & Cardi. Floren. &
Butr. & hoc tam in his quæ ſunt ordinis quàm iuriſdictionis.
Hanc etiam partem ſatis videtur concludere & firmare Fede.
in d. q. 30. & in q. 16. & 40. & deciſione 306 incipit, item fuit du-
bitatum quam etiam puto veram vt patebit ex infra dicendis.

Non ob ꝙ dicitur de rub. negatiua quod ſcilicet faciat ius &
regulam per ea quæ no. Io Mo. & Io And. in ſimi. in c. 1. de cle.
6 ægro lib. 6. in nouel. & quia † potius eſt ſumenda regula ex
rub. de ſup. neg. præla. patet in ſimili de titulis affirmatiuis. de
temp. ord. de æta. & quali. quibus ſubduntur poſtea exceptio-
nes in titulis ſequentibus, ſcilicet de ſer. non or. de fi. presby.
de biga. &c. Et ſimiliter de ti. de ſpon. & matri. generali affirma
tiuo & regulari, & poſtea ſubduntur ſpeciales detrahentes re-
gulæ de deſponſa. impub. & ſequentibus. Et ſemper eſt ſu-
menda regula ex pluribus &c. vt not. gl. in l. Iulianus. in prin. ff.
de act. emp. & per Dy. & Io. An. de reg. iur. in 6. Infero ergo con
cludendam regulam affirmatiuam, videlicet ꝙ ad capitulum
ſede vacante deuoluitur omnis poteſtas epiſcopalis & admini
ſtratio ſeu iuriſdictio tã in temporalibus, q̃ in ſpiritualibus vt
ſupra Nec ob rub negatiua p rationes ſupra deductas. & qua-
ſi ſe habeat ad inſtar edicti prohibitorij in quo quodcunq; nõ
prohibetur cenſetur permiſſum vt no in c cum apud de ſpon.
& 3. q. 4. qui ſpiritualem. Simile in l mutus. §. 1. ff. de proc u. & in
l. 1. ff. de teſti. cum ſi. Non tamen intelligendo prohibitorium,
vt ſumitur in l. prætor. §. hoc interdictum. ff. de oper. no. nun-
cia. de qua materia plene in d. c. inter corporalia. de tranſla. præ
la. in glo magna.

7 Dicitur enim prohibitorium † edictum quo ad
certa negotia, alias regulariter per-
miſſa, quia prohibitorium dirigitur ad certos caſus. Vbicunq;
vero lex aut ſtatutum diſponit prohibitiuè, non prohibitum
intelligitur permiſſum, niſi ratio vel natura repugnet, ꝙ non
eſt hic, in dubio ſemper ſtandum eſt regulæ, de quo plenè per
Doct. in d. c. cum apud. de ſpon. & in d. c. Martinus. de cog. ſpi.
& 2. q. 5. conſuluiſti. Vel clarius potes dicere ꝙ quædam regũ-
tur iure communi, & in his ſemper ponitur edictum prohibi-
torium, quia cum iure communi res regatur, impoſſibile eſſet
omnes res enumerare, ideo prohibita enumerantur, & ideo di
citur prohibitorium l. hos accuſare. ff. de accu. l. necnon. § qđ
8 eius. ex qui. cau. ma. Sed quando res † regulatur iure ſpeciali,
tunc impoſſibile eſſet prohibitos enumerare, cum in alijs ſit
prohibitum, ideo permiſſe enumerãtur, & ſic dicitur permiſ-
ſorium. l. 1. ff. ad munici. & l. cõſtitutionibus. de excuſ. mu l. ma
ximarum. quia cum ſpecialiter dicuntur, magis notantur ff. de
iniur. l. apud Labeonẽ. § hoc edictum. regulariter tamen om-
nia intelliguntur p̃miſſa p legẽ q̃ nõ ſunt prohibita. C. de religio
ſis. l. ſtatuas. ff. de ꝓba. l. ab ea. C. eo. tit. l. ſi tenptum. facit ſimile
de relatiuo, & q̃a remuneratio indiuidui nõ reſtringit genus. l.
nã quod liquidę §. fi. & §. Titia. de pen. leg. & ibi Bar. & in l q̃ſi-
tum. ff. de fun. inſtru. Nõ ob. de collegio illicito l. 3. §. 1. quia il-
lud ideo q̃a illicita ſunt. eo. tit. l. j. & ff quod cuiuſq; vni. no. l. 1.
& not. glo. in d. §. quod eis. ad quod l. ſolemus. ff. de iudi. & in c.
cum eccleſia Sutrina. de cau. pol. & ꝓpriet. Facit quod in ſimili
dicimus de legato apoſtolicæ ſedis q habet pleniſſimã iuriſdi-
ctionem,

ctionem,& maius imperium omnibus poſt principem in pro-
9 uincia ſibi decreta.l.4.de offi.præſi.nam etiam † ipſe vicem ꝓ-conſulis & præſidis prouinciæ obtinet,de offi.leg.c.legatos.lib. 6. Poteſt nanq; legatus omnia quæ ſibi Papa ſpecialiter in iure non reſeruat ſecundum omnes Doc.& ſecundum gl.Tan. Vin.& alios in c.nuper.de ſen.excom.& in c.quod tranſla.de offi.leg.& Io.2.q.5.c.ꝙ cauſa.pro quibus facit.ff.de procu.l.pro curator.2.& l.ſeq.& quod in ſimili dicit Matthęus de vicario Papæ in vrbe.in cle.ne Romani.de elec.facit quod not.in titu. de in ius vo.de pa.& de eden.& ferè omnibus titu.& verbum, regulariter importat non ſemper hoc eſt verum.c.quoniam frequenter,vt lit.non conteſta.in princip.& l.regulariter.ff.de peti.hæredi.

Nec placet diſtinctio quam quidam facere voluerunt,ſcilicet inter ea quæ ſunt iuſtitiæ.& ea quæ ſunt gratiæ &c.per ea quæ dicentur infra in quæſtione de poteſtate capituli circa diſpenſationes. Neq; inter iudicialia & extraiudicialia præter ea quæ dicentur infra in quæſtione de poteſtate capituli circa ſtatuta facienda. Nec videtur poſſibile facere aliquam diſtinctionem in hac materia quæ non ſit magis perplexa q̃ ſit diſtinctio inter ea quæ cõpetunt epiſcopis ratione legis diœceſis,vel ratione legis iuriſdictionis,de quo in c. conquerente.de offi.ordi.Cogitaui alias ſi poſſet fieri diſtinctio,prout in ſimili facit Io.An.in c.at ſi cleri.in fi.de iudi.circa poteſtatem epiſcoporum in diſpenſationibus faciendis. Con-
10 cludendo ſcilicet ꝙ capitulum † ſede vacante poſſit exercere omnia æqualia vel minora his quæ ſibi expreſsè permiſſa repeririuntur in iure niſi vbi aliqua ex eis ſimiliter in iure reperirent̃ expreſsè & ſpecialiter prohibita:item ꝙ nõ poſſit exercere maiora illis niſi vbi expreſsè in iure & ſpecificè reperitetur,conceſſum ratione vitandi præiudicij &c.Sed laborat hmõi diſtinctio eodem morbo quo aliæ & forte maiori perplexitate,& nihil aliud eſſet q̃ declarare velle ignotum per ignotius. Et ideo verius & ſanius eſt concludere vt ſupra dandam eſſe regulam affirmatiuam a qua excipiãtur caſus prohibiti,de quibus ſingulariter infra tractabitur per ſpeciales quæſtiones, & ꝙ in omnibus capitulum ad inſtar tutoris ſit adminiſtrator legitimus & neceſſarius vacante Sede, & teneatur & debeat vtilia facere & inutilia prætermittere &c.Salua ẽt in prohibitis ratihabitione ſucceſſoris eligendi & promouendi ac neceſſitate ineuitabili & euidenti vtilitate eccleſiæ & bonorum eius,attenta etiam diſtantia locorũ & diuturnitatis vacationis vel quaſi verè vel fictè, & alijs penſatis quæ in diſpenſationibus & in ſimilibus attendi conſueuere.Saluis ẽt priuilegijs,conſuetudine vel præſcriptione &c.c.pe.de inſti.& ibi per Inno.Saluo etiam ſi ſedes apoſtolica aut prælatus impeditus aliter ducerent prouidendum dando ſpecialem viſitatorem & adminiſtratorem, vt in c.is cui.de ele.lib.6.& in c de cle.ægro.eo.lib.& in cle.1.de foro compe.& in cle.in pleriſque.de elec.& in cle.1.de pęnis, & in extrauag.Boni.quæ incipit. Sancta Romana.& ſimilibus, & in c.ſi epiſcopus. de ſup.neg.præla.lib.6.prout infra latius patebit.

21 Et adde quod regula † eſt breuis & compendioſa traditio veritatis, ſingulos complectens caſus, vt in l.1.de regul. iur. & lex eſt quędam forma eadem in omnibus perſonis. Et habet ſe regula ad inſtar cuiuſdam principij & cuiuſdam maximè ſicut dialectica dicit gl.in auth.de reſtitu. & ea quæ pa.in princ.col.5.Et exponitur regula propriè pro canone.c.canon.iur.conten.autem in l.1.ff.de reg.iur.exponit aliter vt habetur ibi.Io.Mo.dicit ꝙ eſt diſtortum prauumq; corrigens bonum & equum breuiter comprehendens. Et vide Anchar.in prohemio regularum & repetitione cap.canonum ſtatuta.in princi.de quo prohemio vide plenè de regula.ad ſaturitatem.quæ hic breuitatis cauſa omitto,& ſatis erat remiſſio.& vide Ludo.in conſi.789. circa regulas cancellariæ & poteſta-
22 tem † vice cancellarij in ſignaturis beneficiorum. Et ſumitur regula propriè & impropriè ſicut regula Catoniana, & allegatur pro iure non tam ex origine quàm ex forma, & potior eſt cauſa eius ꝓ quo facit regula, habet.n.tũc aduerſarius rõnẽ reddere quare in illo caſu regula non loquatur, de quo per gloſſ.in rubr.de regu.iur.lib.6. Et per exceptionem firmatur regula. l. quæſitum . §.denique Neratius. ff.de fun. inſtru. l.pediculis.§.argento.ff.de auro & arg.leg.l.ſi cui dulcia. de vi.triti. & oleo lega.in authen.de non alien.§.ut autem.colum.2.facit cap.ne aliqui.de priuileg.& de offic. delega. cap. hac conſtitutione.lib.6.& in extrauagan.execrabilis. & in extrauagan.cum inter nonnullos. Boni.& l. Tribunus.§.fin.de teſtamen.milita.
23 Et † exceptio hoc operatur, vt illud quod alias ſub verbis regulæ comprehendebatur ad determinationem regulæ exceptionis virtute tollatur, vt ibi not. Et regula non reſtringitur per exempla.l.damni.§.fina.ff.de damno infec.Et regula ordinis & ſtatuta non faciunt ius ſecundum Innocent. in cap. dudum.de conuerſi.coniuga. Et exceptio taxatiua excludit ſimilia non autem diſſimilia.l.j.C.de pat.qui fi.di. & per Dyn.in regula in argumentum. Bald.in l.nullus.C.ad legem Iuliam maieſta. & per Oldrad. conſil.cxxxiij. de eo qui recognouit ab epiſcopo omnia bona ſua excepta domo. Et quod natura termini reſtrictiui hoc habet quod ſic excludit ab ipſo extraneo
14 ꝙ cuncta pertinentia ad ipſum concludit,& ꝙ quo † ad regiones omnes non poteſt vnus modus determinatus aſſignari, & ꝙ vbi alicui aliquid generaliter prohibetur quod expreſsè nõ conceditur intelligitur denegatum, & quod regula fratrum, præcipuè minorum & aliorum religioſorum pro eodem ſumantur,vnde de his omnibus in clem.exiui.§.& quidem. & §. non enim.& §.nam vbi.de verbo.ſigni.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionem ordinariam a iure communi an habeat capitulum ſede vacante.5.*
2 *Capitulum eſt vnum corpus cuius caput eſt epiſcopus.*
3 *Epiſcopus in quibus caſibus det iuriſdictionem ordinariam.*
Auditores ſacri Palatij non poſſunt ſuas ſententias diffinitiuas emendare vel corrigere.
4 *Commiſſiones quæ auditoribus ſacri Palatij fiunt ſunt ſolum diſtributiones.*
6 *Iuriſdictio legati an ſit extraordinaria & ſuperinducta.*
7 *Iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis, delegata verò odioſa.*

Quæſtio 2. primæ partis principalis.

Capituli iuriſdictio ſede vacante an in ſpiritualibus & temporalibus ſit ordinaria in omnes.

1 Secundo principaliter quæritur. An capitulum † ſede vacãte habeat iuriſdictionem ordinariam a iure cõi ita ꝙ poſſit iudices dare,& omnia quæ ad iuriſdictionem pertinẽt expedire. Reſpondeo ꝙ ſic prout tenet glo.in c.2. ne præla. vices ſuas in glo.2.facit.l & quia.ff.de iuriſdi.omn.iudi.& melius cle.1. & 2. de hæreti.not.Io.And.in c.fi.de ſup.neg.præla.in gl.pen.in Nouel.& idem ſentit in c.ſi epiſcopus.eo.tit.Et ideo poterit interponere decretum in alienatione rerum minorum,& in emancipationibus liberorum,& curatorem ad lites pupillis dare,& ſequeſtrari beneficia poſt primam ſententiam in curia latam & alia omnia,puta ſententias ſuas plenè exequi quæ ad iuriſdictionem pertinent expedire.arg. eius quod dicitur de vicario epiſcopi in c.fi.de iudi.lib.6.ſm Inno.Hoſt.Io.And. & cõmuniter omnes in c.ſua.de offi.vic.& no.glo.in c 2.eod.titu.lib.6. probatur in l.2.C.de offi.eius qui vic.al.gerit. Et quia hæc ordinaria iuriſdictio eſt apud eccleſiam cuius appellatione venit capitulum,de verb.ſigni.c.cum cleri.10.q.1.antiquos.ſm Specu.in ti.de inſtru.edi.§.nunc aliqua.ver.item circa,& quia ſunt
2 vnum corpus cuius † caput eſt epiſcopus.c.nouit. de his q̃ fiũt a præla.c.cum non deceat.de elec.lib.6.& pp ſpirituale coniugium quod eſt inter eos & ſocietatem collegij.arg.65.diſt.c.vlti.C.qñ pe.par.l.vna.& ideo iura collegij remanent in vno, vt habetur in c.1.de elec. Et propterea põt omnia quæ neceſſariè adminiſtrationi incumbunt.ſm Io.Mo. in c.fi.de ſup.neg.præla.lib.6.& gl.in d.clem.1.de hæreti. & per Hoſti. & alios in c.ſignificauerunt.de iud.& pro certo potius debet dici iuriſdictionem capi.ſede vacante eſſe ordinariam, quia eſt a iure cõmuni ad vniuerſitatem temporalium & ſpiritualium q̃ vicarij epiſcopi viuentis, cuius eſt ſtrictior poteſtas,vt ex inferioribus patebit cuius tñ ſm omnes eſt ordinaria,vt not.in c.ſua. de offi. vica.& in c.2.eod.tit.lib.6.& hoc teneo eſſe veriſſimum de iure ad quod not.in d.c.cum epiſcopus.& cap.2. vt litigantes.de offi.ordi.lib.6.& c.nouit.de offi.lega.& c.2.eo.titu.lib.6. quam quidem iuriſdictionem ordinariam ſolus Princeps, vel Rex, vel vniuerſitas,vel conſuetudo,vel præſcriptio, prout not.Io. Archi.11.q.1.experientiæ.& per Inno.& Hoſt.& alios in c.1.de offi.ordi.ad quod no.Fede.in repetitione.c.propoſuiſti.de foro compet.& Cald.in conſi.4.in tit.de offi.deleg. & Angel.conſi. 213.incipit,Primo eſt videndum,& deciſione in nouis.373. fa-
3 cit glo in c.2.ne præla.vices ſuas,vbi Hoſti. not. ꝙ † epiſcopus in duobus caſibus dat iuriſdictionem ordinariam. Primo creãdo officialem cui generaliter vices ſuas committit, licet alio nomine appelletur non eſt vis per c.peritio.de procura.Secundo proprium vicarium confirmando vel inſtituendo vel conferendo ei beneficium,cui ſit annexa iuriſdictio.c.cum ob eccleſiarum,de officio ordina.

Nos autem auditores ſacri Palatii habemus iuriſdictionem ordinariam habitu tñ & in ꝓcedendo,ſed delegatam in inĩando,& ideo ca.ipſo iure. de reſcrip.lib.6.nõ ſeruatur in nobis prout no. Rota deci.4.6.2.341. 439.428.cum ſeq.& no.in cle.auditor.de reſcrip.& per Archi. in d.c.experientiæ.11.q.1. Et hinc eſt ꝙ non poſſumus noſtras ſententias diffinitiuas emendare vel corrigere,vt in l.ſi vt proponis.C.quõ & qñ iudex.Licet de ſtilo teneamus eas in ſcarſella per plures dies antequam ſubſcribamus, vt interim corrigamus &c. Gloſſ.tamen in cap.cum ęterni. de re iudic. lib.6.

videtur

videtur tenere ꝙ non ſimus iudices ordinarij per c.ſuper quę-
ſtionum.§.porro.de offi.delega. Bart.autem in l præcipimus.
C.de appel.videtur tenere ꝙ habeamus ordinariam. Idem di-
cit Bald.de auditoribus legati in l.fin.C vbi ſe.vel cla. facit pro
4 hoc quia † reuera commiſſiones quæ a nobis ſiunt ſunt diſtri-
butiones ſolum,cum prima ſententia tranſit Specu.in titu.de
offi.ordi.§ 1.verſi.quid de auditoribus,& Butr.in c.fi.de re iudi.
vide deciſ.34.& Domi.in c.2.de reſcri.in 6. Et officium no-
ſtrum expirat re integra per mortem Papæ,vt not.Cardin.poſt
Paul.in dicta clemen.auditor.de reſcript. in 1 . quæſtio. & Bu-
tri. ibidem. Similiter & officium vicecancellarii & reliqua,
excepto officio camerarij & auditoris cameræ & maioris &
minorum pœnitentiariorum, ut not. in Clement. ne Roma-
ni.§.eo ipſo. de elect. Et de officio camerarij, vide Ioan. And.
in cap.1.de conſuetu.lib.6.in Nouel. & deciſio. in nouis.165.
incipit, Item theſauraria.& Paul.in clemen.vi hi qui. de ætate
& quali.& In clemen.1.de decimis. Et not. ꝙ coram auditore
cameræ non ſeruantur termini ſicut coram nobis & poſſu-
mus nos in alia inſtantia ſupplere omiſſos coram eo,vt no.de-
ciſio.in nouis incipit,Item anno Domini.item deciſ.348.inci
pit,ſed auditor.

5 Sed nunquid † capitulum ſede vacante poterit
libere exercere huiuſmodi iuriſdi-
ctionem ordinariam tam curię eccleſiaſticę, quàm ſecularis,
quando ſcilicet prælatus defunctus iuriſdictionem tempora-
lem habebat in diœceſim, reſpondeo quod ſic, vt in c.ſi duo-
bus.de appel.& in c.2.de delict.puc.& not.gloſſ.in clemen.ſta-
tutum.ſuper verbo, ſecularis,& idem tenet ibi Papi. qui alle-
gat.cap.fina.ne cler.vel mo.lib.6.facit.cap.conqueſtus.de foro
compet.& cap.Romana.§.debet.de appel.lib.6. cap.cleri. & c.
ſententiam ſanguinis.ne cleri.vel mona.& de maio.& obed.c.
ſolitæ.per Hoſt.in ſumma.de appell.§ ad quem. verſ.ſed pone.
cum ſequen.

Non obſtant not.per Ioan.And.in c.verum. de foro com-
peten.quoniam per huiuſmodi erit reſtringenda determina-
tio ſua de qua ibi,vt dicam infra in quæſtione de cognitione
cauſarum feudalium, ad quod vide conſilium Calde.4.ſub ti-
tu.de offi.ordin. & quæ comprehendantur & veniant ſub iſtis
vocabulis ſpiritualibus & temporalibus, vide per Fede.conſi.
302.quod incipit. Reuerende pater,& gloſſ.de offic.delega.in
6 clem.2.vbi not.quod iuriſdictio † legati ſit extraordinaria & ſu
perinducta, videtur tamen loqui ſolum de poteſtate confe-
rendi beneficia ad quod vide Specu.in titu.de offic.lega. §.ſu-
pereſt videre.verſi.præterea. Ex quo infertur ꝙ collatio facta
per capitulum vel eius vicarium ſede vacante valet,licet non
facta mentione de beneficio qđ ille cui cõfertur primitus ob-
tinebat per ea ibi plene not. Et ſi per ſtatutum committatur
cauſa certo officio dicitur habere ordinariam ſecũdum Lap.
allega 88.incipit,Commune Florentiæ, vbi interſerit conſi-
lium collegij Peruſini de iuriſdictione quaſi ordinaria, vide
glo.in clem.quamuis.de foro competen.Ordinarij tamen ap-
pellatione comprehenditur ſolum epiſcopus in his tantum
quæ ei pertinent ſecundum Butr.in c.conſultationibus.de iu
repatro.Archi.in c.1.de offi.ordi.lib.6.Et quomodo cognoſca
tur iuriſdictio ordinaria,vide Cardi.Floren.in c.quoniam Ab-
7 bas.de offi.deleg.& in c.penult.de in integ.reſtitu.& ꝙ † iuriſdi
ctio ordinaria eſt fauorabilis.delegata verò odioſa.no.in c.cũ
in iure.de offi.delegati.

SVMMARIVM.

1 Sede vacante capitulum an alicui epiſcopo ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis committere poſſit.
2 Prælatus non concedit capitulo eccleſia vacante iuriſdictionem aliquam niſi quatenus inuenit in iure expreſſum ex indulgentia ſpeciali.
3 Vacante eccleſia an ea quæ ſunt ordinis deuoluantur ad ſuperiorem.
4 Capitulum ſede vacante an vocare poſſit vicinos epiſcopos cum cautelę ſtudio ad illa exercenda quæ requirunt ordinem epiſcopalem.
5 Verba illa,cautelæ ſtudio,quid denotent.
6 Metropolitana ſede vacante, capitulum quid vicario poſsit mandare. Item quid Suffraganeis.8.
7 Ordines quia non epiſcopis conferantur.
9 Epiſcopus vocatus quis debeat habere expenſas victualium.
10 Priuilegium non debet excedere perſonam.
Literis capituli creditur ſicut literis epiſcopi.

Quæſtio 3.primæ partis principalis.

Capitulum ſede vacante an poſſit committere alicui
epiſcopo ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis.

1 Tertia principalis quæſtio eſt.An capitulum
† ſe.vacan.vel eius vicarius
vel alias viſitator tunc ſpãliter datus poſſit cõuocare aliquos
epiſcopos,qui tunc conficiat chriſma.oleum cathecuminorũ
& infirmorum quod confici debet ſingulis annis in die Cęnæ
domini.cum Miſſa ſolemni.de quo in c.referente.& de celebr.
miſ.& ibi ordinent ordinandos ad ordines eccleſiaſticos etiã
cũ Miſſa vt ibi habetur,& in c.inter corporalia.de tranſla. præ-
la.conſecrent eccleſias vel altaria vel calices, & reconcilient
eas & cimiteria,confirment pueros confirmandos ſacramen-
to chriſmatis.Benedicant Abbates & abbatiſſas, campanas &
mappas,& cętera omnia quæ ſunt ordinis epiſcopalis faciant
a quibus in pontificali,qui eſt liber de quo loquuntur Hoſt &
Io.An.dicentes illum autenticum in c.conſuluit.de ſeruis non
ordi.Et conſequenter an capitulum ſede vacante ſuccedat ge-
neraliter in poteſtate exercendi omnia ſpiritualia quæ exer-
centi poterant per prælatum defunctum ratione ordinis epi-
ſcopalis quẽ appello ordinem iuxta ſententiam canoniſtarũ,
de qua per gl.in ſalutatione ſexti libri ſuper verbo, epiſcopus,
quæ optime probatur ſecundum Abbatem in c.a qua.de con-
ſecra.eccle.vel alta.licet theologi dicant contrarium. Reſpon-
deo ꝙ Vincen.in c.cum olim.de ma.& obe.videtur innuere
2 quod non † quia non concedit capitulo eccleſia vacante iu-
riſdictionem aliquam niſi quatenus inuenit in iure expreſſum
ex indulgentia ſpeciali.c.ex parte.de reſcrip.vel de conſuetudi-
ne præſcripta.c.irrefragabili.de offic.or.de teſti.cogen.c.præte-
rea.& refert Arch.in c.fraternitatem.61.diſt. & quia vacãte ec
cleſia cathedrali petitur a Papa ordinatio clerici, vt patet 24.
diſt.presbyteri.Goffre.etiam in c.ad abolendam.de hære.vide-
tur velle ꝙ hæc poteſtas deuoluatur ad ſuperiorem.qui tamen
eam non debet exercere per ſe, ſed viſitatorem conſtituere,&
ſic idem videtur ſentire quod Vincen.vt refert Archi.in c.quo
niam. 61. diſtinct. ex quo non reperitur capitulo permiſſum.
argum.cap.illa ne ſede vac.Innoc.quoque in c.his quæ de ma.
3 & obedien.videtur velle quod † vacante eccleſia ea quæ ſunt
ordinis deuoluanť ad ſuperiorem,vt vel exerceat per ſe vel vi-
ſitatorẽ conſtituat ꝙ videtur hodie abrogatum per c.fi.de ſup.
neg.præla.lib.6.vbi patet ꝙ non deuoluitur niſi in negligentia
epiſcopi,de quo dicam infra.verius ergo glo.in d.c.his quæ de
maiori.& obe.tenet ꝙ licet ea quæ miniſterium cõſecrationis
deſiderant capitulum ſede vacante miniſtrare non poſſit per
ſe.ad illa tamen exercenda vocabit vicinos epiſcopos cũ cau-
telę ſtudio per c.pontifices.15.q.1.quod licet non videatur loq
in eccleſia vacante propter verba de quibus ibi ſcilicet vſq; ad
recipiendam ſanitatem &c.quæ verba videntur denotare ec-
cleſiam non vacantem, ſecundum Archi.ibi tamen credo ꝙ
denotent eam quaſi vacare & ficte quod ſufficit per d.c.ſi epi-
ſcopus de ſup.neg.præla.lib.6.& no.in c.ne ſede vac.eo.lib.alias
nullum vel parum habuiſſet dubium ille text. per c.1.de cleri.
ægro.eo.lib.& per tex.in c.ex parte.in antiquis.cum his quæ ibi
plene habentur.

Subdit tamen Archi.in d.c.pontifices.ꝙ de ordi-
ne clericorum hodie eſt clarum &
deciſum ꝙ ſic in c.cum nullus.§.epiſcopo.de tem.ord.lib.6
not.in c.quoniam in pleriſq;.de offi.ord.gl.etiam in d.c.ſi epi-
ſcopus.de ſup.neg.præla.lib.6.in ver.ſpiritualibus &c.expreſſe
4 firmat † ꝙ in his quæ requirũt ordinem epiſcopalem poteſt ca
pitulum ſede vac.ad illa exercenda vocare vicinos epiſcopos
cum cautelæ ſtudio &c.per d.c.pontifices.dum tamen poſſet
eos habere,vel capient quos poterunt commode habere,argu
men.in c.ſi Archiepiſcopus.de temporibus ordinationum.Si-
cut dicitur in adminiſtratore dato per Papam.c.is cui.de elect.
lib.6.& intellige cautelę ſtudio.id eſt cum proteſtatione ꝙ per
hoc nullum ius acquiratur ipſi epiſcopo ad hoc vocato, prout
exponit Abb.in d.c.his quæ.vbi firmat hanc partem per d.c.2.
§.epiſcopo.de tem.ordina.lib.6.& per c.ſuffraganeis.de ele.vbi
patet quod electus & confirmatus in archiepiſcopum poteſt
per ſuos ſuffraganeos alium ſuffraganeum ſuum facere conſe-
crari,licet per ſe nondum poſſit diſponere ꝙ ſubditi ſui ab alio
ordinentur. & per ea quæ dixit de offi.ordi.c.dilectus.vbi glo.
not.ꝙ ad legem iuriſdictionis epiſcopalis pertinet datio cu-
ræ animarum,delictorum coerctio,ordinatio eccleſiarum, ſi-
ue conſecratio aliarum & virginum, conſecratio chriſmatis
& generaliter omnium ſacramentorum,& ordinum collatio,
quæ conſiſtunt in dando & alia plura & conſimilia quæ enu-
numerantur eo.titu.c.conquęrente.& incipiunt ibi habeas ca-
nonicam obedientiam &c.vſq; ad verbum ſinodaticũ &c. vel
5 potes dicere ꝙ illa verba † cautelę ſtudio.excludunt omnem
abuſum & negligentiam capituli, & includunt omnem diligẽ
tem attentionem circa ſcrutinium, & alia requiſita, & ne or-
nentur non beneficiati niſi ad titulum patrimonij propter.c.
accepimus.de ęta.& quali.vel vt ſic euitetur omne futurum p̄-
iudicium ſucceſſorum.argumen.c.1.ne ſede vacan.de quo la-
tius infra dicetur.

Concludo ergo quod capitulum ſede va
cante ſuccedit in
poteſtatem exercendi ſpiritualia etiam quæ requirerent ſpe-
ciale mandatum epiſcopo viuente, vt volunt Doc.in dicto c.
nullus.§.epiſcopo.vbi etiam dicit Archidia.idem fuiſſe olim

ſtatutum

ſtatutum per d.c.pontifices.& ibi no.Do.tria cum miniſterio. primo æquiparantiam trium perionatum de quibus ibi. Secundum quod daret talem licentiam ſi quid ſpirituale ex eo quod vicarius datus ad temporalia tantum non poteſt illa exercere, vt ibi & abſentia domini in remotis ampliat mandatum vices gerentis, ergo multo fortius vera vacatio ſaltem diuina. & hæc concluſio videtur eſſe de mente Lap.Pet.morte.Domi.& aliorum modernorum ibidem.& in c.1.de ma.& obe. lib.6.ad quod vide not.Comp.in c.ſuffraganeum.de ele.& ibi
6 Bald.vbi tenet ꝙ vacante Metropolitana ſede, † ꝙ capitulum poteſt mandare huiuſmodi, quia ſuccedit in iuriſdictione, & idem dicit dicendum de conſecratione virginum & de celebratione ordinum vt poſſint hæc mandato capituli expedire per aliquem epiſcopum conſecratum, vt refert ibi Bald.in l. ita vulneratus.ad legem aquil. quia conſecrator iure proprio facit,& mandatum capituli tollit obſtaculum. quod tamen videtur recipere limitationem, de quo in ſimili per Ioā.An.in c.fin.de cle.ęgro.in nouel.in verſicu.fina. vide dubitatum.vbi vide Abb.& adde ꝙ capitu.poterit ad hoc vocare Archiepiſcopum qui nondum recepit pallium a ſede apoſtolica ſecundum Ioan.& Vincen.in c.epiſcopi.7.q.1.& Hoſt.& Ioan.And. in cap.quod ſicut.in fin.de elec.ſuper gloſ.penul per dictum c. epiſcopi.& cap.1 de ordi.ab epiſco.& c.ad ſupplicationem. de renun.quicquid dixerit Inno.in d.c.quod ſicut.poterunt etiam conuocare epiſcopum qui renuntiauit loco & non dignitati ad conferēdos minores ordines vſque ad ſubdiconatum, quia
7 huiuſmodi † ordines quandoque a non epiſcopis conferuntur per d.c. de ordinan ab epiſ.& c.dummodo non ſit excommunicatus c ſi.eo tit.facit.c.cum non contingat.de ęta.& quali.& c.ſtatutum de ſup neg.prælat.& 69.diſt.c.ſtatuimus.

Epiſcopus tamen in Miſſa conſecrationis ſuę facit ordines conferre, quia ſolus Papa in die ſuæ conſecrationis facit ordinationes, vt no in d c.quod ſicut §.præterea.de elect. Solus tamen poteſt diſpenſare niſi ſuper hoc mutaret iuriſdictionis diſpoſitionem ſecundum Archi.66.diſt.c.porrò.alias ordinare, id eſt conſecrare epiſcopus.

Item poteſt capitulum ſede vacante mādare tribus Suffraganeis, vt conſecrent ſuum archiepiſcopum confirmatum, maximè negligente collegio comprouincialium epiſcoporum ſuffraganeorum ſecundum Hoſtien.in cap.nec epiſcopi. de tempo.ordi.no.Ioan And.63.diſtin.c.1.& c.comprouincialis.& c.quia per abſentiam de quo per Ioan.And.in c.ſi archiepiſcopus.de teſtib.vbi hoc videtur concludere. & Dom. poſt Lap.in d.c.1.de ma.& obed.lib.6 q.18.

8 † Item capitulum Metropolitanæ eccleſiæ ea vacan. poteſt mandare ſuffraganeis ꝙ aliquem ſuffraganeum cōfirmatum conſecrent cum hoc ſit iuriſdictionis per c.his qui de maio.& obe.& c.cum olim.eodem titu.& cap.ad abolendam de hære. ſecundum Compoſt.in c.ſuffraganeis.de elect. Hoſti.in ſum. ne ſede vacan §.& in quibus.dicit ſe credere quod ex delegatione,& ad mandatum capituli Metropolitici poteſt epiſcopus ſuffraganeus conſecrari mortuo archiepiſcopo, ſicut & ad mandatum electi & confirmati qui pallium nondum recepit per d.c.ſuffraganeis. Licet ſubdat ꝙ in his quæ ad ordinem ſpectant epiſcopalem poteſtas deuoluatur ad ſuperiorem non vt ipſo miniſtret, ſed vt viſitatorem conſtituat, vt 61 diſtin. cap. obitum.& cap.Catanenſis, quod vt ſupra dixi, eſt hodie abrogatum per d cap.fina.de ſupplen negli.prælat.lib.6.vbi hoc tātum procedit in negligentiam capituli non deputantis viſitatorem &c. vt probat verſicu. alium de quo ibi, quod facit ad infra dicenda.

9 Et pondera quod talis epiſcopus ad hoc vocatus † debet habere expenſas victualium ſecundum Hugo.9.q.7.c.nullus primas, quem allegat Archi.in c ſi epiſcopus.de offi. ordin. lib.6. vbi allegat etiam alia iura quæ habentur in gloſ.fina in fin d. cap.ſi epiſcopus.qui text.hoc etiam optimè probat ſecundum Domi. ibi vbi etiam tractatur a quibus debeat habere huiuſmodi expenſas & victualia,& ꝙ ſi non ſcandalo &c. de quo in c.inter cętera.de offi.ordi.quia non eſt magnum ſi ab eo metantur temporalia &c. ſecundum Apoſtolum ad Corin.9.c & d.c.ſi epiſcopus.& cap.cum ex officij de præſcrip. cum concordan. Et coram capitulo Metropolitanæ eccleſiæ vacante debet ſe præſentare ſuffraganeus poſt ſuam confirmationem intra duos menſes ſecundum Archid.65.diſtinct. ſi quis poſt Hug. capitulum tamen ſede vac. non ſuccedit prælatis in priuilegijs ſpiritualibus et ratione ordinis vel dignitatis pontificalis a iure vel ab homine conceſſis exemplum in altari portatili, de quo in c.ſi.de priui.lib.6.neque in alijs ibi enumeratis. videlicet de celebratione diuinorum tempore interdicto.cap.ꝙ nonnullis.de priui.de confeſſore liberè eligendo.c.ſi de pę.& remi.& de mitigatione cenſurarum.c.2.de offi dele.lib 6. c.quia periculoſum.de ſen.excom.eo.lib.& in c.1.in fi.de offi.ord.eo. lib.& in iuramento calūniæ.c.ſi.de iura. calum.& in cappellano conformi in offi.cle.ſi.de celebra.Miſ.& ſimilibus quod habet Ioan.And.pro indubitato,& ſimiliter alij doc.poſt eum in
10 c.1.de ma.& obe.lib.6.in nouella. nam † priuilegium non debet excedere perſonam, vt in c.ſanc.de priui. lib.6. & in c.petiſti.7.q.1.cum ſi.& quia electi confirmati nondum tū conſecrati illis non gaudent, vt no.gl.in d.cle.fin.de celebra. Miſ. ſuper verbo, Pontificis.& literis capituli creditur ſicut literis epiſcopis.argum.cle.ſtatutum.de elec.dum loquitur de emolumento ſigilli, immo forte plus propter numerum canonicorum ſecundum Io.And.in cap vt circa.de elec.lib.6.in princ.in nouella.& in c.1.de ſen.excom.eodem lib.& per alios in cap.poſt ceſſionem.de probat.& deciſio.29.quæ incipit, fuit dubitatū. & 158.quæ incipit, Item ꝙ valet forte in hoc caſu limitari poſſit, quod l.procedat in literis vnius prælati tantum cui non ſic creditur ſicut pluribus facit.c.tam literis.de teſti.& quod habetur in c.quāto.de his quæ fiunt a pręla.& idem ſi ſubſcriberent vel ſigillarent cartam albam, de quo per Butr.in c.2.de fide inſtrum.in vlti.car.& per Imo.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus. de verbo.obligatio.& per alios in dicto c.quanto.&c.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentias quas epiſcopi viuentes poſſunt dare, an capitulum ſede vacan.poſſit dare.*
2 *Dignitas epiſcopalis qua competat capitulo ſe.vac.*
3 *Theſaurus eccleſiæ diſpenſari non poteſt, niſi cui reperitur conceſſum.*
4 *Effectus clauis iuriſdictionis non pertinet ad diſpenſationem ſacramentorum.*
5 *Poteſtas faciendi conſequitur iuriſdictionem.*
Genus in qualibet ſui ſpecie verificatur.
6 *Duo imperfecta an poſſint facere vnum perfectum.*
7 *Merita bonorum quæ fiunt in epiſcopatu an capitulum ſede vacante poterit communicare ſicut epiſcopus poſſet.*

Quæſtio 4.primæ partis principalis.

Capitulum ſede vacante an poſſit dare indulgentias quas dare epiſcopi viuentes.

1 Quarto principaliter quæritur. An capitulum † ſede vac.poſſit dare indulgentias vel literas indulgentiarum.40.vel c.dierū, de quibus in c.cum ex eo de pę.& remiſ.cum concor.& in c.ſi. eo.titu.lib 6 &c Reſpondeo ꝙ communis opi.canoniſtarum videtur tenere ꝙ non poſſit, prout tenet Archi.in c.1.de pę & remiſ.lib.6.& Ant.de Butr.in conſi.19.in fi.quod incipit, quia hoc agitur, & idem Collec.in c.cum olim.c.relatum de cleri. non reſi.& de reſcrip c.cam te.facit.c.in capite.55.diſt hoc etiā ſequitur Zoch.& Pau.in cle.1.de hæreti.prout ibidem refert & ſequitur Pet.de Ancha de quo Io.And.de maiori.& obe.lib.6. remittit Specu ad c ſi epiſcopus.de ſupplenda neg.prælat.lib 6. & Ant.de Bur.ad no.per Arch in d.c.1. de pę.& remiſ.& ad gl. in cle.1.de hære.quæ incipit, hæc litera quæ loquitur de viſitatore tantum Abb.nihil ſcribit de hoc in d.c.accedentibus, nec in d.cle.j.de hære.Car Flo.in d.c.accedentibus.de exceſ prælat.ſuper q.in fi ſequitur Arch.quia hæc eſt epiſcopalis dignitatis &
2 non iuriſdictionis vel ordinis q̄ † dignitas epiſcopalis non cōpetit capitu.ſede vacan. deinde remittit ſe ad ea quæ dicit in cle.2.de pę & remiſ.§.ad hæc.q.1.vbi dicit ꝙ communiter tenetur opinio Archi.prout dicit in cle.1. de hære. verſicu.duro. q.11.Subdit tū ꝙ licet de cōſuetudine gñali hoc introduci nō poſſit, de conſuetudine tamen ſpāli poſſet per d.c.accedentib. ibi, niſi ex ſpeciali conceſſione vel alia cauſa legitima, quia tūc ceſſat rō in ɔ̄trium alleg per Gaſ.de Cald.qui tenet cum Arch. in repetitione ſua ſolemni quam fecit de c.noſtro.de pęnit.& remiſ.Cum quibus expreſsè tenet Fran.Vercellen. in ſimili videlicet in prælato nondum promoto &c. in ca.at ſi clerici. de iudi.quem referunt Io.An.& alij in d c.accedentibus.& in d.c. ſi.de pęni & remiſ.lib.6. quod etiam videtur fuiſſe de mente Hoſt in d.c.accedentibus,& Lap.in d clem.2.quia hæc non poteſt etiam electus confirmatus licet ſacerdos, nondum tamen conſecratus in epiſcopum, aut alij inferiores epiſcopo de quo per Archi.in d.c.1.de pę.& remiſ. lib.6.& idem videtur tenere Car.præfatus in cle.1.de priui.verſi.quib.q.2. quia de capitulo non reperitur iure cautum, argum.2.q.5.conſuluiſti.& c.illa
3 ne ſe.vac.& † quia theſaurus eccleſiæ diſpenſare non poteſt niſi cui reperitur conceſſum, nec valet contraria conſuetudo per quam rumpitur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ.& de cōſuetu. cap.cum inter.& pęnitentię enetuantur. facit de ordi. ab epiſco.c.1.& c.quod ſicut.de elec.& c.licet de tranſla.pręla.& c.cū ex eo.de pę.& remi.74.diſt.ſi qui.92.diſt.in ſancta.93.diſt. legimus.& idem in benedictione fontium & vnctione infirmorū, ſacramento Euchariſtiæ,& ſimilibus, ſi non eſt ſacerdos & in conſecratione aliarum eccleſiarum & cimiteriorum & virginum & ſimilibus ſi non eſt conſecratus epiſcopus.

Et

Et quia iura loquentia de Indulgẽtijs loquũtur ſolum de
epiſcopis & licet in c.quamuis corepiſcopis. & c.corepiſcopi.
68.diſtinct.& hæc inter epiſcopalia non connumerantur,non
tamen excluduntur,ſed gratia exempli &c. ſicut in ſimili in c.
tranſmiſſa.de elect.& c.2.de trãſla prælat.loquitur in matrimo
nio ſpirituali.c.accedentibus.loquitur in Abbate presbytero.
facit.74.diſt.geſta.& c.honoratus.& d.c.quod ſicut.§.præterea.
de elec.& l.3.C.de digni.lib.12.Domi.in d.c.1.de maio.& obe.
lib.6.ſed remittit ad d.c.accedentibus,& alleg Lap tenere hãc
partem in d.c.1.& in c.1.de pœni.& remiſ.lib.6. Iac.de Zoch.in
repe.ſua c.omnis.de pœni.& remiſ.in 7.vlti.q.principalis in ver
ſi.ex his valde decipitur.licet tranſeat cum iſta opinio & aliud
dicat in legato & confirmato nondum conſecrato.Ioan.Cal.
vt refert idem Gaſ.in repet.d.cap.noſtro.tenet contrariam ſen
tentiam ſequendo ſanctum Tho.in 4.Senten.diſtin.20.q.3.arti.
4 3.quia † effectus clauis iuriſdictionis non pertinet ad diſpenſa-
tionem ſacramentorum,ſed ad diſpenſationem bonorum cõ
munium eccleſiæ,& ideo legati etiam non ſacerdotes has in-
dulgentias dare poſſunt, vt not.in c.fi.de offi.deleg.& Cardi-
nales diaconi nondum ſacerdotes,& ita ſeruatur ad quod vide
not.per Matthæum,in clemen.ne Romani de elect.& in ea-
dem diſt.q.3.artic.2.Idem Thom.dicit q̃ poteſtas faciendi cõ
ſequitur iuriſdictionem,& ſic etiam non ſacerdos dummodo
habeat iuriſdictionem eas dare poſſunt, & ideo idem videtur
dicendum de capitulo ſede vac penès quod eſt omnis iuriſdi-
ctio in ſpiritualibus. Abbas etiam in d.c.cum olim.de maiori.
& obed.dicit poſſe teneri idem, quia cum iura dicant q̃ capi-
tulum vac.ſede ſuccedit in iuriſdictione nec diſtinguunt in-
ter contentioſam & voluntariam debet intelligi in vtraque,
5 quia † genus in qualibet ſui ſpecie verificatur. l.filiusfamilias.
ff.de donatio.c.auditis.iuncta gl.de præſcri.

Veruntamen pro concordia opin.mihi ſatis placet quædam diſtinctio
quam facit Cardin.in clemen.2.de pœni.& remiſ.vbi vult q̃
ad euitandas opin.tutius eſſet committere alicui epiſcopo qui
ſuo nomine hoc faceret,argum.d.cap.ſuffraganeis.de elect. ex
quo eſt iuriſdictionis & ſubdit, maximè vbi hoc haberet ſpe-
cialis conſuetudo argumen.d.accedentibus.ibi vel alia cauſa
legitima &c. cum ergo dare indulgentias pertineat ad clauem
iuriſdictionis quæ eſt penès capitulum ſede vacan. videtur
hæc opinio probabilior, & quia concernit ſalutem & fauorẽ
animarum, & per ea facit d.cap.1.de maio.& obedien.lib 6.&
quod ſolet dici de abſolutione ab excommunicatione quæ fit
in foro iudiciali & quæ non requirit ordinem ſacerdotalem
de neceſſitate,vt habetur in c.a nobis.de ſenten.excommu.ad
quod facit communis obſeruantia quam allegat ibi Archid.
in dicto cap.1.de pœniten.& remiſſio.lib.6 in electo confir-
mato non ſacerdote,qui alias non poſſet benedicere &c. put
dixit Fran.Vercel vbi ſupra,qui tamen communiter reprehen
ditur,quia nec poſſet conferre ſacramentum Euchariſtiæ ſe-
cundum rationes ſuas quod eſt manifeſtè falſum. & pro veri-
tate huius diſtinctionis poſſunt adduci omnia quæ dicta ſunt
copiosè in proxima cõcluſione cui propterea ſubnexi iſtam.
& videtur fuiſſe de mente Hoſtien. Abba.& Ioan.And.in d.c.
6 accedentibus.dum dicit in ſimili, q̃ † duo imperfecta facere
poſſunt vnum perfectum, videlicet quod vocetur vnus epi-
ſcopus qui de licentia confirmati ſubditis eius det indulgen-
tias ſicut illos poſſet ordinare per d.c.ſuffraganeis, vt ſic par-
tim accedat ad ordinem partim ad iuriſdictionem. Ad ca.1.de
or.ab epiſco.dicit q̃ ibi carebat iuriſdictione, ex quo renuntia
uerat honori ille epiſcopus,ad quæ faciunt no.in clem.religio-
ſi.de priui.in glo hæc etiam.vbi dicit ſufficere licentiam paro
chialis,qui adhuc presbyter non eſt intra annum vel diſpenſa-
ri.& vbi parochialis eſt curata vbi etiam dicitur de vicarijs &
ſimilibus.ad quæ vide But.in d.conſil.18.& conſi Calde.6.ſub
titu.de dona.& conſi.Ludo.363 & 364.quod incipit, Petitur a
me declaratio,& dum ſecundo quæritur, & Petr.de Anch.in
repet.regulæ peccatum.de regu.iur.lib.6 & in repet c.poſtula-
ſti.de foro compet.in 3.oppo.& quæ ego dixi in extraua.vnige
niti. Ioan.And.22.
7 † Et adde quod capitulum ſede vacan.poterit cõmunicare
merita omnium bonorum quæ fiunt in epiſcopatu ſicut eps
poſſet ſecundum Vincen.in c.cum ex eo de pœnitẽ.& remiſ.in
prin.& Ioan.And.ibi ſuper verbo, Apoſtolus.& in c.quod an-
tem.eod.titu.in foro autem pœnitentiali quilibet confeſſor
dare poteſt indulgẽtiam vltra quinquagin.& c dies & annos,
vt no.Io.And.in d.c.fi.de pœ.& re.lib.6.in nouel.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſare generaliter an poſsit capitulum ſede vac.ſicut viuens poſſet prælatus.*
2 *Iuris commiſſio non minus poteſt quàm hominis.*
3 *Corpus vnum faciunt epiſcopus & capitulum.*
4 *Eccleſia vniuerſalis viris literatis maximè indiget.*
5 *Diſpenſatio petitur ex debito legitima cauſa ſubſiſtente.*
6 *Pœnitentiarius confeſſor electus a capitulo ſede vacante an poſsit abſoluere in caſibus reſeruatis.*
Subditus nunquid poſsit ſuperiorem adire vt diſpenſet.
7 *Capitulum ſuccedens epiſcopo mortuo an ſit eo inferior.*
8 *Diſpenſatio innititur gratiæ.*

Quæſtio 5.primæ partis principalis.

9 dit in hoc conſilio dando,quia † non competit hoc epiſcopo de iure communi.ſimile quod habetur per eundem Io. An. in c ſcriptum.de elect.ſuper glo.hoc ideo.quia ſecundum Archi. epiſcopus hoc conſilium alteri committere non poſſet, cum induſtria epiſcopi in hoc videatur electa,& ideo talis conſuetudo vel ſtatutum non dant alicui prædicta niſi prout eſt poſſeſſum & conſuetum.c.cum dilectus.de capel.mo cum ſimi.& quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris.l.3.§.hæc verba.ff.de nego.geſt. Et hoc idem placuit Vin.in c.bonę.de elec.Io 2. Quod maxime verum eſt ſecundum eundem Vincen.& Archid.in d.c.1.ne ſede vacante.li.6.& c.penul.de conſti.quando in ſtatuto de conſilio habendo procederet negatiua.vt ſ.non poſſit fieri ſine ꝯſilio epiſcopi &c.allegant.ff.de exercito.l.1.§.ſi plures.& not. ff.eo.ti.l.ſed & ſi pupillus.§.conditio.& quæ habentur in c. venerabili.de oſſi.deleg.& in c.j.de foro compe.

10 Et licèt conſilium † q̃ñq; ſumatᷣ pro cõſenſu, vt ibi tamẽ credit Io.An. quòd tex.in d.c.1.ne ſede vacante.lib.6.locum non haberet vbi conſuetudo vel ſtatutum requirerent conſenſum epiſcopi qa non ſic habet alius elector liberam poteſtatem quando habet eligere de conſenſu ſicut quando de conſilio.Subdit tamen ꝙ tunc non curreret ſibi tempus conſilij propter impedimentũ per c.quia diuerſitatem.de conceſ.præben.& c.fi.de elect & qa tunc abſentia non poteſt poni pro contradictione, ſicut in requiſitione conſilij.iuxta not.in capit.2.de arbit. lib.6. vt notat glo.in dicto capitu.1.ne ſede vacante.eodem lib.& Ioan.Andr. in capitu. ſi propter.eodem lib Et idem dico ſi conſuetudo, vel ſtatutum diſponeret alternatiue de eligendo cum conſilio vel conſenſu per ea quæ ſupra dicta ſunt. Et idem etiam ſi diſponeret de nominatione vel præſentatione eadem ratione de qua ibidem in tex.in fi.Non ſic in conſenſu vel alia communione,quia ceſſat ratio vnionis & coniugij quæ eſt inter epiſcopum & capitulum de qua ſupra.

Vbi autem ille conſenſus præſtari deberet ab epiſcopo ſolũ
11 ratione iuriſdictionis epiſcopalis tunc credo † capitulum cathedralis eccleſiæ ſuccedere in eo pręſtando.exemplum in cõceſſione decimarum.de qua in c.fi.de decimis & iurepatro. de quo in c.quod autem.& c.illud & c.nullus.de iurepatro. Et ibi non ſuccederet eius tamen ratihabitio poſtea ſubſecuta validaret actum,vt ĩ.c.cura.& c.ſuggeſtum.eo.ti.c.cum vos de his quæ fiunt a pręla.c.paſtoralis.de dona.16.q.1. c. fi. & no. etiam in c.cum conſuetudinis.de conſue.licèt ſecus ſit in c.illud.§.illud.de cler.excom.mi.cum ſimi.in quibus patet ratio diuerſitatis.Et an iſta differant inter ſe de conſilio vel cum conſilio vel ex conſilio.vide plene in regula nullus ex conſilio.de reg. iur.in mercu.& per Fede.conſilio cciiii.incipit.Vicarius domini epiſcopi &c.& no.in d.c.ne pro defectu.& c.cum in veteri. de elect & c.cum olim.de arbi.& Barto.in l.1.§.ſi plures.ff. de exercito.& Ioan.And.in ſumma. x.q.& But. ſuper rubrica ne ſede vacante.

S V M M A R I V M.

1 *Reſignationes an poſſit admittere capitulum ſede vacante,& auctorizare permutationes beneficiorum.*

2 *Coniunctio in proprijs maior eſt quàm in deuolutis.*

Collatio proprie non eſt de iuriſdictione epiſcopali.

3 *Epiſcopo negligenti vel peccanti nunquid ſuccedat capitulum in deuolutis ad ipſum.*

Deuolutio quid ſit.

4 *Capitulum eccleſiæ metropolitanę vacãtis an prouideat de epiſcopatu per negligentiam deuoluto.*

5 *Epiſcopo quædam deuoluuntur iure accidentali.6.*

Poteſtas conferendi deuoluitur ad capitulum epiſcopo viuente propter negligentiam epiſcopi.

7 *Epiſcopus Eboracen.& Cantuarien. ſunt nati legati.*

8 *Capitulum an ſuppleat negligentiam epiſcopi.*

9 *Superior ſuipſius an quis poſſit eſſe.*

10 *Prouiſus per capitulum an habeatur pro confirmato.*

11 *Reſignationem beneficij ſpectantis ad inſtitutionem epiſcopi defuncti recipere an poſſit capitulum ſede vacante.*

12 *Collatio quorundam beneficiorum ſimul pertinet ad epiſcopum & capitulum.*

13 *Admiſſio eſt inſtitutionis præambula.*

14 *Iuriſdictionis voluntariè quæ ſunt an poſſit facere capitulum ſede vacante.*

15 *Reſignationem & factum capituli videtur approbare quis tacendo & permittendo alium inſtitui.*

16 *Beneficium an dicatur vacare in loco vbi eſt facta reſignatio.*

17 *Volentibus ad inuicem permutare beneficia an capitulum ſede vacante poſſit conſentire.*

18 *Capitulum quo caſu poſſit conferre,eligere,& præſentare.*

19 *Beneficiatos priuare capitulum ſede vacante tanquam vice gerens epiſcopi an poſſit.*

20 *Permutare non poteſt non promotus vltimo die anni.*

21 *Permutatio*

21 *Permutatio de beneficio iurepatrona laicorum facta in curia Romana non valet, niſi de patronatu fiat mentio.*

Secunda quæſtio, ſecundæ partis principalis.

Capitulum ſede vacante an admittere poſſit reſignationes, & auctorizare permutationes beneficiorum.

1 Secundò quæro an capitulum ſede † vacante poſſit conferre beneficia ad diſpoſitionem epiſcopi deuoluta per negligentiam vel culpam aliorum inferiorum collatorum ad quos pertinebat collatio de iuris conſuetudine vel aliter. reſpondeo quòd Io. Mona in c quanquam. de elect. lib 6 dixit tenendum eſſe qđ habetur in c 1. ne ſede vacante li 6. Et licèt illud loquitur quãdo ſimpliciter ſpectat promiſſio in hoc caſu pertinere pro ea vi cetantum. Et tamen eadem ratio principalis & additamenti. de reg iur. acceſſorium. c. cum olim de conſuetu. l. inter ſocerum § cum inter. de pactis do. Similiter Archi. intelligit dictũ c. i. locum habere in beneficijs quæ pertinent ad collationem epiſcopi ſuo iure tantum & non deuoluto ex culpa aut negligentia inferiorum, quia tunc deuolueretur poteſtas ad ſuperio
2 rem. c. ne pro defectu. de elec. quia maior eſt † coniũctio in proprijs qu im deuolutis per ea quæ habentur c. requiſiſti. §. ſecus. de teſt. & quod habetur per Inno. & alios in c. cũ in cunctis. de electio. ſuper vltima glo ſed Io. An. in d. c. quanquam. dicit ſibi videri contrarium, arguendo, quia ratio quare non confert capitulum ſede vacan. beneficia ſpectãtia ad collationem epi eſt, quia collatio non eſt de iuriſdictione epali proprie. multi enim non epiſcopi beneficia conferunt & aliqui epiſcopi ſunt qui nulla conferunt, ſicut & feudales caſus cognoſcere & inueſtire feuda vt ſcripſit in c. verum. de foro cõpetẽ ſuper 1 glo. Confirmare autem electos vel inſtituere pſentatos ſunt proprie iuriſdictionis epiſcopalis, & ideo bene tranſeunt in capitulum ſe. vacan. c. cum olim. de maio. & obe. c. 1 de inſtitu. lib. 6. cum ergo deuoluta conſette ſit proprie iuriſdictionis videtur quod illa conferre poſſit capitulum ſe. vacan. Nec mirum quod alterius iuriſdictionis ſint beneficia deuoluta, vt not. in cle. ſi de beneficio de præben in gl. ante pe. & idem Io. An in c. ſi. 2. reſpõſo de conſuetu lib. 6. & in c. pen de offi. leg. eo. lib. ſuper verbo, pre
3 latorum, quia eſt caſus aduentitius † Item in deuolutis ad epiſcopum non ſuccedit capitulum epiſcopo negligenti vel peccanti In his autem quæ proprio iure conferri ſuccedit, vt ſcripſit idem Io An. in d c. cum in cunctis. ſuper vltima gl & in d. c. 1 ne ſede vacante. lib. 6. Et ſimile quod allegat Io. Mona. facit ꝓ hac parte deuolutio enim eſt additamentum ad iuriſdictionẽ non ad collationem, vt patet in epiſcopo qui non haberet aliquod beneficium conferre. Sed in iuriſdictione ſuccedit capitulum c his quæ. & c. cum olim de maio. & obedi. & c. ad abolendam. de hæreti. ergo &c. Et ſubdit quod in hoc dubio & ſimilibus procedit quod dicit in cle. 1. de hæreti. licèt per Io. Mona faciat cle. ſtatutum de elec. quę tamen facit contra rationẽ ipſius, cum ibi nõ ſit eadem ratio principalis & acceſſori & iterum ſi de beneficio vbi ſi impetratur ad collationem epiſcopi executor prouidet de proprio vel de deuoluto & in hoc per loã Mona. ſed ſi tranſit ad manus Papæ ſecus, & in hoc contra eum. Collectarius autem in d c. cum olim. dicit nõ eſſe tutum tenere opinio. Io. Mona quia ſic etiam de alijs beneficijs dici poſſet.

4 Et licet aliquibus diſpliceat ſecunda opinio, quia per eam inferretur quod † capitulum eccleſiæ metropolitanæ vacantis prouideret de epiſcopatu per negligentiam deuoluto. hoc tamen non videtur abſurdum ipſi Io. An. attento quod citius expediretur eccleſia, & quod eſt integrum iudicium quod plurimorum &c. c. prudentiam. de offi deleg. facit quod no in c. pe. de appella. lib. 6. quod etiam ſequitur in d. c. illa. confirmando eam noua ratione. Opinio Io. Mona videtur fuiſſe de mente Bal. in d c olim dum dixit quòd potuit illis Papa reſtituere ius eligendi ſine præiudicio alicuius, quia poteſtas erat deuoluta ad archiepiſcopum Exoñ & ſede tunc vacante & ſic non præiudicabat capitulo, & ſic dicit ibi Abb. tranſire doc quod dicit etiam ſibi plus placere propter identitatem rationis ex quo datur regula negatiua in collatione & quod reſtrictio huiuſmodi regulæ quam facit Ioan. And. non placet. & hoc etiam videtur tenere Rota concluſio. cccxi vt refert Mil. in repertorio pro & econtra videtur facere quod dictum eſt ſupra in q. de iuriſdictione generaliter a iure & lege ta & quod diſputat Io An in ſimile de vicario epiſcopi in addi. Specu. de offi ſ ca ſuper rubrica id in tamen Abb. in d. c. cum in cunctis de elect. videtur in hoc dicere ſibi ſatis placere opinio Io. An. Veruntamen Anto. de Butr. in d. c. cum in cunctis in fi. videtur reducere opiniones ad concordiam velle & couari certo modo per quem videtur in propoſita quæſtione firma-

5 re opinio Io. diſtinguendo ſic. nam † quædam ſunt quæ deuoluuntur ad epiſcopum iure accidẽtali cum quibus tribuitur noua iuriſdictio vt in feudalibus, & in his nõ ſuccedit capitulum ſede vacante. iuxta ea quæ habentur in d. c. verum.

Quædam vero ſunt quæ deuoluuntur iure non accidentali cum quibus non tribuitur noua iuriſdictio ſed propter generalẽ iuriſdictionem quam habet epiſcopus a iure legis dioceſanę. ideo epiſcopus illa exercet & in his ſuccedit capitulum. Sicut eſt quando ſubditus negligit conferre beneficia, epiſcopus ſupplet per naturalem & generalem iuriſdictionem quam habet, & in tali ſuccedit capitulum ſede vacante. per c his quæ. de maio. & obedien. & in hoc membro diſtinctionis videtur approbare opinio. Io. And. Sed quando ſedes non vacat & epiſcopus negligit vel male confert & tunc ad capitulum non deuoluitur hæc poteſtas, cum hæc cauſa immediata propter quam ſit deuolutio eſt negligentia vel delictum epiſcopi, quia in iſtum capitulum non habet connexitatem vel communionem cum epiſcopo. Sed in deuoluto ſede
6 vacante ſic, cum illud epiſcopus † conferat ratione generalis iuriſdictionis epiſcopalis in qua capitulum ſuccedit ſede vacãte, & ideo illa confert & ita procedit dictum Io. And. ſecundũ eum, cum qua diſtinctione videtur tranſire Domi. in d. c. quãquam. & vide Bel. in deciſ. 426. Sed in hoc tertio membro nõ credo eos bene dicere, quoniam per negligentiam epiſcopi deuoluitur poteſtas conferendi etiam epiſcopo viuente ad capitulum. vt in c. nulla. in fi. & c. quia diuerſitatem. de conceſ. preb. & tunc capitulum confert vt capitulum & non vt adminiſtrator epiſcopi, excepto caſu capituli. 3. reſponſo. ne ſede vacante. libr. 6.

Verùm ad pleniorem notitiam præmiſſorum ſubijcio aliam quæſtionem.

7 Quæro an epiſcopus † Eboraceñ. & Canturieñ. qui ſunt legati nati. vt i c. 1. de offi lega habeãt duo ſemeſtria ad conferendum beneficia ad ipſos per negligẽtiam inferiorum prælatorum vel ſui capituli deuoluta, puta capitulum ſuum neglexit aliquod beneficium ſpectans dumtaxat ad eorum collationem vel præſentationem infra ſex menſes, & ſic deuoluebatur collatio ad archiepiſcopum eorum immediate ſuperiorem per c. nulla. de conceſſio. preben. qui etiã fuit negligens in conferendo per alios ſex menſes. & ſic videbatur per huiuſmodi negligentiam quam fecit vt archiepiſcop' quod eſſet deuoluta collatio ad ipſum tanquam ad legatum. per c. poſtulaſti. de conceſſio. preben & c. a collatione. de appela. li. 6. & ſic debet habere aliud ſemeſtre. Rota deciſio. cccviij. in nouis incipit. Item fuit dubitatum vtrum archiepiſcopus ꝯcludit quod non, quia legatus etiam de latere poſſet concurrere cum ordinario in conferendo beneficia vacantia ad collationem epiſcopi ſpectantia iure proprio. de offi. lega. c j & 3. lib. 6. tamen nuſquam reperitur iure cautum quod concurrat vel ſuccedat in beneficijs ad epiſcopum ſpectantibus iure
8 deuoluto. In quibus etiam dicit quod † capitulum non ſupplet negligentiam epiſcopi prout deducit Inno in c. cum maritus. de elec. ſuper verbo, per capitulum. quam gl. recitat & approbat in c. 1. ne ſede vac. lib. 6. ſuper verbo. intromittere. & Ioan. And. in nouella. in c. quanquam eo. tit. pro quo ind icit. c. lecet. de ſupplen. negng pręla. vbi Papa reprobabat collationem archidiaconatus in eccleſia Eboraceñ. a ſe deuolutam propter duo ſemeſtria lapſa puta anno quia archiepiſcopus Eboraceñ. non habebat aliũ ſuperiorem, puta Patriarcham vel primatem ꝙ Papam vt ibi dicit text. tamen ille archiepiſcopus eſt legatus natus, vt probatur in d. c. 1. de offi. legati.

Si igitur fuiſſet deuoluta collatio ad ipſum tanquam legatum, Papa dediſſet ibi adhuc ſemeſtre antequam de collatione illius archidiaconatus ſe intromitteret qđ no fecit vt ibi apparet, licet legatus natus ſit ſuperior per reſpectũ ad alios infra legationẽ ſuã exiſtẽtes vt ad eum poſſit appellari & adiri ſuper ſimplicem querelam, vt in d. c. 1. tamẽ nõ cre
9 dit compilator quod ſit ſuperior in ſimplius vt archiepi. arg in c. Romana. de appella. & in c. 2. de appella. lib. 6. ad cap. poſtulaſti. & c. a collatione reſpondetur ꝙ vt ſolus non proceſſit ſed cũ alijs & ideo a collatione & grauaminibus non tantũ ipſius ſolius, ſed etiam aliorũ quorum erat immediate ſuperior põt appellari vt de facto ipſorũ & de ſuo tanquã minime partus vt epus poterit cognoſcere ſecus vbi ſolus neglexit vel deliquit. Bel aũt cõcluſione. 426 incipit. Quando epiſcopus plura circa hanc deuolutionem concludit de quibus multum dubito maxime in cõfirmatione & inſtitutione circa quas ſatis mihi placet ratio dñi Nicolai quã ibi ponit. Et ſi bene attenduntur verba Inno. in d. c. cum in cunctis. vult quod ſaltem eo caſu quo archiepiſcopus vel eps deliquit cõfirmãdo ſcienter electũ per ſcienter eligentes indignum poteſtas deuoluit ad capitulũ. per dictum c cum in cunctis in fine. quod non patitur reſponſionem Hoſt. videlicet ꝙ ibi eps conſenſerit fieri electionem de
10 indigno intereſſendo vt canonicus per ea quæ dicta ſunt in decilio. Rotæ. & hoc caſu prouiſus per capitulum habetur † pro confirmato,

confirmato, ſecus ſi epiſcopus prouidiſſet de eo quicquid dicat Hoſti per ea quæ habentur in c. cum inter canonicos in fin de elect. Et propterea in tanta varietate docto. non videtur mihi quod in tota hac materia ſit aliquis articulus qui tantum indigeret declaratione ſicut iſte

Et adde quod Abbate vel prælato ſeculari vel regulari eccleſiæ negligentibus conferre beneficium non deuoluitur facultas ad conuentũ vel capitulum ſuum, ſed ad ſuperiorem per cle. quia regulares. de ſupplen negli. prælat. vt in [illegible] De[illegible] lo quæ incipit. Nunquid &c. eo ti. quæ reſtringit c. cum in cunctis. in fin de elect. & c. 2. de præbẽ. in eccleſijs cathedralibus. ar. [illegible] q. 9 firmus. ad quod deci. in antiquis. [illegible] incipit Nunquid Abb. Et [illegible] ne nien[illegible] ꝙ Bald. in c. ne pro defectu de elect. dicit ꝙ ſi epiſcopus ad quem eſt facta deuolutio electionis abbatis propter negligentiam capituli monaſterii mo[illegible]ur eius pote[illegible] [illegible] ſoluitur ad ſuum capitulũ, quia hoc [illegible] nõ [illegible] petit epiſcopo naturaliter ſed accidẽtaliter & præter naturã, & in talibus capitulũ eccleſiæ vacãtis nõ ſupplet vices epiſcopi. allegat capitu. j. ne ſede vacant. libro ſexto. Alia quæſtione.

11 Quæro an capitulum ſede † vacante poſſit recipere & admittere reſignationem ſimplicem in manib. eorum factam alicuius beneficij ſpectantis ad inſtitution[illegible] epiſcopi defuncti vel collationẽ ſeu aliã quamuis diſpoſitionem. Reſpõdeo ꝙ maior pars dominorũ de rota deci. 306. incipit. Item fuit dubitatu. inclinauit in partem affirmatiuã videlicet qđ capitulũ ſede vac. poſſit recipere reſignationẽ bñficij ſpectãtis ad inſtitutionẽ epi defuncti q. a hoc eſt iuriſdictionis cũ i manib. illius facienda ſit reſignatio beneficiorũ ad quem pertinet inſtitutio & deſtitutio & non in manib. collatoris. prout leg. i. & notatur in c. admonet & c. qđ in dubijs. de renun. vbi dicit Inn. renuntiationem faciendam in manib. illius qui ipſum inuitum poſſit deſtituere. cum igitur capitulũ poſſit ſe. vacã priuare quẽ bñficio ſuo pp crimẽ vel aliã cãm legitimã, ergo & reſignationẽ eius recipere, præſertim ex cauſis legitimis. de quibus i c. niſi cum [illegible] tidem de renun. quẽadmodũ reſignationẽ ex [illegible] p[er]mutationis factã in manib. eorum ſede vac. de bñficio ad tertiũ & nõ ad epm ſpectante admittere põt huiuſmodi p[er]mutationẽ auctorizare, quod procedit in beneficijs † quorũ collatio ad epi-

12 ſcopum & capitulum ſimul pertinet. prout legitur & nnt. per Ioan. And in cle. j. de rerum permu. & per hoc ceſſat opinio & non videtur vera illorum antiquorum doc[torum] Ioann. & [illegible] au. de qua. [illegible] diſt. c. fraternitatem. videlicet ꝙ capitulum ſede vacan. nõ poſſit dare licentiam tranſeundi clerico de vna eccleſia ad aliam.

Præterea cum ad inſtituẽtẽ nõ ad cõferentẽ bñficiũ p[er]tineat huiuſmodi reſignationis admiſſio, vt ſ. deductũ eſt, & in hoc caſu nõ ad collationẽ ſed ad inſtitutionẽ epiſcopi p[er]tineat bñficiũ de cuius reſignatione agitur, quã inſtitutionẽ põt facere epiſcopus ſede vac. vt i c. j de inſtitutio. lib. 6 ergo & acceſſoriũ eius qđ ad inſtitutionẽ ſpectat. de reg. iu. acceſſoriũ. & c. cum inanis. & no. d. c. j. non ſolũ p[er]mittere inſtitutionẽ

13 præſentati, ſed ẽt † admiſſionẽ q̃ eſt ipſius inſtitutionis p̃ambula. ſiue ergo dicatur reſignatio p̃ambula ſiue acceſſoria credendũ eſt qđ ex quo cõcedit inſtitutio, ergo & reſignationis admiſſio p[er] quã deuenitur ad ad illã. l. oratio. de ſponſa. c. cũ inter. de exce. cũ ſimili. qđ ſimpliciter Io. de Imo. in cle. i de rerũ p[er]mu. Lap. in addition e ad tractandũ Fed. de p[er]mu. bñficiorũ in 36. q. vr vel le qđ ſi gratioſe fiat reſignationis receptio nõ poterit eã facere capitulũ ſede vac. ſi vero fiat i reſignãtis pœnã, tũc poſſit facere p[er] d. §. cæterũ in extrauã execrabilis, cõcludendũ ergo eſt ex p̃miſſis qđ capitulũ ſede vac põt admittere reſignationes bñficiorũ ſpectãtiũ ad inſtõnẽ epi defuncti itẽ ſpectãtiũ ad collationẽ vel receptionẽ cõm epiſcopi & capituli, vel ad collationẽ capituli cũ cõſenſu epiſcopi qđ eſt idẽ. Itẽ etiã ſpectantiũ ad collationẽ tertij licet cũ cõſilio epi. & tã ſi reſignatio fiat ſimpliciter q̃ ſi fiat ex cã p[er]mutationis, licet ẽt iõ deciſionis videatur gñaliter cõcludere. idẽ in omni alia reſignatione, qđ mihi videtur poſſe concludi per rationes ſede adductas in q. de poteſta-

14 te diſpenſandi. vbi patet quod † capitulum ſede vacante poteſt facere etiam ea quæ ſunt iuriſdictionis voluntariæ tantum.

Similiter ceſſat illud qđ dr̃ de alienatione perſonæ p[er] ea q̃ ſ. dicta ſunt in q. de poteſtate dandi literas dimiſſorias tranſeuntib. &c. fin In. An. & Io. Mo. & q. a capitulũ ſede vac. põt priuare quẽ bñficijs ſuis & c. Et p[ro] hac opi. vr̃ bñ facere tex. hodie in extrauã execrabilis. [illegible] cæterũ. vbi [illegible] uot. hoc eſſe pp adminiſtrationẽ in qua ſuccedit capitulũ ſe. vacan. Subdit c[om]pilator dictæ deciſionis ꝙ ſi reſignatio ſe. vacã. fiat coram capitulo & capitulum taceat & nõ expreſſa admittat. & nihilominus patronis præſentat & capitulum admittit & inſtituit præſe[ntat]um quod credit inſtitutionẽ valere, q. a inſtituendo vr̃ taci[te] [re]nun[ti]anonẽ admiſiſſe. p[er] notata in c. ex ore. de his quæ fiunt a præl[atis] [illegible] m quia ex quo ſi [illegible] reſignauit bñ[illegible] ſuum in manibus [illegible] us qui potuit i ſum i[nui]tum [illegible] uere, per id nedum perdidit poſſeſſionem ſed etiam titulum & proprie-

tatem per no. per Innoc. in dictis c. admonet. & c. quod in dubijs. de renun. & c. ſuper hoc. eodem titu.

15 Item q. a † tacendo & p[er]mittendo aliũ inſtitui vr̃ ſuã reſignationẽ & factũ capituli approbare p[er] no. p[er] Hoſt. i d. c. ex ore. & p[er] Archi. in c. ſi ſeruus 54. di. faciunt no. in c. j. de c[on]cel. præben. & in c. cõtingit. de do. & cõtu. & in c. tranſmiſſam. de elect. Et licet capitulũ ſede vac. poſſit committere alteri receptionẽ reſignationis bñficiorũ ſpãl[i]ter tamẽ cõmittendo p[er] hæc verba dam[us] tali poteſtatẽ cõferẽdi tale bñfici[um] vel quodcunq; bñficiũ cũ vacabit p[er] reſignationẽ ꝙ p[er] hoc nõ vr̃ [illegible] data poteſtas admittẽdi reſignationẽ vt vult deciſio i antiq. [illegible] incipit, verum ſi epſ bene facit deci. 140 incipit, ordinarius [illegible] c. & Calde. in conſil. 3 incipit. An renuntiatio, ſub rubrica de renuntia. & Lap. in allegatione. 14. in fi. q. alle. Io. Cal. & ſic dicit ſe obtinuiſſe per c. cũ ex iniuncto de hære. Et an bñficiũ † dicatur va-

16 care in loco vbi eſt facta reſignatio, vel vbi eſt ille q. beneficiatus tenet vide Archi. in c. ſi electio ſuper verbo. ex eo de ele[ct]. [illegible] 6. & in c. commiſſa ſuper verbo, pacifica. eo. titu. & lib. & [illegible] in magna. de p̃b. p[er] Io. An. in nouella & in cle. ſi duob. vt li. pend. Similiter de p[ri]uato bñficio ꝙ obtinet vide deci. in antiq. [illegible] 9 incipit Item no. ꝙ vbi al qs Et adde ꝙ nõ potuerũt admittere reſignationes exẽptorũ ſm Cal. in cõſi. 3. ſub rub. de renũ. & no. in c. cum venerabilis, de conſue. & vide p[er] Io. And. in c. dilectus, eo tit. & de e[le]c. in c. quãquã. [li]b. 6. Et qđ patronus laicus n[on] vocan qñ præſentatus p[er] eũ & poſtea p[er] epm inſtitutus vult renuntiare beneficio q. a iura de renuntiatione loquentia loquuntur de epo vel p[re]lato habente inſtituere d. c. admonet & in dubijs de renuntia non ergo eſt neceſſarium cum vocare, cum hoc non repetiatur iure cautũ ſecundum Calder[inum] in conſi[illegible] rubrica de renuntia. quod incipit. An pat[ro]n[us]

17 Quæro ſubſequẽter † an capitulũ ſede vac[ante] poſſit volentib. ad inuicẽ p[er]mutare bñficia cõ[ced]ent [illegible] eorum [r]enuntiatione ex cauſa huiuſmodi permutationis tere [illegible] hoſpitatem præſtare ſicut poſſet prælatus [illegible]

Reſpon[deo] p[er] Io. And. putat ꝙ ſic in cle. j de rerũ [illegible] hoc ſit [illegible] epiſcopalis in qua ſuccedit [illegible] quæ. & [illegible] olim. de maio. & obe. & eo tit c [illegible] cordan [illegible] hoc [illegible] verum eſſe dicit, niſi beneficia il[la] [illegible] [eo]rum ipſorum ſpectarent ad collationẽ epiſcopi ſolius [illegible] quia cum in talium beneficiorum collatione non [illegible] pitulum, ergo nec in conſenſu quem habet neceſſe [illegible] lator. E[t] [illegible] ſi hẽt eligere vel præſentare de quo in [illegible] ſede vac. & ſic vna via cõcedatur qđ altera prohibet d[illegible] lib. 6. Si vero vna cũ capitulo haberet prælatus [illegible] a

18 cum † capitul[um] eo caſu poſſit cõferre, eligere & præ[ſentare] ne ſede vac. lib. 6. ergo poterit vt capitulũ conſent[ire] & præ[illegible] latus authorizare ſm eũ ibidẽ. p[ro] hoc alleg. Io. de Im[ola] [illegible] m. c. cũ inter vniuerſas. de elect. & l. ſi pater § qui duos [illegible] a Et idẽ [ſi] bñficia ad collationẽ tertij ſpectarẽt q. a cũ [illegible] a rizatio ſit iuriſdictionis, p[er]tinet ad capitulũ & ad cũ [illegible] o ſm Pau. & Pet. de Anch. i cle. 1. de hære. Quod an po[illegible] confirmatus. no. Hoſt. in c. accedentib. de exceſſ. [prælatorum] & idem videtur ſentire Abb. in c. cum olim. de maio. & [illegible] Et idẽ Fede. in tractatu permu. q. 26. Sed amplius hoc [illegible] q. 3 dicens qđ etiã bñficia ſpectantia ad collationẽ [epi]ſcopi ſi in manibus eius renuntietur põt cũ permutantibus

19 ferre, q. a capitulum ſede vacante tanq̃ vicegerens e[illegible] po[teſt] beneficiatos priuare, & per conſequẽs renũ[ti]atione [illegible] recipere. & q. a ſup his põt ſtatutũ facere. Et id[em] dicit [illegible] quadam ſua additione ibidem. Adde no. per Ar[c]h[illegible] cap 1. & Hoſtien. in ſumma de rerum permutat. §. qu[illegible] pot verſ. & nunquid. vide eundem Archidia. 16 quæſtione [illegible] ſia ſuper verſicu. & ſic capitulum. & [illegible] diſt. in c. liter[as] [illegible] dicunt quidam. Innocen. tamen in dicto cap. c[um] olim [illegible] tur ſentire contrarium, quia recipere reſignatio[n]em [illegible] ſum & epiſcopale c. capitu. admonet. de renunt. de quo [illegible] Bald. remittit ad Ioan. And. in cap. 2. de filijs presby. qui [illegible] ca ſunt gratiæ & diſpenſationis nõ deuoluuntur Et quia iſta [quæ]ſtio dependet a quæſtione præcedenti. Ideo dico in ea c[re]dendum pro eius veritate ſicut in ſuperiori quæſtione c[onclu]ſum eſt. D[icit] tamẽ Collecta. in d. c. cum olim. [illegible] od reſignationi ex cauſa permutationis reciper[e] [n]on po[teſt] [illegible] ubi ſit neceſſaria diſpẽſatio. per capitu. quæſit[um] de rerum p[er]mu. & quod ſimpliciter loquendo ſecundus [illegible] re cum Ioan. And in nouella. in c. [illegible] de filijs presby.

20 Adde quod non promotus † vltimo dicã[illegible] de [illegible] n capitu. licet canon. & c. commiſſ[illegible] poteſt permutar[e] [illegible] dum Io[an] And. in [illegible] cum diſputata in regula mota. libro [illegible].

Item quod ſi priuatu[s] per capitu. licet canon. obtinuit habilitatem & gratiam de nouiter facienda p[ro]uiſione ſic quod antea dimiſ[illegible] eccl[eſ]iam & quod intra ann[um] [illegible] a dat[a] gratiæ ſe faceret promoueri ad ſacerdotium, ca[illegible] q[illegible] ſi[illegible] ſio c[illegible] an[illegible] cum [illegible] petitio[n]e pœnæ [illegible] a [illegible] canon. a data literar[um] in[illegible] in capi[illegible] [illegible]

vide Belen. De ci.clxviij. quæ incipit, non promotus.

Adde etiam quod beneficia reſignata ex cauſa permutationis in curia Romana, in manibus epiſcopi ibidem agentis etiã non aliàs generaliter reſeruata ſolus Papa conferre poteſt & non alius ſecundum Fede. in tractatu permuta. vbi vide multa circa hæc. & adde deci. in nouis nu. 30. quæ incipit. Item fuit dubitatum vtrum beneficia &c.

21 Adde etiam q̃ nõ valet † permutatio de beneficio iurepat. laicorum facta in curia Romana, niſi de patronatu fiat mentio vt vult Lap. alleg. acvi. quæ incipit, beneficia. & ſic dicit ſe vidiſſe obſeruari tempore Greg. xi. in eccleſia ſancti Romuli Florentię, ſuper qua etiam nunc pendet cauſa corã me in ſecunda inſtantia. circa quod vide deciſio. nu. cexxvij. in antiquis. quæ incipit. an ſub conſtitutione execrabilis. etiam ſi pars pro ea vice derogaret iuripatr. laicorum quia per hoc faceret beneficium reſeruatum a iure in præiudicium præcedẽtis præſentationis factæ per patronum, & inſtitutionis factę de alio per ordinarium, & ita conſuluit maior pars dominorum tempore meo, & ſic obtentum fuit in Rota.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia commendare vel adinuicem vnire, vel vnita dimembrare an poſſit capitulum ſede vacante.*
2 *Verbum intromittere generalis eſt quàm verbum prouidere & diſponere.*
3 *Deuolutio quando ad ſuperiorem fieri non poſſit.*
4 *Beneficia ſpectantia ad collationem Papę an poſſit capitulum ſede vacante commendare. 5.*
6 *Beneficia non debent dari ad tempus, ſed in perpetuum.*
7 *Verbum intromittere quomodo exponatur.*
Commenda quid ſit. Item & titulus 8.
9 *Beneficium non deſinit vacare per commendam.*
10 *Titulus commenda non dat ius in beneficio. 11.*
12 *Commenda & ſequeſtrum æquiparantur.*
13 *Eccleſia commendata & ſi de iure vacet, an dicatur vacare de facto.*
14 *Commendatarius an poſſit præſentare clericum ordinandum ad titulum eccleſiæ.*
Eligere & conferre beneficia, eſt fructus iuris eligendi.
15 *Vacare an dicatur beneficium per mortem commendatarij.*
16 *Reſcriptum impetratum contra commendatarium an valeat.*
17 *Plura beneficia ſimul inuicem vnire an poſſit capitulum ſede vacan.*
18 *Titulus ſupprimitur per vnionem.*
19 *Solemnitas omnis requiſita in alienatione rei eccleſiæ, requiritur etiam in dimembratione alicuius eccleſiæ, vel bonorum ſuorum.*
20 *Vnio quot modis fieri poſſit.*
21 *Vnio eſt ſpecies alienationis.*
22 *Tractatus in vnione non requiritur.*

Quæſtio. 3. Secundæ partis principalis.

Capitulum ſede vacante an poſſit beneficia commendare, vel adinuicem vnire, vel vnita dimembrare.

1 Tertiò quæro an capitulũ ſede vacãte † poſſit beneficia commendare ad ſolius epiſcopi collationem pertinentia ſicut potuiſſet eps defunctus. Reſpõdeo ſecundum Alex. & Vinc. quos referũt & ſequuntur Archi. 24. di. c. presbyteri. & Io. An & alij c. 1. ne ſede vac. & in c. 1. ne ſede vac li 6. qđ poteſt cõmẽdare beneficia quę habent onus annexum. allegat de prebẽ. c. ſignificatũ. facit c. 2. de inſti. li. 6 & intelligere videntur de cõmenda ad cuſtodiam tñ. dũ dicũt, cõmendare cuſtodiẽda Et ſic cõcludit Abbas in c. cum olim de maiori. & obe. dum ſubdit ſaltem donec fuerit eccleſiæ prouiſum per Abbatum poteſtatem Ratio ipſorum eſt, qa huiuſmodi commenda eſt iuriſdictionis. iuxta no. in c. nemo deinceps. de elec. lib. 6 & certum eſt quod capitulum ſuccedit in iuriſdictione ſede vacã. c. cũ olim. & cap his quæ. de maio. & obe. Et hoc videtur probare tex. a contrario ſenſu in d. c. 1. ne ſede vac. lib. 6 § cæterum. in verbo, intromittere. quod verbũ 2 † generalius eſt quam verbum prouidere & diſponere. de q̃bus per io. An. in c. cũ in illis. de pręben. lib. 6 in nouella. per no. in c. cum apoſtolica in l. fi. de his quæ fiunt a præla. & propter naturam dictionis niſi &c. de quo plene in c. præterea requiſiti. de appel. vt ſic detur intelligi quod epiſcopo negligẽte petere abſolutionem poſſit capitulũ ſe intromittere & ſic cõmẽdare.

Et propterea limitant doct. quod dictum eſt ſupra de poteſtate capituli in commmendando verum eſſe ſubſiſtente mora & negligentia epiſcopi de qua ſupra. Illa vero non ſubſiſtente non poſſit capitulum commendare beneficia ad ſolius epiſcopi collationem ſpectantia, vel epiſcopi cum conſtituto capituli, vel cum conſilio vel aſſenſu alternatiue propter verbum intromittere de quo ibi qđ excludit omnem modum prouidendi, vt præcitat. Licet poſt moram in odium excommunicati vel ſuſpenſi poſſit conferre propter verbum niſi de quo ibi exceptiue de ſuſpenſo tan-3 tum, & quia ad ſuperiorem † tunc non poteſt fieri deuolutio cum non reperiatur iure cautum, vt probat tex. in c. 1. de ſupp. negl. præla. lib. 6. dicit Collec. in d. c. cum olim. poſt Archid. in c. 2. ne ſed. vacan. lib. 6. quod opin. Archi. probatur per c. ſignificatũ. de pręben. & 24. diſt. presbyteri. Et ſic tranſit cum eo. & dicit in c. dudum. de elec. quod ad commendam debet vocari patronus, ſecundum omnes. de ver. committere, vide in cle. quia regularis. de ſup. neg. prel. & in cle. quia contingit. de relig. do. & in cle. 1. de ſta. regu. & commendare nil aliud eſt quàm deponere. l. commendare. ff. de ver. ſign.

Quandoque tamen idem eſt q̃ rogare. l. libertis. ff. de ali. & cib. leg. Fede. tamen in trac. permutat. q. 36. tenet expreſſe quòd capitulum ſede vac poteſt commendare beneficia quorum collatio pertinet ad ſolum epiſcopum. alleg not. Archid. in c. 1. de 4 inſti. lib. 6. plus dicit † quòd poteſt etiam commendare beneficia ſpectãtia ad collationẽ Papæ. alleg. not. in c. nemo. de elec. in fi. magnę gl. idem ſequitur Domi. poſt Archi in c. presbyteri in fi. 24 diſt. & Abb. in c. bonæ de appel. & in d. c. illa. & quomodo commenda differat a vicaria quia non poteſt fieri de curatis niſi ſacerdoti. nota. in clem. 1. de offi. vicar. in glo. in verbo promouendis. Et an commendator poſſit locare poſſeſſiones commendę. vide Cald. conſi. 8. in ti. de loca. Et an impetrans beneficium debeat facere mentionem de commenda vide eundem in conſi. 6. & in 30 in ti. de prębend. Item adde quod commenda non poteſt permutari cum titulo ſecundum obſeruãtiam cancellariæ quicquid dicat Fed. in trac. permu.

Premiſſa credo vera quãdo capitulum ſede vac. commendaret alicui beneficiũ cuſtodiendum & ſeruandum tantum donec ſuperior prouideret, & ſic œconomum cõſtituere, de quo in c. cum vos. de offi. vic. & in c. cum teneamur de appel. not. glo. magna in fi. in d. c. nemo. † Quod fieri poteſt etiam poſt commendam ſex men-5 ſium. Et ſimiliter quando conſtitueret viſitatorem, iuxta cap. obitum. & c. catanenſe. & 1xi. diſt. de quo per Hoſtien. & alios in d. c. dudum & in d. c. nemo deinceps.

Et ſimiliter pręmiſſa credo poſſe procedere in commenda eccleſiæ parochialis ad ſex menſes. de qua in d. c. nemo. quia tũc ceſſat ratio denominationis & alienationis præiudicij ſucceſſoris Lice talis commenda interim non poſſet reuocari p ipſos commendantes, neque forte per ſucceſſorem. Neq; interim conferri beneficium ſecundum Gaſpa. niſi ceſſaret cauſa ea qua fieret, quia interim nõ dicitur vacare cum titulus iſte ſit canonicus cur & alij d. c. dudum & d. c. qui plures. quando debito modo ſit, vt no. glo. in d. c. nemo. Et impetrans talem eccleſiam teneatur facere mentionem de huiuſmodi commenda per c. cum noſtris. & c. literas de concel. præben. Verum tamen in commenda alterius beneficij non parochialis nõ credo hoc verum ſi fieret perpetuo ſecundum doct. in d. c. 21. q. 1. qui pluries. & c. ſi conſtiterit de accuſat prout debet fieri, † qa 6 beneficia non debent dari ad tempus ſed in perpetuum, vt no. in c. veniẽs. in fi. de fi. pſby. Ne ſic fieret fractio regulę. de qua in fi. c. 2. ne ſede vac. & in c. 1. co. tit. lib. 6. & in c. 1. de inſtitu. eo. lib. vbi prohibetur in talibus beneficijs dari per capitulum ſede vacante titulus canonicus cum hoc non reperiatur iure cautũ, & iſte titu. commẽdę ſit canonicus, vt in prædictis iuribus habetur, & in c. cum nobis olim in fi. de elec. & per Archid. in c. ſi propter de reſcrip. in 6. & Fede. in tract. permuta. q. 15. Facit regula. cum quid vna de regu. iur. in 6 Nec obſtat d. § cęterum. quia cum dictio niſi, de qua ibi veniat exceptiue ad verbum intromittere, potius probat contrarium, videlicet quod excepto illo caſu nouo c. alias non poſſit commendare.

7 Præterea verbum † intromittere debet exponi id eſt conferre vt dicitur de verbo committere in cle quia cõtingit. de relig. domi. cle. quia regularis. de ſup. negli. prę l. Quid autem ſit cõmenda not. in d. c. ſi conſtiterit. per gl. in d. c. nemo deinceps. & quod ſimplex adminiſtratio etiam ſi fiat per Papam probat text. in d. c. cum nobis olim. in fi. de elect. nec eſt commendatarius prælatus, ſed procurator tantum habens legitimam, vt ibi, & 21. q. 1. relatio Nec facit fructus ſuos ſed cuſtos eſt, nec in eccleſia ius habet, nec in fructibus niſi ad colligendum, & gubernandum, & prouidendum ſibi & miniſtris. & quòd ſupereſt in vtilitatẽ eccleſiæ conuertendum ſicut viſitator. 1 ai. diſt. obitum. & c. catan. ſecundum Hoſt. in d. c. dudum & Io An in d. c. nemo. licet dicat fieri contrarium de facto. dicit tamen Archid. in d. c. nemo quod poteſt etiam eligere & conferre &c quia iſta omnia ſunt in fructibus de quibus poteſt diſponere in vtilitatem ec-8 cleſię &c † Quid ſit titulus no. in d. c. dudum. adde Bald. in c. 1. ſi epiſcopus. vel alias in vſi. feu. & in auc. de eccle. tit. in prin. & in c. fi. de offi. archip.

Ad pleniorem doctrinam dic quòd beneficia commendata non vacant durante commenda, quia eſt canonicus titul. Sed ea ſublata remanet antiqua vocatio. Ideo ſi ante cõmendam

dam pertinebat collatio ad ordinarium ſublata commenda
facta per Papam redibit collatio ad ordinarium,quamuis Cō-
po.innuat contrarium,vt no.Fede. in trac.permuta. q.15.Lap.
autem ibi in addi.dicit quòd ſi commendatarius decedit in cu
ria beneficium vacabit in curia ex quo ſequitur quod non re-
manet ibi antiqua vacatio ſed inducitur noua.

Dicunt tamen quidam quòd beneficium vacans reſeruatū
licet alteri commendetur non expirat reſeruatio , quia donec
durat reſeruatio.de præb.ſtatutū. de elec.ſi eo tpe. libr.6.durat
9 vacatio,patet in deci.cxxiij.† ſed per cōmendā non deſinit be-
neficium vacare.ergo &c. ex quo per commendam non ac-
quiritur ius in beneficio no.in d.c.nemo.de elect. lib. 6. & be-
neficium vacans non deſinit vacare.no.in cle.1.vt li.pendē.ex
hoc ſequitur quòd habens commendam prelaturæ non dici-
tur prelatus,vt no.in d.c.nemo & 21.q.1 qui plures,quia prela
tus eſt qui habet ius in re, quod non habet commendatarius,
ſecundum Inn.in c.ſi conſtiterit.de accu.immo nec habet poſ-
ſeſſionem,vt patet in d.c.ſi conſtiterit. quod tamen nō fateor,
quia tamen commendatarius non habet ius in beneficio.Per-
mittunt itta quòd quis poſſit eodem tempore ſine diſpenſa-
tione tenere duas eccleſias parochiales , vnam in titulum , &
aliam in commendam.per ca.dudum.2.de elec.& d.c. qui plu-
res.21.q.1.per quos tex.patet quòd concedens commendam
nō confert titulum in beneficio, quod ergo dicit in d.c.nemo.
intelligitur de titu.quo ad miniſtrandum tantum , non quo ad
ius in beneficio quærendum.

Non obſtat ꝙ durante commenda nō vacet eccle-
ſia ſcilicet de facto propter titulum cō-
10 mendę,ſed vacat de iure eo ꝙ † titulus commendæ non dat ius
in beneficio,& ita diſtinguit Archid.in d.c.qui plures.Poſſet tñ
apertius dici ꝙ cum titulus commendæ ſit iuris , ꝙ eccleſia cō-
mendata non vacet ſimpliciter,ſed vacat ſecundum quid,vide-
licet reſpectu tituli beneficij per quod quæritur ius in re. & iſta
videtur fuiſſe mens Ioan.And.licet non ſic aperte declarauerit
in d.c.nemo.in nouel.Et ex hoc ſequitur ꝙ cum per commen-
dam non ceſſat perfecta vacatio nō eſſet etiam reſeruatio. vbi
enim aliqua diſpoſitio duratiua eſt ex ſubſtantia alicuius rei.Li
cet pars illius rei pereat.Si aliqua tamē pars ſubſiſtit, tota diſpo-
ſitio durat.l.ſi cui.ff.de vſufr.l.dominum.§.ſi verò.de contra.emp.
Donec ergo Papa de beneficio reſeruato perfectè prouideat p
titulum ex quo ius in beneficio quæritur , & per quod vacatio
perfectè extinguitur reſeruatio non expirat Vnde concluditur
ꝙ per mortem commēdatarij, licet expiret titulus commēdę,
tamen non inducitur noua vacatio quo ad titulum beneficij q̄
11 ſemper durauit,& per illam etiam durauit reſeruatio. † Et pro
pterea licet commendatarius decedat nō poteſt inferior a Pa-
pa obſtante reſeruatione de illo beneficio prouidere per quæ
defenditur opin.Fede.de Sen.qui idem tenuit in tract.q.15.Ro.
deciſ.in antiq.dicit ꝙ quando commenda fit ad tempus certū,
tūc reſeruatio non expirat.Secus ſi ad tempus incertū. ſed Do-
mi.in d.c.nemo.dicit ꝙ aut Papa reſeruat beneficium prouiſio-
ni,vel diſpoſitioni.tunc per commendam expirat reſeruatio,
aut collationi & tunc ſecus.pro quo faciunt quæ habentur in c.
cum in illis.de præbend.libro 6.

Sed aduertè ꝙ licet beneficium commendatū nun-
quàm fuiſſet reſeruatum,tamen ex quo
Papa in eo appoſuit manum illud commendando non poteſt
inferior de illo ſe intromittere antequam Papa perfectè proui
deat.arg.in c.vt noſtrum.de app.& quod not.Ioan.And.in d.in-
ter dilectos.de exceſſi.prælat.Quod tenet Compoſt.i c.cum no-
bis olim.de elect.quod placuit dominis meis in Rota.† Adde
12 ꝙ commenda & ſequeſtrum æquiparantur.Oldra. in conſi.116.
incipit,Ordinarius.& Alber.in ſuo alphabeto iuris.2.in verſic.
ſequeſtrum.Et adde ſecundum Vincen. & Archi.in d.c.q plu-
res.ꝙ quicquid dicant alij commenda non ſequitur ex toto na
turam depoſiti.Quia clericus cui commendat̄ poteſt facere ex-
penſas,idem & ſumere alimenta,& ſoluere debita ſicut & qui
nondum adijt hæreditatem & deliberat an adeat licet ius non
habeat ſoluendi debita.ff.de iur.delib.l.ſi filius. & l.ariſto.§.fi.&
ſi neceſſarias expenſas fecerit in eccleſia de ſuo,poteſt retinere
donec ſibi ſoluatur.ff.de pign.l.neceſſarias.§ j.quod non eſt in
re depoſita.Similiter ſi fuiſſet eccleſia commendata propter te
nuitatem contendere poſſet,vt non amoueretur ab ea niſi ad
minus ſuas meliorationes reciperet.c.ad aures.de rebus eccleſi.
non alie.c.potuit.de loc.& ita not.Vin.in d.c.dudum.de elect.2.
vbi etiam dicit ꝙ commenda non parit ius ei cui commēdat̄,
adeo ꝙ non poteſt præſentare clericos ad titulū eccleſiæ com-
mendatæ.ff.locat.l.ſi quis domum.§.j.de quo ſatis per Inno.in
13 d.c ſi conſtiterit.dicit etiam Archi.cum Egidio Bo.ꝙ † eccleſia
commendata & ſi de iure vacet,non tamen de facto.c.literas.
& c.cum noſtris.de conceſ.præben.c. querelam.de elect.c.con-
ſultationibus.de iure patro.

Propterea impetrans tale beneficium debet de com-
menda facere mentionem , alias literæ nō
valent nec ſufficeret clauſula conſueta amoto &c. quia cōme-
da eſt canonicus titu.& in fauorem eccleſiarum.d.c. qui plures.
& c.paſtoralis.7.q.j.& ideo cācellaria nō dat vacationē per cō-
mendā.ſed per tit.prædeceſſor.Nec cōmenda facit expirare re-
ſeruationem generalē,vt vult Dec.in antiquis,quæ incipit.vtrū
p cōmendā.etiā ſi fiat ad certum tempus vt ibi,& num.40.quæ
inci.item nota ꝙ bñficiū.adde Lu.in conſi.350.vbi multa dicit
de commenda.& qđ cle.fi.de ꝓcu habeat locū etiā in ꝓcur.cō-
mendatarij not.Imo.ibidem poſt Zoc.Adde ꝙ commendata-
14 rius † poteſt præſentare clericum ordinādū ad titulū eccleſiæ,
ſm Archi.in d.c.nemo.quia pōt fructus eccleſiæ ſibi cōmēda-
re,recipere,& præſentare eſt fructus iuriſpatronatus ſm doc.ibi
dem.p q̄ rōnē patet ꝙ ēt pōt eligere & conferre bñficia. qa eli-
gere & conferre eſt fructus iuris eligēdi. Quod dicūt moderni
fore verū,maximè qñ cōmendatatio cōcedit̄ qđ poſſit fructus
nedū in vtilitatē eccleſiæ,ſed ēt in ſuos vſus cōuertere,ꝓut ho-
die cōiter fiunt cōmēdę,iuxta no.in c.cū olim.de maio. & obe.
& in c.relatū de præb.& in c q̄uis.eo.tit.lib.6.ſup ver. pēſion. Et
quia is cui confertur obligat̄ conferēti ad antidora.iuxta not.in
l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hære.faciūt no.in c.fi.de offic.
vic.lib.6.Itē pōt locare ꝓ pluribus annis poſſeſſiones eccleſiæ cō-
mendatæ qa dr̄ hr̄e legitimā & liberā adminiſtrationē.21.q.j.re
latio.de elect.c.cū nobis olim.Cald.in conſ 3.in ti.de locato.§.
15 j.& quod per † mortē cōmendatarij nō dicat̄ vacare beneficiū.
not.deci.in antiq.343.& Lud.cōſi.350.vbi plenè tractat de ma-
teria commēdę.itē ſi diſpenſatū eſt cū illegitimo quantum ad
ordines,& beneficia ſine cura ſibi nō poterit eccle. curata com
mendari,qa titulus eſt commenda. Immo nec vt vicarius vel
miniſter curam gerere,arg.in c.auaritiæ. de elect.lib. .& quod
not.Archi.& Ioan.Mon.in c.j.de fi.presby.lib.6.& quod hr̄ eo.
tit.c.1.& per Collect.in c.fi.eo tit.ideo etiam non poterit depu
tari ſequeſtrator per not.per Old.conſi.116 &c.

Adde ꝙ cōmendatarius pōt locare pro plurib.annis poſ-
ſeſſionis eccleſiæ ſm Gaſp.de Cal.in conſi.8.in ti.
de loca.& quod de commēda dēt fieri mētio in impetrationi-
16 bus &c.vide eundem in cōſi.6.in tit.de præben. † Item ꝙ valet
reſcriptum impetratum cōtra cōmendatariū ſolū,hr̄ in c.edo-
ceri.de reſcrip.cum ipſe poſſit agere & cōueniri,'vt in c quere-
lam.de elect.alienare autem non poteſt,not.Inno.in c.venera-
bili.de offi.deleg Et aduerte ꝙ in eccleſia cōmendata non ha-
bet locum extrauagās Boni.incipit.Iniunctę.ſm Oldr.in conſi.
130 quod incipit,vtrum extrauagans &c.Item ꝙ vni non poſ-
ſunt fieri duæ commendæ,ſicut nec duo tituli , licet idem poſ-
ſit habere duo beneficia.Vnum in titulum,& aliud in commē-
dam.d.c.qui plures.quod non eſt hodie correctum.item ꝙ cō-
menda non poteſt renouari ad alios ſex menſes primis ſinitis
vt ceſſet fraus iuxta.c.commiſſa.de elect.& c.quanto.de diuor.
& ꝙ non expirat morte cōmendātis nec expirante iuriſdictio-
ne capituli.de quibus omnibus per glo.& doct.in d.c.nemo.

17 Quæro ſubſequēter an capitulum † ſede vac.poſſit plu-
ra beneficia ſimul inuicem vnire,vel alias de eo
rum proprietate diſponere quemadmodum potuiſſet epiſco-
pus defunctus ſi viueret &c. Reſpō ꝙ licet Lap.in d.c.1. de ma-
ior.& obe.dixerit ſibi videri ꝙ ſic. ſicut poteſt facere permuta-
tionem,illud tamen intelligit verū eſſe dummodo non pereat
aliquid iuri epi,& ita videat̄ ibi tranſire.Domi.nihilominus tñ
Io.And.& alij teneant cōtrariā ſniam in c.j.ne ſede vac lib.6.&
eſt rō ſm eos qa tex.ille collationē ꝑmittes loquit̄ tantum de
titulo beneficij qđ datur in collationē Et rō ſpecialiter ponde-
rat periculum vacationis.ſed melior eſt ratio,qa vnio & diſpoſi
tio in ꝓprietatē eſt alteratio vel extinctio beneficij q̄ eſt oīno
ꝓhibita ſede vac.vt in c 1.ne ſede vac. in antiquis. Hoc tenet ēt
Io.de Zoc in c.his quæ.de maio.& obe.qa nō pōt eſſe ꝙ nō de-
18 pereat iuri epi † qa p vnionē ſupprimit̄ titulus &c. Quæ ratio-
nes videntur etiam militare vbi vnio,vel ſuppreſſio bñficij.vel
alia datio in ꝓprietatē fieret in vita alicuius tñ vt infra dicā de
vnione ad vitā,vide gl.in c.ſi tibi abſenti.de præb.lib.6.& Fede.
conſi.190.& Belen.deci.488.incipit.Item ſi impetrans.Et ſi be-
neficium taliter vnitū poſtea renunciatur in manibus Papæ &
alteri conferatur in curia huiuſmodi reſeruatione nō obſtāte
ſi non eſt facta mentio de vnione tenitimus vnionē præferri
per ea quæ determinat Old.in conſi.26.incip.quidā epſ.& Io.
And.in addit.Spe.in rubri.de præben.& deci.in antiquis.9.in-
cipit,Item nota quod vbi alleg.c.cum acceſſiſſent.de conſti.qa
non erat beneficium,nec p conſequēs vacabat. & c. conſulta-
tionibus.de dona.Et quod dicitur de vnione vendicat ſibi lo-
19 cum etiam in dimembratione . nam omnis ſolennitas † requi-
ſita in alienatione rei eccleſiæ requiritur etiam in dimembra-
tione alicuius eccleſiæ vel ſuorum bonorum , vt vult Dec. in
nouis. cxxij. incipit, Item in dimembratione.& Lap. allegat.
22. incipit,diſputat. item cauſa debitorum & omnium impor-
tabilium eſt ſufficiens cauſa vnionis per capi. dudum. de re.
eccleſ. non alien.& ibi nota ſecundum Belen. deciſ 373.Inci-
pit,cū debitorum.Item quod in vnione per legatū nō requirit̄
cōſenſus capituli etiā ſi fiat vnio epiſcopali dignitate &c. Belē.
deciſ.dxiiij.incipit.conclu.quod de vnione.Quod maximè ve-
rum

rum puto in beneficijs ſpectantibus ad ſolam diſpoſitionē prę lati, nec per indirectū faciant, quod directo facere nō poſſunt. argu. not in c. ſi tibi abſenti. de præben. lib. 6. in gl. in verſi.

20 † Et adde quod quinque modis fieri poteſt vnio.

Primo quo ad communionem ſpiritualiū vt faciunt quędam monaſteria q̄ mortuo alterius monacho vtrobique faciunt officium. Et hoc modo habet quis locum in pluribus monaſterijs, & dicitur vnio charitatis, & non diuiſio ambitionis, de qua in cap. fina. de relig. domi.

Secundo cum vna eccleſia ſubijcitur alteri de quo per glo. in c. 1. ne ſede vacante.

Tertio cum duo collegia vniuntur in habendo vnum prælatum. 16 q. 1. c. & tēporis & ſi altera eſt cathedralis, vtrunque collegium ibi cōueniet & eliget, & nominabit quaſdam eccleſias ſic vnitas Goffre. & dicebat quòd vtraque vel neutra cathedralis vel principalis ſibi deferant circa locum, & ſi de more non apparet non conuenire poſſent quod alterius vicibus in ipſarum qualibet fieret collatio pręlati, argu. de reſcrip. c. paſtoralis de iu. pat c. pluris. 2. in cle. & quod not. Io. An in c. referente. de celeb. Miſſa. & ſi non concordarent de prima vice nec ſibi deferent, poſſet primo nominatus in vnione præferri l. quoties. de vſufr. c. ſi. de elect. lib. 6. ver. vel ſi concordaris. vel latius poſſet expediri per ſortem. non obſt. c. ſi. de ſorti. vbi electore, & non de loco quęritur & conſtat periculum in vno & non in alio verſari Et hoc tertio caſu collegiata non efficitur cathedralis niſi Papa aliud exprimat ſecundum Hoſt.

Quarto cum ſimul vniuntur de quo in eadem glo.

Quinto quando conuentualis in cathedralē erigitur & hāc facit ſolus Papa, & de hac loquitur dictum c. 1 ne ſe. vacan. de quo per Hoſti. in ſum. eo. ti. § ſi. Et neutram iſtarum dico capitulum ſe. uac poſſe facere per illum tex. & rationem ibi poſitā etiam ſi fieret ad vitam tantum, de qua per Io. And. in addi. Specu. in ti. de reb. eccle. non alie in rub. in ſimile de donatione facta ad vitam donatarij per prælatum propter benemerita &c. Niſi forte ſubeſſet cauſa debitorum & onerum inportabiliū per c. 1. dudū. de reb eccle. non alien lib. 6. & ibi no

21 † quod vnio eſt ſpecies alienationis, vide Cald in conſi. 3. in ti. de reb. eccle. non alie & quod vnio immutat naturam beneficijs, & tanquā odioſa eſt reſtringenda, vide eundem conſi. 13. ibidem.

Multis etiam alijs modis poteſt fieri vnio de quibus pleniſſime, & de materia vnionis vide trac. Pe. de Peru. qui incipit, poſtquam perfeci tractatū canonicè epiſcopalis &c.

Adde quod ſi eadem res vniatur pluribus ſub nomine collectiuo quibus tertius adiungitur, tantum habebit tertius quātum alij omnes ſecundum Ang in l quamuis C. de impub. & al. ſubſti. vbi tamen per coniecturas aliud non apparet per l. Lucius § Lucius. ff de le. 2. Et idem ſi eccleſia mater & filia copulētur in vna oratione, quibus poſtea adiungitur tertius per. l. ſi q̄s tirio ff. de vſufru accreſcen & de materia vide plene per doc. in d. l. ſi. & in l. 1. ita § regula. ff. de lib & poſthu. & in l. qui concubinam. de le. 3 & per Ang pleue in d. l. quamuis. C. de impube. & alijs ſubſtitutio. in ſimili.

22 † Adde quod in vnione non requiritur tractatus, vt vult deci clix quę incipit, Item nota quòd vbi fit vnio & cccl xij incipit, Vtrū in vnione requiratur &c. & an vniri poſſit beneficiū reſeruatum, vide Lap. alleg 17. & quomodo prę ſumendum ſit de vnione vnius beneficij ad alterum acceſſo in c. ſuper eo de præb lib. 6 & in cle per. literas. de præſcrip in gl. in verbo eccleſias. vide Pet. de Peru in trac. de vnio. & in deci. in antiq 22. inci. item no. quod vbi & deci. 32. incipit, itē nota quod reſeruatio.

SVMMARIVM.

1 *Electiones factas per inferiores an capitulum ſe. va poſſit confirmare.*

2 *Confirmare minus eſt quam conferre.*

3 *Edictum generale de neceſſitate debet præcedere confirmationem.*

4 *Archidiaconus poſt epiſcopum an præſit capitulo.*

5 *Capitulo circa inferiores licet inuenimus permiſſum ſupplere vices epiſcopi, circa ſuperiores tamen non reperitur conceſſum.*

6 *Confirmatio an ſuppleat defectum formæ non ſeruatæ in eligendo.*

7 *Metropolitanus dum vacat eccleſia cathedralis an poſſit delegare confirmationem, vel infirmationem electionis in ea fienda.*

8 *Poſtulationem an admittere poſſit capitulum ſede vacante.*

Quæſtio. 4 ſecundæ partis principalis.

Capitulum ſede vacante an poſſit confirmare electiones factas per inferiores.

13 modo præiudicare ſucceſſori.per c.quia.5.de iudi. † An autem ſi deſijt eſſe officialis transeat iuriſdictio ad ſucceſſorem.Cyn. videtur ſentire quod ſic in l.cum hæredes.C.qui teſt. fa. poſ.& Bar.in l.quod prin.de legi.per l.auguſte. de leg.2. & l.& quia.ff. de iuriſ.om.iud.per quę videtur reſtringi c.quoniam Abbas & idem tenuit ſummus.5.iu.do.d.Simon de Borſano legẽs in ſtudio Padu.& poſtea factus Cardinalis vt refert Io.de Fantu.com muniter tamen tenetur glo.in d.cle.& ſi principalis.cui ſtandũ eſt propter eius auctoritatem ſecundum Card. qui etiam eam ſaluat in d. c.quoniã Abbas. Præmiſſa vera niſi cõmiſſio fieret ſub nomine proprio ſecundum glo.Pan.& Card. in d.cle. & ſi principalis.quia ceſſante officio idem poſſet finire cauſam niſi cõtraheret aliquam inhabilitatem per quam fieret incapax iuriſdictionis eccleſiaſticæ,puta qui contraheret matrimonium etiam cum vnica & virgine, vel incurreret bigamiam vel efficeretur monachus per no.in c. Ioannes.de teſt.vt inf. dicam.

14 Ex præmiſſis infero quod † a vicario officiali principali capituli nõ appellabitur ad ipſum capitulum,quia eſt idem conſiſtorium. ar.in c.non putamus de conſue.lib.6.Habet enim vnum & idẽ tribunal cum epiſcopo.nec valet contraria conſuetudo.d.c.nõ putamus.de cõſue.lib.ſexto,quo.ſ.ad iuriſdictionalia & ea quæ ſunt fori contentioſi.in alis ſecus.patet deciſ.371.Fallit tamen in caſu de quo per Cald.in conſi.2.de appel.quando ſcilicet nõ per omnia eſt officialis generalis.Nec etiam ſupplicabitur ſm Zenze.in d.cle.& ſi principalis.& Io.And.in c.Romana.de appel.lib.ſexto,niſi prout no.in c.ex literis.de in integ. reſti. & in c.qualiter.i.de accu.& l.4.C.eo.titu.licet Laur.& Sieſ.contra in ſupplicatione in qua non cenſetur idem cõſiſtorium ſicut nec in recuſatione.c.ſi contra vnum.de offic.deleg. lib.ſexto.Item quod cenſurę lãtę in capitulum non impediunt cognitionem cauſę delegatę vicario,ſecũdum Pau.& Card.in d.cle.& ſi principalis.per no.per Inn.in c.conſulti.de proc. c. quo ad cauſam delegatam non ſit idem conſiſtorium,nec dependeat a capitulo. Nec capitulum de huiuſmodi cauſa poteſt cognoſcere ſm
15 Pau.ibidem quia † delegatus a Papa maior in c.Quid autem de vicario tranſlato an poſt tranſlationem ualeant quę facit.vide Cald.in conſi.10.in titu.de re iudi.Quod autem ſup.dixi de monacho intelligo ſine licentia Abbatis ſaltem præſumpta, puta ex tolerantia vt non poſſit eſſe vicarius capituli nec locumtenens vicarij,& quod eius ſententiæ ſit nullę. vt firmat Deci. in antiq.241.incipit,An monachus.& idem tenent Lau. & alii in d.clem.& ſi principalis.vide Pau.in clem.prima, de reg.iur.ver. officio. De laico no.Arch.quod ſic.17. q.7. ca.in noua actione. in temporalibus non. in ſpiritualibus vide Lap.in cap.primo, de offic.vica.libro ſexto, vide But.in c.decernimus. de iudi. in vlti.colum.& de clerico coniug.vide Ioan. And.in c. Ioannes. de cleri.coniug.de epiſcopo.no.glo.quod no.in cle. in pleriſq;. de ele.in ver.vagationis.

16 An autem vicarius † capituli poſſit eſſe conſeruator.gl.ꝓ ſic.& Ioan. de Lig.in d.cle.& ſi principalis.nam vicarius talis habet dignitatem vt dicit ibi glo.ſing.pro quo eſt tex.in l.j. C. de offi. vica. Pau.& Card.contra,quia propriè loquendo vicariatus non eſt dignitas eccleſiaſtica, alias non expiraret per prouiſionem ẽpi ſuccedentis &c. ſed eſt quædam præeminentia non determinata ad aliquam eccleſiam & coruſcat radijs dignitatis epiſcopalis quo ad iuriſdictionẽ,& eſt ſpectabilis,& eſt de medijs magiſtratibus vt dicit Spec.in titu.de iuriſ.om.iud.ver. medij ſunt, vide Bart. in l.filius.ff.de leg. facit quia vicarius proconſulis dr̃ proconſulatum obtinere licet non ſit proconſul. colligitur in l.prima.C.de tuto.& cura.da.ab his.& adde quod tunc talis vicarius nõ debet in choro ſedere primus inter alios canonicos, quando ibi ſtat in apparatu canonicali &c. ſecundum Do. c.a collatione.de appel.lib.ſexto, per ibi no. ubi etiam dicit quod
17 rector † vniuerſitatis licet ſit ſcholaris tamen in actibus ſcholaſticis ſtabit ante epiſcopos qui ſunt in ſtudio vt ſcholares. Ex quo poteſt inferri quod debet præcedere canonicos in ſedendo.quod optimè probat.d.c.præcipimus.94.diſt.& l.2.ff.de off. eius qui vices alterius ge. & ita vidi conſultum in vicario epiſcopi Paduani.& Adde quod in hunc vicarium vel officialem capituli ſede vacante non tranſit maior poteſtas quàm in vicarium epiſcopi de quo in c.ſi.de offi.vica. lib.ſexto, & ideo non poſſet dare literas commẽdatitias ad ordines niſi ei ſpecialiter concederetur,& etiam vbi aliqua ardua in eius mandato fuiſſent ſpecificata & ſic ęqualia comprehenderentur, nõ tamen venirent ea quæ etiam inter ardua non computantur vtputa diſpenſatio quæ non poteſt inter ardua computari ſecundum Feder.conſi.40.incipit,ſuper eo quod quæritur, & ſentit Ioan. And.in d.c.tua.de offic.vica.etiam ſubſequente clauſula generali.de qua in d.c.ſi.de offic.vic.lib.6.Contrarium videtur probare.c.ſi.de offi.ord.in ver.& cætera omnia.

18 Adde quod ſi capitulum † concedit vicario ꝙ poſſit omnia cepta beneficiorum collatione,nõ poterit clericos deponere ſecundum Lap.in c.generali.de offic. vic.lib.6.& Bart. in l.generali ff.de vſuſru.leg. & in l.omnes populi. de iu.& iur. vbi dicit quod exceptio debet eſſe de prædicatis regulæ tamen contra effectum regulæ,& quod quædam excipiendo detrahẽda cætera efficialiter dimittit ſub regula.nam detractio in quibuſdam videtur cætera confirmare.l.tribunus.§ ſi.ff.de teſt.militã.vide Anc.in rubr.de regu.iur.lib.6.qui idem tenet. Et adde Archid.95.diſt. ca.peruenit.Spec.in titu.de Inquiſitio.in princ. ver.quid de officialibus epiſcoporum.& in d.c.tua. Dicit Ioan. And.qđ ſolus epiſcopus ſine conſenſu capituli ſui poteſt tam conſtituere quàm reuocare, & ita dicit ſeruare cõſuetudinem quæ eſt in talibus obſeruãda,vt no.in d.c.ca noſcitur de his quæ ſiunt a præla.& no.Hoſt.in ſumma.de offic. vic.§. & in quibus.
19 verſic. ſed nunquid. Adde etiam quod poteſtas † huius vicarij ceſſabit ceſſante poteſtate capituli.hoc eſt per adoptionẽ poſſeſſionis noui prælati.facit quod no. Hoſt.in c.quoniam.de offi. deleg.ad ſi.arg.in c.Romana.ad ſi.de offi vic.lib.6. & quod no. ne ſed.va.illa.& c.ſi.& in clem.j.de hære. Et hoc etiam dicit de conſuetudine ſeruati, q̃uis plerunq; tales confirmentur vel te maneant pro eis.de maio.& obe.c.cum olim.& l.iudicium ſoluitur.ff.de iudi.& remittit etiam ſe ad c.ad abolendam. de hær. in prin.de quo etiam per Io.And.in d.cap.tua.quibus adde quę plenè habentur in clem.j.de for.compe. Sed nunquid talis vicarius generalis tẽporalibus, & ſpiritualibus ex commiſſione & mandato capituli alium vicarium in ſpiritualibus tãtum poſſit deputare.Goſ.Inn.Archid. Ioan.And.& communiter omnes tenent quod non.& idem in vicario Papæ ſm Matthe.& Card. Flo.in cle.& ſi principalis.de reſcrip.& adde no. in cle.j. de reg. in ver.locumtenentes,& Bal.in c.ſi.de offi.deleg.& in l.aliqſ.ff. de off.conſulis.per c.clericos.de offi.vic.qđ firmat Deci.in nouis.373.quæ incipit,Item fuit dubitatum.Hoſt. tamen in cap.j.
20 lib.6.dixit talem † vicarium de conſenſu capituli poſſe in toꝰ, & ad tempus ex cauſa, quas tamen a ſe non abdicat, ſed penès retinet per d.c.clericos.cum quo videtur tranſire. Compilator illius deciſionis. de quo per Boyc. in c. ad audientiam.de offic. vic. Si tamen eſſet vicarius in temporalibus & ſpiritualibus nõ poſſet etiam de conſenſu,vel mandato epiſcopi aliũ vicarium

in ſpi-

in ſpiritualibus conſtituere ni aliter ſeſe haberet conſuetudo vt patet in eadem deci.de quo etiam inf.dicam. Adde quod ſolus Imperator dat vicarium proconſuli Aſiæ,comiti,& præfecto.Ang.in l.in his.C.de diuer.offic. lib.12.Conſulo tamen qđ ad cautelam quando capitulum in mandato vicarij ſui dat poteſtatem ſpecifice ſubſtituendi alium,quod ponant iſta verba, quem ex nunc nos ipſi conſtituimus,ſecundum doc.in cap.j.de offi.vic.lib.ſexto,quo caſu excommunicato vicario principali ſubſtitutus tamen non erit excommunicatus,licet eius iuriſdictio interim ſtet in ſuſpenſo, vt ibi patet.

An autem alias poſsit

vicarius aliũ ſubſtituere. dicit Gof. qđ non in c.clericos.de offic.vic.per l.a iudice. C.de iud.non obſ. c.cum Bertoldus.de re iud. vbi narratur factum, & quia aliud in geſtore & procuratore.C.de procur.l.neque tutores.ff.mandati.l.ſi procuratorem.§.ſi quis mandauerit.ad hoc de proc.c.5.
21 lib.6.Et † quia vicarius nunq̃ fit dominus. ſecundum Hoſt. & quia vic.induſtria videtur electa.argu.de offi.archipresby.c.j.& ſecundo.& d.c.clericos.& propter infidelitatem vitandam.11. quæſt.1.quoniam.de reſcrip.cum in multis.lib.6.& propter certum miniſterium demandatum.c.ſi.de offic.deleg.ar.l.neceſſario.§.vt de peri.& commo.rei vend.& l.ſi vſusfructus.de iur. do.nõ nimis frequenter poterit alium relinquere in loco ſuo ſicut fit tota die.arg.l.j.ff.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdict. & in c.peruenit.2.de appel.ver.interim. Quando tamen non habent mandatum ſubſtituendi ſi ſunt infirmi,vel impediti, cautum eſt quod delegent cauſas tunc pendentes,& ita tranſit Io. And.in d.c.clericos.& Anto.de But.vide Ioan.And. in ca.cum ex eo.de elec.lib.ſexto. Idem in poteſtatibus & capitaneis per §.prohibemus.in auc.de colla.& l prima.§.huius rei. ff.de offic. eius cui mand.eſt iuriſdi.no.Bald.in vſi feu.in c.ſi quis deceſſerit.ſi de feu.fue.contẽ. Si eadem die epiſcopus vel capitulum & vicarius conferant beneficium diuerſis.vide Cald. in conſ.2. ſub titu.de offi.vica.

Pro ampliori declaratione

præmiſſorum omnino vide Feder.in conſi.302.ubi inter alia dicit quod ſi clericus vel laicus aures vicarij offẽdat.iuxta.l.nullum. C.de teſtib. & de pęnis.c.ſuper his.quod talis officialis pro motu ſuo arbi-
22 trarie punire, quia † aliqua licent incidenter quæ non licent principaliter.c.tuam.in ſi.de ordi. cogni. Item quod licet officialis propter crimen non poſſit quem remouere ab eccleſia, poteſt tamen quæri coram eo vt declaret quem non habere titulum in eccleſia, ut quia fuit inſtitutus per eum qui non potuit,ut per Ioan.And.de offi.vic.c.2.lib.6.in nouel.quo caſu dicetur beneficium litigioſum.non obſt.gl.in ca.ſi hi.ꝯ quos,vt lit.penden.lib.6. alia multa vide ibidem &c. Et adde eundem Feder.in conſi.220.quod incipit,veritatis.Adde deci.in nouis. 342.quæ incipit.Item licet officialis.& deci.64.quæ incipit,Itẽ quod ſeruetur. & Lap. allegatio. 81. quæ incipit, non valuit. Vltimo adde qđ ſi vicarius,uel officialis huiuſmodi deliquerit in officio ſibi commiſſo,tenetur capitulum cum conſtituens. l.ſed & ſi ſeruus.cum ſeq.ff.de trib. niſi q̃ cito ſciuerit purgauerit eius delictum.l.prima,& l.quicunq;.C.de execu.mul.ubi plenè per Bar & c.primo,vt lit.non conte.& per Innoc.in c.quod quibuſdam.de fideiuſ.& in c.cum quis.de ſent. excom. lib.6.& in regula,ratihab.& in c.ea quæ de offic.Archi.ubi per Hoſt.& in deci.274.quę incipit.Item ſi vicarius,vide Ang.in l qđ ergo. §.ſi quis aliena.ff.de infami.& coram quo conueniatur.vide in Spec.de compe.iudi.adi.§.ſi.alias ſequitur.& Cald. in rub.de reſcrip.in 1.quæſt.& Guil.de Cu.in l.ſecunda.C.de ſport.& Fede. conſi. 10.& But.in cap.j.de reſcrip.& Bar.in l.prima.ff ad l.Iul.
23 repe.& an † poſſit cõueniri durante officio, vide in l.magiſtratus ff.de iniuriis.& Ang.ff.quod met.cau. l.continet. Adde qđ dominus tenetur pro officiali niſi quamcito ſciuerit puniuerit eum,vt patet deciſ.278.adde l.j.C.de excmp.& exac. lib.12. Et adde quod per ſtatutum, & pactum poteſt fieri vt prælatus teneatur pro officiali ſecundum Dyn.& Bart.in l.j.§.familię.ff. de pub.vbi ſubdit quod eo ipſo probabitur eſſe officialis quod exercet officium domino ſciente, quia tunc videtur cum præponere per l.j.§.magiſtratus.de excer.Subdit etiam in §.ſi.d.l.j. quod prælatus exhibendo officialẽ liberatur & quod eo mortuo non tenetur,ſi tamen promiſiſſet ſoluere omnem cõdemnationem &c.non liberaretur exhibendo officialem per text. Adde Bal.in l.j.de pęna iudi.q ma.iud.vbi hoc limitat i extrain. & ubi ipſe elegi &c. & Ang.in l.qui iuriſdictioni.ff.de iuri.om. iud.vbi dicit quod poteſt remittere ad alium.& Bar. in l.ꝯdib. C.de iur.ſi.vbi ſolutio vnius liberat alium.& in l.j.quoquis.ord. conuc.lib.10.& Ang.bene in l.ex facto.ff.de neg.geſt.vide omnino Lud.in conſi.11.quod incipit.in propoſito. adde † quod
24 vicarius pro debitis aliorum vicariorum non tenetur.C.ne qs ex vi.lib.10.Adde quod licet quis deliquerit in officio, tamen quamdiu ſuperior non amouet eum valent eius geſta. no. in l.iubemus.§.ſanè.de ſacroſanc.eccl.& ibi Bald. & officialis qui pęnas legibus impoſitas diſſimulatione vel gratia differt puniatur.per l.prima.C.de deſer.libro duodecimo.Bald.in l.presbyteri.de ſacroſan.eccleſijs.

An autem prælatus

poſſit agere pro iniuria illata officiali.vide deci. 351.& Bur.in c.dilectus.de appel.& Archid.2.q.1 in primis.& in c.ad Apoſtolicę.de re iud.lib.6.& Inn.in d.c.dilecti.& Card. in d.clem.j.de reli.& vene.ſanc.& quod officiales debent eligi de meliotibus & ſufficientioribus,& diuitibus.C.de epiſ.aud.auc. præſides.l.ad ſubeunda.C.de decu.lib.10.& ibi per Odof.& meliores & ſapiẽtiores qui Deum timeãt.in Longobarda de aduo
25 l.vt iudices.Officiales etiam debent habitare † in palatijs publicis.l.nulli.& ibi per Bar.C.de offi.rec.prouin.tenet tñ iudicium & proceſſus factus per vicarium & officiales licet non ſederint in loco conſueto ordinario iuxta.l.pen.ff.de iuſti.& iur.& l.cũ ſententiam.C.de ſent.per c.cum epiſcopus.de offi.ordin.lib.6. ſecundum Cald.in conſi.2.in titu.de offi.ordi. Adde quod ſi ſtatutum dicat quod habens vnum officium non poſſit aliud accipere alias careat accepto, & quod contrafaciẽs perdit etiam ſtipendia & priuilegia primi officij.Bart.in l.omnes.C.de coarcta.&c.lib.12.& propter negligentiam remouentur ab officio. l.ſi quos.C.de offi.præ.ori.& ibi per Bart.vel ſi malè tractat officium.l.vniuerſa.C.de diuer. reſcrip.& ibi Bal. Poteſt tamen officialis dicere ſuperiori,ſeruetis hoc in ſindicatu p l.ſi tutor.
26 de aucto.tuto. Adde quod officialis recipiens pecuniam † dẽt danti reſtituere quadruplum. vide Angel. in auc.vt iudi. ſine quoquo ſuf.§.his igitur.etiam a ſponte dantibus, & habentes ſalarium ſufficiens ad victum,quia tunc etiam eſculenta,& poculenta non poteſt recipere vt ibi.Et de pęna officialium committentium baratarias vide C.de digni.l.iudices. lib.12. A qua etiam non excuſantur ratione conſuetudinis.vide Ang.in l.facultas. de iure ſiſ.lib.10.& de officiali poſito ad beneplacitum iudicatur idem quod de perpetuo.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi. de oper.no.nun.& valent geſta officialis ignorantis ſe depoſitum ab officio.vide in c.a.veritatis. de dolo & contu. Et an officialis poſſit ſubiipſi emere rem quæ venditur,vide Bar. in l.auſfertur. §.j.ff.de iure ſiſ.& in l.2.de ſtip.ſeruo & non tenetur ſeruare ſtatuta quorum copia nõ eſt ſibi tradita ſm Ang. in auc. de man. prin.§.illud. & an ſi iurat ſeruare ſtatuta intelligatur iuraſſe de futuris.vide Bar.ĩ l.ſi ſtipulatus fuerim.§.illud.ff.de uerb. oblig.
27 Non † poſſunt officiales ſibi ſalarium conſtituere.Bar.in l.j.C. de pre.ſala.& dicitur eſſe in dolo ſi facit gratiam nimis euidentem. l.filiusfamilias. ff. de iudi.& quid poſſit uide in l.ſi in lege. ff.locati.& an officialis miſſus ad aliquem locum debeat habere nouum ſalarium.uide Ang.in auc.de manda.princ.§. illud, ubi etiam uide an poſſit mãdare ſubditis quod portent ſibi arneſias ſuas.Adde quod debet facere inuẽtarium de rebus pertinentibus ad officium ſecundum Ang. in l. ſi uacantia.de bo. uacan.& reddere rationem &c.ſecundum Bart. in l. comperimus.C.de nauiculatijs.lib.11.

Adde quod conducentes

officiales intelligantur ſumptibus conducentium conducere eundo & redeundo ſm Bart.in l.ſuper creandis. C. ne fiſ.rem quam uend.lib 10.& quis
28 propriè dicatur † eſſe officialis.uide Bur.in cõſi.74. qđ incipit, Viſis ſtatutis.Et an officialis ex ſuo officio poſſit diſpenſare cõmutando pęnam priuationis uel ſuſpẽſionis in pecuniariam, & ſi commutat poſſit prælatus contrauenire.Et quomodo intelligitur facultas componendi data officiali &c. uide Pa. de Caſt conſ.116 & de facultate uicarij epiſcopi uide Abb in cõſilio 89. Et an talis officialis poſſit dare licentiã monacho eundi ad ſtudium,uide eundem conſi.89.non iñ poterit dare licentiã de qua in cle.quamuis.de fo.compe.ad ſi.ut ibi no.in glo.ſuper tier.dioceſan.Et an officiales præſumãtur diligentes in ſuo officio.uide eundem in conſi.42.Et an officiales poſt tempus electionis auctoritate ſpecialis ſtatu.artis, poſſit confirmari, non obſtante generali prouiſione populi poſtea facta quod ultra tempus ſuæ electionis confirmari non poſſit,uide Ang. in cõſilio 278. quod incipit. Præmitto ad euidentiam. Et an ſub nomine officialis, communis Bon. ueniat epiſcopus & eius officialis,uide Pet.de Anch.in conſ.342.quod incipit, Viſo themate.Item conſilio eiuſdem.163.& quod † condemnatus de do-
29 lo cenſeatur prohibitus ab officijs, uide Ludo. in conſi. quod incipit, In caſu. An teneatur quis communicare fratrib. quod acquiſiuit de officijs.Lud.quod non,in cõſi.quod incipit, Quo ad primum.Adde eundem in conſi.412.& in conſ.393.& 479. Et an ſyndici officialium habeant cognitionem de eo quod extra officium committitur,uide eundem in conſil. 415. & de officialibus ad gratiam uide in conſil.461.& conſil. 492. & in conſi.65.Adde quod ſi cauſa committatur certo officio ſi poſtea officium augmentetur in numero,ualet ſententia lata per numerum augmentatum ſecundum Lap.alleg.88.

Et adde differentiam

inter uicarium & uicegerentem & delegatum.Nam delegatus eſt ille cui ipſe iudex cõmittit. Vicegerens eſt ille cui committit ſuperior propter impedimentum prin-

principalis officialis & iſte habet iuriſdictionē ordinariam de
quo loquitur titulus de offic.eius qui vi.alter.ger.C.& l.j.§.a prę
fecti.de lega.3.& not.per glo.& Bar.in l.2.C.de offi.eius qui vi.
al.ger.&c.faciunt no.in l.præcipimus.C.de appel.& ff.quis & a
quo.l.4.& not.glo.in c.quoniam.de offi.ordi.& no.in l.ne quic-
quam.§.vbi decretum.ff.de offic.procon.in fi.magnę glo.& in
30 c.2.de offi vica.lib.6.& poteſt vicegerens † omnia quæ poteſt
principalis abſente principali præterq̃ condemnare ad mortē
vel membri abſciſionem d.l.1.C.de offi eius qui vi.al.ger.Bart.
in l.obſeruare in prin.ff.de officio procon.ſ.habetur in l.j.§ j.ff.
de leg.3.niſi eſſet conſtitutus a ſuperiore in locum principalis
mortui.Bart.in l.j.ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdi.Et idem
dicas de vicerectore.Bar in l.filius.ff.de leg præſtan.Secus tñ in
aſſeſſoribus.l.2.& per totum.C.de aſſeſſo.vide Bald.in l.j.C.qui
accuſ.non poſ.Et de iſtis varijs nominibus vide in clem.j.de re
gula.in verſi.locum tenentes.& in c.auaritiæ.& c.fundamenta.
lib.6 & in auc.vt nulli li.habere loci ſerui.in princ col.9.& di-
uerſitatem inter locum tenentem & vicarium not.glo.in ver.
loca.in d.cle.j.de regula.& an quis dicatur functus officio ſuo
ita quod non poſſit actum reiterare ſi prius eſt nullus, vide Io.
And.in cap ſi compromiſſarius §.ſi verò.de elec.lib.6.& quod
31 ibi no.Lap.adde quod non † exercentes officium non gaudēt
priuilegijs illius licet in eius matricula ſint.C.de ſacroſ.eccle.
c.qui ſub prætextu.ſol.6.col.2.Bald.

Et adde quod poteſt beneficia cōferre qñ data eſt ſibi poteſtas
conferendi omnia beneficia generaliter & indiſtinctè. Secus
ſi datetur poteſtas conferendi certum beneficium vacans, pa
tet in deci.397.quam intellige iuxta ea quæ plenè habentur in
c.ſi de inſti.& in c.ſi de conceſ.præben. non poteſt tñ cōmitti
poteſtas conferendi beneficia vicario non habenti adminiſtra
tionem temporalium, vt patet in pręal deci.397.vbi etiam no.
differentiam inter vicarium deputatum cum iuriſdictione &
ſine iuriſdictione.& quod poteſt ēt beneficia deuoluta cōferre
quæ per capitulum vacante ſede conferri poſſunt. Licet con-
ferri per vicarium epiſcopi ſine ſpeciali commiſſione, vt not.
Pet.more in c.ſi de offi.vica.lib.6.Nam vicarius epiſcopi quan
tumcunq; ſit in ſpiritualibus generalis, non tamē poteſt benefi
cia conferre ſine ſpeciali commiſſione vt ibi,& tunc ſi a colla-
tione vicarij appelletur, appellabitur ad epiſcopum, quia vica-
rius nō contulit vt vicarius,ſed vt ſpecialis commiſſarius, alias
non quia habet idem tribunal cū epiſcopo,& reprobatur con
32 traria conſuetudo.c.non putamus de conſue.lib.6. Et † an vi-
carius poſſit quem a beneficio deſtituere, aut permutantibus
auctoritatem præſtare, vide per Feder. in tractatu permu.q.26.
Si tamen haberet ſpeciale mandatum ad deſtituendum inuitos
includeretur poteſtas recipiendi reſignationem, nec tūc eſſet
dubium quin poſſet auctorizare permutationes vt ibi innui-
tur.& licet vicarius ex ſua generali poteſtate non poſſit inqui-
rere ad effectum criminoſos puniendi, poterit tamen ex mero
ſuo officio & etiā implorato de crimine inquirere ad effectū
vt criminoſum remittat ad epiſcopum vel capitulum punien-
dum, vt patet dec.66.& ad inſtantiam partis punire ſecundum
Io.And.in c.licet.de offi vica.lib.6.in nouel Et quia cognoſce-
re & punire de criminalibus eſt iuriſdictionis nō ordinis, quod
communiter poteſt facere epiſcopus confirmatus licet nō cō-
ſecratus, dicit Innoc.in c.tranſmiſſam. de elec. quia ex ſpeciali
33 commiſſione epiſcopi vel capituli poteſt † vicarius de crimine
accuſati cognoſcere & diffinire. quod etiam tenet Spec.& di-
cit ſeruari communiter. Licet contrarium dicat Hoſt.in cap.ex
frequentibus de inſtitu.& Archid.95.diſtin.peruenit.& recitat
Lap.in d.c.licet.de offi.vica.lib.6.

Dicit tamen Hoſt.quod licet epiſcopus non con-
ſecratus non poſſit actualiter punire
de crimine deponendo vel degradando, poteſt tamen per ſen-
tentiam verbaliter deponere aut deponendum pronuntiare a
beneficio, quia quem priuare beneficio iuriſdictionis eſt ſecun
dum Compo.& Io.And in d.c.tranſmiſſam. de qua per Archi.
18.q.2.ſi quis Abbas.ex quo videtur idem dicendum in vicario
qui eandem iuriſdictionem. & idem tribunal habet cum epo
vel capitulo.ſaluo tamen in vicario foraneo qui deputatur in
dioce.tantum, vt no.Card.in clem j.de offi vica.q.17.& 18. fa-
cit.l.j.C.ſi quacūq; præditus poteſtate.Quod vicarius conſtitua
tur etiam in diuinis pater, de cleri. non reſi. quia nonnulli. per
Archid.eo.tit c.cū ex eo.lib.6 ſuper ver.deſeruiat. vide in cle.j.
§ quid etiam.de exceſ.præla.ſuper ver.ad menſam.in fi.& ſuper
ver.an vacent,& in cle.j.de reſcrip.ſuper ver.haberent.& in cle
ment.j.de ſup.neg.prçla.ſuper ver.de menſa.& Io.And in regu
la, qui contra iura.de reg.iur lib.6.in mercu.ad fi.& Lap.alle.5.
& But.in c.g.perpetuus.de fide inſtr.& alios.c.exturpandę § qa
verò.de præben.& in cle.j.de offic. vic.deciſ.273.& in d.c.cleri-
34 cos.de offi vica. Adde quod † vicarius archiepiſcopi vel epi le-
gati nati reſpectu poteſtatis legationis ſic traditę dēt eſſe qua-
lificatus iuxta c ſtatutū.de reſcrip.lib.6.&c.vide Belen.deci.40.
& quod vicarius poteſt procedere in cauſis delegatis epo tm

Inno.& alios in c.eam te.de reſcrip.& ad materiam vide plenè
per Card.poſt Lauden.in clem.j.de offi. vica.& ibi plenius per
Do.Egi.de Belen.& per Bal.in l.aliquando.ff de offic.proconſ.
& in l.omnes.eod.titu. vbi dicit quod nihil poteſt facere extra
territorium etiam ſpeciali delegatione, & quando ſunt duo
aut plures vicarij.vide Bartol & Bald. in l.j.ff.de offi conſu.vide
etiam Moder in c ſtatutum de præb. lib. ſexto. Item qui offen-
dit vicarium, oſtendit epiſcopum, ſecūdum Bal.in l ſed & ſi in
fi ff de in ius vocan. per l oſſa. ff.de relig.& ſump. ſune.qui fuit
iudex maleficiorum &c.non poteſt eſſe vicarius epiſcopi &c.
not.Bal.in prælu.decretalium. in verſi.vniuerſis.

Adde quod delegatus Cardinalis & de la-
tere nō pōt conſti-
tuere vicarium generalem vel ſpecialem nec in ſpecie, aut in
genere aliter communiter alicui poteſtatem recipiēdi reſigna
tiones beneficiorum & conferendi beneficia, & perſonis ido-
neis infra ſuam legationem conſtitu.ne detur via ad futura be
neficia conferenda ꝯ concilium Lateranen. licet poſſit com-
mittere reſignationem & ea admiſſa poſſe dare poteſtatē con-
ferendi illud beneficium reſignatū, quia tunc ceſſat ratio ꝓhi-
35 bitionis patet deciſ 397. Poterit ergo † quilibet Cardinalis le-
gatus de latere & alius legatus conſtituere ſibi vicarium & lo-
cumtenentem generalem & ſpecialem ſicut & alij prælati poſ
ſunt. probatur in l.j ff.de tuto.& cura.da.ab his cum ſimili. Epi-
ſcopus tamen uel alius prælatus commiſſarius apoſtolicus nō
poſſunt committere vicario ſuo poteſtatem diſpenſandi. vide
in deciſ.antiquis.359.nec futuras cauſas ſibi committendas, pa-
tet in deci.nouis.237.quę omnia intellige iuxta no in deci.no.
373.& per Inno.Hoſt.& Ioan.And.& Archi. in c.j. de offi vica.
libro ſexto,& in c.2.ne præla.vi ſuas &c. Et idem videtur dicen
dum in ſubſtitutis etiam ſubſtitutorum & ulteriorum ex ſpe-
ciali mandato principalis cum principalis videatur eos ſubſti-
tuere,& ceſſat ratio infiniti vitandi de qua in c. cum in multis.
de reſcrip.lib.6.& in l.cum pater.§ quindecim.de legat 2. adde
deci.in antiquis.29. quæ incipit, vtrū ꝓcurator ſubſtituius &c.
allegat in argu l. itē eorum.ff.quod cuiuſque vni.not.& no. in
l.cum eſſent. §.fi.ff.de ſeruit.ru. prædi.& in l.j ff de procur. idem
dicendum de vicario domini Papæ, vt ſtatim ſubijciam.

Nūc reſtat ſubijcere aliqua de uicario domini Papę
pro abſolutione huius q. De hoc uicario
dicit Ioan And. in c.tua. de offic. uica in nouel.quod de facto
abſoluit ſubditos uel aliunde uenientes excommunicatos pro
uiolenta manuum iniectione quod putat ex ſpeciali commiſ-
ſione fieri aliter non putat quod poſſit ſaltem aliunde uenien-
tes. Et idem ſecūdum eum uidetur de ſubditis ſi diceretur eum
habere uicariam illius poteſtatis quam habet Papa in urbe, ut
Patriarcha uel epiſcopus urbis nō quam habet ut epš orbis in-
cludens urbem ut ſcilicet tunc etiam ſubditos non abſolueret
niſi in caſibus in quibus abſoluerēt etiam alij epiſcopi uel eo-
rum uicarij. c.peruenit.de ſent.excom.& c. quamuis de cetero.
ea noſcitur mulieres, quod de his.& c.ſi ſic nec poteſt conferre
beneficia in urbe ſpectantia ad collationem Papæ uel inferio-
rum, ut poteſt Papa, niſi ad hoc habeat ſpeciale mandatū ſicut
habet vicecancellarius ex ſpeciali regula cancellariæ ſine tamē
aliqua clauſula diſpenſatiua, ar.in c ſi.de offi.uica. libro ſexto.
36 An autem † ordinare clericos poſſit uel literas commendati-
tias dare, dicit Idan.And tenēdum eſſe quod habetur in c.nul-
lus de tempo.ordinan.lib.6.

Et an dioceſis urbis de iure includatur in eius iu-
riſdictione attendi debet ſecundū
eum forma ſuę commiſſionis, alias uidetur quod nō includa-
tur.l.ſi.ff.de offi.præfec.urbis,& ſic non uenient niſi continen-
tia ędificia & ſuburbia per c.ſi ciuitas.de ſent.excom.lib 6 facit
d.c.tua.de offic.uica.& c.porrò.de priuileg & quod includatur
firmat Bal.in rub.de offi.deleg in ult.q.quia eſt actus fauorabi-
lis & pertinet ad ſtatum ciuitatis, ut not in l j.§.publicum.ff.de
inſti.& iur.item per l.quia ſi aquęductus. ff.de contrahen. emp.
Appellatione autem uerbis ubi aliud non exprimitur non ue-
niunt continentia ędificia & suburbia.c.ſi ciuitas. de ſen.excō.
lib.6.facit.l.ſi.ff.de offi præfec.urb.attēdatur ergo in hac forma
commiſſionis ſecundum But.d.c.tua.per ca.porrò. de priuileg.
ſalua tamen determinatione. l.ut Alphenus.ff.de uerb. ſign.&
37 quod ibi no. Et quod † poſſit cognoſcere de cauſis ſubditorū
dominorum Cardinalium occaſione titulorum ſuorum in
urbe conſiſtentium,& cōſequenter uiſitare ſatis probat dictū
c.tua.de offic. uica. quod ſolum excludit iuriſdictionem ultra
urbem, ergo plenam habet in urbe quam & Papa quo ad hoc
cum ſit idem auditorium, c.2.de cōſue.& c.Romana. de appel.
lib.6.Item quia legatus Papæ aditur per querelam. c.j. de offic.
leg.ergo & uicarius urbis in urbe cui uidetur in omnibus ęqui-
parandus de iure, quod eſt bene no. Item quia nec debet poſſe
minus uicarius urbis in urbe quā uicarius epiſcopi in ſua dio-
ceſi qui cognoſcit de cauſis ſubditorum prælatorum ſubdito-
rum epiſcopo, ut not.in c.paſtoralis.de offic.ordi.in glo.licet
fateatur Io.And.eſſe locum præuentioni in d.c.tua.niſi ſpeciali
iure

Iure aliud competat. Et ſic reſpondet his qui dicunt quod non habeat papalem ſed epiſcopalem iuriſdictionem tantum & poteſtatem vnde licet legatus poſſit exequari proconſuli & præſidi. de offi. lega. c. 2. lib. 6. & de elec. c. ſi abbatem. Vicarius tamen non
38 poterit niſi immediatos vrgere. Quia non † minus debet poſſe quam epiſcopus vel eius vicarius, ſubdit tamen idem Io. And. quod commendabile eſſet per ſpecialem conſtitutionem hoc declarare, licet videretur localis ſicut in cap. ſundamenta. de electio. libro ſexto.

Poteſt tamen dici quod vicarius domini Papæ ea omnia libere poſſit facere quę alij vicarij ſui prædeceſſores facere conſueuerunt & continuare illam quaſi poſſeſſionem ex quo præſente ſciente & tolerante Papa hoc fecerunt, argu. eorum quæ habentur per doc. poſt Hoſt. in c. 3. de ſup. negli. præla. & l. 4. C. de emanci. libe. c. dilecti. de arbit. c. cum dilectus de fide inſtru. & plenius in c. cum contingat. de for. compe. Poteſt ergo reſtringi locus a committente ut in certo loco tantum ipſius vices gerat ſecundum Hoſt. ibidem. Sic etiam poteſt determinari tempus, argu. in c. de cauſis. de offic. deleg. ſecundum Io. And. ibidem vacante autem ſede Papali non
39 credo † cetum Cardinalium poſſe facere vicarium per c. ne Romani. de elec. Poteſt etiam vicarius Papæ eſſe Cardinalis, vt ates in literis ſculptis in quodam lapide altaris in eccleſia ſancti Adriani de vrbe, & nunc eſt Cardinalis ſan. quia ante Cardinalatum erat & ſeruit per ſubſtitutum in abſentia. Talis autem Cardinalis vicarius non poterit conferre beneficia ſicut poſſet generalis legatus Cardinalis ex auctoritate legationis iuxta c. 4. de offi. leg. lib. 6. & ff. ſi quod vi aut clam. l. prohibere. § plane. ſecundum Bal. in l. aliquando. ff. de offi. proconſul. Et licet Cardinalatus ſit officium vt dicit idem Bal. in c. bonæ. 1. de poſtul. præla. tamen etiam eſt dignitas maxima quæ facit eos illuſtres, ita vt ſi illis committatur per Papam cauſa appellatione remota non poteſt ab eorum ſententia appellari, ſed ſupplicari tantummodo ſecundum eundem in l. 1. ff. de offi. præfe. præto. De his vide Card. Flo. poſt Mat. Ro. in cle. ne Romani. de elec. in 7. q. 1. partis vbi videtur contrarium tenere, & dicit vidiſſe ſeruari contrarium in vrbe, quod ſubditi Cardinalium remittuntur ad Cardinales. But. tamen in omnibus ſequitur Ioan. And. in d. c. tua. Adde deciſio. in antiquis. 384. incipit, camerarius Papæ, & quod
40 † vicarius Papæ non poſſit alium vicarium facere tenet idem Matth. in clem. & ſi principalis. de reſcrip. Et an poſſit cognoſcere de cauſis laicorum, vide eundem Matth. in dicta clem. ne Romani. de electio. hodie tamen tenet tribunal generale in cauſis hoſpitalium & monaſteriorum & aliorum piorum locorum etiam contra laicos & forte virtute ſpecialis priuilegij.

Dixi etiam in tractatu meo de viſitatione quod poteſt viſitare ſubditos & procurationem recipere ex quo non habet aliunde ſalarium, quia omnia poteſt quæ pertinent ad iuriſdictionem illius cuius vices gerit. l. 1. C. de officio eius qui vi alte ge. ar. 93. diſt. c. vlt. exceptis quæ ſpecialiter Papæ reſeruantur, vt videtur probari in d. ca. tuam. & tam in vrbe quam infra centeſimum lapidem quouſque protenditur dioceſis vrbis ad inſtar præfecti vrbis. l. 1. § in initio. ff. de offic. procon. & leg. ſi in aliam. § fin. & ſic etiam poterit conuocare ſinodum dioceſis prout vidi de facto fieri nulla obſtante contraria præſcriptione, & c. cum ex officij. c. accedentis. de præſcri. Et adde quod vicarius domini Papæ habet iuriſdictionem ordinariam in ſcholares & ſtudentes vrbis ad inſtar aliorum prælatorum ordinariorum in alijs vniuerſitatibus de qua in auc. habita. C. ne filius pro pa. etiam quando ſcholares clerici homicidium in vrbe perpetrarent per extrauagantem Boniſ. VIII. quæ incipit, in ſupremę præeminentiæ dignitatis, quam infra ſubijciam.

41 † Adde etiam quod vicarius vrbis etiam appellatur vicarius Papæ & conſueuit quandoque eſſe Cardinalis vt probatur in c. dilectus. de exceſ. præla. in ſuperſcriptione de Cardinali ſanctæ Potentianæ. vbi vide Ioan. And. patet etiam in volumine ſtatutorum cler. vrbis quod anno M. ccclxxxiiij. tempore Vrbani VI. erat vicarius vrbis Stephanus Cardinalis ſancti Marcelli. legitur etiam in eodem libro quod de anno M. cccxcij. tempore Boniſ. IX. fuit vicarius vrbis Ioannes Abbas ſancti Pauli. communiter autem conſueuerunt eſſe epiſcopi vel archiepiſcopi.

Et no. quod dioceſis vrbis concluditur intra prouinciam Piſanam & Capuanam, vt habetur in d. c. tua. Sed credo quod ibi dioceſis capiatur pro prouincia archiepiſcopali & Patriarchali prout Papa & archiepiſcopus & Patriarcha alias concluditur intra dioceſim Portuen. quę includit eccleſiam ſancti Petri maioris vbi reſidet Papa, & intra dioceſim Alban. & Sabin. & alias epiſcopales Cardinalium dioce. vrbem circundantes. Ad quod facit l. nulli. C. de numera. & actua. lib. 12. Nam & dioceſis capitur alias pro territorio vbi habetur iuriſdictio in temporalibus in ſe minimo vero generè ſumitur pro iuriſdictione quæ habetur in ſpiritualibus, vt not. in auc. quomodo oportet epiſcopus. § non aliter.
42 † Sumitur etiam quandoque prouincia pro dioceſi c. ſane. de for. compe. c. ſtudeat. 50. diſt. no. 9. q. 2. epiſcopi. & 16. q. 3. quicunque & in c. eos. de temp. ord. capitur etiam pro Patriarchatu, vt in d. auc. quomodo oportet epiſcopos. §. illud etiam. Et quandoque pro diſtrictu præfecti prætorio. no. in rub. C. de offi. præfe. præt. aſtricæ. & ibi per doct. Et quandoque pro diſtrictu cuiuſque ciuitatis. l. 1. C. vt omnes tam ciuiles quam mili. l. 3. & C. de priu. carce. l. 2. continetur etiam dioceſis nomine ciuitatis. 63. diſt. ſacrorum. facit quod no. Ioan. And. in clem. de rerum permu. & de conſti. cap. 2. & de elec. ne Romani. & Archi. in c. ſtatutum. § 1. de reſcrip. lib. 6. Alias tamen differunt dioceſis & prouincia & metropol. c. 1. de fo. compe. & c. 1. de cenſi. lib. 6. ſicut & diſtrictus & comitatus qui tamen quo ad iuriſdictionem idem ſunt 98. diſt. c. prouincię. in fi. & 7. q. 2. ſcitote & per Bar. C. de metropoli berito. lib. 11. facit l. 3. ff. de aſſeſſo. habetur in l. fi. C. de præſcr. longi tempo.

43 Quandoque etiam exponitur † territorium id eſt dioceſis no. 16. q. 2. ſi quis epiſcoporum. & q. 7. c. omnes baſilicæ & per Archid. in c. cum epiſcopus. de offi. ordi. lib. 6. & 63. diſtin. ſi ego. 23. q. vlti. § quamuis & c. in qualibet. Et no. quod ſi alteri conceditur iuriſdictio ciuitatis conceditur etiam iuriſdictio caſtrorum ipſius. d. l. 1. § cum vrbem. ff. de offi. præfe. vrb. quod verum eſt in ordinaria. ſecus in delegata quæ eſt odioſa ſecundum Bal. in c. Rodulphus. de reſcri. vbi multa pulchra dicit ad propoſitum &c. in d. § cum vrbem. Et vtrum Papa in dubio cenſeatur facere vicarium vt epiſcopus vel vt Patriarcha vel vt Papa vide quæ habentur in c. cum ex officij. de præſcrip. Et Lud. in conſi. 343. incipit, ex propoſito themate &c. Et habet talis vicarius iuriſdictionem ordinariam ſecundum Inno. & Hoſt. & alios in d. c. tua. per illum tex. ibi, quoniam iuriſdictio. & quia concernit vniuer-
44 ſitatem territorij, faciunt not. 26. diſtin. perlectis. Et quia † appellatione iuriſdictionis in dubio intelligitur ordinaria, vt not. in c. 2. de offi. vica. lib. ſexto, & quod dixi ſupra in 2. q. primæ partis. clatius autem hæc omnia determinari poſſunt & debent iuxta bullam & literas facultatis eiuſdem vicarij Papæ quam hodie habere dignoſcitur cuius tenorem de verbo ad verbum hunc annectendum duxi. De conſuetudine tamen ei multa competunt, vt patet ex regiſtris ſui officij ad quæ me remitto. Tenor autem literarum facultatis ſuæ talis eſt.

Paulus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri Dominico epiſcopo Torcelano in alma vrbe in ſpiritualibus vicario noſtro ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Licet eccleſiarum omnium vniuerſalis cura & populi Chriſtiani regimen ad vigilantiam nos inducant. Romana tamen vrbis inclita quam caput Orbis diuina clementia ſtabiliuit mentem noſtram ſollicitant, vt de ipſarum ſtatu proſpero, & ſalubri attentius, & diligentius ita procuremus vt ſpiritualiter, & temporaliter felicioribus ſucceſſibus congruum recipiant incrementum. De tua ergo laudabili vita, morum grauitate, probata fide, & circumſpectione, aliiſque virtutum donis quibus perſonam tuam prædictam eſſe familiari experientia percepimus, firmam in domino ſpem gerentes ac ſperantes quod ea quæ tibi committenda duxerimus prudenter & fideliter exequaris. Te in præfata vrbe eiuſque ſuburbus dioce. & diſtrictu vicarium noſtrum in ſpiritualibus vſque ad noſtrum & ſedis Apoſtolicæ beneplacitum cum honoribus oneribus, fructibus, & emolumentis conſuetis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium facimus, conſtituimus, & deputamus. Tibique viſitandi eccleſias monaſteria & loca eccleſiaſtica ſecularia & regularia quorumcunque ordinum ipſius vrbis etiam eccleſias ſancti Laurentij, Anaſtaſij, ſancti Sebaſtiani & ſanctæ Agnetis & alia monaſteria & ... as propè vrbem ipſam exempta & non exempta & ipſorum perſonas, & eorum cuiuslibet ipſorum exceſſus & crimina mulctandi, corrigendi, puniendi, prout ſecundum Deum, & iuſtitiam videris expedire, cauſas ciuiles & criminales audiendi exequendi, cognoſcendi, & fine debito terminandi, conferendi quoque eccleſiaſtica ſacramenta, eccleſias dedicandi & eas vel earum cęmiteria reconciliandi. Aliaque omnia & ſingula faciendi, gerendi, ordinandi, diſponendi, exercendi, mandandi, & exequendi quæ ad huiuſmodi vicariatus officium de iure vel conſuetudine pertinere noſcuntur, contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam perſonalemque coercionem & alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendi plenam & liberam auctoritate prædicta harum ſerie facultatem concedimus & poteſtatem ac auctoritatem, non obſtantibus ſi aliquibus eccleſiis, monaſterijs vel ordinibus eorumque perſonis a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod capi ſeu detineri aut interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, mandantes propterea omnibus & ſingulis ad quos pertinet & ſpectat cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, quatenus tibi exequendis his quæ ad officium tuum prædictum pertinere noſcuntur omnibus poſſibilibus aſſiſtent auxilijs, conſilijs, & fauo-

& fauoribus opportunis, tibiq; pareant, & obediant prout nobis. Quocirca fraternitati tuę p Apoſtolica ſcripta mãdamus, quatenus officium vicariatus huiuſmodi deuotè ſuſcipies, ſic illud prudẽter, ſolicite, & fideliter exequaris. Quod exinde ſperati fructus animarum, ſicut optamus domino cõcedente ꝓueniant. Tuq; præter diuinę retributionis mercedem quã inde merebaris, noſtram & Apoſtolicæ ſedis gratiam vberius conſequi merearis. Datum Romæ apud ſanctum Petrum Anno incarnationis Dominicę M.cccclxiiij. Sextodecimo Kalend. Octobris Pontificatus noſtri Anno primo. Et hæc pro abſolutione huius quæſtionis aut totius tractatus breuitatis cauſa ſufficiant. Ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

Supereſt ſubdere aliqua pauca tamen de vicarijs Papæ in temporalibus, qui per Papam præficiuntur in nonnullis terris & oppidis Roma. ecclesiæ vt in Pe[illegible]ro, Arimino, Fauentia, & ſimilibus circa quos dicit Bal. in rub de offi. deleg. ad fi. q̄ ſi Papa ponit aliquem vicarium in aliqua vrbe ſimpliciter, videt̃ eum ponere etiam in eius territorio. quia iſta commiſſio eſt actus fauorabilis & pertinet ad [illegible] ciuitatis per tex. in l. j. §. publicũ ius. ff. de iuſt. & iu. & in l. quia ſi aquæductus ff de cõtrah. emp. vide eundem in l. j. §. cum vrbem. ff. de offi. præſ. in c. j. de capitaneo qui curiam vendi. in vſib. feudo. & quoniam eorum poteſtas exoritur & cauſatur a forma literarum de quibus infra. ideo ſufficiat adijcere iſtarum tenorem &c. qui tenor eſt omnino attendendus per l. vicarius ff. de [illegible] ſecundum Bartol. in l. j. ff. quis & a quo appel. & Bal. in l. aliqua [illegible] ff. de offi. procõſ. vbi plene per eum.

Sixtus &c.

Dilectis filijs nobilibus viris N. natis quondam comitis de N. domicellis noſtris in talibus ciuitatibus aut oppidis in eorum pertinentijs N. dioce. pro nobis & eccleſia Romana in temporalibus vicarijs generalibus. Salutem &c. Vicariatum regimen gubernationem [illegible] adminiſtrationem terræ aut terrarum [illegible] noſtrorum cum eorum fortalitijs, & eorum pertinentijs vobis quandiu vixeritis & poſt [illegible] obitum [illegible] Adde [illegible] hæc verba [illegible] intelligebantur de iure per [illegible] §. ſi hæres. ff. ad Trebel. & Bal. in c. querelam. de [illegible] & ad illos non transmitteretur [illegible] ſicut teſtatur idem Bal. quod ſolet facere Papam in iſtis vicariatibus quos concedit tyrannis, vel ex vno domino per [illegible] patet. §. j. ff. de ſer. leg. in c. vno [illegible] torum in fi. de offi. dele. [illegible] filijs veſtris maſculis legitimis & naturalibus quotquot fuerint ex vobis legitime deſcendentibus natis & naſcituris ac eorum ſucceſſoribus gradatim vſque ad ſecundam generationem dũtaxat, ac de vberiori gratia auctoritate Apoſtolica concedimus per præſentes, voſq; donec vixeritis [illegible] filios veſtros ac eorum deſcẽdentes huiuſmodi vobis deficientibus & non ante. Et ſi ante vel poſt veſtrũ obitum aliquem vel aliquos ex [illegible] contingeret de medio ſummo tteri, alium vel alios ex prædictis ſuperuenientibus, vel ſuperuenientes caſtrorum vel fortalitiorum pertinẽtiarum prædictorum ac [illegible] dictorum incolarum & habitatorum vicarios, rectores, gubernatores & adminiſtratores in temporalibus quandiu vixeritis & quoad [illegible] in fidelitate obedientia noſtra & ſucceſſorum noſtrorum Roma. Pontificũ canonice intrantium, & dictæ eccleſiæ [illegible] perſtiterint auctoritate prędicta facimus, conſtituimus, deputamus & etiã ordinamus vobis & eis ac eorum cuilibet ſuperuenienti, vel ſuperuenien. nobis decedentibus Vicariatum, regimen, gubernationem, & adminiſtratione [illegible] per vos & ipſos ſeu alium, vel alios ad hoc a nobis vel ab [illegible] vel eorum aliquibus ſuperuenientib. ſeu aliquo ſuperueniente deputandum ſeu deputandos cum illis mero & mixto imperio ac omnimoda iuriſdictione tẽporali quæ inibi quæ dicta [illegible] eccleſiam ſeu alios pro eo exercenata fuerint [illegible] & præſentialiter exercẽtur ad honorem noſtrum & eiuſdem eccle. ſtatum [illegible] pacificum proſperum, & trãquillum caſtrorum ac fortalitiorum & pertinentiarum prędictorum, necnõ hominum incolarum & habitatorum eorundem iuſte & fideliter exercendi poteſtatem plenariam cõmittentes vobiſq; & eiſdem filijs & deſcendentibus huiuſmodi durante vicariatu ꝓdicto per nos vel aliũ ſeu alios inibi quoſcũq; poteſtates, iudices, & officiales idoneos qui poſſint & debeant quæſtiones quaſlibet tam ciuiles quam criminales, & alias cuiuſcunq; ſpeciei, vel generis motas, vel mouendum ad ſorum, caſtrorum, fortalitiorum, & pertinentiarum prædictorum, vel alicuius ex eis ratione contractus delicti vel rei de qua agetur, aut quouiſmodo de iure vel approbata, & præſcripta conſuetudine pertinentes audire & ipſis præuia ratione cognoſcere criminibus hæreſis ac lęſę maieſtatis, & falſitatis literarum Apoſtolicarum exceptis eaſq; debito fine terminato, & executioni debitæ demandare conſtituendi & faciẽdi, necnon colligendi habendi & percipiẽdi, ac veſtris & ipſorum filiorum ac eorum deſcendentium huiuſmodi vſibus applicandi omnia & ſingula conſueta & debita thelonea, pedagia, & emolumenta, ac fructus, redditus, prouentus, & introitus quocunq; nomine cenſeatur ad nos & dictam eccleſiam in caſtris, fortalitijs, & pertinentijs prædictis, & quolibet eorum quouiſmodo iure cauſa colliſione vel forma pertinentium & de ipſis omnibus & ſingulis durante vicariatu huiuſmodi prout vobis, & eis videbuntur & volueritis diſponendi.

Alienatione tamen bonorum ac iurium ipſius eccleſiæ i caſtris, fortalitijs & pertinentijs prædictis vobis ex eis penitus interdicta, ac per vos vel alium ſeu alios quibus id committendum duxeritis merum & mixtum imperium ac omnimodã iuriſdictionẽ prædicta exercendi. Contradictores quoſlibet & rebelles quoties expedierit temporali diſtrictione quam conuenit cognoſcendi. Ac omnia & ſingula quæ honori noſtro, & eiuſdem eccleſiæ ac ſtatui pacifico, proſpero, & tranquillo caſtrorum fortalitiorum, & pertinentiarum ac incolarum & habitatorũ prædictorum expedire cognoueritis faciendi, ſtatuẽdi, & ordinandi, [illegible] diffiniendi, & exequendi concedentes auctoritate prædicta plenariam poteſtatem. Ita tamen quòd de huiuſmodi cõſuetis & debitis thelonei pedagijs, fructibus, redditibus, prouentibus, introitibus, & emolumentis alijs quibuſcunq; vos & prædicti filij veſtri ac deſcenden. huiuſmodi teneamini dicta caſtra fortalitia, & pertinentias veſtris ſumptibus & expenſis [illegible] & [illegible] cuſtodire, & cætera ipſorum onera ſupportare abſque eo q̄ dicta eccleſia vobis uel dictis filijs, aut eorum deſcendentium huiuſmodi pro vicariatu prædicto rectoria [illegible] gubernatione, cuſtodia & oneribus ſupportandis ſubuenire in aliquo teneatur. Et nihilominus ſingulis annis quibus huiuſmodi vicariatum, rectoriam, & gubernationem exercebitis, [illegible] de huiuſmodi emolumentis & prouenpro [illegible] cenſus [illegible] caſtrorum fortalitiorum & pertinentiarum. N. Flor. auri de camera boni & iuſti ponderis nobis [illegible] ſucceſſoribus noſtris canonice intrantibus vel eccleſiæ Ro. [illegible] camerę Apoſtolicę aut theſaurario pro tempore noſtro [illegible] in prouincia noſtra. N. &c de qua dicta [illegible] in feſto Natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti [illegible] teneamini. Necnon regalia conſueta & alia ſeruitia [illegible] dudum per N. Papam & alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ſeu de mandato vel ipſorum mãdato per ſedem Apoſtolicam [illegible] tenere & adimplere fideliter [illegible] omnium & ſingularum appellationum [illegible] quarum [illegible] criminalium quàm ciuilium & alia quælibet ſuperioritatis iura nobis & noſtris ſucceſſoribus & legatis ac rectoribus prouincię prędictę, pro tempore exiſtentibus expreſſe & [illegible] retinemus & etiam reſeruamus. Saluis tamen & [illegible] in hoc [illegible] quibuſcuq; priuilegijs & indultis [illegible] fortalitijs, & pertinentijs in hac parte competentibus [illegible] orent non intendimus & propterea derogare.

Volumus inſuper & [illegible] vicariatus conſtitutionis [illegible] per præſentes q̄ vos & filij ac deſcenden. huiuſmodi [illegible] non incolę & habitatores prædicti ad parlamenta generalia [illegible] accedere & cẽſum [illegible] regalia cameræ Apoſtolicę ſicut olim conſueuerunt [illegible] teneamini & [illegible] tenentur. Et de huiuſmodi cenſu & [illegible] quid ſint & [illegible] ferant, dic vt per Bal. ſuper pa[illegible] in v[illegible]. Quodq; vos & prędicti filij veſtri ac deſcendentes prædicti per vos & officiales ueſtros quos ad hoc duxeritis deputandos caſtra, fortalitia & pertinentias, necnõ incolas & habitatores prædictos huiuſmodi durante vicariatu [illegible] & [illegible] conſtitutiones & ſtatuta prouinciæ, necnon ciuitatum, caſtrorum, fortalitiorũ & pertinẽtiarum prædictarum & aliam per dictam eccleſiam, vel alium ad hoc ab ea poteſtatem habentem tam edita & approbata quam in poſterum edenda & approbãda. & q̄ omnia ſtatuta ſi qua eſſent in eiſdem caſtris, fortalitijs, & pertinentijs contra Rom. eccleſiam & libertatem eccleſiaſticam eccleſiaſticaſq; perſonas ſeu eorum bona caſſetis, & faciatis totaliter aboleri, & q̄ eis non vtamini, nec ea ſeruetis nec receptetis rebelles & exbannitos eiuſdem eccleſiæ. Nec directè, vel indirectè faciatis per alios receptari, nec eis vel eorum alicui auxiliũ, conſilium, vel fauorem dari ſeu præſtari nullo modo permittatis quin potius quoſcunq; ex eis in noſtram peruenientes poteſtatem quoties [illegible] hoc allegato ſedis Apoſtolicæ, vel rectoribus dictæ prouinciæ, aut alijs dictæ eccleſiæ prouincialibus ad quos ratione officiorum ſuorum id pertinet requiſiti fueritis, bona fide capi faciatis & ad huiuſmodi requirẽtes ſub fideli cuſtodia deſtinari. Quod intellige non obſtantibus aliquibus prætenſis priuilegijs in contrariũ tanquam reuocatis per extrauagantem Ioan. [illegible] quæ incipit, ad noſtri Apoſtolatus vt ibi no. per Zenzeglo.

Volentes ac etiam ordinãtes quod vos & ijdẽ filij veſtri ac eorum deſcendentes huiuſmodi omnes gentes etiam armigeros tam equęſtres quàm pedeſtres per legatũ ſeu rectores prælatos, uel alios a dicta eccleſia ſeu ipſis legatis uel rectoribus ad hoc deputandis

[illegible]is quotieſcunq; tranſmiſſas in caſtra ac fortalitia & pertinentia [illegible] prædicta recipere & receptare, ac recipi & receptari ac benigne tractari, ei q; de victualibus & neceſſa[illegible] is prouidere pro competenti pretio ſiue foro iuxta poſſe veſtrum tueamini. Qđ homines incolę & habitatores ciuitatum, caſtrorum fortali[illegible]rum & pertinentiarum prædictorum, & cuiu[illegible]bet eorun[illegible] in manibus veſtris & dictorum filiorum veſtrorum ac deſcendentium huiu[illegible]modi ſe[illegible] alicuiu[illegible] vel aliquorum ad id per vos deputandi, vel deputandoru[illegible] m[illegible] amentum debite fidelitatis ſeruandæ nobis [illegible] ſucceſſo[illegible] bu[illegible] noſt[illegible] Rom Pon. canonice intra[illegible] ibus, ac uobi[illegible] & prędi[illegible] is [illegible] as veſt[illegible] torumq; deſcenden[illegible] [illegible]modi [illegible] anquam vicarii noſt[illegible] & d[illegible] ecleſiæ in[illegible] on[illegible] m ad h[illegible] per vos & eoſdem [illegible] & de[illegible] [illegible] odi moderandum teratin [illegible] præſtare cor[illegible]por[illegible] nea[illegible] ur

Præterea volumus & [illegible] vicariatui ad[illegible] per e[illegible] pie[illegible] m quod vob[illegible] ta [illegible] veſtri & a[illegible] modi de[illegible]cendent[illegible] n ra qua [illegible] die eſti[illegible] perſonaliter re[illegible] [illegible] hoc ſufficiens [illegible]

[illegible]

[illegible] Rom. [illegible] noſtris [illegible]

[illegible] ramentum, [illegible]

[illegible] Rom. [illegible] nõ [illegible] ab omni [illegible] & admi[illegible]ſtrationi [illegible] cio. Et ſi intra alios [illegible] quatuor menſes prox[illegible] effectu de [illegible] iuberna[illegible] [illegible] ipſos pr[illegible] & [illegible] declaramus. Et [illegible] & [illegible] re tud & [illegible] delegato [illegible] d[illegible] at ad propo[illegible]

Poſtremo omnes [illegible] ſu dubi[illegible] quæ [illegible] occaſione [illegible]

[illegible]

[illegible] nostros [illegible] cum [illegible] ſuum non [illegible] ipſos ex nunc [illegible] & [illegible] rant, a qua nequeatis & nequeant [illegible] articulo con[illegible] [illegible]

[illegible]

Eiſdem [illegible] caſtro [illegible] & per[illegible]

[illegible]

inſtituere, & docere faciatis, & procuretis, ꝙ incolę & habitatores prædictis vtilibus rectoribus & gubernatoribus prouidis gaudeant ſe commiſſos. Voſq;, & ipſi apud Deum & homines valeatis exinde merito commendari, & noſtram eccleſiæ prædictæ bened[illegible]ionem & gratiam vber[illegible]us promereri.

Forma autem iuramenti ꝙ nos ratione v[illegible]cariat[illegible] [illegible]iuſmodi ve[illegible]tro & [illegible]ctorum filiorum [illegible] & [illegible]ceſſorum nominib[illegible] in noſtris ma[illegible] d[illegible] N de [illegible] ocarum no[illegible]trum [illegible]

[illegible]

Et quod [illegible]nquam [illegible]

[illegible]

Delinquentes [illegible]

[illegible] hebdo-

hebdomadæ. per Papam ante fores ſancti Petri. & quando eſt
excommunicatus talis vicarius vaſalli non ſunt obligati ex iu-
ramento fidelitatis, vt in tit. hic finitur. l. Corradi. c. dño guerrã.
in vſi. ſeud. Et ſi poſtea fuit abſolutus nõ recuperat ſeruitia me-
dio tempore perdita argu. in auc. idem de neſtoriã. C. de hære.
ſed excitatur ad actum ſuum ſequuta reconciliatióne per c. ex
literis. de conſti. ſecundum Bald. in c. j. de offi. ordi.

Et vltimo adde quod ſi vicariatu vacãte hmõi, vel Regno Siciliç, vel Apuliç,
aut Ducatu Vrbinaten. & Ferrarien. etiam nouiter facto Duca-
tu per Papam Sixtum modernum Papa conferat aliqua loca
etiam comitatus in feudum quàm primum poſtea prouidetur
de vicario Rege aut Duce tenentur illi tãquàm ſui vaſalli face-
re fidelitatem ſecundum Odoſ. & Bald. ſuper pace conſtantię.
in verſi. inueſtituram. per l. ſicut. §. illud. ff. quib. mod. pig. vel
hypotheca. ſolui. & tanquàm membra ſequũtur caput, quod
eſt nota dignum.

NICOLAI BOERII

De ſtatu, & vita Eremitarum.

SVMMARIVM.

1 *Religioſorum regulæ quatuor approbatæ.*
2 *Auguſtiniani ordinis antiquitas.*
3 *Baſilij ordo antiquior.*
4 *Carthucenſium ordo.*
5 *Eremitæ ſint ſub regula Auguſtini.*
6 *Auguſtini regula eſt latior quàm Benedicti.*
7 *Ordinum variorum monachorum inſtitutiones.*
8 *Benedictinorum variæ regulæ & ordines.*
9 *Franciſcanorum regula.*
10 *Baſilij regulam qui ſeruent.*
11 *Serabitarum religio.*
11 *Anachoritarum religio.*
13 *Eremitæ an ſint ſub iuriſdictione iudicis eccleſiaſtici. & nu. 14.*
15 *Recluſi, an ſint ſub iuriſdictione iudicis ſecularis.*
16 *Eremitæ poſſunt de bonis ſuis diſponere.*
17 *Eremitica vita periculoſa.*
18 *Camaldulenſes an ſint Eremitæ.*
19 *Cœnobitarum religio. & nu. 20.*
21 *Mendicantium origo.*
22 *Eremitarum religio eſt approbata.*
23 *Monachi de generali conſuetudine Franciæ non ſuccedunt.*

QVAESTIO.

An ſtatus Eremitarum ſit de iure licitus, & permiſſus: an cen-
ſeantur perſonæ eccleſiaſticæ, & religioſę, ac voto pauper-
tatis, & caſtitatis aſtricti: vel dicantur acephali, id eſt, ſine
Duce, & capite viuentes. Et quam ducere debeant vitam.

ANTEQVAM ad deciſionem condeſcendã,
præſuppono illud qđ tradit Beatus Antonius
Epiſcopus Florentinus in ſua ſumma in tertia
1 parte tit. 16. cap. j. §. quinto † quod quatuor ſunt
regulæ ab eccleſia approbatæ, ſub quarũ aliqua
militant omnes religioſi catholicę eccleſiæ. Pri
ma fuit Beati Baſilij: ſecunda diui Auguſtini: tertia S. Benedicti:
2 quarta deuoti Franciſci. † Tamẽ videtur quod regula diui Au-
guſtini fuerit tertia, per tex. in c. periculoſam. 18. quæſt. ſecũda,
vbi Papa enumerans quaſdam approbatas regulas: primò regu
lam ſancti Benedicti, & Baſilij, & poſtea nominat Auguſtini re
gulam, à quo dicuntur habuiſſe regulares canonici eorum re-
gulam, vt ſtatim dicam. & idem dicit Felyn. in rubrica, de maio
ritate & obedientia, & dixi in tractatu de authoritate magni
conſilij & parlamentorum regni in prima magna additione.
3 † Tamen ordo Beati Baſilij eſt primus & antiquior, vt ibi dixi
ſecundum Cardin. Alexandrinũ in capitulo, & epiſcopos. deci-
maſeptima diſtinctione: qui fuiſſe videtur tẽpore Symmachi
Papæ c. bene quidem. 95. diſtinct. fortè ibi non loquitur de Bea
to Baſilio, ſed Patricio Baſilio, qui vices gerebat Odoacris re-
gis, de quo fit mentio in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. &
4 iſtud videtur verius. † Carthucenſes tamen, quorum caput eſt
in Delphinatu, non militant ſub aliqua iſtarum, ſed habẽt ſua
ſtatuta pro regula. Et habentur ſecundum diuum Antonium
Flor. in magna veneratione ab eccleſia, de quibus in extrauag.
Martini IIII. incip. viam ambitioſę & cupiditati. tit. de regula.
vt infrà dicam. Et ſic vna tantũ, ſed plures ſunt religiones Deo
famulantes, clem. prima, de electione. & cap. vno, de relig. do-
mib. 6. & no. Ioan. And. in c. ſanè. de regula. Et ſub regula Beati
Auguſtini. vt inquit Beatus Antonius militãt omnes canonici
regulares & fratres prædicatores. Idem dicit Ioan. And in dicto
capit. ſanè. qui prædicatores fuerunt inſtituti ab Innoc. III. qui
etiam ordinem inſtituit ſanctæ Trinitatis de redemptione ca-
5 ptiuorum. † Et etiam omnes eremitæ ſunt ſub regula B. Augu
ſtini, licet gloſſ. in cap. qui verè & purè. 16. quæſt. prima, dicat
quod non legit quam vitam ducere debeant: quoniam vitam
cæterorum religioſorum in Eremo exiſtentium (de qua infrà
patebit) ducere debent. Et pariter ſorores pœnitentes Mariæ
Magdalenæ in vulgari vocatæ Repenties, ac ſimiliter ſeruitæ,
quorum ſeruorum Beatæ Mariæ ordo incepit Anno 234. &
credo iſto Beatæ Marię ordine meminit Spec. titu. de ſta. mon.
§. qualiter. quæſt. 36. qui ſecundum eum incepit Bononiæ, & ſo
lum debent obedientiam, & ſunt vxorati habentes proprium,
de quo ibi per Io. And. in ver. diligenter. & in clem. cùm ex eo.
in glo. 5. de ſent. excom. Et de iſtis fratribus prædicatoribus Ere
mitanis, & Carmelitis ponit Bald. in conſi. 120. volum. ſecũdo,
& Felyn. in cap. in præſentia. verſi. quinto, cum plurib. q. ſeq. de
proba. & Abb. Sicul. in conſi. 27. dubium ſuper quo conſilium.
6 volum. ſecundo, † quæ regula Beati Auguſt eſt latior valde ꝙ
beati Benedic. regula, vt tenet Lap. alle. 62. uerſi. ad ſecundum
7 caput. Ordo † verò ſanctæ Brigidæ, & ordo beati Hieronymi
ab Euge. quarto fuerunt inſtituti, & per Martinum quintũ cõ-
firmati, vt habetur in 3. parte epiſt. 41. ordo Scopetini à Grego-
rio XII. inſtitutus. Ordo ſancti Ioannis Hieroſolymitani, qui di
cuntur vulgariter, ſerieri. Ordo Hoſpitaliorum beati Antonij:
& ordo Cruciferorum ab aliis Pontificibus: differuntq; iſti or-
dines, & religioſi inter ſe per conſtitutiones varias additas regu
læ, & in habitu, ut ibi per ipſum Anto. & §. ſeq. ſcilicet vj. vbi po
8 nit quid contineat regula beati Auguſtini. † Sub regula verò
ſancti Benedicti militant multi ordines, vt monachi nigri, de
quibus in clem. ne in agro. de ſtatu monacho. quæ etiã habet
locum in canonicis regularibus, ut ibi, & uoluit Oldradus in
conſi. 222. qui cũ eſſent relaxati, reformati ſunt in ſpeciali con-
gregatione, quæ dicitur ſanctæ Iuſtinæ. Et idem Ioan. And. in
d. c. ſanè. & quæ dixi in deciſ. curiæ parlament. Burdegal. q. 182.
incip. an aſinam. Et habent ſpeciales conſtitutiones, & exem-
ptiones per Eugenium IIII. confirmatas. Et ſub eadem militãt
Ciſtercienſes, quorum caput eſt in Burgundia vt vidi, qui ſunt
multipliciter priuilegiati, vt per doctores in cap. recolentes de
ſtatu monach. & in c. ex parte de deci. & in c. 2. eodem tit. lib. 6.
& c. cum ordinem. & ibi per docto. de reſcrip. vnde Ciſtercien
ſes & Præmonſtratenſes ex priuilegio confirmant electiones
ſine aliqua examinatione præcedente, ſecundum Inn. Cardin.
de Zabarel. & Doctores in capitulo, venerabilem. de elec. quos
beatus Bernardus mirabiliter dilatauit. Et ſic canonici eccleſię
ſecularis & collegiatæ ſancti Aemiliani Burdegalen. diœceſis,
In electione eorum decani prætendũt formam. capitulo, quia
propter. extra elect. non ſeruare. Nec in confirmatione inquiſi
tionum ſuper meritis electi & eligentium fieri debere: licet de
contrario prima facie per quandam confirmationem electio-
nis decani via inſpiratione de perſona electi appareret: ob quã
cauſam Dominum Ioannem Dibarrola, & Bertran. de Baliac,
vicarii a Reuerendiſſimo domino Briando de Valee, Bertran-
do de Moucaup. & nobis Boerij de conſenſu partium aſſiſten-
tibus ordinauerunt die 11. Septembris, Anno præſenti 1532.
vltimam electionem penès eos ponendam, & in aliis factis par
tes contrarias. Camaldulenſes inſtituti per beatum Rominar-
dum ordinis vallis vmbroſæ, quem inſtituerat beatus Gualber
tus ordinis Humiliatorum, de quibus infrà dicam. Ordo etiam
Cluniacenſis qui cenſetur unum caput in Burgũdia etiam exi
ſtens, & poteſt viſitare ſubditos tam mediatos quàm immedia
tos, vt dicit Oldr. in conſilio ducenteſimoquarto, & etiam Cę-
leſtini quos inſtituit beatus Petrus de Murrone, qui fuit Pa-
pa Cęleſtinus, ſed renuntiauit Papatui. Ordo montis oliuarum,
ordo montis ſaui, ſeu Silueſtrini. Omnes ij ſunt ſub regula bea
ti Benedicti, & differunt in conſtitutionibus, & aliqui in habi-
tu. Et omnes ſunt exempti, niſi Syluestrini. & de pręceptis regu
9 læ prædictæ vide ibi per ipſum diuum Antonium. † Sub regu-
la verò beati Franciſci militãt ſoli minores, & memini ſub no
mine Franciſci de Paula. & inter ipſos minores eſt diuerſitas in
recognitione ſuperioris: quia nec regale conſiſtorium, nec par
lamentum Pariſien. potuit eoſdem concordare: quorũ diſcor-
dia fortè multos à deuotione ingreſſus religionis beati Fran-
ciſci retrahit: tamen Papa Leo X. dedit eis viuere ſub miniſtro
generali & prouinciali, ſcilicet his de obſeruantia, & aliis con-
uentualibus ſub magiſtro prouinciali. Et hic ſanctus Frãciſcus
incepit ordinem ſuum Anno 1210. ſub Innocentio. Et confir-
matus fuit non permiſſione, ſed ſolenni approbatione ab Ho-
norio tertio poſt confirmationem ordinis prædicatorum, vt
notat Ioannes Andręas, & Abb. Sicul. in ca. nimis. in ſecundo.
de exceſſib. prælato. & Ioannes Andr. in c. quorundam. de elec.
libro ſexto, & de præceptis regulæ habetur in clem. exiui de Pa
radiſo. cum ſeq. de verb. ſignif. & per Bat. in tract. minoritatum
& Bal. poſt Iacob. de Aret. & Cyn. in auth. ingreſſi. C. de epiſc. &
clericis,

clericis,& per beatum Antoniũ vbi ſuprà. §. 8. & in extrauag.
Ioan. XXI. incip. ad conditionem canonum.& in alia incip. qa
quorundam mentes ſic pater mendacij.& ibi Zenzeli. de ver-
borum ſignifi. Et ego à domino noſtro rege commiſſarius de-
putatus vnà cũ fratre,& religioſo viro de Verduzan reformaui
conuentus ciuitatum,ſcilicet Burdegalen. Reole,ſiue de regu-
la, Marmande,& Rioncij, ſeu Rio nnij, ſed alios conuentus re-
ſorti noſtri parlamenti ob defectum religioſorum reformare
10 non potuimus. † Sub regula enim beati Baſilij quæ prima fuit,
militant omnes monachi orientalis eccleſiæ,ſeu gratiæ,ac etiã
in occidente. Fratres verò Carmelitæ aliquando ſub ea fuerũt:
quibus Anno 1247. Inno. IIII. addidit quaſdam ordinationes
per modum regulæ traditas eis à quodam Patriarcha Hieroſo
lymitano dicto Alberto, extractas ex regula beati Baſilij cum
quibuſdam additis. declarantes & mitigantes regulam illam,
per dominum Hugonem Cardinalem ordinis prædicatorum
dictatas. Et de regula & ordine Carmelitarum, ponit Bald. in
authen. ſi qua mulier. C. de epiſcopis & clericis,& in conſi. 120.
in fine ſuprà alleg. & latius in cõſi. 80. incip. ſuper inſraſcriptis.
volum. ſecũdo. Quæ autem ſint præcepta regulæ Baſilii, vel nõ
extra eſſentialia religionis, dicunt beatus Antonius Flor. in lo-
co ſupra alleg. non inueniſſe à quodam declaratum. Et proh
dolor quia ſi contigiſſet mihi mei iuris aliquando eſſe delibe-
rauet am intrare eremitagium beati Baſilii ſupra quẽdam mon
tem in diœceſi Magolonen. propè villam nouam, & oppidum
mitræ vallis, ſiue mitræ valentis exiſtẽs,& à quolibet per Leucã
diſtans. Et in pede montis eſt quædam capella Mariæ Magda-
lenæ ſola boni valoris, in qua paucum aut nullum diuinum ce
lebratur officium,& tales ſunt eccleſiæ quas Lombardi petũt,
qui non curant de ſeruitijs, ſed de reditibus burſalibus quantũ
valent importatis, vt dicit Baldus de pace conſtantii. c. in cauſis,
in verb. libellariæ. ante finẽ. & Iaſon in l. placet. verſiculo, dixi
ſecundo loco. C. de ſacroſan. eccle.& Baldus in ſua Margari. ad
Innocen. in verbo eccleſia. prima quæſt. vbi dicit in Italia, ubi
homines viuunt,& neſcit quomodo. Et ibi facere vnũ eremũ
pulchrum valde, ac deuotum, licet magis debeamus ſtudere
procreationi, & generationi liberorum, quàm ingreſſui reli-
gionis, ut dicit Baldus in l. ſi paterfamilias §. fin. & in l. ſi tibi. ff.
de adoptio. dicens etiam quod ſi filius regis vnicus ingreditur
monaſterium peccat,& non meretur: ſed Papa poteſt diſpen-
ſare, ne regnum pereat.& idem Iaſon in repetitio. legis, ſi arro-
gator. in fine, eodem titulo, de quo Ioannes Andręas in regula,
actus legitimi. in mercu.& Abb. Sicul. in ca. ex publico. de con-
uerſi. coniugato.& aliàs ſuper hoc conſului. Tum quia vt dicit
Hoſtien. in procem. ſuę ſummę, aduocati & iudices (qui n & do
ctores dicuntur) legibus iuris communis vtentes (prout face-
re tenentur) meliorem vitam ducunt, quam fratres prædicato
res. Et ita honeſta res eſt contrahere matrimonium, ſicut etiam
intrare monaſterium, vt §. nunc autem in authentico, de epis
& clericis.& tenent gl. in §. Cumq; ſuper filio. inſtitu. de nupt.
facit capit. per venerabilem. qui filii ſint legi. non ęquiparantur
carnale & ſpirituale, c. inter corporalia. de transla. epiſco. uel
elect.& dixi in conſ. 54. incip. viſo proceſſu moto & pendente.
His pro conſtanti habitis,& ad quæſt. facientibus. dico ſecun-
dum Hiero. in Epiſt. 4. . cap. tertio, in tertia parte.& beatum Be
nedictum in regula ſua, ac Anto. in ſua ſumma tertiæ partis, ti-
tulo 16. cap primo. §. quarto, triplex eſſe genus monachorum
11 ſeu religioſorum qui omnes dicunt ſe Chriſtum ſequi.† Primi
dicuntur Serabitę, diſcurrentes hincinde,& viuentes in ſpiritu
libertatis, qui dicunt ſe Chriſtum ſequi in eo, ꝙ Chriſtus cir-
cuibat ciuitates, & caſtella: tales appellantur etiam Circuncel
liones. ij bini vel trini, nec multò plures ſimul habitant. de eo
quod laborauerunt, in medium partes conferunt, ut habeant
alimenta communia,& quaſi ars ſit ſancta non vita. Inter eos
ſępè ſunt iurgia, quia ſuo viuentes cibo non patiuntur ſe alicui
eſſe ſubiectos. Apud hos affectata ſunt omnia, laxę manicę, ca-
ligæ follicantes, veſtis craſſior, crebra ſuſpiria, viſitatio virginũ,
& detractio clericorum. Et ſi quãdo dies feſtus aduenerit, ſatu-
rantur ad vomitum. Et hi ſecundum ipſos non approbantur à
doctoribus, nec iure communi. c. qui verè.& c. quidam mona-
chi. 16. quæſt prima. Et ideo dicit gl in dicto cap. qui verè. quod
quidam iſtos locuſtas vocant, id eſt, ſine capite. & idem Abb.
Sicu. in c. ex parte. de conuerſ. coniuga. tamẽ dico, quod ex quo
ſe alienos à populo faciunt,& ad opera vitæ ꝯtemplatiuæ con
uertuntur, quod laudandi ſunt ſecundum glo. in c. penult. in
verbo, ſecreta de verb. ſignif. libro ſexto, vbi ponit de cellis eo-
rum. Et re vera ſecundum diuum Hieronymum in d. c. tertio,
ſolent cenare ieiunijs,& rem ſecretæ victoriæ facere. Et intel-
ligo de ijs eremitis, qui vrbes,& caſtra fugiunt, licet propter vi
tium aliquando eas frequenterent; nam multum eſt vrbes deſpi
cere ob crebras ſalutationes, obſequia matronarum, variaſq;
illecebras, quibus etiam rigidiſſimi moliuntur: cum & Sireneo
cantu ad naufragia pertrahantur, ut inquit Hieron. ubi ſupra.
cap. 11. cum enim tanta reperimus in cœlo, cur parua & cadu-
ca non quæſiſſe doleamus in terra: Ambitio nanque, potẽtia,
magnitudo vrbis, videri & videre, ſalutare & ſalutari, laudare
vel detrahere, vel audire, vel proloqui,& tantam hominũ fre-
quentiam ſaltem in vico videre, à monachorum propoſito, &
à quiete ſunt aliena. Aut enim videmus ad nos venientes, &
ſilentium perdimus. Aut ſi non videmus, ſuperbiæ arguimur
Interdictum vt vicem reddamus, ad ſuperbas fores pergimus,
inter linguas rodẽtium miniſtrorum poſtes ingredimur deau-
ratos, dicentes his rationibus inuitatos multos philoſophos re
liquiſſe frequentias vrbium,& hortulos ſuburbanos, ubi ager
irriguus, arborum comæ,& ſuſurrus aquarum aut fontis ſpecu
lum immutmutans,& multæ oculorum anxiæq; illecebræ, ne
per luxum, & abundantiam copiarum animæ ſortitudo mol-
leſceret,& eius pudicitia conſtupraretur. Inutile quippè eſt cre
bre videre per quæ captus aliquando ſis,& eorum experimen-
to committere, quibus difficulter cares. Nam quos ſeculi car-
cer includit, nunc ira, nunc auarina, nunc aliorum incentiua
vitiorumq; pertrahit vtroque. Abijciendæ ſunt animi volupta
tes, relinquenda delectationum ſtudia; nuendum in ſumma, vt
naturalibus amputatis, conuerſatio noſtra tendat ad cœlum.
Quid fiet, ſi ludi, ſi iocus, ſi conuiuia, ſi ſermo pene familiarium
deſeratur: hæc ille. Et faciunt ea, quæ dicit in loco alleg. in c. 8.
de ſolitudine. & in c. ſeq. de vtilitate eremit. Et ſic qui ſedet in
ſolitudine, & quieſcit: à tribus bellis eripitur, ſcilicet locutio-
nis, auditus,& viſus,& contra vnum tãtummodo pugnam ha-
bebit, ſcilicet cordis. Ideo cauti eſſe debent eremitę, quia ſecun
dum Cæſarium in admonitione 28. dicentem. Videte voca-
tionem veſtram, fratres chariſſimi: venire ad eremum ſumma
perfectio eſt, non perfectè in eremo viuere, ſumma damnatio
eſt. Quid prodeſt ſi in loco quies teneatur,& inquietudo in cor
de ſeruetur, ſi in habitatione ſilentium ſit, & in habitatoribus
clamor vitiorum, tumultus, & colluctatio eſt paſſionum, ſi
exteriora noſtra ſeueritas teneat, & interiora tẽpeſtas obruat?
Et idẽ dicit & refert Leonar. de Vtino, in ſermo. de feſto beati
Anto. verſic. primo, vbi ponit de quadruplici gradu religionis.
12 † Secundi dicũtur Anachoritæ Hebraice; Gręcę verò eremitę
ſolitariè viuẽtes, quos Græci etiam vocant [illegible], ab eo qđ
procul ab hominibus ſoli receſſerũt, in deſertis viuere nuncu-
pantur. c. vno. de exceſſib. præla. libro ſexto,& ibi Philip Franc.
in vltim notab.& textus in authent. de monach § cogitãdum.
vbi gloſſ. in verb. heſichaſtus. allegat nouel. conſtitut. de mo-
nach. vbi pro iiſdem anachoritæ & heſichaſtæ ponuntur, vt in
§. in omnibus autem monaſterijs.& ibi dixi, quæ reperiuntur
poſt ll. Longobardorum. Et talis habitatio eremitica dicitur.
Qui etiam dicunt ſe Chriſtum imitari, in eo quod ſolus agebat
in deſertis. Matthæ. quarto. Et in montem aſcendit ſolus ora-
re. Matth. 14.& Lucæ ſexto. Hi traxerunt initium ab Elia vel
Ioanne Baptiſta, qui ſanctificatus in matris vtero cum puer
eſſet, in deſertis erat. Luc. primo,& ſecundo, quæſt. ſeptima c. ſi.
Quem verò virum, vt refert Hiero. in d. cap. tertio. Hieremias
Propheta deſcribit Hieremiæ tertio, bonum eſt viro cum por
tauerit iugum domini ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius,
& tacebit: quia ſuſtulit ſuper ſe iugum, & dabit percutienti ſe
maxillam, ſaturabitur opprobrijs: quia non in ſempiternum
abijciet dominus horum laborem, & conuerſationem in car-
ne,& non carnis: vel etiam à Paulo primo eremita, qui tantæ
perfectionis fuit, vt beatus Antonius animam eius egreſſam de
corpore in choro Angelorum viderit collocari. Et de his dici-
tur decimaſexta quæſt. prima, qui verè & purè ſolitariam vitã
eligunt, digni ſunt conuenienti honore &c.& in c. ſi. 15. diſtin.
ibi, item vitas patrum Antonij, Pauli Hilarionis, & omnium
eremitarum: quas tamen vir Beatiſſimus ſcripſit Hieron. cum
omni honore ſuſcipimus, &c. Et ipſi ſubſunt epiſcopis ſecun-
dum gloſſ. in d. cap qui verè per text. in capit. nulla ratione. 93.
diſtin & ibi tenet Cardin. Alexand. in c. ſi autem. duodecima
quæſt. quarta,& in cap. indemnitatibus. §. ſupradicta & ibi Do-
min. in primo notabili.& Philip. Francus, in tertio, de electio-
13 nibus, libro ſexto, volentes per illum text. † quòd eremitæ &
mulieres viuẽtes ſine obligatione profeſſionis in regula non
approbata, ſint ſub iuriſdictione iudicis eccleſiaſtici, ut not.
glo. in clemen. penul. de ſenten excommunica. & ſingulariter
Domini. de Rota. in deciſio. 167. aliàs deciſ. prima, de regulari-
bus. in antiq.& hoc quandiu in eccleſia,& ſeruitio Dei geſtant
habitum religioſorum, argu. l. ſtigmata. C. de fabri.& l. omn. C.
de aquęduct. libr. vndecimo,& l. ſemper. §. negotiare. ff. de iure
immunita.& idem tenet Imol. in clem. ſecunda, de præben &
Anto. de But. in conſi. decimonono, verſi. ad nouũ. bene conſi
derandũ,&c. dicens quòd vita eremitarum eſt approbata tan-
quam in ſtatu pœnitentium, vt ſunt nunc fratres Ieſuitæ, qui
ſtatum pœnitentium,& vitam eremiticam ducunt: tales ſunt
& eſſe debent ſub obedientia epiſcopi. decima quæſt. prima,
aliud. Et iſti non ſunt locuſtæ: quia ueritas eſt ſecundum eum,
quòd ſunt ſub epiſcopo, & reputantur perſonę eccleſiaſticę,
& gaudent priuilegio clericorum. Nec aliud caput uel ſupe-
riorem compelli poſſunt habere, quia Chriſtum habent in ca-
put, & epiſcopum ſuum, & Papam & parochianum in cuius
parochia

parochia ſunt. Et ſi habent Abbatem, tunc quo ad iuriſdictio-
nalia, & forum pœnitentiæ ſunt ſub ipſo Abbate, ſicut ſuberāt
Epō. Et idem tenet gl. quam ibi ſequuntur Bar. & Ange. in l. 2.
ff. de in ius voc. volentes Eremitam in ius vocari nō poſſe, ſed
eius prælatum, qui rñdere debet pro eodem, & debere gaude-
re priuilegio monachorum, & clericorū. & Zaba. in d. cle. pen.
q. 2. de ſent. excom. & Doct. in c. ex parte. in 2. ſuper verbo, caſti
tatis. de ſent. excom. & plenè Ant. de But. in c. 2. de foro cōpet.
& ſm Ang. in d. l. 2. debent iurare ſe continentiam ſeruaturos.
per tex. in §. ecce. 27. q. 2. & idem dicit in conſi. 121. verſic. qui-
nimmo etiam Eremitæ. & Inn. in c cùm monaſteriū. de elect.
licet Abb. Sicu. teneat ɔ̃rium. ibi & in d. c. 2. de foro comp. per
gl. in d. c. ex parte. tñ text. in d. §. ecce vr̄ velle Eremitam voue-
re debere continentiam: immo hæc vita eremitica dirimit
matrimonium non conſummatum, vt ibi. ſm Abb. Sicu. in d. c.
ex parte, & cōiter Doct. tenent gl. ibi & Fel. in d. c. 2. de foro cō-
pe. dicens dictum §. ecce. loqui ex reuelatione diuina, ibi, gra-
tia diuina vocatis. vel ſm Archid. ibi loquitur de tali eremo,
qualem ſuſtinent Camaldulenſes, quia eſt vna ſpecies eremi-
tarum, de qua res eſt clara. de quibus in d. c. vno. in fin. de exceſ.
præla. & c. priuilegium. de verb. ſig. ibi, in cellis ad monaſteriū
ſpectantib. & in d. c. monachum. 20. q. 4. & ibi dicit Archi. quod
non peccant Eremitæ eligēdo cellas pro arbitrio, qñ ab initio
non elegerunt vitam cōem: aliàs ſecus, vt ibi. hinc eſt, quod di
14 cit Bal. in l. in adoptionem. C. de adopt. † quod Eremita dr̄ ci-
uis loci in quo moratur. licet de Zaba. in d cle. 2. q. 12. & ibi Io.
de Lign. de pben. teneant ꝙ non ſint perſonæ eccleſiaſticæ, qa
ad hoc, vt aliqui gaudeant priuilegio clericali, requirit̄ ꝙ ſint
clerici vel profeſſi in aliqua religione approbata. 17. q. 4. ſi quis
ſuadente. & de ſent. excom. c. non dubium. quia ſicut laici nati
ſunt, ita laici perſeuerāt, & ſub iuriſdictione Imperatoris. Et cū
eiſdem non ſuperueniat aliquid diripiens eos ab ipſius iuriſdi-
ctione, quod eſt duplex, ſ. receptio ordinis, vel conuerſio ad ali
quam religionem approbatam, vt dictum eſt in c. ſin. de relig.
domi. & ita tenet Abb. Sicul. in d. c. 2. verſ. quæro quid de pœni
tentib. cum verſic. ſeq. & idem Paul. de Caſt. in conſi. 354 aliàs
347. incip. quæritur an laicus. volumine antiq. in fi. niſi ſm eū
agatur ſuper re ipſorum, vel rōne criminis conueniantur, &
ibi ponit de hoſpitalario. Et ēt Roma. in ſing. 351. incip. laicus.
Et in vtrobiq; ſ. Eremita & hoſpitalario tenet Aufrer. in deciſ.
capellæ Tholoſa. q. 8. & Collecta. in d. c. ex parte. de conuer. cō-
iuga. & in c. cùm Ioannes Eremita. de fide inſtrumē. & Aufrer.
in repetit. clem. 1. & in fallen. ſecundæ regulæ. verſ quarto, extē
do ad Eremitas. de offi. ord. vbi dicit ſm hanc partem iudicatū
fuiſſe per curiam Parlamenti Tholoſæ ɔ̃ quandam Eremitam,
qui ꝓꝑ egregia furta, & rapinas vltimo fuit affectus ſupplicio.
& Abbas Sicul. & ſui ſequaces dicunt hanc opinio. eſſe de iure
veriorem: & præcedentem benigniorem & æquiorem, & re-
ligioni fauentem. Qm̄ ſalua pace ipſorum præcedens eſt de iu-
re etiam verior, ſm Butr. Barba. Arcti. & Felyn. in d. c. 2. de foro
compe. vbi Fely. alleg. tex. nouum in d. c. fi. 15. diſt. licet ſm eum
ille tex. poſſit reſtringi ad vitas Patrum ſcriptas per diuum Hie
ron. vt tenet ibi Card. Alex. tñ hoc verum vt illi dicantur ſan-
cti: ſed non reſtat, quin ille text. probet, ꝙ origo vitæ eorum
religioſa ſit: ideo ſm eum in litanijs inuocantur iſtorum ſan-
ctorum Patrum auxilia. Et idē tenet Io de Turre Cremata in
d. c. qui verè. in 2. q. & beatus Anto. in d. ſua ſumma ubi ſupra.
Et iſta eſt vera, & cōis: quia verberantes & manus violentas in
eos iniicientes, ſnīam incurrūt excōicationis a canone latam.
d. c. ſi quit ſuadente diabolo. ſm Anto. de But. & alios in d. c. 2.
de fo. compe. licet Hoſt. & Hen. Bo. in d. c. non dubium. intelli-
gant hoc verum, qñ ſe & ſua dederunt eccleſiæ, & quod ſint
tonſurati. Sed hoc ſubſiſtere non pōt: qm̄ clerici coniugati
qui non dederunt ſe nec ſua, retinēt duo priuilegia, canonis. ſ.
& fori. c. vno. de cleri. coniu. lib. 6. Idem eſt de muliere recluſa,
ſm Ant. de But. in d. c. 2. per c. aliud. & c. de perſona. 11. q. 1. Et ge
neraliter enim omnes perſonæ, quę regulariter viuunt, ſunt ꝑ-
ſonæ eccleſiaſticæ, licet non faciant profeſſionem, & gaudent
priuilegio clericorum, per tex. clarum in d. c. indemnitatibus.
§. ſupra dicta. & ita tenet Ang. in Auth. apud quos opor. cauſas
dicere monachos. vbi notat ex gloſſ. ibi abſiſteris, ſed ideò,
15 † quod licet recluſi in loco ad ieiunandum non ſint perſonæ
eccleſiaſticæ, vt ſunt iſti fratricelli, qui vt plurimum ſtant ad
orandum in locis ſylueſtribus, & etiam mulieres, quæ vt Deo
ſeruiant, ſe recludunt in vna domo ad ieiunandum, & orādū:
quas recluſas, dicit gloſſ. vulgariter appellamus: tamen priui-
legium monachorum conuerſorum, & ſub iudice ſeculari cō
ueniri non poſſunt: immo ſunt religioſæ perſonæ: quia tam
earum veſtimenta, quàm perſonæ benedicuntur, vt vidi in re-
cluſis Burdegalæ nouiter conſtructis. Et idem tenet Ioan. de
Turre Cremata ī d. c. qui verè. in vltima quæſtio. Sed illi qui ſi
mulant ſe non Eremitas, ſed de ordine ſancti Franciſci reſpe-
ctu habitus, & aliorum morum, qui quoſdam inter ſe conſti-
tuunt ſuperiores: tales enim non ſubſunt prælatis ordinis, ſed
ſunt reprobati, per extrauagan. Ioan. XII. incip. Sācta Romana
atque vniuerſalis eccleſia. titul. de relig. domibus. Præterea Ere
mitæ habitum, & regulam profitentes, & aliàs idonei poſſunt
vocari ad prælaturam monachorum. d. c. cùm monaſterium:
quia tranſeunt a minus ſtricta ad magis ſtrictam, ex eo quod
monachus renuntiat proprijs, non autem Eremita, capit. pla-
cuit. 16. quæſtio. 1. de quo per gloſſ. & Abb. Sicul. in d. cap. cùm
monaſterium. & in cap. cauſam. eodem titu. & Berth. in tracta.
ſuo de epiſcopo. prima parte. lib. 2. quæſtio. 68. dixi in additio.
de Mandag. in tract. de elect. c. 17. & Ioan. de Turre Cremata in
d. c. qui verè. in 3. q. Et retinent propria ex quibus nutriantur,
vt tenet Bald. in auth ſi qua mulier. verſicul. Et hæc ſunt vera,
& ca. vbi loquitur de illis fratricellis, qui ſtant in montanis, qui
16 non ſunt profeſſi & non haberit aliquam regulam. † Vnde ſe-
cundum eum poſſunt teſtari, & diſponere de bonis ſuis, ſicut
fecit diuus Paulus primus Eremita, qui collubium ſuum, id eſt
veſtem ſine manicis, qua vtebantur olim virgines & diaconi,
quæ hódie eſt dalmanica, in teſtamento reliquit Anaſtaſio epi-
ſcopo Alexand. Tunicam verò reliquit beato Antonio, vt ea.
perlectum. § econtra Paulus primus Eremita. 19. quæſtio. 3. &
idem tenet gloſſ. in d. cap. qui verè. in fin. & Ange. in d. l. 2. de in
ius vocan. & glo. in d. cap. ex parte. & omnes Docto. ſupra alle.
& Bald. in d. conſi. 120. incip. punctus, quædam habuit. volu. 2.
Et ideo monachus non poteſt tranſire ad vitam Eremiticam
niſi de licentia Abbatis. Sed bene econtra Eremita poteſt fieri
monachus, vt tenet gloſſ. in cap. ſi clericatus. 15. q. 1. per text. in
d. c. monachum. 20. q. 4. & Bartho. de Firmo in d. tracta. de epi-
ſcopo. in 1. parte. lib. 2. qō. 68. Sed habita Abbatis licentia, &
non conuentus poterunt cellas ſiue habitacula in eremo ſeu
locis, vbi non ſit hominum habitatio de propinquo capere &
mutare. capitu penult. de verbo. ſignif. lib. 6. & tenet Felyn. in d.
cap. 2. Et idem in mendicantibus fratribus, vt poſſint eligere vi
tam ſolitariam de maiorum ſuorum licen. d. capit. vno, de ex-
ceſſib. præla. & Ioan. Andr. in d c. ſanè de regula. Tamen præla-
ti nemini debent dare licentiam, niſi iam in ſocietate perfe-
ctis: cùm periculoſum ſit ſolitariè habitare imperfecto: cui
dicitur, Væ ſoli, quia cùm ceciderit, non habet ſubleuantem.
ſecundum beatum Antonium vbi ſupra. & Ioan. Andr. in d.
cap. ſanè. verſicu. circa ſecundum. de ſolitudine. Et ideo bea-
tus Tholo. 2. q. 28. ar. 8. quem refert diuus Antoni. loco. & cap.
ſupra præalleg. & Ange. de Claua in ſua ſumma, in litera, Ere-
mita. §. fina. dicit, Quod quamuis vita ſolitaria, ſi debitè aſſuma
tur, præmineat vitæ ſociali, vt plenè Archidia in d. cap. pen.
& ibi aliquid per Ioan. Andr. Domi. Anchar. & Philip. Franc.
de verbo. ſignifica. & Ioan. Andr. & d. cap. ſanè. & Abbas Sicul.
in cap. niſi cùm pridem. de renuntia. & Iacob. de Bellouiſu in
d. § cogitandum in authent. de mona. tamen vita ſocialis ne-
ceſſaria eſt ad exercitium perfectionis: quia mutuò ſe inſtruūt
verbo, & exemplo, & correctione, quæ ad perfectionē per-
ducunt. ſolitudo autem competit iam perfectis, qui aliorum
17 regimine non indigent, ſed ſolo ſpiritu Dei aguntur. † Et ideò
ſi abſque exercitio præcedenti talis vita aſſumatur, periculoſiſ-
ſima erit, niſi ſuppleatur per diuinam gratiā. Vnde beatus Hie-
rony. in loco ſupra allegat. cap. 10. tractans de periculo vitæ ſo-
litariæ, quærit, vtrum quis ſolus an cum alijs in monaſterio vi
uere debeat: reſpondit, mihi placet vt habeat ſanctorum con
tubernium, id eſt, ſocietatem: nec ipſe te doceas, & abſq; du-
ctore ingrediaris viam, quam nūquam ingreſſus es, vbi amplè
& ſingul. hoc proſequitur ponens, & deſcribens vitam ſuam,
quam in eremo ſolus geſſit, & etiam aliquid in cap. 2. loquēdo
de obedientia cuius verba recitantur a Gratiano in d c. ſi cleri-
catus. 16. q. 1. vbi glo. dicit, quòd plus valet vita cōis ꝙ̃ eremiti-
ca. & idem tenet Ioan. de Turre cremata in d. cap. qui verè. in
j. quæſtio. Et hac vita anachoritica ſeu ſolitaria participāt Car
tuſienſes, qui ſecundum Ioan. Andr. in d. c. ſanè. plurimam vi-
tam ſolitariam ducunt in cœlis: ſingulis tamē diebus ad Miſ-
ſam, veſperas & matutinas, conueniunt: certis etiam dieb. con
ueniunt in refectorio & in collocutorio, vel clauſtro ſecreto.
18 † Et etiam comprehendunt Eremitæ Camaldulenſes, licet iſti
participent de Cœnobitis: quia ſimul qñq; cōueniunt: de qui-
bus Camaldulenſibus loquitur gl. 2. in d. c. cùm monaſterium.
ꝙ̃ dicit, ꝙ ſunt in Tuſcia. & Io. And. in d. c. ſanè. dicit caput reli-
gionis ipſorū eſſe in diœceſi Aretinę. qa dicti Eremitæ licet ha
beāt vitā ſocialē, tñ aliquę eorū cellæ ſunt in cacumine mon-
tis, q ſolitariā vitā ducūt diuiſim locatæ ꝑ nem⁹, vbi eſt vera cō
19 tēplatio, & aliqd actionis. † Tertij dicunt Cęnobitæ, i. in cōgre
gatione viuētes, ij videnť exorti ſub Eliſeo, q ɔſtituit cuneū ꝓ-
phetarum, id eſt, religioſorum, ſecundum gloſſ. ſed fuerunt
reuocati a Chriſto, qui diſcipulos habuit pariter habitantes,
& in communi viuentes, cum quibus in monte aſcendens
docebat eos, Matth. 5. Et vt dicit Ioan. Da. quem refert beatus
Anto. Flo. in ſumma vbi ſuprà, ipſos in principio habuit, vt no-
uitios docēs in doctrina de Beatitudine, qd deceat agere in reli
gione, & plura alia Secundo quaſi voluerit eos profiteri, cum
quibus ex diſcipulis recedentibus dicit ad Apoſtolos, Nun-
quid & vos vultis abire? Et Petrus reſpondens pro omnibus

dicit, Domine ad quem ibidem, &c. Ioan. 6. quaſi dicat, non tandem eos ad ſtatum perfectionis perducit, quando in vltima cœna eos epiſcopos fecit, & conſecrauit, vt dicit gloſſ. in c. in nouo. 21. diſtin. & ibi Card. Alex. ſed perfectiſſimos fecit die Pentecoſtes. Habuit enim Chriſtus Benedictus quoſdam ex diſcipulis deditos vitæ actiuæ: vt Martham, & alias mulieres, ſibi de facultatibus miniſtrantes: quoſdam contemplatiuæ deditos, vt beatiſſimam virginem matrem, & Magdalenam: quoſdam mixtæ, vt Apoſtolos, & alios. Et ſic opinio illorum qui pertinaciter aſſerunt Chriſtum & eius diſcipulos nihil habuiſſe in ſingulari, vel in communi, & in ijs quæ habuerunt nullum ius eis fuiſſe, eſt erronea & hæretica, vt in extrauag. Ioan. 22. incip. Cùm inter nonnullos viros. titu. de verbo. ſignifica. & ibi per Zenzeli. Tamen in actibus apoſtolorum legitur, quod apoſtoli & diſcipuli accepto ſancto Spiritu omnia eorum bona vendi, & pauperibus erogari ordinauerunt, & ſic nihil in communi vel
20 particulari habuere, vt Actuum primo. † Et iſti Cœnobitæ habent diuerſos modos viuendi, & ad diuerſa deputantur, vel ad actiuam, vel contemplatiuam, vel vitam mixtam, ſecundum regulas, & conſtitutiones eorum quas profitentur: de quo per beatum Anto. vbi ſupra §. 4. & Ioan. Andr. in d. c. ſanè. verſi. diuerſificantur religiones ſecundum diuerſitatem operum ad quæ ordinantur, vt quia vna ordinata ad peregrinos hoſpitandos, vt eſt ordo Cruciferorum beati Antonij Viennen. aut Arelaten. Alia ad captiuos viſitandos vel redimendos, vt ordo de Trinitate ſeu beatæ Mariæ de mercede: vna ad actus contemplatiuos, alia ad actiuos, alia ad mixtos, &c. & quæ ſequuntur. Et ipſi in Aegypto diuiſi ſunt per decurias atque centurias, ſecundum beatum Hieron. in d. cap. 3. Ita vt nouem hominibus præſit decimus. Et rurſum præpoſitos ſub ſe, centeſimus habebat, manebant ſeparati: & ſeiunctis cellulis vſque ad horam nonam (vt inſtitutum erat) nemo ibat ad alium, exceptis his decanis, vt ſi cogitationibus fortè quis fluctuaret, illius conſolaretur alloquijs, vt ibi per eum qui vitam eorum deſcribit deuotiſſimam, ac religioſiſſimam. Et ſub his Cœnobitis comprehenſi ſunt omnes monachi, quorum beatus Benedictus dicitur primus pater in Occidentali Eccleſia: & beatus Baſilius in Orientali, vt ſupra dixi. quamuis & prius etiam multi ſancti patres præfuerint magnis congregationibus, vt beatus Antonius, Pachouius, Iſidorus, & alij. Sed ita ſub determinatis regulis, & ceremonijs quibus aggregati ſunt canonici regulares tanquam contemplatiui, vt ſupra dixi in præſuppoſitione. Ex quibus ſecundum beatum Anto. Flo. in tertia parte. titul. 30. capit. 10. §. quarto. fuit vnus de ſancto Victore magnus magiſter, & deuotiſſimus homo, qui eſt in Marſilia apud Prouinciam ia-
21 cens. † Poſtea ſucceſſerunt mendicantes, quorum primi fuerunt ſancti, videlicet Dominicus in Hiſpania, & Franciſcus in Italia, replentes ſemine totum orbem, cum alijs ordinibus Eremitarum, Carmelitarum & Sconitarum. Hi tamen ſtatum medium in clericos ſeculares, & monachos habent: vnde de vtroque participant. Nam a ſtatu monachorum accipiunt contemplationem in ſtudijs, & officijs, & modeſtiam in ceremonijs, & abſtinentijs. A clero autem accipiunt actionem, ſcilicet prædicandi, viſitandi infirmos, & confeſſiones audiendi, &c. & plenè Ioan. Andr. in d. capitul. ſanè. verſicul. Circa hoc ſcien-
22 dum, &c. † Ex quibus concludo ſecundum veram, & communem opinio. iurium & docto. ſupra allegatorum, ſtatum eremitarum, ſeu vitam eremiticam tam primorum, quàm ſecundorum, & vltimorum, ſcilicet Serebitarum, Anachoritarum, & Cœnobitarum religioſorum, de iure eſſe approbatam, & ipſos inter perſonas eccleſiaſticas, & religioſas numerari, ac Epiſcopo loci ſub eſſe tanquam eorum vero ſuperiori. vt tenet Abb. Sicu. in clemen. cupientes. de pœ. dicens quod eccleſia habet iuriſdictionem ſuper illos qui viuunt ſub quadam religionis ſpecie ſeu clericali, licet eorum ſtatus non ſit per ipſam eccleſiam approbatus, immò potius reprobatus. & ſentit Cardina. Alex. in c. ſi quis nuptijs. 30. diſt. Et ſic gaudere debere priuilegio clericorum. Et hoc quandiu in eccleſia, & ſeruitio Dei habitum geſtant religioſum: licet caſtella, & ciuitates eremo, & cellulis propinquas pro victu quærendo circuant, & frequentant: & illud quod eleemoſynis, & fidelium largitate, aut aliàs donis Dei acquiſierunt ſibi proprium habere, & de illo diſponere poſſe, ſecundum gl. Inno. & Abb. Sicu. in c. cum monaſterium. i verb. in eremo. de elect. & Albe. in auth ingreſſi. nu. 17. de ſac. ſan. eccle. & Fel. in c. in pœnitentia. ver. & ex prædictis inferri poteſt. de ſent. excom. † Aduerte quod quamuis monachi, ac cæteri religioſi ſupra nominati cuiuſcunque ordinis fuerint de iure ſuccedant paren-
23 tibus ab inteſtato deſcendentib. ſiue ſit maſculus ſiue fœmina religioſa. d. l. Deo nobis. & alijs iurib. ſupra alleg. Tamen de conſuetudine generali regni Franciæ non ſuccedunt, nec d. l. Deo nobis. ſeruatur in hoc regno. vt plenè dicit Maſuer. in tract. ſuo practico, titu. de ſucceſ. & vlti. voluntatib. ver. item conſue. regni. & latius Benedictus in repetit. c. Rayn. nu. 220. & ita fuit per arreſtum dictum & pronuntiatum. vt refert Aufrer. in ſtylo parlamenti. in 4. parte de arreſtis. §. 56. & aliàs conſului, vt in conſi. 10. incip. quod talis, quidam volens ingredi, & est in plurib: quod. parlamenti Burdega. & in §. fi. & in additio. de teſtam. libro conſuet. Biturigum.

DECISIONES INSIGNES D. AEGIDII MAGISTRI, EQVITIS, & in ſuprema Pariſienſi Curia primi Præſidis.

CVM ARRESTO DE IVRE REGALIORVM Eccleſiæ Nannetenſis Britannicæ, pronuntiatio a morte dicti domini Præſidis.

Ex Gallico in Latinum conuerſæ.

BENEVOLO LECTORI.

SCRIPSERAT olim Appius Claudius librum, quo legis actiones ad formam redegerat. Hunc Gneus Flauius ſcriba ſurripuit populoque tradidit, cui adeò fuit gratum id munus, vt Tribunus plebis, & Senator, & Aedilis fieret: quanto maiore præmio dignus videbitur is, cuius opera hic libellus exit in lucem reipublicæ noſtræ vtilitatem multò vberiorem allaturus? Nam actiones ab Appio Claudio compoſitæ, non poſt multum temporis ſpatium mutatæ, aliaque agendi genera ex fori diſputatione orta ſunt. Quæ verò hic libellus continet, edicti perpetui Gallicarumque conſtitutionum perpetuæ ſunt interpretationes, ex ſanctiſſimi ſenatus mente ac iudicio depromptæ: quas cùm ipſius authoris, tum reipublicæ gratia, in aſpectum lucemque protuli, recognoſcens me vtrique quàm plurimis beneficijs deuinctiſſimum: reſpublica enim maiorem mei partem ſibi vendicat. Defuncto Aegidio Magiſtro quantum ego ac cæteri debeamus, puto nemini eſſe incognitum. Ille cùm in literis humanioribus progreſſum feciſſet non mediocrem, Iuri Pontificio & ciuili operam adeò ſedulam dedit, vt in cauſis priuatorum agendis primi nominis cauſidicus fuerit: exemploque Manlij, quem leginius tranſuerſo foro ambulaſſe, vt omnibus ſui copiam faceret, in patrocinijs atque officijs forenſibus omnium ſuæ ætatis celeberrimus extiterit: ac tandem cùm publicas cauſas honorificè egiſſet, ſenatus ampliſſimi clauum tenuerit, illique annos plus minus xij. cum immortali nominis ſui gloria præfuerit, nihil ijs, quæ a maioribus inſtituta ſunt, & longa veluti manu nobis tradita vel addens, vel adijciens. Exiſtimabat enim immutationem morum quos ab antiquis accepimus, rempublicam labefactari, ac tandem funditus euerti, vt eleganter notat Iſocrates in oratione, quam de pace ſcriptam reliquit: nouiſque moribus dicebat res non tam commutari, quàm euerti: vt quod Iulius Cæſar de M. Catone ſapienter dixit, Qui præſentem ſtatutum ciuitatis commutare non volet, is ciuis & vir bonus eſt. de illo tanto pro fide dicere ac affirmare audacter velim, qui dum aduocati, aut præſidis officio ita fungeretur, omnibus non ſibiipſi ſatisfaciebat: & iuriſprudentum libros diligenter ſcrutabatur, & quid ipſe cum ſenatus conſilio de cauſis elegantioribus iudicaſſet, quando otium dabatur, in tabulas referebat. Ex quibus induſtriam hominis, & imparem erga rempub. amorem facilè cognoſcimus, quod vel in muſæolo literis operam daret, vel domi, vel in baſilica Pariſienſi ius ſuum cuique indeſinenter redderet, & præter ætatem velut alter Menedemus, aliquid meditaretur, aut quæ didiſcerat ſcriptis mandaret: aut denique cùm nullum tempus laboris vacuum ſibi daret, aliquid in reipub. commodum aggrederetur: cumque hanc nobis operam tribueret, turbulentis temporibus cum armatis cohortibus militum animi furerent, non ſine magno apud nos relicto ſui deſiderio de vita deceſſit. Quo defuncto aduerſaria pleraque hæredibus conſentientibus lubentiſſimè perlegi, & notatu digniora excudenda curaui: quæ ſpero multo auctiora fore, ſi authoris operam & laborem tibi voluptatis & vtilitatis aliquid ferre intellexero. Vale.

De Nomine D. Aegidij Magiſtri, Equitis, & in ſenatu Pariſienſi primi Præſidis æquiſſimi, Tetraſtichon.

Cui commiſſa fuit totius cura ſenatus,
Ille ſuæ gentis nomine dignus erat.
Integra dignus erat cui regni cura daretur:
Plurima ſic rebus nomina conueniunt.

TRACTATVS DE AMORTIZATIONIBVS,

Siue de remiſſione Iuris, quod Rex Galliæ habet in omnia bona immobilia tam feudalia, quàm cenſualia ſui Regni.

SVMMARIVM.

1 *Rex amortizare, hoc ē cōcedere ūt bona īmobilia iure manuſmortuæ poſſideā.*
2 *Vnde homines manuſmortuæ dicti ſint.*
3 *Origo & initium Eccleſiarum cathedraliũ, collegialium, & monachalium.*
4 *Homines manuſmortuæ domino ſuo feudali exhibere debent hominem viuentem, morientem, & confiſcantem.*

CAPVT I.

PRonuntiatum fuit quòd capitulum Cathalanenſe, acquiſita in fundo Epiſcopi Cathalanenſis, tenere non poterit voluntatē Domini Regis. Similiter dictum fuit, quòd Epiſcopus Cathalanenſis manere nō poterit ſeruientes ſuos, etiamſi capitulum cōſentiat, ſine volūtate Domini Regis. Inter iudicia, conſilia, & arreſta expedita in parlamento Ephiphaniæ Domini anno eiuſdem 277.

1 Hoc arreſto ſatis liqueat † nemini præter Regem licere amortizare, aut cōcedere hominibus manuſmortuæ immobilia poſſidere, quamuis immediatè alium dominum feudi agnoſcant. Nam in ſpecie propoſita Epiſcopus Cathalanenſis (qui eſt Par Franciæ) erat dominus feudi, in cuius iuriſdictione decanus & capitulum eccleſiæ aliqua prædia quæſierant, quæ cum fuiſſent ab Epiſcopo amortizata, dicti Decanus & capitulū ſatis eſſe putabat. Verum curia hoc decreto aliter cenſuit, nec poſſe eos ſine amortizatione Regis ea poſſidere iudicauit. Vt autem huius decreti & ſimiliū omniumque quæ ad hanc quæſtionem pertinent facilior ſit
2 cognitio, † primum omnium conſtituendum eſt homines manuſmortuæ, cuiuſmodi ſunt eccleſiæ, capitula, collegia, & vniuerſitates ita appellari quòd nunquam moriantur, atque adeò immobilia ab ipſis poſſeſſa in alium nunquam transferātur: quòd ſemper ſit idem capitulum, eadem eccleſia, idem collegium, eadem ciuitas, arg. l. proponebatur. ff. de iudic. per ſubrogationem videlicet eorum qui naſcuntur ac in decedētium locum ſuccedunt. Notandumque eſt id dominorum feudaliū magni intereſſe: prædium enim ab aliquo ſingulari poſſeſſum poteſt identidem mutare dominum venditione, permutatione, donatione, legato, diuiſione, multiſque aliis modis: atque caſibus ſi ſit feudale prædium, domino feudi debebūtur quintana & requintana, redemptiones, recognitiones, aut alia id genus iura pro conſuetudine regionis: ſin verò cenſuale ſit prædium, domino competunt laudemia, venditiones, ſaiſiuæ, & multa & alia ex conſuetudine loci: quod non continget ſi eiuſmodi prędia ab hominibus manuſmortuæ poſſideātur, quoniā id genus perſonis interdicta eſt omnis venditio & alienatio, nec eis ſuccedi poteſt, quia nunquam moriuntur, ſed à ſucceſſoribus ſemper repræſentantur. Quod ſi dominorum feudi intereſt prædia ab eorum feudis mouentia ab iis poſſideri, qui habeant liberam de iis ſtatuendi poteſtatem, non ab hominibus manuſmortuæ, multo certè magis regis intereſt, cum certo certius ſit omnia huius regni feuda Regem pleno iure feudi aut retrofeudi agnoſcere: qui quidem Rex parum admodum emolumenti percipit ex apertura feudi aut retrofeudi pro conſuetudine locorum: illudque emolumentum, vt plurimum in perceptione fructuum poſitum eſt: aliquoties etiā feudum reuertitur ad Regem Nam vt tradit Baldus in §. ad hoc. de allod. col. 3. verſ. ex pręmiſſis, omnia feuda à principe procedunt, & ad principem redeūt, ſicut omnia flumina per meatus terræ procedunt à mari, & ad mare redeunt. vt eſt textus de ea re, in c. 1. Eccleſiaſt. Quod fieri non poſſet ſi feuda ab hominibus manuſmortuæ poſſiderentur: quoniam nunquam contingeret mutatio vaſalli, nec apertura feudi. Inde vſu & Gallica lege receptū eſt, non licere hominibus manuſmortuę immobilia occupare ſine regis amortizatione, hoc eſt ſine expreſſa regis conceſſione ac diſpenſatione, qua liceat eis ſub conditione manuſmortuæ poſſidere, in eamque rem certa ſumma regi numeranda eſt, quæ eſt æſtimatio tertię partis eius prædij, cuius amortizatio petitur. Quæ quidem ſumma olim præſtanda erat in immobilibus quæ regis patrimonio adiungerentur & vnirentur, vſque ad dictam tertiam partem, iuxta conſtitut. de qua inferius dicetur. Alioquin homines manuſmortuæ cogebātur (id poſtulāte procuratore generali regis) illud prædium à ſe comparatū alij vendere, eiusq; rei extant multa arreſta de quibus in proſecutione iſtius tractatus videbitur. Hęc conſuetudo cum in Gallia moribus recepta & cōprobata eſſet, Pares Francię, Duces, Comites, aliiq; proceres ſibi licere circa ſuas iuriſdictiones amortizare, cōtēdere cęperūt, eoq; iure per aliquod tp̄s, vſi, ſiue potius abuſi ſunt, nemine palam contradicente, adeò vt amortizationes cōcederēt hoībus manuſmortuę, q in ſuis iuriſdictionibus immobilia acquirebāt. Sed veritate rerū cognita & perſpecta ſępiſſimè iudicatū fuit ipſis nō licere amortizare, ſed ſoli regi. Cuius rei rō eſt ꝙ ſolus rex in ſuo regno oīum tpaliū ſupremus ſit dñs, ſolusq; poſſit īcapaces poſſidēdorū immobiliū capaces reddere, cuius gñris ſunt eccleſiaſtici tam iure diuino q̃ l. regni: qñ ſcriptū eſt, Deuterono. c. x. Nō habuit Leui partē neq; poſſeſſionē cū fratrib9 ſuis, qa ipſe dñs poſſeſſio ei9 ē. Cōſtat ī primitiua Eccleſia eccleſiaſticos nulla bona nec occupaſſe, nec poſſediſſe, iis enim cedebāt. omniaq; diſtrahebāt, offerebantq; oīa pedibus Apoſtolorū, ſiue mobilia, ſiue immobilia, pretiūque ex venditione redactum diſtribuebatur, vt traditur in capi. futurā eccleſiam. 12. q. 1. Tunc temporis nihil erat opus petitione aut conceſſione amortizationis, quia homines manuſmortuæ nulla immobilia poſſidebant: ſed poſtea præſtari viſum eſt immobilia quæ ipſis donabantur penès eos manere, quorum
3 fructus ad vitam inter eos diuiderentur. † Hæc eſt cathedraliū eccleſiarum inſtitutio, ac deinceps collegialium ſimplicium & monaſteriorum, vt refertur d. cap. futuram, & cap. videntes. 12. q. j. Tunc cœperunt actiones ſiue perſecutiones aduerſus alios eccleſiaſticos, ac deinceps aduerſus alios homines manuſmortuæ, quibus cogerentur cedere prædiis à ſe quæſitis tanquā eorum occupandorum ex cauſis ſupradictis incapaces. Ex aduerſo eccleſiaſtici atque alij homines manuſmortuæ vt eiuſmodi ceſſioni obuiam irent hac diſpenſatione regia ſibi conſuluerunt, quam nos amortizationem vocamus: ad cuius impetrationem regi perſoluēda eſt certa ſumma: ſimul & domino ſeu dià quo eiuſmodi prædia amortizata mouentur cauēdum eſt
4 de indemnitate, ſiue perſoluendo aliquod pretium, † ſiue exhibendo aut ſurrogando hominem viuentem, morietem & cōfiſcantem, vt infra ſuo loco docebitur. Hic tantum quæritur à quo poſſit hæc amortizatio ſiue remiſſio conferri. Hoc decreto iudicatum eſt ſoli regi competere ius amortizationis, huiuſmodi poteſtate Papæ, Imperatori, omnibusque proceribus ablata in hoc regno, in quo ſolus rex omnium temporalium ſupremus eſt dominus, nec in iis quicquam iuris Pontifex Maximus ſibi vindicare poteſt: quia

Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

vt notatur in cap. per venerabilem. Qui filii ſunt legitimi.

SVMMARIVM.

1 *Pares Franciæ retrofeuda à ſe mouentia duntaxat amortizare poſſunt.*

CAPVT II.

Ordinatum fuit per conſiliū Dñi regis, rege pſēte, qđ Archiepiſcopus Remēſis, & Epiſcopi Pares Franciæ, nō poterunt amortizare dominium ſuū, nec feuda quæ ab ipſis tenentur immediatè, ſed ſua retrofeuda poterunt amortizare. Alii verò epiſcopi qui nō ſunt Pares Frãciæ, nec dominium ſuum, nec ſua retrofeuda, nec ſua feuda poterunt amortizare. Inter conſilia, iudicia, & arreſta expedita in parlamento Epiphaniæ Domini anno eiuſdem & milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimoſeptimo.

Item aliud eſt arreſtum in data anni 1270. quod nos omiſimus.

1 Hoc decreto apertè ſignificatur † Pares Franciæ ea vti prerogatiua quæ aliis dominis denegata eſt, nempe vt i9 habeāt amortizandi retrofeuda à ſe mouētia. Ad eamq; rē facit iudiciū qđdā redditum in Curia rōnū, cuius verba ſequunt̄.

Religioſi fratres minores Niuernenſes.

Amortizatio trium obolorum annui & perpetui, cenſus, per dominum Ludouicū Comitem Flandrię, Ducem Brebenſem, Comitem Niuernenſem & Rhetenſem, facta eiſdem fratribus minoribus: quem cenſū Benaguido pro augumentatione ſeu ædificatione ipſorum eccleſiæ dedit, & cōceſſit capiendum quolibet anno ſuper domū quam tenet Ioanna Puiſſandæ vxor Ioannis de Cartelage, ſitā Niuernis in vico Silueriæ ante puteum dictę Siluerię, per literas dicti Comitis datas ſeptima die Auguſti, anno 372. ſignatas L. Blanchet. Quę literę non expediuntur per Cameram: quia ex deliberatione conſilii exiſtentis in dicta Camera dictū fuit ꝙ nullius eſſent efficaciæ vel valoris, eo quòd dictus Comes, aut alius Baro nō poteſt, nec tenet̄ dictū reditū: aut aliquē aliū in regno Francię amorizare: & ideò dictę literę remenſerūt in dicta Camera cancellatę, & poſitę in ſacco quatuor Bailiarum Campanię de annis finitis ad Magdalenam 370. & 371. Et poſtea dictus cenſus ſeu reditus trium obolorum amortizatus fuit per D. regem Carolum & eius literas in filis ſericis, & cera viridi, datas menſe Aug. anno 372. ſignatas à rege L. Blanchet.

Ex his decretis liquet regem, vt ſuprà demonſtratū eſt, poſſe amortizare feuda & retrofeuda: Pares verò Franciæ ſola retrofeuda ab ipſis mouentia.

SVMMARIVM.

1 *Regi propter ius amortizationis debetur tertia pars eius rei cuius amorti zatio petitur.*

CAP. III.

Carolus Dei gratia Rex Franciæ omnibus præſenti-
bus & futuris uotum facimus, &c. Non ijs cõ-
ſideratis cupientes omnes difficultates tollere ſupradictisque
incommodis & obſtaculis obuiam ire, harum tenore conſti-
tuimus omnes cuiuſcunq; ordinis aut qualitatis qui a nobis li-
teras amortizationis alicuius reditus, prædij, aut poſſeſſionis
impetrabũt aut obtinebunt, ſoluturos realiter & de facto an-
te verificationem & comprobationem literarum, in commo
dum & augmẽtum noſtri patrimonij, tertiam partem æſtima-
tionis prædiorum a nobis amortizatorum: quæ tertia pars in
prædijs, poſſeſſionibus, aut reditibus conſiſtens, ſita in noſtra
ditione ac iuriſdictione directè noſtro patrimonio adiunget.
Datũ Lutetiæ anno Dñi 1402. 23. anno nři regni, mẽſe Octob.
1 Hæc conſtitutio diligenter obſeruata magnam patrimo
nio Regis acceſſionem faceret: † ſed paulatim actita
tum eſt, vt loco tertiæ partis rei amortizatæ præſtaretur aliqua
ſumma pecuniaria, quæ vt plurimum regis ærario nõ infertur.
Ex aduerſo ſæpe fit vt q̃ a rege hoc ius donationis titulo obti-
nent. Eccleſiaſticos & alios fatigẽt ac tandem ab ijs qđ volũt,
extorqueãt, cùm omnia in commodum regis cedere debeant.

Forma obtinendæ amortizationis.

SVMMARIVM.

1 *Res amortizata inter prophanas non eſt annumeranda.*
2 *Aduerſaria in Curia rõnũ in ſcriptis redacta dici non poſſunt cõſtitutiones.*
3 *Suprema Curia ſola eſt conſeruatrix patrimonij Regum Franciæ.*

CAP. IIII.

Quoties collegium, capitulum, confraternitas, aut ci-
uitas aliquid vult amortizari, imprimis im-
petrare debet a rege literas amortizationis ſigillatas in formã
inſtrumenti regij cum fibulis ſericis & cera viridi, quę nomi-
natim & expreſſe eiuſmodi prædia & poſſeſſiones contineãt:
ac deinceps ꝑquiſitio atq; æſtimatio fieri debet e a decreto Cu
riæ quæ rõnib. præeſt, ab aliquo eorum, aut a viciniorib. regijs
officiarijs locorum vbi res ſitæ ſunt valoris anni reditus, lon-
gitudinis, latitudinis, & amplitudinis, ſimul & oĩum q̃ ad ea ꝑ-
tinent, ſingulatim cum comparatione eorum quæ ea contin-
gunt & diſterminãt: & quõ, a quo & ob quam rationem in feu
dum tenentur: eiuſmodiq; literas inſtrumentales neceſſe eſt
expeditas eſſe & verificatas in dicta Curia rationum, redigiq;
in volumen inſtrumentorum dictæ Curię ex eius decreto, ad-
dito pretio dictæ tertiæ partis vt cõſulatur indemnitati regis
& ſucceſſorum, quemadmodũ conſtitutionibus regijs cautũ
eſt. Si verò literæ eiuſmodi amortizationis conceſſæ ſint, vt ſu
pra vſque ad aliquam ſummam reditus annui, ſiue hoc fiat ad
inſtitutionem capituli, aut aliter, neceſſe eſt dictam ſummam
nominatim & apertè in dictis literis exprimi cum ſingulis ip-
ſius particulis. Quod ſi minus expreſſæ ſint ſingulæ partes, ij q
eiuſmodi literarum expeditionem perſequunt, neceſſe habẽt
eas tradere aut mittere in ſcriptis vt opiſtographo dictarum li
terarum ſigillatarũ inſerant: ſiquidem omnes inſeri poſſunt:
ſin minus, redigẽdæ ſunt in quaternionem membraneum, at-
que diligenti perquiſitione habita ac remiſſa, vt dictum eſt ina
ta formam conſtitutionis, probãdum eſt eiuſmodi particulas
tales eſſe quò ad æſtimationem, ſitum, & cætera, quales traditæ
ſunt, eiuſq; naturæ & qualitatis quæ ad eam rem ſunt neceſſa-
riæ. His ita conſtitutis dictæ literæ expediantur, ſcriptiſq; redigã
1 tur, vt dictum eſt: † his n. deficientib eiuſmodi prædia & redi-
tus amortizati aut extra prophanitatem eſſe, nec dici nec cen-
ſeri põt. Atq; ita quidem ſolet obſeruari in dicta Curia ratio-
num, vt ſcriptũ eſt in libro anni 1472. die ſabbathi 23. Auguſti.
Hæc forma tradit modum perſoluendi pretij iuxta conſti-
tutiones regias, cùm tamen nulla de hoc conſtitutio regũ ex-
tet præterquam regis Caroli ſexti, de qua ſuprà. Multæ quidẽ
ſchędæ extant inſcriptæ in dicta Curia rõnum diuerſorum tẽ
porum & plurimum inter ſe diuerſæ. In nonnullis n. tradit re-
gi cõpetere æſtimationem reditus ſex annorum: aliç amplius,
aliæ minus tribuunt: nonnullæ ẽt continent certam dictionẽ,
de qua nihil eſt neceſſe tractare. Quæ quidem ſchędæ redactæ
2 ſunt a præfectis rõnum in volumen cõſtitutionum, † ab iiſq;
(non ſine vocabuli abuſu) conſtitutiones appellantur: quia
eiuſmodi ſchędæ dici non poſſunt conſtitutiones, cùm nũquã
fuerint viſæ, receptæ, publicatæ aut comprobatæ in Curia ſu-
prema, in qua verificari debent omnes conſtitutiones, quæ de
3 regum Franciæ patrimonio editæ ſunt: † quoniam dicta Cu-
ria ſuprema cenſetur tutrix & conſeruatrix patrimonij regij,
vt docebitur in tractatu de patrimonio regum Franciæ.

SVMMARIVM.

1 *Ignobiles habent ius poſſidendi feudi ſine conceſſione Regis.*
2 *Homines manuſmortuæ nullo t̃pe ius amortizationis præſcribere poſſunt.*
3 *Ius amortizationis debetur ratione ſuperioritatis, quam Rex in temporalibus ſibi vindicat.*
4 *Ius quod domino a vaſſallo debetur præſcribi non poteſt.*
5 *Omnia immobilia ſuapte natura ſunt allodialia.*
6 *Feuda conſuetudinibus non iure introducta ſunt.*
7 *Feuda quibus annexa eſt dignitas ignobiles poſſeſſores nobilitant.*

CAP. V.

Cum dominus Rex olim quãdã ordinationem feciſſet
ſuper alienatis in domum mortuam, vel villena-
giũ mouentibus de feudis, vel retrofeudis ipſius, necnõ de allo
dijs regni ſui: in qua ordinatione ꝓ eccleſiarum, & ſubditorũ
ſuorum vtilitate cõi conceſſit de gratia ſpeciali, quod villani
& eccleſiæ ſupradicti acquiſita hmõi a triginta annis citra cõ-
putando a t̃pe ordinationis ipſius extra manum ſuam ponere
minimè tenerent, dũ tñ vellent ſoluere deputatis ad hæc ab
eodem dño rege duos, vel tres, vel quatuor fructus alienatorũ
hmõi, ſcdm diſtinctionẽ rerũ legatarũ, & ꝯductuũ, prout in literis di
ctę ordinationis cõtinet: plures de diuerſis partib. regni graui-
ter cõquererent ſuper eo, ꝙ deputati a dño rege ad leuandos
fructus hmõi, vel ſuper eis financias faciendum, ſcdm formã or-
dinationis exigere vel leuare volũt ab illis villanis, quibus no-
biles aliqui terras, prata, vineas, vel poſſeſſiones alias arrentaue
runt pro aliqua annua bladi vel pecuniæ quantitate, quamuis
de nullo vel modico homagio conuenerit in ꝯtractibus antedi-
ctis. Super quibus deliberatione habita, dictũ fuit per arreſtũ
qđ præcipiet gẽtib. regis ne tales arrentationes fieri impediãt
in futurũ, & ne occaſione eorũ aliqd exigant a villanis: & ſi ali
qd exegerint huius occaſione, reddant & reſtituant illis villa-
nis vel eorũ hæredib a quib. talia exegerint. Inter iudicia, cõſi
lia, & arreſta expedita in parlamento beati Martini, anno Do
mini milleſimo ducenteſimo octuageſimoſecundo.
Hoc decreto duo potiſſimum docentur. Primum nun-
quam homines manuſmortuæ ius habuiſſe immo-
bilis acquirendi ſine diſpenſatione regis, ut abundè ſupra de-
1 monſtratum eſt. Alterum licere in hoc regno Franciæ † ignobi
libus feuda ſine regis diſpẽſatione poſſidere. Prætèrea hoc de-
2 creto ea quæſtio ſoluitur, † quia dubitabatur quanto tempore
homines manuſmortuæ præſcribant, ita ut non cogantur ce-
dere immobilibus a ſe quæſitis ſine amortizatione. Hæc quæ-
ſtio ad ſolum regem pertinet, nam ſequenti capite docebitur
non licere inferioribus dominis cogere homines manuſmor-
tuæ vllo tempore ne lapſu quidem triginta aut quadraginta
annorum, vt cedant quæſitis in eorum feudo, modo offerant
eis exhibere hominem viuentem, morientem, & confiſcan-
tem, aut eorum indemnitati conſulere, vt multis ſupremi Se-
natus iudicijs inferiùs demonſtrabitur. Huius rei ratio eſt
quod hac ratione domini feudales extra omnem iacturam
ſint politi. Hic verò quæritur an Rex poſt lapſum triginta an-
norum aut alterius temporis poſſit cogere homines manuſ-
mortuæ ad cedẽdum ſuis immobilibus, non impetrata amor
tizatione eorum quæ ab ipſis quæſita ſunt: an verò dicti ho-
mines manuſmortuæ ſe præſcriptione tueri poſſint. Hæc quę-
3 ſtio videtur prima fronte & extra omnem difficultatem, † cũ
homines manuſmortuæ ad impetrationem amortizationis
non teneantur niſi ratione ſuperioritatis quam Rex ſibi in om
nia temporalia vindicat, & ratione ſeruitij feudalis ac domini
ci quod regi exhiberi debet quoties feudum aut aliud prædiũ
4 in conditionem manuſmortuæ redigitur: † quod quidem ius
vſque adeò præſcribi non poteſt vt aduerſus illud vaſſallus ne
longiſſimi quidem temporis præſcriptionem vllo modo poſ-
ſit opponere. Quod enim vaſſallus domino debet, hoc eſt in
iudicium obſequij, ſubiectionis, ac functionis, quæ nec ratione
temporalitatis, nec ſpiritualitatis præſcriptionem admittunt,
l. comperit. C. de præſcript. xxx. annorum. cap. cum non liceat,
vbi gloſſa magna, De præſcript. xxx. annorum. nihilominus ta
men hoc decreto iudicatum eſt ſi eccleſia, collegium, ciuitas,
aut aliud genus hominum manuſmortuæ poſſederint feu-
dum aut aliud quid immobile in ipſos collatum donationis
legati, aut alio titulo, aut aliter ab ipſis quæſitum ſine amorti-
zatione, regem non poſſe poſt lapſum triginta annorũ eos co
gere, aut perſequi vt eis cedãt propter defectum amortizatio-
nis, ſed tñ poſſe homines manuſmortuæ compelli ad perſol-
uẽdam regi certam ſummam aut ius amortizationis, quod eſt
ius ſuperioritatis præſcriptioni minimè obnoxiũ. Quod hoc
decreto probatur his verbis, Dum tñ vellẽt ſoluere deputatis, &c.

Ex

Ex quibus liquet de eo quod ſupradictum eſt, atque amplius
homines manuſmortuæ ante triginta annorum ſpatium libe
rari non potuiſſe per oblationem iuris amortizationis, ſed ad
ceſſionem cogi potuiſſe. Atque ita præſcribitur poſſeſſio ſed
non ius, quod cum ſit ſuperioritatis & obſequij, nemo poteſt
vſucapere vti dicemus alio capite. Quod verò ad ſecũdum hu
ius decreti caput attinet in his verbis, Nihil exigatur a villanis,
manifeſtè demonſtratur ignobiles per acceptionem incẽſum
prædiorum nobilium ẽt ſub cõditione, vt hominum præſtẽt,
regi tñ in nihilum teneri. Quod ſummè notandum eſt aduer-
ſus veterum quandam praxim q̃ in Francia obtinuit, ne hoĩes
ignobiles poſſent feuda poſſidere ſine licentia & diſpenſatio-
ne regis pecuniæq; numeratione. q qdem abuſus in Gallia nõ
5 obtinuit nec obtinet, idcirco, † q a oĩa immobilia ſuapte natu
ra ſunt allodialia. Res.n. non præſumitur feudalis, ſed allodia-
lis, ſeu libera niſi probetur verè vel præſumptiuè, vt not. Ioan.
And. atq; alij poſt eum in c. nimis. de iureiu. & in c. ſi. in verbo,
reſpondere. de iudi. probatur c. 2. & ibi notant Docto. in titu. ſi
de feudo fuerit controuerſ. inter domin. & agnat. & in c. 2. cũ
gl. ibi. in tit. de cõtrouerſia inter maſ. & fœmi. de benef. & no-
tat Io. And in additione ad Spec. in tit. de feudo, §. qm̃, ſup ver-
ſic. 21. in additione incip. ceſſante. Et not. Bal. in l. libertas. ff. de
ſtatu homin. Id quoq; alia rõne ꝓbatur, quod res q̃ dr̃ feudalis,
dicatur quandam ſeruitutem debere, notat gl. in l. ſi cuius, §. ſi
vſusfructus, in verbo, oportet. ff. de vſufructu. notat Bal. in c. 1.
circa vlt. col. de controuerſ. inueſt. Res aũt quælibet præſumitũ
libera niſi probetũ ſeruitus, l. altius C. de ſeruit. & l. ſi. ff. eo. tit. de
quo plenè per Iaſ. in l. ſi priuſquam col. 13. ff. de noui oper. nun
6 ciat. † Quod verò res ſit feudalis, id moribus non iure introdu
ctum eſt. Oẽs.n. libri qui de feudis conſcripti ſunt a ſolis mori-
bus & conſuetudinib. proficiſcuntur extra corpus iuris cõis,
atq; idcirco conſtitutiones, ſeu conſuetudines appellantur.
Nonnulli tñ contenderunt non licuiſſe olim ignobili feudũ
poſſidere niſi prius ſoluta regi pecunia, aut licentia, ſiue diſpẽ-
ſatione impetrata: in eamq; rem extant documenta in magna
Curia rõnũ in quibuſdam voluminibus, quibus fidem nõ ha-
beo. Qui hanc opinionem ſequuti ſunt, eam rõnem afferebãt
quod feudum nobili poſſeſſum ab ignobili eum nobilitet, atq;
adeò eum omni perſolutione vectigalium impoſitionumque
liberet, quod in detrimentum regis conuertitur. Quib. duplici
rõne reſponderi põt. Primùm quia falſum eſt quod ruſticus
emens feudum nobile, ex eo fiat nobilis. Lucas de Penna eius
eſt ſnĩæ in l. cũ neq;. ĩ fi. C. de incolis. lib x. p illũ tex. vbi qs eme
rat domũ decurionis, nec tñ fact⁹ eſt decurio vt fungeretũ mu-
nere decurionis. Adde text. in l. 2. C. de p̃dijs & oĩbus reb. naui-
cul. eo. lib. vbi nõ fit nauicularius qui emit rẽ nauiculariã, facit
qđ res accedant hominib. non hoĩes reb. l. iuſtiſſimè. ff. de ædil.
edict. Secundò qm̃ vectigalia regi a ſubditis penduntur iure
ſubuentionis quam populus ſubſidij gratia in eum confert, in
eamq; rem conſulendi ſunt libri Curię rõnum quibus erectio
vectigalium continetur. Ex quib. cõſtat idcirco vectigalia in-
ſtituta eſſe vt bellicis impenſis conſuleretur, nec amplius q̃ tẽ
pore bellorum præſtita. Sed ea eſt Gallici populi bonitas & er-
ga principem obſequentia vt ea continuarit & in hunc vſque
diem perſolueret: vnde tñ rectè inferri non põt ignobilib. feu
7 da poſſidendi ius non eſſe: † certum quidem eſt ſi eiuſmodi
feuda eſſent ducatus, comitatus, marchionatus, aut baroniæ;
qm̃ ijs feudis adiuncta eſt dignitas, nobilitatem ignobilius col-
laturæ, ſm tradita per Lucam de Penna, in l. mulieres. col. 2. ver
ſi. quar. ex comitatura, C. de dignita. lib. 12. And. de Iſernia in c.
51. in fi. de cap. qui curiam vendid. Sed hoc, vel rarò, vel nũquã
accidit, vt ignobilis comitatum, baroniam aut marchionatũ
poſſideat. Vnde nec ſcriptum comperitur controuerſum fuiſ-
ſe inter Sem, Cam & Iaphetum filios Noe (vnde omnes traxi
mus originem) quiſquam eorum poſſideret feuda nobilia aut
bona ignobilia. Nec etiam vlla extat conſtitutio in Francia in
ſuprema Curia comprobata aut vſu recepta inter populum, q̃
ignobiles a poſſeſſione feudorum arceat, ab eo tempore quo
ſeruitutes ac manumiſſiones in regno ſublatæ ſunt, de quibus
infra dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Cum Rex occupat feudum propter non exhibitum hominem, poteſt quoque*
mitti in poſſeſſionem retrofeudi, fructusq; omnes ſuos facere.
2 *Dominus non poteſt cogere homines manuſmortuæ ad cedendum propter*
non impetratam amortizationem, ſed ea ſola poteſtas procuratori ge-
nerali data eſt.
3 *Homines manuſmortuæ domino feudi exhibere debent hominem viuen-*
tem, morientem & confiſcantem, aut ei perſoluere indemnitatem al-
ternatim.
4 *Duobus caſibus hominium per procuratorem præſtari poteſt.*

CAP. VI.

Arreſtum pronuntiatum eſt inter Georgium du
Cheſnay & capitulum du Viuier die 22.
Maij, anno 1536. quo cautum eſt dominum inferiorem non
poſſe hoĩes manuſmortuæ cõpellere vt cedant prædio ab ipſis
ſine amortizatione occupato, modò ei exhibeant hominem
viuentem, morientem, & confiſcantem, ſecus in procuratore
regis.

Ad huius decreti intelligẽtiã notãdũ eſt oĩa feuda huius
regni nudè & in merũ feudũ a rege mouere, aut me-
1 diatè, vt latè ſuperius demõſtratũ eſt. † Idcirco in Gallia rece-
ptũ eſt ſæpiusq; iudicatũ, ſi feudũ aliqđ a rege mouẽs apiũ fue
rit, in eiusq; poſſeſſionẽ rex mitti poſtulet pp hoĩem nõ exhi-
bitũ, poſſe eadẽ quoq; via iubere poſſideri oĩa feuda inde mo-
uentia & dependẽtia, eaq; retinere ac ꝑcipere & facere fructus
ſuos, ex eadẽ cã qua fructus principalis feudi iã poſſeſſi: eui cõ-
tienit 36. artic. cõſuet. Pariſ. tit. de feudis. Quod cũ ita ſit hoĩes
manuſmortuæ feuda, aut alia ĩmobilia, nudè & ĩmediatè a re-
ge mouẽtia acqſierint. certũ eſt nullius p̃ter regẽ intereſſe, ſo-
lus.n. p̃t amortizationẽ cõcedere: indẽnitas aũt ſoli regi debe-
ri põt. Vbi verò hoĩes manuſmortuæ feuda immediatè ab alio
dño inferiori mouẽtia acq̃rũt, hoc caſu duorũ intereſt, videli-
cet dñi a quo mouetũ feudũ, cui ſoluẽda eſt indẽnitas & exhi-
bẽdus hõ viuẽs, moriẽs, & cõfiſcãs: tũ regis pp ius amortizatio-
nis. In hac ſpecie q̃rebatũ an inferior dñs a quo feudũ q̃ſitũ ab
hoĩbus manuſmortuæ ſine medio tenetũ, dũ adhuc feudũ ipſis
2 nõ eſt a rege amortizatũ, poſſit eos cogere ad ceſſionem: † hoc
decreto iudicatũ eſt ſoli regi, aut gñali ꝓcuratori cõpetere ho
mines manuſmortuæ cõpellere ad cedendũ bonis ab ipſis q̃ſi-
tis, quorũ amortizationẽ nõ obtinuerint. Quo iure nõ vtuntũ
inferiores dñi, quãuis p̃dia ab eis moueant, niſi eis offeratũ hõ
viuẽs, moriẽs, & cõfiſcãs, eorumq; idẽnitati ꝓſpiciatũ. Rõ eſt q a
hoc mõ extra oẽm iacturã ſunt poſiti, nec eorũ eſt q̃rere an p̃-
diũ ſit amortizatũ, an ſecus, vel an hoĩes manuſmortuæ ſunt
3 poſſidẽdi capaces: id.n. ſoli regi cõpetit. † Notãdũ quoq; eſt hoc
arreſtũ in eo qđ cõprobat ꝯfirmatq; id qđ ſupra dictũ eſt, ſuffi
cere alternatiuè hoĩem viuẽtẽ exhibere, aut ſoluere indẽnita-
4 tẽ dño feudi. † hoc quoq; decreto colligetũ dñm hoc caſu cogi
recipere hoĩum p ꝓcuratorẽ: qm̃ hõ viuẽs, moriẽs, & cõfiſcãs
fidelitatẽ & hoĩũ p̃ſtat: & hic eſt caſus quo fit hoĩũ p ꝓcura-
torẽ, qđ iure fieri nõ põt citra volũtatẽ dñi c. 1. §. verũ. de ſtatu
reg. lib. 6. de quo p Bal. in c. 1. § ſi p quos ſiat inueſtit. In eamque
rẽ extat arreſtũ ꝓnũtiatũ die nona Decẽb. 1486. quo expreſſũ
eſt Marchionẽ de Saluſſes receptũ iri de grã ſi ita regi videretũ,
ad exhibẽdũ hoĩũ & fidelitatẽ p ꝓcuratorẽ, ea ꝯdõne, vt quã-
primũ poſſet ipſe regi hoĩũ p̃ſtaret. Cõſimile eiuſdẽ rei arre-
ſtũ extat ad 12. mẽſis Martij 1536. ꝓnũtiatũ in ipſo iudicio ĩter
Ioã. de Valẽciẽnes dñm d'Ormoy, & Abbatẽ & cõuẽtum S. Vi
ctorii ad Lutetiã, vt tradetũ ſub tit. de feudis & hominijs.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum loco pio quantoperè ſit fauorabile.*
2 *Quanto etiam fauorem dignum ſit quod in alimenta pauperum relinquã-*
tur.
3 *Xenodochiorum quàm eccleſiarum potiora ſunt priuilegia.*

CAP. VII.

Decretum notatu dignum, quo demonſtratur eũ,
qui donat inter viuos aut legat feudum,
aut aliud quod prædium capitulo eccleſiæ, aut ciuitati, cogi
amortizationem ſuis expenſis perſequi. Datum in Curia con
ſilij 22. Martij 1558. inter adminiſtratores Xenodochij trinita-
tis Lutetiæ, & dñam Mariam Briſſonnet de feudo de Lhie-
mille.

Summa eſt huius arreſti rõ, agebatũ.n. de legato pio qđ
caducum aut exigui commodi fieri poterat
propterea quod bona totius feudi pars in expenſas conuertien
da fuiſſet a Xenodochio ad perſecutionem amortizationis
contra voluntatem teſtatricis, quæ in alimenta pauperum le-
1 gauerat feudum integrum ipſis pauperibus † Iure autem tam
ciuili quàm canonico legatum relictum ad pias cauſas non
debet caducum fieri, ſed integrum debetur. cap. nos quidem,
& ibi gloſſa magna de teſtam. Barto. in l. pater § Tuſculanus ff.
de legat. 3. Bald. in l. poſt mortem. C. de fideicommiſſ. quo fit,
vt legatum pium etiam captatorium valeat contra regulas iu-
ris, in l. captatoriæ de legat. 1. notatur in l. 1. C. de ſacroſanct.
eccleſ. & incertum relictum eccleſiæ, aut alteri loco pio
debetur. quod declaretur certumque fiat arbitrio epiſcopi,
Cardinal. in Clement. quia contingit. de religioſis domib. Bart.
in l. legatum. ff. de vſufructu lega. Hinc eſt quod legatum pium
præſtandum ex certo feudo, non reuocatur alienatione fundi,
gloſſa eſt notabilis in l. ſi. ff. de contrah. emptio. tantusque eſt
fauor huiuſmodi legatorum, vt legata pijs cauſis relicta peti
poſſint etiam ante aditam hæreditatem Bald. in l. 1. colu. 4. C.
communia de ſucceſſ. eorumque petitio eſt adeò fauorabilis

in ſeculari foro & eccleſiaſtico per Albericum in cap. relatum. de teſtamẽ. vt debeantur & peti poſſint a quolibet ſucceſſore quoquo ſuccedat. Bal. in l. eã quã. col. 5. C. de fideicõmiſ. Secũda huius arreſti rõ inde elicitur φ teſtamenta largiſſimam interpretationem recipiunt, l. in teſtam. de reg. iu. c. cùm dilecti. de donat. lib. 3. ff. de vino, tritico, & oleo legat. l. Titiæ textores. ff. de leg. 2. Atq; hãc quidem largam interpretationem ſuadet publica vtilitas, vulgata, l. vel negare, ff. quemadmodum teſta. aperiuntur, quod qñ agatur de intereſſe publico latiſſima interpretatio fieri debeat, l. 2. §. exercitum, vbi Bar. ff. de ijs qui no tant. infa. l. quemadmodum, vbi Barto. C. de agricolis, & cenſit. lib. 11. Tertia huius arreſti rõ eſt, φ defuncta intelligeret dictũ Xenodochium eſſe manuſmortuæ, ſuamq; voluntatem nõ aliter poſſe valere q̃ feudo amortizato: vnde verò ſimile fit eam fuiſſe ipſius mentem, argumento ducto a teſtatore, qui ſciens legat rem alienam quam hæres redimere, & ſi obligata eſt, debet eam hæres luere, §. non ſolùm. inſtitu. de legat. l. ſi tibi homo, ff. de legat. 1.

Quarto ſi amortizatione huius legati oneratum fuiſſet Xenodochiũ, perinde ſiniſſet ac ſi ei ablata fuiſſet tertia ius pars, vt ex conſtitutione ſuperius relata conſtat: at de legato pio nihil poteſt detrahi. hinc efficitur ne de legatis pijs detrahatur falcidia: ſunt. n. adeò fauorabilia, vt etiam præferantur impenſæ funeris, notatur in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. φ funeris impenſa non ſit animæ præſidium, ſed magis officium humanitatis, c. non exiſtimemus, & cap. animæ, 13. q. 2.

Quinto aſſerti quoq; poſſet ad confirmationem huius arre-
2 ſti hæc ratio, † φ tale relictum reſpicit pauperũ alimenta, quorum priuilegia ſunt multa quæ aduerſantur iuri cõi. Barto. in l. Mela. in princi. ff. de aliment. & cibar. legat. Poſſunt. n. relinqui incapacibus, vt apparet ex caſu noſtro: nec diminuuntur per clauſulam generalem, debenturq; ex voluntate minus ſolẽni: relictum quoq; nominatim ab hærede inſtituto cenſetur repetitum a ſubſtituto. Aliud priuilegium eſt in modo exigendi, de quo ſupra. Item aliud in breuioribus dilationib. conſiſtit, φ appellatio non admittatur, neque compenſatio, & ſine authoritate iudicis non remittantur alimenta, poſſintq; peti etiam feriato die: quæ omnia priuilegia vide apud Bar. in d. l. Mela. huc accedat quod cum Xenodochio aut hoſpitali donatur, nihil niſi quod ipſius Deo iã ſit, donatur, quippe ab eo bona omnia
3 procedunt: † vnde fit. vt Xenodochia paribus aut maioribus priuilegijs gaudeãt ac eccleſiæ. Fely. in c. de quarta. de præſcriptio. Card. in clem. quia contigit. de religioſ. domib. Idem Card. cõſi. 11. & Caldericus conſi. 4. ſub tit. de relig. domib. Vr textus ad hoc ſingularis in l. his verbis. § fi. ff. de leg. 3. in quo tex. videtur fundatum arreſtum cùm loquitur de introitu militiæ.

SVMMARIVM.

1 *Homines manuſmortuæ præter ſolutionem indemnitatis quam domino feudi præſtant, hominium quoque exhibere debent.*
2 *Homines manuſmortuæ exhibendi hominij ſunt capaces, obſequiumq; domino feudi præſtare per ſubſtitutum poſſunt.*
3 *Quando vaſſallus dormit, dominus vigilat.*

CAP. VIII.

Arreſtum pronunciatum die 13. Martij, anno 1536. inter Ioannem de Valenciennes dominũ d'Ormoy, & Abbatem & conuentum S. Victorij ad Lutetiã: quo cautum eſt dictos Abbatem & conuentum S. Victorij præſtituros hominiũ dicto domino de Valenciennes de quodam feudo quod ab eo agnoſcebant, quamuis inter eos conueniſſet, vt quoties Abbatis mutatio contigiſſet pro indemnitate, redemptionem vnam perſoluebant loco hominis viuentis & morientis, quia eiuſmodi tranſactione nõ fuerat ipſis remiſſum hominium. Eodemq; arreſto cenſitum eſt manus iniectionem ab anno 1517. factam, perduraturam quamuis dicti Sainuictorienſes obtinuiſſent a rege amortizationem.

Hoc arreſto exponuntur ſuperiora, quibus traditur homines manuſmortuæ cogi a domino feudi non poſſe cedere poſſeſſionibus quæſitis, dummodo offerãt hominem viuentem, & morientem, aut ſoluant indemnitatem, quia hac ratione dictorum dominorum nihil intereſt. Immò amplius quoties vaſſallorum mutatio contingit, habent ius dominicũ quod eis vtique deberi non poſſet. Nam quo caſu fit mutatio a patre in filium, ex multorum locorum conſuetudine redemptioni non eſt locus, neque multis alijs caſibus pro locorum
1 conſuetudine. † In facto propoſito quærebatur an poſt exolutam domino indemnitatem homines manuſmortuæ inſuper teneantur ad præſtationem hominij: quod prima quidem fronte non videbatur, cùm ex ſuperiorum arreſtorum decreto alterius præſtatione liberentur, nempe aut exhibendo hominem viuentem & morientem, aut indemnitatem ſoluendo. Indemnitate itaque ſoluta ſequi debebat liberatio. Præterea eccleſiaſtici ad præſtandum hominium idonei non ſunt, præterquam φ id eorum dignitati non conuenit, quoniam in præſtatione hominij interuenit etiam promiſſio obſequij & ſeruitij in temporalibus, puta auxilij ferendi domino quoties bellum aut alia neceſſitas vrget. Inno. in regula, indignum. de reg. iur. cano. de forma. 22. q. vlt. quo loco gloſſa notat φ vaſſallus præſtans homagium domino, promittit eum iuuare contra omnes. At eccleſiaſtici armorum gerendorum & ferendi auxilij domino feudi ſunt incapaces, arma enim clericorum ſunt lacrymæ. Beatus Ambroſius in cano. conuenior 23. q. vlt. cano. 36. diſt. cap. porrò. 16 q. 3. nihilominus tñ hoc arreſto cõtra iudicatum eſt, ob eam cauſam φ dicti Sainuictorienſes dũ de indẽnitate cum domino ſuo conueniunt, expreſsè, vt par erat hominij liberationem ac remiſſionem ſtipulari non erãt, iure enim capaces ſunt, hominiumque præſtare debent, c. 1. §
2 verum. de ſtatu regu. lib. 6. † Seruitium autem perſonale poſſunt præſtare per ſubſtitutum. Præterea ſi loco ſoluendæ indẽnitatis exhibuiſſent domino ſuo hominem viuentem, morientem, & confiſcantem, dubitandum non eſt hominem viuentem in eorum vicem hominium præſtiturum fuiſſe, quoties obtigiſſet mors aut mutatio Abbatis. Ex hoc ſubnotare oportet ex præſtatione indemnitatis domino feudi non ſtatim ſequi liberationem ab hominio. Sed quæro quid commodi allaturũ ſit eiuſmodi hominium: videtur enim inutile quia dominus feudi indemnitatem acceptando renuntiauit omni cõmodo feudi, nempè quintanorum & retroquintanorum, redemptionum, & reliquorum id genus. Huius tamen hominij vtilitas ſatis hoc arreſto demonſtratur in eo quod dicitur miſſionem in poſſeſſionem factam ab anno 1517. propter nõ præſtitum hominem & hominium, pronunciatum fuiſſe validã: ex conſuetudine. n. præfecturæ & vicecomitatus Pariſiẽſis vbi
3 feudum ſitum erat, † quandiu vaſſallus dormit, dñs vigilat, hoc eſt, quandiu vaſſallus cuius feudum eſt poſſeſſum propter neglectam præſtationem fidelitatis, & hominij, dormit, ceſſatq; in exhibitione fidelitatis & hominij, dominus feudi facit fructus feudi poſſeſſi ſuos, commodumque non præſtiti hominij eſt amiſſio fructuum feudi ad cohibendam contumaciam & peruicaciam vaſſalli.

SVMMARIVM.

1 *Amortizatio generalis admittitur & valet.*
2 *Amortizatio generalis in fauorem eccleſiæ Doratenſis & omnium eccleſiarum Xenodochiorum Normaniæ.*
3 *Præſumptio ſolutionis fundata ſpatio annorum triginta non ſufficit contra fiſcum.*
4 *Quanto tempore probetur res eſſe feudalis.*

CAP. XI.

Literæ amortizationis in fauorem totius Normaniæ quod attinet ad libera feuda & nouos conquæſtus factos ab hominibus manuſmortuæ, cenſentur amortizata poſt triginta annorum ſpatium, omniaq; feuda nobilia ab ignobilibus q̃ſita poſt xl. annos: neq; cogunt poſſeſſores ijs cedere aut perſoluere ſummã pecuniæ. Tradunt p̃terea dictæ literæ, oẽs ignobiles q in ducatu Normaniæ feuda acqſierunt, nobilitatos cenſeri cũ oĩbus liberis: fueruntq; dictæ literæ verificatæ per Curiã, fol. 226. lib. 1. Conſtitut. regis Ludo. XI.

Hæc cõſtitutio ſiue literæ inſtitales inſcriptæ, p̃ cõſtitutione, quatuor cõplectunt̃ capita q̃ad amortizationis
1 qõnẽ ptinẽt. † Primũ, qd amortizatio gñalis admittat̃ ſitq; valida qd antea ſummã hẽbat difficultatẽ vt inferiùs docebitur. Secũdũ, qd oĩa ĩmobilia q̃ſita ab hoĩbus manuſmortuæ tricenuo cẽſeant̃ amortizata, vt ſup:ùs demonſtratũ eſt. Tertiũ, qd oĩa feuda ab ignobilibus q̃ſita poſt xl. annorũ ſpatiũ amortizata cẽſeant̃, nec ijs poſſeſſores cedere, aut paritẽ p̃tij ſoluere cogant̃. Quartũ deniq;, qd in Normania feudũ nobile ignobilẽ dñm & poſſeſſorẽ eiuſq; liberos nobilitet. Qd ad primũ attinet qd de gñali amortizatione tradit̃. iter multos cõtrouerſum fuit, in eaq; ſñia fuerũt qd nõ valeret. Forũ rõ vr̃ fuſfulta, l. cũ Agliana. ff. de trãſac. qñ liberationes gñales cẽlent̃ captatoriæ & fraudulentæ facit l. 1. §. cõnũ. ff de cõrio iudicio tute. quẽ text. dicũt optimẽ ad rẽ ptinere. vt aſſerit Iaſ. in d. l. cũ Agliana, referẽs Oldr. Alber. Bal. & Bar. Exiſtimãt. n. qd vitãdæ fraudis gr̃a creditor cõpelli nõ põt debitorẽ gñaliter liberare. In p̃poſita aũt ſpecie facilè Rex eiuſq; patrimoniũ p gñalẽ amortizationẽ decipi p̃t ſi ſingula p̃dia quorũ a rege petit̃ amortizatio nõ exprimant̃: ſed qñ de eccl'ia, aut capl'o agit̃, p expreſſionẽ ſingularũ p̃diũ ſemp ſolet amortizatio admitti, eiuſq; rei extãt mul
2 ti libri. † Præter cæteras autẽ extat amortizatio generalis oĩum temporalium ab eccleſia S. Petri Doratici apud Lemouicenſes poſſeſſorum conſcripta lib. 3. conſti. Ludo. XII. fo. 50. Altera pro eccleſia du Puis noſtre Dame apud Andegauos fo. 168. eod. lib. atque eiuſmodi quidem amortizatio totius patrimo-

nij

nij eccleſiæ non eſt eiuſdem momenti ac amortizatio genera
lis totius regionis aut prouinciæ. Alia extat amortizatio ge-
neralis pro omnibus eccleſijs & Xenodochijs Normaniæ. de
omnibus quæ a triginta annis & infra quæſierant. Quæ quidẽ
amortizatio eis fuit conceſſa a rege Franciſco eius nominis
primo, mediante ſumma octoginta millium librarum turo-
nenſium inſcripta fol. 382. anno 1522. Conſimilis amortiza-
tio extat de omnibus ſubditis Ducatus Burgundiæ, pro ſum-
ma quinquaginta millium librarum, vt videre eſt fol. 94. eod.
libr. conſtitut. Regis Franciſci. Eiuſmodi tamen amortizatio-
nes multum Regi damni afferunt, nec videntur impetrantes
liberandi apud Regem niſi ſingulatim exprimãt quicquid vo
lunt amortizare, quod in generali remiſſione non veniat do-
lus l. ſi ſeruus vetitus. de leg. 1. l. Aurelio, § Caius. ff. de liberat. le
ga. De ſecundo capite ſuperiùs tractatum eſt cum diximus ho
mines manuſmortuæ poſt triginta annorum ſpatium non cõ
pelli cedere, ſed procuratorẽ regium poſſe eos cogere ad exo-
lutionem partis pretij regi, niſi doceant de amortizatione:
3 † eoq́ue caſu notandum eſt tutum eſſe ius regis in petendo
pretio poſt triginta annos, quia id iuris præſcribi non poteſt:
quamuis enim præſcripto triginta annorum hominibus ma-
nuſmortuæ proſil, aduerſus fiſcum tamen nõ ſufficit, quia Rex
communi iure vtitur in exactione cenſus & iuris feudalis, l. 2.
4 & fi. C. ſine cẽſu & reliquis. † Cur autem homines manuſmor-
tuæ poſt lapſum triginta annorum emancipare feddum non
cogantur, indicat. §. ſi quis per triginta annos. ſi de feudo fuerit
controuerſ. vbi feudum probatur ex eo quod quis poſſedit rẽ,
vt feudalem per triginta annos. In ſpecie autem propoſita ſi
capitulum aut collegium prædium tanquam humano com-
mercio exemptum poſſederit per triginta annos, velitque iu-
reiurando affirmare inſtrumentum emancipationis perijſſe,
videtur fides ei habenda, nec cogendus ad exolutionem pecu-
niæ, per tex. in cap. vnico. in fi. ſi de inueſt. inter domi. & vaſſal.
lis oriatur, vbi ſi quis ſit in poſſeſſione feudi, de quo dominus
dicit eum non eſſe inueſtitum, vaſſalus iurat ſe vel patrem ſuũ
inueſtituram accepiſſe, illi creditur. Tertium caput ſuperius
tractatum eſt. Quartum caput continet ius ſpeciale iuri com-
muni contrarium, quo feudũ nobile poſſeſſori, vt ſuperiùs di-
ctum eſt non confert nobilitatem, niſi ex eorum ſit numero,
quibus annexa eſt dignitas, cuiuſmodi ſunt Comitatus, Mar-
chionatus, & id genus de quibus antè dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Verbis narratiuis legis antiquæ fides adhibenda.*

CAP. X.

Extat arreſtum quo latè continentur quæcunque de re-
bus ab hominibus manuſmortuæ acquiſitis dixi-
mus, quæ cenſentur humano commercio exemptæ poſt tri-
ginta annos: aut ſaltem homines manuſmortuæ. eas emanci-
pare non tenentur: memoranturq́; eo arreſto multæ conſtitu
tiones in eam rem quæ non extant, ſed belli iniuria perierunt.
Notandum tamen eſt antiquæ conſtitutioni fidem eſſe adhi-
bendam in verbis narratiuis, cum veriſimile ſit eiuſmodi con-
ſtitutionem ſancitam decretoq́; Curiæ cõfirmatam fuiſſe, arg.
tex. cum gl. in c. cum cauſam, de probat.

TRACTATVS DE FEVDIS,

Hominijs & vaſſallibus.

ARreſto pronũtiatum eſt, ſi feudum Ducẽ,
Comitem, Baronem, aut Parẽ Fran
ciæ agnoſcens, regi tanquam commiſſum addi-
catur, aut alia ratione ad eum reuertatur, regem
non teneri Duci, Comiti, Baroni, aut Pari Frãciæ
fidem & obſequiũ p̃ſtare. Ad 25. Feb. anno 1558 inter dñm de
la Trimouille actorẽ, & Procuratorẽ Regis & dñam de la Floſ
ſeliere reos.

SVMMARIVM.

1 *Rex nõ cogitur præſtare fidẽ & obſequiũ pro retrofeudo, ſi ad eũ reuertatũ.*

CAP. I.

Hanc quæſtionem mouet ac decidit Speculator tit. de
feudis §. quoniam. de homagijs & fidelitatibus, q.
24. vbi proponit ſpẽm de Rege Aragoniæ tunc dño Monti-
ſpeſſulani, qđ iure clientelari poſſidebat ab ep̃o & eccleſia Ma-
galonẽſi, ſi forte Rex Frãciç ab ipſo dictã vrbẽ acq̃reret, an ob-
ſequiũ p̃ſtare dictis Ep̃o & eccleſiç teneret. Speculator multas
diuerſorũ doctorũ q̃ in eã rẽ ſcripſerũt refert ſn̄ias in vtrãque
ptẽ. Sed ei⁹ q̃ōnis definitio eſt, regẽ nõ cõpelli fidẽ & obſeq̃um
vaſſallo ſuo p̃ſtare, cũ neminẽ ſuperiorẽ in tp̃alibus agnoſcat,
ſitq́; dñs feudi ſuperioris. Altera quoq́; ratio afferri pōt, qđ oĩa
p̃dia iure feudi ab inferiorib. dñis regis vaſſallib. mouẽtia à re-
ge pẽdeãt iure retrofeudi: quoties aũt feudũ ad regẽ reuertit̃,
redit ad primã ſuã naturã, ideoq́; liberat̃ a p̃ſtatione fidelitatis
& obſequij, facit c. quæris. de cõſecrat. diſt. 4. l. ſi vnus. §. pactus.
verſ. ſed ſi pactum. ff. de pact.

Arreſtum p̃nũtiatũ die 2. Martij, 1534. inter magi-
ſtrũ Ioannẽ Gilbert Aduocatũ regium
apud Curiã vectigalliũ, p̃uocãtẽ a ſn̄ia Recuperatorũ Pallati-
norũ, aduerſus Cõmedãlẽ de Villeroy: quo ſancitũ fuit malè
iudicatũ a dictis Recuperatoribus, q̃ dicto Cõmendãti liberã
poſſeſſionẽ decreuerãt quorũdã p̃diorũ poſſeſſorũ inſtãte di-
cto Gilberto, p̃p neglectã p̃ſtationẽ hoĩs, fidelitatis, & obſeqi,
hoc p̃textu quod dictus Cõmẽdãs dictũ Gilbertũ dñm ſuũ eẽ
diffiteret̃, cũ tñ eiuſmodi inficiatio authoritate & decreto ſu-
perioris confirmata non eſſet vt res poſtulabat.

SVMMARIVM.

1 *Abnegatio facta ab hominibus manuſmortuæ feudum non committit, niſi abnegatio decreto confirmata ſit.*

CAP. II.

Ad huius arreſti ĩtelligẽtiã, p̃ſupponẽdũ eſt p̃latũ aut aliũ
beneficiariũ nõ poſſe alienare p̃dia aut alia ĩmobilia
ſui bñficij, niſi certis caſib. cũ cauſæ cognitione & decreto ſu-
perioris, per tex. in Clement. de reb. eccleſ. nõ alien. & in Auth.
hoc ius porrectũ. C. de ſac. ſan. eccl. Siendũ quoq́; eſt cõſuetudi-
nibus Præfecturæ & Vicecomitatus Pariſienſis cõſtitutũ eſſe
vt vaſſallus dñm abnegans feudo mulctet̃, ſi poſtea comperiat̃
feudũ ab ipſo dño mouere, & vaſſallũ tenere dñm abnegaſſe.
Extat & alia cõſuetudo, qua vaſſallus, q̃ pẽdẽte lite de poſſeſ-
ſione feudi dñm abnegat, mitti debet in poſſeſſionẽ ſui feudi.
In facto aũt p̃poſito Cõmẽdãtis illius feudũ poſſeſſũ erat p̃p
neglectã fidẽ & obſequiũ, iuraq́; feudalia nõ p̃ſtita. Ad hæc Cõ
mẽdãs ille vir aſtutus & vafer, dñiũ feudalẽ abnegat, vt hac rõ-
ne in poſſeſſionẽ feudi mittat̃ abſq́; vlla ſolutione, aut depoſi
tione iuriũ feudaliũ, nihil inde p̃iudicij eccleſiæ ſe allaturũ pu
tans, qm̃ abnegatio nec approbata, nec decreto ſuperioris con
firmata alienationẽ inualidã reddebat. Recuperatores Palati-
ni nõ detecta aſtutia vi conſuetudinis liberã feudi poſſeſſionẽ
ei addicũt, vtpote dñm abnegãti: a qua ſn̄ia dñs feudalis p̃uo
cat. Suprema Curia, re p̃pius inſpecta, intellectiſq́; partiũ alle-
gationib., p̃nũtiat malè iudicatũ, ac meritò appellatũ, ſn̄iamq́;
in melius reformãdo manus iniectionẽ duraturã decreuit.

Aliud arreſtũ p̃nũtiatũ die 4. Ianu. anno 1534. ĩter dñm
Carolũ de Tournebeuf appellãtẽ a Recuperato
rib. Palatinis, & dñam Mariã Pichõ, q̃ diuerterat a mag̃ro Se-
paphino du Tillet, quo ſn̄ia dictorũ Recuperatorũ cõfirmata
eſt, q̃ iudicarãt dictã Pichõ admittẽdã eſſe ad p̃ſtationẽ fideli-
tatis feudi des Condreaux iure maioris imperij, licet nullus eſ-
ſet manus iniectionis cõcurſus ſed ſolus d. dñs de Tournebeuf
feudũ poſſediſſet, ſoluſq́; dñs de Tranas q̃ ius feudale p̃tende-
bat, ꝯtrouerſiã ad inſtr̃i exhibitionẽ mouiſſet: cautumq́; ẽ eo
arreſto poſſe vaſſallũ iure maioris imperij admitti, etſi non ſit
cõcurſus duplicis poſſeſſionis, ſufficereq́; cõcurſum actionũ
motarũ a duob. feudi dñis: qđ antea deciſum non fuerat.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus mitti debet in poſſeſſionẽ a ſuperiori dño, ſi duo dñi poſſederint: aut ſi ab altero mota ſit controuerſia, alter verò interdicto poſſeſſorio vtatur.*

CAP. III.

Ad huius arreſti facilẽ intellectũ, primũ oĩum ſtatuẽdum
eſt in q̃ōne feudali quoties ſit cõcurſus duorũ dñorũ
quorũ q̃ſq́; feudũ poſſideri poſtulat p̃tẽdẽs tenurã feudalẽ, cõ
ſuetudine caueri, vt vaſſallo libera feudi poſſeſſio a ſuperiore
dño cõcedat̃, vt eo pẽdẽte lite vtit̃ interpoſita cautione de præ
ſtãda fidelitate ei ſm̃ quẽ ſn̄ia lata fuerit, itaq́; definitũ eſt im-
muneris Curiæ arreſtis ex cõſuetudine Pariſiẽſi. In p̃poſita ve
rò q̃ōne mouebat difficultatẽ, ꝙ vnus ſolus ex duob. dñis feu-
dũ p̃tẽdẽtib. manũ inijci curauerat, alter verò iure agebat. Vñ
is q̃ interdicto poſſeſſorio vtebat̃, cõtẽdebat ſibi poſſeſſionem
cõpetere ſub periculo dãnorũ & intereſſe ſi cã caderet, vaſſal-
loq́; liberã poſſeſſionẽ nõ eſſe cõcedẽdã cũ nullus eſſet poſſeſ
ſionis cõcurſus. Ex aduerſo vaſſallus dicebat ſufficere cõcur-
ſum diuerſorũ dñorũ feudaliũ, nec ad rẽ p̃tinere poſſeſſorio-
ne interdicto an actione vterent̃. Ad huius cõtrouerſiæ defini
tionẽ Senatus p̃nũtiat rectè iudicatũ a Recuperatorib. Palati
nis, hoc arreſto iudicãs quoties ſit concurſus dñorũ p̃ manus
iniectionẽ, aut actionẽ, vaſſallũ admitti poſſe ad fidelitatẽ a ſu
periore dño. Eius arreſti rõ inde peti poteſt ꝙ eiuſmodi rece-
ptio ad fidelitatem pendeat a ſola controuerſia quæ vertitur

inter duos dominos de tenura feudali:qua pendente incertus eſt vaſallus vtri fidem & obſequium præſtare debeat,quem interea iudex admittit in clientelam regis quæ dicitur manus ſuperior,quòd ab eo omnia feuda mediatè vel immediatè procedant,vti ſuperiùs demonſtratum eſt.

Arreſtum pronuntiatũ vltima die Decembris.1535. inter dominum Ioannem Deſainɛ̃ts Equitem,prouocantem a Præfecto prouinciæ Bellonacenſis,& Robertum de Aubourg dominum de Neuſueillette prouocatũ, ſecundum quem ſententia lata erat:quo iudicatum fuit dictũ Deſaincts,qui manum feudo de Villembray tanquam dominus feudalis iniecerat, qui vnius anni reditum pro iure redemptionis elegiſſet, ac dicti feudi de Villembray fructus per ſe percipere vellet, non poſſe dictum Aubourg domo & arce expellere, ſed dictum Aubourg integro anno redemptionis poſſeſſurum, ea conditione vt pretium locationis domus ſiue arcis perſolueret:columberio verò & cæteris pertinentijs prædictum Deſaincts potiturum.

SVMMARIVM

1 *Qui caduci aut alio iure in re aliena vtuntur,ipſo iure fauorabiles nõ ſunt.*

CAP. IIII.

Ad huius arreſti intelligentiam, notandum eſt in multis huius regni prouinciarum Præfecturis moris eſſe, vt quoties fit apertura feudi mutatione vaſſalli,morte, venditione,aut alio modo domino a quo feudum mouetur debeatur ius nouationis & redemptionis,hoc eſt prouentus vnius anni totius feudi,aut quod arbitrio boni viri æſtimabitur, aut certa pecuniæ ſumma,ad optionem dominij:adeò quidem vt ſi dominus feudi fructus vnius anni elegerit, habeat integrũ vſumfructum illius feudi cui apertura contigit. In ſpecie autem huius arreſti dominus feudi reditum vnius anni elegerat pro ſuo iure: atq; adeo contendebat ſibi competere ius habitationis in domo ſiue arce,quòd habitatio eſſet in fructu,nouumq; vaſſallum expelli debere a poſſeſſione dictæ domus, columberij, horti,& cęterorum quę domini cedunt, donec integrum annum poſſediſſet. Ex aduerſo nouus vaſſallus defendebat id eſſe duriſſimum,magisq; inuidiæ plenum quàm rationi conſentaneum cum dominus feudalis commodam alibi habitationẽ haberet,neque attendendam eſſe ad id quod dominus prætexeret habitationem arcis eſſe in fructu,cùm vaſſallus id agnoſcens ei æſtimationem locationis illius anni offerret. Ad hæc dominus replicabat incommodam ſibi eſſe perceptionem fructuum atque vſumfructum annui reditus niſi loco inhæret. Huic controuerſiæ Curia vt finem imponeret præcipua æquitatis q̃ ſtricti iuris habita ratione,ſuo arreſto definiuit domino ius non eſſe vaſſallum domo aut arce expellendi,modò ei æſtimationem locationis præſtaret:columbario tamen & cæteris dominum per ſe vſurum fruiturum. Quamuis autem hoc arreſtum ſumma æquitate nitatur,poteſt tamen ſtricto quoq; iure defendi. Nam conſuetudo tribuit tantùm domino prouentũ vnius anni,aut quod arbitrio boni viri æſtimabitur, aut ſummam pecuniæ ſemel ſoluendam:huiusq; conſuetudinis ratio inde petenda eſt quod omnis reditus æſtimationem admittit: ideoque ſi in perceptione reditus vnius anni intelligatur contineri vſus & commoditas arcis & domus vaſſalli, id ex iuris interpretatione & ſanè accipiendum eſt, vt notat text.in §.1. inſtitut.de vſu & habitat.cuius hæc ſunt verba, in eodem quoque fundo hactenus licet ei morari,vt neq; domino fundi moleſtus ſit,nec iis per quos opera ruſtica fiunt, impedimento. Ad hanc quæſtionem animaduertendum eſt omnes quibus ius eſt in re aliena caducariam obuentionem exigere, de iure non eſſe fauorabiles quales ſunt qui fructus alienorum beneficiorum vnius anni percipiunt vi conſuetudinis aut priuilegij, cuius generis ſunt multi epiſcopi & archidiaconi in Francia, qui hoc ius vacare ſolent ius deporti,hoc eſt ius caduci,de quo inferius tractabitur ſuo loco. Vſque adeo autem ius eis non fauet,vt integer reditus illius anni ad decimam redactus ſit nec amplius quicquam exigere poſſunt, vt expreſsè declaratur in extrauag. Suſcepti regiminis,ſub tit.de electio.in extrauagant. Pap.Ioan.XXII. Quod ſi quis exiſtimet fauorabiliorem eſſe cauſam dominorum feudalium quod ius illud percipiendorum fructuum vnius anni procedat ab inueſtitura quam de ſuo feudo fecerunt: epiſcopi quoque & archidiaconi allegabunt eandem eſſe cauſam iuris caducarij quod ipſis in beneficijs competit. Cùm enim ab initio proprietas eccleſiarum ipſis competeret,ſub iis oneribus & conditionis eas tradiderunt iuxta cap Conſultationibus,de donat.In antiquis.

In magna Curia inquiſitionum conuocatis nonullis alijs claſſibus examinata eſt lis mota inter Cartuſianos actores,& Robertum Beeſſe Præfectum Vil[illegible] Georgij reum, in eo quod dicti actores tanquam domini feudi de Vigneux quod erat Roberti Binet vaſſalli,poſtulabant ſibi addici iure retractus feudalis centum ſexaginta iugera ad dictum feudum pertinentia, & a dicto Binet dicto Beeſſe vendita bis mille libris: in quorum tamen ſingula iugera quatuor denarios Pariſienſes annuos iure cenſus ſibi retinuerat vnà cum iuriſdictione:cui quidem redhibitioni ſeu retractui feudali obſtitit dictus Beeſſe reus allegans retractui locum non eſſe propter retentionem dicti cenſus & iuriſdictionis ex vi conſuetudinis Pariſienſis,qua vaſſallus liberè, ſeu feudo ſtatuere poteſt, modò ne iuriſdictione cedat, nec idcirco quicquam ab eo emolumenti dominus exigere poteſt. Huius controuerſiæ diſtributa fuit cognitio in magna Camera inquiſitionum: poſtea paruæ Cameræ inquiſitionum commiſſa cognitione pronuntiatum fuit eo caſu ea centum ſexaginta iugera iuri retractus non eſſe obnoxia, ſeruata actione, ſi quã habeant dominis feudalibus, quando feudi apertura contingeret recitatum 15. die Febr.anno 1538. Hoc arreſtum extat in libros ſportularum ſub ſigillo Verius & Quelin: & in libris eiuſdem anni & diei apud armamentarium cauſarum.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo intelligendum ſit vaſſallum poſſe gaudere ſuo feudo.*
2 *Id quod Curiæ decreto definitum eſt amplius in controuerſiam deduci non debet.*
3 *Homines manuſmortuæ poſſunt vti iure retentionis feudalis.*
4 *Rex poteſt vti iure retentionis feudalis.*

CAP. V.

Huius arreſti benè intellecti ſumma eſt vtilitas, multasque ſoluit quæſtiones,interpretaturque conſuetudinem Pariſienſem artic.41.tit.de feudis: vbi vaſſallus poſt ad libitum de ſuo feudo ſtatuere, modò ne fidelitatem abneget, neque propterea dominus ab eo vl-
1 lum commodum conſequi poteſt: † hocque arreſto iudicatur vaſſallum intelligi gaudere ſuo feudo etiamſi feudum redigat ad inſtar minoris cenſus quamuis inde magnam pecuniæ ſummam accipiat. In eamq; rem extat arreſtum inter magiſtrum Ioan.Bouchart.dominum de Champigny, & magiſtrum Guilielmum le Sueur, generalem monetarum, datum 25. Iunij 1516. id tamen præſumptione fraudis non caret, ideoq; mirũ videri non debet ſi in caſu propoſito ſententiarum concurſus interuenerit,poſſent enim multa in vtranq; partem adduci ſi
2 locus poſtularet: † ſed cum res duobus arreſtis ſit definita,cõſiſtendum eſt: huc accedit quod vaſſallo pecuniæ indigo fauendum eſt ſi vndequaque pecuniam conficiat,abſque tamen venditione,aut alienatione feudi, aut translatione in alterius
3 poteſtatem,ſi fieri poſſit. † Secundo deciditur hoc arreſto magna & ſolennis quæſtio,an homines manuſmortuæ retentione feudali vti poſſint. Verbigratia, ab Abbatia S. Germani, & S. Genoueſæ feudum mouetur, quod a vaſſallo diſtrahitur. Abbas & conuentus a quibus feudum tenetur, diem emptori dicunt,vt feudum iure retractus feudalis ſibi vindicent: emptor negat admittendos cùm ſint manuſmortuę nec eis liceat abſque regis amortizatione, vt notum eſt, prædia poſſidere. Hoc arreſtum in fauorem Cartuſianorum definit homines manuſmortuæ feudi dominos retentione feudali vti poſſe vt his arreſti verbis demonſtratur: Saluo iure dominorum feudalium cum feudi apertura continget,vt tum ſibi vt videbitur conſulant. Ex quibus ſatis intelligi poteſt Curiam ius petendi retractus feudalis non fuiſſe denegaturam ſi aperturam feudi contigiſſe iudicaſſet. Quod enim ad amortizationem ab emptore propoſitam attinet reſponderi poteſt non fuiſſe neceſſariam in inſtanti,ſed ſatis fuiſſe ſi hominibus manuſmortuæ cõcedatur quando ab eis ceſſio rei poſtulatur. Immò amplius p 30. annorum præſcriptionem fundus amortizatus cenſetur, nec ab eis inuitis poſſeſſio auelli poteſt, vt pluribus ſupra de-
4 mõſtratum eſt in tractatu de amortizatio. † huc accedit quod non ſolum homines manuſmortuæ hoc iure feudalis retẽtionis vti põt,verũetiã ipſe rex vt patet exẽplo Regis Caroli VI, q eo iure vſus eſt in quodam feudo ſito apud S. Quẽtinũ vẽdito a dño de Chin Maiori & iuratis illius vrbis,vt ꝯſtat ex literis in armario notato litera O, apud Curiã rõnũ. In eandemq; rẽ extat arreſtũ Curiæ cuius principiũ ita habet, Cùm Comes Fuxi Inter iudicia,cõſilia & arreſta expedita in parlamento beatę Mariæ Magalenes,anno Domini 1277.

Arreſtum recitatũ die 13. Maij,anno 1530. inter magiſtrum Auguſtinum de Thou aduocatũ regiũ, & Frãciſcum de Mõceau eqtẽ,dñm de S.Cyre,quo gñale mãdatũ Curiæ de poſſidendis oĩbus feudis aptis improbaẽ, oĩbusq; iudicibus huiõi mandati cõceſſione interdicitur.

SVMMARIVM.

1 *Minimus feudi dominus quàm potentiſſimo vaſſallo præfertur.*
2 *Soli regi licet mandata generalia decernere.*

CAP.

CAP VI.

Sciendum eſt eiuſmodi mandata generalia de poſſidendis omnibus feudis apertis latè patere, ſummique eſſe præiudicij. Poſſeſſio enim feudalis, ſiue iure ſiue iniuria fiat, durat pendente lite in præiudicium vaſſalli de poſſeſſione deiecti: apparitoriq; in vim huiuſmodi mandati licet quem volet mittere in poſſeſſionem, aut poſſeſſione de-
1 trudere. † Nec refert quod vaſſallo in exitu litis addici debeat quanti ipſius intereſt de poſſeſſione deiectum non eſſe, ea.n. expectatio puſilli eſt momenti: nam vt dici ſolet, infimus dominus vaſallum potentiſſimum ſuperat: cumq; litium tã diuturna ſit perſecutio, mirum non eſt ſi eiuſmodi mandata gene-
2 ralia curiæ non probentur. † Soli regi competet mandata generalia decernere, qualia ſunt Committimus, aut literæ in formam debitis, quibus cogi poſſunt omnes debitores ad ſolutionem, quæ æquiualent dictis mandatis. Præfectis verò ꝓuinciarum & iudicibus expreſsè interdicta eſt cõceſſio literarum debitis, aut diplomatorũ ſaluegardiæ, conſtitutio. Ludo. xij. publicatis anno 1512. Cuius conſtitutionis hæc ſunt verba, Præterea interdicto prohibuimus prohibemusque omnibus Præſidibus prouinciarum, aut eorum legatis, ne in poſterum vllas literas debitis aut diplomata ſaluegardiæ generalia concedãt. Notandumq; eſt ab hac cõſtitutione petitũ eſſe hoc arreſtũ.

SVMMARIVM.

1 *Ius primogenituræ locum habet nummis redactis ex venditione prædiorũ in qua ius primogenituræ exerceri poteſt.*

CAP. VII.

Arreſtum notatu dignum ex die 7. menſis Septemb. 1552. extat in libris Curiæ inter Claudium Gaſtelier filium primogenitum hæredemq; præcipuũ defuncti Franciſci Gaſtelier, & Caſſine Vergoigne parentum ſuorũ, actorem poſtulantem vt ſibi ius primogenituræ adiudicarẽt quod ipſi morte parentum obtigiſſet, & Ioannem Gaſtelier filium minorem natu, dicto iuri aduerſantem, aliosq; reos. Iudicatum fuit de nummis redactis ex venditione mobilium & immobilium, deducto omni ære alieno paterno maternoq;, de eo quod ſupereſſet, filium maiorem natu ablaturum æſtimationem præcipui & iuris primogenituræ quod ei cõpetebat in feudis venditis, propterea ꝙ plus q̃ cæteri cohæredes ex ſuo præcipuo exoluiſſet.

TRACTATVS DE REGALIIS.

SVMMARIVM.

1 *Duo regaliorum genera.*
2 *Rex ius regaliorum ſibi vindicat in omnia bona tẽporalia & eccleſiarum Cathedralium.*
3 *De iureiurando fidelitatis, præſtando regi ab omnibus epiſcopis.*
4 *Origo regaliorum ab antiquis tradita.*

CAP. I.

1 NOtandum † eſt duplex eſſe regaliorum genus. Primum eſt de bonis
2 temporalibus eccleſiæ, alterum de ſpiritualibus. † Primum competit regi in omnibus eccleſijs Cathedralibus ſui regni citra & vltra Ligerim. Hoc iure vtitur Rex, primò rõne feudi: omnes enim epiſcopi fidem & obſequium eĩ exhibere tenentur pro tp̃alibus eccleſię, etiãſi amortizata ſint, qm̃ amortizatio nõ liberat homines manuſmortuæ quales ſunt eccleſiaſtici, a præſtatione hominij, vt ſupra latius demonſtratum eſt. Secundo Rex eo iure vtitur rõne cuſtodiæ eccleſiæ vacantis, quæ Regi competit iure cõi, c. gñali, de electio. in 6. Ideoq; quoties alicuius Cathedralis eccleſiæ vacatio contingit in hoc regno, ſolet curator dari bonis, qui authoritatis regis poſſideat donec epiſcopus ſucceſſor fidẽ &
5 homagium Regi præſtiterit, † quod honoris gratia ſacramentum fidelitatis appellatur, de quo poſtea docebitur in conſtitutione regaliorum quæ incipit, Dum epiſcopus: ſicq; accipiẽdum eſt quod tradit Bal. in procemio decretalium, & in c. quãto. De iudi. quod Rex ſit patronus omnium eccleſiarũ Cathedralium ſui regni: quod ſanè multos deduxit in errorem, vt notarunt Canoniſtæ in c. Imperium. 10. diſt. Id intelligendum eſt de cuſtodia & tuitione tm̃, non de collatione beneficiorũ, Archidiaconus in c. lectis. 63. diſt. Panor. in c. venerabilem, de elect. In eamq; rem extat præclara doctaq; actio ad Senatum, habita a magiſtro Matthæo Chartier pro regalijs Cęnomani, vltima die Ianuarij, 1520. inter magiſtrum Ioan. Alegret actorem iure regaliorum, & magiſtrum Ioan. Ronſardum reum. Ius aũt regaliorum quod Regi in ſpiritualia cõpetit, continet ẽt collationem beneficiorum, de quib. nunc tractaturi ſumus.
4 † Arnulphus Ruſæus & Philippus Probus, qui de regaliorum iure ſcripſerunt, multum ſibi negotij faceſſunt in perquirenda cã & origine regaliorum. Nonnulli deducunt a Concilio Aurelianenſi habito tp̃ib. Regis Clodouei, in quẽ collata fuit electio & nominatio epiſcoporum in pręmium ſiue cõpenſationem cladis quam intulerat Alarico Regi Viſigottorum hæreticorum: vti ẽt poſtea idem ius in Carolum magnum & ſucceſſores collatum eſt ob Arrianorum deletam ſectam: Itidemq; in Carolum Caluum, qui regni & imperii faſtes obtinuit. Laudatq; Ruſæus huius cõtrouerſiæ authorem Papam Bonifaciũ VIII. contendentes ius regaliorum nihil aliud quam violẽtã, & iniquam vſurpationem. Alij exiſtimãt regaliorum antiquã inſtitutionem fuiſſe, & Concilio Baſilienſi confirmatam. Tandem ſinguli hoc ius firmare nituntur tam veteri iure, conſtitutionib. canonicis, cõcilijsq; gñalib. ab eccleſijs habitis. Sed vt omnis dubitatio tollañ, ſciẽdum eſt in armamentario memoralium apud officium Cameræ rõnũ Pariſienſium in lib. notato litera B. fol. 52. 53. 54. 55. vbi de iure regaliorũ mentio eſt, deq; ptãte Regis in collatione beneficiorum diuerſarum eccleſiarum ſui regni, extare cõſtitutiones infraſcriptas: ex quarum lectione facilè intelligetur initium & origo iuris regaliorum. Sequitur prima.

Vera regaliorum origo.

Philippus Dei gratia Rex Franciæ, oĩbus pñtib. & futuris ſignificamus, Cum a nõnullis dubitatum ſit an nobis cõpetat collatio præbendarũ, dignitatũ, & beneficiorũ vacantium tp̃e noſtrorũ regaliorum in eccleſijs noſtri regni, in quib. dictũ ius regaliorũ nobis cõpetit: diligenti ꝑquiſitione habita, ſatis ſuperq; nobis cõſtat maiores nr̃os Reges Frãciæ iure regaliorum nobilitatisq; qua ſceptrũ Gallicũ inſignitum eſt, vſos fuiſſe, continuęq; ac perpetuæ poſſeſſionis iure conferre cõſueuiſſe præbendas, dignitates, & beneficia vacantia de iure & de facto, aut de iure tm̃: aut ſi non poſſeſſa & vacãtia reperiañ, de facto tm̃: nosq; eo vſos eſſe, vti, & vſuros tanquam noſtro regali iure quoties aliquid eiuſmodi, aut ſimile continget. Datũ Vincennis menſe Octob. anno 1334.

In libro authoris extant eiuſdẽ ſñiæ & diei ꝯſtõnes duæ, quę breuitatis cã ꝑtermiſſæ ſunt: vt ẽt epiſtola ſcripta ad Regẽ Philippum a Cancellario Anglię, quæ cõtinetur ab omni æuo Reges Anglię iure regaliorum vſos eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Quando beneficium de iure cenſeatur vacare.*
2 *Quando cenſeatur vacare de facto tantum.*
3 *Recuſatio capituli non ſufficit ad impediendum effectum regaliorum.*
4 *Poſſeſſio per procuratorem apprehenſa non impedit effectum regaliorum.*
5 *Adeptio poſſeſſionis a domino facta potior eſt ei quæ a procuratore apprehenditur.*
6 *Vulgatum arreſtum de duobus compermutantibus.*
7 *Hominum præſtitum per procuratorem non impedit effectum regaliorum.*
8 *Commenda æquiualet titulo.*
9 *Neceſſe eſt beneficium poſſeſſum eſſe de iure & de facto reſpectu eiuſdem perſonæ, vt regaliorum effectus inhibeatur.*

CAP. II.

Conſtitutio vulgò Philippina dicta.

Philippus Dei gr̃a Rex Franciæ ſupremæ Curiæ ſalutẽ. Cùm in lite corã vobis mota inter magiſtrũ Stephanũ Roigier, & Gulielmũ de S. Germain ſacerdotẽ, de ꝑbenda Carnutẽſi, cui qdẽ Sthepano iãpridẽ literis nr̃is dictã ꝑbẽdã cõtulimus vtpote nr̃æ collationi ſubiacentẽ rõne regaliorum, dictusq; Gulielmus ſibi collationẽ a ſanctiſſimo pr̃e nr̃o Papa ꝯceſſam ꝑtexat: ꝑdictusq; Roigier cupiat coram vobis vti certa ꝯſtõne iamdudum redacta in libros veſtræ Curiæ, cuius hæc ſunt verba, Philipphus Dei gr̃a Rex Francię, &c.

Notandum eſt Regẽ Philipphũ hic inſerere totidem verbis ꝯſtõnẽ ſupraſcriptã, nec vna amplius q̃ alia quicquã cõtineri: ſola die adſcriptione differũt, ſuperior.n. ꝯſtõ data eſt Vincennis, anno 1334. hæc verò data ẽ Poiſſiaci ad 5. Maij 1346. a Philippo Valeſio eo authore.

Ex particulis conſtitutionum ſuperius recitatis, ſatis põt inferri initium & origo regaliorũ, nempe quod ſit ius regi cõpetens, rõne diadematis quæſitum a maioribus lõgiſſimi tp̃is poſſeſſione, conſuetudine inueterata, longiſſimoq; tempore cuius non extat memoria præſcriptum, dicta conſtitutione quę Philippina dicitur, ſecundum quam abhinc ducentos annos ſæpiſſimè iudicatum eſt a ſuprema Curia, confirmatum. Ad

cuius intelligentiam ſciẽdum eſt benefici vacationem poſſe
contingere tam de iure q̃ de facto: nonnunquam etiam de fa
1 cto tantum, ac ſæpiſſimè de iure tantum. † Vacatio de iure cõ-
tingit per mortem, reſignationem, incompatibilitatem alio-
rum beneficiorum, per non promotionem ad ſacros ordines
intra tẽpus iuris per cõtractum matrimonij, per ingreſſum re-
ligionis, & profeſſionem ſecutam, multiſque alijs modis q̃bus
beneficium de iure communi cenſetur vacans & impetrabi-
le. Quod ſi fortè epiſcopus decedat antequam contulerit, aut
eius collatio non valeat, ſi quidem ſit beneficium ſimplex ſit
locus regalijs: hoc amplius ſi antequam regalijs ſit locus di-
ctum, beneficium in capacem collatum ſit, & tamen de fa-
cto vacet, impetrari poteſt tanquam vacans iure regaliorum.
2 † Notandum eſt vacationem facti contingere, cum nullus re-
pentur poſſidere de facto. Sed ne res exemplis egeat paucis
agam. Pariſienſis Epiſcopus cum Titio præbendam cum ca-
nonia contuliſſet, non poſtulante eodem Titio in colle-
gium canonicorum cooptari, vita functus eſt. Præbenda cen
ſetur vacare in regalijs, habetque Rex eius collationem iu-
re regaliæ, quoniam Titius qui deſignatus erat Canonicus,
poſſeſſionem adeptus non erat, nec a capitulo inaugura-
tus. Itaque accipiendum eſt quod Philippina de vacatio-
3 ne facti dicit. † Atque in hanc rem mota eſt inſignis hæc
quæſtio. Quidam in collegium canonicorum cooptatus, lite-
ras collationis capitulo offert, petitque inaugurari: repulſam
a capitulo patitur: interea contingit mors epiſcopi, fitque lo-
cus regaliæ. Quæritur an actus repulſæ æquipolleat receptioni
ad impediendum ius regaliorum. Hoc contigit in facto inter
capitulum & decanum Meldenſes prouocantes, & magiſtrũ
Bonauenturam Gayn prouocatum. Nonnulli cenſuerunt
actum repulſæ non ſufficere ad inhibẽdum effectum regaliæ,
ſed obtinendum eſſe diploma regium primo cuique appario
ri regium inſcriptum, quo præciperetur capitulo vt eum in-
auguraret, eoque recuſante induceret in poſſeſſionem, in ea-
que eum morari iuberet. Alijs viſum eſt repulſam ſufficere,
cum officio functus eſſet, nec ei imputari poſſet quod de fa-
cto non poſſideret: adeo vt ipſius diligentia receptioni exe-
quenda eſſe videretur. Verùm hoc ſenatuſconſulto omnis
controuerſia definita eſt, quo deciſum eſt repulſam capituli
non ſufficere ad excludendum effectum regaliæ. Hoc ſena-
tuſcõſultum factum eſt die 27. Nouemb. anno 1389. inter Ma-
giſtrum Mathæum Anquetil iuris canonici doctorem, acto-
rem in regalia, & magiſtrum Robertum de Frera reum, ratio-
ne præbendæ & canoniæ eccleſiæ Rothomagenſis. Nihilomi
nus tamen poſtea inter magiſtrum Ludouicum lacerem, Fran
ciſcum Iorre, & Iacobum Aligre, rem eſſe conſilij pronun-
ciatum eſt die 21. Nouemb. anno 1527. dum quærebatur an
neceſſaria eſſet actualis inauguratio ad excludendum effectum
4 regaliæ † Alia quoque noſtris temporibus quæſtio mota eſt,
an poſſeſſio apprehenſa per procuratorem impediat quomi-
nus beneficium vacet in regalia. Perſpicuè videtur ius ſtare a
parte affirmatiua: nam ea communi opinioni doctorum in l.
1. §. per procuratorem, ff. de acquiren. poſſeſſio. per procurato-
rem poſſeſſio nobis acquireretur verè & propriè: quod vide-
tur probari cap. accedens, de præbend. l. quod meo, ff. de ac-
quiren. poſſeſſio. & regula, ſeu theorica iuris, qua cauetur ne-
poſſe per procuratorem quod poſſum per me, l. ſed ſi vnus. §.
idem Iulianus. ff. de iniur. Exceptis caſibus nonnullis, quibus
non licet quædam agere per procuratorem, quæ notat gloſ.
in l. minorum. C. de prædijs mino. quod obtinet non modo in
cauſis ſecularibus, ſed etiam in beneficialibus, in quibus cer-
tum eſt poſſeſſionem poſſe quæri & perdi per procuratorem,
Clement. vnica. De renuntiatio. ut tenet Ruſæus in tracta-
tu regaliorum in primo priuilegio, §. ca ipſis poteſt dilucidè
cognoſci.

His non obſtantibus contrarium ſequus ſententiam, con-
ſtitutione, iure communi, & varijs arreſtis ſubnixam. Pri-
mùm ea conſtitutione quæ Philippina vulgo dicitur, qua tra-
ditur omnia beneficia ſimplicia iure & facto, aut iure vel fa-
cto tantum vacantia, cenſeri in regalia vacare. Animaduer-
tendum itaque eſt quando iure canonico beneficium cen-
ſeatur poſſeſſum re ipſa, aut vacans re ipſa: nec difficilis eſt hu-
ius quæſtionis explicatio, cum expreſſo iure definita ſit, in
cap. cum in noſtris de conceſſio. præbendæ, vbi textus loqui-
tur de præpoſito Eccleſiæ Lauſanenſis, qui cum in epiſco-
pum aſſumptus fuiſſet, ad præpoſituram tamen fuerat electus,
præpoſituramque vnà cum epiſcopatu poſſidebat, cuius per-
manſit poſſeſſor vt antea, adeò vt dicta præpoſitura de facto
non vacaret: eo loco gloſſa refert triplicem ſpeciem poſſeſ-
ſionis. Quædam plus iuris habet quàm facti: quædam iuris &
facti multum habet: alia parum iuris habet, ſed facti pluri-
mum, qualis eſt ea quam quis corpore acquirit, & cui corpo-
re incumbit. Deque hac poſteriore loquitur dictum cap. cum
noſtris, vt gloſſa ibi notat: adeò quidem vt ex eo textu, &
gloſſa dilucidè cõcludi poſſit poſſeſſionem quæ impedit quo-
minus beneficium de iure vacet, eam eſſe quæ parum iuris, fa
cti verò plurimum habet, qualis eſt ea de qua paulo antè dictũ
5 eſt quã nos ipſi nobis acquirimus. † Quod autem ad poſſeſſio-
nẽ nobis per procuratorem quæſitam attinet, certum eſt non
eẽ veram neq; ita perfectã vt eſt ea quã ipſi per nos q̃rimus: qđ
multis quidẽ, ſed duob. præſertim modis facilè oſtendi poteſt.
Nam poſſeſſio quæ per procuratorem acquiritur cum vera nõ
ſit, vſucapiendi cauſam præſtat ſoli ſcienti. l. 1. C. de acquir. poſ-
ſeſſio. Alia planè cauſa eſt poſſeſſionis quam nos ipſi nobis ac-
quirimus; per hanc enim dominium, aut ſaltem vſucapiendi
cauſam acquirimus. Secundo, ſi per procuratorem poſſeſſio
beneficij acquiſita ſit, eaque procurator vtatur per ſpatium
trium annorum, titularius non iuuatur beneficio decreti de
pacificis poſſeſſoribus. arg. l. 2. ff. pro ſoluto, l. poſſeſſio t quoque.
§. fi. ff. de acquir. poſſeſſio. & l. 1. Cod. eod. Ad rem vero quod
attinet arreſto inter quendam dictum Rogen & alium dictum
de S. Germain, ratione canoniæ & præbendæ Carnutenſis, an-
no 1331. deciſum eſt poſſeſſionem per procuratorem appre-
henſam non impedire vacationem beneficij in regalia, ſi tam
forte contingat. Nec ad rem facit argumentum quod ſolet ob-
ijci, quod procurator a capitulo inauguratus ſit loco titularij
tanquam eius perſonam referens, & quod perſona domini &
procuratoris ſit eadem: hoc enim fictione iuris verum eſt, ſed
6 definitum ius eſt regaliam fictionem nullã admittere. † Quod
ita ſit, tritum & vulgatum de duobus compermutantibus arre-
ſtum ſatis docet: donec enim reſignatarij ius appareat, reſignans
in poſſeſſione permanet & fingitur non reſignaſſe, ſed tamen
ſi contingat regaliæ apertura, beneficium reſignantis cenſebi-
tur vacare in regalia: atque ita aliàs iudicatum eſt ratione præ-
7 bendæ Tornacenſis: † In ſimili ſpecie arreſto definitum eſt,
quod ſi quis recens beneficio donatus in fidem & obſequium
a rege fuerit receptus per procuratorem, id non ſufficit ad ex-
cludendam regaliam quoad collationem beneficiorum, do-
nec ipſe per ſe fidem & obſequium exhibuerit: quamuis ea
poſſeſſio ei proſit ad poſſeſſionem temporalium, itaque arre-
ſto iudicatum eſt die 24. Iulij 106. inter magiſtrum Ioannem
de Sorpy & magiſtrum Herneum Bordequin, ratione præben-
dæ eccleſiæ Reuenſis. Eius fuit ſententiæ Arnulphus Ruſæus
in tractatu de regalijs, priuilegio 41. quod videtur contrarium
ei quod tradiderat priuilegio primo, vbi tractat de poſſeſſione
per procuratorem quæſita.
8 † In ſimili quoque caſu ita iudicatum eſt inter commenda-
tarios. Poſito enim quod in hoc regno ius ſit quod commen-
da ſit titulus aut loco tituli, iuxta gloſſ. in cap. nemo deinceps,
de electio. in 6. & per modernos in cap. dudum 2. de electio.
quia tamen commendatarius non eſt verus poſſeſſor, ſed ſim-
plex procurator aut depoſitarius, cap. cum nobis olim, in fin.
ibi, Vobis in procuratorem concedimus, de electio. Arreſto
definitum eſt quod ſi apertura regaliæ contingat, beneficia in
commendam poſſeſſa vacant, iure regaliorum: Idcirco ex ſty
lo Curiæ Romanæ, quoties Papa confert alicui beneficium
vacans morte, vt ceſſione commendatarij, hæc verba ſolent
inſeri inſtrumento prouiſionis. Ceſſante adhuc eo quod va-
cabat modo vacare noſcatur, hoc arreſtum pronuntiatum eſt
anno 1335. die 15. Iunij, in fauorem magiſtri Aegidij de Fri-
court, cui adiudicatus fuit ſubdiaconatus eccleſiæ Baiocenſis.

Quæſtio notatu digna.

9 Hic † incidit difficilis quæſtio ad huius conſtitutionis,
quæ Philippina dicitur, intelligentiam, An ad inhi-
bendum effectum regaliæ neceſſe ſit beneficium de iure & de
facto ab eadem perſona poſſideri, an verò ſatis ſit poſſideri de
facto & de iure a diuerſis perſonis. Quam quæſtionem non
animaduerterunt Ruſæus & Probus. Cauſæ conſtitutio hæc
proponi poteſt. Præbenda eccleſiæ Pariſienſis morte alicuius
vacauit, Titio priori ordinarius, Sempronio deinde Papa con-
fert. Contingit Sempronium poſteriore loco deſignatum a
capitulo inaugurari negligentia aut abſentia Titij prius ab or-
dinario deſignati. Mortuo epiſcopo Pariſienſi rex hanc præ-
bendam confert iure regaliæ. Deſignati ab ordinario & a Pa-
pa reclamant, contenduntque præbendam de facto & de iure
occupatam tum cum regalia in eccleſia Pariſienſi aperta eſt;
de iure enim poſſidebatur a Titio, qui cum deſignatus eſſet
continuo poſt vacationem, verum ius in dicta præbenda ſibi
quæſierat: Sempronius quoq; per ſe poſſeſſionem naturalem
erat adeptus, indeque a capitulo cooptatus fuerat, ſic qui præ-
benda iure & facto repleta erat. Contra is qui iure regaliæ im-
mittebatur, quoad Titium dicebat præbendã vacare de facto,
quia nunquam a capitulo fuerat receptus: quoad Semproniũ
etiam vacare de iure, quia a Papa collationem acceperat poſt-
quam Titius ab ordinario deſignatus fuerat: ideoque præben-
dam vacare iure regaliæ. Vt enim regalia claudatur, eiuſq; effe
ctus inhibeatur, neceſſe eſt beneficium repleri iure & facto ex
eadem perſona, ſeu reſpectu eiuſdem perſonæ: nec poteſt ius
vnius

vnius cumulari cum poſſeſſione alterius, vel cõtra ad impediẽdum effectum regalię. Itaque iudicatum eſt arreſto recitato die 18. Iouaöj, anno 1487. Ioter magiſtrum Nicolaum de la Houſſe actorem in regalia, & magiſtrũ Henricum Rouſſilly reũ, ratione cuiuſdam præbendæ eccleſię S. Bartholomei Bellouacenſis, cuius arreſti hęc ſunt verba, Cùm nuper in noſtra Parlamenti curia, &c. Cætera arreſti verba de induſtria à nobis prætermiſſa ſunt, quia ſenſum ſupra declarauimus. Eiuſdem argumenti extat ſenatuſcooſultum ex 23. die Decembris 1481. ioter magiſtrum Nicolaum Rouſſilly actorem in regalia, & magiſtrum Guilielmum de Belcya reum, ratione præbendæ eccleſiæ S. Vaſti Bellouacenſis. Ex ſupradictis ſatis patet quomodo & quando ſit locus regaliæ in aliqua eccleſia: ſupereſt vt videamus quomodo regalia claudatur, hoc eſt quomodo finiatur. Id vt facilius percipiatur primum omnium ſtatuendum eſt extare conſtitutiooem inſcriptam in curia rationem in hæc verba.

S V M M A R I V M.

1 *Regi non competit ius Regaliæ in omnibus eccleſijs cathedralibus ratione ſpiritualium.*

2 *Quibus Eccleſijs rex ius regaliæ remiſerit.*

Cap. III.

Dum Epiſcopus alicuius epiſcopatus, vbi Dominus rex habet regaliã, ab humanis decedit, immediatè per obitum ſeu mortem ipſius, eſt regalia in dicto epiſcopatu aperta, & ſuccedit rex loco boni & legitimi adminiſtratoris in omni temporalitate dicti epiſcopatus, confertque beneficia non curata: & hoc, durante tempore ipſius regaliæ: quæ quidem regalia debet vigere, & habere locum in dicto epiſcopatu, donec & quouſque futurus ſucceſſor epiſcopus legitimè intrans debitum fidelitatis iuramentum dicto Domino noſtro regi, prout tenetur, fecerit, quodque literæ regiæ atteſtãtes dictum iuramentũ ſic fuiſſe factum, præſentatæ, regiſtratę, & expeditæ fuerint in camera computorum: & quod receptor ſeu commiſſarius ad receptam ipſius regaliæ receperit mãdatum à dicta camera emanatum, per quod ei mandetur, vt leuet manum Regis, & permittat dictum epiſcopum vti & gaudere, ponendo ipſam temporalitatem ad plenam deliberationem. Nec ante receptiooem huiuſmodi mandati à dicto receptore ſeu Commiſſario reputatur dicta regalia clauſa: ſed vſque ad diem ipſius receptionis, tenetur reddere computum & rationem de fructibus huiuſmodi temporalitatis. Et confert rex beneficia tã quam in regalia vacantia: & hoc de iure & conſuetudine regis, & ſuę coronæ Franciæ.

Huius conſtitutionis multa ſuot capita notanda. Primũ in his verbis, Vbi dominus rex habet regaliam: quibus expreſsè ſignificatur † regi non competere ius regaliæ in omnibus epiſcopatibus ſui regni, ſed tantum in nonnullis, ut paret ex conſtitutione Ludouici XII. promulgata anno 1499. cuius hæc ſunt verba, Præterea prohibuimus ac prohibemus omnibus ooſtris officiarijs ne poſſeſſionem Archiepiſcopatuũ, Epiſcopatuum, Abbatiarum, aliorumve beneficiorum in quibus ius regaliæ aut cuſtodiæ oobis noo competit, inuadãt ſub pœna ſacrilegii, &c.

Deiode ex voluminibus Curiæ rationum libro cui ſuperſcriptum eſt, Qui es in cœlis: apparet regem non habere ius regaliæ in omnibus epiſcopatibus ſui regni cuius libri ſequitũ formula.

Dominus rex, prout conſtat per antiqua ſcripta Cameræ, conſueuit capere regaliam cùm vacauerit, in prouinciis & diœceſibus quæ ſequuntur. In tota prouincia Senonẽſi, & eius ſuffraganeis, excepta diœceſi Antiſſiodorenſi, in qua Decanus & Capitulum dicuntur feciſſe permutationem cum rege, prout eſt Inferius fo. cexxij.

In tota prouincia Remenſi, excepta diœceſi Cameracenſi.

In tota prouincia Bituricenſi, exceptis Lemouicenſi. Cathurcenſi, Ruthenenſi. Albienſi, Mimatenſi.

In tota ꝓuincia Turonẽſi, exceptis Maclouiẽſi, Trecorẽ. &c.

In prouincia Burdegalenſi ſolùm, verumtamen de Pictauẽſi, fuit computatum anoo cccvj.

In tota Normania habet Regale. Io prouincia Auxitanenſi, & Arelatẽſi, & per cõſequẽs in tota lingua Occitana nihil hẽt.

Hoc libro ſatis liquido confirmatur quod ſupradictũ eſt. Notandum tamen eſt ibi agi de Regalia temporaliũ non ſpiritualium, vt his verbis deſignatur, De Pictanienſi computatum fuit anno 306 Ne † aũt poſſit illud intelligi de Regalia
2 ſpiritualium, facit quod addit regi non competere ius Regaliæ in epiſcopatu Maclouienſi, Briocenſi, Redonenſi, qui ſunt Britanniæ epiſcopatus in quibus notum eſt regem habere ius Regaliæ ratione temporalium uacãtium, quemadmodum habuerunt Duces Britãniæ antequam Ducatus ad regis patrimoniũ redactus eſſet: certumque eſt eorum rationem quotidie iniri apud curiam rationem Britanniæ. Vtque huius rei maior ſit fides, conſulendus eſt io curia ratiooum Pariſienſium liber notatus littera C, Incipiens ab anno 1346. & finiens anno 1359. fol. 130 Ex eo apparebit Regaliæ locũ eſſe in Britãnia quo ad tpalia. Qđ ꝓbus nõ aĩaduerterat, cũ ait indiſtinctè regi nõ ꝯpetere ius Regaliæ in Britannia. Extat tamen libro primo regis Ludouici XI fo. 96. quædam declaratio facta à Rege Ludouico, qua ſignificat ſe nullum ius Regaliæ nec cuſtodiæ eccleſiarum hãbere in epiſcopatu Nannetenſi & cæteris Britanniæ Epiſcopatibus ſede vacante. Sed hoc mirum videri non debet: tũ enim Britannia erat Ducatus ſeparatus, Regem Galliæ in ſuperiorẽ dominiũ agnoſcens. Vbi verò patrimonio regni vnitus eſt, Reges Galliæ ſemper iure Regaliæ vſi ſunt quo ad temporalia eccleſiarum. Vnde ſequitur fidem non eſſe habendam dicto libro Curiæ rationum cum non ſit vſquequaq; verax. Nihilominus tamen cum nuper incidiſſet controuerſia in Senatu Pariſienſi de Regalia Nannetenſi, magiſter Renatus Choppinus cauſarum in curia patronus, cauſam agens in maiore auditorio pro magiſtro Philippo du Bec Epiſcopo Nannetenſi ſanctioris interiorisq; conſilij regio Senatore, reo in Regalia, aduerſus quæſtorem, canonicos, & capellanos S. Capellæ Palatij Pariſiẽſis, actores, ad defenſionem cauſæ dicebat diuerſam eſſe conditionem & qualitatem epiſcopatuum Britanniæ & aliorum huius regni epiſcopatuum, quoad rationem Regaliæ. Nã quamuis ſola vox Regaliæ haberet emphaſim, notamq; regiæ & ſupremæ authoritatis in prouinciis a regno iure ſeudi depẽdentibus, in quibus ſiti erant oonnulli Epiſcopatus, Ducatusq; Britanniæ eſſet eiuſmodi, antiquumq; Franciæ ſeudum ita deſignatum, non tantum per inueſtituram Petri Mancleri anno 1231. verumetiam agnitione ſeu confeſſione iudiciali Britonũ Regis qui Dagoberti gratiã ſibi redemit, iuxta relata a Sigeberto: vndeque Neomenius ſucceſſor Rex Britonum damnatus eſt in comitijs publicis tanquam rebellis Regi Carolo Caluo domino ſuo, vt refert Lupus Ferrarienſis Abbas in epiſtolis à Bodino in illa ſua actione citatus: inſignem tamẽ ſemper fuiſſe differentiam ac diſparitatem inter feudum Ducatus Britanniæ & alia ſeuda huius regni, quo ad exercẽda iura regia Regũ Franciæ, maximeque quo ad Regaliam: cũoque Ioannes Comes Montifortis Dux Britanniæ ſidem & hominium præſtitit Carolo V. Regi 13. die Decemb. 1366. fidelitatem quidem tanq̃ Comitem Mõtisfortis genibus flexis, diſcincto enſe, ſublatisq; calcaribus præſtitiſſe. veruntamen cõtinuo poſt tanquam Ducem Britanniæ ſtetiſſe, fidelitatemque in ea qualitate exhibuiſſe erectum accincto enſe, capite ſolum nudato, in eoque ornatu receptum eſſe more maiorum ſimilem diſtinctionem ſeudi, fidelitatis & hominij obſeruatam eſſe in forma iuriſiurandi ab Arthuſio Duce Britanniæ præſtiti anno 1458. adeò vt ex ea diuerſitate feudi liquido pateat Ducem Britanniæ præditum fuiſſe quibuſdam iuribus ſummi imperij in eiusque Ducatu Regem non exercuiſſe vniformiter omnia iura & actus regiæ poteſtatis puta Regaliæ aut aliorum, atque in aliis feudis, Ducatibus, & comitatibus huius regni: quemadmodum etiam iudicatum eſſet a Senatu ab hinc 10. annos, videlicet in extremo mẽſe Auguſto 1567. in facto Comitatus de Vertus quem addixerat deſcendentibus à baſtardo Britãniæ aduerſus procuratorẽ regium tanquam iure natalibus reſtituto à ſolo rege Franciſco patre ſuo naturali in publicis comitijs ſtatuum Britanniæ, non à rege. Specialiter verò quoad ius Regaliorum Petrum Manclerem ſua inueſtitura excepiſſe cuſtodiam eccleſiarum cathedralium vacantium in ſuo ducatu, cum multis aliis notis & inſignibus ſupremæ authoritatis, quorum inſtrumenta inueſtituræ relata eſſent plenè in ſtylo Parlamenti & libro Feraldi de iuribus & priuilegiis regni Francorum. His addebat cùm Rex Ludouicus XI. mouiſſet quæſtionẽ Duci Britonum, de eo qđ poſtularet inter cætera vt ſacra beneficia Britanniæ Regem patronum agnoſcerent, quibus verbis vtitur Paulus Aemilius in hiſtoria Franciæ, Ducem ei iuri reſtitiſſe: remque eo deductam vt conuentione tranſactum cõcluſumque fuerit Regibus Galliæ non eſſe ius patronatus, cuſtodiæ, nec Regaliæ in epiſcopatibus Britannię: eamque tranſactionem redactam eſſe in libros curiæ rationum ad vndecimum Octob. anno 1465. Quod ſi Regalia vt ſolet, metienda eſſet ex iure patronatus & fundatione eccleſiarum Cathedralium, vt dicebat Baldus cùm de eccleſiis epiſcopalibus Germaniæ loquitur in cap. quanto. de iudic. & Archidiaconus, cùm de eccleſiis Anglię & Hungariæ verba facit in cano. Imperium, 10 diſtin & cano. lectis, 63. diſtin. Reges Galliæ noo eſſe primarios & originarios patronos & conditores eccleſiarum Cathedralium Britanniæ, quarum inſtitutio præcedebat Monarchiæ Gallicæ erectionem, quippe cum in conciliorum volumine reperiretur Euſebium epiſcopũ Nannetenſem interfuiſſe concilio primo Turonenſi habito circa tempora Merouci ſecũdi Regis Francorum: ſimiliter Epiphanium epiſcopum Nannetenſem ſubſcripſiſſe Concilio Aurelianenſi primo; pręterea Fortunatum Rauennatem Epiſcopum Pictauienſem in ſuo poemate ſcripſiſſe ad Felicem Epiſcopum Nannatenſem de Eccleſia Cathedrali ſancti Petri Nannetenſis circa annum 580. à quo mille propemodum anni effluxerant: & de antiquiſſimo Concilio Nannetenſi

netenſi mentionem fieri ab Yuone Carnotenſi in ſuo magno
decreto parte ſecunda. Ab eo tempore & ab ipſis Monarchiæ
Francorum incunabulis extitiſſe principem, Ducem aut Regē
Britanniæ: de quibus Britonum regibus latè Rhegino Prumiē
ſis Abbas ſcripſiſſet in ſuo chronico edito ante ſeptingentos
annos, quorum Britanniæ Ducum ac Principum primus fuiſſe
Canonus Meriadec, qui regnabat apud Britānos temporibus
Conſtantini Magni & Maximiani, eiuſque ſucceſſores conti-
nua ſerie nomen ac titulum Regum Britanniæ retinuiſſe, do-
nec, vt refert Gregorius Turonenſis, poſt obitum Clodouei,
primi Chriſtiani, Francorum Regis, Britanniæ reges coacti fue
runt in ordinem & comites iam inde non Duces appellati.
Vnde conſequens eſſet cùm ab eo tempore & antea Eccleſiæ
Britanniæ inſtitutæ erectæque eſſent, non poſſe præſumi reges
Franciæ iure Regaliæ originaliter inniti ex patronatu & fun-
datione Eccleſiarum Britanniæ, quæ hac ratione diuerſo diffe
rentique iure & qualitate ab alijs huius regni epiſcopatibus
cenſerentur, maximè ratione iuris Regaliæ. Quod Feraldus q
magiſtratum ſub Ludouico 12. Rege gerebat. regiamque pro-
curationem apud Cenomanum exercebat, eique data opera
opus ſuum De iuribus & priuilegijs regni Francorum dicaue-
rat, confiteri apertè dicto tractatu coactus erat: quem ſequutus
erat Probus, quæſtio. 60. de Regalijs, vbi demonſtrabat nūquā
Regaliæ ius in Britannia obtinuiſſe ex regio veteri Gallorum
diademate. Inſuper inſtrumentis magis authenticis quæ exta-
bant apud pancharias Curiæ rationum in hac vrbe Pariſienſi,
apertis verbis contineri inter vndecim epiſcopos ſuffragane-
os prouinciæ Turonenſis (quorum in numero recenſentur no
uem epiſcopatus Britanniæ, vt refert Nicolaus pri. Papa ſcribēs
ad Solomonem Regem Britāniæ, in cano. hæc quippe 3. quæſt.
6.) duos tantum ex illis vndecim epiſcopatibus ſuffraganeis iu
ri Regaliæ eſſe obnoxios, Andegauenſem videlicet & Ceno-
manenſem; Britannicos non item. Hinc inferebat Regaliorū
ius cenſendū iudicandumq; eſſe ex veteri poſſeſſione qua vſi
ſunt reges tempore vacantium epiſcopatuum, iuxta formam
cōſtitutionis Philippi Pulchri promulgatam anno 1302. tran-
ſcriptam in ſtylo Parlamenti in hæc verba, In quibuſdam Ec-
cleſiis regni noſtri in quibus Regaliam percipere cōſueuimus,
idemque cōſtitutum eſſe edicto Philippi Valeſii anni 1334. &
Regis Ludouici 12. anni 1499. quæ referuntur ad poſſeſſionē
Regaliæ in certis tātùm eccleſiis huius regni Cōſequēter cū in
Britānia ab omni æuo incognita & inuſitata eſſet Regalia, nec
vnquā ea vſi eſſent reges Frāciæ, nō poſſe hodie vllū ius Rega-
liæ prætendi ī epiſcopatibus Britāniæ ratione temporalium aut
ſpiritualium. Aduerſus poſſeſſionē allegatam paratam eſſe ex-
ceptionem ex arreſto Curiæ ſupremæ Britanniæ pronuntiatio
ad 6. Aprilis, anno 1556. inter Bernardum des Montils hæredē
Oeconomi epiſcopatus Nannetenſis, conſtituti poſt obitum
Iohannis Cardinalis Lotharingiæ ab vna parte, & procurato-
rem regium dictæ Curiæ ab altera, ſuper eo quod procurator
regius Curiæ rationum Britanniæ propoſuiſſet Regem dicto
Oeconomo defuncto, vtpote Italo, extraneo, atque adeò fru-
ctibus epiſcopatus Nannetenſis quos perceperat tanquam
Oeconomus vacante epiſcopatu, ſucceſſiſſe: quamuis dictus
hæres rationem reddidiſſet domino Antonio de Crequi epi-
ſcopo ſucceſſori: eoque prætextu inſtante dicto procurato-
re regio iudicatum fuiſſet à Curia rationum dictum des Mon
tils pro hærede gerentem redditum rationem apud Curiam
rationem dicto procuratori regio, de Oeconomia & admini
ſtratione fructuum dicti epiſcopatus. A qua ſententia pro-
uocaſſet dictus des Montils ad ſupremam Curiam Britan-
niæ, vbi dominus Bariotus patronus regius in ea Curia cau
ſam agens, ingenuè agnouit fructus illius epiſcopatus quamuis
per Oeconomum vacante epiſcopatu perceptos, futuro tamen
ſucceſſori epiſcopo conſeruandos, cui ſoli ratio & reliqua ad-
miniſtrationis reddenda eſſent, iuxta caput, cum vos, de off. or-
dinarij, non autem regi, vt perpetuo obſeruatum erat: adeò q-
dem vt cùm Oeconomus aut eius hæres rationem reddidiſſet
ſucceſſori epiſcopo apochamq; præ manibus haberet reliquo-
rum quæ exoluerat, perperam iudicatum eſſet hæredem regi ra
tionem redditurum. Tandem arreſto dictæ Curiæ prouocatio-
nem. idq; quo de prouocatum eſſet, antiquatum eſſet iudica-
tumq; in melius reformando pronuntiatum eſſe dictum des
Montils nec Curiæ rationum, nec alij cuiquam rationem red-
diturum: vnde liquido pateret nullum vnquā fuiſſe vſum Re-
galiæ ī Britannia. Imò regulariter quoties cōtingeret vacatio
epiſcopatuum in Britānia ſolitum eſſe capitulum cuiuſque ec-
cleſiæ Cathedralis conferre beneficia ſemperq; contuliſſe, nec
vnquā Reges Franciæ ſibi ius collationis in Regalia vindicaſſe,
vſque ad annum 1573. quo cum quidam tētaſſet accipere col-
lationem cuiuſdam canoniæ, ſeu præbendæ eccleſiæ Cathedra-
lis Treguyeri in Britannia a rege iure Regaliæ: eiq; capitulum
deſignatuſq; canonicus fortiter reſtitiſſent, defendiſſentq; nul
lum ius Regaliæ vrgere in Britannia, res ad conſilium remiſſa
eſt nona die Martij 1573. nulla adiudicatione facta Regaliſtæ
aut beneficij aut promiſſionis. His addebat magiſter Renatus
Choppinus ius eſſe conſtans diuturnoque vſu comproba-
tum in Gallia, Regi non competere ius Regaliæ in terris obe-
dientiæ, quales ſunt Comitatus Prouinciæ, & Delphinatus, in
quorum epiſcopatibus nullum vnquam ius Regaliorum ſibi
vindicaſſent, quoniam ſint terræ obedientiæ S. patris Papæ. A
pari ratione in Britannia quæ eſt terra obedientiæ, vbique Papa
conferebat beneficia omnium epiſcopatuum poſt octo menſes
cuiuſcunque anni, epiſcopi quadrimeſtris collationem tātùm
quotannis habebant, inauditum fuiſſe, vt reges Galliæ vnquam
ſibi ius Regaliæ tribuerent. Ad hæc duobus argumentis in con-
trarium ab actoribus adductis ſatisfaciens, quibus ius Regalio-
rum confirmare conabantur, quorum primum erat, Reges ſi
veteri illo iure non iuuarentur, quo Duces Britāniæ regnabāt,
ſaltem nouiſſimo iure inuiti tanquam hæredes Ducum Britā-
niæ, quos Regaliæ ius in temporalibus epiſcopatuum ſuæ ditio
nis habuiſſe in confeſſo eſt, de qua Regalia hic agebatur, quam-
uis Regaliam ſpiritualem non habuiſſent, quæ poſita eſſet in
collatione beneficiorum: alterum argumentum erat ex vnio-
ne Ducatus Britanniæ cum diademate Galliæ, quæ cōtigit mē-
ſe Nouembri, anno 1532. Idem ius ſtatuendum eſſe de re vnita
ſicuti de re principali cui ipſa vnitur, ſiue ratione Regaliæ, ſiue
ratione aliorum iurium, quorum frequens vſus & praxis eſt in
Gallia: afferebat in contrarium quoad primum argumentum
vocem Regaliæ quæ mere regia vox eſt, nunquam competiiſſe
Duci cuiquam, neque vnquam auditum eſſe vt Duces Britan-
niæ perciperent ſuoſq; facerēt fructus epiſcopatus vacātis. Ob-
ſtare quippe inueſtiturā Petri Maucleri, qua ſibi retinebat Gar-
dam ſeu ſaluam Gardiam eccleſiarum Cathedralium in Britā-
nia vacantium. Vnde liquido cōſtaret Duces nudos eſſe cuſto-
des & depoſitarios, cuiuſmodi cuſtodes & depoſitarij ſibi non
poſſident, nec faciunt fructus ſuos, refragante iure quominus
nudus depoſitarius & cuſtos tantùm ſibi acquirat & poſſideat.
Re vera quidem olim contingente vacatione epiſcopatus Du-
ces Britanniæ miſſos fuiſſe in poſſeſſionem fructuum, ſed id fa-
ctum ad conſeruationem iuriū eccleſiæ, & ad opus futuri epi-
ſcopi: adeò quidem vt ſucceſſor epiſcopus rationē ab Oecono-
mo qui medio tempore adminiſtrauerat, exigeret. In quarū ra-
tionū expēſis Oeconomus annumerbat onera ordinaria epi-
ſcopatus, & eccleſiæ quæ durante vacatione exoluerat, quib. or
dinariis oneribus deductis quæ detrahi exoluiq; debent ex fru-
ctibus & reditu epiſcopatus vacātis. Iuxta cap. quia ſæpe, & cap.
ſi cui. de electio. in 6. cap. præſenti, de offic. ordi. in 6. Reliquum
quod erat fructuum penes Oeconomum, reſtituendū erat ſuc-
ceſſori epiſcopo non autem conuertendum in vtilitatem Du-
cis, vt ſemper in Britannia obtinuerat: cuius rei fides eſſet pe-
nes multos commentarios Curiæ rationum Britanniæ. Tātūq;
abeſſe vt Duces Britanniæ voluerint fructus & reditus epiſco-
patuum vacantium ſuos facere, vt etiam in feudis merè propha
nis & temporalibus immediatè Ducem in patronum agnoſcē
tib contingente apertura aut vacatione, Duces (qui ſoliti erāt
ab antiquo fructus dictorum feudorum facere, ſuos quādiu va-
ſalli minores erant ætate tanquam incapaces occupandi feudi,
fideiq; & obſequi præſtandi) coacti fuerint ab armata nobili-
tate conuertere locationem in redemptionem tranſactione ad
hanc rem confecta a trecentis circiter annis inter Ioānem Co-
mitē Rufum, & nobiles Britanniæ. Et ſic Duces Britāniæ vnius
anni vſumfructum feudorum tantùm habuiſſe, quamuis eorū
apertura & vacatio plures annos minoris ætatis duraret, vt ſa-
tis cōſtabat ex conſuetudinibus Britanniæ, & in eas ſcriptis cō-
mentariis. Multo itaque magis in rebus ſpiritualibus & fructib.
eccleſiarum Cathedralium vacātium, quique eccleſiæ deſtina-
ti erant, Duces nunquam ſibi vindicaſſe ius percipiēdorum &
acquirendorum fructuum, qui futuro ſucceſſori cuſtodiendi
ſunt iuxta cenſuram canonicam. Quamuis enim dictus ſucceſ-
ſor perſunctus non eſſet munere eccleſiaſtico eo tempore quo
percepti ſunt fructus, quia tamen erant fructus eccleſiæ longè
æquius eſſe ad eccleſiam reuerti & ad præfectum eccleſiæ epi-
ſcopum, quem per laicos & extraneos ab eadem eccleſia aufer-
ri: præterquam quod ſubductis oneribus ordinariis epiſcopatus
& eccleſiæ, quæ primùm omnium detrahenda perſoluendaq;
erant ex fructibus epiſcopatus, paucillum admodum ſupereſſe
ſolebat futuro epiſcopo. Vnde conſequens eſſet Regem vtpo-
te hæredem in directa linea Ducum Britanniæ, non poſſe me-
ritò plus iuris in fructibus epiſcopatuum vacantium ſibi vin-
dicare, quàm olim Duces Britanniæ habuerint. Ad alterum au-
tem argumentum de regalia quod ſumebatur ab vnione Duca
tus Britanniæ cum diademate Franciæ, dicebat eiuſmodi vnio-
nem & confuſionem eſſe aduentitiam nō naturalem: quo ca-
ſu res vnita non cenſetur omnino eodem iure quo res cui vni-
tur: vt de Comitatu Tholoſano vnito diademati Franciæ dice
bat Bartolus in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pignorat. act. Bal.
in c. j. §. ſi quis, de manſo, de controuerſia inueſtit. in vſibus feu-
dorum, feudum Britāniæ vnitū eſſe regno non naturali vnio-
ne, nec reſolutoria ac commiſſoria lege feudi quaſi finita ge-

neratione

neratione Ducum Franciæ vaſſallorum: ſed matrimonio Annæ Duchiſſæ cum Rege Carolo VIII. & ſucceſſiuè cum Ludouico duodecimo: quæ quidem filia ex ſuó capite capax erat feudi Britanniæ tanquam feudi promiſcui & fœminei deficientibus maſculis in pari gradu, vt iudicatum fuerat in hac Curia aduerſus Ioanē Montisfortis, p vxore Caroli de Bloys, filia natu maioris proximioris Ducatui Britanniæ, menſe Septēbri, Anno 1341. prærerquā qđ inſtrumentis dotalibus adiectæ erāt nonnullæ clauſulæ quibus eius generis vnioni q̄ ſtatuere volebant manifeſtè derogabatur. Scđò, quāuis dictus Ducatus indiuiduè huic monarchiæ vnit⁹ eſſet, id obtinere ī eo qđ ptineret ad patrimoniū principis eiuſque diadematis: nō tamen trahēdum ad diminutionem aut ademptionem veterum libertatū, iurium, priuilegiorum, & immunitatum ſubditis regioni ac prouinciæ nuper diademati vnitæ competentium: quæ quidē iura non obſtante vnione ſubditis intacta illibataque conſeruanda eſſent, maximè eo caſu quo nouus dominus ſuccedit principatui titulo vniuerſalis hæredis & iure ſanguinis. Felinus in cap. nouit, de iudic. & in cap. i. de probatio. Decius in ca. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio. & in conſilio cclxxxvi. Ad hanc rem addebat Imperatorem Neruam edicto quodā deſcripto à Plinio lib. 10. epiſto. conſtituiſſe vt in prouinciis adiectis quęſitiſque Romano imperio, priuilegia immunitateſq; populo, ſubiectiſque ab antiquo competentes, ipſis cuſtodirentur, ratæ que eſſent præterea quamuis Britannia ceſereretur inter antiqui⁹ diadematis Gallici patrimonium, non ſequi ex eo epiſcopatus Britanniæ obnoxios eſſe regaliæ, cùm non promiſcuè omnes poſſeſſiones quæ eſſent de antiquo patrimonio neceſſariò regaliæ eſſent obnoxiæ. Comitatum Petragorienſem vnitum eſſe diademati ab anno 1398. per contumaciam & delictum vltimi Comitis Harquem Baldi, eoque titulo dictum Comitatum tanquam patrimonialem traditum fuiſſe Ludouico Duci Aurelianenſis, fratri Regis Caroli ſexti, ad amplificationem ſui apennagij anno 1399. Nihilominus tamen iudicatum eſſe arreſtis natalitiis 1564. in epiſcopatu Petragorienſi regaliæ locum non eſſe. Similiter Comitatum Ambianenſem vnitum fuiſſe diademati pactione inita inter Regem Philippum Auguſtum & Philippum Comitem Flandriæ & Veromanduorum, vt cōſtabat ex veteri inſtrumento anni 1185. quod extabat apud eccleſiā Ambianenſem, nihilominus tamen iudicatum eſſe multis arreſtis quorum poſterius pronunciatum eſt menſe Ianuario 1561. non eſſet regalię locum in eccleſia Ambianenſi. Quæ cum pluribus à magiſtro Renato Choppino acta eſſent pro epiſcopo Nannetenſi, in contrariumque pro S. Capella palatij magiſter Ioannes de Villecoquius generale regaliæ regibus cōpetens propoſuiſſet, ſenatus rem ad conſilium retulit die 17. Maij 1576.

Eccleſia Altiſſiodorenſis.

Notandum quoque eſt nullum ius regaliæ in eccleſia Altiſſiodorenſi Regi competere, neque temporalium, neque ſpiritualium ratione: adeò vt epiſcopatu vacante collatio præbendarum & fructus qui percipiuntur futuro ſucceſſori reſeruentur: Huius rei ratio eſt quoniam dictum ius regaliæ olim remiſſum ac liberatum eſt, vt videre eſt in apocha inſcripta repertorio primo archiui, fo. 132. art. 2. eius folij, & in Curia rationum libro ſignato † fo. 190.

Eccleſia Cęnomanenſis.

Quoniam autem Philippus Probus libro quē de regaliis ſcripſit, tradidit Regi cōpetere ius regalię in eccleſia metropolitana Turonenſi, & in duabus eius ſuffraganeis tantùm, videlicet Cęnomanenſi & Andegauenſi: in eo errauit, pace ipſius dixerim, cum in caſu Archidiaconatus Sablenſis, qui eſt in eccleſia Cęnomanenſi, res ad conſiliū remiſſa ſit die vlt. Ianuarij 1520. inter magiſtrum Ioannē Aligret Regaliſtam. Reperitur tamen in inſtrumentum fo. 6. verſ. 22. & 13. libro Conſtitut. quæ Barbinæ dicuntur, vbi loquitur de eccleſia Cęnomanenſi. In eo libro extant codicilli à Rege impetrati, quibus Rex conſtituit beneficia dioceſis Cęnomanenſis (quæ epiſcopatus contulerat quamdiu Angli Cęnomanum occupabant) intacta permanſura non obſtantibus collationibus iure regaliæ à Rege vrgente bello de dictis beneficiis conceſſis: ex quo apparet Regi competere regaliam in eccleſia Cęnomanenſi ratione ſpiritualium, eoque iure tunc vſum fuiſſe, quod notandum eſt. Cur autem perdifficilis ſit probatio iuris regaliæ, facit quod Comites Cænomanenſes poſſederunt Comitatum aliquo temporis ſpatio quo Rex ſuo iure regaliæ nō vtebatur, eaque ratione ex hominum memoria excidit. Quod duplicem nobis vtilitatem affert. Primò ad demonſtrandam nouam aperturæ regaliorum ī eccleſia rationem aliter quàm per mortem, ceſſionem, aut reſignationem epiſcopatus: videlicet quando epiſcopus contra iuramentum fidelitatis Regi præſtitum ſtat à partibus hoſtis Regis: quę quidem ratio nō eſt noua, cùm iamdiu viſa exercitaque fuerit aduerſus Erardū de la Marche epiſcopum Carnutenſem, qui poſtea in epiſcopum Eburonenſem & Cardinalem euaſit: contra quē cōtigit apertura regaliæ in epiſcopatu Carnutenſi tam propter promotionem ad Cardinalatum, vt ſuperius demonſtratum eſt, quàm quod ad hoſtem nempe Imperatorem transfugiſſet, eiuſq; aperturæ nota eſt ratio: nō quemadmodum iureiurando fidelitatis quod epiſcopus Regi præſtat, regaliæ præcluduntur per cōſtitut. Dum epiſcopus, ſuprà relatam, ita fide fracta eſſet clauſura, fitque noua apertura. Secundò ex ſupradictis colligi poteſt Regi competere ius regaliæ in epiſcopatu Cęnomanenſi, quamuis controuerſia ab anteceſſoribus noſtris ad conſilium relata ſit, die vlt. Ianuarij 1520. inter quendam dictum Aligret, & alium dictum Rouſſard, vt ſupra docuimus: poſteaq; iudicatum eſt inter Petrum Ripe deſignatum in regalia, & magiſtrū Petrum Guyen, die 24. Martij 1555. Adde quod in Curiæ rationum archiuo multa extant iuramenta fidelitatis præſtita Regi ab epiſcopo Cęnomanenſi, multæ miſſiones in poſſeſſionem, liberationeſque à miſſionibus in poſſeſſionem temporalium vſque ad tempora Cardinalis Bellàij vltimi epiſcopi Cęnomanenſis: quibus omnibus inſtrumentis ſuperius tractata probantur. Quod autem attinet ad regaliam temporalium dictarum eccleſiarum Cęnomanenſis & Andegauenſis, abſque dubio Rex in eis iure regaliæ vtitur: nam in hanc rem extat arreſtum ex 2. Iulij 1523. aduerſus epiſcopum Andegauēſem, vt apparet ex quodam libro Curiæ eiuſdem diei & anni, quo continentur quæcunque Curia regi ſuper hoc iure conſuluit.

Eccleſia Attrebatenſis.

Notandum quoque eſt Regem regaliorum iure non vti in eccleſia Attrebatenſi, nec ratione temporalium nec ratione ſpiritualium, quia id remiſit, extatque apocha in inuentario archiui, fo. 154. & fo. 188.

Eccleſia Ambianenſi.

De eccleſia Ambianenſi, nōnulli quoque exiſtimarunt nullum ius regaliæ regi in ea competere: ad cuius rei probationem proferuntur tria arreſta, quorum verba hęc ſunt, Quęſtio vertebatur inter dominum Regē ex vna parte, & epiſcopum Ambianenſem ex altera: ſuper hoc quod dominus Rex dicebat quòd ipſe erat in poſſeſſione conferendi præbendas in eccleſia Ambianēſi tempore regalię. Epiſcopus dicebat contrarium, & dicebat quòd ipſe & prædeceſſores erant in tali poſſeſſione, quod præbendę quæ vocabant tempore regalium in prædicta eccleſia, reſeruabantur futuro Pontifici conferendæ. Facta fuit appriſia ſuper hoc de mandato dn̄i Regis, & inuentum fuit per appriſiam quòd dicti epiſcopi Ambianenſes ſunt & fuerunt in poſſeſſione ſupradicta: & ideo pronunciatum eſt quod in poſſeſſione ſupradicta debent remanere: inter inqueſtas & appriſias expeditas in Parlamento omniū ſanctorum, anno domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo. Aliud quoque in eandem rem extat arreſtum ex anno 1208. incipiens, Philippus Dei gratia Francorum Rex. Reliqua duo arreſta quæ ad hanc rem citantur, vtpote prolixa prętermittētur: ſufficitque ſi intelligimus alterum datum eſſe die Ianuarij 1527. alterum 5. die Iunij 1413. de epiſcopatu Andegauenſi infra dicetur. Liber tamen Curiæ rationum ſupra deſcriptus deſumptus ex codice ſignato per hæc verba. Qui es in cœlis, videtur contrarium tradere: eius enim hæc ſunt verba. In tota Prouincia Remenſi Rex habet regale, excepta dioceſi Cameracenſi: ipſo autem iure exceptio firmat regulam in cæteris: prę terea in inuētario armariorum iuxta magnum pluteum in Curia rationū, inſcripti ſunt codicilli Regis Caroli V. dati Vincennis anno 1373. quibus Rex ei qui tunc Ambianenſem epiſcopatum occupabat donauit ac remiſit fructus eius epiſcopatus perceptos & percipiendos, & ad Regem iure regaliæ pertinētes donec plenius ei de dictis temporalibus ſatisfieret. Sed his duob⁹ libris opponi poteſt quòd vel ſint apocryphi, aut id obtinuerit antequam liberatio & apocha regaliæ conceſſa eſſet Ambianēſi eccleſiæ. Vt vt ſi certo ſcio Regem non vti iure regaliæ in eccleſia Ambianenſi nec ratione temporalium nec ratione ſpiritualiū. Quinimo memini ante vigintiquinque circiter annos cum in ſupremo Senatu cauſarum patronus eſſem, hanc quæſtionē agitatam fuiſſe ratione Archidiaconatus eccleſiæ Ambianenſis, qui impetratus fuerat tāquam vacans in regalia. Cā acta eſt dictūq; a re galiſta cuius partes obtinebat magiſter Carolus de Nully, tunc in Curia aduocatus poſtea ſupplicium libellorum magiſter, Regi competere ius regaliæ in eccleſia Ambianenſi, quod aduocatus deſignati ab ordinario denegauit: verùm quoniam nō habebat in promptu ſuperius relata Senatus arreſta, nec in ipſo momento docebat de apocha regaliæ eius diei, rem eſſe conſilij iudicatum eſt, vbi indeciſa permanſit. Ex quo apparet Regi non competere ius regaliæ in vniuerſo, nec

ia

in omnibus Cathedralibus Eccleſijs ſui Regni: vtq; res magis pateat, notandū eſt extare cōſtitutionē Regis Philippi Pulchri publicatū anno 1302. cōceptā in hæc verba. In aliquibus eccleſijs noſtri regni, quibus demonſtratur Regem non ſibi uendicaſſe id Iuris indefinitè in omnibus eccleſijs regni, ſed tantum in nonnullis, in quibus ſolebat hoc iure vti, non in cæteris. Extat & alia cōſtitutio eiuſdem Regis Philippi Pulchri data, Vincenis menſe Octobri, anni 1334. in illis verbis, in quibus competit nobis ius regaliæ. In eamque rem extat adhuc nouiſſima cōſtitutio Regis Ludouici XII. anni 1499. art. 12. promulgata iu dicta Curia rege prçſidente, in hæc verba, In quibus ius regaliç aut cuſtodiç nobis non competit: quibus verbis vtpote negatiuis, Rex mentem ſuam aperit ſibi competere ius regaliæ in ſolis eccleſiis in quibus eo iure vſus eſt. Præterea ſuperius relata conſtitutio manifeſtè id confirmat his verbis, Vbi dominus Rex habet regaliam, quæ ſunt verba limitatiua & reſtrictiua dicti iuris regaliæ.

Eccleſia Petragorienſis.

In eandem rem extat actio habita in eodem ſenatu die 6. Auguſti 1556. de prçbenda eccleſię Petragorienſis inter magiſtrum Petrum Poller actorem in regalia, & magiſtrum Petrum de la Naune procuratorem in Curia, reum: poſtquā ſenatus intellexit quæ à magiſtro Aegidio Bourdino tunc aduocato nunc procuratore regio, relata ſunt, rem eſſe conſilij pronuntiauit: nihilominus tamen dicto de la Nauue fructus dictę prębendę adiudicauit aduerſus Regaliſtā. Vnde colligi poteſt Regi non compeτere ius regaliæ in omnibus eccleſiis Cathedralibus ſui regni, aliàs poſſeſſio addicenda fuiſſet Regaliæ. Præterea certum eſt regem hoc iure non vti in eccleſia Altiſſiodorenſi, vt patet ex apocha & remiſſione inſcripta primo inuentario inſtrumentorum, fo. 152. art. 2. eius fo lij, & in Curia rationum libro ſic ſignato † fo. 190. Accedat qd regaliæ iure non vtitur Rex in eccleſia Attrebatenſi, eius enim apocha reperitur in primo inuētario inſtrumentorum, fo. 134. & fo. 189. ex quibus apochis liquet collationem beneficiorum fructusque qui vacante epiſcopatu percipiūtur futuro ſucceſſori cuſtodiri. Poſtremò extat & alia apocha Philippo Rege cōceſſa in fauorem Attrebatenſis eccleſiæ Hæc apocha à ſine die & anno reperitur, in eaque trema ſcriptum eſt, Vacante cancellaria. Ratione tamen magni Archidiaconatus eccleſiæ Cumingēſis, qui vacare dicebatur in regalia die 23. Aprilis, 1556. ad uocatio regia contendebat Regem ratione regaliæ inniti iure vniuerſo, quamuis ſuperiorum temporum regia aduocatio cōtrarium cenſiſſet: vnde res conſilij eſſe pronunciata eſt. Poſtea tamen ſecundum deſignatum ab ordinario ius dictum eſt aduerſus regaliſtam, referente domino Briſſonneto, cùm iu domine primas in Senatu obtineret. Quòd ſi Rex iure vniuerſo innitatur in petitione regalię, fruſtra redacti ſunt in Archiuum libelli, tituli, ac ſententiæ de eccleſiis in quibus Rex habet ius regaliæ tam ratione temporalium quàm ſpiritualiū, & de aliis in quibus Regi ius in vtroque denegatur. Notandum enim eſt in archiuo eſſe ſcrinium ſignatum num. 88. notatumque litera B aut G, ſic inſcriptum, Literæ hommagiorum perpetuorum, in quo ſcrinio extant ſequentes literæ, Litera Gerardi epiſcopi Heduenſis, per quam fatetur tenere à domino Rege terram & villas in litera declaratas, & generaliter totam temporalitatem epiſcopatus Heduenſis de anno 1281. Dicta litera notata nu. 14. in ſcrinio 88. quod ſuſcribetur, Litera hommagiorum perpetuorum, in archiuo. Aliæ quoque reperiuntur literæ pro regalia Andegauenſi, Pictauienſi, Albienſi, Lingonenſi. Ex quibus apertè inferri poteſt bonam partem inſtrumentorum extantium in archiuo interpretādam eſſe de temporalibus, non de ſpiritualibus. Quod enim attinet ad Heduenſem eccleſiam hæc verba, Terram & villas & totam tēporalitatem, hoc ſatis demōſtrāt, cùm de beneficiis & iure ſpirituali nihil ſit traditū.

Eccleſia Andegauenſis.

De eccleſia Andegauenſi ius idem. Nam quod attinet ad ſpiritualitatem & collationem beneficiorum, Regi nullum ius competit, vt & liquido conſtare poteſt ex quadam cōuentione inita inter Regem Franciſcū eius nominis primi, & quendam dictum de Rohan tūc epiſcopum Andegauenſem, anno 1524. Curiæ authoritate confirmata inſcriptaque lib. 2. conſtitut. Regis Franciſci primi, fo. 14 ex qua apparet Regem ſibi ius regaliæ vindicata in temporalibus duntaxat, quod propriè ius cuſtodiæ dicitur. Hæc conſtitutio promulgata eſt die 17. Auguſti 1524.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia cuncta non vacant in regalia.*
2 *Quæ ſit differentia inter beneficia ſimplicia & curata.*

CAP. IIII.

Annotationes in dictam conſtitutionem incipiētē Dum epiſcopus, in his verbis cōferetque beneficia non curata: hæc verba notanda ſunt vt intelligatur quoties in epiſcopatu locus eſt regaliæ non ſtatim omnia beneficia vacare in regalia, ſed ſimplicia beneficia tantùm, pura canonias, præbendas, capellas, & alia eius generis be-
1 neficia quæ ſub ſimplici & ſola tonſura poſſideri poſſunt: † ſed beneficia Curata capitulum ſede vacante confert, ſi collatio prouiſioque cōiunctim ad capitulum & epiſcopum ſpectent, per cap j. Ne ſede vacante. lib. 6. aut certè collatio reſeruatur futuro epiſcopo, nec competit Regi ius collationis. Ruſæus & Probus in tractatibus ſuis de regalijs ita renuerunt vt huius cōſtitutionis, ſed differentiæ rationem non reddiderunt, quamuis iuris canonici callentiſſimi habiti fuerint, quorum alter ius publicè profeſſus eſt in Academia Aurelianenſi, alter in Biturricenſi. Ratio autē differentię inter ſimplicia beneficia & alia, hæc eſt, quoniā in Curia aut eccleſia parochiali oportet impetrans habeat inſtitutionem authorizabilem ab epiſcopo, quo ad curam populi & ſacramentorum adminiſtrationem, vt decidit Panormitanus in cap. authoritas, circa medium, de inſtitut. per tex. in cap. vnico, de prçben. lib. 6. Idem notat Ioannes Andreæ, in cap. de monachis & præbend. Sed cū hæc inſtitutio authorizabilis non poſſit ab alio dari quàm ab epiſcopo, non mirum ſi Rex beneficia Curata non conferat.

SVMMARIVM.

1 *Regalia viget donec ſequeſter acceperit literas à Curia rationum admittēdum nouum epiſcopum in poſſeſſionem.*
2 *Regalia ſemel Regi quæſita vſque ad 30. annos durat.*
3 *Litigioſum continuat vacationem regalia vſque ad 30. annos.*
4 *Inter regaliſtas litigioſum non continuat vacationem beneficij.*

Cap. V.

In eandem conſtitutionem in his verbis Durante tēpore ipſius regaliæ, quæſtio eſt quanto tē-
1 pore regalia duret. † Certum eſt quoties locus ſit regaliæ, durare donec nouus epiſcopus præſtiterit ſacramentum fidelitatis Regi, donec literæ Curiæ rationum oblatæ, cōfirmatę, ac inſcriptæ fuerint, & receptor acceperit literas à dicta Curia
2 ad inducendum nouum epiſcopū in poſſeſſionem. † Cæterum quamuis epiſcopus miſſus ſit in poſſeſſionem, tamen vbi ſemel ius regaliæ Regi quæſitum eſt, perdurat ad trigeſimum vſq; annum: vt puta, ſi ſede epiſcopali vacante præbenda incipiat vacare in regalia, Rexque in ea conferenda tardior ſit, quia fortaſſe à nemine petita, eſt vel alia ex cauſa: ſi ſequens epiſcopus eam conferat, eam aliquanto poſt Titius à Rege impetrat, certum eſt Titio verum & magis liquidum ius competere, quoniam vbi ſemel via regalię eſt aperta, perdurat ſpatio 30. annorum, iuxta cōſtitutionem expreſſam Regis Ludouici XII. publicatam anno 1499. art. 11. cuius articuli verba ſequuntur. Item ediximus ſtatuimusque, edicimus ac ſtatuimus in collationibus in regalia quæ in poſterum à nobis concedentur, deſignari debere tempus aperturæ regaliæ: & ſi ante 30. annos aper tura contigerit, locus præcludatur collationi ac donationi in regalia. Quod ſi fortè per imprudentiam aut aliter collationes eiuſmodi contingerent, nec earum iudices vllam rationem habeant: eàs enim dicto caſu ab hoc tempore nullas nulliuſque roboris ac momenti eſſe decernimus. Hac conſtitutione manifeſtè docetur collationem in regalia ualere, ſi à 30. annis ap-
3 tura eius contigerit. † Axioma enim iuris eſt, beneficium ſemper cenſeri vacare in regalia vſque ad 30. annos, niſi regalia ple-
4 nū & integrū ſortita ſit effectū. † Ob eamque rem dici ſolet uitium litigioſi continuare vacationem beneficij in regalia vſq; ad 30. annos. Exempli gratia, Lis mota eſt de præbenda inter regaliſtam & deſignatum ab ordinario, fiduciaria poſſeſſio regali ſtæ adiudicata eſt: de iuſta autem poſſeſſione lis ſuo Marte ſiet ſingūres decurrit: regaliſta fiduciarius poſſeſſor quindecim aut viginti annos poſſidet, tum decedit. Quāuis initio nullus regaliæ locus locus fuiſſet, tamen præbenda vacat in regalia: certiſſimi enim iuris eſt in materia regali ſemper collationem ad Regem reuerti, donec regalia plenum ac integrum ſuum effectū ſortita ſit, regaliſtaque in pacifica poſſeſſione permanſerit, aut aduerſus ſententia dicto iudicio contradictorio, ac definitiuo: id introductum eſt fauore regaliæ aduerſus collatorem ordinarium, ab eoque deſignatum. Vtque omnis aditus colluſioni p̄cludatur inter regaliſtam & deſignatum ab ordinario, neve pactis tranſactionibus, aut alijs conuentionibus liceat cuiquā ſingulari facere fraudem regaliæ. Idcirco obtinet, quòd ſi regaliſta tranſigat, conueniat, aut iudicatum ſubeat in fauorem deſignati ab ordinario, eiuſmodi pactum nō præiudicet Regi quin poſſit contingente vacatione intra triginta annos, conferre benefi

cium:quoniam regaliſtæ non licuit cedere in præiudicium Re-
gis,nec regalia plenum ſuum effectum ſortita eſt: alias ſequere
tur eſſe in poteſtate regaliſtæ renũtiare iuri regaliæ,& pacto vel
tranſactione transferre beneficium in eum qui non eſſet à Re
ge canonicè inſtitutus,facit cap.ex frequentibus,de inſtitut.Sin
verò controuerſia eſſet inter duos regaliſtas,alter alteri cedere
poteſt, quoniam eo caſu fieri non poteſt quin regalia ſuum
effectum ſortiatur. Idcircò ſi alter ex litigantibus patiatur alte-
rum frui beneficio ad vitam,litigioſum non prorogare effectũ
regaliæ,quia alter alterius conſenſu vita durante poſſedit,adeò
vt regalia ſuum ſit ſortita effectũ:alioquin eſſet in arbitrio duo
rum regaliſtarum in longum tempus regaliam producere, ut
ſucceſſiuè beneficio gauderent, atque ea ratione collatorum
ordinarium fraudarent.

In eandem conſtitutionem
(Dum epiſcoput.)

1 *Tolerantia ſiue ſufferta,an poteſt regaliam præcludere.*
2 *Epiſcopi hommagium Regi non præſtant.*
3 *Quæ ſit differentia inter hommagium & iuramentum fidelitatis.*
4 *Ex præſtatione iuramenti fidelitatis,cenſetur epiſcopus inueſtituram à Re-*
ge capere.

Cap. VI.

In his verbis,donec & quouſque futurus epiſcopus debi-
tum fidelitatis iuramentum,&c.Hic oritur quæſtio
1 † an tolerantia claudat regaliam: quia ex nota conſuetudine
tolerantia æquiualet fidelitati quãdiu durat:ſed de eo amplius
dubitandum non eſt, quandoquidem deciſum fuit arreſto ad
10.Iulii,1430.inter Godofredum Lilret actorem in regalia, &
Rogerium,reum ratione capellæ S.Colaruille in dioceſi Dryē-
ſi. Apertura in regalia obtigerat per obitum epiſcopi, & quia
ſucceſſor epiſcopus fidelitatem & hommagium non præſtite-
rat:in contrarium dicebatur epiſcopum poſteriorem toleran-
tia munitum eſſe quę ęquiualet fidelitati quandiu durat:nihilo
minus Curia fiduciariam poſſeſſionem regaliſtæ addixit. Hoc
arreſto patet tolerantiam non præcludere regaliam.In eãque
rem extat conſtitutio inſcripta tabulario Curiæ libro notato,
Ordinationes Regiæ,fo.21. vbi ſignificatur tolerantiam aut li-
beram poſſeſſionem temporalium prælato conceſſam, anteq̃
Regi ſacramentum fidelitatis exhibuerit, non intercludere re
galiam quo ad collationem beneficiorum in regalia vacãtiũ.
Notandum itaque eſt claudendam regaliam neceſſariam eſſe
2 præſtationem iuramenti fidelitatis à ſucceſſore epiſcopo:† di-
ligenterque animaduertendum eſt hac conſtitutione non ex-
primi quod epiſcopi teneantur facere hommagium Regi, ſed
tantùm quòd præſtatur iuramentum fidelitatis, nõ quod hom
magium nõ fiat pro re ſpirituali,vt tradunt Ruſæus & Probus:
in quo manifeſtè falluntur. Nam iuramentum fidelitatis quod
Regi ab epiſcopis præſtatur,non ratione ſpiritualium,ſed ratio
ne temporalium epiſcopatus exhibetur, tenenturque & ſolēt
id præſtare,etiamſi ratione temporalium non ſint vaſalli Re-
gis, ſed tum quod Regi fidem & fidelitatem debent propter
multitudinem populi Regi ſubiecti quem regendũ ſuſceperũt,
tum ꝙ omnia ipſorum temporalia neceſſario à diademate mo
neant mediatè,vel immediatè: tum etiam ꝙ plurimi Regis in-
terſit ab eis eiuſmodi iuramentum exigere, propter regimen
quod ſinguli in ſua dioceſi obtinent.† Lata eſt differentia inter
3 hommagium quòd vaſſallus Regi, & ſacramentum fidelitatis
quod epiſcopus præſtat:nam in primo caſu, nunquam fiducia
ria poſſeſſio vaſſallo competit,donec hommagiũ fecerit, ſem-
perque Rex lite pendente poſſidet tanquam dominus feuda-
lis contra vaſallum in preſtatione hommagij cunctantē: ſed iu
ramenti quod epiſcopi pręſtant Regi,alia cauſa eſt, vt conſtat
ſequenti arreſto Curiæ: Inter magiſtrum Milleum Dilliers nu-
per epiſcopum Carnutēſem, & magiſtrum Renatum Dilliers
nunc epiſcopum Carnutenſem,prouocantes à præſide Carnu-
tenſi aut ipſius legato,actoresq; in materia prouiſionis ab vna
parte,& procuratorem regium aſſumentem ſibi litem nomi-
ne procuratoris & exactoris regij apud Carnutenſes, prouoca-
tos & reos ab altera: intellectis actionibus vtriuſq; partis à die
6.Iulij,& 6.Auguſti nuper elapſi,Curia diligenti examine habi
to dictę actionis,diplomatum,prouiſionum,literarũ,& inſtru
mentorum à prouocantibus apud Curiam productorũ,oĩbuſ-
que procuratori generali Regis communicatis accurateq; cir-
cumſpectis,pronunciatum eſt dictum procuratorem regium
primo quoque faſto die cauſis prouocationis à dictis prouocã
tibus adductis defenſurum: dictoſque Milleum & Renatum
Dillers reformaturos,in melioremque formam redigi curatu-
ros iuxta decreta ſanctorũ Cõciliorũ decretorumque eccleſię
Bullas reformationũ quas dictus Mille⁹ à Papa impetrauerat,
Eiuſq; rei certioraturos curiam, aut dictum Milleum eis bullis
renuntiaturum intra Calend.Ianuarius proximas, omni dila-
tione:amplinſque dictum Renatum fidelitatis ſacramentum
Regi præſtiturum.Interea dictum Renatum Dilliers tempora-
litatis ſui epiſcopatus poſſeſſione fiduciariam apprehenſurum,
nullo inde præiudicio iuribus partium afferendo. Recitatum
4 7.die Septemb.anno 1491.ſub ſigillo Pichon.† Notandum eſt
id iuramentum fidelitatis quod poſtremo deſignatus Regi pręſ
ſtat eſſe inueſtituram quam à rege accipere tenetur, per tex in
cap.in ſynodo,63.diſt.cuius verba hæc ſunt. Archiepiſcopi &
epiſcopi per ſingulas prouincias ab eo inueſtituram accipiant:
& niſi à Rege laudetur epiſcopus, à nemine cõſecretur.Ex quo
textu deſumpta eſt hæc conſtitutio (Dum epiſcopus.)

In eandem conſtitutionem
(Dum epiſcopus.)

In hæc verba,quòdque literę regię & quòd eſt receptor
ſeu commiſſarius.Hac conſtitutione liquido cõ
ſtat ad præcludendam aperturam regaliæ in aliqua eccleſia nõ
ſufficere iuramentum fidelitatis Regi ab epiſcopo præſtitum,
ſed obtinendos eſſe codicillos regios dicti iuramēti miſſionis-
que in poſſeſſionem,oblatos inſcriptoſque Curiæ rationũ,quę
receptori iubeat vt eum frui temporalibus ſinat, ac in plenam
poſſeſſionem inducat:hæ ſunt inueteratæ conſuetudines quæ
immutari non poſſunt.

Intellecta conſtitutione quæ vulgò Philippina dicitur,per q̃
ſit apertura regaliæ:intellecta quoque conſtitutione (Dum epi
ſcopus) quæ docet quis ſit finis regaliæ, ſuperſunt tantum vidē-
dæ intelligendæque multæ inſignes quæſtiones ac dubia quæ
circa regaliam proponi ſolent:quorum alia arreſtis Curiæ de-
ciſa ſunt, alia ad exactoris conſilij examē remiſſa ad hunc vſq;
diem indeciſa permanſerunt, de quibus Ruſæus & Probus do-
ctiſſimè ſuſiſſimeque ſcripſerunt:id eoque nihil eorum quæ ab
ipſis tractata ſunt repetam, ſed dubia tantum quædam ab ipſis
prætermiſſa,aut non ſatis fusè tractata deciſaque attingam.

SVMMARIVM.

1 *Per promotionem ad Cardinalatum verum regalia in epiſcopatu ape-*
riatur.
2 *Numerus,nomen,& authoritas Cardinalium.*
3 *Si epiſcopus diſpenſatur vt retineat epiſcopatum cum Cardinalatu,an ubi*
luminus fiat apertura Regaliæ.
4 *Intellectus præcurrit omnem temporis velocitatem.*
5 *Quando epiſcopus deſignatur Cardinalis ſub expectatione tituli poſtea aſſi*
gnandi non aperitur regalia.

Cap. VII.

Primum omniũ quæro, an titulus Cardinalatus ſit in-
compatibilis cum epiſcopatu Secundo, epi-
ſcopo,in Romano Conſiſtorio Cardinale deſignato ſine aſſi-
gnatione tituli,ſed tantum ſub expectatione tituli poſtea aſſi-
5 gnandi, † an eiuſmodi prouiſio inducat aperturam regaliæ in
ipſius epiſcopatu.Quod ad primum caput attinet, Alberic⁹ de
Roſate in rub ff de ſtatu homi. poſuit Cardinalium titulos di-
cens quod eorum numerus taxatus non eſt.Refert. quoſdã exi-
ſtimare,Cardinales poſſe eſſe numero ſeptuaginta,quot fuerũt
diſcipuli Chriſti,quos Cardinales reprǽſentãt,cap.ſeptuaginta.
16.diſt.tot etiam fuerũt linguę,vt dicitur.unde cum omnes na
tiones & linguas iudicent, videretur eſſe numerus ille conue-
niens.De facto tamen videmus, inquit ille, quòd numerus eſt
ex arbitrio Papæ.Hinc refert Card Zabar.in clem. 2.§. porrò. in
principio,de elec.quòd tempore Pontiani Papæ fuerunt Cardi
nales ducenti triginta ſex.Dicit tamen idem Cardin.in clemēt.
2.§.Irritum,in 6.q de elect.quòd Cardinalium numerus debet
eſſe certus,inſtar diſcipulorum Chriſti, per ca.in nouo. 21.diſt.
Sequitur Mar. Lauden.in tractatu de Card. in principio,in 1.q̃-
ſtione.Et certè videmus in his temporibus, quòd propter eſſre
natum numerum Cardinalium vileſcit dignitas Cardinalatus,
& plures videmus Cardinales in curiis principum, quàm Ro-
mæ in conſiſtorio,cum tamen teneantur in curia Romana re-
ſidere,niſi legatione fungantur gloſ.in cap.nobiliſſimus 7.diſt.
in.Nihilominus.Et ſunt Cardinales Romę digniores quàm ex-
tra.Alexand.de Imol.id notat. in Rub ff. de iuriſdict. omnium
iudicum.in fin. poſt Baldum quem ibi refert in rubr.ff. de offic.
procon.per tex.in L.vnic.Cod. de præpoſ.lib. 12. in his uerbis:
Immunitate digni ſunt,quos noſtri lateris comitatus illuſtrat:
hinc dicitur quòd Cardinales ſunt pars cõrporis Papæ no. Lau
den.& Cardin.Zabarell.in clemen. 2.in princip.de celebrat.miſ
ſar.gloſſ.in cap excommunicatis,in verbo commiſſam. de off.
leg. Inde appellantur primates eccleſię.cap.ſi quis ex epiſcopis.
in fine.lxxix.diſt.& principales eccleſiæ cap.2.de off. Archiepi-
ſco.cum gl.ibidem Arch.in ca.vbi periculum.de elect.libr 6.in
4.col. dicit quod ſunt Apoſtolici coadiutores ĩ executione of-
ficij,& conſultores recti & intrepidi.Bald.in l.penult.circa me-
dium.

dium C de bonis quæ liberis notat quòd Cardinales dicuntur capitulum vniuerſalis eccleſiæ & verum dicit, quia Cardinales conſulunt nedum Romanæ eccleſiæ, ſed toti eccleſiæ vniuerſali: ſunt enim corpus cum Papa, ſunt canonici cum epiſcopo. Panor. in cap bonæ & primo de poſt prælat. ſexto notabili. Idē Panor. 10 capitu. per venerabilem. qui filij ſint legit. dicit quòd Papa non explicat ardua negotia ſine conſenſu Cardinalium: dicit quoque Cardinales fundari iure diuino, reprehenditque Iohan. Monach. dum dicit in cap. ſuper eo. de hæret. lib. 6. quòd hoc habent ex cōſuetudine. Adde Archid. in ca. ſunt quidam. 25. q. 1. in princip. vbi dicit, quòd Papa non poteſt condere legē generalem ſuper vniuerſali ſtatu eccleſiæ, ſine Cardinalibus. Hinc dicit Lud. Ro. in conſil. 4. cap. 18. incip. In caſu quo quæritur, in tertia columna, quòd Cardinales ſuccedūt quodammodo loco decurionum, cum ſint conſiliarij Papæ pro regimine vniuerſalis eccleſiæ dirigēdæ, per textum in cap. fundamenta. §. de elect. in 6. Aduerte tamen quòd textus loquitur de Cardinalibus literatis & Romę reſidentibus, non de porcis aut aſinis ferratis, qui per curias regum & principium diſcurrunt & vagātur. Noſtra quæſtio in eo vertitur, an iſti tituli Cardinalium ſint incompatibiles, ſeu loco beneficij incompatibilis. De Cardinalibus epiſcopis non eſt dubium: de alijs ius idem ſtatuitur: quia Cardinales in ſuis titulis habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & Cardinalium parochia habetur pro diœceſi: comparanturque tituli Cardinalium eccleſijs, vel parochijs epiſcoporum cap his quæ pro eccleſia de maiorit. & obedientia Et quāuis Panormitanus ibi dicat non eſſe aliū textum, tamen alius eſt textus celebris in cāp quærelam. de elect. ibi, à Cardinali ſanctæ Suſannæ, cui eadem eccleſia tanquam capella ſuo titulo in ſpiritualibus eſt ſubiecta. Facit tex in cap. ex geſtis. de clericis nō reſid. vbi dicitur quòd titulus Cardinalis requirit reſidentiam: & quod Cardinales habeant iuriſdictionem cum adminiſtratione probatur d. cap. quærelam, quo fit vt Cardinalatus ſit dignitas incompatibilis. notatur ab omnib. in d. cap. de multa. Panor. in cap. bonæ. & primo. de poſt prælat. in 2. col. notat in cadē perſona epiſcopatum eſſe incompatibilem cum Cardinalatu. Hinc orta eſt quæſtio ſæpiſſimè in ſenatu, an per promotionē
3 ad Cardinalatum fiat apertura regaliæ, † etiam ſi Papa diſpenſent cum epiſcopo nouiter promoto ad Cardinalatum, vt retineat vtrunque. dubium faciebat textus in cāp. eccleſia veſtra in 2. de elect. vbi Guilelmus presbyter Cardinalis electus fuit epiſcopus Catalanenſis: nec dicitur ibi quod ob id electio eſſet inualida. Videtur ergo textus ille tacitè probare Cardinalatum & Epiſcopatum ſe rectè mutuo pati. & alterum cum altero eſſe cōpatibilem: alias dictus Guilelmus debuiſſet poſtulari nō eligi, per textum in ca. fin. de poſt præla cūm ibi not. cap. bonæ memoriæ. §. 1. de poſtu. præla. vbi Cardinalis tituli ſanctæ Præpedis fuit poſtulatus in epiſcopum Rauennatenſem, non electus: nec tamen fuit poſtulatio per ſummum Pōtificem admiſſa. Secundò dubium facit quod notat Panor. in d. ca. bonæ. vbi notat ſuis temporibus ſeruati. quòd epiſcopus promotus ī Cardinalem non perdit ipſo iure epiſcopatum: imo illum retinet niſi Papa aliter diſponat. & ita dicit ſeruatum fuiſſe in Cardinali S. Crucis, quo ad epiſcopatum Bononienſem, & in Cardinali S. Marcelli quo ad epiſcopatum Senēſem. Idque ex eo procedit, quòd multi dixerint cap. de multa. locum nō habere in Epiſcopatibus, Cardinalatibus, & ſimilibus, quod tamen ipſe reprobat. Contraria tamen opinio verior eſt, quòd epiſcopatus non eſt compatibilis cum Cardinalatu, vt tenuit idem Panor. in d. c. bonæ. in 3. no. & in d. c. eccleſia veſtra 2. not. Ratio eſt euidens, quod certum ſit Cardinalatum eſſe dignitatē, & officium eccleſiæ, & omnis dignitas eſt incompatibilis. Panor. in §. qui vero. cap. exſtirpandæ. de præbend habetque cap. de multa locum in Epiſcopatibus, & alijs dignitatibus maioribus. Panor. in d. cap. bonæ facit extrauag. execrabilis de præbendis. ſi plures obtinēs dignitates de præbend. & quod duæ dignitates obtineri nō poſſint ſine diſpenſatione, quodque vna vacet per adeptionem alterius textus eſt in extrauag vt quos debitus honor. de off. ord. Tertio ratione naturali patet. Cardinalatum eſſe incompatibilem cum epiſcopatu, quia naturaliter nemo poteſt reſidere in duobus locis eodem tempore. Ideo beneficium omne regrēs reſidentiam perſonalem, eſt incompatibile cum alio ſimili. Panormi. in d §. qui vero. ſed Cardinalatus requirit reſidentiam. cap. fundamenta. §. decet. de elect. cap. ex geſtis. de clericis non reſidentib tum etiam epiſcopatus §. interdicimus, in authē. de epiſcopis & clericis. & in cap. qualiter epiſcopus. de clericis nō reſident. Quartò, non ſolum ratione tituli probatur, quod Cardinalatus ſit incompatibilis cum epiſcopatu, ſed hac quoq; ratione quòd ſacrum ordinem requirat. Nemo enim Cardinalis eſſe poteſt, qui non ſit diaconus ad minus. Hoſtien. in cap. 2. de offic. Archipresbyter. Panor. in d. §. quia vero. de monte Landuno in tractatu de Cardinalibus. Igitur liquido conſtat, per promotionem ad Cardinalatum vacare Epiſcopatum: conſequenter regaliam apertam.

Notabilis quæſtio.

Sed quid ſi Papa faciendo Epiſcopum Cardinalem diſpenſat, vt retineat vtrumq;, vt fit quotidie, nunquid eo modo impeditur apertura regaliæ in epiſcopatu? & uidetur impediri, quod quæ fiant vno impetu, dicantur ſimul fieri. Bald. in l. Arethuſa. in tertia lectura ff de ſtatu hom & in l. nunquam plura ff de priuatis delict. Quæſtio hæc eſt, vt volunt de pūcto. Dic quod veritas eſt, regaliam aperiri: quia momentum, quo vacat
4 epiſcopatus, conſiderari rectè poteſt. † Certum eſt enim ſecundum ordinē naturæ & intellectus, quòd Papa prius prouidet de Cardinalatu, quàm diſpenſet de retinendo vtroque: nec. n. ſubeſt cauſa diſpenſandi ante promotionem ad Cardinalatū: ergo eo inſtanti, vel potius momento, quo prouidetur Epiſcopo de Cardinalatu vacat Epiſcopatus ipſo iure. Et quamuis vno impetu, & per clauſulam ſequentem Papa diſpenſet cum eo de vtroque retinendo, tamē verum eſt Epiſcopatum vacaſſe. De ca re textus eſt optimus in d. l. Arethuſa. ibi eo momento quo pant quo loco Bald. notat, quod ſi in motu tempus, non inuenatur diſtinctum, intellectu tamen diſcretum reperitur: percurrit enim intellectus omnem temporis velocitatem. Hinc efficitur, vt dicamus futura ordinari intellectu, quod ea intellectus percurrat, priuſquam fiant Sic apparet prius & poſterius poſſe cōſiderari intellectu, licet in temporali vnum & idem inſtans videatur eſſe d. l. Arethuſa. facit l. qui duos. §. in bello. ff. de rebus dubijs. Præterea in caſu de quo agitur, prouiſio Cardinalatus, & diſpenſatio de vtroque retinendo fiunt diuerſis clauſulis, ac diuerſa verborum conceptione: vnde fit, vt non videantur eodem momento fieri: hoc enim videtur eodem momēto fieri quod eadem clauſula verborum concipitur notat Bart. in l. fundus §. ſi duo. in fine. ff

Adde quòd literarum prouiſionis ordo diligenter eſt attendendus ex quo facilè apparet, prouiſionem de Cardinalatu pręcedere diſpenſationem de vtroque retinendo. cap. penulti. de elect. in 6. l. quoties. de vſufruct. l. generaliter § ſi quidem. de fideicommiſſ. liber. Bart. in l. 2. § prius. de vulg. moder. in capit. cum dilect. de reſcript. Clare ergo conſtat in quæſtione propoſita, momentum ſeu punctum temporis poſſe naturaliter ſecerni, ac diſtingui, tam ex ordine ſcripturæ, quàm intellectus. Id colligi poteſt ex obligatione & actione perſonali Licet enim eodem momento cum obligatio contrahitur, actio in perſonam naſcatur, naturæ tamen ſeruato ordine neceſſe eſt obligationē præcedere, quæ ideò mater actionis appellata eſt. l. lice. § ea obligatio. ff. de procurat. Hac ratione curia ſæpe inducatur per promotionem ad Cardinalatū aperiri regaliam in epiſcopatu: quòd verum ſit, ipſum epiſcopatum aliquo momento vacaſſe. Neq; obſtat ca. cūm noſtris. de conceſſ. præb. vbi de facto epiſcopatus non vacuit reſpondetur quod per Philippinam conſtitutionē ſuperius allegatam, ſatis eſt beneficium vacare iure, aut facto tātum, vt regalia aperiatur. Quę omnia nota diligenter: nec enim ab ijs qui hac de re ſcripſerunt, diſputata. & minus deciſa ſunt.

Ita iudicauit ſenatus pro canonicatu & præbenda Morinenſi, die 21. menſis Nouembris, anno Domini milleſimo treceteſimo ſexageſimo primo. Fuit iterum ita iudicatum à ſenatu pro canonicatu & præbenda eccleſiæ Rothomagenſis, inter magiſtrum Milonem des Dormans. Iohannem de rupe, & Guilielmum Challon, 2a. die menſis Martij, anno Domini milleſimo treceteſimo ſexageſimo tertio: tum etiam die ſecundo Iulij, anno Domini milleſimo treceteſimo octuageſimo quarto, pro capellania ſancti Iacobi, in hoſpitali de Lutarclus, inter magiſtrum Iohānem Fortuiſſon, & Damianum Mulner. De hac quæſtione ſcripſerunt equidem multi Hoſtienſis. Zabar. in d c. eccleſia veſtra. el ſecundo de elec. Laud. in tract. de Cardinal. in fine. Cald. in conſilio 7. ſub titul. de tranſlat. præla Panor in d. c. bonæ. Barbat. ī tract. de præſt. Card. q. 12. vbi ampliſſimè ſcripſit de hac re, ſed plura quàm oportebat, nouiſſimè Ruzæus, qui horum omnium non meminit.

Quod † ad alteram quæſtionem attinet, quando epiſcopus
5 deſignatus Cardin. in Conſiſtorio ſub ſola expectatione tituli poſtea aſſignandi, an eiuſmodi prouiſione regalia in ipſius epiſcopatu aperiatur: in eam quæſtionem extat alia actio habita à procuratore generali Regis, ſine die, in hæc verba.

Procurator generalis regius ait veterem fuiſſe quæſtionem, an per promotionem epiſcopi ad Cardinalatū fiat apertura regaliæ in ipſius epiſcopatu, quanuis per eandem prouiſionem Papa diſpenſet cum epiſcopo de vtroque retinendo. Antiqui doctores & pragmatici exiſtimarunt eſſe aperturam regaliæ, quoniam Cardinalatus non ſit cōpatibilis cum epiſcopatu, vt concludit Panormitanus in capit. bonæ, & ſi. de poſtu. prælat. Alij in cap. de vnico, de maioritate lib. 6. per multas rationes à doctoribus recitatas & fusè tractatas in multis locis. Nam quanuis Papa diſpenſet per eandem prouiſionem de epiſcopatu cum Cardinalatu retinendo, tamē momentum dari poteſt ex ordine literæ & intellectus, quo momē to epiſcopatus cenſetur vacare: prius enim promouetur epiſcopus in Cardinalem, quàm diſpenſetur: alias fruſtra cum eo diſpen-

ſpenſaretur: cum ea quæſtione extant multorum ſcripta variis in locis iuxtaque hanc opinionem tribus diuerſis & antiquis arreſtis Curiæ iudicatum eſt. Nihilominus tamen certum eſt poſtea in caſu regaliæ Carnutenſis, ratione promotionis epiſcopi Eburonenſis, qui de Marchia appellabatur ad dignitatem Cardinalatus, hanc quæſtionem ad conſilium remiſſam eſſe: rei tamen in regalia contrarium defendunt: iam verò lite ad conſilium relata nihil eſt opus maiori diſceptatione, ratione ſequeſtri de quo nunc agitur. Solum conſiderandum eſt vtrique parti conſultum eſſe per obitum eiuſdem perſonę: cumque regaliſta fiduciariam poſſeſſionem poſtulet, nulla videtur ei ratione denegari poſſe, niſi vnica, videlicet quod in promptu non conſtet de iure agentis. In hunc articulũ reus in regalia contendit Cardinalem Ambaſianum deſignatum fuiſſe ſub expectatione tituli, promulgatumque Cardinalem ſine titulo, ideoque nõ eſſe apertum regaliam in Archiepiſcopo Rothomagenſi donec fuerit aſſignatus titulus, cùm ex titulo Cardinalatus naſcitur incõpatibilitas, & conſequenter apertura regalię, quòd Cardinales habeant curam animarum in titulis ſuis, capitu. querelam, de electio. cum aliis tex. non paucis Cardinales habent ius pinguius quàm plebani, quos archipreſbyteros vocamus, qui & ipſi curam habent animarum, capit. vt ſingulę, de offic. Archiepiſco. capitu. dilectus, de capitu. mona. Vnde ſequitur titulos cardinalium eſſe beneficia curata: curatum enim beneficium eſt quod vel habet fori pœnitentialis curam, vel fori contentioſi. Panormitanus in capitu. dudum 2. col. de elect. quem textum not. eo loco quotidie in hanc ſententiam allegari: quod autem Cardinalibus immineat vtriuſque fori cura, probatur apertè capit. his quibus eccleſia, de maiorit. & obedient. quod etiam epiſcopalem & quaſi epiſcopalem curam gerant, rectè oſtendit text. in capitu. querelam, de elect. Ibi à Cardinali S. Suſannæ, cui eadem eccleſia tanquam capella ſub titulo in ſpiritualibus eſt ſubiecta. Hac ratione Hoſtienſis & Ioannes Andræas In capitu. de ſupplenda neglig. prælat. notant Cardinalem ſi ſit preſbyter vel diaconus etiam non epiſcopus poſſe inſigniis epiſcopalibus vti, & cõferre ordines minores. Nouum autem nõ eſt quòd Cardinalis Ambaſianus fuerit publicatus Cardinalis ſub expectatione tituli, nam Ioannes Andræas refert in additione ad Speculato. titulo de libelli conceptione. §. iam videndum qualiter, in additione incipente: Non ſcribuntur. ſua ætate Petrum de Columna fuiſſe Cardinalem ſine titulo, ſeque vocaſſe eccleſiæ Romanæ Cardinalẽ donec titulum Sãcti Angeli recuperaſſet. Ideoque cum adhuc nullum haberet certum titulum, nulla videtur fuiſſe incompatibilitas & per conſequens nullam aperturam regaliæ, minuſque præcipitem fore regaliſtæ prouiſionem: verum quoniam dicitur Cardinalis Ambaſianus poſtea accepiſſe tituli aſſignationem, ac deinceps poſt aſſignatum titulum aliam interueniſſe impetrationem regaliæ: quoniam etiam regaliſtę de ſequeſtro conuenerunt, ſi de hoc doceant, poſtulat cum regaliſtis ſecundum interdictum retinendæ poſſeſſionis iudicari aduerſus deſignatum ab ordinatio: alias iudicio Senatus rem committit & concludit.

SVMMARIVM.

1 *Interrex in Gallia non confert beneficia vacantia in regalia.*

2 *Collatio facta a Carolo interrege Franciæ, dum Rex Ioannes eius pater captiuus detineretur in Anglia, rata eſt habita a Rege poſt reditum in Frãcia.*

CAP. VIII.

Tertiò quæro an quãdiu Rex eſt captiuus aut alias à regni gubernaculis remotus, Interrex poſſit conferre beneficia vacantia in regalia. Et ita videtur prima facie per multas rationes à Ruſæo relatas in tractatu de priuilegiis 16 maximè per cap. grandi. de ſupplenda neglig. prælatorum in 6 quo loco fit expreſſa mentio de fratre Regis Portugaliæ cui cura regni commiſſa erat, & cui dicebatur cõpetere generalis regni adminiſtratio ad regalia facit cap. is cui, de electio. in 6. In hac fuit ſententia Antonius Corſetus in tractatu de poteſtate Regis, vbi notat Regi & Proregi creato cenſeri omnia etiam regalia conceſſa Citat ſuæ opinionis aſſertorem Baldum in tinil. Quæ ſunt regalia, in vlt. notabili: atq; hãc ſententiam ſequitur Ruſæus affirmans Senatui aliquando ita
3 placuiſſe: qua in re omninò fallitur. † nam in contrariũ ſæpius deciſum iudicatumque eſt Proregem ĩ Gallia nõ poſſe vi ſuæ poteſtatis conferre beneficia vacantia iure regalię. Ita iudicatũ fuit à Senatu curiatis comitiis, cùm ageretur de verificatione poteſtatis proregiæ in Francia, quæ attribuebatur dominæ Ludouicę de Sabaudia matri Regis Franciſci primi eius nominis, quæ quidem poteſtas ei attributa eſt, cùm Rex proficiſceretur in expeditionem vltramontanam ad ſubigendum Ducatum Mılanenſem, vbi captus & in Hiſpaniam adductus eſt. In quarũ literarum verificatione decretum fuit à Curia collationem beneficiorum in regalia vacantium excipiendam, quamuis ei expreſſè attributa eſſet per dictam poteſtatem & proregiam dignitatem, vt patet ex dicta verificatione ad diem 5. Septemb. anno 1515.

2 † Ad propoſitum multum facit, quod Carolus dux Normanię Delphinus Viennenſis filius Regis Ioannis, Proregue in Francia dum Ioannes Rex eius pater detinebatur captiuus in Anglia, poſt reditum patris obtinuerit ratihabitionem collationum quas fecerat de beneficiis vacãtibus iure regaliæ in Regis abſentia: quæ quidem ratihabitio decreto Senatus comprobata fuit, inſcriptaque libro notato Ordinationes antiqua, fo. 51. verſo. Vnde elici poteſt reſponſio ad quoddam arreſtum à Ruſæo citatum, cùm ait eo arreſto collationem in regalia prębendæ Remenſis factam à dicto Carolo Delphino Viennenſi fuiſſe a Curia comprobatam: id enim contigit vi ratihabitionis quam obtinuerat à dicto Rege Ioanne patre ſuo.

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta per ordinarium cumulari poteſt cum prouiſione facta in regalia.*

Quæritur an collatio in regalia & collatio Papę aut ordinarii cumulari poſſint. Hæc quæſtio duplici Curiæ arreſto definita eſt, quorum verba hæc ſunt.

CAP. IX.

Lite mota in Curia noſtra inter procuratorẽ noſtrũ generalem pro nobis & iure noſtrę regalię & dilectum ac fidelem magiſtrum Aegidium de malo diuerſorio clericum & conſiliarium noſtrum ex vna parte, & Bertrandum de Mota defenſorem ex altera, ratione Theſaurarię Rothomagenſis, quam dicto conſiliario noſtro tanquam vacantem in regalia per certas literas noſtras contulimus, &c.

Sequuntur verba alterius arreſti.

Cum per nos collati fuiſſent canonicatus & præbenda eccleſiæ Rothomagenſis magiſtro Roberto dicto le Gay clerico noſtro, &c.

Hæc duo arreſta ſunt prolixa, ſed breuitatis cauſa ſatis erit intelligere prius eſſe ex 11. Februarij 1367. alteri dies ita adſcripta eſt, Die 3. Iulii. Et eſt inter arreſta prolata in Parlamento quod incipit die Mercurii in quindena S. Martini hyemalis, anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo octauo.

Ratio quæ dubitandi vocatur, erat: Is cui contendit beneficium vacare in regalia, quique collatione Regis utitur, ait beneficium non potuiſſe conferri, nec à Papa nec ab ordinario, quoniam beneficia vacantia in regalia nec iure caduci nec aliter poſſunt de collatore ordinario aut alio conferri, ſed poſita ſunt in ſolius Regis collatione, qui in eo iure regalię nullum ſuperiorem agnoſcit. Quod ad diſpoſitionem iuris communis attinet, & pro deciſione huius quæſtionis, facit capitu. vt quis duas de electio in 6. quo loco electio non poteſt duabus electionibus vti: accedat l. quod in hæredem. § eligere de tributoria, vbi pro eadem re duplici actione vti non licet, imò electione vnius renuntiatur alteri. Præterea iure definitum eſt neminem vti poſſe titulo duplicato, l. cum res. C de contrahen. emptio capitu. inter dilectos, de fide inſtru.

5 † Sed his non obſtantibus arreſta Curię ratione tam naturali quàm ciuili nituntur: quamuis enim collationum Regis ac ordinarii diuerſa videatur ratio ac finis, is tamen qui eis vtitur eaſque profert ad eundem finem & effectum tendit, nempe ut beneficium contentioſum conſequatur, ſeu vi prouiſionis ordinarii, ſeu vi prouiſionis Regis: & ſubordinariè ſi in regalia vacauerit, vt obtineat vi prouiſionis Regis: ſin verò Regi non competierit collatio, apud ſe vi prouiſionis ordinarii remaneat: in eamque rem textus eſt expreſſus in capitu. poſt electionem, de conceſſio. præben. Ibi tam ratione primæ quàm ſecundæ conceſſionis. Ea eſt deciſio gloſſæ notabilis in capitu. nullus pluribus, de reg. iur. in 6. In hanc quæſtionem extat oratio habita ad Senatum ab aduocato regio dicto le Maiſtre, ad 22. Decembr. anno 1485. ex qua apertè colligi poteſt in caſu regalię licere vti collatione Regis & ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Duo beneficia permutata poſt reſignationem admiſſam vacant in regalia, ſi regalia aperta permutantes in poſſeſſionem miſſi non fuerint.*

CAPVT

CAPVT X.

Aliud dubium de duobus beneficiis p mutatis cõtingente apertura regaliæ ante adeptionem poſſeſſionis ab vtraque parte. Videtur leuis hæc quæſtio: nam procurationes ad reſignandum ſolent hanc clauſulam habere In fauorem talis, & cauſa permutationis cum tali beneficio, & non aliàs, nec alio modo. Contrarium tamẽ arreſto iudicatum eſt, cuius ſpecies erat eiuſmodi: Quidam dictus magiſter Iacobus Coſſon Curiæ inquiſitionum præſes, canonicus præbenda in eccleſia Tornacenſi prędictus, & alius dictus magiſter Nicolaus Braque canonicus eccleſiæ Pariſienſis, conueniunt de permutatione ſuarum præbendarum: eorum reſignatio admittitur: Coſſon in numerum canonicorum Pariſienſis eccleſiæ adſcribitur. Braquus vult recipi in eccleſia Tornacenſi, cuius præbenda iure regaliæ à Rege in magiſtrum Philippum des Eſſars confertur: oritur controuerſia inter Braquum & dictum dies Eſſars, In cuius commodum pronuntiatum eſt die 18. Ianuarii, 1389. Huius arreſti ratio perſpicua eſt: nam contingente apertura regaliæ in eccleſia Tornacenſi, præbenda vacabat facto, quoniã Braquus reſignatione admiſſa poſtquã etiam deſignatus erat, nondum poſſeſſionem adeptus erat nec à capitulo receptus, itaque eius prębenda iure repleta facto vacabat, vt ſuprà demõſtratum eſt in conſtitutionem Philippinam, & in conſtitutionem incipientem, Dum epiſcopus.

SVMMARIVM.

1 *Si beneficiatus Roma decedat, beneficium vacat in regalia ſiquidem aperta.*

CAPVT XI.

Poſtremo quæritur de prębenda quam Titius in eccleſia Pariſienſi obtinebat, & quæ Titio moriente Romæ vacat: regalia aperta in eccleſia Pariſienſi hanc ſummus Pontifex confert veluti in Curia vacantem, quam iure regaliæ Rex alteri donat: quis donatariorum potior? Videtur deſignatus à ſummo Pontifice præferendus per capitu. licet, & capitu. ſtatutum, in præbend. in vj.

1 † Sed è contrario vacatio in regalia eſt extraordinaria & anomala, in qua cùm Papa nullum ius habeat, non poteſt dici ordinarius ordinariorum, nec quicquam ſibi iure caduci aut aliter vindicare: nam regalia in eccleſia aperta beneficium nulla alia quàm Regis diſpoſitione vacare poteſt. Ius enim regalię oſſibus Regis ſeu coronæ ita cohæret vt ſeparari vel alteri competere nunquam poſſit, non magis quàm operæ officiales quæ patrono debitæ à perſona patroni diſiungi non poſſunt, Baldus in l. liberti 3. columna de oper. liberto. C. per textu. in l. operæ in rerum. ff. cod. titu. De qua re abundè ſcripſit Iaſon in leg. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condictio. indebit.

SVMMARIVM.

1 *Curia ſuprema Pariſienſis tanquam prima & antiquiſſima ſola de regalia cognoſcit.*

2 *Cur Pariſiis iuriſdictio ærarij inſtituta ſit.*

CAPVT XII.

1 Quæ Curia de iure regaliæ cognoſcit. Duæ extant cõſtitutiones, quibus cognitio regaliæ curiæ ſupremæ Pariſienſi attribuitur, omni cognitione cæteris Franciæ Curiis ablata, vt patet ex conſtitutione Regis Ludouici, cui dies his verbis adſcripta eſt, Datum Luxiis ad Doulenas 19. die Iunij, anno Domini milleſimo, quadringenteſimo ſexageſimoquarto, regni autẽ noſtri tertio. Et ſuper plica erat ſcriptum: Lecta, publicata, regiſtrata, Pariſijs in Parlamento die trigeſima Iulij, anno Domini 1464. Altera conſtitutio incipit his verbis. Amicis noſtris ac fidelibus, &c. Datum Mureti Cumingorum die 24. Maij, Amicis ac fidelibus noſtris ſupremæ Curię Pariſienſis Senatoribus ac Præſidibus. Hæc conſtitutio eſt Regis Ludouici vndecimi inſcripta archiuo Curiæ ſupremæ lib. j. conſtitut. dicti Regis Ludouici vndecimi, fo. 23. Ex qua cõſtat Senatui Pariſienſi tanquam priorem antiquioremque locum obtinenti competere cognitionem regaliæ, ac conſequenter omnium iurium ac prærogatiuarum Regi ratione diadematis ſui competentium: ideoq; aliquandiu obtinuit ſoli Curiæ Pariſiẽſi cõpetere cognitionem omnium quę ad patrimonium Re-
2 gis pertinent, † eamque ob cauſam inſtitutam eſſe iuriſdictiodictionem ærarij, ad quam cognitio patrimonij Regis per vniuerſum regnum deuoluitur, appellationesque reſortiuntur ac exercentur in eadem Curia tantùm, puta Ducatum & Comitatum: in eamque rem extat expreſſa conſtitutio Regis Caroli ſeptimi.

Notandum eſt Curiam ſupremã Normaniæ aliquando ſibi cognitionem eorum quæ ad regaliam pertinent vendicarę voluiſſe: de quo conqueſtus eſt apud Curiam procurator generalis regius, anno 1392. Et quoniam detruſus fuerat in carcerem quidam dictus Rufus propter cõtumaciam ab eo commiſſam ratione præbendæ Ebroicenſis, pręſes Rothomagenſis, eo deuenit audacię ac temeritatis, vt auſus fuerit ad poſtulationem procuratoris ſtatuum decernere capturam corporis aduerſus pręſides & ſenatores Curię ſupremę Pariſienſis. Cuius rei certior facta Curia comprehenſionem aliquorum decreuit, profectosque Ebroicenſem & Rothomagenſem requirendos adnotauit, vt eſt inſcriptum inſtrumento conſilij, die 28. Nouembris 1549.

Conſtitutio Senatus qua interdicitur epiſcopo S. Flori aſſeſſus in eminentioribus ſubſellis fori, donec Regi iuramentum fidelitatis pręſtiterit, deque eius pręſtatione Curię teſtatò conſtiterit, ex 25. die Nouembr. 1484. in inſtrumento conſilii.

SVMMARIVM.

1 *Omnibus epiſcopis Franciæ faſtis diebus patet aditus & aſſeſſus in ſuprema Curia ſententiæ tamen dictionem præter nonnullos non habent.*

2 *Epiſcopi habent aditum ad Senatum ratione dignitatis, non eo quòd ſint vaſſalli Regis.*

3 *Quæ ſit differentia inter iuramentum fidelitatis & hommagium, quod epiſcopus Regi exhibet.*

CAPVT XIII.

1 Sciendum † eſt omnibus epiſcopis Francię liberum eſſe aditum diebus faſtis ad ſenatum, licereque eis aſſidere in eminentibus ſubſelliis iuxta pręſides ad dextram pro eorum antiquitate nullam tamen eis competere ſententię dictionem, niſi ſint ex numero Parium Franciæ, cuiuſmodi ſunt archiepiſcopus Renenſis, epiſcopus Catalonenſis, epiſcopus Nouiodunenſis, aliique eccleſiaſtici Pares Francię, ſimul & epiſcopus Pariſienſis qui ſpeciali priuilegio eſt cõſiliarius ſupremæ Curiæ natus, in qua ius habet ſuffragii & ſententię dicendę ſiue aperto foro ſiue in interiori conſilio: id tamen locum habet poſtquam Regi iuramentum fidelitatis pręſtiterunt, alias non admitterentur ad petitionẽ aditus. Aliud iuris eſſet ſi nondum pręſtitiſſent hommagium ratione temporalium: nam ceſſatio in pręſtatione homagii non pręcludit eis aditum ad Curiam, in quam ingrediuntur non vt vaſalli Re-
2 gis nec ratione temporalium. † Sed tanquam epiſcopi & pręlati, & ratione dignitatis epiſcopalis.

3 † Vnde intelligi poteſt q̃ ſit differẽtia inter iuramentũ fidelitatis quod epiſcopi Regi exhibent, & hommagium quod ei pręſtant tanquam vaſſalli, ratione temporalium. Quod multi non animaduertentes in eo lapſi ſunt, vt ex capitulo ſequenti conſtare poteſt.

Admonitio Procuratoris generalis Regis, ſuper eo quod Rex noluiſſet admittere magiſtrum Renatum Dilliers ad præſtationem hommagij, ratione temporalium epiſcopatus Carnutenſis, exhibitionemque iuramenti fidelitatis propter reſeruationes factas à Magiſtro Milleo Dilliers reſignante quòd hæc cauſa ceſſaret quia dictus Milleus ijs reſeruationibus poſtea renuntiaſſet ac deinde deceſſiſſet. Idcircoque dictus procurator regius nõ amplius obſiſtebat, quominus dictus magiſter Renatus admitteretur ad eiuſmodi hommagij præſtationem & fidelitatis iuramentum. Ex die 17. Februarij 1493.

SVMMARIVM.

1 *Alia ratio cognoſcendæ differentiæ inter hommagium & iuramentum fidelitatis.*

2 *Iuramentum fidelitatis Regi debetur, etiamſi epiſcopus nulla temporalia poſſideat.*

CAP. XIIII.

Alio quoque modo dignoſci poteſt differẽtia inter iuramentum fidelitatis & hommagium quod ab epiſcopis Regi, exhibetur.
1 † Nam iuramentum fidelitatis Regi debetur, licet epiſcopus temporalia poſſideat. Hoc inſtrumento demoſtratur quod ſit

diſcrimen

diſcrimen inter hommagium quod epiſcopus Regi exhibet ratione temporalium eccleſiæ tanquam vaſſallus Regis, & iuſiurandum fidelitatis quod tanquam epiſcopus prǣſtat & ratione dignitatis epiſcopalis: alterũ enim debetur ratione ſpiritualiũ, alterum ratione temporalium, licet ſint amortizata, niſi per amortizationem fuerit remiſſum, vt ſupra demonſtratum eſt, probaturque apertè in cap.j.§.verum quando Abbatiſſa, de ſtatu regular.lib.6.vbi Pontifex Maximus concedit egreſſum monaſterij Abbatiſſæ cum aliis religioſis vt dominum feudalem adeat hommagij præſtandi cauſa, ad quod ratione cuiuſdã feudi a ſe iure Abbatiſſæ poſſeſſi tenetur, niſi eam dominus feudalis ad dictum hommagium per procuratorem admittere velit vti iudicatum eſt inter Ioannem de Valenciennes dominum de Ormoy, & religioſos, Abbatem, & conuentum S. Victorii
a ad Lutetiam, vt ſuperius attigimus, † quòd verò ad iuramentũ fidelitatis Regi ab epiſcopis debitum attinet, præſtandum eſt ſiue epiſcopi temporalia & feuda à Rege mouentia poſſideat, ſiue non, ratione tituli & dignitatis epiſcopalis: ratione ſubditorum quos cuſtodire & conſeruare debent in obſequio & poteſtate Regis, & in fide Catholica & Apoſtolica in Gallia recepta: ideoque iuramentum fidelitatis appellatur Eamq; ob cauſam in Gallia obtinet, quòd ſi extraneus epiſcopatum adipiſcetur, non teneatur Rex eum tolerare niſi ei gratus ſit, velitque eum ad iuramentum fidelitatis admittere, vt ipſius cõſilio aut aduerſus hoſtes fortitudine vtatur pro fide & religione Cathoca aut aliam ob cauſam. Prǣterea differentia inter iuramentũ fidelitatis ſumi poteſt ex copula, &, quǣ eſt in his verbis, Hommagium & iuramentum fidelitatis: quǣ copula, vt conſtat, ponitur inter diuerſa. Adde quod gl. in cap. ergo, de iureiurando, ponit differentiam: cui gloſſǣ adiici poteſt hǣc differentia, qđ iuramentum fidelitatis Papǣ quemadmodum Regi debetur, vt oſtenditur eo textu in d.c.ego.N.epiſcopus, & hoc notat ampliſſimè Speculator in tit. de feudo, part. 4. quǣ incipit, Quoniam ſuper hommagijs, in princip.

F I N I S.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii.

Omnes ſunt Quaterniones, præter Iii, quæ eſt Quinternio.

VENETIIS, M D LXXXIIII.

Digitized by Google

Legatoria
R. SALVAREZZA
Via Val Sassina, 55
Tel. 825.823 - ROMA

Digitized by Google